Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

# BIBLIA SACRA.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Est. 3
Plút. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

# BIBLIA
## SACRA VETERIS ET NOVI TESTAMENTI,
iuxta vulgatam, quam dicunt, editionem:

Ioannis Benedicti Theologi induſtria accuratè recognita & emendata, Annorúmque à Mundo condito ad Chriſtum vſque natum ſupputatione illuſtrata:

Adiectis ad ſingula quæque capita breuibus argumentis: & ad finem voluminis, Hebraicarum, Græcarum, cæterarúmque peregrinarum vocum interpretationibus:

Tribus item Indicibus: quorum primus ſententias in toto contextu Bibliorum maximè inſignes, ſecundus ea quæ in Scholiis notatu digniſsima occurrunt, aliis plurimis annexis, his ſignis annotatis [ ], ad clariorem ſententiarum enunciationem: tertius locorum illuſtrium nomina comprehendit atque explanat.

Porrò characteres ſeu ſigna quæ legenti paſsim occurrent, epiſtola nuncupatoria tertio ab hinc folio manifeſtabit.

*In hac autem editione omnium vltima & accuratiſsima, præter illa quæ in aliis omnibus inueniuntur, hæc quatuor ſunt adiecta: ſcilicet, commentariorum accurata recognitio & amplificatio: Tertius liber Machabæorum: eruditus atque copioſus ſententiarum & rerum tàm veteris quàm noui Teſtamenti Index, qui diligentibus tàm minorum quàm maiorum concordantiarum loco eſſe poterit: Denique exquiſita Stromata in vniuerſum corpus biblicum quadruplici tum materia, tum libro diſtincta, in quibus propoſita Chriſtianæ religionis hoc tempore controuerſa ex ipſo verbo Dei explicantur & diſſoluuntur.*

Authore Renato Benedicto, Andegauo, doctore Theologo Pariſienſi.




24815
Est 29
Plut 3 x
BILBAO

LVTETIAE,
Apud Ioannem Macæum, ſub ſcuto Britaniæ,
in monte D. Hilarij.
1566.

Cum priuilegio Regis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# Extraict du priuilege du Roy.

PAR *priuilege du Roy eſt defendu à tous libraires, imprimeurs, & autres qu'il appartiendra, en quelque ſorte & maniere que ce ſoit, d'imprimer, ou vendre vne Bible en Latin, intitulee* Biblia ſacra veteris & noui Teſtamenti, cum annotationibus Ioannis Benedicti, doctoris theologi Pariſienſis. *Laquelle Bible a autresfois eſté imprimee, & de nouueau eſt recorrigee & augmentee d'annotations par ledict autheur: & approuuee par les Docteurs de la Sorbonne, ſinon à Iean Macé, Libraire iuré en l'vniuerſité de Paris: & ce iuſques à ſix ans entiers & conſecutifz, apres la premiere impreſsion qui en ſera faicte, ainſi recorrigee & augmentee d'annotations: à peine de confiſcation de ce qu'il ſ'en trouuera d'imprimees ou vendues au contraire, & d'amende arbitraire: ainſi qu'il eſt plus amplement contenu aux Lettres de priuilege, ſur ce donnees à Paris le 5. iour de May l'an* 1562.

*Par le conſeil*

*Signé*

DE COVRLAY.

# ORDO, NVMERVS, ET NOMINA LIBRORVM VETERIS Teſtamenti iuxta Hebræorum traditionem.

Hebræi in librorum veteris Teſtamenti diſtinctione alium quàm Latini ordinem obſeruant. Totum enim veteris inſtrumẽti corpus vocat עשרים ואַרבּע, hoc eſt Eſtim vearba: quod eſt viginti-quatuor. Tot enim in ſuo canone indubitatæ authoritatis habent libros, quos in quatuor diuidunt partes: ſcilicet תורה legem, נביאם ראשונים prophetas priores. נביאים אחרונים prophetas poſteriores, & כתובים ſcripta, hoc eſt hagiographa.

תורה Lex quæ חומש, id eſt quinarius, Græcè πεντάτευχον, pentateuchon, in quinque Moyſi libros diuiditur.

| | | |
|---|---|---|
| בראשית | Bereſith, id eſt, In principio. | 1. Geneſis. |
| ואלֶּ חשמות | Velle ſemoth, id eſt, Et hæc nomina. | 2. Exodus. |
| ויקרא | Vaiikra, id eſt, Et vocauit. | 3. Leuiticus. |
| וידבר | Vaiedaber, id eſt, Et locutus eſt. | 4. Numerus. |
| אלֶּ הדברים | Ele hadebarim, id eſt. Hæc ſunt verba. | 5. Deuteronomium. |

נביאים ראשונים, Prophetæ priores diuiduntur in quatuor libros.

| | | |
|---|---|---|
| יהושע | Iehoſua. | 6. Ioſue. |
| שופטים | Sophtim. | 7. Iudicum. |
| שמואל | Semuel, vel Samuel. | 8. Primus & ſecundus Regum. |
| מלכים | Melakim, vel Malachim. | 9. Tertius & quartus Regum. |

נביאום אחרונים Nebiim Aharonim, Prophetæ poſteriores in 4. libros.

| | | |
|---|---|---|
| ישעיה | Ieſaia. | 10. Iſaias. |
| ירמיה | Iirmeia. | 11. Ieremias. |
| יחזקאל | Iehezkel. | 12. Ezechiel. |
| תריאשר | Tere Eſer. | 13. Duodecim prophetæ minores, qui ſunt. |
| חשעה | Hoſeea | Hoſee |
| יואל | Ioel. | Ioel. |
| עמוס | Amos | Amos. |
| עבדיה | Obadia. | Abdias. |
| יונה | Iona. | Ionas. |
| מיכה | Micha. | Michæas. |
| נחום | Nahum | Nahum. |
| חבקוק | Habakuk. | Habacuch. |
| צפניה | Zephania | Sophonias. |
| חגי | Haggai. | Haggæus. |
| זכריה | Zacharia. | Zacharias. |
| מלאכי | Malachi. | Malachias. |

כתובים Cetunim, Scripta ſeu Hagiographa, in vndecim libros.

| | | | |
|---|---|---|---|
| דברי חימים | Dibre haiamin | Verba dierum. | 14. Paralipomenon. 2. libri. |
| תהלים | Tehilim. | Hymni. | 15. Pſalterium. |
| משלי שלמה | Miſle Salomo. | Parabolæ Salominis. | 16. Prouerbia Salomonis. |
| איוב | Iiob. | Iob. | 17. Iob. |
| רות | Ruth. | Ruth. | 18. Ruth. |
| קהלת | Koheleth. | Concionator. | 19. Eccleſiaſtes. |
| איכה | Echa. | Quomodo. | 20. Threni. |
| שיר חשירים | Sir haſirim. | | 21. Canticum canticorum. |
| אסתר | Eſther. | | 22. Eſther. |
| דניאל | Daniel. | | 23. Daniel. |
| עזרא | Ezra. | | 24. Eſdras & Nehemias. |

LIBRI SEQVENTES NON SVNT IN CANONE Hebræo, ab ecclesia tamen recepti Christiana.

1. Liber Iesu Sirach, id est, Ecclesiasticus.
2. Iudith.
3. Tobias.
4. Machabæorum libri duo, quos Hebræi in suis historiis vocant Hasmonai.
5. Tertius & quartus Esdræ.
6. Sapientia iuxta Græcos Salomonis, iuxta alios Philonis.
7. Baruch, Ieremiæ scriba.

Diuisio veteris testamenti secundum Latinos.

- Diuisio Librorũ veteris testamenti in
  - Legales. 5.
    - Genesis
    - Exodus
    - Leuiticus
    - Numeri
    - Deuteronomium.
  - Historicos. 19.
    - Iosue
    - Iudicum
    - Ruth
    - Regum libri. 4.
    - Paralipomenon lib. 2.
    - Esdræ libri 4.
    - Tobias
    - Iudith
    - Esther
    - Iob
    - Machabæorum lib. 2.
  - Sapientiales. 6.
    - Psalterium.
    - Prouerbia.
    - Ecclesiastes.
    - Cantica canticorum.
    - Sapientia.
    - Ecclesiasticus.
  - Propheticos. 17.
    - Isaias, Ieremias, Baruch,
    - Ezechiel, Daniel, Hosee,
    - Ioel, Amos, Abdias,
    - Ionas, Michæas, Nahum,
    - Habacuch, Sophonias,
    - Haggæus, Zacharias,
    - Malachias.
- Diuisio lib. noui testamenti in
  - Legales.
    - Matthæus
    - Marcus
    - Lucas
    - Ioannes.
  - Historicos.
    - Actus Apostolorum.
  - Sapientiales.
    - Romanos,
    - Corinthios 2.
    - Galatas,
    - Ephesios,
    - Philippenses,
    - Colossenses,
    - Thessalonicenses. 2.
    - Timotheũ. 2. Titum,
    - Philemonem,
    - Hebræos.
    - Iacobi, Petri 2.
    - Ioannis 3.
    - Iudæ.
  - Propheticos.
    - Apocalypsis.

# Io. Benedictus Lectori Salutem.

MIROR cur tanta scriptorum in tractandis, transcribendis sacris atque adeò scriptis diuinis hactenus fuerit incuria, vt tot reperiantur exemplaria, quot codices. Quibus si non breui occurratur, rediens tandem Hieronymus, & quisque optimus interpres, quæ nobis integra tersaque reliquerunt, negabunt esse sua. Huic autem morbo vtcunque mederi volentes, quos potuimus vetustissimos & scriptos manu & impressos inter se codices, & illos tandem cum Hebræis Græcisque contulimus, vt veriorem editionis nostræ sensum integritati suæ restitueremus. Nec tamen tantum vetustati tribuimus, quin ecclesiæ vsum, & qui passim legitur & cantatur in templis textum pro captu reformaremus. Collatis igitur Latinis codicibus cum Hebræis qui nobis ex Hebræo canone traduntur, atque cum Græcis, qui tantum Græcè leguntur, differentias quibus antea Hieronymus, annotauimus, asteriſco * inquam, in quibus Latina à peregrina deficit editio: obelo ÷ in quibus abundat: & numeris 1. 2. 3. &c. in quibus illa dissidet. Quoniam verò nonnulli pseudochristiani interpretamentorum suorum virulentia adiectis ad marginem scholiis suis scripturæ sensum contaminarant, próque animi sui libidine aduersus Christi ecclesiam detorserant: reiectis illis ac exauctoratis, antagonistarum orthodoxiæque acerrimorum propugnatorum interpretationem, quæ huiusmodi excetras conficeret, virusque dilueret, substituimus. Quibus multa alia addidimus scolia his signis vt plurimum annotata [ ] quæ cætera maximè illustrent, & textum vbi obscurior videbatur, redderent clariorem. Hæc verò vt internosci posset à cæteris additionibus marginalibus, proposuimus alphabeticas literas a,b,c,d, &c. Annos præterea à mundo creato, & ante Christum natum, ex textu selectos cuilibet historiæ adiecimus. Consonantias rursum Iosephi, Ios. 2. 4. hoc est, Iosephus secundo lib. cap. 4. Decretorum, & Decretalium, cæterorúmque textus locorum, adiecto cuique capiti summario, in studiosorum magnum subleuamen annexuimus.

# Renati Benedicti Andegaui Parisiensis Theologi
## EXHORTATORIA AD LECTOREM ADMONITIO.

SATANAE, id est Dei omnipotentis gloriæ & hominum salutis hostis, in hoc pernicioſissimus astus deprehenditur, quod animaduertens, alta & subtili sua qua plurimum potest malitia, mortalium salutem & veram fælicitatem, ex Dei omnium rerum authoris, conseruatoris & prouisoris cognitione vera per fidem, & recognitione sincera per charitatem, de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta pendere: hæcque vniuersa verbo Dei securo, certo & salutifero fundamento niti & fulciri, ab eo semper, omni qua potuit via & ratione, homines abstrahere & reuocare tentauit. Sentit enim, & sæpius expertus est callidus & versipellis ille draco eum omnem qui verbo Dei armatus & insignitus fuerit, victoriam reportaturum, & per Dei gratiam, Christique potentissimum meritum eò conscensurum beatum, vnde ipse miserrimus deiectus est. Sic enim scriptum est: Hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra: Item, Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam & adepti sunt repromissiones. Item & illud: In omnibus sumite scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. At certum est fidem esse ex verbo Dei, illud ipsum confirmante Apostolo his verbis Romanorum decimo capite. Fides est ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Aut igitur Satanæ succumbendũ est, aut homines sunt verbo Dei destituendi & expoliandi. Huc ideo omnes semper neruos intẽdit, atque suas cogitationes & consilia conuertit, vt verbum Dei cuius certa & gloriosa nusquam non est victoria ab hominibus exularet, & velut aliquid peregrinum, imbecillum, tenue, molestum & fastidiosum (cùm tamen nihil eo sit dulcius, venustius & gratum magis iis, qui cum ipso familiaritatem inierunt) contemneretur & eiiceretur, vel etiamnum videretur & blasphemaretur. Hoc autem vt consequeretur ea vniuersa abiicienda & explodenda, aut saltem obscuranda & abusu pernicioso corrumpenda curauit non imprudenter, quæ Deus bonus, nostræque salutis cupidus instituerat media, quibus verbum suum hominibus communicaretur & in ipsis conseruaretur, hæreréque perpetuò ad eorum salutem. Ea autem media sunt prædicatio verbi Dei, lectio scripturarum sacrarum, & mystica fidei religionisque Christianæ professio, per traditiones, ceremonias & varium purúmque cultum Dei externum, ab iis qui ecclesiam fundarunt institutа, edicta & præcepta. Semper igitur nixus est Satanas harum mundi maligni tenebrarum imperator & rector, homines ne fidem per verbum Dei conciperent, impedire, vel eosdem à fidei gratia & munitione deiicere & deturbare, aut saltem eos ita deludere atque infascinare, vt sola aliqua persuasione nuda verbo Dei innixi, & religionem Christianam profitentes, hypocritas quàm Christianos & Dei electos magis referrent, cùm sint ficus infructuosa, foliis solis decora ornatáque, arbor illa quam non plantauit pater cœlestis, quæ tandem eradicabitur, & palmes non ferens fructum, qui tandem excidetur, & in ignem mittetur. Non siquidem baptizatis & ablutis Christi sanguine, sufficit ad salutem sine operibus fides, sine quibus, non minus quàm corpus sine anima, mortua est: dæmonum magis vana quàm electorum salutifera fides dicenda. Impium autem suum propositum, vt ad exitum perduceret, Satanas, vel ministros & prædicatores verbi Dei, fixa, firma, & lucentia sydera, per tyrannos suæ iniquitatis atque impietatis ministros persecutus est, & confecit: atque eorum loco, suos planetas exurgere fecit, vel sacrarum scripturarum volumina eiici exuríque, aut abscondi, obscurari, saltémque impia & pernicioſa expositione conspurcari & corrumpi curauit, vel denique omnem cultum Dei externum & manifestum exsibilari & conculcari aduixus est. Deus autem summa sapientia (quam vincere non potest Satanæ malitia) nullius quidem egens, sed hominum salutis amantissimus, etsi neminem nisi volentem fælicitate donat, ad eámque trahit, tamen nunquam cessat deluſu facles & imbecilles homines miseratus, eosdem ad verbi sui societatem & ascriptionem, vt eius victoriæ & gloriæ fiant participes, vocare. Qui enim sæpius interno pulsu ad se vocat homines singulos Deus æternus, publica omnibus salutis media constituit, in pastoribus, doctoribus, & aliis

Universidad de Deusto
Biblioteca

directoribus populi, cui & non sibi eos viuere oportet: memores quòd omnis gratia & Dei donatio ad ecclesiæ ædificationem debet referri, sicut etiam quod omnis vocatio (quæ sola homines alioquiæ quales distinguit) actionem requirit. Quum enim homines qui animo & corpore constant propter innatam ipsis ex peccato cum ignorantione infirmitatem, & oppugnatorum non paucorum violentiam, directoribus indigerent, ipsis dirigendis & gubernandis iure simul & necessitate quadam præstantiores, à Deò sunt præfecti. Alij quidem vt animum purgent, illuminent ad Deum & proximum amandum, & in omnibus studiosè agendum doceant, verbóque & factis incendant, hi theologi proprio vocabulo censentur. Alij verò vt in societate ciuili benè, iustè, honestè, beatéque viuatur, nemini iniuria inferatur, & suum cuique reddatur, constituti sunt. Hi Reges, Imperatores, & alij ex officio nominibus appellati sunt. Vt autem pulchrè in toto homine agitur, omnibus animi & corporis potentiis, partibus & organis, sua munia sine errore obeuntibus: sic beata erit Respublica, in qua pastores theologi, cum regibus & aliis principibus, eorúmque vicarijs magistratibus, Dei (cuius in regendo populo vices gerunt, eidem etiam de sua administratione rationem reddituri) salutis propriæ & Reipublicæ in qua præluceant memores, officio non deerunt. Illi enim leniter ad honestatem ciuilem, & ad salutis portum verbi Dei prædicatione electis semper gratissima, faciles & quietos perducent: hi verò rebelles, schismaticos, hæreticos & quoslibet rempublicam, in eáque pacificum conuictum turbantes, gladio quem non sine causa, sed in vindictam malorum & bonorum protectionem ferunt, excindent & tollent. Hæc duo sanè superiorum hominum genera si conuenant, & in suis vocationibus, dignitatibúsque non torpescant, nec eisdem abutantur, fieri non potest quin honore Dei amplificato, religione domini nostri Iesu Christi pura verè cognita, conseruata, & auctà: hæresibus, schismatibus, internis simultatibus in sinu ciuium delitescentibus, atque quotidie magis ac magis grassantibus factionibus, & reciprocis direptionibus funditus sublatis, Respublica floreat, & perpetuam fœlicitatem consectantes, veram ipsi sibi comparent laudem. Contra verò, si οἰκεῖα νόσῳ, quæ sua sunt, scilicet ambitiones, delicias, otium & auaritiam sectentur, nunquam pacatam tranquillámque Rempublicam videbimus, non magis quàm firma valetudo, ei corpori ineſſe non valet, quod affectas & oblasas habet præcipuas & digniores sui partes. Hinc enim prima mali nostri labes & fundi publici extrema calamitas, quod qui aliis superiores sunt, vocatione & dignitate (dolendum autem est, quod sæpius tales comperiũtur esse ecclesiastici: quid enim tam cognitum dissimulamus malum, quod nisi breui curetur, certum nobis afferet exitium?) satis esse sibi putant, si delitescant in authoritate speciosi vocabuli, cùm sint interim tepidi, frigidi, aut etiam nulli in suis obeundis muneribus. Quæ sanè res tantùm apud omnes ordines odium offensionémque ipsis concitat, vt nemo sit ferè iudicij sani & Reipublicæ amans, qui non & quidem vehementissimè indignetur, cùm videat eos, qui nullis bonis disciplinis, aut actionibus instructi sint, quin potius vita, moribúsque palàm denigrati sunt, primos omnium censeri, opibus & gloria florere, otium (cum nullum vnquam egerint vtile, honestúmque negotium) cum dignitate iniustè obtinere & superbè, cum bonorum & doctorum virorum Reipub. vtilium, vel etiamnum necessariorum indigno & intolerabili prorsus contemptu habere. Illi siquidem tanquam religio Christiana quippiam scenicum & fabulosum esset, sola externa curant: si tamen etiam illorum plerique, verum talium, vllam curam gerunt, ventrem suum & non ipsam religionem agnoscentes, amantes, & consectantes. Verùm in hac tanta, & tam abhominabili desolatione hoc me plurimum consolatur, quia Deus non irridetur, qui quùm volet à talibus impiis & laruatis maculis, à fucis, & ignauo pecore mercenariorum furum, & etiam luporum suã ecclesiam perpurgabit & liberabit. Esto autem communis error, exciterit: de curatione tamen tam, exitiosi languoris, & de officio singulis præstando, cogitandum tandem est, & quidem prorsus necessarium illud est, si subsistere volumus. Hoc autem in negotio, & præstando ex vocatione propria, Reipublicæ officio primi esse debent ecclesiæ pastores & doctores, per verbum Dei, quod solum vniuersos reformare verè poterit præsentibus morbis, tam in seipsis, quàm in alijs medendo. Debent enim (ni damnari à Deo, & ab hominibus exsibilari velint) episcopi & reliqui pastores, oratione, prædicatione, vitæ exemplo: vt etiam doctores diligenti scripturarum sacrarum perscrutatione & declaratione, piam, purámque verbi Dei veritatem hominum pectoribus inserere atque inseminare, & ab eisdem impietatem, ignorationem, errorem, depranationem, corruptionémque vniuersam auellere, extirpare eiicerèque. Ardere siquidem pro religione Iouis populus apparet, sed nisi verbo Dei conseruetur, statim videbitur tepere, frigere aut etiam congelare. Nihil enim habet diuturnum & constans populus, sed iugis continuáque in ipso dirigendo necessaria est compulsio. Debent igitur pastores doctoréque verbo dei puro, constanter & continuè proponendo, satanæ vafritiem dolúmve in scriptura sacra corrumpenda & perniciosè exponenda, proponendáne deregere, si suis gregibus sibique consultum cautúmque velint. Hoc autem melius & certius fieri (mea quidem sententia) non valet, quàm si pura scriptura sacra quasi postliminio repetatur, & ab infinitis, quibus obscurata & conspurcata est hæreticorum pernicijs expositionibus, ab episcopis, & theologis doctoribus, legendo, scribendo atque prædicando vindicetur. Illa namque catholico, & pio sensu proposita, nullo negotio aperientur, & vitabuntur cunctæ hæreticorum scripturam sacram prætexentium technæ. Hoc vident satis, & ad id totis viribus sese accingunt pij & docti quique, tam pastores pascentes, quàm theologi docentes, considerantes omnium statuum, & personarum reformationem per verbum Dei fieri debere. Hac autem in re vsque adeò necessaria, quantum laborarit, profecerit, & Rempublicam iuuerit optimus & doctissimus ille θεολογώτατος ἀνὴρ τοῦτ γάρ ἐστιν ἀκριβὴς scientia, virtutéque probatissimus Ioannes Benedictus theologus Parisiensis celeberrimus, dubitare nõ poterit, qui eius in vniuersum organum biblicum lucubrationes doctissimas & vtilissimas, necnon etiam in illud idem concordantias, reliquis aliis omnibus longè præstantiores, legerit diligenter. Viri igitur illius integerrimi & doctissimi, vtcunque vestigijs insistere cupiens, in totum instrumentum biblicum, stromata meditari & compilare cœpi, quæ si perficere Dominus dederit, putabo me puræ religionis verè studiosis nonnihil adiumenti ad intelligendas sacras scripturas, & hæreseõn impietatem agnoscendam, fugiendámque attulisse. Illorum autem quædam initia, & veluti delineamenta prima, rogatu Macæi bibliopolæ hic adieci, ratus illa non inutilia fore eloquiorum diuinorum studiosis, tantisper dum eadem accuro, limo & perficio. Rogemus autem omnes vnà Deum omnipotentem, à quo omne bonum, & vera sapientia, vt ipsius verbum in quo solo veræ reformationis collocata spes esse debet, currat, & apud omnes clarificetur, nemóq; tã ineptus iuueniatur, qui inuenta Cerere, glandem defendere velit: sed vniuersi ad sermonem Dei omnia sanantem confugiant, abusibus, erroribúsque cunctis eliminatis. Hos etenim, & ex illis profectam turbatam confusionem solum verbum Dei exterminabit, vt scribitur Apocalyp. 19. Huic igitur pro virili incumbamus, scripturam sacram catholicè, & sanè expositam, diurna, nocturnáque manu versando, & in ea meditando. Sic enim nostræ saluti, ecclesiæ ædificationi, Dei & Christi Iesu gloriæ, & nostro nomini consulemus, atque omnia salua, tutáque habebimus: aliter verò miserrimi futuri. Vale. Parisiis, in regia Nauarricorum theologorum domo, III. Nonas Iulii 1564.

INDEX TESTIMONIORVM A CHRISTO & Apostolis in nouo testamento citatorum ex veteri, quæ huc in id congesta sunt, vt pij lectores natiuam quorundam intelligentiam facilè assequi valeant, quæ ab ipso Christo vero interprete, & spiritu ei ue per Apostolos sunt tradita: perspiciántque in quem vsum ea adduxerint Apostoli & Euangelistæ.

## GENESIS.

1 d Masculum & fœminã fecit eos. Matth. 19. a. Mar. 10. a
2 a Requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis. Hebr. 4. b
2 b Factus est primus homo Adam in animam viuẽtem. 1. Corinth. 15. f
2 d Dimittet homo patrem & matrem, & adhæret. vxo. Matth. 19. a. Mar. 10. a. Eph. 5. g. 1. Cor 6. d
2 d Erunt duo in carne vna. Matth. 19. a. Marc. 10. a. 1. Corin. 6. d. Ephe. 5. g
12 a Exi de terra tua, & de cognat. Acto. 7. a
12 a Et in semine tuo bened. Acto. 3. a. Galat. 3. b
15 b Sic erit semen tuum. Roma. 4. c
15 b Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iust. Rom. 4. a. Iaco. 2. d. Gala. 3. a
15 c Erit semen tuum peregrinum. Acto. 7. a
17 a Quia patrem multarum gent. Rom. 4. c
18 b Secundum hoc tempus veniam, & Rom. 9. b
21 b Eiice ancillam & filium eius. Galat. 4. d
21 b In Isaac vocabitur tibi semen. Rom. 9. b
22 c Nisi benedicens benedicam te, & Heb. 6. c
22 d Quia benedicentur in te omnes gentes. Galat. 3. b. Acto. 3. d
25 c Quia maior seruiet minori. Roma. 9. c

## EXODVS.

3 b Ego sum deus Abraham, &c. Matth. 22. c. Marc. 12. c. Luc. 20. f
9 d In hoc ipsum excitaui te, vt. Rom. 9. d
12 g Os non comminuetis ex eo. Ioan. 19. f
13 c Omne masculinum adaperiens. Luc. 2. d
16 d Qui multum, non abundauit, &c. 2. Corint. 9. c
20 c Non mœchaberis. Matth. 5. d
20 c Non adulterabis, Non occides, &c. Rom. 13. c
20 c Non concupisces. Rom. 7. b
20 c Non occides. Matth. 5. c. Luc. 18. d
20 c Honora patrem tuum & matrem. Mat. 15. a. Mar 7. b. Ephe. 6. a
21 c Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur. Mat. 15. a. Marc. 7. b
21 c Oculum pro oculo, dentem. Matth. 5. f
22 d Principi populi tui non maled. Acto. 23. a
24 c Hic sanguis testamenti, quod. Hebr. 9. c
25 g Vide omnia facito secundum exemplar quod, &c. Hebr. 8. b. Acto. 7. f
32 a Fac nobis deos qui præcedant. Act. 7. c
33 d Miserebor cui voluero, &c, Rom. 9. c
34 d Non sicut Moyses ponebat. 2. Corint. 2. c

## LEVIT.

11 g Sancti eritis, quoniam ego. 1. Petr. 1. c
18 a Qui fecerit homo, viuet. Rom. 10. b. Galat. 3. b
19 c Non periurabis. Matth. 5. c
19 d Diliges proximum tuum sicut. Ro. 13. d. Gal. 5. c. Iaco. 2. b. Matth. 22. d. Marc. 12. c
19 d Diliges proximum tuum. Matth. 5. g
20 b Qui maledixerit patri, &c. Matth. 15. a
24 d Oculum pro oculo. Matth. 5. f
26 b Quoniam inhabitabo. 2. Corin. 6. d

## NVMERI.

9 b Os non comminuetis ex eo. Ioan. 19. f

## DEVTERON.

4 d Etenim deus noster ignis cos. Hebr. 12. g
5 b Non concupisces. Rom. 7. c. 13. c
5 b Non occides. Matth. 5. c. Luc. 18. d
5 b Non Mœchaberis. Matth. 5. d. luc. 18. d
5 b Non furtum facies. Luc. 18. d. Rom. 13. c
5 b Non loquêris contra proximum tuum falsum testimonium. Luc. 18. d. Rom. 13. c
5 b Honora patrem & matrem. Matth. 15. a. Mar. 7. b. Ephes. 6. a
6 a Audi Israel, dominus deus tuus. Marc. 12. c
6 a Diliges dominum deum tuum ex toto corde. Matt. 22. d. Marc. 12. c. Luc. 10. e
6 c. 10 d. Dominum deum tuum adorabis, &. Matth. 4. b. Luc. 4 b
6 c Non tentabis dominum. Matth. 4 b. Luc. 4. b
8 a Non in solo pane. Matth. 4. a. Luc. 4. a
10 d Deus personam hominis non acci. Galat. 2. b
18 c Prophetam suscitabit vobis. Acto. 3. d. 7. e
19 d In ore duorum vel trium test. 2. Corin. 13. a. Matthi. 18. b. Ioan. 8. c
19 d Oculum pro oculo, dentem, &c. Matth. 5. f
21 d Maledictus omnis qui pend. Galat. 3. b
25 b Non alligabis os boui trituranti. 1. Corinth. 9. a. 1. Timot. 5. c
25 b Si quis mortuus fuerit non habens filium. Matt. 21. c. Marc. 12. b. Luc. 20. e
27 d Maledictus omnis qui non perm. Galat. 3. b
30 c Quis ascendet in cœlum? Rom. 10. b
30 c Prope est verbum in ore tuo. Rom. 10. b
32 c Ego ad æmulationem vos addu. Rom. 10. d
32 c Mihi vindictam, ego retrib. Rom. 12. d

## IOSVE.

1 a Non te deseram, neque derel. Hebr. 13. a

## REGVM. II.

7 c Ego ero illi in patrem, & ipse. Heb. 1. b
19 b Domine prophetas tuos occid. Rom. 11. a
19 b Reliqui mihi septem milia virorum. Rom. 11. a

## IOB.

9 c Comprehendam sapientes in ast. 1. Corin. 3. d

## DAVID.

2 a Quare fremuerunt gentes? Acto. 4. e
2 b Filius meus es tu. Acto. 13. e. Hebr. 1. b. 5. b
2 c Reges eos in virga ferr. Apoc. 2. g. 19. c
4 b Irascimini & nolite peccare. Ephe. 4. f
5 c Sepulchrum patens est guttur. Rom. 3. b
6 c Discedite à me om. Matth. 7. d. 25. d. Luc. 13. f
8 b Ex ore infantium & lactentium. Matth. 21. q
8 c Quid est homo quòd memor es eius? Hebr. 2. a
8 Omnia subiecit sub pedibus. 1 Corin. 15. d
9 e Quorum os maledictione. Rom. 3. e
13 a Non est iustus quisquam. Rom. 3. b
13 b Veloces pedes eorũ ad effundendum sanguinẽ. Roma. 3. c
15 c Prouidebam dominum in consp. Acto. 2. d
15 b Non dabis sanctum tuum vid. Acto. 2. e. 13. e
17 a Ego ero fidens in eum. Heb. 2. c
17 g Propterea confitebor tibi in. Rom. 15. b
18 a Et quidem in omnem terram. Rom. 10. d
21 a Eli, eli Lamma sabbacthani. Matt. 27. d. Mar. 15. c
21 c Diuiserũt sibi vestimẽta mea. Mar. 27. d. Ioa. 19. e
2 c Nunciabo nomen tuum frat. Hebr. 2. e
23 a Domini est terra, & plen. 1. Corin. 10. f
34 c Odio habuerunt me gratis. Ioan. 15. d
30 a In manus tuas commendo spi. Luc. 23. f
31 a Beati quorum remissæ sunt iniqui. Rom. 4. a
33 c Qui enim vult vitam dilig. 1. Petr. 3. b
39 b Hostiam & oblationem nol. Hebr. 10. b
40 c Qui manducat mecum panem. Ioan. 13. b
43 d Propter te mortificamur to Rom. 8. g
44 b Thronus tuus deus in secul. Heb. 1. c
50 a Vt iustificeris in sermonibus. Rom. 3. a
54 d Iacta super dominum curam. 1. Pet. 5. b
61 a Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet. 1. Corinth. 3. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

67 d Ascendens in altum, captiuam.Eph.4.b
68 b Zelus domus tuæ com.Ioan.2.d
68 b Improperia improperantium.Rom.15.a
68 c Fiat mensa eorum coram.Rom.11.b
68 c Fiat commoratio eorum des.Act.1.d
68 e In siti mea potauerunt me.Ioan.19.f
77 a Aperiam in parabolis os.Mat.13.c
77 c Panem cœli dedit eis.Ioan.6.d
81 b Ego dixi, dij estis.Ioan.10.g
88 b Inueni Dauid seruum meum.Acto.13.d
90 c Angelis suis manda.Mat.4.a.Luc.4.b
93 b Dominus nouit cogitationes sapientum quoniã vanæ sunt.1.Corint.3.d
94 d Sicut iurauí in ira mea.Heb.4.a
94 c Hodie si vocem eius aud.Heb.3.b
96 b Et adorent eum omnes ang.Heb.1.c
101 d Tu in principio domine terram.Heb.1.c
103 a Qui facit angelos suos spiritus.Heb.1.c
108 b Et episcopatum eius accipiat.Acto.1.d
109 a Dixit dominus domino meo.matt.22.d.luc.20.g.Acto.2.f
109 a Sede à dextris meis.Heb.1.d
109 a Donec ponã inimicos tuos scabellum,&c.Heb.1.d.1.Corinth.15.d
109 b Tu es sacerdos in æternum.Heb.5.b.7.c
109 b Iurauit dominus, & non pœn.Heb.7.c
111 b Dispersit dedit pauperibus.2.Cor.9.c
115 a Credidi, propter quod locutus.2.Cor.4.c
115 a Omnis homo mendax.Rom.3.a
116 a Laudate dominum omnes gentes.Ro.15.c
117 a Dominus mihi adiutor, non tim.Heb.13.b
117 d Lapidem quem reprobaue.Matt.21.d.Marc.12.a Acto.4.b.1.Pet.2.b
117 d Hosanna filio Dauid.Mat.21.b
131 c De fructu ventris tui ponam.Act.2.e
139 a Venenum aspidum sub labiis.Rom.3.b

PROVER.

3 a Nolite esse prudentes apud.Rom.12.d
3 b Fili mi, noli negligere discipl.Heb.12.b
3 b Quem diligit dominus corripit, &c.Hebr.12.b. Apoca.3.d
10 b Charitas operit multitud.1.Pet.4.b
17 c Videte ne quis malum pro malo alicui reddat.1. Thess.5.d.1.Pet.3.b
20 c Qui maledixerit patri vel matri. Matthæi. 15.a Marc.7.b
25 c Si esurierit inimicus tuus.Rom.12.d
26 b Canis reuersus ad vomitum.2.Pet.2.d

ISAIAS.

1 c Nisi dominus sabaoth reliquiss.Rom.9.f
5 d Homo plantauit vineam.Matth.21.b.Luc.20.b. Marc.12.a
6 a Sanctus,sanctus,sanctus dominus deus.Apo.4.c
6 c Auditu audietis, & non intelligetis. Matt.13.b. Mat.4.b.Luc.8.b.Acto.28.f.Ioan.12.f.Ro.11.b
7 c Ecce virgo in vtero habebit.Mat.1.d
8 d Ecce ego & pueri mei quos.Heb.2.b
9 a Terra Zabulon & terra Neph.Mat.4.c
10 c Si fuerit numerus filiorum Israel tanquã arena maris.Rom.9.f
11 a Reuelabitur ille iniquus quem dominus interficiet.2.Thess.2.c
11 c Erit radix Iesse.Rom.15.c.Acto.13.d
21 c Cecidit cecidit Babylon.Apoc.14.b
22 d Mãducemus & bibamus,cras enim moriemur.1. Corint.15.e
22 f Hæc dicit sanctus & verus, qui.Apoc.3.b
25 c Absterget dominus omnem lachrymam ab oculis,&c.Apoc.7.d.21.b
28 c Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic.1.Corint.14.d
28 d Ecce pono in Sion lapidem offensionis.Rom.9. g.1.Pet.2.b.Acto.4.b
92 d Populus hic labiis me honorat. Matthæi.15.a Marc.7.b
29 c Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam &c.1.Corint.1.c
33 c Vbi sapiens? Vbi scriba?1.Corint.1.c
40 a Vox clamantis in deserto.Mat.3.a.Marc.1.a.Luc 3.a.Ioan.1.c
40 b Omnis caro fœnum.1.Petr 1.d.Iaco.1.d
40 d Quis enim cognouit sensum domini?aut quis instruxit eum?1.Cor.2.d
40 d Quis enim cognouit sensum domini? aut quis cõ siliarius eius fuit?Rom.11.d
41 b.44.a. Ego sum primus & nouissimus. Apoca.1. d.&.22.c
42 a Ecce puer meus, quem elegi.Mat.12.b
42 c Ecce noua facio omnia.Apocalyp.21.b. c.2.Corinth.5.d
45 d Viuo ego dicit dominus, quoniã mihi flectetur omne genu.Rom.14.b
45 b Nunquid dicit figmentum.Rom.9.d.
49 b Posui te in lucem gentium.Acto.13.g
49 c Tempore accepto exaudiui te,& in die salutis.2. Corint.6.a
49 e Non esurient, neque sitient.Apoc.7.d
50 c Tunc expuerunt in faciem eius.Matth.26.g
52 b Quàm specioси pedes euangelizantium pacem. Rom.10.c
52 d Propter quod exite de medio eorum, & separamini,&c.2.Corinth.9.d
52 b Nomen dei per vos blasph.Ro.2.d
52 d Quibus non est anunciarum de eo, videbunt. Rom.15.e
53 a Domine quis credidit auditui nostro? Roma.10. c.Ioan.12.f
53 b Ipse infirmitates nostras.Matth.8.c
53 c Tanquam ouis ad occisionem.Acto.8.f
53 d Et cum iniquis reputatus est.Marc.15.c.Luc.22.d
53 e Qui peccatum non fecit.1.Petr.2.d 1.Io.3.a
53 e Qui peccata nostra pertulit.1.Pet.2.d
54 a Lætare sterilis, quæ non paris.Galat.4.d
54 c Et erunt omnes docibiles dei.Ioan.6.e
55 a Et qui sitit veniat: & qui vult.Apoc.22.d
55 b Dabo vobis sancta Dauid.Acto.13.e
56 e Domus mea domus orationis vocabitur. Matth. 21.b.Marc.11.c.Luc.19.g
59 b Contritio & infœlicitas in viis.Rom.3.c
59 c Galeam salutis.Ephe.6.c.1.Thess.5.b
59 d Veniet ex Sion qui eripiat.Rom.11.d
60 c Et portæ eius non claudentur.Apoc.21.g
60 d Et ciuitas non eget sole.Apoc.21.g
60 d Nox vltra non erit.Apoc.22.a
61 a Spiritus domini super me.luc.4.c
62 d Dicite filiæ Sion, Ecce rex.Matth.21.a
64 b Quod oculus non vidit, nec.1.Cor.2.b
65 a Inuentus sum à non quærentibus.Rom.10.d
65 a Tota die expandi manus meas.Rom.10.d
65 c Nouos verò cœlos & nouam terram.2. Pet. 3.c. Apocalyp.21.a
66 a Cœlum mihi sedes est.Acto.7.f
66 g Vbi vermis eorum non moritur.Mar.9.g

IEREM.

7 b Vos autem feciſtis illam, speluncam latronum. Mat.21.b.Mar.11.c.Luc.19.g
9 g Qui gloriatur, in domino glorietur.1.Corint.1.d 2.Corinth.10.d
10 a Quis non timebit te domine? Apoc.15.b
15 d Ego sum scrutans renes.Apoc.2.f
31 c Vox in Rama audita est.Mat.2.d
31 a Ero vobis in patrem,& vos.2.Corinth.6.d
31 e Ecce dies venient dicit dominus, & consummabo super domum Israël.Heb.8.c

Hoc

31 f Hoc autem testamentum quod testabor ad illos &c. Dabo leges meas. Heb. 10. c
51 a Cecidit cecidit Babylon mag. Apoc. 18. a

EZECH.

5 a Accipe librum, & deuora illum. Apoc. 10. d
20 b Qui fecerit homo, viuet in ea. Rom. 10. b
32 b Sol obscurabitur, & luna non. Mat. 24. c
36 c Nomen dei per vos blasphematur. Ro. 2. d

DANIE.

9 g Cùm videritis abominationẽ desolationis. Mat. 24. b. Mat. 13. b. Luc. 21. d

OSEE.

1 d Et erit in loco vbi dictum est eis. Rom. 9. e
2 d Vocabo non plebem. Rom. 9. e. 1. Pet. 2. b
6 c Misericordiam volo, & non Mat. 9. b. 12. a
10 b Tunc incipient dicere montibus. Luc. 23. d
11 a Ex Ægypto vocaui filium meum. Mat. 2. c
13 d Absorpta est mors in. 1. Corin. 15. g

IOEL.

2 g Et erit in nouissimis diebus. Act. 2. c
2 g Omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Rom. 10. c

AMOS.

5 g Nunquid victimas & hostias. Acto. 7. e
6 a Væ vobis diuitibus. Luc. 6. d
9 c Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculũ Dauid. Act. 15. c

IONAS.

2 a Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus, &c. Matth. 12. c. Luc. 11. b
3 b Pœnitentiam egerũt in prædicatione Ionæ. Mat. 12. c. Luc. 11. b

MICHÆ.

5 a Et tu Bethleem terra Iuda. Mat. 2. a
7 b Veni separare hominem aduersus patrem suum, & filiam, &c. Mat. 10. d. Luc. 12. g

AGGÆ.

2 b Adhuc semel, & ego mouebo. Heb. 12. g

HABAC.

1 b Videte contemptores, & admiramini, & dispergimini: quia opus. Acto. 13. f
2 a Iustus autem ex fide viuit. Ro. 1. c. Galat. 3. b

NAHVM.

1 d Quàm speciosi pedes euangeliz. Ro. 10. c

ZACHAR.

8 c Loquimini veritatem vnus. Ephes. 4. f
9 b Ecce rex tuus venit. Mat. 21. a. Ioan. 12. b
11 c Et acceperunt triginta. Mat. 27. a
12 c Videbunt in quem compunxerunt. Io. 19. g
13 c Percutiam pastorem. Mat. 26. c. Mar. 14. b

MALACH.

1 a Iacob dilexi, Esau autem odio. Rom. 9. c
3 a Ecce ego mitto angelum meum. Matt. 11. b. Mar. 1. a. Luc. 7. d. Ioan. 1. c
4 b Ipse est Helias qui venturus erat. Mat. 11. b
4 b Quid est quod scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat. &c. Mat. 17. b. Mar. 9. b
4 b Vt conuertat corda patrum. Luc. 1. b

*INDEX ALTER IN QVO ITIDEM NOui instrumenti testimonia ex veteri excerpta annotauimus, si non ad verbum, certe iuxta sentiam, ex quorũ collatione, cum iis à quibus videntur desumpta, non parum lucis accedet Christianis lectoribus.*

GENESIS.

1 a Fide intelligimus aptata esse. Heb. 11. a
1 a Cœli erant prius & terra de. 2. Pet. 3. b
1 d Bene omnia fecit. Mar. 7. d
1 d Adam primus formatus est. 1. Timo. 2. d
2 d Non enim vir ex muliere. 1. Corin. 11. a
3 a Serpens seduxit Heuam astutia. 2. cor. 11. a
3 b Adam non est seductus. 1. timoth. 2. d
4 a Fide plurimam hostiam Abel quam. Heb. 11. a
4 b A sanguine Abel iusti. Matth. 23. d
4 b Non sicut Cain qui ex maligno. 1. Ioan. 3. b
4 b Væ illis qui in via Cain. Iudæ epist. d
5 c Fide, Enoch translatus est. Heb. 11. a
6 c Quando expectabant dei. 1. Pet. 3. d
6 c Fide, Noe responso accepto. Heb. 11. b
7 a Octauum Noe iustitiæ præconem. 2. Pet. 2. b
7 b Sicut in diebus ante diluuium. Matt. 24. d
9 a Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. Matt. 26. e. Apoc. 13. c
12 a Fide, qui vocatur Abraham. Heb. 12. b
14 d Hic enim Melchisedech, rex. Heb. 7. a
16 d Abraham filium habuit de ancilla. Gal. 4. c
17 b Et signum accepit circunci. Roma. 4. b. act. 7. a
18 a Fide, & ipsa Sara sterilis. Heb. 11. c
18 b Sicut Sara obediebat Abrahæ. 1. Pet. 3. a
19 b Euertit ciuitates Sodomorum. 2. Pet. 2. b
19 e Sicut Sodoma & Gomorrha. Iudæ epist. c
19 e Memores estote vxoris Lot. Luc. 17. g
19 e Sicut factum est in diebus Lot. Luc. 17. f
21 a Abraham habuit filium de libera. Gal. 4. c
22 a Fide obtulit Abraham Isaac. Heb. 11. d
22 b Offert Abraham filium Isaac super. Iaco. 2. d
22 c Sicut locutus est ad patres. &c. Luc. 1. e
25 c Rebecca ex vno concubitu. Roma. 9. b
25 d Ne quis fornicator aut proph. Heb. 12. d
27 d Fide, & de futuris benedixit. Heb. 11. d
48 c Fide, Iacob moriens, singulos. Heb. 11. d
49 b Quem scripsit Moyses in lege. Ioan. 1. g
50 d Fide, Ioseph moriens, de profect. Heb. 11. d

EXOD.

2 a Fide Moyses natus, occultatus. Heb. 11. d
2 b Moyses grandis factus. Heb. 11. c
2 b Cùm vidisset Moyses quendam. Acto. 7. c
3 a Expletis annis quadraginta. Act. 7. d
12 d Fide, celebrauit pascha. Heb. 11. c
14 c Omnes in Moyse baptizati. 1. Cor. 10. a
14 c Fide transierunt mare rubrum. Heb. 11. c
16 c Patres vestri manducauerunt. Ioan. 6. c
16 d Panem de cælo dedit eis. Ioan. 6. d
16 d Omnes eandem escam spirit. 1. Cor. 10. a
17 b Bibebant de spirituali. 1 Corint. 10. a
19 b Et si bestia tetigerit montem. Heb. 12. e
19 c Gens sancta populus acquisitionis. 1. Pet. 2. b
20 b Non periurabis. Matth. 5. e
20 c Non homicidium facies. Matth. 19. c
20 c Non enim accessistis ad tract. Heb. 12. e
24 c Lecto omni mandato legis. Heb. 9. c
26 a 36. a. Tabernaculum factum est. Heb. 9. a
32 b Neque idololatræ efficiamini. 1. Cor. 10. b

LEVIT.

12 a In Sabbatho circunciditis. Ioan. 7. c
12 a Postquam impleti sunt dies octo. Luc. 2. c
12 a Postquam impleti sunt dies. Luc. 2. d
12 c Vt darent hostiam secundum quod. Luc. 2. d
14 a Offer munus tuum quod præcepit Moyses, &c. Matth. 8. a. Marc. 1. d. Luc. 5. c
16 d Omnis multitudo populi erat. Luc. 1. a
16 e Si enim sanguis hircorum. Heb. 9. d
19 c Nolite in personarum accep. Iacob. 2. a. b
19 d Si peccauerit in te. Matth. 18. b. Luc. 17. a
20 a In lege Moyses mandauit. Ioan. 8. a

NVMER.

8 c Omne masculinum adaperiens. Luc. 2. d
9 d Patres nostri omnes sub nube. 1. Cor. 10. a
11 b Panem de cœlo dedit eis man. Ioan. 6. d
12 b Sicut & moyses in omni domo. Heb. 3. a

Cadauera

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 f Cadauera filiorum Israel prostra. Heb. 3. d
14 f Neque murmurauerit is. 1. Corint. 10. c
16 a In contradictione Core. Iudæ epist. d
19 a Quorum enim animalium sanguis. Heb. 13. b
20 b Bibebant autem de spirituali. 1. Corint. 19. a
21 b Neque tentemus Christum. 1. Corin. 10. b
21 c Sicut Moyses exaltauit serpentem. Ioan. 3. b
22 d Animal mutum subiugale. 2. Petr. 2. c
22 d Errore Balaam mercede effusi sunt. Iudæ epist. d. 1. Petr. 2. c
24 c Balaam docebat Balac mittere. Apoc. 2. d
25 b Neque fornicemur sicut. 1. Corin. 20. b
26 g Prostrati sunt in deserto. 1. Corin. 10. b
28 a Sabbatis sacerdotes in temp. Matth. 12. a

DEVTERON.

1 c 16. d. Nolite in personarum. Iacob. 2. a b
5 b Non periurabis. Matth 5. e
10 d Non est acceptio personarum apud deum. Ro. 2. b. Act. 10. e. Coloss. 3. d. Ephe. 6. b. 1. Pet. 1. c
17 b Irritam quis faciens legem Moysi. Heb. 10. e
18 a Nescitis quoniam qui in sacr. 1. Corin. 9. b
24 a Quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellum Matth. 5. c. 19. b. Marc. 10. b

IOSVE.

2 a Similiter & Rahab meretrix. Iacob. 2. d
6 c Fide, muri Iericho corruerunt. Hebr. 11. e
6 d Fide, Rahab meretrix non periit. Heb. 11. f

REGVM I.

21 b Non legistis quid fecerit Dauid quando esuriit. Matth. 12. a. Marc. 2. d. Luc. 6. a

REGVM III.

2 b Liceat audenter dicere ad. Act. 2. c. 13. c
10 a Regina Austri venit. Matth. 12. d. Luc. 11. d
17 a In diebus Eliæ clausum est cœlum. Luc. 4. d
17 a Elias homo erat similis nobis. Iaco. 5. d

REGVM IIII.

4 e Neminem per viam salutaueritis. Luc. 10. a
5 d Multi leprosi erant in Israel. Luc. 4. e

I. PARALIP.

8 b Nec quisquam sumit sibi honorem. Hebr. 5. b

IOB.

1 d Nihil intulimus in hunc muundum. 1. Timo. 6. b
5 c Beatus vir qui suffert tentat. Iacob. 1. b
34 b Non est personarum acceptor deus. Acto. 10. e

DAVID.

40 c Filius hominis vadit, sicut scriptum est Matt. 26. b. Marc. 14. b. Luc. 22. b
131 a Petit Dauid vt inueniret. Acto. 7. f

PROVERB.

11 d Si iustus vix saluabitur. 1. Petr. 4. d
17 d Sit autem omnis homo velox. Iacob. 1. c
20 b Si dixerimus quia peccatum. 1. Ioan. 1. d
24 c Nolite in personarum acceptione. Iacob. 2. a
25 a Cùm vocatus fueris ad prandium. Luc. 14. c

ISAIAS.

8 c Ecce positus est hic in ruinam &. Luc. 2. e
13 b Statim post tribulationem dierum illorum sol. Mat. 25. c. Marc. 13. c. Luc. 21. e
41 b Suscepit Israel puerum suum. Luc. 1. e
54 a Beatæ steriles, & ventres qui. Luc. 23. d
58 b Esurui, & dedistis mihi man. Matth. 25. c
63 a Et vestitus erat veste aspersa. Apoc. 19. c

IEREM.

2 d Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam. Matth. 21. d. Marc. 12. a. Luc. 20. b
18 a Nunquid dicit figmentum ei qui. Rom. 9. d

EZECH.

3 e Et cùm consummati fuerint. Apoc. 20. c
12 f Vbi est promissio aut aduent. 2. Pet. 3. b
18 b Esurui, & dedistis mihi man. Matth. 25. c

DANIEL.

7 c Et erat numerus eorum milia. Apoc. 5. d
12 c Et angelus quem vidi stantem. Apoc. 10. b

IOEL.

3 c Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum Matth. 24. c. Marc. 13. c. Luc. 21. e

MICHÆ.

2 c Non habemus hic manentem. Hebr. 13. e
4 c Regnabit in domo Iacob. Luc. 1. c

FINIS.

# INCIPIT EPISTOLA SANCTI HIERONYMI AD PAVLINVM PRESBYTERVM: DE OMNIBVS DIVINAE HISTORIAE LIBRIS.

FRATER *Ambrosius tua mihi munuscula perferens detulit simul & suauissimas literas, quæ à principio amicitiarum, fidem probatæ iam fidei, & veteris amicitiæ præferebant. Vera enim illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, non præsentia tantum corporum, non subdola & palpans adulatio, sed dei timor, & diuinarum scripturarum studa conciliant. Legimus in veteribus historiis, quosdam lustrasse prouincias, nouos adiisse populos, maria transisse: vt eos quos ex libris nouerant, coràm quoque viderent. Sic Pythagoras Memphiticos vates, sic Plato AEgyptum, & Archytam Tarentinum, eámque oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissimè peragrauit: vt qui Athenis magister erat, & potens, cúiusque doctrinam Academiæ gymnasia personabant, fieret peregrinus atque discipulus: malens aliena verecundè discere, quàm sua impudenter ingerere. Denique cum literas quasi toto orbe fugientes persequitur, captus à piratis atque venundatus, etiam tyranno crudelissimo paruit, ⊢ ductus ] captiuus, vinctus, & seruus: tamen quia philosophus, maior emente se fuit. Ad Titum Liuium, lacteo eloquentiæ fonte manantem, de vltimis Hispaniæ Galliarúmque finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad comtemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus seculis, celebrandúmque miraculum, vt vrbem tantam ingressi, aliud extra quærerẽt. Apollonius, siue ille magus (vt vulgus loquitur) siue philosophus, vt Pythagorici tradunt, intranit Persas, pertransiit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiæ regna penetrauit: & ad extremum, latissimo Phison amne transmisso, peruenit ad Brachmanas, vt Hiarcham in throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos, de natura, de motibus syderum, ac dierum cursu, audiret docentem. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæsthinos, reuersus Alexandriam, perrexit Æthiopiam, vt Gymnosophistas, & famosissimam Solis mensam videret in sabulo. Inuenit ille vir vbique quod disceret, & semper proficiens, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissimè octo voluminibus Philostratus. Quid loquar de seculi hominibus, cùm Apostolus Paulus vas electionis, & magister gentium, qui de conscientia tanti in se hospitis loquebatur, ⊢ dicens: ] An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? post Damascum Arabiámque lustratam, ascendit Ierosolymam: vt videret Petrum,* Actо.9.c. 1.Tim.2.c. 2.Cor.13.a. Galat.1.d

1.Manscrit. *& [1] mansit ] apud eum diebus quindecim: Hoc enim mysterio hebdomadis & ogdoadis, futurus gentium prædicator instruendus erat. Rursúmque post annos quatuordecim, assumpto Barnaba & Tito,*

2. Exposuerit. *[2] exposuit ] Apostolis euangelium: ne forte in vacuum curreret, aut cucurrisset. Habet enim nescio quid latentis*

3. Ἐνεργείας Viua vox. *[3] energiæ, viuæ vocis actus, ] & in aures discipuli de authoris ore transfusa, fortius sonat. Vnde & Aeschines cum Rhodi exularet, & legeretur illa Demosthenis oratio, quam aduersus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, suspirans ait: Quid si ipsam audissetis bestiam sua verba resonantem? Nec hoc dico, quòd sit aliquid in me tale, quod vel possis ⊢ à me audire, ] vel discere velis: sed quòd ardor tuus & discendi studium, etiam absque nobis per se probari debeat. Ingenium docile, & sine doctore laudabile est. Non quid inuenias, sed quid quæras, consideramus. Mollis cera, & ad formandum facilis, etiam si artificis & plastæ cessent manus: tamen virtute totum est, quicquid esse potest. Paulus Apostolus ad pedes Gamalielis legem Moysi & Prophetas di-*

Gala.1.d.

Actо.22.a 2.Cor.10,b.

4.Diceret. 5. Consilia. *ciisse se gloriatur: vt armatus spiritualibus telis, postea [4] doceret ] confidenter: Arma nostræ militiæ, non carnalia sunt: sed potentia deo, ad destructionem munitionum, & [5] cogitationes ] destruentes, & omnem altitudinem extolentem se aduersus scientiam dei: & captiuantes omnem intellectum ad obediendum Christo: & parati subiugare omnem inobedientiam. Ad Timotheum scribit ab infantia sacris literis eruditum, & hortatur ad studium lectionis, ne negligat gratiam quæ data sit ei per*

2.Tim.3.d. 1.Tim.4.d. Tit.1.b.

6.Quem. *impositionem manus presbyterij. Tito præcipit, vt inter cæteras virtutes episcopi, [6] quas ] breui sermone depinxit, scientiam quoque non negligat scripturarum, obtinentem, inquit, eum qui secundum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

doctrinam est, fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. Sancta quippe rusticitas solùm sibi prodest: & quantum ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantum nocet si destruentibus non resistat. Malachias Propheta, imò per Malachiam dominus, inter- Malac. 2.b.
rogauit Sacerdotes legem. Intantum Sacerdotis officium est, interrogatum respondere de lege. Et in Deute. 32.a.
Deuteronomio legimus: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: 7 maiores ]tuos, & dicent ti- 7. Scaiotes.
bi. In psalmo quoque centesimodecimo octauo: Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. Et in descriptione iusti viri, cùm eum Dauid arbori vitæ, quæ est in Paradiso, Psal. 118.a
compararet: inter cæteras virtutes hoc etiam intulit: In lege domini voluntas eius, & in lege eius Daniel. 12.b.
meditabatur die ac nocte. Daniel in fine sacratissimæ visionis ait iustos fulgere quasi stellas: & intelligentes, id est doctos, quasi firmamentum. Vides quantum inter se distant, iusta rusticitas, & docta iustitia? Alij stellis, alij cælo comparantur. Quanquam iuxta Hebraicam veritatem, vtrunque de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus apostolus vas electionis? Nempe quia vas legis, & scripturarum sanctarum erat armarium. Acto. 9.c
Matth. 7.d
Luc. 2.g
Pharisæi stupent 8 in domini doctrina,] & mirantur in Petro & Ioanne quomodo legem sciant, cùm Act. 4.c.
literas non didicerint. Quicquid enim aliis exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere solet, Ioan. 6.f.
illis hoc Spiritus sanctus suggerebat. Et erant, iuxta quod scriptum est, θεοδίδακτοι, id est, docibiles deo. Luc. 2.f
Duodecim annos Saluator impleuerat, & in templo senes de quæstionibus legis interrogans, magis docet, dum prudenter interrogat. Nisi forte rusticum Petrum, rusticum Ioannem dicimus, quorum 2. Cor. 11.b.
vterque dicere poterat, Etsi imperitus sermone, non tamen scientia. Ioannes rusticus, piscator, indo- Ioan. 1.a
ctus? Et vnde illa vox obsecro? In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum? Λόγος enim Græcè multa significat. Nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & ea sa vniuscuiusque rei, per quam sunt singula quæ subsistunt: quæ vniuersa rectè intelligimus in Christo. Hoc doctus Plato nescivit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Perdam, iniquit, sapientiam sapien- Abdi. 1.c.
tium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vera sapientia perdet falsam sapientiam: & quan- Isa. 29.c
quam stultitia prædicationis in cruce sit, tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos. Sapien- 1. Cor. 1.b.
tiam autem non seculi istius, quæ destruitur: nec principum huius seculi: sed loquitur dei sapientiam 1. Cor. 2.b.
in mysterio absconditam, quã prædestinauit deus ante secula. Dei sapientia Christus est. Christus enim dei
virtus & dei sapiẽtia. Hæc sapientia in mysterio absc̃dita est: de qua & noni psalmi titul⁹ prænotatur
Pro occultis filij: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei absconditi. Et qui in mysterio Coloss. 2.a.
absconditus erat prædestinatus est ante secula: prædestinatus autem & præfiguratus in lege & pro-
phetis. Vnde & Prophetæ appellabantur Videntes: quia videbant eum, quem cæteri non videbant.
Abraham vidit diem eius, & lætatus est. Aperiebantur cæli Ezechieli, qui populo peccatori clausi Ioan. 8.g
erant. Reuela, inquit Dauid, oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritalis Ezech. 1.a
est, & reuelatione opus est vt intelligatur, ac reuelata facie dei gloriam contemplemur. Liber in Psal. 118.a.
Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur: quem si dederis homini scienti literas, vt legat, respon- Roma. 7.c.
debit tibi: Non possum: signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse literas? & tenent signatum li- 2. Cor. 3.d.
brum, nec aperire possunt, nisi ille reserauerit qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: Apoc. 5.a.
claudit, & nemo aperit. In actibus Apostolorum sanctus eunuchus, imo sanctus vir (sic enim eum san- Isa. 29.d:
cta scriptura cognominat) cùm legeret Isaiam prophetam, interrogatus à Philippo: Putásne intelligis, quæ legis? respondit: Quomodo possum, nisi aliquis me docuerit? Ego (vt de me loquar interim) Apoc. 3.b.
nec sanctior sum hoc eunucho, nec studiosior, qui de Æthiopia, id est de extremis finibus mundi, venit Act. 8.c.
ad templum, reliquit aulam regiam, & tantus amator legis fuit diuinæ, atque scientiæ, vt etiam in
vehiculo literas legeret sacras. Et tamen cùm librum teneret, & verba domini cogitatione conciperet,
lingua volueret, labiis personaret, ignorabat eum quem in libro nesciens venerabatur. Venit Philippus,
ostendit ei Iesum, qui clausus latebat in litera. O mira doctoris virtus. Eadem hora credidit eunuchus,
baptizatur, fidelis & sanctus magister efficitur de discipulo: plus in deserto fonte Ecclesiæ, quàm in
aurato synagogæ templo reperit. Hæc à me perstricta sunt breuiter: neque enim epistolaris angustia
euagari longius patiebatur: vt intelligeres, te in scripturis sacris sine præuio & monstrante, semitam
non posse ingredi. Taceo de grammaticis, rhetoribus, philosophis, geometris, dialecticis, musicis, astro-
nomis, astrologis, medicis, quorum scientia mortalibus ⟨ satis ] vel vtilissima est, & in tres partes Artes liberales.
scinditur, τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. id est, in doctrinam, rationem, & vsum. Ad minores

artes veniam,& quæ non tam lingua, quàm manu administrantur. Agricolæ,cæmentarij, fabri me- Artes mechanicæ.
tallorum,lignorúmque cæsores,lanarij quoque & fullones,& cæteri qui variã supellectilem,& vilia opuscula fabricant: absque doctore esse non possunt quod cupiunt. Quod medicorũ est,promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicant. Scribimus indocti,doctique poëmata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex,hanc sophista verbosus,hanc Persi. sat.1.
vniuersi præsumunt, laterant, docent, antequam discant. Alij adducto supercilio grandia verba trutinantes, inter mulierculas de sacris literis philosophantur. Alij discunt, proh pudor, à fœminis, quod viros doceant: & ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, imo audacia, edisserunt aliis, quod ipsi non intelligunt. Taceo de mei similibus, qui si forte ad scripturas sanctas post seculares literas venerint,& sermone composito aures populi mulserint,quicquid dixerint,hoc legem dei putant. Nec scire dignantur quid Prophetæ, quid Apostoli senserint: sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit, & non vitiosissimum [9] dicendi] genus, deprauare sententias, & ad voluntatem suam,scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homerocentonas, & Virgiliocentonas,ac non sic etiam & Maronẽ sine Christo posimus dicere Christianum, quia scripserit: Iam redit & virgo,redeunt Saturina regna. Iam noua progenies cælo demittitur alto. Et patrem loquentem ad filium: Nate, meæ vires, mea magna potentia solus. Et post verba Saluatoris in cruce: Talia perstabat memorans, fixúsque manebat. Puerilia sunt hæc: & circulatorum ludo similia, docere quod ignores: imò vt cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire, quod nescias. Videlicet manifestissima est Genesis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de confusione linguarum & gentium, vsque ad exitum scribitur Hebræorum. Patet Exodus cum decem plagis, cum decalogo, cum mysticis diuinisque præceptis. In promptu est Leuiticus liber, in quo singula sacrificia, imò singulæ penè syllabæ, & vestes Aaron, & totus ordo Leuiticus spirant cælestia sacramenta. Numeri verò nónne totius arithmeticæ, & prophetiæ Balaam, & quadraginta duarum mansionum per eremum, mysteria continent? Deuteronomium verò secunda lex, & euangelicæ legis præfiguratio: nónne sic ea habet quæ priora sunt, vt tamen noua sint omnia de veteribus? Hucusque Moyses, hucusque Pentateuchus, quibus quinque verbis loqui se velle Apostolus in Ecclesia gloriatur. Iob exemplar patientiæ, quæ non mysteria suo sermone complectitur? Prosa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitur: omnésque leges dialecticæ, propositione, assumptione, confirmatione, conclusione, determinat. Singula in eo verba plena sunt sensibus: & vt de cæteris sileam, resurrectionem corporum sic prophetat, vt nullus de ea vel manifestius vel cautius scripserit. Scio, inquit, quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Veniam ad Iesum Naue, qui typum domini non solùm in gestis, verùm etiam in nomine præfert. Transit Iordanem,hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia, ecclesiæ cælestisque Ierusalem spiritalia regna describit. In Iudicum libro, quot principes populi, tot figuræ sunt. Ruth Moabitis Isaiæ explet vaticinium, dicentis: Emitte agnum domine dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion. Samuel in Heli mortuo, & in occiso Saul, veterem legem abolitam monstrat: porrò in Sadoch, atque Dauid, noui sacerdotij, nouíque imperij sacramenta testatur. Malachim, id est tertius & quartus Regum liber, à Salomone vsque ad Iechoniam,& ab Ieroboam filio Nabath vsque ad Osee,qui ductus est in Assyrios: regnum Iuda,& regnum describit Israel. Si historiam respicias, verba simplicia sunt: si in literis sensum latentem inspexeris,ecclesiæ paucitas,& hæreticorum contra ecclesiam bella narrantur. Duodecim prophetæ in vnius voluminis angustias coarctati, multo aliud quàm sonant in litera, præfigurant. Osee crebrò nominat Ephraim, Samariam, Ioseph, Iezrael, & vxorem fornicariam,& fornicationis filios, & adulteram cubiculo clausam mariti, multo tempore sedere viduam, & sub veste lugubri, mariti ad se reditum præstolari, Ioel filius Phatuel, describit terram duodecim tribuum, eruca, brucho locusta, rubigine vastante [10] consumptam:] & post euersionem prioris populi effusum iri Spiritum sanctum super seruos dei & ancillas, id est super centumuiginti credentium nomina, [11] & effusum iri] in cænaculo Siõ. Qui centumuiginti ab vno vsque ad quindecim, & paulatim & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in psalterio mystice continentur. Amos pastor, & rusticus, & ruborum mora distringens, paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè exprimat tria

9. Docendi.

Hęc animaduertant Neoterici.

Virgilius ecloga.4. Aeneid.1. Aneid.2.

Genesis.

Exodus.

Leuiticus.

Numeri.

Deuteronomium.

1.Cor.14.d. Iob

Iob.19.b.

Iosue.

Iudicum.

Ruth.

Regum.1&.

Regũ.3.4.

Osee.

Ioel.

Amos.

10. Corruptam.

11. Quæ est fundenda erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quatuor scelera Damasci & Gazæ, Tyri & Idumææ, & filiorum Ammon & Moab: & in septimo & octauo gradu Iudæ & Israel? Hic loquitur ad vaccas pingues quæ sunt in Samariæ monte, & ruituram domum maiorem minorémque testatur. Ipse cernit fictorem locustæ, & stantem dominum super murum litum vel adamantinum, & vncinum pomorum, attrahentem supplicia peccatoribus, & famem in terra, non famem panis, nec sitim aquæ, sed audiendi verbum dei. Abdias, qui interpretatur seruus domini: pertonat contra Edom, [& fratrem:] fratris quoque Iacob semper æmulum, hasta percutit spiritali. Ionas pulcherrima columba, naufragio suo passionem domini præfigurans, mundum ad pœnitentiam reuocat, & sub nomine Niniue, gentibus salutem nunciat. Michæas de Morasthi, cohæres Christi, vastationem annunciat filiæ latronis, & obsidionem ponit contra eam, quia maxillã percusserit iudicis Israel. Nahum consolator orbis, increpat ciuitatem sanguinum, & post euersionem illius loquitur: Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem. Habacuc luctator fortis & rigidus, stat super custodiam suam, & figit gradum super munitionem, vt Christũ in cruce contẽpletur, & dicat: Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit. cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius. Sophonias speculator, & arcanorum dei cognitor, audit clamorem à porta piscium, & eiulatum à secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoque vlulatum habitatoribus Pilæ, quia cõticuit omnis populus Chanaan, [13] dispersi sunt] vniuersi qui inuoluti erãt argento. Aggæus festiuus & lætus, qui seminauit in lachrymis, vt in gaudio meteret, destructũ templũ reædificat, deúmque patrẽ inducit loquentem: Adhuc vnum modicum, [& quia] & ego commouebo cœlũ & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus. Zacharias memor domini sui, multiplex in prophetia, Iesum vestibus sordidis indutum, & lapidem oculorum septem, candelabrúmque aureum cum totidem lucernis quot oculis, duas quoque oliuas à sinistris lampadis cernit, & à dextris, vt post equos rufos, varios, nigros, & albos, & dissipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Ierusalem, pauperem Regem vaticinetur, & prædicet Regem sedentem super pullum filium asinæ subiugalis. Malachias apertè & in fine omnium prophetarum de abiectione Israel, & vocatione gentium: Non est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra: Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Isaiã, Ieremiam, Ezechielem, & Danielem, quis potest vel intelligere, vel exponere? Quorum primus non prophetiam videtur mihi texere, sed euangelium. Secundus virgam nuceam, & ollam [14] accensam] à facie aquilonis, & pardum spoliatum suis coloribus, & quadruplex diuersis metris nectit alphabetum. Tertius principia & finem tantis habet obscuritatibus inuoluta, vt apud Hebræos ipsæ partes cum exordio Geneseos, ante annos triginta non legantur. Quartus verò, qui & extremus inter quatuor prophetas, temporum conscius, & totius mundi [15] philohistoricus.] lapidem præcisum de mõte sine manibus, & regna omnia subuertentem, claro sermone pronunciat. Dauid Simonides noster, Pindarus, & Alcæus, Flaccus quoque, Catullus atque Serenus, Christum lyra [16] prædicat,] & in decachordo psalterio ab inferis excitat resurgentem. Salomon pacificus & amabilis domini, mores corrigit, naturam docet, ecclesiam iungit, & Christum, sanctarúmque nuptiarum dulce canit epithalamium. Esther in ecclesiæ typo populum liberat de periculo, & interfecto Haman, qui interpretatur iniquitas, partes conuiuii & diem celebrem mittit in posteros. Paralipomenon liber instrumenti veteris ἐπιτομὴ, id est, epitome, tantus ac talis est, vt absque illa si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat. Per singula quippe nomina, iuncturásque verborum, & prætermissæ in Regum libris tanguntur historiæ, & innumerabiles explicantur euangelij quæstiones. Esdras & Nehemias, adiutor videlicet & consolator à domino, in vno volumine coarctantur: instaurant templum, muros extruunt ciuitatis, omnisque illa turba populi redeuntis in patriam, & descriptio sacerdotum, leuitarum, Israelis, proselytorum, ac per singulas familias murorum & turrium opera diuisa, aliud in cortice præferunt, aliud in medulla retinent. Cernis me scripturarum amore raptum, excessisse modum epistolæ, & tamen non implesse quod volui. Audiuimus tantùm quid nosse, quid cupere debeamus, vt & nos quoque possimus dicere: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Cæterùm illud Socraticum impletur in nobis: Hoc tantum scio, quod nescio. Tangam & nouum breuiter testamentum. Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes, quadriga domini, & verum Cherub, quod interpretatur scientiæ plenitudo, per totum corpus oculati sunt, scin-

12. Hominẽ

13. Disperierunt.

14. Succensam.

15. Philistæos.

16. Personat.

Abdias. Ionas. Michæas. Nahum. Habacuc. Sophonias. Aggæus. Zacharias. Malachias. Isaias. Ieremias. Ezechiel. Daniel. Dauid psalmos. Proverbia. Eccles. Cantica. Esther. Paralipomenon. Esdras. Nehemias. Psal. 111. Matthæus. Marcus. Lucas. Ioannes.

illæ micant, discurrunt fulgura, pedes habent rectos, & in sublime tendentes, terga pennata, & vbique volutantia, tenent se mutuò, sibíque perplexi sunt, & quasi rota in rota voluuntur, & pergunt quocunque eos flatus Spiritus sancti perduxerit. Paulus. Paulus apostolus ad septem scribit ecclesias, octaua enim ad Hebræos, à plerisque extra numerum ponitur) Timotheum instruit & Titum, & Philemonem profugitiuo famulo deprecatur: super quo melius tacere puto, quàm pauca scribere. Actus. Actus apostolorum. Actus apostolorum nudam quidem videntur sonare historiam, & nascentis ecclesiæ infantiam texere: sed si nouerimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, cuius laus est in euangelio: animaduertemus pariter omnia verba illius animæ languentis esse medicinam. Iacobus. Petrus. Ioannes. Iudas. Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas, apostoli, septem epistolas ediderunt tam mysticas quàm succinctas, & breues pariter & longas: breues in verbis, longas in sententiis: vt rarus sit qui non in earum cæcutiat lectione. Apocalypsis. Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta, quot verba. Parum dixi, & pro merito voluminis laus omnis inferior est: In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ. Oro te frater charissime, inter hæc viuere, ista meditari, nil aliud nosse, nihilque aliud quærere: nónne videbitur tibi iam hic in terris regni cælestis habitaculum? Nolo offendaris in scripturis sanctis simplicitate & quasi vilitate verborum, quæ vel vitio interpretum, vel de industria sic prolata sunt, vt rusticam concionem facilius instruerent: & in vna eádémque sententia, aliter doctus, aliter [17] sentiret] indoctus. Non sum tam petulans & hebes, vt hæc me nosse pollicear, & eorum fructus capere in terra, quorum radices in cælo fixæ sunt: sed velle fateor, & sed eniti me profiteor.] sedenti me præsero: magistrum renuens, comitem spondeo. Petenti datur, pulsanti aperitur, quærens inuenit. Discamus in terris, quorum scientia nobis perseueret in cælo. Obuiis te manibus excipiã, &, vt ineptè aliquid ac de Hermagoræ tumiditate effundam, quicquid quæsieris, tecum scire conabor. Habes hic amantissimum tui fratrem Eusebium, qui literarum tuarum mihi gratiam duplicauit: referens honestatem morum tuorum, contemptum seculi, fidem amicitiæ, amorem Christi. Nam prudentiam, & eloquij venustatem, etiam absque illo ipsa epistola præferebat. Festina quæso te, & hærentis in salo nauiculæ funem magis [18] præscinde.] quàm solue. Nemo renunciaturus seculo, benepotest vendere, quæ contempsit vt venderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum est: Auaro tam deest quod habet, quàm quod non habet. Credenti, totus mundus diuitiarum est. Infidelis autem etiam obolo indiget. Sic viuamus, quasi nil habẽtes, & omnia possidentes. Victus atque vestitus, diuitiæ Christianorum sunt. Si habes in potestate rem tuam, vende: si non habes, proüce. Tollenti tunicam, & pallium relinquendum est. Nisi scilicet tu semper recrastinans, & diem de die trahens, cautè & pedetentim tuas possessiunculas vendideris: non habet Christus vnde alat pauperes suos. Totum deo dedit, qui se obtulit. Apostoli tantùm nauem & retia reliquerunt, vidua duo æra misit in Gazophylacium, & præfertur Cræsi diuitiis. Facilè contemnit omnia, qui se semper cogitat esse morituurum.

17. Audiret

18. Præcide

Matth. 7. a. Luc. 11. b.

1. Cor. 6. b.

Matth. 5. f.

Mar. 1. b. Matth. 11. d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# INCIPIT PROLOGVS IN LIBROS MOYSI.

DESIDERII mei desideratas accepi epistolas, qui quodam præsagio futurorum, cum Daniele sortitus est nomen: obsecrantis, vt translatum in Latinam linguam de Hebræo sermone Pentateuchum, nostrorum auribus traderem. Periculosum opus certè, & obtrectatorum meorum latratibus patens, qui me asserunt in Septuaginta interpretum fugillationem, noua pro veteribus cudere, ita ingenium quasi vinum probantes, cùm ego sæpissimè testatus sim, me pro virili portione in tabernaculo dei offerre quæ possim, nec opes alterius aliorum paupertate fœdari. Quod vt auderem, Origenis me studium prouocauit, qui editioni antiquæ translationem Theodotionis miscuit, asteriscо & obelo omne opus distinguens: dum aut illucescere facit quæ minus antè fuerant: aut superflua quæque iugulat & confodit, maximè quæ Euangelistarum & Apostolorum authoritas promulgauit. In quibus multa de veteri Testamento legimus, quæ in nostris codicibus non habentur: vt & illud, Ex Ægypto vocaui filiũ meum: &, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Videbunt in quem cõpunxerunt: &, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: &, Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus diligentibus se: & multa alia quæ proprium syntagma desyderant. Interrogemus ergo eos vbi hæc scripta sint: & cùm dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primũ testimoniũ est in Osee: Secundũ in Isaia: Tertiũ in Zacharia Quartum in Prouerbiis: Quintũ æque in Isaia. Quod multi ignorantes, apocryphorũ: delitamenta sectantur: & Hiberas nænias libris authenticis præferunt. Causas erroris nõ est meum exponere. Iudæi prudẽti factum dicunt esse consilio: ne Ptolemæus vnius dei cultor, etiã pud Hebræos duplicẽ diuinitatem deprehẽderet. Quod maximè idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique vbicunque sacratum aliquid scriptura testatur de patre & filio & spiritu sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt: vt & regi satisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et nescio quis primus author septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, quibus diuisi eadem scriptitarint: cùm Aristeas eiusdem Ptolemæi hyperaspistes, & multo pòst tempore Iosephus, nihil tale retulerint: sed in vna basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim esse vatem: aliud est esse interpretem. Ibi spiritus vẽtura prædicit: hic eruditio & verborum copia ea quæ intelligit transfert. Nisi forte putandus est Tullius Oeconomicum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demosthenis pro Ctesiphonte, afflatus rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter de isdem libris per septuaginta interpretes, aliter per Apostolos spiritus sanctus testimonia texuit: vt quod illi tacuerunt, hi scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? Damnamus veteres? Minimè. Sed post priorum studia, in domo domini quod possumus, laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum Christi, & quod nesciebant, dubiis protulere sententiis: nos verò post passionem & resurrectionem eius, non tam prophetiam quàm historiam scribimus. Aliter enim audita, aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igitur æmule, obtrectator ausculta: non damno, non reprehendo Septuaginta: sed confidenter cunctis illis Apostolos præfero. Per istorũ os mihi Christus sonat, quos ante prophetas inter spiritalia charismata positos lego: in quibus vltimum penè gradum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? Quid imperitorum animos contra me concitas? Sicubi in translatione tibi videor errare: interroga Hebræos, diuersarum vrbium magistros consule. Quod illi habent de Christo, tui codices non habent. Aliud est si contra se postea ab Apostolis vsurpata testimonia probauerunt: & emendatiora sunt exemplaria Latina quàm Græca, & Græca quàm Hebraica. Verùm hæc contra inuidos. Nunc te deprecor Desideri charissime, vt quia me tantũ opus subire fecisti, & à Genesi exordium capere, orationibus iuues: quò possim eodem spiritu, quo scripti sunt libri, in Latinum eos transferre sermonem.

# Liber Geneſis, Hebraice בראשית

*Deus ex informi omnium creata materia creaturarum ſpecies diſtinguit, diſtinctáſque ornat, ad quarum vſum hominem creat, cunctáque illi creata ſubiicit.* I.

Hic liber apud Hebræos Bereſith vocatur, hanc habẽtes conſuetudinem, vt voluminibus ex principiis eorũ, nomina imponant. Hieron. Quæſt. in Geneſ.

Ioſep. lib. 1. cap. 1. Anni ante Chriſtum 3962. iuxta Hebreos. Anni mundi primo. † Eccle. 18. a. Heb. 11. a. Pſal. 135. a. Hiere. 10. b. Iudith. 16. c. Pſal. 148. a.

A IN principio creauit deus cœlum & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erãt ſuper faciem abyſſi: & [a] ſpiritus domini [1] ferebatur ſuper aquas. † Dixitq; deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit deus lucẽ q; eſſet bona: & [2] diuiſit lucem à tenebris.] appellauitq; lucẽ diẽ, & tenebras* noctẽ. Factũq; eſt veſpere & mane dies vnus. Dixit quoque deus: Fiat [3] firmamẽtum] in medio aquarũ: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum, [4] diuiſitq;] aquas quæ erãt ſub firmamẽto, [5] ab iis] quæ erãt ſuper firmamentũ. Et factũ eſt ita. Vocauitq; deus firmamẽtum cœlũ: & factũ eſt veſpere & mane

a. Spiritus ſanctus viuificator omniũ à principio. Hier. ibidẽ.
1. Incubabat ſuper facies aquarum.
2. Diſtinxit deus inter lucem & inter tenebras.
* vocauit.
3. extentio, & infra.
4. Diſtinxitque inter.
5. Et inter aquas.

† Iob. 38. a. Pſalm. 135. a.

dies ſecũdus. Dixit verò [b] deus: † Congregẽtur aquæ quæ ſub cœlo ſunt, in locũ vnũ: & appareat arida. Et factum eſt ita. Et vocauit deus aridam, terram, [c] congregationéſque B aquarũ appellauit maria. ♱ Et vidit deus quòd eſſet bonum, & ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & [6] lignum pomiferũ faciẽs] fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terrã. Et factũ eſt ita. Et protulit terra herbam virentẽ, & facientem * ſemen iuxta genus ſuum, [7] lignúmq; faciens fructum, & habens vnumquodque ſementem] ſecundum ſpeciẽ ſuã. Et vidit deus quòd eſſet bonum: & factum eſt veſpere & * mane dies tertius. Dixit autẽ deus: † Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidãt diem ac noctẽ: [d] & ſint in ſigna & * tempora, & dies, & annos: vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factum eſt ita. † Fecitq; deus duo luminaria magna, luminare maius, vt pręeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas. Et poſuit eas * in firmamento cœli, vt lucerẽt ſuper terrã, & præeſſent diei ac C nocti, & diuiderẽt [8] lucem ac] tenebras. ♱ Et vidit deus quòd eſſet bonũ, & factũ eſt veſpere & * mane dies quartus. Dixit etiã deus: Producant aquæ reptile animæ viuẽtis, & volatile * ſuper terrã, ſub [9] firmamento] cœli. Creauitq; deus cete grãdia, & omnem animã viuentẽ atque motabilẽ, quam produxerãt aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile * ſecundũ genus ſuũ. Et vidit deus quòd eſſet bonũ, benedixitq; eis, dicens: [10] Creſcite] & multiplicamini, & replete aquas maris, auéſque multiplicentur ſuper terram. Et factũ eſt veſpere & * mane dies quintus. Dixit quoq; deus: Producat terra animam viuentem in genere ſuo, iumenta & [f] reptilia, & beſtias terræ ſecundũ ſpecies ſuas. Factúmque eſt ita. † Et fecit deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, iumenta, * & omne reptile terræ in genere ſuo. Et vidit deus quòd eſſet bonum, & ait: [11] Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã, & [12] præſit] piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtiis D vniuerſæq; terræ, omniq; reptili quod mouetur in terra. ♱ † Et creauit deus hominẽ [13] ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuam,] ad imaginẽ dei creauit illũ, maſculũ, & fœminã creauit eos. Benedixitq; illis deus, & ait: [g] Creſcite, & multiplicamini, & replete terrã, & ſubiicite eã, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus quę mouẽtur ſuper terrã. Dixitq; deus: Ecce dedi vobis omnẽ herbã afferentẽ ſemẽ [14] ſuper terrã, & vniuerſa ligna quæ habẽt in ſemetipſis ſementẽ generis ſui: ] vt ſint vobis in eſcã, * & cunctis animantibus terræ, omníq; volucri cœli, & vniuerſis quæ [15] mouẽtur in terra,] & in quibus eſt anima viuẽs, [16] vt habeãt] ad veſcendum. Et factũ eſt ita. † Vidítque deus cuncta quæ fecerat, & erãt valde bona. Et factum eſt veſpere & mane dies ſextus.

† Inf. 5. 2. 40. d. c. illud 33. 9. 5. c. Hæc imago. Sapient. 2. d. Eccli. 17. a.

† Eccli. 39. c. 24. 9. 3. Quidam. 35. diſt. c. Sexto die.

† 32. q. 2. c. Nuptiæ. Pſalm. 135. b.

† De maiori. & obe. c. Solitę. 4 præterea.

† 35 diſt. c. Sexto die.

b. Deus ſubſtãtiæ ipſius, i. diuinitatis nomen eũ ſubſtãtia ſemper fuit, dominus verò non ſubſtantię, ſed poteſtatis vocabulũ poſtea acceſſit. Quod ex ordine creationis Moyſes oſtendit, primò ſe deũ inſinuans, poſt creatas verò creaturas ſe dominum indicat. Tertul. contra Hermogenem.
c. Omnis latus & aquarum congregatio maria nuncupantur. Hieron. ibidem.
6. Arborẽ fructiferã facientẽ.
* Afferentem.
7. Arboréſque facientẽ fructum, cuius ſemen ſuũm in ſemetipſis.
* Factum eſt.
* In certa.
d. Quod inquit in tempora &c. intelligie temporum mutationes & vices. Quod dicit in dies &c. non accipiẽdum eſt vt dies faciant, ſed vt in his curriculis ſua decurrant. Procopius ibid.
* Deus.
8. Inter lucem & inter.
e. Animæ etiam bruterum vndique illorum corporibus ſunt implicitæ & conſertæ. Quapropter eõ corporibus intereunt. Procopius ibidem.
* Factum eſt.
* Volitant.
9. Superficie firmamenti.
* Pennatum ſiue alatum.
10. Proclificare.
* Factum eſt.

f. Quo nomine omnia vocat quę ſuper terrã vitãle, & nequeunt in altum volare, ſicut ſolent aues. Procopius ibidem.
* Secundum ſpeciem ſuam.
11. Faciemus hominem in imagine noſtra ſecundum.
12. Dominetur.
13. In imagine ſua, & infra.

g. Creſcat & multiplicetur ille, qui impletus eſt terram. Hiero. ad Euſtochium.

14. Quæ eſt in ſuperficie vniuerſæ terræ, & omnẽ arborẽ in qua eſt fructus arboris, & quæ ſemẽ producat.
* Sed.
15. Reptant ſuper terram.
16. Et omne olus herbæ.
1. Exercetur.
2. Die ſexta opera ſua quę fecit, Gra.
a. Vnde Hiero. Admonemur ſeptimo die requieſcere, quia tunc in principio ſabbatum diſſolutum ſit, dicit deus operatur in ſabbato, complens opera ſua in eo, & benedicẽs ipſi dixi, quia in illo vniuerſa compleuerit. Hæc Hilarius. Quæſt. in Geneſ.
* Suo.

*Deus completo in ſex diebus opificio, ſeptimum benedictione ac ſanctificatione dignatus, hominem in paradiſum variis arboribus & fluminibus inſignitum tranſtulit, cui Heuam ex ſe formatam coniunxit.* II.

Ioſe. 1. 1. † De fer. c. licet. Exod. 20. b. Heb. 4. b.

A IGitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis [1] ornatus] eorum. Compleuítq; deus [2] die [a] ſeptimo opus ſuũ quod fecerat: ] † & requieuit die ſeptimo ab omni opere*

quod patrarat.[b] Et benedixit diei ſeptimo,& ſanctificauit illũ,quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauit deus vt faceret.Iſtę ſunt generationes cœli & terrę,quãdo creatæ ſunt in die quo fecit deus cœlum & terram, & omne virgultum agri antequàm oriretur in terra,omnémque herbã[3] regionis ]priuſquã germinaret.Non enim pluerat dominus deus ſuper terram,& homo non erat qui operaretur terrã.Sed[4] fons ] aſcẽdebat è terra,irrigans vniuerſam ſuperficiem terrę.† ❧ Formauit igitur dominus deus hominem[5] de limo ]terræ,& [c] inſpirauit in faciem eius ſpiraculũ vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.[d] Plantauerat autẽ dominus deus[6] paradiſum voluptatis à princi pio,]† in quo poſuit hominẽ quem formauerat.Produxítque dominus deus de humo, omne lignum pulchrum viſu,& ad veſcendũ ſuaue:lignum etiã vitę in medio paradiſi, lignúmq; ſciẽtię boni & mali.† Et fluuius egrediebatur[7] de loco voluptatis ad irrigandũ paradiſum,]qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen vni [e] Phiſon:Ipſe eſt qui circuit omnẽ terrã Heuilath,vbi naſcitur aurũ,& aurũ terræ illius optimũ eſt.Ibíq; inuenitur[8] bdelliũ,& lapis onychinus.]Et nomẽ fluuij ſecũdi Gihon:❧ Ipſe eſt qui circuit omnẽ terram Æthiopię. Nomẽ verò fluminis tertij Tigris:ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluuius autẽ quartus,ipſe eſt Euphrates.Tulit ergo dominus deus hominem, & poſuit eum[9] in paradiſum voluptatis,]vt operaretur & cuſtodiret illũ: præcepítq; ei,* dicẽs: Ex omni ligno paradiſi comede:† de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas.In quacũq; enim die comederis ex eo,[10] morte moriẽris.]Dixit quoq; dominus deus: Nõ eſt bonũ hominem eſſe ſolum:† [11] faciamus ei adiutoriũ ſimile ſibi.]Formatis igitur dominus deus de humo cũctis animãtib[9] terrę, & vniuerſis volatilib[9] cœli,adduxit ea ad Adã,vt videret quid vocaret ea.Omne enim quod vocauit Adã[12] animę viuẽtis,ipſum eſt nomen eius.❧ Appellauítq; Adam nominibus ſuis cuncta animãtia,& vniuerſa volatilia cœli,& omnes beſtias terræ.Adæ verò nõ inueniebatur adiutor[13] ſimilis eius.]Immiſit ergo dominus deus[14] ſoporem in Adam:Cumq; obdormiſſet,tulit vnã de coſtis eius,& repleuit carnẽ pro ea.Et ædificauit dominus deus coſtam quã tulerat de Adam, in mulierem:& adduxit eam ad Adã.Dixítq; Adam:[15] Hoc nunc ]os ex oſſibus meis,& caro de carne mea:Hæc vocabitur virago,quoniã de viro ſumpta eſt.† Quamobrẽ relinquet homo patrem ſuum & matrem,* & adhærebit vxori ſuæ,† ❧ & erunt duo[16] in carne vna.]Erat autem vterq; nudus,Adam ſcilicet & vxor eius, & non erubeſcebant.

*Serpentis aſtu ſeducti parentes,dum dei præcepta contemnunt,è paradiſo pelluntur,pœnáque poſteritati eorum indicitur,illíſque paradiſus perpetuò obſeratur.* III.

SEd & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat dominus deus.Qui dixit ad mulierem:[1] Cur præcepit vobis deus, vt non comederetis ex omni ligno paradiſi ? Cui reſpondit mulier:† De fructu lignorum quæ ſunt in paradiſo,veſcimur:de fructu verò ligni,quod eſt in medio[2] paradiſi,præcepit nobis deus ne comederemus,& ne tangeremus illud,ne fortè moriamur. [3] Dixit autem ſerpens ad mulierem:† Nequaquam morte moriemini : Scit enim deus , quòd in quocunque die comederitis ex eo,aperiẽtur oculi veſtri,& eritis ſicut dij,ſciẽtes bonum & malum. Vidit igitur mulier,quod bonũ eſſet lignũ ad veſcendum,&[3] pulchrum] oculis,[4] aſpectúq; delectabile:]† & tulit de fructu illius,& comẽdit, dedítq; viro ſuo,❧ * qui comẽdit:& aperti ſunt[5] oculi amborũ.Cúmq; cognouiſſent ſe eſſe nudos,conſuerũt folia ficus,& fecerũt ſibi[5] perizomata. ]Et cũ audiſſent vocẽ domini dei deambulãtis in paradiſo ad[6] auram poſt meridiẽ,]abſcõdit ſe Adã & vxor eius à facie domini dei[7] in medio ligni paradiſi.Vocauítq; dominus deus Adam,& dixit ei:Vbi es? Qui ait: Vocẽ tuã domine,audiui in[8] paradiſo,]& timui,eo quòd nudus eſſem,& abſcondi me.Cui dixit dominus:Quis enim indicauit tibi,quod nudus eſſes,niſi quod ex ligno de quo præcepe ram tibi ne comederes,comediſti? Dixítque Adam: ]Mulier quã dediſti[9] mihi ſociam, dedit mihi de ligno,& comedi.Et dixit dominus deus ad mulierẽ:❧ Quare hoc feciſti? Quæ reſpõdit:† Serpẽs[10] decepit me,]& comedi.Et ait dominus deus ad ſerpentem: [c] Quia feciſti hoc,maledictus es [11] inter omnia animãtia,& beſtias terræ : [d] Super pectus tuũ gradiêris,& terrã comedes cunctis diebꝰ vitę tuę.Inimicitias ponã inter te & mulierem,

b.Benedictione ſiquis eũ haud ſæpenumero eſſe conſeruare,reliquos honorauit operibus quæ in his cernimus,verũ ſeptimũ voluit eſſe documentum, vniuerſi naturam in eo eſſe cõſummatam. Procopius.
3 Agri.
4 Vapor.
5 Limus e Hebr. pulcherem de terra.
6. Voluit & imperauit vt hoc corpus haberet vitalẽ vim, quę facta eſt animali in animam viuentem,hoc eſt efficacitet operantem. Chryſoſto.in Gene. homil.11.
d.Hunc eſt,præcepit plantari,vnde credas quòd & hortus dictus paradiſus factus ſit,& in illo loco vbi ſcriptura ſignificauit. Chryſoſt.in Genes. homil. 14.
6.Hortum in Eden verſus orientem,Heb.Græ.
7.De Eden ad irrigandum hortum.
e.Hunc eſſe Indiæ fluuium Gręci putant. Hier.in Gen.
8.carbunculus,& lapis praſinus.
9. In hortum Eden.
* Dominus deus.
10. Mortalis eris.
11. Faciam illi adiutoriũ,quod vere ſit coram eo.
12.In anima viuente.

f.Hic iam conſidera voluntatis libertatem,& ſapientiæ eius eminentiam,& non dic quòd ignorarit quid bonum & quid malum. Chryſoſt.in Gene. homil 14.
15.Coram eo qui. ſ. ſemper illi in miniſterium aſsisteret.
15.Exſtaſin ſuper Adam, id eſt, mentis exceſſum. Hiero.in Genẽſin.
15.Hac vice.
* ſuam.
16.Ad carnem vnam.
g.Nimirum propter ſubſtantiæ communionem,aut propter ſeriuſque operam quam dant liberis procreandis. Procopius ibidem.

1.Etiam quia dixit dominus,nõ comederis de omni ligno horti,ſub:paſſi eſt eum vos odio habere.
2.Horti dixit de⁹: Nequaq; comederis,neque contingeris illũ, ne forte moriantini.
a Hoc bruto vtitur diabolus ad inſidiarum ſuarum machinationes,& per ipſum mulierem loquitur. Chryſo.in Gene. homil.16.
3.Quia concupiſcentia eſſet.
4.Deſiderabileque ad intelligẽtiam conſequendam.
*ſecum.
b Non de oculis ſenſibilib⁹,ſed de ſenſu mentis. Chryſ.in Gene. homi.16.
5.Cinctoria.
6.Ventum diei.
7.Inter arbores horti.
8.Horto.
9.Vt mecum eſſet.
10. Seduxit me, vel perſuaſit mihi.
c.Non iam illum dignatur, vt reſponſum ex eo audiat:ſed pœnã intentat,& talem quæ omni tempore duret. Chryſ.in Gene. homi.17.
d.Serpens etenim ea pœna feritur ſuper omnes ſerpentes, ſuprà iumenta & beſtias terræ,de quibus aut Saluator, ſe dediſſe ſuis diſcipulis poteſtatem calcãdi ſerpẽtes & ſcorpiones.Procopius.
11.Præ omnibus animantibus.

Universidad de Deusto Biblioteca

† 8.dist.c.Ioſeph.2. Tob.8.3. 1.Cor.15. De conſec. dist.1.cap.Quo. † 46.dist.c.illud. 32.q.2.Mores. † Eccles.24.
† Eccl.3.cap. 6.dist.c. Si pœnitentiam 33.dist.cap. Sacro dic. De pœnit. Sicut. cognouiſti. De pœnit. dist. 1.Laudo. De pœnit. dist. 1.Et vnde. † 33.q.1.c. Miror. 2.c. Quid ergo. † 15.q.1.c. Ad hæc. 24.q.1. Cum per bellica. 26.dist.cap. Denuò.
† 31.q.1.c. Dei. & 23.q. 4.c.Dixit Sara. 27.q.2. Iex diuina. 3.Eſdr.4. Matth.19.4. Mar.10.8. † 1.Cor.6.16. 1.Cor.11.8. Ephe.5.31. Iob.2.3. Ambroſius Cleſtinus.3.de Ann.Bea. Incell.15.c. † 2.Corin.
† Deut. dist.1.cap. Pœnitentiã. 1.Reg.
† 31.q.1.c. Dei. & 23.q. 4.c.Dixit Sara. 27.q.2. Iex diuina. 3.Eſdr.4. Matth.19.4. Mar.10.8. † 1.Cor.6.16. 1.Cor.11.8. Ephe.5.31. Iob.2.3. Ambroſius Cleſtinus.3.de Ann.Bea. Incell.15.c. † 2.Corin.

rem,& [a] semen tuum & semen illius:[12] Ipsa] conteret caput tuũ,& tu [13] insidiaberis calcaneo] eius. Mulieri quoq; dixit:[14] Multiplicabo ærũnas tuas,& cõceptus tuos. † In dolore paries filios †,& [15] sub viri potestate eris,] & ipse dominabitur tui. Adæ verò dixit: Quia audisti vocem vxoris tuæ,& comedisti de ligno ex quo præceperã tibi ne comederes, † maledicta terra [16] in opere tuo,] in laboribus comedes ex ea,cunctis diebus vitæ
D tuæ. [f] Spinas & tribulos germinabit tibi,& comedes herbas terræ. † In sudore vult[9] tui vescêris pane tuo:] † donec reuertaris in terrã,de qua sumptus es:quia puluis es,& in puluerem reuertêris. Et [f] vocauit Adã nomen vxoris suæ,Heua:eò quòd mater esset cũctorum viuentiũ. Fecit quoque dominus deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas,& induit eos. Et ait:Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonũ & malũ. Nunc ergo ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ,& comedat, & viuat in æternũ. † Emisit eum dominus deus de[17] paradiso voluptatis,] vt operaretur terram, de qua sumptus est. Eiecítque Adam,& collocauit [18] ante paradisum voluptatis Cherubin,& flammeum gladium atque versatilem,] ad custodiendam viam ligni vitæ.

*Humanæ præuaricationis pœna fratrem armat in fratrem. Vnde Cain reprobatus vitam profugus egit, prolem genuit, sed & Adam Abelis premortui loco Seth generauit.* IIII.

A Adam verò cognouit Heuam vxorem suam,quæ concepit & peperit Cain, dicens:Possedi hominem [1] per deum:rursũmque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor ouium,& Cain agricola. Factum est autẽ [2] post multos dies, vt offerret] Cain de fructibus terræ [3] munera] domino. Abel quoque [4] obtulit] de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. † [a] Et respexit dominus [5] ad] Abel, & ad munera eius; [b] ad Cain autẽ,& ad munera illius nõ respexit. Iratusq; est Cain vehemẽter, & cõcidit vultus eius. Dixítq; dominus ad eũ:Quare iratus es? & cur cõcidit facies tua? † [6] Nónne si bene egeris recipies? Sin autẽ male,statim in foribus peccatũ [7] aderit? Sed
B sub te erit appetitus eius,& tu dominaberis illius.] [d] Dixítque Cain ad Abel fratrem suum: [c] Egrediamur foras.] Cũque essent in agro,cõsurrexit Cain aduersus fratrem suũ Abel, † & interfecit eũ. Et ait dominus ad Cain: † Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit:Nescio. Nũquid custos fratris mei sum ego? Dixítque ad eũ: Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nũc igitur maledict[9] eris [7] [d] super terrã,] quę aperuit os suum,& suscepit sanguinẽ fratris tui de manu tua. Cùm operatus fueris eam, non [8] dabit tibi fructus suos:] Vagus & profugus eris super terrã. Dixítque Cain ad dominũ:Maior est iniquitas mea,quàm vt [9] veniam merear.] Ecce eiicis me hodie à facie terræ,& à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra. Omnis igitur qui in-
C uenerit me,occidet me. Dixítque ei dominus: [e] Nequaquã ita fiet,[10c]] sed omnis qui occiderit Cain,septuplũ punietur. Posuítque dominus in Cain signũ,vt nõ interficeret eũ omnis qui inuenisset eũ. † Egressusque Cain à facie domini,habitauit [11] profugus in terra,ad orientalẽ plagã] Eden. Cognouit autẽ Cain vxorem suam,quæ concepit,& peperit Enoch: † Et ædificauit ciuitatẽ,& vocauit nomẽ eius ex nomine filij sui Enoch. Porrò Enoch genuit Irad: Et Irad genuit Mauiael,& Mauiael genuit Mathusael: Et Ma
D thusael genuit Lamech.[12] [f] Qui accepit] duas vxores:Nomẽ vni Ada, & nomen alteri [13] Sella.] [g] Genuítque Ada [14] Iahel,] qui fuit pater habitantiũ in tentoriis, atque pastorum:& nomen fratris eius Iubal]. Ipse fuit pater canentium cithara & organo. Sella quoque genuit Tubalcain,qui fuit malleator,& faber in cuncta opera æris & ferri. Soror verò Tubalcain, Noæma. Dixítque Lamech vxoribus suis, Adæ & Sellæ: Audite vocẽ meã vxores Lamech,auscultate sermonẽ meũ: † Quoniam occidi virũ in vulnus
E meum,& adolescentulum in liuorem meum. [g] [f] Septuplũ vltio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagies septies. Cognouit quoque adhuc Adam vxorem suã, & peperit filium, vocauítque nomen eius Seth dicens:Posuit mihi deus semen aliud pro Abel, quẽ occidit Cain. Sed & Seth natus est filius,quẽ vocauit Enos.[15] Iste cœpit inuocare ] nomen domini.

*Generationis Adæ repetitio & propagationis eius vsque ad Noë descriptio & multiplicatio.* V.

a. Semen serpentis sunt peccatores,semen mulieris sunt Christus & sui sequaces.
12. Ipsum scilicet semen. Nam Hebraum habet Hu, Ipse & ipsum, & non Hi, Ipsa. Hiero. in Gene.
13. Conteres calcaneum.
14. Multiplicando multiplicabo dolorem tuum.
15. Ad virum tuum erit desiderium tuum.
16. Propter te,id est,propter peccatum tuum.
f. Adam nomen etiam suæ vxori imposuit Heuam, id est vitã, quia est mater omnium viuentium. Hieron. ibid.
17. Horto Eden.
18. Eum ab orientali parte horti Eden,& posuit Cherubin,& laminam gladij versatilis, ad custodiendum paradisi vestibulum,ne quis posset intrare. Hiero. ibid.

1. A domino.
2. A fine dierum, & adduxit.
3 Oblationem.
4. Adduxit.
5. Hoc est, cognoscere illos fecit, se illius approbare voluntatem, huius autem repellere ingratitudinem. Chryf. ibidem.
5. Super, & infrà. Hieron.
b. Respexit dominus ad Abel, quoniã eum simplicitate & iustitia offerebat: Non ad Cain, quoniam eum zelo & malitia, quæ erat aduersus fratrem suũ, diuisionem habebat in corde. Irenæus. lib. 4. cap. 34.
6. Nónne si bene egeris erit subleuatio, & si non bene egeris,ad fores peccatum cubat,& ad te appetitus illius! Heb. vide Hiero. Quæst. in Gene. vel vt Græci habent: Nónne si rectè obtuleris, rectè autem non diuiseris, peccasti? Quiesce, ad te conuersio illius. 70. Interp.
7. tuum.
c. Subauditur quod locutus est dominus. Superfluum est ergo quod in Samaritanorum, & in nostro volumine reperitur, Transeamus campum. Hier. in Gene. cap. 4.
7. Ab ipsa terra.
d. Quanto maius peccatum hoc præuaricatione protoplasti, et maledictionis varietate, liquet. Chryf. in Genes. homi. 19.
8. Adiiciet virtutem suam vel non augebit vim suam.
9. Remittatur. vel iniquitas mea maior est quam remissio, vel propitiatio.
10. c. Immo quicunque occiderit Cain, septuplum vindicabitur, vel septem vindictas exoluet. Hieron. vel qui te occidere attentauerit,septem maximis pœnis se reum faciet. Chryso. aduersus Iudæos, orat. 5.
11. In terra Nod ab oriente, aliàs in terra Naid, iuxta 70. interpret.
12. Et accepit sibi Lamech.
f. Digamia quinta generatione à Cain profecta.
13. Zilla & intrà.
14. Iabal.
g. Pluribus ego quàm Cain supplicijs dignus sum. Atqui Lamech fratrem non interfecit, sed quia nec exemplo quidem commonitus prudentior factus est, punitur. Qua enim venia fuerit dignus, qui alterius pœna emendatior nõ fit? Chr. f. homi. 20.
15. Tunc cœptum est inuocari, vel tũc initium fuit multos ad-

1. Generationum.
a Homo, hominis nomen tam viro quàm fœminæ conuenit. Hieron. in Geneſ.
2. Vel creationis illorum.
3. Vel in imagine ſua, iuxta ſimilitudinem ſuam.
4. Fuerunt omnes dies Adam quibus xxxx.
b. Hinc ad Abraham vbi Hebræi centum habent annos, Græci habent ducentos. Hiero. in Gene. cap. 5.

Hic eſt liber [1] generationis ] Adam. In die qua creauit deus hominem, † ad ſimilitudinem dei fecit illũ, Maſculum & fœminam creauit eos: & benedixit illis: & vocauit nomen eorum [a] Adam, in die [3] qua creati ſunt.] † Vixit autem Adã centum triginta annis: & genuit ſ- filium] [3] ad imaginem & ſimilitudinem ſuã, vocauítque nomen eius Seth. Et facti ſunt dies Adam poſtquã genuit Seth, octingenti anni: genuítque filios & filias. Et [4] factum eſt omne tempus quod vixit Adã,] anni nõgenti triginta, & mortuus eſt. † Vixit quoque Seth [b] centũquinque annis, & genuit Enos. Vixítque Seth poſtquã genuit Enos, octingentis ſeptem annis, genuítque filios & filias. ℣ Et facti ſunt omnes dies Seth nongentorũ duodecim annorũ, & mortuus eſt. † Vixit verò Enos nonaginta annis, & genuit Cainã. Poſt cuius ortũ vixit octingentiſquindecim annis, & genuit filios & filias. Factíque ſunt omnes dies Enos nõgentiquinque anni, & mortuus eſt. † Vixit quoque Cainã ſeptuaginta annis, & genuit Malalehel. Et vixit Cainã poſtquam genuit Malalehel, octingentiſquadraginta annis, genuítque filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Cainã nõgentidecem anni, & mortuus eſt. † Vixit autem Malalehel ſexagintaquinque annis, & genuit Iared. Et vixit Malalehel poſtquã genuit Iared, octingẽtis triginta annis, & genuit filios & filias. ℣. Et facti ſunt omnes dies Malalehel octingenti nonagintaquinque anni, & mortuus eſt. † Vixítque Iared centũ ſexagintaduobus annis, & genuit Enoch. Et vixit Iared poſtquã genuit Enoch octingentis annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Iared nõgentiſexagintaduo anni, & mortuus eſt. † Porrò Enoch vixit ſexagintaquinque annis, & genuit Mathuſalẽ. Et ambulauit Enoch cũ deo. ſ- Et vixit Enoch ] poſtquã genuit Mathuſalem trecentis annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Enoch trecentiſexagintaquinque anni: ambulauítque cũ deo, † & non apparuit, quia tulit eũ deus. † Vixit quoque Mathuſalem centũoctogintaſeptem annis, † & genuit Lamech. ℣ Et vixit Mathuſalẽ poſtquã genuit Lamech, ſeptingentis octogintaduobus annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Mathuſalem nongentiſexaginta nouem anni, & [d] mortuus eſt. † Vixit autem Lamech centũ octoginta duobus annis, & genuit filiũ, vocauítque nomẽ eius [e] Noe, dicens: Iſte [5] cõſolabitur ] nos ab operibus & laboribus manuũ noſtrarũ in terra, cui maledixit dominus. Vixítque Lamech poſtquã genuit Noe quingentis nonagintaquinque annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Lamech, ſeptingẽtiſeptuagintaſeptẽ anni, & mortuus eſt. † Noe verò cùm quingentorũ eſſet annorũ genuit Sem, Cham, & Iaphet.

c. Haud enim expetit ſcire deus vitam impiorum, quibus in extremo die dicetur: Amẽ amen, non nouimus. At tanta cura fouet iuſtos vt etiam horum capillos in numerato teneat. Procopius ibidem.
c. Fortaſſe in paradiſum illum terreſtrem, vbi ille & Elias paſcũtur, ſicut Adam priuſquam propter peccatum exinde exire meruiſſet: vbi nec morbo, nec ſenectute deficiunt. Aug. ſuper Geneſ. ad literam. Ipſe verò cũ corpore tranſlatus non vidit mortem. In corpore enim viuẽte eſt ſpiritualiter ablatus, & non animaliter propter tranſlationem. Epipha. contra 64. hæreſin.
d. Anno diluuij, & non poſt diluuium. vide Hiero.
e. Noe, requies interpretatur. Ab eo igitur quod ſub illo omnia retro opera quieuerunt per diluuium, appellatus eſt requies. Et natus eſt Noe 126. anno poſt mortem Adæ. Hiero. ibid.
5. Requieſcere faciet. Græ.

*Diluuio cauſam hominis mala dederunt. Noe verò inter mortales ſoli iuſto reperto, Arca ſalutis fabricanda mandatur.* VI.

Cvm' que cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent: videntes [a] filij dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores, ex omnibus quas elegerant. Dixítque deus: Non [1] permanebit] ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt: † Erúntque [b] dies illius centum viginti annorum.] Gigantes autem erãt ſuper terram in diebus illis. Poſtquã enim ingreſſi ſunt filij dei ad filias hominũ, illæque genuerũt, iſti ſunt potentes à ſeculo, viri famoſi. Videns autẽ deus quòd multa malitia hominũ eſſet in terra, & [2] cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum ] omni tẽpore, pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terra. ſ- ℣ Et præcauens in futurũ,] & tactus dolore cordis intrinſecus: † Delebo, inquit, hominem quẽ creaui, à facie terræ, ab homine vſque ad animãtia, à reptili vſq; ad volucres cœli. Pœnitet enim me feciſſe eos. Noe verò inuenit gratiam corã domino. Hæ ſunt generationes Noe. † Noe vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis: cũ deo ambulauit, & genuit tres filios, Sem, Chã, & Iaphet. Corrupta eſt autẽ [c] terra coram domino, & repleta eſt [3] iniquitate.] Cúmque vidiſſet deus terrã eſſe corruptã: (omnis quippe caro corruperat viam ſuã ſuper terrã,) dixit ad Noe: Finis vniuerſæ carnis venit corã me: Repleta eſt * terra iniquitate à facie eorũ, & ego diſperdã eos cũ terra. ℣ Fac tibi arcam de lignis [d] [4] leuigatis: ] Manſiũculas in arca facies, & bitumine linies intrinſecus & extrinſecus, & ſic facies eam: Trecentorũ cubitorũ erit lõgitudo arcæ, quinquaginta cubitorũ latitudo, & triginta cubitorũ altitudo illius. Feneſtram in arca facies, & in cubito cõſummabis ſummitatem

a. Filij dei, poſteri Seth ob egregiam illius in deum pietatem. Filij hominum poſteri Cain. Chryſo. in Gene. homi. 22.
1. Contendet iudicio. Et ideo non hic ſeueritatem ſed elemẽtiam dei ſonat, dum peccator hic pro ſuo ſcelere viſitatur, nec ad æternos cruciatus ſeruatur. Hiero. in Gene. cap. 6.
b. Non igitur humana vita vt multi errant, in 120. annos cõtracta eſt, ſed generationi illi 120. ſni ad pœnitẽtiã dati ſunt. Quia verò pœnitentiam agere contempſerunt, noluit deus tẽpus expectare decretũ: ſed 20. annorum ſpatiis amputatis, induxit diluuium anno 100. agendæ pœnitentiæ deſtinato. Hieron. ibid.
2. Omne figmentum cogitationum cordis eorum tantummodo malum eſſet.
c. Nomine enim terræ hominũ multitudinem vocat, eo quod omnia eorum opera terreſtria erant. Ideo hunc ſolum vocare ſolet hominem, qui virtutem colit, cæteros autem neque eſſe putat, ſed aliquando vocat terram, aliquando carnem. Chryſo. homi. 24.
3. Violentia, & infrà.
* Enim.
4. Pineis vel bituminatis. Heb. vel quadratis Græc.
d. Quæ ſunt ligna leuigata de quibus arca præcipitur fieri niſi fortia & inſolubilia, ac bene coarctata, de quibus alia tranſlatio dicit: quadrata, ne arca ventorum vi ſeu aquarum inundatione ſolueretur. Albinus in Geneſim.

† Sap. 2. d. Eccleſ. 17. a. Supra 1. d. † 1. Paral. 1. † Ann. mundi Chriſtum. 3727. Anni mundi 235. † Ann. mundi Chriſtum. 3627. Anni mundi 325. † Ann. mundi Chriſtum. 3567. Anni mundi 395. † Ann. mundi Chriſtum. 3502. Anni mundi 460. † Ann. mundi Chriſtum. 3340. Anni mundi 622. † Ann. mundi Chriſtum. 3275. Anni mundi 687. † Eccleſ. 44. † Hebr. 11. † Ann. mundi Chriſtum. 3082. Anni mundi 874. † Ann. mundi Chriſtum. 2906. Anni mundi 1056. † Ann. mundi Chriſtum. 2406. Anni mundi 1556.

Ioſue. 1. † Eccleſiaſtes Pſalm. 89. 55. q. 1. Cum igitur. † Infrà 8. † Eccle. 44.

mitatem eius: oſtiũ autẽ arcæ pones ex latere [f] deorſum. Cœnacula & triſtega facies in ea. ]Ecce ego adducam [6] aquas diluuij] ſuper terram, vt interficiã omnem carnẽ, in qua
D ſpiritus vitæ eſt ſubter cœlũ, & vniuerſa, quæ in terra ſunt, cõſumentur. * Ponãque fœdus meum tecum, & ingredieris arcam, tu & filij tui, vxor tua, & vxores filiorũ tuorum tecũ: & ex cũctis animantibus [7] vniuerſę carnis, ]bina* induces in arcam, vt viuant tecũ, maſculini ſex[x] & fœminini. De volucribus iuxta genus ſuũ: & de iumẽtis in genere ſuo: & ex omni reptili terrę, ſecundũ genus ſuũ, bina de omnibus [d] ingredientur tecũ, vt poſſint viuere. Tolles igitur tecũ ex omnib[9] eſcis quę, mãdi poſſunt, & cõportabis apud te, & erũt tam tibi quàm illis in eſcã. † Fecit igitur Noe* omnia quæ præceperat illi deus.*

5. Eius cum interſtitiis inferioribus, mediis & tertiis facies eam, vel cubiculis bicameratis & tricameratis facies eam. Græc.
6. Diluuium aquarum.
7. Et ex omni carne.
*. De ſingulis.
d. Diuino nutu angelorũ miniſterio ex omnibus animantibus mas & fœmina ad Noe in arcam venerunt.
* Iuxta.
* Sic fecit.

† Hebr.11.b.

*Clauſo in arca Noe cuiuſuis animantis ſpecie, aqua ſtatim montium culmina ſuperauit, cæteráque animantia ſubmerſit.* VII.

Ioſ.1.5. Ann. ante Chriſtum. 2306. Anno mũdi. 1656. † 2. Per. 2. b. 3. 17. 9. 1. c. Nuptiæ.

A DIxítque dominus ad eum: [a] Ingredere tu & omnis domus tua in arcã. † Te enim vidi [b] iuſtũ coram me in generatione hac. † [c] Ex omnibus animantibus mundis tolles ſeptena & ſeptena, maſculũ & fœminam: de animantibus verò immundis, duo & duo, maſculum & fœminam: * ſed & de volatilibus cœli ſeptena & ſeptena, maſculum & fœminam, vt ſaluetur ſemen ſuper faciem vniuerſę terræ. Adhuc enim & poſt dies ſeptẽ, ego pluam ſuper terrã quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & delebo omnem ſubſtantiã quã feci de ſuperficie terræ. Fecit ergo Noe omnia, quæ mãdauerat ei dominus. Erátque ſexcentorum annorũ, quando diluuij aquæ inundauerunt ſuper terrã. † * Et ingreſſus eſt Noe & filij eius, vxor eius, & vxores filiorũ eius cum eo in arcã, propter aquas diluuij. De animãtibus quoque mũdis & immũdis, & de volucribus, & ex omni quod mouetur ſuper terrã, [d] duo & duo ingreſſa ſunt ad Noe in arcã, maſculus & fœmina: ſicut præceperat dominus Noe. Cúmque tranſiſſent ſeptẽ dies, aquæ diluuij inundauerũt ſuper terrã. Anno ſexcẽteſimo vitę Noe, mẽſe ſecundo, decimoſeptimo die mẽſis, * rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ: & cataractæ cœli apertę ſunt: & facta eſt pluuia ſuper terrã, [d] quadraginta diebus & quadraginta noctibus. [f] In articu
C lo diei illius ]ingreſſus eſt Noe, & Sem, & Chã, & Iaphet filij eius: vxor illius, * & tres vxores filiorum eius cum eis in arcam: ipſi & omne animal ſecundũ genus ſuum, vniuerſãque iumenta in genere ſuo, & omne quod mouetur ſuper terram in genere ſuo, cunctúmque volatile ſecundum genus ſuum. Vniuerſæ aues, omnéſque volucres ingreſſæ ſunt ad Noe in arcã, bina & bina ex omni carne in qua erat ſpiritus vitæ. Et quæ ingreſſa ſunt, maſculus & fœmina ex omni carne introierunt, ſicut præceperat ei deus, & [2] incluſit eũ dominus deforis. ] Factũque eſt diluuium [e] quadraginta diebus ſuper terrã, & multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerũt arcã in ſublime à terra. Vehemẽter enim inundauerũt, & omnia repleuerunt in ſuperficie terræ. † * Porrò arca ferebatur ſuper aquas, & aquæ præualuerunt nimis ſuper terram, opertíque ſunt omnes montes excelſi ſub vniuerſo cœlo. Quindecim cubitis [3] altior fuit aqua ſuper mõtes quos operuerat. ] † Conſumptáque eſt omnis caro quæ mouebatur ſuper terrã, volucrum animantium, beſtiarum, omniúmque reptilium quæ reptant ſuper terrã. [4] Vniuerſi homines, ] & cuncta in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terra, mortua ſunt. [f] Et deleuit deus omnem ſubſtãtiam quæ erat ſuper terram, ab homine vſque ad pecus, tam reptile quàm volucres cœli: & deleta ſunt de terra: Remanſit autem ſolus Noe, * & qui cum eo erant in arca. [5] Obtinuerúntque aquæ ] terram centumquinquaginta diebus.

a. Ex genealogiis. 5. cap. ab Adam ad diluuium iuxta textũ noſtrum & Hebr. colliguntur anni. 1656. Iuxta verò. 70. interpre. 2240. at iuxta Euſeb. 2242.
b. Noe ſolus fertur ſeruatus, quia ſolus eſt iuſtus inuẽtus. Chryſo. in Gene. 24.
c. Scientia Noe inſita docebat quænam ad cibum accõmoda, & quæ immunda habeantur, ſed plura de mundis reſeruauit, vt liberar[9] à periculo ſuam grantudinem declaraturus, pro gratiarum actione hoſtias & ſacrificia ex ipſis mundis offeret. Chryſoſt. in Gene. 24.
* Bius, & infrà.
d. Cum ſuperius diſtinxerit duo & duo ab immundis animalibus, quomodo nunc ſiue à mundis ſiue ab immundis duo & duo dicat intraſſe? Sed hoc refertur ad maſculum & fœminã. Aug. in q. ſuper Geneſim.
* In ipſa die.
d. Nõ vno die vel momento, volens ſimul & rimoſè incutere, & occaſionem præſtare, qui poſſent pœnam quæ in ſontibus erat, effugere. Chryſ. in Gene. 24. homilia.
f. In ipſomet die.

† Matt. 24. d. B Luc. 17. f. 1. Pet. 3. d.

† Eccli. 39. e. 24. q. 1. Quia ex ſola. Sap. 10. a. † 27. q. 1. 5. Quid ergo. 24. q. 1. quoniam verum. 6. diſtin. Non eſt. Sap. 10. a.

*Recedentibus aquis diluuij à facie terræ, arca omnia contenta eiicit, Noe autem ara extructa deum immolatione placauit.* VIII.

A REcordatus autem dominus Noe, cunctorúmque animantiũ, & omnium iumentorum quæ erant cum eo in arca, [1] adduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ: & clauſi ] ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cœli: & [2] prohibitæ ]ſunt pluuiæ de cœlo: Reuerſæque ſunt aquæ de terra, [a] euntes & redeuntes, & cœperunt minui, poſt centum quinquaginta dies. Requieuítq; arca mẽſe ſeptimo, [3] viceſimoſeptimo ] die menſis, ſuper montes Armeniæ. At verò aquæ ibant & decreſcebãt vſque ad decimum menſem: Decimo enim menſe prima die menſis apparuerũt cacumina mõtium.

1. Et fecit deus tranſire ventum ſuper terram, & quieuit aqua, & obturati.
2. Cohibitæ.
a. ]Inde Eccles dicit aquas atque torrentes per occultas venas ad matricem abyſſum reuerti. Hiero. in Gene. ca. 8.
3. Decimoſeptimo. Quoniam ab inchoatione diluuij pluit 40. diebus, & 150. diebus aquæ remanſerunt ſuper terram, qui conſtituunt ſex menſes & 17. dies ſolum.

b. Ex quibus ſimul iunctis cō ſtat annum nunc duodecim mēſibus conſtituſſe.
4. ſixit eundo & redeundo.
5. ſe.
6. Alleuiatę eſſent, & infra.

Cúmque tranſiſſent quadraginta dies, aperiēs Noe feneſtrā arcæ, quam fecerat, dimiſit coruum,[4] qui egrediebatur, & non reuertebatur,] [§] donec ſiccarētur aquæ ſuper terrā. E
Emiſit quoque colūbam [5] poſt eum,] vt videret ſi iam [6] ceſſaſſent] aquæ ſuper faciē terræ. Quæ cùm nō inueniſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcam. Aquę enim erant ſuper vniuerſam terram. Extendit ☩ manum ſuam, & apprehenſam intulit *in arcam. Expectatis autem vltrà ſeptem diebus aliis, rurſum dimiſit colūbam ex arca.
† At illa venit ad eum ad veſperam,[7] portans ramum oliuę virētibus foliis in ore ſuo. Intellexit ergo Noe, quòd ceſſaſſent aquæ ſuper terrā. Expectauit ☩ nihilominus ſeptem alios dies, & emiſit columbā, quæ non eſt reuerſa vltrà ad eum. Igitur ſexcenteſimo primo anno, [c] primo menſe, prima die menſis, [8] imminutæ ſunt] aquæ ſuper terram. [§] Et [9] C
aperiens] Noe tectum arcæ aſpexit, vidit ☩ quod exiccata eſſet ſuperficies terræ. [d] Menſe ſecundo, ſeptimo & viceſimo die mēſis, arefacta eſt terra. Locutus eſt autē dominus ad Noe, dicens: Egredere de arca, tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorū tuorū tecum: cuncta animātia quæ ſunt apud te, ex omni carne tam in volatilibus quàm in beſtiis, & vniuerſis reptilibus quæ reptant ſuper terrā, educ tecum: & [10] ingredimini ſuper terrā. † Creſcite & multiplicamini] ſuper eam. Egreſſus eſt ergo Noe, & filij eius, & vxor illius, & vxores filiorū eius cum eo, ſed & omnia animantia, [11] iumēta & reptilia, [§] quæ reptāt] D
ſuper terram, ſecundū genus ſuum, egreſſa ſunt de arca. Aedificauit autem Noe altare domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus [e] mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. Odoratus ☩ eſt dominus odorem [12] ſuauitatis, & ait] ad eum: Nequaquā vltra maledicam terræ propter homines. ⊱ † Senſus enim & [13 f] cogitatio humani cordis in malum prona ſunt] ab adoleſcentia ſua. Non igitur vltra percutiam omnem animā viuentem, ſicut feci. Cunctis diebus terræ, ſementis & meſsis, frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox & dies, non [14] requieſcent.]

*Benedictio filiorum Noe, cibum potúmque prouidit, fœdus inter deū & homines iride firmauit. Noe ebrium Cham filius ridens in Chanaan filio maledicitur.* IX.

Benedixit ☩ deus Noe & filij eius, & dixit ad eos: † Creſcite & multiplicamini, & A
replete terram, & terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cœli, cum vniuerſis quæ mouentur ſuper terram. Omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt, & omne quod mouetur & viuit, erit vobis in [a] cibum. Quaſi olera virentia tradidi vobis omnia, excepto quòd carnem * cum ſanguine non comedetis: [1 b] Sanguinem enim animarum veſtrarum] requiram de manu cūctarum beſtiarū, & de manu hominis. De manu viri & ⊱ de manu] fratris eius requirā animam hominis. † Quicūque effuderit humanū ſanguinem, * fundetur ſanguis illius: Ad
imaginē dei quippe [2] factus eſt homo.] Vos autē creſcite, & multiplicamini, & [3] ingre- B
dimini ſuper terrā, & implete eam.] [§] Hæc quoque dixit deus ad Noe, & ad filios eius
cum eo: Ecce ego † ſtatuam pactum meum vobiſcū, & cū ſemine veſtro poſt vos, & ad
omnē animā viuentem, quæ eſt vobiſcū, tam in volucribus quàm in iumentis, & pecudibus terræ, * cūctis ☩ quæ egreſſa ſunt de arca, & vniuerſis beſtiis terræ. Statuam pactū
meum vobiſcū: & nequaquā vltra interficietur omnis caro aquis diluuij, neq; erit deinceps diluuiū diſsipās ⊱ omnē] terram. Dixítque deus: Hoc eſt ſignum fœderis quod do
inter me & vos, & ad omnē animam viuentem quę eſt vobiſcum in generationes ſempiternas. Arcum meum ponā [4] in nubibus ⊱ cœli,] & erit ſignum fœderis inter me &
inter terram. † Cúmque [5] obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus ⊱ meus] in nubibus,] & recordabor fœderis mei quod [6] pepigi vobiſcū, [§] & cum omni anima viuente, C.
quę carnē vegetat:] & nō erunt vltra aquę diluuij ad delendā vniuerſam carnē. Erit ☩
arcus meus in nubibus, & videbo illū, & recordabor fœderis ſempiterni, quod pactum eſt inter deum & omnē animam viuentē [7] vniuerſæ carnis] quę eſt ſuper terrā. Dixit ☩
dominus ad Noe: Hoc eſt ſignū fœderis quod conſtitui inter me & omnē carnē ſuper terrā. Erāt ergo filij Noe, qui egreſſi ſunt de arca, Sem, [8 c] Cham & Iaphet. Porrò Cham
ipſe eſt pater Chanaā. Tres iſti filij ſunt Noe, & ab his [9] diſſeminatū eſt omne genus hominū ſuper vniuerſam terram.] † Cœpit ☩ Noe vir [10] [d] agricola exercere terrā,] & plantauit

7. Et ecce folium oliuæ decerptum in ore illius.

e. Niſam, noſtro reſpondente Martio.
8. Aruerūt, vel exiccatæ ſunt.
9. Remouent.
d. Iliar, noſtro reſpondente Aprili.
10. Moueantur in terram, ereſcántque & multiplicentur.
11. Et omne reptile, cūctámque volatile, & quicquid reptat.
e. Et ideo maiorem numerū mundorū quàm immundorū reſeruauit ad ſacrificandum.
12. Quietis, & ait dominus.
13. e. Figmentū enim cordis humani malū eſt ſiue inclinatio, quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem.
14. Ceſſabunt.
f. Vius carnium eſſe hominibus cōceſſus eſt. Et quia iam non paradiſus cuſtodiendus, ſed mundus totus erat excolendus, robuſtior carnis cibus offertur, vt ad emolumenta culturæ plus aliquid humanorū corporū viribus adderetur. Tertul. de cibis Iudaicis.

* In anima ſua.
1. b. Alioquin ſanguinem veſtrum de animabus veſtris. Hoc eſt iuxta Heb. Primùm vobis prohibeo ne quis ſeipſum interficiat, alioquin ſanguinem veſtrum de animabus veſtris requiram. 2. ne quis beſtiam incitet in hominē vt illum deuoret, alioquin ſanguinem illum requirā de manu cuncti animalis. 3. ne quis per ſe vel alium hominē occidat, alioquin de manu hominis, & de manu fratris ſui requiram animam hominis.
2. Per hominem.
2. Fecit hominem.
3. Propagate ſuper terram, & multiplicamini in ea.
4. quæ ſunt vobiſcum.
4. In nube.
5. Obnubilauero nubem ſuper terrā, & conſpicietur arcus in ipſa nube.
6. Eſt inter me & inter vos, atque inter omnem animam viuentem in omni carne.
7. In omni carne.
8. Ham, & infrà.
c. Frequenter enim. 70. interpretes non valentes Heth literam, quæ duplicem aſpirationem ſonat, in Græcum vertere: Chi literam Græcam addiderunt, vt nos docerent iſſiuſmodi vocabula aſpirari debere. Vnde & in præſenti loco, Cham tranſtulerunt pro eo quod eſt Ham: à quo & Aegyptus vſque hodie Aegyptiorū lingua, Ham dicitur. Hæc Hieron. ſuper Geneſin capi. 9.
9. Reſpetſa eſt vniuerſa terra.
10. Terræ eſſe. Ita vocant Hebræi agricolam.
d. Veluti virum ſanguinū, virum mendacij & huiuſmodi.

† De ſecundo. c. mille

† An. ante chriſtum. 2305. Anni mundi 1657.

† Sup. 1. c. 4. Infrà. 9. 2. De cocto. & diſt. 2. c. Non oportet.

† Sap. 6. 2.

† Matth. 26. 2 Apoc. 13. c.

† Iſa. 54. c.

† Eccleſ. 43. b.

† Iac. 4. & Hebr. 11.

D tauit vineã. Bibés ꝙ vinũ inebriatus eſt,& nudatus ⸗ iacuit ]in tabernaculo ſuo. ᵍ Quod cũ vidiſſet Chã pater Chanaã, ᵘ verẽda ſcilicet patris ſui eſſe nudata,] nũciauit duobus fratrib⁹ ſuis foras. † At verò Sem & Iaphet,palliũ impoſuerũt humeris ſuis,& incedẽtes retrorſum,operuerũt verẽda patris ſui: Facies ꝙ eorũ auerſæ erãt, & patris virilia nõ viderunt. Euigilãs autẽ Noe ex vino,cũ didiciſſet quæ fecerat ei filius ſuus minor,ait: † Maledictus ᵉ Chanaan,ſeruus ſeruorũ erit fratribus ſuis. Dixit ꝙ:Benedictus dominus deus Sem,ſit Chanaan ſeruus eius. Dilatet deus Iaphet,& ᶠ habitet in tabernaculis Sem:ſitꝙ Chanaan ſeruus eius. Vixit autẽ Noe poſt diluuium trecentiſquinquaginta annis:& impleti ſunt omnes dies eius ᵍ nongentorum quinquaginta annorum, & mortuus eſt.

*Filiorum Noe, Iaphet, Cham, & Sem propagatio & multiplicatio.* X.

A HAe ſunt generationes filiorũ Noe,Sem,Chã,&Iaphet. Nati ꝙ ſunt eis filij poſt diluuiũ. † ª Filij Iaphet:Gomer, & Magog, & Madai,& Iauan,& Thubal, & Moſoch, & Thyras. Porrò filij Gomer: Aſſenez,& Riphat,& Thogorma.Filij autẽ Iauan:Heliſa,& Tharſis,Cethim,& Dodanim. Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis,vnũſquiſq; ſecundũ linguam ſuam, & familias ſuas in nationibus ſuis. Filij autẽ Cham:Chus,& Meſraim,& Phuth,& Chanaan. Filij autẽ Chus: Saba,Heuila,&
B Sabatha,& Regma,& Sabathaca.Filij Regma:Saba,& Dadã. ᵍ Porrò Chus genuit Nẽroth: † Ipſe cœpit eſſe potẽs in terra,& erat robuſtus venator corã domino. Ab hoc exiuit prouerbiũ:Quaſi Nẽroth robuſtus venator corã domino. ᵇ Fuit autẽ principiũ regni eius Babylon,& Arach,& Achat,& Chalanne,in terra Sẽnaar. De terra illa egreſſus eſt Aſſur,& ædificauit Niniuen,& plateas ciuitatis, & Chale. Reſen quoq; inter Niniuẽ & Chale: Hæc eſt ciuitas magna. At verò ᶜ Meſraim genuit Ludim, & Anamim,& Laa-
c bim,& Neptuim,& Phetruſim,& Ceſſluim,de quib⁹ egreſſi ſũt Philiſtiim,& Capturin. ᵍ Chanaã autẽ genuit ᵈ Sidonẽ primogenitũ ſuũ,Hethæũ,& Iebuſæũ,& Amorræũ,& Gergeſæũ,& Euęum,& Arrachæũ,Synæũ,& Aradiũ,Samarithen,& Amathæũ. Et ᵉ per hos ſeminati ſunt populi Chananæorũ.Facti ꝙ ſunt termini Chanaã veniẽtibus à Sidone Ieraram,vſq; Gazan,donec ingrediaris Sodomã, & Gomorrã,& Adamã,& Seboim, vſ ꝙ Ieſa. Hi ſunt filij Cham in cognationibus & linguis,& ⸗ generationibus,[terris ꝙ & gẽtibus ſuis. ᶠ De Sem quoque nati ſunt,patre omniũ filiorũ ᶜ Heber,fratre Iaphet maiore. Filij Sem:Helã,& Aſſur, & Arphaxat,Lud,& Aram.Filij Arã:& Hus,& Hul,& Gether,&
D Mes. At verò Arphaxat genuit Sale,de quo ort⁹ eſt Heber. ᵍ Nati ꝙ ſunt Heber filij duo: Nomen vni Phaleg, eo quòd in diebus eius diuiſa ſit terra,& nomẽ fratris eius Iectam. Qui Iectã genuit Helmodad,& Saleph,& Aſarmoth,Iare,& Aduram,& Iazal & Deda, & Hebal, Abimahel,Saba,& ᵉ Iophir,]& Euila,& Iobab.Omnes iſti filij Iectan.Et facta eſt habitatio eorũ, de Meſa pergentibus vſque Sephar montẽ orientalem. ᶠ Iſti ſunt filij Sem ſecundum cognationes & linguas & regiones in gẽtibus ſuis. Hæ familiæ filiorum Noe iuxta populos & nationes ſuas. Ab his diuiſæ ſunt gẽtes in terra poſt diluuiũ.

*In turris Babel ædificatione ſuperborum actus eorúmque lingua confunditur. Sem genealogia vſque ad Abram texitur.* XI.

A ERat autẽ * terra ª labij vnius, & ſermonum eorundẽ.Cumq; proficiſcerentur de oriẽte,inuenerunt cãpum in terra Sẽnaar,& habitauerunt in eo. Dixit ꝙ alter ad proximum ſuum: ᵃ Venite,]faciamus lateres,& coquamus eos igni.Habuerunt ꝙ lateres pro ſaxis,& bitumen pro cęmento,& dixerunt: ᵇ † Venite,]faciamus nobis ciuitatem, & turrẽ, cuius culmen ⸗ pertingat ] ad cœlum:& celebremus nomen noſtrum ³ antequam ] diuidamur in vniuerſas terras. ᵇ Deſcendit autẽ dominus vt videret ciuitatem,& turrẽ quam ædificabant filij ⁴ Adam,] & dixit: Ecce,vnus eſt populus, & vnum eſt labiũ omnibus.Cœperunt⸗ hoc facere nec deſiſtent à cogitationibus ſuis,donec eas
B opere cõpleant. ᵍ Venite igitur,deſcendamus & confundamus ibi linguam eorum, vt nõ ⁵ audiat ]vnuſquiſ⸗ vocẽ proximi ſui. At ꝙ ita diuiſit eos dominus ex illo loco in vniuerſas terras,& ceſſauerunt ędificare ciuitatẽ.Et idcirco vocatum eſt nomen illius Babel:quia ibi ⁶ ᶜ cõfuſum eſt ]labium vniuerſę terrę. Et inde diſperſit eos dominus ſuper faciem cunctarũ regionũ.Hę ſunt generationes Sem. † Sem erat centum annorũ quãdo

a iiij genuit

ᵘ Nuditatem patris ſui.

ᵉ. Ne videretur maledicere quem deus benedixerat,ideo patris maledictũ nepti filio, cum nõ minorem cruciatum habuerit pater, quàm filius. Chryſo.in Gene.homi.29.

Eſque terra de nomine ſuo Chanaan dicta eſt, & poſteri eius Chananæi. Hæc fuit prima gens quæ deum ignorauit, quoniã princeps eius, & conditor cultum dei à patre nõ accepit maledictus ab eo. Lactan.lib.2.cap.14.

ᶠ. De Sem Hebręi, de Iaphet gentes. De nobis igitur prophetat, qui in eruditione & ſcientia ſcripturarum electo Iſraele verſamur. Hierony. Sem enim pater fuit Iudæorum, Iaphet autem pater gentium, quæ per Chriſtum ingreſſæ ſunt in tabernacula Iudæorum, Chryſo. in Matth. homil.37.

ᵍ. Inde colligũt Hebræi Noe vixiſſe vſque ad 58.ann.Abrahæ: Euſebius verò vſque ad 69.

ª. Iapher filio Noe nati ſunt ſeptem filij, qui poſſederunt terrã in Aſia & Europa, nomina locis & gentibus relinquentes. Sunt autem Gomer, Galatæ: Magog.Scythæ: Madai,Medi:Iauan,Iones,qui & Græci: Thubal, Iberi: Moſoch, Cappadoces, vnde & vrbs hodie apud eos Mazacha: Thyras, Thracer. Hier. Et ita de aliis locis,vide Hieron.ſuper Geneſ.

ᵇ. Nemroth filius Chus arripuit inſuetam primus in populo tyrãnidem:regnauitque in Babylone,quæ ab eo quod ibi confuſæ ſunt linguæ eorum ædificantium, Babel appellata eſt. Hiero. in Gene.

ᶜ. Aegypt⁹ ab Hebræis Meſraim hactenus appellata, & Aethiopia Chus.

ᵈ. A quo vrbs in Phœnice Sidon vocatur.

¹. Poſtea diſſipatæ ſunt familiæ Chananem.

ᵉ. A quo Hebræi. Vatiemio quodam filio ſuo Phaleg nomen impoſuit: qui interpretatur diuiſio,ab eo quòd in diebus eius linguæ in Babylone diuiſæ ſunt.

². Ophir.

ᶠ. In ſumma igitur de tribus filiis Noe omnes primogeniti,id eſt,quindecim de Iapher & triginta vnus de Cham, & viginti ſeptem de Sem, fiunt ſeptuaginta tres. Aug. de ciuit. dei,lib.16.

*Vniuerſa.

ª. Labiũ vnũ ſermonẽ dicit, & iterum idipſum per vocẽ; ſignificans omnes vnũ fuiſſe eadem voce & lingua. Chry. ibi.

¹. Eia,vel agite,hortandi dictiones.

². Eia,horrantis dictio,& inſultãtis.

³. Ne fortè.

⁴. Hominum.

ᵇ. Nõ loco mouetur deus qui ſemper vbique eſt totus, ſed deſcendere dicitur eum aliquid facit in terra quod præter vſitatum naturæ curſum mirabiliter factum præſentiã eius quodammodo oſtendit. Aug. 16.de ciuitate dei. cã.5.

⁵. Capiat, vel intelligat.

⁶. Confudit dominus.

ᶜ. In hac autẽ confuſione linguarum Abraham iam 48. annum agebat.

genuit Arphaxat biennio [c] poſt diluuium. Vixit ℣ Sem poſtquã genuit Arphaxat, quin
gentis annis, & genuit filios & filias. Porrò Arphaxat vixit trigintaquinq; annis, & ge-
nuit [7 d] Sale. Vixit ℣ Arphaxat poſtquã genuit Sale, trecẽtis tribus annis: ] & genuit filios
& filias. † Sale quoq; vixit triginta annis, & genuit Heber. Vixit ℣ Sale poſtq genuit He
ber, quadringentis tribus annis, & genuit filios & filias. [8] Vixit autẽ Heber trigintaqua- c
tuor annis, & genuit Phaleg. Et vixit Heber poſtq genuit Phaleg, quadringẽtis triginta
annis, & genuit filios & filias. Vixit quoq; Phaleg triginta annis, & genuit Reu. Vixit ℣
Phaleg poſtq genuit Reu, ducẽtis nouẽ annis, & genuit filios & filias. Vixit autẽ Reu tri-
gintaduobus annis, & genuit Sarug. Vixit quoq; Reu poſtq genuit Sarug, ducẽtis ſeptẽ
annis, & genuit filios & filias. Vixit autẽ Sarug triginta annis, & genuit Nachor. Vixit ℣
Sarug poſtq genuit Nachor, ducẽtis annis, & genuit filios & filias. Vixit autẽ Nachor
vigintinouẽ annis, & genuit Thare. Vixit ℣ Nachor poſtq genuit Thare, [e] centũ decẽ &
nouem annis, & genuit filios & filias. Vixit ℣ Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abrã,
& Nachor, & Arã. [9] Hæ ſunt autẽ generationes Thare: Thare genuit Abrã, Nachor, & D Ann. ante Chriſtum 2012. Anni mundi 1949.
Arã. Porrò Arã genuit Lot. Mortuus ℣ eſt Arã [8] ante Thare patrem ſuũ, ] in terra natiui
tatis ſuæ, in Hur Chaldæorum. † Duxerũt autem Abrã & Nachor vxores: Nomen vxo-
ris Abram, Sarai. Et nomen vxoris Nachor, Melcha filia Arã, patris Melchæ, & patris [f]
Ieſchæ. Erat autem Sarai ſterilis, nec habebat filios. † Tulit itaq; Thare Abrã filiũ ſuũ, &
Lot filiũ Aram, filium filij ſui, & Sarai nurũ ſuã, vxorem Abrã filij ſui: & [9] eduxit eos ] de
Hur Chaldęorũ vt irent in terrã Chanaan. Venerunt ℣ vſque [g] Haran, ] & habitauerũt
ibi. Et facti ſunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus eſt in Haran.

*Abram dei mandato parens patriam patrémque relinquens in Sichem domino ſacrificauit. Inde propter famẽ Aegyptũ ingreſſus vxorẽ ablatã à rege multis donis cumulatus repetit.* XII.

DIxit autem dominus ad Abram: [a] † Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & A † Act.7.2. Ioſ.24.
de domo patris tui, & veni in terram quã monſtrauero tibi. † Faciam ℣ te in gen
tem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eris ℣ [1] benedi-
ctus. ] Benedicam benedicentibus tibi, † & maledicam maledicentibus tibi, atque in te
benedicentur vniuerſæ cognationes terræ. [b] Egreſſus eſt itaque Abram, ſicut præcepe-
rat ei dominus, & iuit cum eo Lot. Septuagintaquinque annorũ erat Abram, cùm egre-
deretur de Haran. Tulit ℣ * Sarai vxorem ſuã, & Lot filium fratris ſui, vniuerſam ℣ ſub-
ſtantiam quã poſſederant: [2] & animas quas fecerant in Haran, & egreſſi ſunt, vt irent in B
terrã Chanaan. Cum ℣ veniſſent in eam, pertranſiuit Abram terrã vſque ad locum Si-
chem, & vſque ad [3] cõuallem illuſtrem. ] Chananęus autem tunc erat in terra. Apparuit
autem [c] dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terrã hanc. Qui ędificauit ibi al-
tare domino, [3] qui ] apparuerat ei, ⊱ & inuocauit ibi nomen eius. ] Et inde tranſgrediens
ad mõtem qui erat cõtra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculũ ſuum, ab occidente
habens Bethel, & ab oriente Hay. Aedificauit quoq; ibi altare domino, & inuocauit no
men eius. [4] Perrexit ℣ Abram vadẽs, & vltra progrediens ad meridiem. Facta eſt autem c
fames in terra: Deſcendit ℣ Abrã in Aegyptũ, vt peregrinaretur ibi. † Pręualuerat enim ]
fames in terra. Cum ℣ propè eſſet, vt ingrederetur Aegyptũ, dixit Sarai vxori ſuę: [d] † No- † 12.q.2. Videam. 22.q.2. Quæritur.
ui quòd pulchra ſis mulier, & quòd cũ viderint te Aegyptij, dicturi ſunt: vxor illius eſt,
& interficient me, & te [5] reſeruabũt. ] † Dic ergo obſecro te, quòd ſoror mea ſis, vt be- † Infrà 20.c
ne ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. Cùm itaq; ingreſſus eſſet A-
bram Aegyptum, [6] viderunt ] Aegyptij mulierem, quòd eſſet pulchra nimis. Et [7] nũcia-
uerunt principes Pharaoni, ] & laudauerunt eam apud [8] illum. [5] Et ſublata eſt mulier in D
domũ Pharaonis, [9] Abram verò bene vſi ſunt ] propter illam. Fuerũt ℣ ei oues, & boues,
& aſini, & ſerui, & famulę, & aſinę & cameli. ] † Flagellauit autẽ dominus Pharaonem † De pœnit. diſt. 1. c. Vt iuſſum.
plagis maximis, & domum eius, propter Sarai vxorem Abram. Vocauit ℣ Pharao Abrã,
& dixit ei: [10] Quíddam eſt hoc, quod ] feciſti mihi? Quare nõ indicaſti mihi quòd vxor
tua eſſet? Quã ob cauſam dixiſti eſſe ſororem tuam, vt tollerem mihi eam in vxorem?
Nũc igitur ecce [e] coniunx tua, accipe eam, & vade. Præcepit ℣ Pharao ſuper Abram vi-
ris: & deduxerunt eum & vxorem eius, & omnia quæ habebat.

*Abram*

---

c. Diluuium incepit anno mundi 1656. & duravit anno vno & 10. diebus, & ſic deſiit anno mundi 1657. Secundo verò anno poſtdiluuium, hoc eſt, anno 1658. Sem genuit Arphaxat.

7. d. Cainam. Et vixit Arphaxat poſtquam genuit Cainan quadringentis tribus annis, & genuit filios & filias, & mortuus eſt. Et vixit Cainan annis 130. & genuit Sale. Et vixit Cainan poſtquam genuit Sale annos 330. Græc. Aliàs nõ ſtaret genealogia ſecundum Lucam.

e. Ex genealogiis 11. c. à diluuio ad natiuitatẽ Abrahæ iuxta textum Hebræum & noſtrum, colligũtur 292. anni. & ſic è creatione mundi 1948. Iuxta verò 70. interpr. 1146. & ſic à creatione mũdi 1386. Iuxta Euſeb. autẽ 1385. Inter quos deinceps nulla eſt differentia, vel pauca.

8. In conſpectu Thare patris ſui.

f. Id eſt, Sarai Binominis erat. Haram enim duas filias genuit: Melcham vxorem Nachor, & Sarai quæ & Ieſcha vxorem Abrahæ. Hiero. ibidem.

9. Egreſſi ſunt pariter.

g. Haran ſiue Charan ciuitas eſt Meſopotamiæ morte Thare inſigni: à Chara Syriæ fluuio dicta.

a. Ad præceptum vocãtis prima ſede cognationẽque relicta per fidem credit quæ non vidit, donec videre mereatur omne quod credit. Proſper.

1. Benedictio.

b. Iuxta Hebræos Abraham 52. annorum erat cum exiuit de Hur Chaldæorũ: Cũ verò de Haran, 75. annorum erat. Et ſic moratus eſt in Haran 23. annis. In illo autem exitu eraditur patrem reliquiſſe viuũ: qui poſtea 60. vixerit annis. Abraham verò ante mortem patris multoties reuerſus vi furus patrem, quo mortuo Haran penitus reliquit nunquam reuerſurus, vt patet Actu. 7. 2.

2. Abraham.

3. Planitiem Moreth. nomen eſt eiuſdam viri, vt inferius Mambre.

c. Hic annus primus eſt repromiſſionis in quo Abraham cœpit cum prole ſua peregrinari in Aegyptũ, à quo ad exitum Iſraël ex Aegypto ſunt 430. anni. Et eſt.

Secũda dei appa ritio ad Abram.

3. Vbi.

4. Grauis enim erat.

d. Abraham non mendacium dixit, ſed verũ tacere voluit. Hieron. Auguſt.

5. In vita conſeruabunt.

6. Contemplati.

7. Viderunt eam principes Pharaonis.

8. Pharaonem.

9. Ipſi Abrã verò benefecerit.

10. Cur hoc.

e. Quoniam cognoui quod non eſt ſoror tua, ſed vxor, ecce habes eam, neque in aliquo offendi coniugium veſtrum, neque priuaui te vxore tua, intacta egreditur, ſeruata caſtitate ſua. Chryſoſt. ſuper Geneſin.

† 35.q.1. Cauſa. § Iuraqua. 1. Para. 1. k.

† Ioſ.24. Nezm. 9. b. Iudith. 5. c. Sap. 10. c. Acto. 7. c.

† Ioſ.24. Reſurrex. 3. Hiero. Heb. 11. b. Ann. ante Chriſtum. 1962. Anni mundi 2000. † 24.q.1. Cõſanitis. Ann. ante Chriſtum. 1940. Anni mundi 2023. Ann. ante Chriſtum. 1919. Anni mundi 2024. 1. anno repromiſſionis. 32.q.4. Recurrat. Ioſ. 16.

*Abram & Lot Aegyptum egreſſi, præ nimia opulentia ſeparati, Lot Iordanis fines elegit, Abram verò Chanaan, vbi ſecundo diuino fretus eſt alloquio.* XIII.

Ascendit ergo Abram de Ægypto, ipſe & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo, ad auſtralem plagam. Erat autē diues valde in [1] poſſeſsione auri & argenti. Reuerſúſq; eſt per iter quo venerat, à meridie in Bethel, vſque ad locum vbi [1] prius ] fixerat tabernaculum, inter Bethel & Hay, in loco altaris quod *fecerat prius: & inuocauit ibi nomen domini. Sed & Lot [3] qui erat cum ] Abram, fuerunt greges & ouiū, ] & armenta & tabernacula: nec [4] poterat eos capere ] terra, vt habitarēt ſimul. † Erat quippe ſubſtantia eorum multa, & nequibāt habitare cōmuniter. ‡ Vnde facta eſt rixa inter paſtores gregum Abram & *Lot. Eo autem tēpore Chananæus & Pherezæus habitabant in illa terra. Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæſo ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos: [2] fratres enim ſumus. Ecce vniuerſa terra coram te eſt, recede à me obſecro. Si ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo: ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam. [b] Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, [c] quæ vniuerſa irrigabatur: antequam ſubuerteret dominus Sodomam & Gomorram, ſicut [5] paradiſus ] domini, & ſicut Ægyptus veniētibus in [6] Segor. ] ‡ Elegítq; ſibi Lot* regionem circa Iordanem, & receſsit ab oriente. † [7] Diuiſíq; ſunt alterutrum à fratre ſuo: ] Abram habitauit in terra Chanáan: Lot verò moratus eſt in oppidis [8] quæ erant circa Iordanem, ] & habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitæ peſsimi erant, & peccatores coram domino nimis. Dixitq; dominus ad Abram, poſtquam diuiſus eſt ab eo Lot: [d] † Leua oculos tuos in directum, & vide à loco in quo nunc es ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem. † ‡ Omnem terram quam conſpicis, tibi dabo & ſemini tuo vſque in ſempiternū. [e] Faciamq; ſemen tuum, ſicut puluerē terræ. Si quis [9] poteſt ] hominum numerare puluerem terræ, ſemen quoque tuum numerare poterit. Surge ergo, ] & perambula terrā, in longitudine & in latitudine ſua, quia tibi daturus ſum eam. Mouens igitur tabernaculum ſuum Abram, venit, & habitauit iuxta conuallē Mābre, quæ eſt in Hebron. [f] Ædificauitq; ibi altare domino. ]

*Quatuor reges aperto marte quinque vicerant, & ſpoliata Sodoma Lot cum pleriſque aliis captiuum ducebant: quos Abram perſequutus omnes captiuos ſpoliáque reduxit, atque benedictione à Melchiſedech accepta, cuncta regi Sodomæ reddidit.* XIIII.

Actum eſt autem [1] in illo tempore, vt Amraphel Rex Sennaar, & Arioch Rex Ponti, & Chodorlahómor Rex Elamitarum, & Thadal Rex gentium, inirent ] bellum contra Bara Regem Sodomorum, & contra Berſa Regem Gomorræ, & contra Sennaab Regem Adamæ, & contra Seméber Regem Seboym, contraq; Regem Bale, ipſa eſt Segor. Omnes hi conuenerunt in vallem [2a] ſylueſtrē, quæ nunc eſt mare ſalis. Duodecim enim annis ſeruierant Chodorlahómor, & tertiodecimo anno receſſerunt ab eo. Igitur quartodecimo anno, venit Chodorlahómor, & reges qui erāt cū eo, & percuſſerūt Raphaim in Aſtaroth, & Carnaim, ] & Zuzim [3] cum eis, ] & Emim in [4b] Sabe ] Cariathāim, & Chorrhæos in montibus Seir, vſque ad cāpeſtria Pharan, quæ eſt [5] in ſolitudine. ] ‡ Reuerſiq; ſunt, & venerunt vſque ad [6] fontē ] Miſphat, ipſa eſt Cades, & percuſſerunt omnem regionem Amalechitarum & Amorræorum, qui habitabant in [c] Aſa ſonthamar. † Et egreſſi ſunt Rex Sodomorum, & Rex Gomorræ, Rexq; Adamæ, & Rex Seboym, necnon & Rex Balæ, quæ eſt Segor, & direxerunt aciē contra eos in valle [7] ſylueſtri, ſcilicet aduerſus Chodorlahómor Regē Elamitarum, & Thadal Regē gentium, & Amraphel Regē Sennaar, & Arioch Regē Pōti, quatuor reges aduerſus quinq;. Vallis autem ſylueſtris habebat puteos multos bituminis. Itaq; Rex Sodomorū, & Rex Gomorræ, [d] terga verterūt, ceciderunt q; ibi: & qui remanſerant, fugerunt ad montem. ‡ Tulerunt autem omnem ſubſtātiam Sodomorum, & Gomorræorum, & vniuerſa quę ad cibum pertinent, & abierunt. Necnō & [e] Lot, & ſubſtantiam eius, filiū fratris Abrām, qui habitabat in Sodomis. Et ecce vnus qui euaſerat, nūciauit Abrā Hebræo: qui habitabat in conualle Mābre Amorræi, fratris Eſchol, & fratris Aner: Hi enim pepigerant fœdus cum Abram. Quod cum audiſſet Abrā, captum videlicet Lot fratrē ſuum, [8] numerauit ] expeditos

---

a. In pecore, in auro, & in argento.
1. à principio ſuum.
*Ibi.
3. Comitanti.
4. Ferebat eos.
*Inter paſtores gregum.
2. a. Et certè Lot non eſt frater Abrahæ, ſed filius fratris eius Aram, vt ſupra. 11. d. Quatuor enim modis fratres in ſcripturis dicuntur, natura, gēte, cognatione, affectu. Hiero. in Geneſ.
b. Facultatum multitudo ſtatim fit cauſa diſceſſus, diuiſionem operatur, concordiā impedit, & cognationis vinculum dirimit. Chryſoſt. in Gene Homilia. 33.
c. Lot tantùm terræ naturam, & non inhabitantium malitiam aduertit. Chryſ. ibid.
5. Hortus.
6. Zoar.
*omnem.
7. Separatus eſt alter ab altero.
8. Planitiēi, & fixit tabernaculum vſque Sodomam.

## Tertia apparitio dei ad Abram.

d. Quatuor mundi climata poſuit, orientem & occidentem, aquilonē & meridiānū. Hieronym. ibid.
9. Poterit.
e. Verè ſupra naturā humanā eſt hæc promiſsio: nō ſolum promiſit ſe facturum eū patrem inter tot impedimēta, ſed in tantum multiplicaturum filiorum numeroſitatē, vt terreno puluēri coęquentur. Chryſo. ibi.
f. Non enim expectauit donec promiſſa complerentur, ſed & mox pro promiſsione gratias egit. Chryſo. Ho. 24.

1. In diebus Amraphael regis Sennahar, Arioch regis Aelaſar, Chodorlahomor regis Elam, & Thadal regis gentiū: & commiſerunt.
2. a. Siddim, hoc eſt vallem ſalſam, i. mare ſalis, quam Hebræi alio loco ſcripturarum Saliſſam vocari dicunt & vallem ſalinarum, in qua fuerunt antè putei bituminis, poſt dei iram & ſulphuris pluuiam, in mare mortuū verſa eſt. Hieron. ibid.
3. In Ham.
4. b. Planitie vel Saluē. Quæ vſque hodie ſic vocatur.
5. Iuxta deſertum.
6. Hon.
c. Hoc oppidum eſt quod nunc vocatur Engaddi, balſami & palmarum fertile. Hieron. ibidem.
7. Siddim, & infra.

d. Tanta erat eorum fortitudō, vt etiam hoſtes ſuos aſpectu ſuo in fugam verterent. Chryſoſt. Hom. 33.

e. Nihil profuit Lot primatus & electio, qui putabat ſe in maiori eſſe terræ vbertate & copia: ſi poſtea ſe ditiorē quouerum, & abundantiorē, & repente factus eſt ſeruus, carens domo, carens & foco. Chryſoſt. ibidem.
8. Armauit.

Ioſue. 16. A
Infra. 36. 2. B
† Infra. 18. c.
Supr. 12. b. Infra. 15. b. 26. 2. Infra. 26. 2. 7. b. 26. 2. Rom. 2. 4. c.
Ioseph. 1. 27. A
† De pœni. di. 1. Sed & continuo. B
C

f. Hali enus è fontibus eſt Iordanis. Nam & alter vocatur Ior. Duobus ergo fontibus qui haud procul à ſe diſtant in vnum riuulum federatis, Iordanis deinceps appellatur. Hiero. ibid.
g. Diuiſus eſt.
10. Plana. vel Saue.
g. Hunc Hebræi aiunt eſſe Sem filiũ Noe, & ſupputantes annos vitæ ipſius, oſtendunt eum ad Iſaac vſque vixiſſe. Hieron. ibid.
11. Poſſeſſori cœli & terræ.
12. Qui tradidit hoſtes tuos in manu tua.
13. Et ſubſtantiam ipſam.
14. Si à filo vſque ad corrigiam calceamenti accepero.
15. Minuit enim fructum triũphi mercedis ſuſceptio, & beneficij arrodit gratiam. Pluri mũ enim refert verum pecuniæ an gloriæ dimicaueris. Alter mercennarij loco ducitur, alter dignus habetur cõſeruatoris gloria. Amb. ibid.

expeditos vernaculos ſuos trecẽtoſdecem & octo, & perſecutus eſt eos vſque[f] Dan. Et [g]diuiſis ſociis, irruit] ſuper eos nocte. Percuſſitq; eos, & perſecutus eſt vſque Hoba, quæ eſt ad læuam Damaſci. Reduxitq; omnem ſubſtantiam, & Lot fratrem ſuum cum ſubſtantia illius, mulieres quoque & populum. [8]Egreſſus eſt autẽ Rex Sodomorum in occurſum eius, poſtquã reuerſus eſt à cæde Chodorlahómor, & regum qui cum eo erant, in valle[10] Sabe, quæ eſt vallis Regis. † At verò [8]Melchiſedech Rex Salem proferens panẽ & vinum (erat enim ſacerdos dei altiſſimi,) benedixit ei, & ait: Benedictus Abram deo excelſo,[11] qui creauit cœlum & terram,] & benedictus deus excelſus,[12] quo protegente hoſtes in manibus tuis traditi ſunt.] † Et dedit ei decimas ex omnibus. Dixit autem Rex Sodomorum ad Abram: [h]Da mihi animas,[13] cætera] tolle tibi. Qui reſpondit ei: Leuo manum meam ad dominum deum excelſum, poſſeſſorem cœli & terræ, †[14] quòd à filo ſubtegminis, vſque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quę tua ſunt, ne dicas: ego ditaui Abram: exceptis iis quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum, Aner, Eſchol, & Mambre. Iſti accipient partes ſuas.

D

†Heb. 7.a. De eodem dict. 2.c. In ſcice. &c. Accipie. † 23.q.5. Decet.

† 23.q.5. cet.

*Consolatio Abræ ex futuræ prolis, peregrinationiſque eiuſdem, & terræ Chanaan hæreditatis per ſigna promiſſione.* XV.

Quarta dei apparitio Abræ.

1. Filius diſpẽſationis domus meæ ſit iſte Damaſcenus Eliezer. Heb. vel, At filius Maſech vernaculæ meæ, hic Damaſcus Heliezer. 70. Interpret.
2. Id eſt, Ego ſine liberis moriar, & iſtius procuratoris mei, vel villici mei, qui vniuerſa diſpenſat & diſtribuit etharia familiæ meæ, vocatur que Damaſcus Eliezer: hic meus hæres erit. Hiero. ibi.
*eas numerare.
2. Reputauit hoc.
b. Hãc ſpeciem elegit dominꝰ, ſicut etiam Moyſes ſcripſit, ad hoſtias & ſacrificia.
3. Pullum columbæ.
4. Singulis cuiuſque partem alteram contra alteram poſuit.

HIs itaque tranſactis, factus eſt ſermo domini ad Abram per viſionẽ, dicens: †Noli timere Abram: Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Dixítque Abram: Domine deus quid dabis mihi? Ego vadam abſque liberis: &[12] filius procuratoris domus meæ (iſte Damaſcus Eliezer.) Addiditq; Abram: Mihi autem non dediſti ſemen, & ecce vernaculus meus, hęres meus erit.] Statímque ſermo domini factus eſt ad eum, dicens: Non erit hic hæres tuus: ſed qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis hæredem. Eduxítque eum foras, & ait illi: [8]Suſcipe cœlum, & numera ſtellas, ſi potes. * Et dixit ei: Sic erit ſemen tuum. † Credidit Abram deo, &[2] reputatum eſt] illi ad iuſticiam. Dixítque ad eum: † Ego dominus, qui eduxi te de Hur Chaldæorum, vt darem tibi terram iſtam, & poſſideres eam. At ille ait: Domine deus, vnde ſcire poſſum quòd poſſeſſurus ſum eam? Et reſpondit dominus: Sume, inquit, mihi[b] vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorũ trium, turturem quoque &[3] columbam.] Qui tollés vniuerſa hæc, diuiſit ea per medium, & [4] vtraſque partes contra ſe altrinſecus poſuit:] [8] Aues autem non diuiſit. Deſcenderúntque volucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abram. Cumq; ſol occumberet, ſopor irruit ſuper Abrã, & horror magnus & tenebroſus inuaſit eum. Dictum ẽſt ad eum: [5]† Scito prænoſcẽs,] quòd peregrinũ futurũ ſit ſemen tuũ in terra nõ ſua, & [6]ſubiicient eos ſeruituti,] & * affligent[c] quadringentis annis. † Verũtamẽ gentem cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo, & poſt hæc egredientur cũ magna ſubſtantia. Tu autẽ ibis ad patres tuos, in pace ſepultus in ſenectute bona. Generatione autẽ [d]quarta reuertẽtur huc. [8] Necdũ enim cõpletæ ſunt iniquitates Ammorrhæorum, vſq; ad præſens tẽpus. Cũ ergo occubuiſſet ſol, facta eſt caligo—tenebroſa,] & apparuit clibanus fumans, & lãpas ignis tranſiens inter diuiſiones illas. In die illo pepigit dominꝰ fœdus cum Abram, dicẽs: † Semini tuo dabo terrã hanc, à[e] fluuio Aegypti vſque ad fluuium magnũ Euphrátẽ. Cinæos, & Cenezęos, Cethmonæos, & Hethæos, & Pherezæos, Raphaim quoque & Ammorrhæos, Chananæos, & Gergeſæos, & Iebuſæos.

A Ioſ.1.8. † 23.q.5. Decet.

†Roma.4.a. Galat.3.a. Iacob.2.d. Sup.11.d. † 32.q.2. Cum ergitur. § Hic ſraque.

B

c

†Aõ.7.a. Exod.12.f.

† 23.q.5.c.vl. n.4. Per fidẽ tes.

D

†Sub.22.h. 23.q.5.c.vl. § Per fidẽ Infr.26.a. Deut.34.b.

*Quinta apparitio dei ad Abrã.*

5. Sciendo ſcias.
6. Seruient eis.
*Illi eos.
c. Cõputandis à quinto anno Iſaac cum exiret Iſmael à domo Abrahæ. Et ſi numerentur. 430. anni, computãdi ſunt à 75. anno Abrahæ cum peregrinari eſt in Aegyptum quem ſequuntur cum erat ſemẽ ſimm.
d. Ab egreſſu Aegypti vſque ad ingreſſum terræ Chanaan ſub Ioſue.
e. Riuo coturæ dicto Aegyptũ à Chanaan ſe parente, qui & Riuator vel torrens dicitur.

Aſſyrios, & Arphaxad, & Lud, & Aram, & filij Aram, Vz, & Hul, & Gether, & Mes. Arphaxad autem genuit Sale, & Sale genuit Heber. Heber quoque genuit duos filios: nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuiſa eſt terra: & nomen fratris eius Iectan. Iectan genuit Elmodad, & Saleph, & Haſarmoth, & Iare, & Aduram, & Vzal, & Decla, & Ebal, & Abimahel, & Saba, & Ophir, & Heuila, & Iobab. Omnes iſti filij Iectan. Habitauit autem Sem à monte Oriente vſque ad montem Libani, & Antilibani, & Mare Rubrum, & Gadis, & Mare Magnum, & Gadis, & Mare Magnum, & Gadis, & Mare Magn

te igitur eam. Sarái, fugã iniit. Cumq; inuenisset eam angelus domini iuxta fontẽ aquæ in solitudine, quæ est in via [b]Sur in deserto, dixit ad illam: Hagar ancilla Sarái, vnde venis: & quò vadis? [f] Quæ respõdit: A facie Sarái dominæ meæ ego fugio. Dixitq; ei angelus domini: Reuertere ad dominam tuã, & humiliare sub manu illius. Et rursum: [*] Multiplicans, inquit, multiplicabo semen tuum, & nõ numerabitur præ multitudine. Ac deinceps, ecce, ait, cõcepisti, & paries filium, vocabisq; nomẽ eius Ismael, [c] eo quòd audierit dominus afflictionem tuam. [g] Hic erit ferus homo, [d] manus eius cõtra omnes, & manus omnium cõtra eũ, & è regione vniuersõrũ fratrũ suorũ figet tabernacula. Vocauit autẽ Hagar nomẽ domini, qui loquebatur ad eã: tu de[9] qui[5] vidisti ]me. Dixit enim: Profectò hic vidi[6] posteriora videtis ]me. Propterea appellauit puteũ illũ †: puteũ viuẽtis & videtis me. Ipse est ĩter Cades & Barad. † Peperitq; Hagar Abrę filiũ, qui vocauit nomẽ[7] eius ]Ismael. Octoginta & sex annorum erat Abram, quando peperit ei Hagar Ismaelẽ.

b. Consequenter Aegyptia in via Sur, quæ per eremum ducit in Aegyptum, ire festinabat. Hiero. ibidem.
*Dixit ad eã angel[9] domini.
c. Ismael primus mortalium nomen à deo sortitus est.
d. Significat semen eius habitaturũ in eremo, id est Saracenos vagos in certisque sedibus: qui vniuersas gentes incursant, & impugnantur ab omnibus. Hiero. ibid.
5. Vides.
6. Post videntem.
7. Filij sui quem peperit illi Hagar.

*Nominibus Abræ & Sarai mutatis, ex circuncisionis præcepto, filio promisso, & Ismaelis successu certior factus Abraham, circuncisionis præceptum exequutus est.* XVII.

Sexta dei apparitio ad Abram.

POstquã vero nonaginta & nouẽ annorũ esse cœperat, apparuit ei deus: Dixitq; ad eum: Ego dominus omnipotens. Ambula coram me, & esto perfectus. † Ponam q; fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehemẽter nimis. Cecidit Abram[3] pronus in faciẽ. ]Dixitq; ei deus: [2] Ego sum, & ponã ]pactũ meũ tecum, † eris q; pater multarũ [2] gentiũ. Nec vltrà vocabitur nomẽ tuũ Abrã, sed appellaberis Abraham, quia patrẽ multarũ gentiũ cõstitui te. Faciamq; te crescere vehementissimè, & ponã te in gentibus. Regẽsq; ex te egrediẽtur, & statuã [b] pactũ meũ inter me & te, & inter semen tuũ post te, in generationib[9] suis fœdere sempiterno: vt sim[3] de[9] tuus, & seminis tui ]post te. † [a] Daboq; tibi & semini tuo post te, terrã peregrinatiõis tuæ: oẽm terrã Chanáam in possessionem æternã, eroq; [4] de[9] eorũ. ]Dixit iterũ de[9] ad Abrahã: Et tu ergo custodies pactũ meũ, & semen tuũ post te in generationibus suis. Hoc est pactũ meũ quod obseruabitis inter me & vos, & semẽ tuũ post te. † [c] Circuncidetur ex vobis omne masculinũ, & circũcidetis carnẽ prępucij vestri, vt sit in signũ fœderis ĩter me & vos. † Infans octo die rũ circuncidetur in vobis. Omne masculinũ in generationib[9] vestris, tã[5] vernaculus quã emptici[9] circũcidetur, & quicũq; nõ fuerit de stirpe vestra: ]† Erit q; pactũ meũ in carne vestra in fœd[9] æternũ. [6] Masculus cui[9] prępucij ]caro circũcisa nõ fuerit: delebitur aĩa illa de populo suo, quia pactum meũ irritum fecit. [g] Dixit quoq; de[9] ad Abrahã: Sarái vxorẽ tuã nõ vocabis Sarái, sed[7] [d] Sarã. ]Et benedicã ei, & ex illa dabo tibi filiũ, cui benedicturus sũ. Erit q; ĩ nationes, & Reges populorũ oriẽtur [8] ex eo. ]Cecidit Abrahã ĩ faciẽ suã, & risit in corde suo, dicẽs: Putásne cẽtenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? Dixitq; ad dominum: Vtinã Ismael viuat corã te. Et ait domin[9] ad Abrahã: [*] † Sara vxor tua pariet tibi filiũ, vocabisq; nomẽ eius [5] Isaac. Et cõstituã pactũ meũ illi in fœdus sempiternũ, & semini eius post eum. Super Ismael quoq; exaudiui te: Ecce benedicã ei, & augebo & multiplicabo eum valde. Duodecim duces generabit, & faciã illum ]in gentẽ magnã. [g] Pactũ verò meũ statuã ad Isaac, quẽ pariet tibi Sara tẽpore isto, in anno altero. Cũq; finitus esset sermo loquẽtis cũ eo, ascẽdit de[9] ab Abrahã. Tulit autẽ Abrahã Ismael filiũ suũ, & omnes[9] vernaculos domus suę, ]vniuersos quos emerat, & cunctos mares ex omnibus viris domus suæ, & circuncidit carnẽ præpucij eorum, statim in ipsa die, sicut præceperat ei deus. [f] Abrahã nonaginta & nouem erat annorum, quãdo circuncidit carnẽ præpucij sui, & Ismael filius suus tredecim annos impleuerat tẽpore circuncisionis suæ. † Eadem die circuncisus est Abraham, & Ismael filius eius, & omnes viri domus illius, tam vernaculi quàm empticij, & [10] alienigenæ ]pariter circuncisi sunt.

1. In faciem suam.
2. Ecce ego, &
2. Non solum quæ ex Isaac, sed quæ per totum mundum dispersæ fidem Abrahæ imitabuntur.
b. Vbicunque in Græco testamentum legimus, ibi in Hebræo sermone est fœdus siue pactum: id est Beritli. Hiero. ibid.
3. Tibi in deũ, & semini tuo.
4. Illis in deum.
c. Circuncisionis signum carnale nõ spirituale, filios carnales Abrahæ nõ spiritaler obligabat.
5. Filius familias, quàm qui pecunia est emptus à quoquã extraneo filio, qui non est de semine tuo. Circuncidendo circuncideturq; filius domus tuæ: & qui acquisitus est pecunia tua.
6. Et spũciari masculi cuius.
7. d. Sara est nomen eius. i. nõ diues princeps mea est, omniũ quippe gentium futura est princeps. 8. Causa autem mutati nominis hæc est, q; antea dicebatur princeps mea, vni[9] tantum domus materfamilias, postea verò absolute princeps.
8. Ex ea.
*Vtique.
e. Quatuor in veteri testamẽto absque vllo velamine nominibus suis antequam nascerẽtur, vocati sunt: Ismael, Isaac, Salomon & Iosias. Hiero. ibid.
9. Filios familiãs suos. Qui vt supra. 14. ca. erant, 318. omnes de familia Abrahæ.
f. Ne putes absque causa scripturam proponere nobis numerũ annorũ: Ni vt ex hoc discas iusti magnã obedientiã quòd eum iam in decrepita esset ætate, lẽiter tulerit dolorem propter præceptum dei. Chrysosto. ibid.
10. Quos ab alienigenis emerat.

*Angeli ab Abraham hospitio susceptis, fidẽ futuræ prolis illi & Saræ faciunt, quã ridẽtem arguentes Sodomæ euersionem Abrahæ reuelant, pro qua precatus, non est exauditus ab eis.* XVIII.

Septima dei apparitio Abrahæ.

APparuit autem ei dominus in conualle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso feruore diei. Cúmque eleuasset oculos, [1] apparuerunt ei ]* tres viri stantes prope eum. Quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & [2] adorauit in terra, ]& dixit: † Domine si inueni gratiam in oculis tuis,

1. Vidit, & ecce.
2. Videns fratres si non diffẽsatione sancti spiritus reperirentur. Veniũt ad Abrahã tres in meridie, veniunt ad Lot duo, & vespere. Augustin. ibid.
2. Incuruatus est ad terram.

Universidad de Deusto Biblioteca

lis tuis,ne[1b] tranſeas ſeruum tuum:]ſed afferā pauxillū aquæ,& lauētur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore.Ponamq; buccellā panis,& cōfortetur cor veſtrū, poſtea trāſibitis.Idcirco enim declinaſtis ad ſeruum veſtrū.Qui dixerunt: Fac vt locutus es. Feſtinauit Abraham in tabernaculū ad Saram,dixitq; ei:Accelera,[c] tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes.Ipſe verò ad armētum cucurrit,&† tulit inde vitulum tenerrimum & optimum,deditq; puero.Qui feſtinauit[4] & coxit]illū.†§ Tulit quoque butyrum,& lac,& vitulum quem[5] coxerat,& poſuit coram eis:Ipſe verò ſtabat iuxta eos ſub arbore.[d] Cumq; comediſſent,dixerūt ad eū:Vbi eſt Sara vxor tua?Ille reſpōdit: Ecce,in tabernaculo eſt.Cui dixit:† Reuertens veniā ad te tempore iſto,vita comite,& habebit filium Sara vxor tua.[6] Quo audito,Sara riſit poſt oſtiū tabernaculi.Erant autē ambo ſenes,prouectæq; ætatis:& deſierāt Saræ fieri[7] muliebria.] Quæ riſit[8] occultè,dicens:Poſtquā cōſenui,& dominus meus vetulus eſt,voluptati operā dabo? ] Dixit autē dominus ad Abrahā:quare riſit Sara}—vxor tua,]dicens:nū verè paritura ſum anus?Nūquid deo quicquam eſt difficile?Iuxta[9] condictum reuertar ad te* hoc eodē tēpore,vita comite,] & habebit Sara filiū.Negauit Sara,dicēs:nō riſi,timore perterrita. Dominus autem, nō eſt,īquit,ita,[e] ſed riſiſti.Cū ergo ſurrexiſſent īde viri,direxerūt oculos cōtra Sodomā,& Abrahā ſimul gradiebatur,deducēs eos.§ Dixitq; dominus:[f] Nū celare potero Abrahā quæ geſturus ſum,cū futurus ſit in gentē magnā ac robuſtiſsimā,& benedicendæ ſint in eo omnes nationes terræ?Scio enim q; præcepturus ſit filiis ſuis,& domui ſuę poſt ſe,vt cuſtodiāt viā domini,& faciāt iudiciū & iuſticiā,vt adducat dominus[10] propter ]Abrahā omnia quę locutus eſt ad eū.Dixit itaq; dominus:Clamor Sodomorū & Gomorrhęorum multiplicatus eſt,& peccatū eorū aggrauatū eſt nimis.† Deſcendā & videbo,[g] vtrū clamorē qui venit ad me opere cōpleuerint,an nō eſt ita,vt ſciā. Cōuerterūtq; ſe inde, & abierunt Sodomā. Abrahā verò adhuc ſtabat corā domino,& appropinquās,ait:Nūquid perdes iuſtū cū impio?Si fuerint quinquagīta iuſti in ciuitate,peribūt ſimul, & nō parces loco illi propter quinquaginta iuſtos ſi fuerint in eo?Abſit à te,vt[11] rem hāc ]facias,& occidas iuſtum cū impio,fiatq; iuſtus ſicut impius.[12] Nō eſt hoc tuū,qui iudicas oēm terrā.§ Nequaquā facies iudiciū hoc.]Dixitq; domin[o] ad eū:Si inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis,dimittā omni loco propter eos.Reſpōdit Abraham & ait:Quia ſemel cœpi,loquar ad dominū meum,[h] cū ſim puluis & cinis. Quid ſi min[o] quinquaginta iuſtis quinq; fuerint,delebis propter[13] quadraginta quinque ]vniuerſam vrbē?Et ait:Nō delebo,ſi inuenero ibi quadraginta quinq;.Rurſumq; locut[o] eſt ad eū:Si autē quadraginta ibi inuēti fuerint,quid facies?Ait:nō percutiā propter quadraginta.Ne quæſo,inquit,indigneris domine,ſi loquar.Quid ſi ibi inuēti fuerint trigīta? Reſpōdit:Nō faciā,ſi inuenero ibi trigīta.Quia ſemel,ait,cœpi,loquar ad dominū meū. Quid ſi ibi inuēti fuerīt viginti? Ait:nō interficiā propter viginti. Obſecro,inquit,ne iraſcaris domine,ſi loquar[14] adhuc ſemel.Quid ſi iuēti fuerint ibi decē? Dixit:nō delebo ꝓpter decē. Abiit[i] dñs poſtquā ceſſauit loqui ad Abrahā,& ille reuerſus eſt in locū ſuū.

*Lot angelos ſuſcipiēs hoſpitio à Sodomitis vim paſſus cū vxore,vtraque filia à Sodomitico ereptus incendio,vxorem in via amiſit,& tandem inebriatus cum vtraque filia inceſtū commiſit.* XIX.

Veneruntq; duo angeli[a] Sodomā veſpere,ſedēte Lot in foribus ciuitatis. Qui cū vidiſſet eos,ſurrexit,†& iuit obuiam eis,adorauítque pronus in terram,& dixit: Obſecro domini,declinate in domum[1] pueri]veſtri, & manete ibi. Lauate pedes veſtros,& mane* proficiſcemini in viam veſtram.Qui dixerunt:Minimè,ſed in platea manebimus.Compulit illos[2] oppido vt diuerterent ad eum. Ingreſsíſque domum eius fecit conuiuium,coxit azyma,& comederunt. Prius autem quàm irent cubitum, viri ciuitatis* vallauerūt domum illius,à puero vſque ad ſenem,omnis populus[3] ſimul.] vocauerúntque Lot,& dixerunt ei:Vbi ſunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc,vt cognoſcamus eos.§ Egreſſus ad eos Lot,* poſt tergum accludēs oſtium ,ait: Nolite quæſo fratres mei,nolite malum hoc facere. † Habeo duas filias , quæ necdum cognouerunt virum:[b] Educā eas ad vos,[4] abutemini eis,]ſicut vobis placuerit,[5] dūmodo ]viris iſtis nihil}—mali ]faciatis:quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei. At illi dixerunt:

1. Quæſo ne tranſeas à ſeruo tuo.
b. Diſce ergo qualm impiger eſſe debeas vt poſsis præuenire hoſpitem, ne quis præueniat,& te boni muneris defraudet. Ambroſius.
c. Idem myſterium & hic & in euangelio vbi mulier tria ſata farinæ fermentauit. Hieron. ibidem.
4. Vt præpararet.
5. Præparauerat.
d. Certo enim & omnibus modis inuiolabili munere immortalitatis induti, non neceſsitate ſed poteſtate comederunt,hoc eſt, non quia indigebant , ſed quia volebant,& vt hominibus quadam humanitate congruerent. Eucherius.ibid.
6. Sara verò hoc audiebat in oſtio tabernaculi, quod erat poſt illum.
7. Cōſuetudines mulierum.
8. Intrà ſe,dicens: Poſtquam attrita ſum, erit mihi voluptas.
9. Præfixum tempus reuertar ad te,iuxta tempus vitæ.
*. Sequentis anni.
e. Quare iſtam redarguit dominus cum & Abraham riſerit:niſi quia illius riſus admirationis & lætitiæ fuit,Saræ autem dubitationis? Aug. ſuper Geneſ.
f. Bene quoque Dominus Abrahæ ſecretorum ſuorū pandit arcana , de quo certus erat, quòd voluntatis ſuæ, & præceptorum ſuorum fidelis executor exiſteret. Ambro.ibid.
g. Hoc eſt,Si permanſerint in furore, non deerit pœna peccantibus,ſi deſierint ab inſania,mea fient cognitione dignißimi. Cognoſcit autē dominus eos qui ſui ſunt. Hieron.ibidem.
10. Super.
11. Secundum verbum iſtud.
12. Abſit inquā à te,nunquid iudicans vniuerſam terram non faceret iudicium?

h. Quoniā non habebat peccata quæ diceret,ad naturam ipſam confugit. Et quoniam terræ honeſtū quodammodo videtur,nomen cineris addidit. Chryſoſto. 2. Cor. 13. Hom. 23.
13. Quinque.

14. Saltem hac vice.
i. Ille angelus qui remanſerat cum Abraham,aliis duobus pergentibus Sodomā.

a. Ad Abrahamū veniunt in ipſa meridie viri tres:at veſperi Sodomā ingrediuntur angeli duo. Nam pater non indicat quicquam,ſed omne iudicium dedit filio, cui adeſt & ineſt naturaliter ſpiritus ſanctus. Procopius ibid.
1. Setini.
*Conſurgetis, &
2. Violenter.
*Viri inquam Sodomæ.
3. Ab extremo ſub. ciuitatis.
*Ad oſtium.
b. Nec eas animo repenſandi flagitiū flagitio obtulit: ſed tanta ſubmiſſione furentem populum placandi,hunc populum talem non acceptūrū oblationem arbitratus, vt ſequens probauit euentus. Chryſoſt. Hom. 43.
4. Facite illis.
5. Tantum.

rũt: Recede illuc. Et rurſus: Ingreſſus es, inquiũt, vt aduena, nũquid vt[c] iudices? Te ergo ipſum magis quàm hos affligemus.† Vímque faciebãt Lot vehementiſsimè.[6] Iámque propè erat, ] vt effringerent fores: & ecce miſerunt manum viri, & introduxerunt ad ſe Lot, *clauſerunt q̃ oſtiũ, & eos qui foris[7] erãt,† percuſſerũt cæcitate, à minimo vſq; ad
C maximum, ſ ita vt ] oſtium inuenire non poſſent. ſ Dixerunt autem* ad Lot:[9] Habes hìc quempiam tuorum, generum, aut filios aut filias? Omnes qui tui ſunt, educ de vrbe hac. Delebimus enim locum iſtum, eò quòd increuerit clamor eorũ corã domino, qui miſit nos vt perdamus illos.† Egreſſus itaque Lot, locutus eſt ad generos ſuos, qui accepturi erãt filias eius, & dixit: Surgite, & egredimini de loco iſto, quia delebit dominus ciuitatẽ hãc. Et viſus eſt eis quaſi ludens loqui.† Cúmque eſſet mane, cogebant eũ angeli, dicẽtes: [d] Surge, tolle vxorem tuã, & duas filias[10] quas habes, ] ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis.[11] Diſsimulante illo, ] apprehenderunt manũ eius, & manũ vxoris ac dua-
D rũ filiarũ eius, ſ eo quòd parceret dominus illi: eduxerúntque eum, & poſuerunt extra ciuitatem,* ibíque locuti ſunt ad eũ dicentes: Salua animã tuã. Noli reſpicere poſt tergum,[12] nec ſtes in omni circà regione, ] ſed in mõte ſaluum te fac, ne & tu ſimul pereas. Dixítque Lot ad eos:* Quæſo domine mi, quia inuènit ſeruus tuus gratiã corã te, & magnificaſti ⌐ gloriam & ] miſericordiam tuam quam feciſti mecum, vt ſaluares animam meam, nec poſſum in monte ſaluari, ne fortè apprehẽdat me malũ, & moriar. Eſt ciuitas hic iuxta, ad quã poſſum fugere, parua, & ſaluabor in ea. Nunquid nõ modica eſt, & viuet anima mea? Dixítque ad eũ:† Ecce etiã in hoc[13] [e] ſuſcepi preces tuas, ] vt nõ ſubuer-
E tam vrbem pro qua locutus es. ſ Feſtina, & ſaluare ibi, quia non potero facere quicquã donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum eſt nomen vrbis illius [14] Segor. ]† Sol egreſſus eſt ſuper terrã, & Lot ingreſſus eſt Segor. †[f] Igitur dominus pluit ſuper Sodomã & Gomorram, ſulphur & ignem à domino de cœlo, & ſubuertit ciuitates has, & omnẽ circa regionem, vniuerſos habitatores vrbium, & cũcta terræ virentia.† Reſpiciénſque vxor eius[15] [f] poſt ſe, ] verſa eſt in ſtatuã ſalis. Abrahã autem cõſurgens mane, vbi ſteterat prius cum domino, intuitus eſt Sodomam & Gomorram, & vniuerſam terrã regionis illius:
F Vidítque aſcendentem[16] fauillã ] de terra, quaſi fornacis fumũ. ſ Cum enim ſubuerteret dominus ciuitates regionis illius, recordatus eſt Abrahę,† & liberauit Lot de ſubuerſione vrbiũ, in quibus habitauerat. † Aſcendítque Lot de Segor, & manſit in monte, duæ quoque filiæ eius eum eo. Timuerat enim manere in Segor. Et manſit in ſpelunca, ipſe & duæ filiæ eius cũ eo. Dixítque maior ad minorẽ: [g] Pater noſter ſenex eſt, & nullus viro rũ remãſit in terra, qui poſsit ingredi ad nos, iuxta morem vniuerſæ terrę. Veni, inebriemus eũ vino, dormiamúſque cũ eo, vt ſeruare poſsimus ex patre noſtro ſemen. Dederũt itaque patri ſuo bibere vinũ nocte illa. Et ingreſſa eſt maior, †dormiuítque cũ patre.
G [h] At ille non ſenſit, nec quãdo accubuit filia, nec quando ſurrexit. ſ Altera quoque die dixit maior ad minorem: Ecce dormiui heri cũ patre meo. Demus ei bibere vinũ etiam hac nocte, & dormies cũ eo: vt ſaluemus ſemen de patre noſtro. Dederúntque etiam & illa nocte patri ſuo bibere vinum. Ingreſſáque minor filia dormiuit cum eo. Et ne tunc quidem ſenſit, quãdo[17] concubuerit, ] vel quãdo illa ſurrexerit. † Conceperũt ergo duæ filiæ Lot de patre ſuo. Peperítque maior filiũ, & vocauit nomen eius Moab. Ipſe eſt pater Moabitarũ vſque in præſentem diem. Minor quoque peperit filiũ, & vocauit nomẽ eius[18] Ammon, ⌐ id eſt filius populi mei. ] Ipſe eſt pater Ammonitarum vſque hodie.

*Abrahæ in Geraris peregrinanti vxor rapitur, quæ illi magno cum fœnore intacta redditur: orante autem Abraham ſalus domui regis reſtituitur.* XX.

A [a] PRofectus inde Abraham in terram auſtralem, habitauit inter Cades & Sur: & peregrinatus eſt in Geraris.† Dixítque* de Sarra vxore ſua, [b] ſoror mea eſt. Miſit ergo Abimælæch Rex Geraræ, & tulit eam. Vênit autem deus ad Abimælæch per ſomnium nocte, & ait illi: En moriêris propter mulierem quam tuliſti: Habet enim virum. Abimælæch verò non tetigerat eam. Et ait: Domine, num gentem ⌐ ignorantem, & ] iuſtam interficies? Nónne ipſe dixit mihi, ſoror mea eſt: & ipſa ait: frater meus eſt? In ſimplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum, feci hoc.

c. Lot quoque ſancti Noe iuſtitiam ſecutus inter tot peccantium exempla iuſtitiam non reliquit. Hiero. ibid.
6. Et acceſſerunt.
*In domum.
7. Iuxta fores domus.
8. Vt fatigarentur &c.
*Viri illi, ſcilicet duo angeli.
9. Eos quos adhuc hic habes generũ, filios tuos, & filias tuas: Sed & omnia quæ habes in ciuitate, educ de loco iſto.
10. Præſentes.
11. Moram illo faciente viri illi.
d. Munitur pietatis locus quòd manifeſtata ſibi per angelos totius regionis euerſione, & generos habere Loth ſanctus inducatur, & monere eos, vt fugerent ſimul, ne deſerẽdo eos nec admonendo minus piũ videretur circa filiarum maritos. Ambro. ibid.
*Et factum eſt cum eduxiſſent eum foras.
12. Vel non maneas in tota hac planicie.

*Non.

13. c. Reuerſus ſum faciem tuam, id eſt, Acquieſco precibus tuis. Hiero. ibid.
14. Zoar. & in infra.
f. Hæc Sodomæ ſubuerſio facta eſt anno. 52. poſt linguarũ confuſionem.
15 g. Poſt illum (ſcilicet Lot virum ſanum) ſuo exemplo ſatuos eruditi, in propoſito ſancto quò tendunt proficiẽtes, noxia curioſitate retro non debere reſpicere: nec poſſe euadere tales ſtatuta ſupplicia hæc fœmina demonſtrauit, quæ quòd euaſerat perdidit. Proſper.
16. Vaporem vel fumum.
g. Putauerũt generalem totius orbis factũ interitũ, nullúmque amplius ſuperfuturum, deinde & patris viderunt ſenectutem. Chryſoſt. in Gene. Homi. 44.

h. Hoc totum factum fuit diuina diſpenſatione, ſicut & protoplaſto euenit, nam ſicut illic ex dormientis latere portio ſumpta eſt, eo non ſentiẽte, ſed qui finxerat latus illud, inde vxorẽ Adæ produxit: ita ſimili modo & nunc. Chryſo. ibid.
17. Illa accubuerit.
i. Cum igitur illæ ad conſeruationem generis prolem quærerẽt, qui vtique humanus in eis erat & naturalis affectus, nec ſe crederent inuenire poſſe alios viros velut exuſto illa conflagratione orbe terrarum: neque enim diſcernere poterant quouſque ignis ille ſæuierit, miſcuere ſe patri voluerunt. Aug. 22. lib. contra Faſtum.

a. A conualle Mambre.
*Abraham.
b. Non dixit: nõ eſt vxor mea, ſed dixit: Soror mea eſt. Non eſt ergo mendacium cùm ſilendo abſconditur verum, ſed cùm loquendo promitur falſum. Auguſt. contra mendacium.

Universidad de Deusto
Biblioteca



hoc.ᵍ Dixítque: ad eũ deus†*:Et ego ſcio quòd ſimplici corde feceris,& ideo†cuſtodiui]te,ne peccares in me,& non dimiſi, vt tangeres eã. Nunc ergo redde viro ſuovxorẽ, & orabit pro te,quia ᶜ Propheta eſt,& viues.Si autẽ nolueris reddere, ſcito quòd morte morieris,tu,& omnia quæ tua ſunt.Statimq; ᵃ de nocte]cõſurgẽs Abimælæch,vocauit omnes ſeruos ſuos,& locutus eſt vniuerſa verba hæc in auribus eorum.Timuerũtq; omnes viri valde.Vocauit autem Abimælech etiam Abraham,& dixit ei:Quid feciſti nobis?ᵍ Quid peccauimus in te,quia induxiſti ſuper me,& ſuper regnũ meũ,peccatum grande?ᵍ Quæ non debuiſti facere,]feciſti nobis.Rurſuſq; expoſtulans,ait:Quidvidiſti vt hoc faceres?Reſpõdit Abraham:Cogitaui mecum dicens:Forſitã non eſt timor dei in loco iſto,& interficient me propter vxorem meam.Alias autem & verè ᵈ ſoror mea eſt,filia patris mei,& non filia matris meæ,& duxi eam in vxorem.Poſtquam autẽ eduxit me deus de domo patris mei,dixi ad eam:Hanc miſericordiam facies mecũ:In omni loco ad quẽ ingrediemur,dices*quod frater tuus ſim.ᵍ Tulit igitur Abimælęch oues & boues,& ſeruos, & ancillas,& dedit Abraham.Reddiditq; illi Saram vxorẽ ſuam, & ait:ᵍ Terra coram vobis]eſt,vbicunque tibi placuerit,habita.Saræ autẽ dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo,ᵉ hoc erit tibi in velamẽ oculorum ad omnes qui tecũ ſunt: & quocumque perrexeris,memento te deprehenſam.† Orante autem Abrahã,ſanauit deus Abimælęch,& vxorem ancillaſq; eius,& pepererunt.Concluſerat enim dominus omnem vuluam domus Abimælęch,propter Saram vxorem Abrahæ.

*Per ſomnium.
†Prohibui.

c. Abraham omnium primus prophera appellatus in ſcripturis ſacris inuentus eſt.
2. Manc.

1. Opera quæ non debent fieri.
d. Id eſt frater mei Aram filia,& nõ ſororis:ſicut Lot vocauit fratrẽ. Sed quia in Hebræo habet, verè ſoror mea eſt filia patris mei,nõ filia matris meæ: & magis ſonat, quòd ſoror Abrahæ fuerit: & in excuſationẽ eius dicimus, necdum illo tẽpore tales nuptiæ lege prohibitæ.Hiero.ſuper Gene.

*De me.

4. Ecce terra mea coram te eſt.

e. Hoc eſt, Omnes verò diſcãt, quòd nihil à me factũ eſt iniquum: quia intacta exiuiſti de domo mea. Ea propter doce hæc virum tuum, qui pro me preces domino offerat.Chryſoſto.in Geneſ.Homi.45.

*Nato Iſaac,& ablactato Iſmael cum matre pellitur in deſertis victurus: Abimælæch cum Abraham fœdus medio iuramento percuſſit.* XXI.

## Iſaac Natiuitas.

Iſitauit autem dominus † Sarã ſicut promiſerat, & †impleuit] quæ locutus eſt. Concepítq; & peperit filium in ſenectute ſua, tempore quo prædixerat ei deus. † Vocauítq; Abraham nomen filij ſui,* quem genuit ei Sara, Iſaac:& circuncidit[2] eum octauo die, ſicut præceperat ei deus,[3] cum eſſet centum annorũ.Hac quippe ætate patris natus eſt Iſaac.]Dixítque Sara:Riſum fecit mihi Deus, & quicunque audierit,corridebit mihi.Rurſũmque ait: Quis ᵃ auditurus crederet Abrahã,] quòd Sara lactaret filium,quẽ peperit ei iã ſeni?Creuit igitur puer,& ablactatus eſt.Fecítque Abraham grande conuiuiũ in die oblactationis eius.† Cũmque vidiſſet Sara filiũ Hagar Ægyptiæ,[1ª] ludentem cum Iſaac filio ſuo,]dixit ad Abraham: †ᵍ Eiice ancillam hanc,& filiũ eius.Non enim erit hæres filius ancillæ,cum filio meo Iſaac.[6] Durè accepit hoc Abraham pro filio ſuo.]Cui dixit deus:Non tibi videatur aſperum ]ſuper puero,& ſuper ancilla tua.Omnia quæ dixerit tibi Sara,audi vocẽ eius,† quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen.† Sed & filium ancillę faciam in gentem magnam,quia ſemẽ tuũ eſt.Surrexit itaque Abrahã mane,& [b] tollẽs panẽ,& vtrẽ aquę,*impoſuit ſcapulæ eius, [c] tradidítque puerum,& dimiſit eam.Quæ cùm abiſſet,errabat in ſolitudine Berſabee.Cúmque conſumpta eſſet aqua in vtre,abiecit puerum ſubter vnam arborẽ,quæ ibi erat,& abiit. Sedítque è regione procul,quantum poteſt arcus iacere.Dixit enim:Nõ videbo morientẽ puerũ.Et ſedens contrà,leuauit vocem ſuam,& fleuit.[d].Exaudiuit autẽ deus vocẽ pueri.ᵍ Vocauítque angelus domini Hagar de cœlo,dicens:Quid [8] agis] Hagar?Noli timere:Exaudiuit enim deus vocẽ pueri,de loco in quo eſt.[e] Surge,& tolle puerũ,& tene manum illius,quia in gentem magnam faciã eũ. Aperuítque oculos eius deus. Quæ vidẽs puteum aquæ,abiit & impleuit vtrẽ,dedítque puero bibere, & fuit * cũ eo. Qui creuit, & moratus eſt in ſolitudine,factúſque eſt iuuenis ſagittarius. Habitauítque in deſerto Pharã.Et accepit illi mater ſua vxorẽ de terra Ægypti.† Eodẽ tẽpore dixit Abimælęch & Phicol princeps exercitus eius ad Abrahã:[f] Deus tecum eſt in vniuerſis quæ agis.Iura ergo per dominũ,ne noceas mihi,& poſteris meis,ſtirpíque meę; ſed iuxta miſericordiam † quam feci tibi,facies mihi & terræ in qua verſatus es aduena. Dixítque Abraham:Ego iurabo.ᵍ Et increpauit* Abimælęch propter puteum aquæ, quem vi abſtulerant ſerui eius.Reſpõdítque Abimælæch:Neſciui quis fecerit hãc rem: Sed & tu nõ indicaſti mihi,& ego non audiui præter hodie.Tulit itaque Abrahã oues, & boues & dedit Abimælæch.Percuſſerúntque ambo fœdus.Et ſtatuit Abraham ſeptem agnas gregis ſeor-

1. Fecit dominus Sarã.
*Qui ſibi natus erat,&.
2. Abraham Iſaac filium ſuum, eum eſſet filius octo dierum.
3. Porrò Abraham centum annorum filius erat, quãdo natus eſt illi filius ſuus Iſaac.
4. Vnquam dixiſſet Abrahæ.
5. Quem peperit ipſi Abrahæ irridentem.
a. Id eſt contendentem cum Iſaac ſuper primogenitura, eũ maiorẽ natu eſt quã Iſaac. Hiero. in Geneſ.
6. Et valde diſplicuit verbum iſtud in oculis Abrahæ ſuper cauſa filij ſui.

## Octaua dei apparitio Abrahæ.

7. Diſplicear hoc.
b. Iſmael.18.annorum erat cum ejectus eſt,& Iſaac.3.annorum, cum natus ſit Iſmaele 15. annũ agente.Hie.ibid.
*Dedítque Hagar,&.
c. Hoc eſt in manus eius tradidit, commendauit, & ita emiſit eam è domo.Hiero.ibid.

d. Non quia ancilla erat, obſeruauit eam: ſed quia patriarchæ promiſerat,& illius ſemen erat,tantam quoque curam etiã illam declarare dignatur. Chryſoſto.Homi.46.
8. Eſt tibi.
e. Ex hoc manifeſtum eſt eum qui tenetur non oneri matri fuiſſe,ſed comitem. Quod autem manu patentis tenetur, ſolicitus monſtratur affectus.Hie 10.de quęſtio. Hebraicis.
*Deus.
f. Quamuis Abimelech ne fando quidem audiuiſſet aliquem ab Abrahamo iniuria eſſe affectum: nihilominus tamen inquit: Iura mihi deum.&c. Procopius ibidem.

*Abraham ipſum.

gis ſeorſum. Cui dixit Abimælæch: Quid ſibi volunt ſeptē agnę iſtæ,quas ſtare feciſti ſeorſum? At ille:Septē,inquit,agnas accipies de manu mea, vt ſint mihi in teſtimoniū, quoniā ego fodi puteum iſtū.Idcirco vocatus eſt locus ille [f] Berſabee,quia ibi vterque iurauit,& inierunt fœdus [9] pro puteo iuramenti.]Surrexit autē Abimælæch,& Phicol princeps exercitus eius:reuerſique ſunt in terram Palæſtinorum.Abrahā verò plantauit nemus in Berſabee,& inuocauit ibi nomen dei æterni, & [10] fuit colonus terræ Palæſtinorum diebus multis.

f. Berſabee in tribu Iudæ,ſiue Simeonis, eſt vſque hodie vicus grandis in vicesimo à Chebron miliario, vergēs ad auſtrum.in quo & Romanorum militum præſidium poſitum eſt.Hieron. in Quæſtionū. Hebraicis.

9. In Berſabee,vel Beer Seba, id eſt fons ſeptem,ſcilicet agnārū: Beer enim fons eſt.Seba ſeptem in femineo.

10. Peregrinatus eſt in terra Philiſthiim.

*Fides Abrahæ in filio ſuo Iſaac immolatione probata,ab executione prohibetur, & repromiſſione confirmatur, fratris ſui Nachor natum primum audiuit.* XXII.

Nona dei apparitio Abrahæ.

A Væ poſtquā geſta ſunt, [†] tētauit deus Abraham,& dixit ad eū: Abrahā? Abraham.Ille reſpōdit:[1] Aſſum.] Ait illi:Tolle* filium tuum vnigenitum,quem diligis,Iſaac:& vade in terram [2 3] viſionis,]atque ibi offeres eum in holocauſtum,ſuper vnum montium,quem monſtrauero tibi.Igitur Abraham [3] de nocte] conſurgens, ſtrauit aſinum ſuum,ducens ſecū duos iuuenes,& Iſaac filium ſuum.Cumque concidiſſet ligna in holocauſtum,* abiit ad locum quem pręceperat ei deus.Die autem tertio [4] B eleuatis oculis] vidit locū procul,dixitq; ad pueros ſuos:Expectate hīc cum aſino, ego & puer illuc vſque [5] properantes,poſtquā adorauerimus ][b] reuertemur ad vos.[♱] Tulit quoque ligna holocauſti,& impoſuit ſuper Iſaac filiū ſuū.Ipſe verò portabat in manibus ignem & gladiū.Cúmq; duo pergerent ſimul,dixit Iſaac patri ſuo:Pater mi. At ille reſpōdit: Quid vis fili?Ecce,inquit,ignis & ligna,vbi eſt [6] victima holocauſti?]Dixit autem Abraham:Deus prouidebit ſibi victima holocauſti,fili mi.Pergebāt ergo pariter, & venerunt ad [c] locum,quē [7] oſtēderat ]ei deus:in quo ędificauit* altare,& deſuper ligna cōpoſuit. Cúmque colligaſſet Iſaac filiū ſuum,[†] poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorū.Extenditque manū,& arripuit gladium,vt immolaret filium ſuum:Et ecce an- c gelus domini de cælo clamauit,dicens: Abraham Abraham.[♱] Qui reſpōdit: Aſſum.Dixitque ei: Non extendas manum tuā ſuper puerū,neque facias illi quicquam. Nunc cognoui quòd timeas dominum,& nō pepercīſti vnigenito filio tuo propter me.Leuauit Abraham oculos ſuos,viditq; poſt tergum arietem inter vepres, hærentem cornibus: Quem aſſumens,[d] obtulit* holocauſtum pro filio.Appellauitq; nomē loci illius,dominus [8] videt.]Vnde vſque hodie dicitur,in mōte dominus [9] videbit.]Vocauit autē angelus domini Abraham ſecundò de cœlo,dicēs:[†] Per memetipſum iuraui dicit dominus, quia feciſti hanc rem,& non pepercīſti filio tuo [10] vnigenito propter me,]benedicā tibi,& multiplicabo ſemen tuum ſicut [e] ſtellas cœli,& velut arenam quę eſt in littore maD ris.[♱] Poſſidebit ſemē tuum portas inimicorum ſuorum,[†] & benedicētur in ſemine tuo omnes gētes terræ,quia obediſti voci meæ.Reuerſus eſt Abrahā ad pueros ſuos,* abieruntq; Berſabee ſimul:& habitauit ibi.His ita geſtis nunciatū eſt Abraham,quod Melcha quoque genuiſſet filios Nachor fratri ſuo,[f] Huz primogenitū, & Buz fratrē eius, & Chamuel patrem Syrorū,& Caſeth,& Azau,Pheldas quoque,& Yedlaf,& Bathuhel, de quo nata eſt Rebecca.Octo iſtos genuit Melcha Nachor fratri Abrahā.Concubina verò illius nomine [11] Roma,]peperit Thábee,& Gaon,& Thaas, & Maacha.

1. Ecce ego & infra.
* Nunc.
2. Moriah.(in quo eſt area Oranā Iebuzæi,
3. Super quem Salomon templū domini ędificauit.Hieronym.ibidem.
4. Mane.
* Surrexit,&
4. Leuauit Abrahā oculos ſuos &
5. Ibimus,& adorabimus,&
6. indubitanti animo mactare filium volebat,laudandus in cōſtantia offerendi,& in fide ſuſcipiendi. Aleh. Item,Deo iubēti ea intētione paruit Abrahā, qua ſciebat Deum nec immemorem promiſſionum ſuarum, & myſticum quoddam futuræ paſſionis dominicæ geſtū ſacramentum Proſper.
6. Pecus in holocauſtum.
c. A Geraris vbi natus fuit Iſaac ad montem Moriah,iter trium dierum eſt,à quercu verò Mambre vix iter diei habetur.Hieron. in eadem.
7. Dixerat.
* Abraham.

Decima dei apparitio Abrahæ.

d. Ideo Iſaac immolatus nō eſt, quia reſurrectio dei filio ſeruata eſt.Proſper.
* In.
8. Videbit,vel prouidebit iuxta reſponſionem Abrahæ ad filiū.
9. Videbitur.
10. Vnico tuo.
e. Promiſſio dei vt ſtellas cœli & vt arenam maris,quæ numerari nequeunt, continet,quam in Chriſto per fidem gentium, quarum pater eſt Abraham,benedictionem eſſe ſuperexcrans, & ipſe rerum ordo demonſtrat Proſper.
* Es ſurgentes.

f. Huz primogenitus Nachor, de cuius ſtirpe Iob deſcendit. Male igitur quidam exiſtimāt Iob de genere Eſau eſſe.Hieron. ibid.
11. Reuma.

*Mortua Sara plangitur,atque in ſpelunca duplici,quam ab Ephron cum agro Abraham præſenti pecunia emit,cum honore ſepelitur.* XXIII.

A Ixit autem Sara centum vigintiſeptem annis,* & mortua eſt in [1 2] ciuitate [†] Arbee,] quę eſt Hebron in terra Chanáam.Venitq; Abraham vt plangeret, & fleret eam.Cúmque ſurrexiſſet ab officio funeris, locutus eſt ad filios Heth,dicēs: Aduena ſum & peregrinus apud vos,date mihi [3] ius] ſepulchri vobiſcum, vt ſepeliam mortuum meum.* Reſponderunt filij Heth,dicentes: Audi nos domine. Princeps dei es apud nos,in [3] electis ſepulchris noſtris ] ſepeli mortuum tuum, nullúſque* te [4] prohibere poterit,]quin in monumento eius ſepelias mortuum tuum.[♱] Surrexit Abrahā & [5] adorauit populum] terrę,filios videlicet Heth.Dixítque ad eos:Si [6] placet animæ] veſtræ vt ſepeliam mortuum meum,* audite me,& intercedite pro me apud Ephron filium Seor,vt det mihi ſpelūcam duplicē,quam habet in extrema parte agri ſui.Pecunia

* Hi anni vitæ Sarę.
1. Cariath Arbe, id eſt ciuitas quatuor.
2. Adam, Abraham, Iſaac & Iacob ibi ſepultorum, vt dicunt Hebræi.
2. Poſſeſſionem ſiue hæreditatem.
* A facie mea.
3. Electione ſepulchrorum noſtrorum.
* Ex nobis.
4. Prohibebit ſepulchrū ſuum.
5. Incurauit ſe coram populo.
6. Eſt voluntatis.
* A facie mea.

Universidad de Deusto Biblioteca

nia [7] digna] tradat eam mihi [8] coram vobis,] in possessionem sepulchri. Habitabat autem Ephrō in medio filiorū Heth. Respondítque Ephrō * ad Abrahā [9] cunctis audiētibus] qui ingrediebātur portā ciuitatis illius, dicens: Nequaquā ita fiet domine mi: sed tu magis ausculta quod loquor: Agrū trado tibi, & spelunca quę in eo est, * prę sentibus filiis populi mei. # Sepeli mortuum tuū. [b 10] Adorauit Abraham corā domino & popu- c
lo terræ,] & locutus est ad Ephron, [11] circunstante plebe eius:] Quęso vt audias me. Dabo pecuniam pro agro, suscipe eam, & sic sepeliam mortuum meū in agro. Respondítque Ephrō:† Domine mi, audi me. Terra quam postulas, [12] quadringentos siclos argēti valet.] Istud est preciū inter me & te. Sed quantum est hoc? Sepeli mortuū tuū. Quod cùm audisset Abraham, * appendit pecuniam quā Ephron postulauerat, audientibus filiis Heth, quadringētos siclos argenti, [13] probatæ monetę publicę.] # Confirmatus est a D
ger quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex respiciens Mambre, tā ipse quàm spelunca, * & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum, Abrahæ in possessionem viuentibus filiis Heth, & cunctis qui intrabant portā ciuitatis illius. † Atque ita sepeliuit Abraham Saram vxorem suam, in spelunca agri duplici, quæ [c] respiciebat Mambre: hæc est Hebron in terra Chanaan. [d] Et confirmatus est ager, & antrum quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumenti, à filiis Heth.

*Seruus Abrahæ in Mesopotamiam ad quærendam Isaac vxorem missus, mandatū fideliter implet, Rebeccā adducit, quā Isaac ducit in vxorē super morte matris cōsolatus.* XXIIII.

RAt autem Abraham senex, [1] dierumque multorum:] & dominus in cūctis be- A Iosue 23
nedixerat ei. Dixítque ad [a] seruū seniorē domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat: † Pone manum tuam subter [b] femur meum, vt adiurem te per deum cœli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito: sed ad terram & cognationē meam proficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo Isaac. Respondit seruus: [2] [c] Si noluerit mulier venire mecū] in terrā hāc, nunquid reducere debeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es? Dixítque Abraham: Caue ne quando reducas filium meū illuc. † Dominus cœli & terræ, qui tulit me de domo † Sup. 12
patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens: Semini tuo dabo terram hanc: ipse mittet angelum suum corā te, & accipies inde vxorem filio meo. Sin autem mulier noluerit sequi te, [3] nō teneberis iuramēto:] filium tantùm meum ne reducas illuc. Posuit ergo seruus manum sub femore Abrahā domini sui, & [d]
iurauit illi super sermone hoc. Tulítque decem camelos de grege domini sui, & abiit, [4]
ex omnibus bonis eius portans secū: profectúsque perrexit in Mesopotamiam,] ad vr- B
bem Nachor. # Cúmque camelos fecisset accumbere extra oppidū, iuxta puteum aquę, vespere eo tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, orauit dominū dicens: † Domine, deus domini mei Abrahā, [5] occurre] obsecro, mihi hodie, & fac misericordiam cum domino meo Abraham. Ecce ego sto prope fontem aquę, & filię habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquā. [6] Igitur [e] ]puella cui dixero: Inclina hydriam tuam vt bibam, & illa responderit: Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac: & per hoc intelligam, quòd feceris misericordiam cum domino meo Abraham. * Necdum intra se verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel filij Melchæ vxoris Nachor, fratris Abraham, habens hydriam in scapula sua, * puella decora nimis, [f] virgóque pulcherrima, & incognita viro. Descenderat autē ad fontem, & impleuerat hydriam aqua, ac reuertebatur. Occurrítque ei seruus, & ait: Pauxillū aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua. Quę respondit: Bibe domine mi. Celeritérque depositit hydriam [g] super vlnam suam, & dedit ei potum. Cúmque ille bibisset, adiecit: # Quin & camelis tuis hauriam aquam, do- c
nec [7] cuncti bibāt.] Effundénsque * hydriam in canalibus, recurrit ad puteum, vt hauriret aquam, & [8] hausta omnibus camelis dedit. Ipse autem [9] cōtemplabatur eam tacitus, scire volens] vtrum prosperum iter suum fecisset deus, an non. Postquam autem biberūt cameli, protulit vir inaures aureas, [10] [g] appēdentes siclos duos: ] & armillas [11] totidem, pōdo siclorum] decem. Dixítque ad eam: Cuius es filia? Indica mihi. Est in domo

patris

a. Et venit in dies.
a. Eliezer procuratorē domus suæ. Comestor ibidem.
b. In femore Abrahæ deum cœli fuisse hic ordo ostēdit, quòd Abraham genuit Isaac, &c. ex quibus per seriē generationum virgo Maria processit, quæ peperit Christum, qui est deus cœli. Prosper.
2. Fortasse renuet mulier illa venire post me.
c. Quemadmodum Abraham seruum executū habuit, si mulier secum venire noluerat: sic Apostolorum chorus culpam non habet de persecutoribus inerudiis, qui eorum prædicationi credere ac parere spreuerunt. Rupertus ibidem.
3. Innocens eris à iuramēto isto meo.

d. Iurauit in semine Abrahæ, hoc est in Christo qui ex illo nasciturus erat, & non in circūcisione. Hiero. ibidem.
4. Eratque omne bonum domini sui in manu sua, & surgens perrexit in Haram fluuiorum.

5. Fac occurrere.

6. Fiat igitur vt.
e. Pro adolescentula quæ Græcè νεανις, Hebraicè dicitur alma, quod quidem & in Isaia habetur ibi: Ecce virgo concipiet & pariet. Hier. ibid.
* Factumque est.

* Erat autem illa.
f. Sed cur ista repetitio, virgo erat & incognita viro: nisi quia virginitatis cōmendationē insinuat? Aug. ibid.
g. Id est super manum suam.

7. Cessauerint bibere.
* Festina.
8. Hausit pro omnibus camelis eius.
9. Vir stupefactus est in ea, tacēs quidem vt agnosceret.
10. g Quarum pondus erat dimidium sicli, id est semiuncia. Hiero. ibid.
11. Duas super manus eius, quarum pondus erat aureorum

patris tui locus [12] ad manendū?] Quæ reſpondit: Filia ſum Bathuelis, filij * Nachor, quē peperit ei Melcha. Et addidit, dicens: Palearū quoque, & fœni plurimum eſt apud nos, & locus ſpacioſus eſt [13] ad manendum.] Inclinauit ſe homo, & adorauit dominū, dicēs: Benedictus dominus deus domini mei Abraham, qui non abſtulit miſericordiam, & veritatem ſuam à domino meo, & [14] recto itinere me perduxit] in domum fratris domini mei. [15] Cucurrit itaque puella, & nunciauit in domum matris ſuæ omnia quę audierat. Habebat autē Rebecca fratrē nomine Laban, Qui feſtinus egreſſus eſt ad hominē,
D vbi erat fons. ✠ Cumq; vidiſſet inaures, & armillas in manibus ſororis ſuę, & audiſſet cūcta verba [15] referentis,] hæc locutus eſt mihi homo, venit ad virū, qui ſtabat iuxta cameIos, & prope fontem aquæ, dixítque ad eū: Ingredere benedicte domini. Cur foris ſtas? Pręparaui domū, & locum camelis tuis. Et introduxit eum in hoſpitium, ac deſtrauit camelos, deditq; paleas & fœnum, & aquā ad lauandos pedes [16] camelorum,] & virorū qui venerant cum eo.] [17] Et appoſitus eſt in cōſpectu eius panis.] Qui ait: nō comedam donec loquar ſermones meos. Reſpondit ei: Loquere. At ille: ⁱ Seruus inquit, Abrahā ſum. Et dominus benedixit domino meo valde, & magnificatus eſt, & dedit ei oues & boues, argentū & aurum, ſeruos & ancillas, camelos & aſinos. Et peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in ſenectute ſua, deditq; illi omnia quæ habuerat. Et adiurauit me dominus meus, dicēs: Nō accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorū, in quorum terra habito, ſed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies
E vxorē filio meo. Ego verò reſpōdi domino meo: ✠ [18] Quid ſi noluerit venire mecū mulier?] Dominus, ait, in cuius cōſpectu ambulo, mittet angelum ſuū tecū, & diriget viam tuam, accipiesq; vxorē filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. [19] Innocēs eris à maledictione mea,] cū veneris ad proximos meos, & nō dederint. Veni ergo hodie ad fontem aquæ, & dixi: ᵏ Domine deus domini mei Abrahā, ſi direxiſti viā meam in qua nūc ambulo, ecce ſto iuxta fontē aquæ, & virgo quæ egredietur ad hauriendam aquam, audierit à me, da mihi pauxillum aquæ ad bibendū de hydria tua, & dixerit mihi: & tu bibe, & camelis tuis hauriam, ipſa eſt mulier quā præparauit dominus filio domini mei. Cumq; hæc tacitus mecū voluerem, apparuit Rebecca veniens cū hydria, quā portabat in ſcapula, deſcenditq; ad fontē, & hauſit aquā. Et aio ad eam: Da mihi paululum bibere. ˡ Quæ feſtinās depoſuit hydriā de humero, & dixit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potū. Bibi: & adaquauit camelos. Interrogauiq; eam, & dixi: Cuius es filia? Quæ reſpōdit: Filia Bathuelis ſum, filij Nachor, quē peperit ei Melcha. Suſpēdi itaque inaures ad ornandā faciē eius, & armillas poſui in manibus eius. ✠ Pronusq; adoraui
F dominū, benedicēs domino deo domini mei Abrahā, qui perduxit me recto itinere, vt ſumerē filiā fratris domini mei filio eius. Quāobrem ſi facitis miſericordiā & veritatem cū domino meo, indicate mihi: Sin autem aliud placet, & hoc dicite mihi, vt vadam ad dextram, ſiue ad ſiniſtam. Reſponderunt Laban & Bathuel: A domino egreſſus eſt ſermo. [20] Nō poſſumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecū.]† En Rebecca coram te eſt: tolle eā, & proficiſcere, & ſit vxor filij domini tui, ſicut locutus eſt dominus. Quod cum audiſſet puer Abrahā, procidens adorauit in terra dominum. ᵐ Prolatiſque vaſis argenteis & aureis, ac veſtibus, dedit ea Rebeccæ pro munere. † Fratribus quoque eius & matri, dona obtulit. Inito cōuiuio, veſcētes pariter, & bibētes māſerunt ibi. Surgens autē mane, locutus eſt puer: Dimittite me, —vt vadam] ad dominum meum. Reſpōderūntque fratres eius & mater: Maneat puella ſaltem decē dies apud nos, & poſtea proficiſcetur. Nolite, ait, me retinere: quia dominus direxit viam meam. Dimittite me,
G vt pergam ad dominū meum. ✠ Et dixerunt: Vocemus puellā, & quæramus [21] ipſius voluntatem.] Cúmque vocata veniſſet ſciſcitati ſunt: Vis ire cum homine iſto? Quę ait: Vadam. Dimiſerunt ergo eam, & ⁿ nutricem illius, ſeruúmque Abraham & comites eius, imprecantes proſpera ſorori ſuæ, atque dicentes: Soror noſtra es: Creſcas in mille millia, & poſſideat ſemen tuum portas inimicorū ſuorū. Igitur Rebecca, * & puellæ illius aſcenſis camelis ſecutæ ſunt virum: [22] qui feſtinus reuertebatur ad dominum ſuum.] Eo autem tempore deambulabat Iſaac per viam quæ ducit ad puteum, † Cuius nomen

12. Nobis ad pernoctandum.
* Melchæ, quem peperit ipſi.

13. Nobis ad pernoctandum.

14. Cum eſſem in via, deduxit me dominus.
h. Vide quomodo in ſingulis declaret nobis hoſpitalitatis alacritatem, curſu, verbis, māſuetudine. Cū voluptate ergo cucurrit, & ſignificauit in domo matris omnia ea quæ audierat à ſeruo. Chryſ. ibid.
15. Rebecca ſoroti ſuæ.

16. Suor.

17. Appoſuitque coram eo vt comederet.
i. Pulcherrimus locus ad inſtruēdum eos quibus aliquid iniungitur, quòd non prius manducauit puer Abrahæ appoſitum ſibi panem, quā mandarum domini exequeretur. Ambro. ibidem.

18. Fortaſſis non veniet mulier poſtea.

19. Abſolutus eris ab adiuratione.
lz. Quærendum quid differāt augurationes illicitæ ab illa petitione ſigni, qua petuit ſeruus Abrahæ vt ei deus oſtenderet futuram vxorem domini ſui Iſaac. Aliud eſt enim, mirum aliquid petere quod ipſo miraculo ſignū ſit, aliud hæc obſeruare quæ ita fiunt vt mira non ſint, ſed à cōiectoribus ſuperſtitioſa vanitate interpretentur. Aug. ſuper Geneſ.
l. Talem quærit Paulus, quæ ſcilicet corpore & ſpiritu caſta ſit. Tam hoſpitalis ſit quā caſtitas in illa emineat. Caſtitatis erat quòd non accurrebat, & virum prior compellabat: hoſpitalitatis erat quòd tanto ſtudio & alacritate hauriebat aquam, vt gratificaretur hoſpiti. Nec caſtitati hoſpitalitas, nec hoſpitalitati caſtitas obſtitit. Procopius ibi.

20. Et ideirco poſſumus aliquid loqui vel malum vel bonū.

✠ Verba illorum.
m. Quia in omni tempore prius deo laudes & gratiarū actiones referendę ſunt, ſeruus Abraham prius deo gratias egit, poſtmodum dona accepit dedit. Cyrillus ibid.

21. Or eius.

n. Decens quippe erat vt ad nuptias abſque parentibus virgo proficiſcens nutricis ſolatio frueretur. Hiero. ibidē.
* Surrexit.
22. Et tulit ſeruus ille Rebeccam, & abiit.

† 35. q. 1. ca. 1. a prin.

† 12. q. 2. Hoc mutuo.

Sup. 16. d.

Universidad de Deusto Biblioteca

14. Vbi Hagar vidit angelum.
12. In Geraris.
23. Orandum.
*Leuaui oculos,&.

eſt [i] viuentis & videntis. Habitabat enim [k] in terra auſtrali,& egreſſus fuerat ad [13] medi
tandũ ] in agro,inclinata iam die.Cúmque eleuaſſet oculos,vidit camelos venientes procul.] † Rebecca quoque* conſpecto Iſaac,deſcẽdit de camelo,& ait ad puerũ: Quis
eſt ille homo qui venit per agrũ in occurſum nobis ? Dixitq; ei:Ipſe eſt dominus meus.
24. Peplum.
25. Rebeccam, & facta eſt in. At illa tollens cito [24] pallium ] ſuum , cooperuit ſe. Seruus autem cuncta quæ geſſerat,
narrauit domino ſuo Iſaac. Qui introduxit eam in tabernaculũ Saræ matris ſuæ , & ac-
cepit [25] eam ]vxorem,& intantum dilexit eam,vt dolorem qui ex morte matris eius ac-
ciderat,temperaret.

† 30.9.c.24. Nec illud, Ioſ.c.24. Ann. ante Chriſtum. 1874. Anni mundi 2038.

*Abraham multis ex Cethura filiis ſuſceptis mortuus eſt , atque in ſpelunca duplici ſepul-
tus. Iſmael multa prole diues moritur.Iſaac pro vxore ſterili precatus geminos genuit,quo-
rum primogenita maior vendidit minori.* XXV.

1. Adiecit,& accepit.
2. Suſpicatur Hebræi mutato nomine eandem eſſe Hagar, quæ Sara mortua de concubina tranſierit in vxorẽ. Hieron. in quæſt. ſuper Gene.

A † Braham verò [1] aliam duxit ]vxorem nomine [2] Cethuram:quæ peperit ei Zam-
ram,& Iexan,& Madan,& Madian,& Iesboch,& Sue.Iexan quoque genuit Sa-
ba, & Dadan. Filij Dadan fuerũt Aſſurim & Lathuſim & Loamim. At verò ex
Madian ortus eſt Epha,& Opher,& Enoch,& Abida,& Heldaa. Omnes hi filij Cethu-
ræ. Deditq; Abraham cuncta quæ poſſederat,Iſaac.Filiis autẽ concubinarũ* largitus eſt
munera:& ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo,dum adhuc ipſe viueret ad plagã orientalem.
Fuerunt autẽ dies vitæ Abrahæ centum ſeptuagintaquinque anni, [2] & deficiens ] [a] mor
tuus eſt in ſenectute bona proiectæque ætatis,& plenus dierũ, ] congregatúſque eſt
ad populũ ſuũ.] † Et ſepelierunt eum Iſaac & Iſmael filij ſui in ſpelunca duplici, quæ
ſita eſt ]in agro Ephron,filij Seor Hethæi, è regione Mambre:quã emerat* à filiis Heth.
* Ibi ſepultus eſt ipſe & Sara vxor eius.Et poſt obitũ eius benedixit deus Iſaac filio eius,
qui habitabat iuxta puteum nomine viuentis & videntis. [b] * Hæ ſunt generationes Iſ-
mael filij Abrahæ quẽ peperit ei Hagar Aegyptia,famula Saræ:& hæc nomina filiorũ
eius, ]in vocabulis & generationibus ſuis. † Primogenitus Iſmaelis Nabaioth,deinde Ce
dar, & Adbeel,& Mabſan,Maſma quoq; & Duma,& Maſſa,Adad,& Thema,& Ithur,
& Naphis,& Cedma. Iſti ſunt filij Iſmael,& hæc nomina per caſtella & oppida eorum,
duodecim principes tribuũ ſuarũ, & facti ſunt anni vitæ Iſmaelis centumtrigintaſeptẽ,
deficiénſque mortuus eſt , & appoſitus ad [3] populũ ſuum. Habitauit ] autem ab Heuila
vſque Sur,quæ reſpicit Aegyptũ introeuntibus Aſſyrios . Coram cunctis fratribus ſuis
obiit.Hæ quoque ſunt generationes Iſaac filij Abraham. [c] Abrahã genuit Iſaac.Qui cũ c
quadraginta eſſet annorũ, [4] duxit vxorem ] Rebeccam, filiam Bathuelis Syri de Meſo-
potamia, ſororẽ Laban. * Deprecatúſque eſt Iſaac dominũ pro vxore ſua,eo quòd eſ-
ſet ſterilis. Qui [d] exaudiuit eum,& dedit conceptum Rebeccæ: † * ſed collidebantur in
vtero eius paruuli.Quæ ait: [7] ſi ſic mihi futurum erat,quid neceſſe fuit cõcipere?] [d] Per-
rexítque Rebecca vt conſuleret dominum. Qui [e] reſpõdens,ait: † Duæ gentes ſunt in
vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur , populúſque populũ ſuperabit: & [f]
maior ſeruiet minori. Iam tempus pariendi aduenerat: & ecce gemini in vtero eius
reperti ſunt. ] † Qui primus egreſſus eſt,rufus erat:& totus in morem pellis hiſpidus,vo-
catúmque eſt nomen eius Eſau. [g] * Protinus alter egrediens,plantam fratris ]tenebat ma D
nu : & idcirco appellauit eum Iacob. Sexagenarius erat Iſaac,quando nati ſunt paruuli.
Quibus adultis, factus eſt Eſau vir gnarus venandi,& homo agricola. Iacob autem vir
ſimplex,habitabat in tabernaculis . Iſaac amabat Eſau,eo quòd [9] de venationibus illius
veſceretur:& Rebecca diligebat Iacob. Coxit autẽ Iacob pulmentum. Ad quem cũ ve-
niſſet Eſau de agro laſſus, ait: Da mihi de [6] coctione hac rufa, quia oppido laſſus ſum.
Quam ob cauſam vocatum eſt † nomen eius Aedom. Cui dixit Iacob: Vende mihi* pri
mogenita tua. Ille reſpondit : En morior . Quid mihi proderunt primogenita ? Ait Ia-
cob:Iura ergo mihi. † * Iurauit ei Eſau,& vẽdidit primogenita:& ſic accepto pane & len
tis edulio comedit,& bibit,& abiit, [10] paruipendens quod primogenita vendidiſſet.

† Ann. 43. Hebron. Sup. 23.c. De ſepul. ei. Ann. ante Chriſtum. 1840. Anni mundi 2072. † 1. Para. 1.

Mors. Abrahæ.
2. Expirans.
3. Omne enim tempus vitæ ipſius dies fuerũt & nõ nox. Hieronym.
3. Populos ſuos.
*Abraham.

Mors Iſmaelis.
3. Populos ſuos. Habitauerũt.

4. Iſmaelis.
b. Duodecim filij naſcuntur Iſmaeli, è quibus primogenitus fuit Nabaioth, à quo omnis regio ab Euphrate vſque ad mare rubrum, Nabathæa vſque hodie dicitur, quæ pars Arabiæ eſt. Hiero. ibid.

6. Accepit.

*Syri ſibi in vxorem.
c. Nec protinus exaudiuit eſt, ſed annis viginti perſeuerabat orans. Chryſo. Hom. 49.
*Vxori ſuæ.
7. Si ſic, vt quid ego ? Hebr. vel , Si ſic mihi hoc futurum, cur mihi hoc? 70. interp.
d. Feſtinauit ad ſacerdotem dei miniſtrum, per quem latentium ſcientiam diſceret. Chryſo. Hom. 50.
e. Nempe per ſacerdotem. Chryſo. ibid.
f. Idumæus populus Iſraeli ſeruiuit tempore Dauid.
g. Poſt eum egreſſus eſt frater eius, qui plantam Eſau.
9. In ore eius eſſet venatio.

g. Iudæus per Eſau deſignat, quod naſcendo habuit, vendidit, & per cõcupiſcentiam perdidit, Chriſtian⁹ per gratiam, quod in natura non habuit acquiſiuit. Proſper.

*Iuxta hunc diem.
* Iuxta hunc diem.
10. Paruipenditque Eſau primogenituram.

*Isaac*

*Isaac Rebeccam dicens sororem suam taxatur ab Abimelech in Geraris peregrinatus. Pastoribus autem eorum pro puteis dissidentibus Abimelech cũ Isaac fœdus iniit.* XXVI.

†Rta autem fame super terram, post [1]eam sterilitatem ] quæ acciderat in diebus Abraham, abiit Isaac ad Abimelech Regem Palęstinorum in Gerara. Apparuítque ei dominus, & ait: Ne descendas in Aegyptum: sed quiesce in terra quã dixero tibi, & peregrinare [2] in ea:] eróque tecum, & benedicam tibi. Tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has, complens iuramentum quod spopondi Abraham patri tuo, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli. Dabóque [3] posteris tuis ] vniuersas regiones has, † & benedicentur [a] in semine tuo omnes gentes terræ, eo ✠ quòd [b] obedierit Abraham voci meæ, & custodierit [4] præcepta mea, ] & mandata mea, & [5] cæremonias ] legésque* seruauerit. Mansit itaque Isaac in Geraris. Qui cum interrogaretur à viris loci illius super vxore sua, respõdit: [c] Soror mea est. Timuerat enim confiteri, [6] quòd sibi esset sociata coniugio, reputans ne fortè interficerent eum propter illius pulchritudinem. ] Cúmque pertransissent dies plurimi, & ibidem moraretur, prospiciens Abimelech Rex Palæstinorum per fenestram, vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua, & accersito eo, ait: Perspicuum est quòd vxor tua sit. Cur [7] mentitus es ] eam sororem tuã esse? Respondit: ✠ Timui ne morerer propter eam. Dixitq; Abimelech: Quare imposuisti nobis: [8] Potuit coire ] quispiam de populo cũ vxore tua, & induxeras super nos grande peccatũ. Præcepitq; * omni populo, dicẽs: Qui tetigerit [9] hominis huius ] vxorẽ, morte morietur. Seuit autẽ Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno [10] cẽtuplũ. ] Benedixítque ei deus, & locupletatus est homo, & ibat proficiens atq; succrescẽs, donec magnus vehementer effectus est: habuitq; possessiones ouium & armentorũ, & familiæ plurimũ. Ob hoc inuidentes ei Palæstini, omnes puteos quos foderant serui patris illius * Abrahã, illo tempore obstruxerunt, implentes humo: intãtum vt ipse Abimelech diceret ad Isaac: ✠ Recede à nobis, quoniã potentior nobis factus es valde. [11] Et ille discedens, vt veniret ad torrentem Geraræ, habitarétque ibi, rursum ] fodit alios puteos, quos foderant serui patris sui Abrahã, & quos illo mortuo olim obstruxerãt Philistiim. Appellauitq; eos eisdẽ nominibus, quibus ante pater vocauerat. Foderuntq; [12] in torrẽte, ] & repererunt aquã viuã. Sed & ibi iurgiũ fuit pastorũ Gerarę, aduersus pastores Isaac dicentium: Nostra est aqua. Quãobrem nomen putei ex eo quod acciderat, vocauit [13] calumniã. ] Foderũt autẽ & aliũ, & pro illo quoq; rixati sunt, appellauitq; eũ inimicitias. ✠ Profectus inde fodit alium puteũ, pro quo nõ contenderũt, itaq; vocauit nomẽ eius [14] latitudo, ] dicẽs: Nunc dilatauit nos domin⁹, & fecit crescere super terrã. Ascẽdit autẽ ex illo loco in Bersabee, vbi apparuit ei dominus in ipsa nocte, dicẽs: Ego sum deus Abrahã patris tui: Noli timere, quia ego tecũ sum. Benedicã tibi, & multiplicabo semẽ tuũ propter seruũ meũ Abraham. † Itaq; ædificauit ibi altare domino, & inuocato nomine domini extẽdit tabernaculum, [15] præcepitq; seruis suis, vt foderent puteũ. ] Ad quem locum cũ venisset de Geraris Abimelech, & Ochozat amici illius, & Phicol [16] dux militum, ] locutus est eis Isaac: ✠ Quid venistis ad me hominẽ quẽ odistis, & expulistis à vobis? Qui respõderunt: † Vidimus tecum esse dominum, & idcirco nos diximus: Sit iuramentũ * inter nos, & ineamus fœdus, vt non facias nobis quicquã mali, sicut & nos [17] nihil tuorũ ] attigimus, nec fecimus [18] quod te læderet: sed cũ pace dimisimus auctũ benedictione domini. ] Fecit ergo eis conuiuium. Et [19] post cibum & potũ ] surgentes mane, iurauerunt sibi mutuo, dimisitq; eos Isaac [20] pacificè in locũ suũ. ] ✠ Ecce autẽ venerũt in ipso die serui Isaac annũciãtes ei de puteo quem foderant, atque dicentes: Inuenimus aquã. Vnde appellauit eũ [21] abundantiam, ] & nomen vrbis impositum est Bersabee, vsque in præsentẽ diem. Esau verò quadragenarius [22] duxit vxores duas, Iudith filiam Beeri Hethæi, & Basemath filiam Elon [23] eiusdem loci, ] quæ [24] ambæ offenderant animum ] Isaac & Rebeccæ.

Prima dei apparitio Isaac.

Secũda dei apparitio Isaac.

1. Priorem famem.
2. In terra ista.
3. Semini tuo.
a. Promissio est Messiæ olim facta Abrahæ.
b. Ab obseruatione quatuor rerum diuinarum Abraham commendatur.
4. Obseruantiam meam.
5. Statuta.
✠ Meas.
6. Vxor mea est, ne fortè interficerent me viri loci illius propter Rebeccam, quæ pulchro erat aspectu.
b. Postquam autẽ ex coniecturis deprehẽsus est iustus, non vltrà negat sed facetur: & causam manifestam affert quare sororem vocandam cẽ fuerit. Chrysost. ibid.
7. Dixisti.
8. Ferme dormiuit.
* Abimelech.
9. Virum hunc & eius.
10. Centum modios.
* In diebus.
* Palæstini, eos
11. Abiit igitur inde Isaac, & mansit in torrente Geraræ, habitauitque ibi. Et cæpit seruire Isaac.
12. Serui Isaac iuxta torrentem.
13. Contentionem, quia ibi contenderunt pro eo.
14. Rehoboth, hoc est latitudines.
15. Et foderũt serui Isaac ibi puteum.
16. Princeps militiæ eius.
* Inter te &
17. Te non.
18. Tibi nisi bonum, & dimittemus te in pace: tu enim nũc es benedictus à domino.
19. Comederunt atque biberunt, &
20. Et illi recesserũt ab eo in pace.
21. Sibeah, hoc est iuramentum. Sibeah enim per ṣchin non per ſamech scribunt Hebræi, aliter quẽ sentserit Hier.
22. Accepit vxorem nomine.
23. Hethæi.
24. Amaritudo spiritus fuerunt ipsi.

*Iacob per matris astutiam benedictionem loco Esau præripuit, vnde concepto Esau odio in Iacob à matre monetur concedere in Haran.* XXVII.

2. Defecerunt hoc in loco Isaac qui caligantibus earnis oculis per aenigma quidē prescientia non vidit, sed per veritatem prophetici spiritus in futuris etiam seculis magna videndi luce radiauit. Grego. 4. Moralium cap. 36.
2. En ego cū senui, & nescio.
2. Ut mihi tolle quæso.
3. In campū, vt venaris mihi venationem.

4. Esau.

5. Cautē venationē afferret.
b. Vide magnum matris in filium amorem, imo dispensationem dei. Ipse enim est qui ei hoc cōsilium dedit, & omnia bene agere fecit. Chryso. ibidem.

6. Audi vocem meam in his quæ mandauero tibi. Vale quæso.
4 Capturam.
7. Dixitque Iacob ad Rebeccam matrem suam.
c. Vbi nos pilosum legimus, Hebræi Seir, vel Sair, vnde mōs habitationis eius dictus est.
8. Eo in conspectu eius tanquam seductor, & inducam.
9. Tua.
10. d. Tulit Rebecca vestimenta preciosa Esau filij sui maioris, quæ erant apud se in domo, & induit Iacob filium suum minorem. In hoc loco tradunt Hebræi primogenitos functos officio sacerdotum, & habuisse vestimentū sacerdotale, quo induti, duo victimas offerebāt, antequā Aaron in sacerdotium eligeretur. Hiero. ibid.
11. Eius mulitiem.
12. Cibos & panem quos parauerat in manum Iacob filij sui. Qui cum venisset ad patrem suum.
13. Quoniam fecit occurrere dominus deus tuus cōra me.
14. Eius essent, sicut manus fratris eius Esau.

e. Hæc omnia Christo domino conuenisse: post eius odorem benedictæ concutiuntur omnes gentes. Prosper.
15. Et vini vel musti.
16. Incurēt se tibi nationes.

17. Factum est autem cū Isaac cessasset benedicere Iacob, & cū egressus exiuisset Iacob à facie Isaac patris sui, venit Esau frater eius de venatione sua.
f. Venit peractis, illis & filius primogenitus Esau ex minoris gratia iā reprobus. Benedictus posterior populus Christianus iam patri dicit: Dedisti lætitiam in corde meo, à fructu frumēti, vini & olei multiplicati sunt. Maiori autem populo Iudæo pater dicit: Nō accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Sacrificium enim laudis honorificabit me. &c. Prosper.
18. Vehementer amaro. Dixitque patri suo.
19. Surripuit.
20. Iam duabus vicibus.
* Et dixit ad Esau: Ecce.
* Mihi inquam, pater mi.
21. Habitatio.
* Tuo.
22. Iterque quando dominaberis, rumpes.

g. Quod impletū dicunt sub Ioram Rege Iuda, à quo Idumæa recessit. 4. Reg. 8.

[3] Enuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: vocauitq; Esau filium suum maiorem, & dixit ei: Fili mi. Qui respondit: Assum. Cui pater: [1] Vides, inquit, quòd senuerim, & ignorem] diem mortis meæ. [2] Sume ] arma tua, & pharetram & arcum, & egredere [3] foras. † Cúmque venatu aliquid apprehēderis, ] fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & affer vt comedam, & benedicat tibi anima mea antequam moriar. Quod cum audisset Rebecca, & [4] ille] abisset in agrum vt [5] iussionem patris impleret, ] dixit filio suo Iacob: [b] Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicētem ei: Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram domino antequam moriar, ℣ Nunc ergo fili mi B [6] acquiesce consiliis meis, & pergens ] ad gregem, affer mihi duos hædos* optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur: quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi priusquā moriatur. [7] Cui ille respōdit: ] Nosti quòd Esau frater meus homo [c] pilosus sit, & ego lenis. Si attractauerit me pater meus, & [8] senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat ] super me maledictionē pro benedictione. Ad quē mater: in me sit, ait, [9] ista ] maledictio fili mi, tantum audi vocem meā, & pergens affer quæ dixi. Abiit & attulit, dedítque matri. Parauit illa cibos sicut velle nouerat patrem illius, & [10] [d] vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum: ] pelliculáque hædorum circundedit manibus, & colli [11] nuda protexit. ℣ ] Deditque [12] pulmē c tum, & panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis, ] dixit: Pater mi? At ille respondit: Audio. Quis es tu fili mi? Dixítque Iacob: † Ego sum primogenitus tuus Esau. Feci tibi † 27. q. 1. c. Quæritur. sicut præcepisti mihi. Surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Rursúmque Isaac ad filium suum: Quo modo, inquit, tam cito inuenire potuisti fili mi? Qui respondit: [13] Voluntas dei fuit, vt cito occurreret mihi, quod volebam. ] Dixítque Isaac, Accede huc, vt tangam te fili mi, & probem vtrum tu sis filius meus Esau, an non. Accessit ille ad patrem, & palpato eo, dixit Isaac: Vox quidem, vox Iacob est: sed manus, manus sunt Esau. ℣ Et non cognouit eum, quia pilosæ manus [14] similitu D dinem maioris expresserant. ] Benedicens ergo illi, ait: Tu es filius meus Esau? Respondit: Ego sum. At ille: † Affer, inquit, mihi cibos de venatione tua fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cū oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum. Quo hausto, dixit † 27. q. 1. c. Quæritur. De hoc vide Gaudentium. ad eum: Accede ad me, & da mihi osculū fili mi. Accessit, & osculatus est eum. Statímque vt sensit vestimentorum eius fragrantiam, benedicens illi, ait: † [e] Ecce odor filij mei † Hebr. 11. 4. sicut odor agri ℣ pleni, ] cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, [15] vini & olei, ] & seruiant tibi populi, & [16] adorent te Tribus. ] ℣ Esto dominus fratrum tuorū, & incuruentur ante te filij matris tuæ. † B † 24. quæst. 2. Cum ergo. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. [17] Vix Isaac sermonē impleuerat, & egresso Iacob foras, [f] venit Esau, ] coctosq; de venatione cibos intulit patri, dicēs: Surge pater mi, & comede de venatione filij tui, vt benedicat mihi anima tua. Dixit q; illi Isaac: Quis enim es tu? Qui respōdit: Ego sum filius tuus primogenit⁹ Esau. Expauit Isaac stupore vehemēti, & ℣ vltra quā credi potest admirans, ] ait: Quis igitur est ille qui dudū captā venationē attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquā tu venires? benedixiq; ei, & erit benedictus. Auditis Esau sermonibus patris, irrugiit clamore magno, & [18] consternatus ait: Benedic etiam & mihi pater mi. Qui ait: ℣ † Venit germanus tuus frauduléter, & [19] accepit benedictionē tuā. At ille sub- F † 1. quæst. 1. Nunquam. † Supra. iunxit: Iustè vocatum est nomen eius Iacob: Supplātauit enim me, [20] en altera vice. † Primogenita mea antètulit, & nunc secundo surripuit benedictionē meā. Rursumq; ad patrem: nūquid nō reseruasti, ait, & mihi benedictionē? Respondit Isaac: * Dominū tuum illū cōstitui, & omnes fratres suos seruituti eius subiugaui. Frumēto & vino ℣ & oleo ] stabiliui eum, & tibi post hæc fili mi, vltra quid faciā? Cui Esau: Num vnā, inquit, tantū benedictionē habes pater? Mihi quoque obsecro, vt benedicas. † * Cúmque eiulatu magno fleret, motus Isaac dixit ad eum: † In pinguedine terræ & in rore cœli desuper, erit [21] † De pœnit. dist. 1. c. Iuste. † Hebr. 11. & 12. benedictio ] tua. Viues in gladio, * & fratri tuo seruies, [22] tempus q; veniet, cū excutias, & soluas ] [g] iugū eius de ceruicib⁹ tuis. ℣ Oderat ergo semper Esau Iacob, pro benedictione G

qua be-

† Abdie 2. c.

qua benedixerat ei pater. Dixitq; in corde suo:*h† Veniēt dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meū. Nunciata sunt hæc Rebeccę. Quæ [23] mittens & vocās Iacob filium suum, dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus [24] minatur, vt occidat te.[i] Nunc ergo fili audi vocem meā, & cōsurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran, habitabisq; cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, & cesset indignatio eius, obliuiscaturq; eorum quæ feceris in eum: postea mittam, & adducam te inde huc. Cur vtroque orbabor filio in vno die? Dixitq; Rebecca ad Isaac: Tædet me vitæ meæ propter filias Heth. Si acceperit Iacob vxorem [25] k de stirpe huius terræ, nolo viuere.]

*Transiens Iacob in Mesopotamiam in somnis scalam videt, dominúmque scalæ innixum in Luza, quam propterea Bethel vocauit, & hic votum deo vouit.* XXVIII.

Ios.1.27. Anni ante Christum. 1774. Anni mundi 2188. † 35.q.1.c. Cum igitur. ‡ Hac itaque Osee.12.d.

A VOcauit itaque Isaac Iacob, & [a] benedixit eum, præcepitq; ei dicens:† Noli accipere coniugem de genere Chanaan: sed [1] vade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patris matris tuæ: & accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban auunculi tui. Deus autē omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat atque multiplicet, vt sis in turbas populorum, & det tibi benedictiones Abrahæ, & semini tuo post te, vt * possideas terram peregrinationis tuæ, quam [2] pollicitus est auo tuo. Cúmque dimisisset eum Isaac, profectus peruenit in [3] Mesopotamiam [— Syrię] ad

B Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris [4] suæ.]‡b Videns autem Esau quòd benedixisset pater suus Iacob, & misisset eū in Mesopotamiā [— Syriæ,] vt inde vxorem duceret, & quòd post benedictionem præcepisset ei dicēs: non accipies vxorem de filiabus Chanaan, quódque obediens Iacob parentibus suis, isset in Syriam: [r] probans quoq; quòd non libenter aspiceret filias Chanaan, pater suus, ] iuit ad Ismaelem, & [6] duxit vxorem absque iis quas prius habebat, Melech filiā Ismael filij Abraham, sororem Nabaioth.] Igitur egressus Iacob de Bersabæe, pergebat Haran. Cúmque venisset ad quendā locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus [7] qui iacebāt,

C & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco. ‡ Viditq; in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlū, † angelos quoque dei ascendentes & descendentes per eam, & dominū innixum scalæ dicentem sibi: Ego sum dominus deus Abraham patris tui, & deus Isaac. Terram in qua dormis tibi dabo & semini tuo, † erítque semen tuum quasi puluis terræ. † c Dilataberis ad orientem & occidentem, & septētrionem & meridiem, & benedicentur in te & in semine tuo cūctę tribus terræ. Et * ero custos tuus quocunque perrexeris, & reducam te in terram hanc, nec dimittam * nisi cō pleuero vniuersa quę dixi. Cúmq; euigilasset Iacob de somno, ait: [d] Verè dominus est in

D loco isto, & ego nescieba. ‡ Pauénsque, quàm terribilis est, inquit, locus iste? Non est hic aliud nisi domus dei, & * porta cœli. † Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem quē suposuerat capiti suo, & [8] [e] erexit in titulum, ] fundens oleum [9] desuper.] Appellauitq; nomen [10] vrbis Bethel, quę prius Luza vocabatur.] Vouit etiam votum, dicēs: Si fuerit dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panē ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersúsq; fuero prosperè ad domū patris mei: erit mihi dominus in deum, & lapis iste quem erexi in [11] titulum, ] vocabitur dom⁹ dei: † cunctorumq; quæ dederis mihi, * decimas offeram tibi.

Ios.1.27. Anni ante Christum. 1782. Anni mundi 2180. † 16.q.7.c. Decimas 100.

*Iacob à Laban susceptus septem annos pro Rachel impleuit: cui cùm supposita esset Lia, septem aliis seruiuit. Rachele autem sterili, Lia quatuor peperit filios.* XXIX.

Ios.1.27. Anni ante Christum. 1782. Anni mundi 2180. Ruf.43.f.

A [1] PRofectus ergo Iacob venit ] in terram orientalem, & vidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum. Nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur. Mósque erat, vt cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, & refectis gregibus, rursum super os putei [2] ponerent.] Dixítque ad pastores: Fratres, vnde estis? Qui responderunt: De Haran. Quos interrogans, nunquid, ait, nostis Laban filium Nachor? Dixerunt: Nouimus. † 3 Sanúsne est, inquit? Valet, inquiunt, ] & ecce Rachel filia eius venit cum grege suo. Dixítque



* h. Verba Esau filij maioris ipsi. Bis in vna causa delinquit: & dum optat obitum patris, & dum disponit patricidium fratris. Chrysollo. De martyribus. Serm. 8.

23. Timens.

24. Consolatur se super te.

i. Experiētia te docebit quòd vtilia consulo: Et sicut dudū audita voce mea, magnas illa à patre benedictiones assecutus es, ita & nunc audi vocem meam, vt effugere possis fratris tui manus. Sic enim & temetipsum à periculis liberum reddes, & me à luctu. Chrysost.

25. Iz. De filiabus Ceth, (vt sunt istæ de filiabus huius terræ) vt quid mihi vita? Et malos mores harum filiarū desiguare videtur. Chrysosto. ibid. homi. 54.

a. Benedixit ergo filium suū pater Isaac. At verò filius eiusdem benedictionis, non aliter sperabatur quam ipsum semē Abrahæ, quod est Christus. Rectè ergo benedicentis hæc verba sunt. Rupertus ibid.

1. Surge.

* In hæreditatem.

2. Dedit deus Abraham, & infra.

3. Padam Haran.

4. Iacob & Esau.

5. Videns etiam Esau quòd malæ essent filiæ Chanaan in oculis patris sui.

6. Accepit Mahalath filiam Ismahelis filij Abrahæ, sororem Nabaioth, super vxores suas, sibi in vxorem.

7. Illius loci.

b. Longè manifestius in calamitatibus cura dei erga nos cognoscitur quam in felicitate, in qua bona nobis à deo concessa, non ita grato animo cognoscuntur. Theodoret.

## Prima dei apparitio Iacob.

c. Messiæ Iacob promittitur sicut Abrahæ.

* Ecce ego tecum sum, &

* Te.

d. Subaudiendum est præsentia gratiæ, nam & in isto & in omni loco est magnitudinis præsentiæ. Rupertus ibid.

* Ipse est.

8. c. Posuit illum in statuā, eúmque illinient oleo, Christum nobis Lapidem angularem consecrauit: de quo propheta, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes.

9. Super summitatem eius.

10. Loci illius Bethel: Verūtamen Lux erat nomen illius ciuitatis prius.

11. Statuam.

* Decimando.

1. Leuauit itaque Iacob pedes suos, & peruenit.

2. Reduceret lapidem in locum suum.

3. Nūquid est illi pax? Et dixerunt, Pax.

Iacob: Adhuc multum diei ſupereſt, nec eſt tempus vt reducantur ad caulas greges: [4] Date antè potum ouibus, & ſic eas ad paſtum reducite. ] Qui reſponderunt: Non poſſumus, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, vt adaquemus greges. ✠ Adhuc loquebantur, & ecce [a] Rachel veniebat cum ouibus B patris ſui. Nam gregem ipſa paſcebat. [5] Quam cum vidiſſet Iacob, & ſciret conſobrinā ſuam, ouéſque Laban auunculi ſui, amouit lapidē, quo puteus claudebatur, & [b] adaquato grege oſculatus eſt eā. Et eleuata voce fleuit, & indicauit ei quòd frater eſſet patris ſui, & filius Rebeccæ. At illa feſtinās nunciauit patri ſuo, Qui cū audiſſet veniſſe Iacob filiū ſororis ſuæ, occurrit obuiam ei, complexúſque eum, & in oſcula ruens, duxit in domum ſuam. Auditis autē cauſis itineris, reſpondit: * Os meū es, & caro mea. Et [6] poſtquā impleti ſunt dies menſis vnius dixit ei: ]Num quia frater meus es, gratis ſeruies mihi? Dic quid mercedis accipias. Habebat verò * duas filias. Nomē maioris Lia, minor verò appellabatur Rachel. Sed [c] Lia [7] lippis ]erat oculis: Rachel decora facie & venuſto aſpectu, quā diligens Iacob, ait: ✠ Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem annis. Re- c ſpōdit Laban: Melius eſt vt tibi eam dem quàm alteri viro. Mane apud me. † Seruiuit ergo Iacob pro Rachel ſeptem annis, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Dixítque ad Laban: da mihi vxorem meā, quia iam [8] tempus expletum eſt, ]vt ingrediar ad illā. [9] Qui vocatis multis amicorū turbis ad conuiuium, fecit nuptias, & veſpere Liam filiam ſuā introduxit ad eum, dans ]ancillam filiæ Zelphā nomine. ✠ Ad quam cū ex more, Iacob fuiſſet ingreſſus, ]facto mane vidit Liam, & dixit ad ſocerū ſuū: [10] Quid eſt quod facere voluiſti? Nónne pro Rachel ſeruiui tibi? † Quare [11] impoſuiſti mihi? Reſpondit Laban: Nō eſt in loco noſtro conſuetudinis, vt [12] minores antè tradamus ad nuptias. [d] Imple hebdomadā dierū huius copulæ, & hanc quoque dabo tibi, pro opere quo D ſeruiturus es mihi ſeptē annis aliis. ✠ Acquieuit placito, & hebdomada trāſacta, † Rachel duxit vxorē. [13] Cui pater ſeruā Balā tradiderat. Tandemq; potitus optatis nuptiis, amorem ſequentis priori prætulit, ]ſeruiens apud eum ſeptem annis aliis. † Videns autem dominus quòd deſpiceret Liam, aperuit vuluam eius, ſorore ſterili permanēte. † Quæ conceptum genuit filium, vocauitq; nomen eius Ruben, dicens: Vidit dominus [14] [e] humilitatem ] meam. [f] Nunc amabit me vir meus. Rurſumq; cōcepit, & peperit filium, & ait: Quoniā audiuit me dominus haberi contemptui, dedit etiam iſtū mihi. Vocauitq; nomen eius Simeon. Concepitq; tertio, & genuit alium filium, dixit q: Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quòd pepererim ei tres filios. Et idcirco appellauit nomen eius Leui. Quarto cōcepit, & peperit filium, & ait: Modò cōfiteor domino. Et ob hoc vocauit eum Iudam. Ceſſauítque parere.

*Lia parere ceſſans & Rachel ſterilis, ancillas ſuas marito concedunt, ex quibus quatuor filios ex Lia duos & filiam, & ex Rachele vnum: paciſcitúrq; Iacob cum Laban de mercede. XXX.*

CErnens autem Rachel quòd infœcunda eſſet, [a] inuidit ſorori ſuæ, & ait marito A ſuo: Da mihi liberos, alioquin moriar. [b] Cui iratus reſpondit Iacob: Num pro deo ego ſum, qui priuauit te fructu ventris tui? At illa, † habeo, inquit, famulā Balam, ingredere ad illam, vt pariat ſuper genua mea, & habeam ex illa filios. Dedit q; illi Balam in coniugium: [1] Quæ ingreſſo ad ſe viro, cōcepit, & peperit ] filium. Dixítque Rachel: [2] Iudicauit mihi ] dominus, & exaudiuit vocem meam, dans mihi filium. Et idcirco appellauit nomen eius Dan. Rurſúmque Bala concipiens peperit alterum, pro quo ait Rachel: Comparauit me dominus ]cum ſorore mea, & inualui. ✠ Vocauitq; eum Ne- 3 ptalim. [4] Sentiens ]Lia quòd parere deſiſſet, † * Zelpham ancillam ſuam [5] marito ] tradidit. Qua poſt cōceptum edente filium, dixit: Fœliciter. Et idcirco vocauit nomen eius Gad. Peperit quoque Zelpha [6] alterum. ]Dixítque Lia: Hoc pro beatitudine mea. Beatam quippe me dicent omnes [7] mulieres. ] Propterea appellauit eum Aſer. Egreſſus autem Ruben tēpore meſsis triticeæ in agrum, reperit mandragoras, quas matri Liæ detulit. Dixítque Rachel: * Da mihi [8] partem ]de mandragoris filij tui. Illa reſpondit: Parúm ne tibi videtur, quòd prę ripueris maritum mihi, niſi etiam mādragoras filij mei tuleris?

Ait

4. Adaquate oues, & ite, paſcite.
a. Rebecca ad puteum inuenta eſt, Rachel ad puteum, Sepliora ad puteum.
5. Cùmque factum eſt cum vidiſſet Iacob Rachelem, filiam Laban fratris matris ſuæ.
b. Prius Rachel gregem adaquauit, & poſtea Iacob oſculatus eſt eam: quia non prius nos oſculamur Chriſtus, quā baptiſmi vnda abluamur. Auguſt. ibid.
✠ Vtique.
6. Manſit eum eo per dies menſis. Et dixit Laban ad Iacob.
* Laban.
c. Quæ cogitationes ineertæ prouidētiæ deſignat, Rachel verò ſeptem æternæ contemplationis dei. Auguſt.
7. Debilibus, vel deformib⁹.
8. Impleti ſunt dies mei.
9. Cōgregauitque Labā omnes homines illius loci, feceruque cōuiuium. Et factum eſt ad veſperam, & tulit Liām filiam ſuam, & introduxit eam ad illum, & ingreſſus eſt ad eam. Deditque illi Laban.
10. Cur hoc mihi feciſti.
11. Fefelliſti me
12. Tradatur minor ante priorem.
d. Malè igitur exiſtimant Iacob poſt ſeptem annos alios Rachel accepiſſe vxorem, ſed poſt ſeptem dies nuptiarum vxoris primæ. Hieron. ibid.
13. Dedítque Laban Racheli filiæ ſuæ Balam ancillam ſuā illi in famulam. Et ingreſſus eſt Iacob ad Rachelē: & dilexit Racheletn pluſquā Liam.
14. c. Afflictionem. Ruben enim dicitur viſionis filius. Hieron. ibi.
f. Diligebatur à marito, ſed ſe inuiſam exiſtimabat, quòd mariti ſtudia magis in Rachelem accenſa ſentiret. Nomen eius nominauit Ruben. Procopius ibid.
a. Aegrè tulit ſuam ſterilitatē reſpectu ſuæ ſororis: quod eſt inuidia large dicta.
b. Vxores Iacob mutua zelotypia afficiebantur: eo quod imperfectæ erant, & impij viri Idola colentis filiæ. Theodoretus.
1. Et ingreſſus eſt ad eam Iacob: & concepit & peperit ipſi Iacob.
2. cauſam meam egit.
3. Luctationib⁹ diuinis luctata ſum.
4. Et videns.
✠ Accepit.
5. Hámque Iacob in vxorem.
6. Ancilla Liæ filium ſecundum ipſi Iacob.
7. Filiæ.
✠ Ad Liam.
8. Quæſo.

c Ait Rachel: Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui.[c] ✠ Redeũtíque ad veſperã Iacob de agro,egreſſa eſt in occurſum eius Lia,& ait: Ad me,inquit,intrabis:quia mercede cõduxi te,pro mãdragoris filij mei.Dormiuitque cũ ea nocte illa,& exaudiuit deus preces eius.Concepitq;,& peperit* filium quintum,& ait: Dedit deus mercedẽ mihi,quia dedi ancillã meam viro meo.Appellauitque nomen eius Iſachar. Rurſum Lia cõcipiens peperit ſextũ filium,*& ait: Dotauit me deus dotę bona. Etiam hac vice mecum erit maritus meus, eo quòd genuerim ei ſex filios. Et idcirco appellauit nomẽ eius Zabulõ. Poſt quem peperit filiam nomine Dinam. Recordatúſque dominus Rachelis, Ant. ante chriſtum. 1763. Anno mundi 2199.
D exaudiuit eam,& aperuit vuluam eius,quæ cõcepit,& peperit filium,dicẽs:[9] ✠ Abſtulit] deus opprobrium meum.Et vocauit nomen illius Ioſeph,dicens: Addat mihi dominus filium alterũ.[10] Nato autẽ Ioſeph,dixit Iacob ſocero ſuo: Dimitte me,vt reuertar in patriam meam,& ad terrã meam.Da mihi vxores & liberos meos,pro quibus ſeruiui tibi, vt abeam. Tu verò noſti ſeruitutẽ,*qua ſeruiui tibi. Ait illi Laban,[11] Inueniam gratiam in conſpectu tuo.Experimento didici,quia benedixerit mihi deus [12] propter te.] Cõſti tue* mercedẽ tuam quam dem tibi. At ille reſpõdit: Tu noſti quo modo ſeruierim tibi,& [13] quanta]in manibus meis [14] fuit poſſeſsio tua.]Modicũ [15] habuiſti,antequã venirem ad te,& nunc diues effectus es]benedixítque tibi deus ad [16] introitum meũ. ✠ [17] Iuſtũ eſt igitur vt aliquando prouideam etiam domui meæ.] Dixítque Laban: Quid tibi dabo? At ille ait:[18] Nihil volo,ſed ſi feceris quod poſtulo,iterũ paſcã, & cuſtodiam pecora tua. Gyra ]omnes greges tuos,& [19] ſepara cunctas oues varias, & ſparſo vellere, & quodcunque fuluũ & maculoſum variumq; fuerit,tam in ouibus quã in capris,]erit merces mea.Reſpõdebítque mihi cras iuſtitia mea,quãdo [20] placiti tẽpus aduenerit coram te, & omnia quæ nõ fuerint varia,& maculoſa,& fulua, tã in ouibus quã in capris, furti me arguent.]Dixitq; Laban:[21] Gratũ habeo quod petis.] Et ſeparauit in die illa [22]
F capras, & oues,& hircos,& arietes varios & maculoſos.✠ Cunctum autẽ gregẽ vnicolorem,id eſt albi & nigri velleris,tradidit in manu filiorũ ſuorum,& poſuit ſpacium itineris inter ſe & generũ,triũ dierũ,qui paſcebat reliquos greges eius. Tollẽs ergo Iacob virgas populeas virides,& amygdalinas, & ex [23] platanis,ex parte decorticauit eas. Detractíſque corticibus,in iis quæ ſpoliata fuerant,cãdor apparuit.Illa verò quæ integra fuerunt,viridia permãſerunt,atque in hunc modũ color effectus eſt varius.]Poſuitq; eas in [24] canalibus vbi effundebatur aqua,vt cũ veniſſent greges ad bibẽdũ,ante oculos habe-
G rent virgas, & in aſpectu earũ ]conciperent.✠ [25] Factumq; eſt vt in ipſo calore coitus, oues intuerentur virgas,& parerent maculoſa & varia,& diuerſo colore reſperſa.Diuiſitque gregem Iacob,& poſuit virgas in canalibus ante oculos arietũ.Erant autem alba & nigra quæque Laban,cætera verò Iacob, ſeparatis inter ſe gregibus.]Igitur quando primo tempore aſcendebãt oues,* ponebat Iacob virgas in canalibus aquarũ ante oculos [26] arietum & ouium,]vt in earum contẽplatione conciperent: quando vero [27] ſerotina admiſſura erat, & conceptus extremus,]non ponebat eas.[28] Factáque ſunt ea quæ erãt ſerotina,Laban:& quæ primi temporis,Iacob.]Ditatúsque eſt homo vltra modũ,& habuit greges multos,ancillas & ſeruos,camelos & aſinos.

c. Mandragoras inuenit primogenitus Ruben, inuentas attulit ad matrem,hæc eas cũ ſorore partita eſt. Primi namque qui deſcenderunt ex Iſraele primogenito inierũt in theſaurum myſterij Chriſti,idque cum perfectè intellexiſſent adduxerunt ad matrem Ieruſalem, eámque bono animo & ſaluere iuſſerũt. Procopius.
✠ Ipſi Iacob.

9. Collegit, vel imminuit.
10. Factum eſt autem cũ Rachel genuiſſet Ioſeph.
✠ Meam.
11. Si nunc inueni.
12. Per te.
✠ Mihi.
13. Quantũ.
14. Fuerit grex tuus.
15. Illud quod fuit tibi ante me, creuit in multum.
16. Pedem meum.
17. Et nunc etiam quando ego rabo domum meam?
18. Nõ dabis mihi quicquam, ſi feceris mihi tam ita reuertar,paſcã oues tuas, atque cuſtodiã. Tranſibo hodie per.
19. Separãdo inde omne pecus pũctis notatũ & maculoſum, & omne pecus ſignum in colũbis,& maculoſum atque punctatum in capris,iſtud.
20. Venerit pro mercede rationem facie tua,& omne quod nõ fuerit punctis reſperſum, aut maculis in capris, vel nigrum in ouibus,furtum illud erit apud me.
21. Ecce,vtinam fiat ſecũdum verbum tuum.
22. Hircos notis & maculis reſperſos, omneſque capras notis & maculis reſperſas.
omne inquam in quo erat albedo,& omne nigrum in ouibus,&
23. Caſtaneis, & decorticauit in eis cortices albos, denudans candorem qui erat in virgis.
24. Fluenta,atque in canales aquarum,vbi oues conueniebant ad bibendum,è regione ouium,vt venientes totum.
25. Concipiebant itaque oues ante virgas,& pariebant oues agnos punctis,notis,& maculis reſperſos. Et ſeparauit Iacob agnos, pnſuſtque facies ouiũ verſus agnos notis reſperſos,atque verſus omne nigrum quod erat in ouibus Laban, ponendo ſuos greges ſeorſum, & nõ ponendo eos cum ouibus Laban.
✠ Robuſtiores, ſiue ſingulares.
26. Ouium in canalibus
27. Debiliores oues venirent
28. Et ita debiliores erãt ipſius Labã,& craſſiores Iacob.

*Laban proſequitur Iacob inſalutato hoſpite fugientem: Rachel idola patris furata quærentẽ patrem decipit, & tandem Iacob & Laban inito fœdere ad propria diſcedunt.* XXXI.

Ioſ.1.29. A Poſtquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium: tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris noſtri, & de [1] illius facultate ditatus, factus eſt inclytus:]animaduertit quoque faciem Labã, quòd non eſſet erga ſe,ſicut heri & nudiuſtertius,maximè dicente ſibi domino: reuertere in terram patrum tuorũ, & ad generationem tuã,eróque tecum: miſit & vocauit Rachel & Liam in agrum,vbi paſcebat greges, dixítque eis: Video faciem patris veſtri,quòd nõ ſit erga me,ſicut heri & nudiuſtertius. Deus autẽ patris mei fuit mecũ,& ipſę noſtis quòd totis viribus meis ſeruierim patri veſtro. Sed & pater veſter circũuenit me,& mutauit mercedẽ meã [a] decem vicibus,& tamen non [2] dimiſit eũ deus,vt noceret mihi. Si quando dixit:[b] [3] variæ ]erũt mercedes tuę,

1. His quæ ſunt patris noſtri fecit hanc totam magnificentiam.

## Secũda dei appãritio Iacob.

a. Scilicet in ſex annis. Odet enim Meſopotamiæ ſicut & Italiæ bis in anno pariunt. Hieio. ibid.
2. Permiſit eum deus vt mali quicquid pateretur in me.
3. b. Quæ notis reſpergũntur (ſcilicet oues. Et capræ,) erãt pro mercede tua.

pariebant omnes oues varios fœtus: quãdo verò ecõtrario,ait:alba quæq; accipies pro mercede,omnes greges alba pepererunt. [c] ✠ Tulitq; deus [4] ſubſtantiã ]patris veſtri,& dedit mihi. Poſtquã enim cõceptus ouium tempus aduenerat,leuaui oculos meos,& vidi in ſomnis [5] aſcendentes mares ſuper fœminas, varios & maculoſos, & diuerſorũ colorũ.] Dixitq; angelus domini ad me in ſomnis:Iacob.Et ego reſpõdi:Aſſum.Qui ait:Leua oculos tuos,& vide vniuerſos [6] maſculos ]aſcendẽtes ſuper fœminas,varios, maculoſos atq; reſperſos.Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban.Ego ſum deus Bethel, † vbi vnxiſti lapidem,& votũ vouiſti mihi. Nũc ergo ſurge,& egredere de terra hac:reuertẽs in terram natiuitatis tuę. Reſpõderuntq; Rachel & Lia: * Nunquid habemus [7] reſidui quicquã in facultatibus, & hæreditate domus ]patris noſtri ? Nõnne quaſi alienas reputauit nos,& vẽdidit,comeditq; [8] precium noſtrũ?Sed deus tulit opes patris noſtri,& eas tradidit nobis ac filiis noſtris. Vnde omnia quæ [9] præcepit ] tibi dominus,fac. ✠ Surrexit autẽ Iacob,& impoſitis liberis ac coniugibus ſuis ſuper camelos,abiit,tulitque omnẽ ſubſtãtiam ſuam, * & greges,& [10] quicquid ]in Meſopotamia acquiſierat:pergens ad Iſaac patrem ſuũ in terrã Chanaan.Eo tẽpore ierat Labã,ad tondẽdas oues,& Rachel furata eſt [d] idola patris ſui. Noluitq; Iacob cõfiteri ſocero ſuo quòd fugeret.Cumq; abiſſet tã ipſe quàm omnia quæ iuris ſui erant,& [e] amne tranſmiſſo perge ret contra montẽ [f] Galaad, nunciatum eſt Laban die tertio quòd fugeret Iacob.Qui aſſumptis fratribus ſuis,perſecutus eſt eũ diebus ſeptẽ, & comprehendit eum in monte Galaad. [11] Viditq; in ſomnis dicentem ſibi dominũ:Caue ne [12] quicquam aſperè loquaris contra Iacob. ]* Iamq; Iacob extenderat in mõte tabernaculum. Cúmque ille conſecutus fuiſſet eum cũ fratribus ſuis,in eodem monte Galaad fixit tentoriũ.Et dixit ad Iacob [13] ✠ Quare ita egiſti,vt clã me abigeres ] filias meas quaſi captiuas gladio?Cur ignorãte me fugere voluiſti,nec indicare mihi, vt proſequerer te cũ gaudio & canticis, & tympanis,& citharis? Non es paſſus vt oſcularer filios meos & filias.Stultè operatus es. Et nũc quidẽ valet man [9] mea reddere tibi malum, ſed deus patris tui heri dixit mihi : Caue ne loquaris contra Iacob quicquã durius. [14] Eſto,ad tuos ire cupiebas,& deſiderio erat tibi domus ]patris tui:Cur furatus es deos meos?Reſpõdit Iacob: Quòd inſcio te profectus ſum,timui ne violẽter auferres filias tuas. * ⊢ Quòd autẽ furti me arguis,] apud quencunque inueneris deos tuos,necetur coram fratribus noſtris.Scrutare,quicquid tuorũ apud me inueneris, [15] aufer.]Hæc dicens,ignorabat quòd Rachel furata eſſet idola. Ingreſſus itaque Laban tabernaculũ Iacob,& Lię,& vtriuſque famulæ,nõ inuenit. ✠ * [16] Cúmque intraſſet tentoriũ Rachelis,illa feſtinans abſcondit idola ſubter ſtramenta cameli, & ſedit deſuper:]ſcrutantíque omne tentoriũ & nihil inuenienti,ait: Ne iraſcatur dominus meus quòd corã te aſſurgere nequeo,quia iuxta cõſuetudinem fœminarum nunc accidit mihi. [17] Sic deluſa ſolicitudo quærentis eſt.Tumensq; Iacob cum iurgio ]ait: Quam ob culpam meã, & ob quod peccatũ meũ,ſic exarſiſti poſt me? & * ſcrutatus es omnẽ ſupellectilẽ meã? Quid inueniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ?Pone hic corã fratribus meis,& fratribus tuis,& iudicent inter me & te.Idcirco viginti annis fui tecum,oues tuæ & capræ ſteriles nõ fuerunt, arietes gregis tui nõ comedi, [18] nec captũ à beſtia oſtendi tibi. Ego dãnum omne reddebam. † Quicquid furtim peribat,à me exigebas : die noctúque æſtu [h] vrgebar & gelu,]fugiebátque ſomnus ab oculis meis. † ✠ Sícque per viginti annos in domo tua ſeruiui tibi, quatuordecim pro [19] filiabus, ]& ſex pro gregibus tuis. Immutaſti quoque mercedẽ meã decẽ vicibus. Niſi deus patris mei Abrahã, & timor Iſaac affuiſſet mihi,forſitã modò nudũ me dimiſiſſes. Afflictionẽ meam & laborem manuũ mearũ reſpexit dominus,& arguit te heri: Reſpõdit ei Laban: [20] Filiæ meæ & filij, & greges tui & omnia quæ cernis,mea ſunt.] Quid poſſum facere [21] filiis & nepotibus meis?Veni ergo & ineamus fœdus, * vt ſit teſtimoniũ inter me & te.Tulit itaq; Iacob lapidẽ & erexit illũ [22] in titulum.] Dixitq; * fratribus ſuis: Afferte lapides. Qui cõgregantes fecerunt tumulum,comederũntque ſuper eum.Quem vocauit Laban [i] tumulum teſtis,& Iacob aceruum teſtimonij,vterque iuxta proprietatem linguæ ſuæ . Dixitq; Laban:Tumulus iſte teſtis erit inter me & te hodie. ✠ Et idcirco appellatum eſt nomen eius Galaad, [23] id eſt tumulus

4. Oues.
c. Vide quomodo vtrũque decet,& patrẽ ingratitudinẽ cæca ſit, & quã tam ſui curã deus habuerit. Chryſoſt. ibi.
5. Et eccẽ hirci aſcẽdebant ſuper pecora punctis, notis, & maculis albis reſperſa.
6. Hircos.
* Ad eum dicentes.
7. Partem & hæreditatem in domo.
8. Pecuniã noſtram? Sed omnes opes quas eripuit deus à patre noſtro, noſtræ ſunt & filiorum noſtrorum.
9. Dixit.
* Quam acquiſiuit.
10. Facultates: & poſſeſſionẽ ſuam quam.
d. In Hebræo teraphim ſcriptum eſt, hoc eſt figuræ vel imagines. Hiero. ibid.
* Iacob furatus eſt cor Laban.
e. Euphrate, Meſopotamiam à Syria diuidente.
f. Nõ quòd eo tempore Galaad diceretur, ſed per anticipationem vocatur. Hiero. ibidem.
11. Venitque deus ad Laban Syrum in ſomno nocturno, & dixit ad eum.
12. Loquaris cũ Iacob à bono vſque ad malum.
* Apprehendit itaque Labã Iacob.
13. Quid feciſti quod furatus es cor meum & abduxiſtiſ

g. Canit quidem iuxta cõmiationem dei ne loqueretur quicquã durius cõtra Iacob ſed ipſam cautelam ſuam mẽdacio infatuauit. Ita vt manifeſtẽ ex ore ſuo redarguendus ſit. Rupertus.

14. Nũc igitur abeũdo abiiſti,quoniam deſiderio victus fragraſti ad domum.
* A me.
15. Et tolle illud tibi.
* Et egreſſus de tabernaculo Lix venit in tabernaculum Rachel.
16. Porrò Rachal acceperat idola illa, & poſuerat illa in ſtratorium cameli, & ſedit ſuper ea.

17. Scrutatus eſt itaque ſed nõ inuenit illa idola. Et iratus eſt Iacob, rixatúſque eſt cũ Laban, & reſpondens Iacob ad Laban.

* Poſtquam.

18. A beſtia lacerũ non reduxi ad te,ego peccati illiuſtreus eram:tu de manu mea id requirebas, ſicut & illud quod furabatur per diem, & quod furabatur per noctem. Per diem conſumpſit me æſtus,& gelu per noctem.
h. Si tanta de irrationali pecude cura,quãta de rationali eſſe decet ſolicitudo? Chry.
19. Duabus filiabus tuis.
20. Filiæ iſtæ, filiæ meæ: & filij iſti,filij mei: ſed & greges iſti, greges mei : & quicquid tu vides, meum eſt.
21. Filiabus meis iſtis hodie aut filiis earum quos genuerunt?
* Ego & tu.
22. In ſtatuam, vel in monumentum.
* Iacob.

i. Aceruus, Hebr. lingua gal dicitur, ſed verò teſtis vel teſtimonium. Hiero. ibidem.
23. Et Mizpah, (hoc eſt, ſpecula : quoniam dixit Laban:

eſt tumulus teſtis. Et adiecit Laban: ]intueatur,& iudicet dominus inter nos,[24] quãdo re
ceſſerim[9] à nobis: ]Si afflixeris filias meas,& ſi introduxeris alias vxores ſuper eas,[25] nul-
lus ſermonis noſtri teſtis eſt abſque deo,qui preſens reſpicit. Dixitq; rurſus ad Iacob: † En
tumulus hic,& lapis quẽ erexi,inter me & te teſtis erit. Tumulus inquã iſte,& lapis ſint
in teſtimonium:[26] ſi aut ego tranſiero illum pergens ad te,aut tu præterieris,malũ mihi
cogitans. ]Deus Abraham & deus Nachor iudicet inter nos,deus patris eorum. Iurauit
ergo Iacob per timorem patris ſui Iſaac,immolatiſq; victimis in mõte,vocauit fratres
ſuos vt ederent panem. Qui cum comediſſent,mãſerunt ibi. Laban verò[27] de nocte ]cõ
ſurgẽs,oſculatus eſt filios & filias ſuas,& benedixit illis,reuerſúſq; eſt in locum ſuum.

24. Abſcõditi fuerimus alter ab altero.
25. Non eſt quiſquam nobiſcũ, en deus tit teſtis inter me, & itter te.
26. Quòd ego non tranſibo accruum illum ad te,nec tu trã ſibis iſtum tumulum & iſtam ſtatuam ad mẽ in malum.
27. Diluculo.

*Iacob viſis angelis nũcios & munera ad fratrẽ ſuũ Eſau mittit: interea cũ angelo luctatur viriliter donec tacto femoris neruo benedictionẽ acciperet, & ex Iacob Iſrael appellaretur. XXXII.*

Tertia dei appa-
ritio Iacob.

A ]Iacob autem abiit in itinere quo cœperat,fueruntq; ei obuiam angeli dei. Quos
cum vidiſſet,ait: Caſtra dei ſunt hæc. Et appellauit nomen loci illius[1] Manaim,]
id eſt*[2] caſtra. Miſit autem & nuncios ante ſe ad Eſau fratrem ſuum, in terram
Seir,in regione Ædom: præcepitq; eis,dicens: Sic loquimini domino meo Eſau: Hæc di
cit[2] frater tuus ]Iacob: apud Laban peregrinatus ſum,& fui vſque in præſentem diẽ: Ha-
beo boues,& aſinos,& oues,& ſeruos,& ancillas,mittoq; nunc legationem ad dominũ
B meum,vt inueniam gratiam in conſpectu tuo.[3] Reuerſiq; ſunt nuncij ad Iacob dicẽtes:
Venimus ad Eſau fratrem tuum,& ecce properat in occurſum tuum, cum quadrigẽtis
viris. [b] Timuit Iacob valde,& perterrit] diuiſit populum qui ſecum erat,greges quoq;,
& oues,& boues,& camelos,in duas turmas,dicẽs: Si venerit Eſau ad vnam turmam &
percuſſerit eam,alia turma quæ reliqua eſt ſaluabitur. Dixitq; Iacob: †[c] Deus patris mei
Abraham,& deus patris mei Iſaac,[4] domine qui dixiſti mihi: ]reuertere in terram tuam,
& in locũ natiuitatis tuæ,& benefaciã tibi: minor ſum cũctis miſerationibus tuis,& *ve
C ritate tua quam expleſti ſeruo tuo.[5] In baculo meo trãſiui Iordanem iſtum, & nunc cũ
duab[9] turmis regredior. Erue me de manu fratris mei Eſau,quia valde eũ timeo: ne forte
veniens percutiat *matrem cum filiis. Tu locutus es,quòd benefaceres mihi,& dilatares
ſemẽ meum ſicut arenam maris,quę prę multitudine numerari nõ poteſt. Cumq; dor-
miſſet ibi nocte illa,ſeparauit de iis quę habebat munera Eſau fratri ſuo,capras ducẽtas,
D hircos viginti,oues ducẽtas,& arietes viginti,camelos[7] fœtas cũ pullis ſuis triginta,[6] vac
cas quadraginta,& tauros[6] viginti, ]aſinas viginti,& pullos earum decem. Et miſit per
manus ſeruorum ſuorum ſingulos ſeorſum greges. Dixitq; pueris ſuis:[d] Antecedite me,
& ſit ſpaciũ inter gregẽ & gregem. Et præcepit priori, dicens: Si obuium habueris fra-
trẽ meũ Eſau,& interrogauerit te: cuius es? aut,quò vadis? aut,cuius ſunt iſta quę ſeque-
ris? reſpõdebis. Serui tui Iacob. Munera miſit domino ſuo Eſau,ipſe quoque poſt nos ve
nit. Similiter dedit mandata ſecundo & tertio, & cunctis qui ſequebantur greges, di-
E cens:[e] Hiſdẽ verbis loquimini ad Eſau,cùm inueneritis eũ,& addetis: Ipſe quoq; ſeruus
tuus Iacob,iter noſtrum inſequitur. Dixit enim: Placabo illum muneribus quæ præce-
dunt,& poſtea videbo illum.[7] Forſitan propiciabitur mihi. Præceſſerunt itaque munera
ante eũ,ipſe verò manſit nocte illa in caſtris. Cumq;[8] maturè ]ſurrexiſſet,tulit duas vxo-
res ſuas,& totidem famulas cum vndecim filiis,& tranſiuit vadũ Iaboch.[9] Traductiſq;
omnibus quæ ad ſe pertinebant,]mãſit ſolus: &† ecce vir luctabatur cum eo[10] vſque ma
F ne. ][f] Qui cùm videret,quòd eum ſuperare nõ poſſet,tetigit neruum femoris eius,& ſta
tim[11] emarcuit. ]Dixitq; ad eum: Dimitte me. Iam enim aſcendit aurora. Reſpõdit: Non
dimittam te,niſi benedixeris mihi. Ait ergo: Quod eſt nomen tibi? Reſpõdit: Iacob. At
ille: † Nequaquam,inquit,Iacob appellabitur* nomen tuum,ſed Iſrael: quoniam[12] ſi cõ-
tra deum fortis fuiſti,quanto magis contra homines præualebis? Interrogauit eum Ia-
G cob: [g] Dic mihi quo appellaris nomine? Reſpondit: † Cur quæris nomen meum,& quod
eſt mirabile? ]Et benedixit ei in eodem loco. Vocauitq; Iacob nomen loci illius,[13] Pha-
nuel, ]dicens: [c] Vidi dominum facie ad faciẽ,& [14] ſalua facta ]eſt anima mea. Ortuſq; eſt
ei ſtatim ſol,poſtquam trãſgreſſus eſt Phanuel. Ipſe verò [f] claudicabat[15] pede. ]Quam ob
cauſam

1. Mahanaim.

*. 2. Duplicia, ſcilicet turmæ angelorum & ſua.
2. Seruus tuus.
b. Quæri poteſt quo modo timebat, & certus erat de promiſſis diuinis? hoc potuiſſet accidere vt Eſau caſtra eius euerteret, quod timebat, ſed tamen poſt illam afflictionẽ ipſum liberaret cui confidebat. Auguſt. Ibidem.
3. Anxius factus eſt ac.
c. Humanis officiis adiungit inuocationem diuini præſidij commemorando tum merita Abrahæ, tum merita Iſaac tũ promiſſiones ſibi ab ipſo deo factas, Et deum reſpectu Abrahæ, & Iſaac nominat vt cultũ ab vtroque ad allegandum vtriuſque merita. Cum verò Iacob de ſeipſo loquitur, nihil proprij meriti quod ad diuinum cultum citate audet, ſed tantum diuinum beneficium tum verbo tum facto dicens. Caietanus ibidem.
4. Dominus eſt qui dixit ad me.
*. Omni.
*. Me.
5. Iactanter.
6. Decem.
d. Iacob vtroque excellentior haberur iure primogenituræ tutúſque auxilio diuino. Noluit tamen abnuit ſe inſiſtuare fratri eius captare benieuolentiã, dominum ipſum abſque turpi adulatione vocans. Pisca.
7. Si forſitan ſuſcipiat faciem meam.
8. Nocte.
9. Et accipiens eos tranſmiſit eos vltra torrentem, tranſmiſitque quicquid habuit, &
10. Vſque dum aſcenderet aurora.
11. Motus eſt neruus femoris Iacob de loco ſuo.

Quarta dei appa ritio Iacob.

* Deinceps.
12. Vt princeps conflixiſti cũ deo, & cũ hominibus, & præualuiſti.
13. Phanuel* id eſt faciei dei & infra
e. Vere enim tunc facie ad faciem deum non vidit, quia in ſchemate hominis, luctatus eſt contra cum deus, ſed mẽte vidit deum.
14. Ereptа.
f. Claudicatio iſta quæ ex femore eius facta eſt, populum ipſum Hebræum ſignificat claudicantem. Proſper.
15. In femore ſuo.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Diſſipatum.
16. Eſt in loco femoris.
17. Iacob in neruo diſſipato, vel contracto.

cauſam non comedunt neruum *filij Iſrael,quia[16] emarcuit in femore ]Iacob, vſque in præſentem diem,eò quòd tetigerit neruum femoris[17] eius,& obſtupuerit.

*Eſau Iacob obuius muneribus eius placatur: Inde vale facientes Eſau Seir repetit, Iacob verò in Sichem profectus eſt.* XXXIII.

a. Hoc eſt, dimidiauit, vt vnã turmam faceret ancillæ cum filiis ſuis, alteram liberæ cum filiis ſuis. Hiero. ibid.
1. Apud Liam & apud Rachelẽ, atque apud duas ancillas.
2. Præcedens eos.
3. Ad fratrem ſuum.
4. Ruitq; ſuper.
5. Oſculatus eſt eum, & fleuerunt.
b. Inclinãdo caput, & hæc eſt adoratio duliæ, quia erat primogenitus frater eius ætate, licet ex diuina ordinatione primo genitura eſſet trãſlata. Delyra. ibidem.

LEuans autem Iacob oculos, vidit venientem Eſau,& cum eo quadringẽtos viros.[a] Diuiſitq; filios[1] Liæ & Rachel, ambarumq; famularũ,] & poſuit vtranque A Iosef. 1.
ancillam & liberos earum in principio: Liam verò & filios eius in ſecundo loco, Rachel autem & Ioſeph nouiſsimos. Et ipſe[2] progrediens ]b adorauit pronus in terram ſepties, donec appropinquaret[3] frater eius. Currens itaque Eſau obuiã fratri ſuo amplexatus eſt eum,[4] ſtringénſq; ]collum eius,&[5] oſculãs, fleuit: ]leuatiſq; oculis vidit mulieres & paruulos earum,& ait: Quid ſibi volunt iſti,& ſi ad te pertineãt? Reſpondit: Paruuli ſunt, quos donauit mihi deus ſeruo tuo. Et appropinquantes ancillæ & filij earũ incuruati ſunt. Acceſsit quoq; Lia cum pueris ſuis,& cùm ſimiliter adoraſſent, extremi Ioſeph & Rachel adorauerunt. Dixitq; Eſau: Quænam ſunt iſtę turmæ quas obuiã habui? Reſpõdit: Vt inuenirem gratiam coram domino meo. At ille ait: Habeo plurima frater mi, ſint tua tibi. Dixitq; Iacob: Noli ita obſecro, ſed ſi inueni gratiã in oculis tuis, accipe munuſculum de manibus meis.[1] c Sic enim vidi faciẽ tuam, quaſi viderẽ vultũ dei.[6] Eſto mihi propicius,] d & ſuſcipe benedictionẽ quam attuli tibi,& quam donauit mihi de[9], [7] tribuens omnia. Vix fratre compellente ſuſcipiens, ait: Gradiamur ſimul,[8] eroq; ſocius itineris tui. ]Dixitq; Iacob: Noſti domine mi, quòd paruulos habeam teneros,& oues& boues fœtas mecum, quas ſi plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cũcti greges. Præcedat* dominus meus ante ſeruum ſuũ,& ego ſequar paulatim[9] veſtigia eius, ſicut videro paruulos meos poſſe, ]donec veniam ad dominũ meũ in Seir. Reſpondit Eſau: Oro te, vt de populo qui mecum eſt, ſaltem ſocij remaneant viæ tuæ. Nõ eſt, D
inquit, neceſſe, hoc vno tãtùm indigeo, vt inueniam gratiam in conſpectu tuo domine mi. Reuerſus eſt itaque illo die Eſau itinere quo venerat in Seir. Et Iacob venit in[10] Soccoth, ]vbi ædificata domo* Et fixis tentoriis, appellauit nomẽ loci illius Soccoth, id eſt tabernacula. Tranſiuitq; in Salem vrbem Sichimorũ, quę eſt in terra Chanáan, poſtquã reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ,& habitauit[11] iuxta oppidum, ] emítque partẽ agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichem centum[12] agnis, ]& erecto ibi altari inuocauit ſuper illud fortiſsimum deum Iſrael.

c. Non enim dixit: Quemadmodum ſi viderem faciem dei, quaſi pauentis, & perturbati animi verba vſque in hanc adulationem prorumperent: ſed quum videt aliquis faciem dei voluit intelligere. Auguſt. ſuper Gene.
6. Et bene voluiſti mihi.
7. Et quia eſt mihi ſatis.
8. Et eamus, ego vadã ante te.
*Quæſo.
9. Iuxta greſſum familiæ, quæ eſt ante faciẽ meam, & iuxta veſtigium paruulorum.

10 Succoth, id eſt ruguria, & infra.

*Sibi, & pecoribus ſuis.

11. E regione ciuitatis.
12. Nummis.

*Ob Dinæ ſtuprum & raptum, Sichimitæ prius circunciſi à duobus fratribus Dinæ perimũtur, atque vrbs eorum à cæteris filiis Iacob penitus vaſtatur. quapropter duo primi à patre arguuntur.* XXXIIII.

*Quam peperit ipſi Iacob.
1. Filiat.
2. Principis.
3. Tulit eã, & dormiuit cum ea, & violauit eam.
4. Dina filia Iacob, & dilexit puellam, & loquutus eſt ad cor vel ſuper cor puellæ, & dixit Sichem.
*Quod ille polluiſſet Dinam filiam ſuam.
5. Iacob.
*Contriſtati ſunt viri illi, &
*Apud ſe,

*Quæſo.

6. Coram vobis eſt.

*In ea.
*Etiam plurimum ſuper me.

7. Apud ſe loquentes quòd maculaſſet Dinam ſororem eorum. Dixerunt ad eos.

†Greſſa eſt autem Dina filia Liæ,* vt videret[1] mulieres ]regionis illius. Quã cum A Ioſephus †Degreſſa dispensat.
vidiſſet Sichẽ filius Hemor Heuæi,[2] princeps ]terræ illius,[3] adamauit eã,& ]rapuit,& dormiuit cum illa, vi opprimens virginem.] Et cõglutinata eſt anima ei[9] cum[4] ea triſtemq; deliniuit blãditiis, & pergẽs ]ad Hemor patrem ſuum: accipe, inquit, mihi puellam hãc coniugem. Quod cum audiſſet Iacob,* abſentibus filiis & in paſtu pecorum occupatis, ſiluit donec redirent. Egreſſo autẽ Hemor patre Sichem, vt loqueretur ad Iacob, ecce filij[5] eius ]veniebant de agro, auditoq; quod acciderat,* irati ſunt valde,* eo quòd fœdam rem operatus eſſet in Iſrael,& violata filia Iacob, rem illicitam perpetraſſet. Locutus eſt itaq; Hemor ad eos: Sichẽ filij mei adhæſit anima filiæ veſtræ. * Da B
te* eam illi vxorem,& iungamus vicisſim cõnubia. Filias veſtras tradite nobis, & filias noſtras accipite,& habitate nobiſcum. Terra[6] in poteſtate veſtra eſt, ]exercete, negociamini,* & poſsidete eam. Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait: Inueniã gratiã coram vobis,& quęcunq; ſtatueritis, dabo. Augete* dotẽ,& munera poſtulate,& libenter tribuam quod petieritis: tantũ date mihi puellam hanc vxorem. Reſponderunt filij Iacob Sichem & patri eius in dolo,[7] ſæuientes ob ſtuprũ ſororis: ]Non poſſumus facere quod petitis, nec dare ſororẽ noſtrã homini incircunciſo, quod illicitum & nepharium eſt apud

est apud nos. Sed in hoc[8] valebimus fœderari. Si volueritis esse similes nostri, & circúcidatur in vobis omnis masculini sexus, tũc dabimus, * & accipiemus mutuò filias vestras [9]ac nostras, ] & habitabimus vobiscũ, erimusq; vnus populus. [22] Si autẽ circuncidi nolueritis, tollemus filiam nostram, & recedemus. Placuit oblatio eorũ Hemor, & Sichem filio eius, nec distulit adolescẽs quin statim quod petebatur, expleret. Amabat enim puellam valde, & erat inclytus in omni domo patris sui. [10] Ingressiq; portã vrbis locuti sunt ad populum: Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscũ. Negocientur in terra, & exerceant eam, quæ spatiosa & lata, [11] cultoribus indiget. ] Filias eorum accipiemus vxores, & nostras illis dabimus. [12] Vnum est quo differtur tantum bonum. ] Si circũcidam[9] masculos nostros, [13] ritum gentis imitantes, ] & substãtia eorũ, & pecora, & cuncta quæ possident, nostra erunt. Tantum in hoc acquiescamus, & habitantes simul, vnũ efficiamus populum. [14] Assensiq; sunt omnes, circuncisis cunctis maribus. [24] ] Et ecce die tertio quando grauissimus vulnerum dolor est, arreptis duo filij Iacob, Simeõ & Leui fratres Dinæ, gladiis, ingressi sunt vrbem cõfidẽtes, interfectisq; omnibus masculis, Hemor & Sichem pariter necauerunt: * tollentes Dinam de domo Sichem, sororẽ suam. * Quibus egressis, irruerũt super occisos cæteri filij Iacob, & depopulati sunt vrbem [15] in vltionem stupri, oues eorum & armẽta, & asinos, cunctáq; [16] vastantes ] quę in domibus, & in agris erant, * paruulos quoque eorũ & vxores duxerunt captiuas. * ⊱ Quibus perpetratis audacter, ] Iacob dixit ad Simeõ & Leui: Turbastis me, [17] & odiosũ fecistis me ] * Chananęis & Pherezæis habitatoribus terræ hui⁹. Nos pauci sumus, illi cõgregati percutiẽt me, & delebor ego & dom⁹ mea. Respõderũt: Nũquid vt scorto abuti debuére sorore nostra?

8. Consentiemus vobis.
★ Vobis filias nostras.
9. Nobis.
22. Hæc quidem filij Iacob, præsipue Simeon & Leui eadem omnium secum meditantes, proposuerunt. Chrys. ibid.
10. Venit itaque Hemor & Sichẽ filius eius ad portam ciuitatis suæ, & loquuti sunt cũ viris ciuitatis suæ, dicentes.
11. Manibus est ante nos.
12. Verum in hoc consentiũt nobis viri illi: ut habitẽdum nobiscũ, & vt efficiamur populus vnus.
13. Sicut illi circuncisi sunt.
14. Audierunt itaque ipsum Hemor & Sichem filium eius cuncti qui egressi erant portã ciuitatis suæ, & circũcisus est omnis masculus quicunque egressus est portam ciuitatis suæ.
★ In ore gladij.
★ Egressi sunt.
15. Quia violauerant sororem suam.
16. Rapientes.
★ Sed & omnia preciosa eorum.
★ Et diripuerunt, vna cũ omnibus quæ erant in domo. Et.
17. Vt fœtere me faceretis.
★ Coram habitatore huius terræ, coram.

*Postquã Iacob iuxta Sichẽ infodit idola, ascẽdit in Bethel votũ domino soluturus: moritur interea Debbora: visione verò dei Iacob fretus dum Bethlehẽ peteret Rachel in partu Beniamin moritur, Ruben cũ Bala dormit, Isaac quoque moritur, atque à filiis cũ patribus suis sepelitur. XXXV.*

A [1] Nterea locutus est deus ad Iacob: Surge, & ascẽde Bethel, & habita ibi, fácq; * altare domino, † qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau fratrem tuum. Iacob verò conuocata omni domo sua, * ait: Abiicite deos alienos qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimẽta vestra. [2] Surgite & ascẽdamus in Bethel, vt faciamus ibi altare domino, qui exaudiuit me in die tribulationis meę, & soci⁹ fuit itineris mei. Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebãt, & inaures quę erãt in auribus eorum. At ille infodit eas subter[1] terebinthum, ] quæ est[2] post ] vrbem Sichẽ. Cumq; profecti essent, terror dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & nõ sunt ausi persequi recedentes. [3] Venit igitur Iacob[3] Luzam quæ est in terra Chanáan cognominẽto Bethel, ipsè & omnis populus cum eo. [25] Ædificauitq; ibi altare, & appellauit nomen loci illius, [3] domus dei. ] Ibi enim † apparuit ei deus, cùm fugeret fratrẽ suum. ⊱ Eodẽ tẽpore ] mortua est [b] Debbora nutrix Rebeccę, & sepulta est ad radices Bethel, subter quercũ: vocatumq; est nomen loci illius, quercus fletus. Apparuit autem iterum deus Iacob, postquã reuersus est de Mesopotamia ⊱ Syriæ, & venit in Bethel, ] benedixitq; ei, dicẽs: † Non vocaberis vltra Iácob, sed Israel erit nomen tuũ. Et appellauit eum Israel. Dixitq́ue ei: Ego deus omnipotens: Cresce, & multiplicare: gentes & [4] populi nationum ] ex te erunt. Reges de lumbis tuis egrediẽtur, terramq; quam dedi Abraham & Isaac; dabo tibi & semini tuo [c] post te. * [26] Et recessit ab eo. * Ille verò erexit titulum lapideũ, in loco quo locutus fuerat ei deus, libans super eum libamina, & effundens oleum, vocánsq; nomẽ loci illius * Bethel. Egressus autem inde, venit[5] verno tempore ] ad terram quæ ducit Ephrátam. In quã cũ parturiret Rachel, ob difficultatẽ partus periclitari cœpit. * Dixitq; ei obstetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filium. Egrediente autem anima præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomẽ filij sui Bennoni, id est filius doloris mei. Pater verò appellauit eum [d] Beniamin, id est filius dexteræ. † Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via quæ ducit Ephrátam, hæc est Bethleem. Erexitq; Iacob[6] titulum ] super sepulchrum ei[9]. Hic est titulus monumẽti Rachel, vsque in præsentem diem. Egressus inde, * fixit tabernaculum trans turrem gregis. [27] Cumq; habitaret in illa regione, abiit Rubẽ, & dormiuit cum

Quinta apparitio dei Iacob.

★ Ibi.
★ Et omnibus qui secum erant.
4. Planè hoc ordine & his præfectibus ascendendum est in Bethel, id est, in domum dei, quæ non est alia quam ecclesia Christi. Rupertus ibid.
1. Quercum.
2. Iuxta.
b. Id est, Amygdalum ante vocatum. Hiero.
3. Elbethel. i. deus Bethel.
c. Quæ mortua Rebecca ad Iacob reuersus est à Mesopotamia, contigerat.
Sexta dei apparitio Iacob.
4. Congregatio gentium.
★ Dabo terram illam.
★ De⁹ ex loco in quo locutus est secum.
★ Vbi locutus fuerat cùm eo deus.
5. Quasi stadium, vel quasi ad prandium.
★ Et factum est dum ingraueſceret partus eius.
d. Beniamin enim filius dexteræ, non dierum. Nempe iamin per n in fine, dexteram significat, iamin verò per m, dies. Mortua est autem Rachel cum esset 36. annorum secundum Hebr. & Iacob 97. Hiero. ibid.
6. Statuam, & infra.
★ Israel.

Sup. 28. c.
† Supra. 32. f.
† 23. q. 2. cap. Vnaquæque

Universidad de Deusto Biblioteca

*Et ingratum viſum eſt in oculis eius*Similiter.
*Iacob.

*Iacob.
Gloſa Iſaac.

d. Apponi populo vel ad populũ, vſurpatur pro eo quod eſt colligi ad populum ſuum: quod olim patriarchæ omnes elegerãt vno in loco ſepeliri.

cum Bala concubina patris ſui: Quod illum minimè latuit. *Erant autẽ filij Iacob duodecim. Filij Liæ: primogenitus *Ruben, & Simeon, & Leui, Iudas, & Iſachar, & Zabulõ. Filij Rachel: Ioſeph & Bẽiamin. Filij Balæ ancillæ Rachelis: Dan & Neptalim. Filij Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aſer. Hi ſunt filij Iacob, qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syrię. Venit etiam *ad Iſaac patrem ſuum in Mambre ciuitatẽ Arbee: hæc eſt Hebron, in qua peregrinatus eſt Abraham & Iſaac. Et completi ſunt dies Iſaac cẽtum octoginta annorum, conſumptuſq; ætate mortuus eſt, [d] & appoſitus eſt populo ſuo, ſenex & plenus diebus: & ſepelierunt Eſau & Iacob filij ſui.

*Eſau vxores & filij, eorumq; genealogia & habitatio deſcribitur: Iacob verò in Chanaan remanſit, Eſau in Seir redeunte.* XXXVI.

2. Eſau & Aedon & Seir nomen eſt vnius hominis. Nam Eſau dictus eſt Aedon ab אָדַם ruſuit, quod rubra offa ſeu ruſa vendiderit primogenita ſua. Porrò dictus eſt Seir à שָׂעִיר quod piloſum ſignat. Inde monti nomẽ dedit ac ſortã ſibi amæna nomen accepit, à fuſcæ verſus occaſum, à Caſio mõte vſque Ieruſalem tendens.
*Suas.
1. Acquiſierat.

HÆ autem ſunt generationes [a] Eſau, ipſe eſt Ædõ. Eſau accepit vxores *de filiabus Chanáan, Ada filiam Elom Hethæi, & Oolibama filiam Anæ filij Sebeon Heuæi, Báſemath quoque filiam Iſmael, ſororem Nabaioth. † Peperit autem Ada Eliphaz, Báſemath genuit Rahuel, Oolibama genuit Iehus, & Ihelon, & Chore. Hi filij Eſau, qui nati ſunt ei in terra Chanáan. Tulit autem Eſau vxores ſuas, & filios & filias, & omnem animam domus ſuæ, & ſubſtantiam, & pecora, & cũcta quæ [1] habere poterat in terra Chanáan, & abiit in alteram regionem, receſſitq; à fratre ſuo Iacob. † Diuites enim erant valde, & ſimul habitare nõ poterant, nec ſuſtinebat eos terra peregrinationis præ multitudine gregum. Habitauitq; Eſau in monte Seir, ipſe eſt Ædom. Hæ autẽ ſunt generationes Eſau patris Ædom in mõte Seir, & hæc nomina filiorum eius. Eliphaz filius Ada, vxoris Eſau: Rahuel quoque filius Báſemath, vxoris eius. †§ Fuerũtq; Eliphaz filij: Theman, Omar, Sephua, & Gathan, & Cenez, & Chore. ] Erat autem [b] Thamna, cõcubina Eliphaz filij Eſau, quę peperit ei Amalech. † Hi ſunt filij Ada, vxoris Eſau. Filij autẽ Rahuel: Naath, & Zara, Semina, & Meza. Hi filij Báſemath vxoris Eſau. Iſti quoque erãt filij Oolibama filiæ Anæ filij Sebeon, vxoris Eſau, quos genuit ei, Iehus: & Ihelõ, & Chore. Hi duces filiorum Eſau. Filij Eliphaz primogeniti Eſau: dux Themã, dux Omar, dux Sephua, dux Cenez, dux Chore, dux Gathan, dux Amalech. Hi [2] filij ] Eliphaz in terra Ædom: & hi filij Adæ. Hi quoque filij Rahuel, filij Eſau: Dux Naath, dux Zara, dux Sẽma, dux Meza. Hi autẽ duces Rahuel, in terra Ædom. Iſti filij Baſemath vxoris Eſau. Hi autem filij Oolibama vxoris Eſau: Dux Iehus, dux Ihelõ, dux Chore. † Hi duces Oolibama filiæ Anæ vxoris Eſau. Iſti ſunt filij Eſau, & hi duces eorum, ipſe eſt Ædom. §c Iſti ſunt filij Seir Horræi habitatoris terræ: Lothã, & Sobal, & Sebeon, & Anan, & Diſon, & Eſer, & Diſan. Hi duces Horrẽi filij Seir in terra Ædom. Facti ſunt autem filij Lothã: Horræi & Eman. Erat autem ſoror Lothan, [d] Thamna. Et iſti filij Sobal: Aluhan, & Maneheth, & Ebal, Sephi, & Onan. Et hi filij Sebeõ: Aia, & Ana. Iſte eſt Ana, qui inuenit aquas calidas in ſolitudine, cùm paſceret [3] aſinas ] Sebeõ patris ſui. Habuitq; filiũ Diſon, & filiam Oolibama. Et iſti filij Diſon: Amdan, & Esban, & Iethran, & Charan. Hi quoque filij Eſer: Balaan, & Zeuan, & Achan. Habuit autem filios Diſan: Hus, & Aran. Hi duces Horræorũ. Dux Lothan, dux Sobal, dux Sebeõ, dux Ana, dux Diſon, dux Eſer, dux Diſan. Iſti duces Horræorum, qui imperauerunt in terra Seir. Reges autem qui regnauerunt in terra Ædom, antequam haberent regem filij Iſrael, fuerũt hi: Balach filius Beor, nomenq; vrbis eius Denaba. Mortuus eſt autem Balach, & regnauit pro eo [c] Iobab filius Zare de Boſra. §Cumq; mortuus eſſet Iobab, regnauit pro eo Huſan de terra Themanorũ. Hoc quoq; mortuo regnauit pro eo Adad filius Badadi, qui percuſsit Madian in regione Moab, & nomẽ vrbis eius Auith. Cumq; mortuus eſſet Adad, regnauit pro eo Semla de Maſerecha. Hoc quoque mortuo, regnauit ꝓ eo Saul, de fluuio Rooboth. Cumq; & hic obiſſet, ſucceſsit in regnum Balanã filius Achobor. Iſto quoque mortuo, regnauit ꝓ eo Adad, nomẽ ꝙ vrbis ei [9] Phou. Et appellabatur vxor eius Meezabel, filia Matreth, filiæ Mizaab. Hæc ergo nomina ducum Eſau in cognationibus, & locis, & vocabulis ſuis: dux Thãna, dux Aluha, dux Ietheh, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinõ, dux Cenez, dux Themã, dux Mabſar, dux Mabdihel, dux Hiran. Hi duces Ædom [4] habitantes in terra imperij ſui.]

b. Iccirco autem Horræorum recordatur inferius, quia primogenitus filiorum Eſau ex filiabus eorũ acceperat concubinam.

2. Ducer.

c. Poſtquam enumerauit filios Eſau, altius repetit & exponit qui ante Eſau in Aedõ terra principes fuerint ex gente Horræorum, quos ſibi Eſau accinxerunt, & terram eorum hæreditate poſſederunt. Hiero. ibid.
d. Hæc eſt cõcubina primogeniti Eſau, ex qua natus eſt Amalech.
3. Mulos. (videlicet qui ſint procreati ex aſino & aqua.)

e. Hunc quidam ſuſpicantur eſſe Iob, vt in fine voluminis ipſius additum eſt. Contrà, Hebræi aſſerunt de Nachor eum ſtirpe generatũ. Hieron. ibid. Chr. ioſt. verò, quintum ab Abraham ait Iob eſſe natum. Quippe quòd Abraham genuit Iſaac: Iſaac, Eſau: Eſau, Raguelẽ: Raguel, Zarã: Zara, Iob. Hæc Chryſo. de patiẽtia Iob. homi. 1. Sed ſi ad veram vocis orthographiã inſpexeris, non hunc Iobab eſſe Iob dixeris. Nempe quia hic Iobab per Iod incipit: at Iob, vel Iiob per Aleph, quorum multum eſt diſcrimen.
4. Iuxta habitationes ſuas in terra poſſeſſionis eorum.

Ipse est Esau pater[5] Idumæorum.] Habitauit autem Iacob in terra Chanáá, in qua pater suus peregrinatus est, & hæ sunt generationes eius.

5. Aedomæorum.

*Ioseph fratres apud patrem accusans ac visa somnia narrans, fratrum in se concitauit odiũ: vnde Ruben inscio venditur Ismaelitis, à patre lugetur, atque in Aegypto Phutiphari venditur.*

## XXXVII.

A IOseph cùm[1] sedecim] esset[2] annorum, pascebat gregem cum fratribus suis[2] adhuc puer: Et erat] cum filiis Balę, & Zelphæ vxorũ patris sui,[3] accusauitq; fratres suos apud patrem crimine pessimo.] Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios,[4] eo quòd in senectute genuisset eum:] Fecitq; ei tunicam[b] polymitam. Vidẽtes autem fratres eius, quòd à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eũ, nec poterãt ei quicquã pacificè loqui. Accidit quoque vt visum somniũ referret fratribus suis, quæ causa maioris odij seminariũ fuit. Dixitq; Ioseph fratribus suis: Audite somnium meũ

B quod vidi.[6] Putabam nos ligare manipulos in agro,] & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrósq; manipulos circunstantes adorare manipulum meũ. Respõderunt fratres eius: Nũquid[6] Rex noster eris? aut subiiciemur ditioni tuæ?] Hęc ergo causa somniorum atque sermonũ, inuidiæ & odij fomitem ministrauit. Aliud quoque vidit somnium, quod narrans fratribus, ait:[7] Vidi per somnium, quasi solem & lunã & stellas vndecim adorare me.] Quod cum patri suo, & fratribus retulisset, increpauit eum pater

C suus, & dixit: Quid sibi vult hoc somniũ quod vidisti? Num ego & [c] mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram?[8] Inuidebant ei igitur fratres sui, pater verò rem tacitus cõsiderabat. Cumq; fratres illius in pascendis gregibus patris morarẽtur in Sichem, dixit ad eum Israel: Fratres tui pascunt oues in Sichimis, veni, mittã te ad eos. Quo respõdente, præsto sum, ait: Vade, & vide si[8] cũcta prospera sint erga fratres tuos, & pecora:] & renuncia mihi[9] quid agatur. Missus de valle Hebron, vênit in Sichem: Inuenit q; eum

D vir errantẽ in agro, & interrogauit quid quæreret. At ille respondit: Fratres meos quæro. Indica mihi, vbi pascant greges. Dixit q; ei vir: Recesserunt de loco isto: Audiui autẽ eos dicẽtes: Eamus in Dothaim.[d] Perrexit itaque Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothaim. Qui cùm vidissent eũ procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere: & mutuò loquebantur:[d] Ecce somniator venit.[†] Venite occidamus eum,

E & [10] mittamus in cisternam veterem,] dicemúsq; fera pessima deuorauit eum, & tũc apparebit, quid[11] illi prosint somnia sua.] Audiens autem hęc Ruben,[12] nitebatur liberare] eum de manibus eorum, & dicebat: Nõ interficiamus animam eius, * nec effundam[9] sanguinem: sed proiicite eum in cisternam[13] veterem,] quæ est in solitudine, manúsque vestras[14] seruate innoxias.] [§] Hoc autem dicebat volens eripere eum de manibus eorũ, & red dere patri suo. Cõfestim igitur vt peruênit * ad fratres suos, nudauerũt eũ tunica[15] talari, & polymita:] miserunt q; eũ in cisternam[16] veterem,] quæ nõ habebat aquam. Et sedentes vt comederent panẽ, * viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad, & camelos

F eorũ portantes aromata, & resinam, & stacten * in Aegyptum. Dixit ergo Iudas fratribus suis:[†] Quid nobis prodest si occiderimus fratrẽ nostrũ, & celauerimus sanguinẽ ipsius?[17] Melius est vt venundetur Ismaelitis: & manus nostræ nõ[18] polluãtur.] [§] Frater enim, & caro nostra est. Acquieuerũt fratres sermonibus illius, & prætereuntibus Madianitis negociatoribus, extrahẽtes eũ de cisterna, vẽdiderunt eum Ismaelitis[19] viginti argenteis:] qui duxerũt eũ in Aegyptũ. Reuersúsq; Rubẽ ad cisternã[20] nõ inuenit puerum,] & scissis

G vestibus, pergẽs ad fratres suos, ait: Puer nõ cõpâret, & ego quò ibo? Tulerũt autẽ tunicã eius, & in sanguinẽ hædi quẽ occiderant tinxerunt, mittẽtes[21] qui ferrẽt ad patrẽ, & dicerẽt: Hanc inuenimus, vide vtrum tunica filij tui sit, an nõ. Quã cùm cognouisset pater, ait:[§] Tunica filij mei est. Fera pessima comẽdit eũ,[22] bestia deuorauit] Ioseph. Scissísq; vestibus indutus est[23] cilicio,] lugens filium suum multo tempore. Cõgregatis autem[24] cunctis liberis eius] vt lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere, sed ait: Descendã ad filium meum lugens, in[25] infernũ.] Et illo perseuerante in fletu, Madianitę vendiderunt Ioseph in Aegypto Phutiphari[26] eunucho Pharaonis, magistro militum.]

*Iudas*

1. Decem & septem.
2. Et eũ Isaac. 167. & Iacob 107. esset annorum.
2. Et ipse puer agebat.
3. Detulit infamiam eorum malam ad patrem eorum.
4. Quia filius senectutis ipse illi esset.
b. Variam & diuersorum cõlorum.

5. Ecce nos ligabamus manipulos in medio agri.

6. Regnando regnabis super nos, aut dominando dominaberis nobis?

7. Ecce somniaui, & hoc somnium, Et ecce sol & luna, vnà cum vndecim stellis adorabant me.

c. Cum vir & vxor idem sint corpus, & vnum: cùm caput scilicet Iacob adorauit, & Rachel adorasse dicitur. Chryso. vel; b Vt dicũt Hebræi, intellexit Balã Rachelis ancillã, quæ Ioseph vice matris suæ præmortuæ educauerat.

8. In pace sint fratres tui, & si pax sit præcordibus.

9. Verbum.

d. Dothaim vbi inuenit Ioseph fratres suos pertotat pascentes, qui & vsque hodie in duodecimo à Sebaste miliario contra Aquilonis plagam ostenditur. Hieronym. de locis Hebraicis.

e. Zelant ipsi eorum inuidi, molestum superbi, improbi probum, mitem tumidi inimica æmulatione lacessunt. Chrysosto.

10. Proiiciamus in vnam cisternarum.

11. Futura ilr ex somniis eius.

12. Eripuit.

* Ilt rursum dixit ad eos Ruben.

13. Illam.

14. Ne immiseritis in eum.

* Ioseph.

15. Suã, tunica illa discolori quæ super ipsum erat. Et accipientes eum.

16. Vacuum.

* Leuatis oculis suis.

* Ibant autem vt deferrent.

17. Venite, & vendamus eum.

18. Sint in eum.

19. Triginta argẽteis, vel iuxta 70. interp. viginti aureis.

20. Et ecce non erat Ioseph in cisterna.

21. Tunicam illam discoloré, deferebant ad patrem suum, & dicebant.

22. Lacerandu laceratus est.

23. Sacco in lumbis suis.

24. Filiis eius & filiabus eius.

25. Sepulchrũ, vel limbum. Credibile est apud infernum quædam loca secreta, & minꝰ pœnalia ante passionem domini fuisse, ad quæ etiã sanctꝰ descendebat: quia nullus paradisum ingredi poterat, donec Christus romphæa ignea amouerat. Glos. ordi.

26. Famulo Pharaonis principi lanionum siue coquorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Iudas ex Chanaan ea tribus filiis susceptis, primum & secundum Thamar copulauit, quibus mortuis eam pro scorto cognouit, ex qua gemellos genuit.* XXXVIII.

EOdem tempore descendens Iudas à fratribus suis, diuertit ad virum Odollamiten, nomine Hiram: viditq; ibi *filiam hominis Chananæi, 'vocabulo] Sue: Et accepta vxore, ingressus est ad eam. † Quæ concepit, & peperit filium, † & vocauit nomen eius Her. Rursumq; concepto fœtu, natum filium vocauit Onan. Tertium quoque peperit, quem appellauit Sela. 2 Quo nato, parere vltra cessauit.] Dedit autem Iudas vxorē primogenito suo Her, nomine Thamar. Fuit quoq; Her primogenitus Iudæ, nequam in conspectu domini, & ideo 3 ab eo] occisus est. § Dixit ergo Iudas ad Onan filiū suum: Ingredere ad vxorem fratris tui, & 4 sociare illi,] vt suscites semen fratri tuo. Ille sciens 5 nō nasci sibi filios,] introiens ad vxorē fratris sui, semen fundebat in terram, 6 ne liberi fratris nomine nascerentur. Et idcirco percussit eum dominus, eo quòd rem detestabilem faceret.] Quamobrē dixit Iudas Thamar nurui suæ: Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus. Timebat enim ne & ipse moreretur sicut fratres eius. § Quę abiit, & habitauit in domo patris sui. Euolutis autē multis annis, mortua est *Sue, vxor Iudæ. Qui post luctum, consolatione susceptа, ascendebat ad tonsores ouiū suarū, ipse & Hiras 7 opilio gregis,] Odollamites in Thamnas. Nunciatumq; est Thamar, quòd socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oues. * Quæ depositis viduitatis vestibus, assumpsit 8 theristrū, & mutato habitu, sedit in 8 biuio itineris,] quod ducit Thamnā: eo quòd creuisset Sela, & non eum accepisset maritum. § Quā cùm vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem. Operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur.] 9 † Ingredienśq; ad eam, ait: Dimitte me vt coeam tecum.] Nesciebat enim quòd nurus sua esset. Qua respondente: quid dabis mihi, vt 10 fruaris cōcubitu meo?] dixit: Mittam tibi hædū de gregibus. Rursumq; illa dicente, patiar quod vis, si dederis mihi arrabônem, donec mittas quod polliceris. ait Iudas: Quid tibi vis pro arrabône dari? Respondit: Annulum tuum, & 11 armillam,] & baculum quē manu tenes. 12 § Ad vnum igitur coitū mulier cōcepit] & surgens abiit, depositoq; habitu quē sumpserat, induta est viduitatis vestibus. Misit autem Iudas hædum per 13 pastorem] suum Odollamitē, vt reciperet pignus quod dederat mulieri. Qui cū non inuenisset eam, interrogauit homines loci illius: Vbi est mulier, * quæ sedebat in 14 biuio? Respondentibus cunctis, non fuit in loco isto meretrix: reuersus est ad Iudam, & dixit ei: Non inueni eā. Sed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquam sedisse ibi scortum. Ait Iudas: Habeat sibi. 15 § Certè mendacij arguere nos nō potest.] Ego misi hædum quem promiseram, & tu nō inuenisti eam. † Ecce autem post tres mēses nūciauerunt Iudę, dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua, & 16 videtur vterus illius intumescere.] Dixitq; Iudas: Producite eam vt cōburatur. Quę cùm duceretur ad pœnam, misit ad socerum suum, dicens: De viro cuius hæc sunt, concepi. Cognosce cuius sit annulus, & 17 armilla, & baculus. Qui agnitis muneribus, ait: Iustior me est, quia non tradidi eam Sela filio meo. § Attamen vltrà non c cognouit eam. Instante autē partu, apparuerūt gemini in vtero, atque in ipsa effusione infantium vnus protulit manū, in qua obstetrix ligauit coccinum, dicens: Iste egredietur prior. Illo verò retrahente manū, egressus est alter. Dixitq; mulier: Quare 18 diuisa est propter te d maceria?] † Et ob hanc causam vocauit nomen eius Phares. Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellauit Zaram.

1. Iudas.
1. qui vocabatur.

2. Et erat in Chezib, cùm illa pareret eum.

3. à domino.
4. Duc eam in vxorem.

5. Quòd non suum foret semen, hoc est, futurum semen non sore suū, sed fratris præmortui.
6. Et non dedit semen fratri suo. Et malum visum fuit in oculis domini quod ille fecerat, & ideo occidit ipsum.
*Filia.

7. Amicus eius. De quo in principio huius capitis dicitur.
*Suas.

8. Peplum, seu velum lineum mœrorem abesse designans.
8. Publico loco qui est iuxta iter.
9. Et declinās ad eam in via, dixit: Age, ingrediar quæso ad te.

10. Ingrediaris ad me.

11. Harrabo vox est Hebraica sicut hinc facile licet cognoscere, quæ Latini & Græci vertuntur.
11. Amictum tuum.
12. Duns itaque ei, ingressus est ad eam, & concepit illa ex eo.
13. Amicum.

*Illa meretrix.
14. Propatulo iuxta viam.

15. Ne forte simus in contemptum, &c.

16. Concepit per fornicationem.

17. amictus.
c. Vera littera tam Hebræa quàm Græca est, & non apposuit, siue non addidit amplius scire vel cognoscere eam, locutio est pro eo quod est misceri ei. August. ibid. super Genesin.
18. Diuisisti super te diuisionem!
d. Membranula fœcundinarum qua partus obuolutus, vtero prodit. Hiero. ibid.

*Ioseph cuncta prosperè succedunt, donec à domina pluries interpellatus apud dominum adulterij accusaretur: vnde carceri mancipatus gratiam pariter nactus custodis, cunctam eius dirigit domum.* XXXIX.

EGitur Ioseph ductus est in Ægyptum: † emitq; eum Phutiphar eunuchus Pharaonis, princeps 1 exercitus sui,] vir Ægyptius de manu Ismaelitarum, à quibus perductus erat. Fuitq; dominus cum 2 eo,] & erat vir in cunctis prosperè agens. Habitauitq; in domo domini sui, 3 qui optimè nouerat] dominū esse cum eo, & omnia quæ gereret, 4 ab eo dirigi in] manu illius. Inuenitq; Ioseph gratiam cōram domino suo, & ministrabat

1. Lanionum.
2. Ioseph.

3. Idque vidit dominus eius.

4. Deus prosperè faceret sub.

& ministrabat ei. A quo præpositus omnibus gubernabat creditã sibi domũ & vniuersa quę ei tradita fuerat. *Benedixit ꝓ dominus domui Aegyptij propter Ioseph, & multiplicauit tam in ędibus quàm in agris, cunctã eius substantiam. *Nec quicquam [1]aliud] nouerat, nisi panem quo vescebatur. ꝟ† Erat autẽ Ioseph pulchra facie, & decõrus aspectu. Post [2]multos itaque dies, ]iniecit domina sua oculos suos in Ioseph, & ait: dormi mecum. qui nequiaquã acquiescens ⟜ operi nephario, ] dixit ad eam: Ecce dominus meus omnibus mihi traditis [7]ignorat ]quid habeat in domo sua, [8]nec quicquam est quod nõ sit in mea potestate, vel non tradiderit ]mihi, præter te, quę vxor eius es. Quo modo ergo possum hoc *malum facere, & peccare in [9]dominũ ]meum? Huiuscemodi verbis per singulos dies loquebantur, *⟜ & mulier molesta erat adolescẽti, ]& ille [10]recusãbat stuprum. ] ꝟ Accidit autem *quadam die, vt intraret Ioseph domum, & [11] operis quippiam absque arbitris faceret, ]& illa apprehensa lacinia vestimenti eius, diceret: Dormi mecũ. Qui relicto in manu eius pallio, fugit, & egressus est foras. Cumq; vidisset mulier *vestem in manibus suis, *& se esse cõemptã, vocauit ad se homines domus suæ, & ait ad eos: En introduxit *virum Hebræũ, vt illuderet nobis. Ingressus est ad me, vt coiret mecum. Cúmq; ego succlamassem, [12] & audisset ]vocem meam, reliquit pallium [13]quod tenebam, ]& fugit foras. [14] In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito reuertenti domum, & ait: ] ꝟ Ingressus est ad me seruus Hebræus quem adduxisti, vt illuderet mihi: Cumq; audisset me clamare, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. His auditis dominus & nimium credulus verbis coniugis, *iratus est valde, † tradidit ꝓ Ioseph in carcerem, vbi vincti regis custodiebantur, & erat ibi [15]clausus. ] Fuit autẽ dominus cum Ioseph, & misertus est illius, & dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. Qui tradidit in manu [16]illius ]vniuersos vinctos, qui in custodia tenebãtur, & quic quid [17] fiebat, sub ipso erat: ]nec nouerat aliquid, [18] cunctis ei creditis. ] Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

*Eunuchorum Pharaonis somnia Ioseph interpretatus, alterum officio restituendum, alterum suspendio finiendum prædixit: quæ omnia in Pharaonis natalitio euenerunt.* XL.

His itaque gestis, accidit vt peccarent ⟜ duo eunuchi, ] pincerna Regis Aegypti, & pistor, [1]domino suo. ] Iratúsque contra eos Pharao: (nam alter pincernis præerat, alter pistoribus,) misit eos in carcerem [2]principis militum, ]in quo erat vinctus & Ioseph. At custos carceris [3]tradidit eos ]Ioseph, qui & ministrabat eis. Aliquantulum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur. Viderunt ꝓ ambo somnium nocte vna, iuxta interpretationem cõgruam sibi. *Ad quos cum introisset Ioseph mane, & vidisset eos tristes, [4]sciscitatus est eos, dicẽs: Cur tristior est hodie solitò facies vestra? Qui responderunt: Somnium vidimus, & non est qui interpretetur nobis. Dixit ꝓ ad eos Ioseph: ꝟ † Nunquid non dei est interpretatio? Referte mihi quid videritis. Narrauit prior, præpositus pincernarum somnium suum: *Videbam coram me vitem, in qua erãt tres propagines, crescere paulatim in gẽmas, & post flores vuas matureſcere, calicemq; Pharaonis in manu mea. Tuli ergo vuas, & expressi in calicem quem tenebã, & tradidi poculum Pharaoni. Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij. Tres propagines, tres adhuc dies sunt, [1]post quos recordabitur Pharao ministerij tui, ] & restituet te in gradũ pristinum, dabísq; ei calicẽ iuxta officium tuum, sicut antè facere consueueras. ꝟ Tãtum meminẽto mei, cùm tibi bene fuerit, & facias *mecum misericordiam, vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere, quia furtim sublatus sum de terra Hebræorũ, [6] & hic innocens in lacum missus sum. ] Vidẽs pistorum magister, quòd prudenter somnium dissoluisset, ait: Et ego vidi somnium: quòd tria canistra [7] farinæ ] haberẽ super caput meũ, & in vno canistro quod erat excelsius, [8] portare me putabam omnes cibos, qui fiunt arte pistoria, [9] aueſq; comedere ex eo. ] Respõdit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij: ꝟ Tria canistra, tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te [10] in cruce, ]& lacerabunt volucres carnes tuas. Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat. Qui faciens grande conuiuium [11] pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum,

1. Faciumque est ab illo tempore quo constituit eum super domum suam, & super omnia quæ habuit, &
* Dimisit autem omnia sua in manu Ioseph.
5. Cum eo.
6. Hæc verba.

7. Non nouit mecum.
8. Et nõ est me maior in hac domo, nec quicquam prohibuit.
*tam grande.
9. Deum.
*Ipsa ad Ioseph.
10. Non audiret ea, nec dormiret cum ea, aut esset cũ ea.
*oportuna.
11. Faceret opus suum, nec esset vir vllus ex familia in domo.
*quod reliquisset.
*fugisseque foras.
*Ad nos.
12. Eleuassem.
13. Suum penes me.
14. Dimisitque illa vestem eius apud se donec veniret dominus eius domum, & locuta est ad eum hiis verbis, dicens.

* Dicentis iuxta verba hæc, fecit mihi seruus tuus.
15. In domo carceris.

16. Ioseph.
17. Ibi faciebant, ipse faciebat.
18. Præfectus carceris in manu sua.

1. Videam & hic quæ in carcere Ioseph acciderunt, & quomodo vim gratiæ sibi cõcesse manifestarit. Chrysib.
1. In dominum suum regem Aegypti.
2. Domũ principis militorum.
3. Præfecit eis.

*Pincerna & pistor qui erãt regis Aegypti, & qui vincti erãt in carcere.
4. Interrogauitque famulos Pharaonis, qui secum erãt in custodia domus domini sui.

* Ipsi Ioseph: & dixit ei: Cõ ego somniarem.
b Nõ enim absque numinis prouidẽtia illud gestum est, vt interpretans somnia, sic è carcere ad regnum regredere tur. Procop.
5. Et eleuabit Pharao caput tuum.

*Quæso.
6. Sed neque hic quicquam feci, vt ponerent me in hanc foueam.

7. Candida.

8. Erãt varij cibi Pharaonis.
9. Auisque comedebat eos ex ipso canistro, quod erat super caput meum.
10. In lignum.
11. Seruis suis, & recensuit caput principis pincernarum, & caput principis pistorum inter seruos suos.

narum,& pistorum principis,]restituitq; alterum in locum suum,vt porrigeret ei poculum,alterum suspendit in patibulo:[12] vt coniectoris veritas probaretur.]Et tamẽ succedentibus prosperis,præpositus pincernarum oblitus est [13] interpretis sui.]

*Somnia Pharaonis de bobus & spicis Ioseph interpretatus toti Aegypto præficitur,& ex Assenez vxore imminente tempore famis duos genuit filios.* XLI.

POst duos annos viditPharao somnium.[1]Putabat se stare super]fluuium,de quo [a]
Ascendebant septem boues pulchræ & crassæ nimis:& pascebátur in[2]locis paluStribus.]Aliæ quoque septem emergebant* de flumine,fœdæ confectæque macie:[3]& pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virẽtibus:deuoraueruntq; eas,quarũ mira species & habitudo corporũ erat.]Expergefactus Pharao rursum dormiuit,& vidit alterũ somniũ.Septem spicæ pullulabant in culmo vno,plenę atq; formosæ:aliæ quoque totidiem spicæ tenues,& percussæ[4] vredine oriebantur:deuorantes omnẽ priorum pulchritudinẽ.]Euigilãs Pharao[5]post quietem,& facto mane,pauore perterritus,]misit ad omnes coniectores Aegypti,cunctósq; sapiẽtes:& accersitis narrauit somniũ. Nec erat qui interpretaretur. Tunc demum reminiscens magister pincernarũ,[6]ait:[b]Cõfiteor peccatum meum.]Iratus Rex seruis suis,me & magistrũ pistorum retrudi iussit in carcerẽ principis[7] militum:]vbi vna nocte vterq; vidimus somniũ, præsagium futurorũ.] Erat ibi puer Hebręus,ciusdẽ ducis militũ famul[9]:cui narrãtes somnia,[8]audiuimus quicquid postea rei probauit euẽtus.]Ego enim redditus sum officio meo,& ille suspensus est in cruce.[9]Protinus ad Regis imperiũ eductum de carcere Ioseph totõderunt,ac veste mutata obtulerũt regi.]Cui ille ait:Vidi somnia,nec est qui edisserat,[10]quę audiui te sapiẽtissimè cõiicere.]Respõdit Ioseph:†[11]Absque me deus respõdebit prospera]Pharaoni. Narrauit ergo Pharao quę viderat:[12]Putabã me stare]super ripã fluminis,& septem boues de amne cõdescẽdere[13]pulchras nimis& obesis carnibus,quę in pastu paludis vireta carpebant.][c]Et eccè has sequebãtur alię septẽ boues,intantũ deformes& macilentę,vt nunquam tales in terra Aegypti viderim.[14]Quę deuoratis & cõsumptis prioribus,nullum saturitatis dedẽre vestigium:sed simili macie& squalore torpebãt.]Euigilãs rursus sopore depressus,vidi somnium.Septẽ specię pullulabant in culmo vno,plenæ atq; pulcherrimę. Aliæ quoque septẽ & tenues,& percussæ[15]vredine,oriebantur è stipula,]quę priorum pulchritudinẽ deuorauerunt.Narraui coniectoribus somniũ, & nemo est qui edisserat. Respondit Ioseph:Somnium Regis vnum est.Quæ facturus est deus,ostendit Pharaoni.Septem boues pulchræ* & septem spicæ plenæ, septẽ vbertatis anni sunt,eãdemq; vim somnij cõprehendunt.[d]Septem quoque boues tenues,atque macilẽtæ,quæ ascenderunt post eas,& septem spicæ tenues,& vẽto vrente percussæ,septem anni ventuiæ sunt famis,[16]qui hoc ordine cõplebuntur.]Ecce septem anni venient fertilitatis magnæ in vniuersa terra Aegypti,quos sequẽtur septem anni alij tantæ sterilitatis,vt oblitioni tradatur cuncta retrò abundantia.* Consumptura est enim fames omnẽ terrã,& vbertatis magnitudinem perditura est inopiæ magnitudo.* Quod autẽ vidisti secũdo ad eandẽ rem pertinẽs somniũ,[17]firmitatis indicium est,eo quòd fiat sermo dei, & velocius impleatur.] Nunc ergo prouideat Rex virũ sapientem & industriũ,& præficiat eum terræ Aegypti,[18]qui]constituat prępositos per cũctas regiones,& quintam partẽ fructuũ,per septem annos fertilitatis,[19]qui iam nũc futuri sunt,cõgreget in horrea:[e] & omne frumẽtu sub Pharaonis potestate cõdatur:seruenturq; in vrbibus,& prępareturq; fu turę septẽ annorum fami,quę oppressura est Aegyptum:& nõ cõsumetur]terra inopia. Placuit Pharaoni cõsiliũ,& cũctis ministris eius.Locutusq; est ad eos:Num inuenire poterimus talẽ virũ qui spiritu dei plenus sit?Dixit ergo ad Ioseph: Quia ostẽdit tibi deus omnia quę locutus es,[20]nũquid sapientiorẽ & cõsimilẽ tui inuenire potero?] † Tu eris[f] super domũ meã,& ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Vno tantum regni solio prędecẽdã te.Dixitq; rursum Pharao ad Ioseph:Ecce cõstitui te super vniuersam terram Aegypti.Tulitq; annulũ de manu sua,& dedit eũ in manu eius, vestiuitq; eũ[21] stolam byssinam,]& collo torquem aureã circumposuit.Fecitq; eum ascẽdere super currũ suum

12. Sicut interpretatus est eis Ioseph.
13. Ipsius Ioseph.

1. Et ecce stabat iuxta.
2. In prato.
* Pulchræ.
3. Stabátque iuxta eas vaccas, in ora fluminis:& deuorabãt vaccæ illæ quæ deformi aspectu erant, atque tenui carne, septem vaccas, quæ pulchro erant aspectu atque pingues.

4. Euro oriebantur,deuorabãtque spicę tenuiorũ septẽ spicas crassas,& plenas.
5. Et ecce somnium erat:& vt factum est mane, consternatus est spiritus eius,&
6. Loquutus est ad Pharaonẽ, dicens: Peccatorum meorum ego hodie recordor.
7. Laniorum vbi vna nocte vidimus somnium ego & ille:vterque iuxta somnij sui interpretationem somniauimus.
8. Interpretat[9] est nobis somnia nostra,vtrique iuxta somniũ interpretatum est.Et factũ est,quẽadmodũ interpretat[9] est,sic inquam euenit.
9. Misitque Pharao, & vocauit Ioseph, festinanterque eduxerunt eũ de carcere,totõdit, & mutauit vestimenta sua,venitque ad Pharaonem.
10. Et ego audiui loqui dete,quòd tu audiẽs somnium,possis exponere illud.
11. Non ego,sed deus quæ ad pacem sunt respondebit.
12. Cum ego somniabã ecce ego stabam.
13. Pingues carne, & forma pulchræ de ipso flumine cõscendebant, atque in prato pascebant.
14. Tam turpes erant. Et deuorauerunt vaccæ illæ macilentæ & deformes, septem priores vaccas corpulentas. In ingressu in viscera illarũ nõ poterat agnosci quòd in earum viscera trãssissent, sed aspectus illarũ erat vt prius deformis.
15. Euro,vel vento orientali, oriebantur post illas.
* Sunt septem anni.
16. Et hoc verbum quod locutus est Pharaoni,est id quod deus facturus est, & ostendit Pharaoni.
* In terra Aegypti.
* Quoniam illa grauissima erit.
17. Et decretum est verbum ab ipso deo, festinabitque deus vt illud faciat.
18. Faciat & hoc Pharao vt.

19. Cõgregentque omnẽ escã per illos bonos annos sequẽtes,& coaceruẽt frumentum sub manu Pharaonis, & escã per ciuitates cõseruẽt,eruntque escæ illæ quasi depositũ terræ pro septem annis famis, qui futuri sunt supra terrã Aegypti,ne exterminetur.

20. Non est vllus prudens & sapiens similis tibi.

21. Vestimenta linea.

suum secundum,clamante pręcone,* vt omnes coram eo genu flecterent,& præpositũ esse scirent vniuersæ terræ Aegypti. Dixit quoque Rex Aegypti ad Ioseph: Ego sum Pharao: Absque tuo imperio non [22]mouebit ]quisquam manum,aut pedẽ in omni terra Aegypti. Vertitq; nomen illius, & vocauit eum ─ lingua Aegyptiaca:[23] saluatorem mundi. ]Dedit q; illi vxorem, Assenez filiam Phutipharis, sacerdotis [24] Heliopoleos.] †Egressus est itaque Ioseph ad terram Aegypti.[a](Triginta annorum erat quando stetit in conspectu Regis Pharaonis,)& *circuiuit omnes regiones Aegypti.[25]. Venitq; fertilitas septem annorum, & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Aegypti. Omnis etiam frugum abundantia in singulis vrbibus condita est. Tantaq; fuit abundantia tritici,vt arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excederet. Natiq; sunt Ioseph filij duo,antequam veniret fames,quos peperit ei Assenez filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Vocauitq; nomen primogeniti, Manasses,dicens:Obliuisci me fecit deus omnium laborum meorum,&domus patris mei. Nomen quoque secũdi appellauit Ephraim,dicẽs:†Crescere me fecit deus in terra [26] paupertatis ]meę. Igitur trasactis septem vbertatis annis,qui fuerant in Aegypto,cœperunt venire septem anni inopiæ,quos prædixerat Ioseph:& in vniuerso orbe fames prævaluit. In cuncta etiã terra Aegypti [27] fames ]erat. Qua esuriente,clamauit populus ad Pharaonẽ, alimenta petens. Quibus ille respondit:[b]Ite ad Ioseph,& quicquid ipse vobis dixerit,facite. Crescebat autem quotidie fames in omni terra,aperuitque Ioseph vniuersa horrea,*& vẽdebat Aegyptiis. Nam & illos oppresserat fames. Omnésque prouinciæ veniebant in Aegyptũ, vt emerent [28] escas,& malum inopiæ temperarent.

*Ante ipsum.

22. Leuabit.

23. Zaphnath Paaneah.
24. On,& infra.
a. Anno præcedente istũ mortuus est Isaac. 189. annis natus, cum Iacob. 120. esset annorum,& Ioseph. 29.
*Egrediens Ioseph à conspectu Pharaonis.
25. Et protulit terra in septẽ annis fertilitatis ad aceruos. Collegit verò ille omnem escam septẽ annorũ, quæ fuit per terram Aegypti: & reposuit escam in vrbe, escã cuiusliber agri reposuit iuxta suã ciuitatem quã ambiebat. Et collegit Ioseph frumentũ quasi arenam maris plurimũ valde, ita vt cessaret numerare, quia non erat numerus.
26. Afflictionis.

*Fratres Ioseph pro emendis alimentis in Aegyptum profecti à fratre cognoscuntur: inde Simeone in vinculis coniecto,cæteri abeunt Beniamin secum adducturi.* XLII.

Iosa.5. A AVdiens autem Iacob quòd alimenta venderentur in Aegypto: dixit filiis suis: Quare negligitis?] Audiui quòd triticum venũdetur in Aegypto: Descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere,& non [2] consumamur inopia, ] † Descendẽtes igitur fratres Ioseph decẽ,vt emerent frumẽta in Aegypto, Beniamin [3] domi retẽto à Iacob,qui dixerat fratrib9 eius,ne fortè in itinere quicquã patiatur mali,]ingressi sunt terrã Aegypti,[4]cum aliis qui pergebant ]ad emendum. Erat autẽ fames in terra Chanaan,& Ioseph erat princeps in terra Aegypti,atque ad eius nutum frumẽta po- B pulis vẽdebãtur.[5]Cumq; adorassent eum fratres sui,& agnouisset eos,quasi ad alienos durius loquebatur,interrogans eos:] Vnde venistis? Qui respõderunt:de terra Chanaã, vt emamus victui necessaria. Et tamen fratres ipse cognoscẽs,[6] nõ est cognitus ab eis. Recordatúsque somniorũ,quæ aliquãdo[6]viderat,]ait ad eos:Exploratores estis, vt videatis infirmiora terræ venistis. Qui dixerunt:Non est ita domine,sed serui tui venerũt, vt emerent cibos. Omnes filij vnius viri sumus.[7]Pacifici ]venimus,nec[8]quicquã famuli tui machinantur mali.]Quibus ille respõdit: Aliter est:Immunita terrę huius cõsiderare venisti. At illi dixerunt:Duodecim,inquiunt,fratres serui tui sumus, filij viri vnius in terra Chanaan.[b]* Minimus cum patre nostro est,alius nõ est ─ super.]Hoc est,ait,quod locutus sum. Exploratores estis. Iam nunc experimentũ vestri capiã. †Per salutẽ[9] Pharaonis non [c]egrediemini hinc,]donec veniat *frater vester minimus. Mittite ex vobis vnũ, & adducat eũ: vos autẽ eritis in vinculis,donec probẽtur quæ dixistis,vtrum vera an falsa sint. Alioquin[10]per salutẽ Pharaonis ]exploratores estis. Tradidit ergo illos custodiæ, tribus diebus. Die autẽ tertio,eductis de carcere,ait:Facite quę dixi:& viuetis. Deũ enim timeo.* Si pacifici estis, frater vester vnus ligetur [11]in carcere,]vos autẽ abite,& ferte frumẽta [12] quæ emistis ]in domos vestras,& fratrẽ vestrũ minimũ ad me adducite,vt[13]possim vestros probare sermones,]& nõ moriamini. Fecerunt vt dixerat, & locuti sunt adinuicem. [14][d] Merito hæc patimur,quia peccauimus in fratrem nostrum ]vidẽtes angustias animæ illius,dũ deprecaretur nos,& nõ audiuimus:idcirco venit super nos ista tribulatio. E quibus vnus,Ruben ait:Nũquid nõ dixi vobis,nolite peccare in puerũ, & nõ E audistis me? En sanguis eius exquiritur.* Nesciebãt enim quòd intelligeret Ioseph,[15]eo

1. Aspicitis vosipsos.
2. Moriamur.
3. Vero fratrem Ioseph non misit Iacob cũ fratribus suis. Dixit enim: Ne fortè veniat illi exitium.
4. In medio simul veniẽtiũ.
5. Accedentesque fratres Ioseph incuruauerũt se coram eo facie tenus in terrã. Videns autem Ioseph fratres suos, agnouit eos, & alienũ se reddidit eis,loquebaturque cum eis durè,& dixit ad eos.
a. Ita nunc Iudæi Christi fratrem cognouerunt illũ. Si enim eum cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Prosper.
6. Somniauerat de eis.
7. Veraces, seu recti, vel fideles.
8. Sũt serui tui exploratores.
b. Beniamin ille minor. Ipse est Paulus ex Saulo ex tribu Beniamin, qui se asserit minimum apostolorum. Simeõ verò ligatus, ipse est Petrus trina negatione ligatus, vel cui data est potestas ligandi & soluendi. Prosper.
9. Viuat Pharao si hinc exieritis.
c. Hoc iuramentum impletum est, quando non omnes inde egressi sunt, donec veniret Beniamin.
*huc.

10. Viuat Pharao.

11. In domo custodiæ vestræ.
12. Contra famem.
13. Probentur sermones vestri.
14. Profectò scelerati sumus nos propter fratrẽ nostrum.
d. Cum tredecim anni prætiissent, puniri meruerunt, & de vita timentes, peccati recordati sunt,quod non timebant quando peccabant. Chrysostо.
15. Cum interpres inter eos esset.

quòd per interpretem loqueretur ad eos.] Auertítq; se parúper,& fleuit.& reuersus locutus est ad eos. c Tollésq; Simeon,& ligans,illis præsentibus,iussit ministris vt implerét saccos eorum tritico,& reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, 16 datis suprà cibariis in via.] † Qui fecerunt ita. At illi portantes frumẽta in asinis suis profecti sunt. † Infr. 43.
Apertóque vnus sacco,vt daret 17 iumento ]pabulũ in diuersorio, contẽplatus pecuniã in ore sacculi, dixit fratribus suis: Reddita est mihi pecunia. En habetur in sacco. Et 18 obstupefacti turbatiq; mutuo,dixerũt: ]Quídnã est hoc quod fecit nobis deus? d Venerúntq; ad Iacob patrẽ suum in terra Chanaan,& narrauerunt ei omnia quæ accidissent sibi,dicentes: Locutus est nobis dominus terræ durè:& 19 putauit nos exploratores esse prouinciæ. Cui respõdimus: 20 Pacifici sumus,nec vllas molimur insidias.Duodecim fratres vno patre geniti sumus,vnus non est super,minimus cum patre nostro est *in terra Chanaan.Qui ait nobis: Sic probabo quòd pacifici sitis. Fratrem vestrũ vnum dimittite apud me,& cibaria domib' vestris — necessaria] sumite,& abite. e Fratremq; vestrũ minimũ adducite ad me, vt sciam quòd non sitis exploratores,* & 21 istum qui tenetur in vinculis recipere possitis,ac deinceps quæ vultis emẽdi habeatis licentiã. ] His dictis cũ frumẽta effunderẽt:singuli repererũt in ore saccorũ ligatas pecunias, 22 exterritísque simul omnibus,dixit pater Iacob:] Absque liberis me esse feciſtis.Ioseph nõ est super: 23 Simeon tenetur in vinculis,& Bẽiamin auferetis? In me hæc omnia mala reciderũt. Cui respondit Ruben:Duos filios meos interfice,si nõ reduxero illũ tibi.Trade illum in manu mea,& ego eum tibi restituã. At ille,non descẽdet,inquit,filius meus vobiscũ. Frater eius mortuus est : & ipse solus remansit. Si 24 quid ei aduersitatis ] acciderit in terra ad quam pergitis,deducetis canos meos cum dolore ad 25 inferos.

c. Simeonem autem ligatum tribus vinculis negationis, quem timor ligauit, & amor soluit possemus accipere Pectum. Prosper de promissionibus.
16. Et darent eis viaticũ pro itinere.
17. Asino.
18. Euanuit cor illorum, obstupefactique sunt inuicẽ dicentes.

19. Incarcerauit nos quasi exploratores terræ.
20. Recti sumus, & non exploratores.
* Nunc,vel hodie.
* Vir ille, qui est dominus terræ.

* Sed veraces.
21. Dabo vobis fratrem vestrum, & terram istam negociando ambulare.
22. Et videtes fasciculos pecuniarum suarum, tam ipsi quàm pater illorũ, extimuerunt. Dixitque ad eos Iacob pater eorum.
23. Nec Simeon adest.

24 Mœs illi.
25. Sepulchrum vel limbum patrum ( quẽ Abrahæ sinum vocauit in inferno) ad quem iusti descendebant.

*Fratres Ioseph Beniamin secum ducentes in Ægyptum redeunt cum muneribus dupliciq; pecunia,qui simul cum Ioseph Simeone educto de carcere epulantur.* XLIII.

INterim fames omnem terrã vehemẽter premebat, consumptísque cibis quos A †Iosias
ex Aegypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos: Reuertimini, & emite nobis pauxillum escarum.Respõdit Iudas:Denunciauit nobis vir ille sub attestatione iurisiurandi,dicens: Non videbitis faciẽ meam,nisi fratrẽ vestrum minimũ adduxeritis vobiscũ.Si ergo vis eum mittere nobiscũ,pergemus pariter , & ememus tibi necessaria: si autẽ non vis,nõ ibimus. Vir enim,— vt sæpe diximus,]denunciauit nobis,dicens: † Nõ † Deut. 43.
videbitis faciem meã absq; fratre vestro 1 minimo. ] Dixit eis Israel: B 2 In meã hoc fecistis miseriam,] vt indicaretis ei & alium habere vos fratrẽ. At illi respõderunt: † b Interrogauit nos homo per ordinẽ,nostram progeniem,si paterviueret,si haberemus fratrẽ. Et nos respõdimus ei cõsequenter,iuxtà id quod fuerat scisciatus. Nunquid scire poteramus , quòd dicturus esset:adducite fratrẽ vestrũ vobiscũ? Iudas quoq; dixit patri suo: Mitte puerum mecũ,vt proficiscamur,& possimus viuere:ne moriamur nos* & paruuli nostri. 3 Ego suscipio puerũ, ] de manu mea require illũ. † Nisi reduxero, 4 & reddidero eum tibi, ] ero peccati reus in te omni tẽpore:Si nõ intercessisset dilatio,iam vice altera venissemus. c Igitur Israel pater eorũ dixit ad eos.Si sic necesse est,facite quod vultis.Sumite de 5 optimis terræ frugibus ]in vasis vestris,& deferte viro munera:modicũ resinæ & mellis,& storacis,stactes, 6 & terebinthi,& amygdalarũ.]Pecuniamq; duplicẽ ferte vobiscũ,& illam quã inuenistis in sacculis reportate, ne fortè errore factũ sit. Sed & fratrem vestrũ tollite,* & ite ad virum. d Deus autẽ meus omnipotens 7 faciat vobis eum placabilem] & remittat vobiscũ fratrem vestrum, quẽ tenet in vinculis,& hunc Beniamin. Ego autẽ quasi orbatus,absque liberis ero. e Tulerunt ergo viri munera,& pecuniã D
duplicẽ,& Beniamin:descenderuntq; in Agyptũ, & steterũt coram Ioseph.Quos cùm ille vidisset,& Beniamin simul,præcepit dispensatori domus suę,dicens:Introduc viros domũ & occide victimas,& instrue cõuiuium:quoniã hodie mecũ sunt comesturi meridie. Fecit ille quod sibi fuerat imperatũ, & introduxit viros domũ. 8 Ibiq; exterriti, dixerũt mutuò:] Propter pecuniã quã retulimus prius in saccis nostris,introducti sumus: vt 9 deuoluat in nos calũniam,] & violenter subiiciat seruituti, & nos & asinos nostros.

a. Vide hic dilecte quo modo famis necessitas patris amorem vicerit. Videns enim quòd nũ aliunde famis consolationem habere posset, & fames in dies magis ac magis incresceret. Chrys. homi.64. in Gene.

1. Vobiscum.
2. Quare tam malè mecum egistis?
b. Iuxta Græca & Hebraica exemplatia legitur : interrogãs interrogauit nos homo. Assiduus est locutio in scripturis.Augustin.in Gene.

* Et tu.
3. Ego fide iubeo pro puero.
4. Eum ad te, & collocauero ante conspectum tuum.

5. Laudabilioribus terræ.

6. Nuces & amygdala.

* Surgite.
7. Det vobis miserationes coram viro illo.
c. Vide quomodo pœces patris omnia eis prosperà facitũt & sicut illis apprecatus est eũ dicit. Deus patrũ mei gratiã vobis det ita omnia facta sunt Chrysostõ.ibidem.

8. Timuerũt autem viri eum in domum Ioseph introducti essent,dicebántque.
9. Circumuenire nos, atque irruere in nos.

Quamobrem

E Quamobrem in ipsis foribus accedētes ad dispensatorē locuti sunt.[d] Oramus domine, vt audias nos: †Iam ante descendimus, vt emeremus escas, quibus emptis, cùm venissemus ad diuersoriū, aperuimus saccos nostros, & [10] inuenimus pecuniā in ore saccorū,] quā nunc eodē pōdere reportauimus. Sed & aliud attulimus argētum, vt emamus quæ nobis necessaria sunt. Nō est in nostra cōscientia, quis posuerit eā in [11] marsupiis] nostris. At ille respōdit: Pax vobiscū, nolite timere. Deus vester, & deus patris vestri dedit vobis thesauros in [e] cis vestris. Nam [12 e] pecuniā quā dedistis mihi, probatā ego habeo.] Eduxitq; ad eos Simeon. Et introductis domū attulit aquā, & lauerunt pedes suos, deditq; pabulum asinis eorū. [f] Illi verò parabāt munera, donec ingrederetur Ioseph meridie. Audierant enim quòd ibi comesturi essent panē. Igitur ingressus est Ioseph domū
†Sup.29.a. suam, obtuleruntq; ei munera tenentes in manibus suis: † & [13] adorauerūt proni] in terrā. At ille [g] cleméter resalutatis eis,] interrogauit eos, * dicens: Sanúsne est pater vester senex, de quo dixeratis mihi? Adhuc viuit? Qui respōderūt: Sospes est seruus tu⁹ pater noster. Adhuc viuit. [f] Et incuruati adorauerunt eum. Attollens autē Ioseph oculos, vidit Beniamin fratrē suum vterinū, & ait: Iste est frater vester paruulus, de quo dixeratis mi-
G hi? Et rursum: Deus, inquit, misereatur tui fili mi. † [g] Festinauitq; in domū, quia cōmota fuerant viscera eius super fratre suo, & [14] erūpebant lachrymæ, & introiens cubiculū, fleuit.] † Rursūmque lota facie egressus, cōtinuit se, & ait: Ponite panes. Quibus appositis, seorsum Ioseph, & seorsum fratrib⁹, Ægyptiis quoq; qui vescebātur simul, seorsum (illicitū est enim Ægyptiis comedere cū Hebræis: & [15] prophanū putant huiuscemodi cōuiuium)] sederūt corā eo, primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatē suā. Et mirabantur nimis, * [16] sumptis partibus, quas ab eo acceperant. Maiorq; pars venit Beniamin, ita vt quinque partibus excederet.] Biberuntq; & [g] inebriati sunt cū eo.

*Ioseph absconso & deprehenso scypho suo in sacco Beniamin, furti fratres arguit, quos Iudas excusans sese obsidem liberè offert.* XLIIII.

Ioſ.2.6. A PRæcepit autem Ioseph dispensatori domus suæ, dicens: Imple saccos eorū [1] frumento,] quantum possunt capere, & pone pecuniam singulorum in summitate sacci. Scyphum autem meum argēteum, & precium quod dedit tritici, pone in ore sacci iunioris. [2] Factumq; est ita.] Et orto mane, dimissi sunt cū asinis suis. Iamq; vrbem exierant, & processerant paululum. Tūc Ioseph accersito dispensatore domus, ait: Surge, inquit, & persequere viros, & apprehensis, dicito: Quare reddidistis malū pro bono? Scyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo [a] augurari
B solet: [f] Pessimā rem fecistis.] Fecit ille vt iusserat,] & apprehēsis per ordinē locutus est. Qui respōderunt: Quare sic loquitur dominus noster, [3] vt serui tui tantū flagitij cōmiserint? ] Pecuniā quā inuenimus in summitate saccorū, reportauim⁹ ad te de terra Chanāā: Et quo modo cōsequēs est, vt furati simus de domo domini tui aurū vel argentū? Apud quencūque fuerit inuētum seruorū tuorum quod quæris moriatur: & nos erimus serui domini nostri. Qui dixit eis: Fiat iuxta vestrā sentētiā. [b] Apud quencūq; fuerit inuentū,
C ipse sit seruus meus, vos autē eritis innoxij. [f] Itaque festinato deponētes in terrā saccos, aperuerūt singuli. Quos scrutatus, [c] incipiēs à maiore vsque ad minimū, inuenit scyphū in sacco Bēiamin. At illi scissis vestibus, oneratísque rursum asinis, reuersi sunt in oppidū: primúsque Iudas cū fratribus ingressus est ad Ioseph. (Necdū enim de loco abierat.)
21.g.2.c. quid ait. Omnésque ante eū pariter in terrā corruerunt. Quibus ille ait: [4] Cur sic agere voluistis? † An ignoratis quòd nō sit similis meis in augurādi scientia? Cui Iudas: Quid respōdebimus, inquit, domino meo? vel quid loquemur? aut [5] iustè poterim⁹ obtēdere? Deus inue
D nit iniquitatē seruorū tuorum. [f] En omnes serui sumus domini mei, & nos, & apud quē inuētus est scyphus. Respōdit Ioseph: Absit à me, vt sic agā. Qui furat⁹ est scyphū, ipse sit seruus meus, vos autē [6] abite liberi] ad patrē vestrum. Accedēs autē propius Iudas [h] cōsi dēter ]ait: Oro domine audi me, vt loquatur seruus tuus verbū in auribus tuis, & ne iraſcaris famulo tuo. [7] Tu es enim post Pharaonē domin⁹ me⁹.] Interrogasti pri⁹ seruos tuos:
E habetis patrē aut fratrē? & nos respōdimus tibi domino meo: [f] Est nobis pater senex, &



d. Vide quomodo earum... tes eorundem mentes fecerūt ad misericordiam promptiores, & eos mansuetiores Chrysosto. ibid.

10. Ecce cuiusque pecunia fuit in ore sacci sui: pecunia inquā nostra iuxta pōd⁹ suū.

11. saccis.

12. Pecunia vestra venit ad mē.

e. Vide quo modo preces patris omnia eis prospera faciunt, cū diceret: Deus autē meus omnipotēs faciat eum vobis placabilem. Chrysost. homil. 66.

13. Prociderunt coram illo: g de pace.

f. Quæritur quo modo scriptum sit. Dominū deum adorabis, & illi soli seruies, cùm Abrahā adorauerit populum quendam gentium, & fratres Ioseph eundem. Sed animaduertendū est in eodem præcepto non dictū. Dominū deū tuū solum adorabis, sicut dictum est: & illi soli seruies, quia vnica est dei seruitus, quæ dicitur latria, multiplex autem est adoratio. August. super Gene.

14. Quærens locū vt fleret introuit cubiculū, ibíque fleuit.

15. Abominabile & exosum ipsis Aegyptiis.

g Viri illi vnusquisque cum proximo suo.

16. Et misit portiones à facie sua ad illos, auctúsque est portio Beniamin præ omnium aliorū portionibus in quinquē partibus.

g. Solent hinc ebriosi adhibere testimonij patrocinium, nō propter illos filios Israel, sed propter Ioseph, qui valde sapiēs commendatur. Sed hoc verbū pro satietate solere poni in scripturis qui diligenter aduerterit inueniet. Vnde illud: Visitasti terram & inebriasti eam. Aug. super Genesin.

1. Esca vel alimento, quantum ferre possunt.

2. Feceruque ille iuxta verbum Ioseph, quod locutus fuerat.

a. De hoc augurio quod mandauit Ioseph per hominem suū fratribus dicendo, quæri solet quid sibi velit, an quia non serio sed ioco dictū est, vt exitus docuit non est habendum mendaciū. Mendacia enim à mendacibus serio agūtur, nō ioco. Cum autem quæ non sunt tanquā ioco dicūtur, nō deputantur mendacia. Aug. in quæst. super Gen.

3. Absit à seruis tuis, vt faciant quicquam tale.

b. Innocētes offerūt facile seipsos ad maiores pœnas si fortē inueniantur. Caietanus ibidem.

c. Per ordinē singulorū prius inspiciuntur sacculi. Docet mortalitatem scriptura diuina. Per ordinem & ante discubuerunt in conuiuio. Videt quod seniori loco ille sit deferendus per ordinem. Ambr. de Ioseph patriarcha.

4. Quod est opus quod fecistis.

5. Quo modo iustificabimur nos.

6. Ascendite in pace.

7. Quia ita tu, sicut & Pharao.

puer[8] paruulus qui in senectute illius natus est,]cuius[d]-vterinus]frater est mortu⁹,& ipsum solũ habet mater]sua,pater verò tenerè diligit eũ. Dixistiq; seruis tuis: Adducite eum ad me,& ponã oculos meos super illum.Suggessimus tibi domino meo, nõ potest puer relinquere patrẽ suum.Si enim illum dimiserit,morietur.Et dixisti seruis tuis, nisi venerit frater vester minimus vobiscũ, nõ videbitis amplius faciẽ meã. Cum ergo ascendissemus ad famulũ tuum patrẽ nostrum,narrauimus ei omnia quæ locutus est dominus meus.Et dixit pater noster:[f]Reuertimini,& emite nobis parũ [10] tritici.] Cui diximus:Nõ possumus ire.Si frater noster minimus descẽderit nobiscũ,proficiscemur simul alioquin illo absente nõ[11]audemus]videre faciẽ viri.[12] At ille respondit:] Vos scitis quòd duos genuerit mihi vxor mea:†Egressus est vnus,&[13]dixistis:bestia deuorauit eũ, & hucusq; nõ cõparet.] Si tuleritis & istũ,& aliquid ei in via cõtigerit, deducetis canos meos[14]cũ mœrore ad inferos.][f] Igitur si intrauero ad seruum tuum patrẽ nostrum, & puer defuerit,(cũ anima illius[15]ex huius anima depẽdeat)] videritq; eũ nõ esse nobiscũ, morietur:& deducent famuli tui canos eius cũ dolore ad[16]inferos.] Ego propriè seruus tuus sim,qui in meã hunc recepi fidẽ,& spopondi,dicens:†Nisi reduxero eum,*peccati reus ero in patrẽ meum omni tempore.Manebo itaque seruus tuus pro puero in ministerio domini mei,& puer ascendat cũ fratribus suis. Nõ enim possum redire ad patrẽ absente puero,[17]ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum,testis assistam.]

8. Senectutis paruus.
d. Cogita hic quomodo se habuerit Ioseph hæc audiens.
9. Relictus est solus ipse ex matre.
Quare autem & hic mentitur sic dicẽs: frater eius mortuus est quãdo enim negotiatoribus tradiderant: verũ quia sic patri persuaserant quasi occisus esset & à bestiis deuoratus.Chrysosto.
10. Alimenti.
11. Possumus.
12. Et dixit seruus tuus pater meus nobis.
13. A me, & dixi: Certè lacerando laceratus est, & non vidi eum vsque in præsens.
14. In malo ad sepulchrum.
15. Ligata sit animæ illius.
16. Sepulchrum.
* Ad te.
17. Nisi fortè velim videre malum,quod inuenîet patrẽ meum.

*Ioseph tandẽ se fratribus manifestans omnes osculatur: vnde Pharao totáque domus eius exultans ad quærendũ patrem in Chanaan cum muneribus & plaustris multis fratres remittit. XLV.*

NOn se poterat vltrà cohibere Ioseph [1] multis corã astantibus:]vnde[2] præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ.] Eleuauitque vocẽ cum fletu:quã audierũt Ægyptij,[3]omnísque]domus Pharaonis,& dixit fratribus suis:†Ego sum Ioseph.Adhuc pater me⁹ viuit? Nõ poterãt respõdere fratres,nimio terrore perterriti.Ad quos ille[4]-clementer:accedite,*inquit,ad me.Et cùm accessissent propè,ego sum,ait Ioseph,frater vester,quẽ vendidistis in Ægyptum:[f]Nolite[4]pauere,neque vobis durũ esse videatur,quòd vẽdidistis me in his regionibus. † Pro salute enim vestra misit me deus ante vos[5]-in Ægyptũ.]Biennium est enim quòd cœpit fames esse in terra,& adhuc quinq; anni restant, quibus nec[5]arari poterit nec meti.] Pręmisitq; me deus,vt[6]reseruemini super terrã,& escas ad viuẽdũ habere possitis.[f]Nõ vestro consilio,sed dei voluntate huc missus sum,qui fecit me quasi patrẽ Pharaonis,& dominũ vniuersæ domus eius,ac principẽ in omni terra Ægypti. Festinate, & ascẽdite ad patrẽ meũ,& dicetis ei:[7]Hæc mandat]filius tuus Ioseph:Deus fecit me dominũ vniuersæ terræ Ægypti.Descẽde ad me,ne moreris,& habitabis in terra [8] Gessen.] Erísque iuxta me,tu & filij tui,& filij filiorum tuorum,oues tuæ,& armẽta tua,& vniuersa quæ possides:ibiq; te pascã.[f]) Adhuc enim quinq; anni residui sunt famis,)ne & tu⁹pereas,] & omnis domus tua,& omnia quæ possides.En oculi vestri & oculi fratris mei Beniamin vident, quòd[2]os meum loquatur ad vos. Nunciate patri meo vniuersam gloriam meam,& cuncta quę vidistis in Ægypto.Festinate & adducite eũ ad me.Cúmque amplexatus recidisset in collũ Beniamin fratris sui,fleuit,[10] illo quoque similiter flente] super collum eius.Osculatúsque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos. Post quæ ausi sunt loqui ad eũ.[f] Auditũq; est & celebri sermone vulgatũ in aula Regis: Venerũt fratres Ioseph.Et[11]gauisus est Pharao,atq;[5]-omnis]familia eius.] Dixítque ad Ioseph,vt imperaret fratribus suis,dicẽs:Onerãtes iumẽta ite in terrã Chanáan,&tollite inde patrẽ vestrũ & cognationẽ,& venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Ægypti,vt comedatis[12] medullam]terræ.Præcipe etiã vt tollant plaustra de terra Ægypti,[13] ad subuectionẽ paruulorũ suorum ac coniugum.] Et dicito:[f] Tollite patrẽ vestrum,& properate quãtocyusvenictes,nec dimittatis quicquã de supellectili vestra,quia omnes opes Ægypti vestræ erunt.Feceruntq; filij Israel,vt eis mandatũ fuerat.Quibus dedit Ioseph plaustra,secundũ Pharaonis imperium,& cibaria in itinere.Singulis quoq; proferri iussit[14]binas stolas,]Beniamin verò dedit trecentos argẽteos,[15]cũ quinque stolis optimis,tan-

1. Coram omnibus qui iuxta illum stabant.
2. Clamauit: educite vitos illos à me, & non mansit vir vllus cum eo,dum se cognoscẽdum præberet Ioseph fratribus suis.
3. Audiuitque &.
* quæso.
4. Mœrore affici,neque indigneatur oculi vestri.
5. Agricultura futura est, nec messis.
6. Ponerem vobis reliquias in terra, & vt vitam vestram seruarem in magnam saluationem.
7. Sic dixit.
8. Gosen & infra.
9. In inopiam venias,ru.
2. Nunc enim non per interpretem sicut prius loquebatur ad illos,sed Hebraicè.
10. Sed & Beniamin fleuit.
11. Placuit in oculis Pharaonis, & in oculis seruorũ eius.
12. Pinguedinem.
13. Pro paruulis vestris,& vxoribus vestris.
14. Vestes mutatorias.
15. Et quinque mutatorias vestes patri autem suo misit in hunc modum.

nis,tantundem pecuniæ & vestium mittens patri suo,addēs eis]asinos decē,qui subueherent ex omnibus diuitiis Ægypti,& totidē asinas triticū in itinere,panésque* portantes. [G]Dimisit ergo fratres suos,& proficiscētibus,ait.Ne irascamini in via. Qui ascēdētes ex Aegypto,venerūt in terrā Chanáā,ad patrē suū Iacob,& nūciauerūt ei,dicētes:[16] Ioseph filius tuus viuit:]& ipse dominatur in omni terra Aegypti.[17] Quo audito Iacob,quasi de graui somno euigilans,tamen nō credebat eis:illi econtra referebāt[18] omnē ordinē rei.Cúmque vidisset plaustra,& vniuersa quæ miserat,reuixit spiritus eius, & ait: Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit:vadam & videbo illum antequam moriar.

*Et cibum pro patre suo.

16. Adhuc Ioseph viuit, quin.
17. Dissolutúmque est cor eius.
18. Cuncta verba Ioseph quæ loquutus fuerat ad illos.

*Iacob cum filiis & nepotibus in Aegyptum descendens à filio suo Ioseph magno cum honore,lætitia,& amplexibus suscipitur.* XLVI.

[A]Rofectúsque Israel cum omnibus quæ habebat,venit[1a] ad puteum iuramēti,]& mactatis ibi victimis deo patris sui Isaac, audiuit eum per visionem nocte vocantem se,& dicentem sibi:Iacob,Iacob.Cui respondit:Ecce assum. Ait illi deus: Ego sum fortissimus deus patris tui.[b]Noli timere:sed descēde in Aegyptū,quia in gentem magnā faciā te ibi.Ego descendam tecū illuc,& ego inde adducā te,—reuertētem.] Ioseph quoque ponet manus suas super oculos tuos.Surrexit Iacob mane[2] à puteo iuramēti,tuleruntq; eū filij cū paruulis & vxoribus suis in plaustris, quæ miserat Pharao ad portandū senē, &[3]omnia quæ possederat in terra Chanáan.† Venitq;]in Aegyptū cum omni semine suo:filij eius,&[4]nepotes,filiæ & cuncta simul progenies.]Hęc sunt autem [B]nomina filiorū Israel,[5]qui ingressi sunt]in Aegyptū, ipse cum liberis suis. ✠ † Primogenitus Rubē:Filij Ruben:Henoc,& Phallu,& Hesrom,& Charmi. Filij Simeō:Iamuhel, & Iamin,—& Iami,]& Ahod,& Iachin,&[6]Saber,]& Saul filius Chanaanitidis.Filij Leui:Gerson,& Caath,& Merari.Filij Iuda:Her,& Onā & Sela,& Phares,& Zara.Mortui sunt autem Her & Onan in terra Chanáā.Natiq; sunt filij Phares:Esrom,& Amul. Filij Isachar:Thola,& Phua,&[7]Iobab,]& Semron.Filij Zabulō:Sareth:& Chelō,& Iahelel. Hi filij Liæ:quos genuit* in Mesopotamia Syriæ,cū Dina filia sua.Omnes animę filiorū eius & filiarū,[c]triginta tres.Filij Gad:Sephon,& Aggi,& Esebō,& Suni,& Heri,& Arodi,& Areli.Filij Aser:Iemna,& Iesua,& Iesui,& Beria,Sara quoq; soror eorū.Filij Beria: Heber,& Melchiel. Hi filij Zelphæ,quā dedit Labā Liæ filiæ suæ:& hos genuit Iacob, [c]sedecim animas.✠ Filij Rachel vxoris Iacob:Ioseph,& Bēiamin.† Natiq; sunt Ioseph filij in terra Aegypti,quos genuit ei Assenez filia Phutipharis,sacerdotis Heliopoleos: Manasses,& Ephraim.Filij Bēiamin: Bela,& Bechor,& Asbel,& Gera,& Naaman,& Echi, & Ros,& Mophim, & Ophim, & Ared.Hi fiiij Rachel,quos genuit Iacob:omnes animæ[e] quatuordecim.Filij Dan:Vsan.Filij Neptalim:Iasiel;& Guni,& Iesser,& Salē. Hi filij Balæ,quā dedit Labā Racheli filiæ suę,& hos genuit Iacob:omnes animę,[f] septē. Cūctæq; animæ quæ ingressæ sunt cū Iacob in Aegyptum,& egressæ sunt de femore illius, absque vxoribus filiorū,[g]sexaginta sex. Filij autē Ioseph, qui nati sunt ei in terra Aegypti:[8]animæ duæ. † Omnes animæ domus Iacob:quæ ingressæ sunt in Agyptū,fuēre septuaginta.Misit autem Iacob Iudā ante se,ad Ioseph in Aegyptū,[9] vt nunciaret ei,& ille [D]occurreret in Gessen.✠ Quo cùm peruenisset,iūcto Ioseph curru suo,ascēdit obuiā patri ad eundem locum:vidensq; eum,irruit super collum eius,&[10] inter amplexus fleuit.]Dixítque pater ad Ioseph: Iā lætus moriar,quia vidi faciem tuā, & superstitē te relinquo. Et ille locutus est ad fratres suos,& ad omnem domum patris sui: Ascendā & nunciabo Pharaoni,dicamq; ei:Fratres mei,& domus patris mei,qui erāt in terra Chanáan, venerunt ad me,& sunt viri[h] pastores ouium,curámque habēt alendorum gregum . Pecora sua & armenta,& omnia quę[11] habere potuerunt,]adduxerunt secum. Cumq; vocauerit vos,& dixerit,quod est opus vestrum:respondebitis,Viri pastores serui tui,ab infantia nostra vsque in pręsens,& nos & patres nostri.—Hæc autē dicetis,] vt habitare possitis in terra Gessen,quia detestantur Aegyptij omnes pastores ouium.

1. 2. Bersabee (in quo Abraham cum Abimelech,& idem Abimelech cum Isaac iurauerunt pactum.

b. Patet ex hoc quia Iacob in Aegyptum descendere timebat, alioquia frustra diceret ei deus: noli timere. Et forte idcirco timebat, quia difficilem fore reditum non ignorabat. Rupertus ibid.

2. De Bersabee.

3. Tollentes pecora sua, & substantiam suam quam acquisierant in terra Chanaan, venerunt.

4. Filij filiorum eius cū ipso: sed & filiæ filiorum eius, & omne semen suum duxit secum in Aegyptum.

5. Venientium.

6. Zoher.

7. Iob.

* Ipsi Iacob.

c. Filij Iacob ex Lia fuêre 33. præter Her & Onam mortuos in Chanaan. Hebræi autem habent solum.32. quibus connumerant Iocabed filiam Leui & matrem Moysi natam in Aegypto,& fiunt 33.

d. Filij Iacob ex Zelpha cum Sara filia Aser,sunt.16.

e. Filij Iacob ex Rachele cū Ioseph & filiis eius sunt.14.

f. Filij Iacob ex Bala sunt.7.

g. Præter Dinam & Ioseph cum duobus filiis,quibus additis fiunt.70.quibus.70.interp.addūt filios filiorum Ioseph, & fiunt. 75. vt Act.7.

8. Animæ nouem.70.interp. in Gessen venerūntque in terram Gessen: Et ligās Ioseph currum suum.

h. Commendatur in patriarchis quòd pecorū nutritores erant à pueritia sua, & à parentibus suis, quia hæc iusta est seruitus,iusta dominatio, cum pecora homini seruiūt, & pecoribus ipse dominatur. Seruū autem hominē homini vel iniquitas vel aduersitas fecit.Augustſuper Genē. 11.habent.

*Iacob cum filiis ad Pharaonem introducto,terrā Gessen concedit. At fames tantum præmit Aegyptum,vt venditis pecoribus terram quoque vendere coacti sint:vnde quinta pars fructuum regibus perpetuo cedat.* XLVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca



* Duxit secum, & illos.

*Dixerúntque ad Pharaonẽ.
1. Sed est fames grauis, vel intolerabilis.
2. Habitare.
3. Patrem tuũ & fratres tuos.
4. Robustos.
5. a. Et benedixit Iacob Pharaoni (scilicet à benedictione laudis & imprecationis.
b. Et ita Ioseph erat. 39. an. in secundo anno famis.
6. Pauci quidẽ, sed mali fuerunt dies annorũ vitæ meæ.

*annorum vitæ.
7. Benedicẽs Iacob Pharaonem, egressus est à conspectu Pharaonis.
8. Panibus iuxta motem puerorum vel sicut paruulos.
9. Vnde tã terra Aegypti quã terra Chanaan affligebatur propter famem. Ioseph verò collegit omnẽ pecuniã, quæ inueniebatur per terram Aegypti, & per terrã Chanaan.
10. Consumpta autem est pecunia de terra Aegypti, atque de terra Chanaan.
11. Defecit pecunia.
* pane.
12. Omnibus pecoribus suis.
* Transacto verò illo anno.
13. Residuum est coram domino meo, nisi corpora nostra, & terræ nostræ.
14. Tam nos quã agri nostri? Posside nos & terrã nostram pro panib⁹: crimúsque & nos & terra nostra seruiẽtes Pharaoni: tantum da semel vt viuamus & non moriamur, & nos.
* Pharaoni.
15. Populi verò eius transtulit in ciuitates ab vna extremitate Aegypti ad alteram extremitatem eius.
16. Quia constitutum habuerunt sacerdotes à Pharaone, comederúntque constitutum sibi quod tribuerat illis Pharao.
17. Acquisiuivos hodie, atque terram vestram Pharaoni. En panis & semen, seminate terram. Erit autem in reditibus eius.
18. Pro semine agriarque vt vos comedatis, & qui sunt in domibus vestris: sed & vt paruuli vestri habeant quod comedant.
19. Tu viuificasti nos, Inueniamus gratiam in oculis domini nostri, &
20. Posuit autem hoc Ioseph in decretũ vsque in hunc diẽ super terram Aegypti, vt quinta pars esset Pharaonis, nisi quòd terra sacerdotũ, & solum illa, non est facta Pharaonis.
21. Et transferunt in ea, creuerunt & multiplicati sunt valde.
22. Iacob in terra Aegypti.
* Quæso.
23. Gratiam.
24. Iuxta verbum tuum.
25. Versus caput lectuli, vel ad caput lectuli.

1. Et tulit duos filios suos secum, Manasse & Ephraim.
2. Ipsi Iacob.
3. Dixit Iacob ad Ioseph.

INgressus ergo Ioseph, nunciauit Pharaoni, dicens: Pater meus & fratres, oues eorum & armẽta, & cuncta quæ possident venerunt de terra Chanáan, & ecce cõsistunt in terra Gessen. Extremos quoque fratrũ suorũ quinque viros, *cõstituit corã rege. Quos ille interrogauit: Quid habetis operis? Respõderunt, pastores ouiũ sumus serui tui, & nos & patres nostri, *Ad peregrinandũ in terrã tuã venimus, quoniã nõ est herba gregibus seruorũ tuorũ, ingraue scente fame in terra Chanáan. Petimúsque vt esse nos iubeas seruos tuos in terra Gessen: & Dixit itaque Rex ad Ioseph: Pater tuus & fratres tui venerũt ad te. Terra Aegypti in cõspectu tuo est, in optimo loco fac eos habitare, & trade eis in terrã Gessen. Quòd si nosti in eis esse viros industrios, cõstitue illos magistros pecorũ meorũ. Post hæc introduxit Ioseph patrẽ suum ad Regẽ, & statuit eũ corã eo. Qui benedicẽs illi, & interrogatus ab eo, quot sunt dies annorũ vitę tuæ? respõdit. Dies peregrinationis vitæ meæ centũtriginta annorũ sunt, parui & mali: & nõ peruenerũt vsque ad dies *patrũ meorum, quibus peregrinati sunt. Et benedicto Rege egressus est foras. Ioseph verò patri & fratrib⁹ suis dedit possessionẽ in Aegypto, in optimo terræ solo Rameses, vt præceperat Pharao: & alebat eos, omnemq; domum patris sui, prębẽs cibaria in singulis. In toto enim orbe panis deerat, & oppresserat fames teram, maximè Aegypti, & Chanáan. E quibus omnẽ pecuniã cõgregau it pro venditione frumenti, & intulit eam in erarium Regis. Cumq; defecisset emptoribus precium, venit cũcta Aegyptus ad Ioseph, dicẽs: Da nobis panes: Quare morimur coram te, deficiente pecunia? Quib⁹ ille respõdit: Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si precium nõ habetis. Quæ cùm adduxissent, dedit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & asinis: sustẽtauitq; eos illo anno pro cõmutatione pecorũ. *Venerunt quoque anno secũdo, & dixerunt ei: Nõ celamus domino nostro quòd deficiente pecunia, pecora simul defecerunt, nec clãte est, quòd absque corporibus & terra, nihil habemus. Cur ergo moriemur te vidente? Et nos & terra nostra tui erimꝰ. Eme nos in seruitutẽ Regiã, & præbe semina, ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem. Emit igitur Ioseph omnem terrã Aegypti, * vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subiecitq; eam Pharaoni, & cũctos populos eius, à nouissimis terminis Aegypti vsque ad extremos fines eius, præter terrã sacerdotum, quę à Rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis prębebãtur: & idcirco nõ sunt cõpulsi vẽdere possessiones suas. Dixit ergo Ioseph ad populos: En vt cernitis, & vos & terrã vestrã Pharao possidet. Accipite semina, & serite agros, vt fruges habere possitis. Quintã partẽ Regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis in sementem, & in cibum familiis & liberis vestris. Qui respõderunt. Salus nostra in manu tua est. Respiciat nos tãtum dominus noster, & læti seruiemus Regi. Ex eo tẽpore vsque in præsentem diem in vniuersa terra Aegypti, Regibus quinta pars soluitur, & facti est quasi in legẽ, absque terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Habitauit ergo Israel in Aegypto, id est in terra Gessen, & possedit eam: auctúsq; est & multiplicatus nimis, & vixit in ea decẽ & septẽ annis. Factíque sunt omnes dies vitæ illius cẽtum quadraginta septẽ annorũ. Cumq; appropinquare cerneret diẽ mortis suę: vocauit filium suũ Ioseph, & dixit ad eum: Si inueni gratiã in conspectu tuo, †pone *manũ tuam sub femore meo, & facies mihi misericordiã & veritatem: vt nõ sepelias me in Aegypto: sed dormiã cũ patribus meis, & auferas me de terra hac, cõdasq; me in sepulchro maiorum meorum. Cui respondit Ioseph: Ego faciã quod iussisti. Et ille: †iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Israel dominum, cõuersus ad lectuli caput.

*Iacob ægrotantem Ioseph cum filiis suis visitat, benedictionẽ illis à patre impetraturus, quibus Iacob benedicẽs minorem maiori prætulit, ac Ioseph vltra fratres suos vna parte donat. XLVIII.*

HIs ita transactis nunciatũ est Ioseph, quòd ægrotaret pater suus. Qui assumptis duobus filiis Manasse & Ephraim, ire perrexit. Dictúmque est seni: Ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui cõfortatus sedit in lectulo. Et ingresso ad se Ioseph, ait: Deus omnipotẽs †apparuit mihi in Luza, quæ est in terrra Chanáan, benedixitq; mihi, & ait: Ego te augebo, & multiplicabo, & faciam te in turbas populorũ. Dabóque tibi terram

A Ioſ.2.5. An. ante dilu. 1711. Anni mundi 2237.

B

C

†Supra 24.

D

E †2548. Tributum. De immunitate eccleſiaſt. Non mutes

F

G

†Supra 24.

†Supra 28.

A Ioſ.13.

terrā hanc & ſemini tuo poſt te in poſſeſſionē ſempiternā. † Duo ergo filij tui qui nati ſunt tibi in terra Ægypti,antequā huc venirē ad te,[a]mei erunt,†Ephraim & Manaſſes: ſicut Simeō &Rubē reputabūtur mihi.Reliquos autē quos[4]genueris ]poſt eos,tui erūt, & nomine fratrū ſuorū vocabūtur in poſſeſſionibus ſuis. ✠ Mihi enim quādo veniebā de Meſopotamia,†mortua eſt Rachel in terra Chanáan,in ipſo itinere.[5]Eratq; vernum tēpus.]Et ingrediebar Ephrathā, & ſepeliui eam iuxta viam Ephratæ,quæ alio nomine appellatur Bethlæhē·Vidēs autē filios eius,dixit ad eū:Qui ſunt iſti? Reſpōdit: Filij mei ſunt,quos donauit mihi dominus in hoc loco.Adduc,inquit,eos ad me,vt benedicā illis, Oculi enim Iſrael[6]caligabāt]præ nimia ſenectute,& clarè videre nō poterat.Applicitoſq; ad ſe deoſculatus & circūplexus eos,dixit ad filiū ſuum:[7]Nō ſum fraudatus aſpectu tuo:]inſuper oſtēdit mihi deus ſemen tuū.Cumq; tuliſſet eos Ioſeph de gremio patris,adorauit pron[9] in terrā,& poſuit*Ephraim ad dexterā ſuā,id eſt,ad ſiniſtrā Iſrael:✠ Manaſſen verò in ſiniſtra ſua,ad dexterā ſcilicet patris,applicuitq; ambos ad eū.[8] Qui] extēdens manū dexterā,poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris, ſiniſtram autē ſuper caput Manaſſe,[9]qui maior natu erat,cōmutās man[9].]†Benedixitq; Iacob filios]Ioſeph,& ait:Deus in cuius cōſpectu ambulauerūt patres mei Abrahā, & Iſaac, deus qui paſcit me ab adoleſcētia mea vſque in prēſentē diē,†angelus qui eruit me de cūctis malis,benedicat pueris iſtis,& inuocetur[b]ſuper eos nomen meū, nomina quoque patrum meorū,Abrahā & Iſaac,& creſcāt in multitudinē ſuper terrā. Vidēs autē Ioſeph,q; poſuiſſet pater ſuus dexterā manū ſuper caput Ephraim,grauiter accepit.✠Et apprehēſam manū patris,leuare conatus eſt de capite Ephraim:& trāsferre ſuper caput Manaſſe. Dixitq; ad patrē:Nō ita cōuenit pater,quia hic eſt primogenitus.Pone dexterā tuā ſuper caput eius. Qui renuens,ait:Scio,fili mi,ſcio.Et iſte quippe erit in populos,& multiplicabitur:ſed frater eius minor[10]maior erit illo,]& ſemē illius creſcet in gētes. Benedixitq; eis in tēpore illo,dicēs:In te[11]benedicetur Iſrael,atq; dicetur:]Faciat tibi de[9] ſicut Ephraim & ſicut Manaſſe.Cōſtituitq; Ephraim ante Manaſſen.Et ait*ad Ioſeph filiū ſuum: Ego morior,& erit deus vobiſcū,& reducet vos ad terrā patrū veſtrorū. † Do tibi [c]partem vnam extra fratres tuos,quam tuli de manu Amorræi in gladio & arcu meo.

*Iacob filiis ſuis benedicens defectus eorum arguit,illisque futura prædicit: ſepultura autem electa,in pace quieuit.* XLIX.

VOcauit autem Iacob filios ſuos, & ait eis:† Congregamini,[3]vt annunciem, quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis. Cōgregamini,& audite filij Iacob,audite Iſrael patrem veſtrum. † Ruben primogenitus meus. Tu fortitudo mea , & principium[1]doloris mei. Prior in donis, maior in imperio.† Effuſus] es ſicut aqua. Non creſcas,quia[a]aſcēdiſti cubile patris tui,& maculaſti ſtratū eius.† Simeō & Leui fratres,vaſa[2]iniquitatis bellantia.]In conſiliū eorū nō veniat anima mea, &[3]in cœtu illorū nō ſit] gloria mea:quia[b]in furore ſuo occiderūt virū, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum. Maledictus furor eorū,quia pertinax: & indignatio eorū,quia dura.[c]Diuidam eos in Iacob,& diſpergā eos in Iſrael.Iuda[4]te laudabunt]fratres tui.Manus tuæ in ceruicibus inimicorū tuorū,adorabunt te filij patris tui.✠Catulus leonis Iuda:[5] Ad prædā fili mi aſcēdiſti,[6]requieſcens accubuiſti]vt leo,& quaſi leæna.Quis ſuſcitabit eum?Non auferetur ſceptrū de Iuda,&[7]dux de femore]eius,donecveniat[8d]qui mittēdus eſt,]&[9]ipſe erit expectatio gentiū.]Ligans ad vineam pullū ſuū,& ad vitem[10] ô fili mi,aſinā ſuam.] [e] Lauabit in vino ſtolam ſuā, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Pulchriores ſunt oculi eius vino,& dentes eius lacte cādidiores. Zabulō in littore maris habitabit,& in ſtatione nauium,pertingens vſq; ad Sidōnē.Iſachar aſinus fortis,accubās inter[11]terminos.]Vidit requiē quòd eſſet bona,& terrā quòd optima,& ſuppoſuit humerū ſuum ad portandū,factuſq; eſt tributis ſeruiens.[f]Dan iudicabit populū ſuū,ſicut & alia tribus in Iſrael·[12]Fiat] ✠Dan[g]coluber in via,ceraſtes in ſemita,mordēs vngulas equi,vt cadat aſcēſor ei[9] retro. Salutare tuū expectabo domine.Gad,[13]accinctus præliabitur ante eū,& ipſe accingetur retrorſum.Aſer pinguis panis eius,& præbebit delicias Regib[9].Neptalim ceru[9] emiſſus: & dans eloquia pulchritudinis.† Filius accreſcens Ioſeph,filius [14] accreſcens & decōrus



a. Succederāt mihi in terrani promiſſam,cōſtituēntque dū as familias, vterque ſuā,ſicut cæteri filij mei. Hiero. ibid.
4.Genuiſti.
5. Eratque ſtadij ſpaciū hinc ad Bethlęem ſiue iter à manē ad prandium.

6. Grauē erant.
7. Videre faciem tuam non arbitrabar.

✠Ioſeph ipſum.
8. Iſrael verò.

9. Prudenter dirigēs manus ſuas, ſciens quòd Manaſſē eſſet primogenitus.

b. Vnde nomina ſanctorum inuocēda ſunt in benedictionibus & profectibus viuorū.
4.a. Vbi Ioſeph ſepultus eſt. Hiero.ibid.
10. Creſcet magis quàm ille. Ex illo enim proceſſit Ioſue, & primi reges Iſrael poſt Salomonem.
11. Benedicet Iſrael, atque dicet.
✠Iacob.
c. In veteri teſtamēto ſancti angelos comites habebant: In nouo autem omnis Chriſtianus.Græc.

a. In benedictionibus Iacob hiſtoria tenenda, & allegoria inueſtiganda. Hiſtoria de diuiſione terræ promiſſionis, quæ diuidenda erat nepotibus eorum,allegoria de Chriſto & eccleſia in nouiſſimis temporibus reuelanda. Albitus in quæſtin. ſuper Gene.
1. Roboris mei, excellentia dignitatis, atque excellentia fortitudinis. Leui (Hoc eſt primogenituræ) ſacerdotium tibi debebatur, ſed quia peccaſti in patrem, illud perdidiſti.Hiero.
2. Violentiæ in habitaculis eorum.
3. Cœtui illorū non viuatur.
b. Significat enim quòd ex conſilio ſuo non deſtruxerūt Sichem.
c. Leui inter cæteras tribus diſperſus eſt,& Simeon in ſimulitium aliorum, videlicet ſcriptores.
4. Tu es quem celebraturus.
5. A prædā.
6. Incurrauit,ſe accubuit.
7. Legiſlator de medio pedum.
8.d. Silo, Heb. Infans, Chal. Meſſias. 70.interpretes regnū illud perenne repoſitum eſt.
9. Ad illum aggregatio populorum.
10. Filium aſinæ ſuæ.
e. Stola & pallium carnē demōſtrant & vinū ſanguinem, ita & nunc ſanguinem ſuū in vino cōſecrauit, qui tunc vinum in ſanguinē figurauit. Tertul. lib. 4. aduerſus Marcionem.
11. Duas ſarcinas.
f. Hoc impletum aiunt in Sāpſone.
12. Erit vti fiet,aut futur⁹ eſt.
g. Hoc intelligunt de Antichriſto.
13. Turma deuincet eum,& ipſe tandem deuincet. Hoc ſtatuunt intelligi de lente.
14. Vbertatis iuxtā fontem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



15. Iaculis confoderunt.
16. Magiſtri ſagittarum.
17. Roborata ſunt brachia.

aſpectu.]Filię diſcurrerunt ſuper murũ,ſed exaſperauerunt eũ,&[15] iurgati ſunt,]inuiderunt́ illi[16] habẽtes iacula.]Sedit in forti arcus eius, &[17] diſſoluta ſunt vincula brachiorũ & manuum illius, per manus potẽtis Iacob.† Inde paſtor ſ—egreſſus eſt,] lapis Iſrael. Deus patris tui erit adiutor tuus,& omnipotẽs benedicet tibi benedictionibus cœli deſuper,benedictionibus abyſſi iacentis deorſum,benedictionibus[h] vberũ &[18] vuluæ.]Benedictiones patris tui cõfortatæ ſunt benedictionibus patrũ eius,[19] donec veniret deſideriũ colliũ æternorũ.]§ Fiant in capite Ioſeph,& in vertice Nazaræi, inter fratres ſuos. D
Beniamin[20] lupus rapax,]mane comedet prædam,& veſpere diuidet ſpolia.Omnes[21] hi in tribubus]Iſrael duodecim. Hæc locutus eſt eis pater ſuus,[i] benedixitq́ ſingulis benedictionibus propriis,& præcepit eis,dicens:Ego congregor ad populum meum.† Sepelite me cũ patribus meis in ſpelũca duplici,quæ eſt in agro Ephron Aethæi cõtra Mambre in terra Chanáan,quã emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in poſſeſſionẽ ſepulchri.Ibi ſepelierunt eum,& Saram vxorẽ eius:Ibi ſepultus eſt Iſaac,cũ Rebecca cõiuge ſua.[22] Ibi & Lia condita iacet.]*Finitisq́ mandatis quibus filios inſtruebat,collegit pedes ſuos ſuper lectulum,& obiit:appoſitúsque eſt ad populum ſuum.

h. 18. Vteri, hoc eſt virtutis nutritiuæ & generatiuæ.
19. Vſque ad extremitatẽ colliũ mundi.

20. Vt lupus rapiet. Hoc implerum eſt in Saule,& Paulo.
21. Hæ tribus.
i. Sed quæritur cum ſingulis benedixerit benedictionibus propriis cur de ſacerdotio: Aaron in tribu Leui,quod in illa gẽte ſanctiſsimum atque celeberrimum fuit,nullã mentionẽ fecerit. Rupertus ibidem.

22. Vbi ego ſepelíui Liam.
* Emptus verò eſt ager, & ſpelunca quæ in eo eſt, à filiis Heth.

*Ioſeph patris exequias curans,corpus eius in Chanaan ſepeliendum duxit,iniuriam fratribus ſibi timentibus remittit,ſuſcepta ab eis fide de oſſibus ſuis ſecum in Chanaan defendis.* L.

QVod cernens Ioſeph, ruit ſuper faciem patris flens,& deoſculãs eum, præcepitq́ A
ſeruis ſuis medicis, vt aromatibus condirent patrem.[1] Quibus iuſſa explentibus, tranſierũt quadraginta dies.Iſte quippe mos erat cadauerũ cõditorum.]Fleuitq́ eũ Ægyptus ſeptuaginta diebus. Et expleto plãctus tẽpore, locutus eſt Ioſeph ad familiã Pharaonis:† *Si inueni gratiã in cõſpectu veſtro,loquimini in auribus Pharaonis,[a] eo quòd pater meus adiurauerit me,dicens:En morior:in ſepulchro meo,quod fodi mihi in terra Chanáan,ſepelies me. Aſcendã igitur, *& ſepeliã patrẽ meũ,ac reuertar.Dixitq́ ei Pharao:Aſcẽde,& ſepeli patrẽ tuũ,ſicut adiuratus es.[2] Quo aſcendẽte,ierũt cũ eo ]omnes ſenes domus Pharaonis,cunctiq́ maiores natu terrę Ægypti:§ domus Ioſeph cũ fra B
tribus ſuis,* abſq́ paruulis,& gregibus atque armẽtis,quę dereliquerũt in terra Geſſen. Habuit quoque in comitatu currrus,& equites,& facta eſt turba nõ modica:venerũtq́ ad aream Athad:quæ ſita eſt trans Iordanẽ:vbi celebrãtes exequias planctu magno atque vehemẽti,[3] impleuerũt[b] ſeptẽ dies.]Quod cũ vidiſſent habitatores terrę Chanáan,* dixerunt:Planctus magnus eſt iſte Ægyptiis.Et idcirco vocatũ eſt nomen loci illius plãctus Ægypti.† *Fecerunt ergo filij Iacob,ſicut præceperat eis,& portantes eũ in terram Chanáan,ſepelierunt eũ in ſpelunca duplici: † quam emerat Abrahã cum agro in poſſeſſionẽ ſepulchri:ab Ephron Hethęo cõtra faciẽ Mãbre. Reuerſuſq́ eſt Ioſeph in Ægyptũ cũ fratribus ſuis, &[4] omni comitatu,ſepulto patre.§ Quo mortuo timentes fratres C
eius,& mutuò colloquẽtes,ne fortè memor ſit iniuriæ,quam paſſus eſt, & reddat nobis omne malũ quod fecimus,* mandauerunt ei,dicẽtes:Pater tuus præcepit nobis antequã moreretur,vt hæc tibi verbis illius,dicerem[9]:Obſecro[5] vt obliuiſcaris ſceleris fratrũ tuorũ,& peccati atque malitiæ quã exercuerũt in te.]Nos quoque oramus, vt[6] ſeruo dei patri tuo]dimittas iniquitatẽ hanc. Quibus auditis fleuit Ioſeph,veneruntq́ ad eũ fratres ſui,& proni adorantes in terrã,dixerunt,† Serui tui ſumus. Quibus ille reſpõdit: Nolite timere.Num[7] dei poſſumus reſiſtere volũtati?]Vos cogitaſtis de me malũ.ſed deus vertit illud in bonũ:vt exaltaret me ſicut in præſentiarũ cernitis,&[8] ſaluos faceret multos populos.]Nolite timere:Ego paſcã vos,& paruulos veſtros.§ Cõſolatusq́ eſt eos,&[9] blãdè D
& leniter eſt locutus:]& habitauit in Ægypto cũ omni domo patris ſui. Vixitq́ cẽtumdecem annis,& vidit* Ephraim filios vſque ad tertiam generationẽ. † Filij quoque Machir filij Manaſſę nati ſunt in genibus Ioſeph. Quibus trãſactis locutus eſt fratribus ſuis:[10] Poſt mortem meam deus ]viſitabit vos,& aſcendere vos faciet de terra iſta,ad terram quam iurauit Abrahã,Iſaac, & Iacob.† Cumq́ adiuraſſet eos,atque dixiſſet:deus viſitabit vos,aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto:[11] mortuus eſt, expletis cẽtumdecem vitæ ſuæ annis,& conditus aromatibus,repoſitus eſt in loculo in Ægypto.

1. Et condierunt medici illi aromatibus Iſraelẽ. Et impleti ſunt ſuper eo quadraginta dies, ſic enim impletur dies pro his qui condiuntur.

* Dicens:Quæſo.
2. Quæri poteſt quomodo verum ſit eum hæc verba patris eius,quando de ſua ſepultura mandauit,non legantur? Sed ad ſententiam verba referre debemus ſicut in aliis ſupra ſimiliter iteratis verbis vel narrationibus admonuimus. Voluntati enim enunciandæ & in notitiam perferendæ oportet verba ſeruire. Augu.
* Quæſo.
2. Aſcendẽs igitur Ioſeph ad ſepeliendum patrem ſuum,aſcenderunt ſecum.
* Atque domus patris ſui.
3. Fecitque luctum ſupra patrem ſuum ſeptem diebus.
* Luctum in area Athad.
b Septenarius autem numer⁹ propter ſabbati ſacramẽtum præcipuè quietis indiciũ eſt. Euchetius.
* Et eſt vltra Iordanem.

4. Cunctis qui aſcenderunt cum eo ad ſepeliendum patrem eius, poſtquã ſepelierat patrem ſuum.
* Ei.

5. Remitte nũc fratribus tuis iniquitatem & peccatũ eorũ, malum enim retribuerunt tibi.
6. Seruorum dei patris tui.

7. Pro deo ego ſum?
8. Viuificaret populum ſuũ.

9. Loquutus eſt ad cor eorũ.

* Ioſeph ipſius.

10. Ego moriar, & deus viſitando.

11. Mortuus eſt Ioſeph anno regni ſui, 80. ætatis verò ſuæ. 110.

Incipit

# Incipit liber Moſeos ſecundus, quem nos EXODVM DICIMVS, QVI ET וְאֵלֶּה שְׁמוֹת hoc eſt velleſemoth: & hæc nomina.

*Iſraelis multiplicationem nouus Pharao onerum impoſitione, maſculorum cæde & ſubuerſione (niſi obſtetricum induſtria obſtitiſſet) impedire ſatagit.* I.

1† Æc ſunt nomina ]filiorũ Iſrael, qui ingreſſi ſunt in Ægyptum cum Iacob. Singuli cũ domibus ſuis introierũt: [a]Rubẽ, Symeon, Leui, Iudas, Iſachar, Zabulõ, & Beniamin, Dan, & Neptalim, Gad, & Aſſer. † Erant igitur omnes animæ eorum qui egreſſi ſunt de femore Iacob, [b]ſeptuaginta. Ioſeph autẽ in Aegypto erat. Quo [c]mortuo, & vniuerſis fratribus ei[9], omníque cognatione ſua, † filij Iſrael creuerũt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt, ac roborati nimis [2]impleuerunt terrã. †§ Surrexit interea rex nouus ſuper Aegyptũ, qui ignorabat Ioſeph. Et ait populũ ſuũ: Ecce populus filiorum Iſrael [3]multus, & fortior nobis eſt. [4]Venite, ſapienter opprimamus eũ, ]ne fortè multiplicetur, & ſi ingruerit cõtra nos bellũ, addatur inimicis noſtris, [5]expugnatíſq; nobis, egrediatur] de terra: Præpoſuit itaq; eis magiſtros [6]operũ, ] vt affligerent eos oneribus. Aedificauerúntq; vrbes [7]tabernaculorum ]Pharaoni, Phitom & Rameſſes. Quantoq; opprimebãt eos, tanto magis multiplicabantur, & creſcebant. §§ Oderántq; filios Iſrael Aegyptij, & affligebant illudentes & inuidentes eis: atq; ad amaritudinem perducebant vitam eorũ operibus duris ]luti & lateris, omníq; famulatu, [9]quo in terræ operibus premebãtur. Dixit autem Rex Aegypti obſtetricibus Hebræorũ, quarũ vna vocabatur Sephora, altera Phua, præcipiens eis: † Quãdo obſtetricabitis Hebræas, &[10] partus tempus aduenerit: ſi maſculus fuerit, ]interficite eũ: ſi fœmina, reſeruate. Timuerũt autẽ obſtetrices deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Aegypti, ſed cõſeruabant mares. §* Quibus accerſitis ad ſe Rex ait: Quídnã eſt hoc quod facere voluiſtis, vt pueros ſeruaretis? Quæ reſponderunt: [c]Non ſunt Hebrææ ſicut Aegyptiæ mulieres: Ipſæ enim obſtetricandi habent ſcientiam, & priuſquam veniamus ad eas, pariunt. Bene ergo fecit dominus obſtetricibus, & creuit populus, confortatusq; eſt nimis. † Et quia [d]timuerunt obſtetrices deũ, ædificauit eis domos. Præcepit ergo Pharao omni populo ſuo, dicens: Quicquid maſculini ſexus natum fuerit, in flumen proiicite, quicquid fœmini, reſeruate.

1. Et hæc ſunt nomina, vnde Heb. dicitur Velleſemoth.
2. Vnde enim ergo filij Iacob qui ingreſſi ſunt cum eo in Aegyptum, ſine magis duodecim (addito videlicet Ioſeph) ſignificant apoſtolorum ordinem, quibus ſaluator ipſe ait: Sicut miſit me pater et ego miſi vos in mundum. Iſidorus.
b. Iuxta id quod cap. 46. ſupradictum eſt.
c. Mortuo Ioſeph Hebræorũ dura ſeruitus fuit in Aegypto 144. an.

2. Impleráque eſt ab eis terra.

3. Maior.

4. Eia, callidè agamus in eũ.

5. Et pugnet contra nos, aſcẽdatque.
6. Tributa exigentes.
7. Pro opibus reponendis.
8. Et angustiati patiebantur propter filios Iſrael. Et fecerunt Aegyptij ſeruire filios Iſrael cum tyrannide: Vnde amara facta eſt illis vita eorũ in ſeruitute illa dura.
9. Nam omnis ſeruitus illorũ quia illis ſeruiebant, tyrannica erat.
10. Videritis in ipſis ſellis & ſit filius.

*In vita.

c. Mendacium obſtetricũ poteſt dupliciter conſiderari. Vnomodo quantũ ad affectũ beneuolentiæ in Iudæos & quantum ad reuerentiã diuini timoris. S. Thomas. 22. q. 110. ar. 4.
d. Non ergo propter mendacium officioſum, ſed quia timuerunt committere homicidium, illis temporale conſtituit præmium. Amore enim vitæ præſentis mentiæ ſunt, non intentione mercedis. Grego. lib. 28, Moral. cap. 2.

*Moyſes aquis expoſitus & inde extractus, in aula regia à matre ſua nutritus, propter homicidium in Madian fugit, vbi duxit vxorem.* II.

† Greſſus eſt ]vir de domo Leui, & accepit vxorem ſtirpis ſuæ, quæ concepit & † peperit filium: & videns eum elegantem, abſcondit tribus menſibus. Cumq; iam celare non poſſet, ſumpſit fiſcellam ſcirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice, poſuitq; intus infantulum, & [a]expoſuit eũ in carecto ripæ fluminis, ſtante procul ſorore eius, & conſiderante euentum rei. † Ecce autẽ deſcẽdebat filia Pharaonis, vt lauaretur in flumine, & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ cum vidiſſet fiſcellam in [1]papyrione, ]miſit vnam è famulabus ſuis, * & allatam aperiens, cernénſq; in ea paruulum vagientem, miſerta eius, ait: De infantibus Hebræorũ eſt hic. Cui ſoror pueri, vis, inquit, vt vadam, & vocem tibi mulierem Hebræã, quæ nutrire poſſit infantulum? Reſpondit: * Vade. § Perrexit puella, & vocauit matrem [2]ſuam. ]Ad quam locuta filia Pharaonis: accipe, ait, puerum iſtũ, & nutri mihi, ego dabo tibi mercedẽ tuã. Suſcepit mulier, & nutriuit puerum, [4]adultumq; tradidit filiæ Pharaonis. Quẽ illa adoptauit in locum filij, ]vocauitq; nomẽ eius Moyſes, dicens: quia de aqua tuli eum. In diebus illis, poſtquam creuerat Moyſes, † egreſſus eſt ad fratres ſuos, viditq; [5]afflictionẽ ]eorum, & virum Aegyptium percutientẽ quendam de Hebræis fratribus ſuis: † Cumq; circunſpexiſſet

2. Sed nemo poteſt dei voluntati reſiſtere, etiamſi infinitas artes in hoc comminiſcatur: nam & puer de quo ſacrorum ſcriba prædixerat, eluſis regis obſeruatoribus elãm fuit educatus, & vatem non fuiſſe vanũ euentus rei comprobauit. Ioſ. ant. lib. 2. cap. 9.
Moyſes à muliere Iudæa natus à matre ſua proiicitur, à Pharaonis filia inuenitur, colligitur & adoptatur. Sic Chriſtus dominus à ſynagoga, de qua natus eſt, repudiatur, & ab eccleſia inuenitur atque ſuſcipitur. Auguſt. Ser. 88. de tempo.
1. Medio careti.
*Vt tolleret illam.
*Ei filia Pharaonis.
2. Pueri.
† Creuit autem puer, & adduxit illum ad filiam Pharaonis, factuſque eſt illi in filium.
5. Laborem.

†Gene. 46. 2. ol. 1. 9.
†Act. 7. c.
†Deut. 10. d. Gene. 46. c. †Act. 7. c.
Anni ante Chriſtum. 1528. Anni mundi 1574. ol. 1. 9.
†Act. 7. c.
†Sap. 18. a.
†22. q. 2. ca. Si quælibet.
†Infr. 6. c. Nume. 13. g. †Hebr. 11. c.
†Act. 7. c. Hebr. 11. d.
†Heb. 11. e. †De cõſecr. diſt. 1. c. 1. 23 q. 7. c. Non inferẽda.

cunſpexiſſet huc atque illuc,& nullũ adeſſe vidiſſet,[b]percuſſum Aegyptiũ abſcondit ſa
bulo. Et egreſſus die altero,conſpexit duos Hebręos rixãtes,dixitq́[6]ei qui faciebat iniu-
riam:]Quare percutis proximum tuum?Qui reſpondit:[♯]Quis conſtituit te[7] Principẽ] C
&Iudicem ſuper nos? Num occidere me tu vis,ſicut heri occidiſti Aegyptium?Timuit
[c]Moyſes,& ait:[8]Quo modo palàm factum eſt verbũ iſtud?] Audiuitq́ Pharao ſermo-
nem hunc,& quærebat occidere Moyſen. Qui fugiẽs de conſpectu eius moratus eſt in
terra Madian,& ſedit iuxta puteum.Erant autem ſacerdoti Madian ſeptẽ filiæ,quæ ve-
nerant ad hauriendã aquam,& impletis canalibus adaquare cupiebãt greges patris ſui.
Superuenêre paſtores,& eiecerũt eas.Surrexitq́ Moyſes,&[9]defenſis puellis]adaquauit
oues earũ.Quæ cum reuertiſſent ad[10]Iethro]patrem ſuũ,dixit ad eas: Cur velocius ve-
niſtis ſolito?Reſponderunt:Vir Aegyptius liberauit nos de manu paſtorum.Inſuper &
hauſit aquam nobiſcum,potumq́ dedit ouibus.[♯]At ille,vbi eſt,ĩquit? Quare dimiſiſtis D
hominem?Vocate eum,vt comedat panem.[11]Iurauit ergoMoyſes quòd habitaret cum
eo.[†6]Accepitq́ Sephoram filiã eius]vxorẽ,quæ peperit,ei filium,quem vocauit [12] Ger-
ſam,dicens:Aduena fui in terra aliena.[≻]Alterum verò peperit, quem vocauit Eliezer,
dicẽs:Deus enim patris mei adiutor meus,& eripuit me de manuPharaonis.]Poſt mul-
tum verò temporis mortuus eſt Rex Aegypti.Et ingemiſcentes filij Iſrael propter ope-
ra,vociferati ſunt. Aſcenditq́ clamor eorum ad deum ab operibus,&audiuit gemitum
eorum,ac recordatus eſt fœderis quod pepigit cum Abraham,Iſaac,& Iacob. Et reſpe-
xit dominus filios Iſrael,&[13]cognouit]eos.

b. Cum peruſuſſet Aegyptiũ, quanquã illi deus non præci-
peret,in perſona tamen prophetæ diuinitus fieri permiſ-
ſum eſt, vt futurum aliquid præſignaret. Auguſt. contra
Fauſtum Manichæum.
6. Ad reum.
7. Prætectum.
8. Certè nota facta eſt hęc res.
c. Moyſes vel moſes à verbo
Hebræo משה maſah. extra-
here quia de aquis extractus
nomen accepit. In quas ma-
ter ſua expoſuerat pro eius
ſalute. Aug. Stenchus.

9. Adiuuit illas, atque.

10. Rehuel.

11. Et acquieuit Moyſes cohabitare ſecum : dedítque ille Sephoram filiam ſuam Moyſi in.
c. Accepit Aethiopiſſam vxorẽ. Agnoſcite fratres hoc non paruum eſſe myſterium. Aethiopiſſa illa ex gẽtibus erat, cum beatus Moyſes eam duxit vxorem : quia & Chriſtus ex gentibus ſibi ſociaturus erat eccleſiam. Auguſt. Ser. 86. de tempo.
12. Ger.
13. Liberauit.

*Dominus Moyſi in rubo apparens,mittit eum ad filios*
*Iſrael de manu Pharaonis liberandos.* *III.*

MOyſes autem paſcebat oues Iethro ſoceri ſui, ſacerdotis Madian.Cumq́ minaſ- A
ſet gregem ad interiora deſerti,vênit ad montem dei[a]Horeb.[†]Apparuitq́ ei[1]do
minus]in flamma ignis de medio rubi:& videbat quòd rubus[b] arderet,[*] & non
cõbureretur.Dixit ergo Moyſes:Vadam,& videbo viſionem hanc magnam, quare nõ
comburatur rubus.Cernens autem dominus quòd pergeret ad vidẽdum, vocauit eum
de medio rubi,& ait:Moyſes Moyſes.Qui reſpondit:Aſſum. At ille,non appropies,in-
quit,huc.[†♯]Solue calciamentũ de pedibus tuis.Locus enim in quo ſtas,terra ſanẽta eſt B
Et ait:[†]Ego ſum deus patris tui,deus Abraham,& deus Iſaac,& deus Iacob.[†] Abſcondit
Moyſes faciem ſuam.[2]Non enim audebat aſpicere contra deũ.]Cui ait dominus:Vidi
afflictionem populi mei[*]in Aegypto,& clamorem eius audiui,[3]propter duritiam eorũ
qui præſunt operibus:Et ſciens dolorem eius,]deſcendi vt liberem eũ de manibus Ae-
gyptiorum,[♯]& educam de terra illa in terram bonam,& ſpacioſam,in terram quę fluit C
lacte & melle:ad loca Chananæi,& Hethæi,& Amorræi,& Pherezæi,& Heuæi,& Iebu-
ſæi.Clamor ergo filiorũ Iſrael vênit ad me,vidiq́ afflictionem eorum,qua ab Aegyptiis
opprimuntur.Sed[*]veni & mittam te ad Pharaonẽ,vt educas populum meum filios Iſ-
rael de Aegypto.Dixitq́ Moyſes ad deum:[c]Quis ſum ego,vt vadam adPharaonem,&
educam filios Iſrael de Aegypto? Qui dixit ei:Ego ero tecũ, & hoc habebis ſignũ quòd
miſerim te.[♯]Cũ eduxeris populum meum de Aegypto,[4]immolabis deo]ſuper mõtem D
iſtum. Ait Moyſes ad deũ:[d]ecce ego vadam ad filios Iſrael,& dicam eis:Deus patrũ ve-
ſtrorum miſit me ad vos.Si dixerint mihi:quod eſt nomẽ eius?quid dicam eis?Dixit do
min[9] adMoyſen:[e]Ego ſum qui ſum.Ait.Sic dices filiis Iſrael.[5]Qui eſt,]miſit me ad vos.
Dixitq́ iterum deus ad Moyſen:hæc dices filiis Iſrael:Dominus deus patrum veſtrorũ, E
deus Abraham,& deus Iſaac,& deus Iacob,miſit me ad vos.[♯]Hoc nomẽ mihi eſt in æ-
ternum,& hoc memoriale meũ in generatione & generationem. Vade,& cõgrega ſe-
niores Iſrael,& dices ad eos:Dominus deus patrum veſtrorũ apparuit mihi,deus Abra-
hã,& deus Iſaac,& deus Iacob,dicens:[f]Viſitans viſitaui vos,& vidi omnia quæ acci-
derunt vobis in Aegypto,& dixi[6]vt educam vos.]de afflictione Aegypti in terram Cha-
nanæi,& Hethæi,& Amorræi,& Pherezęi,& Heuæi,& Iebuſæi,[♯] ad terram fluentẽ la- F
cte & melle:& audient vocem tuam.Ingredierisq́ tu,& ſeniores Iſrael ad Regẽ Aegy-
pti,&

a. Eſt enim in terra Madian quæ Moſem aduenam cum coniuge & charis liberis qua draginta annis aluit,eſt mons Sinaptius Moſi vocatione per Angelum in flammeo rubi incẽdio,mox & legis diuinæ eodẽ in monte datæ ſtupẽda reuelatione nobilitatus. Cui iunctus mons Horeb per iugarantũm diſſectus. Eſt itaque orientalis Sina, occidentalis verò Horeb: inde vnũ nomine mons dei appellantur, & legem datã nunc in Sina nũc in Horeb ſcriptũ inuenimus, Hic Moſes Iethro ſoceri oues paſcebat dũ dux populi eligitur.
2. Sinai.
1. Angelus domini.
b. Quid flamma niſi legem de qua ſcriptũ eſt, in dextra eius ignea lex:& quid rubus ille niſi Iudaicum populum deſignauit,peccatorum ſuorum ſpinis obſitum? Grego. ſuper Ezech. Hom. 7.
*In igne.
2. Timuit enim aſpicere ad deum.
*Qui eſt.
3. A facie exactorum eius: quoniã cognoui dolores eius, &.
*Nunc.
c. Prima Moyſi excuſatio ex ſua imparitate.
4. Coletis deum.
d. Secunda Moyſi excuſatio ex nominis dei ignoratione.
e. Quod enim dixit de Moyſi: Ego ſum qui ſum : &, Qui eſt miſit me ad vos, diuinitatis ſubſtantiam ſignat. Quia autem dicit, Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac & deus Iacob, myſterium ſuſceptæ incarnationis inſinuat quia de illis ſecundum carnem generatus agnoſceretur. Augu.
5. SVM, vel ERO. Hebræi enim ſæpius præſens pro futuro vſurpant.
6. Faciam vos aſcendere.
f. Hoc modo loquendi vſus eſt, quia Ioſeph moriens ſic prædixerat: Poſt mortem meã deus viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta. vt habetur Gen. 50. Delyra.

Universidad de Deusto Biblioteca

pti,& dices ad eum:Dominus deus Hebræorum[7] vocauit nos.]†Ibimus viam triũ die-
rum in ſolitudinem,vt immolemus domino deo noſtro.[f]Sed ego ſcio quòd nõ dimit
tet vos Rex Ægypti vt eatis,niſi per manũ validam. Extendamq; manum meã,& per-
G cutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis,quæ facturus ſum in medio eorũ:[g]poſt
hoc dimittet vos,daboq; gratiam populo huic coram Ægyptiis.†Et cum egrediemini,
non exibitis vacui:ſed poſtulabit mulier à vicina ſua,& ab hoſpita ſua,vaſa argentea&
aurea,ac veſtes,ponetisq; eas ſuper filios & filias veſtras:& ſpoliabitis Ægyptum.

7.Occurrit nobis.
f. Quid ergo incorrigibilis poſtquã percuſſit Petrus ſatuum pontificis factus eſt paſtor eccleſiæ, ſicut Moyſes poſt percuſſum Aegyptium factus eſt rector illius ſynagoga.Auguſt.contra Fauſt. Manichæum.lib.22.
g. Philoſophi ſiquidem qui vocantur,ſi qua forte verã & fidei noſtræ accommoda dixerunt,maximè Platonici, non ſolum formidanda non ſunt, ſed ab eis etiam tanquam iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrum vendicanda.Aug.de doctri.Chriſtia.lib.2.cap.40.

*Moyſes tribus ſignis à deo acceptis,in Aegyptum cum vxore & liberis proficiſcitur,vxor verò eius circunciſo primogenito diſcedit à Moyſe,Aaron illi occurrit.* IIII.

A REſpondens Moyſes,ait:[a]Non credent mihi, neque audient vocem meam : ſed
dicent:non apparuit tibi dominus.Dixit ergo ad eum:*Quid eſt quod tenes in
manu tua?Reſpõdit:Virga.Dixitq; dominus: Proiice eam in terram. Proiecit,†
&[t]verſa eſt in colubrum,ita vt fugeret Moyſes.]Dixitq; dominus:*Extende manũ tuã,
& apprehende caudam eius.Extendit,[b]& tenuit,verſaq; eſt in virgã.Vt credãt,inquit,]
quòd apparuerit tibi dominus deus patrum tuorũ,de[o] Abraham,& deus Iſaac,& deus
B Iacob.[f]Dixitq; dominus rurſum:Mitte manum tuam in ſinũ tuum. Quam cũ miſiſſet
in ſinum,protulit leproſam inſtar niuis.Retrahe,ait,manum tuam in ſinum tuũ.Retra-
xit,& protulit iterum,&[3]erat ſimilis carni reliquæ.]Si non crediderint,inquit,tibi: neq;
audierint ſermonem ſigni prioris credẽt verbo ſigni ſequẽtis.Quòd ſi nec duobus qui-
dem his ſignis crediderint,neque audierint vocem tuam,ſume aquã fluminis,& effun-
c de eam ſuper aridam,&[4]quicquid]hauſeris de fluuio,vertetur in ſanguinẽ.[f]*Ait Moy
ſes:[b]Obſecro domine non ſum[c]eloquens]ab heri & nudiuſtertius,& ex quo locutus es
ad ſeruum tuum,[6c]impeditioris & tardioris linguæ ſum.]Dixit dominus ad eum:Quis
fecit os hominis?Aut quis fabricatus eſt mutum & ſurdum?videntem & cæcũ?Nonne
ego?]—Perge igitur,&]†ego ero in ore tuo,docebo q; te quid loquaris. At ille, obſecro
domine,inquit,mitte*[d]quem miſſurus es.]Iratus dominus in Moyſen,ait:Aarõ frater
D tuus Leuites,ſcio quòd eloquens ſit.[f]Ecce ipſe egredietur in occurſum tuũ,videnſq; te
lætabitur corde.†Loquere ad eũ,& pone verba mea in ore eius,& ego ero in ore tuo &
in ore illius,& oſtendam vobis quid agere debeatis. Et ipſe loquetur pro te ad populũ,
& erit os tuum,tu autẽ eris ei in[7] iis,quæ ad deum pertinent.]Virgam quoque hanc ſu-
me in manu tua,in qua facturus es ſigna. Abiit Moyſes,& reuerſus eſt ad[e] Iethro ſocerũ
ſuum.Dixitque ei:†Vadam,& reuertar ad fratres meos in Ægyptum, vt videam ſi ad-
E huc viuant.[f]Cui ait Iethro:Vade in pace. Dixit ergo dominus ad Moyſen in Madian:
†Vade,& reuertere in Ægyptum:Mortui enim ſunt omnes qui quærebant animã tuã.
Tulit ergo Moyſes vxorem ſuã,& filios ſuos,& impoſuit eos ſuper aſinum, reuerſuſq;
eſt in Ægyptum,portans virgam dei in manu ſua.Dixitq; ei dominus[8]reuertenti in Æ-
gyptum:Vide,vt omnia]oſtenta quæ poſui in manu tua,facias coram Pharaone.[f]Ego
F indurabo cor eius,& nõ dimittet populũ.Dicéſque ad eum:[f]Hæc dicit dominus:Filius
meus primogenitus Iſrael.Dixi tibi:Dimitte filium meum,vt ſeruiat mihi : & noluiſti
dimittere eũ. Ecce ego interficiam filiũ tuum primogenitum. Cumq; eſſet in itinere in
diuerſorio,occurrit ei dominus,& volebat occidere eũ.[5]Tulit illico Sephora]—acutiſſi-
mam]petram,& circuncidit præpucium filij ſui.Tetigitq; pedes eius,& ait:Spõſus ſan-
guinum tu mihi es.Et dimiſit eũ poſtquam dixerat,ſpõſus ſanguinũ tu mihi es, ob cir-
G cunciſionem.Dixitque dominus ad Aaron:[f]Vade in occurſum Moyſi,in deſertũ.Qui
perrexit obuiam ei in montem dei,& oſculatus eſt eum. Narrauitque Moyſes Aarõ om-
nia verba domini,[9]pro quibus]miſerat eum,& ſigna quæ mandauerat.Venerũntque ſi
mul,& congregauerunt cunctos ſeniores filiorum Iſrael.Locutúſque eſt ad Aaron om
nia verba,quæ dixerat dominus ad Moyſen:& fecit ſigna coram populo,& credidit po
pulus.Audierũntq;[h]quòd viſitaſſet dominus filios Iſrael,& quòd reſpexiſſet afflictionẽ
illorum,&[10] proni adorauerunt.]

2. Tertia Moyſi excuſatio ex populi incredulitate.
*Dominus.

1.Factus eſt ſerpens, fugitque Moyſes à conſpectu eius.
*Ad Moyſen.
2. Manum ſuam,& apprehendit illum,factuſque eſt in manu eius virga.Ob eam rẽ( inquit)credituri ſunt tibi.

3. Ecce reuerſa eſt ſicut caro eius.

4.Aqua quam.
*In aridã.
b.Quarta Moyſi excuſatio ex impeditiori lingua.
5.Vir ſermonum.
6.c. Os graue,& lingua grauis eſt mihi?Hoc eſt,Poſtquã verba vitæ à te audio confuſum me in prioribus verbis agnoſco.Greg.Homil.8.ſuper Ezechiel.
*Nunc per manum illius,ſcilicet alium.
d. Me digniorem iuxta beneplacitum tuum.

7.Deum.
e.Socer Moyſi fertur ſeptem habuiſſe nomina, Raguel ſiue Rehuel,Iether,Iethro, Cinæus,Hobab,Heber,Phutiel.

8.Cum reuerſus fueris in Aegyptum,vide vt omnia,&c.
f.Obdurare per iuſticiam dicitur deus,quando cor reprobum per gratiam non emollit: ſed oobdurati permittit: Non enim cor peccantis dominus obdurat,ſed obdurare dicitur, cum ab obdurationis non liberat.Greg.lib.11. Moral.cap.7.
g.Cæterũ Sephora arbitrabatur iram motam mimini propter infantem cuius præputium non erat reſectum. Sepe enim audierat Moyſen dicentem hunc eſſe quaſi peculiarem ſuæ gentis morem, vt maſculorũ ampuarentur præputia. Proco.ibi.
9.Qui.
h. Viſitatio domini multiplex.Prima condemnationis. Hiere.8. In tempore viſitationis ſuæ corruent. Secũda correctionis.Pſal.88.Viſitabo in virga iniquitates eorũ.Tertia conſolationis vt hic,& Luc.1 Viſitauit nos oriens ex alto. S.Tho.ſuper Iſaiæ cap.8.
10.Inclinauerunt verticem.

*Moyſes &*

*Moyſes & Aaron apud Pharaonem dei legatione funguntur: quam contemnens grauius premit Iſraelitas ad dominum conquerentes.* V.

1. Neque enim mendaciter deus iubet quod scit non facturum cui iubetur, vt iussũ iudicium consequatur. Aug. super Exod. lib. 2. cap. 15.

POſt hæc ingreſsi ſunt Moyſes & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hæc dicit dominus deus Iſrael: [2]Dimitte populum meum, vt [1]ſacrificet] mihi in deſerto. At ille reſpondit: Quis eſt dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael? Neſcio dominum, & Iſrael non dimittam. Dixerũtq; [†] Deus Hebræorũ [2] vocauit nos, ]vt eam [9b] viã trium dierũ in ſolitudinem, & ſacrificem [9] domino deo noſtro, ne fortè [3] accidat nobis peſtis, aut gladius.] Ait ad eos Rex Ægypti: Quare Moyſes & Aaron [4] ſolicitatis] populum operibus ſuis? Ite ad onera veſtra. Dixitq; Pharao: Multus eſt populus terræ. [5] Videtis quòd turba ſuccreuerit, quantomagis ſi dederitis eis requiẽ ab operibus?] [6] Præcepit ergo in die illo [6] præfectis operum, & exactoribus populi, ]dicens: Nequaquam vltra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, ſicut [7] prius: ]ſed ipſi vadant, & colligant ſtipulas, [8] & mẽſurã ]laterũ quam prius faciebãt, imponetis ſuper eos, nec minuetis quicquam. Vacãt enim, & idcirco vociferantur, dicẽtes: Eamus, & ſacrificemus deo noſtro. * Opprimantur operibus, & expleant ea: ]vt nõ acquieſcant verbis mendacibus. Igitur egreſsi præfecti operum, & exactores ad populum, dixerũt: Sic dicit Pharao: Non do vobis paleas: Ite, & colligite ſicubi inuenire poteritis, nec minuetur quicquam de opere veſtro. [9] Diſperſusq; eſt populus in omnem terram Ægypti ad colligendas [10] paleas. Præfecti quoque operum inſtabãt, ]dicẽtes: Complete opus veſtrum [11] quotidie, vt prius facere ſolebatis, quando dabantur vobis paleæ. ]Flagellatiq; ſunt qui præerant operib⁹ filiorum Iſrael [12] ab exactoribus Pharaonis, dicentibus: ]Quare non impleſtis [13] menſuram laterum ſicut prius, nec heri nec hodie? ]Veneruntq; præpoſiti filiorũ Iſrael, & vociferati ſunt ad Pharaonem, dicentes: Cur ita agis cõtra ſeruos tuos? Paleæ non dantur nobis, & lateres ſimiliter imperãtur. En famuli tui flagellis cædimur, & [14] iniuſtè agitur] cõtra populum tuum. Qui ait: Vacatis [15] ocio, ]& idcirco dicitis: Eamus, & ſacrificem [9] domino. * Ite ergo, & operamini. Paleæ nõ dabuntur vobis, & reddetis conſuetum numerum laterum. [16] Videbantq; ſe præpoſiti filiorum Iſrael in malum, eo quòd diceretur eis: non minuetur quicquam operis de lateribus per ſingulos dies. ]Occurreruntq; Moyſi & Aaró qui ſtabant ex aduerſo egredientes à Pharaone, & dixerunt ad eos: Videat dominus, * & iudicet: quoniam fœtere feciſtis odorem noſtrũ coram Pharaone & ſeruis eius, & præbuiſtis ei gladiũ, vt occideret nos. Reuerſusq; eſt Moyſes ad dominum, & ait: Domine, [c] cur afflixiſti populũ iſtũ? Quare miſiſti me? Ex eo enim quo ingreſſus ſum ad Pharaonem, vt loquerer ex nomine tuo, afflixit populum tuum, & non liberaſti eos.

1. Feſtiuẽt, ſiue feſta celebrẽt.
2. Occurrite nobis.
b. Non volebat princeps huius mũdi exercitum domini triũ dierum ſacramenta cognoſcere: illa vtique ſacramenta de quibus prophęta Hoſe. dixit. 6. cap. Viuificabit nos poſt duos dies, In die tertia ſuſcitabit nos. Prima dies paſſio domini ſaluatoris eſt. Secunda, qua deſcendit ad infernũ. Tertia autẽ reſurrectionis eſt dies. Aug. Ser. 90. de Tempo.
3. Occurrat nobis in peſte aut in gladio.
4. Abſtrahitis.
5. Et vos ceſſate facitis ab operibus ſuis.
6. Exactoribus qui erant in populo, atque præfectis eius.
7. Heri & nudiuſtertius.
8. Sed & ſummam.
9. Aggrauetur ſeruitus ſuper vitos, qua ſe exerceant.
10. Stipulas pro paleis. Exactores quoque vrgebant eos.
11. Rẽ diei in die ſuo, perinde ac ſi eſſent paleæ.
12. Quos conſtituerunt ſuper eos exactores Pharaonis, dicẽtes.
13. Statum veſtrum in lateribus conficiendis, ſicut heri & nudiuſtertius, ſicut ſamptidẽ hodie.
14. Peccatur.
ǂ. Et ocio torpetis.
16. Et intuiti ſunt præfecti filiorum Iſrael illos, cum malo ſcilicet aſpectu, dicentes: Nihil minuetis de lateribus veſtris de die in diem.
*Super vos.
c. Non contumaciæ verba ſunt vel indignationis, ſed interrogationis & orationis. Quod ex illis apparet quæ dominus reſpondet. Aug. Quæſt. 14. ſuper Exod.

*Conſolatur deus Iſraelitas terræ Chanáan promiſsione, recenſétque Simeonis, Ruben, & Leui genealogiam vſque ad Moyſen.* VI.

DIxitq; dominus ad Moyſen: Nunc videbis quæ facturus ſum Pharaoni. Per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robuſta eiiciet illos de terra ſua. Locutúſq; eſt dominus ad Moyſen, dicẽs: Ego dominus, qui apparui Abrahã, Iſaac, & Iacob, in deo omnipotente: & [1] nomen meum Adonái [a] non indicaui eis.] Pepigiq́ue fœdus cum eis, vt darem eis terram Chanáan, terram peregrinationis eorũ, in qua fuerunt aduenæ. Ego audiui gemitum filiorum Iſrael, quo Ægyptij oppreſſerunt eos, & recordatus ſum pacti mei. Ideo dic filiis Iſrael: Ego dominus, qui educam vos de [a] ergaſtulo ]Ægyptiorum, & eruam de ſeruitute, ac redimam in brachio excelſo, & iudiciis magnis: & aſſumã vos mihi in populũ, & ero veſter deus: Et ſcietis quia ego ſum dominus deus veſter, qui eduxerim vos de ergaſtulo Ægyptiorum, * & induxerim vos in terrã, ſuper quam leuaui manũ meã, vt darem eam Abraham, Iſaac, & Iacob: dabóq; illã poſſidendã vobis, ego dominus. Narrauit ergo Moyſes * omnia filiis Iſrael: [b] qui nõ acquieuerunt ei, propter anguſtiam ſpiritus, & [3] opus duriſsimum.] Locutúſq; eſt dominus ad Moyſen, dicẽs: Ingredere, & loquere ad Pharaonem Regem Ægypti, vt dimittat filios Iſrael de terra ſua. Reſponditq; Moyſes coram domino: Ecce filij Iſrael nõ audiunt me. Et quo modo audiet Pharao? præſertim cũ incircũciſus ſim labiis? Locutuſq; eſt dominus

ad Moyſen

1. In nomine meo Adonai nõ ſum cognitus illis. Hoc eſt diſtinctam diuini nominis noticiam, licet confuſam, priſci patres non habuerunt.
a. Ecce plus Moyſi quàm Abrahæ innotuit, qui agnouit quod Abraham nõ nouerat. Greg. Hom. 16. ſuper Ezech. Nomen dei eſt apud Hebræos quod generaliter interpretatur dominus, quòd cunctæ dominetur creaturæ. Et eſt vnum de decem dei nominibus teſte Hieronymo. ſuper Ezechielem cap. 6.
2. Oneribus, & infra.
*In hunc modum.
3. Propter duram ſeruitutem.
b. Hæc videlicet à Domino pro conſolatione dicta, vel mandata fuerant: At illi perfectæ fidei ſpem non habẽtes firmam, gemebant ſub afflictione inimicorum, & ideirco non acquieuerunt. Ruperus ibid.

ad Moyſen & Aaron,& dedit mandatum ad filios Iſrael,& ad Pharaonē Regē Ægypti,vt educerent filios Iſrael de terra Aegypti.† Iſti ſunt principes domorū per familias
c ſuas:]Filij[b]Ruben primogeniti Iſraelis:Enoch & Phallu,Eſrom,& Charmi.[5]Hę cognationes Ruben.Filij Simeō:Iamuel,& Iamin,& Sami,]& Ahod,& Iachim,& Socher, & Saul filius Chanaanitidis.Hæ progenies Simeon.Et hæc nomina filiorū Leui per cognationes ſuas:Gerſon,& Caath,& Merari.Anni autem vitæ Leui fuerūt centūtriginta ſeptem.† Filij Gerſon:Lobni,& Semei per cognationes ſuas.Filij Caath:Amram, & Yſuar,& Hebron,& Oziel.Anni quoque vitæ Caath centūtrigintatres.Filij Merari: Moholi & Muſi.Hæ cognationes Leui per familias ſuas.Accepit autem Amrā vxorem[c]Iochabeth,[5]patruelem ]ſuam:quæ peperit ei Aaron,& Moyſen,& Mariam.Fuerūtq; anni
D vite Amram centumtrigintaſeptem.Filij quoque Yſuar:Chore, & Napheg,& Zechri. Filij quoque Oziel:Miſael,& Eliſaphan,& Sechri.†[6]Accepit autem Aarō vxorē[d]Eliſabeth,filiam Aminadab,ſororem Naaſon:quæ peperit ei Nadab,& Abiu,& Eleazar, & Ithamar.Filij quoque Chore: Aſſer,& Helchana,& Abiaſab.Hæ ſunt cognationesChoritarum.† At verò Eleazar filius Aarō accepit vxorem de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phinees.[6]Hi ſunt principes familiarum Leuiticarū per cognationes ſuas.[e]Iſte eſt Aaron & Moyſes quibus præcepit dominus vt educerēt filios Iſrael,de terra Aegypti per turmas ſuas.Hi ſunt qui loquuntur ad Pharaonē Regem Aegypti,vt educāt filios Iſrael de Aegypto.[7]Iſte eſt Moyſes & Aaron,in die ]qua locutus eſt dominus ad Moyſen in terra Aegypti.Et locutus eſt dominus ad Moyſen,dicēs:Ego dominus.Loquere adPharaonem Regem Aegypti omnia quę loquor tibi.Et ait Moyſes coram domino: En incircunciſus labiis ſum.Quo modo audiet me Pharao?

4. Iſta ſunt capita domui patrum ſuorum.
b. Nota verò quòd non ponit hic omnes duodecim tribus,ſed tres tantum, vt ad ſequi qui tertius fuit,veniat, & vt ab eo oſtēdat veniſſe Moyſen & Aaron, de quibus in præſenti agitur,pro quib⁹ hoc totum dicitur.Hugo de S. Victore.

c. Iochabeth filia Leui quam genuit in Aegypto, hæc genuit viro ſuo Amram filio Caath fratris ſui,Aarō, Moyſen,& Mariam. Nu.26.
5. Amitam,ſcilicet filiam Leui & ſororē Caath patris ſui.
d. De tribu Iuda. Vnde poſtea ambæ ſunt permixtæ tribus.

6. Et hæc ſunt capita patrum Leuitarum.
e. Notandum autē quia primo ſic dicit.Iſte eſt Aaron & Moyſes.deinde paulò inferi⁹ prælocatur, dicens: Iſte eſt Moyſes & Aaron. Natiuitatis nanque ordine Aaron,vocatione autem vel adminiſtrationis priuilegio Moyſes prior eſt apud deum.Rupertus.ibid.
7. Ipſe eſt Moyſes & Aaron. Hic factum eſt in die.

*Induratus Pharao ob virgæ in ſerpentem conuerſionem,& aquarum in ſanguinem quod ſui malefici feciſſent,populum Iſrael dimittere noluit.* VII.

A [1]Dixitq; dominus ad Moyſen:Ecce conſtitui te deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit[a]Propheta tuus.† Tu loquêris ei omnia quæ[1]mādo tibi, & ille ]loquetur ad Pharaonem:vt dimittat filios Iſrael de terra ſua.Sed ego indurabo cor[2]eius, ] & multiplicabo ſigna & oſtenta mea in terra Aegypti:& nō audiet vos.Immittámque manum meam ſuper Aegyptum,& educam exercitum meum, & populum meū filios Iſrael de terra Aegypti,[b]per iudicia maxima:& ſcient Aegyptij,quia ego ſum domin⁹,[3] qui extenderim ]manum meam ſuper Aegyptum, & eduxerim filios Iſrael de medio eorum.Fecit itaque Moyſes & Aaron,ſicut præceperat dominus,ita egerunt. Erat autē Moyſes octoginta annorum,& Aaron octogintatrium,quando locuti ſunt adPharaonem.[5]Dixitq; dominus ad Moyſen & Aaron:Cum dixerit vobis Pharao,[4]oſtendite nō
B bis ſigna:]dices ad Aarō:Tolle virgam tuam,& proiice eam coram Pharaone,ac vertetur in colubrum.Ingreſſi itaque Moyſes & Aaron ad Pharaonem,fecerunt ſicut præceperat dominus.†[7]Tulitq; ]Aaron virgam coramPharaone & ſeruis eius,quę verſa eſt in colubrum.† Vocauit autem Pharao[c]ſapientes & maleficos,& fecerūt etiam ipſi[6]per incantationes Aegyptiacas & arcana quædā,]ſimiliter.Proieceruntq; ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones.Sed[d]deuorauit virga Aaron virgas eorum.Induratumq; eſt cor Pharaonis,& nō audiuit eos ſicut præceperat dominus. Dixit autem dominus ad
C Moyſen:† Ingrauatum eſt cor Pharaonis,& nō vult dimittere populum.[8]Vade ad eum mane:ecce,†egredietur ad aquas,& ſtabis in occurſum eius ſuper ripam fluminis,& virgam quæ cōuerſa eſt in draconem,tolles in manu tua,diceſq; ad eū: Dominus de[9] Hebræorum miſit me ad te,dicens:† Dimitte populum meū,vt ſacrificet mihi in deſerto: & vſque ad preſens audire me noluiſti.Hæc igitur dicit domin⁹:In hoc ſcies,quòd ſim dominus:ecce,percutiā virga quæ in manu mea eſt,aquam fluminis,& vertetur in ſanguinem.† Piſces quoque qui ſunt in fluuio,morientur:&[7]computreſcēt ]aquæ:&[8]affligentur Aegyptij bibentes ] aquā fluminis. Dixit quoque dominus ad Moyſen:Dic ad Aarō:[c]Tolle virgam tuam,& extēde manū tuam ſuper aquas Ægypti, & ſuper fluuios eorum,& riuos & paludes,& omnes lacus aquarū,vt vertantur in ſanguinē,& ſit cruor in omni

a. Propheta dei nil aliud eſt niſi enunciator verborū dei hominibus, qui deū vel non poſſunt vel non merentur audire.Aug.q.17.ſuper Exod.
1. Mandauero tibi, & Aaron frater tuus.
2. Pharaonis.

b. Non quòd duritiam ipſe contulerit,ſed quòd exigentibus eius meritis nulla illud deſuper infuſa mitigauit ſenſibilitate molliuit.Grego.
3. Cum extendero.

4. Ponite pro vobis prodigiū.

5. Profecitq;.
c. De quib. Paul.2.Timo.3. Quemadmodum Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ſic & hi reſiſtunt veritati. Hi autem qui per ipſam corruptionem mētis inquietiſſimi fuerunt,in ſigno tertio defecerūt fatentes ſibi aduerſum eſſe ſpiritum ſanctum qui erat in Moyſe.Iſido.in Exod. ca.13.
6. Magi Aegypti incantationibus ſuis.
d. Quo modo enī ſignis dei, quæ operabatur per Moyſen, Magi ſuis reſiſtere mendaciis & virga Moyſi deuorauit virgas eorum: ita mēdacium Antichriſti, Chriſti veritas deuorabit.Hieron. quæſt.2. ad Algaſiam.
7. Fœtebunt.
8. Moleſtabuntur Aegyptij ad bibendum.
e. Hinc etiam ſoluitur dubitatio vbi nati fuerint magi aquam,quam in alium tranſferrent ſpeciem. Procop.ibid.

f. Prima plaga sã guinis.

g Quod aquæ fluminis vertũtur in sanguinem, saris conueniens aptatur, vt is fluuius cui Hebræorũ paruulos crudeli nece tradiderãt authorio, cruoris poculũ sanguinis redderet, & cruorem polluti gurgitis, quem parricidali cæde maculauerant, potãdo sentirent. Orige. ibi.
Sed cuc ista miracula etiã magicis artibus fiunt hæc autem fiunt vel ad fallendos fallaces, vel ad admonendos fideles, ne tale quid pro magno facere desiderent. Aug. de tri. lib. 3. ca. 7.
9 Loquutus fuerat.
10. Ad hoc.
a. Oderant ergo Aegyptij immolata sacrificia, id est, perfecta studia virtutum, & plena disciplinæ. Quod ergo vitiosi oderunt, hoc apud bonos synceru ac pium est. Opus virtutis detestatur luxuriosus helluo, refugit Aegyptius. Amb. Epist. 4.
1. Seruiat.
2. Concubitus cubilis tui.
3. Cibos tuos.
* Cum virga tua.
4. Stagna.

b. Secunda plaga ranarum.

* Suam.

1. Gloriare super me, & dic hoc est.
c. Gloriari potestis sup precibus meis, super ranarũ ablatione magis quàm precibus magorum tuorum.
d. Secunda verò plaga in qua inducuntur ranæ, iudicati figuraliter arbitror carmina poetarum qui inani quadam & inflata modulatione velut ranarum sonis & cantibus similes huic mundo deceptionis fabulas intulerunt. Aug. Serm. 87. de Tempo.
6. Propter ipsas ranas quas posuit propter Pharaonem.
7. Attis.
8. Aceruos, & fœtuit.
9. Pediculi, & infra.

c. Tertia plaga cyniphium.

10. Et conati sunt facere.
f. Digitus dei est iste, quo tabulæ lapideæ scriptæ sunt in monte Sina. Si igitur manus & brachium dei, filius est, & digitus eius spiritus sanctus, patris & filij & spiritus sancti vna substantia est: nõ te scandalizet membrorum inæqualitas, cum ædificet vnitas corporis. Hieron. super 12. cap. Matth.
11. Seruiant.
12. g. Ferarum, scilicet tam venenosarum, quàm rapacium, vt serpentiũ, draconum, leonũm, luporũ, pardorum, scorpionum, & huiusmodi, secũdum Rabinos Hebræos.
h. Ipse solus non per Aaron, vel Moysen mediante virga, ne virtus maleficæ ineſſe virgæ putetur.

i. Quarta plaga muscarum vel ferarum.

13. Commixtio omnigena, scilicet tam animalium quàm muscarum hominibus & iumentis noxiarum.

14. Non est rectum.

15. Abominationes Aegypti

in omni terra Aegypti, tã in ligneis vasis quàm in saxeis. ꝯf Feceruntq; Moyses & Aarõ, sicut præceperat dominus: ꝯg & eleuans virgam percussit aquam fluminis cum Pharaone & seruis eius: quæ versa est in sanguinem, & pisces qui erant in flumine, mortui sunt. Cõputruitq; fluuius, & non poterant Aegyptij bibere aquam fluminis: † & fuit sanguis in tota terra Aegypti. † d Feceruntq; similiter malefici Aegyptiorũ incantationibus suis. Et induratum est cor Pharaonis, nec audiuit eos, sicut [9] præceperat] dominus. Auertitq; se, & ingressus est domum suam, nec apposuit cor etiam [10] hac vice. ] Foderunt autem omnes Aegyptij per circuitum fluminis aquam, vt biberent. Non enim poterant bibere aquam fluminis. Impletiq; sunt septem dies, postquam percussit dominus fluuium.

*Pharaonis pertinacia Aegyptum ranis, pediculis, & muscis vexare coegit.* VIII.

DIxit quoque dominus ad Moysen: ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum: A
Hæc dicit dominus: Dimitte populum meum, [a] vt [1] sacrificet] mihi. Si autem nolueris dimittere: ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis, & ebulliet fluuius ranas, quæ ascendent & ingredientur domum tuam, & [2] cubiculũ lectuli tui, ] & super stratum tuum, & in domos seruorũ tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in [3] reliquias ciborum tuorum, ] & ad te & ad populum tuũ, & ad omnes seruos tuos, intrabunt ranæ. Dixitq; dominus ad Moysen: Dic ad Aaron: † Extende manum tuã * super fluuios, & super riuos, & [4] paludes, & educ ranas super terram Aegypti. ꝯb Et extendit Aaron manum * super aquas Aegypti, & ascenderunt ranæ: operueruntq; terrã Aegypti. † Fecerunt autem & malefici per incantationes suas, similiter: † eduxeruntq; ranas super terram Aegypti. Vocauit autem Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis: Orate dominum vt auferat ranas à me & à populo meo, & dimittam populũ, vt sacrificet domino. Dixitq; Moyses ad Pharaonem: [5 c] Constitue mihi] quando deprecer pro te, & pro seruis tuis, & pro populo tuo, [d] vt abigãtur ranæ à te, & à domo tua, [6] — & à seruis tuis, & à populo tuo: & tantum in flumine remaneant. Qui respõdit: Cras. At ille iuxta, inquit, verbum tuum faciam, vt scias quoniam nõ est sicut dominus deus noster, & recedẽt ranæ à te, & à domo tua, & à seruis tuis, & à populo tuo: & tantũ in flumine remanebũt. ꝯc B
Egressiq; sunt Moyses & Aarõ à Pharaone, & clamauit Moyses ad dominum [e] pro sponsione ranarum, quam cõdixerat Pharaoni. Fecitq; dominus iuxta verbũ Moysi, & mortuæ sunt ranæ de domibus, & de [7] villis, ] & de agris. Congregauerũntq; eas in immẽsos [8] aggeres, & computruit] terra. Vidẽs autem Pharao quòd data esset requies, ingrauauit cor suũ, & non audiuit eos, sicut præceperat dominus. Dixitq; dominus ad Moysen: Loquere ad Aarõ: Extende virgam tuam, & percute puluerem terræ, & sint [9] cyniphes] in vniuersa terra Aegypti. Feceruntq; ita. † c Et extendit Aarõ manum virgam tenens, percussitq; puluerem terræ, & facti sunt cyniphes in hominibus & in iumẽtis. ꝯf Omnis pulueris terræ versus est in cyniphes per totam terram Aegypti. [10] Feceruntq; ] similiter malefici incantationibus suis, vt educerent cyniphes, & nõ potuerunt. Erantq; cyniphes tã in hominibus quàm in iumentis. Et dixerunt malefici ad Pharaonẽ: [f] Digitus dei est hic. Induratumq; est cor Pharaonis, & nõ audiuit eos, sicut præceperat dominus. Dixit quoque domin[9] ad Moysen: Cõsurge diluculo, & sta coram Pharaone, Egredietur enim ad aquas. Et dices ad eum: Hæc dicit domin[9]: Dimitte populum meum vt [11] sacrificet] mihi. Quòd si nõ dimiseris eum, † ecce ego mittam in te, & in seruos tuos, & in populũ tuum, & in domos tuas, omne genus [12 g] muscarum: ] & implebuntur omnes domus Aegyptiorum muscis diuersi generis, & vniuersa terra in qua fuerint. ꝯ Faciamq; mirabilẽ in die illa terram Gessen, in qua popul[9] meus est, vt nõ sint ibi muscæ: & scias quoniã ego dominus in medio terræ: ponamq; diuisionem inter populum meum & populũ tuũ. Cras erit signum istud. Fecitq; [h] dominus ita. † [1] Et venit [13] musca grauissima in domos Pharaonis, & seruorum ei[9], & in omnem terram Aegypti: corruptaq; est terra ab huiusce modi muscis. Vocauitq; Pharao Moysen & Aarõ, & ait eis: Ite, & sacrificate deo vestro in terra hac. Et ait Moyses: [14] Non potest] ita fieri. Abominationes enim Aegyptiorũ immolabimus domino deo nostro? Quòd si mactauerimus [15] ea quæ colunt Aegyptij, ] coram eis, lapidibus

eis,lapidibus nos obruĕt. †§ Viam trium dierum pergemus in ſolitudinẽ, & ſacrificabimus domino deo noſtro †ſicut præcepit nobis.Dixitq; Pharao:Ego dimittam vos,vt ſacrificetis domino deo veſtro in deſerto,veruntamen lõgius ne abeatis.Rogate pro me: Et ait Moyſes:k Egreſſus à te orabo dominũ,& recedet[16] muſca]à Pharaone,& à ſeruis ſuis,& à populo eius cras. Veruntamen noli vltra fallere,vt nõ dimittas populũ ſacrificare domino.Egreſſuſq; Moyſes à Pharaone,orauit dominũ.[17] Qui]fecit iuxta verbum illius,& abſtulit muſcas à Pharaone,& à ſeruis ſuis,& à populo eius. Nõ ſuperfuit nec vna quidem.Et ingrauatum eſt cor Pharaonis,ita vt nec hac quidẽ vice dimitteret populũ.

16. Commixtio,vel mixtura; & infra.

17. Fit dominus.

K. In illo prædicandũ quod à fraudis conſortio temperauerit,inhoc mirabile,quoniã diuinitus intenta ſupplicia virtute propria etiam ab hoſte deterſerit. Ambro. lib. 3. officiorum cap. 14.

*Animalium peſte, vlceribus, tonitru, & grandine vexata Aegypto annuit Pharao liberationi: poſt Moyſi verò orationem induratus renuit.* IX.

1. Seruiant.
2. Gregẽ tuũ, per agros tuos.
3. Pecora.

A Dixit autem dominus ad Moyſen,Ingredere ad Pharaonem,& loquere ad eum: Hæc dicit dominus deus Hebræorum:Dimitte populum meum, vt[1] ſacrificet] mihi. Quòd ſi adhuc renuis,& retines eos,ecce manus mea erit ſuper[2] agros tuos]& ſuper equos,& aſinos,& camelos,& oues,& boues,peſtis valde grauis. Et faciet domin[9] mirabile inter[3] poſſeſsiones]Iſrael & poſſeſsiones Ægyptiorum,vt nil omnino pereat ex iis,quæ pertinent ad filios Iſrael.Conſtituitq; dominus tẽpus,dicens:Cras faciet dominus verbũ iſtud in terra. [a]Fecit ergo dominus verbum hoc altera die,& mortua ſunt[b] omnia animantia Ægyptiorum. De animalibus verò filiorũ Iſrael nihil omnino periit. B §Et miſit Pharao ad vidẽdum,nec erat quicquam mortuum de iis quæ poſſidebat Iſrael. [c]Ingrauatumq; eſt cor Pharaonis,& nõ dimiſit populum.Et dixit dominus[9] ad Moyſen,& Aaron:Tollite plenas manus[4] cineris de camino,]& ſpargat illum Moyſes in cœlum coram Pharaone,ſitq; puluis ſuper omnem terram Ægypti: Erunt enĩ in hominibus,& iumẽtis, vlcera & veſicæ turgẽtes,in vniuerſa terra Ægypti. Tuleruntq; cinerem de camino,& ſteterunt coram Pharaone,& ſparſit illum Moyſes in cœlũ. [d]Factaq; ſunt vlcera veſicarum turgentiũ in hominibus,& iumentis, nec poterant malefici ſtare coram Moyſe propter[5] vulnera,]quæ in illis erant:& in [6]omni terra Aegypti.] Indurauitq; dominus cor Pharaonis,& nõ audiuit eos ſicut locutus eſt dominus ad Moyſen. C §Dixitq; dominus ad Moyſen: †Mane conſurge,& ſta coram Pharaone,& dices ad eum:Hæc dicit dominus deus Hebræorum:Dimitte populum meũ,vt[7] ſacrificet]mihi: quia in hac vice mittã omnes plagas meas ſuper cor tuũ,& ſuper ſeruos tuos,& ſuper populum tuum,vt ſcias quòd non ſit ſimilis mei in omni terra. [e]Nũc enim extendens manum,percutiam te,& populum tuum peſte:peribiſq; de terra. †Ideirco autẽ poſui te, vt oſtendam in te fortitudinem meam,& narretur nomen meũ in omni terra. Adhuc[8] retines]populum meum,& non vis eũ dimittere? En pluam cras hac ipſa hora grandinẽ multam nimis,qualis nõ fuit in Aegypto,à die qua fundata eſt,vſque in præſens tẽpus. D §Mitte ergo iã nunc,& cõgrega [f]iumẽta tua,& omnia quæ habes in agro. Homines enĩ & iumẽta,& vniuerſa quæ inuenta fuerint foris,nec congregata[9] de agris,]ceciderítq; ſuper ea grando,morientur. Qui timuit verbum domini de ſeruis Pharaonis,fecit conſurgere ſeruos ſuos,& iumenta in domos:qui autem[10] neglexit]ſermonem domini,dimiſit ſeruos ſuos,& iumenta in agris. Et dixit dominus ad Moyſen: Extende manũ tuã in cœlum,vt fiat grando in vniuerſa terra Aegypti,ſuper homines,& ſuper iumenta,& ſuper omnem herbam agri,in terra Aegypti. †§Extẽditq; Moyſes virgam in cœlum, & dominus dedit tonitrua,& grandinem,ac[11] diſcurrentia fulgura]ſuper terram. § Pluitq; dominus grandinem ſuper terram Aegypti,&[12] grando & ignis mixta pariter ferebantur.]Tantæq; fuit magnitudinis,quanta antè nunquã apparuit in vniuerſa terra Aegypti,ex quo gẽs illa cõdita eſt. Et[h] percuſsit grãdo in omni terra Aegypti,cuncta quæ fuerunt in agris,ab homine vſq; ad iumentum:Cunctamq; herbam agri percuſsit grando, & omne lignum regionis confregit. Tantum in terra Geſſen,vbi erãt filij Iſrael,grando non cecidit. Miſitq; Pharao,& vocauit Moyſen & Aaron,dicens ad eos: peccaui etiam nunc. Dominus iuſtus,& ego & populus meus impij. Orate dominũ,vt deſinant tonitrua dei,& grando:vt dimittã vos,& nequaquam hic vltrà maneatis. § Ait Moyſes: Cũ egreſſus

a. Quinta plaga peſtis.

b. Vel ſola quæ in agris erant, vel animãtia multa quæ omnia erant Aegyptiorũ. Aliàs nullũ relinqueretur ſequentibus plagis afficiendum. vel cum dicitur omnia animantia,intelligitur de omni genere vel ſpecie animantium aliqua fuiſſe mortua: vt dicitur Acto. 10. de beato Petro, quòd viderit vas deſcendere de cœlo velut linteũ magnũ. In quo erant omnia quadrupedia & ſerpentia terræ,& volatilia cœli.

c. Quid ergo cor graue vel durum? Ipſum eſt quod nec cõpunctione ſcinditur, nec precibus mollitur: nec mouetur precibus miniſtri: nec cedit: flagellis duratur. Ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia infidum,ad iudicia ſanum,inuerecundum ad turpia,impauidum ad pericula, inhumanũ ad humana, temeratiũ ad diuina. Bernar. De conſyderatione.

4. De Fuilla fornacis.

d. Sexta plaga vlcerum.

5. Apoſtemata,vel vlcera.
6. Omnibus Aegyptiis.
7. Seruiant.

e. Nouit ergo deus bene vti malis,in quibus tamen humanam naturam non ad malum creat, ſed eos perfert patienter quouſque ſcit oportere. Aug. quæſt. 32. ſuper Exod.

8. Tu te eleuas? ſt.

f. Illud eſt quòd merito mouet, quibus nunc pecoribus conſulatur, ſi omnia mortua fuerant plaga ſuperiore: ſed plaga ſuperiõr intelligi poteſt de his pecoribus quæ remanſerant in campo, iſta verò etiam de his quæ in domibus collecta fuerant. Aug. quæſt. 35. ſuper Exod.

9. Intro domum.
10. Non poſuit cor ſuum ad.

g. Septima plaga grandinis.

11. Diſcurrit ignis.
12. Fuit grando, atque ignis intra grandinẽ recẽſitus, grauiſſima quidem.

h. Cũ Aegyptus in ipſa hyeme ver agat, neque pannis niueis ſeratur, ſubito tamen aer ille tenuis & temperatus naturam ſuam propemodũ induit, vt quæcunque iam referre inceperant, lædantur. Philo Iudæus.

Sap. 16 c. & 9. d. Aggei. 2. c. 1. 9. 4. Eccleſia. 3. Item peccato Aegyptiorum.

egreſſus fuero de vrbe,extendam palmas meas ad dominum,& ceſſabunt tonitrua, & grando non erit:vt ſcias quia domini eſt terra.Noui autem quòd & tu & ſerui tui nec-
dum[1]timeatis[13]dominum deum.]Linum ergo & hordeũ læſum eſt:eo quòd hordeum eſſet virens,& linum iam folliculos germinaret.Triticum autẽ & far non ſunt læſa:quia ſerotina erant.Egreſſúſque Moyſes à Pharaone ex vrbe,tetendit manus ad dominum: & ceſſauerunt tonitrua & grando,nec vltrà ſtillauit pluuia ſuper terram. Vidés autem Pharao quòd ceſſaſſet pluuia & grando,& tonitrua,[14]auxit peccatum,]& ingrauatum eſt cor eius & ſeruorum illius.Et induratum eſt nimis, nec dimiſit filios Iſrael : ſicut[15] præceperat]dominus per manum Moyſi.

1. Qualem timorem quærebat qui timet illæ nondum erat ei timor dei? Facile eſt enim pœnam timere, ſed non eſt hoc deum timere:illo ſcilicet hominis timore pietatis. Auguſt. quæſt.35. ſuper Exodum.
13. Faciẽ domini dei veſtri.
14. Adiecit peccare.

15. Loquutus fuerat.

*Pharaone obdurato mittuntur locuſtæ,quibus per Moyſen ablatis,penitente Pharaone, tenebræ fiunt palpabiles.* X.

ET dixit dominus ad Moyſen:Ingredere ad Pharaonem.Ego enim[1]induraui]cor A
eius,& ſeruorum illius,vt faciam ſigna mea hæc[2]in eo,]& narres in auribus filij tui,& nepotum tuorum,[3]quotiens contriuerim Ægyptios,] & ſigna fecerim in eis:& ſciatis quia ego dominus.Introierunt ergo Moyſes & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei: Hæc dicit dominus deus Hebræorum: Vſquequo[4]non vis ſubiici mihi]† Dimitte populum meum,vt ſacrificet mihi.Sin autem[5]reſiſtis,& nõ vis dimittere eũ:] ecce ego inducam cras[a]locuſtam in fines tuos,quæ operiet ſuperficiẽ terræ,ne quicquã B
eius appareat,ſed[6]comedatur quod reſiduum fuerit grandini. [6] Corrodet enim omnia ligna quæ germinant in agris,& implebũt domos tuas,& ſeruorum tuorum,& omniũ Ægyptiorum:quantum nõ viderunt patres tui,& aui,ex quo orti ſunt ſuper terram,vſque in præſentem diem.Auertitq; ſe,& egreſſus eſt à Pharaone.Dixerunt autẽ ſerui Pharaonis ad eum:Vſquequo patiemur hoc ſcandalum? Dimitte homines,vt ſacrificẽt domino deo ſuo.Nónne vides quòd perierit Ægyptus:Reuocauerunt q; Moyſen,& Aarõ ad Pharaonem,Qui dixit eis:Ite,ſacrificate domino deo veſtro. Quínam ſunt qui ituri ſunt?Ait Moyſes:Cum paruulis noſtris & ſenioribus pergemus,cum filiis & filiabus,cũ ouibus & armentis.[7] Eſt enim ſolennitas domini[7]dei noſtri.] Et reſpondit Pharao : Sic C
dominus ſit vobiſcum:[8]Quo modo ego dimittã vos & paruulos veſtros, cui dubiũ eſt quòd peſsimè cogitetis?]Nõ fiat ita:ſed ite tantũ viri & ſacrificate domino. Hoc enim & ipſi petiſtis.Statimq; eiecti ſunt de cõſpectu Pharaonis. Dixit autẽ dominus ad Moyſen:Extende manum tuam ſuper terram Ægypti,ad locuſtã, vt deſcendat ſuper terrã,* & deuoret omnem herbã quæ reſidua fuerit grandini.[b] Et extendit Moyſes virgam ſuper terram Ægypti,& dominus induxit ventum[9]vrentẽ]tota illa die & nocte.[8] Et ma- D
ne facto,ventus[10]vrens ]leuauit locuſtas,quæ aſcenderunt ſuper vniuerſam terrã Ægypti,& ſederunt in cunctis finibus Ægyptiorum[11]innumerabiles,quales ante illud tẽpus non fuerant,nec poſtea futuræ ſunt.]Operueruntq; vniuerſam ſuperficiẽ terræ,[12]vaſtãtes omnia.]Deuorata eſt igitur herba terræ,& quicquid pomorum in arborib[9] fuit,quę in cuncta Ægypto.Quamobrẽ feſtinus Pharao vocauit Moyſen & Aarõ, & dixit eis.[c] Peccaui in dominũ deum veſtrum,& in vos. [8] Sed nunc dimittite peccatum mihi etiã E
hac vice,&rogate dominũ deum veſtrum,vt*auferat à me mortem iſtam.Egreſſuſque eſt Moyſes de cõſpectu Pharaonis,& orauit dominum:Qui flare fecit ventum ab occidente vehementiſsimum,&arreptam locuſtam proiecit in mare Rubrũ:Non remanſit ne vna quidem in cunctis finibus Ægypti.Et indurauit dominus cor Pharaonis,nec dimiſit filios Iſrael.Dixit autem dominus ad Moyſen:Extende manum tuã in cœlum, & ſint tenebræ ſuper terram Ægypti,tam denſæ,vt palpari queant.[9] [d]Extenditq; Moyſes F
manum in cœlum,& factæ ſunt tenebræ[13] horribiles in vniuerſa terra Ægypti. Tribus diebus†[14]nemo vidit fratrem ſuũ,]nec mouit ſe de loco in quo erat.†* Vbicunque autẽ habitabant filij Iſrael,lux erat.Vocauit q; Pharaõ Moyſen & Aaron, & dixit eis: Ite, [15]ſacrificate]domino.Oues tantũ veſtræ,& armẽta remaneant:paruuli veſtri erant vobiſcũ.Ait Moyſes:Hoſtias quoque & holocauſta dabis nobis, quæ offeramus domino deo noſtro.

1. Aggraui.
2. In medio eius.

3. Quæ feci in Aegypto.

4. Renuis humiliari coram me.
5. Recuſas dimittere populũ meum.
a. Si quid intactũ grando reliquit,nubes locuſtarum ſuper venientes ita abſumpſerunt, vt fructum colligendorum ſpes Aegyptijs omnibus omnino ſit adẽpta. Quòd ſi rex ſtultus tantum & non etiam malus fuiſſet,poterat vel iam dictis cladibus admonitus reſipiſcere vt tandem de aliquo tot malorum remedio cogitare inciperet.Ioſeph. antiq.lib. 2.cap.12.
6. Depaſcet reſiduum quod ſeluarum, quodque relictum eſt vobis à grandine.

7. Nobis.
8. Cum eamiſero vos & paruulos veſtros, videte quia malum eſt coram vobis.

*Aegypti.

b. Octaua plaga locuſtarum.

9. Orientalem.
10. Ille orientalis, vel eurus.
11. Grauiſſima quidem, non fuit ante illam talis locuſta, nec poſt illã talis ventura eſt.
12. Vt tenebreſceret terra.

c. Hoc ergo & illud velut deditĩus dixit: Sed vbi data eſt requies, velut refuga indurauit cor ſuum, nec dimiſit filios Iſrael.Non ergo ſatis eſt cuiquam dixiſſe peccaui, nec prodeſſe poteſt confeſsio ficta vel coacta. Attamẽ à locuſta victus eſt fortis Rex. Rupertus.ibid.
*Tantum.

d. Nona plaga tenebrarum.

13. Denſiſsimæ,vel obſcuriſsimæ.
14. Non videbat alter alterũ.
*Tribus diebus.
15. Seruite.

G deo noſtro. Cuncti greges pergent nobiſcum.§ Non remanebit ex eis vngula, [16] quæ neceſſaria ſunt in cultum domini dei noſtri: ] præſertim cum ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipſum locum perueniamus. Indurauit autem dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. Dixítque Pharao ad Moyſen: Recede à me, *& caue ne vltrà videas faciem meam. Quocũque die apparueris mihi, moriêris. Reſpondit Moyſes: Ita fiat, vt locutus es. [d] Non videbo vltra faciem tuam.

16. Ex illis enim accipiemus vt miniſtremus domino deo noſtro.

*Et cuſtodi teipſum.

d. Subaudi, niſi me accerſeris prius: quia vidit poſtea eo accerſente. Hugo de S. Victore.

*Minatur dominus Aegypti ſpoliationem, primogenitorum cædem, tam hominum quàm animalium, præ nimia cæcitate Pharaonis.* XI.

Exod.11.d. 12.a. 7 Sup.3.g. Infra 12.e.

A DIXIT dominus ad Moyſen: Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & Ægyptum, & poſt hæc dimittet vos, * & exire compellet. † Dices ergo omni plebi, [a] vt poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier à vicina ſua, vaſa argentea & aurea, & veſtem. ] Dabit autem dominus gratiam populo ſuo coram Ægyptiis. † Fuítque Moyſes vir magnus valde in terra Ægypti coram ſeruis Pharaonis, & omni populo. § Et ait: * Hæc dicit dominus: [b] Media nocte ingrediar in Aegyptum, & † morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum à primogenito Pharaonis, qui ſedet in ſolio eius, vſque ad primogenitum ancillæ, quæ eſt ad molam, & omnia primogenita iumentorum. Eritque clamor magnus in vniuerſa terra Aegypti, qualis nec antè fuit, nec poſtea futurus eſt. § Apud omnes autem filios Iſrael non [1] mutiet ] canis ab homine vſque ad pecus: vt ſciatis [2] quanto miraculo diuidat dominus Aegyptios, & Iſrael. ] Deſcendéntque omnes ſerui tui iſti ad me, & adorabunt me, dicentes: Egredere tu, & omnis populus qui [3] ſubiectus eſt tibi. ] Poſt hæc egrediemur. Et exiuit à Pharaone iratus nimis. § Dixit autẽ dominus ad Moyſen: Non audiet vos Pharao, vt [4] multa ſigna fiant ] in terra Aegypti. Moyſes autẽ & Aaron fecerunt omnia ſigna, & oſtenta quæ ſcripta ſunt, coram Pharaone: & [c] indurauit dominus cor Pharaonis, nec dimiſit filios Iſrael de terra ſua.

*Hinc perfecta demiſſione.

a. Longum Hebræi tempus in Aegypto in lateribus, mutis, vrbibus faciendis conſumpſerũt: dominus igitur deus mercedem aliquam laboris ſui illos percipere voluit. Ideóque hac illos calliditate vti voluit. Nam & Aegyptij regi ſuo in vexandis Hebræis operã ſuam & ſtudium addiderunt. Theodoretus ibidem.

* Moyſes.

b. In Aegypto nocte media Aegyptiis deus plagam decimam minabatur, vt eorũ primogenita deperirẽt, quia primogenitum eius populũ vleiſcebantur.

1. Latrabit.

2. Quòd diſtinctionem fecerit dominus inter Aegyptios & inter Iſrael.

3. Eſt ſub pedibus tuis.

4. Multiplicentur prodigia mea.

c. In ſacra ſcriptura conſuetũ eſt dici quod deus aliquando indurat, vel excæcat, ex eo quod gratiam non elargitur, per quam quis emolliatur & videat. S. Thomas in Job. cap. 7. lect. 4.

*Paſchali agni ritu celebrato, cæſis Aegypti primogenitis, Iſraelitæ cum diuitiis Aegypti liberè egrediuntur.* XII.

A DIXIT quoque dominus ad Moyſen & Aaron, in terra Aegypti: Menſis iſte, vobis principium menſium, [a] primus erit in menſibus anni. Loquimini ad vniuerſum cœtum filiorum Iſrael, & dicite eis: Decima die menſis huius, tollat vnuſquiſque agnum per familias * & domos ſuas. Sin autem minor [1] eſt numerus, ] vt ſufficere poſſit ad veſcendum agnum, aſſumet vicinum ſuum qui coniunctus eſt domui eius, iuxta numerum animarum [2] quæ ſufficere poſſint ad eſum agni. ] Erit autem agnus abſque macula, maſculus anniculus. [3] Iuxta quem ritum tolletis & hœdum, ] & ſeruabitis eum vſque ad quartamdecimam diem menſis huius. Immolabítque eum [4] vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam, ] † & ſument de ſanguine eius, ac ponent ſuper vtrũque poſtem, & in ſuperliminaribus domorũ in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & [5] azymos panes cum lactucis agreſtibus. ] § Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctũ aqua: ſed aſſum tantùm igni. Caput cum [6] pedibus ] eius, & [b] inteſtinis vorabitis: nec remanebit quicquam ex eo vſque mane. Si quid reſiduum fuerit, * igne comburetis. Sic autem comedetis illum: Renes veſtros accingetis, & calciamenta habebitis in pedibus, tenẽtes baculos in manibus, & [c] comedetis feſtinanter. Eſt enim Phaſe, ‡ id eſt, trãſitus domini. ] Et tranſibo per terrã Aegypti nocte illa, percutiámque omne primogenitum in terra Aegypti, ab homine vſque ad pecus, & in [d] cunctis diis Aegypti faciam iudicia, ego dominus. Erit autẽ ſanguis vobis in ſignũ, in ædibus in quibus eritis: & videbo ſanguinẽ, ac trãſibo vos: nec erit in vobis plaga diſperdens, quando percuſſero terrã Aegypti. Habebitis autẽ hunc diem in monumẽtum: & celebrabitis eam ſolennem domino in generationibus veſtris, [7] cultu ] ſempiterno. *

De cõſecr. d.2. c. Quid ſanguis.

c Septem diebus azyma comedetis. § In die primo non erit fermentum in domibus veſtris. Quicunque comederit fermẽtatum, peribit anima illa de Iſrael, à primo die vſque

a. Menſis lunaris, ſcilicet Niſan, cuius prima lunatio cernit principium arietis, & noſtro reſponder Martio.

* Patrum.

1. Fuerit familia domus.

2. Singuli pro eſu ſuo, numã rabitis pro agno.

3. Quem ex ouibus, aut ex capris tolletis.

4. Omnis cœtus Iſrael inter veſperas.

5. Cum azymis panibus, & cum amaris, ſuy. herbis, vel cum amaritudinibus, comedent eum.

6. Cruribus.

b. Præter fel & ilia fæces continentia, quę ſunt abiicienda.

* Ex eo vſque mane.

c. Hoc eſt, ad ſolennitatem patriæ cœleſtis anhelate. Nemo in huius vitæ itinere torpeat, ne in patria locũ perdat. Grego. Homil. 22.

d. Cæterum tranſitus ille Hebræorũ alium nobis tranſitũ figurauit, de quo dicit euangeliſta ſanctus. Ante diem feſtum paſchę ſciens Ieſus quia venit eius hora vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem. Ille enim verè tranſitus dominicus omnium noſtrum tranſitus eſt. Rupertus ibidem.

d. Ferunt omnia deorum Aegypti ſimulachra illa nocte comminuta.

7. Statuto.

* Celebrabitis illum.

ad diem ſeptimum.[§ 8] Dies prima erit ſancta ac ſolẽnis,'& dies ſeptima eadem feſtiuitate venerabilis.] Nihil operis facietis in eis, exceptis iis quæ ad veſcendum pertinent, & obſeruabitis azyma. In eadem enim ipſa die educam exercitum veſtrum de terra Aegypti, & cuſtodietis diem iſtum in generationes veſtras[9] ritu ][e] perpetuo. [†] Primo menſe quartadecima die menſis ad veſperum, comedetis azyma, vſque ad diem viceſimamprimam eiuſdem menſis ad veſperam. Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus veſtris. Qui comederit frumentatum, peribit anima eius de cœtu Iſrael, tam de aduenis, quàm de indigenis terræ. Omne fermentatum non comedetis. In cunctis habitaculis veſtris edetis azyma. Vocauit autem Moyſes omnes ſeniores filiorum Iſrael, & dixit ad eos. [† §] [10] Ite, tollentes animal ] per familias veſtras, & [11] immolate Phaſe. ]Faſciculúmque hyſſopi tingite in ſanguine qui [12] eſt in limine, ] & [†] aſpergite ex eo ſuperliminare, & vtrumque poſtem. Nullus veſtrum ingrediatur oſtium domus ſuæ vſque mane. [†] Tranſibit enim dominus percutiens Aegyptios. Cúmque viderit ſanguinem in ſuperliminari, & in vtroque poſte, tranſcendet oſtium domus, & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras, [13] & lædere. ] Cuſtodi verbum iſtud, [14] legitimum tibi & filiis tuis vſque in æternũ. ]Cúmque introieritis terram quã dominus deus daturus eſt vobis, vt pollicitus eſt: obſeruabitis ceremonias iſtas. Et cũ dixerint vobis filij veſtri, [15] Quæ eſt iſta religio? ]dicetis eis. Victima trãſitus domini eſt, quando tranſiuit ſuper domos filiorum Iſrael in Aegypto, percutiens Aegyptios, & domos noſtras liberans. Incuruatúſque populus, adorauit. Et egreſſi filij Iſrael, fecerunt ſicut præceperat dominus Moyſi, & Aaron. [† § f] Factũ eſt autẽ in noctis medio, percuſſit dominus [E] omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis qui in ſolio eius ſedebat, vſque ad primogenitum [16] captiuæ, quæ ]erat in carcere: & omne [g] primogenitum iumẽtorum. Surrexítque Pharao nocte, & omnes ſerui eius, cunctáque Aegyptus: & ortus eſt clamor magnus in Aegypto. Neque enim erat domus, in qua non iaceret mortuus. Vocatíſque Pharao Moyſe & Aaaron nocte, ait: Surgite, egredimini à populo meo, vos & filij Iſrael. Ite & immolate domino, [h] ſicut dicitis. Oues veſtras & armenta aſſumite, vt petieratis, & abeũtes [i] benedicite mihi. Vrgebántque Aegyptij populum de terra exire velociter, dicẽtes: Omnes moriemur. Tulit igitur populus [17] conſperſam farinam ] antequam fermentaretur, & [18] ligans in palliis, ] poſuit ſuper humeros ſuos. Fecerúntque filij Iſrael, ſicut præceperat dominus Moyſi, & petierunt ab Aegyptiis [k] vaſa argentea & aurea, veſtémque plurimam. [† §] Dominus autem dedit gratiam populo [F] coram Aegyptiis, vt commodarent eis: & [l] ſpoliauerũt Aegyptios. Profectíque ſunt filij Iſrael de Rameſſe in [m] Soccoth ſexcenta ferè milia peditũ virorum, abſque paruulis & mulieribus. ] Sed & vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis, oues & armenta, & animantia diuerſi generis multa nimis. [19] Coxerúntque farinã quam dudum de Aegypto conſperſam tulerant, & fecerunt ſubcinericios panes azymos: neque enim poterat fermentari, cogentibus exire Aegyptiis, & nullã facere ſinentibus morã, [20] nec pulmenti quicquam occurrerat præparare. ]Habitatio autem filiorum Iſrael, qua manſerunt in Aegypto, fuit [n] quadringentorum triginta annorum. [21] Quibus expletis, ] eadẽ die egreſſus eſt omnis exercitus domini de terra Aegypti. Nox eſt iſta obſeruabilis domini, quando eduxit eos de terra Aegypti. Hanc obſeruare debent omnes filij Iſrael in generationibus ſuis. [§] Dixítque dominus ad Moyſen & Aaron: Hæc eſt [22] religio ][G] Phaſe. Omnis alienigena non comedet ex eo. Omnis autem ſeruus emptitius circuncidetur, & ſic comedet. Aduena & mercenarius non edent ex eo. [†] In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras, [†] nec os [23] illius confringetis. Omnis cœtus filiorum Iſrael faciet illud. Quòd ſi quis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniam, & facere Phaſe domini, circuncidetur prius omne maſculinum eius, & tunc [24] rite celebrabit, ]erítque ſicut indigena terræ. Si quis autem circunciſus non fuerit, nõ veſcetur ex eo. Eadem lex erit indigenæ, & colono qui peregrinatur ad vos. Fecerúntque omnes filij Iſrael, ſicut præceperat dominus Moyſi & Aaron, & eadem die eduxit dominus filios Iſrael de terra Aegypti per turmas ſuas.

*Libe-*

8. Die prima erit conuocatio ſancta, & die ſeptima erit vobis conuocatio ſancta.

. Statuto.

e. Aut ergo ſic appellauit perpetuum, quòd non ſua ſponte audeant deſinere celebrare ſed non vt ipſi ſigna retũ, ſed res quę his ſignificantur, æternæ & perpetuæ intelligatur. Auguſt. ibidem.

10. Extrahite, & accipite oviculam.
11. Mactate in Phaſe.
12. Fuerit in pelui.
13. Vt plagam immitat.
14. Vt ſit tam tibi quàm filiis tuis in ſtatutũ ſeculi, vel ſempiternum.
15. Quis eſt hic cultus veſter!

## f. Decima plaga primogenitorũ.

16. Captiui, qui.
g. Primogenitus appellatur qui vuluam aperit, & ante quẽ nullus ſit: non is quem frater poſt genitus ſequitur. Hiero.
h. Iuxta verbum veſtrum.
i. Sacrificate etiam pro benedictione mei.
27. Paſtam ſuam.
28. Cibos ligatos in veſtibus.
k. Philoſophi ſi quæ fortè vera, vel fidei noſtræ accommoda dixerunt, maximè Platonici, non ſolùm formidanda non ſunt, ſed ab eis etiam, tanquam iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrum vendicãda. Aug. de doct. Chriſtia. lib. 2. cap. 40.
l. Quod ſi & Chriſtus dignos pronũtiat mercede operarios, excuſauit præceptum illud creatoris de vaſis aureis & argenteis Aegyptiorum auferẽdis. Qui enim vrbes & villas operati tuetant Aegyptiis, digni vtique operarij mercede, non ad fraudẽ ſunt inſtincti, ſed ad mercedis compenſationem, quam aliàs à dominatoribus exigere non poterãt. Tertullia. aduer. Marcio. li. 4. Item. Sicut Aegyptij non ſolùm idola habebant, & onera grauia quę populus Iſrael deſeruiret, & fugeret: ſed etiã vaſa atque ornamenta de auro & argento, & veſtes, quæ ille populus exiẽs de Aegypto ſibi potius tanquam ad vſum meliorem clanculo vindicauit, non auctoritate propria, ſed præcepto dei, ipſis Aegyptiis neſcienter commodantibus ea quibus non bene vtebantur. Augu. de doct. Chriſti. lib. 2. cap. 40.

## Prima manſio in Rameſſe.

## Secunda mãſio in Soccoth.

m. In hac manſione coquũt azymos panes, & primum tẽdunt tabernacula: vnde & ex re locus nomen accepit Hiet. de 42. manſionibus.
19. Pinſuerunt verò paſtam quã protulerũt de Aegypto, placentas azymas facientes.
20. Vt viaticum ſibi pararent.
n. Imò ſolũ, mãſerũt in Aegypto ab ingreſſu Iacob ad hũc exitũ 215. an. Verũm illi 430. an. computandi ſunt à primo anno repromiſſionis Abrahæ in valle illuſtri ſecundo anno poſt egreſſum de Haran, cum cœpit peregrinari in Aegypto.
21. Factúmque eſt à fine illorum quadringẽtorum triginta annorum, ipſa.
22. Lex.
23. In eo.
24. Accedat & faciat ipſum.

*Liberationẽ ab Aegypto dominus primogenitorum sanctificatione meminisse iubet. Inde Israel egrediens ossa Ioseph secum defert, & à columna ignis illustratur.* XIII.

A IOcutúsque est dominus ad Moysen, dicens: [1a] Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluam in filiis Israel, tam de hominibus quàm de iumẽtis.[1] Mea sunt enim omnia.] Et ait Moyses ad populum: Memento diei huius, in qua egressi estis de Aegypto, & de domo seruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos dominus de loco isto, vt non [2] comedatis fermentatum panem.] Hodie egredimini mense nouarum frugum. [b] Cúmque introduxerit te dominus in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorræi, & Heuæi, & Iebuzæi, quam [c] iurauit patribus tuis, vt daret tibi terram fluentem lacte & melle, celebrabitis hunc morem [3] sacrorum] mense isto. Septem die-
B bus vesceris azymis, & in die septimo erit solennitas domini. Azyma comedetis septẽ diebus. [d] Non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis. Narrabísque filio tuo in die illo, dicens: Hoc est quod fecit mihi dominus, quando egressus sum de Aegypto. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monumẽtum ante oculos tuos, & vt lex domini [4] semper sit in ore tuo: In manu enim forti eduxit te dominus de Aegypto. Custodies huiuscemodi [5] cultum statuto tempore,] à diebus in dies. Cúmque introduxerit te dominus in terram Chananæi, sicut iurauit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eam: [4] separabis omne, quod aperit vuluam, domino, [6] & quod primitiuũ est in pecoribus tuis.] Quicquid habueris masculini sexus, consecrabis domino. Primogenitum asini [7] mutabis] oue: quòd si non redemeris, interficies. [c] Omne autem primoge-
C nitum hominis de filiis tuis, pretio redimes. [e] Cúmque interrogauerit te filius tuus cras, dicens: Quid est hoc? respondebis ei: In manu forti eduxit nos dominus de terra Aegypti, de domo seruitutis. Nam cum induratus esset Pharao, & nollet nos dimittere, occidit dominus omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito hominis, vsque ad primogenitum iumentorum. Idcirco immolo domino omne quod aperit vuluam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo. Erit igitur quasi signũ in manu tua, & [6] quasi apprehẽsum quid, ob recordationem ante] oculos tuos, eo quòd in manu forti eduxit nos dominus de Aegypto. Igitur cum emisisset Pharao populum,
D non eos duxit dominus per viam terræ Philisthiim, quæ vicina est, [f 7] reputans ne forte pœniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuerteretur in Aegyptum: sed circunduxit per viam deserti, quæ est iuxta mare Rubrum. Et armati ascenderunt filij Israel de terra Aegypti. Tulítque Moyses ossa Ioseph secum, eo quòd adiurasset filios Israel, dicens: † Visitabit vos deus, efferte ossa mea hinc vobiscum. Profectíque de Soccoth castrametati sunt in [f] Etham, in extremis finibus solitudinis. † Dominus autem præcedebat eos, ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctẽ in columna ignis: vt [8] dux esset itineris vtroque tempore.] Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.

*Pharao cum equitatu Israelem per siccum fugientem persequutus, cum suo equitatu submergitur.* XIIII.

Ioſ.24. Anni ante Christũ 1507 Anni mundi 2454.

A IOcutus est autem dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: [1] Reuersi castrametentur è regione Phiairoth, quæ est inter] Magdalum & mare contra Beelsephon. In conspectu eius castra ponetis super mare. Dicturúsque est Pharao super filiis Israel: Coartati sunt in terra, concluſit eos desertum. Et indurabo cor eius, ac persequetur vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius: sciéntque Aegyptij, quia ego sum dominus. Fecerúntque ita. Et nuntiatum est Regi Aegyptiorum, quòd [b] fugisset populus. [2] Immutatúmque est] cor Pharaonis, & seruorum eius super populum, & dixerunt: [g] Quid volumus facere, vt dimitteremus Israel ne seruiret nobis? Iunxit ergo currum, & omnem populum suum assumpsit secum. Tulítque sexcentos currus electos, & quicquid in Aegypto curruum fuit, & du-



1 Deuoto.c. Magnæ. Num.18.c. 1. Luc.2.d. Matt.24.g. Lucæ.27.c.

16.q.1.c. Porro. Deut.5.2.

2.q.4.c. Nabuchodonosor. In. fine.

1 Gene.50.d. Nume.14.c. 1.Cor.10.2. Iosue 24.g. 1 Nehe.6.d. 13.q.2.Vnaquæque. Psal.104.d.

2. Commendat populo per Moysen dominus ereptionis suæ memoriam habendam, & Aegyptiorum interfectionis, vt scirẽt debitores se esse primogenita sua, & primogenita iumẽtorum suorum domino offerre, qui in eorum liberatione omnia primogenita Aegyptiorum extinxit. Rabanus ibid.
1. Meum enim est.
2. Comedatur fermentatum.
b. Et ita hæc lex non obligabat donec promissam possiderent terram.
c. Iurantem deus sæpius scriptura describit. Primũ in Genesi. 23. Vocauit angelus domini Abraham secundò de cœlo dicens, per memetipsum iurauí, dicit dominꝰ, &c. Hie. super Amos. cap. 8.
d. Non semel in paschali die, sed quotidie lex dei memoranda erat.
3. Statutum tempore suo.
4. Et adduces omne quod aperit vuluam ad dominum.
5. Redimes.
e. Quod hic dicitur, de filiis tuis tubaudiri vult non de alienigenis, siue mercenarijs: pretio redimes, non tam iõssio quàm promissio est: nam qui pretio redemit, bene fecit Veruntamen Anna, quæ Samuelem non redimere voto proposuit, melius fecit. Rupertus.
6. In monumentum inter.
7. Sed ait deus, ne forte pœniteat populum cum viderit.

## Tertia mãsio in Etham.

f. In qua primũ dominus videtur nocte in colũna ignis & per diem in columna nubis, vt præcedat populum, & dux itineris fiat Hieronymꝰ. Etham tertia mãsio Hebræorũ ante maris Rubri ingressum, desertũ magnum & arenosum ad mare Rubrum. Nam sicut tertia castra in Etham extremis finibus solitudinis habuisse populus Hebræus fertur, ita tribus dicitur in solitudine Etham posse irrũ situm mãre vagabundus errauit. Vnde vel duplex est Ethã, vnũ extra mare in Aegypto, alterũ vltra mare in deserto: vel mare Rubrum cõtinetur in solitudine Etham. Est & alius Etham in Iudæa, in quo Samson absconderatur. Est viculus in tribu Iudæ, quem Roboã muris cinxisse fertur. De alio Ethã mentio fit in 77. psal. Tu siccasti fluuios Ethã. De quo tamen nõ frustrà intelligas hanc tertiam mãsionem: vt sit sensus: Tu siccasti mare Rubrum, quod cõtinetur in deserto Etham.
8. Lumen illis præberet, quo ambularent die ac nocte.

1. Vt redeant, & maneant ante Phiairoth inter.

## Quarta mansio in Phiairoth.

a. Non enim proclius iter est quo tenditur ad virtutes, sed ascenditur, & angustè ac difficulter ascenditur. Audi etiã dominũ in euangelio dicentem: quia arcta & angusta via est, quæ ducit ad vitam. Origenes ibid.
b. Vniuersa enim quæ ex Aegypto profectio fiebat populi, à deo typus & imago fiebat profectionis ecclesiæ, quæ erat futura ex gentibus. Irenæus lib. 4. cap. 50.
2. Verũ est.

Universidad de Deusto Biblioteca

ces[3] totius exercitus.] Indurauítque dominus cor Pharaonis Regis Ægypti, [c] & persecutus est filios Israel. At illi egressi erant in manu excelsa. † Cúmque persequerentur Ægyptij [4] vestigia præcedentium,] repererunt eos in castris super mare. Omnis equitatus & currus Pharaonis,& vniuersus exercitus,erant in Phiairoth contra Beelsephon. C
[f] Cúmque appropinquasset Pharao, leuantes filij Israel oculos viderunt Ægyptios post se, [d] & timuerunt valde. Clamauerúntque ad dominum,& dixerunt ad Moysen: Forsitan non erant sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine. Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Ægypto? Nónne iste est sermo quem loquebamur ad te in Ægypto,dicētes:[5]Recede à nobis,] vt seruiamus Ægyptiis? Multo enim melius est seruire eis, quàm mori in solitudine. Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: State, & videte[6] magnalia domini,quæ]facturus est hodie.[f] Aegyptios D
enim quos núc videtis,[e] nequaquam vltrà videbitis, vsque in sempiternum. Dominus pugnabit pro vobis,& vos tacebitis. Dixítque dominus ad Moysen: [f] Quid clamas ad me? Loquere filiis Israel, vt proficiscantur. † Tu autem eleua virgam tuam,& extende manum tuam super mare, & diuide illud, vt gradiantur filij Israel in medio mari per siccum. Ego autem indurabo cor Aegyptiorum, vt persequantur vos, & glorificabor in Pharaone,& in omni exercitu eius, & in curribus, & in equitibus illius. Et scient Aegyptij, quia ego sum dominus, cum glorificatus fuero in Pharaone,& in curribus,atque in equitibus eius.[f] Tollénsque se angelus domini qui præcedebat castra Israel, abiit post eos: & cum eo pariter columna nubis [7] priora dimittens, post tergum stetit,] E
inter castra Aegyptiorum, & castra Israel. Et erat nubes[8] tenebrosa, & illuminans noctem, ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent.] Cúmque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud dominus,flante vento vehementi, & [9] vrenti] tota nocte,& vertit in siccū. † Diuisáque est aqua & ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris. Erat enim aqua quasi murus, à dextera eorum & læua. [g] Persequentésque Aegyptij, ingressi sunt post eos, † & omnis equitatus Pharaonis, currus eius,& equites per medium maris. [f] Iámque aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis & nubis, † [10] interfecit]exercitum eorum, & subuertit rotas curruum,ferebantúrque in profundum. Dixerúntque Aegyptij: Fugiamus Israelem, quia dominus pugnat pro eis contra nos. [h] Et ait dominus ad Moysen: Extende manum tuam super mare, vt reuertantur aquæ ad Aegyptios,super currus & equites eorum. Cúmque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est [11] primo diluculo ad priorem locum. [g] Fugientibúsque Aegyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos dominus in mediis fluctibus. Reuersæque sunt G
aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis,qui sequētes ingressi fuerant mare: nec vnus quidē superfuit ex eis. [g] Filij autem Israel perrexerunt per medium sicci maris, & aquæ eis erant quasi pro muro à dextris & à sinistris. † Liberauít- H
que dominus in die illo Israel de manu Aegyptiorum,& viderunt Aegyptios mortuos super littus maris,& manum magnam quam exercuerat dominus contra eos. Timuítque populus dominum, & crediderunt domino,& Moysi seruo eius.

*Israelitæ gratiis deo cum cantu peractis venerunt in Marath, vbi amaritudine aquarum versa in dulcedinem, venerunt in Helim.*

*XV.*

[1] Vnc cecinit Moyses, & filij Israel carmen hoc domino, & dixerunt: [1] Cantemus ]domino: [2] Gloriosè enim magnificatus est,] equum & ascensorem *deiecit in mare. † Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Iste deus meus, & glorificabo eum: deus patris mei, & exaltabo eum. Dominus &—quasi vir pugnator,[3]omnipotens] nomen eius,currus Pharaonis & exercitū eius proiecit in mare. Electi principes eius submersi sunt in mari Rubro: abyssi operuerút eos, descenderunt in profundum quasi lapis. [g] [a] Dextera tua domine magnificata est in B
fortitudine: dextera tua domine [4] percussit ] inimicum, & in multitudine gloriæ tuæ[5]

h. Hoc anno repromissionis 430. Moyses 80.an.agens populum Israel iubente deo signis ab Aegyptiaca eduxit seruitute,cui per 40.ann.in eremo legem exposuit. Ab hoc loco ad templi ædificationem anni 480.numerantur.

21. Mane cùm lux matutina iuxta vim suam lucesset.Fugerúntque Aegyptij in occursum illius.

i. Anno Moysi 80.missus ad liberandum populum, fecit signa coram Pharaone anno mundi 2452.anno verò eiusdē 81. & mundi 2453.in principio anni, mense primo, 15. die mensis exiuit.

d. Parua nimis,nec digna professibus erudita,secundū quę viderant opera dei, illorum fides hæc dicentiū. Rupertus.

5. Dimitte nos.

6. Salutem domini,quam.

e. Vbi enim vltimus ex Hebræorū populo ascendit, Aegyptiorū quoque vltimus descendit in mare, & continuò aquæ maris relaxatæ. Clemēs lib.1.recognitionum.

f. Respondit dominus ad Moysen:Quid clamas ad me? cùm penitus Moysi vox nulla præcesserit. Verùm compunctum cor, & pro populo lachrymabiliter ingemiscens, scriptura clamorem vocauit. Hieron.in capi.4.ad Galat. lib.2.

7. Quæ erat ante faciem illorum, cœpit stare à tergo illorum,& venit.

8. Illa atque tenebræ, illuminans noctem, nec accessit ille ad istum tota nocte.

9. Orientali.

g. Elegerat deus Moysen,qui Pharaonē virtutibus mutaret, signis & magnalibus admoneret,vindictam referret,quia iam dei sententia trahebatur. Aug.Ser.89.de tempo.

10.Perterruit.Heb.conturbauit.70.inter.

11. Mane cùm lux matutina iuxta vim suam lucesset.Fugerúntque Aegyptij in occursum illius.

1.Cantabo.

2. Triumphando magnificè egit.

*bius.

3.Dominus Heb.Iehouah.

a.Hostes dei etsi in sinistra eius proficiunt,in dextera frāguntur: quia plerunque vita præsens prauos eleuat,sed aduentus æternæ beatitudinis dānat.Gregor. in pastorali.3. parte,admo.27.

4. Confregit.

5. Ascendentem.

tuæ [7] deposuisti aduersarios meos. ] Misisti iram tuam, quæ deuorauit eos sicut stipulam: & in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ. [6] Stetit vnda fluens, cõgregatæ sunt abyssi in medio mari. Dixit inimicus, Persequar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur * anima mea. Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. [7] Flauit spiritus tuus, ] & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbũ in aquis vehementibus. Quis [8] similis tui in fortibus ] domine? Quis similis tui magnificus in sanctitate? terribilis [9] atque laudabilis? ] & faciens mirabilia? Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra. Dux fuisti in misericordia tua, populo * quem redemisti: & [10] portasti ] eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum. [11] Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Philistiim. ] Tunc cõturbati sunt principes Ædom ro
D busti Moab obtinuit tremor, [12] obriguerunt ] omnes habitatores Chanáan. [13] Irruat super eos formido & pauor, in magnitudine brachij tui. [13b] Fiant immobiles ] quasi lapis: donec pertranseat populus tuus domine, donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti. Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine: sanctuarium tuum domine, quod firmauerũt manus tuæ. Dominus regnabit [14c] in æternum & vltrà. ] Ingressus est enim [15] eques, Pharao ] cum curribus & equitibus eius in mare: & reduxit super eos dominus aquas ma-
E ris. [16] Filij autem Israel ambulauerunt per siccum, in medio eius, † Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror [d] Aaron, tympanum in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, [16] quibus præcinebat, dicens: Cantemus ] domino: Gloriosè enim magnificatus est, ] equum & ascensorem eius deiecit in mare. [17] Tulit autem ] Moyses Israel de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur, ambulauerúntque tribus diebus per solitudinẽ, & non inueniebant aquam. [18] Et venerunt in † Marath, ]
F nec poterant bibere aquas de Marath, eo quòd essent amaræ. Vnde & congruum loco nomen imposuit, vocans illum Marath, ⟨ id est, amaritudinem. ] Et murmurauit populus contra Moysen, dicens. † Quid bibemus? At ille clamauit ad dominum. Qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. Ibi † constiG tuit ei præcepta, atque iudicia: & ibi tentauit eum, dicens, [19f] Si audieris vocem domini dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorẽ, quẽ posui in Ægypto, non inducam super te. Ego enim sum dominus deus sanator tuus. † Venerunt autem in Helim filij Israel: vbi erant duodecim fontes aquarũ, & septuaginta palmæ, & castrametati sunt iuxta aquas.

*Murmurantibus in Sin pro cibo Israelitis, pluit dominus coturnices, & Manad saturitatem.* XVI.

A Profectíque sunt de Helim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum [a] Sin, quod est inter Helim & Synai: quintadecima die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Aegypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in solitudine. Dixerúntque filij Israel ad eos: Vtinam mortui essemus per manum domini in terra Aegypti, quando sedebamus [1] super ollas carnium, & [b] comedebamus panem in saturitate! Cur induxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem dominus ad Moysen: Ecce ego pluam vobis panes de cœlo. Egrediatur populus, & [2] colligat quæ
B sufficiunt per singulos dies, ] vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea, an non. [3] Die autem sexto parent quod inferant, & sit duplum quàm colligere solebant per singulos dies. Dixerúntque Moyses & Aaron ad omnes filios Israel: Vespere scietis quòd dominus eduxerit vos de terra Aegypti: & mane videbitis gloriam domini: Audiui enim murmur vestrum contra dominum. Nos verò quid sumus, quia musitastis contra nos? Et ait Moyses: [c] Dabit vobis dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate, eo quòd audierit * murmurationes vestras, † quibus murmurati estis contra eum. Nos enim quid sumus? [d] Nec contra nos est murmur vestrũ, sed contra dominum. Dixit quoque Moyses ad Aaron: Dic vniuersæ congregationi filiorũ Israel:

5. Deuorabasti insurgentes in te.
6. Steterunt quasi cumulus fluidæ aquæ.
* Ab eis.
7. Flauisti per ventum tuum.
8. Vt tu in diis.
9. Laudibus.
* Hunc.
10. Duxisti.
11. Audierunt populi, & contremuerũt, tremor inuasit Palæstinos.
12. Liquefacti sunt.
13. Obtumescant.
b. Fieti tanquam lapidem nõ est natura esse lapidem. Non enim fieret quod non erat. Hoc propter illos dicim⁹ qui malæ naturæ Pharaonem vel Aegyptũ dicunt fuisse, & non ex arbitrij libertate in hoc esse deductos. Origenes.
14. In seculum & in æternũ.
15. Equitatus Pharaonis.
c. In æternum & vltra, id est, per præsens seculum totum, & etiam per futurum, vel per spacium totum quod cũ mũdo incœpit, & cum mundo finiet, & vltra, non quantũ ad spacium, sed quantum ad dignitatem scilicet super omnes, & super omnia. Hiego. de sancto Victo.
d. Quia prius fuit soror Aaron quam Moysi, & vtroque senior.
16. Et è regione illorum in laudẽ prorupit Maria, dicens: Cantate domino, quoniam triumphando magnificè egit.
17. Fecit autem egredi.

Quinta mansio in Marah.

18. Marah, & infra.
e. Marath quinta est mansio: prima tamẽ, postquam mare rubrum egressi fuere locus ab aquarum amaritudine dictus quas Moyses ligno à domino monstrato dulces fecit.
f. Si non murmurare aut contrectare agere incipiatis, ego qui Aegyptũ contritis in ira mea diuitor tuus ero in misericordia mea. Alioqui autem si Aegyptiorum peccata rebellando secutus fueris, cunctum languorem inducam super te, quem in Aegypto posui. Rupertus.

Sexta mansio in Helim.

Septima mansio in deserto.

a. Sin, quam tamen Hiero. dicit octauam in ordine, quòd omnis eremus vsque ad Synai dicitur Sin, in quo sunt quinque mansiones.

1. Iuxta.
b. Moyses vacuo vtre legem accipit scriptam digito dei, populus manducãs & bibens, consurgénsque ludere auream conflat in vitulum. Hieronym. aduersus Iouini. 2. lib. 2.
2. Colligent rem diei in die suo.
c. Non vacat mysterio, quòd dicit ad vesperã carnes, & mane panes se daturum: quia ad vesperã Christus mortuus est, & mane resurrexit. Atq. ibid.
* Dominus.
d. Qui enim contra superpositam sibi potestatem murmurat, illum redarguit, qui eandem homini potestatem dedit, vt Paulus Rom. 13. a

Accedite corã domino: ♁ Audiuit enim murmur veſtrum. Cúmque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorũ Iſrael, reſpexerunt ad ſolitudinẽ: Et ecce gloria domini apparuit in nube. Locutus eſt autẽ dominus ad Moyſen, dicens: † [c] Audiui murmurationes filiorum Iſrael. Loquere ad eos: Veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus: ſcietíſque quòd ego ſum dominus deus veſter. Factũ eſt ergo veſpere, & aſcendens [f] coturnix cooperuit caſtra, mane quoque ros iacuit per circuitũ caſtrorũ. Cúmque [1] operuiſſet ſuperficiem terræ, † apparuit in ſolitudine minutũ, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram. Quod cum vidiſſent filij Iſrael, dixerunt adinuicẽ ♁ [g] Manhu? ☞ Quod ſignificat, Quid eſt hoc? Ignorabant enim quid eſſet. Quibus ait Moyſes: † iſte eſt panis quem dominus dedit vobis ad veſcendum. Hic eſt ſermo quẽ præcepit vobis dominus. Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum, [4]gomor per ſingula capita. Iuxta numerum ]animarum veſtrarũ [5]que habitant in tabernaculo, ſic tolletis.] Fecerúntque ita filij Iſrael, & collegerũt, alius plus, alius minus: & menſi ſunt ad menſurã gomor. † [h] Nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus: ſed ſinguli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt. Dixítque Moyſes ad eos: Nullus relinquat ex eo in mane. ♁ Qui nõ audierũt eum, ſed dimiſerũt quidã ex eis vſque mane, & ſcatere cœpit vermibus, atque cõputruit. Et iratus eſt cõtra eos Moyſes. † Colligebant autem mane ſinguli quantũ ſufficere poterat ad veſcendum. Cúmque incaluiſſet ſol, liquefiebat: [i] In die autem ſexta collegerũt cibos duplices, id eſt, duo gomor, per ſingulos homines. Venerunt autem omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moyſi. Qui ait eis: hoc eſt quod locutus eſt dominus: Requies ſabbati [6]ſanctificata ]eſt domino. Cras [7]quodcunque operandũ eſt, facite:] & quæ coquenda ſunt, coquite. Quicquid autem reliquũ fuerit, reponite vſque in mane. [8]Feceruntque ita ]vt præceperat Moyſes, & nõ computruit, neque vermis inuentus eſt in eo. ♁ Dixitque Moyſes: Comedite illud hodie, [k] quia ſabbatũ eſt domino, non inuenietur hodie in agro. Sex diebus colligite, in die autem ſeptimo ſabbatum eſt domino, idcirco nõ inuenietur. Venítque ſeptima dies: & egreſſi de populo vt colligerẽt, non inuenerũt. Dixit autem dominus ad Moyſen: † Vſquequo non vultis cuſtodire mandata mea, & legẽ meam? Videte quòd dominus dederit vobis ſabbatũ, & propter hoc die ſexta tribuit vobis cibos [9]duplices.] Maneat vnuſquiſque apud ſemetipſum, & nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo, & ſabbatizauit populus die ſeptimo. Appellauítq; domus Iſrael, nomen eius man: † Quod erat quaſi ſemen [l] coriãdri album, gúſtúſque eius quaſi ſimilæ cũ melle. ♁ Dixit autem Moyſes: Iſte eſt ſermo quem præcipit dominus. Imple gomor ex eo, & cuſtodiatur in [10] futuras retrò generationes, ]vt nouerint panẽ, quo alui eos in ſolitudine, quãdo [11] educti eſtis] de terra Aegypti. Dixítque Moyſes ad Aaron: Sume vas vnum, & mitte ibi man, quantum poteſt capere gomor: & repone coram domino ad ſeruandum in generationes veſtas, ſicut præcepit dominus Moyſi. Poſuítque illud Aaron [m] in tabernaculo reſeruandũ. † Filij autem Iſrael comederũt man quadraginta annis, donec venirẽt in terram habitabilẽ. Hoc cibo aliti ſunt, vſquequo tangerent fines terræ Chanáan. Gomor autem decima pars eſt ephi.

*Murmurantibus rurſum in Raphidim pro aqua Iudæis, dat dominus aquã de petra, & inde orante Moyſe vincunt ipſi Amalechitas.* XVII.

IGitur profecta omnis multitudo filiorum Iſrael de deſerto Sin, per manſiones ſuas, iuxta ſermonẽ domini caſtrametati ſunt in [a] Raphidim, vbi nõ erat aqua ad bibẽdũ populo. † Qui iurgatus cõtra Moyſen, ait: Da nobis aquam vt bibamus. Quib [2] reſpõdit Moyſes: Quid iurgamini cõtra me? Cur tẽtatis dominũ? Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria: & murmurauit cõtra Moyſen, dicẽs. † [b] Cur feciſti nos exire de Aegypto, vt occideres nos, & liberos noſtros, ac iumenta, ſiti? ♁ Clamauit autem Moyſes ad dominum, dicens: Quid faciã populo huic? Adhuc paululum, & lapidabit me, & ait dominus ad Moyſen: Antecede populũ, & ſume tecum, de ſenioribus Iſrael, † & virgã, qua percuſſiſti fluuiũ, tolle in manu tua, & vade. † En ego ſtabo ibi corã te ſupra

e. Hoc autem dixit vt illi aduerſus illum ſe ſciret murmuraſſe, qui illos miſerat, & per illum operabatur. Augu. ibi.

f. Vt non modo pane cœleſti, ſed etiam inſtructionibus eyus ſeturarentur. Lactan. lib. 4. cap. 19.

g. Abſcederet ſitus roris, ecce in ſuperficie deſerti erat tenue quiddam & orbiculare exiguum quaſi pruina.

g. Cur manna vocatum eſt? Quia cũ mox illud cõſpexiſſent, ſe mutuo interrogabãt quid hoc eſſet. Ieaque hũc in appellationẽ indiderunt. Sic enim manna interpretatur. Theodoretus.

4. Omer, vel Gomer, pro ſumma numeri.

5. Et quippe ero his, qui ſunt in tabernaculo ſuo accipite.

h. Mirabile quid in ipſa collectione fiebat: Nullus enim minus quàm egerat, aut propter mortem, aut propter infirmitatẽ ſibi aſſumpſit: Nullus quia validior, ſibi pluſquam eſſet opus in eo die potuit arripere. Itaque quicquid in vna die cõgregauerãt, eius ipſius diei tantummodo cibus erat. Gregorius Nazianzenus.

i. Videtur autẽ quod per miraculum collegerint: quia & ſi deus hoc præcepit Moyſi nondum tamen inuẽtum eſt Moyſen præcepiſſe populo, ſed quaſi admirans reſpondit principibus. Hic eſt ſermo quem præcepit. Hugo. de ſan Do Victore.

6. Sancti.

7. Quodcunque pinſere voluerítis, pinſite.

8. Et repoſuerunt illud vſque mane.

k Si quis timore furum quandam cibi particulã ad craſtinum conſeruaſſet, totũ quod repoſitum erat, per noctẽ corruptum in vermes transformabatur, præterquam in die ſabbati. Idem.

9. Pro duobus diebus.

l. Alij etiam dicunt, quòd ſapiebat vnicuique quod magis appetebat. Hugo de S. Victore.

10. Generationes veſtras.

11. Eduxi vos.

m. Hoc eſt, in arca, quæ teſtimonium vocatur Iſraelis propter tabulas fœderis, quæ licet ibidem nondum eſſent, mox tamen accepta lege formari iubetur, cum ſit tabernaculũ teſtimonij. Auguſt. quæ 8. 61. ſuper Exodum.

a. Raphidim vndecima eſt manſio, alias autẽ omiſit repetiturus eas. Numeri 33. Sin autem tentatio, Raphidim ſanitas iudicij interpretatur. Qui bene igitur exit de tentatione & quæ tentatio probabilem reddit, ipſe venit ad ſanitatem iudicij. Augu. Ser. 93. de tempore.

b. Vbique murmurationes ac iurgia, & beneficia dei ſponte venientia, nulla præueniunt merita. Non ergo ille populus glorietur quod pro ſuis meritis magnificauerit eũ vel honorauerit dominus. Nam magnificentiam & honorem non ſolum nõ promeruerũt, ſed confuſione & opprobrio digni ſe fecerunt. Rupertus ibidem.

pra petrã [1c] Horeb.] percutiéſq; petrã,& exibit ex ea aqua,vt bibat populus.Fecit Moyſes ita coram ſenioribus Iſrael. Et vocauit nomen loci illius tẽtatio, * propter iurgium
c filiorum Iſrael,& quia tentauerunt dominũ dicentes: [2] Eſt ne deus in nobis, ] an non?
d † Venit autẽ Amalech, & pugnabat contra filios Iſrael in Raphidim.Dixítque Moyſes ad Ioſue: Elige viros, & egreſſus pugna contra Amalech cras. Ego ſtabo in vertice collis,habens virgam dei in manu mea.Fecit Ioſue vt locutus erat Moyſes,& pugnauit contra Amalech: Moyſes autem,& Aaron, & Hur aſcenderunt ſuper verticem collis.
† Cúmque leuaret [e] Moyſes manus,vincebat Iſrael:Sin autem paululum [3] remiſiſſet ] [d] ſu-
D perabat Amalech. Manus autem Moyſi erant graues. ‡ Sumentes igitur lapidem, poſuerunt ſubter eum,in quo ſedit:Aaron autem, & Hur ſuſtentabãt manus eius ex vtraque parte. Et factum eſt,vt manus illius non laſſarentur vſque ad occaſum ſolis.[4] Fugauítque ]Ioſue Amalech, & populum eius in ore gladij.Dixit autẽ dominus ad Moyſen: Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Ioſue. Delebo enim memoriã Amalech ſub cœlo. [e] Ædificauítque Moyſes altare, & vocauit nomen eius, dominus exaltatio mea,dicens: Quia manus [5] ſolius domini, ] & bellum dei erit contra Amalech, à generatione in generationem.

1.c. In Horeb. Et ita mõs Horeb erat iuxta Raphidim, à quo vnde in Raphidim fuere poſſept.
* Et iurgium.
2. In medio noſtri.
d. Amalechites regio in defectu ad meridiem Iudæ, trans vrbem Petram cuntibus Ailam, cuius & ſcriptura recordatur dicens. Amalech hãbitat in terra ad auſtrum. Hie ro. de locis Hebraicis.
e. Moyſes cum taceret clamãbat: cum otioſus ſtaret, præliabatur: nec ſolũm præliabatur, ſed etiã de hoſtibus, quos non cõtigerat, triumphabat. Ambro. Officio. li. 3. cap. 1. Item,ſit Moyſe orante occulta pugna,ſed manifeſta victoria. Sol orat, vt multi ſaluẽtur. Chry. Sermone de Moyſe.
3. Dimittebat.
d. Orat Moyſes & vincit, ceſſat, vincitur. Et ſi in Moyſe corpus deficiebat,non voluntas aliquando ceſſabat.
4. Attenuauítque
e. Iſraëlticus populus primũ ſacrificiũ in Ægypto obtulit, ſecundũ verò in eremo. Gre. ſuper Ezechie. Homil. 20.
5. Super ſolium dñmini.

*Iethro Moyſi ſocer vxorem cum filiis illi reduxit, factúſque eſt illi à conſiliis in conſtituendis iudiciorum magiſtratibus.* XVIII.

A Vmque audiſſet Iethro ſacerdos [a] Madian, [1] cognatus] Moyſi omnia quæ fecerat dominus Moyſi, & Iſrael populo ſuo: & quòd eduxiſſet dominus Iſrael de Ægypto, tulit * Sephoram vxorem Moyſi, quam remiſerat,& duos filios eius, quorum vnus vocabatur [2] Gerſan, ]dicente patre: † aduena fui in terra aliena: alter verò Eliezer: deus enim ait, patris mei adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis: Venit ergo Iethro, [3] cognatus ] Moyſi, & filij eius, & vxor eius, ad Moyſen in deſertum, vbi erat caſtrametatus iuxta [b] montem dei, & mandauit Moyſi,dicens:Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filij tui cum ea. [4] Qui egreſſus in occurſum cognati ſui adorauit, ] & oſculatus eſt eum.Salutauerúntque ſe mutuo verbis pacificis.
B ‡ Cúmque intraſſet [c] tabernaculum, narrauit Moyſes cognato ſuo cuncta quæ fecerat dominus Pharaoni & Aegyptiis propter Iſrael, vniuerſúmque laborẽ qui accidiſſet eis in itinere, & quòd liberauerat eos dominus. Lætatúſq; eſt Iethro ſuper omnibus bonis, quæ fecerat dominus Iſraeli,eo quòd eruiſſet eum de manu Aegyptiorũ.Et ait: [d] Benedictus dominus qui liberauit vos de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum ſuum de manu Aegypti. Nunc cognoui quia magnus dominus ſuper omnes deos, † eo quòd ſuperbè egerint contra eos.Obtulit ergo Iethro cognatus Moyſi holocauſta & hoſtias domino, † venerúntque Aaron, & omnes ſeniores filiorum Iſrael, vt comederent panem cũm [5] eo] coram domino. † Altera autem die ſedit Moyſes,
C vt iudicaret populũ, qui aſſiſtebat Moyſi à mane vſque ad veſperam. ‡ Quod cum vidiſſet cognatus eius, omnia ſcilicet quæ agebat in populo, ait: Quid eſt quod facis in plebe? Cur ſolus ſedes, & omnis populus [6] præſtolatur ] de mane vſque ad veſperam? Cui reſpondit Moyſes: Venit ad me populus, [7] quærens ſententiam dei. ]Cúmque acciderit eis aliqua diſcrepatio,veniunt ad me,vt iudicẽ inter eos, & oſtendã præcepta dei, & leges eius.At ille,non bonã,inquit,rem facis. [8] Stulto [e] labore cõſumeris, ] & tu & populus iſte qui tecũ eſt. Vltrà vires tuas eſt negotiũ. † Solus illud nõ poteris ſuſtinere.Sed
D audi verba mea [9] atque cõſilia, ]& erit dominus tecũ.Eſto tu populo [10] in iis quę ad deũ pertinẽt, vt referas quæ dicuntur ad eũ, ]oſtendáſque populo [11] cęremonias,& ritũ colendi,viamq; per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeãt. ‡ Prouide autem de omni [f] plebe viros ſapiẽtes,& timentes deũ,in quibus ſit veritas,& qui oderint auaritia & cõſtitue eis Tribũnos,& Centuriones,& Quinquagenarios,& Decanos, [g] qui iudicẽt populũ omni tẽpore.Quicquid autẽ maius fuerit,referãt ad te,& ipſi minora tantũmodo iudicẽt:leuiúſque ſit tibi, [12] partito in alios onere.] Si hoc feceris,implebis im-

a. Madian,ciuitas regia gẽtis Amalech, ſita in valle ad ſinum Elanaticum. Huius fuit Sacerdos Iethro ſocer Moyſi, qui viſitauit eum in deſerto.
1. Socer,qui Hebraicè dicitur hothen.
* Igitur Iethro ſocer Moyſi.
2. Gerſon.

a Socer,& infra.

b. Ad montem Sinai,legis data nouæ domino dicatam.
4. Et egreſſus Moyſes in occurſum ſoceri ſui incuruauit ſe.

c. Quidã ſunt,qui intelligunt hoc de tabernaculo domini, & dicunt hoc eſſe dictum,per anticipationem:ſed nõ oportet. Neque enim vnquam in tabernaculo domini immolauit,vel etiam illud intrauit, quia gentilis erat. Hugo de S. Victore.
d. Profitetur & laudat ſacerdos excelſus dominum, hoc eſt ſummum deum: cui tribuit ſe beneficia hęc populo Iſrael. Caietanus ibi.

5. Socero Moyſi.

6. Stat iuxta te.
7. Vt conſulẽr deum.
8. Laſſitudine fatigaris.
e. Cur hoc deus famulũ ſuũ, cum quo ipſe tanta & talia loquebatur,ab alienigena paſſus eſt admoneri? In quo ſcriptura nos admonet, per quemlibet hominem dectur conſilio veritatis non debere contemni. Auguſt. queſt. 68. ſuper Exo.
9. Et ego cõſilium tibi dabo.
10. Reſpectu dei, vt referas cauſas ad deum.
11. Sẽtẽtias & leges, & oſtẽdes illis viam.
f. Boni iudicis condiciones.
g. Audiant principes populi, & presbyteri plebis, quia debent omni hora populũ iudicare, ſemper & ſine intermiſſione ſedere in iudicio, dirimere lites, reconciliare diſſidentes, in gratiã reuocare diſcordes. Diſcat vnuſquiſque ex ſcripturis ſanctis officiũ ſuũ. Origenes ibidem.
12. Portabúntque illi cecũm

perium domini,& præcepta eius poteris ſuſtentare, & omnis hic populus reuertetur ad loca ſua cũ pace. [g] Quibus auditis, Moyſes fecit omnia quę ille ſuggeſſerat. Et electis viris ſtrenuis de cuncto Iſrael, conſtituit eos principes populi, [h] Tribunos, & Cẽturiones, & Quinquagenarios, & Decanos, qui iudicarent plebem domini omni tempore. Quicquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes. Dimiſitq; [13] cognatum ] ſuum, qui reuerſus abiit in terram ſuam.

h. Conſiliariis etiam omnes opus habent etiam ii Moyſi cõferri poſſint. Multa enim ſunt quæ magni & admirabiles viri ignorant quæ tamen ſapta Obiectique ſcire ſolent. Quia Moyſes conſyderans omnibus cum manſuetudine audiuit ſocerum conſulentem, at dicentem ſibi: fac tibi tribunos, centenarios quinquagenarios, decanos, & ſi res aliqua grauior fuerit, referàt ad te. Chryſoſto. de conuerſione Pauli.

13. Moyſes ſocerum.

*Populus iuxta montem Sinai in peculiarem eligitur, ſanctificaríque iubetur domino in fulgure & tonitru Moyſi in monte apparente.* XIX.

[a] In 47. die ab exitu Iſrael de Aegypto, hoc eſt, in principio tertij menſis, venerunt in hanc manſionem, quæ eſt duodecima, vbi media pars Exodi, & totus Leuiticus liber, & numerorum præcepta, & per ſingulas populi tribus diſtributio, & oblatio principum deſcripti ſunt. Hieron. ad Fabiolam.

a. Duxi vos ad me, vel traxi.

b. Eritis mihi in peculium propterea quod omnes à deo creati ſumus, ſed illi tantum peculium dei ſunt qui per diuinę maieſtatis cognitionem ſpiritualiter facti ſunt: quippe deo digna faciunt neque ab vlla animi perturbatione aut falſa deo ſubiiciũtur. Seuerus Antiochenus epiſcopus ibidem.

2. In gentem ſanctam.

3. Et poſuit ante faciem illorum.

* Ei.

4. Denſa nube.

c. Non ſolum ſanctificari, ſed etiam veſtimenta lauare Hebræi à deo iubentur, cum legem ſunt accepturi, quia per corporales res ad ſpirituales eos adducit, & timore incutit, & reuerentiores reddit. Theodoretus ibidem.

5. Non tangat eũ manus, alioquin lapidando lapidabitur.

6. Prolixius inſonuerit.

d. Tertius dies ingreſſus in Sinai, qui à 14. die primi menſis agni immolati quinquageſimus erat, cum aduenìſſent in Sinai die 27. menſis. Hiero. ad Fabiolam.

7. Et valde tremuit vniuerſus mons, & factum eſt cum vox tubæ procederet, & fortiſſima fieret.

* per vocem.

e. Iudæi putauerunt Moyſen quoniam eũ in hoc loco mõtem aſcendit & in tenebras ingreſſus fuit, ipſam ineffabilem dei naturam oculis ſuis vidiſſe. Cyrillus ſuper Ioannem lib. 4 cap. 8.

f. Sacerdotibus iampridem mandatur voce cœleſti, & dei lege præſcribitur quos & qualeſ oporteat deſtinare altari, & ſacrificia diuina celebrare. Cyprianus Epiſto. 4.

8. Forte dominus diſiiperet.

g. Notantur duæ locutiones dei ad Moyſen. Vna quæ fuit prima in decem mandatis eõ modo ad totũ populũ facta, alia priuata ad Moyſen in cacumine montis. Hugo de S. Victore.

[1] Enſe tertio egreſſionis Iſrael de terra Ægypti, [a] in die hac venerunt in ſolitudinem Sinai. Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vſque in deſertum Sinai, caſtrametati ſunt in eodem loco, ibíque Iſrael fixit tentoria è regione montis. [2] Moyſes autem aſcendit in montem ad deum. Vocauítque eum dominus de monte, & ait: Hæc dices domui Iacob, & annunciabis filiis Iſrael. [3] Voſipſi vidiſtis quæ fecerim Aegyptiis, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum, & [1] aſſumpſerim mihi ] [b] Si ergo audieritis vocem meam & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea eſt enim omnis terra: [4] & vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & [2] gens ſancta. ] Hæc ſunt verba quæ loquêris ad filios Iſrael. [5] Venit Moyſes, & conuocatis maioribus natu populi, [3] expoſuit ] omnes ſermones quos mandauerat * dominus. [6] Reſponditque omnis populus ſimul: Cuncta quæ locutus eſt dominus, faciemus. Cúmque retuliſſet Moyſes verba populi ad dominum, [7] ait ei dominus: Iam nunc veniam ad te in [4] caligine nubis, ] vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Nuntiauit ergo Moyſes verba populi ad dominum. [8] Qui dixit ei: Vade ad populũ, [c] & ſanctifica illos hodie & cras, lauéntque veſtimenta ſua, & ſint parati in diem tertiũ. In die enim tertio deſcẽdet dominus coram omni plebe, ſuper montem Sinai. [9] Conſtituéſque terminos populo per circuitum, & dices ad eos: Cauete ne aſcendatis in montem, nec tangetis fines illius. Omnis qui tetigerit montem morte morietur. [5] Manus non tangent eum, ſed lapidibus opprimetur, ] aut confodietur iaculis. [10] Siue iumentum fuerit, ſiue homo, nõ viuet. Cum [6] cœperit clangere ] buccina, tunc aſcendent in montem. [11] Deſcendítque Moyſes de monte ad populum, & ſanctificauit eum. Cúmque lauiſſent veſtimenta ſua, ait ad eos: Eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus veſtris. [12] Iámque aduenerat [d] tertius dies, & mane inclaruerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montẽ. Clangórque buccinæ vehementius perſtrepebat, & timuit populus qui erat in caſtris. Cúmque eduxiſſet eos Moyſes in occurſum dei de loco caſtrorũ, ſteterunt ad radices montis. [13] Totus autẽ mons Sinai fumigabat, eo quòd deſcendiſſet dominus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace. [7] Erátque omnis mons terribilis, & ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius, & prolixius tendebatur. [14] Moyſes loquebatur, & dominus reſpondebat ei. * [15] Deſcendítque dominus ſuper montem Sinai in ipſo montis vertice: & vocauit Moyſen in cacumen eius. [e] Quò cum aſcẽdiſſet, dixit ad eum: Deſcẽde, & conteſtare populum, ne fortè velit tranſcendere terminos ad videndum dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. [f] Sacerdotes quoque qui accedunt ad dominum, ſanctificentur ne [8] percutiat ] eos. [16] Dixítque Moyſes ad dominũ: Non poterit vulgus aſcẽdere in montem Sinai. Tu enim teſtificatus es, & iuſſiſti, ] dicens: Pone terminos circa montem. & ſanctifica illum. Cui ait dominus: [17] Vade, deſcende, aſcendéſque tu & Aaron tecum. Sacerdotes autem & populus non tranſeant terminos, nec aſcendant ad dominum, ne fortè interficiat illos. [18] Deſcendítque Moyſes ad populum, & omnia narrauit eis.

*Moyſes decа-*

*Moyses decalogum à domino auditum populo narrat, ac terreum altare iubet fieri, ad quod non sit per gradus ascendendum.* XX.

A LOcutúsque est dominus cunctos sermones hos: † Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Ægipti, de domo seruitutis. Non habebis deos alienos [1] coram me. ] † Non facies [2] tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, & neque coles. ] Ego * sum dominus deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum [6] qui oderunt me: & faciens misericordiam in millia iis qui diligunt me, & custodiunt
B præcepta mea. † § Non assumes nomen domini Dei tui in vanum. † Non enim habebit insontem dominus eum, qui assumpserit nomen domini dei sui frustra. Memento vt diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die sabbatum domini dei tui est. Non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena, qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit deus cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo. † Idcirco benedixit dominus diei sabbati, & sanctificauit eum. † [c] Honora patrem tuum & matrem tuam, vt [2] sis longæuus ] super ter-
C ram, quam dominus deus tuus dabit tibi. † § [c] Non occides. Non mœchaberis. † Non furtum facies. Non [3] loquéris ] contra proximum tuum falsum testimonium. † Non concupisces domum proximi tui. Nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt. † Cunctus autem populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montémque fumantem, & perterriti ac pauore concussi steterunt procul, dicentes Moysi: [d] Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur [4] nobis ] dominus, ne fortè moriamur, & ait Moyses ad populum: Nolite timere. Vt enim [5] probaret ] vos, vênit deus. Et vt terror illius esset in vobis, & non
D peccaretis. § Stetítque populus de longe. Moyses autem accessit ad caliginem, in qua erat deus. Dixítque præterea dominus ad Moysen: Hæc dices filiis Israel. Vos vidistis quòd de cœlo locutus sim vobis. Non facietis * deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. [d] Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra, oues vestras, & boues, in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei. Veniam ad te, & benedicam tibi. † Quòd si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de [6] sectis ] lapidibus. Si enim leuaueris cultrum tuum super eo, polluetur. Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua. *

1. Super me, vel aduersum me.
2. Non enim dicitur: Non facies idolum, vel sculptile, aut similitudinem, in quo inhibetur artem pingendi, dolandi, sculpendi, & fundendi imagines, sed dicitur, non facies tibi, hoc est, vt tuum deum vel tuum idolū. De his amplius Damascen. lib. 4. cap. 17. de orthodoxa fide.
3. Enim.
b. Recte addidit, qui oderunt me. Quia pater si fuerit contemptor diuinorum præceptorum, & filius talis fuerit æquè deo non obediēs, & nepos sequutus fuerit vias aui, & patris sui, pronepos si ita attenderit, rependetur eis vsque in tertiam & quartā generationem. Chrys. super 23. ca. Matt.
c. Non in verborum sono, sed in victus necessariis ministrādis. Hiero. ad Geruntiam viduam, de monogamia.
c. Dubium est apud nonnullos an sint 4. præcepta primæ tabulę, & 6. tantū secundæ, an tantum 3. primę & 7. secūdæ: cui respondēs Aug. Mihi quidem, inquit, congruentius videntur accipi tria illa, & illa septem. Trinitatem videntur illa tria, quæ ad deum pertinent, insinuare diligētius intuētibus. Aug. ibid. quæst. 71.
2. Prolongentur dies tui.
3. Respondebit.
d. Multum & solidè significatur ad vetus testamentum timorem potius pertinere sicut ad nouum dilectionem: quāquam & in vetere nouū lateat, & in nouo vetus pateat. Augustinus in quæstionibus super Exodum quæstione. 73.
4. nobiscum.
5. Tentaret.
6. Mecum.
d. In sequentibus tamen factum est aneum: Sed & illud tantū terra implebatur quando sacrificia fiebāt. Et hæc est sententia Iudæorum de altari. Hugo de S. Victore.
6. Politis.
§ Iuxta illud.

*Præcepta iudicialia quo ad emptitios seruos & ancillas, furta, homicidia, parricidia, parentum maledicta, rixas, & talionis pœnas, atque cornupetam bouem.* XXI.

A HÆc sunt iudicia quæ propones eis: † Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis [1] [a] Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat. Si habens vxorem, & vxor egredietur simul. Sin autem dominus dederit illi vxorem, & peperit filios & filias, mulier & liberi eius erunt domini sui, ipse verò exibit cum [2] vestitu ] suo. Quòd si dixerit seruus, diligo dominum meum, & vxorem ac liberos, non egrediar liber: offeret eum dominus [3] [b] diis, ] & applicabitur ad ostium & postes, perforabítque aurem eius subula, & erit ei seruus in
B seculum. § Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut [4] ancillæ ] exire consueuerunt. Si displicuerit oculis domini sui, [5] cui tradita fuerit, dimittet eam: ] populo autem alieno vendendi non habebit potestatem, [6] si ] spreuerit eam. Si autem filio suo desponderit eam, iuxta morem filiarum faciet illi. Quòd si alteram ei acceperit, prouidebit puellæ [7] nuptias, & vestimenta, & pretium pudicitiæ nō negabit. ] Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque pecunia. † Qui percusserit hominem [8]
C volens occidere, ] morte moriatur. § Qui autem non insidiatus, † sed deus illum tradidit in manus eius, constituam tibi locum in quo fugere debeat. † Si quis

1. a. Si cum corpore suo venerit, cum corpore suo exibit; hoc est, si solus sine vxore venerit, sine vxore exeat. Chald.
2. Corpore, id est solus sine vxore & liberis.
3. b. Ad iudices. Nempe elohim, vel deos, iudices, vel summos viros, seu etiam sacerdotes designat: iudices inquam, quibus cōmissum est iudicium, quod dei summi proprium est.
4. Serui.
5. Et non desponsabit eam, redimet eam.
6. Cum.
7. Victum eius, & vestitum eius, & coniugale debitū non minuet ab ea.
8. vnde moriatur.

9. Machinetur in proximum, vt dolo occidat eum.
c. Lex hęc in veteri testamẽto proposita est, cùm nondum optimæ vitę diligẽtia exigebatur. quid igitur nos dicemus nũc, qui sumus sub gratia quando nõ tantum patri, sed & omnium deo male fit? Chryf. de prouidentia. Ser. 2.
10. Atque inuentus fuerit in manu eius.
11. Vocationem eius, vel sessionem solues, & sanando sanabis eum.
12. Vlciscendo vitio sumetur.

13. Egressi sunt pueruli, sed nõ fiat mors, vtpote nec matris nec prolis sitsecutã mors, sed † æquus sit acceleratus.
14. Dabit iuxta arbitrosũ sententiam.
d. Ex hoc loco Manichæi verus ẽ nouo testamẽtũ differre dicũt. quòd illic permittatur vindicta, hic prohibeatur. Verũ ex hoc intelligitur, & mẽsuram vindicandi rectè carnalibus cõstitutam: & omnimodam iniuriæ remissionem nõ eatenus in nouo testamẽto esse præceptam, sed lõgè antea in veteri esse præmeditatam. Aug. contra Adimantum Manichæum, cap. 8.
* Pro dente suo.
15. Admonitis (quæ est dominę
e. Animalia bruta mãdabãtur occidi nõ propter aliquã ipsorũ culpam, sed sit pœnã dominorum qui talia animalia nõ custodierant ab huiusmodi peccatis, & ideo magis puniebatur dominus si bos cornupeta fuerat ab heri & nudiustertius (in quo casu poterat occurri periculo) quàm subito cornupeta effecretur. Vel occidebantur animalia in detestationem peccati, & ne ex eorum aspectu aliquis horror hominib⁹ fieret. S. Tho. 1.2. q. 105. art. 2. ad. V.
* Foueam.
f. Hoc est, ante hesternam vel nudiustertinã diẽ: quod pro tẽpore præterito potuit, quãtumcunque illud fuisset, more scripturarum. Aug. super Exod. Locutio. 58.

9 per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur. Qui percusserit patrem suũ, aut matrem, morte moriatur. c † Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur. † Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, 10 conuictus noxæ,] morte moriatur. † Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lectulo: si surrexerit, & ambulauerit foris super baculum suum, innocens erit, qui percusserit: & ita tamen vt 11 operas eus, & impensas in medicos restituat.] Qui percusserit seruum D suum vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, 12 criminis reus erit.] † Sin autem vno die vel duobus superuixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est. † Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & 13 abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit:] subiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & 14 arbitri iudicauerint.] Si autem mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, d † Oculum pro oculo, dentem pro dente, manũ pro manu, pedem pro pede, adu- E stionem pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. Si percusserit quispiam oculum serui sui aut ancillæ, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. Dentem quoque si excusserit seruo vel ancillæ suæ, similiter dimittet eos liberos*. Si bos cornu percusserit virum, aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedentur carnes eius: dominus quoq; bouis innocens erit. f † e Quòd si bos cor- F nupeta fuerit ab heri & nudiustertius, & 15 contestati sunt dominum] eius, nec recluserit dominus eum, occiderítque virum aut mulierem, & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident. Quòd si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua, quicquid fuerit postulatus. Filium quoque & filiam si cornu percusserit, simili sententiæ subiacebit. † Si seruum ancillámque inuaserit, triginta siclos argenti domino dabit, bos verò lapidibus opprimetur. † f Si quis aperuerit cisternam, & foderit, * & non ope- G ruerit eam, ceciderítque bos, aut asinus in eam: reddet dominus cisternæ pretium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit. Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit, vendent bouem viuum, & diuident pretium, cadauer autem mortui inter se dispartient. Si autem sciebat quòd bos cornupeta esset f ab heri & nudiustertius, & non custodiuit eum dominus suus, reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet.

*Furti, damníque illati pœna: depositi, commodati, atque stupri lex: idololatriæ supplicium: aduenæ, viduæ, & pupillo nocentium pœnæ: mutui vsuræ, & pignoris lex, ac obedientiæ, & decimarum.* XXII.

a. Iuxta hoc decretum respondit ad sermonem Nathan prophetæ, respõdit. Vivit dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc: ouẽ reddet in quadruplũ, & ipse gladio punietur. Chrysost. in 50. Psal.
1. Si fur in foramine inuẽtus fuerit, & percussus obierit, sanguinis pœna nõ erit. Si verò ortus fuerit sol super eũ, sanguinis debitor erit, reddendo redder, etsi non habet, vendetur pro furto suo.
2. Spinas, & absumptus fuerit ager, aut flatus segetes, aut ager ipse.
3. Dederit proximo suo.
4. Ad iudices, si non misit.
5. Et super omni re iniqua.
* Quod dixerit quispiã apud alterum esse, scilicet quòd probauerit illam rem esse apud accusatum.
6. Quem iudices.
7. Domini erit inter vtrũque.

a SI [a] quis furatus fuerit bouem aut ouem, & occiderit vel vendiderit, quinque bo- A ues pro vno bouẽ restituat, † & quatuor oues pro vna oue. 1 † Si effringens fur domum, siue suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. Quòd si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat, ipse venundabitur.] Si inuentum fuerit apud eum quod furatus est, viuens, siue bos, siue asinus siue ouis: duplum restituet. † Si læserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit iumentum suum vt depascatur aliena, quicquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea, pro damni æstimatione restituet. † Si egressus ignis inuenerit 2 spicas, & comprehenderit aceruos frugum siue stantes segetes in agris,] reddet damnum qui ignem succenderit. † Si B quis 3 commendauerit amico] pecuniam, aut vas in custodiam, & ab eo qui susceperat, furto ablata fuerint: si inuenitur fur, duplum reddet. Si latet fur, dominus applicabitur 4 ad deos, & iurabit quòd non extenderit] manum in rem proximi sui 5 ad perpetrandam fraudem,] tam in boue, quàm in asino, & oue, ac vestimento, & quicquid damnum inferre potest.* Ad deos vtriusque causa perueniet, & 6 si illi] iudicauerint, duplum restituet proximo suo. Si quis commendauerit proximo suo bouem, asinum, ouem, & omne iumentum ad custodiam, & mortuum fuerit ac debilitatum, vel captum ab hostibus,] nullúsque hoc viderit, iusiurandum 7 erit in medio]

dio] quòd non extenderit manum ad rem proximi sui, susciepiétque dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur. † Quòd si furto ablatum fuerit *, restituet damnum domino. ‡ Si comestum à bestia, [8] deferat ad eum quod occisum est,] & non restituet. Qui à proximo suo quicquam horum mutuo postulauerit, & debilitatū aut mortuum fuerit, domino non præsente, reddere compelletur. Quòd si [9] in præsentiarum] dominus fuerit, non restituet: [10] maximè si conductū venerat] pro mercede operis sui. †b Si seduxerit quis virginem, necdum desponsatam, dormieritq; cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt. †[11] Maleficos] non patieris viuere. Qui coierit cum iumento, morte moriatur. † Qui immolat [12] diis,] occidetur, præter domino soli. Aduenam non [13] contristabis, neque affliges eum.] Aduenæ enim & ipsi fuistis in terra Ægypti. † Viduæ & pupillo non nocebitis. [14] ‡ Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum,] & indignabitur furor meus, percutiámque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, [15] ante solis occasum] reddes ei. Ipsum enim est solum quo operitur indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat. Si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum. c Diis non detrahes, † & principi populi tui non maledices. [16] Decimas & primitias tuas non tardabis offerre. Primogenitū filiorum tuorū dabis mihi. De bobus quoq; & ouibus, similiter facies. Septem diebus sit cū matre sua, die octaua reddes eū mihi. † Viri sancti eritis mihi. † Carnem [17] quę à bestiis fuerit [illegible]rgustata,] non comedetis, sed proiicietis canibus.

*Cæremonialia quod ad iudicij fauorem, inimici auxilium, munerum acceptionem, anni septimi, & diei septimi quietem, ac tria præcipua festa, promißáque seruantium.* XXIII.

NOn suscipies vocem mendacij, † nec iunges manum tuam, [1a] vt pro impio] dicas falsum testimonium. Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec [2] in iudicio plurimorum acquiescès sententiæ, vt à vero deuies. † Pauperis quoque non misereberis in iudicio. † Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris asinum odientis te iacêre sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. Non [3] declinabis in iudicium pauperis.] Mendacium fugies. † Insontem & iustum non occîdes: quia [4] auersor impium.] ‡ b Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertūt verba iustorum. Peregrino molestus non eris. Scitis enim aduenarum animas: † quia & ipsi peregrini fuistis in terra Ægypti. Sex annis seminabis terram tuam, & congregabis fruges eius. Anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui: & quicquid reliquum fuerit, edant bestiæ agri. Ita facies in vinea, & in oliueto tuo. Sex diebus operaberis, septima die cessabis, vt requiescat bos & asinus tuus, & [5] refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. ‡ Omnia quæ dixi vobis, custodite: & per nomen externorum deorum non [6] iurabitis,] neque audietur ex ore vestro. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Solennitatem quoque azymorum custodies. Septem diebus [7] comedetis] azima, sicut præcepi tempore mensis nouorum, [8] quando] egressus es de Ægypto. [a] † Non apparebis in conspectu meo vacuus. Et solennitatem messis primitiuorum operis tui, quæcunque seminaueris in agro, solennitatem quoque * in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. † ‡ Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram domino deo tuo. Non immolabis super fermento sanguinem victimæ [9] tuæ, nec remanebit] adeps solennitatis meæ vsque mane. † Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum domini dei tui. b Non coques hœdum in lacte matris suæ. Ecce ego mittam angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem præparaui. Obserua eum, & audi vocem eius, nec [10] contemnendum putes: quia non dimittet, cùm peccaueris, & est nomen meum in illo. ‡ Quòd si

* Ab eo.

8. Adducat ille testē, & rapta.

9. Præsens.
10. Præsertim cùm sit conductitium, & venerit.

b. Adulterium mulieris viro nupte repræsentat copulę quā iungimur deo destructionē. Vtrisque lex capitale irrogat supplicium. Procopius ibid.

11. Maleficā, seu magam aut sortilegam.
12. Idolis

13. Depopulabis, & non oppritnes.
14. Si affligēdo afflixeritis eū & vociferādo vociferatus fuerit ad me, audiendo audiam clamorem eius.

15. In solis occasu.

c. Illi autem qui dicūtur dij, etiam si qui sunt, qui meritò dicūtur prohibiti, sunt maledici, non iussi sunt sacrificiis, vel vllis latriæ obsequiis honorari. Aug. super Exo. ca. 84
16. Plenitudinem turis & lachrymas tuas non differas, sicliceat in alterum annum.
17. In agris laceratam.

1. Cum impio, vt.
2. Falsum testimoniū habet triplicē deformitatem. Vno modo ex periurio, quia testes nō admittūtur nisi iurati. Et ex hoc est semper peccatum mortale. Alio modo ex violatione iustitię & hoc modo est peccatum mortale. Tertio ex ipsa falsitate secundū quod omne mendaciū est peccatū. S. Thomas. 22. q. 70. Artic. 4. in M.
3. Respondebis in causa, vt declines post multos ad peruertendū iudicium. Pauperem non ornabis in causa sua.
4. Pertœrces iudicium pauperis qui in causa sua.
4. Non iustifico impium, hoc est impiū iuxta impietatem suam volo iudicari.

## Præcepta cęremonialia deinceps.

b. Tres sunt acceptiones munerū ad quas ex fraude festinatur. Munus nāque à corde, est captata gratia à cogitatione. Munus ab ore, est gloria per fauorē. Munus ex manu, est præmiū per datione. Greg. 9. moralium. cap. 26.
5. Respiret.
6. Memorabitis. Non solùm iurando, sed nec laudando, probando, aut obtestādo, quę sunt plus, quàm iurare.
7. Comedes.
8. In illo enim.
a. Vt non solùm personarum, sed & rerum in his tribus solennitatibus dei oblatio fiat.
* Collectionis quæ est.

9. Mane, nec pernoctabit.

b. Idipsum significans Christum dominum nostrum, qui vetus agnus dei est, non nisi maturo tempore pati oportuit. Christ. sost.
10. Exacerbet eum, quia non parcet prauaricationi vestræ.

audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te.† Præcedétque te[c] angelus meus, & introducet te ad Ammorræum, & Hethæum, & Pherezæum, Chananæúmque, & Heuæum, & Iebusæum, quos ego conteram. Non adorabis deos eorum, nec coles eos. Non facies* opera eorum, sed destrues eos,& confringes statuas eorum.†[d] Seruietísque domino deo vestro, vt benedicam panibus tuis, & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui.[§e] Non erit[11] infœcunda] nec sterilis in terra tua. Numerum dierum tuorum implebo. Terrorem meum mittam[12] in prȩcursum tuum, & occidam] omnem populum ad quem ingrediêris. Cunctorúmq; inimicorum tuorum coram te terga vertam, emittens crabrones prius qui fugabunt Heuȩum, & Chananæum, & Hethȩum, antequam introeas. Non eiiciam eos à facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ*.[§] Paulatim expellam eos de conspectu tuo,donec augearis,& possideas terram. Ponam autem terminos tuos à mari rubro, vsque ad mare Palęstinorum: & à deserto vsque ad fluuium*. Tradam in manibus vestris habitatores terrę: & eiiciam eos de cõspectu vestro. † Non inibis cum eis fœdus, nec cum diis eorum. Non habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant in me, si[f] seruieris diis eorum: quod tibi certè erit in scandalum.

c. Hęc sententia secundũ historiam, Iosue ducem populi Israelitici denotat, qui ideo angelus denominatur, quia ad legationem domini peragendam festinatus est. Rabanus ibidem.
* Iuxta.
d. Seruorum dei promissa.
e. Quamuis promissiones istę possint spiritaliter intelligi, tamen cùm secundum tẽporalem hominum fœlicitatem intelligantur, ad vetus testamentum pertinent, vbi quanquam præcepta (exceptis his quę in sacramento aliquid significant) exãdé ad mores bonos pertinéria reperiãtur, promissiones tamẽ carnales sunt atque terrenæ. Augustin. quæst. 93. super Exodum.
11. Abortiens.
12. Ante te,& obstupa faciã.
* Agri.
* Euphratem.

f. Græc. λατρεύσῃς habet, nõ λατρεύσεις. Vnde intelligitur quia & δουλεία debetur deo tanquam domino, λατρεία verò nõ nisi deo tãquam deo. Aug. quæst. 94. super Exod.

*Oblatis domino sacrificiis, fœderísque sanguine in populum respersо, Moyses multa ad montis vsque radicem comitante caterua, solus ascendit in montem, vbi cum domino quadraginta diebus permansit.* XXIIII.

MOysi quoque dixit: Ascende ad dominum,[a] tu, & Aaron, Nadab,& Abiu, & * septuaginta senes ex Israel: & adorabitis procul.† Solúsque Moyses[1] ascendet ad dominum,& illi non appropinquabunt, nec populus ascendet cum eo. Venit ergo Moyses, & narrauit plebi omnia verba domini atque iudicia. Respondítque omnis populus vna voce: * Omnia verba domini quæ locutus est, faciemus. Scripsit autem Moyses vniuersos sermones domini: & mane consurgens[b] ædificauit altare domino[2] ad radices montis,] & duodecim titulos per duodecim tribus Israel.[§] Misítq; iuuenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta: immolauerúntque victimas pacificas domino, vitulos[3]–[c] duodecim.] † Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras, partem autem residuam fudit super altare. Assuméntsque[d] volumen fœderis, legit audiente populo. Qui dixerunt: Omnia quæ locutus est dominus, faciemus, & erimus obedientes. Ille verò sumptum sanguinem respersit in populum. Et ait: Hic est sanguis fœderis quod pepigit dominus vobiscum, super cunctis sermonibus his. †[§] Ascenderúntq; Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel, & viderunt deum Israel. Sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphyrini, & quasi cœlum cùm serenum est.[3] Nec super eos qui procul recesserant de filiis Israel, misit manum suam,[e] Viderúntque deum, & comederunt,ac biberunt. Dixit autem dominus ad Moysen: Ascende ad me in mõtem,& esto ibi, dabóq; tibi[4]–duas] tabulas lapideas,& legem, ac mandata quæ scripsi, vt doceas filios Israel. Surrexerunt Moyses, & Iosue minister eius, ascendénsque Moyses in montem dei, senioribus ait:[§] Expectate hîc, donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron & Hur vobiscum,[4] si quid natum fuerit quęstionis, referetis] ad eos[f] Cumq; ascendissет Moyses, operuit nubes montem, & habitauit gloria domini super Synai, tegens illum nube sex diebus. Septimo autem die, vocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autem[5] species] gloriæ domini, quasi ignis ardens super verticem montis[5] in conspectu filiorum Israel.†[§] Ingressúsque Moyses medium nebulę, ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

a. Significatur autem in quaternario numero, in Moyse& Aaron & Nadab & Abiud propter quatuor euãgelistas, &totius orbis qui in quatuor partes diuiditur, promissio,& septuaginta de senioribus Israel, numero scilicet septenario duplicata. Augu. in Exo. quæst. 95.
* Septuaginta senes sunt, de quibus dicitur. Num. 11. Assume tibi septuaginta viros, de quibus Heldad & Medad fuerunt. Strabus ibid.
1. Accedet.
* Et dixerunt.
b. Hoc est secundum altare, quod Moyses in deserto construxit.
2. Sub monte.
c. Quod neque Hebrei neque nos inuenerunt. Nam & plures nudos 12. esse potuerunt, sicut & Salomon immolauit.
d. Continens promissa dei populo, & promissa populi deo, scilicet Genesim, secundum Hebraeos.
3. Nec ad principes suos seniores filiorum Israel.
e. Quòd autem deus se ostendit specie corporali, vel ignis corporaliter expressit, non substãtia eius apparet, qua est ipse quod est: sed assumptio formarum visibiliũ eius omni potentiæ subiacet. Augustin. quæst. 89. super Exodum.
4. Qui habuerit causas accedat.
f. Gloriã dei habitasse super montem Sinai dixerunt experti est magnã & gloriosam multitudinis dulcedinis Domini, quã abscondit quidẽ timentibus se, sed huic ostẽdit non parua ex parte, vt in illa epularetur, non vno die sed quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Rupertus ibidem.
5. Visio.
g. Moyses ingressus medium nebulæ, vt diuina & occulta sapientiæ facilius penetraret, fuitque ibi cum domino quadraginta diebus ac noctibus, vt hoc numero tẽporis discret, quòd illi solummodo decalogum legis, quem cũ populo suo acceperat, possent implere, quos euangelicæ gratia veritatis, quæ quatuor libris erat describenda, inuenerit. Beda, Ibid.

*Iubetur primitiarum oblatio ad dei tabernaculum formandum, arcam, mensam, ac candelabrum, atque cuncta illis pertinentia.* XXV.

Universidad de Deusto Biblioteca

LOcutúſque eſt dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filiis Iſrael, vt tollant mihi [1] primitias.] Ab omni homine qui [2] offert vltroneus,] accipietis eas.† Hæc ſunt autem quæ accipere debetis.[a] Aurum, & argentum, & æs, & hyacinthum, & purpuram, coccúmque bis tinctum,] & byſſum, & pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas: pelléſque [3] hyacinthinas,] & ligna ſethim, oleum ad luminaria concinnanda, aromata [4] in vnguentum,] & thymiamata boni odoris, lapides onychinos, & gemmas [5] ad ornandum Ephod, & rationale.]† Faciéntque mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum, iuxta [6] omnem ſimilitudinem tabernaculi quod oſtendam tibi, & omnium vaſorum in cultum eius.] Sícque facietis & illud.] Arcam de lignis [b] ſethim compingite, cuius longitudo habeat duos & ſemis cubitos, latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitum ſimiliter ac ſemiſſem, & deaurabis eam auro mundiſſimo intus & foris.‡ [c] Faciéſque ſuprà coronam auream per circuitum, & [7] quatuor circulos aureos,] quos pones per quatuor arcæ angulos.† Duo circuli ſint in latere vno, & duo in altero. Facies quoque vectes de lignis ſethim, & operies eos auro. Introducéſque* per circulos qui ſunt in arcæ lateribus, vt portetur in eis. Qui ſemper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis. Ponéſque in arca, [d] teſtificationem quam dabo tibi. Facies & propitiatorium de auro mundiſſimo. Duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum ac ſemiſſem, latitudo. Duos quoq; Cherubin aureos & [8] productiles facies ex vtraque parte [9] oraculis.] Cherub vnus ſit in [10] latere] vno, & alter in altero.* Vtrunque latus propitiatorij tegant* expandentes alas, & * operientes [11] oraculum.] reſpiciántque ſe mutuò verſis vultibus in propitiatorium, [12] quo operienda eſt arca:] in qua pones teſtimonium quod dabo tibi.‡ Inde [13] præcipiam] & loquar ad te ſupra propitiatorio ſcilicet, ac medio duorum Cherubin qui erunt ſuper arcam teſtimonij, cuncta quæ mandabo per te filiis Iſrael. Facies & menſam de lignis ſethim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac ſemiſſem: & inaurabis eam auro puriſſimo. Faciéſque illi [14] labium] aureum per circuitum, & ipſi labio [15] coronam interraſilem altam quatuor digitis, & ſuper illam alteram coronam aureolam.] Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis [16] eiuſdem menſæ, per ſingulos pedes.]* Subter coronam erunt circuli aurei, vt mittantur vectes per eos, & poſſit menſa portari. Ipſos quoque vectes facies de lignis ſethim, & circundabis auro, ad ſubuehendam menſam. Parabis & [17] acetabula, ac phyalas, thuribula,] & cyathos, in quibus offerenda ſunt libamina, ex auro puriſſimo: & pones ſupra menſam [f] panes [18] propoſitionis] in conſpectu meo ſemper. Facies & candelabrum ductile de auro mundiſſimo, haſtile eius, & calamos, ſcyphos, & ſphærulas, ac lilia, ex ipſo procedentia.‡ Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero. Tres ſcyphi [19] quaſi in nucis modum] per calamos ſingulos, ſphærulæque ſimul & lilia, & tres ſimiliter ſcyphi inſtar [20] nucis] in calamo altero, ſphærulæque ſimul & lilia [g]. Hoc erit opus ſex calamorum, qui producendi ſunt de haſtili. In ipſo autem candelabro erunt quatuor ſcyphi in nucis modum, ſphęrulæque per ſingulos, & lilia. Et ſphærulæ ſub duobus calamis per tria loca: qui ſimul ſex fiunt procedentes de haſtili vno. Et ſphęrulæ igitur, & calami ex ipſo [21] erunt vniuerſa ductilia] ex auro puriſſimo. Facies & lucernas ſeptem, & pones eas ſuper candelabrum, vt luceant ex aduerſo. Emunctoria quoque, & vbi ea quæ emuncta ſunt extinguantur, fient de auro puriſſimo. [22] Omne pondus candelabri cum vniuerſis vaſis ſuis, habebit talentum auri puriſſimi.]† Inſpice, & fac ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt.

1. Oblationem.
2. Voluntarium exhibuerit cor ſuum.
3. Hi quatuor colores quibus tabernaculum cõficitur, quatuor elementa quibus mundus conſtituitur, deſignabãt, vt mundo tabernaculum aſſimilaretur.
3. Taxinum, & infra.
4. Pro oleo vnctionis.
5. Quæ includũtur in Ephod, & in pectorali.
6. Omnia quæ ego oſtendo tibi, tam iuxta exẽplar tabernaculi, quàm iuxta exemplar omnium vaſorum eius.
b. De lignis ſethim arca fieri præcipitur, quæ ſunt imputribilia & ſpinoſa & à qualitate albæ ſpinæ non multum diſtantia. Rupertus ibidem.
7. Fũdes ei quatuor circulos aureos.
c. Iſta impropriè dicitur corona. non enim eſt rotunda, ſed ad formam & quantitatẽ arcæ quædam gyratio (quæ & limbus) fiebat per circuitum in ſuperiori parte arcæ. Hugo de ſancto Victore.
d. Tabulas decem præceptorum fœdus inter deum & hominem teſtificantes.
8. Integro opere facies eos.
9. Propitiatorij.
10. Extremo.
*Ab ipſo quidem propitiatorio facietis Cherubin in duabus extremitatibus eius.
*Cherubin.
*Surſum.
11. Alis ſuis propitiatorium.
12. Ponet autem propitiatorium ſurſum ſuper arcam.
13. Teſtificabor tibi.

14. Limbum, vel coronam.

15. Clauſuram palmarem p ẽ circuitum, & facies coronam auream illi clauſuræ per circuitum.
16. Qui ſunt in quatuor pedibus eius.
e. Modo duas illas coronas quaſi vnã coronam dixit. Et eſt ẽdẽ quod annuli qui erãt in pedibus menſæ ad eandem portandam, ſtatim ſupra menſam, & non verſus terram infimo erãt. Hugo de ſancto Victore.
17. Scutellas eius, & conſpergia eius, & dimidiatos calamos eius.
f. Duodecim panes quolibet ſabbato renouatos.
18. Facietum.
19. In modum amygdali.
20. Amygdali.
g. Ratione forte temporum abſtinuerunt ab huiuſmodi calicibus, & ad deterendum auctoritati exempli diuini duos calices conſtruxerunt, vt vel ſic ſeruaretur antiquæ ſtructuræ memoria. Caietanus ibid.
21. Totumque ipſum erit opus vnum & integrum.

22. Ex talento auri puri facies illud, & omnia vaſa iſta.

*Tabernaculi Moſaici, veli arcæ, propitiatorij, menſæ, candelabri, & tentorij forma & conſtructio.* XXVI.

[a] TAbernaculum verò ita facies: Decem cortinas de byſſo retorta, & hyacintho ac purpura, coccóque bis tincto [1] variatas opere plumario] facies. Longitudo cortinæ vnius habebit vigintiocto cubitos, latitudo, quatuor cubitorum erit. Vnius menſuræ fient [2] vniuerſa tentoria.] Quinque cortinæ ſibi

a. Tabernaculum quod fecit domino Moyſes in ſolitudine, ſicut & templũ quod fecit Salomon in Ieruſalem, ſtatũ vniuerſalis eccleſiæ de ſignari quæ partim iam cum domino regnat in cœlis, partim in præſenti adhuc peregrinatur à domino. Beda. lib. 2. c. 1. de tabernaculo.
1. Picturáſque Phrygias opere polymitario. Quemadmodũ nũc faciũt tapetia Turcæ.
2. Omnes cortinæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

1. Laquei hyacinthini in ora cortinæ vnius, quæ est in extremitate coniunctionis, & similiter facies in ora cortinæ extremæ, quæ secundo loco coniungenda est.
4. Laqueolos.
5. Vncinos.

6. Cortinas de pilis caprarum vt sint in operimentum super tabernaculum: facies autem vndecim cortinas.
7. Vndecim cortinis.

8. Laqueolos, & infra.
9. In extremo coniunctionis.
10. Quinquaginta vncinos æneos.

11. Dimidium cortinæ superfluentis excedet in posteriori b parte tabernaculi, vt cubitus hic & cubitus illic excedat in longitudine cortinarum tecti, sitque excessus in lateribus tabernaculi hinc & hinc, vt ipsum operiat.
12. Operimentum è pellibus taxonum supremum.

13. Duo pedes vni tabulæ erunt, distinguentúrque abinuicem.

14. Pro duobus pedibus.

15. Sub tabula vna, & duæ bases sub tabula altera.

16. In angulis tabernaculi in concursu duorum laterum.

b. Quanta fuerit longitudo tabernaculi specialiter non exprimitur, sed ex eo inuenitur quòd parietes eius ex tabulis viginti cõpacti essent, & hæ singulæ singulos cubitos ac semissem latitudinis habuisse perhibentur, viginti ergo cubiti, & vicies semis cubiti triginta cubitorum summã complebunt: quam fuisse tabernaculi longitudinẽ etiam Ioseph scribit. Beda. lib. 2. ca. 1. de tabernaculo.
17. Ordinem suum, vt
18. Polymitario vel phrygio.
19. Ponet super.
* Super quatuor.
20. Vncinos, vt intra ipsum velum ponat.
21. Distinctionémque vobis faciat velum inter sanctum & inter sanctum sanctorum.

22. Operimentum pro ostio.
23. Facies insuper pro illo operimento quinque columnas de lignis.
24. Fundésque illis quinque bases æneas.
a. Scilicet holocaustorum extra tabernaculum sub dio.
b. De altari quæritur quomodo tribus cubitis altũ esse voluerit, cum tanta ferè sit statura hominis altitudo. Quomodo ergo ministrabatur altari, cum gradus habere altare alio loco prohibeat? Sed illud dicebat de altari quod terra vel lapidibus construendum esset, vbi gradus ipsi coædificati ad corpus altaris vtique pertinerent.
1. Palas eius, pelues eius, fuscinulas eius, pateras eius, atque omnia vasa eius.
2. Cribrum quoque illi facies quasi opus retis æneum, & super rete illud facies quatuor circulos æneos in quatuor extremis eius.

iungentur mutuò, & aliæ quinque nexu simili cohærebunt. [3] Ansulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, vt possint inuicem copulari.] Quinquagenas [4] ansulas ]cortina habebit in vtraque parte, ita insertas, vt ansa contra ansam veniat, & altera alteri possit aptari. [5] Facies & quinquaginta [5] circulos ]aureos, quibus cortinarum vela iungenda sunt, vt vnum tabernaculum fiat. Facies & [6] saga calicina vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi.] Longitudo sagi vnius habebit triginta cubitos, & latitudo quatuor. Æqua erit mensura [7] sagorum omnium.] E quibus quinque iunges seorsum, & sex sibi mutuò copulabis, ita vt sextum sagum in fronte tecti duplices. Facies & quinquaginta [8] ansas ]in ora sagi vnius, [9] vt coniungi cum altero queat,] & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, vt cum altero copuletur. Facies & [10] quinquaginta fibulas æneas,]quibus iungantur ansæ: vt vnum ex omnibus operimentum fiat. [11] Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur tecto, id est, vnum sagum, quod amplius est, ex medietate eius operies tabernaculi posteriora, & cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera, qui plus est in sagorũ longitudine, vtrunque latus tabernaculi protegens.]Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis, & [12] super hoc rursum aliud operimentum de hyacinthinis pellibus.]Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis sethim, quæ singulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine singulos ac semissem. [13] In lateribus tabulæ, duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur.] Atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur. [14] Quarum viginti erunt in latere meridiano, quod vergit ad austrum: quibus quadraginta bases argenteas fundes, vt binæ bases singulis tabulis [14] per duos angulos ]subiiciantur. In latere quoque secundo tabernaculi, quod vergit ad aquilonem, viginti tabulæ erunt, quadraginta habentes bases argenteas. Binæ bases [15] singulis tabulis supponentur.] Ad occidentalem verò plagam tabernaculi facies sex tabulas, & rursum alias duas, [16] quæ in angulis eligantur post tergum tabernaculi.] Erúntque sibi coniunctæ à deorsum vsque ad sursum, & vna omnes compago retinebit. [15] Duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ sunt, similis iunctura seruabitur. [b] Et erũt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per vnam tabulam supputatis. † Facies & vectes de lignis sethim, quinque ad continendas tabulas in vno latere tabernaculi, & quinque alios in altero, & eiusdem numeri ad occidentalem plagam: qui mittentur per medias tabulas, à summo vsque ad summum. Ipsas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata contineant: quos operies laminis aureis. [15] Et eriges tabernaculum, iuxta [17] exemplar quod] tibi † in monte monstratum est. Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byssо retorta, opere [18] plumario,]& pulchra varietate contextum: quod [19] appendes ante ]quatuor columnas de lignis sethim, quę ipsæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, & * bases argenteas. Inseretur autem velum per [20] circulos, intra quod pones] arcam testimonij, [21] quo & sanctuarium, & sanctuarij sanctuaria diuidentur.] [15] Pones & propitiatorium super arcam testimonij, in sancta sanctorum: mensámque extra velum, & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabit in parte aquilonis Facies & [22] tentorium in introitu ]tabernaculi, de hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byssо retorta, opere plumario, [23] & quinque columnas deaurabis lignorum ]sethim: ante quas ducetur tentorium,]quarum erunt capita aurea, [24] & bases æneæ.

*Altare, & atrium tabernaculi, tentorium, columnæ, & oleum lucernarum formari iubentur.* XXVII.

† Acies & [a] altare de lignis sethim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id est, quadrum, & [b] tres cubitos in altitudine. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt, & operies illud ære. Faciésque in vsus eius lebetes ad suscipiendos cineres, & [1] forcipes, atque fuscinulas, & ignium receptacula. Omnia vasa ]ex ære fabricabis. [2] Craticulámque in modum

dum retis æneam,per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli ænei,] quos pones subter ærulam altaris.Erítque craticula vsque ad altaris mediũ. c† Facies & vectes altaris de lignis sethim, duos,] quos operies laminis æneis: f & induces per circulos,erúntque ex vtroque latere altaris ad portandum.Non solidum,sed inane& cauum intrinsecus facies illud,sicut tibi in monte monstratum est. d Facies & atrium tabernaculi: in cuius australi plaga contra meridiem,erunt tentoria de byssо retorta.Centum cubitos vnum latus tenebit in longitudine,& columnas viginti cum basibus totidẽ æneis,quæ capita cum 1 cælaturis suis habebunt argentea.Similiter & in latere aquilonis per longũ erunt tentoria centum cubitorum, columnæ viginti,& bases æneæ eiusdem numeri, & capita earum cum cælaturis suis argentea. e e In latitudine verò atrij quod respicit ad occidentem, erunt tentoria 4 per quinquaginta cubitos,] & columnæ decem, basésq; totidem.In ea quoque atrij latitudine quæ respicit ad orientem, quinquaginta cubiti erunt,in quibus quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputabũtur, columnæque tres,& bases totidem:& in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres,& bases totidem.In introitu verò atrij fiet 2 tentorium] cubitorum viginti ex hyacintho,& purpura,coccóque bis tincto,& byssо retorta,opere plumario. Columnas habebit quatuor,cum basibus totidem.Omnes columnæ atrij per circuitũ vestitæ erunt argenteis laminis,capitibus argenteis,& basibus æneis. f In longitudine occupabit atrium cubitos centum,in latitudine quinquaginta. Altitudo quinque cubitorum erit,fiétque de byssо retorta,& habebit bases æneas. Cuncta vasa tabernaculi in omnes vsus, & ceremonias,] tam paxillos eius quam atrij ex ære facies. f † Præcipe filiis Israel,vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum,pilóque cõtusum, 6 vt ardeat lucerna semper] in tabernaculo testimonij extra velum quod oppansum est testimonio,& collocabunt eam Aaron & filij eius,vt vsque mane luceat corã domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum coram filiis Israel.

e.Si quem monet iuxta literã quomodo ligna alteris tanto igne vicina incombusta permanere potuerint, accipiat beati Hieronymi de hac quæstione responsum.Beda.ibid.

d.Item cùm dicit:Et super atrium in circuitu tabernaculi & altaris manifestat altare holocaustomatum ad ostium tabernaculi forinsecus fuisse, vt attio eorum ambiretur, & altare esset infra atrium inter portam atrij & ostium tabernaculi.

3.Cincturis & infra.

e.Latitudo atrij quod respicit ad occasum solis vbi terminato labore diurno noctu sopois à gratia succedit,tẽpus significat, quo cessante post mortem actuali vita quies sequitur electorum & merces æterna. In vinea quoque patrisfamiliæ cũ serotinũ esset,operarij percepere laboris præmium:quia singuli iustorum in fine huius vitæ sortiũtur ingressum vitæ æternæ. Vnde Apo.14.c.Beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodò iam dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos.Glosa ordinaria post Bedam.

f.Dispositio omni ornamento tabernaculi consequenter etiam lumen lucernæ præuidetur,vt decor eius admirabilis sicut interdiu lumine solari, ita etiam noctu lucernalibus flammis illustretur,ne vnquã in domo dei aliquis tenebrarum locus aliqua vmbra possit hora sub repere. Beda de Taberna.lib.3.c.1.

6.Pro luminari,quod iugiter in lucernam fundas.

## *Pontificalia indumenta Aaronis & filiorum eius.* XXVIII.

A † Pplica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel, vt sacerdotio fungantur mihi Aaron,Nadab,& Abiu,Eleazar, & Ithamar, * faciésque 1 vestem sanctam ] Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. Et loquêris cunctis sapientibus corde 2 quos ] repleui spiritu prudentiæ: vt faciant vestes Aaron, fratri tuo in gloriam & decorem, ] 3 quibus sanctificatus ministret mihi.] Hæc autem erunt vestimenta quæ facient. † a Rationale, & superhumerale, tunicam, & lineam strictam, cidarim, & balteum. Facient fratri tuo Aaron, & filiis eius vestimenta sancta: vt sacerdotio fungantur mihi. Accipientque aurum, & hyacinthum,& purpuram,coccúmque bis tinctum, & byssum. Facient autem b superhumerale de auro,& hyacintho,& purpura,coccóque bis tincto, & byssо tetorta, opere B 4 polymito. g Duas oras iunctas habebit in vtroque latere summitatum, 5 vt in vnum redeant.Ipsa quoque textura,& cũcta operis varietas,erit ex auro,& hyacintho,& purpura,coccóque bis tincto,& byssо retorta. c Sumésque duos lapides onychinos,& sculpes in eis nomina filiorum Israel,sex nomina in lapide vno,& sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. † Opere sculptoris,& cælatura gemmarij,sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro atque circundatos, & pones in vtroque latere superhumeralis,memoriale filiis Israel. Portabítque Aaron nomina eorum coram domino super vtrunque humerum ob recordationem.Facies & 6 vncinos] ex auro, & c duas catenulas auri purissimi sibi inuicem cohærentes,quas inseres vncinis. † g d Rationale quoque iudicij facies opere polymito, iuxta texturam superhumeralis, ex auro, hyacintho,& purpura,coccóque bis tincto,& byssо retorta. e Quadrangulum erit, & duplex. Mensuram palmi habebit, tam in longitudine, quàm in latitudine: ponésque in eo quatuor ordines lapidum. In primo versu erit lapis sardius, & topazius,& smaragdus.In secundo carbunculus & sapphyrus,& 7 iaspis.] In tertio ligurius, achates, & amethystus.In quarto chrysolithus, onychinus,& 8 berrillus.] Inclusi auro erunt per

*Filij Aaron.

1.Vestes sanctas.

2.Et quemcunque.

3.Ad sanctificandum eum, vt sacerdotio mihi fungatur.

a. Indumenta sacerdotis abunde Hiero. exposuit, to.2.ad Fabiolã.

b.Ephod primum sacerdotis indumentum.

4.Polymitario,& infra.

5. Atque copulatas. Artificiũmque cincturæ eius, quæ est in summitate eiusdem,nõ dissimile erit operi eius, sed ex ipso erit.

c. In vtroque humero habebit, inquit, singulos lapides clausos & adstructos auro qui Hebraicè dicũtur Soham. Aquila & Symmacho & Theodocione onychi: à septuagi ta Smaragei trasferũtur. Hieronymus ibid.

6.Fibulas.

d.Pectorale,secundum sacerdotis indumentum.

Pannus agitur est breuis ex auro,& quatuor textus colostribus hoc est iisdem & superhumerale habens magnitudinem palmi per quadrum, & duplex, ne facile rumpatur, & fortius gemmarum pondus sustineat.Hieronymus.

e.Id est,quadrum æquilaterum.

7.Adamas.

8.Iaspis.

5. Per modũ ſigilli inſculpta.

9. Fœminabiles opere intricato.
* Facies ſuper ipſum rationale.

10. Pectorale.
11. Ponéſque in humeris Ephod ex aduerſo faciei eius.
12. In labio eius quod eſt è regione Ephod interius.

13. Et ex oppoſito comparis ſui, ſupra tamen ingenioſum opus Ephod.
5. Pulchrè quidem rationale interpretatur Hebræi, ſed eũ toti terreni ſui, cœleſtem eorum non attingit interpretatio pontificum, imo cœlis excellentem factum: Ideo altioris ſenſus gradum non aſcendere conſuenit. Rupertus. ibi.
14. h. Vrim & Thummim, vix duos reperies in his duobus nominibus concordes.
i. Tertium ſacerdotis indumentum.
15. Sub Ephod.
16. Erit foramen ſummitatis ſuæ hoc eſt, foramen erit ſupernè, per quod caput immittetur.
17. Labium loricæ.
* Idque per circuitum fimbriarum eius.

* In fimbriis tunicæ per circuitum.

k. Quartum ſacerdotis ornamentum.

18. Celaturas in modũ ſigilli. יהוה Iehouah nomen domini tetragrammaton.
19. Sit autẽ in exteriori eiuſdem galeri facie. Et hæc erit in fronte Aaron, vt portet.

20. Eis.
m. Quintum ſacerdotis indumentum.
n. Sextum ſacerdotis indumẽtum.
o. Neque enim de baltheis eorum vtrum & ipſi opere plumarij, an vnius coloris fieri debuerint aliquid decernitur. Beda ibid.
p. Bracas ab umbilico ad genua vſque porrectas, quib⁹ verenda celantur. Hiero. de veſte ſacerdo. ad Fabiolam.
21. Portent iniquitatem, &.

22. Statutum.

ordines ſuos, habebúntque f nomina filiorum Iſrael: Duodecim nominibus cælabuntur, ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duodecim tribus. g Facies in rationali D
catenas⁹ ſibi inuicem cohærentes, ]ex auro puriſsimo, & duos annulos aureos, * quos
pones in vtraque rationalis ſummitate, catenáſque aureas iunges annulis qui ſunt in
marginibus¹⁰ eius, ]& ipſarum catenarum extrema, duobus copulabis vncinis¹¹ in vtro-
que latere ſuperhumeralis, quod rationale reſpicit. ]Facies & duos annulos aureos, quos
pones in ſummitatibus rationalis, ¹² & in oris quæ è regione ſunt ſuperhumeralis, & po-
ſteriora eius aſpiciunt: ]necnon & alios duos annulos aureos, qui ponendi ſunt in vtro-
que latere ſuperhumeralis deorſum, quod reſpicit contra faciem iuncturæ inferioris, ¹³
vt aptari poſsit cum ſuperhumerali, ] & ſtringatur rationale annulis ſuis cum annulis
ſuperhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à ſe inuicem ratio
nale & ſuperhumerale nequeant ſeparari. h 15 Portabítque Aaron nomina filiorum Iſrael E
in rationali iudicij ſuper pectus ſuum, quãdo ingredietur ſanctuarium, memoriale co-
ram domino in æternum. Pones autem in rationali iudicij ¹⁴ h doctrinam & veritatem, ]
quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram domino: & geſtabit iudicium
filiorum Iſrael ⁱ in pectore ſuo, in conſpectu domini ſemper. Facies & ᵏ tunicam ¹⁵ ſuper-
humeralis ]totam hyacinthinam, in cuius medio ¹⁶ ſuprà erit capitium, ] & ora per gyrũ
eius textilis, ſicut fieri ſolet, ¹⁷ in extremis veſtium partibus, ]ne facilè rumpatur. l Deor- F
ſum verò ad pedes eiuſdem tunicæ per circuitum quaſi mala punica facies, ex hyacin-
tho, & purpura, & cocco bis tincto, ]– & byſſo retorta, ] * mixtis in medio tintinnabulis,
ita vt tintinnabulum ſit aureum & malum punicum, ˡ rurſũmque tintinnabulum aliud
aureum & malum punicum. * Et veſtietur ea Aarõ in officio miniſterij, vt audiatur ſo-
nitus quando ingreditur, & egreditur ſanctuarium in conſpectu domini, & non mo-
riatur. Facies & ᵏ laminam de auro puriſsimo, in qua ſculpes ¹⁸ opere cælatoris, ] ¹ ſanctũ
domino. Ligabíſque eam vitta hyacinthina, & erit ſuper tiaram ¹⁹ imminens fronti põ-
tificis. Portabítque Aaron ]iniquitates eorum, quæ obtulerunt & ſanctificauerunt fi-
lij Iſrael, in cunctis muneribus & donariis ſuis. g Erit autem lamina ſemper in fronte G
eius, vt placatus ſit ²⁰ ei ]dominus. Stringéſque tunicã byſſo, & ᵐ tiarã byſsinã facies, & ⁿ
balteum opere plumarij. ° Porrò filiis Aaron tunicas lineas parabis, & balteos, ac tiaras
in gloriam & decorem: veſtiéſque his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios eius cum
eo, & cunctorum conſecrabis manus, ſanctificabíſq; illos, vt ſacerdotio fungantur mi-
hi. Facies & ᵖ fœminalia linea, vt operiant carné turpitudinis ſuæ, à renibus vſque ad fe-
mora, & vtentur eis Aaron & filij eius, quando ingredientur tabernaculum teſtimonij,
vel quando appropinquant ad altare, vt miniſtrent in ſanctuario: ne ²¹ iniquitatis rei ]
moriantur. ²² Legitimum ]ſempiternum erit Aaron, & ſemini eius poſt eum.

## *Sacerdotum conſecratio, ritúſque oblationis pro illis.* XXIX.

1. His, cum ſanctificaueris eos mihi in ſacerdotes.
2. Placentas.
a. Hactenus Aaron & filiorũ eius habiti? qualis eſſe debeat cœleſti deſignatus eſt oraculo. Sequitur autem hinc etiã modus conſecrationis quo vel ipſos vel tabernaculum cum omni ſupellectili ſua dedicari oporteat. Beda ibid.
3. Etiam.
b. Nihil hic de fœminalibus præcipitur vnde liquido cõſtat quod ſe hoc genere veſtimenti ipſe prius Aaron & filij eius induerant. idem.
4. Vnges eum.
c. Hic & Moyſes deo iubente præceperat vt pontifices patribus ſuccederẽt, & generationi in ſacerdotib⁹ ſeries texeretur. Quod tempore paſſionis domini non obſeruabatur. Hiero. ſuper Matth. ca. 26
5. Statuto perpetuo.

SAnctificabísque eos, ᵗ vt mihi ſacerdotio conſecrentur. ] Tolle vitulum de A
armento, & arietes duos immaculatos, panéſque azymos, & ² cruſtulam ]
abſque fermento, quæ conſperſa ſint oleo, lagana quoque azyma oleo li-
ta. De ſimila triticea cuncta facies, & poſita in caniſtro offeres: vitulum ³ autem ]
& duos arietes, † & Aaron ac filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi teſtimonij. †Lxx
Cúmque laueris patrem cum filiis ſuis aqua, indues Aaron veſtimentis ſuis, id eſt, linea,
& tunica, & ſuperhumerali, & rationali, quod conſtringes balteo, & pones tiaram in
capite eius, & laminam ſanctam ſuper tiaram, & oleum vnctionis fundes ſuper caput
eius, atque ⁴ hoc ritu conſecrabitur. ] ᵃ Filios quoque illius applicabis & indues tunicis B
lineis, cingéſque balteo, Aaron ſcilicet & liberos eius, & impones eis mitras, ᶜ erúntque
ſacerdotes mihi ⁵ religione perpetua. ] † Poſtquam initiaueris manus eorum, applica-
bis & vitulum coram tabernaculo teſtimonij. Imponéntque Aaron & filij eius manus †Hebr.
ſuper caput illius, & mactabis eum in conſpectu domini, iuxta oſtium tabernaculi te-
ſtimonij: ſumptúmque de ſanguine vituli pones ſuper cornua altaris digito tuo, reli-

quum

quàm autem ſanguinem fundes iuxta baſim [6] eius.] †Sumes & adipem totum qui operit inteſtina,& [7] reticulũ iecoris,] ac duos renes, & adipem qui ſuper eos eſt: & [8] offe-
C res incenſum ] ſuper altare: carnes verò vituli & corium & ſimum combures foris extra caſtra, [9] eo quòd pro peccato ſit. ] § Vnum quòque arietem ſumes, ſuper cuius caput ponent Aaron & filij eius manus: quem cùm mactaueris, tolles de ſanguine eius, & fundes [10] circa altare: ] ipſum autem arietem ſecabis in fruſta, lotáque inteſtina eius, & [11] pedes ] pones ſuper conciſas carnes, & ſuper caput illius, & offeres totum arietem incenſum ſuper [12] altare. † Oblatio eſt domino odor ſuauiſsimus victimæ domini. ] Tolles quoque arietem alterum, ſuper cuius caput Aaron & filij eius ponent manus. Quem cùm immolaueris, ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper extremum auriculæ dextræ Aaron & filiorum eius, & ſuper pollices manus eorum, ac pedis dexteri: fundéſque ſanguinem ſuper altare per circuitum. † Cúmq; tuleris de ſanguine qui eſt ſuper altare,& de oleo vnctionis, aſperges Aaron & veſtes eius, filios & veſtimen-
D ta [13] eorum. § Conſecratíſque ipſis & veſtibus,] tolles adipem de ariete, & caudam, & aruinam quæ operit vitalia, ac reticulum iecoris, & duos renes atque adipem qui ſuper eos eſt, armúmque dextrum,eo quòd ſit aries [14] conſecrationis,] tortámque panis vnius [15] cruſtulam ] conſperſam oleo,laganum de caniſtro azymorum, quod poſitum eſt in conſpectu domini, ponéſque omnia ſuper manus Aaron & filiorum eius,& [16] ſanctificabis eos eleuans ] coram domino. † Suſcipiéſque vniuerſa de manibus eo-
E rum, & incendes ſuper altare in holocauſtum, odorem [17] ſuauiſſimum ] in conſpectu domini: quia oblatio eius eſt. Sumes quoque pectuſculum de ariete [18] quo initiatus eſt Aaron, ſanctificabíſque illud eleuatum ] coram domino, & cedet [19] in partem ſuam. ] § Sanctificabíſque & [20] pectuſculum conſecratum,] & armum [21] quem de arieſte ſeparaſti, quo initiatus eſt Aaron & filij eius, ]cedéntque in partem Aaron & filiorum eius, iure perpetuo à filiis Iſrael: quia primitiua ſunt, & initia de victimis eorum & pacificis quæ offerunt domino. [22] Veſtem autem ſanctam qua vtetur Aaron, habebunt filij eius poſt eum, vt vngantur [23] in ea, ] & conſecrentur manus eorum.
Septem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit conſtitutus de filiis eius, [24] & qui ]
ingredietur tabernaculum teſtimonij, vt miniſtret in ſanctuario. Arietem autem conſecrationis tolles, & coques carnes eius in loco ſancto, quibus veſcetur Aaron & filij
† Leuit.9.g. eius. † Panes quoque qui ſunt in caniſtro, in veſtibulo tabernaculi teſtimonij come-
F dent, [25] vt ſit placabile ſacrificium, & ſanctificentur offerentium manus. ] § Alienigena non veſcetur ex eis, quia [26] ſancti ] ſunt. Quòd ſi remanſerit de carnibus conſecratis ſiue de panibus vſque mane,combures reliquias agni. Non comedentur, quia ſanctificata ſunt. [f] Omnia quæ præcipio tibi, facias ſuper Aaron & filiis eius. Septem diebus conſecrabis manus eorum, & vitulum pro peccato offeres per ſingulos dies ad expiandum. Mundabíſque altare cùm immolaueris expiationis hoſtiam, & vnges illud in ſanctificationem. Septem diebus expiabis altare, & ſanctificabis: & erit * ſanctum
† Num.18.1. ſanctorum. Omnis qui tetigerit illud, ſanctificabitur. Hoc eſt quod facies in altari. †
§ Agnos anniculos duos per ſingulos dies iugiter: vnum agnum mane, & alterum veſpere: decimam partem ſimilæ conſperſæ oleo tuſo, quod habeat menſuram quartam partem hin: & vinum ad libandum eiuſdem menſuræ in agno vno. § Alterum verò agnum offeres ad veſperam, iuxta ritum matutinæ oblationis, [27] iuxta ea quæ diximus in odorem ſuauitatis.Sacrificium domino deo eſt,oblatione perpetua]in generationes veſtras, ad oſtium tabernaculi teſtimonij coram domino: vbi [28] conſtituam,vt loquar ad te.] Ibíque [29] præcipiam] filiis Iſrael: & ſanctificabitur [30] altare] in gloria mea.Sanctificabo & tabernaculum teſtimoni,cum altari, & Aaron cum filiis ſuis, * vt ſacerdotio fungantur mihi.Et habitabo in medio filiorum Iſrael,eróque eis deus,& ſcient quia ego dominus deus eorum, qui eduxi eos de terra Ægypti, vt manerem inter illos, ego dominus deus ipſorum.

*Altaris thymiamatis, & pecuniæ exigendæ, labij æneiconſtruendi, vnctionis thymiamatis, & quæ ad tabernaculum ſpectant, inſtitutio.* XXX.

6. Altaris.
7. Fibram hepatis.
8. Incendes.
9. Sacrificium pro peccato eſt.
10. Super altare per circuitũ.
11. Crura.
12. In holocauſtum domino, in odorem ſuauitatis, & oblationem ignitam domino.
d. Quòd odor ſuauitatis ſæpe domino dicitur ſacrificium de iecorũ victimis in ſcripturis ſactis, nõ vtique deus odore fumi delectatur, ſed rẽtũm illud, quod hic ſignificatur, ſpiritaliter deũ delectat, cùm ſpiritaliter exhibetur. Aug. in Exod.q.127.
13. Eorum cum ipſo, & ſanctificabitur ipſe & veſtimẽta eius,& filij eius,& veſtimẽta filiorum eius cum eo. Et
14. Eleuationis.
15. Placentam panis.
16. Eleuabis ea in oblationem eleuationis.
17. Suauitatis.
18. Conſecrationis Aaron, & ſanctificabis illud in eleuationem.
19. Tibi in partem.
20. Pectus eleuationis.
21. Qui in altum eleuatur eſt de arieſe conſecrationis, propter Aaron & filios eius.
22. Veſtes ſanctæ quas habet.
23. In eis.
24. Quando.
e. Numquid aliis diebus ſe nõ veſtiet ? ſed illis ſeptem continuis intelligi voluit quibus eius ſacerdotium quotannis dedicatur: atque hebdomadis eſt in eius inchoatione teſtimonium. Aug. q.129. ſuper Exo.
25. Eo quod placatio per ea facta ſit ad implendam manus illorũ,& ad conſecrandũ eos.
20. Sancta, vel ſanctificata.
f. Sicut in nouo teſtamento aliqua ſunt de neceſſitate atque eſſentia ſacramentorũ, alia quæ vero de ſolennitate ipſorum: Ita ſunt in veteri teſtamento de ſacramentis ipſius. Et quia omnia quæ ſcripta ſunt de conſecratione ſummi ſacerdotis & inferiorum.
* Altare veluti.
§ Iuge ſacrificiũ.
An verò veſpertinus agnus dominũ morientem præfiguraret Chriſtum enim offerri oportebat circa veſperam diei, vt hora ipſa ſacrificij oſtenderet occaſum & veſperam mũdi. Cyprian. Epiſt.2. ad Cæcilium fratrem.
27. Inſtar liberationis eius ager cũ ea, vt ſit in odorẽ ſuauitatis, atque in oblationem ignitam domino. Et fiat hoc holocauſtum iugiter.
28. Teſtificabor vobis.
29. Teſtificabor.
30. Tabernaculum.
* Sanctificabo.

a. Scilicet thymiamatis, vel incensi.
1. Quadratum.

2. Testam.

3. Ego.
4. Limbum aureum.
4. Limbo, per duo latera in duobus angulis eius.

5. Aromatum quolibet mane, quando bene aptauerit lucernas, tunc.

6. Holocaustum.
* Super ipsum.
7. Expiabit.
8. Vel qui oblatus.
b. Transit ad officium anniuersarium super idem altare spectans ad Aaron (non simplicem sacerdotem, sed pontificem) in die expiationis qui erat dies decimus septembris. Caietanus.
9. Propitiationem animæ suæ, id est, quisque pro vita sua dabit redemptionem.
* Quando recensueritis eos.
10. Numerum.
11. Siclum sanctuarij.
c. Siclus, teste Bub. 4. drachmis constat, quæ 9. libras Turonenses faciunt.
12. Transit in numerum.
13. Oblationem domino.
* Dabitis autem nomine oblationis domino, vt propitietur animabus vestris.
* Aurea.

14. Fundes in ipsum aquam, quoniam.
* Et lauabunt se aqua ne moriantur.
* Lauabunt manus suas, & pedes suos.

d. Erat Iudæis antè præceptũ vt sacrũ conficerent vnguentum, quo perungi possent ijs qui vocabatur ad sacerdotiũ, vel ad regnum. Et sicut nunc Romanis imperatoribus purpuræ insigne est dignitatis assumptæ, sic illius vnctio sacri vnguenti nomen ac potestatem regiã conferebat. Lactan. lib. 4. cap. 7.

* Præcipua.
15. Ex ipso oleo vnguentum sanctum.
* Eritque oleum vnctionis sanctæ.
* Et labiũ atque basim eius.
e. Quod duobus modis potest intelligi, siue tangẽdo sanctificabitur, siue sanctificabitur vt liceat illi tangere. Nõ omnes sic quemadmodum sacerdotes, qui vt æterno sacerdotio fungerentur, vngebantur ex illo. August. super Exod. quæst. 175.
16. Sanctæ, meum erit.
f. Stacten guttam esse dicunt myrrhę arboris. Onycha verò ostreola fertur esse parvula suaue redolens magnitudine humani vnguis, quæ Græcè Onyx dicitur vndo & Græcè Onyche dicitur. Galban' autẽ ferulæ succus esse dicitur: & nascitur in Syria optimum cartilaginosum est, & minus lignosum, cuius odore fugantur serpentes. Thus autẽ Græcè libanum dicitur, à libano monte Arabiæ. Glosa Otdinaria.
17. Purum & sanctum.
18. Tale incensum.

FAcies quoque [2] altare ad adolendum thymiama de lignis sethim, habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id est, [1] quadrangulum, ] & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent, vestiésque illud auro purissimo, tam [2] craticulam ] eius, quàm parietes per circuitum, & cornua. * Faciésque ei [3] coronam aureolam ] per gyrum, & duos annulos aureos sub [4] corona per singula latera, ] vt mittantur in eos vectes, & altare portetur. Ipsos quoque vectes facies de lignis sethim, & inaurabis. Ponésque altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonij, coram propitiatorio quo tegitur testimonium, vbi loquar tibi: & adolebit incensum [5] super eo Aaron, suauè fragans. Mane quando componet lucernas, ] incendet illud: & quando collocat eas ad vesperum, vret thymiama sempiternum coram domino in generationes vestras. Non offeretis super eo thymiama compositionis alterius, nec oblationem & [6] victimam, ] nec liba libabitis. *b ✠ Et [7] deprecabitur ] Aaron super cornua eius semel per annum, in sanguine [8] quod oblatum ] est pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris. Sanctum sanctorum erit domino. † Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Quando tuleris summam filiorum Israel, iuxta numerum, dabunt singuli [9] pretium pro animabus suis ] domino, * & non erit plaga in eis, cùm fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis qui transit ad [10] nomen, ] dimidium sicli iuxta [11] mensuram templi. ] †c Siclus viginti obolos habet. Media pars sicli offeretur domino. Qui [12] habetur in numero ] à viginti annis & supra, dabit [13] pretium. Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. * Susceptámque pecuniam quæ collata est à filiis Israel, trades in vsus tabernaculi testimonij, vt sit monumentum eorum coram domino, & propitietur animabus eorum. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Facies & labium æneum cum basi sua * ad lauandum, ponésque illud inter tabernaculum testimonij & altare. ✠ Et † [14] missa aqua ] lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, * & quando accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama domino, * ne fortè moriantur. Legitimum sempiternum erit ipsi & semini eius, per successiones. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: [d] Sume tibi aromata, * primæ myrrhæ & electæ quingentos siclos, & cinamomi medium, id est, ducentos quinquaginta siclos, calami similiter ducentos quinquaginta siclos, casiæ autem quingentos siclos in pondere sanctuarij, oleum de oliuetis mensuram hin. † Faciésque [15] vnctionis oleum sanctum, ] vnguentum compositum opere vnguentarij, * & vnges ex eo tabernaculũm testimonij, & arcam testamenti, mensámque cum vasis suis, candelabrum & vtensilia eius, altaria thymiamatis, & holocausti, & vniuersam supellectilem quæ ad cultum eorum pertinet, * sanctificabísque omnia, & erunt sancta sanctorum. [e] Qui tetigerit ea, sanctificabitur. ✠ Aaron & filios eius vnges, sanctificabísque eos, vt sacerdotio fungantur mihi. Filiis quoque Israel dices: Hoc oleum vnctionis [16] sanctum erit mihi ] in generationes vestras. Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compositionem eius non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis. Homo quicunque tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo. Dixítque dominus ad Moysen: [f] Sume tibi aromata, stacten, & onychan, galbanum boni odoris, & thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia. Faciésque thymiama compositum opere vnguentarij mixtum diligenter, [17] & purum, & sanctificatione dignissimum. ] Cúmque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij, in quo loco apparebo tibi. Sanctum sanctorum erit vobis thymiama: [18] Talem compositionem ] non facietis in vsus vestros, quia sanctum est domino. Homo quicunque fecerit simile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

*Tabernaculi & quæ ad ipsum spectant institutio, sabbati obseruatio, & tabularum legis collatio.*

XXXI.

Locu-

A Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Ecce vocaui ex nomine [a] Beseleel, filium Huri filij Hur de tribu Iuda: & impleui eum spiritu dei, sapientia, & intelligentia, & scientia, in omni opere, ad excogitandum quicquid fabre fieri potest ex auro, & argento, & ære, [1] marmore, & gemmis, & diuersitate lignorū.] Dedique ei socium Oholiab, filium Achisamech, de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi posui sapientiam, ✠ vt faciant cuncta quæ præcepi tibi, tabernaculum fœderis, & B arcam testimonij, & propitiatorium quod super eam est, & cuncta vasa tabernaculi, mensamque & vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis suis, & altaria thymiamatis, & holocausti, & omnia vasa eorum, labium cum basi sua, † [2] vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filij eius, ] vt fungantur officio suo in sacris, oleum vnctionis, & thymiama aromatum in sanctuario. Omnia quæ præcepi tibi, facient. ✠ Et locu- C tus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: † Videte vt sabbatum meum custodiatis, quia [b] signum est inter me & vos in generationibus vestris: vt sciatis quia ego dominus, qui sanctifico vos. Custodite sabbatum meū. Sanctum enim est vobis. Qui polluerit illud, morte morietur. Qui fecerit opus in eo, peribit anima illius de medio populi sui. † Sex diebus facietis opus, in die septimo sabbatū D est, requies sancta domino. ✠ Omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. Custodiant filij Israel sabbatum, [3] & celebrent illud] in generationibus suis. Pactum est sempiternū inter me & filios Israel, signúmque perpetuum. Sex enim diebus dominus fecit cœlum & terram, & in septimo ab omni opere cessauit. † * Dedítque dominus Moysi, completis huiuscemodi sermonibus in monte Sinai, duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digito dei.

a. Nō abs tē miratur hic Hugo de S. Victore, si Caleph. 38. annorum fuerit in exitu Israel de Aegypto, vt patet Iosue 14. genuerit Hur, & Hur genuerit Huri patrem huius Beseleel, cuius ætatis potuit esse ipse Beseleel hoc anno exitus. Quòd si ponas Caleph genuisse Hur, 12. ætatis suę anno, & Hur, 12. etiam ætatis suę anno genuisse Huri, & ipsum Huri genuisse Beseleel 12. ætatis suæ anno, tunc ad summū esset 4. annorum: quæ omnia videntur satis absurda.

1. In artificio includendi lapides, & in fabricatione lignorum, & in omni arte.

2. Vestimenta ministerij, & vestimenta sancta pro Aaron sacerdote, & vestimenta filiorum eius.

b. Signū est sanctificationis, qua deus sanctificator est suos sanctificans. Ergo sabbatum & circuncisio in signum data sunt veri sabbati & veræ circūcisionis, vt sciamus nobis in perfecto & æterno sabbato requiescendum à seculi operibus, & non præputium, sed eos circuncidamus. Vnde in sex diebus operātes, die septimo requiescamus, vt nihil aliud die ac nocte faciamus, nisi omne quod viuimus, deberi domino nouerimus, & redemte hebdomade totos nos eius nomini consecremus vt per sanctificationem diei recordemur Domini qui sanctificat nos. Hiero. in Ezechielem. cap. 20.

3. Vt faciant sabbatum.

✠ Atque recreatus est.

*Ob vitulum adoratum Moyses deum exorans tabulas frangit, Aaronem obiurgat, idololatras punit, & cæteris veniam precatur.* XXXII.

A Videns autem populus quòd moram faceret Moyses descendendi de monte, congregatus aduersus Aaron, dixit: † Surge, fac nobis [a] deos qui nos præcedant. Moysi enim viro huic, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit. Dixítque ad eos Aaron: [b] Tollite inaures aureas de vxorum filiorúmque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. Fecitque populus quæ iusserat, deferens inaures * ad Aaron. Quas cum ille * accepisset, formauit [1] opere fusorio, ] & fecit ex eis vitulum conflatilem: dixerúntque: Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Quod cum vidisset Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis B voce clamauit, dicens: [c] ✠ Cras solennitas domini est. Surgentésque mane obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, † & sedit populus manducare & bibere, & [d] surrexerunt ludere. Locutus est autem dominus ad Moysen, dicens: † Vade, descende, [2] peccauit ] populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti. Recesserunt cito de via, quam [3] ostendisti ] eis. † Fecerúntque sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt: † Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Rursúmque ait dominus ad Moysen: † Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit. † [e] Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciámque te in C gentem magnam. ✠ Moyses autem orabat dominum deum suum, dicens, † Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti, in fortitudine magna, & in manu robusta? † Ne quæso dicant Ægyptij: [4] Callidè ] eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra. Quiescat [f] ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, & Isaac, & Israel seruorum tuorū, quibus iurasti per temetipsum, dicens: † Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cœli, & vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eā D semper. ✠ Placatúsque est dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et [5] reuersus est Moyses] de monte, portans duas tabulas testimonij in manu sua, [6] scriptas ex vtraque parte, & factas opere domini.] Scriptura quoque dei erat sculpta in tabulis. Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantis, dixit ad

a. Nomina plurimorum deorum non commemorabis, recordatus sine dubio quali pœna dānatus sit serpēs, qui primus nominauerat deos. Clemens lib. 2. Recognitio.

b. Non absurdè intelligitur difficilia præcipere voluisse, vt hoc modo eos ab illa intētione reuocaret. Augustī. 141. quæst. super Exod.

* Aureas, quas habebant in auribus suis.

* E manibus eorum.

1. Cum stylo.

c. Coactus igitur Aaron petit annulos eorū, & in aures mulierum quæ tradita in ignem misit, & conflatum est vituli caput. Ambro. Epistu. lib. 7. epistola. 56.

d. Semper ebrietati iunctā est luxuria. Hier. Causa peccati gula, peccatū autē ipsum lodus, quem secuta est professatio in deserto. Chryso. super illud Pauli: Nolo vos ignorare, fratres.

2. Corrupit, sub. viam suam.

3. Præcepisti.

e. Quando dicit, Dimitte me, ostendit se teneri posse, ne faciat quod minatus est. Dei enim potentiam, serui preces impediebant. Hier. ad Gaudentium.

4. In astutiā, vel in malitia.

f. Irasci dicitur deus, non animi motu vel quauis alia perturbatione, quæ illi omnino accidere non potest: sed impiis & peccatoribus iustā inferre dicitur vltionē: hoc est, reddere illis, quę merentur. & hæc vltio diuina, ira vel furor eius dicitur. Hæ. ibidem.

5. Conuertens se Moyses descendit.

6. Et fuerunt illæ tabulæ scriptæ in duabus superficiebus suis, hinc & hinc erāt scriptę. Erántque tabulę illę op⁹ dei,

Universidad de Deusto Biblioteca

7. Relonans fortitudinem.

8. Relonans debilitatem.

g. Frẽgit audacter Moyses tabulas: credebat enim dei sermonem non posse audire temulentos. Hieron. ibidem.

6. In igne.

9. Quomodo in malo sit.

Moysen: Vlulatus pugnæ auditur in castris. Qui respondit: Non est clamor [7] adhortantium ad pugnam,] neque vociferatio [8] compellentium ad fugam,] sed vocem cantantium ego audio. Cúmque appropinquasset ad castra, vidit vitulum, & choros, iratúsque valde proiecit de manu tabulas, & [g] † confregit eas ad radicem montis. [6] Arripiénsque vitulum quem fecerant, combussit, * & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel. Dixítque Moyses ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum? Cui ille respondit: Ne indignetur dominus meus. Tu enim nosti populũ istum [9] quòd pronus sit ad malũ.] Dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui nos præcedant. Huic enim Moysi qui nos eduxit de terra Ægypti, nescimus quid acciderit. [h] Quibus ego dixi: Quis vestrum habet aurum? Tulerunt & dederunt mihi: & proieci illud in ignem, egressúsque est hic vitulus. Videns ergo Moyses populum, quòd esset nudatus, [6] (spoliauerat enim eum Aaron [10] propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat) & stans] in porta castrorum, ait: Si quis est domini, iungatur mihi. † Congregatíque sunt ad eum omnes filij Leui. Quibus ait: Hæc dicit dominus deus Israel: Ponat vir gladium super femur suum. Ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem suum, [11] & amicum, & ] proximum suum. Fecerúntque filij Leui iuxta sermonem Moysi, ceciderúntque in die illo [12] quasi vigintitria] milia hominum. Et ait Moyses: [13] † Consecrastis manus vestras hodie domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictiõ. Facto autem altero die locutus est Moyses ad populum: Peccastis peccatum maximum. [6] Ascendam ad dominum, si quo modo eum quiuero [14] deprecari pro scelere vestro. Reuersúsque ad dominum, ait: Obsecro domine, peccauit populus iste peccatum maximum, fecerúntque sibi deos aureos. † Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, [k] dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui respondit dominus: † Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Tu autem vade, & duc populum istum quò locutus sum tibi. † Angelus autem meus præcedet te. Ego autem in die [15] vltionis] visitabo & hoc peccatum eorum. Percussit ergo dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.

h. Compendio loquutus est, non dicens quòd ipse formauerit vt exiret vitulus fusilis. An excusationis causa timendo mentitus est, tanquam ipse in ignem periturum aurũ proiecerit, atque ipso nõ id agente forma vituli exierit? Quod ideo non est credendũ hoc eo animo dixisse quia nec latere Moysen posset quid esset in vitro cum quo deus loquebatur, & fratrem de mendacio non redarguit. Aug. in Exod. q. 145.

10. In ignominiam inter hostes, & tanq; Moyses.

11. Et vir socium suum, & vir.

12. Quasi tria.

13. Consecrate.

i. Non autem pro reatu tantum huius vituli materialis quem fecit hic Aaron, sed pro reatu vituli, id est mendacij, quod fecerũt principes facer dotũ in quod veritatem dei commutauerunt blasphemãdo & abnegando Christum filium dei: ecce pœnas sibi dominus populum Iudaicum. Rupertus ibidem.

14. Expiare peccatũ vestrum. K. Vulg. perire cum percuntibus, nec proprijs salute cõtentus est: perire autem vult non in perpetuum, sed impræsentiarum. Hiero.

15. Visitationis meæ.

*Minas dei in populum Moysẽ sedante, luget populus delictum: vix tamen deum populo iratum Moyses placare potest.* XXXIII.

a. Deus iratus dicere videtur: tu & populus tuus quem eduxisti, &c. Alioquin dixisset, tu & populus meus. Sed illi quãdo posuerunt idolũ, ita locuti sunt. Moyses hic homo qui eduxit nos de terra Aegypti, &c. liberationem suam in hominem constituendo defecerunt. Aug. quæst. 149. super Exod.

1. In medio tui.

b. Quod significat deum non esse cum eis qui dura ceruice sunt, quia non eũ propitium, sed salubrem nõ nisi humilitas & pietas capit. Idẽ, q. 150.

2. Vno momento.

3. Orabat dominum.

4. Singuli in ostio tabernaculi.

c. Beatum Moysen per quadragenarium continuatæ abstinentiæ sacrificium cœlestis colloquij legimus acquisisse cõtinuò. Et hoc ideo, vt intelligamus hominibus purificatione ieiunij vicinũ dei præsentiam quæri. Euseb. Emissenus, de initio quadragesimæ.

LOcutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Vade & ascende de loco isto, [A] tu & populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti, † in terram quam iurauí Abraham, Isaac, & Iacob, dicens: Semini tuo dabo eam, & † mittam præcursorem tui angelum, vt eiiciam Chananæum, & Amorræum, & Hethæum, & Pherezæum, & Heuæum, & Iebuzæum, & intres in terram fluentem lacte & melle. Non enim ascendam [1] tecum,] quia populus duræ ceruicis es: ne fortè dispердam te in via. Audiénsque populus sermonem hunc pessimum luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo. Dixítque dominus ad Moysen: Loquere filiis Israel: Populus [b] duræ ceruicis es: [2] semel] ascendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi. [B] Depositerunt ergo filij Israel ornatum suum à monte Horeb. Moyses quoque tollens tabernaculum tetendit extra castra procul, vocauítque nomen eius tabernaculum fœderis. Et omnis populus qui [3] habebat aliquam quæstionem,] egrediebatur ad tabernaculum fœderis extra castra. † Cúmque egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui, aspiciebántque tergum Moysi donec ingrederetur tentorium. Ingresso autem illo tabernaculum fœderis, descendebat columna nubis, & stabat ad ostium, loquebatúrque dominus cum Moyse, cernentibus vniuersis quòd columna nubis staret ad ostium tabernaculi. Stabántque ipsi, & adorabant [4] per fores tabernaculorum suorum.] † [c] Loquebatur autem dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. [C] Cúmque ille reuerteretur [c] in ca-

in castrá, minister Iosue filius Nun, puer non recedebat de tabernaculo. Dixit autem Moyses ad dominum: [d] Præcipis vt educam populum istum,& nō indicas mihi quem missurus sis mecum: præsertim cum dixeris: Noui te ex nomine, & inueneisti gratiam coram me. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi [5] faciem ] tuam vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos. Respice [6] populum tuum, gentem hanc. ] Dixitque dominus: Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi. Et ait Moyses: Si [7] non tu ipse præcedas, ] ne educas nos de loco isto: in quo enim scire poterimus ego & populus tuus, inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, [8] vt glorificemur ab omnibus populis, ] qui habitant super terram? [8] Dixit autem dominus ad Moysen: Et verbum istud quod locutus es, faciam. Inueneisti enim gratiam coram me,& teipsum noui ex nomine. Qui ait: Ostende mihi gloriam tuam. Respondit: Ego ostendam omne bonum tibi, & [9] vocabo ] in nomine domini coram te,& miserebor cui [10] voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. ] Rursúmque ait. † Non poteris videre faciem meam. [e] Non enim videbit me homo & viuet. Et iterū: ] Ecce,inquit, est locus apud me,& stabis supra petram. Cúmque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ: & [11] protegam ] dextera mea, donec transeam. Tollámque manum meam,& [f] videbis posteriora mea: faciem autem meam videre non poteris.

d. Cum dici præcipis vt educam populum istum subaudiātur in terram istam promissorum siue moralium: & cum dicit: non indicas mihi quē missurus es mecum, subauditur, qui introducat populum istum in terram viuentium, præsertim cū dixeris noui te ex nomine. Rupertus.
5. Viam.
6. Quōd populus tuus gens ista.
7. Facies tua non præcedat.

8. Et glorificemur ego & populus tuus præ omnibus populis.

9. Inuocabo.

10. Miserebor,& propitiabor cui propitiatus fuero.
e. Homines ergo donec homines sunt, deum videre non possunt. Ex resurrectione autem mortuorum cū facti fuerint sicut angeli, videre poterunt deum. Clemens. lib. 3. Recognitionum.
11. Operiam te.
f. Hoc est, incarnationē meā videbis in nouissimis diēb⁹, diuinitatem autem meam videre non poteris. Hier. de his quæ deo in scripturis attribuuntur.

*Moyses reparatis tabulis, prohibitáque gentium societate, & idololatria, præceptísque primogenitis, sabbato, azymis, & cæteris festis Moyses post ieiunium cornutus descendit.* XXXIIII.

Deut.10.a. A

[a] † Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti. Esto paratus mane, vt ascendas [1] statim ] in montem Sinai: stabísque mecum super verticem montis. Nullus ascendat tecum, nec videatur quispiam per totum montem, boues quoque & oues non pascantur econtra. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant, & [2] de nocte ] consurgens ascendit in montem Sinai, sicut præceperat ei dominus, portans secum duas tabulas. Cúmque descendisset dominus per nubem, stetit Moyses cum eo, inuocans nomen domini. [b] Quo transeunte coram eo, [3] ait: ] † [b] Dominator domine deus, misericors, & clemens, patiens, & multæ miserationis, & verax, qui custodis misericordiam in milia, qui aufers iniquitatem, & scelera, atque peccata: nullúsque apud te per se innocens est, qui † [4] reddis ] iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem. Festinúsque Moyses curuatus est pronus in terram, & adorans ait: Si inueni gratiam in conspectu tuo domine, obsecro vt gradiaris nobiscum: populus enim duræ ceruicis est, [5] vt auferas iniquitates nostras atque peccata, nósque possideas. ] Respondit dominus: [6] Ego inibo pactum [6] videntibus cunctis, ] signa faciam, quæ nunquam visa sunt super terram, nec in vllis gentibus: vt cernat populus iste in cuius es medio, opus domini terribile, quod facturus sum. Obserua cuncta quæ hodie mandaui tibi. Egoipse eiiciam ante faciem tuam Amorræum, & Chananæum,& Hethæum, Pherezæum quoque,& Heuæum & Iebusæum. Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, * quæ tibi sint in ruinam: sed & aras eorum destrue, & confringe statuas, lucósque succide. Noli adorare deum alienum. Dominus [c] zelotes nomen eius: deus est æmulator. † [d] Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum, ne cùm fornicati fuerint cum diis suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam, vt comedas de immolatis. † Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant in deos suos filios tuos. [d] Deos conflatiles non facies tibi. Solennitatem azymorum custodies. Septem diebus vesceris azymis, sicut præcepi tibi in tempore mensis nouorum. Mense enim verni temporis egressus es de Ægypto. † [e] Omne quod aperuit vuluam generis masculini, meum erit. [f] De cunctis animanti-

a. Magna oritur quæstio, quomodo illæ tabulæ, quas erat Moyses deo vtique præcidēte fracturus, nō hominis opus esse sed dei, nec ab homine scriptę, sed scriptę digito dei. Posteriores verò tabulę tādiu mansurę ac in tabernaculo & in templo dei futurę, iubente quidem deo tām ab homine excisæ sint, quām ab homine scriptæ. An forte in illis prioribus gratia dei significabatur, nō hominis opus, qua gratia indigni facti sunt reuertēte eorde in Aegyptum, & facientes idolum: quia illo beneficio priuati sunt. August. quæst. 166. super Exod.
1. Mane.
2. Mane.
3. Clamauit.
b. Duodecim vocibus deum Moyses protestatur, qui semetipsum diligenter inspicit & pro peccatis suis carnaliter errare, & desyderia mentiri, nō desipit, non solum veniā delictorū, sed & superna præmium à vero saluatore & clementissimo iudice sperare debebit, qui omnes homines vult saluos facere: misericors enim est ibi, dominus, patiēs & multum misericors. Hiero. in lamenta. Iere. ca. 3.
4. Visitas.
5. Tu propitiaberis iniquitati nostræ, & peccato nostro, & in hæreditatem nos accipies.
6. Coram populo tuo.
* In quam ru. venis.
c. Id est, ipsum nomen quod dominus deus dicitur, zelans est, quia zelator deus est. Deum est enim verbum à zelo maritali, quo castitatem custodit vxoris: quod nobis prodest, non deo. Aug. quæst. 158. super Exodum.
d. Venerabiles imagines Christiani non deos appellant, neque seruiunt eis vt diis, neque spem salutis ponunt in eis, neque ab eis expectant futurum iudicium, sed ad memoriam & recordationem primitiuorum venerantur eas & adorant, sed non seruiunt eis cultu diuino, nec aliquam creaturæ. Ex sexta synodo.
e. Definiuit sermo dei quid sit primogenitus. Omne, in-

quit quod aperit vulvã. Hie. aduersus Heluidium.
f. Sanctificari secundum legalem consuetudinem dicitur, quod vt sacrum deo ab hominibus offertur, quemadmodũ & omne primogenitum vuluam aperiens in filijs Israel. Cyrillus in Ioãnẽ li. 11. ca. 25.
7. Festum collectæ siue collectionis in reuolutione anni.
g. Scriptum est quod ter per annum apparere debeat omne genetiuum masculini coram Do. deo nostro. Prima festiuitas est azymorũ Phase quod apud nos Græco Latinóque sermone Pascha dicitur. Secunda Pentecostes post septẽ hebdomadas in qua panes propositionis de nouis primùm frugibus offeruntur. Tertia in nouẽse septimo turbarum propitiationis & tabernaculorũ. Hieronymus in Zachariam cap. 1.
8. Concupiscet terram tuam.
9. Pernoctabit vsque mane.
10. Quoniam iuxta tenorem verborum istorum.
h. Moyses secundam quadragesimam ieiunat.

11. In modum cornu radiaret cutis faciei suæ, dum ipse loqueretur cum domino.
12. Radiantem.
i. Lex enim contra peccatores data est. Moyses ergo quia nõ peccauerat, gloriosus apparuit, & ixtantum vt à peccatoribus videri non posset. Ostensum enim in eo est, quia peccatores gloriã dei nõ merentur aspicere. Augu. quæst. 8. veteris noui testamenti.
13. Radiantem.

14. Donec ingrederetur ad loquendum cum eo.

bus, tam de bobus quàm de ouibus, meum erit. † § Primogenitum asini redimes oue. Sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes: nec apparebis in conspectu meo vacuus. Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare & metere. † f Solennitatem hebdomadarum facies tibi, in primitiis frugum messis tuæ triticeæ: & [7] solennitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur.] [8] Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis domini dei Israel. Cum enim tulero gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus [g] insidiabitur terræ tuæ:] ascendente te, & apparente in conspectu domini dei tui ter in anno. † § Non immolabis super fermento sanguinem hostiæ meæ, neque [9] residebit mane] de victimis solennitatis Phase. † Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo domini dei tui. † Non coques hœdum in lacte matris suæ. Dixítque dominus ad Moysen: Scribe tibi verba hæc, [10] quibus] & tecum & cum Israel pepigi fœdus. Fuit ergo ibi cum domino Moyses [h] quadraginta dies, & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem. Cúmque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat quòd [11] cornuta esset facies sua, ex consortio sermonis domini.] § Videns autem Aaron & filij Israel [12 i] cornutam] Moysi faciem, timuerunt prope accedere. Vocatíque ab eo reuersi sunt, tam Aaron, quàm principes Synagogæ. Et postquã locutus est ad eos, venerunt ad eum etiam omnes filij Israel. Quibus præcepit cuncta quæ audierat à domino in monte Sinai. Impletísque sermonibus, † posuit velamen super faciem suam. Quod, ingressus ad dominum, & loquens cum eo, auferebat donec exiret: & tunc loquebatur ad filios Israel omnia quę sibi fuerant imperata. Qui videbant faciem egredientis Moysi esse [13] cornutam,] sed operiebat rursus ille faciem suam, [14] siquando loquebatur ad eos.]

*Præcepto sabbato, & primitiis, quæruntur artifices, & quæ necessaria sunt pro tabernaculo.* XXXV.

1. Vt faciatis ea.
a. Ambiguum est an ea fieri à domino, an ab illis dominus iubeat. Sed vtique manifestũ est quod ab illis iubet ea fieri. Sed ideo sic positum est, vt ex vtroque accipiatur quia & dominus facit, cùm faciẽtes adiuuat. Augustinus quæst. 167. super Exodum.
*Ad coquenda cibaria: alibi ad calefaciendum & illuminandum licebat.
2. Tollite à vobis munus lationis.
3. Pelles taxonum.

4. Quæ inducũtur in Ephod & in pectorali.
b. Tabernaculum scilicet, & tectũ. Tabernaculum hic dicuntur parietes tabernaculi qui erant de tabulis, tectũ hic dicitur operimentum de cortinis, quod erat immediate super tabulas quod erat de hagis & pellibus. De lyra ibi.
5. Columnas eius.
6. Parietum.
c. In sanctis etiam cãdelabrũ luminis collocãdũ, vt sint ei lucernæ semper ardentes, & lumbi sancti, & ipse tanquam seruus qui expectat dominũ suum redire de nuptiis. Orig. In Exo. Hom. 9.
d. Non est perspicuum an significentur funiculi quorum nulla est facta mẽtio superius narrando ordinationem domus. Caietã.

*Et venit vnusquisque quem excitauit cor suum, & omnis quem voluntarium fecit spiritus eius, &c.
* Quique prompto erant animo.

Sic itur congregata omni turba filiorum Israel, dixit ad eos: Hæc sunt quæ iussit dominus [1 a] fieri.] Sex diebus facietis opus: septimus dies erit vobis sanctus, sabbatum & requies domini. Qui fecerit opus in eo, occidetur. * Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbati. Et ait Moyses ad omnem cateruam filiorum Israel: Iste est sermo quem præcepit dominus, dicens: Separate apud vos primitias] domino. † Omnis voluntarius & prono animo offerat eas domino. Aurum & argentum, & æs, hyacinthum, & purpuram, coccúmque bis tinctum,] & byssum, pilos caprarum, pellésque arietum rubricatas, & [3] hyacinthinas,] ligna sethim, & oleum ad luminaria concinnanda, & vt conficiatur vnguentũ, & thymiama suauissimum, lapides onychynos, & gemmas, [4] ad ornatum superhumeralis & rationalis.] § [b] Quisquis vestrum sapiens est, veniat, & faciat quod dominus imperauit, tabernaculum scilicet, & tectum eius, atque operimentum, annulos, & tabulata cum vestibus, [5] paxillos] & bases, arcam & vectes, propitiatorium, & velum quod ante illud oppanditur, mensam cum vectibus, & vasis, & [6] propositionis] panibus, cãdelabrum ad luminaria sustentanda, vasa illius & [c] lucernas, & oleum ad nutrimenta ignium, atrare thymiamatis, & vectes, & oleum vnctionis, & thymiama ex aromatibus, tentorium ad ostium tabernaculi, altare holocausti, & craticulam eius æneam cum vectibus & vasis suis, labrum & bases eius, cortinas atrij cum columnis & basibus, tentorium in foribus vestibuli, [d] paxillos tabernaculi & atrij cum funiculis suis, vestimenta quorum vsus est in ministerio sanctuarij, vestes Aaron Pontificis ac filiorum eius, vt sacerdotio fungantur mihi. § Egressáque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, * obtulerunt mente promptissima atque deuota primitias domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Quicquid ad cultum & ad vestes sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus præbuerunt, * armillas, & inaures, annulos, & dextralia

dextralia. [c] Omne vas aureum in donaria domini ſeparatum eſt. Si quis habebat aurũ, hyacinthum, & purpuram, coccúmque bis tinctum, byſſum, & pilos caprarum, pelles arietum rubricatas, & [7] hyacinthinas, ] argenti & auri, æríſque metalla obtulerunt domino, lignáque ſethim in varios vſus. Sed & mulieres doctæ [8] quæ neuerant, dederunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum, ac byſſum, & pilos caprarũ, ſponte propria cuncta tribuentes. Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad ſuperhumerale & [f] rationale, aromatáque, & oleum ad luminaria concinnanda, & præparandum vnguentum, ac thymiama odoris ſuauiſſimi componendum. † [g] Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera quæ iuſſerat dominus per manum Moyſi. Cuncti filij Iſrael voluntaria domino dedicauerunt. Dixítque Moyſes ad filios Iſrael: † [g] Ecce vocauit dominus ex nomine Beſeleel filium Huri filij Hur, de tribu Iuda: impleuítque eum ſpiritu dei, ſapientia, & intelligentia, & ſcientia, & omni doctrina: ad excogitandum, & faciendum opus in auro, & argento, & ære, & ferro, ſculpendíſque lapidibus, & opere carpentario. Quicquid fabrè adinueniri poteſt, dedit in corde eius. [h] Ooliab quoque filium Achiſamech, de tribu Dan: Ambos erudiuit ſapientia, vt faciant [9] opera Abietarij, Polymitarij, ac Plumarij de hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo: & [10] texant omnia, ac noua quęque reperiant. ]

c. Intimat quod illa enumerata prius oblata fuerunt à mulieribus, nunc autẽ oblatum à viris. Caieta.
7. Pelles taxonum.
8. Manibus ſuis nebant, & attulerunt quod nendo operatæ fuerant, nempe.
f. Quod in pectore pontificis locatur, formam habet rationalis ſenſus qui in nobis eſt: in hoc cõpoſiti ſunt lapides repletionis, qui cohærent & connexi ſunt ad lapides humeralis. Origẽ. ibid.
g. Narrante Moyſe commemoratum eſt quod ei dixit deus de Beſeleel, eiſdem verbis ac totidem, quod eum impleuerit ſpiritu diuino ſapiẽtiæ & intellectus & ſcientiæ ad tabernaculi opera facienda. Aug. quæſt. 169. In exod.
h. Ooliab frater Solomith quã non ſponte oppreſſit Aegypti⁹ quidã: ideirco meritis eius factum fuiſſe dicitur, vt de filiabus eius talis naſceretur qui aptaretur in domo domini. Hier. ſuper 3. lib. Re.
9. Omne opus fabrile, & ingenioſum atque acupictoriũ.
10. Faciant omne artificium, & ingenioſas adinuentiones.

*Oblatis plus æquo donariis paratur tabernaculum iuxta omnes partes ſuas, cortinas, ſaga, opertoria, tabulata, vectes, velum, & tentorium.* XXXVI.

A [a] † Ecit ergo Beſeleel, & Ooliab, & omnis vir ſapiens, * quibus dedit dominus ſapientiam & intellectum, vt ſcirent fabrè operari quæ in vſu ſanctuarij neceſſaria ſunt, & * quæ præcepit dominus. * Cúmque vocaſſet eos Moyſes, & omnem eruditum virum cui dederat dominus ſapientiam, * & qui ſponte ſua obtulerant ſe ad faciendum opus, tradidit eis omnia donaria filiorum Iſrael. Qui cum inſtarent operi, quotidie mane vota populus offerebat. [1] Vnde artifices venire compulſi, dixerunt Moyſi: ] Plus offert populus quàm neceſſarium eſt. Iuſſit ergo Moyſes præconis voce cantari: Nec vir, nec mulier quicquam offerat vltra in opere ſanctuarij. Sicque [2] ceſſatum eſt à muneribus offerendis, ] eo quòd oblata ſufficerent, & ſuperabundarent. Fecerúntque omnes corde ſapientes [3] ad explendum opus tabernaculi, ] cortinas decem, de byſſo retorta, & hyacintho, & purpura, cocco bis tincto, [4] opere vario, ] & arte polymita. [b] Quarum vna habebat in longitudine viginti octo cubitos, & in latitudine quatuor. [5] Vna menſura erat omnium cortinarum. Coniunxítque cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinque ſibi inuicem copulauit. Fecit & [5] anſas hyacinthinas ] in ora cortinæ vnius ex vtroque latere, & in ora cortinæ alterius ſimiliter: vt [6] contra ſe inuicem venirent anſæ, & mutuò iungerentur, ] * Vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarum anſas, & fieret vnum tabernaculum. Fecit & [a] ſaga vndecim de pilis caprarum, ad operiendum tectum tabernaculi. Vnum ſagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor. Vnius menſuræ erant omnia ſaga. Quorum quinque iunxit ſeorſum, & ſex alia ſeparatim. Fecítque [7] anſas ] quinquaginta in ora ſagi vnius, & quinquaginta in ora ſagi alterius, vt ſibi inuicem iungerentur: & fibulas æneas quinquaginta, [8] quibus necteretur tectum, vt vnum pallium ex omnibus ſagis fieret. ] Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis, aliúdque deſuper velamen de pellibus [9] hyacinthinis. ] [6] Fecit & tabulas tabernaculi de lignis ſethim, ſtantes. Decem cubitorum erat longitudo tabulæ vnius, & vnum ac ſemis cubitum latitudo retinebat. [10] Binę incaſtraturę erant per ſingulas tabulas, vt altera alteri iũgeretur. ] Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. E quibus viginti ad plagam meridianam erant contra auſtrum, cum quadraginta baſibus argenteis. Duę baſes ſub vna tabula ponebantur [11] ex vtraque parte angulorum, vbi incaſtraturę laterum in

a. Poſteaquam obtulit populus, vocauit Moyſes omnem ſapientẽ ad fabricandum, & architectum vt componeretur & fabricarentur ſingula quæque quæ ſcripta ſunt, ſed & mulieres (inquit) vocauit ſapientes, vt facerent quæ conuenirent in tabernaculo domini, &c. Omnia enim opera domini in ſapientia fiunt. Origenes ibid.
* Omnia.
* Fieri.
* Et ſcientiam.
1. Et venerunt omnes ſapientes qui totum opus ſanctuarij faciebant, vnuſquiſque ex opere ſuo, cui perficiendo inſiſtebat, & locuti ſunt ad Moſen, dicentes.
2. Prohibitus eſt populus ab oblatione.
3. Quique operi perficiendo incũbebant pro tabernaculo.
b. Quod autem viginti, & octo cubitorum in longum, & in latum quatuor cortinæ vnius menſuræ diſtenduntur, lex euangelij deſignatur. Iſidorus ibidem.
4. Pictas.
5. Laqueolos ex hyacintho.
6. Quæ erat coniungenda ſecundæ.
* Quinquaginta anſulas fecit in cortina vna, & quinquaginta fecit anſulas in extremitate cortinæ quę erat iungenda ſecũdæ, applicabãtque anſulæ cortinam vnã alteri. Heb. Græci, Chaldæi.
7. Laqueolos.
8. Ad coniungendum tentorium illud in vnum.
9. Taxonum.
10. Duos pedes habebat tabula vna.
11. Pro duobus pedibus eius, & duę baſes ſub tabula altera pro duobus pedibus eius.

angulis terminantur.] [c] Ad plagam quoque tabernaculi quæ respicit ad aquilonem, fecit viginti tabulas cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas. Contra occidentem verò, ⁊ id est, ad eam partem tabernaculi quæ mare respicit,] fecit sex tabulas, & duas alias per singulos angulos tabernaculi retro, quæ iunctæ erant à deorsum vsque sursum, & in vnam compaginem pariter ferebantur. Ita fecit ex vtraque parte per angulos, vt octo essent simul tabulæ, & haberent bases argenteas sedecim, binas scilicet bases sub singulis tabulis. [d] Fecit & vectes de lignis sethim quinque, ad continendas tabulas vnius lateris tabernaculi, & quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas, & extra hos quinque, alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi ⁊ contra mare.] Fecit quoque vectem [12] alium,] qui per medias tabulas ab angulo vsque ad angulum peruenire. Ipsa autem tabulata deaurauit, fusis basibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci possent, quos & ipsos laminis aureis operuit. Fecit & velum de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac byssо retorta, opere [13] polymitario, varium atque distinctum:] & quatuor columnas de lignis sethim: [14] quas cum capitibus deaurauit, fusis basibus earum argenteis.] Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byssо que retorta, opere plumarij, & columnas * quinque cum capitibus suis, [15] quas operuit auro: basesque earum fudit æneas, quas & operuit auro.

a. Per hanc itaque arcā quam de lignis imputribilib⁹ Moyses fabricauit, ecclesia Christi significatur ædificata ex omnibus mēto & corpore incorruptis, habentibus intus etiā duas tabulas testamēti, id est, obseruantiam legis & euangelij. Isido. in Exo. cap. 44.

b. Vectes quoque de lignis sethim fiunt, qui eisdem ad portandum circulis inseruntur: quia fortes perseuerantesque doctores velut imputribilia ligna quærendi sunt, qui institutioni sacrorum voluminum semper inhærentes, sanctæ ecclesiæ vnitatem denuncient, quasi intromisit circulis arcam portent. Isido. vbi sup.

c. Tabernaculum hoc per allegoriam, ecclesia est in huius vitæ cursu cōstituta, de qua Psalmista ait: Quoniam abscōdit me in tabernaculo suo in die malorum. Variis igitur speciebus instruitur tabernaculi, partim preciosis, partim vilioribus, per quod demonstratur alios sanctos, alios esse peccatores in ecclesia, fideles autem omnes, intra corpus ecclesiæ constitutos. Isido. in Exo. cap. 30.

d. Tabulæ siue secundum alia exemplaria colūnæ argento atque auro refulgentes, & vectes atque annuli, cæteraque omnia, quæ ad sustinendum contegendúmque tabernaculum describūtur, si quis ad superiùs tabernaculum respicit, angelorum est multitudo in tabernaculo ipso conspecta, qua corpora hæc secundum dei voluntatem sustinētur atque reguntur. Grego. Nyssenus.

12. Medium.

13. Ingenioso fecit illud cum picturis.

14. Operuitque eas auro, capita verò earum fecit aurea, & fudit pro eis quatuor bases argenteas.

* Eius.

15. Operuitque capita earum, & ambitus earum auro: bases autem earum æneæ erant.

*Formantur arca, propitiatorium, mensa, candelabrum, lucernæ, altare thymiamatis, ipsúmque thymiama.* XXXVII.

[†] Ecit autem Beseleel & [a] arcam de lignis sethim, habentem duos & semis cubitos in longitudine, & cubitum ac semissem in latitudine, altitudo quoque vnius cubiti fuit & dimidij. Vestiuítque eam auro p urissimo intus & foris. Et fecit illi coronam auream per gyrum conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius, duos annulos in latere vno, & duos in altero. [† b] Vectes quoque fecit de lignis sethim, quos vestiuit auro, & quos misit in annulos qui erant in lateribus arcæ ad portandum eam. Fecit & propitiatorium, ⁊ id est, oraculum,] de auro mundissimo, duorum cubitorum & dimidij in longitudine, & cubiti ac semis in latitudine. Duos etiam Cherubin ex auro ductili, quos posuit [1] ex vtraque parte propitiatorij,] Cherub vnum in [2] summitate vnius partis,] & Cherub alterum in [3] summitate partis alterius.] [§] Duos Cherubin in singulis [4] summitatibus] propitiatorij, extendentes alas, * & tegentes propitiatorium, séque mutuo & illud respicientes. Fecit & mensam de lignis sethim, in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine vnius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac semissem. Circundedítque eam auro mundissimo, & fecit illi [5] labium aureum] per gyrum, ipsíque labio [6] coronam auream interrasilem quatuor digitorum, & super eandem alteram coronam auream. Fudit & quatuor circulos aureos, quos posuit in quatuor angulos per singulos pedes mensæ [7] contra coronam, misitque in eos vectes,] vt possit mensa portari: ipsos quoque vectes fecit de lignis sethim, & circundedit eos auro. * Et * vasa ad diuersos vsus mensæ, [8] acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula,] ex auro puro: in quibus offerenda sunt libamina. [§ d] Fecit & candelabrum ductile de auro mundissimo. De cuius vecte calami, scyphi, sphærulæque, ac lilia procedebant, sex in vtroque latere. * Tres calami ex parte vna, & tres ex altera. [9] Tres scyphi in nucis modum] per calamos singulos, sphærulæque simul & lilia, & tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæque simul & [10] lilia.] Æquum erat opus sex calamorum, qui procedebant de stipite candelabri. In ipso autem vecte erant quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos, & lilia, & sphærulę sub duobus calamis per loca tria, qui simul sex fiunt calami, procedentes de vecte vno. Et sphęrulę igitur, & calami ex ipso erant vniuersalia ductilia ex auro purissimo. [e] Fecit & lucernas septem cum emunctoriis suis, & vasa, vbi ea quę emuncta sunt, extinguantur, de auro mundissimo. [§] Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vasis suis. Fecit & altare [11] thymiamatis] de lignis

b. Vectes quoque de lignis sethim fiunt, qui eisdem ad portandum circulis inseruntur: quia fortes perseuerantésque doctores velut imputribilia ligna quærendi sunt, qui institutioni sacrorum voluminum semper inhærentes, sanctæ ecclesiæ vnitatem denuncient, quasi intromisit circulis arcam portent. Isido. vbi sup.

1. In duobus extremis propitiatorij.

2. Extremitate vna.

3 Extremitate altera.

4. Extremitatibus.

* Sursum.

c. Postea vero mensa pacis & fidei ecclesię gestabat typum, in qua pascimur alimētis scripturarum ad cuius vnitatē ex toto orbe vocibus Apostolicis dei populus congregatur. Isidorus ibid.

5. Limbum aureum, vel coronam auream.

6. Clausuram.

7. E regione clausuræ erant illi circuli, in quos mittebantur vectes.

* Ad portandum mensam.

* Fecit.

8. Scutellas eius, & cochlearia eius, dimidias fistulas eius, & cyathos

* Sex calami ex lateribus eius egrediebantur.

9. Tres calices in amygdali modum, & infra.

10. Flores.

d. Candelabrum autem illud septem ramorum, spiritussancti gerebat imaginem qui septiformi gratia illustrat ecclesiam omnem, vnitate fidei consistentem. Isido. in Exod. cap. 49.

e. Cum igitur de lychnis, id est, lucernis auditquòd septē partito ex vna basi ac radice candelabri fusus erabantur, vt lux abundanter vndique perluceret, iure multiformes spiritus fulgorem in hoc tabernaculo perfulgere intelliget. Septēpartito enim spiritus radios eius Isaias partitus est. Grego. Nyssenus.

* Incensi.

lignis ſethim,per quadrum ſingulos habens cubitos,& in latitudine duos, è cuius angulis procedebant cornua,veſtiuítque illud auro puriſsimo,cum [12] craticula] ac parietibus,* & cornibus.Fecítque ei coronam aureolam per gyrum,& duos annulos aureos ſub corona per ſingula latera, vt mittantur in eos vectes,& poſsit altare portari.† Ipſos autem vectes fecit de lignis ſethim,& operuit laminis aureis.[f] Compoſuit & oleum [13] ad ſanctificationis vnguentum,] & thymiamata de aromatibus mundiſsimis opere pigmentarij.

12. Tecto.

*In circuitu.

f. Porro vnguentũ quo perungitur tabernaculum,chriſma eſt quo perungitur fidelis populus,in quibus diuinitas eſquam in tabernaculo inhabitat. Iſidorus ibid.

13. Vnctionis ſanctum.

*Formatur altare holocauſti,cum labio æneo,& atrio, oblatáque donaria deſignantur.* XXXVIII.

A [†] Fecit & altare holocauſti de lignis ſethim quinque cubitorum* per quadrum,[3] trium in altitudine,cuius cornua de angulis procedebant: operuítque illud laminis æneis. Et in vſus eius parauit ex ære vaſa diuerſa,[1] lebetes,forcipes,fuſcinulas,vncinos,& ignium receptacula.] Craticulámque eius in modum retis fecit æneam, & ſubter[2] in altaris medio arulam,] fuſis quatuor annulis per totidem[3] retiaculi ſummitates,]† ad immittendos vectes ad portandum. Quos & ipſos fecit de lignis ſethim, & operuit laminis æneis,induxítque in circulos qui in lateribus altaris eminebant.* Ipſum autem altare non erat ſolidum,ſed cauum ex tabulatis,& intus vacuum. Fecit & [4] labrum æneum]cum baſi ſua de ſpeculis mulierum,quæ excubabant in oſtio tabernaculi. Fecit & atrium,in[5] cuius auſtrali plaga erant tentoria]de byſſo retorta,cubitorũ centum,columnæ æneæ viginti,cum baſibus ſuis,capita columnarum,& tota operis cælatura argentea.[g] Æquè ad ſeptentrionalem plagam[6] tentoria,columnæ,baſéſque,& capita columnarum eiuſdem menſuræ & operis ac metalli erant.] [a] In ea verò plaga quæ ad occidentem reſpicit,fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decem cum baſibus ſuis æneæ,& capita columnarum,& tota operis cælatura argentea. Porrò contra orientem quinquaginta cubitorum parauit tentoria, è quibus quindecim [7] cubitos columnarum trium ]cum baſibus ſuis vnum tenebat latus:& in parte altera(quia inter vtraque introitum[8] tabernaculi fecit) quindecim æquè cubitorum erant tentoria, columnæque tres,& baſes totidem. Cuncta atrij tentoria byſſus retorta texuerat. Baſes columnarum fuére æneæ,capita autem earum cum cunctis[9] cælaturis ] ſuis argentea, c ſed & ipſas columnas atrij veſtiuit argento.[d] Et in introitu eius opere plumario fecit[10] tẽtorium,]ex hyacintho,purpura,[11] vermiculo,]ac byſſõ retorta: quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo verò quinque cubitorum erat,[12] iuxta menſuram quam cuncta atrij tentoria habebãt.] Columnæ autem in ingreſſu fuêre quatuor cum baſibus æneis, capitáque earum & cælaturæ argenteæ.[13] Paxillos]quoque tabernaculi & atrij per gyrum feci t æneos.[b 14] Hæc ſunt inſtrumenta] tabernaculi teſtimonij, quæ enumerata ſunt iuxta præceptum Moyſi[15] in cęremoniis]Leuitarum per manum Ithamar filij Aaron ſacerdotis, quæ Beſeleel filius Huri filij Hur de tribu Iuda, domino per Moyſen iubente, compleuerat, iuncto ſibi ſocio Ooliab filio Achiſamech de tribu Dan, qui & ipſe artifex lignorum egregius fuit, & [16] polymitarius,] atque plu- D marius,ex hyacintho,purpura,vermiculo, & byſſo.[e] Omne aurum quod expenſum eſt in opere ſanctuarij,& quod oblatum eſt in donariis,viginti nouem talentorum fuit, & ſeptingentorum triginta ſiclorum,[17] ad menſuram]ſanctuarij.* [18] Oblatum eſt autem ab iis qui tranſierunt ad numerum,]à viginti annis& ſuprà,de ſexcentis tribus milibus & quingentis quinquaginta armatorum. Fuerunt præterea centum [c] talenta argenti, è quibus conflatæ ſunt baſes ſanctuarij,& introitus vbi velum pendet. Centum baſes factæ ſunt de talentis centum, ſingulis talentis per baſes ſingulas ſupputatis. De mille autem ſeptingentis,& ſeptuaginta quinque ſiclis fecit capita colũnarũ,quas & ipſas veſtiuit argento. Æris quoque oblata ſunt talenta ſeptuaginta * duo millia, & quadringenti ſuprà ſicli,ex quibus fuſę ſunt baſes in introitu tabernaculi teſtimonij,& altare æneum cum craticula ſua,omniáque vaſa quæ ad vſum eius pertinent, & baſes atrij tam in circuitu quam in ingreſſu eius,& paxilli tabernaculi atque atrij per gyrum,

*Erat lõgitudo eius,& quinque cubitorum latitudo eiꝰ.

1. Ollas,palas,pelues,fuſcinulas,& pateras,omnia vaſa eius fecit ænea.

2. Ambitũ eiꝰ deorſum,vſque ad medium eius.

3. Craticulæ æneæ extremæ.

*Vt ipſum per ipſos portaretur.

4. Conchã æneam.

5. Angulo,qui eſt verſus plagam auſtralem, & cortinæ atrij erãt.

6. Cortinę earum cubitorum, columnæ earũ viginti, baſesque viginti æneæ,& capitella coronarum erant ex argento.

a. Atria quę inter ſe cõplicata in circulum connectuntur,pacem,concordiam & charitatẽ credentibus eſſe non abſurdè quiſpiam dixerit. Sic enim Dauid hunc locum expoſuiſſe videtur cum dicat: Qui ponis terminos tuos pacem. Gregorius Nyſſenus.

7. Cubitorum columnæ tres.

8. Atrij.

9. Cinctutis.

10. Velamen.

11. Cocco.

12. E regione cortinarũ atrij.

13. Clauos.

14. Hæc eſt ſumma rerum.

15 Pro miniſterio.

b. Deſcribitur autẽ quod ſupputatio fuit facta iuſſu Moyſi miniſterio leuitarum prædẽte illis Ithamar filio Aarõ, facientibus autẽ opera Beſeleel & Ooliabve percipiamꝰ quòd ordinatè & fidelitèr cõtractatæ ſunt res oblatæ pro tabernaculo diuino. Caietanus ibidem.

16. Acupictor.

17. Iuxta ſiclum.

*18 Argentum verò cenſuum ſynogogæ centum talenta, & mille ſeptingẽti ſeptuaginta quinque ſicli, iuxta ſiclũ ſanctuarij. Dimidium põdus pro vnoquoque capite, hoc eſt, dimidium ſicli, iuxta ſiclũ ſanctuarij, pro omni qui trãſibat in numerum.

c. Talentum habet 60. libras. In pondere libra ſeu mina habet 25. ſiclos. Siclus habet 4. denarios. Denarius habet 6. obolos. Obolus habet 16. grana hordeacea.

*Atque.

*Pontificalia ſacerdotaliáque conficiuntur ornamenta, totúmque iniunctum opus perficitur, ac Moyſi benedicendum offertur.* XXXIX.

†E hyacintho verò & purpura, vermiculo ac byſſo fecit veſtes, quibus induere- A Ioſ.3.n. ſuperad.
tur Aaron quando miniſtrabat in [1]ſanctis, ]ſicut præcepit dominus Moyſi. [a] Fecit igitur ſuperhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta, ]opere polymitario.] [2]Inciditque ]bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt poſſent [3]torqueri cum priorum colorum ſubtegmine, ]duáſque oras ſibi inuicē copulatas in vtroque latere ſummitatum, & balteum ex eiſdem coloribus, ſicut præceperat dominus Moyſi. [§] Parauit & duos lapides onychinos, aſtrictos & incluſos auro, B
& ſculptos arte gemmaria nominibus filiorum Iſraël: Sex nomina in lapide vno, & ſex in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. Poſuítque eos in lateribus ſuperhumeralis, in monumentum filiorum Iſraël, ſicut præceperat dominus Moyſi. Fecit & rationale opere polymito, iuxta opus ſuperhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura coccóque bis tincto & byſſo retorta, [4] quadrangulum, duplex ]menſuræ palmi: & poſuit in eo gemmarum ordines, quatuor. [§] In primo verſu erat ſardius, topazius, ſmaragdus: in ſecun- C
do carbunculus, ſapphirus, [5]iaſpis: ]in tertio ligurius, achates, amethyſtus: in quarto chryſolitus, onychinus, & [6] berrillus, ]circundati & incluſi auro per ordines ſuos. Ipſíq; lapides duodecim ſculpti erant nominibus duodecim tribuum Iſraël, ſinguli per nomina ſingulorum. Fecerunt in rationali & catenulas [7] ſibi inuicem cohærentes ] de auro
puriſſimo: & duos vncinos, totidémque annulos aureos. [§] Porro annulos poſuerunt in D
[8] vtroque latere rationalis, ]ex quibus pendérent duæ catenæ aureæ, quas inſeruerunt vncinis, qui in ſuperhumeralis angulis eminebant. [9] Hæc & ante & retro ita conueniebant ſibi, vt ſuperhumerale & rationale mutuo nectérentur, ſtricta ad balteum & annulis fortius copulata, quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerēt, & à ſe inuicem mouerentur, ſicut præcepit dominus Moyſi. Fecerunt quoque tunicam ſuper humeralis * totam hyacinthinam, & [10] capitium ]in ſuperiori parte contra medium, [11] orámque
per gyrum capitij textilem: deorſum autem ad pedes mala punica] ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byſſo retorta, [§] & tintinnabula de auro puriſsimo, quæ poſuerunt E
inter malogranata in extrema parte tunicæ per gyrum: tintinnabulum autem aureum, & malum punicum, quibus ornatus incedebat Pontifex quando miniſterio fungebatur, ſicut præcepit dominus Moyſi. [c] Fecerunt & tunicas byſſinas opere textili Aaron & filiis eius, & mitras cum coronulis ſuis ex byſſo. Fœminalia quoque linea, byſſina: Cingulum verò de byſſo retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo, diſtinctum arte plumaria, ſicut præceperat dominus Moyſi. Fecerunt & laminam [12] ſacræ venerationis ]de
auro puriſsimo, ſcripſerúntque in ea opere gemmario [d] ſanctum domini, [§] & ſtrinxe- F
runt eam cum mitra vitta hyacinthina, ſicut præceperat dominus Moyſi. [e] Perfectum eſt igitur omne opus tabernaculi & tecti teſtimonij. Fecerúntque filij Iſrael* cūcta quæ præceperat dominus Moyſi: & obtulerunt tabernaculum & tectum, & vniuerſam ſupellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas, ac baſes, opertorium de pellibus arietū rubricatis, & aliud operimentum de [13]hyacinthinis ]pellibus, velum, arcam, vectes, propitiatorium, mēſam cum vaſis ſuis, & [14] propoſitionis ]panib⁹, candelabrum, lucernas, &
vtenſilia earum cum oleo, [§] altare aureum, & [15] vnguentū, & thymiama ex aromatibus: G
& tentorium in introitu tabernaculi, altare æneum, retiaculum, vectes, & vaſa eius omnia: labrum cum baſi ſua, tentoria atrij, & columnas cum baſibus ſuis, tentorium in introitu atrij, funiculóſque illius, & paxillos. Nihil ex vaſis defuit, quæ in miniſterium tabernaculi, & in tectum fœderis iuſſa ſunt fieri. *[f] Veſtes quoque, quibus ſacerdotes vtūtur in ſanctuario, Aaron ſcilicet, & filij eius, obtulerunt filij Iſrael: ſicut præceperat dominus. Quæ poſtquam Moyſes cuncta vidit completa, benedixit eis.

*Taber-*

1. Sanctis.

a. Quia in humeris onera portantur, ſuperhumerale pōtificis labores humanum operum quæ iugiter coram domino ferre debet, offendit: quòd ſcias primo faciēdum præcipitur. Quis enim ad ſacerdotiū magiſteriúmque populi dei promouētur, primùm corū opera cognoſcētur, vt dū hoc quod foris patet omnib⁹ irreprehē ſibile patuerit, integritas cordis & ſyncerit as fidei probetur. Iſido. in Exod. ca. 39.

2. Et extenderunt.

3. Texi intra hyacinthum, intra purpuram, intra coccū, & intra byſſū opere ingenioſo.

4. Quadratum fuit, atque duplicatum fecerunt illud.

b. Lapides iſti repreſentant viros ſanctos, qui ob ſuam excellentiam quæ conſpicui ſūt apud dominum, in eius mēte quaſi in corde ſiti ſunt. Pendent quoque ex rationali quædam fimbriæ ſignificātes bonorum operum textile examen. Procop. ibid.

5. Adamas.

6. Iaſpis.

7. Terminatas opere ſtricato.

8. Duabus extremitatibus pectoralis.

9. E regione aſpectus eius. Fecerūt & duos circulos aureos, quos poſuerunt in duabus extremitatib⁹ pectoralis, in ora illa quæ erat iuxta Ephod intrinſecus. Fecerunt & duos circulos aureos, quos poſuerunt in duabus ſcapulis Ephod deorſum è regione aſpectus eius, & ex aduerſo compatis ſui, ſed ſuper ingenioſum illud artificiū. Ephod *Opere textili.

10. Foramen.

11. Inſtar toracis loricæ, erátque labium in ore eius per circuitum, ne rumperetur. Fecerunt & fimbrias in tunica cum malis granatis.

c. Quartum indumentum erat ſacerdotiū cōmune etiā aliis ſacerdotibus cum mitris etiam aſpilcis etiam byſſinis & baltheis. Pellicanus.

12. Pro corona ſancta.

d. Nomen eſt omnipotentis dei, quod quatuor literis Hebraicis ſcribitur יהוה & apud eos vocatur ineffabile, dū nomen eius non poteſt dici. Cuius maieſtatem etiam gentilitas nō ignorat, vt Athenienſium teſtatur ara, Ignoto deo. Hiero. ſuper 16. c. Ezech.

e. Quemadmodū enim poſt acceptam terram promiſſionis templum ab illis ſibi conſtrui nō dauit, atque in eo ſibi miniſtram legem cōſtituit vt ne dęmonū cultui operam darent, ita iter facientibus, & deſertum pertranſeuntib⁹ tabernaculum ædificare præcepit, vt ibi precationes, ac remiſſionem facerēt, idque in eorum vſum ac vtilitatem. Theodoretus ibidem.

f. Iſta ſunt varia veſtimenta quibus indut⁹ eſt Ioſeph nec potuerunt cum fratres vendere miſi priùs eum tunicę varietate nudaſſent. Hieronymus in Ezechielem. cap. 16.

13. Taxonum.

14. Facierum.

15. Oleum vnctionis.

*Indumēta miniſterij ad miniſtrandum in ſancto.

*Tabernaculum erigitur, consecratur, ac dei maiestate repletur.* XL.

Ocutúsque est dominus ad Moysen, dicens: [1]Mense primo prima die mensis eriges [2]tabernaculum testimonij, & pones in eo arcam, [3]demittésque] ante illam velum, & illata mensa [2]pones super eam quæ ritè præcepta sunt.] Candelabrum stabit cum lucernis suis, & [b]altare aureum in quo adoletur incensum coram arca testimonij. Tentorij in introitu tabernaculi testimonij pones, & ante illud altare holocausti. Labrum inter altare & tabernaculum, quod implebis aqua. [3]Circundabísque atrium tentoriis, & ingressum eius. Et assumpto vnctionis oleo, vnges tabernaculum [4]cum vasis suis, vt sanctificętur: ] [*]altare holocausti, & omnia vasa eius, [*]labrum cum basi sua. † Omnia vnctionis oleo consecrabis, vt sint sancta sanctorum. ‡ Applicabísque Aarō & filios eius ad fores tabernaculi testimonij, & lotos aqua indues sanctis vestibus, [*]vt ministrent mihi, & vnctio eorum in sacerdotium sempiternum [5]proficiat.] Fecitq; Moyses omnia quæ præceperat dominus. Igitur mense primo anni secundi, prima die mēsis, [c]collocatum est tabernaculum. † Erexitq; Moyses illud, & posuit tabulas, ac bases, & vectes, statuitq; columnas, & expandit tectum super tabernaculum, impositó désuper operimento, sicut dominus imperauerat. Posuit & [d]testimonium in arca, subditis infrà vectibus, & oraculum désuper. Cúmque intulisset arcam in tabernaculum testimonij, appendit ante eam velum, vt expleret domini iussionem. [e]‡ Posuit & mensam in tabernaculo testimonij ad plagam septentrionalem extra velum, ordinatis coram propositionis panibus, sicut præceperat dominus Moysi. Posuit & candelabrum in tabernaculo testimonij è regione mensæ in parte australi, locatis per ordinem lucernis iuxta præceptum domini. Posuit & altare aureum sub tecto testimonij contra velum, & adoleuit super eo incensum aromatum, sicut iusserat dominus Moysi. Posuit & tētorium in introitu tabernaculi testimonij, & altare holocausti in vestibulo testimonij, ófferens in eo holocaustum & sacrificia, vt dominus imperauerat. †‡ Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonij, & altare, implens illud aqua: lauerúntque in eo Moyses & Aaron ac filij eius manus suas & pedes, cùm ingrederentur tectum fœderis, ac accederent ad altare, sicut præceperat dominus Moysi. Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tentorio. Postquam omnia perfecta sunt, [f]operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria domini impleuit illud. [f]Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & [6]maiestate domini coruscante: ] quia cuncta nubes operuerat. Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filij Israel per turmas suas. [7]Si pendebat désuper, manebant in eodem loco.] Nubes quippe domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israel per cunctas [8]mansiones suas.

1. Mense Nisan, secundo anno post exitum ex Aegypto.
*Habitaculum, &
1. Suspendésque.
2. Ordinabísque eam iuxta dispositionem tuam.
b. Hoc est, altare thymiamatis quod erat intra tabernaculū, tion autem altare holocausti. Altare hoc significat iustos carnem suam cum desideriis suis identidem crucifigéres. Gerardus.
3. Ponesque atrium per circuitum, & expandes velamen ad portam atrij.
4. Et omnia quæ in eo sunt: sanctificabísque ipsum cum vniuersis vasis eius, vt sit sanctum.
*Vnges.
*Et sanctificabis illud altare, vt sit altare sanctū sanctorum. Et vnges Aarō, & vnges eum sanctificabísque eum, vt sacerdotio mihi fungatur. Sed & filios eius applicanis, & indues eos tunicis, vngésque eos sicut vnxisti patrem eorum.
5 Erit in generationes eorū.
c Dicimus igitur tabernaculū illud quod tunc erigebatur, sanctissimum Christi corpus, & vt ita dicam totius ei⁹ carnis soliditatem in qua plenitudo deitatis corporaliter habitauit, significasse. Cyrill⁹.
d. Tabulas decē præceptorū.
e. Christus enim mensa est, in qua panes positi sunt, quibus omnes participatione corporis sui ad vitam æternam alītur. Cyrill⁹ in Ioh. li. 4. ca. 28.
f. Nouenda est res multum admirabilis, quòd nube descendēte & implente tabernaculum, quæ tamen gloria domini dicitur, non poterat Moyses intrare tabernaculū, qui in mōte Sina, quando legem primitus accepit, intrauit in nubē vbi erat deus. Proculdubio ergo aliam pērsonam tunc figurabat, aliam nunc. Et tunc eorum qui fiunt participes intimæ veritatis dei, nunc autem Iudæorum, quibus gloria domini quę in tabernaculo est, quod est gratia Christi, rāquā nubes opponitur non eam intelligentibus, & ideo non intrauit in tabernaculum testimonij. Augu. quæst. 173. super Exodum.
6. Gloria domini implēte tabernaculum.
7. Et quādo nubes non leuabatur, nō proficiscebantur vsque ad diem quo subleuabatur.
8. Turmas.

# Incipit tertius Moysi liber ויקרא Vaiicra,

id est, Et vocauit: qui dicitur Leuiticus.

*Holocaustorum armentorum, pecudum, & auium, offerendorum, varius ritus & modus.* I.

Ocauit autem Moysen, & locutus est ei dominus de tabernaculo testimonij, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos. [2]† Homo qui obtulerit ex vobis hostiam domino, de pecoribus, id est, de bobus, & ouibus, [1]offerens victimas: si [b]holocaustum fuerit eius oblatio, ac [2] de armento, ] masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonij, [3] ad placandum sibi dominum. ] Ponétque super caput hostiæ manus, & acceptabilis erit, ‡ atq; in expiationem eius proficiens. Immolabitque vitulum coram domino, & offerent filij Aaron sacerdotis sanguinem eius, [4] fundentes

a. Sacrificia quādrupedum.
1. Offeretis sacrificiū vestrū.
b. In hostiis legālibus quædā erāt holocausta, quædā vero hostiæ dicebātur. Holocausta tota in altari cremabantur, in de dicta holocausta, quasi tota incensa. Hostiarūm autem pacificarum solis crematis adipibus, cætera in sacerdotū, seu ipsorum qui obtulerāt, redebant vsum. Radulphus super Leuit.
2. De bobus.
3. Ad nutum suum coram domino.
4. Fundentes super altare per circuitum.

per altaris circuitum,]quod est ante ostium tabernaculi: [c]Detractáque pelle hostiæ,artus in frusta concîdent,& subiicient in altari ignem,strue lignorum antè compositа,& membra quæ sunt cæsa désuper ordinantes,caput videlicet,& cuncta quæ adhærent iecori,intestinis & pedibus lotis aqua adolebit[a]q; ea sacerdos super altare[5] in holocaustũ, & suauem odorem domino.[d§] Quòd si de pecoribus oblatio est,de ouibus siue de capris holocaustum,agnum anniculum & absque macula offeret,immolabítque ad latus altaris quod respicit ad[c] aquilonem,coram domino.Sanguinem verò illius fundent super altare filij Aaron per circuitum,diuidéntque membra,caput, & omnia quæ adhærent iecori,& imponent super ligna,quibus subiiciendus est ignis.Intestina verò & pedes lauabunt aqua,& oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum, & odorem suauissimum domino.[f]Si autem de auibus,holocausti oblatio fuerit domino, de turturibus & pullis columbæ,*offeret eam sacerdos ad altare,[§]&[6] retorto ad collum capite,ac rupto vulneris loco,]decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris:ve ſiculam verò gutturis,& plumas proiiciet prope altare ad orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi solent.[7]Confringétque ascellas eius,& non secabit, neque ferro diuidet eam,]& adolebit super altare,lignis igne suppositо.† Holocaustum est,& oblatio suauissimi odoris domino.

c. Quicunque habet hostia cuius sanguinem pro peccati venia impetret:illi vero non effundit sanguinem qui consulto quid facit,sicut Paul[9] qui facit est Iudæus et Iudæos lucrificecit. Procopius ibidem.
5. Vt fiat holocaustum igniũ,in odorem recreationis.
d. Sunt autem tria genera holocaustorum. Primum bouis. Secundum ouis, aut capræ. Tertium auium, scilicet turturis,aut columbarũ. Radulphus super Leuit.
e. Quæcúque ergo ad sacrificiũ offerebantur, ex latere altaris ab aquilone stabant, & sic coram Domino celebrabatur sacrificiũ. Glo. ordinaria.
f. Sacrificia auiũ
*Adducet sacrificium suum.
6. Rumpet caput eius,& incędet in altari. Hoc est Os tuum in lege ad ascellas eius retorqueri iubatur, ne separetur os ab opere,& opus nostrũ non diuidatur ab ore. Hiero. in 1. ca. Mar.
7. Discerpet eum cũ alis suis, sed non diuidet.

*Oblatio sacrificiorum similæ oleo conspersæ,thuris,panum,laganorum,atque primitiarum.* II.

[a]Nima cum obtulerit oblationem sacrificij domino, [a]similа erit eius oblatio.[b] A Fundétque super eam oleum,& ponet thus,ac deferet ad filios Aaron[1] sacerdotis.]Quorum vnus tollet pugillum plenum similæ & olei,ac totum thus,&[2] ponet memoriale]super altare,*in odorem suauissimum domino:[†] Quod autem reliquũ fuerit de sacrificio,erit Aaron & filiorum eius,sanctum sanctorum de oblationibus domini.[§] Cum autem obtuleris sacrificium coctũ in clibano de simila,panes scilicet absq; fermento[3] cõspersos ]oleo,& lagana azyma oleo lita,si oblatio tua fuerit de sartagine,[4] similæ conspersæ]oleo & absque fermento,diuides eam minutatim,& fundes super eã oleum*.[c]Sinautem de craticula fuerit sacrificium,æquè simila oleo conspergetur, quã offerens domino trades manibus sacerdotis.[§] Qui cum obtulerit eam,tollet memoriale de sacrificio,& adolebit super altare in odorem suauitatis domino.Quicquid autem reliquum est,erit Aaron & filiorum eius,sanctum sanctorum de oblationibus domini.
†[d]Omnis oblatio quæ offertur domino,absque fermento fiet,nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio domini. Primitias tantùm eorum offeretis[5] ac munera, ] super altare verò non imponentur in odorem suauitatis.[§] Quicquid obtuleris sacrificij sale condies,nec auferes sal fœderis dei tui de sacrificio tuo. † In omni oblatione offeres sal. Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino[6] de spicis adhuc virentibus, torrebis eas igni, & confringes in morem farris,]& sic offeres primitias tuas domino,fundens super ea oleum,& thus imponens,quia oblatio domini est,de qua adolebit sacerdos in memoriam muneris,partem fratris fracti, & olei, ac totum thus.*

a. Recte post auit holocaustũ simila sequitur: quia quisquis per studiũ sapientiæ terrã mentis inhabitat,purgationi illi insistere debet: ve nequicquam exterioris sanctificatione contentus,sicut à corpore ptauos recidit actus, sic & à mente earumdem extirpet affectus. Radulphus ibidem.
b. Sacrificia insensibilium.
1. Sacerdotes.
2. Accendet sacerdos in memoriam eius.
* Vt sit sacrificium ignitum.
3. Mixtos.
4. Erit simila azyma cõspersa
*Vt sit oblatio.
c. Craticulã ignis nõ vndique inuoluit clibani more,sed inferius superposita torret. Radulphus ibidem.
d. Hic interponuntur aliqua quæ f omni sacrificio & oblatione sunt obseruãda,hic præmittuntur duo quæ ab omni oblatione excluduntur, scilicet fermentum & mel,quia ydolatræ in suis sacrificiis vtebantur. Item,quia fermentum corruptionem significat secundum illud Apost. 1. Cor. 5. Modicum fermentũ totam massam corrumpit. Dulcedo vero mellis, significat lasciuiam carnis,quæ non debet esse in sacrificiis diuinis. Delyra ibidem.
5. Domino.
6. Spicam maturam igni torrebis,& frumentum cotusum in modum tritis.
*Et erit sacrificium ignitum domino.

*Hostiæ pacificorum pro beneficij impetratione,ex bobus,ouibus,agnis, & capris.* III.

[†2] Vòd si hostia pacificorum fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit A offerre marem siue fœminam, immaculata offeret coram domino. Ponétque manum super caput victimæ suæ, quæ[1] immolabitur ] in introitu tabernaculi testimonij. † Fundéntque filij Aaron[2] sacerdotis ] sanguinem[3] per altaris circuitum, ] & offerent de hostia pacificorum in oblationem domino adipem qui operit vitalia, & quicquid pinguedinis est[4] intrinsecus: ] duos renes cum adipe * quo teguntur ilia, & reticulũm iecoris cum renunculis,[§] adolebúntque ea super la-

a. Sacrificiũ pacificorũ solùm de bobus,ouibus & capris tã masculis quàm fœminis fiebat.
1. Iugulabitur.
2. Sacerdotes.
3. Super altare per circuitum
4. Super intestina.
*Qui est super eos,&.

per altare[5] in holocaustum lignis igne suppositō,] in oblationem suauissimi odoris domino. Si verò de ouibus fuerit eius oblatio,[6] & pacificorum hostia:] siue masculum obtulerit, siue fœminam, immaculata erunt omnia. Si agnum obtulerit coram domino,* ponet manum suam super caput victimæ suæ: quæ immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonij. Fundéntque filij Aaron sanguinem eius[7] per circuitum altaris,] & offe-
C rent de pacificorum hostia sacrificium domino,[8] adipem & caudam totam[8] cum reni bus,] & pinguedinem quæ operit ventrem, atque vniuersa vitalia, & vtrunque renunculum cum adipe qui est* iuxta ilia, reticulumq; iecoris cum renunculis: & adolebit ea sacerdos super altare in pabulum ignis & oblationis domini.[a] Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit eam domino, ponet manum suam super caput eius, immolabítq; eam
D in introitu tabernaculi testimonij.[9] Et fundent filij Aaron sanguinem eius[9] per altaris circuitum, tolléntque ex ea in pastum ignis dominici] adipem qui operit ventrem, & qui tegit vniuersa vitalia, duos renunculos cum reticulo quod est super eos[10] iuxta] ilia, & aruinam iecoris cum renunculis*: adolebitq; ea super altare sacerdos in[11] alimoniam ignis & suauissimi odoris. Omnis adeps domini erit iure perpetuo] in generationibus, & cunctis habitaculis vestris: nec sanguinem nec adipem omnino comedetis.

1. Super holocaustum quod est super ligna, quę sunt super ignem.
6. In sacrificium pacificorum domino.

* Adducet illum in cōspectu domini, &c.
7. Super altare per circuitū.

8. E regione dorsi auferet ea.

*Super illos, &c.
a. Quia ergo lex quædā agnos quædā capras dicit, agni autem simplices sunt qui nihil peccauerunt, capræ autē simplices, qui peccauerunt & cōuersi sunt, recte quodlibet odo sacrificium & holocaustum vnum est. Glosa ordinaria.
9. Super altare per circuitum, & offeret de illo sacrificium suum oblationem ignitā domino. Nempe.
10. Et super.
*Tollet.
11. Panem igniti sacrificij, vt sit in odorem suauitatis omnis adeps domino. Statutum seculi sit.

*Hostiæ sacerdotis, principis, & multitudinis per ignorantiam peccantis.* 1111.

A Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: [3] Anima quæ peccauerit per ignorantiam, & de vniuersis mandatis domini quæ præcepit vt non fierent, quippiam fecerit: † si sacerdos qui vnctus est, peccauerit, [1] delinquere faciens populum, ] offeret pro peccato suo * vitulum immaculatum domino, * & adducet illum ad ostium tabernaculi testimonij [b] coram domino, ponétque manum super caput eius, & [2] immolabit eum domino. ] Hauriet quoque * de sanguine vituli, inferens illum in tabernaculum testimonij. Cúmque intinxerit digitum in sanguinem, aspergetet eum septies coram domino contra velum
B sanctuarij. †[c] Ponétque de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis [3] gratissimi] domino, quod est in tabernaculo testimonij. Omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti [4] in introitu tabernaculi.] Et adipem vituli offeret pro peccato, tam eum qui vitalia operit, quàm[5] omnia quæ intrinsecus sunt: ] duos renunculos & reticulum quod est supra eos iuxta ilia, & [6] adipem ] iecoris eum renunculis*, sicut[7] offertur] de vitulo hostiæ pacificorum: & adolebit ea super altare holocausti.[c] Pellem verò & omnes carnes cum capite & pedibus & intestinis & fimo & reliquo corpore efferet extra castra in locum mundum, vbi cineres effundi so-
C lent: [d] incendétque ea super lignorum struem, quæ in loco effusorum cinerum crematbuntur. Quòd si omnis turba filiorum Israel[8] ignorauerit, & per imperitiam fecerit, quod contra mandatum domini est,] & postea intellexerit peccatum suum: offeret pro peccato suo vitulum, adducétque eum ad ostium tabernaculi, & [d] ponent seniores populi manus super caput eius coram domino. Immolatóque vitulo in conspectu domini, inferet sacerdos qui vnctus est de sanguine eius in tabernaculum te-
D stimonij, tincto digito aspergens septies contra velum.[e] Ponétque de eodem sanguine in cornibus altaris, quod est coram domino in tabernaculo testimonij. Reliquum autem sanguinem fundet iuxta basim altaris holocaustorum, quod est in ostio tabernaculi testimonij. Omnemque eius adipem tollet, & adolebit super altare: sic faciens & de hoc vitulo quomodo fecit & prius: & [9] rogante pro eis sacerdote propitius erit eis dominus.] Ipsum autem vitulum efferet extra castra atque comburet sicut & priorem vitulum: quia est pro peccato multitudinis.[f] Si peccauerit princeps, & fecerit v-
E num è pluribus per ignorantiam, quod domini lege prohibetur, [g] & postea intellexerit peccatum suum: offeret hostiam coram domino, hircum de capris* immaculatum, ponétque manum suam super caput eius: cúmque immolauerit eum in loco vbi

1. Iuxta delictum populi.
*Quod peccauit.
* In oblationē pro peccato.
2. Notandum existimo quòd scriptura vocat peccata etiam illa quæ inconsulto & ignōranter delinquimus. Peccatū ex inconsulto commissum est quod quis putat nō tale esse. Tale erat Saulis delictum cū ieiunij imperasset. 1. reg. 14. Procopius.
b. Hæc est illa sanguinis illatio in tabernaculum quæ semel in anno fieri solebat. Hæc tamen non consummatur in sequentibus, quippe non solū in tabernaculum primum, in quo altare thymiamatis erat, cuius cornibus sanguinem in hoc loco præcepit imponi. Radulphus ibi.
2. Iugulabit eum coram domino.
*Sacerdos vnctus.
3. Aromatici coram.
4. Quod est ad ostium tabernaculi testimonij.
5. Omnem adipem qui est circa interiora.
6. Vel reticulum.
*Tollet.
7. Tollitur.

c. Per hoc designatur quod sacerdos debebat esse elongatus de cætero, nō solum à peccato, sed etiam ab occasionibus eius. Delyra ibid.

8. Errore peccauerit, & res ista abscōdita fuerit ab oculis cōgregationis, fecerintque vnū ex omnibus præceptis domini, quæ fieri non debent, & deliquerint.
d. Nō enim coactam sed spontaneam agere pœnitentiam oportet, nec humano timore ad hoc compelli, sed amore diuino, & propriæ salutis intuitu prouocari. Radul. ibi.
e. De sanguine hoc exponatur, & totū quod sequitur quia tū ad istam partē, sicut expositū est supra in sacrificio pro peccato sacerdotis. De lyra.
9. Expiabit eos sacerdos, & remittetur illis.
f. Principem quēlibet ex doctioribus & sanctioribus hic appellat. Principis enim quanto scientia maior & eminentior sanctitas, tāto si peccauerit reatus vehementior erit. Radulphus ibidem.
*Masculum.

Sup. 3. d.

De pœn. di. 3 capit. Inter hæc hæreum.

Universidad de Deusto Biblioteca

solet mactari holocaustum coram domino, quia pro peccato est, tinget sacerdos digitum in sanguine hostiæ pro peccato,[10] tangens ] cornua altaris holocausti, & reliquum fundens ad basim eius: adipem verò adolebit suprà, sicut in victimis pacificorum fieri solet.[11] Rogabítque pro eo sacerdos, & pro peccato eius, ] & dimittetur ei.

10. Ponet super.

11. Et expiabit eum sacerdos peccato suo.

g. Hęc anima triplicem habet vim. Prima est, qua sorpore & per corpus vivit, vita sensibilis, qua corpus vegetat, & per corporis sensus exteriora illa sentit ac discernit. Secunda est, quam apud se exerit, per quam non solum ea quæ corporis sensum attingunt, multo apertius perseruatur ac discutit: sed & multa à sensibus aliena perquirit. Tertia animæ vis in appetitu est, seu ad ea quæ corpus sentit, seu ad scientiæ lumen, & sapientiæ pulchritudinem voluptate quadam animam rapit. Radulphus. ibid.

12. Ponet super, & infra.

13. Expiabítque eũ sacerdos.

14. Hostiæ.

15. Ab one quæ.

16. Expiabítque illũ sacerdos à peccato quod commisit.

[F] ✠ Quòd si peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ, vt faciat quicquam de iis quæ domini lege prohibentur, atque delinquat, & cognouerit peccatum suum: offeret capram immaculatam, ponétque manus super caput hostiæ quæ pro peccato est, & immolabit eam in loco holocausti. Tollétque sacerdos de sanguine in digito suo, & [12] tangens ] cornua altaris holocausti, reliquũ fundet ad basim eius. † Omnem autem adipem auferens sicut auferri solet de victimis pacificorum, adolebit super altare in odorem suauitatis domino: ✠[13] rogabitq; pro eo, ] & dimittetur ei. Si autem de pe- [G] coribus obtulerit victimam pro peccato, ouem scilicet immaculatam: ponet manum super caput eius, & immolabit eam in loco vbi solent cædi holocaustorum hostiæ. Sumétque sacerdos de sanguine[14] eius ] digito suo, & tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ab basim eius. † Omnem quoque adipem auferens sicut auferri solet a- †Sup.3.4.
deps[15] arietis qui ] immolatur pro pacificis, cremabit super altare incẽsum domini: [16] rogabitq; pro eo, & pro peccato eius, ] & dimittetur ei.

†Sup.3.4.

*Hostiæ pro peccatis ex passione, silentio veritatis, errore, iuramento, sacrorum abusu, atque ignorantia.* V.

[A] Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, testisq; fuerit quòd aut ipse vidit, aut[1] conscius est: ] nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Anima quæ tetigerit aliquid immundum,[2] siue quod occisum à bestia est, aut per se mortuum, aut quodlibet aliud reptile, & oblata fuerit immunditiæ suæ, ] rea est, & deliquit. Et si tetigerit quicquam de immunditia hominis iuxta omnem impuritatem qua pollui solet, [3] oblitáque cognouerit postea, subiacebit delicto. Anima quæ iurauerit, & protulerit labiis suis, vt vel malè quid faceret, vel bene, [4] & non fecerit, & idipsum iuramento & sermone firmauerit, ✠ oblitáque ] postea intellexerit delictum suum, [5] agat pœnitẽ- [B]
tiam pro peccato, ] & offerat de gregibus agnam siue capram, [6] orabitque pro ea sacerdos & pro peccatis ] eius. [b] Si autem non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum domino, vnum pro peccato, & alterum in holocaustum: dabitque eos sacerdoti. Qui primùm offerens pro peccato retorquebit caput eius [7] ad pennulas, ita vt collo adhæreat, & non penitus abrumpatur: ] & asperget de sanguine eius parietem altaris. Quicquid autem reliquum fuerit, faciet distillare ad fundamentũ eius: quia pro peccato est. ✠ Alterum verò in holocaustum adolebit, vt fieri solet: roga- [C]
bitque pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. [c] Quòd si non quiuerit manus eius † duos offerre turtures, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato suo similæ partem ephy decimam. * Non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est: tradétque eam sacerdoti, qui plenum ex ea pugillum hauriens cremabit super altare in monumentum eius qui obtulerit, [8] rogans pro illo & expians: reliquam verò partem ipse habebit in munere. ] Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: ✠ Anima si [9] prævaricans ceremonias per errorem ] in iis quæ domino sunt sanctificata peccauerit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi potest duobus siclis * iuxta [10] pondus ] sanctuarij, [11] ipsúmque quod iniustè ablatum est damni ] restituet, & quintam partem ponet supra, tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo, offerẽs arietem, & dimittetur ei. † [d] Anima quæ peccauerit per ignorantiam, feceritque vnum ex iis quæ domini lege prohibentur, [12] & peccati rea intellexerit ] iniquitatem suam, offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram æstimationémque peccati, qui [13] orabit pro eo, ] quia nesciens fecerit: & dimittetur ei, quia per errorem deliquit in domino.

†Sup.4.

1. Videtur dicere peccare hominem, qui audit aliquẽ falsum iurare, & scit eũ falsum iurare, & tacet. Glosa ordinaria post August.

1. Cognouerit.

2. Aut illud est immũdæ fęræ cadauer, aut immẽri immũdi cadauer, aut immũdi reptilis cadauer: & latuerit eam.

3. Latuerítque eam, & infra.

4. Iuxta omnia quæ proferre solet homo cũ iuramento, & latuerit eum, scil.

5. Confitebitur quòd in ea re peccauerit.

6. Expiabitque sacerdos peccatum, & infra.

b. Qui sunt qui ad pecus offerendũ non sufficiunt, iã præhabuim⁹ illi scilicet, qui mortis propinquitate seu infirmitatis pondere prępediti iniũctam sibi pœnitentiam explere seu iustis laboribus se subdere à modo nequeunt. Offerant igitur duos turtures aut duos pullos columbarum. Radulphus.

6. Contra ceruicem, sed non diuidet.

c. Dignũ est enim vt qui peccatorum suorum confessionẽ facit, consũmet ea omnia quę reuocare ad memoriã potest, domino pandẽs, nõ alia prodens, alia abscondens. Radulphus, ibidem.

* In oblationẽ peccati. Ephy mensura est trium modiorũ.

7. Et expiabit eum sacerdos à peccato suo quod commisit, vno ex illis, & remittetur ei: eritque sacerdotis quasi munus placationis.

9. Prævaricatione prævaricata fuerit per ignorantiam.

* Argenteis.

10. Sicium.

11. Vt sit pro sacrificio delicti, & in eo quod peccauit de sanctificato.

d. Qui rea est iubetur vt ad sacerdotem accedat, & peccati sui æstimationem illi committẽs quod ille iudicauerit, hoc ipse deuotus implere cõtendat. Radulphus. ibi.

12. Et nesciuit, deliqueritque portabit.

13. Expiabit eum ab ignorantia sua.

*Oblatio pro peccato ex certa scientia commisso, leges holocausti, ignis perpetui, singulorum sacrificiorum, & oblationum sacerdotis in die vnctionis suæ. VI.*

A LOcutúsque est dominus ad Moysen, dicens: [a]Anima quæ peccauerit, & [1]contempto domino ] negauerit proximo suo depositum, quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit, siue rem perditam inuenerit, & inficians insuper peierauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit in quibus solent peccare homines, [2] conuicta delicti reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere, integra, & ] quintam insuper partem domino, cui damnum intulerat. Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdoti, iuxta æstimationem mensurámque delicti: qui [3]rogabit pro eo ] coram domino, & dimittetur illi pro singulis quæ [4]faciendo peccauit. ] Locutúsque est dominus ad Moysen, dicẽs: Præcipe Aaron & filiis eius: Hæc est lex holocausti: Cremabitur in altari tota nocte vsque mane. [b] Ignis ex eodem altari erit. † Vestietur tunica sacerdos, & fœminalibus lineis *, tollétque cineres quos vorans ignis exussit: & ponens iuxta altare, spoliabitur prioribus vestimentis, indutúsque aliis efferet eos extra castra, & in loco mundissimo ⁊ vsque ad fauillam consumi faciet. † [c] Ignis autem in altari semper ardebit *: quem nutriet sacerdos, subiiciens ligna mane, per singulos dies: & impositio holocausto desuper, adipes [5] adolebit ] pacificorum. Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Hæc est lex [6] sacrificij & liberamentorum, quæ ] offerent filij Aaron coram domino, & coram altari. Tollet sacerdos pugillum similæ quæ [7] conspersa est oleo, ] & totum thus, quod super similam positum est: adolebitque illud in altari in monumentum odoris suauissimi domino. Reliquam autem partem similæ comedet Aaron cum filiis suis absque fermento, & comedet in loco [8] sanctuarij tabernaculi. ] [b] Ideo autem non fermentabitur, quia [9] pars eius in domini offertur incensum. ] Sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto. Mares tantum stirpis Aaron comedent illud. [10] Legitimum ac sempiternum ] erit in generationibus vestris de sacrificiis domini. Omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Hæc est oblatio Aaron & filiorum eius, quam offerre debent domino in die vnctionis suæ. Decimam partem ephy offerẽt similæ in sacrificio "sempiterno. ] Medium eius mane, & medium eius vespere: quæ in sartagine oleo conspersa frigetur. [12] Offeret autem eam calidam in odorem suauissimum domino, sacerdos qui iure parti successerit, ] & tota cremabitur in altari. Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo. Locutus est autem dominus ad Moysen, dicens: Loquere Aaron, & filiis eius: ista est lex hostiæ pro peccato. [d] In loco vbi offertur holocaustum, [13] immolabitur, ] coram domino. Sanctum sanctorum est. Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto in atrio tabernaculi. Quicquid tetigerit carnes eius, [14] sanctificabitur. ] Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, * lauabitur in loco sancto. Vas autem fictile in quo cocta est, confringetur: quòd si vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua, omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia sanctũ sanctorum est. [e] Hostia enim quæ cæditur pro peccato, † cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij ad expiandum, in sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni.

1. Præuaricatione fuerit præuaricata in dominum.
a. Per Christum tolluntur delicta quibus iniurij sumus fratribus nostris hic enim perfectè & absolutè nos emũdauit secundum tenorem sequẽtis eloquij cuius Christus ipse auctor est. Procopius ibidem.
2. Si itaque sic peccauerit, & deliquerit, restituet quod rapiendo rapuit, & quod calumniando extorsit, siue depositũ quod illi cõmissum fuit, siue rem perditam quam inuenit. Sed & totũ illud, super quod peierauit, reddet in capitali eius, superaddẽtque.
3. Expiabit eum.
4. Fecit & in quo deliquit.
b. Hic de sugi sacrificio loquitur, quod in exodo quotidie sacerdotes offerre præcipiuntur. Ait enim, hoc est sacrificium quod facies in altari. Agnos anniculos duos per singulos dies ingiter, & paulo post, oblatione perpetua in generationes vestras. Glosa ordinaria. ibid.
* Induit carnem suam.
c. Id est, ab illo igne, in quo ardet holocaustũ vsque in mane. Non vult enim ignem prorsus extingui, sed cum vsque in mane arietis holocaustum, ablatis inde reliquiis consumptionis, nec sic extingui ignẽ sed inde iterũ renouari, quo ardeant alia quæ imponũtur. Aug. quæst. 12. in Leuitic.
* Nec vnquam extinguetur.
5. Instar thuris incendit.
6. Oblationis, quam.
7. Et de oleo eius.
8. Sancto in atrio tabernaculi testificonij comedent illud.
9. Hanc partem dedi illis ex sacrificiis mei incensi.
10. Statutum perpetuum.
d. Notandũ de quibus filiis agatur non enim de omnibus loquitur, sed de his solũ qui patri decedenti, & sibi singulatim in summo pontificatu succedebant. Sũmos quippe pontifices singulatos esse oportere, lex ipsa decreuit. Radulp.
11. Iugi.
12. Fricam adhuc eam, decoctãsque huic oblationis hostiæ frustatim offeres in odorem suauitatis domino. Et sacerdos, qui pro eo vnctus fuerit de filiis eius facier, illud legitimum erit domino.
13. Iugulabitur hostia pro peccato.
14. Sanctum fit.
* Vbi sparsus fuerit super illud.
e. Quomodo ergo ad sacerdotes pertinẽt mandueãda quæ remanẽt de sacrificiis pro peccatis? Quod intelligẽdum est, hæc excepta esse, de quorum sanguine tangitur illud altare ineẽsi in tabernaculo testimonij. Augu. quæst. 18. super Leuiticum.

*Oblatio hostiæ pro delicto: pacificorum, adipis, & sanguinis ritus. VII.*

A HÆc est quoque lex hostiæ pro delicto. [1] Sancta ] sanctorum est. Idcirco vbi immolabitur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto. Sanguis eius [2] per gyrum altaris ] fundetur. Offerent ex ea * caudam, & [a] adipem qui operit vitalia, duos renunculos, & pinguedinem quæ * iuxta ilia est, reticulúmque iecoris cum renunculis, & adolebit ea sacerdos super altare. [3] Incensum est domini ] pro delicto. Omnis masculus de sacerdotali genere in loco sancto vescetur iis carnibus, quia sanctum sanctorum est. Sicut pro [4] peccato offertur hostia,

1. Sanctum.
2. Super altare per circuitum.
* Omnem adipem eius, &c.
* Est super eos, & quæ.
3. In sacrificium ignitum domino. Est enim hostia.
a. Peccatum ergo est perpetratio mali, delictum verò desertio boni: vt aliud sit declinare à malo, aliud facere bonum. Aug. quæst. 20. super Leuiticum.

Universidad de Deusto Biblioteca

ita & pro delicto. Vtriusque hostiæ lex vna erit. Ad sacerdotem qui eam obtulerit, pertinebit. Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem eius. Et omne sacrificium [4] similæ, ] quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula vel in sartagine præparatur, eius erit sacerdotis, à quo offertur, [5] siue oleo conspersa, siue arida fuerit. Cunctis filiis Aaron mensura æqua per singulos diuiditur. ] [§] Hæc est lex hostiæ pacificorum, quæ offertur domino. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo, [6] coctámque ] similam, & [7] collyridas, ] olei admixtione conspersas, [8] panes quoque fermentatos, cum hostia gratiarú, quæ immolatur pro pacificis, [9] ] ex quibus vnus pro primitiis offertur domino, ] & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem : [10] Cuius carnes eadem comedentur die, ] nec remanebit ex eis quicquam vsque mane. Si voto vel sponte quispiam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die. Sed & si quid in crastinum remanserit, vesci licitum est. Quicquid autem tertius inuenerit dies, ignis absumet. Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet eius oblatio, nec proderit offerenti, quin potius quæcunque anima tali se edulio contaminauerit, præuaricationis rea erit. Caro quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni. [§] [11] Qui fuerit immundus, vescetur ex ea. ] Anima polluta c
quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est domino, peribit de populis suis: & quæ tetigerit [12] immunditiam hominis, vel iumenti, siue omnis rei quæ polluere potest, & comederit de huiusmodi carnibus, ] interibit de populis suis. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: Adipẽ ouis, & bouis, & capræ non comedetis. Adipem cadaueris morticini, & eius animalis quod à bestia captum est, habebitis in varios vsus *. Si quis adipem [13] qui ] offerri debet in incensum domini, comederit, peribit de populo suo. † Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo*, tam de auibus, quàm de pecoribus. Omnis anima quæ ederit sanguinem, peribit de populis suis. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: [§] Loquere filiis Israel, dicens: [c] Qui offert victimam pacificorum * domino, offerat simul [14] & sacrificium, id est, libamenta eius. ] Tenebit in manibus adipem hostiæ, & pectusculum. [§] Cúmque ambo oblata domino consecrauerit, tradet sacerdoti, qui adolebit adi- b
pem super altare: pectusculum autem erit Aaron & filiorum eius. Armus quoque dexter de pacificorum hostiis, cedet in primitias sacerdotis *. Qui obtulerit sanguinem* & adipem filiorum Aaron, ipse habebit & armum dextrum in portione sua. Pectusculum enim eleuationis, & armum separationis tuli à filiis Israel de hostiis eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti, & filiis eius lege perpetua, ab omni populo Israel. [d] Hæc est vnctio Aaron & filiorum eius [15] in cæremoniis ] domini, die quo obtulit eos Moyses vt sacerdotio fũgerentur, & quæ præcepit eis dari dominus à filiis Israel religione perpetua in generationibus suis. Ista est lex holocausti & sacrificij pro peccato atque delicto, & pro consecratione & pacificorum victimis, quam constituit dominus Moysi in monte Sinai, quando mandauit filiis Israel, vt offerrent oblationes suas domino in deserto Sinai.

4. Mundi.

5. Quæ vero oleo mixta est, & ea quæ sicca est, erit omnium filiorum Aaron, quisque vir æqualiter erit.

6. Crustúmque.
7. Placentas.
8. Super placentas panis fermentati offeret sacrificiũ suũ in gratiarũ actionem pro hostia pacificorum suorum.
9. Ex vniuerso sacrificio prælibatione domini offerretur.
10. Et caro sacrificij laudis in pacificis suis comedetur i die oblationis suæ.
b. Omne sacrificium pacificorum vel saluare spontaneum est. Vnde inter dona superius positũ est. Sed gratiarũ actionis vel laudis sacrificium quãuis species eius sit, quia rationabile est, voluntarium non dicitur: quia cum rationales simus debitum quodãmodo præcipuum creatori debemus rationabile sacrificium. Glos. Ordinaria. ibid.
11. Qui fuerit mundus, vescetur carne.
12. Omne immundum, quod est de immunditia hominis, aut animal immundum, vel quodcũque nauseabile quod est immundũ, & comederint de carne sacrificij pacificorũ, quod est domini.

*Sed comedendo non comedet ipsum.
13. De animali quod.

*Per cunctas habitationes vestras.
*Suorum.
14. Oblationem suam domino de sacrificio pacificorum suorum.
c. Sacrificium quoque non quamlibet hostiã vocari diximus, sed signanter similæ oblationem, & hostiã pro peccato, & pro delicto: & vnde nunc agimus adipes pacificorũ qui domino incenduntur, hoc nomine significari. Rabanus ibidem.
* Pro oblatione de sacrificiis pacificorum vestrorum.
*Pacificorum.
d. Recordare quomodo tum Aarõ factus sit sacerdos, quot hostias p illo immolarit Moyses, quot precedes celebrarit, quomodo illum lauerit, quomodo illum vnxerit, extremũ auriculæ manu dextera in sancta sanctorum introduxerit. Post hæc iussit præscripto septem dierum numero manere intus. Chrysost. aduersus Iudæos, Oratione tertia.
15. De sacrificiis.

*Aaronis & filiorum eius consecratio, ac tabernaculi, supellectilisque eius vnctio.* VIII.

IOcutúsque est dominus ad Moysen, dicens: [a] Tolle Aaron cum filiis suis, ves- A
tes eorum & vnctionis oleum, [1] vitulum pro peccato, duos arietes, canistrum cum azymis, & congregabis omnem cœtum ad ostium tabernaculi. Fecit Moyses vt dominus imperarat: congregatáque omni turba ante fores tabernaculi, ait: Iste est sermo quem iussit dominus fieri. [2] Statímque [2] obtulit ] Aaron & filios eius. Cúmque lauisset eos [3], vestiuit Pontificem subucula linea, accingens ] eum balteo, & induens eum tunica hyacinthina: & desuper humerale imposuit, quod astringens cingulo aptauit rationali, in quo erat [4] [b] doctrina & veritas. ] [§] Cydari quo- B
que texit caput, & super eam contra frontem, posuit [5] laminam auream ] consecratam in san-

a. Legimus in Leuitico, iuxta præceptum dei, Moysen lauisse Aaron & filios eius. iã tunc purgationem mundi, & rerũ omniũ sanctitatem, baptismi sacramenta signabant. Hieronym. ad Fabiolam, de veste sacerdotali.
1. Iuuencum, vel taurum.
2. Moyses applicauit.

3. Aquã, posuit super eum tunicam, & cinxit.

4. b. Vrim & Thummin: in omnibus explicandis omnes se fe difsident interpretes.
5. Coronam sanctam.

in ſanctificatione,] ſicut præceperat ei dominus.† Tulit & vnctionis oleum,quo liniuit tabernaculum cum omni ſupellectili ſua. [6] Cúmque ſanctificans aſperſiſſet altare ſeptem vicibus, vnxit illud,] & omnia vaſa eius, labrúmque cum baſi ſua ſanctificauit oleo. Quod fundens ſuper caput Aaron, vnxit eum, & conſecrauit. † Filios quoque eius oblatos conſecrauit,veſtiuítque tunicis lineis, & cinxit balteis, impoſuítque
c mitras,vt iuſſerat dominus.[c] Obtulit & vitulum pro peccato. ℣ Cúmque ſuper caput eius poſuiſſet Aaron & filij eius manus ſuas, immolauit eum hauriens * ſanguinem, & tincto digito [7 d] tetigit] cornua altaris per gyrum. Quo expiato & ſanctificato,fudit reliquum ſanguinem ad fundamenta eius. Adipem verò qui erat ſuper vitalia, & reticulum iecoris, duóſque renunculos cum aruinulis ſuis adoleuit * ſuper altare, vitulum cum pelle & carnibus & fimo cremãs extra caſtra, ſicut præceperat dominus. Obtulit & arietem in holocauſtum. † Super cuius caput cum impoſuiſſent Aaron & filij eius manus ſuas, immolauit eum,& fudit ſanguinem eius[8] per circuitum altaris.]
D ℣ Ipſúmque arietem in fruſtra concidens,caput eius,& artus,& adipem adoleuit igni, lotis prius inteſtinis & pedibus. Totúmque ſimul arietem incendit ſuper altare, eo quòd eſſet holocauſtum ſuauiſſimi odoris domino,ſicut præceperat ei. Obtulit & arietem ſecundum,in conſecrationem ſacerdotum, poſuerúntque ſuper caput eius Aaron & filij eius manus ſuas. Quem cum immolaſſet Moyſes, ſumens de ſanguine eius,[e] tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ,[9] ſimiliter & pedis. Obtulit & filios Aaron.Cúmque de ſanguine arietis immolati tetigiſſet extremum auriculæ ſingulorum dextræ, & pollices manus ac dextri pedis, reliquum
E fudit ſuper altare per circuitum. ℣ Adipem verò & caudã omnémque pinguedinem quæ operit inteſtina, reticulúmque iecoris, & duos renes cum adipibus ſuis, & armo dextro, ſeparauit. Tollens autem de caniſtro azymorum quod erat coram domino panes abſque fermento,& [10] collyridã conſperſam oleo, ] laganúmque, * poſuit ſuper adipes, & armum dextrum, tradens ſimul omnia Aaron & filiis eius. Qui poſtquam leuauerunt ea coram domino, rurſum ſuſcepta de manibus eorum, adoleuit ſuper altare holocauſti, eo quòd conſecrationis eſſet oblatio in odorem ſuauitatis
F [11] ſacrificij domini.] ℣ Tulítque pectuſculum eleuans illud coram domino de ariete conſecrationis in partem ſuã, ſicut præceperat ei dominus. Aſſuménſque [12] vnguentum,] & ſanguinem qui erat in altari, aſperſit ſuper Aarõ & veſtimenta eius, & ſuper filios illius,ac veſtes eorum. Cúmque ſanctificaſſet eos [13] in veſtitu ſuo,] præcepit eis, dicens: Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. † Panes quoque conſecrationis edite,qui poſiti ſunt in caniſtro,ſicut præcepit mihi dominus, dicens:
G ℣ Aaron & filij eius comedent eos. Quicquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis abſumet.[f] De oſtio quoque tabernaculi non exibitis ſeptem diebus vſque ad diem quo implebitur tempus conſecrationis veſtræ. Septem enim diebus finitur conſecratio, ſicut impræſentiarum factum eſt,[14] vt ritus ſacrificij compleretur.] Die ac nocte manebitis in [15] tabernaculo,] obſeruantes [16] cuſtodias] domini, ne moriamini.Sic enim mihi præceptum eſt.Fecerúntque Aaron & filij eius cuncta quæ locutus eſt dominus per manum Moyſi.

*Primitiis ſacrificiorum pro ſacerdote & populo deo redditis, Aaron populo benedixit, gloria domini apparuit,igniſque holocauſtum deuorauit.* IX.

A † Acto autem octauo die, vocauit Moyſes Aaron & filios eius, ac maiores natu Iſrael, dixítque ad Aaron: [a] Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocauſtum, vtrumque immaculatum, & offer illos coram domino: & ad filios Iſrael loqueris: † [b] Tollite hircum * pro peccato, & vitulum atque agnum [1] anniculum,] & ſine macula in holocauſtum, bouem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram domino,in ſacrificio ſingulorum ſimilam conſperſam oleo offerentes. Hodie enim dominus apparebit vobis. Tulerunt ergo cuncta quæ iuſſerat Moyſes ad oſtium tabernaculi, vbi cum omnis multitudo [2] aſtãret,] ait Moyſes: ℣ Iſte eſt ſermo quem præcepit dominus:facite,] & apparebit vobis
B

6. Atque ſanctificauit ea, ſparſitque de eo ſuper altare ſeptẽ vicibus, & vnxit altare.

c. Hic executioni demandantur quæ cap. 29 Exodi præcipiuntur.
* Moyſes.

7. Poſuit ſuper,& infra.
d. Sacerdos aut Chriſti aut præpoſiti cuiuſpiam typum tenet. Sanguis verò hoſtiæ pro peccato lachrymæ ſunt peccatoti, & corporis afflictio. Non eſt autem negligẽter tranſeundum quod ſanguine iſto prius cornua altaris tinguntur, dein de quod reliquũ eſt, ad baſim eius funditur. Per altare præſentem eccleſiam, per cornua altaris prælatos, per baſim ipſius dicimus Chriſtũ figurari. Docemur quippe per hanc ſanguinis partitionem luctu & afflictione noſtra primùm ſatisfaciendum doctoribus, deinde per eorum abſolutionẽ ad diuinam indulgentiam perringẽdum. Raduiphus ſuper cap. 4. Leuitici.
* Moyſes.
8. Super altare per circuitum.
9. Et ſuper pollicem pedis eius dextri.
e. Verũm hæc omnia in typo quodam contigere. Cruor paſſionis dominicæ,vt oleum vnctionis quæ in baptiſmo fit, ſymbolum habetur. Notabis autem in lege ſolos ſacerdotes luſtrari, & perfici ſanguine & oleo: at tempore gratiæ participes fiunt perfectionis vniuerſa multitudo, ſacerdotium regium, gens ſancta. Procopius ibidem.
10. Placentã panis oleati vnã.
* Vnum,&.

11. Et ſacrificium ignium domino.
12. De oleo vnctionis.

13. Cum veſtibus ſuis.
f. Nunquidnam credibile eſt ſitu corporis vno loco ſedere præceptos per dies ſeptem die & nocte, vnde ſe omnino non commouerent? Nec tamẽ hinc tanquam allegoricè aliquid ſignificatum quod non fieret cogendi ſumus accipere, ſed potius agnoſcere locutionem ſcripturarum, vbi ſeſſionem pro habitatione & commoratione poſuit. Auguſt. quæſt. 24. ſuper Leuiticum.
14. Sic præcepit dominus fieri ad explandum vos.
15. Oſtio tabernaculi ſeptẽ diebus.
16. Cuſtodiam.

a. Prima oblatio eſt ſacrificiũ pro peccato pontificis, & eius holocauſtum.
b. Secunda oblatio eſt pro populo. Quatuor enim ſunt genera ſacrificiorum de animalibus,quæ ſupra commendauit, holocauſtum & pro peccato ſalutaris & conſummationis ſacrificium ad ſanctificationem ſacerdotis pertinet, reliqua tria hic præcipiuntur offerri. Aug. ibidem.
* Ex captis.
1. Anniculos.
2. Acceſſiſſet,ſteterunt coram domino,&.
3. Vt faciatis.

gloria eius. Et dixit ad Aaron: Accede ad altare, & immola pro peccato tuo. Offer holocaustum, & [4] deprecare ] pro te & pro populo. Cúmque mactaueris hostiam populi, [5] ora ] pro eis, sicut præcepit dominus. Statímque Aaron accedens ad altare immolauit vitulum pro peccato suo, cuius sanguinem obtulerunt ei filij sui. In quo tingens digitum, [6] tetigit ] cornua altaris, & [7] fudit residuũ ad basim eius. Adipémque & renunculos, ac reticulum iecoris, [8] quæ sunt pro peccato, ] adoleuit super altare, sicut præceperat dominus Moysi. Carnes verò & pellem eius extra castra combussit igni. Immolauit & holocausti victimam. [9] Obtulerúntque ei filij sui sanguinẽ eius, quem fudit [8] per altaris circuitum. Ipsam etiam hostiam in frusta concisam cum capite & membris singulis obtulerũt, ] quæ omnia super altare cremauit igni, lotis aqua prius intestinis & pedibus. * † [9] Et pro peccato populi offerens mactauit hircum, expiatóque altari fecit holocaustum, addens in sacrificio libamenta, quæ pariter offeruntur: & adolens ea super altare, absque cęremoniis holocausti matutini. ] Immolauit & bouem atque arietem, hostias pacificas [10] populi. ] [d] Obtulerúntque ei filij sui sanguinem, quem fudit super altare in circuitu: adipem autem bouis, & caudam arietis, renunculósque cum adipibus suis, & reticulum iecoris, posuerũt super pectora. [9] Cúmque cremati essent adipes super altare, pectora eorũ, & armos dextros seperauit Aaron eleuans coram domino, sicut præceperat Moyses. Et extendens manum ad populum benedixit ei: sicq; completis hostiis pro peccato, & holocaustis, & pacificis, [e] descendit. Ingressi autem Moyses & Aaron in tabernaculum testimonij, & deinceps egressi, benedixerunt populo. † Aparuítque gloria domini omni multitudini, & ecce egressus ignis à [11] domino, ] deuorauit holocaustum, & adipes, qui erãt super altare. Quod cùm vidissent turbæ, laudauerunt dominum ruentes in facies suas.

*Igne consumptis Nadab & Abiu plangũtur, vino autem sacerdotibus interdicto residuum oblationis comedunt.* X.

[A] † Rreptísque [a] Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, imposuerunt ignem, & incensum désuper, offerentes coram domino ignem [b] alienum, quod eis præceptum non erat. Egressúsque ignis à [f] domino ] deuorauit eos, & mortui sunt coram domino. Dixítque Moyses ad Aaron: Hoc est quod locutus est dominus: [c] Sanctificabor in iis qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Quod audiens tacuit Aaron. Vocatis autem Moyses Misaele, & Elisaphan filiis Oziel patrui Aaron, ait ad eos: [2] Ite, ] & tollite fratres vestros de conspectu sanctuarij, & asportate extra castra. Confestímque pergentes tulerunt eos, sicut iacebant, vestitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt sibi fuerat imperatum. Locutúsque est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius: [B] [g] [d] Capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere, ne fortè moriamini, & super omnem cœtum [3] oriatur ] indignatio. Fratres vestri & omnis domus Israel [e] plangant incendium, quod dominus suscitauit: vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis. † Oleum quippe sanctæ vnctionis est super vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptum Moysi. Dixítque dominus ad Aaron: [f] Vinum & [4] omne quod inebriare potest, non bibetis ] tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonij, ne moriamini, quia præceptum sempiternum est in generationes vestras, & [g] vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, inter pollutum & mundum, doceatísque filios Israel omnia legitima mea, quæ locutus sum ad eos per manum Moysi. [C] [g] Locutúsque est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius, qui erant residui: Tollite sacrificium quod remansit de oblatione domini, & comedite illud absque fermento iuxta altare, quia sanctum sanctorum est. † [h] Comedetis autem in loco sancto, quod datum est tibi & filiis tuis, de oblationibus domini, sicut præceptum est mihi. Pectusculum quoque quod oblatum est, & armũ qui separatus est, edetis in loco mundissimo tu & filij tui, & filiæ tuæ tecum. Tibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostiis [5] salutaribus ] filiorum Israel, † [6] eo quòd armum

4. Fac expiationem.
5. Fac expiationem.
6. Posuit super.
7. De illa hostia.
8. Non enim fundebatur sanguis ad basim altaris thymiamiatis, sed tantum ad basim altaris holocausti. De Lyra.
9. Super altare per circuitum. Sed & holocaustum ipsum obtulerunt ei, cum diuisionibus suis & capite.
*9. Incendit super holocausto in altari, & applicuit sacrificiũ populi, acceptoque hircum pro peccato populi, & iugulauit eum, atque pro peccato obtulit eum instar prioris. Et fecit holocaustum prout rationis erat. Atque offerens munus implcuit ex eo manum, adoleuitque super altare propter holocaustum matutinum.
10. Quos populus pro se habuit.
d. Quæramus ergo huius factí mysterium. Satis enim aptè noui testamẽti sanctitas hic præsignata est. Redemptor quippe noster veniens legis transcendit præcepta, & ab electis suis nó solum luxuriam carnis, sed etiam cordis aboleuit dicens, Omnis qui viderit mulierẽ ad concupiscendũ eã iam mœchatus est eã in corde suo. Radulphus ibidem.
e. Vnde autem descenderit qui ad altare stabat: ad quod prohibebatur per gradus ascenderet? Sed nunc cum dicit scriptura sacerdotem cum fecisset sacrificia descendisse, vtique manifestat eum alicubi stetisse vnde descenderet: & quia ibi stetérat, ideo trium cubitorum altari ministrando deseruire potuisse. Aug. quæ 28. super Leu.
11. Facie domini.

a. Per hos enim hæretici designantur, qui alienum ignem offerentes ad altare dei, id est, alienas doctrinas, à cœlesti igne comburẽtur, quem admodum Nadab & Abiu. Irenæus lib. 4. ca. 42.
b. Ab igne altaris perpetuo, de quo sup. ca. 6.
1. Conspectu domini.
c. Eos appropinquare domino, voleas intelligi qui in tabernaculo sacerdotio fungebãtur, sanctificari in eis etiam vindicando, sicut factum est. Verum vt hinc sciretur, quàm minus aliis pareat, si illis non parcit! Aug. quæst. 31. super Leuit.
2. Accedite.
d. Tria signa luctus exteriora prohibentur: capitis nudatio, vestium scissio, & ex tabernaculi ostio egressus.
e. Hoc igne nos dominus Iesus semper incendit, vt illuminemur in sensibus, ne conflagremur in vitiis. Isidorus ibidem.
f. Quidam Hebræi dicunt hac de causa dominum prohibuisse, quia filij Aaron ebrij erant, cum propter irreuerẽtiã deus cecidit illos, ne quid tale successores molirentur. Quod Petrus Rauennas videtur sentire cum dicit: Hoc præceptũ post mortem Nadab & Abiu datũ est, vt cũctis innotesceret quòd ebrietas eorũ mortis causa extitit & terroris. Petrus Rauẽnas.
4. Siceram non bibes.
g. Solius Christi est, & illorum quos filiolos vocat, segregare sancta à prophanis. Procopius ibidem.

h. Tu & filij tui, sed non filiæ.

5. Pacificis.
6. Armum leuationis & pectus ventilationis cum ignitis adipum sacrificiis inferet, vt ea ventilent.

armum & pectus & adipes, qui cremantur in altari, eleuauerunt ] coram domiho,& pertineant ad te,& ad filios tuos,lege perpetua,ſicut præcepit dominus. † h ✠ Inter hæc hircum qui oblatus fuerat pro peccato, cum quæreret Moyſes, exuſtum reperit,iratúſque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanſerant, ait: Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſancto, quæ ſancta ſanctorum eſt? & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis, & 7 rogetis pro ea ] in conſpectu domini,præſertim cum de ſanguine illius non ſit illatum intra ſancta: & comedere debueratis eam in ſanctuario,ſicut præceptum eſt mihi? Reſpondit Aarō: Oblata eſt hodie victima pro peccato, & holocauſtum coră domino, mihi autem accidit quod vides. 8 Quomodo potui comedere eā,aut placere domino in cęremoniis mente lugubri?] Quod cum audiſſet Moyſes, 9 recepit ſatisfactionem.]

h. Minimè exiſtimandum eſt quod hircus iſte ab aliquo ſciẽter in ignem miſſus ſit vt cõburetur,ſed ignis ille qui egreſſus eſt à domino,deuorauit holocauſta, etiã hunc inibi iacentem exuſſit ignorantibus fortè ſacerdotibus aut præ triſtitiã quam de fratrum morte cõceperant minus curãtibus. Radulphus ibidem.

7. Ad expiandam eam.

8. Et ſi comediſſem hoſtiam hodie, nunquid placuiſſet in oculis domini?

9. Placuit in oculis eius.

*Animalium mundorum ab immundis ſeparatio, ac eorum vſus, & vtentium domino aſſimilatio.* XI.

A ✠ LOcutus eſt dominus ad Moyſen & Aarō,dicens:Dicite filiis Iſrael:] Cuſtodite omnia quæ ſcripſi vobis, vt ſim deus veſter.] † Hæc ſunt a animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ:Omne quod habet diuiſam vngulam, * & ruminat in pecoribus, comedetis. Quicquid autem ruminat, & habet vngulam, ſed non diuidit eam, ſicut camelus, & cætera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis. 1 Chirogrillus ] qui ruminat vngulámque non diuidit, immundus eſt. Lepus quoque,nam & ipſe ruminat,ſed vngulam non diuidit: † * & ſus quæ cum vngulam diuidat, * non ruminat: * horum carB nibus non veſcemini, nec cadauera cõtingetis, quia immúda ſunt vobis. ✠ Hæc etiam ſunt quæ gignuntur in aquis: & veſci licitum eſt: b omne quod habet pennulas, & ſquamas,tã in mari quàm in fluminibus,& ſtagnis,comedetis. Quicquid autem pennulas & ſquamas non habet,eorum quæ in aquis mouentur, & viuunt, abominabile vobis,execrandúmque erit. Carnes eorũ non comedetis,& morticina vitabitis. Cuncta quæ non habent pennulas & ſquamas in aquis, polluta erunt. c Hæc ſunt quæ de auibus comedere non debetis, & 2 vitanda ſunt vobis.] Aquilam,& gryphum,& halyetum, & miluum, ac vulturem iuxta genus ſuum, & omne coruini generis in ſimC ✠ ilitudinem ſuam,ſtruthionem, & noctuam, & larum, & accipitrẽ iuxta genus ſuum, bubonem, & mergulum,& ibin, & cygnum,& d onocrotalum, & porphyrionem, herodionem, & caradryon iuxta genus ſuum, vpupam quoque, & veſpertilionem. Omne de volucribus quod graditur ſuper quatuor pedes, abominabile erit vobis. Quicquid autem ambulat quidem ſuper quatuor pedes, ſed habet e longiora retro crura,per quæ ſalit ſuper terram,comedere debetis,vt eſt brucus in genere ſuo,& f athacus,atque g ophiomachus,atque locuſta:ſingula iuxta genus ſuum. Quicquid autem ex volucribus quatuor tantùm habet pedes, execrabile erit vobis: & quicunque morticina eorum tetigerit,polluetur, & erit immundus vſque ad veſperam: ✠ & ſi neceſſe fuerit vt portet quippiam horum mortuum, lauabit veſtimenta ſua,& immundus erit vſque ad occaſum ſolis. Omne animal quod habet quidẽ vngulam, ſed non diuidit eam,nec ruminat, immundũ erit: & quicquid tetigerit illud,contaminabitur. Quod ambulat ſuper 3 manus ] ex cunctis animantibus quæ incedunt quadrupedia, immundum erit. Qui tetigerit morticina eorũ,polluetur vſque ad veſperũ:& qui portauerit huiuſcemodi cadauera,lauabit veſtimenta ſua,& immũdus erit vſq; ad veſperum:quia omnia hæc immunda ſunt vobis. Hæc quoque inter polluta reputabuntur E de iis quę mouentur in terra, h muſtela, & mus, & crocodilus, ✠ ſingula iuxta genus ſuũ, i mygale,chamæleon,& k ſtellio,& lacerta,& talpa, l omnia hæc immunda ſunt. * Qui tetigerit morticina eorum,immundus erit vſque ad veſperũ:& ſuper quod ceciderit quicquam de morticinis eorũ,polluetur. Tàm vas ligneũ & veſtimentũ,quàm pelles,& * cilicia,] & in quocunq; fit opus,tingẽtur aqua,& polluta erũt vſque ad veſperũ:& ſic poſtea mũdabũtur. † Vas autẽ fictile in quod horũ quicquã intrò ceciде-

a. Si omnia à deo creata dicuntur valdè bona, quomodo quædam animalia dicuntur immunda? immũda dicta ſunt vſui,nõ creationi: quorum interdictus vſus ſub quibũdam figuris cognoſcitur. Lex enim cibos carnis cum diſcretione diſpoſuit. Quædam enim ad vſum quaſi munda cõtribuit, & conceſſit animalia,quædam interdixit quaſi non munda,& ipſos edentes inquinatura. Et mundorum quidem hanc formam dedit, vt quæ ruminatione ruminent, vngulas findant, munda: immunda verò, quæ neutrum. Tertullia. de cibis Iudaicis.

✠ Et findit fiſſuram in vngulis.

1. Cuniculus.

✠ Immundus eſt vobis.

✠ Atque fiſſura findat vngulas.

✠ Immunda eſt vobis.

b. Duæ tolãm cõditiones ſunt ad animalium in aquis degentium electionem.

2. Velut abominatio comedi non debent.

c. Quis accipitrem,aut miluum aut aquilam comedere poſſit? Sed odit deus raptores violento ſcelere viuentes. Iſidorus ib.

d. Alàs dicitur trno amit quędam ſic dicta, quòd dum collum aquã mergit, velut asinus ſonum emittit: butor, Gal.

e. Vt omne genus locuſtæ.

f. Scarabæus.

g. Locuſtæ genus enim ſerpentibus dimicans, vt nomen importat.

3. Plãtas ſuas, vt ſunt verſi, ſimiæ, lupi, canes, & huiuſmodi.

h. Quis autem muſtelæ corpus cibum faciat? ſed futura reprehẽdit. Quis lacertum? ſed odit incertam vitæ varietatẽ. Quis ſtellionẽ? ſed maculas execratur prædã de alienã morte quærentes. Tert. de cibis Iudaicis.

i. Ericius.

k. Lacertæ genus nigræ croceis ſtellulis maculatæ.

l. Acceſſerunt multæ cauſæ quibus multa à Iudæis ciborũ genera tollerentur, quod vt fieret, immõda multa ſunt dicta, non vt illa damnarẽtur, ſed vt iſti coercerentur ſeruituti vni deo: quia ad hoc aſſumptos fragilitas docebat, & gulæ temperãtia, quæ ſemper religioni deprædicatur eſſe vicina, imò, vt ita dixerim, conſanguinea potius atque cognata. Sanctitati enim inimica eſt luxuria. Tertul. de cibis Iudaicis.

✠ In omni reptili.

4. Saccus.

rit, [5] polluetur,] & ideo frangendum est.[l] Omnis cibus quem comedetis, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit, & omne liquens quod bibitur de vniuerso vase, immundum erit. ✠ Et quicquid de morticinis huiuscemodi ceciderit super illud, immundum erit, siue clibani siue [6] citropodes,] destruentur, & immundi erunt. Fontes verò & cisternæ, & omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur. Si ceciderit super sementem non polluet eam, sinautem quispiam aqua sementem perfuderit, & postea morticinis tacta fuerit, illico polluetur. [m] Si mortuū fuerit animal, quod licet vobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immundus erit vsque ad vesperum. Et qui comederit ex eo quippiam, siue portauerit, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum. Omne [*] quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum. ✠ Quicquid supra pectus [7] quadrupes] graditur, & multos habet pedes, [8] siue per humum trahitur, ] non comedetis, quia abominabile est. Nolite contaminare animas vestras, [9] nec tangatis quicquam eorum, ] ne immundi sitis. Ego sum dominus deus vester. † * Sancti estote, quia ego sanctus sum, ne polluatis animas vestras in omni reptili, quod mouetur super terram. Ego enim sum dominus qui eduxi vos de terra Ægypti, vt essem vobis in deum. Sancti eritis, quia ego sanctus sum. † [n] Ista est lex animantium, ac volucrum, & omnis animæ viuentis quæ mouetur in aqua, & reptat in terra, vt differentias noueritis mundi & immundi, & vt sciatis quid comedere, & respuere debeatis.

5. Quicquid intra ipsum fuerit, immundum erit.
l. Cibum & potum opera bona intelligit quia malarum actionum, & cibus & potus prohibetur, ne quis participet. Si ergo bonis actionibus quæ sunt in omni vase, id est, in omni homine quodlibet morticinum inciderit, necessario actio immunda erit. Glosa. Ordinaria.
6. Fossi.

m. Mortuū dicit, non occisum. De illis quippe tantum agit, quæ aut ægritudine, aut quocunque modo per se moriuntur. Quæ mors vtique ad significandum peccati mortem satis aptè assumitur. Nemo enim peccat inultus. Radulphus ibidem.
* Reptile.
7. Incedit, & quicquid supra quatuor pedes.
8. In omni reptili quod reptat super terram.
9. In omni reptili, neque polluetis vos in eis.
* Et ideo sanctificate vos.

n. Sic vniuersa præcepta Iudaïcæ legis ad exhibendam iustitiam præstant, quoniam per ambages data sunt: vt per carnalium figuram spiritalia nosceremur. Lactan. lib. 4. cap. 17.

*Puerperij lex, & puerperæ purgatio.* XII.

IOcutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: [a] † Mulier si [1] susceptο semine] peperit masculum, immunda erit septem diebus iuxta dies separationis [2] menstruæ, ] † & die octauo circuncidetur [3] infantulus, ] ipsa verò [b] triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. ✠ Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium donec impleantur dies purgationis suæ. † Si autē fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum fluxus menstrui, & sexagintasex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. ✠ † Cúmque expleti fuerint dies purificationis suæ, pro filio siue pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ siue turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonij, & tradet sacerdoti: qui offert [4] illa] coram domino, & [5] orabit pro ea, ] & sic mundabitur à profluuio sanguinis sui. ✠ Ista est lex parientis masculum aut fœminam. [c] † Quòd si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbarum, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato. Orabítque pro ea sacerdos, & sic mundabitur.

a. Sufficerat dixisse, mulier si peperit filium. Sed excipit sanctam virginem, quæ nullius seminis interuentu filium enixa est. Procopius, ibidem.
1. Illicito semine, vel si semen ediderit.
2. Menstrui sui immunda erit.
3. Caro præputij eius, infantis, sub.
b. Sed hoc intelligas supra illos septem dies immunditiæ eius, ita vt 40. diebus durare debeat purgatio mulieris, quæ pepererit masculum: quod in fœmina geminatur. Lactan. li. 4. cap. 17. de vera sapientia.

4. Illum.
5. Expiabit eam.
c. Hoc fecisse constat parentes domini, cum haud abundaret diuitiis, vt agnum possent offerre. Vel fortasis id accidit quòd Christus, qui erat agnus dei in mundum natus, semetipsum vt holocaustum oblaturus erat pro mundi vita. Procopius ibidem.

*Lex & cognitio lepræ in homine, domo & vestimento.* XIII.

LOcutúsque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: † * Homo in cuius cute & carne ort[9] fuerit [1] diuersus color, siue pustula, aut quasi lucēs quippiam, id est plaga lepræ: ] adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad vnúquemlibet filiorum eius. Qui cū viderit leprā in cute, & pilos in albū mutatos colorem, ipsamq; speciē lepræ humiliorē cute, & carne reliqua, plaga lepræ est, [2] & ad arbitrium eius separabitur. ] Si autem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, recludet eū sacerdos septē diebus, & considerabit die septimo. Et si quidē lepra vltrà non creuerit, nec transierit in cute priores terminos, rursum recludet eum septē diebus aliis, & die septimo cōtemplabitur. * Si obscurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, [3] mundabit eum, ] quia scabies est, lauabítque homo vestimenta sua, & mundus erit. ✠ Quòd si postquam à sacerdote visus est, & redditus munditiæ, iterū lepra creuerit: [4] adducetur ad eum, & immunditiæ condemnabitur. ] Plaga lepræ si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotē, & videbit eum. Cúmque color albus in cute fuerit, & [5] capillorū mutauerit aspectū, ] ipsa quo-

a. Lepræ varia genera. Alia enim lepra in parietibus demōstratur, alia humano notatur in corpore, alia in vasculis, alia in veste, alia in stamine. Hieron. de diuersis generibus lepræ.
1. Tumor, vel scabies, vel macula candida, fuerítque in cute eius plāga leprę.
2. Contemplabitúrque eum sacerdos, & immundum iudicabit eum, scilicet habito peritorum cōsilio medicorum.
b. Lepra doctrina est falsa: proinde leprosi non absurdē intelliguntur hæretici, qui vnitatē veræ fidei non habentes varias doctrinas profitentur erroris versúque falsis admiscent: sicut & lepra verit falsíque locis humana corpora varian̄o cōmaculant. Isidorus ibidem.
* Secunda vice.
3. Mundum iudicabit eum sacerdos.
4. Videbitur secundò à sacerdote. Videns igitur sacerdos crescere scabiosam plāgam in cute, contaminabit eum sacerdos, quoniam leprā est.
5. Capillū mutauerit in cādorē.

quoque caro viua apparuerit,lepra vetustissima iudicabitur,atque inolita cuti.[6] Contaminabit itaque eum sacerdos, & non recludet,quia perspicuæ immũditiæ est. [c] Sinautem effloruerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem carnem à capite vsque ad pedes, quicquid sub aspectu oculorum cadit, considerabit eum sacerdos, & teneri lepra mundissima iudicabit, eo quòd omnis in candorem versa sit, & idcirco homo mundus erit. Quando verò caro[7] viuens] in eo apparuerit, ⊱ tunc sacerdotis
c iudicio polluetur, ] & inter immundos reputabitur. ⁂ Caro enim viua si lepra aspergitur,immunda est. Quòd si rursum versa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit,considerabit eum sacerdos, & mundum esse decernet. Caro autem & cutis,in qua vlcus natum est, & sanatum,& in loco vlceris cicatrix alba apparuerit, siue subrufa,adducetur homo ad sacerdotem. Qui cum viderit locũ lepræ humiliorem carne reliqua,& pilos versos in candorem,contaminabit eum. Plaga enim lepræ orta est in vlcere. Quòd si[8] pilus coloris est pristini, & cicatrix subobscura, & vicina carne non est humilior,] recludet eum septem diebus. Et si quidem creuerit, adiudicabit eum lepræ:sin autem steterit in loco suo, * vlceris est cicatrix, & homo mundus erit.
[c] Caro autem & cutis quam ignis exusserit, & sanata albam siue rufam habuerit cica-
D tricem, considerabit eam sacerdos. ⁂ Et ecce si versa est in alborem, & locus eius reliqua cute est humilior,cõtaminabit eum, quia plaga lepræ in cicatrice orta est. Quòd si pilorum color non fuerit[9] immutatus, ] nec humilior plaga carne reliqua, & ipsa lepræ species fuerit subobscura, recludet eum septem diebus, & die septimo contemplabitur. Si creuerit in cute lepra,contaminabit eum: * sinautem in loco suo candor steterit non satis clarus, plaga combustionis est, & idcirco[10] mundabitur: ] quia cicatrix est cõbusturæ. [f] Vir siue mulier in cuius capite vel barba germinauerit lepra, videbit eos sacerdos. Et si quidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus,[11] solitóque subtilior,cõtaminabit eos,quia lepra capitis ac barbæ est. ] Sinautem viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni,[12] & capillum ]nigrum, recludet[13] eos]
E septem diebus,& die septimo intuebitur. ⁂ Si nõ creuerit macula,& capillus[14] sui coloris] est,& locus plagæ carni reliquæ æqualis, radetur homo absque loco maculæ, & recludetur septem diebus aliis. Si die septimo visa fuerit stetisse plaga in loco suo, nec humilior carne reliqua,[15] mundabit] eum, lotísque vestibus suis mundus erit. Sinautem post emundationem rursus creuerit macula in cute, non quæret amplius vtrum capillus in flauum colorem sit commutatus, qui apertè immundus est. Porrò si steterit macula, * & capilli nigri fuerint, nouerit hominem sanatum esse, & confidenter eum pronuntiet mundum. Vir siue mulier in cuius cute candor apparuerit, intuebitur eos sacerdos. Si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute, sciat non esse lepram, sed maculam coloris candidi, & hominem mundum. [h] Vir de cuius ca-
F pite capilli fluunt,caluus & mundus est. ⁂ Et si à fronte ceciderint pili, recaluaster & mundus est. Sinautem in caluitio, siue in recaluatione[16] albus vel rufus color fuerit exortus, ] & hoc sacerdos viderit, condemnabit eum haud dubiè lepræ quæ orta est in caluitio. [i] Quicunque ergo maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis, habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit. Omni tempore quo leprosus est * & immundus, * solus habitabit extra castra. [k] Vestis lanea siue linea, quæ lepram habuerit in stamine atque subtegmine, aut certè pellis, vel quicquid ex pelle confectum est, si[17] alba ]
vel rufa macula fuerit infecta,lepra reputabitur, ostendetúrque sacerdoti: Qui consideratam recludet septem diebus, & die septimo rursus aspiciens, si deprehenderit
G creuisse, lepra perseuerans est, ⁂ pollutum iudicabit vestimentum, & omne in quo fuerit inuenta: & idcirco comburetur flammis. Quòd si viderit eam nõ creuisse, præcipiet, & lauabunt id in quo lepra est, recludétque illud septem diebus aliis: & [18] cum viderit faciem quidem pristinam non reuersam, nec tamen creuisse lepram, ] immũdum iudicabit,& igne comburet,[19] eo quòd infusa sit in superficie vestimenti vel per totum lepra. ] Sinautem obscurior fuerit locus lepræ postquam vestis est lota,

6. Immundum itaque declarabit.
c. Sex autem corporis enumerantur lepræ. Vna est, quæ apparet ex euidente cicatricis indicio. Altera totũ obtegit corpus. Tertia prorumpit ex vlcere sanato. Quarta prouenit ex adustione. Quinta oberrat à capite vel barba,infestátque tam virum quàm mulierem. Sexta inuadit caluitiem capitis, aut occupat caluitiem supercilio. rum. Proco. ibidem.
7. Viua.
* Videbitque sacerdos carnem illam viuam, & immundũ declarabit eum.
d. Lepræ species sunt sex, prima in cute & in carne viua. 2. in tota carne viua à capite ad pedes discurrens. 3. in loco vlceris sanati. 4. in loco exustionis. 5. in capite vel in barba. 6. in caluitio vel recaluatione. Beda,ibidem.
8. Viderit eam sacerdos,& non fuerit in ea pilus albicans, nec ea fuerit humilior ipsa cute, sed tamen est obscura.
e. Quidam ex priscis scriptoribus sub cute quam tota occuparit lepra, intelligit viuam rationem, qua si fuerit homo priuatus,quicquid egerit reprehẽdi commodè non potest. Nam homo qui ratione caret, nihil differt à bellua. Procopius ibi.
9. Albus.
* Cum plaga lepræ.
10. Mundam iudicabit eam sacerdos.
f. Tota ecclesia vnũ corpus est, dicente apostolo: Vos estis corpus Christi & membrũ de membro. Quicunque igitur à communi fide defecerit, & veritate dogmatum quæ vniuersalis ecclesia prædicat, aberrauerit, in isto locus lepræ carne reliqua humilior apparet. Radulphus.
11. Et tenuis,iudicabit illum sacerdos immundum, eum corrosio illa sit lepræ indicium.
12. Nec pilum.
13. Sacerdos plagam corrosionis.
14. Flauus.
g. Huius scilicet lepræ inuenimus legislatorem sex species in homine posuisse. Primam capitis & barbę. Secundam caluitij & recaluationis. Tertiam carnis & cutis. Quartam cutis corporis & cicatricis albæ cum rubore. Quintam vlceris & cicatricis. Sextam vstionis in capite lepram portat,qui in diuinitate patris, vel in ipso capite quod Christus est peccat. Isidorus.
15. Mundum iudicabit.
* In oculis eius.
h. Capilli superfluunt corpori, vnde & meritò substantiam terrenam designant, quæ dum ad vsus necessitatis superfluit, etiam abscissam non sentit. Radulph. ibidem.
16. Alba vel subrufa plaga fuerit exorta, lepra germinans est in caluitio, aut in recaluatione eius.
i. Hæretici ab ecclesia eliciuntur donec purgentur. Dissutis tunicis, id est, manifestatis secretis, sedere iubentur capite nudato, vt nuditas eorũ à cunctis videatur: Ore clauso ne vlterius impia loquantur. Isido.
* Contaminabitur.
* Erit.
k. Quid per vestem nisi carnẽ? hac enim induitur anima. Est autem hæc vestis in coniugatis linea: in virginibus linea, & continentibus: in cæteris autẽ omnibus pellicea est. Radul.
17. Viridis.
18. Considerabit sacerdos postquam illud lotum fuerit, plagam ipsam, & si plaga nõ mutauerit colorem suum, nec tamen plaga ipsa creuit.
19. Lepra corrodens est in caluitio suo, siue in recaluatione sua.

Universidad de Deusto Biblioteca

20. Scindet eam à veste, aut à pelle, aut à stamine, aut à subtegmine.

l. Aliquādo nos mala egisse cognoscimus, & vitamus, sed ipsa culpa in aliis actibus subrepit, quæ nos in aliis tenuit. Glosa ordinaria.

20 abrumpet eum, & à solido diuidet.] Quòd si vltrà apparuerit in iis locis quæ prius immaculata erāt [l] lepra volatilis & vaga, debet igne comburi. Si cessauerit, lauabit aqua ea quæ pura sunt secundò, & munda erunt. Ista est lex lepræ vestimenti lanei & linei, staminis atque subtegminis, omnísque supellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat, vel contaminari.

*Leprę expiandæ sacrificia pro homine, domo, & vestimento.* XIIII.

IOcutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Hic est ritus leprosi, quando mundandus est. † Adducetur ad sacerdotem: qui egressus de castris, cum nuenerit lepram esse mundatam, præcipiet ei qui purificatur, [a] vt offerat [1] duos passeres viuos ] pro se, [2] quos vesci licitum est: ] & lignum cedrinum, vermiculúmque, & hyssôpum. Et vnum ex passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes, alium autem viuum cum ligno cedrino, & coccó, & hyssôpo, tinget in sanguine passeris immolati, quo asperget illum qui mundandus est, * septies, vt iure purgetur: & dimittet passerem viuum, vt in agrum auolet. [b] Cúmque lauerit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua: purificatúsque ingredietur castra, ita duntaxat vt maneat extra tabernaculum suum septem diebus, & die septima radet capillos capitis, barbámque & supercilia, ac totius corporis pilos. [3] Et lotis rursum vestibus & corpore, * die octauo assumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam absque macula, & tres decimas similæ in sacrificium, quæ conspersa sit oleo, & seorsum olei sextarium. [c] Cúmque sacerdos purificans hominem statuerit eum, & hæc omnia coram domino in ostio tabernaculi testimonij, tollet agnum & offeret eum pro delicto, oleique sextarium. Et oblatis ante dominum omnibus, immolabit agnum vbi solet immolari hostia pro peccato, & holocaustum id est, in loco sancto. Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto, ad sacerdotem pertinet hostia: Sancta sanctorum est. Assuménsque sacerdos de sanguine hostiæ quæ immolata est pro delicto, ponet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, [4] & super pollices manus dextræ & pedis, & de olei sextario mittet in manum suam sinistram, tingétque digitum dextrum in eo, & asperget coram domino septies. Quod autem reliquum est olei in læua manu, fundet super extremum auriculæ dextrę eius qui mundatur, & super pollices manus ac pedis dextri, & super sanguinem qui effusus est pro delicto, [2] & super caput eius. [d] Rogabítque sacerdos pro eo ] coram domino, & faciet sacrificium pro peccato. Tunc immolabit holocaustum, & ponet illud in altari cum libamentis suis, & homo rite mundabitur. Quòd si pauper est, & non potest manus eius inuenire quę dicta sunt, pro delicto sumet agnum [3] ad oblationem, vt roget pro eo sacerdos, ] decimámque partem similę conspersę oleo in sacrificium, & olei sextarium, † duósque turtures, siue duos pullos columbæ, quorum vnus sit pro peccato, & alter in holocaustum: [4] offerétque ea die octauo purificationis suæ sacerdoti ad ostium tabernaculi testimonij coram domino. † Qui suscipiens agnum pro delicto, & sextarium olei, leuabit simul, immolatóque agno, de sanguine eius ponet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus eius ac pedis dextri. Olei verò partem mittet in manum suam sinistram, in quo tingens digitum dextræ manus, asperget septies coram domino, tangétque extremum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri, in loco sanguinis [4] qui effusus est ] pro delicto: Reliquam autem partem olei quæ est in sinistra manu, mittet super caput purificati, vt [5] placet pro eo dominum: ] & turturē siue pullum columbæ offeret, vnum pro delicto, & alterum in holocaustum cum libamētis suis. [4] * Hoc est sacrificium leprosi, qui habere non potest omnia in emundationem sui. Locutúsque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Cúmque ingressi fueritis terram Chanaan, quam ego dabo vobis in possessionem: [d 6] si fuerit plaga ] lepræ in ædibus, ibit cuius est domus, nuntians sacerdoti, & dicet: Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo mea. At ille præcipiet vt efferan-

2. Duos passeres offerimus ei deo corpus & animam consecramus: corpus autem immolatur per abstinentiam, & anima ad superna volare permittitur. Radulph. ibid.

2. Duas auiculas viuas & mūdas.

*A lepra.

b. Pili corporis radūntur, cum opera inutilia quantū possibile est, amputātur. Sed & homo ipse post vestimentorum suorum ablutionem aqua lauatur, si operibus illicitis, à quibus se exterius obseruat, in conscientiæ secreto cōsensum non præbeat. Et tunc purificatus ingredietur castra, ita duntaxat vt maneat extra tabernaculū suū septem diebus. Ita homo iam purificatus castra ingreditur, cum in sanctorum societatem, à qua prius merito suæ iniquitatis fuerat ejectus, recipitur. Radulphus ibidem.

* Mundus erit.

c. Sacerdos vbi in ędes vitiosas introieris, eas segregat spacio dierum septē. Nam haud immerito mouet indignationem domino, si conspicerit denuo lepram quam sua longanimitate tandiu tolerauit. Procopius ibidem.

2. Et residuum olei quod est in manu sacerdotis, ponet super caput mundandi, expiabitque eum sacerdos.

d. Quod sacerdos pro eo rogare præcipitur, frequens est in hoc volumine, quotiens à commissis homines emendantur, in quo vtiliter docemur nullum reum, qui veniam adipisci desiderat, sua satisfactione debere esse contentum: sed intercessores alios adhibere, aliorū iuturuentu diuinam misericordiam reconciliare. Radulphus ibidem.

3. Vnum pro hostia delicti venitiandæ ad expiationem eius.

4. Hostiæ.

5. Expiet eum coram domino.

*Expiabitque sacerdos emundandum coram domino.

d. Hic domus eo sensu accipiēda est, quo partes domus singulos homines dicimus. Si fuerit inquit, plaga lepræ in ædibus, i. si orta fuerit hæresis in quauis ecclesiæ persona, ibitenus est domus, & qui domui præfatus est, nec eam per sensum sanare & corrigere potest, maioris vel superioris annuli quę erat. Ingressuro superiore domum, vt viderit an lepra sit an nō, prius efferātur vniuersa quę possunt effetri: quia in ecclesia habitāriū orta dissēsione de fide vel ecclesiæ dogmatibus, ante quàm res examinetur, qui non consentiūt scandala faciētibus, suum declarent studium oportet, quo ab aliis dissentiūt. Nam postquā lepra hæreticā esse manifesta ratio cōcluserit, non solum autoribus sed autorum consentaneis sententia patiter incūbet iudicialis. Vnluet si verò efferri iubet superior, ne immunda fiant cuncta quæ in domo sunt, quibus diuisis facilius ferat sententiā, & ne eum cti inficiantur, malos eradet à domo. Santes Pagninus, isagog. lib. 9. cap. 10.

6. Et posuero plagam.

efferantur vniuersa de domo, priusquam ingrediatur eam: & videat vtrum leprosa sit, ne immunda fiant omnia quæ in domo sunt. [c] Intrabitque postea, vt cõsideret lepram domus, & cum viderit in parietibus illius quasi valliculas pallore siue rubore deformes, & humiliores superficie reliqua, egredietur* ostium domus, & statim clau-
F det illam septem diebus, reuersúsque die septimo considerabit eã. [f] & Si inuenerit creuisse lepram, [*] iubebit erui lapides in quibus lepra est, & proiici eos extra ciuitatem in locum immundum, domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerem rasuræ extra vrbem in locum immundum, lapidésque alios reponi pro iis qui ablati fuerant, & luto alio liniri domum. Sinautem postquam eruti sunt lapides, & puluis elatus, & alia terra lita, ingressus sacerdos viderit reuersam lepram, & parietes respersos maculis, lepra est perseuerans, & immunda domus. Quam statim destruent, & lapides eius ac ligna atque vniuersum puluerem proiicient extra oppidum in locum immundum. Qui intrauerit domum [7] quando clausa est, ] immundus erit vsque ad vesperum, & [g] qui dormierit in ea & comederit quippiam, lauabit vesti-
G menta sua. [g] Quòd si intrõiens sacerdos viderit lepram non creuisse in domo postquam demolita fuerit, [8] purificabit eam reddita sanitate. ] Et in purificatione eius sumet [h] duos passeres, lignúmque cedrinum, & vermiculum, atque hyssôpum, & immolato vno passere in vase fictili super aquas viuas, tollet lignum cedrinũ, & hyssôpum, & coccum, & passerem viuum, & tinget omnia in sanguine passeris immolati, atque in aquis viuentibus, & aspergetdomum septies, purificabítque eam tam in sanguine passeris, quàm in aquis viuentibus, & in passere viuo: lignóque cedrino, & hyssôpo, atque vermiculo. Cúmque dimiserit passerem auolare in agrum liberè, [9] orabit pro domo, ] & iure mundabitur. Ista est lex omnis lepræ, & percussuræ: lepræ vestium & domorũ, cicatricis, & erumpentium papularum, lucentis maculæ, & in varias species coloribus immutatis: vt possit sciri quo tempore mundum quid vel immundum sit. [*]

c. Eadem in examinatione leprosæ domus quæ supra in hominum lepra repetita sunt. Nã & humana lepra eisdem signis demonstrata est albore scilicet pro quo hic pallor positus est, & rubore, & specie lepræ ipsius superficie reliqua humiliore. Radulphus ibidem.
* Sacerdos ad.
* In parietibus.
f. Hinc patet lepram domorũ & vestium non ex rei natura vt in homine nasci, sed ex dei immissione, idque solũ in terra Chanaan. Munsterus in annotationibus in leuiticum.
7. In diebus quibus sacerdos clauserit eam.
g. Ille enim qui dormierit in tali domo vel comederit, magis potest infici quàm ille qui solum ingreditur. Et ideo ingrediens non indigebat vestiũ lotione, sed solum erat immundus vsque ad vesperam: & sic purgabatur solo transitu temporis. De lyra.
8. Mundam iudicabit eam sacerdos, eo quòd sit sanata plaga illa.
h. Quòd verò mundus vniuersus constet duabus partibus, visibilibus inquam, & inuisibili mundo, declaratur per duas illas auiculas, alterius cruor cõmonstrat eius qui passus est, tẽplum. Lignũ cedrinum typus est corporis Christi quod nulli corruptioni obnoxium est. Hyssopus significat spiritum. Filum coccineum repræsentat veram fidei confessionem, quæ innititur sanguini Christi pro nobis fuso. Aqua verò Symbolum est baptismi. Procopius ibidem.
9. Expiabit domum.
* Hæc est lex de lepra.

## *Seminiflui viri, & menstruosæ mulieris expiatio.* XV.

A LOcutúsque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Loquimini filiis Israel, & dicite eis: [†] [a] Vir qui patitur fluxum seminis, immundus erit: & tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cum [1] per singula momenta adhæserit carni eius, atque concreuerit fœdus humor. ] Omne [b] stratum in quo dormierit, immũdum erit, & vbicunque sederit. [†] Si quis hominum tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. Si sederit vbi ille sederat, & ipse lauabit vestimenta sua, & lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. [†] Qui tetigerit carnem eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. Si saliuam huiuscemodi homo iecerit super eum qui mundus est, lauabit vestimenta sua: & lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. [2] Sagma super quod sederit, immundum erit: & [2] omnis qui tetigerit ] quicquid sub eo fuerit, qui fluxum seminis patitur, pollutus erit ] vsque ad vesperum. [c] &
B Qui portauerit horum aliquid, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. Omnis quem tetigerit, qui talis est, non lotis antè manibus, lauabit vestimenta sua: & lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. Vas fictile quod tetigerit, confringetur: vas autem ligneum, lauabitur aqua. Si sanatus fuerit, qui huiusmodi sustinet passionem, numerabit septem dies [3] post emũdationem sui, ] & lotis vestibus, & toto corpore in aquis viuentibus, erit mundus. Die autem octauo sumet duos turtures aut duos pullos columbæ, & veniet in conspectu domini ad ostium tabernaculi testimonij, dabítque eos sacerdoti: qui faciet vnum pro peccato, & alterum in holocaustum: [4] rogabítque pro eo coram domino, vt emundetur à fluxu seminis sui. ] Vir de quo egreditur [5] semen coitus, ] lauabit aqua omne
C corpus suum, & immundus erit vsque ad vesperum. [c] & Vestem & pellem [6] quam habuerit, ] lauabit aqua, & immunda erit vsque ad vesperum. Mulier [7] cum qua coierit, lauabitur aqua, & immunda erit ] vsque ad vesperum. Mulier quæ redeunte

† 6. dist. c. 2. 43. dist. c. Sit rector. De pœn. dist. 3. cap. Inter hæc horum.
† 43. dist. ca. Sit rector. 43. c. Venit. & ca. Iniquos. ff. 9. 4. c. Si furi.

a. Ad doctores pertinent quæ dicuntur qui aut virtutis prætendunt imaginem, aut virtutis exhibent veritatem. In coniunctione carnali vir & mulier vna caro efficiuntur: porro in collatione spirituali doctor & auditor in vno spiritu copulãtur. Vir ergo de quo procedit semen verbi diuini, ad fœcundandas audientiũ mentes egreditur, lauabit aqua omne corpus. Radulphus ibidem.
1. Caro eius fluxerit fluxũ suũ, aut obturata fuerit caro eius à fluxu suo, immunditia eius est.
b. Neque in somnis peccatum fit, & tamẽ purificatio ibi præcepta est, sicut nec menstruum fœminarum. August. de bono coniugali, ca. 20.
2. Omnis equitatura super quã ascenderit fluxum patiens, immunda erit.
c. Quid ergo per vestem, nisi virtutum ornatus, quid per pellem, nisi viuorum mortificatio designatur? Vtra autẽ hæc purganda sunt, vt nulla prauæ administrationis contaminentur? Doctor itaque qui alios ædificare studet, non tantum verbo, sed maximè exemplo, si habet vestem, si pellem lauet vtrumque vt sicut erubuit nudus incedere, sic etiã caueat nuditatem sordidis vestibus operire. Radulphus ibidem.
3. Pro sui emundatione.
4. Expiabítque eum sacerdos coram domino à fluxu suo.
5. Pollutio nocturna, vel somniale semen.
6. In qua fuerit somniale semen.
7. Si iacuerit in lecto cum viro patiente somniale semen, lauabitur aqua vterque, & immũdi erunt.

d. Per menstrua prauæ cogitationes designantur. Quæ cum menstruo patitur alienam carnem non tangit sed propria se pollut, sic iniquæ cogitationes & voluntates, quibus opere nó complentur, apud deum profectis habentur, & puniuntur. Glo. ordinaria ibidem.
1. Omne super quod illa iacuerit, vel sederit.

mēse[d] patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur. Omnis qui tetigerit eam, immundus erit vsque ad vesperum, &[1] locus in quo dormierit, vel sederit] diebus separationis suæ, polluetur. Qui tetigerit lectum suum, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. Omne vas super quod illa sederit, quisquis attigerit lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua pollutus erit vsque ad vesperum. Si coierit cum ea vir tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septem diebus, & omne stratum in quo dormierit, polluetur. † [e] Mulier quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tempore menstruali, vel quæ post menstruum sanguinem fluere non cessat, quandiu subiacet huic passioni immunda erit quasi sit in tempore menstruo: [f] Omne stratum in quo dormierit, & vas in quo sederit, pollutum erit. Quicunque tetigerit eam, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. [f] Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septē dies purificationis suæ, & die octauo offeret pro se sacerdoti duos turtures, aut duos pullos columbarum ad ostium tabernaculi testimonij: qui vnum faciet pro peccato, & alterum in holocaustum: [g] rogabítque pro ea] coram domino, & pro fluxu immunditiæ eius. [10] Docebitis ergo filios Israel vt caueant immunditias, ] & non moriantur in sordibus suis cum polluerint tabernaculum meum, quod est inter eos. Ista est lex eius qui patitur fluxum seminis, & qui polluitur coitu, & quæ menstruis temporibus separatur, vel quæ iugi fluit sanguine, * & hominis qui dormierit cum ea.

e. Licet ista ex se non sint peccata, verùm per hoc quod informiter fluit talis humor, purificatione indigent. Et hoc, quia per illam lex voluit animum suæ disciplinæ forma indecentem, fluidum ac dissolutum: quem formati oportere significat: cum talem fluxum corporis iubet purificari. Aug. de bono coniugali, ca. 10.
f. Hæc omnia quia proximam habent explanationem, eadem quippe super eo qui à fluxu seminis emundatur tractata, imò post superiorum locorum tractatum cōmemorata sunt, libentius nunc nobis transeundi facultatem concedunt. Radulphus ibidem.
g. Expiabitque eam sacerdos.
10. Separabitis itaque filios Israel ab immunditia sua.

* Siue mas, siue femina fuerit.

*Quando & quomodo sacerdos sanctuarium ingredi, ipsum expiare, ac tabernaculū & altare, emissarium caprum abigere, & festum expiationum celebrare debeat.* XVI.

1. Sed semel in anno, decima die mensis septimi.
1. Sanctum sanctorum.
2. Sed veniet cum hac re Aarō ad sanctuarium.
h. Qui de deo locuturus est & ipsum secundū possibilitatem visurus, omnibus armetur virtutibus, quarum quatuor generales sunt: iustitia, castitas, fortitudo, sapientia. Glo. ordina.
* Sancti.
c. Duo hirci duorum populorum figuram perspicua ratione demonstrauerunt propter originalis peccati præuaricationem hircorum formam gerentes quorum est similitudo in euāgelio. Hœdi enim, id est, peccatores, ad sinistrā futuri sunt. Isidorus ibidem.
3. Pro peccato, & expiationem fecerit.
4. Emittendo: (quem scilicet in deserta abire permittent.
5. Per eum expiationem faciat.
d. Thuribulum dicitur his lingua thiuarotis igne spiritusſancti inflāmata. Thuribulum est inferius clausum, superius perforatum. Hoc exponit Paulus, dicēs. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat. Primò autem sunt verba sacra & spiritualia, quibus lingua Christi fuit repleta. Radulph. ibid.
* A conspectu domini.
6. Contusum.
* Faciétque cū sanguine illo.
e. Merito & in loco de huius vituli sanguine septies populi digito sacerdotis aspergi iubetur, vt redemptio nostra & purificatio in Christi sanguine collata, per gratiam septemplicis spiritus demonstretur. Isidorus ibidem.
7. Sordium.
f. Aaron licet foret typus Christi, cum tamen interim esset homo, necesse erat vt sua peccata sacrificio expiaret. Nec tamē æternam redemptionem inuenit per sanguinem hircorū & vitulorū. Verum Christus qui per suum sanguinem in sancta sanctorum se recepit, is inquā perfectè nos redemit. Procopius ibidem.
8. Expiationem faciat in sanctuario, donec egrediatur, & faciat expiationem.

LOcutúsque est dominus ad Moysen † post mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti sunt, & præcepit ei, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, † ne [2] omni tempore ingrediatur [1] sanctuarium, ] quod est intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca, vt non moriatur: ] quia in nube apparebo super oraculū, ) [2] nisi hæc antè fecerit. ] Vitulū pro peccato offeret, & arietem in holocaustū. [b] Tunica linea * vestietur, fœminalibus lineis verenda celabit. Accingetur zona linea, cydarim lineam imponet capiti. Hæc enim vestimenta sunt sancta, quibus cunctis cum lotus fuerit, induetur. [3] Suscipiétque ab vniuersa multitudine filiorum Israel [c] duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocaustum. Cúmque obtulerit vitulum, [3] & orauerit] pro se & pro domo sua, duos hircos stare faciet coram domino in ostio tabernaculi testimonij, mitténsque super vtrumque sortem, vnam domino, & alteram capro [4] emissario: ] cuius exierit sors domino, offeret illum pro peccato: cuius autem in caprum emissarium, statuet eum viuum coram domino, vt [5] fundat preces super eum, ] & emittat eum in solitudinem. His ritè celebratis, offeret vitulum: & rogans pro se & pro domo sua immolabit eum. [d] † [4] Assumptóque thuribulo quod de prunis altaris impleuerit, * & hauriens manu [6] compositum ] thymiama in incensum, vltra velum intrabit in sancta, vt positis super ignem aromatibus, nebula eorum, & vapor operiat oraculum, quod est supra testimonium, & non moriatur. † Tollet quoque de sanguine vituli, [e] & asperget digito septies cōtra propitiatorium ad orientem. Cúmque mactauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra velum, * sicut præceptum est de sanguine vituli, vt aspergat è regione oraculi: & expiet sanctuarium ab immunditiis filiorum Israel, & à præuaricationibus eorum, cunctísque peccatis. Iuxta hunc ritum faciet in tabernaculo testimonij, * quod fixum est inter eos in medio [7] sortium habitationis ] eorum. [4] Nullus hominum sit in tabernaculo, † quando [f] Pontifex sanctuarium ingreditur, vt [8] roget ] pro se & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu Israel, donec egrediatur tabernaculum. Cum autem exierit ad altare quod coram domino est, oret pro se, & sumptum sanguinem vituli atque hirci fundat super cornua eius per gyrū, aspergénsque digito septies, expiet & sanctificet illud

illud[g] ab immunditiis filiorum Israel. Postquam emundauerit sanctuarium, & tabernaculum, & altare, tunc offerat hircum viuentem, & posita vtraque manu super caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta atque peccata eorum, quæ imprecans capiti eius[h] emittet illum per hominem paratum in desertum. E [g] Cúmque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto, reuertetur Aaron in tabernaculum testimonij, & depositis vestibus * quibus prius indutus erat, cum intraret sanctuarium, relictísque ibi, lauabit carnem suam in loco sancto, induetúrque vestibus suis. Et postquam egressus obtulerit holocaustũ suum, ac plebis, [9] rogabit ]tam pro se quàm pro populo: & adipem qui oblatus est pro peccatis, adolebit super altare. Ille verò qui dimiserit captum [10.e] F emissarium, ]lauabit vestimenta sua, & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. [g] Vitulum autem & hircum qui pro peccato fuerant immolati, & quorum sanguis illatus est in sanctuarium, vt expiatio compleretur, [i] asportabunt foras castra, † & comburent igni tam pelles quàm carnes eorum ac fimum: & quicunque combusserit ea, lauabit vestimenta sua, & carnem aqua: & sic ingredietur castra. Erítque vobis hoc [11] legitimum sempiternum. † ]Mense autem septimo decima die mensis, [k] affligetis animas vestras, nullúmque opus facietis siue indigena, siue aduena qui peregrinatur G inter vos. † [g] In hac die expiatio erit vestri atque mundatio, ab omnibus peccatis vestris coram domino mundabimini. Sabbatum enim requietionis est, & affligetis animas vestras religione perpetua. Expiabit autem sacerdos qui vnctus fuerit, & cuius manus initiatæ sunt vt sacerdotio fungatur pro patre suo. Induetúrque [12] stola linea & vestibus ]sanctis, & expiabit sanctuarium *, & tabernaculum testimonij, atque altare, sacerdotes quoque, & vniuersum populum. Erítque hoc vobis legitimum sempiternum, vt [13] oretis pro filiis Israel, & ]pro cunctis peccatis eorum, semel in anno. Fecit igitur sicut præceperat dominus Moysi.

g. Hoc est, pro eis qui sancti sunt ab immunditiis filiorum Israel non consentientes immunditiis eorum. Aug. quæst. 53. super Leuitic. Vel propitiabit deum pro his quæ sanctificata sunt domino. i. tabernaculo, & quæcunque in eo erant ab immunditiis filiorũ Israel, quia in medio eorum erat tabernaculum. Idem ibidem.

h. Christum qui est omnia sui sacrificij, sacerdos, sacrificium & cultus, & altare paratũ sectãdũ illud. Ego autem non cõtradico, retrorsum non abij, corpus meum dedi percutientibus, &c. Glo. ordinaria.

* Lineis.

9. Expiationem faciet.

10.e. In Azazel (qui quidem locus in deserto erat, ad quem hircus viuus mittebatur.

i. Sic enim dicit abluendum, & cum qui alterius hirci, quo ipse loco acceperit carnes extra castra combusserit qui ita de illo & de vitulo fieri iubet, de quorum immolatorum sanguine fit aspersio, & sunt pro peccatis Aug. Quæst. super Leuit. lib. 3. 11. Statutum perpetuum.

k. Afflictione interioris cõtritionis, & exterioris abstinentiæ. Si enim nũ vult ieiunium deus, quomodo in Leuitico præcipit, vt septimo mense, decima mensis omnis populus ieiunet vsque ad vesperam? Hierony. aduersus Iouinianũ. l. Quia ieiunia & vigiliæ & istæ afflictiones humilia corpora macerant, sed maculata corda purificant: membris subtrahunt fortitudinem, sed cõscientiis addunt nitorem. Euseb. Emisse. Homi. 10. ad monachos.

12. Vestibus lineis atque.

* Sanctitatis.

13. Expiet filios Israel.

## *Soli deo sacrificandum, atque à sanguine abstinendum, & morticino.* XVII.

A ET locutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere Aaron & filiis eius, & cunctis filiis Israel, dicens ad eos: Iste est sermo quem mandauit dominus, dicens: [a] Homo quilibet de domo Israel, si occiderit bouem, aut ouem, siue capram in castris vel extra castra, & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem domino, sanguinis reus erit: Quasi si sanguinem fuderit, sic peribit de medio populi sui. Ideo sacerdoti offerre debent filij Israel hostias suas, quas occidunt in agro, vt sanctificentur domino ante ostium tabernaculi testimonij, B & immolent eas [1] hostias pacificas ]domino. [g] Fundétque sacerdos sanguinem super altare domini ad ostium tabernaculi testimonij, & adolebit adipem in odorem suauitatis domino, & nequaquam vltra immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt. † Legitimum sempiternum erit illis & posteris eorum. Et ad ipsos dices: Homo de filiis Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocaustum siue victimam, & ad ostium tabernaculi testimonij nõ adduxerit eam, c vt offeratur domino, interibit de populo suo. [g] Homo quilibet de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur inter vos, si comederit sanguinem, [b] obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo, quia anima carnis in sanguine est: & ego dedi illum vobis, vt super altare in eo expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit. Idcirco dixi filiis Israel: Omnis anima ex vo- D bis non comedet sanguinem, nec ex aduenis qui peregrinantur apud vos. [g] Homo quicunque de filiis Israel, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, si venatione atque aucupio ceperit feram, vel auem, quibus vesci licitum est, fundat sanguinem eius, & operiat illum terra. [c] † Anima enim omnis carnis in sanguine est. Vnde dixi filiis Israel: Sanguinem vniuersæ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est, & quicunque comederit illum, interibit. Anima quæ comederit morticinum, vel captum à bestia, tam de indigenis, quàm de aduenis, lauabit vestimenta sua, & semet-

a. Cum ergo non liceret offerri sacrificia nisi in tabernaculo cui postea templum successit, vnde & Ieroboam vaccas facere ausus est, quibus populus sacrificaret, ne pergeret in Ierusalem. Vnde à domino condẽnatus est. Augustin. quæst. 56. super Leuitic.

1. Pro sacrificiis pacificorum.

b. Ecce quàm graue sit comedere sanguinem, & dei præterire mandata. Sanguis carnalẽ significat appetitum: Deus autem nõ solum quid agam, sed etiam quid appetam discernit. Antequam ego quicquam mali exterius operemur, si sanguinem sorbuimus, si iniquitatem corde concepimus, mẽte à deo alienati, inimicitias eius incurrimus, quod est sanguinem comedere. Radulphus ibidem.

c. Sic enim dictum est: Anima omnis carnis sanguis est, quomodo dictum est: Petra erat Christus. Non quia hoc erat, sed quia hinc significabatur. Non autem voluit frustra lex animã significare per sanguinem, rem scilicet inuisibilem per rem visibilẽ, nisi quia sanguis per venas omnes ab ipso corde diffusus & nostro corpore plus cæteris humoribus participatur, ita vt vtunque fuerit vulnus inflictum, non humor alius, sed ipse pecdat: ita quoque anima, quia omnibus quibus cõstamus visibilibus præualet. Aug. lib. 2. contra aduersarium legis & prophetæ.

ipſum aqua, & cõtaminatus erit vſque ad veſperum, & hoc ordine mũdus fiet. Quòd ſi non lauerit veſtimenta ſua, vel corpus, portabit iniquitatem ſuam.

*Gradus coniugij liciti & illiciti, & gentium opera fugienda.* XVIII.

IOcutúſque eſt dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos: Ego ſum dominus deus veſter. Iuxta conſuetudinem terræ Ægypti, in qua habitaſtis, non facietis, & iuxta morem regionis Chanáan, ad quam ego introducturus ſum vos, non agetis: [a] nec in [1] legitimis ] eorum ambulabitis. [b] Facietis iudicia mea, & præcepta mea ſeruabitis, & ambulabitis in eis. Ego dominus deus veſter. † Cuſtodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis. Ego dominus deus veſter. † Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius. Ego dominus. † [c] Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non diſcooperies. Mater tua eſt, nõ reuelabis turpitudinem eius. [d] Turpitudinem vxoris patris tui non diſcooperies: [f] Turpitudo enim patris tui [g] eſt. [e] Turpitudinem ſororis tuæ, ex patre ſiue ex matre, quæ domi vel foris genita eſt, non reuelabis. * Turpitudinem filiæ filij tui, vel neptis ⊱ ex filia, ] non reuelabis: quia turpitudo tua eſt. Turpitudinẽ filiæ vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & eſt ſoror tua, non reuelabis. Turpitudinem ſororis patris tui non diſcooperies: quia [2] caro ] eſt patris tui. Turpitudinem ſororis matris tuæ non reuelabis: eo quòd caro ſit matris tuæ. Turpitudinem patrui tui non reuelabis, [3] nec accedes ] ad vxorem eius, quæ tibi affinitate coniungitur. [f] Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis: quia vxor filij tui eſt: nec diſcooperies ignominiam eius. ⊱ Et vxorem fratris ſui nullus accipiat. ] Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitudo fratris tui eſt. [f] [c] Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filiæ illius non ſumes, vt reueles ignominiam eius: quia [4] [g] caro illius ſunt, & talis coitus inceſtus eſt. Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, ] nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. Ad mulierem quæ patitur menſtrua, non accedes, nec reuelabis fœditatem eius. [h] Cum vxore proximi tui non coibis, nec ſeminis commixtione maculaberis. † De ſemine tuo non dabis, vt cõſecreturidolo Moloch, [i] nec pollues nomen dei tui. Ego dominus. [k] Cum maſculo non commiſcearis coitu fœmineo, quia abominatio eſt. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. † Mulier non ſuccumbet iumento, [5] nec miſcebitur ei: ] quia ſcelus eſt. [f] Nec polluamini in omnib[9] [D] iis quibus contaminatæ ſunt vniuerſæ gentes, quas ego eiiciam ante conſpectum veſtrum, & quibus polluta eſt terra, cuius ego ſcelera viſitabo, vt euomat habitatores ſuos. Cuſtodite [6] legitima ] mea atque iudicia, vt non faciatis ex omnibus abominationibus iſtis, tã indigena, quàm colonus qui peregrinantur apud vos. Omnes enim execrationes iſtas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam. Cauete ergo ne & vos ſimiliter euomat, cum paria feceritis, ſicut euomuit gentem, quæ fuit ante vos. Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi ſui. Cuſtodite mandata mea. Nolite facere quæ fecerunt ij qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis. Ego dominus deus veſter.

a. Nam malitia ſiue peccatum eſt iter quoddam tritum, quod ex habitu à recta & regia via. Illud iter excogitarunt & inuenerunt ſibi homines relicta diuina & naturali via. Proco. ibi.
1. Statutis.
b. Iudicia ad peccatorum pertinent vindictam ſiue ſua vnuſquiſque puniat, ſiue coerceat aliena, ſi hæc illi poteſtas conceſſa eſt. Radul.
c. Primus cõſanguinitatis gradus.
d. Primus affinitatis gradus.
e. Secundus gradus conſanguinitatis.
* Turpitudinem earum.
2. Propinqua, & infra.
3. Vt non accedas.
f. Secundus gradus affinitatis.
4. g. Affines ſunt, & nephas eſt. Vxorem cum ſorore eius non accipies ad æmulationem, vel ad laceſſendũ, (ſicut duæ vxores Iacob ſorores.)
h. Ecce vbi rurſus prohibet adulterium quod cum aliena vxore committitur quod etiam in decalogo prohibetur. Vnde apparet illa ita prohibita, vt etiã mortuis viris ſuis, non ducant vxores, quarum prohibet turpitudinẽ reuelare Aug. Super Leuit. lib. 3.
i. Hoc eſt, non prophanabis nomen ſanctum ſiue dei, cui populo datus illo modo, ſeruitus principi, ſiue nomen ſanctum ipſius populi Iſrael, propter quod dicitur: Sãcti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Oportuniſſimè etiam adiũgit: Ego dominus. Hoc vtique admonens: quia illi ſoli debetur latria, id eſt, ſeruitus qua deo ſeruitur. Aug. q. 3. ſuper Leuitic.
k. Contra naturam.
5. Vt ſe illi proſtituat.
6. Statuta.
l. Terram polluram eſſe dicit ideo quia ſuſcipit omnia quæ in ipſa fiunt. Sic etiam mũdus inquinatur, proinde quoque innouabitur, verùm deus non polluitur. Non enim in ipſo ſunt, quæ impiè & malè gerũtur, ſed extra ipſum ſunt. Procopius ibid.

*Præcepta moralia, & cæremonialia.* XIX.

LOcutus eſt dominus ad Moyſen, dicens: Loquere ad omnem cœtum filiorum Iſrael, & dices ad eos. † [a] Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum dominus deus veſter. Vnuſquiſque patrem ſuum & matrem ſuam timeat. [b] Sabbata mea cuſtodite. Ego dominus deus veſter. Nolite conuerti ad idôla, nec deos conflatiles facietis vobis. Ego dominus deus veſter. Si immolaueritis hoſtiam pacificorum domino, [1] vt ſit placabilis, ] eo die quo fuerit immolata comedetis eam, & die altero: Quicquid autem reſiduum fuerit in diem tertium, igne comburetis. [f] Si quis [2] poſt biduum ] comederit [3] ex ea, profanus erit, & impietatis reus, ] [g] portabitque iniquitatem ſuam, quia ſanctum domini polluit, & peribit anima illius de po-

a. Quid eſt, Sancti eſtote, niſi præcepta mea implete, voluntatem meã facite, in viis meis ambulate? Chryſo. de oratione domi. Hom. 9.
b. Volens nos deus de intelligibili requie docere, & de mũdi conſummatione, quando impoſſibile eſt cibum parare, vel operari nec circa aliquid corporale occupari, ait per Moyſen ait Sabbata, &c. Glo. ordi.
1. Pro veſtri acceptatione ipſam offeretis.
2. In die tertio.
3. Ex eo, execrabile eſt, & non acceptabile. Qui comederit ipſum.

de populo suo. † Cumque messueris segetes terræ tuæ, non [4] tondebis vsque ad solum superficiem terræ, ] nec remanentes spicas colliges, neque in vinea tua * racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. Ego dominus deus vester. Non facietis furtum, nec [5] mentiemini, ] nec decipiet vnusquisque proximum suum: [c] ‡ Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomen dei tui. Ego dominus. Non facies calumniam proximo tuo, nec [6] vi opprimes eum. ] † Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane. Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum, sed timebis dominũ deum tuum, quia ego sum dominus. Non facies quod iniquum est, [7] nec iniustè iudicabis. ] † [d] Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Iustè iudica proximo tuo. Nec [8] eris criminator, nec susurro in populis. ] † ‡ Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ego dominus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum: ne habeas super illo peccatum. † Non quæras vltionem, nec [9] memor eris iniuriæ ciuium tuorum. ] [e] Diliges [10] amicum ] tuum sicut teipsum. Ego dominus. † Leges meas custodite. Iumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. † Agrum tuum non seres diuerso semine. Veste quę ex duobus texta est, non induêris. ‡ Homo si dormierit cum muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiam [11] nobilis, ] & tamen pretio nõ redempta, nec libertate donata, [12] vapulabunt ambo, ] & non morientur, quia nõ fuit libera. Pro delicto autem suo offeret domino ad ostium tabernaculi testimonij arietem, [13] orabítque pro eo sacerdos & pro peccato eius coram domino, ] & repropitiabitur ei, dimittetúrque peccatũ ea. * Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorũ * [14] Poma quæ germinant, immunda erunt vobis, ] nec edetis ex eis. Quarto autem anno omnis fructus eorũ sanctificabitur * laudabilis domino. Quinto autem anno comedetis fructus [15], congregantes poma quæ proferunt. ] Ego dominus deus vester. † ‡ Non comedetis [16] carnem cum sanguine. ] Non augurabimini, nec obseruabitis [17] somnia. ] [d] Neque [18] in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam. ] † [g] Et † super mortuo non incidetis carnes vestras, ] neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis. Ego dominus. Ne prostituas filiam tuam, * ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. Sabbata mea custodite, & sanctuarium meum metuite. Ego dominus. Non [20] declinetis ad Magos, ] nec ab Ariolis aliquid scitemini, vt polluamini per eos. Ego dominus deus vester. [f] Coram cano capite consurge, & honora personam senis, & time dominum deum tuum. Ego sum dominus. Si habitauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, [21] nõ exprobretis ei, ] sed sit inter vos quasi indigena *, & diligetis eum quasi vosmetipsos. Fuistis enim & vos aduenæ in terra Ægypti. Ego dominus de [9] vester. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statêra iusta, & æqua sint pondera, [22] iust [9] modius, æquúsque sextarius. ] Ego dominus deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti. Custodite omnia [23] præcepta ] mea, & vniuersa iudicia, & facite ea. Ego dominus.

4. Consummabis metendo singulatim agri tui.
* Colliges, sub. qui post vindemiatores remanserunt.
5. Negabitis, sub. debitum vel depositum.
c. Quod igitur in nouo testamento dictũ est, ne omnino iuremus, propterea vt ait beatus Augustinus dictum videtur, nõ quia vtrũ iurare peccatum est, sed quia peierare manifestum peccatum est, à quo nos longe esse voluit qui omnimodo ne iuremus admonuit. Radu. ibi.
6. Prædaberis.
7. In iudicio.
d. Non sub prætextu misericordiæ quod iustum est iudices. Hier. ad Salui am.
8. Incedes vt delator contra proximum tuum.
9. Obseruabis iniuriam filiorum populi tui.
10. Proximum, vel socium.
e. Naturale ius hoc dictat, & in hoc ius ceu fontẽ quendã reduxit omnia saluator quasi in compendiũ dicens. Quæ admodum vultis vt vobis faciãt homines, & vos similiter illis facite. Huc enim lex & prophetæ respiciunt. Quæ igitur velis fieri tibi, eadẽ tu proximo tuo, qui quoque deus est. Proco.
11. Coniuncta vito.
12. Loro tantum ipsa vapulabit.
13. Expiabitque ipsum sacerdos in ariete pro delicto coram domino super peccato suo quod commisit.
* Suum quod peccauit.
* Et fructum eorum.
14. Fructus quos tribus annis producet, immundi erunt vobis.
* Et erit.
15. Eius, & licebit vobis cõgregare prouentum eius.
16. Super sanguine.
17. Tempora.
18. d. Neque intorto comæ ctipes habebitis, nec barbę tuę extremitatem decurtabis, veluti faciebant gentes, & nũc plerique militer.
19. e. Incisionẽ pro anima non ponetis in carne vestra: Hoc est, non lacerabitis vnguibus carnes vestras in funeribus, veluti faciebant sacerdotes Cybeles.
* Vt eam scortari faciat.
20. Respicietis ad Pythones.
21. Non decipietis eum, vel nõ affligetis eum.
* Ex vobis, erit vobis peregrinus, qui peregrinatur apud vos.
22. Ephy iustum, & Hin iustũ.
23. Statuta.

*Præcepta iudicialia mortem comminantia.* XX.

A LOcutúsque est dominus ad Moysen, dicens: † Hæc loquêris filiis Israel: Homo de filiis Israel, & de aduenis qui habitant in Israel, † [1] si quis ] dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur. [a] Populus terræ lapidabit eum, & ego ponam faciem meam contra illum, succidámque eum de medio populi sui, eo quòd dederit de semine suo Moloch, & contaminauerit sanctuarium meum, ac polluerit nomen sanctum meum. Quòd si [2] negligens populus terræ, &c — quasi paruipendens imperium meum, ] dimiserit hominem qui dedit de semine suo Moloch, nec voluerit eum occidere, ] ponam faciem meam super hominem illum, & cognationem eius, succidámque & ipsum, & omnes qui consenserunt ei, vt fornicaretur cum [b] Moloch, de medio populi sui. Anima quæ declinauerit ad [3] Magos, ] & Ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra

1. Qui.
a. Magnam habet vilitatẽ vt populus suis manibus sontes puniat. Nam ad eum modum deus Iudæos instituit, vt disceret rectè & iustè exercere iurisdictionẽ. Proco. ibid.
2. Absconderint populi terræ oculos suos à viro illo, qui dederit de semine suo Moloch, & non interfecerint eum.
b. Moloch, idolum erat Moabitarum, quod septuaginta transtulerunt Principem: quòd ita quoque ab eis cæteris idolis nominetur, quòd sacrificia illi oblata humana erant, ideo horribilius est idolum. de Lyra.
3. Pythones.

eam,& interficiam illam de medio populi sui. †Sanctificamini, & estote sancti, quia ego sanctus sum ]dominus deus vester. ‡Custodite præcepta mea,& facite ea. Ego dominus,qui sanctifico vos. †[c]Qui maledixerit patri suo,aut matri, morte moriatur. Patri matrique qui maledixerit,sanguis eius sit super eum. †[d]Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius,& adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui,morte moriantur,& mœchus & adultera. Qui dormierit cum nouerca sua,& reuelauerit ignominiam patris sui,morte moriantur ambo.Sanguis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nuru sua,vterque moriatur,quia scelus operati sunt.Sanguis eorum sit super eos.Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo,vterque operatus est nefas,morte moriãtur.Sit sanguis eorum super eos.[e]Qui[4] supra vxorem filiam , duxerit matrem eius, ]scelus operatus est:viuus ardebit cum eis,nec permanebit tantum nefas in medio vestri.Qui cum iumento & pecore coierit,morte moriatur : pecus quoque occidite. †‡Mulier quæ succubuerit cuilibet iumento,simul interficietur cum eo.[f] Sãguis eorum sit super eos.Qui acceperit sororem suam,filiam patris sui , vel filiam matris suæ,& viderit turpitudinẽ eius,illáque cõspexerit fratris ignominiam,nefariam rem operati sunt:Occidentur in conspectu populi, eo quòd turpitudinem suã mutuò reuelauerint,& portabunt[g] iniquitatem suam.Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo,& reuelauerit turpitudinem eius, * ipsáque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui.Turpitudinem[h] materteræ tuæ & amitæ tuæ non discooperies. Qui hoc fecerit,ignominiam carnis suæ nudauit,portabunt ambo iniquitatem suam.Qui coierit cum vxore patrui[3] vel auunculi sui, ] & reuelauerit ignominiam[4] cognationis suæ, ]portabunt ambo peccatum suum.[i] Absque liberis morientur.Qui duxerit vxorem fratris sui,[6] rem facit illicitam, ]turpitudinem fratris sui reuelauit:absque filiis erit.‡Custodite leges meas,atque iudicia,& facite ea:ne & vos euomat terra quam intraturi estis,& habitaturi.Nolite[k] ambulare in[7] legitimis ]nationum,quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt , & abominatus sum eas.Vobis autem loquor.Possidete terram eorum,quam dabo vobis in hęreditatem, * terram fluentem lacte & melle.Ego dominus deus vester , qui separaui vos à cæteris populis.Separate ergo & vos iumentum mundũ ab immundo,& auem mundam ab immunda.Ne polluatis animas vestras in pecore,& auibus,& cũctis quę mouentur in terra,& quæ vobis ostendi esse polluta. †Eritis sancti mihi,quia sanctus sum ego dominus:& separaui vos à cæteris populis,vt essetis mei. †Vir siue mulier,in quibus[l] pythonicus vel diuinationis fuerit spiritus,morte moriantur : lapidibus obruent eos.Sanguis eorum sit super illos.

a. Vbi aduertendum est graue esse parentum iniuriã , quæ licet sub remissione noui testamenti non statim vindicetur morte, sicut fieri iussú est sub austeritate veteris,reatus tamẽ impar non est ,& pœna illius nisi dum viuit homo per pœnitentiam se correxerit.Si differtur non aufertur, sed grauius sub diuino iudicio punientur quicunque per patientiam illius peiores efficiũtur.Radul.

d.Si non licet adulterare vxorem cuiuslibet viri quãto magis proximi?vt ideo intelligat homo,quantum malum sit adulterare vxorem viri: quia si hoc fecerit, vxorem proximi adulterat. Proximus est enim omnis homo homini.Augustin. ibid.quæst.73.

4. Duxerit in vxorem filiam & matrem eius.

e.Sed quia omnis peccati occasio pisciãtia mater est,si qua nobis concupiscentia sit actionẽ nõ coniungamus. Qui enim hoc facit,igne incenditur & concupiscentia & actio eius. Glosa ordinaria.

f.Quæritur quemodo sit reum iumentum , cum non sit legis capax : pecora iubẽtur interfici , quia tali flagitio contaminata indignam refricant facti memoriam.Augustin.ibid.

g.Iniquitatẽ posuit pro pœna iniquitatis.Augustin. in locutionibus super Leuiticum.

* Denudauerit quẽ venã eius.

h.Sororis matris tuæ,atque sororis patris tui.

i. Videndum etiã quid sit quod de istis nunc dicitur,portabũt peccatum suum:absque liberis erunt. Nũquid enim adulteris & incestis filij non nascuntur? Sed vt ait beatus Augustinus hoc intelligẽdum est lege dei constitutum,vt quicunque ex eis nati sunt,non deputẽtur filij. Id est,nullo patẽtis iure succedunt.Radul.

3.Patrui sui.

4.Immunditia est.

k. Quid est ambulare in præceptis dei,nisi proficere,& ad vitutis augmentum incessanter tendere? Sic cuidam ægro , sed sanato dictum est:tolle grabatum tuum & ambula.Radul.

7.Statutis.

* Ve posideatis eam.

l.Pythones dicuntur à Pythia muliere,ex cuius pudendis impudens dæmon responsa dedisse fertur.

a. Id est,nihil omittet ex his quæ expedire sacerdotẽ docere,& nolunt obedire qui ex inobedientia moriantur, nisi tãtum in consanguineis & propinquis.Glos.ordinaria.

*Quæ sibi propinqua est.

*Super ea contaminabitur.

1.Decaluabunt caput,nec barbam in angulos deturpabunt.

b.Hoc est, Non lacerabunt faciem vnguibus,vt gentes in luctu facere solebant.

*Sanctificabit itaque eum.

2.Cœperit fornicari.

c. Pontifex magnus plus aliquid habebat à cæteris sacerdotibus : & nec pietas illum, nec affectus flectere poterat,vt immundus fieret in supradictis nominibus.Hier.

d. Hic versus manifestissimè demonstrat Christum. Nam Christus (vt docet scriptura) vnctus spiritu sancto gestat vestem sacerdotij habitum , quẽ nunquam abiecit. Nam tu es (inquit )sacerdos secundũ ordinem Melchisedech:hoc igitur illud est quod inquit, caput suũ non discooperiet, vestimenta non scindet,&c.Pro.

3 Sanctuario.

Sacerdotes à quibus abstineant,& quæ sequantur. XXI.

DIxit quoque dominus ad Moysen : Loquere ad sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos:[a]Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, nisi tantum in consanguineis ac propinquis , id est,super patrem,& matrem,& filium , & filiam,fratrem quoque,& sororem virginem,*quæ non est nupta viro:* sed nec in principe populi contaminabitur. †Nec [1] radent caput,nec barbam,neque in carnibus suis [b] facient incisuras. ] Sancti erunt deo suo & non polluent nomen eius.Incensum enim domini & panes dei sui offerunt,& ideo sancti erunt. ‡Scortum & vile prostibulum non ducet vxorem,nec eam quæ repudiata est à marito : quia consecratus est deo suo,*& panes propositionis offert.Sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum dominus , qui sanctifico vos.Sacerdotis filia si[2] deprehensa fuerit in stupro,]& violauerit nomen patris sui,flammis exuretur. [c] Pontifex, id est, sacerdos maximus inter fratres suos,super cuius caput fusum est vnctionis oleum,& cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt,vestitúsq; est sanctis vestibus,[d] caput suũ non discooperiet, vestimenta non scindet,& ad omnem mortuum non ingredietur omnino. ‡ Super patre quoque suo,& matre non contaminabitur, nec egredietur de [3] sanctis ] ne polluat sanctuarium domini:quia oleum sanctæ vnctionis dei sui super eum

per eum est. Ego dominus. † Virginem ducet vxorem: Viduam autẽ, & repudiatam, & sordidam, atque [a] meretricem, ] non accipiet: sed [1] puellam] de populo suo, ne commisceat stirpem generis sui vulgo gentis suæ: quia ego dominus qui sanctifico eum. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad Aaron: †[f] Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, [6] non offeret panes de suo, nec accedet ad ministerium eius. ]* Si cæcus fuerit, si claudus, si [7] vel paruo vel grandi & torto naso, ]si fracto pede, si manu, [8] si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel hernioſus, ]omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias domino, [9] nec panes deo suo.] Vescetur tamen panibus qui offeruntur in sanctuario, ita dúntaxat, vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare qui maculã habet: & contaminare non debet sanctuarium meum. Ego dominus qui sanctifico eos. Locutus est ergo Moyses ad Aaron, & ad filios eius, & ad omnem Israel, ⊢ cuncta quæ sibi fuerũt imperata.]

*Ab esu sanctificatorum qui abstinere debeant, & quæ debeant offerri.* XXII.

A [L]Ocutus quoque est dominus ad Moysen, dicens: [2] Loquere ad Aaron & ad filios eius, vt [1] caueant ab iis quæ consecrata sunt ] filiorum Israel, & nõ contaminent nomen [2] sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt. ] Ego dominus. Dic ad eos, & ad posteros eorum: Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israel domino, in quo est immunditia, peribit coram domino. Ego sum dominus. [b] Homo de semine Aarõ qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis, non vescetur de iis quæ sanctificata sunt mihi, donec [3] sanetur.] Qui tetigerit immundum super mortuo, & ex quo egreditur semen quasi coitus, & qui tangit reptile, [4] & quodlibet immundum cuius tactus est sordidus, ] immundus erit vsque ad vesperum, & non vescetur iis quæ sanctificata sunt: sed cum lauerit carnem suam aqua, & occubuerit sol, tunc mundatus vescetur de sanctificatis, quia cibus illius est. † [5] Morticinum & captũ à bestia non comedent, [6] nec polluentur in eis. Ego sum dominus. Custodient præcepta mea, vt non sub iaceant peccato, & moriantur [6] in sanctuario, ]cum polluerint illud. Ego dominus, qui sanctifico eos. [c] Omnis alienigena non comedet de sanctificatis. [d] Inquilinus sacerdotis, & mercenarius, non vescentur ex eis. Quem autem sacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit, ij comedent ex eis *. Si filia sacerdotis [7] cuilibet ex populo ]nupta fuerit, de iis quæ sanctificata sunt, & de primitiis non vescetur. Sin autem vidua, vel repudiata, & absque liberis reuersa fuerit ad domum patris sui, sicut [8] puella ]consueuerat, aletur cibis patris sui. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem. [e] Qui comederit de sanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comedit, & dabit sacerdoti [9] in sanctuarium: ] nec contaminabunt sanctificata filiorum Israel quæ offeruntur domino, ne fortè sustineant iniquitatem
c delicti sui, cũ sanctificata comederint. ⊢ Ego dominus, qui [f] sanctifico eos. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad Aaron & filios eius, & ad omnes filios Israel, dicésque ad eos: Homo de domo Israel, & de aduenis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem suam, vel vota soluens, vel sponte offerens, quicquid illud obtulerit in holocaustum domini [10] vt offeratur per vos. ] masculus immaculatus erit ex bobus, ex ouibus, & ex capris. Si maculam habuerit, non offeretis: neque erit acceptabile. § † Homo qui obtulerit victimam pacificorum domino, * vel vota soluens, vel sponte offerens, tam de bobus, quàm de ouibus, immaculatum offeret, vt acceptabile sit. Omnis macula non erit in eo. Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiem, aut impetiginem, non offeretis ea domino, nec adolebitis ex eis super altare domini. Bouem & ouem [11] aure & cauda amputatis, ] volũ-
D tariè offerre potes, votum autem ex iis solui non potest. ⊢ Omne animal quod vel cõtritis vel tunsis vel sectis ablatísque [12 h] testiculis] est, non offeretis domino, & in terra

a. Quòd si ad mysteriũ reuerti mus summus pontifex noster Dominus Christus virginem duxit vxorẽ ecclesiam scilicet, cui per Apostolum dicitur: Despondi vos vni viro virginem castã exhibere Christo. Radulf.

1. Quia cum is, qui displicet, ad interficiendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Gregor. Pastorali part. 1. cap. 11.

6. Non accedet vt panem offerat deo suo.

* Quoniam quicũque habuerit maculam, non appropinquabit. Vt si cæcus, &c.

7. Naso simus.

8. Aut si nulla habet supercilia, aut pellem, vel aliam maculam in oculo suo, aut scabiem siccam, vel scabiem fluentem, aut testiculum contritum.

9. Nam cum macula in eo sit, non accedat vt panem dei sui offerat.

2. Erat ergo consequens continentia sacerdotis, ne propter filiorum procreationẽ aliquibus diebus non imponeretur continuationis incẽsum, quod à solis summis sacerdotibus bis in die solebat imponi, mane & vespere: quamquidem post coitum coniugalem etiã lotus corpore immundus erat vsque ad vesperam, à quo id necesse erat imponi. August. quæst. 85.

1. Separentur à sanctis.

2. Sanctum meum in his quæ sanctificant mihi.

b. Ob immunditiæ impedimentes sacratis participare.

3. Mundetur.

4. Vnde immundus fieri potest, aut hominem à quo immunditiam cõtrahere potest, iuxta omnem illius immunditiam.

5. Vnde pollui possint.

6. Ob ipsum.

c. Alienigenam vocat à fide Christi exteraeũ. Radulphus ibid.

d. Sola charitas dei & proximi sanctificare hominem potest, vbi verò cupiditas regnat, sanctificatio nulla est. Idem, ibid.

* Sicut qui natus est in domo eius.

7. Extraneo, vel alienigenæ.

8. In pueritia.

e. Cæsis victimis & oblatis de more quicquid supererat cedebat sacerdotibus vtpote caput & pedes. Siquis autẽ ignorans ediisset de his quæ offerebãtur protecto pœnas incogitantiæ luebat. Procopius.

9. In sanctificationem.

f. Quomodo ergo & Moyses sanctificat & dominus? Sed Moyses visibilibus sacramẽtis per ministerium suũ. Dominus autem inuisibili gratia per spiritum sanctum, vbi est totius fructus etiam visibilium sacramentorum. August. quæst. 84. super Leuitic.

10. Pro voluntate vestra offeretis.

g. O quàm lugenda est humana ignorantia. Videmus enim nonnullos qui cum in secreto confessione sic offerunt Domino, si de facultatibus suis pauperibus tribuant, in hoc se placituros existimant, cũ sint forrasis adulteriis fœdi, crudeles in rapinis, in periuriis dei ipsius contemptores, nec attendunt quod dicitur qui obtulerit victimam pacificorum, &c. Radulphus.

* Secundũ quod destinauerit.

11. Superfluã in membris.

12. h. Membris, nihil de testiculis magis quã cæteris mẽbris.

Universidad de Deusto Biblioteca

vestra hoc omnino nefaciatis. De manu alienigenæ non offeretis panes deo vestro: & quicquid aliud dare voluerit, quia corrupta & maculata sunt omnia, nō susc ipietis ea. Locutúsque est dominus ad Moysen dicens: [1] Bos, ouis, & capra, cùm genita fuerint, septem diebus erunt sub vbere matris suæ: die autem octauo & deinceps, offerri poterunt domino. Siue illa bos, siue ouis, non immolabuntur vna die cum fœtibus suis. Si immolaueritis hostiam pro gratiarum actione domino, vt possit esse placabilis, eodem die comedetis eam. Non remanebit quicquam in mane alterius diei. Ego dominus. Custodite mandata mea, & facite ea. Ego dominus. Ne polluatis nomen meum sanctum, vt sanctificer in medio filiorum Israel. Ego dominus, qui sanctifico vos, & eduxi de terra Ægypti, vt essem vobis in deum. Ego dominus.

1. Cū genitura sit homini collata nativitas, prima, qua mundo huic nascitur, secunda, qua in deū renascitur: duplex hic datur intellectus, vt illam dicamus matrem quæ prima nos edidit, carnalem scilicet conuersationem, cui se renuntiasse gloriatur apostolus, dicens: Cum autem placuit ei qui me segregauit, &c. Et matrem dicamus ecclesiam, quæ quos prima morti genuit, regenerando vitæ restituit, Radulph ibid.

## *Sabbati. paschæ, primitiarum, pentecostes, messis, tubarum, expiationum, & tabernaculorum solennia.* XXIII.

LOcutúsque est dominꝰ ad Moysen, dicēs: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: †Hæ sunt feriæ domini, quas vocabitis* sanctas. [a] Sex diebus facietis opus, dies septimus, quia sabbati requies est, vocabitur sanctus. Omne opus non facietis in eo. [b] Sabbatum domini est in cunctis habitationibus vestris. Hæ sunt ergo feriæ domini sanctæ, quas celebrare debetis* temporibus suis. † Mense primo quartadecima die mensis [1] ad vesperum, ] [c] Phase domini est: & quintadecima die mensis huius, solennitas azymorum domini est. Septem diebus azyma comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus, sanctúsque. Omne opus seruile non facietis in eo, sed offeretis sacrificium [2] in igne ] domino, † septem diebus. ℣ Dies autem septimus erit celebrior & sanctior, nullúmque seruile opus facietis in eo. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: [d] Cum ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, & messueritis segetem, feretis manipulos spicarum, primitias messis vestrę, ad sacerdotem. Qui eleuabit fasciculum coram domino, vt acceptabilis sit pro vobis altero die sabbati: & sanctificabit illū. [e] Atque in eodem die quo manipulus consecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum domini, & libamenta offerentur cum eo, duæ decimæ similæ conspersæ oleo in incensum domini, odorémque suauissimum, [3] liba quoque vini ] quarta pars hin. ℣ Panem & [4] polentam & pultes non comedetis ex segete, ] vsque ad diem qua offeratis ex ea deo vestro, Præceptum est sempiternum in generationibus, cunctísque habitaculis vestris. † Numerabitis ergo ab altero die sabbati in quo obtulistis manipulum primitiarum, [f] septem hebdomadas plenas vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies, & sic offeretis sacrificium nouum domino ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias domini. Offeretísque cum panibus septem agnos immaculatos anniculos, & [5] vitulum de armēto vnum, & arietes duos, & erunt in holocaustum cum libamentis suis, in odorem suauissimum domino. ℣ Facietis & hircum pro peccato, duósque agnos anniculos hostias pacificorum. Cúmque eleuauerit eos sacerdos cum panibus primitiarum coram domino, cedent in vsum eius. Et vocabitis hūc diem celeberrimum atque sanctissimū. Omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus vestris. † Postquam autem messueritis segetem terræ vestræ, non [5] secabitis eam vsque ad solum, ] nec remanentes spicas colligetis: sed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. Ego sum dominus deus vester. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: † Mense septimo [h] prima die mensis erit vobis sabbatum memoriale clangentibus tubis, & vocabitur sanctum. ℣ Omne opus seruile non facietis in eo, & offeretis holocaustum domino. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: † [i] Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus, [6] affligetísque ] animas vestras in eo: & offeretis holocaustum domino. Omne opus seruile nō facietis in tempore diei huius, quia dies [7] propitiationis

* Conuocationes.
a. In quo ostendit, quia primę feriæ sunt in operibus bonis, Bona enim valde fecit deꝰ In sex diebus. Secunda festiuitas septimi diei requies est, quam nemo celebrare poterit nisi opera bona, & deo digna fecerit. Non enim frustra promissum est, Sex diebus facietis opus. Glosa Ordinaria.

b. Sabbatum in memoriam creationis.

* Quia quædam hic occurūt quę pertinent ad secundū tempus, ea obiter exponēda erunt antecedentia breuiter perstringemus. Procopius.

1. Inter vesperas.

c. Pascha, primū festum, in memoriam redemptionis ab Aegyptiaca seruitute.

2. Ignitum.

d. Terram hanc ingredimur, cum ad contemplanda bona eius, illā scilicet, de quibus dicitur: Credo videre bona domini in terra viuentium: auiditate mentis & agitatione leuamur. Radul. ibidem.

e. Dinumerat quoque Moyses sanctum pentecostes festum à resurrectione sumpto initio. Nām resurrectionis tempus transiens sanctificatos in spiritu eo vt possint fructus ferre Deo in noua vita. Proco. ibid.

3. Commixtio vini.

4. Neque tosta aut cocta grana, neque spicam teneram comedetis.

f. Pentecostes secūdum festum, in memoriam datæ legis in lapideis tabulis, & datæ in cordibus carneis. Dies pētecostes quinquagesimus erat à primo die azymorum exclusiuē.

g. Vitulus enim vnus offertur, quia licet ad primum gregem aliæ oues adductæ sint, ex vtrisque tamen factus est vnus grex, & vno grege pastor vnus: omnes enim in summo pastore vnum sunt, quicunque tradēte ipso curam ouium susceperūt. Quod dicitur vitulum de armento, teste beato Augustino, Hebræa locutio, sicut cum dicitur agnus de grege, hircus caprarum, agni ouium. Radulp.

5. Consummabis angulum agri tui in messione tua.

h. Festū tubarum, tertium festum, prima die Septembris. In memoriam liberationis Isaac ab immolatione.

i. Festum expiationis, 4. festō, 10. die Septembris.

6. Humiliabitisque.

7. Expiationis est, ad expiandū nos coram domino deo vestro.

tiationis est, vt propitietur vobis dominus deus vester.]ᵍ Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis, & quæ operis quippiam fecerit, delebo eã de populo suo. Nihil ergo facietis operis in eo. Legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus vestris. † Sabbatum requietionis est: & affligetis animas vestras. ᵍ Die nono mensis septimi, à vespere vsque ad vesperum celebrabitis sabbata vestra. Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel.ʰ A quintodecimo die mensis huius septimi, erunt feriæ tabernaculorum septem diebus domino. Dies primus vocabitur celeberrimus atque sanctissimus. Omne opus seruile non facietis in eo, & septem diebus offeretis holocausta domino.
ⁱ Dies quoque octauus erit celeberrimus, atque sanctissimus, & offeretis holocaustũ domino. Est enim[8] cœtus] atque collectæ. Omne opus seruile non facietis in eo.
ᵏ Hæ sunt feriæ domini, quas vocabitis[9] celeberrimas atque sanctissimas:] offeretísque in eis oblationes domino, holocausta, & libamenta iuxta ritum vniuscuiusque diei:[1] exceptis sabbatis domini, donísque vestris, & quæ offeretis ex voto, vel quę spõte tribuetis domino. ᵍ A quintodecimo ergo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias domini septem diebus. Die primo & die octauo erit sabbatum, id est, requies. Sumetisque vobis die primo, fructus arboris pulcherrimæ, spatulásque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente: & lætabimini coram domino deo vestro, celebrabitísque solẽnitatem eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. ᵐ Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis septem diebus. Omnis qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti. Ego dominus deus vester. Locutúsque est Moyses super solennitatibus domini ad filios Israel.

g. Anima quæ non fuerit affl ta, subaudi, per disciplinã, per morum correctionem, per pœnitentiæ satisfactionem, per contris contritionem, per conscientiæ purificationem. Aug. de speculo peccatoris. cap. 6. Quod vero illo die perfectam & absolutam quietem in qua desistemus ab omnibus operibus simus consequuturi satis docuit dum illud tempus nominauit sabbata sabbatorum. Proco. ibidem.

h. Festũ tabernaculorum, 5. festum 15. die Septẽmbris, in memoriam deserti per 40. annos in tabernaculis.

i. Festũ collectæ.

6. Festum, 22. die Septembris.

8. Collectio, Heb. ecclesia, Græ.

9. Conuocationes sanctæ.

k. Quod dicitur, hæ sunt feriæ Domini quas vocabitis celeberrimas, ad illas tres respicit quas principales nominauit, pascha, pentecosten, & scenophegiam. Radulphus.

l. Inter festa igitur veteris legis erat iuge sacrificium quolibet die, mane & vespere, immolabãt agnum. Sabbatũ qualibet hebdomada. Neomenia, qualibet prima die mẽsis, præter iam dicta festa. Primum in memoriam perpetuæ beatitudinis diuinæ. Secũdum in memoriam creationis rerũ. Tertium in memoriã operis diuinæ gubernationis. vt Num 28 m. Videtur hoc loco prædicere consummationis tempus, quo quilibet remunerationem accipiet eorum quæ hic operatus est. Tunc recedit tempus, & iudicij tempestas accedit, in qua nihil amplius operari licebit. Proco. ibid.

*Lucernarum concinnandarum, panúmque propositionis ordinandorum ritus, blasphemorum, talioníque pœna exercenda.* XXIIII.

ET locutus est dominus ad Moysen, dicens: ᵃ Præcipe filiis Israel, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimũ ac lucidum, ad concinnãdas lucernas iugiter, extra velum testimonij in tabernaculo fœderis. Ponétq; eas Aaron, à vespere vsque in mane coram domino, [1] cultu rituq; perpetuo] in generationibus vestris. Super candelabrum mundissimum ponẽtur semper in cõspectu domini. Accipies quoque similã, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas. [2] Quorũ[b] senos altrinsecus] super mensam purissimã coram domino statues, & pones super eos thus lucidissimũ, vt sit panis in monumentũ oblationis domini. ᵍ Per singula sabbata mutabuntur corã domino, suscepti à filiis Israel fœdere sempiterno: † erúntque Aarõ & filiorum eius, vt comedant eos in loco sancto, quia sanctum sanctorũ est de sacrificiis domini iure perpetuo. Ecce autem egressus[c] filius mulieris Israelitidis, quẽ peperat de viro Ægyptio inter filios Israel, iurgatus est in castris cũ viro Israelita: Cúmque blasphemasset nomen domini, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. (Vocabatur autẽ mater eius Salumith, filia Dabri, de tribu Dan.) Miserúntq; eum in carcerem, [3] donec nossent quid iuberet dominus.] ᵍ Qui locutus est ad Moysen, dicens: Educ blasphemum extra castra, & ponent omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus: & ad filios Israel loquêris: † [d] Homo qui maledixerit deo suo portabit peccatum suũ: & qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. Lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi. Siue ille ciuis, seu peregrinus fuerit, † qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. † Qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. ᵍ Qui percusserit animal, reddat vicarium, id est, animam pro anima. Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum, † sicut fecit, sic fiet ei. [e] Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente, resti-

a. Principalis sanctorũ lætitia non de visu præsentium, sed de spe nascitur futurorũ. Spes autem ipsa vt non fallat expectãtes per bonorũ operũ exhibitionem solidanda est. Oleum igitur afferendum est ad legẽ, sed nõ qualecunque, sed oleũ purissimum ac lucidum charitatis. Radul. ibidem.

1. Semper statutum sit perpetuum.

2. Ponéntque eos duobus ordinibus, sex panes.

b. Sex in vno ordine, & sex in alterũ è regione super mẽsam propositionis, per singula sabbata mutandi.

c. Hic significat hæreticos, qui de patre diabolo geniti, & ex vtero matris ecclesiæ tanquam abortiui ejecti, per fallaces doctrinam dominũ blasphemãt. Ipsi sunt de quibus Ioannes ait: Exierunt ex nobis, sed nõ erãt ex nobis. Beda ibidem.

3. Vt exponeretur illis sententia domini.

d. Quasi aliud sit maledicere deo suo, aliud sit blasphemare deũ suũ: atque illud ideo sit peccatũ, hoc autem sit peccatum, nefas, vt etiã morte sit dignũ. Aug. quæst. 87. super Leuit.

e. Lex præcipiens oculum pro oculo, dentem pro dente, talem habet propositũ, vt vnusquisque dum timet de suo mẽbro parcat alterius, & nemo malus inueniatur. Chrys. in 5. cap. Matth. Hemi. 11.

tuet. Qualem inflixerit maculam, talem ſuſtinere cogetur. [f] Qui percuſſerit iumentũ, reddat aliud: Qui percuſſerit hominem, [4] punietur.] Æquum iudicium ſit inter vos, ſiue peregrinus, ſiue ciuis peccauerit: quia ego ſum dominus deus veſter. Locutúſque eſt Moyſes ad filios Iſrael, & eduxerunt eum qui blaſphemauerat, extra caſtra, & lapidibus oppreſſerunt. Fecerúntque filij Iſrael, ſicut præceperat dominus Moyſi.

f. Hæc ſecundum litteram Iudæis erant neceſſaria, qui non poterant capere: ſi quis percuſſerit ſe in dexteram, maxillam, præbe ei & alteram. Sed cùm eſſent maliuoli, mala inferre volebant, & non pati. Ideo meritò erant à ſcelere reuocandi. Gloſ. ordinaria.
4. Interficiatur.

*Septimi ac quinquageſimi anni lex, ac vſuræ vitandæ.* XXV.

[A] Locutúſque eſt dominus ad Moyſen in monte Sinai, dicens: Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos: [a] Quando ingreſsi fueritis terram quam ego dabo vobis, ſabbatizetis ſabbatum domino. Sex annis ſeres agrum tuum, & ſex annis putabis vineam tuam, colligéſque fructus eius. Septimo autem anno ſabbatum erit terræ, [b] requietionis domini. Agrum non ſeres, & vineam non putabis. Quæ ſponte gignet humus, non mete, & vuas [1] primitiarum tuarum non colliges quaſi vindemiam:] Annus enim requietionis terræ eſt. [2] [c] Sed erunt vobis] in cibum, tibi & ſeruo tuo, ancillæ tuæ & mercenario tuo, & aduenæ qui peregrinatur apud te. Iumentis tuis & pecoribus, omnia quæ naſcuntur, præbebunt cibum. Numerabis quoque tibi ſeptem hebdomadas annorum, id eſt, ſepties ſeptem*, quæ ſimul faciunt quadragintanouem, [3] & clanges buccina menſe ſeptimo decima die menſis [3] propitiationis tempore] in vniuerſa terra veſtra. †[d] Sanctificabíſque annum quinquageſimum, & vocabis remiſsionem cunctis habitatoribus terræ tuæ. Ipſe eſt enim Iubileus. Reuertetur homo ad poſſeſsionem ſuam, & vnuſquiſque rediet ad familiam priſtinam, quia Iubileus, & quinquageſimus annus. Non ſeretis atque metetis ſponte in agro naſcentia: [4] & primitias vindemiæ non colligetis,] ob ſanctificationem Iubilei: [5] ſed ſtatim ablata comedetis.] [e] Anno Iubilei redient omnes ad poſſeſsiones ſuas. Quando vendes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, ne [6] contriſtes] fratrem tuum, ſed iuxta numerum annorum Iubilei emes ab eo, & iuxta ſupputationem frugum vendet tibi. [7] Quanto plures anni remanſerint poſt Iubileum, tanto creſcet & pretium: quanto minus temporis numeraueris, tanto minoris & emptio conſtabit. [8] Tempus enim frugum vendet tibi.] Nolite affligere [8] contribules] veſtros, ſed timeat vnuſquiſque deum ſuum, quia ego dominus deus veſter. [f] Facite præcepta mea, & iudicia cuſtodite, & implete ea, vt habitare poſsitis in terra abſque vllo pauore, & gignat vobis humus fructus ſuos, quibus veſcamini vſque ad ſaturitatem, nullius impetum formidantes. Quòd ſi dixeritis: Quid comedemus anno ſeptimo, ſi non ſeuerimus neque collegerimus fruges noſtras? dabo [g] benedictionem meam vobis anno ſexto, & faciet fructus trium annorum, ſeretíſque anno octauo, & comedetis veteres fruges vſque ad nonum annum, donec noua naſcantur edetis vetera. Terra quoque [h] non vendetur in perpetuum, quia mea eſt, & vos aduenæ & coloni mei eſtis. Vnde cuncta regio poſſeſsionis veſtræ ſub redemptionis conditione vendetur. [g] Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſsiunculam ſuam, & voluerit [D] propinquus eius, poteſt redimere quod ille vendiderat. Si autem non habuerit proximum, & ipſe pretium ad redimendum potuerit inuenire, computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit, & quòd reliquum eſt reddet emptori, ſicque recipiet poſſeſsionem ſuam. [i] Quòd ſi non inuenerit manus eius vt reddat pretium, habebit emptor quod emerat vſque ad annum Iubileum. In ipſo enim omnis venditio redibit ad dominum, & ad poſſeſſorem priſtinum. Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiam redimendi donec vnus impleatur annus. Si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, * emptor poſsidebit eam, & poſteri eius in perpetuum, & redimi non poterit etiam in Iubileo. Si autem in villa fuerit domus, quæ [E] muros non habet, agrorum iure vendetur. [g] Si antè redempta non fuerit, in Iubileo reuertetur ad dominum. [9] Ædes Leuitarum, quæ in vrbibus ſunt,] ſemper poſſunt redimi*. Si redemptæ non fuerint, in Iubileo reuertentur ad dominos, quia domus vrbium Leuitarum pro poſſeſsionibus ſunt inter filios Iſrael. Suburbana autem eorũ non

a. Sabbatum Domini vult intelligi quod ſcilicet terra, nec hoſtium incurſionibus deuaſtata, nec cultorũ ſuorũ negligẽtia derelicta, ſed diuino præcepto, & diuino etiam ſubdita ſacramẽto, culturę ſolitę ferias recipiebat. Radulphus.
b. Requiem terræ ſeptimo vtique anno vult intelligi, quo iuſsit nihil in ea quęquę operari per agriculturam. Augu. q. 89. ſuper Leuit.
1. A te derelicta non vindemiabis.
2. Eritque ſabbatum terræ vobis.
c. Satis aperuit, nec dominum agri prohibitum veſci eis quæ nõ adhibita cultura illo anno ſponte naſcantur, ſed fructus redigere prohibitum. Sic ergo permiſſus eſt aliquid ſumere, quomodo tranſiens. Auguſt. q. 89. ibidem.
* Annos.
3. In die expiationis.
d. Annus Iubileus quinquageſimo quoque anno Septembri menſe inchoabat.
4. Neque vindemiabitis ſeparationes eius.
5. De agro comedetis prouentum eius.
6. Decipias.
e. Quia plurimæ mãſiones ſunt apud deũ, & vnuſquiſque ſua ſortietur. Quæ vero non fuerũt iure reſtituta, tandem anno remiſſionis gratis ceu munꝰ Dei reddit priſtinis poſſeſſoribus bona illa. Procopius ibid.
7. Iuxta multitudinem annorum augebit pretium eius, & iuxta paucitatem annorũ minuet pretium illius: quia numerum prouentuum ipſe vendit tibi.
8. Socios.
f. Ne quis audita moderatione vendendi & emendi ſegnior fieret, & conſcientia ipſa noceret, ſæpè ſdiungit, facite præcepta mea &c. Neminem ſiquidẽ vult vacare, ſed ſecundũ virtutem fructificare: virtutem quoque conſcientia cuiuſque examinat. Glo. ordi.
g. Hæc eſt benedictio, qua benedicetur omnis qui timet dominum. In ſexto quippe anno ſumus nos præcipuè, qui & ſextam huius mundi ætatem agimus, & ſub ſenario ſancti operis exercitio laboramus. Paſcit igitur ſextus annus ſeipſum prius ſua fruge, poſtea duos annos ſequentes. Quia etiam hic habent iuſti fructum ſuum in ſanctificationẽ in loco diuinę paſcuę collocati dũ reficiuntur pane iuſtitiæ, finẽ verò vitam æternã. Radulph. ibid.
h. Id eſt, non vendetur.
i. Annus quia in ſe omnes horas habet, & dies, mẽſes, & ciſcunꝰ omnes, perfectionẽ ſigni ficat: peccatũ autẽ perfectũ & diuturnũ non niſi perfecta pœnitentia emendabitur, in qua ieiunium, oratio, cilicium, eleemoſyna, & lachrymæ peragũtur: per hæc enim plena remiſſio acquiritur. Gloſ. ordina.
* Conſtruger domus illa quæ eſt in ciuitate mutata, &c.
9. Ciuitates Leuitarũ, & domꝰ ciuitatum poſſeſſionis eorum.
* A Leuitis.

non veneant, quia possessio sempiterna est. Si attenuatus fuerit frater tuus, & [10] infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenam & peregrinum, & vixerit tecum,] [k] ne accipias vsuras ab eo, nec amplius quàm dedisti. Time deum tuum, vt viuere possit frater tuus apud te. † Pecuniam tuam non dabis ei ad vsuram, & frugum superabundantiam non exiges. Ego dominus deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti, vt darem vobis terram Chanáan, & essem vester deus. [l] Si paupertate compulsus, vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorũ,
F sed quasi mercenarius & colonus erit. ♱ Vsque ad annum Iubileum operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem & ad possessionem patrum suorum. Mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de terra Ægypti. Non veneant [11] conditione] seruorum. Ne affligas eum per potentiam, sed metuito deum tuum. Seruus & ancilla sint vobis de [12] nationibus] quæ in circuitu vestro sunt, & de aduenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra. Hos habebitis famulos, & hæreditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in [m] æternum. * Fratres autem vestros filios Israel ne opprimatis per potentiam. Si inualuerit apud vos manus aduenæ, atque peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe eius, post venditionem potest redi-
G mi. [n] ♱ Qui voluerit ex fratribus suis, redimet eum, & patruus, & patruelis, & consanguineus, & affinis. Si autem & ipse potuerit, redimet se, supputatis duntaxat annis à tempore venditionis suæ vsque in annum Iubileum: & pecunia qua venditus fuerat, iuxta annorum numerum, & ratione mercenarij supputata. Si plures fuerint anni qui remanent vsque ad Iubileum secundum hos reddet & pretium: * si pauci, ponet rationem cum eo iuxta annorum numerum, & reddet emptori quod reliquũ est annorum quibus antè seruiuit mercedibus imputatis. ° Non affliget eum violenter in conspectu tuo. Quòd si per hæc redimi non potuerit, anno Iubileo egredietur cum liberis suis. Mei enim sunt serui filij Israel, quos eduxi de terra Ægypti. Ego dominus deus vester.

10. Nutauerit manus eius iuxta te, sustentabis eum, tam aduenam quàm peregrinum, vt viuat.
k. Qui sunt qui vsuras à fratribus exigunt, & amplius quàm dederunt, nisi qui ad ea discipulos cogunt, quæ ipsi non faciunt, quorum scilicet exemplũ non prætenderunt? Quos ipse dominus arguens: Alligant, inquit, onera grauia, & importab. &c. Radulph. ibid.
l. Erant enim omnes Hebræi serui ipsius dei immediatè: eo quod redemerat eos de seruitute Aegypti, & ideo nolebat eos aliter vendi. Secus autem erat de seruis emptis aliarũ nationum. De Iyra ibidem. Multa pietate litera plena est, sed spiritualis intellectus plenior. Glosa ordinaria.
11. Venditione.
12. Gentibus.

m. Aeternum ergo dixit vbi non est temporis præfinitus modus quousque seruiant, sicut constitutus est eis quos in remissione dimitti iubet liberi tati suæ. Augu. ibid.
* Pro seruis abutemini illis.
n. Iure redemptionis gaudent illi qui sua iustitia & familiaritate, qua ipsius est cum peccatore, possunt illius dissoluere debita: quemadmodum illi qui afferebant ad Christũ paralyticum, propter fidem suam impetrarunt infirmo sanitatẽ. Procopius ibidem.
* De pecunia qua emptus est.

o. Violenter non affliget eum, vt scilicet si ille se redimere voluerit, iste violenta cum seruitute opprimat. Nõ igitur violentus erit illi in cõspectu tuo. Radulphus.

*Dei mandata obseruantes bonis donantur, transgredientes maledicuntur.* XXVI.

A NOn facietis vobis [a] idôlum, & sculptile, nec [1] titulos] erigetis, nec [2] insignem] lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum. Ego enim sum dominus deus vester. Custodite sabbata mea, & pauete ad sanctuarium meum. Ego dominus. † Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus suis: & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem, & comedetis panem vestrum in saturitate, & † absque pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit qui exterreat. Auferam malas bestias, * & gladius non transibit terminos vestros. Persequimini inimicos vestros, & corruent coram
B vobis. ♱ Persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem milia. Cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Respiciam vos, & crescere faciam, [3] multiplicabimini,] & firmabo pactum meum vobiscum. Comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proiicietis. Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non [4] abiiciet] vos anima mea. † [b] Ambulabo inter vos, & ero deus vester, vósque eritis populus meus. Ego dominus deus vester, qui eduxi vos de terra Ægyptiorum, ne seruiretis eis: & qui confregi catenas [5] ceruicum vestrarum,] vt incederetis erecti. † Quòd si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, sed spreueritis leges meas, & iudicia mea [6] contem-
C pseritis,] vt non faciatis [7] ea] quæ à me constituta sunt, ♱ & ad irritum perducatis pactum meum: ego quoque hæc faciam vobis. [8] Visitabo vos velociter in egestate,

a. Quia nonnulli nobis exprobrant quod adoramus & veneramur saluatoris nostri & reginæ nostræ depictæ imaginem, insuper & reliquorum sanctorum & ramulorum Christi: audiant quòd à principio deus hominem ad suam imaginẽ fecerit. Cuius igitur gratia inuicẽ adoramus, nisi quatenus ad imaginem dei facti sumus? Nam, vt inquit deifer & magnus in diuinis Basilius: Imaginis honor ad exemplaris transfertur honorẽ. Exemplar autem est quod imaginẽ efformat, & ex quo quod deducitur fit. Damascenus, libr. 4. cap. 17. Orthodoxæ fidei.
1. Statuas.
2. Sculptum, vel pictum.
* De terra.

3. Vos, multiplicabo vos.

4. Execrabitur.
b. Ambulare dicitur deus, non de loco ad locum transeundo, quia impium est ita credere: sed ambulatio eius est in cordibus sanctorum delectatio. Hiero. de his quæ deo in scriptis attribuuntur.
5. Iugorum vestrorum, quibus scilicet opprimebant vos Aegyptij.
6. Abominetur anima vestra.
7. Omnia.
8. Perterrefaciam vos tumore plaga, & febre ardente.

& ardore,] qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras.[c] Frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur. † Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hostibus vestris, & subiiciemini iis qui oderunt vos. Fugietis nemine persequente. Sinautem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra, & conteram superbiam duritiæ vestræ. Dabóque vobis cœlum desuper sicut ferrum, & terram æneam. Consumetur in cassum labor vester, non proferet terra [9] germen,] nec arbores poma præbebunt. Si ambulaueritis ex aduerso mihi, nec volueritis audire me, addam plagas vestras vsque in septuplum propter peccata vestra. [d] Emittámque in vos [10] bestias agri, quæ consumant vos & pecora vestra,] [e] ad paucitatem cuncta redigant, desertæque fient viæ vestræ. Quòd si nec sic volueritis [11] recipere disciplinam,] sed ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque contra vos aduersus incedam, & percutiam vos septies propter peccata vestra, inducámque super vos [f] gladium, vltorem fœderis mei. Cúmque confugeritis in vrbes, mittam pestilentiam in medio vestri, & trademini in manibus hostium, postquam confregero [g] baculum panis uestri, ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis, & non saturabimini. Sinautem nec per hæc audieritis me, sed ambulaueritis contra me, & ego incedam aduersus vos in furore contrario, [h] & corripiam vos septem plagis propter peccata vestra, ita vt comedatis carnes filiorum vestrorum, & filiarum vestrarum. Destruam excelsa vestra, & [12] simulachra confringam. Cadetis inter ruinas] idolorum vestrorum, & abominabitur vos [i] anima mea, intantum vt vrbes vestras redigam in solitudinem, & deserta faciam sanctuaria vestra, nec recipiam vltra odorem suauissimum, [13] dispersámque] terram vestram, & stupebunt super ea inimici vestri, cum habitatores illius fuerint. Vos autem dispergam in gentes, & euaginabo post vos gladium, erítque terra vestra deserta, & ciuitates vestræ dirutæ. Tunc [14] placebunt terræ sabbata sua] cunctis diebus solitudinis suæ, quando fueritis in terra hostili. [15] Sabbatizabit, & requiescet in sabbatis solitudinis suæ,] eo quòd non requieuerit in sabbatis vestris, quando habitabitis in ea. [k] Et qui de vobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorum, in regionibus hostium. Terrebit eos sonitus folij [16] volantis, & ita fugient quasi gladium. [l] Cadent nullo persequente, & corruent singuli super fratres suos, quasi [17] bella fugientes. Nemo vestrum inimicis audebit resistere. Peribitis inter gentes, & hostilis vos terra consumet. Quòd si & de his aliqui remanserint, tabescent in iniquitatibus suis in terra inimicorum suorum, & [18] propter peccata patrum suorum, & sua affligentur:] donec confiteantur iniquitates suas, & maiorum suorum recordentur, quibus præuaricati sunt in me, & ambulauerunt ex aduerso mihi. Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hostilem: donec erubescat incircuncisa mens eorum. [m] Tunc orabunt pro impietatibus suis, & recordabor fœderis mei quod pepigi cum Iacob, & Isaac, & Abraham. Terræ quoque memor ero, quæ cum relicta fuerit ab eis, [19] complacebit sibi in sabbatis suis, patiens solitudinem propter illos.] Ipsi verò rogabunt pro peccatis suis, eo quòd abiecerint iudicia mea, & leges meas [20] despexerint.] [n] Attamen etiam cum essent in terra hostili, non penitus abieci eos, neque sic despexi, vt consumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis. Ego enim sum dominus deus eorum, & recordabor fœderis [21] mei pristini,] quando eduxi eos de terra Ægypti in conspectu gentium, vt essem deus eorum. Ego dominus deus. Hæc sunt iudicia, atque præcepta, & leges, quas dedit dominus inter se & inter filios Israel in monte Sinai, per manum Moysi.

c. Vtin filios Israel historialiter passim in iudicum lib. sic legitur. Cum requiesset Israel, ascendebat Madian & Amalech, & cæteri orientalium nationum, & apud eos figentes tentoria, sicut erant in herbis cuncta vastabant. Sed maximè in mortibus nostris hoc considerandum est. Semen quippe verbi dei, postquam diuina custodia destituti fuerimus, hostibus nobis insidiantibus diuersis modis, deperit apud nos. Radulphus ibidem.

9. Fructum suum.

10. Bestiam agri, quæ orbabit vos, & pecora vestra exterminabit.

11. Per hæc castigari.

d. Gladium spiritus, quod est verbum dei: quod per prædicatores Iudæos edocuit. Nec veterem testamentum habere cum euangelio contradicant. Glosa ordinaria.

e. Hoc est, sustentaculum ciborum & victus. Panem enim doctrinæ non habent Iudæi exceptis decē præceptis: quia veram prophetarum expositionem Christō in pleriisque prophetarum prædicantem faciunt: alia quæ sunt in lege nolunt spiritualiter accipere, nec possunt ad literam stare. Glo. ordina.

11. Exterminabo solaria vestra, ponámque cadauera vestra super cadauera.

f. Animam suam deus voluntatem suam dicit. Non enim est animal habens corpus & animam, neque substantia eiusmodi est, cuiusmodi creatura ejus quę anima dicitur, quam fecit. Fecit enim sicut per seipsum ipse testatur, dicens: Et omnē datum ego feci. August. quæst. super Leuiti. lib. 3.

13. Ego in desolationem redigam.

14. Fruetur terra sabbatis suis.

15. Tunc quiescet terra, & ad votum habebit sabbata sua. Cunctis diebus desolationis quiescet.

16. Impulsi, cum declinauerint fugam gladij.

g. Cadēt. i. casuros se putabūt, mortem semper suspectam habentes etiam nullo persequente. i. cum nullus forte de illorū cogitet læsione: & corruent, inquit, singuli super fratres suos, id est, à fratribus suis petentes auxilium, non subleuabuntur, deo quippe deserente, vana est spes in homine posita, sed corruent super eos, omnib⁹ pariet timore concussit, nec aduersus inimicos stare audentibus. Radulphus.

17. A facie gladij nemine persequente

18. In peccatis patrum suorum cum eis tabescent.

19. Et fruetur sabbatis suis, eū destituta fuerit illis.

20. Execrata sit anima illorū.

h. Commemorat quòd pactum in monte explanatum ore proprio præmanifestauerat factis mirabilibus coram gētibus dū eduxēdo Israelitas de Aegypto exhibuit seipsum summū deū eorum. Hac siquidem ratione educti sunt de Aegypto, & ad hoc tot facta sunt stupenda miracula in Aegypto, & in via vsque ad montem Sinai. Cajetanus ibidem.

21. Priscorum.

*Variorum generum vota, illorúmque ac decimarum persolutio.* XXVII.

Locutúsque

LOcutúſque eſt dominus ad Moyſen, dicens: Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos: [1] † Homo qui votum fecerit, & ſpoponderit deo animam ſuam, ] ſub æſtimatione dabit pretium. [2] Si fuerit maſculus à viceſimo anno vſque ad ſexageſimum annum, dabit quinquaginta ſiclos agenti ad menſurā ſanctuarij: ſi mulier, triginta. A quinto autē anno vſque ad viceſimū, maſculus dabit viginti ſiclos: fœmina, decem. Ab vno menſe vſque ad annū quintum, pro maſculo dabūtur quinque ſicli: pro fœmina, tres. Sexagenarius & vltra maſculus, dabit quindecim ſiclos: fœmina, decem. Si pauper fuerit, & æſtimationem reddere non valebit, ſtabit coram ſacerdote, & [2] quantum ille æſtimauerit & viderit eum poſſe reddere, tantum dabit. ] Animal autem quod immolari poteſt domino, ſi quis vouerit, ſanctum erit, * & mutari non poterit, [3] id eſt, nec melius malo, nec peius bono. ] Quòd ſi mutauerit, * & ipſum quod mutatum eſt, & illud pro quo mutatum
b eſt, conſecratum erit domino, [4] ‡ Animal immundum quod immolari domino non poteſt, ſi quis vouerit, ] adducetur ante ſacerdotem, qui diiudicās vtrum bonum an malum ſit, ſtatuet pretium. * Quod ſi dare voluerit is qui offert, addet ſuper æſtimationem, quintam partem. [b] Homo [5] ſi vouerit domum ſuam, & ſanctificauerit domino, ] conſiderabit eam ſacerdos vtrum bona an mala ſit, & iuxta pretium quod ab eo fuerit conſtitutum, venundabitur. Si autem ille qui vouerat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem æſtimationis ſuprā, * & habebit domum. Quòd ſi agrum poſſeſſionis ſuæ vouerit, & conſecrauerit domino: iuxta menſuram ſementis æſtimabitur pretium. [c] Si triginta modiis hordei ſeritur terra, quinquaginta ſiclis venundetur argenti. ] Si ſtatim ab anno incipientis Iubilei vouerit agrum, * quanto valere poteſt, tanto æſtimabitur. Si autem poſt aliquantum temporis, ſupputabit ſacerdos pecuniam iuxta annorum qui reliqui ſunt, numerum, vſque ad Iubileum:
c & detrahetur ex pretio. ‡ Quòd ſi voluerit redimere agrum ille qui vouerat, addet quintam partem æſtimatæ pecuniæ, & poſſidebit eum. [c] Si autem noluerit redimere, ſed alteri cuilibet fuerit venundatus, vltra eum qui vouerat, redimere non poterit: quia cum Iubilei venerit dies, ſanctificatus erit domino, * & poſſeſſio conſecrata ad ius pertinet ſacerdotum. Si ager emptus eſt & non de poſſeſſione maiorum ſanctificatus fuerit domino, ſupputabit ſacerdos iuxta annorum numerum vſque ad Iubileum pretium, & dabit ille qui vouerat eum * domino. In Iubileo autem reuertetur ad priorem dominum qui vendiderat eum, & habuerat in ſorte poſſeſſionis ſuæ. Omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarij ponderabitur. † Siclus viginti obolos habet. [d] † Primogenita quæ ad deum [7] pertinent, ] nemo ſanctificare poterit, & vouere. Siue bos, ſiue ouis fuerit, domini ſunt. Quòd ſi immundum eſt animal, redimet qui obtulit
d iuxta æſtimationem ſuam, & addet quintam partem pretij. ‡ Si redimere noluerit, vendetur alteri, quantumcunque fuerit antè æſtimatum. Omne [8] quod domino conſecratur, ] ſiue homo fuerit, ſiue animal, ſine ager, non veniet, nec redimi poterit quicquid ſemel fuerit conſecratum. Sanctū ſanctorum erit domino. Et [9] omnis conſecratio quæ ] offertur ab homine, non redimetur, ſed morte morietur. † [e] Omnes decimæ terræ, ſiue de pomis arborum, ſiue de frugibus, domini ſunt, & illi ſanctificantur. Si quis autem voluerit redimere decimas ſuas, addet quintam partem earum. Omnium decimarum bouis & ouis & capræ quæ ſub paſtoris virga tranſeunt, quicquid decimum venerit, ſanctificabitur domino. Non [10] eligetur nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutauerit, & quod mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt, ſanctificabitur domino, ] & non redimetur. Hæc ſunt præcepta, quæ mandauit dominus Moyſi ad filios Iſrael, in monte Sinai.

1. Cum quis diſtinxerit votum in æſtimatione tua animatum domino.
2. Annus viceſimus initium eſt ætatis ad res gerendas habilis, & ſexageſimus finis. Corpora tum vigent prudentiſque inualeſcitur ſenilib⁹ annis. Si quis verò conſyderet ſpontus, (vt habet adagium) inueniet mulierebrem naturam minus quàm virilem pōderis habere reſpectu etiam primæ creationis, i. illius temporis quo primum creati ſunt. Procopius ibidem.
2. Aeſtimā it eum ſacerdos ſecundū id quod apprehendere poterit manus viuentis, ſic æſtimabit eum ſacerdos.
* Nec æſtimabit eum
3. Nec bonum in malum, nec malum in bonum.
* Animal pro animali.
4. Et ſi vtrūque fuerit animal immūndum, de quo non offerunt ſacrificium domino.
* Et ſecundum æſtimationem ſacerdotis, ſic erit.
5. Qui ſanctificauerit dominō domum ſuam in ſanctificationem.
b. Duo votorū genera fuiſſe apud Hebræos hoc capitulum teſtatur: quorum alterum appellatur votum æſtimationis, alterum votum deſtructionis. Formalis autem differentia inter hæc duo vororum genera cō ſiſtit in hoc, quòd votum æſtimationis formaliter eſt alicuius rei vtilis, votum autem deſtructionis formaliter nō promittit vtile, quāuis exrendatur ētā ad vtile. ſed formaliter eſt ad deſtructionis relatiue à Dei gloriam. Caietanus.
* Ipſam æſtimationem
6. Aut o cori hordei quinquaginta ſiclis argenteis æſtimabitur.
* Hæc conſurget æſtimatio.
c. Ille conſecrat agrum & redimet agrum qui conſecrationē ſuam alij gubernandam permiſit ſed eo iuuante proiectus intellectum proprium addit, vt ſe regere poſſit. Qui verò ſuo dolente nihil proficit, nec intellectum addit, cui eſt ſemper neceſſe doceri, & ſanctitatis dōnum acquirere non poteſt quærere merito eadem virtutis qua agrum redimeret veniente Iubileo i. tempore remiſſionis tranſeunte, ſcilicet præcurrit ea tempore erit poſſeſſio ſanctificata domino. Glo. ordina.
* Sicut ager qui penitus eſt auferetur.
* Aeſtimationem in die ipſa.
7. Dicata ſunt.
d. Poſſet aliquis credere primogenita animaliū poſſe cadere ſub voto. Hoc remouet, cum dicitur. Nemo ſanctificare poterit & vouere. De lyra.
8. Anathema quod homo à ſe abdicauerit, & domino conſecrauerit.
9. Omne anathema quod.
e. Numeri ſui plenitudin m denarius continet: & ſicut numerus idem ab vno incipit, ſic & in decimo conſummatur. Cum igitur dominus & primogenita & decimas ſuas eſſe teſtatur, myſticè nos docet ab ipſo eſſe quod ad bonum ſurgimus, ab ipſo ſiſque in finem perferamus. Radulph. in Leui.
10. Diſquiret inter bonum & malum, nec illud permutabit. Quòd ſi commutando commutauerit, tam hoc quā illud quod permutatum eſt, ſanctificatum erit domino.

# Incipit liber quartus Moyſi, qui וַיְדַבֵּר

VAIEDABBER, ID EST,
liber Numeri.

*Numeratis duodecim tribuum viris bellicis, filij Leui ad deferendum tabernaculum inſtituuntur.* *Cap. I.*

LOcutúſque eſt dominus ad Moyſen in deſerto [a] Sinai in tabernaculo fœderis, prima die menſis ſecundi, anno altero egreſſionis eorum ex Ægypto, dicens: † Tollite ſummam vniuerſæ congregationis filiorum Iſrael per cognationes & [1] domos ſuas, & nomina ſingulorum, quicquid ſexus eſt maſculini * à viceſimo anno & ſuprà, [2] omnium virorum fortium ] ex Iſrael, & numerabitis eos per turmas ſuas, tu & Aaron. Erúntque vobiſcum [3 b] principes tribuum ac domorum in cognationibus ſuis, quorum iſta ſunt nomina. ] De tribu Ruben, Elyſur filius Sedeur. De tribu Simeon', Salamihel filius Suriſaddai. De tribu Iuda, Naaſon filius Amminadad. ♯ De tribu Iſachar, Nathanael filius Suar. De tribu Zabûlon, Eliab filius Helon. Filiorum autem Ioſeph: de tribu Ephraim, Eliſamma filius Ammiud. De tribu Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſſur. De tribu Beniamin, Abidan filius Gedeônis. De tribu Dan, Aliezer filius Amiſaddai. De tribu Aſſer, Phegiel filius Ochran. De tribu Gad, Eliaſaph filius Duel. De tribu Neptalin, Ahira filius Enan. Hi [4] nobiliſſimi principes multitudinis per tribus & cognationes ſuas, & capita exercitus ] Iſrael, quos tulerunt Moyſes & Aaron * cum omni vulgi multitudine, & congregauerunt primo die menſis ſecundi, recenſentes eos per cognationes, & domos, [5] ac familias: & capita ] & nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, * ſicut præceperat dominus Moyſi. ♯ [c] Numeratíque ſunt in deſerto Sinai de Ruben primogenito Iſraelis per generationes, & familias, ac domos ſuas, & nomina capitum ſingulorum, omne quod ſexus eſt maſculini, [d] à viceſimo anno & ſuprà, procedentium ad bellum, quadragintaſex milia quingenti. De filiis Simeon per generationes, & familias, ac domos cognationum ſuarum, recenſiti ſunt per nomina & capita ſingulorum, omne quod ſexus eſt maſculini, à viceſimo anno & ſuprà, procedentium ab bellum, quinquagintanouem milia trecenti. De filiis Gad per generationes, & familias, ac domos cognationum ſuarum, recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viginti annis & ſuprà, omnes qui ad bella procederent, quadragintaquinque milia ſexcenti quinquaginta. ♯ De filiis Iuda per generationes, & familias, ac domos cognationum ſuarum, per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, recenſiti ſunt, ſeptuagintaquatuor milia ſexcenti. De filiis Iſachar per generationes, & familias, ac domos cognationum ſuarum, per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui ad bella procederent, recenſiti ſunt quinquagintaquatuor milia quadringenti. [e] De filiis Zabûlon per generationes, & familias, ac domos cognationum ſuarum, recenſiti ſunt per nomina ſingulorum, à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, quinquagintaſeptem milia quadringenti. De filiis Ioſeph, filiorum Ephraim per generationes, & familias, ac domos cognationum ſuarum, recenſiti ſunt per nomina ſingulorum, à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, quadraginta milia quingenti. ♯ Porrò filiorum Manaſſe per generationes, & familias, ac domos cognationum

a סִינַי Sinai, rubus interpretatur, ſic dictus mons, quod ſpinis maximè ſit obſitus: vel quòd iuxta illum Moyſes rubum ardentem, ſed incombuſtum viderit. Et hic mons eſt in Arabia, ſecundum Paul. Gala. 4. iuxta quem Moyſes ſedit cum conſtruxit tabernaculũ.

1. Iuxta domũ patrũ ſuorum.
* Iuxta capita ſua.

2. Qui eúque exire poſſunt ad pugnam.

3. Viri de ſingulis tribubus, quorum quilibet ſit caput familiæ patrum ſuorum. Hæc autem ſunt nomina virorum, qui ſtabunt vobiſcum.

b. Quid eſt quòd ſingulos de ſingulis tribubus eligi iubet principes, eóſque appellat χιλιάρχους, quos quidam Latini interpretes tribunos appellauerunt, à mille cognominatos? Nomen ergo cõmune eſt cum illis qui in Exodo appellantur χιλίαρχοι, quod vnuſquiſque illorum eſſet mille hominum princeps. Iſtorũ autem vnuſquiſque millium princeps: quoniã ſiue à mille ſiue à milibus eadem compoſitio nominis retonat vt appellentur χιλίαρχοι, Auguſt. q. 2. ſuper Nume.

4. In congregatione magni nominis principes, tribuũ patrum ſuorũ, & capita millium.
* Qui nominibus ſuis deſignati ſunt.

5. Patrum ſuorum.
* Per capita ſua.

c. Multum etiam intereſt in numeratione populi à Moyſe ad Dauid. Numeratione enim à Moyſe & Aaron facta à domino imperata eſt, & non pro eleuatione, ſed pro obedientia facit, vt filij Iſrael tabernaculum portarent ſecundum ordinem. A Dauid verò numeratio pro eleuatione facta eſt, & non à domino imperata, & ideirco vindictam meruit. Beda, ſuper 1. cap. Nume.

d. A viceſimo anno numerantur qui ad bellum eliguntur: quia ab hac ætate contra vnãquamque vitiorum bella naſcuntur. Ideóque ad pugnam eliguntur, vt pugnent contra libidinem ne luxuria ſuperentur. Iſidorus ibidem.

e. In geneſi agitur de fidelis populi electione, in exodo de legiſlatione, in Leuitico de ſacrificiis & ſacerdotio, in numerorum libro ordines diſtinguũtur. Ordo proficiſcentium requirebat ſuos duces & iudices. Lanchius ibidem.

tionum suarum, recensíti sunt per nomina singulorum à viginti annis & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, trigintaduo milia ducenti. [f] De filiis Beniamin per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum, recensíti sunt nominibus singulorum, à vicesímo anno & suprà, [g] omnes qui poterant ad bellá procedere, trigintaquinque milia quadringenti. De filiis Dan per generationes, & familias, ac domos cognationum suarum, recensíti sunt nominibus singulorum, à vicesímo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, sexaginta duo milia septingenti. De filiis Asser per generationes, & familias, ac domos cognationū suarum, recensíti sunt per nomina singulorum, à vicesímo anno & suprà, omnes qui poterāt ad bella procedere, quadraginta milia & mille quingenti. [g] De filiis Neptalim per generationes, & familias, ac domos cognationū suarum, recensíti sunt nominibus singulorū, à vicesímo anno & suprà, omnes qui poterāt ad bella procedere, quinquagintatria milia quadringenti. [h] Hi sunt quos numerauerunt Moyses & Aaron, duodecim Príncipes Israel, singulos per domos cognationum suarum, fuerúntque omnis numerus filiorum Israel per domos & familias suas, à vicesímo anno & suprà, qui poterant ad bella procedere, sexcentatria milia virorum quingenti quinquaginta. [i] Leuitæ autem in tribubus familiarum suarum non sunt numerati cum eis. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: [g] Tribum Leui noli numerare, neque pones summmam eorū cum filiis Israel: sed constitue eos super tabernaculum testimonij. * Cuncta vasa eius, & [6] quicquid ad cæremonias pertinet ] ipsi portabunt, tabernaculum & omnia vtensilia eius, & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabūtur. Cum proficíscendum fuerit, deponent Leuitæ tabernaculum: cum [7] castra metanda, ] erigent. Quisquis externorum accesserit, occidetur. Metabūtur autem castra filij Israel, vnusquísque per turmas, & [8] cuneos, atque exercitum suum. ] Porrò Leuitæ per gyrū tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel: & excubabunt * in custodiis tabernaculi testimonij. Fecerunt ergo filij Israel, iuxta omnia quæ præceperat dominus Moysi.

f. Duodecim príncipes à Moyse & Aaron electi, significant duodecim prophetas & totidem apostolos à lege & sacerdotio electos ad regendam dei patris ecclesiam. Beda, ibidem.

g. Boni coniugati, quia ad significandum tricesimum index & pollex blando oscula cō iunguntur vnde aliud tricesimum, aliud sexagesimum, & aliud centesimum. Glos. ordi.

h. Principio numeratur populus, sed non ad pompam vanæ gloriæ neque ad confidentiam aliquam carnis, sed ad decus synagogæ de quo iam dictum est. Viderunt príncipes quo affectu toties miseram cōcant plebeculam. Lorichius.

i. Leuitæ non sunt numerati cū aliis, eo quòd domino dedicati sint, sed super tabernaculum constituti. Per quos significat sanctos, quos dominus constituit super ecclesiam de mundo ad cœlum portandam. Beda, ibidem.

* Super.

6. Super omnia quę in eo sunt.

7. Figendum fuerit in tabernaculum, Leuitæ ipsum.

8. Quisque sub vexillo suo per exercitus suos.

* Leuitæ.

*Quæ tribus ad quamuis mundi plagam ordinetur, recensítis familiarum príncipibus.* II.

[a] LOcutúsque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: [a] Singuli per turmas, signa atque vexilla, & domos cognationū suarum castrametabuntur filij Israel, per gyrum tabernaculi fœderis. Ad orientem [b] Iudas figet tētoria per turmas exercitus sui: erítque princeps filiorū eius Naason filius Aminadab, [1] & omnis de stirpe eius summa pugnantiū, ] septuaginta quatuor milia sexcentorum. Iuxta eum [2] castrametati sunt ] de tribu Isachar, quorum princeps fuit Nathanael filius Suar: & omnis numerus pugnatorum eius, quinquaginta quatuor milia quadringenti. In tribu Zabûlon princeps fuit Heliab filius Helon: [3] Omnísque de stirpe eius exercitus pugnatorum, ] quinquaginta septem milia quadringenti. Vniuersi qui in castris Iudæ adnumerati sunt, fuerunt centum octuagintasex milia quadringēti: & per turmas suas, primi egredientur. [4] [c] In castris filiorum Ruben ] ad meridianam plagam erit princeps Elisur filius Sedeur, & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadragintasex milia quingenti. Iuxta eum castrametati sunt de tribu Simeon, quorum princeps fuit Salamihel filius Surisaddai, & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quinquagintanouem milia trecenti. In tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius [5] Duel: ] & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadragintaquinque milia sexcenti quinquaginta. Omnes qui recensíti sunt in castris Ruben, centum quinquaginta milia, & mille quadringenti quinquaginta, per turmas suas, in secundo loco proficiscētur. [6] Leuabitur ] autem tabernaculū testimonij [7] per officia Leuitarum, & turmas eorū. Quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines suos

a. Docuit quòd exercitus dei de terra Aegypti exiens, & per desertum trāiens visitatus est, & numeratus est per Moysen & Aaron, & per singulas tribus sequēstratus, sub certo numero censitus. Glos. ordina.

b. Tribus Iuda ante Isachar ponitur, eo quod Iudas fuerit pugnator: vt dicitur: Catulus leonis Iuda, &c. Vel eo quod Christus carnem ab illo sumeret: vel ne illi inuiderent postea, quando regnum assumeret: dum illum dei sententia prius ordinauit.

1. Exercitus vero eius, & numerus eorum.

2. Castrametabuntur qui sunt.

3. Exercitus verò eius, & numerus eorum.

4. Vexillum castrorum Rubē.

c. Manifestè describitur ordo proficiscendi, videlicet quod inter sex tribus antecedentes, & sex consequentes, medium proficiscatur tabernaculum, apposítiuè casta Leuitarum. Et ratio redditur, quia quemadmodum leuitæ cum tabernaculo medij castrametantur inter tribus duodecim, ita medij proficisci debent. Caietanus ibid.

5. Reuel.

6. Proficiscetur.

7. Cum turma Leuitarum in medio castrorum: & sicut in castris morantur, sic proficiscentur vnusquísque in gradu suo & sub vexillis suis.

Universidad de Deusto Biblioteca

proficiscente. ℣ ] [d] Ad occidentalem plagam erunt [8] castra filiorum Ephraim, ] quorum princeps fuit Helisama filius Ammiud. Cúctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta milia quingenti. Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. Cunctúsque exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, trigintaduo milia ducenti. In tribu filiorum Beniamin, princeps fuit Abidam filius Gedeônis: & cunctus exercitus pugnatorum eius qui recensiti sunt, trigintaquinque milia quadringenti. Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, centum octo milia centum per turmas suas, tertij proficiscentur. [e f] Ad aquilonis partem castrametati sunt [9] filij Dan, ] quorum princeps fuit Abiezer filius Amisaddai. Cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, sexagintaduo milia septingenti. ℣ Iuxta eum fixere tentoria de tribu Asser, quorum princeps fuit [h] Phegiel filius Ochran. Cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta milia & mille quingenti. De tribu filiorum Neptalim, princeps fuit Ahira filius Enan. Cunctus exercitus pugnatorum eius, quinquagintaria milia quadringenti. Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquagintaseptem milia sexcenti, & nouissimi proficiscentur. [g] Hic numerus filiorum Israel per domos cognationum suarum, & turmas diuisi exercitus, sexcentatria milia quingenti quinquaginta. Leuitæ autem non sunt numerati inter filios Israel. Sic enim præceperat dominus Moysi. Fecerúntque filij Israel iuxta omnia quæ mandauerat dominus. Castrametati sunt per [10] turmas suas, ] & profecti per familias ac domos patrum suorum.

d. Quatuor plagæ mundi per quas tribus filiorũ Israel disponuntur circa tabernaculum, conuocationem & dispositionem ecclesiæ significant. Vide peramplius Rabanum hic, & in Glosa ordinaria.
8. Vexilla castrorum filiorum Ephraim.

e. Dan autem non incongruè postremò ponitur, eo quod Sãson ex Dan fuit, qui figuram Christi tenuit. Sic & ecclesia à confessione incipitur, & ab iudicio finitur. Beda, ibidem.
9. Vexillum filiorum Dan.
f. Hæc plaga significat multitudinem gentium vsque ad Christum frigore infidelitatis torpentem: sed repulsis Iudæis iudicio dei ecclesia dilatata æternam beatitudinẽ expectat. Glosa ordinaria ibidem.

g. Cum enim ageretur de numero vniuersę multitudinis ad vnam tribũ pertinentis, discernẽdus erat sexus: ideo positum est, omnia masculina. Et ne paruuli etiam computarentur, adiunctum est, à viginti annis & suprà. Rursus ne imbellis ætas senectuti annumeraretur, additum est, Omnis qui procedit in virtute. Aug. quæst. 2. super Num.
10. Vexilla sua.

*Leuitæ in tabernaculi ministerium assumpti, ascribuntur loco primogenitorum Israel.* III.

[1] Hæ sunt generationes Aaron & Moysi, in die qua locutus est dominus ad [A] Moysen in monte Sinai, & hæc nomina filiorum Aaron, † primogenitus eius Nadab: deinde Abiu, & Eleazar, & Ithamar. Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum, qui vncti sunt: & quorum repletæ & consecratæ manus, vt sacerdotio fungerentur. † [b] Mortui sunt enim Nadab & Abiu, cum offerrent ignem alienum in conspectu domini, in deserto Sinai absque liberis, functíque sunt sacerdotio Eleazar, & Ithamar coram Aaron patre suo. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: † [c] Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, vt ministrent ei, & excubent, & obseruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, vt custodiant vasa tabernaculi, seruientes in ministerio eius. ℣ Dabísque dono Leuitas Aaron & filiis eius, quibus [B] traditi sunt à filiis Israel: Aaron autem & filios eius constitues [1] super cultum sacerdotij. ] † Externus qui ad ministrandum accesserit, morietur. Locutúsque est dominus ad Moysen dicens: ego tuli Leuitas à filiis Israel pro omni primogenito qui aperit vuluam in filiis Israel: erúntque Leuitæ mei. † Meum est enim omne primogenitum. [2] Ex quo ] percussi primogenitos in terra Ægypti, sanctificaui mihi quicquid primum nascitur in Israel. Ab homine vsque ad pecus, mei sunt. Ego dominus. Locutúsque est dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens: Numera filios Leui per domos suatrum suorum, & familias, omnem masculũ ab vno mense & suprà. ℣ Numerauit Moyses vt præceperat dominus, & inuenti sunt filij Leui per no- [c] mina sua: Gerson, & Caath, & Merari. [3] Filij Gerson: ] Lebni, & Semei. Filij Caath: Amram, & Iessaar, Hebron, & Oziel. Filij Merari: Mooli, & Musi. * De Gerson fuere familiæ duæ: Lebnitica & Semeitica, quarum numeratus est populus sexus masculini ab vno mense & suprà, septem milia quingentorum. [4] Hi ] * post tabernaculum metabuntur ad occidentem, sub principe Eliasaph filio Lael: & habebunt excubias in tabernaculo fœderis. Ipsum tabernaculum, & operimentum eius, tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, & cortinas atrij: tentorium quoque

quod

1. Quia maior ætate erat Aarõ ideo narrando generationes secundum carnem præponitur Aaron. Caietanus ibidem.

b. Hebræi iustos quibus eueniunt mala, & impios quibus accidunt opera iustorum, filios Aaron interpretantur & Manassen: quod illi sacrificantes perierint, & iste post tanta mala & captiuitatẽ in imperium restitutus sit. Hiero. super 8. cap. Ecclesiast.
c. Indicit igitur censum tribuum exceptis Leuitica, eidque cura principibus demandata numerum eorum qui militari ætate essent, ad se referri iubet. Leuitæ enim sacri erant, & immunes à militia. Ideo sacris destinati altari seruire debebãt. Ioseph. lib. 3. ca. 11. Antiquit. Iudaic.
2. Vt custodiant sacerdotium suum.

3. A die qua ego.
3. Et hæc sunt nomina filiorũ Gerson, in generationib⁹ suis.
* Hæ sunt cognationes Leuitarũ iuxta domos patrũ suorũ.
4. Porrò cognationes Gersonicæ.
* Iosephus castrametationem qualis fuerit ita describit: Cõpacto igitur, inquit, tabernaculo, in medio castrorũ illud receperũt, tribus tribubus per latera singula tendentibus, inter quas viæ intercedebant. Forũ quoque rerum venaliũ est propositum, & merces suo quæque loco dispositæ: adérántque opifices omnium artium in suis officinis, vt planè ciuitas videretur huc atque illuc commeans. Loca autẽ tabernaculo proxima sacerdotes occupabant, ac deinceps Leuitæ. Ioseph. lib. 3. cap. 15. Antiq. Iudaica.

quod appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quicquid ad ritum altaris pertinet:
D [a] funes tabernaculi & omnia vtensilia eius. ✠ Cognatio Caath habebit populos, Amramitas, & Iessaaritas, & Hebronitas, & Ozielitas. Hæ sunt familiæ Caathitarũ, recensitæ per nomina sua: omne generis masculini ab vno mense & suprà, octo milia sexcenti habebunt excubias sanctuarij,& [c] castrametabũtur ad meridianam plagam. Princepsque eorum erit Elisaphan filius Oziel: & custodient arcam, mensãmque,& candelabrum,altaria,& vasa sanctuarij,in quibus ministratur, & velum,cunctámque huiuscemodi supellectilem.Principes autẽ principum Leuitarum,Eleazar filius Aaró
E sacerdotis,erit super excubitores custodiæ sanctuarij.✠ At verò de Merari erũt populi,Moolitæ & Musitæ recensiti per nomina sua,omnes generis masculini ad vno mẽse & suprà,sex milia ducenti: Princeps eorum Suriel filius Abiaiel, in plaga septẽtrionali castrametabuntur. Erunt sub custodia eorum tabulæ tabernaculi, & vectes, & columnæ, ac bases earum, & omnia quæ ad cultum huiuscemodi pertinent, columnæque atrij per circuitum cum basibus suis, & paxilli cum [f] funibus.Castrametabũtur
F ante tabernaculum fœderis,id est, ad orientalem plagam: * Moyses & Aaron cum filiis suis, habẽtes custodiam sanctuarij in medio filiorum Israel.Quisquis [g] alienus accesserit,morietur.✠ Omnes Leuitæ quos numerauerũt Moyses & Aaron,iuxta [5] præceptum domini ] per familias suas in genere masculino, à mense vno & suprà, fuerunt viginti duo milia. Et ait dominus ad Moysen: Numera primogenitos sexus masculini de filiis Israel,ab vno mense & suprà,& [6] habebis summam ] eorum. Tollésque
G Leuitas mihi, pro omni primogenito filiorum Israel. Ego sum dominus. Et pecora eorum,pro vniuersis primogenitis pecorum filiorum Israel. Recensuit Moyses, sicut præceperat dominus, primogenitos filiorum Israel: & fuerunt masculi per nomina sua à mense vno & suprà,viginti duo milia ducenti septuagintatres.✠ Locutúsque est dominus ad Moysen:† [h] Tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Israel,& pecora Leuitarum pro pecoribus eorum: erúntque Leuitæ mei. Ego sum dominus. In pretio autem ducentorum septuagintatrium, qui excedunt numerum Leuitarum, de primogenitis filiorum Israel, accipies quinque * siclos per singula capita, ad mensuram sanctuarij.† Siclus habet viginti obolos. Dabísque pecuniam Aaron & filiis eius,prętium eorum qui suprà sunt. Tulit igitur Moyses pecuniam * eorum qui fuerant amplius, & quos redemerat à Leuitis pro primogenitis filiorum Israel, mille trecentorũ sexaginta quinque siclorũ iuxta pondus sanctuarij, & dedit eam Aaron & filiis eius, iuxta verbum quod præceperat sibi dominus.

d. Inter vtensilia tabernaculi erat cãdelabrum & mensa propositionis & vasa eorum. De quibus non potest dici quod essent sub cura Gersonitarum. De lyra.

e. Hæc significat post lucẽ scientiæ perceptã prædicatores verbum patientiæ & solatij debere cum discretione proximis impendere sub Eleazare id est, dei adiutorio. Secũdum illud: Nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Glosa ordi.

f. Diuersi sunt isti fines à finibus assignatis Gersonitis. Nam illi sunt cortinarum, isti verò sunt columnarum. Caietanus.
✠ A facie tabernaculi testimonij ad exortum solis, castra ponent.
g. Quærendum quomodo dixerit in Leuitico: Qui tetigerit tabernaculũ sanctificabitur hic autem dicit: Quisquis alienus accesserit,morietur: volens intelligere eos qui non essent de tribu Leui. An forte hic,accesserit,morietur, ad obsequiũ dixerit seruitutis, quod à solis Leuitis deberi tabernaculo præcepit. August. quæst.5. super Nume.
5. Verbum quod præceperat ei dominus.
6. Tolle numerum nominum.
h. Fortunatos efficiam promptos & industrios in sacris solius domini muneribꝰ. Iã verò hæ familiaritate nõ caro ipsa ac humanum Leuitarũ genus, citrà scribitur sed ipsa electio vnde est profecta. Omnis enim dei proprium est qui in rebus diuinis operam sedulã collocãt. Procopius ibidem.
✠ Et quinque.
✠ Redemptionis.

*Ritus & officia Leuitarum iuxta cuiusque familiam distribuuntur.* IIII.

A [I]Ocutúsque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: † [2] Tolle summam filiorum Caath, De medio Leuitarum, per domos, & familias suas,à tricesimo anno & suprà, vsque ad quinquagesimum annum, [1] omnium qui ingrediuntur, vt stent & ministrent ] in tabernaculo fœderis. [2] Hic est cultus filiorum Caath. Tabernaculum fœderis, & sanctum sanctorum ingredientur Aaron & filij eius, quando mouenda sunt castra, & deponent velum * ⊢ quod pendet ante fores, ] inuoluentque eo arcam testimonij, & operient rursum velamine [3] hyacinthinarum ] pellium, extendéntque désuper pallium totum hyacinthinum, & inducent vectes. Mensam quoque propositionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponent cum ea [4] thuribula,& mortariola, cyathos, & crateras, ad liba fundenda. ] & [b] Panes semper in ea erunt. Extendéntque [5] desuper pallium ] coccineum, quod rursum operient velamento [6] hyacinthinarum ] pellium & inducent vectes. Sument & pallium hyacinthinum, quo operient candelabrum, * cum lucernis, & forcipibus suis,& emunctoriis, & cunctis vasis olei quæ ad cõcinnandas lucernas necessaria sunt: & super omnia ponent operimẽtum hyacinthinarum pellium, & inducent vectes. Necnon & altare aureum inuoluent hyacinthino vestimẽto & extendẽt

2. Filij Leui distinguũtur primo Caathitæ, dein Gersonitæ, Tertio Meratita. Lorichi⁹ ibidem.
1. Quicunque egredi potest ad militiam,vt faciat opus.
2. Hoc autem est opus filiorum Caath in tabernaculo testimonij sanctum sanctorũ. Veniens itaque.
✠ Interstitij (videlicet quod est inter sanctum & sanctum sanctorum.

3. Taxonum.

4. Pateras, cochlearia, dimidiatas fistulas, & cyathos libationis.
b. Non vtique isti semper super eam erunt, sed similes eorum: quia illi auferebantur, & recẽtes quot die ponebantur: dum tamen sine pausatione mensa non relinquẽretur Augu. q.7. super Numẽ.
5. Super illa pannum.
6. Taxonum, & infra.
✠ Luminaris.

Universidad de Deusto Biblioteca

7. Super altare à cinere repurgatum expandent pannũ purpureum.
8. Super ipsum.
9. Paterás carbonarias, fuscinulas,pelas,& pelues.

10. Quando transferenda sunt c. Ex hoc fortasse loco sumptũ est quod apud nos laici prohibentur calices,& patenas contingere vt alia penè infinita lege accepta sunt quia illa erat typus istorum:quamobrem nõ videtur esse contemnendum: eóque magis reuerentia exhibenda est, quo hæc sunt illis ló ge meliora quanquã nõ in hoc pietas posita est,Eugubinus ib.
11. Vilum sanctum.
12. Functio autem Eleazar filij Aarõ sacerdotis erit oleum luminaris, incensum aromaticum.
13. Cum accesserint ad.

14. Ipsi autem non introeant, vt videant cum sancta inuoluũ tur,ne moriantur.

15. Quicunque ad pugnã egredi potest, vt ministret.

16. Eius, & operimentum ta. cooum, quod est super illud in primo loco.

17. Quod est in introitu portæ atrij,per circuitum tabernaculi, & altaris cum funiculis.
d. Et accipitur hic vasa, id est, instrumenta, secundum modũ loquendi Hebraicum. Vnde & 1.Reg.10. vbi dicitur de Ionatha quòd tradidit puero arma sua, in Hebræo habetur vasa sua. De lyra ibidem.
e. Tricenarius qui denario ter multiplicato componitur,integritatem fidei,& perfectionem operis significat sine quib⁹ nemo accedere debet ad diuina ministeria.Glosa ordi.ibidem.
18. Omnem qui ad pugnam egredi potest, vt exequantur ministerium in tabernaculo.
* Pro vniuerso ministerio eorum in tabernaculo testimonij.

19. Omnes qui ad bellum procedere poterant, vt ministrarent in tabernaculo.

20. Quicunque ministrare poterunt in tabernaculo.
f. Cum Caath mediam ætatem inter Gerson, & Merari teneret, gloriam illam præ iis est consequutus, vt ex sua stirpe sacerdotes, quorũ singuli principem habeant proprium, emittat. Supremus vero princeps inter principes Leuiticos Eleazar Aaronis filius est. Ad hunc sanè modũ cuiuis Christiano angelus sit proprius licet: omnium tamen vnus dominus & rex est Christus. Dominus enim ille dominatium & rex regnantium. Procopius ibidem.
21. Ad militiam exire poterant, & infra.
g. Numerus filiorum Leui speciali recensetur celebritate, vt appareat quare cum aliis cõtribulibus suis non sint munerati.Grandis honor, quia grande munus, & quia grande munus, grande ergo & onus. Lyrichius ibidem.

déſuper operimentum hyacinthinarum pellium, inducéntque vectes.[g] Omnia vaſa B
quibus miniſtratur in ſanctuario, inuoluent hyacinthino pallio, & extendent déſuper operimentum hyacinthinarũ pellium, inducéntque vectes. Sed &[7] altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo[d] veſtimento, ] ponéntque[8] cum eo ] omnia vaſa quibus in miniſterio eius vtuntur,id eſt,[9] ignium receptacula, fuſcinulas,ac tridentes, vncinos, & batilla.] Cuncta vaſa altaris operient ſimul velamine hyacinthinarum pellium, & inducent vectes. Cúmque inuoluerint Aaron & filij eius ſanctuarium,& omnia vaſa eius [10] in commotione caſtrorũ,] tunc intrabunt filij Caath vt portent inuoluta,&[c] non tangent[11] vaſa ſanctuarij, ] ne moriantur. Iſta ſunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis,[12] ſuper quos erit Eleazar filius Aaron ſacerdotis, ] ad cuius pertinet curam oleum ad concinnandas lucernas, & compoſitionis incenſum, & ſacrificium quod ſemper offertur, & oleum vnctionis, & quicquid ad cultũ tabernaculi pertinet: omniúmque vaſorum quæ in ſanctuario ſunt. Locutúſque eſt dominus ad Moyſen & Aaron,dicens: Nolite perdere populũ Caath de medio Leuitarum: ſed hoc facite eis vt viuant, & non moriantur,[13] ſi tetigerint ] ſancta ſanctorum. Aaron & filij eius intrabunt,ipſíque diſponent opera ſingulorum, & diuident quid portare quis debeat.[14] Alij nulla curioſitate videant,quæ ſunt in ſanctuario priuſquam inuoluantur, alioquin morientur. Locutúſque eſt dominus ad Moyſen,dicens.[g] Tolle ſummam etiam filiorum Gerſon per domos,ac familias,& cognationes ſuas,à triginta annis & ſuprà,vſque ad annos quinquaginta.[15] Numera omnes qui ingrediuntur, & miniſtrant ] in tabernaculo fœderis. Hoc eſt officium familiæ Gerſonitarum,vt portẽt cortinas tabernaculi & tectum fœderis,operimentũ[16] aliud, & ſuper omnia velamen hyacinthinum, ] tentoriúmque quod pendet in introitu tabernaculi fœderis,cortinas atrij,& velum[17] in introitu, quod eſt ante tabernaculum. [d] Omnia quæ ad altare pertinent,funiculos, ] & vaſa miniſterij,iubente Aaron & filiis eius,portabunt filij Gerſon: & ſcient ſinguli cui debeant oneri mãcipari. Hic eſt cultus familiæ Gerſonitarum in tabernaculo fœderis. Erúntque ſub manu Ithamar filij Aaron ſacerdotis. Filios quoque Merari per familias & domos patrum ſuorum recenſebis,[e] à triginta annis & ſuprà, vſque ad annos quinquaginta:[18] omnes qui ingrediuntur ad officium miniſterij ſui, & cultum fœderis ] teſtimonij. Hæc ſunt onera eorum: * Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius, columnas & baſes earum,columnas quoque atrij per circuitũ cum baſibus, & paxillis, & funibus ſuis. Omnia vaſa, & ſupellectilem ad numerum accipient,ſicque portabunt. Hoc eſt officium familiæ Meraritarum, & miniſterium in tabernaculo fœderis: erúntque ſub manu Ithamar filij Aaron ſacerdotis. Recenſuerunt igitur Moyſes & Aaron & principes Synagôgæ filios Caath per cognationes, & domos patrum ſuorum, à triginta annis & ſuprà, vſque ad annum quinquageſimum,[19] omnes qui ingrediuntur ad miniſterium tabernaculi ] fœderis, & inuenti ſunt duo milia ſeptingenti quinquaginta. [f] Hic eſt D
numerus populi Caath,[20] qui intrant tabernaculũ ] fœderis.[f] Hos numerauit Moyſes & Aaron iuxta ſermonem domini per manum Moyſi. Numerati ſunt & filij Gerſon per cognationes & domos patrum ſuorum, à triginta annis & ſuprà, vſque ad quinquageſimum annum, omnes qui[21] ingrediuntur ] vt miniſtrent in tabernaculo fœderis, & inuenti ſunt duo milia ſexcenti triginta. Hic eſt populus Gerſonitarum, quos numerauerunt Moyſes & Aaron, iuxta verbum domini. Numerati ſunt & filij Merari per cognationes, & domos patrum ſuorum, à triginta annis & ſuprà, vſque ad annum quinquageſimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis, & inuenti ſunt tria milia ducenti. Hic eſt numerus filiorũ Merari, quos recenſuerũt Moyſes & Aaron, iuxta imperium domini per manum Moyſi.[g] Omnes qui recenſiti ſunt de Leuitis,& quos fecit ad nomen, Moyſes & Aaron & principes Iſrael per cognationes, & domos patrum ſuorum, à triginta annis & ſuprà, vſque ad annum quinquageſimum, ingredientes ad miniſterium tabernaculi, & onera portanda, fuerunt ſimul octo milia quingenti octuaginta. Iuxta verbum domini

recen-

recensuit eos [12] Moyses, vnumquemque iuxta officium,& onera sua, sicut præceperat dominus.

*Immundi extra castra arcendi, lex primitiarum & zelotypiæ.* V.

A LOcutúsque est dominus ad Moysen dicens: Præcipe filiis Israel, [a] vt eiiciant de castris omnem leprosum,& qui semine fluit, pollutúsque est super mortuo. Tam masculum quàm fœminam eiicite de castris, ne contaminent ea, [1] cum habitauerint vobiscum. Feceruntq; ita filij Israel, & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus erat dominus Moysi. Locutúsq; est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel: Vir siue mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere,& [2] per negligentiã transgressi fuerint mandatum domini, atque deliquerint, ] confitebuntur peccatum suum *: & reddent ipsum caput, quintámque partem [3] desuper, ] ei in quem peccauerint. Si autem nõ fuerit qui recipiat, [4] dabunt domino, ] & erit sacerdotis, excepto ariete qui offertur pro expiatione, vt sit placabilis hostia. [5] Omnes quoque primitiæ quas offerunt filij Israel, ad sacerdotem pertinent: & quicquid in sanctuarium offertur à singulis, & traditur

B manibus sacerdotis, ipsius erit. [6] Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel,& dices ad eos: † Vir cuius vxor errauerit, [6] maritúmque contẽnens dormierit cum altero viro,& hoc maritus deprehendere non quiuerit, sed latet adulterium, ]& testibus argui non potest, quia non est inuenta in stupro: si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam, quæ vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur: adducet eam ad sacerdotem,& offeret oblationem pro illa, decimam partem sati farinæ [b] hordeaceæ. Non fundet super eam oleum, nec imponet thus, quia sacrificium zelotypiæ est,& oblatio [7] inuestigans adulterium. ]Offeret igitur eam sacerdos,& statuet coram domino, assumétque aquam sanctam in vase fictili, & pauxillũ [8] terræ ]de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cúmque steterit mulier in conspectu domini, discooperiet caput [9] eius, ] & ponet super manus illius sacrificium re-

C cordationis, [10] & oblationem ] zelotypiæ. [c] Ipse autem * tenebit aquas amarissimas, [11] in quibus cum execratione maledicta cõgesit, ]adiurabítque eam,& dicet: Si non dormiuit vir alienus tecum,& si non polluta es deserto mariti thoro, [12] non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ in quas maledicta congessi. ] Sinautem declinasti à viro tuo, atque polluta es,& [13] concubuisti cum altero, his maledictionibus subiacebis. ] Det te dominus in maledictionem, [14] exemplúmque cunctorum in populo suo. Putrescere faciat ]femur tuũ,& [15] tumens vterus tuus dirũpatur. Ingrediantur aquæ maledictę in ventrem tuum,& vtero tumescente putrescat femur. Et respõdebit mulier: Amen, amen. Scribétque sacerdos in libello ista maledicta,& [16] delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congesit: ]& dabit ei bibere. *

D [d] Quas cum exhauserit, ] tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram domino, [17] imponétque illud super altare, ]ita dũtaxat vt prius pugillum sacrificij tollat de eo quod offertur*,& incendat super altare,& sic potum det mulieri aquas amarissimas. [e] Quas cum biberit, si polluta est,& contempto viro adulterij rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis,& inflato ventre computrescet femur, erítque mulier in maledictionem, [18] & in exemplum omni populo. ] Quòd si polluta nõ fuerit*, erit innoxia, & faciet liberos. Ista est lex zelotypiæ. Si declinauerit mulier à viro suo, & si polluta fuerit, maritúsque zelotypiæ spiritu concitatus adduxerit eam in conspectu domini, & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quæ scripta sunt, maritus absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam.

*Nazaræorum consecratio & vitus, populique à sacerdotibus benedictio.* VI.

A LOcutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: [a] † Vir siue mulier cùm [1] fecerint votum, vt sanctificentur: & se voluerint domino consecrare, ]à vino & [2] omni quod inebriari potest, abstinebunt. ] Acetum ex vino,& ex qualibetalia potione, & quicquid



12. Aaron per manum Moysi.

2. Leprosi hæretici sunt fluxi cogitatione vel nimis verbosi immundi super mortuo in opere. Tales à castris ecclesiæ separantur, ne contagione morum suorum vitam pollust in nocentium. Beda super 5. cap. Numerorum.
1. In quorũ medio ego habito.

2. Præuaricati fuerint præuaricationem in dominum, & deliquerit anima ipsa.
*Quod fecerunt.
3. Superaddent,& dabunt.

4. Reddatur delictũ domino.

5. Omnis oblatio omnium sanctitatum filiorum Israel, quam offerent sacerdoti, ipsius erit: viri quoque sanctitates ipsius erunt: & quicquid homo dederit sacerdoti, ipsius erit.

Lex zelotypiæ.

6. Et præuaricãdo in eum præuaricata fuerit, dormieritque vir cum ea commixtione seminis, & absconditum fuerit ab oculis mariti eius, atque celatum quòd illa immunda facta sit.

b. Non siliginea nec triticea: quoniã id quod gerebatur luctus erat, & inculcato suspicióque forma sacrificij domesticã calamitatẽ imitabatur. Chrys. adu. Iudæos, orat. 4.
7. Pro memoriali, recordari faciens iniquitatem.
8. Pulueris.
9. Mulieris.
10. Quæ est oblatio.
*Sacerdos.
11. Et maledictas.

12. Liberaberis vt innocens ab aquis istis amaris & maledictis.

13. Posuit vir concubitum suũ in te, præter maritum tuum.
Adiurabitque sacerdos mulierem iuramẽto execrationis, & dicet sacerdos ad mulierem.
14. Et adiurationem in medio populi tui, cum fecerit dominus corruere.
15. Inflari vterum tuum.
16. Rasa mittet ea in aquas amaras,& maledictas.
* Vt intrent in eam aquæ illæ amaræ & maledictæ. Et.

17. Et offeret eam ad altare.
*Pro memoriali.
c. Adulterium vsque adeo execratur, etiã vt eius suspicionẽ certo velit purgari sacrificio. Lex zelotypiæ aqua execrationis; eius paratio,&c. horrenda sũt omnia ne credamus nequicquã esse dictũ: Nõ concupisces vxorem proximi tui. Id fulcitur quod Christ. air. Qui videt mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Lorichius.
18. In medio populi sui.
*Sed munda.

Lex Nazaræorũ.

a. Qui ex voto se consecrant, Nazaræi dicti, capillum alentes,& vinum non gustantes, cũ capillum conferant, victimas eorum sacerdotibus cedere. Iosephus libro 4. Antiq. Iudaic. cap. 4.
1. Separauerint se vouendo votum Nazaræi,& domino se deuouerint.
2. Sicera separabunt se.

de vua exprimitur,non bibent:vuas recentes,ſiccáſque non comedent cunctis diebus quibus ex voto domino conſecrantur.Quicquid ex vinea eſſe poteſt ab[3]vua paſſa vſque ad acinum,]non comedent.[b]Omni tempore * ſeparationis ſuæ † nouacula non tranſibit per caput eius,vſque ad completum diē quo domino conſecratur. Sanctus erit creſcente cæſarie capitis eius.Omni tempore conſecrationis ſuæ ſuper mortuum non ingredietur,nec ſuper patris quidem,& matris,& fratris,ſororíſque funere contaminabitur:quia conſecratio dei ſui ſuper caput eius eſt.[§]Omnibus diebus ſepa- B
rationis ſuæ ſanctus erit domino. Sinautem mortuus fuerit ſubitò quiſpiam [4] coram eo,]polluetur caput conſecrationis eius:[c]quod radet ilico,& in eadem die purgationis ſuæ,& rurſum ſeptima.*In octaua autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ ſacerdoti[5]in introitu fœderis]teſtimonij, faciétque ſacerdos vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum, & [6] deprecabitur pro eo, quia]peccauit ſuper mortuo,ſanctificabítque caput eius in die illo,& conſecrabit domino die ſeparationis illius,offerens agnum anniculum pro peccato:ita tamē vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta eſt ſanctificatio eius.[d]Iſta eſt lex [7] conſecrationis.[§] Cùm dies quos C
ex voto * decreuerat,complebuntur:] adducet eum ad oſtium tabernaculi fœderis, vt offerat oblationem eius domino, agnum anniculum immaculatum in holocauſtum,& ouem anniculam immaculatam pro peccato, & arietem immaculatum hoſtiam pacificam,caniſtrum quoque panum azymorum,[8] qui conſperſi ſint oleo,] & lagana abſque fermento vncta oleo *,ac libamina ſingulorum, quæ offeret ſacerdos coram domino:& faciet tam pro peccato,quàm in holocauſtum. Arietem verò immolabit,hoſtiam pacificam domino,offerens ſimul caniſtrum azymorum *, & libamenta quæ ex more debentur.[f]Tunc radetur Nazaræus ante oſtium tabernaculi fœderis cæſarie conſecrationis ſuæ,tollétque capillos*eius,& ponet ſuper ignem qui eſt ſuppoſitus ſacrificio pacificorum,& *armum coctum arietis, totámque abſque fermento vnam de caniſtro,& laganum azymum vnum,[§] & tradet in manus Nazaræi D
poſtquam raſum fuerit caput*eius,ſuſceptáque rurſum ab eo eleuabit in conſpectu domini,& ſanctificata,ſacerdotis erunt:ſicut pectuſculum quod ſeparari iuſſum eſt, &[9]femur.Poſt hæc poteſt bibere Nazaræus vinum.Iſta eſt lex Nazaræi cum vouerit oblationem ſuam domino[10]tempore conſecrationis ſuæ: ][e] exceptis iis quæ inuenerit manus eius.Iuxta quod mente deuouerat,ita faciet ad perfectionem ſanctificationis ſuæ.Locutúſque eſt dominus ad Moyſen,dicens:Loquere Aaron & filiis eius.†Sic benedicetis filiis Iſrael,& dicetis eis:Benedicat tibi dominus,& cuſtodiat te.[11] Oſtendat dominus faciem ſuam tibi,]& miſereatur tui.†[12] Conuertat dominus vultū ſuum ad te,]& det tibi pacem.Inuocabunt nomen meum ſuper filios Iſrael,&[f]ego benedicam eis.

3. Acinis vſque ad verticem.
b. Nomē Nazarēus hoc loco ſignificat eum qui eſt ex oppido Nazareth. Nam & Hebraicè vtrumque nomen maximè diſtinguitur tam in ſcriptura quàm toto ipſo nomine. Siquidem qui ſanctus eſt, & quaſi religioſus ac monachus efficitur, appellatur nazir per .z. exitiale ſeue,& zera Græcum, & Nazaræus dicitur. At qui ex oppido Nazareth, Hebraicè vocatur nozri. id eſt Nazarenus. Eugubinus ibidem.
*Voti.
4. Iuxta eum.
c. Quia ſicut præmittitur, ſanctus erit creſcente cæſaries capitis eius:& quia illud incrementum à tempore quo incepit votum vſque tunc pollutum eſt propter caſum ſuperuenientē, ideo præcipitur talis raſio. De lyra ibidem.
*Radet illud.
5. Ante oſtium tabernaculi.
6. Expiabit illum ab eo quod.
d. Prima ratione coma craſſę legis depoſita, Chriſtique regno in ſe dilatato omne quod in ſe reliquum Deo in adorē fragrantię immolabit. Acagni quidem nomine Chriſto inſtriam, i. animi integritatem à domino conceſſam offeret. Procopius ibidem.
7. Nazaræi in die illo quando impleuerit dies ſeparationis ſuæ.
*Deuotē.
8. Placentas ex ſimila conſperſas oleo.
*Munera eorum.
*Et faciet ſacerdos oblationē eius.
*Capitis conſecrationis.
*Tollet ſacerdos.

*Cōſecrationis,vel Nazaræus.

e. Quia ſi Nazarēus vellet facere maiora ſacrificia & oblationes quàm ſint illa quæ in lege determinata ſunt, poterat addere ſecundum voluntatem ſuam,& facultatem. De lyra.
9. Armus leuationis.
10. Pro conſecratione ſua.
11. Illuminet dominus faciem, tuam ſuper te.
12. Eleuet dominus faciem ſuā ſuper te.
f. Ego dominus benedicā eis, vt gratiam tradiram per miniſterium ordini trāſfundat hominibus,nec voluntas ſacerdotis obeſſe aut prodeſſe poſſit, ſed meritum benedictionem poſcentis. Aug. in quæſt. vete. & noui teſta. 1. q. 1. c. Dictū eſt.

### *Iſraelitarum principum oblata in templi dedicatione per duodecim dies.* VII.

[1][2] Actum eſt autem in die qua compleuit Moyſes tabernaculum, & erexit illud: vnxítque & ſanctificauit cum omnibus vaſis ſuis altare, ſimiliter & omnia vaſa eius*: obtulerunt principes Iſrael, & capita familiarum qui erant per ſingulas tribus, præfecti eorum qui numerati fuerant, munera coram domino, ſex plauſtra tecta cum duodecim bobus. Vnum plauſtrum obtulēre duo duces,& vnum bouem ſinguli:obtulerúntque ea in conſpectu tabernaculi. Ait autem dominus ad Moyſen:Suſcipe ab eis,vt ſeruiant in miniſterio tabernaculi,& trades ea Leuitis,iuxta ordinē miniſterij ſui.Itaque cū ſuſcepiſſet Moyſes plauſtra & boues,tradidit eos Leuitis.[b]Duo plauſtra & quatuor boues dedit filiis Gerſon, iuxta[1]id quod habebant neceſſarium:]quatuor alia plauſtra & octo boues dedit filiis Merari,ſecundum[2]officia & cultum ſuum,]ſub manu Ithamar filij Aaron ſacerdotis.Filiis autem Caath non dedit plauſtra & boues,quia*in ſanctuario ſeruiunt, & onera propriis portant humeris.Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris, die qua vnctum eſt,oblationem ſuam ante altare.Dixítque dominus ad Moyſen:[3]Singu A'
li du-

a. Tabernaculum & altare,omniaque illius vaſa ſacro vnguēto Moyſes delibuit,eo quo ſacerdotes & reges ſolebant vt ſacra eſſent,facriſque inſeruire poſſent vſibus. At ea quidem niſi hominum figuram gererent,rationis & animi experti æqualem honorem cū ratione præditis obtinerent. Imò maiorem etiam,ſiquidem per ea hominibus fit acceſſus. Nam ſi boum nulla cura deum tāgit, quàſtominus murorum & vaſorum? Proco. ibidem.
*Vnxiſſéque ea,atque ſanctificaſſet ea.
1. Miniſterium eorum.
b. Plauſtra quæ filij Iſrael Leuitis ad ſubuectionem tabernaculi obtulerunt,temporalia ſolatia ſignificāt,quæ deuoti populi prædicatoribus cōpēſant, vt ſine cura & impedimento diuino vacent obſequio:& qui euangelium annunciant de euangelio viuant. Si enim ſeminant ſpiritalia,non eſt magnū ſi metunt temporalia. Glo. ordinaria ibidem.
2. Miniſterium eorum.
*In ſanctarum rerum miniſterium.
3. Princeps vnus per diem, & princeps vnus per diem offerent ſacrificia ſua.

a li duces per ſingulos dies offerant munera] in dedicationem altaris. ✠ Primo die obtulit oblationem ſuam Naaſon filius Amminadab,de tribu Iuda : fuerúntque in ea [4] 'acetabulum argẽteum,]pondo centumtriginta ſiclorum,[5] phiala argentea ]habens ſeptuaginta ſiclos iuxta pondus ſanctuarij , vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium,[6 d] mortariolum] ex decem ſiclis aureis plenum incenſo,[7] bouem ]de armento,& arietem,& agnum anniculum in holocauſtum,hircúmque pro peccato: & in ſacrificio pacificorum boues duos,arietes quinque,hircos quinque,agnos anniculos quinque.Hæc eſt oblatio Naaſon filij Amminadab. Secundo die obtulit Nathanael filius Suar,dux de tribu Iſachar,acetabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos iuxta pondus ſanctuarij,vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium,mortariolum aureum habens decem ſiclos plenum incenſo,[e]bouem de armento,& arietem, & agnum anniculum in holocauſtum , hircúmque pro peccato : & in ſacrificio pacificorum boues duos,arietes quinque , hircos quinque,agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Nathanael filij Suar.Tertio die princeps filiorum Zabûlon , Heliab filius Helon, obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos , phialã argenteam
c habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, ✠ vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium,mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo,bouem de armento,& arietem,& agnum anniculum in holocauſtum,hircúmque pro peccato:& in ſacrificio pacificorum boues duos,arietes quinque,hircos quĩque,agnos anniculos quinque. Hæc eſt oblatio Heliab filij Helon. Die quarto princeps filiorum Ruben,Eliſur filius Sedeur,obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos,phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij , vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium , mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo,bouem de armẽto,& arietẽ, & agnũ anniculum in holocauſtum , hircúmque pro peccato : & in [8] ſacrificio ]pacificorum boues duos, arietes quinque,hircos quinque,agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Eliſur filij Sedeur. Die quinto princeps filiorum Simeõ, Salamihel filius Suriſaddai,obtulit acetabulum argenteum appen dens centumtriginta ſiclos,phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij,vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium,mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo,bouem de armento,& arietem,& agnum anniculum in holocauſtum, hircúmque pro peccato:& in hoſtias pacificorum boues duos , arietes quinque , hir-
d cos quinque,agnos anniculos quinque.✠Hæc fuit oblatio Salamihel filij Suriſaddai. Die ſexto princeps filiorum Gad, Heliaſaph filius Duel , obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos , phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo , bouem de armento,& arietem , & agnum anniculum in holocauſtum,hircúmque pro peccato : & in hoſtias pacificorum boues duos , arietes quinque , hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Heliaſaph filij Duel. Die ſeptimo princeps filiorum Ephraim,Eliſama filius Ammiud,obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos,phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij,vtrumque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium,mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incẽſo,bouem de armento, & arietem & agnum anniculum in holocauſtum , hircúmque pro peccato : & in hoſtias pacificorum boues duos,arietes quinque,hircos quinque,agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblae tio Eliſama filij Ammiud. ✠ Die octauo princeps filiorum Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſſur , obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij , vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium , mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo , bouem de armento , & arietem , & agnum anniculum

4.Scutella vna argentea, & infra.
5.Peluis argentea, & infra.
6. Quam vocem dicũt Hebræi ſignificare ſcutellam & rerum liquidarum receptaculum.
6.Cochlear vnum aureum.
7.Vitulum.
d.Ferunt Hebræi propriè ſcyphum,aut concauum quid eo nomine ſignificari.Septuaginta interpretati eo modo ſunt, quod inferius ſcribitur oblata eſſe huiuſmodi vaſa plena thymiamatis.Sed ibi innuitur vaſe eiuſmodi allatũ eſſe thymiama,non quod eo incẽſum ſuper altari exhiberetur.Eugubinus ibidem
e. Bouem offert qui vtilem in eccleſia dei proximis laborẽ impendit. Arietem qui ſe & alios in via iuſtitiæ dirigit. Agnũ anniculũ,qui ſimplex eſt & innocens.Hæc omnia in holocauſtum pro ſolius dei ſui amore,& deſiderio æternæ vitę. Hircũ pro peccato offert , qui pro peccatis ſuis punitere , & orare non deſiſtit.In ſacrificiũ pacifitorũ offert duos boues, qui eum bonis operib⁹ implet duo præcepta charitatis,dei ſcilicet dilectionem cuſtodiendo mandata eius:& proximi conſulendo neceſſitatibus , in quibus tota lex pendet & prophetæ. Offert autem arietes quinque,hircos quĩque,agnos anniculos quinque qui quinque ſenſus corporis in via veritatis fortiter ducit,& à peccatis compeſcit , & ſimplicitatis exempla proponit.Gloſ. ordi.
8.Hoſtias.

Universidad de Deusto Biblioteca

in holocauſtum,hircúmque pro peccato:& in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque,hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Gamaliel filij Phadaſſur.Die nono princeps filiorum Beniamin Abidan filius Gedeonis, obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos,phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium,mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum, hircúmque pro peccato:& in hoſtias pacificorum boues duos,arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Abidan filij Gedeônis. f Die decimo princeps filiorum Dan,Abiézer filius Amiſaddai, obtulit acetabulum argēteum appendens centumtriginta ſiclos,phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo,bouem de armento, & arietē, & agnum anniculum in holocauſtum,hircúmque pro peccato:& in hoſtias pacificorum boues duos,arietes quinque,hircos quinque,agnos anniculos quinque.Hæc fuit oblatio Abiezer filij Amiſaddai.Die vndecimo princeps filiorum Aſſer, Phegiel filius Ochran,obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos, phialā argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij,vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium,mortariolum aureum appendens decē ſiclos plenum incenſo,bouem de armento & arietem,& agnum anniculum in holocauſtum, hircúmque pro peccato:& in hoſtias pacificorum boues duos,arietes quinque,hircos quinque,agnos anniculos quinque.Hæc fuit oblatio Phegiel filij Ochran.Die duodecimo princeps filiorum Neptalim,Ahira filiusHenan,obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta ſiclos,phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij,g vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium, mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo,bouem de armento, & arietem,& agnum anniculum in holocauſtum, hircúmque pro peccato : & in hoſtias pacificorum boues duos,arietes quinque,hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Ahira filij Henan.Hæc in dedicatione altaris oblata ſunt à principibus Iſrael,f in die qua conſecratum eſt,8acetabula argentea ]duodecim,phialæ argenteæ duodecim,mortariola aurea duodecim,ita vt centumtriginta ſiclos haberet vnū acetabulum,& ſeptuaginta ſiclos argenti haberet vna phiala,id eſt, in commune vaſorum omnium ex argento,ſicli duo milia quadringenti pondere ſanctuarij,9 mortariola ]aurea duodecim plena incenſo denos ſiclos appēdentia pōdere ſanctuarij,id eſt ſimul,auri ſicli centum viginti,boues de armento in holocauſtum duodecim, arietes duodecim,agni anniculi duodecim,& libamenta eorum,hirci duodecim pro peccato:in hoſtias pacificorum boues vigintiquatuor,arietes ſexaginta,hirci ſexagīta, agni anniculi ſexaginta.Hęc oblata ſunt in dedicatione altaris,quando vnctum eſt.Cúmque ingrederetur Moyſes tabernaculum fœderis,vt10 cōſuleret oraculum,] audiebat vocem g loquētis ad ſe de propitiatorio,quod erat ſuper arcam teſtimonij inter duos Cherûbin,vnde & loquebatur ei.

f. In die qua conſecratum eſt, non quod illi oblationes omnes facta ſint illa die,ſed quia tunc inceperunt fieri. De lyra.
8. Scutellæ,vel diſci, ſeu paropſides argenteæ.
9. Cochlearia.
g. E tabernaculo viua vox audiebatur aliquando à ſolo Moyſe, interdum à tota circunſtante multitudine: vt facile hinc redargui eorum poſſit error, qui ſcribere auſi ſunt,ita Moyſen finxiſſe ſe cum Deo locutum fuiſſe. Eugubinus ibidem.
10. Loqueretur cum eo.

## *Candelabri & lucernarum ſitus,ætáſque & conſecratio Leuitarum.* VIII.

A

LOcutúſque eſt dominus ad Moyſen,dicens:Loquere Aaron, & dices ad eum:a Cùm poſueris ſeptem lucernas,& candelabrum in auſtrali parte erigatur. Hoc igitur præcipe,vt lucernæ contra boream è regione reſpiciant ad menſam panum propoſitionis, ]1 contra eam partem quam candelabrum reſpicit,lucere debebunt. ]Fecítque Aaron,& impoſuit lucernas ſuper candelabrum,vt præceperat dominus Moyſi.Hæc autem erat factura candelabri, ex auro ductili,tam2 medius ſtipes, quàm cuncta quæ ex vtroque calamorum latere naſcebantur.Iuxta exemplum quod ]oſtendit dominus Moyſi,ita operatus eſt candelabrum.Et locutus eſt dominus ad Moyſen, dicens:Tolle Leuitas ex medio filiorum

a. Rabbi Salomon ſeptem dicit in candelabro fuiſſe lucernas, tres in ortū ſpectātes,tres in occaſum,media vero vna erat,& de hac dici contra faciem candelabri:vt per candelabrū media lucerna intelligatur: cōtra quam cæteræ ſpectarent idem.
1. Ex aduerſo candelabri fulgebunt ſeptem lucernæ.
2. Baſis eius quàm rami ex integro erant iuxta viſionē quā.

rum Israel,[b] & purificabis eos iuxta hunc ritum.† Aspergantur aquâ[3] lustrationis,] & B radant omnes pilos carnis suæ.‡ Cúmque lauerint vestimenta sua, & mundati fuerint, tollent[4] bouem de armentis & libamentum eius, similam olco conspersam: bouem autem alterum de armento tu accipies pro peccato, & applicabis Leuitas corã tabernaculo fœderis, conuocata omni multitudine filiorum Israel. Cúmque Leuitæ F fuerint coram domino, ponent filij Israel manus suas super eos, & offeret Aaron Leuitas[5] munus ]in conspectu domini à filiis Israel, vt seruiant in ministerio eius. Leuitæ quoque ponẽt manus suas super capita boum, è quibus vnum facies pro peccato & alterum in holocaustum domini, vt[6] depreceris pro eis.] Statuéque Leuitas in conspectu Aaron & filiorum eius, & consecrabis oblatos domino, ac separabis de medio filiorum Israel vt sint mei: & postea ingrediantur tabernaculum fœderis, vt ser- C uiant mihi.‡ Sícque purificabis & consecrabis eos in oblationem domini, quoniam dono donati sunt mihi à filiis Israel.† Pro[c] primogenitis quæ aperiunt omnem vuluam in Israel, accepi eos. Mea sunt enim omnia primogenita filiorum Israel, tam ex hominibus quàm ex iumentis.† Ex die quo percussi omne primogenitum in terra Ægypti, sanctificaui eos mihi, & tuli Leuitas pro cũctis primogenitis filiorum Israel, tradidíque eos dono Aaron & filiis eius de medio populi, † vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis,[7] & orent pro eis, ]ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad sanctuarium.[d] Fecerúntque Moyses & Aaró & omnis multitudo filiorum Israel super Leuitis, quæ præceperat dominus Moysi, purificatíque sunt, & lauerunt D vestimenta sua.‡ Eleuauítque eos Aaron in conspectu domini, & orauit pro eis, vt purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum fœderis coram Aaron & filiis eius. Sicut præceperat dominus Moysi de Leuitis, ita factum est. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Hæc est lex Leuitarum.† A vigintiquinque annis & supra ingredientur, vt ministrent in tabernaculo fœderis. Cúmque quinquagesimum annum ætatis impleuerint, seruire cessabunt,[8] erúntque ministri fratrum suorum ]in tabernaculo fœderis[9] vt custodiant quæ sibi fuerint commendata,] opera autem ipsa non faciant. Sic dispones Leuitas in custodiis suis.

b. In Christo iterum leuitarũ purificatio est. Si enim sanguis taurorum & hircorum, inquit Paulus quanto magis Christi sanguis in ipsius communitatem aslcitus sanctificauit Cęterũ aqua purificationis cinerem hucculæ admixtũ habens, mõr tificationis cum Christo quam in baptismo obtestari sumus commonefacit. Vnà enim cũ illo sepulti sum⁹ per baptismũ in mortem. Et rursum inquit, semper sepulturam Iesu Christi in corpore circumferẽtes. Procopius ibidem.

3. Expiationis, ea videlicet aqua sanctificata cinere vitulæ tusæ pro expiando peccato cõbustæ.
4. Vitulum.
5. Oblationem.
6. Expies Leuitas.
c. Primogenitus est non tantũ post quem & alij, sed ante quẽ nullus. Omne, inquit dominus ad Aaron, quod aperit vulvã, ab omni carne quæ offertur domino, ab homine vsque ad pecus, tibi erũt. Hier. aduersus Heluidium.
7. Ad placandum pro filiis Israel.
d. Videant ministri Domini quàm necessarium sit eis officij sui iura custodire: nec terrena lucris, vel voluptatibus inhiare, quibus proprium est tabernaculo deseruire & pro populo orare, ne sit in eo plaga disperdens, alioquin & se & populum in perditionem præcipitant, & dicitur eis: munus non suscipiam de manu vestra. Glo. ordi.
8. Ministrabunt cum fratribus suis.
9. Ad obseruãdam custodiam.

*Phasę celebratio, tam à mundis quàm immundis & peregrinis, nubes ducit exercitum tabernaculum operiens.* IX.

Anno ante Christum. 1506. Anni mundi 2455. †Exo.12.a

A LOcutus est dominus ad Moysen in deserto Sinai, anno secundo postquam egressi sunt de terra Ægypti, mense primo, dicens:†[a] Faciant filij Israel Phase in tempore suo, quartadecima die mensis huius[1] ad vesperam, ] iuxta omnes cęremonias &[2] iustificationes eius.] Præcepítque Moyses filiis Israel, vt facerent Phase. Qui fecerunt[3] tempore suo, ]quartadecima die mensis ad vesperam in[4] monte Sinai, iuxta omnia quæ mandauerat dominus Moysi, fecerunt filij Israel. Ecce autem quidam immundi super anima hominis, qui non poterant facere Phase in die illo, accedentes ad[5] Moysen & Aaron, dixerunt eis: ] Immundi sumus super anima hominis, quare[6] fraudamur ]vt non valeamus oblationem offerre do- B mino, in tempore suo inter filios Israel?‡ Quibus respondit Moyses: State,[7] vt consulam ]quid præcipiat dominus de vobis. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel: Homo qui fuerit immundus super anima, siue in via procul[8] in gente vestra, ]*faciat Phase domino in mense secundo, quartadecima die mensis ad vesperam, cum azymis &[9] lactucis agrestibus ]comedent illud. Non relinquent ex eo quippiam vsque mane, †& os eius non confringent, omnem ritum Phase obseruabunt. Si quis autem & mundus est & in itinere non fuit, & tamen[10] non fecit ] Phase, exterminabitur anima illa de populis suis, quia sacrificium domino non obtulit tempore suo. Peccatum suum ipse portabit.[11] Peregrinus quoque & aduena si fuerint ]a- C pud vos, facient Phase domino iuxta cęremonias & iustificationes suas.‡ 12 Præceptum idem ] erit apud vos, tam aduenæ quàm indigenæ. †Igitur die qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes.* A vespere autem super[13] tentorium ] erat quasi

a. Non dicit singulis annis, sed de illo tantum anno loquitur. Nec legitur celebratum fuisse postea pascha vsque ad trãsitũ Iordanis. Caietanus ibi.
1. Inter vesperas, & infra.
2. Iuxta omnes ritus eius facias ipsum.
3. In primo, sub. mense.
4. In deserto.
5. Conspectum Moysi & Aaró, in die illo. Dixerúntque viri illi ad eum.
6. Prohibemur.
7. Et audiam.
8. Siue in generationibus vestris.
*Et facere voluerit pascha domino.
9. Amaritudinibus, vel herbis amaris.
10. Desiterit facere.
11. Quòd si aduena peregrinus fuit.
12. Ritus vnus.
*Habitaculum.
13. Habitaculum.

Universidad de Deusto Biblioteca

b. Sepe fit vt non mediocriter ad cognoscendas rerum proprietates adiuuemur, si quomodo in variis linguis eadem res appelletur, notauerimus. Eugubinus ibidem.
14. Iuxta verbum, & infra.

17. Obseruabant filij Israel custodiam.
16. Et fuit quando nubes numero dierum staret.
17. In castris residerunt.
18. Proficiscebantur.

19. Manssset nubes, atque expulsere.

e. Verbum Domini significatio nubis dicitur, quæ erat signum diuine voluntatis, sicut vox loquentis. Glos ordinaria.
20. Iuxta verbum domini in castris residebant, & iuxta verbum illius castra mouebant.

species ignis vsque mane. Sic fiebat iugiter. Per diem operiebat illud nubes, & per noctem[b] quasi species ignis. Cúmq; ablata fuisset nubes quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filij Israel, & in loco vbi stetisset nubes, ibi castrametabantur. [14] Ad imperium ]domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculũ. [15] Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco: & si euenisset vt multo tempore maneret super illud, [16] erant filij Israel in excubiis ]domini, & non proficiscebantur [17] quotquot diebus fuisset nubes ]super tabernaculum. [18] Ad imperium domini [19] erigebant tentoria, ] & ad imperium illius [20] deponebant. ] Si fuisset nubes à vespere vsque mane, & statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficiscebantur: & si post diem & noctem [19] recessisset, dissipabant tentoria. ] Si verò biduo aut vno mense, vel longiore tempore fuisset super tabernaculum, manebant filij Israel in eodem loco, & non proficiscebantur: statim autẽ vt recessisset, mouebant castra. [20] Per verbum domini figebant tẽtoria, & per verbum illius proficiscebantur, ]erántque in excubiis domini, iuxta imperium eius per manum Moysi.

## *Vsus tubarum, castrorúmque mouendorum ordo, Hobábque à filiis Israel discessus.* X.

a. Inuenit autem & buccina speciem ex argento facte tale. Cana erat tibia paulo crassior, longitudine paulum nus cubitali, cuius os tantum patebat, quantum ad inflandum sufficeret, definebátque in extremitatem campanulæ simile, quadamodum tuba. Alotra vocatur hoc genus apud Hebræos. Duas tales fecit, quarum vna plebs ad concionem vocabatur, altera principes ad consultandum de republica excitabatur: vtrisque verò clangẽtibus, vniuersus populus conuocabatur, Iosephus lib. 3. cap. 13 Antiq.
1. Solidus, & malleo fabrefactas
2. Et mouete castra.
3. Cum vnà clanxerint.
4. Clanxeris iubilo quodam.
5. Iubilum facient.
b. Sacerdotum autem erat inflare buccinas: partiũ ergo eorum erat discere musicã. Buccinæ significant sacram scripturam, iuxta cuius præceptum viuendum cunctis fideli, & cuius docendæ munus præcipuè incumbit sacerdotibus. Lorichius ibidem.
6. In die lætitiæ vestræ, & in solemnitatibus vestris, & in capitibus mensium vestrorum.
c. Ab exitu Aegypti.
7. Vexillum filiorum Iuda profectum est primum.
d. Quotiens verò tabernaculũ mouebatur, hic modus seruabatur. Primo signo canoro qui in orientali parte castrorũ tendebant, exeuntabant; secundo verò qui à tergo tabernaculi tentoria sua fixerant: deinde tabernaculum dissolutũ mediũ portabatur inter sex tribus præcedentes, & alias sex ponè sequentes. Leuitæ verò tabernaculum circundabant. Ad tertium autem signum pars castrorum meridionalis mouebatur, & ad quartum septentrionalis. Iosephus lib. 3. cap. 13 Antiq. Iudaicæ.
8. Profectúmque est vexillum Ruben in exercitibus suis.
e. Et reiectur ad Gersonitas & Illeraritas qui præcedebãt portantes tabernaculum, ita quòd inter ipsos & Caathitas erat tribus Ruben cum filiis addũcta: Et ideo quando veniebãt Caathitæ portantes vasa sancta, inueniebant tabernaculum erectum, & illuc introducebãt ea quæ portabant. Delyra.

f. Fratri vxoris suæ, Iethro, affini ex parte vxoris suæ. Quidã hunc Hobab credunt esse Iethro socerum Moysi.

a Inuenie 15

[1] LOcutúsque est dominus ad Moysen, dicens: [2] Fac tibi duas tubas argenteas ductiles: ] quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra. ]Cúmque increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis. [3] Si semel clanxeris, ] venient ad te principes, & capita multitudinis Israel. Si [4] autem prolixior atque concisus clangor increpuerit, ] mouebunt castra primi, qui sunt ad orientalem plagam. In secundo autem sonitu & pari vlulatu tubæ, leuabunt tentoria qui habitant ad meridiem: & iuxta hunc modum reliqui facient vlulantibus tubis in profectione. Quando autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & non concisè vlulabunt. ]b Filij autem Aaron sacerdotis clangẽt tubis, eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris. [5] Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes qui dimicant aduersum vos, clangetis ]vlulantibus ]tubis, & erit recordatio vestri coram domino deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum. [6] Si quando habebitis epulum, & dies festos, & kalendas, ]canetis tubis super holocaustis & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem dei vestri. Ego dominus deus vester. [7] Anno secundo, mense secundo, vicesima die mensis, eleuata est nubes de tabernaculo fœderis. [8] Profectíque sunt filij Israel ]per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharan. [9] Mouerúntque castra primi iuxta imperium domini in manu Moysi, [10] filij Iuda per turmas suas, quorum principes erat Naason filius Amminadab. In tribu filiorum Issachar fuit princeps Nathanael filius Suar. In tribu Zabûlon erat princeps Eliab filius Elon. Depositúmque est tabernaculum, quod portantes egressi sunt filij Gerson & Merari. [11] Profectíque sunt & filij Ruben per turmas & ordinem suum, ]quorum princeps erat Elisur filius Sedeur. In tribu Gad erat princeps Heliasaph filius Duel. Profectíque sunt & Caathitæ, portantes sanctuariũ. Tam diu tabernaculum portabatur, donec venirent ad erectionis locum. Mouerunt castra & filij Ephráim per turmas suas, in quorum exercitu princeps erat Elisama filius Ammiud. In tribu autem filiorum Manasse princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. Et in tribu Beniamin erat dux Abidan filius Gedeônis. Nouissimi castrorũ omnium profecti sunt filij Dan per turmas suas, in quorum exercitu princeps fuit Ahiézer filius Amisaddai. In tribu autem filiorum Asser erat princeps Phegiel filius Ochran. Et in tribu filiorum Neptalim princeps fuit Ahira filius Henan. [12] Hæc sunt castra & profectiones filiorum Israel per turmas suas quando egrediebantur. Dixítque Moyses [13] Hobab filio Rahuel Madianitæ cognato suo: Proficiscimur ad locum quem dominus daturus est nobis: veni nobiscum, vt benefaciamus tibi, quia dominus bona promisit

Anni ante Christi 1491.

misit Israeli. Cui ille respondit: Non vadam tecum, sed reuertar in terram meam [9] in qua natus sum.] Et ille: Noli, inquit, nos relinquere. Tu enim nosti [10] in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster.] Cúmq; nobiscum veneris, quicquid optimum fuerit ex opibus quas nobis traditurus est dominus, dabim[9] tibi. [g] Profecti sunt ergo de monte domini viam trium dierum, arcáque fœderis domini præcedebat eos per dies tres, [11] prouidens castrorum locum.] Nubes quoque domini super eos erat per diem cum incederent. Cúmq; [12] eleuaretur] arca, dicebat Moyses: † Surge domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te, à facie tua. Cum autem deponeretur, aiebat: [13] Reuertere domine] ad multitudinem exercitus Israel.

9. Atque ad cognationē meā.

10. Mansiones nostras in deserto, & fuisti nobis pro oculis, vel eris nobis oculus.

g. Magna vtilitas ex profectione hominibus eius temporis obuenit quod scilicet senserūt Deum se habere ducē. Remoto autem typo Christus nobis spectandus proponitur: quoniam tribus diebus nos præcedens, deducit ad quietem quot quot eū ex inferno ad cœlestē sedem contendentē sequūtur. Procopius ibidem.

11. Vt inuestigarent sibi locum quieti.

12. Proficisceretur.

13. Conuertere.

*Murmuris pœna plexi Iudæi, coturnicum carnes in suum malum impetrant, partito Moysi onere in septuaginta seniores.* XI.

A

INterea [1] ortum est [a] murmur populi, quasi dolentum pro labore contra dominum. Quod cum audisset, iratus est: & accensus in eos ignis domini deuorauit extremam castrorum partem. Cúmque clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses ad dominum, & absorptus est ignis. Vocauitque nomē loci illius [2] Incensio,] eo quòd succensus fuisset contra eos ignis domini. Vulgus quippe promiscuum quod [3] ascenderat cum eis, flagrauit desiderio carnium sedens & flēs, iunctis sibi pariter filiis Israel, & ait:] * Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepónes, porríque, & cēpe, & allia. [d] Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man. † Erat autē Man, quasi semen coriādri coloris [4] bdellij.] Circuibátque populus & colligens illud frangebat mola, siue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo [5] tortulas] saporis, quasi panis oleati. Cúmq; descenderet nocte supra castra ros, descendebat pariter & Man. Audiuit ergo Moyses flentē populum per familias, singulos per ostia tentorij sui. Iratúsque est furor domini valde, sed & Moysi [6] intoleranda res visa est,] & ait ad dominum: * Cur afflixisti seruum tuū? Quare non inuenio gratiam coram te? Et cur imposuisti pondus * vniuersi populi huius super me? [e] Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam? vt dicas mihi, Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum: & defer in terram pro qua iurasti patribus eorum? Vnde mihi carnes, vt dem tantæ multitudini? Flent contra me, dicentes: Da nobis carnes vt comedamus: nō possum solus sustinere omnem hunc populum, quia [7] grauis mihi est. Sin aliter tibi videtur,] obsecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, [8] ne tantis afficiar malis.] Et dixit dominus ad Moysen: † Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti quòd senes populi sint, ac [9] magistri,] & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis: faciésque ibi stare tecum, vt descendam & loquar tibi, & auferam de spiritu [b] tuo, tradāque eis, vt sustentent tecum onus populi, [10] & non tu solus graueris. [f] Populo quoque dices: [11] Sanctificamini: Cras comedetis carnes.] Ego enim audiui vos dicere: Quis dabit nobis escas carnium: Bene nobis erat in Ægypto. Vt det vobis dominus carnes, & comedatis: non vno die, nec duobus, vel quinque, aut decem, nec viginti quidem, sed vsque ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras, & [12] vertatur in nauseam,] eo quòd repuleritis dominum qui in medio vestri est, & fleueritis coram eo, dicentes: Quare egressi sumus ex Ægypto, vt periremus in solitudine? Et ait Moyses: Sexcē ta milia peditum huius populi sunt, * & tu dicis dabo eis esum carnium mense integro? † Nunquid ouium & boum multitudo cædetur, vt possit sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? [g] Cui respondit dominus: † Nunquid manus domini [13] inualida est? Iam nunc videbis, vtrum meus sermo [14] opere compleatur.] Venit igitur Moyses, & narrauit populo verba domini, congregans septuaginta viros de senibus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditque dominus per nubem & locutus est ad eum, auferens de [c] spiritu qui erat

1. Factū est cum populus murmuraret, displicuit in auribus domini.

2. Iuuit eum pessimum eōs murmur cōtra deum excitasse impieque & iniuste de deo cōquestos fuisse. Eugubinus ibi.

2. Vel incendium.

3. Inter illos erat, concupierūt concupiscentiam, & conuersi fleuerūt cum filiis Israel, dicentes.

* Carnium concupiscentia infidelis populi pars flagrās murmurat, & mannæ cœlesti ollas carnium Aegyptiorum præposuit. Sed & Moysi cum esset intoleranda res visa, dominus, Populum, inquit, sanctifica cras mane. Ego enim illos pascam carnibus mense integro. Aug. 9. 27. super Numer.

4. Margaritū, quam perlam vocant.

5. Placentas.

* Moyses prouinciam duram sibi impositam conqueritur.

6. Male visum fuit, vel displicuit.

7. Grauior me est. (vt scilicet sua me mole premat.) Si sic tibi mecum agis.

8. Non videam malum meum.

9. Primates.

a. Vel qui in te est, aut super te est, & non spiritum tuum: quia spiritus dei impleuerat eum. Chrysost.

10. Ne tu solus ferre cogaris.

11. Sanctificamini in crastinum & comedetis carnes: quia flet vester est in auribus domini.

12. Fiat vobis in dispetsionem.

* In quorum medio ego sum.

13. Abbreuiata.

14. Tibi eueniat, an non?

c. Potari enim potest de spiritu ipsius hominis dictum, quo humana natura cōspicitur corpore adiuncto, quæ constat ex corpore & spiritu, quem etiam animam dicunt. De quo & Apostolus dicit. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est &c. Ostendit vtique eius esse spiritum dei, cuius fit particeps spiritus hominis per gratiam dei: qui fuit posset etiam sicut alij interpretati sunt, intelligi spiritus dei. Sed quando dicitur de spiritu tuo qui in te est, vt dictum sit tuo, quia fit etiam noster, qui dei est, cum acceperimus eum. Aug. 9. 18. super Num.

in Moyse,& dans septuaginta viris. [d]Cúmque requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt, nec vltrà cessauerunt. Remanserant autem in castris duo viri, quorum vnus vocabatur Aeldad, & alter Medad, super quos requieuit spiritus: nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum. [e]Cúmque prophetarent in castris, cucurrit puer & nuntiauit Moysi, dicens: Heldad & Medad prophetát in castris. [15].[c]Statim] Iosue filius Nun minister Moysi, & [16] electus è pluribus, ] ait: Domine mi Moyses, prohibe eos. At ille: Quid, inquit, æmularis pro me? Quis tribuat vt omnis populus *prophetet, & det eis dominus spiritum suum? Reuerſúsque est Moyses, & maiores natu Israel in castra. †Ventus autem egrediens à domino, arreptas trans mare coturnices detulit & demisit in castra, [17] itinere quantum vno die confici potest, ]ex omni parte castrorum per circuitum, [18] volabántque in aëre duobus cubitis altitudine super terram. [f] ]Surgens ergo populus toto die illo & nocte, ac die altero, congregauerunt coturnicum multitudinem, qui parum *decem coros, & [19] siccauerunt ]eas per gyrum castrorum. †Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec [20] defecerat huiusmodi cibus: ]& ecce furor domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis. Vocatúsque est ille locus Sepulchra concupiscentiæ: ibi enim sepelierunt populũ qui desideraverat carnes. Egressi autem de sepulchris concupiscentiæ venerunt in [d]Haseroth, & manserunt ibi.

d. Prophetántque omnes simul, vnus enim spiritus est, & vna eius in omnibus virtus. Accipiunt verò spiritum quor quor erant recensiti, quamtúuis loco inter se ulleat discrẽti non enim loco aut numero alligatus est numinis afflatus. Procop. ibid.
15. Et respondens.
16. Vnus ex iuuenibus eius.
e. Expositores nostri dicũt cõmuniter quòd Iosue not⁹ fuit, eo quòd videbatur esse contra reuerentiam Moysi quod in absentia eius prophetarent, quasi Moyses nihil fecisset ad hoc quod recepisset spiritũ prophetiæ, propter quod subdit Moyses, quis tribuat vt omnis populus pphetet, &c. De lyra ibi.
17. Quantum est iter diei huc, & quantum est iter diei illuc.
18. Et quasi duobus cubitis erant super faciem terræ.
*Collegit, collegit.
19. Expandentes sibi expandentes.
20. Adhuc digesta erant.
f. Masio in Haseroth.

## *Aaron & Maria in Moysen insurgentibus, Maria lepra percussa, & à populo septem diebus separata, sanitate donatur.* XII.

[1]Locutáque est Maria & Aaron contra Moysen, propter vxorem eius [2] Æthiopissam, *& dixerunt: Num per solum Moysen locutus est dominus? nónne & nobis similiter est locutus? [1]Quod cũ audisset dominus, iratus est.] Erat enim [b]Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Statim locutus est ad eum, & ad Aaron, & Mariam: Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis. [3]Cúmque fuissent egressi descendit dominus in colũna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariam. [4]Qui cum issent,] dixit ad eos: Audite sermones meos. Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione [5]apparebo ei, ]vel per somnium loquar ad illum. †At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquor ei. [a]Palàm, ]& non per ænigmata, & figuras dominũ videt. [5]Quare ergo non timuistis [c]detrahere seruo meo Moysi? ]Iratúsque contra eos, abiit. Nubes quoque recessit, quæ erat super tabernaculum. †Et [c]ecce Maria [6]apparuit candens lepra, ]quasi nix. Cúmque respexisset eam Aaron, & vidisset perfusam lepra, ait ad Moysen: Obsecro domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum quod stultè commisimus, ne fiat hæc quasi [7] mortua, & vt abortiuum quod proiicitur de vulua matris suæ. [6d] Ecce iam medium carnis eius deuoratũ est à lepra. ]Clamauítque Moyses ad dominum, dicens: Deus, obsecro sana eã. Cui respondit dominus. Si pater eius spuisset in facie illius, nónne debuerat saltem septem dieb⁹ rubore suffundi? [1]Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus, & populus non est motus de loco illo, donec reuocata est Maria.

a. Quæri solet vtrum erat filia Iethro, in aliam duxerit, vel ipse deduxerit? Sed ipsam fuisse credibile est. De Madianitis quippe erat, qui reperiuntur 2. Paralip. 14. Aethiopes dici, quãdo contra eos pugnauit Iosaphat August. quæst. 20. super Numeros.
*Nam duxit vxorem Aethiopissam.
1. Et audiuit dominus.
b. Tantum est mansuetudinis robur, vt sola hæc virtus sufficiat se colentem diligenter ineffabilibus laudibus dignum reddere, imò omni hominum generi præferre. Chryso. Homi. 33. In Gene.
2. Cúmque exiuissent ambo.
3. Cognoscat ab eo.
4. Per visionem.
5. Loqui contra seruum meum Moysen.
6. Leprosa facta est alba.
c. Maria & Aaron detraxerunt Moysi. Maria lepra percutitur, Aaron peccatum suum & sororis confitetur, veniámque ita quam precabatur, meruit. Lorichius ibi.
7. Mortuum quod egreditur de vtero matris suæ, & cuius dimidia caro deuorata est.
d. In hac decimaquarta mansione Aaron & Maria propter Aethiopissam murmurant, & in typum zeli aduersus ecclesiam de gentibus congregatã populus Iudæorum lepræ sorde perfunditur, nec redit ad tabernaculum, & pristinam recepit sanitatem, donec statutum olenitudinis gentiũ tempus impleatur. Hieron. ad Fabiolam, de 42. mansionibus.
a. Tam Haseroth quàm Rithmah hæc 15. mansio est in deserto Pharan iuxta Cades Barne, à qua exploratores ad terrã promissionis considerandam missos dicit. Caleph. Iosue 14. biennio post exitum ab Aegypto. Hæc autem 15. mansio dicitur Rithmah. Et notandum quod reliquæ mansiones 18. à Rithmah vsque ad Asiongaber, id est, vsque ad 32. mansionem sub Pharan solitudinis nomine continentur. Hieron. ad Fabiolam, de 42. mansionibus.

## *Missi exploratores in terram Chanaan, vuam in signum fertilitatis referunt.* XIII.

[1]Profectúsque est populus de Haseroth, *fixis tentoriis in deserto Pharan: [1]ibíque locutus est dominus ad Moysen, dicens: Mitte viros qui [1]considerent ]terram Chanáan, quam daturus sum filiis Israel, singulos de singulis tribubus [2]ex principibus. ]Fecit Moyses quod dominus imperârat, de deserto Pharan mittens principes viros, quorum ista sunt nomina: De tribu Ruben, Semmúa filium Zechur. [3]De tribu Symeon, Saphat filium Vri. De tribu Iuda, Caleph filium Iephone. De tribu Isachar, Igal filium Ioseph. De tribu Ephraim, Osee filiũ Nun. De tribu Beniamin, Phalti filium Raphu. De tribu Zabûlon, Geddihel filium Sodi.

1. Explorent.
2. Mittetis, qui omnes sint principes eorum.

De

De tribu Ioseph [3] sceptri] Manasse, Gaddi filium Susi. De tribu Dan, Amihel filiũ Gemalli. De tribu Asser, Sthur filium Michael. De tribu Neptalim, Naabi filium Bapsi.
C De tribu Gad, Guhel filium Machi. [a2] Hæc sunt nomina virorum quos misit Moyses ad considerandam terram Chanaan, vocauítque Osee filium Num, Iosue. Misit ergo eos Moyses ad considerandam terram Chanáan, & dixit ad eos: Ascendite per meridianam plagam. [b4] Cúmque veneritis ad montes, considerate terram qualis sit, & populum qui habitator est eius, vtrum fortis sit an infirmus, pauci numero an plures, ipsa terra bona an mala, vrbes quales, muratæ an absque muris, humus pinguis an steri
D lis, nemorosa an absque arboribus. [5] Confortamini] & afferte nobis de fructibus terræ. Erat autem [6] tempus quando iam præcoquę vuæ vesci possunt. ] Cúmque ascendissent, explorauerunt terram à deserto Syn, vsque ad Roob intrantibus Emath. Ascenderúntque ad meridiem, & venerũt in Hebrũ, vbi erant Ahiman, & Sisai, & Tolmai, filij Enach: nam Hebron septem annis ante [c] Thanim vrbem Ægypti condita
Deut.1.a. est. † Pergentésque vsque ad torrentem [7] Botri,] [d] abscidерũt palmitem cum vua sua,
E quam portauerunt in vecte duo viri. [8] De malis quoque granatis, & de ficis loci illius tulerunt, qui appellatus est Nchelescol, id est, torrens Botri, eo quòd botrum portassent inde filij Israel. † Reuersíq; exploratores terræ post quadraginta dies omni regione circuita, venerunt ad Moysen & Aaron, & ad omnem cœtum filiorum Israel in desertum Pharan, quod est in Cades [8] Locutíque eis & omni multitudini ostenderunt] fructus terræ, & narrauerunt dicentes: Venimus in terram ad quam misistis nos, quæ reuera fluit lacte & melle, [9] vt ex his fructibus cognosci potest: ] sed cultores for-
F tissimos habet, & vrbes grandes atque muratas. Stirpem Enach vidimus ibi. [8] Amalech habitat in meridie: Hethæus, & Iebusæus, & Amorræus in mõtanis. Chananæus verò moratur iuxta mare, & circa fluenta Iordanis. [c] Inter hæc Caleb compescens murmur populi qui oriebatur contra Moysen, ait: Ascendamus & possideamus ter-
G. ram, quoniam poterimus obtinere eam. [8] Alij verò qui fuerant cum eo, dicebant: Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. † Detraxerúntque terræ quam inspexerant apud filios Israel, dicentes: Terra quam lustrauimus * deuorat habitatores suos. Populus quem aspeximus * proceræ staturæ est. Ibi vidimus ⟜ monstra quædam] [10] filiorum] Enach, de genere giganteo, quibus comparati quasi locustæ videbamur. *

3. Ex tribu.
a. Populꝰ inuitabat Moysen ad mittendum exploratores, qui considerent terram ante ingressum eorum secũdum quod habetur. Deute. 1.d. Et accessistis ad me omnes atque dixistis. Mittamus viros, &c. De lyra ibidem.
4. Vt transcendatis montes. Considerabitis.
b. Deus à Moyse exploratores mitti iubet, quo ignauiam populi sibi compertam in lucem produceret, vt immorigeri agnoscerẽtur. Quinetiã si ignari terræ, in eam inuasissent, atque cõspecta retro cessissent, maximam cõtumeliam deo, animisque confidentiam Palæstinis attulisset. Procopius ibidem.
5. Viriliter igitur agite.
6. Dies maturitatis vuarum.
c. Vnde dicitur campus Thaneos, vbi plagas Pharaoni dominus ostendit quam Heb. Zohan vocabant metropolin Aegypti.
7. Eschol & infra.
d. Botrum in ligno de terra promissionis duo aduehunt, quia Christus pendens in ligno crucis promissus gentibus de terra genitricis Mariæ secundũ carnem natus. Duo baculi qui sub onere botri incedebant vterque populus est. Cuius prior Iudaicus cœtus, & aduersus, ignarus pendentis gratiæ, & pressus onere suspecti, cui subiicitur iudicanti. Vnde Psal. 68. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Glosa ordin. post Isidorum.
8. Et retulerunt ei verbum, & vniuersum testimonium ostendentes eius.
9. Ex hic est fructus eius.
e. Caleb verò se ducem exploratorum præstitit optimum: nã ad fidem cohortatus est, fideique virtutem explicauit: quod omnia intra potentiam credentis ac impauidi essent. Procop. ibidem.
* Vt exploremus eam.
* In medio eius.
10. Filios.
* Sic quoque fuimus in oculis eorum.

*Israelitæ Aegyptum terræ Chanáan præferentes diuino iudicio morti in deserto præter Iosue & Caleb addicti sunt.* XIIII.

Iosue 18. Iud. 10. d. c. Aenus.
A [1] [2] Gitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa, & murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filij Israel, dicentes: Vtinam mortui essemus in Ægypto, [1] & non in hac vasta solitudine. Vtinam pereamus, & non inducat nos dominus in terram istam, ne cadamus gladio,] & vxores ac liberi nostri ducantur captiui. Nónne melius est reuerti in Ægyptum? Dixerúntque alter ad alterum: Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum. ⟜ Quo audito ] Moyses & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni * multitudine filiorum Israel. † At verò Iosuẽ filius Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustrauerant
Exod. 33. 46. b. 1. Mach. 2. f. terram, sciderunt vestimenta sua, & ad omnem multitudinem filiorum Israel locuti sunt: Terra quam circuiuimus, valde bona est. [3] Si propitius fuerit dominus,
B inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem. Nolite rebelles esse contra dominum, [b] neque timeatis populum terræ huius, quia sicut panem, ita eos possumus deuorare. Recessit ab eis [2] omne præsidium: ] dominus nobiscum est, nolite metuere. Cúmque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria domini super tectum fœderis, cunctis videntibus filiis Israel. Et dixit dominus ad Moysen: Vsquequo [3] detrahet mihi ] populus iste? Quousque non credent mihi in omnibus signis quæ feci coram eis? Feriam igitur eos pestilentia, atque consumam: te autem faciam principem super gentem magnam, & fortiorem
c quàm hæc est. Et ait Moyses ad dominum: [4] Vt audiant Ægyptij, de quorũ medio

a. Qui ex eorum narratione impossibile rati talem terram acquirere, soluta contione domũ reuersi cum vxoribus & liberis lamentabantur, dicentes deum verbis tantùm multa polliceri, re autem omnino nihil auxilij præstare. Rursúmque Moysen incusantes, in eum simul & fratrem eius Aaronem põtificem vociferabãtur: atque ita totam noctem inquieti exegerunt, in vtrunque conuitia iactando. Mane verò ad concionem conuenerunt hoc animo, vt lapidatis Moyse ac fratre in Aegyptum retro, vnde venerant, reuerterentur. Ioseph. lib. 3. cap. 17. Antiq.
1. Aut in hac solitudine periisse mus. Vt quid dominus induxit nos in terram istam, vt caderemus gladio?
2. Congregatione, &.
b. Caleb & Iesus Naue loquentes ad populum ne timerẽt ingredi terram promissionis, dixerunt. Vos autem ne timueritis populum terræ, quoniam cibꝰ nobis sunt. Abiecerit enim tempus ab eis, dominus autem in nobis: ne timueritis eos. August.
3. Vmbra eorum.
3. Irritat me siue prouocat me.
4. At audient Aegyptij quod eduxeris in virtute tua populũ istũ de medio eius, dicentque habitatori terræ huius: Audierũt quòd tu domine sis in medio populi huius, & quòd tu domine oculo ad oculum videris.

Universidad de Deusto Biblioteca

habitatorat terræ Chananeo rum ad quam ibant, & impu tent gentes tuæ dicêtes: quòd non potuerit educere populũ suum de Ægypto, non tamen introducere in terram promissam; quia fortior est in ciuitatibus, & habitatoribus quàm Ægyptus. De lyra ibidem.
5. Absque potestia est dominus vt introducat.

d. Hoc est in opera mala, & in delictorum perseuerantiam: vt cogitationes nostras, mentisque decretum non statim puniat: sed tolêm in posteros filios. Hieron.
6. Peccastis huic populo.
e. In quinto mense qui apud nos appellatur Augustus, cum per exploratores terræ sanctæ seditio orta esset in populo, iussi sunt montem non ascendere, sed per 40. annos longius à terra sancta circuire dispendiis, vt (exceptis duobus Caleph & Iosue) omnes in solitudine caderent. Hieron. super Zacha. cap. 8.
7. Irritauit me.

* Quibus in me murmurant.

f. Senior populus Iudæorum qui propter incredulitatem in deserto mortuus est, significat priorem populũ Iudæorũ: parnuli verò eorũ, id est, iunior populus, figurauit populum gentium. Sicut enim seniore populo mortuo, iunior terrã repromissionis accepit, ita reprobato Iudæorũ populo, iunior populus Christianorũ gratiam diuinæ benedictionis obtinuit Aug. Ser. 102.
8. Quam vos despuistis.
9. Pascentur.

10. Irritationem meam.

g. Cum ingenti tremore considerandum est, quia de sexcentis millibus duo tantùm terram repromissionis ingressi sunt. Hoc ergo audiant qui ita dominum misericordiam esse volunt, vt iustum esse non credãt. Et in primis qui dicunt quòd Christus iudicabit nos pro sua misericordia, & non pro scelcribus nostris. Aug. Ser. 102.
h. O mira præternitas humanæ mentis, & horrenda stultitia excæti cordis! Mandat deus promissis suis credere, & de sua potentia cõsidere, & sic terram ingredi. Humana stultitia diffidit, & saluraria monita respuit, ecõtrario suum negat auxilium: illi contra dei voluntatem terram inuadere volunt. Quibus similes sunt qui promissionibus dei non credunt & prohibita faciunt. Rabanus ibidem.
11. Post tergum domini abieritis.
12. Præsumpserunt pertinaciter ascendere.

a. Varij ac diuersi deum colendi modi sunt, alius est vel per integrũ, vel per diuisum sacrificiũ, alius sit vel exuuiarum votiui vel oblatione spontanea, alius per votũ vel per deprecationẽ. Cæterũ omnis eulis suaue olet & acceptus est, & si paruũ hoc fit quod ad conciliandũ deum adducitur, siue agnus sit siue manus quid, velut aries, aut maximũ, veluti bos. Procop. ibid.
1. Sacrificium segregatorum voti, vel spontaneæ oblationis.

eduxisti populum istum,[c] & habitatores terræ huius, qui audierunt quòd tu domine in populo isto sis, & facie videris ad faciem, ] † & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem, quòd occideris tantam multitudinem quasi vnum hominem, & dicant: [5] Non poterat introducere] populũ in terram pro qua iurauerat, † idcirco occîdit eos in solitudine: Magnificetur ergo fortitudo domini sicut iurasti, dicẽs: † Dominus patiens & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem & scelera, nullúmque innoxium derelinquens, qui visitas peccata patrũ[d] in filios, in tertiã & quartam generationem. ✠ Dimitte, obsecro, peccatum populi tui huius, secundum magnitudinem misericordiæ tuæ, sicut [6] propitius fuisti egredientibus] de Ægypto, vsque ad locum istum. Dixítque dominus: Dimisi iuxta verbum tuum. Viuo ego, & implebitur gloria domini vniuersa terra. [e] Attamen omnes homines † qui viderunt maiestatem meam, & signa quæ feci in Ægypto, & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum, nec quisquã ex illis qui [7] detraxit mihi, ] intuebitur eam. † Seruum meum Caleb qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in terram hanc quam circuiuit, & semen eius possidebit eam: quoniam Amalechites & Chananæus habitant in vallibus. Cras mouete castra & reuertimini in solitudinem per viam maris rubri. ✠ Locutúsque est dominus ad Moysen, & Aaron, dicens: † Vsquequo multitudo hæc pessima murmurat contra me? Querelas filiorum Israel * audiui. Dic ergo eis: Viuo ego, ait dominus: sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis. [f] In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. † Omnes qui numerati estis à viginti annis & suprà, & murmurastis contra me, non intrabitis terram super quam leuaui manum meam, vt habitare vos facerem, præter Caleb filium Iêphone, & Iosue filium Nun. Paruulos autem vestros de quibus dixistis quòd prædæ hostibus forent, introducam, vt videant terram [8] quæ vobis displicuit. ] Vestra cadauera iacebunt in solitudine. Filij vestri [9] erunt vagi ] in deserto annis quadraginta, & portabũt fornicationem vestram, donec consumantur cadauera patrum in deserto, iuxta numerum quadraginta dierum quibus considerastis terram. † ✠ Annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras: & scietis [10] vltionem meam. ] Quoniam sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ, quæ consurrexit aduersum me. In solitudine hac deficiet & morietur. † [g] Igitur omnes viri quos miserat Moyses ad contemplandũ terram, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes terræ quòd esset mala, mortui sunt atque percussi in conspectu domini. Iosue autem filius Nun, & Caleb filius Iephone, vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerandam terrã. Locutúsque est Moyses vniuersa verba hæc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis. ✠ Et ecce mane primo surgentes ascenderunt verticem montis, atque dixerunt. [h] Parati sumus ascendere ad locum de quo dominus locutus est, quia peccauimus. Quibus Moyses: † Cur, inquit, transgredimini verbum domini, quod vobis non cedet in prosperum? Nolite ascendere, non enim est dominus vobiscum, ne corruatis coram inimicis vestris. Amalechites & Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eo quòd [11] nolueritis acquiescere domino: ] nec erit dominus vobiscum. At illi [12] contenebrati, ascenderunt ] in verticem montis. Arca autem testamenti domini, & Moyses non recesserunt de castris. Descendítque Amalechites & Chananæus qui habitabat in monte, & percutiens eos atque concidens, persequutus est eos vsque Horma.

*Libamenta terram ingressis cum hostiis & primitiis offerenda, arrogantis, ignorantis, & ligna sabbato colligentis pœna, fimbriæ per quatuor angulos palliorum.* XV.

LOcutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Cum ingressi fueritis terram habitationis vestræ, quam ego dabo vobis, [a] & feceritis oblationẽ domino in holocaustũ, aut victimam pacificam vota soluẽtes, vel spõte offerẽtes munera, ] aut in solẽnitatibus vestris ado-

adolentes odorem suauitatis domino, [2] de bobus siue de ouibus ] offeret quicunque immolauerit victimam, sacrificium similæ [b] decimam partem [3] ephy cõsperſam oleo, quod mensuram habebit quartam partem hin: & vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ dabit in holocaustum, siue in victimam. Per agnos singulos, & arietes ] erit sacrificium similæ duarum decimarum, quæ consperſa sit oleo tertiæ partis hin: & vinum ad libamentum tertiæ partis eiusdem mensuræ offeret in odorem suauitatis domino. Quando verò de [4] bobus ] feceris holocaustum aut hostiam, vt [5] impleas ] votum vel pacificas victimas, [§] dabis per singulos boues similæ tres decimas consperſæ oleo, quod habeat medium mensuræ hin: & vinũ ad liba fundenda eiusdem mensuræ in oblationem suauissimi odoris domino. Sic facies per singulos boues, & arietes, & agnos, & hœdos. * Tam indigenæ quàm peregrini eodem ritu offerent sacrificia. Vnum præceptum erit atque iudicium, tam vobis, quàm aduenis terræ. Locutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Cum veneritis in terram quam dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius, [6] separabitis primitias ] domino de cibis vestris. ] [7] Sicut de areis primitias separabitis, ita & de pulmentis dabitis primitiua domino. ] [c] Quòd si per ignorantiam præterieritis quicquam horum quæ locutus est dominus ad Moysen, & mandauit per eum ad vos, à die qua cœpit iubere, & vltrà: oblitáque fuerit facere multitudo, offeret vitulum de armento [c] holocaustum in odorem suauissimum domino, [§] & sacrificium eius ac liba vt cęremoniæ eius postulant, hircúmque pro peccato: & [8] rogabit ] sacerdos pro omni multitudine filiorum Israel, & dimittetur eis: quoniam [9] non sponte peccauerunt, ] nihilominus offerentes incensum domino, pro se & pro peccato atque errore suo, & dimittetur vniuersæ plebi filiorum Israel, & aduenis qui peregrinantur inter vos, quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam. Quòd si anima vna nesciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato suo, & deprecabitur pro ea sacerdos, quòd insciã peccauerit coram domino, impetrabítque ei veniam, & dimittetur illi. Tam indigenis quàm aduenis vna lex erit omnium qui peccauerint ignorantes. [d] Anima verò quæ per [10] superbiam ] aliquid commiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus, quoniam aduersus dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. Verbum enim domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum, idcirco delebitur, & portabit iniquitatem suam. [†§] Factum est autem, cum essent filij Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligentem ligna in die sabbati, obtulerunt eum Moysi & Aaron, & vniuersæ multitudini. Qui recluserunt eum in carcerem, nesciẽtes quid super eo facere deberent. Dixítque dominus ad Moysen: [e] Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. Cúmque eduxissent eum foras, obruerunt eum lapidibus, & mortuus est, sicut præceperat dominus. Dixit quoque dominus ad Moysen: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: [†] vt faciant sibi [f] fimbrias per angulos palliorum, * ponentes in eis vittas hyacinthinas. Quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum domini, * nec sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes, sed magis memores præceptorum domini, faciant ea: sintq; sancti deo suo. Ego dominus deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti, vt essem deus vester. *

2. De armentis aut pecudibus

3. Commixtam quarta parte Hin olei. Sed & vinum pro libamine quartam partem Hin faciant cum holocausto, aut alio sacrificio, pro agno vno, aut si fuerit aries.

b. Quid est ergo in agni oblatione decimam partem ephi offerre similæ cõsperſæ oleo iuxta quartam partem hin, & vinũ eiusdem mensuræ ad liba fundenda, nisi simplicitatem morum cum legis scientia & prudentia euãgelica exhibere? Nõ placet enim simplicitas sine prudentia, neque prudẽtia sine simplicitate. Vnde, Estote ergo prudẽtes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Hiero.

4. Vitulis.

5. Separes.

* Qualem numerum in his feceris, talem quoque numerum facies in illis.

6. Leuabitis leuationem, & infra.

7. De prima pasta vestra leuabitis pro leuatione iuxta leuationem aręæ, sic leuabitis eam. De primis pastis vestris dabitis domino leuationẽ in generationibus vestris.

c. Quod præcipit quomodo peccata expientur quæ nõ spõte committuntur, merito quæritur quæ sint ipsa peccata nolentium? Vtrum quæ à nescientibus committuntur an quę tacere cõpelluntur? Nam & hæc contra voluntatem dici solent. Sed vult quis propter quod facit, eũ vult viuere. Si quis nisi fecerit mortem minetur: vult ergo facere, quia vult viuere. Et ideo non per seipsum appetendo vt falsum iuret, sed vt falsum iurãdo viuat. Si ita est, nescio vtrũ possint dici ista peccata nolentium qualia hic dicuntur expianda. August.

8. Expiabit.

9. Ignorantia.

d. Quæ sint peccata quæ per superbiam committuntur, scriptura ipsa in consequentibus satis aperit vbi ait: verbum domini cõtempserunt. Aliud est ergo præcepta contemnere aliud magni pendere quidem, sed aut ignarum contra facere aut victum. Augu. quæst. 25. in Numer.

10. Manum superbam.

e. Sicut enim tempore castitatis bonitas, sic tempore timoris seueritas dei maximè commendatur. August. contra Adimantum, cap. 22.

f. In signum memoriæ quia præcepta domini recordentur, vt etiam casu huc illúcque respicientibus oculis, mandatorum cœlestium memoria nascitur. Hiero. ad Celantiam.

* In generationibus suis.

* Et faciant ea.

* Ego dominus deus vester.

*Chore seditionem cum sociis mouens absorbetur à terra.* XVI.

A EGcce autem Chore filius Isaar filij Caath, filij Leui: & Dathan, atque Abiron, filij Eliab, Hon quoque filius Pheleth, de filiis Ruben, surrexerunt contra Moysen: aliíque filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres Synagogæ: & [1] qui tempore concilij per nomina vocabantur. [†] Cúmque stetissent ] aduersum Moysen & Aaron, dixerunt: [2] Sufficiat vobis quia omnis multitudo sanctorum est, ] & in ipsis est dominus. Cur eleuamini super populum domini? Quod cum audisset Moyses, cecidit pronus in faciem, * locutúsque ad Chore & ad omnem multitudinem, Manè, inquit, notum faciet dominus, qui ad se pertineant, [3] & sanctos applicabit sibi, & quos elegerit, appropinquabunt ei. ] Hoc igitur facite:

a. Chore vir genere & opibus inter Hebræos clarus & popularí quadam facũdia præditus, videns Moysen in celso dignitatis constitutum, molestè se inuidenter ferebat. Ioseph. lib. 4. ca. 2. Antiq.

1. Magni in congregatione & viri nominati erant. Et congregati.

2. Multum vobis est, cum vniuersi in cœtu sancti sint.

* Suam.

3. Quis sanctus sit, & quis ad eũ accedere debeat, & quem elegerit, vt sibi accedat.

Tollat vnuſquiſque thuribulum ſuũ, [b] tu Chore, & omne conſilium tuum: & hauſto
cras igne ponite déſuper thymiama coram domino, & quemcũque elegerit, ipſe erit
[c]ſanctus. [d]Multùm [*]erigimini] filij Leui. Dixítque rurſum ad Chore: Audite filij Le- I
ui: Num parum vobis eſt, quòd ſeparauit vos deus Iſrael ab omni populo, & iunxit ſi-
bi vt ſeruiretis ei in cultu tabernaculi, & ſtaretis coram frequentia populi, & miniſtra-
reris ei? Idcirco ad ſe fecit accedere te, & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam
ſacerdotium [5] vendicetis? & omnis globus tuus ſtet contra dominum? Quid eſt enim
Aaron, vt murmuretis contra eum? Miſit ergo Moyſes, vt vocaret Dathan & Abi-
ron, filios Eliab. Qui reſponderunt. [d] Non venimus. Nunquid parum eſt tibi, quòd
eduxiſti nos de terra Ægypti quæ lacte & melle manabat, vt occideres in deſerto, ni-
ſi & dominatus fueris noſtri? Reuera induxiſti nos in terram quæ fluit riuis lactis &
mellis, & dediſti nobis poſſeſſiones agrorum & vinearum? An & oculos [6] noſtros]
vis eruere? Non venimus. Iratúſque Moyſes valde, ait ad dominum: Ne reſpicias ſacri
ficia eorum. [d] Tu ſcis quòd nec aſellum quidem vnquam acceperim ab eis, nec affli- c
xerim quempiam eorum. Dixítque [*]ad Chore: [c] Tu, & omnis congregatio tua ſtate
ſeorſum coram domino, & Aaron die craſtino ſeparatim. Tollite ſinguli thuribula
veſtra, & ponite ſuper eà incenſum, offerentes domino ducenta quinquaginta thuri-
bula: Aaron quoque teneat thuribulum ſuum. Quod cum feciſſent ſtantibus Moyſe
& Aaron, & coaceruaſſent aduerſum eos omnem multitudinem ad oſtium taberna-
culi, apparuit cunctis gloria domini. Locutúſque dominus ad Moyſen, & Aaron, ait:
[†f] Separamini de medio congregationis huius, vt eos repentè diſperdam. Qui ceci-
derunt proni in faciem, atque dixerunt: Fortiſsime deus ſpirituum vniuerſæ carnis,
num vno peccante contra omnes ira tua deſæuiet? [d] Et ait dominus ad Moyſen: Præ- D
cipe vniuerſo populo vt ſeparetur à [7] tabernaculis] Chore & Dathã & Abirõ. Surre-
xítque Moyſes, & abiit ad Dathan & Abiron, & ſequentibus eum ſenioribus Iſrael
dixit ad turbam: [8] Recedite [*] à tabernaculis [*] impiorum, & nolite tãgere quæ ad eos
pertinent, ne [8] inuoluamini in peccatis] eorum. [†] Cúmque receſſiſſent à tentoriis eo-
rum per circuitum, Dathan & Abiron egreſſi ſtabãt in introitu papilionum ſuorum
cum vxoribus & liberis, [9] omníque frequentia.] Et ait Moyſes: In hoc ſcietis quòd do-
minus miſerit me, vt facerem vniuerſa quæ cernitis, & non ex proprio ea corde pro-
tulerim. Si conſueta hominum morte interierint, & viſitauerit eos plaga, qua & cæte-
ri viſitari ſolent, non miſit me dominus. [d] Sin autem nouã rem fecerit dominus, [†] vt E
aperiens terra os ſuum deglutiat eos & omnia quæ ad illos pertinent, deſcenderínt-
que viuentes in infernum, ſcietis quòd [10] blaſphemauerint] dominum. Confeſtim igi
tur vt ceſſauit loqui, [†] dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuo
rauit illos cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtãtia eorum. [h] Deſcenderúntque vi-
ui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. At verò omnis Iſ-
rael qui ſtabat per gyrum, fugit à clamore pereuntium, dicens: Ne fortè & nos ter-
ra deglutiat. Sed & ignis egreſſus à domino, interfecit ducentos quinquaginta viros,
qui offerebant incenſum. Locutúſque eſt dominus ad Moyſen, dicens: [d] [i] Præcipe E- F
leazaro filio Aaron ſacerdoti, vt [†] tollat thuribula quæ iacent in incendio, & ignem
hue illúcque diſpergat, quoniam ſanctificata ſunt [11] in mortibus peccatorum:] produ
cátque ea in laminas, [12] & affigat altari, eo quòd oblatum ſit in eis incenſum domi-
no, & ſanctificata ſint: vt [13] cernant ea pro ſigno & monumento filij Iſrael.] Tulit er-
go Eleazar ſacerdos thuribula ænea, in quibus obtulerant ij quos incẽdium deuora-
uit, & [14] produxit ea in laminas affigens altari, vt haberent poſtea filij Iſrael quibus
commonerentur,] ne quis accedat alienigena & qui non eſt de ſemine Aaron, ad of-
ferendũ incenſum domino, ne patiatur ſicut paſſus eſt Chore, & omnis congregatio
eius, loquente domino ad Moyſen. Murmurauit autem omnis multitudo filiorum
Iſrael, ſequenti die contra Moyſen & Aaron, dicẽs: Vos interfeciſtis populũ domini.
[d] Cúmque [15] oriretur ſeditio & tumultus increſceret, Moyſes & Aaron fugerũt ad ta- G
bernaculum fœderis. Quod poſtquã ingreſſi ſunt, operuit] nubes, & apparuit gloria
domi-

b. Quia infernus ſubiunguntur hæc à Moyſe miſite pro Dathã & Abiron ideo nomine totius ſynagogæ Chore ſignificatur, non tota congregatio quæ cõuenerat aduerſus Moyſen & Aaron ſed propria cõgregatio Chore, quæ aſpirabat ad ſacerdotium quæ remanſerat cum Chore. Caietanus ibidem.
c. Addictus ad ſacrificia domino offerenda.
4. Vobis eſt.
5. Requiritis? Ob hanc etiam rem tũ & omnis ſynagoga tua.

d. Quid eſt quod Dathan & Abiron eum in ſeditionem cõſurrexiſſent, vocati à Moyſe ac ſuperbè & iniuriosè reſpondentes: Nunquid parum eſt tibi, quod eduxiſti nos de terra Aegypti &c. Vtrum populi Iſrael ran putam dicentes: Si ità præſtitiſſes oculos hominũ illorum abſcidiſſes, id eſt, ita te diligerent, vt oculos ſuos eruerent & darent tibi Aug. quæſt. 26. ſuper Numeros.
6. Vitorum illorum.
* Moyſer.
e. Per totam noctem præcedẽtem & partem diei Chore & ſibi adhærentes diſcurrerant per caſtra dicentes populo quod mouebantur pro vtilitate communi, & hoc modo coaceruauerunt ſibi multitudinem. Delyra.
f. Notandum eſt tunc iubere dominum ſeparationem fieri corporalem, cum iam vindicta imminerer malis. Sic Noe cum domo ſua ſeparatur à cæteris diluuio periturís. Sic Loth cũ ſuis ſeparatur à Sodomitis igne cœlitus conſumendis. Sic ipſe populus ab Aegyptiis marinis fluctibus obruẽdis. Sic iſti nũc à ſynagoga Chore Abiron & Dathan, qui ſe primitus per ſeditionem abrumpere voluerũt. Aug. quæſt. 27. ſuper Nume.
7. Circuitu tabernaculorum.
g. Notandum eſt tunc iubere dominũ ſeparationẽ fieri, cum iam vindicta imminet malis. Sic Noe cum domo ſua ſeparatur à cæteris diluuio periturís. Sic Loth cũ ſuis ſeparatur à Sodomitis igne cœlitus conſumendis. Sic ipſe populus ab Aegyptiis marinis fluctibus obruẽdis. Aug. Quæſt. ſuper numeros, lib. 4. cap. 30. c.
* Quæſo.
* Iſtorum virorum.
8. Fortè cõſumamini in peccato.
9. Atque periculis ſuis.
10. Viri illi irritauerint.
* Cũ omnibus hominibus qui erant cum Chore.
h. Commouet enim ſeſe fabrica contra eos qui contra deum ipſum fabrum inſurgunt, morteque acerbiſſima ac propemodum dæmonicaviui ad inferos deſcendent. Procopius ibid.

i. His ita abſumptis, Moyſes volens perpetuam eius ſupplicij memoriam ad poſteros tradi, vt & illis non ignoraretur, iuſsit Eleazarum Aaronis filiũ aceruas eorũ affixas altari æreo conſecrare: vt hoc monumento omnes terrerentur, qui cæleſte numen humanis dolis putant circumueniri poſſe. Ioſeph. lib. 4. c. 2. Antiq. Iudaic.
11. Thuribula peccatorũ iſtorum ſunt pro animabus eorũ.
12. Pro operimento altaris.
13. Sint in ſignum filiis Iſrael,
14. Extenuauerunt ea pro operimento altaris, in memoriale filiis Iſrael.

15. Congregaretur cœtus contra Moyſen & Aaron, conuerterunt ſe ad tabernaculũ fœderis, & ecce operuit ipſum.

domini. * Dixítque dominus ad Moysen: Recedite de medio huius multitudinis, 16 etiam nunc ]delebo eos. 17 Cúmque iacerent in terra,]dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte insensum désuper, pergens cito ad populum, vt 18 roges pro eis.] † Iam enim egressa est ira à domino, & plaga desæuit. [h] Quod cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem 19 quam iam vastabat incendium, ]obtulit thymiama: & stans inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Fuerunt autem qui percussi sunt, quatuordecim milia hominum & septingenti, absque iis qui perierant in seditione Chore. Reuersúsque est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi fœderis, postquam quieuit interitus.

* Et venit Moyses & Aaron ante tabernaculũ testimonij.
16. Repentè.
17. Illi autem ceciderũt in faciem suam, &.

18. Expies eum, & infra.
h. Aaron sanctus ruina mortis in populo transiecta thuribulum accipiẽs cucurrit obuiam quassationi, statúsque in medio superstitum ac peremptorum, lethalem plagam obiectu sui quasi quidã murus exclusit. Iisdorus ibidem.
19. Et ecce iam ceperat plaga in populo.

*Selectis à duodecim tribubus virgis, sola virga Aaronis floruit, fructúmque produxit.* XVII.

A [E]T locutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel: [a] & accipe ab eis virgas singulas † per cognationes suas, à cunctis principibus tribuũ virgas duodecim: & vniuscuiusque nomen superscribes virgæ suæ. Nomen autem Aaron [2] erit in tribu Leui: & vna virga cunctas eorum familias continebit,] ponésque eas in tabernaculo fœderis coram testimonio, vbi loquar
B ad te. § Quem ex iis elegero, germinabit virga eius: & cohibebo à me querimonias filiorum Israel, quibus contra vos murmurant. Locutúsque est Moyses ad filios Israel: & dederunt ei [3] omnes principes virgas per singulas tribus.] Fuerúntque virgæ duo-
C decim, [4] absque virga Aaron.] § Quas cum posuisset Moyses coram domino in tabernaculo testimonij, sequenti die regressus inuenit germinasse virgam Aaron [5] in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt. Protulit ergo Moyses omnes virgas de conspectu domini ad cunctos
D filios Israel, viderúntque & receperunt singuli virgas suas. § Dixítque dominus ad Moysen: [b] Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, † vt seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel, & quiescant querelæ eorum à me, ne moriantur. Fecitque Moyses sicut præceperat dominus. Dixerunt autem filij Israel ad Moysen: Ecce consumpti sumus, omnes peribimus. * Quicunque accedit ad tabernaculum domini, moritur. Num vsque ad internecionem cuncti delendi sumus?

a. Omnis princeps tribus populi habet virgam. Non enim potest quis regere populum nisi habeat virgam, vnde & Paulus Apostolus, quia princeps erat populi, Idara dicebat: Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mãsuetudinis? Augustin. Sermo. 99. de Tempo.
1. Iuxta domos patrum, à cunctis principibus eorum secundum domos patrum suorum.
2. Scribes super virgam Leui, quoniam vnaquæque virga est pro domo patrum suorum.
3. Singuli principes singulas virgas iuxta domos patrũ suorum.
4. Fuitque virga Aarõ in medio virgarum illorum.
5. Pro domo Leui, protẽtem ramos, & erumpentem in flores, reddẽtémque amygdalas.

b. Craslino autem mane Aarõ virga gemmulas amygdalini floris ostẽdit, quo patebat Aaron præ omnibus in sacerdotium dominum elegisse. Augde mirabilib⁹ sacræ scripturæ, cap. 31.
* Omnes nos perditi sumus.

*Sacerdotes & Leuitæ templi ministerio addicti, decimas in hæreditatem habeant.* XVIII.

A [D]IXítque dominus ad Aaron: Tu & filij tui, & domus patris tui tecum, portabitis [a] iniquitatem sanctuarij: & tu & filij tui simul, sustinebitis [b] peccata sacerdotij vestri. Sed & fratres tuos de tribu Leui, & sceptro patris tui, sume tecum: præstóque sint & ministrent tibi. † Tu autem & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. † Excubabúntque Leuitæ ad [2] præcepta tua, & ad cuncta opera ]tabernaculi: ita duntaxat vt ad vasa sanctuarij & altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul. Sint autem tecum, & excubent in custodiis tabernaculi, & in omnibus cæremoniis eius. Alienigena non miscebitur vobis. [c] Excubate in custodia sanctuarij, & in ministerio altaris, ne oriatur indignatio super filios Israel. Ego dedi vobis fratres vestros Leuitas de medio filiorum Israel, & tradidi donum domino, vt seruiant in ministeriis tabernaculi eius. Tu autem & filij tui custodite sacerdotium vestrum, [3] & omnia quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum
B sunt, per sacerdotes administrabuntur.] Si quis externus accesserit, occidetur. § Locutus est dominus ad Aaron: [d] Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia quæ sanctificantur à filiis Israel, tibi tradidi & filiis tuis pro officio sacerdotali, legitima sempiterna. Hæc ergo accipies de iis quæ sanctificantur, & oblata sunt [4] domino.] Omnis oblatio, & sacrificium, & quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedet in sancta sanctorum, tuum erit & filiorum tuorum. [5] In sanctuario ]comedes illud. Mares tantum edent ex eo, quia consecratum est domino. Primitias autem quas vouerint, & obtulerint filij Israel, tibi dedi & filiis tuis

a. Periculum tam pœnæ quàm culpæ iniqui accessus ad sanctuarium.
b. Hæc sunt peccata quæ appellantur sacrificia pro peccatis, quæ ideo dicuntur peccata sacerdotij vestri, id est, eadẽ ipsa quæ offeruntur pro peccatis. Augu. quæst. 31. super Numer.
1. Tibi autem & filiis tuis tecũ coram.
2. Custodiam tui, & custodiã vniuersi.
c. Non est sensus vt pro culpa sacerdotum puniendus sit populus: sed vt sic sacerdotes vacent officiis suis circa tabernaculũ & altare, ne tantus sit eorum lapsus vt etiam filij Israel peccent accedẽdo ad tabernaculũ vel altare Domini. Caietanus ibid.

3. Pro cunctis rebus altaris, & pro his quæ intra velum sunt, ministerium exequentes. Nam veluti munus dedi vobis officium sacerdotale, & ideo.
d. Cæterum primitiæ omnes, & redemptionis pretia ipsis & omnib⁹ qui cum eis sunt, tam maribus quàm fœminis attribuuntur. Sacra enim ad sacerdotes & eorũ liberos in sacerdotio successores pertinẽt. Munerum vero oblationes familiis sacerdotalibus communes sunt. Procopius ibid.
4. Ab igne, sub. altaris.
5. In sancto sanctorum.

Universidad de Deusto Biblioteca

ac filiabus tuis iure perpetuo. [c]Qui mũdus est in domo tua, vescetur eis. Omnem medullam olei & vini ac frumenti, [6] quicquid offerunt primitiarum domino, ]tibi dedi. Vniuersa frugum initia quæ gignit humus, & domino deportantur, cedent in vsus tuos. Qui mundus est in domo tua, vescetur eis. † Omne quod ex voto reddiderint filij Israel, tuum erit. Quicquid [f] primum erumpit è vulua cunctæ carnis quam offerunt domino, siue ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit: [g] ita dunta xat [c] vt pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal quod immundum, redimi facias: cuius redemptio erit post vnum mensem, siclis argenti quinque pondere sanctuarij. † Siclus viginti obolos habet. Primogenitum autem bouis, & ouis, & capræ, non facies redimi, quia sanctificata sunt domino. Sanguinem tãtum eorum fundes super altare, & adipes adolebis * in suauissimum odorem domino. Carnes verò in vsum tuum cedent, sicut pectusculum consecratum, & armus dexter tua erunt. Omnes primitias sanctuarij quas offerunt filij Israel domino, tibi dedi & filiis ac filiabus tuis * iure perpetuo. [g] Pactum salis est sempiternum coram domino, tibi ac filiis tuis. Dixítque dominus ad Aaron. In terra eorũ nihil possidebitis nec habebitis partẽ inter eos. Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel. † Filiis autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem, pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, vt non accedant vltra filij Israel ad tabernaculum, nec committant peccatum [7] mortiferum, ] solis filiis Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccata populi. [g] Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. † [p] Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria seperaui. * Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Præcipe Leuitis atque denuntia: † Cum acceperitis à filiis Israel decimas quas dedi vobis, * primitias earum offerte domino, id est, decimam partem decimæ: vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum, [8] tam de areis, quàm de torcularibus, & vniuersis quorum accipitis primitias, offerte domino, & date ea Aaron sacerdoti. ] Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria domini separabitis, optima & electa erunt. Dicésque ad eos: [h] Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area & torculari dederitis primitias: & comedetis eas in omnibus locis vestris, tam vos quàm familiæ vestræ, quia pretium est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij: & non peccabitis super hoc, egregia vobis & pinguia reseruantes, ne polluatis oblationes filiorum Israel, & [9] moriamini.

*Cinis vaccæ rufæ mundat immundos, expiationis aqua permixtus.* XIX.

Locutúsque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens, † [1] Ista est religio [A] victimæ quam constituit dominus. ] Præcipe filiis Israel, vt adducant ad te [2] vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum: tradetúsque eam Eleazaro sacerdoti: † Qui eductam extra castra immolabit in conspectu omnium, & tingens digitum in sanguine eius, asperget contra fores tabernaculi septem vicibus, comburétque eam cunctis videntibus, tam pelle & carnibus eius, quàm sanguine & fimo flammę traditis. Lignum quoque cedrinum, & hyssopum, coccúmque bis tinctũ, sacerdos [2] mittet in flammã, quæ vaccam vorat. ] Et tunc * demum lotis vestibus & corpore suo, ingredietur in castra, commaculatúsque erit vsque ad vesperum. [g] Sed & ille qui combusserit eam, lauabit vestimenta sua [3] & corpus, & immundus erit vsque ad vesperum. † Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & [3] effundet ] eos extra castra in loco purissimo, vt sint multitudini filiorum Israel in custodiam, [b] & in aquam [4] aspersionis: quia pro peccato vacca combusta est. ] Cúmque lauerit qui vaccæ portauerat cineres, vestimenta sua, immundus erit vsque ad vesperum. Habebunt hoc filij Israel & aduenæ, qui habitant inter eos [5] sanctũ iure perpetuo. ] † Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc septẽ diebus fuerit immundus, aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari. † [g] Omnis qui tetigerit [C] humanæ

6. Quomodo potest æternum esse quod visibile est? Quæ enim videntur temporalia sunt, primitiæ autẽ quæ offeruntur Aaron visibiles sunt: inuisibilis ergo circumcisio quæ in occulto est, æterna est, & azyma sinceritatis & veritatis. Origen.
6. Quam ipsi pro primitiis offerent.
f. Primogenitus est, non tantum post quem & alij, sed ante quẽ nullus. Hieronymus. Hic primogenita nõ fœtus primitiues pecorũ dicit: Nam ipsa Græcè πρωτότοκα nominatur. Hæc autem πρωτογενήματα. Sed Latinè duabus his rebus duo nomina reperta non sunt. Et ideo ista πρωτογενήματα quidam primitias interpretati sunt. Sed primitiæ ἀπάρχαι dicuntur, & aliud sunt. Hæc igitur tria ita discernuntur, quia πρωτότοκα sunt primitiui animalium fœtus, etiam hominum: πρωτογενήματα verò primi fructꝰ de terra sumpti, vel de arbore, vel de vite. Primitiæ autem de fructibus quidem, sed iam redactis ab agro, sicut de massa, de lacu, de dolio, de cupa, quæ primitus sumebantur. Augu. Quæst. super Nume. lib. 4. ca. 31.
* Pro ignito sacrificio.
* Tecum.
g. Hoc est, in omni sacrificio primum addetur sal, sicut præceptum est in legibus sacrificiorum, Leuit. 2.
7. Et moriantur.

*Et ideo dixi eis: In medio filiorum Israel nõ habebitis hæreditatem.
*In hæreditatem vestram.

8. Ac si fieret de frumento aræ, aut de plenitudine torcularis. Sic igitur separabitis etiã vos leuationẽ domino de cunctis decimis vestris, quas accepistis à filiis Israel, & dabitis de eis leuationẽ domino, quæ erit Aaron sacerdotis.
h. Duo hîc præcipiuntur: Alterũ, vt quælibet decima det sit, ex quolibet quod datur Leuitis, proculdubio in decimam: Ita quòd cuilibet rei respondeat propria decima. Alterum vt sit ex pingui, hoc est ex melioti dato: & huius ratio trãsigitur quia est sanctitas, hoc est portio sancta, portio dicanda deo. Caietanus ibid.
9. Non moriemini.

1. Hoc est decretũ legis, quod constituit dominus, dicens:

2. Euidentissimum signum in ea nouũ testamenti præfigurabatur, nec satis dignè fortiter dicere de tanto sacramento valem. Primo enim quod ita cœpit de hac re loqui scriptura quem non moueat, & intentissimam mentem faciat in altitudine sacramenti? Augustin. q. 33.

2. Tollet & immittet in medium combustionis vaccæ.
* Sacerdos.
3. Recondet.
b. Quid autem per vaccam, nisi ad sacrificium assumpta incarnationis dominicæ infirmitas designatur? Sicut enim per masculinum sexum solet fortitudo intelligi, sic & per fœmininum potest infirmitas designari. Sicut de eo scriptũ est: Quia etsi mortuꝰ est ex infirmitate, sed viuit ex virtute dei. Hæc autem vacca rufa dicitur, vt in ea sanguinis Christi rubor euidenter demonstretur. Gregor. in. 7. psal. pœniten. Psal. 4.
4. Separationis, atque in expiationem peccati.
5. In statutum perpetuum.

humanæ animæ morticinum, & aſperſus hac commixtione non fuerit, polluet tabernaculum domini, & peribit ex Iſrael. Quia [c] aqua expiationis nō eſt aſperſus, immundus erit, & manebit ſpurcitia eius ſuper eum. Iſta eſt lex hominis qui moritur in tabernaculo. Omnes qui ingrediuntur tentorium illius, & vniuerſa vaſa quæ ibi ſunt, pollu ta erunt ſeptem diebus. Vas quod nō habuerit operculum, nec ligaturā déſuper, immundum erit. [d] Si quis in agro tetigerit cadauer occiſi hominis, aut per ſe mortui, ſiue os illius, vel ſepulchrum: immūdus erit ſeptem diebus. Tollent de cineribus combuſtionis [6] atque peccati, ] & mittent aquas viuas ſuper eos in vas: in quibus cum homo mundus tinxerit hyſſōpum, aſperget ex eo omne tentoriuſm, & cunctam ſupellectilē, D [6] & homines huiuſcemodi contagione pollutos: atque hoc modo mundus luſtrabit immundum tertio & ſeptimo die: expiatúſque die ſeptimo, lauabit & ſe & veſtimenta ſua, & immūdus erit vſque ad veſperum. [7] Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, ] peribit anima illius de medio Eccleſiæ: quia ſanctuariū domini polluit, & non eſt aqua luſtrationis aſperſus*. Erit hoc præceptum legitimum ſempiternum. Ipſe quoque qui aſpergit aquas, lauabit veſtimēta ſua. † Omnis qui tetigerit aquas expiationis, immūdus erit vſque ad veſperum. Quicquid tetigerit immundus, immūdum faciet: & anima quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit vſque ad veſperum.

c. Aquam ſale conſperſam in populis benedicimus, vt ea cūcti aſperſi ſanctificentur & purificentur, quod omnibus ſacerdotibus faciendum mandamus. Nam ſi cinis vitulę aſperſus populum ſanctificabat, atque mūdabat multo magis aqua ſale aſperſa, diuinitúsque precibus ſacrata populum ſanctificat atque mūdat. De conſec. diſtin. 3. cano. Aquam.

6. Pro peccato.

d. Quæri poteſt quid ſit dictū vulneratum aut mortuum? ſi enim aliud voluit intelligi vulneratum aut mortuum, cauendum eſt ne putetur immūdus eſſe etiā, qui tetigerit vulneratum vnum, quod vtique abſurdū eſt. Sed quia poſſent & mortui eſſe vulnerati, pro mortuos intelligitur differuiſſe vt & vulneratū mortuū eſſe intelligamus: id eſt, vulnere peremptum, & mortuum ſine vulnere. Auguſt. Ibid.

7. Vir qui pollutus fuerit, & non expiauerit ſe.

* Vnde immundus manebit.

*Mortua Maria murmuranti populo aqua contradictionis à petra fluit, negantéque tranſitum Aedom diſcedunt ad montem Hor, vbi mortuo Aaron ſufficitur Eleazarus filius eius.*

XX.

A VEnerúntque filij Iſrael & omnis multitudo in deſertum [a] Zin menſe primo, & manſit populus in Cades. [b] Mortuáque eſt ibi Maria, & ſepulta in eodem loco. Cúmque indigeret aqua populus, conuenerunt aduerſum Moyſen & Aaron: & verſi in ſeditionem, dixerunt: Vtinam periſſemus inter fratres noſtros coram domino. † Cur eduxiſtis Eccleſiam domini in ſolitudinem, vt & nos & noſtra iumenta moriamur? Quare nos feciſtis aſcendere de Ægypto, & adduxiſtis ad locum iſtum peſſimum, qui ſeri non poteſt, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec mala granata, inſuper & aquam non habet ad bibendum? † Ingreſſúſque ] Moyſes & Aaron [2] dimiſſa multitudine, in tabernaculum fœderis ] corruerunt proni in terram, & clamauerúntque ad dominū, atque dixerunt: † Domine deus audi clamorem populi huius, & aperi eis theſaurū tuum, fontem aquæ viuæ, vt ſatiati ceſſet murmuratio eorum? ] [ƒ] Et apparuit gloria domini ſuper eos. Locutúſque eſt dominus ad Moyſen, dicens: [c] Tolle virgam, & congrega populum, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas.* Cúmque eduxeris aquā de petra, bibet omnis multitudo & iumenta eius. † Tulit igitur Moyſes virgam quæ erat in conſpectu domini, ſicut præceperat ei, congregata multitudine ante petram, dixítque eis: Audite rebelles & increduli. † Num de petra hac vobis aquam poterimus eiicere? † Cúmque eleuaſſet Moyſes manum, percutiens virga bis ſilicem, egreſſę ſunt aquæ largiſſimæ, ita vt populus biberet, & iumenta. Dixítque dominus ad Moyſen & Aaron: † Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filiis Iſrael, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. [d] Hæc eſt aqua [3] contradictionis, vbi iurgati ſunt ] filij Iſrael contra dominum, & ſanctificatus eſt in eis. Miſit interea nuntios Moyſes de Cades ad Regem Ædom, qui dicerent: [ƒ] Hæc mandat frater tuus Iſrael: Noſti omnem laborem qui apprehendit nos, quomodo deſcenderunt patres noſtri in Ægyptum, & habitauerimus ibi multo tempore, afflixeríntque nos Ægyptij & patres noſtros, & quomodo clamauerimus ad dominum, & exaudierit nos, miſeritque angelum qui eduxerit nos de Ægypto. [e] Ecce in vrbe Cades, quæ eſt in extremis finibus tuis, poſiti, obſecramus vt nobis tranſire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec per vineas, non bibemus aquas de puteis tuis, ſed gradiemur via [4] publica, ] nec ad dextrā, nec ad ſiniſtram declinantes, donec tranſeamus terminos tuos. Cui reſpōdit Ædom: Non tranſibis per me. Alioquin armatus occurrā tibi.

a. Zin manſio eſt 33. iuxta Cades. non eſt ea Cades Barne à qua miſſi ſunt exploratores, vt patuit ſupra 13. hæc autē miſſio longe diſtat ab illa, quòd illa iuxta Beerſabe, hæc autē in finib⁹ Idumææ. Quæ etiā differt ab 8. miſſione quæ dicitur Sin Sin per ☐. Hęc autem per Y & interpretatur mandatū Hiero. ad Fabiolā, de 42. manſionib⁹.

b. Videtur mihi in Maria prophetia mortua: in Moyſe & Aaron legi & ſacerdotio Iudæorum finis impoſitus: quòd nec ipſi ad terram repromiſſionis tranſcendere valeāt nec credentem populum de ſolitudine huius mundi educere. Hiero. ibid.

1. Egreſſus itaque.

2. A facie multitudinis ad oſtium tabernaculi teſtimonij.

c. In hac 32. manſione propter aquæ contradictionis Moyſes offendit Dominum & prohibetur tranſire Iordanem. Perturbatur enim murmure populi dubitantes petram virga percuſſit, quaſi illud non poſſet Deus facere vt aqua de petra proflueret, quod antè iam fecerat. Iſidorus. Ibidem.

* Suas.

d. Quod de aqua illa quæ de petra profluit dictum eſt, hæc aqua contradictionis, quia ea ledixerant filij Iſrael ante dominum, & ſanctificatus eſt in ipſis prius maladixerūt, quando locuti ſunt contra beneficium domini quòd educti erant de Aegypto: & poſtea ſanctificatus eſt in ipſis, cùm illo miraculo profluētis aquæ eius ſanctitas declarata eſt. Auguſt. q. 36. ſuper Numer.

3. Contentionis, vbi contenderunt.

e. Et nota quòd poſt mortem prophetiæ, & aquæ contradictionis, Idumæam carnem atque terrenam tranſire nō poſſunt, cùm multis precibus & conatibus viam nō impetrent, ſed egreditur Aedom aduerſus eos cū populo multo, & in manu forti. Interpretatio quoque nominis morti & offenſæ & negato tranſitui conuenit. Vbi enim mandatum, ibi & peccatum: vbi peccatū, ibi & offenſa: vbi offenſa, ibi mors. Hiero. Fabiolæ, de 42. manſionibus.

4. Regia.

Dixerúntque filij Iſrael:[f] Per tritam gradiemur viam, & ſi biberimus aquas tuas nos & pecora noſtra, dabimus [5]quod iuſtū eſt.] Nulla erit in pretio difficultas, tantū [6]velociter tranſeamus.] At ille reſpondit: Non tranſibitis. Statímque egreſſus eſt obuius [7]cum infinita multitudine] & manu forti, nec voluit acquieſcere deprecanti, vt concederet tranſitum per fines ſuos. [g] Quamobrem diuertit ab eo Iſrael. Cúmque caſtra mouiſſent de Cades, venerunt in montem Hor, qui eſt in finibus terræ Ædom: vbi locutus eſt dominus ad Moyſen, * dicens: [8]Pergat] inquit, Aaron ad populos ſuos. Non enim intrabit terram quam dedi filiis Iſrael, eo quòd [9]incredulus fuerit] ori meo ad aquas [10]contradictionis.] Tolle Aaron & † filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor. Cúmque nudaueris [11]patrem] veſte ſua, [E] indues ea Eleazarum filium eius, & Aaron colligetur, & morietur ibi. Fecit Moyſes vt præceperat dominus, & aſcenderunt in montem Hor coram omni multitudine. † Cúmque Aaron ſpoliaſſet veſtibus ſuis, induit eis Eleazarum filium eius. Illo mortuo in montis ſupercilio, deſcendit * cum Eleazaro. Omnis autem multitudo vidēs occubuiſſe Aaron, fleuit ſuper eo triginta diebus, per cunctas familias ſuas.

f. Forte ipſi iterum dicunt. Per ſemitam tritam aſcendemus, nec per agros, inuenies viam quam regiam vocant, publicam ſeu militarem ſignificantes. De aquis item tuis non bibemus cum aqua ea quæ in locubus eſt propria ſit laboratium. Impunitatem vero tráſitu indicaturus, iuxta montem pertranſibimus inquit. Procopius ibid.
5. Pretium earum.
6. Pedibus meis tranſibo.
7. Cum populo graui.
* Et ad Aaron in monte Hor.
8. Congregetur.
9. Rebellis fueritis.
10. Contentionis.
* Eleazarum.
11. Aaron.
g Oſtendit ordinationes ſicet dotales nō niſi ſub populi aſſiſtentis conſcientia fieri oportere: vt ſit ordinatio iuſta & legitima, quæ omnium ſuffragio & iudicio fuerit examinata Cyprian. Epiſto. 4.

## Mors Aaron.

* Moyſes.

*Victis Chananæis, & Amorræis, murmuranti populo aduerſus manna ſerpentes immittuntur, quorum morſibus æneus ſerpens erectus medetur. Seon & Og Reges vincuntur.* XXI.

Vod [a] cum audiſſet Chananæus Rex Arad, qui habitabat ad meridiem, veniſſe ſcilicet Iſrael per exploratorum viam, pugnauit contra [1]illū, & ⊱ victor exiſtens] duxit ex eo prædam. At Iſrael voto ſe domino obligans, ait: Si tradideris populum iſtum in manu mea, delebo vrbes eius. Exaudiuítque dominus preces Iſrael, & tradidit Chananæum, quem ille interfecit ſubuerſis vrbibus eius, & vocauit nomen loci illius [b] Horma, id eſt, anáthema. Profecti ſunt autem & de monte Hor, per viam quæ ducit ad mare rubrum, vt circuirent terram Ædom. Et tædere cœpit populum itineris ac laboris, locutúſque contra dominum & Moyſen, ait. [g] Cur eduxiſti nos de Ægypto, vt moreremur in ſolitudine? Deeſt panis, nō ſunt aquæ, anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. † Quamobrem miſit dominus in populum [2]ignitos] ſerpentes, [3] ad quorum plagas, & mortes plurimorum] venerunt ad Moyſen, atque dixerunt: Peccauimus, quia locuti ſumus cōtra dominum & te. Ora, vt tollat à nobis ſerpentes. Orauit Moyſes pro populo. Et locutus eſt dominus ad eum: † Fac ſerpentem æneum, & pone eum [4] pro ſigno.] Qui percuſſus aſpexerit eum, viuet. [c] Fecit ergo Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno. Quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur. [g] Profectíque filij Iſrael caſtrametati ſunt in Oboth. Vnde egreſſi, fixere tentoria in [5]Ieabarim] in ſolitudine quæ reſpicit Moab contra orientalem plagam: & inde mouentes, venerunt ad torrentem Zareth. Quem relinquentes, caſtrametati ſunt contra Arnon, quæ eſt in deſerto, & [6]prominet in finibus Amorræi.] † Siquidem Arnon terminus eſt Moab, diuidens Moabitas & Amorræos. Vnde dicitur in libro bellorum domini: Sicut fecit in mari rubro, [7] ſic faciet] in torrentibus Arnon. [8] Scopuli torrentium inclinati ſunt, vt requieſcerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum.] [g] Ex eo loco [9] apparuit puteus: ſuper quo locutus eſt] dominus ad Moyſen: Congrega populum, & dabo ei aquam. Tunc cecinit Iſrael carmen iſtud. Aſcendat puteus, concinebant, puteus quem foderunt principes, & parauerunt duces multitudinis, in datore legis, & in baculis ſuis. Profectíque ſunt de ſolitudine Mathana: de Mathana in Nahalihel: de Nahalihel in Bamoth. [10] Bamoth vallis eſt in regione Moab, in vertice Phaſga: & quod reſpicit contra deſertum.] † Miſit autem Iſrael nuntios ad Seon regem Amorræorum, dicens: Obſecro, vt tranſire mihi liceat per terram tuam. [g] Non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis. [d] Via regia gradiemur, donec tranſeamus terminos tuos. Qui concedere noluit vt tranſiret Iſrael per fines ſuos: quin potius [11] exercitu] congregato, egreſſus eſt obuiam in deſertum, & venit in Iaſa, pugnauítque contra eum. † A quo * percuſſus eſt in in ore gladij

a. Hiſtoriæ itaque ordo eſt, q̄ mortuis fere omnib⁹ qui exierant de Aegypto, cum veniſſent filij Iſrael ad loca in quibus à principio fuerāt propinqua Chananæo habitanti in meridie, Chananæus qui olim Iſraelitas contriuerat, pugnauit contra illos. Caietanus.
1. Iſraelem.
b. Hinc dictum eſt anathema, quod deteſtabile aliquid & abominabile videatur: vt inde victor nihil in vſus ſuos auferret, ſed totum in pœnam luendam voueret, hoc erat anathematizare: quod vulgo dicitur deuotare. Origo autem huius verbi eſt in Græca lingua ab his rebus quæ votæ & perſolutæ, hoc eſt, promiſſæ & redditæ ſurſum ponebantur in templis. ἀπὸ τοῦ ἄνω τίθεσθαι, hoc eſt, ſurſum ponere, vel figendo vel ſuſpendendo. Aug. q. 41. ſuper Numer.
2. Ardentes, ſiue vrentes.
3. Qui mordebant populum, & morcuus eſt populus multus ex Iſrael.
4. Super ſtipitem, ſiue pertic.
c. Mortuo Aaron murmurant Iſraelitici populi contra deum & Moyſen, manna faſtidiunt, à ſerpentibus vulnerantur. Sed quid ſignificat quòd morſus mortiferi ſerpentum, exaltato & reſpecto æneo ſerpente, ſanabantur, niſi q̄ nunc in typo ſaluatoris qui verū antiquumque ſerpētem in patibulo triūphauit diaboli venena ſuperāntur, ita vt qui verè expreſſeque imaginem filij dei paſſionemque eius cōſpexerit, conſeruetur? Hoc enim ſignificant verba ipſius Domini dicētis. Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in deſerto, ſic oportet exaltari filium hominis: vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Iſidorus ibidem.
5. Cumulis Abarim.
6. Egrediens à finibus Amorræi.
7. Et fecit.
8. Et fluxus torrētium qui declinet ad habitationem Ar, & porrigitur ad terminū Moab.
9. In Beer, hic eſt Beer de quo dixit.
10. Et de Bamoth in vallem quæ eſt in campo Moab, vſque ad ſummitatem collis qui reſpicit in ſuperficie Ieſimon.
d. Hac incedendū, & nūquām declinandum nec in agrū nec in vineam, i. nec ad opera, nec ad ſenſus diabolicos, ſi volum⁹ pacificè tranſire per mundum. Gloſa ordina. ibid.
11. Vniuerſo populo ſuo.
* Iſraele.

gladij, & [12] possessa est terra] eius ab Arnon vsque Ieboc, & filios Ammon: quia forti præsidio tenebātur termini Ammonitarum. [e] Tulit ergo Israel omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorræi: in Hesebon [scilicet] & [13] viculis eius. [f] Vrbs Hesebon fuit regis Seon Amorræi, qui pugnauit contra regem Moab, & tulit omnē terram quæ ditionis illius fuerat, vsque Arnon. [14] Idcirco dicitur in prouerbio: ] Venite in Hesebon, ædificetur & constructur ciuitas Seon. † Ignis * egressus est de Hesebon, flamma de oppido Seon, & deuorauit Arnon Moabitarum, & habitatores excelsorum Arnon. † Veh tibi Moab, peristi populo Chamos. Dedit filios eius in fugam, & filias in captiuitatē Regi Amorræorum Seon. [15] Iugum ipsorum] disperiit ab Hesebon vsque Dibon, [16] lassi peruenerūt in Nophe ] vsque Medaba. Habitauit itaque Israel in terra Amorræi. [g] Misitque Moyses qui explorarent Iazer, cuius ceperūt viculos, & [17] possederunt habitatores. † Verterúntque se, & ascenderūt per viam Basan: & occurrit eis [f] Og Rex Basan cum omni populo suo, pugnaturus in Edrai. Dixítque dominus ad Moysen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum ac terram eius, faciésque illi sicut fecisti Seon Regi Amorræorum habitatori Hesebon. Percusserunt igitur & hunc cum filiis suis, vniuersúmque populum eius [18] vsque ad internecionem, ]& possederunt terram illius. Profectíque castrametati sunt in campestribus Moab, vbi trans Iordanem Iericho sita est.

12. Hæreditauit terram.
e. Innoxius enim transitus negabatur, qui iure humanæ societatis æquissimo patere debebat. Sed iam vt deus sua promissa cōpleret adiuuit hic Israelitas, quibus Amorræorum terram dari oportebat. Nam Aedom cum eis transitum similiter denegaret, non pugnauerunt cum ipsa gente Israelitæ, i. filij Iacob cum filijs Esau duorum germanorum atque geminorum, quia terram illā Israelitis non promiserat, sed declinauerunt ab ea. Augustin. ibidem.
13. Omnibus fidelibus.
14. Vnde dicunt qui prouerbiis vtuntur.
* Enim.
15. Regnum ipsorum, vel imperium.
16. Depopulationem fecimus vsque in Nophah, quæ extenditur.
17. Expulerūt Amorræos, qui erant in eis.
f. Post Dibon Gad geritur bellum contra Seon Regem Amorræorum, & Og Regē Basan: Et discimus cum veneritis ad summum, & de fonte principum regúmque biberimus, ascendentes ad montem Phasga, non debeamus elevari in superbiam, si proposita nobis è cōtrario solitudinem nouerimus. Ante contritionem enim elevatur cor viri, & ante gloriam humiliatur. Hie. Fabiolę, de 42. mansio.
18. Vt nullæ illius residuæ fierent reliquiæ.

A [1] Idens autem Balac filius Sephor, omnia quæ fecerat Israel Amorræo, [1] & quòd pertimuissent eum Moabitæ, & impetum eius ferre non possent, ]dixit ad maiores natu Madian: [2] Ita delebit hic populus ] omnes qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Ipse * erat eo tempore Rex in Moab. Misit ergo nuntios [a] ad Balaam filium Beor [3] Ariolum, qui habitabat super flumen terræ filiorum Ammon, ] vt vocarent eū, & dicerent: Ecce egressus est populus ex Ægypto, qui operuit superficiem terræ sedens contra me. Veni igitur & maledic * populo huic, quia fortior me est: B siquo modo possim percutere, & eiicere eum de terra mea. [g] Noui enim, quòd benedictus sit, cui benedixeris: & maledictus, in quem maledicta congesseris. Perrexerúntque seniores Moab & maiores natu Madian, habentes diuinationis pretium in manibus. Cúmque venissent ad Balaam, & narrassent ei omnia verba Balac, ille respondit. Manete hîc nocte, & respondebo quicquid mihi dixerit dominus. Manentibus illis apud Balaam, [b] venit deus, & ait ad eum: [4] Quid sibi volunt] homines isti apud te? Respondit: * Balac filius Sephor Rex Moabitarum misit ad me, dicens: Ecce populus qui egressus est de Ægypto, operuit superficiem terræ: veni & maledic ei, * C si quo modo possim [5] pugnans ] abigere eum. [g] Dixítque deus ad Balaam: Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia benedictus est. Qui mane consurgens, dixit ad principes: * Ite in terram vestram, quia prohibuit me deus venire vobiscum. Reuersi principes dixerunt ad Balac: Noluit Balaam venire nobiscum. Rursum ille multo plures, & nobiliores quàm antè miserat, misit. Qui cum venissent ad Balaam, dixerunt: Sic dicit Balac filius Sephor: Ne cúcteris venire ad me. Paratus sum honorare te, * & quicquid [6] volueris, dare. ] Veni & maledic populo isti. * Respondit Balaam: † Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero [7] immutare ] verbum domini dei mei: vt [6] vel plus vel minus loquar. ] [g c] Obsecro vt hic D maneatis etiam hac nocte, & scire queam quid mihi rursum respondeat dominus. Venit ergo deus ad Balaam nocte, & ait ei: Si vocare te venerint homines isti, surge & * [d] vade cum eis, ita duntaxat, vt quòd præcepero tibi, facias. Surrexit Balaam ]mane, & strata asina sua profectus est cum eis: & iratus est deus. * Stetítque angelus domini in via [9] contra Balaam ]qui insidebat asinæ, & duos pueros habebat secum. † Cernens asina angelum * stantem in via euaginato gladio, * auertit se de itinere, & ibat

1. Timuítque Moab à facie illius populi valde, quia multus erat, cœpítque tædere à facie filiorum Israel.
2. Nunc lambet congregatio illa.
* Autem Balac filius Sephor.
2. Hic Balaam famosissimus erat in arte magica, & in carminibus noxijs præparens. Non enim habebat potestatem vel à se verba ad benedicendum, sed habebat ad maledicēdum. Dæmones enim ad maledicendum inuitantur, non ad benedicendum. Augustin. Sermo. 103. de tempo.
3. In Pethor quæ est iuxta fluuium in terra filiorum populi sui.
b. Nemo glorietur si sibi deus loquitur: nouit enim quomodo loquendum sit cum talibus, cū loquatur etiam cum reprobis. Qui & cum per angelos loquitur, ipse loquitur. Difficile est in explanatione historiæ, quomodo cū dicatur venisse deus ad Balaam noctu primo, & interrogasse qui essent homines qui venissent ad eum, & respōdisse missos esse à Balach dicente. Veni & maledic mihi populum istum. Respondit dominus: Noli ire cum eis. Secundò dixisse vt iret cum eis. Et tertio cūi occurrisse angelus dei, Origenes ibidem.
4. Qui sunt.
* Balaam deo.
* Propter me
5. Debellare eum, atque.
* Balac.
* Valde.
7. Dixerit mihi, faciam.
* Propter me.
c. Quòuis enim iam prius fuisset prohibitus ire, tamē cupiditate ductus adhuc quærebat quomodo posset ire: vt si forte dæmon ei priuatus permitteret sibi dari responsum de contrario. De lyra.
7. Transgredi, vel præterire.
8. Faciam quid exiguum vel grande.
* d. Si vis (tantum permissiue loquendo, aliàs domino non displicuisset.
* Quod ipse proficisceretur.
e. Vt aduersaretur ei.
* Domini.
* In manu sua.

per agrum. Quem cum verberaret Balaam, & vellet ad semitam reducere, [c] stetit angelus in angustiis duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur. Quem videns asina [10] iunxit se parieti, & attriuit sedentis pedem.] [f] At ille iterum verberabat eam, [a] & nihilominus angelus ad locum angustum transiens, vbi nec ad dextram, nec ad sinistram poterat deuiari, obuius stetit. Cúmque vidisset asina stantem angelum, concidit sub pedibus sedentis: Qui iratus vehementius cædebat fuste latera eius. [f] † Aperuítque dominus os asinæ, & locuta est *: Quid feci tibi? Cur percutis me ecce iam tertiò? Respondit Balaam: Quia [b]—commeruisti, &] illusisti mihi. † Vtinam haberem gladium, [11] vt te percuterem.] Dixit asina: [12] Nónne animal tuum sum,] cui semper sedere consuesti, vsque in præsentem diem? Dic quid simile vnquam fecerim tibi. At ille ait: Nunquam. [f] Protinus aperuit dominus oculos Balaam, & vidit angelũ stantam in via euaginato gladio, * [13] adorauítque eum pronus in terram.] Cui angelus: Cur, inquit, tertiò verberas asinam tuam? Ego veni vt aduersarer tibi, [14] quia peruersa est via tua, mihíque contraria.] Et nisi asina declinasset de via dans locum resistenti, te occidissem, & illa viueret. Dixit Balaam: Peccaui, nesciens quòd tu stares contra me. * Et nunc si displicet tibi vt vadam, reuertar. Ait angelus: Vade cum istis, & caue ne aliud quàm [15] præcepero] tibi, loquaris. Iuit igitur cum principibus. Quod cum audisset Balac, * egressus est in occursum eius [16] in oppido] Moabitarum, quod situm est in extremis finibus Arnon. [g] Dixítque ad Balaam: Misi nuntios, vt vocarent te. Cur non statim venisti ad me? An [17] quia mercedem aduentui tuo reddere nequeo?] Cui ille respondit: Ecce assum. [g] Nunquid loqui potero aliud, nisi quod deus posuerit in ore meo? Perrexerunt ergo simul, & venerunt in vrbem [18] quæ in extremis regni eius finibus erat.] Cúmque occidisset Balac boues & oues, misit ad Balaam & principes qui cum eo erant [c]— munera.] Mane autem facto duxit eum ad excelsa Baal, & intuitus est extremam partem populi.

c. Sed ista angelum dei vidit, quem homo videre nõ potuit: & vidit, & deruit & locuta est, vt agnosceremus temporibus posterioribus sub aduentu magi angeli dei gentilem illam plenè solutam duritia, soliditatisque natura solutis de ea linguam, locutura: ita vt quæ erat subiecta perfidiæ in vnum fidei & confessionis etumpat. Isidorus ibidem.
10. Coarctauit se ad parietem, offenditque pedem Balaam ad parietem.
f. Hoc prodigioso asinæ sermone dum ille tenebatur, apparuit ei angelus obiurgans verberatorem, quòd iumentum non esset in culpa sed ipse obstaret iter contra dei voluntatem facienti. Ioseph li. 4. ca. 6. Antiq. Iudaic.
* Cum Balaam.
11. Modo te interficerem.
12. An nõ ego sum asina tua?
* 13. In manu sua, vnde inclinato capite incuruauit se super faciem suam.
14. Eo quod peruerteres iter coram me. Et videns me asina tribus vicibus declinauit.
* In itinere.
15. Locutus fuero.
* Venisse Balaam.
16. Ad ciuitatem Moab, quæ est in termino Arnon in extremo fine.
17. Certè quia non possum te honorare?
g. Certũ signis nihil motus Balac accertiuit Balaamũ tanquam potentiorem, cui indicat deus, vt quamuis hostilem habeat animum, quatenus tamen familiaris sit, siquidem opificium eius sit, etiam inuitus contraria dicat.
18. Plateatum.

## *Balaam ad maledicendum Israel vocatus benedixit, futura de illo multa prædicens.* XXIII.

[a] Dixítque Balaam ad Balac: * Ædifica mihi hîc septem aras, & para [1] totidẽ vitulos,] eiusdémque numeri arietes. Cúmque feciset iuxta sermonem Balaam, [2] imposuerunt simul vitulum] & arietem super aram. Dixítque Balaam ad Balac: Sta paulisper iuxta holocaustum tuum donec vadam, si fortè occurrat mihi dominus: & quodcunque mihi [3] imperauerit,] loquar tibi. Cúmque abiisset [4] velociter,] [b] occurrit illi deus. Locutúsque ad eum Balaam: Septem, inquit, aras erexi, & imposui vitulum & arietem désuper. Dominus autẽ posuit verbum in ore eius, & ait. Reuertere ad Balac, & hæc loquêris. Reuersus inuenit stãtem Balac iuxta holocaustum suũ, & omnes principes Moabitarum, assumptáque parabola sua dixit: [c] De Haran adduxit me Balac Rex Moabitarũ, de montibus orientis. Veni, inquit, & maledic * Iacob, propera & detestare Israel. [d] Quomodo maledicã, [B] cui non maledixit deus? Qua ratione detester, quem dominus non detestatur? De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum. Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum [5] stirpis] Israel? [d] Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Dixítque Balac ad Balaam: Quid est hoc quod agis? Vt maledíceres inimicis meis vocaui te, & tu econtrario benedicis eis. Cui ille respondit: [e] † Num aliud possum loqui, nisi quod [6] iusserit] dominus? Dixit ergo Balac: † Veni mecum in alterum locum, vnde partem Israel videas, & totum videre non possis, inde maledicito ei. † [f] Cúmque duxisset eum in [7] locum sublimem] super verticem [C] montis Phasga, ædificauit Balaam septem aras, & impositis suprà vitulis atque arietibus, dixit ad Balac: Sta hîc iuxta holocaustum tuum, donec ego obuius * pergam. Cui cum dominus occurrisset, posuissétque verbum in ore eius, ait: Reuertere ad Balac, & hæc loquêris ei. Reuersus inuenit eum stantem iuxta holocaustum suum, & principes

a. In veneratione septem planetarum quos colebant idololatræ, & potissimũ illi qui erant astrologia imbuti quantum ad hoc quod omnia quæ agũtur in humanis actionibus deriuantur à stellis de quibus erat iste Balaam. De Iyra.
1. Mihi septem boues.
2. Obtulítque Balac & Balaam hostiam.
3. Ostenderit,
4. Solus.
b. Sub specie iudicis videtur apparuisse non corporali occursu sed interno: & proculdubio quia ad officium gubernatoris exercendũ occurrit. Caietanus ibidem.
c. De Mesopotamia Syriæ inuenies & à Balaam tale quid factum. Vocatus enim vt malediceret populum, non solum non maledixit, sed & prædixit multa mirásque res tam de aduẽtu saluatoris nostri, quàm de populo. Chrys. super. 6. cap. Genes. Hom. 11.
* Propter me ipsi.
5. Quarta partis.
d. Illud autem quod à Balaam dicitur: Moriatur anima mea, &c. hunc habet sensum, vt cupiat mori seculo atque peccato, atque viuere cum iustorum animabus, quorum vita Christus est. Hieron. super Ezechielem, ca. 18.
e. Nõ possum aere mea hoc efficere quod solebã. Hûc sanè suffragabitur, & obsignabit omne os eorũ qui iniqua loquuntur. Cæterum Balac arbitratur loco mutato mutaturum animum quoque diuinum. Procopius ibidem.
6. Posuerit in ore meo.
7. Agrum speculatorum.
* Domino.

principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac: Quid, inquit, locutus est dominus? At ille assumpta parabola sua, ait: Sta Balac,& ausculta,audi fili Sephor.[f] Nō est deus quasi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt[8] mutetur.] Dixit ergo & non faciet? locutus est,& non implebit? Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere nō valeo.[*9] Non est idōlum in Iacob,nec videtur simulachrum ] in Israel.
† Iosue 24.b D † Dominus deus eius cum eo est, & [10] clangor victoriæ Regis in illo. ] ♱ Deus eduxit illum de Ægypto: cuius fortitudo similis est rhinocerōtis. Non est augurium in Iacob,nec diuinatio in Israel. Temporibus suis dicetur Iacob & Israeli, quid operatus sit deus. Ecce populus vt leæna [11] consurget, &] quasi leo erigetur. Nō accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinē bibat. Dixítque Balac ad Balaam: Nec maledicas ei, nec benedicas.[12] Et ille:] Nónne,ait,dixi tibi, quòd quicquid mihi deus [13] imperaret, ] hoc facerem? Et ait Balac ad eum: Veni & ducam te ad alium locum, si fortè placeat deo vt inde maledicas eis.[*] Cúmque duxisset eum super verticē montis Phogor,qui respicit[14] solitudinem, ] dixit ei Balaam: Ædifica mihi hîc septem aras, & para totidem vitulos,eiusdémque numeri arietes. Fecit Balac vt Balaam dixerat, imposuítque vitulos & arietes per singulas aras.

*Vaticinatur Balaam super Israelem,Christi atque Romanorum regnum Amalechitis & Cynæis cæsis futurum.* XXIIII.

Num.24. A [a] Vmq; vidisset Balaam quòd placeret domino, vt benediceret Israeli, nequaquam abiit vt antè perrexerat,vt augurium quæreret:sed dirigens contra desertum vultum suum,& eleuans oculos,vidit Israel in tentoriis commorantem per tribus suas, & [1 b] irruente in se spiritu dei, ] assumpta parabola, ait: Dixit Balaam filius Beor,dixit homo [2] cui obturatus est oculus,] dixit auditor sermonum dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, qui cadit,& sic aperiūtur oculi eius. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, vt [3] valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, ] vt tabernacula quæ fixit dominus,quasi cedri
B prope aquas. Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in aquas multas. ♱ [4] Tolletur propter Agag Rex eius, & auferetur regnum illius. ] Deus eduxit illum de Ægypto, † cuius fortitudo similis est rhinocerōtis. [5] Deuorabunt gentes hostes illius, ossáque eorum confringent, & perforabunt sagittis. ] [c] Accubans dormiuit vt leo, & quasi leæna, quàm suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi,erit ipse benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur. Iratúsque Balac contra Balaam, complosis manibus ait: Ad maledicendum inimicis meis vocaui te, quibus è contrario ter tiò benedixisti. [6] Reuertere ] ad locum tuum. Decreueram quidem magnificè honorare te, sed dominus [7] priuauit te honore dispósito. ] Respondit Balaam ad Balac:
† Sup.22.d C Nónne nuntiis tuis quos misisti ad me, dixi: † ♱ Si dederit mihi Balac plenam domū suam argenti & auri,[d] nō potero præterire sermonē domini dei mei,vt vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo: sed quicquid dominus dixerit, hoc loquar? Veruntamen pergens ad populum meum, dabo tibi consilium, [8] quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. ] Sumpta igitur parabola, rursum ait: Dixit Balaam filius Beor: Dixit homo cuius [9] obturatus est oculus, ] dixit auditor sermonum dei,qui nouit doctrinam altissimi, & visiones omnipotentis videt, qui cadēs apertos
† Matt.2.a D habet oculos. Videbo eum, sed non modò: intuebor illum, sed non propè. † [10] Orietur ] stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet [11] duces] Moab, vastabítque omnes filios Seth,& erit Idumea possessio eius. ♱ [e] Hæreditas Seir cedet inimicis suis, Israel verò fortiter aget. [f] De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. Cúmque vidisset Amalech,assumens parabolam, ait: Principium gentium Amalech, [g] cuius extrema perdentur. [*] Vidit quoque Cynæum, & assumpta parabola, ait: Robustum quidem est habitaculum tuum, sed [12] si in petra posueris ] nidum tuum, & fueris electus de stirpe Cin, quandiu poteris permanere? Assur enim capiet te. Assumptáque parabola iterum locutus est: Heu quis victurus est, quando ista fa-

f. Non sicut homo, frustratur deus, neque sicut filius hominis terretur. Quasi putas deum sicut hominem frustrari in his quæ loquitur. Homines enim multis vitiis impediuntur ne verum sit quod loquuntur. Irati enim loquuntur aut metu, aut cupiditate, aut iactantiæ gratia: Deus autem in quo nulla passio est, quicquid dixerit pro causarum meritis dicit. Et ideo non potest frustrari: quia quicquid ratione profertur nō potest ratione carere. Origenes ibidem.
8. Pœnitear.
*9. Nec est in mea potestate mutare illud. Non aspexit vanitatem in Iacob, neque vidit laborem.
10. Societas Regis cum eo est.
11. Grandis.
12. Respondens Balaam ad Balac.
13. Loqueretur.
* Propter me.
14. Faciem deserti Iesimon.

a. Hic fuit Balaam permissus statim post mutationem loci & oblationem sacrificij, imò compulsus benedicere Israeli. De lyra ibidem.

1. Et factus est spiritus domini super eum.
b. Afficit enim spiritus domini omnes, non eodem modo, sed alios per informationem spiritus eorundem hominum, vbi rerum demonstrantur imagines, alios per fructum mentis ad intelligēdum, alios vtraque inspiratione, alios etiā nescientes. August. ad Simplicia, lib 2. quæst. prima.
2. Cuius apertus est oculus.
3. Conualles extenduntur, & sicut horti iuxta fluuium.
4. Eleuabitur super Agag Rex eius, & sublimabitur regnum eius.
5. Deuorabit gētes hostes suos, & ossa eorum corrodet, & sagittas eorum confringet.
c. Quemadmodum igitur cum ait, Accubās dormiuit vt leo, quod inexpugnabile ac terribile est, excerpimus, non quod festinum, aut si quid aliud leoni conuenit. Chryso. in 9. cap. Roma. Homil. 16.
6. Nunc igitur fuge.
7. Prohibuit te ab honore.
d. Sciens Balaam quod nō sibi per ministros solitos responsa deferentur, sed ab eo qui habet omnium potestatem rectè videtur protestatus se non posse præterire verbum domini, vel proferre aliquid boni vel mali ex ore suo. Glos. ord. ibidem.
8. Quid populo tuo facturus sit iste populus in nouissimis diebus. (videlicet, tempore Messiæ.
9. Apertus est oculus.
10. Processit.
11. Terminos.
e. Gens reproba hæreditas erit electorum: quoniam reprobi sunt propter electos.
f. Vt 2. Reg. 11. de Ioab sub Dauide.
g. Vt in primo libr. Reg. per Saulem.
* In seculum.
12. Ponis in petram, sed erit in depastionem Cynæus, donec Assur te captiuum duxerit.

Universidad de Deusto Biblioteca

ciet deus? † Venient in [h] trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabúntque Hebræos, ad extremum etiam ipsi peribunt. Surrexítque Balaam, & reuersus est in locum suum: Balac quoque via qua venerat rediit. †Dion.

* Triremibus.
h. Q. d. per nauigium venit exercitus Romanorum ad partes illas orientales, & superabunt Assyrios temporibus Iulij Cæsaris, & Augusti & vastabunt Hæreos temporibus Titi & Vespasiani. De lyra.

*Fornicante cum Madianitis & Moabitis Israele, Phinees Zambri & Cozbi pugione confodit.* XXV.

MOrabatur autem eo tempore Israel in Sethim, & fornicatus est populus [A] cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia [1] sua. ] At illi comederunt, & adorauerunt deos earum. † [2] Initiatúsque ] est Israel Beelphegor. Et iratus [3] dominus, ]ait ad Moysen: [a] † Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra [4] solem in patibulis, ] vt auertatur furor meus ab Israel. Dixítque Moyses ad Iudices Israel: † Occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor. [B] Et ecce vnus de filiis Israel [5] intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem videnté Moyse & omni turba ] filiorum Israel, qui flebãt ante fores tabernaculi. † Quod cum vidisset Phinees, filius Eleazari, filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & [6] arrepto pugione ingressus est post virum Israelitem in lupanar, [b] & perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem [7] in locis genitalibus. ]Cessauítque plaga à filiis Israel, & occisi sunt vigintiquatuor milia hominum. [C] Dixítque dominus ad Moysen: [c] Phinees, filius Eleazari, filij Aaron sacerdotis auertit iram meam à filiis Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo. Idcirco loquere ad eum: † Ecce do ei [8] pacem fœderis mei, ] & erit tam ipsi quàm semini eius pactum sacerdotij sempiternum: quia zelatus est pro deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel. Erat autem nomen viri Israelitæ qui occisus est cum Madianitide, Zábri filius Salu, [9] dux de cognatione & tribu ] Simeônis. [D] Porrò mulier Madianitis quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi, filia Sur principis [10] nobilissimi] Madianitarum. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens: † [11] Hostes vos sentiant Madianitæ, ] & percutite eos, quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, * & decepêre insidiis per idôlum Phogor, & Cozbi filiam ducis Madian sororem suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

1. Deorum suorum.
2. Et iunctus.
3. Et furor domini in Israel, &.
a. Iratus est Deus fornicationibus Israel, & carnalibus & spiritualib⁹. Nam & filiab⁹ Moab se impudicè miscuerant, & idolis fuerant consecrati. Hoc ad Moysen dixit vt ostentaret domino duces populi contra solem. August. ibidem.
4. Dominum in cõspectu solis.
5. Adduxit ad fratres suos Madianitidem in oculis Moysi, atque in oculis vniuersæ multitudinis.
6. Arripuit hastã in manu sua, veniénsque post virum Israelitam in tabernaculum.
b. Hæc tamen seueritas illi tempori congrua, quantum malũ sit fornicationis & idololatriæ, prudentium fidei salutis euidenter ostendit idem August. vt prius.
7. Per ventrem eius.
c. Si igitur homicidium & puericidium placuerunt, quia iuxta dei sententiam fiebant, ne attendamus ad facta, sed ad scopum eorum quæ fiebant: & ad voluntatem eorum qui fecerunt. Chrysa. Homi. 53. in Genesin.
8. Fœdus meum.
9. Princeps domus & cognationis.
10. Populorum de domo & familia.
11. Hostiliter agite cum Madianitis.
* Insidiis suis.

*Numerantur Israelitæ per singulas tribus à viginti annis & suprà, terram Chanaan ingressuri.* XXVI.

[1] POstquam noxiorum sanguis effusus est, dixit ]dominus ad Moysen & Eleazarum filium Aaron sacerdotem: †[a] Numerate omnem summam filiorum Israel à viginti annis & suprà, per domos, & cognationes suas, cunctos qui possunt ad bella procedere. Locuti sunt itaque Moyses & Eleazar sacerdos in campestribus Moab, super Iordanem contra Iericho, ad eos qui erant à viginti annis & suprà, [2] sicut dominus imperarat, quorum est iste numerus. ]Ruben primogenitus Israel. † Huius filius Enoch, à quo familia Enochitarum: & Phallu, à quo familia Phallutarum: & Esron, à quo familia Esronitarum: & Charmi, à quo familia Charmitarum. Hæ sunt familiæ de stirpe Ruben, quarum numerus inuentus est quadraginta tria milia & septingenti triginta. Filius Phallu Eliab: huius filij Namuel & Dathan & Abiron. Isti sunt Dathan & Abiron, [3] principes populi † qui surrexerunt contra ] Moysen & Aaron in seditione Chore, quando aduersus dominum rebellauerunt, & aperiens terra os suum deuorauit * Chore morientibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. [B] Et [4] factum est grande miraculum, ] vt Chore pereunte filij eius non perirent. [b] Filij Simeon per cognationes suas: Namúel, ab hoc familia Namuelitarum: Iamin, ab hoc familia Iaminitarum: Iachin, ab hoc familia Iachinitarum: Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum. Hæ sunt familiæ de stirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit viginti duo milia ducenti. Filij Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum: Ozni,

1. Et factum est post plagam, vt loqueretur.
a. Post hæc numeratur rursum populus, numeratur & Leuitæ & interfectis primis carnibus nouus populus dei censeatur, vt cœlestem hæreditatem percipiat. Porrò quòd sexcenta milia egressa de Aegypto numerantur, & ex ipsis duo tantum terrã repromissionis ingressi: sic & in Euangelio scriptum est: Multi sunt vocati, pauci verò electi. Beda ibidẽ.
2. Sicut præcepit dominꝰ Moysi & filiis Israel, cum egrederẽtur è terra Aegypti.
3. Qui cognominati erãt in cõgregationem, & rixam concitauerunt aduersum.
* Eos.
4. Facti sunt in signum.
b. Postquàm iudicassent populum extra terminũ à deo constitutum venisse, iterum nunc in militiæ idoneorum numerum inquirit. Cum enim patres ante recẽsiti occubuissent, filij ipsorum ad calculum vocantur. Atque hoc sanè illud est, quod Dauid dominum dixisse inquit: Si ingredientur in requiem meam: & quæ deinceps sequuntur. Quorum liberi vtique formam ferebant fidelis populi, qui finem legis, Christũ recepit. Procop. ibid.

Ozni, ab hoc familia Oznitarum: [5] Her, ] ab hoc familia Heritarum: Arod, ab hoc familia Aroditarum: [6] Arihel, ] ab hoc familia [7] Arihelitarum. ] Istæ sunt familiæ Gad quarum omnis numerus fuit quadraginta milia quingenti. [c] † Filij Iuda: Her & Onam, qui ambo mortui sunt in terra Chanáan. Fuerúntque filij Iuda per cognatio-
c nes suas: Sela, à quo familia Selaitarum: ♣ Phares, à quo familia Pharesitarum: Zare, à quo familia Zareitarum. Porrò filij Phares: Esron, à quo familia Esronitarum: & Amul, à quo familia Amulitarum. Istæ sunt familiæ Iuda, quarum omnis numerus fuit septuaginta sex milia quingenti. Filij Isachar per cognationes suas: Thola, à quo familia Tholaitarum: Phua, à quo familia Phuaitarum: Iasub, à quo familia Iasubitarum: Semram, à quo familia Semranitarum. Hæ sunt cognationes Isachar, quarum numerus fuit sexaginta quatuor milia trecenti. Filij Zabûlon per cognationes suas: Sared, à quo familia Sareditarum: Helon, à quo familia Helonitarum: Ialel, à quo familia Ialelitarum. Hæ sunt cognationes Zabûlon, quarum numerus fuit sexaginta milia quingẽti. [e] Filij Ioseph per cognationes suas: Manasse & Ephráim. De Manasse ortus est Machir, à quo familia Machiritarum. † Machir genuit Galaad, à quo fami-
D. lia Galaaditarum. ♣ Galaad habuit filios: Iezer, à quo familia Iezeritarum: & Elech, à quo familia Elechitarum: & Asriel, à quo familia Asrielitarum: & Sechem, à quo familia Sechemitarum: & Semida, à quo familia Semidaitarum: † & Hepher, à quo familia Hepheritarum. Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat, sed tantum filias: quarum ista sunt nomina: † Maala, & Noa, & Egla, & Melcha, & Thersa. Hæ sunt familiæ Manasse, & numerus earum quinquaginta duo milia septingenti. Filij autem Ephráim per cognationes suas fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarum: Tehen, à quo familia Tehenitarum. Porrò filius Suthala fuit Heran, à quo familia Heranitarum. Hæ sunt cognationes filiorum Ephráim, quarum numerus fuit triginta duo milia quingenti.
E Isti sunt filij Ioseph per familias suas. ♣ Filij Beniamin in cognationibus suis: Bela, à quo familia Bælaitarum: Azbel, à quo familia Azbelitarum: Achiram, à quo familia Achiramitarum: Supham, à quo familia Suphamitarũ: Vpham, à quo familia Vphamitarum. Filij Bæla: Hered & Noeman. De Hered, familia Hereditarum: De Noeman, familia Noemanitarum. Hi sunt filij Beniamin per cognationes suas, quorum numerus quadraginta quinq; milia sexcenti. [g] Filij Dan per cognationes suas: Suham, à quo familia Suhamitarũ. Hæ sunt cognationes Dan per familias suas. Omnes fuere Suhamitæ, quorum numerus erat sexaginta quatuor milia quadringenti. Filij Aser per cognationes suas: Iamna, à quo familia Iamnitarum: Iessui, à quo familia Iessuitarum: Bric, à quo familia Bricitarum. Filij Brie: Heber, à quo familia Heberitarum:
F & Melchiel, à quo familia Melchielitarum. Nomen autem filiæ Aser, fuit Sara. ♣ Hæ cognationes filiorum Aser, & numerus eorum quinquaginta tria milia quadringenti. Filij Neptalim per cognationes suas: Iessiel, à quo familia Iessielitarum: Guni, à quo familia Gunitarum: Ieser, à quo familia Ieseritarum: Sellem, à quo familia Sellemitarum. Hæ sunt cognationes filiorum Neptalim per familias suas, quorum numerus quadraginta quinque milia quadringenti. Ista est summa filiorum Israel, qui recensiti sunt, sexcenta milia & mille septingenti triginta. Locutúsque est dominus ad Moysen, dicens. [h] Istis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas. Pluribus maiorem [8] partem ] dabis, & paucioribus minorem, singulis sicut nunc recensiti sunt tradetur possessio: ita duntaxat, vt sors terram tribubus diuidat & familiia. Quicquid sorte contigerit, hoc vel plures accipiant vel pauciores. † Hic quoque est numerus filiorum Leui, per familias suas: Gerson, à quo familia Gersonitarum: Caath, à quo familia Caathitarum: Merari, à quo familia Meraritarum.
G ♣ Hæ sunt familiæ Leui: Familia Lobni, familia Hebroni, familia Mooli, familia Musi, familia Chore. At verò Caath genuit Amram, qui habuit vxorem [i] Iochabeth filiam Leui, quæ nata est ei in Ægypto. Hæc genuit viro suo Amram filios, Aaron, & Moysen, & Mariam sororem eorum. De Aaron orti sunt Nadab, & Abiu, & Eleazar,

† Genes. 38. a

† Iosu. 17. a

† Infra. 27. a

† Iosu. 17.

Exod. 6. c

5. Heri.
6. Arhel.
7. Achelitarum.
c. Secundo numeratur qui habitabant ad orientalem partem, scilicet, tribus Iuda tribus Isachar, & tribus Zabûlon.
d. Her & Onam qui ambo mortui sunt in terra Chanáan, vt habetur Gene. 15. non reliquerunt semen. De Lyra.

e. Deinde Rachelis liberę filios tres. Ex quibus primo recitat filios Ioseph secundum ordinem generationis Manasse & Ephraim. Deinde vltimo Rachelis filium Beniamin. Procopius.
f. Et licet in istis tribub⁹ Ephraim esset principalior in potione castrorum & motione, tamen hic tribus Manasse ponitur in numeratione quia fuit primogenitus Ioseph. De Lyra.

g. Hic numerantur illi qui habitabant ad partem Aquilonarem: i. tribus Dan, tribus Aser, & tribus Nephtalim. Nomen autem filię Aser fuit Sara. Ista descendit in Aegyptum cum Iacob. Vt habetur Gene. 46. Et ideo nomen eius hic recolitur. De Lyra ibidem.

h. Reprobatur prior populus qui est in circumcisione, & introducitur secundus de propatio, qui paternam hæreditatę consequitur, nõ à Moyse sed à Iesu. Moyses enim si dat alquibus hæreditatem, non intra Iordanem, quem nec trãsiit omnino. Extra dat terram non fluentem lac & mel, sed pecoribus aptam, muta animalia & irrationabilia melius q̃ homines nutrientem. Origę.
8. Hæreditatem.
i. Hic clare habetur quòd mater Moysi fuit amita mariti sui. Nam fuit filia Leui, ac per hoc filia carnalis Caath sui Moysi & ne putaretur vetula declaratur in Aegypto fuisse genita. Caietanus ibid.

& Ithamar,† quorum Nadab & Abiu mortui sunt, cum obtulissent ignem alienum coram domino. Fuerúntque omnes qui numerati sunt, viginti tria milia, generis masculini ab vno mense & suprà, qui non sunt recensiti inter filios Israel, nec eis cum cęteris data possessio est. [k] Hic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt à Moyse & Eleazaro sacerdote in Campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho: † inter quos nullus fuit eorum qui antè numerati sunt à Moyse & Aaron in deserto Sinai. † Prædixerat enim dominus quòd omnes morerentur in solitudine. [l] Nullúsque remansit ex eis, nisi Caleb filius Iêphone, & Iosue filius Nun.

† Num. 1. Exod. 1. Para. 24.

† 1. Cor. 10.

† Num. 14.

k. Porrò quod sexcętena milia animarum de Aegypto numerantur egressa, & ex ipsis non sunt amplius quàm duo tantũ terram repromissionis ingressi. Hoc figura demonstrat multos per baptismum ad fidem transire sed ad cœlestem patriã valde paucissimos peruenire: iuxtà illud euãgelicum: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Isidorus ibidem.

l. Quòd autem duo tantum ingrediuntur, ostendit ex vtroque populo cœlestem vitam adipisci, vel propter duas vitas, actionis & contemplationis. Beda ibidem.

*Filiæ Salphaad patri succedunt in hæreditatem, ostensáque Moysi terra promissionis Iosue illi sufficitur.* XXVII.

† Accesserunt autem [a] filiæ Salphaad, filij Hepher filij Galaad, filij Machir, filij Manasse, qui fuit filius Ioseph: quarum sunt nomina, Maala, & Noa, & Egla, & Melcha, & Thersa: steteruntque coram Moyse & Eleazaro sacerdote, & cunctis principibus populi* ad ostium tabernaculi fœderis: atque dixerunt: Pater noster mortuus est in deserto, nec fuit in seditione quæ † concitata est contra dominum[1] sub] Chore, sed in peccato suo mortuus est. Hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia sua, qui non habet filium? Date nobis possessionem[2] inter cognatos] patris nostri. § Retulítque Moyses causam earum ad iudicium domini. Qui dicit ad eum: [b] [3] Iustam rem postulant] filiæ Salphaad. Da eis possessionem inter cognatos patris sui, & ei in hæreditatem succedant. Ad filios autem Israël loqueris hæc: Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas: si filiã nõ habuerit, habebit successores fratres suos. Quòd si & fratres non fuerint, dabitis hæreditatẽ fratribus patris eius. Sin autẽ nec patruos habuerit, dabitur hæreditas iis qui ei proximi sunt. Erítque hoc filiis Israël [4] sanctum lege perpetua, sicut præcepit dominus Moysi. § Dixit quoque dominus ad Moysen: † [b] Ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde terram, quã daturus sum filiis Israel. Cúmque videris eam, [5] ibis & tu ad populum tuum, sicut iuit] fratrer tuus Aaron: quia [6] offendistis me] in deserto Zin in [7] contradictione] multitudinis, nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas. Hæ sunt aquæ [8] contradictionis] in Cades deserti Zyn. Cui respondit Moyses: [9] Prouideat] dominus deus spiritum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc: & possit exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere, ne sit populus domini sicut oues absque pastore. § Dixítque dominus ad eum: † Tolle Iosue filium Nun, virum in quo est spiritus dei, & pone manum tuam super eum. [10] Qui stabit] coram Eleazaro sacerdote, & omni multitudine: & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ: vt audiat eum omnis synagôga filiorum Israel. [11] Pro hoc si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet dominum. Ad verbum eius [12] egredietur, & ingredietur, ] ipse & omnes filij Israel cum eo, & cætera multitudo. Fecit Moyses vt præceperat dominus. Cúmque tulisset Iosue, statuit eum coram Eleazaro sacerdote, & omni frequentia populi, & impositis capiti eius manibus, cuncta [13] replicauit] quæ mandauerat dominus*.

† Num. 20. Deut. 32.

a. Quinque filiæ Salphaad dei iudicio hæreditatem accipiũt inter fratres suos: quia nec legit plebs ab euangelij possessione excluditur. Beda ibidẽ.

* Atque vniuersa coetu.

1. In conuenticulo.

2. In medio fratrum, & infra.

3. Vt loquutæ sunt.

4. In decretum iudicij.

b. Iustam causam sortẽ paternam, cum fratres eis nõ essent, petendo proponunt, cũ impietatis pater commisisset nihil: verũ peccati proprij iusta persoluisset, & ad longiorẽ vitam peruenire non potuisset. Ceterum prætendũt hoc. Siquidem vitę longitudo legem obseruãtibus diuina promissione præfinita erat. Proco. ibid.

b. Eam causam mortis Moysi dicit dominus, quã etiam fratrit eius Aaron: quòd scilicet ambo dubitauerant ad aquam cõtradictionis, id est, quia dubitauerunt de dono eius quod posset aqua de petra profluere. Augustꝰ. quæst. 55. super Numeros.

5. Colligetis ad populos tuos etiam tu, sicut collectus est.

6. Rebelles fuistis ori meo.

7. Contentione.

8. Contentionis.

9. Constituat.

10. Constituĕsque eum.

11. Et stabit ante Eleazarum sacerdotẽ, qui postulabit pro eo oraculum veritatis coram domino.

12. Ingredientur.

13. Mandauit ei.

*. Per manum Moysi.

a. Legi enim succedit euangeliũ, ibique lex facienda præcepta admonet, & gratia cõplet. Primo quidẽ quid offerri debeat per singulos dies, dehinc quid in sabbato propter spem quietis eternæ. Quid in calendis pro innouatione vitę, quid in pascha quãdo cõsepelimur cum Christo per baptismum, quasi à mortuis transeuntes ad vitæ nouitatem, & cætera in aliis festis pentecostes, tubarũ, & scenophegię. Isidorus ibidẽ.

1. Dicęsque ad eos: Hęc est ignita hostia quam offeretis domino.

*. Iuge sacrificiũ in memoriam diuinæ beatitudinis perpetuæ.

2. Inter vesperas.

3. Commixta.

4. Suauitatis, sacrificium igneum domino.

* Iubebis libari vinum domino.

*Oblationes quibusuis solennitatibus offerendæ.* XXVIII.

Dixit quoque dominus ad Moysen: [2] Præcipe filiis Israel, & dices ad eos: Oblationem meam & panes, & incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua. [1] * Hæc sunt sacrificia quæ offerre debetis. Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum, vnum offeretis mane, & alterum [2] ad vesperum: ] decimam partem ephy similæ, quæ [3] conspersa] sit oleo purissimo, & habeat quartam partem hin. Holocaustum iuge est quod obtulistis in monte Sinai, in odorem [4] suauissimum incensi domini. ] Et libabitis vini quartam partem hin per agnos singulos in sanctuario domini: * Alterúmque agnum similiter offeretis ad vesperam iuxta omnem ritum sacrificij matutini, & libamentorum

rum eius, oblationem ſuauiſsimi odoris domino. ℣ b † Die autem ſabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas ſimilæ oleo conſperſæ in ſacrificio, [5] & liba quæ rite funduntur per ſingula ſabbata in holocauſtum ſempiternum. ] [c] In Kalendis autem, ℣ — id eſt, in menſium exordiis, ] offeretis holocauſtum domino: vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos ſeptem immaculatos, & tres decimas ſimilæ oleo conſperſæ in ſacrificio per ſingulos vitulos, & duas decimas ſimilæ oleo conſperſæ per ſingulos arietes, & decimam [6] decimæ ] ſimilæ ex oleo in ſacrificio per agnos ſingulos. † Holocauſtum ſuauiſsimi odoris atque incenſi eſt domino. Libamenta autem vini quæ per ſingulas fundenda ſunt victimas, iſta erunt. c Media pars hin per ſingulos vitulos, tertia, per arietem, quarta per agnum. ℣ Hoc erit holocauſtum [7] per omnes menſes, qui ſibi anno vertente ſuccedunt. ] Hircus quoque offeretur domino pro peccatis in holocauſtum ſempiternum cum libamentis ſuis. † d Menſe autem primo, quartadecima die menſis. Phaſe domini erit, & quintadecima die ſolennitas. [e] Septem diebus veſcentur azymis, quarum dies prima [8] venerabilis, & ] ſancta erit. Omne opus ſeruile non facietis in ea. Offeretíſque [9] incenſum ] holocauſtũ domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos ſeptem, & ſacrificia ſingulorum ex ſimila quę conſperſa ſit oleo, tres decimas per ſingu- D los vitulos, & duas decimas per arietem, & decimam [10] decimæ ] per agnos ſingulos, id eſt, per ſeptem agnos, & hircum pro peccato vnum, vt expietur pro vobis: præter holocauſtum matutinum, quod [11] ſemper offeretis. ] ℣ Ita facietis per ſingulos dies ſeptem dierum, [12] in fomitem ignis, & in odorem ſuauiſsimum domino, qui ſurget de holocauſto & de libationibus ſingulorum. Dies quoque ſeptimus celeberrimus, & ſanctus erit vobis. Omne opus ſeruile non facietis in eo. [f] Dies etiam primitiuorũ quãdo offeretis nouas fruges domino expletis hebdomadibus, [13] venerabilis & ] ſancta erit. Omne opus ſeruile non facietis in ea. Offeretíſque holocauſtum in odorem ſuauiſsimum domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos ſeptem, atque in ſacrificiis eorum ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſingulos vitulos, per arietes duos, per agnos decimam [14] decimæ ] qui ſimul ſunt agni ſeptem, hircum quoque qui mactatur pro expiatione, præter holocauſtum ſempiternũ & liba eius. Immaculata offeretis omnia cum libationibus ſuis.

b. Sabbatum, in memoriam creationis.

5. Cum libamine ſuo, Holocauſtum verò ſabbati ipſo ſabbato fieri debet, vltra holocauſtũ continuum, & libamen eius.

c. Neomenia, in memoriam lunæ à deo creatæ.

6. Vnam.

Neomenia autem noua luna dicitur. Noua autẽ dicitur ſoli proxima, vt ſub claritate eius lateat. Sed eſt hæc feſtiuitas vmbra futurorũ ſicut & aliæ. Sol iuſtitiæ Chriſtus eſt, huic ſi luna, id eſt eccleſia, quę lumine eius repletur, iuncta fuerit, vt vnus ſpiritus cũ eo ſint, tũc feſtiuitatem neomenię agit. Tũc enim noua efficitur cũ abiicit veterẽ hominẽ & induit nouũ qui ſecundum deũ creatus eſt. Tunc neque videri, neque cõprehendi humanis poteſt aſpectibus. Cũ enim totã ſe ſociauerit Domino & ad ſplendorẽ eius ſe totam conuerterit, nihil omnino terrenum cogitat vel quærit, nec hominibus placere ſtudet ſed totam ſe ſapientiæ, totam ſe lumini, totam ſe calori ſpiritus ſancti manet pat, ſubtilis & ſpiritalis effectæ. Glo. ordinaria.

7. In mẽſe ſuo per mẽſes anni.

d. Paſcha, primũ feſtum ſolenne.

8. Conuocatio.

9. Sacrificium ignitum in.

10. Vnam.

11. Quod eſt iuge holocauſtũ.

12. Panem ignicum in odorem ſuauitatis domino, vltra holocauſtum iuge fiat cum libamine ſuo.

e. Pentecoſte, ſecundum feſtum.

13. Conuocatio.

14. Vnam.

Dies etiam primitiuorũ feſtũ pentecoſtes dicebatur. In paſchate enim bene offerebatur primitiua de granis, ſed in pẽtecoſte offerebãtur primitiua de nouis frugib⁹, ſcilicet duo panes de nouo frumento. De lyra ibid.

*Menſis ſeptimi ſolennitates, & earum oblationes.* XXIX.

A

MEnſis etiam ſeptimi prima dies venerabilis & ſancta erit vobis. Omne opus ſeruile non facietis in ea, quia dies clangoris eſt & [b] tubarum. Offeretíſque holocauſtum in odorem ſuauiſsimum domino, vitulum de armento vnum, & arietem vnum, & agnos anniculos immaculatos ſeptem, & in ſacrificiis eorum ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſingulos vitulos, duas decimas per arietem, vnam decimam per agnum, [1] qui ſimul ſunt agni ſeptem, ] & hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi, præter holocauſtum kalendarum cum ſacrificiis ſuis, & holocauſtum ſempiternum cum libationibus ſolitis*. Hiſdem ęremoniis offeretis in odorem ſuauiſsimum incenſum domino. † Decima quoque dies menſis huius ſeptimi erit vobis ſancta atque venerabilis, & [c] affligetis animas veſtras. Omne opus ſeruile non facietis in ea. Offeretíſque holocauſtum domino in B odorem ſuauiſsimum, vitulum de armento vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos ſeptem: ℣ & in ſacrificiis eorum ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſingulos vitulos: duas decimas per arietem, decimam [2] decimæ per agnos ſingulos: qui ſunt ſimul agni ſeptem: ] & hircum pro peccato, abſque his quæ offerri pro delicto ſolent in expiationem, & holocauſtum ſempiternum, in ſacrificio & libaminibus eorum. [d] Quintadecima verò die menſis ſeptimi quæ vobis ſancta erit [3] atque venerabilis, ] omne opus ſeruile non facietis in ea: ſed celebrabitis ſolennitatem domino ſeptem diebus. Offeretíſque holocauſtum in odorem ſuauiſsimum domino,

a. Feſtũ tubarum, prima die Septembris, tertium feſtum ſolenne.

b. Hic clangor fiebat eorum Arietino, propter arietem hærẽtem carnibus ad vepres in liberatione Iſaac. Sicut enĩ dies ſeptimus cuiuſque obſeruatur ſabbatum & eſt feſtiuitas, ita inter mẽſes ſeptimus quiſque menſis ſabbatum eſt mẽſium. Agitur ergo feſtiuitas, quę dicitur ſabbatũ ſabbatorũ, & eſt in die prima mẽnſis memoria tubarum. Origę. In Gloſ. ord.

1. Vnam de ſeptem agnis.

*Quæ ritu ſuo fiant.

c. Per ieiunium & aliar abſtinentias quæ corpori minimè blãdiũtur. Hac die decima huius ſeptimi menſis agitur de feſto expiationis, quod fiebat in memoriam illius beneficij quo Dominus fuit placatus ſu per fabricatione vituli, quod fuit decima die ſeptembris. De Lyra.

2. Vnam pro ſingulis agnis de ſeptem agnis.

3. Conuocatio.

d. Feſtum tabernaculorum.

vitulos de armento tredecim,arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:& in libamentis eorum similæ oleo consperſæ tres decimas per vitulos ſingulos:[4]qui ſunt ſimul vituli tredecim:]& duas decimas arieti vno,id eſt,ſimul arietibus duobus:& decimam[5]decimæ agnis ſingulis:qui ſunt ſimul agni quatuordecim:] & hircum pro peccato abſque holocauſto ſempiterno, & ſacrificio & libamine eius:
[6]In die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos c
immaculatos quatuordecim,ſacrificiáque & libamina ſingulorum per vitulos, & arietes,& agnos,rite celebrabitis:& hircum pro peccato,abſque holocauſto ſempiterno,ſacrificióque & libamine eius.Die tertio offeretis vitulos vndecim, arietes duos, [c]agnos anniculos immaculatos quatuordecim,ſacrificiáque & libamina ſingulorum per vitulos,& arietes,& agnos,rite celebrabitis:& hircum pro peccato, abſque holocauſto ſempiterno ſacrificióque& libamine eius.Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos,agnos anniculos immaculatos quatuordecim, ſacrificiáque & libamina ſingulorum per vitulos,& arietes & agnos,rite celebrabitis : & hircum pro peccato, abſque holocauſto ſempiterno,ſacrificióque eius & libamine. Die quinto offeretis vitulos nouem,arietes duos,agnos anniculos immaculatos quatuordecim, ſacrificiáque & libamina ſingulorum per vitulos,& arietes,& agnos,rite celebrabitis: & hircũ pro peccato:abſque holocauſto ſempiterno,ſacrificióque eius & libamine.[e]Die ſexto d
offeretis vitulos octo,arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim, ſacrificiáque & libamina ſingulorũ per vitulos,& arietes,& agnos,rite celebrabitis:& hircum pro peccato,abſque holocauſto ſempiterno,ſacrificióque eius & libamine. Die ſeptimo offeretis vitulos ſeptem,& arietes duos , agnos anniculos immaculatos quatuordecim,ſacrificiáque & libamina ſingulorum per vitulos,& arietes, & agnos, rite celebrabitis:& hircum pro peccato,abſque holocauſto ſempiterno,ſacrificióque eius & libamine.[f] [6] Die octauo qui eſt celeberrimus,]omne opus ſeruile non facietis, offerentes holocauſtum in odorem ſuauiſsimum domino, vitulum vnum, arietem vnum,agnos anniculos immaculatos ſeptem,ſacrificiáque & libamina ſingulorũ per vitulos,& arietes,& agnos,rite celebrabitis:& hircum pro peccato, abſque holocauſto ſempiterno,ſacrificióque eius & libamine. Hæc offeretis domino in ſolennitatibus veſtris,præter vota & oblationes ſpõtaneas in holocauſto,in ſacrificio,in libamine,& in hoſtiis pacificis.

4. De tredecim vitulis.

3. Vnam pro ſingulis agni de quatuordecim agnis. Superſunt enim adhuc feſtorũ Iudæorũ reliquiæ. Sed quẽadmodũ illarum tubæ multò ſceleratiores erant iis qui ſonant in theatris,& ieiunia quauis ebrietate & comeſſatione erãt improbiora,ita & tabernacula quæ nunc apud illos figuntur nihilo ſunt honeſtiora diuerſoriis in quibus ſcorta verſantur & tibicinę.Chryſo.oratione 4.aduerſus Iudæos.

e.Dicunt Hebræi quòd offerebantur pro populo Iſrael qui in ſcriptura aliquãdo vocatur agnus:& erant in vniuerſo 98. agni,vt à populo Iſrael excluderẽtur 98.maledictiones poſitæ in lege contra tranſgreſſores. De lyra.

f. Vltima legis feſtiuitas quæ iuxta communem vſum collectio ſui cœtus vocatur,ſi ſecũdum proprietatẽ vocabuli nominanda eſt,retentio appellatur,ea forte ratione qua retinebatur populus qui conuenerat ad feſta tabernaculorum pro oblatione ad neceſſarios ſumptus in ſacrificiis & tabernaculo dei.Vel potius quia pro reti nendis per totum annum pro vſu tabernaculi diuini inſtituta erat hæc dies octaua.Caietã. 6.Octauo die erit vobis retentio. (Hunc diem vocant feſtũ cœtus,ſiue retentionis:quoniã in hac die adhuc retinebatur populus ad ſolennitatis complementum.

a. Votũ virorum.

Non hoc ad omnem iuratiõnem, ſed ad eam, vbi quiſque de anima ſua vouerit alicuius vtique rei abſtinentiam qua ei licebat vti per legem : ſed per votum ſibi ipſe efficit nõ licere. Aug.q. ſuper Num.lib. 4. cap.56.

1.Violabit.

b. Mulieris nubilis votum.

2.Pater eius,rata erunt vota eius,& infra.

3. Vllum votum ab ea factum, at obligationem eius qua cõſtrinxit animam ſuam,non tenebitur: ſed dominus propitius erit ei.

c.Mulieris nuptę votum.

*Vir eius.

d. Viduæ & repudiatæ votum.

4. Et ſi mulier illa(ſcilicet vidua in domo viri cum adhuc viueret)vouerit, aut iuramẽto animam ſuam conſtrinxerit,& audiuit vir & tacuit nec contradixit,rata erunt omnia vota eius.Sin verò vir eius in die qua audierit, irrita fecerit ea, quæcunque labiis protulerit, infirma erunt:quoniam vir eius diſſoluit ea,& dominus propitiabitur.

5. Omne votum & omne iuramentum ad affligendam animam inſtitutum confirmabit maritus vel infirmabit.

## *Vota & iuramenta quando & quomodo reddenda.* XXX.

[a]Arrauítque Moyſes filiis Iſrael omnia quæ ei dominus imperarat, & lo- a
cutus eſt ad principes tribuum filiorum Iſrael. Iſte eſt ſermo quem præcepit dominus.[a]Si quis virorum votum domino vouerit, aut ſe conſtrinxerit iuramento,non[1]faciet irritum]verbum ſuum: ſed omne quod promiſit,implebit.[b]Mulier ſi quippiam vouerit,& ſe conſtrinxerit iuramento, quæ eſt b
in domo patris ſui, & in ætate adhuc puellari,ſi cognouerit pater votum quod pollicita eſt,& iuramentum quo obligauit animam ſuã,& tacuerit,[2]voti rea erit.][g] Quic- a
quid pollicita eſt, & iurauit, opere complebit. Sin autem ſtatim vt audierit,[3]contradixerit pater, & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur ſponſioni,]eo quòd contradixerit pater.[c]Si maritum habuerit, & vouerit aliquid, & ſemel de ore eius verbum egrediens animam eius obligauerit iuramento, quo die audierit vir, & non contradixerit,voti rea erit,reddétque quodcunque promiſerat.Sin autem audiens*ſtatim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, verbáque quibus obſtrinxerat animam ſuam,propitius erit ei dominus.[d][g] Vidua & repudiata c
quicquid vouerint, reddent.[4]Vxor in domo viri, cum ſe voto conſtrinxerit & iuramento, ſi audierit vir & tacuerit,nec contradixerit ſponſioni, reddet quodcunque promiſerat. Sin autem extemplo contradixerit,non tenebitur promiſsionis rea, quia maritus contradixit,& dominus ei propitius erit.][5] Si vouerit & iuramento ſe conſtrinxerit,vt per ieiunium,vel cæterarum rerum abſtinentiam affligat animã ſuam,in

arbitrio

D arbitrio viri erit, siue faciat, siue non faciat.ℱ Quòd si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam, quicquid vouerat atque promiserat, reddet, quia statim vt audiuit, tacuit. Sin autem contradixerit postquam resciuit, portabit ipse iniquitatem eius. Istæ sunt leges quas constituit dominus Moysi inter virum & vxorem, inter patrem & filiam, quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.

c. Mulierum votum extra ętatem patris, sed sub cura mariti non est obligatorium, sine cõsensu mariti tacito vel expresso. Quòd si contradixerit postquam resciuerit nullũ est. Si autem cõtradixerit postquam resciuerit, id est non stati quãdo primo sciuit, sed postea, portabit iniquitatem eius hoc est pœnam pro voti transgressione debitam. De Lyra.

*Cæsis Madianitis virgines reseruantur, ac substantia ex æquo distribuitur, deóque gratiæ aguntur.*

XXXI.

A LOcutúsque est dominus ad Moysen, dicens: [a] Vlciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligêris ad populum tuum. Statimque Moyses,* Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui * possint vltionem domini expetere de Madianitis. Mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel, qui mittantur ad bellum. [b] Dederúntque millenos de singulis tribubus, id est, duodecim milia expeditorum ad pugnam, quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, vasáque sancta & tubas ad clangendum, tradidit ei. Cúmque pugnassent contra Madianitas atque vicissent, omnes mares occiderunt, † & Reges eo-
B rum * Eui, & Recem, & Sur, & Vr, & Ræbe, quinque [1] principes gentis.] [c] ℱ Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio, ceperúntque mulieres eorum & paruulos,* omniáque pecora & cunctam supellectilem.* Quicquid habere potuerant, depopulati sunt: tam vrbes quàm viculos, & castella flamma consumpsit. Et tulerunt prædam, & vniuersa quæ ceperant, tam ex hominibus quàm ex iumentis: & adduxerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & ad omnem multitudinem filiorum Israel. [2] Reliqua autem vtensilia] portauerunt ad castra in campestribus Moab, iuxta Iordanem contra Iericho. Egressi sunt autem Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes Synagogæ in occursum eorum extra castra. Iratúsque Moyses principibus exercitus, Tribunis, & Centurionibus qui venerant de bello, ait: Cur fœminas * reseruastis? † [d] Nónne istæ sunt quæ deceperunt filios Israel ad suggestionem Ba-
C laam, & prævaricari fecerunt vos in dominum, super peccato Phogor, vnde & percussus est populus? † Ergo cunctas interficite.ℱ Quicquid est generis masculini, etiam in paruulis, & mulieres quæ nouerunt viros in coitu, iugulate: puellas autem & omnes fœminas virgines reseruate vobis, & manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio & septimo. Et de omni præda siue vestimentum fuerit, siue vas, & aliquid in vtensilia præparatum, de caprarum pellibus, & pilis & ligno expiabitur. Eleazar quoque sacerdos ad viros exercitus qui pugnauerant, sic locutus est: Hoc est [3] præceptum legis,] quod † mandauit deus Moysi. Aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & stagnum, & omne quod potest transire per flammas, [4] igne] purgabitur *: quicquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur, & lauabi-
D tis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra intrabitis.ℱ Dixit quoque dominus ad Moysen: Tolle summam eorum quæ capta sunt ab homine vsque ad pecus, tu & Eleazar sacerdos, & principes vulgi [5]: diuidéque ex æquo prædam inter eos qui pugnauerunt, & egressi sunt ad bellum, & inter omnem reliquam multitudinem: & separabis partem domino ab iis qui pugnauerunt, & fuerunt in bello, vnam animam de quingentis, tam ex hominibus quàm ex bobus & asinis & ouibus: & dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ domini sunt. Ex media quoque parte filiorum Israel accipies quinquagesimum caput hominum, & boum, & asinorum, & ouium, cunctorúmque animantium, & dabis ea Leuitis qui excubant in custodiis tabernaculi domini. Fecerúntque Moyses & Eleazar sicut præceperat do-
E minus.ℱ Fuit autem præda [5] quam exercitus ceperat,] ouium sexcenta septuaginta quinque milia, boum septuagintaduo milia, asinorum sexaginta milia & mille, animæ hominũ sexus fœminei, quæ non cognouerant viros, trigintaduo milia. Datáque

a. Scandala filiis Israel Madianitarum tergiuersatione acciderant, qui subornauerant mulieres, quæ eos deciperent vt peccarẽt: illi vero pro peccato suo puniti sunt, mediocrius tamen & parcius. hi vero qui fuerant causa peccandi, multo vehementius. Origenes ibid.
* Locutus est ad populum, dicens.
* Militent aduersus Madianitas, &.
b. Paruus numerus bellatorũ eligitur, & mittitur, vt pugna & victoria deo attribuatur. Caietanus ibidem.
* Occiderunt super interfectis eorum.
1. Reges Madian.
c. Quomodo occisus est Balaam, cum ex cap. 24. dicatur reuersus in locum suum? Locus autem eius erat Mesopotamia. Dicendum est vel quòd redierat ad Balac, vel quòd conduxerat aliquem locum in Moab ẽquam peregrinus, ad quem fertur rediisse, vbi fuerit occisus. Augu. quæst. 61. super Numer.
* Omnia iumenta eorum.
* Illorum diripuerunt.
2. Prædam atque spolia.
* Viuas.
d. Hoc enim fecerunt filij Israel secundum verbũ Balaam vt recedere facerent & decipere verbum domini propter Phogor. Hoc consilium malignum, vt ad illecebram fœminæ supponerẽtur, per quas nõ solùm corporaliter, sed etiã spiritualiter in adorando idolo fornicarentur. Quando hoc consilium dederit Balaam scriptura nõ dicit, & tamen apparet factum esse, cum hic commemoratur. Augustin. ibid.
3. Decretum.
4. Trãsire facietis per ignẽ, &.
* Idque per aquas segregationis expiabitur.
e. Et quòd hęc sit sententia patet ex litera Hebraica, quæ sic habet. Et mediabis prædã inter magistros belli & totã multitudinem: quia magistri belli medietatẽ eis assignatam diuidebãt pugnatoribus. Iterum quælibet medietas diuidebatur in duas partes inæquales: quia de medietate pugnatorũ separabatur pars quinquagesima Domino, & dabatur Eleazaro sacerdoti: vnde sequitur: Et separabis partem Domino &c. De Lyra.
5. Vltra prędam quam diripuerant milites exercitus.

f. Cum iam diuisset mulieres, supellectilem & pecora, & vniuersa quæ possederant, quid de vtroque addit. & virtutem eorum deprædari fuit. Nimirum enim hæc intelligenda est virtus, de qua & suprà dictum est misisse millenos ex singulis tribubus cum virtute eorum. An forte cibus quo sustentabantur virtus eorũ appellata fuit quo submisso raro vires supperunt & quo subtracto vires deficiũt: Vnde per prophetã Deus cũ minaretur ait. Ezech. 4. d. Auferam virtutem eorum panis, & virtutem aquæ. Et Moyses ergo cum annona misérat eos millenos, quod dictũ est, cum virtute eorum. Et ipsi Madianitis victis, etiam hoc erat inter cætera fuerant deprædati. Aug ibid.

est media pars iis qui in prælio fuerant, ouium trecenta triginta septem milia quingentæ: è quibus in partem domini supputatæ sunt oues sexcentæ septuagintaquinque, & de bobus triginta sex milibus boues septuaginta & duo: de asinis triginta milibus quingentis, asini sexagintavnus. De animabus hominum sedecim milibus, cesserunt in partem domini triginta duæ animæ.[f] Tradiditque Moyses numerum primitiarum domini Eleazaro sacerdoti, sicuti fuerat ei imperatum ex media parte filiorum Israel, quam separauerat iis qui in prælio fuerant. De media verò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id est, de ouibus trecentis triginta septem milibus quingentis, & de bobus triginta sex milibus, & de asinis triginta milibus quingentis, & de hominibus sedecim milibus, tulit Moyses quinquagesimum caput, & dedit Leuitis qui excubabant in tabernaculo domini, sicut præceperat dominus. Cúmque accessissent principes exercitus ad Moysen, & Tribuni, Centurionésque, dixerunt:[g] Nos serui tui recensuimus numerum pugnatorum quos habuimus sub[6] manu nostra, & ne vnus quidem defuit. Ob hanc causam offerimus in donariis domini singuli quod in præda auri potuimus inuenire, periscelides, & armillas, annulos, & dextralia, ac murenulas, vt[6] deprecetis pro nobis dominum.] Suscepe-
rúntque Moyses & Eleazar sacerdos omne aurum[7] in diuersis speciebus] pondere sanctuarij sedecim milia septingentos quinquaginta siclos, à Tribunis, & Centurionibus. Vnusquisque enim quod in præda rapuerat, suum erat.[8] Et susceptum] intulerunt in tabernaculum testimonij, in monumentum filiorum Israel coram domino.

6. Expiemus animas nostras coram domino.
7. Ab eis, & vasa ex eo pondere facta.

8. Tollens itaque Moyses & Eleazar sacerdos aurum à Tribunis & Centurionibus.

## *Filiis Ruben, Gad, & dimidiæ tribui Manassæ portio datur trans Iordanem, modò fratres suos in terram promissionis conducant.* XXXII.

a. Filij Ruben & Gad & dimidia tribus Manassæ iumẽta innumera habentes citra Iordanem possessionem volunt, & in terra repromissionis hæreditatem habere nolunt: figuraliter quòd multos mũdi implicamenta occupant, ac per hoc habitationem cælestis patriæ non requirunt. Beda, ibid.

Filij [†a] autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iu-[A] mentis infinita substantia. Cúmque vidissent Iazer & Galaad aptas animalibus alendis terras, venerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & principes multitudinis, atque dixerunt: Ataroth, & Dibon, & Iazer, & Nemra, Esebon, & Eleale, & Saban, & Nebo, & Beon, terra quam percussit dominus, in conspectu filiorum Israel regionis vberrimæ est ad pastum animalium, & nos serui tui habemus iumenta plurima,[b] precamúrque si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem, ne facias nos transire Iordanem. Quibus respondit Moyses: Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis?[§] Cur[1] subuertitis mentes] filiorum Israel, ne transire audeant in locum[5] quem eis daturus est dominus?[†] Nónne ita egerunt patres vestri, quando missi de Cades Barne ad explorandum terram? Cúmque venissent ad vallem Botri lustrata omni regione[2] subuerterunt] cor filiorum Israel, vt non intrarent[3] fines, quos] eis dominus dedit: [4]qui iratus] iurauit, dicens:[c] Si videbunt homines isti, qui ascenderunt ex Ægypto à viginti annis & suprà, terram quam sub iuramento pollicitus sum Abraham Isaac & Iacob, & noluerunt sequi me, præter Caleph filium Iephone, Cenezæum, & Iosue filium Nun. Isti impleuerunt voluntatem meam.[§] Iratúsque do-[c] minus aduersum Israel [5]circunduxit eum] per desertum quadraginta annis, donec consumeretur vniuersa generatio, quæ fecerat malum in conspectu eius. Et ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus vestris,[6] incrementa & alumni] hominum peccatorum, vt augeretis furorem domini contra Israel: Quòd si nolueritis sequi eum,[*] in solitudine populum derelinquet, & vos[7] causa eritis necis omnium.][d] At illi propè accedentes dixerunt: Caules ouium fabricabimus, & stabula iumentorum,[8] paruulis quoque nostris vrbes munitas: ]nos autem ipsi[9] armati & accincti, pergemus ad prælium] ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri, & quicquid habere possumus, erunt in vrbibus muratis propter habitatorum insidias.[§] Non[D] reuertemur in domos nostras, vsque dum possideant filij Israel hæreditatem suã, nec

[10] quic-

b. Sunt multi in ecclesia qui paruuli esse despiciũt, & in loco humilitatis posse, immanes apud se esse nõ desinunt: hi honoribus extolluntur, voluptatibus perfruuntur, & rerũ multiplicitate dilatantur. præesse appetũt, & à multis timeri, redẽ viuere negligũt, & tamam bonę vitæ habere cupiunt, adulationes quærunt, fauoribꝰ intumescunt, quia præsentiũ copia delectantur, ventura gaudia non requirũt. Glos. ordin. post Gregorium.
1. Prohibetis corda.
2. Prohibuerunt.
3. In terram, quam.
4. Et iratus est dominus in die illo, &.
c. Hoc est, non videbunt, sicut in plurimis aliis sacræ scripturæ locis.
5. Et vagari fecit eos.

6. Quasi incrementum.

* Rursum.

7. Nocebitis vniuerso populo huic.
8. Atque pro paruulis nostris.
9. Festinantes accingemur.
d. Accepit ergo ille populus hæreditatem per Moysen, terram scilicet duorum regum. Non enim amplius potuit interficere Moyses nisi duos reges, quorum terram diuideret populis multa animalia multaque pecora habẽtibus. Orig.

19 quicquam quæremus] trans Iordanem: quia iam habemus possessionem nostram in orientali eius plaga. Quibus Moyses ait: † c Si facitis quod promittitis, 21 expediti pergite] coram domino ad pugnam, & omnis vir bellator armatus Iordanem transeat, donec subuertat dominus inimicos suos, & subiiciatur ei omnis terra: tunc * eritis inculpabiles apud deum & apud Israel, & obtinebitis regiones quas vultis coram domino. Sinautem quod dicitis non feceritis, 22 nulli dubiū est quin peccetis in deū: & scitote quoniam peccatum vestrum apprehendet vos.] Ædificate ergo vrbes paruulis vestris, & caulas, & stabula ouibus ac iumentis: & quod 23 polliciti estis, ]impleE te. †§ Dixerúntque filij Gad, & Ruben, ad Moysen: Serui tui sumus. Faciemus quod iubet dominus noster. Paruulos nostros & mulieres & pecora ac iumenta relinquemus f in vrbibus Galaad: nos autem famuli tui omnes 24 expediti] pergemus ad bellum, sicut tu domine lóqueris. Præcepit ergo Moyses Eleazaro sacerdoti, & Iosue filio Nun, & principibus familiarum per tribus Israel, & dixit ad eos: † Si transierint filij Gad, & filij Ruben vobiscum Iordanem omnes armati ad bellum coram domino, & vobis fuerit terra subiecta, date eis Galaad in possessionem. Sinautem noluerint transire armati vobiscum in terram Chánaan, inter vos habitandi accipiant loF ca. § Responderúntque filij Gad, & filij Ruben: Sicut locutus est dominus seruis suis, ita faciemus. Ipsi armati pergemus coram domino in terram Chánaan, 25 & possessionem iam suscepisse nos confitemur trans Iordanem.] †§ Dedit itaque Moyses filiis Gad & Ruben & dimidiæ tribui Manassæ filij Ioseph, regnum Seon Regis Amorræi, & regnum Og regis Basan, & terram eorum cum vrbibus suis * per circuitum. Igitur extruxerunt filij Gad Dibon, & Ataroth, & Aroer, & Roth, & Sophon, & Iazer, G Iecbaa, & Bethnemra, & Betharan, vrbes munitas, & caulas pecoribus suis. § Filij verò Ruben ædificauerunt Esebon, & Eleale, & Cariathaim, & Nabo, & Baalmeon, versis nominibus, Sabama quoque, imponentes vocabula vrbibus quas extruxerant. Porrò filij Machir filij Manassæ perrexerunt in h Galaad, & vastauerunt eam interfecto Amorræo habitatore eius. Dedit ergo Moyses terram Galaad Machir filio Manassæ, qui habitauit in ea. Iair autē filius Manassæ abiit & occupauit vicos eius, quos appellauit 26 Auothiair, ]id est, villas Iair. Nobe quoque perrexerit & apprehendit Canath cum viculis suis, vocauítque eam ex nomine suo Nobe.

19. Participabimus in hæreditate cum eis.

c. Moyses concessit filiis Ruben & filiis Gad & dimidiæ tribui Manasse suum petitū, primo tamen sub conditione, & tandem simpliciter. Conditio autem est vt obseruēt fideliter promissum prædictū. Sin autem non fecerint, nulli dubium est quin peccetis in deū: quia illa promissio non tantū debat hominibus sed deo, de cuius mandato terra erat acquirenda. De Lyra ibid.

21. Et si armati fueritis, &.

* Reuertemini, &.

22. Ecce peccastis in dominū, & cognoscetis peccatū vestrū.

23. Egressum est deore vestro.

f. In hac regione montes sunt trans Iordanem, qui à Libano sumentes initium per duo regna quondam Basan & Amorræi, in quibus Absalon paternæ pietatis immemor contra eum castrametatus est: sed non multo post fugiens, capillis ramo affixis vltionem diuinam sensit.

24. Accincti armis.

25. Vt in potestate nostra maneat hæreditas, quā apprehendimus citra Iordanem.

§. Horum nunc meminit quæ ante non indicauit. Cæterū in agro Samaritano posita sunt. vt in prædictis æstimare liceat. Quidam verò prohibent veritatile esse quod Rubē & Gad de hac re ab initio dissenserit. At vero in distributione sortis nunc dimidia tribus Manasse accessit: vnde in distributione demum non ante adnumerata est dimidia tribus Manasse. Procop.

* In extremitatibus, & ciuitates terræ.

h. Galaad interpretatur collis testimonij, quod dictus sit à fœdere quo iurauerunt Iacob & Laban, vt patet Gene. 32. vt esset tumulus testimonij inter eos inita iuramenti.

26. Hauoth Iair. Et est quadrisyllabum, significatque villas Iair, ita vt pronuntietur Hauothiair.

*Mansionibus Israelitis per varia loca recensitis Chananæi à domino iubentur occidi.* XXXIII.

Man- A 0. Num.11.f Man- 0. Man- 0. Num.21.d Man B 10. Man- 10. Man 10. Exod.15.d Man 10. Man- 10. 10.11.12. Exod.17.a 14.15. Exod.19.a

ÆC sunt 1 mansiones] filiorum Israel, qui egressi sunt de Ægypto per turmas suas in manu Moysi & Aaron, 2 quas descripsit Moyses iuxta castrorum loca, quæ domini iussione mutabant.] † Profecti igitur de 3 Rameste mense primo, quintadecima die mensis primi, 3 fecerunt altera die Phase] filij Israel in manu excelsa, videntibus cunctis Ægyptiis 4 & sepelientibus primogenitos quos percusserat dominus. (Nam & in diis eorum exercuerat vltionem.) Castrametati sunt in 5 Soccoth: de Soccoth venerunt in 6 Etham, quæ est in extremis finibus solitudinis. § Inde egressi venerunt 7 contra] Phiairoth, quæ respicit Beelsephō: & castrametati sunt ante Magdalum. Profectíque de Phiairoth transierunt per medium mare in solitudinem, & ambulantes tribus diebus per desertum Etham, castrametati sunt in 8 Marah. Profectíque de Marah, † b venerunt in 9 Helim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & palmæ septuaginta: ibíque castrametati sunt. Sed & inde egressi, fixerunt tentoria super 10 mare Rubrum. Profectíque de mari Rubro, castrametati sunt in deserto 11 Zin: vnde egressi venerunt in 12 Daphcha. Profectíque de Daphcha castrametati sunt in 13 Alus: egressíque de Alus, 14 in Raphidim fixere tenc toria: † vbi populo defuit aqua ad bibendum. § Profectíque de Raphidim castrametati sunt in deserto 15 Sinai. Sed & de solitudine Sinai egressi, c venerunt ad 16 sepulchra concupiscentiæ: profectíque de sepulchris cōcupiscentiæ, castrametati sunt in 17 c Asseroth: & de Asseroth venerunt in 18 Rethma. Profectíq; de Rethma, castrametati

1. Profectiones.

2. Et scripsit Moyses egressiones eorū à profectionibus eorum iuxta præceptum domini, & sunt istæ profectiones eorū iuxta egressiones eorum.

3. In crastino paschæ egressi sunt.

a. Plaga enim imminēs eorum retrenauit audaciam prōptosque ad dimittendum eos fecit, ne funditus perirent omnes. Tam illustris sanctorum victoria est. Si enim satis exercitationis fuerit, Deus vltionum, inquit Dauid, deus vltionū iusto suo ac libertate vsus est. Procop. ibid.

4. Ad.

b. Has mansiones cum suis interpretationib⁹ peramplius describit B. Hiero. ad Fabiolam, de quadragintaduabus mansionibus, to. 3. Et venerabilis Beda in hoc, c. 11. b. In hac undecima mansione aqua cōtradictionis contigit.

c. Tredecima missio sepulchra cōcupiscentiæ. Est autem sensus ille de euāgelio quod Do. Iesus baptizatus, statim à spiritu ductus est in desertum, & tentatur à diabolo. Hieron. in 42. mansio.

d. In hac 14. mansione contigit lepra Mariæ.

d. Lebna in latérem possumus vertere. Legimus Aegyptios in Exodo lateres, quos faciens populus ingemuit. Vnde discimus itinere huius mundi nos nunc crescere, nunc decrescere & post ordinem ecclesiasticũ sæpe ad laterum opus transmigrare. Beda ibid.

c. Metcha, dulcedo, quasi ascendisti in excelsum montem patriæ, & miratus es virtutũ choros, timuisti ruinam, abiecisti insidiatores, ideo dulcis te fructus laboris insequitur, vt dicas: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Hiero.

f. In hac 33. mansione mortua est Maria.

g. In hac 34. mansione mortuus est] Aaron, eo anno quo nouus populus terram promissionis intraturus erat. Et quãquam in mõte Eleazaro sacerdotium dereliquerit, & lex eos qui eam impleuerint perducat ad summum, tamen ipsa sublimitas non est trãs fluuata Iordanis, sed in extremis terrenorum operum finibus. Et plangit eum populus triginta diebus. Aaron plangitur, Iesus nõ plãgitur. In lege descensus ad inferos: in euangelio ad paradisum ascensio. Isidorus ibidẽ in Glos. ordina.

4. Abelsittim in cãpestribus.

5. Omnia simulachra eorum.

6. Hæreditantes terram habitabitis in ea.
*Vt iure possideatis eam.

7. Expellere.

8. Spinæ vos pungentes.
9. Angustabunt vos, & vexabunt.

1. Terra inquam Chánaã cum finibus suis.

2. Vsque ad Zin.

3. Desinántque fines ei⁹ vsque ad mare: hoc est versus occidentem.

4. Ad montem Hor.

5. Ziphron, & finietur exitus eius ad villam Henan.

6. Ab oriente Ain.

a. Ad lacum Genezareth in Euangelio toties frequentatũ, qui & mare Galilææ, & pluribus aliis nominib⁹ insignitur.

sunt in [16] Remomphares: vnde egressi venerunt in [17] [d] Lebna. De Lebna, castrametati sunt in [18] Ressa: egressíque de Ressa venerunt in [19] Ceelatha. Vnde profecti castrametati sunt in monte [20] Sepher: egressi de monte Sepher venerunt in [21] Arada. & Inde D proficiscentes, castrametati sunt in [22] Maceloth: profectíque de Maceloth, venerunt in [23] Taath. De Taath castrametati sunt in [24] Thare: vnde egressi fixêre tentoria in [25] [c] Metcha. Et de Metcha castrametati sunt in [26] Esmona: profectíque de Esmona, venerunt in [27] Moseroth. Et de Moseroth, castrametati sunt in [28] Baneiachan: profectíque de Baneiachan venerunt in montem [29] Gadgad. Vnde profecti castrametati sunt in [30] Iethebátha: & de Iethebátha venerunt in [31] Ebrona: Egressíque de Ebrona, castrametati sunt in [32] Asiongáber: inde profecti venerunt in desertum [33] [f] Zin. Hæc E est Cades. & Egressíque de Cades, castrametati sunt in monte [34] [g] Hor, in extremis finibus terræ Ædom. † Ascendítque Aaron sacerdos in montem Hor, iubente domino, & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorũ Israel ex Ægypto, mense quinto, primo die mensis, cum esset annorum centum vigintitrium. Audiuítque Chananæus Rex Arad, qui habitabat ad meridiem, in terram Chánaan venisse filios Israel. Et profecti de monte Hor castrametati sunt in [35] Salmona, vnde egressi venerunt in [36] Phunon. & Profectíque de Phunon castrametati sunt in [37] Oboth: & de O- F both venerunt in [38] Ieabarim, quæ est in finibus Moabitarum. Profectíque de Ieabarim, fixêre tentoria in [39] Dibongad: vnde egressi, castrametati sunt in [40] Elmondeblathaim: egressíque de Elmondeblathaim, venerunt ad montes [41] Abarim contra Nabo: profectíque de montibus Abarim, transierunt ad [42] campestria Moab super Iordanem contra Iericho. Ibíque castrametati sunt de Bethsimon vsque ad [4] Abelsathim, in planioribus locis] Moabitarum: vbi locutus est dominus ad Moysen: Præcipe filiis Israel, & dic ad eos: Quando transieritis Iordanem, intrantes terram Chánaan, & disperdite cunctos habitatores terræ illius, confringite [5] vitulos] & statuas cõ- G minuite, atque omnia excelsa vastate, [6] mundantes terram, & habitantes in ea.] Ego enim dedi vobis illam in possessionem, * quam diuidetis vobis sorte. Pluribus dabitis latiorem, & paucioribus angustiorem. Singulis vt sors ceciderit, ita tribuetur hæreditas. Per tribus & familias possessio diuidetur. Si autem nolueritis [7] interficere] habitatores terræ, qui remanserint, erunt vobis quasi claui in oculis, & [8] lanceæ] in lateribus, & [9] aduersabuntur vobis] in terra habitationis vestræ, & quicquid illis cogitaueram facere, vobis faciam.

## *Terræ promissionis situs & limites iuxta varias orbis plagas.* XXXIIII.

IOcutúsque est dominus ad Moysen, dicens: Præcipe filiis Israel, & dices A ad eos: Cum ingressi fueritis terram Chánaan, & in possessionem vobis sorte ceciderit, [1] his finibus terminabitur:] † Pars meridiana incipiet à solitudine Zin quæ est iuxta Ædom, & habebit terminos contra orientem mare salsissimum: qui circuibunt australem plagam per ascensum scorpionis, ita vt transeant [2] in Senna,] & perueniant ad meridiem vsque ad Cades Barne: vnde egredientur confinia ad villam nomine Adar, & tendent vsque Asemona. Ibítque per gyrum terminus ab Asemona vsque ad torrentem Ægypti, [3] & magni maris littore finietur.] & Plaga autem occidentalis à mari magno incipiet, & ipso fine claudetur. B Porrò ad septentrionalem plagam, à mari magno termini incipient, peruenientes vsque [4] ad mõtem altissimum, à quo venient in Emath, vsque ad terminos Sedáda: ibúntque confinia vsque ad [5] Zephrona, & villam Henan.] Hi erunt termini in parte aquilonis. Inde metabuntur fines contra orientalem plagam de villa Henan vsque Sephámа, & de Sephámа descendent termini in Rebláta [6] contra fontem Daphnim.] Inde peruenient contra orientem [a] ad mare Cenereth, & tendent vsque Iordanem, & ad vltimum salsissimo claudentur mari. & Hanc habebitis terram per fi- C nes suos in circuitu. Præcepítque Moyses filiis Israel, dicens: Hæc erit terra quam possidebitis sorte, & quam iussit dominus dari nouem tribubus, & dimidiæ tribui.

Tribus

Tribus enim filiorum Ruben per familias suas, & tribus filiorum Gad iuxta cognationum numerum, media quoque tribus Manassæ, id est, duæ [7] semis tribus] acceperunt [b] partem suam trans Iordanem contra Iericho, ad orientalem plagam. Et ait dominus ad Moysen: [†] Hæc sunt nomina virorum qui terram diuident vobis: Eleazar sacerdos & Iosue filius Nun, [c] & singuli principes de tribubus singulis, quorū ista sunt
D vocabula. [§] De tribu Iuda: Caleph filius Iephone. De tribu Simeon: Samuel filius Amiud. De tribu Beniamin: Helidad filius Chaselon. De tribu filiorum Dan: Bocci filius Iogli. Filiorum Ioseph: de tribu Manassæ: Banniel filius Ephod. De tribu Ephráim: Camuhel filius Septhan. De tribu Zabûlon: Helisaphan filius Pharnath. De tribu Isachar: Dux Phaltiel, filius Ozan. De tribu Asser: Abiud filius Salomi. De tribu Neptalim: Phedahel filius Amiud. Hi sunt quibus præceperat dominus vt diuiderent filiis Israel terram Chánaan.

7. Tribus & semis.

b. Hæc dicta est Trachonitidis regio, in qua Philippus frater Herodis erat tetrarcha, de quo Luc. 3. In hac est ciuitas Gerasa, quæ & Gadara, vel Gergesa: in qua hominem à dæmonum legione Christus liberauit, præcipitans porcos in lacū, vt Matt. 8. & Mar. 5 & Luc. 8.
c. Hoc intelligendum est de principibus decem tribuum: quibus diuidenda erat terra. De Lyra ibidem.

*Assignantur vrbes & suburbana Leuitis, & asyla refugij homicidis, lege homicidij constituta.* XXXV.

A HÆc quoque locutus est dominus ad Moysen in campestribus Moab, supra Iordanem contra Iericho: [†a] Præcipe filiis Israel, vt dent Leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum, vt ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus [1] ac iumentis, ] quæ à muris ciuitatum forinsecus per circuitum mille [2] passuum ] spatio tendentur. Contra orientem duo milia erunt cubiti, & contra meridiem similiter erunt duo milia. Ad mare quoque quod respicit occidentem, eadem mensura erit: & septentrionalis plaga æquali termino finietur. [3] Erúntque vrbes in medio, & foris suburbana. ] [†] De ipsis autem oppidis quæ Leuitis dabitis, sex erunt [4] in fugitiuorum auxilia separata, ] vt fugiat ad ea qui fuderit sanguinem: & [5] exceptis his ] alia quadra-
B gintaduo oppida, [6] id est, simul ] quadragintaocto cum suburbanis suis. [§] Ipsæque vrbes quæ dabuntur de possessionibus filiorum Israel, ab iis qui plus habent, plures auferentur: & qui minus, pauciores. Singuli iuxta mensuram hæreditatis suæ dabunt oppida Leuitis. Ait dominus ad Moysen: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: [†] Quando transgressi fueritis Iordanem in terram Chánaan, [7] decernite quæ vrbes esse debeant in præsidia fugitiuorum, qui nolentes sanguinem fuderint: ] in quibus cum fuerit prófugus, cognatus occisi eum occidere non poterit, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur. [b†] De ipsis autem vrbibus, quæ ad fugitiuorum subsidia separantur, tres erunt trans Iordanem, & tres in terra Chánaan tam filiis Israel quàm aduenis atque peregrinis, vt confugiat ad eas qui [8] nolens ] sanguinem fuderit. Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est, reus erit ho-
C micidij, & ipse morietur. [§] Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit, [9] similiter punietur. ] [†] Si ligno percussus interierit, percussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi homicidam interficiet, statim vt [10] apprehēderit eum, percutiet. ] Si per odium quis hominem impulerit, vel iecerit quippiam in eum per insidias, [*] aut cum esset inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit, percussor [11] homicidij reus erit. ] Cognatus occisi statim vt inuenerit eum, iugulabit. [12] Quòd si fortuitu & absque odio, & inimicitiis quicquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque ] inter percussorem & propinquum sanguinis [13] quæstio ventilata, ] liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per sententiam in vrbem ad quam confugerat, manebítque ibi donec sacerdos magnus qui oleo sancto vnctus est, mo-
D riatur. [§] Si interfector extra [14] fines vrbium quæ exulibus deputatæ sunt, ] fuerit inuentus, & percussus ab eo qui vltor est sanguinis, absque noxa erit qui eum occiderit. Debuerat enim profugus vsque ad mortem Pōtificis in vrbe residere. Postquam autem [15] ille ] obierit, homicida reuertetur in terram suam. Hæc [16] sempiterna erunt, & legitima ] in cunctis habitationibus vestris. [17] Homicida sub testibus punietur. ] Ad vnius testimonium nullus condemnabitur. Non accipietis [18] pretium ab eo qui reus

a. Sanctis sufficientem possessionē concedit, non sortitione verùm dedicatione, ne copia valde premantur, néve copia emolliscerent. Habentes inquit, victum & amictum, iis erimus contenti. Ad dei enim cultum non agrorum, eos consecrauit. Quare Paulus inquit, quæstum magnum esse pietatem cum frugalitate coniunctam. Dispergit autem eos per tribus, vt sanctitatis suæ excellentia omnes sanctos reddant. Procop. ibid.
1. Eorum, & pro substantia eorum, atque pro cunctis animalibus eorum.
2. Cubitorum.
3. Et ciuitas ipsa in medio erit: & hæc illis erūt suburbana ciuitatum.
4. Ciuitates pro euasione, quas constituetis, & infra.
5. Vltra hæc dabitis.
6. Vt scilicet omnes ciuitates, quas dabitis Leuitis, sint.
7. Decernite vobis ciuitates refugij vestri, quò confugiat omnis homicida, qui per errorem animam percusserit.
b. Licet Moyses dum adhuc viueret separauerit tres ciuitates pro fugitiuis vt patet Deuter. 4. tamen non fuerūt ordinatæ totaliter ad refugiū, donec per Iosue aliæ tres fuerunt ad hoc ordinatæ in terra Chánaan: vt habetur Ios. 20. De Lyra.
8. Per errorem.
9. Homicida est, morte interficiatur homo ille, & infra.
10. Occurrerit ei, poterit eum interficere.
* Et ille mortuus fuerit.
11. Morte interficiatur, quia homicida est.
12. Et si subitò absque odio impulerit eum, vel quodcunque instrumentum iecerit super eū sine insidiis, aut quēcūque lapidē quo quis mori potest, & ipse non viderit, atque super eum iecerit: vnde mortuus est, ipse autem nō fuerit inimicus eius, nec quærens malum eius, iudicabit synagoga.
13. Secundum iudicia ista.
14. Terminū vrbis refugij sui, ad quam confugit, &.
15. Sacerdos.
16. Itaque vobis iudicialia præcepta erunt pro generationibus vestris.
17. Quicunque percusserit animam per testes debet interfici homicida ille.
18. Redemptionem pro vita homicidæ, quia mortem commeruit, sed morte morietur. Neque pretiū accipietis ab eo qui fugit ad ciuitatem refugij) pro redimēdo exilio ante mortem pontificis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



c. Quia similiter per precium nõ poterant reuerti ad propria loca ante mortem summi pontificis: De Lyra.
19. Sanguis enim contaminat terram.
20. Nõ igitur polluetis terram quã habitabitis, in cuius medio ego habitabo.

est sanguinis, statim & ipse morietur.[c] Exules & prófugi ante mortem Pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt,] ne polluatis terram habitationis vestræ, [19] quæ insontium cruore maculatur:] nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinẽ qui alterius sanguinem fuderit: [20] ita emundabitur vestra possessio me commorante vobiscum.] Ego enim sum dominus, qui habito inter filios Israel.

*Tribus per connubia non misceantur, ne possessiones confundantur.* XXXVI.

a. Prouidere debent piæ cogitationes ne possessio bonorum meritorum in alienorum trãseat dominiũ, sed legitimo hæredi perpetuo maneat. Et ob hoc Moyses id est, lex consulatur, vt respondeat qualiter sui iuris perpetui possessores fiãt: quod ipsa exprimũt nomina. Raba. in Glo. ordinaria.
* Atque præcipuis filiorum.

b. Iobeleus, qui dicitur à Iobel, quod est clangor tubarum quas in singulis vrbibus Israel illo anno personabant.
2. Apponetur hæreditas earum hæreditati illius tribus ad quã ierint, & sic ab hæreditate tribus patrum nostrorum diminuetur possessio earum.
3. Secundum verbum domini, dicens.
4. Tãtum vt in familia tribus patrum suorum iungantur in matrimonium.

c. Iubet autem nunc puellas quorumcunque velint vxores esse: coniunctio enim violenta ad disiunctionem iter præbet. Nubere vero cõtribulibus iubet, ne tribuum fiat confusio. quemadmodũ supra etiã prohibet gentiles seu ethnicas ducere populo ne cum impiis cõmiscerentur prospiciens. Procopius.

[A] [1a] Cceſſerunt autem & principes familiarum Galaad filij Machir filij Manassæ de stirpe filiorum Ioseph, locutíque sunt Moysi coram principibus * Israel, atque dixerunt: Tibi domino nostro præcepit dominus, vt terram sorte diuideres filiis Israel, & vt filiabus Salphaad fratris nostri, dares possessionem debitam patri: quas si alterius tribus homines vxores acceperint, sequetur possessio sua, [b] & translata ad aliam tribum de nostra hæreditate minuetur, atque ita fiet: [B] vt cum [1b] Iubileus,] id est, quinquagesimus annus remissionis aduenerit, [2] confundatur sortium distributio, & aliorum possessio ad alios transeat.] Respondit Moyses filiis Israel, [3] & domino præcipiente, ait:] Rectè tribus filiorum Ioseph locuta est, & hæc lex super filiabus Salphaad à domino promulgata est. [†§] Nubant quibus volunt: [C] [4] tantùm vt suæ tribus hominibus,] ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient: vt hæreditas permaneat in familiis, nec sibi misceantur tribus: sed ita maneant vt à domino separatæ sunt. [c§] Fecerúntque [D] filiæ Salphaad vt sibi fuerat imperatum, & nupserunt Maala, & Thersa, & Egla, & Melcha, & Noa, filiis patrui sui, de familia Manassæ, qui fuit filius Ioseph, & possessio quę illis fuerat attributa, mansit in tribu & familia patris earum. Hæc sunt mandata atque iudicia, quæ mandauit dominus per manum Moysi ad filios Israel, in campestribus Moab, supra Iordanem contra Iericho.

# Incipit liber quintus Moysi, qui & אֵלֶּה הַדְּבָרִים

ID EST, ELLE HADDEBARIM, QVI

Deuteronomium prænotatur.

*Breuis repetitio eorum quæ Israeli in itinere contigerunt, pænáque infideli populo inflicta.* Cap. I.

a. Quadragesimo anno egressionis filiorum Israel de Aegypto quadragesima secũda missione in campestribus Moab superIordanem populus fecit vbi Moyses δευτερονόμιον, hoc est, iterationem legis prædicauit. Augu. de mirabili. sac. scrip. lib. 2. cap. 35.
1. In planitie.
* Atque Dizahab.
b. Ibi Moyses reprehendit Israel præ auri copia ad conflandum vitulum.
c. In eo quod commemorat Moyses dixisse populo timenti hostes inhabitantes terram quò introducẽdus fuit: Ne paueatis neque timeatis ab eis. Dominus deus noster, qui præcedet ante faciem vestram ipse simul debellabit eos vobiscũ: Satis ostenditur ita esse adiutorem deũ vt etiam homines agant aliquid. Augu. q. 2. super Deut.
2. Vertite vos. & proficiscimini.
* In conspectu vestro terra.
d. Hic locus constat cum eo de quo Num. 11. vbi dominus mandat Moysi vt eligat septuaginta seniores, qui possint illum hoc tanto fasce leuare.

[A] Æc [a] sunt verba quæ locutus est Moyses ad omnem Israel trans Iordanem in solitudine [1] campestri,] cõtra mare Rubrũ, inter Pharan & Tophel & Laban & Aseroth *: & vbi [b] auri est plurimum:] vndecim diebus de Oreb, per viam montis Seir vsque ad Cades Barne. Quadragesimo anno, vndecimo mense, primo die mẽsis locutus est Moyses ad filios Israel [c] omnia quę præceperat illi dominus vt diceret eis: postquam percussit Seon Regem Amorræorum, qui habitauit in Hesebon, & Og Regẽ Basan, qui mãsit in Astaroth, & in Edrai trans Iordanem in terra Moab. Cœpítque Moyses explanare legem, & dicere: Dominus deus noster locutus est ad nos in Oreb, dicens: Sufficit vobis quòd in hoc monte mansistis. [*2] Reuertimini,] [B] & venite ad montem Amorræorum, & ad cætera quæ ei proxima sunt campestria, atque montana & humiliora loca contra meridiem, & iuxta littus maris: terram Chananęorum, & Libani vsque ad flumen magnum Euphratem. En, inquit, tradidi vobis. [*d] Ingredimini, & possidete eam, super qua iurauit dominus patribus vestris

vestris Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret illam eis, & semini eorum post eos. Dixíque vobis illo in tempore: † [g] Non possum solus sustinere vos, quia dominus deus vester multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cœli, plurimi. Dominus deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa milia, & benedicat vobis, sicut locutus est. Non valeo solus [1] negocia vestra] sustinere, & pondus & iurgia. Date ex vobis viros sapientes & gnaros, [4] quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, ]vt ponam eos vobis principes. [g] Tunc respondistis mihi: [5] Bona res est quam vis facere.] Tulíque de tribubus vestris viros sapientes & [6] nobiles,] & constitui eos principes *, Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, ac Decanos, [7] qui docerent vos singula,] præcepíque eis dicens: † Audite [8] illos,] & quod iustum est, iudicate. Siue ciuis sit ille, siue peregrinus, [9] nulla erit distãtia personarũ.] Ita paruum audietis vt magnum: † [10] nec accipietis cuiusquam personam, ]quia dei iudicium est. Quòd si difficile vobis visum aliquid fuerit, referte ad me: & ego audiam. Præcepíque * omnia quæ facere deberetis. Profectíque de Oreb, transiuimus per eremum terribilem, & maximam solitudinem, quam vidistis, [f] per viam montis Amorræi, sicut præceperat dominus deus noster nobis. Cúmque venissemus in Cades Barne, dixi vobis: [g] Venistis ad montẽ Amorrẽi, quem dominus deus vester daturus est vobis. Vide terram quam dominus deus tuus dabit tibi. Ascẽde & posside eam, sicut locutus est dominus deus noster patribus tuis. Noli timere: nec quicquam paueas. † Et accessistis ad me omnes, atque dixistis: Mittamus viros * qui considerent terram, & renuncient * per quod iter debeamus ascendere, & * ad quas pergere ciuitates. Cúmque mihi sermo placuisset, misi ex vobis duodecim viros singulos de tribubus suis: Qui cum perrexissent, & ascendissent in montana, venerunt vsque ad [11] vallem Botri: ] & considerata terra sumentes * de fructibus eius, ⊱ vt ostenderent vbertatem, ] attulerunt ad nos, atque dixerunt: Bona est terra quam dominus deus noster daturus est nobis. Et noluistis ascendere, sed [12] increduli ad sermonem dei nostri murmurastis in tabernaculis vestris, atque dixistis: [g] Odit nos dominus, & idcirco eduxit nos de terra Ægypti, vt traderet nos in manu Amorræi, atque deleret. Quò ascendemus? [13] Nuncij terruerunt ]cor nostrum, dicẽtes: Maxima multitudo est, & nobis statura procerior. Vrbes magnæ, & ad cœlũ vsque munitæ. Filios Enachim vidimus ibi. Et dixi vobis: [g] Nolite metuere, nec timeatis eos. Dominus deus qui ductor est noster, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Ægypto cunctis vidẽtibus, & in solitudine ipsi vidistis. Portauit te dominus deus tuus, vt solet homo gestare paruulũ filium suũ, in omni via per quã ambulastis, donec veniretis ad locum istum. Et * nec sic quidem credidistis domino deo vestro, † qui præcessit vos in via, & [14] metatus est locum ] in quo tentoria figere deberetis, nocte ostendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis. [h] † Cúmque audisset dominus vocem sermonum vestrorum, iratus iurauit, & ait: [g] Non videbit quispiam de hominibus [15] generatiõnis huius pessimæ ] terram bonam, quam sub iuramento pollicitus sum patribus vestris: præter Caleph filium Iephone. Ipse enim videbit eam, & ipsi dabo terram quam calcauit, & filiis eius: quia secutus est dominũ. ⊱ Nec mirãda indignatio in populũ, ] [16] cum mihi quoq; iratus deus propter vos dixerit: ] † Nec tu ingredieris illuc, [i] sed Iosũe filius Nun [17] minister tuus, ] ipse intrabit pro te. Hunc exhortare & robora, & ipse sorte terram diuidet Israeli. Paruuli vestri de quibus dixistis quòd captiui ducerẽtur, & filij qui hodie boni ac mali ignorant distantiam, ipsi ingredientur, & ipsis dabo terrã, & possidebunt eam: vos autẽ reuertimini, & abite in solitudinem per viã maris rubri. † Et respondistis mihi: [g] Peccauimus domino. Ascẽdemus & pugnabimus, sicut præcepit dominus deus noster. Cúmque instructi armis [18] pergeretis ]in montẽ, ait mihi dominus: Dic ad eos: † Nolite ascẽdere, neque pugneris. Nõ enim sum vobiscũ, ne cadatis corã inimicis vestris. Locutus sum, & non audistis: sed aduersantes imperio domini, & tumentes superbia, ascendistis in montem. Itaque egressus Amorræus, qui habitabat in montibus, & obuiam veniẽs persecutus est vos, sicut solent apes persequi, & [19] cecîdit de ] [k] Seir vsque

e. Quãdo videlicet socer Moysi ei consuluit vt plures principes reipublicæ constitueret. Et in summa quę perhibentur quidem dicta esse non esse dicta manifestè in Samaritícis exemplaribus inuenitur. Procopius ibid.
1. Molestiam vestram.
4. Atque eruditos secundum tribus vestras.
5. Bonum est vt faciamus verbum quod locutus es.
6. Peritos,
* Super vos.
7. Et præfectos secundum tribus vestras.
8. Causam fratrum vestrorum.
9. Non agnoscetis cuiusquam faciem in iudicio.
10. Nolite à facie cuiusquam timere.
* Vobis in tempore illo.
f. Hoc est, per stabilitatem legit, eo quod mutata esset litera ad sensum, vel quod euangelium cuius figuram hic liber tenet, vitam ascensionis per fidem ad cœlum denunciat. Lex enim à monte Sinai incipitur & in monte Seir finitur. Beda ibidem.
* Ante nos.
* Nobis verbum.
* Iudicent.
11. Torrentem Eschol.
* In manu sua.
12. Rebelles fuistis ori domini dei vestri, &.
13. Fratres nostri dissoluerunt
g. Hoc est. Nolite metuere corde, neque paueatis ore. Beda ibid. Satis ostenditur ita esse adiutorem deum, vt etiam homines agant aliquid. Auguſt. Quæſt. super Deuter. lib. 5. c. 1.
* In hac re.
14. Vt exploraret vobis locum ad castrametandum.
h. Auditio domini more hominis dicitur, quia non in vnitate auditu vos, vt dicitur rutha nõ vnius voluntatis. Beda ibidem.
15. Istis, & generatione ista peruersa.
16. Sed & contra me iratus est dominus propter vos, dicens.
i. Bini vocantur ad terrã promissam id est, Caleph & Iosue. Bini etiam intrant in regnum cœlorum, id est, qui duas leges implent, scilicet innocentes & pœnitentes, siue corpus & anima. Beda ibid.
17. Qui stat coram te.
18. Essetis, ecce contendistis ascendere.
19. Percussit vos in.
k. Seir nomen loci est, & Horma similiter: quæ ecclesiam significant, quam peccatores persequuntur. Beda ibid.

Universidad de Deusto Biblioteca

Horma. Cúmque reuerſi ploraretis coram domino, non audiuit vos, nec voci veſtræ voluit acquieſcere. Sediſtis ergo in Cades Barne multo tempore*.

* Secundum dies quibus alibi manſiſtis.

*Beneficiorum populo exhibitorum repetitio, pugnæq; contra Ammon & Moab prohibitio, & Seon occiſio.* II.

PRofectíque inde venimus in ſolitudinem, quæ ducit ad mare rubrum, ſicut mihi dixerat dominus: † & circuiuimus montem [a] Seir longo tempore. Dixítque dominus ad me: Sufficit vobis circuire montem iſtum, ite contra aquilonem, & populo præcipe, dicens: Tranſibitis per terminos fratrum veſtrorum filiorum Eſau, qui habitant in Seir: & timebunt vos. [1] Videte ergo diligenter ne moueamini contra eos. ] [b] Neque enim dabo vobis de terra eorum quantum poteſt vnius pedis calcare veſtigium: quia in poſſeſſionem Eſau dedi montem Seir. Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis, aquam emptam haurietis, & bibetis. Dominus deus tuus benedixit tibi in omni opere manuū tuarum. § Nouit iter tuum, quomodo tranſieris ſolitudinem hanc magnam [c] per quadraginta annos, habitans tecum dominus deus tuus, & nihil tibi defuit. Cúmque tranſiſſemus fratres noſtros filios Eſau, qui habitabant in Seir, per viam campeſtrem de Helath & de Aſion Gaber, venimus ad iter, quod ducit in deſertum [d] Moab. Dixítque dominus ad me: Non pugnes contra Moabitas, nec ineas aduerſus eos prælium. Non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filiis Loth tradidi Har in poſſeſſionem. * Emim primi fuerunt habitatores eius, populus magnus, & validus, & tam excelſus, vt de Enachim ſtirpe quaſi gigantes crederentur, & eſſent ſimiles filiorū Enachim. § Denique Moabitæ appellant eos Emim. In Seir autem prius habitauerunt Horræi: [2] quibus expulſis atque deletis habitauerunt filij Eſau, ] ſicut fecit Iſrael in terra poſſeſſionis ſuæ, quam dedit illi dominus. Surgentes ergo vt tranſiremus torrentem Zared, venimus ad eum. Tempus autem quo ambulauimus de Cades [e] Barne vſque ad tranſitum Zared, triginta & octo annorum fuit: donec conſumeretur omnis congregatio hominum bellatorum de caſtris, ſicut iurauerat dominus: cuius manus fuit aduerſus eos, vt interirent de caſtrorum medio *. Poſtquam autem vniuerſi ceciderūt pugnatores, locutus eſt dominus ad me, dicens: Tu tranſibis hodie terminos Moab vrbem nomine Har, & accedes in vicinia filiorū Ammon. § Caue ne pugnes contra eos, nec [3] moueris ad prælium. ] Non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filiis Loth dedi eam in poſſeſſionē. Terra gigantum reputata eſt: & in ipſa olim habitauerunt gigantes, quos Ammonitæ vocant [4] Zonzommim, ] populus magnus, & multus, & proceræ longitudinis, ſicut Enachim, quos deleuit dominus à facie eorum, [5] & fecit illos habitare pro eis, ] ſicut fecerat filiis Eſau qui habitant in Seir, delens Horræos, [6] & terram eorū illis tradens, quam poſſident ] vſque in præſens. Heuæos quoque qui habitabant in Aſerim vſque Gazam, Cappadoces expulerunt, qui egreſſi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerunt pro illis. Surgite, & tranſite torrentem Arnon. § Ecce tradidi in manu tua Seon Regem Eſebon Ammorræum, & terram eius incipe poſſidere, & [7] committe aduerſus eum prælium. ] Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos, qui habitant ſub omni cœlo: vt audito nomine tuo paueant, & [8] in morem parturientium contremiſcant, & dolore teneantur. ] [f] † Miſi ergo nuntios de ſolitudine Cademoth ad Seon Regem Eſebon verbis pacificis, dicens: Tranſibimus per terram tuam: publica gradiemur via. Non declinabimus neque ad dextram neque ad ſiniſtram: alimenta pretio vende nobis vt veſcamur, aquam pecunia tribue, [9] & ſic bibemus. ] † § Tantum eſt vt nobis concedas tranſitum, ſicut fecerunt filij Eſau, qui habitant in Seir, & Moabitæ qui habitant in Har, donec veniamus ad Iordanem, & tranſeamus ad terram quam dominus deus noſter daturus eſt nobis. § Noluit Seon Rex Eſebon dare nobis tranſitum: quia indurauerat dominus deus tuus ſpiritum eius, & obfirmauerat cor illius, ita vt traderetur in manus tuas, [10] ſicut nunc vides. ] Dixítque dominus ad me: † Ecce cœpi tibi tradere

a. Seir eſt mōs in terra Aedom in quo habitauit Eſau in regione Gecalena vbi habitauit ante Corrant, quem interfecit Chodotlaomor, qui ab Eſau piloſo & hiſpido, Seir, i. piloſi nomen accepit. Gloſa ordina.

1. Diligentem igitur & vos adhibete cuſtodiam. Non prouocabitis eos.

b. Quia ex merito Abrahæ à quo deſcenderant, & promiſſione ſibi facta, illa terra fuit conceſſa filiis Eſau: qui ex adiutorio dei expulerunt inde Horræos, qui erant fortiſſimi. De Lyra, ibid.

c. Quid autem ſignificauerunt 40. anni quibus laboriosè peractis filij Iſrael ad repromiſſionis terram tranſierunt? Per hos quippe 40. annos totū ſeculi tēpus ſignificatur, in quo fuit eccleſia ſub laboribus & periculoſis tentationibus, ſperando quod non videt per patiētiam, quousque ad promiſſam æternæ fœlicitatis perueniat patriam. Iſidorus ibid.

d. Moab tam vrbis quàm prouinciæ nomen eſt, in finibus Arabiæ ſitæ, à Moab primogenito Loth ſic dictæ.
* Terribiles populi.

2. Quorum poſſeſſionem occupauerunt filij Eſau exterminantes illos à facie ſua, habitantéſque in loco eorum.

e. Cades Barne eſt locus in deſerto qui coniungitur ciuitati Petræ in Arabia, vbi occubuit Maria, & Moyſes rupe percuſſa aquam ſitiēti populo dedit. Monſtratur vſque hodie ibidē ſepulchrum Mariæ, ſed & principes Amalech ibi cæſi ſunt à Chodorlamor. Hieronymus.
* Donec conſumeret eos.

3. Mouebis bellum contra eos.

4. Zanzommim.

5. Succeſſerūntque iis in hæreditate, & habitauerunt in loco ipſorum.
6. A facie eorum, illi poſſeſſionem eorum acquiſierunt, habitauerūntque in loco eorum.

7. Prouoca eum ad bellum.
8. Infirmentur à facie tua.
f. Licet enim Moyſes ſciret per reuelationē domini quod Seon tranſitum non concederet, ſed magis contra eum bellaret, tamen pacem obtulit, vt daret exemplum filiis Iſrael in futurum. De Lyra, ibid.
9. Vt bibamus.
g. Hæc dicens Moyſes dum populum alloquitur, tale aliquid commemorat quale dicebatur in Exodo: Ego indurauī cor Pharaonis. & quod in pſalmis legitur, Conuertit cor eorum vt odirent populū ſuum. Nec tacetur hic cauſa indurationis huius, cum dicitur: Vt trāderetur in manus tuas, ſicut in hac die. id eſt, vt vincereturà te, quod non fieret, niſi reſiſteret, non autem reſiſteret, niſi corde obdurato. Augu. q. 2 ſuper Deuteron.
10. Vt eſt dies hæc. (id eſt) vt præſens teſtatur dies.

tradere Seon,& terram eius,incipe possidere eam. Egressúsque est Seon obuiam nobis cum omni populo suo ad prælium in Iasa,& tradidit eum dominus deus noster
G nobis:[h] percussimúsq; eum cum filiis suis, & omni populo suo:[g] cunctásque vrbes in tempore illo cepimus interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus & paruulis. Non reliquimus in eis quicquam,absque iumentis,quæ in partem venêre prędantium,& spoliis vrbium,quas cepimus ab Aroër,quæ est super ripam torrentis Arnon, oppido quod in valle situm est, vsque Galaad. Non fuit vicus & ciuitas quæ nostras effugeret manus:† Omnes tradidit dominus deus noster nobis,absque terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus, & cunctis quæ adiacent torrenti Ieboc, & vrbibus montanis, vniuersisq; locis à quibus nos prohibuit dominus deus noster.

h. Qui sunt veri Israelitæ,non carne sed spiritu habitant in omnibus ciuitatibus Amorrhæorum: cum in omni orbe terrarum Christi ecclesiæ propagantur: & vnusquisque nostrum ciuitas fuit Regis Seon: quia regnabat in nobis stultitia, superbia, impietas, & omnia quę diabolus suggerit.Sed vbi victus est fortis,& vasa eius direpta, facti sumus ciuitates Israel,hęreditas sanctorum,excisa prius arbor infructuosa,& deiecto elato regę& regnante in nobis manserto ,qui dicit: Discite à me quia mitis sum & humilis corde,&c.Glos.ord.

†De consec. dist.2. c. Reuera.

*Pugna contra Og Regem Basan,& lectus eius:atque duarum tribuum & semis sors vltra Iordanem.* III.

†Infra 29.b A Num.21.g

IT aque conuersi ascendimus per iter Basan.† [a] Egressúsque est Og Rex Basan in occursum nobis cum populo suo ad bellandum in Edrái: dixítque dominus ad me:Ne timeas eum,quia in manu tua [1] traditus est] cum omni populo ac terra sua:faciésque ei † sicut feciſti Seõ Regi Amorræorum, qui habitauit in Esebon. † Tradidit ergo dominus deus noster in manibus nostris etiam Og Regem Basan, & vniuersum populum eius: percussimúsque eos [2] vsque ad internecionem, ] vastantes cunctas ciuitates illius vno tempore. Non fuit oppidum quod nos effugeret. [b] Sexaginta vrbes omnem regionem Argob regni Og in Basan. Cunctæ vrbes erant munitæ muris altissimis, portísque & vectibus : absque oppidis innumeris, quæ non habebant muros. Et deleuimus eos, sicut feceramus Seon Regi Esebon, disperdentes omnem ciuitatem, virósque ac mulieres & paruulos: iumenta
†Num.21.e
†Num.21.g
B autem & spolia vrbium diripuimus. †[c] Tulimúsque illo in tempore terram de manu duorum Regum Amorræorum, qui erant trans Iordanem à torrente Arnon vsque ad montem Hermon,quem Sidonij Sarion vocant,& Amorræi Sanir:omnes ciuitates quæ sitæ sunt in planitie, & vniuersam terram Galaad & Basan vsque ad Selcha,& Esdrái ciuitates regni Og in Basan.[c] Solus quippe Og Rex Basan reſtiterat de stirpe gigantum. Monstratur lectus eius ferreus,qui est in Rabath filiorum Ammon, nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis, ad mensuram cubiti virilis manus. Terrámque possedimus tempore illo ab Aroër, quæ est super ripam torrentis Arnon, vsque ad mediam partem montis Galaad: Et ciuitates illius † dedi Ruben & Gad:reliquam autem partem Galaad, & omnem Basan regni Og tradidi mediæ tribui Manasse omnem regionem Argob.[3] Cuncta ] Basan vocatur terra gigantum. Iair filius Manasse possedit omnem regionem Argob vsque ad terminos Gessuri, & Machati. [d] Vocauítque ex nomine suo Basan, Auoth Iair, id est, villas Iair, vsque in præsentem diem. Machir quoque dedi Galaad & tribubus Ruben, & Gad dedi de terra Galaad vsque ad torrentem Arnon medium torrentis & confinium vsque ad torrentem Ieboc,qui est terminus filiorum Ammon:& planitiem [e]— solitudinis ] atque Iordanem, & terminos[d] Cenereth vsque ad[e] mare deserti quod est salsissimum ad radices montis Phasga contra orientem. Præcepíque vobis in tempore illo, dicens: Dominus deus vester dat vobis terram hanc hæreditatem,expediti præcedite fratres vestros filios Israel omnes viri robusti : absque vxoribus,& paruulis,atque iumentis. Noui enim quòd plura habeatis pecora, & in vrbibus remanere debebunt quas tradidi vobis, donec requiem tribuat dominus fratribus vestris sicut vobis tribuit: & possideant ipsi etiam terram quam daturus est eis trans Iordanem:tunc reC uertetur vnusquisq; in possessionem suam quam dedi vobis:†[f] Iosue quoq; in tempore illo præcepi,dicens: Oculi tui viderunt quæ fecit dominus deus noster duobus his regibus: sic faciet omnibus regnis ad quæ transiturus es. Ne timeas eos. Dominus enim deus vester pugnabit pro vobis. Precatúsque sum dominum in tempore illo, dicens: [g] Domine deus,tu cœpisti ostẽdere seruo tuo magnitudinem tuam, manúm-
†Num.27.d

a. Per scientes peccata puniuntur, sicut deus per filios Israel voluit peccata punire Amorrhæorum,& Chananæorum, & aliarum gentium quarum terram Israelitis possidẽdam dedit:quibus etiam præcepit, ve nemini eorum parcerent: sed omnes morti traderẽt. 23. q.5. cano. Remittũtur. §. Per scientes. Ex Ambrosio.
1. Tradam eum.
2. Ve non remanserit illi superstes.

b. Superiorem sensum confirmat. Sexagenarius quippe numerus sicut senarius perfectionem significat.Bene autem sexaginta vrbes memorat vastatas [regione Og regis Basan.i. diaboli, qui est rex turpitudinis, quia perfectè omnium vitiorum delectationem destruendam esse significat.Glo.ord.

c. Veruntamen Og Rex Basan reliquus factus est à stirpe Raphaim. Hoc nomine quod est Raphaim, gigantes significari in Hebræa lingua dicunt, qui eam nouerunt. Vnde quod habent plerique codices, Derelictus est à Raphaim, planius vtique dicitur. Reliquus factus est,vt ipse ex his remansisse intelligatur. Cuius etiã cõsequẽter lõgitudo & latitudo ferrei lecti cõmemoratur ad eius magnitudinem commẽdandam. Aug.q.3.super Deut.
3. Cum tota Basan, quæ etiam ipsa.

d. Genezareth,quod est mare Galilææ vsque adeo in euangelio frequens.
e. Mare mortuũ dicitur, quod prius vallis putcorum bituminis dicebatur. Tunc enim putei fuerant in eo loco:mox vtrò Sodomis deletis, lacus ibi quem à scatenti bitumine Asphaltitem dixere,repente extitit.Ioseph.li.1.ca.17.Antiquit. Iudaic.

f. Moyses ex victoriis diuinitus cõcessis filios Israel de præterito, certiores facit de futuro,iuxta dictũ beati Gregorij: Præteritarum rerum exhibitio futurarum est certitudo . De Lyra ibidem.
g. Hoc dicit quòd multos in Aegypto viderunt deos qui nõ potuerant saluare plebem. Beda ibid.

que fortissimam. Neque enim est alius deus vel in cœlo,vel in terra,qui possit facere opera tua & comparari fortitudini tuæ. Transibo igitur & videbo terram hanc optimam trans Iordanem,& montem istum egregium,[h] & Libanum.† Iratúsque est mihi dominus propter vos, nec exaudiuit me,sed dixit mihi: Sufficit tibi,nequaquam vltra loquaris de hac re ad me. Ascende cacumen Phasgæ, & oculos tuos circunfer ad occidentem, & ad aquilonem,austrúmque, & orientẽ,& aspice. Nec enim transibis Iordanem istum.[i] Præcipe Iosuæ, & corrobora eum,atque cõforta:quia ipse præcedet populum istum,& diuidet eis terram quam[4] visurus es.] Mansimúsque in valle contra Phanum Phogor.

h. Libanus mons est altissimus omniam quos habet Syria: à Liban,quod est album, dictus, quod ferè semper niuibus albescat.

i. Magna dispensatione factũ est,ne Moyses qui est typus legis introduceret populum in terram promissionis quia lex neminem ad perfectum adduxit. Iosue autem qui est typus Christi,qui saluator interpretatur(Christus enim populum suũ saluauit) cõuenienter dux & princeps in terram promissionis introduxit.Glos.ord.

4. Videt.

### *Dei præceptorum, & eorum transgressorum ac ciuitatum refugij Iordanem repetitio.* IIII.

1. Statuta.

[E]T nunc Israel audi[1] præcepta] & iudicia quæ ego doceo te,vt faciens ea vi- A
uas, & ingrediens possideas terram, quam dominus deus patrum vestrorum daturus est vobis.[a] Non addetis ad verbum quod vobis[2] loquor, nec auferetis ex eo. Custodite mandata ]domini dei vestri, quæ ego præcipio vobis.† Oculi vestri viderunt omnia, quæ fecit dominus contra Beelphegor: quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio vestri. Vos autem qui adhæretis domino deo vestro, viuitis vniuersi vsque in præsentem diem. Scitis quòd docuerim vos præcepta atque iustitias,sicut mandauit mihi dominus deus meus, sic faciętis ea in terra[3] quam possessuri estis, ] & obseruabitis, & implebitis opere. Hæc est enim vestra sapientia, & intellectus corã populis, vt audientes vniuersi præcepta hęc, dicãt:[4] En] populus sapiens,& intelligens,gens magna.[b] Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.[&] Quæ est enim alia gens[5]sic inclyta,vt habeat cęremonias]iustáque B
iudicia,& vniuersam legem quam ego[6] proponam] hodie ante oculos vestros? Custodi igitur temetipsum,& animam tuam solicitè. Ne obliuiscaris[7] verborum,]quæ viderunt oculi tui,& ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuę.† Docebis ea filios ac nepotes tuos, diem in quo stetisti coram domino deo tuo in Horeb,quando dominus locutus est mihi, dicens: Congrega ad me populum vt audiant sermones meos,[8] & discant timere ]me omni tempore quo viuunt in terra, doceántque filios suos. Et accessistis ad radices mõtis,qui ardebat vsque ad[9] cœlũ:]erántque in eo tenebræ,& nubes,& caligo. Locutúsque est dominus ad vos de medio ignis. Vocẽ verborum eius audistis,& formã penitus nõ vidistis*. Et [10]ostendit] vobis pactũ suũ,quod præcepit vt faceretis,& decem verba quę scripsit in duabus tabulis lapideis.[&] Mihíque C
mandauit in illo tempore vt docerem vos [11] cęremonias,] & iudicia quę facere deberetis in terra[12] quam possessuri estis.] Custodite igitur solicitè animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis dominus in Horeb de medio ignis:ne fortè [13]decepti faciatis] vobis sculptam similitudinem,aut imaginem masculi vel fœminæ, [c] similitudinem omnium iumentorum quę sunt super terram, vel auium sub cœlo volantium, atque reptilium quę[14] mouentur in terra, ]siue piscium qui sub terra morantur in aquis:† ne fortè oculis eleuatis ad cœlum videas solem, & lunã,[15] & omnia astra cœli,] & errore deceptus adores ea & colas quę[16] creauit] dominus deus tuus in ministerium cunctis gentibus quę sub cœlo sunt. Vos autem tulit dominus,& eduxit de fornace ferrea Ægypti,vt haberet populum hęreditarium, sicut est in pręsenti die.† [&] Iratúsque est dominus contra me propter sermones vestros, & iurauit vt nõ transirem Iordanem, nec ingrederer terram optimam quam daturus est vobis*. Ecce morior in hac humo,nõ transibo Iordanẽ,vos transibitis & possidebitis terram egregiam. Caue nequando obliuiscaris pacti domini dei tui,quod pepigit tecum:& facias tibi [17]sculptam similitudinem] eorum quæ fieri dominus prohibuit:† Quia dominus deus tuus[d] ignis consumens est, deus æmulator. Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, deceptíque feceritis vobis aliquam

a Diuinis scripturis nil addendum est, quod sit superfluum, aut quod corũpat diltorqueat-ve,aut depraueț eacũ sensum, Possunt tamẽ illa adiungi quæ promouent,& adiumentũ prę stant, ad sacras literas apertius intelligẽdas Vnde Aug.Ecclesiasticarũ institutionũ, quasdã in scripris,quasdam apostolica traditione per successõresin ministerio confirmatas accepimꝰ, quasdã verò cõsuetudine roborates approbauit vsus: quibus par titur,& idẽ vtrisque pietatis debetur affectus. Aug. li.de dictis Basilij,& citatur 11. dist. Ecclesiasticarum.

2. Præcipio, nec minueris ex eo quicquam vt seruetis præcepta.

3. Ad quam propetaris,vt illam possideatis.

4. Vtique.

5. Tã magna, cui sint statuta.

6. Pono.

7. Eorum.

b. Manifestè hinc patet quod comparatio sit gentis Israelitæ ad gentes æquales in quantitate. Et per hæc sextus locus monitionis à propinquitate dei ad populum singulari sumitur. Caietanus ibidem.

8. Quos discant,vt timeant.

9. Cor cœli,vel ad medium cœlum.

* Præter vocem.

10. Annunciauit.

11. Statuta.

12. Ad quam transitis possidendam.

13. Perditè agatis facientes.

c. Denique vbi prohibuit similitudinem & imaginem, homines intelligi voluit: vbi & similitudo fieri potest, non huius aut illius,sed cuiuslibet hominis & imago propriè, id est,huius proprię, vel illius hominis. Aug.q.4.super Deuter.

14. Reptant super terram.

15. Et stellas,cum vniuerso exercitu cœlorum.

16. Distribuit.

* In hæreditatem.

17. Sculptile,aut vllam similitudinem.

d. Quod consumit, hoc à supplicio manat. Chryso. vel ignis deus consumens est,quia quicquid in nobis vitiorum est,fœnum,ligna, stipulámque consumat, & spinas, id est, solicitudines seculi huius, quæ pro bono semine terra attulit infœcunda. Hiero in Isa.cap.vlt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quam ſimilitudinem,patrantes malum coram domino deo veſtro,vt eum ad iracundiam prouocetis: † teſtes inuoco hodie cœlum & terram, cito perituros vos eſſe de terra, quam tranſito Iordane poſſeſſuri eſtis. Non habitabitis in ea longo tempore, ſed delebit vos dominus atque diſperget in omnes gentes,& remanebitis pauci in
E nationibus, ad quas vos ducturus eſt dominus. § Ibíque ſeruietis diis, qui hominum manu fabricati ſunt, ligno & lapidi, qui non vident, non audiunt, non comedunt,non odorantur. Cúmque quæſieris ibi dominum deum tuum,inuenies eum, ſi tamen toto corde quæſieris, & [18] tota tribulatione animæ tuæ ] poſtquam te inuenerint omnia quæ prædicta ſunt.[19] f Nouiſſimo autem tempore ] reuertêris ad dominũ deum tuũ,& audies vocem eius, quia deus miſericors dominus deus tuus eſt.Non dimittet te, nec omnino delebit, neque obliuiſcetur pacti, in quo iurauit patribus tuis. Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, ex die quo creauit deus hominem ſuper terram [20] à ſummo cœlo vſque ad ſummum eius,] ſi facta eſt aliquando huiuſcemodi res, * [21] aut vnquam cognitum eſt, vt audiret ] populus vocem domini loquentis de medio ignis, ſicut tu audiſti, & [22] vidiſti, ſi fecit ] deus vt ingrederetur,& tolleret ſibi gentem de medio nationum per tentationes ſigna atque portenta, per
F pugnam & robuſtam manum, extentúmque brachium, § & [23] horribiles ] viſiones iuxta omnia quæ fecit pro nobis dominus deus noſter in Ægypto, videntibus oculis tuis: vt ſcires quoniam [g] dominus ipſe eſt deus, & non eſt alius præter eum. De cœlo te fecit audire vocem ſuam, vt doceret te, & in terra oſtendit tibi ignem ſuum maximum, & audiſti verba illius de medio ignis, quia dilexit patres tuos, & elegit ſemen eorum poſt eos. † Eduxitque te præcedens in virtute ſua magna ex Ægypto, vt deleret nationes maximas, & fortiores te [24] in introitu tuo:] & introduceret te, darétque tibi terram earum in poſſeſſionem, ſicut cernis in præſenti die. Scito ergo hodie, & [25] cogitato in corde tuo, ] quòd dominus ipſe eſt deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum, & non ſit alius. Cuſtodi præcepta eius,atque mandata,quæ ego prȩcipio tibi: vt bene ſit tibi: & filiis tuis poſt te:& permaneas multo tempore ſuper terram, quam
Num.35.a G dominus deus tuus daturus eſt tibi. * † § [h] Tunc ſeparauit Moyſes tres ciuitates trans Iordanem ad orientalem plagam, vt confugiat ad eas qui occiderit [26] nolens ] proximum ſuum,nec fuerit ſibi inimicus ante vnum & alterum diem, & ad harũ aliquam vrbium poſſit euadere, * Boſor in ſolitudine, quæ ſita eſt in terra campeſtri de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, quæ eſt in tribu Gad: & Golam in Baſan, quę eſt in tribu Manaſſę. Iſta eſt lex quam propoſuit Moyſes coram filiis Iſrael, & hęc teſtimonia & [27] cęremoniæ,atque iudicia, quæ locutus eſt ad filios Iſrael,quando egreſſi ſunt de Ægypto trans Iordanem in valle [28] contra Phanum ] Phogor in terra Seon Regis Amorræi,qui habitauit in Eſebon,quem percuſſit Moyſes. Filij quoque Iſrael egreſſi ex Ægypto poſſederunt terram [29] eius,]& terram Og Regis Baſan duorum regum Amorræorum,qui erant trans Iordanem ad ſolis ortum, ab Aroer, quæ ſita eſt ſuper ripam torrentis Arnon vſque ad montem Seon, qui eſt & Hermon, omnem planitiem trans Iordanem ad orientalem plagam,vſque ad mare [30] ſolitudinis,& vſque ad radices montis Phaſga. ]

*Decalogi explanatio,ac cæremoniarum & iudiciorum informatio.* V.

A VOcauítque Moyſes omnem Iſraelem, & dixit ad eum: Audi Iſrael [1] cæremonias atque iudicia, quæ ego loquor in auribus veſtris hodie. [2] Diſcite ea,] & opere complete. † Dominus deus noſter pepigit nobiſcum fœdus in Horeb. Non cum patribus noſtris iniit pactum, * ſed nobiſcum, qui in præſentiarum ſumus & viuimus. Facie ad faciem locutus eſt [3] nobis in monte de medio ignis. Ego ſequeſter & mediusfui inter dominum & vos in tempore illo, vt annuntiarem vobis verba eius. Timuiſtis enim ignem,& non aſcendiſtis in montem. Et ait: † Ego dominus deus tuus qui eduxi de terra Aegypti de domo ſeruitutis. Non habebis deos alienos in conſpectu meo. † Non facies tibi [b] ſculptile, nec ſimilitudi-

e. Prædixit verò eis quæ ſe malis ex tranſgreſſione ſint euentura, & quomodo per pœnitẽtiam reditus ad ſalutem ſit futurus. Cõmunefacit item ap̃ptionis quam in Sina fecit. Denique quòd hîs atque huiuſmodi non vſus eſſet cõcundis gentibus quodque iudicia ſua non patefeciſſet eis, iuxta Dauidem Pſal.147. Non fecit taliter omni nationi. Procopius ibidem.

18. In tota anima tua. Cum in tribulatione fueris, &
19. In nouiſsimis autem diebꝰ.
f. Conuerſionem Iſraelis ad fidẽ Chriſti prænunciat, vt poſtquam plenitudo gentium intrauerit, omnis Iſrael ſaluꝰ fiet. Gloſa ordinaria.

20. Ab extremo cœli vſque ad extremum cœli.
* Magna, & audita ſit huic ſimilis.
21. Nunquid audiuit vnquam,
22. Vixiſti, vel viuus remanſiſti. Aut ſi tentauit.

23. Magnas.

g. Videt quomodo ineffabili quadam virtute ſcriptura occurrens futuris terroribus eorum qui alium deũ præter eum qui eſt Iudæorum, vel in cœlis eſſe, vel in terris affirmarent, pronuntiat, dicens, Dominus deus tuus deus vnus eſt, &c. Clemens,recognit.lib.2.
24. A facie tua,

25. Reducas ad cor tuum.

h. Videns Moyſes imminere ſibi mortem ſeparauit tres ciuitates trãs Iordanem vt poſſent ibi confugere & ſaluari qui ab inimicitiis & à caſu proximũ occiderent. De Lyra ibidem.
* Cunctis diebus.
26. Ignorant.

Ciuitates refugij.

* Is viuet.

27. Statuta.

28. E regione phani,

29. Seon.

30. Planitiei ſub effuſionibus collis.
1. Statuta.
2. Vt diſcatis ea.
a. An quia illi qui nõ ingrediũtur in terrã promiſſionis(mortui ſunt enim omnes)non pertinent ad hoc teſtamentum, quorum tunc recognitio facta eſt, cum à viginti annis ætatis & ſupra numerentur, vſque ad quinquageſimum annos habiles ad bellum. Aug.q.ſuper Deut.lib. 3. ca.25.
* Iſtud.
3. Vobiſcum.

Primũ præceptũ.

b. Ex ſexta ſynodo venerabiles imagines Chriſtiani non deos, appellant, neque ſeruiunt eis vt diis,neque ſpẽ ſalutis ponũt in eis, neque ab eis expectant futurum iudicium,ſed ad memoriam & recordationem primitiuorum venerantur eas & adorant, ſed non ſeruiunt eis cultu diuino, nec alicui creaturæ. Hæc ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca



nem omniũ quæ in cœlo sunt désuper, & quæ in terra deorsum, & quæ versantur in aquis sub terra. Non adorabis ea, & non coles. † [c] Ego enim sum dominus deus tuus, deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam & quartam generationem, iis qui oderunt me, & faciens misericordiam in multa milia diligentibus me,& custodientibus præcepta mea. †§ Non vsurpabis nomẽ dei tui frustra,quia non [B] [4] erit impunitus] qui super re vana nomen eius assumpserit. [d] Obserua diem sabbati, vt sanctifices eum,sicut præcepit tibi dominus deus tuus. † Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua.Septimus dies sabbati est,—id est,requies]domini dei tui. Nõ facies in eo quicquam operis, tu & filius tuus, & filia, seruus & ancilla, bos & asinus, & omne iumentum tuum, & peregrinus qui est intra portas tuas:vt requiescat seruus & ancilla sua,sicut & tu. Memento quòd ipse seruieris in Ægypto, & eduxerit te inde dominus deus tuus in manu forti,& brachio extento. Idcirco præcepit tibi vt obseruares diem sabbati. † Honora patrem tuum & matrem, sicut præcepit tibi dominus deus tuus: vt longo viuas tempore, & bene sit tibi in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi. † § Non occides,neque mœchaberis,furtúmque non facies, nec [C] loquêris contra proximum tuum falsum testimonium. † Non concupisces vxorem proximi tui, non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum,& vniuersa quæ illius sunt. Hæc verba locutus est dominus ad omnem multitudinem vestram in monte de medio ignis, & nubis, & caliginis, voce magna,nihil addens amplius: [e] & scripsit ea in duabus tabulis lapideis,quas tradidit mihi. Vos autem postquam audistis vocem de medio tenebrarum, & montem ardere vidistis,accessistis ad me omnes principes tribuum, & maiores natu, atque dixistis: Ecce ostendit nobis dominus deus noster maiestatẽ & magnitudinẽ suam. Vocẽ enim eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie quòd loquente deo cum homine vixerit homo. Cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic maximus?Si enim audierimus vltra vocem domini dei nostri, moriemur. [f] Quid est omnis caro, vt audiat] vocem dei viuentis, qui de medio ignis loquitur sicut nos audiuimus, & [6] possit viuere?] § Tu magis accede, & audi cuncta quæ dixerit dominus deus noster tibi: loquerísque ad nos,& nos audientes faciemus ea. Quod cum audisset dominus, ait ad me: Audiui vocem verborum populi huius quæ locuti sunt tibi. Bene [7] omnia]sunt locuti. [g] Quis det talem eos habere mentem,vt timeant me,& custodiant vniuersa mãdata mea in omni tempore, vt bene sit eis, & filiis eorum in sempiternum? Vade & dic eis:Reuertimini in tentoria vestra. Tu verò hîc sta mecum,& loquar tibi omnia mandata mea, & [8] cæremonias atque iudicia,quæ docebis eos,vt faciant ea in terra quam dabo illis in possessionem. Custodite igitur,& facite quæ præcepit dominus deus vobis. Non declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram: sed per * viam quam præcepit dominus deus vester ambulabitis,vt viuatis,& bene sit vobis,& protelentur dies vestri in terra possessionis vestræ.

c. Sunt qui ita edisserant,vt ad animum humanam, seu etiam verbum. Patrem in nobis laudẽ, quia bonum seminum, & incentiua esse vitiorum dicentes, filiũ verò si cogitatio peccatum cõceperit: Nepotem si conceptionem opere perpetrauerit. Pronepotẽ si in peccatis gloriemur, iuxta illud. Prouerb. 18.a. Impius cum in profundũ malorũ venerit,contemnit. Isidorus in glo. ordina.

## Secundum.

4. Insontem habebit dominus eum.

## Tertium.

d. Nos dominicum diem & Pascha solemniter celebramus, & quaslibet alias Christianas dierum festiuitates. Sed quia intelligimus quo pertineant, non tempora obseruamus, sed quæ illis significantur temporibus. Manichæi autem sic ea reprehendunt, quasi nullos dies, & tempora obseruent. Augustin cõtra Adimanthum Manichei discipulum,c.16.

## Quartum.

## Quintum, 6. 7. 8.

## Nonum.

## Decimum.

e Duo testamenta significantur in duabus tabulis, vel dilectio dei & proximi, in quibus tota lex pendet & prophetæ. In vna enim tabula tria præcepta ad dilectionem dei pertinẽtia altera,7. ad proximi societatẽ. Lapideæ tabulæ,lapideæ Iudæorũ corda significant. De quibus dicitur Ezech.36.f. Auferã à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneũ. Isidorus ibid.

5. Quæ enim vnquam fuit caro, quæ audierit,

6. Manſit viua?

7. Egerunt in omnibus, quæ.

f. Hoc est mihi placitum quòd timeant dominum,& eius mãdata & obserment & humiliter recipiant, non solum audita à deo immediatè, sicut sunt præcepta decalogi, sed etiam alia eis denunciata per nuncios ex parte dei, sicut per Moysen & alios prophetas. De Lyra.

8. Statuta.

* Omnem.

*Dominus ex toto corde diligendus, eiúsque mandata solicitè obseruanda, & posteris inculcanda.* VI.

[a] Hæc sunt præcepta & cæremonię atque iudicia quæ mandauit dominus [A] deus vester vt docerem vos: vt faciatis ea in terra ad quam transgredimini possidendam, vt timeas dominum deum tuum, & custodias omnia mandata & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi & filiis ac nepotibus tuis, cunctis diebus vitę tuę: vt prolongentur dies tui. Audi Israel & obserua, vt facias,quę præcepit tibi dominus: & bene sit tibi, & [1] multipliceris amplius,] sicut pollicitus est dominus deus patrum tuorum tibi terram lacte & melle manantem. [b] Audi Israel: † Dominus deus noster,deus vnus est.Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. § Erúntque verba hęc [B] quę ego præcipio tibi hodie,in corde tuo: & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere,[2] dormiens atque consurgens:] & ligabis ea quasi

3. Quia in huiusmodi præceptis,aliqua sunt circa mores,& dicuntur præcepta, aliqua circa modum colendi deum, & dicuntur cæremoniæ,aliqua circa iustum hominis cõuictum, & dicuntur iudicia. de Lyra.

1. Multiplicemini valde.

b. Non hoc totum est de præcepto:quia ante præceptum ad obedientiam animi præparantur. Audi Israel,hic nota obedientiam. Deus tuus, hic gratiam. Deus vnus est,hic doctrinam. Quasi diceretur:Obedientiam exhibe,gratiam intellige, veritatẽ agnosce. Audi Israel, hoc est, auscultes, acquiesce. Omnis enim virtus ab obedientia incipit, quemadmodũ omne vitium ab inobedientia procedit. Frustra nãque vel inobedientia gratia, vel cõsuetudo doctrina, vel nõ intelligenti præceptum diceretur. Hug. de S. Victore,ibidem.

2. Cum vadis dormitum, & eũ iterum surgis.

quasi signum in manu tua, erúntque[3] & mouebuntur ] inter oculos tuos: scribésque ea in limine & ostiis domus tuæ. [c] Cúmque introduxerit te dominus deus tuus in terram, pro qua iurauit patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob: & dederit tibi ciuitates magnas & optimas quas non ædificasti, domos plenas cunctarum opum, quas non [4] extruxisti: ] cisternas quas non effodisti, vineta & oliueta quæ non plantasti, & comederis, & saturatus fueris: caue diligenter ne obliuiscaris domini dei tui, qui eduxit
c te de terra Ægypti, de domo seruitutis. †[d] Dominum deum tuum timebis, & [5] illi soli seruies, ] ac per nomen illius iurabis. Non ibitis post deos alienos cunctarũ gentium, quæ in circuitu vestro sunt: quoniam deus æmulator dominus deus tuus in medio tui: ne quando irascatur furor domini dei tui contra te, & auferat te de superficie terræ. [d] † Non tentabis dominum deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis. Custodi præcepta domini dei tui, ac testimonia & [6] cæremonias quas ] præcepit tibi: & fac quod [7] placitum ] est & bonum in conspectu domini, vt bene sit tibi: & ingressus possideas terram optimam, de qua iurauit dominus patribus tuis, vt deleret omnes ini-
D micos tuos coram te, sicut locutus est. [e] [c] Cum interrogauerit te filius tuus cras, dicẽs: Quid sibi volunt testimonia hæc? & [8] cæremoniæ? ] atque iudicia quæ præcepit dominus deus noster nobis? dices ei: Serui eramus Pharaonis in Ægypto, & eduxit nos dominus de Ægypto in manu forti fecítque signa atque prodigia magna & pessima in Ægypto contra Pharaonem, & omnem domum illius in conspectu nostro, & eduxit nos inde, vt introductis daret terram super qua iurauit patribus nostris. Præcepítque nobis dominus vt faciamus omnia [9] legitima ] hæc, & timeamus dominũ deum nostrum, vt bene sit nobis cunctis diebus vitæ nostræ, sicut est hodie. Erítque [10] nostri misericors, ] si custodierimus & fecerimus omnia præcepta eis coram domino deo nostro, sicut mandauit nobis.

3. Monitoria.
c. Lex enim ab his qui extra terram habitant obseruari nõ poterat, nec vtique omnibus lex scripta congruebat populis. In his vero sententia est eius, vt semper legi studeãt, suóque liberos doceãt. De quouis enim iusto Dauid inquit. Lex dei sui in corde ipsius, non labefactabuntur gressus eius: custodia enim cordis legis obseruatio est. Procopius ibidem.
4. Impleuisti.
5. Illum cole.

d. Neque enim & apostol⁹ Paulus desperauerat adiutorium protectionémque diuinam fidémque perdiderat, quando per murũ in sporta submissus est, vt inimicorum manus effugeret. Non ergo in deum non credendo fic fugit, sed deum tentatus si fugere noluisset, cũ sic fugere potuisset. Augu. lib. 22. cõtra Faustũ Manichæum, 6. Statuta.
7. Rectum.
8. Statuta.
e. Incitamentum amoris diuini respectu filij, qui est quasi idem cum patre: quia in ipso remanet pater post mortẽ quodammodo. Ideo debet ipsum incitare ad dei dilectionem & mandatorum eius impletionẽ per beneficia patribus facta. De Lyra.
9. Statuta.
10. Hæc iustitia nostri.

*Nulla cum gentibus societas contrahenda, verum illæ illarúmque sunt delenda simulachra.* VII.

A [†] Vm verò introduxerit te dominus deus tuus in terram quam possessurus ingrediêris, [a] & [1] deleuerit gentes multas coram te, Hethæum, & Gergesæum, & Amorræum, Chananæũ, & Pherezæum, & Heuæum, & Iebusæum, septem gentes multo maioris numeri quàm tu es, & robustiores te, tradiderítque eas dominus deus tuus tibi, percuties eas vsque ad internecionem: † Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, [b] neque sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo: quia seducet filium tuum ne sequatur me, & vt magis seruiat diis alienis. Irascetúrque furor domini, * & delebit te cito. Quin potius hæc facietis eis: † Aras eorum subuertite, & confringite statuas, lucósque succidite, & sculptilia * comburite: † quia populus sanctus es domino deo tuo. Te elegit dominus deus tuus, vt sis ei populus peculiaris [2] de ] cunctis
B populis qui sunt super terram. [f] Non quia cunctas gentes numero vincebatis: [3] vobis iunctus est dominus, ] & elegit vos: cum omnibus sitis populis pauciores: [c] sed quia dilexit vos dominus, & custodiuit iuramentum, quod iurauit patribus vestris. † Eduxítque vos in manu forti, & redemit de domo seruitutis, de manu Pharaonis Regis Ægypti: & scies quia dominus deus tuus ipse est deus fortis, & fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se: & iis qui custodiunt præcepta eius in mille generationes, & reddens [4] odientibus se statim, ] ita vt disperdat eos & vltra non differat: [5] protinus eis restituens quod merentur. [d] Custodi ergo præcepta & [6] cæremonias ] atque iudicia, quæ ego mandabo tibi hodie, vt facias. Si postquam audieris hæc iudicia, custodieris ea & feceris: custodiet & dominus deus tuus tibi pactum, & misC ricordiam quam iurauit patribus tuis: [g] & diliget te, & multiplicabit, benedicétque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumẽto tuo atque vindemię, oleo & [7] armentis, ] gregibus ouium tuarum super terrã, † pro qua iurauit patribus tuis, vt daret eam tibi. Benedictus eris [8] inter omnes populos. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus,

a. Quia septem illæ gentes maioris esse numeri dicuntur hæc ratio est, quia plura vitia sunt quàm virtutes. Cassianus.
1. Suffuleris.

b. Dominus per Esdram iussit vitos dimittere vxores alienigenas quicunque tunc habere poterant, ne & ipsi seducerentur per eas, vt colerent deos alienos. Augu. de adult. coniug. cap. 18.
* Contra vos.
* Eorum igne.

2. Præ.

3. Dominus vos complexus est.

c. Quia dilexit vos dominus ex sua benignitate, & ex merito patrum, ne qui putent ipsos Israelitas cæteros numero & fortitudine excellere. De lyra.

4. In faciem odientium eum.

5. Quin illi qui odit eum in facie sua retributionem faciat.
6. Statuta.
d. Propositis bonis ad quæ diligit deus & elegit deus populum Israel declarat modum assequendi illa, manifestãdo medium ad illa assequendum esse obseruationem istorum præceptorum diuinorum. Caietanus ibidem.
7. Generationi boũ tuorũ, &.
8. Præ omnibus populis. Non erit in te infœcundus, nec infœcũda, neque in iumẽtis tuis.

tam in hominibus quàm in gregibus tuis.][e] Auferet dominus à te omnẽ languorem, & infirmitates Ægypti peſſimas quas nouiſti, non inferet tibi, ſed cunctis hoſtibus tuis. Deuorabis omnes populos quos dominus deus tuus daturus eſt tibi. Non parcet eis oculus tuus, nec ſeruies diis eorum, ne ſint [9] in ruinam tui.] Si dixeris in corde tuo: Plures ſunt gentes iſtæ quàm ego, quomodo potero [10] delere] eas? noli metuere,* ſed recordare quæ fecerit dominus deus tuus Pharaoni & cunctis Ægyptiis [11] plagas] maximas quas viderunt oculi tui, & ſigna atque portenta manúmque robuſtam, & extentum brachium,[12] vt educeret] te dominus deus tuus. Sic faciet cunctis populis quos metuis.[f] & Inſuper & crabrones mittet dominus deus tuus in eos, donec [13] deleat omnes atque diſperdat qui te fugerint, & latêre non potuerint.] † Non timebis eos, quia dominus deus tuus in medio tui eſt, deus magnus & terribilis. Ipſe conſumet nationes has in conſpectu tuo paulatim: atque per partes:] Non poteris eas delere [14] pariter:] ne fortè multiplicẽtur contra te beſtiæ terræ. Dabítque eos dominus deus tuus in conſpectu tuo: & [15] interficiet] illos, donec penitus deleantur. Tradétque reges eorum in manus tuas, & diſperdes nomina eorum ſub cœlo. Nullus poterit reſiſtere tibi, donec conteras eos. † Sculptilia eorum igne combures. [g] Non concupiſces argentum & aurum de quibus facta ſunt, neque aſſumes ex eis tibi quicquam, [16] ne offendas] propter ea, quia abominatio eſt domini dei tui: nec inferes [17] quippiã ex idolo] in domum tuam, ne fias anáthema, ſicut & illud eſt.[18] Quaſi ſpurcitiam deteſtaberis, & velut inquinamentum ac ſordes abominationi habebis, quia anáthema eſt.

*Dei beneficia, & afflictiones ad pietatem inducere debent, immemores verò eorum puniendi.*

*VIII.*

[1] Mne mandatum quod ego præcipio tibi hodie,[1] caue diligẽter vt facias:] vt poſſitis viuere, & multiplicemini, ingreſſíque poſſideatis terram pro quia iurauit dominus patribus veſtris.[a] Et recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te dominus deus tuus * quadraginta annis per deſertum, vt affligeret te, atque tentaret,[b 2] & nota fierẽt] quæ in tuo animo verſabantur, vtrũ cuſtodires mandata illius, an non. Afflixit [3] te penuria,] & dedit tibi cibum mãna, quod ignorabas tu & patres tui: vt oſtenderet tibi quòd † non [c] in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod egreditur de ore domini. * Veſtimentum tuum quo operiebaris, nequaquam vetuſtate defecit, & pes tuus nõ eſt [4] ſubtritus.[5] En quadrageſimus annus eſt: † vt] recogites in corde tuo, quia ſicut erudit filium ſuum homo, ſic dominus deus tuus erudiuit te, vt cuſtodias mandata domini dei tui, & ambules in viis eius, & timeas eum. Dominus enim deus tuus [d] introducet te in terram bonam, terram riuorum, aquarúmque, & fontium, in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyſſi: terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus, & mala granata, & oliueta naſcuntur: terram olei ac mellis, vbi abſque vlla penuria comedes panem tuum, & [5] rerum omnium abundantia perfruêris:] cuius lapides ferrum ſunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur: vt cum comederis, & ſatiatus fueris, benedicas domino deo tuo pro terra optima quam dedit tibi.[6] ~ [e] Obſerua & ] caue ne quando obliuiſcaris domini dei tui, & [6] negligas] mandata eius atque iudicia & [7] cæremonias quas] ego præcipio tibi hodie: ne poſtquam comederis & ſatiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, habueríſque armenta boum & ouium greges, argenti & auri cunctarúmque rerum copiam, eleuetur cor tuum, & non reminiſcaris domini dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis: & ductor tuus fuit in ſolitudine magna atque terribili, † in qua erat ſerpens flatu adurens, & ſcorpio ac [f 8] dipſas, & nullæ omnino aquæ:] † qui eduxit [9] riuos] de petra duriſſima, † & cibauit te manna in ſolitudine, quod neſcierũt patres tui.[g 10] Et poſtquam afflixit ac probauit te, ad extremum miſertus eſt tui,] ne diceres in corde tuo: Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præſtiterunt: ſed recorderis domini dei

Non ſolum multiplicabit te in bonis, ſed etiam præſeruabit te à malis. De Lyra.

9. Tibi in offendiculum.

10 Extirpare.
* Ab eis.
11. Tentationis.

12. Per quæ eduxit.
f. Hebræi dicunt aliud quoddam eſſe peſtilẽtis animalis genus. Verùm ipſi ſunt ſupra cæteros homines harum rerum imperiti. Septuaginta etiã interpretes crabrones reddiderunt: quibus magis credendũ eſt quàm omnibus Iudæis. Auguſt. Strenchus ibidem.
13. Diſperdat retiduos & abſcõditos à facie tua.
14. Subito.
15. Impetu magno terrebit.

g. Satis apparet aut ipſos ptiuatos vſus in talibus eſſe prohibitos: aut ne ſic aliquid inde inferatur in domum vt honoretur. Tunc enim eſt abominatio & execratio, nam cum talibus factilegus homo apertiſſima deſtructione ſubuertitur. Auguſt epi. 154.
16. Ne inuingas in ipſum.
17. Abominationem.
18. Sed execrando execraberis illud, & deteſtando deteſtaberis illud.

1. Cuſtodieris vt faciãs.

a. Si eius recordatus fueris in tentationibus reliquis non facilè collaberis. Etenim Dauid, cũ ſolidus in deo eſſet, inquit, Proba me domine, & cor meũ explora. Præcopius ibidem.
* His.
b. Intelligitur enim poſitũ eſſe vt ſciat, pro eo quod eſt, vt ſcire faciat, quomodo diluciclè dictum, vt tentaret te, & cognita faceret, quæ in corde tuo eſſent. Aug. q. 13. ſuper Deut.
2. Atque ſciret.
3. Itaque te, & te eſurire permiſit.
c. Siue famem, ſiue quid aliud patiamur, nunquam tamen dominum relinquamus, qui poteſt eſurientem etiam ſermone paſcere. Chryſoſt. in Matth. homil. 13.
* Viuit homo.
4. Demulatus in his quadraginta annis. Sed & hoc.
d. Hoc dicitur, vt ſciant quòd terram illam non obtinerent virtute propria, ſed diuina. De Lyra.
* Abyſſi.
5. Nec quopiam egebis in ea.

e. Facilè eſt opulentiam parere elationem cordis, & obliuionem beneficiorũ. Et propterea Moyſes declarando viam, præmonet ne adueniente opulentia obliuiſcantur beneficiorum diuinorum, quæ receperunt in via. Caietanus ibid.
6. Et non cuſtodias.
7. Statuta eius quæ.
f. Genus aſpidis, quæ latinè dicitur ſitula, quemcunque momorderit ſiti perit: adeo parua vi eius conuulcatur nõ videtur. Cuius venenum ante extinguit quàm ſentiatur: nec triſtitiam ſentit moriturus. Gloſ. ordinaria ibidem.
8. Sitis, abſque vlla aqua.
9. Tibi aquam.
10. Vt affligeret te, & tentaret, atque ſic benefaceret tibi in nouiſſimo tuo.

dei

dei tui,quòd ipſe vires tibi præbuerit, vt [11] impleret ]pactum ſuum, ſuper quo iurauit patribus tuis, ſicut præſens indicat dies. Sin autem oblitus domini dei tui, ſecutus fueris deos alienos,coluerisque illos, & adoraueris: ecce nunc [12] prædico tibi, ] quòd omnino diſpereas. Sicut gentes quas deleuit dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis,ſi inobedientes fueritis voci domini dei veſtri.

11. Acquitas oper, & vt confirmet.

12. Proteſtor tibi hodie.

*Non tribuant Iudæi ſuæ virtuti,quòd terram promiſſam ingrediantur& ex tot aduerſitatibus eripiantur.* IX.

A AVdi Iſrael: Tu tranſgredieris hodie Iordanem,vt poſſideas nationes maximas & fortiores te, ciuitates ingentes, & ad cœlum vſque muratas, populum magnum atque ſublimem, filios Enachim, [1] quos ipſe vidiſti, & audiſti, quibus nullus poteſt ex aduerſo reſiſtere. ] Scies ergo hodie quod dominus deus tuus ipſe tranſibit ante te ignis [2] deuorans atque ] conſumens,qui conterat [2] eos & deleat atque diſperdat ante faciem tuam velociter, ] ſicut locutus eſt tibi. Ne dicas in corde tuo cum deleuerit eos dominus deus tuus in cõſpectu tuo*: [a] Propter iuſtitiam meam introduxit me dominus vt terram hanc poſſiderem, cum propter impietates ſuas iſtæ deletæ ſint nationes. Neque enim propter iuſtitias tuas, & æquitatem cordis tui ingredieris vt poſſideas terras earum:Sed [3] quia illæ egerunt impiè,introeunte te deletæ ſunt, & vt compleret verbum ſuum dominus, quod ſub iuramento pollicitus eſt patribus tuis Abraham, Iſaac, & Iacob. Scito ergo quòd non propter [b] iuſtitias tuas dominus deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in poſ- B ſeſſionem, cum duriſſimæ ceruicis ſis populus. [4] Memento, & ne obliuiſcaris quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum deum tuuum in ſolitudine, † & ex eo die quo egreſſus es ex Ægypto vſque ad locum iſtum, ſemper [5] aduerſum dominum contendiſti.] Nam & [c] in Horeb prouocaſti eum: & iratus delere te voluit, quando aſcendi in mõtem, vt acciperem duas tabulas lapideas pacti, quod pepigit vobiſcum deus. [d] Et perſeueraui in monte quadraginta diebus ac noctibus,panem nõ comedẽs, & aquam non bibens. Dedítque mihi dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito dei,& continẽtes omnia verba quæ vobis locutus eſt in monte de medio ignis, quando concio populi congregata eſt. Cúmque tranſiſſent quadraginta dies & totidem noctes, dedit mihi dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis, dixítque mihi: † [c] Surge, & deſcende hinc citò, quia populus tuus quem eduxiſti de Ægypto,deſeruerunt velociter viam quam [6] demonſtraſti ]eis, fecerúntque ſibi cõflatile. Rurſúmque ait dominus ad me: Cerno quòd populus iſte duræ ceruicis ſit. [6] Dimitte me vt C conteram eum,& deleam nomen eius ſub cœlo, & conſtituam te ſuper gentem quæ hac maior & fortior ſit. [6] Cúmque de monte ardente deſcenderem, & duas tabulas fœderis vtraque tenerem manu,vidiſſémque peccaſſe ]vos domino deo veſtro, & feciſſe vobis vitulum conflatilem,ac deſeruiſſe velociter viam eius, quam vobis oſtenderat,† *proieci [7] tabulas ] de manibus meis, [f] confregíque eas in conſpectu veſtro.Et procidi ante dominum ſicut prius,quadraginta diebus & noctibus, panem non comedens & aquam non bibens,propter omnia peccata veſtra,quæ geſſiſtis contra dominum,& eum ad iracundiam prouocaſtis. Timui enim indignationem & iram illius,qua aduerſum vos concitatus delere vos voluit. Et exaudiuit me dominus etiam hac vice. Aduerſum Aaron quoque vehementer iratus, voluit eum conterere,& pro illo ſimiliter deprecatus ſum. Peccatum autem veſtrum quod feceratis, id eſt, vitulum,arripiens,igne combuſsi: [8] & in fruſta comminuens,omninóque in puluerem redigens, proieci in torrentem qui de monte deſcendit. [9] In incendio quoque,& in ten- D tatione, & in ſepulchris concupiſcentiæ prouocaſtis dominum:& † quãdo miſit vos de Cades Barne,dicens: Aſcendite,& poſſidete terram quam dedi vobis,& contempſiſtis imperium ] domini dei veſtri, & non credidiſtis ei, neque vocem eius audire voluiſtis, ſed ſemper fuiſtis rebelles à die qua noſſe vos cœpi. Et [9] iacui ] coram domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus [10] eum ſuppliciter deprecabar, ne de-

1. De quibus ipſe nouiſti,& audiſti,quis ſtabit contra faciem filiorum Enac.

2. Et humiliet eos ante faciem tuam,diſperdat eos citò.
* Dicens.

a. Si quando videris inter multa opera peccatorũ facere quẽpiam nonnulla quæ iuſta ſunt, non eſt tam iniuſtus deus vt propter multa mala peccatorum obliuiſcatur bonorũ: ſed faciet eum illa tantum metere quæ in bonam terram ſeminauerit, & in ſua horrea congregare. Hier. ſuper 1. cap. Haggæi.

3. Propter impietatem gentiũ iſtarum dominus deus tuus deturbat eas à conſpectu tuo.

b. Certè iſti ſunt qui non meruerunt perire in deſerto, quia neſcierunt dexteram vel ſiniſtram. Aug. ibid. q. 14. in Deut.

4. Rebelles domino fuiſtis.

c. Vbi certè illi exacerbauerũt qui propter eadem mala merita ſua non ſunt in terram promiſſionis inducti. Auguſt. ibi.

d. Tempus rebellionis ſignificatur, tempus quo Moyſes fuit in mõte ex præcepto dei ad accipiendum duas tabulas lapideas vt ſcriptum eſt Exo. 24. Caietanus.

e. Iudæi ſemper ea fecerũt quæ dei placitis aduerſata ſunt. Et enim cum illos volebat ieiunare, tum ineraſſabantur dilatabantúrque. Rurſus vbi non volebat eos ieiunare mordicus tenebant ieiunió. Cõ vellet illos victimas ſibi offerre, ad ſimulachra properabant. Cum non volebat illos feſtum diem celebrare, ſtudio diem feſtum agebant. Chryſoſt. Homilia prima aduerſus Iudæos.

5. Præcipi.

6. Cõuertẽs me igitur deſcendi de monte, igne ardente, & duæ tabulæ fœderis in duabus manibus meis. Et vidi, & ecce peccaſtis.
* Apprehendens duas tabulas.

7. Eas.

f. Frangit audaciter Moyſes tabulas. Sciebat enim dei ſermonem non poſſe audire temulentos. Incraſſata eſt & pinguefacta, & dilatata, & recalcitrauit dilectus, & dereliquit Dominum qui fecerat eum, & abſceſſit à Deo ſalutari ſuo Hiero. contra Iouinianum lib. 2.

g. Idololatriæ indignitate percitus fregit tabulas Moyſes, & comminuit vituli caput, atque in puluerem redegit, vt omnia impietatis abolerer veſtigia Ambroſ. ad Romulam.

8. Exacerbaſtis os.

9. Proſtratus ſum.

10. Me proſtraui, quoniã dixerat dominus quod vos deleturus eſſet. Oraui ad dominum, & dixi.

leret vos,vt fuerat comminatus:& orans dixi:]h Domine deus,ne diſperdas populum tuum, & hæreditatem tuam, quam redemiſti in magnitudine tua, quos eduxiſti de Ægypto in manu forti. Recordare ſeruorum tuorum Abraham, Iſaac, & Iacob. Ne aſpicias duritiam populi huius, & impietatem atque peccatum, ne fortè dicant habitatores terræ,de qua eduxiſti nos: Nõ poterat dominus introducere eos in terram, quam pollicitus eſt eis, & oderat illos, idcirco eduxit, vt interficeret illos in ſolitudine: [11] qui ſunt populus tuus] & hęreditas tua,quos eduxiſti in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento.

h. Hic deſcribitur oratio Moyſi, & ſecundum quod dicunt Hebræi iſta eſt tertia quadragena quã fecit Moyſes in monte. Prima fuit quãdo aſcendit in montem vt acciperet primas tabulas. vt Exod. 24. Secunda quando poſt fabricationem vituli aſcendit ad dominum ad impetrandum remiſſionem illius peccati. vt Exo. 32. Tertia fuit quando dominus placatus orationib⁹ Moyſi dixit ei. Præcidenti duas tabulas lapideas iuſtas priorum, vt Exo. 34. De lyra ibidem.
11. En ipſi populus tuus.

*Tabularum ſecundarum inſtauratio, Leuitarum officia, timor dei, & dilectio ad pietatem & obſequium mouere debent.* X.

[†] In tempore illo,dixit dominus ad me: [a] Dola tibi duas tabulas lapideas, ſicut priores fuerunt,& aſcende ad me in mõtem:faciéſque arcã ligneam, & ſcribam in tabulis verba quæ fuerũt in iis,quas antè confregiſti, ponéſque eas in arca. Feci igitur arcã de lignis ſethim. Cúmque dolaſſem duas tabulas lapideas inſtar priorum,aſcendi in montẽ habens eas in manibus. Scripſitque in tabulis iuxta id quod prius ſcripſerat, [b] verba decem quæ locutus eſt dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus eſt,& dedit eas mihi.Reuerſúſque de monte,deſcendi, & poſui tabulas in arcam quam feceram,quæ hucuſque ibi ſunt: ſicut mihi præcepit dominus. †ǂ Filij autem Iſrael caſtra mouerunt ex [c] Beroth filiorum Iachan in Moſera, † vbi Aaron mortuus & ſepultus eſt,pro quo ſacerdotio functus eſt filius eius Eleazar. Inde venerunt in Gadgad, de quo loco profecti,caſtrametati ſunt in Iethabatha, in terra aquarum atque torrentium. Eo tempore [1] ſeparaui] tribum Leui,vt portaret arcam fœderis domini, & ſtaret coram eo in miniſterio,ac benediceret in nomine illius vſque in præſentem diem. Quamobrem non habuit Leui partem, neque poſſeſſionem cum fratribus ſuis: quia ipſe dominus poſſeſſio eius eſt,ſicut promiſit ei dominus deus tuus. Ego autem ſteti in monte, [2] ſicut prius] quadraginta diebus ac * noctibus, exaudiuítque me dominus etiam hac vice, & te perdere noluit.ǂ Dixítque mihi:* Vade, & præcede populum, vt ingrediatur,& poſſideat terram, quam iuraui patribus eorum vt traderem eis. Et nunc Iſrael [d] quid dominus deus tuus petit à te,niſi vt timeas dominum deum tuum, & ambules in viis eius, & diligas eũ,ac ſeruias domino deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, cuſtodiáſque mandata domini, & [3] cæremonias eius quas ] ego hodie præcipio tibi, vt bene ſit tibi? En domini dei tui cœlum eſt,& [4] cœlum cœli,] terra & omnia quæ in ea ſunt: [5] & tamen patribus tuis conglutinatus eſt dominus, & amauit eos,] elegítque ſemen eorum poſt eos,id eſt,vos de cunctis gentibus,ſicut hodie comprobatur.[e]ǂ Circuncidite igitur præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis amplius: quia dominus deus veſter ipſe eſt deus deorum,& dominus dominantium, deus magnus & potens & terribilis, † qui perſonam non accipit, nec munera.Faciet iudicium pupillo & viduæ,amat peregrinum, & dat ei victum atque veſtitum. Et vos ergo amate peregrinos,quia & ipſi fuiſtis aduenæ in terra Ægypti.Dominum deum tuum timebis, & ei ſoli ſeruies.Ipſi adhærebis, [f] iurabíſque in nomine illius. Ipſe eſt laus tua & deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia, & terribilia, quæ viderunt oculi tui.† In ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres tui in Ægyptum, & ecce nunc multiplicauit te dominus deus tuus ſicut [6] aſtra ] cœli.

a. Satis manifeſtat eundẽ Moyſen in tabulis hęc decem verba ſcripſiſſe,non deum. Niſi forte violenter quidem, ſed certa neceſſitate compellimur, vbi dictum eſt. Et ſcripſit in tabulis verba teſtamenti,decem verba, non Moyſen ſubaudire,ſed dominum. Augu. quæſt.ſuper Deut. lib.4.cap.15.
b. Denique decẽ ſermones illi in tabulis nihil nouum docẽt, ſed quod obliteratum fuerat, admonent, vt iuſtitia in illis ignĩ more quaſi adflatu quodam legis ſopita recaleſceret: proficere autem poterant intellecta plus hominibus vitia fugienda, quæ lex damnaſſet etiam in pecoribus. Tertul. de cibis Iudaic.
c. Supra in Numeris cum ſtationes & migrationes filiorum Iſrael recenſerat, nullam loci huius mentionem fecit. Tantum enim dixit Aaronem in monte Or vita functum eſſe: illic enim compendiosè ac ſummatim attingens omnia loca & tẽpora ordine ſuo commemorare omiſit.Procop.ibid.
1. Separauit dominus.
2. luxta dies priores.

* Quadraginta.

* Surge.

d. Quando ille iubet ſe diligi, tunc maximè oſtendit quod te diligit. Nihil enim ita noſtram ſalutem cõſeruat, atque illum diligere. Chryſo.

3. Statuta eius quæ.

4. Cœli cœlorum.
5. Veruntamen in patribus tuis beneplacitum eſt domino, vt amaret eos.
e. Spiritalem circunciſionem ſignificat id eſt, mentis cuſtodiam & veram abſtinentiam. Quaſi cum luxuriam carnis exrinxeritis, etiam mentis ſuperflua reſecate. Circũcidẽdi ſunt omnes ſenſus. Vnde Moyſes ſe incircunciſum labiis conqueritur.Gloſ.ordin.

f. Non ita præceptũ accipiendũ eſt quaſi iurari iuſſerit,ſed in alterius alicuius dei nomine iurare prohibuit. Melius autem fit,ſi ſecundum euangeliũ non iuraueris: nõ quia mala eſt vera iuratio, ſed ne in peiutiũ incidatur facilitate iurandi. Auguſt.q.12.ſuper Deut.
6. Stellas.

*Dei beneficia,& terribilia in Pharaonem ſigna,ad dei amorem incitare debent.* XI.

AMa itaque dominum deum tuum,& obſerua [1] præcepta ]eius & [2] cærenonias, ]iudicia atque mãdata omni tempore. [2] Cognoſcite hodie,[3] quæ ignorant filij veſtri, ] qui non viderunt diſciplinam domini dei veſtri, magnalia eius & robuſtam manum, extentúmque brachium,ſigna & opera quæ fecit

1. Cuſtodiam.
2. Statuta.
3. Quia non cum filiis veſtris.
a. Adducit rationem ſupra ſe quærere poſitam, ex beneficiis iam præſtitis,cum dicitur. Cognoſcite hodie quæ ignorãt filij veſtri. Non quòd ignorarẽt ſimpliciter, ſaltem quãtum ad illos qui attulerãt annos diſcretionis.De lyra.

fecit in medio Ægypti Pharaoni Regi, & vniuerſæ terræ eius, omníque exercitui Ægyptiorum, & equis ac curribus *, quomodo † operuerint eos aquæ maris rubri,] cum vos perſequerentur *, & deleuerit eos dominus vſque in præſentem diem: vobíſque quæ fecerit in ſolitudine, donec veneritis ad hunc locum: † & * Dathan atque Abiron filiis Eliab, qui fuit filius Ruben, quos aperto ore ſuo terra abſorbuit cum domibus & tabernaculis, & vniuerſa ſubſtantia [f] eorum, quam habebant in medio] Iſrael. Oculi veſtri viderunt omnia opera domini magna quæ fecit, vt cuſto-
B diatis vniuerſa mãdata illius, quæ ego hodie præcipio vobis: & [6] poſſitis introire, [g] & poſſidere] terram ad quam ingredimini, multóque in ea viuatis tempore: quam ſub iuramento pollicitus eſt dominus patribus veſtris, & ſemini eorum, lacte & melle manantem. [b] Terra enim ad quam ingredieris poſſidendam, non eſt ſicut terra Ægypti de qua exiſti, vbi iacto ſemine [c] in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ, ſed [7] montoſa eſt, & campeſtris, de cœlo expectans pluuias,] quam dominus deus tuus ſemper [8] inuiſit,] & oculi illius in ea ſunt [d] à principio anni vſque ad finem eius.
† Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, vt diligatis dominum deum veſtrum, & ſeruiatis ei in toto corde veſtro, & in tota anima veſtra, dabit pluuiam terræ veſtræ * temporaneam & ſerotinam, vt colligatis frumentum, & vinum, & oleum, fœnúmque ex agris ad paſcenda iumenta, vt & ipſi comedatis ac ſaturemini. Cauete ne fortè decipiatur cor veſtrum: & recedatis à domino, ſeruiatíſque [e] diis alienis & adoretis eos: iratúſque dominus claudat cœlum, & pluuiæ non deſcendant: nec terra det germen ſuum, pereatíſque velociter de terra optima quam
C dominus daturus eſt vobis. † & Ponite hæc verba mea in cordibus & in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus, [9] & inter oculos veſtros collocate.] Docete filios veſtros, vt illa meditentur. Quando ſederis in domo tua, & ambulaueris in via, & [10] accubueris] atque ſurrexeris, [f] ſcribes ea ſuper poſtes, & ianuas domus tuæ: vt multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum in terra quam iurauit dominus patribus tuis, vt daret eis quàm diu imminet cœlum terræ. Si enim cuſtodieritis mandata, quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis dominum deum veſtrum, & ambuletis in omnibus viis eius, adhærentes ei, diſperdet dominus omnes gentes iſtas ante faciem veſtram, & [11] poſſidebitis eas, ] quæ maiores & fortiores vobis ſunt.
† Omnis locus quem calcauerit pes veſter, veſter erit. A deſerto, & Libano, & flumine magno Euphrate, vſque ad mare occidentale, erunt termini veſtri. Nullus ſtabit contra vos. Terrorem veſtrum atque formidinem dabit dominus deus
D veſter ſuper omnem terram, quam calcaturi eſtis, ſicut locutus eſt vobis. [g] [g] En propono in conſpectu veſtro hodie benedictionem & maledictionem: benedictionem, ſi obedieritis mandatis domini dei veſtri, quæ ego hodie præcipio vobis: maledictionem, ſi non obedieritis mandatis domini dei veſtri, ſed receſſeritis de via, quam ego nunc oſtendo vobis, & ambulaueritis poſt deos alienos, quos ignoratis. Cum verò introduxerit te dominus deus tuus in terram ad quam pergis habitandam, † pones benedictionem ſuper montem Garizim, maledictionem ſuper montem Hebal, qui ſunt trans Iordanem poſt viam quæ vergit ad ſolis occubitum, in terra Chananęi, qui habitat in campeſtribus contra Galgalam, [12] [h] quæ eſt iuxta vallem tendentem & intrantem procul.] Vos enim tranſibitis Iordanem, vt poſſideatis terram quam dominus deus veſter daturus eſt vobis, vt habeatis & poſſideatis illam. Videte ergo vt impleatis [13] ceremonias] atque iudicia quæ ego hodie ponam in conſpectu veſtro.

*Exterminetur idololatria, decimæ & primitiæ reddantur, ac ſacrificia certo loco ſanguinem vitando ſoluantur.* XII.

A HÆc ſunt præcepta atque iudicia quæ [1] facere debetis] in terra quam dominus deus patrum tuorum daturus eſt tibi, vt poſſideas eam cũctis diebus quibus ſuper humum gradiêris. [a] Subuertite omnia loca in quibus coluerunt gentes quas poſſeſſuri eſtis, deos ſuos: ſuper montes excelſos,

k

* Eius.
4. Inundare fecit aquas maris rubri ſuper facies eorum.
* A tergo.
* Quæ fecit.
5. Quæ erat ſub pedibus eorum in medio vniuerſi.
6. Vt confortati iittetis, & poſſidcatis.
b. Adducit rationem ex beneficiis futuris, ſub conditione tamen ſi timerẽt deum, & diligerent ac ſeruirent ei. Sub prima cõditione promittitur fertilitas terræ: ſub ſerũda electio aduerſariorum. De Lyra.
c. Agri enim Ægyptij neceſſe ſemper habent irrigari inſtar hortorum, quia nũquam pluit ibidem.
7. Terra iſta ad quam tranſitis poſſidendam, terra eſt habens montes & valles de pluuia cœli aquam bibens.
8. Aduertit.
d. Ab initio ſcilicet bonæ voluntatis vſque ad perfectionem boni operis, curſum vitæ dirigit. Deus enim eſt qui operatur in nobis velle & perficere, pro bona voluntate. Philip. 2. h. Gloſ. ordinaria.
* In tempore ſuo, pluuiam.
e. Quòd ſi multos deos vis introducere, vide ne exitum ſerpentis ſimilẽ ſortiatis. Terram comedere condemnatur, quòd primum omniũ appellationẽ deorũ introduxit in mũdum. Clemens, lib. 2. Recognouit.
9. Vt ſint veluti monitoriũ inter oculos veſtros.
10. Quando ſeris dormitum.
f. Quid eſt quod Moyſes præcepit cõmendans verbum domini, & ait: Scribes ea ſuper poſtes, &c. cum hoc ſecundũ proprietatem nemo feciſſe Iſraelitarum cõmemoretur vel legatur niſi forte hyperbolica commendatio ſit. Aug. ibi. q. 17.
11. Vos eritis hęredes magnarũ gentium.
g. Profde ſi in lege maledictio eſt, in fide verò benedictio, vtrunque habes propoſitũ apud creatorẽ. En inquit propono, &c. Tertu. aduerſus Marcionẽ. lib. 5. Itẽ deus non reliquit intrinſecus hominem inermẽ, ratione ſcilicet & prudentia, vt per intellectũ vigorémque mẽtis, quo cæteris præſtabat animalibus, factorẽ omniũ ſol' agnoſceret: & inde ſeruiret deo, vnde aliis dominabatur. Quẽ tamen iuſtitiæ dominus volũtariũ eſſe voluit, non coactum. Et ideo reliquit eum in manu cõſilij ſui. Poſuitque ante eum vitam & mortẽ, bonũ & malũ, & quod placuerit ei, dabitur illi. Hier. ad Demetriadem.
12 h. Iuxta quercus Mambre, ſquæ dicitur Gen 12. vallis illuſtris.
13. Statuta.
1. Cuſtodietis & facietis.
a. Nunc illud videamus in quo crudelitatis vitiũ Manichęi ſolent obiicere Moyſi, vel inimici harum literarũ, vel expertes omniũ literarũm. Nunc autem quid etiã prophetiæ ſignificationis habuerit requiramus eſt, quòd ex eis multos, qui ſibi abſente ipſo idolũ fabricauerũt, ſine vlla cuiuſquã neceſſitudinis difficultate iuſſit interimi. Facilè eſt vt intelligatur hominũ illorũ interemptionẽ, ſignificare vitiorũ illorũ infecutionẽ, qualibus illi ad eãdẽ idololatriã deffluxerunt. Aug. contra Fauſtũ. Manichæũ li. 22. c 92.

Universidad de Deusto
Biblioteca



& colles, & ſubter omne lignum frondoſum. † Diſsipate aras earum, & confringite ſtatuas, lucos igne comburite, & idôla comminuite, diſperdite nomina earum de locis illis. Non facietis ita domino deo veſtro: [b] ſed ad locum quem elegerit dominus deus veſter de cunctis tribubus veſtris vt ponat nomen ſuum ibi, & habitet in eo, * venietis, & offeretis in loco illo holocauſta, & victimas veſtras, decimas, & [2] primitias ]manuum veſtrarum, & vota atque [3] donaria,] primogenita boum & ouium, & comedetis ibi in conſpectu domini dei veſtri, ac lætabimini in cunctis ad quæ miſeritis manum, vos & domus veſtræ, in quibus benedixit vobis dominus deus veſter. [c] Non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie, ſinguli quod ſibi rectum videtur. [d] Neque enim vſque in præſens tempus veniſtis ad requiem, & poſſeſsionem quam dominus deus veſter daturus eſt vobis. Tranſibitis Iordanem & habitabitis in terra quam dominus deus veſter daturus eſt vobis, vt [4] requieſcatis ]à cunctis hoſtibus per circuitum, & abſque vllo timore habitetis in loco quem elegerit dominus deus veſter, vt ſit nomen eius in eo. Illuc omnia quæ præcipio conferetis, holocauſta, & hoſtias, ac decimas, & primitias manuum veſtrarū: & [5] quicquid præcipuū eſt in muneribus ] quæ vouiſtis domino. [6] Ibi epulabimini ] coram domino deo veſtro vos & filij & filiæ veſtræ, famuli & famulæ: atque [7] Leuites qui in veſtris vrbibus commoratur. ] † Neque enim habet ⊱ aliam ] partem & poſſeſſionem inter vos. [d] Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris: ſed in eo quem elegerit dominus, in vna tribuum tuarum offeres [8] hoſtias, ] & facies * quæcunque præcipio tibi. [9] Si autem comedere volueris, & te eſus carnium delectauerit, occîde & comede] iuxta benedictionem domini dei tui, quam dedit tibi in vrbibus tuis: [10] ſiue immundum fuerit, [e] hoc eſt maculatum & debile: ſiue mundum, hoc eſt integrum & ſine macula, quod offerri licet, ſicut capream, & ceruum, comedes, ] abſque eſu duntaxat ſanguinis, quem ſuper terram quaſi aquam effundes. † Non poteris comedere in [11] oppidis tuis ] decimam frumenti, & vini, & olei tui, primogenita armentorum & pecorum, & omnia quæ voueris, & ſponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum: ſed coram domino deo tuo [c] comedes ea in loco quem elegerit dominus deus tuus, tu & filius tuus, & filia, & ſeruus, & famula, atque Leuites qui manet in vrbibus tuis: & lætaberis & reficieris coram domino deo tuo in cunctis ad quæ extenderis manum tuam. Caue ne derelinquas Leuitem in omni tempore, quo verſaris in terra. Quando dilatauerit dominus deus tuus terminos tuos, † ſicut locutus eſt tibi, & [12] volueris veſci carnibus quas deſiderat anima tua.] Locus autem quem elegerit dominus deus tuus, vt ſit nomen eius ibi, ſi procul fuerit, occides de armentis & pecoribus quæ habueris, ſicut præcepit tibi, & comedes in oppidis tuis, [13] vt tibi placet.] † Sicut comeditur caprea, & ceruus, ita veſcêris eis, & mundus & immundus in commune veſcentur: hoc ſolum caue ne ſanguinem comedas. [f] [g] Sanguis enim eorum pro anima eſt: & idcirco non debes animam comedere cum carnibus: ſed ſuper terram fundes quaſi aquam, vt bene ſit tibi, & filiis tuis poſt te, cum fecerit [14] quod placet] in conſpectu domini. Quæ autem ſanctificaueris & voueris domino, tolles, & venies ad locum quem elegerit dominus, & offeres oblationes tuas, carnem & ſanguinem ſuper altare domini dei tui. Sanguinem hoſtiarum fundes in altari, carnibus autem ipſe veſcêris. [g] Obſerua & audi omnia quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi, & filiis tuis poſt te in ſempiternum, cum feceris quod bonum eſt & [15] placitum] in conſpectu domini dei tui. † Quando diſperdiderit dominus deus tuus ante faciem tuam gentes, ad quas ingrediêris poſſidendas, & poſſederis eas, atque habitaueris in terra earum: caue ne [16] imiteris eas, ]poſtquam te fuerint introeunte ſubuerſæ, & requiras [17] ceremonias] earum, dicens: Sicut coluerunt gentes iſtæ deos ſuos, ita & ego colam. Non facies ſimiliter domino deo tuo. Omnes enim abominationes, quas auerſatur dominus, fecerunt diis ſuis, offerentes filios & filias, & comburentes eos igni. * Quod præcipio tibi, hoc [18] tantum facito domino, nec addas quicquam, * nec minuas.

b. Quo loco deinceps adepto, ſimul quoque ab oblatione victimarum quas ab initio conceſſerat propter cõſuetudinem quæ apud Aegyptios inoleuerat, quamque præcipiti mutatione abolere nõ poterant, ceſſarent aliquando. Cum cõſilio enim, & bona venia non violẽtia ſalutẽ infert. Procop. ibid.
* Inquiretis, & illuc.
2. Leuationem, & infra.
3. Spõtaneas oblationes veſtras.

c. Quandiu enim filij Iſrael fuerunt in deſerto, etiam poſt cõſtructionem tabernaculi, poterant offerre ſacrificia, & oblationes voluntarias, alibi quàm in tabernaculo, vt dicit Rab. Sal. Non autẽ ſacrificia & oblationes ad quæ tenebantur ex debito. De Lyra.
4. Det vobis requiem.

5. Cuncta electa vota veſtra.

6. Et lætabimini.

7. Leuita qui eſt intra portas veſtras.
d. In ipſis feſtis Iudaicis non tempus ſolùm, verũ & locum obſeruare iuſsit ipſa lex. Chryſoſt. aduer. Iudæ. Orat. 1.
8. Holocauſta tua.
* Ibi.
9. Attamen in omni deſiderio animæ tuæ offeres & comedes carnem.
10. Immũdus inter te & mundus ſimul idem comedent, ſiue caprea fuerit, ſiue ceruus.

11. Portis tuis, & infra.

e. Pronomen ea ad votum & ſpõtanea refertur ſacrificia, & non ad primogenita debita ſacerdotib⁹, nec ad decimas debitas Leuitis. Vnde Hæbraice pronomen eſt numeri ſingularis: ſed refertur ad vltimò dictam eleuationẽ manuum tuarum continentem ſpõtanea & votiua.

12. Dixerit: comedam carnes, quia deſiderat anima tua comedere carnes, iuxta omne deſiderium animæ tuæ comedet carnes.
13. Cum omni deſiderio animę tuæ.

f. Huic ſentẽtiæ Manichæi opponunt illud euangelicũ: Non eſſe timẽdos eos qui corpus occidunt, animam autẽ non poſſunt occidere: ſic diſputant, Si ſanguis anima eſt, quomodo homines in ea poteſtatem non habent, cum de ſanguine multi faciãt? Cui calumniæ ita reſpondẽdum eſt, vt ipſi cogantur oſtendere vbi ſcriptum ſit in libris veteris legis, quòd anima humana ſanguis ſit. Augu. contra Adimãtum Manichæi diſcip. cap. 12.
14. Quod rectum eſt.
g. Hic concluditur principale intentum huius capituli: Ad hoc enim prædicta ſunt omnia, vt diligenter cauerent ab idololatria. De Lyra. ibid.
15. Rectum.
16. Illaqueeris poſt eas.
17. Deos.

* Coram diis ſuis.
18. Obſeruabitis vt faciatis.
* Super ipſum.

*Pſeudo*

*Pseudopropheta à fide auertens,eiúsque substantia destruatur.* XIII.

A [a]†I surrexerit in medio tui Prophetes,aut qui somnium vidisse se dicat,& prædixerit signum atque portentum, & euenerit quod locutus est,& dixerit tibi:eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis: non audies verba prophetæ illius aut somniatoris,[b]quia tentat vos dominus deus vester,vt [1]palàm fiat,]vtrum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima vestra. Dominum deũ vestrum sequimini, & ipsum timete,& mandata illius custodite,& audite vocem eius.Ipsi seruietis, & ipsi adhęrebitis. Propheta autem ille
B aut fictor somniorũ [c]interficietur:* quia locutus est [2]vt vos auerteret]à domino deo vestro,qui eduxit vos de terra Ægypti, & redemit vos de domo seruitutis,vt errare te faceret de via quam tibi præcepit dominus deus tuus *: & auferes malum de medio tui.† Si [3]tibi voluerit persuadere] frater tuus filius matris tuæ,aut filius tuus vel filia siue vxor quę est in sinu tuo, aut amicus quem diligis vt animam tuam, clàm dicens:eamus & seruiamus diis alienis,quos ignoras tu & patres tui,[4] cunctarum in circuitu gentium quæ iuxtà vel procul sunt,]ab initio vsque ad finem terrę:non acquiescas ei,nec audias,neque parcat ei oculus tuus,[5] vt miserearis & occultes]eum,sed sta-
C tim interficies.†* Sit primùm manus tua super eum,* & post te omnis populus mittat manum. Lapidibus obrutus necabitur, quia voluit te abstrahere à domino deo tuo, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo seruitutis: vt & omnis Israel audiens timeat, & nequaquam[6] vltrà faciat quippiã huius rei simile.] †Si audieris in vna vrbium tuarum,quas dominus deus tuus dabit tibi ad habitandum,dicentes aliquos:egressi sunt
d filij Belial de medio tui,& auerterunt habitatores vrbis tuæ,atque dixerunt: eamus, & seruiamus diis alienis,quos ignoratis: quęre sollicitè, & diligenter rei veritate perspecta, si inueneris certum esse quod dicitur, & abominationem hanc opere perpe-
D tratam,* * statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam,omniáque quæ in illa sunt,vsque ad pecora. Quicquid etiam supellectilis fuerit,congregabis in medio platearum eius,& cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas domino deo tuo, & sit tumulus sempiternus. Non ædificabitur amplius, & non adhærebit de illo [e] anathemate quicquam in manu tua, vt auertatur dominus ab ira furoris sui,& misereatur tui, multiplicétque te sicut iurauit patribus tuis, quando audieris vocem domini dei tui, custodiens omnia præcepta eius, quæ ego pręcipio tibi hodie,vt scias quod [7]placitum] est in conspectu domini dei tui.

a. Vbi sanè intelligi voluit eriã illa quæ à dominantibus non secundum deum dicuntur. si acciderint quæ dicũrur, nũ accipienda, sic vt fiant quæ præcipiuntur ab eis, aut colantur, quę ab eis coluntur. Aug.q.19. super Deut.

b. Non enim vt sciat,quem nihil latet, sed vt scire nos faciat quantũ in eius dilectione profecerimus,tentari nos permittit. Aug.de Genesi contra Manichæos.lib.1.cap.22.

1. Fiat.

c. Sine misericordia,dum conuictus fuerit per testes idoneos, vel confessus fuerit.De Lyra.

2. Auersionem.

* Vt in ea ambules.

3. Te incitauerit.

4. Fuerintque ex diis populorum qui per circuitum vestrũ sunt: siue vicini tibi fuerint,siue procul.

5. Neque propitius eris,sed nec occultabis.

* Vt illum interficias.

6. Adiiciat facere tẽ huiusmodi malam in medio tui.

d. Diabolus Græcum verbum est,quod Latine dicitur criminator: lingua verò Hebræa satan appellatur, id est, aduersarius siue contrarius, & ab Apostolo, Belial,hoc est,absque iugo, quòd de collo suo dei abiecerit seruitutem,quę Aquila apostatam transtulit. Et sciendum vbicunque in veteri lege filij pestilentiæ scribantur, in Hebraicis voluminibus Belial, hoc est,diabolum pro pestilẽtia nominari.Hiero.super 4.c. ad Ephesios.

* In medio tui.

e. Aliàs scribitur Hebraicè destructionem,quod Græcè dicimus anathema. Vniuersa enim illa ciuitas sub anathemate cõstituitur ad exemplum aliorũ. Caietanus ibid.

7. Rectum.

*Gentium ritus super mortuo fugiendus, animalium mundorum & immundorum discretio facienda,& decimæ soluendæ.* XIIII.

A †Ilij [1]estote] domini dei vestri. Non vos [2]incidetis, nec facietis caluitium super mortuo:]quoniam populus sanctus es domino deo tuo: & te elegit, vt sis ei in populum peculiarem [3]de]cunctis gentibus quæ sunt super terram. † Ne comedatis [4]quę immunda sunt.] Hoc est animal quod comedere debetis, bouem, & ouem & capram, ceruum, & capream, bubalum,[5] tragelaphum, pygargum, orygem, camelopardalum.] † Omne animal quod [6] in duas partes findit vngulam ]& ruminat, comedetis: de iis autem quę ruminant, & vngulam [7] non findunt,]hęc comedere non debetis:camelum, leporem,[8] chœrogryllum.] Quia ruminant & non diuidunt vngulam,immunda erunt vobis. [a] Sus
B quoque quoniam diuidit vngulam, & non ruminat, immunda erit.* Carnibus eorum non vescemini, & cadauera non tangetis. Hæc comedetis ex omnibus quæ morantur in aquis.[b] Quæ habent pennulas, & squammas, comedite: quę absque pennulis,& squammis sunt, ne comedatis, quia immunda sunt. Omnes aues mundas comedite.[9] Immundas ne comedatis:] aquilam scilicet, & gryphem, & halięton, ixon, & vulturem, ac miluum iuxta genus suum, & omne coruini generis, &

1. Estis.

2. Dilaniabitis(siue discerpetis) vos,neque ponetis caluitiũ inter oculos vestros propter mortuum, vel super defuncto.

3. Præ.

4. Omne abominabile.

5. Capricornum,vnicornẽ,bouem syluestrem,orygem,& capram rupicolam.

6. Diuidit vngulam, & findit fissuram vtriusque vngulæ.

7. Diuidũt,atque fissuram findunt.

8. Cuniculum.

a. Interdixit ergo ne porcina carne vescerentur, id est,ne vitam porcorum imitarẽtur,qui ad solam mortẽ nutriuntur:ne ventri ac voluptati seruientes, ad faciendam iustitiam inutiles essent, ac morte afficerẽtur. Lactan.lib.4.cap.17.Item cum cibo suã prohibet adsumi: reprehendit vtique cœnosam, & luteam, & gaudentem vitiorũ sordibus vitam: bonum suum non in animi generositate,sed in sola carne ponentem. Tert. de cibis Iudaicis.

b. Duæ sunt requisitæ cõditiones ad mũdorum piscium tam fluuiorũ,quàm maris electionem:& quòd pennulas natatorias habeant, & quòd squammas,vt habes Leu.11.Lact.li.4.

9. Et hæc non comedetis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

c. Quando noctua interdicit, odit lucifugas veritatis: quando cygnum, cerusicis altæ superbos: quando caradrium, garrulam nimis linguę intemperantiam: quando vespertilionem, quærentes tenebras noctis simul & erroris. Tertul. de cibis Iudaicis.
10 Omnẽ verò auem mũdam.
11. Dabis illud.
12. Ipsum alieno.

d. Sanctus Moyses quòd Christus Do. infans, adhuc lactens minimè posset occidi, his verbis testatus est. Idipsum significans Christũ Dominum nostrum qui verè Dei agnus est, non nisi maturo tempore pati oportere. Chrysost. in homilia innocentum.
13. Atque vbi nomẽ suum posuerit.
* Quàm possis ferre.
* Vt ponat ibi nomen suum.
14. Dabis pro pecunia, ligabisque pecuniam in manu tua.
e. Spiritualiter præcipit vt semper bonis operibus insistamus, quatenus post hanc vitam ad domum nostram, id est, ad cœlestem patriam reuertamur. Glos. ordinaria.

15. A principio tertij anni proferes omnem decimã frugum tuarum pro illo anno.
f. Intelligitur enim vno anno interposito. In 70. autẽ interp. quoniã post tres annos dixit, incertum est vtrũ eos medios esse voluerit, vt quisto quoque anno fieret. Augu. q. 20. super Deuter.

1. A fine septem annorum.
2. Et hæc est ratio remissionis.
3. Remissio hic non condonationem significat, sed quietem ab actione: quoniam non decernitur hac lege donatio, sed quies ab exigendo. Caietanus. ibid.
3. Fratrem tuum manus tua liberum dimittet.
b Hic quidam calumniantur, & mendicos, & mẽdicitatem. Contra quos Chryso. Mendici ipsi, inquit, vsum ecclesiæ templorũ foribus admoti pulcherrimum quendam, & ornamentum maximum præstant, vt his sine plenitudo ecclesiæ perfecta esse non possit. Chrysost. 1. Cor. 12. Hom 30.
4. Quoniam benedicendo benedicet.
5. Hæreditatem, vt possideas illam, si modo.
* Dominus enim deus tuus.
6. Ac sub pignore mutuabis (vbi nulla est mentio de vsura.
* Tuam à fratre tuo paupere.
7. Et malus sit oculus tuus aduersus fratrem tuum paupere.

8. Quoniam propter hanc rem benedicet tibi.

b. Hos emptos non anno remissionis remitti voluit, quę septimum quemque obseruari oportebat ab omnibus: sed anno septimo emptionis ei⁹, quocunque anno illorũ septimus ille annus occurreret. Augu. q. 21. super Deut.
9. Onere onerabis eum.
10. Horreo tuo.
* Vt illi tribuas.

11. Et pones ad aurem eius, atque ad ostium.
12. Non graue sit in oculis tuis quod dimiseris eum abs te liberum: quoniã duplex est merces mercenarij sex illis annis quibus.

strúthionem, ac [c] noctuam, & larum atque accipitrem iuxta genus suum, herodium, ac cygnum, & ibin, ac mergulum, porphyriônem, & nycticoracem, onocrotalum, & caradrium, singula in genere suo: vpupam quoque, & vespertilionem: & omne quod reptat, & pennulas habet, immundum erit, & non comedetur. [10] Omne quod mundum est, ]comedite. [d] Quicquid autem morticinum est, ne vescamini ex eo. Peregri- [c]
no qui intra portas tuas est, [11] da, ] vt comedat, aut vẽde [12] ei, ] quia tu populus sanctus domini dei tui es. [d †] Non coques hœdum in lacte matris suæ. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos, & comedes in conspectu domini dei tui in loco quem elegerit, [13] vt in eo nomen illius inuocetur, ] [†] decimã frumenti tui, & vini, & olei, & primogenita de armentis & ouibus tuis: vt discas timere dominum deum tuum in omni tempore. Cùm autem longior fuerit via *, & locus quem elegerit dominus deus tuus *, tibíque benedixerit, ⸗ nec poteris ad eum hæc cuncta portare, [14] vendes omnia, & in pretium rediges, portabísque manu tua, ] & proficiscêris ad locum quem elegerit dominus deus tuus [e]: [f] & emes ex [D]
eadem pecunia quicquid tibi placuerit, siue ex armentis, siue ex ouibus. Vinum quoque & siceram, & omne quod desiderat anima tua, & comedes coram domino deo tuo, & epulaberis tu & domus tua, & Leuita qui intra portas tuas est. Caue ne derelin
quas eum, quia non habet aliam partem in possessione tua. [† 15 f] Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tempore, ] & repones intra ianuas tuas: veniétque Leuites qui aliam non habet partem nec possessionem tecum, & peregrinus ac pupillus & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent, & saturabuntur: vt benedicat tibi dominus deus tuus in cũctis operibus manuũ tuarũ quæ feceris.

## *Lex septimi anni remissionis in quos exerceatur.* XV.

[1] Eptimo anno ] facies [2] remissionem, [2] quæ hoc ordine celebrabitur: Cui [A]
debetur aliquid ab amico vel proximo, ac fratre suo, repetere non poterit: quia annus remissionis est domini. A peregrino ⸗ & aduena ] exiges, [3] ciuem & propinquum repetendi non habebis potestatem. ] Et [b] omni-
no indigens ⸗ & mẽdicus ] non erit inter vos: [4] vt benedicat ] tibi dominus deus tuus in terra quam traditurus est tibi in [5] possessionem: si tamen ] audieris vocem domini dei tui, & custodieris vniuersa quæ iussit, & quæ ego hodie præcipio tibi *, benedicet tibi, vt pollicitus est. [† 6] Fœnerabis ] gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum. †Iphiph.
Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur. [g] Si vnus de fratribus [B]
tuis qui morãtur intra portas ciuitatis tuæ, in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem deuenerit: non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, *
sed aperies eam pauperi, [†] & dabis mutuum quo eum indigere perspexeris. Caue ne †Matth. 5. Luc. 6.
subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: appropinquat septimus annus remissionis, [7] & auertas oculos à paupere fratre tuo, ] nolens ei quod postulat mutuum commodare: ne clamet contra te ad dominum, & fiat tibi in peccatum, sed dabis ei. Nec ages quippiam callidè in eius necessitatibus subleuandis: [8] vt benedicat tibi ] do-
minus deus tuus in omni tempore, & in cunctis ad quæ manum miseris. [† g] Non dee- [C] †Exod.
runt pauperes in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum †Deut.
fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. [† b] Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus aut Hebræa, & sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum. Et quem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris, sed [9] dabis viaticum ] de gregibus, & de [10] area ] & torculari tuo, quibus dominus deus tuus benedixerit tibi *. Memento quòd & ipse seruieris in terra Ægypti, & liberauerit te dominus deus tuus, & idcirco ego nunc præcipio tibi. Sin autem dixerit: nolo egredi, eo quòd diligat te, & domum tuam, & bene sibi apud te esse sentiat, assumes subulam, & [11] perforabis aurem eius in ianua ] domus tuę, & seruiet tibi vsque in ęternum. Ancillæ quoque similiter facies. [g] [12] Non auertes ab eis oculos tuos, quando di- [D]
miseris eos liberos: quoniam iuxta mercedem mercenarij per sex annos ] seruiuit tibi,

tibi,vt benedicat tibi dominus deus tuus in cunctis operibus quæ agis. [c]De primogenitis,quæ nascuntur in armentis & ouibus tuis,quicquid est sexus masculini,sanctificabis domino deo tuo.[d] Non operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita ouium.[†] In conspectu domini dei tui comedes ea per annos singulos in loco quem elegerit dominus, tu & domus tua. Sin autem habuerit maculam, & vel claudum fuerit,vel cæcum,aut [13] in aliqua parte deforme vel debile,]non immolabitur domino deo tuo:sed intra portas vrbis tuæ comedes illud.Tam múdus quàm immundus similiter vescentur eis quasi caprea,& ceruo.[†]Hoc solùm obseruabis vt sanguinem eorum non comedas,sed effundes in terram quasi aquam.

c. Ostendit differentiam apud Græcos inter primogenita & protoparta. Ostendit etiam,qꝰ vbi apud latinos Christus primogenitus dicitur, apud Græcos prototocos dicitur. Glos. ordinar.

d. Ostendit quòd si quid robustum incipimus exercere, quod significatur in primogenito bouis:vel cum vita nostra aliquid innocuũ inchoat, dignum est vt humanis oculis quasi subducto vellere nou ostendatur.Beda.ibid.

13. Mala macula læsum.

*Tres præcipue anni solennitates, iudicum officia, & idololatriam inducentia non erigenda.* XVI.

A OBserua [a] mensem nouarum frugũ ,& & verni primum temporis,]vt facias Phase domino deo tuo:quoniam in isto mense * eduxit te dominus deus tuus de Ægypto nocte. Immolabísque Phase domino deo tuo de ouibus,[b] & de bobus in loco quẽ elegerit dominus deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. Non comedes in eo panem fermentatum. Septem diebus comedes absque fermento,afflictionis panem,quoniam in [1] pauore]egressus es de Ægypto: vt memineris diei egressionis tuæ de Ægypto omnibus diebus vitæ tuæ.Non apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis septem diebus, & non remanebit de carnibus eius quod immolatum est [2] vespere, in die primo vsque mane. Non poteris immolare Phase in qualibet vrbium tuarum, quas dominus deus tuus daturus est tibi:

B sed in loco quem elegerit dominus deus tuus, vt habitet nomen eius ibi.[‡] [c] Immolabis Phase vespere [3] ad solis occasum,quando]egressus es de Ægypto:& coques & comedes in loco quem elegerit dominus deus tuus, manéque [4] consurgens] vades in tabernacula tua. Sex diebus comedes azyma, & in die septima, quia collecta est domini dei tui, non facies opus.*[d] Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris, & celebrabis [e] diem festum hebdomadarum domino deo tuo, oblationem spontaneam manus tuæ, quam offeres iuxta benedictionem domini dei tui, & [f] epulaberis coram domino deo tuo, tu & filius tuus, & filia tua,& seruus tuus,& ancilla tua, & Leuites qui est intra portas tuas, & aduena, ac pupillus, & vidua, qui morantur vobiscum, in loco quem elegerit dominus deus tuus, vt ha-

C bitet nomen eius ibi:[§] & recordaberis quoniam seruus fueris in Ægypto, custodiésque ac facies quæ præcepta sunt.[f] Solennitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies, quando collegeris de area & torculari fruges tuas, & epulaberis in festiuitate tua, tu & filius tuus, & filia, & seruus tuus & ancilla: Leuites quoque & aduena,& pupillus,& vidua,qui intra portas tuas sunt.Septem diebus domino deo tuo festa celebrabis in loco quem elegerit dominus, benedicétque tibi dominus deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuum tuarum, eríscque in lætitia.[g] Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu domini dei tui, in loco quem elegerit, in solennitate azymorum, & in solennitate

D hebdomadarum, & in solennitate tabernaculorum.[†] [&] [h]. Non apparebit ante dominum vacuus: sed offeret vnusquisque secundum quod habuerit iuxta benedictionem domini dei sui, quam dederit ei.[†] Iudices & [6] magistros] constitues in omnibus portis tuis,quas dominus deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas: vt iudicent populum iusto iudicio,[7] nec in alteram partem declinent.[†] Non accipies personam,nec]munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.[8] Iustè quod iustum est,persequeris,] vt viuas & possideas terram, quam dominus deus tuus dederit tibi. Non plantabis lucum,[9] & omnem arborem iuxta altare domini dei tui,nec facies tibi, atque constitues statuam:] quæ odit dominus deus tuus.

2. Id est,Nisan qui partim nostro Martio, partim Aprili respondet.
* In quo fruges matureſcunt.

b. Quid sibi vult hoc quod addidit boues, cum immolationem paschæ de ouetãtummodo commendauerit,quam iussit accipi ex ouibus & hœdis, vel ex capris. Quod mystice accipitur propter Christum,vt ex iustis & peccatoribus est origo carnalis. Aug.q.24.super Deuter.

1. Festinatione.
2. A vespera primæ diei vsque.

c. Pascha.
3. Cum occiderit sol,tempore quo.
4. Versa facie.

* In eo.
d. Si enim ab vniuerso populo lex hęc pentecostę iussa est obseruari,nũquid omnes vno die credẽdum est falcẽ iussos mittere in messem? Si enim quisque sibi obseruat istam quinquagesimam, dinumerans ab illo die quo falcem mittit,non vna est vniuerso populo: illa verò vna est quæ computatur ab immolatione paschæ vsque in diem datę legis in Sina. Augustq.24.super Deuter.
e. Diem pentecosten.
f. Festum tabernaculorum.
Qui vt tabernaculo præsenti mundo vtitur, festiuitatẽ agere & lętari in eo potest propter futuri expectationem. Quia si terrena domus huius habitationis dissoluatur,habebit domum non manufactam in cœlo.Glos.ordinaria.ibid.
g. Scilicet tribus festiuitatibus præcipuis,paschæ, pentecostes, & tabernaculorum. Verũtamẽ illis qui erant longè à Ierusalẽ parcebatur de duob? festis, pẽtecostes & tabernaculorũ. De Lyra.
h. Qui enim promerendæ vitæ mercedem bene agendo non prouidet,in conspectu domini vacuus apparet. Hinc de iustis per psalmistã dicitur: Venientes autẽ veniẽt cum exultatione, portantes manipulos suos. Grego.libr.7. Moralium in 6. cap.Iob.c.17.
6. Præfectos tibi.
7. Non declinabis iudicium, nec agnosces personas, nec accipies.
8. Iustitiã iustitia persequaris.
9. Tibi cuiusuis arboris iuxta altare domini dei tui,quod facies tibi, neque eriges tibi statuam.

*Hostia eligenda, idololatria plectenda, difficultas à quibus petenda, & Regis eligendi conditiones.* XVII.

NOn immolabis domino deo tuo bouem & ouem in quo est macula, aut A
quippiam vitij: quia abominatio est domino deo tuo. Cúmque reperti
fuerint apud te intra vnam [a] portarum tuarum, quas dominus deus tuus
dabit tibi, vir, aut mulier qui faciant malum in conspectu domini dei tui,
& transgrediantur pactum illius, vt vadant & seruiant diis alienis, & adorent eos: solem & lunam, & omnem militiam cœli, quæ non præcepi: & hoc tibi fuerit nuntiatum, audiénsque inquisieris diligenter, & verum esse repereris, & abominatio facta
est in Israel: educes virum ac mulierem qui rem sceleratissimam perpetrarũt ad portas ciuitatis tuæ: & lapidibus obruentur. * † [b] In ore duorum aut trium testium peribit, qui interficietur. ♱ Nemo occidatur, vno contra se dicente testimonium. Manus B
testium prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur: vt auferas
malum de medio tui: † [c] Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris
inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, [1] lepram & non lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari: ] surge, & ascende ad locum quem elegerit dominus deus tuus, † veniésque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui
fuerit illo tempore: quæréque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies
quodcũque dixerint qui præsunt loco quem elegerit dominus, & [2] docuerint te iuxta legem eius, sequerísque sententiam eorum, ] nec declinabis * ad dextram neque ad
sinistram. ♱ Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempo- C
re ministrat domino deo tuo: [3] ex decreto iudicis ] morietur homo ille, & auferes
malum de Israel: cunctúsque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Cum ingressus fueris terrã quam dominus deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habitaueríque in illa, & dixeris: constituam super me regem, sicut habent
omnes per circuitum nationes: [d] eum constitues, quem dominus deus tuus elege-
rit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. Cúmque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos,
♱ nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero subleuatus, præsertim cum D
dominus præceperit vobis vt nequaquam amplius per eandem viam reuertamini.
[c] Non [4] habebit vxores plurimas quæ illiciant animum eius, ] neque argenti & auri immensa pondera. Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi [5] Deuteronomium ] legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legétque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere dominum deum suum, & custodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt *. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque [6] declinet in
partem ] dextram vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse & filius eius super Israel.

*Sacerdotum & Leuitarum victus, pseudopropheta verò certis signis agnitus eliminandus.* XVIII.

† NOn habebunt sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de eadem tribu sunt, A
partem & hæreditatẽ cum reliquo Israel: quia sacrificia domini, & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum. Dominus enim ipse est [a] hæreditas eorum: sicut locutus est illis. Hoc
erit [1] iudicium ] sacerdotum à populo, & ab iis qui offerunt victimas: siue bouem siue
ouem immolauerint, dabunt sacerdoti [2] armum ac ventriculum: ] † primitias frumenti, [3] vini, ] & olei, & lanarũ partẽ ex ouium tonsione. Ipsum enim elegit dominus tuus
de cunctis tribubus tuis, vt stet, & ministret nomini domini dei tui, ipse & filij eius in
sempiternum. ♱ [b] Si exierit Leuites ex vna vrbiũ tuarum ex omni Israel in qua habi- B
tat, & voluerit venire, desiderans locũ quem elegerit dominus, ministrabit in nomine
domini

a. Admonendi semper sumus portas his locis pro vrbib⁹ esse accipiendas, de more illius linguæ, ideo septuaginta nó semper portas interpretati sunt seu vrbes. ἐμ μιᾷ τῶν πολέων σου. Id est, in vna vrbium tuarum. Hæc annotauimus, ne in errorem propter sermonis peregrini inicitiam laberemur. Augu. Steuchus.

* Donec moriantur.
b. Alioquin & vnus testis plerunque verum dicit, & plures plerunque mentiũtur, potiúsque creditum est in exordio fidei vni Apostolo euangelizãti, quàm populis errantibus, à quibus persecutionẽ patiebatur. Aug. cõtra Faust. Manich. lib. 16. cap. 13.
c. Vulgus itaque iudicium nó habet probãdi doctrinas. quis enim mediocriter sanus nó facile intelligat scripturarũ expositionem ab iis petẽdam esse qui earum doctores se esse profitentur? fieríque posse, imo id semper accidere, vt multa indoctis videãtur absurda, quę cum à doctoribus exponũtur, ea laudanda videantur. Augu. de moribus ecclesiæ. cap. 1.
1. Plagam & plagam, & venerint verba in portis tuis in discordiam.
2. Obseruabis vt faciat iuxta omnia quæ te docuerint, iuxta verbum legis quam te docuerint, & iuxta iudicium quod dixerint tibi, aget.
* A verbo quod annunciauerint tibi.
3. Aut iudici.
d. Cur displicuerit popul⁹ deo quando regem desiderauit, eũ hic inueniãtur permissus? Sed magis hic intelligendũ est merito non fuisse secundum voluntatẽ dei: quia hoc fieri non præcepit, sed desiderantibus permisit. Veruntamen præcepit ne fieret alienus, sed frater. Aug. q. 26. super Deut.
e. Quæritur vtrum Dauid contra hoc præceptum non fecerit. Non enim vnã habuit vxorem. Nam de Salomone manifestum, quòd transgressus fuerit hoc præceptum & in fœminis & in auro & argento. Sed hinc potius intelligitur permissum fuisse regibus, vt plures haberent quàm vnã: multiplicati autem prohibiti sunt. Quæ prohibitio non haberet transgressionem, si paucæ fuerint, sicut Dauid fuerunt: non autem multæ, sicut Salomoni. Augustin. q. 27. super Deuter.
4. Multiplicabit sibi vxores, ne auertatur cor eius.
5. Exemplar.
* Vt faciat ea.
6. Recedat à præceptis ad.

a. Hebraismus elegans, quo dominus pollicetur se illos in decimis & oblationibus cõpensaturũ, & quæ dei sunt, illis daturum in hæreditatẽ perpetuã.
1. Ius.
2. Armum & vtranque maxillam, atque stomachum.
3. Musti.
b. Hoc est, Si ad locum quem elegerit dominus, venerit ad diem festũ ab alia ciuitate, & cines illius attulerint decimas & sacrificia, ille partẽ illarum habebit quę illi in sua ciuitate debebantur. Augu. q. 28. super Deuter.

domini dei sui, sicut omnes fratres eius Leuitæ, qui stabunt eo tempore coram domino.[4] Partem ciborum eandem accipiet, quam & cæteri: excepto eo quod in vrbe sua ex paterna ei successione debetur.] Quando ingressus fueris terram quam dominus deus tuus dabit tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gentium:[c] † nec inueniatur in te qui lustret filium suum aut filiam, ducens per ignem, aut [5] qui ariolos scisciteur, aut obseruet somnia] atque auguria, ne sit maleficus, ne incantator, ne C qui Pythónes cõsulat, nec diuinos, † [6] & quærat à mortuis veritatem.][d] Omnia enim hæc abominabitur dominus, & propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo. Perfectus eris, ⸗ & absque macula:] cum domino deo tuo. Gentes istæ quarum possidebis terram, augures & diuinos audiunt: tu autem à domino deo tuo aliter institutus es. † Prophetam de [7] gente tua] & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus: ipsum audies, vt petisti à domino deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti: Vltrà non audiam vocem domini dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar. Et ait dominus mihi: Bene omnia sunt locuti.[d] D Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loquetúrque ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autem verba [8] eius] quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, [9] ego vltor existam. † Propheta autem [10] qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego] non præcepi illi vt diceret, aut ex nomine alienorum deorum: interficietur. Quòd si [11] tacita cogitatione responderis:] quomodo possum intelligere verbum quod dominus non est locutus? hoc habebis signum. Quod in nomine domini Propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc dominus non est locutus: sed per tumorem animi sui Propheta confinxit, & idcirco non timebis eum.

4. AEqualiter de portionibus comedent præter venditones eius, quas habet à patribus.

c. Omne genus demoniacæ diuinationis interdicit. Dei enim solius, quemadmodum mundi opificium, quemadmodum viuificatio, omniúmque rerũ potentia, rerúmque futurarum cogitatio propria est. Ac ne impius est qui sathanæ eum attribuit. De quo Christus inquit: Quando mendacium loquitur, ex suo peculio loquitur, quoniã mendax est, quemadmodum pater eius. Procop.

5. Sortilegus vacet, aut tempora obseruet.

6. Nec scisciterur mortuos.

7. Medio tui.

d. Vides hoc in nullo implerũ quàm in Christo solo. Etenim multi prophetę surrexerunt, & tamẽ omnes parũ auditi sunt: attamen Iudæi nihil sunt passi. Hunc autem quia nõ audierunt, vagãtur errantes, fugitiui & exules: oberrãtes vbique exciuti à sua ciuitate, & à paternis legib⁹ in ignominia, & vltionis pœna. Chrys. demõstratio aduersus gentiles. Item Lactan lib. 4. ca. 17. Denunciauit, inquit, dominus per ipsum legiterum, quòd filium suum, id est, vineam præsentémque legẽ missurus esset, & illam vereté per Moysen datam soluturus, vt denuo per eũ qui esset æternus, legem sanciret æternam. Hæc Lact. ibidem.

8. Mea.

9. Requiram ab eo.

10. Qui præsumpserit loqui verbũ in nomine meo quod ego,

11. Dixeris in corde tuo.

*Ad quas vrbes homicidæ fugiant, falsi item testis supplicium.* XIX.

A CVm † disperdiderit dominus deus tuus gentes, quarum tibi traditurus est terram, & possederis eam, habitaueríque in vrbibus eius, & in ædibus: [a] tres ciuitates separabis tibi in medio terræ, quam dominus deus tuus dabit tibi in possessionem, sternens diligenter viam: & in tres æqualiter partes totam terræ tuæ prouinciã diuides *, vt [1] habeat è vicino qui propter homicidium profugus est, quò possit euadere. Hæc erit lex homicidæ fugientis, cuius vita seruanda est: † Qui percusserit proximum suum nescius, & qui heri, & nudiustertius nullum contra eum odium habuisse comprobatur: [2] sed abisse cum eo simpliciter] in syluam ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit manu, ferrúmque lapsum de manubrio [3] amicum] eius percusserit, & occiderit: [b] hic ad vnam supradictarum vrbium confugiet, & viuet: ne forsitan proximus eius, cuius effusus est sanguis, [4] dolore stimulatus] persequatur, & apprehendat eum si longior via fuerit, & percutiat animam eius qui non est reus mortis: quia nullum contra eum qui occisus est, odium [5] prius] habuisse monstratur. Idcirco præcipio tibi, [b] vt tres ciuitates æqualis intra se spatij diuidas. † Cum autem dilatauerit dominus deus tuus terminos tuos sicut iurauit patribus tuis, & dederit tibi cunctam terram † quam eis pollicitus est: (si tamen custodieris mandata eius, & feceris quæ hodie præcipio tibi, vt diligas dominum deum tuum, & ambules in viis eius omni tempore) addes tibi † tres C alias ciuitates, [6] [c] & supradictarum trium vrbium numerum duplicabis:] vt non effundatur sanguis innoxius in medio terræ quam dominus deus tuus dabit tibi possidendam, [7] ne sis sanguinis reus.] † Si quis autem odio habens proximum, insidiatus fuerit vitæ eius, surgénsque [8] percusserit illum,] & mortuus fuerit, fugerítque ad vnam de supradictis vrbibus, mittent seniores ciuitatis illius, & arripient eum de loco effugij, tradéntque in manu proximi, cuius sanguis effusus est, & morietur. † [9] Non misereberis eius,] & auferes noxium sanguinem de Israel, vt bene sit tibi. Non ⸗ assumes, & ] transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possess-

a. Tres ciuitates refugij vltra Iordanem constituit Moyses homicidis, qui non sponte homicidium commiserunt, alias tres citra Iordanem iubet cõparari, mystice insinuãs, quòd ante perceptionem baptismi, qui vult à peccato saluari, & ab hostibus spiritualib⁹ liberari, sanctæ Trinitatis fidem debet syncera mente cõfiteri, & post baptismum in fide, spe, & charitate vtiliter operari. Glos. Ordina.

* Quam dominus deus tuus tibi tradit in hæreditatem.

1. Illuc confugere possit omnis homicida. Hæc verò de causa huc homicida fugere debet, vt viuat qui percusserit.

2. Vt cum quis vadit cum proximo suo.

3. Proximum.

4. Dum seruet cor eius.

5. Ab heri & nudiustertius.

b. Ideo sex vrbes fugitiuorum describuntur in lege: qui homines interficere nolentes, & ipsæ vrbes sacerdotales sunt. Hieron. aduersus Iouinianũ lib. 2.

6. Super tres istas.

7. Et sit super te sanguis.

8. Aduersus illum percusserit animam eius.

9. Non parcet oculus tuus illi, & infra.

Universidad de Deusto
Biblioteca



sione tua quam dominus deus tuus dabit tibi in terra, quam acceperis possidendam.
† & Non stabit testis vnus contra aliquem, [10] quicquid illud peccati & facinoris fue- D
rit,] sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Si steterit testis men-
dax contra hominem,accusans eum præuaricationis, stabunt ambo [11] quorum causa
est,]ante dominum,in conspectu sacerdotum & iudicum, qui fuerint in diebus illis.
† Cúmque diligentissimè perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse contra fra-
trem suum mendacium,reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit,& auferes malum
de medio tui: vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam [12] talia audeant
facere.† Non misereberis eius,† [b] sed animam pro anima, oculum pro oculo, den-
tem pro dente,manum pro manu,pedem pro pede,exiges.

10. Pro quacunque iniquitate, & pro quocunque peccato,aut pro quacunque culpa,qua peccauerit.
11. Hominer illi inter quos est controuersia.
12. Amplius iuxta hanc rẽ malam intra te.
6. Octo genera pœnarũ in legib⁹ esse scribit Tullius: damnum, vincula, verbera, talionẽ, ignominiam, exilium, seruitutem, mortẽ. Talio id enim agit vt hoc patiatur quisque quod fecit. Illud est legis: Oculũ pro oculo, dentem pro dente. Fieri enim potest vt tam breui tempore quisque amittat oculum seueritate vindictæ,quam ille ipse alteri improbitate peccati. August. lib.21.cap.21. de ciuitate dei.

*Deligendi ad bellum & arcendi viri, iura belli quomodo seruanda, quæ arbores cædendæ, & quæ relinquendæ.* XX.

SI [2] exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & A
maiorem quàm tu habeas,aduersarij exercitus multitudinem, non time-
bis eos:quia dominus deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Ægypti.
Appropinquante autem iam prælio, stabit sacerdos ante aciem, & sic lo-
quetur ad populum: Audi Israel. Vos hodie contra inimicos vestros pugnam cõmit-
titis,non [1] pertimescat] cor vestrum. Nolite metuere, [2] nolite cedere,]nec formidetis
eos : quia dominus deus vester in medio vestri est, [b] & pro vobis contra aduersarios
dimicabit, vt eruat vos de periculo. Duces quoque [3] per singulas turmas audiente
exercitu proclamabunt:] † [c] Quis est homo qui ædificauit domum nouam,& nõ de-
dicauit eam? Vadat, & reuertatur in domum suam, ne fortè moriatur in bello, & a-
lius dedicet eam. † & Quis est homo qui plantauit vineam, necdum fecit eam esse B
communem,?—de qua vesci omnibus liceat?] Vadat, & reuertatur in domum suam,
ne fortè moriatur in bello,& alius [4] homo eius fungatur officio.] † [d] Quis est homo
qui despondit vxorem,& non accepit eam? Vadat,& reuertatur in domum suam,ne
fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam. His dictis addent reliqua, & lo-
quentur ad populũ:† Quis est homo formidolosus,& corde pauido? Vadat, & reuer-
tatur in domũ suam, ne pauere faciat corda fratrũ suorum,sicut ipse timore perterri-
tus est. Cúmque siluerint duces exercitus, & finem loquendi fecerint,[5] vnusquisque
suos ad bellandum cuneos præparabit.]† & [e] Si quando accesseris ad expugnandam c
ciuitatem,offeres ei primùm pacem: Si [6] receperit,] & aperuerit tibi portas, cunctus
populus qui in ea est,saluabitur,& seruiet tibi sub tributo. Sinautem fœdus inire no-
luerit, & ceperit contra te bellum, oppugnabis eam. Cúmque tradiderit dominus
deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis masculini est, in ore
gladij:absque mulieribus,& infantibus,iumentis,& cæteris quæ in ciuitate sunt.Om-
nem prædam [7] exercitui diuides,] & comedes de spoliis hostium tuorum quæ domi-
nus deus tuus dederit tibi.Sic facies cunctis ciuitatibus,quæ à te procul valde sunt, &
non sunt de iis vrbibus, quas in possessionem accepturus es.& De iis autem ciuitati- D
bus quæ dabuntur tibi,[f] nullum omnino permittes viuere *,sed interficies in ore gla-
dij, Hethæum videlicet,& Amorrhæũ, & Chananæum, Pherezæum,& Heuæum,&
Iebusæum,sicut præcepit tibi dominus deus tuus:ne fortè doceant vos facere cunctas
abominationes quas ipsi operati sunt diis suis, & peccetis in dominum deum ve-
strum. Quando obsederis ciuitatem multo tempore, & [8] munitionibus circundede-
ris,vt expugnes] eam,non succîdes arbores de quibus vesci potest, nec securibus per
circuitum debes vastare regionem:[9] quoniam lignum est, & non homo : nec potest
bellantium contra te augere numerum. Si qua autem ligna non sunt pomifera,sed
agrestia,& in cæteros apta vsus, succîde,] & extrue [10] machinas, donec capias ciuita-
tem,quæ contra te dimicat.]

2. Dispositio populi relatiuè ad bellum scribitur, confidens præcipuè in confidentia diuina. Quisquis enim aggredi bellum iustum contra fortiorem sit absolutè stultum & criminosum (vtpote cẽtantis deum) aggredi tamen illud promittente Deo se pugnaturum pro eis, seu cum eis, vt promissum est Israelitis, virtutis est spei, immo fiduciæ in deo : & propterea præcipitur vt nõ timeãt. Caietanus.
1. Molliscat.
2. Non terreamini.
b. Ecce quemadmodum & in spiritualibus conflictibus sperandum, & præsidũ est dei adiutorium, non vt nos nihil faciamus, sed vt adiuti cooperemur. Sic enim ait : debellabit vobiscum : vt & ipsos actutor quod agendum esset, ostenderet. Aug.q.30.super Deut.
3. Loquetur ad populũ dicẽter.
c. Non est melior in bello qui iam ædificia dedicauit, vel de nouella bibit,aut sponsam duxit. Sed quia his rebus humanis tenetur affectus,ideo hæc dicuntur ad bellum procedẽtibus,vt qui afficitur his,appareat cũ reuertatur, ne propter hæc minus fortiter agat, timẽs ne antè moriatur,quàm illa expleat.Glos.ordina.post Augu.
4. Quispiam faciat eam communem.
d. Non potest domino seruire militiæ seruus vxoris.Hie.
5. Et recẽsebũt principes exercitus totius populi summam.
e. Et hîc israum septem gentium terram promissam in hæreditatem quam debellaris vsque ad internecionem eisdem gentibus Israelitæ possederũt, manifestum est. Cæterũ enim quæ longinquius extra ipsas gentes inteniretur, voluit fieri tributarias eorum,si non resisterent : si autem resisterent, etiam ipsas interfici, & in perditionem dari, exceptis pecoribus, & quæ in prædam possent venire. Aug.q.21.super Io.
6. Tibi pacem respondẽrit.
7. Diripies tibi.
f. Quia ex iusto dei iudicio propter suas iniquitates erãt omnes omnino delendi,& interficiẽdi,& ad hoc filij Israel mittebantur, vt dictũ est suprà ca.
7. Additur etiam alia ratio scilicet, ne si remanerent aliqui eorum cum filiis Israel,pertraherent eos ad idololatriam. De Lyra.
* Quod spirat.
8. Pugnaueris contrà eam,vt capias.
9. Nũquid lignum agri homo est, vt veniat contra te in illa obsidionẽ?sed arborem quam nosti infructuosam,perdẽ.
10. Propugnaculum contra ciuitatem illã,quæ cõtra te bellũ gerit,donec subiicias illam.

*Cautio*

*Cautio super homicidio occulto. super muliere in bello capta, & contumace filio, & suspenso in ligno.* XXI.

A QVando inuentum fuerit in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi, [a] hominis cadauer occisi, * & ignorabitur cædis reus, egredientur maiores natu, & iudices tui, & metientur à loco cadaueris singularũ per circuitum spacia ciuitatum: & quam viciniorem cæteris esse perspexerint, seniores ciuitatis illius tollent vitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec [1] terram scidit vomere, ] & ducent eam ad vallem asperam atque saxosam, quæ nũquam arata est, nec sementem recepit, & cædent in ea ceruices vitulæ. [b] Accedéntque sacerdotes filij Leui, quos elegerit dominus deus tuus vt ministrent ei, & benedicant in nomine eius, [2] & ad verbum eorum omne negotium pendet: & quicquid mundum vel immundum est, iudicetur: ] & venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabúntque manus suas super vitulam, quæ in valle percussa est, & dicent: [3] Manus
B nostræ non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt. † Propicius esto populo tuo Israel, quem redemisti domine, & non reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel. [3] Et auferetur ab eis reatus sanguinis, tu autem alienus eris ab innocentis cruore qui fusus est, ] cum feceris quod præcepit dominus. Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos dominus deus tuus in manu tua, captiuósque duxeris, & videris in numero captiuorum [c] mulierem pulchram, & adamaueris eam, [4] voluerísque habere ] vxorem, introduces eam in domum tuã: Quæ [d] radet cæsariem, & circuncídet vngues, & deponet vestem in qua capta est: sedénsque in domo tua, flebit patrem & matrem suam vno mense, & postea intrabis ad eã,
C dormiésque cum illa, & erit vxor tua. [5] Si autem postea non sederit animo tuo, [5] dimittes eam liberam, ] nec vendere poteris pecunia, nec [6] opprimere per potentiam: ] quia humiliasti eam. Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectã & alteram odiosam, [7] genuerítque ex eis liberos, ] & fuerit filius odiosæ primogenitus, voluerítque substantiam inter filios suos diuidere, non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ, sed filium odiosæ agnoscet primogenitum, † dabítque ei de iis quæ habuerit cuncta duplicia. Iste est enim principium [8] liberorum ] eius, & huic debentur primogenita. Si genuerit homo filium [9] contumacem ] & proteruum,
D qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit: [4] apprehendent eum *, & ducent eum ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicéntque ad eos: Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, [10] comessationibus vacat, & luxuriæ, atque conuiuiis: ] lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, † vt auferatis malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat. Quando peccauerit homo, quod morte plectendum est, & [11] adiudicatus morti appensus fuerit ] in patibulo: non [12] permanebit ] cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur: quia † [13] [c] maledictus à deo est, qui pendet in ligno, ] & nequaquam contaminabis terram tuã quam dominus deus tuus dederit tibi in possessionem.

a. Vulneratus quidem propter nostra est Christus, à patre quidem traditus, à Iudæis verò afflictus, qui eum vtique interemissent nũquã, nisi deo ita fuisset visum. Procop. ibid.
* Iacens in agro.
1. Cum ea factum est seruitiũ vllum.
b. Tria seu quatuor sacerdotũ officia sumuntur, videlicet ad ministrandum deo, ad benedicendũ in nomine dei, & ad definiendum tum omnem litem, tum omnẽ plagam. Legis enim decreto nullus institutus est vniuersalis iudex nisi sacerdos. Et propterea officiũ diffiniendi ambigua tam in ciuilibus quàm criminalibus attribuitur sacerdotibus, tãquam à deo ad hoc electis. Caietanus.
2. Et iuxta verbũ illorum tractabitur omnis lis, atque omnis plaga.
3. Sed expiabuntur à sanguine: tu autem expiabis sanguinem innocentem de medio tui.
c. Id est, sapientiam secularem, & eius pulchritudine captus fueris, decalua eã, & illecebras crinium atque ornamenta verborum seca. Hieron.
4. Potéris eam sumere tibi in. d. Hæc, si secũdum literam intelligimus, nõne ridicula sunt? Ita & nos hoc facere solemus, quando philosophos legimus, quando in manus nostras veniunt libri sapientiæ secularis. Hierony. magno oratori Romano.
5. Voluntati suæ relinques.
6. Vti poteris ea.
7. Genuerintque illi liberos tã dilecta quàm odiosa.
8. Virtutis.
9. Rebellem, & infra.
* Pater eius & mater eius.
10. Luxo & potator est.
11. Interficietur, & suspendes eum.
12. Pernoctabit.
13. c. Maledictio est domini suspensus in ligno. Primùm igitur intuendum est, quod non quicunque in ligno pependerit, maledictus sit apud deum: sed qui peccauerit, & propter scelus morti fuerit adiudicatus, sublatúsque in crucem: nõ ideo maledictus, quia crucifixus est, sed quia in talem inciderit reatum, vt meruerit crucifigi. Hieron. libr. 2. in Epist. ad Gal. cap. 3.

*Pietas in rem proximi exercenda, & quatenus fornicatio punienda.* XXII.

A NON [a] videbis bouem & ouem fratris tui errantem, & [1] præteribis: ] sed reduces fratri tuo, etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum. Duces in domum tuam, & erunt apud te, quàm diu quærat ea frater tuus, & [2] recipiat. ] Similiter facies de asino, & de vestimẽto, & de omni re * fratris tui quæ perierit: si inueneris eam, [3] ne negligas quasi alienam. ] Si videris asinum fratris tui, aut bouem cecidisse in via, [4] non despicies, ] sed subleuabis cum eo. † Non [5] induetur mulier veste virili, ] nec vir vtetur veste fœminea. Abominabilis enim apud deũ est qui facit hoc. Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidũ auis inueneris, & matrem pullis vel ouis désuper incubantem: non tenebis eam [6] cum filiis, ]

a. Asinum autem vel bouẽ aut ouem reduci iubet odiẽti proximũ suũ, vt hac ratione odientis animum sibi cõciliet. Nam si omnino implacabilis, atque inexorabilis nõ fuerit, fieri nõ potest, quin hac in illũ humanitate animus illius non mansuescat. Isidorus.
1. Abscondes te ab eis.
2. Illi restitues.
* Perdita.
3. Nec eam occultare poteris.
4. Non abscondes te ab eis.
5. Erunt arma viri super mulierem.
6. A filiis.

Universidad de Deusto Biblioteca

sed abire patieris, captos tenens filios, vt bene sit tibi, & [b] longo viuas tempore. ♣ Cū [a] ædificaueris domum nouam, facies murum [7] tecti per circuitū, ] ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, ⊢ & in præceps ruente.] Non seres vineam tuam [8] altero semine, ne & sementis quam seuisti,& quæ nascuntur ex vinea pariter sanctificētur.] † [c] Non arabis in boue simul & asino.Non induēris vestimento, quod ex lana linóque contextum est. † Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallij tui, quo operiris. Si duxerit vir vxorem, & postea * odio habuerit eam, [9] quæsieritque occasiones quibus dimittat eam, ] obiiciens ei [d] nomen pessimum, & dixerit vxorem hanc accepi, & ingressus ad eam,non inueni virginem : tollent eam pater & mater eius, & ferent secum signa virginitatis eius ad seniores vrbis qui in porta sunt: & dicet pater. ♣ [e] Filiam meam dedi huic vxorem, quam quia odit,imponit ei nomē c
pessimum, vt dicat non inueni filiam tuam virginem : & ecce, hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ. † Expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis, apprehendéntque senes vrbis illius virum, & verberabunt illum, condemnentes insuper centum siclis argēti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamauit nomen pessimum super virginem Israel, habebítque eam vxorem, & non poterit dimittere eam omnibus diebus vitæ suæ. Quòd si verum est quod obiicit,& non est in puella inuenta virginitas: [10] eiicient eam extra fores] domus patris sui, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur: quoniam [f] fecit nephas in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui : & auferes malum de medio tui. † ♣ Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id est, adulter & adultera : & auferes malum de Israel. † ♣ Si puellam D
virginem despōderit vir,& inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea: educes vtrunque ad portam ciuitatis illius,& lapidibus obruentur: puella, [h] quia non clamauit cum esset in ciuitate : vir, quia humiliauit vxorem proximi sui : & auferes malum de medio tui. Sinautem in agro repererit vir puellam, quæ desponsata est, & apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur solus, puella nihil patietur, nec est rea mortis: quoniam sicut latro consurgit contra fratrem suum, & occidit animam eius,ita & puella perpessa est. Sola erat in agro, [i] clamauit,* & nullus affuit, qui liberaret eam. [k] Si inuenerit vir puellam virginem:quæ non habet sponsum,& apprehēdens concubuerit cum illa,& [11] res ad iudicium venerit, ] † dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam. Non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ.

*Qui ab ecclesia Domini atque à pugna arcendi, vel admittendi, quæ ad proximum pietas & communicatio.* XXIII.

[a] On accipiet homo vxorem patris sui, nec reuelabit operimentum eius. A
† Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis, & abscisso veretro, Ecclesiam Domini. Non ingredietur Mamzer, hoc est, de scorto natus in Ecclesiam domini, vsque ad decimam generationem. [b] Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam domini in æternū: quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via quando egressi estis de Ægypto: & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de [1] Mesopotamia Syriæ, ] vt malediceret tibi: † & noluit dominus deus tuus audire Balaam, vertítque maledictionem eius in benedictionem tuam, eo quòd diligeret te. ♣ Non fa- B
cies cum eis pacem,nec quæres eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum. Nō abominaberis Idumæum, quia frater tuus est: nec Ægyptium, quia aduena fuisti in terra eius. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in Ecclesiam domini. Quādo egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala. † [c] Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio,egredietur extra castra, & non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur aqua, & post solis occasum regredietur in castra. Habebis locum extracastra, ad quem egrediaris [2] ad requisita naturæ, gerens paxillum in balteo. Cúmque sederis] fodies per circuitum, & egesta humo

b. Lōgo viuit tempore qui per spiritalem intelligentiam aternitatis annos apprehēdit. Glo. Inter/mearis ibidem.
7. Circa tectum tuum.

8. Diuersis speciebus, ne fortè prophanes seminis plenitudinem, quod seminas, & vineæ fructum.
c. Non exiges paria onera siue subsidia ab imparibus hominibus : metaphora elegans.
* Ingressus ad eam.
9. Et imposuerit ei occasiones verborum.
d. Scilicet eam cōmisisse adulterium,non post eius acceptionem in vxorem, sed post affidationem : & sic est ibi fractio dare fidei, & per consequens adulteriū inquantum tale peccatum accidit ei post matrimonium prædictio modo inchoatum.De Lyra.
e. Satis hic apparet quemadmodum subditas fœminas viris,& penè famulas lex esse voluerit,vxores: quòd dicens aduersus vxorem vir testimoniū vade lapidaretur illa,si hoc falsum esse constiterit, sed tantūmodo castigatur, & damnificatur,eique perpetuò iubetur adhærere qua carere voluerat.Augustin.q.33. super Deute.
10. Educent puellam ad ostiū.
f. Quia in domo paterna stupro consensit, & non futurarū nuptiarum prætextu: alias corruptor eā teneretur habere in vxorem, vt Exod.22.c.
g. Cęcitas mala est adulterium, oculorum est morbus, nō corporis solū, sed & animæ ptiur. Chrysost. de pœnitentia. Homil.8.
h. Arma puellæ solo clamore defensantur,ita quòd clamor,etiam si ei subuentum non fuerit(quia rectis est mūdi cordis) liberet eā à pœna mortis. Caietanus ibidem.
i. Etiam si nō clamauerit, præsumitur clamasse.
* Et ipsa.
k. Condignas peccatis pœnas irrogat. Animam enim Christo per fidem nōdum obligatam si quis vitiauerit perdideritque quemadmodum hæretici qui homines ex gentibus aliquando & Iudæis rapiunt, solent facere patri spiritus,hoc est deo, delicti rationem in pecuniarū diminutione repræsentatā reddet. Procop ibidem.
11. Inuenti fuerint.

a. Videt quomodo crimen augeat. Cū enim tales luxuriæ modos inuenisse appareant, quos nō solū non audēt, sed neque norunt infideles, inenarrabilis est peccati excessus, &c. Chryso. de illo Corinthio, qui tale ausus fuerat admittere crimē. 1.Corint.5. Hom.15.
b. Quæstio est, quomodo intrauerit Ruth, quæ Moabitis fuit: de qua etiam caro domini originem duxit? nisi forte illā mysticè prophetauerit intraturam, quod ait vsque ad decimam generationem. Cum putātur enim generationes ab Abraham,&Lot,qui genuit Ammonitas & Moabitas vsque ad Salmon qui genuit Booz virum Ruth, decem compleri generationes. Augustin.q.35. super Deuteron.
1. Pethor Mesopotamiæ.

c. In somno enim nō est immūditia spiritualis, licet possit esse in vigilia præcedēti vel subsequenti, tamen ibi semper est immunditia corporalis autem commutatur depressio mētis. De Lyra.
2. Forās. Et clauum habebis apud instrumenta tua, vt cum foris te sedere oportuerit.

c humo [d] operies quo releuatus es. ❧ ( Dominus enim deus tuus ambulat in medio castrorum*, vt eruat te,& tradat tibi inimicos tuos:) vt sint castra tua sancta,& nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te.[e] Non trades seruum domino suo, qui ad te confugerit. Habitabit tecum in loco qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarum requiescet: ne contristes eum. [f] Non erit meretrix de filiabus Israel,nec scortator de filiis Israel. † Non offeres mercedem [3] prostibuli,] nec pretium carnis in domo domini dei tui,quicquid illud est quod vouerint:quia abominatio est vtrunque apud dominum deum tuum.[g] Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam,nec fruges,nec
D quamlibet aliam rem, sed alieno. ❧ Fratri autem tuo absque vsura id quo indiget, cõmodabis: vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere tuo in terra ad quam ingredieris possidendam. [h] † Cum votum voueris domino deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud dominus deus tuus:*& si moratus fueris,reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri,absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labiis tuis,obseruabis, & facies sicut promisisti domino deo tuo, & propria voluntate,& ore tuo locutus es. † Ingressus vineam proximi tui,comede vuas [4] quantum tibi placuerit:foras autem ne efferas tecum.] Si intraueris segetem amici tui,[5] franges spicas,& manu conteres,falce autem non metes.]

d. Terrena fragilitate consyderata sordes debem⁹ operire. GloLord.
* Tuotum.
e Hoc est, Si quis alienigena seruus ex alia gente ad Iudaismum confugerit ritum,proselythus fiat, nec vltra domino extraneo reddatur. Aug. ibid.
f. Manifestè prohibet viros & fœminas fornicari,etiam cum non alienis coniugibus: peccatum esse demonstrans misceri non coniugibus suis : quia & meretrices esse,& ad eas prohibet accedere, quarum publicè venalis est turpitudo. Glo. ord. post Augustin.
3. Meretricis.
g. Putant quidam vsuras tantùm esse in pecunia,quod prouidens diuina scriptura,omnis rei aufert superabundantiã, vt plus nõ recipias,quàm dedisti. Hiero. super Ezech. lib. 6.
h. Ad fidelitatem hominis ad deum requiritur, quòd adimpleat quod ei promisit : sed quia votũ non est de bono necessario ad salutẽ,sed de bono supererogationis subditur : Si nolueris polliceri, absque peccato eris. De Lyra.
* A te.
4. Vsque ad saturitatem animæ tuæ,sed in vas tuum non repones.
5. Decerpes spicas manu tua, falcem autem non leuabis in segete proximi tui.

*Libellus repudij permittitur, misericordia in debitores & pauperes præcipitur.* XXIIII.

A SI † acceperit homo vxorem, & [1] habuerit eam,] & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem:[a] scribet libellum repudij,& dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Cúmque egressa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudij,& dimiserit de domo sua,vel certè mortuus fuerit : [b] non poterit prior maritus [2] recipere eam] in vxorem, quia polluta est, & abominabilis facta coram domino:ne peccare facias terram tuam,quam dominus deus tuus tradiderit tibi possidendam. † Cum acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiam [3] necessitatis iniungetur publicæ:] sed vacabit absque [4] culpa domi suæ,] vt vno
B anno lætetur cum vxore sua. ❧ Non accipies loco pignoris [c] inferiorem & superiorem molam:[5] quia animam suam apposuit tibi.] Si deprehensus fuerit homo [6] sollicitans fratrem suum de filiis Israel,] & vendito eo acceperit pretium, interficietur*: & auferes malum de medio tui. Obserua diligenter ne incurras [d] plagam lepræ, sed facies quæcunque docuerint te sacerdotes Leuitici generis,iuxta id quod præcepi eis, & imple sollicitè. † Mementote quæ fecerit dominus deus vester Mariæ in via,cum egrederemini de Ægypto.[7] Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi,] non ingredieris domum eius vt pignus auferas, sed stabis foris, & ille tibi
c proferet [8] quod habuerit.] ❧ Si autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei [9] ante solis occasum: ] vt dormiens in vestimento suo benedicat tibi, & habeas iustitiam corã domino deo tuo.[10] † Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, siue aduenæ] qui tecũ moratur in terra, & intra portas tuas est:sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam:ne clamet contra te ad dominum, & [11] reputetur] tibi in peccatum. † * Non occidentur patres pro filiis,nec filij pro patribus : sed vnusquisque pro peccato suo morietur. [f] Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli, nec
D auferes pignoris loco viduæ vestimentum. ❧ Memento quòd seruieris in Ægypto, & [12] eruerit] te dominus deus tuus inde. Idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem. † Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuertêris vt tollas illum:sed aduenam & pupillum, & viduam auferre patiêris, vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere manuum tuarum. [13] Si fruges collegeris oliuarum,quicquid remanserit in arboribus, non reuertêris vt colligas: sed relinques aduenæ,pupillo,ac viduæ. Si vindemiaueris vineam tuam, non colliges rema-

1. Dormierit cum ea.
a. Quamlibet ob causam vxorẽ abdicare præcipit : quem vtique Iudæorum demẽtia ac infamia non latuit, ac cauit ne ipsam occideret, seque vnà iret perditum. Procopius ibidem.
b. Quoniam secundæ nuptiæ, viuente priore marito, pollutio magis sunt,quàm coniugũ, sed infirmitati illorum condescendit Chrys.
2. Qui illam à se dimisit, reuerti, & ducere eam sibi.
3. Oneris transibit super eum.
4. Officio publico pro domo sua.
c. Rem hominis vitæ necessariam.
5. Alioquin animam suam laederet.
6. Furans animum è fratribus suis ex filiis Israel.
* Fur ipse.
d. Nota propter peccatum hãc infirmitatem hominibus accidere : Sicut Oziæ qui sacerdotium vsurpauit. 2. Para. 26. d. Glos. ordinaria ibidem.
7. Cúmque proximo tuo quippiam commodato dederis,siue mutuo sub pignore.
8. Pignus forat.
9. Cum occubuerit sol.
10. Non fraudabis mercenarium de fratribus tuis, siue de aduenis tuis.
11. Fiat.
e. Occisio potest dupliciter cõsyderari. Vno modo vt est pœna tantùm, & sic habet rationem mali,& sic nullus occiditur pro peccato alterius iustè. Alio modo vt est medicina. De Lyra ibidem.
f. Cur non ait : Et non pignorabis vestimenta eorum ? Quæ enim causa est, vt trium istorum iudicia peruertere vetuerit: pignus autem auferri vestimentum solius viduæ, & non illorum : nisi quia iudicia omnium facienda,propterea commendauit, quia non habent à quibus defendantur. Augustin. q. 39. super Deute.
12. Redemit.
13. Cúmque oliuam tuam excusseris, ramos iterum post te non excutias,

Universidad de Deusto
Biblioteca



nentes racemos, ſed cedent in vſus aduenæ, pupilli, ac viduæ. Memento quòd & tu ſeruieris in Ægypto,& idcirco præcipio tibi vt facias hanc re.

*Quot plagis reus cædendus, merces reddenda,& ſemen fratri ſuſcitandum, mulieris verenda attrectantis, falſæ menſuræ,& Amalechitarum pœna.* XXV.

SI fuerit cauſa inter aliquos, & [a] interpellauerint iudices:quem iuſtum eſſe perſpexerint, illi iuſtitiæ palmam dabunt.quem impium condemnabunt impietatis. Sinautem eum, qui peccauit, dignum viderint plagis: [1] proſternent, & coram ſe facient verberari. Pro menſura peccati, erit & plagarum modus:ita duntaxat † vt quadragenarium numerum non excedant: ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus.† Non ligabis os bouis [2] triturantis in area fruges tuas.] † Quando habitauerint fratres ſimul, & vnus ex eis abſque liberis mortuus fuerit,vxor defuncti non nubet alteri: [3] ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui: & primogenitum ex ea filium nomine [3] [b] illius ] appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Iſrael. Sinautem noluerit accipere vxorē fratris ſūi quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicétque: Non vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Iſrael, nec me in coniugium ſumere. [c] Statímque accerſiri eum facient,& interrogabunt. Si reſponderit:nolo eam vxorem accipere: accedet mulier ad eum coram ſenioribus, & tollet calceamentum de pede eius,ſpuétque in faciem eius,& dicet: [4] Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris ſui. Et vocabitur nomen illius in Iſrael, domus diſcalceati. Si habuerint inter ſe iurgium viri duo, & vnus contra alterum rixari cœperit, volénſque vxor alterius eruere virum ſuum de manu [4] fortioris,] miſerítque manum, & apprehenderit verenda eius: abſcindes manum illius, nec [5] flectêris ſuper eam vlla miſericordia.] Non habebis in ſacculo diuerſa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iuſtum & [6] verum] & modius [7] æqualis & verus ]erit tibi: vt multo viuas tempore ſuper terram,quam dominus deus tuus dederit tibi. [8] Abominatur enim dominus eum qui facit hæc, & [8] aduerſatur omnem iniuſtitiam.] † Memento quæ fecerit tibi Amalech in via quando egrediebaris ex Ægypto:quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, [9] qui laſſi reſidebant,] ceciderit: [10] quando tu eras fame & labore confectus,] & non timuerit deum. Cùm ergo dominus deus tuus dederit tibi requiem,& ſubiecerit cunctas per circuitum nationes in terra,quam tibi pollicitus eſt: [11] delebis nomen eius ſub cœlo. Caue ne obliuiſcaris.]

a. Eſt itaque lenis ſpietas,quæ verbere digna eſt, & eſt grauior,quæ morte digna eſt: Ita etiam illa peccata quæ non in deum,ſed in hominem videntur admiſti,ſunt morte digna, quædā ſunt alia correptione, ſeu verbere, ſeu pœna facilitore. Aug.quæſt. 45.ſuper Deut.

1. Dei faciet eum iudex,& eædere faciet cū in conſpectu ſuo iuxta impietatem ſuā ſecundū numerum. Quadraginta cædet eum verberib⁹, nec addet: nequando ſi addiderit verberare eum vltra illā cædem magnam, frater tuus vileſcat in oculis tuis.

2. In tritura ſua.

3.b. Prioris fratris defuncti,ne domus ſeilicet illius defuncti omnino corrueret. Cùm vero liberi erāt defuncti,nullo modo hoc matrimonium procedebat.

c. Quid aliud in figura demonſtrat, niſi quòd vnuſquiſque euangelij prædicator ita debet in eccleſia laborare, vt defuncto fratri, id eſt, Chriſto ſuſcitet ſemen,& quod ſuſcitatum fuerit, illius nomen accipiat. Hoc denique intelligens apoſtolus ait: Nūquid Paulus pro vobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Ideo à fratre veſtro Chriſto Chriſtiani, non Paulini vocamini. Beda.ibidem.

4. Percutientis eum.

5. Parcet oculus tuus.

6. AEquum.

7. Integer & iuſtus.

8. Quicunque facit iniquitatem.

9. Debiles quoſque.

10. Cum tu laſſus & feſſus eſſet.

11. Extingues memoriā Amalech ſub cœlis, nec id obliuioni trades.

*Primitiæ & decimæ quibus dandæ, & quid ſignificent.* XXVI.

† VMque intraueris terram, quam dominus deus tibi daturus eſt poſſidendam,& obtinueris eam, atque habitaueris in illa, tolles de cunctis frugibus tuis [a] primitias, & pones in [1] cartallo,] pergéſque ad locum quem dominus deus tuus elegerit, vt [2] ibi inuocetur nomen eius: ] accedéſque ad ſacerdotem qui fuerit in diebus illis,& dices ad eum: Profiteor hodie coram domino deo tuo, quòd ingreſſus ſum in terram pro qua iurauit patribus noſtris vt daret eam nobis. Suſcipiénſque ſacerdos cartallum de manu tua, ponet ante altare domini dei tui,& loquêris in conſpectu domini dei tui: [b] Syrus perſequebatur patrem meum, qui deſcendit in Ægyptum, [3] & ibi peregrinatus eſt in pauciſſimo numero, [c] creuítque in gētem magnam,ac robuſtam & infinitæ multitudinis. Afflixerúntque nos Ægyptij, & perſecuti ſunt,imponentes onera grauiſſima, & clamauimus, ad dominum deum patrum noſtrorum qui exaudiuit nos, & reſpexit [4] humilitatem] noſtram,& laborem atque anguſtiam & eduxit nos de Ægypto in manu forti, & brachio extento,in ingenti pauore,in ſignis atque portentis:& introduxit ad locum iſtū & tradidit nobis terram lacte & melle manātem. Et idcirco offero primitias frugum terræ quam [5] dominus dedit] mihi. Et dimittes eas in conſpectu domini dei tui, & [c] ado-

a. Hæc tria, primitiæ, primitiui fœtus,& primogenita differunt: quia πρωτότοκα ſunt primitiui animalium fœtus, etiam hominum πρωτοτόκια vero primi fructus de terra ſumpti vel de arbore, vel de vite. Primitiæ autē de fructibus quidem, ſed iam redactis ab agro:ſicut de maſſa, de lacu, de dolio, de cupa: quæ primitiis ſumebātur. Auguſt. quæſt. 32. ſuper Num.

1. Sportam,infra.

2. Collocet in eo nomen ſuū.

b. Labam multis modis affligebat Iacob in Meſopotamia, ſed & redeuntem in Chanaan perſecutus eſt vſque Galaad, vt patet Gene. 31.

c. Quia cum exierunt de Aegypto,fuerunt ſexcenta millia, abſ parvulis & mulieribus vt patet Exod. 12. Nec pauciores in ingreſſu terrę promiſſionis, cum tamē omnes priores præter duos, Ioſue & Caleph, in deſerto mortui ſunt. De Lyra.

4. Afflictionem.

5. Tu domine dediſti.

[c] adorato domino deo tuo, [c] epulaberis ] in omnibus bonis quæ dominus deus tuus dederit tibi & domui tuæ, tu & Leuites,& aduena qui tecum est.[g] Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio dabis Leuitæ,& aduenæ,& pupillo,& viduæ,vt comedant intra portas tuas,& saturentur: loquerísq; in conspectu domini dei tui:[7] Attuli quod sanctificatum ] est de domo mea, & dedi illud Leuitæ, & aduenæ,& pupillo,ac viduę, [8] sicut] iussisti mihi. Non præteriui mandata tua, nec sum oblitus imperij. Non comedi ex eis in luctu meo, [9] nec seposui ea in qualibet immunditia,] nec expendi ex iis quicquam [10] in re funebri,] Obediui voci domini dei mei,& feci omnia sicut præcepisti mihi,[d] † Respice de [11] sanctuario tuo, & de excelso cœlorum habitaculo,[f] & benedic populo tuo Israel, & terræ quam dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terræ lacte & melle mananti. Hodie dominus deus tuus præcepit tibi,vt facias mãdata hęc atque iudicia: vt custodias & impleas ex toto corde tuo,& ex tota anima tua.† Dominum [12] elegisti ] hodie, vt sit tibi deus, & ambules in viis eius : vt custodias [13] ceremonias ] illius,& mãdata atq; iudicia, & obedias eius imperio. En dominus [14] elegit ] te hodie: vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius,& faciet te excelsiorem cunctis gentibus quas creauit in laudem,& nomen, & gloriam suam.vt sis populus sanctus domini dei tui, sicut locutus est.

c. Adorantis officiũ omnibus constat. Adorare enim creaturæ est: adorari, non creaturæ, sed domini est. Chryso. super 4.ca Ioan.Homil.32.
6. Letaberis.
7. Separaui quod sanctum.
8. Iuxta vniuersa præcepta tua, quæ.
9. Nec quicquam perdidi per immunditiam.
10. Pro mortuo.
d. Hoc est,de domo sancta tua. Nã sanctitas pro eo quod sanctat,vel sancta punitur. Sicut Hebraica lingua vocatur, hoc est lingua sanctitatis.quod nos diceremus lingua sancta. Vtuntur enim denominationibus pro denominatis,vt sæpius diximus.August.Steuchus.ibid.
11. Habitaculo sanctitatis tuæ de cœlis.
12. Magnificasti.
13. Statuta.
14. Exaltauit.

## *Altare lapideum erigendum, benedictiones piorum & maledictiones impiorum.* XXVII.

[A] PRæcepit autem Moyses, & seniores populo Israel, dicentes:[a] Custodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie. Cúmque transieritis Iordanem in terram quam dominus deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce [1] læuigabis] eos, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius Iordane transmisso: [2] vt introeas terram,] quam dominus deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manantem, [b] sicut iurauit patribus tuis. † Quando ergo transieritis Iordanem,exigite lapides quos ego hodie præcipio vobis,in monte [c] Hebal, & læuigabis eos calce, & ædificabis ibi altare domino deo tuo de lapidibus quos ferrum non tetigit,& de saxis [3] informibus & impolitis,] & offeres super eo holocausta domino deo tuo,& immolabis hostias pacificas,comedéśque ibi,& epulaberis coram [B] domino deo tuo.[g] Et scribes super lapides omnia verba legis huius planè & lucidè. Dixerúntque Moyses & sacerdotes Leuitici generis ad omnem Israelem: Attende,& audi Israel: Hodie factus est populus domini dei tui. Audies vocẽ eius,& facies mandata atque iustitias quas ego præcipio tibi. Præcepítque Moyses populo in die illo, dicens: Hi stabunt ad benedicendum domino super montem [d] Garizim, Iordane transmisso: Simeon Leui,Iudas,Isachar,Ioseph,& Beniamin:[e] Et è regione isti stabũt ad maledicendum in monte Hebal,Ruben,Gad,& Asser, Zabûlon, Dan, & Neptalim. † Et pronunciabunt Leuitæ, dicéntque ad omnes viros Israel excelsa voce:[g] [C] [f] Maledictus homo qui facit sculptile & conflatile abominationem domini, opus manuum artificum, ponítque illud in abscondito. Et respondebit omnis populus,& dicet,amen. Maledictus qui [4] non honorat patrem suum & matrem suam:] Et dicet omnis populus,amen.[g] Maledictus qui transfert terminos proximi sui:Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui errare facit cęcum in itinere: Et dicet omnis populus, amen : Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, & viduæ : Et dicet omnis populus,amen. Maledictus qui dormit cum vxore patris sui,& reuelat [5] operimentum lectuli eius:] Et dicet omnis populus,amen. [h] [D] Maledictus qui [6] dormit cũ omni ] iumento: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui dormit cum sorore sua:filia patris sui, vel matris suæ:Et dicet omnis populus,amen. Maledictus qui dormit cum socru sua:& dicet omnis populus, amen. Maledictus qui clàm percusserit proximum suum:Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui dormit cum vxore proximi sui : Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui accipit munera, vt per-

a. Adhibet Moyses senes populi, ad maiorit auctoritatis vim,vt dei mandata per eum, sint etiam mãdata principum populi. Caietanus ibid.
1. Linies,& infra.
2. Eo quòd veneris ad terram.
b. Dei iurare est inconcussa veritate firmare. Psal. 109. Iurauit dominus,& non pœnitebit eum, &c. Quid est iurauit dominus,nisi inconcussa veritate firmauit! August. aduersus Iudæos,cap. 9.
c. Hebal vel Ebal, est iugum montis à Garizim monte tantum distans, vt legentis & respondentis voces inter se audiantur. Israelitis ad lęuam cũ primas in terra Chanaan victimas offerrent. Hanc Hier.cum Græcis Gabal vocauit.
3. Integris ædificabis altare.
d. Garizim,mons est totius Samariæ altissimus.
e. Ex tribus quæ ab egressu Aegypti præclarè sese gesserunt, benedictioni à Deo sunt præfectiquę autem lapsæ sunt,maledictioni. Procop ibid.
f. Maledicta legis quæ in Leuitico & Deuteronomio scripta sunt, nõ deo authore complẽtur,sed prophetico spiritu his qui peccaturi erant,ea quæ eis ventura sunt nunciantur. Hiero.in cap.3.epist. ad Galat. lib.2.
4. Maledicit patri suo & matri suæ.
g. Hic est qui non contentus fide catholica & doctrina, superstitiones & sectas inducit, Glos.ord.
5. Fimbriam patris sui.
h. Maledictus est qui gentilium stultitiam sequitur. Vir autem aut minus non per fragilitatem,sed perseueranter tali coniunctioni inhærens, reus est mortis. Glos.ord.ibid.
6. Cubat cum quouis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



cutiat animam ſanguinis innocentis:Et dicet omnis populus,amen.[c] Maledictus qui non[7] permanet in ſermonibus legis huius, nec eos opere perficit:] Et dicet omnis populus, amen.

*Multiplex promittitur benedictio obſeruantibus legem, & tranſgredientibus maledictio.* XXVIII.

SI autem audieris vocem domini tui,vt facias atque cuſtodias omnia mandata eius, quæ ego præcipio tibi hodie,faciet te dominus deus tuus excelſiorem cunctis gentibus, quæ verſantur in terra.[a] Veniéntque ſuper te vniuerſæ benedictiones iſtæ, & apprehendent te: ſi tamen præcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate,& benedictus in agro. Benedictus fructus vẽtris tui & fructus terræ tuæ, fructúſque iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ ouium tuarum. Benedicta horrea tua,& benedictæ reliquię tuę. Benedictus eris ingrediens & egrediens. Dabit dominus inimicos tuos qui conſurgent aduerſum te, corruentes in conſpectu tuo.[b] Per viam vnam venient contra te, & per ſeptem fugient à facie tua.[1] Emittet dominus benedictionem ſuper cellaria tua,] & ſuper omnia opera manuum tuarum, benedicétque tibi in terra quam acceperis.[2] Suſcitabit] te dominus ſibi in populum ſanctum, ſicut iurauit tibi: ſi cuſtodieris mandata domini dei tui,& ambulaueris in viis eius. Videbúntque omnes terrarũ populi, quòd nomen domini inuocatum ſit ſuper te,& timebunt te. Abundare te faciet dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorum, fructu terræ tuæ quam iurauit dominus patribus tuis vt daret tibi.[d] Aperiet dominus theſaurum[3] ſuum optimum,cœlum:vt tribuat pluuiam terræ tuę in tempore ſuo.[c] Benedicétque cunctis operibus manuum tuárum: &[3] fœnerabis gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies.] Conſtituet te dominus deus tuus in caput,& non in caudam: & eris ſemper[4] ſuprà & non ſubter:] ſi tamen audieris mãdata domini dei tui,quę ego præcipio tibi hodie,& cuſtodieris & feceris, ac non declinaueris ab eis,nec ad dextrã,nec ad ſiniſtram,nec ſecutus fueris deos alienos,neque colueris eos.[†d] Quòd ſi audire nolueris vocem domini dei tui, vt cuſtodias & facias omnia mandata eius, &[5] ceremonias quas] ego præcipio tibi hodie, venient ſuper te omnes maledictiones iſtę, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate,maledictus in agro. Maledictum horreum tuum,& maledictę reliquię tuę. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terrę tuę: armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum. Maledictus eris[6] ingrediens, & maledictus egrediens.] Mittet dominus ſuper te[7] famem & eſuriem, & increpationem ]in omnia opera tua quę tu facies: donec conterat te & perdat velociter, propter[8 c] adinuentiones tuas peſſimas, in quibus] reliquiſti me.[e] Adiungat tibi dominus peſtilentiam, donec cõſumat te de terra ad quã ingredieris poſſidendam. Percutiat te dominus[9] egeſtate,& febri, & frigore, ardore & æſtu, & aëre corrupto ac rubigine,] & perſequatur donec pereas. Sit cœlum quod ſupra te eſt, æneum: & terra quam calcas, ferrea. Det dominus imbrem terrę tuę * puluerem, & de cœlo deſcendat ſuper te cinis,donec conteraris. Tradat te dominus corruentem ante hoſtes tuos, & per vnam viam egrediaris contra eos,& per ſeptem[10] fugias,& diſpergaris per omnia regna terrę. Sítque cadauer tuum in eſcam cunctis volatilibus cœli, & beſtiis terræ, & non ſit qui abigat.[f] Percutiat te dominus vlcere Ægypti, &[11] partem corporis per quam ſtercora egeruntur,] ſcabie quoque & prurigine:ita vt curari nequeas. Percutiat te dominus amentia & cęcitate,ac[12] furore mentis,] & palpes in meridie ſicut palpare ſolet cęcus in tenebris,& non dirigas vias tuas. Omníque tempore calumniam ſuſtineas,& opprimaris violentia,* nec habeas qui liberet te. Vxorem accipias, & alius dormiat cum ea.[g] Domum ædifices, & non habites in ea. Plantes vineam, & non vindemies eam. Bos tuus[13] immoletur] coram te,& non comedas ex eo. Aſinus tuus rapiatur in conſpectu tuo,& non reddatur tibi.[e] Oues tuæ dentur inimicis tuis, & non ſit qui[14] te adiuuet.] Filij tui & filiæ tuę tradantur alteri populo videntibus oculis

4. Nam populus quidem Iſrael obnoxius erat: Nó enim permanſerat in leges,neque quiſquam erat qui legem totã implenerat. At Chriſtus hanc maledictionẽ alterã permutauit, quæ dicit: Maledictus qui pendet in ligno. Chryſo. in cap.3. Epiſt.ad Galat.
7. Implet verba legis huius vt ea faciat.

2. Quid mirum,ſi bona throni ſui dat ſpiritualiter ſibi ſeruiẽtibus, & bona ſcabelli pedum ſuorum dat carnaliter ſibi ſeruientibus: cũ ſpiritus ſuperior ſit,& caro inferior, ſicut ſuperiora ſunt cœleſtia, & inferiora terreſtria? Quanquã illa omnia,id eſt,ager,pratum,fructus ventris,& fructus terræ, & iumentorum,& armentũ boum, & grex ouium, poſſint etiam ſpiritualiter intelligi. Auguſt. contra Adimantum, Manich. diſcip.c.18.
b. Sceleratam enim coniurationem pactionẽſque contra te ſciens diſſipabat Dominus,iuxta illud Pſal. Diſſipa gentes quæ bella volunt. Procopius. ibidem.
1. Mandabit dominus ſuper te benedictionem in promptuariis tuis.
2. Eriget.

c. Dicimus ita eſſe iſta munera dei, vt tamen ſint infima & in comparatione ſalutaris confeſſionis, non ſolum amittenda,ſed vltro etiam proiicienda: carnalibus tamen hæc amantibus,& nondum capientibus promiſſa cœleſtia, ne ab idolis iſta peterent,vtiliter à domino deo eſſe pollicita. Aug.ibid.
3. Mutuo dabis multis gentibus, tu verò mutuum non accipiet.
4. In ſublimi, & non in obſcuro.
d. Sicut cuſtodientibus mandata promiſit benedictionem, ſic negligentibus pronunciat maledictionem. Glo.ord.
5. Statuta quæ,& infrà.
6. In ingreſſu tuo,& maledictus in ingreſſu tuo.
7. Maledictionem, perditionem,perturbationem.
8. Malitiam operum tuorum, & quod.
e. Adinuentiones noſtræ ſunt peccata à nobis inuẽta,ſed bona ſunt à deo,ſecundum quod dicitur Hoſee 13. Perditio tua ex te Iſrael, tantũmodo ex me auxilium tuum. Conſiſtit etiã ſecũdo principaliter mala diſpoſitio domus in languore & infirmitate corporis, quæ poteſt cauſari multis modis. Et quantum ad hoc dicitur: Adiungat tibi dominus, &c. De Lyrã.
9. tumore & febri,ardore,æſtu, & gladio, vredine.
* Arenam,&.
10. Itinerã fugies à facie eorũ.
f. Hæretici & ſchiſmatici elateſcente euangelio in toto orbe erroris cæcitate inuoluti amentiam ſuam exercentes, catholicæ fidei contradicunt. Ideo eccleſiæ calumniam ſuſtinent, & è veritate opprimitur. Glo.ord.ibidem.
11. Infirmitate ani.
12. Stupore cordis.

* Cunctis diebus.

g. Afflictio magna eſt,non reportare fructũ ab illis in quibus homo multum laborauit: ſicut eſt in ædificatione domus,& plãtatione vineæ & ſimilibus. Nicol. De Lyra.
13. Occidatur.
14. Eripiat.

oculis tuis,& deficientibus ad conſpectum eorũ tota die, & non ſit fortitudo in manu tua.[h] Fructus terræ tuæ,& omnes labores tuos comedat populus quem ignoras:& ſis ſemper calumniam ſuſtinens, & oppreſſus cunctis diebus, & ſtupens ad terrorem eorum quę videbunt oculi tui. Percutiat te dominus vlcere peſſimo in genibus &[i] in ſuris,ſanaríque non poſsis à planta pedis vſque ad verticem tuum.[k] Ducétque te dominus, & regem tuum quem conſtitues ſuper te, in gentem quam ignoras tu & patres tui,& ſeruies ibi diis alienis, ligno & lapidi:& eris [15] perditus, in prouerbium ] ac
D fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit dominus.† ¶ Semẽtem multam iacies in terram,& modicum congregabis: quia locuſtæ deuorabunt omnia. Vineam plantabis & fodies,& vinum non bibes,nec colliges ex ea quippiam: quoniam vaſtabitur vermibus. Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, & non vngêris oleo: quia [16] defluent, & deperibunt.] Filios generabis & filias,& nõ fruêris eis:quoniam ducentur in captiuitatem. Omnes arbores tuas & fruges terrę tuę rubigo cõſumet.[m] Aduena qui tecum verſatur in terra, aſcendet ſuper te,[17] eritque ſublimior:] tu autem de-
E ſcendes, & eris inferior.[18] ¶ Ipſe fœnerabit tibi,& tu non fœnerabis ei.] Ipſe erit in caput, & tu eris in caudam. Et venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ,& perſequentes apprehendent te,donec intereas:[n] quia non audiſti vocem domini dei tui,nec ſeruaſti mandata eius,& ceremonias quas præcepit tibi. Et erunt in te ſigna atque prodigia, & in ſemine tuo vſque in ſempiternum: eo quòd non ſeruieris domino deo tuo in gaudio, cordíſque lætitia,propter rerum omnium abundantiam.° Seruies inimico tuo quem emittetur tibi dominus,in fame,& ſiti, & nuditate,& omni penuria: & ponet iugum ferreum ſuper ceruicem tuam,donec te conterat. Adducet dominus ſuper te gentem de longinquo,& de extremis terræ finibus[19] in ſimilitudinem aquilæ volantis cum impetu,]cuius linguam intelligere non poſſis, gentem[20] procaciſsimã,] quæ non deferat ſeni,nec miſereatur paruuli, & deuoret fructum iumentorum tuorum,ac fruges terræ tuæ,donec intereas: & non relinquet tibi triticum, vinum, & oleum,armenta boum, & greges ouium, donec te diſperdat, & [21] conterat] in cunctis vrbibus tuis, & deſtruantur muri tui firmi atque ſublimes,* in quibus habebas fidu-
F ciam in omni terra tua.† ¶ ¶ Obſideberis intra portas tuas in omni terra tua quam dabit tibi dominus deus tuus: & comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum,quas dederit tibi dominus deus tuus, in anguſtia, & [22] vaſtitate] qua opprimet te hoſtis tuus. Homo delicatus in te, & [23] luxurioſus, valde inuidebit fratri ſuo,& vxori quæ cubat in ſinu ſuo,* ne det eis de carnibus filiorũ ſuorum quas comedet: eo quòd nihil aliud habeat in obſidione, & [24] penuria] qua vaſtauerint te inimici tui intra omnes portas tuas. Tenera mulier & delicata, quæ ſupra terram ingredi non valebat, nec pedis veſtigium figere propter mollitiem & teneritudinem nimiã,inuidebit viro ſuo, qui cubat in ſinu eius ſuper filij & filiæ carnibus,[q] & illuuie ſecundinarum quæ egrediuntur de medio feminum eius, & ſuper liberis qui eadem hora nati ſunt. Comedent enim eos clàm propter rerum omnium penuriam, in obſidione & vaſtitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. Niſi cuſtodieris, & feceris omnia verba legis huius,quæ ſcripta ſunt in hoc volumine, & timueris nomen eius glorioſum & terribile, hoc eſt dominum deum tuum, augebit dominus plagas tuas,& plagas ſeminis tui,plagas magnas, & [25] perſeuerantes]infirmitates, peſ-
G hærebunt tibi:[r] ¶ Inſuper & vniuerſos languores, & glagas quę non ſunt ſcriptæ in volumine legis huius, inducet dominus ſuper te, donec te conterat. Et remanebitis pauci numero, qui prius eratis ſicut aſtra cœli præ multitudine: quoniam non audiſti vocem domini dei tui. Et ſicut antè lętatus eſt dominus ſuper vos,bene vobis faciens, vóſque multiplicans: ſic lętabitur diſperdens vos atque ſubuertens, vt auferamini de terra ad quam ingredieris poſſidendam.[s] Diſperget te dominus in omnes populos, à ſummitate terrę vſque ad terminos eius: & ſeruies ibi diis alienis quos & tu ignoras & patres tui, lignis,& lapidibus. In gentibus quoque illis non quieſces,neque

h. Tota ceremoniarum vtilitas ad eccleſiam tranſlata eſt. Hęc abundantia fruitur,Iudęi egeſtate perennt. Vnde per Iſaiam dicitur 65.b. Setui mei comedent,& vos eſurietis Gloſ. ordin.ibid.

i. In tibiis.

k. Hoc implenit dominus in Oſee rege Iſrael. 4. Reg.17. Et in Manaſſe rege Iuda. 4. Reg.21.In Ioachiz 4. Reg.23. In Ioachim 4.Reg.24.Et tandem in Sedechia 4.Reg.25.

15. In ſtuporem,parabolam.

l. Vt per hoc appareat omnibus quod tu es homo maledictus à deo, & derelictus. De Lyra.

16. Tolletur oliua tua.

m. Homines abhorrere ſolent ſubiectionem, & maximè ab inferioribus.inde dicitur, aduena qui tecum verſatur, & præcipuè quantũ ad diuitias. Ideo ſubditur, Ipſe fœnerabit tibi, & quantum ad honores, ideo ſubditur, Ipſe erit in caput. De Lyra.

17. In poteſtatem ſublimem.

18. Ipſe tibi mutuum dabit,& tu illi mutuum non dabis.

n. Prouidit ergo quatenꝰ cultoribus ſuis pręſtaret quietem, ſi mandata ſeruaſſent: & tamè emendaret eos,ſi præceptis nõ obtemperaſſent. Ladan.de iuſtitia li.5.cap.23.

o. Creator omnium per incarnationis ſuæ myſterium Iudęã viſitare dignatus eſt, ſed ipſa non cognouit tempus viſitationis ſuæ, ideo gentibus frequenter in prædam data eſt: Nouiſsimè Romanis tradita, & venerunt ſuper eam omnia genera maledictionum quę in hoc libro legis ſcripta ſunt. Grego.in gloſ.ord.

19. Quæ vt aquila volabit.

20. Imprudentem.

21. Coangustet te.

* Munitiones.

p. Quis autem dignè eloqui poſsit quàm ſit mentis execrabiliter cæcitas, pœnas exhorreſcere meritorum, & merita non cauere pœnarum? At, vt ait Apoſt. Qui coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori,propterea tradidit illos deus in paſsiones ignominiæ,&c. Aug. cõtra aduerſariũ legis & propherarum. cap.24.

22. Obſidione.

23. Tener.

* Et his qui ex filiis eius manſerunt.

24. Anguſtia.

q. Hoc eſt, deuorabunt vrgẽte fame matres filios, quos vinis ampleẽtuntur ,quos & in deliciis habuiſſent, ſed neceſsitas impelleret ad crudelitatem. Auguſtinus Steuchus ibidem.

25. Infallibiles.

r. Hoc creditur impletum in excidio Ieroſolymitano, vt Iudæi qui creatori creaturã prætuliſſent,in exilium mitterentur reddituri. Qui verò deum redemptorem occidiſſent, diſpergerentur in gẽtes,nunquã reuerſuri.

s. Quod factum eſt per Titum & Veſpaſianũ 42.anno à paſſione Chriſti,eo quod peccauerant occidendo eum. De Lyra ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



erit requies vestigio pedis tui. Dabit enim tibi dominus ibi [16] cor pauidum,] & deficientes oculos, & animam consumptam mœrore,[f] & erit vita tua quasi pendens ante te tc. Timebis nocte & die,& non credes[27] vitæ tuæ.] Mane dices:quis mihi det vesperum:& vespere,quis mihi det mane:propter cordis tui formidinem qua terreberis, & propter ea quæ tuis videbis oculis. [t] Reducet te dominus classibus in Ægyptum, per viam de qua dixit tibi, vt eam amplius non videres. Ibi vendêris inimicis tuis in seruos & ancillas,& non erit qui emat.

16. Irrequietum cor.

f. Significans quoniam qui ab initio condidit & fecit eos verbum, & in nouissimis temporibus eos & viuificans ostenditur pendens in ligno,& non credunt ei. Irenæus lib. 4. cap. 23.

27. Te vltra victurum.

t. Cum enim reditio illa in Aegyptum vitij loco vertatur, quomodo auctor ipse fuisset suo igitur marte reuersi sunt, nihil quidē ab ipsis auxiliū contra Assyrios,petitum, nunc vero à Nechaone Picaone, & aliis Aegyptijs regibus captiui abducti. Procopius.

*Fœdus & iuramentum Israelitarum cum domino iuxta dei beneficia, & commiserationes in illos.* XXIX.

[a] Hæc sunt verba fœderis,quod præcepit dominus Moysi, vt feriret cum filiis Israel in terra Moab: præter illud fœdus quod cum eis pepigit in Horeb. Vocauítque Moyses omnem Israel, & dixit ad eos:† Vos vidistis vniuersa quæ fecit dominus coram vobis in terra Ægypti Pharaoni & omnibus seruis eius, vniuersæque terræ illius,[1] tentationes] magnas quas viderunt oculi tui, signa illa portentáque ingentia, & non dedit vobis dominus cor [2] intelligens, & oculos videntes,& aures quæ possint audire] vsque in præsentem diem.†[3] Adduxit vos] quadraginta annis per desertum, nō sunt attrita vestimenta vestra,* nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt.* [b] Panem non comedistis,vinū & siceram nō bibistis,vt sciretis quia ipse est dominus deus vester. Et venistis ad húc locum,† egressúsque est Seon Rex Hesebon, & Og Rex Basan, occurrentes nobis ad pugnam,& percussimus eos, & tulimus terram eorum, ac tradidimus possidendam Ruben,& Gad,& dimidiæ tribui Manassæ.[4] Custodite ergo verba pacti huius,& implete ea:vt intelligatis vniuersa quæ [4] facitis.] [c] Vos statis hodie cuncti coram domino deo vestro,principes vestri,& tribus,ac maiores natu,atque doctores, omnis populus Israel, liberi, & vxores vestræ,& aduenæ qui tecum morantur in castris, [5] exceptis lignorum cæsoribus, & iis qui comportant aquas, vt transeas in fœdere domini dei tui,& in iureiurando quod hodie dominus deus tuus percutit tecum:vt [6] suscitet] te sibi in populum, & ipse sit dominus deus tuus sicut locutus est tibi,& sicut iurauit patribus tuis Abraham,Isaac, & Iacob. Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hæc iuramento confirmo, [7] sed cunctis præsentibus & absentibus.] Vos enim nostis quomodo habitauerimus in terra Ægypti,& quomodo transierimus per medium nationum,quas transeuntes vidistis abominationes & sordes, id est, Idôla eorum,lignum, & lapidem,argentū, & aurū,quæ colebant.[d] [8] Ne forte sit inter vos vir aut mulier,familia aut tribus,cuius cor auersum [8] est] hodie à domino deo vestro, vt vadat & seruiat diis illarū gentium,& sit inter vox radix germinans fel,& [9] amaritudinem] Cúmque audierit verba iuramenti huius,benedicat sibi in corde suo,dicens: pax erit mihi: [10] & ambulabo] in prauitate cordis mei:& [11] assumat ebria sitientem,& dominus non ignoscat] ei:sed tunc quàm maximè furor eius fumet, & zelus contra hominem illum, & sedeant super eum omnia maledicta quæ scripta sunt in hoc volumine: & deleat dominus nomen eius sub cœlo, & consumat eum in perditione ex omnibus tribubus Israel, iuxta maledictiones quæ in libro legis huius ac fœderis continentur. Dicétque sequens generatio & filij * qui nascentur [12] deinceps,] & peregrini qui de longe venerint,videntes plagas terræ illius,& infirmitates quibus eam [13] afflixerit]dominus,sulphure,& [14] solis ardore comburens,] [e] ita vt vltrà non seratur, nec [15] virens quippiam germinet in exemplum] † subuersionis Sodomæ, & Gomorræ, Adamæ, & Seboim,quas subuertit dominus in ira, & in furore suo:& dicent omnes gentes:† Quare sic fecit dominus terræ huic? Quæ est hæc ira furoris eius immensa?Et respondebunt:Quia dereliquerunt pactum domini* quod pepigit cum [16] patribus eorum,] quando eduxit eos de terra Ægypti, & seruierunt diis alienis,& adorauerūt eos quos nesciebant, & [17] quibus non fuerant attributi:] idcirco iratus est furor domini contra terram istam, vt induceret super eam omnia maledicta, quę in hoc volumine scripta

a. Ostendit vnde appellatus sit liber Deuteronomiū quasi secúda lex,vbi magis illius repetitio est, quàm aliquid aliud. Pauca enim sunt ibi, quæ non sunt in eo quod primum datū est:nec tamen appellantur duo testamenta,quāuis ita hæc verba sonare videantur,vtrunque enim vnum est testamentum: quod in ecclesia dicitur vetus. August. q. 89. super Deutero.

1. Plagas siue percussiones.

2. Ad sciendum, oculos ad videndum, & aures ad audiendum.

3. Ego qui dem duxi vos.

* Super vos.

* In pedibus vestris.

b. Hinc apparet Israelitas tantum vini portasse,cum de Aegypto exirent, quod cito consumere possent. Nam si nihil omnino tulissent,vnde dicerent? Sedit populus manducare & bibere, & surrexerūt ludere. Glo. ordin.

4. Facluti estis.

c. Professionis forma quæ fuit sub iuramento vt esset firma. Et primo cum præsentibus,cū dicitur,Vos statis hodie &c. vt profitearnini legem eius obseruare sub pœna maledictionū prædictarum, & præmio benedictionum. De Lyra.

5. A cæsore lignorum vsque ad eum qui haurit aquas vestras.

6. Hodie erigat.

7. Cum omni eo qui est hodie apud nos coram domino deo nostro, & cum eo qui non est hic nobiscum.

d. Numquis est inter vos vir vel mulier aut familia aut tribus, cuius auus declinet à Domino Deo vestro ire seruire diis alienis gentium illarum? Non est æquū in eo radix sursum germinās, in felle & amaritudine,& erit cum audierit verba maledictionis huius, & opinabitur in corde suo, dicens:Sancta mihi fiant &c. Glos. ord. Ibid.

8. Sit.

9. Absinthium.

10. Etiam si ambulauero.

11. Addatur ebrietas sitienti,& dominus nō acquiesceet vt propitietur.

* Vestri.

12. Post vos.

13. Aegrotare fecit.

14. Sole adurentibus vniuersam terram eius.

15. Germinante,nec ascendente in ea herba vlla: sicut in loco.

* Dei patrum suorum.

16. Eius.

17. Qui nihil impertierūt eis.

scripta sunt, & eiecit eos de terra sua in ira & in furore, & in indignatione maxima, proiecitque in terram alienam, sicut hodie comprobatur.[b] Abscondita à domino deo nostro quæ manifesta sunt nobis & filiis nostris vsque in sempiternum, vt faciamus vniuersa legis huius.

b. Quæ nũc respectu dei minime videntur, filiis nostris manifesta fiẽt propter sua scelera.

*Vera pœnitentia deum placat, impœnitentes autem quali pœna mulctat deus.* XXX.

A [†] Vm[a] ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio siue maledictio quam proposui in conspectu tuo: &[1] ductus pœnitudine cordis tui] in vniuersis gentibus, in quas disperserit te dominus deus tuus, & reuersus fueris ad eum, & obedieris eius imperiis, sicut ego hodie præcipio tibi cum filiis tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua:[b] reducet te dominus deus tuus de captiuitate tua, ac miserebitur tui, & rursum congregabit te de cunctis populis in quos te antè dispersit. Si ad cardines cœli fueris dissipatus, inde te retrahet dominus deus tuus,[†] &[c] assumet, atque introducet in terram quam possederunt patres tui, & obtinebis eam: & benedicens tibi maioris numeri te esse faciet, quàm fuerunt
B patres tui.[§] Circuncîdet dominus deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, vt diligas dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere. Omnes autẽ maledictiones has cõuertet super inimicos tuos, & eos qui oderũt te, & persequuntur.[d] Tu autem reuertêris, & audies vocem domini dei tui, faciésque vniuersa mandata, quæ ego præcipio tibi hodie: & abundare te faciet dominus deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, in sobole vteri tui, & in fructu iumentorum tuorum, in vbertate terræ tuæ,[2] & in rerum omnium largitate.] Reuertetur enim dominus, vt gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gauisus est in patribus tuis: si tamen audieris vocẽ domini dei tui, & custodieris præcepta eius &[3] ceremonias] quæ in hac lege conscripta sunt, & reuertaris ad dominum deum tuum in toto corde tuo,
C & in tota anima tua.[§] [c] Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te [*] est, neque procul positum, nec in cœlo situm, vt possis dicere: [†] quis[4] nostrum] valet ad cœlum ascendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus, atque opere compleamus? neque trans mare positum, vt causêris, & dicas: quis è nobis poterit mare transfretare, & illud ad nos vsque deferre, vt possimus audire & facere quod præceptum est? sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. Considera quòd hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum, & econtrario mortem & malum: [*] vt diligas dominum deum tuum, vt ambules in viis eius, & custodias mandata illius, & cerimonias atque iudicia, & viuas, atque multiplicet te, be-
D nedicátque tibi in terra ad quam ingredieris possidendam.[§] Si autem auersum fuerit cor tuum, & audire nolueris,[5] atque errore deceptus adoraueris] deos alienos, & seruieris eis: prædico tibi hodie, quòd pereas, & paruo tempore moréris in terra ad quam Iordane transmisso ingrediëris possidendam.[f †] Testes inuoco hodie cœlum & terram, quòd proposuerim vobis vitam &[6] bonum,] benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semen tuum, & diligas dominum deum tuum: atque obedias voci eius, & illi adhæreas. Ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum, vt habites in terra pro qua iurauit dominus patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret eam illis.

a. Tractat etiam de tempore futuro, quo vtráque experti fuerint benedictionem prius, deinde maledictionem. Tempus enim illud futuræ pœnitudinis intendit describere, vt clarè testantur subiuncta. Caietanus ibidem.
1. Reuerteris ad cor tuum.
b. Huius textus testimonio credunt se Iudæi à futuro Messia reuocandos, qui præ nimia pertinacia & cordis obduratione ad priorem conuerti noluerunt.
c. Si ex his verbis speretur futur⁹ Messias, quis eũ suscipiet? Non Christiani, quibus suus sufficit Christus: nec Mahumetæ, suo contenti Mahumete: nec item Iudæi, qui priorẽ abiecerunt, quo nullus maiora signa fecit, sed nec facere potest, nisi cui ipse dederit.
d. Verè describit Moyses gratiam cõuersionis peccatoris ad deum. Nã vbi actiones ex parte hominis pœnitentis descripsit, ascẽdit ad actiones ex parte Dei conuertentis ad veram hominis pœnitentiam. Huiusmodi enim diuina actio significatur dicendo, Circuncidet Dominus deus tuus cor tuũ. Caietanus ibid.
2. In bonum tuum.
3. Statuta, & infra.
e. Sed quæri potest cur ea superius mandata dixerit, quæ scripta sunt in libro legis huius, nisi quia his omnibus spiritualia significantur ad nouũ testamẽtum pertinẽtia, si bene intelligantur. Itẽ quæri potest, cur ꝙ hic positum est: Neque trans mare positum, vt dicanti Quis transfretabit nobis trans mare, & accipit nobis illudi & Apostolus dixerit Roma. 20. Quis descendet in abyssum? atque id exponens adiunxerit: hoc est, Christũ à mortuis reducere, nisi quia mare appellauit, totam in hoc seculo vitã, quę morte transitur, & quodãmodo mare finitur, & trans mare mors ipsa appellatur: velut trans istam vitã, quæ maris vocabulo significatur. August. q. 53. super Deuter.
* Mirabiliter.
4. Vel pro nobis.
* Nam cũ ego hodie tibi præcipiam.
5. Expelleris, & adorabis.
f. Hoc est, angelos & homines accipiendo. continens pro contento. De Lyra.
6. Mortem.

*Moyses Iosue sibi sufficit in ducem, Deuteronomium legi iubet, & in arca seruari.* XXXI.

A [A]Biit quoque Moyses, & locutus est omnia verba hæc ad vniuersum Israel, & dixit ad eos: [a] Centum viginti annorum sum hodie, non possum vltrà egredi & ingredi, præsertim cum & dominus dixerit mihi, [†] non transibis Iordanem istum. Dominus ergo deus tuus trãsibit antẽ te. Ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo, & [1] possidebis eas: Et Iosue iste transibit ante te, sicut

a. Moysi itaque vita tripartita est: quadraginta enim annis erudītus est in omni sapiẽtia AEgyptiorum, vt ait Ambros. Hexaemeri lib. 6. cap. 2. inde profugus effectus, alienigenæ viri hospitio fruitur: tradita autem sibi pascendi gregis custodia quadraginta annis ita perstitit, vt ait Chrys. de prouidẽtia dei ad Stagirium monachũ. lib. 3. Tandẽ post mille ærumnas laborũ, & quadraginta annorum cõmendatum sibi à domino principatum, prohibitus est à domino terram repromissionis intrare, quam toties ei diuin⁹ fuerat sermo pollicit⁹. Chry. in 1. ca. Matth. homil. 5.
1. Succedes eis in possessione.

Universidad de Deusto
Biblioteca



locutus est dominus. Faciétque dominus eis † sicut fecit Seon & Og Regibus Amorrhæorum,& terræ eorum,[a] delebítque eos.] Cum ergo & hos tradiderit vobis similiter, facietis eis sicut præcepi vobis. † Viriliter agite, & confortamini. Nolite timere, ne paueatis ad conspectum eorum:[b] quia dominus deus tuus ipse est ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te.[c] ℣ Vocauítque Moyses Iosûe,& dixit ei coram omni Israel: † Confortare,& [3] esto robustus.] Tu enim introduces populum istum in terram quam daturum se patribus eorum iurauit dominus, & tu [4] eam diuides sorte.] Et dominus qui ductor est vester, ipse erit tecum, non dimittet, nec derelinquet te. Noli timere, nec paueas. Scripsit itaque Moyses legem hanc, & tradidit eam sacerdotibus filiis Leui, qui portabant arcam fœderis domini, & cunctis senioribus Israel. ℣ Præcepítque eis dicés: Post septem annos remissionis, in solennitate tabernaculorũ, conuenientibus cunctis ex Israel, vt appareant in conspectu domini dei tui in loco quem elegerit dominus, leges verba legis huius coram omni Israel, audientibus eis,& in vnum omni populo congregato, tam viris quàm mulieribus, paruulis, & aduenis, qui sunt intra portas tuas: vt audientes discant,& timeant dominũ deum vestrum,& custodiant, impleántque omnes sermones legis huius.[d] Filij quoque eorum qui nunc ignorant:[5] vt audire possint, & timeant] dominum deum suum cunctis diebus, quibus [6] versantur in terra,] ad quam vos Iordane transmissõ pergitis obtinendam. ℣ Et dixit dominus ad Moysen: Ecce propè sunt dies mortis tuæ.[e] Voca Iosue,& state in tabernaculo testimonij, vt præcipiam ei. Abierunt ergo Moyses & Iosûe, & steterunt in tabernaculo testimonij: apparuítque dominus ibi in columna nubis, quæ stetit [7] in introitu] tabernaculi: dixítque dominus ad Moysen: Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste consurgens[f] fornicabitur post deos alienos in terra, ad quam ingredietur vt habitet in ea: ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus quod pepigi cum eo. Et irascetur furor meus contra eum in die illo, & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo, & erit in deuorationem. Inuenient eum omnia mala & afflictiones, ita vt dicat in illa die: Verè, quia non est deus mecum, inuenerunt me hæc mala. ℣ Ego autem abscondam, & celabo faciem meam in die illo propter omnia mala quæ fecit, quia secutus est deos alienos. Nunc itaque scribite vobis canticum istud,& docete filios Israel, [8] vt memoriter teneant, & ore decántent,& sit mihi carmen istud pro testimonio inter] filios Israel. Introducam enim eum in terram pro qua iuraui patribus eius, lacte & melle manantem. Cúmque comederint, & saturati crassíque fuerint, auertẽtur ad deos alienos, & seruient eis,[9] detrahéntque mihi,] & irritum facient pactum meum. Postquam inuenerint eum mala multa & afflictiones, respondebit ei canticum istud pro testimonio, quod nulla delebit obliuio ex ore seminis tui. ℣ Scio enim cogitationes eius, quæ facturus sit hodie, antequam introducam eum in terram quam [10] ei pollicitus sum.[g]] Scripsit quoque Moyses canticum, * & docuit filios Israel. Præcepítque dominus Iosûe filio Nun, & ait: Confortare, & esto robustus. Tu enim introduces filios Israel in terram quam pollicitus sum, & ego ero tecum.[h] Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine atque compleuit, præcepit Leuitis qui portabant arcam fœderis domini, dicens: Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis domini dei vestri, vt sit ibi contra te in testimonium. Ego enim scio [11] contentionem] tuam, & ceruicem tuam durissimam. ℣ Adhuc viuente me,[12] & ingrediente] vobiscum, semper [13] contentiosè egistis contra dominum,] quanto magis cum mortuus fuero? Congregate ad me omnes [14] maiores natu per tribus vestras, atque doctores,] & loquar audientibus eis sermones istos, & * inuocabo contra eos cœlum & terram.[i] Noui enim quòd post mortem meam [15] iniquè agetis, & declinabitis citò de via] quam præcepi vobis, & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu domini, vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. Locutus est ergo Moyses audiente vniuerso cœtu Israel verba [16] carminis huius] & ad finem vsque compleuit.

a. Quos exterminauit.

b. Licet instituam te mihi successorem & populi ducem, Dominus tamen est dux principalis. De Lyra.

c. Verba Moysi ad Iosue significant, quòd Christus terram viuentium singulis secundum propria distribuit merita, & omnia promissa dei impleat. Ipse enim introducit populũ in terram promissam. Eo namque duce cœlestẽ ingredimur patriã, qui ait: Nemo venit ad patrem nisi per me: & nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo: qui enim vnitur ei, per ipsum ascendit. Glo. Ordina.

3. Viriliter age.

4. Diuides ei in hereditatem.

d. Ista enim obligatio se extẽdit ad futuros, sicut ad præsentes. De Lyra.

5. Audiant & discant timere.

6. Viuetis super terram.

e. Hic cõsequenter describitur ducis instituti confirmatio, & hæc per Dominũ, qui est simpliciter superior, & primo describitur ipsa confirmatio, deinde legis obseruatio. De Lyr.

7. Super ostium.

f. Inuenimus in locis plurimis prophetarũ idololatriam fornicationem appellatam. Fornicabantur, inquit, Hose. 4. post idola sua, & spiritu fornicationis seducti sunt. Hieronym. in cap. 5. ad Ephesios, inde super 4. ca. Hose. idem Hiero. fornicatus fuerat, inquit, Israel à domino deo suo, & spiritu fornicationis seductus, & sequitur: Et quia cum idolis fuerãt fornicati, tali feriuntur sententia. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorũ, &c. vt ad Ro. 1. Hæc ille ibid.

8. Atque pone ipsum in ore ipsorum, vt sit mihi canticum istud in testimonium contra.

9. Et blasphemabunt me.

10. Iurauí. & infra.

g. Digito quasi hic mõstratur, quod futurum erat, quemadmodum in euangelio, Quicũque soluerit vnum ex mãdatis hit. Canticum autem, est theologia quæ veris & rectis dogmatis est fundata. Procop. ibi.

* Istud in die illa.

h. Facta recapitulatione tradidit Moyses Deuteronomium Leuitis, vt reponerent illud in arcã fœderis domini: vt septimo quoque anno remissionis legeretur vniuersis vtriusque sexus audiẽtibus in diebus scenophegiæ à summo sacerdote in edito, vt ait Iosephus lib. 4. ca. 6. Antiquit. Iudai.

11. Rebellionem.

12. Hodie.

13. Rebelles domino fuistis.

14. Seniores tribuũ vestrarum, atque præfectos vestror.

* In testes.

i. Hoc autem nouit Moyses per spiritũ prophetæ, & angelica reuelatione. De Lyra ibid.

15. Corrumpendo corrumpetis viam domini.

16. Cantici.

*Cantico Moysi finito iubetur Moyses Abarim conscendere montem, & terram contemplari.* XXXII.

A AVdite [a] cœli [1] quæ loquor,] audiat terra verba oris mei. [2] Concrescat in pluuiam] doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum. Quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina, quia nomen domini inuocabo. Date magnificentiam deo nostro: dei * perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia. † Deus [3] fidelis, & absque vlla iniquitate,] iustus, & rectus. Peccauerunt ei non filij eius [4] in sordibus.] [b] Generatio praua atque peruersa, hæccine reddis domino populе stulte & insipiens? Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? † Memento dierum [5] antiquorum,] cogita generationes singulas. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicēt tibi. Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios [6] Adam,] constituit terminos populorum iuxta numerum filiorū Israel. † Pars autem domini populus eius: Iacob funiculus hæ-
B reditatis eius. ‡ Inuenit eum in terra deserta, in [7] loco horroris, & vastæ solitudinis.] Circunduxit eum & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui. Sicut aquila [8] prouocans ad volandum pullos suos, & super eos] volitans, expandit alas suas & [9] assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.] Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo deus alienus. [10] Constituit eum super excelsam terram,] vt comederet fructus agrorum. [11] Vt sugeret mel de petra, oleúmque] de saxo durissimo. [12] Butyrum de armento, & lac de ouibus,] cum adipe agnorum, & arietum [13] filiorum Basan. Et hircos] cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberent meracissimum. Incrassa-
C tus [14] est dilectus, & recalcitrauit,] incrassatus, impinguatus, [15] dilatatus.] ‡ Dereliquit deum factorem suum, [16] & recessit à deo salutari suo.] Prouocauerunt eum * in diis alienis, & in abominationibus ad iracūndiam concitauerunt. Immolauerunt dæmoniis & non deo, diis quos ignorabant. [c] Noui, [17] recentésque] venerunt, quos non [18] coluerunt] patres eorum. Deum qui te genuit, [19] dereliquisti,] & oblitus es domini creatoris tui. Vidit dominus, & ad iracundiam concitatus est, quia prouocauerunt eum filij sui & filiæ. Et ait: abscondam faciem meam ab eis, & considerabo [20] nouissima eorum.] Generatio enim peruersa est, & infideles filij. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat deus, & irritauerunt in vanitatibus suis. † Et ego prouocabo eos in eo [d] qui
D non est populus, & in gente stulta irritabo illos. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad [21] inferni nouissima.] ‡ Deuorabítque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet. Congregabo super eos mala, & [22] sagittas meas complebo in eis.] Consumentur fame, & [23] deuorabunt eos aues morsu amarissimo.] Dentes bestiarum immittā in eos, cum furore [24] trahentium super terram, atque serpentium.] Foris vastabit eos gladius, & [25] intus pauor,] iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene. Et dixi: [26] Vbi nam sunt? Cessare] faciam ex hominibus memoriam eorum. [27] Sed propter iram inimicorum distuli, ne fortè superbirent hostes eorum. Et dicerent: manus nostra excelsa, & non dominus fecit hæc omnia. Gens [28] absque consilio est,] & sine prudentia: † vtinam saperent, & intelligerent, [29] ac nouissima prouiderent.] ‡ Quomodo persequebatur vnus mille, & duo
E fugarent decem milia? Nónne ideo quia deus suus vendidit eos, & dominus conclusit illos? Non enim est deus noster vt dij eorum, [e] & inimici nostri sunt iudices. De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de [30] suburbanis] Gomorræ. Vua eorum, vua [31] fellis,] & botri amarissimi. [32] Fel] draconum vinum eorum, & venenum aspidum [33] insanabile.] Nónne hæc cóndita sunt apud me, & signata in thesauris meis? † Mea est vltio, & [34] ego retribuam eis] in tempore, vt labatur] pes eorum. [35] Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora.] Iudicabit * dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur. [36] Videbit quòd infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, residuíque consumpti sunt. Et dicent:] † Vbi sunt dij eorum, in quibus ha-
F bebant fiduciam? ‡ De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum

1. Quia elemēta perpetua sunt, & ipse sit moriturus, elementa protestatur futura in testimonium. Chryso.
1. Et loquar.
2. Effundetur sicut pluuia.

* Fortissimi.

3. Est veritas absque vlla iniquitate.
4. Maculis suis.
b. O generatio obliqua & peruersa, tūne, inquit, pro tantis beneficiis à deo acceptis, ingratitudinem hanc & mandatorū contemptum Domino retribuis? Euthymius. ibid.
5. Præteriti seculi.
6. Hominum.

7. Vastitate, & deserto, vbi est vlulatus sub. ferarum.
8. Excitauit nidum suum, & super pullos suos.
9. Tollit eos, & portat eos in alis suis.

10. Equitare fecit eum super altitudinem montium.
11. Cibauit eum melle de petra, atque oleo.
12. Butyro boum & lacte ouiū.
13. Pinguium & hircorum.

14. Autem qui rectus esse debebat, recalcitrauit.
15. Obductus adipe.
16. Et contempsit deum salutis suæ.

* Ad æmulationem.

c. Impium autem propositum à deo est alienum. Quibus qui adhærent, viræque fontem deseruerūt, ad iussum sui supplicium deum commouerūt, vbi de humano more, de ira dei dictum est. Nam permutarunt ipsum cū diis heri aut pridie fabri factis, quos non agnouit Abraham, nec maiores ipsius. Procopius ibid.
17. E vicino.
18. Timuerunt.
19. Oblitus es.
20. Quis finis eorum.
d. Priuatis populi vilitatem signat in hoc quod dicit, in eo qui non est populus. Nō enim populus putabatur esse ob vilitatem nimiam, & stultitiam. Sed mutatio hæc fide facta est, vt nostra gens multò dignior appareat, quàm illa olim fuerit. Chrysost.
21. Interiora inferni.
22. Sagittis meis perdam eos, hoc est, exhauriam pharetram meam sagittis in eos.
23. Exurentur ardore, atque exterminio amaro.
24. Serpentium in puluere.
25. In penetralibus terror.
26. Disperdam eos, & cessare.
27. Nisi iram inimicorum vererer: ne fortè sibi attribuerent sub. victoriam.
28. Cuius consilia pereunt.
29. In hoc, vt intelligerent nouissimum suum.
e. Hebræorum hostes asserebāt deos suos non esse pares deo Israel.
30. Aruis.
31. Veneni.
32. Venenum.
33. Crudele.
34. Retributio tempore opportuno labetur.
35. Proxima est dies perditionis eorū, & festinant quæ ventura sunt eis.

* Enim.

36. Cum viderit potentiam eorum defecisse, & absconditos ad nihilū redactos, & qui fuerant subleuati, consumptos, dicet.

libaminum. Surgant, & opitulentur vobis, & [37] in necessitate vos protegant,] † Videte * quòd ego [38] sim solus,] & non sit alius deus præter me. Ego occîdam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo, † & non est qui de manu mea possit eruere. Leuabo ad cœlum manum meam, & dicam: viuo ego in æternum. [39] c Si acuero vt fulgur gladium meum,] & arripuerit iudicium manus mea: Reddam vltionem hostibus meis, & iis qui oderunt me, retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. [40] De cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis.] † Laudate gentes populum eius, quia sanguinem seruorum suorum vleiscetur. Et vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terræ populi sui. Venit ergo Moyses, & locutus êst omnia verba cantici huius in auribus populi, ipse & Iosue filius Nun. [44] Compleuítque omnes sermones istos, loquens ad vniuersum Israel, & dixit ad eos: Ponite corda vestra in omnia verba ⊢ mea,] quæ ego testificor vobis hodie: vt mandetis ea filiis vestris custodire, & facere, ⊢ & implere] vniuersa quæ scripta sunt in volumine legis huius: quia non incassum præcepta sunt vobis, [41] sed vt singuli in eis viuerent:] quæ facientes longo tempore perseueretis in terra ad quam Iordane transmisso ingredimini possidendam. Locutúsque est dominus ad Moysen in eadem die, dicens: [f] Ascende in montem istum Abarim, ⊢ id est transitum,] in montem Nebo, qui est in terra Moab contra Iericho: & vide terram Chánaan, quam ego tradam filiis Israel obtinendam, & morêre in monte. Quem conscendens iungêris populis tuis, † sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis, † quia præuaricati estis contra me in medio filiorum Israel ad aquas [42] contradictionis] in Cades deserti Zin: & non sanctificastis me inter filios Israel. [43] Econtra] videbis terram, & non ingredieris in eam quam ego dabo filiis Israel.

37. Sint vobis in latibulum.

*. Nunc.
38. Sum deus.

39. Si acuero aciẽ gladij mei.
c. Ex hoc loco propheta rursum de extremis loquitur malis, quæ Iudæi à Romanis passi sunt, Acuam inquit gladium meum, & lucebit vt fulgur, atque ex solo aspectu timorẽ incutiet. Gladium autem suũ & sagittas suas Deus Romanorũ gladios vocat, eo quòd sua sententia in Iudæos immitterentur. Per iudiciũ autem, vltionẽ intelligit: per manũ autẽ, Dei potentiã illam quam Deus habet in puniendo. Euthymius.
40. Propter sanguinem occisorum, & captiuitatem à capite vltionis in hostes captiuos, vel à principio vltionum inimici.

41. Quoniam ipsum est vita vestra.
f. Quid in causa est, cur Moyses terram promissionis toties sibi pollicitam non intrauerit? Nequaquã vtilis in illã terram sancti Moysi fuisset ingressus: & qui omnino plurimos Iudæorum in maximam erroris ruinã supplantare potuisset. Si enim, quia per illum fuerãt de sola Ægypto liberati, relicto deo tantummodo Moysen requirebant, ipsum esse prorsus cuncta illa beneficia crederẽt: hunc si introductorem in terrã repromissionis habuissent, in quæ non illi impietatis præruptæ cecidissent? Chrysost. in 1. cap. Matth. ho. 5.
42. Contentionis.
43. Ex aduerso itaque.

## *Benedixit Moyses morituru duodecim tribubus Israel.* XXXIII.

HÆc est benedictio qua benedixit Moyses homo dei filios Israel ante mortem suam: Et ait: [a] Dominus de Sina venit, & de Seir ortus est nobis. Apparuit de monte Pharan, & [1] cum eo sanctorum milia.] In dextra eius ignea lex, * dilexit populos. Omnes sancti in manu illius sunt, † & [2] qui appropinquant pedibus eius,] accipient de doctrina illius. Legem præcepit nobis Moyses, hæreditatem multitudinis Iacob. Erit apud rectissimum rex, congregatis Principibus populi cum tribubus Israel. Viuat Ruben, & non moriatur, & [3] sit paruus] in numero. Hæc est Iudæ benedictio. Audi domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum. Manus eius pugnabunt pro eo, [4] & adiutor illius contra aduersarios eius erit.] Leui quoque ait: Perfectio tua, & doctrina tua, [5] à viro sancto tuo] quem probasti in tentatione, & [6] iudicasti ad aquas contradictionis.] † [b] Qui dixit patri suo, & matri suæ: nescio vos: & fratribus suis, ignoro illos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, [7] iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israel.] Ponent thymiama [8] in furore tuo,] & holocausta super altare tuum. Benedic domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius, & qui oderunt eum, non consugant. Et Beniamin ait: Amantissimus domini habitabit confidenter [9] in eo, quasi in thalamo tota die morabitur,] & inter humeros illius requiescet. Ioseph quoque ait: [10] De benedictione domini terra eius, de pomis cœli, & rore,] atque abysso subiacente. [11] De pomis fructuum solis ac lunæ, de vertice antiquorum montium, de pomis] collium æternorum, & de frugibus terræ & de plenitudine eius. [g] Benedictio illius † qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazaræi inter fratres suos. [12] Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius,] cornua Rhinocerôtis cornua illius. In ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ. Hæ sunt [13] multitudines] Ephráim, & hæc milia Manassæ. Et Zabûlon ait: Lætare Zabûlon in exitu tuo, & Isachar in tabernaculis tuis, populos vocabunt ad montem, ibi immolabunt

a. Non negligenter prætereunda est ista propheta. Apparet quippe ista benedictio ad nouum populum pertinere, quẽ Dominus Christus sanctificauit. Ex cuius persona ista dicũtur à Moyse, non ex persona ipsius Moysi, quod in consequẽtibus euidenter apparet. Aug. super Deuter. lib. 3. cap. 56.
1. Venit cum decem millibus sanctorum.
*. Pro eis.
2. Ipsi percussi sunt post pedes tuos, &c.
3. Sit certus populus eius.
4. Si tu adiutor illi fuerit contra hostes suos.
5. Apud te erunt, & apud quẽcunque qui pius in te erit, &c.
6. Contendisti cum eo ad aquas contentionis.
b. Debemus & tẽporaliter his, cum quibus vicinius cõiungimur, plus prodesse. Debemus copulam terrenæ cognationis agnoscere, sed si cursum mẽtis præpedit ignorare, vt affectus mẽtis viscere repleat, sed à spirituali proposito non auertat: hoc bene vaccæ innuunt, quæ sub area Domini, ad montana tendẽtes, affectu & rigido sensu gradiuntur, pro vitulis pergentes mugiebant, sed accepto itinere gressus nõ deflectebãt. Glos. Ordina. ibidem.
7. Docebunt ipsum Iacob iudicia tua, & Israelem legẽ tuã.
8. In naribus tuis.
9. Super eum, tegẽtque eũ dominus tota die.
10. Benedicta est à domino terra ei⁹, propter fructus cœlestes ex rore.
11. De deliciis fructuum solis, atque de deliciis fructuũ mensium lunæ, propter primitias montiũ præcipuorũ, & propter fructus.
12. Primogenitus bouis eius decorem habet, &c.
13. Decem mille.

victimas iuſtitiæ.[14] Qui inundationem maris quaſi lac ſugent,] & theſauros abſconditos[15] arenarum.] Et Gad ait:Benedictus[16] in latitudine] Gad. Quaſi leo requieuit, [c] cepitque brachiũ & verticem, & vidit[17] principatum ſuum,] quòd in parte ſua doctor eſſet repoſitus:qui fuit cum principibus populi, & fecit iuſtitias domini, & iudicium ſuum cum Iſrael.Dan quoque ait:Dan catulus leonis,[18] fluet largiter]de Baſan.

B [§] Et Neptali dixit: Neptalim[19] abundantia perfruetur,] & plenus erit benedictionibus domini: Mare & meridiẽ poſſidebit. Aſſer quoque ait: Benedictus in filiis Aſſer: Sit placens fratribus ſuis:& intingat in oleo pedem ſuũ. Ferrum & æs calceamentum eius.Sicut dies iuuentutis tuæ,ita & ſenectus tua. Non eſt alius vt deus[20] rectiſſimus. Aſcenſor cœli,auxiliator tuus.] Magnificentia eius[21] diſcurrunt nubes,habitaculum eius ſurſum,] & ſubter brachia eius ſempiterna. eiiciet à facie tua inimicũ, dicétque, conterere.[d] † Habitabit Iſrael confidenter,& ſolus.Oculus Iacob in terra frumenti, & vini,cœlíque[22] caligabunt rore,] Beatus tu Iſrael.Quis ſimilis tui populе,qui ſaluaris in domino?Scutum auxilij tui,& gladius gloriæ tuæ.[23] Negabunt te]inimici tui, & tu eorum[24] colla] calcabis.

14. Quoniam affluentiam ſugent aquarum maritimarum.
15. In arena.
16. Qui dilatat.
c. Per brachiũ intelligitur fortis aduerſarius per verticẽ tuitmq; vel aciei capitaneus & neutri poterãt impetum Gadditarum ſuſtinere: & propter hoc fuerunt poſiti in fronte exercitus filiorum Iſrael pugnando cõtra Chananæos. De Lyra ibi.
17. Principium pro ſe.
18. Saltabit.
19. Diuina ſatur voluntate.
20. Iſrael equitãs cœlos in auxilium tuum.
21. In excelſis,& habitaculum eius æternum.
d. Similia Dauid quoque dicit pſal. 77. Eiecit à facie eorũ gẽtes, & ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Iſrael. Proco ibi.
22. Stillabunt rorem.
23. Attenuati ſunt.
24. Sublimia,vel excelſa.

*Mortuus Moyſes ac ſepultus à deo occultè fletur à populo, illíque Ioſue ſubſtituitur.* XXXIIII.

A † [a] Scendit ergo Moyſes de campeſtribus Moab ſuper montem Nebo, in verticem[1] Phaſga] contra Iericho, oſtẽdítque ei dominus omnem terram Galaad vſque Dan,& vniuerſum Neptalim, terrámque Ephráim, & Manaſſæ,& omnem terram Iuda vſque ad mare nouiſſimũ, & auſtralem par-

B tem, & latitudinem campi Iericho ciuitatis palmarum vſque Segor.[§] Dixítque dominus ad eum: † Hæc eſt terra pro qua iuraui Abraham,Iſaac,& Iacob,dicens:Semini tuo dabo eam. Vidiſti eam oculis tuis, & non tranſibis ad illam. Mortuúſque eſt ibi Moyſes ſeruus domini in terra Moab[2] iubente domino,] & ſepeliuit eum [b] in valle terræ Moab contra[3] Phogor,] & [c] non cognouit homo ſepulchrum eius vſque in

c præſentem diem.[§] Moyſes centum & viginti annorum erat quando mortuus eſt. Non caligauit oculus eius nec [4] dentes illius moti ſunt.] † Fleuerúntque eum filij Iſrael in campeſtribus Moab triginta diebus: & completi ſunt dies planctus lugentium Moyſen. Ioſuè verò filius Nun repletus eſt ſpiritu ſapientiæ, quia Moyſes poſuit ſuper eum manus ſuas. Et obedierunt ei filii Iſrael: fecerúntque ſicut præcepit

D dominus Moyſi.[§] Et non ſurrexit Propheta vltra in Iſrael ſicut Moyſes quem noſſet dominus facie ad faciem in omnibus ſignis atque portentis,[5] quæ per eum miſit,] vt faceret in terra Ægypti Pharaoni,& omnibus ſeruis eius,vniuerſæque terræ illius: & cunctam manum robuſtam, magnáque mirabilia quæ fecit Moyſes coram vniuerſo Iſrael.

2. Moyſes pòſt conſtituto pro ſe in ducatu populi Ieſu filio Nun ex tribu Ephraim, imperio diuino montem Abarim tranſiuit in montem Nebo ſolus aſcendit, vbi centeſimo & viceſimo ætatis ſuæ anno nec motis dentibus, nec cãligantibus oculis integro corpore totius humani generis commune debitum ſoluit.
1. Collis.
★ Iudæ.
2. Iuxta verbum domini.
b. Manibus angelorum.
3. Beth Phegor, vel domum Phegor.
c. Duabus enim de cauſis (vt ſapientes aiunt) mortis eius & ſepulchri nemo conſcius erat quatenus illam facié quæ conſortio ſermonis domini tutilauerat mortis mœrore repreſſam,nullus videret. Et ne ſepulchrũ eius populus Iſrael ſi cognouiſſet vbi eſſet, adoraret. Auguſt. de mirabilibus ſacræ ſcrip. libr. cap. vltimo.
4. Fugit vitor eius.
Potrò de Moyſi corpore hoc eſt iudicium. Dicunt Michael archangelus miniſteriũ præſtitiſſe in ſepeliẽdo Moyſen.id nõ ferebat diabolus, ſed accuſationé adferebat propter cædẽ AEgyptij, quaſi Moyſes ipſius eſſet: & propterea non permittebat vt ille honorificã conſequeretur ſepulturam. Inde ſcribitur in Epiſtola Iudæ: eũ Michael archãgelus cum diabolo diſputãs altercaretur de Moyſi corpore,nõ eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit: imperet tibi dominus. Oecumenius ſuper illo loco Epiſtolæ Iudæ.
5. Propter quæ miſit eum dominus.
1. Mittamus.

## INCIPIT PROLOGVS BEATI HIERONŸMI presbyteri in librum Ioſuè,Iudicum,& Ruth.

*TAndem ſinito Pentateucho Moyſi, velut grandi fœnore libertati ad Ieſum filium Naue manum[1] mittimus,] quem Hebræi Ioſue Ben Nun, id eſt Ioſue filium Nun vocant: & ad Iudicum librum, quem Sophtim appellant: ad Ruth quoque & Eſter, quos iiſdem nominibus efferunt. Monemúſque lectorem, vt ſyluam Hebraicorum nominum, & diſtinctiones per membra diuiſas, diligens ſcriptor conſeruet:ne & noſter labor, & illius ſtudium pereat. Et vt in primis (quod ſæpe teſtatus ſum) ſciat me non in reprehenſionem veterum noua cudere, ſicut amici mei criminantur: ſed pro virili portione, offerre linguæ meæ hominibus, quos tamen noſtra delectant: vt pro Græcorum hexaplis, quæ & ſumptu, & labore maximo indigent, editionem noſtram habeant. Et ſicubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint, hæc illis conferentes, inueniant quod requirunt. Maximè cum apud Latinos tot ſint exemplaria, quot codices: & vnuſquiſque pro arbitrio ſuo vel addiderit vel ſubtraxerit, quod ei viſum eſt:*

Universidad de Deusto Biblioteca

*& vtique non posit verum esse, quod disponat. Vnde cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpius, & sanctũ opus venenata carpere lingua [– desistat:] vel suscipiens, si placet, vel contemnens, si displicet: memineritque illorum versum, Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalũ: hæc feciſti, & tacui. Existimasti iniquè quòd ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam. Quæ enim audientis vel legentis vtilitas est nos laborãdo sudare, & alios detrahendo laborare? dolere Iudæos quòd calumniandi eis, & irridendi Christianos sit ablata occasio: & Ecclesiæ homines id despicere, imò lacerare vnde aduersarij torqueantur? Quòd si vetus eis tantum interpretatio placet, quæ & mihi non displicet, nihil extra recipiendum putant: cur ea quæ sub asteriscis & obelis vel addita sunt vel amputata legunt, & negligunt? Quare Danielẽ iuxta Theodotionis translationem] Ecclesiæ susceperunt? Cur Origenem mirantur, & Eusebium Pamphili: cunctas æditiones similiter differentes? Aut quæ fuit stultitia, postquã vera dixerint, proferre quæ falsa sunt? Vnde autem in nouo testamento probare poterunt assumpta testimonia, quæ in libris veteribus non habentur? Hæc dicimus, ne omnino calumniantibus tacere videamur. Cæterum post sanctæ Paulæ dormitionem, cuius vita virtutis exemplum est & hos libros quos Eustochio virgini Christi negare non potui, decreuimus dum spiritus hos regit artus, Prophetarũ explanationi incumbere, & omissũ iam diu opus, quasi quodam postlimnio repetere: præsertim cum & admirabilis, sanctúsque vir Pãmachius hoc idem literis flagitet: & nos ad patriã festinantes, mortiferos Syrenarũ cantus surda debeamus aure transire*

2. Traditionem.

# Incipit liber Iosue, Hebraice יְהוֹשֻׁעַ

Iehosuha

*Terram promissam iussus à domino Iehosuha expugnare, tribus Ruben, Gaad, & dimidiam Manassæ ad reducendos fratres hortatur.* I.

[a] T factum est post mortem Moysi serui domini, vt loque- A
retur dominus ad Iosue filium Nun ministrum Moysi, &
diceret ei: Moyses seruus meus mortuus est.* Surge & tran-
si Iordanem istum, tu & omnis populus tecum, in terram
quam dabo filiis Israel. † Omnem locum quem calcauerit
vestigiũ pedis vestri, vobis tradam, sicut locutus sum Moy-
si. A deserto & Libano vsque ad fluuium magnum Euphra
tem, omnis terra Hethæorum vsque ad mare magnum
contra solis occasum erit terminus vester. [1] Nullus poterit
vobis resistere ] cunctis diebus vitæ tuæ. § Sicut fui cum
Moyse, ita ero & tecum: † non dimittam, nec derelinquam te. † Confortare, &
esto robustus. Tu enim [2] sorte ] diuides populo huic terram, pro qua iuraui pa-
tribus tuis vt traderem eam illis. Confortare igitur, & esto robustus [3] valde: ] vt cu-
stodias, & facias omnem legem quam præcepit tibi Moyses seruus meus. † Ne de-
clines ab ea ad dextram vel ad sinistram, vt [4] intelligas ] cuncta quæ agis. Non rece-
dat volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt cu-
stodias, & facias omnia, quæ scripta sunt in eo. Tunc [5] diriges ] Viam tuam, & [6] in-
telliges eam. ] Ecce præcipio tibi: confortare, & esto robustus. § Noli metuere, & no- c
li timere: quoniam [7] tecum est ] dominus deus tuus in omnibus, ad quæcunque per-
rexeris. Præcepítque Iosue principibus populi, dicens: Transite per medium castro-
rum, & imperate populo, & dicite: Præparate vobis [b] cibaria: quoniam post diem
tertiam transibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendam terram quam dominus
deus noster daturus est nobis.* Rubenitis quoque, & Gadditis, & dimidiæ tribui Ma-
nassæ, ait: [c] † Mementote sermonis quem præcepit vobis Moyses famulus domini,
dicens:

a Mouet nonnullos dubiũ cur dominus tot populos bonæ fidei possessores deleuerit: vt Iudæos introduceret. Respõdet Aug. serm. 105. de temper. Quãdo fil. Noe diuiderent terram Palestina forte contigit Sem, cuius successores sunt Iudæi. Nec igitur immerito eos expellunt, sicut illi patres suos expulerant. Cúmque dominus Sodomam & Gomorrhã subuerteret, dixisse fertur. Nondũ impletę sunt iniquitates Amorrhæorum. Ideo exspectabat vt aut conuerterentur, & agerent pœnitentiam, aut certè si conuerti nollẽt, crimina criminibus cumulantes, & peccandi mensuram implentes iustissimam dei sententiam sustinerent. Quia ergo eos dupliciter inuenit reos diuina censura, pro eo quod & terras alienas inuaserant, & postea scelera & crimina inaudita commiserãt, iusto iudicio puniuntur, & Israelitico populo, antiquorum patrum possessio reformatur. Aug. vbi supra.

*Nunc itaque.

1. Nemo se constituet aduersarium tuum.
2. In hæreditatem.
3. Quoad potes.
4. Prudenterages.
5. Prosperam reddet.
6. Tunc prudenter ages.
7. Tecum sum ego.

b. Omnes cibos præter panem, quoniam manna adhuc illis pluebat, vsque dumtransierunt Iordanem.

*Vt illam possideatis.

c. Tota Iudæa terra tribusque descriptio futuræ, ecclesiæ in cœlis typus est. Legamus Iesu Naue, legamus Ezechielis extremas partes & videbimus quicquid in altero quasi per historiam in terra distributum, in altero in cœlis repromitti, & sequitur. Quare duæ & semis tribus trãs Iordanem habitãt vbi plurima sunt iumenta, & nouẽ & semis reliquæ, vel expellũt pristinos habitatores de sedibus suis, vel cum ipsis habitant. Hieron. aduersus Iouinianum lib. 2.

dicens: Dominus deus vester dedit vobis requiem,& [8] omnem terram.] [d] Vxores vestræ, & filij, ac iumenta manebunt in terra quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem. [d] Vos autem trãsite armati ante fratres vestros omnes fortes manu,& [9] pugnate pro eis,] donec det requiẽ dominus fratribus vestris, sicut & vobis dedit,& possideãt ipsi quoque terram quam dominus deus vester daturus est eis: & sic reuertimini in terram possessionis vestræ,& habitabitis in ea quam vobis dedit Moyses famulus domini trans Iordanem contra solis ortum. Respondérúntque ad Iosûe, atque dixerũt: [†] Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus,& quocunque miseris, ibimus. Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi: tantum sit dominus deus tecum, sicut fuit cum Moyse. Qui cõtradixerit ori tuo,& non obedierit cunctis sermonibus quos præceperis ei, moriatur. Tu tantùm confortare,& viriliter age.

8 Terram istam.
d Mulieres & infantes accipiũt quietẽ, cæteri non requiescunt, sed exeũt ad auxilium fratrũ. Nobis errantibus in hac vita contra dæmones, veniunt in auxilium qui ante aduentũ Christi in lege Iustificati fũt; vt infant Ieremias & alij prophetæ, quorum lectione armamur, & illuminamur. Hi sunt viri fortes armati, & præcincti lũbos, in veritate exeũt ad auxilium nostrum,& pugnãt nobiscum. Infantes autem & mulieres nõ exeunt ad prælium nostrum. Glos. Ordinar. Ibid.
9 Iuuabitis eos.

*Missi exploratores in vrbem Iericho à Raab meritrice, promissa illi misericordia saluantur.* 11.

A [M]Isit igitur Iosûe filius Nun de [a] Sethim duos viros exploratores in abscondito,& dixit eis: Ite, & considerate terram, vrbémque Iericho. [†] Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Raab, & [1] quieuerunt apud eam.] Nunciatúmque est Regi Iericho,& dictum: Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filiis Israel, vt explorent terram. Misitque Rex Iericho ad Raab meretricem, dicens: Educ viros qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam. ⊱ Exploratores quippe sunt,] & omnem terram [2] considerare] venerũt. [†] Tollénsque mulier [3] viros, abscondit,] & ait: [b] Fateor venerunt ad me, sed nesciebã vnde essent. Cúmque porta clauderetur in tenebris: & illi pariter exierunt, nescio quò abierunt. Persequimini cito, [4] &] comprehendetis eos. Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ: [5] operuítque eos stipula lini, quæ ibi erat.] [♁] Ii autem qui missi fuerant, secuti sunt eos per viam quæ ducit ad vadum Iordanis: illíque egressis statim porta clausa est. *Necdum obdormierant qui latebant, & ecce mulier ascendit ad eos,* & ait: Noui quòd dominus tradiderit vobis terram: Etenim irruit in eos terror vester,& elanguerunt omnes habitatores terræ. *Audiuimus quòd [†] siccauerit dominus aquas maris Rubri [6] ad vestrum introitum,] quando egressi estis ex Ægypto, [†] & quæ feceritis duobus Amorræorum Regibus qui erant trans Iordanem, Seon & Og, quos interfeciſtis. Et hæc audientes, ⊱ pertimuimus, &] elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus [7] ad introitum vestrum.] [c] Dominus enim deus vester ipse est deus in cœlo sursum, & in terra deorsum. [†] Nunc ergo iurate mihi per dominum, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis cum domo patris mei: detúsque mihi verum signum, vt saluetis patrem meum & matrem, fratres ac sorores meas, & omnia quæ illorum sunt, & eruatis a- c nimas nostras à morte. [♁] Qui responderunt ei: [†] [d] Anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos. Cúmque tradiderit nobis dominus terram, faciemus in te misericordiam & veritatem. Dimisit ergo eos per funẽ de fenestra: Domus enim eius hærebat muro. * Dixítque ad eos: Ad montana conscendite, ne fortè occurrant vobis * reuertentes: ibíque latitate tribus diebus, donec redeant* & sic ibitis per viam vestram. Qui dixerunt ad eam: [e] Innoxij erimus à iuramento hoc quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram, signum fuerit funiculus iste coccineus: & ligaueris eum in fenestra per quam demisisti nos, & patrem tuum ac matrem, fratrésque, & omnem cognationem tuam congregaueris in domum tuam. Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, ⊱ reus sibi erit.] Sanguis ipsius erit in caput eius, & nos D erimus [8] alieni. [♁]] Cunctorum autem sanguis qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit. Quòd si nos prodere volueris, & sermonem istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc iuramento, quo adiurasti nos. Et illa respõdit: [f] Sicut locuti estis, ita fiat. Dimitténsq; eos vt pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra. Illi verò ambulantes peruenerunt ad montana,

2 Sethim est locus in quo Balac Rex Moabitarum aduersus Israel congregauit exercitum, ἀμάνωμον arboribus quæ per eremũ mõtis Sina hodie quoque gignũtur. Nam vbi in 70. vel arca testamẽti, vel altare & tabernaculum cæteræque quæ de lignis imputribilibus facta referuntur, in Hebræico ponũtur ligna Sethim, quæ habẽt similitudinẽ arboris, quam nos vulgo spinam albam dicimus. Hieron. super 6. cap. Mich.
1 Pernoctauerunt ibi.
2 Explorate.
3 Duos viros abscondit eos.
b Prius veritatem ædificat, atque ita mendacium inducit. Chryso. de pœnit. homil. 3.
4 Eos, quoniam.
5 Absconditque eos cum stipula lini, quæ super tectum ordinata iacebant.

* Vt illos persequerentur.
× Super tectum.

* A facie vestra.

6 Ante faciem vestram.
* Velut anathema.

7 A facie vestra.
c Aegyptius & Iudæus dicit: hi dii tui qui eduxerunt te de terra Aegypti: & meretrix nõ diis sed deo salutẽ ascribit. Digna itaque Raab omni laude, ecclesiæ imago. Chryso. de pœnitentia, Homil. 5.

d Itaque anima nunc sumitur pro toto composito cuius ipsa est pars principalis, vel pro vita animali quam diffundit in corpus. Rationalis etenim anima immortalis est quidem ad suam essentiã. Dionisius Carthusianus.
* Et habitabat iuxta murum.
* Persecutores.
* Persecutores.
e Quod scriptum est deum beneficisse Hebræis obstetricib⁹, & Raab lenissimæ meretrici non ideo factum est quia mẽtiæ sunt, sed quia in homines dei misericordes fuerunt. Non est itaque in eis reconuertara fallacia, sed benenolẽtiã benignitas mẽtis nõ iniquitas mentiens. Aug. contra mendaciũ, cap. 15.
8 Innocentes.

f Quia igitur exploratores quos Iesus direxit, hospitio receptit, consilio instruxit, postulantibus ciuibus ablisse respõdit, abscondit in tecto, & vt se fusisque vibis excidio posset eripere, coccum in fenestra ligauit. Ambr. super 10. cap. Luc.

Universidad de Deusto Biblioteca

& manserunt ibi tres dies, donec reuerterentur qui fuerant persecuti. [9] Quærentes enim per omnem viam, non reperierunt eos. Quibus vrbem ingressis, reuersi sunt, & descenderunt exploratores de monte, & transmisso Iordane venerũt ad Iosûe filium Nun, narrauerúntque ei omnia quæ acciderant sibi, atque dixerunt: Tradidit dominus omnem terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt * cuncti habitatores eius.

9. Verum autem sit aliquando, vel pro cuiusquam salute mentiendum, cùm quæstio sit. In qua dissoluenda etiam doctissimi fatigantur valde illarum mulierculariũ in illis populi cõstitutarum, & illis moribus assuetarum exercebat modũ. August. cõtra mendaciũ. ca. 15.
* A facie nostra.

## *Siccatum Iordanem Israel dei miraculo transit.* III.

IGitur Iosûe [1] de nocte consurgens, ] mouit castra: ⊱ egredientésque ] de Sethim, venerunt ad Iordanem, ipse, & omnes filij Israel, & [2] morati sunt ibi per tres dies. Quibus euolutis ] transierunt [3] præcones ] per castrorum medium, & [4] clamare cœperunt. ] Quando videritis arcam fœderis domini dei vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portantes eam, [5] vos quoque cõsurgite & sequimini præcedentes, ] sitque inter vos & arcam spacium cubitorum duorũ milium: [6] vt procul videre possitis, & nosse ] per quam viam ingrediamini: quia prius nõ ambulastis per eam: * ⊱ & cauete ne appropinquetis ad arcam. ] [§] Dixitque Iosûe ad populum: [a] † Sanctificamini, cras enim faciet dominus inter vos mirabilia. Et ait ad sacerdotes: Tollite arcam fœderis, & præcedite populum. Qui iussa complentes, tulerunt, & ambulauerunt ante eos. Dixitque dominus ad Iosûe: Hodie incipiã exaltare te coram omni Israel: vt sciant quòd sicut cum Moyse fui, ita & tecum sim. Tu autem præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis, & dic eis: Cum [7] ingressi fueritis partem aquæ [b] Iordanis, state in ea. ] Dixitque Iosûe ad filios Israel: Accedite huc & audite verbum domini dei vestri. Et rursum, in hoc, inquit, scietis, quòd dominus deus viuens in medio vestri est, & [c] disperdet in conspectu vestro Chananæum, & Hethæum, Heuæum, & Pherezæum, Gergesæum quoque & Iebusæum, & Amorræum. † [§] Ecce arca fœderis domini omnis terræ antecedet vos per Iordanem. Parate duodecim viros de duodecim tribubus Israel, singulos per singulas tribus. Et cum [8] posuerint vestigia ] pedum suorum sacerdotes qui portant arcam fœderis domini [9] dei ] vniuersæ terræ in aqui Iordanis, aquæ ⊱ quæ inferiores sunt, decurrent, atque ] deficient, quæ autẽ desuper veniunt, [10] in vna mole ] cõsistent. Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, vt transiret Iordanem: & sacerdotes qui portabant arcam fœderis, pergebant ante eum. [§] Ingressísque eis * Iordanem, & pedibus eorum [11] in parte aquæ tinctis, † (Iordanis autem ripas aluei sui [12] tempore ] messis impleuerat) † steterunt aquæ * descendentes [13] in loco vno, & ad instar montis intumescentes apparebãt procul ab vrbe, quæ vocatur Ædom, vsque ad locum ] Sarthan: quæ autem inferiores erant in mare solitudinis (quod nunc vocatur mortuum,) descenderunt, vsquequo omnino deficerent. Populus autem [14] incedebat contra Iordanem, ] & sacerdotes qui portabant arcam fœderis domini, stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti, omnísque populus per arentem alueum transibat. *

1. Mane surgens.

2. Pernoctauerũt ibi priusquã transirent. Et factum est à fine trium dierum.
3. Præcepti.
4. Præceperunt populo dicentes.
5. Proficiscimini de loco vestro ibíque post illam.

6. Nec appropinquabitis ad eã vt sciatis.
* Ab heri & nudiustertius.

a. Nemo sanctificatur nisi à deo, qui verò non sanctificat deum, non sanctificatur à deo. Sanctificamus autem deum in nobis, quando scientes eũ sanctum, timemus & solicitè vigilamus, ne forte violemur sanctitatẽ nominis eius in nobis per opera nostra mala. Chrys. super 6. cap. Matth. Homil. 14.
7. Ad extremitatem aquarum Iordanis, stabitis in ipso Iordane.
b. Iordanis reflexo amne in suum fontem reuertitur. Hæret aquæ cum labitur, & ita sursum redire in superiora sine vllo repagulo impossibile habetur. Sed quid impossibile ei qui dedit posse quibus voluit? Ambr. Hexaemmer. lib. 2. ca. 3.
c. Transitus arcæ vobis sit, inquit, in signo internecionis gẽtium, quemadmodũ vobis quæ esse debet copiarũ aduersarum, si quę in Iordane fuerit arca, quæ hdei in se complectitur arcana. Quæ quidem apud Israelitas è terreno tabernaculo est perfecta, ministerio tamen sublimis fuit, quæ portata est à sacerdotibus exẽplo cæterorum toti populo præeuntibus, aquísque pedes lauãtib⁹. Procopi. Ibidem.
8. Quieuerint plantæ.
9. Dominatoris.
10. Quasi mole vna.
* Portantibus arcam.
11. In extremitate.
12. Cunctis diebus.
* A superioribus.
13. Constiterexerunt in acerno vno, multũmque discedebant à ciuitate Adam quę est ad latus.
14. Transit è regione Iericho.
* Donec vniuersus populus desiuisset transire Iordanem.

## *Duodecim lapides in Iordane in memoriam ipsius siccati colliguntur.* IIII.

QVibus transgressis, dixit dominus ad Iosûe: [a] Elige duodecim viros singulos per singulas tribus, & præcipe eis vt tollant de medio Iordanis alueo, * vbi steterunt pedes sacerdotũ, * [b] duodecim ⊱ durissimos ] lapides, quos * ponetis in loco castrorum vbi fixeritis hac nocte tentoria. Vocauítque Iosûe duodecim viros, quos elegerat de filiis Israel, singulos de singulis tribubus, & ait ad eos: ite ante arcam domini Dei vestri ad Iordanis medium, & portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, iuxta numerum * filiorum Israel, vt sit signum inter vos. Et quando interrogauerint vos filij vestri cras, dicentes: quid sibi volũt isti lapides? respondebitis eis: † Defecerunt aquæ Iordanis ante arcam fœderis domini, cum transirent eum: idcirco positi sunt lapides isti in monimẽtum filiorum Israel vsque in æternum. [§] Fecerunt ergo filij Israel sicut præcepit eis Iosûe, portantes de medio

a. Hoc est, iam electos accipe: quia de mandato Iosûe quælibet tribus elegerat vnũ. & ideo ista electio attribuitur Iosûe, aliquando tribubus, quia facta est per Iosûe auctoritatiuè, & ab illis executiuè. De Lyra.
* A loco.
* Præparatorum.
b Illi lapides qui leuati sunt è Iordane, videntur mihi figurã habuisse apostolorũ. Post mortem enim sepultis patriarchis apostoli surrexerunt. Sic & in Psal. 44. legimus: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnẽ terram. August. Sermo. 106. de tempore.
* Feretis vobiscum. &,
* Tribuum.

dio Iordanis alueo [c] duodecim lapides, vt dominus[1] ei ] imperarat, iuxta numerum *filiorum Israel, vsque in locum in quo castrametati sunt, ibíque posuerunt eos. Alios quoque duodecim lapides posuit Iosûe in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis domini, & sunt ibi vsque [d] in præsentem diem. Sacerdotes autem qui portabant arcam, stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur quæ Iosûe, vt loqueretur ad populum, præceperat dominus,[2] vt dixerat ei ] Moyses. [c] Festinauítque populus, & transiuit. Cúmque transissent omnes, trā-
c siuit & arca domini, sacerdotes quoque pergebant ante populum. [§] Filij quoque Ruben, & Gaad, & dimidia tribus Manasse armati præcedebant fratres suos filios Israel, † sicut eis præceperat Moyses: & *quadraginta pugnatorum milia[3] per turmas, & cuneos incedebant per plana atque ] campestria vrbis Iericho. In illo die magnificauit dominus Iosûe coram omni Israel, [4] vt timerent ] eum, sicut timuerant Moysen, dum adhuc viueret. Dixítque ad[5] eum: ] † Præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis, vt ascendant de Iordane. Qui præcepit eis, dicens: Ascendite de Iordane. Cúmque ascendissent portantes arcam fœderis domini, & siccam humum calcare cœpissent,
D reuersæ sunt aquæ in alueum suum, & fluebant sicut[6] antè consueuerant. ] [§] Populus autem ascendit de Iordane decimo die mensis primi, & castrametati sunt in [e] Galgalis contra orientalem plagam vrbis Iericho. Duodecim quoque lapides quos de Iordanis alueo sumpserant, [7] posuit ] Iosûe in Galgalis, & dixit ad filios Israel. Quando interrogauerint filij vestri cras patres suos, & dixerint eis: quid sibi volunt lapides istis docebitis eos atque dicetis: Per arentem alueum transiuit Israel Iordanem istum, siccante domino deo nostro aquas eius in conspectu nostro, donec transiremus, † sicut fecerat prius in mari rubro, quod siccauit donec transiremus, vt discant omnes terrarum populi fortissimam manum domini, vt & vos timeatis dominum deum vestrum omni tempore.

c. Figuram instruit duodecim Apostolorum, qui sunt lapides duodecim sunt, structi super vnico angulari, eximio, ac precioso in fundamentis Sion collocato. Ipsum enim Christum vno ore prædicarunt omnes, ipsúmque humeris gestarunt. Procopius Ibidem.
1. Iosue.
* Tribuum.
d. Nũ & de lapidibus illis duodecim qui positi sunt vbi Iordanis ex vna parte defluxerat, & ex parte superiore constiterat arca transeunte vel populo, ita dictum est quòd esset ibi vsque in præsentem diem, quod videtur ira fonare tanquã post plurimum temporis per hanc scripturam ista narrantur: nec eo tempore hi libri conscripti fuerint quo erant hæc recentissima. Aug. in locutio. super Ios.
2. Iuxta omnia quæ præceperat Iosue.
e. Secundum Hebræos latitudo Iordanis tunc erat 12. miliariũ, quia tunc exundabat.
* Quasi.
3. Transierunt ante dominum ad pugnam per.
4. Et timuerunt.
5. Iosue.
6. Heri & nudiustertius per eundem ripas eius.
e. Immuta est castra Galgalæ, & acerruum præputiorum, & secũdæ circumcisionis mysterium & duodecim lapides qui de Iordanis illuc translati alueo. Hiero. in Epitaph. Paulæ. Sed & ipsa præputia in vnum tumulũ congeruata, & sepulta, & terra obruta, & ablatũ opprobrium Aegypti & nomẽ loci Galgalę, quod interpretatur reuolutio. Idem aduersus Iouin. lib. 1.
7. Etenim.

## *Circumcisione & pascha celebratis, terrentur Chananæi, deficit manna, & angelus domini Iosûe alloquitur.* V.

A POstquam ergo audierunt omnes Reges [a] Amorræorum, qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam, & cuncti Reges Chanáan, qui propinqua possidebant magni maris loca, quòd siccasset dominus fluenta Iordanis coram filiis Israel donec transirent, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus[1] timentium introitum ] filiorum Israel. Eo tempore ait dominus ad Iosûe: Fac tibi cultros[2] lapideos, ] & *circuncîde[b] secundo filios Israel. Fecit quoque quod iusserat dominus, & circuncîdit filios Israel in colle præputiorum. Hæc
B autem causa est secundæ circumcisionis: [§] Omnis populus qui agressus est de Ægypto generis masculini, vniuersi bellatores viri mortui sunt in deserto, [3] per longissimos viç circuitus, ] qui omnes circumcisi erát: populus autem qui natus est in deserto per quadraginta annos itineris latissimæ solitudinis incircumcisus fuit, donec consumerentur *qui non audierunt vocem domini, & quibus [4] antè iurauerat vt ostenderet eis ] terram lacte & melle manantem. Horum filij in locum successerunt patrum, & circumcisi sunt à Iosûe, qui sicut nati fuerant, in prepucio erant, nec eos in via aliquis circu-
C cunciderat. [§] Postquam autem omnes circumcisi sunt, mãserunt in eodem castrorum loco, donec sanarentur. Dixítque dominus ad Iosûe: † Hodie abstuli opprobrium Ægypti à vobis. Vocatúmque est nomen loci illius [c] Galgala, vsque in præsentem diem. Manserúntque filij Israel in Galgalis, & fecerunt Phase quartadecima die mensis ad vesperum in campestribus Iericho: & comederunt de[5] frugibus terræ die alte-
D ro, ] azymos panes, & [6] polentam eiusdem anni. [§] ] Defecítque manna *postquam comederunt de frugibus terræ, nec vsi sunt vltra cibo illo filij Israel, sed comederuut de frugibus [7] præsentis anni ] terræ Chanáan. Cum autem esset Iosûe in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum stantem, contra se euaginatum tenentem gladium, perrexítque ad eum, & ait: Noster es, an aduersariorum? Qui respon-

a. Amorræi dicti sunt ab Amorræo filio Chanaã, quorum pars trans Iordanem terras tenuit: eorúmque regem Seon Moyses deleuit, cum omni populo suo, terrámque Rubẽ & Gad, & dimidiæ tribui Manasse, distribuit: vt patet Num. 32. Reliqua verò pars eorum remansit in Chanaam cum fratribus suis, vt patet Gene. 15.
1. A facie.
2. Acutos.
* Consuetsus.
b. A prima solẽni circumcisione cum immineret exitus Aegypti, vel ab illa quã ferunt fecisse Moyses secũdo anno exitus, à qua nullus in deserto natus fuit circumcisus.
3. In itinere cum egrederentur de Aegypto.
* Omnes generationes virorũ bellicosorum qui egressi fuerant de Aegypto.
4. Iurauit dominus quòd non ostẽderet eis terram, super quã iurauerat dominus patribus eorum vt daret nobis.
c. Locus est Galgala contra orientem, Iericho antiquè & ex aduerso ascensionis Adumim vt infra. Post tergũ Bethanaeis Iordanem. Hic omnẽ stirpẽ virilem in deserto natam Iosue circumcidit.
5. Frumento terræ in crastino Paschæ.
6. Spicas tostas hac eadem die.
* In crastinum.
7. In illo anno.
d. Post fidem in Christum ceptam certamẽ cum hostibus reliquum est. Quocirca armis spiritualibus instructũ esse diuinisque promissionibus firmiter inuiti est necesse. Procopius Ibi.

Universidad de Deusto Biblioteca

dit: Nequaquam, sed sum princeps exercitus domini, & nunc venio. Cecidit Iosûe pronus in terram, & adorans ait: Quid dominus meus loquitur ad seruum suum? †*c Solue, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas, sanctus est. Fecítque Iosûe, vt sibi fuerat imperatum. †Exod. Actu.

*Expugnata Iericho funditus, & Raab seruata, maledicitur reædificatori eius.* VI.

[a]Iericho autem clausa erat atque munita timore filiorum Israel, & nullus egredi audebat aut ingredi. Dixítque dominus ad Iosûe: Ecce dedi in manus tuas Iericho, & regem eius, omnésque fortes viros. Circuite vrbem cuncti bellatores.[1] semel per diem: ] Sic facietis sex diebus. [2] Septimo autem die sacerdotes tollent septem buccinas, quarum vsus est in Iubilæo, & præcedent arcam fœderis. ] Septiésque circuibitis ciuitaté, & sacerdotes clangẽt buccinis. Cúmque [3] insonuerit vox tubæ longior atque concisior, ] & in auribus vestris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima, [b] & muri funditus corruent ciuitatis*, ingredientúrque singuli per locum contra quem steterint. Vocauit ergo Iosûe filius Nun sacerdotes, & dixit ad eos. Tollite arcam fœderis: Et septem alij sacerdotes tollant septem [4] Iubilęorum buccinas, & incedant ante arcam domini, ] Ad populum quoque ait: Ite, & circuite ciuitatem [5] armati præcedentes ] arcam domini. [6] Cúmque Iosûe verba finisset, & septem sacerdotes [6] septem buccinis clangerent ante arcam ] fœderis domini, omnísque pręcederet armatus exercitus, [c] reliquum vulgus arcam sequebatur, ac buccinis omnia concrepabant. Præceperat autem Iosûe populo, dicens: Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque vllus sermo ex ore vestro egredietur, donec veniat dies in quo dicam vobis: Clamate*, & vociferamini. Circuiit ergo arca domini ciuitatem semel per diem, & reuersa in castra mansit ibi. Igitur Iosûe de [7] nocte consurgente ] tulerunt sacerdotes arcam domini, & septem ex eis septem buccinas [8] quarum in Iubilæo vsus est, ] præcedebántque arcam domini ambulantes atque clangentes: & armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquum sequebátur arcam, [9] & buccinis personabat. ] Circuierúntque ciuitatem secundo die semel, & reuersi sunt in castra. Sic fecerunt sex diebus. [d] Die autem septimo [10] diluculo consurgentes, ] circuierunt vrbem sicut dispositum erat, septies. [e] Cúmque septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Iosûe ad omnem Israel: Vociferamini: Tradidit enim vobis dominus ciuitatem. Sitque ciuitas hęc anáthema: & omnia quę in ea sunt domino. [f] Sola Raab meretrix viuat cum vniuersis qui cum ea in domo sunt. † Abscondit enim nuncios quos direximus. Vos autem cauete [11] ne de iis quæ præcepta sunt vobis, quippiam contingatis, & sitis præuaricationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint atque turbentur. ] Quicquid autem auri aut argenti fuerit & vasorum æneorum ac ferri, domino consecretur, repositum in thesauris eius. † Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonitúsque increpuit, muri ilico corruerunt, & ascendit vnusquisque per locum qui contra se erat. † Ceperúntque ciuitatem, & interfecerunt omnia quæ erant in ea, à viro vsque ad mulierem, ab infante vsque ad senem. Boues quoque, & oues, & asinos, in ore gladij percusserunt. [g] Duobus autem viris † qui exploratores missi fuerant, dixit Iosûe: [f] Ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quæ illius sunt, sicut illi iuramento firmastis. † Ingressíque iuuenes, eduxerunt Raab & parentes eius, fratres quoque & cunctam suppellectilem, ac cognationem illius: & extra castra Israel manere fecerunt. Vrbem autem, & omnia quæ inuenta sunt in ea, succenderunt: absque auro & argento & vasis æneis ac [12] ferro: ] quæ in ærarium* domini consecrarent. † [g] Raab verò meretricem, & domum patris eius, & omnia quæ habebat, fecit Iosûe viuere, & habitauerunt in medio Israel vsque in præsentẽ diem, eo quòd absconderit nuncios quos miserat, vt explorarent Iericho. In tempore illo imprecatus est Iosûe, dicens: † Maledictus vir coram domino, qui susciterauerit & ædificauerit ciuitatem Iericho. [h] In primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissi-

a. Iericho magna ciuitas fuit muratibus septa parietibus, quæ non ferro perusa, nó artici posset esse penetrabilis. Vrbis tamé ipsius incepugnabilitatem septem tubarum sacerdotalium sono, & populi subilantis vlulatu constat esse confusa. Ambros. in 10. cap. Luc.

1. Gyrando vrbem semel.

2. Septem vero sacerdotes portabunt septem buccinas arietinas ante arcam.

3. Proxiliorem sonam fecerũt cornu arietino.

b. Vnde & illa [9] ciuitatis muri, quæ Iericho appellatur, quod in Hebræo eloquio luna interpretari dicitur, septimo circuitu tuffamenti arcæ corruuerunt. August. Epist. 119.

* Subret eam.

4. Buccinas arietinas ante arcã domini.

5. Ex armatus quisque transeat ante.

6. Tulerunt septẽ buccinas arietinas, & transeuntes arcam domini cum buccinis clamitabant, se precabatur sanctã eor arcã.

c. Non est iste ligẽdum quod mulieres & parvuli, & inepti ad pręlia circumferre ciuitatẽ: quia in principio huius cap. dicitur: Circuite vrbẽ cuncti bellatores, & ideo per reliquũ vulgus hic intelliguntur viri bellatores tribus. Dã cõ aliis duabus tribubus fuit adiũcta, quia erant vltimi in mansione castrorũ, & famulabant vltimi in custodia, vt habetur Nu. 10. De Lyra.

* Tunc.

7. Mane surgente.

8. Arietinas.

9. Qui præcedebat cum clangore tubarum.

d. Dicũ Hebræi quod erat sabbatũ, & rationabiliter: quia vocatur dies septimus, & tamen non peccauerunt inuadẽdo & destruendo ciuitatẽ: quia hoc fecerunt de mandato dei, qui est domina sabbati. Idem.

10. Surrexerunt mane cum aurora ascenderet.

e. Iuxta peccatorem Raab meretrix, sed nequaquam meretrix professione, quæ propter hospitalitatis amorẽ laudata est & saluata. Gre. Nasiã. Ora. 16. Inf. Si viuere debui, quare meretrix? & si meretrix, quare viuere debui? Deo vtiorem statũ, quo sequẽte discas mutationẽ. Raab enim in salutis argumentũ exploratores suscepit, neque ex ipsa sceleratissima dilectione sed ex fide præmia. Chry. de pœni. homi. 5.

11. Ab anathemate, ne forte anathema committeretis, & tollatis de anathemate, ponatisque castra Israel in anathema, & turbetis ea.

f. Iam illud quis non plenum putet esse miraculi, quod ex tota vrbe nemo seruatus est, nisi quæ meretrix liberauit? Ambr. super Luc. cap. 10.

12. Ferreis.

* Domus.

g. Videre quemadmodũ vnusquisque promptum ferner officium, exploratores excubias, mysterium meretrix, fidem victor, religionẽ sacerdos, hi periculũ pro laude non meruit, illa fulce, tos nec in periculis pendiriste solicitus fidem magis seruare quàm vincere, meretricis prius mandat salutem, quàm excidium ciuitatis. Ambrosius 10. cap. Luc.

h. Moriantur omnes filij eius à maiore ad minorem.

uissimo liberorum pænat portas eius. Fuit ergo dominus cum Iosue, & nomen eius vulgatum est in omni terra.

*Explorata Hay, Achan propter furtum anathematis Iericho habita sorte lapidatur.* VII.

A [a] † Ilij autem Israel præuaricati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anáthemate. Nam Acham filius Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda tulit aliquid de anathemate. Iratúsque est * dominus contra filios Israel. Cúmque mitteret Iosûe de Iericho viros cõtra Hay, quæ est iuxta [b] Bethauen, ad orienralem plagam oppidi Bethel, dixit eis: Ascendite, & explorate terram. Qui præcepta complentes, explorauerunt Hay. Et reuersi *, dixerunt ei: Non ascendat omnis populus, sed duo, vel tria milia virorum pergant, & deleant ciuitatem. [1] Quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes pauciſsimos?] Ascenderunt ergo * tria milia pugnatorum. † Qui statim terga vertentes percussi sunt à viris vrbis [c] Hay, & corruerunt ex eis * triginta & sex homines. Persecutíque sunt eos aduersarij de porta vsque ad Sabarim, [2] & ceciderunt per prona fugientes. Pertimuítque cor populi, & [d] ad] instar aquæ liquefactum est. Iosûe verò scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terram coram arca domini vsque ad vesperam, tam ipse quàm omnes B senes Israel. ℣ Miserúntque puluerem super capita sua, & dixit Iosue: Heu domine deus: Quid voluisti traducere populum istum Iordanem fluuium, vt traderes nos in manus Amorræi, & perderes? Vtinam [3] vt cœpimus,] mansissemus trans Iordanem. Mi domine deus, quid dicam, videns Israelem hostibus suis terga vertẽtem? Audient Chananæi, & omnes habitatores terræ, & pariter [4] conglobati circundabunt nos, ] atque delebunt nomen nostrum de terra. Et quid facies magno nomini tuo? Dixítque dominus ad Iosûe: Surge, cur [5] iaces pronus in terra? [e] ] Peccauit Israel, & præuaricatus est pactum meum * tulerúntque de anáthemate, & furati sunt atque mentiti, & absconderunt inter vasa sua. Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eósque fugiet: quia pollutus est anáthemate. Non ero vltra vobiscum, donec [6] conteratis eum qui huius sceleris reus est.] † Surge, sanctifica populum, & dic eis. Sanctificamini in crastinum. Hæc enim dicit dominus deus Israel: Anáthema in medio tui est Israel. C ℣ Non poteris * stare coram hostibus tuis, donec [7] deleatur ex te qui contaminatus est hoc scelere.] Accedetísque mane singuli per tribns vestras, & quancunque tribum [8] sors inuenerit,] accedet per cognationes suas, & cognatio per domos, domúsque per viros, & quicunque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, [f] comburetur igni cum omni substantia sua: quoniam præuaricatus est pactum domini, & fecit nephas in Israel. ℣ † Surgens itaque Iosûe mane applicauit Israel per tribus suas, & inuenta est tribus Iuda. Quæ cum iuxta familias suas esset oblata, inuenta est familia Zare. Illam quoque per domos offerens reperit Zabdi: cuius domum in singulos diuidens viros, inuenit Achan filium Charmi, filij Zabdi, filij Zare, de tribu Iuda. Et ait Iosûe ad Achan: Fili mi, da gloriam domino deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. † Respondítque Achan Iosue, & dixit ei: Verè ego peccaui domino deo Israel, & sic & sic feci. ℣ Vidi enim inter spolia [9] pallium coccineum valde D bonum,] & ducentos siclos argenti, [10] regulámque ]auream quinquaginta siclorum * & concupiscens abstuli *, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, [11] argentúmque fossa humo operui.] Misit ergo Iosûe ministros: qui currentes ad tabernaculum illius, repererunt cuncta abscondita in eodem loco, & argentum [12] simul.] Auferentésque de tentorio, tulerunt ea ad Iosûe, & ad omnes filios Israel, proiecerúntque ante dominum. † Tollens itaque Iosue Achan filium Zare, argentúmque & pallium, & auream regulam, [h] filias quoque & filios eius, boues & asinos, & oues ipsúmque tabernaculum, & cunctam supellectilem, & omnis Israel cum eo, duxerunt eos ad vallem Achor, vbi dixit Iosûe. Quia turbasti nos, exturbet te dominus in die hac. Lapidauítque eum omnis Israel, & cuncta quæ illius erant, igne consumpta sunt. Congregauerúntque super eum aceruum magnum lapidum, qui permanet vsque in

a Nam dei Viros, non diuitiarũ non gloriæ non potentiæ non sapientiæ secularis cupidos esse decet. Est autẽ aurũ diuitiarũ figura seu imago, argentũ verò splendore suo gloriam repræsentat. Procop. ibidem.

* Furore

b. Bethauen interpretatur domus Idoli iuxta Hay & Bethel contra Machmas. Tamẽ Hebræi putant esse eundẽ locũ Bethel, inquit Hieronymus. Hoc nobis ita fuit accipiendum quòd domus consecrata Idolo sit in confinio agri Bethel.

* Ad Iosue.

1. Non fatiges vsque illuc vniuersum populum quia illi pauci sunt numero.

* Quasi.

c. Hay vrbs olim insignis fuit, quam Iosephus Adam appellat iuxta Bethauen, ad orientalem plagam.

* Quasi.

2. Percusserũtque eos in declui loco. Tunc cor populi.

d. Ignorabãt enim causam fugæ istius, scilicet quod propter peccatum Achã deus subtraxisset fugientibus robur atque audaciam. Timebant quoque occulta dei iudicia, & videbant se naturalibus non posse resistere Chananæis, qui eis multo plures & fortiores fuerunt. Dionysius Carthusianus.

3. Placuisset nobis, &.

4. Conspirabũt aduersum nos.

5. Sic cadis super faciem tuam.

e. In eo quod factũ est vt Achã de tribu Iuda furaretur de anathemate vrbis Iericho contra præceptum Domini, & propter ei⁹ peccata tria milia quę missa fuerant Hay dederunt terga hostibus, & occisi sunt ex eis triginta sex viri, & populo grauiter territo, Iesus cũ senioribus se prostrauit ad Dominũ, eique responsum est ideo factũ esse quia peccauerit populus. Aug. qu. 6. super Iosue.

* Quod præcepi illis.

6. Extirpaueritis anathema de medio vestri.

* Ideo

7. Abstuleris anathema de medio vestri.

8. Deprehendetur dominus.

f. Merito quæritur cum dominus crimen mandauerit, qui ea omnia admiserat, cur lapidari præcepit? Respondetur quod ignis nomine quælibet pœna intelligi potest. Aug. q. 9. super Iosue.

g. Sciendum autẽ est q⁹ Iosue non peccauit hac vice iuste. Tũ quia fecit ex præcepto Domini vt patet ex textu vnde Prouerb. 16. Sortes mittuntur in sinũ sed à Domino temperantur. Tum quia hoc fecit ex debita reuerentia scilicet sanctificationis populi præmissa. De Lyra.

9. Indumentum vnum babylonicum pretiosum.

10. Et virgam, & infra.

* Pondus eius.

* Ea.

11. Et pecunia est subtus ea.

12. Subtus ea.

h. Quæri solet quomodo iusta pro alterius peccatis in alios vindicetur, maximè quia in lege dominus dixit: Non patres pro filiorum, nec filios pro parentum peccatis esse punẽdos? Respondetur quod per vnius peccatum, mottenique paucorum admonitus est populus Vniuersus tanquam in vniuerso corpore quærere quod amissũ est. Augustin. q. 8. super Iosue.

præsentem diem. Et auersus est furor domini ab eis. Vocatúmque est nomen loci illius, vallis [c] Achor, vsque hodie.

c. Achor interpretatur turbatio, quia illic Achã ocisus est, qui Israelem turbauerat.

*Expugnata Hay, Rex eius suspenditur, erecto altari lapideo, Deuteronomium inscribitur, & populo benedicitur.* VIII.

DIxit autem dominus ad Iosûe: [a] Ne timeas, neque formides. Tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & consurgens ascende in oppidum [b] Hay. Ecce tradidi in manum tuam Regem eius, & populum, vrbémque & terram. Faciésque vrbi Hay & Regi eius, † sicut fecisti Iericho & Regi illius. Prædã verò & omnia animantia diripietis vobis. Pone insidias vrbi [1] post eam.] Surrexítque Iosue & omnis exercitus bellatorum cum eo, vt ascenderent in Hay: Et electa triginta milia virorum fortium misit nocte, præcepítque eis, dicens: † Ponite insidias post ciuitatem. Nec longius recedatis *, & eritis omnes parati. † Ego autem, & reliqua multitudo quæ mecum est, ascendemus ex aduerso contra vrbem. & Cúmque exierint contra nos, sicut antè [2] fecimus,] fugiemus, [3] & terga vertemus: donec persequentes ab vrbe protrahantur longius. Putabunt enim nos fugere,] sicut prius. Nobis ergo fugientibus, — & illis persequentibus,] consurgetis de insidiis, & vastabitis ciuitatem, tradétque eam dominus deus vester in manus vestras. Cúmque ceperitis, succendite eam, & sic omnia * facietis, vt iussi. Dimisítque eos, & perrexerũt ad locum insidiarum, sederúntque inter [c] Bethel, & Hay, ad occidentalem plagam vrbis Hay. Iosue autem nocte illa in medio mansit populi: Surgénsque diluculo recensuit socios, & ascendit cum senioribus in fronte exercitus, vallatus auxilio pugnatorum. & Cúmque venissent, & ascendissent ex aduerso ciuitatis, steterunt ad septentrionalem vrbis plagam, inter quam & eos vallis erat media. Quinque autem milia viros elegerat, & posuerat in insidiis, inter [4] Bethauen] & Hay, ex occidétali parte eiusdem ciuitatis: omnis verò reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebat: [5] ita vt nouissimi multitudinis] occidentalem plagam vrbis attingerent. Abiit ergo Iosue nocte illa, & stetit in vallis medio. Quod cum vidisset Rex Hay, festinauit mane, & egressus est cum omni exercitu ciuitatis *, direxítque aciem * contra desertum, ignorans quòd post tergum laterent insidiæ. Iosûe verò, & omnis Israel [7] cesserunt loco simulantes metum, &] fugientes per solitudinis viam. & At illi [8] vociferantes pariter & se mutuo cohortantes, persecuti sunt eos.] Cúmque recessissent à ciuitate, & ne vnus quidem in vrbe Hay & Bethel remansisset, qui non persequeretur Israel, sicut eruperant aperta oppida relinquentes, [d] dixit dominus ad Iosue: [e] Leua [9] clypeum] qui in manu tua est contra vrbem Hay, quoniam tibi tradam eam. Cúmque eleuasset clypeum ex aduerso ciuitatis, insidiæ quæ latebant, surrexerunt * confestim, & pergentes ad ciuitatem ceperunt, & succenderunt eam. Viri autem ciuitatis qui persequebantur Iosue, respicientes & videntes fumum vrbis ad cœlum vsque conscendere, non potuerunt vltrà huc illúcque diffugere, præsertim cum ij qui simulauerant fugam, & tendebant ad solitudinem, [10] contra persequẽtes fortissimè restitissent.] & Vidénsque Iosue, & omnis Israel quòd capta esset ciuitas, & fumus vrbis ascenderet, reuersus percussit viros Hay. Siquidem & illi qui ceperant, & succenderant ciuitatem, egressi ex vrbe [11] contra suos, medios hostium ferire cœperunt.] Cum ergo ex vtraque parte aduersarij cæderentur, ita vt nullus de tanta multitudine saluaretur *, Regem quoque vrbis Hay apprehendere viuentem, & obtulerunt Iosue. Igitur omnibus interfectis qui Israelem ad deserta tendentem fuerant persecuti, & in eodem loco gladio corruentibus reuersi filij Israel percusserunt ciuitatem. [f] Erant autem qui in eodem die conciderant à viro vsque ad mulierem, duodecim milia hominum, omnes vrbis Hay. Iosue verò non contraxit manum quam in sublime porrexerat, tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hay. & Iumenta autem & prædam ciuitatis diuiserunt sibi filij Israel, sicut præceperat dominus Iosue. Qui succendit vrbem, & fecit eam tumulum sempiternum. * Regem quoque eius suspendit in patibulo vsque ad vespe-

a. Hinc admonemur non iniustè fieri insidias ab his qui iustũ bellum gerunt: ve nihil homo iustus præcipuè cogitare debeat in his rebus, nisi vt iustum bellum susceperit, vtrum aperta pugna, vtrũ insidiis vincat, nihil ad iustitiam interest. Aug. q. 10.

b. Hay iuxta Bethauen ad orientalem plagam Bethel, sita in mõte, huic est à septẽtrione obiectus alius mons, in quo Iehosua posuit castra interceden te valle.

1. In posteriori loco eius, * Ab vrbe.

2. Fecerunt.

3. Nos à facie eorum. Egrediẽtur enim post nos, & nos educemus eos à ciuitate. Nam dicturi sunt, fugiunt à facie nostra.

* Iuxta verbum domini.

c. Bethel, vrbs olim fuit fortis Ephraim, quæ prius Luz, deinde Luza, inde ex visione Iacob fratrem fugientis est appellata Bethel, id est, domus dei: quòd ibi vidisset angelos dei per scalam ascendentes & descendentes. Tandem dicta est Bethauẽ, id est, domus inutilis, vel domus idoli, postquã Ieroboam posuit i i vitulos, & eos adorauit, & adorari fecit. Hieron. super Osee, & epitaphiũ Paulæ.

4. Bethel.

5. Et qui in insidiis erant.

* In occursum Israel, expugnaturus eum, tam ipse quàm populus eius tempore constituto.

6. In superficie planitiei.

7. Simulabant se cædi ante faciem illorum.

8. Conuocantes eos qui remãserant in ciuitate, vt eos persequerentur.

d. Hoc nempe genus belli sine dubitatione iustum est, quod deus imperat, apud quem non est iniquitas, & vouit quid cuique fieri debeat. Aug. q. 10. super Iosue.

e. Ad hoc enim fiebat illa eleuatio, vt socij Iosue qui erant in insidiis viderent, & ciuitatẽ intrarẽt, & alij se eis iungerẽt, quia hoc erat eis pro signo datum, quo viso statim exirent. De Lyra.

9. Vexillum, & infra.

* Ab insidiis.

10. Conuersus est in persequentes.

11. In occursum eorũ, factique sunt hostes in medio Israelis.

* Aut residuus superesset.

f. Iustæ bella dicuntur quæ vlciscuntur iniurias, si qua vel gens vel ciuitas quæ bello petenda est, vel vindicare neglexerit, quod à suis improbè factum est, vel reddere quod per iniuriam ablatum est. August. q. 10. super Iosue.

* Et solitudinem vsque in hũc diem.

vesperam & [12] solis occasum : præcepítque Iosue, & deposuerunt ] cadauer eius de cruce, proiecerúntque in ipso introitu ciuitatis, congesto super eum magno aceruo lapidum, qui permanet vsque in præsentem diem. Tunc ædificauit Iosue altare domino deo Israel in monte [g] Ebal, † sicut præceperat Moyses famulus domini filiis Israel, & scriptum est in volumine legis Moysi, altare de lapidibus [13] impolitis, ] quos ferrum non tetigit: & obtulit super eo holocausta domino, immolauítque pacificas
G victimas. [14] Et scripsit Iosue super lapides [14] deuteronomium ] legis Moysi, quod ille [15] digesserat ] coram filiis Israel. Omnis autem populus, & omnes maiores natu, ducésque ac iudices, stabant ex vtraque parte arcæ in conspectu sacerdotum * qui portabant arcam fœderis domini, vt aduena ita & indigena. Media pars eorum iuxta [h] mõtem Garizim, & media iuxta montem Ebal, sicut præceperat Moyses famulus domini. [16] Et primùm quidẽ benedixit ] populo Israel: post hæc legit omnia verba [17] benedictionis & maledictionis, & cuncta ] quæ scripta fuerant in legis volumine. Nihil ex iis quæ Moyses iusserat, [18] reliquit intactũ, ] sed vniuersa replicauit coram omni multitudine Israel, mulieribus ac paruulis & aduenis qui inter eos morabantur.

12. Et cum occũberet sol, præcepit Iosua vt deponerent.

g. Ebal, quẽ Hieronymus, Græcos imitatus, Gæbal vocat, mõs est non amplius distans à monte Garizim, quam vox humana ferri potest, vt loquentis & respõdẽtis voces facile audiatur.
13. Integris.
14. Repetitionem, & quoddã legis summarium loco & tempori accommodum.
15. Scripserat.
* Leuitarum.
h. Hi enim duo montes parum distabant abinuicẽ, inter quos fuit cæspus seu vallis in qua stabant sacerdotes cum arca. Dionys. Cartusianus.
16. Vt benedicerent.
17. Legis benedictiones & maledictiones iuxta omnia.

18. Non legit Iosue.

*Gabaonitæ imponentes Iehosue & filiis Israel medio iuramento saluantur, perpetuo famulitio astricti.*

IX.

A [1] Vibus auditis, cuncti reges trans Iordanem qui versabantur in montanis, & campestribus, & maritimis, ac littore magni maris: ij quoque qui habitabant iuxta [a] Libanum, Hethæus, & Amorræus, Chananæus, Pherezæus, & Heuæus & Iebusæus congregati sunt pariter, vt pugnarẽt contra Iosue & Israel [1] vno animo eadémque sentẽtia. ] At ij qui habitãt in Gabaon, audiẽtes cuncta quæ fecerat Iosue Iericho & Hay, callidè cogitãtes *, tulerũt & sibi cibaria, saccos veteres [b] asinis imponentes, & vtres vinarios * scissos atque consutos, calceamentáque perantiqua, quæ ad indicium vetustatis pitaciis cõsuta erant, induti veteribus vestimentis: panes quoque quos portabant ob viaticum [2] duri erant, & in frusta comminuti: ] Perrexerúntque ad Iosue qui tunc morabatur in castris Galgalæ, & dixerũt
B ei, atque simul omni Israeli: De terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes. [3] Responderúntque filij Israel [3] ad eos, & atque dixerunt: ] Ne fortè in terra quæ nobis sorte debetur, habitetis: & non possimus ] fœdus inire vobiscum. At illi ad Iosue: serui, inquiũt, tui sumus. Quibus Iosue ait: Quínam estis vos, aut vnde venistis? Responderunt: [c] De terra longinqua valde venerunt serui tui, in nomine domini dei tui. Audiuimus enim famam potentiæ eius, cuncta quæ fecit in Ægypto, † & duobus Regibus Amorræorum qui fuerunt trans Iordanem, Seon Regi Esebon, & Og Regi Basan, qui erant in Astaroth, dixerúntque nobis seniores, & omnes habitatores terræ nostræ: Tollite in manibus cibaria ob longissimam viam, & occurrite eis, & dicite: Serui vestri sumus, fœdus inite nobiscum. [4] En panes, quando egressi sumus de domibus nostris, vt veniremus ad vos, calidos sumpsimus, nunc sicci facti sunt, & vetustate nimia comminuti. ] Vtres vini nouos impleuimus, nunc rupti sunt & soluti. Vestes & calceamenta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus, ob longitudinem
C longioris vię trita sunt, & penè consumpta. [5] Susceperũt igitur de cibariis eorum, [d] & os domini non interrogauerũt. † Fecítque Iosue cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus est vt non occiderentur. Principes quoque multitudinis iurauerunt eis. Post dies autem tres initi fœderis audierunt quòd in vicino habitarent, & inter eos [5] futuri essent. ] Mouerúntque castra filij Israel, & venerunt in ciuitates eorum die tertio, quarum hęc vocabula sunt: Gabaon, & Caphira, & Beroth, & Cariathiarim. Et non percusserunt eos *, eo quòd iurassent eis Principes multitudinis in nomine domini dei Israel. Murmurauit itaque omne vulgus contra Principes Israel. Qui responderunt eis. † Iurauimus eis in nomine domini dei Israel, & idcirco non possumus eos contingere. Sed hoc faciemus eis: Reseruentur quidem, & viuant, ne contra nos ira domini concitetur, si peierauerimus: sed sic viuant, vt in vsus vniuersę multitudinis ligna cę-

a. Libanus, mõs omnium quos habet Syria altissimus, perpetuis abundãs niuibus, à quibus vocitatur Libanus. Liba enim apud Hebræos album signat: qui & Libanon dicitur, terminus terræ promissæ versus aquilonem. Nihil enim Libano in terra repromissionis excelsius est, nec nemorosius atque condensius. Hiero. Zach. 11. ca. 1. Vno ore.
* Abierunt fungentes legatione, &.
b. Nonnulli codices Græci & Latini habent super humeros, alij verò super asinos, vel asinis imponentes, & verius. Nam similitudo verbi in Græca lingua mendositatem facilem fecit, & ideo Latina exemplaria variata sunt. Ὤμων quippe & ὄνων non multum ab inuicẽ dissonant, quorum primum humerorum nomen est, posterius asinorum. Ideo est autem de asinis credibilius, quoniam se à sua gente longinqua missos esse dixerunt. Aug. q. 12. super Iosue.
* Veteres.
2. Sicci erant & mucidi.
3. Heuæis illis: Fortasis in medio nostri habitas, & quomodo possumus?
c. Successit ipsorum conatus, eo quòd Iosue ipsorum causa Deum non fuisset sciscitatus. Ipsorum verò seruitus, quæ circa rem sacram cõstituebat, Noe vaticinium ad finem adduxit, qui dixit, Maledictus Chanaã, famulus erit fratrum suorum. Procop.
4. Hic panis noster calidus fuit quo cibauimus nos ex domibus nostris à die quo egressi sumus vt veniremus ad vos, & ecce nũc aridus est & mucidus.
d. Deus autẽ hoc approbauit, nec parcẽtibus succẽsuit: quasi eũ non interrogassent, quinam illi essent, & ideo eos illi fallere voluissent. Vnde nõ imprudenter vtique credendi sunt, & si fallere homines pro sua salute voluerunt, non tamen fallaciter deum tinuisse in populo eius: propterea nec succẽsuit domin⁹ iustitiis aut patientibus, vt postea Gabaonitas ipsos tanquam populi sui homines de domo Saul vindicaueris. Aug. q. 13. super Iosue.
5. Habitarent.
* Filij Israel.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dant,aquáſque comportent.* Quibus hæc loquentibus,vocauit Gabaonitas Ioſue,& dixit eis: [f] Cur nos [6] decipere fraude voluiſtis vt diceretis, ]procul valde habitamus D à vobis,cum in medio noſtri ſitis? [e] Itaque ſub maledictione eritis, & non deficiet de ſtirpe veſtra * ligna cædens, aquáſque comportans in domum dei mei. Qui reſponderunt: Nuntiatum eſt nobis ſeruis tuis,quòd promiſiſſet dominus deus tuus Moyſi ſeruo ſuo,vt traderet vobis omnem terram, & diſperderet cunctos habitatores eius. [f] Timuimus igitur valde, & prouidimus animabus noſtris, [7] veſtro terrore cõpulſi: ] & hoc conſilium iniuimus. Nunc autem in manu tua ſumus:quod tibi bonum & rectum videtur,fac nobis. Fecit ergo Ioſue vt dixerat,& liberauit eos de manu filiorum Iſrael,vt non occiderentur. [8] Decreuítque in illo die eos eſſe in miniſterio cuncti populi & altaris domini,cædentes ligna,& aquas comportantes,]vſque in præſens tempus in loco quem dominus elegiſſet.

* Quemadmodum locuti ſunt eis principes.
6. Decepiſtis,dicentes.
e. Licet eos mentitos eſſe didiciſſent,parcere maluerunt iuramenti cauſa, cum poſſent vtique dicere ſe tãtum illis iuraſſe,quos eos eſſe credidérant, id eſt,de longinquo venientes. Au. ibidem.
* Seruus, ac.
7. A facie veſtra.
f. Videntur Gabaonitæ iſti, & eis aſſociati, non fuiſſe eam malí, excecati & obſtinati,vt alij Chananæi,ideo dominus eorũ miſertus eſt, atque modo prætacto ad ſalutem perduxit eoſdem. Dionyſ. Carthuſia.
8. Et cõſtituit eos Ioſue in die illa cæſores lignorũ, & vt hauirent aquas pro congregatione,atque pro altari domini.

*Quinque Reges oppugnantes Gabaon immoto ſole vincuntur ac ſuſpenduntur,pluréſque aliæ ciuitates capiuntur.* X.

[A] Ivæ cum audiſſet Adoniſedech Rex [a] Ieruſalem, quòd ſcilicet cepiſſet Ioſue Hay, & ſubuertiſſet eam, ( ſicut enim fecerat Iericho & Regi eius, ſic fecit Hay, & Regi illius ) & quòd [1] transfugiſſent Gabaonitæ ad Iſrael, & eſſent fœderati eorum, ]timuit valde. Vrbs enim magna erat [b] Gabaon, & vna ciuitatum regalium, & maior oppido Hay, omnéſque bellatores eius fortiſſimi. Miſit ergo Adoniſedech Rex Ieruſalem ad Ohan Regem Ebron, & ad Pharan Regem Ierimoth, ad Iaphiæ quoque Regem Lachis, & ad Dabir Regem Eglon, dicens: Ad me aſcendite, & ferte præſidium, vt expugnemus [c] Gabaon, [2] quare transfugerit ad Ioſue,& ad filios Iſrael.] Congregati igitur aſcenderunt quinque Reges Amorræorum: Rex Ieruſalem, Rex Hebron, Rex Ierimoth, Rex Lachis, Rex Eglon, ſimul cum exercitibus ſuis, & caſtrametati ſunt circa Gabaon, oppugnantes eam. [d] Habitatores autem Gabaon vrbis obſeſſæ,miſerunt ad Ioſue, qui tunc morabatur in caſtris apud Galgalam,& dixerunt ei: Ne retrahas manus tuas ab auxilio ſeruorum tuorum: Aſcende citò, & libera nos, férque præſidium. Conuenerunt enim aduerſum nos omnes Reges Amorræorum, qui habitant in montanis. Aſcendítque Ioſue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo, viri fortiſſimi. [d] Dixítque dominus ad Ioſue: Ne timeas eos, in manus enim tuas tradidi illos. Nullus enim ex eis [3] tibi reſiſtere poterit.] Irruit itaque Ioſue ſuper eos repente, tota nocte aſcendens de Galgalis. Et conturbauit eos dominus à facie Iſrael, contriuítque plaga magna in Gabaon, ac perſecutus eſt eos per viam aſcenſus Bethoron, & percuſsit vſque Azecha & Maceda. Cúmque fugerent filios Iſrael, & eſſent in deſcenſu Bethoron, dominus miſit ſuper eos lapides magnos de cœlo vſque ad Azecha. [e] Et mortui [C] ſunt multò plures lapidibus grandinis,quàm quos gladio percuſſerãt filij Iſrael. Tunc locutus eſt Ioſue domino, in die qua tradidit * Amorræum in conſpectu filiorum Iſrael, dixítque coram eis: † [4] Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Aialon. [e] ]Steterúntque ſol & luna,donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis. Nõne ſcriptum eſt hoc in libro [5] iuſtorum? Stetit itaque ſol in medio cœli, & non feſtinauit occumbere,ſpatio vnius diei. Non fuit ante & poſtea tam longa dies obediente domino voci hominis,& pugnante pro Iſrael. Reuerſúſque eſt Ioſue cum omni Iſrael in caſtra Galgalæ. Fugerant enim quinque Reges, & ſe abſconderant in ſpelunca vrbis Maceda. Nunciatúmque eſt Ioſue,quòd inuẽti eſſent quinque Reges latẽtes in ſpelunca vrbis Maceda. Qui præcepit ſociis,& ait: Voluite ſaxa ingentia ad os ſpeluncæ,& ponite* viros ~ induſtrios] qui clauſos cuſtodiant: [f] Vos autem nolite ſtare, ſed perſequimini hoſtes,& extremos quoſque fugiẽtium cædite. Nec dimittatis eos vrbium ſuarum intrare præſidia, quos tradidit dominus deus in manus veſtras. [6] Cæſis ergo aduerſariis plaga magna, & vſque ad internecionem penè conſumptis, ij ] qui Iſrael effugere potuerunt,ingreſſi ſunt ciuitates munitas. Reuerſúſque eſt omnis exercitus ad

a. Ieruſalem,vrbs omnium ob Chriſti mortem & inculatum celebertima, & ideo pluribus nominibus deſignata,Verſ. Solima,Iuza, Bethel,Ieruſolyma Iebus,Helia. Vrbs ſacra Ieruſalem,dicitur atque Salem.
1. Pacem feciſſent Gabaonitæ cum Iſraelitis, & eſſent in medio eorum.
b. Gabaon, ciuitas eſt vbi Ieſus Naue contrà quinque reges dimicans, Soli imperauit & Lunæ: & Gabaonitas ob dolos & inſidias fœderis impetrati in aquarios lignariósque damnauit. Hier. in Epitaphio Paulæ.
c. Eſt autem Gabaon,metropolis ac vrbs regia Heuzeorũ: quę etiam de ſorte Beniamin fuit: Nũc verò vicus eſt ſeruato nomine, prope Bethel ad occaſum,ad quartum lapidem. Vicina vero eſt Rama, quæ Leuitis quoque addicta eſt, prope Remmon, vbi Salomon ſacra operatus, vnctionis gratiam ac cepit. Procopius ibidem.
2. Quoniam fecit pacem cum Ioſue, & cum filiis Iſrael.

d. Vbi neque conſultus eſt dominus, vtrum eundum ad eos eſſet. Sed vltrò ſuis rectè ſubuenire volentibus,futuram victoriam prænunciauit. Sic ergo poſſet, quamuis non conſultus,de ipſis Gabaonitis admonere qui eſſent, cum ſe longinquos eſſe mentirentur, niſi illi placuiſſet illa iuratio,quæ ſubiectis parere cogitet. Augu. q. 14. Super Ioſue.
3. Contra faciem tuam ſtabit.

* Dominus.

4. Sol quieſce ſuper]Gabaon, & Luna ſuper Aialon.
e. Propter hoc nullo modo credenda eſt hæc crudelitas,quòd nullum virum in ciuitatibus ſibi traditis dimittebat Ieſus, quia deus hoc iuſſerat. Qui autem exiſtimant hîc deum fuiſſe crudelem,& propter hoc veteris teſtamenti verum deum fuiſſe non credunt authorem, tam perperſe de operibus dei quàm de peccatis hominũ iudicant,neſcientes quo quiſque dignus ſit, & magnum putantes malum eum cæſura deiiciũtur, mortaleſque moriuntur. Aug. q. 17. ſuper Ioſue.
5. Iuſti Moyſi.
* Iuxta illam.
6. Et factum eſt, cùm ceſſaret Ioſue & filij Iſrael percutere eos cæde magnavalde vſque ad internecionem illorum, reliquiæ ex illis.
* Cum pace in caſtra.

ad Iosue in [f] Maceda, & vbi tunc erant castra, sani & integro numero.] Nullúsque contra filios Israel mutire ausus est. Præcepítque Iosue, dicens: Aperite os spelũcæ, & producite ad me quinque Reges qui in ea latitát. Eecerúntque ministri vt sibi fuerat imperatum, & adduxerunt ad eum quinque Reges de spelunca, Regem Ierusalem, Regem Hebron, Regem Ierimoth, Regem [g] Lachis, Regem Eglon. Cúmque educti essent ad eum, vocauit omnes viros Israel, & ait ad [7] principes exercitus] qui secum e- E rant: Ite & ponite pedes super colla Regum istorum. [8h] Qui cum perrexissent, & subiectorum colla pedibus calcarent, rursum ait ad eos: Nolite timere, nec paueatis, confortamini, & estote robusti. Sic enim faciet dominus cunctis hostibus vestris aduersum quos dimicatis. Percussitque Iosue, & interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites: fuerúntque suspensi vsque ad vesperum. † Cúmque occumberet sol, præcepit [8] Iociis] vt deponerent eos de patibulis, qui depositos proiecerunt in speluncam, in qua latuerant, & posuerunt super os eius saxa ingentia, quæ permanẽt vsque in præsens. Eodem die Macedan quoque cepit Iosue, & percussit in ore gladij: Regémque illius interfecit, & omnes habitatores eius. Non dimisit in ea saltem paruas reliquias. Fecítque Regi Maceda, sicut fecerat Regi Iericho. Transiuit enim omnis Israel de Maceda in [i] Lebna, & pugnabat contra eam: quam tradidit dominus cum Re- I ge suo in manus Israel. [8] Percusserúntque vrbem in ore gladij, & omnes habitatores eius. Non dimiserunt in ea vllas reliquias. Fecerúntque Regi Lebna † sicut fecerant Regi Iericho. De Lebna transiuit in Lachis cum omni Israel, & exercitu per gyrum dispósito oppugnabat eam, tradidítque dominus Lachis in manus filiorum Israel, & cepit eam die altero, atque percusit in ore gladij, omnémque animam quæ fuerat in ea, sicut fecerat Lebna. Eo tempore ascendit Horam Rex [k] Gazer, vt auxiliaretur Lachis: quem percussit Iosue cum omni populo eius vsque ad internecionem. Transiuítque de Lachis in Eglon, & circundedit atque expugnauit eam in eadem die, percussítque in ore gladij omnes animas quæ erant in ea, iuxta omnia quæ fecerat Lachis. Ascendit quoque cum omni Israel de Eglon in [l] Ebron, & pugnauit contra eam, cepítque, & percussit in ore gladij. Regem quoque eius, & omnia oppida regionis il- G lius, vniuersásque animas quæ in ea fuerant commoratæ. [8] Non reliquit in ea vllas reliquias. Sicut fecerat Eglon, sic fecit & Ebron: [9] cuncta quæ in ea reperit, consumens gladio.] Inde reuersus in Dabir, cepit eam, atque vastauit: Regem quoque eius atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij. Non dimisit in ea vllas reliquias. Sicut fecerat Ebron & Lebna & Regibus earum, sic fecit Dabir & Regi illius. Percussit itaque Iosue omnem terram montanam & meridianam, atque campestrem, & [10] Asedoth] cum Regibus suis. Non dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spira re poterat interfecit, sicut præceperat ei dominus deus Israel, * [m] à Cades Barne vsque ad Gazam. Omnem terram Gosen vsque Gabaon, vniuersósque Reges & regiones eorum vno impetu cepit atque vastauit. Dominus enim deus Israel pugnauit pro eo. Reuersúsque est cum omni Israel ad locum castrorum in Galgala.

f. Maceda procul ab Eleuthero 8. miliaribus distat, contra solis ortum viæ ad Gabaon, per Azalon, & Azecha. Vndę transit Iosue in Lebna, & de Lebna in Lachis.

g. Lachis autem ciuitas olim Amorræorũ, in 7. miliario distans ab Eleuthero quam Roboam cum pleriique aliis circundedit muro, vt patet 2. Paralip. 11.

7. Præcipuos viros bellicosos.

8. Vtinam dominus meus Iesus concedat mihi calcare spiritũ fornicationis, & ceruicẽ spiritus iracundiæ, & furoris & auaritiæ, dæmonem & iactantiam, & cõterere pedibus meis superbiæ spiritum: & cum hęc fecero, gesti operis summam non mihi, sed crucifixo eius appendere, secundum illud, Per quẽ mihi mũdus crucifixus, & ego mundo. Glos. ordina.

8. Iosue.

i. Lebna, ciuitas erat Leuitarum in tribu Beniamin, de qua Iosue venit in Lachis. Est eiusdẽ nominis mãsio, 17. ab exitu de terra AEgypti, vt Num. 33. patuit.

k. Gazer, ciuitas in tribu Ioseph in 4. miliario à Nicopoli. A qua non expulerunt Chananæum inhabitantem.

l. Hebron, quæ & Chebron vel Ebron, ciuitas est capitalis sortis Iudæ. 22. miliaribus distans ab Hierosolymis, antiquissima vrbium Palæstinæ, à filio Caleph sic dicta quæ prius Cariatharbe, hoc est, ciuitas quatuor. Quia ibi quatuor maximos patriarchas terunt fuisse sepultos Adam, Abraham, Isaac, & Iacob.

9. Supposuitque eam anathemati, & cunctam animam quæ erat in ea.

10. Conuallem.

* Percussit autem eos Iosue.

m. Desertum est petræ Arabię vbi vicinum, vbi Maria defuncta est, ac Moyses seditione obortæ petrã percutit. Procopius ibidem.

## *Expugnat Iehosua multos alios Reges & populos.* XI.

A Væ cum audisset Iabin Rex [a] Assor, misit ad Iobab Regem Madon, & ad Regem Semerõ, atque ad Regem Asaph, ad Reges quoque aquilonis, qui habitant in montanis, & in planitie contra meridiem Ceneroth, in campestribus quoque & regionibus [b] Dor iuxta mare: Chananæum quoque ab oriente & occidente & Amorrẹum, atque Hethẹum, ac Pherezẹum, & Iebusẹum in montanis: Heuẹum quoque qui habitabat ad radices Hermon in terra Maspha. Egressique sunt omnes cum turmis suis, populus multus nimis, sicut harena quę est in litore maris, equi quoque & currus immensę multitudinis. Conuenerúntque omnes Reges isti in vnum ad aquas [c] Meron, vt pugnarent contra Israel. Dixítque dominus ad Iosue: Ne timeas eos: Cras enim hac eadem hora ego tradã omnes istos [1] vulnerandos] in conspectu Israel: equos eorum subneruabis, & currus igne combures.

a. Assor, vel Hasor sita est in cãpo sub Hermon monte ad occidentalem plagam Iordanis, veluti sequentes vrbes.

b. Mirata Paula ruinas Dor vrbis quondam potentissimæ, & versa vice Stratonis turrim ab Herode rege Iudææ in honorem Cæsaris Augusti, Cæsaream nuncupatam, in qua Cornelij domum Christi vidit ecclesiã, & Philippi cõclaue & cubicula quatuor virginum prophetarum. Hier. in Epitaphio Paulæ.

c. Meron, lacus est Galilææ, ad quem prædicti reges castra metati sunt contra Iosue frustrà pugnaturi.

1. Occisos.

Universidad de Deusto Biblioteca

2. Porrò Meron, vicus est Sebaste ab ea ad duodecimum lapidem distitus. Mandatur vero Iosue, vt eorum qui à septentrione vnà insurrexerant equis nemo inciat. Nam lex, Non multiplicabis tibi equos, inquit. Currus item comburat, quemadmodum AEgyptiorũ fuos subuertit. Procopius ibid.
z Vsque ad combustiones aquarum.
3. Caput fuerat omniũ regnorum istorum.

* In ore gladij cuncta extermi nan.lo.

4. Nullas autem vrbes quæ in munitione sua steterunt combussit Israel, præter solam Hazor, quã Iosue igne cremauit.

* Donec exirparent eos, nec reliquum fecerunt quicquam quod spirabat.
5. Campestria.
6. A monte diuisionis.
7. Ad planitiem Gad.
8. Quæ fecerit pacem cum filiis Israel.
e Salua si potes propositionem textus, cùm sola Gabaon se Israeli tradiderit, cæteras verò bellando ceperit, ac etiam cum nec temporibus iudicum, nec temporibus Regũ omnes omnino illarum septem gentium ciuitates capere potuerint Hebræi. Sed aut ita intelligẽdum est, quòd ad nullam ciuitatem bellãdo accessisset Iesus quam non ceperit: aut certè nulla non capta est, scilicet earum quæ in regionibus suprà commemoratis fuerũt. Aug. q.17. super Ios.
9. Exhiberent illis vllam misericordiam.
f. Quomodo hoc verum sit, cũ nec tẽporibus postea iudicũ, nec tẽporibus Regũ omnes omnino illarum septem gentium ciuitates capere potuerint Hebræi. Sed aut intelligẽdum est, quòd ad nullam ciuitatẽ bellãdo accessisset Iesus quã non ceperit: aut certè nulla non capta est, scilicet earum quę in regionibus suprà commemoratis fuerunt. Augustin. q. super Iosue lib. 6. ca. 17.

a. Hermon mons est, aliquot Libani montium pars, limes septẽtrionalis terræ Israeliticæ trans Iordanem. Hiero. aut Paneada imminere, idque se ab Hebræis didicisse. Fuit quondã regionis Emorrhæorum, quorum terra Masopha dicebatur, quam ea pars tum Manassæ tribui expulisset, dimidiam sortem accepit.
1. Ab interioribus torrentis.

2. Bethiesimoth.

3. Sub terr scatebras collium.
b. Astaroth, ciuitas magna est in terra Hus domus ipsius Iob, qui genere Syrus, teste Hiero. nõ Idumæus fuit. Qui stirpem duxit à Nachor fratre Abrahę, dum habitaret in Haran.

c. Hic ponitur epilogus regum quos percusserit Iosue, antequã Israelitæ dimiderent terram. De Lyra.
4. Citra.
5. A planitie Gad.
6. Diuisionis, qui.
d. Seir, prouincia in montibus sita, Iudæam ab Arabia Petrea diuidens. Hic olim Horræi habitauerunt, quibus pulsis Esau qui & AEdom possedit, quam à nomine suo appellauit. De quo & huius genealogia & possessione habetur Gene. 36.
7. Decliui loco.

* Venítque Iosue & omnis exercitus eius cum eo aduersus illos ad aquas [d] Meron subitò: & irruerũt super eos, tradidítque illos dominus in manus Israel. Qui percusserũt eos & persecuti sunt vsque ad Sidõnẽ magnã, [2] & aquas Masserephot, cãpúmq; Masphe, qui est ad orientalem illius partem. Itaque percussit omnes, vt nullas dimitteret ex eis reliquias. Fecítque sicut præceperat ei dominus: equos eorum subneruauit, currúsque combussit igni. Reuersúsque statim cepit Hasor, & Regem eius percussit gladio. Hasor enim antiquitus [3] inter omnia regna hæc principatum tenebat. ] Percussitque omnes animas quæ ibidem morabantur *. Non dimisit in ea vllas reliquias, sed vsque ad internecionem vniuersa vastauit, ipsámque vrbem peremit incẽdio, & omnes per circuitum ciuitates. * Reges quoque earum cepit, percussit atque deleuit, † sicut præceperat ei Moyses famulus domini. [4] Absque vrbibus quæ erant in collibus & in tumulis sitæ, cæteras succendit Israel, vnam tantum Hasor munitissimam flamma consumpsit. Omnémque prædam istarum vrbium, ac iumenta diuiserunt sibi filij Israel, cunctis hominibus interfectis. † * Sicut præceperat dominus Moysi seruo suo, ita præcepit Moyses Iosue, & ille vniuersa compleuit. Non præteriit de vniuersis mandatis, nec vnum quidem verbũ quod iusserat dominus Moysi. Cepit itaque Iosue omnem terram montanam & meridianam, terrámque Gosen, & planitiem, & [5] occidentalem plagam, ] montémque Israel, & campestria eius, [6] & partem montis] quæ ascendit Seir vsque [7] Baalgad ] per planitiem Libani subter montem Hermon: omnes Reges eorum cepit, percussit, & occidit. * Multo tẽpore pugnauit Iosue contra Reges istos. Non fuit ciuitas [8] [e] quæ se non traderet filiis Israel, ] præter Heuæum qui habitabat in Gabaon. Omnes enim bellando cepit. Domini enim sententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderẽt, & non [9] merentur vllam clementiam, ] ac perirent, sicut præceperat dominus Moysi. In tempore illo venit Iosue, & interfecit Enachim de montanis Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Iuda & Israel, vrbésque eorum deleuit. Non reliquit vllum de stirpe Enachim in terra filiorum Israel, absque ciuitatibus Gaza, & Geth, & Azoto, in quibus solis relicti sunt. [f] Cepit ergo Iosue omnem terram, sicut locutus est dominus ad Moysen, & tradidit eam in possessionem filiis Israel secundum partes & tribus suas, quieuítque terra à prælijs.

*Reges à Iehosua percussi, & à filiis Israel in introitu suo.* XII.

Hi sunt Reges, quos percusserunt filij Israel, & possederunt terram eorum trans Iordanem ad solis ortum, à torrente Arnon vsque ad montem [a] Hermon, & omnem orientalem plagam ] quæ respicit solitudinem. ] Seon Rex Amorræorum, qui habitauit in Esebon, dominatus est ab Aroer, quæ sita est super ripam torrentis Arnon, & [1] mediæ partis in valle, dimidiáque Galaad vsque ad torrentem Ieboc, qui est terminus filiorum Ammon, & à solitudine vsque ad mare Ceneroth contra orientem, & vsque ad mare deserti, quod est mare salsissimum, ad orientalem plagam per viam quæ ducit [2] Bethsimoth: ] * & ab australi parte quæ subiacet [3] Asedoth vsque Phasga, ] terminus Og Regis Basan, de reliquiis Raphaim, qui habitauit in [b] Astaroth, & in Edrai, & dominatus est in monte Hermon, & in Salecha, atque in vniuersa Basan, vsque ad terminos Gessuri, & Machati, & dimidiæ partis Galaad, ad terminos Seon Regis Esebon. Moyses famulus domini, & filij Israel percusserunt eos, tradidítque terram eorum Moyses in possessionem Rubenitis, & Gadditis, & dimidię tribui Manassæ. * [c] Hi sunt Reges terrę quos percussit Iosue & filij Israel [4] trans ] Iordanem ad occidentalem plagam, [5] Abaalgad ] in campo Libani, vsque ad montem [6] Libani: cuius pars ] ascendit in [d] Seir. Tradidítque eam Iosue in possessionem tribubus Israel, singulis partes suas, tam in montanis, quàm in planis atque campestribus. In [7] Aseroth, ] & in solitudine ac in meridie Hethęus fuit & Amorræus, Chananæus, & Pherezæus, Heuæus, & Iebusæus, Rex Iericho vnus, Rex Hay quę est ex latere Bethel, vnus, Rex Ierusalem, vnus, Rex Ebron,

vnus,

vnus, [c]Rex Ietimoth vnus, Rex Lachis vnus, Rex Eglon vnus, Rex Gazer vnus, Rex Dabir vnus, Rex Gader vnus, Rex Herma vnus, Rex Hereth vnus, Rex Lebna vnus, Rex Odollam vnus, Rex Maceda vnus, Rex Bethel vnus, Rex Taphua vnus, Rex Opher vnus, Rex Affec vnus, Rex Saron vnus, Rex Madan vnus, Rex Aſſor vnus, Rex Semeron vnus, Rex Aeſaph vnus, Rex Thænac vnus, Rex Maggeddo vnus, Rex Cedes vnus, Rex Iechanem Carmeli vnus, Rex Dor [8] & prouinciæ ]Dor vnus, Rex gentium Galgal vnus, Rex Therſa vnus. Omnes Reges triginta vnus.

c. Cognominantur autē hi oēs reges, vnuſquiſque à ciuitate regni ſui principali: & ciuitati hui illis principalibus erāt adiunctæ aliquæ vrbes & villæ regi principali ſubiectę: & vt videtur ex textu alia poſſe nominantur hīc, non ſecundū ordinem dignitatis, ſed potius ſecundum ordinem percuſſionis à filiis Iſrael. Dionyſ. Carthuſian.
8. De regione.

*Ioſue terram Chanáan iubet diuidere Iſraelitis, aſſignatis primo partibus Ruben, Gad, & dimidiæ tribui Manaſſæ trans Iordanem.* XIII.

IOſuè verò [1] ſenex prouectæque ætatis erat, ]& dixit dominus ad eum: [a] Senuiſti & longæuus es*, terráque latiſſima derelicta eſt, quæ necdum ſorte diuiſa eſt, [2] & omnis videlicet Galilæa, ]Philiſtiim, & vniuerſa Geſſuri, à fluuio [3] turbido ]qui irrigat Ægyptum, vſque ad terminos Accaron contra aquilonem, [4] terra Chanáan ] quæ in quinque regulos Philiſtiim diuiditur, Gazæos, & Azotios, Aſcalonitas, Gethæos, & Accaronitas. * Ad meridiem verò ]ſunt Heuehi, ]omnis terra Chanáan, & [5] Maara Sidoniorum, vſque Apheca, & terminos Amorræi, [6] ciúſque confinia: ]Libani quoque regio contra orientem [7] Abaalgad ] ſub monte Hermon, donec ingrediaris Hemath: omnium qui habitabant in monte à Libano, vſque ad [8] aquas, Meſſerephot, ] vniuerſíque Sidonij. Ego ſum qui delebo eos à facie filiorum Iſrael. [9] Veniat ergo in partem hæreditatis Iſrael, ]ſicut præcepi tibi. Et nunc diuide terram in poſſeſſionem nouem tribubus, & dimidiæ tribui
a Manaſſæ: [8] cum qua Ruben & Gad [10] poſſederunt terram ] † quam tradidit eis Moyſes famulus domini trans fluenta Iordanis ad orientalem plagam, ab Aroer quæ ſita eſt in ripa torrentis Arnon, & [11] in vallis medio, ] vniuerſáque campeſtria Medaba, vſque Dibon: & cunctas ciuitates Seon Regis Amorræi, qui regnauit in [b] Eſebon vſque ad terminos filiorum Ammon: & Galaad, ad terminum Geſſuri & Machati, & omnem montem Hermon, & vniuerſam Baſan vſque Salecha, omne regnum Og in Baſan, qui regnauit in Aſtaroth, & Edrai, ipſe fuit de reliquiis Raphaim: percuſſítque eos Moyſes, atque deleuit. Noluerúntque diſperdere filij Iſrael Geſſuri & Machati: & habitauerunt in medio Iſrael vſque in præſentem diem [c]. † Tribui autem Leui non dedit poſſeſſionē: ſed ſacrificia, & victimæ domini dei Iſrael, ipſa eſt eius hæreditas, ſicut locutus eſt illi. Dedit ergo Moyſes poſſeſſionem tribui filiorum
c Ruben iuxta cognationes ſuas. [8] Fuítque terminus eorum ab Aroer, quæ ſita eſt in ripa torrentis Arnon, & [12] in valle eiuſdem torrentis media: ]vniuerſam planitiem, quæ ducit Medaba, & Eſebon, cunctóſque viculos earum, qui ſunt in campeſtribus. Dibon quoque, & [13] Bamothbaal, ] & oppidum Baalmaon, & Geſſa, & Cedimoth, & Mephath & Cariathāim, & Sabama, & Sarathaſar, in monte conuallis Betphogor, & [14] Aſedothphaſga, ]& Bethieſimoth, omnes vrbes campeſtres, vniuerſáque regna Seon Regis Amorræi, qui regnauit in Eſebon, † quem percuſſit Moyſes cum principibus Madian: Heuæum, & Recen, & Sur, & Vr, & Rebee duces Seon, habitatores terræ: & [d] Balaam filium Beor ariolum occiderunt filij Iſrael gladio, cum cæteris interfectis: factúſque eſt terminus filiorum Ruben Iordanis fluuius. Hæc eſt poſſeſſio Rubentinarum per cognationes ſuas vrbium & viculorum. Deditque Moyſes tribui Gad & filiis eius per cognationes ſuas poſſeſſionem, cuius hæc diuiſio eſt: Terminus Gazer, & omnes ciuitates Galaad, & dimidiam partem terræ
b filiorum Ammon: vſque ad Aroer, quæ eſt contra Rabba: [8] & ab Eſebon vſque Ramoth, Maſphe & Bethonim: & à [15] Manáin ]vſque ad terminos Dabir. In valle quoque Betharan, & Bethnemra, & Soccoth, & Saphon, reliquam partē regni Seon Regis Eſebon. Huius quoque finis Iordanis eſt, vſque ad extremam partem maris [e] Cenéreth trans Iordanem ad orientalem plagam. Hæc eſt poſſeſſio filiorum Gad per

1. Senuit, & venit in dies.
2. In ſcriptura non ſimpliciter longæui ſeniores nuncupantur: verum qui ob prudentiam honore digni ſunt, vtique cæleſti. Quapropter nec Adam, nec Mathuſala, nec Noe quidē ſeniorem dixit, quos maximē cōueniebat. Verum longæuum Abrahamum primum appellauit ſeniorem. Ad Moyſem etiam poſtrō inquit Dominus: Delige tibi ex cuncto populo ſeniores quos tu ipſe vere ſe, niores eſſe compertum habes. Procopius Ibidem.
* Hæc autem reſidua eſt terra.
2. Omnes prouinciæ.
3 Nilo.
4. Hæc ad Chanaan cōputantur.
7 Et Amæos.
5 Spelunca quæ eſt iuxta Sidonios.
6. Sed & terra Gibleorum.
7. A planitie Gad.
8. Combuſtiones aquarum.
9. Tantum ſortitis eam Iſraelitis in hæreditatem.
10. Acceperūt hæreditatē ſuā.
11. A ciuitate quæ eſt in medio torrentis.
b. Eſebon vel Eſbon ciuitas eſt trans Iordanem ab eodem 20. miliaribus diſtans ſecundum Hieron. in montibus quos reſpicit Iericho, nunc tribui Rubenitarum, & ſeparata Leuitis, ſimiliter ſeptentrionalē eius finē, vnde Gaditis quandoque cōnumeretur, ſed Rubem raptā deſtructámque reſtituiſſe teſtatur Moyſes. Nume. 32.
c. Leuitis autem neque Moyſes dedit hæreditatem, nec Ieſus: quia ipſe deus eſt hæreditas eorum. Hi ſunt forte qui in eccleſia virtute animi & meritorū gratia alios præcedūt. Hi ſunt forte qui in populo ſaluandorum ſapientiæ & ſcientiæ operam tribuunt, & mentem ſuā puram cuſtodiunt, & omnib⁹ præclaris virtutibus excolunt, & ſimpliciores docent quomodo veniant ad ſalutem. Horum hæreditas ipſe Dominus eſt qui eſt ſapientia quam præ cęteris omnibus dilexerūt. Gloſ. ordinaria.
12. A ciuitate quę eſt in medio torrentis.
13. Excelſa Baal.
14. Scatebras collium.
d. Balaam de quo nume. 22. & ſequen. licet de alia regione eſſet, tamen pro aſſequendo ſibi promiſſo non deſtitit ſequi Balac filium Sephor, & dare conſilium illi quibus inſidiis & aſtutia deciperet filios Iſrael. Vnde Nume. 31. inuentus eſt occiſus inter Madianitas.
15. Mahenāim.
e. Cenereth vel Chenereth aut Genezaret & mare Galilææ, lacus eſt ad Carmeli radices, quē Iordanis præterfluit: habens in longitudine 128. ſtadia in latitudine vero 28. authore Plinio. In ſacta ſcriptura & præcipue in nouo teſtamento plurimum celebratur: & multis vrbibus præclaris circumſeptus, Capharnao. Tyberiade, Bethſaida, Bethſan, Gadara, & pleriſque aliis.

familias ſuas,& ciuitates & villæ earum.[f] Dedítque dimidiæ tribui Manaſſæ filiíſque eius iuxta cognationes ſuas poſſeſſionem, cuius hoc principium eſt: A Mahenáim vniuerſam Baſan,& cuncta regna Og Regis Baſan,omnéſque vicos Iair, qui ſunt in Baſan,ſexaginta oppida:& dimidiam partem Galaad,& Aſtaroth, & Edrai vrbes regni Og in Baſan:filiis Machir,filij Manaſſæ dimidiæ parti filiorum Machir, iuxta cognationes ſuas. † Hanc poſſeſſionem diuiſit Moyſes in campeſtribus Moab trans Iordanem contra Iericho ad orientalem plagam. Tribui autem Leui non dedit poſſeſſionem,quoniam dominus deus Iſrael ipſe eſt poſſeſsio eius,vt locutus eſt illi.

f. Ex quo videtur quòd vltra principale regnum Og regis, ipſe adhuc vi prælij obtinuerat aliqua regna minora, vel regna dicuntur partes diuerſæ regni. Interdum etiã ponitur plurale pro ſingulari, ſicut & econuerſo in deſcriptione quoque hæreditatis collatæ tribui Gad inter alia dicitur, quod Moyſes dedit eis dimidiam partem terræ filiorũ Ammon Dionif. Carruſia. Ibid.

## *Caleb accipit Hebron ſibi promiſſam in hæreditatem.* XIIII.

HOc eſt quod poſſederunt filij Iſrael in terra Chanáan, quam dederunt eis Eleazar ſacerdos,& Ioſue filius Nun, & Principes familiarum per tribus Iſrael:[a] ſorte omnia diuidentes,[†] ſicut præceperat dominus in manu Moyſi,nouem tribubus, & dimidiæ tribui. Duabus enim tribubus, & dimidiæ dederat Moyſes trans Iordanem poſſeſsionem abſque Leuitis, qui nihil terræ acceperunt inter fratres ſuos: ſed in eorum ſucceſſerant locum filij Ioſeph, in duas diuiſi tribus,Manaſſe & Ephráim.Nec acceperunt Leuitæ aliam in terra partem, niſi vrbes ad habitandum,& ſuburbana earum ad alenda iumenta & pecora ſua. [&] Sicut præceperat dominus Moyſi,ita fecerunt filij Iſrael,& diuiſerunt terram.[b] Acceſſerũt itaque filij Iuda ad Ioſue in Galgala,locutúſq; eſt ad eum Caleph filius Iephone Ceuezeus. [†] Noſti quid locutus ſit dominus ad Moyſen hominẽ dei de me & te in Cades Barne.[c] Quadraginta annorum eram:quando miſit me Moyſes famulus domini de Cades Barne,vt conſiderarem terram:nunciauíque ei[1] quod mihi verum videbatur.] Fratres autem mei qui aſcenderant mecum, diſſoluerunt cor populi, & nihilominus ego ſecutus ſum dominum deum meum. [&] [†] Iurauítque Moyſes in die illo, dicens: Terra quam calcauit pes tuus erit poſſeſsio tua,& filiorum tuorum in æternum, quia ſecutus es dominum deum tuum.Conceſsit ergo dominus vitam mihi, ſicut pollicitus eſt,vſque in preſentem diem. Quadraginta & quinque anni ſunt ex quo locutus eſt dominus verbum iſtud ad Moyſen quando ambulabat Iſrael per ſolitudinem:hodie octogintaquinque annorũ ſum ſic valens, vt eo valebã tempore, quando ad explorandum miſſus ſum: [†][2] illius in me temporis fortitudo vſque hodie perſeuerat,tam ad bellandum quàm ad gradiendum. [&][d] ]Da ergo mihi monte iſtum,quem pollicitus eſt dominus te quoque audiente,in quo Enachim ſunt, & vrbes magnæ atque munitæ:ſi fortè ſit dominusmecum,& potuero delere eos:ſicut promiſit mihi. Benedixítque ei Ioſue,]& tradidit ei Hebron in poſſeſſionem, atque ex eo fuit Hebron Caleph filio Iephone Genezæo vſque in præſentem diem: quia ſecutus eſt dominum deum Iſrael.Nomen Hebron, antea vocabatur Cariatharbe. [3][e] Adam maximus ibi] inter Enachim ſitus eſt,& terra ceſſauit à prælis.

a. Cleros Græcè ſors dicitur,& ſortes ex prouiſione dei partes hæreditatis vocantur, quæ populo ſunt diſtributæ,vnde tribus Leui præcepta eſt non habere ſortem inter fratres ſuos, quod ex eorum decimis ſuſtẽtarentur. Aug. pſal. 67. Nam & Moyſes Leuitis non diuiſit terram,quorum nõ erat terrenus ſed ſuperior incolatus: ſed iis ſine labore terreno ſacri ſtipẽdia miniſterij deputauit Amb. Ad virgines exhortatio.

b. Hæc eſt pars incidentalis in qua interponitur petitio Caleph,cui Moyſes ſpeciali promiſerat Ebron. Et ideo videẽ quòd agebatur de terræ diuiſione fecit inuentionẽ de promiſſione ſibi facta, ne terra ſibi promiſſa alteri concederetur. De Lyra.

c. Ex his colligitur Ioſue 7. annis terram Chanáan ſubiugaſſe. Nã Caleph cum cæteris exploratoribus miſſus eſt. 2. anno egreſſionis poſtea. 38. annis per deſerta peruagati ſunt. Cũ vero miſſi iunt explorantes, Caleph erat. 40. annorum nũc vero in diſtributione eſt 85 annorum. Et in hoc anno ſeptimo,qui eſt ab ortu Iſaac 450. annis,in qua diuus Paulus terram Iudæis dicit fuiſſe diuiſã. Act. 13. c.

1. Rem ipſam ſicut fuit in corde meo.

2. Et qualis tũc fuit fortitudo mea,tale nunc eſt robur meũ, ſiue cum egrediar ad bellum, ſiue cum regrediar.

d. Nihil humile, nihil dejectum ſanctus iſte requirit, ſed monte excelſum in quo ſunt ciuitates magnæ & munitæ, quia ciuitates munitas occupat ſapiens, & deſtruit munitiones in quibus confidunt impii. Gloſ ordin.

3. c. Siquidem Acha filit homo magnus. (Adam enim communis eſt hic,& non proprium.

## *Sors tribus Iudæ,ciuitates & villæ earum.* XV.

[†] IGitur ſors filiorum Iudæ per cognationes ſuas iſta fuit:[1] à termino Ædom vſque ad deſertum Zin contra meridiem, & vſque ad extremam partem auſtralis plagæ. ] Initium eius à ſummitate maris ſalſiſſimi, & à [2] lingua eius ]quæ reſpicit meridiem, egreditúrque contra aſcenſum ſcorpionis,& pertranſit in [3] Syna: ]aſcendítque * in Cades Barne, & péruenit in Eſrom, aſcendens ad Addar,]& circuiens [4] Cariathaa,]atque inde pertranſiens in Aſemona, & perueniens ad torrentem Ægypti: erúntque termini eius mare magnum. Hic erit finis meridianæ plagæ. Ab oriente vero erit initium mare ſalſiſſimum vſque ad extrema Iordanis:& ea quæ reſpiciunt ad aquilonem à lingua maris vſque ad eundem Iordanis fluuium: [&] aſcendítque terminus in [a] Bethagla[1], & tranſit ab aquilone in Betharaba, aſcendens ad lapidem Boem filij Ruben:& tendens vſque ad terminos

1. Verſus terminum Aedon deſerti Zin ad meridiem, ab extremitate auſtrali.
2. Petra,& infra.

3. Zin.
* A meridie.
4. Carea.

a. Bethagla ciuitas eſt inter lacum Aſphaltidem & Iericho procul ab ea tribus milib[9] paſſ. Sic dicta quòd filij Iacob reducẽtes ab Aegypto corpus eius, ibidem eum deplorauerũt, quæ prius Area & Arad dicebatur.

minos [5] Debera ] de valle Achor, contra aquilonem respiciens Galgala, quæ est ex aduerso ascensionis Adommim, ab australi parte torrentis, transitque aquas quæ vocantur fons solis, & erunt exitus eius ad fontem Rogel, ascenditque per conuallem filij [b] Ennon ex latere Iebusæi ad meridiem, hæc est Ierusalem, & inde se erigens ad verticem montis qui est contra Iehennon ad occidentem in summitate vallis Raphaim contra aquilonem: pertransitque à vertice montis vsque ad fontem aquæ Nephtoath, & peruenit vsque ad vicos montis Ephron: inclinatúrque in Bala, quę est [c] Cariathiarim, ⊱ id est vrbs syluarum: ]* & circuit de Bala contra occidentem vsque ad montem Seir, transitque iuxta latus montis Iarim ad aquilonem in Chesslon, & descendit in Bethsames, transitque in Thamna, & péruenit contra aquilonem partis Accaron ex latere, inclinatúrque Secrona & transit montem Bala: péruenitque in Gebneel, & magni maris contra occidentem fine concluditur*. Hi sunt termini filiorum Iuda per circuitum in cognationibus suis. Caleph verò filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iuda, sicut præceperat ei dominus, Cariatharbe patris Enach, ipsa est Hebron: † deleuitque ex ea Caleph tres filios Enach, Sesai, & Hayman, & Tholmai, de stirpe Enach: atque inde conscendens venit ad habitatores [d] Dabir, quæ prius vocabatur Cariathsépher, ⊱ id est ciuitas literarum. ] Dixitque Caleph. Qui percusserit Cariathsépher, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem. [8] Cepitque eam Othoniel filius Cenez [7] frater ] Caleph ⊱ iunior, ] deditque ei Axam filiam vxorem. Qui cum pergerent simul, suasit ei vir eius vt peteret à patre suo agrum, suspirauitque vt [8] sedebat in asino. ] Cui Caleph: quid habes, inquit? At illa respondit: Da mihi benedictionem. Terram australem ⊱ & arentem ] dedisti mihi, [9] iunge & irriguam. ] Dedit itaque ei Caleph irriguum superius & inferius. Hæc est possessio tribus filiorum Iuda per cognationes suas: erántque [e] ciuitates ab extremis patribus filiorum Iuda iuxta terminos Aedom à meridie: Cabseel, & Eder, & Iagur, & Cina, & Dimona, & Adada, & Cedes, & Asor, & Iethnan, Ziph, & Telem & Baloth, [10] Asornoba, ] & Carioth, Iesrom, hæc est Assor, Amam, Sama, & Molada, & Asergadda, & Assemoth, [f] & Bethfeleth, & Aserfual, & Bersabee, & Baziothia, & Abala, & Humesem, & Heltholad, & Exul, & Zarma, & Sicelech, & Medemena, & Sensenna, Iebaoth, & Selim, & Ahemremmon: [f] omnes ciuitates viginti nouem, & villæ earum. In campestribus verò, [g] Estaol, & Sarea, & Asena, & Azone, & Engannim, & Taphúa, & Enaym, & Ierimoth, & Adulan, Socho, & Azecha, & Sarim, & Adithaym & Gedera, & Giderothaym, vrbes quatuordecim & villæ earum. Sanan, & Adasa, & Magdalgad, Delean, & Masepha, & Iectel, Lachis, & Baschad, & Eglon, Tebbon, & Leemas, & Cethis, & Gideroth, & Bethdagon, & Neama, & Maceda: ciuitates sedecim & villæ earum. [h] Labana, & Ether, & Asan, Iepta, & Esna, & Nesib, & Ceyla, & Aheczib, & Maresa: ciuitates nouem & villæ earum. [h] Accaron cum vicis & villulis suis Ab Accaron vsque ad mare omnia quæ vergunt ad Azôtum & viculos eius. Azôtus cum vicis & villulis suis. Gaza cum vicis & villulis suis vsque ad torrentem Ægypti, & mare magnũ terminus eius, & in monte Samir, & Iecther, & Socchoth, & Edenna, Cariathsenna, hæc est [i] Dabir, Anab, & Histhemo, & Anym, Gosen, & Olon, & Gylo: ciuitates vndecim & villæ earum. Arab, & Roma, & Esaan, & Ianum, & Bethafua, & Afeca, Athmata, & Cariatharbe, hæc est Ebron, & Sior: ciuitates nouem & villæ earum. [6] Maon, & Charmel, & Ziph, & Loche, Iezrael, & Iucadam, & Zanoe, & Accaym, Gabaa, & Thamna: ciuitates decem & villæ earum. Alul, & Bethsor, & Iedor, Mareth, & Betanoth, & Helthecen: ciuitates sex & villæ earum. [k] Cariathbaal, hæc est Cariath Iarim vrbs Syluarum, & Arebba, ciuitates duæ & villæ earum. In deserto, Betharaba, Meddyn & Sachaca, & Nebsam, ciuitates salis & Engaddi: ciuitates sex & villæ earum. Fiunt simul cẽtum quindecim. Iebuseum autem habitatorem Ierusalem nõ potuerunt filij Iuda delere, habitauítque Iebusæus cum filiis Iuda in Ierusalem vsque in præsentem diem.

5. Dabir.

b. Ennon vallis est ad radices montis Moriæ in suburbio Ierosolymitano, olim consecrata idolo Moloch xvo. Cuius facies vituli, cæteræ partes hominis, porrectis manibus ad pueros recipiendos paratis. Quod etiam dictum est Topheth poliandrion Gehennon, & Gehenna, inde ortum ferunt nomen Gehennę pro inferni supplicio impositum.

c. Cariathsa sita est in termino borzali tribus Iudæ, confimo Beniamin & Dan tribuum, passibus mille ab Ierosolyma cõtribus Laddan, vt habet Ieronymus. Huius ciues cum Gabaonitis sub quorũ tum erant imperio, vitam quadam arte dolo sa imminente periculo exemerunt. Mancipia tamen facti Israelitarum perpetua tempore Iosûe.

*Terminus verò occidentalis fuit mare magnum.

d. Dabir, quę & Debir, Cariathsenna, & Cariathsepher, olim vniuersitas Palæstinæ, vt nomẽ sonat, ciuitas sacerdotalis, in termino septentrionali sortis Iudæ post vallem Achor, Hebron ad ortum in boream declinans. Est & alia eiusdem nominis quõdam Amorræorum nunc autem sortis Gad trans Iordanem, non procul ab eo distans, vt ait Hier. in Epitaphio Paulæ.

7. Fratris.

8. Delapsa ab asino.

9. Dabis mihi fontes aquarũ.

e. Numerauit itaque Iosûe ciuitates quæ limites erant & termini hæreditatis Iuda, & non mediás quæ multo plures erãt.

10. Hazor, Hedattha.

f. Quia secundum rei veritatẽ tot remanserant & non plures filiis Iuda. Aliæ autem quæ sunt vltra istum numerum assignatæ fuerunt tribui Simeõ post ea. propter quòd aliquæ hic enumeratæ, postea enumerantur in sorte Simeon.

g. Estaol duplex, altera in tribu Dã, in 10. miliaria ab Eleutheropoli, in 4. mil. à Ierimoth, inter Azotum & Ascalonem patria Samsonis. de qua iudic. 13. d. & 16. d. & infra 19. c. Hieronymo villula nunc. Asco dicta. Altera est in tribu Iuda, de qua hic meminit inter cæteras.

h. Accaron ex præcipuis Philistæorum oppidorum vltimũ, inter Geth, & Azotũ non procul à mari. Cæsaream autẽ Stratonis Hier. vocat Accaron, nec putatur tamẽ eadem esse cum ista.

i. Ciuitas est sacerdotalis in termino septentrionali sortis Iudæ, posti vallem Achor, Hebrõ, ad ortum in boream declinãs. Est & eiusdem nominis alia quondam Amorræorum, nũc in funiculo Gad, non procul vt ait Hieronymus, à Iordane in limite eiusdem septentrionali. Superior quæ Iudæ est Kariatsepher, hoc est ciuitas literarũ.

k. Cariathbaal, quæ & Cariath Iarim, Baalpharasim, Baal, & Balá, & Pharasim, iuxta Hebræos dicitur ciuitas syluarũ: sita est in monte boreali tribus Iudæ mille pass. ab Hierosolyma cuntibus Liddan, vt habet Hier. vbi supra.

*Sors Ephráim, vrbes & viculi earum.* XVI.

GEcidit quoque ſors filiorum Ioſeph ab Iordane contra Iericho, [1] & ad aquas eius, ab oriente: ſolitudo quæ] aſcendit de Iericho ad montem Bethel: & egreditur de [a] Bethel Luzam: tranſitque terminum [2] Archiatharoth,] & deſcendit ad occidentem iuxta terminum Iefleti, vſque ad terminos Berthoron inferioris & * [b] Gazer: [f] finiuntúrque regiones eius mari magno: poſſederúntque filij Ioſeph Manaſſes & Ephráim. Et factus eſt terminus filiorum Ephráim per cognationes ſuas: & poſſeſsio eorum contra orientem Atharoth, Addar, vſque Bethoron ſuperiorem: egrediuntúrque confinia in mare, Machmetath verò aquilonem reſpicit, & circuit terminos contra orientem in Thanatſelo, & [3] pertranſit ab oriente Ianoe.] [g] Deſcendítque de Ianoe in Atharoth & Noarátha: & peruenit in Iericho: egreditúrque ad Iordanem de [c] Taphúa, pertranſitque contra mare [4] in vallem harundineti,] ſúntque egreſſus eius in mare ſalſiſſimum. [g] [d] Hæc eſt poſſeſſio tribus filiorum Ephráim per familias ſuas, vrbéſque ſeparatæ ſunt filiis Ephráim in medio poſſeſſionis filiorum Manaſſæ & villæ earũ, & non interfecerunt filij Ephráim Chananæum qui habitabat in Gazer: habitauítque Chananæus in medio Ephráim vſque in diem hanc tributarius.

*Mediæ tribui Manaſſæ, & filiabus Salphaad, ſortes aſsignantur.* XVII.

GEcidit autem ſors tribui Manaſſæ, (ipſe enim eſt primogenitus Ioſeph) Machir primogenito Manaſſæ patri Galaad, qui fuit vir pugnator, habuitque poſſeſſionem Galaad & [a] Baſan: † & reliquis filiorum Manaſſæ iuxta familias ſuas, filiis Abiézer, & filiis Helech, & filiis Heſrihel, & filiis Sichen, & filiis Epher, & filiis Semida. Iſti ſunt filij Manaſſæ filij Ioſeph, mares per cognationes ſuas. † Salphaat verò filio Epher, filij Galaad, filij Machir, filij Manaſſæ non erant filij, ſed ſolæ filiæ: quarum iſta ſunt nomina Mahala, & Noha, & Egla, & Melcha, & Therſa. [b] Venerúntque in conſpectu Eleazari ſacerdotis, & Ioſûe filij Nun, & principum, dicentes: dominus præcepit per manum Moyſi, vt daretur nobis poſſeſſio in medio fratrum noſtrorum. [g] Dedítque eis iuxta imperium domini poſſeſſionem in medio fratrum patris earum: & ceciderunt funiculi Manaſſæ decem, abſque terra Galaad, & Baſan trans Iordanem. Filiæ enim Manaſſæ poſſederunt hæreditatem in medio filiorum eius. Terra autem Galaad cecidit in ſortem filiorum Manaſſę, qui reliqui erant. Fuítque terminus Manaſſæ ab [c] Aſſer Machmata, quæ reſpicit Sichem, & egreditur ad dexteram iuxta habitatores fontis Thaphúæ. Etenim in ſorte Manaſſæ ceciderat terra Thaphúæ, quæ eſt iuxta terminos Manaſſæ filiorũ Ephráim. Deſcendítque terminus [1] vallis harundineti ] in meridiem torrentis ] ciuitatum Ephráim, quæ in medio ſunt vrbium Manaſſæ [d]: Terminus Manaſſæ ab aquilone [2] torrentis, ]& exitus eius pergit ad mare: [g] ita vt poſſeſſio Ephráim ſit ab auſtro, & ab aquilone Manaſſæ & vtránque claudat mare, & coniungantur ſibi in tribu Aſſer ab aquilone, & in tribu Iſachar ab oriente. Fuítque hęreditas Manaſſæ in Iſachar & in Aſſer, [e] Bethſan & viculi eius, & Iebblaan cum viculis ſuis, & habitatores Dor cum oppidis ſuis, habitatores quoque Endor cum viculis ſuis: ſimilitérque habitatores Thenac cum viculis ſuis, & habitatores Mageddo cum viculis ſuis, [3] & tertia pars vrbis Nophec. ]Nec potuerunt filij Manaſſæ has ciuitates ſubuertere, ſed cœpit Chananæus, habitare in terra ſua. Poſtquam autem conualuerunt filij Iſrael, ſubiecerunt Chananæos, [f] & fecerunt ſibi tributarios, nec interfecerũt eos. Locutíque ſunt filij Ioſeph ad Ioſûe, & dixerunt: Quare dediſti mihi terram in poſſeſsionem ſortis & funiculi vnius, cum ſim tantæ multitudinis, & * benedixerit mihi dominus? Ad quos Ioſûe ait: [g] Si populus multus es, aſcende in ſyluam, & ſuccide tibi ſpatia in terra Pherezæi, & Rapháim: [4] quia ]anguſta eſt tibi poſſeſsio montis Ephráim. Cui reſponderunt filij Ioſeph. Non [5] poterimus ad montana conſcendere, cum ferreis curribus vtantur Chananæi qui habitant in terra campeſtri, in qua ſitæ ſunt Bethſan ]cum viculis

---

a. Vſque ad aquas Iericho ad orientem & ad deſertum quod

a. Sciendũ quòd Bethel & Luza prius duæ erant ciuitates, poſtea autem vnica, quia propinquæ & paruæ erãt ita quòd in particulari terminebant ſibi nomina propria, & ita egreſſus erat de vna parrem aliam. De Lyra.

2. Archi in Atharoth.

* Vſque ad.

b. Gazer quam Hier. Gazaram, alij Gazeram dicunt. 4. milia. à Nicopoli diſtans: inter quam & Iordanem ſors Ephráim ſita eſt, ex qua non expulerũt Chananæum, ipſum tamen tributarium conſtituerunt.

3. Hinc tranſit ad orientem in Ianoe.

c. Taphúa, quæ & Tapua, ciuitas eſt ſortis Ephráim cuiusterræ includuntur in medio ſortis Manaſſæ.

4. Ad torrentem Cana.

d. Quòuis enim quælibet trib⁹ habuit propriãm partem & ſortem, tamen interdũ vrbes quędam vnius tribus quantum ad aliquem ſitum interlocatæ erãt infra terminos alterius ſortis quia & linea per quam fiebat terræ ſortiumque diuiſio, non poterat ſemper protrahi in directum, ſed interdũ hinc inde flectebatur propter interpoſita loca impertranſibilia. Dionyſ. Carthuſianus. Ibid.

a. Baſan Regnum Og Regis, quem occidit Moyſes: de quo Deut. 3. b. 60. continet vrbes, extẽditur vſque ad terminum Geſuri, & Machati, per Hermõ montem, terminus à Reſiduo Raphãim, qui habitabat in Aſtaroth, & Edrehi, & in monte Hermon & Salhad. Et ceſsit in ſortem filiorum Manaſſe.

b. Ex quo patet quòd iſtæ filiæ habuerant hæreditatem in terra promiſſionis: quia terram aliam quæ fuit acquiſita ante tranſitum Iordanis dedit eis Moyſes in vita ſua, vt habetur Nume. 32. De Lyra. Ibid.

c. Aſſer, quæ & Aſer, ciuitas eſt ſortis Manaſſæ & terminus ei⁹ in 15. lapide à Neapoli euntib⁹ in Scytopolim: ciuſdem nominis eſt quædam vallis in Galilæa.

1. Ad torrentem Cana verſus meridiem ad torrentem.

d. Quod eſt in aquilonari parte torrentis pertinet ad poſſeſſionem Manaſſę: quia poſſeſsio Ephráim fuit propinquior poſſeſsioni Iudę. & ſors Iudę fuit in parte auſtrali terræ promiſſionis. De Lyra.

2. Ad hunc torrentem.

e. Bethſan ciuitas eſt Palæſtinæ iuxta mare Galilæę, in cãpo quem vocant magnum, diuidens Ephráim à Manaſſe. Inde dicta eſt Scytopolis, quia à Scythis inſtaurata eſt & habitata. ibidem Philiſtæi capita Saulis & filiorum ſuorum ſuſpenderunt. 1. Reg. vltimo.

3. Tres regiones.

f. Hæc iam contra præceptum fiebant, & adhuc viuebat Ieſus Naue: ſed dux illorum in illis prælijs iam præ ſenectute non erat. Aug. ibid. q. 20.

* Hactenus.

4. Si.

5. Sufficit nobis mons iſte, ſed & curtus ferrei ſunt apud cunctos Chananæos habitantes in terra conuallium, & apud incolas Bethſan.

culis ſuis,& Iezrael mediam poſsidens vallem.Dixítque Ioſuè ad domum Ioſeph & Ephráim & Manaſſæ:[g] Populus multus es,& magnæ fortitudinis, nõ habebis ſortem vnam,ſed tranſibis ad montem,& ſuccides tibi atque purgabis ad habitandum ſpacia:& poteris vltrà procedere cum ſubuerteris Chananæum, quem dicis ferreos habere currus,& eſſe fortiſsimum.

g. Angustus sortis tibi conceſſa noli eſſe contentus,ſed dilata & amplia eam per moduma præfatum.Quidam tamen exponũt ſic,quòd Ioſuè dedit eis licentiam dilatandi terminos ſuos extra fines terræ promiſſionis.Dionif.Carthuſia.

*Sors Beniamin cum vrbibus & viculis earum.* XVIII.

A [C]Ongregatíque ſunt omnes filij Iſrael in [a] Sylo, ibíque fixerunt tabernaculum teſtimonij, & fuit [1] eis terra ſubiecta. ] Remanſerant autem filiorum Iſrael ſeptem tribus, quæ necdum acceperant poſſeſsiones ſuas. Ad quos Ioſuè ait: Vſquequo [2] marcetis ignauia, ] & non intratis ad poſsi[d]endam terram, quam dominus deus patrum veſtrorum dedit vobis? [3] Eligite] de ſingulis tribubus ternos viros, vt mittam eos & pergant, atque circumeant terram, & deſcribant eam iuxta [4] numerum vniuſcuiuſque multitudinis,] referántque ad me quod deſcripſerint. [5] Diuidite vobis terram ]in ſeptem partes:Iudas ſit in terminis ſuis ab auſtrali plaga,& domus Ioſeph ab aquilone: [6] mediam inter hos terram in ſeptem partes deſcribite:& huc venietis ]ad me, vt coram domino deo veſtro mittam vobis hic ſortem:quia non eſt inter vos pars [b] Leuitarum, ſed ſacerdotium domini eſt eo-
B rum hæreditas. [6] Gad autem & Ruben, & dimidia tribus Manaſſæ iam acceperant poſſeſsiones ſuas trans Iordanem ad orientalem plagam, quas dedit eis Moyſes famulus domini.Cúmque ſurrexiſſent viri vt pergerent ad deſcribendam terram, præcepit eis Ioſuè,dicens:Circuite terram & deſcribite eam,ac reuertimini ad me, vt hîc coram domino deo veſtro in Sylo mittam vobis fortem. Itaque perrexerunt, & luſtrantes* eam in ſeptem partes diuiſerunt, ſcribentes in volumine, reuerſíque ſunt ad Ioſuè in caſtra Sylo.Qui miſit ſortes coram domino in Sylo, diuiſítque terram filiis Iſrael in ſeptem partes. Et aſcendit ſors prima filiorum Beniamin per familias ſuas,vt poſſiderent terram inter filios Iuda & filios Ioſeph. Fuítque terminus eorum contra aquilonem à Iordane,pergens iuxta latus Iericho ſeptentrionalis plagæ, & inde contra occidentem ad montana conſcendens, & peruenies ad ſolitudinem Be-
C thauen,atque pertranſiens iuxta Luzam ad meridiem,ipſa eſt [c] Bethel: [6] deſcenditque in Atharoth Addar, in montem qui eſt ad meridiem, Bethoron inferioris: & inclinatur circumiens contra mare ad meridiem montis qui reſpicit Bethoron [7] contra Aphricum.]Súntque exitus eius in Cariathbaal, quæ vocatur & Cariath Iarim, vrbem filiorum Iuda.Hæc eſt plaga contra mare ad occidentem. A meridie autem [8] ex parte]Cariath Iarim egreditur terminus contra mare, & péruenit vſque ad fontem aquarum [d] Nephtóa. Deſcendítque in partem montis qui reſpicit vallem filiorum Ennon: & eſt contra ſeptentrionalem plagam in extrema parte vallis Rapháim,deſcendítque in Ichennon,id eſt vallis Ennon,iuxta latus Iebuſæi ad auſtrum: & peruenit ad fontem Rogel,tranſiens ad aquilonem, & egrediens ad [e] Enſemes, id eſt fontem ſolis:& pertranſit vſque ad tumulos qui ſunt è regione aſcenſus Adommin:Deſcendítque [9] ad Habenboen] ſ id eſt lapidem Boen ]filij Ruben: & pertranſit ex late-
D re aquilonis ad campeſtria: [6] deſcendítque in planitiem, & prætergreditur contra aquilonem Bethagla:ſúntque exitus eius contra linguam maris ſalſiſſimi ab aquilone in fine Iordanis ad auſtralem plagam:qui eſt terminus illius [10] ab oriente.] * Hæc eſt poſſeſſio filiorum Beniamin per terminos ſuos in circuitu, & familias ſuas. Fuerúntque ciuitates eius Iericho,& Bethagla,& vallis Caſis,Betharaba,& Samaráim,& Bethel,& Auim,& Affara,& Offora,[11] villa Hemona,[ &Ofni,& Gábee:ciuitates duo decim & villæ earum.Gabaon, & Rama, & Beroth, & Meſphe, Caphara, & Amoſa, & Recem,Iarephel,& Tharela, & Sela, Heleph, & Iebus, quæ eſt Ieruſalem, Gabaad & [f] Cariath:ciuitates quatuordecim & villæ earum.Fiunt omnes ciuitates vigintiſex. Hæc eſt poſſeſsio filiorum Beniamin iuxta familias ſuas.

a. Sylo quæ Galgala vel pars alius occidentalis, prima ciuitas vbi conuenerunt filij Iſrael in terra Chanaan, ad ſeptentrionem Bethel ſita, ſed inclinata ad ortum viæ quæ ducit Sichimam, & ad meridiem oppidi Lebona,vt iudi. 21. Inilla ſtetit arca cum tabernaculo teſtimonij donec caperetur à Philiſtæis vt 1.Reg.4.
1. Coram eis terra ſubacta.
2. Otio torpetis.
3. Date.
4. Poſſeſſionem ſuam.
5. Et ipſi diuidant eam ſibi.
6. Vos itaque deſcribetis terrã in ſeptẽ partes,&huc referẽtis.

b. Primitiæ fructuum & omnis frugum atque pomorum offeruntur antiſtiti,vt habẽs victũ atque veſtitũ, abſque vllo impedimento ſecurus & liber ſeruiat domino.Primogenita mũdorum animalium accipiunt ſacerdotes,immundorum pretia,& ſequitur.Aeditui & ianitores accipiunt decimas & ruitum decimas decimarum offerunt ſacerdotibus:ſãto illi minores,quanto ipſi maiores populo.Quadraginta octo ciuitates ad habitandum Leuitis & ſacerdotibus ſeparantur:ſex vt hoc fugitiuorum trans Iordanem,& intra Iordanem eligũtur:& finis exilij mors pontificis eſt. Hier. ad Fabiolã de veſte ſacer.
* Terram deſcripſerunt nã iuxta ciuitates,&c.

c. Aduertendum eſt quod iſta Bethel non eſt de ſorte Beniamin,ideo dicitur.Pertranſiens iuxta Luzã non includens ipſam.De Lyra.
7. Ad meridiem.

8. Ab extremitate.

d. Nephtoa fons eſt breui hoc ſpacio inter Cariath Iarim & Ieroſolymam.

e. Enſemes quæ & Bethſemes ciuitas ſolis interpretatur, vnde eam Græci Ἡλιόπολιν ciuitas eſt ſortis Beniamin duæ aliæ eius nominis ſunt,altera in ſorte Iuda, altera in ſorte Nephtali.
9. Ad lapidem Boen.

10. Meridianus.
* Iordanis vero terminat hunc limitem in angulo orientali.

11. Cephar & Ammonai.

f. Cariath,quæ & Garaith Baal vna ciuitatum Gabaonitarum de qua fuit Zacharias propheta filius Ioiadæ, quem occiderunt inter templum & altare, vt Chriſtus Iudæis improperat. Matth.23.d.

*Tribubus Simeon, Zabulon, Iſſachar, Aſer, Neptalim, Dan, & Ioſue, ſors aſſignatur honeſta.* XIX.

ET egreſſa eſt ſors ſecunda filiorum Simeon per cognationes ſuas: fuítque A
hæreditas eorum in medio poſſeſſionis filiorum Iuda: *[a]Berſabee, & Sabee, Iofue.
& Molada, & Aſerſual, Baala, & Aſem, & Heltholad[1], Bethul, & Arma, ] & Siceleg, & Bethmarchaboth, & Aſerſua, & Bethlepaboth, & Sarohem: ciuitates tredecim & villæ earum. Aym, & Remmon, & Athar, & Aſan: ciuitates quatuor & villæ earum. Omnes viculi per circuitum vrbium iſtarum vſque ad Balaath [2]Bercameth cõtra auſtralem plagam. ] ⊢ Fuerúntque omnes ciuitates decem & ſeptem. ] Hæc eſt hæreditas *filiorum Simeon: iuxta cognationes ſuas [3]in poſſeſſione & funiculo filiorum Iuda, ] quia maior erat: & idcirco filij Simeon poſſederunt in medio hæreditatis eius. Ceciditque ſors tertia filiorum Zabûlon per cognationes ſuas: & factus eſt terminus poſſeſſionis filiorum Zabûlon vſque Sarith. Aſcendítque [4]de mari ] & Medalaa, & péruenit in Debbáſeth, vſque ad torrentem qui eſt contra Ieconan, & reuertitur de Sarith contra orientem in finem Chezelech Thabor: & egreditur ad Dabéret: [5] aſcendítque contra Iafie: & inde pertranſit vſque ad orientalem plagam [6]Gethefer & Tachaſin: ] & egreditur in Remmon [6] Amphar & ] Noa: & circuit ad aquilonem & Nathon. Súntque egreſſus eius vallis Iephtahel, & Cathethet, Naalol, & Semron, & Iedaba, & [b]Bethlehem: ciuitates duodecim & villæ earum. Hæc eſt hæreditas tribus filiorum Zabûlon per cognationes ſuas, vrbes, & viculi earum. Iſachar egreſſa eſt ſors quarta per cognationes ſuas: fuítque [7]eius hæreditas ] Iezrael, & Caſaloth, & Sunem & Affráim & Sehon & Naaroth & Rabboth & Ceſion, Habes & Rameth & Enganni & Henadda & Bethfeſes: & péruenit terminus eius vſque [c]Thabor & Seeſima & Bethſemes: erántque exitus eius Iordanis ciuitates ſedecim & villæ earum. Hæc eſt poſſeſſio filiorum Iſachar per cognationes ſuas, vrbes, & viculi earum. Ceciditque ſors quinta tribui filiorum Aſſer per cognationes ſuas: fuítque terminus eorũ Alchat & Cali & Bethen & Axab & Elmeleth & Amaad & Meſſal, & péruenit vſque Carmelum maris & Syor & Labanath: ac reuertitur contra orientem Bethdagon, & pertranſit vſque Zabûlon & vallem Iephtael contra aquilonem in Bethémeth & Neiel: [d] egreditúrque ad læuam Cabul & [8] Acram ] & Roob & Amon & Chana vſque ad Sidônem magnam: reuertitúrque in [9] Horma ] vſque ad ciuitatem munitiſſimam [10] Tyrum ] & vſque Oſam: eruntque exitus eius in mare de funiculo Acziba & Amma & Apheg & Roob: ciuitates vigintiduæ & villæ earum. [d] Hæc eſt poſſeſſio filiorum Aſſer per cognationes ſuas, vrbéſque, & viculi earum. Filiorum Neptalim ſexta pars cecidit per familias ſuas, & cœpit terminus de Beleb & Helon Sannanim, & [e] Adami, quæ eſt Neceb & Iebnahel, vſque Lecun: & egreſſus eorum vſque ad Iordanem: reuertitúrque terminus contra occidentem in Azanoth Thabor: atque inde egreditur in Vcúca, & pertranſit in Zabûlon contra meridiem, & in Aſſer contra occidentem, & in Iuda ad Iordanem contra ortum ſolis ciuitates munitiſsimæ: Aſſedim, Ser, & Ammad, & Rechath, & Cenéreth, & Edema, & Arama, Aſor, & [f] Cedes, & Edrai, Haſor, & Ieron, & Magdalel, Horez, & Bethanath, & Bethſemes: ciuitates decem & nouem & villæ earum. Hæc eſt poſſeſsio tribus filiorum Neptalim per cognationes ſuas, vrbes, & viculi earum. [g] Tribui filiorum Dan [9] per familias ſuas egreſſa eſt ſors ſeptima: & fuit terminus poſſeſsionis eius Saraa, & Heſtaol, & Hair, Semés, id eſt, ciuitas ſolis: Selebin & Aialon & Iethela Helon & Themna & Achron Helcheten Iebton & [11] Baaladiud ] & Bane & Barach & Iethremmon, atque Hiercon & Arechon, cum termino qui reſpicit Ioppen, [12] & ipſo fine concluditur. ] † [g] Aſcenderúntque filij Dan, & pugnauerunt contra Leſen, ceperúntque eam, & percuſſerunt eam in [h] ore gladij, & poſſederunt & habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Leſen Dan, ex nomine Dan patris ſui. Hæc eſt poſſeſsio tribus filiorum Dan per cognationes ſuas, vrbes, & viculi earum. Cúmque compleſſet

*Fuerúntque in hæreditate eorum.

a. Berſabee quæ & Beerſabe, & Beerſchaba, Berzama, Gibtilina, Iuriſaba, duplici cauſa teſte Hiero hoc fortita nomen, vel quod Abraham & Abimelech Rex Gerarꝛ iuramento fœdus inierunt, vel quod in confirmationem fœderis ſeptem agnas Abraham dedit Abimelech. Gen. 21. d.

Prius fons, mox ciuitas, nunc vicus famoſus ſortis Simeonis, Intra tamẽ limites ſortis Iudæ diſtans ab Hebron. 1020. paſſ. verſus auſtrum. deſerto magno contigua vltimus lõgitudinis limes terræ promiſſæ, inde per prouerbium tere eſt adagium, A Dan vſque Barſabee.

1. Bethul & Horma.

2. Beer. Ramath meridionalẽ

*Tribus.

3. De ſorte filiorum Iuda fuit hæreditas filiorum Simeon.

4. Terminus eorum ad occidentem.

5. In Gittha Hepher & in Itta Gaſin.

6. Methoar, & hinc in.

b. Iſta non eſt illa in qua natus fuit Chriſtus, quia illa eſt de ſorte Iudæ, Iſta autẽ de ſorte Zabulon. Sicut enim frequenter dictum eſt plures ciuitates vel villæ ſimiliter nominantur. De Lyra

7. Terminus eorum.

c. Thabor mons eſt Galilææ transfiguratione & oratione Chriſti præcelebris, terminus ſortis Zabulõ verſus auſtrum, non lõge à Nazareth. Ibi oſtenditur altare Melchiſedech, vbi occurrit Abrahæ reuertenti à perſecutione quatuor Regum. vt Gene. 14. Eſt item ciuitas in eadem tribu nomine Thabor, data Leuitis ad habitandum cum ſuburbanis ſuis.

8. Hebron.

9. Rama.

10. Zor.

d. In funiculo ſortis Aſſer erãt ciuitates viginti duæ cum villis ſuis: & inter cætera fertur quod pertingebat vſque ad ciuitatem munitiſſimam Tiri, & vſque ad Sidonem magnã. quo conſtat quòd ex antiquis temporibus fuerunt vrbes illæ præcipuæ. Dionyſ. Carthuſianus Ibidem.

e. Adami quæ & Neceb. in tribu Neptalim eſt, ſed terminus eius ab Adama dicta, quæ rubrum deſignat cuius terrã putant plerique rubram.

f. Cedes ciuitas eſt refugij.

g. Galilæa, de Neptalia ſorte data Leuitis Eiuſdẽ nominis altera eſt in ſorte Iuda.

11. Bazelath. Ieliud.

12 Egreſſúſque eſt terminus filiorum dan ab eis.

g. Hæc hiſtoria amplior eſt Iudic. 18. vbi Danitæ nouas quærentes terras ceperunt vrbem Lais ſiue Leſen, quam inſtaurauerunt & vocauerunt Leſen Dan, ſed tãdem vocata eſt Cæſarea Philippi. Et ſita eſt ad radices Libani. de qua dicetur ampliꝰ. Iud. 18. b. & Matt 16. b. h. Os gladij vocat ſcripturꝛ aciem eius ſtudentem acutam ſcilicet, à mordendo nimirum dictam. Sic Græci στόμα gladium vocãt, quòd duo ora habeat, i. vtrinque ſecet. Ve geneſi. Ierc 21. b. Percutiet eos in ore gladij.

h. Ore gladij, id eſt, in bello. Sic Deut. 13. Percutiens percutiet habitatores ciuitatis illius in ore gladij. Et Iudic. 1. Percuſſerunt Ciuitatem in ore gladij. Et Iudic. 20. Percuſſerunt eos in ore gladij. Et 1. Reg. 15. Percuſſit Amalech in ore gladij. Et 2. Reg. 11. Percuſſit Ioab Rabbath in ore gladij. Et 2. Reg. 15. Percuſſit Dauid Syriam in ore gladij. Et 2. Reg. 24. Percuſſit Dauid Iebuſæum in ore gladij. Et Iudith 2. Percuſſerunt Aſſyrios in ore gladij. Et Iudith 14. Percuſſerunt Holofernem in ore gladij. Et Hieremiæ 21. Percutiet eos in ore gladij. Et Ezechiel. 5. Percutiet eos in ore gladij. Et Ezechiel. 6. Percutiet eos in ore gladij. Et Ezechiel. 33. Percutiet eos in ore gladij. Et Ezechiel. 39. Percutiet eos in ore gladij. Et Daniel. 11. Percutiet eos in ore gladij. Et Amos 7. Percutiet eos in ore gladij. Et Zacharie. 14. Percutiet eos in ore gladij. Et Hebræorum 11. Percuſſerunt eos in ore gladij. Et Apocalyp. 19. Percuſſit eos in ore gladij. Et Apocalyp. 19. Percuſſit eos in ore gladij. Et Apocalyp. 19. Percuſſit eos in ore gladij.

pleſſet ſorte terram diuidere ſingulis per tribus ſuas, [h]dederunt filiis Iſrael poſſeſſionem Ioſûe filio Nun in medio ſui, iuxta præceptum domini, vrbem quam poſtulauit Tamnathſaraa in monte Ephráim. Et ædificauit ciuitatem, habitauítque in ea. Hæ ſunt poſſeſſiones quas ſorte diuiſerunt Eleazar ſacerdos, & Ioſûe filius Nun, & Principes familiarum ac tribuum filiorum Iſrael, in Sylo coram domino ad oſtium tabernaculi teſtimonij, [g]partitíque ſunt ]terram.

h. Forſitan & populis dat alia quâ parte domino noſtro Ieſu, & velut habitationi eius locum diſtribuit. Qui enim bñ* eſt, dat locũ filio dei in ſe: quẽ locum acceptum in anima Ieſus ædificat & ornat, & facit in eo muros inexpugnabiles, & turres excelſus vt edificet manſionẽ dignã ſibi, adornat quoque animum, & capacem ſcientiæ ſuæ facit. Glo. ordin.
15. Et ceſſauerunt diuidere.

*Sex refugij ciuitates inſtituuntur pro homicidio ex ignorantia facto.* XX.

ET locutus eſt dominus ad Ioſûe, dicens: † Loquere filiis Iſrael & dic eis: [a] Separate vrbes fugitiuorum, de quibus locutus ſum ad vos per manum Moyſi, vt confugiat ad eas quicunque animam percuſſerit* neſcius: [1] & poſsit euadere iram proximi qui vltor eſt ]ſanguinis. Cum ad vnam harum confugerit ciuitatum, ſtabítque ante portam ciuitatis, [f] & loquetur ſenioribus vrbis illius [2] ea quæ ſe comprobent innocentem: ] ſicque ſuſcipient eum*, & dabunt ei locum ad habitandum. Cúmque [3] vltor ]ſanguinis eum fuerit perſecutus, non tradent in manus eius: quia ignorans percuſsit proximum eius, nec [4] ante biduum triduúmve eius probatur inimicus. ]Et habitabit in ciuitate illa donec ſtet [5] ante [b] iudicium cauſam reddens facti ſui, ] & moriatur ſacerdos magnus qui fuerit in illo tempore. [c] Tunc reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem, & domum ſuam, de qua fugerat, [6] "Decreuerúntque ]Cedes in Galilæa montis Neptalim, & Sichem in monte Ephráim, & Cariatharbe, ipſa eſt Hebron, in monte Iuda: & trans Iordanem contra orientalem plagam Iericho † ſtatuerunt Boſor, quæ ſita eſt in campeſtri ſolitudine de tribu Ruben, & Ramoth Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Baſan de tribu Manaſſæ. [d] Hæ ciuitates conſtitutæ ſunt cunctis filiis Iſrael, & aduenis qui habitabant inter eos: vt fugeret ad eas, qui animam [7] neſcius ]percuſſiſſet: & non moreretur in manu proximi effuſum ſanguinem vindicare cupientis, donec ſtaret ante populum expoſiturus cauſam ſuam.

a. Adduntur vrbibus Leuitarũ ſex fugitiuorum ciuitates, tres intra Iordanẽ & tres trans Iordanem, vt ſint ſimul quadraginta octo. Hier. in vltima 42. manſionum, ad Fabiolam.
*Ignoranter atque.
1. Erunt vobis in ſaluationem ab vltore.
2. Cauſa ſiat.
*Ad ſe intra ciuitatem.
3. Propinquus.
4. Odio habuerat eum ab heri & nudiuſtertius.
5. Coram cœtu ad iudicium. Hoc eſt.
b. Donec vocetur à iudicibus, coram illis ſui facti reddituru rationem.
c. Executio prædicti mandati, quia ſeparauerũt ſex ciuitates fugitiuorum, tres citra Iordanem, & tres vltra. ſecũdũ quod fuerat præceptum à domino. Num. 35. Notãdũ tamẽ quòd oẽs ciuitates refugij fuerũt aſſignatæ Leuitis, prout habetur cap. ſequenti ad deſignandum quod in clericis debet eſſe refugium totius populi. De Lyra.
6. Sanctificauerúntque.
7. Per errorem.

*Leuitis partes inter cæteros fratres aſsignantur.* XXI.

ACceſſerúntque Principes familiarum Leui ad Eleazarum ſacerdotem, & Ioſûe filium Nun, & ad duces cognationum per ſingulas tribus filiorum Iſrael: [a] locutíque ſunt ad eos in Sylo terræ Chanáan, atque dixerunt: [1] Dominus præcepit per manum Moyſi, vt darentur nobis vrbes ad habitandum, & [b] ſuburbana earum [1] ad alenda iumenta. ] Dederúntque filij Iſrael* de poſſeſſionibus ſuis iuxta imperium domini, ciuitates & ſuburbana earum. Egreſſáque eſt ſors in familiam Caath filiorum Aaron ſacerdotis de tribu Iuda, & Simeon, & Beniamin, ciuitates tredecim: [c] & reliquis filiorum Caath, id eſt, Leuitis qui ſuperfuerant, de tribubus Ephráim, & Dan, & dimidiæ tribus Manaſſæ ciuitates decem. † Porrò filiis Gerſon egreſſa eſt ſors, vt acciperent de tribubus Iſachar, & Aſſer, & Neptalim, dimidiáque tribu Manaſſæ in Baſan, ciuitates numero tredecim. Et filiis Merari per cognationes ſuas de tribubus Ruben, & Gad, & Zabûlon, vrbes duodecim. Dederúntque filij Iſrael Leuitis ciuitates* & ſuburbana earum, ſicut præcepit dominus per manum Moyſi, ſingulis ſorte tribuentes. *De tribubus filiorum Iuda & Simeon dedit Ioſûe ciuitates † quarum iſta ſunt nomina: filiis Aaron per familias Caath Leuitici generis, (prima enim ſors illis egreſſa eſt:) [d] Cariatharbe patris Enach, quæ vocatur Hebron, in monte Iuda, & ſuburbana eius per circuitum. † Agros verò, & villas eius dederat Caleph, filio Iephone ad poſſidẽdum. Dedit ergo filiis Aaron ſacerdotis Hebron confugij ciuitatem*, ac ſuburbana eius, & Lobnam cum ſuburbanis ſuis, & Iether, & Eſtemõ, & Holon, & Dabir, & Ain, & Ietham, & Bethſámes cum ſuburbanis ſuis: ciuitates nouem, de tribubus, vt dictum eſt, duabus. De tribu autẽ filiorũ Beniamin, Gabaon, & Gabae & [e] Anatoth, & Almon, cũ ſuburbanis ſuis, ciuitates quatuor:

a. Quadraginta duæ vrbes cum ſuburbanis ſuis vſque ad mille paſſus per circuitum Leuitæ accipiunt, tot numero quot & manſiones ab Aegypto ad terram promiſſam. Hiero. de. 42. manſio. ad Fab.
b. Itaque ſuburbana vrbiũ Leuitis collatarum dicũt Hebræi mille paſsibus verſus quatuor mundi partes protendi extrà mœnia vrbis.
1. Pro iumentis noſtris.
*Leuitis.
c. Iſti duæ hæreditate ſunt conſecuti decimáſque terræ, necnon aliorum percipiunt. Oportuit vero hos etiam ſortibus collata diuidere ac æqualitatem partium quidem eandem ergà omnes habere diuiſione ſeruari, paſtum vero pro dignitate ſortibus ad diuinum iudicium ab ipſius hagiſtris relatis, primatibus principes quòque partes exhibebantur autem atque aliis deinceps. Procop. Ibidem.
*Iſtas.
d. Cariatharbe, quæ ad Hebrõ oppidum virorum quatuor, vt ſupra dictum eſt Abrahã, Iſaac & Iacob, & Adam magni, quẽ ibi conditum iuxta librum Ieſu Naue Hebræi autumant, liceat plerique Caleph quærtum putẽt. Hie. in epitaphio Paulæ.
*Homicidæ.
e. Anatoth, viculus procul ab Ieruſalem tribus millibus. Patria Ieremiæ prophetæ & in prophetia ſua frequenter celebratus.

omnes ſimul ciuitates filiorum Aaron ſacerdotis,tredecim,cum ſuburbanis ſuis.Reliquis verò per familias filiorum Caath Leuitici generis, [2]hæc eſt data poſſeſſio.[f]De tribu Ephraim vrbes confugij ]Sichem cum ſuburbanis ſuis,in monte Ephraîm: & Gazer & Iebſam &Bethoron cum ſuburbanis ſuis,ciuitates quatuor.[g]De tribu quo- c
que Dan Helteco & Gabathon & Haialon & Gethremmon cum ſuburbanis ſuis,ciuitates quatuor.Porrò de dimidia tribu Manaſſæ, Tanach & Gethremmō cum ſuburbanis ſuis,ciuitates duæ.Omnes ciuitates decem,& ſuburbana earum datæ ſunt filiis[g] Caath[3]inferioris gradus.] Filiis quoque Gerſon Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manaſſæ confugij ciuitates, Gaulon in Baſan, &[h]Boſram cum ſuburbanis ſuis,ciuitates duas.Porrò de tribu Iſachar,Ceſion,& Dabreth,& Iaramoth,& Enganim cum ſuburbanis ſuis,ciuitates quatuor. De tribu autem Aſſer, Maſan & Abdon & Elrath & Roob cum ſuburbanis ſuis,ciuitates quatuor . De tribu quoque Neptalim ciuitates confugij,Cedes in Galilæa, & Amothdor, & Carthan cum ſuburbanis ſuis,ciuitates tres.Omnes vrbes familiarum Gerſon tredecim cum ſuburbanis ſuis. Filiis autem Merari Leuitis inferioris gradus per familias ſuas,data eſt de tribu Zabûlon, Iecnan & Cartha & Damna & Naalol, ciuitates quatuor cum ſuburbanis ſuis. d *De tribu Gaad ciuitates confugij,Ramoth in Galaad, & Manáim & Eſebon & Ia- d
zer, ciuitates quatuor cum ſuburbanis ſuis. ]—De tribu Ruben vltra Iordanem contra Iericho ciuitates refugij,Boſor in ſolitudine,Miſor,& Iazer,&Iethſon,&Maſpha: ciuitates quatuor cum ſuburbanis ſuis.] Omnes vrbes filiorum Merari per familias & cognationes ſuas* duodecim. Itaque ciuitates vniuerſæ Leuitarum in medio poſſeſſionis filiorum Iſrael:fuerunt quadraginta octo cum ſuburbanis ſuis,[4]ſingulæ per familias diſtributæ.]Dedítque dominus deus Iſraeli omnem terram quam traditurum ſe patribus eorum iurauerat:& [1]poſſederunt illā, atque habitauerunt in ea. Datáque eſt ab eo pax in omnes per circuitum nationes: *nullúſque eis hoſtium reſiſtere auſus eſt,ſed cuncti in eorum ditionem redacti ſunt . Ne vnum quidem verbum, *quod illis præſtiturū ſe eſſe promiſerat,[5]irritum fuit, ſed rebus expleta ſunt omnia.]

*De tribu Ruben, Boſor, Iaſa Cademoth , Mephaath ciuitates quatuor cū ſuburbanis ſuis

*Qui reſidui fuerant ex familiis Leuitarum , fuerunt iuxta ſortem eorum ciuitates.

2. Fuerúntque ciuitates iſtę ſecundum poſitæ,habentes ſuburbana ſua per circuitum ſuum: & ſic erat de his ſingulis ciuitatibus.

3. Quomodo adhuc viuente Ieſu omnem terram dedit, cum etiam reliquias illarum gentiū nōdum ſuperauiſſent? Verum eſt quia ibi erant,vtique conſederant.Quia viuo adhuc Ieſu, non eis quidem cedebant reliquiæ illarum Gētium,ſed nullas earum eos in terris vbi conſederāt bello laceſſere audebat. Aug. q. 21. ſuper Ioſue.

* Iuxta omnia quæ iurauerat dominus patribus eorum.

* De omni verbo bono.

5. Cecidit,ſed totum euenit.

*Extructum altare à tribubus Ruben,Gaad,& dimidia Manaſſæ, ſuſpitionem mouit apud cæteros fratres.* XXII.

[a] Mg

EOdem tempore vocauit Ioſûe Rubenitas,& Gaadditas, & dimidiam tribum Manaſſæ,dixítque ad eos: Feciſtis omnia quæ præcepit vobis Moyſes famulus domini: mihi quoque in omnibus obediſtis, nec reliquiſtis fratres veſtros longo tempore, vſque in præſentem diem, [1]cuſtodientes imperium,]domini dei veſtri. [2]Quia igitur dedit dominus deus veſter fratribus veſtris quietem & pacem ſicut pollicitus eſt:reuertimini, & ite in tabernacula veſtra,in terram poſſeſſionis [†]quam tradidit vobis Moyſes famulus domini trans Iordanem, ita dúntaxat vt cuſtodiatis attentè, & opere compleatis mandatum , & legem quam præcepit vobis Moyſes famulus domini,vt diligatis dominum deū veſtrum,&ambuletis in omnibus viis eius,& obſeruetis mandata illius,adhęreatíſque ei,ac ſeruiatis in omni corde & in omni anima veſtra. [b] [§] Benedixítque eis Ioſûe,& dimiſit eos.Quire
uerſi ſunt in tabernacula ſua. Dimidię autem tribui Manaſſę poſſeſſionem Moyſes dederat in Baſan:& idcirco mediæ quæ ſuperfuit, dedit Ioſûe ſortem inter cæteros fratres ſuos[3]trans ] Iordanem ad occidentalem eius plagam. Cúmque dimitteret eos in tabernacula ſua,& benedixiſſet eis,dixit ad eos: [c]In multa ſubſtantia atque diuitiis reuertimini ad ſedes veſtras,cum argēto & auro,ære ac ferro, & veſte multiplici. [d]Diuidite prædam hoſtium cum fratribus veſtris.Reuerſíque ſunt,& abierunt filij Ruben,& filij Gaad , & dimidia tribus Manaſſæ à filiis Iſrael de Sylo, quæ ſita eſt in Chanáan,vt intrarent Galaad terram poſſeſſionis ſuæ, quam obtinuerant iuxta imperium domi in manu Moyſi. [§] Cúmque veniſſent ad [3]tumulos Iordanis,]in ter- c
ra Chanáan, ædificauerunt iuxta Iordanem altare[4] infinitæ magnitudinis.] Quod cum audiſſent filij Iſrael, & ad eos certi nuntij detuliſſent ædificaſſe filios Ruben,

1. Sed obſeruaſtis cuſtodiam præcepti.

2. Quòd autem requiem dedegit illis dominus in circuitu ſicut iurauerat patribus eorum, ſecundū hoc intelligitur,quia etſi adhuc erant ex illis gentibus reliquiæ conterēdæ, & exterminandæ,vel ex aliis vſque ad flumen Euphratem,aut ſubiuganda ſi non reſiſterent: tamen in vſum eorum relictæ ſunt, in quibus exercerentur, nec carnalibus affectibus & cupiditatibus infirmi repētinam tanquam temporalium rerum proſperitatem modeſtè ac ſaluberiter ſuſtinere nō poſſent,ſed elati citius interirent. Aug q. 21. ſuper Ioſue.

b. Benedixit eis imprecādo eis bona. Benedictio enim ſollemnis ad ipſum Ioſue non pertinebat,ſed tantum ad officium ſacerdotis. De Lyra.

c. Citra.

c. Cum innumera pecorū multitudine ex ſpoliis ciuitatum Chanaan.

d. Diuidite prædam cū his veſtris contribubus qui manſerunt ad cuſtodiēdas familias, & loca veſtra trans Iordanem, quia illi qui remanebāt ad ſarcinas, debebant habere partes ſuas depręda. De Lyra.

3. Locum Geliloth prope Iordanem.

4. Magnum ad videndum.

& Gaad,& dimidiæ tribus Manaſſæ,altare in terra Chanáan, [5] ſuper Iordanis tumulos]contra filios Iſrael: conuenerunt omnes in Sylo, vt aſcenderent, & dimicarent contra eos.Et interim miſerunt ad illos in terram Galaad Phinees filium Eleazari [6] ſacerdotem,] & decem principes cum eo, ſingulos de ſingulis tribubus. *Qui venerunt ad filios Ruben,& Gaad,& dimidiæ tribus Manaſſę in terram Galaad:dixerúntque ad eos: Hæc mandat omnis populus domini: [c] Quæ eſt iſta tranſgreſſio? [d] [7] Cur reliquiſtis dominum ]Deum Iſrael, ædificantes altare ſacrilegum,& à cultu illius recedentes? An parum vobis eſt † quòd peccaſtis in Beelphegor? & vſque in præſentem diem macula huius ſceleris in nobis permanet, multíque de populo corruerunt? Et vos hodie reliquiſtis dominum, * & cras in vniuerſum Iſrael ira eius deſæuiet. Quòd ſi putatis immundam eſſe terram poſſeſſionis veſtræ, tranſite ad terram * in qua tabernaculum domini eſt,& habitate inter nos:tantum vt à domino,& à noſtro conſortio non recedatis: ædificato altari præter altare domini dei noſtri. † Nónne Achan filius Zare [8] præteriit mandatum domini,] & ſuper omnem populum Iſrael ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, [9] atque vtinam ſolus priſſet in ſcelere ſuo.] [e] [f] Reſponderúntque filij Ruben,& Gaad,& dimidia tribus Manaſſæ [10] principibus legationis Iſrael: Fortiſſimus deus dominus,] Ipſe nouit, & Iſrael ſimul intelliget, ſi præuaricationis animo hoc altare conſtruximus, non cuſtodiat nos, ſed puniat nos in præſenti: ] Et ſi ea mente fecimus, * vt holocauſta & ſacrificium,& pacificas victimas ſuper eo imponeremus,ipſe quærat,⸗ & iudicet: ]& [12] non ea magis cogitatione atque tractatu,vt diceremus,]cras dicent filij veſtri filiis noſtris.Quid vobis & domino Deo Iſrael? [f] Terminum poſuit dominus inter nos & vos ô filij Ruben, & filij Gaad Iordanem fluuium: & ideirco partem non habetis in domino: & per hanc occaſionem auertent filij veſtri filios noſtros à timore domini. ⸗ Putauimus itaque melius,] & diximus: [g] Extruamus nobis altare,non in holocauſta,neque ad victimas offerendas,ſed in teſtimonium inter nos & vos,& ſobolem noſtram, veſtramq; progeniem,vt ſeruiamus domino, & iuris noſtri ſit offerre & holocauſta, & victimas, & pacificas hoſtias,& nequaquam dicant cras filij veſtri filiis noſtris: non eſt vobis pars in domino. [13] Quod ſi voluerint dicere,reſpondebunt eis: Ecce altare domini ] quod fecerunt patres noſtri,non in holocauſta, neque in ſacrificium:ſed in teſtimoniũ noſtrum ac veſtrum. Abſit à nobis hoc ſcelus,vt recedamus à domino, & eius veſtigia relinquamus, [g] extructo altari ad holocauſta,& ſacrificia, & victimas offerendas:præ- c ter altare domini dei noſtri, quod extructum eſt ante tabernaculum eius. [d] Quibus auditis Phinees ſacerdos, & principes [14] legationis ] Iſrael, qui erant cum eo, placati ſunt,& verba filiorum Ruben,&Gaad,& dimidiæ tribus Manaſſæ libentiſſimè ſuſceperunt. Dixítque Phinees filius Eleazari [15] ſacerdos]ad eos: Nunc ſcimus, quòd nobiſcum ſit dominus: quoniam alieni eſtis à præuaricatione hac: * & liberaſtis filios Iſrael de manu domini. Reuerſúſque eſt cum principibus à filiis Ruben, & Gaad, de terra Galaad finium Chanáan ad filios Iſrael,& retulit eis. *Placuítque ſermo cunctis audientibus. [16] Et laudauerunt deum ]filij Iſrael,& nequaquam vltra dixerunt vt aſcẽderent contra eos,atque pugnarent,& delerent terram poſſeſſionis eorum. Vocauerúntque filij Ruben, & filij Gaad altare quod extruxerant, [17] teſtimonium noſtrum ] quòd dominus ipſe ſit deus.

5. In Galiloth iuxta Iordanẽ.

6. Sacerdotis.

* Iuxta domos patrũ, qui ſinguli capita erant ſecundum familias patrum ſuorum in milibus Iſrael.

c. Sic enim iſti putabant quòd illud facientes altare ad oneredum ſuper illud ſacrificia,quæ nunc offerri non poterant niſi in Sylo in tabernaculo domini & ſuper altare eius ibidẽ, ideo altare ab illis alibi factũ ad ſacrificandum fuiſſet ſacrilegum ſeu abuſiuum tui ſacra,puta aliatis ſeu immolatio eius quę ſecundum ſe dicũt ſacrum. Dionyſius Carth. ibidem.

7. Quare præuaricati eſtis in.

d. Et erit,vt eũ vos rebelles fueritis domino.

* Poſſeſſionis domini.

8. Præuaricatus eſt in anathemate.

9. Sed non ſolus periit in iniquitate ſua.

10. Ad capita miliũ Iſrael deus deorum dominus, deus deorũ dominus.

11. Per rebellionem,aut præuaricationem contra dominũ ne ſimul nos in hac die.

* Vt recederem⁹ à domino, &.

12. Si non magis ex ſolicitudine & certa cauſa id fecimus dicentes.

e. Terminum poſuit dominus &c. qui eſt terminus terræ promiſſionis, & ideirco ad vos nõ pertinet accedere ad locũ cultus eius,quia nõ eſtis de terra promiſſionis,& per hanc occaſionem filij veſtri auertent filios noſtros à timore dei, quia illi qui elonguntur à cultu dei, auertuntur à timore & reuerentia ipſius. De Lyra.

13. Diximus igitur, quòd ſi voluerint ſic dicere ad nos, & ad generationes noſtras in poſterum,dicemus, videte ſimilitudinem altaris domini.

g. Vbi aduertendum eſt quẽad modum dici ſolet ſacrificiũ ſalutare: quia ſi Chriſtũ ſic coperimus, qui dictus eſt ſalutare dei,nõ occurrit quemadmodũ pluraliter poſſit intelligi. Vnus enim dñs noſter Ieſus Chriſtus, quamuis multi dicantur Chriſti per eius gratiam poſt eum. Vnde, nolite tangere Chriſtos meos. Vtrum autẽ ſalutare poſſit dici vel ſalutaria,non facile audẽdum eſt. Aug. lib. 6. ſuper Ioſue.

14. Multitudinis, atque capitaneorum.

15. Sacerdotis.

* Contra.

* Verbum hoc.

16. Et gratias deo egerunt.

17. Teſtem, & quòd teſtis ſit inter nos.

*Iam ſenex Iſraelitas ad legem dei obſeruandam moribundus hortatur.* XXIII.

A [1] EVoluto autem multo tempore, poſtquam pacem dederat dominus Iſraeli, [a] ſubiectis in gyro nationibus vniuerſis, & Ioſûe iam longæuo, & perſenilis ætatis, vocauit Ioſûe omnem Iſraelem, maioréſque natu, & Principes,ac [b] Duces, & Magiſtros,] dixítque ad eos: Ego ſenui, & progreſſioris ætatis ſum:vóſque cernitis omnia quę fecerit dominus deus veſter cunctis per circuitum nationibus,quomodo pro vobis ipſe pugnauerit: [2] Et nunc

a. Merito quæritur cum Iſrael, nõ ſolum vſque ad diem mortis Ieſu,verum etiam poſtea nõ eradicauerit gẽtes, quæ terram promiſſionis tenebant, quamuis ex parte debellatis in eadẽ promiſſa hæreditate conſiſtẽtes, quomodo intelligendũ ſit quod dicit:ſubiectis in gyrum nationibus vniuerſis? Videndũ eſt primũ quot gẽtium ſit terra promiſſa Iſraelitis. Septem quidẽ gentes aſſiduæ videntur commemorari, ſicut Exo. 33. & Deuteron. 20. quibus debellatis terram earum poſſederunt. Auguſt. q. 21. ſuper Ioſue.

b. Iudices atque præfectos eius.

2. Videte,ego ſorte diuiſi vobis gentes iſtas reliquas in hæreditatem pro tribubus Iſrael: & omnes gentes quas deleui vſque ad mare magnum & occaſum ſolis.

quia vobis sorte diuisi omnem terram ab orientali parte Iordanis vsque ad mare magnum,— [b]multæq; adhuc super sunt nationes,]dominus deus vester disperdet eas, & auferet à facie vestra,* & possidebitis terram earum,sicut vobis pollicitus est.Tãtum [a] cõfortamini,& estote solliciti,vt custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moysi:& non declinetis ab eis,[c] neque ad dexterã neque ad sinistram:ne postquã intraueritis ad gentes,quæ inter vos [3] futuræ sunt,]iuretis in nomine deorum earum, & seruiatis eis, & adoretis illos: sed adhæreatis domino deo vesto,[4]quod] feciſtis vsque in diem hanc.†Et tunc auferet dominus deus in cõspectu vestro gentes magnas, & robustissimas,[5] & nullus vobis resistere poterit.]* Vnus è vobis persequetur hostium mille viros: quia dominus deus vester pro vobis ipse pugnabit,sicut pollicitus est, [6] hoc tantum diligentissimè præcauete,] vt diligatis dominum deum vestrum. Quòd si* volueritis gentium harum quæ inter vos habitant,erroribus adhærere,* & cum eis miscere connubia,[7]atque amicitias copulare:]iam nunc scitote, quòd dominus Deus vester non eas deleat ante faciem vestram: sed sint vobis in [8]foueam,]laqueum,& offendiculum ex latere vestro,& [9] sudes] in oculis vestris:donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis.[d] †* En ego hodie ingrediar viam vniuersæ terræ,& toto animo cognoscetis,*quòd de omnibus verbis*quæ se dominus præstiturum vobis esse pollicitus est, [10] vnum non præterierit in cassum.] Sicut ergo impleuit opere*quod promisit, & prospera cuncta venerunt,sic adducet super vos quicquid malorum cominatus est, donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis, [11] eo quòd ] præterieritis pactum domini dei vestri quod pepigit vobiscum,& seruieritis diis alienis,& adoraueritis eos.Cito atque velociter consurget in vos furor domini,& auferemini ab hac terra optima quam tradidit vobis.

b.Multæ adhuc supersunt nationes quas dominus disperdet incolatis eũ fideliter & deuotè. Ideo subditur Tantum cõfortamini,&c. De Lyra.

c.Vtrunque vitiosum & vitandum tanquam extremum, vt via regia incedatis,nec per prospera neque aduersa frangimini, sed semper in medio persueretis,nec vltra vires quippiã attentetis,nec per teporem aut negligentiam tabescatis. Dionysius Carth.
3.Relictæ sunt.
4.Sicut.
5. Sicut nullus vsque in hunc diem contra faciem vestrã stare poterit.
6.Itaque custoditi eritis quantum valetis pro animabus vestris.
* Auersi.
*Quæ relictæ sunt apud vos.
7.Et ingressi fueritis ad eas,& ipsæ ad vos.
8.Flagellum.
9.In spinas.
d. Quòd autẽ dicit Iosûe, Ego recurro viã sicut & omnes qui sunt super terram. In interpretatione quæ est ex Hebræo, inuenimus ingredior viam vniuersæ terræ. Ita ergo accipiendum est,quod 70. diuersè Recurro sicut dictum est viam vniuersæ terræ,donec reuertaris in terram vnde sumptus es.August.q.6.super Iosûe.
* Atque tota anima vestra.
*Optimis.
10.Omnia euenerunt vobis,nõ cecidit ex eo verbum vllum.
* Omne verbum bonum.
11.Quando.

Congregauítque Iosûe omnes tribus Israel in [a] Sychem, & vocauit maiores natu,ac Principes, & Iudices, & Magistros, steterúntque in conspectu domini: & ad populum sic locutus est: Hæc dicit dominus deus Israel. Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio,Thare pater Abraham & Nachor:seruierúntque diis alienis. † Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus,] & adduxi eum in terram Chanáan,multiplicauíque semen eius, †dedi ei Isaac,†illíque rursum dedi Iacob & Esau.† E quibus Esau dedi montem Seir ad possidendum: † Iacob verò & filij eius descenderunt in Ægyptum. †* Misíque Moysen & Aaron,& percussi Ægyptum [2] multis signis atque portentis: ]eduxíque vos & patres vestros de Ægypto, & venistis ad mare,persecutíque sunt Ægyptij patres vestros cum curribus & equitatu,vsque ad mare rubrum. Clamauerũt autem ad dominum filij Israel: † qui posuit[b]tenebras inter vos & Ægyptios, & adduxit super eos mare,& operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quæ in Ægypto fecerim,& habitastis in solitudine multo tempore, & introduxi vos in terram Amorræi, qui habitabat trans Iordanem.† Cúmque pugnarent contra vos,tradidi eos in manus vestras, & possedistis terram eorum,atque interfeciſtis eos.†* Surrexit autem Balac filius Sephor Rex Moab, & pugnauit contra Israelem. Misitque & vocauit Balaam filium Beor,vt malediceret vobis,& ego nolui audire [3] eum,] sed econtrario per illum benedixi vobis,& liberaui vos de manu eius.† Transistísque Iordanem, & venistis ad Iericho:[c]pugnauerúntque contra vos viri ciuitatis eius,Amorræus,& Pherezæus,& Chananæus,& Hethęus,& Gergesæus,& Heuęus,& Iebusęus:& tradidi illos in manus vestras.† Misíq; ante vos crabrones,& eieci eos de locis suis,duos reges Amorræorũ: nõ in gladio & in arcu tuo:dedíque vobis terram in qua non laborastis,& vrbes quas nõ ædificastis,vt habitaretis in eis,vineas & oliueta quæ non plantastis.†* *Nunc ergo timete dominum, & seruite ei [4] perfecto corde atque veríssimo,] & [d]auferte deos quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia & in Ægypto, ac seruite domino.

a.Sychẽ erat olim præclara Samariæ ad montem Gatizim & Ebaliten. Hanc incoluerunt Abrahã & Iacob patriarchæ.Iuxta quã est fons Iacob,vbi Christus à Samaritana potũ petiit: Primò à Simeone & Leui ob sororis stuprum deleta,Secũdo à quodã Amalechita. Nunc vero tertia est in eodẽ loco dicta Nicopolis.Prius dicta fuit Mamortha, inde Sichem à filio Emor.Interdũ Salem,aliquando Ephron, aliquando Sichima, Neapolis,& Sicar tempore prædicationis Christi. Distat à Samaria 3.milia à Ieriacho.25 nũc pene diruta.
1.Ab altera ripa fluminis.
2. Et postquam id feci in medio eius.

b.Hoc est, nubem tenebrosam ex parte Aegyptiorũ, ita quod non potuũt accedere ad filios Israel.vt habetur Exod,14.De Lyra.Ibidem.

3.Balaam.
c. Queri potest quomodo hoc verũ sit cũ clausis portis se murorũ ambitu tantũmodo tuerẽtur.Sed rectè dictum est : quia claudere aduersus hostem portas ad bellũ pertinet. Nõ enim miserunt legatos qui poscerent pacẽ.Aug.q.24.super Iosue.
* De quibus vos comederitis.
4.In perfectione & veritate.
d.Non enim credendi sunt adhuc habuisse apud se aliqua gẽtilium simulachra, cũ superius eorũ obedientiã prædicauerit: aut verò si haberent post tãtas legis comminationes illas,eos prosperã sequerétur,cum sic in eos vindicatum sit,quod vnus eorum de anathemate furtum fecerat.Augustin.vbi supra.

Si autem malum vobis videtur vt domino seruiatis, optio vobis datur. † Eligite hodie quod placet, cui seruire potissimum debeatis: vtrum diis quibus seruierunt patres vestri [5] in Mesopotamia, ] an diis Amorræorum in quorum terra habitatis. Ego autem & domus mea seruiemus domino. Respondítque populus, & ait: Absit à nobis vt relinquamus dominum, & seruiamus diis alienis. Dominus deus noster ipse eduxit nos, & patres nostros de terra Ægypti & de domo seruitutis: fecítque videntibus nobis signa ingentia, * & custodiuit nos in omni via per quam ambulauimus, & in cunctis populis per quos transiuimus: & eiecit vniuersas gentes: Amorrhæum habitatorem terræ quam nos intrauimus. Seruiemus igitur domino, quia ipse est deus noster. Dixítq; Iosue ad populum: [d] Non poteritis seruire domino: deus enim sanctus & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis. Si dimiseritis dominum, & seruieritis diis alienis, conuertet se, & affliget vos, atque subuertet postquã vobis præstiterit bona. Dixítque populus ad Iosue: Nequaquam ⟨ ita vt loqueris, erit: ] sed domino seruiemus. Et Iosue ad populum: testes, inquit, vos estis, quia ipsi elegeritis vobis dominum, vt seruiatis ei. * Respondérúntque: testes. Nunc ergo, ait, auferte deos alienos de medio vestri, & inclinate corda vestra ad dominum deum Israel. Dixítque populus ad Iosue: Domino deo nostro seruiemus, & obedientes erimus præceptis eius. Percussit ergo Iosue in die illo fœdus * & proposuit populo præcepta atque iudicia in Sychem. Scripsit quoque omnia verba hæc in volumine legis domini, & tulit lapidem pergrandem, posuítq; eum subter quercum quæ erat in sanctuario domini, & dixit ad omnem populum: [e] En lapis iste erit vobis in testimonium, quòd audieritis omnia verba domini, quæ locutus est vobis: * ne forte postea negare velitis, & mentiri domino deo vestro. Dimisítque populum, singulos in possessionem suam. * Et post hæc mortuus est [f] Iosue filius Nun seruus domini, centumdecem annorum. sepelierúntque eum in finibus possessionis suæ in Thamnathsáre, quæ sita est in monte Ephráim, à septentrionali parte montis Gaas. Seruiuítque Israel domino cunctis diebus Iosue & seniorum, qui longo [6] vixerant ] tempore post Iosue, & qui nouerant omnia opera domini quæ fecerat in Israel. † Ossa quoque Ioseph quę tulerant filij Israel de Ægypto, sepelierunt in Sychem, in parte agri [7] quem emerat Iacob à filiis Hemor patris Sichem centum [7] nouellis ouibus, ] & fuit in possessionem filiorum Ioseph. Eleazar quoque filius Aaron mortuus est, & sepelierunt eum in [8] Gabaath ] Phinees filij eius, quæ data est ei in monte Ephráim.

1. Trans flumen (scilicet Euphratem.
d. Antequã illius sanctitati seruitutę perfectã quodammodo contẽperari humanę fragilitati impossibile est. Quo audito ipsi non solum eius eligere seruitutę, sed etiam de eius adiutorio, & misericordia præsumere debuerunt. Quam ille intelligit qui dicit in Psalm. Nõ intres in iudicium cũ seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Aug. Ibidem.
* Cum populo.
e. Per hunc lapidẽ profectò illã significauit qui fuit lapis offensionis nõ credentibus Iudęis & petra scandali: qui cũ reprobaretur ab ædificantibus, factus est in caput anguli: quę præfiguratio & illa petra quæ potũ istientí populo ligno percussa profudit, de qua dicit Apostolus. Bibebãt autem de spirituali sequẽte eos petra: petra autem erat Christus. August. Ibidem.
* Atque ideo erit contra vos in testimonium.
f. Iosue inter admiranda opera, & reuerenda secreta sancti Moysi individuus adhærebat. Vnde factum est, vt qui fuerat socius cõuersationis, fieret successor potestatis. Merito vir huiusmodi exstitit, vt sisteret humanum cursum, diceret: Stet sol, & staret sol, quasi eius spectator victoriæ, noctem differret, diem produceret. Quod quidẽ Moysi negatum est, Iosue elegeretur vt populũ introduceret in terram promissionis. Magnus vir fidei miraculis, magnus triumphis. Illius angustiata opera, huius prosperiora. Vterque igitur diuina subuixit gratia vltra humanã præcessit conditionẽ. Ille maris, hic cœlo imperauit. Amb. lib. 2 Offici cap. 20. Ex litera constat illũ. 110. annis vixisse, quãto vero tẽpore populũ rexerit nõ cõstat. Aiunt, fuit autẽ 7. annos tribuit. Io. Lucidus. 17. Huic satis quadrat numerus ab exitu ad ædificationem templi, nisi obstaret Au. 18. De ciuitat. c. 2. dicẽs Erichthonij regis Atheniẽsium nouissimis annis Iesus naue mortuus reperitur. Hic aũt secundũ oẽs 24. annos exitus regnare cœpit, & 30. annis regnauit. Vnde cõstare iuxta Eusebium & Aug. 27. vel Cõstantinum. 28. vel Fõciõ. 32. annis præterisse. At plures obundarẽt anni quãm parsit ad numerũ quinquaginta inter exitũ & templi ædificationem. Eusebius saltuauit 10. annos Aialon omittendo, reuẽtiones autẽ ab annis Saulis Abstrahunt vt perfectius numerent 480. vt impleat Propria rea Lucidi supputatio senior pater, vt saluentur 40. anni Saulis cũ Samuele ramen quos illi tribuit Paulus Act. 13. c.
6. Vixerunt (iudicauerũt enim Israel. 17. annis iuxta Hebræorum supputationem, quã hoc loco imitabor præter Eusebiũ.
7. Minimis.
8. Monte.
* Et factum est.

## Incipit liber שופטים Sophthim, quem nos Iudicum appellamus.

*Infideles Iuda duce cum eorum ciuitatibus expugnantur, & in tributum redduntur.* *Cap. 1.*

[a] Post mortem Iosue consuluerunt filij Israel dominum dicẽtes. Quis ascendet ante nos contra Chananæum, & [1] erit Dux belli? ] Dixitq; dominus: Iudas ascendet. Ecce tradidi terrã in manu eius. Et ait Iudas Simeóni fratri suo: Ascende mecum in sortẽ meam, [2] & pugna ] cõtra Chananęum, vt & ego pergã tecũ in sortem tuã. Et abiit cum eo Simeon. Ascẽditq; Iudas & tradidit dominus Chananęũ, ac Pherezæũ, in manus eorum: & percusserũt [b] in Bezech decẽ milia virorum. Inueneruntq; Adonibezech, in Bezech, & pugnauerunt cõtra eum, ac percusserũt Chananæum, & Pherezæum. § Fugit autem Adonibézech, quem persecuti comprehenderũt, cęsis [3]

2. Post mortẽ Iosue scripta sũt gesta iudicum, & principũ in terra sancta: quorum historias sparsas secundũ successionis seriem tunc pridem editas, Samuel collegisse creditur in vnum volumen, quod vocamus iudicum, cui & adiecit historiam Ruth Moabitidis. Ex Isidoro & comestore.
1. Quis prior pugnabit contra eum
2. Vt pugnemus.
b. Bezech ciuitas est Philistinorũ, in sorte tamen Iuda, vbi Saul, vbi labes Galaad suppetias Iaburim congregauit exercitum, vt 1. Reg. 11. c. inde Adonibezech dicitur. q. dominus Bezech, vibit.
3. Pollicibus.

Universidad de Deusto Biblioteca

c. Viros, inquit, virtutibus claros, itineribus diuinis actionibúsque interceptos, ac falsa cogitatione imbutos viuos excruciemit, ac vili sui victus alimonia impleuit. Quòd verò septuaginta esse tradit, male à bonis actionibus feriatos esse arguit, vt ex ipsis vox dei per Isaiam sonet. Sabbata vestra odit anima mea. Porrò ipse quoque deinceps Adonibezech pollicibus mutilatus Ierosolymis moritur. Procopius. Ibidem.

d. Hæc oppugnatio viuente adhuc Iosue facta est cum historia Caleph sequente. vt supra. Ios. 14 & 15.

e. Dabir expugnata est tempore Iosue, vt Ios. 15 c. d.

f. Othoniel iste est, qui infra primus iudex Israel de tribu Iuda deo iubente constitutus est, Infra cap. 3.

4. Fratris Caleph minoris.

5. Delapsa ab asino.

6. Fontes superiores, & fontes inferiores.

7. Soceri.

g. Hæc est Iericó palmis abundans.

h. Dicunt Hebræi quòd illuc iuerunt ad manendum, vt addiscerent legem ab Othoniel qui erat eruditus in ea. De Lyra.

i. Gaza duplex, vetus & noua. Vetus secundum Strabonẽ lib. 16. à mari. 7. stadiis distat, mediterranea fuit, & terminus australis Chanaan in sorte Iudæ: quam licet Caleph duce tribus Iudæ cepérat, hãc tamen seruare non potuit quod haberet Enachim viros fortissimos: & hæc erat vna de quinque præcipuis vrbibus Philistinorum. Huius portas Samson abstulit in montis verticem: Gaza verò noua in portu qui Maioma dicitur, tempore Constantini imperatoris constructa, & in eius honorem Constantia dicta, sed à Iuliano Gaza vocata ab antiqua 20. stadiis distans quã Hieron. tempore adeo ampliatam ferunt, vt in duplo maiorem Ierusalem ambitu faciant. Quidã vocant eam Azah, alij Gazer alij Gazeram & Gazaram.

8. Montanos exterminauit.

9. Ferreis.

k. Vsque ad Samuelis tempora qui hunc ferunt composuisse librum, cuius tempore Iebusæi Ierusalem adhuc incolebant.

10. Exploraueruñ autem hi qui erant de domo Ioseph Bethel.

*Exploratores.

*Quario.

11. Præsumpsitque.

l. Iosue senescente vel etiã defuncto relinquuntur à filiis Israel expugnandi, qui eis cõtra dei præceptũ præsumũt parcere, quod ille non fecisset. Aug. super Iosue cap. 17. q. 10.

m. Bethsemes, vel Bethsamis, ciuitas solis interpretatur, quę & Bethsan vel Bethseam aut Scythopolis dicitur, ciuitas est sacerdotalis in tribu Nepthalim distans ab Eleuteropoli decem miliaribus. Est alia in tribu Iudæ, & rursum alia in tribu Isachar.

*Ipse Amorrhæus.

12. Aialon.

13. Inualuit.

14. A petra ipsa & supra.

a. Post mortem Iosue postquã præualuerunt vt aduersarios suos possent filij Israel exterminare, maluerunt eos habere tributarios secundum voluntatem suã quã eos exterminare, & perdere secundũ voluntatẽ dei, propter hoc ad eos corripiẽdos angelus missus est. August. q. 12. sup lib. Iudic.

1. Dixi: non dissoluam pactum meum.

summitatibus] manuum eius ac pedũ. Dixitq; Adonibézech: Septuaginta [c] reges amputatis manuum ac pedum summitatibus, colligebãt sub mẽsa mea ciborũ reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi deus. Adduxeruntq; eum in Ierusalem, & ibi mortuus est. [d] Oppugnantes ergo filij Iuda Ierusalem, ceperunt eam, & percusserũt in ore gladij, tradentes cunctã incendio ciuitatẽ. Et postea descẽdentes pugnauerũt cõtra Chananæũ qui habitabat in montanis, & ad meridiem in cãpestribus. † ✠ Pergensq; Iudas contra Chananæum qui habitabat in Hebron, (cuius nomen fuit antiquitus Cariatharbe,) percussit* Sysai, & Hayman, & Tholmai: atque inde profectus abiit ad habitatores Dabir, cuius nomẽ vetus erat Cariathsẽpher, id est ciuitas literarum.] Dixitque Caleph: † qui percusserit Cariathsẽpher, & vastauerit eam, dabo ei Axam filiã meã vxorem. Cumq; cepisset eam [f] Othoniel filius Cenez [4] frater Caleph minor,] dedit ei Axã filiam suam coniugem. Quã pergentem in itinere monuit vir suus vt peteret à patre suo agrũ. Quæ cum suspirasset [5] sedens in asino,] dixit ei Caleph: Quid habes? At illa respondit: Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi: da & irriguam aquis. ✠ Dedit ergo ei Caleph [6] irriguum superius & irriguum inferius.] Filij autem Cinęi [7] cognati] Moysi ascenderunt de [g] ciuitate palmarum, [h] cum filiis Iuda in desertum sortis eius, quod est ad meridiem Arath, & habitauerunt cum eo. Abiit autem Iudas cum Simeõne fratre suo, & percusserunt simul Chananęũ qui habitabat in Sephat, & interfecerunt eum. Vocatum est nomen vrbis, Horma, id est, anáthema:] cepítque Iudas [i] Gazam cum finibus suis, & Aschalônem atque Accaron cum terminis suis. Fuitque dominus cum Iuda, & [8] montana possedit.] Nec potuit delere habitatores vallis, quia [9] falcatis] curribus abundabant. ✠ Dederúntque Caleph Hebron, † sicut dixerat Moyses: qui deleuit ex ea tres filios Enach. Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non deleuerunt filij Beniamin: habitauítque Iebusæus cum filiis Beniamin in Ierusalem [k] vsque in prẹsentem diem. Domus quoque Ioseph ascendit in Bethel, fuítque dominus cum eis, [10] Nam cum obsiderent vrbem,] quæ prius Luxa vocabatur, viderunt* hominem egredientem de ciuitate, dixerúntque ad eum: Ostende* nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecum misericordiam. Qui cum ostendisset eis, percusserunt vrbem in ore gladij: hominem autem illum, & omnem cognationem eius dimiserunt. ✠ Qui dimissus abiit in terram Ethim, & ædificauit ibi ciuitatem. Vocauítque eam Luxam: quę ita appellatur vsque in prẹsentem diem. Manasses quoque non deleuit Bethsan, & Thanach cum viculis suis, & habitatores Dor, & Ieblaam, & Maieddo cũ viculis suis [11] cœpítque] Chananęus habitare cum eis. Postquam autem confortatus est Israel, [l] fecit eos tributarios, & delere noluit. Ephráim etiam non interfecit Chananęum qui habitabat in Gazer, sed habitauit cum eo. Zabûlon non deleuit habitatores Cethron, & Naalon: sed habitauit Chananęus in medio eius factúsque est ei tributarius. ✠ Asser quoque non deleuit habitatores Accho, & Sidônis, Alab, & Achasib, & Helba, & Aphech, & Roob, habitauítque in medio Chananęi habitatoris illius terræ, nec interfecit eum. Nephtalim quoque non deleuit habitatores [m] Bethsemes, & Bethanath, & habitauit inter Chananęum habitatorẽ terræ, fuerúntque ei Bethsemitæ, & Bethanitæ tributarij. Arctauítque Amorræus filios Dan in monte, nec dedit eis locum vt ad planiora descenderent: habitauítque* in monte Hares, quod interpretatur testatio, [12] in Aialon,] & Salabim. Et [13] aggrauata est] manus domus Ioseph, factúsque est ei tributarius. Fuit autem terminus Amorrẹi ab ascensu scorpionis, [14] petra, & superiora loca.]

*Angelo domini dei beneficia Israeli improperante, Israel toties liberatus recidit, ideo in manus sæpe traditur hostium.* II.

[a] Ascendítque angelus domini de Galgalis ad locum flentium, & ait: Eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram pro qua iuraui patribus vestris, & [1] pollicitus sum vt non facerem irritum pactum meum] vobiscum in sempiternum: ita dùntaxat vt nõ feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius,

huius, & aras eorum subuerteretis: & noluistis audire vocem meam. Cur hoc fecistis? Quamobrem ‡ nolui delere ]eos à facie vestra: [3] vt habeatis hostes,] & [b] dij eorum sint vobis in ruinam. Cúmque loqueretur angelus domini hæc verba ad omnes filios Israel, eleuauerunt vocem suam, & fleuerunt. Et vocatum est nomen loci illius, Locus flentium siue lachrymarum: immolauerúntque ibi hostias domino. † ❡ Dimisit ergo Iosue populum, & abierunt filij Israel vnusquisque in possessionem suam, vt obtinerent eam: seruierúntque domino cunctis diebus eius & seniorum, qui longo post eum vixerunt tempore, & nouerant omnia opera domini * quæ fecerat cum Israel. [c] Mortuus est autem Iosue filius Nun famulus domini centum & decem annorum, & sepelierunt eum in finibus possessionis suæ in [d] Thamnathsare, in monte Ephraim à septentrionali plaga montis Gaas. Omnísque illa generatio congregata est ad patres suos, & surrexerunt alij qui non nouerunt dominum, & opera quæ fecerat cum Israel. † Fecerúntque filij Israel malum in conspectu domini, & seruierunt [e] Baalim: ac dimiserunt dominum deum patrum suorum, qui eduxerat eos de terra Ægypti: & secuti sunt deos alienos, deos quoque populorum qui habitabant in circuitu eorum, & adorauerunt eos: & ad iracundiam concitauerunt dominum, dimittentes c eum & seruientes Baal & Astaroth. ❡ Iratúsque dominus contra Israel, [f] tradidit eos in manus diripientium: qui cœperunt eos, & vendiderunt hostibus qui habitabant per gyrum, nec potuerunt resistere aduersariis suis: sed quocunque pergere voluissent, manus domini super eos erat * sicut locutus est & iurauit eis, * & vehementer afflicti sunt. Suscitauítque dominus Iudices qui liberarent eos de vastantium manibus: sed nec eos audire voluerunt, fornicantes cum diis alienis, & adorantes eos. Cito deseruerunt viam per quam ingressi fuerant patres eorum: & audientes mandata domini, omnia fecêre contraria. Cúmque dominus Iudices suscitaret, [4] in diebus eorum flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus,] & liberabat eos de D cæde vastantium. ❡* Postquam autem mortuus esset iudex, reuertebantur, & multò faciebant maiora, quàm fecerant patres eorum: sequentes deos alienos, seruiêtes eis, & adorantes illos. Non dimiserunt adinuentiones suas, & viam durissimam per quam ambulare consueuerant. Iratúsque est furor domini in Israel, & ait: [g] Quia irritum fecit gens ista pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire contempsit, & ego non delebo gentes quas dimisit Iosue, & mortuus est, vt in ipsis experiar Israel, vtrum custodiant viam domini, & ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorum, an non. Dimisit ergo dominus omnes has nationes, & cito subuertere noluit, nec tradidit in manus Iosue.

1. Dixi: non eiiciam.
2. Sed erunt vobis in spinas.
b. Vt enim dij gentium inter quas non à se exterminatas Israelitæ habitare voluerunt, essent eis in scandalum, id est facerent eos scandalizati & peccare in dominum deum suum, eoque offenso viuere, indignũ hoc cõminatus est deus quòd certum manifestum est magnũ esse peccatum. Aug. q. 13. super Iudic.
*Magna.

c. Mortuo Iosue seniores populum 17. annis direxerũt, quorum plerique 15. anno defecerunt sequentes deos alienos, vsque ad Dim Othoniel.
d. Thamnathsares. i. figura solis, quia eũ Iosue solẽ stare fecisset, super eius sepulchrũ solis figuram descripserũt, quod nomen loco dedit quæ & Thamnathsara dicitur.
e. Hæc quidem fecerunt antiqui, sed quia propter nos hæc scripta sunt, videamus ne maiori ex parte de nobis hæc quã de illis dicta videatur. Glos. cor.
f. Quæri solet quare dixerit tradidit, aut vendidit, tanquã aliquod pretium intelligatur datum: sed in Psalmo legitur, vendidisti populum tuũ sine pretio. & apud prophetam, Gratis venundati estis, & absque argẽto redimemini. Quia illi quib⁹ tradidit populũ suũ spiritũ erãt non deum colẽtes tradi sibi illum populum meruerũt, vt ipse cultus tanquam pretium videretur. Aug. q. 16. super Iud.
*In malum.
*Dominus.
4. Fuit dominus cum iudice.
*Cunctis diebus illius iudicis. Nam motus est dominus pœnitentia propter eorum suspirium à facie affligentium, & molestantium eos.

g. Satis ostenditur causa quare non Iesus illas gentes bellãdo deleuerit oẽs. Quia hoc si fieret, nõ essent in quib⁹ illi probarẽtur. Poterat autem esse ad vtilitatem ipsorum, si tẽrati in eis, non reprobi inuenirentur. Aug. q. 16. super Iud.

*Israelitæ sæpius lapsi, per extraneos reges afflicti, per Othoniel & Aod liberantur.* III.

HÆ sunt gentes quas dominus dereliquit, vt [1] erudiret in eis] Israelem, & omnes qui non nouerant bella Chananæorum: & postea [2] discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi:] quinque Satrapas Philistinorum, omnémque Chananæum, & Sidonium, atque Heuæum: qui habitabat in monte Libano, de monte Baalthermon vsque ad introitum Emath. Dimisitque eos vt in ipsis [3] [a] experiretur] Israelem, * vtrum audirent mandata domini, quæ præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non. † Itaque filij Israel habitauerunt in medio Chananæi & Hethæi, & Amorræi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi, & duxerunt in vxores filias eorum, ipsíque filias suas filiis eorum tradiderunt, & seruierunt diis eorum. Fecerúntque malum in conspectu domini, & obliti sunt dei sui, seruientes Baalim, & [4] Astaroth.] Iratúsque dominus contra Israel, † [5] tradidit] eos in manus Chusanrasathaim Regis Mesopotamiæ, seruierúntque ei octo annis. ❡ Et clamauerunt ad dominum, qui suscitauit eis Saluatorem, & liberauit eos, [b] Othoniel videlicet filium Cenez, [6] fratrem Caleph minorem,] fuítque in eo spiritus domini, & iudicauit Israel. Egressúsque est ad pugnam, & tradidit dominus

1. Tentaret per eas.
2. Scirent generationes filiorũ Israel, & doceret eos bellum. Hi enim qui ante eos fuerant, nihil horum sciuerunt.
3. Tentaret.
a. Tentationẽ ergo hãc probationem voluit intelligi: quia omnis probatio tẽtatio est, non tamen omnis tẽtatio probatio. Si enim deus tentare dicitur, probatio est, si autem diabolus tentare dicatur, tẽtatio est, quia euertere nititur. Et homo aliquãdo tentat vt probet, aliquãdo vt capiat. Ambr. in 2. Cor. 13.
*Vt sciret.
4. Asteroch, id est, lucis.
5. Vendidit.
b. Othoniel. 40. fertur populũ Israel iudicasse annis, in quorũ octo primis filij Israel seruiere Chusanrasathaim regi Mesopotamiæ. Beda de natura rerũ. Quo tempore primordia Romani imperij sub Numa Pompilio tantummodo rege pacata habere potuerunt. Aug. q. 19 super 3. Iudic.
6. Fratris Caleph minoris.

in manus eius Chusanrasathàim Regem Syriæ,& [7] oppressit ]eum [c] Quieuítque terra
quadraginta annis,& mortuus est Othoniel filius Cenez. Addiderunt autem filij Is-
rael facere malum in conspectu domini, qui confortauit aduersum eos Eglon Re-
gem Moab: quia fecerunt malum in conspectu eius. Et copulauit ei filios Ammon, &
Amalech: abiítque & percussit Israel, atque possedit vrbem palmarum. Seruierúnt-
que filij Israel, Eglon Regi Moab [d] decem & octo annis, & postea clamauerunt ad
dominum. Qui suscitauit eis Saluatorem vocabulo Aod filium Gera filij Iemini,
[8] qui vtraque manu ] pro dextra vtebatur. Miserúntque filij Israel per illum munera
Eglon Regi Moab. Qui fecit sibí gladium [9] ancipitem, habentem in medio capulum
longitudinis palmæ manus,] & accinctus est eo subter sagum in dextro femore. [e]
Obtulítque munera Eglon regi Moab. Erat autem Eglon crassus nimis. Cúmque ob-
tulisset ei munera, [10] prosecutus est socios qui cum eo venerant: & reuersus de Gal-
galis vbi erant Idôla,] dixit ad Regem: [e] verbum secretum habeo ad te ô Rex. Et ille
imperauit silentium. Egressísque omnibus qui circa eum erant, ingressus est Aod ad
eum. Sedebat autem in æstiuo cœnaculo solus. Dixitque: Verbum dei habeo ad te.
Qui statim surrexit de throno. Extenditque Aod sinistram manum, & tulit sicam
de dextro femore suo, infixítque in ventrem eius tam validè, vt capulus sequeretur
ferrum in vulnere, [11] ac pinguissimo adipe stringeretur. Nec eduxit gladium, sed ita
vt percusserat reliquit in corpore, statímque per secreta naturæ alui stercora prorupe-
runt.] Aod autem clausis diligentissimè ostiis cœnaculi & obfirmatis, per posticum
egressus est. Seruíque Regis ingressi viderunt clausas fores cœnaculi, atque dixerunt:
Forsitan purgat aluum in æstiuo cœnaculo. [f] Expectantésque diu donec erubesce-
rent, & videntes quòd nullus aperiret, [f] tulerunt clauem: & aperientes inuenerunt do-
minum suum in terra iacentem mortuum. Aod autem dum illi [12] turbarentur, ef-
fugit,] & pertransiit locum Idolorum ⟨– vnde reuersus fuerat,] venítque in [g] Seirath,
& statim insonuit buccina in monte Ephráim: descenderúntque cum eo filij Israel,
ipso in fronte gradiente. Qui dixit ad eos: Sequimini me. Tradidit enim dominus
inimicos nostros Moabitas in manus nostras. Descenderúntque post eum, & occu-
pauerunt vada [h] Iordanis, quæ transmittunt in Moab, & non dimiserunt transire
quenquam, sed percusserunt Moabitas in tempore illo circiter decem milia, omnes
[13] robustos] & fortes viros. Nullus eorum euadere potuit. Humilia⁻ úsque est Moab
in die illo sub manu Israel, & quieuit terra octoginta annis ⟨– à præliis.] Post hunc
fuit [i] Samgar filius Anath: qui percussit de Philistiim sexcentos viros [14] vomere.] Et
ipse quoque defendit Israel.

*Debora & Barach aduersus Sisaram principem Iabim dimicant, quem profugum Iahel occidit.* 1111.

[†] Addiderúntque filij Israel facere malum in conspectu domini post mor-
tem Aod: & [†] tradidit ] illos dominus in manus Iabim Regis Chanáan
qui regnauit in [a] Hasor: habuítque Ducem exercitus sui nomine Sisa-
ram. Ipse autem habitabat in [a] Arozeth] gentium. Clamauerúntque filij
Israel ad dominum. Nongentos enim habebat [3] falcatos] currus, & per [b] viginti an-
nos vehementer oppresserat eos. [†] Erat autem Debora prophêtes vxor Lapidoth,
quæ iudicabat populum in illo tempore: & sedebat sub palma quæ nomine illius
vocabatur, inter Rama & Bethel in monte Ephráim: ascendebántque ad eam filij
Israel in omne iudicium. Quæ misit, & vocauit Barach filium Abinoem de [c] Cedes
Nephtalim, dixítque ad eum: [4] Præcepit tibi dominus deus Israel, Vade, & duc exer-
citum in montem Thabor, tollésque ] tecum decem milia pugnatorum de filiis Ne-
phtalim, & de filiis Zabúlon: [5] Ego autem adducam ad te in loco torrentis [d] Cison,
Sisaram Principem exercitus Iabin, & currus eius, atque omnem multitudinem, &
tradam eos in manu tua. Dixítque ad eam Barach: Si venis mecum, vadam: si nolue-
ris venire mecum, non pergam. Quæ dixit ad eum: Ibo quidem tecum, sed in hac
vice

e. Præualuit manus contra.
Hi isti tamen quadraginta annis inclusúrunt octo anni afflictionis prædictæ, aliter non haberetur certus numerus annorum fundationis templi per Salomonem, prout describitur 3. Reg. 6. quia tempus ibi determinatum computatur per tempora Iudicum & Regum qui fuerunt vsque ad tempus illud De Lyra.
d. Qui annumerantur annis Aod: quia primi fuerunt temporis eius.
8. Qui sinistra sola.

9. Vtroque latere acutum, longitudine cubitali.

10. Diuisit socios qui cum eo portauerant munus, ipse verò reuertitur à loco sculptilium, qui erat iuxta Galgal.
e. Vtrum Aod hæc dicens mentitus sit, sed potest non esse mendacium, quandoquidem verbi nomine solet etiam factum appellare scriptura. Augustinus. Huius temporibus Cyrene fertur condita in Lybia. Beda de natura deorum.

11. Clausitque adeps laminam ipsam, vt nec valuerit extrahere ensem de ventre eius, sed stercus egredium est.

f. Quomodo pueri regis Eglo claue aperuerint, quod Aod claue non clauserat, aut si ille claue clauserat, quomodo eam secum non auferret vt isti nec claue aperire possent proinde aut alia clauis allata est, aut talis clausuræ genus fuit quod sine claue posset claudi, nec sine claue aperiri. August. quæst. super iudic. lib. 7. cap. 17.
12. Morè facerent liberatus est.
g. Seirath, vel Seirah locus est montis ephraim, in tribu Manassæ.
h. Iordanis chanaan à Moab diuidit: inde vbi Moabitarum via redeundi erat, ab Aod statim occlusa est, vnde Moabitæ inclusi perierunt.
13. Pingues.
i. Samgar anno vnico iudicauit, qui connumeratur annis Aod.
14. Virga aculeata (qua scilicet boues acrius dirigantur.

1. Vendidit.

2. Hasor, vel Asor olim metropolis totius terræ Philistiim in finibus Ascalonis ad orientalē plagam, via ad Axotum.
a. Nemore.
3. Ferreos, & infra.
b. Qui connumerantur annis Deboræ.

c. Cedes vna ciuitatum refugij in sorte Nephtalim.
4. Nonne præcepit tibi dominus deus Israel? Vade in montem Thabor, & accipe.
d. Cison torrens, quem mons Thabor fundit, mox aquis pluuialibus auctus, in riuos duos diuiditur, quorum alterum ad orientem in Genezareth lacū ad oppidum Nain, alterum in mare magnum iuxta Carmeli radices transmittit.

vice[f] victoria non reputabitur tibi,] quia in manu mulieris tradetur Siſara. Surrexit itaque Debora, & perrexit cũ Barach in Cedes. Qui accitis Zabûlon, & Nephtalim, aſcendit cum decem milibus pugnatorum, habens Deboram in comitatu ſuo. [e] Aber autem Cinæus receſſerat quondam à Cęteris Cinæis fratribus ſuis filiis[f] Obab, cognati Moyſi, & tetenderat tabernacula vſque ad vallem quæ vocatur Sennim, & erat iuxta Cedes. Nunciatumque eſt Siſaræ, quòd aſcendiſſet Barach filius Abinóem in
c montem Tabor. [g] Et congregauit [6] nongentos falcatos] currus, & omnem exercitum de[7] Aroſeth] gentium, ad torrentem Ciſon. Dixítque Debora ad Barach: Surge, hæc eſt enim dies in qua tradidit dominus Siſarã in manus tuas. [8] En ipſe ductor eſt tuus.] Deſcendit itaque Barach de monte Tabor, & decem milia pugnatorum cum eo. †[g] Perterruítque dominus Siſaram, & omnes currus eius, vniuerſámque multitudinem in ore gladij ad conſpectum Barach: intantum vt Siſara de curru deſiliens, pedibus fugeret, & Barach perſequeretur fugientes currus, & exercitum vſque ad [h] Aroſeth gentium, & [9] omnis hoſtium multitudo vſque ad internecionem caderet.] Siſara autem fugiens peruenit ad tentorium Iahel vxoris Aber[i] Cinęi. Erat autem pax inter Iabin Regem Haſor, & domum Aber Cinæi. Egreſſa igitur Iahel in occurſum Siſaræ,
d dixit ad eum: Intra ad me domine mi, intra ne timeas. [k] Qui ingreſſus tabernaculum eius, & opertus ab ea pallio, dixit ad eam: Da mihi obſecro paululum aquæ, quia ſitio valde. Quę aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum. Dixítque Siſara ad eam. Sta ante hoſtium tabernaculi, & cum venerit aliquis interrogans te, & dicens: nunquid hîc eſt aliquis? reſpondebis: Nullus eſt. Tulit Itaque Iahel vxor [k] Aber, clauum tabernaculi, aſſumens pariter & malleum: & ingreſſa abſconditè, & cum ſilentio poſuit ſuper tempus capitis eius clauum, percuſſúmque malleo defixit in cerebrũ vſque ad terram: [10] qui ſoporem morti ſocians defecit,] & mortuus eſt. Et ecce Barach ſequens Siſaram veniebat: egreſſáque Iahel in occurſum eius, dixit ei: Veni, & oſtendam tibi virum quem quæris. Qui cum [l] intraſſet ad eam, vidit Siſaram iacentem mortuum, & clauum infixum in tempore eius. † Humiliauit ergo deus in die illo Iabin Regem Chanáan coram filiis Iſrael: qui creſcebant quotidie, & forti manu opprimebant Iabin Regem Chanáan, donec delerent eum.

5. Non erit tibi gloria iter quod iubibit.

e. Alibi Heber filius Cin filij Iethro, qui Moyſen ſecutus eſt in deſerto.
f. Iethro ſoceri Moyſi.

6. Omnes currus ſuos, nempe nongentos ferreos.
7. Nemote & infrà.

8. Nunquid dominus non eſt egreſſus ante faciem tuam?
g. Prior Ciſon tiuulus profligatu Ciſaræ per Barach clarus eſt, Cadum in nomine proprio dicitur, quòd iam antea Iſraelis ſalutem hic operari decreuerit.
h. Aroſeth vel Horoſer ciuitas erat, Siſaræ in tribu Nephtalim in Galilæa gentium ſuper lacũ Samaronitæ
9. Cecidit vniuerſus exercitus Siſaræ in ore gladij, nec remanſit etiam vnus.
i. Cinæus nomen gentile à Cin filio Iethro ſoceri Moyſi, qui remanſit inter filios Iſrael cum ſorore ſua vxore Moyſi: de cuius poſteritate erat hic Aber. Et licet eum Iabin fœdus haberet, maluit tamen illud diſſoluere, quàm Iudæorum hoſtem fouere.
k. Nepos Iethronis ſoceri Moyſi hic eſt. Qui cum paulò ante hic belli euentum ſpectaturus ageret, procul à pugna exiit. Fixit autem tentorium ſuum ad quercũ requieſcentium prope Cedes. Porro vxor eius Iael Siſaræ aquam petenti lac præbuit. Procop. ibid.
10. Nam ſopore plenus fuit & laſſus.
l. Aſſiduè ſic loquitur ſcriptura, intrauit ad eam, vt nolit intelligi niſi quod ei mixtus ſit. Hic ergo proprie dictum eſt: intrauit ad eam, id eſt domum eius intrauit, nó vt per hæc verba intelligatur concubitus. Auguſt. q. 28. ſuper Iudic.

## *Gratiarum actionis canticum Deboræ & Barach poſt victoriam.* V.

A [1] Ecinerúntque Debora & Barach filius Abinóem in die illo, dicẽtes: [1] Qui ſponte obtuliſtis de Iſrael animas veſtras [2] ad periculum,] benedicite domino. Audite Reges, auribus percipite Principes. Ego ſum, ego ſum quæ domino Canam, pſallam domino deo Iſrael. Domine cum exires de Seir, & [3] tranſires per regiones] Ædom, terra mota eſt, cœlíque [3] ac nubes diſtillauerunt] aquis. Montes fluxerunt à facie domini, [4] &] Sinai à facie domini dei Iſrael. In diebus Samgar filij Anath in diebus Iahel quieuerunt ſemitæ, & qui ingrediebantur per eas ambulauerunt per calles deuios. Ceſſauerunt [5] fortes] in Iſrael, & quieuerunt, donec[6] ſurgeret Debora, ſurgeret] mater in Iſrael. [7] Noua bella elegit dominus, & portas hoſtium ipſe ſubuertit.] Clypeus & haſta ſi apparuerunt in quadraginta milibus
B Iſrael. Cor meum [8] diligit Principes] Iſrael. [B] Qui propria voluntate obtuliſtis vos [9] diſcrimini,] benedicite domino: qui aſcenditis ſuper [10] nitentes] aſinas, & ſedetis ſuper iudicium, & ambulatis in via, loquimini, [11] Vbi colliſi ſunt currus, & hoſtium ſuffocatus eſt exercitus,] ibi narrentur iuſtitiæ domini: [12] clementiæ in fortes Iſrael.] Tunc deſcẽdit populus domini ad portas, & obtinuit principatum. Surge, ſurge Debora, ſurge, loquere canticum. Surge Barach, & apprehende captiuos tuos, fili Abinôem. [13] Saluatæ ſunt reliquiæ populi.] Dominus in fortibus dimicauit, ex Ephâim deleuit eos in Amalech, & poſt eum ex Beniamin in populos tuos ô Amalech. De Machir Principes deſcenderunt, & de Zabûlon qui [14] exercitum ducerent ad bellandum.] Duces Iſachar fuere cum Debora, [15] Barach veſtigia ſunt ſecuti: qui quaſi in præceps ac barathrum ſe diſcrimini dedit.] Diuiſo cõtra ſe Ruben magnanimorum,

1. Propter vindictam ſumptam in Iſrael, & propter populum redditum voluntarium.
2. Secundum humanũ iudicium: quia pauci & inermes, vt poſtea videbitur, voluntariè & promptè iuerunt ad pugnandũ contra multos & bene armatos. tamen ſecundum veritatem ibi non erat periculum, quia aſſiſtebat eis diuinum ſubſidium. De Lyra.
2. Cum procederes de agro.
3. Stillauerunt.
4. Vt ipſe.
5. Habitatores oppidorum.

6. Surrexi Debora ſurrexi.
7. Eligebat deos nouos, & tunc in portis habuit hoſtem.
8. Ad rectores.
9. Populo.

10. Candidas.

11. A voce iaculatorum inter haurientes aquam.
12. Iuſtitias in locis Iſrael non munitis.

13. Tunc dominabuntur reliquiæ magnificis populi Iabin.

14. Gubernant calamo ſcribæ.

15. Sed & Iſſachar atque Barach in vallem miſſus eſt pedibus ſuis.

reperta contentio est.[g] Quare habitas[16] inter duos terminos,] vt audias sibilos gregum?[17] Diuiso contra se Ruben,magnanimorum reperta cõtentio est.] Galaad trans Iordanem quiescebat, & Dan vacabat nauibus. Asser habitabat in littore maris,[18] & in portubus morabatur.] Zabûlon verò & Nephtalim obtulerunt animas suas morti in[19] regione Morome.] Venerunt Reges, & pugnauerunt, pugnauerunt Reges Chanáan in Thanach iuxta aquas Mageddo,& tamen[20] nihil tulere prædantes.] De cœlo dimicatum est contra eos,stellę manentes in ordine,& cursu suo aduersus Sisaram pugnauerunt. Torrens Cison traxit cadauera eorum, torrens[21] Cadumim,] torrens Cison.[22] Conculca]anima mea robustos. Vngulæ equorum[23] ceciderunt fugientibus impetu,& per præceps ruentibus fortissimis hostium.] Maledicite terræ Meroz, dixit angelus domini: maledicite habitatoribus eius:quia non venerunt ad auxilium domini, & adiutorium[24] fortissimorum eius.] [g] Benedicta[25] inter ]mulieres Iahel [b] vxor Haber Cinæi, & benedicatur * in tabernaculo suo. Aquam petenti lac dedit,& [b] in phiala principum obtulit butyrum.Sinistrã manum misit ad clauum,& dextram ad fabrorum malleos, percussítque Sisaram,[26] quærens in capite vulneri locum,& tempus validè perforans.] Inter pedes eius ruit, defecit & mortuus est. Voluebatur ante pedes eius,& iacebat exanimis,& miserabilis. Per fenestram respiciens vlulabat mater eius, & de cœnaculo loquebatur: Cur moratur regredi currus eius? quare tarduerunt pedes quadrigarum illius?[27] Vna sapientior cæteris vxoribus eius hæc socrui verba respondit: Forsitan nunc diuidit spolia,& pulcherrima fœminarum eligitur ei. Vestes diuersorum colorum Sisaræ traduntur in prædam,] & suppellex varia ad ornanda colla congeritur. Sic pereant omnes inimici tui domine: qui autem diligũtte, sicut sol in ortu suo splendet,ita rutilent,quieuítque terra per quadraginta annos.

16. Inter catulos.
17. Et segreges te vna cum magnanimis & sapientibus corde.
18. Habitans in locis suis ramosis.
19. Excelsis campi.
20. Non acceperunt lucrum pecuniæ.
21. Antiquorum.
22. Calcabit.
23. Concussæ sunt propter saltus à magnificis eorum excitatos.
24. Domini cum fortibus.
25 Supra.
* Præ mulieribus.
b. Ff. vas in quo potest offerri butyrum,proprie dictum,& secundũ hoc dicunt aliqui quòd non solum obtulit illi potum, sed etiam cibum. Butyrũ enim species est cibi. De Lyra. Ibidẽ.
26. Abstulit caput eius, vulnerauit & perfodit tempora eius.
27. Sapientes quæque dominæ respondebant illi, quin & ipsa sibi ipsi verba taddebat. Certe inuenerũt,diuidunt spolia,est puella vel duæ puellæ cuilibet viro: habet Sisara prædam vestium coloratarum.

*Israelitis à Madian oppressis, Gedeon multis signis auxilio designatur, qui post sacrificium aram Baal destruxit.* VI.

2. Qui connumerantur anni Gedeonis.
1 Filij Israel propter Madianitas speluncas in montibus, antrisque & præsidia.
2. Pariter ascenderũt aduersus eum. Et castramentantes aduersus eos prouentus terræ.
3. Qui veniebant in terram vt perderent eam. Attenuatúsque est.
* Factúmque est cum filij Israel clamarent ad dominum in causa Madian, misit dominus ad eos,&c.
b. Nomine enim virorum solẽt appellari ángelos notum est: quamuis eum qui esset angelus appellatum esse prophetam nõ facile seu euidenter occurrat. Eum sane qui propheta esset, dictum angelũ legimus. Sed si angelorũ dicta prophetica nota sunt,id est quibꝰ sumta præmineamerit, cur nõ possit angelus prophetæ nomine nuncupari? August. q 1. super Iudic. Iudæi tamen credũt hunc fuisse Phinees filiũ Eleazari summum sacerdotẽ,ad Iudæos missum vt eorũ peccata & præcipue idololatriam argueret.
4. Pattem Ezri.
c. Hierobaal qui & Gedeõ sub arbore,vt legimus,quercus, tritici messem cum virga ederet, accepit oraculum vtà potestate alienigenarũ in libertatem dei populum vindicaret. Et sequitur: Quo motus oraculo Gedeõ cũ audisset quod debellaturus esset populos multos, in vno viro dãs plebẽ suam ab hostibus liberatet, obtulit hœdũ captarũ. enim carnem secundũ præceptũ angeli & azyma supra petrã posuit: & ea iure perfudit,quæ simul vt virga cacumine,quã gerebat angelus dei,cõtigit,de petra ignis erupit: atque sacrificiũ quod offerebator ab sumptũ est. Quo indicio declaratũ videtur,quod petra illa typũ habuerit corporis Christi. Quia scriptum est. Bibebãt de cõsequenti eos petra, petra aũt erat Christus. Ambro. lib. 1. de spiritu sancto in prologo.

[a] Fecerunt autem filij Israel malum in conspectu domini, qui tradidit illos in manu Madian [a] septem annis,& oppressi sunt valde ab eis. Fecerúntque sibi [1] antra & speluncas in montibus, & munitissima ad repugnandum loca.] Cúmque sæuisset Israel, ascendebat Madian & Amalech, & cæteri orientalium nationum,[2] & apud eos figentes tentoria,sicut erant in herbis,cuncta]vastabant vsque ad introitum Gazæ,nihílque omnino ad vitam pertinens relinquebãt in Israel: non oues,non boues,non asinos. Ipsi enim & vniuersi greges eorum veniebant cum tabernaculis suis,& instar locustarum vniuersa cõplebant, innumera multitudo hominum & camelorum,[3] quicquid tetigerant deuastantes. Humiliatúsque est ]Israel valde in conspectu Madian. [4] Et clamauit ad dominum postulans auxilium contra Madianitas. * Qui misit ad eos]b virum prophetam,& locutus est: Hæc dicit dominus deus Israel: Ego feci vos conscendere de Ægypto, & eduxi vos de domo seruitutis, &liberaui de manu Ægyptiorum, & omnium inimicorum qui affligebant vos. Eiecíque eos ad introitum vestrum, & tradidi vobis terram eorum, & dixi: Ego dominus deus vester: Ne timeatis deos Amorræorum,in quorum terra habitatis.Et noluistis audire vocem meam. Venit autem angelus domini,& sedit sub quercu quæ erat in Effra,& pertinebat ad Ioas[4] patrẽ familiæ Ezdri.] Cúmque [c] Gedeon filius eius excuteret,atque purgaret frumenta in torculari,vt[5] fugeret Madian,] apparuit ei angelus domini, & ait: Dominus tecum, virorum fortissime. [5] Dixítque ei Gedeon: Obsecro domine mi,si dominus nobiscum est,cur ergo apprehenderunt nos hæc omnia? Vbi sunt mirabilia eius quæ enarrauerunt patres nostri, atque dixerunt: de Ægypto eduxit nos dominus? Nunc autem dereliquit nos dominus, & tradidit in manu Madian. Respexítque ad eum dominus, & ait: † Vade in hac fortitudine tua,& liberabis Israel de manu Madian.Scito quòd miserim te. Qui respondens, ait: obsecro domine mi, in quo liberabo Israel? Ecce familia mea infima est in Manasse,

nasse,& ego minimus in domo patris mei. Dixítque ei dominus: Ego ero tecum, & percuties Madian quasi vnum virum. Et ille: si inueni, inquit, gratiam coram te, [d] da mihi signum quòd tu sis qui loqueris ad me: nec recedas hinc, donec reuertar ad te portans sacrificium, & [6] offerens tibi. ] Qui respondit: Ego præstolabor aduentum
p tuum. [f] Ingressus est itaque Gedeon, & coxit hœdum, & de farinæ modio [c] azymos panes: [7] carnesque ponens ]in canistro, & ius carnium mittens in ollam, tulit omnia sub quercu,& obtulit ei. Cui dixit angelus domini: Tolle carnes & azymos panes, & pone super petram illam,& ius desuper funde. Cúmque fecisset ita, extendit angelus domini summitatem virgæ quam tenebat in manu,&tetigit carnes & azymos panes: t ascendítque ignis de petra,& carnes azymósque panes consumpsit, angelus autem domini euanuit ex oculis eius. [f] Vidénsque Gedeon quòd esset angelus domini, ait: Heu mi domine deus, quia vidi angelum domini facie ad faciem. Dixítque ei dominus: Pax tecum. Ne timeas, non morieris: Ædificauit ergo ibi Gedeon altare
s domino, vocauítque illud [8] domini pax, vsque in præsentem diem. [g] Cúmque adhuc esset in Effra, quæ est familiæ Ezdri, ]nocte illa dixit dominus ad eum: Tolle taurum * patris tui, [g] & alterum taurum annorum septem, destruésque aram Báal quæ est patris tui: & nemus, quod circa aram Báal est, succide: & ædificabis altare domino deo tuo in summitate petræ huius, [9] super quam antè sacrificium posuisti: ] tolléque taurum secundum, & offeres holocaustum super struem lignorum, quæ de nemore succideris. Assumptis ergo Gedeon decem viris de seruis suis, fecit sicut præceperat ei dominus. Timens autem domum patris sui, & homines illius ciuitatis, per diem noluit facere: sed omnia nocte compleuit. Cúmque surrexissent viri oppidi eius mane, viderunt destructam aram [h] Báal, lucúmque succisum, & taurum alterum impositum super altare, quod tunc ædificatum erat, dixerúntque adinuicem: [g] Quis hoc
v fecit? Cúmque perquirerent autorem facti, dictum est: Gedeon filius Ioas fecit hæc omnia: & dixerunt * ad Ioas: Produc filium tuum huc, vt moriatur: quia destruxit aram Báal,& succidit nemus. *[10] Quibus ille respondit: Nunquid vltores estis Báal, vt pugnetis pro eo? ]Qui aduersarius est eius, moriatur antequam lux crastina veniat. Si deus est, vindicet se de eo qui suffodit aram eius. Ex illo die vocatus est Gedeon Ierobaal, eo quòd dixisset Ioas: vlciscatur se de eo Báal, qui suffodit altare eius. Ergo omnis Madian,& Amalech,& orientes populi congregati sunt simul, & transeuntes Iordanem castrametati sunt in [i] valle Iezrahel. Spiritus autem domini induit Gedeon:
o qui clangens buccina conuocauit domum Abiézer, vt sequeretur se. [g] Misítque nuncios in vniuersum Manassen, qui & ipse secutus est eum. Et alios nuncios in Asser,& Zabûlon,& Neptalim, qui occurrerũt ei. Dixítque Gedeon ad Dominum: Si saluum facis per manum meam populum Israel, sicut locutus es, [k] ponam hoc vellus lanæ in area: Si ros in solo vellere fuerit,& in omni terra siccitas, sciã quòd per manũ meam, sicut locutus es, liberabis Israel. Factúmque est ita. Et de nocte consurgens, expresso vellere concham rore impleuit. Dixítque rursus ad dominum: ne irascatur furor tuus contra me, si adhuc semel tentauero, signum quærens in vellere. Oro vt solum vellus siccum sit,& omnis terra rore madens. Fecítque dominus nocte illa vt postulauerat: & fuit siccitas in solo vellere,& ros in omni terra.

5. Abscondere à facie Madianitarum.

d. Vir eruditus, & habens Iosu præcessoris exemplũ cautius agit. Sciebat enim posse angelos tenebrarum, transfigurare se in angelos lucis, ideo examinat spiritum si à deo sit. Spiritualis enim omnia examinat. Glos. ordin. post Origenẽ & Adamantium.

6. Ponam ante te.

e. Ex hoc dicunt Hebræi quòd erat solẽnitas paschalis in qua Iudæi septem diebus vsuntur azymis, sed hoc argumentum non valet, quia panes Domino oblati debebant esse azymi etiam aliis tẽporibus. De Lyra.

7. Posuitque vna cum carne

f. Prius ergo tanquam cum homine loquebatur, quem tamẽ hominem dei credidit vt coram eo sacrificium vellet offerre, vel ut adiuuandus præsentia eius sanctitatis Aug. quæst. super Iud. lib. 7. cap. 31.

8. Dominus pacis, & est adhuc vsque in præsentẽ diem in Ophrath patris Ezri. Factúmque est, &.

*Ex armentis.

g. Hoc est, impinguatum septẽ annis, vt idolo Báal sacrificetur, destruesque aram Báal tanquam abominãs idololatriam, & nemus quod circa aram est succide, vbi homines exercebant Luxuriam. De Lyra.

9. In loco conueniente.

h. Báal solet apud gentes nomen dici Iouis: quod lingua Punica putatur offendere. Nã Báal Punici videtur dicere dominum. Vnde Baalsamẽ quasi dominum cœli intelliguntur dicere. Samẽ quippe apud eos cœli appellantur. August. q. 16. super Iudic.

*Viri ciuitatis illius.

*10. Quod erat iuxta ipsum respondit Ioas omnibus his qui stabãt iuxta se: Nonne causam Báal agitis, aut vultis liberare eum?

i. Non enim audent aduersarij illuc ire vbi sunt iam nati spiritus fructus. Sed vbi adhuc semen dei iacet, & nondum fructus ascendit. Aliud enim cecidit secus viam, & volucres cœli diripiunt illud. Hi sunt scilicet qui audiũt verbum dei, & cum lætitia suscipiunt. Venit autem diabolus & tollit verbũ de corde eorum. Glosa ordin. Post Adamanti.

k. Vellus illud sacrificia Iudæorum, in quibus iusserat sibi pecora offerri: in hoc ergo solo vellere descendit pluuia, quia sola fuit Iudæa legis cultrix: Aliam vero petiuit postulationem, vt vellus siccum esset, & area pluuia infunderetur, in qua pluuia, demonstrauit nobis transferri sacrificia à synagoga, & totam aream mundi impleri prædicatione Christi. Chryso. super illud Psal. 71. Descendet sicut pluuia in vellus. Homil. To. 1.

*Populo ad aquas probato, in Madianitas Gedeon irruit, quos cum Oreb, & Zeb principibus eorum deuicit.* VII.

A Igitur Ierobáal qui & Gedeon, [1] de nocte] consurgens, & omnis populus cum eo, [2] venit ad ] fontem qui vocatur Arad. Erant autem castra Madian in valle ad septentrionalem plagam collis excelsi. Dixítque dominus ad Gedeõ: [a] Multus tecũ est populus, nec tradetur Madiã in manus eius, ne * glorietur contra me Israel, & dicat, meis viribus liberatus sum. Loquere * ad populum,& cunctis audientibus prædica. [t] Qui formidolosus,& timidus est, reuertatur.

1. Mane.

2. Castrametati sunt iuxta.

a. Dominus voluit eligere bellatores in paruo numero vt victoria illa sibi totaliter attribueretur. De Lyra. Ibid.

*. Forte.

t. Egitur nunc.

Universidad de Deusto Biblioteca

*Et mane confurgentes.

b. Vt videó qui primum reprobati sunt, nec in aquæ descendebant, sed adhuc se catheccumenos designabant, & in tantũ formidinis vitio deterriti sunt vt nec ad lauacrum salutare descenderent. Glosa ordina.

c. Plerique Latini codices non habẽt manu sua, sed tantũ modo lingua sua, quoniam sic intellexerunt quod supradictum est, sicut canes. Græcus habet manu sua, Hebræus non habet. Aug. q. 17. super. Iudic.

d. Curuatio genuũ ignauorum hominum indicium est.

e. Quid autem trecenti illi qui cũ Gedeone deprehensi fuerel nónne milibus multis qui reuersi sunt, præterẽdi erũt? Gre. Nazianze. oratio. 27. Manipuli pauci lambentes, & victoriã se consequi posse credẽtes, paruúsque numerus suei inuitens plures superauit chiliades. Idẽ in Iulianum imper. Oratio. 1.

3. Consortauit trecentos viros.

*Eum.

*in castra.

f. Quod intelligitur de somnio audito, & interpretatione eius quæ postea ponuntur cum dicitur: Narrabat aliquis somnium. Cuius forma subditur. Videbatur mihi quasi subcinericiũ panis ex hordeo: per quẽ significabatur Gedeon, qui nullius reputationis erat, in conspectu regũ Madiã, sicut panis subcinericius & hordeaceus vilis est ex materia & forma. De Lyra.

4. Vt ad castra descendas.

5. Ad extremitatem armatorũ qui erant in castris.

g. Hoc intelligendum arbitror quod de caninis, quia per contemptibilia mundi, quæ significat mensa panis hordacei, saluator fuerat superbos cõfusurus. Aug. quæst. 39. super lib. Iudicum.

h. De hoc bello per prophetã dicitur: iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrũ exactoris eius superasti sicut in die Madian. Isa. 9. 2. Eripiens enim gentilitatem Dominus superauit iugum oneris eius eum eam aduentu suo à diabolı seruitute liberauit. Grego. In Glosa ordinaria.

* Cum venero ad extremitatẽ castrorum.

6. Extremitatem, & infra.

7. Dicetis: Domini est & Gedeonis, sub. hic gladius.

8. Cunctum.

9. Excitando excitauerunt eos. Isti tres clangentes tubis, & confringentes lagenas, quæ erant in manibus eius.

i. Hydrias portant & lampades buccinam corneam in manib⁹, sic veniunt ad illam innumeram bilem hostium multitudinem. In quibus erant cameli sicut arena maris. Et cum venissent ad bellum buccinis corneis insonuerunt, & dimiserunt hydrias de manibus, & contrite sunt. Tunc arreptis lampadib⁹ prorunnt in aduersarios, & simul buccinis cõcrepant. Vide quomodo electi milites dei, cũ lampadibus pugnant. Glosa ordinaria ibidem.

10. Posuitque dominus gladiũ vniuscuiúsque contra proximum suũ per vniuersa castra.

*In Zererath.

11. Congregati.

12. Congregatúsque est.

13. Vsque ad Iordanem, & vsque ad.

14. Principes Madianitæ.

*Receſſerúntque de monte Galaad, & reuerſi ſunt ex populo viginti duo milia virorum, & tantum decem milia remanſerunt. Dixítque dominus ad Gedeon: Adhuc [b]populus multus eſt. [§] Duc eos ad aquas, & ibi probabo illos, & de quo dixero tibi vt tecum vadat, ipſe pergat: quem ire prohibuero, reuertatur. Cúmque deſcendiſſet populus ad aquas, dixit dominus ad Gedeon: [c] Qui lingua lambuerint aquas, ſicut ſolent canes lambere, ſeparabis eos ſeorſum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. Fuit itaque numerus eorum qui manu ad os proiiciente, lambuerunt aquas trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo [d] flexo poplite biberat. Et ait dominus ad Gedeon: [e] In trecentis viris qui lambuerunt aquas liberabo vos, & tradam in manu tua Madian. Omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locũ ſuum. [§] Sumptis itaque pro numero cibariis, & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula ſua, & ipſe [3] cum trecentis viris ſe certamini dedit. ] Caſtra autem Madian erant ſubter *[4] in valle. Eadem nocte dixit dominus ad eum: Surge, & deſcende in caſtra: quia tradidi eos in manu tua. Si autem ſolus ire formidas, deſcendat tecum Phara puer tuus. *[f] Et cum audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, [*5] & ſecurior ad hoſtium caſtra deſcendes. ] Deſcendit ergo ipſe & Phara puer eius [g] in partem caſtrorum, vbi erant armatorum vigiliæ. ] Madian autem & Amalech, & omnes orientales populi fuſi iacebant in valle, vt locuſtarum multitudo: cameli autem innumerabiles erant: ſicut arena quæ iacet in litore maris. [§] Cúmque veniſſet Gedeon, narrabat aliquis ſomnium proximo ſuo: & in hunc modum referebat quod viderat: Vidi ſomnium, [§] & videbatur mihi quaſi ſubcinericius panis ex hordeo, volui & in caſtra Madian deſcendere. Cúmque perueniſſet ad tabernaculum [h], percuſſit illud, atque ſubuertit, & terræ funditus coæquauit. Reſpondit is cui loquebatur: Non eſt hoc aliud, niſi gladius Gedeonis filij Ioas viri Iſraelitæ. Tradidit enim dominus in manus eius Madian, & omnia caſtra eius. Cúmque audiſſet Gedeon ſomnium & interpretationem eius, adorauit: & reuerſus eſt ad caſtra Iſrael, & ait: Surgite, tradidit enim dominus in manus noſtras caſtra Madian. [§] Diuiſitque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenáſque vacuas ac lampades in medio lagenarum. Et dixit ad eos: * Quod me facere videritis, hoc facite. Ingrediar [6] partem ] caſtrorum, & quod fecero, ſectamini. Quando perſonuerit tuba in manu mea, vos quoque per caſtrorum circuitum clangite, & [7] & cõclamate domino, & Gedeoni. ] Ingreſſúſque eſt Gedeon, & [8] trecenti ] viri qui erant cum eo, in partem caſtrorum, incipientibus vigiliis noctis mediæ: & [9] cuſtodibus ſuſcitatis cœperunt buccinis clangere & complaudere inter ſe lagenas. ] [§] Cúmque per gyrum caſtrorum in tribus perſonarent locis, [i] & hydrias confregiſſent, tenuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes tubas, clamauerúntque, gladius domini & Gedeonis, ſtantes ſinguli in loco ſuo per circuitum caſtrorum hoſtilium. Omnia itaque caſtra turbata ſunt, & vociferantes, vlulantéſque fugerunt. Et nihilominus inſiſtebát trecenti viri buccinis perſonantes, [†10] Immiſitque dominus gladium in omnibus caſtris, ] & mutua ſe cæde truncabant, fugientes vſque ad Beth ſeca, * & crepidinem Abel mehula in Thebbath. [§] [11] Conclamantes ] autem viri Iſrael de Neptalim, & Aſſer, & omni Manaſſæ perſequebantur Madian. Et dedit dominus victoriam populo Iſrael in die illa. Miſitque Gedeon nuntios in omnem montem Ephráim, dicens: Deſcendite in occurſum Madian, & occupate aquas vſque Bethbera, atque Iordanem. [†12] Clamauítque ] omnis Ephráim, & præoccupauit aquas, [13] atque Iordanem vſque Bethbera. [†] Apprehenſóſque duos [14] viros Madian, ] Oreb & Zeb, interfecit Oreb in petra Oreb: Zeb verò in torculari Zeb. Et perſecuti ſunt Madian, capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.

*Gedeon viris Soccoth & Phanuel victis, Zebee & Salmana denicit: peIquam verò à populo electus eſt, ſeptuaginta genuit filios, & vnum ex concubina, & mortuus eſt.*

VIII.

dixerúnt-

A DIxerúntque ad eum viri Ephráim: Quid est hoc quod [1] facere voluisti] vt non nos vocares cum ad pugnam pergeres contra Madian? Iurgantes fortiter, *[-& propè vim inferentes.] Quibus ille respondit: Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? [a] Nónne melior est racemus Ephráim, vindemiis Abiezer? In manus vestras dominus tradidit Principes Madian, Oreb, & Zeb. Quid tale facere potui, quale vos fecistis? Quod cũ locutus esset, requieuit spiritus eorũ quo tumebant contra eũ. Cúmque veniſſet Gedeon ad Iordanẽ, transiuit eũ cum trecentis viris qui secum erãt, & præ lassitudine fugientes persequi non poterãt.

B Dixítque ad viros [c] Soccoth: [f] Date obsecro panes populo qui mecum est: quia valde defecerũt, vt possimus persequi Zébee, & Salmana Reges Madiã. Respondérũt Principes Soccoth: [2] Forsitan palmæ manuũ] Zébee, & Salmana, in manu tua sunt: & idcir co postulas vt demus exercitui tuo panes. Quibus ille ait: Cũ ergo tradiderit dominus Zébee, & Salmana in manus meas, & cum reuersus fuero victor in pace, conterã carnes vestras cum spinis, tribulísque deserti. Et inde conscendens venit in [d] Phanuel, locutúsque est ad viros loci illius similia. Cui & illi responderunt, sicut respõderant viri Soccoth. Dixit itaque eis. Cũ reuersus fuero victor in pace, destruã turrim hãc. Zébee

c autem & Salmana requiescebant* cum omni exercitu suo. [g] Quindecim enim milia viri remanserant ex omnibus turmis orientalium populorũ, cæsis centumuiginti milibus bellatorum, & educentium gladiũ. † Ascẽdénsque Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur ad orientalem partẽ Nobe, & Iecbaa, percussit castra hostium, qui securi erant, [-& nihil aduersi suspicabantur] fugerúntque Zébee & Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum. [e] Reuerténsque de bello ante solis [3] ortum, ] apprehendit puerum de viris Soccoth, interrogauítq; eum* nomina Principum, & seniorum Soccoth, & descripsit septuagintaD septem viros. [g] Venítque ad Soccoth, & dixit eis: [f] En Zébee & Salmana, super quibus exprobrastis mihi, dicentes: forsitan manus Zébee & Salmana in manibus tuis sunt: [-& idcirco postulas] vt demus viris, qui lassi sunt, & defecerunt, panes. [g] Tulit ergo seniores ciuitatis, & spinas deserti ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit viros Soccoth. Turrim quoque Phanuel subuertit, occisis habitatoribus ciuitatis. Dixítque ad Zébee & Salmana: Quales fuerunt viri quos occidistis in Thabor? Qui responderunt: [4] Similes tui, & vnus ex eis quasi filius Regis.] Quibus ille respondit: Fratres mei fuerunt, filij matris meæ. Viuit dominus, quia si* seruassetis

E eos, non vos occiderem. [g] Dixítque Iether primogenito suo, surge, & interfice eos. Qui non eduxit gladium: [-timebat enim,] quia adhuc puer erat. [h] Dixerúntque Zébee & Salmana: Tu surge, & irrue in nos, quia iuxta ætatem robur est hominis. Surrexit Gedeon, [†i] & interfecit Zébee & Salmana, & tulit ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari solent. Dixerúntque omnes viri Israel ad Gedeon: Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberasti nos de manu Madian. Quibus ille ait: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur dominus. Dixítque ad eos: Vnam petitionem postulo à vobis. Date mihi inaures ex præda vestra. Inaures enim aureas Ismaelitæ ha

F bere consueuerant. [g] Qui responderunt: Libentissimè dabimus. Expandentésque super terram pallium, proiecerunt in eo inaures de præda: & fuit pondus postulatarum inaurium, mille septigenti [5] auri sicli, absque ornamentis & monilibus, & veste purpurea,] quibus Reges Madian vti soliti erant, & præter torques aureas camelorum. Fecítque ex eo Gedeon [k] Ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatúsque est omnis Israel [6] in eo,] & factum est Gedeoni, & omni domui eius in ruinam. Humiliatus est autem Madian coram filiis Israel, nec potuêrunt vltrà ceruices eleuare: sed quieuit terra per quadraginta annos, quibus Ge-

G deon præfuit. [g] Abiit itaque Ieroboal filius Ioas, & habitauit in domo sua, habuítque septuaginta filios, qui egressi sunt de fœmore eius, eo quòd plures haberet vxores. Cõcubina autem illius quam habebat in Sichem, genuit ei filiũ nomine Abimélech.

1. Fecisti nobis.

*Cum eo.

a. Quid est, nónne meliores sunt debiliores qui inter vos sunt, quàm fortiores qui apud nos sunt?
b. Quod cũ locutus esset requieuit spiritus eorum, i. spiritus superbiæ, quia non quærebant nisi gloriam victoriæ. De Lyra.

c. Soccoth locus est trans Iordanem ad torrẽtem Iaboc, vbi Iacob à Mesopotamia rediens fratri Esau reconciliatus fixit tentoria. Hic postea eiusdẽ nominis oppidum conditum est, & tribui Gad datum à Moyse cui* ciues Gedeõ occidit quia panem illi negassent dum Madiã & Amalech persequeretur.
2. Nunquid manus.
d. Phanuel videtur esse prope Soccoth, ab euentu sic appellatum, quod Iacob hic pernoctãs vidit dominum facie ad faciẽ, & cum angelo luctãs perdidit neruum fœmoris. Sita autẽ esse dicitur in commistione Iaboch & Iordanis, & est cõmune Tripoli, apũdque eam Laban* definit, iuxta Salim & Ennon vbi erat Ioannes baptizans: vt Io. 3. c.
*In Charchar.

e. Cum Gedeon præter spem principũ Socceth & Phanuel victor rediret, offensis regibus Madian, vtrosque palam occidit: turrimque Phanuel cum incolis subuertit.
3. Occasum.
*Annotauitque.
f. Ad hoc enim reseruauerat eos vivos, vt offenderet viros Soccoth, victoriam à deo sibi datam. De Lyra.
g. Hoc est superiores ciuitatis quam potenter obtinuit, vel viso tanto triumpho non audebãt ingressum negare. Dionis. Carthusia.
4. Qualis tu, sic illi fuerunt, singuli formam habentes filiorũ regis.

*In vita.

h. Quia magis volebant habere mortem breuem per manũ hominis fortis, qui poterat huminẽ vno ictu interficere, quã longam per manum pueri, qui hoc non posset. De Lyra.
i. Quis putat in istis verbis esse mysteria saluatoris? Legũt hoc Philosophi & irridenti: Legunt rhetores, & putant esse deyramenta. Oreb interpretatur foramen, in quod coluber ingreditur. Zeb interpretatur lupus. Videte nomina aduersariorũ Christi. Zebee, hostia: hoc est quos lupus suffocauerit. Et Salmana perfecti in malitia, quos Gedeõ prosdei populo pugnãs vicit, quia reliquerũt dei iudicium. Hiero. in 82. Psa.

5. Aurei, præter torques, olfactoriola, & vestes purpureas.

k. Ephod indumentum erat sacerdotale, quo vtebatur sacerdos solum cum sacra perageret. Verum quia non erat licitũ facere alterum ab illo quod erat in tabernaculo domini, dicitur versum in scandalũ Gedeonis. Aug. Ibid.
6. Post ipsum in illo loco.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Mortuúſque eſt Gedeõ filius Ioas in ſenectute bona,& ſepultus eſt in ſepulchro Ioas patris ſui in [1] Ephra de familia Ezdri.[m] Poſtquam autem mortuus eſt Gedeon, auerſi ſunt filij Iſrael,& fornicati ſunt in Baalim.Percuſſerúntque cum Baal fœdus, vt eſſet eis in deum,nec recordati ſunt domini dei ſui, qui eruit eos de manibus inimicorum ſuorum omnium per circuitum, nec fecerunt miſericordiam cum domo Ierobaal Gedeon iuxta omnia bona quæ fecerat Iſraeli.

1. Ephra regio Manaſſæ, nimirum Ephraim montium, de qua 1. Reg. 13. d. ſub nomine Ephraim.
m. Factum eſt cum mortuus eſſet Gedeon,& auerſi ſunt filij Iſrael, & fornicati ſunt poſt Baalim & poſuerunt ipſi ſibi Baalberith teſtamentum, vt eſſet eis in Deum. Glo. ordina. Poſt Auguſt.

*Abimelech occiſis ſeptuaginta fratribus imperium ſibi tyrannicè vſurpat: qui poſt parabolam Ioathan Baal exercitum deuicit, & turrim Sichem combuſſit, à muliere tandem occiſus.* IX.

Abiit autem [a] Abimélech filius Ierobáal in Sichem ad fratres matris ſuæ, & locutus eſt ad eos, & ad omnem cognationem domus patris matris ſuæ,dicens:Loquimini* ad omnes viros Sichem: [b] Quid vobis eſt melius, vt dominentur veſtri ſeptuaginta viri omnes filij Ierobaal, an vt dominetur vobis vnus vir? Simúlque conſiderate,quia os veſtrum & caro veſtra ſum. Locutíque ſunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichem vniuerſos ſermones iſtos, & inclinauerunt cor eorũ poſt Abimélech,dicẽtes:Frater noſter eſt. Dederúntque illi ſeptuaginta pondera argenti de Phano [c] Baalberit. Qui conduxit ſibi ex ea viros inopes,& vagos,ſecutíque ſunt eum.Et venit in domum patris ſui Ephra, & occîditfratres ſuos filios Ierobáal ſeptuaginta viros [1] ſuper lapidẽ vnum.Remanſitque [2] Ioathã filius Ierobáal,minimus,& abſconditus eſt. Cõgregati ſunt autẽ omnes viri Sichem, & vniuerſæ familiæ [3] vrbis Mello:abierúntque, & conſtituerunt Regem Abimélech, iuxta [4] quercum quæ ſtabát in Sichem. Quod cum nunciatum eſſet Ioathan, iuit, & ſtetit in vertice montis Garizim:eleuatáque voce clamauit,& dixit: [d] Audite me viri Sichem,ita vt audiat vos dominus.Ierunt ligna vt vngerent ſuper ſe Regem: Dixerúntque oliuæ: [5] Impera nobis. Quæ reſpondit: Nunquid poſſum deſerere pinguedinem meã, [6] qua & dij vtũtur & homines, & venire vt inter ligna promouear? Dixerúntque ligna ad arborem ficum: Veni, & ſuper nos regnum accipe. Quæ reſpondit eis: Nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam, [d] fructúſque ſuauiſſimos, & ire vt [7] inter cætera ligna promouear? Locutáque ſunt ligna ad vitem: Veni, & impera nobis. Quæ reſpondit eis: Nũquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat deum & homines, & inter ligna cætera promoueri? Dixerúntque omnia ligna ad rhamnum: Veni,& impera ſuper nos. Quæ reſpondit eis: Si verè me [8] Regem vobis conſtituitis, venite, & ſub vmbra mea [9] requieſcite: ſin autem non vultis, [d] egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani. Nunc igitur ſi rectè, & abſque peccato* conſtituiſtis ſuper vos Regem Abimélech, & bene egiſtis cum Ierobáal, & cum domo eius, & reddidiſtis vicem beneficiis eius qui pugnauit pro vobis, [e] * & animam ſuam dedit periculis,vt erueret vos de manu Madian,qui nunc ſurrexiſtis contra domum patris mei,& interfeciſtis filios eius ſeptuaginta viros [10] ſuper vnum lapidem, & [e] conſtituiſtis Regem Abimélech filium ancillæ eius ſuper habitatores Sichem,eo quòd frater veſter ſit: ſi ergo rectè, & abſque vitio egeſtis cum Ierobáal & domo eius, hodie lætemini in Abimélech,& ille lætetur in vobis. Sin autẽ peruerſè, egrediatur ignis ex [f] eo, & conſumat habitatores Sichem, & [11] oppidum [g] Mello:egrediatúrque ignis de viris Sichem,& de oppido Mello,& deuoret Abimélech.Quę cum dixiſſet,fugit,& abiit in Bera,habitauitque ibi ob metum Abimélech fratris ſui. Regnauit itaque Abimélech ſuper Iſrael tribus annis. * Miſitque dominus ſpiritum peſſimum inter Abimélech,& habitatores Sichem: [12] qui cœperunt eum deteſtari, & ſcelus interfectionis ſeptuaginta filiorum Ierobáal,& [13] effuſionem ſanguinis eorum conferre in Abimélech fratrem ſuum, * & in cæteros Sichimorum Principes, qui eum adiuuerant.Poſuerúntque inſidias aduerſum eum in ſummitate montium, & [14] dum illius præſtolabantur aduentum, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus. [d] Nunciatúmque eſt Abimélech. Venit autem Gaal filius Obed cum

a. Abimélech ex concubina nomine Droma ſecũdũ Ioſephũ genitus,tyrannicè ingreſſus eſt, tyrannicè regnauit: & ideo tyrannicè & miſerabiliter obiit cum electionibus ſuis.
* Quæſo.
b. Per hoc innuebat quod oẽs alij filij Gedeonis veliẽt ſuper populum dominari quod falſum erat, ſed hoc fingebat ad habẽdum intentum. De Lyra.

c. Olim apud Chananæos multi dij erant communi nomine deſignati Baal, quod dominũ ac magiſtrum ſonat. Quilibet tamen proprium nomen habebat, vt Baalzebub, dominus muſcarũ. Baal Peor, dominus veracitatis. Baal Berith, dominus fœderis vel conuentionis, in cuius cultum omnes Iudæi coniurauerant, & ſic de multis, vt in interpretationibus nominum Hebræorum ſub verbo Baal.
1. Cum vno lapide.
2. Iothan.
3. Domus.
4. In planitie vbi erat ſtatua.
5. Vel regna ſuper nos.
6. Quam in me dij honorant.

d. Recuſante illa, quòd contenta honore quem propter fructus ſuos percipiebat, non requireret alium: arbores nõ deſtiterunt principẽ quærere: viſumque eſt viri huic honorem deferre: ea verò eoſdem verbis quot ficus recuſauit: & ſimili etiam modo olea &c. Ioſeph. Antiq. Iudai lib. 5. cap. 15.
7. Super, & infra.
8. Vngitis vobis in regem.
9. Spectate.
d. Hoc enim genus eſt inter cætera ligna quod habet ignem proferendi naturam. Ioſeph. ibid.
* Agitis.
* Iudicate. Hic enim pater me pugnauit pro vobis.

10. Cum lapide vno.

e. Applicatur prælicta parabola ad propoſitum, videlicet de imprecatione maledictionis ſuper Abimélech regem, & ſuper populum ipſum cõſtituentem. De Lyra. Ibidem.

f. Abimelech.
11. Domum, & infra.
g. Mello vel Millo, vrbs Palæſtinæ in ſorte Ephraim, cuius ciues cum Sichimitis elegerãt Abimelech in iudicem. Eiuſdem nominis erat circuitus Sion. 3. Reg. 9. c.
* Hoc eſt, poteſtatem dedit dominus maligno ſpiritui ad eorum pœnam, quæ impiorũ erat, perturbendam. Aug. ibid.
12. Et ſperauerunt viri Sichem Abimelech vt veniret iniuria.
13. Sanguis eorum.
* Qui occidit eos.
14. Prædati ſunt omnem qui tranſibat iuxta eos per viam.

cum

cum fratribus ſuis,& tranſiuit in Sichimam.[15] Ad cuius aduentum erecti habitatores Sichem,egreſſi ſunt in agros vaſtantes vineas,vuáſque calcantes,]& factis cantantiũ choris,ingreſſi ſunt phanum dei ſui, & inter epulas & pocula maledicebant Abimelech,clamante Gaal filio Obed: Quis eſt iſte Abimélech, & quæ eſt Sichem, vt ſeruiamus ei? Nunquid non eſt filius Ierobaal?[16] Et cõſtituit principem Zebul ſeruum ſuum ſuper viros Hemor patris Sichem?] Cur ergo ſeruiemus ei? Vtinam daret aliquis populum iſtũ ſub manu mea, vt auferrem de medio Abimélech.[17] Dictúmque eſt Abimélech:] [g]Congrega exercitus multitudinẽ, & veni.Zebul enim Princeps ciuitatis auditis ſermonibus Gaal filij Obed, iratus eſt valde: & miſit clàm ad Abimélech nuncios,dicens: Ecce Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus ſuis, & [18]oppugnat]aduerſum te ciuitatem. Surge itaque nocte cum populo qui tecum eſt, & latita in agro,[h] & primo mane oriente ſole irrue ſuper ciuitatem. [19]Illo autem egrediente aduerſum te cum populo ſuo,fac ei[19] quod potueris.] Surrexit itaque Abimelech cum omni exercitu ſuo nocte, & tetendit inſidias iuxta Sichimam in quatuor [20]locis.]Egreſſúſque eſt Gaal filius Obed, & ſtetit in introitu portæ iuitatis, ſurrexit autem Abimélech,& omnis exercitus cum eo de inſidiarum loco. Cúmque vidiſſet populum Gaal.dixit ad Zebul: Ecce de montibus multitudo deſcendit. Cui ille reſpondit:Vmbras montium vides quaſi capita hominum,— & hoc errore deciperis.] Rurſúmque Gaal ait:Ecce populus de vmbilico terræ deſcendit, & vnus cuneus venit per viam quæ[21] reſpicit quercum.] Cui dixit Zebul: Vbi eſt nunc os tuum, quoloquebaris: quis eſt Abimélech vt ſeruiamus ei? Nónne hic populus eſt,quem deſpiciebas?[1] Egredere,& pugna contra eum. Abiit ergo Gaal,[22] expectante Sichimorum populo,] & pugnauit contra Abimélech, qui perſecutus eſt eum[23] fugientem, & in vrbem compulit.]Ceciderúntque ex parte eius plurimi, * vſque ad portam ciuitatis, & Abimélech ſedit in Ruma. Zebul autem Gaal, & [24] ſocios] eius expulit de vrbe, ne in ea paſſus eſt commorari.[k] Sequenti ergo die egreſſus eſt populus in campum: quod cum nunciatum eſſet Abimélech,tulit exercitũ ſuum,& diuiſit in tres turmas, tendens inſidias in agris. Vidénſque quòd egrederetur populus de ciuitate, ſurrexit, [25]& irruit in eos cum cuneo ſuo oppugnans & obſidens ciuitatem:] duæ autem turmæ[k] palantes per campum aduerſarios perſequebantur. Porrò Abimélech omni die illo oppugnabat vrbem,quam cepit interfectis habitatoribus eius, ipſa quoque deſtructa,ita vt ſal in ea diſpergeret.[l] Quod cum audiſſent qui habitabant in turre Sichimorum,ingreſſi ſunt phanum dei ſui Berith,— vbi fœdus cum eo pepigerãt,& ex eo, locus nomen acceperat,qui erat munitus valde.] Abimélech quoque audiens viros turris Sichimorum pariter conglobatos,aſcendit in montem Selmon cum omni populo ſuo,& arrepta ſecuri præcîdit[26] arboris ramum,]impoſitúmque ferens humero,dixit ad ſocios:† Quod me vidiſtis facere, citò facitè. Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes ſequebantur ducem.[27] Qui circundantes præſidium,ſuccenderunt:atque ita factum eſt, vt fumo & igne mille hominum necarentur, viri pariter [o] & mulieres habitatorum turris Sichem.]* Abimélech autem inde proficiſcẽs venit ad oppidum[m] Thebes,quòd circundans obſidebat exercitu. Erat autem turris[28] excelſa]in media ciuitate, ad quam confugerant ſimul viri ac mulieres,& omnes Principes ciuitatis,clauſa firmiſſimè ianua,& ſuper turris tectum[29] ſtantes per propugnacula.]Accedénſque Abimélech iuxta turrim: pugnabat fortiter, & appropinquans oſtio, ignem ſupponere nitebatur. † Et ecce vna mulier fragmen molæ deſuper iaciens,illiſit capiti Abimélech: & confregit[30] cerebrum] eius. † Qui vocauit citò armigerum ſuum,& ait ad eum:Euagina gladium tuum, &[31] percute] me:ne fortè dicatur quòd à fœmina interfectus ſim.Qui iuſſa perficiens,[n] interfecit eum. Illo quoque mortuo omnes qui cum eo erant de Iſrael, reuerſi ſunt in ſedes ſuas,& reddidit deus malum quod fecerat Abimélech contra patrem ſuum interfectis ſeptuaginta fratribus ſuis. Sichimitis quoque quod operati erant retributum eſt, & venit ſuper eos maledictio Ioathan filij Ierobáal.

15. De quo viri Sichem ſeducti conceperũt. Et egreſſi in agrũ vineas ſuas vindemiauerunt & calcauerunt.

16. Et Zebul eſt præfectus eius. Seruite igitur viris Hemor patris Sichem.

17. Et dixit cõtra Abimélech.

g. Ipſorum rebellantiũ impugnatio ad inſtinctũ ipſius Zebul præpoſiti ſui: nunciantes ſibi in deſerto verba quę audierat ab ipſo Gaal,& cautè diſſimulauerat. De Lyra Ibid.

18. Munit.

h. Sic itaque intelligendum eſt vt quod poſitum eſt mane ipſum diluculum intelligatur. Additum eſt autem oriente ſole,vt exprimeretur,non iam oriente ſole faciendum, ſed vbi apparuerit fulgor ſolis orientis. Non enim aliunde albeſcit diluculum, niſi cum emerſerit pars illa cœli quã videmus ab oriente, lux ſolis ad eam redeuntis attigere. Aug. q. 46. ſuper Iudi.

19. Sicut inuenerit manus tua.

20. Turmis.

21. Ducit ad planitiem arialorum.

k. Fuit autem in vrbe illa inceſtina diſſenſio, quibuſdam fauentibus ipſi Abimélech, aliis vero fauentibus ipſi Gaal. Idcirco nec fautores Abimélech exierunt in eius auxilium nec fautores Gaal habitantes in Sichem ſequuti ſunt eum,ſed omnes præſtolabantur exitum pugnæ. Dionyſ. Carthuſia. Ibid.

22. Ante viros Sichem.

23. Fugitque à conſpectu eius. *Vulneratí.

24. Fratres.

25. Contra eos & percuſſit eos: Abimélech autem & turmæ quæ ſecum erãt, extenderũt ſe, ſtetérúntque in foribus ciuitatis. K. Graſſantes per campum cũctóſque hoſtes percutientes.

l. Vnde ſequitur vtorúmque punitio, ſcilicet Abimélech & eorum qui promouetur eum ad regnũ, quia interfecit eos, & tandem interfectus eſt ab eis. Inde primo deſcribitur deſtructio vrbis Sichem. De Lyra.

26. Arborum Ramos.

27. Et poſuerunt ad munitionem incenderúntque per eos munitionem igni, & mortui ſunt omnes viri turris Sichem quaſi mille viri & mulieres.

m. Thebes oppidũ tribus Manaſſæ diſtans à Sichẽ. 13. milliaribus viæ ad Scythopolim. Sed pro differentia Thebis nota, quod à Thebis Aegyptiorum dicũtur Thebæi, à Thebis Græcorum Thebani, à Thebis Iudæorum Thebitæ Comeſtor. ibidem.

28. Fortis.

29. Aſcenderunt.

30. Cerui cem(hoc eſt) cranium eius vſque ad cerebrum.

31. Interfice.

n Quo facto ſtatribus debitas impietatis pœnas exoluit, ſimul & crudelitatis, quã in Sichimitas vſus eſt. Quæ quidem clades iuxta Iothanis præſagium illis accidit. Ioſeph. Antiq. lib. 5. cap. 11.

Universidad de Deusto Biblioteca

*Thola victa functo,Iair succedit Israelitis in idololatriam lapsis,ingratitudinem dominus improperat,quorum tandem miseretur.* X.

1.Ad saluandum Israel.
2. Quæstio oritur, quomodo Phua vir de Isachar potuerit esse patruus Abimelech, cum ipse pater Gedeó. rat de tribu Manassæ ? Potuerunt Gedeon & Phua vnam habere matrem ex qua diuersis patribus nascerentur, & fratres essent vnius matris filij, non vnius patris, solebant enim nubere fœminæ de aliis tribub' in aliis tribubus. Vnde & Saul cum esset de tribu Benjamin dedit filiam suã Dauid homini de tribu Iuda. August. q. 47. supe. Iudi.
2.Samir in monte.
3.Duobus.
4.Rursum.

5.Vendidit.

b. Qui annumerantur temporibus Iudicum sequentium.

POst Abimélech surrexit [1]Dux in Israel ] Thola filius Phua [a] patrui Abimélech,vir de Isachar qui habitauit in [2] Samir montis ] Ephráim: & iudicauit Israel viginti & [3]tribus ]annis, mortuúsque est ac sepultus in Samir. Huic successit Iair Galaadites, qui iudicauit Israel per viginti & duos annos,habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum,& Principes triginta ciuitatum,quæ ex nomine eius sunt appellatæ Auoth Iair,id est,oppida Iair, vsque in præsentem diem in terra Galaad.Mortuúsque est Iair,ac sepultus in loco cui est vocabulum Camon. †& Filij autem Israel [4]peccatis veteribus iungentes noua, ] fecerunt malum in conspectu domini,& seruierunt Idôlis Báalim , & Astaroth, & diis Syriæ, ac Sidônis,& Moab,& filiorum Ammon,& Philistiim:dimiserúntque dominum, & non coluerunt eum.Contra quos dominus iratus,[5]tradidit ] eos in manus Philistiim, & filiorum Ammon:afflictíque sunt, & vehementer oppressi per [b] annos decem & octo,omnes qui habitabant trans Iordanem in terra Amorræi , quæ est in Galaad,in tantum vt filij Ammon Iordane transmisso vastarẽt Iudã,& Beniamin, & Ephráim. & Afflictúsque est Israel nimis. [c]Et clamantes ad dominum, dixerũt: Peccauimus tibi, quia dereliquimus dominum deum nostrum , & seruiuimus Baalim . Quibus locutus est dominus.Nunquid non Ægyptij,& Amorræi,filiíque Ammon,& Philistiim, [d]Sidonij quoque,& Amalech,& Chanaan oppresserunt vos , & clamastis ad me, & erui vos de manu eorum? Et tamen reliquistis me , & coluistis deos alienos. Idcirco non addam vt vltrà vos liberem.Ite,& inuocate deos quos elegistis. & Ipsi vos liberẽt in tempore angustiæ.Dixerúntque filij Israel ad dominum:Peccauimus,redde tu nobis quicquid placet tibi:tantùm nunc libera nos. Quæ dicentes, omnia de finibus suis alienorum deorum Idôla proiecerunt & seruierunt domino deo , [6] qui doluit super miseriis eorum. Itaque filij Ammon [7]conclamantes, ]in [e] Galaad fixere tentoria:contra quos congregati filij Israel,in Maspha castrametati sunt . Dixerúntque Principes Galaad singuli ad proximos suos:Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare,erit Dux populi Galaad.

c.Nominantur hic septem species Idololatriæ quibus ipsi Israelitæ tenebantur,scilicet Baalim & Astaroth , diis Syriæ Sidonis , Moab & filiorum Ammõ & Philistiim. De Lyra.
d.Sidon vrbs est Phœnicię maritimarum omnium maxima quondam: nunc autem angusta & breuis,sita iuxta mare in pulcherrimo continentis portu post Antilibanum montẽ: & est terminus terræ promissæ ab angulo occiduo Aquilonari,sorti Asser cõnumerata, sed non contenta.distat à Tyro stadiis ducentis,in nouo testamẽto frequens.
6.Cũius anima affecta est à labore.
7.Conuocati.
e.Galaad mons est trans Iordanem,iuxta quem est Hermon & Maspha planities iuxta illos nunc sortes duarum tribuum, Ruben Gad & dimidiæ tribus Manassæ separantes à reliqua Arabia.

*Iepthe Iudex factus dei spiritu accensus,vicit Ammonitas,voto autem subito coactus filiam suam sacrificauit.* XI.

1.Bellicosus.
2.Hebræi dicunt filium mulieris hospitatricis , quia nomen Hebraicum hic positum est æquiuocum ad meretricem & hospitatricem, vt dictum fuit de Rahab. Iosue 2. De Lyra.
2.Quem pepererat ipsi.
3.Extraneæ mulieris.
b.Thob putatur esse in sorte Gad, quoniam non est putandum quòd voluerit fugere Iepthe ad alienigenas,Ammonitas vel Gessuritas.
4.Otiosi, & egrediebantur cũ eo. Pactúmque est post aliquot dies.
c. Quòd tunc neque iuuenis esset neque senex,sed vir perfectus,significat in rebus secularibus iuuenem vtilem esse, senem inutilem non ita in diuinis. Chryf. Hom. 87. in Io.
★ Quare.
d. Tale quid figuratum est in Ioseph,quem fratres vendẽtes eiecerunt , & cum fame tribularentur,ad eius opem misericordiámque cõuersi sunt. Hoc vero amplius elucet significatio futurorum , quia non ipsi prorsus fratres qui eiecerunt Iepthe ad eum venerunt , sed Galaad seniores pro toto populo supplicites. August. in Glosa ordinaria.
5.Verbum domini testis sit inter nos,si non fecerimus iuxta sermonem tuum.

EVit itaque illo in tempore Iepthe Galaadites vir [1]fortissimus atque pugnator, ]filius mulieris [a] meretricis, [2] qui natus est de ] Galaad.† Habuit autem Galaad vxorem,de qua suscepit filios: qui postquam creuerant,eiecerunt Iepthe dicentes:Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de [3]adultera matre ]natus es.Quos ille fugiens, atque deuitans, habitauit in terra [b] Thob. Congregatíque sunt ad eum viri [4]inopes, & latrocinantes, & quasi Principem sequebantur. ]In illis diebus pugnabant filij Ammon contra Israel:﹀quibus acriter instantibus, ]perrexerunt maiores natu de Galaad,vt tollerent﹀in auxilium sui ] Iepthe de terra Thob.Dixerúntque ad eum : Veni, & esto [c] Princeps noster, & pugna contra filios Ammon. Quibus ille respondit.† Nónne vos estis qui odistis me, & eiecistis de domo patris mei, & nunc * venistis ad me necessitate compulsi? [d] & Dixerúntque Principes Galaad ad Iepthe: Ob hanc igitur causam nunc ad te venimus, vt proficiscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon: sisque Dux omnium qui habitant in Galaad. Iepthe quoque dixit eis:Si verè venistis ad me vt pugnem pro vobis contra filios Ammon,tradiderítque eos dominus in manus meas, ego ero vester Princeps? Qui responderunt ei: [5] Dominus qui hæc audit , ipse mediator, ac testis est,quòd nostra promissa faciemus. ] Abiit itaque Iepthe cum Principibus Galaad , fecítque eum omnis populus Principem sui . Locutúsque est Iepthe omnes sermones suos coram domino in Maspha. Et misit nuncios ad regem filiorum Ammon,

Ammon,qui ex persona sua dicerent:Quid mihi & tibi est, quia venisti contra me,
C [6]vt vastares terram meam?] ✠ Quibus ille respondit:†Quia tulit Israel terram meam
quando ascendit de Ægypto,à finibus Arnon vsque [d] Iaboc atque Iordanem:Nunc
ergo cum pace redde mihi eam. Per quos rursum mandauit Iepthe, & imperauit
eis vt dicerent Regi Ammon.Hæc dicit Iepthe,Non tulit Israel terrã Moab, nec ter-
ram filiorum Ammon,sed quando de Ægypto conscenderunt,ambulauit per soli-
tudinem vsque ad mare rubrũ,& vênit in Cades.†[e]Misitq; *nũcios ad Regẽ Ædom,
dicens:Dimitte me vt transeam terram tuam. Qui noluit acquiescere precibus eius.
misit quoque ad Regem Moab,qui & ipse transitum præbere contẽpsit. Mansit ita-
que in Cades,& *circuit ex latere terram Ædom,& terram Moab. Venítque [7] ad o-
rientalem plagam terræ]Moab,& castrametatus est trans Arnon,†nec voluit intrare
D terminos Moab. [f]Arnon quippe confinium est terræ Moab. ✠ Misitque Israel nun-
cios ad Seon Regem Amorræorum,qui habitabat in Esebon,& dixerunt ei:Dimitte
vt transeam per terram tuã vsque ad fluuium.Qui & ipse Israel verba despiciens non
dimisit eum transire per terminos suos, sed [8] infinita multitudine congregata]egres-
sus est contra eum in Iasa,& [9] fortiter resistebat.]✠Tradidítque eum dominus in ma-
nu Israel cum omni exercitu suo,& percussit eum,& possedit omnem terram Amor-
ræi habitatoris regionis illius,& vniuersos fines eius,de Arnon vsque Iaboc,& de so-
litudine vsque ad Iordanem. Dominus ergo deus Israel subuertit Amorræum, pu-
gnante contra illum populo suo Israel.Et tu nunc vis possidere terram eius? Nónne
[10] ea quæ possedit Chamos deus tuus,tibi iure debentur?Quæ autem] dominus deus
E noster victor obtinuit,in nostram cedent possessionem. †✠ Nisi fortè melior es Ba-
lac filio Sephor Rege Moab, [11] aut docere potes quòd iurgatus sit contra Israel, &
pugnauerit contra eum quando habitauit]in Esebon, & viculis eius, & in Aroer &
villis illius,vel in cunctis ciuitatibus iuxta [12] Iordanem] [h] per trecentos annos? Quare
tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis? [i] Igitur non ego pecco in te, sed
tu contra me malè agis,indicens mihi bella non iusta. Iudicet dominus arbiter huius
diei inter Israel,& inter filios Ammon. Noluítque acquiescere Rex filiorum Am-
mon uerbis Iepthe,quæ per nuncios mandauerat.Factus est ergo super Iepthe spiri-
tus domini,& circuiens Galaad,& Manassæ, Maspha quoque Galaad, & inde tran-
F siens ad filios Ammon [k] votum vouit domino, dicens:✠ Si tradideris filios Ammon
in manus meas,quicunque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihíque
occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, *eum holocaustum offeram domi-
no. Transiuítque Iepthe ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos: quos tradidit
dominus in manus eius,percussítque ab Aroer vsque dum venias in Mennith, vigin-
ti ciuitates,& vsque ad [13] Abel,quæ est vineis consita, ]plaga magna nimis: humilia-
tíque sunt filij Ammon [14] à filiis Israel.]Reuertenti autem Iepthe in Maspha domum
suam,occurrit ei vnigenita filia cum tympanis & choris. Non enim habebat alios li-
beros.Qua visa,scidit vestimenta sua, & ait:Heu me filia mi, [15] decepisti me, & ipsa
G decepta es.] Aperui enim os meum ad dominum, & aliud facere non potero.✠ Cui
illa respondit: Pater mi aperuisti os tuum ad dominum, fac mihi quodcunque pol-
licitus es,concessa tibi vltione atque victoria de hostibus tuis. * Dixitque ad patrem:
[16] Hoc solum mihi præsta quod deprecor:]Dimitte me vt duobus mensibus circum-
eam montes,& plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. Cui ille respon-
dit:Vade.[l]Et dimisit eam duobus mensibus. Cúmque abisset cum sociis & sodali-
bus suis,flebat virginitatem suam in montibus. Expletísque duobus mensibus reuer-
sa est ad patrem suum,[m] & fecit ei,[17] sicut] vouerat. Quæ ignorabat virum. Exinde
mos increuit in Israel, ⊱& consuetudo seruata est, ]vt post anni [n] circulum conue-
niant in vnum filiæ Israel,& plangant filiam Iepthe Galaaditæ diebus quatuor.

*Ephratæi ad vada Iordanis à Iepthe occiduntur:cui vita functo succedunt Abessan, Elon & Abdon.* XII.

6.Et pugnas in terra mea?
d. Iaboc torrens est regionis Petreæ ad orientem solem Iordanis, procul à Gerasa. 4. miliaribus, authore. Hieron. ab euentu sic dictus,locus vbi luctatus est Iacob cum angelo, de quo Gene.32.c.

e.Hinc legitur in Num. Ecce in vrbe Cades positi obsecramus,vt nobis trãsire liceat per terram tuã.Cui respondit Aedom:Non transibis per me, alioquin armatus occurrã tibi, Dionis.Cartusia.
*Israel.
*Pergens per desertum.*
7.Ab ortu solis ad terram.

f. Arnon torrens est descendẽs à montibus Arabiæ, & per totum desertum fluens,in stagnũ Asphaltidem irrumpit.

8.Congregans omnem populum suum.
9.Pugnauit contra Israel.
g.Ratio patet authoritate diuina,quia est dominus cœli & terræ,& ideo potest terram ab vno possessam alteri dare pro sua voluntate, quod fecit de terra possessa à Seon rege, tradendo eam filiis Israel possidẽdam.De Lyra.

10.Populum illum quem expulerit propter te Chamos deus tuus,hunc in possessionẽ accipies,sic & eum quem.
11.An non ille contentione cõtendit cum Israel, & pugnando pugnauit contra eos? Cum igitur Israel habitauerit.
12.Terminos Arnon.
h. A morte Moysi ad primum annum Iepthe supputauimus cãtũ,266.Ideo ait complẽdũ. 300.an.oportet addere. 34.an. Moysi.
i.His prędictis rationibus Iepthe concludit quod habeat iustã causam defensionis, & rex Ammon iniustam inuasionis De Lyra.

k.Neque vnquam adduxerat vt credam nõ incaute principem promisisse Iepthe vt immolaret deo quicquid sibi reuertenti intra limen domus suæ occurreret: cum & ipsum voti pœnituerit sui postquam filia occurrit sibi:denique cõscidit vestimenta sua & laquitut. Qui licet pro metu ac formidine acerbitatem durę solutionis impleuerit, tamen luctũ annuum etiam posteris deplorandum statuit ac dereliquit. Amb.lib.3.offi.c.12.
*Erit domini,atque.
13.Planitiem vinearum.
14.In conspectu filiorum.
15.Humiliãdo humiliasti me, & tu es in perturbationibus meis.
*De filiis Ammon.
16.Fiat mihi hæc res.
l.Quòd si Iepthe obtulit filiã suam virginem deo,non sacrificium placet,sed animus offerentis.Hieron.y.in 7. cap. Hierem.
m. Hoc Iepthe sacrificiũ seuerius & magnificẽtius fuit. Nequaquam enim necessitate est persolutum,quemadmodũ ibi promissionis feruore ac victoriæ factum est desperatione, verum oblatio ista spontanea fuit,& quæ solum mercedẽ haberet sperãda.Gregor. Nazian. oratio.20.
17.Iuxta votum suum quod,
n.In Sebasta quondam Samaria appellata,filiam Iepthe dei ficarunt, & in eius honorem, quotannis festinitatem celebrant.Epipha.Hæresi.55.

a congregati autem viri Ephraim.
a. Ideo orta eſt ſeditio quia illi de hac tribu Ephraim erant superbi & gloria mundi nimis cupidi. Propter cautam ſuperius in principio 8. cap. Ideo dolebant quòd victoria ipſi Iepthe aſcribebatur qui non erat de eorũ tribu, & ideo quærebant occaſionem contra eum dicentes. Quare vadens ad pugnam &c. De Lyra.
* Iguit iupette.
2 Vir litis fui ego & populus meus.
3. Et cum vos vocaſſem, non liberaſtis me de manu illorum.
4. Igitur aſcendiſtis hodie ad me, vt pugnaretis aduerſum me.
5 Vos Galaaditæ fugitiui eſtis Ephraim, qui habitatis.
b. Difficultas eſt quomodo Galaad habitaret in medio Ephraim; cum inter illas tribus medius eſſet Iordanis, niſi forſitan quod timore Ammonitarum quidam de populo Galaad fugerunt de ſedibus ſuis, & tranſmiſſo Iordane inter filios Ephraim receptiſunt. Dionyſius Carthuſia. iudicauit ergo Iſrael ſicut exteri iudices non ibi regnauit vt princeps, ſicut hi qui in regnorum voluminibus continentur. Aug. libro. Iudic. 7.
6. Non enim aptus erat ſic loqui, vel vt ſic loqueretur.
c. Quem Euſebius Heſebon vocat.
d. Quem non annumerat Euſebius Hebræis iudicibus, nec eius annos numerat quos annumerare oportet cum ſequentibus vſque ad tempora Heli.
b. Sarea ciuitas eſt in tribu Dan, in planicie Remmon nõ lõge ab Eſthaol, de qua ſupra.
* Quæ non peperit.
2. Nũc igitur cuſtodi teipſam.
c Quid eſt immundũ niſi forte diſſolutio diſciplinæ, quæ eſſe cœperat in Iſrael, & iã ad ea manducãda eos labefecerat, quæ prohibuerat deus in generibus animaliũ? Cui enim non credatur etiam hoc eos multo procliuius facere potuiſſe, qui etiam ad cultum Idolorum tranſgrediebantur. Aug. q. 50. ſup. lib. Iudicum.
2. Ex ipſo vtero.
3. Nec interrogauit cum vnde eſſet, nec ipſe nomen ſuum indicauit mihi, ſed hoc dixit.
d. Quæri poteſt quomodo dixerit angelus ad matrem Samſonis cum annunciaret ei filiũ futurum quia ſterilis erat. Et nunc obſerua, & non bibas vinum & ſicerã, non manducet omne immũdum. Quid eſt enim immundum, niſi forte diſſolutio diſciplinæ quæ eſſe cœperat in Iſrael, & iam ad ea manducenda eos labefecerat quæ prohibuerat deus in generibus animalium. Aug. q. ſuper Iudic. lib. 7. cap. 50.
4 Quando natus fuerit.
5. Ille, qui ad me hodie venit.
6. Veniat nunc verbum tuum, qualis erit diſpoſitio pueri, atque opus eius?

ECce autem in Ephráim orta eſt[a] ſeditio.] Nam tranſeuntes contra aquilonẽ dixerunt in Iepthe: Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon vocare nos noluiſti, vt pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam.* Quibus ille reſpondit:[2] Diſceptatio erat mihi & populo meo] contra filios Ammon vehemens:[3] vóſque vocaui vt præberetis mihi auxilium, & facere noluiſtis.] Quod cernens poſui animam meam in manibus meis, tranſiuíque ad filios Ammon, & tradidit eos dominus in manus meas.[4] Quid commerui, vt aduerſum me conſurgatis in præliũ?] Vocatis itaque ad ſe cunctis viris de Galaad pugnabat contra Ephráim. Percuſſerúntque viri Galaad Ephráim, quia dixerat:[5] fugitiuus eſt Galaad de Ephráim,[b] & habitat] in medio Ephráim & Manaſſæ. Occupauerúntque Galaaditæ vada Iordanis, per quę Ephráim reuerſus erat. Cúmque veniſſet ad ea de Ephráim numero fugiens, atque dixiſſet: obſecro vt me tranſire permittas, dicebant ei Galaaditæ: Nunquid Ephrætæus es? Quo dicente non ſum, interrogabant eum,[6] Dic ergo Sebbóleth, quod interpretatur ſpica.] Qui reſpondebat Chebboleth:[c] eadem litera ſpicam exprimere nõ valens:] ſtatimque apprehenſum iugulabant in ipſo Iordanis tranſitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephráim quadraginta duo milia. Iudicauit itaque Iepthe Galaaditas Iſrael ſex annis, & mortuus eſt ac ſepultus in ciuitate ſua Galaad. Poſt hunc iudicauit Iſrael[c] Abeſſan de Bethléhem: qui habuit triginta filios, & totidem filias. Quas emittens foras maritis dedit, & eiuſdem numeri filiis ſuis accepit vxores: introducens in domum ſuam.[8] Qui ſeptem annis iudicauit Iſrael, mortuúſque eſt, ac ſepultus in Bethléhem. Cui ſucceſsit[d] Elon Zabulonites: & iudicauit Iſrael decem annis: mortuúſq; eſt, ac ſepultus in Zabûlon. Poſt hunc iudicauit Iſrael Abdon filius Hellel Pharatonites: qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, aſcendentes ſuper ſeptuaginta pullos aſinarum: & iudicauit Iſrael octo annis, mortuúſque eſt, ac ſepultus in Pharaton terræ Ephráim, in monte Amalech.

*Iſraelitæ rurſum in Idolatriam lapſi Philiſtæis traduntur, Samſon naſciturus prædicitur, & natus à domino benedicitur.* XIII.

a. Quot annumerare oportet annis ſequentibus vſque ad tempora Heli.
b. Sarea ciuitas eſt in tribu Dan, in planicie Remmon nõ lõge ab Eſthaol, de qua ſupra.
* Quæ non peperit.
2. Nũc igitur cuſtodi teipſam.
c Quid eſt immundũ niſi forte diſſolutio diſciplinæ, quæ eſſe cœperat in Iſrael, & iã ad ea manducẽda eos labefecerat, quæ prohibuerat deus in generibus animaliũ? Cui enim non credatur etiam hoc eos multo procliuius facere potuiſſe, qui etiam ad cultum Idolorum tranſgrediebantur. Aug. q. 50. ſup. lib. Iudicum.
2. Ex ipſo vtero.
3. Nec interrogauit cum vnde eſſet, nec ipſe nomen ſuum indicauit mihi, ſed hoc dixit.
d. Quæri poteſt quomodo dixerit angelus ad matrem Samſonis cum annunciaret ei filiũ futurum quia ſterilis erat. Et nunc obſerua, & non bibas vinum & ſicerã, non manducet omne immũdum. Quid eſt enim immundum, niſi forte diſſolutio diſciplinæ quæ eſſe cœperat in Iſrael, & iam ad ea manducenda eos labefecerat quæ prohibuerat deus in generibus animalium. Aug. q. ſuper Iudic. lib. 7. cap. 50.
4 Quando natus fuerit.
5. Ille, qui ad me hodie venit.
6. Veniat nunc verbum tuum, qualis erit diſpoſitio pueri, atque opus eius?

RVrſúmque filij Iſrael fecerunt malum in conſpectu domini, qui tradidit eos in manus Philiſtinorum[a] quadraginta annis. Erat autem quidam vir de[b] Saraa, & de ſtirpe Dan, nomine Manue, habens vxorem ſterilem:* cui apparuit angelus domini, & dixit ad eam: Sterilis es & abſque liberis, †ſed concipies & paries filium.[1] Caue ergo] ne bibas vinum, ac ſiceram, nec[c] immundum quicquam comedas: quia concipies & paries filium, cuius non tanget caput nouacula. Erit enim Nazaræus dei[2] ab infantia ſua, & ex matris vtero,] & ipſe incipiet liberare Iſrael de manu Philiſtinorum. Quæ cum veniſſet ad maritum ſuum, dixit ei: Vir dei venit ad me habens vultum angelicum, terribilis nimis.[3] Quem cum interrogaſſem quis eſſet, & vnde veniſſet, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere, ſed hoc reſpõdit:]†[4] Ecce concipies & paries filium.[d] Caue ne vinum bibas, nec ſiceram, & ne aliquo veſcaris immũdo. Erit enim puer Nazaræus dei ab infantia ſua, & ex vtero matris ſuæ, vſque ad diem mortis ſuæ. Orauit itaque Manue dominum, & ait: Obſecro domine, vt vir dei quem miſiſti veniat iterum, & doceat nos quid nos debeamus facere de puero,[5] qui naſciturus eſt.] Exaudiuítque dominus deprecantem Manue, & apparuit rurſum angelus domini vxori eius ſedenti in agro. Manue autem maritus eius non erat cum ea. Quæ cum vidiſſet angelum, feſtinauit, & cucurrit ad virum ſuum, nunciauit ei dicens: Ecce apparuit mihi vir,[6] quem antè videram.] Qui ſurrexit, & ſecutus eſt vxorem ſuam, veniénſque ad virum, dixit ei: Tu es qui locutus es mulieri? Et ille reſpondit: ego ſum.[4] Cui Manue,[6] Quando, inquit, ſermo tuus fuerit expletus, quid vis vt faciat puer, aut à quo ſe obſeruare debebit?] Dixítq; angelus domini ad Manue: Ab omnibus quæ locutus ſum vxori tuæ, abſtineat ſe, & quicquid ex vinea naſcitur non comedat, vinũ & ſicerã non bibat, nullo

veſcatur

veſcatur immundo:& quòd ei præcepi,impleat,atque cuſtodiat.Dixit itaque Manue ad angelum domini: Obſecro [7] te vt acquieſcas precibus meis,& [c] faciamus tibi ]hœdum de capris.Cui reſpondit angelus: Si me [8] cogis ]non comedam panes tuos,ſi autem vis holocauſtum facere,offer illud domino: & neſciebat Manue quòd angelus domini eſſet.Dixitque ad eum: Quod eſt tibi nomen,vt [9] ſi ]ſermo tuus fuerit expletus,honoremus te? Cui ille reſpondit: † Cur quęris nomen meum,quod eſt [10] mirabile? ]* Tulit itaque Manue hœdum de capris, & libamenta, & poſuit ſuper petram offerens domino [11] qui facit mirabilia. Ipſe autem & vxor eius intuebantur. ]Cúmque aſcenderet flamma altaris in cœlum,angelus domini pariter in flamma aſcendit. Quod cum vidiſſet Manue & vxor eius,proni ceciderunt in terram, & vltrà eis non apparuit angelus domini. Statímque intellexit Manue angelum domini eſſe,& dixit ad vxorem ſuá: Morte moriemur, quia vidimus dominum. Cui reſpondit mulier: Si dominus nos vellet occidere, de manibus noſtris holocauſtum & libamenta nō ſuſcepiſſet,nec oſtendiſſet nobis hęc omnia,[12] neque ea quæ ſunt ventura dixiſſet. ]Peperit itaque filium,& vocauit nomen eius Samſon.Creuítque puer,[g] & benedixit ei dominus,cœpitq; ſpiritus domini eſſe cum eo in caſtris Dan,inter Saraa & Eſthaol.

7. Retinebimus te paululum, & parabimus coram te.
c. Per hæc verba ſecũdum Auguſt. Manue inuitauit angelũ ad pariter epulandum pro mãcio bono, vt ſit ſenſus: faciam[3] tibi hœdum de capris. i. hœdũ de grege capratũ præparemus tibi ad comedendum. Dionyſius Carth. ibid.
8. Retinés.
9. Cum.
10. Secretum?
11. Angelus verò mirabilia fecit videntibus Manue & vxore eius.

f. Quapropter primo purgari oportet,inde cum puritate vera fari,ſi nobis accidere nolumus quod Manue euenit, cũ in dei incidiſſet imaginationem, & dicere nolumus: perimus o mulier, quoniam deum vidimus. Gregor. Nazian. oratio. in S. Epiphamarum lumina.
12. Nec illo tẽpore feciſſet nos audire talia.
g. Samſon diuinà promiſſione ſanctificus, ſpiritum comitatem habebat Sic enſ legimus. Quia benedixit eum dominus, & cœpit ſpiritus domini comitari eum eo in caſtris. Am. prolo. de ſpiritu ſancto, lib. 2.

*Samſon Philiſtæam vxorem duxit,quam cum viſeret,leonem lacerauit: à quo ſumptam parabolam vxori exponens,eam tandem repudiauit.* XIIII.

[a] DEſcendit ergo Samſon in [a] Thamnáta, vidénſque ibi mulierem de filiabus Philiſtiim, aſcendit, & nunciauit patri ſuo, & matri ſuæ, dicens: Vidi mulierem in Thamnáta de filiabus Philiſtinorum, quam quæſo vt mihi accipiatis vxorem. Cui dixerunt pater & mater ſua: Nunquid non eſt mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo [1] tuo, ]quia vis accipere vxorem de Philiſtiim,qui incircunciſi ſunt? Dixítque Samſon ad patrem ſuum. [b] Hanc mihi accipe:quia placuit oculis meis. Parentes autem eius neſciebant quòd res à domino fieret,& quæreret occaſionem contra Philiſtiim. Eo enim tempore dominabantur Philiſtiim Iſraeli. [c] Deſcendit itaque Samſon cum patre ſuo & matre in Thamnáta. Cúmque veniſſent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis [2] fæuus & rugiens, & occurrit ei. ]* Irruit autem ſpiritus domini in Samſon, [d] & dilacerauit leonem, quaſi hœdum in fruſta decerperet, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare. Deſcenditque & locutus eſt mulieri, [3] quę placuerat ]oculis eius. Et poſt aliquot dies reuertens vt acciperet eam, declinauit vt videret cadauer leonis. Et ecce examen apum in [4] [e] ore ]leonis erat, [f] ac fauus mellis. ]Quẽ cum ſumpſiſſet in manibus, comedebat in via,veniénſque ad patrem ſuum & matrem,dedit eis partem,qui & ipſi comederunt, nec tamen eis voluit indicare quod mel de corpore leonis aſſumpſerat. Deſcendit itaque pater eius ad mulierem, [6] & fecit filio ſuo Samſon conuiuium. ] Sic enim iuuenes facere conſueuerant. Cum ergo [e] — ciues loci illius ] vidiſſent eum, dederunt ei ſodales triginta qui eſſent cum eo. * Quibus locutus eſt Samſon: Proponam vobis problema, quod ſi [7] ſolueritis mihi ]intra ſeptem dies conuiuij, dabo vobis triginta ſindones & totidem [8] tunicas. ]Sin autem non potueritis ſoluere: vos dabitis mihi triginta ſindones,& eiuſdem numeri tunicas. Qui reſponderunt ei: Propone problema,vt audiamus. Dixítque eis: [f] De comedẽte exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. Nec potuerunt per tres dies propoſitionem ſoluere. Cúmque adeſſet dies ſeptimus,dixerunt ad vxorem Samſon: [9] Blandire viro tuo,& ſuade ei,vt indicet tibi quid ſignificet problema. ] Quod ſi facere nolueris, incendemus te, & domum patris tui. An idcirco vocaſtis nos ad nuptias [10] vt ſpoliaretis? ]* [g] Quæ fundebat apud Samſon lachrymas,& quęrebatur,dicens: Odiſti me, & non diligis: idcirco problema quod propoſuiſti filiis populi mei, non vis mihi exponere. At ille reſpondit: Patri meo & matri nolui dicere, & tibi indicare potero? Septem igitur diebus conuiuij flebat ante eum, tandemque die ſeptimo cum ei eſſet moleſta, expoſuit. Quæ ſtatim indicauit [11] ciuibus ſuis. ]& illi dixerunt die ſeptimo ante ſolis occubitum: Quid dul-

a. Thamnata vel Tamnata ciuitas maxima in mõte Ephraim contra ſeptentrionalem plagam Liddæ, inter quã Iarulale & Dioſpolim: inde ſub imperio Romano dicta eſt prætectura Thamnitica.

1. Meo.
b. Ideo futurum præuidens & ordinatum, ex alienigena poſcebat vxorem, quod pater eius & mater, vt ſcripmus vſi, ignorabãt quòd à domino eſt. Ambro. in prolog. lib. 2. de ſpiritu ſancto.
c. Iſte Samſon cum tenderet ad myſterium nuptiarum, leo rugiens occurrerat ei: Sed quia primum erat in Samſon obuiũ leonem nreare, cũ crende vxo in cauſa ad alienigenas rendere: miſi Chriſto ſponſa tua. Ibid.
2. Rugiebat in necẽ illius.
d. Virtus ſua cauſat ad ferendam gratiam, quàm fortis ad ſuperandam bellua. Et fortaſſe hoc non ſolũ virtutis ſed etiam ſapientiæ myſterium prophetæ præſulum fuit. Ambro. vbi ſupra.
3. Reſtaque ipſa vita eſt in.
4. Corpore.
e. Quæritur quomodo apes quę abhorrent feruida, vt mellificarentur? Poteſt dici quod ſpũ diuerſa ſunt ſpecies, & aliqua ſunt ruſticanæ, & non alibi reſt talia: cuiuſmodi erant illæ, vnde & aliquæ melificant in fũraminibus terræ, quas burdones vocant. De Lyra. Ibidem.
5. Atque mel.
6. Et Samſon parauit ibi conuiuium.
7. Indicando indiceueritis mihi, & inueneritis, ſolutione,
8. Mutatorias veſtes.
f. Nec ipſa quæſtio vacat à ſacramentis, quam propoſuit ſodalibus ſuis, dicens: De comedente exiuit, &c. Denique eo vſque myſtica, vt tribus diebus eius reuelatio quæreretur, quæ non poterat niſi per fidem ecclęſiæ die ſeptima, completo legis tẽpore, poſt paſſionem domini reuelari. Ambr. Prolo. lib. 2. de ſpiritu ſancto.
9. Perſuade viro tuo, vt indicet nobis ænigma.
10. Vt nos pauperes faceretis.
g. Fortiſſimum omnium Samſon nonne Dalilæ mulieris ſuæ ritia deceptiſ Ambr. lib. 2. Offi. cap. 26.
11. Filiis populi ſui.

A.O diuinũ mysterium,O euidens sacramentũ, quàmur interemt torum, potentem vicimus. ibi nunc cibus vitæ est,vbi erant antea miseriæ, fames, mortes. In saʼlutem pericula,in suauitatem amaritudo conuertitur.Gratia ex offensione processit, potentia ex infirmitate, vita de morte.Ambro.prolog. lib.2.de spiritu sancto.

12.Arma tulit,deditque mutatorias vestes.

13. Socijs eius quem sibi associauerat.

cius melle,& quid fortius leone? Qui ait ad eos: [h] Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam.Irruit itaque in eum spiritus domini,descenditque Ascalonem,& percussit ibi triginta viros, quorum [12] ablatas vestes dedit] iis qui problema soluerant. Iratúsque nimis ascendit in domum patris sui: vxor autem eius accepit maritum vnum de [13] amicis suis & pronubis.]

*Per varias vulpes Philistæorum segetes Samson incendit, & asini maxilla viros mille prostrauit.* XV.

1.Cum hœdo expiatum,dicens ingrediar ad vxorem meam in cubiculum.

2.Socio.

3.Innocentior ego sum hac vice quàm Philistæi. Faciam itaque illis.

a. Quæritur cur ob istas injurias sibi à paucis Philistæis irrogatas,toti populo comminatus est,ac damna intulit.Dionisius Carth.ibidem.

*Et tollens face.

*Caudarum.

4.Et incenderant tam aceruos quàm stantem segetem, vineas & oliuas.

b. Rursus hic alia oboriuntur mysteria,quod vxor eius offertur: & ideo vulpes incendunt manipulos alienigenarum.Eos enim qui aduersus diuina sacramenta contendunt, decipere sua consuevit astutia:Amb. prolog.lib.2. de spiritu sancto.

5.Socio eius.

6. Vt crura femoribus iungerentur plaga magna.

c. Hunc sensum ita se habere etiam interpretatio, quæ est ex Hebræo,satis docet.Nam ita legitur.Percussit eos ingenti plaga,ita vt stupentes suram femori imponerẽt.Tale est enim ac si diceret: tibiã fœmori imponerent,quoniam sura vtique rectotium cum tibia est, Aug. q.55.super lib.Iudicum.

d. Volebat enim satisfacere Israelitis, & sic agere quòd non interficerentur à Philistæis,nec ab ipso eis resistendo,& haberet occasionem iustam interficiendi Philistæos qui veniebãt ad ipsum occidendum. De Lyra.ibidem.

*Te in manus eorum,sed non te interficiemus.

7.Ad lechi.

e. Percussit eos manum ad maxillam,id est tanta cæde, vt manum ad maxillam tristi admiratione ponerent.Augu.lib.7. super Iudicum.

8.Putrefactum.

9.In terrã coegi vos, & eum mandibula asini.

10.Proiectio.

f. Sed & præterea & sanctus erat,atque in tantum sanctus, vt cum sitisset post laborem pugnæ, in loco sicco deprecatus in defectu animæ suæ, dominũ statim ex ipsa maxilla,quam in manu tenebat,erumpente aqua hiberit, atque inde litis assum ex eodem mortui pecoris esse quoviceret refectus extinxerit. Chrys.ex variis in Matth.locis homil 15.

11.Dissecuit.

12.Qui erat in Lechi.

Post aliquantum autem temporis, cùm dies triticeæ messis instarent, venit Samson,inuisere volens vxorem suam, [1] & attulit ei hœdũ de capris.Cúmque cubiculum eius solito vellet intrare, prohibuit illum pater illius, dicẽs: Putaui quòd odisses eam,& ideo tradidi illam [2] amico] tuo. Sed habet sororem,quæ iunior & pulchrior illa est,sit tibi pro ea vxor.Cui Samson respondit: [3] Ab hac die non erit culpa in me cõtra Philistæos. [a] Faciám enim vobis] mala. Perrexítque & cepit trecentas vulpes, * caudásque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio: *quas igne succendens dimisit vt huc illucque discurrerent. Quæ statim perrexerunt in segetes Philistinorum. [4] Quibus succensis,& comportatæ iam fruges,& adhuc stantes in stipula concrematæ sunt, intantum vt vineas quoque & oliueta [b] flamma consumeret.] [5] Dixerúntque Philistiim:Quis fecit hanc rem? Quibus dictum est: Samson gener Thamnatæi: quia tulit vxorem eius, & [5] alteri] tradidit, hæc operatus est. Ascenderúntque Philistiim, & combusserunt tam mulierem quàm patrem eius. Quibus ait Samson: Licet hæc feceritis,tamen adhuc ex vobis expetam vltionem,& tunc quiescam. Percussitque eos [6] ingenti plaga, [c] ita vt stupentes suram femori imponerent.] Et descendens habitauit in spelunca petrę Etham.Igitur ascendentes Philistiim in terram Iuda, castrametati sunt in loco qui postea vocatus est Lechi, id est, maxilla: vbi eorũ fusus est exercitus.Dixerúntque ad eos de tribu Iuda: Cur ascendistis aduersum nos? Qui responderunt: Vt ligemus Samson venimus,& reddamus ei quæ in nos operatus est. [6] Descenderunt ergo tria milia virorum de Iuda ad specum silicis Etham.Dixerúntque ad Samsom: Nescis quòd Philistiim imperẽt nobis? Quare ergo hoc facere voluisti? Quibus ille ait:Sicut fecerunt mihi,sic feci eis. Ligare, inquiunt,te venimus:& tradere in manus Philistinorũ. Quibus Samson [d]: iurate, ait,] & spondete] mihi:quòd non occidatis me.Dixerunt: Nõ] te occidemus,] sed vinctum trademus. * Ligauerúntque eum duobus nouis funibus: & tulerunt eum de petra Etham. [7] Qui cùm venisset [7] ad locum maxillæ,]& Philistiim vociferantes occurrissent ei,irruit spiritus domini in eum,& sicut solent ad odorẽ ignis ligna consumi, ita vincula quibus ligatus erat,dissipata sunt,& solura. [e] [8] Inuentámque maxillã,id est,mandibulam asini [8] quæ iacebat,]arripiens,interfecit in ea mille viros,& ait: In maxilla asini,[9] in mandibula pulli asinarum deleui eos: &] percussi mille viros. Cúmque hæc verba canens complesset, proiecit mandibulam de manu, & vocauit nomen loci illius Ramath Lechi:quod interpretatur [10] eleuatio]maxillæ. [f] Sitiénsque valde,clamauit ad dominum, & ait: Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam atque victoriam, & en siti morior, incidámque in manus incircuncisorum [11] Aperuit] itaque dominus molarem dentem in maxilla asini,& egressæ sunt ex eo aquæ. Quibus hausti refocillauit spiritum,& vires recepit.Idcirco appellatum est nomen loci illius fons inuocantis [12] de maxilla] vsque in præsentem diem. Iudicauítque Israel in diebus Philistiim viginti annis.

*Samson à muliere in Gaza deceptus,portas vrbis in montem detulit,ab vxore autem detonsus excæcatur ab hostibus,quos tandem secum consumpsit.* XVI.

2.Meretrix quam Samson in eõ iugium sumsit,ecclesia est, quæ ante agnitionem vnius dei cũ idolis fornicata fuit, quã postea Christus sibi adiunxit. August sermo.107. de tempore.

1.Gazæ.

2.Dicebant in luce matutina interficiemus eum.

Abiit quoque in Gazam, & vidit ibi mulierem [a] meretricem, ingressúsque est ad eam. Quod cùm audissent [1] Philistiim, ] & percrebuisset apud eos, intrasse vrbem Samson, circundederunt eum positis in porta ciuitatis custodibus, & ibi tota nocte cum silentio [2] præstolantes, vt facto mane exeun-

exeuntem occiderent.] Dormiuit autē Samſon vſque ad medium noctis, & [3]inde cōſurgens] [b] apprehendit ambas portæ fores cū poſtibus ſuis & ſera, impoſitáſque humeris ſuis portauit ad verticem montis qui reſpicit Ebron. Poſt hæc amauit mulierem quæ habitauit in valle Soreth, & vocabatur Dalila. Venerúntque ad eam Principes Philiſtinorum, atque dixerunt: Decipe eum, & diſce ab illo in quo habeat tantam
1 fortitudinem, & quomodo eum ſuperare valeamus, & [4] vinctum affligere.] [5] Quod ſi feceris, dabimus tibi ſinguli mille & centum argenteos. Locuta eſt ergo Dalila ad Samſon: Dic mihi obſecro in quo ſit tua maxima fortitudo, & [5] quod ſit quo ligatus erumpere nequeas.] Cui reſpondit Samſon: Si ſeptem [6] neruiceis] funibus, necdum ſiccis,⟩ & adhuc [c] humentibus,] ligatus fuero: infirmus ero vt cæteri homines. Attulerúntque ad eam ſatrapæ Philiſtinorum ſeptem funes, vt dixerat, quibus vinxit eum, latentibus apud ſe inſidiis, & in cubiculo ⟩ finem rei expectantibus:] Clamauítque ad eum: Philiſtiim ſuper te Samſon. [d] Qui rupit vincula quomodo ſi rumpat quis filum de ſtupa tortum ſputamine cum odorem ignis acceperit: & non eſt cognitum in quo eſſet fortitudo eius. Dixítque ad eum Dalila: Ecce illuſiſti mihi, & falſum lo-
c cutus es. [6] Saltem nunc indica mihi, quo ligari debeas. Cui ille reſpondit: Si ligatus fuero nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominum ſimilis. Quibus rurſum Dalila vinxit eum, & clamauit: Philiſtiim ſuper te Samſon, in cubiculo inſidiis præparatis. Qui ita rupit vincula quaſi fila telarum. Dixítque Dalila rurſum ad eum: Vſquequo decipis me, & falſum loqueris? Oſtende de quo vinciri debeas. Cui reſpondit Samſon: Si, inquit, [f] ſeptem [7] crines] capitis mei cum licio plexueris, & clauum iis circumligatum terræ fixeris, infirmus ero. Quod cum feciſſet Dalila, dixit ad eum: Philiſtiim ſuper te Samſon. Qui conſurgens de ſomno extraxit clauum cum crinibus & licio. Dixítque ad eum Dalila: Quomodo dicis quòd
d amas me, cùm animus tuus non ſit mecum? [6] Per tres vices mentitus es mihi, & noluiſti dicere in quo ſit maxima fortitudo tua. Cúmque moleſta ei eſſet: [8] & per multos dies iugiter adhæreret ſpacium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vſque laſſata eſt.] Tunc aperiens veritatem rei, dixit ad eam: [9] Ferrum] nunquam aſcendit ſuper caput meum, quia Nazaræus, [10] id eſt, conſecratus domino ſum de] vtero matris meę. [g] Si raſum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam eróque ſicut cęteri homines. Vidénſque illa quòd confeſſus ei eſſet omnem animum ſuum, miſit ad Principes Philiſtinorum ac mandauit: Aſcendite adhuc ſemel, quia nunc mihi aperuit * cor ſuum. Qui aſcenderunt aſſumpta pecunia quam promiſerant. At illa dormire eum fecit ſuper genua ſua ⟩ & in ſinu ſuo reclinare ca-
1 put.] [h] Vocauítque tonſorem, & raſit ſeptem [11] crines eius, & cœpit abigere eum, & à ſe repellere. [h] Statim enim de] eo fortitudo diſceſſit. Dixítque, Philiſtiim ſuper te Samſon. Qui de ſomno conſurgens, dixit in animo ſuo: Egrediar ſicut antè feci & me excutiam, neſciens quòd receſſiſſet ab eo dominus. Quem cum apprehendiſſent Philiſtiim, ſtatim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clauſum in carcere molere fecerunt. Iámque capilli eius renaſci cœperant, * & Principes Philiſtinorum conuenerunt in vnum, vt immolarēt hoſtias magnificas Dagon deo ſuo, & epularentur, dicentes: tradidit deus noſter inimicum noſtrum Samſon in manus
2 noſtras: Quod etiam populus videns laudabat deum ſuum, eadémque dicebat: [6] Tradidit deus noſter aduerſarium noſtrum in manus noſtras, qui deleuit terram noſtrā, & [12] occidit plurimos. Lætantéſque per conuiuia, ſumptis iam epulis præceperunt vt vocaretur Samſom, & ante eos luderet.] Qui adductus de carcere, ludebat ante eos: fecerúntque eum ſtare inter duas columnas. Qui dixit puero regenti greſſus ſuos. Dimitte me, [13] vt tangam] columnas quibus omnis imminet domus, & recliner ſuper eas, ⟩ & paululum requieſcam.] Domus autem erat plena virorum ac mulierum, & erant ibi omnes principes Philiſtinorum, ac [14] de tecto, & ſolario,] circiter tria millia
6 vtriuſque ſexus ſpectabant ludentem Samſon. [6] At ille inuocato domino, ait: Domine deus meus memento mei, & [15] redde mihi nunc fortitudinem priſtinam, deus

3. Et medis nocte ſurgens.

b. Samſon obſeratis portis claudit in ciuitate, dominus obſignato claudituir monumento Samſon fractis ſeris, ſubſtra&iſque portis ſecum eum in eternę tuptis inferni ſedis obicibus, apertóque ſepulchro recepto corpore à morte liber egreditur. Chryſ. ex variis in Matth. locis, homil. 4.

4. Ligemus eum, atque affligamus eum.

5. Quomodo ligari poſſit & humiliari.

6. Recentibus.

c. Quia tales funes extendūtur, & non facile rumpūtur. De Lyra. Ibidem.

d. Quid eſt quod in capillis virtutem habebat? Et hoc fratres diligenter aduertite. Virtutem nō habuit in manu, nō in pede non in pectore, non in ipſo capite, ſed in capillis, in crinibus? Comæ ſunt velamentum in vestimento autem Chriſtus habebat virtutem, quando vmbræ veteris legis eum regebāt. Aug. Serm. 107. de tempore.

e. Hoc eſt, Si fuerint cincinni capitis mei, inter telam cōtexti, liciatorii ipſum circa quod tela plicatur, clauo fixum, & ad certum ſtatum firmatum, debiles ero. Quod cum Dalila feciſſet, decepta eſt vt patet. Aug. ibidem.

f. Vnde videtur quòd ipſi fecerit dormienti Samſoni, qui habuit longiſſimos eſſet videlicet, nunquam raſos Dionyſius Carthuſianus ibidem.

7. Cincinnos.

8. Verbis ſuis per multos dies & affligeret eum, vt animā ejus deficeret ad mortem.

9. Nouacula.

10. Dei ego ſum ex.

g. Non ſolum enim curioſa ſed & fraudola irrepſit in precordia mariti ſimplicis, & importunis obſecrationibus atque illecebroſis blanditiis fatigatum, ac eo ſenio illo virtutis ſuæ mysterio ſpoliauit, atque ita deraſis crinibus virtute nudatum fundicus euertit. Chryſoſt. Ex variis in Matth. locis. homil. 15.

*Totum.

11. Cincinnos de capite eius, & cœpit affligere eum, & ab.

h. Ergo illic inuictus quandiu habuit gratiam ſpiritalē, ſicut dei populus ille electus à domino, ille Nazaræus in lege: inuictus ergo Samſon atque inſuperabilis, vt in maxilla aſinæ mille viros perturberet, ita plenus gratiæ cœleſtis, vt etiam aquam in maxilla aſini ſitiēs reperiret: ſiue hoc ad miraculum conferas, ſiue ad myſteriū vertas, quod in populi tunc humilitate gentilis, & requies & triumphus, iuxta quod ſcriptum eſt: Qui te percuſſerit in maxillam præbe ei & alteram. Ambr. prolog. lib. 2. de ſpiritu ſancto.

*Poſtquam raſus fuerat.

12. Auxit interfectos noſtros. Factúmque eſt cum lætum eſſet cor eorum, vt dicerent: Vocate Samſon, vt ridere nos faciat.

13. Et fac me tangere.

14. Super tectum.

15. Cōforta me hac vice ô deus vt vltione vindicer pro duobus oculis meis de Philiſtæis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



meus, vl vlciſcar me de hoſtibus meis: & pro amiſſione duorum luminum vnam vl-
tionem recipiam.] Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus,
* alterámque earum dextra,& alteram læua tenens, ait: [1] †Moriatur anima mea cum
Philiſtiim. Concuſsíſque fortiter columnis,cecidit domus ſuper omnes Principes &
cæteram multitudinem quæ ibi erat.Multóque plures interfecit moriens,quàm antè
viuus occiderat.Deſcendentes autem fratres eius,& vniuerſa cognatio,tulerunt cor-
pus eius,& ſepelierũt inter Saraa & Eſtahol,in ſepulchro patris ſui Manue, iudicauit-
que Iſrael viginti annis.

* Et ſuper quas ſuſtentabatur.
1. Poſtremo Samſon moriens, inimicos ſuos concuſsis adiũ ciis ruina comprimit. Domin⁹ tunc eũ raori dignatus eſt,non vna domo,ſed toto mundo cõ cuſſo,diabolum cum ſuis angelis vniuerſis extinxit.Chryſoſt. ex variis in Matt.locis,hom.4.

*Michas matris argentum reſeruans conflauit in idolum,cui Bethleemitam ſacerdotem præfecit.* XVII.

FVítque eo tempore vir quidam de monte Ephráim nomine Michas,qui [a]
dixit matri ſuæ: Mille centum argenteos [1] quos ſeparaueras] tibi, & ſuper
quibus me audiente [2] iuraueras,] ecce ego habeo, & [3] apud me ſunt: ]Cui
illa reſpondit: [a] Benedictus filius meus domino. Reddidit ergo eos matri
ſuæ,quæ dixerat ei: Conſecraui,& voui hoc argentum domino,vt de manu mea ſuſ-
cipiat filius meus,& faciat [b] ſculptile atque conflatile,& nunc trado illud tibi. [5] Red-
didit igitur eos matri ſuæ. Quæ tulit ducentos argenteos, & dedit eos argentario,vt
faceret ex eis ſculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michæ. [4] Qui ædiculam
quoque in ea deo ſeparauit,] & fecit [c] Ephod & Theraphim, & id eſt, veſtem ſacer-
dotalem & Idôla.] [5] Impleuítque] vnius filiorum ſuorum manum,& factus eſt ei ſa-
cerdos. † In diebus illis non erat Rex in Iſrael: ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum vi-
debatur,hoc faciebat. [6] Fuit quoque in tempore illo alter adoleſcens de [d] Bethléhem
Iuda,ex cognatione eius,erátque ipſe Leuites,& [6] habitabat ]ibi. Egreſſúſque de ciui-
tate Bethléhem,peregrinari voluit vbicunque ſibi commodum reperiſſet. Cúmque
veniſſet in mõtem Ephráim [7] iter faciens,& declinaſſet parumper in domo Michæ,]
interrogatus eſt ab eo vnde veniſſet. Qui reſpondit:Leuita ſum de Bethléhem Iuda,
& vado [8] vt habitem vbi potuero, & vtile mihi eſſe proſpexero.] [9] ixítque ei Mi-
chas: Mane apud me,inquit,& eſto mihi parens,ac ſacerdos:dabóque tibi per annos
ſingulos decem argenteos,ac [9] veſtem duplicem,] & quæ ad victum ſunt neceſſaria.
Acquieuit & manſit apud hominem :fuítque illi quaſi vnus de filiis. [e] Impleuítque
Michas manum eius, & habuit puerum ſacerdotem apud ſe,nunc ſcio,dicens,quòd
benefaciet mihi deus,habenti Leuitici generis ſacerdotem.

1. Qui ablati ſunt, vel, quos vouerat.
2. Deuoueras,id eſt,raptoribus malum imprecata es.
3. Ego ſuſtuli eos.
a. Michæ iſte & mater eius fuerunt idolatræ,ideirco ſecũdum expoſitores in tota hiſtoria iſta tam ipſe quàm mater eius per deum & dominum intelligunt falſum deum ſuum ſeu idolũ. Dionyſius Carthuſianus.
b. Hoc eſt idolum ad colendũ.
4. Fuit & apud virũ illum Michæam templum deorum.

c. Ephod ſuper humerale, quo cætera ſacerdotis indumenta conſtringebantur. Theraphim verò quædam figuræ erant ad ſacrificia deorũ ſeruientes.
5. Conſecrauitque,& infra.
d. Hæc dicitur ad differentiam alterius Bethlehem,quę erat in tribu Zabũlon,vt habetur. Ioſue 19.
6. Peregrinabatur.
7. Ad domum Michæ, vt perficeret viam ſuam.

8. Ad peregrinandum quod inuenero.

9. Duas veſtes.
e. Implere manum eſt conſecrare,vt Num.3.a. Et quorum repletæ & conſectatæ manus, vt ſacerdotio fungerentur.

*Exploratores tribus Dan nouas quærentes poſſeſsiones, ſacerdotem Michæ cum Idolo ſuo detulerunt,vrbem Lais vi capientes habitauerunt.* XVIII.

[a] † IN diebus illis non erat rex in Iſrael, & tribus Dan * quærebat poſſeſsio-
nem ſibi,vt habitaret in ea. Vſque ad illum enim diem inter cæteras tribus
ſortem non acceperat. Miſerunt ergo filij Dan ſtirpis & familiæ ſuę quin-
que viros * fortiſſimos de Saraa & Eſtahol,vt explorarent terram, & dili-
genter inſpicerent.Dixerúntque eis: Ite,& conſiderate terram.Qui cum pergentes ve-
niſſent in montem Ephráim, & intraſſent domum Michæ, [1] requieuerunt ]ibi.Et * a-
gnoſcentes vocem adoleſcentis Leuitę, vtentéſque illius diuerſorio, dixerũt ad eum:
Quis te huc adduxit? Quid hic agis? [2] Quam ob cauſam huc venire voluiſti? [3] Qui re-
ſpondit eis: Hæc & hæc præſtitit mihi Michas,& me mercede conduxit, vt ſim ei ſa-
cerdos.Rogauerúntque eum vt cõſuleret dominum, & ſcire poſſent an proſpero iti-
nere pergerent, & res haberet effectum. Qui reſpondit eis: Ite cum pace. Dominus
reſpicit viam veſtram,& iter quò pergitis.Euntes igitur quinque viri venerunt [b] Lais:
viderúntque populum habitantem in ea abſque vllo timore iuxta conſuetudinem
Sidoniorum,ſecurum,& quietum,nullo eis penitus reſiſtente, magnarúmque opum
& procul à Sidône [5] atque à cunctis hominibus ſeparatum.] Reuerſíque ad fratres
ſuos in Saraa & Eſtahol,& quid egiſſent ſciſcitantibus, reſpondreũt:Surgite,& aſcen-
damus

a. Hæc hiſtoria videtur contigiſſe viuente adhuc Ioſue: de qua meminit Ioſ.19.d.niſi illic deſcripta fuerit per anticipationem.
*Iisdem diebus.
*De extremitate ſua,viros.

1. Pernoctauerunt.
*Cùm eſſent in domo michæ.

2. Et quid habes hic?

b. Lais,quæ & Iacis, vel Leſem aut Letchem,prius dicta:à Danitis deſtructa, & inde inſtaurata, Leſam Dan eſt appellata. poſtea Paniuin dicta. interdũ Panea,à Paneade fonte, qui eã ſecundum Plinium alluit.Hãc Agrippa in honorem Neronis inſtauratã, Neroniam nuncupauit: Philippus verò Cæſaream Philippi.Vrbs eſt Phœniciæ ad radices montis Libani, vbi Ior & Dan fontes iungũtur, & inde Iordanem conſtituunt.
3. Nec quicquam negocij habebant cum hominibus.

damus ad eos. †* Vidimus enim terram valde opulentam & vberem. * Nolite negligere,nolite ceſſare. Eamus,& poſſideamus eam,nullus erit labor. c Intrabimus ad ſecuros in regionem latiſſimam,tradétque nobis dominus locum,in quo nullius rei eſt penuria eorum quæ gignuntur in terra. Profecti igitur ſunt de cognatione Dan, de Saraa & Eſthaol ſexcenti viri accincti armis bellicis, aſcendentéſque manſerunt in Cariathiarim Iudæ: qui locus ex eo tempore caſtrorum Dan nomen accepit, & eſt poſt tergum d Cariathiarim. Inde tranſierunt in montem Ephráim. Cúmque veniſſent ad domum Michæ,dixerunt quinque viri qui prius miſſi fuerant ad conſiderandam terram Lais,cæteris fratribus ſuis: * Noſtis quod in domibus iſtis ſit Ephod & e Theraphin & ſculptile atque conflatile? Videte quid vobis placeat. Et cùm paululum declinaſſent,ingreſſi ſunt domum adoleſcentis Leuitæ,qui erat in domo Michæ, ſalutauerúntque eum verbis pacificis: ſexcenti autem viri ita vt erant armati,ſtabant ante hoſtium. * At illi qui ingreſſi fuerant domum iuuenis,ſculptile & Ephod & Theraphim atque conflatile tollere nitebantur,& ſacerdos ſtabat ante hoſtium,ſexcentis viris fortiſſimis haud procul expectantibus. Tulerunt igitur qui intrauerunt,ſculptile,Ephod,& Idôla,atque conflatile.Quibus dixit ſacerdos:Quid facitis? ‡ Cui reſponderunt:Tace,& pone digitum ſuper os tuum,veníque nobiſcum,vt habeamus te patrem ac ſacerdotem. Quid tibi melius eſt,vt ſis ſacerdos in domo vnius viri an in vna tribu & familia in Iſrael? Quod cùm audiſſet, acquieuit ſermonibus eorum, & tulit Ephod,Idôla,ac ſculptile, & profectus eſt cum eis. Qui cùm pergerent, & ante ſe ire feciſſent paruulos, ac iumenta, & omne quod erat precioſum, iámque à domo Michæ eſſent procul,viri qui habitant in ædibus Michæ conclamátes ſecuti ſunt,& poſt tergum clamare cœperunt. Qui cùm reſpexiſſent,dixerũt ad Micham: Quid tibi vis? Cur clamas? ‡ Qui reſpondit, f Deos meos quos mihi feci, tuliſtis, & ſacerdotem, & omnia quæ habeo,& dicitis: quid tibi eſt? Dixerúntque ei filij Dan:Caue ne vltrà loquaris ad nos, & veniant ad te viri animo concitati, & ipſe cum omni domo tua pereas.Et ſic ecepto itinere perrexerunt.Videns autem Michas quòd fortiores ſe eſſent, reuerſus eſt in domum ſuam.Sexcenti autem viri tulerunt ſacerdotem, & quæ ſuprà diximus: † venerúntque in Lais ad populum quieſcentem,atque ſecurum,& percuſſerunt eos in ore gladij, vrbémque incendio tradiderunt, nullo penitus ferente præſidium,eò quòd procul habitarent à Sidône,& cum nullo hominum haberent quicquam ſocietatis ac negotij. ‡ Erat autem ciuitas ſita in regione Roob:quã rurſum extruentes habitauerunt in ea,vocato nomine ciuitatis Dan,iuxta vocabulum patris ſui quem genuerat Iſrael,quæ prius Lais dicebatur. Poſuerúntque ſibi ſculptile, & Ionatham filium 4 Gerſon filij Moyſi, ] ac filios eius ſacerdotes in tribu Dan, vſque ad diem 5 captiuitatis ſuæ.] Manſitq; apud eos Idôlon Michæ omni tempore quo fuit domus dei in Sylo.In diebus illis non erat Rex in Iſrael.

* Et vos quieſcetis.

c. Hoc hyperbolicum dictũ eſt, ad inſinuandũ magnã inditum opulẽtiæ terræ illius. Multa tamen gignuntur ex terra precioſa,medicinalia, quæ ibi non erant,ſed coramuni victui neceſſaria abũdabant. Ibidem. Dioniſ. Carth. Ibid.

d. Cariathiarim duplex eſt,altera eſt tribus Iudæ, de qua Ioſ. 15. g. altera eſt tribus Simeonis, diſtans ab Hieroſolymis 20. miliarib. Ibi arca requieuit in domo Aminadab, donec à Dauide tranſferretur in Ieruſalem. Vocata eſt interdum Baal, interdum Baal pharaſim.

e. Theraphim imagines ſunt aſtrologicæ ſub certis conſtellationibus deliniatæ & formatæ, quaſi habeant quendam cœleſtium aſtrorum influxum. Iuxta has igitur imagines, Ioichas præſagiebat quos incipiendum vel omittendũ. Vnde circa illa idololatra dicebatur, vt ſolent aſtrologi & cæteri Magi Abam Ezer, theologus & aſtrologus. Hier. verò ſuper 3. caput Oſee. תרפים Theraphim proprie appellantur, μορφὰ ἐμφατε, id eſt figuræ & ſimulachra, quæ nos poſſumus in præſenti duntaxat loco Cherubin & Seraphim, ſiue alia quæ in templi ornamenta fieri iuſſa ſunt, dicere. Ephod autem ſignificat indumẽtum ſacerdotale quod in Exodo & Leuitico à 70 ἐπωμὶς, id eſt, ſuperhumerale dicitur.

* Erãtque ex filiis Dan.

f. Deos meos &c. in hebræo habetur. Et quid mihi amplius? q.d Illa quæ tuliſtis ita precioſa erant mihi quod parum aut nihil appretior reſtituũ. Et ſic intelligenda eſt tranſlatio noſtra quæ habet: Et omnia quæ habeo. Non enim abſtulerant bona Michæ & alia,cũ eſſet de filiis Iſrael quos ſpoliare nolebant: ſed tantum acceperũt illa quæ erãt ad cultũ idolorũ pertinentia: quod credebant ad religionẽ pertinere,nõ ad furtũ, quod ſubditur: Caue ne vltra loquaris ad nos. De Lyra. Ibid.

4. Gerſon filij Manaſſæ.

5. Tranſmigrationis terræ.

*Leuitæ vxor à Gabaonitis extincta adulterio,in duodecim ſecta portiones ad ſingulas tribus mittitur.* XIX.

A Factum eſt autem in diebus illis, cùm non eſſet rex in Iſrael, vt quidam vir Leuites habitans in latere montis Ephráim, qui accepit vxorem * de Bethléhem Iuda: Quæ 1 reliquit eum,] & reuerſa eſt in domum patris ſui Bethléhem, manſitque apud eum quatuor menſibus.Secutúſque eſt eam vir ſuus,volénſque 2 reconciliari ei, atque blandiri,] & ſecum reducere, habens in comitatu puerum,& duos aſinos. Quæ ⊢ ſuſcepit eum, & ] introduxit in domum patris ſui. 3 Quod cùm audiſſet ſocer eius, cúmque vidiſſet, occurrit ei lætus,& amplexatus eſt hominem. ] Manſitque gener in domo ſoceri tribus diebus comedens cum eo, & bibens familiariter, die autem quarto 4 de nocte ] B conſurgens,proficiſci voluit. ‡ Quem tenuit ſocer, & ait ad eum: 5 Guſta prius puſillum panis, ] ⊢ & conforta ſtomachum, ] & ſic proficiſcêris. Sederúntque ſimul, ac comederunt,& biberunt. Dixítque pater puellæ ad generum ſuum: Quæſo te, vt hodie hîc 6 maneas: paritérque lætemur. ] At ille conſurgens cœpit velle proficiſci. Et

a. Hæc hiſtoria ſecundum Vincentium, ex qua videtur ſecutum bellum inter Beniamin & alias tribus, vnde Beniamin tribus penè deleta eſt, cohortis ſatim poſt mortem Ioſuæ & ante Othoniel. Putat Manaſſæus factum circa 30. annum. Aod.

* Cõcubinam, hoc eſt vxorem indutatam.

1. Fornicata eſt apud eum.

2. Loqui ſuper cor eius.

3. Et videns eum pater puellæ lætatus eſt in occurſu eius,& retinuit eum pater puellæ.

4. Manè.

5. Confirma cor tuum buccella panis.

6. Pernocter, iucundúmque ſit cor tuum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



7.Coegit eum soceꝛ eius,& reuersus pernoctauit ibi.
8. Robora cor tuũ, inorámque fecerunt vsque dum inclinaretur dies, & comederunt ambo.

nihilominus[7] obnixè eum socer tenuit,& apud se fecit manere.]Mane autem facto, parabat Leuites iter.Cui socer rursum: Obsecro,inquit,[8] vt paululum cibi capias:& assumptis viribus, donec increscat dies, postea proficiscaris. Comederũt ergo simul:] surrexítque adolescens, vt pergeret cum vxore sua & puero. Cui rursum locutus est socer:[b]Considera quòd dies ad occasum decliuior sit,& propinquat ad vesperũ.[ℊ]Mane ne apud me etiam hodie,& duc lætum diem, & eras proficiscêris vt vadas in domum tuam.Noluit gener acquiescere sermonibus eius, sed statim perrexit, & venit contra [c]Iebus,quæ altero nomine vocatur Ierusalem,ducens secum duos asinos onustos,& concubinam. Iámque aderant iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem. Dixítque puer ad dominum suum: Veni obsecro, declinemus ad vrbem Iebusæorum, & maneamus in ea. Cui respondit dominus: Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non est de filiis Israel,sed transibo vsque Gabaa,& [9] cum illuc peruenero,manebimus in ea,aut certè in vrbe Rama.][ℊ] Transierunt ergo Iebus, & cœptum carpebát iter,oc- [9]
cubuítque eis sol iuxta [d] Gabaa,quæ est in tribu Beniamin,diuerterúntque ad eam,vt manerent ibi. Quò cùm intrassent, sedebant in platéa ciuitatis, & nullus eos recipere voluit hospitio. Et ecce apparuit homo senex, reuertens de agro & de opere suo vesperi,qui & ipse de monte erat Ephráim,& peregrinus habitabat in Gabaa.Homines autem [10] regionis ]illius erant filij Iemini. Eleuatísque oculis vidit senex sedentem hominem cum sarcinulis suis in platéa ciuitatis,& dixit ad eum: Vnde venis? & quò vadis?Qui respondit ei:Profecti sumus de Bethléhem Iuda,[11]& peregrinus ad locum nostrum qui est in latere montis Ephráim,vnde ieramus Bethléhem.][ℊc] Et nunc va- [1]
dimus ad[f] domum dei,nullúsque sub tectum suum nos vult recipere,habentes paleas & fœnum in asinorum pabulum, & panem ac vinum in meos & ancillæ tuæ vsus,& pueri qui mecum est.Nulla re indigemus, nisi hospitio. Cui respondit senex: Pax tecum sit:Ego præbebo omnia quæ necessaria sunt,tantum quęso,ne in platéa maneas. Introduxítque eum in domum suam, & pabulum asinis præbuit, ac postquam lauerunt pedes suos,[12] recepit eos in cõuiuium.]Illis epulantibus,ʃ—& post laborem itineris, cibo & potu reficientibus corpora,] venerunt viri ciuitatis illius filij Belialʃ—id-est, absque iugo,] & circundantes domum senis, fores pulsare cœperunt, clamantes ad dominum domus, atque dicentes: † Educ virum qui ingressus est domum tuam, [ℊ]
vt [13] abutamur eo.][ℊ] Egressúsque est ad eos senex,& ait: Nolite fratres,nolite facere malum hoc:quia ingressus est homo hospitium meum, & [14] cessate ab hac stultitia.] Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educam eas ad vos, vt humilietis eas, [15] & vestram libidinem compleatis,] tantum obsecro ne scelus hoc contra naturam operemini in virum.Nolebant acquiescere sermonibus illius. Quod cernens homo,adduxit ad eos * concubinam suam,ʃ—& eis tradidit illudendam.][h] Qua cum tota nocte abusi essent,* dimiserunt eam mane. At mulier recedẽtibus tenebris, venit ad hostium domus vbi manebat dominus suus,& ibi corruit.[ℊ]Mane facto,sur- [o]
rexit [16] homo,]& aperuit hostium,vt cœptam expleret viam,& ecce* [i] cõcubina eius iacebat ante hostium,sparsis in limine manibus.Cui ille,putans eam quiescere,loquebatur,Surge,vt ambulemus.Qua nihil respõdente,ʃ—intelligens quòd erat mortua:] tulit eam,& imposuit asino,reuersúsque est in domum suam.Quam cùm esset ingressus,arripuit gladium,& cadauer vxoris cum ossibus suis in duodecim partes ac frusta concidens,misit in omnes terminos Israel.Quod cùm vidissent singuli conclamabãt: Nunquam res talis facta est* in Israel ex eo die quo ascenderunt patres nostri de Ægypto,vsque in præsens tempus. Ferte sententiam,& in commune [17] decernite quid facto opus sit.

*Pugnant vndecim tribus Israel contra Beniamin,quem ferè delent.* XX.

[a] † Egressi itaque sunt omnes filij Israel, & pariter cõgregati quasi vir vnus [A]
de Dan vsque Bersabee,& terra galaad,ad dominum in Maspha. omnes quoque anguli populorum, & cunctæ tribus Israel in Ecclesiam populi dei conuenerunt quadringenta millia peditum [1] pugnatorum.]Nec la-

h. Non quia ita esset prope noctem, sed quia transierat hora meridionalis,à qua hora sol incipit declinare à sua altitudine ad noctem.De Lyra.

c.Iebus à Iebusæis dicta,qui eã occupauerunt vsque ad tempora Dauid:deinceps dicta est Ierusalem,& pluribus aliis nominibus pro diuersorum temporum conditionibus,incolis, & varietatibus, de quibus supra Iosue 10.a
9.Dixitque ad puerum suum: veni, accedemus ad vnum horum locorum,vt pernoctemus, vel in Gabaa,vel in Rama.
d.Gabaa procul à Ierusalem 50 stadiis viæ ad Antipatridam,in hac fuit vxor Leuitæ violata. Fit eius mentio 2.Reg.5.fecitque Dauid vt præcepcrat ei dominus, & Percussit Philisthim de Gabaa, vsque dum venias Gezer.
10. Loci.
11.Ad latera montis Ephraim, vnde ego sum,& perrexi vsque Bethléhem Iuda.

e. Quæ est in Sylo in monte Ephraim, vbi tũc domus domini erat, & Leuites ille erat oriundus.
f.Vadimus ad domum dei,hoc est in Sylo, vbi erat tabernaculum & arca testamenti.quia antequam intraret domum suam, volebat deo gratias agere de hoc quod direxerat eum in via & custodierat,vt ex hoc deberent homines ad ipsos recipiẽdos inclinari. De Lyra.
12.Comederunt atque biberũt

g.Dicit Iosephus quòd quærebant vxorem viri, sed ideo loquebantur de viro vt sic ab eo extorqueret vxorem suam, sed hospes id ignorauit. Dionisius Carthusianus.
13.Cognoscamus eum.
14. Ne feceritis rem tam absurdam.
15. Et facietis eis,quod vobis visum bonum fuerit.

*Forte.
h. Quia non erat eorum vxori & ideo talis concubitus erat abusus,vel quia abhorrebantur ea concubitu innaturali.De Lyra.
*Vsque mane.
16.Dominus eius.
*Mulier illa.
i. Concubina interdũ pro vxore vsurpatur. Haggar enim & Cethura & vxores & concubinæ Abrahæ dicuntur. Sara tamen nunquam dicta est concubina.Augu.de ciuitate dei lib. 16.cap.34.

*Nec visa.
17.Considerate.

a. Iniuriã in Leuitis vxore admissam populus tolerare non potuit. Quapropter autores eius ad supplicium postulauit. Quos cũ sua tribus tradere recusaret,bellum adornauit,ac in duobus primis prælijs victoriã per vim obtinuit. Procop.ibid.
1.Educentium gladium.

tuit filios Beniamin, quòd ascendissent filij Israel in Maspha. *Interrogatúsque Leuita maritus mulieris interfectæ, quomodo tantum scelus perpetratum esset, respondit: Veni in Gabaa Beniamin cum vxore mea, [2] illúcque diuerti.] Et ecce homines ciuitatis illius circundederunt nocte domum in qua manebam, volentes me occidere & vxorem meam [3] incredibili furore libidini vexantes, denique mortua est.] Quam arreptam, in frusta concidi, misíque partes in omnes terminos possessionis [4] vestræ [b] quia nunquam tantum nefas, & tam grande piaculum factum est] in Israel, * decernite quid facere debeatis. Stánsque omnis populus, & quasi vnius hominis sermone, respondit: Non recedemus in tabernacula nostra, nec suam quisquam intrabit domum, sed hoc contra Gabaa, [5] in commune] faciemus. [6] Decem viri eligantur è centum ex omnibus tribubus Israel, & centum de mille, & mille de decem millibus, vt cõportent exercitui cibaria, & possimus pugnare contra Gabaa Beniamin, [6] & reddere ei pro scelere quod meretur.] Conuenítque exercitus Israel ad ciuitatem, quasi homo vnus [7] eadem mente, vnóque consilio,] & miserunt nuncios ad omnem tribum Beniamin, qui dicerent: [8] Cur tantum nefas in vobis repertum est? ]Tradite [9] homines] de Gabaa [c] qui hoc flagitium perpetrarunt] vt moriantur, & auferatur malum de Israel. [c] Qui noluerunt fratrum suorum filiorum Israel audire mandatũ, sed ex cunctis vrbibus quæ sortis suæ erant conuenerunt in Gabaa, vt [10] illis ferrent auxilium,] & contra vniuersum populum Israel dimicarent. Inuentíque sunt [11] vigintiquinque] milia de Beniamin educentium gladium præter habitatores Gabaa, qui septingenti erant viri fortissimi, [12] [d] ita sinistra vt dextra præliantes:] & sic fundis lapides ad certum iacientes, vt capillum quoque possent percutere, [13] & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur.] [e] Virorum quoque Israel absque filiis Beniamin, inuenta sunt [e] quadringenta millia educentium gladios, & paratorum ad pugnam, [f] qui surgentes venerunt in domum dei, hoc est [14] in Silo:] consuluerúntque dominum, atque dixerunt. Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis cõtra filios Beniamin? Quibus respondit dominus: Iudas sit [15] Dux vester.] Statímque filij Israel surgentes mane castrametati sunt iuxta Gabaa, & inde procedentes ad pugnam contra Beniamin, [16] vrbem oppugnare cœperunt.] Egressíque filij beniamin de Gabaa, occiderũt de filiis Israel die illo viginti duo milia virorum. [17] [f] Rursum filij Israel & fortitudine & numero confidentes, in eodem loco in quo prius certauerunt, aciem direxerunt: ita tamen vt prius ascenderent, & flerent coram domino vsque ad noctem, consuleréntque eum, & dicerent: Debeo vltra procedere ad dimicandum contra filios Beniamin fratres meos, an non? Quibus ille respondit: Ascendite ad eos, [D] & inite certamen.] [g] Cúmque filij Israel altara die contra filios Beniamin ad prælium processissent, eruperunt filij Beniamin * de portis Gabaa, [18] & occurrentes eis, tanta in illos cæde bacchati sunt, vt] decem & octo millia virorum educentium gladium [F] prosternerent.] Quamobrem omnes filij Israel venerunt in [19] domum dei,] & sedentes flebant coram domino: Ieiunauerúntque die illo vsque ad vesperam, & obtulerunt ei holocausta atque pacificas victimas, * & super statu suo interrogauerunt. Eo tẽpore ibi erat arca fœderis domini, & [g] Phinees filius Eleazari filij Aaron [20] præpositus domus.] Consuluerunt igitur dominum, atque dixerunt: Exire vltrà debemus ad pugnã contra filios Beniamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait dominus: Ascendite, cras enim tradam eos in manus vestras. Posuerúntque filij Israel insidias per circuitum vrbis Gabaa, & tertia vice, sicut semel & bis, contra Beniamin exercitum produxerunt. Sed & filij Beniamin audacter eruperunt de ciuitate, & [21] fugientes aduersarios longius persecuti sunt, ità vt vulnerarent ex eis, sicut primo die & secundo: & cæderent ]per duas semitas vertentes terga, quarum vna ferebatur in Bethel, & altera in Gabaa, atque prosternerent triginta circiter viros: [F] [h] Putauerũt enim solito eos more cedere. Qui fugam arte simulantes inierunt consilium, vt abstraherent eos de ciuitate, & quasi fugientes ad supradictas semitas perducerẽt. Omnes itaque filij Israel surgentes de sedibus suis, tetenderunt aciem in loco qui vocatur [i] Baalthamar: insidiæ

* Dixissentque: O filij Israel dicite, quomodo sit factum malum istud.

2. Vt pernoctarem ibi.

3. Intantum oppressit vt moreretur.
4. Israel, quia fecerunt scelus & rem abominabilem.
b. Piaculum dicitur factũ nullo modo absque purgatione pœnæ trãseundum. Sciendum tamen quod Leuita non solũ factum retulit, sed etiam rebus probauit scilicet per senem qui eos in hospitio receperat, & per seruum qui erat in eorum comitiua, & per hospitis familiã. De Lyra.
* Ponderate rem istam, &.
5. Per sortem.
6. Propter vniuersam abominationem quam fecit in Israel.

7. Confœderati.
8. Quod est hoc malum, quod factum est in vobis?
9. Viros illos filios Belial.

c. Quod fuit omnino iniustũ, & ex carnali amore atque elatione processit, non ex zelo iustitiæ neque ex caritate. Dion. Carth.
10. Egrederentur.
11. Viginti sex
12. d. Quorum dextera manus imposita erat (vt scilicet solum sinistra vteretur) sicut supra de Ahod cap. 3. dictum est.
13. Nec vnquam aberrabant.

e. Hic numerus varius est, cum in primis duobus diebus belli mortui sunt 40000. in tertio autem die supererãt adhuc decem milia: vnde quinquaginta milia ad minus erant etiam, præter insidias quæ circa vrbẽ latebant, & eam destruxerunt.
14. In Bethel.
15. A principio.
16. Inierunt cum eis vlti Israel prælium iuxta Gabaa.

17. Et confortatus populus virorum Israel.
f. Postquã verò strages suæ earnifam cognouissent, nec acerbius lamentari essent, & ad dei arcã confugissent, tunc demum illis deus ante datas pœnas victoriã denunciauit. Atque hac quidem ratione ab his qui Leuitæ vxoremlã nephariè trucidatũ, dignum luerunt supplicium. Proco. Ibidem.
* In die altera.
18. Prostrauerunt de filiis Israel adhuc.

19. Bethel.

* In conspectu domini.

g. Quem ferunt Hebræi 300. vixisse annos propter zelum in legem domini. At si hæc historia facta fuerit tempore Ahod, nondum Phinees erat senex. Et hoc arguit prius factum fuisse, quia si post mortẽ Samson hoc contigisset, Phinees plusquam 350. annos habuisset.
20. Stabat ante eam.
21. Cœperunt ferire populũ ac vulnerare, sicut prioribus aliis duabus vicibus.
h. Qui semetipsum nõ iudicat, quid in alio rectè iudicet ignorat. Et si nouit fortasse per auditum, quòd rectè iudicare debeat, rectè tamen iudicare aliena merita nõ valet, cui conscientia propriæ innocentiæ nullã tribuit regulam præbet. Greg.
i. Baalthamar locus est vbi Gabaa ad occidentales partes, vbi latebant insidiæ dum ab Israelitis obsideretur.

22. De loco graminoso qui erat circa Gabaa. Et venerunt contra Gabaa.

quoque quæ circa vrbem erant, paulatim se aperire cœperunt, [22] & ab occidentali vrbis parte procedere. Sed & alia] decem milia virorum de vniuerso Israel, & habitatores vrbis ad certamina prouocabant:] [k] Ingrauatúmque est bellũ contra filios Beniamin: & non intellexerunt quòd ex omni parte illis instaret interitus. † Percussítque eos dominus in conspectu filiorum Israel, & interfecerunt ex illis in illo die viginti quinque milia, & centum viros, omnes bellatores, & educentes gladium. Filij autem Beniamin cum se [23] inferiores esse,] vidissent, cœperunt fugere. Quod cernentes filij Israel, dederunt eis ad fugiendum locum, vt ad præparatas insidias deuenirent, quas iuxta vrbem posuerant. ♁ [24] Qui cum repente de latibulis surrexissent, & Beniamin terga cedentibus daret, ingressi sunt ciuitatem,] & percusserunt eam in ore gladij. Signum autem dederant filij Israel iis quos in insidiis collocauerant, vt postquam vrbem cœpissent, ignem accenderent, vt ascendente in altum fumo, captam vrbem demonstrarent. Quod cùm cernerent filij Israel in ipso certamine positi ([l] putauerunt enim filij Beniamin eos fugere, & instantius persequebantur, cæsis de exercitu eorum *triginta viris) *vt viderunt quasi columnam fumi de ciuitate conscendere: (Beniamin quoque respiciens retro cum captam cerneret ciuitatem, & flammas in sublime ferri) [25] qui prius simulauerant fugam, versa facie fortius resistebant. Quod cùm vidissent filij Beniamin,] in fugam versi sunt, & ad viam deserti ire cœperunt, illuc quoque eos aduersariis persequentibus. Sed & ij qui [26] vrbem succenderant occurrerunt eis,] atque ita factum est, vt ex vtraque parte ab hostibus cæderentur, nec erat vllare quies morientium. ♁ Ceciderunt atque prostrati sunt [27] ad orientalem plagam vrbis Gabaa. [m] ] Fuerunt autem qui in eodem loco interfecti sunt, decem & octo milia virorum, omnes robustissimi pugnatores. Quod cùm vidissent, qui remanserant de Beniamin, fugerunt in solitudinem: & pergebant ad petram, cuius vocabulum est Remmon. In illa quoque fuga palantes, & in diuersa tendentes occiderunt quinque milia viros. Et cùm vltrà tenderent, persecuti sunt eos, * & interfecerunt etiam alia duo milia. Et sic factum est, vt omnes qui ceciderant * de Beniamin in diuersis locis, essent vigintiquinque milia pugnatores ad bella promptissimi. [28] Remanserunt itaque de omni numero Beniamin qui euadere potuerunt, & fugere ] in solitudinem, sexcenti viri: sederúntque in petra [n] Remmon mensibus quatuor. Regressi autem filij Israel, *omnes reliquias ciuitatis à viris vsque ad iumenta gladio percusserunt, cunctásque vrbes, & viculos Beniamin, vorax flamma consumpsit.

k. Deus itaque vtrinque culpa exercuit: ira enim contra peccatores conceptas coercere noluit, ne libidinibus eũ delectari obliti tum pœnæ quam adulteris destinauerat, improbi & peruersi homines obiicere possent. Neque illos, qui in peccata aliena animaduersuri, peccatores ipsi, & pœnam meritis fuerant, impunè dimisit, & scelera quæ iam longo tempore pro lenitate sua dissimulauerat, in illis primũ puniri voluit. Procop. Ibidem.
23. Corruisse.
24. Et qui in insidiis fuerũt, festinantes impetũ fecerunt contra Gabaa, extractique sunt de insidiis.

l. Qui fugam arte simulãtes inierunt consilũ vt eos abstraherent de ciuitate, & quasi fugiẽtes ad supradictas semitas perducerent. Dionis. Carth.
*Quasi.
*Dixerũntque: Vtique corruẽdo corruũt contra faciem nostrã, sicut in priore pugna: Sed.
25. Et cùm se verterẽt hui Israel territi sunt filij Beniamin, videntes malum quod irrueret in seipsos.
26. De ciuitate exibant, perdebant eos in medio eius.

27. A Menuba vsque ad ipsam Gabaa ab ortu solis.
m. Itaque de duabus rebur maximis eruditur homines. Primùm ne peccata Beniamitarũ exemplo approbent. Deinde ne in puniendis peccatorib⁹ squiores se præbeant. Idcirco enim Beniamitæ grauiorem vidẽtur dedisse pœnam, quòd vltra peccatum suum tot Israelitarũ iniustè quidem, quãuis apud deũ iustè, occiderunt. Procop.
*Vsque Gedeon.
*Eadem die.
28. Verterunt itaque se, & fugerunt.

n. Remmon, quam & Rimmõ Hebræi dicunt, vbi erat in tribu Manassæ, distans à Ierosolymis 15. miliaribus, non longè à Gabaa, iuxta orientalem plagã quæ erat dicta est petra Remon.
*Ad filios Beniamin.

## *Instauratur tribus Beniamin penè extincta ex præda Iabes Galaad contumacis.* XXI.

[1] Vrauerũt quoque filij Israel in Maspha, & dixerunt: Nullus nostrum dabit filiis Beniamin de filiabus suis vxorem. Venerúntque omnes [1] ad domum dei in Sylo,] & in conspectu eius sedentes vsque ad vesperam, leuauerunt vocem, & magno vlulatu cœperunt flere, dicentes: Quare domine deus Israel factũ est hoc malũ [2] in populo tuo,] vt hodie vna tribus auferretur ex nobis? Altera autem die diluculo consurgentes, extruxerũt altare, obtulerúntque ibi holocausta, & pacificas victimas, & dixerũt: Quis non ascendit in exercitum domini de vniuersis tribubus Israel? Grandi enim iuramento se constrinxerant, [3] cùm essent in Maspha, interfici eos qui defuissent,] ductíq; pœnitentia filij Israel super fratre suo Beniamin, cœperunt dicere: Ablata est * tribus vna de Israel: [4] Vnde vxores accipient? ] ♁ Omnes enim [5] in commune ] iurauimus non daturos nos iis filias nostras. Idcirco dixerunt: Quis est de vniuersis tribubus Israel, qui non ascendit ad dominum in Maspha? Et ecce inuenti sunt habitatores Iabis Galaad in illo exercitu non fuisse. * ♁ Eo quoque tempore cum essent in Sylo,] nullus ex [6] eis ] ibi repertus est. Miserunt itaque [7] decem milia viros robustissimos,] & præceperunt eis: Ite, & percutite habitatores Iabis Galaad in ore gladij, tam vxores quàm paruulos eorum, & hoc erit quod obseruare debebitis. † Omne generis masculini, & mulieres quæ cognoue-

a. Hoc iurauerũt in detestationem facinoris Beniamitarum: & puto quòd iurauerint postq; cognouerũt tribum Beniamin velle assistere Gabanitis, quia extunc communicauerunt illis in crimine. Ideo venerunt omnes in domũ dei in Sylo, & flere cœperunt. Dionysius Carth.
1. In Bethel.
2. In Israel.

3. Pro illo qui non ascendisset ad dominum in Maspha, dicendo, morte talis interficiatur.

*Hodie.
4. Quid faciemus iis qui relicti sunt, vt vxores habeant?
5. Per dominum.

*Numeratus est populus.
6 Habitatoribus Iabes Galaad.

7. Duodecim milia virorum, qui filij militares erant.

gnouerunt viros,interficite:]—virgines reseruate.][b]Inuẽtæ sunt de Iabis Galaad quadringentæ virgines,quæ nescierunt viri thorum,& adduxerunt eas ad castra in Sylo, in terram Chanáan.Miserúntque* nuncios ad filios Beniamin,qui erãt in petra Remmon:[c]& pacem ceperunt eis vt eas susciperent in pace.][d]Veneruntque filij Beniamin in illo tempore,& datæ sunt eis vxores de filiabus Iabis Galaad:[e]alias autem non repererunt quas simili modo traderent.]Vniuersúsque Israel valde doluit,[10] & egit pœnitẽtiam super interfectione vnius tribus ex Israel,]dixerúntque maiores natu:Quid faciemus reliquis qui non acceperunt vxores? Omnes in Beniamin fœmine ciderunt,[11]& magna nobis cura ingentíque studio prouidendum est,[f]ne vna tribus deleatur ex Israel. Filias enim nostras eis dare non possumus, constricti iuramento, & maledictione qua diximus: maledictus qui dederit de filiabus suis vxorem Beniamin.Ceperúntque consilium,atque dixerunt: Ecce solennitas domini est in Sylo anniuersaria, quæ sita est ad septentrionem vrbis Bethel, ad orientalem plagam viæ [D]quæ de Bethel tendit ad Sichimam,& ad meridiem oppidi Lebona.[g] Præceperúntque filiis Beniamin,atque dixerunt:Ite,&latitate in vineis.Cúmque videritis filias Sylo ad ducendos choros ex more[12] procedere,]exite repentè de vineis, & rapite ex eis singuli vxores singulas,& pergite in terram Beniamin. Cúmque venerint patres earum,ac fratres,& aduersum vos queri cœperint,atque iurgari, dicemus eis: [13]Miseremini eorum.Non enim rapuerunt eas iure bellantium atque victorum, sed rogantibus vt acciperent non dedistis,& à vestra parte peccatum est.]Fecerúntque filij Beniamin vt sibi fuerat imperatum:& iuxta numerum suum rapuerunt sibi de iis quæ ducebant choros,vxores singulas:abierúntque in possessionem suam ædificantes vrbes, & habitantes in eis.Filij quoque Israel* reuersi sunt per tribus, & familias in tabernacula sua.†* In diebus illis non erat Rex in Israel,sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur,hoc faciebat.

b.Si autem quæratur qualiter cognoscebant eas ab aliis, dici potest sicut dictum fuit Num. 31. de virginibus Madianitis,scilicet quod faciebant mulieres transire antè aream Dei. Et ex ligno ibidẽ dato cognoscebant quæ essent vetæ virgines & quæ non. De Lyra.
*Omnes qui erant de ecclesia.
8.Reuocauerúntque eos in pace.
9.Sed non suffecerunt eis.
10.Quod dominus fecisset rapturam in tribubus Israel.
11.Et dixerunt:Hæreditas illorum erit qui euaserunt in Beniamin,& non delebitur tribus in Israel.
c.Nunna ex quadringentis illis coniugiis poterat tribus Beniamin reparari? Poterat plane, sed non ita cito. Ideo propter ducentos residuos vxorandos, non debebant filij Israel præfatum suum frangere iuramentum,quamuis quidam dicant oppositum.Dionis.Carthusi.
12.Egredi.
13. Misetemini nostri propter eos, quoniam non accepimus pro quolibet vxorẽ in prælio, & vos non eis dedistis, vt hoc tempore peccaretis.
*In tempore illo.
* Vnusquisque ad hæreditatẽ suam.Liber Iudicum 288. cõtinet annos, iuxta Eusebiũ,cõnumerando 111. annos iudicibus carentes: quos si Iudicum annis adderes, fierẽt anni 399. qui non quadrarent Hebræorum supputationi,quæ est 317. annorũ.Latini autem 299. annos habent,connumerantes eum diis interregnis,quibus si addideris 40 annos Moysi, totidẽ Heli,& 40.annos Samuelis & Saulis, ac totidem Dauidis cũ tribus Salomonis ac 18. tãtum Iosue,habebis 480.ab exitu ex Aegypto ad templi ædificationem numerum quæsitum.

## Incipit Liber Ruth.

*Elimelech præ nimia fame cum Noemi vxore & filiis in Moab concedit,quo mortuo cum filiis,Noemi cum Ruth nuru sua in Bethlehem reuertitur.* I.

[a]IN diebus[A]—vnius iudicis] quando Iudices præerant, facta est fames in terra. Abiit ergo homo de Bethléhem Iuda, vt peregrinaretur in Regione Moabitide, cum vxore sua, ac duobus liberis. Ipse vocabatur Elimélech,& vxor eius Noemi:& duo filij,alter Maalon, & alter Chelion, Ephratæi de Bethléhem Iuda. Ingressíque regionem Moabitidem, morabantur ibi. Et mortuus est Elimélech maritus Noemi: remansitque ipsa cum filiis. Qui acceperunt vxores Moabitidas,quarum vna vocabatur Orpha,alteráque Ruth. Manserúntque ibi decem annis, & ambo mortui sunt, Maalon videlicet & Chelion: remansitque mulier orbata duobus liberis, ac marito. Et [b]surrexit vt in patriam pergeret cum vtraque nuru sua de regione Moabitide.[B][g] Audierat enim* [1] quòd respexisset]dominus populum suum, & dedisset eis escas. Egressa est itaque de loco peregrinationis suæ cum vtraque nuru, & iam in via reuertendi posita in terram Iuda, dixit ad eas: Ite in domum matris vestræ. Faciat vobiscum dominus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis, & mecum. Det vobis inuenire requiem in domibus virorum, quos sortituræ estis. Et osculata est eas.Quæ eleuata voce flere cœperunt, & dicere: Tecum pergemus ad populum tuum. Quibus illa respondit:Reuertimini filiæ meæ.Cur venitis mecum? Num vltrà habebo filios in vtero meo, vt viros ex me sperare possitis? Reuertimini filiæ meæ, & abite.

a.Hiero.super 1.lib.Paral.ca.4 Tradunt Hebræi hunc Elimelech virum Noemi patrẽ Maalon & Chelion de quo dicitur 1.Paral.c.4. Qui stare fecit signum eximium videlicet tẽpore famis fierẽrit propter peruasiratores legis,vt tanto miraculo viso cõuerterentur ad dominum deum suum. Quod quia facere contempserunt, idcirco famem inualuit:& ille qui prior in tribu Iuda videbatur, famis inopia cum vxore & filiis, non solum patria pellebatur, sed etiam in eadem peregrinatione moriebatur. Dicti sunt enim Maalon & Chelion principes in Moab, quia dilexerunt Moabitidas: quarum Ruth dicunt Hebræi filiam fuisse Eglon quam occidit Ahod. vnde verisimilius esset hanc historiam contigisse tempore Ahod vel prope. Hæc Hiero.vbi supra.
b.Hanc historiam Iosephus cũ multis aliis dicit tempore Heli cõtigisse,anno 8. octauo & decimo eius, quod nõ facile creditu est. Salmon enim natum esse dicunt 2.anno exitus Aegypti,qui genuit Booz de Raab in terra promissionis:à cuius ingressu ad 18. annũ Heli sunt ad minus 335.anni,à natiuitate verò Salmon 373.Quòd si Salmon genuisset Booz de Raab anno 200.ætatis suæ, ut Booz 173.annorum esset cum duceret Ruth in vxorẽ. Tum etiam quia Dauid fertur natus ex Iesse 25.anno Heli ante natum patrem. imò ante Oberh auum suum. Ex propter tutior est Hiero.opinio prædicta.
*In regione Moab.
1.Visitasset.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Iam enim senectute confecta sum,nec apta vinculo coniugali.[d] Etiam si possem *hac nocte concipere,& parere filios,[2] si eos expectare velitis donec crescant,& annos pubertatis impleant,antè eritis vetulæ quàm nubatis.] Nolite quæso filiæ meæ, quia[3] vestra angustia magis me premit,& ]egressa est manus domini contra me. Eleuata igitur voce rursum flere cœperunt. Orpha osculata est socrum,ac reuersa est. [c] Ruth adhæsit socrui suæ. Cui dixit Noemi: En reuersa est cognata tua ad populum suum,& ad deos suos,vade cum ea. Quæ respondit: Ne[4] aduersperis mihi,] vt relinquam te & abeam. Quocunque perrexeris pergam,& vbi morata fueris,& ego pariter morabor [1] Populus tuus populus meus,& deus tuus deus meus. Quæ te terra susceperit moriẽtem,in ea moriar: ibique locum accipiam sepulturæ. Hæc mihi faciat deus,& hæc addat,si non sola mors me & te separauerit.[d&] Videns ergo Noemi, quòd obstinato Ruth animo decreuisset secum pergere, aduersari noluit, nec ad suos vltrà reditum persuadere. [e] Profectæque sunt simul, & venerunt in Bethléhem. Quibus vrbem ingressis,velox apud cunctos fama percrebruit, dicebántque mulieres: * Hæc est illa Noemi. Quibus ait: Ne vocetis me Noemi,[5] id est pulchram:] sed vocate me Mara, [6] id est,amaram:]quia amaritudine valde repleuit me omnipotens. Egressa sum plena,& vacuã reduxit me dominus. Cur ergo vocatis me Noemi, quã dominus humiliauit,& afflixit omnipotẽs? Venit ergo Noemi cũ Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suæ,ac reuersa est in Bethléhẽ, quãdo primùm hordea metabãtur.

*Dicere,est mihi sper,potero.

2. Nũquid expectabitis eos donec creuerint? nũquid morã facietis propter illos,vt non sitis aptæ viris?

3. Magna mihi est amaritudo propter vos,cũ quod.

c. Ruth Moabitis, vt putant Hebræi, filia Eglõ Regis Moab ab Ahod, occisi Elimæ explet vaticinium diuentes[1] sertæ agnum domine dominatorem terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion. Petra deserti Regia est vrbs Moabitarum, vnde orta est Ruth: quæ morte mariti Maalõ viduata nupsit Booz de quo genuit Obeth, de Obeth Iesse, de Isse Dauid, de David Christum, ad montem filiæ Sion, id est, Ierusalem, vel Ecclesiam. Hier. super Esa. cap. 16.

4. Roges.

d. Quando aliquis habet firmã voluntatem transeundi ad legem diuinam vel religionem non est impediendus vel retardandus. De Lyra.

e Gentilis populus obstinato animo prædicatores sequitur in terram sanctam & in ciuitatem dei Bethlehem, vbi præparatur ad suscipiendũ sponsum de stirpe Abrahæ natũ in quo benedicentur omnes gentes & tribus terræ. Glosa ordinaria.

*Nonne.

*Iam enim senectute confecta sum,nec apta vinculo coniugali.[d] Etiam si possem *hac nocte concipere,& parere filios,[2] si eos expectare velitis donec crescant,& annos pubertatis impleant,antè eritis vetulæ quàm nubatis.] Nolite quæso filiæ meæ, quia[3] vestra angustia magis me premit,& ]egressa est manus domini contra me. Eleuata igitur voce rursum flere cœperunt. Orpha osculata est socrum,ac reuersa est. [c] Ruth adhæsit socrui suæ. Cui dixit Noemi: En reuersa est cognata tua ad populum suum,& ad deos suos,vade cum ea. Quæ respondit: Ne[4] aduersperis mihi,] vt relinquam te & abeam. Quocunque perrexeris pergam,& vbi morata fueris,& ego pariter morabor [1] Populus tuus populus meus,& deus tuus deus meus. Quæ te terra susceperit moriẽtem,in ea moriar: ibique locum accipiam sepulturæ. Hæc mihi faciat deus,& hæc addat,si non sola mors me & te separauerit.[d&] Videns ergo Noemi, quòd obstinato Ruth animo decreuisset secum pergere, aduersari noluit, nec ad suos vltrà reditum persuadere. [e] Profectæque sunt simul, & venerunt in Bethléhem. Quibus vrbem ingressis,velox apud cunctos fama percrebruit, dicebántque mulieres: * Hæc est illa Noemi. Quibus ait: Ne vocetis me Noemi,[5] id est pulchram:] sed vocate me Mara, [6] id est,amaram:]quia amaritudine valde repleuit me omnipotens. Egressa sum plena,& vacuã reduxit me dominus. Cur ergo vocatis me Noemi, quã dominus humiliauit,& afflixit omnipotẽs? Venit ergo Noemi cũ Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suæ,ac reuersa est in Bethléhẽ, quãdo primùm hordea metabãtur,

*Ruth spicas in agro Booz colligens, apud eum tantam inuenit gratiam, vt multas ad socrum spicas deferret & cibos.* 11.

[2] Erat autem viro Elimélech consanguineus, homo potens & magnarum opum, * nomine Booz. Dixitque Ruth Moabitis ad socrum suam: [f] Sinibes vadam in agrum, & colligam spicas [7] quæ fugerint manus metentium,] vbicunque clementis in me patrisfamiliás reperero gratiam. Cui illa respondit: Vade filia mi. Abiit itaque, & colligebat spicas post terga metentium. Accidit autem vt ager ille haberet dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Elimélech. Et ecce, ipse veniebat de Bethléhem, dixítque messoribus: Dominus vobiscum. Qui responderunt ei: Benedicat tibi dominus. Dixítque Booz iuueni qui messoribus præerat: [b] Cuius hæc est puella? Cui respondit: hæc est Moabitis, quæ venit cum Noemi de regione Moabitide,& rogauit vt spicas colligeret remanentes,sequens messorum vestigia. [4] Et de mane vsque nunc stat in agro: & nec ad momentum quidem domum reuersa est. Et ait Booz ad Ruth: Audi filia: Ne vadas in alterũ agrum ad colligendum,nec recedas ab hoc loco,sed iungere puellis meis,& vbi messuerint,sequere. Mandaui enim pueris meis,vt nemo molestus sit tibi, sed etiam si sitieris,vade ad sarcinulas,& bibe [2] aquas de quibus & pueri mei bibunt.] Quæ cadens in faciem suam,& adorans super terram,dixit ad eum: Vnde hoc mihi vt inuenirem gratiam ante oculos tuos,& nosse me dignareris peregrinam mulierem? Cui ille respondit: Nunciata sunt mihi omnia quæ feceris socrui tuæ post mortem viri tui: & quòd reliqueris [3] parentes tuos,] & terram in qua nata es,& veneris ad populum quem [4] antea ] nescichas. Reddat tibi dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à domino deo Israel, ad quem venisti, & sub cuius [5] confugisti alas.] [f] Quæ ait: Inueni gratiam apud oculos tuos domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis vnius [6] puellarum ] tuarum. Dixítque ad eam Booz: Quando hora vescendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque àd messorum latus, & [7] congessit polentam sibi,]comedítque & saturata est, & tulit reliquias. Atque inde surrexit, vt spicas ex more colligeret. Præcepit autem Booz pueris suis, dicens. Etiam si [8] vobiscum metere voluerit,] ne prohibeatis eam, & de [c] vestris quoque manipulis proiicite [9] de industria,] & remanere permittite, [d] vt] absque rubore ] colligat, & colligentem nemo [10] corripiat.] Collegit ergo in agro vsque ad vesperam, & quæ colle-

a. Ruth pro merito fidei suæ nupsit Booz: quia propriã gentem contemptis & terram & genus,& elegit Israel, & nõ despexit socrum viduam simul & peregrinã, desiderio ducta generis eius magis quàm sui. Deus patrum suorum repellit, & deum viuentem elegit, talibus verbis dicens ad socrum suam: Noli obsuiare mihi, vt relinquam te: quoniam quocunque ieris ego & vbicunque mãseris, manebo &c. Chrysost. in 1. cap. Matth. homil. 1.

* De cognatione Elimelech.

1. Nunc.

b. Quãdo quis follicitẽ spicas, id est, sententias sacræ paginæ colligit, dominus à messoribus, id est, doctoribus suarum spirituũ requirit. Quod tunc facit eum prouocat ad prædicandum. Vnde ipse quærunt à Philippo: Vnde ememus panes vt manducent hi? Sed nota quod in puella sit simplicitas, puritas, quæ colligentibus spicas necessaria sunt. Rogauit vt spicas colligere: quia oratio debet esse præambula lectionis. Et ait Booz. Ne vadas in alterum agrũ, sed iungere puellis, id est, simplicibus animabus, quin à conuictu morum formantur. Stephanus Cantuarien super lib. Ruth.

2. Quod pueri mei hauserint.

3. Patrem tuum & matrẽ tuã.

4. Ab heri & nudiustertius.

5. Alia venisti latitare.

6. Ancillarum.

7. Ipse porrexit ei polentam.

8. Inter aceruos ipsos colligat.

c. De manipulis, hoc est, de remissis proiicite ex industria. Dominus enim non reuelauit omnia expositoribus sacræ scripturæ, sed etiam dispẽsauit, vt aliquid ex industria relinquerent de his quæ videbãt, vt sollicitudo nostra exerceretur. Multa enim vidit Augustinus quæ non exposuit, vt absque rubore colligat. Idem Stephanus vbi supra.

9. Quasi ex obliuione.

d. In quibus verbis charitas, liberalitas & misericordia Booz ad peregrinam fœminam commendatur. Dionis. Carthusia.

10. Increpet.

Universidad de Deusto



legerat virga cædens,& excutiens, inuenit hordei quasi[e] ephi mensuram,& id est tres
D modios:]quos portans reuersa est in ciuitatem,& ostendit socrui suæ: [f] Insuper protulit,& dedit ei de reliquiis cibi sui quo saturata fuerat.Dixit ei socrus sua: Vbi hodie collegisti?Et vbi fecisti opus?Sit benedictus qui[11] misertus est tui. ] Indicauítque ei apud quem essет operata, & nomen dixit viri, quòd Booz vocaretur. Cui respondit Noemi:Benedictus sit à domino, quoniam eandem [12] gratiam] quam præbuerat viuis,seruauit & mortuis. Rursúmque ait:[f] Propinquus noster est homo. Et Ruth, hoc quoque,inquit,præcepit mihi,vt tandiu messoribus eius iungerer,donec omnes segetes* meterentur.Cui dixit socrus:Melius est filia mi,vt cum puellis eius exeas ad metendum,ne in alieno agro quispiam resistat[13] tibi. ] Iuncta est itaque puellis Booz, & tandiu cum eis messuit,donec hordea & triticum in horreis conderentur.*

e.Ideo ignoramus quantum ille modius continuit. Nomina enim & quantitates mensurarũ quemadmodum & numerorũ iuxta diuersitatem locorum & temporum variantur. Gomor enim decima pars est ephi vt patet in fine 16.cap.Exo.& ibi. Lyranus ad longum.
11.Te cognouit.
12.Pietatem, vel misericordiã,

f.Cognoscit propinquum mater ecclesia per gratuita beneficia populo gentium collata:& audito nomine recordatur beneficiorum antiquorum Vnde Psal.142. Memor fui dierum antiquorum medit.in omnib* operibus tuis.Glosa ordi.ibid.
*Eius.
13.Irruat in te.
*Et morata est apud socrum suam.

*Ruth socrus consilio ad pedes Booz dormientis recumbit,& multas hordei mensuras. ad socrum defert.* *III.*

A [a] POstquam autem reuersa est ad socrum suam,audiuit ab ea: Filia mi quæram tibi requiem,& prouidebo vt bene sit tibi.Booz iste cuius puellis in agro iuncta es,propinquus noster est, & hac nocte aream hordei ventilat. Lauare igitur,& vngere,& induere cultioribus vestimentis[1], & descende in aream.Non te[1] videat ] homo, donec ésum potúmque finierit. Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat. Veniésque & discooperies pallium quo operitur à parte pedum,& proiicies te,& ibi iacebis.Ipse autem dicet tibi,quid a-
B gere debeas.Quæ respondit:Quicquid præceperis faciam. [b] Descenditque in aream, & fecit omnia quæ sibi imperauerat socrus.Cúmque comedisset Booz,& bibisset, & factus esset hilarior, issétque ad dormiendum [2] iuxta aceruum manipulorum,][b] venit absconditè,& discooperto à pedibus eius pallio [3] se proiecit. ] Et ecce nocte iam media expauit homo,& conturbatus est:viditque mulierem iacentem ad pedes suos & ait illi:Quæ es?Illáque respondit:Ego sum Ruth ancilla tua. Expande pallium tuũ super famulam tuam,quia propinquus es.Et ille, benedicta,inquit,es à domino filia, & priorem misericordiam posteriori superasti: quia non es secuta iuuenes pauperes
C siue diuites.[c] Noli ergo metuere,sed quicquid dixeris mihi faciam tibi. Scit enim omnis populus qui habitat intra portas vrbis meæ,mulierem te esse virtutis. [4] Nec abnuo me propinquum,sed ]est alius me propinquior. Quiesce hac nocte, & facto mane,si te voluerit propinquitatis iure retinere,bene res acta est: sin autem ille noluerit, ego te absque vlla dubitatione suscipiam,[c] viuit dominus.Dormi vsque mane. Dormiuit itaque ad pedes eius,vsque ad noctis abscessum.Surrexit itaque antequam ho-
D mines se cognoscerent mutuo,& dixit Booz. [d] Caue ne quis nouerit quòd huc veneris.Et rursum:expande,inquit, pallium tuum quo operiris, & tene vtraque manu. Qua extendente, & tenente,mensus est sex[5] modios ]hordei,& posuit super eam.Quę portans ingressa est ciuitatem,& venit ad socrum suam.Quæ dixit ei: Quid egisti filia? Narrauítque ei omnia quæ sibi fecisset homo.Et ait[e]:Ecce sex modios hordei dedit mihi,& ait:nolo vacuam te reuerti ad socrum tuam.Dixítque Noemi:Expecta filia,donec videamus quem res exitum habeat.Neque enim cessabit homo, nisi compleuerit quod locutus est.

a. Quid primum laudatur in Ruth? Dilectio generis Israel aut simplicitas, aut obedientia, aut fides. Dilectio quidem generis Israel: quia sic desiderabar filios suscipere ex semine Israel, & vna fieri ex populo dei Si enim communicationẽ viri desiderasset, quasi puella lasciua, aliquam iuuenem potius appetisset. Quoniam autẽ non lasciuiæ suæ, sed religioni satisfacere cupiẽs fuit, familiã potius sanctam elegit quam iuuenilem ætatem. Chrysost.vbi supra.
1.Agnoscat.

2.In extremitate aceruj.
b.Simplicitas Ruth in hoc laudatur,quia vltrones sub palliũ Booz ingressa est, nec cogitauit ne forte sperneret eã quasi vir iustus lasciuam puellam: aut ne deluderet eam:& quod grauius erat, contemneret delusam,sicut faciunt multi: sed obaudiens facta socrus suæ cõfidenter credidit: quia prosperaturus erat deus actum ipsius,scientemconscientiã suam: quia non libido ad hoc eam cõpulerat,sed religio erat hortata Chrysost.vbi sup.
3.Accubuit.
4 Sed & hoc nunc vtique constat,licet ego propinquus sim.

c. Ecce iuratio. His verbis Booz pandit se velle eam accipere in casu illo propter ipsius Ruth virtutẽ, & propter legis præceptum, at desyderio prolis deputanda marito defuncto.Dionis.Carthusia.
d. Mane summo priusquam famuli ad opus surgerent, excitatam iussit hordei quantum ferre posset,& priusquam aliquis eam ibi dormisse videret,ad socrum redire. Cauendos enim tales rumores, maximè si non de nihilo oriantur. Ioseph. antiq.Iudaic.lib.5.cap.14.
e. Iste sex mensuræ fuerunt signum & præfiguratio sex benedictionum dei, quæ futuræ erant super Messiam nasciturũ de Ruth,per Dauid & genealogiam regiam. Vt Isa. 11. Et requiescet super eum spiritus Do.spiritus sapientiæ & intellectus &c.De Lyra. post Rab. Salo.
a.Ingressa autẽ Ruth cum socru sua in terram Israel, ob merita obsequiorum suorum prouidetur, vt homini coniungeretur ex Abraham venienti, & quidem primum hunc, quem ipsa propinquũ magis esse credebat,qui negatse posse illi auhere,& recedente illo,per testimonium decem maiorũ Booz illi coniungitur, & ab ipsis senioribus benedicitur.Isidorus in lib.Iudic.cap.9.
1.Dixerat Booz.&.
2.Talis & talis.
3.Auri tuæ reuelare.

*Booz accepto iure propinquitatis mariti Ruth,eam ducit in vxorem,ex qua Obed auum Dauid genuit.* *IIII.*

A [a] AScendit ergo Booz ad portam,& sedit ibi.Cúmque vidisset propinquum præterire,de quo[1] prius sermo habitus est,] dixit ad eum: Declina paulisper,& sede hîc: [2] vocans eum nomine suo. ] Qui diuertit, & sedit. Tollens autẽ Booz decẽ viros de senioribus ciuitatis, dixit ad eos: Sedete hîc. Qui bus residentibus,locutus est ad propinquũ:Partẽ agri fratris nostri Elimélech vendet Noemi,quæ reuersa est de regione Moabitide, quod[3] audire te] volui, & tibi dicere

Universidad de Deusto
Biblioteca



coram cunctis ſedentibus, & maioribus natu de populo meo. Si vis poſsidere iure propinquitatis,eme,& poſside: ſi [4] autem diſplicet tibi ] hoc ipſum indica mihi, vt ſciam quid facere debeam.[b] Nullus enim eſt propinquus excepto te, qui prior es:& me,qui ſecundus ſum.[5] At ille reſpondit:Ego[6]agrum emam, ] Cui dixit Booz:Quando emeris agrum de manu[7]mulieris, ] Ruth quoque Moabitidem quæ vxor defuncti fuit,debes accipere,vt ſuſcites nomen[7]propinqui ]tui in hæreditate ſua. Qui reſpondit: [8] Cedo iure propinquitatis. Neque enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo.Tu meo vtere priuilegio,quo me libenter carere profiteor. ] † Hic autem erat mos antiquitus in Iſrael inter propinquos,vt ſi quando alter alteri ſuo iure cedebat, vt eſſet firma conceſſio, ſoluebat homo calceamentum ſuum, & dabat propinquo ſuo.Hoc erat teſtimonium ceſſionis in Iſrael.Dixit ergo[9]propinquo ſuo Booz: [c]Tolle calceamentum.Quod ſtatim ſoluit de pede ſuo. At ille ]maioribus natu,& vniuerſo populo,teſtes vos,inquit,eſtis hodie quòd poſſederim omnia quæ fuerunt Elimélech & Chelion & Maalon tradente Noemi: & Ruth Moabitidem vxorem Maalon in coniugium[10] ſumpſerim,][d] vt ſuſcitem nomen defuncti in hæreditate ſua, ne[11]vocabulum eius de familia ſua ac fratribus & populo deleatur. ] Vos, inquam, huius rei teſtes eſtis. † Reſpondit omnis populus qui erat in porta, & maiores natu: Nos teſtes ſumus.Faciat dominus hanc mulierem,quæ ingreditur domum tuam, ſicut Rachel & Liam,quæ ædificauerunt domum Iſrael:[12] vt ſit exemplum virtutis in Ephrata,& habeat celebre nomen in Bethléhem. ]Fiátque domus tua ſicut domus Phares, † quem Thamar peperit Iudæ, de ſemine quod tibi dederit dominus ex hac puella. [d] Tulit itaque Booz Ruth,& accepit vxorem,ingreſſúſque eſt ad eam,& dedit illi dominus vt conciperet & pareret filium.[e] Dixerúntque mulieres ad Noemi: Benedictus dominus qui non eſt paſſus vt deficeret ſucceſſor familiæ tuæ, & vocaretur nomen eius in Iſrael,& habeas qui conſoletur animam tuam,& enutriat ſenectutem. De nuru enim tua natus eſt[13] qui te diliget, ]& multo tibi melior eſt, quàm ſi ſeptem haberes filios. Suſceptúmque Noemi puerum poſuit in ſinu ſuo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. Vicinæ autem mulieres[14] congratulantes ei, & ] dicentes:natus eſt filius Noemi:vocauerunt nomen eius Obed. Hic eſt pater Iſai patris Dauid.Hæ ſunt generationes Phares:† Phares genuit Eſrom,Eſrom genuit Aram,Aram genuit Amminadab, Amminadab genuit Naaſon, Naaſon genuit Salmon, Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed,Obed genuit Iſai,Iſai genuit Dauid Regem.

Finit Liber Ruth.

## INCIPIT PROLOGVS SANCTI HIERONYMI presbiteri in libros Regum.

*Viginti & duas literas eſſe apud Hebræos,Syrorum quoque lingua & chaldæorum teſtatur,quæ Hebreæ magna ex parte conſinis eſt. Nam & ipſi vigintiduo elementa habent,eodem ſono, ſed diuerſis characteribus.Samaritani etiam Pentateuchum Moyſi totidem literis ſcriptitant,figuris tãtum & apicibus diſcrepantes. Certúmque eſt Eſdram ſcribam, legiſq; doctorem,poſt captam Ieroſolymam,& inſtaurationẽ templi ſub Zorobabel, alias literas reperiſſe,quibus nunc vtimur: cum ad illud vſque tẽpus iidem Samaritanorũ & Hebræorum characteres fuerint.In libro quoque Numerorum hæc eadem ſupputatio ſub leuitarum ac ſacerdotum ſenſu myſticè oſtenditur:& nomen domini tetragrammaton in quibuſdam Græcis voluminibus:vſque hodie antiquis expreſſum literis inuenimus.Sed & Pſalmi triceſimuſſextus,& cẽteſimuſdecimus,& centeſimuſvndecimus, & centeſimuſdecimuſoctauus & cẽteſimuſquadrageſimuſquartus, quanquam diuerſo ſcribantur metro, tamen eiuſdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremiæ lamentationes,& oratio eius. † Salomonis quoque in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait:Mulierem fortem quis inuenit? eiſdem alphabetis vel inciſionibus ſupputantur. Porrò quinque literæ duplices apud Hæbræos ſunt:Caph,Mem,Nun,Phe,Sade: Aliter enim ſcribunt per has principia mediet atéſque verborũ,aliter fines.Vnde & quinque à pleriſque libri duplices æſtimãtur: Samuel,Malachim,Dibre haiamin, Eſdras, Ieremias cũ Cynoth,id eſt,lamẽtationibus ſuis. Quomodo*

4.Nemo redimere voluerit.
b.Hoc ſonat quaſi Elimelech non habuiſſet propinquos niſi hos duos, quod nequaquã putandum eſt. Eſt igitur ſenſus. Nullus propinquus eſt,ad quẽ pro præſenti videatur pertinere emptio iſta, niſi tu qui in propinquitatis gradu es primꝰ & ego ſecundus Dionyſ. Cartuſianus.
5.Redimam.
6.Noemi.
7.Defuncti.
8. Non poſſum redimere pro me,ne forte perdam hæreditatem meam:tu autẽ redime ius propinquitatis meæ ego enim non poſſum redimere.
9. Propinquus ſuus ad Booz: Poſside tu,extraxitque calceamentum ſuum,& ait Booz.
c.Hoc erat ſignum quòd vnus ſoluebatur iure, & alter inueſtiebatur. Dicitur autẽ Deut. 25.b.quod mulier defuncti ſoluebat calceamentum illud,& ſpuebat in faciem illius nolẽtis ſuſcitare ſemen defuncti. De Lyra.
10.Acquiſierim.
11.Nomen defuncti extermine tur de fratribus ſuis,& de porta loci eius.
12.Et tu age ſtrenuè in Ephrata, & fias magni nominis in Bethlehem.
d.Ruth licet alienigena, tamẽ quia maritum habuerat ex Iudæis, qui reliquerat ſuperſtitẽ proximum, eúmque colligentem manipulos ſuæ meſsis quibus alebat & ſocrum,Booz vidit & amauit. Non aliter eam accepit vxorem,niſi calceamẽtum eius antè ſoluiſſet, cuius vxor debebatur ex lege.Hiſtoris ſimplex, ſed alta myſteria. Aliud enim gerebatur, aliud figurabatur.Nam ſi ſecundum literam ſenſum torqueamus, prope quidẽ pudor eſt, & horhor in verbo eſt, ſi ad cõmixtionis corporeæ conſuetudinẽ ſententiam intellectúmque referamus. Deſignabatur autem futurus ex Iudæis, ex quibus Chriſtus ſecundum carnẽ qui proximi ſui, hoc eſt, populi mortui ſemen doctrinæ cœleſtis ſeminæ reſuſcitaret,cui calceamentum nupciale eccleſiæ copulandæ præſcripta legis ſpiritalia deferebant.Ambr.de ſa. de.lib.3.cap.5.
13.Quæ te dilexit.
14.Imponebant ei nomen.

*modo igitur vigintiduo elementa sunt per quæ scribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorum iuncturis vox humana comprehenditur: ita vigintiduo volumina suputantur, quibus quasi literis & exordiis in dei doctrina tenera adhuc & lactes viri iusti eruditur infantia. Primus apud eos liber vocatur, Bereschith: quem nos Genesim dicimus. Secundus Velleschemoth, qui Exodus appellatur. Tertius Vaiecra, id est, Leuiticus. Quartus Vaiedabber, quem Numerũ vocamus. Quintus Ellehaddebarim, qui Deuteronomiũ prænotatur. Hi sunt quinque libri Moysi, quos propriè Thorath, id est, legem appellant. Secundum prophetarũ ordinem faciunt, & incipiunt à Iesu filio Naue, qui apud illos Iosue ben Nun dicitur. Deinde subtexunt Sophthim, id est, Iudicum librum: & in eundem compingunt Ruth, quia in diebus Iudicum, facta eius narratur historia. Tertius sequitur Samuel, quem nos Regnorum primum & secundũ dicimus. Quartus Malachim, id est, Regum, qui tertio & quarto Regnorum volumine cõtinetur. Meliúsque est multò Malachim, id est, Regum, quàm Malacoth, id est, Regnorum, dicere. Non enim multarum gẽtium describit regna, sed vnius Israelitici populi, qui tribubus duodecim cõtinetur. Quintus est Esaias, Sextus Ieremias: Septimus Ezechiel: Octauus liber duodecim prophetarũ, qui apud illos vocatur Thereasar. Tertius ordo, Hagiographa possidet. Et primus liber incipit ab Iob, Secũdus à Dauid, quem quinque incisionibus, & vno Psalmorum volumine comprehẽdunt. Tertius est Salomon, tres libros habens: prouerbia, quæ illi parabolas, id est, Misle, appellant: Quartus Ecclesiasten, id est, Coeleth: Quintus est Canticum canticorum, quem titulo Sirhasirim prænotant. Sextus est Daniel, Septimus Dibre baiamin, id est, verba dierum, quod significantius Chronicon totius diuinæ historiæ possumus appellare: qui liber apud nos, Paralipomenon primus & secundus inscribitur. Octauus Esdras: qui & ipse similiter apud Græcos & Latinos, in duos libros diuisus est. Nonus Esther. Atque ita siũt pariter veteris legis libri vigintiduo, id est, Moysi quinque, & Prophetarũ octo, Hagiographorũ nouem. Quanquam nõnulli Ruth, & Cinoth, inter Hagiographa scriptitent, & hos libros in suo putent numero supputandos: ac per hoc esse priscæ legis libros vigintiquatuor: quos sub numero vigintiquatuor seniorum Apocalipsis Ioannes inducit† adorantes agnum, & coronas suas prostratis vultibus offerentes: stantibus coram quatuor animalibus oculatis ante & retro, id est, in præteritum & in futurũ respicientibus, & indefessa voce clamãtibus, sanctus, sanctus sanctus dominus deus omnipotẽs, qui erat, & qui est, & qui vẽturus est. Hic prologus scripturarũ quasi galeatum principiũ, omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest: vt scire valeamus quicquid extra hos est, inter Apocrypha esse ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Syrach liber, & Iudith, & Tobias, & Pastor, non sunt in Canone. Machabæorum primum librum, Hebraicum reperi. Secundus Græcus est, quod ex ipsa phrasi probari potest: quæ cum ita se habeant, obsecro te lector, ne laborem meum reprehensionẽ æstimes antiquorum. In templo dei offert vnusquisque quod potest. Alij aurum & argentum & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt & hyacinthum. Nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles, & caprarum pilos. Et tamen Apostolus† contemptibiliora nostra magis necessaria indicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species Ecclesiæ præsentis futuræque distinctio, pellibus tegitur & celiciis: ardorémque solis, & iniuriam imbrium, ea quæ viliora sunt prohibent. Lege ergo primum Samuel, & Malachim meum. Meum, inquam, meum. Quicquid enim crebrius vertendo, & emendando sollicitius & didicimus & tenemus, nostrũ est. Et cum intellexeris quod antea nesciebas: vel interpretem me æstimato, si gratus es: vel Paraphrasten, si ingratus: quanquam mihi omnino conscius non sim, mutasse me quippiam de Hebraica veritate. Certè si incredulus es, lege Græcos codices & Latinos, & confer cum iis opusculis, quæ nuper emendauimus: & vbicũque discrepare inter se videris, interroga quemlibet Hebræorum, cui magis accommodare debeas fidem: & si nostra firmauerit, puto quòd eum non æstimes coniectorem, vt in eodem loco mecum similiter diuinarit. Sed & vos famulas Christi rogo (quæ domini discumbentis pretiosissima fidei myrrha vngitis caput, quæ nequaquam Saluatorem quæritis in sepulchro, quibus iam ad patrem Christus ascendit) vt contra latrantes canes qui aduersum me rabido ore desæuiunt, & circumeunt ciuitatem, atque in eo se doctos arbitrantur si aliis detrahant, orationum vestrarum clypeos opponatis. Ego sciens humilitatem meam, illius semper sententiæ recordabor,† Dixi, custodiã vias meas: vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui, & humiliatus sum: & siluí à bonis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Incipit Liber Malachim,
## ID EST REGVM I.

*Hanna diu sterilis,& æmulæ improperio tristis, Samuelem genuit, quem domino consecrandum deuouit.* 1.

a. Rammathaim, vel iuxta veterem editionem Armathaim, vel Ramatha,& Arimathæa ciuitas tribus Manasse separata Leuitis,& patria Samuelis, in Thamnitica regione montis Ephraim iuxta Diospolim,procul ab Ierosolymis 20.mil.vnde fuit Ioseph,qui in Euangeliis ab Arimathia describitur. Beda super primum. Lib. Regum.cap.1.

b. De vna duarũ Ramath, quæ duo excelsa erant, per quæ duæ intelliguntur tribus,regalis videlicet & sacerdotalis. Hiero. super lib.Reg.

c. Sophim autẽ mons Ephraim in loco Ramathaim. Idẽ tot. 1.d. [A] diebus in dies (hoc est) festis Paschæ.Pentecostes,& tabernaculorum.Hiero.ibid.

2. Honorificam.

3. Irritabat.

4. Vt cõmoueret eam eo quòd dominus clausisset vterũ eius.

5. Ascenderet ipsa.

e. Templum Domini tabernaculum testimonij vocat, quod ad hæc vsque tempora mansit in Silo. Singulos autẽ annos vel singulas virtutes accipe, quibus synagoga proficiebat in domo domini: gentilésque quòd ab hac longe essent arguens prouocabat in fletum. Beda.ibid.

6. Ipsi comederent in Silo, & postquam biberent Græc.

f. Mater quoque ista Samuelis Anna quæ prius sterilis posteriori fœcunditate lætata est. Cuius etiã nomẽ,id est, Anna, gratia eius interpretatur, ipsa religionem Christianã, ipsam postremo dei gratiam significat,qua nobis Christus datur Isidorus.ibidem.

7. Semẽ virile,vel prolem masculam.

g. Cetum deo orat qui orat,vndiquaque tuam colligens mẽtem,nihil habens cum terri cõmercij. Chrysost. de tribꝰ Hannæ homil.

8. Moleſto animo.

9. Siccam.

h. Id est meipsam totam conuerti ad dominum; mentem meam exinaniui apud illum Chryso.ibidem.

10. Ponas ancillam tuam coram domino.

i. Hoc est,ex fine rerũmque exitu discas quod hanc deprecationem fecerim non ex vilitate,sed ex mœrore. Chrysosto. ibidem.

k. Samuel circa annum 10. regni Heli fertur natus de stirpe Leuitica. Nam Leui genuit Cath, qui genuit Aminadab, Aminadab genuit Chore, Chore genuit Assir, Assir genuit Helchana, Helchana genuit Sub,Sub genuit Thou, Thou genuit Heliu,Heliu genuit Ieroam,Ieroã genuit Helchana, Helchana genuit Samuelem. Hiero.ibid.

l. Non æstimabat Hanna esse futurum relicta domo ascendere in templum:quod cum accepisset donum, non sustineret absque dono cõparere. Aliquo tempore remansit, vt cum dono compareret. Adduxit,ac reliquit, nec puer à mamma diutius molestè tulit,sed ad dominum respexit, qui martem creauerat: nec ipsa mater doluit à puero seiuncta, propterea quod naturalem affectum vicit intruens gratia.& vtcunque se alteri conuiuere existimabat. Chryso.homil.2. super lib.Regum.

11. Vno modio.

[1] VIt vir vnus[a b] de Ramathaim [c] Sophim, de mõte Ephraim, & nomen eius Helchana,filius Ierohan,filij Heliu, filij Thohu,filij Suph,Ephratæus:& habuit duas vxores, nomen vni Hanna,& nomen secundæ Phenenna. Fuerúntque Phenennæ filij,Hannæ autem non erant liberi. Et ascendebat vir ille de ciuitate sua[1 d] statutis diebus, ] vt adoraret, & sacrificaret domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni,& Phinees,sacerdotes domini. Venit ergo dies & immolauit Helchana,dedítque Phenennæ vxori suæ & cunctis filiis eius, & filiabus partes. Hannæ autem dedit partem v-
[2] nam[e] tristris, ]quia Hannam diligebat.Dominus autem concluserat vuluam eius.[3] Affligebat quoque eam æmula eius,[4] & vehementer angebat,intantum vt exprobraret quòd dominus conclusisset vuluam eius.]Sícque faciebat per singulos annos, cũ re-
[5] deunte tempore[f] ascenderent ]ad templum domini: & sic prouocabat eam. [6] Porrò illa flebat,& non capiebat cibum. Dixit ergo ei Helchana vir suus: Hanna cur fles? & quare non comedis? & quamobrem affligitur cor tuum? Nunquid non ego melior tibi sum,quàm decem filij? Surrexit autem Hanna postquam [6] comederat, & biberat in Silo. Et Heli sacerdote sedente super sellam ante postes templi domini, cum
[7] esset Hanna amaro animo,orauit ad dominum flens largiter,& votum vouit,dicens: [g] Domine exercituum si respiciens videris afflictionẽ famulæ tuæ,& recordatus mei fueris,nec oblitus ancillæ tuæ,dederíque seruæ tuæ[7] sexũ virilem, ] dabo eũ domino omnibus diebus vitæ eius,[†] & nouacula non ascendet super caput eius. Factũ est autẽ cum illa multiplicaret preces[8] corã domino,vt Heli obseruaret os eius. Porrò Hanna loquebatur in corde suo,tantúmque labia eius mouebantur, & vox penitus non au-
[9] diebatur.[9] Æstimauit ergo eã Heli temulentã, dixitq; ei. Vsquequo ebria eris? Digere
[10] paulisper vinum quo mades. Respondens Hanna:nequaquam,inquit,domine mi.Nã mulier[8] infœlix nimis ]ego sum:vinúmque & [9] omne quod inebriare potest ] non bibi,sed[h] effudi animam meam in cõspectu domini. Ne[10] reputes ancillam tuam ]quasi vnam de filiabus Belial:quia ex multitudine doloris & mœroris mei locuta sum vsque in præsens. Tunc Heli ait ei: Vade in pace, & deus Israel det tibi petitionem tuã, quam rogasti eum. At illa dixit:[i] Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis.Et abiit mulier in viã suam,& comedit,vultúsque illius non sunt amplius in diuersa mutati. Et surrexerunt mane,& adorauerunt coram domino,reuersíque sunt, & venerũt in domũ suam in Ramátha.Cognouit autẽ Helchana Hannam vxorẽ suam:&recordatus est eius dominus.Et factum est post circulũ dierum,concepit Hanna,&[k] peperit filium. Vocauitque nomen eius Samuel:eò quòd à domino postulasset eum. [11] Ascendit autem vir eius Helchana,&omnis domus eius,vt immolaret domino hostiam solennem,& votum suũ,& Hanna non ascendit.Dixit enim viro suo. Non vadã donec ablactetur infans,& ducã eum, vt appareat ante conspectum domini, & maneat ibi iugiter.Et ait ei Helchana vir suus:Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum:precórque vt impleat dominus verbum suum.[l] Mansit ergo mulier,& lactauit filium suũ,donec amoueret eũ à lacte.[†] Et adduxit eum secum,postquã ablactauerat in vitulis tribus,& [11] tribus modiis farinæ, & amphora vini: & adduxit eum ad domum domini in Silo.Puer autem erat adhuc infantulus. Et immolauerũt vitulum,& obtulerunt puerum Heli.Et ait Hanna:obsecro mi domine: viuit anima tua domine.Ego sum illa mulier quæ steti coram te hic orans dominum pro puero isto.

Orau i

Universidad de Navarra Biblioteca

[1]Orauí,& dedit mihi dominus petitionem meam quam poſtulaui eum. Idcirco & ego commodaui eum domino cunctis diebus, quibus fuerit accommodatus domino. Et adorauerunt ibi dominum. Et orauit Hanna,& ait:

1. Deo & eius obſequio deputaui & ſic cõmodaui, vt à Domino obtineamus mercedem tam puer quàm ego Dionif. Carthuſia. Ibidem.

*Hanna præ gaudio in canticum prorumpit: Heli pœnam indulgentiæ filiorum dominus minatur & mortem.* 11.

A [2]Exultauit cor meum in domino, & exultatum eſt[b] cornu meum in deo meo. Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos, quia lætata ſum in ſalutari tuo. Non eſt ſanctus vt eſt dominus, neque enim eſt alius extra te, & non eſt fortis ſicut deus noſter. Nolite multiplicare[1] loqui ſublimia, gloriantes.] Recedant vetera de ore veſtro, quia deus ſcientiarum dominus eſt, & ipſi[2] præparantur cogitationes.] Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore. Repleti prius pro panibus ſe locauerunt, & famelici ſaturati ſunt. Donec ſterilis peperit[3] plurimos,] & quæ multos habebat filios infirmata eſt.† Dominus mortificat, & viuificat, deducit[4] ad inferos,] & reducit. Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat,& ſubleuat.§† Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem. B [5]Vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ[5] teneat.] Domini enim ſunt cardines terræ,& poſuit ſuper eos orbem.† Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit,& impij in tenebris conticeſcent: quia non in fortitudine ſua roborabitur vir.* Dominum formidabunt] aduerſarij eius & ſuper ipſos in cœlis tonabit. Dominus iudicabit fines terræ,& dabit[7] imperium] Regi ſuo,& ſublimabit cornu Chriſti ſui.[d] Et abiit Helchana in Ramátha, in domum ſuam. Puer autem erat miniſter in conſpectu domini, ante faciem Heli ſacerdotis,[e] Porrò filij Heli, filij Belial, neſcientes dominum,[8] neque officium C ſacerdotum ad populum: ſed quicunque] immolaſſet victimam,§ veniebat puer ſacerdotis dum coquerentur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua, & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, ſiue in cacabũ: & omne quod leuabat fuſcinula, tollebat ſacerdos ſibi.[f] Sic faciebant vniuerſo Iſraeli venientium in Sylo. Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer ſacerdotis,& dicebat immolanti: Da mihi carnem, vt coquam ſacerdoti. Non enim accipiam à te carnem coctã, ſed crudam. Dicebátque illi immolans: Incendatur primùm iuxta morẽ hodie adeps & tolle tibi quantumcunque deſiderat anima tua. Qui reſpondens, aiebat ei: Nequaquam. Nunc enim dabis, alioquin tollam vi.† Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram domino, quia[9] detrahebãt homines ſacrificio] domini. Samuel autẽ miD niſtrabat ante faciem domini puer accinctus[g] Ephod lineo.§ Et tunicam paruam faciebat ei mater ſua, quã afferebat[10] h ſtatutis diebus,] aſcendens cum viro ſuo, vt immolaret hoſtiam[11] ſolennem.] Et benedixit Heli Helchanæ, & vxori eius, dixítque ei: Reddat tibi dominus ſemen de muliere hac, pro[12] fœnore quod commodaſti] domino. Et abierunt in locum ſuum.[i] Viſitauit ergo dominus Hannam, & concepit, & peperit tres filios & duas filias. Et magnificatus eſt puer Samuel apud dominum. Heli autem erat ſenex valde,& audiuit omnia quæ faciebant filij ſui vniuerſo Iſraeli, & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi, *& dixit eis: Quare facitis res huiuſcemodi, quas ego audio, res peſſimas ab omni poE pulo:§ Nolite filij mei.[k] Non enim eſt bona fama quam ego audio, vt tranſgredi faciatis populum domini.† Si peccauerit vir in virum,[13] placari ei poteſt deus: ſi autem in domino peccauerit vir,[l] quis orabit pro eo?] Et non audierunt vocem patris ſui, quia voluit dominus occidere eos. Puer autem Samuel[14] proficiebat, atque creſcebat: & placebat] tam deo quàm hominibus.[m] Venit autẽ vir dei ad Heli, & ait ad eũ: Hæc dicit dominus: Nunquid non apertè reuelatus ſum domui patris tui, cum eſſent in Ægypto in domo Pharaonis? & elegi eum ex omnibus tribubus Iſrael mihi in ſacerdotem, vt aſcenderet ad altare meum, & adoleret mihi incenſum, & portaret Ephod coram me? & dedi domui patris tui omnia[15] de ſacrificiis] filiorum Iſrael? §Quare[16] calce abieciſtis] victimam meam? & munera mea? quæ præcepi vt offer-

2. Iſta igitur ad filios mater dicit, quæ ſimul & viduitatis in ſe, & integritatis in liberis titulos in domum tulerit, quaſi quoſdam ſemmeos principatus. Egregia ſanè fœmina, quæ tibi nihil reliquum eorum quod habuit, deo obtulit. Cuius vita, inſtitutio diſciplinæ eſt, & quædam formula caſtitatis, bono propoſito, & meliore magiſterio. Exemplum enim viduitatis & virginitatis magiſterio eſt. Ambro. ad virgines exhortatio.

b. Filius meus, ſine quo abſque cornu eram Hiero. ibidem.

1. Verba, vt loquamini magnifice.

2. Diriguntur conatus.

3. Septem.

4. In ſepulchrum.

c. De quo ſcriptum eſt in Pſal. Vt collocet eum cum principibus. Et in Euãgelio. Sedebitis ſuper ſedes duodecim &c. Euther ibidem.

5. Eos hæreditare faciat.

6. A domino conterentur.

7. Fortitudinem.

d. Ex quo patet quod Helcana fuit de tribu Leui De Lyra.

e. Horum enim filiorum Heli hæc fuere crimina, ventris ingluuies, & fornicatio: quos cũ talibus deditos vitiis pater nõ corripuit, aut euerſus, & ſuam & illorum ſalutem perdidit. Chryſoſt. aduerſus vituperat. vitæ monaſticæ.

8. Et conſuetudo ſacerdotum erga populum erat, vt cũ quis.

f. Filij Heli diuina ſacrificia remeranter peccabant coram domino, & deridebãt per eos multi ſacrificia domini. Vnde Heli ſacerdos pro eorum iniquitate dãnatus eſt, quod eos peccantes minus ſeuera animaduerſione plectebat. Eucher. ibi.

9. Execrabiliter hominer ſacrificium.

g. Linea veſte, qua Leuitæ ad diuinum acceſſuri cultum veſtiebantur.

10. h. A diebus in dies (hoc eſt tribus anni ſolennitatibus diſtis.

11. In ſolennitatibus.

12. Petitione quam poſtulauit, ſub. vtrique veſtitum.

i. Videtur benedictio & oratio Heli pontificis cooptata. Nã & propter dignitatem tanti officij Deus tunc multa agebat. Dionif. Carthuſia. ibidem.

*Teſtimonij.

k. Corripuit & punire eſt: quia non corripere debuit, ſeu abiicere.

13. Arbitri erunt iudices: ſin vero homo in deum, quis eius arbiter erit?

l. Quædam interrogationes in ſacris literis quæ negationem inferre videntur, non ſunt negatiuè intelligendæ, vt hæc Ambr. de pœnit. lib. 1. cap. 8.

14. Vnde creſcebat & melior fiebat.

m. Quis fuerit iſte vir, quidam dixerunt quod fuit Phinees filius Eleazari qui fuit mortuus ante hæc tempora pluſquã trecentis annis. Alij dicunt fuiſſe angelum, quod verius alius eſt Dionif. Ibid.

15. Ignita ſacrificia.

16. Conculcatis.

Universidad de Deusto Biblioteca

rentur in [17] templo:]& † magis honorasti filios tuos,quàm me?vt [18] comederetis primitias ]omnis sacrificij Israel populi mei? Propterea ait dominus deus Israel: † Loquens locutus sum,vt domus tua & domus [m] patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum. Nunc autem dicit dominus: Absit hoc à me. [n] Sed quicunque honorificauerit me,glorificabo eum: qui autem contemnunt me, [19] erunt ignobiles. ]Ecce dies veniunt, & præcîdam [o] brachium tuum, & brachium domus patris tui,vt non sit [p] senex in domo tua.Et videbis [q] æmulum tuum in templo, in vniuersis prosperis Israel:& non erit senex in domo tua omnibus diebus. [s] Veruntamen nó auferam penitus virum ex te ab altari meo,sed vt [20] deficiant oculi tui,& tabescat anima tua,& pars magna domus tuæ morietur,cum ad virilem ætatem venerit.Hoc autem erit tibi signum quod venturum est [r] duobus filiis tuis Ophni & Phinees.† In die vno morientur ambo.† Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet,& ædificabo ei domum fidelem,& ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.Futurum est autem, vt quicunque remanserit in domo tua, veniat vt [21] oretur pro eo,]& offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicatque: [22] Dimitte me,obsecro, ad vnam partem sacerdotalem,] [t] vt comedam buccellam panis.

17. Tabernaculo,& insta.
18. Sagineris vos de primitiis. m. Scilicet Aaron. Quis enim alius fuit in Aegyptiaca seruitute qui post liberationem electus sit in sacerdotem? Quisquis enim ex eius genere est,cũ videt sacerdotium Christiano tum posse re per mundum sibi autem esse subtractum dolore & mœrore tabescit. Glosa ordinaria. Ibidem.
n. Nec honoratur dominus abeis nec timetur,qui eius præcepta non faciunt. Hieron.
19. Ignominia afficientur.
o. Dignitatem sacerdotalem.
p. Sacerdos magnus.
q. Sadoch pontificem abiecto à Salomone Abiathar.3.Reg.2.f
20. Facia deficere oculos tuos, & affligam animam tuam:nõ nisi qui multiplicati fuerit in domo tua, morientur si viri fuerint.
r. Neque enim Heli puniebatur quia malos filios habebat, sed quia vltra debitum increpationi pepercerat. Chrysost. ibidem.
21. Adoret eum.
22. Adiunge me quæso vni ex sacerdotiis.
t. Quibus verbis ipsum sacrificium Christianorum elegiter expressum est,de quo dicit sacerdos ipse: Panis quẽ ego dabo caro mea est. Ipsum quoque est sacrificium, non secundum Aaron, sed secũdum ordinem Melchisedech. Iiucher ibidem
a. Hic à puero antè nutritur in templo, ideo semper charus & gratissimus, tantáque virtutis indicia à prima statim ætate pertulit, vt antequam ad virilem annos euaderet,inter mirabiles prophetas inscriberetur. Chrysost. de prouidentia Dei lib.3.
b. Nocte enim lucerna candelabri ardebat ante aream quæ mane extinguebatur. Exod.27 Hiero.
c. Primum enim adolescentem ad se vocare non est veritus,vt ei aperteque diuinitus nunciata erant. Deinde iuramento eum obstrinxit, & deuouit eũ, ne quid earum rerum quas audierat,occultaret. Procop. ibi.
d. Nondum diuinis allocutionibus assuetus erat. Ideo vocẽ dominiꝰ non agnouerat, vt dei reuelationes discernere posset.
e. Heli namque innocentiam, eminẽtemque gratiam Samuelis perpendit. Ideo præsupposuit eum vocari à spiritu bono. Porro vt ait Ioseph, Dominus Samuelem vocauit ad præfigurandum tres dignitates ipsius: quia ex hac hora est factus propheta: Postea iudex. Obtulit quoque sacrificium vt sacerdos, eo quod paruulus esset Ichabot Phinees filius filij Heli. Dionis. Cartusia.
f. Prioribus vicibus.
a. à principio vsque in finem.
3. Quam ipse nouit. Nam cum maledicerẽt filiis suis, propter eorum flagitia non coercuit.
f. Videt ingentem dei indignationem cruciatũmque vehementissimũ, & omnino spe veniæ exclusum. Chryst. lib.3.aduersus vituperato.vitę monasticę.
4. Oblationibus.
g. Tandem cognita Domini sententia,vocem laude dignissimam emisit. Dominus quod bonũ est in oculis suis faciet. Quin etiam filiorum suorũ eadem, quantumuis pater & senex,tamen forti magnóque animo tulit. Procop.
h. Nullum Samuel verbũ prophetauit quod effectu non cõpleretur.
i. Dan quæ nunc Cæsarea Philippi dicitur, prius Lais & Lesen, terminus est terræ sanctæ versus Austrum: Bersabee vero alter terminus versus Aquilonem, vt cum veluti totum includere Israeliticum populum, vulgari dicunt adagio: à Dan vsque Bersabee.
k. Anno ætatis suę duodecimo Iosephus.

*Puer Samuel à domino quater vocatus,reuelationem suam Heli narrat sibi nocturam.* III.

[a] PVer autem Samuel ministrabat domino coram Heli, & sermo dominierat pretiosus. In diebus illis non erat visio manifesta. Factum est ergo in die quadam,Heli iacebat in loco suo,† & oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernam dei [b] antequam extingueretur. Samuel autem dormiebat in templo domini,vbi erat arca dei. [c] Et vocauit dominus Samuel.Qui respõdens,ait:Ecce ego,& cucurrit ad Heli,& dixit:Ecce ego. Vocasti enim me. Qui dixit: Non vocaui te fili:Reuertere,& dormi.Et abiit,& dormiuit. Et adiecit dominus rursum vocare Samuelem.Consurgénsque Samuel abiit ad Heli,& dixit:Ecce ego,quia vocasti me. Qui respondit:Non vocaui te fili mi.Reuertere,& dormi. [d] Porrò Samuel [d] necdum sciebat dominum,neque reuelatus fuerat ei sermo domini. Et adiecit dominus,& vocauit adhuc Samuel,tertiò. Qui consurgens abiit ad Heli,& ait:Ecce ego quia vocasti me [e]. Intellexit ergo Heli,quia dominus vocaret puerũ,& ait ad Samuel: Vade,& dormi:& si deinceps vocauerit te,dices: loquere domine, quia audit seruus tuus. Abiit ergo Samuel,& dormiuit in loco suo.Et venit dominus, & steterit, & vocauit sicut vocauerat [f] secundo: Samuel Samuel. Et ait Samuel: Loquere domine, quia audit seruus tuus.Et dixit dominus ad Samuel:Ecce ego facio verbum in Israel,quod quicunque audierit, tinnient ambæ aures eius. [g] In die illa suscitabo aduersum Heli omnia quæ locutus sum super domum eius. [2] Incipiam, & complebo. ] Prædixi enim ei quòd iudicaturus essem domum eius in æternum propter iniquitatem, [h] eò quòd nouerat indignè agere filios suos,& non corripuerit ]eos. [f] Idcirco iuraui domui Heli,quòd non expietur iniquitas domus eius victimis & [4] muneribus] vsque in æternum. Dormiuit autem Samuel vsque mane,aperuítque ostia domus domini. Et Samuel timebat indicare vísionem Heli. Vocauit ergo Heli Samuelem, & dixit: Samuel fili mi. Qui respondẽs,ait:Præstò sum. Et interrogauit eum. Quis est sermo quẽ locutus est dominus ad te?Oro te ne celaueris me. [g] Hæc faciat tibi deus, & hæc addat,si absconderis à me sermonem ex omnibus verbis quæ dicta sunt tibi. Indicauit itaque ei Samuel vniuersos sermones,& non abscondit ab eo. Et ille respondit: [5] Dominus est,Quod bonum est in oculis suis,faciat. Creuit autem Samuel, & dominus erat cum eo,& [h] non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Et cognouit vniuersus Israel à [i] Dan vsque Bersabee,quòd fidelis Samuel [k] propheta esset domini. Et addidit dominus vt appareret in Sylo:quoniã reuelatus fuerat dominus Samueli in Sylo, iuxta verbum domini. Et euenit sermo Samuelis vniuerso Israeli.

*Arca dei capta, Israelitæ passim à Philistæis cum duobus filiis Heli cæduntur, quod audiens Heli corruens occumbit, nuru pariente.* 1111.

A ET factum est in diebus illis, conuenerunt Philistiim in pugnam.] Egressus est nanque Israel obuiam Philistiim in prælium, & castrametatus est iuxta [a] lapidem adiutorij. Porrò Philistiim [1] venerunt in Aphec, & instruxerunt aciem contra Israel. Inito autem certamine, [2] terga vertit Israel] Philistæis: & cæsa sunt in illo certamine passim per agros, quasi quatuor milia virorum. Et reuersus est populus ad castra. Dixerúntque maiores natu de Israel: Quare percussit nos dominus hodie coram Philistiim? [b] Afferamus ad nos de Sylo arcam fœderis domini, & veniat in medium nostri, vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum. Misit ergo populus in Sylo, & tulerunt inde arcam fœderis domini exercituum, sedentis super Cherubin. Erántque duo filij Heli cum arca fœderis domini Ophni
B & Phinees. [3] Cúmque venisset [c] arca fœderis domini in castra, vociferatus est omnis Israel clamore grandi, & personuit terra. Et audierunt Philistiim vocem clamoris, dixerúntque: Quænam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorum? Et cognouerunt quòd arca domini venisset in castra. Timuerúntque Philistiim, dicentes: Venit deus in castra. [4] Et ingemuerunt, dicentes: Veh nobis: Non enim fuit [1] tanta exultatio] heri & nudiustertius. Veh nobis: Quis nos saluabit de manu deorum [5] sublimium] istorum? Hi sunt dij: qui percusserunt Ægyptum omni plaga in deserto. Cõfortamini, & estote viri Philistiim, ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruierunt nobis. Confortamini, & bellate. Pugnauerunt ergo Philistiim, & [d] cæsus est Israel: & fugit vnusquisque in tabernaculum suum. Et facta est plaga magna nimis, & ceciderunt
C de Israel triginta milia peditum: & [e] arca dei capta est. [f] Duo quoque filij Heli mortui sunt, Ophni & Phinees. Currẽs autem vir de Beniamin exacie, venit in Sylo in die illa, scissa veste, & conspersus puluere caput. Cúmque ille venisset, Heli sedebat super sellam contra viam expectans. Erat autem cor eius pauens pro arca domini. Vir autem ille postquam ingressus est, nunciauit vrbi, [6] & vlulauit omnis ciuitas. Et audiuit Heli sonitum clamoris, dixítque: Quis est hic sonitus tumultus huius? At ille festinauit, & venit, & nunciauit Heli. Heli autem erat nonaginta & octo annorum, [7] & oculi eius caligauerant, vt videre non poterat. Et dixit ad Heli: Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actum est fili mi? Respondẽs autem ille qui nũciabat: [8] fugit, inquit, Israel coram Philistiim, & ruina magna facta
D est in populo, [9] Insuper & [g] duo filij tui mortui sunt, Ophni & Phinees, & arca dei capta est. Cúmque ille nominasset arcam dei, cecidit de sella retrorsum [1] iuxta ostium,] & fractis ceruicibus mortuus est. Senex enim erat vir & grandæuus, & ipse iudicauit Israel quadraginta annis: Nurus autem eius vxor Phinees, prægnans erat, vicináque partui. Et audito nuncio quòd capta esset arca dei, & mortuus esset socer suus, & vir suus, incuruauit se, & peperit. [2] Irruerant enim in eam dolores subiti.] In ipso autem momento mortis eius, dixerunt ei qui stabant circa eam: Ne timeas, quia filium peperisti. Quæ non respondit eis, neque [3] animaduertit.] & vocauit puerum Ichabod, dicens: Transslata est gloria domini de Israel, [4] quia capta est arca dei. Et pro socero suo, & pro viro suo,] [*] ait: Transslata est gloria ab Israel, eo quòd capta esset arca dei.

a. Lapis adiutorij, quẽ Hebræi Eben haezer vocant, locus est in agro Bethcar, non longè à Maiphat.
1. Castrametati sunt.
2. Corruit Israel coram.

b. Filij Israel de se nihil confidentes, atcã testamenti domini in exercitu suo in pugnã cõtra aduersarios conducunt. Sed legis transgressores nequaquam legis arca tuetur, victo potius & deiecto ex parte populo ab alienigenis ipsa capitur. Aug. de mirab. sacræ scrip. cap. 7.
c. Proinde lex dei, quæ in edictis data est angelorum, in qua vnus deus deorum religione sanctorum iussus est coli, alij verò quilibet prohibiti, in arca erat posita, quæ arca testimonij nũcupata est. Quin nomine statim significatur non deum qui per omnia illa colebatur, circumcludi solere, vel contineri loco, cum responsa eius, & quædam humanis sensibus darentur signa ex illius arcæ loco. Aug. de ciuit. dei lib. 10. cap. 17.
3. Et rursum dixerunt.
4. Simile.
5. Fortium.
d. Capta arca domini cæsi sunt, 30000. Hebræorum cum duobus filiis Heli à Philistæis.
e. In prophetia enim arcã illa ab alienigenis capta, indicabat testamentum dei transiturum ad gentes. Eucherius ibidem.

f. Vide quantum deil egem tuti oporteat, cùm ab Heli lex dei non cũ omni vehemẽtia atque cõstantia fuerit defensa, quibus ille quondã admirabilis perdidit sacerdotium. Curus cũ vita esset irreprehensibilis, tamen quia filios calcantes dei legem nun cum seueritate corripuit, eõ illis etiam iure punitus est. Chryf. super Matth. homil. 17.
g. Hoc ergo signum mortis filiorũ Heli factum est mutandi sacerdotij de domo huius: quo signo significatum est, mutandum sacerdotium domus Aaron. Mors quippe filiorum huius significauit morte non hominum, sed ipsius sacerdotij de filiis Aaron. Aug. de ciuitate dei, lib. 17. cap. 5.
6. Super limen ostij.

7. Commoti enim sunt in eo dolores eius.

8. Apposuit cor suum.
9. Ob captam arcam dei, ob socerum eius, & ob maritũ eius.

* Et rursum.

*Dagon in terram corruit arca dei iuxta ipsum posita, vnde Philistæi mariscis percussi, arcam à se expellunt.* V.

A PHilistiim autem tulerunt [a] arcam dei, & asportauerunt eam à lapide adiutorij in [b] Azôtum. Tulerúntque Philistiim arcam dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. Cúmque surrexissent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat [1] pronus] in terra ante arcam domini. Et tulerunt Dagon, & restituerunt eum in locum suum. Rursúmque mane die altera consurgentes, inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra, co-

a. Arca domini 7. menses mansit apud Philistæos cum malo eorum.
b. Azotus vrbs insignis in sorte tribus Dan 200. stadiis distans ab Ascalone, vna tandẽ ex præcipuis vrbibus Philistinorum.
1. Ante eam.

ram arca domini. Caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erãt su-
a. Sed tantum forma piscis in eo relicta est. (Dagon enim fœminam piscis infectionẽ vmbilico tenus, superiorem verò hominis habuisse ferunt. Quod eius nomẽ arguit: dag, vel dagh piscem significat, vnde formatum vñletut.
c. Iosephus dissenteriam dicit, quod à scriptura nõ discrepat, & abludit. Prostuuio enim vẽtris labotarunt, eo quòd arcam domini impiè & nefariè iuxta mendacem suum deum collocauissent. Procop.
3. Inferioribus venitis.

per limen, [a] porrò Dagon solus truncus remãserat in loco suo.] [b] Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius super limen Dagon in Azôto, vsque in hodiernum diem. † Aggrauata est autem manus domini super Azotios, & demolitus est eos. [c] † Et percussit in [3] secretiore parte natiũ] Azotum, & fines eius: ⊱ & ebullierunt villæ & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est cõfusio mortis magnæ in ciuitate.] Vidẽtes autem viri Azotij huiusce modi plagam, dixerunt: Non maneat arca dei Israel apud nos, quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon deum nostrum. [d] Et mittentes congregauerunt omnes Satrapas Philistinorum ad se, & dixerunt: † Quid faciemus de arca dei Israel? Respondérúntque [d 4] Gethæi: Circunducatur arca dei Israel. Et circunduxerũt] arcam dei Israel. Illis autem circunducentibus eam, fiebat [5] manus] domini dei per singulas ciuitates [6] interfectionis magnæ nimis: ] & percutiebat viros vniuscuiusque vrbis à paruo vsque ad maiorem, & [7] computrescebant prominentes extales eorum.] ⊱ Inierúntque Gethæi consilium, & fecerunt sibi sedes pelliceas.] Miserunt ergo arcam domini in [e] Accaron. Cúmque venisset arca domini dei in Accaron, & exclamauerunt Accaronitæ, dicentes: [f] Adduxerunt ad nos arcam dei Israel, vt [8] interficiat nos & populum nostrum. Miserunt itaque, & congregauerunt omnes Satrapas Philistinorum. Qui dixerũt: Dimittite arcam dei Israel, & reuertatur in locum suum, vt non interficiat nos cum populo nostro. Fiebat enim pauor mortis in singulis vrbibus, & grauissima valde manus domini dei. Viri quoque qui mortui non fuerant, percutiebantur [f] in secretiori parte natium, & ascendebat vlulatus vniuscuiusque ciuitatis in cœlum.

b. Sed reddetis ei oblationem.
c. Principium.
d. Gath quarta vrbs Philistinorum xõ. milliarib. distans ab Ioppe iuxta Liddam & Iamniam ita in colliculo, vbi adhuc vitulum grandem vidit Hieron. vt super Mich. citat.
4. Deducatur in Gath arca dei Israel. Et eduxerunt.
5. Per manum.
6. Tumultus magnus valde.
7. Habuerũntque secretos morbos.
e. Accaron in sorte duplici Iudæ & Dan, ex principalioribus Philistinorũ oppidum vtrimq;. Accaron autem Hiero. in locis Hebraicis admonet Cæsaream Stratonis aliquando dictam, Plinius Apoloniam, Vespasianus Coloniam. De hac Ios. 15. f
f. In abscondítis & verecundis partibus aniquibus nulla medela adhiberi poterat.

*Philistæi arcam cum muribus & anis aureis à se dimittunt per vaccas lactantes, & nouum plaustrum, vsque Bethsames, vbi vaccas super ligna plaustri immolauerunt.* VI.

TVit ergo arca domini in regione Philistinorum septem mensibus. Et post [a] hæc vocauerunt Philistiim sacerdotes [a] diuinos, dicentes: Quid faciemus de arca dei? † Indicate nobis, [1] quomodo] remittamus eam in locum suum. Qui dixerunt: Si remittitis arcam dei Israel, nolite dimittere eam vacuam, * sed quod debetis ei reddite,] pro peccato, & tunc curabimini, & scietis, quare non recedat manus eius à vobis. Qui dixerunt: Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Respondérúntque illi: iuxta numerum [1b] prouinciarum] Philistinorum quinque anos aureos faciatis, & quinque mures aureos, quia plaga vna fuit omnibus vobis, & [c] Satrapis vestris. Facietísque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium qui demoliti sunt terram, & dabitis deo Israel gloriam: si fortè reuelet manum suam à vobis, & à diis vestris, & à terra vestra. [2] Quare grauatis corda vestra, [2] sicut aggrauauit Ægyptus, & Pharao cor suum? † Nónne [4] postquam percussus est, tunc dimisit] eos, & abierunt? Nunc ergo arripite & facite plaustrum nouum vnum: & duas vaccas [5] fœtas,] quibus non est impositum iugum, iungite in plaustro, & [6 d] recludite vitulos earum domi.] Tolletísque arcam domini, & ponetis in plaustro, & vasa aurea quæ exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius, & dimittite eam vt vadat, & aspicietis. Et si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande: sin autem minimè, sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit. [e] Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas quæ lactabant vitulos, iunxerunt ad Plaustrum, vitulósque earum [7] concluserunt domi.] [3] Et posuerunt arcam dei super plaustrum, & capsellam quæ habebat mures aureos & similitudinem anorum. Ibant autem in directũ vaccæ per viam quæ ducit Bethsames, & itinere vno gradiebantur pergentes & mugientes: & non declinabant neque ad dexteram neque ad sinistram. Sed & Satrapæ Philistiim sequebantur, vsque ad terminos Bethsames. Porrò Bethsamitæ metebant triticum in valle

a. Quoniam igitur vatibus talia cõsilia dicẽtibus illarũ tunc regionũ populi credidérũt, eorũque implorarũt præceptũ: deus quoque eõdescensione solita, diuinorũ sententiam cõprobauit: nec maiestate sua putauit indignũ, in effectum operis prophanorũ dicta perducere. Chrysostomus in Matth. homil. 6.
2. Cum qua re.
2. Sed reddetis ei oblationem.
3. Principium.
b. Quoniam tunc in Palæstina quinque erant præcipui Satrapæ & quinque ciuitates: Azotus, Gaza, & Ascalon, Geth, Accaron.
c. Satrapa lingua Persica præfectus dicitur, inde Satrapia præfectura, quo vtuntur Græci σατράπας. & Hebræi, סָרָן Saran.
4. Nam cùm ageret eos dimiserunt.
5. Iactantes.
6. Reducite vitulos earum in domum.
d. Omnia ista fiebant ad experiendum virtutem dei Israel in reductione arcæ De ! ysa.
e. Deinde ipsi Philistiim prodigiis acti, deformiúsque puniti arcam diuini testimonij populo vnde ceperant reddiderunt. Ipsa autẽ redditio qualis fuit! Imposuerunt eam plaustro, utique innoxeas à quibus vitulos suggentes abstraxerãt, subiẽxerunt, & eas quò vellent ire finxerũt etiam hanc vim diuinã explorare cupientes. At illæ sine homine duce atque rectore, ad Hebræos viam pertinaciter gradientes, nec reuocatæ mugitibus esurientium filiorum magnum sacramentum suis cultoribus reportarunt. Augu. de ciuitate dei, lib. 10. cap. 17.
9. Duxerunt in domum.

valle. Et eleuantes oculos suos viderũt arcá,& [f] gauisi sunt cùm vidissent. Et plaustrũ venit in agrũ Iosuę Bethsamitæ: & stetit ibi. Erat autẽ ibi lapis magnus. Et conciderũt ligna plaustri, vaccásq; imposuerũt super ea holocaustũ domino. Leuitæ autẽ deposuerũt arcam dei,& capsellam quæ erat iuxta eam,in qua erãt [g] vasa aurea,& posuerũt super lapidem grandem. Viri autem Bethsamitæ obtulerũt holocausta, & immolauerunt victimas in die illa domino. [h] Et quinque Satrapæ Philistinorum viderunt,& reD uersi sunt in Accaron in die illa. [i] Hi sunt autẽ ani aurei,quos reddiderunt Philistiim pro delicto,domino. Azôtus vnum,Gaza vnum,Aschalon vnum, Geth vnũ,Accaró vnum:& mures aureos secũdum numerum vrbium Philistiim quinque prouinciarũ, ab vrbe murata,vsque ad villã, quæ erat absque muro: & [k] vsque ad Abel]magnum super quem posuerũt arcam domini quæ erat vsque [9] in illa die]in agro Iosuę & Bethsamitis. [1] Percussit autẽ dominus de viris Bethsamitibus,eò quòd vidissent arcam domini,& percussit de populo septuaginta viros,& quinquaginta milia [10] plebis. Luxítque populus, eò quòd dominus percussisset plebem plaga magna. Et dixerunt viri Bethsamitæ: Quis poterit stare in conspectu domini dei sancti huius? Et ad quem ascendet à nobis? Miserúntque nuncios ad habitatores [k] Cariathiarim,dicentes: Reduxerunt Philistiim Arcam domini,descendite,& reducite eam ad vos.

f. Putant Hebræi Bethsamitas arcam curiosè aperuisse, & ob id pœnas luisse.

g. Id est, præfata simulachra aurea, & muris, quę (vt ex isto loco apparet, concava erãt, ita quòd aliquid poterant continere. Propter quod iuxta proprietatem Hebraæ sermonis vasa dicuntur. Dion. Carth.

h. Vaccis autẽ veram viam ingressis, & recta non aliter quã si deducerentur tendentibus, principes Palæstinorum sequebantur cupientes cognoscere, quo peruenirẽt, & vbi plaustrũ isteret. Ioseph. Antiq. lib. 6. c. 1.

8. Vsque ad lapidẽ luctus, quæ ciuitas est in finibus Israel, quę antea dicta est Bethsamis.

9. In præsentem diem.

1. Qui cum nõ essent Leuitæ, ausi fuisse videre arcam. Hoc ne pateretur in Exodo populus longè ſtabat: solus Moyses accẽdit ad dominum. Glos. Ord.

10 Hominum.

k. Cariathiarim, quæ & Baala, & Baalpharasim dicta est ciuitas syluarum. De qua sup. Iosue 15. g. & Ios. 18. d

*Percussi Bethsamitæ arcam dederunt viris Cariathiarim, quam reduxerunt Gabaa in domum Aminadab, conuersi verò Israelitæ vicerunt Philistæos.* VII.

A VEnerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam domini, [a] & intulerunt eam in domum Aminadab in Gabaa, Eleazarũ autem filium eius sanctificauerunt,vt custodiret arcam domini. Et factum est, ex qua die mansit [b] arca domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies. Erat quippe iam [c] annus vicesimus. Et [1] [d] requieuit ]omnis domus Israel post dominum. Ait autem Samuel ad vniuersam domũ Israel,dicens: [†] Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum,auferte deos alienos de medio vestrũ,Baalim,& Astaroth: & præparate corB da vestra domino,& seruite ei soli,& eruet vos de manu Philistiim. [e] Abstulerunt ergo filij Israel Baalim, & Astaroth: & seruierunt domino soli. Dixit autem Samuel: Congregate vniuersum Israel in Maspha, vt orem pro vobis dominũ. Et conuenerunt in Maspha. [f] hauserúntque aquam, & effuderunt in conspectu domini, & ieiunauerũt in die illa,& dixerũt ibi: Tibi peccauimus domine. Iudicauítque Samuel filios Israel in Maspha. Et audierũt Philistiim quòd cõgregati essent filij Israel in Maspha, & ascenderunt Satrapæ Philistinorum ad Israel. Quod cùm audissent filij Israel, timuerunt à facie Philistinorum. Dixerúntque ad Samuelem: Ne cesses pro nobis clamare ad dominum deum nostrum,vt saluet nos de manu Philistinorum. [f] [g] Tulit autC em Samuel agnum lactantem vnum,& obtulit illum holocaustum integrum domino. Et clamauit Samuel ad dominum pro Israel,& exaudiuit eum dominus. Factum est autem,cùm Samuel offerret holocaustum, [2] Philistiim inière bellum] cõtra Israel. [†] Intonuit autem dominus fragore magno in die illa super Philistiim,& [3] exterruit eos, & cæsi sunt à filiis] Israel. Egressíque filij Israel de Maspha, persecuti sunt Philistæos, & percusserunt eos vsque ad locum,qui erat subter [g] Bethchar. Tulit autem Samuel lapidem vnum,& posuit eum inter Maspha,& inter [4] Sen,] & vocauit nomen loci illius,lapis adiutorij. Dixítque: Hucusque auxiliatus est nobis dominus. [g] Et humiliati D sunt Philistiim,nec apposuerunt vltrà vt venirent in terminos Israel. Facta est itaque manus domini super Philistæos cunctis diebus Samuelis, & redditæ sunt vrbes quas tulerant Philistiim ab Israel,Israeli,ab Accaron vsque Geth, [5] & terminos suos.] Liberauítque Israel de manu Philistinorum. Erátque pax inter Israel & Amorræum. [h] Iudicabat quoque Samuel Israel cunctis diebus vitæ suæ,& ibat per singulos annos circuiens Bethel,& Galgala, & Maspha: & iudicabat Israelem in supradictis locis. Reuertebatúrque in [6] Ramátha] ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israelem. Ædificauit etiam ibi altare domino.

a Hoc non fuit factũ statim, sed postea per magnũ tempus, quia per aliquod tẽpus steterat in Cariathiarim, & inde trãslata fuit in Maspha, & inde in Galgala, & inde in Nobe, & tandem in Gabaa in domũ Aminadab, vt hic dicitur. De Lyra.

b. Licet tamen Samuel & Saul aliò pluries detulerint, in ædẽ tamen domũ reducebatur, donec eam duxerit Dauid in arcẽ Sion octauo anno regni sui, vt 2. Reg. 6.

c. Dies misertus à reprobatione sacerdotij Heli ad Samuelis ducatum per 20. annos, quibus arca fuit in domo Aminadab.

1. d. Pœnitentiam egit, quia abiectis idolis ad seruiendum domino se toto corde dederunt.

e. Quod hauserũt aquã inter preces & ieiunia libauerunt domino, iudicium simul & executio piæ deuotionis est. Conuenerunt autẽ præsidere domino ad audiendũ verbũ populi, hauserúntque cõpuncti de imo pectore tantam lachrymarũ. Beda ibidem.

f. Antequã enim templũ dei ædificatum esset, deo variis in locis sacrificabant. Qui cũ populũ ad impietatem propensum esse sciret, cultũ suũ vnico loco circũscripsit. Pius autẽ qui scopum & finem legis intelligebãt, omnis locus ad cultũ diuinũ consecratus erat. Procop. Ibid.

2. Vt Philistæi accederent pugnaturi.

3. Dissipauit eos, vt corruerent in conspectu.

g. Bethchar locus est in agro Bethsames, quem Ioseph Corræos vocat. Cùm subitò, inquit Samuel in perturbatos irruit, eosque plurimis, reliquos vsque Corræos (id loco nomẽ est) persequi non destitit, & fixo ibi suæ victoriæ fugæque hostium termino, qui trophæi vice esset, appellauit eum Iorrẽ, in signũ donatæ à deo cõtra hostem fortitudinis. Ioseph. Antiq. Iud. lib. 6. cap. 2.

4 Scopulum petræ.

5. Cum terminis earum.

h. Seilicetvsque ad institutionẽ & cõfirmationẽ Saulis. Extunc enim Saul habuit officium iudicandi. De Lyra.

6. Ramm.

*Filiis Samuelis non rectè pro eo iudicantibus, populus Regem à Samuele petunt, quibus vt eos à proposito deterreret, iura Regum paucis explicuit.* VIII.

[a] Factum est autem cùm senuisset Samuel, posuit filios suos iudices super Israel. Fuítque nomẽ filij eius primogeniti Iohel, & nomen secũdi Abia, Iudicum in Bersabee. Et non ambulauerunt filij illius in viis eius, sed declinauerunt post auaritiam, acceperúntque munera, & peruerterũt iudicium. Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerũt ad Samuelem in [1] Ramátha, ]dixeruntque ei: Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in viis tuis.† *Constitue nobis Regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersę habẽt nationes. [b] Displicuítque sermo in oculis Samuelis, eò quòd dixissent: da nobis Regẽ, vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad dominum. Dixit autem dominus ad Samuelem: Audi vocẽ populi, in omnibus quæ loquuntur tibi. Nõ enim [2] abiecerunt ]te, sed me, [*] ne regnem super eos, [c] iuxta omnia opera sua quæ fecerunt à die qua eduxi eos de Ægypto, vsque ad diem hanc, sicut dereliquerunt me, & seruierunt diis alienis: sic faciunt etiam tibi. Nunc ergo vocem eorum audi. Veruntamen contestare eos, & prædic eis ius Regis, qui regnaturus est super eos. Dixit itaque Samuel omnia verba domini ad populum, qui petierat à se Regem, & ait: [d] Hoc erit ius Regis qui imperaturus est vobis: Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, [3] faciétque sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum, ]& constituet sibi Tribunos, & Cẽturiones & aratores agrorum suorum, & messores segetum, & fabros armorum & curruum suorum. Filias quoque vestras [4] faciet sibi ]vnguentarias, & focarias, & panificas. [d] Agros quoque vestros, & vineas, & oliueta optima tollet: & dabit seruis suis. Sed & [5] segetes vestras, ]& vinearum reditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis suis. Seruos etiam vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo. Greges quoque vestros addecimabit, vósque eritis ei serui. [d] Et clamabitis in die illa à facie Regis vestri, quem elegistis vobis, [e] & non exaudiet vos dominus in die illa: ]— quia petistis vobis Regem.] Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt: Nequaquam. Rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes, & iudicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra ]— pro nobis.] Et audiuit Samuel omnia verba populi, [f] & locutus est ea in auribus domini. Dixit autem dominus ad Samuelem: Audi vocem eorum, & constitue super eos Regem. Et ait Samuel ad viros Israel: Vadat vnusquisque in ciuitatem suam.

a. Heli sacerdote reprobato substitutus est in dei ministerium Samuel, simul officio functus sacerdotis & iudicis. Aug. de ciuit. dei lib. 17. cap. 4. At cùm præsenio non posset vtrunque munus obire, suos sibi filios in iudices suffecit. Samuel autem 30. annorum dicitur fuisse in morte Heli: Vnde non potuit tunc senex dici, nisi pluribus annis populo præfuerit forte 30. & tunc sexagenarius cũ populus ab eo Regem petiuit.
1. Rama.
*Nunc igitur.
b. Vbi verò tyrãnos sibi magis quæsiuere quàm reges, tunc etiam in loco, qui eis orationis causa fuerat prędestinatus, templum, pro ambitione regia construxere, & sic per ordinem regibus impiis sibi inuicem succedentibus ad maiores impietates etiam populus declinauit. Clemens Recog. lib. 1.
2. Reprobauerunt.
x. Abiecerunt.
c. Et vt Dominus hoc vlcisceretur, quod scilicet sacerdotem spernerent, excitauit eis Saul Regem, qui eos iniuriis grauibus affligeret: & per omnes pœnas & contumelias superbum populum calcaret & premeret, vt contemptus sacerdos de superbo populo vltione diuina vindicaretur. Cypr. lib. 1. Epi. 9.
3. Et pro equitibus suis, qui erant ante currum eius.
4. Tollent in.
d. Duplex est dominatio. Vna naturalis & ordinata, qua quis aliis præest ad illorũ profectũ & vtilitatem, & hæc vocatur regia. Altera qua quis inferioribus præsidet sed ad suã vtilitatẽ & hæc vocatur tyrannis. Dionys. Carth.
5. Semina vestra.
e. Persequetur eos inimicũ, qui me Rege deserto petierunt sibi Regem, sicut & gentes reliquæ, & fecerunt contra voluntatem dei. Denique Samuel ideo eis dura Regis imperia exponit. Hieron. super Osee cap. 8.
f. Hoc autẽ dixit Samuel vt super electione Regis inquireret domini voluntatem, à qua dependet regis institutio, secundũ quod habetur Deuter. 17. Eum constitues regẽ quem dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. De Lyra.

*Saul quærendo asinas patris sui peruenit ad Samuelem, cum quo pransus est, & in regem vnctus cum ipso nocte quieuit.* IX.

[a] Erat vir de Beniamin nomine Cis, filius [a] Abiel, filij Zeror, filij Bechorath, filij Sareth, filij Aphia, filij viri Iemini, fortis robore, & erat ei filius vocabulo [b] Saul, electus & bonus: †& non erat vir de filiis Israel [1] melior ]filio. † Ab humero ad sursum, eminebat super omnem populum. Perierant autem asinæ Cis patris Saul. Et dixit Cis ad Saul filiũ suũ: Tolle [*] tecum [c] vnum de pueris, & consurgens vade, & quære asinas. Qui cùm transissent per montem Ephráim, & per terram Salisa, & non inuenissent: transierunt etiam per terrã Salim, & non erant: sed & per terram Iemini, & minime repererunt. Cum autem venissent in terram Suph, dixit Saul ad puerum qui erat cum eo: Veni, & reuertamur, ne fortè [2] dimiserit pater meus asinas, & sollicitus sit pro nobis.] Qui ait ei: Ecce vir dei est in ciuitate hac, vir [3] nobilis, ]omne quod loquitur, [4] sine ambiguitate venit.] Nunc ergo eamus illuc, si forte indicet nobis [5] de via nostra ]propter quam venimus. Dixítque Saul ad puerum suum: †Ecce ibimus. Quid [6] feremus ad virũ dei? ] [7] Panis defecit in citarciis nostris, [7] & sportulam non habemus, vt ]demus homini dei, [8] nec quicquá aliud.] Rursum puer respondit Sauli, & ait: Ecce, inuẽta est in manu mea [c] quarta

a. Abiel in libro Paralip. dicitur Iaiel pater Cis & Ner. Verùm quia Ner educauerit Cis fratrẽ suũ, dicitur ibidem illũ genuisse. Hier. super 8. cap. Para.
b. Qui offenso Deo factus est rex super Israel, Iudæos significat. Sicut enim ipse durus & superbus, & rigidus factus est, vt eos seruili onere magis premeret, quàm liberaret, sic populus Iudæorum. Glos. ord. ibid.
1. Elegantior.
*Quæso.
c. Hunc autem puerum dicunt fuisse Doech Idumæum, qui cũ eo pergit ad requirendas asinas patris sui. Hier. super 8. ca. Par.
2. Oblitus sit pater meus asinarum pro nobis.
3. Honorabilis.
4. Veniendo venit.
5. Viam nostram.
6. Offeremus viro.
7. Nec est munus quod.
8. Quid est enim quod nos?

[d]quarta pars ſtatêris argenti,demus homini dei,vt indicet nobis viam noſtram.Olim in Iſrael ſic loquebatur vnuſquiſque,vadens conſulere deum.Venite,& eamus ad videntem. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. Et dixit Saul ad puerum ſuum; †Optimus ſermo tuus.Veni,eamus.Et ierunt in ciuitatem,in qua erat vir dei. Cúmque aſcenderent [9] cliuium ciuitatis, ]inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam,& dixerunt eis:Num hic eſt videns? Quæ reſpondentes,dixerũt illis: ⊱Hic eſt: ]ecce ante te.Feſtina nunc. Hodie enim venit in ciuitatem, quia [e] ſacrificium eſt hodie populi in excelſo. Ingredientes vrbem ſtatim inuenietis eum,antequam aſcendat excelſum ad veſcendum. Neque enim comeſturus eſt populus donec ille veniat,quia ipſe benedicet hoſtiæ,& deinceps comedent qui vocati ſunt.Nũc
c ergo conſcendite,quia hodie reperietis eum. Et aſcenderunt in ciuitatem.[f] Cúmque ambularent in medio vrbis, apparuit Samuel egrediens obuiam eis, vt aſcenderet in excelſum.Dominus autem reuelauerat [10] auriculam ]Samuelis ante vnam diem quàm veniret Saul,dicens: [11]Hac ipſa hora,quæ nunc eſt, ]cras [f] mittam virum ad te de terra Beniamin,† & vnges eum ducem ſuper populum meum Iſrael. Et ſaluabit populum meum de manu Philiſtinorum, quia reſpexi populum meum. Venit enim clamor eorum ad me. Cúmque aſpexiſſet Samuel Saulem, dominus dixit ei: Ecce vir quem dixeram tibi. Iſte [12] dominabitur populo meo.] Acceſſit autem Saul ad Samuelem in medio portæ,& ait: indica oro mihi vbi eſt domus videntis? Et reſpondit Samuel Sauli,dicens:Ego ſum videns.[g] Aſcende ante me in excelſum, [13] vt comedas ]mecum hodie,& dimittam te mane,& omnia quæ ſunt in corde tuo,indicabo tibi. Et de aſinis quas nudiuſtertius perdidiſti, ne ſollicitus ſis: quia inuentæ ſunt. [14] Et cuius erunt optima quæque ]Iſrael? Nónne tibi & omni domui patris tui? Reſpondens autẽ Saul,
D ait: [h] Nunquid non filius Iemini ego ſum de minima tribu Iſrael, & [15] cognatio mea nouiſſima ]inter omnes familias de tribu Beniamin? Quare ergo locutus es mihi ſermonem iſtum? Aſſumens itaque Samuel Saulem & puerum eius, introduxit eos in [h] triclinium, & dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati.Erant enim quaſi triginta viri.Dixítque Samuel coco: †Da partem quam dedit tibi,& [16] præcepi vt reponeres ſeorſum ]apud te. Leuauit autem cocus armum, & * poſuit ante Saul. Dixítque Samuel: Ecce quod remanſit,pone ante te, & comede: quia [17] [i] de induſtria ]ſeruatum eſt tibi,quando populum vocaui. Et comedit Saul cum Samuele in die illa. Et deſcenderunt de excelſo in oppidum, & locutus eſt cum Saule in ſolario,ſtrauitq; Saul in ſolario,& dormiuit.Cúmque mane ſurrexiſſet, & iam dies luceſceret,vocauit Samuel Saulem in ſolario,dicens: Surge,vt dimittam te.Et ſurrexit Saul. Egreſſi ſunt ambo,ipſe videlicet & Samuel.Cúmque deſcenderent in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul: [k] Dic puero vt antecedat nos, & [18] tranſeat.] Tu autem ſubſiſte [19] pauliſper,]vt indicem tibi verbum domini.

d. Non enim ſcriptũ eſt quod Samuel acceperit,aut quod illi obtulerint, quin potius à prophetis paſcuntur, & inuitantur ad prandium.Hieronym. Nec tamen putabat Saul alinas ſibi à Samuele aliter indicari niſi precio diuinationis. Hæc ibidem Hieron.& poſt eum Eucherius ibidem.

9. Per gradus ad ciuitatem.

e. Sacrificium in hoc loco,prout aliqui intelligi volunt,prandium intelligitur,quod præparauerat Samuel in kalẽdis,quia ſequitur:neque enim comeſturus eſt, &c. Cæterùm ſi quis ſimpliciter de hoſtiis immolatis,ac ſacrificiis intelligere voluerit, nos nõ inhibemus. Angelomꝰ ibidem.

10. Auriculæ,vel in aurem.

11. Hoc tempore.
f. Deus autem ſæpe plus tribuit quàm promittit,ſicut ad liberaliſſimũ dominũ pertinet. Vnde & poſtea ſaluauit populũ ſuũ per Saul,non ſolũ de manu Philiſtinorum,ſed & alinrum multorum. Dionyſ. Cart.
12. Continebit populum meũ, vel præerit populo meo.

g. Hic enim ſi non diſplicuerit (ſicut ſcriptũ inuenimus) traditionẽ ludæorũ inferere præſumimꝰ. Erat enim in corde Saul (ſicut ipſi traduni) quod rex futurus eſſet,quia viderat per viſum ſe in vertice arboris collocari,quo viſio ſignũ regale erat. Angelomus. Ibidem poſt Hier.
13. Comedes enim.
14. Ad quẽ ſtat deſiderium toti?
15. Familia mea minor eſt.

h. Cœnaculum.

16. De qua dixi tibi: repone eam.
*Quod erat ſuper ipſum.

17. Ad hoc tempus.
i. Hoc eſt de prouidẽtia. Datur enim intelligi quod iam comederit,licet non plenè,quia reuelãte dño,quod veniret Saul,cõuiuium: dilatum eſt. Gloſ. ord.

k. Dic puero vt antecedat nos, ne audiat verba mea,nec videat quæ facturus ſum tibi. Dionyſ Cart.
18. Antecedit.
19. Ad tempus.

*Vngitur Saul ſignis datis à Samuele in Regem, prophetat inter prophetas, & confirmatur.* X.

A [†]Vlit [a] autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput eius, & deoſculatus eſt eum, & ait: Ecce vnxit te dominus ſuper hæreditatem ſuam in Principem, ⊱& liberabis populum ſuum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius ſunt. Et hoc tibi ſignum, quia vnxit te deus in Principem.] Cúmque abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta ſepulchrum Rachel in finibus Beniamin in [1] meridie,] dicéntque tibi: Inuentæ ſunt aſinæ ad quas ieras perquirendas: & intermiſſis pater tuus aſinis, ſollicitus eſt pro vobis, & dicit: Quid faciam [2] de filio ]meo? Cúmque abieris inde,& vltra tranſieris,& veneris ad [3] quercum] Thabor, inuenient te ibi tres viri aſcendentes ad deum in Bethel: vnus portans tres hœdos,& alius tres tortas panis,& alius portans lagenam vini. [4] Cúmque te ſalutauerint ]dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. Poſt hæc venies in [b] collem domini: vbi eſt ſtatio Philiſtinorum. Et cùm ingreſſus fueris ibi vrbem, obuium ha-

a. Primo quidem non dominio Regum ſubiecti fuerũt Iudæi, ſed populo ac legi ciuiles iudices præfidebant: non tamen in annum cõſtituti ſunt ſicut Romani conſules,ſed perpetua ſtabilitate ſubnixi. Tum ſublato iudicũ nomine,poteſtas Regalis inducta eſt. Verùm Regimen eorum iudicibus tenentibus prauas religiones ſæpe ſuſceperant: atque offenſus ab his deus toties alienigenis ſubiugabat donec rurſus pœnitentia populis mitigatus, liberaret eos ſeruitute. Lactan. lib. 4. cap. 20.
1. Zelzah. nomen eſt loci.
2. Pro filio.
3. Planitiem.
4. Et interrogabunt te illi de pace.
b. Colliſ domini locus erat in terra Beniamin, vbi prophetæ habitare ſolebant inter Eleon Tabor & domum Saulis, non longè à Bethel.

Universidad de Deusto
Biblioteca



bebis gregem Prophetarum descendentium de excelso, [g] & ante eos Psalterium, & [h] tympanum, & tibiam, & citharam, ipsósque prophetantes: & [i] insiliet in] te spiritus domini, & prophetabis cum eis, [c] & mutaberis in virum alium. Quando ergo euenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcunque inuenerit manus tua, quia dominus est tecum. Et descendes ante me in Galgala. Ego quippe descendam ad te, vt [e] offeras oblationem, & immoles] victimas pacificas. † [d] Septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quæ facias. Itaque cùm auertisset humerum suum, vt abiret à Samuele, immutauit ei deus cor aliud, & venerunt omnia signa hæc in die illa. Venerúntque ad prædictum collem, & ecce cuneus Prophetarum obuius ei. † Et [f] insiluit] super eum spiritus domini, & [c] prophetauit in medio eorum. Videntes autem omnes qui nouerant eum heri & nudiustertius, quòd esset cum prophetis, & prophetaret, dixerunt ad inuicem: Quænam res accidit filio Cis? † Num & Saul inter Prophetas? Respondítque [g] alius ad alterum, dicens: Et quis pater eius?] Propterea versum est in prouerbium. [f] Num & Saul inter Prophetas? [g] [g] Cessauit autem prophetare, & venit ad excelsum. Dixítque patruus Saul ad eum, & ad puerum eius: Quò abistis? Qui responderunt: Quærere asinas. Quas cùm non reperissemus, venimus ad Samuelem. Et dixit ei patruus suus: Indica mihi quid dixerit tibi Samuel. Et ait Saul ad patruum suum: Indicauit nobis quia inuentæ essent asinæ. De sermone autem Regni non indicauit ei, quem locutus fuerat ei Samuel. Et conuocauit Samuel populum ad dominum in [h] Masphat, & ait ad filios Israel: Hæc dicit dominus deus Israel. Ego eduxi Israel de Ægypto, & erui vos de manu Ægyptiorũ, & de manu omnium Regum qui affligebant vos. Vos autem hodie proiecistis dominum deum vestrum, qui ⊱ solus] saluauit vos de vniuersis malis, & tribulationibus vestris, & dixistis: † ⊱ Nequaquam, sed] Regem constitue super nos. Nunc ergo state coram domino per tribus vestras, & [9] per familias.] Et applicuit Samuel omnes tribus Israel, & [10] cecidit sors super tribum] Beniamin. [i] Et applicuit tribum Beniamin & cognationes eius, & [11] cecidit super cognationem] Metri, & [12] peruenit vsque ad Saul filium] Cis. Quæsierunt ergo eum, & non est inuentus. Et consuluerunt post hæc dominum vtrúmnam venturus esset * illuc. Respondítque dominus: Ecce absconditus est [13] domi.] Cucurrerunt itaque, & tulerunt eum inde: stetítque in medio populi: [1] & altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum. Et ait Samuel ad omnem populum: Certè videtis quem elegit dominus: quoniam [2] non sit similis illi in omni populo. Et clamauit omnis populus, & ait: Viuat Rex: Locutus est autem Samuel ad populum [k] legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram domino, & dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam. Sed & Saul abiit in domum suam in Gabaath. Et [14] abiit cum eo pars exercitus,] quorum tetigerat deus corda. Filij verò Belial dixerunt: Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerunt ei munera. Ille verò [15] dissimulabat se audire.

5. Inuadet.
c. Sic enim alia cordis affectionem significat, quam conuertendo fecit deus, vt imaginũ significatorum & præfigurantiũ capax fieret ad propheticam diuinationem. Eucherius ibidem.
6. Offeram holocausta, & immolem.
d. Scilicet in consecratione Regis, sicut in consecratione sacerdotis 7. diebus offerebantur victimæ, ita quòd nõ notatur tẽpus quò Saul expectare deberet Samuelem, sed tempus in quo pro Saule deberent sacrificia offerri. De Lyra.
7. Irruit.
e. Saul prophetasse dicunt Hebræi, de futuro seculo, de Gog & Magog, de præmiis iustorũ, & pœnis malorum. Hieronym.

8. Hinc quidam & ait: Quis pater eorum?
f. Quod dicitur, cùm quis infimæ conditionis ad altiorẽ sublimatur dignitatem.
g. Denique Saulem tam dei spiritus postea vertit in alium virum, id est, prophetam, quam & malus spiritus postea conuertit in alium virum, in apostatã scilicet. Tertullianus de anima.

h. Masphat locus erat in tribu Beniamin iuxta Gabaon dum Samuelis, vbi conueniebat populus Israel pro vrgẽtibus causis, quod illic dominus magnã Israelitis faceret cõtemplatione Iosue concessit.

9. Iuxta milia vestra.
10. Deprehensa est.

11. Deprehensa est familia.
12. Et tandem deprehensus est Saul filius.

*Vir.
13. Inter vasa.
i. Hinc est quòd alibi humero sursum Saul superemineabat omnibus, quia caput nostrũ sursum est supra nos, quod est Christus. Eucherius. Ibidem.

k. Certas leges quibus regnum pacificè gubernaretur ne vel Rex in populum tyrannidem exerceret, vel populus in regem rebellionem conciaret.

14. Sequuti sunt eum robustiores.
15. Factus est tanquam surdus.

## *Saul Ammonitas Iabel Galaad obsidentes expugnat, instauratur regnum eius in Galgala.* XI.

ET ⊱ factum est quasi post mensem,] ascendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduersum [a] Iabes Galaad, dixerúntque omnes viri Iabes ad Naas: Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi. Et respondit ad eos Naas Ammonites: In hoc feriam vobiscum fœdus, [b] vt eruam omnium vestrúm oculos dextros, ponámque vos opprobrium in vniuerso Israel. Et dixerunt ad eum seniores Iabes: Concede nobis septem dies, vt mittamus nuncios ad vniuersos terminos Israel, & si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. Venerunt ergo nuncij in [c] Gabaath Saulis, & locuti sunt verba hæc audiente populo. [4] Et leuauit omnis populus vocem suam, & fleuit. Et ecce Saul veniebat sequens boues de agro, & ait: [1] Quid habet populus quòd plorat? Et narrauerunt ei verba virorum Iabes. Et [d] insiluit spiritus domini in Saul, cùm audisset hæc verba, & [2] iratus est] furor eius

a. Iabes Galaad vrbs est tribus Manassæ trans Iordanem, 6. milliaribus distans à Pella contribus Gadaram.
b. Semper diabolus sinistrum oculum vult seruare, dextrum eruere. Hoc est quod Pharao iussit masculũ interfici & fœminas reseruari, Stephanus.
c. Gabaath Saulis vallis est iuxta lacum Gabaath sub monte Iezrin, quam incoluit Saul vt domum paternam. Et dicitur Gabaath Saulis ad differentiã Gabaath vrbis Habacuc. Inqua demonstratur sepulchrũ eius.
d. Hoc autem mirari desinamus, cùm in hominibus apparet diuinitus aliquid, quorum vel meritum vel habitum excedit, cùm forte vult deus cuiusdam significationis gratia tale aliquid demonstrari. Augu. de diuersis quæst. ad Simplicianũ lib. 2. quæst. 1.
1. Exarsit.

nimis. Et assumens [2] vtrunque bouem,] concidit in frusta, misitque in omnes terminos Israel per manum nunciorum, dicens: Quicunque non exierit, & secutus fuerit Saul, & Samuel: [d] sic fiet bobus eius. Inuasit ergo timor domini populum, & egressi sunt quasi vir vnus: & recensuit eos in Bezech. [*] Fuerúntque filiorum Israel trecenta
c milia, virorum autem Iuda triginta milia. Et dixerunt nunciis qui venerant: Sic dicetis viris qui sunt in Iabes Galaad: Cras erit vobis salus, cùm incaluerit sol. Venerũt ergo nuncij, & nunciauerunt viris Iabes. Qui lætati sunt, & dixerunt: * Mane exibimus ad vos, & facietis nobis omne quod placuerit vobis. Et factum est cùm dies crastinus veniisset, constituit Saul populum in tres partes. Et [3] ingressus est media castra in vigilia matutina, & percussit] Ammon vsque dum incalesceret dies. Reliqui autem *
D dispersi sunt, ita vt non relinquerentur in eis duo pariter. [*] [†] Et ait populus ad Samuelem: Quis est iste qui dixit: Saul non regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos. Et ait Saul: Non occiderunt quisquam in die hac, quia hodie fecit dominus salutem in Israel. Dixit autem Samuel ad populum: Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum. Et perrexit omnis populus in Galgala, [e] & fecerunt ibi Regẽ Saul coram domino in Galgala. Et immolauerunt ibi victimas pacificas coram domino. Et lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis.

2. Par boum.

d. Per hoc intelliguntur alia animalia, vt dicit Rab Salo: & sic erat comminatio magnę pœnę: quia diuitiæ illo tempore pro maiori parte in animalibus cõsistebant. Noluit autem cõminati pœnam mortis vel mutilationis in principio regni sui: ne à nimio rigore incipere videretur. De Lyra.

*Viri Iabes.

3. Venientes iuxta castra in custodia matutina percusserunt.

*Qui remanserunt.

e. Saul enim Rex non ad permanendum electus est à domino, sed secundũ cor populi durum & malum datus ad eorum correptionem, non ad vtilitatẽ, secundum illam sanctarũ scripturarũ sententiam, quæ ait de deo, Iob. 34. Qui regnare facit hominem hypocritam, propter pernicitatem populi. Aug. super Psal. 51.

*Samuel populi iudicio probatus innocens, Israelem ingratitudinis arguit, quos pœna tandem sequuta est.* XII.

A [D] Ixit autem [a] Samuel ad vniuersum Israel: Ecce audiui vocem vestram iuxta omnia quæ locuti estis ad me, & constitui super vos Regem. Et nunc Rex graditur ante vos. Ego autem senui, & incanui. Porrò filij mei vobiscum sunt. Itaque conuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsque ad hanc diem, ecce præstò sum. [1] Loquimini de me coram domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, si quenquam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi: [2] & contemnam illud hodie,] restituámque vobis. Et dixerunt: [b] Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam. Dixítque ad eos: Testis est dominus aduersum vos, & testis Christus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiã. Et dixerunt: Testis. Et ait Samuel ad populũ: Dominus qui fecit Moysen & Aaron,
B & eduxit patres nostros de terra Ægypti, adest. [*] Nunc ergo state: vt [3] iudicio contendam aduersum vos] coram domino de omnibus [4] misericordiis] domini, quas fecit vobiscum, & cum patribus vestris: [†] quomodo Iacob ingressus est in Ægyptum, & clamauerunt patres vestri ad dominum, & misit dominus Moysen & Aaron, [‡] & eduxit] patres vestros de Ægypto, & collocauit eos in loco hoc. [c] Qui obliti sunt domini dei sui, [†] & tradidit eos in manus Sisaræ magistri militiæ Asor, [†] & in manu Philistinorum, & in manu Regis Moab, & pugnauerunt aduersum eos Postea autem clamauerunt ad dominum, & dixerunt: Peccauimus, quia dereliquimus dominum, & seruiuimus Baalim & Astaroth. Nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, & seruiemus tibi: [†] & misit dominus [d] Ierobaal, & Badan, & Iamson, & Barach, & Iephte, [e] & Samuel: & eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circui-
c tum, & habitastis confidenter. [*] [‡] Videntes autem quòd Naas Rex filiorum Ammon venisset aduersum vos, dixistis mihi: [†] nequaquam, sed rex imperabit nobis, cùm dominus deus vester [6] regnaret in vobis.] Nunc ergo præstò est Rex vester, quem elegistis & petistis. Ecce dedit vobis dominus Regem. [g] Si timueritis dominum, & seruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non [7] exasperaueritis os] domini, eritis & vos & Rex qui imperat vobis, sequentes dominum deum nostrum. Si autem non audieritis vocem domini, sed [8] exasperaueritis sermones eius,] erit manus domini super vos, & super patres vestros. Sed & nunc state, & videte rem istam grandem, quam facturus est dominus in conspectu vestro. Nunquid non messis tritici est hodie? Inuocabo dominum, & dabit [9] voces] & pluuias, & scietis, & videbitis [10] quia grande ma-

a. Samuel summo sacerdoti Eli succesit, cùm sacerdotis filius ipse non esset: sed tamẽ ex filijs, hoc est, ex posteris Aaron. Aug. Retract. lib. 2. cap. 55. Ideo non immerito Iudæos arguit infidelitatis, qui deo non fidentes, Regem postulauerunt.

1. Ferte testimonia.

2. Et abscondi oculos meos super eo.

b. Quoniam & Samuel pro se magnam proposuit laudem, attamen nullus illũ arguit: quia non dicebat vt seipsum laudaret, sed quoniam regem constituturus erat, pro defensione sua posuit volens illum erudire, vt humilis fit ac mansuetus. Chrysost. super 2. Cor. 11. Homil. 24.

3. Disputabo vobiscum.

4. Iustitijs.

5. Qui eduxerunt.

c. Magnam illis impropetat etiam innatam malitiam & inconstantiam, & è regione maximam dei misericordiam: qui toties eos auersatos defendit absque regib⁹, & è manibus hostium eripuit. Idem.

d. Misit dominus Ierobaal, id est, Gedeonem, & Badan, id est, Samsonem. Dionys. Carth.

e. Sic de se loquitur quasi de alio. Misit quoque dominus alios iudices, scilicet Othoniel, Aod, Sangar, Iair: de quibus in libro Iudicum. Idem.

f. Ista fuit præcipua causa petẽdi regem, vt dictum fuit supra cap. 8. De Lyra.

6. Esset rex vester.

g. Licet enim Saul fuisset à deo electus, tamen ista electio imponitur populo, eò quòd ad populi petitionem facta fuerit electio. Idem.

7. Rebelles fueritis verbo.

8. Rebelles fueritis verbo domini.

9. Tonitrua, & infra.

10. Quòd malitia vestra sit magna quam fecistis.

lum feceritis vobis ]in conſpectu domini, petentes ſuper vos Regem. Et clamauit Samuel ad dominum, & dedit dominus voces, & pluuias in illa die. [g] Et timuit omnis populus nimis dominum, & Samuelem. Et dixit vniuerſus populus ad Samuelem: Ora pro ſeruis tuis ad dominum deum tuum, vt non moriamur. Addidimus enim vniuerſis peccatis noſtris* malum, vt peteremus nobis Regem. Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere, Vos feciſtis vniuerſum malum hoc, veruntamen nolite recedere à [11] tergo ]domini, ſed ſeruite domino in omni corde veſtro, [h] & nolite declinare poſt vana quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana ſunt: & non derelinquet dominus populum ſuum propter nomen ſuum magnum, quia [12] iurauit dominus ]facere vos ſibi populum. Abſit autem à me [13] hoc peccatum in domino, vt ]ceſſem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam. Igitur timete dominum, & ſeruite ei in veritate, & ex toto corde veſtro. [14] Vidiſtis enim magnifica quæ in vobis ]geſſerit dominus. Quòd ſi perſeueraueritis in malitia, & vos & Rex veſter pariter peribitis.

5. Siquidem timuit ptopter tã vehementem, miraculoſam, & inuſitatam tempeſtatem, horore percuſſi ſunt, præſertim quia culpabiles erant, & le di ſeu periri formidabant. Dion. Cart.

*Hoc.

11. Sequèla.
h. Nolite declinare poſt Idola, adorãdo illa, quia in illis nulla eſt efficacia vos ſaluandi, ſicut medicina dicitur vana, quæ nullam habet efficaciam ſanandi. De Lyra.
12. Complacuit domino.
13. Ne & ego peccem in dominum, &c.

14. Et videte quàm magnifica vobiſcum.

*Victi à Saule Philiſtæi maximo apparatu in Iſraelem armantur, territi Hebræi antris latitant, & Saul domino inobediens reprobatur.* XIII.

[a] Filius vnius [1] anni erat Saul cùm regnare cœpiſſet, ]duobus autem annis [b] regnauit ſuper Iſrael. Et elegit ſibi Saul tria milia de Iſrael. Et erant cum Saul duo milia in Machmas, & in monte Bethel: mille autem cum Ionatha in Gabaa Beniamin. Porrò cæterum populum remiſit, vnumquenque in tabernacula ſua. Et percuſſit Ionathas ſtationem Philiſtinorum quæ erat in [2] Gabaa. ] Quod cùm audiſſent Philiſtiim, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebræi. Et vniuerſus Iſrael audiuit [3] huiuſcemodi famam, ] percuſſit Saul ſtationem Philiſtinorum. Et [4] erexit ſe Iſrael aduerſus Philiſtiim. Clamauit ergo ]populus poſt Saul in Galgala: & Philiſtiim congregati ſunt ad præliandum contra Iſrael, triginta milia curruum, & ſex milia equitum, & reliquum vulgus, ſicut arena quæ eſt in littore maris plurima. Et aſcendentes caſtrametati ſunt in Machmas, ad orientem Bethauen. [g] Quod cùm vidiſſent viri Iſrael [5] ſe in arcto poſitos (afflictus enim erat populus) ]abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in abditis, in petris quoque & in [6] antris, ] & in ciſternis. Hebræi autem tranſierunt Iordanem in terram Gad & Galaad. Cúmq; adhuc eſſet Saul in Galgala, vniuerſus populus perterritus eſt, qui ſequebatur eum. [f] Et expectauit [7] iuxta placitum Samuelis ] ſeptem diebus, & non venit Samuel in Galgala. Dilapſúſque eſt populus ab eo. [c] Ait ergo Saul: afferte mihi holocauſtum & pacifica. Et obtulit holocauſtum. Cúmque compleſſet offerens holocauſtum, ecce Samuel veniebat. Et egreſſus eſt Saul obuiam ei [8] vt ſalutaret eum. ] Locutúſque eſt ad eum Samuel: Quid feciſti? Reſpõdit Saul: Quia vidi quòd populus dilaberetur à me, & tu non veneras [9] iuxta placitos dies: ]porrò Philiſtiim congregati fuerant in Machmas, dixi: Nunc deſcendent Philiſtiim ad me in Galgala, & faciem domini non placaui. [g] [10] Neceſſitate compulſus, ] obtuli holocauſtum domino. Dixítque Samuel ad [c] Saul: [d] † [11] Stultè egiſti, ] nec cuſtodiſti mandata domini dei tui, quæ [12] præcepi ] tibi. Quod ſi non feciſſes, iam nunc [13] præparaſſet ] dominus regnum tuum ſuper Iſrael in ſempiternum. Sed nequaquam regnum tuum vltrà conſurget. † [e] Quæſiuit dominus ſibi virum iuxta cor ſuum: & præcepit ei dominus vt eſſet dux ſuper populum ſuum, eò quòd non ſeruaueris quæ præcepit dominus. Surrexit autem Samuel, & aſcendit de Galgalis in Gabaa Beniamin. ⊱ Et reliqui populi aſcenderunt poſt Saul obuiam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa in colle Beniamin. ] Et recenſuit Saul populum, qui inuenti fuerant cum eo, quaſi ſexcentos viros: & Saul & Ionathas filius eius, populúſque qui inuentus fuerat cum eis, [14] erat ]in Gabaa Beniamin. [g] Porrò Philiſtiim conſederant in Machmas. Et [15] egreſſi ſunt ad [p] Præliandum de caſtris Philiſtinorum tres cunei. ] Vnus cuneus pergebat contra viam [16] Ephra ad terram [17] Saul. Porrò alius ingrediebatur per viam Bethoron. Tertius autem

a. Vno anno poſtquam rex electus eſt à Samuele, in domeſtica domo ſedẽs diſſimulauit ſe eſſe regem: reliquis duobus annis publicè iudicauit omnem Iſrael, tenens obedientiam cum humilitate. Et hoc fuit illud tẽpus antequam mandatum domini tranſgrederetur in Amalechitas. Reliquo verò tempore quo vixit & imperauit, tranſgreſſor mandati domini extitit Eutherius. Ibidem.
1. Per annũ Saul fuit in regno ſub. cùm hæc fierent ſcilicet, ante cõfirmationem ſuam in Galgala.
b. Antequã reprobaretur à domino per Samuelem, & eligeretur Dauid infra 16. cap. vel, vt ait Hieron. Innocens erat ac puer vnius anni regnauit in tali innocentia.
2. In colle.
3. A dicente.
4. Male audire cœpit Iſrael apud Philiſtæos. Et cõgregatus eſt.
5. Conguſtati ſunt, obtinuitque metus populum.
6. Turribus vel in excelſis.
7. Iuxta tempus quod conſtituerat Samuel.
c. Diffidebat enim Saul de populo ſuo quẽ videbat in timore poſitũ, & de aduentu Samuelis, ad offerendum ſacrificium, & ideo ſtultè vſurpauit ſibi officium. De Lyra.
8. Vt benediceret ei.
9. Ad certum dierum tempus.
10. Et cùm mihi vim feciſſem.
d. Videtur quibuſdam Saul inculpabiliter ſacrificaſſe: quia Samuel expectatus iuxta placitũ non venit. Qui autem diligẽter inquirit, munit eum iure culparum, & inobedientiæ reum. Apud hebræos ita diſtinguitur: deſcendes ante me in Galgala: ego quippe deſcendã ad te. Deinde inferatur ad offerendas oblationes, & immolandas victimas pacificas ſeptem diebus expectabit donec veniam ad te, & oſtendam tibi quæ facias. Gloſ. ordinaria.
11. Infatuatus es.
12. Præcepit.
13. Stabiliuiſſet.
e. Sic enim dis individuo amore, & coniuncta caritate dilexit Dauidẽ, vt quæ vult deus, velit: & quę non vult, ſimiliter nolit. Chry. de Dauid, vbi Goliat deiicit.
14. Manſerunt.
15. Egreſſus eſt vaſtator de caſtris Philiſtinorum cum tribus turmis.
16. Ophra.

17. Saul.

tem verterat se ad irer termini[18] in terra Sabaa, imminentis vallis] Seboim contra desertum. Porrò faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel[f]. Cauerant enim Philistiim, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam. Descendebat ergo omnis Israel ad Philistiim vt exacueret vnusquisque vomerem suum, & ligonem, & securim, &[19] tridentem, & sarculum.] Retusæ itaque erant acies vomerum, & ligonum, & tridentium, & securium, vsque ad stimulum[20] corigendum.] Cúmque venisset dies prælij, non est inuentus ensis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saul & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius. Egressa est autem statio Philistiim, vt transcenderet[21] in][g] Machmas.

18. Qui resipit contra vallem. f. Idcirco non permiserunt inter Hebræos commorari aliquem fabrii ne faceret eis ensem aut lanceam. Ex quo constat quòd filij Israel erant adhuc multum grauati iugo dominij Philistinorum. Vnde dicitur in textu, faber ferrarius. Dionif. Carthusia
19. Instrumenta fabrilia.
20. Acumdum.

21. Vltra.
g. Machmas in tribu Manassæ ab Ierusalem. 9. miliaribus distans: contra Bethauem ad orientem eius.

*Ionathas domino fidens cum armigero suo patre inscio Philistæorum stationem disperſit, at melle gustato ob patris iuramentum vix mortem comminatam euadit. XIIII.*

A ET accidit in quadam die, vt diceret Ionathas filius Saul ad adolescentem armigerum suum: Veni & transeamus[a] ad stationem Philistinorum, quæ est trans locũ illum. Patri autem suo hoc ipsum non indicauit. Porrò Saul morabatur in extrema parte Gabaa: sub malo granato quæ erat[1] in agro Gabaa.] Et erat populus cum eo quasi sexcentorum virorum. Et Achias filius Achitob fratris[b] Ichabod filij Phinees[†2] qui ortus fuerat ex Heli sacerdote] domini in Sylo, portabat ephod. Sed & populus ignorabat quò isset Ionathas. Erant autẽ inter ascẽsus per quos nitebatur Ionathas transire ad stationem Philistinorũ eminentes petræ ex vtraque parte: & quasi in modum dẽtium scopuli hinc inde prærupti. Nomen vni Boses: & nomen alteri Sene.] Vnus scopulus prominens ad aquilonem ex aduerso Machmas: & alter ad meridiem contra Gabaa. Dixit autem Ionathas ad adolescentem armigerum suum:[d] Veni transeamus ad stationem incircunciſorum horum, si fortè faciat dominus pro nobis: quia non est domino difficile saluare vel in multis vel in paucis. Dixítque ei armiger suus: Fac omnia quæ placent animo tuo.[5] Pergequò cupis: & ero tecum[4] vbicunque volueris.] Et ait Ionathas: Ecce nos trãseamus ad viros istos. Cúmque apparuerimus eis: si taliter locuti fuerint ad nos manete, donec veniamus ad vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos. Si autem dixerint, ascendite ad nos: ascendamus: quia tradidit eos dominus in manibus nostris. Hoc erit nobis signum.[e] Apparuit igitur vterque stationi Philistinorum. Dixerúntque Philistiim: En Hebræi egrediuntur de caruernis, in quibus absconditi fuerant. Et locuti sunt viri de statione ad Ionatham & ad armigerũ eius, dixerúntque:[f] Ascẽdite ad nos, & ostendemus vobis rem: & ait Ionathas ad armigerum suum:[5] Ascendamus sequere me.] Tradidit enim dominus eos in manus Israel. Ascendit autem Ionathas manibus & pedibus [– reptans]: & armiger eius post eum:[6] Itaque cum vidissent faciẽ Ionathæ, alij cadebant ante Ionathan, alios armiger eius interficiebat, sequens eum.] Et facta est plaga prima, quam percussit Ionathas & armiger eius, quasi viginti virorum:
C in media parte iugeris,[7] quam par boum in die arare consueuit.[g]] Et[8] factum est miraculum] in castris & per agros. Sed & omnis populus stationis eorum qui ierant ad prædandũ, obstupuit: &[9] conturbata sunt castra. Et accidit quasi miraculum à deo.] Et respexerunt speculatores Saul qui erant in Gabaa Beniamin. Et ecce multitudo[10] prostrata: & huc illúcque diffugiens.] Et ait Saul populo qui erat cum eo: Requirite & vidite, quis abierit ex nobis. Cúmque requisissent, repertum est non adesse Ionathan, & armigirum eius. Et ait Saul ad Achiã,[g] Applica arcam domini.[h] Erat enim ibi arca domini in die illa cum filiis Israel. Cúmque loqueretur Saul ad sacerdotem, tumultus magnus exortus est in castris Philistinorum. Crescebátque paulatim, & clarius resonabat. Et ait Saul ad sacerdotem: Contrahe manum tuam.[11] Conclamauit ergo] Saul & omnis populus qui erat cum eo: & venerunt vsque ad locũ certaminis. Et ecce versus fuerat gladius vniuscuiusq; ad proximũ suũ: & [12] cædes magna] inimis. Sed & Hebræi, qui fuerant cũ Philistiim heri & nudiustertius, ascẽderántque cum eis
D in castris, reuersi sunt, vt essent cũ Israel, & iis qui erãt cum Saul & Ionatha.[i] Omnes

a. Locus in quo siant naues, aut milites. vt Virg. 2. Aeneid. Sistio malefida carinis. Præterea locus est ad custodiã assignatus quando milites stantes vigilare iubentur, vnde stationarij milites vocantur. Item est officina in quam multi conueniũt, vt de aliqua re statuatur, iusque dicatur.
1. In Migron.
b. Hic est Ichabod quem vxor Phinees filij Heli audiens mortem viri sui præ dolore exiuit. Vt Ioan. 4. d.
2. Filij Heli, erat sacerdos.
3. Senne.
c. Dicit autẽ Iosephus quòd Ionathas rogauit Dominum deuote, vt posset Philistæos debellare, & Dominus ei concessit dans ei signum. De Lyra.
d. Quòd autem Ionathas & armiger eius ascenderũt ad Philistæos, & in prima congressione non alio loco quam in agro culturæ dedito, confligẽtes, viginti numero prima fronte ex hostibus prostrauerunt, figurare videtur, quod hos doctoribus hæretici eodunt atque sucrumbunt, qui intra limites ecclesiæ positã meditatione legis volunt ab agricultura nõ recedũt. Angelonius ibid.
4. Iuxta cor tuum.
e. Ostendemus vobis rem amissam quam quæritis. Interim Ionathas & armiger eius pergebant hinc inde pro via aperiore inuenienda. Dionif. Carthusian.
f. Quòd autem Philistiim dicerent: Ascendite ad nos, signum ttepidi erat animi, quod pro augurio Ionathas habebat: ideo intrepidus ascendit. Angelonius. Ibid.
5. Ascende post me.
6. Et ceciderunt illi coram Ionatha, armiger autem eius interficiebat post eum.

7. Spacio agriculturæ duorum boum.
8. Factus est horror.

9. Tremuit terra ob dei horrorem.
10. Diffluebatur, & eundo cõcutiebatur.

g. Hoc est, applica te ad consulendũ Dominum, ũ debeamus ire ad illud bellum. Glos. ordinaria ibid.
h. Peracto enim vicesimo anno à reprobatione sacerdotij Heli, translata est arca à Samuele in Maspha & de Maspha transtulerunt eam Samuel & Saul in Galgala. Inde translata est à Saule in Nobe & de Nobe in Geba. De Gaba translata est à Dauid in domũ Obed Aedom. De domo autẽ Obed Aedom transtulit eam Dauid in Sion. De Sion transtulit eã Salomon in Sancta Sanctorum Hieron. in 7. c. 1. Reg.
11. Et congregatus est.
12. Tumultus magnus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quoque Iſraelitæ,qui ſe abſconderunt in monte Ephráim, audientes quod fugiſſent Philiſtæi,[13]ſociauerunt ſe cum ſuis in] prælio.[14]Et erant cum Saul quaſi decem milia virorum,]& ſaluauit dominus deus Iſrael in die illa. Pugna autem peruenit[14] vſque ad]Bethauen. Et[15] viri Iſrael ſociati ſunt ſibi in die illa.] Adiurauit autem Saul populum,dicens:Maledictus vir qui[f] comederit panem vſque ad veſperam,donec vlciſcar de inimicis meis. Et non manducauit vniuerſus populus panem. Omníſque terræ vulgus venit in ſaltum,in quo erat mel ſuper facié agri.Ingreſſus eſt itaque populus ſaltum & apparuit fluens mel, nullúſque applicuit manum ad os ſuum. Timebat enim populus iuramentum. Porrò Ionathas non audierat, cùm adiuraret pater eius populum.Extenditque ſummitatem virgæ,quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis. Et conuertit manum ſuam ad os ſuum,& illuminati ſunt oculi eius. Reſpondénſque vnus de populo ait: iureiurando conſtrinxit pater tuus populũ dicens: Maledictus vir qui comederit panem hodie. Defecerat autem populus. [g] Dixítque Ionathas:Turbauit pater meus terram.[16] Vidiſtis ipſi quia]g illuminati ſunt oculi mei, eò quòd guſtauerim paululum de melle iſto:quantò magis ſi comediſſet populus de præda inimicorum ſuorum, quam reperit? Nónne maior plaga facta fuiſſet in Philiſtiim? Percuſſerunt ergo in die illa Philiſtæos à Machmis vſque in Hailon. Defatigatus eſt autem populus nimis. Et verſus ad prædam, tulit oues & boues, & vitulos, & mactauerunt in terra. Comedítque populus[h] cum ſanguine. Nuntiauerunt autem Sauli dicentes:quòd populus peccaſſet domino comedens cũ ſanguine.Qui ait:Præuaricati eſtis. Voluite ad me iam nunc ſaxum grande.Et dixit Saul: Diſpergamini in vulgus,& dicite eis,vt adducat ad me vnuſquiſque bouem ſuum,& arietem,& occidite ſuper iſtud,& veſcimini,& non peccabitis domino, comedentes cum ſanguine. Adduxit itaque omnis populus,vnuſquiſq; bouem in manu ſua[17] vſque ad noctẽ,]& occiderunt ibi. Ædificauit autem Saul altare domino. Túncque primùm cœpit ædificare[18] altare domino. ]Et dixit Saul:Irruamus ſuper Philiſtæos nocte, & vaſtemus eos vſque dum illuceſcat mane, nec relinquamus ex eis virum. [i] Dixítque populus: Omne quod bonum tibi videtur in oculis tuis,fac.Et ait ſacerdos: [i] Accedamus huc ad deum. [†] Et conſuluit Saul dominum,dicens: Num perſequar Philiſtiim? Si trades eos in manus Iſrael? Et non reſpondit ei in die illa.Dixítque Saul: Applicate huc vniuerſos[k] angulos populi:& ſcitote, & videte per quem acciderit hoc peccatum hodie, [†] Viuit dominus Saluator Iſrael,quia[19] ſi per Ionathan filium meum factũ eſt:abſque retractatione ]morietur.Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. Et ait ad vniuerſum Iſrael:Separamini vos in partem vnam:& ego cum Ionatha filio meo,ero in parte altera. Reſpondítque populus ad Saul: Quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et dixit [*] ad dominum deum Iſrael: [†] Domine deus Iſrael da[l] iudicium? quid eſt,quòd nõ reſponderis ſeruo tuo hodie? Si in me aut in Ionatha filio meo eſt iniquitas hæc,da oſtenſionẽ.Aut ſi hæc iniquitas in populo tuo,da ſanctitatẽ.] Et deprehẽſus eſt Ionathas & Saul:populus autẽ[20] exiuit]Et ait Saul: Mittite ſortem inter me,& inter Ionatham filium meũ.Et captus eſt Ionathas.Dixit autem Saul ad Ionathã: Indica mihi,quid feceris:Et indicauit ei Ionathas,& ait:[g] Guſtans guſtaui in ſummitate virgæ,quæ erat in manu mea,paululũ mellis.Et ecce ego morior. Et ait Saul[†] Hæc faciat mihi deus, & hæc addat[m] quia morte moriẽris Ionatha. Dixítque populus ad Saul: Ergo ne Ionathas morietur, qui fecit ſalutem hanc magnam in Iſrael?[21] Hoc nephas eſt.] Viuit dominus, ſi ceciderit capillus de capite eius in terram:quia cũ deo operatus eſt hodie.Liberauit ergo populus Ionathan,vt non moreretur. Receſſitque Saul,nec perſecutus eſt Philiſtiim.Porrò Philiſtiim abierunt in loca ſua.Et Saul[22] cõfirmato regno ]ſuper Iſrael,pugnabat per circuitum aduerſum omnes inimicos eius: contra Moab,& filios Ammon, & Ædom & reges Soba, & Philiſtæos, & quocunque ſe verterat,ſuperabat.Congregatóque exercitu percuſſit Amalech: & eruit Iſrael de manu vaſtorũ eius.Fuerunt autem filij Saul,Ionathas,& Ieſui,& Melchiſua.Et nomina duarum filiarum eius, nomẽ primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol, &

13. Inſequuti ſunt & ipſi eos in illo:
14. Virtꝰ.

15. Et cũ viri Iſrael in illa die premerentur fame.
f. Cum Saul rex Iſrael bellum contra Allophylos geresset, vniuerſo enim exercitui indixiſſe ieiunium, & abſtinentibus cunctis eum cõtra aduerſarios pugnare cœpiſſe. Bonus plane Rex qui hoſtes ſuos non tam armis quàm deuotione vincebat,& plus dimicabat religione quam telis. Amb. S. 23.

16. Videte quæſo quomodo.
g. Saul dum perigeret dimicatus aduerſus Philiſtiim indixit cuncto exercitui ieiunium, quouſque reuerteretur à prælio: ſed Ionathas filius eius videns ſuper faciem agri mel, extẽdit ſummitatem virgæ,& intinxit in fauum mellis, & guſtauit,& illuminati, ſunt oculi eius, non vtique ad videndum illuminati, quia antea videbant: ſed ad diſcernendum, quia ventra tetigerat. Euchꝰ. ibi. Alij aliter intelligũt. Quòd videlicet ex nimio calore, oculi, & exercitio prelij ac itineris, reuerberati erant: & nimio ieiunio fatigatus, non ſolum corpore, ſed & mente forte defecerat: & ideo cum guſtaſſet fauum mellis, illuminatus dicitur. Angelonius ibid. poſt Iſidorum.
h. Partes ſanguinolentas coxerunt præ nimia fame, vel iuxta ſanguinem comederunt.
17. Nocte
18. Vt eſſet altare domini.

i. Antiquitus enim deus dux erat bellorum, & abſque illius ſententia nunquam attingere pugnam auſi fuiſſent. Chryſo.

k. Primores vrbium, qui ſe ita habent in populo ſicut anguli in vrbe, vel parietibus vrbis.
19. Fuerit ſ Ionatha filio meo, morte.

* Saul.
l. Hoc eſt, ſorte indica nobis veritatem. Sors enim non aliquid mali eſt, ſed res eſt in dubitatione humana, diuinã indicans voluntatem. Nam & ſortes miſerunt apoſtoli, quando Iudas tradito domino petiit, vt patet. Act. 1. Auguſt. Pſal. 30.
20. Euaſit.
m. Videre quanta apud Saul Regem fuerit religionis obſeruantia, qui offenſum deũ optauerit ſuã patricidio mitigare. Et quanta ſit reſoluti cuiuſq; iniuriã, quæ nõ niſi ſanguinis effuſione punitur. Et ſi ignotans Ionathas indictum à patre ieiunium, quia reſoluerat, morti addicitur, qui ſciens à Chriſto inditum reſoluit ieiunium, quid meretur! Amb. Sermo. 25.

21. Abſit.
22. Tenuit regnum.
n. Saulus victor domum reuertitur, cuius circuitus ſexaginta milibus hoſtium, fidelitate dei fide regnauit, & contra finitimos Ammonitas, & Moabitas, Paleſtinoſque & Idumeos, ac Amalechitas, & regẽ Obæ multas geſſit proſperè. Ioſeph. Antiq. lib. 6. cap. 7.

& nomen vxoris Saul, Achinoem, filia Achimaas: † & nomen principis militiæ eius, Abner, filius Ner: [23] ° patruelis ] Saul. Porrò Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner filius Abiel. Erat autem bellum potens aduersum Philistæos, omnibus diebus Saul. Nã quemcunque viderat Saul virum fortem & aptum ad prælium, sociabat eum sibi.

23. Patrui.
o. Cis pater Saul, & Ner patruus eius, erant fratres: licet in 1. Paralip. cap. 8. Ner dicatur genuisse Cis, quia ipse illum nutrierat. Hiero. super 1. Paralip. 8. c.

*Saul contra dei præceptum Agag Regem Amalech, multámque prædam reseruans arguitur inobedientia, à regno deiicitur, interfectóque Agag, Saul à Samuele defletur.* XV.

ET dixit Samuel ad Saul: Me misit dominus, [a] vt vngerem te in Regem, super populum eius Israel. Nunc ergo audi vocem * domini: Hęc dicit dominus exercituum. † Recensui quæcunque fecit Amalech Israeli: quomodo restitit ei in via, cum ascenderet de Ægypto. Nunc ergo vade, & percute Amalech, & demolire vniuersa eius. † Non parcas ei, &—non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed ]interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum atque lactantem, bouem & ouem, camelum & asinum [b]. † Præcepit itaque Saul populo, & ]recensuit eos [2] quasi agnos, ] ducenta milia peditum: & decem milia virorum Iuda. Cúmque venisset Saul vsque ad ciuitatem Amalech tetendit insidias in torrente. [6] Dixitque Saul [c] Cinæo: Abite, recedite, atque discedite ab Amalech, ne forte inuoluam te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel, cum ascenderent de Ægypto. Et recessit Cinæus de medio Amalech. Percussitque Saul Amalech ab [d] Euila, donec venias [e] Sur, quæ est ê regione Ægypti. Et apprehendit Agag regem Amalech viuum. Omne autem vulgus interfecit in ore gladij. † Et pepercit Saul & populus Agag, & [3] optimis gregibus ouium & armentorum, & vestibus, & arietibus, ] & vniuersis quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea. Quicquid ergo vile * fuit & reprobum, hoc demoliti sunt. Factum est autem verbum domini ad Samuel dicens: [f] Pœnitet me, quòd constituerim Saul Regem, quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Contristatúsque est Samuel, & clamauit ad dominum tota nocte. Cúmque [4] de nocte surrexisset Samuel, vt iret ad Saul mane, nunciatum est Samueli * eò quòd venisset Saul in Carmelum, [f] & erexisset sibi [5] fornicem triumphalem, & reuersus ] transisset, descendissétque in Galgala. Venit ergo & Samuel ad Saul, & ⟜ Saul offerebat holocaustum domino de initiis prædarum quæ attulerat ex Amalech. Et cum venisset Samuel ad Saul, ] dixit ei Saul: Benedictus tu domino. Impleui verbum domini. Dixítque Samuel: Et quæ est hæc vox gregum ⟜ quæ resonat ] in auribus meis? & armentorum quam ego audio? [g] Et ait Saul: De Amalech adduxerunt ea, Pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis, vt immolarentur domino deo tuo: reliqua verò occidimus. Ait autem Samuel ad Saul: Sine me, & indicabo tibi quæ locutus sit dominus ad me nocte. Dixítque ei Loquere. Et ait Samuel: † [8] Nónne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? Vnxítque te dominus in regem super Israel: & misit te dominus in viam, & ait. Vade & interfice peccatores Amalech, & pugnabis contra eos vsque ad internecionem eorum. Quare ergo non audisti vocem domini? sed versus ad prædam es, & fecisti malum in oculis domini? Et ait Saul ad Samuelem, Immo audiui vocem domini, & ambulaui in via per quam misit me dominus, [g] & adduxi Agag Regem Amalech, & Amalech interfeci. Tulit autem de præda populus oues & boues, primitias [6] eorum quæ cæsa sunt, ] vt immolet domino deo suo in Galgalis. Et ait Samuel, † Nunquid vult dominus holocausta aut victimas, & non potius vt obediatur voci domini? † [7] Melior est enim obedientia quàm victimæ, ] & auscultare magis quàm offerre adipem arietum, quoniam [8h] quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. ] Pro eo ergo quòd abiecisti sermonem domini, abiecit te dominus, ne sis Rex. Dixitque Saul ad Samuelem: [i] Peccaui, quia præuaricatus sum sermonem domini, & verba tua, timens populũ, & obediens voci eorum. [g] Sed nunc [9] porta ] quæso peccatum meum, &

a. Vngitur post hæc iubente domino Rex prior à prophetã in regnũ. Qui & ipse quidẽ in id quod vnctus est, imaginẽ Christi portauit. Vnde & beat⁹ Dauid, & ipse Christus nuncupatus, ait ad eum qui se finxerat Saulẽ occidisse: Quomodo nõ timuisti iniicere manum tuam in Christum dominit Euch. ibi.
* Verborum.
b. Ideo iubet Dominus demoliri iumenta Amalech, vt nec in iumentis eius memoria fiat. Dominus enim dixerat se deleturum memoriã Amalech, de sub cœlo. Et quia memoria eius penitus deleta non fuit, Saul per inobedientiam peccauit. Glosa ordinaria.
1. Et congregans Saul populũ.
2. In Telaim.
c. Cinæi à Iethro socero Moysi duxerunt originem, & cum Amalechitis hæreditauerunt.
d. Est vna Euilla regio quam circuit fluuius Phison, exiens de paradiso, quæ hodie Inula vocatur, dicta autem Euillath à quodam nepote Noe. Est & alia Euillath solitudo contra faciem Ægypti. Hæc enim Euuilla illa Euillath debet nuncupari. Euchetius ibid.
e. Sur quoque est solitudo inter Cades & Barath, protẽdẽs desertum vsque ad mare Rubrum, & Ægypti confinia.
3. Melioribus ouibus atque armentis pinguioribus, ac agnis:
* Pecus.
4. Diluculo.
* A dicente.
f. Hoc est, arcum triumphalem de palmis & oliuis factum in signum victoriæ habitæ ad sui iactantiam: quia illam victoriã soli Deo debebat attribuere: Vnde & postea subditur ad sui iactantiam impleui verbũ Domini, quod nunc falsum erat & ex illis aggrauabatur Saulis peccatum. De Lyra.
5. Locum & conuertit.
g. Et hoc mirum (opinor) vt probatus aliquis ferro, postea cecidat. Saul bonus præ cæteris, liuore postea coarctatur. Dauid vir bonus secundũ cor domini, postea cædis & stupri reus est. Salomoni omni sapientia & gratia donato à domino, ad idololatriam à mulieribus inducitur. Tertullianus de præscriptio. aduer. Hæretic.
6. Anathemãris.
7. Ecce obedire melius est quã sacrificium.
8. h. Sicut peccatum magiæ est rebellio, sic iniquitas idololatriæ est nolle obedire. Nõ minus peccatum est deo nolle obedire quàm idololatrare, vel ariolis fidem adhibere.
i. Non sufficit summis labiis dicere, nec aui, parce, remitte. Nam & Saul dicebat: peccaui, sed non obtinuit illam veniã, quam Dauid vna pœnitentiæ voce promeruit. Et hoc quarel Quia confessionem illã nuda magis verba quã vera gemitus exprimebant. Quia non compensat magnitudinem criminis lenta humiliatio supplicii. Eusseb. Emisenus, ad nouũ chor. Homil. 1.
9. Tolle, vel aufer.

Universidad de Deusto
Biblioteca



reuertere mecum, vt adorem dominum. Et ait Samuel ad Saul: [k]Non reuertar tecũ, quia proiecisti sermonem domini, & proiecit te dominus, ne sis Rex super Israel. Et conuersus est Samuel, vt abiret. Ille autem apprehendit [16]summitatem palij eius, quæ & scissa est. Et ait ad eum Samuel: [l†]Scidit dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Porrò [m]triumphator in Israel non parcet: & pœnitudine non flectetur. Neque enim homo est, vt agat pœnitentiam. At ille ait: Peccaui: Sed nunc honora me* coram senioribus populi mei, & coram Israel, & reuertere mecum, vt adorem dominum deum tuum. [m§]Reuersus ergo Samuel, secutus est Saulem. Et adorauit Saul dominum. Dixítque Samuel: Adducite ad me Agag Regem Amalech.† [12]Et oblatus est ei Agag pinguissimus tremens. ] Et dixit Agag: Sicine [13]separat ] amara mors? Et ait Samuel: Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus: sic absque liberis erit inter mulieres mater tua.† Et [14]in frustra concidit eum ]Samuel coram domino in Galgalis. Abiit autem Samuel in [15]Ramátha, ]Saul verò ascẽdit in domum suam in Gabaa. *Et non vidit Samuel vltrà Saul, vsque ad diem mortis suæ. Veruntamen lugebat Samuel Saul, [16n]quoniam dominum pœnitebat, quòd constituisset Regem Saul super Israel.

k. Non ascendam tecum vt oẽs pro te eo modo quo optas, vt scilicet deus reprobet tibi vt in regno permaneat soboles tua, Diuus Chrysost.
10. Oram.

l. Deus Dauid elegit obsequẽtem, & Saul reprobauit contẽptorem. Chrysost.
11. i. Fortitudo Israelis nõ mẽtietur (hoc est) Deus fortitudo plebis suæ non deerit populo suo sed alium virum iuxta cor suum elegit, quem sufficeret.
* Quæso.
m. Iuuit iterum Saul præliũm aduersus Amalech, interfectisque omnibus hostib⁹ pepercit Agag regi, nec voluit dispergere omnia secundum præcepta Domini, irascitúrque Dominus. Veniens autem Samuel sumpsit gladium & in frustra concidit Agag. Isidorus ibid.
12. Accesit ad eum Agag delicatè.
13. Accessit.
14. Diffecuit Agag.
15. Rama.
* Saul.
16. Et.
n. Vbi enim legitur quod pœnituerit eum, mutatio rerum significatur, immutabiliter manente præscientia diuina. Eucherius ibidem.

a. Samuelem recolo, qui non semel, sed omnibus diebus vitæ suæ lugebat super Saul, cum sciret illum longius ab oculis diuinitatis elongatũ. Non cessabat tamen cõpassio, quæ cõdolentis animũ irrepserat, fundens lachrymas & si non profuturas, puras tamen. Bernardus Ser. in festo beatæ Mariæ Magdalenæ.
b. Quomodo proiecerit deus Saulem ne regnet quem elegerat in Regem. Quia deus suum iustum incorruptumque iudicium ex æquitate depromit, nõ ex præscientia. Legit enim querimoniam, cum meretur reprobat, cum electione indignus efficitur. Eucherius.
1. Vitulam.
* Mihi.
c. Reprobatis maioribus filiis Isai minimus ad regnum eligitur, quia spreto Iudaico sacerdotio, & regno prioris populi, Christus caput minoris populi, rex & sacerdos fact⁹ est. Glossa ordinaria ibid.
2. Non enim sicut homo videt, deus videt.
d. Tu vt homo extrinsecus vnumquẽque nosti, putas quod videas. Videt autem quouisque oculos habes. Sed oculi dominii alij: Homo in faciem, deus in præcordia contemplatur. Et ideo agnoscit dominus qui sunt eius. Tertullia. de præscriptio. aduers. hereticos.
3. Et transire fecit.
4. Rursus transire fecit.
e. Quia mãdatum Domini volebat implere diligẽter: & quia debebat inungere regem oleo sacræ vnctiõni, quod debet fieri cum reuerentia, & salius ieiunus. De Lyra.
f. Vnctus est Dauid in Regem super Israel duobus annis postquam cœpit regnare Saul quãdo reprobatus est, qui rõc. 22. an. natus erat, qui fertur natus 30. an. Samuelis.
5. Iuuasit.
6. Rama.
g. Igitur recedente à Saule Domino propter inobedientiam, arreptus est à maligno spiritu à domino: ictusque spiritus Domini malus in eum. Isidor. ibidem.
* Quæso vel quæsumus.
h. Hic putat putatur fuisse Doech Idumæus Dauid æmulus, qui hoc ex liuore dicebat vt oc casione accepta insidiosè Dauid occideretur. Hieronym.
7. Fortem & robustum.
8. In rebus gerendis.

*Reprobato Saule, Dauid inter fratres vngitur in Regem, cithara coram Saule spiritu nequam agitato psallebat, & leuius habebat.* XVI.

[D]†Ixítque dominus ad Samuelem: Vsquequo tu [a]luges Saul, cum ego [b]proiecerim eum ne regnet super Israel? Imple cornu tuum oleo, & veni vt mittam te ad Isai Bethlehemitem. Prouidi enim in filiis eius mihi Regem. Et ait Samuel: Quomodo vadam? Audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait dominus [1]: Vitulum ] de armento tolles in manu tua, & dices: Ad immolandum domino veni. Et vocabis Isai ad victimam. Et ego ostendam tibi, quid facias: & vnges, * quemcunque monstrauero tibi. Fecit ergo Samuel, sicut locutus est ei dominus. Venítque in Bethléhem: Et ammirati sunt seniores ciuitatis, occurrentes ei. Dixerúntque: † Pacificúsne est ingressus tuus? Et ait: Pacificus: Ad immolandum domino veni. Sanctificamini, & venite mecum, vt immolem.† [§]Sanctificauit ergo Isai & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium. Cúmque ingressi essent, vidit Heliab, & ait: Num coram domino est Christus eius? Dixítque dominus ad Samuelem [c]: Ne respicias vultum eius, neque altitudinem staturæ eius, quoniam abieci eum: [2]nec iuxta intuitum hominis ego iudico. ] [d] Homo enim videt ea quæ parent, †dominus autem intuetur cor. Et vocauit Isai Aminadab, & adduxit eum coram Samuel. Qui dixit: Nec hunc elegit dominus. [3] Adduxit autem ] Isai Samma: de quo ait: Etiam hunc non elegit dominus. [4] Adduxit itaque ] Isai septem filios suos coram Samuel. Et ait Samuel ad Isai: Non elegit dominus ex istis. Dixítque Samuel ad Isai: Nunquid iam completi sunt filij? Qui respondit: adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues. Et ait Samuel ad Isai [e]: Mitte, & adduc eum. [§] Nec enim discumbemus priusquam hûc ille veniat. Misit ergo & adduxit eum: Erat autem rufus & pulcher aspectu decoráque facie. Et ait dominus: Surge & vnge eum: Ipse est enim. Tulit ergo Samuel cornu olei, & [f] vnxit eum in medio fratrum eius. † Et [5]directus est ] spiritus domini à die illa in Dauid, & deinceps. Surgénsque Samuel abiit in [6]Rámatha. ][g]Spiritus autem domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam à domino. Dixerúntque serui Saul ad eum: Ecce spiritus domini malus exagitat te. Iubeat *dominus noster Rex & serui tui qui coram te sunt: quærent hominem scientem psallere cithara: vt quando arripuerit te spiritus domini malus, psallat manus sua: & leuius feras. Et ait Saul ad seruos suos: Prouidete ergo mihi aliquem bene psallentem: & adducite eum ad me. [§] Et respõdens vnus de [h]pueris ait, Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem, scientem psallere, [7] & fortissimum robore, ] & virũ bellicosum, & prudẽtem [8]in verbis, ]& virum pulchrũ, & dominus est cũ eo. Misit ergo Saul nuncios ad Isai,

Isai, dicens: Mitte ad me Dauid filium tuum, qui est [9] in pascuis. Tulit itaque Isai asi- 9. Cum ouibus.
num [10] plenum ] panibus, & lagenam vini, & hœdum de capris vnum & misit per ma- 10. Oneratum.
num Dauid filii sui Saul. Et venit Dauid ad Saul, & stetit corã eo. At ille dilexit eum f. De vi musicæ in lib. 12. Dauicæ historiæ ample scripsit Saxo grammaticus. Cuius vis erat homines demutare, & in furiam pertrahere posse, & rursum furiosos, in sanam reducere mentem. Rex Eucus expers ipsum toto suo comitatu. De eadem pluta refert hic Dionysius Carthusia.
nimis, & factus est eius armiger. Misitque Saul ad Isai, dicens: † Stet Dauid in conspectu meo: Inuenit enim gratiã in oculis meis. Igitur quandocunque spiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam & percutiebat manu sua: & refocillabatur Saul, & leuius habebat, [f] Recedebat enim ab eo spiritus malus.

*Goliath armis diuitem inermis Dauid occidit, cuius caput diffusis Philistæis ad Saulem in Ierusalem detulit.* XVII.

A CONgregantes autem Philistiim agmina sua in prælium, conuenerunt in [a] Sochot Iudæ, & castrametati sunt inter Sochot & Azecha, in finibus Domim. Porrò Saul & viri Israel congregati [1] venerunt in vallem Terebinthi, ] & direxerunt aciem ad pugnandũ contra Philistiim, & Philistiim stabant super montem ex parte hac, & Israel stabat supra montem ex altera parte, ] vallisque erat inter eos. ] Et egressus est vir [2 b] spurius ] de castris Philistinorum, nomine [c] Goliath de Geth, altitudinis sex cubitorum & palmo: & cassis ærea super caput eius, & lorica [3] hamata induebatur. Porrò pondus loricæ eius, quinque milia siclorum æris erat, & ocreas æreas habebat in cruribus, & clypeus æreus tegebat humeros eius. Hastile autem hastæ eius erat quasi liciatorium texentium. Ipsum autem ferrum hastæ eius sexentos siclos habebat ferri. Et armiger eius antecedebat eum. * Stánsque clamabat aduersum phalangas Israel, & dicebat eis: Quare venistis parati ad prælium? Nunquid ego non sum Philistæus, & vos serui Saul? Eligite ex vobis virum, & descendat [4] ad singulare certamen. ] Si quiuerit pugnare mecum, & percusserit me, erimus vobis serui. Si autem ego præualuero, & percussero eum, vos serui eritis
2 & seruietis nobis. [5] Et aiebat Philistæus: Ego exprobraui agminibus Israel hodie: Date mihi virum, [5] & ineat mecum singulare certamen. Audiens autem Saul & omnes Israelitæ sermones Philistæi huiuscemodi: stupebant, & metuebant nimis. Dauid autem erat filius viri Ephratæi ] † de quo suprà dictum est, ] de Bethléhem Iuda, cui nomen erat Isai, qui habebat [d] octo filios, & erat vir in diebus Saul, senex, & [6] grandæuus inter ] viros. Abierunt autem tres filij eius maiores, post Saul in prælium. Et nomina trium filiorum eius, qui perrexerunt ad bellum, Eliab primogenitus, & secundus Aminadab, tertius quoque Samma. [e] Dauid autem erat minimus. Tribus ergo maioribus secutis Saulem [7] abiit Dauid, & reuersus est ] à Saul, vt pasceret gregem patris sui in Bethléhem. Procedebat vero Philistæus mane & vespere, & stabat quadraginta diebus. Dixit autem Isai ad Dauid filium suum: Accipe * fratribus tuis ephi polentæ, * & decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos: & decem [8] formellas casei, has ] deferes ad tribunum, & fratres tuos visitabis, [9] si recte agant, & cum quibus ordinati sunt disce. ] Saul autem & illi, & om-
c nes filij Israel [f] in valle [10] Terebinthi pugnabant aduersum Philistiim. [&] Surrexit itaque Dauid mane, & commendauit gregem custodi, & onustus abiit, sicut præceperat ei Isai: Et venit [11] ad locum Magála & ad exercitum, qui ] egressus ad pugnã, vociferatus erat in certamine. Direxerat enim aciem Israel, sed & Philistiim ex aduerso fuerant præparati. Derelinquens ergo Dauid vasa, quæ attulerat sub manu custodis [12] ad sarcinas: ] cucurrit ad locum certaminis: & [13] interrogabat si omnia rectè agerentur erga fratres suos. ] Cúmque adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille [14] spurius, ascendens, Goliath nomine, Philistæus, [g] de Geth, de castris Philistinorum. Et loquente eo hæc eadem verba, audiuit Dauid. Omnes autem Israelitæ cum vidissent virum, fugerunt à facie eius timentes eum valde. Et dixit vnusquisquiã de Israel: Num vidisti virum hunc, qui ascendit? Ad exprobrandum enim Israel ascendit. Virum ergo, qui percusserit eum, ditabit Rex diuitiis magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet [15] absque tributo in Israel. Et ait Dauid ad viros,

a. Soccoth Iudæ tribus, vicus est ab Hebron conditus: inter quem & Aseeh Dauid magnũ Goliath prostrauit. Et dicitur Iudæ, ad differentiam aliorũ locorum eiusdem nominis trans Iordanem. Quorũ vnus est in tribu Gad: vbi Iacob fratri suo Esau reconciliatus est. de quo Iudicum 8. 2. dictum est. Alius eiusdem nominis locus est, qui & secunda mansio populi exeuntis Ægyptum.
1. Posuerunt castra in valle quercus.
2. b. Inter vtrosque, id est stans inter duas acies de patre gigante, matre vero Gethæa natus. Hieron.
c. Exitit tunc Goliath iste ingens statura corporis, armis instructus, viribus etiam exercitatus, elatus iactantia: qui superbe prouocaret ad monomachiam populum aduersarium: hoc est vt vnus inde electus, ab ipsis procederet aduersus eum, vt quis illorum duorum vicisset, tum parti victoria tribueretur. August. lib. 30. Homil. 31. Homil.
3. Squammata.
* Parmam ferens.
4. Ad me.
5. Vt pariter pugnemus.
d. Connumerãdo Nathan propheta filium Sammæ filij sui: alibi non habet nisi septem.
6. Senescens ad.
e. Id est vltimus natu, maxime tamẽ virtute. Quamuis cap. precedenti dictũ sit quod Dauid factus sit armiger Saul, iam Saul hac vice pepercisse puero ad tempus ei tam eius. Et quia nondum expertus fuerat in bellicis gestis Dionys. Carthusia.
7. Ivit Dauid, & rediit.
* Quæso pro.
* Hûius.
8. Ipsos lactaros caseos.
9. Pro pace vel pacifice, & tolle pignus eorum.
f. Terebinthi vallis est in Sichimis, sub qua abscondit Iacob idola, iuxta Neapolim. Hinc refert Iosephus, quod Palæstini castrametati sunt inter Soccoth & Azeca.
10. Quercus.
11. Intra circulum castrorũ, & exercitus.
12. Vasa.
13. Veniens interrogabat fratres suos de pace.
14. Intermedius.
g. Geth quarta vrbs Philistinorum quondam semper immanium gigantum alúna. Veluti Goliath iste, & aliorũ multorum, quorum nonnullos David 2. Reg. 21. ferrur expulisse, & ciuitatem illorũ diripuisse, quam Roboam postea ferrur instaurasse, sed & Ozias rursũ destruxisse.
15. Liberam.

Universidad de Deusto
Biblioteca



qui ſtabant ſecum, dicens: [h] Quid dabitur viro qui percuſſerit Philiſtæum hunc? & tulerit opprobrium de Iſrael? Quis eſt enim hic Philiſtæus incircunciſus, qui exprobrauit aciem dei viuentis? [g] Referebat autem ei populus eundem ſermonem dicens: Hæc dabuntur viro qui percuſſerit eum. Quod cum audiſſet Eliab frater eius maior loquente eo cum aliis, iratus eſt contra Dauid, & ait: Quare veniſti, & [16] quare] dereliquiſti pauculas oues illas in deſerto? Ego noui [i] ſuperbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia vt videres prælium deſcendiſti. Et dixit Dauid: Quid feci? Nunquid non verbum eſt? Et declinauit paululum ab eo ad alium: dixítque eundem ſermonem. Et [17] reſpondit ei populus verbum, ſicut prius.] Audita ſunt autem verba quæ locutus eſt Dauid, & annunciata in conſpectu Saul. [18] Ad quem cum fuiſſet adductus, locutus eſt ei: ]Non cóncidat cor cuiuſquam [19] in eo.] Ego ſeruus tuus vadam, & pugnabo aduerſus Philiſtæum. Et ait Saul ad Dauid: Non vales reſiſtere Philiſtæo iſti, nec pugnare aduerſus eum, quia puer es. Hic autem vir bellator eſt ab adoleſcentia ſua. Dixítque Dauid ad Saul: [†] Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem: [k] & veniebat leo vel vrſus, & tollebat [20] arietem de medio gregis, & perſequebar eos, & percutiebam, eruebámque de ore eorum. Et illi conſurgebant aduerſum me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam, interficiebámque eos. [§1] Nam & leonem, & vrſum interfeci ego ſeruus tuus: erit igitur & Philiſtæus hic incircunciſus quaſi vnus ex eis. ⊱ Nunc vadam, & auferam opprobrium populi. Quoniam quis eſt iſte Philiſtæus incircunciſus, ] qui auſus eſt maledicere exercitui dei viuentis? Et ait Dauid: Dominus qui eripuit me de manu leonis & de manu vrſi, ipſe me liberabit de manu Philiſtæi huius. Dixit autem Saul ad Dauid: [m] Vade, & dominus tecum ſit. Et induit Saul Dauid veſtimentis ſuis, & impoſuit galeam æream ſuper caput eius, & veſtiuit eum lorica. Accinctus ergo Dauid gladio eius ſuper veſtem ſuam: [21] cœpit tentare ſi armatus poſſet incedere. Non enim habebat conſuetudinem.] Dixítque Dauid ad Saul: Non poſſum ſic incedere, quia non vſum habeo. Et depoſuit ea. Et tulit baculum ſuum quem ſemper habebat in manibus, & elegit ſibi quinque [22] limpidiſſimos ] lapides de torrente, & miſit eos in peram paſtoralem, quam habebat ſecum, * & fundam manu tulit, & proceſſit aduerſum Philiſtæum. [n] Ibat autem Philiſtæus, incedens & appropinquans aduerſum Dauid: & armiger eius ante eum. Cúmque inſpexiſſet eum Philiſtæus, & vidiſſet Dauid, deſpexit eum. Erat autem adoleſcens rufus, & pulcher aſpectu. Et dixit Philiſtæus ad Dauid: [o] Nunquid ego canis ſum, quòd tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philiſtæus Dauid in dijs ſuis. [§] Dixítque ad Dauid: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli & beſtiis terræ. Dixit autem Dauid ad Philiſtæum. Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine domini exercituum, dei agminũ Iſrael, quibus exprobraſti hodie, & dabit te dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuũ à te. Et dabo cadauera caſtrorũ Philiſtiim hodie volatilibus cœli & beſtiis terræ, vt [23] ſciat omnis terra ] quia eſt dominus deus in Iſrael. Et nouerit vniuerſa Eccleſia hęc, quia nõ in gladio nec in haſta ſaluat dominus. Ipſius enim eſt bellum, & tradet vos in manus noſtras. Cũ ergo ſurrexiſſet Philiſtæus, & veniret & appropinquaret cõtra Dauid, [p] feſtinauit Dauid, & cucurrit ad pugnã ex aduerſo Philiſtæi. Et miſit manum ſuam in peram, tulítque vnũ lapidẽ, & funda iecit, & ⊱ circunducẽs] percuſſit eum in fronte, & infixus eſt lapis in fronte eius, & cecidit in faciem ſuam ſuper terram. [†] Prævaluítque Dauid aduerſum Philiſtæum in funda & lapide, percuſſúmque Philiſtæum interfecit. Cúmque gladium non haberet in manu Dauid, cucurrit & ſtetit ſuper Philiſtæum, & tulit gladium eius, & [q] eduxit eum de vagina ſua, & interfecit eum, prærecidítque caput eius. [§] Videntes autem Philiſtiim quòd mortuus eſſet fortiſſimus eorum, fugerunt. Et conſurgentes viri Iſrael & Iuda, vociferati ſunt, & perſecuti ſunt Philiſtæos, vſque dum venirent in vallem, & vſque ad portas Accaron. Ceciderúntque vulnerati de Philiſtiim in via Sarim, & vſque ad Geth, & vſque ad Accaron. [24] Et reuertentes filij Iſrael, poſtquam perſecuti ſunt Philiſtæos,

h. Licet enim iam audiſſet Dauid, tamen volebat à pluribus requirere ad maiorem certitudinẽ, nec iſta quærebat Dauid propter cupiditatem lucri, vel honoris principaliter: volebat enim pugnare cum eo propter gloriam dei & propter liberationem populi. De Lyra. ibid.
16. Apud quem.

i. Putabat enim ipſum rumore cordis eleuari, quod in Regem Samuel ipſum vnxerat. Hieron. ibid.

17. Reſponderunt ei, qui erant ex populo, verbum iuxta priorem ſermonem.
18. Qui & tulit eum. Et ait Dauid ad Saul.
19. Propter illum.

k. Neque eſſet admiſſus niſi feciſſet fidem quod in ſua adoleſcentia leonem ſuis manibus ſtrangulatum extractis raptæ ouis cruribus peremiſſet. Amb. In Pſal. 118. Ser. 18.
20. Pecus de grege.
l. Dauid autem cum de vrſo & leone narrat, non glorioſus, ſed magnum quid, & mirabile moliens, dicit, quoniam non credebatur, quod nudus & arma geſtare non valens, victurus eſſet barbarum, coactus eſt ſuæ ſtrenuitatis referre argumenta Chryſ. ſuper Geneſ. Hom. 46.

m. Ex hoc aliqui opinantur quod etiam Saul ex reuelatione cognouit quòd Dauid prævalerei. Et ſecundum Hieronymũ aliosque doctores fideles & catholicos Dauid ex reuelatione diuina præſciuit ſe triũphaturũ in iſto conflictu. Ideo verba iſta, & alia quæ in litera continentur, non ſolum ſunt verba bonæ ſpei, ſed certitudinis abſolutæ. Dionyſ. Carthuſia. ibidem.
21. Et voluit abire, ſed quia nõ aſſuetus erat.
22. Politos.
* Et in techam fundæ.
n. Deſpexit eum ſtatuens eum nullius momenti ad pugnãdũ contra eum De Lyra. ibidem.

o. Ipſe etiam deſpectus ab Allophylo, quod aduerſus armatum præliatorem cum virga & lapidibus proceſſiſſet, retulit non viribus ſe fretum eſſe, nõ armis, ſed in nomine domini confidentem ad prælium eſſe progreſſum, vt laceſſitæ plebis auferret opprobrium. Hic ergo iuuenis atque deſpectus ſtrauit Allophylũ, potitúſque victoria in decẽ milibus iuuẽculorum pſallentium teſtimonio triũphauit. Amb. In Pſal. 118. Sermo. 18.
23. Sciant omnes, qui ſunt in terra.

p. Dauid autem deo magis fidens quàm armis, futoris expers & inermis acceſſit: & primo iactu alienigenẽ barbarũ proſtrauit, ac ipſum ſuopte gladio occidit, capũtque eius amputauit, atque illius opera & Rex ſalutem inuenit, & omnis illius exercitus reſpirauit. Chryſ. ſuper Geneſ. Hom. 46.
q. Philiſtæus enim adhuc eum nõ extraxerat, quia prius cum haſta pugnare volebat, ſicut faciunt milites in duellis prius inuadendo ſe cum lanceis. De Lyra. ibid.

24. Et reuerſi filij Iſrael à perſecutione Philiſtæorum, diripuerunt.

Philistæos,inuaserunt castra eorum.[m] Assumens autem Dauid caput Philistæi, attulit illud in Ierusalem:arma verò eius posuit in tabernaculo suo. Eo autem tempore quo viderat Saul Dauid egredientem contra Philistæum, ait ad Abner principem militiæ suæ:De qua stirpe descendit hic adolescens? * Dixítque Abner: Viuit anima tua Rex,si nouí. Et ait Rex:interroga tu,cuius filius sit iste puer.Cúmque regressus esset Dauid percusso Philistæo,tulit eum Abner,& introduxit coram Saule,caput Philistæi habentem in manu.Et ait ad eum Saul: De qua progenie es ô adolescens? Dixítque Dauid:Filius serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum.

m.Vnde illo defecto & percusso,gladium eius abstulit,& deinde illi caput abscidit.Eutherius Ibidem. Videlicet tunc inopinatas admirabilesque res, armatum ab inermi directum, teteque militaris peritum ab eo qui præter pastorale nihil sciebat,cadentem. Quis hic quidē habuit supernam gratiā te adiuuantem,ille autem ea caruit in huius venit manus.Chryso. in Genes Homil.46.
* Abneri.

*Inito Dauidis cum Ionatha fœdere,Saul audita sui & Dauidis comparatione,Dauidem nisus est transfigere:Merob tamen filiam suam pollicitus, Michol mediantibus centum Philistinorum præputiis tradidit.* XVIII.

ET factum est,cùm complesset loqui ad Saul,[a] anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid,& dilexit eum Ionathas quasi animam suam. Tulítque eum Saul in die illa, & non concessit ei vt reuerteretur in domum patris sui.Inierunt autem Dauid & Ionathas fœdus.† Diligebat enim eū quasi animam suam.[b] Nam expoliauit se Ionathas tunica,qua erat indutus,& dedit eā Dauid,& reliqua vestimenta sua,vsque ad gladium & arcum suum, & vsque ad balteum.Egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcunque misisset eum Saul,&prudenter se agebat.[c] Posuitque eum Saul super viros belli,& acceptus erat in oculis vniuersi populi,maximéque in conspectu famulorum Saul.[1] Porrò cum reuerteretur percusso Philistæo Dauid:] [2]—& ferret caput eius in Ierusalem:] egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel, cantantes, chorósque ducētes in occursum Saul Regis,in tympanis lætitiæ & in sistris:& [2]præcinebant] mulieres ludentes, atque dicētes,† Percussit Saul mille,* & Dauid decem milia.*[c] Iratus est autem Saul nimis:& displicuit in oculis eius iste sermo.Dixítque:[d] Dederunt Dauid decē milia,& mihi mille dederunt.Quid ei supereſt,nisi solum regnum?[3] Non ergo rectis oculis Saul aspiciebat Dauid] à die illa, & deinceps. Post diem autem alteram, inuasit spiritus dei malus Saul, &[4] prophetabat in medio domus suæ. Dauid autem psallebat manu sua, sicut per singulos dies.Tenebátque Saul lanceam,[4] & misit eam: putans quòd configere posset Dauid cum pariete.] Et declinauit Dauid à facie eius[5] secundò.] Et timuit Saul[*] Dauid:eò quòd esset dominus cum eo, & à se recessit. Amouit ergo eum Saul à se,& fecit eum tribunum super mille viros. Et egrediebatur, & intrabat in conspectu populi.In omnibus quoque viis suis Dauid prudenter agebat,& dominus erat cū eo.[5] Vidit itaque Saul,quòd prudens esset nimis, &[6] cœpit cauere eū.] Omnis autem Israel & Iuda diligebat Dauid. Ipse autem ingrediebatur & egrediebatur ante eos. Dixítque Saul ad Dauid:Ecce filia mea maior Merob,ipsam dabo tibi vxorem,[7] tantummodo esto vir fortis,]& præliare bella domini.Saul autem reputabat dicens: Nō sit manus mea in eo: sed sit super eum manus Philistinorum. Ait autem Dauid ad Saul:† Quis ego sum? aut quæ est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, vt fiam gener Regis? Factū est autem tempus,†[8] cū deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadriel Molathitæ vxor.[8] Dilexit autem Dauid Michol[8] filiam Saul alteram.] Et nunciatum est Saul,& placuit ei.Dixítque Saul:Dabo eam illi,vt fiat ei[f] in scandalum,& sit super eum manus Philistinorum.Dixítque Saul ad Dauid:[9] In duabus rebus]gener meus eris hodie.Et mandauit Saul seruis suis: Loquimini ad Dauid clàm me,dicentes:Ecce places Regi,& omnes serui eius diligunt te. Nunc ergo esto gener Regis.Et locuti sunt serui Saul in auribus Dauid,omnia verba hæc. Et ait Dauid:[g] Nū parum videtur vobis,generum esse regis? Ego autem sum vir pauper, &[10] tenuis.] Et renunciauerunt serui Saul, dicentes: Huiuscemodi verba locutus est Dauid.[8] Dixit autem Saul:Sic loquimini ad Dauid:Non[11] habet Rex sponsalia necesse:nisi tantum] centū præputia Philistinorū,vt fiat vltio de inimicis Regis. Porrò Saul cogitabat Dauid tradere in manus Philistinorū.[h] Cúmq; renūtiassent serui eius Dauid verba quæ

a. Vniuersus Israel diligebat Dauid, & sapiebat super omnes seruos Saul, & honorabatur nomen illius valde: Sed & Ionathas filius Saul diligebat Dauid vehementer. Chrysost. de Dauid & Saule.Homil.

b.Itaque dedit Ionathas Dauidi vestimenta sua & arma: inuenit quòd amaret eum quasi seipsum. Amicus etenim præsertim tam charus,est alter ipse.Diuus.ibidem.

1.Et factum est cum ipse veniret,reditétque Dauid à cæde Philistæi.
2.Mutuo sibi respondentes.
* Suos.
*c.Sua.Nam si indignandum erat,Dauidem potius cōcuniebat indignari: quod quum solus totū gessisset, alterū habere laudis participem: vel mulieribus indignari, & non Dauidi, de repub. benemerito. Chrysost. de Dauid & Saule Homi.
d.Interea victoria Dauid animum Saul Regis offendit, indignans quod Saul in mille,& Dauid in decem millibus exclamantium publicæ gratulationis ora conclamarent. Hinc inuidia Saulis & semen odiorū aduersus Dauid, quē dissimulator callidus, vt sine insidiis suis posset offerre discrimini, statuit cū Michol filiæ suæ nuptiis alligari,si centum sibi Allophylorū præputia victor offerret, pro quibus centum,ducenta dedit. Et vnde creditus est regio petire voto, inde auctus est gloriosiori trophæo. Eucherius ibidem.
3.Insidiabatur igitur Saul Dauid.
e.Nil nisi aliena, morte arreptitiorum referens.Hiero.
4. Tollensque Saul lanceā aitr percutiam Dauid & patietur.
5.Duabus vicibus.
* A facie.
6.Timuit à facie eius.
7.Ita tamen,vt is apud me militiæ deditus.
8.Filia Saul altera.
f.Io duplex periculum, vxoris & Philistinorum.
9.In altera filia.
g.Atqui debebatur hoc honoris,vt mercedis ac pentatio laborum,indignum tamen se iudicabat, qui debitam reciperet mercedem.Chrysost.de Dauid & Saule.
10.Despectus.
11.Desiderat rex dotem aliam, quàm.
h.Hinc inuidia Saulis, & semē odiorum aduersus Dauid, quē dissimulasset callidus, vt sine insidiis suis posset offerre discrimini,statuit eum Michol filiæ suę nuptiis alligari,si centū sibi Allophylorū præputia victor offerret pro quibus centū ducenta dedit & vnde creditus est regio petire voto: inde auctus est gloriosiori trophæo Eucherius Lugdu.ibidem.

dix erat Saul,[i] placuit sermo in oculis Dauid, vt fieret gener Regis. Et post paucos dies surgens Dauid, abiit ⸗ in Accaron ] cum viris, qui sub eo erant, & percussit ex Philistiim ducentos viros,[k] & attulit eorũ præputia & annumerauit ea regi, vt esset gener eius. [g] Dedit itaque Saul ei Michol filiam suã vxorem. Et vidit Saul, & intellexit quòd dominus esset cum Dauid. Michol autem filia Saul diligebat eum. Et Saul magis cœpit timere Dauid.[l] Factúsque est Saul inimicus Dauid cunctis diebus. Et egressi sunt Principes Philistinorum. A principio autem egressionis eorum prudentius se gerebat Dauid, quàm omnes viri Saul, & celebre factum est nomen eius nimis.

i. Placuit sermo Dauid, tum quia diligebat Michol. Tum quia Philistæos idololatras odio habebat. De Lyra.

k. Sic Christus prius in gentibus clarificatus est quàm synagogam sibi copularet, & Paulus in gentibus innumeriasas resecuit. Glosa ordin.

l. Auxit deinde odiũ Saul aduersus Dauid in tantũ vt Rex ad medelã sui spiritus Dauid de more psallentem, iaculo sæpius conaretur configere. Eucherius, ibidem.

*Saul Dauidem occidere iubens, voce Ionathæ placatur: quem tamen reuocatum, & coram eo citharizantem, malo agitatus spiritu, iterum transfigere tentat. Hunc autem apud Samuelem in Naioth persequutus, post ternos nuntios prophetantes, similiter prophetauit.*

XIX.

[a] Locutus est autem Saul ad Ionathan filiũ suum, & ad omnes seruos suos vt occiderent Dauid. Porrò Ionathas filius Saul, diligebat Dauid valde. Et indicauit Ionathas Dauid, dicens: Quærit Saul pater meus occidere te. Quapropter obserua te quæso * mane: & manebis clàm, & absconderis. [b] Ego autem egrediens stabo iuxta patrem meum in agro, vbicunque fuerit, & ego loquar de te ad patrem meum: & quodcunque videro, nuntiabo tibi. Locutus est ergo Ionathas de Dauid bona ad Saul patrem suũ. Dixitq; ad eum: Ne pecces Rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde, & [c] posuit animam suam in manu tua, ] & percussit Philistæum: & fecit dominus salutem magnam vniuerso Israeli. Vidisti, & lætatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens Dauid, qui est absque culpa? Quod cũ audisset Saul, placatus voce Ionathæ, iurauit: Viuit dominus, quia non Occidetur. & Vocauit itaque Ionathas Dauid, & indicauit ei omnia verba hæc. Et introduxit Ionathas Dauid ad Saul, & fuit ante eũ sicut fuerat heri & [d] nudiustertius. Motum est autem rursum bellũ: & egressus Dauid pugnauit aduersum Philistiim, percussitq; eos plaga magna, & fugerunt à facie eius. Et factus est spiritus domini malus in Saul: Sedebat autem in domo sua, & tenebat lanceam. * Porrò Dauid psallebat in manu sua. Nisúsque est Saul configere Dauid lancea in pariete. Et declinauit Dauid à facie Saul. [e] Lancea autem ⸗ casso vulnere ] perlata est in parietem: & Dauid fugit, & saluatus est nocte illa. Misit ergo Saul [2] satellites ] suos nocte in domum Dauid: vt custodirent eum, & interficeretur mane. Quod cum annuntiauisset Dauid Michol vxor sua, dicens: nisi saluaueris te nocte hac, cras moriêris: deposuit eum per fenestram. Porrò ille abiit, & aufugit, atque saluatus est. [f] Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectum, & [3] pellam pilosam ] caprarum posuit ad caput eius, & operuit eam vestimentis. Misit autem Saul apparitores, qui raperent Dauid, & responsum est, quòd ægrotaret. Rursúmque misit Saul nuntios, vt viderent Dauid dicens: Afferte eũ ad me in lecto, vt occidatur. Cúmque veniissent nuntij, inuentum est [f] simulachrum super lectum, & [4] pellis caprarum ad caput ] eius. Dixitque Saul ac Michol: Quare sic illusisti mihi, & dimisisti inimicum meum, vt fugeret? Et respondit Michol ad Saul: Quia ipse locutus est mihi, dicens: Dimitte me, alioquin interficiam te. Dauid autem fugiens saluatus est: Et venit ad Samuel in [5] Ramátha ] & nuntiauit ei omnia quæ fecerat sibi [6] Saul. Et abierunt ipse & Samuel & morati sunt in Naioth. Nuntiatum est autem Sauli à dicentibus. Ecce Dauid in Naioth in Ramátha. [g] Misit ergo Saul [6] lictores, ] vt raperent Dauid. Qui cum vidissent cuneum Prophetarum vaticinantium, & Samuel stantem super eos, factus est etiam spiritus domini [7] in illis, ] & prophetare cœperunt etiam ipsi. Quod cum nunciatum esset Sauli, misit & alios nuntios, prophetauerunt autem & illi. Et rursum misit Saul tertios nuntios, qui & ipsi prophetauerunt. Et ⸗ iratus iracundia Saul, ] abiit etiam ipse in Ramátha, & venit vsque ad cisternam magnam, quæ est in Socoth, & interrogauit, & dixit: In quo loco sunt Samuel & Dauid? Dictúmque est

a. Paulus primo Saulus, hoc est, primo superbus, postea humilis, quandoquidem Saulus à Saule nomen derivatũ est. Saul autem rex superbus in regno, Dauid humilem semper persequebatur innocentem, Pauli typum gerens primo ecclesiæ innocentes persequentis. August. Ser. 74. de tempore.

* Vsque.

b. Ad hoc enim fuit Dauid absconditus de consilio Ionathæ, vt exploraret voluntatem patris de receptione Dauid in gratiam, vt sic posset in curia absque periculo stare. Expectauit autem Ionathas loqui de hac materia patri suo quousque esset in agro, vbi ita consueuerat causa spaciendi, vt tunc in loco recreationis magis acquiesceret verbis suis. De Lyra.

c. Exposuit vitam suã discrimini mortis propter te.

d. Nudiustertius compositum à nunc, & die & tertio, hoc est, nũc est dies tertius, semperque de præterito dicitur: Idé est iudicium nudiusquartus, & nudiusquintus: etsi Vallæ nõ placeat, cũ Cicero dicat nudiustertiusdecimus: nudiussecundus tamen non dicitur, quia pro eo heri habemus.

* In manu sua.

e. Id est, Saul non rangẽdo Dauid impegit lanceam suam in parietem, absque vulneratione ipsius Dauid. Vnde Dauid fugiẽs in domum suam saluatus est nocte illa, ita quod per fugam euasit mortem nocte illa. Dionis. Cartusian. ibid.

2. Nuntios.

3. Puluinar de pilis.

f. Simulachrum à simulatione dictum putat Lact. lib. 2. cap. 19. Quicquid enim inquit, simulatur, id falsum sit necesse est: nec potest vnquam veri nomen accipere quod veritatem fuco & imitatione mentitur. Lactan. vbi supra.

4. Puluinar de pilis caprarum loco capitis.

5. Rama, & infra.

g. Saul inuidiæ stimulo suscitatus, & malo spiritu sæpe arreptus, cum Dauid occidere vellet, & ipse Dauid tunc cum Samuele, & cæterorum prophetarum cuneo prophetaret, misit Saul nuntios, & ipsum interficiẽdum de medio prophetarum rapere iubet: Sed illos protinus vt veniebant spiritus qui in prophetis loquebatur, arripiebat. Ipse quoque Saul quasi inuitum famulis opus stricto arcu post eos exiens, cũ inter prophetas veneraret, prophetabat. Aug. de mirabil. sac. scriptu. lib. 2. cap. 10.

6. Nuntios.

7. Super nuntios Saul.

est ei: Ecce in Naioth sunt in Ramátha. Et abiit in Naioth in Ramátha. [b] Et factus est etiam super eum spiritus domini, & ambulauit ingrediens, & prophetabat, vsque dū veniret in Naioth in Ramátha. Et expoliauit etiam ipse se vestimentis suis, & prophetauit cum cæteris coram [i] Samuel: & [8] cecinit] nudus tota die illa & nocte. Vnde & exiuit prouerbium, † Num & Saul inter prophetas?

h Scriptura equiuocè etiā pseudoprophetas & falsos deos appellat. Cæterùm pseudoprophetæ insanientibus similes erant, qualis etiā Saul erat. Proco. ibi.
i. Sed quomodo quadrat cum hoc quod dictum est supra cap. 15. Et non vidit Samuel vltra Saul. Respondent Hebræi. Aut non vidit eū, quia quando iunctus est cuneo prophetarū abscondit se Samuel aut nō vidit eum indutū habitu regio, quo indutus erat quando dictū est: Et non vidit Samuel vltra Saul vsque in diem mortis suæ. Hieron. ibidem.
8. Cecidit.

*Ionathas post repetitum fœdus ad Dauidem, ipsum patri suo reconciliare non potest: illum tamen è manibus eius trium sagittarum signo liberat.* XX.

A † Vgit autem Dauid de [2] Naioth, quæ est in [1] Ramátha,] venienſque locutus est coram Ionatha: † Quid feci? Quæ est iniquitas mea, & quod peccatum meū in patrem tuū, quia quęrit animam meam? Qui dixit ei: Absit — à te, ] non morieris. Neque enim faciet pater meus quicquam grāde vel paruū, nisi prius indicauerit mihi. [a] Hūc ergo cælauit à me pater meus sermonem tantúmodo? ] Nequaquā enim erit istud. Et iurauit rursum Dauid. Et ait ille: Scit profecto pater tuus quòd inueni gratiā in oculis tuis, & dicet: Nesciat hoc Ionathas, ne fortè tristetur. Quinimò viuit dominus & viuit anima tua, [3] quia vno tantū (vt ita dicam) gradu ego mórsque diuidimur. ] Et ait Ionathas ad Dauid: Quodcunque dixerit mihi anima tua, faciam [4] tibi. Dixit autem Dauid ad Ionathan, Ecce [b] Kalendæ sunt crastino: & ego ex more sedere soleo iuxta Regem ad vescendū. ♱ [c] Dimitte ergo me, vt abscondar in agro, vsque ad vesperam diei tertiæ. Si respiciens requisierit me ] pater tuus, respondebis ei: Rogauit me Dauid, vt iret celeriter in Bethléhem ciuitatem suam, quia victimæ solennes ibi sunt vniuersis contribulibus suis. Si [5] dixerit: bene, pax erit seruo tuo. Si autem fuerit iratus: Scito quia completa est malitia eius. Fac ergo misericordiam in seruum tuū: quia [6] fœdus domini me famulū tuum tecum inire fecisti. ] Si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & [7] ad patrem tuū ne introducas me. Et ait Ionathas, [d] Absit hoc à [7] me. ] — Neque enim fieri potest, vt ] si certe cognouero completam esse patris mei malitiam contra te: * non annuntiem tibi. Respondítque Dauid ad Ionathan: Quis renunciabit mihi, si quid fortè responderit tibi pater tuus durè de me? Et ait Ionathas ad Dauid: Veni & egrediamur foras in c agrum. ♱ Cúmque exissent ambo [c] in agrum, ait Ionathas ad Dauid: Domine deus Israel, si inuestigauero sententiam patris mei [8] crastino, vel perendíe, & aliquid boni fuerit super Dauid, & non statim misero ad te, & notū tibi fecero, hæc faciat deus Ionathæ, & hæc augeat. Si autem [f] perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurem tuam & dimittam te, vt vadas in pace, & sit dominus tecū, sicut fuit cum patre meo. [9] Et si vixero, facies mihi ] misericordiam domini: [10] si verò ] mortuus fuero * non auferes misericordiam tuam à domo mea vsque in sempiternum. — Aut si non fecero ] quando eradicauerit dominus inimicos Dauid, vnúquenque de terra: — auferat Dauid Ionathan de domo sua, & ] [11] requirat dominus de manu inimicorū Dauid. Pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo Dauid & requisiuit dominus de manu D inimicorū Dauid. ] ♱ Et addidit Ionathas [12] deierare Dauid: eò quòd diligeret illū. ] Sicut enim animam suam, ita diligebat eum. Dixítque ad eum Ionathas: Cras Kalendæ sunt, & requirêris. [13] requiretur enim sessio tua vsque perendie. ] Descendes ergo * festinus & venies in locum vbi [14] cælandus es in die quando operari licet: ] & sedebis iuxta lapidem, cui nomen est Ezel. Et ego tres sagittas mittam iuxta eum: & iaciam quasi exercens me ad signum. Mittam quoque & puerum, dicens ei. Vade & affer mihi sagittas. Si dixero puero: ecce sagittæ [15] intra ] te sunt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax est, & nihil est mali, viuit dominus. Si autē sic locutus fuero puero meo, ecce sagittæ vltra te sunt, vade in pace, quia dimisit te dominus. De verbo autē quod locuti fuimus ego & tu, sit dominus inter me & te vsque in sempiternum. Absconditus est ergo Dauid in agro, & venerūt [g] Kalendæ, & sedit Rex ad comedendū panem. ♱ Cúmque sedisset Rex super cathedram suam [16] secundum consuetudinem, quæ erat iuxta parietem, surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul, vacuúsque apparuit locus

2. Naioth locus est in Rama in sorte tribus Beniamin ab Ierusalem sex vel circiter milia. distans ad septentrionalem plagā versus Bethel. Rama verò est ciuitas Saulis in mōte Ephraim, quanuis altera sit in tribu Aser. 1. Rama.
a. Et quomodo abscenderet pater meus à me verbum istud?
3. Est quasi passus inter me & mortem.
4. Propter te.
b. Principium mensis in quo erat neomenia.
c. Fugerat sanctus Dauid odia Saulis Regis, nō relinquens terrā, sed declinans conragia Regis inimici & superbi, quia mēs eius adhærebat deo, cui sine charitate nullus adultus adhærere potest. Ambr. in lib. de Abrahā & Isaac.
5. Si mentionem mei fecerit.
6. In fœdus domini adduxisti seruum tuum ad te.
d. Hic ponitur Ionathæ concessio secundū formam petitionis Dauid, ad, quā respōdit Dauid: Quis renunciabit mihi, quia sibi difficile videbatur quòd filius regis veniret ad ipsum in agro quin alij cuntarentur ipsum, quod posset cedere in periculum ipsius Dauid ad faciendum voluntatem regis. De Lyra. 7. Te.
*putas quòd.
e. In quem Saul sæpius consilijdi gratia cōueniebat, vbi etiam Dauid constituerat occidendū. Hieronymus.
8 Cras hoc tempore.
f. Neque enim tam graue est peccare, quàm in peccatis perseuerare. Chrys. homi. 29. super Genesim.
9. Nec diffido quin adhuc mihi viuenti, facias mecum.
10. Nec cum.
*Sed etiam.
11. Pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo Dauid, dicens: Requirat Dominus per manus inimicorum Dauid.
12. Adiurare Dauid per dilectionem suam, qua illum diligebat.
13. Vacabit enim locus sessionis tuæ.
* Per triduum.
14. Absconditus fuisti eo die quo tuum agebatur negocium
15. Ante.
g. Calendæ dicebantur primus dies cuiuslibet mensis, dies videlicet in quo inneuatur Luna qui erat mensis principium, & solebat apud Hebræos semper esse solennis & celebris. Hinc factum est adagium, ad Calendas Græcas, & Neomenias Latinas, quod Græci Calendis, Latini Neomeniis careant.
16. vt prioribus vicibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Dauid,& non est locutus Saul quicquam in die illa.[h] Cogitabat enim quòd fortè euenisset ei,vt non esset mundus,nec purificatus. Cúmque illuxisset dies secũda post kalendas,rursum apparuit vacuus locus Dauid. Dixítque Saul ad Ionathan filium suũ. Cur non venit filius Isai nec heri,nec hodie ad[17] vescendum? Respondítque Ionathas Sauli: Rogauit me obnixè,vt iret in Bethléhem,& ait: Dimitte me,* quoniam sacrificium[18] solenne est in ciuitate mea,vnus de fratribus meis accersiuit me. Nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis,vadam citò,& videbo fratres meos.[d] Ob hanc causam non venit ad mensam Regis. Iratus autem Saul aduersum Ionathan,dixit ei:Fili[19] mulieris virum vltrò rapientis,nunquid ignoro,] quia diligis filium Isai in confusionem tuam,& in confusionem[20] ignominiosæ] matris tuæ? Omnibus enim diebus,quibus filius Isai vixerit super terram,nõ stabilieris tu,neque regnum tuum. Itaque iam nunc mitte & adhuc eum ad me,quia filius mortis est. Respondens autem Ionathas Sauli patri suo,ait: Quare morietur? Quid fecit? [i]arripuit Saul lanceam,vt percuteret eum. Et intellexit Ionathas,quòd definitum esset à patre suo,vt interficeretur Dauid. Surrexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris,& non comedit in die Kalendarũ secunda, panem: Contristatus est enim super Dauid, eò quòd [21]confudisset] eum pater suus. Cúmque illuxisset mane,venit Ionathas in agrum,iuxta[22] [k] placitum Dauid,]& puer paruulus cum eo. Et ait ad puerum suum: Vade & affer mihi sagittas, quas ego iacio. [e]Cúmque puer cucurrisset,iecit ⊱ aliam] sagittam trans puerum. Venit itaque puer[f] ad locum iaculi,quod miserat Ionathas: Et clamauit Ionathas post tergum pueri,& ait: Ecce ibi est sagitta porro vltra te. Clamauit iterum Ionathas post tergum pueri, dicens: Festina velociter,ne steteris. Collegit autem puer Ionathæ sagittas, & attulit ad dominum suum: & quid ageretur, penitus ignorabat. Tantummodo enim Ionathas & Dauid rem nouerant. Dedit ergo Ionathas arma sua puero,* & dixit ei: Vade,& defer in ciuitatem. Cúmque abisset puer, surrexit Dauid de loco qui vergebat ad austrum,& cadens[23] pronus in terram adorauit tertiò. Et osculantes se alterutrum, fleuerunt pariter.[24] [l] Dauid autem amplius.] Dixit ergo Ionathas ad Dauid: Vade in pace: quæcunque iurauimus ambo in nomine domini dicentes: dominus sit inter me & te,& inter semen tuum & semen meum, vsque in sempiternũ. Et surrexit Dauid,& abiit: sed & Ionathas ingressus est ciuitatem.

h. Purabat quòd Dauid se absentaret à mẽsa sua,eò quod incurrisset aliquam irregularitatem, immunditiamve legalem, ex intersectione Philistinorum seu contactu rei immundæ vel ex concubitu propter quã immunditiã nõ fuisse idoneus esse in mensa regis, in qua ad manducandum ponebatur pars aliqua sacrificij in festo Neomeniæ immolati,de qua non licebat edere immundis,quousque secundum legem purificati essent, ad quam purificationem mora reperis exigebatur. Dionis. Carth.

17. Panem.

*Ire,vel.

18 Habet in ciuitate cognatio nostra:& ob hoc.

19. Iniquæ rebellionis, nõne scio.

20. Et ignominiam.

i. Non iam intra verba irã continens prorupit se,& nactus alicũde spiculum impetum in filium fecit, perpetrassetque impium facinus, ni intercursu amicorum fuisset cohibitus. Iosephus Antiq.lib.6.cap.12.

21. Diffamasset.

22. Tempus quod constituerat ipsi Dauid.

k. Quando Dauid persecutionẽ patiebatur à Saule fugiebat, & inimicum non vlciscebatur, & Christi aduentum psallebat, & sapiẽtiam instruebat,& omnia secundum consilium faciebat spiritus,& deo placebat. Quandoverò propter concupiscentiã ipse sibi accepit Bethabee Vriæ, deo summè displicuit. Irenæus lib.4.cap.45.

*Qui secum erat.

23. In faciem suam super terrã adorauit tribus vicibus.

24. Quousque Dauid excederet in fletu.

l. Quia non solùm deserebat Ionathan,sed & terram & cognationem suam. De Lyra. ibidem.

*Dauid in Nobe apud Achimélech profugus, præ nimia fame panes propositionis coram Doech Idumæo comedit. Inde ab Achimélech gladium Goliath accipiens, apud Achis in Geth dementiam præ timore simulat.* XXI.

[a] Venit autem Dauid in Nobe ad Achimélech sacerdotem. Et obstupuit[1] [b c] Achimélech,cò quòd veniisset Dauid,& dixit ei: Quare tu solus,& nullus est tecũ? Et ait Dauid ad Achimélech sacerdotem: Rex præcepit mihi sermonẽ,& dixit: Nemo sciat rem,propter quã missus es à me:& cuiusmodi præcepta tibi dederim. Nam & pueris meis condixi in illũ & illum locũ. [†]Nunc igitur si quid habes ad manũ,vel quinque panes,da mihi: aut quicquid inueneris. Et respondens sacerdos ad Dauid,ait illi: Nõ habeo laicos panes ad manũ,sed tantũ panem sanctũ.[d] Si mundi sunt pueri,maximè à mulieribus,manducent.[2] [*] Et respondit Dauid[3] sacerdoti,& dixit ei: [†] Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudiustertius quando ingrediebamur,] & fuerunt vasa puerorum sancta. Porrò [†]via hæc polluta est,sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis.] [†]Dedit ergo ei sacerdos sanctificatũ panem. Neque enim erat ibi panis,nisi tantùm panes propositionis,qui subleuati fuerant à facie domini: vt ponerentur panes calidi.* Erat autem ibi vir quidam de seruis Saul in die illa intus in tabernaculo domini,& nomen eius [c] Doech Idumæus,potentissimus pastorum Saul. ⊱ Hic pascebat mulas Saul.] [4] Dixit autem[c] Dauid ad Achimélech: Si habes hîc ad manum hastam aut gladium ⊱ da mihi,] quia gladium meum & arma mea non tuli mecum: Sermo enim Regis vrgebat me. Et dixit sacerdos: Ecce hic gladius Goliath Philistæi,quem percussisti in valle[3] Terebinthi,]

a. Nobe ciuitas fortis Iudæ inter Arimathiam & Iopen,& sacerdotalis erat,sed illam Saul euertit.

b. Ipse est Aia filius Achitob,filij Phinee filij Heli. Hieron ibi.

c. Quod verò dominus in euangelio Mar.2.d. Abiathar principem sacerdotem Abimelech appellat,nihil habet dissonantiæ, ambo enim fuerunt illic cũ veniens Dauid panes petiit & accepit. Abimelech videlicet, princeps sacerdotum & Abiathar filius eius: Occiso autem Abimelech à Saule cum viris domus suæ generis sacerdotalis fugit Abiathar ad Dauid,& comes factus totius exilij eius, postea regnante eo, summi sacerdotij gradum & ipse accepit. Euche. ibid.

d. Panes ant propositionis quasi corpus Christi de vxorum cubilibus consurgentes edere nõ poterant. Hieron.

e. Mulier siquidem secluſa fuit à nobis, tam heri quàm nudiustertius cum exirem.

2. Si via prophana fuerit,& quanto magis hodie sanctitas erit in vasis.

*Die quo illi sublati erant.

e. In Doech Idumæo,qui sacerdotes domini prodidit, Iudæ proditoris persona signatur,per quem operatus est diabolus, vt eius proditione facta in Christo,persecutionem postea ecclesia pateretur: & occiderentur multi discipuli Christi & sacerdotes,& pro nomine eius persecutionis exilia paterentur. Eucherius. ibidem.

3. Quercus.

binthi,] est inuolutus pallio post[f] Ephod. Si istum vis tollere, tolle. Neque enim hic est alius absque eo. Et ait Dauid: Non est huic alter similis. Da mihi eum. Surrexit itaque Dauid, & fugit in die illa à facie Saul, & venit ad Achis Regem Geth. Dixerúntque serui Achis ad eum, [cùm vidissent Dauid:] [d] Nunquid non iste est Dauid Rex terræ? Nónne huic cantabant per choros, dicentes: [†] percussit Saul mille, [*] & Dauid decem milia? [*] [g] Posuit autem Dauid sermones istos in corde suo, & extimuit valde à facie Achis Regis Geth. [†] Et immutauit [4] os suum coram Achis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in] hostia portæ, defluebántque saliuæ eius in barbam. Et ait Achis ad seruos suos: Vidistis hominem insanum, quare adduxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi: quia introduxistis istum, vt fureret me præsente? [5] Dimittite illum hinc: ne ingrediatur domum meam.]

*Dauid plurimis ad se susceptis ad Regem Moab profectus est, vnde Gad consilio in terram Iuda reuersus est. Saul autem per Doech Idumæum omnes sacerdotes Nobe præter Abiathar qui ad Dauid confugit, interficere fecit.* XXII.

[1] ABiit ergo Dauid inde, & [2] fugit] in speluncam [a] Odollam. Quod cùm audissent fratres eius, & omnis domus patris eius, descenderunt ad eum illuc. Et conuenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo, & factus est eorum princeps. Fuerúntque cum eo quasi quadringenti viri. Et profectus est Dauid inde in [b] Masphat, quæ est Moab. Et dixit ad Regem Moab: [2] Maneat] oro pater meus & mater mea vobiscum, donec sciam, quid faciat mihi deus. Et [3] reliquit] eos ante faciem Regis Moab. Manserúntque apud eum cunctis diebus quibus Dauid fuit in præsidio. Dixítque [c] Gad propheta ad Dauid: Noli manere in præsidio. Proficiscere & vade in terram Iuda. Et profectus est Dauid, & venit in saltum Areth. Et audiuit Saul, quòd apparuisset Dauid, & viri qui erant cum eo. Saul autem cùm maneret in Gabaa, & esset in nemore quod est in Rama, hastam manu tenens, cunctíque serui eius circunstarent eum, ait ad seruos suos qui assistebant ei: [e] Audite me nunc filij Iemini: Nunquid omnibus vobis dabit filius Isai agros & vineas, & vniuersos vos faciet Tribunos & Centuriones? quoniam coniurastis omnes aduersum me, & non est qui mihi renuntiet, maximè cùm & filius meus fœdus inierit cum filio Isai? Non est qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annuntiet mihi: eò quòd susceitauerit filius meus seruum meum aduersum me insidiantem mihi vsque hodie. [†] Respondens autem Doech Idumæus, qui assistebat, & erat primus inter seruos Saul, vidi, inquit, filium Isai in Nobe, apud Achimélech filium Achitob sacerdotem. Qui consuluit pro eo dominum, & cibaria dedit ei. Sed & gladium Goliath Philistæi dedit illi. [d] Misit ergo Rex ad accersendum Achimélech sacerdotem filium Achitob, & omnem domum patris eius sacerdotum, qui erant in Nobe. Qui vniuersi venerunt ad Regem. [e] Et ait Saul ad Achimélech: Audi fili Achitob. Qui respondit: Præsto sum domine. Dixítque ad eum Saul: Quare coniurastis aduersum me tu & filius Isai, & dedisti ei panes & gladium, & consuluisti pro eo dominum, vt consurgeret aduersum me, [4] insidiator vsque hodie permanens? ]Respondénsque Achimélech regi ait: Et quis in omnibus seruis tuis sicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergens ad [5] imperium tuum,] & glorioſus in domo tua? Num hodie cœpi pro eo consulere dominum? Absit hoc à me. Ne suspicetur [*] Rex aduersum seruum suum rem huiuscemodi, in vniuersa domo patris mei. [c] Non enim sciuit seruus tuus quicquam super hoc negotio, vel modicum vel grande. Dixítque Rex: Morte moriêris Achimélech, tu & omnis domus patris tui. Et ait Rex [6] emissariis qui circunstabant eum: ] Conuertimini, & interficite sacerdotes domini. Nam manus eorum cum Dauid est: scientes quòd fugisset, & non indicauerunt [7] mihi.] [f] Noluerunt autem serui Regis extendere manus suas [*] in sacerdotes domini. Et ait Rex ad Doech: conuertere tu, & irrue in sacerdotes domini. Conuersúsque Doech Idumæus, irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa octogintaquinque viros, vesti-

f. Ephod quandoque accipitur pro linea veste, quandoque pro veste sacerdotali. Gladius igitur ille inuolutus fuit pallio post Ephod. Vel quod primo fuit inuolutus lineo panno, & super hunc pallio. Dionis. Carr.

*Suos.

*Sua.

g. Nec quod Dauid simulauit insaniem, nec terra huiusmodi mendacia iudicanda sunt, sed locutiones actionésque prophetica, ad ea quæ vera sunt intelligenda, referendæ. August. libro contra mendacium.

4. Eloquium suũ in oculis eorum, & vultum se simulauit inter manus eorum, & scribebat super.

5. Nónne venit in domũ meã vel hiccine ingrediatur in domum meam?

1. Saluatus est.

a. Locus est plenus cauernis & rupibus, & per consequens fugituis aptus, & etiam in sorte Iudæ. Propter quod Dauid de tribu Iuda ad illum locum fugit secutus. De Lyra.

b. Masphat de qua in hoc loco ciuitas est in terra Moab in mõte Galaad, vbi Iacob & Laban firmauerunt pactum, vt Genes. 31. f. Et hanc dedit Moyses tribui Gad in hæreditatem trans Iordanem, vt patet Deuter. 29. Altera est nominis eiusdem in trib. Iuda, de qua sup. 1. Re. 10.

2. Egrediatur.

3. Duxit.

c. Miro modo hic introducitur Gad propheta, cùm in præcedẽtibus nulla eius facta fuerit mẽtio. Sic itaque hic introduxerit sicut Elias propheta in loco vbi dicimus: Et dixit Elias Thesbites de habitatoribꝰ Galaad. Exere itaque domini Gad prophetа dixit Dauid, vt non moraretur inter gentes, & in terra polluta, sed in terram Iuda rediret & ibi iuxta voluntatem domini persecutionem inimicorum ferret. Angelonius ibidem post Hieronymum. ibidem.

d. Cùm Saul persequeretur virum sanctum Dauid, confugit Dauid vbi tutum putauit esse locum, trãsiens per sacerdotem quendam Achimelech, accepit ab eo panes, vbi figurauit etiã personam non tantùm Regis, sed & sacerdotis: quia mandducauit panes propositionis, quos sicut dixit dominus in euangelio, non licebat manducare, nisi solis sacerdotibus, & sequitur. Misit continuò Saul, exhibuit sacerdotẽ, & omnes eius & iussit occidi. Nemo autus est hominum regis Saul, nec iubente rege mittere manum in sacerdotem domini, sed ille qui prodiderat, sicut Iudas, qui à proposito suo non recessit, & vsque in finem perseuerauit, occidit Doech ille manu sua, iubente Rege, sacerdotẽ & omnes eius, Deinde debellata est ciuitas etiam sacerdotũ. Aug. in Psal. 51.

4. Et insidiaretur mihi hac ipsa die.

5. Imperij tui auditum.

*Quæso.

e. Sed istud videtur repugnare ei quod dictum est, quod cõsuluit pro eo dominum, inde verisimile est quod sciuit de fuga eius à facie Saul: & sic negotiũ sciuit. Dicendum quod Dauid tantummodo verbis generalibꝰ quod periculum sibi imminebat: & quòd consuleret dominũ virum euaderet periculũ illud, & rogauit sacerdotem vt oraret pro eo. De Lyra.

6. Satellitibus, qui stabant iuxta eum.

7. Auri mea.

*Vt irruerent.

tos [f] Ephod lineo. Nobe autem ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij, viros & mulieres & paruulos & lactantes, bouémque & asinum & ouem, in ore gladij: Euadens autem vnus filius Achimélech filij Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid: & annunciauit [g] ei quòd occidissent Saul sacerdotes domini. Et ait Dauid ad Abiathar: Sciebam enim in die illa, quòd cùm ibi esset Doech Idumæus, proculdubio annuntiaret Sauli. [g] Ego [9] sum reus] omnium animarum * patris tui. Mane mecum, ne timeas. Si quis quęsierit animam meam, quęret & animam tuam, mecúmque seruaberis.

f. Pallio lineo, vel superhumerali, quo cæteris sacerdotis ornamenta tegebantur. Hieronym.
8. Ipse Dauid Abiathar quomodo.

g Ego sum reus interfectionis patris tui & cognatorũ ipsius. Vel quia culpabilis sum in eo quod non prædocui eos prudẽter, saltem post meũ recessum. Vel quia occasione mei occisi sunt. Dionys. Cart.
9. Quidem occasio fui cædis.
*Domus.

*Cùm Dauid Ceilam à Philistæis liberasset, in desertum Ziph profugus à Ziphæis proditur: fœdere autem cum Ionatha renouato, Dauidem Saul persequitur, donec ad Philistæos reuocatur.* XXIII.

ET annunciauerunt Dauid, dicentes: Ecce Philistiim oppugnant [a] Ceilam, & diripiunt [1] areas. Consuluit ergo Dauid dominum, dicens: num vadam & percutiam Philistæos istos? Et ait dominus ad Dauid: Vade, & percuties Philistæos, & saluabis Ceilam. Et dixerunt viri, qui erant cum Dauid, ad eum: [b] Ecce nos hîc in Iudæa [2] consistentes timemus, quantò magis si ierimus in Ceilam aduersum agmina Philistinorum? Rursum ergo Dauid consuluit dominum. Qui respondens, ait ei: Surge & vade in Ceilam, ego enim tradam Philistæos in manu tua. Abiit ergo Dauid & viri eius in Ceilam, & pugnauit aduersum Philistæos. Et abegit [c] iumenta eorum, & percussit eos plaga magna: & saluauit Dauid habitatores Ceilæ. Porro eo tempore quo fugiebat Abiathar filius Achimélech ad Dauid in Ceilam: [d] [3] Ephod secum habens, descenderat. Nunciatum est autem Saul, quòd venisset Dauid in Ceilam. Et ait Saul: Tradidit eum dominus in manus meas, conclusúsque est [4] introgressus vrbem, in qua portæ & seræ sunt. [5]] Et præcepit Saul omni populo, vt ad pugnam descederet in Ceilam, & obsideret Dauid & viros eius. † Quod cùm resciisset Dauid quia præpararet ei Saul clàm malum, dixit ad Abiathar sacerdotem: Applica Ephod. Et ait Dauid: Domine deus Israel, [f] audiuit famam] seruus tuus, quòd disponat Saul venire in Ceilam, vt euertat vrbem propter me: [c] Si tradent me viri Ceilæ in manus eius, & si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus: domine deus Israel, indica seruo tuo. Et ait dominus: Descendet. Dixítque rursum Dauid: Si tradẽt me viri Ceilæ, & viros qui sunt mecum, in manus Saul? Et dixit dominus: Tradent. Surrexit ergo Dauid & viri eius, quasi sexcenti, & egressi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti. Nunciatúmque est Saul, quòd fugisset Dauid de Ceila, [g] & saluatus esset,] quamobrem dissimulauit exire. Morabatur autem Dauid in deserto in [6] locis firmissimis,] mansitque in monte solitudinis Ziph [g] in monte opaco.] [f] Quærebat eum tamen Saul cunctis diebus, & non tradidit eum dominus in manus eius. [5] Et vidit Dauid quòd egressus esset Saul, vt quæreret animam eius. Porrò Dauid erat in deserto Ziph, in sylua. [8] Et surrexit Ionathas filius Saul, & abiit ad Dauid in syluam, & confortauit manus eius in deo, dixítque ei, Ne timeas, Neque enim inueniet te manus Saul patris mei. Et tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus. Sed & Saul pater meus scit hoc. Percussit ergo vterque fœdus coram domino. Mansitque Dauid in sylua. Ionathas autem reuersus est in domum suam. Ascenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Nónne ecce Dauid latitat apud nos in [7] locis tutissimis syluæ in colle] Achillæ, quæ est ad dextram deserti? Nunc ergo, * sicut desiderauit anima tua vt descenderes, descende, nostrum autem erit, vt tradamus eum in manus Regis. Dixítque Saul, Benedicti vos à domino, quia [8] doluistis vicem meam.] Abite ergo oro, & diligentiùs præparate, & [9] curiosius agite, & considerate locum vbi sit] pes eius, vel quis viderit eum ibi, [g] vbi dixistis.] [10] Recogitat enim de me, quòd callidè insidiet ei.] [*] Considerate & videte omnia latibula eius, in quibus absconditur, & reuertimini ad me [11] ad rem certam,] vt vadam vobiscum. Quòd si etiam in terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis milibus Iuda. At illi surgentes abierunt in [h] Ziph ante

a. Ceilam vrbem vocant à qua tota prouincia denominatur in sorte tribus Iudæ, ab Hebron distans 8. miliaribus via ad Eleutheropolim, vbi Hier. ait adhuc tempore suo sepulchrum Habacuch mõstrari prophetę.
1. Horrea.
b. Si ierimus ad bellandum cõtra Philistæos, audiet nos Saul, & sic dato quod vicerimus Philistæos, oportebit nos pugnare contra Saulẽ, & non potuimus propter laborem belli præcedẽtis. De Lyra.
2. Formidolosi sumus.
c. Iumenta quæ adduxerãt Philistæi ad asportandum blada Iudæorum in terram suam, abstulit à Philistæis, & ea remouit à Ceila. Dionis. Cart.
d. Ephod illud quod fugiens Abiathar secũ detulerat ad Dauid in Ceila, Ephod illud erat, quod iubente domino Moises fecerat in deserto: in quo erat doctrina & veritas, in quo etiã consuluit sacerdos dominum. Hieron. ibi.
3. Deferebat manu sua Ephod.
4. Intrando ciuitatem portas & vectes habentem.
5. Audiendo audiuit.
e. Hoc est, si descenderit Saul, & hic te inuenerit, tradent te viri Ceilæ in manus eius: Sed & si hic steterit, Saul descendet. Hieron. ibid. Et merito viri Ceilæ, sicut quod ingrati beneficiis Dauid extiterant, eũ eos de manibus Philistæorum eruerit, significabãt infidelitatem seu inconstantiam Iudæorum, qui redemptoris nostri semper pietati ingrati apud seculi potestates semper insidiabantur. Angelonius.
6. Præsidiis.
f. Non quòd semper eum actu quæreret, sed semper habebat voluntatem quærendi, si facultas capiendi se offeret, vel quia nõ semper per se, sed per exploratores quærebat. De Lyra.

g. Ionathas filius Saul haud magno negotio inuenit ipsum Dauid in sylua, quia illi amicitia coniunctissimus ad confortandum illũ perquisiuit, dixitque ei. Ne timeas, neque enim inueniet te manus Saul patris mei. Cyril. in Ioan. lib. 6. cap. 20.

7. Præsidiis in sylua, quæ est iuxta collem.
*O rex.

8. Miserti estis mei.

9. Aduertite, & videte locũ eius in quo fuerit.
10. Dictũ est enim mihi, quòd ipse callidus sit, & callidè agat.

11. Cum certo responso.
h. Ziph, oppidum in monte saltus deserto confinis, in finibus Eleutheropolis, ab Ebron sex milia. distans.

Saul.

Saul. Dauid autem & viri eius erant in deserto [i] Maon, in campestribus ad dexteram Iesimon. Iuit ergo Saul & socij eius ad quærendum eum. Et nunciatum est Dauid, Satímque descendit ad petram, & versabatur in deserto Maon. Quod cùm audisset Saul, persecutus est Dauid in deserto Maon. Et ibi Saul ⌐& viri eius⌋ ad latus montis ex parte vna: Dauid autem & viri eius erant in latere montis ex parte altera. [k] Porrò Dauid [12] desperabat se posse⌐] euadere à facie Saul. Itaque Saul & viri eius ⌐in modū coronæ⌋ cingebant Dauid & viros eius, vt caperent eos. Et nuncius venit ad Saul, dicens: Festina & veni, quoniam insuderunt se Philistiim super terram. Reuersus est ergo Saul [13] desistens persequi⌋ Dauid: & perrexit in occursum Philistinorum. Propter hoc vocauerunt locum illum petram [14] diuidentem.

i. Maon, desertum confine deserto Caimali & deserto Pharan, & est eiusdem nominis ciuitas iuxta illud desertum ad dextram Iesimon, quam Dauid diutissimè incoluit.

k. Sed videtur quod in hoc dubius fuerit in fide, quia per reuelationem diuinam certissimè habuerat ipsum fore regem pro Saule. Dicendū quòd non desperabat euasionem pro sua persona, quia certus erat de impletione diuini promissi: sed desperabat se posse euadere absque bello cum Saule: quod quidam bellum horrebat, quia timebat de morte virorum suorum, & aliquorum qui erant cū Saule, cum sequentium in hoc magis inuoluntariè quàm voluntariè. De Lyra.

12. Anxius fuit quomodo posset.
13. A persecutione.
14. Diuisionum.

*Dauid in spelunca Engaddi latitans oram chlamydis Saulis persequentis abscidit, vnde à seruis Dauidis liberatus culpam agnoscit, & Dauidi medio iuramento reconciliatur. XXIIII.*

A [A]Scendit ergo Dauid inde: & habitauit in [1] locis tutissimis⌋ [a] Engaddi. Cúmque reuersus esset Saul, postquam persecutus est Philistæos, nunciauerunt ei, dicentes: Ecce Dauid in deserto est Engaddi. Assumens ergo Saul tria milia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad inuestigandum Dauid & viros eius, etiam [2] super abruptissimas petras⌋ quæ solis [b] ibicibus peruiæ sunt. Et venit ad [c] caulas ouium [3] quæ se offerebant vianti, ⌋ erátque ibi spelunca, quam ingressus est Saul, vt [4] purgaret ventrem. ⌋ † Porrò Dauid & viri eius, in interiore parte speluncæ latebant. Et [d] dixerunt serui Dauid ad eum: Ecce dies de qua locutus est dominus ad te: ego tradam tibi inimicum tuū, * vt facias ei, sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præcidit oram chlamydis * Saul silenter. † Post hæc percussit B cor suum Dauid eò quòd abscidisset oram chlamydis Saul. [e] Dixítque ad viros suos: [5] Propitius sit mihi dominus, ne faciam hanc rem domino meo Christo domini, vt mittam manum meam in eum, quia Christus domini est. ⌋ — † [c] Viuit dominus, quia nisi dominus percusserit eum, aut dies eius venerit, vt moriatur, aut descēdens in prælium perierit, propitius mihi sit dominus, vt non mittam manum meam in Christum domini. ⌋ [f] Et confregit Dauid viros suos sermonibus istis, & non permisit eos, vt cōsurgerent in Saul. Porrò Saul exurgens de spelunca, pergebat cœpto itinere. Surrexit autem Dauid post eum, & egressus de spelunca, clamauit post tergum Saul, dicens: Domine mi Rex. Et respexit Saul post se, & inclinans se Dauid pronus in terram, adorauit. Dixítque ad Saul: Quare audis verba hominū loquentium: Dauid quærit malū c aduersum te? [g] Ecce hodie viderunt oculi tui, q̄ tradiderit te dominus in manu mea, in spelunca: & [6] cogitaui⌋ vt [g] occiderēt te, sed pepercit tibi oculus meus. Dixi enim: Non extendam manum meam in dominum meum, quia Christus domini est. Quin potius pater mi vide, & [7] cognosce⌋ oram chlamydis tuæ in manu mea: quoniā cùm præciderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. Animaduerte & vide quoniam non est in manu mea malum neque iniquitas: neque peccaui in te. Tu autem insidiaris animæ meæ, vt auferas eam. [h] Iudicet dominus inter me & te: & vleiscatur me dominus ex te: manus autem mea non sit in te: sicut dicitur in prouerbio antiquo. [i] Ab impiis egredietur impietas. Manus ergo mea non sit in te. † Quem persequeris rex Israel: quem persequeris? Canem mortuum persequeris, & pulicem vnum. Sit dominus iudex, & iudicet inter me & te: & videat & iudicet causam meam, & [8] eruat⌋ me de manu tua. [g] Cùm autem complesset Dauid loquens sermones huiusce modi ad Saul, dixit Saul. Nunquid vox hæc tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem suam, & fleuit: dixítque ad Dauid: Iustior [g] [k] tu es quàm ego. ⌋ Tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti mihi hodie, quæ feceris mihi bona, quomodo tradiderit me dominus in manu tua, & non occideris me. Quis enim cùm inuenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? Sed dominus reddat tibi vicissitudinem hanc, pro eo quod hodie operatus es in me. [l] Et nunc quia scio, quòd certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Is-

1. Præsidiis,
a. Engaddi ciuitas palmarum, iuxta ciuitatem Salis ab Iesusalem 300. stadijs distans. In eius agro nascitur palma & balsamum, & opobalsamum.

2. In summitatibus petrarum.
b. Hircis syluestribus.
c. Caula stabulū Latinè ab ἀὐλὴ Græco, quod autem designat, cui si c, additeris, caulā facies.
3. In itinere.
4. Contegeret pedes suos.
d. Non enim erat iussit occidere, sed neque prohibitus, imo etiam diuinitus audierat se impunè facere quicquid vellet inimico, & tamen tantam potestatem ad manifestudinem cōtulit. Aug. cōtra Adimantū. c. 17.
* In manum tuam.
* Quare erat super.
5. Absit à me vt coram domino faciam rem istā domino meo.
6. Hæc propositio detracta est à 26. cap. sequenti b.

f. Quàm honestū quod Dauid cùm potuisset regi inimico nocere, maluit parcere. Quàm enim vile, quia successori hoc profuit, vt different omnes fidem Regi proprio seruare, nec vsurpare imperium, sed veteri. Itaque vt honestas vtilitati prælata est, & vtilitas secuta est honestatem. Ambr. offic. 3. cap. 9.

6. Dixit quidam.
g. Saul regem accepit Dauid in suam potestatem, vt ei faceret quod vellet: & elegit potius parcere quàm occidere. Non enim erat iussus occidere, sed neque prohibitus: imò etiam audierat diuinitus se impunè facere quicquid vellet inimico. Aug. contra Adimantum.
7. Iterum vide.
h. Nō quòd optaret punirī Saulem, aut de illo pœnas sumi, sed vt illi formidine iniuriæ venturæ condemnationis commemoratione. Chrysost.
i. In hoc enim dicebatur quando dominus per aliquem malū sumebat vindictam de alio peiore, vel æque malo, & quia Dauid sentiebat se meliorem, nolebat quòd talis vindicta per ipsum fieret de Saule: sed si Deus vellet facere per aliquē malum hominem faceret. De Lyra.
8. Vleiscatur.
9. k. Me est, quàm ipsius damnat malitiam, ac illi virtutem prædicat, nullique congesit se pugnare. Chrysost. de Dauid & Saule.

l. Saul nō nisi ex Dauidis agnouit moribus, qui deum haberet adiutorem. Chrysost. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



rael,iura mihi in domino,ne deleas semen meum post me,neq; auferas semen meum de domo patris mei. [m] Et iurauit Dauid Sauli. Abiit ergo Saul in domum suam,& Dauid & viri eius ascenderunt ad tutiora loca.

m. Iurauit quòd nõ deleret semen eius in toto. Veruntamen postea ad instantiam Gabaonitarum occidit filios filiæ Saul, non tamen deleuit totaliter posteros Saul, ne illo occidit nisi ex voluntate & exactione diuina. Dionys. Cart.

*Mors Samuelis plangitur, Dauid mortem Nabal victum neganti minatus, Abigáil precibus placatur: quam simul & Achinoem, Michol alteri traditæ, cepit in connubium.* XXV.

[a†] Mortuus est autem Samuel, & congregatus est vniuersus Israel, & planxerunt eum nimis, & sepelierunt eum in domo sua in [1] Ramátha. Consurgénsque Dauid, descendit in desertum Pharan. Erat autem vir quispiam in solitudine [b] Maon, & possessio eius in Carmelo: & homo ille magnus nimis, erántque ei oues tria milia, & mille capræ. Et accidit vt tonderetur grex eius in Carmelo. Nomen autem viri illius erat [c] Nabal, & nomen vxoris eius Abigáil. Erátque mulier illa prudentissima & speciosa. Porrò vir eius durus, & [2] pessimus, & malitiosus:] Erat autem de genere Caleph. Cùm autem audisset Dauid in deserto, quòd tondéret Nabal gregem suum, misit decem iuuenes, & dixit eis: Ascendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & [3] salutabitis] eum ex nomine meo [4] pacificè, & sic dicetis: [5] Sit fratribus meis & tibi pax, & domui tuæ pax: & omnibus quæcunque habes, sit pax. Ex multis annis saluos faciens tuos, & omnia tua.] [d†] Audiui quòd [6] tonderent pastores tui greges tuos, qui erant nobiscum in deserto.] Nunquam eis molesti fuimus: nec aliquando defuit eis quicquam [de grege] omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo. Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. Nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis: In die enim bona venimus [ad te.] Quodcunque inuenerit manus tua, de seruis tuis, & filio tuo Dauid. Cúmque venissent pueri Dauid, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine Dauid, & siluerunt. [e] Respondens autem Nabal pueris Dauid, ait: Quis est Dauid, & quis est filius Isai? Hodie increuerunt serui, qui [7] fugiunt dominos suos.] Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris, quos nescio vnde sint? Regressi sunt autem pueri Dauid per viam suam, & reuersi venerunt, & annunciauerunt ei omnia verba [8] quæ dixerat Nabal.] Tunc ait Dauid pueris suis [f]: Accingatur vnusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladiis suis. [g*] Accinctúsque est & Dauid ense suo, & secuti sunt Dauid quasi quadringenti viri: Porrò ducenti remanserunt ad sarcinas. Abigáil autem vxori Nabal, nũciauit vnus de pueris suis, dicens: Ecce Dauid misit nuncios de deserto, vt [9] benedicerent domino nostro: & auersatus est eos.] Homines isti boni [10] satis] fuerunt nobis & nõ molesti: nec quicquam aliquando periit omni tempore quo fuimus conuersati cum eis in deserto. Pro muro erant nobis, tam in nocte quàm in die, omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges. Quamobrem considera & recogita qnid facias: quoniam [11] completa est malitia aduersum virum tuum,] & aduersum domum tuam, & ipse [12] filius est Beliál: ita vt nemo possit ei loqui.] [g] Festinauit igitur Abigáil, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinque arietes coctos, & quinque sata polentæ, & centum ligaturas vuæ passæ, & ducentas massas caricarum, & posuit super asinos, dixítque pueris suis: Præcedite me, & ecce ego post tergũ sequar vos. [h*] Viro autem suo Nabal non indicauit: cùm ergo ascendisset asinum & descenderet ad radicem montis: Dauid & viri eius descendebant in occursum eius. Quibus & illa occurrit. Et ait Dauid: Verè frustra seruaui omnia quæ huius erant in deserto, & non periit quicquam de cũctis quæ ad eum pertinebant: & reddidit mihi malum pro bono. [i†] [h] Hæc faciat dominus inimicis Dauid, & hæc addat, si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent, vsque mane, mingentem ad parietem. Cùm autem vidisset Abigáil Dauid, festinauit, & descendit de asino, & prócidit coram Dauid super faciem suam, & [13] adorauit super terram,] & cecidit ad pedes eius, & dixit: In me sit domine mi hæc iniquitas. Loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. Ne ponat oro dominus meus Rex cor suum super virum [14] istum iniquum] Nabal: quoniam [15] secundum nomen suum

a†. Mortuus est Samuel septem mensibus ante Saulem. Alij dicunt secundo ante Saulis Regis obitum anno mortuum.
1. Rama.

b. Carmelus & Maon vrbes sũt iuxta desertum Pharan.

c. Nabal ab Hebræis dicitur filius Aram, filij Caleb, filij Esrõ, filij Phares, nirj Iuda. Hunc dicit Hieron. eum esse qui 1. Paral. cap. 2. dicitur Gezez.
2. Malis moribus.

3. Interrogabitis.
4. Non in pace viuat.
5. Sic valeas, vt sis in pace, & domus tua in pace, & quicquid habes in pace.
d. Dauid & viri eius pacificè cõuersati fuerant cum pastoribus Nabal, & licet posset omni die arripere quod habebant, nunquam tamen illis molesti fuerant, sed eos & gregem eorum secutè seruauerat à feris & prædonibus. De Lyra. ibidem.
6. Tondentes sint tibi: nunc autem pastores quos habes, fuerũt nobiscum.

e. Tunc quippe reddidit el malum pro bono, quando blasphemauit eum contriando, & dixit: Quis est Dauid & quis est filius Isai? Hodie increuerunt serui, qui fugerunt dominos suos. Hieron. ibidem.
7. Se separant à facie dominorum suorum.

8. Hæc.
f. Tunc Dauid accinctus armis voluit eum deprædari. At Abigáil abiit obuiam Dauid, intercellens pro se & pro domo sua, quem vir eius stultitia & ebrietate sopitus offenderat. Euchetius.
9. Salutaret dominum nostrum sed ille inuectus est in eos.
10. Valde.

g*. Occasio mali est contra dominum nostrum.
11. Vt filius belial locutus est contra eum.
g. Occurrit Abigáil vxor Nabal, & tulit ei necessaria quæ poposcerat. Supplicíter eum rogauit, flexit, & à mariti sanguine reuocauit. Iurauit Dauid temere, sed nõ implenit iurationem maiore pierate iurauerat Dauid se illum occisurum. Erat enim armatus. Et quod facile fuerat, & iustè se facere ita persuadente videbatur, incautus iurationem fudit, & cepit ite vt faceret quod iurauerat. Augustin. sermone 11. de sanctis.
h. Iurauit Dauid per deum occidere Nabal virum stultum & impium: atque omnia quæ ad eum pertinebant demoliri: sed ad primam intercessionem Abigail mirum in modum prudentis, mox remisit minas, reuocauit ensem in vaginam: neque aliquid culpæ se pro tali periurio contraxisse doluit. Beda homil. 44.
13. Incuruauit se vsque in terram.
14. Belial.
15. Ipse est vt sonat nomẽ eius. Nabal est nomen eius, nam stultitia est.

E stultus est: & est stultitia ]cum eo. ♱Ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos[16] domine mi, ]quos misisti. Nunc ergo domine mi, viuit dominus, & viuit anima tua, qui prohibuit te ne venires in sanguinem, & saluauit manum tuam tibi. Et nunc [i] fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum.[k] Quapropter suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo, & da pueris qui sequuntur te dominum meum. Aufer iniquitatem famulæ tuæ. Faciens enim faciet dominus tibi domino meo domum fidelem: quia prælia domini domine mi tu prę-
F liaris: [l] Malitia ergo non[17] inueniatur ]in te, omnibus diebus vitæ tuæ. Si enim surrexerit aliquando homo persequens te, vel quærens animam tuam, erit anima domini mei custodita, quasi in fasciculo viuentiũ apud dominũ deum tuũ. Porrò inimicorũ tuorum anima rotabitur, quasi in impetu & circulo fundæ.[m] ♱Cùm ergo fecerit tibi dominus domino meo omnia hæc, quæ locutus est bona de te: & constituerit te ducem super Israel, non erit tibi hoc in [18] singultũ, & in scrupulum ]cordis domino meo, quòd effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te vltus fueris. Et cùm benefecerit dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ: ⊢& tu benefacies ei.] Et ait Dauid ad Abigáil: [n] Benedictus dominus deus Israel qui misit te hodie in occursum meum: & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & vlciscerer me manu mea.† Alioquin viuit dominus deus Israel, qui prohibuit me ne malum facerem tibi: nisi citò venisses in occursum mihi, non remansisset Nabal vsque ad lucem matutinam, [o] mingens ad parietem. Suscepit ergo Dauid de manu eius, omnia quæ attulerat ei, dixítque ei: Vade pacificè in domum tuam. Ecce audiui vocem tuam, & honoraui faciem tuam. Venit autem Abigáil ad Nabal. Et ecce erat ei conuiuium in domo eius, quasi conuiuiũ Regis, & cor Nabal iucundum.* Erat enim ebrius nimis: & non indicauit ei verbum pusillum aut grande, vsque[19] mane.] [p] Diluculo autem cùm digessisset vinum Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc.
G ♱Et emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis. Cúmque pertransissent decem dies, percussit dominus Nabal, & [q] mortuus est. Quod cùm audisset Dauid mortuum esse Nabal, ait: Benedictus dominus qui [20] iudicauit ]causam opprobrij mei de manu Nabal, & seruum suum custodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit dominus in caput eius. Misit ergo Dauid, & locutus est ad Abigáil, vt sumeret eam sibi in vxorẽ, & venerunt pueri Dauid ad Abigáil in [r] Carmelũ, & locuti sunt ad eam, dicentes: Dauid misit nos ad te, vt accipiat te sibi in vxorem. Quæ consurgens[21] adorauit prona ]in terram, & ait: Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei. Et festinauit, & surrexit Abigáil, & ascendit super asinũ: & quinque puellę ierunt cum ea pedissequę eius. † Et secuta est nuncios Dauid, & facta est illi vxor. Sed & Achinoem accepit Dauid de Iezrael, & fuit vtraque vxor eius. Saul autem dedit Micol filiam suam, vxorem Dauid, [s] Phalti filio Lais: qui erat de Gallim.

16. Domini mei.
i. Vt pereant sicut Nabal in stultitia sua. Hieron.
k. Placida verba ac mitia iracũdiæ concitatum animum mitigare solent, & ad mansuetudinem reducere. Quod nobis ipse Dauid suo prodit exemplo: cuius districtum mucronem in totius domus Nabal exterminiũ, ipsa Abigail vxor eius suauiloquentia & humanitate vagina recõdidit, & à cruoris effusione immunẽ reddidit. Cyril. in Ioannem. lib. 7. c. 11.
l. Nunquam inhæreat tibi malitia, ita vt post rationabilẽ monitionẽ & persuasionem perseueres in malo. Hoc addit prudens hæc fœmina ad inuitandũ quòd si Dauid occidisset ipsum Nabal nullo intercedẽte, occurrente & satisfaciente pro illo, potuisset hoc ascribi passioni iræ, potius quàm malitiæ. Dionisius Cart. ibidem.
17. Inuenta est.
m. Abigáil allegat pacem conscientiæ ipsius Dauid futuram, cùm fecerit illi dominꝰ omnia hæc bona quæ locutus fuerat illi. De Lyra.
18. Ruinam & in offendiculũ.
n. Turbarum est cor Dauid aduersus Nabal hominem pestilentem, & gratiam reperit dum occurrit Abigail, quæ mitigaret commotionem indignationis, & sanctificationem benedictionis acciperet. At verò Nabal duro & rigido corde verbũ vxoris ferre non potuit, & obstupefactꝰ obriguit & in mortẽ incidit. Ambr. in Psal. 17.
o. Primo exponitur quòd intẽdebat Dauid occidere omnes masculos domus Nabal. Secundo quòd omne viuens in domo eius volebat perimere: intantũ quòd nec canibus, nec infirmis voluerit parcere. Dio. Cart. ibi.
* Intra ipsum.
19. In diei sequentis lucem.
p. Iracũdos melius corrigimus, si in ipsa præcommotione declinamꝰ. Perturbati enim quid audiant ignorant. Glosa ordin. post D. Grego.
q. Dauid sanctus cùm à Nabale Carmelio contumeliæ pertulisset iniuriam, quia se ipse vlcisci distulit, vltionẽ statim deo executore percepit. Extincto itaque paulò post aduersario suo, & manu cœlesti obruto, sic locutꝰ est. Benedictus dominus, &c. Salustianus lib. 2.
20. Vindicauit.
r. Hic Carmelus est in terra Iuda ad Austrum, iuxta montem Seir, non procul ab Hebron, in deserto Maon, qua itur in Aegyptum. Huius nominis villa in decimo lapide ab Hebron. Hieron. y. tempore erat.
21. Incuruauit se faciecenus.
s. Phalti autem, vt Hebræi tradũt, nõ cognouit Michol, quia nunquã Dauid eam sibi sociasset postea: quia in lege penitus huiusmodi coitus prohibebatur. Hieron. ibid. Angelonius.

*Dauid à Ziphæis apud Saulem proditus, hastam & scyphum dormienti Sauli abstulit, quod Saul agnoscens, culpam fatetur, veniámque precatur.* XXVI.

A ET venerunt [2] Ziphęi ad Saul in Gabaa, dicentes: Ecce Dauid absconditus est in colle Achillę: quę est ex aduerso [1] solitudinis.] Et surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph, & cum eo tria milia virorum, de electis Israel, vt quęreret Dauid in deserto Ziph. Et castrametatus est Saul in Gabaa Achillæ, quæ erat ex aduerso [2] solitudinis] in via. Dauid autem habitabat in deserto. [b] Videns autem quòd venisset Saul post se in desertum, misit exploratores, & didicit quòd illuc venisset certissimè. Et surrexit Dauid clàm, & venit ad locum vbi
B [3] erat] Saul. ♱Cúmque vidisset locum in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner, Princeps militiæ eius, & Saulem dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circuitum eius, ait Dauid ad Achimélech Ethæum, & Abisai filium Saruiæ fratrem Ioab dicens: Quis descendet mecum ad Saul in castra? Dixítque Abisai: Ego descendam

2. Hi Ziphæi iam secundo Dauid apud Saulem produnt, volentes gratiam præstare Sauli. Hieronym.
1. Iesimon.
2. Iesimon.
b. Dauid fugiens à facie Saul castra Regis ingressus est: & cũ dormientem inuenisset, nõ percussit, non occidit, sed solã lanceam quæ ad caput eius fixa erat, & scyphum aquæ qui erat ad caput eius, sustulit. Dormiẽtibus cũctis, egressus de castris, transijt in cacumen montis. Eucherius.
3. Castra posuerat.

tecum. Venerunt ergo Dauid & [c] Abisai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra ad caput eius: Abner autem & populum dormientes in circuitu eius. ¶ Dixitque Abisai ad Dauid: Conclusit deus inimicum tuum hodie in manus tuas: Nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel, & secundò opus non erit. Et dixit Dauid ad Abisai: [d] Ne interficias eum. Quis enim extendet manum suam in Christum domini, & innocens erit? Et dixit Dauid: Viuit dominus: quia nisi dominus percusserit eum, aut dies eius venerit, vt moriatur, aut in prælium descendens perierit, propitius mihi sit dominus, ne extēdam manum meam in Christum domini. Nunc igitur tolle hastam quæ est ad caput eius, & scyphum aquæ, & abeamus. ¶ [e] Tulit igitur Dauid hastam, & scyphum aquæ, qui erat ad caput eius, & abierunt. Et non erat quisquam qui videret, & intelligeret, & euigilaret, sed omnes dormiebant, quia sopor domini irruerat super eos. Cúmque transisset Dauid [f] ex aduerso] & stetisset in vertisse montis de longe: & esset grande interuallum inter eos, clamauit Dauid ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens: nónne [g] respondebis] Abner? Et respondens Abner ait: Quis es tu qui clamas, [h] & inquietas] Regem? Et ait Dauid ad Abner: Nunquid non vir tu es? [i] Et quis alius similis tui in Israel? Quare ergo non custodisti dominum tuum Regem? Ingressus est enim vnus de turba, vt interficeret Regem dominum tuum. ¶ Non est bonum hoc quod fecisti. Viuit dominus, quoniam [k] filij mortis estis vos, quia non custodistis dominum vestrum, Christum domini. Nūc ergo vide vbi sit hasta Regis, & vbi sit scyphus aquæ, qui erat ad caput eius. Cognouit autem Saul vocem Dauid, & dixit: Nunquid vox hęc tua fili mi Dauid? Et ait Dauid: Vox mea domine mi rex. Et ait: [l] Quam ob causam dominus meus persequitur seruū suū? Quid feci, aut quod malum est in manu mea? Nunc ergo audi oro domine mi rex, verba serui tui. ¶ Si dominus incitat te aduersum me, [m] odoretur sacrificium: Si autē filij hominū, maledicti sunt in conspectu domini, qui eiecerunt me hodie, vt non habitē in hæreditate domini, dicentes: vade, serui diis alienis. Et nunc non effundatur sanguis meus in terra [n] coram domino: quia egressus est Rex Israel, vt quęreret pulicem vnum, sicut persequitur [o] perdix] in montibus. Et ait Saul: Peccaui: Reuertere fili mi Dauid. Nequaquam enim vltrà tibi malefaciam, [p] eò quò preciosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie. Apparet enim quòd stultè egerim, & [q] ignorauerim multa nimis.] ¶ Et respondens Dauid, ait: Ecce hasta Regis, transeat vnus de pueris Regis, & tollat eam. Dominus autem retribuet vnicuique secundum iustitiam suam, & fidem. Tradidit enim te Dominus hodie in manū meam, & nolui extendere manum meam in [r] Christū domini. Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis domini, & liberet me de omni angustia. Ait ergo Saul ad Dauid, Benedictus tu fili mi Dauid. Et quidem faciens facies, & potens poteris.

*Dauid apud Achis profugus, vrbem Siceleg ab eo obtinuit in hæreditatem Regum Iuda, vnde plurimas quotidie prædas exercebat.* XXVII.

[1] Dixit autem Dauid in corde suo, Aliquando incidam vna die in manus Saul. Nónne melius est vt fugiam, vt saluer in terra Philistinorū, vt desperet Saul, [*] cessétque me quærere in cunctis finibus Israel? Fugiam ergo manus eius. Et surrexit Dauid, & abiit ipse & sexcenti viri cum eo, ad Achis filium Maoch, regem Geth. [2] Et habitauit Dauid cum Achis in Geth, ipse & viri eius, & domus eius, & duæ vxores eius, Achinoem Iezrahelitis, & Abigáil vxor Nabal Carmeli. ¶ Et nunciatū est Saul, quòd fugisset Dauid in Geth, & nō addidit vltrà quęrere eum. Dixit autem Dauid ad Achis: Si inueni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in vna vrbium regionis huius, vt habitem ibi. Cur enim manet seruus tuus in ciuitate Regis tecum? Dedit itaque ei Achis in die illa [s] Siceleg. Propter quam causam facta est Siceleg Regum Iuda, vsque in diem hāc. Fuit autem numerus dierum quibus habitauit Dauid in regione Philistinorum quatuor mensium. [*] ¶ Et ascendit Dauid & viri eius, & agebāt prædas de

c. Dauid enim habuit duas sorores, vnā earum vocata est Abigáil, de qua natus fuit Amasa princeps militiæ Absalon. Altera Sarma, de qua natus est Ioab & Abisai, & sic isti erant nepotes Dauid. De Lyra. ibidem.

d. Quoniā videbat Dauid hanc philosophiam superare penè naturam humanam, cœlestique vsui habere mōnstro, seque promendum labefactatum ad exdē, ierunde enim de hoste quasi de filio loquitur. Chrys. homil. de Dauid & Saule.

e. Dauid fugiens à facie Saul ex tra regis ingressus est, & cùm dormientem inuenisset, nō percussit, non occidit, sed solam lanceam eius quæ erat ad caput eius fixa & scyphū aquæ qui erat ad caput sustulit. Dormientibus cunctis egressus de castris transiuit in cacumen montis. Eucherius.

4. In vlteriorem locum.

5. Audis.

6. Ad.

f. Videtur Dauid quasi ironicè loqui. Vel si seriosè, aut interrogatiuè hoc protulit, verum est quòd Abner fuit vir valdè præcipuus, sagax, fortis, & eminēs. Dionysius Carth. ibidem.

g. Filij mortis idē qui viri mortis, hoc est viri morti obnoxij, sicut viri sanguinum, viri iniquitatis, viri Belial. Filij scelesti & flagitiosi, & malitia pleni, impleti omni peccato & flagitio, & quacunque pœna digni: phrasis Hebraica elegans, & in sacra scriptura frequens.

h. Patientia mea in persecutione ista sit accepta coram deo, ac si offerrem holocaustum ad altare suum. De Lyra.

7. In præsentia & conspectu domini.

8. Quis perdicem.

i. Hoc est, hac nocte præseruasti me à perditione, & custodisti me tāquam thesaurum pretiosum. Et vtique pretiosa fuit anima Saulis in oculis Dauid, qui noluit ipsum occidere in statu illo vitioso, in quo tunc fuit in quo si tunc eum occidisset, anima eius fuisset damnata. Dionisius Carth.

9. Supermodum erraui.

k. Neque dixit in Regem, sed in Christum domini nō ab humano honore, sed à cęlesti sumpto iudicio honorifico testimonio. Chrysost. de Dauid & Saule.

a. Dicere in corde suo phrasis Hebraica est, significans prudēter deliberare de agendis, & fideliter exequi secundum rationem & discretionē. Vnde Psal. Irascimini & nolite peccare: quę dicitis in cordibus vestris, hoc est, prudenter meditatione eorum dictis, quæ stultè dicere in ira potuistis.

*De me.

b. Interea Dauid cùm fugeret Saul, latere voluit apud regem quēdam Geth, nomine Achis. Sed cum gloria eius sibi fuisset commendata, ne per hanc idem rex ad eum confugeret, aliquid in eum machinaretur, fixit in animo, & quasi furore correptus, mutauit os suum. Ibi domus ibidem.

c. Siceleg, quām Hebræi vocāt Sicelag, vbi est quondam Philistinorum. Quam dedit Achis Dauid habitandam. Vbi dicit eum habitasse per vnum annū cum quatuor mensibus.

*Et aliquot dierum.

das de Gesuri,& de Gerze,& de Amalechitis.[d]Hi enim pagi habitabãtur in terra antiquitus:]euntibus [e]Sur vsque ad terram Ægypti.Et percutiebat Dauid omnem terram illorum, nec relinquebat viuentem virum & mulierem, tollénsque oues & boues,& asinos & camelos,& vestes,reuertebatur:& veniebat ad Achis.Dicebat autem ei Achis:in quem irruisti hodie?Respondebat Dauid:Contra meridiem Iudæ,& cõ
D tra meridiem Ierameel,& contra meridiem Ceni.[g]Virum & mulierem non [2]viuificabat]Dauid,nec adducebat in Geth,dicens:ne fortè loquãtur aduersum nos:[f]*Hæc fecit Dauid: & hoc erat decretum illi omnibus diebus, quibus habitauit in regione Philistinorum. Credidit ergo Achis Dauid, dicens: Multa mala operatus est contra populum suum Israel.Erit igitur mihi seruus sempiternus.

d.Hę enim gentes inhabitabãt terram ab antiquo.
e.Sur,desertum est Arabiæ vel sus Ægyptum,inter Rhinocoruram finium & finum Ieropolytem,vique ad mare Rubrũ in quo est mons Sina. Deinde Ismaelitæ Hagareni, hoc est, Sarraceni illud habitauerunt, deinde Amalechitæ,quos Saul usus fuit penitus delere.
2.Permittebat viuere.
f.In his verbis aliqui excusant Dauid ipsum à mendacio,quoniam ambiguè & indeterminatè respondit, verũ enim fuit quòd loj in quos irruit versus meridiem morabãtur.Dionys. Cartusia.
*Dicentes.

*Philistæi contra Saul armantur,Dauid finem Achis pollicetur,Saul occisis Magis pythonissam iubet Samuelem suscitare,à quo suam suorúmque crastinam mortem didicit.*

*XXVIII.*

A [E]Actum est autem in diebus illis, congregauerunt Philistiim agmina sua, vt præpararentur ad bellum contra Israel.[a] Dixítque Achis ad Dauid: Sciens nunc scito, quoniam mecum egredieris in castris, tu & viri tui. Dixítque Dauid ad Achis:Nunc scies quæ facturus est seruus tuus. Et ait Achis ad Dauid: & ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus. [b]† Samuel autem mortuus [1]est,]planxítque eum omnis Israel: & sepelierunt eum in [2]Ramátha]vrbe sua, & Saul abstulit Magos & Ariolos de terra:﴾& interfecit eos qui pythones habebant in ventre.]Congregatíque sunt Philistiim, & venerunt & castrametati sunt in Sunam.Cõgregauit autem & Saul vniuersum Israel, & venit in Gelbóe, & vidit Saul castra Philistiim,& timuit,& expauit cor eius nimis.Consuluítque *dominũ, & non respondit ei, neque [c]per somnia, neque per [3]sacerdotes, neque per prophetas.
B [4]Dixítque Saul seruis suis. † Quærite mihi mulierem habentem pythonem, & [d]vadam ad eam,& sciscitabor per illam:& dixerunt serui eius ad eum: est mulier pythonem habens in Endor.Mutauit ergo habitum suum,vestitúsque est aliis vestimentis, & abiit ipse & duo viri cum eo, venerúntque ad mulierem nocte, & ait illi: Diuina mihi in pythone, & [4]suscita mihi,]quem dixero tibi. Et ait mulier ad eum: ecce tu nosti quanta fecerit Saul,& quomodo eraserit magos & ariolos de terra. Quare ergo insidiaris animæ meæ vt [5]occidar?Et iurauit ei Saul in domino, dicens: Viuit dominus,quia non eueniet tibi quicquam mali propter hanc rem. Dixítque ei mulier: Quem [6]suscitabo]tibi?Qui ait:﴾Samuelem [7]mihi suscita.]Cum autem vidisset mulier Samuelem exclamauit voce magna,& dixit ad Saul:Quare imposuisti mihi? Tu
C es enim Saul.[g]Dixítque ei Rex:Noli timere:Quid vidisti?Et ait mulier ad Saul:[8]Deos vidi ascendentes]de terra.Dixítque ei.Qualis est forma eius?Quæ ait,Vir senex ascẽdit,& ipse amictus est pallio. Et intellexit Saul quòd Samuel esset, & inclinauit se super faciem suam in terra,& adorauit.Dixit autem Samuel ad Saul:† Quare inquietasti me,vt [9]suscitarer?]Et ait Saul,Coartor nimis:Siquidem Philistiim pugnant aduersum me,& deus recessit à me,& exaudire me noluit, neque in manu Prophetarum, neque per somnia.Vocaui ergo te,vt ostenderes mihi quid faciam.[f] Et ait Samuel, Quid interrogas me cum dominus recesserit à te,& [10]transierit ad æmulum tuum?]
† [11]Faciet enim tibi dominus,sicut locutus est in manu mea,& [12]scindet]regnũ tuum de manu tua,& [13]dabit]illud proximo tuo Dauid, quia non obedisti voci domini, neque feciśti iram furoris eius in Amalech. Idcirco [14]quod pateris]fecit tibi dominus hodie,&
D dabit dominus etiam Israel tecum in manu Philistiim.[g] Cras autem & filij tui mecum eritis,sed & castra Israel tradet dominus in manu Philistiim. Statímque Saul cecidit porrectus in terram.Extimuerat enim verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa. *Ingressa est itaque mulier illa ad Saul.(Conturbatus enim erat valde.) Dixítque ad eum, Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ, & posui animam meã in manu mea,& audiui sermones tuos, quos locutus

a.Quia Achis multum confidebat in probitate Dauid,& eius fidelitate. Dixitque Dauid ad Achis: Nunc scies quid facturus sum pro te contra inimicos tuos:Sed in hoc videretur Dauid peccare pugnando contra fideles pro infidelibus, vel iuuando filios Israel contra Philistæos.
b.Samuel superius mortuus legitur, sed causa resurrectionis eius repetitur ad damnationẽ Saulis qui relicto deo Pitonem consulebat Glosa ordina ibid.
1.Erat.
2.Rama.
*Saul.

c.Quia orando & ieiunãdo nõ impetrit diuinum oraculum, neque per orationes sacerdotum,neque per discipulos Samuelis.
3.Vrim vel doctrinam, scilicet cum Ephod,quo sacerdotes induti dominum orabant.
d.Nullo diuinit* accepto Saul responso cõuertitur ad Pythonem. Quanuis enim legatur erasisse magos & ariolos de terra, hanc tamen mulierem Hebræi matrem fuisse Abner filij Ner autumant, & propter eundem Abner reseruatam fuisse,ne pe remeretur cum cæteris pythonissis.Hiero.ibid.
4.Fac ascendere ad me.
5.Ille me interficiat.
6.Faciam ascendere.
e.Quare Samuel à pythonissa suscitari dicitur? dum pythonissa dæmoniacis incantationibus & præstigijs vti videtur? Et quo modo Saul qui in vitæ tibus Prophetis dei respõsum non inuenit? Vnde non hunc esse Samuelẽ illum Prophetã per facilius intelligitur, sed diabolus qui se transfertin angelum lucis, in phãtasia Samuelis consideretur. Augu.de mira.sac.scrip.lib.2.cap.11.
7.Fac mihi ascendere.
8.Deum vidi ascendentem.
9.Faceres me ascendere.
f.Sed quemadmodum Samuelis vmbram potuit pythonissa resuscitare? Nisi scriberetur. 46. cap.Eccli. Postquam dormiuit notum fecit Regi finem vitæ suæ:dicerẽ eum multis, quod falsam tunc vmbram diabolus ostẽdit. Nec mirum quod pro quibusdam reconditis arcanisque causis, vel pro manifestatione probationũ diabolo ista permittantur. Eucher. in quæstio. difficil. & perampliùs super 1.Reg.c.28.
10.Est enim inimico tuo,vel factus est inimicus tuus!
11.Fecit enim dominus pro se.
12.Scidit.
13.Dedit.
14.Rem istam.
*Et tota nocte.

Universidad de Deusto
Biblioteca



es ad me. Nunc igitur audi* & tu vocem ancillæ tuæ, & ponam coram te buccellam panis, vt comedens conualescas, & possis iter agere. [g] Qui renuit, & ait: Non comedam. Coegerunt autem eum serui sui, & mulier: & tandem audita voce eorum surrexit de terra, & sedit super lectum. Mulier autem illa habebat vitulum [15] pascualem] in domo, & festinauit, & occidit eum. Tollénsque farinam, miscuit eam, & coxit azyma, & posuit ante Saul & ante seruos eius: Qui cum comedissent, surrexerunt, & ambulauerunt per totam noctem illam.

*Quæso.

g. Fuit enim Saul vsque adeo tristis & debilis quòd non sentiret appetitum ad refectionem. Et ex isto, eliciunt quidã quod nec mulier Pytonissa, nec serui Saulis audierunt verba Samuelis prolata ad Saul, quæ si audissent, verisimile est quod fecissent, & coegerunt Saul vt mãducaret sic rogassent & persuassissent vt non iret ad pugnam in qua erat casurus. Dionys. Cart.

15. Pinguem.

*Dauid cum Philistæis aduersus Israel proficiscens, remittitur, quia timebant sibi ab illo.* XXIX.

Congregata sunt ergo Philistiim vniuersa agmina in[a] Aphec. Sed & Israel castrametatus est super fontem, qui erat in [b] Iezrael. Et Satrapæ quidem Philistiim incedebant in centuriis & milibus: Dauid autem & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis. Dixerúntque Principes Philistiim [ad] Achis:] Quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad Principes Philistiim: Nunquid ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul Regis Israel, & est apud me multis diebus vel annis? Et non inueni in eo quicquam, ex die qua transfugit ad me, vsque ad diem hanc. [†] Irati sunt autem aduersus eum Principes Philistiim, & dixerunt ei: [1] Reuertatur vir, & sedeat in loco suo, in quo constituisti eum: ] & non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis aduersarius [2] cum præliari cœperimus. ] [c] Quomodo enim aliter poterit placare dominum suum, nisi in capitibus nostris? [†] Nónne iste est Dauid, cui cantabant in choris, dicentes: percussit Saul in milibus suis, & Dauid in decem milibus suis? [‡d] Vocauit ergo Achis Dauid, & ait ei: viuit dominus, quia rectus es & bonus in conspectu meo, & exitus tuus & introitus tuus mecum est in castris. Et non inueni in te quicquam mali, ex die qua venisti ad me, vsque in diem hanc: sed Satrapis non places. Reuertere ergo & vade in pace, & non offendas oculos Satraparum Philistiim. Dixítque Dauid ad Achis: quid enim feci? & quid inuenisti in me seruo tuo a die qua fui in conspectu tuo vsque in diem hanc? vt non veniam, & pugnem contra inimicos domini mei Regis? [‡] Respondens autem Achis, locutus est ad Dauid: Scio, quia bonus es tu in oculis meis, sicut [e] angelus dei: sed Principes Philistinorum dixerunt: Non ascendet nobiscum in prælium. Igitur consurge mane tu & serui domini tui, qui venerunt tecum, & cum de nocte surrexeritis, & cœperit dilucescere, pergite: surrexit itaque [3] de nocte ] Dauid, ipse & viri eius, vt proficiscerentur, [—mane] & reuerterentur ad terram Philistiim. Philistiim autem ascenderunt in Iezrael.

a. Aphec ois ciuitas Philistiim iuxta Sunem, nõ procul à Gelboe ad orientem Carmeli mõtis 5. miliatib. à monte Thabor, in quo Philistæi castrametati sunt contra Saul.

b. Iezrahel vrbs Regia Regum Israel ante conditam Samariã, in qua Iezabel occidere fecit Naboth, & ipsa occisa est à Iehu Rege Israel.

1. Fac recedere virum istum. & reuertatur ad locũ suum, quẽ constituisti illi.

2. in prælio.

c. Hoc secundum humanã consuetudinem dictum fuit, sed implacabilis est ira Regum, quam concepit contra eos, à quibus timent regno priuari. Vnde & antea Dauid sæpe percusserat Philistæos, nec tamen per hoc placuerat Saul. Nec igitur immerito dicunt. Nónne iste est Dauid, &c. Chrys. in Matth. homil. 3.

d. Propter predictã causam Dauid ad locũ suum remittitur, quod à deo factum est, ne forte bellando contra filios Israel, aliquos bonos de populo illo, vel forte amicos suos interficeret. Secundo vt Amalechites qui manum Saul euaserant, & ciuitatem Sicelech in odium Dauid incenderent, delerent, & prædam ab eis captam recuperaret &. De Lyra.

e. Sed vnde sciuit hic alienigena loqui de angelis? forsan ex conuersatione, & collatione cũ Dauid, aliisve Hebræis. Dionys. ibid.

3. Diluculo.

*Absente Dauid Amalechitæ Siceleg incenderunt, prædámque tulerunt: quos Dauid persequens occidit, prædámque repetit quam singulis sociis ex æquo diuisit.* XXX.

[†] Vmque venissent Dauid & viri eius in Siceleg die tertia, Amalechitæ impetum fecerant ex parte australi in Siceleg, & [a] percusserant Siceleg, & succenderant eam igni. Et captiuas duxerant mulieres ex ea à minimo vsque ad magnum: & non interfecerant quenquam, sed secum duxerant & pergebant itinere suo. Cùm ergo venisset Dauid & viri eius ad ciuitatem, & inuenissent eam succẽsam igni, & vxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captiuas, leuauerunt Dauid & populus, qui erat cum eo, voces suas, & [b] planxerunt, donec deficerent eis lachrymæ. Siquidẽ & duæ vxores Dauid captiuæ ductæ fuerãt: Achinóem Iezraelitis, & Abigáil vxor Nabal Carmeli. [‡] Et contristatus est Dauid valde. [c] Volebat enim eum populus lapidare: quia amara erat anima vnuscuiusque viri super filiis suis, & filiabus. Confortatus est autẽ Dauid in domino deo suo, & ait ad Abiathar sacerdotem, filiũ Achimélech: [†] Applica ad me Ephod. Et applicauit Abiathar Ephod ad Dauid, & [d] cõsuluit Dauid dominũ, dicens: Persequar latrunculos hos, & cõprehendam eos, an non? Dixítque ei dominus: Persequere, absque dubio enim comprehendes eos: & [1] excuties prædam. ] Abiit ergo Dauid ipse, & sexenti viri, qui erant cum eo, &

a. At quomodo percusserant Siceleg cum infra dicat: & non interfecerant quenquam? Dicendũ quòd verbum Hebraũ חבה vel נכה non occidere sed verberare, aut subuertere significat.

b. Maximè planxerunt, quoniã putauerũt maiora accidisse ad uersa quam acciderant. Nam vxores suas filiósque & filias suspicabãtur esse occisas. Dionys. Libidem.

c. Eo quod erant in passione doloris positi & quia secũ duxerat omnes bellatores, nec diuiserat aliquos ad custodiam loci. De Lyra. ibid.

d. Ex his sumitur argumẽtum quòd princeps non debeat bellum mouere domino inconsulto. Dionys. ibid.

1. Liberando liberabis.

c eo,& venerunt vsque ad torrentem Besor:&[1c] lassi quidam ] subsititerunt. [g] Persecutus est autem Dauid,ipse & quadringenti viri cum eo,subsititerant enim ducenti: qui lassi transire non poterant ]torrentem Besor. Et inuenerunt virum Ægyptium in agro,& adduxerunt eum ad Dauid.[f] Dederúntque ei panem, vt comederet, & biberet aquam:sed & fragmen massæ caricarum & duas ligaturas vuæ passæ:qui cum comedisset,reuersus est spiritus eius, & refocillatus est. Non enim comederat panem, neque biberat aquam tribus diebus & tribus noctibus. Dixit itaque ei Dauid : Cuius es tu,vel vnde?﴾& quo pergis?]Qui ait:Puer Ægyptius sum, seruus viri Amalechi-
D tæ.[g] Dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius. Siquidem nos erupimus ad australem plagam Cerethi, & contra Iudam, & ad meridiem Caleph,& Siceleg succendimus igni. Dixítque ei Dauid : Potes me ducere ad istum cuneum?Qui ait: Iura mihi per deum,quòd non occidas me,& non tradas me in manus domini mei,& ego ducam te ad cuneum istum.﴾Et iurauit ei Dauid] Qui cùm duxisset eum,ecce illi discumbebant super faciem vniuersæ terræ,[g] comedentes & bibentes,& quasi festum celebrantes diem, pro cuncta præda & spoliis quæ ceperant
E de terra Philistiim, & de terra Iuda.[h][g] Et percussit eos Dauid à vespera vsque ad vesperam alterius diei,& non euasit ex eis quisquam,nisi tantum quadringenti viri adolescentes,qui ascenderant camelos & fugerant. Eruit ergo Dauid omnia quæ tulerāt Amalechitæ:& duas vxores suas eruit.Nec defuit quisquam à paruo vsque ad magnū tam de filiis quàm de filiabus,& de spoliis: & quæcunque rapuerant, omnia reduxit Dauid:& tulit vniuersos greges & armenta, & [i] minauit ante [4] faciem suam. ]Dixerúntque:Hæc est præda Dauid.Venit autem Dauid ad ducentos viros qui lassi﴾ substiterant:]Nec sequi potuerant Dauid : & residere eos iusserat in torrente Besor, qui egressi sunt obuiam Dauid:& populo,qui erat cum eo:[k] Accedens autem Dauid ad
F populum,salutauit eos pacificè.[g] Respondénsque omnis vir pessimus & iniquus de viris,qui ierant cum Dauid,dixit:quia non venerunt nobiscum, nō dabimus eis quicquam de præda quam eruimus:sed sufficiat vnicuique vxor sua,& filij, quos cùm acceperint,recedant.Dixit autem Dauid : Non sic facietis fratres mei, de iis quæ tradidit nobis dominus,& custodiuit nos, & dedit [5] latrunculos, qui eruperant aduersum nos,]in manus nostras : nec audiet vos quisquam super sermone hoc.[l] Æqua enim pars erit descendentis ad prælium,& remanentis ad sarcinas,& similiter diuident. Et factum est hoc ex die illa,& deinceps, [6] constitutum & præfinitum, & quasi lex ] in
G Israel: vsque in diem hanc.[g] Venit ergo Dauid in Siceleg : & misit dona de præda senioribus Iuda,[7]proximis ]suis,dicens: Accipite benedictionem de præda hostium domini:Iis qui erant in Bethel,& qui in Ramoth ad meridiem:& qui in Gether, & qui in Aroer,& qui in Sephamoth,& qui in Esthamoa,& qui in Rachal,&qui in vrbibus Ierameel,& qui in vrbibus Ceni,& qui in [8] Rama, ]& qui in lacu Asan, & qui in Athach,& qui in Hebron,& reliquis qui erant in iis locis,in quibus commoratus fuerat Dauid & viri eius.

1.Residui.
e.Qui licet propter fatigationē non possent competenter aduersarios persequi, tamen poterant competenter sarcinas custodire. propter quod Dauid & viri eius reliqui distulerunt sub custodia eorum illa quæ poterāt illis esse onerī. De Lyra
f.Erant tranr.
i. Itaque hoc ductore Dauid vsus ad persequendos Amalechitas,assequutúsque eos in terram proiectos,& partim prædium fumentes,partim iam temulentos, & rebus ex præda quæsitis se oblectantes, ex improuiso irruens magnam eorū stragem edidit. Inermes enim & nil tale expectantes, & epulis tantum ac comparationib? intenti,facile ab armatis conficiebantur. Alij enim instructis mensis accubantes, cruore oppositos cibos inundabant, alij propinantes sibi inuicem opprimebantur,&c. Ioseph. Anti. lib. 6.c.14.
g.Sit sic tibi non præcauentes, & sic fuerunt facilitèr debellati, & de præda quam de terra Philistiim & Iuda ceperāt spoliati. De Lyra.
h. Deus permisit liberos & vxores Dauidis, & sociorum eius captiuas abduci,vt dolore impulsi Amalechitis bellum inferrent,& ipsos iuxta domini vaticinium funditus extirparent. Ad hæc vt Dauid ingentī præda parta fitis contribulibus mitteret & voluntates suorum sibi magis astringeret atque cōciliaret. Procop. ibid.
i. Amalechitarum enim pecora abstulit cum his quæ abstulerant.
4.Gregem suum.
k. Dauid in hoc facto conformauit se Abrahæ patriarchæ, qui similiter fecit socios suos ad sarcinas remanentibus, quādo quatuor reges debellauit.vt dictum est Genes. 14. Quoticā pēsandum est quod in Genesi non legunt alij ex adiutoribus,aut vernaculis Abrahæ ad sarcinas remansisse, sed potius in prælio omnes venisse. Dionis. Carthusia.
5.Turmam quę irruit super nos.
l.Cum in Latinis codicibus legatur, lassos quosdam substitisse ad sarcinas, & in Hebræa habeatur iussos fuisse vt residerent ad sarcinas : locus hic monstrat Hebraicam veritatē in hoc loco sequi debere : quæ non lassos sed iussos remansisse ad sarcinas dicit fuisse Hier. ibid.
6.Vt poneretur hoc in statutū & ius.
7.Et amicis.
8.Harma.

*Cæso Saule & suis,truncato capite corpus in muro Bethsan suspenditur,armáque eius in templo Astaroth:viri autem Iabes corpus eius deposuerunt, ac iuxta Iabes sepelierunt.*

XXXI.

A PHilistiim autem pugnabant aduersum Israel, & fugerunt viri Israel ante faciem Philistiim, & ceciderunt interfecti in monte [a] Gelbóe.[†] Irruerúntque Philistiim in Saul & in filios eius,& percusserunt Ionatham, & Aminadab, & Melchisúe filios Saul, totúmque pondus prælij versum est in Saul. Et consecuti sunt eum viri sagittarij, & [1] vulneratus est ] vehementer à sagitta-
B riis.Dixítque Saul ad [b] armigerum suum:[†][g] Euagina gladium tuum, & [2] interfice] me,ne fortè veniant incircuncisi isti, & interficiant me,illudentes mihi. Et noluit armiger eius,fuerat enim nimio terrore perterritus. [c] Arripuit itaque Saul gladium suū & irruit super eum. Quòd cū vidisset armiger eius,videlicet quòd mortuus esset Saul,

a.Mons Gelboe abeiter 3.milia distans à mōte Thabor in Galilæa in campo magno quem Esdron vocant.
1.Timuit sibi.
b.Doech Idumæum,vt dicunt Hebræi.
2.Percute.
c.Gladio quo Amalechitis edicta dei præceptum peperciit,merito seipsum occidit. Sic qui potestate pro communi vtilitate accepta,aut non vtitur,aut abutitur,suo se nimirū gladio confodit. Et quo ab hoste defendi debuerat,hostem potius iuuat. Glosa ordinaria.

Universidad de Deusto
Biblioteca



d. Irruere in gladium, est seipsum interficere, sicut iussi vel incidere in lanceam vel gladium. Vitat enim sacra scriptura grauiora peccata propriis verbis efferre: vt etiam dormire cum muliere, vel eam cognoscere pro scorari.

e. Non vt manerent, sed quia occupauerunt aliqua fortalicia, ponentes ibi milites ne filij Israel rebellarent. Principes autem Philistiim & communitas populi reuersi fuerunt in terram suam. De Lyra.

3. Fixerunt.

f. Bethsan, nunc Scythopolis dicitur, quia à Scythis huc venientibus instaurata est illustrissimè, & de extero habitata

g. Hoc est aromatibus condiētes sepelierunt, humanitatem tātam præ cæteris vrbibus Regi Saul exibēter, propter gratiam quam illis contra Naas Ammonitarum Regem exhibuerat de quo sup. cap. 11.

4. Subter arborem in.

[d] irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo. Mortuus est ergo Saul & tres filij eius, & armiger illius, & vniuersi viri eius in die illa pariter. [e] Videntes autem filij Israel, qui erant trans vallem, & trans Iordanem, quòd fugissent viri Israelitæ, & quòd mortuus esset Saul & tres filij eius, reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt. [c] Venerúntque Philistiim, & habitauerunt ibi. Facta autem die altera, venerunt Philistiim, vt expoliarent interfectos, & inuenerunt Saul & tres filios eius iacentes in mõte Gelbóe. Et pręciderunt caput Saul, & expoliauerunt eum armis: & miserunt in terram Philistinorum per circuitum, vt annunciaretur in templo idolorum & in populis. [3] Et posuerunt arma eius in templo Astaroth, corpus vero eius [3] suspenderunt ] in muro [f] Bethsan. † Quod cum audissent habitatores Iabes Galaad quæcunque fecerant Philistiim Saul, surrexerunt omnes viri fortissimi, & ambulauerunt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius de muro Bethsan. Venerúntque in Iabes Galaad, & combusserunt ea igni, & tulerunt ossa eorum, & [g] sepelierunt [4] in nemore ] Iabes, & ieiunauerunt septem diebus.

# Incipit Liber Regum secundus.

*Dauid audita cæde Saulis nũcium occidi iubet, scissísque vestimentis deflet eum cum cæteris occisis, ieiunans vsque ad vesperam, ac super eos plangens, planctum filiis Iuda præcipit.* I.

a. Hoc autem prælium gestum est die qua Dauid victis Amalechitis, reuersus est in Siceleg. Ioseph lib. 7. cap. 1.

b. Hominem istum Amalechitem Hebræi filium Doech fuisse dicunt. Amalechites enim & Idumæus vnum est: quia filius primogenitus Esau Eliphaz fuit, & huius filius Amalech: Hiero. ibid.

c. Ista fiebant apud Hebræos in signum tristitiæ, & magnæ desolationis. De Lyra. ibidem.

a. Saluatus sum.

d. Verbum enim in scripturis frequēter sumitur pro re significata per verbum: iuxta illud Zach. 8. Hæc sunt verba quæ facietis. Dionis. Cartusia.

*Quæso.

e. Nec solum mortem Saulis, sed & signa eius narrat vidisse. Signa eius mortis ostendit, autũ brachiorum ejus, atque coronam Ioseph. vbi supra.

2. Apprehendebant eum, vel persequebantur eum.

*Quæso.

3. Apprehendit me tremor.

f. Postquam irruerat in gladiũ suum.

g. Hebræi non credũt Saulem secum diadema & armillam detulisse, sed ex Doech amico suo commendasse à quo ipse acceperat. Angelomus.

*Ea.

h. Nullis iubentibus legibus vel legitimis potestatibus licere alterum occidere, etiam volentem & petentem, & viuere iam non valentem, satis indicat scriptura Regnorum: vti Rex Dauid Saulis interfectorē iussit occidi. Aug. Epist. 61.

4. Dixit, vt docerēt filios Iuda arcum.

i. Hunc Hebræi dicunt esse Genesim. Alij Samuelem, in quorum vtroque iubentur inhoestes exercitium

5. O nobilis Israel, in excelsis tuis.

k. Propter scelus igitur hominum, & ipsa elementa damnantur. Denique Dauid montibus in quibus Ionathas cum patre interemptus est, perpetuæ pœnam sterilitatis optauit dicēs: Montes Gelboe, &c. Ambros. de Cain, lib. 2. cap. 8.

[a] Actum est autem postquam mortuus est Saul, vt Dauid reuerteretur à cæde Amalech, & maneret in Siceleg duos dies. In die autem tertio apparuit [b] homo veniens de castris Saul, veste conscissa, [c] & puluere conspersus caput. Et vt venit ad Dauid, cecidit super faciem suam, & adorauit. Dixitque ad eum Dauid: Vnde venis? Qui ait ad eum: De castris Israel [1] fugi. ] † Et dixit ad eum Dauid: quod est [d] verbum quod factum est? Indica * mihi. Qui ait: Fugit populus ex prælio, & multi corruentes è populo mortui sunt: [e] sed & Saul & Ionathas filius eius interierunt. Dixítque Dauid ad adolescẽtem, qui nũciabat ei: Vnde scis, quia mortuus est Saul & Ionathas filius eius? Ait adolescẽs, qui nuncia bat ei: [f] Casu veni in montem Gelbóe: & Saul incumbebat super hastam suam: porrò currus & equites [2] appropinquabant ei, ] & conuersus post tergum suum, vidénsque me, vocauit. Cui cum respondissem, assum, dixit mihi: Quis nã es tu? Et aio ad eum: Amalechites ego sum. Et locutus est mihi: Sta * super me, & interfice me: quoniam [3] tenent me angustiæ, ] & adhuc tota anima mea in me est. Stánsque super eum, occidi illum: Sciebam enim quòd viuere non poterat, [f] post ruinam. Et tuli [g] diadema, quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te dominum meum huc. † Apprehendens autem Dauid vestimenta sua, scidit *: omnésque viri qui erant cum eo: & planxerũt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperã super Saul & super Ionatham filium eius, & super populum domini, & super domũ Israel, eò quòd corruissent gladio. [4] Dixítque Dauid ad iuuenem, qui nunciauerat ei: Vnde es tu? Qui respõdit: Filius hominis aduenæ Amalechitæ ego sum. Et ait ad eum Dauid: † Quare non timuisti mittere manũ tuam, vt occideres Christum domini? Vocánsque Dauid vnum de pueris suis, ait: Accedens irrue in eum. [h] Qui percussit illum, & mortuus est. Et ait ad eum Dauid: Sanguis tuus super caput tuum: Os enim tuum locutũ est aduersum te, dicens: ego interfeci Christum domini. Planxit autem Dauid planctũ huiusce modi, super Saul & super Ionatham filiũ eius: & [4] præcepit, vt docerent filios Iuda arcum, ] sicut scriptum est in [i] libro iustorum. [5] — Et ait: Cõsidera Israel pro iis qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati. ] [5] Inclyti Israel super [k] montes tuos ] interfecti sunt

Quo-

Quomodo ceciderunt fortes? [k]Nolite annunciare in Geth, neque annúcietis in compitis Ascalônis: ne fortè lætentur filiæ Philistiim: ne exultent filiæ incircuncisorum.
D [l]Montes Gelboe, nec ros nec pluuia veniant super vos. [6] Neque sint agri] primitiarum: quia ibi abiectus est, clypeus fortium: clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo.
[m]. A sanguine interfectorum, ab adipe fortium Sagitta Ionathæ nunquá rediit retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis. Saul & Ionathas amabiles & decori valde in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi. Aquilis velociores, leonibus fortiores. Filiæ Israel, super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis: qui [7] præbebat ornamenta aurea cultui vestro. ] Quomodo ceciderunt fortes [8] in prælio! Ionathas in excelsis tuis occisus est! Doleo super te frater mi Ionatha, [9] decóre nimis, & amabilis] super amorem mulierum. ⁊ Sicut mater vnicum amat filium suum, ita ego te diligebam.] Quomodo ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica?

k. Factum istud non diuulgetis magis quàm diuulgatũ est in vrbe Philistinorum Geth nomine. Dionis. Carthusia.
l. Id est super excelsa, vtpote propter inobedientiam Saulis, quæ idololatriæ æquiparatur. Hiero.
6. Neque super agros.
m. Hic lamentatur Dauid in speciali Saul & Ionathan. Primo rememorans eorum probitatem, quia sagitta Ionathæ & ensis Saulis, non percutiebant in vanum, sed perforabant arma fortium, vsque ad adipem & sanguinem intrinsecus. De Lyra.
7. Appendebat ornamenta aurea super vestem vestram.
8. In medio pugnæ
9. Gratissimus enim mihi fuisti, mirabilis factus est mihi tui amor.

*Dauid in Hebron super Iuda in Regem vnctus, labenitis super Saulis sepultura gratulatur: Isboseth verò super Israel vncto, grauem in Israel peperit seditionem.* 11.

A [I]Gitur post hæc [a] consuluit Dauid dominum, dicens: Non ascendam in vnam de ciuitatibus Iuda? Et ait dominus ad eum: Ascénde. Dixítque Dauid Quò ascendam? Et respondit ei: in Hebron. Ascendit ergo * Dauid & duæ vxores eius Achinoem Iezraelitis, & Abigáil vxor Nabal Carmeli: sed, & viros, qui erant cum eo, duxit Dauid singulos cum [1] domo sua:] & manserunt in oppidis Hebron. † Venerúntque viri Iuda: & vnxerunt ibi Dauid, vt regnaret super domum Iuda. † Et nuntiatum est Dauid, quòd viri Iabes Galaad sepelissent Saul. Misit
B ergo Dauid nuntios ad viros Iabes Galaad, dixítque ad eos: [4] Benedícti vos à domino, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul, & sepelistis eum. Et nunc retribuet vobis quidem dominus [b] misericordiam & veritatem: & ego reddam [2] gratiam, eò quòd fecistis verbum istud.] Confortentur manus vestræ: & estote filij fortitudinis. Licet enim mortuus sit dominus vester Saul, tamen me vnxit domus Iuda in Regem sibi. Abner autem filius Ner Princeps exercitus Saul, tulit Isboseth filium Saul, & [3] circunduxit eum per castra,] Regémque constituit super Galaad, & super [4] Iessuri,] & super Iezrael, & super Ephráim, & super Beniamin, & super Israel v-
C niuersum. [5] Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul, cum regnare cœpisset super Israel, & duobus annis regnauit. Sola autem domus Iuda sequebatur Dauid. Et fuit numerus dierum quos commoratus est Dauid, imperans in [c] Hebron super domum Iuda, septem annorum & sex mensium. Egressúsque est Abner filius Ner & pueri Isboseth filij Saul, de castris in Gabaon. Porrò Ioab filius Saruiæ, & pueri Dauid egressi sunt, & occurrerunt eis iuxta piscinam Gabaon. [5] Et cum in vnum venissent, ] è regione sederunt, hi in vna parte piscinæ, & illi ex altera. Dixítque Abner ad
D Ioab: Surgant pueri, & ludant coram nobis. [6] Et respondit Ioab: Surgant. Surrexerunt ergo, & transierunt numero duodecim de Beniamin, ex parte Isbóseth filij Saul, & duodecim de pueris Dauid. [d] Apprehensóque vnusquisque capite cóparis sui, defixit gladium in latus contrarij, & ceciderunt simul. Vocatúmque est nomen loci illius, ager robustorum, in Gabaon. Et ortum est bellum durum satis in die illa, [6] fugatúsque est Abner & viri Israel à pueris] Dauid: Erant autem ibi tres filij Saruiæ, Ioab, & Abisai, & Asahel. Porrò Asahel cursor velocissimus fuit, quasi [7] vnus] de capreis quæ morantur in syluis [e]. Persequebatur autem Asahel * Abner, & non declinauit ad
E dexteram, siue ad [8] sinistram, [8] omittens persequi] Abner. [9] Respexit itaque Abner post tergum suum, & ait: Tu ne es Asahel? Qui respondit: Ego sum. Dixítque ei Abner: Vade ad dexteram, siue ad sinistram, & apprehende * vnum de adolescentibus & tolle tibi spolia eius. Noluit autem Asahel [9] omittere, quin vrgeret eum.] Rursúmque locutus est Abner ad Asahel: recede, [10] & noli me sequi, ne fortè compellar confode-
re] te in terram, & leuare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum. [11] Qui audire contempsit, & noluit declinare.] † Percussit ergo eum Abner [12] auersa hasta in

a. His extremis officiis honorato rege, luctúque finito consuluit deum per prophetã, quamnam ex vrbibus Iudæ tribus habitandam sibi conrederet. Cúmque responsum esset Hebronem cõcedi relicta Sicella, eo commigrauit, ambabus vxoribus illò aductis, & cohorte domestica: mexquæ tota tribus ad eum locum confluens, regem eum cõmuni suffragio declarauit. Ioseph Antiq. lib. 7. c. 2.
* Illuc.
1. Familia sua.

b. Hoc est, retribuet quidẽ dominus misericordiam in præsenti, & veritatem in futuro seculo, quia misericordia quæ impræsen. i seculo tribuitur, ad cõparationem æternæ misericordiæ mendacium est. Hier. ibid.
2. Talem bonitatẽ, qualem fecistis in hac re.
3. Transduxit eum in castra, scilicet trans Iordanem, vbi eum Regem constituit. Hiero.
4. Aiuri, hoc est, super tribum Aser. Hiero.

c. Hæc est autem Hebron olim metropolis Philistinorum, & habitaculũ gigantũ, regnúmque postea Dauid in tribu Iuda, ciuitas sacerdotalis, & ciuitas refugij. Distat ad meridianam plagam ab Elia milibus viginti duobus, vbi & Quercus Abraham quæ & Mambre vsque ad Constantij Regis impetium monstrabatur, & mausolæum eius in præsentiarum cernitur. Hiero.
5. Conuenientes.
d. Iosephus dicit quod illi soli de parte Isboseth interfecti sunt, sed textui magis credendum est: quia Iosephus frequẽter dicit aliqua textui dissona. Vnde ex Hebræo dicitur. Vocatus est campus conflictorum, eo quod mutuis gladiis conflicti ibi ceciderunt isti & illi. De Lyra.
6. Cæsus est Abner & viri Israel coram seruis.
7. Vna.
e. Persequebatur ipsum iuuenili & incauta audacia, non cõsiderans fortitudinem, experientiam atque peritiam ipsius Abner in bellicis rebus. Dionis. Carthusia.
* Ipsum.
8. A tergo.
* Pro te.
9. Recedere ab eo.
10 Vt quid sternam.
11. Et cum noluisset discedere.
12. Cum posteriore parte hastæ sub quinta costa vt egrederetur hasta à tergo eius, & cecidit ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



inguine & transfodit,]f & mortuus est in eodem loco. g Omnésque qui trásibant per locum illum,in quo ceciderat Asahel,& mortuus erat, subsistebant: persequentibus autem Ioab & Abisai fugientem Abner, sol occubuit.Et venerunt vsque ad collem aquæductus, qui est ex aduerso vallis & itineris deserti in Gabaon. Congregatique sunt filij Beniamin ad Abner, & conglobati in vnum cuneum, ]steterunt in summitate tumuli vnius.Et exclamauit Abner ad Ioab,& ait: Num vsque ad internecionem tuus ]mucro desæuiet?an ignoras[13] g quòd periculosa sit desperatio?] Vsquequo non dicis populo,vt omittat persequi fratres suos?Et ait Ioab: Viuit dominus,si locutus fuisses mane,recessisset populus persequens fratrem suum. †g Insonuit ergo Ioab buccina:& stetit omnis exercitus,nec persecuti sunt vltrà Israel,neque inière certamen. Abner autem & viri eius abierunt per campestria Moab ]tota nocte illa,& transierunt Iordanem, & lustrata omni h Bethoron, venerunt ad castra. Porrò Ioab reuersus omisso Abner, congregauit omnem populum, & defuerunt de pueris Dauid,decem & nouem viri,excepto Asahele.Serui autem Dauid percussérunt de Beniamin,& de viris qui erant cum Abner,trecentósexaginta,qui & mortui sunt. Tulerúntque Asahel,& sepelierunt eum in sepulchro patris sui in Bethléhem. Et ambulauerunt tota nocte Ioab, & viri qui erant cum eo, & in ipso crepusculo peruenerunt in Hebron.

f. Asahel significat eos quos vehemens arripiens furor in præceps ducit,qui in eodem furoris impetu tanto cautius declinándi sunt, quanto insanius rapiuntur. Vnde Abner, id est, patris lucerna fugit: quia doctorum lingua quæ supernum dei lumẽ indicat, cum per abrupta furoris mentem cuiuspiam ferri conspicit,& contra irascentem verborum diuinu lo iacula reddere, quasi persequentem non vult ferire.Glos. ordinaria. Post D.Gregorium.

13. g. Quanta amaritudo sit in nouissimo? Nihil principio belli paci studeatur, finis amarus sequetur.

h. Triplex reperitur Bethoron, Prima est hæc, quam Hebræi vocant Bithron. Regio citra Iordanem: Et est inter Gabaõ tribus Beniamin & Socchoth. Duæ alteræ sunt ad dexteram Gabaon,vna in tribu Ephraim quæ superior dicitur separata Leuitis. Altera Inferior ,nó multum distans à præcedente.

*Abner abiecto Isboseth à Dauid exceptus est,qui dum rediret à Ioab occisus est,vnde Ioab à Dauide maledicitur.* III.

Acta est ergo longa concertatio inter domum Dauid & inter domum Saulis:Dauid [1] proficiens & semper seipso robustior:domus autem Saul decrescens quotidie. [2] † Natique sunt filij Dauid in Hebron: Fuitque primogenitus eius Amnon de Achinóem Iezrahelitide: & post eum Cheleab de Abigail vxore Nabal Carmeli. Porrò tertius Absalon, filius [b] Maacha, filiæ Tholomai Regis Gessur.Quartus autem Adonias filius Hagith:& quintus Saphatias filius Abithal.Sextus quoque Ietraam,[c] de Egla vxore Dauid. Hi nati sunt Dauid in Hebron.Cum ergo esset prælium inter domum Saul & domum Dauid, Abner filius Ner regebat domum Saul. Fuerat autem Sauli concubina, nomine Respha, filia Achia. Ingressúsque est ad eam Abner,]d Dixítque Isboseth ad Abner:Quare ingressus es ad concubinam patris mei?qui iratus nimis propter verba Isbóseth, ait: Numquid caput canis ego sum aduersum Iudam hodie: qui fecerim misericordiam super domum Saul patris tui, & super fratres & proximos eius, & non tradidi te in manu Dauid,&[3] tu requisisti in me, quòd argueres pro muliere hodie?] Hæc faciat deus Abner,& hæc addat ei:nisi quomodo iurauit dominus Dauid, sic faciam cum eo: vt transferatur regnum de domo Saul,& eleuetur thronus Dauid super Israel, & super Iudam,à Dan vsque Bersabee.Et non potuit respondere[3] ei quicquam,] quia metuebat illum.Misit ergo Abner nuntios ad Dauid in Hebron,]pro se dicentes:Cuius est terra? Et vt loquerentur:[4] Fac mecum amicitias: & erit manus mea tecum, & reducam ad te vniuersum Israel.[5] Qui ait:[5] Optimè ego faciam tecum amicitias:] e sed vnam rem peto à te, dicens:Non videbis faciem meam,antequam adduxeris mihi Michol filiam Saul,& sic venies,& videbis[6] me.] [d] Misit autem Dauid nuntios ad Isboseth filium Saul,dicens: † Redde vxorem meam Michol, quam despondi mihi centum præputiis Philistiim: Misit ergo Isbóseth, & tulit eam à viro suo Phaltiel, filio Lais.[7] Sequebatúrque eam vir suus ]plorans vsque Bahurim: & dixit ad eum Abner: Vade, & reuertere. Qui reuersus est. Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israel, dicens: Tam heri quàm nudiustertius quærebatis Dauid, vt regnaret super vos. Nunc ergo facite, quoniam dominus locutus est ad Dauid, dicens: [f] In manu serui mei Dauid saluabo populum meum Israel de manu Philistiim, & omnium inimicorum eius. [f] Locutus est autem Abner etiam ad Beniamin: Et abiit vt loqueretur ad Dauid in Hebron,omnia quæ placuerant Israeli, & vniuerso Beniamin: venit-

1. Ibat & proficiebat, & qui erant de domo Saul, ibant, sed arrenuebantur.

2. Sex filij qui nati sunt Dauid in Hebron perfectionem sanctorum significant: qui de spirituali coniugio Christi & ecclesiæ per spiritumsancti gratiam quotidie creduntur. Glosa ordinatia.

b. Quæ dicitur in bello capta & immitis ad Iudaismum tracta ideo filium peperit rebellem.

c. Ipsa est Michol, quæ ideo hic vxor eius sola dicitur, eo quòd in adolescentiam eã primò duxit vxorem. Hiero. Quæ etiam in partu occubuisse dicitur:vnde in sequentibus scriptum est: igitur Michol filiæ Saul non est natus filius vsque ad diem mortis suæ:quia in ipso partu occubuit.Angelomus

2. Imponis mihi iniquitatem mulieris hodie.

3. Ipsi Abner vllum verbum.

4. Percute mecum fœdus tuũ.

5. Bonum est, vt percutiam te cum fœdus.

6. Faciem meam.

d. Hic necessaria subauditio est qua respondisse fertur Abner ad Dauid,se hanc rem penitus non posse facere, cum Michol in Isboseth esset potestate.Hiero nym.

7. Et abiit maritus eius cũ ea, sequens eam atque.

e. Bahurim castellum in deserto ad partes boreales oliuarum montis. Vsque ad eum locum Phaltiel secutus est Michol vxorem reductam ipsi Dauid. Quod ita est intelligendum: quoniam maritus sub imperio Dauid parum se tutum arbitratus,in patriam Gallim concessit trans Iordanem.

f. Locutus est Abner ad tribũ Beniamin, quæ magis zelabat pro Isboseth,tanquam nato de sanguine suo, & iam diu pugnauit pro eo.Illi autem Beniamin erat domestici Isboseth atque custodes capitis suiunde valde inuite permiserũt regiã dignitatem tran sferri de tribu sua ad aliam tribum:ideo diligentius erant mouendi vt acquiescerent promotioni Dauidis in regem super eos. Inde patet quomodo ex malis fecit bona, quia ex ira Abner processit hoc bonũ Dionys. Cart.

venítque ad Dauid in Hebron,cũ viginti viris.Et fecit Dauid Abner & viris eius, qui
venerant cum eo,[g]conuiuium.Et dixit Abner ad Dauid: Surgam* vt cõgregem ad te
dominum meum Regem,omnem Israel, & in eam tecum fœdus: & imperes omni-
bus,sicut desiderat anima tua.Cum ergo deduxisset Dauid Abner,& ille isset in pace:
statim pueri Dauid,& Ioab venerunt cæsis latronibus cum præda magna nimis. Ab-
ner autem non erat cum Dauid in Hebrõ,quia iam dimiserat eum, & profectus fue-
E rat in pace:& Ioab & omnis exercitus qui erant cum eo,postea venerant. [♯h] Nuntia-
tum est itaque Ioab à narrantibus:venit Abner filius Ner ad Regem,[†] & dimisit eum,
& abiit in pace.Et ingressus est Ioab ad Regem,& ait:Quid fecisti? Ecce venit Abner
ad te:Quare dimisisti eum,& abiit & recessit?Ignoras Abner filium Ner,quoniam ad
hoc venit ad te,vt deciperet te, & sciret exitum tuum, & introitum tuum, & nosset
omnia quæ agis?[†] Egressus itaque Ioab à Dauid,misit nuntios post Abner, & reduxit
eum à Cisterna Sira,ignorante Dauid. Cúmque redisset Abner in Hebron, seorsum
adduxit eum Ioab ad medium portæ vt loqueretur ei in [§k] dolo,] & percussit illum
[ℓ]ibi in inguine.]& mortuus est,in vltionem sanguinis Asahel fratris eius. Quod cum
F audisset Dauid⟨rem iam gestam,]ait:[♯]Mundus ego sum, & regnum meum apud
Deum,vsque in sempiternum,à sanguine Abner filij Ner,& veniat super caput Ioab,
& super omnem domum patris eius, nec deficiat de domo Ioab fluxum seminis sus-
tinens,& leprosus,&[10] tenens fusum,]& cadens gladio,& indigens pane. Igitur Ioab
& Abisai frater eius interfecerunt. Abner, eò quòd occidisset Asahel fratrem eorum
in Gabaon in prælio.Dixit autem Dauid ad Ioab,& ad omnem populũ qui erat cum
eo:[†] [l]Scindite vestimẽta vestra,& accingimini saccis,& plãgite ante⟨exequias]Ab-
ner.Porrò Rex Dauid sequebatur feretrum.Cúmque sepelisset Abner in Hebron,le-
uauit Rex Dauid vocem suam,& fleuit super tumulum Abner: Fleuit autem & om-
nis populus.Plangénsque Rex[11]& lugẽs]Abner,ait:Nequaquam vt mori solẽt[m] igna-
G ui,mortuus est Abner.[♯n]Manus tuæ ligatæ non sunt,& pedes tui non sunt compedi-
bus aggrauati:sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis,sic corruisti. Congemi-
nánsque omnis populus,fleuit super eum. Cúmque venisset vniuersa multitudo ci-
bum capere cum Dauid clara adhuc die, iurauit Dauid, dicens: Hæc faciat mihi
deus,& hæc addat,si ante occasum solis gustauero panem,vel aliud quicquam. Om-
nísque populus audiuit, & placuerunt eis cuncta quæ fecit Rex in conspectu omnis
populi.Et cognouit omne vulgus,& vniuersus Israel in die illa,quoniam non actum
fuisset à Rege,vt occideretur Abner filius Ner.[o]Dixit quoque Rex ad seruos suos:Nũ
ignoratis quoniam Princeps & maximus cecidit hodie in Israel? Ego autem adhuc
delicatus & vnctus Rex.Porrò viri isti,filij Saruiæ,duri mihi sunt.Retribuat dominus
facienti malum,iuxta malitiam suam.

g. Conuiuium valde solẽne in fœderis signum: similiter ex parte Abner recedentis. Ad hoc enim à rege recessit vt promissum impleret in effectu. Similiter ex parte Dauid illum dimittentis,quia ad ipsum honorandum conduxit eum per aliquod viæ spacium. De Lyra.
*Et vadam.
h. Cum esset Ioab pro Dauid militiæ princeps, metuens ne Dauid in honore primi ordinis Abner constitueret, vt haberet regni participem, viam pessimam cogitat, sicut infra de Amasa. Iosephus ibid.
i. Per inuidiam autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Potest Ioab persona & nomine populum Iudæorũ significare,qui semper inimici fuerunt prædicatorum, & fidem Christi vbique persecuti sunt. Glosa ordina. ibid.
8. Quiete.
k. Vel dolose,Ioab enim occurrit ipsi Abner, quasi ex cõmissione Regis habens secreta tractare cum ipso,& prætendebat vultum iocundũ ac gratiosum ad Abner. Quia enim dispositio cordis,& vehementa passionum animæ solent apparere in vultu Ioab,tamen tua caliditate scisuit in facie assumere apparatum dispositioni interiori cõtrarium in quo multi simulatores Ioab sequuntur. Dionys. ibidem.
9. Sub quinta costa.
10. Sustentans se baculo.
l. Hæc enim fiebant apud Iudæos in signum magnæ tristitiæ. Vbi ponitur planctus Dauid in speciali. De Lyra.
11. Super.
m. Quia fraude deceptus es, & non peristi in fluititia tua, sicut perire solent ignaui. Hier.
n. Hoc est, non es iure belli captus,quia manus tuæ non sunt ligatæ,nec pedes compedibus aggrauati sicut eorum manus ligari solent, & pedes vinciri, qui in prælio capi solent. Dolo igitur,non viribus peremptus es. Hiero. ibid.
o. Ad demonstrationem innocentiæ suæ,& ad ostendendam suam charitatem ad Abner,atque dolorem suum de illius interitu. Itemque ad declarandum indignationem suam per zelũ contra Ioab & suos. Præterea talis ac tanta expurgatio ipsius Dauid fuit necessaria ad tollendam omnem sinistrã plebis suspitionem. Dionys. Carthusia. ibid.

*Baana, & Rechab occiso Isboseth dormiente, caput ad Dauid attulerunt, quibus*
*Pro mercede vices ipse rependit.* *IIII.*

A AVdiuit autem Isbóseth filius Saul, quòd cecidisset Abner in Hebron, &
dissolutæ sunt manus eius, omnísque Israel perturbatus est. [a] Duo autem
viri Principes[1]latronum]erant filio Saul:nomen vni Baana,& nomen alte-
teri Rechab,filij Remmon Berothitæ, de filiis Beniamin. Siquidẽ & [b] Be-
roth reputata est in Beniamin.Et fugerunt Berothitæ in Gethain, fuerúntque ibi ad-
uenæ vsque ad tempus illud.Erat autẽ Ionathæ,filio Saul,filius debilis pedibus.Quin-
B quennis enim fuit,quando venit nuntius de Saul & Ionatha ex Iezrahel. [§]Tollẽs ita-
que eum nutrix sua,fugit.Cúmque festinaret, vt fugeret, cecidit: & claudus effectus
est,habuítque vocabulum Miphóibseth. Venientes igitur filij Remmon Berothitæ,
Rechab & Baana, ingressi sunt feruente die domum Isbóseth. Qui dormiebat su-
per stratũ suum meridie:⟨& hostiaria domus purgans triticum obdormiuit.]
[2] Ingressi sunt autem domum latenter assumentes spicas tritici: & percusserunt eum in
inguine]Rechab & Baana frater eius,& fugerunt.Cùm autẽ ingressi fuissent, domũ,

a. Duo isti principes erant super expeditiones Isboseth,mortuo verò Abner vt Hebræi tradunt.conciliati sunt cum Miphiboseth vt vnà interficerent Isboseth,& eundem Miphiboseth constituerent Regem & eiusdem cõsilij delatorem Miphiboseth extitisse Hiero. ibid.
1. Cohortum.
b. Beroth ciuitas est tribꝰ Manasse reputata, tamen tribus Beniamin: quia vi à Saule occupata, non longe distans à Neapoli quæ dicta est Emmaus,& tandem Neapolis.
2. Et venientes ad medium domus,quasi triticum accepturi percusserũt eum in quinta costa.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ille dormiebat super lectum suum,in conclaui, * & percutientes [c] interfecerunt eum.
Sublatóque capite eius, abierunt per viam deserti tota nocte:& attulerunt caput Isboseth ad Dauid in Hebron.Dixerúntque ad Regem: Ecce caput Isboseth filij Saul inimici tui,qui quærebat animam tuam:& dedit dominus domino nostro Regi vltionem hodie de Saul & de semine eius. [d] Respondens autem Dauid Rechab & Baana fratri eius,filiis Remmon Berothitæ,dixit ad eos: Viuit dominus, qui eruit animam meam de omni angustia,quoniam eum qui annunciauerat mihi, † & dixerat: mortuus est Saul,qui putabat se prospera nuntiare,tenui,& occidi eum in Siceleg: [3] cui oportebat me mercedem dare pro nuntio. Quantò magis nunc cum [e] homines impij interfecerunt virum [4] innoxium in domo sua, super lectum suum, non quæram sanguinem eius de manu vestra,& auferam vos de terra? Præcepit itaque Dauid pueris suis,& interfecerũt eos: præcidẽtésque manus & pedes eorum, suspenderunt eos super piscinam in Hebron:Caput autem Isbóseth tulerunt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron.

*Strati sui.*

*c. Quoniam scriptum est Diliges proximum tuum sicut teipsum,nemini licet non volenti occidere proximum, cui non expedit occidere seipsum. Augusti. Epi. 61.*

*d. Occisionis Isboseth insta punitio: quia Dauid præcepit illos homicidas occidi eo quod interfecerãt Dominum suum dolosè,& ductis cupiditate, vt patet ex prædictis ad literam. De Lyra.*

*3. Qui putabat quòd daturus illi essem præmium nuntij.*

*e. Quia omnes qui sine illa legitimæ potestatis authoritate hominem occidit, homicida est: quicunque seipsum occidit nõ est homicida si non homo est. Aug. Epi. 61.*

*4. Iustum.*

*Dauid vnctus super totum Israelem, arcem Sion pulsis Iebusæis capit, vbi domum construxit alias vxores superinduxit, ac bis Philistæos deo iuuante prostrauit. V.*

[2] T venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid in Hebron,dicentes:† Ecce nos os tuum & caro tua sumus. Sed heri & nudiustertius cùm esset Saul Rex super nos,tu eras educens & reducens Israel: Dixit autem dominus ad te: Tu pasces populum meum Israel, & tu eris dux super Israel. [b] Venerunt quoque & seniores Israel ad Regem in Hebron, & percussit cum eis Rex Dauid fœdus in Hebron coram domino, [c] vnxerúntque Dauid in Regem super Israel. Filius triginta annorum erat Dauid cum regnare cœpisset, & quadraginta annis regnauit. † In Hebron regnauit super Iudam septem annis & sex mensibus,in Ierusalem autem regnauit triginta tribus annis, super omnem Israel & Iudam. Et abiit Rex & omnes viri qui erant cum eo in Ierusalem, ad Iebusæum habitatorem terræ. * Dictúmque est Dauid ab eis: Non egredieris huc, [d] nisi abstuleris cæcos & claudos, dicentes: Nõ ingredietur Dauid huc.Cœpit autem Dauid arcem Sion:hæc est ciuitas Dauid. Proposuerat enim Dauid in die illa præmium, qui percussisset Iebusæum, & tetigisset domatum fistulas: & abstulisset cæcos, & claudos, odientes animam Dauid. ]Idcirco dicitur in prouerbio: † Cæcus & claudus non intrabunt in templum. Habitauit autem Dauid in arce Sion, & vocauit eam ciuitatem Dauid:& ædificauit per gyrum à [f] Mello & intrinsecus. Et [2] ingrediebatur proficiens atque succrescens, & dominus deus exercituum erat cum eo. † Misit quoque Hiram Rex Tyri nuntios ad Dauid,& ligna cedrina, & artifices lignorum, artificésque lapidum,ad parietes: & ædificauerunt domum Dauid. Et cognouit Dauid, quoniam confirmasset eum dominus Regem super Israel, & quoniam exaltasset regnum eius super populum suum Israel. * † Accepit ergo Dauid adhuc [g] concubinas & vxores de Ierusalem, postquã venerat de Hebron. Natíque sunt Dauid & alij filij & filiæ:& hæc nomina eorum qui nati sunt ei in Ierusalẽ:Sammua,& Sobab,& Nathã,& Salomõ & Iabaar,& Helisũa, & Nepheg, & Iaphia,& Helisama,& Heliada, & Helipháleth † [h] Audierunt ergo Philistiim quòd vnxissent Dauid in Regem super Israel,& ascenderunt vniuersi vt quærerent Dauid. Quòd cùm audisset Dauid,descẽdit in præsidium. Philistiim autem venientes diffusi sunt in valle Raphaim.Et consuluit Dauid dominum, dicens: Si ascendam ad Philistiim,& si dabis eos in manu mea? Et dixit dominus ad Dauid: Ascende, quia tradens dabo Philistiim in manu tua. * † Venit ergo Dauid [3] in Baalpharasim ] & percussit eos ibi,& dixit: Diuisit dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ. Propterea vocatum est nomen loci illius Baalpharasim. Et reliquerunt ibi sculptilia sua, quæ tulit Dauid & viri eius. Et addiderunt adhuc Philistiim vt ascenderent: & diffusi sunt in [i] valle Raphaim. Consuluit autem Dauid dominum: ] Si ascendam contra Philistæos: & tradas eos in manus meas? ] Qui respondit: Non ascendas

*a. Merito sic expeditus est ab vniuersis populo, vt venirẽt ad eum omnes tribus Israel, dicẽtes: Ecce nos ossa tua & caro tua sumus, &c. Et quid de eo plura dicam de quo huiusmodi dei processit sentẽtia, vt de eo diceret: Inueni Dauid seruum meum. Ambr. Offi. 2. ca. 7.*

*b. Anno 7. regni sui Dauid Rex totius Israelis acclamatur & vngitur, arcem Ierusalem occupat, Iebusæum expellit & Philistæos superat.*

*c. Dauid bis vnctus dicitur: & Christus prius in Iudæis, post in gentibus principatum sumpsit. Glosa. ordinaria.*

*d. Nisi abstuleris nos, quos tanquam cæcos & claudos existimas, de quibus iactas te triumphaturum. Hiero.*

*e. Et dixit Dauid quicunque percusserit Iebusæum, & tetigerit fistulã, & cæcos & claudos, odientes animam Dauid, abstulerit, dux erit belli. Hiero. cum Hebr.*

*f. Atrium quoddam est muro propinquum.*

*2. Progrediens Dauid progressus est, & creuit, hoc est, profecit & creuit in regno. Ethebraica phrasis.*

*g. Nõ facilè dignoscitur quas concubinas appellet scriptura, & quas vxores: quãdoquidem & Haggar dicta est vxor quæ postea dicitur concubina, & Cethura, & ancillæ quas dederũt Rachel & Lia viro suo. Nisi forte omnis cõcubina vxor, non autem omnis vxor concubina more loquendi scripturarum appelletur, id est, vt Sara & Rebecca, & Lia & Rachel concubinæ dici non possint, Haggar vero & Chetura, Bala & Zelpha, & vxores & concubinæ. Aug. in Gene. lib. 1. c. 90.*

*h. Qualiter bis expugnauit inimicos exteriores, scilicet Philistæos. Consuluit tamen prius Dominum vt per eius auxiliũ dirigeretur, & protegeretur. De Lyra. Ibidem.*

*3. In planitiem Pharasim & infra.*

*i. Vallis Raphaim est iuxta Ierusalem euntis in Bethlehem inter austrum & occidentem, à gigantibus olim sic nuncupata. Vnde etiã interdum dicitur vallis gigantum: vallis inquam frugum omniũ feracissima & amplissima.*

contra eos, sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex aduerso [4] pyrorum. Et cùm audieris sonitum [k] clámque gradientis in cacumine pyrorũ, tunc inibis prælium: tunc egredietur dominus ante faciem tuam, vt percutiat castra Philistiim. Fecit itaque Dauid sicut præceperat ei dominus, & percussit Philistiim de Gabaa, vsque dum venias Geser.

4. Arboris mororum, & infra.
k. Hoc est, angeli sancti ibi se mouentis, ac exhibentis se ad mouendum vos, atque ad deprimendum potestatem demoniũ vel idolorũ, per quæ dæmones operabantur nonnulla. Dionis. Cart.

*Cùm Dauid arcam Dei à domo Aminadab duceret in Ierusalem, Oza percussus interiit: vnde stetit in domo Obeth Aedom. Inde cùm in Ierusalem duceretur, ludens Dauid coram ea à Michol vxore ridetur.* VI.

A [a] Congregauit autem rursum Dauid omnes electos ex Israel, triginta milia, [†] Surrexitque Dauid & abiit & vniuersus populus, qui erant cum eo de viris Iuda, vt adduxerent arcam dei: super quam inuocatum est nomen domini exercituum, sedentis [1] in Cherubin ] super eam. [†] Et imposuerunt arcam dei super plaustrum nouum. Tulerúntque eam de domo Aminadab, qui erat in Gabaa. Oza autem & Haio filij Aminadab minabant plaustrum nouum. [†] Cúmque tulissent eam de domo Aminadab, qui erat in Gabaa, custodientes arcam dei: Haio præcedebat arcam dei, Dauid autem & omnis * Israel ludebant coram domino, [2] in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris, ] & tympanis, & sistris, & cymbalis. [†] Postquam autem venerunt ad Arean Nachon, extendit [b] Oza manum ad arcam dei, B & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues & declinauerunt eam. [‡] Iratúsque est indignatione dominus contra Ozam: & percussit eum [c] super temeritate: qui mortuus est ibi iuxta arcam dei. [†] Cõtristatus est autem Dauid eò quòd [3] percussisset dominus Ozam: ] & vocatum est nomen loci illius [4] percussio Ozæ vsque in diem hanc. Et extimuit Dauid dominum in die illa, dicens: Quomodo ingredietur ad me arca domini? Et noluit diuertere ad se arcam domini, in ciuitatem Dauid: sed diuertit eam in domum [5] Obededom ] Gethæi. Et [d] habitauit arca domini in domo Obededom Gethæi tribus mensibus: [e] & benedixit dominus Obededom, & omnem domum eius. [†] Nuntiatúmque est Regi Dauid, quòd benedixisset dominus Obededom, & omnia eius, propter arcam dei. ⟜ Dixítque Dauid: Ibo, & reducam arcam cum benedictione in domũ meam. ] Abiit ergo Dauid: & adduxit arcam dei de domo Obededom in ciuitatem Dauid cum gaudio: ⟜ [f] & erant cum Dauid septem chori: & victima C vituli. [‡] † Cúmque transcendissent qui portabant arcam domini sex passus, immolabant bouem ⟜ & ouem ] & [6] arietem: ] & Dauid ⟜ percutiebat in organis armigatis: & ] saltabat totis viribus ante dominum. Porrò Dauid erat accinctus Ephod lineo: [7] & ] Dauid & omnis domus Israel, ducebant arcã testamenti domini in iubilo & in clangore buccinæ. Cúmque intrasset arca domini in ciuitatẽ Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram vidit Regem Dauid subsilientem atque [g] saltantem coram domino: & despexit eum in corde suo. Et introduxerunt arcã domini, & imposuerunt eam in loco suo, in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid: & obtulit Dauid holocausta coram domino, & pacifica. Cúmque complesset offerens holocaD sta & pacifica, benedixit populo in nomine domini exercituum. [‡] Et partitus est multitudini vniuersæ Israel, tam viro quàm mulieri, singulis [8] collyridam ] panis vnam, & [9] assaturam bubulæ carnis vnam: ] & [10] similam frixam oleo. ] Et abiit omnis populus: vnusquisque in domum suam. Reuersúsque est Dauid vt benediceret domui suæ: & egressa Michol filia Saul in occursum Dauid, ait: Quàm gloriosus fuit hodie Rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorũ, & nudatus est quasi si nudetur vnus de scurris. Dixítque Dauid ad Michol: [h] Viuit dominus, quia ludam ante dominum, qui elegit me potius quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius, & præcepit mihi, vt essem dux super populum domini, in Israel. † Et ludam, * & vilior fiam, plusquàm factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo. Igitur [i] Michol filiæ Saul non est natus filius vsque in diem mortis suæ.

2. Congregauit Dauid omnes electos ex Israel 30000. quia dominus ptimitiuam Ecclesiã ex Israel instituit, non quidem omnẽ Israel, sed electos quosque sibi consocians. Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ: sed filij promissionis deputantur in semine. Qui triginta milia fuisse referuntur, id est, fidei operis, & spei firmitate perfecti, &c. Eucherius ibidẽ.
1. Inter Cherubin.
* Domus.
2. In variis instrumentis ex lignis cedrinis fabrefactis, in citharis, nablis.
b. Quidam dicunt Ozam ob temeritatem pœnas dedisse, eò quòd arcæ auxiliari voluerit, quæ cũ toti populo præesset, aliunde auxilio non indigebat. Iosephus autem dicit quòd cùm Leuita non esset, arcam tamen nihilominus attingere ausus fuerit. Procopius ibidem.
c. Propter errorem suum: quoniam nudè arcam nutantẽ rexit, quam Leuitis non nisi per vectes portare licebat.
3. Diuisionem fecisset dominus propter Ozam.
4. Diuisio.
5. Obeth Aedom, & infra.
d. Qui Gethæus dicitur, eò quòd in Geth pater eius habitauerit. Hieronymus.
e. Dauid arcam domini reduxit in domũ Obed Aedom, & inde in domum suam in Ierusalẽ. 8. anno regni sui, ex domo Aminadab.
f. Allata ergo foris arca, ludebat Dauid, & omnis Israel coram domino diuersis musicorũ generibus: quia mox inchoãte nouæ gratiæ præconio, dominus ad exhibendas duo patri laudes humilitatis omnes inuitat, dicens: qui mihi ministrat, me sequatur, alij dando per spiritum sermonem sapientiæ, alij sermonem scientiæ, alij genera linguarum, alij gratiam curationum, &c. Eucherius ibidem.
6. Pecus pingue.
7. Igitur.
g. Cauendum est ne quis vulgari quadam sermonis imitus deceptus interpretatione, putet nobis saltationis lubricæ histrionicos motus, & scenæ delinamenta mandari: (hæc enim in adolescẽtula ætate vitiosa sunt) sed saltationem eam mandauit qua saltauit Dauid ante arcam domini: totũ enim decet quicquid deseruit religioni, vt nullum obsequium quod prosit ad cultum, & obseruantiã Christi erubescamus. Ambr. de pœnitent. lib. 1. cap. 6.
8. Tortam, vel placentam.
9. Frustum carnis vnum.
10. Lagenulam vnam.
h. Non erubuit igitur Dauid fœmineas opiniones, nec opprobria apud mulieres subire pro religionis obsequio verecũdatus est. Ludebat enim domino puer suus, & ideo amplius placuit, quia sta se humiliauit deo, vt regale post haberet fastigium, & vltimum exhiberet deo quasi seruulus ministeriũ. Ambr. epist. lib. 6. epist. 36.
* Coram domino.
i. Ipsa est Egla quæ peperit Dauid Iethræam, in cuius partu occubuit. Hieron.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Dauid proponens ædificare domum domino, ab eo per Nathan prohibetur: sed successor filius promittitur ædificaturus, vnde gratias agit immensas.* VII.

1. Intrā cortinam.
a. Hoc enim Nathan ex se, non ex sermone dñi dixit ad Dauid: Quod sequitur vero, ex sermone domini dixit, Hieron.
b. Domum orationis construere deus Dauidem nō permisit, docēs humanitatē omnes quot quot hoc in loco dominū erāt inuocaturi. Nā qui vident prophetam Dauid propter cædes quantumuis iustas non cōredere vt deo ædificet, puras manus habere docentur. Proco. ibid.
a. Pro habitatione mea.
c. Quia nec Moyses nec Iosue ædificauerunt ei domum, quia viri sanguinū essent: ideo in tabernaculis hactenus ambulasse dicitur. Hieron.
d. Sylo, Nob, Masphat, Galgala, Gabaon & Gabaa, in quibus stetit arca domini. Hieron.
e. In Hebræo habetur: Et dixit ad vnam de tribubus Israel, cui præcepi vt pasceret: quia de omnibus ferè tribubus fierant alij qui pastores populi Israel. Verbi gratia: De tribu Leui Moyses & Aaron. De tribu Ephraim Iosue. De tribu Iuda Othoniel. De tribu Manasse Iephte. De tribu Beniamin, Aioth & Saul. De tribu Nephtalim. Barach. De tribu Zabulon, Aalon. De tribu Dan, Sāson. De tribu Isachar, Thola. De Lyra ibidem.
3. Caula.
4. Vt habitet in loco suo, & nō moueatur.
f. Hanc tam grandem promissionem qui putat in Salomone completam, multū errat. Attēdit enim quod dictū est, Hic ædificabit mihi domum, quoniā Salomon templum illud nobile struxit, & non attendit: fidelis erit domus eius, & regnum eius in æternum coram me. Attendat ergo & aspiciat Salomonis domum plenā mulieribus alienigenis, colentibus deos falsos, & ipsum ab eis regē aliquādo sapientem in eandem idolo latriam seductum, atque deiectum, & non audeat existimare deum vel hoc promisisse mendaciter, vel talem Salomonem nomūmque eius fūturam non potuisse præscire. Eucherius.
g. Et ita regnum Israel nec Absalon, nec Adoniæ debebatur, cùm iam nati essent ante hanc prophetiam.
5. Castigabo.
6. Confirmabitur.
7. Tuam.
h. Hoc est, vt nullus hominum esset qui audiret orantem. Siue ergo propter arcam testaméti, siue propter secretum remotius ab arbitris, siue propter intimū cordis vbi erat orantis affectus, conuenienter dictum est, sedit coram domino. Nisi quòd fortè sedēs orauit: Hoc monet quidem sanctus Helias, hoc fecit quando pluuiam impetrauit. Augu. ad Simplicianum lib. 2. quæst. 4.
8. Iste est enim mox hominis. Hæc lex hominis est, vt tibi in simplicitate cordis, & puritate seruiat. Hieron.
9. In terra.
10. Iudices.

k. Cur Dauid dei verba totiens ingeminat, cuius sit promissa implerit? Nō dubitauit dei promissiones sub implicita conditione sapius intelligendas, vtpote nisi homines peccādo obicem ponerēt: ideo exorauit pro gratia, ne vel ipse vel posteri sui obicem ponerēt impletioni diuinæ promissionis, Dionysius.
11. Auri.
l. Quis inuenit audaciam qua in corde suo deum oraret. Hieronymus.

EActum est autem cùm sedisset Rex in domo sua: & dominus dedisset ei[a] requiem vndique ab vniuersis inimicis suis, dixit ad Nathan prophetā: Vidēnsque quòd ego habitem in domo cedrina, & arca dei posita sit in medio pellium? ]Dixítque Nathan ad Regem: [a]Omne quod est in corde tuo, vade, fac, quia dominus tecum est. [b]Factū est autem in illa nocte, & ecce sermo domini ad Nathan, dicens: † Vade & loquere ad seruū meum Dauid: Hæc dicit dominus: Nunquid tu ædificabis mihi domū [2] ad habitandum? Neque enim habitaui in domo, ex die illa, qua eduxi Israel de terra Ægypti, vsque in diem hanc: sed [c]ambulabam in tabernaculo & in tentorio, [d] per cuncta loca quæ transiui cūomnibus filiis [e] Israel. Nunquid loquens locutus sum, ad vnam de tribubus Israel, cui præcepi, vt pasceret populum meum Israel, dicens: quare non ædificasti mihi domū cedrinam? Et nunc hæc dices seruo meo Dauid: Hæc dicit dominus exercituum: ‡ † Ego[3] tuli te de [3] pascuis, sequentem greges, vt esses dux super populū meum Israel: & nunc fui tecum ⟩– in omnibus ]vbicunque ambulasti, & interfeci vniuersos inimicos tuos à facie tua: fecíque tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum [4] & habitabit in eo, & non turbabitur ]amplius: nec addent filij iniquitatis, vt affligant eū, sicut prius: ex die, qua cōstitui iudices super populum meum Israel. Et requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis: prædixítque tibi dominus, quòd domū faciat tibi dominus. † [f] Cúmque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, [5]quod egredietur de vetero tuo, & firmabo regnum eius. † Ipse ædificabit domū nomini meo, & stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum. † Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Qui si iniquè aliquid gesserit, [†] arguam ]eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. † ‡ Misericordiam autem meam nō auferam ab eo: sicut abstuli à Saul, quem amoui à facie mea. Et [6] fidelis erit ]domus tua, & regnū tuum vsque in æternum ante faciem [7] meam: & † thronus tuus erit firmus iugiter. Secundum omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionem istam, sic locutus est Nathan ad Dauid. [h] Ingressus est autem Rex Dauid, & sedit coram domino, & dixit: Quis ego sum domine deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque? Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo domine deus, nisi loqueris etiam de domo serui tui in longinquum. [8] Ista est enim lex Adam ]domine deus. Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te? Tu enim scis seruum tuū domine deus. Propter verbum tuum, & secundum cor tuum fecisti omnia maligna hæc, ita vt notum faceres seruo tuo. Idcirco magnificatus es domine deus: quia non est similis tui, neque est deus extra te, in omnibus quæ audiuimus auribus nostris. ‡ Quæ est autem [9] vt populus tuus Israel, gens in terra, propter quam iuit deus, vt redimeret eam sibi in populum, & poneret sibi nomen: facerétque eis magnalia & horribilia [9] super terram, ] à facie populi tui, quem redemisti tibi ex Ægypto gentem & [10] deum ]eius? Firmasti enim tibi populum tuum Israel in populum sempiternum: & tu domine deus factus es eis in deum. [k] Nunc ergo domine deus, verbum quod locutus es super seruum tuum & super domum eius, suscita in sempiternum, & fac sicut locutus es, vt magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum, atque dicatur: Dominus deus exercituum, deus super Israel. Et domus serui tui Dauid erit stabilita coram domino: quia tu domine exercituum deus Israel, reuelasti [11] aurem ]serui tui, dicens: domum ædificabo tibi. Propterea [l] inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret te oratione hac. Nunc ergo domine deus, tu es deus, & verba tua erunt vera. Locutus es enim ad seruum tuū bona hæc. Incipe ergo & benedic domui serui tui, vt sit in sempiternum coram te: quia tu domine deus locutus es hæc, & benedictione tua benedicetur domus serui tui in sempiternum.

*Dauid uictis Philistæorum quinque ciuitatibus Syria Damasci, & Syria Soba, Moabitis & Idumæis, sub tributum omnes redegit, & tandem officiarios sibi elegit idoneos.* VIII.

A EActum est autem post hæc, percussit Dauid Philistiim & humiliauit eos: & tulit Dauid frænum [a] tributi de manu Philistiim, & percussit Moab, & mensus est eos funiculo, [1] coæquans terræ.] Mensus est autem [2] duos funiculos:] vnum ad occidendum,& vnum ad viuificandum.Factúsque est Moab Dauid seruiens sub tributo. Et percussit Dauid Adadézer filium Rohob Regem Soba:quando profectus est, vt [3] dominaretur] super flumen Euphratem. Et captis Dauid ex parte eius mille septingentis equitibus & viginti milibus peditum: [b]
B subneruauit omnes iugales curruum. Dereliquit autem ex eis [c] centum currus: [d] Venit quoque Syria Damasci,vt præsidium ferret Adadézer Regi Soba:& percussit Dauid de Syria vigintiduo milia virorum, & posuit Dauid præsidium in Syria Damasci, factáque est Syria Dauid seruiens sub tributo. Seruauítque dominus Dauid in omnibus,ad quæcunque profectus est. Et tulit Dauid [4] arma aurea, quæ habebant serui Adadézer,& detulit ea in Ierusálem. Et de Bethe & de Beroth ciuitatibus Adadézer, tulit Rex Dauid æs multum nimis: [e] de quo fecit Salomon omnia vasa ærea in templo,& mare æneum,& columnas & altare.] Audiuit autem Thou Rex Emath,quòd percussisset Dauid omne robur Adadézer. [f] Et misit Thou Ioram filium suum ad
C Regem Dauid, vt [5] salutaret eum congratulans:& gratias ageret] eò quòd expugnasset Adadézer,& percussisset eum. [6] Hostis quippe erat Thou Adadézer:] Et in manu eius erant vasa aurea & vasa argentea & vasa ærea: quæ & ipsa sanctificauit Rex Dauid domino, cum argento & auro quæ sanctificauerat de vniuersis gentibus, quas subegerat de Syria & Moab,& filiis Ammon,& Philistiim & Amalech:& de manubiis Adadézer filij Rohob Regis Soba. [d] Fecit quoque sibi Dauid nomen cùm reuerteretur capta Syria [c] in valle Salinarum, cæsis decem & octo milibus, [e] & in Gebe-
D lem ad vigintitria milia,] [g] & posuit in Idumæa custodes,statuítque præsidium,& facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid: & seruauit dominus Dauid in omnibus,ad quæcunque profectus est. [f] Et regnauit Dauid super omnem Israel: [†] faciebat quoque Dauid iudicium & iustitiam omni populo suo: [†] Ioab autem filius Saruiæ erat super exercitum: porrò Iosaphat filius Achilud erat à commentariis: & Sadoch filius Achitob & Achimélech filius Abiathar, erant sacerdotes: & Saraias scriba: Banaias autem filius Ioiadæ,super Cerethi & Phelethi: Filij autem Dauid sacerdotes erant.Et dixit Dauid: Putásne est aliquis,qui remanserit de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam,propter Ionathan.

a. Subiectionis. Quinque enim Philistæorũ ciuitates fecit Dauid tributarias, quæ sapius Israel facerũt tributariũ.Hieron.
1. Prosternens eos in terram.
2. Eos duobus funiculis,id est, duas partes eorum interfecit, tertiam verò reseruauit. Heb.
3. Constitueret terminum suũ.
b. Hoc est,pedum equorum extremitates, vt inutiles redderẽtur,ne hosti essent auxilio,reseruauit eum lex equos multiplicare prohibebat.
c. Hos est, equos tot quadrigarum,aut etiam ipsas quadrigas reseruauit sibi ad vsus vrbis suæ: quia ad quemlibet curruũ quatuor equi pertinebant. Dicitur tamen in 1. lib. Par. ca. 18. quòd Dauid cepit mille quadrigas Hadadézer.& decem milia equitum.Dion. Carthusianus.
4. Clypeos aureos.
d. Rogaret eum pro pace,& benediceret ei.
e. Gerebat enim cũ Thou multa bella Adadézer.
f. Quod hic huiusce profectionis Christi ad gentes, & subiectionis earum per doctrinã euangelicam ad fidem figura expletur, in 2. Regnorũ libro admodum apta occurrit.offeruntque legentibus: vbi Dauid in regno Israel & Iuda stabilitus, regionem Moab,Palæstinos & vniuersam Idumæã legimus subegisse sibi, atque in tributarium redegisse. Quod planè mirabar,& Christum,qui verus est Dauid, & fortis, voluptque desiderabilis, post annunciatum per totam Iudæam Euangelium, acceptúmque spirituale regnũ, transire ad gentes, vt illos dei qui erant dispersi congregaret in vnũ Cyril. in Ioan. li. 4. ca. 9. c. In qua triumphalem sibi fornicem Dauid redeuns erexit. Hieron.
g. Nunc impletũ est illud quod Israel,cui olim filio pepercerat,fusis inquit dominus fratribus tuis Deuteron. enim Idumæis præsidia imposuit.Præsentes autem præsidiarios quos nunc quidam θεραπόντους appellant, ipse τροφίμους nominauit. Procopius ibidem.

*Miphibóseth filij Ionathæ Dauid propter Ionathan miseretur, cibat eum in mensa sua, atque omnes Saulis agros restituit, quos Sibæ Saulis seruo colendos iniunxit.* IX.

A [a] Rat autẽ de domo Saul seruus, nomine Siba: Quem cùm vocasset Rex ad se,dixit ei: Tú ne es Siba? Et ille respondit:Ego sum seruus tuus.Et ait Rex:Nunquid supersest aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam dei?Dixítque Siba Regi: Supersest filius Ionathæ, debilis pedibus.Vbi,inquit, est? & Siba ad regẽ:Ecce,ait,in domo est Machir filij Ammihel in [b] Lodabar.Misit ergo rex Dauid, & tulit eum de domo Machir filij Ammiel
B de Lodabar. [†] Cùm autem veniset Miphibóseth filius Ionathæ filij Saul ad Dauid,corruit in faciem suam,&adorauit.Dixítque Dauid:Miphibóseth.Qui respondit: Ecce seruus tuus. Et ait ei Dauid: † Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam, propter Ionathan patrem tuum: & restituam tibi omnes [c] agros Saul patris tui, &
C tu comedes panem in mensa mea semper. Qui adorans eum, dixit: [†] [a] Quis ego sum seruus tuus? quoniam respexisti super canem mortuum,similem mei? Vocauit

a. Ecce Dauid nõ est oblitus iuramenti & fœderis quod cum Ionatha pepigit, sed misericordiam quam promisit patri,filio adimplenit. Dauid quoque Christum significat, Ionathan qui interpretatur columbæ domũ, gratiã spiritussancti. Glossordi.
b. Lodabar oppidum est in mõte Galaad situm in tribu Gad, non longè à Mahanaim, trans Iordanem.
c. Quorum partem abstulerant filij Respha concubinæ Saul, partem verò in Isboseth iure belli Dauid sibi vindicauerat Hieron.

itaque Rex Sibam puerum Saul,& dixit ei: Omnia quæcunque fuerunt Saul, & vniuersam domum eius dedi filio domini tui.Operare igitur ei terram, * tu & filij tui,& serui tui,& inferes filio domini tui cibos, vt alatur.[d] Miphibóseth autem filius domini tui, comedet semper panem super mensam meam. Erant autem Sibæ quindecim filij, & viginti serui. [e] Dixítque Siba ad Regem: Sicut iussisti domine mi Rex seruo tuo,sic faciet seruus tuus.[c] Et Miphibóseth comedet super mensam meam quasi vnus de filiis Regis.Habebat autem Miphibóseth filium paruulum nomine Micha. Omnis verò [1] cognatio domus Sibæ seruiebat Miphibóseth.Porrò Miphibóseth habitabat in Ierusalé,quia de mensa Regis iugiter vescebatur, & erat claudus vtroque pede.

*Ammonitæ post illatam seruis Dauid iniuriam, contractis quinque Regum Syriæ copiis prosligantur,veriti deinceps Ammonitis ferre præsidium.* X.

† Factum est autem post hæc vt moreretur Rex filiorum Ammon,& regnauit Hanō filius eius pro eo. Dixítque Dauid:[a] Faciam misericordiam cum Hanon filio[b] Naas:sicut fecit pater eius mecū misericordiam. Misit ergo Dauid consolans eum per seruos suos super patris interitu. Cùm autem venissent serui Dauid in terram filiorum Ammon: dixerūt Principes filiorum Ammon ad Hanon dominum suum: Putas quòd [1] propter honorem patris tui miserit Dauid ad te consolatores,& non ideo]vt te inuestigaret,& exploraret ciuitatem, & euerteret eam, misit Dauid seruos suos ad te?[c] Tulit itaque Hanon seruos Dauid, rasitque dimidiam partem barbæ eorum, & præcidit vestes eorum medias, vsque ad nates:& dimisit eos.[d] Quod cùm nuntiatū esset Dauid,misit in occursum eorū. Erant [1] enim viri confusi—turpiter]valde. Et mandauit eis Dauid:Manete in Iericho,donec crescat barba vestra, & tunc reuertimini. Videntes autem filij Ammon, quòd iniuriam fecissent Dauid,miserunt,& conduxerunt mercede [d] Syrum Rohob,& Syrū Soba,viginti milia peditum,& à rege Maacha, mille viros, & ab Histob, duodecim milia virorum. Quod cùm audisset Dauid, misit Ioab & omnem exercitum bellatorū. Egressi sunt ergo filij Ammon, & direxerunt aciem ante ipsum introitū portæ.[e] Syrus autem Soba & Rohob, & Histob, & Maacha seorsum erant in campo. Videns ergo Ioab,quòd præparatum esset aduersum se prælium, & ex aduerso & post tergū: elegit sibi ex omnibus electis Israel,& instruxit aciem contra Syrum,reliquam autem partem populi tradidit Abisai fratri suo.[f] Qui direxit aciem aduersum filios Ammon.Et ait Ioab:Si prævaluerint aduersum me Syri,eris mihi in adiutorium:si autem filij Ammon prævaluerint aduersum te,auxiliabor tibi.Esto vir fortis,[f] & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate dei nostri. Dominus autem faciet,quod bonum est in conspectu suo. Iniit itaque Ioab & populus qui erat cum eo,certamen contra Syros, qui statim fugerunt à facie eius. Filij autem Ammon videntes quia fugissent Syri,fugerunt & ipsi à facie Abisai, & ingressi sunt ciuitatem. Reuersúsque est Ioab à filiis Ammon,& venit Ierusalem.[g] Videntes igitur [2] filij Ammon quoniam Syrus expauit, & quoniam corruissent coram Israel,congregati sunt pariter.][g] Misitque—ad] Adadézer,& eduxit Syros,qui erant trans fluuium: & adduxit eorum exercitum. Sabach autem magister militiæ Adadézer[3] erat princeps eorum.] Quod cùm nunciatū esset Dauid,contraxit omnem Israelem,& transiuit Iordanem, venítque in Helam. Et direxerunt aciem Syri ex aduerso Dauid, & pugnauerunt contra Israel. Fugerúntque Syri à facie Israel,& occidit Dauid de Syris septingentos currus & quadraginta milia equitum,[h] & Sobach principem militiæ percussit: qui statim mortuus est. Videntes autem vniuersi Reges,[4] qui erant in præsidio]Adadézer se victos esse ab Israel,—expauerunt, & fugerunt quinquaginta & octo milia coram Israel, &]fecerunt pacem cum Israel,& seruierunt eis: timuerúntque Syri auxilium præbere filiis Ammon.

*Obsessa Rabba Ammonitarum,Dauid homicidium vriæ adulterio adiunxit vxori: vnde accepta sibi vxore,& nato ex ea filio,dominum commouit ad iram.* XI.

Factum

* vt filius.

d. Dauid nō immemor erat fœderis quod habuerat cum Ionatha,& olim pepigerat,sed misericordiam quam ei promiserat,imolere curauit,filium eius requirit,& misericordiam cum eo fecit. Angelonius ibidem.

e. In Hebræo habetur: Et Miphibóseth comedet super mensam meam.Et secūdum hoc est verbum ipsius Dauid:quod exponunt Hebræi dicentes,quòd postquā Siba dixerat Regi sic faciet seruus tuus,Dauid respōdit: Et Miphibóseth comedet super mensam meam. De Lyra. ibidem.

1. Habitatio.

a. Quando fugit Dauid à facie Achis regis Geth,venit ad Naas regem Ammon, qui fecit cū eo misericordiam multa impertiendo bona. Angelonius ibid.

b. Naas pater Hanon & Sobi,de quo infra 17.g.ad quem peruenit ab Achis,& inde in speluncam Odollam,vbi viserūt eum parentes eius,quos duxit ad regem Moab. Hieron.

1. Honorat Dauid patrem tuū in oculis tuis, quòd miserit ad te consolatores!! Nunquid non magis.

c. Qui enim legatum Regis inhonorat, & afficit contumelia, regiam quoque maiestatem exedit iniuria, & grauiter offendit. Quemadmodū Hanon rex filiorum Ammon pestifera suorum principum delatione inductus,quoniā nuncios Dauid ad se officij & benevolentiæ gratia missos ludibrio habuit, & ipsum Dauid Regem ad indignationem commouit, cōcitauitque ad arma in vltionē tanti facinoris:à quo tandem post multas clades:& regno exutus est,& vita priuatus. Cyrilus in Ioan.lib.5.cap.1.

d. Syriæ Reges Rohob,Histob, Soba,& Maadia,de quib. Dauid triumphauit. Hieron.

e. Ex his multiplicem patet esse Syriam. Prima dicitur Arā,quę & Mesoporamia. Secunda Capadocia. Tertia,Syria Damasci. Quarta, Syria Antiochiæ, quæ & Roob dicitur. Quinta est Syria Soba,siue Sobal. Sexta est Syria Maacha, de qua in præsenti historia.

f. Ne scilicet aduersarij nostri inuadant,& vastent terram nostram & plebem nostrā nostrāsque vrbes, præsertim metropolitanam Ierusalē, vbi sunt sancta nostra. Dion. Cart. ibidem.

g. Videntes suam debellationē & confusionē vt possent se vindicare, congregauerunt multitudinem maiorē: propter quod Dauid in propria persona ad prælium venit cum exercitu suo maiori quàm prius,& eos penitus debellauit. Vnde vniuersi reges fecerunt cum eo pacem, promittētes reddere Dauid pacificè tributum. De Lyra.

2. Syri quod corruissent coram Israel,collecti sunt simul.

3. Præcedebat eos.

h. Mesopotamitha deinde cognito tam tristi pugnæ euentu, sine mora legatione ad Dauidē cum muneribus missa,deditionem fecerunt. Atque ita appetēte iam hyeme Ierosolyma est reuersus. Iosephus Antiq.lib.7. cap.6.

[1] Actum est autem [a] vertente anno, eo tempore quo solent Reges ad bella procedere, misit Dauid Ioab & seruos suos cum eo, & vniuersum Israel, & vastauerunt filios Ammon, & obsederunt [b] Rabba: Dauid autem remansit in Ierusalem. Dum hæc agerentur, accidit [2]–quadam die] vt surgeret Dauid de stratu suo [3] post meridiem: ]& deambularet [4] in solario ]domus regiæ: vidítque muelierem se lauantem [5] ex aduerso super solarium suum: ] Erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo Rex, & requisiuit quæ esset mulier: [4] Nuntiátúmque est ei, quòd ipsa esset Bersabee filia [c] Heliam, ]vxor Uriæ Hethæi. [7] Missis itaque Dauid nuntiis, tulit eam. Quæ cùm ingressa esset ad illum dormiuit cum ea. [7] [5] Statimque sanctificata est ]ab immunditia sua: & reuersa est domum suã, [6] concepto fœtu. Mitténsque nuntiauit Dauid, ]& ait: Concepi. Misit autem Dauid ad Ioab, dicens: Mitte ad me Uriam Hethæum. Misitque Ioab Uriam ad Dauid. Et venit Urias ad Dauid. [8] Quæsiuítque Dauid [7] quàm rectè ageret Ioab & populus, & quomodo administraretur bellum. ] Et dixit Dauid ad Uriam: [d] Vade in domũ tuam, & laua pedes tuos, Et egressus est Urias de domo Regis, secutúsque est eum cibus regius. Dormiuit autem Urias ante portam domus regiæ, cum aliis seruis domini sui, & non descendit ad domum suam. Nunciatúmque est Dauid à dicentibus: Non iuit Urias in domũ suam. Et ait Dauid ad Uriam: Nunquid non de via [8]–longinqua] venisti? Quare non descendisti in domum tuam? Et ait Urias ad Dauid: Arca dei & Israel & Iuda habitãt in papilionibus & dominus meus Ioab, & serui domini mei super faciẽ terræ manent: & ego ingrediar domum meam, vt comedam & bibam & dormiã cum vxore mea? [c] Per [8] salutem tuam, & per salutem animæ tuæ, non faciam rem hanc. Ait ergo Dauid ad Uriam: Mane hic etiam hodie, & cras dimittam te. [8] Mansit Urias in Ierusalem in die illa & altera & vocauit eum Dauid, vt comederet coram se & biberet, & [f] inebriauit eum. Qui egressus vesperè, dormiuit in stratu suo cum seruis domini sui: & in domum suam non descẽdit. [1] Factum est ergo mane, & scripsit Dauid epistolam ad Ioab, [8] misitque per manum Uriæ, scribens in epistola: Ponite Uriam [9] ex aduerso belli vbi fortissimum est prælium, ]& derelinquite eum, vt percussus intereat. Igitur cùm Ioab obsideret vrbem, posuit Uriam in loco vbi sciebat viros esse fortissimos: egressíque viri de ciuitate, bellabant aduersum Ioab: & ceciderunt de populo seruorum Dauid, mortuus est etiam Urias Hethęus. Misit itaque Ioab, & nunciauit Dauid omnia verba prælij: præcepítque nuntio, dicens: Cùm compleueris vniuersos sermones belli ad Regem, si eum videris indignari, & dixerit: quare accessistis ad murũ vt præliaremini? [d] an ignorabatis quòd multa désuper ex muro tela mittantur? [8] quis percussit Abimélech filium [h] Ierobaal? [1] Nónne mulier misit super eum fragmen molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? quare iuxta murum accessistis? dices: Etiam seruus tuus Urias Hethęus [i] occubuit. Abiit ergo nuntius, & venit & narrauit Dauid omnia, quæ ei præceperat Ioab: & dixit nuntius ad Dauid: Prœualuerunt aduersum nos viri, & egressi sunt ad nos in agrum. Nos autem [8]–facto impetu] persecuti eos sumus vsque ad portã ciuitatis: & direxerunt iacula sagittarij ad seruos tuos ex muro desuper, mortuíque sunt de seruis Regis. Quinetiam seruus tuus Urias Hethęus mortuus est. Et dixit Dauid ad nuntium: Hæc dices Ioab: non [10] te frangat ista res. Varius enim euentus est belli, & nunc hunc & nunc illum ]consumit gladius. [11] conforta bellatores tuos aduersus vrbem, ]vt destruas eam: & exhortare eos. Audiuit autem vxor Uriæ, quod mortuus esset Urias vir suus, & planxit eum. Transactóque luctu, [k] misit Dauid & introduxit eam in domum suam, & facta est ei vxor, peperitque ei filium. Et displicuit verbum hoc, quod fecerat Dauid, coram domino.

*Dauid sub parabola Nathan in se sententiam tulit, vnde multa illi Nathan incommoda minatur, quibus compunctus culpa illi pœna manente donatur, mortuo puero Salomon nascitur, & Rabba cum multis Ammonitarum vrbibus diruitur.* XII.

a. Hoc est tempore veris quando pulsa frigoris asperitate pabula reperiuntur iumentorum. Glosa. ordi.

b. Rabba, quam & Rabbath dicunt, & Ammam dudum vocabant, à Ptolomæo Philadelpho dicta est Philadelphia, metropolis Ammonitarum, in qua hactenus monstratur lectus ferreus Og. Regis Basan.

1. Tempore vespertino.

2. Super tectum.

3. De tecto.

4 Dicens: Nónne hæc est, Bethsabee filia Heliam.

c. Heliam fuit filius Achitophel Hieronymus.

5. Ipsa autem sanctificarat se.

6. Concepit autem mulier, & mittens indicauit ipsi Dauid.

7. De pace Ioab, de pace populi, & de pace gerentium bellum.

d. Dic mihi, ô Dauid, ob quam causam sollicitus es? ob hoc, inquit, pietatis do cõsilium, si potero quoquo pacto obumbrare sceleris magnitudinem, & vulneri superducere cicatricem, vt illius esse dicatur quod meum est. Chryso. super Psal. 50.

e. Quia arca dei tunc erat portata ad exercitum, sicut fuerat tempore Saul ad dandum confidentiam bellatoribus. De Lyra.

8. Vitam, & infra. Hoc est, per salutem vitæ tuæ præsentis, & per salutem animæ tuæ futuram.

f. Ideireo eum inebriasse dicitur, vt saltem ebrius in domum suam defenderet. Hieron.

g. O infelicitas peccati, gladium aduersum se nescient portabat, qui iniustitiã fuerat passus, & epistolam ferebat sanguine plenam. Stetit igitur in pugna, cecidit, occisus est. Ecce duo peccata, homicidium & adulterium. Chryso. ibidem.

9. In priori loco pugna accrius.

h. Gedeonis iudicis Israelitici, illegitimum ex cõcubina filiũ.

i. Cõsummatum est peccatum, completa est iniquitas, ablatus est è medio qui iniustitiam passus fuerat. Chry. ibid. vbi prius.

10. Mala videatur hæc res in oculis tuis: quoniam taliter, & taliter.

11. Aggraua bellum tuum contra ciuitatem.

k. Ergo iste Dauid graulter sceleratèque peccauit: quod sceleris eius etiam per prophetam deus arguit increpãdo, & ipse ablutus pœnitendo. Isidorus ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



a Prophetæ ad Prophetã venit, ereté & Dauid propheta erat. Quomodo ergo seipsum curare non potuit? Sicut enim medici quando ægrotant, aliorum medicorũ auxilio indigent, & infirmitas oblitionem nat artẽ, sic & in hoc prophetã. Iste propheta, & ille, sed iste sanus, ille verò graui vulnere sauciatus. Chrysost. vbi prius.

b. Datens enim vxorem dicitur emere eam cui dotem assignat. c. Id est diabolus, qui alienatus est à communitate ciuium celestium per obstinationẽ in peccato, cui Dauid fecit conuitiũ per cõsensum in adulterium & homicidium in opus deductũ: quia diabolus in talibus delectatur. Talem autem parabolã proposuit Nathan ipsi Dauid, vt ignorans seipsum condemnaret, & sic frontem non haberet defendendi peccatum, ideo subsequitur sententia Dauid: Filius mortis est qui hoc fecerit. De Lyra ibidem.

d. Merob & Michol filiæ Saulis, primæ Dauid vxores.

e. Tu qui ad solatium, arbitror, peccatorum tuorum, considerari actus nostros à deo non putas, ex hoc ipso & aspici te à Christo intellige, & puniendũ fortassis propediem esse cognosce: quia etiam Dauid sanctum dem vtũ errorem suum nec secreto occultorũ penetrali potuisse contegere, nec à præsentibus pœnis priuilegio tãtæ maiorum operum vindicare. Salu. lib. 2.

f. Hoc est, manifestè, & nemine ignorante: vt Absalon ingressus est ad concubinas patris.

g. Filius enim superstes erãt ex lege argumẽtum erat Deus itaque pij regis curam gerens, sustulit eius opprobrium. Procopius ibidem.

h. Sanctus Dauid filios amisit duos, vnũ incestũ, alterũ parricidã. Hos habuisse pudoris est, doloris est perdidisse. Amisit & tertium quem amabat paruulum: hunc viuentem adhuc fleuit, mortuum non desiderauit. Sic enim legimus quòd ægrotante puero deprecabatur Dauid dominum pro puero, & ieiunauit, & in cilicio iacuit, & assistentibus maioribus natu, vt excitarẽt eum de terra, nec surgẽdum sibi, nec cœnandũ putauit. Vbi verò defunctũ puerũ cõperit, surrexit de terra, lauit illico vnctus est, vestimenta mutauit, adorauit dominũ, cibum sumpsit. Ambr. oratione de fide resurrectionis.

i. Hanc eximij regis Dauid prudentiam nobis imitandam proponere debemus, & luctũ ipsum mediocriter definire. Cyril. lib. 7 cap. 20.

k. Quàm ille reuertatur.

l. Ielidis propter dominum.

k. Notandum quòd in Hebræo quando cum adiectione nominum ponitur, Rabbath scribitur, vt Rabbath filiorũ Ammõ. quãdo verò sine adiectione nominum, non Rabbath, sed Rabba, scribitur. Hieron.

8. Obtinuit vrbem regni.

9. Cepi vrbem.

10. Fortè capiam vrbem, & nomen meum vocetur super eam.

† [a] Misit ergo dominus Nathan ad Dauid: Qui cùm venisset ad eum, dixit [b] ei: ⟨ Responde mihi iudicium.] Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. Diues habebat oues & boues plurimos valdè: pauper autem nihil habebat omnino, præter ouem vnam paruulam quam [b] emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud eum, cum filiis eius simul, de pane illius comedens, & de calice illius bibens, & in sinu illius dormiens, erátque illi sicut filia. [c] Cùm autem peregrinus quidam venisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouibus & de bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi, qui venerat ad se, tulit ouem viri pauperis, & præparauit cibos homini qui venerat ad se. [d] Iratus autem indignatione Dauid aduersus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: † Viuit dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc. † Ouem reddet in quadruplum, eò quòd fecerit verbum istud, & non pepercerit. Dixit autem Nathan ad Dauid: Tu es ille vir, ⟨ qui fecisti hanc rem.] Hæc dicit dominus deus Israel: Ego vnxi te in Regem super Israel, & ego erui te de manu Saul: & dedi tibi domum domini tui, & [d] vxores domini tui in sinu tuo: dedíque tibi domum Israel, & Iuda, & si parua sunt ista, adiiciam tibi multò maiora. [e] Quare ergo contempsisti verbum domini, vt faceres malum in conspectu [e] meo?] [f] Vriam Hethæum percussisti gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon. [g] Quamobrem non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum, eò quòd despexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Hethæi, vt esset vxor tua. Itaque hæc dicit dominus: Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, † & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius. Tu enim fecisti absconditè, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu [f] solis huius. Et dixit Dauid ad Nathan: † Peccaui domino. Dixitque Nathan ad Dauid: Dominus quoque transtulit peccatũ tuum: Non moriêris. Veruntamen quoniam [g] blasphemare fecisti inimicos nomen domini propter verbum hoc, [g] ] filius qui natus est tibi morte morietur. [g] Et reuersus est Nathan in domum suam. Percussitque dominus paruulum, quem peperit vxor Vriæ Dauid, & [3] desperatus est.] † Deprecatúsque est Dauid dominum pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus [4] seorsum iacuit] super terram. Venerunt autem seniores domus eius: [5] cogentes eum vt surgeret de terra. Qui noluit, nec comedit cum eis cibum. [h] Accidit autem die septima vt moreretur infans, timuerúntque serui Dauid nuntiare ei, quòd mortuus esset paruulus. Dixerunt enim: Ecce cùm paruulus adhuc viueret, loquebamur ad eum, & non audiebat vocem nostram: quanto magis si dixerimus, mortuus est puer, se affliget: Cùm ergo Dauid audisset seruos suos mussitantes, intellexit quòd mortuus esset infantulus. [g] Dixítque ad seruos suos: Num mortuus est puer? Qui responderunt ei: Mortuus est. Surrexit ergo Dauid de terra, & lotus vnctúsque est. Cúmque mutasset vestem, ingressus est domum domini, & adorauit: & venit in domum suam, petiitque vt ponerent ei panem, & comêdit. Dixerunt autem ei serui sui: Quis est sermo quem fecisti? Propter infantem, cùm adhuc viueret, ieiunasti & flebas: mortuo autem puero, surrexisti, & comedisti panem. Qui ait: Propter infantem dum adhuc viueret, ieiunaui & fleui. [i] Dicebam enim: Quis enim scit, si fortè donet eum mihi dominus, & viuat infans? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiuno? [g] Nunquid [6] potero reuocare eum amplius? Ego vadam magis ad eum, [6] ille verò non reuertetur] ad me. † Et consolatus est Dauid Bersabée vxorem suam, ingressúsque ad eam dormiuit cum ea. † Quæ genuit filium, & vocauit nomen eius Salomon: & dominus dilexit eum. Misitque eum in manu Nathan prophetæ: & vocauit nomen eius [7] amabilis domino: eò quòd diligeret eum dominus.] Igitur pugnabat Ioab contra [k] Rabbath filiorum Ammon: & [8] expugnabat vrbem regiam.] Misitque Ioab nuncios ad Dauid, dicens: Dimicaui aduersum Rabbath, & [9] capienda est vrbs] aquarum. [g] Nunc [10] igitur congrega reliquam partem populi, & obside ciuitatem, & cape eam, ne [10] cùm à me vastata fuerit vrbs, nomini meo adscribatur victoria.] Congregauit itaque Dauid om-

uid omnem populum,& profectus est aduersum Rabbath. Cúmque dimicasset, cepit eam.[1] † Et tulit diadema regis eorum de capite eius, pondo auri talentum,habens gemmas pretiosissimas, & impositum est super caput Dauid. Sed & prædam ciuitatis asportauit multam valde:populum quoque eius adducens [11] serrauit: & circumegit super eos ferrata carpenta: diuisitque cultris, & transduxit in typo laterum.] Sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorum Ammon: Et reuersus est Dauid & omnis exercitus in Ierusalem.

1. Tradunt Hebræi quòd illicitum erat Iudæis de Idolis aliquid auri vel argenti accipere: quia lex idololatriam vetat. Dionysius Cart.

11. Posuit super ferras, & super rastra ferrea, atque sup r secures ferreas, & traduxit eos per laterisium furnum.

*Absalom propter Thamar sororis incestum Amnon fratrem occidit. At vbi patrem iratum agnouit,ad Regem Gessur profugus,tribus annis permansit.* XIII.

A EFactum est autem post hæc, vt Absalom filij Dauid sororem speciosissimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid, [a] & deperiret in eam valde,ita vt propter amorem eius ægrotaret: quia cùm esset virgo, difficile ei videbatur, vt quippiam inhonestè ageret cum ea. Erat autem Amnon amicus, nomine Ionadab, filius Semmaa fratris Dauid, [b] vir prudens valde. Qui dixit ad eum: Quare sic attenuaris macie, fili Regis, per singulos dies? Cur non indicas mihi? Dixítque ei Amnon: Thamar sororem fratris mei Absalom amo. Cui respondit Ionadab: Cuba super lectum tuum,& [1] languorem simula:] cúmque venerit pater tuus,vt visitet te,dic ei: veniat oro Thamar soror mea,vt det mihi cibum, & faciat * pulmentum, vt * comedam de manu eius. Accubuit itaque Amnon, & B quasi ægrotare cœpit. ‡ Cúmque venisset Rex,ad visitandum eum,ait Amnon ad Regem: Veniat obsecro Thamar soror mea, vt faciat in oculis meis [2] duas sorbitiunculas,& cibum paratum]capiam de manu eius. Misit ergo Dauid ad Thamar [3] domũ,] dicens: Veni in domum Amnon fratris tui,& fac ei pulmentum. Venítque Thamar in domum Amnon fratris sui:ille autem iacebat. Quæ tollens farinam commiscuit, *& [4] liquefaciens in oculis eius, coxit sorbitiunculas, tollénsque quod coxerat, effudit, & posuit coram eo,]& noluit comedere. Dixítque Amnon: Eiicite vniuersos à me. Cúmque eiecissent omnes, dixit Amnon ad Thamar: Infer cibum in conclaui, vt vescar de manu tua. Tulit ergo Thamar sorbitiunculas, quas fecerat, & intulit ad Amnon fratrem suum in [c] conclaui. Cúmque obtulisset ei cibum, *apprehendit eam, C & ait: Veni cuba mecum soror mea. ‡ Quæ respondit ei. Noli frater mi, noli opprimere me: neque enim hoc phas est in Israel: Noli facere stultitiam hanc. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quasi vnus de insipientibus in Israel: quin potius loquere ad Regem, [d] & non negabit me tibi. † Noluit autem Amnon acquiescere precibus eius, sed [5] prævalens viribus,] oppressit eam, & cubauit cum ea. Et exosam eam habuit odio magno nimis,ita vt maius esset odium, quo oderat eam, amore,quo antè dilexerat. Dixítque ei Amnon: Surge,& vade. Quæ respondit: * [e] Maius est hoc malum, quod nunc agis aduersum me, quàm quòd antè fecisti, expellens me. Et noluit audire eam,sed vocato puero,qui ministrabat ei,dixit: Eiice hanc à me foras,& claude hostium post eam: Quæ induta erat talari tunica: huiuscemodi enim D filiæ Regis virgines vestibus vtebantur. ‡ Eiecit itaque eam minister illius foras, clausitque fores post eam. Quæ aspergens cinerem capiti suo, scissa talari tunica, * impositisque manibus super caput suum, ibat ingrediens & clamans. Dixit autem ei Absalom frater suus: Nunquid Amnon frater tuus concubuit tecum? Sed nunc soror tace,frater tuus est. Neque affligas cor tuum pro hac re. Mansit itaque Thamar contabescens in domo Absalom fratris sui. [f] Cùm autem audisset Rex Dauid verba hęc, contristatus est valde,— & noluit contristare spiritum Amnon filij sui, quoniam diligebat eum,quia primogenitus erat ei. [g] ]Porrò non est locutus Absalom ad Amnon nec malum nec bonum. Oderat enim Absalom Amnon, eò quòd violasset Thamar sororem suam. Factum est autem post tempus biennij, vt tonderẽtur oues Absalom E in [6] Balasor,quæ est iuxta Ephráim. ‡ Et vocauit Absalom omnes filios Regis, venítque ad Regem,& ait ad eum: Ecce tondentur oues serui tui, veniat oro rex cũ seruis

a. Hoc est,vsque adeo amore illius vexabatur, vt infirmaretur in lecto decumbens. Adamauit igitur sororem fratet, amatam vi oppressit,oppressam odit,eãque violationẽ, nepharissimque concubitum prior ipse patefecit alicui ex seruis,mandans vt inuitam pelleret domo, ac per plateam emitteret clamantem. Chrys.de prouiden.lib.3.

b. Vera prudentia non nisi virtuosis inest hominibus, vt etiã in Ethicis dicit philosophus. Cùm ergo in isto negotio Ionadab vitiosissimè se habuerit, non vtique prudens,sed nequissimus & callidus fuit, quando consuluit quod sequitur. Verũtamen ex naturali dispositione & aliis causis potuit esse ad prudentiam veram dispositus: prudens fuit, si quãdo fuit virtuosus. Ionadab iste in Iosepho Ionathan appellatur. Dion. Cart.

1. Fac te infirmum.
‡ Coram oculis meis.
* Ego videam,&.
2. Duos pastillos quor,& infra.
3. In domum eius.
* In pastam.
4. Et in pastilli formã redigens in oculis eius,coxit pastillos,& tollens sartaginem,effudit coram facie eius.

c. Id est,in loco secreto & remoto,quod dicebat vt posset ea abuti sicut de facto fecit, vt patet ex sequẽtibus. De Lyra.ibi.
* Vt comederet.

d. An quomodo frater potuerit sororem ducere in vxorẽ, cui obstat lex Deut. 27. d. Maledictus qui dormierit cum sorore sua filia patris sui, vel matris suæ. Et hęc quidam dicebat volens ad præsens impetũ eius petulantem declinare Iosephus lib.7 cap 8.Antiquitat.

5. Apprehendens eam.
* Non habes causam.
e. Quoniam defloratam eam, tenebatur eam habere vxorẽ, nisi aliunde fuisset obstaculum, & tunc debebat ei aliis modis cõgruis pro illato damno possibilem restitutionem:quanuis cõdignam nõ potuit,vt patet Leuit.26. Omnis enim pœnitentia non est digna continentis animæ. Dionys.ibidem.
* Quæ erat super eam.
f. Hoc enim initium fuit scandali domus Dauid: post quòd multò deteriora sequentur, Angelonius ibidem.

g. Conceptio rancoris Absalonis in Amnon fratrẽ suum,quia Absalon ratã iniuriam sibi & sorori factã tenuit in corde suo clausum, & ideo fuit magis rẽcor odij augmentatus, quàm si per aliqua facta vel signa exteriora fuisset extra propalatus. De Lyra.

6. Planitie.Hazor.

Universidad de Deusto
Biblioteca



suis ad seruum suum. Dixítque Rex ad Absalom: Noli fili mi, [7] noli rogare vt veniamus omnes,&] grauemus te. Cùm autem cogeret eum,& noluisset ire, [h] benedixit ei: Et ait Absalom ad Dauid: [i] Si non vis venire, veniat obsecro nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixítque ad eum Rex: Non est necesse, vt vadat tecum. Coegit itaque Absalom eum,& dimisit cum eo Amnon & vniuersos filios Regis.[k]—Fecerátque Absalom conuiuium, quasi conuiuium Regis.]Præceperat autẽ Absalom pueris suis, dicẽs: Obseruate cùm temulentus fuerit Amnon vino,& dixero vobis, percutite eum, & interficite, nolite timere: Ego enim sum, qui præcipio vobis. [8]Roboramini,& estote viri fortes. [k] Fecerunt ergo pueri Absalom aduersum Amnon, sicut præceperat eis Absalom. Surgentésque omnes filij Regis, ascenderunt singuli mulas suas,& fugerũt. Cúmque adhuc pergerent in itinere, fama peruenit ad Dauid, dicens: Percussit Absalom omnes filios Regis,& non remansit ex eis saltem vnus. Surrexit itaque Rex Dauid,& scidit vestimenta sua,& cecidit super terram,& omnes serui illius qui assistebãt ei, sciderunt vestimenta sua. Respõdens autem Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, dixit: Ne æstimet dominus meus Rex, quòd omnes pueri Regis occisi sint. [l] Amnon solus mortuus est, quoniam in [9] ore Absalom erat positus,] ex die qua oppressit Thamar sororem eius. Nunc ergo, ne ponat dominus meus Rex super cor suum verbum istud, dicens: omnes filij Regis occisi sunt, quoniam Amnon solus mortuus est. [8]Fugit autem Absalom. Et eleuauit puer speculator oculos suos,& aspexit: & ecce populus multus veniebat per iter [10] deuium ex latere]montis. Dixit autem Ionadab ad regem: Ecce filij regis assunt, iuxta verbum serui tui, sic factum est. Cúmque cessarent loqui, apparuerunt & filij regis. Et intrantes leuauerunt vocem suã, & fleuerunt. Sed & rex & omnes serui eius fleuerunt, ploratu magno nimis. †Porrò Absalom fugiens, abiit ad [m] Tholmai Amihur, regem Gessur. Luxit ergo Dauid filium suum Amnon [11] multis diebus. Absalom autem cùm fugisset,& venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis: [12] cessauítque Rex Dauid persequi Absalom,]eò quòd consolatus esset super Amnon [13] interitu.

7. Non ibimus omnes, &c.

h. Benedixit rex filio amore carnalitatis & filiali impercipiẽdo ei bona, & amicabiliter se excusando. De Lyra.

i. Id cùm audiuisset Absalom, ad prandiũ fratres inuitat vniuersos, inter quos & stuprator ille sororis aderat, quem tum illum atque bibentem cum cæteris, inter conuiuandum per seruos iugulat. Chrysost. de prouiden. dei, lib. 3.

8. Bono animo fuerit Amnon à vino.

k. Secuta est Dauid arumnarũ ingehrium longa series, atque à domo eius iugis admodum malorum continuatio nõ recessit. Thamar amoris furore corrumpitur, Amnon ab Absalone iugulatur. Scelus quidẽ grãde ab vno fratre committitur, sed peius tamen ab alio vindicatur. Inter hæc pater Dauid facinore vtrimque punitur: duo filij peccant, sed tres duorum scelere perduntur. In Thamar enim virginitas amittitur, in Amnone etiam Absalonis perditio lugetur. Saluianus lib. 2.

l. Ex hoc dicũt aliqui quòd iste Ionadab erat Nathan propheta, & quòd erat binomius, dicẽtes quòd spiritu prophetico scivit solum Amnon mortuum: quia cũ esset absens, via humana scire nõ potuit. Sed istud præter esse falsum per hoc quod Ionadab dederat Amnon prauũ consilium. De Lyra.

9. Animo Absalom hoc fuit cõstitutum.

10. Alatere per posteriorem partem.

m. Tholmai pater fuit Maachæ matris Absalom, quam dicunt Hebræi à Dauid captam in prælio, & cæsarie & virginibus præcisis eam tibi vxorem sociasse, & ex ea genetasse Thamar & Absalom Hieron.

11. Cunctis.

12. Et desiderabat Dauid Rex egredi post Absalom.

13. Quòd mortuus esset.

## *Absalom mulieris solertia Ioab reuocari curat à Gessur in Ierusalem: biennio tamen patris faciem non vidit donec messem Ioab incenderit.* XIIII.

INtelligens autem Ioab filius Saruiæ, quod cor Regis versum esset ad Absalom, [1] misit [a] Thecuam, & tulit inde mulierem sapientem, dixítque ad eam: Lugere te simula, [*] & induere veste lugubri, & ne vngaris oleo, vt sis quasi mulier, iam plurimo tempore lugens mortuum: Et ingredieris ad Regem, & loquêris ad eum sermones huiuscemodi: [b] Posuit autem Ioab verba in ore eius. Itaque cùm ingressa fuisset mulier Thecuites ad Regem, cecidit [*] coram eo super terram, & adorauit, & dixit: [†] Serua [2]—me]Rex. Et ait ad eam Rex: Quid causæ habes? Quæ respondit [1]: Heu] mulier vidua ego sum: Mortuus est enim vir meus, & ancillæ tuæ erant [c] duo filij, qui rixati sunt aduersum se in agro, nullúsque erat qui eos prohibere posset, & percussit alter alterum, & interfecit eum. [2] Et ecce consurgens vniuersa cognatio aduersum ancillam tuam, dixit: Trade eum, qui percussit fratrem suum, vt occidamus eum pro anima fratris sui, quem interfecit, & deleamus hæredẽ: & quærunt extinguere scintillam meam quæ relicta est, vt non [2] supersit]viro meo nomen, & reliquiæ super terram. Et ait Rex ad mulierem: Vade in domum tuam,& ego iubebo pro te. Dixítque mulier Thecuites ad Regẽ: [d] In me domine mi Rex sit iniquitas,& in domo patris mei: Rex autem & Thronus eius, sit innocens. Et ait Rex: Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, & vltrà non addet, vt tangat te. Quæ ait: Recordetur [*] Rex domini dei sui, [3] vt non multiplicentur proximi sanguinis ad vlciscendum,] & nequaquam interficiant filium meum. [2] Qui ait: Viuit dominus, quia non cadet de capillis filij tui super terram. Dixit ergo mulier: Loquatur ancilla tua ad dominum meum Regem verbum. Et ait: Loquere. Dixítque mulier: [e] Quare cogitasti huiuscemodi rem contra populum dei, & locutus est Rex verbum istud, vt peccet,

a. Thecua oppidum ab Ierusalẽ 9. milia, à Bethlehem 2. miliar. distans: via ab Ierosolymis ad Engaddi, de qua fuit Amos propheta. Hieron. Ibi. Vnde putatur eadẽ vidua suis fuisse eiusdem Amos prophetæ. Angelomus ibidem.

*Quæso.

b. Cor Regis versum ad Absalonem vidisse dicitur Ioab, eò quòd viderit eum pro absalone suspirare. Idem vbi prius.

*Super faciem suam.

†. Vere.

c. In veritate tradunt Hebræi hanc viduam duos habuisse filios, qui dum pro hæreditate paterna inuicem rixarentur, alter alterum occidit, quod pro figura duorum filiorum Dauid cõfinxit Hieron. Ibidem.

2. Penam.

d. Hebræi sic exponunt. Domine mi rex contingere potest, vt tu aliunde multipliciter occupatus, obliuiscaris hãc causam, sic in domo mea eueniet quod filius meus occidetur à sua cognatione: & tu eris innocens, quia præter tuam fiet cognitionem. Dion. Cart.

*Quæso.

3. Ne multiplex insurgat vltor sanguinis ad perdendum.

e. Quomodo cũ creditura sum veritati mihi in hoc præstitisse beneficium, cùm te videam in causa simili cum tuo filio maiore semper iratum? Iosephus. Idem.

peccet,& non reducat eiectum suum? † Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram,quæ non[4] reuertuntur. † Nec vult deus perire animam, sed retractat cogitans ne penitus pereat,] qui abiectus est. Nunc igitur veni, vt loquar ad dominum meum Regem verbum hoc,[5] præsente]populo. Et dixit ancilla tua: Loquar ad Regem,si quo modo faciat Rex verbum ancillæ suæ.[6] [f] Et [6] audiuit Rex vt liberaret] ancillam suam,de manu omnium qui volebant de hæreditate domini delere me, & filium meum simul.[7] Dicat]ergo ancilla tua, vt fiat verbum domini mei Regis,[8] sicut sacrificium.] † Sicut enim angelus domini,sic est dominus meus Rex:† [g] vt [9] nec benedictione nec maledictione moueatur.] Vnde & dominus deus tuus est tecum. Et respondens Rex dixit ad mulierem. Ne abscondas à me verbum quod te interrogo. Dixitque ei mulier: Loquere domine mi Rex. Et ait Rex: Nunquid manus Ioab tecum est in omnibus istis: Respondit mulier, & ait: [10] Per salutem animæ tuæ] domine mi Rex, nec ad sinistram nec ad dextram est ex omnibus iis, quæ locutus est dominus
E meus Rex. [g] Seruus enim tuus Ioab ipse præcepit mihi,& ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc,vt verterem figuram sermonis huius. Seruus enim tuus Ioab præcepit istud. Tu autem domine mi rex sapiens es,"sicut habet sapientiam angelus ]dei, vt intelligas omnia super terram. Et ait Rex ad Ioab: Ecce [h] placatus ]feci verbum tuum. Vade ergo,& [h] reuoca puerum Absalom. Cadénsque Ioab super faciem suam in terram,adorauit,& benedixit Regi. Et dixit Ioab: Hodie intellexit seruus tuus,quia inueni gratiam in oculis tuis, domine mi Rex. Feciſti enim sermonem domine mi Rex,serui tui. Surrexit ergo Ioab,& abiit in Gessur,& adduxit Absalom in Ierusalem.
F Dixit autem Rex: [i] Reuertatur in domum suam, & faciem meam non videat. [f] Reuersus est itaque Absalom in domum suam,& faciem Regis non vidit. Porrò sicut Absalom, vir non erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis. A vestigio pedis vsque ad verticem,non erat in eo vlla macula. Et quando tondebat capillum, (semel autem in anno tondebatur, quia grauabat eum cæsaries:) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere [12] publico.] Nati sunt autem Absalom filij tres,& filia vna,nomine [k] Thamar,elegantis formæ. Mansitque Absalom in Ierusalem duobus annis,& faciem regis non vidit. Misit itaque * ad Ioab,vt mitteret eum ad regé: Qui noluit venire ad eum. Cúmque secundò misisset,& ille noluisset venire ad eum, dixit seruis suis. Scitis agrum Ioab iuxta agrum meum,habentem messem hordei. Ite igitur,&
G succendite eum igni. [g] Succenderunt ergo serui Absalom segetem igni.:— Et venientes serui Ioab,scissis vestibus suis,dixerunt: Succéderunt serui Absalom partem agri igni.] Surrexítque Ioab,[l] & venit ad Absalom in domum eius,& dixit: Quare succéderunt serui tui segetem meam igni? Et respondit Absalom ad Ioab: Misi ad te obsecrans vt venires ad me,& mitterem te ad Regem:,& diceres ei: Quare veni de Gessur? Melius mihi erat ibi esse. Obsecro ergo,vt videam faciam Regis. [13] Quòd si memor est iniquitatis meæ,interficiat me.] Ingressus itaque Ioab ad Regem, nuntiauit ei omnia. Vocatúsque est Absalom,& intrauit ad Regem,& [14] adorauit super faciem terræ coram eo:] Osculatúsque est Rex Absalom.

4. Colliguntur. Nec deus patitur vllã animæ cogitet ergo cogitationes,ne reiiciat à se.
5. Quoniam timebant me hi qui iunt de.

f. Scilicet vt sententia data pro me & filio meo, & iuramento tuo confirmata publicitus coram populo,vt eandem efficaciam habeat in te & filio tuo. De Lyra. ibidem.
6. Exaudiet Rex vt liberet.
7. Dixit.
8. In consolationem.
g. Nec laudibus nec vituperiis possit à via virtutum abduci. Vnde nec prosperis nec aduersis,ne detractionibus nec adulationibus frangatur,quod frequenter fuit in Dauid, quòsuis interdum corruerit. Ista autem assimilatio seu cõparatio Dauid & angeli fuit aliqualis nõ plena. Multũ enim distat viator à comprehensore. Nec Dauid fuit confirmatus in gratia. Dionis. Cartusia. ibidem.
9. Audiat bonum & malum.
10. Viuit anima tua.
11. Iuxta sapientiam angeli.

h. Semper enim scelera dũ non reseantur increscũt. Dũ enim in Absalom fratris occisi lacrimus non vindicatur, in parricidium patris recidiuũ facimus iteratur. Chrysost. de Absalom patrem persequente.

i Quid autem de sancto Dauid loquar qui degenerem filium, & fraterno oblitum sanguine, ad vnius mulieris petitionem paternis visceribus mentem ei mollitos domo recepit? Ambr. Epist. lib. 7. 43. in fine.

12. Regio.

k. Quã Rex postea Roboam Salomonis filius accepit vxorem, ex qua natus est puer nomine Abias Ioseph. 7. cap. 8. Antiquita. Iudica. Verũ idem Ioseph. 14. cap. lib. 3. inf. dicit Maachaam filiam Abessalom ex thamar filia Absalom fuisse filiam Abiæ 4. Regis Iudæ.
* Absalom.

l. Venit Ioab ad Absalom culpans eum & ex eo causam tot requirens. Cui respondit: Huc cõsilium comperi vt te ad nos perducere possem negligẽtem verba quæ tibi pro patrona reconciliatione mandaueram. Ioseph vbi prius.
13. Et si est in me iniquitas, interficias me.
14. Incuruauit se facie tenus & que in terram coram Rege.

*Absalom conciliato sibi populi fauore,in patrem coniurat in Hebron, pater verò clam fugit remissis paucis cum arca, tandem Chusai remittitur consilium dissipaturus Achitophel.* XV.

A IGitur post hæc [a] fecit sibi Absalom currus & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent eum. Et mane consurgens Absalom,stabat iuxta introitum portæ:— in via:] & omnem virum, qui habebat negotium,vt veniret ad Regis iudicium, vocabat Absalom ad se & dicebat. De qua ciuitate es tu? Qui respondens aiebat: Ex vna tribu Israel ego sum, seruus tuus. Respondebátque ei Absalom. [1] Videntur mihi sermones tui boni & iusti] sed non est qui te audiat, constitutus à rege. Dicebátque Absalom: Quis me constituat iudicem super terram,vt ad me veniant omnes qui habent [2] negotium,& iustè iudicem?] Sed &

a. Absalom erat Regis Dauid filius decore insignis, egregiæ forma,præstans iuuentæ, ità vt vir talis in Israel non reperiretur, à vestigio pedis vsque ad verticẽ immaculatus. Et sequitur. Sic conuertit in se corda omnium, dum blanditiæ hujusmodi intimorum tangunt viscera sensum. Ambr. ethem. lib. 2. cap. 22.
1. Ecce causæ tuæ sunt bonæ & rectæ.

2. Litem & iudicium,& iustificationem eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca



cùm accederet ad eum homo, vt salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens, osculabatur eum. [6] Faciebátque hoc omni Israel, venienti[3] ad iudicium, vt[2] audiretur à rege, & sollicitabat] corda virorum Israel. Post[b] quadraginta autem annos dixit Absalom ad regem Dauid: Vadam & reddam vota mea quæ voui domino in Hebron. Vouens enim vouit seruus tuus, cum esset in Gessur Syriæ, dicens: Si reduxerit me dominus in Ierusalem, [c] sacrificabo domino. Dixítque ei Rex Dauid: Vade in pace. Et surrexit, & abiit in Hebron. Misit autem Absalom exploratores in vniuersas tribus Israel, dicens: Statim vt audieritis clangorem buccinæ, dicite. Regnabit Absalom in Hebron. Porrò cum Absalom ierunt ducenti viri de Ierusalem vocati: euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes. Accersiuit quoque Absalom [d] Achitóphel Gilonitem, consiliarium Dauid, de ciuitate sua Gilo. [6] Cúmque immolaret victimas, facta est coniuratio valida: populúsque concurrens augebatur cum Absalom. Venit igitur nuntius ad Dauid dicens: [4] Toto corde vniuersus Israel sequitur] Absalom. Et ait Dauid seruis suis, qui erant cum eo in Ierusalem: [†e] Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Absalom. Festinate egredi, ne fortè veniens occupet nos, & impellat super nos ruinã, & percutiat ciuitatem in ore gladij. Dixerúntque serui Regis ad eum: Omnia quæcunque præceperit dominus noster Rex, libenter exequimur serui tui. Egressus est ergo Rex & vniuersa domus eius, pedibus suis. Et reliquit decem mulieres concubinas, ad custodiendam domum: [5f] Egressúsque Rex & omnis Israel pedibus suis, [5] stetit procul à domo: ] & vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum, & [6] legiones ] Cerethi & Phelethi, & omnes Gethæi, [7] pugnatores validi] sexcenti viri, qui secuti eum fuerãt de Geth pedites, præcedebãt regem. Dixit autem Rex ad Ethai Gethæum: Cur venis nobiscum? Reuertere & habita cum Rege, quia peregrinus es, & [7] egressus es de] loco tuo. Heri venisti, & hodie [8] compelleris nobiscum egredi? ] [†] Ego autem vadam quo iturus sum. Reuertere & reduc tecum fratres tuos, & dominus faciat tecum misericordiam & veritatem: [g] quia ostendisti gratiam & fidem.] Et respondit Ethai Regi, dicens: Viuit dominus: & viuit dominus meus Rex, quoniam in quocunque loco fueris domine mi Rex, siue in morte siue in vita, ibi erit seruus tuus. [6] Et ait Dauid Ethai: Veni, & transi. Et[2] transiuit Ethai Gethæus [7] & Rex] & omnes viri * qui cum eo erant: [7] reliqua multitudo.] [8] Omnésque flebant voce magna, & vniuersus populus transibat. Rex quoque transgrediebatur torrentem Cedron, & cunctus populus incedebat contra viam [7] oliuæ] quę respicat ad desertum. Venit autem & Sadoch sacerdos & vniuersi Leuitæ cum eo, portantes arcam fœderis dei, & [h] deposuerunt arcam fœderis dei. Et ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus qui egressus fuerat de ciuitate, & dixit Rex ad Sadoch[i]: Reporta arcam Dei in vrbem: Si inuenero gratiã in oculis domini reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum: si autem dixerit mihi: non places, præsto sum, faciat quod bonum est[9] coram se.] [6] Et dixit Rex ad Sadoch sacerdotem: O videns reuertere in ciuitatem in pace: & Achimaas filius tuus & Ionathan filius Abiathar, duo filij vestri sint vobiscum. Ecce ego abscondar in campestribus deserti, donec veniat sermo à vobis, [10] indicans mihi.] Reportauerunt ergo Sadoch & Abiathar arcam dei in Ierusalem, & manserunt ibi. [k] Porrò Dauid ascendebat [11] cliuum ] oliuarum, scandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite. Sed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite, ascendebat plorans. Nunciatum est autem Dauid: quòd & Achitóphel esset in coniuratione cum Absalom: Dixítque Dauid: infatua quæso domine consilium Achitóphel. [6] Cúmque ascenderet Dauid summitatem montis in quo adoraturus erat dominum: ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissa veste, & terra [12] pleno capite.] Et dixit ei Dauid: Si veneris mecum, eris mihi oneri: [l] si autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Absalom: seruus tuus sum Rex: [7] patere me viuere]: sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus tuus: dissipabis * consilium Achitóphel. Habes autem tecum Sadoch & Abiathar sacerdotes: & omne verbũ quodcunque audieris in domo Regis, indicabis Sadoch & Abiathar sacerdo-

1. Pro iudicio ad Regem, & furatus est Absalom.
b. Quadragesimus annus est ex quo Dauid fecerat Achimolech in Nobe, vnde Saul tot occidit sacerdotes: in cuius pœnã hæc seditio in Dauid orta est. Hieron.
c. Nondum enim fuit templũ cõstructum in Ierusalem ideo extrã Ierusalem licuit sacrificare. Sed istud Absalom creditur cõfinxisse, vt sub specie religionis patrem suum decipere, & propositum suæ rebellionis exequeretur. Dionis. Carth.

d. Achitophel auus fuit Bersabee, vel Beersabee vxoris Dauid. Illa enim filia fuit Heliam filij Achitophel. Idem.

4. Conuersum est cor virorum Israel post.
e. Iam addẽda est & ipsos Dauid fugæ faciet, qualitilla fuit: eum tantus & ex tanto nominis conditis regibus altior, mũdo maior, o ei admodum suos cũ paucissimis suis fugeret: in cõparatione sui dudũ egressus, in comparatione sui solus fugiens cum metu, cum dedecore, cum luctu cooperto, inquit scriptura, capite, & nudis pedibus incedens Salmanus lib. 2.
f. Absalom autem preteritarũ rerum indignatus, siue alias tyrannidem gestiens, insurgit in patrẽ: illũmque ad fugæ erroréque perpetuos, quas perpessus erat sub Saul, reuocat, imo vero illi multo molestiot ex fuga quam prior fuit. Nam prius cum dux esset ista perpessus est, nunc autem cũ plurimis annis regnasset, hostésque fere omnes superasset migrare cogebatur, ac profugus fieri, sed & ab eo qui ex eo natus fuerat. Chrys. de prouiden dei. lib. 3.
5. Et reuerum in loco qui proculabeat.
6. Omnes.
7. Vagus esto.
8. Transferam te, vt vadas nobiscum?
* Eius, & omnes paruli.

g. Omnes flebant regi compatiendo, & ad precandũ Dei misericordiã. Venit & Sadoch cum cæterit Leuitis, qui volebant se associare Dauid in fugã sua, & pro eo consulere Dominum tempore debito. De Lyra.
h. Vt Abiathar consuleret dominum quo versus Dauid ire deberet. Hiero.
i. Ascendisse autem Abiathar dictus est, id est, orasse: & quia oraculum diuinum non est ei respõsum, ideirco in subsequẽtibus dixit Dauid vt reportaretur arca dei in vrbẽ. Angelonius.
9. In oculis suis.

10. Certiorem me reddens.

k. Egrediebatur Dauid cũ paucis nudis pedibus, Rex ille sublimis mœrens, ac lachrymas fundens pudore ac dolore plenissimus. Bellum iliud non calamitatis tantũ sed cõfusionis quoque materia illi & causa erat. Chryl. de prouid dei lib. 3.
11. Per ascensum montis.

12. Super caput suum.
l. Post hæc supplicauit vt iret ad Absalom quasi ei cõsentiẽs, & eius secreta consideraret, cõsiliúmque refelleret Achitophel: quia si cũ Dauid pergeret tantum prodesse non posset. Ioseph lib. 7. cap. 9.
* Propter me.

sacerdotibus.[m] Sunt enim cum eis duo filij eorum, Achimaas filius Sadoch, & Ionathan filius Abiathar: & mittetis per eos ad me, omne verbum quod audieritis. Venite ergo Chusai amico Dauid in ciuitatem, Absalom quoque ingressus est Ierusalem: & Achitophel cum eo.]

m. Ecce qualiter sanctus Dauid, quamuis in deo sperauerit, & eius voluntati se ipsum resignauerit: nihilominus quantū in se erat, optauit euadere praualete & reduci in sua. Iccirpro quicquid secundum humanā prudētiam facere potuit. Dionis. Carthusia.

*Sibæ munifico confert Dauid bona Miphibosseth, Semei maledico parcit. Absalom Ierusalem ingressus, Achitophel consilio ad patris concubinas ingreditur. XVI.*

A Vmque Dauid transisset paululum montis verticem, apparuit[a] Siba puer Miphibóseth in occursum eius, cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis vuæ passæ, & centum massis palatarum: & duobus vtribus ] vini. Et dixit Rex Sibæ: Quid sibi volunt hæc? Respondítque Siba: domine mi Rex, asini domesticis Regis vt sedeant: & panes & palatæ ad vescendum pueris tuis, vinum autem, vt bibat, si quis defecerit in deserto. Et ait Rex: vbi est filius domini tui? Respondítque Siba Regi: Remānsit in Ierusalem, dicens: Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei. Et ait Rex Sibæ: Tua sunt omnia quæ fuerunt Miphibóseth. Dixítque Siba: Oro vt inueniam gratiam coram te Domine mi Rex. Venit ergo Rex Dauid vsque Bathurim. Et ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine[b] Semei filius Gera: B procedebátq; egrediens, & maledicebat, mittebátque lapides contra Dauid, & contra vniuersos seruos Regis Dauid. Omnis autem populus & vniuersi bellatores, à dextro & à sinistro latere Regis incedebant: C Ita autem loquebatur Semei cum malediceret Regi: Egredere egredere vir sanguinum & vir Belial. Reddidit tibi dominus vniuersum sanguinem domus Saul: quoniam inuasisti regnum pro eo, & dedit dominus regnū in manu Absalom filij tui: & ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es. Dixit autem Abisai filius Saruiæ Regi: Quare maledicit canis hic moriturus domino meo Regi? Vadam, & amputabo caput eius. Et ait Rex: D Quid mihi & vobis est filij Saruiæ? Dimitte eum, vt maledicat. Dominus enim præcepit ei ] vt malediceret E Dauid. Et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Et ait Rex Abisai & vniuersis seruis suis: Ecce filius meus, qui egressus est de vtero meo, quærit animam meam: quanto magis hic filius[c] Iemini maledicet mihi? F Dimitte eum vt maledicat, iuxta præceptum domini, si forte respiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi dominus bonum pro maledictione hac die hodierna. Ambulabat itaque Dauid & socij eius per viam cum eo: G Semei autem per iugum montis ex latere contra illum gradiebatur maledicens, & mittens lapides aduersum eum, terrámque spargens. Venit itaque Rex Dauid & vniuersus populus cum eo lassus, & refocillati sunt ibi. Absalom autem & omnis populus eius ingressi sunt Ierusalem, sed & Achitóphel cum eo. Cum autem venisset Chusai Arachites amicus Dauid ad Absalom, locutus est ad eum: H Salue Rex, salue Rex. ] Ad quem Absalom: Hæc est, inquit, I gratia tua ad amicū I tuum? ] K Quare non iuisti cum amico tuo? Respondítque Chusai ad Absalom: Nequaquam, quia illius ero quem elegit dominus, & omnis hic populus, & vniuersus Israel, & cum eo manebo. Sed vt & hoc inferam, cui ego seruiturus sum? Nónne filio Regis? Sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi. Dixit autem Absalom ad Achitóphel. L Inite consilium, quid agere debeamus. Et ait Achitóphel ad Absalom: Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum, vt cum audierit omnis Israel, quòd M fœdaueris patrem tuum, ] roborentur tecum manus eorum. N Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, O ingressúsque est ad concubinas patris sui coram vniuerso Israel. Consilium autem Achitóphel, quod dabat in diebus illis, quasi siquis consuleret dominum: Sic erat omne consilium Achitóphel, & cùm esset cum Dauid: & cùm esset cum Absalom.

a. Hoc impius Siba fraude confinxit ex auaritia, vt scilicet Rex indignatus cōtra Miphibosseth reputaret eū quasi reū læsa maiestatis atque ob id priuaret eū sua hæreditate: cōferrétque eā sibi tanquā pro rege aslanti, & ei in ista aduersitate astāti. Etenim Siba ille putauit Absalonem profuturū à Dauide vincendū, & sciens Dauid diuinitus electū & vnctū in regē, & semper protectū & adiutum à domino: quē etiā sciuit in bellicis rebus prudentissimū & magnanimum. Dionysius. 1. Ficuum æstualiū, & lagena.

b. Semei est Nabath pater Ieroboam Regis Israel post Salomonem. Hiero.

c. Cū Semei malediceret Dauid, & lapidaret eum septū bellatoribus, per quos vindicare se posset, patienter ferebat, nō verbo quidem referens contumeliā. Primū quidē culpā eius excusauit, & causā ad dominū retulit voluntatem. Secūdo in suū meritū retorsit, vt non illū errasse sed se nō erudisse significaret. Tertio maledictionē illius sibi non solū non nocere, sed etiam prodesse memorauit. Ambr. in Psal. 118. Sermone. 7.

d. Iustus Dauid intellexit magno animo perpeti conuicia, occasionem esse maioris probationis.

e. Quod sic maledicit, dominus sic illi præcepit.

e. Ieminus siue Geminus fuit auus ipsius Semei de tribu Ephraim. Hiero.

f. Tamen & sanctum Dauid in hoc quoque genere virtutis imparem Paulo non fuisse edocere possumus: qui primo quidem eum malediceret Semei, & crimina obiiceret, tacebat, & humiliabatur, & illebat à bonis suis, hoc est, bonorum operum conscientia. Deinde expectebat maledici sibi, quia maledicto illo diuinam exquirebat misericordiā. Ambr. Officio. lib. 1. cap. 42.

g. Tunc enim illata cōuitia bene tolleramus cum in terrenorum ad male perpetrata recurrimus. Leue quippe videbitur quod iniuria percutimur, dū in actione cōspicimus quia pei⁹ est quod meremur. Sitque fit vt contumelijs gratia quam ira debeatur, quarum intuitu deo iudice pœna grauior declinari posse confidatur. Euchetius ibid.

j. Viuat Rex, viuat Rex.

4. Misericordia tua ad amicū tuum.

5. Reprobatus fueris à patre tuo.

h. Hæc autem gesta sunt iuxta prophetiā Nathan, quam Dauid olim dedit de filio tuo, supra cap. 12. e.

*Consilio Achitophel super nocturna Dauid persecutione, Chusai consilium præponitur, vnde Achitophel se suspendit: Dauid autem consilio Chusai Iordanem transiit, quem secutus est filius suus Absalom.* XVII.

DIxit ergo Achitóphel ad Absalom: Eligam mihi duodecim milia viro-a
rum, & consurgens persequar Dauid hac nocte: & irruens super eum
(quippe qui lassus est, & solutis manibus) percutiam eum. [a] Cúmque fu-
gerit omnis populus, qui cum eo est, percutiam [1] Regem desolatum,] &
reducam vniuersum populum, quomodo vnus homo reuerti solet. Vnum enim vi-
rum tu quæris, & omnis populus erit in pace. [b] Placuítque sermo eius Absalom, &
cunctis maioribus natu Israel. Ait autem Absalom: Vocate Chusai Arachiten, &
audiamus quid etiam ipse dicat. Cúmque venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom
ad eum: [c] Huiuscemodi sermonẽ locutus est Achitóphel. ℣ Facere debemus an non? a
Quod das consilium? Et dixit Chusai ad Absalom: Non est bonum consilium,
quod dedit Achitophel hac vice. Et rursum intulit Chusai: [d] Tu nosti patrem tuum &
viros qui cum eo sunt esse fortissimos, & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in
saltu sæuiat. Sed & pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo. Forsitan
nunc latitat in foueis aut in vno quo voluerit loco, & cum ceciderit vnus quilibet in
principio, [2] audiet quicunque audierit, & dicet:] Facta est plaga in populo, qui se-
quebatur Absalom. Et fortissimus quisque cuius cor est quasi leonis, pauore solue-
tur. Scit enim omnis populus Israel fortem esse patrem tuum, & robustos omnes,
qui cum eo sunt. ℣ Sed hoc mihi videtur rectum esse consilium: Congregetur ad te e
vniuersus populus Israel à Dan vsque Bersabee, quasi arena maris [3] innumerabilis:]
& [3] tu eris in medio eorum,] [c] & irruemus super eum in quocunque loco inuentus
fuerit, & operiemus eum, sicut cadere solet ros super terram, & non relinquemus de
viris qui cum eo sunt, ne vnum quidem. Quòd si vrbem aliquam fuerit ingressus:
circundabit omnis Israel ciuitati illi funes, & trahemus eam in torrentem, vt non re-
periatur nec calculus quidem ex ea. Dixítque Absalom & omnes viri Israel: Melius
est consilium Chusai Arachitæ consilio Achitóphel. ℣ † Domini autem nutu dissi- 2 pro
patum est consilium Achitóphel vtile, vt induceret dominus super Absalom ma-
lum. [e] Et ait Chusai Sadoch & Abiathar sacerdotibus: Hoc & hoc modo consilium
dedit Achitóphel Absalom & senioribus Israel, & ego tale & tale dedi consilium.
Nunc ergo mittite cito, & nunciate Dauid: dicentes: Ne moréris nocte hac in cam-
pestribus deserti, sed absque dilatione transgredere: [h] ne fortè absorbeatur Rex, & o-
mnis populus qui eum eo est. Ionatham autem & Achimaas stabant iuxta fontem
Rogel. [i] Abiit ancilla & nunciauit eis, & illi profecti sunt, vt referrent ad Regem
Dauid nuntium: Non enim poterant videri, aut introire ciuitatem. ℣ Vidit autem i
eos quidam [k] puer, & indicauit Absalom. Illi verò concito gradu ingressi sunt do-
mum cuiusdam viri in Bathurim, qui habebat puteum in vestibulo suo, & descende-
runt in eum. [l] Tulit autem mulier, & expandit velamen super os putei, [4] quasi siccans
ptisanas,] & sic latuit res. Cúmque venissent serui Absalom in domum ad mulierem,
dixerunt: Vbi est Achimaas & Ionatham? & respondit eis mulier: [l] Transierunt festi-
nanter, gustata paululum aqua. At ij qui quærebant, cum non reperissent, reuersi
sunt in Ierusalem. Cúmque abissent, ascenderunt illi de puteo, & pergentes nuncia-
uerunt Regi Dauid, & dixerunt: Surgite, & transite cito [m] fluuium: quoniam huiusce-
modi dedit consilium contra vos Achitóphel. ℣ Surrexit ergo Dauid, & omnis po- 3
pulus qui cum eo erat, & transierunt Iordanem, donec diluceſceret, [5] antequam de-
nudaretur verbum:] & hec vnus quidem residuus fuit, qui non transiret fluuiũ. Porrò [n]
Achitóphel videns quòd non fuisset factum consilium suum, strauit asinum suũ,
surrexítque, & abiit in domum suam & in ciuitatem suam: & dispósita domo sua su-
spendio interiit, & sepultus est in sepulchro patris sui. Dauid autẽ venit in [o] castra, &
Absalõ transiuit Iordanem, ipse & omnes viri Israel cum eo. Amasam verò cõstituit
Absa-

a. Scilicet percusso rege, reducam populum sicut reuerti solent, qui amisso in prælio rege terrentur, sic vniuersus populus Israel reuertetur ad te. Hieron. ibidem.
1. Regem solum.
b. Perdit Absalom consilium dum parricidio cupit mercari imperium, amisit sensum dum per exitum patris consequi desiderat regnum. Chrysost. de Abtaló patrẽ persequẽte to. 1.
c. Achitóphel defecerat ab amicitia Dauid, & filiũ eius aduersus patrem consiliis, quibus posset, instruebat. Chusai autẽ amicus Dauid regis, transitum fecit in partes Absalom filij eius, qui aduersus patrem bellũ gerebat ad exploranda cõsilia, & renunciandа quæ aduersus patrem ille moliebatur authore Achitóphel. August. Psal. 7.
d. Quomodo Dauid hoc consilium male consulẽte vsus est? Certum est Achitophelem ex rebus præsentibus accommodasse & pro vtriusque ingenio & moribus consilia dedisse, ergo bonum malitiam exaltans, ex ea prauum autẽ, & malis gaudentẽ, ostea deus. Procop. ibid.
2. Quicunque rumorem audierit dicturus est.
3. Et facies tua pergat ad bellum.
e. Hoc est secundum Hebræos. Et fortissimus ipse, cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur, quod non affirmando, sed quasi negando pronunciandũ est. Hieronym. Ibidem.
f. Deus enim erat qui in eius mente consilium Chusai melius esse faciebat Iosephus vbi supra.
g. Consilium prædictum nuntiatur ipsi Dauid, & primo describitur huius consilij renuntiatio. Secundo ipsius Achitóphel digna punitio, & tertio pugnæ contra Dauid præparatio. De Lyra.
h. In Hebræo habetur: Ne consulatur regi scilicet Absalom, quòd faciat consilium Achitóphel, & sic inueniretur Dauid & eius exercitus lassus & fatigatus, & sic de facili posset capi. Idem.
i. Quasi lauandi gratia eũ pannis ad fontem Rogel venerat, ne res facile deprehenderetur. Hieron.
k. Filius prædictæ ancillæ, quæ missit ad nuntiandum. Hieron.
l. Veruntamen potius credo nostram translationem veritati continere sicut Hebraica veritas, nec nuntij illi credidissent mulieri si dixisset ipsos transisse Iordanem, certi quod non diu recessissent de fonte Rogel. Quod autem insecuti fuerint eos per spatium aliquod, ex eo videtur quod sequitur. Dionys. Carthusia.
4. Et fuerit super ipsum quasi contusum triticum.
5. Transierunt suum aquæductum. m. Huc usq; Iordanem vsque in desertum ne eũ filius suus persequi festinaret, & antequam se ille mũniret, posset à filio suo comprehendi. Ioseph. ibidem.
n. Sacra scriptura docuit quẽadmodũ Deus fecerit in Chusi. Iniuum autem consiliũ appellat quod tyrannidi expedie bat. Quapropter Dauid dicit in Psal. Ecce parturiit iniustitiam & pepetit iniquitatẽ. Lacum aperuit, & incidit in foueam quam fecit Proen. ibid.
o. Quæ dicta sunt Mahanaim [illegible] cum ibidem angeli ei occurrissent reuertenti à Mesopotamia. v. Gene. 32. a. Hiero.

Abſalom pro Ioab ſuper exercitum. Amaſa autem erat filius viri, qui vocabatur Ie-
G thra de[6]Iezraeli,]* qui ingreſſus eſt ad Abigail filiam Naas,ſororem Saruiæ,quæ fuit
mater Ioab. Et caſtrametatus eſt Iſrael cum Abſalom in terra Galaad. Cúmque ve-
niſſet Dauid in caſtra[k] Sobi filius Naa de Rabbath filiorum Ammon, & Machir fi-
lius Ammihel de Lodabar,& Berzellai Galaadites de Rogelim, obtulerunt ei ſtrato-
ria & tapetia,& vaſa fictilia,frumentum & hordeum, & farinam & polentam, & fa-
bam & lentem,& frixum oleo cicer,& mel & butyrum,oues &[7]pingues vitulos:]de-
derúntque Dauid,& populo qui cum eo erat,ad veſcendum:Suſpicati enim ſunt po-
pulum fame & ſiti fatigari in deſerto.

6. Iſmaelites, ſ Cuius filius Amaſa Iſmaelis opere imitatus eſt Hieron.
k. Ille Sobi fuit filius Naas cõtra quem Saul pugnauit,qui etiam miſericordiã fecit cum Dauid cum fugeret Saulẽ, qui & pater Amon de quo ſupra. 10. 2. Hunc autem Sobi loco Amon regno Dauid ſuffecerat, in cuius memoriam nunc illi fert ſubſidium Hieron.
7. Caſeos bouinos.

*Abſalom victus prælio quercu pendens ab Ioab transfoditur, quod audiens Dauid vix ab Ioab placari potuit.*

XVIII.

A [a]IGitur conſiderato Dauid populo ſuo, conſtituit ſuper eos Tribunos & Centuriones, & dedit populi tertiam partem ſub manu Ioab, & tertiam partem ſub manu Abiſai filij [b] Saruiæ fratris Ioab, & tertiam partem ſub manu Ethai, qui erat de Geth. Dixítque Rex ad populum: † Egredier & ego vobiſcum. Et reſpondit populus [c]. Non exibis Siue enim fugerimus, non magnopere ad eos de nobis pertinebit: ſiue media pars ceciderit è nobis, non ſatis curabunt: quia tu vnus ſolus pro decem milibus computaris. Melius eſt igitur vt ſis nobis in vrbe præſidio. Ad quos Rex ait: Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Ste-
a tit ergo rex iuxta portam. * Egrediebatúrque populus per turmas ſuas, centeni, & milleni. Et præcepit Rex Ioab & Abiſai & Ethai: dicens: [d] Seruate mihi puerum] Abſalom:& omnis populus audiebat præcipientem Regem cunctis principibus pro Abſalom. [e] Itaque egreſſus eſt populus in campum contra Iſrael, & factum eſt prælium in ſaltu Ephráim. Et cæſus eſt ibi populus Iſrael ab exercitu Dauid, factáque eſt plaga magna in die illa,viginti milium. Fuit autem ibi prælium diſperſum ſuper faciem omnis terræ, & multo plures erant quos ſaltus conſumpſerat de populo, quàm ij quos vorauerat gladius in die illa. Accidit autem vt occurreret Abſalom ſeruis
C Dauid ſedens mulo. * Cúmque ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam quercum & magnam,adhæſit caput eius que:cui,†[f] & illo ſuſpenſo inter cœlum & terram,mulus cui inſederat,pertranſiuit. Vidit autem hoc quiſpiam, & nuntiauit Ioab, dicens: Vidi Abſalom pendére de quercu. Et ait Ioab viro qui nuntiauerat ei: Si vidiſti, quare non confodiſti eum cum terra? & ego dediſſem tibi decem argenti ſiclos & vnum balteum. Qui dixit ad Ioab: Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manũ meam in filium Regis. Audientibus enim nobis præce-
D pit Rex tibi & Abiſai & Ethai,dicens: Cuſtodite mihi puerum Abſalom. * [g] Sed & ſi feciſſem contra animam meam audacter, nequaquam hoc Regem latere potuiſſet, & tu ſtares ex aduerſo. Et ait Ioab: Non ſicut tu vis, ſed aggrediar eum coram te. Tulit ergo Ioab tres lãceas in manu ſua,& infixit eas in corde Abſalom. [h] Cúmq; adhuc palpitaret hærens in quercu,cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eũ. † Cecinit autem Ioab buccina,& retinuit populum, ne perſequeretur fugientem Iſrael,volens parcere multitudini. [i] Et tulerunt Abſalom, & proiecerunt eum in ſaltu in foueam grandem,& comportauerunt ſuper eum aceruum lapidum magnum nimis. Omnis autem Iſrael fugit in tabernacula ſua. Porrò Abſalom
E erexerat ſibi,cum adhuc viueret,[2]titulum,qui]eſt in valle regis. * Dixerat enim: non habeo filium,& hoc erit monimentum nominis mei. Vocauítque titulum, nomine ſuo,& appellatur manus Abſalom,vſque ad hanc diem. Athimaas autem filius Sadoch ait:Curram,& nuntiabo Regi:quia iudicium fecerit ei deus de manu inimicorum eius. Ad quem Ioab dixit [k] Non eris[3] nuntius]in hac die,ſed nuntiabis in alia. Hodie nolo te nũtiare:[4] filius enim]Regis eſt mortuus.]Et ait Ioab Chuſi: Vade,& nuntia Regi quæ vidiſti. Adorauit Chuſi Ioab,& cucurrit. Rurſus autem Achimaas filius Sadoch dixit ad Ioab:quid impedit ſi etiam ego curro poſt Chuſi? Dixítque ei Ioab:

a. Itaque Dauid peritus & expertus in re militari & bellicis rebus diuiſitorum exercitum ſuum in tres partes principales quibus præfecit tres viros præcipuos Dionif. Carthuſia.
b. Saruia mater Ioab & Abiſai & Abigea mater Amaſæ, ſorores erant Dauidis. Ioſeph. vbi prius.
c Volebat eſſe de primis ad laborem & periculo. Inde dicũt illi milites non exibis,quia aduerſarij tui parum de nobis curant, quia te ſolum quærunt. Melius eſt vt ſis nobis in vrbe præſidio,vt ſi debellati fuerimꝰ potiamus ibi habere præſidiũ & refugium vt poſſis ibi iterũ exercitus congregare. De Lyra.
d. Lenite agite propter me cũ puero.
e. Tacebat improbitatis ſcelus, pietatis autem gradum & nomẽ neceſſitudinis præferebat, vt pugnaturi non aduerſarium Regis, ſed filium cogitantes, dolorem lætæ pietatis inhiberent. Ambro. Pſal. 118. Sermo. 14.
f. Illud vero quid ſignificet quod parricida filius Abſalom patrem inſequens primo patet eius declinans fugit ante faciẽ eius,ſecurus de victoria, qui aſpiciebat impium petite, quem etiam fleuit magno luctu, & deploranit exitum parricidæ. Euche. ibid.
f. Abſalom inhærens quercui crinibus,duritiam deſignat cuiuſlibet obſtinati. Qui dum patris exercitum fugeret, contigit vt comẽta quercui crinibus inhæreret. Abſalõ pax patris interpretatur: quis pater ſineret eum perſequentem parieba tur,non pax filij qui patrẽ nolebat pati. Hugo.
g. Si interfeciſſem eum,contra animam meam iniquè egiſſẽ, nec abſcõdere potuiſſem, quia nil regem latere poteſt.

Mors Abſalom.

h Rex autem Dauid cum hoc ab impio atque immani filio paſſus eſſet,ne ſolum ferocientem toleraret, ſed etiam plãxit extinctum Auguſt. ſuper Gen. cap. 30.
i. Verum patricida Abſalom in valle ſibi regis titulum ſtatuit,& in foſſam proiectus eſt, eum eſſet peremptus. Ergo ſancti aſcendunt ad dominum,flagitioſi ad vitia deſcendunt. Sancti in montibus, criminoſi in vallibus. Ambro. Epiſt. lib. 1. epiſto. 12.
2. Statuam quæ.

k. Hoc eſt,nolo vt vir talis qualis tu es, nuntia feras Regi, quod filius eius mortuus ſit, Nec enim decet vt tale nuntiũ portet,idcirco dixit Chuſi: Vade quoniam dignus es vt nuntium flebile portes, non Achimaas Hiero. ibidem.
3. Vir boni nuntij.
4. Eo quod filius.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quid vis currere fili mi? Veni huc: Non eris boni nuntij baiulus. ] Qui respondit: Quid enim si cucurrero? Et ait ei: curre. Currens ergo Achimaas per viam compendij, transiuit Chusi. Dauid autem sedebat inter duas portas. Speculator vero, qui erat in fastigio portæ super murum, eleuans oculos vidit hominem currentem solum, & exclamans indicauit Regi. Dixítque Rex: Si solus est, bonus est nũtius in ore eius. Properante autem illo, & accedente propius, vidit speculator hominem alterum currentem, & vociferans in culmine, ait: Apparet mihi alter homo currens solus. Dixítque Rex: Et iste bonus est nuntius. Speculator autem, contemplor, ait, cursum prioris, quasi cursum Achimaas, filij Sadoch. Et ait Rex: Vir bonus est, & nuntium portans bonum, venit. Clamans autem Achimaas, dixit ad Regem: Salue Rex. ] Et adorans Regem coram eo pronus in terram, ait: Benedictus dominus deus tuus, qui concluſit homines, qui leuauerunt manus suas contra dominum meum Regem. Et ait Rex: Est ne pax puero Absalom? Dixítque Achimaas: Vidi tumultum magnum, cum mitteret Ioab seruus ô Rex me seruum, nescio aliud. Ad quem Rex transi ait, & sta hîc. Cúmque ille transisset, & staret, apparuit Chusi, & veniens ait: Bonum apporto nuntium domine mi Rex. Iudicauit enim pro te dominus hodie, de manu omnium qui surrexerunt contra te. Dixit autem Rex ad Chusi: Est ne pax ] puero Absalom? Cui respondens Chusi: fiant inquit, sicut puer, inimici domini mei Regis, & vniuersi qui consurgunt aduersus eum in malum. Contristatus itaque Rex, ascendit cœnaculum portæ, & fleuit. Et sic loquebatur vadens: Fili mi Absalom, Absalom fili: ] Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te? Absalom fili mi, fili mi Absalom. Iosephi

5. Cum tibi pro nũtio nullum sit tibi obuenturum munus.
l. Achimaas zelans pro Dauid desyderabat victoriam suorũ nunciare: sed Ioab impediebat dicens: nõ eris nuncius in hac nocte. Sed nunciabis in alia, forsitan licet de alia victoria tutura quę magis regi placebit. Sciebat enim Ioab Dauid de morte Absalõ tutharum iri: & ideo nolebat illum quem dilegebat rumores istos portare: propterea misit alium scilicet Chusi non illũ de quo exp. precedenti, quę dicebant Chusan. De Lyra.
6. Pax.
m. Videt quomodo non rebus tãtum, & exẽplis, sed ipso nomine atque appellatione iudicij deũ etiã præsenti seculo iudicare, diuinæ per sacros vestes literæ probant. Salustianus. lib. 2
7. Salus.
n. Fortasse quærendum sit qua ratione ante puerum dixit, postea filium nominauit? cur nõ in vtroque aut puerũ dixit aut filiũ? Si viueret puer erat, quia patricidio petebat patrẽ. Amb. Psal 118. Serm. 17.
o. Dauid patricidã mortuum fleuit, qui non fleuerat innocẽtem. Nõ solum ergo Absalom fletur patricida, non fletur incestus, sed etiam vindicatur: alter contemptu rei; ni alter fratris exilio, fletur sceleratus, nõ fletur dilectus. Quæ causa, quæ ratio? Nõ mediocris igitur imprudentibus deliberatio, sapientibus cõfirmatio. Magna enim prudentiæ in tanta factorũ diuersitate constantia. Vna est fides, & illos mortuos fleuit, & flendum infantem mortuum non putauit. Amb. de fide resurrectio. Oratio.
8. Fili mi, fili mi Absalom.

## *Dauid Ioab verbis placatus, suos sibi conspiratores reconciliat, qui verò in Iudea remanserant, in Galgalis ipsum suscipientes in Ierusalem reduxerunt.* XIX.

Nuntiatum est autem Ioab quòd Rex fleret, & lugeret filium suum: & versa est victoria in luctum in die illa omni populo. Audiuit enim populus in die illa dici: dolet Rex super filio suo. Et declinauit populus in die illa ingredi ciuitatem, quomodo declinare solet populus versus & fugiens de prælio. Porrò Rex operuit caput suum, & clamabat voce magna: Fili mi Absalom, Absalom fili mi. * Ingressus ergo Ioab ad Regem in domum, dixit: Confudisti hodie vultus omnium seruorum tuorum, qui saluam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum, & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarũ, & animam concubinarum tuarum. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te. Et ostendisti hodie, quia non curas de Ducibus tuis, & de seruis tuis, & verè cognoui modò, quia si Absalom viueret, & omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi. Nunc igitur surge, & procede, & alloquens satisfac seruis tuis. Iuro enim tibi per dominum, quòd si non exieris, nec vnus quidem remansurus sit tecum nocte hac, & peius erit hoc tibi, quàm omnia mala quæ venerunt super te, ab adolescentia tua vsque in præsens. Surrexit ergo Rex, & sedit in porta. Et omni populo nuntiatum est, quòd Rex sederet in porta. Venítque vniuersa multitudo coram Rege. Israel autem fugit in tabernacula sua. Omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus Israel dicens: Rex liberauit nos de manu inimicorum nostrorum, ipse saluauit nos de manu Philistinorum, & nunc fugit de terra propter Absalom. Absalom autem, quem vnximus super nos, mortuus est in bello. Vsquequo siletis, & non reducitis Regem? Et consilium totius Israel venit ad Regem: Rex vero Dauid misit ad Sadoch & Abiathar sacerdotes dicens: Loquimini ad maiores natu Iuda, dicentes: Cur venitis nouissimi ad reducendum Regem in domũ suam? Sermo autem omnis Israel peruenerat ad Regem vt reduceret eum in domũ suam, quia dixerat Rex: Hæc dicetis ad populum: Fratres mei vos, os meum & caro mea vos. Quare nouissimi reducitis Regem? Et Amasæ dicite: Nónne os meũ es, & caro mea? Hæc faciat mihi deus, & hæc addat: si non magister militiæ fueris coram me omni tempore pro Ioab. Et inclinauit

a. Quomodo enim ille qui propter humanitatẽ Saulẽ luxit iam in filij obitu à natura non vinceretur. Præterea illum vitplus deplorat, qui per pœnitẽtiam curari amplius non potuit. Procop. ibid.

b. Vnde dementia contra genitorem insurgit, hinc clemẽtia vt parricidæ pareatur ex posci t. Cyryl. de Absalom patrẽ persequente.
*Fili mi.

c. Non oportet ipsum Ioab in hoc verbo à mendacio excusare. Non enim optauit Rex triũphum Absalonis, sed & vt non occideretur in bello imparat omnino ad mortem. Et tamen possent hæc verba intelligi quod Rex taliter deflendo inuidiosum ac pessimum filium, ita se gesrit, ac si præferret sui exercitus occubitũ morti Absalonis. Dionys.

d. Hoc est, Hi qui cum Absalõ perduellionem extiterant, regrediuntur ad propria. Hier. ibid.

e. Hæc loquebantur ad inuicẽ qui dereliquerant regem, & se iunxerãt eius aduersario, quærentes in gratiã eius redire: forsan enim iram regis apparere erubuerunt propter infidelitatem in eum commissam, & tamen rex præuenit eos reddens illis bona pro malis, & reuocauit eos. Dionys.
f. Amasa enim nepos Dauid ex Abigea matre erat vt supra dictum est, cap. 18. a. Ideo volebat eum constituere magistrũ militiæ, quod in eũ iram Ioab cõcitauit: vnde tandem dolo ipsum occidit.

cor

cor omnium virorum Iuda, quasi viri vnius. Miserúntque ad Regem dicentes: Reuertere tu, & omnes serui tui. † Et reuersus est Rex, & venit vsque Iordanem. [g] Et omnis Iuda venit vsque in Galgala, vt occurreret Regi, & transduceret eum Iordanem. † Festinauit autem Semei, filius Gera, filij Gemini de Bathurim, & descendit cum viris Iuda in occursum Regis Dauid, cum mille viris de Beniamin: & Siba puer de domo Saul, & quindecim filij eius, ac viginti serui erant cum eo. Et irrumpentes Iordanem ante Regem transierunt vada, * vt traducerent domum Regis, & facerent iuxta iussionem eius. [h] Semei autem filius Gera prostratus corá Rege, cum iam transisset Iordanem, dixit ad eum: † Ne reputes mihi domine mi iniquitatem, neque memineris [i] iniuriarum serui tui in die qua egressus es domine mi Rex de Ierusalem, neque ponas Rex in corde tuo. Agnosco enim seruus tuus peccatum meum, & idcirco hodie primus veni de omni domo Ioseph, descendíque in occursum domini mei Regis. Respondens vero Abisai, filius Saruiæ, dixit: Nunquid pro his verbis non occidetur Semei, qui maledixit Christo domini? Et ait Dauid: † [k] Quid mihi & vobis filij Saruię? Cur efficimini mihi hodie in Sathan? Ergo ne hodie interficietur vir in Israel? [z] An ignoro ] hodie me factum Regem super Israel: Et ait Rex Semei: Non morieris: Iurauítque ei. Miphibóseth quoque [l] filius Saul, descendit in occursum Regis, [m] illotis pedibus & intonsa barba, vestésq; suas non lauerat à die qua egressus fuerat Rex, vsque ad diem reuersionis eius in pace. [f] Cúmque Ierusalem occurrisset Regi, dixit ei Rex: Quare non venisti mecum Miphibóseth? Et respondens ait: Domine mi Rex seruus meus contempsit me. Dixíque ei, ego famulus tuus, [n] vt sterneret mihi asinum, & ascendens abirem cum Rege, claudus enim sum, seruus tuus. † Insuper & accusauit me seruum tuum, ad te dominum meum Regem. † Tu autem domine mi Rex, sicut angelus dei es, fac quod placitum est tibi. † Neque enim fuit domus patris mei, nisi morti obnoxia domino meo Regi: tu autem posuisti me seruum tuum inter conuiuas mensæ tuæ. Quid ergo habeo iustæ querelæ: aut quid possum vltrà vociferari ad Regem? Ait ergo ei Rex: Quid vltrà loqueris? † Fixum est quod locutus sum. Tu & Siba [o] diuidite possessiones. Respondítque Miphibóseth Regi: Etiam cuncta accipiat, postquam reuersus est dominus meus Rex pacificè in domum suã. † Berzellai quoque Galaadites [p] ⟨senex valde,⟩ descendens de Rogelim, traduxit Regem Iordanem, paratus etiam vltra fluuium prosequi eum. [p] [f] Erat autem Berzellai Galaadites senex valde, id est, octogenarius, & ipse præbuit alimenta Regi, cum moraretur in castris. Fuit quippe vir diues nimis. Dixit itaque Rex ad Berzellai: veni mecum, [s] vt requiescas securus ] in Ierusalem. Et ait Berzellai ad regem: Quot sunt dies annorum vitæ meæ, vt ascendam cum rege in Ierusalem? [q] Octogenarius sum hodie: [t] Nunquid vigent sensus mei ad discernendum suaue aut amarum? ] aut delectare potest seruum tuum cibus aut potus? vel audire possum vltrà vocem cantorum atque cantatricum? Quare seruus tuus sit oneri domino meo regi? Paululum procedam famulus tuus ab Iordane, tecum. Non indigeo hac vicissitudine: sed obsecro vt reuertar seruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & sepeliar iuxta sepulchrum patris mei & matris meæ. Est autem seruus tuus [r] Chamaam, ipse vadat tecum domine mi Rex. & fac ei quicquid tibi bonum videtur. Dixit itaque ei Rex: Mecum transeat Chamaam, & [c] ego faciam ei quicquid tibi placuerit, & omne quod petieris à me impetrabis. [f] Cúmque transisset vniuersus populus & Rex Iordanem, ⟨ restitit, ⟩ & osculatus est Rex Berzellai, & benedixit ei, & ille reuersus est in locum suum. Transiuit ergo Rex in Galgalam, & Chamaam cum eo. Omnis autem populus Iuda [s] traduxerat regem, & media tantũ pars affuerat de populo Israel. Itaque omnes viri Israel concurrentes ad regem, dixerunt ei: Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt regem & domum eius Iordanem, omnésque viros Dauid cum eo? Et respondit omnis vir Iuda ad viros Israel: Quia mihi [t] propior est Rex: Cur irascéris super hac re? Nunquid comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data sunt? Et respondit vir Israel ad viros Iuda, & ait: Decem partibus maior ego sum apud regẽ, magísque ad me pertinet

g. Hoc est, omnes de tribu Iuda, vt occurrerent regi, & traducerent eum Iordanẽ in nauibus ad hoc ab ipsis paratis, vt dicunt aliqui. Alij autẽ dicunt quod ista traductio intelligitur per hoc quod viri Iuda transierunt Iordanẽ ante regẽ in equis ad explorandum vbi aqua esset melius vndabilis. De Lyra. ibid.

* Et transiuit nauis.

h. Qui grauissimè peccauit in Dauid. Ideo timuerant occidi, sed confidens de clementia regis, qui ad Amasam aliósque offensores suos tam bene se habuerit, properauit. Dionis.

i. Si iniuriam depositeris penes deum, vltor est. Si damnum, restitutor est. Si dolorem, medicus est. Si mortem, resuscitator est. Tertullia.

k. Quasi Dauid statim eũ occidi permisisset, alij qui cum Absalom fuerant in persequẽdo Dauid sibi timuissent, & illi qui nondum venerant retrocessissent, & sic eius occisio potuisset esse occasio magnæ seditionis, & magni mali contra Dauid. De Lyra.

z. An ignorat.

l. Imo non Saulis, sed Ionathæ filius, vt sup. ca. 9. 4. quem propter amorem & promissionem patris, ad mensam suam Dauid ascripserat. Hiero.

m. Hoc est, infectis pedibus, fecerat enim ipse Miphiboseth ligneos pedes pro naturalibus, vt ipsi claudi sæpe facere solẽt. Hieron.

n. Ab eo occidi meruit habendo respectum ad iniurias Saul, quas per se & suos fautores tibi inflixit. Ionathas tamen & alij nõ omnino cõsentientes nõ erant ita morti obnoxij, magis que tenebatur benefacere ipsi Miphiboseth propter virtutis immediati patris sui Ionathæ: & pactum quod pariter inierunt. Dionis. Carthusia.

o. Ob quam iniquam & præcipitem diuisionis bonorum sententiam inter Miphiboseth & seruum, diuisum fuisse regnũ in Roboam & Ieroboam, ferũt suum ferunt Hebræi. Hieron.

p. Ostenditur gratitudo Dauid erga Berzelai, qui sibi necessaria pro parte ministrauerat, vt patet ex prædictis & eũ vsque ad Iordanem conduxerat, cui Dauid obtulit præmia & honores si vellet secum ire Ierusalem: sed excusauit se propter senectutem. De Lyra.

q. Et cibabo te apud me.

r. Ex quo patet, quomodo illis temporibus illa ætas iam valde magna reputabatur, cũ dixerit Dauid. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni amplius labor & dolor. Dionysius.

s. Nunquid diiudicare possum inter bonum & malum?

t. Chamaam filius erat Berzellai quem Dauid secum accepit in seruum vices rependens patri in filium. Postquam autem cum Dauid transiit, non Chamaam, i. suspirans, sed Chanaã, i. infidelis est appellatus. Hieron. ibid.

s. Conduxerũt regem: Cur eũ transiuexerunt re filij Iuda nobis ignorantibus?

f. Quia mihi propior & de genere meo est Rex, ideo plus eum amo quam tu. Hier. ibid.

Dauid,quàm ad te.Cur feciſti mihi iniuriam,& non mihi nuntiatum eſt priori, vt reducerem regem meum? Durius autem reſponderunt viri Iuda viris Iſrael.

*Cúmque Sæba filius Bochri ſeditionem in Iſrael mouiſſet, hunc Ioab cũm Abiſai fratre perſequens Amaſam in via occidit, ab obſidione Abelæ miſſo Sæbæ per murum capite tandem diſcedit.* XX.

ACcidit quoque vt ibi eſſet vir Belial nomine Sæba filius Bochri vir Iemi- a
næus:& cecinit [a] buccina,& ait: Non eſt nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Iſai: Reuertere in tabernacula tua Iſrael. Et ſeparatus eſt omnis Iſrael à Dauid, ſecutúſque eſt [b] Sæba filium Bochri: viri autem Iuda adhæſerunt Regi ſuo à Iordane vſque Ieruſalẽ. Cúmque veniſſet rex in domũ ſuam in Ieruſalem,tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad cuſtodiendam domum,& tradidit eas in cuſtodiam,alimenta eis præbens. Et nõ eſt ingreſſus ad eas, [c] ſed erant clauſæ vſque in diem mortis ſuæ,in viduitate viuentes. [d] Dixit autem Rex b
Amaſæ:conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium,& tu adeſto præſens. Abiit ergo Amaſa,vt conuocaret Iudam:& moratus eſt extra placitum quod ei conſtituerat rex. Ait autem Dauid ad Abiſai:† Nũc magis afflicturus eſt nos Sæba filius Bochri, quàm Abſalom. [d] Tolle ergo ſeruos domini tui,& perſequere eum: ne forte inueniat ciuitates munitas,& effugiat nos. Egreſſi ſunt ergo cum eo viri Ioab:Cerethi quoque & Phelethi,& omnes robuſti exierunt de Ieruſalem ad perſequendum Sæba filium Bochri. [e] Cúmque illi eſſent iuxta lapidem grandem, qui eſt in Gabaon, Amaſa ve- c
niens occurrit eis. Porrò Ioab veſtitus erat tunica ſtricta ad menſuram habitus ſui,& déſuper accinctus gladio [f] dependente vſque ad ilia in vagina,] qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percutere. [g] Dixit itaque Ioab ad Amaſam:† Salue mi frater. Et tenuit manu dextra mentum Amaſæ, quaſi oſculans eum. Porrò Amaſa non obſeruauit gladium,quem habebat Ioab. Qui percuſſit eum in latere, & effudit inteſtina eius in terram, [f] & mortuus eſt,nec ſecundũ vulnus appoſuit. Ioab autem & Abiſai frater eius, perſecuti ſunt Sæba filiũ Bochri. [g] [2] Interea quidam viri cum ſtetiſſent iuxta cadauer Amaſæ de ſociis Ioab, dixerunt:]Ecce qui eſſe voluit pro Ioab comes Dauid* Amaſa autem conſperſus ſanguine iacebat in media via. Vidit hoc quidam vir quòd ſubſiſteret omnis populus ad videndum eum,& amouit Amaſam de via in agrum,operuítque eum veſtimento,ne ſubſiſterent tranſeuntes propter eum. Amoto ergo illo de via, tranſibat omnis vir ſequens Ioab,ad perſequendum Sæba filium Bochri. Porrò ille tranſierat per omnes tribus Iſrael, vſque in [g] Abelam & in Bethmachã *omnéſque viri electi congregati fuerant ad eum. [g] Venerunt itaque & oppugnabãt a
eum in Abela & in [h] Bethmacha,& circundederunt munitionibus ciuitatẽ, & obſeſſa eſt vrbs. Omnis autem turba,quæ erat cum Ioab, moliebatur deſtruere muros. Et exclamauit mulier ſapiens de ciuitate: Audite audite, dicite Ioab: appropinqua huc & loquar tecũ. Qui cum acceſſiſſet ad eam,ait illi: Tu es Ioab? Et ille reſpondit: Ego. Ad quem ſic locuta eſt: Audi ſermones ancillæ tuæ. Qui reſpondit: audio. Rurſúmque illa: ſermo,inquit,dicebatur [i] in veteri ⟵ prouerbio:] † Qui interrogant, interrogent in Abela,& ſic proficiebant. [g] Nónne ego ſum quæ reſpõdebo veritatem in Iſrael: & tu quæris ſubuertere ciuitatem, & euertere matrem ciuitatum in Iſrael? Quare [k] præci- k
pitas hæreditatem domini? Reſpondénſque Ioab,ait [l] Abſit abſit hoc à me,non præcipito,neque demolior. Non ſe ſic habet res. Sed homo de monte Ephráim, Sæba filius Bochri cognomine,leuauit manum ſuam contra Regem Dauid. Tradite illum ſolum,& recedemus à ciuitate. Et ait mulier ad Ioab: Ecce caput eius mittetur ad te per murum. [g] Ingreſſa eſt ergo ad omnẽ populũ,& locuta eſt eis ſapiẽter. [m] Qui abſci- m
ſum caput Sæbæ filij Bochri, proiecerunt ad Ioab. † Et ille cecinit tuba,& receſſerunt ab vrbe vnuſquiſque in tabernacula ſua. Ioab aũtẽ reuerſus eſt Ieruſalẽ ad Regẽ. † Fuit ergo Ioab ſuper omnẽ exercitũ Iſrael. Banaias autem filius Ioiadæ ſuper Cerethæos & Phelethæos. Adurã vero ſuper tributa: Porrò Ioſaphat filius Ahilud, à commentariis,

Sæba

a Ideo dicitur tuba vel buccina eccinisse, vt ſedaret tumultum,& eius ſonitu attẽtos reddæret omnes. Quibus tacentibus diceret: Non eſt nobis pars in Dauid,&c. Hieron. ibidẽ.

b. Sæba in Hebræo ſcribitur per ſegol, hoc eſt æ diphthongum ſic שֵׁבַע Sæba de ſemine Beniamin, & ex poſteris Saulis, vnde & pronus ad rebellionem contra Dauid, dolẽs Regiam dignitatem tranſlatã à tribu Beniamin in tribu Iuda, ſed ad ipſum Dauid Saulis ſemper æmulum. Diony.

c. Nec immerito in hoc loco fundari poſſet initium & origo religionis earum mulierũ quas vocant religioſas pœnitentes.

d. Tertia pars erat bellatorum de diuerſis tribub⁹ Iſrael: quia licet multitudo cuiuſlibet tribus receſſiſſet à Dauid excepta tribu Iudæ, tamen de qualibet tribu erant viri bellatores robuſti qui coniuncti fuerant ipſi Dauid, à tempore quo fugit à facie Saul. De Lyra ibidem.

e. Qui iunctus lumbis eius erat intra vaginam.

e. Inuidia truculenta bellua perpulit Ioab principem militiæ Dauid in ſubdolã fraudulentámque cædẽ Amaſæ, quem præfecerat etiã Rex ipſe militiæ ſuæ: quod inuideret illum ſibi deſignarũ collegã in eodẽ magiſtratu, timeretque ne tandem ſibi præferretur Amaſa, & ſolus militiæ Regiæ præficeretur. Cyrillus in Io. ca. 8. lib. 8.

f. Occidit autem eum ex inuidia, timens ne ei æquaretur: quia Dauid ei iurauerat. Hoc mihi faciat deus & hoc addat, ſi non magiſter militiæ fueris coram me omni tempore pro Ioab, quapropter quidam ex amicis Ioab videntes eum mortuum dixerunt inſultãdo. Ecce qui eſſe voluit &c. De Lyra.

g. Et quidam ſtetit de pueris *Poſt Ioab erat.

Ioab iuxta illum,& ait.

g. Abela ciuitas eſt regionis Berim, ſuperioris Galilææ in tribu Neptalim patria Amorrhæorum, non procul à Cæſarea Philippi.

*Et omnia loca Betim.

h. Bethmaatha Regionis Betim quaſi 60. ſtadiis procul à Iordane, vrbs Amorrhæorum, quæ etiam dicitur Machanæ Dan.

i. In veteri lege, Deutero. 20. Quoniam prius pax offerenda quàm bellum: quã ſi recipiãt, tributarij fiant, ſin minus, deleantur. Hieron.

k. Antequàm pacem interrogando offeras.

l. Aduerte tamen quod illud præceptum de pace offerenda non erat intelligendum de vrbibus Chananæorum contra Chananæos, quas filiis Iſrael deus promiſit, ac dedit in primo eorum ingreſſu in terram promiſſionis. Diunyſius.

m. Reditus populi ad Dauid poſt interfectionem Abſalom rediti prioris populi ad Chriſtum poſt mortem prauorum magiſtrorum ſignificat, qui in ſynagoga iudæorũ diu regnauerat, & à veritatis auditu populum ſubuerterat. Rabanus. ibidem.

Sibæ autem scriba, Sadoch verò & Abiathar[n] sacerdotes. Hira autem Iairites, erat sacerdos Dauid.

n. Sacerdotes, hoc est, magistri fratrum suorum, sic & Hira Iairites erat sacerdos, id est, magister Dauid. Hieron. y. Ibidem.

*Immissa propter Saulis in Gabaonitas peccatum fame trienni, reliquias Saulis præter Miphibóseth iudicat Dauid suspendi, ossáque cum Saulis & Ionathæ ossibus inhumari.*

XXI.

A: EFacta est quoque fames in diebus Dauid tribus annis[1] iugiter. ]Et consuluit Dauid oraculum domini, dixítque dominus, Propter Saul & [a] domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas. Vocatis ergo Gabaonitis rex, dixit ad eos, Porrò Gabaonitæ non sunt de filiis Israel, sed reliquiæ Amorræorum. †[b] Filij quippe Israel iurauerant eis ne perimerent illos, & voluit Saul percutere eos [c] zelo, quasi pro filiis Israel & Iuda. Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas: Quid faciam vobis, & quod erit vestri piaculum, vt benedicatis hæreditati domini? Dixerúntque ei Gabaonitæ: Non est nobis super argento & auro quæstio: [2] sed contra Saul, & contra domum eius: ]neque volumus vt interficiatur homo de Israel. Ad quos Rex ait: Quid ergo vultis vt faciam vobis? Qui dixerunt Regi: Virũ qui attriuit nos, & oppressit iniquè, ita delere debemus, [3] vt nec vnus quidem residuus sit
B de stirpe eius in cunctis finibus Israel. ‡[d] Dentur nobis septem viri de filiis eius, vt crucifigamus eos domino in Gabaa Saul quondam electi domini. Et ait Rex: Ego dabo.
Pepercítque Rex Miphibóseth, filio Ionathæ filij Saul, propter iusiurandum domini †quod fuerat inter Dauid & Ionathan filium Saul. Tulit itaque Rex duos filios Respha filiæ Ahia, quos peperit Saul, Armoni & Miphibóseph, & quinque [e] filios Michol filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi: & dedit eos
C in manus Gabaonitarũ, qui crucifixerunt eos in monte coram domino. Et ceciderunt hi septem simul occisi in diebus messis primæ, incipiente messione hordei. Tollens autem Respha filia Achia cilicium, substrauit sibi supra petram ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cœlo, & non dimisit aues lacerare eos per diem neque
D bestias per noctem. ‡ Et nuntiata sunt Dauid, quæ fecerat Respha filia Ahia concubina Saul. [f] Et abiit Dauid, & tulit ossa Saul, & ossa Ionathæ filij eius, à viris Iabes Galaad, † qui furati fuerant ea de platea Bethsan, in qua suspenderant eos Philistiim cùm interfeciissent Saul in Gelbóe, & asportauit inde ossa Saul, & ossa Ionathæ filij eius: & colligentes ossa eorum qui affixi fuerant, sepelierunt ea cum ossibus Saul & Ionathæ filij eius, in terra Beniamin in latere in sepulchro Cis patris Saul. Fecerúntque omnia quæ præceperat Rex: & repropitiatus est deus terræ post hæc. Factum est autem rursum prælium Philistinorum aduersum Israel, & descendit Dauid & serui eius cum eo, & pugnabant contra Philistiim. Deficiente autem Dauid, [4] Iesbi de Nob qui fuit de genere Arapha, † cuius ferrum hastæ [5] trecentas vncias ]appendebat & accinctus erat ense nouo, nisus est percutere Dauid, præsidióque ei fuit Abisai filius Sar-
E uiæ, & percussum Philistæum interfecit. ‡ Tunc iurauerunt viri Dauid, dicentes: Iam non egrediéris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel. †[g] Secundum quoque fuit bellum in [6] Gob, ] contra Philistæos. Tunc percussit Sobochai de Vsathi, Zaph de stirpe Arapha: ⁊ de genere gigantum. ] † Tertium quoque fuit bellum in Gob contra Philistæos, in quo percussit [7] [h] Adeodatus, filius Saltus polymitarius ] Bethlehemites, Goliath Gethæum: cuius hastile hastæ erat quasi liciatorium texentium. Quartum bellum fuit in Geth, in quo vir fuit excelsus, qui senos in manibus
F pedibúsque habebat digitos, id est, viginti & quatuor: & erat de origine Arapha: & blasphemauit Israel. Percussit autem eum [8] Ionathas ] filius Sammaa fratris Dauid. Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, & ceciderunt in manu Dauid & seruorum eius.

1. Continuit.
2. Filios Saul, qui cùm Doech Idumæo Gabaonitas occiderit, & sacerdotes in Nobe, vt patet 1. Reg. 22. d.
b. Propter scelera ipsius Saul & sobolis suæ atque fautorum & cooperatorum ipsius: quia Gabaonitas interfecerunt iniustè, idcirco domus sanguinum appellatur. Dion. Cart.
c. Zelo quasi pro filiis Israel & Iuda, dicens Iosue gratis euidé Gabaonitas viuere permisisse, & filijs Israel & Iuda prædam eorum iniustè abstulisse, idcirco eos perimere iubet, quasi pro zelo Israel & Iuda. Hieron. ibi.
2. A Saule & à domo eius.

3. Ne stes in vllo termino Israel.

d. His auditis Dauid eis persuadit id se facere non posse propter fœdus initum cum Ionatha, vt dictum est supe, imo & cum Saule. 1. Re. 24. d. vbi Saul inter cætera Dauid protestatur, Iura, inquit, mihi in domino ne deleas semẽ meum post me, &c. Et iurauit Dauid. Ideo dixit Gabaonitis, vt temperarent postulationem suã. Ideo solum petunt: Dentur nobis septem viri. Diony.
e. Non naturales, sed adoptiuos & sororis suæ Merob vxoris Adrielis filij Berzellai de Molathi: Michol enim filia Saul non fuit vxor Adrielis filij Berzellai, sed Merob soror eius, quę ex eo quinque filios peperit. Michol autem vxor Dauid, quæ & Egla dicitur, eos in loco filiorũ nutrinit, & sibi in filios adoptauit, ideirco filij eius dicuntur. Hierony. ibidem.
f. Recitat hic Dionysius 3. rationes quare hæc septem corpora depósita non fuerint à patibulis 1. quia vt plurimum pluebat in fine messis. 2. Quia Dauid ex reuelatione audierat quod non deponeret corpora donec pluisset dominus. 3. Vt audirent gẽtiles vltionẽ factam super mortẽ Gabaonitarum. Cui addi potest 4. ratio. Non deposuit eos à patibulis donec Saulis & filiorũ ossa allata essent à Iabes Galaad in Gabaa Saulis, vt simul cum suspensis, sepelirentur. Ex Diony
4. Iesbibenod.
5. Trecentos siclos.
g. Narratur tamen hic primò propter cõtinuationem ad præcedentia immediatè, quia contigit post famen prædictam in senectute Dauid: Et ideo nõ est hic ordo tẽporis, sed narrationis, quia istud bellũ immediatè narratur post præcedẽs. De Lyra 6. Nob.

7. Elhanan filius Iaharæ.
h. Adeodatus ipse est Dauid, idcirco sic dictus, quia à deo est electus in regnum filius Saltus, quia de saltu vbi oues pascebat est eductus. Polymitarius, quia de genere Bezeleel mater eius fuit. Bethlehemites, quia f Bethlehem natus. Hieron.
8. Ionathan, qui & Nathã propheta Dauidis ex fratre nepos, qui sæpius dicitur monuisse Dauid.

*Canticum gratiarum actionis Dauidis pro sua ab omnibus inimicis liberatione, ex quo Iudæorum reprobatio & gentium electio facile elicitur.*

XXII.

a. Cæterùm Dauid perfunctus iam bellis & periculis, & in altissima pace degens, vario genere carminum odas & hymnos in honorem dei composuit, partim trimetro versu, partim pentametro: instrumentisque musicis compatatis docuit Leuitas ad pulsum cordis laudes dei decantare, tam sabbatis diebus q̃ in cęteris festiuitatibus. Species autem instrumentorum hæ fuere, Cynyra decem chordis intenditur, & plectro pulsatur. Nabla duodecim sonos continet, sed digitis carpitur: Cũque his aderant & Cymbala ærea bene magna ac lata. Ioseph Antiq. Iudą. lib. 7. cap. 12.

b. Sicut cornu in capite animalis est protectio eius: ita diuina protectio dicitur cornu salutis nostræ.

1. A violentia.

c. Vehementer tyrannorum persecutiones.

2. Cœlorum.

d. Hoc est lachrymosa compũctio pœnitẽtium de inspiratione eius.

e. Super cherubim dominus ascendit & volauit, quia super altitudinem scientiæ, quæ ęlis in hominibus potuit, incarnationis suæ gloriam exaltare digna tus est, vt hoc eius volare sit potentiæ suæ mysterium ab intellectu humano subducere. Quotalibet enim plenitudine scientiæ vita spiritalium fulgeat, apprehendere nõ valet quomodo factum sit, vt qui extitit, conciperetur & ante sęcula autor hominum, nasceretur homo in fine sęculorum, Deus caro, verbũ infans fieret. Eucherius ibidẽ.

f. Qui prior præbuit misericordiam antequam haberem bonã voluntatem. Eucherius ibidẽ.

g. Vnde populus martyrũ eius dixit: Ero perfectus coram illo, aliàs immaculatus cum eo. Cũ eo vtique qui immaculatus in cruce pro iniquitatibus nostris passus est. Arnobius in 17. Psal.

h. Est etiam occulta profunditas quã intelligeris: cum sancto sanctus eris, quia tu sanctificas. Eucherius ibidem.

2. Oculos tuos super excelsos demittes.

4. Perfectus in via sua.

5. Aperis mihi viam perfectam, scilicet ad bellum.

6. Vt etiam frangatur arcus æreus brachiis meis.

1. In arcu resistentis & repugnãtis vigorẽ significari existimo: qui in manu sancti operis cõtra obuios quosque & hostiles vitiorum impetus præparetur. Vt hic Dauid: Posuisti vt arcũ æreum brachia mea, quod est, fecisti infatigabilem intentionẽ bonorum operũ meorum. Hieronymus super 19. cap. Iob.

7. Cũra mea.

k. Non solùm cõtradictionem populi mei auferes à me, verũetiã mihi gẽtes subiicies. Quod Christo magis conuenire probauit exitꝰ, iuxta patris promissum: Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionẽ tuã terminos terræ. Euthymius.

l. Circa hæc quæritur cur psalmus iste præ cæteris psalmis in libro regum reperiatur conscriptus? Respondetur quia nec immeritò quia regnũ illud significat vbi aduersarium non habemus. Isidorus ibidem.

LOcutus est autem Dauid domino verba carminis huius, in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul. Et ait: [1] Dominus petra mea, & robur meum, & saluator meus. Deus dominus fortis meus, sperabo in eum. Scutum meum, & [b] cornu salutis meæ, eleuator meus, & refugium meum, saluator meus, [1] de iniquitate] liberabis me. Laudabilem inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Quia circundederunt me [c] contritiones mortis, torrentes belial terruerunt me. Funes inferi circundederunt me, præuenerunt me laquei mortis. In tribulatione mea inuocabo dominum, & ad deum meum clamabo: & exaudiet de templo sancto suo vocem meam: & clamor meus veniet ad aures eius. Commota est & contremuit terra, fundamenta [2] montium] concussa sunt, & conquassata, quoniam iratus est eis. Ascendit [d] fumus de naribus eius, & ignis de ore eius vorauit: carbones succensi sunt ab eo. Et inclinauit cœlos & descendit: & caligo sub pedibus eius. [e] Et ascendit super Cherubim, [e] & volauit: & lapsus est super pennas venti, & posuit tenebras in circuitu suo latibulum: cribrans aquas de nubibus cœlorum. Præ fulgore in conspectu eius [f] nubes,] succensi sunt carbones ignis. Tonabit de cœlo dominus, & excelsus dabit vocem suam. Misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura, & consumpsit eos. Et apparuerunt effusiones maris, & reuelata sunt fundamenta orbis ab increpatione domini, ab inspiratione spiritus furoris eius. Misit de cœlo, & assumpsit me, & traxit me de aquis multis. Liberauit me ab inimico meo potentissimo, & ab iis qui oderant me: quomodo robustiores me erant? Præuenit me in die afflictionis meæ, & factus est dominus firmamentum meum. Et eduxit me in latitudinem: liberauit me, quia complacui ei. [f] Retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, & secundum munditiam manuum mearum reddet mihi. Quia custodiui vias domini, & non egi impiè à deo meo: Omnia enim iudicia eius in conspectu meo, & præcepta eius non amoui à me. [g][3] Et ero perfectus coram eo, & custodiam me ab iniquitate mea. Et restituet mihi dominus secundum iustitiam meam: & secundum munditiam manuum mearum in conspectu oculorum suorum. [h] Cum sancto sanctus eris, & cum robusto perfectus. Cum electo electus eris, & cum peruerso subuertẽris: Et populum pauperem saluum facies, [3] oculisque tuis excelsos humiliabis.] Quia tu lucerna mea domine, & tu domine illuminabis tenebras meas. In te enim curam accinctus, in deo meo transiliam murum. Deus [4] immaculata via eius,] eloquium domini igne examinatum, scutum est omnium sperantium in se. Quis est deus præter dominum: & quis deus fortis, præter deum nostrum? Deus qui accinxit me fortitudine, & [5] complanauit perfectam viam meam.] coæquans pedes meos seruis, & super excelsa mea statuens me. [†] Docens manus meas ad prælium, & [6] componens quasi [1] arcum æreũ brachia mea.] Dedisti mihi clypeum salutis tuæ, & mãsuetudo tua multiplicauit me. Dilatabis gressus meos subtus me, & non deficient [7] tali mei.] [5] Persequar inimicos meos, & conteram: & non conuertar donec consumam eos. Consumam eos, & confringam, vt non consurgant: cadent sub pedibus meis. Accinxisti me fortitudine ad prælium: incuruasti resistentes mihi subtus me. Inimicos meos dedisti mihi dorsum, odientes me: & disperdam eos. Clamabunt, & non erit qui saluet: ad dominum, & non exaudiet eos. Delebo eos, vt puluerem terræ: quasi lutum platearum comminuam eos, atque confringam. [k] Saluabis me à contradictionibus populi mei: custodies me in caput gentium. Populus quem ignoro seruiet mihi, filij alieni resistent mihi, auditu auris obediẽt mihi. Filij alieni defluxerunt, & contrahentur in angustiis suis. Viuit dominus & benedictus deus meus, & exaltabitur deus fortis salutis meæ. [l] Deus qui das vindictas mihi: & deiicis populos sub me. Qui educis me ab inimicis meis, & à resistentibus mihi eleuas me: [†] à viro iniquo liberabis me. Propterea confitebor tibi domine in gentibus, & nomini tuo cantabo. Magnificans salutes Regis sui, & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius in sempiternum.

Cata-

*Catalogus illustrium virorum Dauid.* XXIII.

A HÆc autem sunt verba [a] nouissima, quæ dixit Dauid filius Isai. Dixit vir cui constitutū est de Christo dei Iacob, egregius Psaltes Israel. † Spiritus domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam, dixit: Deus Israel mihi locutus est, fortis Israel. Dominator hominum iustus, & dominator in timore dei. Sicut lux auroræ oriente sole, mane vsque nubibus rutilat: & sicut pluuiis germinat herba de terra. Nec tanta est domus mea apud deum, vt pactum æternum iniret mecum, firmum in omnibus, atque munitum. Cuncta enim salus mea, & omnis voluntas: nec est quicquam ex ea, quod non germinet. [b] Præuaricatores autem, quasi spinæ euellentur vniuersi: quæ non tolluntur manibus. Et si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro, & ligno lanceato: ignéque succensæ comburentur vsque ad nihilum. †[c] Hæc nomina fortium Dauid. Dauid sedens [1] in cathedra sapientissimus] Princeps inter tres. Ipse est quasi tenerrimus ligni [d] vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. B [e] Post hunc Eleazar filius patrui eius Ahoites, inter tres fortes qui erant cum Dauid: quando exprobrauerunt Philistiim, & congregati sunt illuc in prælium. Cúmque ascendissent filij Israel, ipse stetit & percussit Philistæos: Donec deficeret manus eius, [2] & obrigesceret cum gladio.] Fecítque dominus salutem magnam in die illa, & populus qui fugerat reuersus est ad cæsorum spolia detrahenda. Et post hunc, Sammaa filius Agge de Arari. † Et congregati sunt Philistiim in statione. Erat quippe ibi ager lente plenus. Cúmque fugisset populus à facie Philistiim, stetit ille in medio agri, & tutatus est eum. Percussítque Philistæos, & fecit dominus salutem magnam. Necnon & ante descenderant [c] tres, qui erant principes inter triginta, & venerant tempore messis ad Dauid in speluncam Odollam. Castra autem Philistinorum erant posita in valle Gigantum, & Dauid erat in præsidio, porrò statio Philistinorum tunc erat in Bethlehem. †[f] Desiderauit ergo Dauid aquam de lacu, & ait: O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethléhem iuxta portam C [g] Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethléhem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauid. At ille noluit bibere, sed libauit illam domino, dicens: Propitius sit mihi dominus, ne faciam hoc. Num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere. Hæc fecerunt tres robustissimi. Abisai quoque frater Ioab, filius Saruiæ, [3] Princeps erat de tribus.] Ipse est qui leuauit hastam suam contra trecentos quos interfecit: nominatus in tribus, & inter tres nobilior, erátque eorum princeps, sed vsque ad tres primos non peruenerat. Et Banaias filius Ioiadæ viri fortissimi magnorum operum, de Capseel. Ipse percussit [g] duos leones Moab, & ipse descendit, & percussit [h] leonem in media cisterna in diebus niuis. Ipse quoque interfecit [i] virum Ægyptium, virum dignum spectaculo, habentem in manu hastam. Itaque cùm descendisset ad eum in virga, vi extorsit [k] hastam de manu Ægyptij, & interfecit eum hasta D sua. [l] Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ. Et ipse nominatus inter tres robustos, qui erant inter triginta nobiliores: veruntamen vsque ad tres non peruenerat, [1] fecítque eum sibi Dauid auricularium à secreto, Asahel frater Ioab, inter triginta, Eleanan filius patrui eius, de Bethléhem. Semma de Arodi, Elicha de Arodi, Heles de Phalti, Hira filius Acces de Thecua, Abieser de Anathot, Mobonnai de Vsathi, Selmon Ahoites, Macharai Netophatites, Eleph filius Baana, & ipse Netophatites, Itai filius Ribai, de Gabaath filiorum Beniamin, Banaia Pharatonites, Heddai de torrente Gaas, Abbialbon Arbathites, Azmaueth de Beromi, Eliaba de Salboni. Filij Iasen, Ionathan. Semma de Orodi, Haiam filius Sarar Ararithes, Elifeleth filius Aasbai filij Máachati, Heliam filius Achitophel Gilonites, Esrai de Carmelo, Farai de Arbi, Igaal filius Nathan de Soba, Bonni de Gaddi, Seleeh de Ammoni, Naarai Berothites armiger Ioab filij Saruiæ, Hira Ietrites, Gareb & ipse Ietrites, Vrias Ethæus. Omnes [m] triginta septem.

a. Quia post psalterium, & cætera metra hoc composuisse metrum dicitur. Sed & verba nouissima Dauid non finienda dicit, sed perficienda, non consumenda, sed quæ cunctis fidelibus perfectionis plenitudinem confecerint: & ideo vltimam confessionem laudis significant, quam superato hoste & peracta vita mortis, laudem sancti in æternum deo canebunt. Angelomus.

b. Præuaricatores Iudæi atque hæretici, velut spinæ de ecclesia quæ est terra viuentium, euulsi atque incendio æterno combusti, peribunt. Sincherius.

c. Absurdum non est vt hi tres fortissimi, Dauid, Eleazar & Sammaa, intelligantur trinitas deus pater & filius & spiritus sanctus, ad quorum æqualitatem cæteri fortissimi nō peruenerunt. Idē.

1. In solio sapientiæ suæ.

d. Virtus viri bellica & modesta signatur: quia sicut vermiculus terræ vel ligni tener quidem & fragilis & modicus apparet, fortissimum tamē lignū terebrat, & consumit: vnde & recondo teredinis nomē accepit) sic ille omnibus affabilis, quietus & humilis in certamine publico robustum se & intolerabilem hostibus exhibebat. Rabanus.

2. Adhæreréque manus eius dio.

e. Hic est alter ternarius, sed nō similis primo: Abisai filius Saruiæ, Sibbachai Viathites, & Ionathan filius Sammaa fratris Dauid. Hieron.

f. Cū essent reperti tres viri qui hostium castra præsiderent, & deferrent aquam quam summo desiderio desiderasset: cognoscēs quòd periculo alieno aqua sibi eadem constitisset, profudit illam domino, ne sanguinē illorum qui eam detulerant, bibere videretur. Quæ res indicio est, quod concupiscentia quidē rationē præuenire, sed ratio cupiditati resistat. Humanum itaque quod passus est Dauid, vt irrationabiliter concupisceret, sed illud laudabilem quòd irrationabilem concupiscentiā rationabiliter parato fraudauit remedio. Ambr. de Iacob & vita beata, cap. 1. lib. 2.

3. Præcipuus erat inter tres illos.

g. Duos fortissimos vitos Moab. Hieron.

h. Ioab in medio sanctuariō ad cornu altaris. Sāctuarium enim cisterna: quia in eo abluuntur peccata super niuem dealbata. Hieronymus.

i. Semei maledicentem Dauid. Hieronymus.

k. Legem quam nō tenuit exēdo Ierusalem, tenet à Salomone illi fuerat prohibitum, & in virtute illius à Banaia occisus fuit Hieronymus.

l. Hoc est consiliarium suū constituit Banaiam, & socīū secretorū sanctiquoniā vidit eū virū integrum ac prudentem, & bene cætare scientē. Præterea aduertendum quòd etiam in assignatione trium fortissimorum aliqui discrimentur. Dionys. Carth. Ibidem.

m. Nec, quòd piam moueat quod non tantum triginta, sed triginta septem nominentur: Nam iuxta ex illis sunt fortiores, cæteri verò fortes. Vnde ille catalogus virorum fortium in figura sanctorum, qui fortitudine virtutum bonis operis, & scientia diuinarum fidei nō tantum modo seipsos ab hostibus malignis defendūt, verūm infirmos quoslibet protegunt. Euche.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Dauid ob numeratum populum à Nathan correptus, ex tribus oblatis pestem elegit, qua in populum sæuiente septuaginta milia nocte vna moriuntur, donec Dauid in Area Areuna altare erigeret.* XXIIII.

ET † addidit [a] furor domini irasci contra Israel, commouítque Dauid in eis dicentem ad Ioab: † [b] Vade numera Israel & Iudam. Dixítque Rex ad Ioab, Principem exercitus sui: Perambula omnes tribus Israel, à Dan vsque ad Bersabee, & numera populum, vt sciam numerum eius. Dixítque Ioab regi: [c] Adaugeat dominus deus tuus ad populũ tuum quantus nunc est, iterúmque cẽtuplicet in cõspectu domini mei Regis. Sed quid sibi dominus meus Rex vult in re huiusmodi? Obtinuit autem sermo Regis verba Ioab, & principum exercitus. Egressúsque est Ioab, & principes militum à facie Regis, vt numerarent populum Israel. Cúmque pertransissent Iordanem venerunt in Aroer ad dexteram vrbis, quę est in valle Gad: & per Iazer transierunt in Galaad, [d] & in terram inferiorẽ Hodsi, & venerunt in Dan syluestria. Circumeuntésque iuxta Sidõnẽ, transierunt prope mœnia Tyri, & omnem terram Euæi & Chananæi: [e] venerúntque ad meridiem Iuda in Bersabee: & lustrata vniuersa terra, affuerũt post nouem menses, & viginti dies in Ierusalem. Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi regi. Et inuenta sunt de Israel, octingenta milia virorum fortium qui educerent gladium: & de Iuda quingenta milia [1] pugnatorum.] Percussit autem cor Dauid eum postquam numeratus est populus. Et dixit Dauid ad dominum: † [f] Peccaui valdè in hoc facto, sed precor domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis. Surrexit itaque Dauid mane, & sermo domini factus est ad Gad prophetam, & videntem Dauid, dicens: Vade, & loquere ad Dauid: Hæc dicit dominus: Trium tibi datur optio, elige vnum quod volueris ex iis, vt faciam tibi. Cúmque veniisset Gad ad Dauid, nunciauit ei dicens: [g] Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua, aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur: aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua. [h] Nunc ergo delibera, & vide quem respondeam ei qui me misit, sermonem. Dixit autem Dauid ad Gad: Coartor vndique nimis. † Sed melius est vt incidam in manus domini: multæ enim misericordiæ eius sunt: quàm in manus hominum. Immisitq; dominus pestilentiam in Israel, de mane vsque [h] ad tempus constitutum: & mortui sunt ex populo, à Dan vsque Bersabée, septuaginta milia virorum. † Cúmque extendisset manum suam angelus domini super Ierusalem, vt disperderet eam, misertus est dominus super afflictione, & ait angelo percutienti populum: Sufficit nunc, contine manum tuam. Erat autem angelus domini iuxta aream [i] Areũna Iebusęi. Dixítque Dauid ad dominum, cùm vidisset angelum cædentem populum: † [k] Ego sum qui peccaui, & ego iniquè egi, isti qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei. [l] Venit autem Gad propheta ad Dauid in die illa, & dixit ei: Ascende, & constitue altare domino, in area Areuna Iebusęi. [g] Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad, quem præceperat ei dominus. Cõspiciénsque Areuna, animaduertit Regem & seruos eius trãsire ad se, & egressus adorauit regem prono vultu in terrã, & ait: Quid causæ est, vt veniat dominus meus Rex ad seruum suum? Cui Dauid ait: vt emam à te aream, & ædificem altare domino, & cesset interfectio, [m] quæ grassatur in populo. Et ait Areuna ad Dauid: accipiat, & offerat dominus meus Rex, sicut placet ei. Habes boues in holocaustum, & plaustrum, & iuga boum in vsum lignorum. Omnia dedit Areuna [n] Regi. Diuítque Areuna ad Regem: Dominus deus tuus suscipiat votum tuum. Cui respondens Rex, ait: Nequaquam vt vis, sed emam pretio à te, & non offeram domino deo meo holocausta gratuita. Emit ergo Dauid [n] aream & boues, argenti siclis quinquaginta, [o] & ædificauit ibi Dauid altare domino, & obtulit holocausta & pacifica. Et repropitiatus est dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel.

Libri Samuelis secundi, finis.

Liber

a. Hoc est, diabolus, mittit siquidem dominus ram & furorem suũ per angelos pessimos. Hieron. super 2. cap. ad Ephe.

b. Dauid oblitus est mãdat Mosaici, quo præcipiebatur vt si dinumeraretur populus, pro vniuscuiusque capite deo siclus præberetur. Iosephus lib. 7. c. 13. Vnde in duobus peccauit, & q superbè numerauit, & quòd numerati non reddidit pecuniam domino, vt Exod. 30. b

c. Dauid deo attestãte laudatus iste superiorum mysteriorum cõscius Dauid propheta tumore repentinæ elationis inflatus, populum numerãdo peccauit, & tamen vindictã populus Dauid peccante suscepit. Cur hoc: Quia videlicet secundum meritum plebis, disponuntur corda rectorum. Euchetius.

d. In Hebræo habetur, In terra locorum nouorũ. i. de nouo habitatorum vel cultorũ per abscisionem arborum. De Lyra.

e. Absque tribu Beniamin. Hæc enim dinumerare non potuit, sed nec tribum Leui. Iosephus vbi supra.

1. Virorum.

f. Fleuit Dauid, & mœruit vt mortem populi pereuntis diuina temoueret misericordia, quando tribus sibi propositis optionibus, eam tamen in qua maiorem domini misericordiã experiretur, elegit. Qui erubescis tu peccata tua flere, cũ deus propheta iusserit flere pro populis? Ambr. De pœ. lib. 2. ca. 6.

g. Ita videtur, quia qui pane verbi dei per gratiam septiformis spiritus non pascuntur, septem annis famem sustinẽt: & qui in noie trinitatis regenerati non sunt, hostibus, id est dæmonib⁹ resistere non possunt, sed pestilentia impietatis incredduli moriuntur. Glos. Ord. ibidem.

h. Ad tempus vespertinum, quo sacrificium iuge offerebatur.

i. Hic prius Rex erat Iebusæorũ in Ierusalem, sed tunc tantum regulus.

k. Bene hoc dicit qui regnum suum deo subiecit, & pœnitentiam gessit, & peccatum suum confessus veniã postulauit: ipse per humiliatem venit ad salutem. Amb. de obitu Theodosij Imperatoris.

l. Placatio offensæ per oblationem ad dictum Gad prophetã per reuelationẽ domini, quod notauit, cùm dicitur: Et ascendit Dauid iuxta sermonẽ Gad, quem præceperat ei dominus.

m. Cùm populus Israel peccasset, commouit dominus vt Dauid numeraret populum, per quod accidit vt plebs peccans per Regis culpam pœnam sustinere præcedentium delictorum. Aug. de mirabili. sacrę scripturæ, lib. 2. cap. 23.

* Regulus.

n. Emit ergo Dauid aream sexcentis siclis, & boues quinquaginta, vt 2. Para. 23. Hieron.

o. Aduertite fratres quia in Iudæorum terra non inuentus est locus dignus vbi altare domini poneretur, sed in terra gẽtium locus eligitur, vbi & angelus domini videtur: & ibi domini altare constituitur, & sic ira omnipotentis dei mitigatur. Aug. Ser. 198. de tempore.

# Liber primus Malachim, qui apud nos Liber REGVM TERTIVS, INCIPIT.

*Dauid senio confectum Abisag calefacit, Adonia verò regnum occupante Bersabee consilio Nathan impetrauit à Dauid Salomonem vngi in Regem. Cap. I.*

A [a]T rex Dauid senuerat, habebátque ætatis plurimos dies. Cúmque operiretur vestibus, non calefiebat. Dixerunt ergo ei serui sui: † Quæramus domino nostro Regi adolescentulam virginẽ,& stet coram Rege,& foueat eum, dormiátque in sinu suo, & calefaciat dominum nostrum Regem. Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel,& inuenerunt Abisag Sunamitẽ,&adduxerũt eam ad Regem.Erat autem puella pulchra nimis,[1] dormiebátque cum Rege,& ministrabat]ei.Rex verò [b]non cognouit eam. Adonias autẽ filius Haggith eleuabatur,dicẽs:Ego regnabo. Fecítque sibi currus & equites, & quinquaginta viros qui currerent ante eum.Nec [2] corripuit eum]pater suus aliquando,dicens: Quare hoc fecisti? Erat autem & ipse pulcher valde,secundus natu post Absalom.Et[3] sermo eius]cum Ioab filio Saruiæ,& cum Abiathar sacerdote,qui adiuuabant partes Adoniæ.[4]Sadoch verò B sacerdos,& Banaias filius Ioiadæ & Nathan propheta,& [c] Semei,* & Cerethi,& Phe leti, & [4] omne robur exercitus Dauid non erat] cum Adonia. Immolatis ergo Adonias arietibus & vitulis & vniuersis pinguibus iuxta lapidem Zoeleth, qui erat vicinus[d]fonti Rogel, vocauit vniuersos fratres suos filios Regis, & omnes viros Iuda seruos Regis:Nathan autem prophetam,& Banaiam,& robustos quosque, & Salomonem fratrem suum non [e]vocauit.Dixit itaque Nathan ad Bersabee matrem Salomonis: Num audisti quòd regnauerit Adonias filius Haggith, & dominus noster Dauid hoc ignorat? Nunc ergo veni,accipe consilium à me, & salua animam tuam filiique tui Salomonis. Vade & ingredere ad Regem Dauid, & dic ei: Nónne tu domine mi Rex [f] iurasti mihi ancillæ tuæ dicens: quòd Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo? Quare ergo regnat Adonias? Et adhuc ibi te loquente cum C Rege,ego veniam post te, & complebo sermones tuos. Ingressa est itaque Bersabee ad Regem in cubiculo.[g] [5] Rex autem senuerat nimis, & Abisag Sunamitis ministrabat ei. Inclinauit se Bersabee,& adorauit Regem. Ad quam Rex: quid tibi,inquit vis? Quæ respondens,ait: Domine mi, tu iurasti per dominum deum tuum ancillæ tuæ: Salomon filius tuus regnabit post me,& ipse sedebit in solio meo:& ecce nunc Adonias regnat,te domine mi Rex,ignorante. Mactauit boues & pinguia quæque,& arietes plurimos, & vocauit omnes filios Regis, Abiathar quoque sacerdotem, & Ioab principem militiæ,[h] Salomonem autem seruum tuum non vocauit. Veruntamen domine mi Rex,in te oculi respiciunt totius Israel, vt indices eis quis sedere debeat in solio tuo domine mi Rex post te: erítque cùm dormierit dominus meus Rex cum patribus suis,erimus ego & filius meus Salomon [i] peccatores. Adhuc illa loquente cum Rege,Nathan propheta venit,& nuntiauerunt Regi dicentes: Adest Nathan prophe- D ta.Cùmque introisset in conspectu Regis, & adorasset eum pronus in terrã,dixit Nathan:[g] Domine mi Rex,tu dixisti: Adonias regnet post me,& ipse sedeat super thronum meum? Quia descendit hodie,& immolauit boues & pinguia, & arietes plurimos: & vocauit vniuersos filios Regis,[k] & Principes exercitus, Abiathar quoque sacerdotem,illisque vescentibus & bibentibus coram eo, & dicentibus: viuat rex Adonias me seruum tuum,& Sadoch sacerdotem,& Banaiam filium Ioiadæ, & famulu tuum Salomonem non vocauit.Nunquid à domino meo Rege exiuit hoc verbum, & mihi non indicasti seruo tuo, qui sessurus esset super thronum domini mei Regis post

a. Dauid annos natus septuaginta, bellicosus quondam vir senectute frigescente nõ poterat calescere. Quæritur itaque puella de finibus Israel Abisag Sunamitis, quæ cum Rege dormiret,& simile corpus calefaceret, & sequitur. Frigidus senex obuoluitur vestimentis,& nisi cõplexu adolescentulæ non tepescit. Viuebat adhuc Bersabee, supererat Abigail,& reliquæ vxores eius & concubinæ, quas scriptura cõmemorat. Omnes quasi frigidę repudiantur,& in unius tantũ adolescentulæ grẽdeuus calescit amplexibus. Hieron. ad Nepotianum.

1. Et fuit regi cubilaria, & ministrans.

b. Quomodo nõ cognouit coniunctam corpori, & quæ latus applicuerat? At cognitionem hic nõ eam dicit quæ fit per intellectum, sed eam quæ contingit per vsum. Epiphanius Contra Arianos.

2. Nec voluit eum contristare.

3. Consilium eius erat.

c. Semei ipse est Nabath pater Ieroboam magister Salomonis. Hieronymus.

*Atque Rhei.

4. Potiores Dauidis non erant.

d. Fons Rogel est in tribu Iuda ad meridiem ciuitatis Dauid, vergens ad orientem.

e. Quia sibi fuerũt suspecti. Omnes enim viros Iuda seruos regis sibi putauit fauere, propterea salua te & filium tuum. Num audisti q̃ regnabit Adonias filius Haggit,& dominus Dauid hoc ignorat. Nunc ergo veni & accipe consilium à me, & salua animam tuam, & animam filij tui Salomonis. Diony. Carth.

f. Iurasse illi Dauid dicitur, quãdo cõsolatus est eam post mortem filij sui. vt 2. Reg. 12. Hier.

g. Regnauit ergo Dauid in terrena Ierusalẽ, filius cælestis Ierusalem diuino multum testimonio prædicatus: quia & delicta eius tanta pietate superata sunt per salubertimam pœnitendi humilitatem, vt prorsus inter eos sit, de quibus ipse ait: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Aug. de ciuit. Dei lib. 17. cap. 20.

h. Quamuis iam multi sint cum Adonia, cõmunitas tamen præstollatur à te audire diffinitiuã quis debeat tibi succedere in regno, ipse te obiiciet mihi adulterij crimen, & Salomonẽ faciet accusare. vt occidat nos ambos. Diony. Carth.

i. Arguemur crimine læsæ maiestatis, vel dicetur: hæc est adultera, & hic est filius adultera, in opprobrium tuum & nostrum: propter quod filius meus ineptus ad regnum reputabitur. Angelomus.

k. Ioab enim in ciuilibus & bellicis rebus fuit famosus post regem, & Abiathar in sacrificiis ac diuinis: sicque per Ioab speraut acquirere assistentiam militum, & per Abiathar sacerdotum ac Leuitarum: sed & ab ipso Abiathar tanquam à præsule volebat inungi. Dion. ibi.

Universidad de Deusto Biblioteca

l. Loquente enim Nathan cum rege, ipsa exierat regis cubiculũ sicut in talibus est consuetum. De Lyra.

m. Hic autem viuente patre regnare cœpit. Hic bonis initiis, melior exitus habuit. Quippe secundæ res, quæ sapientum animos fatigãt, magis huic obfuerunt quàm profuit ipsa sapientia, etiam nunc & deinceps memorabilis, & tũ longe latèque laudata. Aug. de ciuita. dei lib. 17. cap. 20.

n. Mulam Dauid alij ecclesiam alij synagogã propter infœcunditatem dicunt. Glosa ord. ibi.

o. Id est, sic fiat. Amen autẽ quãdoque nominaliter sumitur. Iuxta illud in Apocal. Hæc dixit Amen testis fidelis. Et quandoque verbaliter pro fiat, vt hic. Et quandoque aduerbialiter pro verè, sicut apud Ioan. Amen Amen dico vobis. Diony. Cart.

p. Septuaginta senes iudices Rabini Hebræorum per illos intelligunt Vrim & Thummin. Alij dicunt duas fuisse cognationes quæ semper stipabãt latera Regis, semper paratæ mandatum Regis exequi. Alij dicũt fuisse Sanhedrim, hoc est summos cõsiliarios, reipublicæ curam gerentes: & penes quos erat publica potestas iudiciorum, & scelerum occidendi & viuificandi, eligendi Reges deponẽdi. Qui duraverũt vsque ad Herodem, qui omnes occidere fecit. Io. Annius.

s. Tremuit.

q. Consequenter describitur Adoniæ confutatio audita institutione Salomonis in Regẽ per Ionathã filium Abiathar, & vnctione eius per Sadoch sacerdotem & per Nathan prophetam præsente regio comitatu. De Lyra.

t. Vtique dominus.

r. Gion vel Gihon fons est tribus Beniamin in occidẽtali parte vrbis Ierusalem ciuitatis Dauid ad portã piscium. Vt 2. Paralip 32. 33.

f. Vt verò has voces Adoniæ & eius cõmunæ audiuerũt, vehemẽter fũt perturbati, & Ioabus imperator negauit sibi placere vel sonitum illum vel tubam. Cũmque nemo frueretur appositis, sed omnes cogitabundi accumberent, accurrit ad eos pontificis Abiathari filius Ionathas: & Adonias libẽter visum iuuenẽ bonum nũcium nominatus est, ordine illis rem totã de Salomone, & regis voluntate exponit. Quo audito protinus se omnes è cõuiuio, & suã quisque domum diffugiunt. Timẽs autem Adonias ne rex factum eius iniquo animo ferret, supplex ad altare confugit: & hoc apprehenso se tutabatur. Quod vbi ad Salomonem est perlatũ, quodque rogaret fidẽ sibi dari de obliuione huius iniuriæ, & securitate impunitatis clementer simul ac prudẽter præteriti quidem erati veniam ei cõcessit, sed prænonito vt exueret in posterũ. Ioseph Antiq. li. 7. c. 15.

a. Ingredi viam vniuersæ terræ, est mori, quod statutũ sit vnicuique mori. Mors autem hominibus, quantũ ad principale suũ, videlicet animã immortalem, est specialiter via, qua per eam ad aliud tendunt seculũ, ac veram futuram. Diony.

z. Statuta.

b. Vt prosperè tibi succedat in omnibus quæ agis, & in omnibus ad quæ respexeris.

eum? Et respondit Rex Dauid, dicens: [l] Vocate ad me Bersabee. Quæ cùm fuisset ingressa coram Rege, & stetisset ante eum iurauit Rex, & ait: Viuit dominus, qui eruit animam meam de omni angustia, quia sicut iuraui tibi per dominum deum Israel, dicens: [m] Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum pro me, sic faciam hodie. Summissóque Bersabee in terram vultu, adorauit regem, dicens: Viuat dominus meus Rex Dauid in æternum. [s] Dixítque Rex Dauid: Vocate mihi Sadoch sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ. Qui cùm ingressi fuissent coram Rege, dixit ad eos: Tollite vobiscum seruos domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super [n] mulam meam, & ducite eum in Gion, & vngat eum ibi Sadoch sacerdos, & Nathan propheta in Regem super Israel. Et canetis buccina, atque dicetis: Viuat Rex Salomon. Et ascendetis post eum, & venietis in Ierusalem, & sedebit super solium meum, & ipse regnabit pro me, illíque præcipiam, vt sit Dux super Israel, & super Iudam. Et respondit Banaias filius Ioiadæ Regi dicens: [o] Amen. Sic loquatur dominus deus domini mei Regis. Quomodo fuit dominus cum domino meo Rege, sic sit cum Salomone: & sublimius faciat solium eius à solio domini mei Regis Dauid. Descendit ergo Sadoch sacerdos, & Nathan propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & [p] Cerethi, & Pheleti, & imposuerunt Salomonem super mulam Regis Dauid: & adduxerunt eum in Gion. [q] [t] Sumpsítque Sadoch sacerdos cornu o- [r] lei de tabernaculo, & vnxit Salomonem, & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus: Viuat Rex Salomon. Et ascendit vniuersa multitudo post eum, & populus canentium tibiis, & lætantium gaudio magno: & [s] insonuit] terra à clamore eorum. Audiuit autem Adonias, & omnes qui inuitati fuerant ab eo. Iamque conuiuium finitum erat. Sed & Ioab audita voce tubæ, ait: Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuantis? [q] Adhuc illo loquente, Ionathan filius Abiathar sacerdotis, venit. Cui dixit Adonias: Ingredere, quia vir fortis es, & bona nuntians. Respondítque Ionathan Adoniæ: [t] Nequaquam: Dominus enim] noster Rex Dauid Regem constituit Salomonem, misitque cum eo Sadoch sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ & Cerethi, & Phelethi, & imposuerunt eum super mulam Regis. Vnxerúntque eum Sadoch sacerdos, & Nathan propheta, Regem in [r] Gion, & ascenderunt inde lætantes, [s] & insonuit ciuitas. [t] Hæc est vox quam audistis. Sed & Salomon sedet super solium regni: & ingressi serui Regis benedixerunt domino nostro Regi Dauid, dicentes: Amplificet deus nomen Salomonis super nomen tuum, & magnificet thronum eius super thronum tuum: & adorauit Rex in lectulo suo, insuper & hæc locutus est: Benedictus dominus deus Israel, qui dedit hodie sedentem in solio meo videntibus oculis meis. Territi sunt ergo, & surrexerunt omnes qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnusquisque in viam suam. Adonias autem timens Salomonem surrexit, & abiit] in tabernaculum domini,] tenuítque cornu altaris, & nuntiauerunt Salomoni dicentes: ecce Adonias timens Regem Salomonem tenet cornu altaris, dicens: Iuret mihi Rex Salomon hodie, quòd non interficiat seruum suum gladio. Dixítque Salomon: Si fuerit vir bonus non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram: sin autem malum inuentum fuerit in eo, morietur. Misit ergo Rex Salomon, & eduxit eum ab altari: & ingressus adorauit Regem Salomonem. Dixítque ei Salomon: Vade in domum tuam.

*Dauid multa iniungens Salomoni moritur, Adonias petens Abisag occiditur, Abiathar sacerdotio priuatur, & tandem Ioab & Semei interficiuntur.* II.

Appropinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur, præcepítque Salomoni filio suo, dicens: [b] Ecce ego [a] ingredior viam vniuersæ terræ: [b] confortare, & esto vir] fortis,] & obserua vt custodias mandata domini dei tui, vt ambules in viis eius, & custodias [z] cæremonias] eius, & præcepta eius, & iudicia & testimonia, [b] sicut scriptum est in lege Moysi: [b] vt intelligas vniuersa quæ facis, & quocunque te verteris,] vt confirmet dominus sermones suos, quos locutus

est de

est de me,dicens: Si custodierint filij tui vias[3] meas,] & ambulauerint coram me in veritate,in omni corde suo, & in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel.† [b] Tu quoque nosti quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ, quæ fecerit duobus principibus exercitus Israel,Abner filio Ner,& † Amasæ filio Iether:quos occidit,& effudit sanguinem belli in pace,& [c] posuit cruorem prælij in baltheo suo, qui erat circa lumbos eius,& [d] in calceamento suo,quod erat in pedibus eius. [4] Facies ergo iuxta sapientiam tuam,& non deduces caniciem eius pacificè[4] ad inferos.] Sed & filiis [e] Berzellai Galaaditis reddes gratiam,erúntque comedentes in mensa tua. † Occurrerunt enim mihi,quando fugiebam à facie Absalom fratris tui. Habes quoque apud te Semei filium Gera filij Gemini de Bahurim, † qui maledixit mihi maledictione pessima,quando ibam ad castra. † Sed quia descendit mihi in occursum cùm transirem Iordanem, & iuraui ei per dominum, dicens: non te interficiam gladio: tu noli pati eum esse innoxium. Vir autem sapiens es,vt scias quæ facies ei,deducésque canos eius cum sanguine ad inferos. Dormiuit igitur Dauid cum patribus suis,† [f] & sepultus est in ciuitate Dauid. Dies autem quibus regnauit Dauid super Israel, quadraginta anni sunt. In Hebron regnauit septem annis, in Ierusalē triginta tribus. Salomon autem sedit super thronum Dauid patris sui, & firmatum est regnum eius nimis. Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Bersabee matrem Salomonis: Quæ dixit ei: † Pacificús ne est ingressus tuus? [5] Qui respondit: Pacificus. Addidítque: Sermo mihi est ad te.Cui ait: Loquere.Et ille,tu,inquit,nosti quia meum erat regnum, & me præposuerat omnis Israel sibi in Regem: sed translatum est regnum, & factum est fratris mei: A domino enim constitutum est ei.Nunc ergo petitionem vnam precor à te,ne [5] confundas] faciem meam. Quæ dixit ad eum: Loquere.Et ille ait: Precor vt dicas Salomoni regi, [6] (neque enim negare tibi quicquam potest,]) vt det mihi Abisag Sunamitidē vxorem. Et ait Bersabee: Bene ego loquar pro te Regi. Venit ergo Bersabee ad Regem Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia. Et surrexit Rex in occursum eius,adorauítque eam,& sedit super thronum suum.Posítúsque est thronus matri Regis,quæ sedit ad dextram eius,dixítque ei: Petitionem vnam paruulam ego deprecor à te,ne confundas faciem meam.Et dixit ei Rex:Pete mater mea.Neque enim fas est, vt auertam faciem tuam.Quæ ait:Detur [g] Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo,vxor. [6] Respondítque Rex Salomon, & dixit matri suæ. Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? Postula ei & regnū.Ipse est enim frater meus maior me,& habet Abiathar sacerdotem, & Ioab filium Saruiæ. [h] Iurauit itaque Rex Salomon per dominum, dicens:Hæc faciat mihi deus,& hæc addat: quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc. Et nunc viuit dominus, qui firmauit me, & collocauit me super solium Dauid patris mei,& qui fecit mihi domum sicut locutus est, quia hodie occidetur Adonias. Misitque Rex Salomon per manum Banaiæ filij Ioiadæ, qui interfecit eum,& mortuus est. Abiathar quoque sacerdoti dixit Rex: [7] Vade in Anathoth ad agrum tuum.]Et quidem vir mortis es: sed hodie te non interficiam,quia portasti arcam domini dei coram Dauid patre meo, & [8] sustinuisti laborem] in omnibus, in quibus [9] laborauit] pater meus. [7] Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos domini, † vt impleretur sermo domini, quem locutus est super domum Heli in Silo. Venit autem [10] nuntius ad Salomonem, quòd Ioab declinasset] post Adoniam, [11] & post Salomonem non declinasset.] Fugit ergo Ioab in tabernaculum domini,& apprehendit cornu altaris. Nuntiatúmque est Regi Salomoni, quòd fugisset Ioab in tabernaculum domini, & esset iuxta altare. Misitque Salomon Banaiam filium Ioiadæ,dicens: Vade interfice eum. Et venit Banaias ad tabernaculum domini, & dixit ei: Hæc dixit Rex,egredere. Qui ait, Non egrediar,sed hic moriar. Renuntiauit Banaias Regi sermonem,dicens, Hæc locutus est Ioab, & hæc locutus est mihi. Dixítque ei Rex. [i] Fac sicut locutus est, & interfice eum, & sepeli, & amouebis sanguinem innocentem,qui effusus est à Ioab, à me & à domo patris mei, & reddet dominus sanguinem eius super caput eius, quia interfecit duos viros iustos melioréque se, & occidit

b. Hoc est, Memento etiam iniquitatis Ioabi, qui propter gratiationem duos duces iustos ac bonos interemit, Abnerū Neri filium, & Amasam Iethranitis filium. In eum tuo arbitratu animaduertes: quandoquidem hactenus pœnā euasit, quod mihi esset potentior. Ioseph. Antiq. lib. 7. cap. 16.

c. Fœdauit gladium suum lumbis suis hærentem.

d. Calceamēta sua sanguine respersa sunt.

4. Ad sepulchrum.

e. Filius autem Berzellai qui mihi Absalonem fugienti occurrit, & necessaria ministrauit, redde gratiam, & erunt commensales tui Semei quoque Iemineum, qui mihi maledixit, non patieris esse innoxium. Comestor ibidem.

## Mors Dauid.

f. Sepeliuit autem eum filius Salomon Ierosolymis magnificè, præter solennia illa in Regum funeribus, illatis etiam in monumentum eius maximis diuitiis. Quarum magnitudinem facile fit coniectare ex hoc quod dicemus. Ni post annos 1100. Hyrcanus pōtifex oppugnatus ab Antiocho cognomine Pio, Demetri filio, volenti pecuniam ei dare, vt abducto exercitu obsidionem solueret, nec valens aliunde sumere, aperta scilicet monumēti Dauidis, & prolatis inde tribus talentorum milibus eorūmque parte Antiocho numerata oppugnationis periculo se exemit. Ac tantū post multos annos clausos Herodes rex alia cella aperta magnam pecuniam sustulit. Ad loculos tamē qui regū cineres continent, neuter eorum peruenit. Ioseph. lib. 7. c. 16. Ant. Iud.

5. Auertetur.

6. Qui nō auertatur faciem tuā.

g. Abisag quasi Regina potens reputabatur, ideo potius in opprobrium patris petere videbatur. Vnde non immeritò Salomon traseitur. Comestor.

h. Ita ne verò quisquis es praui cordis, & peruersi cordis, si dicas per deum, iuras: Si dicas, testis est deus, non iuras! Quid est enim per deū, nisi testis est deus? Aut quid est, testis est deus, nisi per deum! Quid est autem iurare, nisi ius reddere deo quando iuras per deū, ius saluti tuæ reddere, quando per salutem tuam iuras, ius filiis tuis reddere, quando per filios tuos iuras! Quod autem ius salutis nostræ debemus, filiis nostris, deo nostro, nisi charitatis, veritatis, & non falsitatis! Aug. de verbis Apostoli. Sermo. 30.

7. Anathoth vade ad agros tuos (Nam Anathoth ville erat sacerdotū, itaque vocat eum Anathoth, quasi vitā de Anathoth)

8. Afflictus es.

9. Afflictus est.

10. Rumor ad Ioab: Ni & Ioab declinauerat.

11. Licet post Absalom non declinauerit.

i. Quoniam Ioab seipsum prodidit hanc molitus sōspirationē, ideo in se Regem commouit. Sed quare fugit ad altare, nām esset vir sapiens & peritus in lege, qua dicitur, quod voluntarius homicida quātis erat Ioab, etiam ab altari esset amouendus? Respondent Hebræi quod nihil sibi prosuis interfici in loco sacro, nisi quis sic meruit apud patres suos sepeliri quod non fuisset si decreto iudicis fuisset occisus. Angelonius.

eos gladio patre meo Dauid ignorante, † Abner filium Ner principem militiæ Iſrael, & † Amaſam filium Gether Principem exercitus Iuda.[k] ♱ Et reuertetur ſanguis illorũ ♱ in caput Ioab, & in caput ſeminis eius in ſempiternum: Dauid autem & ſemini eius, & domui & throno illius ſit pax vſque in æternum à domino. Aſcendit itaque Banaias filius Ioiadæ, & aggreſſus eum interfecit, ſepultúſque eſt in domo ſua in deſerto. Et conſtituit Rex Banaiam filium Ioiadæ pro eo ſuper exercitum, & Sadoch ſacerdotem poſuit pro Abiathar. Miſit quoque Rex & vocauit Semei, dixítque ei Ædifica tibi domum in Ieruſalẽ, & habita ibi: [l] & non egredieris inde huc atque illuc. Quacunque autem die egreſſus fueris, & tranſieris torrentem Cedron, ſcito te interficiendum. Sanguis tuus erit ſuper caput tuum. Dixítque Semei Regi: † Bonus ſermo: Sicut locutus eſt dominus meus Rex, ſic faciet ſeruus tuus. Habitauit itaque Semei in Ieruſalem diebus multis. Factum eſt autem poſt annos tres vt fugerent ſerui Semei ad Achis filium Maacha, Regem Geth. ♱ Nuntiatúmque eſt Semei quòd ſerui eius eſſent in Geth. [m] Et ſurrexit Semei & ſtrauit aſinum ſuum, iuítque ad Achis in Geth ad requirendum ſeruos ſuos, & adduxit eos de Geth. Nuntiatum eſt autem Regi Salomoni quòd iſſet Semei in Geth de Ieruſalem, & rediſſet. Et mittens vocauit eum, dixítque illi: Nónne* teſtificatus ſum tibi per dominum, & prædixi tibi: quacunque die egreſſus fueris huc & illuc, ſcito te eſſe moriturũ? Et reſpondiſti mihi: Bonus ſermo quem audiui. Quare ergo non cuſtodiſti iuſiurandum domini, & præceptum quod præceperam tibi? Dixítque Rex ad Semei: † Tu noſti omne malum, cuius tibi conſcium eſt cor tuum, quod feciſti Dauid patri meo. Reddidit dominus [12] malitiam tuam] in caput tuum, & Rex Salomon benedictus, & thronus Dauid erit ſtabilis coram domino vſque in ſempiternum. Iuſſit itaque Rex Banaiæ filio Ioiadæ, qui aggreſſus percuſſit eum & mortuus eſt.

k. Hoc eſt, pœna pro crimine interfectionis Abner & Amaſæ infligenda, infligetur ipſi Ioab, & poſteris eius quandiu extiterint, præſertim ſi iniquitatẽ ipſius Ioab ſequantur. Illud autẽ intelligendum eſt iuxta expoſitionem libri ſecundi, vbi imprecatio malorum quæ Dauid imprecatus eſt ipſi Ioab pro interfectione ipſius Abner expoſita eſt. Diony. Cart.

l. Præcepit nobis verus Salomõ habitantibus in Ieruſalem, ne vnquam egrediamur. Quod ſi fugerint nos nobis ante iubicẽtes, non ideo egrediamur, vt ſequamur fugitiuorum veſtigia, ne dum ſaluare volumus fugientes, ipſi pereamus. Gloſ. ordi.

m. Salomon in Semei non animaduertit, niſi poſt violatũ iuſiurandum. Nónne tu, inquit, iurasti te nunquam me derelicturum, neque ex hac vrbe in aliã commeaturum? Nõ euades pœnã periurij vir peſſime, ſed lues etiam illa quæ olim per patulãtiam in patrem meum crectum es debacchatus, vt ſciat quòd nihil lucrentur nocentes, etiam ſi non ſtatim poſt peccatũ puniãtur: ſed per omne tempus quo propter impunitatem ſecuri ſibi videntur, creſcit illorum pœna quam iandudũ ſunt promeriti. Atque ita Semeim iuſſu regis Banaias interfecit. Ioſeph. Antiq. Iud. lib. 8. c. 1.

* Adiurauí te per dominum, & 12. Malum tuum.

*Salomon accepta in vxorem Pharaonis filia, ſapientiam in ſomnio accepit, quam in meretricum dirimenda lite primum oſtendit.* III.

† Confirmatum eſt igitur regnum in manu Salomonis, & affinitate conIunctus eſt Pharaoni Regi Ægypti. Accepit nanque[a] filiam eius, & adduxit in[b] ciuitatem Dauid, donec compleret [1] ædificans domum ſuam,] & domum domini, & murum Ieruſalem per circuitum. Attamen populus immolabat in excelſis: Non enim ædificatum erat templum nomini domini vſque in diem illum. Dilexit autem Salomon dominum, ambulans in præceptis Dauid patris ſui: excepto quòd in excelſis immolabat, & accẽdebat thymiama. [c] Abiit itaque in Gabaon, vt immolaret ibi: Illud quippe erat excelſum maximum. Mille hoſtias in holocauſtum obtulit Salomon ſuper altare illud [2] in Gabaon.] Apparuit autem dominus *[d] Salomoni per ſomnium nocte, dicens: Poſtula quod vis, vt dem tibi. Et ait Salomon: Tu feciſti cum ſeruo tuo Dauid patri meo miſericordiam magnam, ſicut ambulauit in conſpectu tuo in veritate & iuſtitia, & recto corde tecum. Cuſtodiſti ei miſericordiam [3] tuam grandem, & dediſti] ei filium ſedentem ſuper thronum eius, ſicut eſt hodie. † ♱ Et nunc domine deus, tu regnare feciſti ſeruum tuum, pro Dauid patre meo. [e] Ego autem ſum puer paruulus, & ignorans egreſſum & introitum meum, & ſeruus tuus in medio eſt populi quem elegiſti, populi infiniti, qui enumerari & ſupputari non poteſt præ multitudine. † Dabis ergo ſeruo tuo [f] cor [3] docile] vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum. Quis enim poterit iudicare populum iſtum, populum tuum hunc multum? Placuit ergo ſermo coram domino, quòd Salomon poſtulaſſet huiuſcemodi rẽ. Et dixit dominus Salomoni: Quia poſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies multos, nec diuitias aut animas inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium, ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos: Et dedi tibi cor ſapiens & intelligens, in tantùm, vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit. † * Sed & hæc quæ non poſtulaſti, dedi tibi, diuitias ſcilicet & gloriam, vt nemo fuerit ſimilis tui in regibus, cunctis

a. Factam proſelytam, aliàs non licuiſſet.

b. Ciuitas Dauid intelligitur arx in monte Sion à Dauid extructa, quæ & Dauid domus & manſio erat. Tempore enim Dauid fuit Ieruſalem per murum gyrata, ſed Salomõ voluit eam triplici muro circũdare. Dion.

1. Ædificium domus ſuæ.

c. In Gabaon erat excelſum maximum, vbi erat tabernaculum quod fecit Moyſes & altare æneum, ſuper quod Salomon offerens hoſtias, diuinum meruit oraculum. Gloſ. Ordi. ibidem.

* d. In Gabaon. (Vbi erat illud altare æneum Moſaicum à Beazelel factum.

2. Iſtam magnam, vt daret.

e. Torquentur hic plurimi, & immeritò, ſi rem attentius conſiderẽt. Inuenio enim plurimos aſſerẽtes Salomonem 20. anno regni Dauid patris ſui natum, quòd ſi ita eſt, non eſt opus vt quærantur illum vndecimo ætatis ſuę anno genuiſſe Roboã. f. Vnde complacuit dño, quia non ſibi longæuitatem vitæ & regalium diuitiarũ copias, ſed ſapientiam ad intelligenda domini iudicia & iuſtitias depoſcit: & ideo tãtum populum regnopacifico gubernauit: quia nõ vſurpauit vt Adam boni & mali ſcire diſtantiam, ſed intelligentiæ eius gratiam orauit à Chriſto. Ambr. in Pſal. 118. Sermone 18.

3. Intelligens.

* Qualis tu es.

[4]retro] diebus. Si autem ambulaueris in viis meis, [5] & custodieris præcepta ]mea &
c mandata mea, sicut ambulauit pater tuus, [g]longos faciam dies tuos. [f] Igitur euigilauit Salomon, & intellexit quòd esset somnium. Cúmque veniſſet Ieruſalem, ſtetit coram arca fœderis domini, & obtulit holocauſta, & fecit victimas pacificas, & grande conuiuium vniuerſis famulis ſuis. [h]Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem,
[i]ſteterúntque coram eo, quarum [k] vna ait: Obſecro mi domine, ego & mulier hæc habitabamus in domo vna, & peperi apud eam in cubiculo: tertia autem die poſtquam ego peperi, peperit & hæc, & eramus ſimul, nullúſque alius nobiſcũ in domo exceptis nobis duabus. Mortuus eſt autem filius mulieris huius nocte: Dormiens quippe oppreſſit eum. Et conſurgens [6] intempeſtæ noctis ſilentio: ]tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocauit in ſinu ſuo: ſuum autem filiũ, qui erat mortuus, poſuit in ſinu meo. Cúmque ſurrexiſſem mane vt darem lac filio meo, apparuit mortuus. Quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non eſſe meum quem genueram. Reſpondítque altera mulier: Non eſt ita, vt dicis: ſed filius tuus mortuus eſt,
D meus autem viuit. [f] Econtrario illa dicebat: [7] Mentiris. ]Filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus eſt. [l] Atque in hunc modum contendebant coram Rege. Tunc Rex ait: Hæc dicit: filius meus viuit, & filius tuus mortuus eſt: & illa reſpondet: non. Sed filius tuus mortuus eſt, meus autem viuit. Dixit ergo Rex: † Afferte mihi gladiũ. Cúmque attuliſſent gladium coram Rege: diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat viuus ad Regem: (commota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo) Obſecro domine date illi infantem viuum, & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat: Nec mihi nec tibi ſit, ſed diuidatur. Reſpõdit Rex, & ait. [m] Date huic infantem viuum, & non occidatur: Hæc eſt enim mater eius. † Audiuit itaque omnis Iſrael iudicium quod iudicaſſet Rex, & timuerunt Regem, videntes ſapientiam dei eſſe in eo ad faciendum iudicium.

4. Tuis.
5. Vt cuſtodias ſtatuta.
g. Veruntamen quis non fetus uit ea, non vixit niſi. 52. annos.

h. Hoc iudicium lõgius diſcutit Hier. tomo. 3. ad Ruffinum.
i. Ipſum illud Salomonis iudicium nõne ſapientia plenum ac iuſtitiæ eſt? Itaque inſpectemus illud ſi ita eſt. Ambr. Offi. 2. cap. 8.
k. Hæc autẽ licet luxurioſa, pia tamen & benigna erat quę clamabat vt puer integer ſeruaretur: eccleſiæ catholicæ typum gerebat. Alia autem quæ non tolum luxurioſa, ſed etiam crudelis & impia, clamabat ad Regem, vt diuidi iuberet infantẽ, Synagogam & hæreſim deſignabat Arianam. Aug. Sermo. 200. de tempore.
6. Media nocte.

7. Non.

l. Illa libẽter voluit diuidi puerum, non vt poſſideat, ſed vt interficiat. Eccleſia quem ſcit ſuũ eſſe, libenter cõcedit æmulæ, dum ſaltem viuat apud aduerſarium, ne inter legem iniuſtus & gratiam ſaluatoris mucrone feriatur. Angelomus. ib.

m. Itaque nõ immeritò æſtimatus eſt intellectus dei in eo eſſe in quo occulta ſunt dei. Quid autem occultius quam interiorum viſcerum teſtimonia, in quæ ſapientis intellectus velut quidam pietatis deſcendit arbiter, & velut quandam genitalis alui vocem mouit, qua maternus patuit affectus, qui elegerat filium ſuum vel apud alienam viuere, quàm in cõſpectu matris necari? Ambr. Offi. 2. cap. 8.

*Magnificentia Salomonis in ſumptu, regionum præfectis, equis, & ſapientia. IIII.*

A [a]ERat autem Rex Salomon regnans ſuper omnem Iſrael, & hi Principes quos habebat: Azarias filius Sadoch ſacerdotis: Heliórcph & Ahia filij Siſa, ſcribæ Ioſaphat filius Ahilud, à cõmẽtariis: Banaias filius Ioiadæ, ſuper exercitum: Sadoch autem & Abiathár, ſacerdotes: Azarias filius Nathan, ſuper eos qui aſſiſtebant Regi: Sabud filius Nathan ſacerdos, [b] amicus Regis: & Ahiſar præpoſitus domus: & Adonirã filius Abda ſuper tributa. Habebat autẽ Salomon duodecim præfectos ſuper omnem Iſrael, qui præbebant annonã Regi & domui eius: Per ſingulos enim menſes in anno, ſinguli neceſſaria miniſtrabãt. Et hæc nomina eorum: Benhur, in monte Effráim. Bendécar, in Macces, & in Sálebim, & in Bethſames, & in Helon, & in Bethanám. Beneſed in Araboth: Ipſius enim erat Socho, & omnis terra Epher. [1] Benab in Adab, cuius omnis Nephathdor, ]Thaphet fi
B liam Salomonis habebat vxorem. [f] Bana filius Ahilud regebat Thanach: & Magedo, & vniuerſam Bethſan, quę eſt iuxta Sarthana ſubter Iezrahel, à Bethſan vſque [2] Abelmeula ]è regione Iecmaan. Bengáber in Ramoth Galaad: Habebat [c] Auothiair filij Manaſſę in Galaad. Ipſe præerat in omni regione Argob, quæ eſt in Baſan, ſexaginta ciuitatibus magnis atque muratis, quæ habebant ſeras æreas. Abinadab filius Addo præerat in Manáim. Achimáas in Neptalim: Sed & ipſe habebat [d] Báſemath filiam Salomonis in coniugio. Báana filius Huſi, in Aſſer, & in Baloth. Ioſaphat filius Pharûe, in Iſachar. Semei filius Hela in Beniamin. Gaber filius Suri, in terra Galaad, & in terra Seon Regis Amorræi, & Og Regis Baſan: * ſuper omnia, quæ erant in illa terra. Iuda & Iſrael innumerabiles, ſicut arena maris in multitudine, comedentes
c & bibentes atque lætantes. † [f] Salomon autem erat in ditione ſua habens omnia regna ſecum, à flumine [3] terræ ]Philiſtiim, vſque ad terminum Ægypti, offerentium ſibi munera, & ſeruientium ei cunctis diebus vitæ eius. Erat autem cibus Salomonis

a. Quis in hoc melius ſignificatur, quàm pacificus noſter Chriſtus quem præfigurabat iſdem Salomon? ipſe enim omnia regna terræ à ſolis ortu vſque ad occaſum, in ditione ſua habet: & dominatur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarũ. Angelomus.
b. Et regi præcipuè charus, & ad conſeruandam eius amicitiam verãm in cunctis ſpecialiter deputatus, qui & ſacerdos regis vocatur, non ratione ſacerdotalis officij ſed primatus cuiuſdam. Quia nec Nathan legitur de ſacerdotali ſtirpe fuiſſe. Et ſupra lib. 1. legimus filij Dauid ſacerdotes fuiſſe Dion. Carthuſia.
1. Filius Abinádab in vniuerſo termino Dor, qui.
2. Ad planitiem Mehula vſque ad locum qui eſt.
c. Villas Iair: quas ædificauerat Iair in Galaad, illiſque triginta filios ſuos præfecerat: itaquè princi, es earũ, vt Iudic. 10. 2.
d. Salomon hic nouus adhuc Rex duas ferunt habere filias iam nuptas: ſcilicet Taphetb quam duxit Benaminadab, & Baſemath, quam duxit Achimaas. Vnde ſi Salomon fuiſſet Rex duodecimo ætatis ſuæ anno, & tunc duas filias iam nubiles habuiſſet, genuiſſet easdẽ adhuc in cunabulis eſſet. Vnde ad argumenta quæ recitat Hiero. Vitali. to 3 facilis ſolutio patet, ſi dicatur Salomõ genitus, vt plerique Neoterici dicunt, circa 20. regni patris ſui annũ, cum ferunt tuliſſe Beerſebeam Salomonis matrem. & tunc eunuchi rectè ſolerentur.
* Et præfectus vnus erat.
3. Euphrate vſque ad terram.

Universidad de Deusto
Biblioteca



per dies singulos, triginta cori similæ,& sexaginta cori farinæ,decem boues pingues, & viginti boues pascuales,& centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearum atque bubalorum,& auium altilium. Ipse enim obtinebat omnem regionem, quæ erat trans flumen,quasi à Thapsa vsque ad Gazan:& cunctos Reges illatum regionum,& habebat pacem ex omni parte in circuitu. Habitabátque Iuda & Israel absque timore vllo,vnusquisque sub vite sua & sub ficu sua:à Dan vsque Bersabee, cunctis diebus Salomonis. Et habebat Salomon † quadraginta milia præsepia equorum curilium,& duodecim milia equestrium,nutriebántque [4] eos supradicti Regis præfecti:sed & necessaria mensæ Regis Salomonis, cum ingenti cura præbebant in tempore suo.] [5]Hordeum quoque & paleas equorum &[1]iumentorum] deferebãt in locum,vbi erat Rex,iuxta constitutum sibi.† [f] Dedit quoque deus sapientiam Salomoni,& prudentiam multam nimis,& latitudinem cordis, quasi arenam, quæ est in littore maris,& præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium orientalium & Ægyptiorum,& erat sapientior cũctis hominibus. Sapientior [g] Ethan Ezraite, & Heman,& Chalcal,& Dorda,filiis Maol:& erat nominatus in vniuersis gentibus per circuitum. Locutus est quoque Salomon tria milia parabolas, & fuerunt carmina eius quinque milia. Et disputauit [h] super lignis à cedro, quæ est in Libano, vsque ad hyssopum quæ egreditur de pariete:& disseruit de iumentis & volucribus &reptilibus & piscibus. Et veniebant de cunctis populis,ad audiendam sapientiam Salomonis,& ab vniuersis regibus terræ,qui audiebant sapientiam eius.

4 Præfecti illi Regem Salomonem,& omnes qui panem accedebant ad mensam Regis Salomonis, quisque per mensem suum, nec minuebãt quicquã.
5. Mulorum.
f. Hic reuertitur scriptura ad declarandum sapientiam Salomonis, id est, tam cognitionẽ speculabilium quàm agibilium. Quid enim per tria milia parabolas nisi plenitudo fidei in lege,& euangelijs à Christo tradita designatur? Eucherius ibg. Ethan, Abraham, Heman, Moyses, Chalcol, Ioseph, Maol Iacob. Hiero.

h De naturis lignorum, iumẽtorum, volucrum, reptilium, & piscium Sed hi libri non exstãt, & plerique alij Salomonis libri. Hiero.

*Concessis lignis ab Hiram, cæsores lignorum & lapidum pro templi structura conducuntur.* V.

[a] Misit quoque Hiram Rex Tyri seruos suos ad Salomonem: Audiuit enim quòd ipsum vnxissent Regem super Israel pro patre eius:quia amicus fuerat Hiram Dauid omni tempore. † Misit autem Salomon ad Hiram dicens:Tu scis [1]voluntatem Dauid patris mei, [b] & quia non potuerit ] ædificare domum nomini domini dei sui propter bella imminentia per circuitum,donec daret dominus eos sub vestigio pedum eius: Nunc autem requiem dedit deus meus mihi per circuitum,& non est [2] Sathan,neque occursus malus: quamobrem cogito ædificare templum nomini domini dei mei, sicut locutus est dominus Dauid patri meo dicens:† [3] Filius tuus quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo. Præcipe igitur vt præcidant mihi serui tui cedros de [c] Libano,& serui mei sint cum seruis tuis, mercedem autem seruorum tuorum dabo tibi quamcunque petieris. Scis enim quomodo non est in populo meo vir, qui nouerit ligna cædere sicut Sidonij. Cũ ergo audisset [d] Hiram verba Salomonis, lętatus est valde,& ait:Benedictus dominus dẽus hodie,qui dedit Dauid filium sapientissimum super populum hunc plurimum. Et misit Hiram ad Salomonem, dicens: Audiui quæcunque mandasti mihi. Ego faciam omnem voluntatem tuam, in lignis cedrinis & abiegnis. [4] Serui mei deponent ea de Libano ad mare, & ego componam ea in ratibus in mari,vsque ad locum quem significaueris mihi,& applicabo ea ibi, & tutolles ea. Prebebísque necessaria mihi,vt detur cibus domui meæ. Itaque [e] Hiram dabat Salomoni ligna cedrina, & ligna abiegna, iuxta omnem voluntatem eius. Salomon autem præbebat Hiram viginti milia coros tritici in cibum domui eius, & viginti coros purissimi olei. Hæc tribuebat Salomon Hiram per singulos annos. Dedit quoque dominus sapientiam Salomoni,sicut locutus est ei: & erat pax inter Hirã & Salomonem,& percusserunt ambo fœdus. [5] Elegítque Rex Salomon [f] operarios de omni Israel,& erat indictio ]triginta milia virorum. [6] Mittebátque eos in Libanum decẽ milia per menses singulos vicissim, ita vt duobus mensibus vicissim essent in domibus suis. Et Adoniram erat super huiuscemodi indictionem. Fuerunt itaque Salomonis ptuaginta milia eorũ qui onera portabant,& octoginta milia latomorum in monte absque præpositis qui præerant singulis operibus,numero triũ miliũ & trecentorum, præci-

a Rex Iin Christi qui pascitur recta fide, & operibus bonis, quæ alij quotidie offerũtur ab ecclesia catholica. Viginti boues pascuales,id est prædicatores noui testamenti qui quasi geminatum decalogum, in se habent cum nouum & vetus testamenta æqualiter prædicãt pleni dilectione dei & proximi. Glosa ordina.

a. Hiram Tyriorum Rex,filius Abybali Tyriorum Regis regnauit 34. annis, cœpitque regnare 32. anno regni Dauidis, eidem & filio eius Salomoni amicus & fœderatus.
1. Quomodo Dauid patermeus non potuerit
b. Tum quia fuit prohibitus à deo per Nathan, Tum quia requirebatur maxima pax in regno Israel tempore huius ædificationis, Tũ propter magnitudinem expensarũ. Tum propter multitudinem trinici & olei: horũ tependit. De Lyra, ibidem
2. Aduersarius aliquis.
c. Libanus erat in terra Israel, idcirco Salomon artifices ad ligna cædenda petit.

d. Hiramus enim Tyriorũ Rex amicus erat regis nostri Salomonis, paternæ amicitiæ heres factus. Is ergo munificẽtiam suam exhibens ad claritatem fabricæ præbuit, Salomon auri quidem viginti & centum talenta, incidẽsque pulcherrimam syluam in monte qui Libanus nuncupatur, ad camerã destinauit ei. Quam tedonauit Salomon & aliis multis rebus, & terra Galilææ regionis, quæ Zabulon vocatur. Ioseph. contra Appionem lib. 1.
e. Hiram rex Tyri Salomoni plurimũ mia struxit materiã ad templi ædificationẽ. Quod Salomon Hierosolymis ædificare cepit Anno regni sui quarto & consummauit octauo. Ad cuius consummationem ab egressu ex Ægypto 480 anni numerantur. Eusebius. Cæsarien.
3. Sed & Salomon fecit adscendere tributum ex omni Israel, & tributum erat.
f. Nec frustra Salomon operarios de omni Israel elegit: neque erat villa portio populi, de qua non digni tanto operi viri assumerentur. Angelomus. ibidem.

Præcipientium populo[4] & iis qui faciebant]opus. Præcepítque Rex vt tollerent lapides grandes,lapides precioſos in fundamentum templi & quadrarent eos, quos dolauerunt cæmentarij Salomonis,& cæmentarij Hiram.Porrò[5c] Biblij præparauerunt ligna & lapides,ad ædificandum domum.

4.Qui faciebat.

5.c. Giblii, (de ciuitate Giblos quæ eſt ciuitas Phœniciæ, quę& Biblus dicitur apud Cosmographos.

*Figura & fabrica templi,quo ad partes eius præcipuas interiores & exteriores. VI.*

A [†]Actum eſt ergo[a] quadringenteſimo & octogeſimo anno egreſſionis filiorum Iſrael de terra Ægypti,in anno quarto, menſe[1] Zio,(ipſe eſt menſis ſecundus) regni Salomonis ſuper Iſrael, ædificare cœpit domum domino. Domus autem quam ædificabat Rex Salomon domino, habebat ſexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, &[b] triginta cubitos in altitudine. Et porticus erat ante[2] templum viginti cubitorum longitudinis iuxta menſuram latitudinis templi,& habebat decem cubitos latitudinis antefaciem templi, fecítque in templo feneſtras[3] obliquas.] Et ædificauit ſuper parietem templi[4] tabulata] per gyrum in parietibus domus per circuitum templi & oraculi, & fecit[5] latera] in circuitu.[c 6] Tabulatum quod ſubter erat,] quinque cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatum ſex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatum ſeptem habens cubitos latitudinis.[7] Trabes] autem poſuit in domo per
B circuitum forinſecus:vt non hærerent muris templi.[ſ] Domus autem cum ædificaretur,de lapidibus[8] dolatis atque perfectis ædificata eſt:]& [d] malleus, & ſecuris, & omne ferramentum,non ſunt audita in domo cum ædificaretur. Oſtium lateris medij in pariete erat domus dextræ,& per cochleam aſcendebant in medium cœnaculum: & à medio in tertium.Et ædificauit domum, & conſummauit eam.[9] Texit quoque domum laquearibus cedrinis,]& ædificauit[10] tabulatum ſuper omnem domũ]quinque cubitis altitudinis,&[11] operuit domum lignis cedrinis. Et factus eſt ſermo domini ad Salomonem,dicens:Domus hæc quã ædificas, ſi ambulaueris in præceptis meis & iudicia mea feceris,& cuſtodieris omnia mandata mea gradiens per ea: firmabo, ſermonem meum tibi quem locutus ſum ad Dauid patrem tuum, & habitabo in medio filiorum Iſrael: & non derelinquam populum meum Iſrael.[† *] Igitur ædificauit Salomon domum:& conſummauit eam. Et ædificauit parietes domus intrinſecus tabulatis cedrinis, à pauimento domus vſque ad[12] ſummitatem parietum, & vſque ad laquearia:] & [f] operuit lignis cedrinis intrinſecus, & texit pauimentum domus tabulis abiegnis. Ædificauítque viginti cubitorum ad poſteriorem partem templi,tabulata cedrina à pauimento vſque ad ſuperiora, & fecit interiorem domum o-
C raculi in ſanctum ſanctorum.[ſ] Porrò quadraginta cubitorum erat ipſum templum pro foribus oraculi: & cedro omnis domus intrinſecus veſtiebatur, habens[13] tornaturas & iuncturas ſuas fabrefactas, & cælaturas eminentes. Omnia cedrinis tabulis veſtiebantur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete.[g] Oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat, vt poneret ibi arcam fœderis domini. Porrò oraculum* habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis: & operuit illud atque veſtiuit auro puriſſimo. Sed & altare veſtiuit cedro.Domum quoque[14] ante oraculum] operuit auro puriſſimo, &[15] affixit laminas clauis aureis.]Nihilque erat in templo, quod non auro tegeretur. Sed & totum altare oraculi texit auro. Et fecit in oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum,decem cubitorum altitudinis.Quinque cubitorum ala Cherub vna, & quinque cubitorum ala Cherub altera,id eſt,decem cubitos habentes,[16] à ſummitate alæ, vſque ad alæ alterius ſummitatem.]Decem quoque cubitorum erat Cherub ſecundus [17]in menſura pari,& opus vnũ erat in duobus Cherubim,] id eſt, altitudinẽ habebat vnus Cherub decem cubitorum,&ſimiliter Cherub ſecundus.Poſuítque Cherubim
D in[h] medio templi interioris.[ſ] Extendebant autem alas ſuas Cherubim,& tangebat ala vna parietem,& ala Cherub ſecundi tangebat parietem alterum:alæ autem alteræ in media parte templi ſe inuicem contingebant.Texit quoque Cherubim auro.Et om-

2.Nam ſimul iuncta. 440. annis deſerti,cum.18.annis Ioſue, & 223.Iudicum,atque 99.Regũ, fiunt anni.480.

1.Zif ſcilicet Aprili,qui & Iiar Inde patet quod ſtatim exacto die paſchæ incœpit ædificare templum.

b.Triginta cubitorũ vſque ad primum cœnaculum ſiue tabulatum.Tota enim domus altitudo.120 cubitorumerat.vt.2. Paral.3.2.

2.Ædificium: domus.

3.Latas foris,& intus anguſtas.

4.Thalamos.

5.Thalamos.

c.Tabulatum dici ſolet paries factus ex tabulis.Hic vero accipitur pro ſtructura quadam ex coaptatis tabulis facta. Itaque Salomon iuſſit trabes poni in domo ſcu in templo per transuerſum in tribus locis.Dionif. Carthuſa.

6.Thalamus inferior, & infra,

7.Contractiones.

8.Integris,vt alati erant: vnde factum eſt,vt.

d. Malleus & ſecuris vt quidã dicunt,non audiebantur,quia tam lapides quam trabes dolauerant antequã adducerentur. In aptatis ne tamẽ illorum parumper audiri potuerunt, niſi huc velis tribuere miraculo vt viderint velle.Richar.de S. Victore.

9. Poſuítque contignationem vnam demiſſiorem,per ordinas cedros.

10.Thalamos ad totam illam domum.

11.Hærebant ad domum per ligna cedrina.

e.Ad cuius ædificationem electorum ac iuxta quaſi quidem electi lapides & expoliti deteruntur. Quæ cum ædificantur in cœlo,nullus hic malleus diſciplinę audiatur,aut reſonet:quia dolati atque perfecti illuc lapides ducimur,vt loco iuxta meritum congruis diſponamur. Iſidorus ibidem.

12.Contignationem.

f.Quemadmodum enim Moyſes aulæis pictis,cortinis & pellibus texit tabernaculum, ita Salomon tabulis cedrinis ſculptis templum.

13.Sculpturas pomellorum, atque cælaturas florum.

g.Oraculum quod dicitur ſancta ſanctorum,habebat.20.cubitos longitudinis,& 20. latitudinis & 30.in altitudine. In littera tamen habetur.& viginti in altitudine:quod intelligẽdũ eſt de parte interpoſita inter ſancta & oraculum Comeſtor.

*In priori loco.

14.Ipſam intrinſecus.

15.Et fecit tranſire vectes aureos aure orichalcũ, operuitque locum illum auro.

16.Ab extremitate alarum eius ad extremitatem alarum eius (hoc eſt extremitates alarum diſtabant decem cubitis.

17.Eráque ſtatura vna,& ſcultura vna vtrique Cherub.

h.Manifeſtum eſt ex prædictis quare Cherubim medio templi interioris ſint poſiti, qui ſemper habitant in cœlis.Et extendebant Alas quaſi ad volandũ, quia ſemper habent animũ ad obſequium diuinæ voluntatis paratum.Gloſ.ordi.poſt Lyra

Universidad de Deusto
Biblioteca



nes parietes templi per circuitum [18] sculpsit variis cælaturis & torno.] Et fecit in eis Cherubim,& palmas,& [19] picturas varias,quasi prominentes de pariete, & egredientes.Sed & pauimentum domus texit auro intrinsecus * & extrinsecus. Et in ingressu oraculi fecit duo ostiola de lignis oliuarum,postésque angulorum [20] quinque,]& duo ostia de lignis oliuarum.Et sculpsit in eis picturam Cherubim, & palmarum species, & [21] anaglypha valde prominentia,]& [1] texit ea auro: & operuit tam Cherubim quàm palmas & cætera,auro. Fecítque in introitu templi postes de lignis oliuarum [22] quadrangulatos,]& duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus, & vtrunque ostium duplex erat:& se inuicé tenés aperiebatur.Et sculpsit Cherubim,& palmas, & cælaturas,[23] valde eminentes:]operuítque omnia laminis aureis,opere quadro ad regulã.Et ædificauit atriũ interius tribus ordinibus lapidum politorum,& vno ordine lignorum cedri.

18.Fecit figuras, sculpturas, & cælaturas.
19. Atque cælaturas florũ, tam interiori oraculo quam exteriori templo.
* in oráculo.
20.Quintuplices.

21. Atque sculpturas florum.
1. Id est, laminis aureis. Duo vero Cherubim quos fecit Moyses, erant toti de auro, quia erãt valde parui respectu aliorũ: forma autem arcæ testamenti, & duorum Cherubim quos fecit Moyses, describitur huic Exo. 25. Et ex eo intelligi potest forma duorum Cherubim quos fecit Salomon: quia eiusdem formæ fuerũt, ie i maiores. De Lyra.
22. Quadruplices.
23. Flogum.

*Palatium Salomonis in saltu, atque vxoris suæ, varia & sumptuosissima templi suppellex.* VII.

ANno quarto fundata est domus domini in mense [1] Zio,] & in [a] anno vndecimo mense [2] Ebul,] ipse est mensis octauus, perfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus suis: ædificauítque eam annis septem.† Domum autem suam ædificauit Salomon tredecim annis, & ad perfectum vsque perduxit.[b] Ædificauit quoque domum saltus Libani centum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta [3] cubitorum altitudinis,[3] & quatuor deambulatoria inter columnas cedrinas.Ligna quippe cedrina exciderat in columnas,& tabulatis cedrinis vestiuit totam cameram,quæ quadragintaquinque columnis sustentabatur.Vnus autem ordo habebat columnas quindecim contra se inuicem positas,& è regione se respicientes æquali spatio inter columnas,& super columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia,]& porticum colũnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis,& triginta cubitorum latitudinis:& alteram porticum in faciem maioris porticus, & columnas & epistylia super columnas fecit.[4] Porticum quoque solij,[4] in qua tribunal est, fecit: & texit lignis cedrinis à pauimento vsque ad summitatem: & domumcula in qua [5] sedebat ad iudicandum, erat in media porticu,] simili opere domũ quoque fecit filiæ Pharaonis († quã vxorẽ duxerat Salomon,)tali opere quali & hanc porticum.Omnia lapidibus pretiosis,qui ad normã quandam atque mensurã,tam intrinsecus quàm extrinsecus serrati erant, [6] à fundamento vsque ad summitatem parietum,& intrinsecus]vsque ad atrium maius.Fundamenta autem de lapidibus pretiosis,lapidibus magnis, decem siue octo cubitorum,& désuper lapides pretiosi æqualis mensuræ sécti erant, similitérque de cedro.Et atrium maius rotundum trium ordinum,de lapidibus sectis,& vnius ordinis, dedolata cedro, [7c] necnon & in atrio domus domini interiori, & in porticu domus.] Misitque Rex Salomon,& tulit Hiram de Tyro, filium mulieris viduæ de tribu Neptalim,patre Tyrio, artificem ærarium, & plenum sapientia, intelligentia & doctrina,ad faciendum omne opus ex ære.Qui cum venisset ad Regem Salomonem,fecit omne opus eius, & finxit duas columnas æreas, decem & octo cubitorum altitudinis columnam vnam,† & [8] linea] duodecim cubitorum ambiebat columnam vtranque.[8] Duo quoque capitella fecit,* quæ ponerentur super capita columnarum, c fusilia ex ære:quinque cubitorum altitudinis capitellum vnum, & quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum, [9] & quasi in modum retis & catenarum sibi inuicem miro opere contextarum.Vtrunque capitellum columnarum fusile erat.[d]]Septena vel suum retiacula in capitello vno, & septena retiacula in capitello altero:& perfecit columnas,& duos ordines per circuitum retiaculorum, vt tegerent capitella quæ erant super summitatem malorum granatorum. Eodem modo fecit & capitello secundo.Capitella autem quæ erant super capita columnarum, quasi opere [10] lilij] fabricata erant in porticu quatuor cubitorum: & rursum [11] alia capitella in summitate columnarum desuper, iuxta mensuram columnæ contra retiacula.] [12] Malorum gra-

1. Zif,hoc est Aprilli.
a Itaque perfectum est templũ domini.7 anno cum dimidio, & sic in octauo anno ab exordio eius. Beda.
2. Bul,(qui nostro respódet octobri,quem etiam Hebræi vocant Marhesuan.
b. Hanc fecit vestibulum fori iudicialis. Habuit autẽ colũnas.135.Vnde probabile est domum saltus Libani appellatã esse.Nam propter multitudinẽ columnarum cedrinarum saltum Libani referebat.Procop. ibidem.
3. Super quatuor ordines colũnarum cedrinarũ, & trabes cedrinæ super columnas erãt: tres autem eam tabulis cedrinis super trabes columnis incumbentes, tegébant quadraginta tigna quolibet ordine quindecim. Fenestrarum quoque tres erant ordines è regione se respicientes tripli differentia. Omnia vero ostia & postes quadrati erant & fenestra è regione fenestræ tripl.ci differẽtia.
4. Vbi iudicabat,quæ porticus erat iudicij,contiguitque eã cedris à pauimento ad pauimẽtum.
5. Manebat, in alio atrio extra vestibulum domus facta est.

6. Intrinsecus à fundaméto vsque ad lapides trabium capita portantes ad mensuram palmi prominentes,extrinsecus vero.

7. Secundum formam atrij domus domini interioris & vestibuli templi.
c. Hoc est in domo & atrio sacerdotum. Vnde in fine præcedentis capitis ita scriptum est. Ædificauitque atrium interius tur ordinibus lapidum politorum,& vno ordine lignorũ cedri, sicque ex illorũ expositione verborum ibi inductã,patet sensus istius passus. Dionis. Carrusia.ibid.
8. Filum.
* In modum coronæ.

9. Fecit quoque cancellos opere reticulato,& vittas quasi opus catenarũ,super capita,quæ erant in summitate columnarum.
d. Versus hic accipitur pro ordine, sicut Exo. 28. In primo versu erat lapis Sardius &c. Ex dictis autem patet, quod ibi erant duo ordines retiaculorũ &c. De Lyra.ibid.
10. Rosarum.
11. Sub aliis capitellis deorsum à regione vltimi & contra opus retiacularum.
12. Et mala punica ducẽta per ordines duos in circuitu,super caput illud secundum.

granatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secũdi.] Et statuit duas columnas in porticu templi. Cúmque statuisset[e] columnam dexteram, vocauit eam nomine Iachin: Similiter erexit columnam[13] secundã,] & vocauit nomen eius Booz.
D [14]Et super capita columnarum opus[15] in modum lilij] posuit: perfectúmque est opus columnarum. Fecit quoque mare fusile decem cubitorum à labio vsque ad labium, rotundum in circuitu. Quinque cubitorum altitudo eius, & [16] resticula] triginta cubitorum cingebat illud per circuitũ: & [16] sculptura subter labium circuibat illud, decem cubitis ambiens mare.] Duo ordines[17] sculpturarum histriatarum erant fusiles,] & stabant super duodecim boues. E quibus tres respiciebant ad aquilonem, & tres ad occidentem, & tres ad meridiem, & tres ad orientem, & mare super eos desuper erat, quorum posteriora vniuersa intrinsecus latitabant. Grossitudo autem[18] lutêris trium vnciarum erat,] labiúmque eius quasi labium calicis, & folium repandi lilij. Duo milia batos capiebat, & tria milia metretas.] Et fecit bases decem æneas, quatuor cubitorum longitudinis bases singulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis: & ipsum opus basium[19] interrasile erat. Et sculpturæ inter iuncturas, & inter coronulas & plectas,] leones & boues, & Cherubim, & [20] in iuncturis
E similiter désuper.] [g]Et subter leones & boues, quasi lora ex ære dependentia, & quatuor rotæ per bases singulas, & axes ærei: & per quatuor partes quasi humeruli subter lutêrem fusiles, contra se inuicem respectantes. [21]. Os quoque lutêris intrinsecus erat in capitis summitate, & quod forinsecus apparebat, vnius cubiti erat, totum rotundũ: paritérque habebat] vnum cubitum & dimidium. [g] In angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant: & media intercolumnia, quadrata non rotunda. Quatuor quoque rotæ quæ per quatuor angulos basis erant, [22] cohærebant sibi subter basim.] Vna rota habebat altitudinis cubitum vnum & semis. Tales autem rotæ erant, quales solent in curru fieri. Et axes earum, & radij, & canthi, & modioli, omnia fusilia. Nam & humeruli illi quatuor per singulos angulos basis vnius, ex ipsa basi fusiles, & coniuncti erant. In summitate autem basis erat quædam rotunditas vnius & dimidij cubiti, [23] ita fabrefacta, vt luter desuper posset imponi, habens cælaturas suas, variásque sculpturas ex semetipsa. Sculpsit quoque in [24] tabulatis illis, quæ erant ex
F ære & in angulis, Cherubim & ] leones & palmas, [25] quasi in similitudinem homi-nis stantis: vt non cælata, sed apposita per circuitum viderentur.] [g] In hunc modum fecit decem bases, fusura vna, & mensura, sculpturáque cõsimili. Fecit quoque decem lutéres æneos. Quadraginta batos capiebat luter vnus: erátque quatuor cubitorum. [26] Singulósque lutêres per singulas, id est, decem bases posuit, & constituit decem bases,] quinque ad dextram partem templi, & quinque ad sinistram: mare autem posuit ad dextram partem templi contra orientem ad meridiem. Fecit quoque Hiram lebetes, & [27] scutras, & amulas:] & perfecit omne opus Regis Salomonis in templo domini, columnas duas, & [28] [h] funiculos capitellorum super capita columnarum] duos, & retiacula duo, vt operirent duos funiculos, qui erant super capita columnarum & malogranata quadringenta in duobus retiaculis: duos versus malorum granatorum in retiaculis singulis, ad operiendos funiculos capitellorum, qui erant super capita columnarum: & bases decem, & lutêres decem super bases: & mare v-
G num, & boues duodecim subter mare, & lebetes & scutras & amulas. [i] [g] Omnia vasa quæ fecit Hiram Regi Salomoni in domo domini: [29] de aurichalco erant.] In campestri regione Iordanis fudit ea Rex in argilosa terra, inter Sochoth & Sartham. † Et [30] posuit Salomon omnia vasa in domo domini.] † Propter multitudinem autem nimiam, non erat pondus æris. Fecítque Salomon omnia vasa in domo domini, altare aureum, & mensam super quam ponerentur panes [31] propositionis] aueam, & & candelabra aurea] quinque ad dextram, & quinque ad sinistram, contra oraculum ex auro puro: & [32] quasi lilij flores, & lucernas désuper aureas, & [33] forcipes aureos, & hydrias, & fuscinulas, & phialas, & mortariola, & thuribula de auro purissimo:] & cardines ostiorum domus interioris sancti sanctorum, & ostiorum domus templi,

e. Dextera columna docebat primitiuæ ecclesiæ significat: Secunda eos qui ad prædicandum gentibus missi sunt, & dextera significat eos qui venturum in carne Domini prophetando prædixerunt. Secunda illos qui iam hunc venisse, & mundum redemisse testantur. Glos. ordina. ibid.
13. Sinistram.
14. Rosarum.
f. Hoc mare in figuram baptismi factum est, quo in remissionem peccatorum emundamur. Sacerdotes enim in eo lauabãtur. Sacerdotes enim omnes electi vocantur qui sunt membra summi sacerdotis Iesu Christi. Recte autem hoc vas mare dicitur, in memoria scilicet, maris rubri, in quo prius per extinctionem Aegyptiorũ, & populi dei liberationem, baptismi forma præfuit. Glos. ordi.
15. Linea vel filum.
16 Circumdabat ipsum filitêr labium sphærulæ, decem in eo ordine vno cingebant ipsum mare per circuitum.
17. Sphærularum fusilium in fusura ipsius sub. maris.
18. Huius crassitudo palmum.
19. Tale erat: habebantur clausuræ, erántque clausuræ inter gradus. Su, et clausuras autem quæ erant, inter gradus erant.
20. Similiter super gradus inferiores.
21. Eminentia quoque eius vergebat ad rotũditatẽ, quæ fortum per vnum cubitum erigebatur: erátque summitas rotũda opere conuenienti habens.
g Hoc est, in angulis tabulæ superioris qui terminabantur ad quatuor columnas existentes in quatuor angulis basis: quibus quatuor columnis latera iungebãtur. De Lyra ibid.
22. Et axes rotarũ erant in basi ipsa.
23. Et in ea summitate basis procedebant tẽ gradus quàm clausuræ.
24. Tabulis gradus, & iuxta clausuras picturas.
25. Quódque è regione alterius, quod per circuitu additũ erat.
26. Posítque luterem vnum super basim vnam ex decẽ basibus: posítque bases.
27. Palas, & peluer, & iasta.
28. Rotunda capita, quæ ponẽda erant in summitate duarũ columnarum: duas reticulationes ad operiendum duo rotũda capita summitati columnarum imponenda.
h. Hoc est, circuitus cingẽtes capitella ad modum funiculorũ De Lyra.
i. Non quòd in templo fiant facta, sed alibi, vt vtcretur in vsum templi, & essent ibidem in obsequium cultus diuini. Dionil. Carthusia.
29. Ex ære purgato.
30. Omisit Salomon ponderare omnia vasa, quod nimium multa essent: nec inuestigatum est pondus eorũ.
31. Facierunt.
32. Gemina, lucernas, & emunctoria ex auro, crateres, falces, peluer, cochlearia, & paterας ex auro puro.
33. Emunctoria ex auro, atque crateres, & fuscinulas, peluer, cochlearia, & paterας ex auro puro.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ex auro erant. †Et perfecit omne opus,quod faciebat Salomon in domo domini, & intulit quæ ſanctificauerat Dauid pater ſuus,argentum &aurum & vaſa:repoſuítque in theſauris domus domini.

*Arca in templum introducta,templum dedicatur,& multis orationibus ac victimis benedicitur.* VIII.

†[a]Vnc congregati ſunt omnes maiores natu Iſrael cum principibus tribuũ & duces familiarum filiorum Iſrael ad Regem Salomonem in Ieruſalem, vt deferrent arcam fœderis domini de ciuitate Dauid,id eſt, de Sion. Conuenítque ad Regem Salomonem vniuerſus Iſrael in menſe [1 b] Ethanim,] in ſolenni die:ipſe eſt menſis ſeptimus. Venerúntque cuncti ſenes de Iſrael,& tulerũt arcam ſacerdotes,& [c]portauerunt arcam domini,& tabernaculum fœderis, & omnia vaſa [2]ſanctuarij,]quæ erant in tabernaculo: & ferebant ea ſacerdotes & Leuitæ. Rex autem Salomon & omnis multitudo Iſrael,quæ conuenerat ad eum, gradiebatur cũ illo ante arcam,& immolabant oues & boues,abſque æſtimatione & numero. Et intulerunt ſacerdotes arcam fœderis domini in locũ ſuum, in oraculum templi in ſanctum ſanctorum,ſubter alas Cherubim. Siquidem Cherubim expandebãt alas ſuper locum arcæ,& [3]protegebant]arcam,& vectes eius déſuper. [4]Cúmque eminerent vectes,& apparerent ſummitates eorum foris ſanctuarium ante oraculum, non apparebant vltrà extrinſecus:] qui & fuerunt ibi vſque in præſentem diem. † In arca autem non erat aliud niſi duæ tabulæ lapideæ, † quas poſuerat in ea Moyſes in Horeb, [5]quando]pepigit dominus fœdus cum filiis Iſrael, cum egrederentur de terra Ægypti. [d]Factum eſt autem cum exiſſent ſacerdotes de ſanctuario, [d] nebula impleuit domum domini,& non poterant ſacerdotes ſtare, & miniſtrare propter nebulam. Impleuerat enim gloria domini domum domini. Tunc ait Salomon: † Dominus dixit vt habitaret in nebula. Ædificans ædificaui domum in habitaculum tuum, [6 e] firmiſſimum ſolium tuum]in ſempiternum. Conuertítque Rex faciem ſuam, & benedixit omni Eccleſiæ Iſrael. Omnis enim Eccleſia Iſrael ſtabat. Et ait: Salomon: ]Benedictus dominus deus Iſrael, qui locutus eſt ore ſuo ad Dauid patrem meum, & in manibus eius perfecit, dicens: A die qua eduxi populum meum Iſrael de Ægypto, non elegi ciuitatem de vniuerſis tribubus Iſrael, vt ædificaretur domus, & eſſet nomen meum ibi:ſed elegi Dauid vt eſſet ſuper populum meum Iſrael. [f] † Voluítque Dauid pater meus ædificare domum nomini domini dei Iſrael: & ait dominus ad patrem meum: [g]Quod cogitaſti in corde tuo ædificare domum nomini meo,benefeciſti,hoc ipſum mente tractans. † Veruntamen tu non ædificabis mihi domum, ſed filius tuus qui egredietur de renibus tuis,ipſe ædificabit domum nomini meo. Confirmauit dominus ſermonem ſuum quem locutus eſt,ſtetíque pro Dauid patre meo, & ſedi ſuper thronum Iſrael,ſicut locutus eſt dominus: & ædificaui domum domini dei Iſrael:& conſtitui ibi locum arcæ, in qua fœdus domini eſt, quod percuſſit cum patribus noſtris, [7]quando egreſſi ſunt ]de terra Ægypti. [g h] Stetit autem Salomon ante altare domini in conſpectu Eccleſiæ Iſrael, & expandit manus ſuas in cœlum, & ait: † Domine deus Iſrael, non eſt ſimilis tui deus in cœlo déſuper, & ſuper terram deorſum, qui cuſtodis pactum, & miſericordiam ſeruis tuis qui ambulant coram te in toto corde ſuo, qui cuſtodiſti ſeruo tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei. Ore locutus es,& manibus perfeciſti, vt hæc dies probat. Nunc igitur domine deus Iſrael conſerua famulo tuo Dauid patri meo quæ locutus es ei, dicens. † Non auferetur de te vir coram me,qui ſedeat ſuper thronum Iſrael: ita tamen ſi cuſtodierint filij tui viam ſuam,vt ambulent coram me ſicut tu ambulaſti in conſpectu meo. Et nunc domine deus Iſrael firmentur verba tua,quæ locutus es ſeruo tuo Dauid patri meo. Ergó ne putandum eſt quòd verè deus habitet ſuper terram? Si enim cœlum, & cœli cœlorum te capere non poſſunt, [8] quanto magis ] domus hæc, [i] quam ædificaui tibi? Sed reſpice ad orationem ſerui tui, & ad preces eius domine deus meus. Audi [9]hym-

a. Vocauerat enim eos Salomõ à tota Iudæa,vt populum monerent venire ad templi dedicationem Ieroſolymis, & arcã in templũ dei portandam videre. Ioſephus.

1. b Ethanim,qui & Tiſri, noſtro reſpondent ſeptembri,qui ferè totus ſolennis erat, vt ſeptimus menſium, ſicut ſabbatum ſeptimus dierum,& ſeptimus annus erat annus requietionis.

c. Quia illud tabernaculũ fuit repoſitum cum arca & aliis vaſis ſacris in theſauris domũ Domini. Aliqui libri habent: & portauerunt arcam Domini ad tabernaculũ fœderis, quia per imperitiam aliquorum correctorum poſitum eſt ad,pro, &. Non enim arca tunc fuit portata ad tabernaculum fœderis, Sed intra templum quod fecerat Salomon. De Lyra. ibidem.

2. Sancta.

3. Tegebant.

4. Et extraxerunt vectes, vt viderentur extremitates vectium de ſancto intra ipſum oraculum,ſed foris non videbantur.

5. In quibus.

d. Tam denſa nubes templum impleuit, & facies ſacerdotum obumbrauit, vt ſe inuicem videre nõ poſſent. Ioſephus. ibi.

6 e. Habitaculum in quo habites. (hoc eſt Domin[s] enim antea multas habuerat mãſiones, ſed non firmiſſimas. Vtpote in deſerto vbi fixum eſt tabernaculum. in Galgala, in Silo in Nobe,in Gabaon,& in Sion,& in Gabaa.

f. Salomõ qui interpretatur pacificus,ipſum redẽptorem noſtrum typicè deſignat. Templũ quod ædificauit,catholica eius eccleſia eſt: quam de vniuerſis per orbẽ credentibus, quaſi de viuis lapidibus in vnam ſuæ fidei & charitatis compagem aggregauit. Beda.

g. Ex hoc patet quod nõ oportet voluntatem humanam ſemper conformari diuinæ in volito. Dauid enim voluit ædificare templum Domino, & de hoc commendatur à Deo, & tamen Deus nolebat, quòd ipſe ædificaret,ſed filius eius. De Lyra.

7. Cum eos educeret.

h. Quia ergo Salomon templũ ædificauit deo, oſtendit ſe colere deum. Et vnde ædificauit? de lignis & lapidibus: quia dignatus eſt deus facere ſibi per ſecuum ſuum domũ in terra, vbi rogaretur, vbi moraretur. Vnde dixit beatus Stephanus: Salomon ædificauit illi domũ Augu. de Symbolo ad Cathecumenos.

8. Et quomodo.

i. Non enim ex proprio nec à ſemetipſo, ſed à deo Salomon cuncta diſcens,& deſcriptionẽ cœlitus capiens,ſic ipſum deſignauit & erexit. Veruntamen templũ tam pulchrum, & mirabile,& ſanctum,vtentibus ipſo perditis tantæ ignominiæ habitum eſt, ſicque cõtemptũ & prophanũ redditum,vt ante captiuitatem ſpelunca vocaretur latronum. Chryſ. ad populum Antiochie. homi. 19.

9 hym-

[9]hymnum ]& orationem quam seruus tuus orat coram te hodie [k], vt sint oculi tui a-
perti super domum hanc nocte ac die:super domum de qua dixisti [†]erit nomen meũ
ibi:vt exaudias orationem,quam orat in loco isto ad te seruus tuus:vt exaudias depre-
cationem serui tui & populi tui Israel,[†10]quodcunque ]orauerit in loco isto, & exau-
D dies in loco habitaculi tui in cœlo,& cum exaudieris, propitius eris.[§]Si peccauerit ho
mo in proximum suum,& habuerit aliquod iuramentum [11] quo teneatur astrictus, ]
& venerit[12]propter iuramentum ] coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies in
cœlo,& facies,& iudicabis seruos tuos,condemnans impium, & reddens viam suam
super caput eius,iustificánsque iustum,& retribuens ei secundum iustitiam suam.[13]Si
fugerit populus tuus Israel inimicos suos, (quia peccaturus est tibi:) & agentes pœni-
tentiam,& confitentes nomini tuo,venerint, & adorauerint, & deprecati te fuerint ]
in domo hac:exaudi in cœlo,& dimitte peccatum populi tui Israel, & reduces eos in
terram quam dedisti patribus eorum. [‖] Si clausum fuerit cœlum, & non pluerit pro-
pter peccata eorum,& orantes in loco isto [14] pœnitentiam egerint ] nomini tuo, & à
peccatis suis conuersi fuerint propter afflictionem suam:exaudi eos in cœlo,& dimit
te peccata seruorum tuorum,& populi tui Israel:& ostende eis viam bonam per quã
ambulent,& da pluuiam super terram quam dedisti populo tuo in possessionem. Fa-
mes si aborta fuerit in terra,aut pestilentia,aut [15] corruptus aer, aut ærugo, aut locu-
sta, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus eius portas obsidens, ] omnis plaga, vni-
uersa infirmitas, cuncta deuoratio, & imprecatio quæ acciderit omni homini de po-
pulo tuo Israel:[16]si quis ] cognouerit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in
domo hac,tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies
E vt des vnicuique secundum omnes vias suas,sicut videris cor eius:[†§]quia tu nosti so-
lus cor omnium filiorum hominum vt timeant te cunctis diebus quibus viuunt su-
per faciem terræ,quam dedisti patribus nostris. Insuper & alienigena qui non est de
populo tuo Israel,cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum:(audietur e-
nim nomen tuum magnum,& manus tua fortis,& brachium tuum extentum)& vbi-
que:])[17m]Cum venerit ergo,& orauerit in hoc loco,tu ]exaudies in cœlo in firmamẽ-
to habitaculi tui,& facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena:vt discant vni-
uersi populi terrarum nomen tuum [18] timere,] sicut populus tuus Israel, & probent
quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc,quam ædificaui.Si egressus fue
rit populus tuus ad bellum contra inimicos suos, per viam, quocunque miseris eos,
orabunt te contra viam ciuitatis,quam elegisti,& cõtra domum quam ædificaui no-
mini tuo,& exaudies in cœlo orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium
eorum[n].Quòd si peccauerint tibi,[†](non est enim homo qui nõ peccet:)& iratus tra-
dideris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum [19] longè vel
propè,& egerint pœnitentiam in corde suo ]in loco captiuitatis, & conuersi depre-
cati te fuerint in captiuitate sua,dicentes: [†]peccauimus, iniquè egimus, impiè gessi-
mus,& reuersi fuerint ad te in vniuerso corde suo,& tota anima sua,in terra inimico-
rum suorum[20]ad quam captiui ducti fuerint, & orauerint te contra viam terræ suæ
F quam dedisti patribus eorum, [§]& ciuitatis quam elegisti, & templi quod ædificaui
nomini tuo:exaudies in cœlo in firmamento solij tui orationes eorum, & preces eo-
rum, & facies iudicium eorũ, & propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi, & omni-
bus iniquitatibus eorum quibus prævaricati sunt in te:& [21] dabis misericordiam co-
ram eis qui eos captiuos habuerint, vt misereantur eis. [°] Populus enim tuus est, &
hæreditas tua,quos eduxisti de terra Ægypti : de medio fornacis ferreæ: vt sint oculi
tui aperti ad deprecationem serui tui,& populi tui Israel,& exaudies eos in vniuersis
pro quibus inuocauerint te. Tu enim separasti eos tibi in hæreditatem de vniuersis
populis terræ,sicut locutus es per [22] Moysen seruum tuum, ] quando eduxisti patres
nostros de Ægypto, domine deus. Factum est autem cum complesset Salomon o-
rans dominum omnem orationem,& deprecationem hanc, surrexit de cõspectu al-
taris domini:[23] Vtrunque enim genu in terrã fixerat, & manus expãderat ad cœlum. ]

9. Clamorem.
k. Cum deus sit naturæ incomprehensibilis,qui nullo tempore vel loco circumscribi potest, templum manufactũ ædificasti,quo nõ circumscribaris sed tu in illo exhibeas & ostendas, Quod declarat oculos tuos ad dominum hac apertos esse nocte & interdiu. Procop. ibid.
10. Quandocunque.
11. Cogátque is illum.
12. Iurans.

13. Cum conuerterit populus tuus Israel coram hoste, eo quòd peccauerint in te, & reuersi ad te confessi fuerint nomini tuo, rogauerint, atque supplices orauerint te.

‖. Vide ne audias quod olim audiere Iudæi. Nam illi postquam è captiuitate templum materiale eos spicientes negligendum, priuatas ædes suas exornarũt, adeò deum exasperarũt vt mitteret eis prophetã Haggæum qui tamẽ ministraretur, magnámque rerũ necessariarũ penuriam, atque hanc eos minarum vocibus coram eloqueretur. Haggæi. 1. ca. Quid domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam, propter hoc super vos prohibiti sunt cœli ne darẽt rorem, & terra prohibita est ne daret germen suum. Et vocaui siccitatẽ super terram &c. Quòd si illi templi negligens tantam exciauit iram numinis, multò magis huius templi negligentia ad iracundiam prouocabit dominum. Siquidem hoc templum est illo honoratius, quo plura habet sanctimoniæ symbola. Chrisost. de Hannæ & Samuelis educatione. hom. 1.
14. Contecti fuerint.
15. Ventus vrens, rubigo, locusta aut bruchus fuerit, aut si obsederit eum hostis eius in terra portarum eius.
16. Quorum quilibet.
17. Et venerit oraturi in domo ista. Tu ignosces.
18. Quemadmodum in Act. Apost. ca 8. Aethiops eunuchus Candacis reginæ Aethiopum legitur venisse adorare in Ierusalem. Item Ioh 12. Erant Gentiles quidam ex his qui ascenderant vt adorarent in die festo. Dionys. Carthus.
18. Et timeant te.
n. Belli aduersitas, quæ est quãdo populus capitur, & propter peccata in captiuitatem ducitur: à qua frequenter liberabatur populus Israel, pro eo quod in terrã captiuitatis orabat Dominum versa facie versus Ierusalem. Et hoc petit Salomon cum dicit: Et orauerint te cõtra viam terræ suæ. Vnde Danielis 6. dicitur. Quod ipse existens in Chaldæa tenestris apertis contra Ierusalem, tribus in die temporibus flectebat genua sua & adorabat. Dr. Lyra.
19. Longinquam vel propinquã, & reuersi fuerint ad cor suum.
20. Qui eos abduxerunt captiuos.

21. Trades eos in misericordiam eorũ qui eos duxerũt captiuos.
o. Nec ipsos Iudæos existimo audere contendere neminem perrexisse ad deum præter Israelitas, ex quo propagatus cœpit esse, reprobato eius fratre maiore. Populus enim ecuera, qui populus dei propriè dicendus est, nullus alius fuit August. de ciuit. dei lib. 18 cap. 47.
22. Manum Moysi serui tui.

23. Ab incuruatione genuum suorum, atque ab expansione manuum suarum in cœlum.

9. In Paralipomenon refertur quod hîc non dicitur. Fecerat Salomon basem æneam,& posuit in medio basilicæ, super quam stans benedixit omni ecclesiæ Israel. Glos.ordi.ibid.
24. Ex omni verbo eius optimo quod locutus est in manu Moysi serui sui.

25.Statuta eius.
y. Siquidē omnes ceremoniæ, omnes ritus,& sacrificia, purificationes & neomeniæ, originem à gentium ruditate traxerunt.Sed deus ob deceptorum salutem per ea ipsa se coli passus est,per quę dæmones illi coluerant,aliquandiu illa in melius inflectens,vt eos paulatim & à consuetudine sua reduceret,& ad philosophiam perduceret altiorem. Chrysost. in 2. cap.Matth.homil.6.
26.Alius.
q.Quid est quòd Salomon ædificauit medium atrij offerens ibi. Quia altare æneum quod erat ante fores templi non poterat totum capere, nisi quòd Christus qui in lege propter infirmitatem eius perfici non poterat Glosa ordina.
r Altare æreum corda significat perfectorum iustorū internæ charitatis & castitatis luce coruscа.quorum sublimitati significandæ etiam locus rōuenit eiusdem altaris. Eucherius.
27.Solemnitatem.
f. Hæ sunt veræ solēnitates dei quas cōsequunt us quis Pentecosten,dum differens interpretabitur. Prima virtus est sacerdotis,non tantum docere quæ nouerit,sed omnes festiuitates dei custodire,vt possit aliis custodiēda præripere,quæ & ipse observauerit. Hiero. in 44. cap. Ezechielis.

[9] In Paralipomenon refertur quod hic non dicitur. Fecerat Salomon basem æneam,& posuit in medio basilicæ, super quam stans benedixit omni ecclesiæ Israel. Glos.ordi.ibid.
[24] Ex omni verbo eius optimo quod locutus est in manu Moysi serui sui.

[25] Statuta eius.
y. Siquidē omnes ceremoniæ, omnes ritus,& sacrificia, purificationes & neomeniæ, originem à gentium ruditate traxerunt.Sed deus ob deceptorum salutem per ea ipsa se coli passus est,per quę dæmones illi coluerant,aliquandiu illa in melius inflectens,vt eos paulatim & à consuetudine sua reduceret,& ad philosophiam perduceret altiorem. Chrysost. in 2. cap.Matth.homil.6.
[26] Alius.
q.Quid est quòd Salomon ædificauit medium atrij offerens ibi. Quia altare æneum quod erat ante fores templi non poterat totum capere, nisi quòd Christus qui in lege propter infirmitatem eius perfici non poterat Glosa ordina.
r Altare æreum corda significat perfectorum iustorū internæ charitatis & castitatis luce coruscа.quorum sublimitati significandæ etiam locus rōuenit eiusdem altaris. Eucherius.
[27] Solemnitatem.
f. Hæ sunt veræ solēnitates dei quas cōsequunt us quis Pentecosten,dum differens interpretabitur. Prima virtus est sacerdotis,non tantum docere quæ nouerit,sed omnes festiuitates dei custodire,vt possit aliis custodiēda præripere,quæ & ipse observauerit. Hiero. in 44. cap. Ezechielis.

[a] Salomon spiritū habuit prophetiæ, ideo deus frequēter apparuit ei in visione prophetica & imaginaria. Dionysius.
b. Ex quo patet quòd ista apparitio fuit in somnis sicut & illa: quod expressè dicitur 2. par. 7. cap. De Lyra.
c. Quib[*] seruueritis mihi in ea ita quod erit mihi locus dilectus,in quo singulari prouidētia intuebor orantes,& beneficium eis. Dionys. Carthus.
* Dauid.
[d] Integritate.
[e] Exte.
d. Sed & Salomō filius Dauid, qui Ierosolymam condidit, eā ipsam peritutam esse in vltionem sanctę crucis prophetault Quòd si auertimini à me dicit dominus,&c & subdit causam: Quia,inquit,dereliquerunt dominum deum suum: & persecuti sunt Regē suum dilectissimum deum, & crucifixerunt illum in humilitate magna propter hoc importauit deus illis mala hæc. Lactā li. 4. cap. 8.
[3] Statuta quæ.
[4] Domum hanc quam.
* Vt.

[e] Quoniam septem annis ædificauit domum domini,& tredecim annis domum regiam.

[5] Et quicquid ille desiderabat.
* Victisim Rex.

[6.f] Quam tributi nomine Rex Salomon leuauit, exigebat enim à gentibus solum tributa * & operationes, à filiis Israel uero bellatores,& præfectos.

[a] Salomon spiritū habuit prophetiæ, ideo deus frequēter apparuit ei in visione prophetica & imaginaria. Dionysius.
b. Ex quo patet quòd ista apparitio fuit in somnis sicut & illa: quod expressè dicitur 2. par. 7. cap. De Lyra.
c. Quib[*] seruueritis mihi in ea ita quod erit mihi locus dilectus,in quo singulari prouidētia intuebor orantes,& beneficium eis. Dionys. Carthus.
* Dauid.
[d] Integritate.
[e] Exte.
d. Sed & Salomō filius Dauid, qui Ierosolymam condidit, eā ipsam peritutam esse in vltionem sanctę crucis prophetault Quòd si auertimini à me dicit dominus,&c & subdit causam: Quia,inquit,dereliquerunt dominum deum suum: & persecuti sunt Regē suum dilectissimum deum, & crucifixerunt illum in humilitate magna propter hoc importauit deus illis mala hæc. Lactā li. 4. cap. 8.
[3] Statuta quæ.
[4] Domum hanc quam.
* Vt.

[e] Quoniam septem annis ædificauit domum domini,& tredecim annis domum regiam.

[5] Et quicquid ille desiderabat.
* Victisim Rex.

[6.f] Quam tributi nomine Rex Salomon leuauit, exigebat enim à gentibus solum tributa * & operationes, à filiis Israel uero bellatores,& præfectos.

[9] °Stetit ergo,& benedixit omni Ecclesiæ Israel voce magna,dicens:Benedictus dominus qui dedit requiem populo suo Israel,iuxta omnia quæ locutus est. Nō cecidit ne vnus quidē sermo [24] ex omnibus bonis quæ locutus est per Moysen seruum suum.] Sit dominus deus noster nobiscum,sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos,neque proiiciens.sed inclinet corda nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis viis eius,& custodiamus mandata eius,& [25 P] ceremonias, & iudicia quæcunque mandauit patribus nostris: [g] & sint sermones mei isti quibus deprecatus sum coram domino,appropinquantes coram domino deo nostro,die ac nocte: vt faciat iudicium seruo suo,& populo suo Israel per singulos dies, & sciant omnes populi terræ, quia dominus ipse est deus,& non est [26] vltra absque eo:] sit quoque cor nostrum perfectum cum domino deo nostro,vt ambulemus in decretis eius, & custodiamus mandata eius,sicut & hodie.Igitur Rex & omnis Israel cum eo immolabant victimas coram domino.Mactauitque Salomon hostias pacificas, quas immolauit domino, boum vigintiduo milia, & ouium centum viginti milia. Et dedicauerunt templum domini Rex & filij Israel.In die illa sanctificauit Rex medium [q] atrij quod erat ante domum domini.[†] Fecit quippe holocaustum ibi,& sacrificium, & adipem pacificorum: quoniam [r] altare æreum quod erat coram domino minus erat, & capere non poterat holocaustum,& sacrificium,& adipem pacificorum. Fecit ergo Salomon in tempore illo [27] festiuitatem [f] celebrem,& omnis Israel cum eo multitudo magna ab introitu Hemath vsque ad riuum Ægypti, coram domino deo nostro septem diebus & septem diebus,id est,quatuordecim diebus,& in die octauo dimisit populos. Qui benedicentes Regi,profecti sunt in tabernacula sua lætantes,& alacri corde,super omnibus bonis,quæ fecerat dominus Dauid seruo suo,& Israel populo suo.

*Dominus Salomoni secundò apparens, iubet illi seruare præcepta: Ædificans autem Salomon ciuitates,gentes fecit sibi tributarias,& classem mīsit in Ophir.* IX.

[†] Actum est autem cum perfecisset Salomon ædificium domus domini, & ædificium Regis,& omne quod optauerat & voluerat facere, apparuit ei dominus secundò, sicut apparuerat ei in Gabaon. [a] Dixitque dominus ad eum: [b] Exaudiui orationem tuam & deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me.Sanctificaui domum hanc quam ædificasti, vt ponerem nomen meum ibi in sempiternum,& erunt oculi mei & cor meū ibi [c] cunctis diebus. Tu quoque si ambulaueris coram me,sicut ambulauit pater tuus [*] in [1] simplicitate] cordis,& in æquitate,& feceris omnia quæ præcepi tibi, & iudicia mea seruaueris, & legitima mea,ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum, sicut locutus sum Dauid patri tuo, dicens: [†] non auferetur vir [2] de genere tuo]de solio Israel. [d] Si autem auersione auersi fueritis vos & filij vestri,& non sequentes me,]nec custodientes mādata mea,& [3] ceremonias quas proposui vobis,sed abieritis & colueritis deos alienos & adoraueritis eos: [4] auferam Israel de superficie terræ quam dedi eis: & [4] templum [5] quod ]sanctificaui nomini meo proiiciam à conspectu meo, erítque Israel in prouerbium,& in fabulam cunctis populis, & domus hæc erit in exemplum. [*] Omnis qui transierit per eam,stupebit,& sibilabit,& dicet: [†] Quare fecit dominus sic terræ huic, & domui huic?Et respondebunt:quia dereliquerunt dominū deum suum,qui eduxit patres eorum de terra Ægypti,& secuti sunt deos alienos,& coluerunt eos,& adoraverunt eos: ideirco induxit dominus super eos omne malum hoc. [† c] Expletis autem annis viginti postquā ædificauerat Salomon duas domos,id est, domum domini,& domum Regis,Hiram Rege Tyri præbente Salomon ligna cedrina,& abiegna,& aurum [5] iuxta omne quod opus habuerat: ]tunc dedit [*] Salomon Hiram viginti oppida in terra Galilææ. Et egressus est Hiram de Tyro, vt videret oppida quæ dederat ei Salomon:& non placuerunt ei. Et ait:Hæccine sunt ciuitates quas dedisti mihi frater? [6 f] Et appellauit eas terram Chabul, vsque in diem hanc. Misit quoque Hiram ad Regem Salomonem centum viginti talenta auri. Hæc est summa [6 f] expensarum

quam

quam obtulit Salomon Rex][g] ad ædificandum domum domini,& domum ſuam, & Mello,& murum Ieruſalem,& Heſer,& Mageddo,& Gazer. Pharao Rex Ægypti aſcendit,& cepit Gazer,ſuccendítque eam igni, & Chananæum qui habitabat in ciuitate,interfecit,& dedit eam[7] in dotem filiæ ſuæ vxori Salomonis. Ædificauit ergo Salomon Gazer,& Bethoron inferiorem,& Balaath, & [8] Palmiram in terra ſolitudinis,] & omnes[9] vicos qui ad ſe pertinebant,& erāt abſque muro,munituit] & ciuitates curruum,& ciuitates equitum,& quodcūque ei placuit vt ædificaret in Hieruſalem & in Libano,& in omni terra poteſtatis ſuæ. [h] Vniuerſum populum qui remanſerat de Amorrhæis,& de Hethæis,& Pherezæis,& Heuæis,& Iebuſæis,qui non ſunt de filiis Iſrael.horum filios qui remanſerant in terra, quos ſcilicet non potuerant filij Iſrael exD terminare,fecit Salomon tributarios vſque in diem hanc.[§1] De filiis autem Iſrael non conſtituit Salomon ſeruire quenquam, ſed erant viri bellatores, & miniſtri eius, & Principes & duces, & Præfecti curruum, & [10] equorum.] Erant autem Principes ſuper omnia opera Salomonis: præpoſiti quingenti quinquaginta, qui habebant ſubiectum populum, & ſtatutis operibus imperabant. † Filia autem Pharaonis aſcendit de ciuitate Dauid in domū ſuam quā ædificauerat ei Salomon.Tunc ædificauit Mello.[k] Offerebat quoque Salomon tribus vicibus,per annos ſingulos holocauſta,& pacificas victimas ſuper altare quod ædificauerat domino, & adolebat thymiama coram domino. Perfectúmque eſt templū. Claſſem quoque fecit Rex Salomon in [1] Aſiongáber,quæ eſt iuxta Ahilam in littore maris Rubri,in terra Idumææ. Miſitq; Hiram in claſſe illa ſeruos ſuos viros nauticos & gnaros maris,cum ſeruis Salomonis:qui cùm veniſſent in Ophir, ſumptum inde aurum quadringentorum viginti[m] talentorum,detulerant ad Regem Salomonem.

g. Vrbes quas ædificaſſe hic dicitur Salomon,ſunt Mello,murus Ieruſalē,Hezer, Mageddo, Gazer, & reliquæ quæ eccleſiæ decorem ſignāt,quam verus Salomon ad ſempiternū Iuſtitiam præparauit. Gloſ. ordi. ibidem.
7. In munus.
8. Thadmor in deſerto & in terra.
9. Ciuitates theſaurorum, quas habuit Salomon: ſed.
h. Si hoc fecit cupiditate tributi, & abſque hoc quòd conuerterentur ad iudaiſmum, tunc dicunt aliqui, quòd ipſe peccauit dupliciter, peccato auaritiæ & inobedientiæ, quia dominus præceperat illos exterminari: Nu. 33. De Lyra. ibidem.
1. De filiis autem Iſrael nullum fecit Salomon ſeruum, ſed erāt viri bellatores & miniſtri eius: ex quibus erant ſuper omnia opera Salomonis præpoſiti 550. Comeſt. ibidem.
10. Equitum eius.
k. Porrò tres ſolemnitates præfatæ fuerūt feſtum azimorum, hoc eſt Paſcha, ſolennitas hebdomadarum, ideſt Pentecoſtes, & celebritas tabernaculorū, vt 2. Par. deſcribitur. De ſacrificiis autem tunc offerendis habetur lib. Num. cap. 28. Dionyſ. Carth.
l. Aſiongaber portus eſt maris Rubri. 32. manſio filiorū Iſrael in deſerto: in quo poſtea claſſis Joſaphat attrita eſt. Euthe. ibidem. Talentū iuxta Hebræos continet ſexaginta libras vulgares, & centumuiginti libras templi. Menſura enim & moneta templi dupla erat ad vulgarem.

*Regina Saba Salomonis mirata ſapientiam,magnificentiam & regimen,datis muneribus & ampliora ſuſceptis diſceſſit: Salomon autem multum tributum, vaſa & ſcuta,ſed & magnificum conſtruxit thronum, & multam aggregauit ſupellectilem,in vaſis, curribus & equis.* X.

A †Ed & [a] Regina Saba audita fama Salomonis in nomine domini, venit tentare eum in ænigmatibus. Et ingreſſa Ieruſalem multo cū comitatu, ⟩ & diuitiis,] camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas precioſas, venit ad Regem Salomonem: & locuta eſt ei vniuerſa quæ habebat in corde ſuo. Et docuit eam Salomon omnia verba [1] quæ propoſuit.] Non fuit ſermo qui Regem poſſet latere, & non reſponderet ei. Videns autem [b] Regina Saba omnem ſapientiam Salomonis, & domum quā ædificauerat,& cibos menſæ eius:& habitacula ſeruorum,& ordines miniſtrantium,veſtéſque eorum, [2] & pincernas,& holocauſta]quæ offerebat in domo domini, non habebat vltrà ſpiritum: dixítque ad Regem: Verus eſt ſermo quē audiui in terra mea ſuper ſermonibus tuis,& ſuper ſapientia tua:& non credebam ⟩ narrantibus mihi, donec ipſa veni, & vidi oculis meis,& ⟩ probaui quòd] media pars mihi nunciata non fuerit. [3] Maior B eſt ſapientia & opera tua, quàm rumor quem] audiui. [§] Beati viri tui, & beati ſerui tui, qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam. [c] Sit dominus deus tuus benedictus, [4] cui complacuiſti,] & poſuit te ſuper thronum Iſrael, eò quòd dilexerit dominus Iſrael in ſempiternum: [d] & conſtituit te Regem, vt faceres iudicium & iuſtitiam.Dedit ergo Regi centumuiginti talenta auri,& aromata multa nimis,& gemmas precioſas. Non ſunt allata vltrà aromata tam multa quàm ea quæ dedit Regina Saba Regi Salomoni. Sed & claſſis Hiram quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thina multa nimis, & gemmas precioſas. Fecítque Rex de lignis thinis fulcra domus domini, & domus regiæ, & citharas [5] lyráſque] cantoribus. Non ſunt allata huiuſmodi ligna thina,neque viſa vſque in præſentem diem. [e] Rex autem Salomon dedit Reginæ Saba omnia quæ voluit, & petiuit ab eo: exceptis iis quæ vltrò obtulerat ei [6] munere regio.] Quæ reuerſa eſt, & abiit in terrā ſuam cum ſeruis ſuis.

a. Reginam Saba (quæ nomine Nicaula dicebatur) Chriſtus regina Auſtri vocauit. Vnde manifeſtū eſt quod Saba verſus meridiem ſita eſt reſpectu Palæſtinæ. Ciuitas eſt Arabiæ ſcilicet, regia olim ſedes Gaſpatis Magi qui de auro Arabiæ dona puero Ieſu attulit: ſexcentis & amplius leucis Gallicis itinere à Ieruſalem diſtans.
1. Eius.
b. Gens eſt Aethyopica. Saban ſitam eſſe aiūt ad mare Iudicū. Vocant autem Omeritas: ſunt ex aduerſo Axomitarum: medium autem inter illos eſt mare. Procopius Ibidem.
2. Potúmque eius, atque holocauſta eius.
3. Adeò excellit in ſapientia, & fœlicior eſt rumore ipſo, quem de te.
c. Hæc Regina dixit ex pia confidentia, quia ſperauit regē tam ſapientem in ſapientia permanſurum vſque in finem. Dio. ibi.
4. Qui dilexit te.
d. Tria præ cæteris admirabatur regina, domum ſcilicet, & ſuper templi fabricam, ordinem quoque & frequentiam miniſtrantium in templo. Tertium verò ordinem & diſtinctionem ſeruientium Regi in menſa. Comeſt. ibidem.
5. Et Nabla pro.
e. Rex Salomon dedit Reginæ Saba, quæ in terra promiſſionis abundabāt, & in regno Aethyopiæ non habebantur. Dio. Carth.
6. Rex Salomon.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Erat autem pondus auri quod offerebatur Salomoni per annos singulos, sexcẽtorum sexagintasex talentorum auri: excepto eo quod offerebant[7] viri qui super vectigalia erant, & negociatores, vniuersíque scuta vendentes, & omnes Reges Arabiæ Ducésque terræ.[8] Fecit quoque Rex Salomon[8] ducenta scuta de auro purissimo Sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti vnius, & trecentas peltas ex auro probato. Trecentæque minæ auri vnam peltam vestiebant.] posuítque eas Rex in domo saltus Libani. Fecit etiam Rex Salomon thronum de ebore grandem, & vestiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat sex gradus, & summitas throni rotunda erat in parte posteriori, & duæ manus[g] hinc atque inde tenentes sedile,] & duo leones stabant iuxta[10] manus singulas,] & duodecim leonculi stantes super sex gradus hinc atque inde. Non est factũ tale opus in vniuersis regnis. Sed & omnia vasa de quibus potabat Rex Salomon erãt aurea: & vniuersa suppellex domus saltus Libani de auro purissimo.[11] Non erat argẽtum, nec alicuius pretij putabatur] in diebus Salomonis, quia classis Regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in[h] Tharsis, deferens inde aurum & argẽtum, & dentes elephantorũ, & simias, & pauos.[†§] Magnificatus est ergo Rex Salomon super omnes reges terræ diuitiis & sapientia, & vniuersa terra desiderabat vultũ Salomonis, vt audiret sapientiam eius, quam dederat deus in corde eius, & singuli deferebant ei munera, vasa argentea & aurea, vestes & arma bellica, aromata quoq; & equos & mulos, * per annos singulos.[i] Congregauítque Salomon currus & equites, & facti sunt ei mille quadringenti currus & equites, & duodecim milia equitum, & disposuit eos per ciuitates[12] munitas, & cum rege in Ierusalem. Fecítque vt tanta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum: & cedrorum præbuit multitudiné, quasi sycomoros, quę[13] nascuntur] in campestribus. Et[14] educebantur] equi Salomonis de Ægypto.[15] & de Choa. Negociatores enim Regis emebant de Choa, & statuto pretio perducebant.] Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto sexcentis siclis argenti, & equus centumquinquaginta. Atque in hunc modum cuncti Reges Hethæorum, & Syriæ equos venundabant.

7. Mercatores & negotiatores, atque aromatarij.

8. Ducentas peltas ex auro ducili, & trecenti aurei veniebãt super peltam vnã. Fecit etiam trecenta scuta ex auro ducili, vnicuíusque super scutum vnum tres minæ auri.
f. Hæc hoc fuit aliud opus valdè pulchrũ & valdè sumptuosum. De Lyra ibidem.
9. Pulchra erant hinc & hinc in loco sedis.
g. Id est extraque parte gradus extollebat: ita quod duo leonculi pertinebant ad vnũ gradũ, vnũ leonculo stante ex vno latere gradus & altero ex alio. Dionysius Carr.
10. Fulcra.
11. Nihil habentis argenti, quippe quod pro nihilo reputabatur.
h. Regio est Indiæ, vt & ipsum mare cæruleum sæpe solis radiis repercussum colorem lapidum eiusdẽ refert. Hinc dominis trahat, & à colore nomen acceperit. Hieron. Attamen cosmographis creditur esse in Aphrica, & nunc vocari Zagthilia, vbi auri fodina hodie inuenitur.
*Res singulas.
i. Exorti inantur ascensores eorum. Primùm decora iuuẽtute florentes, habentes magnã proceritatem, diffundẽtes in equorum cessione comam, purpura circũamicti, qui armati existentes circa regem, atq; floreẽtes equitabãt ante eum, quãdo ad locum aliquem del. erat exire. Gilb. Lord. post Rabanum.
12. Pro curribus ordinatis.
13. Abundant.
14. Adducebantur.
15. Et cõgregati negotiatorum Regis reciebãt sarcinas pro statuto pretio.

*Salomon per mulieres alienigenas infatuatus, ad earum idola conuertitur, vnde regni meretur Abia prophetante diuisionem.* XI.

[†a] Ex autem Salomon amauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Cethæas:] de gentibus super quibus dixit dominus filiis Israel.[†] Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras.[2] Certissimè enim auertent corda vestra, vt sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore.] [†] Fuerúntque ei vxores quasi reginę septingentæ, & concubinæ trecentæ. [†] Et auerterunt[3] mulieres] cor eius.[b] Cúmque iam esset senex,[4] deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur] deos alienos, nec erat cor eius perfectum cũ domino deo suo, sicut cor Dauid patris eius: sed colebat Salomon[5] Astharthem deam] Sidoniorum, & Chamos deum Moabitarum,] &[6] Moloch] Idõlum Ammonitarum. Fecítque Salomon quod[7] non placuerat] coram domino, & non adimpleuit vt sequeretur dominum, sicut Dauid pater eius.[† §] Tunc ædificauit Salomon fanum Chamos Idolo Moab in monte qui est contra Ierusalem: & Moloch Idõlo filiorum Ammon.[c] Atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura, & immolabant diis suis. Igitur iratus est dominus Salomoni, quòd auersa esset mens eius à domino deo Israel: [†] qui apparuerat ei[8] secundò] & præceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos: & nõ custodiuit quę mandauit ei dominus. Dixit itaque dominus Salomoni: [†] Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & præcepta mea quę mandaui tibi, dirumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo: veruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum. De manu filij tui scindam illud, nec totum regnũ auferam, sed[d] tribum vnam dabo filio tuo propter Dauid seruum meum, & * Ierusalem

a. Salomon intrarũ secutus est libidinẽ, vt septuaginta haberet vxores, & trecentas concubinas, & adolescentulas & scorta plurima quorũ nõ erat numerus neglectõque deo patrum suorũ exercuerit idola gentium plurimarum, & fuerit nõ vt prius iudæi, id est, amabilis domini, sed amator mulierum. Hiero. ad Vitalium.
1. Hethæas.
2. Alioquin inclinabunt corda vestra post deos suos.
3. Vxores suæ.
b. Salomon quippe immoderato vsu atque abhorrente muliercũ ad hoc vsque perductus est, vt templum idolis fabricaret: & qui prius templum cõstruxerat deo, assiduitate libidinis & perfidiæ subtractus, idolis cõpla cõstruere non timuit. Greg. lib. 12 Moral. cap. 12. & recitatur 32. q. 4. cap. Salomon
4. Inclinatum est cor eius post.
5. Astoreth deum, & infra.
6. Melchom.
7. Malum erat.
c. Salomon cũ amore mulierculariam deos gẽtilium coleret, tamen vniuersa plebs Israelitica ad eius iudicia cõtinebat. Aug. ad quẽdam comitẽ, & recitatur 32. q. 7. c. vlti. Idem. Nec Salomonem credibile est errore putasse idolis esse seruiendũ, sed blandientibus feminis ad illa sacrilegia fuisse cõpulsum. Aug. de ciuit. dei, lib. 18. cap. 1. Idem & vsque adeo lasciuerat illi fuit illa cupiditas, vt à mulieribus etiam idolis sacrificare cogeretur, sicut de illo scriptura testis est. Augustin. in Psal. 126.
8. Duabus vicibus.
d. Communicaretur enim tribus Beniamin tribu Iudæ, quia eadem ferè sors erat ambarum.
*Propter.

[1] salem quam elegi. [g] Suscitauit autem dominus [e] aduersarium Salomoni Adad Idumæum de semine regio, qui erat in Ædom: [†] Cùm enim esset Dauid in Idumæa, & ascendisset Ioab Princeps militiæ ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti, & occidisset omne masculinum in Idumæa, (sex enim mensibus ibi moratus est Ioab, & omnis Israel, donec interimeret omne masculinum in Idumæa:) fugit Adad ipse, & viri Idumæi de seruis patris eius cum eo, vt ingrederetur Ægyptum. Erat autem Adad puer paruulus. Cúmque surrexissent de Madian, venerunt in [f] Pharan. Tulerúntque secum viros de Pharan, & introierunt Ægyptum ad Pharaonem Regem Ægypti. Qui dedit ei domum, & cibos constituit, & terram delegauit. Et inuenit Adad gratiam coram Pharaone valde, intantum vt daret ei vxorem sororem vxoris suæ germanam Tafnes Reginæ. Genuítque ei soror Tafnes Genubath filium, & nutriuit eum
[D] Tafnes in domo Pharaonis. [g] Erátque Genubath habitans apud Pharaonem cum filiis eius. [g] Cúmque audisset Adad in Ægypto dormisse Dauid cũ patribus suis, & mortuum esse Ioab Principem militiæ, dixit Pharaoni: Dimitte me, vt vadam in terram meam. Dixítque ei Pharao: [†] Qua enim re apud me indiges, vt quæras ire ad terram tuam? At ille respondit: Nulla. Sed obsecro te vt dimittas me. Suscitauit quoque ei deus [h] aduersarium Razon filium Eliadam, qui fugerat Adadézer Regem Soba dominum suum: & congregauit contra eum viros: & factus est princeps [9] latronum] cùm interficeret eos Dauid: abierúntque Damascum, & habitauerunt ibi, & constituerunt eum Regem in Damasco, erátque aduersarius Israel cunctis diebus Salomonis. Et hoc est malum Adad, [10] & odium contra Israel,] regnauítque in Syria. [1] Ieroboam quoque filius Nabath Ephrathæus de Sareda, seruus Salomonis, cuius mater
[E] erat nomine [11] Serua] mulier vidua, leuauit manum contra Regem. [g] Et hæc causa rebellionis aduersus eum: quia Salomon ædificauit Mello, & coæquauit voraginem] ciuitatis Dauid patris sui. Erat autem Ieroboam vir [12] fortis & potens.] Vidénsque Salomon adolescentem ⊢ bonæ indolis & ] industrium, constituerat eum ⊢ Præfectum] super tributa vniuersę domus Ioseph. Factum est igitur in tempore illo, vt Ieroboam egrederetur de Ierusalem, & inueniret eum Ahias Silonites propheta, in via opertus pallio nouo. Erant autem duo [13] tantum] in agro. Apprehendénsque Ahias pallium suum nouum, quo coopertus erat, [k] scidit in duodecim partes, & ait ad Ieroboam: Tolle tibi decem scissuras. Hæc enim dicit dominus deus Israel: [l] Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. [g] Porrò vna tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid, & Ierusalem ciuitatem, quam elegi ex omnibus tribubus Israel, eò quòd dereliquerit me, & adorauerit Astharthem deam Sidoniorũ, & Chamos deum Moab & Moloch deum filiorum Ammon: [m] & non ambulauerit in viis meis, vt faceret [14] iustitiam coram me,] & præcepta mea & iudicia, sicut Dauid pater eius. Nec auferam omne regnum de manu eius, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ propter Dauid seruum meum quem elegi, qui custodiuit mandata mea & [15] & prȩcepta] mea. Auferam autem regnum de manu filij eius, & dabo tibi decem tribus: filio autem eius dabo tribum vnam, vt remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus, coram me in Ierusalem ciuitate, quam elegi, vt esset nomen meum tibi. Te autem assumam, & regnabis super omnia, quę desiderat anima tua, erísque Rex super Israel. [g] Si igitur audieris omnia, quæ præcepero
[G] tibi, & ambulaueris in viis meis, & feceris quod rectum est coram me, custodiens mandata mea & prȩcepta mea, sicut fecit Dauid seruus meus: ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificaui Dauid domum, & tradam tibi Israel, & affligam semen Dauid super hoc: veruntamen non cunctis diebus. [16] Voluit] ergo Salomon interficere Ieroboam: Qui surrexit, & aufugit in Ægyptum, ad Sesac regem Aegypti: & fuit in Aegypto vsque ad mortem Salomonis. [†] [17] Reliquum autem verborum Salomonis, & omnia quæ fecit, & sapientia eius, [17] ecce] vniuersa scripta sunt in libro verborũm ⊢ dierum] Salomonis. Dies autem quos regnauit Salomon in Ierusalem super omnem Israel, quadraginta anni sunt. Dormiuítque

e. Admonendi sunt qui in hoc mundo prosperantur, vt considerent quia Salomon, qui post tantam sapientiã vsque ad idololatriam cecidisse describitur: nihil in hoc mũdo prius quàm caderet, aduersitatis habuisse memoratur. Sed cõcessa sapientia funditus cor deseruit: quod nulla vel minima tribulationis disciplina custodiuit. Grego. 1. parte Pastoralis. admonit. one 17.

f. Pharan quãdoque est nomen vrbis in terra promissa Inter Madian & Aegyptum: quandoque nomẽ partis deserti inter Aegyptum & Chanaan, vt patet Exo. 16. Diony. Carth.

g. Audiuit Dauid obdormisse. Mortuus enim erat morte naturali, ideo scriptura dicit eũ dormisse, & mortuũ esse Ioab: quia fuit interfectus gladio, vt patet supra, cap. 2. De Lyra.

h. Ob Salomonis scelera suscitauit illi dominus tres aduersarios: Adad Idumæum, Razon Sytiũ, & Ieroboam filium Nabat, qui post mortem eius regnum eius scinderent, & prophanarent.
9. Exercitus.
10. Quod execrarentur Israelem.
1. Hic est tertius aduersarius Salomonis. Dicũt aliqui quòd iste Nabath pater Ieroboam fuit idem quod Semei: & quod vxor eius nutriens Ieroboam reducebat sibi frequenter ad memoriã interfectionem patris sui à Salomone. De Lyra.
11. Zeruha.
12. Clausit interruptionem bellicosus.
13. Illi soli.
l. Decem tribus à domo Dauid se paratæ sunt, & duæ relictæ. Quia vt ait post, reliquiæ propter electionem gratiæ, saluæ factæ sunt. Ieroboam qui decẽ tribus à templo dei seputatus ad idololatria perduxit, significat hæreticos qui vnitatem fidei catholicæ hæresibus scindunt. Glos. Ordi. ibidem.
l. Relicitur Salomon, sed iam mulieribus alienis possessus, & idolo Moabitarum & Sidoniorum maciparus. Tertul. aduersus Marcio. lib. 2.

m. Peccata quæ insipientibus leuia sunt, perfectis viris grauia reputantur. Tanto enim maius cognoscitur esse peccatũ, quanto maior qui peccat habetur. Crescit enim delicti cumulus iuxta ordinem meritorum. Et sæpe quod minoribus ignoscitur, maioribus imputatur. Isidorus lib 2. c. 18. de summo bono.
14. Quod rectum est in oculis meis.
15. Statuta, & infra.

16. Quæsiuit.
n. In 2. verò Paral. c. 9. habetur, Reliqua autem operũ Salomonis priorum & nouissimorum scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, & in libris Ahiæ Silonitis, in visione quoque Addo videntis contra Ieroboam filiũ Nabath. Hos libros hodie minimè, neque apud ipsos Hebræos inueniri posse asseuerant: sicut nec librum bellorum domini, cuius in lib. Num. memio fit, neque librum iustorum, neque carmina Salomonis, &c. quę scripturaquidem probat, sed hodie constat non esse. Euseb. ibidẽ.
17. Nonne.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Mors Salomonis. Salomon cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauid patris sui, regnauítque Roboam filius eius pro eo.

*Roboam iuuenum consilio regnum diuidit, apparatum eius in Ieroboam dominus dehortatur: veruntamen Ieroboam aureos vitulos erexit.* XII.

a. Vbi corrupta est Dina, vbi vendatus est Ioseph. vbi consurrauit Abimelech, ibi scissum est regnum Iuda.
1. Manssitque Ieroboam in Aegypto.

VEnit autem Roboam in [a] Sichem: illuc enim congregatus erat omnis populus Israel ad constituendum eum Regem. At verò Ieroboam filius Nabath, cùm adhuc esset in Ægypto profugus à facie Salomonis regis, [1] audita morte eius, reuersus est de Ægypto.] Miserúntque, & vocauerunt eum. † Venit ergo Ieroboam, & omnis multitudo Israel, & locuti sunt ad Roboam, dicentes: [b] Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis, tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo quod imposuit nobis, & seruiemus tibi. Qui ait eis: Ite vsque ad tertium diem, & reuertimini ad me. ♱ Cúmque abisset populus, iniit consilium Rex Roboam cum senioribus, qui assistebant coram Salomone patre eius, cùm adhuc viueret, & ait: Quod datis consilium, vt * respondeam populo? Qui dixerunt ei: Si hodie [2] obedieris populo huic, & seruieris, & petitioni eorum cesseris,] locutúsque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi serui cunctis diebus. † Qui dereliquit consilium senum quod dederant ei, & adhibuit] adolescentes qui nutriti fuerant cũ eo, & assistebant illi, dixítque ad eos: Quod mihi datis consilium, vt respondeã populo huic, qui dixerunt mihi: leuius fac iugum quod imposuit pater tuus super nos? Et dixerunt ei iuuenes qui nutriti fuerant cum eo: [3] Sic loquere populo huic, qui locuti sunt ad te, dicentes: † Pater tuus aggrauauit iugum nostrũ, tu releua nos. ♱ Sic loqueris ad eos: [4] Minimus digitus meus grossior est dorso] patris mei. Et nunc pater meus * posuit super vos iugum graue, ego autẽ addam super iugum vestrum. Pater meus [5] cæcidit] vos flagellis, ego autem cædã vos [c] scorpionibus. Venit ergo Ieroboam, & omnis populus [d] ad Roboam die tertia, sicut locutus fuerat Rex, dicens: reuertimini ad me die tertia. Respondítque Rex populo dura, derelicto consilio seniorum quod ei dederant, & locutus est eis secundum consilium iuuenum, dicens: Pater meus aggrauauit iugum vestrum, ego autem addam iugo vestro. Pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus. ♱ Et non [6] acquieuit Rex populo, quoniam [6] auersatus fuerat eum dominus, vt susciteret] verbũ suum, quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ ad Ieroboam filium Nabath. † Videns itaque [7] populus] quòd noluisset eos audire Rex, respondit ei, dicens: Quæ nobis pars in Dauid, [8] vel quæ] hæreditas in filio Isai? Vade in tabernacula tua Israel. Nunc vide domum tuam Dauid. [e] Et abiit Israel in tabernacula sua. Super filios autem Israel, quicunque habitant in ciuitatibus Iuda: regnauit Roboam. † Misit ergo Rex Roboam Aduram, qui erat super tributa: & lapidauit eum omnis Israel, & mortuus est. Porrò rex Roboam [9] festinus ascendit] currum, & fugit in Ierusalem, recessitque Israel à domo Dauid vsque in præsentem diem. † ♱ Factum est autem cùm audisset omnis Israel quod reuersus esset Ieroboam, miserunt & vocauerunt eum congregato cœtu, & constituerunt eum [f] regem super omnem Israel, nec secutus est quisquam domum Dauid præter tribum Iuda solam. † Venit autem Roboam Ierusalem, & congregauit vniuersam [10] domum] Iuda [h] & tribum Beniamin, centumoctoginta milia electorum virorum, & bellatorum: vt pugnarent contra domum Israel, & reducerẽt regnum Roboam filio Salomonis. † Factus est autem sermo domini ad Semeiam virum dei, dicens: Loquere ad Roboam filium Salomonis Regem Iuda, & ad omnẽ domum Iuda, & Beniamin, & reliquos de populo, dicens: Hæc dicit dominus: ♱ Non [i] ascendetis, neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel. Reuertatur [11] vir] in domum suam. [i] A me enim [12] factum est verbum hoc. Audierunt sermonem domini, & reuersi sunt de itinere, sicut eis præceperat dominus. Ædificauit autem Ieroboam Sichem in monte Ephraim, & habitauit ibi. Et egressus inde ædificauit Phanuel. Dixítque Ieroboam in corde suo: [j] Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, si ascen-

2. Habeam verbum quod huic.
2. Quasi seruus fueris populi huius, obsequurúsque eis fueris, eisque respõderis, hoc est, si fueris humilis coram eis, & respondaris eis placidè iuxta eorum voluntatem, seruient tibi voluntariè.
3. Consuluit.
4. Minimum in me grossius est lumbis.
* Onerauit vos, &.
5. Castigauit, & infra.
c. Flagellis quibus additi sunt aculei.
d. Roboã de domo Dauid fuit, sed in vis eius non ambulauit. fecit enim Iudas (scriptura teste) in diebus illis malum coram domino, & irritauerunt eum super omnibus quæ fecerãt patres eorum, fecerũtque omnes abominationes gentiũ. Glos. ord. ibid.

6. Fuit ordinatio dei, vt confirmaret.

7. Vniuersus Israel.

8. Nec est.

e. Itaque Roboam desertus à populo ac destitutus, vix duarum tribuum propter Dauid meritum habere potuit societatem, Ambro. Offi. 1. cap. 18.
9. Constitit est ascendere.
f. Cùm audissent Ieroboam redisse ex Aegypto, vbi fugerat timore Salomonis. Fugerat enim cum aliis in Sichem, & per hoc fuit diuulgatus vbique aductus eius. De Lyra.
g. Diuisum est regnum Israelitarum in duo regna: vnum Iudæ 2. tribuum: alterum Israel, 10. tribuum.
10. Familiam.
h. Tribus Beniamin secuta est Roboã occasionaliter, quia non poterat se separare à tribu Iuda in cuius medio habitauit. Similiter tribui Leui, quoniam locus diuini cultus & sacrificiorum erat in Ierusalem. Diony. Cart.
11. Vnusquisque.
i. Non est itaque dubitandũ, vo Israel dei, qui in cælo & in terra omnia quæcũque voluit fecit, & qui etiam illa quæ futura sunt fecit, humanas voluntates nõ posse resistere, quominus faciat ipse quod vult: quandoquidem etiam de ipsis hominũ voluntatibus quod vult, & cũ vult facit. Ruchu. ibidem.
12. Facta est res ista, & infra.

[k] ascenderit populus iste, vt faciat sacrificia in domo domini in Ierusalem, & conuertetur cor populi huius ad dominum suum Roboam regem Iuda, interficientque me, & reuertentur ad eum. Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis, [13] Nolite vltrà ascendere Ierusalem. † Ecce dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Æ-
G gypti. [*] Posuitque vnum in Bethel, & alterum in Dan: & factum est verbum hoc in peccatum. † Ibat enim populus [14] ad adorandũ vitulum] vsque in Dan. Et fecit phana in excelsis, † & sacerdotes de [l] extremis populi, qui non erat de filiis Leui. [m] Constituit quoque diem solennem in mense octauo, quintadecima die mensis, in similitudinem solennitatis quæ celebrabatur in Iuda. Et [15] ascendens, altare] similiter fecit in Bethel, vt immolaret vitulis quos fabricatus fuerat. Constituítque in Bethel sacerdotes excelsorum quæ fecerat, & [16] ascendit] super altare quod extruxerat in Bethel, quintadecima die mensis octaui, quem finxerat de corde suo. Et fecit solennitatem filiis Israel, & [17] ascendit] super altare, [18] vt adoleret] incensum.

k. Probabiliter enim credebat quod per sacerdotes populus ad hoc induceretur, vel saltem posset induci, per Roboam destinaretur quousque tutatior et fidelitatem, & consentiret in mortẽ Ieroboam. De Lyra.
13. Satis est vos ascendisse in Ierusalem, vel multum est vobis ascendere in Ierusalem.
14. Propter vnum.
l Hoc est, tam de maioribus, q̃. de infimis populi, qui dicuntur extremitates populi.
m. Constituit diem solennẽ dedicationis decimaquinta die Septembris, ad similitudinẽ eius quam cõstituerat Moyses & Iudas Machabæus. Diony. Carth.
15. Offerebat super altare & illa.
16. Faciebat holocausta.
17. Obtulit.
18. Atque adoleuit.

*Propheta certis conditionibus ad Ieroboam missus, completo munere rediens, à leone fractis conditionibus occiditur.* XIII.

A [a] ECCE [1] vir dei venit de Iuda in sermone domini in Bethel Ieroboam stante [1] super altare, & thus iaciente.] Et exclamauit contra altare in sermone domini, & ait: Altare, altare, hæc dicit dominus: † Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc [2] in te] thura succendunt, & [b] ossa hominum super te incendet. Dedítque in illa die signum, dicens: Hoc erit signum quod locutus est dominus: Ecce altare scindetur, & effundetur cinis, qui in eo est. Cúmque audisset Rex sermonem hominis dei, quem inclamauerat contra altare in Bethel, extendit [*] manum suam de altari, dicens: apprehendite eum, & [c] exaruit manus eius, quam extenderat contra
B eum, nec valuit retrahere eam ad se. [2] Altare quoque scissum est, & effusus est cinis de altari, iuxta signum quod prædixerat vir dei in sermone domini. Et ait Rex ad virum dei: Deprecare faciem domini dei tui, & ora pro me: vt restituatur manus mea mihi. Orauítque vir dei faciem domini, & reuersa est manus Regis ad eum, & facta est sicut prius fuerat. Locutus est autem Rex ad virum dei: Veni mecum domum vt prandeas, & dabo tibi munera. Respondítque vir dei ad Regem: Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto. Sic enim mandatum est mihi in sermone domini præcipientis:
C [3] Non comedes panem, neque bibes aquam, nec reuertêris per viam quaveníisti. Abiit ergo per aliã viam, & non est reuersus per iter quo venerat in Bethel. [d] Prophetes autẽ quidam senex habitabat in Bethel, ad quem [3] venerunt filij sui, & narrauerunt] ei omnia opera quæ fecerat vir dei illa die in Bethel. Et verba quæ locutus fuerat ad regem narrauerunt patri suo. Et dixit eis pater eorum: Per quam viam abiit? Ostenderunt ei filij sui viam per quam abierat vir dei: qui venerat de Iuda. Et ait filiis suis: Sternite mihi asinum. Qui cùm strauissent, ascendit, & abiit post virum dei, & inuenit
D eum sedentem subtus terebinthum. [3c] Et ait illi: Túne es vir dei qui veníisti de Iuda? Respondit ille: Ego sum. Dixítque ad eum: Veni mecum domũ, vt comedas panem. Qui ait: Non possum reuerti, [4] neque venire] tecum, nec comedam panem, nec bibam aquam in loco isto, quia locutus est dominus ad me in sermone domini, dicens: † Non comedes panem, & non bibes aquam ibi, nec reuerteris per viam qua ieris. Qui ait illi: Et ego propheta sum [5] similis tui,] & angelus locutus est mihi in sermone domini, dicens: Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquã. † [6] Fefellit eum, [7] & reduxit secum. Comedit ergo] panem in domum eius, & bibit aquam. [3] Cúmque sederent ad mensam, factus est sermo domini ad prophetam qui
E reduxerat eum: Et exclamauit ad virum dei, qui venerat de Iuda, dicens: Hæc dicit dominus: quia non obediens fuisti ori domini, & non custodisti mandatum quod præcepit tibi dominus deus tuus, & reuersus es, & comedisti panem, & bibisti aquam

a. In dedicatione autem altaris quod fuit in Bethel, vir dei de Iuda, vt contra altare illud prophetaret, à deo mittitur: quo ad tempus id fieret, dum terribilia signa ostenderentur: Nã & altare in duas partes statim in hora holocausti scinditur, & integra ipsius Regis arida manus siccatur. Aug. de mirabilibus sacræ scripturæ, lib. 2. cap. 14.
1. Iuxta altare vt adoleret.
2. Super te.
b. Iosias ossa sepulchrorum quæ in monte erant, super hoc altare combussit, vt patet 4. Reg. 23. d.
*Ieroboam.
c. Quis igitur deos colat, qui nec defendere se quasi dij, nec abscondere quasi homines possunt? At in templo dei cum Ieroboam Rex sceleratissimus dona quæ pater eius polluerat auferret, ac super sanctum altare libares idolis, dextera eius quã tendit, arruit: quæ sua erat quæ inuocabat idola protinus. Demisla adoratio ad dominum rogauit ventum, siccatumque manus eius quę arguerat sacrilegii, sana ta est religione. Tam mature in vno & misericordiæ diuinæ & indignationis exemplum extitit, vt sacrificanti subito dextera adimeretur, pœnitenti venia daretur. Ambr. de virginib. Lib. 2. Ille pseudoprophetæ principe erat sacerdotum, & valde à regę colebatur tanquam diuinus.
Timens autem ne per sermonẽ viri dei rex à cultura idolorum recederet, & se tanquam maleficum interficeret, excogitauit vt virũ dei deciperet fatis astute agens, vt dũ transgrederetur præceptum dei, illius iram incurreret sicut postea fecit cùm magis homini quàm deo credidit. Glos. Ord.
3. Venit filius suus & narrauit.
c. Igitur propheta qui à deo missus fuerat in Bethel, vt increparet Ieroboam super idololatria quam gesiit, & à falso propheta seductus, comedit ibi & bibit contra præceptũ domini, & propterea in via à leone occisus est Angelomus. ibidem.
4. Vt ingrediar.
5. Sicut tu.
6. Mentitúsque est ei: Reuersus est igitur cum illo, & comedit.
7. Timuit enim ille bonus propheta offendere deum nõ obediendo cõmissioni diuinæ factæ per angelum, vt putauit, tamen non debebat ita facilitèr credere, sed domini inuocare, vt sibi super hoc veritatẽ ostenderet, sicut ait Ioan. Apost. Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sint. Diony. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



in loco in quo præcepit tibi ne comederes panem, neque biberes aquam, † non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum. Cúmque comedisset, & bibisset, 8 strauit asinum suum propheta quem reduxerat.] Qui cùm abisset, 9 inuenit eum leo in via, & occidit: & erat cadauer eius proiectum in itinere. & Asinus autem stabat iuxta illum, & leo stabat iuxta cadauer. Ecce viri transeuntes viderunt cadauer proiectum in via, & leonem stantem iuxta cadauer. Et venerunt & diuulgauerunt in ciuitatem in qua prophetes ille senex habitabat. Quod cùm audisset propheta ille qui reduxerat eum de via, ait: Vir dei est, qui inobediens fuit ori domini, & tradidit eum dominus leoni, & confregit eum, f & occidit iuxta verbũ domini quod locutus est ei. Dixítque ad filios suos: Sternite mihi asinum. Qui cùm strauissent, & ille abisset, inuenit cadauer eius proiectum in via, & asinum & leonem stantes iuxta cadauer. Nõ comedit leo de cadauere, nec læsit] asinum. & Tulit ergo prophetes cadauer viri dei, & posuit illud super asinum, 10 & reuersus intulit in ciuitatem prophetæ senis, vt plãgerent eum.] Et posuit cadauer eius in sepulchro suo. g Et planxerũt eum: heu, heu] mi frater. 11 Cúmque planxissent eum, dixit ad filios suos:] Cùm mortuus fuero, sepelite me in sepulchro, in quo vir dei sepultus est: iuxta ossa eius ponite ossa mea. Profectò enim veniet sermo quem prædixit in sermone domini contra altare quod est in Bethel, & contra omnia fana excelsorum, quæ sunt in vrbibus Samariæ. Post verba hæc non est reuersus Ieroboam de via sua pessima, sed econtrario fecit de nouissimis populis sacerdotes excelsorum. Quicunque volebat 12 implebat manum suam,] & fiebat sacerdos excelsorum. 13 Et propter hanc causam peccauit domus Ieroboam,] & euersa est, & deleta de superficie terræ.

8. Et asinum propheta ille qui reduxerat eum.
9. Iussus autem erat non mãducare nec bibere, qui pro eoquod deceptus est à Pseudopropheta, & inobediens fuit verbo domini, à leone in via interẽptus est. Equidem homo cuiusuis sit meriti, ti cõditoris sui protectione deseritur, quæ nimirum protectio minus necessaria creditur, si semper habeatur, sed vtilior plerunque subtrahitur, vt sibimetipsi homo, quia sine illa nihil sit ostendatur. Euseb. ibid.
f. Homo difficulter excusatur à diuini transgressione præcepti, imo & faciliter incidit in eam: quia propheta iste nõ obstante quod credidit dominum præcepisse quod falsus ille asseruit, nihilominus iudicatus est inobediens fuisse. Henricus de Hassa ibidem.
10. Atque reduxit: & venit propheta ille senex in ciuitatem, vt lugeret, & sepeliret eum.
g Inuenimus in regnorũ libris deum per prophetam minari alteri prophetæ, qui eius transgressus est verbum, quòd non inferretur cadauer eius in sepulchrũ patrum eius. Augu. de cura pro mort. agenda. cap. 7.
11. Factúmque est postquam sepelisset eum, vt loqueretur cum filiis suis, dicens.
12. Illi placebat, illius manũ cõsecrabat.
13. Factáque est res ista in peccatum domus Ieroboam, vel, Et hoc factum est in pœnam dom⁹ Ieroboam.

## *Prophetia Abiæ super morte Ieroboam & Abiæ filij eius, regnum Iuda ob idololatriam prædæ exponitur.* XIIII.

IN tempore illo ægrotauit Abia filius Ieroboam. Dixítque Ieroboam vxori suæ: Surge, * & 1 commuta habitum, ne cognoscaris quòd sis vxor Ieroboã, & vade in Sylo, vbi est Ahias propheta, † qui locutus est mihi, quòd regnaturus essem super populum hunc. † 2 Tolle quoque in manu tua decem panes, & 2 crustulam, & vas ]mellis, & vade ad illum. Ipse enim indicabit tibi quid euenturum sit puero huic. Fecit vt dixerat Ieroboam, vxor: & consurgens abiit in Sylo, & venit in domum Ahiæ. At ille non poterat videre, quia calligauerant oculi eius præ senectute. Dixit autem dominus ad Ahiam: Ecce vxor Ieroboam ingreditur, vt 3 consulat te super] filio suo, quia ægrotat. Hæc & hæc loquẽris ei. & Cùm ergo illa intraret, & dissimularet se esse quæ erat, audiuit Ahias sonitum pedum eius introeuntis per ostiũ, & ait: Ingredere vxor Ieroboam. Quare aliam te esse simulas? b Ego autem missus sum ad te 4 durus nuntius.] Vade, & dic Ieroboam. Hæc dicit dominus deus Israel: † Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te Ducem super populũ meum Israel: & scidi regnum domus Dauid, & dedi illud tibi, & non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & secutus est me in toto corde suo, 5 faciens quod placitum esset] in conspectu meo: sed operatus es malè, super omnes qui fuerunt ante te, & fecisti tibi deos alienos, & conflatiles, vt me ad iracundiã prouocares, me autem proiecisti post tergum tuum: & idcirco ecce ego inducam mala super domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam c mingentem ad parietem, & clausum & 6 nouissimum] in Israel, & mundabo reliquias domus Ieroboam, 7 sicut mundari solet fimus vsque ad purum.] † Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues cœli: quia dominus locutus est. Tu igitur surge, & vade in domum tuam, & in ipso introitu pedum tuorum in vrbem, morietur puer, & planget eum omnis Israel, & sepelient. Iste enim solus inferetur de Ieroboam in sepulchrum, quia 8 inuentus est super eo d sermo bonus à domino deo Israel in domo Ieroboam. Constituet autem sibi dominus Regem super Israel, qui percutiet domum Ieroboam in hac die, 9 & in hoc tem-

* Quæso.
1. Immutare, vt non cognoscãt.

2. Vxor Ieroboam insimulante filio pergit ad Ahiam hominem dei, deferri si panes & vuas passas, & vasculum mellis. Diuinat enim quid illã secũ portauerit, & tamen prophetã nõ scribitur accepisse: quippe cùm & corripuerit eam, & venturum luctum prædixerit. Hier. sup. ea. 3. Mich.
3. Placentas, & vtrem.
3. Scisciteturne à te pro.

b. Cùm illa missa sit ad illũ, non ille ad eam, cur dicit: Ego autẽ missus sum, &c. Dicendũ quod quædam est missio localis, qua fœmina missa venit ad virum, alia est missio spiritualis, qua quis dicitur mitti, quia ad agendum aliquid deputatur, dirigitur, ordinatur. Sic propheta iste fuit missus, id est, directus à spiritu sancto ad loquendum huic fœminæ verba sequentia. Dio. ibi.
4. Dura nuncians.
5. Vt faceret quod rectum est.
c. Mingens ad parietẽ, idem est quod canis. Helias Leuites. Germanus. Ego autem dico magis conuenire vt exponatur de masculo, qui in parietem mingere solet: fœmina enim non mingit ad parietem tam de vico quàm de cane. Hæc ille.
6. Derelictum.
7. Sicut remouet quis fimũ, vel stercus, donec totum amouear.
8. Inuenta est tot bona in eo erga dominum.
d. Quoniam diruperat septa quibus pater suus vetabat ire Ierusalem, cùm poneret custodes & obseruatores viarum, ne quis diebus festis iret ad sacrificandum in Ierusalem. Dionysius.
9. Sed quale hoc nunc est.

D tempore,]& percutiet dominus deus Israel,sicut moueri solet harundo in aqua.[d] [c]Et euellet Israel de terra bona hac quam dedit patribus eorum, & ventilabat eos [f] trans flumen, quia fecerunt sibi lucos, vt irritarent dominum. Et tradet dominus deus Israel propter peccata Ieroboam,qui peccauit,& peccare fecit Israel. Surrexit itaque vxor Ieroboam,& abiit,& venit in [g] Thersa. Cúmque illa ingrederetur limen domus, puer mortuus est: & sepelierunt eum, & planxit eum omnis Israel, iuxta sermonem domini quem locutus est in manu serui sui Ahiæ Prophetæ. Reliqua autem verborum Ieroboam quomodo pugnauerit, & quomodo regnauerit, ecce scripta sunt in E libro verborum dierum Regum Israel. [d]Dies autem quibus regnauit Ieroboam, viginti duo anni sunt. [h] Et dormiuit,Ieroboam cum patribus suis: regnauítque Nadab filius eius pro eo. † [i] Porrò Roboam filius Salomonis regnauit in Iuda. Quadraginta & vnius anni erat Roboam,cùm regnare cœpisset, decem & septem annis regnauit in Ierusalem ciuitate, quam elegit dominus vt poneret nomen suum ibi [10] ex omnibus] tribubus Israel. Nomen autē matris eius Naama Ammonitis.] Et fecit Iuda malum coram domino,& irritauerunt eum [11] super omnibus] quæ fecerant patres eorū F in peccatis suis,quæ peccauerunt. [d] Ædificauerunt enim & ipsi sibi [12] aras,]& statuas & lucos, super omnem collem excelsum,& subter omnem arborem frondosam, sed & [13] effœminati] fuerunt in terra,fecerúntque* omnes abominationes gentium,quas [14]attriuit dominus ante faciem filiorum Israel. [k]In quinto autem anno regni Roboam ascendit Sesac Rex Ægypti in Ierusalem,& tulit thesauros domus domini,& thesauros regios,& vniuersa diripuit: scuta quoque aurea [†] quæ fecerat Salomon, pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea,& tradidit ea in manu [15] ducum scutariorum, & eo- G rum] qui excubabant ante ostium domus Regis. [d] Cúmque ingrederetur Rex in domum domini,portabant ea [16] qui præeundi habebant officium,]& postea reportabāt ad [17] armamentarium scutariorum. [l]Reliqua autem sermonū Roboam,& omnia quæ fecit, ecce scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda. Fuítque bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus. Dormiuítque Roboam cum patribus suis, & sepultus est [18] cum eis] in ciuitate Dauid. Nomen autem matris eius Naama Ammonitis. Et regnauit Abia filius eius pro eo.

a. Quod implerum est quando captiuatus populus Israel in Assyrios tempore Oseæ ductus est. Ve 17. lib. 4. Regum deductum est. De Lyra. ibidem.
f. Vltra Euphratam in Assyriã, Persiam & Mediam.
g. Thersa regia erat Regum Israel ante constitutionem Samariæ,nõ longè à Bethoron & stet vnius diei ab Ierusalem,quæ ab Hebræis Tirsa vocatur,alias Tersa.

## Mors Ieroboam.

h. Expedita descriptione vitæ & mortis praui Regis decem tribuum,redit scriptura ad describendum facta regis Iuda, contemporanei ejus. Dionysius.
i. Separatis decem tribubus à regno Roboam,sacerdotes & Leuitæ qui erant dispersi per decẽ tribus venerunt Ierusalem, vbi erat cultus deifimiliter alij qui habebant zelum legis dei,& roborauerunt regnum Roboam per tres annos in quibus rex & populus deo fideliter seruierũt, postea verò rex declinauit ad Idolatriam, & consequenter populus exemplo eius. De Lyra.
10. Præ cunctis.
11. In pluribus quàm.
12. Exc. Ita.
13. Scorta masculina.
*Iuxta.
14. Fecit.
k. Offensus dominus contra Iudam,suscitauit Sesac Regẽ Ægypti anno 5. regni Roboã, qui ingrediens Ierusalẽ pactis præcedentibus,cũ ei resistere non posset, fœdera non seruauit. fecerat enim cum eo pactum de quorundam munerum destructione, quod transgressus est. Comestor.
15 Eorum qui præerant militibus,&.
16. Satellites.
17. Thalmum militum.
l. Habuit autem Roboam vxores 18. concubinas verò 30. Nati sunt ei filij 28. filiæ verò 40. Comestor.

## Mors Roboam,

18. Iuxta patres suos.

*Abiæ Regis contra Ieroboam,& Asæ contra Baasan prælia, & Iosaphat ac Nadab gesta.* XV.

A [1]IGitur in octauodecimo anno regni Ieroboam filij Nabath, regnauit Abia super Iudam. [a] Tribus annis regnauit in Ierusalẽ. Nomen matris eius [b]Maacha filia Abessalon:ambulauitq; in omnibus peccatis patris sui quæ fecerat ante eum,nec erat cor eius perfectum [1] cum] domino deo suo, sicut cor Dauid patris sui. Sed propter Dauid dedit ei dominus deus suus lucernam in Ierusalem, vt suscitaret [c]filium eius post eum,& [2] & statueret] Ierusalem, eò quòd fecisset Dauid rectũ in oculis domini,& nõ declinasset ab omnibus quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ: † [3] excepto sermone] Vriæ Hethæi. [d] Attamen bellum fuit inter [4] Abiam] & Ieroboam omni tempore vitæ eius. Reliqua autem sermonum Abiæ,& omnia quæ fecit: nónne hæc scripta sunt † in libro verborum dierum Regum Iuda? Fuítque prælium inter Abiam,& inter Ieroboã. Et dormiuit Abia cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid. Regnauítque Asa filius eius pro eo. † In anno ergo [d] vicesimo Ieroboam Regis Israel,regnauit Asa Rex Iuda: & quadraginta & vno anno regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Maacha, filia Abessalon, & fecit Asa rectum ante conspectum domini, sicut Dauid pater eius: & abstulit [5] effœminatos] de terra: [6] purgauítque vniuersas sordes idolorum,] quæ fe- c cerant patres eius. [d]Insuper & Maacham matrem suam amouit,ne esset] Princeps in sacris Priapi,& in luco eius quem consecrauerat, subuertítque specum eius, & confregit simulacrum turpissimum, & combussit in torrente] Cedron. Excelsa autem non [8] abstulit.] Veruntamen cor Asa perfectũ erat cum domino [7] deo suo] cunctis

a. Tribus annis, non integris sed duobus & parte tertij: quoniam Roboam pater Abiæ mortuus est anno Roboam decimo octauo. Hic autẽ incipit regno eius 20.
b. Maacha filia Abessalon ex Thamar filia Absalon filij Dauid & fratris Salomonis, quam Roboam vxorem accepit. Inde vituperatus est, quia contra legem dei cognatam accepit. Ios. 1. Coram.
c. Hoc est, Asa homo totus pius ex impio patre.
2. Firmam faceret.
3. Excepta causa.
4. Roboam.
d. Decimooctauus enim annus Ieroboam fuit primus Abiæ anni, & 20. eiusdem fuit Abiæ vltimus, qui & Asæ primus.
5 Scortatores.
6. Remouit cuncta abominanda idola.
7. Domina, eò quòd ipsa fecisset in lucis simulacra,& extirpauit Asa simulacra illius, cõbussitque iuxta torrentem.
8. Sunt ablata.

Universidad de Deusto
Biblioteca



diebus ſuis,& intulit e ea quæ ſanctificauerat pater ſuus,& vouerat in domum domini: argentum & aurum & vaſa. Bellum autem erat inter Aſa & Baaſa Regem Iſrael: cunctis diebus eorũ. Aſcendit quoque Baaſa rex Iſrael in Iudam,& ædificauit Rama, vt non [9] poſſet quiſpiam] egredi vel ingredi [10] de parte Aſa Regis] Iuda. † Tollens [f] itaque Aſa omne argentum & aurum quod remanſerat in theſauris domus domini, & in theſauris domus regiæ,dedit illud in manus ſeruorum ſuorum: & miſit ad Benadab filium Tabremon,filij Ezion,Regem Syriæ,qui habitabat in Damaſco,dicẽs: Fœdus eſt inter me & te,& inter patrem meum & patrem tuum: ideo miſi tibi munera argentum & aurum,[g] & peto]vt venias,& irritum facias fœdus quod habes cũ Baaſa rege Iſrael,& recedat à me. Acquieſcens Benadab Regi Aſa,miſit [11] Principes exercitus ſui] in ciuitates Iſrael: & percuſſerunt Ahion & Dan & Abel [12] domum Maacha:] & vniuerſum Cennerot h, [13] omnem ſcilicet terrã] Neptalim. † Quod cùm audiſſet Baaſa intermiſit ædificare Rama, & [14] reuerſus eſt] in Therſa. Rex autẽ Aſa [i] nuncium miſit in omnem Iudam,dicens: Nemo ſit excuſatus. Et tulerunt lapides de Rama & ligna eius, quibus ædificauerat Baaſa:& extruxit de iiſdem Rex Aſa [15] Gabaa Beniamin & Maſpha.] Reliqua autem omnium ſermonum Aſa & vniuerſæ fortitudines eius,& cuncta quæ fecit,& ciuitates quas extruxit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iuda? † Veruntamen in tempore ſenectutis ſuæ doluit pedes: & dormiuit cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in ciuitate Dauid patris ſui,regnauítque Ioſaphat filius eius pro eo. [16] [g] Nadab verò filius Ieroboam regnauit ſuper Iſrael, anno ſecundo Aſa Regis Iuda: regnauítque ſuper Iſrael duobus annis: & fecit quod malum eſt in conſpectu domini: & ambulauit in viis patris ſui, & in peccatis eius,quibus peccare fecit Iſrael. [17] Inſidiatus eſt autem ei] [h] Baaſa filius Ahiæ de domo Iſachar: & percuſſit eum in Gebbethon quæ eſt vrbs Philiſtinorum: Siquidem Nadab & omnis Iſrael obſidebant Gebbethon. Interfecit ergo illum Baaſa in [i] anno tertio Aſa Regis Iuda, [k] & regnauit pro eo. Cúmque regnaſſet,percuſſit omnem domum Ieroboam. [g] Non dimiſit ne vnam quidem animam de ſemine eius,do [c] nec deleret eum, † iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu ſerui ſui Ahiæ Silonitis: propter peccata Ieroboam, quæ peccauerat, & quibus peccare fecerat Iſrael, & propter [17] delictum quo] irritauerat dominum deum Iſrael. Reliqua autem ſermonum Nadab,& omnia quæ operatus eſt,nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum Regum Iſrael? Fuítque bellum inter Aſa & Baaſa Regem Iſrael, cunctis diebus eorum. Anno tertio Aſa Regis Iuda regnauit Baaſa filius Ahiæ ſuper omnem Iſrael in Therſa vigintiquatuor annis. Et fecit malum coram domino: ambulauítque in viis Ieroboam,& in peccatis eius,quibus peccare fecit Iſrael.

*Mortuo Baaſa ſucceſſit Ela filius eius,quem Zambri occidit,& totam Baſæ domum, Zambri verò ſe occidit: cui ſucceſſit Amri, Ahiel reædificante in malum ſuum Iericho.* XVI.

[1] Actus eſt autem ſermo domini ad [a] Iehu filium Anani contra Baaſa, dicens: Pro eò quò exaltaui te de puluere,& poſui te ducem ſuper populum meum Iſrael, tu autem ambulaſti in via Ieroboam, & peccare feciſti populum meum Iſrael, vt me irritares in peccatis eorum: ecce ego [b] demetam poſteriora Baaſa, & poſteriora domus eius, & faciam domum tuam † ſicut domum Ieroboam filij Nabath: qui mortuus fuerit de Baaſa in ciuitate, comedent eum canes: & qui mortuus fuerit ex eo [1] in regione,] comedent eum volucres cœli. Reliqua autem ſermonum Baaſa,& quæcunque fecit, & [2] prælia] eius, nónne hæc ſcripta ſunt † in libro verborum dierum Regum Iſrael? [c] [g] Dormiuit ergo Baaſa cum patribus ſuis, ſepultúſque eſt in Therſa,& regnauit Ela filius eius pro eo. Cùm autem in manu Iehu filij Anani prophetæ verbum domini factum eſſet cõtra Baaſa, & contra domum eius,& contra omne malum quod fecerat coram domino ad irritandum

e Hoc intelligendũ videtur ſic quòd pater eius Abia præfatam victus victoriã cõtra Ieroboã vouerat deo auferre aurum & argentum vaſaque pretioſa, ſed paulo poſt ad idololatriam lapſus non impleuit. Aſa verò intulit ea in templum,& domino deputauit ad vſum cultus diuini. Diony.
9. Permitteret quempiam.
10. Ad Aſam Regem.

f. Miſer populus à deo alienat⁹ diligit quondã pacem ſuam nõ imprudãdam, quã quidẽ non habebit in fine,quia nõ bene ea vtitur ante finem. Hanc autem vt habeat interim in hac vita, noſtra etiã intereſt: quoniã quã diu permixtæ ſunt ambę ciuitates, vtimur & nos pace babylonis: ex qua ita per fidẽ dei populus liberatur,vt apud hanc interim peregrinetur. Aug. de ciui. dei,lib. 19. cap. 26. Quomodo ergo Aſa fregerit pacem inter Baaſa Regẽ Iſrael, & Benadab regem Syriæ ſi poſſit eſſe licita,vt ipſe cum Benadab pacẽ initet, ideo videtur Aſa peccaſſe. Dio.
11. Duces militũ,quos habuit.
12. Bethmaacha.
13. Cum omni terra.
14. Manſit.
15. Collẽ Beniamin in Maſpha.
g. Dicendum q⁹ Nadab non regnauit per duos ãnos integros, ideo non dicitur quòd interfectus fuerit anno quarto regis Aſa. Diony. Ibidem.
16. Et conſpirauit in eum.
h. Hic Baaſa non fuit de genere Ieroboam, quia in Regibus nõ ſemper ſucceſſit filius patri, ſed raro. Regnũ verò Iuda nunquã exceſſit genus ſuum: quia filius ſemper patri ſucceſſit, vt continuetur lignea Chriſti. Comeſt.
i. Annus tertius Aſæ regis Iuda fuit vltimus Nadab, & primus Baaſa.
k. Baaſa qui Nadab occidit tertio anno regni Aſa regnare incipiens. 24. annis regnauit. Intelligitur itaque q⁹ Baaſa vſque ad 27. annũ Regis Aſa duraueric: quomodo ergo dicitur Ela filius Baaſa 26. anno regni regis Aſa regnare cœpiſſe, & duobus annis regnaſſe, niſi quia 26. annum regis Aſa,& primam partẽ 27. anni cum parte,& poſteriorem eiuſdem anni partẽ regnauit ſine patre. Nã in fine ipſius anni 27. Zambri ipſum occidit & pro eo ſeptem diebus regnauit. Richar. de S. Victore,de cõcordia Regum Iuda & Iſrael.
17. Intitationem ſuam qua.

1. Iehu filius Anani propheta domini contra peruersos principes miſſus, vt illis peccata ſua patiter & peccatorũ ſtipendium annunciaret,à Baaſa rege Iſrael in nemum coniectus eſt,& tandem occiſus ab eo. Veruntamẽ quæcũque illi Iehu prædixerat, tibi & domui ſuæ euenerũt per Zambri ſeruum ſuum.
b. Extirpabo poſteros Baaſa, & puſtulos domus eius.
1. In agro.
2. Fortitudo.

Mors Baaſa.

c. Occiſus eſt autem,vt dicit Ioſephus, à Creone commilitone ſuo. Comeſtor poſt Ioſephũ.

tandum eum in operibus manuum suarum, vt fieret sicut domus Ieroboā [d] ob hanc causam occidit eum: & hoc est Iehu filium Anani prophetam.] Anno vicesimo sexto Asa regis Iuda regnauit Ela filius Baasa super Israel in Tersa, duobus annis: & [3] rebellauit] contra eum seruus suus Zambri dux mediæ partis [4] equitum.] Erat autem Ela
c in Thersa bibens, & temulentus in domo Arsa præfecti Thersa. [5] † Irruens ego Zambri percussit & occidit eum, [c] anno vicesimoseptimo Asa regis Iuda, & regnauit pro eo. Cúmque regnasset & sedisset super solium eius, percussit omnem domū Baasa, & non dereliquit ex ea mingentem ad parietem, propinquos & amicos eius. Deleuítque Zambri omnem domum Baasa, iuxta verbum domini, quod locutus fuerat ad Baasa in manu Iehu prophetæ, propter vniuersa peccata Baasa, & peccata Ela filij eius, qui peccauerunt, & peccare fecerunt Israel, prouocantes dominum deum Israel in vanitatibus suis. Reliqua autem sermonum Ela, & omnia quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Israel? Anno vicesimoseptimo Asa
D Regis Iuda regnauit Zambri septem diebus in Thersa. [6] Porrò exercitus obsidebat Gebbethon vrbem Philistinorum. [5] Cúmque audisset rebelasse Zambri & occidisse Regem: fecit sibi Regem omnis Israel [e] Amri, qui erat Princeps militiæ super Israel in die illa in castris. Ascendit ergo Amri, & omnis Israel cum eo, de Gebbethon, & obsidebant Thersa. Videns autem Zambri quòd [*] expugnanda esset] ciuitas, ingressus est palatium, [*] & succendit se cum domo regia: & mortuus est in peccatis suis, quæ peccauerat, faciens malum coram domino, & ambulans in via Ieroboam: & in peccato eius quo fecit peccare Israel. Reliqua autem sermonum Zambri & [7] insidiarum ] eius ⊱ & Tyrannidis, ] nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum
E Regum Israel? [8] Tunc diuisus est populus Israel in duas partes. Media pars populi sequebatur Thebni filium Gineth, vt constitueret eum Regem: & media pars Amri. Præualuit autem populus qui erat cum Amri, populo, qui sequebatur Thebni filium Gineth. Mortuúsque est Thebni, & regnauit Amri. [9] Anno tricesimoprimo Asa regis Iuda, regnauit Amri super Israel duodecim annis. In Thersa regnauit sex annis, emítque montem Samariæ à Somer duobus talentis argenti, & ædificauit eum, & vocauit nomen ciuitatis quam extruxerat, [h] nomine Somer [8] domini montis] Samariæ
F [8] Fecit autem Amri malum in conspectu domini, & operatus est [9] nequiter super] omnes qui fuerunt ante eum. Ambulauítque in omni via Ieroboam filij Nabath, & in peccatis eius, quibus peccare fecerat Israel: vt irritaret dominum deū Israel in vanitatibus suis. Reliqua autem sermonū Amri, & [10] prælia eius quæ gesit, ] hæc nónne scripta sunt in libro verborum dierum Regum Israel? Dormiuítque Amri cum patribus suis, & sepultus in Samaria, regnauitque Achab filius eius pro eo. [i] Achab verò filius Amri regnauit super Israel [k] anno tricesimo octauo Asa regis Iuda. Et regnauit
G Achab filius Amri super Israel in Samaria, viginti & duobus annis. [8] Et fecit Achab filius Amri malum in conspectu domini, super omnes qui fuerunt ante eum [11] Nec sufficit ei vt ambularet ] in peccatis Ieroboam filij Nabath: insuper duxit vxorem Iezabel filiam Ethbaal Regis Sidoniorum. Et abit, [l] & seruiuit Baal, & adorauit eum: & posuit aram Baal in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria, & plantauit lucū. Et addidit Achab in [12] opere suo, irritans ] dominum deum Israel, super omnes reges Israel, qui fuerunt ante eū. In diebus eius ædificauit [13] Ahiel de Bethel Iericho. In Abiram [m] primitiuo suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius: † iuxta verbum domini quod locutus fuerat in Manu Iosue filij Nun.

[d. Quod refertur ad Nadab quem occidit Baasa: quapropter iste Baasa, cum sua posteritate meruit deleri non solū quia sibulauit in viis Ieroboā, sed etiam quia occidit Nadab dominum suum proditorie: & maxime quia fuit ita nisi vel prior quàm Nadab. De Lyra.]
4. Curruum.
e. Legitur autem quòd eō exercitus audisset rebellasse Zambri, & occidisse Regē: fecit sibi Regem omnis Israel Amri. Constat ergo quòd ide annus fuerit Amri regnandi primus, qui fuit regi Asa. 28. Quid ergo est quòd de ipso legitur, quòd regnauerit regni Asa. 31. anno? Sed scimus quòd rebellante Thebni media pars populi sequebatur vnū, & media pars aliū. Quòd ergo dicitur regnasse anno Asa 31. intelligitur de eo tēpore dictō, quando mortuus est Thebni, cepit regnare in toto. Richar. de sancto Victore, de concordia Regū Iuda & Israel.
5. Audiuit autem populus in castris à dicente: conspirauit Zambri, & occidit.
[f. Anno 31. Asa regis Iuda regnauit Amri super Israel duodecim annis in Thersa regnauit sex annis. Patet ergo quomodo Zambri tantum occidit Hela anno vicesimo septimo Asa regis Iuda. Deleuit etiam omnem domum Baasa. Quod cum audisset exercitus fecit sibi regem Amri principē militiæ obsidentiū Thersa, in qua erat Zambri, quod cū videret captum incendit se & domū. Anno igitur 31. regni Asa. regnauit Amri super Israel 12. annis à prima tua electione. Dionis. ibi.]
6. Caperetur.
* omnis Regiæ.
7. Conspirationis eius quam conceperat.
g. Hoc anno mortuus est Thebni cum Amri corregnans, & cō firmatū est regnū Amri vsque ad 38. annum Asæ Regis Iuda, à cuius anno 27. inceperat, & sic 12. annis regnauit.
[h. Hic nominauit eā Somaren à Somar priore domino. Et est metropolis regni. Et postea nomen regio ab eo monte Samaria est appellata: quæ nunc Sebaste vocatur, vbi ossa Ioannis Baptistæ quiescunt. Glo. ord.]
8. Qui fuerat dominum mortis.
9. Detestius quàm.
10. Omnia quæ fecit atque fortitudo eius quam ostendit.
[i. Achab cœpit regnare tricesimo octauo regni Asa regis Iuda: sed præter vitulos aureos Ieroboam adorauit Baal deū Sidoniorum, quoniam duxerat in vxorem Iezabel filiam regis Sidoniorum. De Lyra.]
k. Hic annus vltimus est Amri, & primus Achab filij eius.
11. Nil leue sibi videbatur ambulare.
l. Cum à rege Achab altare esset idolo constitutum ad verbum prophetæ tribus annis & sex mensibus ros pluuiæ non cecidit super terram. Ambro. de Elia, cap. 2.
12. Vt faceret ea quibus irritaret.
13. Hiel.
m. Hoc est, primogenito in fundamentorum collocatione, & supremo in ostiorum appensione.

*Elias cœlum claudit tribus annis, & pastus à coruis tandem pascitur à muliere Sareptana aucta farina & oleo, filióque eius tandem suscitato.* XVII.

A [T] Dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab: [1] Viuit dominus deus Israel, in cuius conspectu sto, [a] si erit annis his ros & pluuia nisi iuxta oris mei verba. Et factum est verbū domini ad eum, dicens: Recede hinc, & vade contra orientem, & absconde in torrente Carith, qui est

a. Iram dei vniuersa creatura testatur, cum creatura rationalis sola Baal figmentis super addixit. Chrys. de Elia. Digna pœna quæ intemperantiam digne coerceret, vt cuiū impiis claudereturqui terrena pollu. 1&1. Ambr. de Elia. cap. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca



contra Iordanem,& ibi de torrente bibes,coruíſque præcepi,vt paſcant te ibi. [b]Abiit ergo,& fecit iuxta verbum domini. Cúmque abiſſet, ſedit in torrente Carit, qui eſt contra Iordanem.Corui quoque deferebant ei panem & carnes mane, ſimiliter panẽ & carnes veſperi,& bibebat de torrente. † Poſt dies autem aliquot ſiccatus eſt torrens,non enim pluerat ſuper terram. Factus eſt ergo ſermo domini ad eum, dicens: † [c]Surge & vade in [1]Sarepta]Sidoniorum, & manebis ibi. [d]Præcepi enim ibi mulieri viduæ vt paſcat te. Surrexit &abiit in Sareptam Sidoniorũ.Cúmque veniſſet ad portã ciuitatis, apparuit ei mulier vidua,colligens ligna:& vocauit eam,dixítque ei: Da mihi *paululũ aquæ in vaſe,vt bibam. Cúmque illa pergeret, vt afferret: clamauit poſt tergum eius,dicens:[e]Affer mihi obſecro & buccellam panis in manu tua.Quæ reſpõdit:Viuit dominus deus tuus,[2]quia non habeo panem, * niſi quantum pugillus capere poteſt farinæ in hydria:]& paululum olei in lecytho. En colligo duo ligna, vt ingrediar & faciam illud mihi & filio meo, vt comedamus, * & moriamur. Ad quam Elias ait:Noli timere,ſed vade,& fac ſicut dixiſti. Veruntamen mihi primùm fac de ipſa farinula ſubcinericium panem paruulum, & affer ad me:tibi autem & filio tuo facies poſtea. † [f]Hæc autem dicit dominus deus Iſrael. [3][f]Hydria farinæ] non deficiet.nec lecythus olei minuetur, vſque in diem, in qua dominus daturus eſt pluuiam ſuper faciem terræ.Quæ abiit,& fecit iuxta verbum Eliæ: [g] & comedit ipſe,& illa, & domus eius:*[4]& ex illa die hydria farinæ]non defecit, & lecythus olei non eſt imminutus,iuxta verbum domini,quod locutus fuerat in manu Eliæ.Factum eſt autẽ poſt [-verba] hæc: ægrotauit filius mulieris matrisfamiliâs: & erat languor fortiſſimus, ita vt non remaneret in eo halitus.Dixit ergo ad Eliam:Quid mihi & tibi vir dei? Ingreſſus es ad me vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum? Et ait ad eam Elias:Da mihi filium tuum. [f] Tulítque eum de ſinu eius, & portauit in cœnaculum,vbi ipſe manebat,& poſuit ſuper lectulum ſuum: & clamauit ad dominum,& dixit: [h] Domine deus meus:etiámne viduam, apud quam ego [1] vtcunque ſuſtentor, afflixiſti,vt interficeres filium eius? † Et expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus,& clamauit ad dominum,& ait: Domine deus meus, reuertatur obſecro anima pueri huius in viſcera eius. Et exaudiuit dominus vocem Eliæ,& reuerſa eſt anima pueri intra eum:& reuixit. Tulítque Elias puerum, & depoſuit eum de cœnaculo in inferiorem domum: & tradidit matri ſuæ, & ait illi: En, viuit filius tuus.Dixítque mulier ad Eliam:Nunc in iſto cognoui, quoniam vir dei es tu, & verbum domini in ore tuo verum eſt.

*Elias ad Achab pro pluuia miſſus, prophetis Baal in Carmelo occiſis pluuiam impetrauit.* XVIII.

POſt dies multos factum eſt verbum domini ad Eliam [a]in anno tertio,dicẽs: [a] Vade, & oſtende te Achab,vt dem pluuiam ſuper faciem terræ. Iuit ergo Elias vt oſtenderet ſe Achab,erat autem fames vehemens in Samaria.Vocauítque Achab Abdiam diſpenſatorem domus ſuæ. Abdias autem timebat dominum deum valde. †[b]Nam cum interficeret Iezabel Prophetas domini,tulit ille centum Prophetas, & abſcondit eos, quinquagenos & quinquagenos in ſpeluncis,& pauit eos pane,& aqua.Dixit ergo Achab ad Abdiam: [c] Vade in terram,ad vniuerſos fontes aquarum,& [1] in cunctas valles:] ſi fortè poſſimus inuenire herbam, & ſaluare equos & mulos,& non penitus iumenta intereãt.Diuiſerúntque ſibi regiones,vt circuirent eas. Achab ibat per viam vnam, * & Abdias per viam alteram [2]ſeorſum. ] Cúmque eſſet Abdias in via, Elias occurrit ei. Qui cum cognouiſſet eum, cecidit ſuper faciem ſuam,& ait:Num tu es domine mi,Elias? [f] Cui reſpondit, ego. [1] Et dixit:]Vade,& dic domino tuo:Adeſt Elias.Et ille:[d]quid peccaui, inquit, quoniam tradis me ſeruum tuum in manu Achab,vt interficiat me? Viuit dominus deus tuus: quia non eſt gens aut regnum, in quod non miſerit dominus meus, te requirens.Et reſpõdentibus cunctis:non eſt hic,adiurauit regna ſingula,& gentes,eò quòd minimè

---

b. Quæ deus ſuper naturaliter operatur, optima ſint,ſic ut vinum quod Chriſtus ex aqua fecit in nuptiis.Sic de panibus & carnibus Eliæ ſupernaturaliter apportatis, dicendum videtur quod eranr valde boni ſaporis. Quemadmodũ etiam in primæ lingo vitæ patrum refert Hieronymus. Ioannes Chryſoſto.ſuper Ioan.ca 2.]

c. Quid vero illud, quod cũ in omni terra eſſet fames maxima,vidnæ tamẽ cura deo non defuit,atque ad alendam eam prophetæ directus eſt.Ambro. de viduis.

1.Zarphath[ zarphat etiam dicunt interdum Galliam vt in Abdia legũt,& zarphati Galli. d. Non ſermone,ſed in ſpiritu. Chryſoſt.

*Quæſo.

[e. Poſt hæc iubetur Elias proficiſci in Sareptam Sidoniorũ, vt paſcatur à vidua. Sic enim ad eum Dominus dixit: Vade in Sareptam Sidoniæ: ego mandaui viduæ vt paſcat te. Aug. Serm 201.de Tempore.]

2.Si eſt mihi panis coctus: habeo ſiquidem in cado farinã, ſed quæ vix manũ implere poteſt

*Coctum.

*Ipſum.

3.Farina cadi.

f. Neque enim humanæ facultatis eſt dicere. Hydria farinæ nõ deficiet &c.Nam licet moſi: ita prætati prophetis, tamẽ hic vera dei vox eſt. Ideo præmiſſum eſt Quia hæc dicit dominus. Dominũ enim eſt perpetuitatem ſacramentorũ ſpẽdere cœleſtium,& non deturnum ſpiritalis exaltationis gratiam poſſiceri,largiri munimẽta vitæ, fidei ſignacula, dona virtutum. Ambr de viduis.

g.Opulentos fames occidit & viduæ filios dominus per Eliã pauit. Chryſoſt.

*3. Per dies multos. Et farina de cado.

h.Ac ſi diceret: O domine teſtis huius viduæ cum qua ego habito, tu malefeciſti vt occideres filium eius? vt inte ligatur quod vtique dominus qui teſtis cordis illius mulieris,videbat quanta eſſet pietas,vnde etiam Eliam ipſe ad eam miſerat, non malefaciendi cauſa mortificaueris filium eius, ſed exhibendi miraculi ad gloriã nominis ſui, qua tanquam prophetam,& nunc viuentium, & poſteris commendaret. Aug. ad Simpliciã lib.2.quæſt.3.De quo tradunt Hebræi quòd ipſe poſtea Ionas propheta fuerit:quem de ventre ceti glutiẽtis euoluit tribus diebus dominus abſoluit. Idem de mirabilibus ſacræ ſcripturæ. lib. 2. cap.17.

3.Manens,vel habito.

a.Videtur quod redierit anno 4 Cũ fames duraueric 3.an eũ 6. men vt Iaco. 5. dicendum quòd fames iam per 6. Menſes inceperat antequam diſcederet:& tunc 3.anno rediit.

b.Occiderũt impij prophetas, occiderũt impios & prophetas: ſic, eliauerunt iudæi Chriſtũ, Iudæos flagellauit & Chriſtus traditi ſunt apoſtoli ab hominibus humanę poteſtati,tradiderunt apoſtoli homines potẽtiæ ſatanæ. Aug. Vicentio Donatiſtæ.

[c. Abdias princeps exercitus Iſrael, cuius nomẽ interpretatur ſeruus Domini illos præfigurabat qui ex principibus Iudæorũ ct ediderunt,& erant occulti diſcipuli, vt Nicodemus & Ioſeph ab Arimathia.Gloſ. ordinaria.

1 Ad omnes torrentes.

*Solus.

2.Solus.

d.Hoc eſt,ob quã culpã meam in ſigis mihi hãc legationẽ mihi periculoſã, vt ſi dixero dño meo te adeſſe,requietur occiſio mei,ſi ſubito ex angelo ad aliũ locũ vt ſæpius tibi cõtigit, futris deportatus.Dionyſ.

minimè reperieris. [e] Et nunc dicis mihi: vade & dic domino tuo: adest Elias: Cúmque, recessero à te, spiritus domini asportabit te in locum quem ego ignoro, & ingressus nuntiabo Achab: & non inueniens te, interficiet me. Seruus autem tuus timet dominum ab infantia sua. [f] Nunquid non indicatum est tibi domino meo, quid fecerim, cum interficeret Iezabel Prophetas domini: quòd absconderim de Prophetis domini centum viros, quinquagenos ⟩– & quinquagenos ⟨ in speluncis, & pauerim eos pane & aqua? Et nunc tu dicis vade, & dic domino tuo: adest Elias, vt interficiat
c me? [g] Et dixit Elias: Viuit dominus exercituũ, ante cuius vultũ sto, quia hodie [3] apparebo ei: ⟨ Abiit ergo Abdias in occursum Achab, indicauítque ei. [6] Venítque Achab in occursum Eliæ, & cũ vidisset eum, ait: Túne es ille qui cõturbas Israel? Et ille ait: [7] Non ego turbaui Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mãdata domini, & secuti estis Baalim. Veruntamẽ nunc mitte, & cõgrega ad me vniuersum Israel in monte Carmeli, & Prophetas Baal quadringẽtos quinquaginta. Prophetásque lucorum quadringentos, qui comedunt de mensa Iezabel. Misit Achab ad omnes filios Israel & congregauit prophetas in Monte Carmeli. Accedens autem Elias ad omnem populum Israel, ait: †Vsquequo claudicatis in duas [4] partes? ⟩ Si dominus est deus, sequimini eum: si autẽ Baal, sequimini illum. Et non respondit ei populus verbum. Et ait rursus Elias ad populum: Ego remãsi Propheta domini solus: prophetæ autem Baal,
d quadringenti & quinquaginta viri: [8] ⟩– Prophetæque lucorum quadringenti ⟨ viri sunt. Dentur nobis duo [5] boues: ⟩ & illi eligant [h] sibi bouem vnum, & in frusta cædentes, ponant super ligna, ignem autem non supponant: Et ego faciam bouem alterum, & imponam super ligna, ignem autem non supponam. Inuocate nomina deorum vestrorũ, & ego inuocabo nomen dei mei: & deus, qui exaudierit per ignẽ, ipse sit deus. Respõdens omnis populus, ait: [6] Optima propositio, ⟩– quá locutus est Elias. Dixit ergo Elias Prophetis Baal: Eligite vobis bouem vnum, & facite primi, quia vos plures estis: & inuocate nomina deorum vestrorum, ignémque non suppo natis. Qui cum tulissent bouem, quem dederat eis, fecerunt: & inuocabant nomen Baal de mane vsque ad meridiem, dicentes: Baal exaudi nos. Et non erat vox neque qui responderet. [7] Transiliebántque ⟩ altare, quod [8] fecerant. ⟨ Cúmque esset iam me-
e ridies illudebat illis Elias, dicẽs: Clamate voce maiore. [8] Deus enim est & forsitan loquitur, aut [9] in diuersorio est, ⟩ aut in itinere, aut [10] certe dormit, vt excitetur. ⟨ Clamabant ergo voce magna, & incidebant se iuxta ritum suum cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Postquam autem transiit meridies, [11] & illis prophetantibus, venerat tempus quo sacrificium offerri solet: ⟩ nec audiebatur vox, neque aliquis respondebat, nec attendebat orãtes: dixit Elias omni populo: venite ad me. Et accedẽte ad se populo, [12] curauit ⟩ altare domini, quod destructũ fuerat: & tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum Iacob, ad quem factus est sermo domini, dicens: †Israel erit nomen tuum, & ædificauit de lapidibus altare in nomine domini. [i] Fecítque aquæ ductum [13] quasi per duas aratiunculas ⟩ in circuitu altaris: & cõposuit ligna, diuisitq; per membra bouem, & posuit super ligna, & ait: Implete
f quatuor hydrias aqua, & fundite super holocaustum & super ligna. [9] Rursúmque dixit: Etiam secundò hoc facite. Qui cum fecissent secundò, ait: Etiã tertio idipsum facite. Fecerúntque tertiò: & currebant aquę circum altare, & fossa aquæ ductus repleta est. Cúmque iam tempus esset vt offerretur holocaustum: *accedens Elias propheta ait: Domine deus Abraham, & Isaac, & Israel, [14] ostende ⟩ hodie, quia tu es deus Israel, & ego seruus tuus: & iuxta præceptum tuum feci omnia [15] verba hæc. ⟩ Exaudi me domine, exaudi me, vt discat pouulus iste, quia tu es dominus deus, & tu conuertisti corda eorum [16] iterum. ⟩ † Cecidit autem ignis domini, & vorauit holocaustum, & ligna, & lapides, puluerem quoque & aquam, quæ erat in aquæ ductu, lambens. Quod cum vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, & ait: † Dominus ipse est deus, dominus ipse est deus. Dixítque Elias ad eos: Apprehẽdite Prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cũ apprehendissent, duxit eos Elias ad torrẽtem Cyson,

[e. Adiurauit omnes sibi subditos quod si inuenirent Eliã in eorum terra caperetur, & sibi mitteretur. Aliqui tamen hic scriptura de sibi subiectis regnis & propinquis, & reges propinqui facilitter alienerũt. De Lyra.]

[f. Abdias œconomus Regis Achab timorem domini opere ostendit. Nam fratres suos prophetas non sine periculo abscõdit, atque adeò sibi facit amicos de bonis domini sui. Attamen humanum quiddã passus, dũ veluti Nicodemus propter metum Iudæorum tẽ dissimulat Ange.]

[3. Videbor ab eo.]

[g. Quasi diceret, totum regnũ decem tribuum inquietat, cũ sis hostis boni communis, qui sterilitatem procurasti, dignus es morte. Cui respondit non ego turbaui Israel turbatione iniusta sicut tui, vel aliquam irrogando eis iniuriam, quamuis procurauerim eis apud Dominum iustam punitionem. Dionis. Carthusia.]

4. Cogitationes, [Hoc est, eum mentibus vacillatis, hæc & illa cogitantes, vt alij deum Israel, alij baal sequantur.]

5. Iuuenci, & infra.

h. Dicunt Hebræi quod dũ prophetæ sacerdotésque Baal clamarent bouẽ vnũ, bos ille statim nutu diuino declinauit ab eis, quasi iacta Beati falsis diis abhorrens, sed ad Eliam confugit, vt per hoc quoque populus instrueretur. Dionis ibidẽ.

6. Bonus est sermo.

7. Saltabántque super.

8. Fecerat sub. Israel.

9 Inimicorum occupatur apprehensione.

10. Forte dormit, & excitabitur.

11. Vt prophetarent vsque ad tempus sacrificij vespertini.

12. Reparauit.

i. Vide aut etiã Elias hoc faciat, & diligenter aduerte. Habebat beatus Elias & pro gratia propheticæ dignitatis, & pro diuinum cultus studio, scientiam omnium quæ in templis dæmonum agebantur. Nouerat inter cætera inepta potius quam cõmenta, calidam etiam humiscemodi compositã fraudem qua facilius irretirẽtur animæ miserorum, vt aut eorum non simpliciter ante delubri pedes statuantur, sed pẽdens crepido supra qua structæ sũt rogus sub terranea formice baiuletur: ad quas ex aduersa parte concaui parietis, occulto aditu descendatur, ac per patulas cauernas preparatos ignes doli minister sacrificij tẽpore clandestinis officinis submini-streret: quo attonitus miserorum animus dum nullas desuper videt adhibitas flammas, hostiámque cernit ex improuiso comburi, per inuisibilem potestatem ignes cœlo credat esse delatos. Ne ergo hoc incredulæ mentes de diuinis suspicarentur altaribus, vallum quod fieri præceperat, a sua iussit impleri: vt si qua esset sub altari prodereturfouea, vel descendens deorsum aqua latenter vtique ignes extingueret. Nec sufficit semel rigasse locũ, tertio id agitur: sed nec hoc est contentus propheta, ipsa altaris ligna præcepit inundari, vt omnis fraudis suspitione submota, diuinæ potestatis esse virtutem nec Rex, nec populus nec ipsi dubitarent sacerdotes. Euch ibidem.

13. Duorum satorum seminis capacem.

*Vespertinum.

14. Notum fiat.

15. Hæc quæ gesta sunt.

16. Retrorsum.

& interfecit eos ibi. [5] Et ait Elias ad Achab, Aſcende, comede & bibe: quia ſonus multæ pluuiæ eſt. Aſcendit Achab, vt comederet & biberet: Elias autem aſcendit in verticem [k] Carmeli, & pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua ſua, & dixit ad puerum ſuum: Aſcende, * & proſpice contra mare. Qui cum aſcendiſſet, & contemplatus eſſet, ait, Non eſt quicquam. Et rurſum ait illi: Reuertere ſeptem vicibus. In ſeptima autem vice, * ecce nubecula parua quaſi [17] veſtigium] hominis aſcendebat de mari. Qui ait: Aſcende, & dic Achab: Iunge currum tuum & deſcende, ne occupet te pluuia. [18] Cúmque ſe verteret huc atque illuc, ]ecce cœli contenebrati ſunt: [19] & nubes & ventus, ] & facta eſt [l] pluuia grandis. Aſcendens itaque Achab abiit in Iezrahel, & manus domini facta eſt ſuper Eliam, accinctíſque lumbis, currebat ante Achab, donec veniret in Iezrahel.

*Elias Iezabelem fugiens & in deſerto dormiens, pane & aqua acceptis ad montem Horeb peruenit, vnde mittitur ad vngendos Azael ſuper Syriam, Iehu ſuper Iſrael, & Eliſæum in prophetam.* XIX.

[1] Vnciauit autem Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidiſſet vniuerſos prophetas Baal gladio. Miſitque Iezabel nuntium ad Eliam, dicens: Hæc mihi faciant dij & hæc addât, niſi hac hora cras poſuero animam tuam, ſicut animam vnius ex illis. [b] [1] Timuit ergo Elias, ]& ſurgens abiit, [2] quocunque eum ferebat voluntas, ] venítque in Berſabee Iuda, & dimiſit ibi puerum ſuum, & perrexit in deſertum viam vnius dei. Cúmque veniſſet & ſederet ſubter vnam iuniperum, petiuit animæ ſuæ vt moreretur, & ait: Sufficit mihi domine, tolle animam meam: Neque enim melior ſum, quàm patres mei. [3] Proiecitque ſe: & obdormiuit in vmbra iuniperi] Et ecce angelus domini tetigit eum, & dixit illi: ſurge, comede. Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius [c] panis, & vas aquæ. Comedit ergo & bibit, & * rurſum obdormiuit. [5] Reuerſúſque eſt angelus domini ſecundò, & tetigit eum, dixítque illi: ſurge, comede: Grandis enim tibi reſtat via. Qui cum ſurrexiſſet, comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vſque ad montem dei [d] Horeb. Cúmque veniſſet illuc, [4] manſit] in ſpelunca. Et ecce ſermo domini ad eum, dixítque illi: Quid hic agis Elia? At ille reſpondit: † Zelo zelatus ſum pro domino deo exercituum: quia dereliquerunt pactum domini filij Iſrael. Altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam, vt auferant eam. Et ait ei: Egredere, & ſta in monte coram domino. Et ecce dominus tranſiit, & ſpiritus grandis & fortis, ſubuertens montes & conterés petras ante dominũ. [e] Non in ſpiritu dominus: Et poſt ſpiritum, cõmotio. Non in cõmotione dominus: [f] Et poſt commotionem, ignis. Non in igne dominus: Et poſt ignem, [g] ſibilus auræ tenuis. ] Quod cum audiſſet Elias operuit vultum ſuum pallio: & egreſſus, ſtetit in oſtio ſpeluncæ, & ecce vox ad eũ dicens: quid hic agis Elia? Et ille reſpõdit: Zelo zelatus ſum pro domino deo exercituũ: quia dereliquerunt pactum tuum filij Iſrael. Altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam vt auferant eam. Et ait dominus ad eum: [f] Vade, & reuertere in viam tuam, per deſertum in Damaſcũ. — † Cúmque peruenerís illuc] [6] vnges Aſahel ] regem ſuper Syriã, & Iehu filium, Namſi vnges regem ſuper Iſrael. Eliſæũ autem filiũ Saphat, qui eſt de [8] Abel meula vnges Prophetam pro te. [7] [9] Et erit quicunque fugerit gladium Aſahel, occidet eum Iehu: & quicunque fugerit gladiũ Iehu, interficiet eũ Eliſæus. † Et [7] derelinquam mihi ] in Iſrael ſeptẽ milia virorum, ] quorum [h] genua non ſunt incuruata ante Baal, & [8] omne os quod non adorauit eum oſculans manum. ] Profectus ergo inde Elias, reperit Eliſæum filium Saphat, arãtem in duodecim iugis boum, & ipſe in duodecim iugis boum arantibus vnus erat. Cumque veniſſet Elias ad eũ, miſit pallium ſuum ſuper eum. Qui ſtatim relictis bobus, cucurrit poſt Eliam: & ait: Oſculer, oro te, patrẽ meum & matrem meã, & ſic ſequar te.

Dixítque

[k. Ie iſte carmelus ſtius fuit ab ea iuxta quem cõmorabatur Nabar, & ita in tribu Iuda: Hic autem Carmelus in quo immolauit Elias eſt in confinio Paleſtinæ & Phœnicæ. Dionyſ. Carthuſia.]

* Quaſi.

* Factum eſt vt diceret.

17. Manus.

18. Feſtinéque eſt interea, &c.

19. Nubibus & vento.

l. Elias, cum eſſet clauſum humanis iniquitatibus cœlum, & nulla mundanis rebus deſuper pluuiarum ſtillaret vbertas, atque omnia lõge ſiccitatis ſqualore langueret, & eſſet fames magna vniuerſo generi humano (quoniã enim cœlum pluuiam non dabat, nec terra pabulum germinabat) iunc Elias ſanctus reſeruit ieiunijs ſuis cœlum, terram orationibus ſecundauit. Illius enim ſiccitatẽ conuertit in pluuiam, huius ſterilitatem reſoluit in partũ. Ambr. Ser 38.

[a Quaſi compatiẽs prophetis Baal occiſis: & ex hoc patet eius malicia obſtinata, poſtquã viderat tot ſigna mirabilia: & ex hoc vxor eius audaciam accepit occidẽdi Eliã. De Lyra.]

[b. ſancti viri ſubleuante ſpiritu ad ſumma rapiuntur: quandiu vero in hac vita ſunt, ne ſuperbiant tentationibus retinuntur. Hinc eſt quòd Elias eum tot virtutibus profeciſſet, Iezabel poſtmodum quãuis regina, ramen mulieris vlam fugit, & qui mortuos ſuſcitabat, vẽturã prouidebat, alia quoque præclara fecerat, timore percuſſus, de manu mulieris mortem fugit, de manu Dei mortem petit, nec accipit. Gloſa ordinaria.]

1 Vidit ergo, ſcilicet imminẽs ſibi periculum.

2. Pro anima ſua.

3. Sedítque ſubter vnam iuniperum.

c. Eliæ vtique cibus allatus eſt ab angelo, quo nullus in humana conſuetudine viliot inueniatur, ſcilicet panis & aqua: tanta tamen ſortitudo collata eſt, vt quadraginta diebus ambulans non fatigaretur nec eſuriret. Bernardus ſuper Pſal. Qui habitat verſu. 4.

* Conuertitur.

d. Horeb mons eſt à ſiccitate qua populus Iſrael hic laborauit ſic dictus, vnus cum Sina, per iuga tantum diſſectus eſt: ſcaque orientalis Sina, occidẽtalis Horeb. inde vno nomine mons dei appellatur: & legem datam nunc in Sina, nunc in Horeb ſcriptum eſt. Hic Elias minas Iezabelis fugiẽs aliquãdiu latuit, donec dum nus in aura tenuitatis ipſius in Damaſcum miſſus eſt.

4. Permanſit.

e. Non arbitreris quòd eũ reuerueniat dominus, ſed poſt ſpiritum tenuem veniet.

f. Vox quie a & ſubtilis.

g. Vnde in veteri teſtamento non ſolũ vngebantur ſacerdotes ſed etiam & reges & prophetæ: ſicut in lib. Regum dominus præcepit Eliæ. Vade & reuertere in viam tuam &c. Inno enim. & eiratur e e ſacra vnctio e. vnico. h. vnde in veteri teſta.

6. Vt vnga s Hazael

8. Abel meula vrbs eſt vna de præcipuis vrbibus Salomonis. Eſt autẽ nũc vicus in Aulone. 10. miliar. à Scythopoli diſtans contra auſtralem plagã, & nũc dicitur Bethulia. Euchetius.

7. Reſiduos ſeruabo.

h. Quomodo igitur quicunque ſubiicitur ſtatuto, flectere ei genua dicitur: ſic qui peccati ſeruus eſt, & habet ſpiritũ ſeruitutis, iterum in timore genua ſcribitur flexiſſe peccato. Hic.

8. Quorum omnium os non oſculatum eſt eum.

Dixítque ei: Vade & reuertere.[9] Quod enim meum erat, ] feci tibi. † Reuersus autem ab eo, tulit par boum, & mactauit illud, & [10] in aratro ] boum coxit carnes: [8] & dedit populo, & comederunt. Consurgénsque abiit, & secutus est Eliam, & ministrabat ei.

9. Quid enim.
10. In instrumentis.
g. Ceterum deus non vult sumul effundi opes, sed dispensé tamen sotte vt Eliæus, qui boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit, vt nulla cura teneretur domestica sed relictis omnibus in disciplinam se prophetica daret. Ambr. Officio. lib. 1 cap. 30.

*Syri Samariam obsidentes cæduntur à pueris, & iterum altero anno eorum Rege Benadab reseruato, vnde Achab grauiter à propheta reprehensus est.* XX.

A POrrò Benadab Rex Syriæ congregauit omnem exercitum suum, & triginta duos Reges secum, & equos & currus: & ascendens pugnabat contra [a] Samariam: & obsidebat eam. Mitténsque nuncios ad Achab Regem Israel in ciuitatem, ait: Hæc dicit Benadab: Argentum tuum & aurum tuum meum est, & vxores tuæ, & filij tui optimi mei sunt. Respondítque Rex Israel: Iuxta verbum tuum domine mi rex, tuus sum ego, & omnia mea. Reuertentésque nuncij, dixerunt: Hæc dicit Benadab, [f] qui misit nos ad te: ] Argentum tuum & aurum tuum, & vxores tuas, & filios tuos dabis mihi. Cras igitur hac eadem hora mittam seruos meos ad te, & scrutabuntur domum tuam, & domum seruorum tuorum, & omne quod eis placuerit ponent in manibus suis, & auferent. Vocauit autem rex Israel omnes seniores terræ, & ait: Animaduertite* & videte, quoniam [t] insidiatur ] nobis. Misit enim ad me pro vxoribus meis, & filiis, & pro argento, & auro: & non
B abnui. [g b] Dixerúntque omnes maiores natu, & vniuersus populus ad eum: Non audias, neque acquiescas illi. Respondítque nunciis Benadab: Dicite domino meo regi: Omnia propter quæ misisti ad me seruum tuum in initio, faciam: hanc autem rem facere non possum, Reuersíque nuncij retulerunt ei. Qui remisit & ait: Hæc faciant mihi dij, & hæc addant: si sufficerit puluis Samariæ pugillis omnis populi [3] qui sequitur me. ] Et respondens Rex Israel, ait: Dicite ei, [c] Ne glorietur accinctus æquè vt discinctus. Factum est autem cum audisset Benadab verbum istud, bibebat ipse, & reges, in vmbraculis, & ait seruis suis: [4] Circundate ciuitatē. Et circundederunt eam. ]
C Et ecce Propheta vnus accedens ad Achab Regem Israel, ait ei: Hæc dicit dominus. [Certe] vidisti omnem multitudinem hanc nimiam. Ecce ego tradam eam in manum tuam hodie, vt scias quia ego sum dominus. Et ait Achab: Per quem? [g] Dixítque ei: Hæc dicit dominus, per [6] pedisequos ] Principum prouinciarum. Et ait: Quis [7] incipiet præliari? ] Et ille dixit: Tu: Recensuit ergo pueros principum prouinciarum, & reperit numerum ducentorum triginta duorum. Et recensuit post eos populum omnes filios Israel, septem milia, & egressi sunt meridie. [8 d] Benadab autem bibebat temulentus in vmbraculo suo: & reges trigintaduo cum eo, ] qui ad auxilium eius venerant. Egressi sunt autem pueri Principum prouinciarum in prima fronte. Misit itaque Benadab, qui nunciauerunt ei, dicentes. Viri egressi sunt de Samaria. At ille ait: Siue pro pace veniunt, apprehendite eos viuos, siue vt prælientur, viuos eos capite. Egressi sunt ergo pueri Principum prouinciarum, * ac reliquus exercitus sequebatur. Et percussit vnusquisque virum qui contra se veniebat, fugerúntque Syri, & persecutus est eos Israel. Fugit quoque Benadab Rex Syriæ in equo cum
D equitibus suis. [g] Nec non egressus Rex Israel percussit equos & currus, & percussit Syriam plagā magna nimis. Accedens autem propheta ad Regem Israel, dixit ei: [5] Vade & confortare, & scito, & vide quid facias. Sequenti enim anno Rex Syriæ ascendit contra te. Serui vero regis Syriæ dixerunt ei: Dij montium sunt dij eorum, ideò superauerunt nos. Sed melius est vt pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos. Tu ergo [—verbum] hoc fac: [f] Amoue reges [9] singulos ab exercitu tuo, ] & pone Principes pro eis, & instaura numerum militum qui ceciderunt de tuis, & equos secundum equos pristinos, & currus secundum currus quos ante habuisti: & pugnabimus contra eos in campestribus, & videbis quòd obtinebimus eos. Credidit consilio eorum, & fecit ita. Igitur postquam annus transierat, recenruit Benadab Syros, & ascendit in Aphec, vt pugnaret contra Israel. Porrò filij Israel recensiti sunt, & [10] acceptis cibariis profecti ex aduerso ] castráque metati sunt

a. Samaria ciuitas tribꝰ Ephraim, sed & totius Israelis, hoc est decē tribuū metropolis, dicitur itaque vt ferunt ab Ierusalē remota. In Semer, vel si vis Somar mōtis circuitu sita, quę ad mirabili ædificiorum superbia in modum coronæ olim augebat. In vertice regia domo spectabilis nūc in ruinas vetustas tantum nobilitatem atqueresi Hāc prius ædificauit Amri pater Achab empto monte à Semer duobus argenti talentis, à quo nomen retinuit multoties destructa & instaurata, & tandem ab Herode, & in honorem Cæsaris Sebaste, hoc est Augusta nominata quę adhuc nomen retinet.
1. Quia misi ad te, dicens.
*Quæso.
2. Hoc malum molitur nobis.
b In re ardua totam rempublicam concernente, vtendum est generali reipub consilio, & potissimē seniorū, in quibus maior solet esse prudentia & experientia. Dionys.
3. Qui cum pedibus meis sunt.
c. Nemo glorietur ante partam victoriam Israę nolli gloriari quasi iam victor bellici discriminis, qui adhuc in acie positus, quem victoria sequatur ignoras. Et verum profecto dicebat. Nam mox inito certamine Benadab non victis aduersariis triumphans, sed eęso tuo exercitu fugiens domum rediit. Euthe. ibid
4. Ponite, sub arma bellica, & posuerunt contra ciuitatem.
5. Nōnne.
6 Pueros.
7. Disponet prælium.
8. Bibunt inebriatus est in tabernaculis suis, ipse & reges triginta duo.
d. Porrò filij principum congressi Syriorū custodibus multos eorum interemerunt, & alios vsque ad castra secuti sūt. Videns autem eos Rex Israel vincentes, etiam alium exercitum dimisit extra Qui repente in Syros irruentes prealuerūt eis. Non enim Syri sperabant eos finem fe sic impunabiliter venturos. Quos propterea inuenientes nudos & ebrios, ita persecuti sunt, vt illi etiam arma sua relinquentes fugerent: & vix in equo Rex potuisset euadere. Ioseph. lib. 8 cap. 14.
*De vibe.
e. Necesse est tibi vt habeas deos propicium, quoniam dixerunt serui Benadab ad eū: Dij montium sunt dij eorū, & pugnauimus cum eis in montibus, ideo vicerunt nos. Pugnemus ergo in campestribus, vbi dij eorum nihil possunt, & obtinebimus eos. Comest.
[f. Vnde elicitur quōd exercitum suum diuiserunt in duas partes, quæ amicæ simul foederē pauciss. respectu Syrorum qui pro magna parte quasi repleuerunt terram. Erant enim centum viginti septemmilia, imo & plures, vt ex textu insinuari potest. Dionis. Carthus.]
9. Vnumquemque à loco suo
10. Integro numero abierunt in occursum illorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



contra eos,quasi duo parui greges caprarum. [g] Syri autem repleuerunt terram. Et accedens vnus vir dei,dixit ad Regem Israel:Hæc dicit dominus: Quia dixerunt Syri, deus montium est dominus, & non est deus vallium: [g] dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua: & scietis quia ego sum dominus. Dirigebántque septem diebus ex aduerso hi atque illi acies: septima autem die commissum est bellum. Percusserúntque filij Israel de Syris centum milia peditum in die vna. Fugerunt autem Syri qui remanserunt in Aphec,in ciuitatem,[h] & cecidit murus super viginti septem milia hominum, qui *remanserant. Porrò Benadab fugiens, ingressus est ciuitatem in cubiculum,quod erat intra cubiculum, dixerúntque ei serui sui: Ecce audiuimus,quòd Reges domus Israel clementes sint. Ponamus itaque saccos in lumbis nostris,& funiculos in[11] capitibus] nostris, & egrediamur ad Regem Israel: forsitan saluabit animas nostras.[i] Accinxerunt saccis lumbos suos, & posuerunt funiculos in capitibus suis: [g] Venerúntque ad Regem Israel, & dixerunt ei: Seruus tuus Benadab dicit: Viuat, oro te, anima mea. Et ille ait: [12] Si adhuc viuit, ] frater meus est. [13k] Quod acceperunt viri pro omine, ]& festinantes ⸗rapuerunt verbum ex ore eius: atque ]dixerunt, Frater tuus Benadab viuit, & dixit eis:Ite, & adducite eum ad me. Egressus est ergo ad eum Benadab,& leuauit eum in currum suum. Qui dixit ei: Ciuitates quas tulit pater meus à patre tuo, reddam[l]:& platéas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria: & ego fœderatus recedam à te. Pepigit ergo fœdus, & dimisit eum. Tunc vir quidam de filiis prophetarum, dixit ad socium suum in sermone domini:Percute me. * At ille noluit percutere. Cui ait: Quia noluisti audire vocem domini,ecce[14] recedes à me.& ] percutiet te leo. Cúmque paululum recessisset ab eo,inuenit eum leo,atque percussit. [g] Sed & alterum inueniens virum, dixit ad eum: Percute me. Qui percussit eum, & vulnerauit. [m] Abiit ergo Propheta, & occurrit Regi in via:& [15] mutauit aspersione pulueris os, & oculos suos. ] Cúmque Rex transiret, clamauit ad Regem,& ait: Seruus tuus egressus est [16] ad prælíandum cominus:] Cúmque fugisset vir vnus,adduxit eum quidam ad me, & ait: Custodi virum istum. Qui si [17] lapsus fuerit, ]erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes. [18] Dum autem ego turbatus huc illúcque me verterem, subito non comparuit. ]Et ait Rex Israel ad eum. [n] Hoc est iudicium tuum. quod ipse decreuisti. At ille statim abstersit puluerem de facie sua,& cognouit eum Rex Israel quòd esset de prophetis. Qui ait ad eum:Hæc dicit dominus: † Quia dimisisti virum [19] dignum morte] de manu tua:erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Reuersus est igitur Rex Israel in domum suam, [20] audire contemnens:] & furibundus venit in Samariam.

g Scieris quia ego dominus veniuersorum vere omnipotens ex tam miraculoso effectu. Et quamuis Achab & sui hoc cognouerent cognitione tantũ rationis,non tamẽ eum sicut deum honorificauerũt,aut gratias dignas egerunt,sed permanserunt in suis idololatriis, impietatibus,& ingratitudinibus suis. Dionys.

h Volebant enim fortificare murum ad se defendendũ intra ciuitatem,sed quia ędificũ erat antiquũ ex concussione & dei voluntate cecidit super blasphemos. De Lyra.]

* Residui

11 Collis,& infra.

i In signum pœnitẽtiæ & humiliationis optantes à morte præseruari quicquid humiliationis excogitare potuerũt tenuerunt. Dionys Carthusia.]

12. Adhuc ne viuit?

13 k. Et viri illi augurati sunt: hoc est Cum audissent Syri ab Achab: Viuit frater meus adhuc? rapuerunt hoc responsum ex ore eius,quasi sacrum omen benevolẽtiæ,priusquam suum expleret sermonem.

l. In ciuitate mea regis faciorum terum versa lium, & inde recipiat tributum, tãquam habens in regno meo principale dominium. Dicit autem Rab. Sal. hic, quod non habebat in animo hoc facere,sed intendebat Achab decipere. De Lyra.]

* Quæso.

14. Vbi recesseris à me.

m. Michæas parabola vsus est propter sermonem quos regi erat dicturus, vt obliqueret hoc ad illũ magis quàm ad se pertinere. Gloss ordinaria. ibid.]

15 Abalienauit se pulueres,quæ posuit super faciem suum.

16. In medium prælium.

17. Defuerit, & amissus fuerit.

18 Et cum seruus tuus huc atque illuc se verteret, ille non erat.

n Et sic adegit regem suo damnare iudicio, sicut Dauid Nathan 2.Reg.12. b & Christus Iudæos. Matt 21.d.

19. Qui est in anathemate meo

20. Tristis.

a Meministi quòd lectum est Nabothe sanctum virũ possessorem vineæ suæ interpellanti petitione regia vt vineam suã daret, vbi Rex succensit vitibus huius viri fereret, cùmque respondisset: Absit vt ego patrum meorum tradam hæreditatem. Regem cõtristatum esse quod sibi ellet alienum ex relatione iusta negatum, sed mulieris consilio deceptum. Nabothæ vitæ suæ vel proprio cruore defendit Ambro. Epist. lib. 5. in Auxentium Oratio.

2. Sit mihi pro horto.

2. Domui meæ.

* Quam sit illis.

3. Tibi placuerit magis dabo.

4. Prohibeas hoc mihi.

5. Tristis & indignabundus.

b Sic ergo non solum adminiculo non sunt ad vitam beatã corporis aut externa bona, sed etiam dispendio sunt. Indecenum beatus Naboth, etiã cum lapidaretur à diuite quia pauper & infirmus aduersus opes regias solo erat affectu, & religione diues: vt pecunia regali nõ communicaret patrum vineæ hæreditatem, eòque perfectus, quia sanguine proprio defendit iustorum suorum. Ambr. officio. lib. 2. cap. 3.

## *Naboth falsis accusatus testibus per Iezabelem ob denegatam vineam lapidatur, vnde Achab ab Elia reprehensus pœnitet.* XXI.

[a] Post verba autem hæc, ⸗tempore illo ] vinea erat Naboth Iezrahelitæ, quæ erat in Iezrahel iuxta palatium Achab regis Samariæ. Locutus est ergo Achab ad Naboth, dicens: Da mihi vineam tuam, vt [1] faciam mihi hortum ] olerum: quia vicina est, [2] & prope domum meam. ] Dabóque tibi pro ea vineam meliorem: * aut si [3] commodius tibi putas, ] argenti pretium quantum digna est. Cui respondit Naboth: [4] propitius mihi sit ] dominus,ne dem hæreditatem patrum meorum tibi. † Venit ergo Achab in domum suam, [5] indignans & frendens] super verbo, quod locutus fuerat ad eum Naboth Iezrahelites, dicens: [b] non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. [g] Et proiiciens se in lectulum suum, auertit faciem suam ad parietem, ] & non comedit panem. Ingressa est autem ad eum Iezabel vxor sua,dixítque ei. ⸗Quid est hoc, ]vnde anima tua cõtristata est? & quare non comedis panẽ? Qui respondit ei. Locutus sum Naboth Iezrahelitæ, & dixi ei. Da mihi vineã tuã accepta pecunia,aut si tibi placet, dabo tibi vineã meliorẽ pro ea. Et ille ait. Non dabo tibi vineã meam. Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius.

[g] Gran-

'Grandis authoritatis es, & bene regis regnum Israel.] Surge & comede panem, & e 7æquo animo esto.] Ego dabo tibi vineam Naboth Iezraelitæ. ♯ cScripsit itaque literas ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu, & optimates, qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth. Literarum autem hæc erat sententia: Prædicate ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi, & submittite duos viros, filios 8 Belial] contra eum, & 9 falsum testimonium] dicant: 10 c benedixit Naboth] deum & regem: & educite eum, & lapidate, sicque moriatur. Fecerunt ergo ciues eius, maiores natu, & optimates, qui habitabant cum eo in vrbe, D sicut præceperat eis Iezabel: & sicut scriptum erat in literis, quas miserat ad eos. ♯ Prædicauerunt ieiunium, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi, & adductis duobus viris filiis diabolis fecerunt eos sedere contra eum. At illi 11 scilicet vt viri diabolici, dixerunt contra eum testimonium coram multitudine. Benedixit Naboth] deum & regem. † Quamobrem eduxerunt eum extra ciuitatem, d & lapidibus interfecerunt. * Miserúntque ad Iezabel, dicentes: Lapidatus est Naboth, & mortuus est. Factum est autem cum audisset Iezabel lapidatum Naboth & mortuum, locuta est ad Achab: Surge, posside vineam Naboth Iezrahelitæ, qui noluit tibi ➢ acquiescere & ] dare eam accepta pecunia. Non enim viuit Naboth, sed mortuus est. ♯ Quod cum audisset Achab, mortuum videlicet Naboth, surrexit, & descendebat in vineam Naboth Iezraelitæ, vt possideret eam. Factus est igitur sermo domini ad Eliam Thesbiten, dicens. Surge, & descende in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria. Ecce ad vineam Naboth descendit, vt possideat eam. Et loquêris ad eum, dicens: Hæc dicit dominus deus: † * Occidisti, insuper & possedisti. Et post hæc addes: Hæc dicit dominus: In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. Et ait Achab ad Eliam: c Num inuenisti me 12 inimicum tiF bi? ] Qui dixit: ♯ Inueni: † eò quòd f venúndatus sis vt faceres malum in conspectu domini: ➢ Hæc dicit dominus: ] Ecce ego inducam super te malum, & 13 demetam posteriora tua: ] & interficiam de Achab mingentem ad parietem: & clausum & 14 vltimum ] in Israel. Et dabo domum tuam, sicut domum Ieroboam filij Nabath, & sicut domum Baasa filij Ahia, quia egisti, vt me ad iracundiam prouocares, & peccare fecisti Israel. Sed & de Iezabel locutus est dominus, dicens: † Canes comedent Iezabel, in agro Iezrahel. 15 Si mortuus fuerit Achab] in ciuitate comedent eum canes, si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli. ♯ Igitur non fuit alter talis sicut Achab, † qui venúndatus est, vt faceret malum in conspectu domini. Concitauit enim eum Iezabel vxor sua: 16 † & abominabilis factus est, intantum vt sequeretur idôla] quæ fecerant Amorræi: quos consumpsit dominus à facie filiorum Israel † E Itaque cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit 17 cilicio] carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacro, & ambulauit 18 demisso capite] Et factus est sermo domini ad Eliam Thesbiten, dicens: Nónne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est 19 mei causa, ] non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius.

6 Nónne hoc modo gubernat regnum Israel
9. Iucundum sit cor tuum.
c. Quidam dicunt ipsum Iezabelem scripsisse litteras in oculto, & annulo regis: alij dicunt ipsum literas scripsisse, sed Achab sciente & consentiente. Dionis. Carthus. Ibid.]
8. Iniquitatis.
9. Testificentur contra eum, &
10. e Blasphemasti. Dicunt literæ hoc verbũ benedixit, hic apponi pro cõtrario sensu, hoc est, pro maledixit, vel blasphemauit.
11. Viri iniquitatis tulerunt testimoniũ cõtra Naboth in præsentia populi, dicẽtes: Blasphemauit Naboth.
d. Nam cum ab eo vineã Rex posceret, pecuniã daturum repollicens, indecorũ prorsus patrimonia recusauit hæreditate, malluitque mortedeclinare hui⁹ mundi turpitudinẽ. Non vtique de vitibus dixit (neque enim de vitibus cura est deo, neque de terreno spacio) sed ne iure loquatur patrum. Potuit vtique & aliam vineam de vineis regis accipere, & in emissis esse. In quo non mediocris seculi huius vilitas æstimari solet, sed quòd turpe erat, iudicauit non videri vile, maluitque periculum cum honestate, quã vilitatẽ cum opprobrio. Ambro. offi. 3. cap. 9.
* Et mortuus est.
* Nónne.

c. Num deprehendisti me in malo, vt mure tuo comminaris mihi vltionem?
12. Inimice mi?
f Videt quia regibus non temere vel à prophetis dei vel à sacerdotibus facienda iniuria sit, si nulla sint grauiora peccata, in quibus denẽs argui. Vbi autem grauiora peccata sunt, ibi nõ videtur à sacerdote parcendum vt iussit increpationi, huic corrigãtur Ambr. in Psal. 37.
13. Exterminabo posteros tuos.
14. Derelictum.
15. Qui mortuus fuerit de Achab.
16. Is supra modũ res fecit abominabiles, sequens idola inputa, iuxta omnia.
g. Achab planè Rex Israel liberam habuit vitæ conditionem, quæ & regia fuit sceptro insignis, & multis populis late imperitabat. Animo verò maximè seruus fuit quod sordido idolorum cultui, crudelitati, insolentiæ, & alienæ rei vendicãdæ cupiditati se totum submiserat, spontéque addixerat, Cyrillus in Ioan. lib. 9. cap. 2.
17 Sacco.
18 Discalceatus.
19. Coram me.

*Achab veros abhorreas prophetas à falsis seductus perit in bello: cui Ochozias succedit in Israel, & Iosaphat Ioram in Iuda.* XXII.

† 1 Transierunt igitur tres anni] absque bello inter Syriam & Israel. In anno autem tertio descendit Iosaphat Rex Iuda ad Regem Israel. Dixitque Rex Israel ad seruos suos: Ignoratis quòd nostra sit a Ramoth Galaad, & 2 negligimus tollere] eam de manu regis Syriæ. Et ait ad Iosaphat: Venies ne mecum ad præliandum in Ramoth Galaad? Dixitque Iosaphat ad Regem Israel: 3 Sicut ergo sum, ita & tu: † Populus meus & populus tuus vnum sunt, & equites mei, equites tui. b Dixitque Iosaphat ad Regem Israel: Quære, oro te, hodie sermonem domini. Congregauit ergo Rex Israel prophetas, quadringentos circiter viros, & ait ad eos: ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum, an quiescere? Qui

1 Manserũt igitur per tres annos
2. Ramoth Galaad olim ciuitas refugij, in tribu Gad assignata Leuitis, quam Reges Syriæ abstulerant, ideo iliam Achab repetere volebat.
2. Nos quiescimus & non tollimus.
3. Sicut populus meus, sic & populus tuus: sicut equi mei sic & equi tui.
b. Ideo Iosaphat visitabat Achab, quia Ioram filius eius desponsarat in vxorem filiam Achab & Iezabelis.

Universidad de Deusto Biblioteca

[e. Quidam ait hãc propositionem habuisse effectum, quia intelligebant tam de rege Israel, quàm de rege Syriæ: quorũ cõsequentia facile probant intelligendum esse de rege Israel. Dionys. Carthusianus ibidem.]

* Amplius.

d. Hunc Michæam iusserat Achab includi in carcerem: eò quòd eum arguerat, quod Ramoth Galaad regem Syriæ dimisisset impune, vt patuit sup. c. 20. §. 4. Idiot. vellibus.

e. Legimus enim decepisse Regẽ falsos vaticinio prophetarũ. Et ita legimus vt neque iste diuino iudicio factũ inueniamus quousq; dignus erat ille sic decipi. Neque per eũ angelum quẽ deceptionis officium subire pere nõ deberet: sed per angelum erroris, qui sibi vltro tales pœnas imponi cum lætitia postulauit. Aug. lib. 83. quæst. 53. quæstione.

f. Ironice Michæas iudit Regẽ plãcita tantum petentem.

g. Age.

* Eam.

[g. His verbis ostendit quòd propter regis malitiam, cladẽ acceperunt illi: si enim pacifici fuissent pij, & vtpote ipsum pastorem, potenter hostes vicissent ac profligassent. Procop. ibidem.]

[h. Quasi dixerit iste falso prophetat mihi malum ex odio: & ideo prophetæ declaranit modũ deceptionis Achab dicens: Vidi Dominum &c. De Lyra.]

i. Nec mouere debet quod exercitus cœli etiã resulti angeli vocantur: quia & ipsi quamuis ab æthereo cœlo expulsi sint, ad hoc tamen in aere cœlo vt plurimum demorãtur Eucherius ibidem.

6. Persuadebit.

7. Sic alius autem sic.

* Quidam.

8. Persuadebo ei.

9. Persuadebit

k. Non enim ministrat deo solummodo bono, qui adiumanti sed etiam malo, qui probat: nõ solum qui ꝓ culpa redeuntes fulcimentum sed etiam qui reditẽ nolentes grauant Eucherius. ibidem.

10. Quando transiuit à me spiritus domini vt te alloqueretur?

l. Et vidit Sedechias Regẽ hæsitantem, & contorsit eũ & percussit dicens: Hic si esset prophetes, sensisset manus mea, sicut manus Ieroboam. Sed & Iosaphat est extra filiam qui prædixit se moriturum vbi mortuus est Naboth. Comestor. Ibidem.

m. Scilicet cum insonuerit rumor de morte Regis, tunc me, tunc à filiis Regis occidi tanquam fallacius & deceptor, ei tuerint à bello regressi. Dionysius ibidem.

11. Regis.

12. Mutabat vestibus, & ingrediebatur bellum, ne autem induebat vestimentum.

[n. Ratio huius præcepti fuit, vt dicit Rab. Sal. quia exploratores regis Syriæ erant præsentes, licet occulti, quando Michæas dixit Iosaphat moriturum in illo prælio. & cum hoc remisisset rex Syriæ, dedit hoc præceptum: quia alias probabatur veritatem verborũ prophetæ, scoperet quod volebat se in eo contemnere. De Lyra. ibidem.]

13. Inter ilustrium & inter locutum.

14. Sustentabat.

15. Transiuit rumor per castra ante solis occasum.

responderunt[c]: Ascende, & dabit eam dominus in manu regis. Dixit autem Iosaphat: non est hic* propheta domini quispiam, vt interrogemus per eum? Et ait Rex Israel ad Iosaphat: Remansit vir vnus per quem possumus interrogare dominum: sed ego [d]odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Iemla. [f]Cui [g] Iosaphat ait: Ne loquaris ita Rex. Vocauit ergo Rex Israel eunuchum quendam, & dixit ei, Festina adducere Michæam filium Iemla. Rex autem Israel & Iosaphat Rex Iuda sedebant, vnusquisque in solio suo [t]vestiti cultu regio] in area, iuxta ostium portæ Samariæ, & vniuersi [t]Prophetæ prophetabant in conspectu eorum. Fecit quoque sibi Sedechias filius Chanaana, cornua ferrea, & ait: Hæc dicit dominus: His ventilabis Syriam, donec deleas eam. Omnésque prophetæ similiter prophetabant, dicentes: Ascende in Ramoth Galaad, & vade prosperè, & tradet eam dominus in manus regis. Nuncius vero qui ierat vt vocaret Michæam, locutus est ad eum, dicens [t]Ecce sermones prophetarum ore vno Regi bona prædicant. Sit ergo sermo tuus similis eorum, & loquere bona. Cui Michæas ait: Viuit dominus, quia quodcunque dixerit mihi dominus, hoc loquar. Venit itaque ad Regem: & ait illi Rex: Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad ad prœliandum, an cessare? Cui ille respondit: [g] Ascende, & [g] vade] prosperè, & tradet * dominus in manu Regis. [g] Dixit autem Rex ad eum: Iterum atque iterum adiuro te, vt non loquaris mihi, nisi quod verum est, in nomine domini. Et ille ait: [h] Vidi cunctum Israel dispersum in montibus, quasi oues non habentes pastorem. Et ait dominus: Non habent isti dominum: reuertatur vnusquisque in domum suam in pace. Dixit ergo Rex Israel ad Iosaphat: [k]Nunquid non dixi tibi, quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum? Ille verò addens, ait: Propter hoc audi sermonem domini: [l]Vidi dominum sedentem super solium suum, [i] & omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris & à sinistris. Et ait dominus: [l] Quis [6] decipiet] Achab Regem Israel, vt ascendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus [7] verba huiuscemodi, & alius aliter. ] Egressus est autem spiritus, * & stetit coram domino, & ait: Ego [8] decipiam illum.] Cui locutus est dominus: In quo? Et ille ait: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. [g] Et dixit dominus: [9] Decipies] & prævalebis [k] ægredere, [9] & fac ita. Nunc igitur, ecce dedit dominus spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, qui hic sunt: & dominus locutus est contra te malum. Accessit autem Sedechias filius Chanaana, & percussit Michæam in maxillam, & dixit: [10]Quæ ergo dimisit spiritus domini, & locutus est tibi?] & ait Michæas: Visurus es in die illa, quando ingredièris cubiculum intra cubiculum, vt [m]abscondaris. Et ait Rex Israel: Tollite Michęam, & maneat apud Ammon principem ciuitatis, & apud Ioas filium [11] Amelech,] & dicite eis: Hęc dicit Rex: Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis & aqua angustiæ: donec reuertar in pace. Dixitque Michæas: Si reuersus fueris in pace, non est locutus in me dominus. Et ait: Audite populi omnes. Ascendit itaque Rex Israel, & Iosaphat Rex Iuda in Ramoth Galaad. Dixit itaque Rex Israel ad Iosaphat: [12] Sume arma & ingredere prœlium: & induere vestibus tuis.] Porrò Rex Israel mutauit habitum suum, & ingressus est bellum. [g] Rex autem Syriæ præceperat Principibus curruum trigintaduobus: dicens: [13] Non pugnabitis contra minorem & maiorem quenquam, nisi contra regem Israel solum. Cum ergo vidissent Principes curruum Iosaphat, suspicati sunt, quod ipse esset Rex Israel, & impetu facto pugnabant contra eum. Et exclamauit Iosaphat. Intellexerúntque Principes curruum quòd non esset Rex Israel: & cessauerunt ab eo. Vir autem quidam tetendit arcum in incertum sagittam dirigens: & [14] casu] percussit Regem Israel inter [15] pulmonem & stomachum.] At ille dixit aurigæ suo: Verte manum tuam, & eiice me de exercitu, quia [14] grauiter] vulneratus sum. [14] Commissum est] ergo prœlium in die illa, & Rex Israel stabat in curru suo contra Syros, & mortuus est vespere. Fluebat autẽ sanguis plagę in sinum currus: & [15] præco insonuit in vniuerso exercitu antequã sol occumberet,] dicẽs: Vnusquisque reuertatur in ciuitatẽ, & in terrã suam

[k] Mortuus

18 Mortuus est autem Rex, & perlatus est in Samariam. f Sepelierúntque Regem in Samaria, & lauerunt currum eius in piscina Samariæ, 7 & linxerunt canes sanguinem eius, & 10 habenas ] lauerunt iuxta verbum domini, quod locutus fuerat. Reliqua autem sermonum Achab, & vniuersa quæ fecit, & domus eburnea quam ædificauit, cunctarumque vrbium quas extruxit, nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Israel? Dormiuit ergo Achab cum patribus suis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. Iosaphat verò filius Asa regnare cœperat super Iudam, 1 anno quarto Achab Regis Israel. Trigintaquinque annorum erat cùm regnare cœpisset, & vigintiquinque annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Azuba, filia Salai. Et ambulauit in omni via Asa patris sui: & non declinauit ex ea: Fecitque quod rectũ est in conspectu domini: veruntamen excelsa non 17 abstulit. ] Adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis. Pacémque habuit Iosaphat cum Rege Israel. f Reliqua autem verborum Iosaphat, & 18 opera eius quæ gessit, & prælia, ] nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iudæ? Sed & reliquias effœminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris eius, abstulit de terra. Nec erat tunc Rex constitutus in Ædom. Rex verò Iosaphat fecerat 19 classes in mari ] quæ nauigarent in Ophir propter aurum, & ire non poterant, quia confractæ sunt in Asiongáber. Tunc ait Ochozias filius Achab ad Iosaphat: Vadant serui mei cum seruis tuis in nauibus. Et noluit Iosaphat. Dormiuítque Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid patris sui, regnauítque m Ioram filius eius pro eo. Ochozias autem filius Achab 20 regnare cœperat ] super Israel in Samaria n anno septimodecimo Iosaphat Regis Iuda, regnauítque super Israel duobus annis. Et fecit malum in cóspectu domini, & ambulauit in via patris sui, & * matris suæ: & in via Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel. 21 Seruiuit quoque ] Baal, & adorauit eum, & irritauit dominum deum Israel, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

f. Dum ergo hæc Achab Regi à duobus prophetis prædicta videmus, oportet magnam indeesse diuinitatē, & honorari tempore & colidi quæ vera sunt potius recte, quàm ea quæ prout cuique libuisse dicuntur amplecti: & arbitrandum quia nihil vtilius est, quàm vtrorum talium præsentia, prudentia scilicet deo quid vnusquisque debeat obseruare: Ex cogitandum ex hisque regi prouenerit, quia quod debetur, neque dum præfectum fuerit, euitatur, sed tepit in animas hominum inutilis peblandiendo, & hoc modo seducendo, donec à deo debita pœna cõpleatur. Ioseph. lib. 8. cap. vltimo Antiq. Iudaic.

16 Arma bellica, vel meretricea. l. in fine enim 4. anni Achab cœpit Iosaphat regnare, quintus tamen annus Achab est primus annus eius.

17 Sunt ablata.

18. Fortitudo eius quæ exercuit & quemodo pugnauit.

19. Decem naues in Tharsis (de qua supra 10. cap).

20. Lib. 4. Reg. 2 dicit scriptura: Anno 2. Ioram Regis Iudæ regnauit Ioram Rex Israel. Ideo dicendum Ioram Iudæ à patre Regé designatũ anno 17. regnante. Nã hic mos erat si quis Regum in bellum proficisturus esset, vt prius significaret quis Regem posti se esse vellet, si ipse in prælio forsasse caderet.

20. Regnauit.

n. Cum patre enim duobus regnauit annis, & post patris obitum non alio cum fratre regnauit anno, vsque ad annum 17. Iosaphat, in quo cœpit Ioram frater regnare.

* in via.

21. Coluit enim.

## Incipit Regum Liber quartus.

*Aegrotans Ochozias, & Beelzebub consulens, ab Elia increpatur duobus quinquagenariis eius igne consumptis.* 1.

A

12 Ræuaricatus est autem Moab in Israel: ] postquam mortuus est Achab. b Cecidítque Ochozias per cancellos cœnaculi sui, quod habebat in Samaria, & ægrotauit, misítq; nuntios, dicens ad eos: Ite, consulite Beelzebub, deum Accaron, vtrum viuere queam de infirmitate mea hac. Angelus autem domini locutus est ad Eliam Thesbitẽ, dicens: Surge & ascende in occursum nuntiorum Regis Samariæ: & dices ad eos: Nunquid non est deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron? Quamobrem hæc dicit dominus: De lectulo super quem ascendisti nó descendes, sed morte morieris. Et abiit Elias: reuersi B sunt nuntij ad Ochoziam. Qui dixit eis: Quare reuersi estis? f At illi responderunt ei: Vir occurrit nobis, & dixit ad nos: Ite, reuertimini ad Regem qui misit vos, & dicetis ei, Hęc dicit dominus: Nũquid: quia non erat deus in Israel, mittis vt consulatur Beelzebub, deus Accaron? Idcireo de lectulo super quem ascendisti, non descendes: sed morte morieris. Qui dixit eis: Cuius figuræ & habitus est vir ille, qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc? At illi dixerunt: c Vir pilosus & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Elias Thesbites est. Misitque ad eum d quinquagenarium Principem, & quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum: sedentique in vertice montis, e ait: Homo dei, Rex 2 præcepit vt descendas. ] Respondénsque Elias dixit quinquagenario: Si homo dei sum, descendat

12. a. Agit autem Moab iniuste contra Israel. (rebellauit enim Ochoziæ Moab: qui patri suo Achab tributa pendebat.

b. Mortuus impiissimus rex Achab, impius hæres succedit, filius videlicet eius Ochozias, de quo scriptura narrat quod fecerit malum in conspectu domini, & ambulauerit in via patris sui, & matris suæ, & in via Ieroboã filij Nabath. Seruiuit quoque Baal & adorauit eum, & irritauit dominum deum Israel, iuxta omnia quæ fecerat pater eius, sed non diu prosperantur quæ per cancellos domus suæ cecidit, & ægrotauit vsque ad mortem. Angelum 1.

c. Longos habebat pilos in capite, & barba, vel quia hirsutus, vel ut barbas Ioannes Baptista habuisse intelligitur, & zona ex corio accinctus erat. Dionys.

d. Qui nisi, iubente deo tendere vellet, diuim violenter subuerte.

e. Qui tam facilio, ad vltimo hominis iussum, ausus est dicere. Homo dei, vt ad illum mihi discessum ex Ochozias filius Achab iussit. Si homo dei ego sum, vt inquis, exsumdit prophetã, in te ignis & in eos qui tecum sunt, exsiliat flamma ardebit. Augu. de mirabilibus, sacræ scripturæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſignis de cœlo,& deuoret te & quinquaginta tuos.[f] Deſcendit ergo ignis de cœlo,& deuorauit eum, & quinquaginta qui erant cum eo. Rurſumque miſit ad eum principem quinquagenarium alterũ,& quinquaginta cũ eo. Qui locutus eſt illi: Homo dei, hæc dicit Rex: Feſtina, deſcende. Reſpondens Elias, ait: [1] Si homo dei ego ſum, deſcendat ignis de cœlo, & deuoret te & quinquaginta tuos. Deſcendit ergo ignis de cœlo, & deuorauit illum,& quinquaginta eius. Iterum miſit principem quinquagenarium tertium, & quinquaginta qui erant cum eo. [3] Qui cùm veniſſet, curuauit ]genua contra Eliam, & precatus eſt eum,& ait: Homo dei [4] noli deſpicere animam meam,& animas ] ſeruorum tuorum* qui mecum ſunt. Ecce deſcendit ignis de cœlo,& deuorauit duos principes quinquagenarios primos,& quinquagenos qui cum eis erant.[5] Sed[b] nunc obſecro [i] vt miſerearis animæ meæ.] Locutus eſt autem angelus domini ad Eliam, dicens: Deſcende cum eo. Ne timeas.*[g] Surrexit igitur,& deſcendit cum eo ad Regem,& locutus eſt ei: Hæc dicit dominus: Quia miſiſti nuncios ad conſulendum Beelzebub deum Accaron, quaſi nõ eſſet deus in Iſrael, à quo poſſes interrogare ſermonem, ideo de lectulo ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris. Mortuus eſt autem iuxta ſermonem domini quem locutus eſt Elias, & regnauit[h] Ioram & frater eius ]pro eo: [i] anno ſecundo Ioram filij Ioſaphat Regis Iudæ. Nõ enim habebat filium. Reliqua autem verborum Ochoziæ quæ operatus eſt: nónne hęc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſrael?

*Elias aquis Iordanis diuiſis, in cœlum Eliſæo pallium & duplicatum ſpiritum relinquens rapitur, quæritur nec inuenitur, Eliſæus remanſo Iordane ſanatis aquis à pueris ridetur ab vrſis lacerandis.* II.

[k] Factum eſt autem,* cùm leuare vellet dominus Eliam per turbinem in cœlum: ibant Elias & Eliſæus de Galgalis. Dixítque Elias ad Eliſæum: Sede hic,* quia dominus miſit me vſque in Bethel. Cui ait Eliſæus: Viuit dominus,& viuit anima tua, quia non derelinquam te. Cúmque deſcendiſſent Bethel, egreſſi ſunt filij Prophetarum qui erant in Bethel, ad Eliſæum,& dixerunt ei: Nunquid noſti, quia hodie dominus tollet dominũ tuum[1] à te? ] Qui reſpondit: & ego noui. [2] Silete. ] Dixit autem Elias ad Eliſæum: Sede hic, quia dominus miſit me in Iericho. Et ait ille: Viuit dominus,& viuit anima tua, quia nõ derelinquam te. Cumq; veniſſet Iericho: Acceſſerunt[b] filij prophetarũ qui erant in Iericho ad Eliſæum: Et dixerunt ei: Nunquid noſti quia dominus hodie tollet dominũ tuum à te? Et ait: Et ego noui. Silete. Dixit autem Elias: [3] Sede hic, quia dominus miſit me[1] vſque ad Iordanem. Qui ait: Viuit dominus,& viuit anima tua,[c] quia non derelinquã te. Ierunt igitur ambo pariter: & quinquaginta viri de filiis Prophetarum ſecuti ſunt eos, qui & ſteterunt econtra à longe. Illi autem ambo ſtabant[3] ſuper ] Iordanem. Tulítque Elias pallium ſuum, & inuoluit illud, & percuſſit aquas, quę diuiſæ ſunt in vtranque partem: & tranſierunt ambo per ſiccum. Cúmque tranſiſſent, Elias dixit ad Eliſæum: Poſtula quod vis, vt faciam tibi, antequam tollar à te. Dixítque Eliſęus: Obſecro vt fiat[4] in me duplex ſpiritus tuus. ] Qui reſpondit: Rem difficilem poſtulaſti: attamen[d] ſi videris me quando tollar à te, erit quod petiſti: ſi autem nõ videris, non erit. Cúmque pergerent,& incedentes ſermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrunque. † [e] Et aſcendit Elias per turbinem in Cœlum. Eliſęus autem videbat,& clamabat: † Pater mi, pater mi, currus Iſrael,& [1] auriga ]eius. Et non vidit eum amplius. [5] Apprehenditque veſtimenta ſua,& ſcidit illa in duas partes. Et leuauit pallium Eliæ, quod ciderat ei. Reuerſúſque ſtetit ſuper ripam Iordanis,& pallio Elię, quod ciderat ei, percuſſit aquas, [6] & non ſunt diuiſę. ] Et dixit: [f] Vbi eſt deus Elię[6] etiam nunc? ] Percuſſitque aquas, & diuiſę ſunt huc atque illuc, & tranſiit Eliſæus. Videntes autem filij prophetarum qui erant in Iericho, [7] econtra, ] dixerunt: [8] Requieuit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſæum. Et venientes in occurſum eius adorauerunt eum proni in terram, dixerúntque illi. Ecce cum ſeruis tuis ſunt quinquaginta viri

[f] Qui prophetam crudelitatis in quinquagenarios accusant, nõ attendũt ie deo male dicere, qui hũc ignẽ de cœlo misit: obseruare enim oportet ordinis & dispensationis diuinæ iustitiam, quod sequentes iulię etiam puniat, qui [1] remissorũ scopũ, sibi quoque proposuerũt. Procuptur ibidem.]
2. Dixit, descende.

3. Et ascendens venit quinquagenarius ille tertius, & incuruauit se super ilia.
4. Honorabilis sit quæso anima mea, & anima.
*Istorum quinquaginta.
5. Anima mea sit in pretio ante oculos tuos.
*A facie eius.

g Qui citò surgens, & gressum faciens, superbis interemptis, esi humiliato & supplice ad regẽ perrexit. Aug. vbi prius
h. Hic dicitur Ioram regnasse, qui prius 5. vel 6. annis regnum administrauerat cum fratre Ochozia languente.
i. Hoc est, 18. Iosaphat qui Ioramfilium suum secum sociauerat anno 17. regni sui.
a Quòd abstrahendus Elias atque eleuandus ad cœlum, iusserit Eliæo vt resideret in Bethel aut Iericho, siue Iordane, & illis semper iuxauerit per dominum quòd non relinqueret eum, hoc figuratũ videtur, quod apostolorum in se habuerit figuram, q ab ipsa reuelatione inde Christo domino individuè adhæsit, vsque in diem ascensionis eius in cœlum ab eius comitatu non recesserunt. Euche. ibidẽ.
*Quæso.
1. A capite tuo, & infra: hoc est, à præsentia tua.
2. Tacuerunt [scilicet filij prophetarũ audito Eliæi responso
b. Discipuli prophetarum, qui à prophetis disciplina sacra eruditeantur.
c. Nunne tibi videtur Elias ascendentis domini signare personam: Eliseus verò chorum apostolicum in ascensione Christi anxiè suspirantem? Sicut enim Eliseus ab Elia nullo modo auelli potuit, sic nec apostoli à Christi præsentia poterant separari. Bern. de intellectu & affectu Sermone.].
3. Iuxta.
4. Duplex pars spiritus tui super me.
d. Cõtinget tibi quod postulas, si attentiùs inspexeris cùm abstrahar à te: quoniã non datur gratia nisi vigilanti. Chrysost. actã apost. Homil. 1.
e. In cœlum quippe ascẽdi Elias subleuatus est, vt in secreta quadam terræ regione reperiri diceretur: vbi in magna iam ætate vir an spiritus quiete viueret, quousque ad finem mundi rediret, & mortis debitum solueret. Euthemius ibidem.
f. Equites.
g. Non quod putaret absentem, sed quia præsentiam eius in necessitate requirebat. Ambros. in Psal. 37.
6. Atque ipsemet
7. A longè.
8. Quid si quidam hæretica peruersitate opinantur, quod dictum sit: Requieuit spiritus Eliæ super Eliseũ, eum iam ille vtique habuisse, nisi quia dictum est de spiritu deinde etiam per illum operaretur qualia per Eliam operabatur, non ab illo recedẽs, vt iustum posset implere? aut dispertitus esse minus in illo, vt esset ex aliqua parte ibi ipso esse. Deus est enim qui potest esse in omnibus simul, in quibus per illã potuit esse voluntate. Aug. lib. 2. de Gen. ad lit. cap. Num. 4.

viri fortes,[a] qui possunt ire,& quærere] dominum tuum,ne fortè tulerit eum spiritus domini,& proiecerit eum in vnum montium,aut in vnam vallium. Qui ait.[b] Nolite mittere.Coegerúntq; eum,donec[9] acquiesceret,& diceret:]Mittite. Et miserũt quinquaginta viros.Qui cùm quæsissent tribus diebus,non inuenerunt:Et reuersi sunt ad eum.At ille habitabat in Iericho,& dixit eis:Nunquid non dixi vobis:nolite mittere?

D [c]Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Elisæum: Ecce habitatio ciuitatis huius [10] optima]est, sicut tuipse domine perspicis: sed aquę pessimæ sunt, & terra sterilis. At ille ait: Afferte mihi [k]vas nouum, & mittite in illud sal. † Quod cùm attulissent,egressus ad fontem aquarum,misit in illum sal,& ait:Hæc dicit dominus: Sanaui aquas has,& non erit vltra in eis mors neque sterilitas. Sanatæ sunt ergo aquæ vsque in diem hanc iuxta verbum Elisæi,quod locutus est. Ascendit autem inde Elisęus in Bethel. Cúmque ascenderet per viam,pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei, dicentes:[l] Ascende calue,ascende calue.Qui cùm respexisset * vidit eos,& maledixit eis in nomine domini. Egressiq́ue sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. Abiit autem inde in montem Carmeli, & inde reuersus est in Samariam.

8. Vadit illi quæso, & inquirit.
(h Quoniam certè sum ad quẽ transitus sit locum, & quòd nõ inuenietur à vobis,nec reuertetur nisi circa finẽ mundi ad prædicandum cum Enoch contra perfidiam Antichristi. Diony. Carth.]
9. Erubescerent.
(i. Habitantes autẽ Eliseo in Iericho, venerunt ad eum viri ciuitatis:& dixerũt ei. Ecce habitatio ciuitatis huius valde optima est,vt ipse tu domine perspicis, sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis.Euche.ibidem.]
10. Amœna.
k. Cur voluit vasculum nouum habere?forsan ne alius suspicaretur quod in vase quo vti voluit, fuisset quædam alia vis sanandi aquam habentis:& sic aquæ curatio ascriberetur causæ naturali non diuinæ virtuti. Dionysius.
l. Quam rem etiam parentibus suis instigantibus fecisse credẽdi sunt.Nec enim pueri illi clamarent,si suis parentibus displiceret.Aug. Ser.104.de Tempore.
*Post tergum.

*In Moabitas rebelles arma parant Reges Iuda, Israel, & Aedom, quibus in via Elisæus dat aquas,inde victus Rex Moab primogenitum immolat filium.* 111.

A [I]Oram verò filius Achab [a] regnauit super Israel in Samaria, anno decimooctauo Iosaphat Regis Iudæ: regnauítque duodecim annis, & fecit malum coram domino, sed non sicut pater suus & mater. Tulit enim statuas Baal, quas fecerat pater eius: veruntamen in peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel,adhęsit, nec recessit ab eis. [b] Porrò Mesa Rex Moab nutriebat pecora multa:& soluebat Regi Israel centum milia agnorum,& centum milia arietum cum velleribus suis. Cúmque mortuus fuisset Achab,[1] prævaricatus est fœdus quod habebat cum Rege] Israel. Egressus est igitur Rex Ioram in die illa de Samaria,& recensuit vniuersum Israel: misitq́ue ad[c] Iosaphat Regem Iuda,dicens: Rex Moab recessit à me,[2] veni mecum contra eum ad prælium. Qui respondit: Ascendam.†[3] [d]Qui meus est,tuus est:]populus meus populus tuus:& equi mei equi tui. Di-

B xítque: Per quam viam ascendemus? At ille respondit: Per desertum Idumęæ. [4] Perrexerunt igitur Rex Israel, & Rex Iuda, & [e] Rex Ædom, & circuierunt per viam septem dierum,nec erat aqua exercitui & iumentis,quæ sequebantur eos. Dixítq; Rex Israel: Heu [5]-- heu heu.] Congregauit nos dominus tres Reges, vt traderet in manu Moab. Et ait Iosaphat: Est ne hic propheta domini, vt [6] deprecemur] dominum per eum?Et respondit vnus de seruis Regis Israel: [f] Est hic Elisæus filius Saphat: qui fundebat aquam super manus Eliæ.Et ait Iosaphat: Est apud eum sermo domini?Descẽdítque ad eum Rex Israel & Iosaphat Rex Iuda, & Rex Ædom. Dixit autem Elisęus ad regem Israel: Quid mihi & tibi est? Vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ. Et ait illi Rex Israel: [7]Quare] congregauit dominus tres Reges hos, vt traderet eos in manus Ioab? Dixítque ad eum Elisęus: † Viuit dominus exercituum, in cuius conspectu sto: quòd si non vultum Iosaphat Regis Iudæ [8] erubescerem,] non attendissem quidem te,nec respexissem. Nunc autem adducite mihi psaltem.[g]†[9] Cúmque caneret psaltes,facta est super eum manus domini.Et ait.Hæc dicit dominus: Facite[10] alueum torrentis huius] fossas & fossas. Hæc enim dicit dominus,Non videbitis ventum neque pluuiam: & alueus iste replebitur aquis,& bibetis vos,& [11]familię vestræ] & iumenta vestra.[12] Parúmque est]hoc in conspectu domini, insuper tradet etiam Moab in manus vestras. Et percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnem vrbem electam,& vniuersum lignum fructiferum succidetis, cunctósque fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum egregium operietis lapidibus. Factum est igitur mane,quando sacrificium [13] offerri solet,] & ecce aquæ veniebant per viam Ædom. Et repleta est terra aquis. Vniuersi autem Moabitæ audientes quòd ascendissent] tres

2. Hoc est, administrare cœpit languente fratre suo Ochozia, atque duobus annis administrauit, quo defuncto regnauit solus 12.an.& sic 14.an. regnauit à 18 anno Iosaphat,qui & secũdus Ieboram filij annis erat,vsque ad primum annum Iehu.
(b. Rebellio regis Moab primo facta est sub Ochozia filio Achab:sed hic repetitur,eò quòd Iram frater Ochoziæ voluit eũ iterum sub tributo redigere:& hoc virtute armorũ. D. Lyra.)
1. Rex Moab rebellis fuit Regi.

(c. Cuius filij vxor fuit soror sua dicens Rex Moab recessit à me cui consensit ie ille suum Dionisius ibidem.]
2. Num venies?
3. id. Sicut enim ego sum, sic tu es:(hoc est,Vter. me & mein,sicut tuis.
c. Quomodo Rex Idumææ dicitur ille cum Ioram, cùm tunc nõdum fuerat Rex in Idumæa constitutus à tempore Dauid, qui abstulerat Idumæis regium sceptrum? Vnde infra habetur.
8. c. In diebus illis recessit Aedom ne esset sub Iuda, & cõstituit sibi regem. Respondetur q̃ in scripturis Rex sæpius vocatur dux,ita hoc loco Rex vocatur dux.Diony.
4. Scisciteмur.
(f Exponit Rab.Sal.de speciali infusione aquæ à cælo super manus Eliæ in mõte Carmeli,quãdo faciebat aquã effundi super sacrificium: Et tunc ex digitis Eliæ fluxerunt aquæ abundanter quasi ex fontibus fœcundis, sicut dictum fuit lib.3 ca.18. Et de hoc facto hic repetitur, quasi dicat: Iste est apertissimus ad splendum nobis aquæ defectũ, quia iam ante cùm funderet aquam super manus Eliæ, aquæ fuerunt multiplicatæ miraculosè.De Lyra.]
5. Nequaquam,quoniam.
6. Reuereer.
(g Prophera populo siti fatigato,per miraculum consuluit,& prophetiæ dicta consilium præbens fidelibus,qualiter fortuna ii doctrina animum reficiant. Glos.Ordi.post Rabanũ.ibid.]
7. In planitie hac.
8. Pecora vestra.
9. Leuęque vinum est.

10. Offerebatur.

Reges,vt pugnarent aduerſus eos,conuocarunt omnes[11] qui accincti erant balteo de-
ſuper,]& ſteterunt in terminis. ℣ Primóque mane ſurgentes,& orto iam ſole [12] ex ad- D
uerſo aquarum,] viderunt Moabitæ econtra aquas rubras quaſi ſanguinem: dixe-
rúntque: Sanguis gladij eſt.[13] Pugnauerunt Reges contra te: & cæſi ſunt mutuò.]
Nunc* perge ad prædam Moab.[14] Perrexerúntque in caſtra Iſrael. Porrò conſurgens
Iſrael percuſſit]Moab. At illi fugerunt coram eis.[15] Venerunt igitur qui vicerant,]&
percuſſerunt Moab: & ciuitates deſtruxerunt,& omnem agrum optimum mittentes
ſinguli lapides,repleuerunt,& vniuerſos fontes aquarum obturauerunt: & omnia li-
gna fructifera ſuccciderunt,[16] h ita vt muri tantum fictiles remanerent.]Et circundata
eſt ciuitas à fundibulariis,[17] & magna ex parte percuſſa.] Quod cùm vidiſſet Rex Mo-
ab,præualuiſſe ſcilicet hoſtes, tulit ſecum ſeptingentos viros,educentes gladios, vt ir-
rumperent ad Regem Ædom, & non potuerunt. Arripiénſque filium ſuum primo-
genitum,qui regnaturus erat pro eo,obtulit holocauſtum ſuper murum:[i] & facta eſt
indignatio magna in Iſrael. Statímque receſſerunt ab eo, & reuerſi ſunt in terram
ſuam.

11. Ab eo qui poterat accingi gladio,& ſupra.
12. Super a quo.

13. Interfecti ſunt reges illi,percuſſitque quiſque proximum ſuum.
*Igitur.
14. Et cùm peruenìſſent ad caſtra Iſrael, ſurrexerũt Iſraelitæ, & percuſſerunt.
15. Illi verò inſequuti ſunt eos.

16 Vt ſolum in ciuitate fictili dimitterent lapides eius.
[h. Dicit Rab Sal. quod omnes muros lapideos deſtruxerũt, vt lapides proicerent ſuper eãpos fructiferos, prout dixerat eis Eliſæus. De Lyra. Ibidem.]
17. Percuſſerunt eam.

i. Reges autem videntes hoc factum neceſſitatis, imò crudelitatis, ex humana compaſsione receſſerunt ab eo. Comeſtor.

*Elisæus mulierem ditat oleo, cui filium impetrat, hunc mortuum ſuſcitat, ac ſanata olla panes multiplicat.* IIII.

[a] *Mulier autem quædam,[b] de vxoribus Prophetarum clamabat ad Eliſæum,* [A] dicens: Seruus tuus vir meus mortuus eſt:& tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos [1] ad ſeruiendum]ſibi. Cui dixit Eliſæus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi: Quid habes in domo tua? At illa reſpondit: non habeo ancilla tua quicquam in domo mea: niſi [2] parum olei quo vngar.] Cui ait: Vade,pete mutuo* ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua non pauca:[3] & ingredere,&] claude oſtium tuum,[4] cùm intrinſecus fueris] tu & filij tui,& mitte inde in omnia vaſa hæc: & cùm plena fuerint,tolles. Iuit itaque mulier,& clauſit oſtium[5] ſuper ſe & ſuper] filios ſuos. Illi offerebant vaſa: & illa infundebat.[c] Cúmque plena fuiſſent vaſa, dixit ad filium ſuum: Affer mihi adhuc vas. Et ille reſpondit:Non habeo.* Stetítque oleum.℣ Venit autem illa & indicauit homini dei. Et ille:vade,inquit,vende oleum, & redde creditori tuo:tu autem & filij tui viuite de reliquo. Facta eſt autem quædam dies,& tranſibat Eliſæus per[d] Sunam ciuitatem. Erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum vt comederet panem. Cúmque frequenter inde tranſiret,diuertebat ad eam, vt comederet panem. Quæ dixit ad virum ſuum: animaduerto quòd vir dei ſanctus eſt iſte, qui tranſit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cœnaculum paruum: * & ponamus ei in eo lectulum & menſam,& ſellam & candelabrum, vt cùm venerit ad nos, maneat ibi. Facta eſt ergo dies quædam: & veniens diuertit in cœnaculum,& requieuit ibi. Dixítque ad Giezi puerum ſuum: Voca Sunamitiden iſtam. Qui cùm vocaſſet eam, & illa ſtetiſſet coram eo,dixit ad puerum ſuum: ℣ Loquere ad eam: Ecce ſedulè in omnibus miniſtraſti nobis,[e] quid vis vt faciam tibi?[6] Nunquid habes negotium: & vis vt loquar Regi, ſiue Principi militiæ?] Quæ reſpondit: In medio populi mei habito. Et ait: Quid ergo vult vt faciam ei? Dixítque Giezi:[7] Ne quæras:Filium enim] non habet,& vir eius ſenex eſt. Præcepit itaque vt vocaret eam:Quæ cum vocata fuiſſet,& ſtetiſſet[8] ante oſtium,]dixit ad eam: †[9] In tempore iſto & in hac eadem hora ſi vita comes fuerit, habebis in vtero filium.] At illa reſpondit: Noli quæſo domine mi vir dei, noli mentiri ancillæ tuę.[e] Et concepit mulier,& peperit filium in tempore,[10] & in hora eadem qua] dixerat Eliſęus. Creuit autem puer, & cùm eſſet quędam dies & egreſſus iſſet ad patrem ſuum ad meſſores,ait patri ſuo:Caput meum doleo, caput meum doleo. At ille dixit puero:Tolle,& duc eum ad matrem ſuam. Qui cùm tuliſſet, & adduxiſſet eum ad matrem ſuam, poſuit eum illa ſuper genua ſua vſque ad meridiem, & mortuus eſt. ℣ Aſcendit autem,& collocauit eum ſuper lectulum hominis dei,& clauſit oſtium. Et egreſſa vocauit virum ſuum,& ait:Mitte mecum obſecro vnum de pueris & aſinam, vt excur-

a. Quam Hebræi exiſtimãt fuiſſe vxorem Abdiæ prophetæ, [b. vnde cõcti expoſitores catholici & Hebræi vnanimiter aiũt fœminam hanc fuiſſe cõiugem Abdiæ prophetæ,& erat mulier deuota, ideo ad Eliſæũ tanquã ad dei amicũ in neceſsitate ſua confugit Diony. Cart.]
1. In ſeruos.
2. Lagunculam olei.
*Ab his qui ſorte ſunt.
3. Et cùm ingreſſa fueris.
4. Poſt te,& poſt filios tuos.

5. Poſt ſe,& poſt.
c. Hæc exigua olei particula per virtutẽ prophetæ in manus creſcere non contra naturam potuit. Omnem enim magnificentiam creatturarum de paruitate ſemper creſcere conuenit, cùm præſertim ſpecialius hoc in liquoris natura pincernaria arte fit, vt quædam poculorum genera de parua materia in abundantiam liquoris exundare & fruteſcere ſanè comprobentur. Aug. de mirabi. ſacræ ſcripturæ lib. 2 cap. 33.
* Amplius vas.
d. Sima vel Simem ciuitas eſt ſita ad orientales partes Carmeli montis, non procul à Gelboe monte, in quinto miliario Tabor montis. Et mons eiuſdem nominis imminens ciuitati, ad quem Philiſtiim cõtra Saul caſtrametati ſunt.
*Cum parietibus.

6. Eſt ne tibi loquendum cum Rege, vel cũ principe militiæ.

7. Certe filium.

8. In oſtio.

9. Tempore iſto, & iuxta tẽpus vitæ, tu amplexaberis filium.
e. Supernaturale eſt tum quod ſenex ille generauit, & itẽ quod Eliſæus non ſolùm hoc præſcivit, ſed etiam horam determinatam, ſed & quod prolem maſculinam & non fœmineam. Diony. ibidem.
10. Illo, iuxta tempus vitæ, ſicut illi.

[f. Sperans quòd per eius preces ſuſcitaretur, quia petierat ab eo filium victurum. De Lyra ibidem.]

vt excurram vsque ad hominem dei,& reuertar.Qui ait illi: Quam ob causam vadis ad eum? Hodie non sunt Kalendæ neque sabbathum.Quæ respõdit; [11] Vadam.]Strauítque asinam, & præcepit puero: [12]Mina & propera, ne mihi moram facias in eundo:& hocage quod præcipio tibi.] Profecta est igitur,& venit ad virum dei, in montem Carmeli. Cumque vidisset eam vir dei: [13] econtra,] ait ad Giezi puerum suum: Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius,& dic ei: [14] Recténe agitur circa te & circa virum tuum,& circa filium tuum?] Quæ respondit, [g 15] Rectè.] Cúmque venisset ad virum dei in montem, apprehendit pedes eius: Et accessit Giezi vt amoueret eam. Et ait homo dei:Dimitte illã. Anima enim eius in amaritudine est, & dominus cęlauit à me,& non indicauit mihi. [h] Quæ dixit illi: Nunquid petiui filium à domino meo? Nunquid non dixi tibi, ne illudas me? Et ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos,& tolle baculum meum in manu tua,& vade. Si occurrerit tibi homo,[h] non salutes eum: & si salutauerit te quispiam,nõ respondeas illi. Et pones baculum meum super faciem pueri. Porrò mater pueri ait: Viuit dominus,& viuit anima tua,non dimittam te. † Surrexit ergo,& sequutus est eam. Giezi autem præcesserat eos,& posuerat baculum super faciem pueri, & non erat vox, neque sensus. Reuersúsque est in occursum eius, & nuntiauit ei dicens: Non surrexit puer. Ingressus est ergo Elisæus domum, & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius: ingressúsque clausit ostium super se & super puerum,& orauit ad dominum. † [i] Et ascendit,& incubuit super puerum,posuítque os suum super os eius,& oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri. [f] At ille reuersus, deambulabat in domo, semel huc atque illuc: & ascendit, & incubuit super eum. Et oscitauit puer septies, [k] aperuítque oculos. Et ille vocauit Giezi, & dixit ei: Voca Sunamitiden hanc. Quæ vocata,ingressa est ad eum. Qui ait: Tolle filium tuũ. † Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit super terram. Tulítque filium suum, & egressa est,& Elisæus reuersus est in Galgala. Erat autem fames in terra,& filij prophetarum habitabant coram eo,dixítque vni de pueris suis: Pone ollam grandem,& coque pulmẽtum filiis prophetarum. Et egressus est vnus in agrum,vt colligeret herbas [–agrestes.] Inuenítque [–quasi] vitem syluestrem, & collegit ex ea colocyntidas [16] agri,]& impleuit pallium suum,& reuersus [l] concidit in ollam pulmenti. Nesciebat enim quid esset. Infuderunt ergo [17] sociis, vt comederent. Cúmque gustassent de coctione,exclamauerunt,dicentes: [f] Mors in olla vir dei. Et non potuerunt comedere: [m] At ille:afferte,inquit farinam. Cúmque tulissent,misit in ollam,& ait: Infunde turbæ,vt comedant. Et non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. Vir autem quidam venit de Balsalisa deferens viro dei panes primitiarum, & viginti panes hordeaceos,& frumentum nouum [18] in pera sua.] At ille dixit: Da populo vt comedat. Respondítque ei minister eius: Quantum est hoc vt apponam coram centum viris? Rursum ille:Da, ait,populo vt comedat. Hæc enim dicit dominus:Comedent, & supererit. Posuit itaque coram eis. Qui comederunt,& superfuit iuxta verbum domini.

11. Propter salutem.

12. Duc asinam, & vade,nec fatigas eã tarde incedere, eo quòd illi confideo,nisi cũ dixero tibi.

13. Procul.
14. Est ne pax tibi & pax viro tuo,& pax puero?
f g. Dicunt aliqui quòd in hoc fit mẽtira,& quòd nõ oporteat eam à mẽdacio excusari. Verũtamen dicitur & verissimè ipsa respondit. Rectè enim id est in ſlẽ circa eam & filium eius accidebat: quoniam deus iusto iudicio ita disposuerat. Dionys. Ius Cart.]
15. Pax.

h. [Festinato enim iubebat ad eum ec intendere, vt celebranda resurrectionis exequeretur officium,ne confabulatione alicuius obuij mãdato reflecteretur à munere. Ergo & hic non salutationis officium ac sedulitas auferitur,sed obstaculum impediendæ deuotionis aboletur,vt quando diuina mandantur, requiritur humana. Am. Luc. 7

i. Frigidus erat puer, calefecit eum Elisęus spiritu suo dedit ei vitæ calorem. Condormiuit ei, vt cum calor quieris qui in symbolo ei consepultus fuerat, excitaret. Ambr. Epist. lib. 4. Epistola. 17.
k. Heliseus mortuum suscitauit sed alterum,non seipsum. Ecce enim quot annis iacet in monumento,quod à se nõ potest iperans ab alio suscitari,ab eo vtique qui triumphauit mortis imperium in seipso. Inde est quod cæteros dicimus suscitatos Christum surrexisse,qui solus virtute propria victor prodiit de sepulchro. Bernardus in die paschæ. Sermo. 1.
16. Agrestes.
[l. Qui literæ legis intentus vel philosophiæ studiosus,amaritudinem de lege vel mortiferũ de philosophis fumẽs intermiscet veritati euãgelicæ,& in olla cordis coquens, tale cõdimentum præparat auditoribꝰ suis. Dicit enim Apostol. Littera occidit: prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus, vita. Glo. Ordinaria.]
17. Viris.
m. Elisæus quidem vates didicerat à magistro parcimoniam,eũ filios alere prophetarum, viris agrestis granulis messas onerabat,& in emptis syluestribus oleribus hospitalitatis humanitate implebat officium. Quorũ offensi amaritudine cũ non inducare non possent, leni farinæ aspersione omnem illam amaritudinem temperauit,absit nentia prophetiæ munera venenũ vitæ cuacuare. Amb. De Elia, cap. 6.
18. Adhuc in spicis suis.

*Naaman Syrus septies in Iordane Elisæi consilio lotus, mundatur à lepra: quæ Giezi propter munera ab eo suscepta perpetuo adhæsit.* V.

A [a] Naaman Princeps militiæ Regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suum,& honoratus. Per illum enim dedit dominus salutem Syriç. Erat autem vir fortis,&diues:]sed leprosus. [b] Porrò de Syria egressi fuerant latrúculi:]& captiuam duxerant de terra Israel puellam paruulam, quæ erat [c] in obsequio vxoris Naaman,quæ ait ad dominam suam: Vtinam fuisset dominus meus [d] ad prophetam] qui est in Samaria, profecto curasset eum à lapra quam habet. Ingressus est itaque Naaman ad dominum suum,& nunciauit ei,dicens: Sic & B sic locuta est puella de terra Israel. [f] Dixítque ei Rex Syriæ, [e] Vade,] & mittam literas ad Regem Israel. [b] Qui cùm profectus esset, & tulisset secum decem talenta argenti, & sex milia aureos,& decem mutatoria vestimentorum, detulit literas ad Regem Is-

a. Cũ Naaman regis Syriæ princeps persusus lepra fuisset, & sibi vel cunctis horreret, dolebat Rex Syriæ vitum per quem plurima cõceperat bella, gentes domuerat, & victorias perpetrauerat. Aug. Ser. 107. de tempore,
b. Pellicosus.
c. Et Syri egressi per cuneos,
d. Ante faciem
d. Coram propheta.

e. Veni,& ingredere.
b. Naaman princeps militiæ, qui & leprosus erat, & suggerente ancilla ad beatum Elisæum tranandus aduenit, populum Gentium figurabat.

Universidad de Deusto
Biblioteca



rael in hæc verba: Cùm acceperis epistolam hanc, scito quòd miserim ad te Naaman seruum meum, vt cures eum à lepra sua. Cúmque legisset Rex Israel literas, [c] scidit vestimenta sua, & ait: Nunquid deus ego sum, † vt occidere possim, & viuificare? quia iste misit ad me, vt curem hominem à lepra sua? Animaduertite & videte, * quòd occasiones quærat aduersum me. ♱ Quod cùm audisset Elisæus vir dei, scidisse vestimẽta sua, misit ad eum, dicens: [d] Quare scidisti vestimẽta tua? Veniat ad me, & sciat esse prophetam in Israel. Venit ergo Naaman cum [e] equis & curribus, & stetit ad ostium domus Elisæi. Misitque ad eum Elisæus nuntium, dicens: Vade & [e7] lauare] septies in Iordane: & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman, recedebat dicens: Putabam quòd egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen domini sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me. Nunquid non meliores sunt [f] Abana, & Pharphar fluuij Damasci, omnibus aquis Israel, [g] vt lauer in eis & munder?] ♱ Cùm ergo vertisset se, & abiret indignans, accesserunt [h] ad eum serui sui, & locuti sunt ei: * Pater * etsi rem grandem dixisset tibi Propheta, certè facere debueras. Quanto magis quia nunc dixit tibi lauare, & mundaberis? [i] Descendit, & lauit septies in Iordane, iuxta sermonem viri dei, † & restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli: [k] & mundatus est. Reuersúsque ad virum dei, cum vniuerso comitatu suo, ⁊ venit,] & stetit coram eo, & ait: Verè scio, quòd non sit alius deus in vniuersa terra, nisi tantum in Israel. Obsecro itaque vt accipias benedictionem à seruo tuo. At ille respondit: ♱ Viuit dominus ante quem sto, quia non accipiam. Cúmque vim faceret, penitus non acquieuit. Dixítque Naaman: ⁊ Vt vis.] Sed obsecro concede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum [j] burdonum] [i] de terra. Non enim faciet vltrà seruus tuus holocaustum aut victimam diis alienis, nisi domino. [10] Hoc autem solum est de quo depreceris dominum pro] seruo tuo: quando ingredietur dominus meus templum Remmon, vt adoret: * & illo innitente super manum meam, si adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodẽ loco, vt ignoscat mihi dominus seruo tuo pro hac re. ♱ Qui dixit ei: Vade in pace. Abiit ergo ab eo [11] electo terræ tempore.] Dixítque Giezi puer viri dei: Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, vt non acciperet ab eo quæ attulit: Viuit dominus, quia curram post eum: & accipiam ab eo aliquid. Et secutus est Giezi post tergum Naaman. Quem cùm vidisset ille currentem ad se, desiliit de curru, in occursum eius, & ait: [12] Recténe sunt omnia?] Et ille ait: [13] Recté.] Dominus meus misit me ad te, dicens: Modo venerunt ad me duo adolescentes de monte Ephráim, ex filiis Prophetarum: Da eis talentum argenti, & vestes mutatorias duplices. Dixítque Naaman: ♱ [14] Melius est, vt accipias] duo talenta. Et coegit eum, ligauítque duo talenta argenti in duobus saccis: [15] & duplicia vestimenta, &] imposuit duobus pueris suis, qui & portauerunt coram eo. Cúmque venisset [16] iam vesperi,] tulit de manu eorum, & reposuit in domo, dimisítque viros, & abierunt: ipse autem ingressus, stetit coram domino suo. Et dixit Elisæus: Vnde venis Giezi? Qui respondit: Nõ iuit seruus tuus quôquam. At ille ait: Nónne cor meum [17] in præsenti erat,] quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui? [18] Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, vt emas] oliueta, & vineas, & oues, & boues, & seruos, & ancillas. † Sed & [k] lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo vsque in sempiternum. Et egressus est quasi nix ab eo leprosus.

*Ferrum in aqua sub Elisæo natat, Syri exploratores excæcati ducuntur ab Elisæo in Samariam: Samariæ obsidio fame adeo grauatur, vt matres filios ederent, & Elisæus iuberetur occidi.* VI.

[a] Dixerunt autem filij Prophetarum ad Elisæum: Ecce locus in quo habitamus coram te, angustus est nobis. Eamus vsque ad Iordanem, & tollant singuli de sylua materias singulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit: Ite. Et ait vnus ex illis, [1] Veni ergo & tu] cum seruis tuis. Respondit, Ego veniam. Et abiit cum eis. Cúmque venissent ad Iordanem, cæde-

c. Ô fides Naaman principis, & istius perfidia Regis. Naaman Syrus fideliter festinat ad deũ, & Rex perfidus suum scidit vestimentum. Diffidunt qui nouerant: & qui non nouerat credunt. Chrysost.

* Quæso.

[d Non dixit hoc reprehendendo quòd vestes suas ex detestatione blasphemiæ scidit, sed ut verba regis Syriæ aliter intelligere potuit, De Lyra.]

e. Equitatu suo, & cum curribus suis.

[e. Ipsum quidem vt leprosum videre sustinuit, vt qui legibus subiectus esset. Imperat autem ei rem propositam. Corporis enim lepra erat, quod corpus ex quatuor elementis constat. Septem verò diebus præsens vita reuoluitur, potrò animæ purgatio iuxta numerum sanctæ trinitatis perficitur. Procopius.]

f. Laua te, & infra.

g. Qui alio nomine dicitur Amana.

h. Nónne si lotus fuero in eis mundabor?

* Et dixerunt.

* Mi.

i. Et ideo quod nobis impossibile impetratu videtur, deo donare possibile est. Nã & impossibile videbatur, vt peccatũ abluerer aquâ. Naaman Syrus lepram suam mũdari per aquam posse nõ credidit: sed quod impossibile erat, fecit deus possibile esse, qui tantã nobis donauit gratiã. Amb. de pœ. li. 2 c. 2. k. Mũdatúsque illico intellexit non aquarũ esse quod vnusquisque mũdatur, sed gratiæ. Amb. de iis qui mysterijs initiantur, cap. 2.

j. Mulorum.

[j. De terra Israel quam reputabat sanctam, vt ex illa faceret altare in honorẽ dei Israel in Syria, ad adorandum deum verũ, & non amplius idola.

10 In hac tamen re propitietur dominus.

* Ibi.

11 Quasi per stadium terræ.

12. Est ne pax?

13. Pax.

14. Libenter accipe.

15. Cum duabus vestibus mutatoriis.

16. Ad locũ quẽdam secretum.

17. Ambulauit tecum.

18. Putat hoc tempore accipiendam esse pecuniam, accipiẽdas vestes.

k. Et lepra cum Giezi à sancto susceptisse se credant Elisæo, qui gradum sacerdotalem æstimat pecuniis comparare. Quibus ea ista dixerimus, sufficere debuit suam comparando lepram possidere. Nam sicut validioribus morbis capite vitiato, reliquũ necesse est corpus inundatione superioris morbi letaliter irrigatum & hi qui caput videntur esse ecclesiæ, morbo pestifero fraternum vitiant corpus, vt nihil ex totius corporis compage insuciatum possit euadere, quod negligẽtium sacerdotum vitiositatis mortale infecerit virulentia vt videas in ecclesia passim, quos non merita sed pecunia ad episcopatus ordinẽ promouerit nugacem populum & indoctum, qui talem sibi alterum sunt sacerdotem: quos si percũctans fidelites velis, quis eos præfecerit sacerdotes. Respondebũt, pecunia, & fauor, &c. Ambr. de dignitate sacerdotali. cap. 5.

a. Filij prophetarum dicebãtur prophetarum discipuli, qui sub illis studium theologicum profitebãtur, ad quorum normam theologica nunc fit professio.

1. Acquiesce quæso, & veni.

cædebant ligna. [b] † Accidit autem, vt cùm vnus materiam succidisset, caderet ferrum
securis in aquam. Exclamauítque ille, & ait: Heu, heu heu] domine mi, & hoc ip-
sum mutuo acceperam. Dixit autem homo dei: Vbi cecidit? At ille monstrauit ei lo-
cum. [c] Præcidit ergo lignum, & misit illuc. Natauitque ferrum. ❧ Et ait: Tolle. Qui
extendit manum, & tulit illud. Rex autem Syriæ pugnabat contra Israel, consiliúm-
que iniit cum seruis suis, dicens: In loco illo [2] & illo, ponamus insidias.] Misit itaque
vir dei ad Regem Israel, dicens: Caue ne transeas in locum illum: quia [3] ibi Syri in in-
sidiis sunt.] Misit itaque Rex Israel ad locum, quem dixerat ei vir dei: & [4] præoccupa-
uit eum: & obseruauit se ibi] non semel neque bis. Conturbatúmque est cor Regis
Syriæ pro hac re, & conuocatis seruis suis, ait. Quare non indicatis mihi quis prodi-
tor mei sit apud Regem Israel? Dixítque vnus seruorum eius: Nequaquam domine
mi Rex: sed Elisæus propheta, qui est in Israel, indicat Regi Israel omnia verba quę-
cunque locutus fueris in conclaui [5] tuo.] ❧ Dixítque eis: Ite, & videte vbi sit, vt mittam
& capiam eum. Annunciauerũt ei, dicentes: Ecce in Dothaim. Misit ergo illuc equos
& currus, & robur exercitus. [d] Qui cùm venissent nocte, circundederunt ciuitatem.
Consurgens autem diluculo minister viri dei [6] egressus est,] vidítque exercitum in
circuitu ciuitatis, & equos & currus. Nuntiauítque ei, dicens: Heu, heu heu] domi-
ne mi quid faciemus? At ille respondit: Noli timere. † [e] Plures enim nobiscum sunt,
quàm cum illis: cúmque orasset Elisæus, ait: domine, aperi oculos huius, vt videat.
Et aperuit dominus oculos pueri, [f] & vidit, quia ecce mons plenus equorum & cur-
ruum igneorum in circuitu Elisæi. Hostes verò descenderunt ad eum. ❧ Porrò Eli-
sæus orauit ad dominum, dicens: † Percute obsecro gentem hanc cæcitate. Percussítque
que eos dominus ne viderent, iuxta verbum Elisæi. Dixit autem ad eos Elisæus: Non
est hæc via, nec ista est ciuitas. Sequimini me, & [7] ostendam vobis virum] quem quę-
ritis. [g] ❧ Duxit ergo eos in Samariam. Cúmque ingressi fuissent in Samariam, dixit Eli-
sæus: Domine aperi oculos istorum, vt videant. Aperuítque dominus oculos eo-
rum, & viderunt se esse in medio Samariæ. Dixítque Rex Israel ad Elisæum, cùm vi-
disset eos: Nunquid * percutiam eos pater mi? Et ille ait: Non percuties. [8] Neque e-
nim] cepisti eos gladio & arcu tuo, [9] vt percutias.] ❧ Sed [h] pone panem & aquam co-
ram eis, vt comedant, & bibant, & vadant ad dominum suum. Appositáque est eis ci-
borum magna præparatio. Et comederunt & biberunt, & dimisit eos: abierúntque
ad dominum suum. Et vltrà non venerunt [10] latrones] Syriæ in terram Israel. [i] Factum
est autem post hæc congregauit Benadab Rex Syriæ vniuersum exercitum suum, &
ascendit, & obsidebat Samariam. Factáque est fames magna in Samaria: & [11] tandiu
obsessa est,] donec venundaretur caput asini octoginta argenteis: & quarta pars [k] ca-
bi stercoris columbarum quinque argenteis. Cúmque Rex Israel transiret per mu-
rum, mulier quædam exclamauit ad eum, dicens: [12] Salua me] domine mi Rex. Qui
ait: [13] Non: te saluet dominus, vnde te possum saluare? ❧ [14] De area,] vel de torcular? i?
Dixítque ad eam Rex: Quid tibi vis? Quæ respondit: Mulier ista dixit mihi: Da filium
tuum vt comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras. † Coximus ergo
filium meum, & comedimus, dixítque ei altera die: Da filium tuum, vt comedamus
eum. [m] Quæ abscondit filium suum. Quod cùm audisset Rex, scidit vestimenta sua,
& transibat per murum. Viditque omnis populus [15] cilicium] quo vestitus erat Rex
ad carnem intrinsecus. Et ait Rex: † Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat: si steterit ca-
put Elisæi filij Saphat super ipsum hodie. ❧ Elisæus autẽ sedebat in domo sua, & senes
sedebãt cum eo. Præmisit itaque virum, & antequam veniret nuntius, ille dixit ad se-
nes: Nunquid scitis quòd miserit filius homicidæ huc, vt præcidatur caput meum: Vi
dete ergo cùm venerit nuntius, claudite ostium, & [16] non sinatis eum introire.] Ecce
enim sonitus pedum domini eius post eum est. Adhuc illo loquente ei, apparuit nũ-
tius qui veniebat ad eum. Et ait, Ecce tantum malum à domino est. Quid amplius ex-
pectabo à domino?

[b. Si meũ fuisset munus cutarẽ sed nunc doleo vehementer, cũ non habeam quod pro illo re-stituam. Diony. Cart.]

c. Vtique & hoc præter naturã factum esse cognoscimus. Grauior est enim terri species, quã aquarum liquor. Aduertimus igitur maioris esse virtutis gratiam quàm naturam, & adhuc tamen propheticæ benedictionis numeramus gratiam. Quod si tantùm humana valuit benedictio vt naturam conuerteret, quid dicimus de ipsa consecratione diuina, vbi verba ipsa domini saluatoris operantur? Nã sacramentum istud quod accipis, Christi sermone conficitur. Amb. De iis qui mysteriis initiantur, cap. 9.

2. Occultus erit mansio mea.

3. Illic Syri latitant.

4. Monuerat eum, & cauit sibi ab eo.

5. Cubicu'i tui.

[d. Qui in nequitiæ armis confidés, Christi famulis insidias parat, nocte perfidiæ excæcat?, bellum cõtra ecclesiam gerit. Glosa ordi post. Rabanum.]

6. Vt egrederetur.

e. O fides sancti prophetæ, non timet aduersarios quos prospicit, quoniam scit angelos secũ esse quos credit. Non metuit terrenas insidias, quia cœlestia adesse sibi nouit auxilia. Plures inquit, nobiscum sunt quàm cũ illis. Mira res, plures è cœlo defensores mereatur sanctimas, quã in terris oppugnatores adduxit improbitas. Ambr. Serm. 86.

f. Pueri oculi aperiuntur, & nephandi exercitus excæcatur. videt puer quæ videre non poterat, & exercitus non videt quæ videbat. Chryso.

7. Ducam vos ad virum.

g. Ducũtur captiui qui prophetam venerant captiuare, prophe ta sanctissimus non pugnat sed vincit, sicque sine sanguine victor, sine gladio triumphator. Chryso.

*Percutiendo.

8. Sed quos.

9. Percute.

h. Docuit prior inimicos fone-re, docuit primus debere hostib⁹ parci, docuit aduersariis propœna epulas exhiberi. Chryso.

10. Cunei.

i. Licet forã amouisset statuas Baal, tamen nõ amouit cultum vitulorũ quos fecerat Ieroboã, vt sup. cap 3. Ipse etiam & populus Israel multa alia mala faciebant, propter quæ dominus permisit eos affligi obsidione longa. De Lyra.]

11. Ecce illi oppugnabant eam.

k. Cabus tertia pars sati.

12. Succurre.

13. Si non succurrit tibi.

[l. Id est, nec à me, nec à deo cõsequaris auxilium. Hoc dixit ex subita perturbatione, & indignatione, putans quòd illa mulier quæreret sibi vitæ necessaria dari, quibus & ipse indiguit Diony. Cart.]

14. De horreo.

m. Dũ à cultu dei gens iniqua discedit, horrẽda fame comprimitur, & iuua necessitate turbatur, Augustin Sermo. 111. de Tempore. Proh dolor, in cibum pietas vertitur, in pabulum suscepta soboles commutatur, ante parricidium getitur quàm ad funestas epulas veniatur. Idem ibidem.

15. Saccum.

16. Affligite eum in ostio.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Fugatos à domino Syros ab obsidione Samariæ quatuor leprosi nuntiant, vnde prædicente Elisæo fame periclitantibus victus copia succurrit.* VII.

DIxit autem Elisæus: Audite verbum domini. Hæc dicit dominus: [a]In tempore hoc, cras modius similæ vno [1] statêre] erit: & duo modij hordæi statere vno in porta Samariæ. Respondens vnus de ducibus, super cuius manum Rex incumbebat, homini dei, ait: Si dominus fecerit etiam cataractas in cœlo, nunquid poterit esse quod loqueris? Qui ait: Videbis oculis tuis, & inde non comedes. [b] Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum portæ, qui dixerunt adinuicem: Quid hic esse volumus donec moriamur? Siue ingredi voluerimus ciuitatem, fame moriemur: siue manserimus hic, moriendum nobis est. Venite ergo & [2]transfugiamus ad] castra Syriæ. Si pepercerint nobis, viuemus: si autem occidere voluerint, nihilominus moriemur. Surrexerunt ergo [3] vesperi, vt venirent ad] castra Syriæ. Cúmque venissent ad [4] principium] castrorum Syriæ, nullum ibidem repererũt. [c] Siquidem dominus sonitum audire fecerat in castris Syrię curruum & equorum & exercitus plurimi. Dixerúntque adinuicem: Ecce mercede cõduxit aduersum nos Rex Israel Reges Hethæorum, & Ægyptiorum, & venerunt super nos. Surrexerũt ergo, & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria sua, & equos, & asinos [5] in castris, fugerúntque, animas tantum suas saluare cupientes.] Igitur cùm venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt vnum tabernaculum, & comederunt & biberunt. Tulerúntque inde argentum & aurum & vestes, & abierunt, & abscõderunt, & rursum reuersi [6] sunt ad] aliud tabernaculum, & inde similiter auferentes, abscondерunt. Dixerúntque adinuicem: Non rectè facimus. [7] Hæc enim dies boni nuntij est. Si tacuerimus & noluerimus nuntiare vsq; mane, sceleris arguemur.] Venite eamus, & nuntiemus in aula Regis. [d] [8] Cúmque venissent ad portam] ciuitatis, narrauerunt eis, [e] dicentes: Iuimus ad castra Syriæ, & [9] nullum ibidem reperimus hominẽ, nisi equos & asinos alligatos, & fixa tentoria.* Ierunt ergo portarij, & nuntiauerunt in palatio Regis intrinsecus. Qui surrexit nocte, & ait ad seruos suos: [10] Dico] vobis, quid fecerint nobis Syri. Sciunt quia fame laboramus, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicentes: cùm egressi fuerint de ciuitate, capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. Respondit autẽ vnus seruorum eius: Tollamus quinque equos qui remanserunt in vrbe: (quia ipsi tantum sunt in vniuersa multitudine Israel: Alij enim consumpti sunt:) & mittentes explorare poterimus. [f] Adduxerunt ergo duos *equos: misitque Rex in castra Syrorum, dicens: Ite, & videte. Qui abierunt post eos vsque ad Iordanem. Ecce autẽ omnis via plena erat vestibus & vasis, quæ proiecerant Syri cum turbarentur. Reuersíque nuntij, indicauerunt Regi. [g] Et egressus populus, diripuit castra Syriæ: [11] factúsque est modius similæ statere] vno, & duo [12] modij hordei statere] vno, iuxta verbum domini. Porrò Rex ducem illũ in cuius manu incubuerat, constituit ad portam, quem conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus est, iuxta quod locutus fuerat vir dei, quando descenderat Rex ad eum. Factúmque est secundũ sermonem viri dei, quem dixerat Regi, quando ait: duo modij hordei statêre vno erunt: & modius similę statére vno, hoc eodem tẽpore cras in porta Samariæ, [h] quando responderat dux ille viro dei, & dixerat: etiam si dominus fecerit cataractas in cœlo, nũquid poterit fieri quod loqueris: & dixit ei: videbis oculis tuis, & inde nõ comedes. Euenit ergo ei, sicut prædictum erat: & cõculcauit eũ populus in porta, & mortuus est,

*Septennem famem Sunamitis Elisæi consilio fugit: mortuo Benadab succedit Azael in Syria, & Iehoram Ochozias in Iuda, recedente Aedom à Iuda.* VIII.

ELisæus autem locutus est ad mulierem, cuius viuere fecerat filium, dicens: [i] Surge, vade tu & domus tua, & peregrinare vbicunque repereris. [a] Vocauit enim dominus famem, & veniet super terram septem annis. Quę surrexit, & fecit iuxta verbum hominis dei, & vadens cum domo sua, peregrinata est in terra Philistiim [1] diebus multis.] Cúmque finiti essent anni septem, reuersa

a. Nuntiat autẽ propheta sanctissimus ad Regem cœlitus vbertatem quam sola fides crederet, & perfidia posse fieri denegaret. Nunciat in locum famis futuram abundantiam similaginis, nuntiat cessaturã famẽ, succeßuram vbertatẽ. Nuntiat subito magnalia dei succeßura virtute altißimi, & additur proprio sceleri perfidia hominis. Aug. Ser. 211. de tempore.
1. Siclo, & infra.
b. Siquidem etiam quatuor illos, qui cogente fame in castra primi regis Syriæ tetenderunt, tradit historia fuisse leprosos: cur igitur non curabat fratres Elisæus, non curabat ciues, non sanabat propheta consortes, eũ sanaret alienos, sanaret eos qui obseruantiam legis & religionis consortium non habebant, nisi quia voluntatis est medicina, non gentis, & diuinum munus votis eligitur, non naturæ iure defertur? Ambr. Luc. c. 4.
2. Ituramus in.
3. In crepusculo vt ingredetentur.
4. Extremitatem, & infra
c. Igitur dum hæc geruntur, auditum fecit dominus in castris Syriæ, vt populo promißam tribueret vbertatem, quadrigarũ strepitus, curruũ sonitus, & armorum tumultus inimicorum auribus maluit resonare, vt posset iam populum suum liberare Aug. Serm. 211. de tempore.
5. Suos, atque castra sua vt erãt, fugerúntque pro anima sua.
6. Ingressi sunt.
7. Hodie, cùm dies sit boni nuntij, & nos tacemus, si expectamus vsque ad lucem matutinam, inueniet nos iniquitas: quapropter.
8. Venientes igitur clamauerũt ad ianitorem
9. Ecce non fuit ibi vir vllus, aut vox hominis, sed equi ligati, & asini ligati.
*Vt esse solent.
10. Indicabo nunc.

d. Strepitu perculsi inimici fugiunt, fine pugna terga vertũt, vtensilia relinquunt: & Israelitæ egressi ciuitatem, castra hostium inuadunt deprædantes. Reuertente ergo populo onerato, ille qui non crediderat, ceciditipse, & vbertatem vidit in populo cecidit, & predus est in porta, & mortuus. Augu. Ser. 211. de tempore.
*Currunm.
11. Factúmque est farum similæ siclo.
12. Sata hordei siclo.

e. Dux ille qui futuram frumẽti abundantiam per Elisæum venturam audiens, credere noluit, scribarum atque Pharisæorum gestauit figuram: qui fertilitatẽ in ecclesia diuinitus collatam vidit: & qui credere noluit, ab hac impietate sua mortuus est. Eucherius.

a. De hac fame ambigunt, vtrum præcesserit prædictã obsidionem vel secuta sit Comestor. Hanc autem dicit Rab Salomon fuisse, de qua Ioel loquitur Ioel. 1. Quod nõ videtur verisimile. Hieronymus hũc credit ißum contemporaneum, alij sub Manasse post mortem Isaiæ, atque hoc ideo quia nullus prorsus Israelitici regni meminit, sed tantum de tribus Iudæ captiuitate imminente.
1. Septem annis.

uersa est mulier de terra Philistiim:& ingressa est vt interpellaret Regem pro domo
sua,& pro agris suis[b].Rex autem loquebatur cum Giezi puero viri dei,dicens: Narra
B mihi omnia magnalia,quæ fecit Elisæus.* Cúmque ille narraret Regi,quomodo mor
tuum suscitasset,apparuit mulier cuius viuificauerat filium,clamans ad Regẽ pro do
mo sua,& pro agris suis.Dixítque Giezi:Domine mi Rex,hæc est mulier,& hic est fi
lius eius quem suscitauit.Elisæus.Et interrogauit Rex mulierem. Quæ narrauit ei vera
esse.Deditque ei Rex eunuchũ vnũ,dicẽs:Restitue ei omnia quæ sua sunt, & vniuer
sos reditus agrorum,à die qua reliquit terrã vsque ad præsens.† Venit quoque Elisæus
Damascum:& [c] Benadab Rex Syriæ ægrotabat.Nuntiauerunt́q; ei,dicentes:Venit vir
C dei huc.Et ait Rex ad Azahel:†* Tolle tecum munera,& vade in occursum viri dei,&
consule dominum per eum,dicẽs:Si euadere potero de infirmitate mea hac? Iuit igi
tur Azahel in occursum eius,habens secum munera,& omnia bona Damasci, onera
quadraginta camelorũ.Cúmque stetisset corã eo,ait: Filius tuus Benadab Rex Syriæ,
misit me ad te,dicẽs:Si sanari potero de infirmitate mea hac?Dixítque ei Elisæus:Va
de dic ei:[zd]Sanaberis:]Porrò ostendit mihi dominus,quia morte morietur.[3]Stetítque
eum eo:&cõturbatus est vsque ad suffusionem vultus.]Fleuít́q;vir dei.Cuique Aza
D hel ait:Quare dominus meus flet? At ille dixit:* Quia scio quæ facturus sis filiis Israel
mala.Ciuitates eorũ munitas igne succendes, & iuuenes eorum itterficies gladio, &
paruulos eorum elides,& prægnantes diuides.Dixítque Azahel Quid enim sum ser
uus tuus canis,vt faciam rem istam magnam?Et ait Elisæus: Ostendit mihi dominus
te Regem Syriæ fore. Qui cum recessisset ab Elisæo,venit ad dominũ suum. Qui ait
ei:Quid tibi dixit Elisæus? At ille respõdit:Dixit mihi,recipies sanitatem.Cúmque ve
nisset dies altera,tulit stragulum, & [4] infudit aquam:] & expandit super faciem eius.
E [5]Quo mortuo:]regnauit Azahel pro eo.* Anno quinto Iorã filij Achab Regis Israel,
*f Regnauit Ioram filius Iosaphat Rex Iuda. † Trigintaduorũ annorum erat cum re
gnare cœpisset:&[8]octo annis regnauit in Ierusalem. Ambulauítque in viis Regũ Is
rael:sicut ambulauerat domus Achab.Filia enim Achab erat vxor eius. Et fecit quod
malum est in conspectu domini. Noluit autem dominus disperdere Iudam propter
Dauid seruum suum,sicut promiserat ei,vt daret illi † lucernam, & filiis eius cunctis
diebus.In diebus eius recessit Ædom,ne esset sub Iuda:& constituit sibi Regẽ. Venít
F que Ioram Seira,& omnis exercitus cum eo.* Et surrexit nocte, percussítq; Idumæos
qui eum circundederant,& Principes curruum. Populus autem fugit in tabernacula
sua.[6]Recessit ergo] Ædom,ne esset sub Iuda:vsque ad diem hanc.Tũc recessit &[h]Lo
bna in tempore illo.Reliqua autem sermonum Ioram, & vniuersa quæ fecit: nónne
hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regũ Iuda? Et dormiuit Ioram cum pa
tribus suis,sepultúsque est cum eis in ciuitate Dauid:†&regnauit Ochozias filius eius
pro eo.Anno duodecimo Iorá filij Achab Regis Israel, regnauit Ochozias filius Io
G ram Regis Iudæ.* Vigintiduorum annorum erat Ochozias cum regnare cœpisset: &
[i]vno anno regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius [k] Athalia filia Amri Regis Is
rael:& ambulauit in viis domus Achab,& fecit quod malum est coram domino, si
cut domus Achab, gener enim domus Achab fuit. Abiit quoque cum Ioram filio A
chab ad præliandum contra Azahel Regem Syriæ in Ramoth Galaad, & vulneraue
runt Syri Ioram.Qui reuersus est, vt curaretur in Iezrahel: quia vulnerauerunt eum
Syri in Ramoth præliantem contra Azahel Regem Syriæ. Porrò Ochazias filius Io
ram Rex Iuda descẽdit inuisere Ioram filium Achab in Iezrahel: quia ægrotabat ibi.

[b] Ex hoc videtur quòd istud accidit antequam lepra percutaretur:quia non est verisimile quod rex cum leproso tandiu loqueretur frequenter enim in scriptura facta prius facta posterius scribunt. Nec ista locutio Giezi cũ rege ponitur hic, nisi propter ingressum huius mulieris ad regẽ.Lyranus ibi.]
[c.Nam mox inito certamine Benadab victis aduersariis triũphans sed cæco suo exercitu fugiens domum rediit. Benadab regem Syriæ typum habuisse diaboli,qui princeps est huius mundi.Lutherius ibidem.]

z.d.Viuendo viues (hoc est,dicere illi poteris vt bono sit animo,quódque adhuc sit diu victurus:tamen dominus mihi ostẽdit,quod sit moriturus,scilicet morte violẽta impositione pãni rudis super faciẽ suã, vnde suffocatus est, egritudo tamen non erat ad mortẽ,sicut prædixit Elisæus, nisi violẽtia affuisset,quam præuidebat dominus.Comest.
3.Statuítque ille faciem suam, & posuit in confusionem.
4. Itaque reuersus Azael ad dominum suũ,melius eum habiturum nunciat:& sequenti die rudi vtitur in eum mictio,propter quam à se regiam occupat Iosephus Antiq lib 9 cap 4.
4 Instrauit in aquam.
5.Et mortuus est,&c.
*f. Et Iosaphat Regis Iuda. (Nam quintus annus Ioram filij Achab est. 22. Iosaphat & sic Iorã filius eius regnauit cũ eo annis 9.à 17. scilicet, anno regni eius, ad 15. an. eiusdem, qui fuit 7. an. alterius Ioram filij Achab. Post mortem vero Iosaphat patris,5.an.regnauit.
8.Scilicet 3. an. viuente patre, quando pater eius regnum resignauit,cum quo prius 6. an. administrauerat.

6.Rebellis tamen mansit.
h.Lobna vna ciuitatum Leuitarũ &refugij,ab Eleutæropoli 7.milia stadiũ, vna de ciuitatibus Iudæ,& tamen propter scelera Ioram fuit rebellis,& se aduersariis eius contradedit,Dionysius.

i.Qui fuit vltimus annus Iorã patris sui & 12.an. Ioram filij Achab.
k.Athalia soror Achab Regis Israel nupsit Ioram filio Iosaphat Regi Iuda,ex quibus natus Ochozias.

## *Iehu vnctus in Regem occidit Ieroboam Regem Israel,& Ochoziam Regem Iuda ac Iezabelem,quam canes comederunt.* IX.

A [a] Elisæus autem prophetes vocauit vnum de filiis Prophetarum, & ait illi:* †
Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua: & vade
in Ramoth Galaad.Cúmque veneris illuc videbis Iehu filium Iosaphat filij
Namsi. Et ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum, & [b] introduces in inte-

a.Cum promptum & paratum ac instructum aliquem volunt esse,dicunt: Accinge lumbos, hoc est,strenue age. Vnde ac, cinctos industrios & paratos ac discinctos negligẽtes & desides appellamus.
b.Voluit enim Elisæus ipsum Iehu clã vngi, nec eius vnctionẽ ab exercitu fieri, ne inuidque iuuenis ille qui vnxit abuteretur, ne quis posset de fauoribꝰ Ioram Regis in iuuenem illũ insurgere,ne Ioram hæc percipere:& item ne iuuenis ille videretur aliquid emolumenti petere.Dionysius.

rius cubiculum,tenénſque lenticulam olei fundes ſuper caput eius, & dices: Hæc dicit dominus:[c] Vnxi te Regem ſuper Iſrael.Aperiéſque oſtiũ,& fugies, & non ibi ſubſiſtes. Abiit ergo adoleſcens puer Prophetæ in Ramoth Galaad: & ingreſſus eſt illuc. Ecce autem Principes exercitus ſedebant.Et ait:Verbum mihi ad te ô Princeps.Dixitque Iehu:Ad quem ex omnibus nobis?At ille dixit: Ad te ô Princeps. Et ſurrexit, & ingreſſus eſt cubiculum.[g] At ille fudit oleum ſuper caput eius:Et ait:Hæc dicit dominus deus Iſrael.[d] Vnxi te Regem ſuper populum domini Iſrael: & percuties domum Achab domini tui.Et vlciſcar ſanguinem ſeruorum meorum Prophetarum, & ſanguinem omnium ſeruorum domini de manu Iezabel,[†] perdámque omnem domũ Achab.[e] Et interficiam de domo Achab mingentem ad parietem:& clauſum & [1] nouiſſimum] in Iſrael. Et dabo domum Achab ſicut domum Ieroboam filij Nabath, [†]& ſicut domum Baaſa filij Achia.[†] Iezabel quoque comedent canes in agro Iezrahel:nec erit qui ſepeliat eam. Aperuítque oſtium & fugit. Iehu autem ingreſſus eſt ad [2] ſeruos domini ſui.Qui dixerunt ei: [3] Recténe ſunt omnia? ] Quid venit[f] inſanus iſte ad te?Qui ait eis:[3] Noſtis hominem:& quid locutus ſit.][g] At illi reſponderũt: Falſum eſt:ſed magis narra nobis.Qui ait eis: Hæc & hæc locutus eſt mihi. Et ait: Hæc dicit dominus:Vnxi te Regem ſuper Iſrael.Feſtinauerũt itaque, & vnuſquiſque tollẽs pallium ſuum,poſuerunt [4] ſub pedibus eius in ſimilitudinem tribunalis. ] & cecinerunt tuba,atque dixerunt:Regnabit Iehu.[†] Cõiurauit ergo Iehu filius Ioſaphat filij Namſi contra Ioram.Porrò Ioram [5] obſederat]Ramoth Galaad,ipſe & omnis Iſrael,cõtra Azahel Regẽ Syriæ,& reuerſus fuerat, vt curaretur in Iezrahel propter vulnera,[6] quia] percuſſerant eum Syri pręliantem contra Azahel regẽ Syriæ.Dixítque Iehu:Si placet vobis nemo egrediatur profugus de ciuitate,ne vadat,& nuntiet in Iezrahel.Et aſcẽdit,& profectus eſt in Iezrahel.Iorã enim [7] ægrotabat]ibi: & Ochozias Rex Iuda deſcenderat ad viſitandum Ioram.[g] Igitur ſpeculator,qui ſtabat ſuper turrim Iezrahel, [8] vidit globum Iehu venientis:Et ait:Video ego globum.Dixítque Ioram: Tolle [9] currum, ]& mitte in occurſum eorum,& dicat vadés:[9] Recténe ſunt omnia?] Abiit ergo [10] qui aſcenderat currum,]in occurſum eius.Et ait:Hæc dicit Rex:Pacatáne ſunt omnia?Dixítque Iehu:Quid tibi & paci?[11] Tranſi & ſequere me. Nunciauit quoque ſpeculator,dicens: Venit nuntius ad eos, & non reuertitur. Miſit etiam [12] currum equorum ſecundum,]venítque ad eos,& ait:Hæc dicit Rex:Nunquid pax eſt?Et ait Iehu: [g] Quid tibi & paci?Tranſi & ſequere me:Nunciauit autem ſpeculator, dicens: Venit vſque ad eos:& non reuertitur.Eſt autẽ inceſſus quaſi inceſſus Iehu filij Namſi.[13] Præceps enim graditur.]Et ait Ioram:Iungite currum.Iunxerúntque currum eius.[g] Et egreſſus eſt Ioram Rex Iſrael,& Ochozias Rex Iuda, ſinguli in curribus ſuis. Egreſſíque ſunt in occurſum Iehu:& inuenerũt eum in agro Naboth Iezrahelitæ. Cúmque vidiſſet Ioram Iehu,dixit:[h] Pax eſt Iehu? At ille reſpondit: Quæ pax? Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ,& veneficia eius multa vigent. Cõuertit autem Ioram manum ſuam,& fugiens ait ad Ochoziam: Inſidiæ Ochozia. Porrò Iehu [14] tetendit arcum manu,]& percuſſit Ioram inter ſcapulas, & egreſſa eſt ſagitta per cor eius: ſtatímque corruit in curru ſuo. Dixítque Iehu ad Badacer ducem: Tolle, proiice eum [15] in agro Naboth Iezrahelitæ. Memini enim, quando ego & tu [16] ſedentes in curru ſequebamur]Achab patrem huius,quòd [i] dominus,[k] onus hoc leuauerit ſuper eum, dicens:[†] Si non pro ſanguine Naboth, & pro ſanguine filiorum eius quem vidi heri, ait dominus,reddam tibi in agro iſto,dicit dominus.Nunc ergo tolle,& proiice eum in agrum,iuxta verbum domini.[g] Ochozias autem rex Iudæ videns hoc,fugit per viã domus horti, perſecutúſque eſt eum Iehu, & ait: etiã hunc percutite in curru ſuo. Et percuſſerunt eum ]in aſcenſu Gaber, qui eſt iuxta Ieblaam. Qui [l] fugit in Mageddo, & mortuus eſt ibi, & impoſuerunt eum ſerui eius ſuper currum ſuum, & tulerunt in Ieruſalẽ ſepelierúntque in ſepulchro cum patribus ſuis in ciuitate Dauid. Anno vndecimo Ioram filij Achab Regis Iſrael regnauit Ochozias ſuper Iudam, venitque Iehu in Iezrahel.Porrò Iezabel introitu eius audito, depinxit oculos ſuos ſtibio, & [*] or-

c. Iehu vero cultui vocabulum interpretatur ipſe, vel exiſtens filius videlicet Namſi.Apoſtolorum ſpiritaliter præfigurabat perſonam. Illis quippe horum nominum valde congruit interpretatio.Beati enim Apoſtoli ſemper pro certo ſunt, qui pro timuerãt confeſſione, & veridica prædicatione deo & vniuerſo orbi perpetuo viuũt. Euthymius. ibidem. ]

d. Iehu Rezab Eliſæo vnct[*] omnem domum Achab deleuit,Ioram Regem Iſrael & Ochoziam Regem Iuda interemit,Iezabel e domo præcipitauit,ſacerdótes Baal occidit,templúmque illius ſuccendit.

e. Iehu ſolicitè vindicauit ſanguinem innocentem Naboth in domũ Achab. Interfectis repugnãtibus filiis eius, & præcipitata Iezabel vxore ſua,interfecto etiã rege Iuda genere ſuo interfectis etiam quadraginta viris de cognatis ſuis,& poſtea à ſimili peccato non cauit,& ideo ſimilimodo in eum vindicauit,& poſt modicum. Albert.mag. in primũ cap. Oleę ]

1. Derelictum.

2. Eſt ne pax]

f. Prophetæ domini & Apoſtoli eius à malis inſani vocantur, ſicut theologi ab hæreticis.

3. Vos ſcitis qualis ſit homo, & quale eloquium eius.

4. Subter eum iuxta inſtrumẽtum hemologij.

5. Cuſtodiebat.

6. Quibus.

7. Diſcumbebat.

8. Equitatum.

9 Eſt ne pax.

10. Eques.

11 Retrocede poſt me,& infra.

12. Equitem alterum.

g Hoc eſt pax tibi nõ debetur cum ſis fautor eius qui turbatur eſt cõmunitatis, & iam ex dei præcepto eſt occidendus. Dionif. ibidem.

13 Cũ inſania enim ducit currum.

h. Hoc eſt,ſunt ne inimici noſtri deuicti,quia redis ab obſidione? Cui reſpondit Iehu:nul la pace dignus es qui nec pace tẽpotis,nec pace pectoris, nec pace æternitatis, qui pacẽ omnem conturbas. Dionyſius.

14. Implenit manum ſuam arcu,id eſt, tetendit arcum totis viribus ſuis.

15. In partem agri.

16. Simul iuncti in curru vehebamur.

i. Hanc prophetiã prædixerit.

[k. Hoc eſt,per Eliam prædixit hinc pœnam infligendam ipſi Achab, hoc eſt,ei in filio ſuo: quia filij ſi quid aliquid ſui patris. Congruenter autem Iehu ſeruat methaphoram, dicendo. Leuauerit onus hoc. Dionif. Carthuſia. ibid. ]

l. Adeò tres vrbes Iezrahel: in quas occiſus & Ioram Rex Iſrael,& fugit Ochozias Rex Iuda,ſed percuſſus in Gaber, interiit in Mageddo. Vnde iſtæ tres vrbes ſunt ſibi inuicem vicinæ,quæ ſunt Gaber, Ieblaa, & Mageddu quas Hebræi vocant Ghur, Ibleham,& Mageddam,ſiue Megiddo.

& *ornauit caput suum,& respexit per fenestram ingredientem Iehu per portam, & ait [l]:Nunquid pax [17] potest esse]Zamri, † qui interfecit dominũ suum? [g] Leuauítque Iehu faciem suam ad fenestram,& ait:[18] Quæ est ista ? Et inclinauerũt se]ad eum duo vel tres eunuchi,& & dixerunt:Hæc est illa Iezabel.]At ille dixit eis: Præcipitate eam deorsum:& præcipitauerunt eam. Aspersúsque est [19] sanguine paries,& equorum vngulæ conculcauerunt ]eam. [m] Cúmque introgressus esset, vt comederet, biberétque, ait:ite & videte maledictam illam,& sepelite eam,quia filia Regis est. Cúmque issent vt sepelirent eam,non inuenerunt nisi caluariam,& pedes,& [20] summas manus. ]Reuersíque nuntiauerũt ei,& ait Iehu.Sermo domini est, † quem locutus est per seruum suum Eliam Thesbiten, dicens:in agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel, [21] & erunt carnes Iezabel sicut ]stercus super faciem terræ in agro Iezrahel, ita vt [22] præteuntes dicant:Hæccine est illa Iezabel?]

*Pulchrè.

[l. Nũquid pax esst&ibi fit pũctus,& est sensus. Rex vt habeat pacem mecum. Et sequitur:Zamri occidit dominum suum. q.d. istud non est nouũ quod tu occidisti dominum tuum,quia Zamri similiter fecit.De Lyra.]

17. Fuit.

18. Quis est apud me? Et respexerunt.

19. Sãguis eius ad parietem, & ad equos,& conculcauit.

m. Iezabel inimica veritati, & aduersaria prophetarum eloquiis,ita dilacerata est eanum morsibus, vt nullũ eius superesset vestigiũ,sed toto corpore suo cum omnibus posteritatis suæ insignibus extingueretur. Ambr. Epist. lib. 1 Epist. 11.

20. Extremas manuum cutulatet.

21. Fuit itaque cadauer Iezabel quasi.

22. Nemo diceret:Hæc fuit Iezabel.

*Iehu domum Achab delet,& sacerdotes Baal templo eius in cloacam verso,propter peccatum autem Iehu Azael percutit Israel.* X.

ERant autem [a] Achab septuaginta filij in Samaria: Scripsit ergo Iehu literas & misit in Samariam ad optimates [1] ciuitatis] & ad maiores natu, & ad nutritios Achab, dicens: † [b] Statim vt acceperitis literas has, [2] qui habetis filios domini vestri,& currus,& equos,& ciuitates firmas, & arma:] eligite meliorem,& [3] eum qui vobis placuerit]de filiis domini vestri,& eũ ponite super solium patris sui,& pugnate pro domo domini vestri. Timuerunt illi vehementer,& dixerunt:ecce duo Reges non potuerunt stare coram eo, & quomodo nos valebimus resistere ei?Miserũt ergo præpositi domus,& præfecti ciuitatis,& maiores natu,& nutricij ad Iehu,dicentes:Serui tui sumus quæcunque iusseris faciemus, nec constituemus nobis Regem.Quæcunque tibi placent, fac. [g] Rescripsit autem eis literas secundò,dicés:Si mei estis,& obeditis mihi,tollite capita filiorũ domini vestri, & venite ad me hac eadẽ hora cras in Iezrahel. [c] Porrò filij Regis septuaginta viri apud optimates ciuitatis nutriebantur.Cúmque venissent literæ ad eos, tulerunt filios Regis,& occiderunt septuaginta viros,& posuerunt capita eorum in cophinis, & miserunt ad eum in Iezrahel. Venit autem nuntius ad eum,& indicauit ei, dicens: Attulerunt capita filiorum Regis. Qui respondit:Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum portæ vsque mane.Cúmque diluxisset, egressus est, & stans dixit ad omnẽ populum [d] iusti estis. [e] Si ergo coniuraui contrà dominum meum,& interfeci eum,quis percussit omnes hos? [4] [g] Videte ergo nunc quoniam non cecidit] de sermonibus domini in terram † quos locutus est dominus super domum Achab: & dominus fecit quod locutus est in manu serui sui Eliæ. Percussit igitur Iehu omnes qui reliqui erant de domo Achab in Iezrahel,& vniuersos optimates eius,& notos,& sacerdotes: donec nõ remanerent ex eo reliquiæ.Et surrexit,& venit in Samariam. [5] Cúmque veniisset ad cameram pastorum in via,]inuenit [f] fratres Ochoziæ Regis Iuda,dixítque ad eos: Quí nam estis vos?Qui responderunt:Fratres Ochoziæ Regis sumus, & descendimus ad salutandos filios regis,& filios reginæ.Qui ait:Comprehendite eos viuos: Quos cum comprehendissent viuos,iugulauerunt eos [6] in cisterna iuxta cameram ] quadraginta duos viros:& non reliquit ex eis quẽquam. Cúmque abiisset inde, [g] inuenit Ionadab filium Rechab in occursum sibi, & benedixit ei. [g] Et ait Iehu ad eum: Nunquid est cor tuum rectum ←cum corde meo,] sicut cor meum cum corde tuo ? Et ait Ionadab:Est. [*h] Si est, inquit,da manum tuam. Qui dedit ei manum suam. At ille leuauit eum ad se in currum: dixítque ad eum:Veni mecũ, & vide zelum meum pro domino. [i] Et impositum currui suo duxit in Samariam. Et percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria [7] vsque ad vnum:]iuxta verbum domini, quod locutus est per Eliam. † Congregauit ergo Iehu omnem populum,& dixit ad eos: † Achab coluit Bal parum, [8] ego autem colã]eum amplius.Nũc igitur omnes prophetas Baal, & vniuersos seruos eius,& cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me.Nullus sit qui nõ veniat.

a. Vnde constat Achab multas habuisse vxores vel cõcubinas, nisi quidam illorum filiorum dicentur eius nepotes. Dionys.

1. Iezrael.

b. Id faciebat, vt experiretur quomodo Samaritæ erga se animati essent. Magistratꝰ autẽ & pædagogi lectis literis extimuerunt,& cogitantes se huic qui duos maximos reges oppressérat, esse impares, rescripserunt ipsum esse dominum, se verò imperata eius † aratos facere. Ille rursum rescripsit,ergo Achabi filiorum eunita præcisa ad se mitterent, illi nihil miserti iussa peregerũt. Ioseph. Antiq. lib. 9. cap. 8.

2. Penes quos sunt filij domini vestri, sunt & currus & equi apud vos,sed & ciuitatem habetis munitam & arma.

3. Aptiorem.

[c. Quasi diceret: nec ego præcipiendo, nec vos exequendo sumus culpabiles, sed magis iusti & laudabiles:quia de voluntate & mandato domini factum,sicut fuit per Heliã prædictum. & mihi iniunctũ per eius discipulum. De Lyra ibi.]

d. Inde Samaritæ qui eos occiderunt cõmendauit. q.d. iustè fecistis implendo verbum domini. Comest. ibidem.

e. Ideo non negat Iehu se non coniurasse contra domum domini sui Ioram,quia dominus deus fecit quod promiserat per eos,Eliæ. Comest.

4. Hic discite, quod nõ cadet.

5. Erátque in ipso itinere domus, vbi pastores oues tondebant.&.

[f. Filios fratrum Ochoziæ. Erant enim nepotes sui. vt habetur 2. Parab. 22: qui veniebant in Samariam ignorantes mortuum Ioram,& Ochoziã regẽ Iuda. De Lyra. ibidem.]

6. Iuxta puteum qui erat iuxta domum tonsuræ ouium.

[g. Non enim ipse tantum vir pius & religiosus erat, sed ex pio etiam genere. In tentoriis perpetuo degebant,& ab viuvi ni abstinebant Ieremias prophetæ illorum cum laude mẽtionem fecit. Procopius ibid.]

*h. Est duplicatur enim ad maiorem explicationem.

[i. Cumque cuperet neminem è falsis prophetis & sacerdotibus profanis eundere,dolo vniuersos circumuenit. Conuocato enim populo, ait se omnes Achab religiones duplicare velle. Idque vt ex sententia sacerdotum ipsius, & prophetarum fiat,debere omnes eius ordinis ad se conuenire. Ioseph. Antiquita. lib. 9. cap. 6.]

7. Donec deleret eum.

8. Iehu autem colet.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sacrificium enim grande est mihi Baal. ᵍ Quicunque defuerit, non viuet: Porrò Iehu
faciebat hoc ᵍ insidiosè, vt disperderet cultores Baal. Et dixit: ⁹ Sanctificate diem so-
lennem Baal.]—Vocauítque ]& misit in vniuersos terminos Israel: & venerunt cun-
cti serui Baal. ¹⁰ Non fuit residuus ne vnus quidem,]qui non veniret. Et ingressi sunt
templum Baal: Et repleta est domus Baal, ¹¹ à summo vsque ad summum. ]Dixítque
iis qui prærant super vestes: Proferte vestimenta vniuersis seruis Baal. Et protulerunt
eis vestes. ʰ Ingressúsque Iehu,& Ionadab filius Rechab templum Baal, ait cultoribus
Baal: Perquirite,& videte,ne quis fortè vobiscum sit de seruis domini,sed vt sint serui
Baal soli. Ingressi sunt igitur vt facerent victimas & holocausta. Iehu autem præpara-
uerat sibi foris octoginta viros, & dixerat eis: Quicunque fugerit de hominibus iis
quos ego adduxero in manus vestras, anima eius erit pro anima illius. ⁱ Factum est
autem,cum completum esset holocaustum,præcepit Iehu militibus, & ducibus suis:
Ingredimini,& percutite eos. ¹² Nullus euadat. ]Percussérúntque eos in ore gladij,&
proiecerunt milites & duces. Et ierunt in ciuitatem templi ʲ Baal, & protulerunt sta-
tuam de phano Baal,& combusserunt & comminuerunt eam. Destruxerunt quoque
ædem Baal,& fecerunt pro ea latrinas vsque in diem hanc. Deleuit itaque Iehu Baal
de Israel: veruntamen à peccatis Ieroboam filij Nabath,qui peccare fecit Israel, non
recessit, ¹³ nec dereliquit ]vitulos aureos qui erant in Bethel & in Dan. Dixit autem do-
minus ad Iehu: Quia studiosè egisti quod rectum erat, & placebat in oculis meis: &
*omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab, † ᵏ filij tui vsque ad
quartam generationem sedebunt super thronum Israel. ᵏ Porrò Iehu non custodiuit
vt ambularet in lege domini dei Israel in toto corde suo. Non enim recessit à pecca-
tis Ieroboam, qui peccare fecerat Israel. In diebus illis cœpit dominus ¹⁴ tædere super
Israel. ]Percussítque eos Azahel in vniuersis finibus Israel: à Iordane contra orienta-
lem plagam, omnem terram Galaad,& Gad,& Ruben, & Manasse, ab ˡ Aroer ¹⁵ quæ
est super ]torrentem Arnon & Galaad & Basan. Reliqua autem verborum Iehu, &
vniuersa quæ fecit,& fortitudo eius, nónne hæc scripta sunt in libro verborum die-
rum Regum Israel? Et dormiuit Iehu cum patribus suis, sepelierúntque eum in Sama-
ria, & regnauit Ioachaz filius eius pro eo. Dies autem quos regnauit Iehu super Israel
viginti & octo anni sunt in Samaria.

g. In dolo,& calidè, vt eos con-
gregaret.
9. Sanctam proclamate conuo
cationem pro Baal.
10. Nec vllus remansit.
11. Ab angulo in angulum.

h. Si Iehu seruum Baal se esse
mentitus est, vt seruos eius oc-
ideret: quanto iustius secun-
dum istorum peruersitatem ré
pore persecutionis seruos dæ-
monum se mentirentur serui
Christi, ne serui dæmonum ser
uos occiderent Christi: & sacri
ficarent idolis, ne interficerentur homines, si sanctificault il-
le Baali vt interficeret homi-
nes? Augusti. contra mendaciũ.
cap 11.
12. Ne vllus egrediatur.
i Hic itaque Baal Tyriorum
fuit deus. Achab enim volens
parere socero Iobal, qui Rex
Tyriorum tunc erat & Sidio-
nis, templum ei fecit in Sama-
ria, sacerdotesque constituit, &
eum omni cultura religionis
honorauit. Ioseph. ibidem.

j. Iehu, & à sequela eorum, cu-
lens.

*Iuxta.
k Cum vero scriptum sit eum
rectum cor non habuisse cum
deo quid ei profuit, quod pro
nulla obedientia quam de do-
mo Achab omnino delenda
pro cupiditate suæ dominatio-
nis aliquantam mercedẽ tran-
sitoriam regni temporalis ac-
cepit? Augusti. contra menda-
cium. cap 11.
13. Excidere Israelem.
l Aroer ciuitas quondam Moa
bitarum, quam Amorræus illis
iure belli tulerat, sita ad ripam
torrentis Arnon in valle me-
dia, olim potens & nobilis, vn-
de domina Moab nũcupatur.
Ea est quam Isaias cap. 15. voca
uit Ar Eam Areopolim dicit
Hiero. suo tempore vocari nũc
autem non admodũ celebris.
15 Vsque ad.

*Athalia omni semine regio præter Ioas extincto per Ioiadam sacerdotem occiditur, atque Ioas Rex Iuda constituitur.* XI.

† Athalia vero mater Ochoziæ videns mortuum filium suum, ª surrexit,
& ᵇ interfecit omne semen regium. Tollens autem Iosaba filia Regis Io-
ram, soror Ochoziæ, Ioas filium Ochozię, furata est eum de medio filio-
rum Regis, qui interficiebantur,& nutricem eius de triclinio: & abscondit
eum à facie Athalię, ᶜ vt non interficeretur: ]erátque cum ea sex annis ᵈ clám ]in domo
domini. Porrò Athalia regnauit super terram ᵉ—septem annis. ] † Anno autem se-
ptimo misit Ioiada, & assumens centuriones, * & milites, introduxit ad se in tem-
plum domini, pepigítque cum eis fœdus. Et adiurans eos in domo domini, ostendit
eis filium regis: & præcepit illis, dicens: Iste est sermo quem facere debetis: Tertia
pars vestrum ³ introeat sabbato,& obseruet excubias domus regis. ] ᵍ Tertia autẽ pars
sit ad portam ⁴ Sur: ]& tertia pars sit ad portam quę est post ⁵ habitaculum scutariorũ]
& custodietis excubias domus Messa. Duę verò partes è vobis, omnes egredientes
sabbato, custodiant excubias domus domini circa Regem, & vallabitis eum, haben-
tes arma in manibus vestris. Si quis autem ingressus fuerit ⁶ sęptum templi, ]interficia-
tur. Eritísque cum rege introeunte & egrediente. ᶠ Et fecerunt centuriones iuxta om-
nia, quę præceperat eis Ioiada sacerdos. Et assumentes singuli viros suos, qui ingredie
bantur sabbatum, cum iis qui egrediebãtur è sabbato, venerunt ad Ioiadam sacerdo-
tem. Qui dedit eis hastas,& arma regis Dauid, quæ erant in domo domini. Et steterũt
singuli habentes arma in manu sua à parte templi dextera vsque ad partem sinistram
alta-

a. Athalia statuit vt nullum
de domo Dauid relinqueret,
vt nullus ex eis ad regnum vl
terius perueniret. Omnes autẽ
semen regium interfecit præ-
ter vnum scilicet Ioas, cuius
intuitu postea occisa est. Dio.
ex Ioseph.
[b Impia enim cũ esset,& sub-
ditis impietatem obtrudere &
imperare decreuisset, genus re-
gale quippe religiosum funditus delere, & extirpare voluit.
Deus autem qui omnia fa ié-
ter gubernat & dirigit, ordina
uit ac iterum regia familia sa-
cerdotali misceretur. Procop.
ibidem.]
c Et non est interfectus.
d. Absconditus.
*Principes.
e. Qui ad sabbatum venire de-
bent, custodiam agent domus
regiæ.
f Sur (quæ erat porta orienta-
lis
g Sitellites.
h Custodiat ordinatas, & in-
fra
i. Centuriones Ioiadæ ad hoc
tacitus asci i peragrata tota re
gione sacerdotes ac Leuitas, &
aliquot in suis tribubus pote-
tiores Ierosolyma nomine pon-
tificis vocatos secum adducũt.
Ille habere se vtile reipublicæ
cõsilium ait, aperturúmque eis
si id apud se continere velint:
opus enim esse non silentio tã-
tum, sed etiam auxilio. Ioseph.
Antiq. lib. 9. cap. 7.

c altaris & ædis circum Regem. §d Produxítque filium regis:& posuit super eum diadema,& [e]testimonium,fecerúntque eum Regem,& vnxerunt,& plaudentes manu, dixerunt: Viuat Rex. Audiuit autem Athalia vocem populi currentis,&ingressa ad turbas in templum domini,vidit regem stantem[7] super tribunal] iuxta morem, & cantores & tubas prope eum,omnémque populum terræ lætãtem,& canentem tubis, & scidit vestimenta sua.clamauítque: Coniuratio, coniuratio. Præcepit autem Ioiada centurionibus, qui erant super exercitum,& ait eis:Educite eam extra septa templi,* & quicunque eam secutus fuerit,feriatur gladio.Dixerat enim sacerdos: non occidatur in templo domini.Imposuerúntque ei manus, [8] & impegerunt eam per viam in-
D troitus equorum iuxta palatium,]&interfecta est ibi. §f Pepigit ergo Ioiada fœdus inter dominum & regem,& inter populum:vt esset populus domini, & inter regem & populum.Ingressúsque est omnis populus terræ templum Baal, & destruxerunt aras eius,& imagines contriuerunt [9] valide.] Mathan quoque sacerdotem Baal occiderũt coram altari. Et posuit sacerdos custodias in domo domini, tulítque centuriones, &[10] Cerethi,& Pheleti legiones ] & omnem populum terræ: deduxerúntque regem de domo domini.Et venerunt per viam portæ[11] scutariorum ]in palatium:& sedit super thronum Regum. Lætatúsque est omnis populus terræ, & ciuitas conquieuit. Athalia autem occisa est gladio[12] in domo ]regis:septémque annorum erat Ioas cum regnare cœpisset.

[d.Ioiada enim pontifex sapientissimus Iosabet filiam Ioram vxorem duxit, vt scintillula regij generis cõseruaretur. Ipsa enim eã subtraxerat neputẽ ex fratre Ioam,quẽ prudens ille sacerdos, post sextum tandem annum regno restituit. Procop.ibidem.]
e.Regem dei cum corona.
7. Iuxta columnam.
* Vt fit intra ordinatas custodias.

8.Done: venit in viam perquã equi ingrediebantur in domũ Regis.
f. Pepigit fœdus Ioiada inter dominum & regem & populũ vt rex & populus domino seruirent, pepigit inter regem & populum, vt populus erga regem fideliter ageret, & rex eũ iustitia populum regeret. Glo. ordinaria.
9.Studiosẽ.
10.Duces & satellites.

11.Satellitum.

12.Iuxta domum.

*Ioas gazophylacij pecuniam in templi structuram expendit,qui recedente Azael cum muneribus,à duobus seruis occiditur,cui succedit Amasias filius eius.* XII.

A [a]†Nno septimo Iehu regnauit Ioas.Quadraginta annis regnauit in Ierusalem:nomen matris eius Sebia de Bersabee. Fecítque Ioas rectum corã domino,cunctis diebus quibus docuit eum Ioiada sacerdos, veruntamẽ excelsa non abstulit.Adhuc enim populus immolabat,& adolabat in excelsis incensum.Dixítque Ioas ad sacerdotes:[b]Omnem pecuniam sanctorum,quæ illata fuerit in tẽplum domini à prætereuntibus,quæ offertur pro pretio animæ, & quã sponte & arbitrio cordis sui inferunt in templum domini, accipiant illam sacerdotes iuxta ordinem suum,& instaurent [1] [c] sartatecta]domus, si quid necessarium viderint instauratione.Igitur vsque ad vicesimumtertium annum regis Ioas, non instauraue-
B runt sacerdotes[2] sartatecta ]templi. §g Vocauítque Rex Ioas Ioiadam Pontificem & sacerdotes,dicens eis:Quare[3] sartatecta non instauratis templi?Nolite ergo amplius accipere pecuniam[4] iuxta ordinem vestrum,] sed ad instaurationem tẽpli reddite eam. [5]Prohibitíque sunt sacerdotes] vltrà accipere pecuniam à populo, & instaurare sartatecta domus.Et tulit Ioiada pontifex gazophylacium vnum,[6] aperuitque foramen désuper,& posuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientium domum domini:mit tebántque in eo sacerdotes qui custodiebant [7] ostia, ] omnem pecuniam, quæ deferebatur ad templum domini.Cúmque viderent nimiam pecuniam esse in gazophylacio,ascendebat Scriba Regis & pontifex, [8] effundebántque & numerabant ] pecuniam,quæ inueniebatur in domo domini : & dabant eam iuxta numerũ atque mensuram in manu eorum, qui præerant cæmentariis domus domini. §f Qui impende-
C bant eam in fabris lignorum, & in cęmentariis, iis qui operabantur in domo domini, & [9] sartatecta faciebant, ] & in iis qui cædebant saxa, & vt emerent ligna, & lapides[10] qui excidebantur:ita vt impleretur instauratio ]domus domini,[11] in vniuersis quæ indigebant expensa ad muniendam domum. ] Veruntamen non fiebant ex eadem pecunia[12] hydriæ templi domini & fucinulæ & thuribula,& tubæ,& omne] vas aureum,& argenteum, [d] de pecunia quæ inferebatur in templum domini. Iis enim qui faciebant opus,dabatur,vt instauraretur tẽplum domini.Et nõ fiebat ratio iis hominibus,qui accipiebant pecuniã,vt distribuerent eã artificibus, sed in fide tractabãt eam.Pecuniam vero pro delicto,&pecuniã pro peccatis,non inferebant in templum
D domini,quia sacerdotum erat. §f Tunc ascendit Azahel Rex Syrię,&pugnabat contra

a.A consummato tẽplo vndecimo anno regni Salomonis ad primum annum Ioas fluxerant anni 126. à quo tẽplo Athalia abstulerat quę poterant esse ad ornatum templi dei sui Baal. Vnde templum reparari præcipitur. De Lyra.
b. Triplicis meminit pecuniæ, prima erat quæ super quemlibet leuabatur cum opus erat. secunda,qua quis deo deuotus se redimebat tertia:quam quis pro suo arbitrio templo offerebat.
1 c. Fracturas.& infra (scilicet rimas parietum templi
2.Vllam scissuram.
3 Fracturas,vel scissuras.
4.A notis vestris.
5. Acquieuerũntque sacerdotes non.
6. Fecitque foramen in ostiolo eius.
7.Vasa.
8 Numerabant,&in sacculum recipiebant.
9.Parietes resarciebant.
10.Sculptos, quibus instauraretur fractura.
11.Omni denique qui egrediebator ad refarciẽdum templũ.
12.Phialæ argenteæ pro tẽplo domini, instrumenta musica, pelues,tubæ,aut vllum.
d.Dicitur.2.Paral.24.d Cúmque complessent omnia opera, detulerunt coram Rege & Ioiada reliquam partem pecunię de qua facta sunt vasa templi, &c. Quomodo huc opponitur dicitur I Non est contrarium, quia non de eadẽ pecunia quę offerebatur à populo ad instaurationem domus domini facta fuerunt vasa in ministeriũ tẽpli:sed de reliqua parte pecuniæ,quæ & aliis donationibus fuerat collata. Rabanus.ibid.

Geth,cepítque eam.[e]Et direxit faciem ſuam,vt aſcẽderet in Ieruſalem. Quamobrem tulit Ioas Rex Iuda omnia ſacrificata,quę conſecrauerat Ioſaphat & Ioram & Ochozias patres eius,Reges Iuda,& quæ ipſe obtulerat,& vniuerſum[13]argentum ]quod inueniri potuit in Theſauris templi domini,& in palatio regis: miſitque Azaheli Regi Syriæ,& receſſit ab Ieruſalem.Reliqua autem ſermonum Ioas, & vniuerſa quæ fecit, nónne hęc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iuda? Surrexerunt autem ſerui eius,& coniurauerunt inter ſe,percuſſerúntque Ioas in domo Mello in deſcenſu Sela.Ioſachar namque filius Semath,& Ioſabat filius Somer ſerui eius,percuſſerunt eum,& mortuus eſt. Et ſepelierunt eum cum patribus ſuis in ciuitate Dauid, regnauítque Amaſias filius pro eo.

[e. Azael enim Syrorum Rex inuaſione in regnum eius facta,& Gaza primum direpta atque euerſa, mox ipſum Ieroſolymis Aſſidentem adortus eſt.Tum Ioas conterritus omnes thesaurorũ dei priorúmque regum exhausit,& cum eis dotatis templo donaria miſit ad Syrum, tanti pacem redimens & ſecuritatem,neq; pugnatus in extremum rerũ ſuarum diſcrimen adduceretur.Ioſ. Antiquita.Iudaic.lib.9.cap.8.]
13. Aurum.

*Ioachaz Rex Iſr. el captus à Syris oratione liberatur,cui mortuo ſucceſſit Ioas, & hic Eliſæi morientis conſilio ter Syros deuicit,ſepulchro autẽ Eliſæi impoſitus quidam ſuſcitatur. XIII.*

ANno viceſimotertio Ioas filij Ochoziæ Regis Iudæ, regnauit Ioachaz filius Iehu ſuper Iſrael in Samaria, decem & ſeptem annis: & fecit malum coram domino.Secutúſque eſt peccata Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Iſrael,& non declinauit ab eis.[a]Iratúſque eſt furor domini contra Iſrael,& tradidit eos in manu Azahel regis Syriæ,& in manu Benadab filij Azahel cunctis diebus.Deprecatus eſt autem Ioachaz faciem domini, & [b]audiuit eum dominus:Vidit enim Anguſtiam Iſrael,[1]quia ]attriuerat eos Rex Syriæ. Et dedit dominus ſaluatorem Iſraeli,[2]& liberatus eſt]de manu regis Syriæ: habitauerúntque filij Iſrael in tabernaculis ſuis,ſicut heri & nudiuſtertius.Veruntamen non receſſerũt à peccatis domus Ieroboam qui peccare fecit Iſrael,ſed in ipſis ambulauerunt. Siquidẽ & lucus permanſit in Samaria:& nõ ſunt derelicti Ioachaz de populo,niſi quinquaginta equites,& decem currus,& decem milia peditum. [g] Interfecerat enim eos Rex Syriæ,& redegerat quaſi puluerem[3] in tritura areæ.]⊢ Reliqua autem ſermonum Ioachaz & vniuerſa quæ fecit,& fortitudo eius,nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonũ dierum regum Iſrael?]Dormiuítque Ioachaz cum patribus ſuis, & ſepelierũt eum in Samaria,regnauítque Ioas filius eius pro eo. [c] Anno triceſimoſeptimo Ioas regis Iuda,regnauit Ioas filius Ioachaz ſuper Iſrael in Samaria, ſedecim annis: & fecit quod malum eſt in conſpectu domini.Non declinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabath,qui peccare fecit Iſrael,ſed in ipſis[d]ambulauit:Reliqua autem ſermonũ Ioas & vniuerſa quæ fecit,& fortitudo eius,quomodo pugnauerit contra Amaſiam regẽ Iuda, nónne hęc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſrael? Et dormiuit Ioas cum patribus ſuis: Ieroboam autem ſedit ſuper ſoliũ eius. [g] Porrò Ioas ſepultus eſt in Samaria, cũ regibus Iſrael. Eliſæus autẽ ægrotabat infirmitate,qua & mortuus eſt.Deſcenditque ad eum Ioas Rex Iſrael, & flebat coram eo, dicebátque: pater mi, pater mi,[5]currus Iſrael & [4]auriga ]eius.Et ait illi Eliſęus:Affer arcum & ſagittas.Cúmque attuliſſet ad eum arcũ & ſagittas, dixit ad regem Iſrael: Pone manum tuã ſuper arcum.Et cum poſuiſſet ille manum ſuam: ſuperpoſuit Eliſęus manus ſuas manibus regis,& ait:Aperi feneſtram orientalem. Cúmque aperuiſſet, dixit Eliſæus: Iace ſagittam.Et iecit.Et ait Eliſæus: Sagitta ſalutis domini, & ſagitta ſalutis contra Syriam: percutiéſque Syriam in Aphec,donec conſumas eam.& ait:Tolle ſagittas. Qui cum tuliſſet rurſum dixit ei: Percute iaculo terram. Et cum percuſſiſſet tribus vicibus, & ſtetiſſet:iratus eſt vir dei contra eum,& ait:[f]Si percuſſiſſes quinquies, aut ſexies,⊢ſiue ſepties,] percuſſiſſes Syriam vſque ad conſummationem. Nunc autem tribus vicibus percuties eam. [g] Mortuus eſt ergo Eliſęus, & ſepelierunt eum.[†] Latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipſo anno. Quidam autem ſepelientes hominem,viderunt[6] latrunculos, ] & proiecerunt cadauer in ſepulchro Eliſęi. [†] Quod cum tetigiſſet oſſa Eliſęi, reuixit homo: & [8] ſtetit ſuper pedes ſuos. Igitur Azahel Rex Syrię afflixit Iſrael cunctis diebus Ioachaz. Et miſertus eſt dominus eorum, & [7] reuerſus eſt ad ] eos, propter pactum ſuum quod habebat cum Abraham, & Iſaac

[a. Hoc eſt rigor Domini & iuſtitiæ eius diuinæ ad punitionem culpæ & additur ipſius Ioachaz pœnitentia docentẽ cum pœna. Vnde dicitur, Deprecatúſque eſt Ioachaz &c. Dz Lyra.ibidem.]
b. Audiuit eum dominus dando ei ſubſidium tẽporale, quãuis impio. Nam opera bona ex genere ſuo extra charitatẽ poſſunt temporalia bona mereri,non tamen æternam poſſunt acquirere vitam. Vnde elicitur quod deus exaudiuit preces Regis magis propter angustias & preſſuras atque miſerias ſubditorum, quàm propter merita Regis. Nam & in populo illo erant quidam boni,præſertim Eliſæus ſanctiſſimus & diſcipuli eius, qui orabãt pro bono communi. Dionyſ ibid.
1. Qua.
2. Vt egrederentur.
3. Triturę.

c. Annus 37. Ioas Regis Iuda eſt 15. annus Ioachaz Regis Iſrael: Ioas ergo filius eius 3. annis cum eo in Iſrael regnauit, & poſt eum 16 an.

d. Ambulare in peccatis alicuius, eſt perſeuerare in iiſdem peccatis in quibus ipſe peccauerat.
e. Pius oratione erga deum in hoſtes poterat,quam currus Iſrael & equites eius.
4. Equites.
f. Eliæus regem conſolatus aſſerri arcum poſtulat, eúmque iubet regem intendere deinde iniecta in eum manu iubet iaculari,& cum emiſſis tribus telis deſtitiſſet, Si inquit plura miſiſſes,poteras totum Syrorũ Regnum excudere:nunc quia tribus ſolis cõtentus fuiſti, totidem prælijs vinces Syros, & regionem quam tuo patri ademerunt,recipies. Ioſeph Anti. lib.9.cap.5.
5. Turmæ.
6. Turmam.
g. Sed vt dicunt Hebræi,ſtatim mortuus eſt, quia impius erat, indignũ qui iaceret cum viro dei. Alij dicunt illum diutius vixiſſe & Sallum fuiſſe vocatũ. Hoc quoque dominicæ paſſionis præfigurabat ſtigma, quod legimus beatũ Eliſæum ſepulchro conditũ,ingeſto à latrunculis cadauere intra tumulum ſuũ corpus extincti tactu ſacri corporis ſuſcitaſſe. Quiſ hic aliud præfigurabatur niſi dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui reſurrectionem de morte largitur,& vitam reſpuitus operatur? Euſeb. Emiſenus, De Paſcha. Homil.2.

7. Miſericordia motus ſuper.

Universidad de Deusto Biblioteca

Iſaac & Iacob: & noluit diſperdere eos, neque proiicere penitus vſque in præſens tempus. [h] Mortuus eſt autem Azahel Rex Syriæ, & regnauit Benadab filius eius pro eo. Porrò Ioas filius Ioachaz tulit vrbes de manu Benadab filij Azahel, quas tulerat de manu Ioachaz patris ſui iure prælij. Tribus vicibus percuſſit eum Ioas, & reddidit ciuitates Iſrael.

*Ioas Rex Iſrael ſuperato Amaſia rege Iuda vaſtat Ieruſalem, in qua ſeditione facta Amaſias fugit in Lachis, vbi occiſus eſt, Azaria ſibi ſuccedente in Iuda, & Ieroboã Ioas in Iſrael.* XIIII.

A †[a] IN anno ſecundo Ioas filij Ioachaz Regis Iſrael, regnauit [b] Amaſiàs filius Ioas Regis Iuda. Vigintiquinque annorum erat, cum regnare cœpiſſet: viginti autem & nouem annis regnauit in Ieruſalem. Nomẽ matris eius Ioaden de Ieruſalem. Et fecit rectum coram domino: veruntamen non vt Dauid pater eius. Iuxta omnia quæ fecit Ioas pater ſuus, fecit: ſ— niſi hoc tantum quod] excelſa* non [1] abſtulit.] Adhuc enim populus immolabat & adolebat incenſum in excelſis. Cúmque [2] obtinuiſſet regnum,] percuſſit ſeruos ſuos qui interfecerant Re-
B gem patrem ſuum, [3] filios autem eorum qui occiderant, non occidit, iuxta quod ſcriptum eſt in libro legis Moyſi, [3] ſicut ]præcepit dominus, dicens: [c] † Non morientur patres pro filiis, neque filij morientur pro patribus: ſed vnuſquiſque in peccato ſuo morietur. Ipſe percuſſit Ædom in [d] valle Salinarum decem milia: & apprehendit [e] petram in prælio: vocauitque nomen eius Iezechel vſque in præſentem diem. Tunc miſit Amaſias nuntios ad Ioas filium Ioachaz filij Iehu Regis Iſrael, dicens: Veni & videamus nos. * Remiſitque Ioas Rex Iſrael ad Amaſiam Regem Iuda, dicens: * Carduus Libani miſit ad Cedrum, quæ eſt in Libano, dicens: Da filiam tuam filio meo
C vxorem. [4] Tranſierúntque beſtiæ ſaltus quæ ſunt in Libano, & conculcauerunt carduum. Percutiens inualuiſti ſuper Ædom, & ſubleuauit te cor tuum. [f] [4] Contentus eſto gloria tua: & ſede]in domo tua. Quare prouocas malum, vt cadas tu & Iudas tecum? Et non acquieuit Amaſias. Aſcenditque Ioas Rex Iſrael, & viderunt ſe, ipſe & Amaſias Rex Iuda in Bethſames oppido Iudæ. [5] Percuſſúſque eſt Iuda coram Iſrael, & fugerunt vnuſquiſque in tabernacula ſua. Amaſiam verò Regem Iuda filium Ioas, filij Ochoziæ cepit Ioas Rex Iſrael in Bethſames, & adduxit eum in Ieruſalem. Et interrupit murum Ieruſalem à porta Ephráim vſque ad portam anguli, quadringen-
D tis cubitis. [h] [5] Tulítque omne aurum, & argentum, & vniuerſa vaſa, quæ inuenta ſunt in domo domini, & in theſauris Regis, & * obſides, & reuerſus eſt in Samariam. Reliqua autem verborum Ioas quæ fecit, & fortitudo eius, qua pugnauit contra Amaſiam Regem Iuda, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſrael? Dormiuítque Ioas cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria cum Regibus Iſrael, & regnauit Ieroboam filius eius pro eo. Vixit autem Amaſias filius Ioas Rex Iuda, poſtquam mortuus eſt Ioas filius Ioachaz Regis Iſrael, [5] vigintiquinque annis.] Reliqua autem ſermonum Amaſiæ, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum die-
E rum Regum Iuda? [6] [i] Factáque eſt contra eum coniuratio in Ieruſalem: at ille fugit in Lachis. Miſerúntque poſt eum Lachis, & interfecerunt eum ibi: & aſportauerunt in equis, ſepultúſque eſt in Ieruſalem cum patribus ſuis, in Ciuitate Dauid. † Tulit autem vniuerſus populus Iudæ Azariam annos natum ſedecim: & conſtituerunt eum Regem pro patre eius Amaſia. Ipſe ædificauit Ahilam, & reſtituit eam Iudæ poſt-
F quam dormiuit Rex cum patribus ſuis. [6] Anno quintodecimo Amaſiæ filij Ioas Regis Iuda regnauit [k] Ieroboam filius Ioas Regis Iſrael in Samaria quadraginta & vno anno: & fecit quod malum eſt coram domino. Non receſſit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Iſrael. Ipſe reſtituit terminos Iſrael ab introitu Emath vſque ad mare ſolitudinis, iuxta ſermonem domini dei Iſrael, quem locutus eſt per ſeruum ſuum Ionam filium Amathi prophetam, qui erat de [6] Geth quæ
G eſt in Opher.] [7] Vidit enim dominus afflictionem Iſrael amaram nimis, & quòd conſumpti eſſent vſque ad clauſos carceris & [7] extremos: ] & non eſſet qui auxilia-

[h. Azaele autẽ rege extincto ad Adadum filium Syriæ regnum hereditario iure peruenit. Huic Ioas Iſraelitarum rex tribus prælijs victo, omnem eã regionem abſtulit: quæ vrbes ac vicos de patre ipſius captos complexa eſt quod & ipſum Eliſæus iam ante prædixerat Ioſeph. Anti. Iudaï li. 9. ca. 9.]

a. A morte patris eius Ioachaz eum ſolus regnauit.

b. Amaſias fecit bonum in cõſpectu domini, ſed non corde perfecto. Bona quippe opera quæ placent deo, fecit, ſed non corde perfecto, ſed ſub ſimulata ſpecie coram hominibus oſtendebat: & ſic coram deo acepta nõ erant. Rabanus ibid.

* Quidem.

1 Sunt ablata.

2. Confirmatum eſſet regnum eius.

3. In quo.

[c. Nõ intellecto quod in exodo ſcriptum eſt, Parentum peccata ſuper liberos. Deum iniuſtitiæ inſimularũt. Quapropter expoſitionem inſuper addidit. Procopius ibidem.]

d Vallis Salinarum vbi ſal fiebat, vel ex aqua ſalſa calefacta, & ad talia naturam vſque perducta.

[e. Petra ciuitas eſt Arabiæ nobilis in terra Aedom: quæ in lib. Nu. Recen dicitur, & à Syris ſic a, pellatur. Sed Ioſephus nõ ciuitatem dicit, ſed magnã petram in Arabia conſtitutam Rabanus ibid.]

* Faciemus.

* An non.

[f. Tẽpore enim Ioas & Amaſiæ inter Iudæos eurrebat iſtud prouerbiũ, quando aliquis attentabat aliquid præſumptuoſum. Et ideo ipſum applicauit Ioas ſibi & Amaſiæ, vocans ſe ipſum cedrũ, & Amaſiam carduũ: & beſſatores ipſius Ioas beſtias ſaltus. De Lyra.]

4. Fructa gloria iſta, & mane.

g. Aduerte quicunque Regum placuerunt deo diutius regnauerunt, & proſperati ſunt, & inimicos eorũ humiliauit deus ſub manibus eorũ. Quot quot autem maligne geſſerunt, velociter & à regno & à vita cum amara morte præciſi ſunt: & humiliauit eos deus inimicis eorum. Chryſ. hom. 1. ſuper. Mat.

[h. Cum enim cœpiſſet Amaſiã comminatus eſt ei mortẽ, niſi ſibi promitteret quod perſuaderet Ieroſolymitis, vt ſe cum exercitu in ciuitatem intrare permitteret. Inde ingreſſus tulit omne aurum & argentum &c. Dionyſ. Carthuſia. ibidem.]

* Filios.

5. Quindecim annis (vt 2. Para. 25. g.

i Coniuratio facta fuit aduerſus Amaſiam Regem Iuda. 15. anno regni ſui: qui fugit in Lachis, vbi 14. annis remanſit, donec ibidem à ſuis interficeretur, interim autem Azarias qui & Ozias pro patre ſuo regnauit. ante quem regnũ triennio ſine rege, patre exulante fuerat, & ſic in vita patris. 11. annis regnauit.

## Ionæ prophetæ.

hiſtoria his temporibus geſta eſt.

[k. Hic Rex cum eſſet vehemẽter impius, totúſque idolis deditus, nihil ſibi non permittẽs, Iſraelitis etiam innumeras calamitates attulit. Et Prophera Ionas prædixit, quòd deuictis Syris ditionum ſuam eſſet ampliaturus, prolatis eius terminis ad ſeptentriones vſque Amathem vrbem. Ioſeph. Anti. Iudaic. lib. 9. ca. 11.]

6 Gethhepher.

7. Derelictos.

retur Iſrael.[1]Nec locutus eſt dominus vt deleret nomen Iſrael [8] de ſub cœlo:] ſed ſaluauit eos in manu Ieroboam filij Ioas. Reliqua autem ſermonum Ieroboam, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius, qua prælиatus eſt, & quomodo reſtituit Damaſcum & Emath]Iudæ in Iſrael, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſrael? Dormiuítque Ieroboam cum patribus ſuis Regibus Iſrael, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.

1. Denique tantum proſperitatem contulit deus regi Ieroboam, eiuſque populo, nó propter eorum merita, ſed ex ſua benignitate immenſa qua affligebat Iſraeliticæ plebi condoluit, & propter crudelitates Syrorum in eam, fecit ipſos à Ieroboam deuaſtari. Vnde ſubditur vidit dominus &c. Dionif. Carruſia.]
8. Subtus cœlum.

*Azariæ leproſo ſuccedit in Iuda Ioathan, Ioas interfecto ſuccedit Zacharias, cui Sellum, cui Manahen, cui Phaceia, cui Phacee, cui Oſee. Ioathã vero mortuo ſucceſſit Achaz.* XV.

2. Azarias enim regnauit 29. anno, & vltimo Amaſiæ patris qui 15. annus fuit Ieroboã: cũ annis 11. præcedentibus, exulante patre regnaſſet. Et ſic vel non regnauit pacificè vſque ad 27. annum Ieroboã, vel, vt ſolent Hebræi, Ieroboã 41. annis regnauit: qui numer⁹ ex 14. & 27. cõſtituitur, & ſic 15. an. initiũ eſt 27. an. Sic Dauid kimhi.
1 Reſtum.
2. Non ſunt ablata.
b Quia præſumpſerit adolere incenſum ad altare.
3 Sequeſtrata.
c. Quomodo poteſt eſſe verum quod Zacharias filius Ieroboã regnare cœperit 38. anno Azariæ cum Azarias regnare cœperit 27. anno Ieroboam patris huius Zachariæ, qui fertur regnaſſe 41. an. Dicendum quod à morte Ieroboam regnum Iſrael fuit gubernatum 11. annis per principes, eo quod Zacharias filius Ieroboam adhuc parvulus eſſet. Et ita Zacharias filius Ieroboam anno 38. Azariæ Regis Iudæ regna accepit ſuper Iſrael per ſeipſum, & ſolũ ſex menſibus, iuxta verbum domini, qui dixerat Iehu in quartam generationum filios eius regnaturos.
4. In conſpect⁹ populi.
[d. Selefin⁹ is fuit Iabeſi filius, qui occupata vacua Zachariæ ſede regia trigeſima poſt die male partum regnũ mala perdidit. Manahemus enim dux exercitus, qui per id tempus apud Thuſam vrbem erat, audito Zachariæ caſu cum omnibus copiis properè venit Samariam, & prælio victum Selefinũ interfecit. Deinde authoritate propria ſumpeis regni inſignibus Thapſam cum exercitu vi ſtote profectus eſt. Ioſeph. lib. 9. Antiq. Iudaic. cap. 11.]
5 Qui coniurauit.
* Percuſſit autem eſt, eo quòd. c. Phul Belochus, primus Rex Babyloniorum poſt mortẽ Sardanapali & deſtructam monarchiam Aſſyriorum. Theglath Phalaſſar autem ſecundus ab ſucceſſu quorum & ſequentis Regum Babyloniorũ non meminit Euſebius in ſuis Chronicis.
6. Terram, & infra.

[f. Subintelligitur homines potentes. Vnde in Hebræo habetur. Quinquaginta ſiclos homini vni cuilibet ſecundum modum loquendi Hebraicum. Et propter hoc libri qui habent hæc per ſingulos annos, in hoc falſi ſunt, quia libri correcti nõ habẽt annos. De Lyra. ibidẽ.]
[g. Is crudelitate patri perſimilis, duobus tantũ annis regnauit quibus exactis in conuiuio à ſuis amicis trucidatus eſt inſidiis Phaceæ tribuni, qui Romeliæ] ut filius. Ioſeph. Antiquitatum Iudaic. lib. 9. ca. 11.]
7. In palatio.]

ANno [a] viceſimoſeptimo Ieroboam Regis Iſrael, regnauit Azarias filius Amaſiæ Regis Iuda. Sedecim annorum erat cum regnare cœpiſſet: & quinquagintaduobus annis regnauit in Ieruſalem. Nomen matris eius Iecelia de Ieruſalem. Fecítque quod erat [1]placitum] coram domino, iuxta omnia quæ fecit Amaſias pater eius: veruntamen excelſa [2] non eſt demolitus.] Adhuc populus ſacrificabat, & adolebat [2←] incenſum] in excelſis. † [b] Percuſſit autem dominus Regem, & fuit leproſus vſque in diem mortis ſuæ: & habitabat in domo [3] libera ſeorſum.] Ioathan verò filius regis, gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ. Reliqua autem ſermonum Azariæ, & vniuerſa quæ fecit, nón ne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iudæ? [4] Et dormiuit Azarias cum patribus ſuis, ſepelierúntque eum cum maioribus ſuis in ciuitate Dauid, & regnauit Ioathan filius eius pro eo. [c] Anno triceſimooctauo Azariæ regis Iudæ regnauit Zacharias filius Ieroboam ſuper Iſrael in Samaria ſex menſibus, & fecit quod malum eſt coram domino, ſicut fecerant patres eius. Non receſſit à peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Iſrael. Coniurauit autem contra eum Sellum filius Iabes, percuſſitque eum [4]palàm,] & interfecit, regnauítque pro eo. Reliqua autem verborum Zachariæ, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſrael? † Iſte eſt ſermo domini quem locutus eſt ad Iehu, dicens: Filij tui vſque ad quartam generationem ſedebunt de te ſuper thronum Iſrael. Factúmque eſt ita. [5] [d] Sellum filius Iabes regnauit triceſimonono anno Azariæ regis Iudæ. Regnauit autem vno menſe in Samaria. Et aſcendit Manahen filius Gaddi de Therſa, venítque Samariam, & percuſſit Sellum filium Iabes in Samaria, & interfecit eum, regnauítque pro eo. Reliqua autem verborum Sellum, & coniuratio eius, [5] per quam tetendit inſidias,] nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſrael? Tunc percuſſit Manahẽ Thapſam, & omnes, qui erant in ea, & terminos eius de Therſa. * Noluerunt enim aperire ei. Et interfecit omnes prægnantes eius, & ſcidit eas. Anno triceſimonono Azariæ Regis Iudæ, regnauit Manahen filius Gaddi ſuper Iſrael, decem annis in Samaria: fecitque quod erat malum coram domino. Non receſſit à peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Iſrael, cunctis diebus eius. [6] Veniebat [c] Phul Rex Aſſyriorum in [6] Therſa,] & dabat Manahen Phul mille talenta argenti, vt eſſet ei in auxilium, & firmaret regnum eius. Indixítque Manahen argentum ſuper Iſrael cunctis potentibus, & diuitibus, vt daret Regi Aſſyriorum: quinquaginta ſiclos argenti [f] per ſingulos. Reuerſúſque eſt Rex Aſſyriorum, & non eſt moratus in Therſa. Reliqua autem ſermonum Manahen, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iſrael? Et dormiuit Manahen cum patribus ſuis, regnauítque Phaceia filius eius pro eo. Anno quinquageſimo Aſariæ Regis Iudæ regnauit [g] Phaceia filius Manahen ſuper Iſrael in Samaria biennio, fecit quod erat malum coram domino. Non receſſit à peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Iſrael. [7] Coniurauit autem aduerſus eum Phacee filius Romeliæ Dux eius, & percuſſit eum in Samaria, [7] in turre] domus regiæ, iuxta Argob & iuxta Ariph, & cum eo quinquaginta viros de filiis Galaaditarum, & interfecit eum: regnauítque pro eo. Reliqua autem ſermonum Phaceiæ & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regũ Iſrael? Anno quinquageſimoſecundo Azariæ

regis

regis Iudæ, regnauit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samaria viginti annis: & fecit quod erat malum coram domino. Non recessit à peccatis Ieroboam filij Na-
F bath, qui peccare fecit Israel. ℣ In diebus Phacee regis Israel venit [h] Theglat Phalássar Rex Assur, & cepit Ahion, & Abel [g] domum Maacha] & Ianoe, & Cedes, & Asor, & Galaad, & Galilæam, & vniuersam terram Nephtalim, & transtulit eos in Assyrios. Coniurauit autem & tetendit insidias Osee filius Hela, contra Phacee filium Romeliæ: & percussit eum, & interfecit: regnauítque pro eo [i] vicesimo anno Ioathan filij
G Oziæ. Reliqua autem sermonũ Phacee, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Israel? † Anno secundo Phacee filij Romeliæ regis Israel, regnauit Ioathan filius Oziæ Regis Iuda. ℣ Vigintiquinque annorum erat cùm regnare cœpisset: & sedecim annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Ierusa, filia Sadoch. [k] Fecítque quod erat placitum coram domino. Iuxta omnia quæ fecit Ozias pater suus operatus est, veruntamen excelsa non abstulit. Adhuc populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis. Ipse ædificauit [l] portam domus domini sublimissimam. Reliqua autem sermonum Ioathan, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iuda? [m] In diebus illis cœpit dominus mittere in Iudam Rasin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ. Et dormiuit Ioathan cum patribus suis, sepultúsque est [9] cum eis] in ciuitate Dauid patris sui: & regnauit Achaz filius eius pro eo.

h. Theglath Phalassar cepit duas tribus & dimidiam trans Iordanem, & tribus Neptalim & Zabulon citra Iordanem, & transtulit in Assyrios, in seruitutem ne vlterius rebellarent.
8. Aethimara.
i. Quomodo regnauit vicesimo anno Ioathan, qui dicitur regnasse 16. annis? Dicendũ quod pluribus annis cũ patre regnauerat, post mortem vero patris 16. annis regnauit.
[k. Fecítque quod erat placitũ, &c. Et propter hoc dominus dedit ei prosperitatem in ædificãdo vrbes & castella, & debellãdo regem filiorũ Ammon, quẽ redegit sub tributo, vt plenius habetur. 2. Para. 27. De Lyra.]
[l. Hoc est, portam speciosam, de qua Act. 3. a quam Hieb. portam Ioathan vocabant.
[m. Ad castigandũ per eos quẽdam peccata populi Iudæ, qui à tempore Salomonis, & deinceps non cessauit immolare, & adolere seu cremare incensa in locis sublimibus, quod templo constructo non licuit, quãuis fieret vt putabant ad dei honorem. Dion. Cart.]
9. Iuxta patres suos,

*Achaz filio suo per ignem consecrato, Ierusalem à Syris obsessa ab Assyriis petit auxilium idolis sacrificans, cui succesit Ezechias.* XVI.

A † Anno [a] decimoseptimo Phacee filij Romeliæ, regnauit [b] Achaz filius Ioathan regis Iuda. Viginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpisset: & sedecim annis regnauit in Ierusalem. Non fecit quod erat placitum in cõspectu domini dei sui sicut Dauid pater eius, sed ambulauit in via Regum Israel. Insuper & [c] filium suum [t] consecrauit transferens per ignem secundum idôla gentium,] quæ dissipauit dominus coram filiis Israel. Immolabat quoque victimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus: & sub omni ligno frondoso. † Tunc ascendit Rasin Rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ Rex Israel ad præliandum in Ierusalem. Cúmque obsiderent Achaz, non valuerunt superare eum. In tempore illo
B [s] restituit] Rasin rex Syrię [d] Hailam [3] Syrię:] & eiecit Iudæos de Haila. ℣ Et [—] Idumæi &] Syri venerunt in Hailam, & habitauerunt ibi, vsque in diem hanc. Misit autem [e] Achaz nuncios ad Theglat Phalássar Regem Assyriorum, dicens: Seruus tuus & filius tuus ego sum. Ascende & saluum me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Israel: qui consurrexerunt aduersum me. Et cùm collegisset Achaz argentum & aurum quod inueniri potuit in domo domini, & in thesauris Regis, misit regi Assyriorum munera, qui & acquieuit voluntati eius. Ascendit autem rex Assyriorum
C in Damascum, & vastauit eam, & transtulit habitatores eius Cyrenen: Rasin autem interfecit. Perrexítque rex Achaz in occursum Theglath Phalássar regi Assyriorum in Damascum. ℣ [f] Cúmque vidisset altare Damasci, misit Rex Achaz ad Vriam sacerdotem exemplar eius & similitudinem, iuxta omne opus eius. Extruxítque Vrias sacerdos altare. Iuxta omnia quę præceperat Rex Achaz de Damasco, ita fecit sacerdos Vrias, donec veniret Rex Achaz de Damasco. Cúmque venisset rex de Damasco vidit altare, & [4] veneratus est illud: ascenditque & immolauit] holocausta & sacrificium suum, & libauit libamina, & fudit sanguinem pacificorum [5] quę obtulerat super] altare. Porrò altare æreum, quod erat coram domino, [6] transtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi domini:] posuítque illud ex latere altaris ad aquilonem. Præcepit quoque rex Achaz Vriæ sacerdoti, dicens: [g] Super altare maius offer holocaustum matutinum, & sacrificium vespertinum, & holocaustum Regis & sacrificium eius: & holocaustum vniuersi populi terræ, & sacrificia eorum & libami-
D na eorum: & omnem sanguinem holocausti, ℣ & vniuersum sanguinem victimæ

a. Hoc est, in fine 17. anni, sed in principio 18. anni.
[b. Qui erga deum impiissimus omnium & patriarum legũ deserror, ad imitationem Israelitarum regum se contulit, aras Ierosolymis erigẽs, & in eis idolis sacrificans. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 9. cap. 12.]
c. Filium suum cõsecrauit Idôlo Moloch, traducẽs illum per ignẽ in valle Ben Ennon, alias Gehennon. De qua Iosue 15. b. 2. Traduxit per ignem, iuxta abominationes gentium,

2. Recuperauit.
d. Haila vrbs est Arabiæ Petreæ de qua Deut. 2. b. vbi cum vocat Elath, quam ædificauerat Azarias. Hanc eripuit Rex Syriæ, & restituit Syriç, expellens Iudæos & exercos incolas.
3. Pro Syria.
e. Ierosolymitanus autem Rex postquã cognouit Syros, abiisse domum, putans se Israelitarum rege non inferiorem viribus, eduxit contra eum copias: & cum irato Deo comminisit prælium, propter tot impia facinora victus est. Cẽtum enim & viginti milia tunc cecidisse de Israelitarum exercitu. Ioseph. lib. 9. cap. 13. Antiq. Iudaic.
[f. Describitur Achaz vt prophanus in religione, & vero dei cultu, quia fecit in atrio domini altare sacrilegum, amouens altare quod erat cultui dei consecratum. De Lyra.]

4. Veniens Rex ad altare obtulit super ipsum.
5. Suorum iuxta.

6. Constituítque extra faciem templi, inter altare & inter templum domini.

g. Constat quàm superstitiosissimus fuerit hic Achaz, qui ea sacrificia deputabat idolis, quæ lege iussa erant offerri deo. Dionysius.

ſuper illud effundes. [h] Altare verò æreum [7] erit paratum ad voluntatem meam. Fecit igitur Vrias ſacerdos iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz. Tulit autẽ rex Achaz cælatas baſes & lutêrem, quæ erat dèſuper: & mare depoſuit de bobus æreis, qui ſuſtentabant illud, & poſuit ſuper pauimentum ſtratum lapide. [8] [i] Muſach ] quoque ſabbati, quod ædificauerat in templo, & ingreſſum Regis exterius conuertit in templum domini, [k] propter regem Aſſyriorum. Reliqua autem verborum Achaz, & omnia quę fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum Regum Iuda? Dormiuitque Achaz cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo.

h. Altare holocauſti deo dicatum, quod Salomon ædificauerat, vt conuerteretur in vſum regi placẽtem, Diony. Cartuſ.]
7. Arma iuuiſetur.
8. Velum. [hoc eſt tabernaculum quoddam, quod erat in templo, ſub quo manebant ſacerdotes in ſabbato, cũ per hebdomadã ſuntti fuiſſent officio.
[k. Vt ſi Rex Aſſyriorũ huc veniret, videret qualiter amouiſſet cultum dei, & quod nõ eſſet via de palatio regis ad templũ. Vt ſic Achaz ſe oſtenderet tranſiſſe ad cultum regis Aſſyriorũ De Lyra.]

*Regnum Iſrael poſt multa facinora in Aſſyrios captiuum ſub Oſee per Salmanaſar abducitur.* XVII.

[a] Anno duodecimo Achaz regis Iuda, regnauit Oſee filius Hela in Samaria ſuper Iſrael nouem annis: fecítqûe malum coram domino, ſed non ſicut Reges Iſrael, qui ante eum fuerunt. Contra hunc aſcendit [b] Salmanàſar rex Aſſyriorum, & factus eſt ei Oſee ſeruus, reddebátque illi tributa. [1] Cúmque deprehendiſſet rex Aſſyriorum Oſee, quòd rebellare nitens miſiſſet] nuncios ad Sua regem Ægypti, [2] ne præſtaret tributa regi Aſſyriorum, ſicut ſingulis annis ſolitus erat, obſedit eum, ] & vinctum miſit in carcerem: [3] peruagatúſque eſt,] omnem terram, & aſcendens Samariam, obſedit eam tribus annis. [†] [c] Anno autem nono Oſee cepit rex Aſſyriorum Samariam: & [†] tranſtulit Iſrael in Aſſyrios, poſuítque eos in Hala & in Abor iuxta fluuium Gozam [*] in ciuitatibus Medorum. [4] Factum eſt autem [4] cum peccaſſent ] filij Iſrael domino deo ſuo qui eduxerat eos de terra Ægypti de manu Pharaonis regis Ægypti: [5] coluerunt ] deos alienos: & ambulauerunt iuxta ritum gentium, quas conſumpſerat dominus in conſpectu filiorum Iſrael & Regum Iſrael, quia ſimiliter fecerant. Et [6] irritauerunt filij Iſrael verbis non rectis dominum deum ſuum, ] & ædificauerunt ſibi excelſa in cunctis vrbibus ſuis, à turre cuſtodum vſque ad ciuitatem munitam. Fecerúntque ſibi ſtatuas & lucos in omni colle ſublimi, & ſubter [7] omne ligum nemoroſum: & adolebant ibi incenſum ſuper aras in morem gentium, quas tranſtulerat dominus à facie eorum. Fecerúntque [8] [d] verba peſsima ] irritantes dominum: & coluerunt immunditias de quibus præcepit eis dominus, [9] ne facerent verbum hoc. ] Et teſtificatus eſt dominus in Iſrael & in Iuda per manum omnium prophetarum, [*] & videntium, dicens: [†] [e] Reuertimini à viis veſtris peſsimis, & cuſtodite præcepta mea, & [10] ceremonias: ] iuxta omnem legem quam præcipi patribus veſtris, & [11] ſicut ] miſi ad vos in manu ſeruorũ meorum prophetarum. Qui non audierunt, ſed indurauerunt ceruicem ſuam, iuxta ceruicem patrum ſuorum, qui [12] noluerunt obedire ] domino deo ſuo. Et [13] abiecerunt legitima ] eius, & pactum quod pepigit cum patribus eorum, & teſtificationes quibus conteſtatus eſt eos, ſecutíq; ſunt vanitates, & vanè egerunt, & ſecuti ſunt gentes, quę erant per circuitum eorum, ſuper quibus præceperat dominus eis, vt non facerent ſicut & illæ faciebant. Et dereliquerunt omnia præcepta domini dei ſui, fecerúntque ſibi conflatiles duos vitulos, & lucos, & adorauerunt vniuerſam malitiam cœli. Seruierúntque Baal, & [14] conſecrauerunt ] filios ſuos, & filias ſuas per ignem. [f] Et diuinationibus inſeruiebant, & auguriis, & [15] tradiderũt ] ſe vt facerent malum coram domino, & irritarent eum. Iratúſque eſt dominus vehementer Iſraeli, & abſtulit eos [e] à conſpectu ſuo: & non remanſit niſi tribus Iuda tantummodo. Sed nec ipſe Iuda cuſtodiuit mandata domini dei ſui: veruntamen ambulauit [16] in erroribus Iſrael, quos operatus fuerat. Proiecítque ] dominus omne ſemen Iſrael, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripientium, donec [f] proiiceret eos à facie ſua: [17] ex eo iam tẽpore [†] quo ſciſſus eſt ] Iſrael à domo Dauid, & conſtituerunt ſibi regem Ieroboam filium Nabath. Separauit enim Ieroboam Iſrael à domino, & peccare eos fecit peccatum magnum & ambulauerunt filij Iſrael in vniuerſis peccatis Ieroboam, quę fecerat, & non receſſerunt

a. Oſee anno 4. Achaz, occidit Phacee, & tunc non fuit probatus rex vsque ad 12. annũ Achaz à quo regnauit annis. 12. vſque ad captiuitatem Iſraelis: rebellauit autem 14. anno Achaz, à quo ſolum 9. annis regnauit.
b. Salmanaſar. 3. Babyloniorum rex poſtquam tranſlata eſt Aſſyriorum monarchia in Medos & Babylonios.
1. Et deprehendit Rex Aſſur in Oſea coniurationem, quoniam miſerat.
2. Et non aſſerebat munus regi Aſſyriorum de anno in annum, & ideirco tenuit eum rex Aſſyriorum.
3. Aſcẽditque Rex Aſſur ſuper.
c. Anno 9. rebellionis Oſee capta eſt Samaria, & 10. tribus Iſrael captiuæ.
*Hit.
4. Vt peccarent.
5. Et timerent.
6. Studuerunt filij Iſrael abſcõdere ea quæ non erant recta, à domino deo ſuo.

7. Omnem arborem frõdoſam.

8. Res malas.
d. Frequenter enim in ſcripturis ſacris accipitur verbum vel ſermo pro re ſignificata per verbum. ideo verba peſsima ſunt vitia peſsima: vtputa idololatria, quę dicitur grauiſsimũ peccatorum, ſicut nunc hæreſis. Diony.
9. Non facietis rem huiuſcemodi.
*Suorum.
10. Statuta mea.
11. Quam.
12. Non crediderunt.
13. Reſpuerunt ſtatuta.
14. Traduxerunt.
15. Vendiderunt.
e. Hoc eſt, abſtulit eos à terra promiſſionis, cuius incolas olim conſueuerat ſpeciali pietate aſpicere, ſicut Deu. 4. Oculi domini dei tui in ea ſunt. & Pſal. Oculi dñi ſuper iuſtos. Dionyſ. Dicit autem Comeſtor in hiſtoria Eſther decẽ tribus incluſas ab Alexandro infra mõtes Caſpios vſque ad finẽ mũdi.
16. In decretis Iſrael, quę ipſi fecerunt Et taſtuluit.
f. Tempore autẽ quo Theglath Phalaſſar rex Babylonis duxerat in captiuitatem 2 tres tribus cum dimidia, plurimi ex ſeptẽ aliis tribubus fugerunt ad vicina regna, & ibidem ſe abſconderunt, præcipuè in tribu Iuda, ac poſt receſſum Aſſyriorum redierunt ad propria & priſtina loca, vnde ſæpius fit mentio de poſteritate decem tribuum. Dionyſius.
17. Nam abſciſſus eſt.

receſſerunt ab eis, vſquequo dominus auferet Iſrael à facie ſua: † ſicut locutus fuerat in manu omnium ſeruorum ſuorum Prophetarum. † Tranſlatúſque eſt Iſrael de terra ſua in Aſſyrios, vſque in diem hanc. ᵍ ⁶ Adduxit autem rex Aſſyriorum viros de Babylone, & de Cutha, & de Ahaiath, & de Emath, & de Sefaruáim: & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filiis Iſrael. Qui poſſederunt Samariam, & habitauerunt in vrbibus eius. Cúmque ibi habitare cœpiſſent, non timebant dominum, & immiſit eis dominus leones, qui interficiebant eos. Nunciatúmque eſt regi Aſſyriorum, & dictum: Gentes quas tráſtuliſti & habitare feciſti in ciuitatibus Samariæ, ignorāt [18] legitima] dei terræ, & immiſit in eos dominus leones, & ecce interficiunt eos: eo quòd ignorent ritum dei terræ. ʰ Præcepit autem rex Aſſyriorum, dicēs: Ducite illuc vnum de ſacerdotibus, quos inde captiuos adduxiſtis, vt vadat & habitet cum eis, & doceat eos legitima dei terræ. Igitur cùm veniſſet vnus de ſacerdotibus, iis qui captiui ducti fuerant de Samaria, habitauit in Bethel, & docebat eos quomodo [19] colerent] dominum. ᵍ Et vnaquæque gens fabricata eſt deum ſuum. Poſuerúntque eos in fanis excelſis, quę fecerant Samaritæ, gens & gens in vrbibus ſuis, in quibus habitabant. Viri enim Babylonij fecerunt Sochot Benoth, viri autem Cutheni fecerunt Nergel, & viri de Emath fecerunt Aſima. Porrò Heuæi fecerunt Nebahah & Tharthac. Ii autem qui erant de Sefaruáim, comburebant filios ſuos igni Adramelech & Anamelech diis Sefaruáim: [20] & nihilominus colebant dominum. Fecerunt autem ſibi de nouiſſimis] ſacerdotes excelſorum: & ponebant eos in fanis ſublimibus. Et cùm dominum [21] colerent,] diis quoque ſuis ſeruiebant, iuxta conſuetudinem gentium de quibus tranſlati fuerant Samariam. Vſque in præſentem diem morem ſequuntur antiquum. [i] Non timent dominum, neque cuſtodiunt [22] ceremonias] eius atque iudicia & legem, & mandatum quod præceperat dominus filiis Iacob: † quem cognominauit Iſrael, & percuſſerat cum eis pactum, & mandauerat eis, dicens: ᵍ Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos, neque colatis eos, & non immoletis eis, ſed dominum deum veſtrum, qui eduxit vos de terra Ægypti in fortitudine magna, & in brachio extento, ipſum timete, & illum adorate, & ipſi immolate. [23] Cæremonias] quoque & iudicia, & legem, & mandatum, quod ſcripſit vobis, cuſtodite, vt faciatis cunctis diebus, & non timeatis deos alienos. Et pactum quod percuſſi vobiſcum, nolite obliuiſci, nec colatis deos alienos: ſed dominum deum veſtrum timete, & ipſe eruet vos de manu omnium inimicorum veſtrorum. Illi verò non audierunt, ſed iuxta cōſuetudinem ſuam priſtinam perpetrabant. Fuerunt igitur gentes iſtæ timentes quidem dominum, ſed nihilominus & idôlis ſuis ſeruientes. Nam filij eorum & nepotes ſicut fecerunt patres ſui ita faciunt, vſque in præſentem diem.

6. Vnaquæque gēs fabricata eſt deū, poſuerúntque eos in fanis excelſis quę fecerat Samaritana gens & gens in vrbibus ſuis, in quibus habitabant. Viri enim Babylonij fecerūt Sochoth Benoth. Viri autem Cutheni fecerunt Nergel: & viri de Emath vel Emeſia fecerūt Aſima. Por 10 Heuæi fecerunt Nabahath & Tharthac. In libro autem Iocorum legitur, quòd Benoth & Nergel fuerunt ciuitates quas conſtituxerūt in regione Iudęa Samaritani, qui de Babylonia tranſierant. Euchertius.
18. Iudicium, & infra.
h. Exorta enim fœua peſtilētia à qua cùm popularētur nullam inuenientes opem, oraculo admoniti ſunt vt deum maximū colerent: Nam hoc illis præſentem ſalutem allaturū eſſe. Miſſis igitur ad Regem Aſſyrium legatis, petierunt vt ſacerdotes aliquot è captiuis Iſraelitis ad eos remitteret, quo facto legum & dei colendi rationem ab eis edocti diligenter eum cœperūt colere: mòxque ceſſauit peſtilētia, permanſitque hunc quoque in ea religione, Cutha vocant Hebræi, Græci verò Samaritæ. Ioſeph. Antiq. Iudaic. li. 9. cap. 14.]
19. Timerent.
20. Timebant Ieraque dominū, feceruntque ſibi quoſdam.

21. Timerent.

i. Cæterūm noui Samariæ coloni Cuthęi, cū quinque gentium eſſent, totidem deos patrios ſecum attulerūt, quos ritu ſuo colerent, deum maximum ad indignationem irritauerūt. Exorta eſt enim fœua peſtilentia, à qua cum popularentur, nullā inuenientes opem, oraculo admoniti ſunt vt deum maximum colerēt: Nam hoc illis præſentem ſalutem allaturum eſſe. Miſſis igitur ad regem Aſſyrium legatis, perierunt vt ſacerdotes aliquot è captiuis Iſraelitis ad eos remitterent. Quo facto legem & dei colēdi rationem ab eis edocti, diligenter eum cœperunt colere: mòxque ceſſauit peſtilentia: permanſitque hunc, unque in ea religione Cuthæi vocati Hebræis, Græcis verò Samaritæ. Ioſeph. lib. 9. cap. 15.
22. Statuta.
23. Statuta.

*Ezechias pietate ſublimis ab Aſſyriis pecunia multatus obſidetur, & multis blaſphemiis ac minis terretur.* XVIII.

ANno [a] tertio Oſee filij Hela regis Iſrael, regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. Vigintiquinque annorum erat, cùm regnare cœpiſſet. & viginti nouem annis regnauit in Ieruſalem. Nomen matris eius Abi filia [b] Zachariæ. Fecítque quod erat bonum coram domino, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. † Ipſe diſſipauit excelſa, & contriuit ſtatuas, & ſuccîdit lucos, confregítque ſerpentem æreum † quem fecerat Moyſes. Siquidem vſque ad illud tempus filij Iſrael adolebant ei incenſum. Vocauítque nomen eius [1] Nehuſtan ]Et in domino deo Iſrael ſperauit. Itaque poſt eum non fuit ſimilis ei de cunctis regibus Iuda, ſed neque in iis qui ante eum fuerunt, & adhæſit domino, & non receſſit à veſtigiis eius: fecítque mandata eius, quæ præceperat dominus Moyſi, vnde & erat dominus cum eo: & in cunctis ad quę procedebat, ſapienter ſe agebat. ᵍ Rebellauit quoq; contra regem Aſſyriorum, & non ſeruiuit ei. Ipſe percuſſit Philiſtæos vſque ad Gazam, & omnes terminos eorum, à turre cuſtodum vſque ad ciuitatem munitam. [c] Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus ſeptimus Oſee filij Hela regis Iſrael, aſcen-

a. Hoc eſt, anno tertio rebellionis Oſee contra Regem Aſſyriæ, quo tributa dare ille recuſat.
b. Hic Zacharias poſthumus erat illius Zachariæ filij Iuiadæ, quem Ioas lapidare fecerat inter templum & altare. Comeſt.

1. Nehuſtan, hoc eſt, rem æneā, nihil habens diuinitatis: vt quòd illi pro nomine colebant, in Ieſu eius nouellum eum eſſe, nō deum agnoſcerent. Angelomus ibidem.

c. Anno. 4. Ezechiæ, qui ſeptimus fuit annus rebellionis Oſee, obſeſſa eſt Samaria, & tertio anno capta, & in Aſſyriam abducta anno. 9. rebellionis Oſee, & regni eius 19. anno, Ezechiæ autem ſexto.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dit Salmanásar rex Assyriorum in Samariam: & oppugnauit eam, & cepit. † [a] Nam post annos tres] anno sexto Ezechiæ, id est, nono anno Osee Regis Israel, capta est Samaria: [d] & transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios: collocauítque eos in Hala & in Habor, [3] fluuiis] Gozan in ciuitatibus Medorum: quia non audierunt vocem domini dei sui, sed prætergressi sunt pactum eius. Omnia quę præceperat Moyses seruus domini, non audierunt neque fecerunt. †§ Anno quartodecimo regis Ezechiæ, ascendit [e] Sennacherib rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Tunc misit Ezechias rex Iuda nuncios ad Regem Assyriorum in Lachis, dicens: Peccaui. Recede à me: & omne quod imposueris mihi, feram. Indixit itaque Rex Assyriorum Ezechiæ regi Iudæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri. Deditque Ezechias omne argentum, quod repertum fuerat in domo domini, & in thesauris *Regis. In tempore illo confregit Ezechias valuas templi domini, & [4] laminas auri, quas ipse affixerat:] & dedit eas regi Assyriorum. [f] Misit autem rex Assyriorum Thartan & Rapsaris & Rapsacen de Lachis ad regem Ezechiam cum manu valida Ierusalem, & steterunt iuxta aquæ ductum piscinæ superioris, quæ est in via agri fullonis, vocauerúntque regem. § Egressus est autem ad eos Eliachim filius Elchiæ præpositus [a] domus & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commtẽariis, [g] dixítque ad eos Rapsaces: [5] Loquimini Ezechiæ:] Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia qua niteris? [6] Forsitan inisti consilium, vt præpares te ad prælium.] In quo confidis, vt audeas rebellare? * † An speras in baculo arundineo, atque cõfracto Ægypto? Super quem, si incubuerit homo, comminutus ingredietur manum eius, & perforabit eam. Sic est Pharao rex Ægypti omnibus qui confidunt in eum. Quod si dixeritis mihi: in domino deo nostro habemus fiduciam: [h] nónne iste est cuius abstulit Ezechias excelsa, & altaria, & præcepit Iudæ & Ierusalem, ante altare hoc adorabitis in Ierusalem? †§ Nunc igitur [7] transite ad dominum meum regem] Assyriorum, [i] & dabo vobis duo milia equorum, [8] & videte an habere valeatis ascensores eorum.] Et quomodo [9] potestis resistere ante vnum Satrapam] de seruis domini mei minimus? An fiduciam habetis in Ægypto propter currus & equites? Nunquid [10] sine domini voluntate] ascendi ad locum istum, vt demoliret eum? Dominus dixit mihi: Ascende ad terram hanc, & demolire eam. Dixerunt autem Eliachim filius Elchiæ, & Sobna scriba, & Ioahæ, Rapsaci: [k] Precamur vt loquaris nobis seruis tuis Syriacè, siquidem intelligimus hanc linguam: & non loquaris nobis Iudaicè, audiente populo qui est super murum. § Respondítque eis Rapsaces, dicens: Nunquid ad dominum tuum, & [11] ad te misit me dominus meus, vt loquerer sermones hos, & non potius ad viros qui sedent super murum, vt comedant stercora sua, & bibant [11] vrinam suam] vobiscum? Stetit itaque Rapsaces, & exclamauit voce magna Iudaicè, & ait: Audite verba regis magni, regis Assyriorum. Hæc dicit Rex: Non vos seducat Ezechias. Non enim poterit eruere vos de manu mea, neque fiduciam vobis tribuat super dominum, dicens: Eruens liberabit nos dominus: & nõ tradetur ciuitas hæc in manu regis Assyriorum. † Nolite audire Ezechiam. Hæc enim dicit rex Assyriorum: [m] Facite mecum [12] quod vobis est vtile:] & egredimini ad me. [n] Et comedet vnusquisque de vinea sua, & de ficu sua, & bibet aquas de cisternis vestris, donec veniam & transferam vos in terram, § quæ similis est terræ vestræ, in terram [13] fructiferam & fertilem] vini, in terram panis & vinearum, terram oliuarum & olei ac mellis, & viuetis & non moriemini. Nolite audire Ezechiam, qui vos decipit, dicens: Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij gentium * terram suã de manu regis Assyriorum? ° Vbi est deus [p] Emath & [q] Arphat? Vbi est deus Sefaruáim Hana & Aua? Nunquid liberauerunt Samariam de manu mea? Quínam illi sunt in vniuersis diis terrarum, qui eruerunt regionem suam de manu mea, vt possit eruere dominus Ierusalem de manu mea? Tacuit itaque populus, & non respondit ei quicquam. Siquidem præceptum Regis acceperant: vt non responderent ei. † Venítque Eliachim filius Helchiæ prępositus domus, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentariis, ad Ezechiam scissis vestibus, & nuntiauerunt

2. Eam post tres annos.
[d. Hoc enim significat scriptorem posteriorem ex prophetis, qui scripserunt quæ suis temporibus acciderunt, historiã transcripsisse. Euidenter ante rex Samaritanorũ, quinque sunt, descripsit vnde tunc & quomodo ex necessitate legem Moysi custodierint. Procopius ibidem.]
3. Iuxta fluuium.
e. Senacherib 4. rex Babyloniorum post diuisum monarchiam in Medos & Babylonios, licet sacræ scripturæ vocent eos Reges Assur, vel Assyriorũ: quos ignorauit Eusebius in suis Chronicis.

*Domus.
4 Postes quos operuerat Ezechias rex Iuda.
f. Anno sequenti cùm Ezechias tantã summam impositam soluere negaret, vel fortè non posset, misit rex Assyriorum exercitum suũ contra Ierusalem postquam deuicit regẽ Aethiopiæ.
[g. Hæc Rapsaces dixit, quę verisimile est Hebræum fuisse, & vel spõte ad Assyrios profugisse, vel bello captũ esse, & vt Assyriis suam benevolentiam ostenderet exercitum confirmasse. Hebraica enim lingua vsus orationẽ habuit Procop. ibid.]
5. Dicite quæso Ezechiæ.
6. Dicis ne: Certe per verbum labiorum per consilium & fortitudinem accingar.
*Contra me.

[h. Volfs innuere Ezechiam [i] diminuisse à Pharaone cultum diuinum, & sic non potest confidere in ipsum, cùm magis offenderit eum quàm placuerit. De Lyra.]
7. Trade obsides domino meo regi.
[i. Rapsaces vt paucitatem obsessorum ostenderet, duo milia equorũ pollicetur, quorum ascensores Ezechias nõ haberet: non de imbecillitate populi venit quasi equitandi ignari, sed quia deus præcerit ne rex Israel equos & vxores sibi multiplicaret. Raba. ibidem.]
8. Si tamen pusilis ponere super eos ascensores.
9. A tertiario saltẽ vnius ducis.
10. Absque domino.
k. Id est, quod necesse est populum talibus terroribus commoueri, & vanam rectare virtutem. Loquere linguam quam populus non nouit. Rabanus ibidem.
11. Aquas pedum suorum.
l. Per quod ostendit fame eos & siti esse capiendos. Simúlque illecebra mitigat timorẽ: vt quos terrore non vicit, persuasione decipiat. Angelomus.
m. Hoc est, facite quod vobis prosit, & in benedictionem vestram proficiat: & benedicite regi Assyriorum, & laudate eũ vt dominum, confitemini, vt præmia consequamini. Euche.
12. Benedictionem.
[n. Hoc est, vnusquisque viuet pacificè & quietè in terra ista, donec veniam & transferã vos sicut mos est regis Assyriorum trãsferre gentem sibi subiectã, de terra sua natiua ad aliam in qua sit magis securus. Sic enim rex Assyriorum iam ante fecerat de Osee rege Israel & eius populo. De vra.]
13. Frumenti, &.
*Quisque.
o. Ostendit ha um ciuitatum siue gentium diis seruisse Samaritas: & quia non erant dij sed idola, merito cultores vanitatis dicebat esse subuertsos. Rabanus ibidem.
p. Emath vbi est Cœlesyriæ, quæ nunc Epiphania dicitur.
q. Arphat ager Damascenus est, & eiusdem nominis dicunt ibidem esse fluuium & vrbem.

tiauerunt ei verba Rapsacis.

*Angelus domini centum octoginta quinque milia Assyriorum percutit fugiente Sennacherib in templum idolorum suorum, vbi à filiis interficitur.* XIX.

A †Vt cùm audisset Ezechias rex,[a] scidit vestimenta sua, & opertus est sacco, ingressúsque est domum domini, & misit Eliachim præpositum domus, & Sobnam scribam, & senes de sacerdotibus opertos saccis ad Isaiam prophetam filium Amos. Qui dixerunt: Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis, & increpationis, & blasphemiæ dies iste.[b] Venerunt filij vsque ad partum, & vires non habet parturiẽs. Si fortè audiat dominus deus tuus vniuersa verba Rapsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus, vt exprobraret deum viuentem, & argueret verbis, quæ audiuit dominus deus tuus: & fac orationem pro reliquiis quæ repertæ sunt. Venerunt ergo serui Regis Ezechię ad Isaiam. B [β] Dixitque eis Isaias: Hæc dicetis domino vestro, Hæc dicit dominus: Noli timere à facie sermonum, quos audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me. Ecce ego immittam ei spiritum, & audiet [1] nuncium,] & reuertetur in terram suam, & [2] deiiciam eum gladio in terra sua. Reuersus est ergo Rapsaces, & inuenit regem Assyriorum expugnantem Lobnam: Audierat enim quòd recessisset de Lachis. Cúmque audisset de Tharácha rege Æthiopiæ, dicentes: ecce egressus est vt pugnet aduersum te,[3] & iret cõtra eum:] C [c] misit nuncios ad Ezechiam, dicens: Hæc dicite Ezechię regi Iuda: Non te seducat deus tuus, in quo habes fiduciam: neque dicas: non tradetur Ierusalem in manus regis Assyriorum. [γ] Tu enim ipse audisti quę fecerunt Reges Assyriorum vniuersis terris: quomodo vastauerunt eas. [4] Tu ergo solus poteris liberari?] Nunquid liberauerunt dij gentium singulos, quos vastauerunt patres mei, Gozam videlicet, & Haran, & Reseph, & filios Eden: qui erant in Thelassar?] Vbi est Rex Emath, & rex Arfad, & rex ciuitatis Sefaruáim Hana & Aua? Itaque cùm accepisset Ezechias literas de manu nuntiorum, [d] & legisset eas, ascendit in domum domini, & expandit eas coram domino, & orauit in conspectu eius, dicens: Domine deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu es deus solus regum omnium terræ: tu fecisti cœlum & terram. Inclina* au- D rem tuam & audi. [δ] Aperi domine oculos tuos & vide, & audi omnia verba Sennacherib, [6] quæ misit, vt exprobraret nobis] deum viuentem. [e] Verè domine, dissipauerunt reges Assyriorum gentes & terras omniũ: & miserũt deos eorum in ignem. Non enim erant dij, sed opera manuum hominum, ex ligno & lapide: & perdiderunt eos. Nunc igitur dominus deus noster, saluos nos fac de manu eorum: vt sciant omnia regna terræ, quia tu es dominus deus solus. Misit autẽ Isaias filius Amos ad Ezechiã: dicens: Hæc dicit dominus deus Israel: quę deprecatus es me super Sennacherib rege Assyriorum, audiui. Iste est sermo, quem locutus est dominus de eo. Spreuit te, & E subsannauit te [f] virgo filia Sion, post tergum tuum caput mouit filia Ierusalem. [ζ] Cui exprobrasti, & quem blasphemasti? Contra quem exaltasti vocem tuam, & eleuasti in excelsum oculos tuos? Contra sanctum Israel. Per manum seruorum tuorum exprobrasti domino, & dixisti. [ε] In multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium [7] in summitate] Libani, & succidi sublimes cedros eius, & electas abietes illius. Et [8] ingressus sum vsque ad terminos eius, & saltum Carmeli eius ego succidi.] Et * bibi aquas alienas, & siccaui vestigiis pedum meorum omnes [9] aquas clausas.] Nunquid non audisti quid ab initio fecerim? Ex diebus antiquis plasmaui illud, & [10] nunc adduxi. Erúntque in ruinam collium compugnantium ciuitates munitæ: ] & F qui sedent in eis humiles manu. [ϛ] Contremuerunt & confusi sunt, facti sunt velut fœnum agri, & [11] virens herba tectorum, quæ arefacta est antequam veniret ad maturitatem.] Habitaculum tuum, & egressum tuum, & introitum tuum, [12] & viam tuam,] ego præsciui, & furorem tuum contra me. Insanisti in me, & [12] superbia tua ascendit in aures meas.] Ponam itaque circulum in naribus tuis, & chamum in labiis tuis, & reducã te in viam per quam venisti. Tibi autem Ezechia hoc erit signum:

a. Mira regis humilitas & prudentia, dimisso regio cultu, & obuolutus sacco ad templum pergit. De palatio princeps sacerdotum non stolis sed ciliciis amictos mittit ad Isaiam, & dicit: Dies hæc tribulationis nostræ, correctionis dei, & blasphemiæ hostium. Rabanus ibidem, & post eum Eucherius.

b. Vtinam, inquit, animo audiẽtes nephãdas illas blasphemias cæterum pœnas exuere ab impiis illis hominibus non possimus. Quare deum, qui audiunt blasphemias illas oramus vti prophanos illos doceat ne vnũ quidem esse illorum quos deos appellant. Procop. ibidem.

1. Rumorem.
2. Ego procurabovt in terra sua cadat in gladium.

3. Reuersus est, & iterũm.

c. Contra Sennacherib regis blasphemias solita arma Ezechias arripuit, tutúsque pergit ad templum, & epistolas expédit coram domino, audacter dominum deprecatus, & solũ deũ asserit esse viuentem. Euche.

4. An tu liberaberis?

5. Bithlasar.

d. Vt duo pariter Ezechias quæ optabat audiret: se de obsidione & periculo liberandũ, & inimicum tranimque Regẽ in sua terra esse moriturum. Idem.

*Domine.

6. Qui hunc misit ad blasphemandum.

[e. Missis igitur ad Isaiã prophetam amicis aliquot & sacerdotibus, rogauit vt pro communi salute precibus deum solliciret ac sacrificiis, vt frangẽs nimias spes hostium misereatur sui populi: paruit Propheta, & monitus oraculo iussit Regẽ atque amicos bono esse animo, prædicens hostem sine prælio victum discessurum cum ignominia, & positurum ferocem animum, dcũ enim ei moliri pernicium. Iosephus antiq. Iudaic. lib. 10. ca. 1.]

f. Quia cunctis gentibus idola adorantibus, sola conseruat castitatem religionis vnius dei. Rabanus ibidem.

g. Quæ vel de cunctis gentibus metaphoricè principibúsque earum debemus accipere, vel Ierusalem, quæ interpretatur Libanus. Euche.

7. Latera.

8. Ingrediar in diuersorium niduli eius: atque in Syluam planitiei eius.

* Fodi, &c.

9. Lacus obsidionis.

10. Nónne modo adduxerã ea, vt fiat in desolationem, & munitæ vrbes redigantur in aceruos ruinarum!

11. Olus recens, & fœnum tectorum, aut seges immatura, & vrtdine percussa.

12. Fœlicem te esse putas, ascendit hoc ad aures meas.

Comede hoc anno quæ repereris, in ſecundo autē anno, quæ ſpontè naſcuntur. Porrò in anno tertio ſeminate, & metite: plantate vineas, & comedite fructum earum. Et [a] quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda,] mittet radicem deorſum: & faciet fructum ſurſum. [b] De Ieruſalem quippe egredientur reliquiæ, & quod ſaluetur de monte Sion. Zelus domini exercituum faciet hoc. Quamobrem hæc dicit dominus de rege Aſſyriorum: Non ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eam ſagittam, nec occupabit eam [14] clypeus: nec circundabit eam munitio.] Per viam qua vēnit reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit dominus: [i] protegámque vrbem hanc, & ſaluabo eam, propter me, & propter Dauid ſeruū meum. † Factum eſt igitur in nocte illa, venit angelus domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorū centumoctoginta quinque milia. Cúmque diluculo ſurrexiſſet, vidit omnia corpora mortuorum, & recedens abiit. Et reuerſus eſt Sennacherib rex Aſſyriorum, & manſit in Niniue. Cúmque adoraret in templo Neſroch deum ſuum, Adramélech & Saraſar filij eius percuſſerunt eum gladio, fugerúntque in terram Armeniorum, & regnauit [k] Aſaraddon filius eius pro eo.

a. Addet quod ſaluatum eſt de filia Iuda, & quod reſiduū manſit.

b. Quæ implebūt terrā Iudeam, non ſub merito, ſed dei miſericordia, imò zelo quo aduerſus impios zelatus eſt populū ſuū. Hucherius.

14. Clypeo indutus nec fundet contra eam aggerem.

i. Licet ipſi indigni ſint, & nullā ſalutis habeant occaſionem: uerū quia ſolitus ſum miſericorditer agere, propter meipſum facil, & propter Dauid puerū meū, qui ante hos ānos è vita migrauit. Hic author erit ſalutis his qui ſua ſeſe perdiderunt deſidia. Chryſo. homi. 42. ſuper Geneſin.

k. Aſaraddon. 5. rex Babyloniorum poſt diuiſam monarchiam Aſſyriorum in Babylonios & Medos.

*Sol in cælo pœnitente Ezechia in infirmitate retrocedit. Ab Aſſyriis autem muneribus donatus theſauros oſtendit, ab Eſaia taxatus: cui Manaſſes filius ſucceßit.* XX.

[a] IN diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad mortem: & venit ad eum Iſaias filius Amos prophetes, dixítque ei: Hæc dicit dominus deus: [b] Præcipe domui tuæ: [c] † Moriēris enim tu, & non viues. Qui conuertit faciem ſuam ad parietem: & orauit dominum, dicens: Obſecro domine, memento quæſo, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto: & quod placitum eſt coram te fecerim. [d] Fleuit itaque Ezechias fletu magno. Et antequam egrederetur Iſaias mediam partem atrij, factus eſt ſermo domini ad eum, dicens: Reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei: Hæc dicit dominus deus Dauid patris tui: [e] Audiui orationem tuam, vidi lachrymam tuam, & ecce ſanaui te. Die tertio aſcendes templum domini, & addam diebus tuis quindecim annos. [f] Sed & de manu regis Aſſyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc: & protegam vrbem iſtam propter me & propter Dauid ſeruum meum. Dixítque Iſaias: Afferte maſſam ficorum. Quam cū attuliſſent, & poſuiſſent ſuper vlcus eius, curatus eſt. Dixerat Ezechias ad Iſaiam Quod erit ſignum, † quia dominus me ſanabit, & quia aſcenſurus ſum die tertia templum domini? Cui ait Iſaias: Hoc erit ſignum à domino, quòd facturus ſit dominus ſermonem quem locutus eſt: Vis vt aſcendat vmbra decem [1] lineis, an vt reuertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias: Facile eſt vmbram [2] creſcere] decem lineis. [3] Ne hoc volo vt fiat: ſed] vt reuertatur retrorſum decem gradibus. Inuocauit itaque Iſaias propheta dominum: & reduxit vmbram per lineas quibus iam deſcenderat in horologio Achaz, retrorſum decem gradibus. † [g] In tempore illo miſit [f] Berodach Baladan filius Baladan Rex Babyloniorum literas & munera ad Ezechiam: Audierat enim quòd egrotaſſet Ezechias. Lætatus eſt autem in aduentu eorū Ezechias, & oſtendit eis domum [4] aromatum,] & aurum & argentum, & pigmenta varia, vnguēta quoque, & domum vaſorum ſuorum, & omnia quæ habere poterat in theſauris ſuis. [5] Nō fuit verbum quod] non monſtraſſet eis Ezechias in domo ſua: & in omni poteſtate ſua. Vēnit autem Iſaias Propheta ad Regem Ezechiam, dixítque ei: Quid dixerunt viri iſti, aut vnde venerunt ad te? Cui ait Ezechias: De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone. [g] At ille reſpondit. Quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias: Omnia quæcunque ſunt in domo mea, viderunt. Nihil eſt enim, quod non mōſtrauerim eis in theſauris meis. Dixit itaque Iſaias Ezechię: Audi ſermonem domini: Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ ſunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui vſque in diem hanc in Babylonem. Non remanebit quicquam, ait dominus. Sed & de filiis tuis, qui egredientur ex te, quos generabis, tollētur: & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Dixit Ezechias ad Iſaiam: Bonus ſermo domini, quē [6] locutus eſt.]

a. Annō 15. regni ſui.

b. Commenda cupiam viro prudenti domum tuam.

c. Ne eleuaretur cor Ezechiæ poſt tot incredibiles triūphos, infirmitate corporis viſitatur, & audit ſe eſſe morituru, vt conuerſus ad dominum flectat ſententiam. Rabanus.

d. Fleuit propter promiſſionē Domini ad Dauid quam videbat in ſua morte periturā: quia nondum Ezechias filium habebat. Nam poſt mortem eius Manaſſes cūm duodecim eſſet annorum, regnare cœpit, ex quo perſpicuū eſt poſt tertium annum conceſſæ vitæ Manaſſen eſſe generatum. Glo. ord.]

e. Si gratia ſupplicij corpori cōmodatur, cur Ezechias vir ſanctus atque probus prorogationem huius vitæ petiiſſe aut lachrymis eius commotus, beneficij loco illi adiecit? Calamitatē enim potius & cruciatum, quàm donum & gratiam, ſi aliquid veritatis iſtæ nugæ habent, illi contuliſſe videtur. Sed donū certè fuit ac gratia prorogatio vitæ, nō ergo ad ſupplicium animis corpora dātur. Cyril. in Euan. Ioan. lib. 1.

1. Gradibus.

2. Declinare.

3. Non autem ſi vmbra.

f. Non ſatis compertum habeo quamnam Hebræi hunc vocent hic Berodach, quem lect. 50. vocauit Merodach cum cæteris hiſtoricis. Hic autem 6. eſt rex Babyloniorum, qui poſtquam Babylone. 12. regnauit annis, monarchiam tranſtulit ad Chaldæos, vbi regnauit 40. annis.

4. Theſauri ſui.

5. Non fuit res vlla quàm, vel nihil fuit quod.

g. Si iuſti duntaxat memoria eſtum potuit, cū & opera pro ipſo fuerint, quàtum nō valebit ſanctū pro defunctis deprecatiu? Non temerè hæc ab Apoſtolis ſancita fuerunt, vt in tremēdis myſteriis defunctorum agatur cōmemoratio. Sciuit enim illis inde multum cōferre lucrū, vtilitatem multam. Chry. hom. 69. ad populum Antiochenum.

6. Tu loquutus es.

est.] [g] Sit tantum pax & veritas in diebus meis. Reliqua autem sermonum Ezechiæ,& omnis fortitudo eius,& quomodo fecerit piscinam, & aquæductum, & introduxerit aquas in ciuitatem,nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda? Dormiuítque Ezechias cum patribus suis, & regnauit Manasses filius eius pro eo.

[g. Pœnituit enim,& sic accepta uit domini sententiam, supra se, & supra regnum suum,propter quod & pœna illa non fuit inducta temporibus suis, sed fuit dilata vsque ad tẽpora Ioabim & Sedechiæ. Quòd cùm dictum sibi fuisset per Isaiam, dixit: Sit tantum pax & veritas in diebus meis. De Lyra.)

*Quàm impiè Manasses vixerit,cui mortuo successit Amon patrem imitatus,cui per seruos occiso succedit Iosias filius,in nullo patrem imitatus.* XXI.

A DVodecim annorum erat Manasses cùm regnare cœpisset: & quinquaginta quinque annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Aphsiba. [a] Fecítque malum in conspectu domini, iuxta[1] idôla ]gentium, quas deleuit dominus à facie filiorum Israel. Conuersúsque est, & ædificauit excelsa, quæ dissipauerat Ezechias pater eius: & erexit aras Baal, & fecit lucos, sicut fecerat Achab rex Israel: & adorauit omnem militiam cœli, & coluit eam. Extruxítque aras in domo domini, de qua dixit dominus: [†] in Ierusalem ponam nomen meum:& extruxit altaria vniuersæ militiæ cœli,in duobus atriis templi domini. Et traduxit filium suum per ignem,& [b]ariolatus est,& obseruauit auguria,& [2] fecit Pytones, & aruspices multiplicauit: vt faceret malum coram domino,& ]irritaret eum. Posuítque idôlum luci,quem fecerat,in templo domini, [†] super quo locutus est dominus ad Dauid & ad B Salomonem filium eius: [*] In templo hoc & in Ierusalem, quem elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum: & vltrà non faciam cõmoueri pedem Israel de terra, quam dedi patribus eorum, si tamen custodierint opere, omnia quæ præcepi eis, & vniuersam legem, quam mandauit eis seruus meus Moyses. Illi verò non audierunt, sed seducti sunt à Manasse [c], vt facerent[3] malum super ]gentes,quas contriuit dominus à facie filiorum Israel. Locutúsque est dominus in manu seruorum suorum prophetarum, dicens: [†] Quia fecit Manasses rex Iuda abominationes istas pessimas super omnia quæ fecerunt Amorræi ante eum, & peccare fecit etiam Iudam in immunditiis suis, propterea hæc dicit dominus deus Israel: Ecce ego inducam mala super Ierusalem vt Iudam, vt quicunque audierit, tinniant ambæ aures eius. [*] Et [d] extendam super Ierusalem funiculũ Samariæ, & pondus domus Achab, & [4] delebo ]Ierusalem, sicut [5] deleri solent tabulæ. Delens vertam & ducam crebrius stilum super faciem eius.] Dimittam verò reliquias hereditatis meæ, & tradam eas in manus inimicorum eius, erúntque in vastitatem, & in rapinam cunctis aduersariis suis: eò quòd fecerint malum coram me,& [6] perseuerauerint irritantes ]me, ex die qua egressi sunt patres eorum ex Ægypto vsque ad hanc diem. [e] Insuper & sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleretur Ierusalem [7] [f] vsque ad os,] absque peccatis suis,quibus peccare fecit Iudam,vt faceret malum coram domino. Reliqua autem sermonum Manassæ, & vniuersa quę fecit, & peccatum eius quod peccauit,nónne hęc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda? Dormiuítque Manasses cum patribus suis, & sepultus est in horto domus suę, in horto D Ozam: & regnauit Amon filius eius pro eo. [*] Vigintiduorum annorum erat Amon cùm regnare cœpisset, duobus quoque annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Messallémeth,filia Arus de Ietheba. [g] Fecítque malum in conspectu domini, sicut fecerat Manasses pater eius, & [h] ambulauit in omni via per quam ambulauerat pater eius. Seruiuítque immunditiis quibus seruiebat pater eius & adorauit eas, & dereliquit dominum deum patrum suorum, & non ambulauit in via domini. Tetenderúntque ei insidias serui sui: & interfecerunt Regem in domo sua. Percussit autem populus terræ omnes qui coniurauerunt contra Regem Amon: [i] & constituerunt sibi Regem Iosiam filium eius pro eo. Reliqua autem sermonum Amon quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum Regum Iuda? Sepelierúntque eum in sepulchro suo in horto Ozam,& regnauit Iosias filius eius pro eo.

a. Manasses impius idôla erexit templũ coinquinauit, filios diis immolauit, Ierusalem innocentum sanguine replauit, prophetarum vaticinia sprenit. Quas ob res Ben Merodach rex Assyrius Iudæam inuasit, Regẽ dolo cepit,in Babylonem captum duxit anno. 42. regni sui. Qui captiuus dominum agnoscens post 10. annos,resipuit,pœnitentiam egit, regnoque restitutus idololatriam abolauit, domino seruiens per 4. annos.
1. Abominationes.
b. Hæc omnia sine Auguratio, siue auspicio, siue quælibet immolatio,sine etiam sortitio,aut quicũque motus auium,vel pecudum,& inspectio quæcunque fibrarum, aut aliquid quod de futuris videatur offendere, in operatione dæmonum fieri nõ dubito. Eucherius.
2. Instituit Pythones,& diuinos multumque malum fecit in oculis domini,vt.
c. Manasses testatur naturam in animatis nõ vincere,sed voluntatem & iudicium. Nam institutum & rationem vitæ. Itémque administrandi rempublicã quã pater vius erat relinquens contrarii secutus est. Proco. ibi.
3. Peiora quàm.

d. Qua mensura mensuraui Samariam,eadem etiam mensurabo Ierusalem.
4. Abstergam.
5. Detergit quis patellam,& detersam vertit in faciem suam.

6. Irritauerunt.

e. Sub Ezechia rege fuerũt multi & boni & iusti ciues in Ierusalem,qui noluerunt huic Manassæ cõsentire in vitiis memoratis,ideo eos occidit. Diony.
7. Ab angulo in angulum.
[f. Illos enim maximè è medio tollebat qui sese impietati opponerent,& iram dei ei denunciarent. Hunc aiunt Isaiam quoque prophetã serra secuisse: Manassem verò dicit liber Paralipomenon cùm pœnitentiam ageret,restitutũ esse. Proco. ibi.]
g. Amon dum patris opera imitaretur quæ in iuuentute præsumpserat, dolum passus à suis peremptus est.
h. Nullus inuenitur grauiùs peccasse quàm Manasses. Vnde patet quòd Amon filius eius non committeris grauiora peccata. Nõ enim legitur occidisse prophetas & iustos. Diony.
[i. Iosias omnẽ spurcitiam idolorum emendauit, & se in deiculum strenuè exercuit, sicut de illo longè antè prædictum est per prophetam supra lib. 3. ca. 13. his verbis. Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomine,&c. Rabanus ibidem.]

*Iosiæ pietas in templi instauratione, in Deuteronomij lectione, idololatriæ purgatione, domini consultatione, & eius responsione.* XXII.

OCto annorum erat Iosias cùm regnare cœpisset: & triginta vno anno regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Idida filia Adaia de Besacht. [a] Fecitque quod placitum erat coram domino, & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui. Non declinauit ad dexteram siue ad sinistram. Anno autem octauodecimo Regis Iosiæ, misit Rex Saphan filium Asalia filij Mesullam scribam templi domini, dicens ei: Vade ad Helchiam sacerdotem magnum, vt [1] consletur pecunia, quæ illata est in templum] domini, quam collegerunt [2] ianitores templi] à populo: detúrque [3] fabris per præpositos domus] domini. Qui & distribuant eam his qui operantur in templo domini ad [4] instauranda sartatecta] templi domini, tignariis videlicet & cæmentariis, [5] & iis qui interrupta componunt: & vt emantur ligna, & lapides de lapidicinis ad [5] instaurandum] templum domini. Veruntamen [6] non supputetur eis argentum quod accipiunt,] sed in potestate habeant & in fide.] Dixit autem Helchias pontifex ad Saphan scribam: [b] Librum legis reperi in domo domini. Dedítque Helchias volumen Saphan scribæ: qui & legit illud. Venit quoque Saphan scriba ad Regem: & renunciauit ei [7] quod præceperat,] & ait: Conflauerunt serui tui pecuniam, quæ reperta est in domo domini: & dederunt, vt distribueretur fabris ac præfectis operum templi domini. Narrauit quoque Saphan scriba Regi, dicens: [c] Librum dedit mihi Helchias sacerdos. Quem cùm legisset Saphan coram Rege, & audisset Rex verba libri legis domini, scidit vestimenta sua, & [d] præcepit * Helchiæ sacerdoti, & Ahicham filio Saphan, & Achobor filio Michaiæ, & Saphan scribæ, & Asaiæ seruo Regis, dicens: Ite, & consulite dominum super me, & super populo, & super omni Iuda de verbis voluminis istius, quod inuentum est. Magna enim ira domini succensa est contra nos, quia non audierunt patres nostri verba libri huius, vt faciant * omne quod scriptum est [8] nobis.] [d] Ierunt itaque Melchias sacerdos, & Ahichan, & Achobor, & Saphan, & Asaia, ad Oldam prophetidem, vxorem Sellum filij Thecuæ, filij Aras, custodis vestium: quæ habitabat in Ierusalem, in [9] secunda, ]locutíque sunt ad eam. Et illa respondit eis: Hæc dicit dominus deus Israel: Dicite viro qui misit vos ad me, Hæc dicit dominus: [e] Ecce ego adducam mala super locum istum, & super habitatores eius, [e] omnia verba legis quæ legit Rex Iuda: quia dereliquerunt me & sacrificauerunt diis alienis, [10] irritantes] me in cunctis operibus manuum suarum. Et succendetur indignatio mea [11] in loco hoc,] & non extinguetur. Regi autem Iuda, qui misit vos, vt consuleretis dominum, sic dicetis: Hæc dicit dominus deus Israel: Pro eò quòd audisti verba voluminis, & [12] perterritum est] cor tuum, & humiliatus es coram domino, auditis sermonibus contra locum istum, & habitatores eius, quod videlicet fierent in [13] stuporem,] & in maledictum, & scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me, & ego audiui, ait dominus: idcirco colligam te ad patres tuos, & [f] colligeris ad sepulchrum tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala quæ inducturus sum super locum istum.

1. Iosias supra trecentos annos antequã nasceretur, nominatus octauo regni sui anno spurcitiam idolorum emũdauit, & se in dei cultu exercuit, sicut de illo fuerat prophetatũ. 3. Re. 13. a

1. Cesset colligere pecuniã, quæ infertur in domum.
2. Custodes vestibuli.

3. In manus eorum qui faciunt opus, & qui constituti sunt super domum.
4. Instaurandam ruinam.

5. Reficiendum.
6. Ratio non exigatur eis de pecunia, quæ data est in manum eorum, quoniam fideliter agere solent.
[b. Dicit Rab. Sal. Cùm Achaz quæreret libros legis dei ad cõburendum, ille fuit absconditus in muro templi. Et sic cùm repararentur muri, fuit inuentus. De Lyra.]
7. Verbum.

c. Quidam dicunt hunc librum occultatũ fuisse cùm Achaz rex impius quæreret omnes libros legis ad comburendum. Alij & tẽpore Manasse hoc acciderit. Alij dicunt hunc librum in arca repositum, & in templo inclusum. Diony.
*Rex.

*Iuxta.
8. Propter nos.
[d Auditis regijs mãdatis prophetissa iubet ei nunciari quod deus semel contra eos sententiã tulerit, quæ nullis supplicationibus irrita fieri possit, vt populus eiiciatur suis propriis sedibus, & omnibus præsentibus cõmodis propter non seruatas leges mulctetur. Iosep. Antiq. Iuda. lib. 10. cap. 5.]
9. Domo doctrinæ.
e. Ferunt Hebræi inuidisse Regem in lectionem. 29. ca. Deut.
10. Vt irritarent.
11. Contra locum istum.

12. Mollitum.

13. Desolationem.
f. Quomodo colligitur in pace, qui occisus in bello? Respondet primo in pace pectoris collectã ad patres suos. Secũdò quia collectus est cum pace populi, cùm nullum in Iuda bellum. Tertiò, quia collectus est ad patres in limbo pacem cõtinuam habentes. Diony. ibid.

*Iosias renouato dei cultu, abiectis prophanis, celebrato pascha solenni, occiditur in Mageddo, cui successit Ioachaz, quem Aegyptus captiuat, & imposita mulcta in Iuda Ioachim Regem constituit.* XXIII.

ET [1] renunciauerunt Regi quod dixerat. Qui misit: & [a] congregati sunt [2] ad eũ omnes senes Iuda & Ierusalem. Ascenditque Rex templũ domini, & omnes viri Iuda, vniuersíque qui habitabant in Ierusalem cum eo, sacerdotes & prophetæ, & omnis populus à paruo vsque ad magnũ. legitíq; cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuentus est in domo domini. Stetítque rex [1] super gradum, & fœdus percussit coram domino vt ambularent post dominum, & custodirent præcepta eius: & testimonia & [2] cęremonias] in omni

a. Stans igitur super gradum legit cunctis audientibus omnia verba libri Deuteronomij inuenti, & percussit fœdus coram domino, & compulit omnes sacramenta præstare, vt leges illius facerẽt per omnia custodirẽt. Et deleuit auspices & maleficos omnes, & omnia vestigia idololatriæ redegit in puluerem. Comestor.
1. Iuxta columnam.

2. Statuta eius.

in omni corde & in tota anima: & [3] suscitarent ] verba fœderis huius, quæ scripta erant in libro illo. Acquieuitque populus pacto. † Et [b] præcepit Rex Helchiæ pontifici, & sacerdotibus secundi ordinis, & ianitoribus, vt proiicerent de templo domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal, & [4] in luco & vniuersæ militiæ ] cœli: & cõbusit ea
B foris Ierusalem, in conualle Cedron: & tulit puluerem eorum in Bethel. § Et [5] deleuit aruspices ] quos posuerãt reges Iuda ad sacrificandum in excelsis per ciuitates Iuda, & in circuitu Ierusalem: & eos qui adolebant incẽsum Baal, & soli, & lunæ, & [6] duodecim signis ] & omni militiæ cœli. Et [7] efferri fecit ] lucum de domo domini foras Ierusalem in conualle Cedron, & combusit eum ibi * & redegit in puluerem, & proiecit super sepulchra [8] vulgi. ] Destruxit quoque ædiculas effœminatorum, quæ erant in domo domini, [9] pro quibus ] mulieres texebant [10] quasi domunculas luci. ] Congregauitque omnes sacerdotes de ciuitatibus Iuda, & contaminauit excelsa, vbi sacrificabant sacerdotes, de Gabaa vsque Bersabee. Et destruxit aras portarum, in introitu hostij [11] Iosiæ ] principis ciuitatis, quod erat ad sinistram portæ ciuitatis. Veruntamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare domini in Ierusalem, sed tantum comedebant azyma in medio fratrum suorum. § Contaminauit quoque [c] To-
C phet: quod est in conualle filij Ennon: vt nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem [d] Molóch. Abstulit quoque equos, quos dederãt reges Iudæ soli, in introitu tẽpli domini, iuxta [e] exedram Nathamélech eunuchi qui erat in [12] Pharurim, ] currus autem solis cõbusit igni. Altaria quoque quæ erant super tecta cœnaculi Achaz, quæ fecerant reges Iuda, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atriis templi domini, destruxit Rex: & cucurrit inde & dispersit cinerem eorum in torrentẽ Cedron. Excelsa quoque quæ erant in Ierusalem ad dextram partem montis [13] offensionis, ]
† quæ ædificauerat Salomon Rex Israel [f] Astaroth idõlo Sidoniorũ, & Chamos [14] offensioni ] Moab, & Melchon abominationi filiorum Ammõ, polluit Rex, & cõtriuit
D statuas, & succîdit lucos: repleuitque loca eorum ossibus mortuorum. § † Insuper & altare quod erat in Bethel, & excelsum quod fecerat Ieroboã filius Nabath qui peccare fecit Israel, † & altare illud * excelsum destruxit, atque cõbusit, & cõminuit in puluerem: succenditque etiam lucum. Et conuersus Iosias vidit ibi sepulchra, quæ erant in monte: misitque & tulit ossa de sepulchris, & combusit ea super altare, [15] & polluit ] illud, † iuxta verbum domini, quod locutus est vir dei qûi prædixerat verba hæc. Et ait: Quis est titulus ille quem video? Responderuntque ei ciues vrbis illius: § Sepulchrum est hominis dei, qui venit de Iuda: & prædixit verba hæc quæ fecisti super altare Bethel. Et ait: Dimittite eum: Nemo commoueat ossa eius. Et intacta manserunt ossa illius, cum ossibus prophetæ qui venerat de Samaria. § [h] Insuper & omnia
E phana excelsorum. quæ erant in ciuitatibus Samarię quæ fecerant reges Israel, ad irritandum dominum, abstulit Iosias: & fecit eis secũdum omnia, quæ fecerat in Bethel. Et occidit vniuersos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi, super altaria: & combussit ossa humana super ea. Reuersúsque est Ierusalem. Et præcipit omni populo dicens: † Facite [i] Phase domino deo vestro, secundum quod scriptum est in libro fœderis huius. Nec enim factum est Phase tale, à diebus iudicum, qui iudicauerunt Israel, & omnium dierũ Regum Israel, & Regum Iuda: ⊱ sicut in ] octauodecimo anno regis Iosiæ factum est Phase istud domino in Ierusalem. Sed & Pythones & ariolos, & figuras idolorum, & immunditias, & abominationes, quæ [16] fuerunt ] in terra Iuda & Ierusalem, abstulit Iosias: vt [17] statueret ] verba legis, quæ scripta sunt in libro, quem inuenit Helchias sacerdos in templo domini. [k] Similis illi nõ fuit ante eum
F Rex, qui reuerteretur ad dominũ in omni corde suo, & in tota anima sua, & vniuersa virtute sua, iuxta omnem legem Moysi: neque post eum surrexit similis illi. § Veruntamen non est auersus dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius cõtra Iudam, propter irritãtiones quibus prouocauerat eum Manasses. Dixit itaque dominus: Etiam Iudam auferam à fácie mea, sicut abstuli Israel, & proiiciam ciuitatem hanc quam elegi, Ierusalem, & domum de qua dixi: erit nomen meum ibi. Reliqua

3. Exequerentur.
[b Idololatriæ destructio, & primo in templo domini quod erat deputatum diuino cultui, sed reges idololatræ introduxerant ibi cultum idololatriæ. De Lyra. ibidem.]
4. Pro lucis, & pro vniuersa militia.
5. Cessare fecit ministros Baal.
6. Planetis.
7. Eliminauit
* In torrente Cedron.
8. Filiorum populi [qui scilicet Idola coluerãt, vt idolum cum suo cultore perite videretur.
9. In quibus.
10. Cortinas pro luco.
11. Iosiæ.
c. Locus erat dictus Tophet, quod dicitur tympanum quoniam sacerdotes Moloch, tympanum pulsabant, ne pueri trãseuntes per ignem ad brachia Moloch à parentibus audirẽtur, & eorum viscera commouerent.
d. Idolum concauum habens caput vituli, & manus hominis extentas inter duos ignes ad quod impellebantur pueri inter eius brachia comburendi, vt gratum fieret illi sacrificium.
e. Cameram.
12. Suburbiis.
13. Olineti
[f Astaroth, Astarten significat. Veneris autem statuam iussit in Dei templo cõstitui. Dr. Illud vero in quo mulieres texebant, Aquila sic interpretatus est: Vbi indumenta faciebant illis qui à Domino tornicati essent. Procopius ibid.]
14. Idolo.
* Et illud.
15. Vt contaminaret, vel prophanaret.
g. Ea igitur quæ veniens propheta ad Ieroboam, cum ille ta crificaret & omnis populus audiens quæ futura esse prædixerat, hoc modo terminum perceperunt. Ioseph. lib. 10 ca. 9.
[h. Quia Iudæ decem tribus, qui captiuatis aliis latuerant, & postea habitabant in ciuitatibus illis, obediebant Iosiæ ad commonitionẽ Ieremiæ prophetæ, vt dicit Rab. Salo. De Lyra.]
i. Iosias anno 10 regni sui templum instaurari præcepit, iudex cum domino legis libro inuento peccatis, & celeberrimum Phase cum vniuersio populo celebrauit.
16. Conspiciebantur.
17. Impleret.
k. Licet enim Dauid in aliquibus fuerit deuotior, Salomon sapientior, & Ezechias clemẽtior, hic autem cæteris omnibus innocentior: quia in talia crimina vt Dauid, vt Salomõ, vt Ezechias non errauit.
[l. Quia sanctitas Iosiæ non expiauit malitias prædecessorũ suorũ, quæ fuerant minus magnæ, & quantum ad grauitatẽ criminum, & quantum ad diuturnitatẽ temporum. De Lyra.]

Universidad de Deusto
Biblioteca



autem sermonum Iosiæ, & vniuersa quę fecit, nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iudæ? † In diebus eius ascendit Pharao Nechao, Rex Ægypti cõtra regem Assyriorum ad flumen Euphráten. Et abiit Iosias rex in occursum eius, & [18.m] occisus est ] in Mageddo, cum vidisset eum. Et portauerunt eum serui sui [n] mortuum de Mageddo, & pertulerunt in Ierusalem, & sepelierunt eum in sepulchro suo. † Tulítque populus terrę Ioachaz filium Iosiæ, & vnxerunt eum, & constituerunt eum Regem pro patre suo. [o] Vigintitrium annorum erat Ioachaz cum regnare cœpisset: & tribus mensibus regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Amithal filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum coram domino, iuxta omnia quæ fecerant patres eius. [o] Vinxítque eum Pharao Nechao in Reblatha, quæ est in terra Emath, ne regnaret in Ierusalem. Et imposuit mulctam terræ centum talentis argenti, & talento auri. Regémque constituit Pharao Nechao Heliachim filium Iosiæ pro Iosia patre eius: vertítque nomen eius Ioachim. Porrò Ioachaz tulit, & [19] duxit in Ægyptum. Argentum autem & aurum dedit Ioachim Pharaoni, cùm indixisset terræ per singulos, vt conferretur* iuxta præceptum Pharaonis. Et vnumquemque iuxta vires suas exegit tam argentum quàm aurum de populo terrę: vt daret Pharaoni Nechao, [p] Viginti quinque annorum erat Ioachim cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Zebida filia Phadaia de Ruma. Et fecit malum coram domino, iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

18.m. Ille occidit eum (Iosiam Pharaoni Nechao occurrenti, ab eo in Mageddo occisus est: de cuius morte Ieremias lamẽtationes composuit.

n. Hunc dicit Ioseph ex 2. Paral. 35. ea sola in hoc bello sauciatum, & inde reuocato exercitu Ierusalem remeasse. Quæ plaga tamen defunctus est, magnificéque sepultus in paternis monumentis. Ioseph.

[o] Cum enim Pharao cœpisset Syriam mandauit Ioachaz vt veniret ad eum in Reblatha, quæ est ciuitas Syriæ & illa nõ audens renuere eo quòd non haberet virtutẽ resistendi, missus est ab eo in Aegyptum, & ibidem mortuus est. De Lyra. ibidem.)

19. Venitq; in Aegyptum mortuus est ibi.

*. Pecunia.

p. Reliquit Iosias tres filios Heliachim qui & Iechonias, primogenitũ 25. annorũ. Medium autẽ Ioachaz, qui & Sellũ 23. annorũ, & tertiũ Mathaniam circiter 8. annorũ, quem Sedechiam vocauit Nabuchodonosor. Consulor.

*Ioachim filius eius pro eo.

*Mortuo Ioachim succeßit Ioachim filius, quem cum thesauris Ierusalem Nabuchodonosor ducit in Babylonem suffecto illi Sedechia.* XXIIII.

[a] IN diebus eius ascendit [a] Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus est ei Ioachim seruus tribus annis, & [1] rursum ] rebellauit contra eum. Immisítque ei dominus [2] latrunculos ] Chaldæorum, & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorũ Ammon: & immisit eos in Iudã, vt disperderent eũ, iuxta verbũ domini, quod locutus fuerat per [3] seruos suos prophetas. ] Factum est autẽ hoc per verbũ domini contra Iudã, vt auferret eum coram se, propter peccata Manasse, * vniuersa quæ fecit, & propter sanguinẽ innoxiũ quẽ effudit, & impleuit Ierusalẽ cruore innocentium, [b] & ob hanc rem noluit dominus propitiari. [d] Reliqua autẽ sermonũ Ioachim, & vniuersa quę fecit, nónne hęc scripta sunt in libro sermonum dierũ Regum Iudæ? Et dormiuit Ioachim cum patribus suis, & regnauit Ioachim filius eius pro eo. Et vltrà non addidit rex Ægypti vt egrederetur de terra sua. Tulerat enim rex Babylonis, à riuo Ægypti vsque ad fluuium Euphrátem, omnia quæ fuerant regis Ægypti. Decem & octo annorum erat Ioachim cùm regnare cœpisset, & tribus mensibus regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Nehusta filia Helnathan de Ierusalem. Et fecit malum coram domino, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. † [c] In tempore illo ascenderunt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Ierusalẽ: & circundata est vrbs munitionibus. [d] Venitq; Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatẽ, cũ seruis suis vt oppugnarẽt eã. Egressúsque est Ioachim rex Iuda ad regẽ Babylonis, ipse & mater eius, & serui eius, & principes eius, & eunuchi eius, & suscepit eũ rex Babylonis anno octauo regni sui. † Et protulit inde omnes thesauros domus domini, & thesauros domus regiæ, & concidit vniuersa aurea, quæ fecerat Salomon rex Israel in templo domini, iuxta verbum domini: & transtulit omnem Ierusalẽ, & vniuersos principes, & omnes fortes [4] exercitus ] decem milia in captiuitatem, & omnẽ artificẽ, & [5] incluſorẽ: ] nihilque relictũ est exceptis pauperibus populi terræ. † [d] Transtulit quoque Ioachim Babylonẽ, & matrẽ Regis, & vxores Regis, & eunuchos Regis & [6] iudices ] terræ duxit in captiuitatẽ de Ierusalẽ in Babylonem: & omnes viros robustos septem milia, & artifices, & [7] incluſores, ] mille, omnes viros fortes & bellatores, duxítque eos Rex Babylonis captiuos in Babylonẽ. † Et cõstituit [e] * Mathathiam patruum eius pro eo, imposuítque nomen ei Sedechiam. Vicesimũ & primum annum ætatis habebat Sedechias cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusa-

a Hic Nabuchodonosor primus huius nominis, octauus Babyloniorũ à monarchia Assyriorũ diuisa: & tertius Babyloniorũ & Chaldæorũ post transmigrationẽ Babyloniæ per Merodach ad Chaldæos. Functius & Constantinus Phrygio.

1. Conuersus.

2. Turmas, & infra.

3. Manus seruorum suorũ prophetarum.

*Iuxta omnia.

b. Quamobrem igitur nõ idẽ facit in malis omnibus? Vt hi qui mirant, per timorẽ aliorũ supplicia reddantur castigatiores, pudicitiæque dei seruatem, eúmque humanitate retineri desiſt à malitia. Chrys. ex. Luc. ca. 16. de Laza. homi. 3.

c Patres eorũ in deserto adorauerunt vitulũ conflatilem, & eũ à iudicibus regerentur, sæpius abierunt post deos alienos, & traditi sunt in manus persequentium. Denique cum Regũ principatu gubernarentur, frequenter ad modũ prolapsi sunt in cultũ deorũ, vt tandẽ Babylonicã sint perpeti captiuitatem in scelerũ suorũ pœnã. Cyril. in Ioan lib. 6. c. 5.

4. Militiæ.

5 Custodem.

d. Cæterum illorũ interitus attentis ex abundanti sit occasio salutis, dũ metu ex his quæ aliis accidunt conceptо reddatur probiores. Chrys. ex Luc. ca. 16. homi. 3. de Laza.

6. Potentes.

7. Custodes.

e. Mathaniã vocauit rex Babylonis Sedechiam quod interpretatur iustitia domini. Fecit enim rex Babylonis eum iurare per dominũ vt seruaret sibi fidelitatẽ & tributũ redderet. vt 2. Par. 36. Et propter hoc sic vocauit eum vt esset memor iuramenti quod sibi fecerat, sicut iustum erat. De Lyra.

*Regem, Rex Babylon*.

Ierusalem. Nomen matris eius erat Hamithal, filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum coram domino, iuxta omnia quæ fecerat Ioachim. Irascebatur enim dominus contra Ierusalem & contra Iudam, donec proiiceret eos à facie sua.[f] Recessítque Sedechias à Rege Babylonis.

f. Ex præhabitis elucescit quẽ verè Salomon sit locutus Ecclesiastes 7. Considera opera dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit. Dionysius ibidem.

*Ierusalem solo æquata Rex filiis coram se occisis cæcatur, & captiuus cum residuo populo ducitur.* XXV.

A †Actum est autem anno nono regni eius, mense decimo, decima die mensis, venit [a] Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius in Ierusalem, & circundederunt eam, & extruxerũt in circuitu eius [1 b] munitiones.] Et clausa est ciuitas, atque vallata, vsque ad vndecimum annum Regis Sedechiæ. [2] nona die mensis, Prævaluítque] fames in ciuitate: nec erat panis populo terræ. [c] Et interrupta est ciuitas, & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viã portæ, quæ est inter [3] duplicem murum ad] hortum regis. Porrò Chaldæi obsidebant in circuitu ciuitatem. Fugit itaque Sedechias per viam quæ ducit ad campestria
B solitudinis. ♯ Et persecutus est exercitus Chaldæorum Regem, comprehẽdítque eum in planitie Iericho: & omnes bellatores qui erant cum eo, dispersi sunt, ♯ & reliquerunt eum.] Apprehensum ergo Regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblátha, qui [d] locutus est cum eo iudicium. Filios autem Sedechiæ occidit coram eo, & oculos eius effodit, vinxítque eum catenis, & adduxit in Babylonem. Mense quinto septima die mensis, ipse est annus nonusdecimus regis Babylonis, venit Nabuzardan, princeps exercitus, seruus regis Babylonis in Ierusalem, † & succendit domum domini, & domum Regis, & domos Ierusalem: omnémque domum * combussit igni: & † muros Ierusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erat
C cum principe militum. [e] ♯ Reliquam autem populi partem, quæ remanserat in ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad Regem Babylonis, & reliquum vulgus transtulit Nabuzardan princeps militiæ: & † de pauperibus terræ reliquit * vinitores, & [4] agricolas:] columnas autem æreas, quæ erant in templo domini, & bases, & mare æreum, quod erat in domo domini, confregerunt Chaldæi, & transtulerunt æs omne in Babylonem. Ollas quoque æreas, & [5] trullas, & tridentes, & scyphos, & mortariola,] & omnia vasa ærea, in quibus ministrabant, tulerunt: necnon & [6] thuribula, & phialas. [f] Quæ aurea aurea, & quæ argentea argentea, tulit princeps militiæ: id est, columnas duas, mare vnum, & bases quas fecerat Rex Salomon in templo domini.
D ♯ Non erat pondus æris omnium vasorum. † Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna vna, & capitellum æreum super se altitudinis trium cubitorum: & retiaculum, & malogranata, super capitellum columnæ: omnia ærea. Similem & columna secunda habebat ornatum. Tulit quoque princeps militiæ Saraiam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum, & tres [7] ianitores,] & de ciuitate eunuchum vnum, qui erat præfectus super bellatores viros, & quinque viros, de iis qui steterant coram rege, quos reperit in ciuitate: [8] & Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ, & sex] viros è vulgo qui inuenti fuerant in ci-
E uitate. ♯ Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad Regem Babylonis in Reblátha, percussítq; eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblátha, in terra Emath. [g] Et transtatus est Iuda de terra sua. † Populo autẽ qui relictus erat in terra Iuda, quem dimiserat Nabuchodonosor rex Babylonis, [h] præfecit Godoliã filium Aichan filij Saphan. Quod cum audissent omnes duces militum, ipsi & viri qui erant cum eis, videlicet quòd constituisset rex Babylonis Godoliam, venerũt ad Godoliam in Maspha, Ismahel filius Nathaniæ, & Iohannan filius Caréæ, & [i] Saraia filius Thanameth Netophatites, & Iezonias filius Maachati: ipsi & socij eorum. † ♯ Iurauítque Godolias ipF sis, & sociis eorum, dicens: Nolite timere seruire Chaldæis. Manete in terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis. Factum est autem in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ filij Elisama, de semine regio, & decem viri cum eo, percusserũtq;

a. Hic est magnus Nabuchodonosor, secũdus huius nominis, 9. rex Babyloniorum, sed 4. Chaldæorum. venit in Iudæã propter Sedechiæ rebellionẽ. Cum quo venit Nabuzardam, quẽ ibi reliquit in obsidione vsque ad captiuitatem.

1. b. Torum ligneam (ad expugnandam vrbem.

2. In nona mensis prævaluit.

c. Post obsidionem 18. mensium, & grauem expugnationẽ capta est Ierosolyma 4. mense die nono. feria 5. & luna 9. dicti mẽsis, subuersa ciuitas & templũ destructũ. Rex fugiens captus cum vxoribus & illis, ductus est ad Nabuchodonosor hunc secundum, qui post multam obiurgationem & fracti fœderis improperiũ, interfecto ait illi. Magnus deus, qui odio habens tuam nequitiam, nostro te subiugauit imperio. Ioseph. lib. 10. cap. 10.

3. Duos muros iuxta.

d. Neverè corripuit eũ, quamobrem ausus sit frangere fidẽ.

* Magnificam.

e. Qui transfugerat ad regem antequã vrbs caperetur, & ante vrbis incendium, Porro perfuga appellatur, qui fugit de vna parte, de vna vrbe vel de vna regione ad aliam. De Lyra. ibidem. ]

* Magistros militum, vt essent.

4. Agricolas.

5. Palas, falces, cochlearia.

6. Pateras carbonarias, & pelues.

f. Hoc est, distinxit seorsum metalla, vt quæ ex auro erãt separaret: quæ ex argento, ex altera parte: & quę ex ære, ex altera. Dionys. ibid.

7. Custodes sacrorum.

8. Sed & scribam principis militiæ, educentis populũ ad pugnam, & sexaginta.

g. Item sub regibus finitimorũ bellis ob delicta vexati, postremóque capti, abductique Babylonẽ, pœnas impietatis suæ graui seruitio pependerũt: donec Cyrus veniret in regnũ, qui statim Iudæos restituit edicto. Lactan. lib. 4. cap. 10.

h. Tunc præfecit terræ Godoliã filiũ Aichã, vt præesset pauperibus, qui relicti erant, & agricolis & vinitoribus, qui redderent singulis annis vectigalia regni Babyloniæ Comestor. In septimo vero qui appellatur apud nos October, occisus est Godolias. Hieron. super Zachariam.

i. Saraia filius Saraiæ sacerdotis reseruatus est, & pater eius rursus. Ex quo in captiuitate postea natus est Iesus sacerdos magnus, qui reduxit populum cum Zorobabel. Glos. ordina.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Godoliã, qui & mortuus eſt: ſed & Iudæos & Chaldæos qui erãt cum eo in Maſpha.
[k] Cõſurgénſque omnis populus, à paruo vſque ad magnum, & principes militum, venerunt in Ægyptum, timentes Chaldeos. [6] Factum eſt verò in anno triceſimo ſeptimo tranſmigrationis Ioachim regis Iudæ, menſe duodecimo, viceſima & ſeptima die menſis, ſubleuauit [l] Euilmerodach Rex Babylonis anno quo regnare cœperat caput Ioachim regis Iuda de carcere: & locutus eſt ei benignè. Et poſuit thronum eius ſuper thronum Regum, qui erant cũ eo in Babylone: & mutauit veſtes eius quas habuerat in carcere, & comedebat panem ſemper in conſpectu eius, cunctis diebus vitæ ſuæ, annonam quoque conſtituit ei ſine intermiſſione, quæ & dabatur ei à rege, per ſingulos dies omnibus diebus vitæ ſuæ.

[k. Voluerunt inde proficiſci in Aegyptum timentes Babylonios, ne irati propter cædem præfecti in ea regione à ſe conſtituti in illos ſæuirent. prius tamen conſulendum Ieremiã rati. Ioſep. Antiq. Iudaic. lib. 10. cap. 11.]

l. Euilmerodach anno regni ſui primo eductum de carcere cæteris regibus captiuis præpoſuit. Hic autem erat 10. Rex Babylonis & Chaldæorũ, poſt diuiſum in Babylonios & Medos Aſſyriorum monarchiam.

## INCIPIT PROLOGVS BEATI HIERONYMI presbyteri in libros Paralipomenon, qui Hebraicè dicuntur Dibre Haiamim: id eſt, verba dierum.

*[I]Antus ac talis eſt liber iſte, vt abſque illo ſi quis ſcientiam ſcripturarum ſibi voluerit arrogare, ſemetipſum irrideat. Per ſingula quippe nomina iuncturáſque verborum, & pretermiſſæ in libris Regum tanguntur hiſtoriæ, & innumerabiles explicantur euangelij quæſtiones. Sed ſi ſeptuaginta interpretum pura, & vt ab eis in Græcum verſa eſt, editio permaneret, ſuperfluè mi Chromati, Epiſcoporum ſanctiſſime, atque doctiſſime, impelleres, vt Hebræa volumina Latino ſermone transferrem. Quod enim ſemel aures hominum occupauerat, & naſcentis Eccleſiæ roborauerat fidem, iuſtum erat etiam noſtro ſileatio comprobari. Nunc vero cum pro varietate regionum diuerſa ferantur exemplaria, & germana illa antiquáque trãſlatio corrupta ſit, atque violata: noſtri arbitrij putas, aut è pluribus iudicare quid verum ſit, aut nouum opus in veteri opere cudere: illudentibúſque Iudæis, cornicum (vt dicitur) oculos conſigere. Alexandria & Aegyptus in ſeptuaginta ſuis Eſichium laudat autorem. Conſtantinopolis vſque Antiochiam [1 Luciani] Martyris exemplaria probat. Mediæ inter has prouinciæ Paleſtinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Euſebius & Pamphilus vulgauerunt. Totúſque orbis hac inter ſe trifaria varietate compugnat. Et certe Origenes non ſolum exemplaria compoſuit quatuor editionum, è regione ſingula verba deſcribens, vt vnus diſſentiẽs, ſtatim cæteris inter ſe conſentientibus arguatur: ſed, quod maioris audaciæ eſt, in editione ſeptuaginta, Theodotionis editionem miſcuit, aſteriſcis videlicet deſignans, quæ minus fuerant: & virgulis, quæ ex ſuperfluo videbantur appoſita. Si igitur, aliis ſicut nũ tenere, quod ſemel ſuſceperant, & poſt ſeptuaginta cellulas, quæ vulgo ſine autore iactantur, ſingulas cellulas aperuere, hócque in eccleſiis legitur, quod ſeptuaginta neſcierunt: cur me non ſuſcipiant Latini mei, qui inuiolata editione veteri, ita nouam condidi, vt laborem meũ Hebræis, & quod iis maius eſt, Apoſtolis autoribus comprobem? Scripſi nuper librum de optimo genere interpretandi, offendens illa de Euangelio, Ex Aegypto vocaui filium meum: &, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Videbunt in quem compunxerunt: & illud Apoſtoli, Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non aſcenderunt, quæ præparauit deus diligentibus ſe: cæteráque his ſimilia in Hebræis libris inueniri. Certè Apoſtoli & Euangeliſtæ, ſeptuaginta interpretes nouerant, & vnde ea hæc dicere, ]quæ in ſeptuaginta non habentur? Chriſtus dominus noſter vtriuſque teſtamenti conditor, in Euangelio ſecundum Ioannem, Qui credit, inquit, in me, ſicut dicit ſcriptura: flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Vtique ſcriptum eſt, quod ſaluator ſcriptum eſſe teſtatur: Vbi ſcriptum eſt? Septuaginta non habent. Apocrypha neſcit Eccleſia. Ad hebræos igitur reuertendum eſt: vnde & dominus loquitur, & diſcipuli exempla præſumunt. Hæc pace veterum loquor, & obtrectatoribus meis tantum reſpondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes: & legentes in angulis, iidem & accuſatores, & defenſores, cum in aliis probent quod in me reprobant, quaſi virtus & vitium non in rebus ſit, ſed cum authore mutetur. Ceterum memini editionem ſeptuaginta tranſlatorum, olim de Græco emendatam, tribuiſſe me noſtris: nec inimicum debere [2 æſtimari] eorum, quos in conuentu fratrum ſemper ediſſero. Et quod nunc [3 Dabreiamin,] id eſt, verba dierũ, interpretatus ſum, idcirco feci, vt inextricabiles moras & ſyluam nominum, quæ ſcriptorum confuſa ſunt vitio ſeſuúmque barbariem, apertius & per verſuum cola digererem, mihimetipſi, & meis, iuxta [4 Iſocrenium] canens, ſi aures ſurdæ ſunt cæterorum.*

t. Iuliani.

2. Exiſtimari.

3. Dibre Haiamim.

4. Iſocrenium.

# ALIVS PROLOGVS.

EVsebius Hieronymus, Domnioni & Rogatiano suis in Christo Iesu salutem. Quomodo Græcorum historias magis intelligunt, qui Athenas viderint: & tertium Virgilij librum, qui à Troade per Leucaten, & Acroceraunia ad Siciliam, & inde ad ostia Tyberis nauigauerint: Ita sanctam scripturam lucidius intuebitur, qui Iudæam oculis contemplatus sit: & antiquarum vrbium memorias, locorúmque vel eadem vocabula, vel mutata cognouerit. Vnde & nobis curæ fuit cum eruditissimis Hebræorum hunc laborem subire: vt circuiremus prouinciam, quam vniuersæ Christi ecclesiæ sonant. Fateor enim mi Domnion & Rogatione, beatissimi nunquam me in diuinis voluminibus propriis credidisse viribus, nec habuisse opinionem meam: sed ea etiam de quibus scire me arbitrabar, interrogare me solitum. Quantomagis de iis, super quibus anceps eram? Denique cum à me nuper literis flagitassetis, vt vobis Paralipomenon Latino sermone transferrem, de Tyberiade quẽdam legis authorem, qui apud Hebræos admirationi habebatur, assumpsi: & contuli cum eo à verticè (vt aiunt) vsque ad extremum vnguem: & sic confirmatus, ausus sum facere quod iubebatis. Liberè enim vobis loquor. Ita in Græcis & Latinis codicibus hic nominum liber vitiosus est: vt non tam Hebræa quàm Barbara quædã & Sarmatica nomina coniecta arbitrandum sit. Nec hoc septuaginta interpretibus, qui spiritu sancto pleni, ea quæ vera fuerunt transtulerunt, sed scriptorum culpæ adscribendum, dum de emendatis inemandata scriptitant: & sæpe tria nomina, subtractis è medio syllabis, in vnum vocabulum cogunt: vel è regione vnum nomen propter latitudinem suam, in duo vel tria vocabula diuidunt. Sed & ipsæ appellationes, non homines (vt plerique existimant) sed vrbes & regiones, & saltus, & prouincias sonant: & obliquæ sub interpretatione & figura eorum quædam narrantur historiæ, de quibus in Regnorũ libro dicitur: Nónne ecce hæc scripta sunt in libro verborum dierum Regum Iuda? Quæ vtique in nostris codicibus non habentur. Hoc primum sciendum, quod apud Hebræos Paralipomenon liber vnus sit, & apud illos vocatur Dibre Haiamin, id est, verba dierum, qui propter magnitudinem apud nos diuisus est: quod nonnulli in Bruto etiam Ciceronis dialogo faciunt: vt eum in tres partes secent, cum vnus à suo authore sit editus. Deinde etiam illud attendendum, quòd frequenter nomina non vocabula hominum, sed rerum (vt dixi) significantias sonant. Ad extremum, quòd omnis eruditio scripturarum in hoc libro continetur, vt historiæ quæ vel prætermissæ sunt in suis locis, vel perstrictæ leuiter, hic per quædam verborum compendia explicentur. Orationum itaque vestrarum adiutus auxilio, misi librum beneuolis placiturum, tamen inuidis displiciturum esse non ambigo, Optima quæque enim, vt ait Plinius, malunt contemnere plerique, quàm discere. Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebræos, suam conscientiam recolat, videat ordinem textúmque sermonis: & tunc nostro labori si potuerit detrahat. Vbicunque ergo Astericos, id est, stellas, radiare in hoc volumine videritis: ibi sciatis de Hebræo additum, quod in Latinis codicibus non habetur. Vbi vero Obelus, id est, transuersa virga, præposita est: illic signatur quid septuaginta interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob spiritus sancti authoritatem: licet in Hebræis voluminibus non legatur.

t. Charissimi

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Incipit liber Paralipomenon primus.

*Genealogia ab Adam ad Noé & filios eius, ad Abraham, ad Iacob & Esaü.* *Cap. I.*

a. Hunc librum Hebræi vocãt דברי הימים Dibre Haiamim, id est verba dierum interpretatur ß Hiero. aduersus Rufinũ lib 2. Græcè verò παραλειπομενων Paralipomenon, id est, defectuum, vel omissorum quasi omissorum supplẽs defectus genitiuus pluralis participij à verbo παραλειπω, deficere, relinquere, Quem Hieronymus Instrumenti veteris παραμυθιαν dicit, qui tãtus ac talis est, vt absque illo, si quis scientiam scripturarũ sibi voluerit arrogare, se ipsum irrideat. Per singula quippe nomina iunctũrasque verborum, & prætermissæ in Regum libris tanguntur historiæ, & innumerabiles explicantur euangelij quæstiones. Hieronym. Paulino.

b. Non meminit Cain, cuius generatio tota diluuio prorsus absorpta est, nec Abel qui sine generatione mortuus est

c Noe decimus ab Adam ꝓtè dicitur, quia perfectus est. Raba.

d. Fuit autem omnes filij Chã, hoc est, medij filij Noe, quatuor, & nepotes quinque ex vno eius filio Chanaan: pronepotes duo ex nepote vno, & sit eorũ summa vndecim: ac per hoc in filiis nepotibúsque cõputatis de progenie Cham. 11. geniti reperiuntur. Eucherius super 10. cap. Geneſis.

e. Ipsa est Haggar, vnde Haggareni qui se dicunt Sarracenos, à Sarra Hier. Hæc enim vt dicunt Hebræi mortua Sarra de concubina transiit in vxorem: ne senex nouus arguatur nuptiis lasciuisse Rabanus.

f. Esau quinque filij ex tribus vxoribus: peperit enim Ada Eliphaz: Basemath genuit illi Rahuel. Oliboma edidit Iehus, Elon & Chore. Euch.

g. Thãna concubina Eliphaz mater Amalech fuit de genere Horræorum, qui ante Idumæos habitauerũt in terra Seir quam vi filiam eduxerat. Hieronymus ibid.

[h. Hic fit mentio de regibus descendẽtibus ab Esau, & specialiter propter honorẽ Isaac, vt ostendantur ab eo reges processisse non solũ per Iacob, sed etiam per Esau, quos Hebræi dicunt regnasse vsque ad tẽpora Dauid qui fecit sibi idumęa tributaria, vt patet 2. Reg. 8. vnde abstulit ab eis nomen regum ponens ibi custodes & præfectos qui redderent ei rationem. De Lyra ibid.]

i Rooboth ciuitas Arabiæ. Eiusdem nominis est fons vel puteus Isaac in valle Geraris, Latinè dictus latitudo.

i. Baal Hana.

k. Notandum quòd primũ reges dixerit de Aedom, postea duces: cũ prius duces fuerint, postea Reges.

a † Dam, b Seth, Enos, Cainam, Malaleel, Iared, Enoch, Matusãle, Lamech: c Noé, Sem, Cham, & Iapheth. † Filij Iapheth, Gómer, Magog, Madai, & Iauan, Thubal, Móſoch, Thiras. Porrò filij Gómer, Aſcenez, & Riphat, & Togorma. Filij autẽ Iauan, Eliſa, & Tharſis, Cethim, & Dodanim. Filij Cham, Chus, & Meſráim, Phut, & Chanáan. Filij autẽ Chus, Saba, & Euila, Sabatha, & Regma, & Sabathacha. Porrò filij Regma, Saba, & Dadan. Chus autem genuit Nemroth. † Iſte cœpit eſſe potẽs in terra. Meſráim verò genuit Ludim, & Ananim, & Laabim, & Nepthuim, Phetruſim quoque, & Chaſluim, de quibus egreſſi ſunt Philiſtiim, & Capthorim. d Chanáan verò genuit Sidonem primogenitum ſuum, Hethæum quoque & Iebuſæum, & Amorræorũ, & Gergeſæum, Heuæúmque, & Arachæum, & Sinæum: Aradium quoque, & Samaræum, & Hemathæum. † Filij Sem, Elam, & Aſſur, & Arphaxad, & Lud, & Aram. † Filij Aram, Hus, & Hul, & Gether, & Maſech. Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipſe genuit Heber. Porrò Heber nati ſunt duo filij: nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuiſa eſt terra, & nomen fratris eius Iectan, Iectan autem genuit Elmodad, & Saleph, & Aſarmoth, & Iare, Adoram quoque, & Vzal, & Decla, Ebal etiam, & Abimáel, & Saba, necnon & Ophir, & Euila, & Iobab. Omnes iſti filij Iectan: Sem, Arphaxad: Sale, Heber, Phaleg, Ragau, Seruch, Nachor, Thare, Abram. Iſte eſt Abraham. † Filij autem Abraham: Iſaac, & Iſmahel. Et hæ generationes eorum: † Primogenitus Iſmaelis, Nabaioth, & Cedar, & Abdehel, & Mabſan, & Maſma, & Duma, Maſſa, Addad, & Thema, Iethur, Naphis, Cedma. Hi ſunt filij Iſmahelis. † Filij autem e Cethurhæ, concubinæ Abraham, quos genuit Zamram, Iecſan, Madan, Madian, Iesboc, & Sue, ß Porrò filij Iecſan, Saba, & Dadan. Filij autem Dadan, Aſurim, & Lathuſim, & Laomim.] † Filii autem Madian, Epha, & Epher, & Enoch, & Abida, & Eldaa. Omnes hi filii Cethuræ. † Generauit autem Abraham Iſaac: cuius fuerunt filii Eſau, & Iſrael. †† Filii Eſau, Eliphaz, Rahuel, Ieſus, Ielon, Chore. Filii Eliphaz, Theman, Omar, Cepphi, Gathã, Cenez, Thamna, Amalech. Filii Rahuel, Naath, Zara, Samma, Meza. Filii Seir, Lothan, Sobal, Sebeon, Ana, Diſon, Eſer, Diſan. Filii Lothan, Horri, Ahohimam. Soror autem Lothan fuit g Tamna. Filii Sobal, Alian, & Manáath, & Ebal, & Sephi, & Onan. Filii Sebeon, Ahaia, & Ana. Filii Ana, Diſon. Filii Diſon, Hamram, & Eſeban, & Iethran, & Charran. Filii Eſer, Balaan, & Zauan, & Iachan. Filii Diſon, Vs, & Aran. h †† Iſti ſunt Reges qui imperauerunt in terra Ædom, antequam eſſet rex ſuper filios Iſrael, Bæla filius Beor, & nomen ciuitatis eius Denaba. Mortuus eſt autem Bæla, & regnauit pro eo Iobab filius Sare de Borſa. ß Cúmque & Iobab fuiſſet mortuus, regnauit pro eo Huſan de terra Themanorum. Obiit quoque & Huſan, & regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percuſſit Madian in terra Moab, & nomen ciuitatis eius Auith. Cúmque & Adad fuiſſet mortuus: regnauit pro eo Semla de Maſreca. Sed & Semla mortuus eſt, & regnauit pro eo Saul de i Rooboth, quæ iuxta amnem ſita eſt. Mortuo quoque Saul regnauit pro eo i Balaana] filius Achobor. Sed & hic mortuus eſt, & regnauit pro eo Hadad, cuius vrbis nomen fuit Phai, & appellata eſt vxor eius Mehetabel, filia Matred, filiæ Mezaab. Adad autem mortuo, k duces pro Regibus] in Ædom eſſe cœperunt. Dux Thamna, Dux Aliah, Dux Iethet, Dux Oolibama, Dux Hela, Dux Phinon, Dux Cenez, Dux Theman, Dux Mapſar, Dux Magdihel, Dux Hiran. Hi duces Ædom.

*Genealogia duodecim filiorum Iacob vsque ad Isai patrem Dauid.* 11.

A [a†] Ilij autem Israel: Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Isachar, & Zabûlon, Dan, Ioseph, Beniamin, Neptalim, Gad, & Asser. † Filij Iuda, Her, Onam, & Sela. Hi tres nati sunt ei de [1] filia Sue Chananitidis.] Fuit autem Her primogenitus Iuda, malus coram domino, & occidit eum. † Thamar autem nurus eius peperit ei Phares & Zaram. Omnes ergo filij Iuda quinque. Filij autem Phares Esron & Amul. Filij quoque Zare, Zamri, & Ethan, & Eman, Chalcol quoque, & Dara, simul quinque. Filij Charmi, †[b] Achar] qui turbauit Israel, [2] & peccauit in furto anathematis.] Filij Ethan, Azarias. Filij autem [c] Esron qui nati sunt ei, Iezamehel, & [d] Ram, & Calubai: [3]— hic est Caleph.] Porrò † Ram genuit Aminadab, Aminadab autem genuit Naason principem filiorum Iuda. Naason quoque genuit [e] Salma, de quo ortus est Booz. Booz verò genuit Obed, qui & ipse genuit [f] Isai. † Isai autem genuit primogenitum Heliab, secundum [3] Aminadab,] tertium Simmaha, quartum Nathanael, quintum [4] Raddai,] sextum Ason, septimum Dauid: quorum sorores fuerunt Saruia, & Abigáil. [g] Filij Saruiæ, Abisai, Ioab, & Asahel tres. Abigáil autem genuit Amasa, cuius pater fuit Gether Ismaelites. Caleb verò filius Esron accepit vxorem nomine Azuba, de qua genuit * Ierioth. Fuerúntque filij eius, Iaser, & Sobab, & Ardon. Cúmque mortua fuisset Azuba, accepit vxorem Caleb Ephrata, quæ peperit ei [g] Vr. Porrò Vr genuit Vri. Et Vri genuit Beselehel. Post hæc ingressus est Esron ad filiam Machir patris Galaad: & accepit eam, cum esset annorum sexaginta. Quæ peperit ei Segub. Sed & Segub genuit [h] Iair, & possedit vigintitres ciuitates in terra Galaad. Cepitque Gessur, & Aran, oppida Iair, & Canath, & viculos eius sexaginta ciuitatum. Omnes isti filii Machir patris Galaad. Cum autem mortuus esset Esron, [5] ingressus est [i] Caleb ad Ephrata. Habuit quoque Esron vxorem Abia, quæ peperit ei Assur patrem Techuh.] Nati sunt autem filij Ieramehel primogeniti Esron, Ram primogenitus eius, & Buna, & Aram, & Ason, & Achia. Duxit quoque vxorem alteram Ieramehel nomine Attara, quæ fuit mater [k] Onam. Sed & filii Ram
c primogeniti Ieramehel, fuerunt Moos, Iamin, & Achar. [g] Onam autem habuit filios Semei, & Iada. Filij autem Semei, Nadab, & Abisur. Nomen verò vxoris Abisur Abiháhil, quæ peperit Ahobban, & Molid. Filij autem Nadab fuerunt Saled, & Appháim. Mortuus est autē Saled absque liberis. Filius vero Appháim, Iesi. Qui Iesi genuit Sesan. Porrò [l] Sesan genuit Ahalai. Filij autem Iadai fratris Semei, Iether, & Ionathan. Sed & Iether mortuus est absque liberis. Porrò Ionathan genuit Phalech, & Ziza. [m] Isti fuerunt filij Ieramehel [6]— primogeniti Esron.] Sesan autem nō habuit filios, sed filias & seruum Ægyptium, nomine Ieraa. Dedítque ei filiam suam vxorem, quæ peperit ei Hethei. [n] Hethei autem genuit Nathan, & Nathan genuit Zabad, Zabad quoque genuit Ophal, & Ophal genuit Obed, Obed genuit Iehu, Iehu genuit Azariam, Azarias genuit Helles, & Helles genuit Helasa, Helasa genuit Zizamoi, Zizamoi genuit Sellum, Sellum genuit Iechamiam, Iechamiam autem genuit Elisama. Filij autem Caleb fratris Ieramehel, Mesa primogenitus eius
D ipse est pater [o] Ziph filij Maresa patris Hebron. [g] Porrò filij Hebron, Chore, & Taphua, & Recem, & Samma. Samma autem genuit Raam patrem Ierchaam, & Recem genuit Sammái. Filius Sammái, Maon, & Maon pater Bethsur. Epha autem concubina Caleb peperit Aran, & Musa, & [p] Gezez. Porrò Aran genuit Gezez. Filij Iahaddái, Regom, & Ioathan, & Gesan, Phalech, & Epha, & Saaph. Concubina Caleb, Maacha peperit Saber, & Tharana. Genuit autem Saaph pater Maddmena, Sue patrem Machbena, & patrem Gabaa, Filia verò Caleb fuit Achsa. Hi erant filij Caleb filij Vr primogeniti Ephráta, Sobal pater [q] Cariathiarim, Salma pater Bethléhem, Ariph pater Bethgader. Fuerunt autem filij Sobal, patris Cariathiarim, qui videbat dimidium requietionum, & de cognatione Cariathiarim. Iethræi, & Phutæi, & Semathæi, & Maseræi. Ex his egressi sunt Saraitæ & Estaholitæ,



a. Duodecim filij Israel in Mesopotamia dicūtur nati vt per synecdochen intelligatur, quia Beniamin prope Bethlehem natus est longo tempore post reditum patris eius à Mesopotamia, sed quia maior eorum pars ibi nata fuit, dicuntur ibi nati. Aug. q. super. 35. ca,. Gen.

1. Bathsua Chananitide.

b. Qui & Achan Iosue. 7. dicitur.

2. Præuaricatus in anathemate

c. Qui & Iephone. Hieron.

d. Qui & Aram: vt Matth. 1.

e. Qui & Salmon: vt Matt. 1.

f. Hic est Iesse pater Dauid.

3. Abinadab.

4. Iael.

* Azuba filiam, &.

g. Virum Mariæ sororis Moysi & Aaron.

h. Hic fuit septimus iudex super Israel, vt Iudicum. 10. 2.

5 Apud Caleb in Ephrata, genuitque ei vxor Hezron Abia, Assur patrem Thecue.

i. Ipse est Caleb Cenezeus de loco qui dicitur Canaz. Ipse duxit vxorem Azuba, ex qua natus est Gerioth. Duxit aliam vxorem nomine Ephratā, ex qua suscepit Hur vitum Mariæ sororis Moysi, patrem Betelehel Hiero.

k. Hic Onam per m finitur: Onan vero filius Iuda per n.

l. Sesan pater Ahalai. qui & Elimelech, dicitur non habuisse filios, quia absque liberis mortui sunt. Hiero.

6 m. Ex hoc patet quōd Aram per quem texitur genealogia Christi nō fuit primogenitus Esron, sicut nec Salomon ipsius David. De Lyra ibid.]

n. Quærendum qualiter id locuit, cum in lib. Numero. Dominus dicat: Omnes viri duces vxores de tribu & cognatione sua: & cunctæ fœminæ maritos de eadem tribu accipient. Ad quod respondendum quod ieiunus ille Aegyptius ad Iudaismum conuersus fuit. Dionis. Carthusia.]

o. Ab eo dicitur est, quidam locus nomine Ziph, à quo fuerunt Zinhæi qui venerunt ad Saul in Gabaa, vt apud eū David proderent. 1. Reg. 26. a.

p. Qui & Gazez, alias Nabal Carmelus maritus Abigáil. Hiero.

q. Locus est eodem nomine dictus qui & Char-atharbe. Cariathbaal, & Hebron dicitur. Hiero.

Universidad de Deusto
Biblioteca



p.Sepulchri Sarræ & 4 patriarcharum.e
6.Tirathæi, Simathæi, Suchathchi sunt kenæi, venientes ab Hammath, patre domus Rechab.

Filij Salma, Bethléhem, & Nethophati, coronæ domus Ioab, & dimidium [p] requietionis Sarai. Cognationes quoque scribarum habitantium in Iabes, [6] canentes atque resonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinæi, qui venerunt de calore patris domus Rechab.]

*Catalogus Regum Iuda cum filiis & filiabus eorum.* *III.*

a Domus Dauid eo magis profectu filiorũ gaudebit tuorũ, quo magis domus Saul persecutionis contra eam sæuitia, autem quotidie deficiens in iniquitate sua tabescet. Angelomus.

b. Hanc ferunt Michol primæ eius vxoré, ideo vxor eius sola vocatur, eo quod in adolescentia primum ipsam sortitus fuerat in vxorem, quę eriam patru accubuisse dicitur. Angelo. super 3.cap.2.lib.Reg.
1 Ex Bathsua, vel Bethsabee, filia Eliam filij Achitophel: & interpretatur filia septem, filia satietatis, filia iuramenti. Hiero. ibid.

e. Genealogia saluatoris per Salomonẽ hinc texitur ad vsq; migrationem Babylonis, & paulo post eam.

d:Hic Sellum est quẽ Nechoa Rex Aegypti captiuum duxit in Aegyptum. De quo Iere. 22. cap. Quia hæc dicit dominus ad Sellum filium Iosiæ Regẽ Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo, &c. Hiero ibidẽ. Vnde iste dictus est Ioachaz Rex Iudæ. Hic enim 4. filij Iosiæ nominantur in 4. vero lib. Regũ tres tantum, vnde videtur hic Sellũ vel Ioachaz vel Ioachim vocatus Raba.
e. Qui & Salathiel pater Zorobabel.
f. Sechenias habuit filium Semeiam vnicũ qui habuit quinque filios. Hatthus. Iegnal, Baria, Naria, & Saphath: qui cum patre suo Semeia, qui vnicus pater erat, sex numerãtur. Hieron. ibid.

Dª Auid verò hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron: † Primogenitus [a] Amnon, ex Achinoem Iezrahelitide, secundum Daniel de Abigáil Carmelitide: tertium, Absalom filium Maacha filiæ Tholmai regis Iessur: quartum, Adoniam filium Haggith: quintum, Saphaciam ex Abithal: sextum, Iethraham [b] de Egla vxore sua. Sex ergo nati sunt ei in Hebron: vbi regnauit septem annis, & sex mensibus. Triginta autem & tribus annis regnauit in Ierusalem. †§ Porrò in Ierusalem nati sunt ei filij, Simmaa, & Sobab, & Nathan, & Salo-[2] mon, quatuor [1] de Bethsua, &] filia Ammihel. Iebaar quoque, & Helisua, & Elipha-leth, & Noge, & Napheg, & Iaphie, necnon Elisama, & Eliade, & Eliphaleg, nouem. Omnes hi filij Dauid absque filiis concubinarum: habuerúntque sororem Thamar. [c] Filius autem Salomonis Roboam, cuius Abia filius genuit Asa. † De hoc quoque natus est Iosaphat pater Ioram, qui Ioram genuit Oziam, ex quo ortus est Ioas, & huius Amasias filius genuit Azariam. Porrò Azaria filius Ioatham procreauit Achaz patrem Ezechiæ, de quo natus est Manasses. § Sed & Manasses genuit Amon patrem[c] Iosiæ. Filij autem Iosiæ fuerunt, Primogenitus Iohannan: secundus, Ioachim: tertius, Sedechias: quartus, [d] Sellum. † De Ioachim natus est Iechonias, & Sedechias. Filij Iechoniæ fuerunt Asir, Salathiel, Melchiram, [e] Phadaia, Senneser, & Iecemia. Hosama, & Nadabia. De Phadaia, orti sunt Zorobabel & Semei. † Zorobabel genuit Mosolam, Ananiam, & Salomith sororem eorum: Asabam quoque, & Ohel, & Barachiam, & Asadiam, Iosabéseth, quinque. Filius autem Ananiæ, Phaltias pater Ieseiæ, cuius filius Raphaia. § Huius quoque filius Arnan, de quo natus est Obdia, cu-[3] ius filius fuit [f] Sechenias. Filius Secheniæ Semeia, cuius filij Hatthus, & Iegaal, & Baria, & Naaria, & Saphat, & Sela, sex numero. Filius Naariæ. Elioenái, & Ezechias, & Ezricam, tres. Filij Elioenái, Oduia, & Heliasub, & Pheleia, & Accub, & Ioannam, & Dalaia, & Anani, septem.

*Posteritas Iudæ, & Simeonis, & habitationes eorum.* *IIII.*

a. Filij Iuda quinque qui iã superius aliis nominibus nominati sunt. Gene. 38. a. Hic autẽ mutatis nominibus repetũtur. Charmi ipse est Er, Hur, qui & Ouí, Subal vel Sobal, ipse est Sela. Ideirco quia in peccato suo mortui sunt. Hiero.
1. Zorathitarum.
2. Est paterna successio.
b. Ab ipso Iezrahel nomen accepit vibs in qua Nabath halisabat. Hier. de qua scripsimus, 1. Reg. 19. a.
3. Zaelponi.

4 Honorabilior.

c. Id est, dona gratiæ tuæ mihi contuleris, & ea multiplicaueris in me, & dederis mihi virtutem resistendi & prævalendi hostibus, ac peccatis, præcipuè quæ ex proposito seu deliberatione contingunt. Ex quibus docemur quòd à malitia non opprimi est donum dei. Vnde Enoch raptus & translatus est, ne malitia mutaret intellectũ eius, vt dicitur Sapiẽ. 4. b. Dionysii is.
5. A malo.
d. Ideo dicitur pater vallis artificium, quia de filiis eius fuerunt architecti ad ædificandum domum domini. Hieron. ibi.
6. Vel fabrorum.

†[a] Ilij Iuda, Phares, Esron, & Charmi, & Vr, & Sobal: Rahia vero filius So-[1] bal, genuit Iaad, de quo nati sunt Ahumai, & Laad. Hæ cognationes [1] Sarathi. ] Ista quoque [2] stirps] Etham, [b] Iezrahel, & Iesema, & Iedebos. Nomen quoque sororis eorum, [3] Asahel Phuni. ] Penuel autem pater Gedor, & Ser pater Osa. Isti sunt filij Vr primogeniti Ephráta patris Bethléhem. Assur verò patris Thecuę erant duæ vxores, Alaa, & Naara. Peperit autem ei Naara Oozam, & Epher, & Themani, & Aastari. Isti sunt filij Naara. Porrò filij Alaa, Séreth, Iesoar, & Ethnan. Choz autem genuit Anob, & Soboba, & cognationem Aharel, filij Harum. § Fuit autem Iabes [4] inclytus præ ] fratribus suis, & mater eius vocauit nomen[3] illius Iabes, dicens: quia peperi eum in dolore. Inuocauit ergò Iabes deum Israel, dicens: [c] Si benedicens benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me [5] à malitia ] non opprimi. Et præstitit deus quæ præcatus est. Caleph autem frater Sua genuit Mahir, qui fuit pater Esthon. Porrò Esthon genuit Bethrapha, & Phesse, & Tehinna patrem vrbis Naas. Hi sunt viri Recha. Filij autem Cenez, Othoniel, & Saraia. Porrò filij Othoniel, Athat, & Maonathi. Maonathi genuit Ophra. Saraias autem genuit Ioab, [d] patrem vallis [6] artificum. ][4] Ibi quippe artifices erant. Filij vero Caleph filij Iephone, Hir, & Hela, & Nahez. Filij quoque Hela, Cenez. Filij quoque Iahalehel, Ezziph, & Zipha, Thiria, & Asrahel. Et filij Esra, Iether, & Mereth, & Epher, & Iahalon. Genuítque Mariam, & Sammai, & Iesbat

& Iesbat patrem Esthamo. [c] Vxor quoque eius Iudaia peperit Iareth patrem Gedor, & Heber patrem Zocho, & Ichutiel patrē Zanoa. Hi autē filij Bithiæ filiæ Pharaonis quam accepit Mered: & filij vxoris Odaiæ sororis Nathan patris Ceila, Garmi. & Esthamo, qui fuit de Machati. Filij quoque Simon, Amnon, & Rinna, filius Anan, & D Thilon. Et filij Iesi, Zoeth & Benzoeth. † Filij Sella filij Iudæ. [f] Her pater Lecha, & Laada pater Maresa, & cognationes[7] domus operantium byssum, in domo iuramenti & qui stare fecit solē, viríque mendacij, & securus & incedens: qui principes fuerunt in Moab, & qui reuersi sunt in Lahem.] Hæc autem verba vetera. Hi sunt figuli habitantes in plantationibus, & in sepibus: apud Regem, in operibus eius, commoratíque sunt ibi. † [f] Filij Simeon, Namuel, & Iamin, Iarib, Zara, Saul, Sellum filius eius: Mabsam E filius eius, Masma filius eius. Filij Masma, Amuhel filius eius, Zachur filius eius, Sēmei filius eius. Filij Semmei sedecim, & filiæ sex. Fratres autem eius non habuerunt filios multos, vniuersa cognatio * non potuit adæquare summam filiorum Iuda. Habitauerunt autem in Bersabee, & Molada, & Hasar Sual, & in Balaa, & in Asom, & in Tholad, & in Bathuel, & in Horma, & in Siceleg, & Beth Marchaboth, & in [8] Asarsusim,] & in Beth Berai, & in Saarim. Hæ ciuitates eorum, vsque [9 g] ad Regem Dauid,] villæque eorum, Etham, & Aen, Remmon, & Thocen, & Asan, ciuitates quinque: & vniuersi viculi eorum per circuitum ciuitatum istarum vsque ad Baal. Hæc est ha F bitatio eorum, & [10] sedium distributio.] [g h] Mosobab quoque, & Iemlech, & Iosa filius Amasiæ, & Iohel, Iehu filius Iosabiæ, filij Saraiæ, filij Asihel, & Elioenai, & Iacoba, & Isuaia, & Asaia, & Adihel, & Isimihel, & Banaia: Ziza quoque filius Sephei, filij Allon, filij Idaia, filij Semri, filij Samaia: isti sunt nominati Principes in cognationibus suis: [11] & in domo affinitatum suarum multiplicati sunt vehementer.] Et profecti sunt vt ingrederentur in [g] Gador, vsque ad [12] orientem] vallis, & vt quærerent pascua gregibus suis. Inuenerúntque pascuas vberes, & valde bonas, & terram latissimam, & quieG tam, & fertilem: in qua ante habitauerant de stirpe Cham. [g] Hi ergo venerunt, quos suprà descripsimus nominatim in diebus Ezechiæ Regis Iuda: & percusserunt tabernacula eorum, & habitatores qui inuenti fuerant ibi, & deleuerunt eos vsque ad præsentem diem, habitauerúntque pro eis: [13] quoniam vberrimas pascuas ibidem repererunt.] De filiis quoque Simeon abierunt in montem Seir, viri quingenti: habentes Principes, & Phaltiam, & Naariam, & Raphaiam, & Ozihel filios Iesi: & percusserunt reliquias, quæ euadere non potuerant Amalechitarum: & habitauerunt ibi pro eis vsque ad diem hanc.

*Catalogus filiorum Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manassæ, & eorum habitatio, qui percusserunt Haggarenos, sed tandem ducti sunt ad Assyrios.* V.

A [a] Filij quoque Ruben primogeniti Israel: † (ipse quippe fuit primogenitus eius) † sed cùm violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filiis Ioseph filij Israel: [1] & non est ille reputatus in primogenitum.] Porrò Iudas [2] qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius Principes germinati sunt, primogenita autem reputata sunt Ioseph.] † Filij ergo Ruben primogeniti Israel. Enoch, & Phallu, Esron, & Charmi. Filij Iohel, Samaia filius eius, Gog filius eius, Semmei filius eius, Micha filius eius, Recheia filius eius, Baal filius eius, [b] Beera filius eius, quem captiuum duxit Theglatphalasar Rex Assyriorum: & fuit Princeps in tribu Ruben. Fratres autem eius, & vniuersa cognatio eius, quando numerabantur per familias suas, habuerunt principes Iehihel, & Zachariam. Porrò Bala filius Azaz, filij Samma, filij Iohel, ipse habitauit in [c] Aroer, vsque ad Nebo, & Beelmeon.
B [3] Contra orientalem quoque plagam habitauit, vsque ad introitum eremi, & fluuium Euphrátem. Multúm quippe iumentorum numerum possidebant in terra Galaad. In diebus autem Saul prælíati sunt contra Haggarenos, & interfecerunt illos: habitauerúntque pro eis in tabernaculis eorum, in omni [3] plaga quæ respicit ad orientem Galaad.] Filij verò Gad è regione eorum habitauerunt in terra Basan, vsque [d] Selcha: [4] Io-



[a. Secúndum Hieronymum iuxta Hebræos, sensus est, quòd prægnati, qui tamen iunt vnus, vtpote ipse Moyses variis nominibus designatus, sunt filij filiæ Pharaonis, quæ Iethia vocatur, quæ mater Moysi nominatur, non quòd sit mater eius naturalis, sed quòd adoptauit eum in filium, & enutriuit & ipse Mered, id est Moyses dicitur eā accepisse, quia ad dei cultum ab Idololatria eam conuertit. Diony. Carth.]
7. Operationis lini in domo Atbea, Ioquin quoque & viri Chozeba, Ioas, & Saraph, qui dominati sunt in Moab, & Iasubi Lahem.

f. Ponuntur hic quinque filij Simeonis, veruntamen in Genesi ponuntur sex, sed vnus illorum hoc loco omittitur, quia de eo nulla est orta progenies: de quibus dicitur, Num. 26. b. Diony sius ibidem.
* Eorum.

8. Hazar susim.

9. g. Dū Dauid regnauit, Quoniam Sicelech & Beersabe per Dauid in priſtinam redierunt hereditatem. Hieron.

10. Propagatio eorum.
[h. Hic describitur filij Simeō, qui fuerunt notabiles tortitudinis. Primò contra Chananeos, Secundò contra Amalechitas. Vnde subditur, Isti sunt nominati principes, &c. De Lyra.]

11. Plurimum instaurantes domum patrum suorum.
g. Gador prægrādis vicus est in 10. miliario Diospolis ad Eleutheropolim. Videntque eadem cum Cedrone, de qua 1. Mach. 15. g. Et hunc Gador tempore Ezechiæ Regis occupauerunt Simeonitæ, pulsis inde quibusdam Chananæis, quod terra hæc aptissima esset gregibus, quib⁹ Simeonitæ maximè abundabāt. Diony sius.
12. Orientalem plagam.
13. Erant enim ibi pascua pro omnibus suis.

[a. Ad hæc Ruben, eo quòd patris lectum incestu cōtaminasset, ius primogenituræ amisit, Ioseph verò ipsius loco accepisse docetur. Procopius ibid.]
1. Quandoquidem nec secundū hanc primogenituram ducta fit genealogia.
2. Præualuit fratribus suis, & ex hac tribu princeps, & primogenitus fuit apud Ioseph.

b. Hic est pater Oseæ prophetæ, qui & Beeri dictus est. Hieron.
c Aroer quæ & Ar. Deuteronomio dicitur & Areopolis, vrbs olim quondam Moabitarum, sita ad ripā torrētis Arnon in valle media, olim potēs & nobilis. Alia eiusdem nominis est in tribu, & à Gaditis ædificata legitur.
3. Superficie orientalis plagæ Galgala.

d. Selcha, siue iuxta Hebr. Salchachvna est ex 60. vrbibus Basan, iuxta montem Hermon, in qua prius habitabāt Raphaim, quib⁹ expugnatis à Moyse hāc habitauerunt Gadītæ.
4. Eratque Iobel vapus, siue dux.

Universidad de Deusto
Biblioteca



hel in capite,]& Saphan ſecundus, Ianai autem, & Saphat in Baſan. Fratres verò eorum ſecundum domos cognationum ſuarum: Michael, & Moſollam, & Sebe, & Iori,& Iachan,& Zie,& Heber,ſeptem. Hi filij Abiahil,filij Vri,filij Iara,filij Galaad,filij Michahel,filij Ieſeſi,filii Ieddo,filii Buz. Fratres quoque filij Abdihel,filij Guni,Principes domus in familiis ſuis: & habitauerunt in Galaad,& in Baſan,& in viculis eius,& in cunctis ſuburbanis Saron, vſque ad terminos eorum. [g] [c] Omnes hi numerati ſunt c
in diebus Ioathan Regis Iuda,& in diebus Ieroboam Regis Iſrael. Filij Ruben,& Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe, [5] viri bellatores,] ſcuta portantes & gladios, & tendentes arcum, eruditíque ad prælia quadraginta quatuor milia,& ſeptingenti ſexaginta, procedentes ad pugnam, dimicauerunt contra [6] Haggarenos: ]Ithuræi verò,& Naphæi, & Nodab, præbuerunt eis auxilium.]Traditíque ſunt in manus eorum Haggareni,& vniuerſi qui fuerant cum eis: quia deum inuocauerunt cùm præliarentur,& exaudiuit eos, eò quòd credidiſſent in eum. Cœperúntque [7] omnia quæ poſſederant, camelorum ]quinquaginta milia,& ouium ducenta quinquaginta milia, aſinos, duo milia, & animas hominum centum milia. Vulnerati autem multi corruerunt. [g] Fuit enim d
bellum domini. Habitauerúntque pro eis vſque ad tranſmigrationem. Filij quoque dimidiæ tribus Manaſſe poſſederunt terram, à finibus Baſan vſque [f] Baal Hermon,& Sanir, [8] & ]montem Hermon. Ingens quippe numerus erat. Et hi fuerant Principes domus cognationis eorum. Efer, Ieſi,& Heliel, Eſriel,& Ieremia,& Odoia,& Iedihel, viri fortiſſimi,& potentes,& nominati duces in familiis ſuis. [9] Reliquerũt autem ]deum patrum ſuorum,& fornicati ſunt poſt deos populorum terræ, quos abſtulit dominus coram eis, & ſuſcitauit dominus Iſrael ſpiritũ Phul Regis Aſſyriorum, & ſpiritũ Theglatphalaſar Regis Aſſur,& [g] tranſtulit Ruben,& Gad,& dimidiam tribum Manaſſe, & adduxit eos in Ala,& in Abor, et [h] Aara & fluuium Gozam, vſque ad diem hanc.

[a. Dicunt aliqui quòd nõ fuit vna numeratio ſed duplex: quia iſti reges non fuerũt contemporanei. Poteſt tamen dici quod fuit eadem numeratio: quia licet Ieroboam filius Nabath rex Iſrael de quo. 3. Reg. 12. regnauerit longe ante Ioathan tamẽ alius Ieroboam Rex Iſrael de quo. 4. Reg 15. fuit cõtemporaneus ipſi Ioatham quia anno. 27. iſtius Ieroboam regnauit Ozias, qui etiam dictus eſt Azarias in Iuda: & ſic regnauit 15. annis cum Ieroboã, qui regnauit. 41. an. vt habetur. 4. Rex. 14. Ozias autem fuit percuſſus lepra, & extunc Ioathan cœpit regnare viuente patre. De lyra Ibidem.]

5 Fuerunt viri Martis,&

6. Haggarenos Ithuræos Naphæos & Nodab. Et adiuti ſunt à domino contra illos.

7. Pecora eorum & camelos eorum.

f. Idem mons eſt Sanir, Hermõ Baal Hermon, Seon & Sircon: qui pro varietate locorum quibus confinis eſt, tot varia ſortitur nomina.

8. Vſque ad.

9. Sed præuaricati ſunt in.

g. Principium captiuitatis decẽ tribuum, de qua 4. Regũ. 15. f. fuit ſub Thegiarphalatar. 2. Rege Babyloniorum regnante in Samaria Phacee filio Romeliæ

h. Ipſa eſt Rages vrbs Medorũ, de qua Tob. 1.

[a] Filij Leui: Gerſon, Gaath,& Merari. Filij Caath: Amram, Iſaar, Hebron, A
& Oziel. Filij Amram: Aron, Moyſes, & Maria. Filij Aaron: Nadab,& Abiu, Eleazar,& Ithamar. Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abiſũe, Abiſũe verò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi: [b] Ozi genuit Zaraiam,& Zaraias genuit Meraioth. Porrò Meraioth genuit Amariam,& Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoch,& Sadoch genuit Achimaas: Achimaas genuit Azariam: Azarias genuit Iohannan. Iohannan genuit Azariam. [c] Ipſe eſt qui ſacerdotio functus eſt in domo, quam ædificauit Salomon in Ieruſalẽ. Genuit autem Azarias Amariam, & Amarias genuit Achitob. Achitob genuit Sadoch, & Sadoch genuit Sellum. Sellum genuit Helchiam,& Helchias genuit Azariã, Azarias genuit Zaraiam,& Zaraias genuit Ioſedech. [d] Porrò Ioſedech egreſſus eſt quãdo trãſtulit dominus Iudam & Ieruſalem per manus Nabuchodonoſor. [d] Filij ergo Leui: Gerſon Caath,& Merari. Et hæc nomina filiorũ Gerſon, Lobni & Semei. Filij Caath: Amram,& Iſahar,& Hebron,& Oziheli. Filij Merari: Mooli,& Muſi. Hæ autem generationes Leui ſecundũ familias eorum. Gerſon, Lobni filius eius, Iaath filius eius, Zãma filius eius, Ioah filius eius, Addo filius eius, Zara filius eius, Iethrai filius eius. Filij Caath Aminadab filius eius, Chore filius eius, Aſir filius eius, Helchana filius eius, Abiaſaph filius eius, Aſir filius eius, [1] Cáath] filius eius, Vriel filius eius, Ozias filius eius, Saul filius eius. Filij Helcana: Amaſai,& Achimoth,& Helcana. Filii Helcana: Sophái filius eius, Naath filius eius, Heliab filius eius, Ieroam filius eius, Helcana filius eius. Filii Samuel, primogenitus. [e] Vaſſeni: & Abia. [f] Filii autem Merari: Mooli, Lobni filius e
eius, Semmei filius eius, Oza filius eius, Samaa filius eius, Aggia filius eius, Aſaia filius eius. Iſti ſunt quos conſtituit Dauid ſuper [2] cantores] domus domini, ex quo collocata eſt arca,& miniſtrabant coram * tabernaculo teſtimonii, canentes donec ædificaret Salomon domum domini in Hieruſalem. Stabant autem iuxta ordinem ſuum in miniſte-

a. Ordo ſucceſſionis ſummi ſacerdotij ab Aaron vſque ad trãſmigrationem in Babyloné, quæ ex litera clarè patet.

[b. Ab iſto Ozi accepit ipſe Heli ſummũ ſacerdotium ex ordinatione tamen diuina, vt dictum fuit Ruth. 1. &. 1. reg. 2. ita quòd fuit ſimul Iudex & ſũmus ſacerdos: & deſcendit ab Ithamar filio Aaron. De Lyra.]

c. Cur ipſum dicit ſacerdotio functum in domo domini, cum plurimi ante & poſt eum functi fuerint? Reſpondet Hiero. dicens. Monſtrat eundem Azariã teſtitiſſe Oziæ Regi, quando intrauit in templum domini cum thuribulo, & terræ motus magnus factus eſt Hiero. Ideo quia viriliter reſtitit Regi vſurpanti ſibi ſacerdotale officium, dicitur functus ſacerdotio in domo domini. Diony.

[d. Conſequenter deſcribit generationes Gerſonitarum. Primo tamẽ in generali repetit de generationibus Leui: ſecũdo deſcẽdit ad Gerſonitas deſcribens generationes eorum deſcendendo. De Lyra Ibidem.]

1. Thaath.

e. Qui in libro Regum Iohel nominatur, hic vero Vaſſeni ſcribitur, quia Abia filius Samuelis in iudicem conſtituendus munerum acceptor erat. Et quia iſte Iohel, qui & Vaſſeni hoc ſciebat & nõ cumpiebat eum ideo vterque feciſſe dicitur. In hoc vero loco demonſtrat eum ſeparatum à fratre ſuo, quia acceptor muneram erat Hieron.

2. Officia cantorum.

*Habitaculo,&.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ministerio. Hi vero sunt, qui assistebãt cũ filiis suis de filiis Caath[f]: Hemã cantor, filius Iohel, filii Samuel, filii Helcana, filii Ieroam, filii Helihel, filii Thou, filii Suph, filii Helcana, filii Iohel, filii Maath, filii Amasai, filii Helcana, filii Iohel, filii Azariæ, filii Sophoniæ, filii Thaad, filii Asir, filii Abisaph, filii Chore, filii Isaat, filii Caath, filii Leui, filii Israel. Frater Eius Asaph: qui stabat à dextris eius. Asaph filius Barachiæ, filii Samaa, filii Michael, filii Basaiæ, filii Melchiæ, filii Athanai, filii Zara, fili Adaia, filii Ethan, filii Zamma, filii Semei, filii Ieth, filii Gerson, filii Leui. [g] Filii autem Merari, fratres eorum ad sinistram. Ethan filii Chusi, filii Abdi, filii Maloch, filii Asabiæ, filii Amasiæ, filii Helciæ, filii Amasai, filii Bonni, filii Somer, filii Mooli, filii Musi, filii Merari, filii Leui. [g] Fratres quoque eorum Leuitæ: qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus domini. Aaron verò & filii eius adolebant incensum super altare holocausti, & super altare thymiamatis, in omne opus sancti sanctorum, & [3 h] vt precarentur pro Israel ]iuxta omnia quæ præceperat Moyses seruus dei. Hi sunt autem filii Aaron: Eleazar filius eius, Phinees filius eius, Abisúe filius eius, Bocci filius eius, Ozi filius eius, Zaraia filius eius, Meraioth filius eius, Amaria filius eius, Achitob filius eius, Sadoch filius eius, Achimaas filius eius. Et hæc habitacula eorum per vicos atque confinia filiorum scilicet Aaron, iuxta cognationes Chaathitarum. Ipsis enim sorte contigerant. [† ♯] Dederunt igitur eis Hebron in terra Iuda, & suburbana eius per circuitum: agros autem ciuitatis, & villas Caleph filio Iephone. Porrò filiis Aaron dederunt ciuitates [4 i] ad confugiendum, ]Hebron, & Lobna, & suburbana eius: Iether quoque, & Esthemo cum suburbanis suis: sed & Helon, & Dabir cum suburbanis suis: Asan quoque & Beth Semes, & suburbana earum [k] De tribu autem Beniamin, Gabee & suburbana eius, & Almath cum suburbanis suis, Anathot quoque cum suburbanis suis. Omnes ciuitates tredecim per cognationes suas. Filiis autem Caath residuis de cognatione sua, dederunt ex dimidia tribu Manasse in possessionem vrbes decem. [l] Porrò filiis Gerson per cognationes suas de tribu Isachar, & de tribu Asser, & de tribu Neptalim, & de tribu Manasse, in Basan vrbes tredecim. Filiis autem Merari per cognationes suas de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabûlon, dederunt sorte ciuitates duodecim. Dederunt quoque filii Israel Leuitis ciuitates & suburbana earum. [♯] Dederúntque per sortem ex tribu filiorum Iuda & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorum Beniamin vrbes has, quas vocauerunt nominibus suis, & iis qui erant ex cognatione filiorum Caath. Fuerúntque ciuitates in terminis eorum de tribu Ephráim. [† ] Dederunt quoque eis vrbes [5 j] ad confugiendum] Sichem cum suburbanis suis in monte Ephráim: & Gazer cum suburbanis suis: Iecmaam quoque cum suburbanis suis: & Bethoron similiter, necnon & Aialon cum suburbanis suis: & [6 m] Gethremmon ]in eundem modum. Porrò ex dimidia tribu manasse, Aner & suburbana eius: Balaam & suburbana eius: Iis videlicet qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant. Filiis autem Gerson de cognatione dimidiæ tribus Manasse, Gaulon in Basan & suburbana eius: & Astaroth cum suburbanis suis. [♯] De tribu Isachar, [n] Cedes cum suburbanis suis, & Dabereth cum suburbanis suis. Ramoth quoque & suburbana eius: & Anem cum suburbanis suis. De tribu verò Asser: [o] Masal cum suburbanis suis: & Abdon similiter: Hucoc quoque & suburbana eius. Roob cum suburbanis suis [p] Porrò de tribu Neptalim, Cedes in Galilæa & suburbana eius: Ammon cum suburbanis suis, & Cariathâim & suburbana eius. Filiis autem Merari residuis, de tribu Zabûlon, Remmono & suburbana eius: & Thabor cum suburbanis suis. Trans Iordanem quoque ex aduerso Iericho, contra orientem Iordanis: de tribu Ruben, Bosor in solitudine cum suburbanis suis: & Iassa cum suburbanis suis: Cademoth quoque & suburbana eius: & Mephaath cum suburbanis suis. Necnon & de tribu Gad [q] Ramoth in Galaad & suburbana eius: & [7] Manaim ]cum suburbanis suis: sed & Esebon cum suburbanis suis: & Iezer cum suburbanis suis.

[f. Nam Heman natus ex Caath filio Leui præfuit tutmæ cantorum, quæ erat in medio: Asaph verò ex Gerson progenit⁹, principe exeritit chori ad dexteram existentis. Ethan verò ex semine Merari erat super chorũ cõtorum existẽtium ad sinistram. Canebant autem Psalmos Dauid ordinatè, & tempore præfinito, donec ędificaret Salomon domum domini, id est, templum in Ierusalem, non quod ipsi vel eorum successores templo constructo cantare cessauerunt. Diony. Carth. ibidem.]

g. Quilibet enim Leuitarũ, suũ exercebat officium. Quidam ostiarij seu Ianitores erant, alij animalium oblatorum pelles detrahebant, aut aliàs tamulabantur sacrificiis. Nonnulli vasorũ custodes, & sic de aliis officiis tabernaculi. Dionysius.

3. Ad expiandum Israelitas.

h. Vnde non mirum est si verba bona quæ pro populo dicuntur in precibus, etiam si à malis dicantur Episcopis & exaudiri tamen, non pro peruersitate præpositorũ, sed pro deuotione populorum. Aug. Contra epistolã Parmeniani lib. 2.

4. Refugij.

i. Sex erant refugij ciuitates eratum tres citra Iordanẽ: Hebrõ, Sichem, & Cedes in Galilæa: & tres trans Iordanem: Bozor, Ramod in Galaad, & Gaulon in Basan, vt Iosue 20.

k. Sacerdotes enim & Leuitæ nõ poterant inter alias tribus hæreditatẽ habere: sed sacrificia, decimæ atque primitiæ erant eis loco hæreditatis. Vrbes tamen habuerunt inter fratres ad habitandum, & pascua ad pecora nutriendum. Dionysius.

[l. Consequenter agitur de habitaculis Gersonitarum, & Meritarũ: ostẽdẽdo quæ ciuitates, & à quibus tribubus assignatæ sunt eis. Et cùm hoc etiam intermiscet aliqua de filiis Caath. De Lyra. Ibidem.]

5. Refugij.

6. Gath Rimmon.

m. Gettremmon vel iuxta Hebræos Gathrimmon ciuitas Leuitarum, in 12. miliario Diospolis ad Eleutheropolim in tribu Dan.

n. Duę enim sunt Cedes, Vna in tribu Isachar, & est hæc præsẽs. Altera in Galilæa in tribu Neptalim, de qua in sequentibus.

o. Masal, alias misal, ciuitas separata Leuitis, & pertinẽs in Carmelum ad mare.

[p. Iuxta spirituale intelligentiam, per tres principes tantum, videlicet Heman, Asaph, & Ethan, significatur: prędicatores, doctores, prælati, qui sanctæ & superbeatissimæ trinitatis fidẽ & euangelium mũdo prædicãt. Diony. Carth. ibidem.]

q. Ramoth in Galaad duo vocabula hic, in libro Regum vnius nomen est, cùm dicit Ramoth Galaad. 3. Regum 22. Et est in tribu Ephraim. Hiero.

7. Mahanaim.

Universidad de Deusto
Biblioteca



† Orro filii Isachar, Thola, & Phua, [a] Iasub, & Simeron, quatuor. Filii Thola. Ozi, & Raphaia, & Ierihel, & Iemái, & Iepsem, & Samuel, Principes per domos cognationum suarum. De stirpe Thola viri fortissimi * numerati sunt in diebus Dauid: viginti duo milia sexcenti. [b] Filii Ozi: Israia, de quo nati sunt Michael, & Obadia, & Iohel, & Iesia, & quinque: omnes Principes: cũ eis per familias & populos suos [1] accincti ad prælium viri fortissimi] triginta sexmilia. [2] Multas enim habuerunt] vxores & filios. Fratres quoque eorum per omnem cognationem Isachar robustissimi [3] ad pugnandum: ] octoginta septem milia numerati sunt. †§ * [c] Filii Beniamin, Bæla, & Bechor, & Iadihel, tres. Filii Bæla, Esbon, & Ozi, & Oziel, & Ierimoth, & Iri, quinque: principes familiarum, & ad pugnandum robustissimi. Numerus autem eorum vigintiduo milia & trigintaquatuor. Porrò filii Bechor, Zamira, & Ioas, & Eliezer, & Helioenái, & Amri, & Ierimoth, & Abia, & Anathot, & Alameth. [d] Omnes hi filii Bechor. Numerati sunt autem per familias suas, Principes cognationum suarum ad bella fortissimi, viginti milia & ducenti. Porrò filii Iadihel: Balan. Filii autem Balan: Ieus & Beniamin & Ahoth, & [e] Chanaana, & Zethan, & Tharsis, & Haisaar. § Omnes hi, filii Iadihel Principes cognationum suarum, viri fortissimi, decem & septem milia & ducenti ad prælium procedentes: Sepham quoque, & Hapham filii Hir, & Asim filii Aher. Filii autem Neptalim: Iasihel, & Guni, & Iesер & Sellum filii Bala. Porrò filius Manasse: Esrihel, [4] concubináque eius [f] Syra peperit Machir] patrem Galaad. Machir autem accepit vxorem & filiis suis] Happhim, & Sepham, & habuit sororem nomine Maacha. Nomen autem secundi Salphaat: Natæque sunt Salphaat filiæ. Et peperit Maacha vxor Machir filium, vocauitque nomen eius Phares. § Porrò nomen fratris eius, Sares: & filii eius Vlam, & Recen. Filius autem Vlam, Bedan. Hi sunt filii Galaad, filii Machir, filii Manasse. Soror autem eius [5] Regma, peperit virum decôrum & ]Abiêzer & Moola. Erant autem filii Semida, Ahin, & Sechem, & Leci, & Aniam. [g] Filii autem Ephráim, Suthála: Bareth filius eius, Thâad filius eius, Elada filius eius, Thâad filius eius, & huius filius Zabad, & huius filius Suthála, & huius filius Ezer, & Elad. Occiderunt autem eos viri Geth indigenæ: quia descenderant vt [6] inuaderent possessiones] eorum. § Luxit igitur Ephráim pater eorum multis diebus, & venerunt fratres eius vt consolarentur eum. Ingressúsque est ad vxorem suam, quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Beria, eo quòd in malis domus eius ortus esset. Filia autem eius fuit Sara, quæ ædificauit Bethoron inferiorem & superiorem, & [7] Ozenzara.] Porrò filius eius Rapha, & Reseph, & Thale: de quo natus est Thaan, qui genuit Laadan. Huius quoque filius Ammiud, qui genuit [h] Elisama, de quo ortus est Nun, qui habuit filium Iosue. § Possessio autem eorum & habitatio Bethel cum [8] filiabus suis: ]& contra orientem Noran: ad occidentalem plagam Gazer & filiæ eius: Sichem quoque cum filiabus suis, vsque Asa cum filiabus eius: iuxta filios quoque Manasse Bethsán & filias eius: Thanac & filias eius, Mageddo & filias eius, Dor & filias eius. In his habitauerunt filij Ioseph, filij Israel. † Filij Asser, Iemna, & Iesua, & Isuai, & Baria, & [i] Særah soror eorum. Filij autem Baria: Heber, & Melchiel. Ipse est pater [k] Barsaith. § Heber autem genuit Iephlat, & Somer, & Hothan, & Suaa, sororem eorum. Filij Iephlat, Phosech, & Amaal, & Asoph. Hi filij Iephlat. Porrò filij Somer, Ahi, & Roaga, & Iaba & Aram. Filij autem Helem fratris eius: Supha & Iemna, & Selles, & Amal. Filij Suphæ Sue, Aruaphed, & Sual, & Beri, & Iamra, Bosor, & Od, & Samma, & Saluса, & Iethram, & Bera. Filij Gether: Iephone, & Phaspha, & Ara. Filij autem Olla: Aree, & Auihel, & Resia. Omnes hi filij Asser, principes cognationum, electi atque fortissimi duces ducum. Numerus autem eorum [9] ætatis] quæ apta esset ad bellum: viginti sex milia.

*Genea-*

a. Iasub in. 46. Genes. vocatur Iobab, aliàs Iob, Simeron autẽ vocatur Semron.
*Per familias suas.

b. Filij Israia dicuntur quinque esse, & nõ sunt nisi quatuor, sed cum eis annumeratur pater eorum Israia, quiviticus patri filio Ozi fuit, & fiunt quinque. Hieron.
1. Contei militares & belliciosi.
2. Multiplicauerunt enim.

3. Milites, & infra.
* Per totum ordinem generationis suæ.
§c. Non est intelligẽdum quòd Beniamin nõ habuerit nisi tres filios, cùm in Genesi legatur decem habuisse filios, sed isti fuerunt tres filij eius seniores. Dionysius Cart. ibidem.]

d. Vbicunque scribitur in lege: Omnes isti filij, cuiuslibet aut pro meritorum excellentia, aut pro meritorum deterioratione fit. Hieron.
e. Chanaana verò iste est à quo egressi sunt Beniamitæ qui nephas perpetrauerunt, propter & magnæ cædes in Israel tempore Iudicum factæ sunt. Hieron.

4. Quem peperit, sub. vxor sua) cõcubina verò eius Azaminiia peperit Machir.
f. Fertur hanc Syrã filiam fuisse filij Laban, quæ in Aegyptũ famis inopia ad vxurandum à patre ducta, à Manasse qui horreis præerat, misericorditer susceptа, patri cibariis datis, ab eodem Manasse in coniugium sumpta est, peperítque ei Machir patrem Galaad. Hieron. Ibidem. Vnde putatur dicta Syria, quia de Mesopotamia regione Syriæ, nata fuisse dicitur.
5. Maachæ peperit Ishud
[g Fabulantur Hebræi quòd filij Ephrãim congregata multitudine viuẽte patre conati sunt ad terram promissionis reuerti, & in Geth Palestinorum occisi sunt. Vnde exteræ tribus per desertum adducuntur, ne viderẽt ossa fratrum suorum, & in psalmo dicitur. 77. Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli. Glosa ordina. ibidem.]
6. Acciperent pecora.
7. Vzen Zeta.

h. Elisama patriarcha est de tribu Ephraim, qui in libro Numerorum scribitur, à quo descendit Nun pater Iosue, qui 7. fuit ab Ephraim in generatione sua. Iste est Iosue, qui est Iehosua, Iesus Naue, Iesus Ben. Nun, & Osee minister Moysi fidelis & eius successor. Diony.
8. Viculis eius, & infra.
i. Sara aliàs Serach filia Azer dicitur prophetissa fuisse & meritorum prærogatiua exuberasse Hieronymus.
k. Barsaith vel Berfaith aliàs Birsaith de progenie Melchiel de filiis Azer, fuit ditissimus. & tulit primitias Eliseo prophetæ. In eo impletum fertur quod Moyses de Azer ait Deute. 33. Benedictus in filiis Asser: Sit placens fratribus suis, & intingat in oleo pedem suum. Hier.

9. Per genealogiam suam.

Universidad de Deusto

*Genealogia Beniamin & Saul.* VIII.

A [a]Beniamin autem genuit Bæla primogenitum ſuum: Aſbeel ſecundum, Ahara tertium, Noaha quartum, & Rapha quintum. Fuerúntque filij Bæla Addar, & Gera, & Abiud, Abiſue quoque, & Naman, & Ahóe, ſed & Gera, & Sephuphan, & Vram. Hi ſunt filij [b] Ahod, Principes cognationum habitantium in Gabaa, qui tranſlati ſunt in Manáth. Naaman autem & Achia, & Gera, ipſe tranſtulit eos & genuit Oza, & Ahiud. Porrò [c] Saaráhim genuit in regione Moab, poſtquam dimiſit Huſim, & Bara vxores ſuas. Genuit autem de Hodes vxore ſua, Iobab, & Sebia, & Moſa, & Molchom. Iehus quoque & Sechia, & Marmach. Hi
B ſunt filij eius. [d] Principes in familiis ſuis. Mehuſim] verò genuit Abitob Elpháal. Porrò filij Elpháal, Heber, & Miſaan, & Samad. Hic ædificauit Ono, & Lod, & filias eius. Beria autem & Samma [a] Principes cognationum ]habitantium in Ahialon. [d] Hi fugauerunt habitatores Geth. Et Haio, & Seſac, & Ierimoth, & Zabadia, & Aarod, & Heder, Michael quoque & Ieſpha, & Ioa filij Beria. Et Zabadia, & Moſollam, & Ezeci, & Heber, & Eſamari, & Ieſlia, & Iobab: filij Elpháal. Et Iacim, & Zechri, & Zabdi, & Helioenai, & Selethái, & Heliel, & Adaia, & Baraia, & Samarath: filij Semei. Et Ieſpham, & Heber, & Heliel, & Abdon, & Zechri. & Hanan, & Anania, & Ælam, & A-
C nathothia, & Iephdaia, & Phanuel: filii Seſac. [d] Et Samſari, & Sooria, & Othalia, & Ier ſia, Helia, & Zechri: filii Ieroam. Hi [d] Patriarchæ & cognationum Principes: qui] habitauerunt in Hieruſalem. † In Gabaon autem habitauerunt [e] Abi Gabaon, & nomen vxoris eius Maacha, filiúſque eius primogenitus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Nadab, Gedor quoque & Ahio, & Zacher, & Macelloth. Et Macelloth genuit Samaa. [f] Habitauerúntque ex aduerſo fratrum ſuorum in Ieruſalem cum fratribus ſuis. † Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul Porrò Saul genuit Ionathan, & Melchiſúe, & A-
D binadab, & [g] Hesbal. [d] Filius autem Ionathan Meribáal, & Meribáal genuit Micha. Filii Micha Phiton, & Melech, & Thara, Ahaz & Ahaz genuit Ioada, & Ioada genuit Almath, & Aſmoth, & Zamri. Porrò Zamri genuit Moſa, & Moſa genuit Baana, cuius filius fuit Rapha, de quo ortus eſt Elaſa, qui genuit Aſel. Porrò Aſel ſex filii fuerunt his nominibus: Ezricam, Bochru, Iſmahel, Saria, Abadia, Anan. Omnes hi filii Aſel. Filii autem Eſech fratris eius. Vlam primogenitus, & Iehus ſecundus, & Heliapháleth tertius. Fuerúntque filii Vlam viri robuſtiſsimi, & magno robore tendentes arcum, & multos habentes filios ac nepotes vſque ad [h] centum quinquaginta milia.] Omnes hi filii Beniamin.

a. Et notandum quòd hic quinque de filiis Beniamin praetermiſerit, de quibus necdum progenies creuerat. Hieron. ibidē.

b. Dicunt hunc eſſe Aod aliàs Ehud, quem & Aioth dixerunt qui fuit Iudex Iſrael: fuitque filius Gera filii Iemni de tribu Beniamin vtens vtraque manu pro dextra. Dionyſius.

c Saraahſ dimiſit vxores ſuas in Iudæa, Vſim & Bara, & fugit in terram Moab, & accepit vxorē Hodes, ex qua ſuſcepit filios hic deſcriptos, qui fugauerunt habitatores Geth. Et vlti ſunt fratres ſuos filios Ephraim, qui eorum ceciderant gladio. Hieron. ibidem.

d. Et principi patres de Huſim.
2. Principi patres.
[d Philiſtæi enim qui habitabant in Geth, aſcenderūt in ſortem Beniamin ad deprædandū, & ab iſtis de tribu Beniamin fuerunt debellati & fugati, ſicut econuerſo filij Ephraim volentes deprædari Gethæos, ab ipſis fuerunt debellati & occiſi, vt dictum fuit cap. precedenti. De Lyra. Ibidem.]

3. Sunt principi, patres & principes in familiis ſuis, & iſti.

e. Significat illum qui pater & dominus siue princeps Gabaon erat.

[f. Fuerunt enim patres principi in cognationibus ſuis. Vbi verò Ieruſalem in ſorte Beniamin fuit, & pro parte in tribu Iuda. Dionyſius Cart. Ibidem.]

g. Hic autem Hesbaal eſt qui in ſecundo lib. Reg. dicitur Iaboleth, & ſucceſsit Saul in regno fratribus ſuis cum patre interfectis. Meribaal autem eſt Miphiboſeth.

h. Nam ſi in tribu Iuda inuenta ſunt quingenta milia pugnatorum, non videtur quin centum quinquaginta milia pugnatorum potuerint eſſe aut plures. Dionyſius.

## *Sacerdotum & Leuitarum officia, familia Saulis, & filiorum eius.* IX.

A VNiuerſus ergo Iſrael [*a] dinumetatus eſt, & ſumma eorum ſcripta eſt in libro Regum Iſrael & Iuda, [b] tranſlatíque ſunt in Babylonem propter delictum ſuum. Qui autem habitauerunt primi in poſſeſſionibus, & in vrbibus ſuis Iſrael, & ſacerdotes, & Leuitæ, & [c] Nathinnei, commorati ſunt
B in Ieruſalem de filiis Iuda, & de filiis Beniamin. De filiis quoque Ephráim & Manaſſe. Othei filius Amiud, filius Emri, filii Omrai, filii Bonni. De filiis Phares filii Iuda, & Siloni: Aſaia primogenitus, & filii eius. De filiis autem Zara, Iehuel & fratres eorum, ſexcenti nonaginta. [d] Porrò de filiis Beniamin, Salo filius Moſollam, filii Oduia, filii Aſana, & Iobania filius Ieroam, & Helam filius Ozi, filii Mochori, & Moſollam filius Saphaciæ, filii Rahuel, filii Iebaniæ, et fratres eorum per familias ſuas nongenti quinquaginta ſex. Omnes hi [1] principes cognationum per domos] patrum ſuorum. De ſacerdotibus autem, Iedaia, Ioiarib, et Iachin, Azarias quoque filius. [c] Helchiæ, filii Moſollam, filii [f] Sadoch, filii Meraioth. filii Achitob, [2] pontifex] domus dei. Prrò Adaias filius Ieroam, filii Phaſur, filii Melchia, et Maáſia, filius Adihel, filii Iezra, filii Moſollam, filii Moſollamith, filii Emmer, fratres quoque eorum principes per familias ſuas, mille ſeptingenti ſexaginta, fortiſſimi robore ad faciendum opus miniſterii in domo

*Per Genealogiam.
a Hanc numerationem à Ioab Dauid factam ferunt.
b. Hæc tranſlatio non de 10. tribubus, quæ in Aſſyrios tranſlatæ ſunt, ſed de tribu Iuda & Beniamin quæ in Babylonem tranſlatæ ſunt. Dionyſius.
c. Nathinnei, id eſt, donati. Sunt enim Gabaonitæ, eo quòd ad ſeruitēdum dati ſunt ad templū domini à Ioſue. Hieron. & conuerſi erant ad Iudaiſmum. de quibus Ioſ. 9. c. d.
[d. Commorati ſunt in Ieruſalē de filiis Iuda & de filiis Beniamin in reditu de captiuitate Babylonica: tolleriti ſunt qui præſidebant populo, vt ciuitas Ieruſalem habitaretur, eò quòd ibi reædificatum fuerit templū ad cultum diuinum. De Lyra. Ibidem.]
1. Viri præcipui & patres in familiis.
e. Hic dicitur pater fuiſſe Ieremiæ, qui tempore Ioſiæ librum legis inuenit.
f. Iſte fuit alius ab illo Sadoch quem conſtituit Salomon ſummum ſacerdotē pro Abiathar, & longo tempore poſterior. 3. Reg. 2.
2. Principis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dei. § 8 De Leuitis autem,Semeia,filius Aſſub,& filij Ezricã,filij Aſebia,de filiis Merari,Bachachaz quoque carpentarius,& Galal,& Mathania filius Micha,filij Zechri,filij Azaph & Obdia filius Semeiæ, filij Galal, filij Idithun, & Barachia filius Aſa, filij Helcana,qui habitauit [3] in atriis] [h] Nethophati.Ianitores autem,Sellum,& Achub,& Thelmon,& Ahiman, & frater eorum Sellum princeps: [4] vſque enim ad illud tempus,] in porta Regis, ad orientem obſeruabant [5] per vices ſuas de filiis] Leui. Sellum verò filius Chore, filii Abiaſaph, filii Chore, cum fratribus ſuis, & domo patris ſui. § Hi ſunt Choritæ ſuper opera miniſterij, cuſtodes veſtibulorum tabernaculi, * & [6] familiæ eorum per vices caſtrorum] domini, cuſtodientes introitum. Phinees autem filius Eleazar erat dux eorum [7] coram domino. ] Porrò Zacharias filius Moſollamia ianitor portæ tabernaculi teſtimonij.Omnes hi [8] electi in oſtiarios per portas] ducenti duodecim,& deſcripti in villis propriis,quos conſtituerunt Dauid & Samuel videns,in fide ſua,tam ipſos quàm filios eorum in oſtiis domus domini, [9] & in tabernaculo vicibus ſuis.[per quatuor ventos erant oſtiarij, id eſt, ad orientem, & ad occidentem, & ad aquilonem,& ad auſtrum. § Fratres autem eorum in viculis morabantur,& veniebant [10] in ſabbatis ſuis,]de tempore vſque ad tempus. * [11] His quatuor Leuitis,creditus erat omnis numerus ianitorum: & erant ſuper exhédras, &]theſauros domus domini.Per gyrum quoque templi domini morabantur [12] in cuſtodiis ſuis: vt cum tempus fuiſſet,ipſi mane aperirent fores. ] De horum grege erant & ſuper vaſa miniſterij. Ad numerum enim & inferebantur vaſa & efferebantur. [13] De ipſis & qui credita habebant vtenſilia]ſanctuarij: præerant ſimilæ & vino, & oleo, & thuri, & aromatibus. § Filij autem ſacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebant: & Mathathias Leuites,primogenitus Sellum Choritæ, [14] Præfectus erat eorum, ]quæ in ſartagine frigebantur.Porrò de filiis Caath,* fratribus eorum ſuper [i] panes [15] erat propoſitionis,] vt ſemper nouos per ſingula Sabbata præpararent. Hi ſunt [16] Principes cantorum,per familias]Leuitarum,qui in exhédris morabantur, ita vt die ac nocte iugiter ſuo miniſterio deſeruirent. Capita Leuitarum per familias ſuas Principes manſerunt in Ieruſalem. † In Gabaon autem commorati ſunt [17] pater] Gabaon, Iahiel & nomen vxoris eius Maacha. Filius primogenitus eius Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab, Gedor quoque, & Ahio, & Zacharias, & Macelloth. § Porrò Macelloth genuit Sammaan. Iſti habitauerunt è regione fratrum ſuorum in Ieruſalem cum fratribus ſuis. † § Ner autem genuit Cis,& Cis genuit Saul,& Saul genuit Ionathan,& Melchiſũe,& Aminádab, & [h] Esbáal. Filius autem Ionathan [i] Meribáal,& Meribáal genuit Micha.Porrò filij Micha:Phiton,& Melech, & Thara, & Ahaz: Ahaz autem genuit Iara,& Iara genuit Alámath,& Azmoth,& Zamri.Zamri autẽ genuit Moſa, Moſa vero genuit Baana, cuius filius Raphaia genuit Elaſa, de quo ortus eſt Azel.Porrò Azel ſex filios habuit his nominibus:Ezricam, Bochru,Iſmahel,Saria, Obdia,Anan.Hi filij Azel.

## *Saul cum filiis ſuis occiditur à Philiſtæis propter iniquitates ſuas,& ſepelitur à Galaaditis.* X.

† Philiſtiim autem pugnabant contra Iſrael, fugerúntque viri Iſrael [1] Palæſtinos,]& ceciderunt vulnerati in mõte Gelbóe. [2] Cúmque appropinquaſſent Philiſtæi perſequentes Saul & filios eius,percuſſerunt Ionathan,& Aminadab,& Melchiſũe,filios Saul. Et aggrauatum eſt prælium contra Saul, inuenerúntque eum ſagittarii, & vulnerauerunt iaculis.Et dixit Saul ad [b] armigerum ſuum:† Euagina gladium tuum & interfice me: * ne forte veniant incircunciſi iſti & illudant mihi. § Noluit autem armiger eius hoc facere: timore perterritus. Arripuit ergo Saul enſem, & irruit in eum. Quod cum vidiſſet armiger eius, videlicet mortuum eſſe Saul,irruit etiam ipſe in gladium ſuum, & mortuus eſt.Interiit ergo Saul & tres filij eius, & omnis domus illius pariter cóncidit. Quod cum vidiſſent viri Iſrael qui habitabant in [2] campeſtribus, fugerunt: & Saul & filiis eius mortuis ]derelique-

5. Per manſiones filiorum.
★ Teſtimonij.
6. Patres eorum per caſtra.
7. Anteſignanus,erátque dominus cum eo.
8. Clari oſtiarij veſtibulorum.
9. Domus tabernaculi per cuſtodias.
10. Poſt ſeptem dies.
★ Cum illis.
11. Sub fide enim quatuor inſignium ianitorum erant ipſi Leuitæ, qui conſtituti erant ſuper cameras atque ſuper.
12. Nam cuſtodia eorum erat, & ipſi habebant claues ad aperiendum mane & mane.
13. Quidam eorum conſtituti erant ſuper vaſa, atque ſuper omnia vaſa.
14. Per fidem conſtitutus erat ſuper his.
★ Et de.
[i. Duo & duo diuiſim coquebãtur ante ſabbatum ſecũdum Ioſephum, & ſabbato mane ſuper menſam ponebãtur, De quibus in Leuitico pleniꝰ dictũ eſt. D. Lyra Ibidem.]
15. Ordinandos.
16. Cantores præcipui patres.
17. Abi.

g. Notandum quia inter filios Iahel, Ner & Cis, vocantur fratres ſicut & ſunt, & in Regum libr. ita habetur. Hic vero dicitur: Ner genuit Cis, non quod eum genuerit vt in lib. Regum dictum eſt, ſed quod eum educauerit,eum genuiſſe dicitur. Hiero.
h. Iboſeth.
i. Miphidoſeth.

1. Philiſtæor.
2. Saul à ſagittariis vſque ad deſperationem vulneratus, maluis armigeri ſui quam incircũciſorũ gladio perire: quia principes regni Iudæorum, ſumpto ſemel propoſito in peccatis ſuis moriendi, maluere doctoribus ſuis mandata legis ſoluentibus & ſic ſe docẽtibus, quàm gentiliũ quos cõmunes & imũdos vocabant conſortio ſe polluere periml. Bed. 1. Reg. vltim.
b. Quem credunt fuiſſe Doech Idumæum, & puerum qui diadema & armillam Saul detulit ad Dauid fuiſſe filium Doech Idumæi. Hiero. ibidem.
* Cum eo.

2. Valle,quòd fugiſſet, & quòd mortui eſſent Saul & filij eius.

runt vrbes suas,& huc illúcque dispersi sunt,venerúntque Philistiim & habitauerunt
[c] in eis.[f] [c] Die igitur altero detrahentes Philistiim [3] spolia ]cæsorum,inuenerunt Saul & filios eius,iacentes in monte Gelbóe.Cúmque spoliassent eum,& amputassent caput, armisque nudassent,miserunt in terram suam,[4] vt circunferretur,& ostenderetur idolorum templis ]& populis.[d] Arma autem eius consecrauerunt in fano dei sui, & [5] caput ]affixerunt in templo Dagon.Hoc cum audissent viri Iabes Galaad,omnia scilicet
D quæ Philistiim fecerant super Saul: [g] consurrexerunt singuli virorum fortium, & tulerunt cadauera Saul & filiorum eius,attulerúntque ea in Iabes,& sepelierunt ossa eorum subter quercum,quæ erat in Iabes,& ieiunauerunt septem diebus. Mortuus est ergo Saul propter [6] iniquitates suas, eo quòd præuaricatus sit mandatum domini, quod præceperat, & non custodierit illud:sed insuper etiam Pythonissam consuluerit,[7] nec sperauerit in domino,]propter quod & interfecit eum, & transtulit regnum eius ad Dauid filium Isai.

[f. De morte Saulis dictum est in fine primi libri Regum,& in principio secundi.]
3. Cadauera.
4. Per circuitum vt ostenderetur idolis eorum.
d. Primo Regum iib.legitur & posuerunt in templo Astaroth dei sui,in memoriã scilicet conceisse victoriæ,ne triumphus ille daretur obliuioni, nec arma illa vsui amplius applicarentur humano.Diony.
5.Caput.
6.Præuaricationem suam.
7. Et non magis requisiuit dominum.

*Dauid vnctus in Regem electis strenuisque stipatur militibus & principibus.* XI.

[†] Congregatus est igitur [a] omnis Israel ad Dauid in Hebron,dicens:Os tuum
A sumus,& caro tua.Heri quoque & nudiustertius cum adhuc regnaret Saul tu eras qui educebas & introducebas Israel: Tibi enim dixit dominus deus tuus: Tu pasces populum meum Israel, & tu eris Princeps super eum. [b] Venerunt ergo omnes maiores natu Israel ad Regem in Hebron, & iniit Dauid cum eis fœdus* coram domino.Vnxerúntque eum Regem super Israel:iuxta sermonem domini quem locutus est in manu Samuel.Abiit quoque Dauid & omnis Israel in Ierusalem.Hæc est [c] Iebus,vbi erant Iebusæi habitatores terræ. Dixerúntque qui habita-
B bant in Iebus ad Dauid: Non ingredieris huc. [f] Porrò Dauid cepit arcem Sion, quæ est ciuitas Dauid. Dixítque:Omnis qui percusserit Iebusæum in primis, erit princeps & [1] dux. ] Ascendit igitur primus Ioab filius Saruiæ, & factus est princeps. Habitauit autem Dauid in arce,& idcirco appellata est ciuitas Dauid. Ædificauítque vrbem in circuitu à Mello vsque ad gyrum:Ioab autem reliqua vrbis extruxit.[2] Proficiebátque Dauid vadens & crescens: ] & dominus exercituum erat cum eo. [†] Hi principes viro
rum fortium Dauid,[3] qui adiuuerunt eum vt Rex fieret super omnem Israel, ] iuxta verbum domini, quod locutus est ad Israel:& iste numerus robustorum Dauid: Ies-
c baam filius Ahamoni,Princeps inter triginta.[g] Iste leuauit hastam suam super trecentos vulneratos vna vice.Et post eum Eleazar filius patrui eius Aboites: qui erat inter tres potentes.Iste fuit cum Dauid in [4]Phes Dammim, ]quando Philistiim congregati sunt ad locum illum in prælium.Et erat [5] ager regionis illius plenus ]hordeo: fugerátque populus à facie Philistinorum.[d] Hi steterunt in medio agri,& defenderunt eum. Cúmque percussissent Philistæos:dedit dominus salutem magnam populo suo.[†] Descenderunt autem tres de triginta Principibus ad petram, in qua erat Dauid ad speluncam Odollam: quando Philistiim fuerant castrametati in valle Raphaim. Porrò
D Dauid erat in præsidio, & statio Philistinorum in Bethléhem. [g 6] Desiderauit igitur Dauid aquam,& dixit: ]O si quis daret mihi aquam de cisterna Bethlèhem,quæ est in porta. Tres ergo isti per media castra Philistinorum perrexerunt,& hauserunt aquam de cisterna Bethléhem,quæ erat in porta,& attulerunt ad Dauid [7] vt biberet. Qui noluit,]sed magis libauit illam domino, dicens: [8] Absit vt in conspectu dei mei hoc faciam: ] & sanguinem virorum istorum bibam: * quia in periculo animarum suarum attulerunt mihi aquam.Et ob hanc causam noluit bibere.[e] Hæc fecerunt tres robustis
simi.Abisai quoque frater Ioab,ipse erat Princeps trium, & ipse leuauit hastam suam contra trecentos vulneratos,& ipse erat inter tres nominatissimus:[9] inter tres secun-
E dus,inclytus & Princeps eorum. ] [g] Veruntamen vsque ad tres primos non peruenerat. Banaia filius Ioiadæ, viri robustissimi, qui [10] multa opera perpetrarat de ] Capsehel:ipse percussit duos [11] Arihel ]Moab.Et ipse descendit & interfecit leonem in media cisterna tempore niuis:& ipse percussit virum Ægyptium,cuius statura erat quin

a.Hoc est, quidam principalis de singulis tribub*, super quas hucusque non regnauerat, qui videlicet propinqui illi secundum carnam Abrahæ, Isaac & Iacob. Diony super 3.ca.2.lib. Regum.
[b. Vnxerúntque eum Regem solenniter super populũ Israel, quia ante fuerat inunctus per Samuelem,sed secretè,vt habetur 1.Reg.16.& per tribum Iuda.De Lyra.Ibidem.]
* Hebron.

[c. Quid diuersarum vrbium alienigenas cõmemorem, quos populus Iudæorũ non quiuit expellere de vrbibus & sedibus suis: cùm ipsa metropolis tua prius Iebus, postea Salem, tertio Ierosolymis, & nunc Aelia, Iebusæos expellere non valuerit,sed manserint cũ eis in scandalum exemplúmque vicinorũ: intantum vt ibi templum tuũ conditũ sit vbi area Orne fuerit Iebusæi!Hieron.Dardano.
1. Caput.
2. Pergens itaque Dauid, pergendo crescebat.
3. Et qui vna cum eo firmauerunt regnũ cum vniuerso Israele, vt illum regem constituerent.

4. Pas Dammim.
5. Pars campi plena.
d. Tres isti fuerũt Abisai filiũs Saruiæ, & sub hoc Hai Vsaritea & Ionathan filius Samaa frattis Dauid. Hi tres irruperunt castra Philistinorum, & hauserũt aquam de cisterna Bethlehemis quam vir flagellis eruditus temetipsum protinus cum periculo militum aquam desideraſ se reprehendit, tãmque domino fundens libauit Angelo.2. Reg.23.
6 Et vñuam Dauid desiderio, dicebat.

7. Sed noluit Dauid bibere ea.
8. Prohibeat me deus meus ne faciam istud.
*In animabus eorum.

[e. Hoc factum intelligitur de apportatione aquæ ipsi Dauid tam periculosa, quòd fecerunt tres robustissimi,de quibus videtur intelligi, non de Abisai. De Lyra.]
9. Imo inter tres gloriosior erat duobus: fuit enim eorũ caput.
10. Plura opera perpetrauit q̃.
11. Fortis,miles.

Universidad de Deusto
Biblioteca



que cubitorum: & habebat lanceam vt liciatorium texentium. Descendit igitur ad eum cum virga, & rapuit hastam quam tenebat manu, & interfecit eum hasta sua. [f] Hæc fecit Banaia filius Ioiadæ, qui erat inter tres robustos nominatissimus, inter tringinta primus. Veruntamen ad tres vsque non peruenerat. Posuit autem eum Dauid [12] ad auriculam suam.] [g] Porrò fortissimi viri in exercitu, Asahel frater Ioab, & [1] Eleanam filius patrui eius de Bethléhem: Sammoth Arodites, Helles Pelonites, Iras filius Acces Thecuites, Abiézer Anatothites, Sobochai Vsatites, Ilai Abohites, Marai Netophatites, Heleth filius Baana Netophatites. Ethai filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin, Banaia Pharathonites, Hurai de torrente Gaas, Abiel Arbathites, Azmoth Bauranites, Eliaba Salabonites, filij Assen Gezonites, Ionathan filius Saiæ Araarithes, Abiã filius Sachar Ararithes, Eliphal filius Vr, Epher Mecheratites, Ahia Phellonites, [g] Ezro Carmelites, Naárai filius Azba, Iohel frater Nathan, Mibaar filius Agarai, Selech Ammonites, Naárai Berothites armiger Ioab filij Saruiæ, Iras Iethræus, Gareb Iethræus, Vrias Hethræus, Zabad filius Ooli, Adina filius Siza Rubenites Princeps Rubenitarum, & cum eo triginta, Haanan filius Maacha, & Iosaphat Mathanites, Ozias Astharothites, Semma & Iahihel filij Hothan Araorites, Iedihel filius Zamri, & Ioha frater eius Thosaites, Helihel [13] Mahumites,] & Ieribai, & Iosoia filij Elnáẽ, & Iethma Moabites, Elihel & Obeb, & Iasihel de Masobia.

f. Iam dictum est quod Abisai fuit inter tres nominatissimus: quomodo ergo idem nunc dicitur de Banaia? Respondetur quod tres fortes primi ordinis, similiter tres fortes secundi ordinis, à diuersis diuersimodè assignantur, prout 2. Regũ. lib. dictum est vbi & huius solutio quæstionis quæratur, ibi etiam requiratur quæstionis solutio, qua quæritur quo tempore acciderit ista historia de allatione aquæ de cisterna Bethlehem quam beatus Gregorius dicit accidisse post adulterium Dauid cum vxore Vriæ. Dio. ibid. 12. In consilium suum.

13. Mahumites.

*Sequentes Dauid fugientem Saul, & qui venerunt ad eum in Hebron vbi constituerunt eum Regem.* XII.

[1] Hi quoque venerunt ad Dauid in Siceleg, cum adhuc [1] fugeret] Saul filium Cis, qui erant fortissimi [2] & egregij pugnatores: tendentes arcum, & vtraque manu fundis saxa iacientes, & dirigentes sagittas. De fratribus] Saul ex Beniamin. Princeps Ahiezer & Ioas filij Samaa Gabaathites: & Iasihel & Phalleth filij Asmoth: & Baracha & Iehu Anathotites. Samaias quoque Gabaonites, fortissimus inter triginta & super triginta: Ieremias, & Iezihel, & Iohannan, & Iezabad Gaderothites, [3] & Elusai,] & Ierimuth, & Baalia, & Samaia, & Saphatia Haruphites. Helcana, & Iesia, & Azrahel & Ioézer, & Iesbaan [4] de Careim,] Ioela quoque, & Zabadia filij Ieroham de Gedor: [5] sed & de Gaddi transfugerunt ad Dauid [1] cum lateret in deserto,] viri robustissimi & pugnatores optimi, tenentes clypeum & hastam. [2] Facies eorum quasi facies leonis, & veloces quasi capreæ in montibus. Ezer Princeps, Obdias secundus, Eliab tertius, Masmana quartus, Ieremias quintus, Ethi sextus, Heliel septimus, Iohannan octauus, Helzebad nonus, Ieremias decimus, Macbanai vndecimus. Hi de filiis Gad Principes exercitus. Nouissimus centum [6] militibus] [6] præerat:] & maximus mille. Isti sunt qui transierunt Iordanẽ mense [7] primo,] quando inundare consueuit super ripas suas, [b] & omnes fugauerunt qui morabantur in vallibus ad orientalem plagam & occidentalem. [h] [c] Venerunt autem & de Beniamin, & de Iuda ad præsidium, in quo morabatur Dauid. Egressúsque est Dauid obuiam eis, & ait: Si pacificè venistis ad me, vt auxiliemini mihi, cor meũ iungatur vobis: Si autem insidiamini mihi pro aduersariis meis, cum ego iniquitatem in manibus non habeam, videat deus patrum nostrorum & [8] iudicet.] Spiritus verò [9] domini] induit [d] Abisai principem inter triginta, & ait: Tui sumus ô Dauid, & tecum fili Isai. Pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis: Te enim adiuuet deus tuus. Suscepit ergo eos Dauid, & constituit Principes turmæ. [i] Porrò de Manasse transfugerunt ad Dauid, quando veniebat cum Philistiim vt aduersus Saul [9] pugnaret, & non dimicauit cum eis,] † quia inito consilio remiserunt eum Principes Philistinorum, dicentes: [e †] Periculo capitis nostri reuertetur ad dominum suum Saul. Quando igitur reuersus est in Siceleg, transfugerunt ad eum de Manasse, Ednas, & Iosabab, & Iedihel, & Michahel, & Ednas, & Iosabath, & Heliu, & Salathi, Principes militum in Manasse. [f] Hi præbuerunt auxilium Dauid aduersus [10] latrunculos.] Omnes enim erant viri fortissimi, & facti sunt Principes in exercitu. Sed & per singulos dies veniebant ad Dauid ad auxilian-

1. Absconderetur propter.
2. Auxiliatores in prælio. Erántque armati arcubus iacientes dextrorsum & sinistrorsum lapides funda, & sagittas arcu. Erántque de fratribus.

3. Elhusai.
4. Haeorhim.
5. In præsidium deserti.

a. Hoc est vultu audaces erát atque terribiles hostib⁹, per quod datur intelligi quod interior dispositio cordis corúscelucebat in vultu vt eccles. 19. d. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Dionysius. ibidem.
6. Persequabatur.
7. Septimo.
b. Hæc autem quæ de Gadditis hic dicuntur, videtur facta post mortem Saulis, cum Dauid viuente Saule non inuenitur habuisse supra ducentos milites. Dionys.
c. Hi coniunxerant se filiis Iuda veniẽdo in adiutorium Dauid, vel quia pariter habitabant, vel ne Dauid de Iuda natus quid mali de Beniamitis suspicaretur contribulibus Saulis. Nec ideo immerito Dauid sibi timuerit ab illis ne in Saulis vltionem ad eum venirent. Idem.
8. Arguat.
[d. Et dicunt Hebræi quod iste fuit Amasa vterque tamen fuit nepos Dauid, de duabus sororibus vt dictum fuit. 2. reg. 17. De lyra ibid.]
9. In prælium, etiam si non ferrent eis opem.
[e. Istud secundũ humanã cõiecturam dictum fuit, sed vt ait Chrisostõ. super Matth. Implacabilis est ira regũ quam accepit contra eos à quibus regno priuari timent. Diony. Carth.]
f. Id est, aduersus Amalechitas, qui prædati sunt vxores eius, & eorum qui cum eo erant, vique dum fieret cum eo grandis nume. ut quasi exercitus dei. Hieron. ibid.
o. Turmam.

liandum ei, vsque dum fieret grandis[11] numerus] quasi exercitus dei. [f] [g] Iste quoque est numerus principum [12] exercitus,] qui venerunt ad Dauid cum esset in Hebron, vt transferrent regnum Saul ad eum, iuxta verbū domini. Filij Iuda portantes clypeum & hastam, sex milia octingenti expediti ad prælium. De filiis Simeon virorum fortissimorum ad pugnandum, septem milia, centum. De filiis Leui, quatuor milia sexcenti [g] Ioiada quoque Princeps de stirpe Aaron, & cum eo tria milia septingenti. Sadoch etiam puer [13] egregiæ indolis,] domus patris eius, [h] Principes vigintiduo. De filiis autem Beniamin fratribus Saul, tria milia. Magna enim pars eorum [14] adhuc sequebatur domum] Saul. Porrò de filiis Ephráim, viginti milia octingenti, fortissimi robore, viri nominati in cognationibus suis. [g] Et ex dimidia tribu Manasse, & decem octo milia, singuli per nomina sua venerunt vt constituerent Regem Dauid. De filiis quoque Isachar, [15] viri eruditi, qui nouerant singula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Israel,] Principes ducenti. [16] Omnis autem reliqua tribus, eorum consilium sequebatur.] Porrò de Zabûlon qui egrediebantur ad prælium, & stabant in acie instructi [17] armis] bellicis, quinquaginta milia, [18] venerunt in auxilium, non in] corde duplici. Et de Neptalim Principes mille, & cum eis instructi clypeo & hasta, triginta & septem milia. De Dan etiam præparati ad prælium, vigintiocto milia sexcenti. Et de Asser egredientes ad pugnam [19] & in acie prouocantes,] quadraginta milia. [g] Trans Iordanem autem de filiis Ruben & de Gad, & dimidia parte tribus Manasse, instructi armis bellicis, centū viginti milia. [g] Omnes isti viri bellatores, [20] expediti ad pugnandum] corde perfecto, venerunt in Hebron, vt constituerent Regem Dauid super vniuersum Israel, Sed & omnes reliqui ex Israel vno corde erant, vt Rex fieret Dauid: fuerúntque ibi apud Dauid tribus diebus, comedentes & bibentes: Præparauerant enim eis fratres sui. Sed & qui [21] iuxta eos] erant vsque Isachar, & Zabûlon, & Neptalim, afferebant panes in asinis, & camelis, & mulis, & bobus, ad vescendum, farinam, palatas, vuam passam, vinum, Oleum, boues arietes ad omnem copiā. Gaudium quippe erat in Israel.

11. Exercitus.
[f] Non est mirandum si de aliquibus tribubus aliis insequentibus ponitur maior numerus venientium ad Dauid in Hebron: quia antequam Dauid veniret in Hebron, maior pars tribus Iudæ adhæserat ei. De Lyra.]
12. Qui accincti erant ad militiam.
g. Hunc Ioiada quidam dicit fuisse partem Ianuæ: alij tradunt ipsum fuisse Phinees, ad cuius comparationem Sadoch puer vocatur. Hiero.
13. Fortis & bellicosus.
h. Quod vero dicit principes cum eis venisse, intelligit sacerdotes vel saltem principes sacerdotum. Id.
14. Ad hoc vsque tempus obseruabant custodiam domus.
15. Qui habebant cognitionem & intelligentiam temporum, scientes quid faciendum esset Israeli.
16. Atque omnes fratres eorū pendebant ab ore eorum.
17. Omnigenis instrumentis.
18. Parati ad bellum absque.
19. Et tenentes aciem belli.
g. Et hæc gesta sunt anno 7. regni eius in Hebron. Ex eo namque tempore illū regnasse dicunt in Hebron. Ex quo deuictis Amalechitis, de spoliis eorum misit dona senioribus Iuda, his qui erant in Hebron, & his qui erant in Bethel, & reliquis qui erant in his locis in quibus cōmoratus fuerat Dauid, ipse & viri eius. Inde mortuo Saule viri Iuda vocauerūt eum in Hebron vt regnaret super eos Hier. super 2. Reg. 5. c.
20. Aciem ordinantes.
21. Illis vicini.

## *Area domini à reducitur Cariathiarim cum morte Oza in Domum Obeth Aedom.* XIII.

[a] Iit autem consilium Dauid cum tribunis & centurionibus, & vniuersis principibus, & ait ad omnem cœtum Israel, [b] Si placet vobis, & à domino deo nostro [1] egredietur sermo quem loquor,] mittamus ad fratres nostros reliquos, in vniuersas regiones Israel, & ad sacerdotes & leuitas, qui habitant in suburbanis vrbium, vt congregentur ad nos, & reducamus arcam dei nostri ad nos. Non enim requisimus eam in diebus Saul. Et respondit vniuersa multitudo vt ita fieret. [g] Placuerat enim sermo omni populo. Congregauit ergo Dauid cunctū Israel à [c] Sihor Ægypti, vsque dum ingrediaris Emath, [†] vt adduceret arcam dei de Cariathiarim. Et ascendit Dauid & omnis vir Israel ad collem Cariathiarim, qui est in Iuda, vt afferret inde arcam domini dei sedentis super Cherubim, vbi inuocatum est nomen eius. Imposuerūtque arcam dei super plaustrum nouum de domo Aminadab. Oza autem & fratres eius [2] minabant plaustrum [g] Porrò Dauid & vniuersus Israel ludebant coram [3] deo] omni virtute: in canticis, & in citharis & [4] psalteriis,] & tympanis, cymbalis, & tubis. [†] Cum autem peruenissent ad [5] aream] [d] Chidon, tetendit Oza manum suam vt sustentaret arcam, [6] bos quippe lasciuiens paululum inclinauerat eam.] Iratus est itaque dominus contra Ozam, & percussit eum, [†] eo quòd tetigisset arcam, & [d] mortuus est ibi coram domino. [g] Contristatúsque est Dauid, eo quòd diuisisset dominus Ozam, vocauítque locum illum diuisio Ozæ, vsque in præsentem diem. Et timuit [*] deum tunc temporis, dicens: Quomodo possum ad me introducere arcam dei? Et ob hanc causam non adduxit eam ad se, hoc est, in ciuitatem Dauid: sed auertit in domum Obed Ædom Gethæi. Mansit ergo arca dei in domo Obed Ædom tribus mensibus, & benedixit dominus domui eius, & omnibus quæ habebat.

2. Quamuis Dauid sapientissimus esset & non innixus propriæ prudentiæ quin consilium & auxilio ab inferioribus peteret super rebus agēdis. Dionys.
[b. Dauidis regiminis describitur dispositio quæ quidē optima est quando incepit à diuinis: quia quādo rex qui est, qui in temporalibus est Dei vicarius, bene se habet erga Deū, Deus in agendis dirigit eum. De Lyra.]
1. Bonū videtur spergemus, &c.
c. Sihor Aegypti: fluuius est à Nilo deriuatus, vt in Ieremia: Quid tibi ad viam Aegypti vt bibas aquā Sihor? & in Iosue: de Sihor qui est super faciem Aegypti, vsque ad terminos Accaron. Hiero. ibid.
2. Dirigebant.
3. Arcā dei.
4. Nablis.
5. Horreum.
d. Vbi erat *Iosue* quando dictū est illi, Leua clypeum contra Hai. Ios 8. d.
6. Calcitrabant enim boues.
d. Quia nec portauit arcam humeris suis, nec Chaatitis dedit portādam iuxtā iussum Aminadab. Hiero. Traditur enim ille locus esse vbi Iosue habuit, quando dictum est ei: Leua clypeum contra vrbem Hai. Id.
* Dauid.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Dauid acceptis lignis ab Hiram pro construenda domo, duo bella in Philistæos gessit.* XIIII.

Misit quoque [a] Hiram Rex Tyri nuntios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices parietum, lignorúmque, vt ædificarent ei domum. Cognouítque Dauid, eo quòd confirmasset eum dominus in Regem super Israel, & sublevatum est regnum suum * [1] super] populum eius Israel. Accepit quoque Dauid alias vxores in Ierusalem, genuítque filios & filias. † Et hæc nomina eorum qui nati sunt in Ierusalem: ♮ Sammua, & Sobab, Nathan, & Salomon, Iebar, & Elisúa, & Hiphálech, Noga quoque, & Napheg, & Iaphie, Elisama, & Baliada, & Eliphéleth. † Audiétes autem Philistiim quòd vnctus esset Dauid in Regem super vniuersum Israel, [b] ascenderunt omnes vt quærerent eum. Quod cum audisset Dauid, egressus est obuiam eis. Porrò Philistiim venientes, diffusi sunt in valle Rapháim. Consuluítque Dauid dominum, dicens: ♮ Si ascendam ad Philistæos, & si trades eos in manu mea? Et dixit ei dominus: Ascende, & tradam eos in manu tua. Cúmque illi ascendissent in Baalpharasim, percussit eos ibi Dauid, & dixit: Diuisit deus inimicos meos per manum meam, sicut diuiduntur aquæ, & idcirco vocatum est nomen loci illius Baalpharasim, dereliquerúntque ibi deos suos, quos Dauid iussit exuri. Alia etiam vice Philistiim irruerunt, & diffusi sunt in valle. ♮ Consuluítque rursum Dauid deum, & dixit ei deus: Non ascendas post eos, [2] recede ab eis, & venies] contra illos [c] ex aduerso [3] pyrorum, Cúmque audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum. Egressus est enim deus ante te, vt percutiat castra Philistiim. Feci ergo Dauid sicut præceperat ei deus, & percussit castra Philistinorum de Gabaon vsque Gázera. Diuulgatúmque est nomẽ Dauid in vniuersis regionibus, & dominus dedit pauorem eius super omnes gentes.

a. Tyriorũ gens condita à Phœnicibus fuit, qui terræ motu vexati relicto patria solo, Assyrii in stagnũ primo, mox mari proximum litus incoluere, cõdita ibi vrbe, quàm à piscium vbertate Sidona appellauerũt. Nam piscem Sidonem Phœnices vocãt. Post multos deinde annos à Rege Ascaloniorũ expugnati, nauibus appulsi Tyrum vrbem ante annum Troianæ cladis condiderunt. Iusti. lib. 18. Huius vrbis Hiram Rex erat Dauidi contemporaneus alter ab eo qui Salomonẽ iuuit ad condendum templum domini, quod 12. anno regni illius posteriores Hiram cœptum esse dicit Iosephus contra Appionem. lib 1.

* 1 sublime.

1. Propter.

[b. Diffamata euangelij gratia, & regno Christi vbique prædicato, gentes vndique surrexerunt, contradicentes euangelio pacis. Glosa ordina. ibid.]

2. Diuerte ab eis, vt venias.

c. Traduat Philistæos idolum habuisse, cui in lachrymis hominum sacrificium parabatur. Huic illi more suo lachrymis sacrificabant. Et eis ex aduerso Dauid venit, in quorum capitibus iam furor domi fœuiebat, quando ad eos ventũ est. Hiero.

3. Mororum & infra.

*Deducitur arca Dei in Ierusalem cum triumpho & tripudio, irridente Michol filia Saulis.* XV.

† Fecit quoque sibi domos in ciuitate Dauid, & ædificauit locum arcæ dei, [a] tetenditque ei tabernaculum. Tunc dicit Dauid: Illicitum est vt [à quocunque] portetur arca dei nisi à Leuitis, quos elegit dominus ad portandum eam, & ad ministrandum sibi vsque in æternum. Congregauítque vniuersum Israel in Ierusalem, vt afferetur arca dei in locum suum, quem præparauerat ei: [b] nec non & filios Aarõ & Leuitas. De filiis Caath, Vrihel Princeps fuit, & fratres eius centum viginti. De filiis Mirari, Asaia princeps & fratres eius ducentiviginti. De filiis Gerson, Iohel Princeps, & fratres eius centumtriginta. De filiis Elisaphan, Semeias Princeps, & fratres eius ducenti. De filiis Hebron, Elihel Princeps, & fratres eius octoginta. De filis Ozihel, Aminadab Princeps, & fratres eius centum duodecim. ♮ Vocauítque Dauid Sadoch & Abiathar sacerdotes & Leuitas: [c] Vrihel, Asaiam, Iohel Semeiam, Elihel, & Aminadab, & dixit ad eos: Vos qui estis Principes familiarium Leuiticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, & afferte arcam domini dei Israel ad locum qui ei præparatus est, [1] ne vtà principio quia non eratis præsentes, percusit nos dominus, sic & nunc fiat illicitum quid nobis agentibus.] † Sanctificati sunt ergo sacerdotes & Leuitæ, vt portarent arcam domini dei Israel. [d] † Et tulerunt filij Leui arcam dei, sicut præceperat Moyses, iuxta verbũ domini, humeris suis in vectibus. Dixítque Dauid principibus Leuitarum, vt constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum [e] Nablis videlicet, & lyris, & cymbalis, vt resonaret in excelsis sonitus lætitiæ. Constituerúntque Leuitas Heman filium Iohel, & de fratribus eius Asaph filium Barachiæ. ♮ De filiis vero Merari, & fratribus eorum Ethan filium Chasaiæ, & cum eis fratres eorum. In secundo ordine, Zachariam, & Ben, & Iazihel, & Semiramoth, & Iehihel, & Aniheliab, & Banaiam, Maasiam, & Mathathiam, & Eliphalu, & Maceniam, & Obed Ædom, & Iehihel ianitores. Porrò cantores Heman, Asaph, & Ethan, in cymbális æneis concrepantes. Zacharias autem

a. Aliud nouum tabernaculũ fecit, quo illud quod à Moyse factum fuerat in eremo, coopериret. Hier. ibid. Porrò fecit Dauid tabernaculum iuxta domũ suam ad reponendam arcam, & posuit in eo quasdam de veteribus cortinis. Comestor. Tabernaculum autem Moysi adhuc mansit in excelso Gabaõ, vt infra 21. d. habetur. Dionys.

[b. Vt dirigerent Leuitas in arcæ deportatione, ita quod offensio dei non veniret super eos quod postea subditur. De Lyra. ibidem.

c. Hi sex principes Leuitarum de genere Aaron, cæteris præfecti erant Leuitis: eósque ad opera remouebant & dirigebant, super quos tamen erant sacerdotes. Hierony. ibid.

1. Quoniã à principio non eratis, fecit dominus deus noster in nobis diuisionem, eo quòd non requisiuimus eum sicut oportebat.

[d. Consequenter detestibilitur deuota arcæ deportatio. scilicet, cum laudibus diuinis, & sacrificiis, deportãtes eam de loco vbi erat in Gabaon. De Lyra. ibid.]

e Psalterium cithara est canora chordis aptata, quæ cũ plectro percutitur. Nablum autẽ habens duodecim sonos cum digitis tangitur. Lyra demum pro symphonia accipitur, sed nunc pro musico sumitur instrumẽto, quod secundũ quosdã est species citharæ. Dionys.

autem,& Ozihel, & Semiramoth, & Iahihel, & Ani, Eliab, & Maasias, & Banaias,in [2f]nablis arcana cantabant.]Porrò Mathathias,& Eliphalu, & Macenias, & Obed Ædom,& Iehihel,& Ozaziu in citharis[3] pro octaua canebant epinicion.] * Chonenias autem Princeps Leuitarum[4 g] prophetiæ præerat, ad præcinendam melodiam.] Erat quippe valde sapiens. Et Barachias & Helcana,ianitores arcæ. Porrò Sebenias, & Iosaphat,& Nathanael, & Amasai, & Zacharias, & Banaias, & Eliézer sacerdotes clangebant tubis coram arca dei:& Obed Ædom, & [h] Iehiia erant ianitores arcæ. † [g] Igitur Dauid & omnes maiores natu Israel, & tribuni ierunt ad deportádam arcam fœderis domini de domo Obed Ædom cum lætitia. Cúmque adiuuissет deus Leuitas, qui portabant arcam fœderis domini,immolabantur septem tauri, & septem arietes. Porrò Dauid erat indutus[5] stola byssina,]& vniuersi Leuitæ qui portabant arcam fœderis,cantoréque & Chonenias Princeps[6] prophetiæ]inter cantores [i]. Dauid autem indutus erat etiam Ephod lineo. Vniuersúsque Israel deducebant arcam fœderis domini in iubilo & sonitu buccinæ,& tubis,& cymbális,& nablis,& citharis,concrepantes. Cúmque peruenissет arca fœderis domini vsque ad ciuitatem Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit Regem Dauid saltantem, atque ludentem, & despexit eum in corde suo.

2 f. Super Alamoth [instrumẽtum est musicum, de quo in titulis psalmorum 9. & 45. & supra dictum est.
3. Super octauam triumphãres. * Pro victoriis.
4. In prophetia erat, eruditus in prophetia.
g. Chonenias prophetiæ præerat ad præcinendam melodiã, quia ipse eis spiritu prophetiæ melodias & verba ad memoriam reuocabat. Hieronym.
h. Iehiia alias, Iehiel, is est de eius progenie fuit Aziel propheta qui in diebus Iosaphat prophetauit. Hiero.
5. Indumento lineo.
6. Vel cantus.
[i. Cunctis exultantibus, & ad arcæ introitum hymnis resonãtibus sola Michol filia Saul abest. Imo in specula Dauid hũc humiliatum despicit, quia et eredentibus in fine Iudæis, quidã Christum professione, Antichristũ sequuntur opere. Glos. ordinaria.]

*Constituta arca in tabernaculo fœderis, constituuntur ministri, & coram arca confitentur domino.* XVI.

[f] Tulerunt igitur arcam dei,& constituerunt eam in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid,& obtulerunt holocausta & pacifica corã deo. Cúmque complesset Dauid offerens holocausta & pacifica, [a] benedixit populo in nomine domini, & diuisit vniuersis per singulos à viro vsque ad mulierem,tortam panis, & [1] partem assæ carnis bubalæ : & frixam oleo similem.] [b] Constituítque coram arca domini de Leuitis qui mistrarent, & recordarentur operum eius,& glorificarent, atque laudarent dominum deum Israel: Asaph principem,& secundum [2] eius ] Zachariam. Porrò Iahihel, & Semiramoth, & Iehihel, & Mathathiã,& Eliab,& Banaiã,& Obed Ædom, Iehihel,super organa psalterij, & lyras. Asaph autem vt in cymbalis personaret. Banai verò,& Iahaziel sacerdotes, canere tuba iugiter coram arca fœderis domini. In illo die fecit Dauid Principem ad confitendum domino,[3] Asaph & fratres ]eius. † [c] Confitemini domino, & inuocate nomen eius,notas facite in populis[4] adinuentiones ]eius. [g] Cantate ei & psallite ei, & narrate omnia mirabilia eius. Laudate nomen sanctum eius, lætetur cor quærentium dominum. Quærite dominum,&[5] virtutem ]eius: [d] quærite faciem eius semper. Recordamini mirabilium eius quæ fecit,signorum illius,& iudiciorum oris eius. Semen Israel serui eius,filij Iacob electi eius. Ipse dominus deus noster, in vniuersa terra iudicia eius. Recordamini in sempiternum pacti eius:sermonis quem præcepit in mille generationes. Quem pepigit cum Abraham,& iuramenti illius cum Isaac. Et constituit illud * Iacob in præceptum, & Isaac in pactum sempiternum, dicens: Tibi dabo terram Chanáan,funiculum hæreditatis vestræ. Cum essent parui numero,[6] pauci & coloni eius. ]Et transierunt de gente in gentem,& de regno ad populum alterum. Non dimisit quenquam calumniari eos, sed [7] increpauit pro eis ] Reges. [e] Nolite tangere Christos meos,& in prophetis meis nolite malignari. † Cantate domino omnis terra,annunciate ex die in diem salutare eius. Narrate in gentibus gloriam eius,& in cunctis populis mirabilia eius. [g] Quia magnus dominus & laudabilis nimis, & horribilis super omnes deos. Omnes enim dij populorum [8] Idôla: ] dominus autem cœlos fecit. Confessio & magnificentia coram eo,fortitudo & gaudiũ in loco eius. † [f] Afferte domino familiæ populorum, afferte domino gloriam & imperium: date domino gloriam nomini eius. Leuate sacrificiũ,& venite in conspectu eius, & adorate dominum in [9] decôre sancto.] Commoueatur à facie eius omnis terra, ipse enim fundauit orbem immobilẽ. † Lætentur cæli & exultet terra, & dicant in nationibus, dominus

a. Hoc est, bona imprecatus est eis tanquam Rex & princeps eorũ terruitũque amarat, quãuis benedictio talis proprie spectet ad sacerdotes, Indefinitedictio sacerdotis quanta sit virtutis ex hac, & benedictione Iacob liquescit Diony.
1. Bonam partem carnis, atque lagenam vini
b Postea verò Dauid cum ministeria domus domini amplior et, ianitores & cantores instituit. diff. 21. cap. 1.
2. Post eum.
3. Per manum Asaph & fratrũ.
c. Alleluia in hoc psalmo principium sumpsit, quod qui interpretantur, gloria deo creatori omnium, verũ dicunt. Ad omnes enim gentes imperat nuntiari gloriam eius, & enarrari omnia mirabilia eius. Quomodo ex virgine natus, quo verbo & exemplo docuit, quomodo virtutes exercuit, quomodo in cruce pependit, quomodo mortuus, sepultus resurrexit, &c. Arnobius in psal. 104.
4 Operationes.
5 Fortitudinem.
d. Per faciem dei deum ipsum circum loquitur, vel diuinam indicat custodiã ac protectionem erga homines, aut ipsum fortasse vnigenitum dei Filiũ Christum intelligit, qui incõmutabilis est imago dei patris & character substantiæ eius: Euthymius. Psal. 104.
* Ipsi.
6. Et exigui peregrinãtes in ea.
7. Corripuit propter eos.
e Tactum pro vexatione & iniuria accipe, iuxta id quod legimus: Nolite tãgere Christos meos &c. Qui enim sanctos domini tetigerit, sic est quasi vexare cupiat pupillã oculi eius & illum nitatur elata luce priuare. Hierony. super cap. 2. Zachariæ.
8. Sunt nihilum.
f. Titulus psal. 28. est in cõsummatione tabernaculi. Consummatio autem tabernaculi finis mundi est, in quo offerunt deo filij dei filios arietũ. Arnobius. Psal. 28.
9. Magnificentia sanctitatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



regnauit:[g] Tonet mare,& plenitudo eius:exultent agri,& omnia quæ in eis sunt. Tũc [10]laudabunt ligna saltus] coram domino, quia venit iudicare terram. Confitemini domino quoniam bonus,quoniam in æternum misericordia eius. Et dicite: salua nos deus saluator noster,& congrega nos,& erue de gentibus,vt cõfiteamur nomini sancto tuo,& [11] exultemus in carminibus tuis. ] [g] Benedictus dominus deus Israel [h] ab æterno vsque in æternum,& dicat omnis populus amen, & hymnum deo. Dereliquit itaque ibi coram arca fœderis domini, Asaph & fratres eius, vt ministrarent in conspectu arcæ iugiter,[12] per singulos dies, & vices suas. ] Porrò Obed Ædom & fratres eius sexagintaocto,& Obed Ædom filium Idithun, & Oza,constituit ianitores. Sadoch autem sacerdotem,& fratres eius sacerdotes, coram tabernaculo domini in excelso,quod erat in [i] Gabaon : vt offerrent holocausta domino super altare holocaustomatis iugiter,mane & vespere,iuxta omnia quæ scripta sunt in lege domini,quam præcepit Israeli.[13] Et post eum: ]Heman,& Idithun,&[14] reliquos electos, vnumquenque vocabulo suo ]ad confitendũ domino,quoniam in æternum misericordia eius. Heman quoque & Idithun canẽtes tuba,& quatientes cymbala, & omnia musicorũ organa ad canendum domino.Filios autem Idithun fecit esse portarios.Reuersúsque est omnis populus in domum suam,& Dauid,vt benediceret etiam domui suæ.

[g] Inducuntur autem ista insensibilia a [f] Dei laudem in cãtico quia sunt hominibus materia diuinæ laudis, inquãtum quicquid est pulcritudinis & bonitatis in eis reducendum est in gloriam conditoris.]

10. Exultabunt arbores syluæ.

11. Triũphemus in laude tua.

[h] Hoc est, ab æterno vsque in æternum:quia sine fine laudabitur ab eis,de quibus dicitur. Beati qui habitat in domo tua domine,in secula seculorũ laudabunt te. Prosper in Psal. 105. 12. In his quæ singulis diebus erant facienda.

[i] Hic Gabaon quidam locum quendã arbitrantur esse in Ierusalem:vbi à Dauid tabernaculum fœderis,& arca testamenti domini collocata sunt. Hieron. ibidem.

13. Erántque cum eis.

14. Et reliqui electi,quorum nomina sunt expressa.

*Prohibetur Dauid construere templum domino per Nathan prophetam.* XVII.

[†] Vm autem habitaret Dauid in domo sua, dixit ad Nathan prophetam: [†] Ecce ego habito in domo cedrina,arca autem fœderis domini sub [1] pellibus ]est.[2] Et ait Nathan ad Dauid:Omnia quæ in corde tuo sunt, fac. Dominus enim tecum est. Igitur nocte illa factus est sermo domini ad Nathan,dicens:Vade & loquere Dauid seruo meo: Hæc dicit dominus: [†] Non ædificabis tu mihi domum ad habitandum. Neque enim mãsi in domo ex eo tempore, quo eduxi Israel de terra Ægypti vsque ad diem hanc: sed fui semper mutans loca tabernaculi,& in tentorio manens cum omni Israel. Nunquid locutus sum saltem vni iudicum Israel quibus præceperam, vt pascerent populum meum, & dixi: quare non ædificasti mihi domum cedrinam?Nunc itaque sic loquêris ad seruum meum Dauid:Hæc dicit dominus exercituum: [g] Ego tuli te cum in pascuis sequereris gregem, vt esses [b] Dux populi mei Israel:& fui tecum quocunque perrexisti,& interfeci omnes inimicos tuos coram te,fecíque tibi nomen quasi vnius magnorum, qui celebrantur in terra.Et dedi locum populo meo Israel.Plantabitur,& habitabit in eo,& vltrà non commouebitur:nec filij iniquitatis atterent eos, sicut à principio, ex diebus quibus dedi iudices populo meo Israel, & humiliaui vniuersos inimicos tuos. Annuntio ergo tibi, quòd ædificaturus sit tibi dominus domũ. [c] Cúmque impleueris dies tuos, vt vadas ad patres tuos,suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis, & stabiliam regnum eius. [†] Ipse ædificabit mihi domum, & firmabo solium eius vsque [d] in æternum. [†] Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, [2] & misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. [g] Et statuam eum in [c] domo mea,& in regno meo vsque in sempiternum: & thronus eius erit firmissimus in perpetuum.Iuxta omnia verba hæc:& iuxta vniuersam visionem istam, sic locutus est Nathan ad Dauid. Cúmque venisset Rex Dauid, & sedisset coram domino, dixit:Quis ego sum domine deus?& quæ domus mea,vt præstares mihi talia? Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo. Ideóque locutus es super domum serui tui [3] etiam in futurum, ] & [4] [e] fecisti me spectabilem super omnes homines. ] Domine deus meus,quid vltrà addere potest Dauid, cum ita glorificaueris seruum tuum, & cognoueris eum? Domine propter famulum tuum iuxta cor tuum fecisti omnem magnificentiã hanc,& nota esse voluisti vniuersa magnalia. Domine non est similis tui,& nõ est alius deus absque te,ex omnibus quos audiuimus auribus nostris. [g] Quis enim est alius,vt populus tuus Israel,gens vna in terra,ad quã perrexit deus, vt liberaret &faceret populũ sibi,& [5] magnitudine sua atque terroribus eiiceret ]nationes à facie eius

1. Cortinis.

2. Hoc enim Nathan ex se & non ex sermone domini dixit. prius enim interrogare deum debuit. Hic etenim demonstratur quod spiritus prophetiæ prophetarum mentes non semper irradiat,quia sicut de spiritu sancto scriptum est Io 3. Spiritus vbi vult spirat. Hinc est etiam quod Helisæus eũ flentem mulierem cernere, causámque nescire,ad puerum hanc prohibentem dixit Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine est,& dominus celauit me, & non indicauit mihi. Angelo super 7. cap. 2. lib. Regum.

[b] Dicendum quòd quilibet iudex Israel fuit de aliqua tribu Israel, vt patet ex decursu libri iudicum, & tunc temporis quilibet eorum in sua tribu erat dux principalis. De Lyra ibidem.]

[c] Hanc promissionem qui putat in Salomone completã, errat. Attendat quod dictum est: Hic ædificabit mihi domum, quia Salomon nobile templũ extruxit, & non attendit quod dicitur. fidelis erit domus eius &c. August. in Gloss. ordina.]

[d] Sed hæc vt Iudæi non intelligerẽt,illa fuit causa,quod Salomon filius Dauid deo rẽplũ ædificauit,& ciuitatem, quam de suo nomine Ierosolymam nuncupauit. Itaque ad ipsum quæ dicta sunt à propheta,referunt. Iadant lib. 4. cap. 13.

2. Quod me fecisti venire vsque huc.

3. In longinquum.

4 Aspexisti me iuxta præstantiam hominis alicuius magni. e. Nam & hoc est speciale donum dei scire beneficia eius: similiter futura prænoscere. Propter quod loquitur Paul[s]: Non spiritum huius mũdi accepimus,sed spiritũ qui ex deo est,vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Dionysius in 2. Reg. 7.

5 Ponerei tibi nomen magnificum atque terribile,eiiciẽdo.

tic eius quem de Ægypto[6] liberarat?] Et posuisti populum tuum Israel tibi in populum vsque in æternum,& tu domine factus es deus eius. Nunc igitur domine, sermo quem locutus es[7] famulo tuo,]& super domum eius,cõfirmetur in perpetuum, & fac sicut locutus es: permaneátque[8] &]magnificetur nomen tuum vsque in sempiternũ, & dicatur, dominus exercituum deus Israel,* & domus Dauid serui eius permanens coram eo. Tu enim domine deus meus [d] reuelasti auriculam serui tui, vt ædificares ei domum,& ideirco inuenit seruus tuus fiduciam, vt oret coram te. Nunc ergo domine,tu es deus,& locutus es ad seruum tuum tanta beneficia,[9] & cœpisti] benedicere domui serui tui,vt sit semper coram te. Te enim domine benedicente, benedicta erit in perpetuum.

6. Liberasti.

7. Super seruo tuo.

8. Vt.

*Deus est Israelis.

d. Hoc est, auribus meis per Nathan prophetam denunciasti voluntatem tuam super domo ædificanda. Dionys.

9. Nunc igitur placeat tibi.

*Prælia Dauid & tributa in gentes atque officiarij eius.* XVIII.

Arg. 2. A

† Factum est autem post hæc, vt percuteret Dauid Philistiim, & humiliaret eos,& tolleret Geth,& [a] filias eius de manu Philistiim: percuterétque Moab,& fierent Moabitæ serui Dauid,offerentes ei munera. Eo tempore percussit Dauid etiam [1] Adadézer Regem Soba, [2] regionis Hemath,] quando perrexit, vt dilataret imperium suum vsque ad flumẽ Euphráten. Cœpit ergo Dauid mille quadrigas eius,& septem milia equitum,ac viginti milia virorum peditum. Subneruauítque omnes equos curruum,[3] exceptis centum quadrigis quas reseruauit sibi.] B [4] Superuenit autem & Syrus Damascenus, vt auxilium præberet Adadézer Regi Soba. Sed & huius percussit Dauid viginti duo milia virorum. Et [4] posuit milites in Damasco: vt Syria quoque seruiret sibi & offeret] munera. Adiuuítque dominus eum in cunctis ad quę perrexerat. Tulit quoque Dauid [5] pharetras aureas quas] habuerant serui Adadézer,& attulit[6] eas]in Ierusalem: necnon de Thebath & Chun vrbibus Adadézer æris plurimum,de quo fecit Salomon mare æneum, & columnas C & vasa ænea. Quod cum audisset Thou Rex [b] Hemath [4] percussisse videlicet Dauid omnem exercitum Adadézer Regis Soba, [c] misit Adoram filium suum ad Regem Dauid, vt postularet ab eo pacem,&congratularetur ei, eo quòd percussisset,& expugnasset Adadézer. Aduersarius quippe erat Thou Adadézer. Sed &omnia vasa aurea & argentea & ænea consecrauit Dauid Rex domino,cum argento & auro quod tulerat ex vniuersis gentibus,tam de Idumæa, & Moab, & filiis Ammon,quàm de Philistiim & [7] Amalech,] D [4] Abisai verò filius Saruiæ percussit Ædom in valle Salinarum, [d] decem & octo milia,& constituit in Ædom præsidium, vt seruiret Idumæa Dauid, Saluauítque dominus Dauid in cunctis ad quæ perrexerat. Regnauit ergo Dauid super vniuersum Israel,& faciebat iudicium atque iustitiam cuncto populo suo. Porrò Ioab filius Saruiæ erat super exercitum,& Iosaphat filius Ahiluth à [e] commentariis. Sadoch autẽ filius Achitob,& Abimélech filius Abiathar sacerdotes, & Susa scriba. Banaias quoque filius Ioiadæ super legiones Cerethi & Phelethi. Porrò [f] filij Dauid primi ad manum Regis.

2. In lib. 2. Reg. 8. dicitur: Et tulit Dauid frenũ tributi de manu Philistiim quod idẽ est dicere, tulit Geth metropolim & filias eius, reliquas videlicet ciuitates Philistiim. Frenum autem tributi quinque ciuitates Philistinorum erãt quæ ĩpius Israel sibi tributarias faciebant quas eis tulit Dauid,& fecit sibi tributarias. Angelomus.

1. Adadézer,& infra.

2. In Hemath.

3 Et reliquos fecit ex eis centũ currus.

4. Subegit Dauid Syriam Damasci, factique sunt Syri serui Dauid pendentes.

5. Clypeos aureos, quos.

6. Eos.

b Hemath dici putat Hieronymus eam partẽ Syriæ quæ Ciliciam attingit, quę Antiochia illa magna dicitur, in quarta parte yriæ quæ Roob dicitur.

c. Thou interpretatur error eorum, quia filium suum in dolo ad Dauid mittebat, ideirco no minus immutatio facta est. Hieron. ibid.

7. Amalech.

d. Multi enim errore decepti duodecim milia habent, eo quod in Psal. scribitur: duodecim milia Ioab occidisse perhibetur: hic decem & octo milia Abisai: & propter regalis nominis dignitatem, Dauid victoria adscribitur Hieron.

e. Commentatores, qui adnotatis rebus & causis, eas Regi ad memoriam referebant. idẽ.

f. Filij Dauid erant ad officia regia, quæ tria erant. Primum vt esset super omnes maiores regni, qui Regi assistebant. Secũdum super Zanedrim quod erat collegium sacerdotum & doctorum legis. Tertium vt domus Regis debite regeretur. 10. Annius super Philonem.

*Hanon Ammonita seruis Dauid contumelia affectis à Dauide inuaditur, & cum auxiliaribus suis vincitur.* XIX.

Arg. 2. A

† Accidit autem, vt moreretur [a] Naas Rex filiorum Ammon, & regnaret Hanon filius eius pro eo. Dixítque Dauid: Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas Præstitit enim mihi pater eius [1] gratiam.] Misitq; Dauid nuntios,ad consolandum eum super morte patris sui. Qui cum perueniissent in terram filiorum Ammon, vt consolarentur Hanon, dixerunt Principes filiorum Ammon ad Hanon: Tu forsitan putas quòd Dauid [2] honoris causa in patrem tuum,]miserit qui consolarentur te: nec animaduertis,quòd vt explorent, & inuestigent,& scrutẽtur terrã tuam, venerint ad te serui eius. Igitur Hanon [3] pueros Dauid [b] decaluauit]& rasit:& præcidit tunicas eorũ à natibus vsque ad pedes, & dimisit B eos. [4] Qui cũ abissent,& hoc mandassent Dauid, misit in occursum eorum, (Grandẽ

a. Contra quem primo Saul pugnauit in Iabes Galaad & vicit 1. Reg 11

1. Misericordiam.

2 Honorat patrem tuũ in præsentia tua, pro eo quod.

3. Tollens seruos Dauid, eos.

b. Vnde colligitur eos decaluatos fuisse, & barbas rasas eos habuisse, & vestimenta antè & retro præcisa. Hiero.

enim contumeliam sustinuerunt) & præcepit vt manerent in Iericho, donec cresceret barba & capilli eorum, & tunc reuerterentur. [c]Videntes autem filij Ammō, quòd [4]iniuriam feciſſent]Dauid, tam Hanon quàm reliquus populus, miserunt mille talenta argenti, vt conducerent sibi de Mesopotamia, & de Syria, Maacha, & de Soba currus & equites. Conduxerúntque trigintaduo milia curruum, & [d] regem Maacha, cum populo eius. Qui cum venissent, castrametati sunt è regione Medaba. Filij quoque Ammon congregati de vrbibus suis, venerunt ad bellum. Quod cum audisset Dauid, misit Ioab, & om nem execitum virorum fortium. [5] Egressíque filij Ammon e direxerunt aciem iuxta portam ciuitatis Reges autem qui ad auxilium eius venerant separatim in agro steterunt. Igitur Ioab intelligens [5] bellum ex aduerso, & post tergum contra se fieri:] elegit viros fortissimos de vniuerso Israel, & perrexit contra Syrum. Reliquam autem partem populi dedit sub manu Abisai fratris sui, & perrexerunt contra filios Ammon. Dixitque: Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi, si autem superauerint te filij Ammon, ero tibi in præsidium. [6] Confortare & [e] agamus viriliter] pro populo nostro, & pro vrbibus dei nostri. Dominus autem quod in conspectu suo bonum est, faciat. Perrexit ergo Ioab & populus qui cum eo erat, contra Syrum ad prælium, & fugauit eos. [f] Porrò filij Ammon videntes quòd fugisset Syrus, o ipsi quoque fugerunt Abisai fratrem eius: & ingressi sunt ciuitatem. Reuersúsque est etiam Ioab in Ierusalem. Videns autem Syrus quòd cecidisset coram Israel, misit nuntios, & adduxit Syrum qui erat trans fluuium. [f] Sophat autē princeps militiæ Adadézer erat dux eorum. Quod cum annunciatum esset Dauid, congregauit vniuersum Israel, & transiuit Iordanem: irruítque in eos, & direxit ex aduerso aciem, illis contra pugnantibus. Fugit autem Syrus * Israel, & interfecit Dauid de Syris septem millia curruum, & quadraginta millia peditum, & [g] Sophat exercitus principem. Videntes autem serui Adadézer se ab Israel esse superatos, [7] transfugerunt ad Dauid,] & seruierunt ei, noluítque vltrà Syria auxilium præbere filiis Ammon.

c Nouerat enim Dauid Regē esse bellicosum, & tantam iniuriam zelo iustitiæ vindicaturum: nec valebant se illi humiliare, & recognoscere culpam, ac petere veniam: sed auxerūt contemptum in deum Israel, & in Dauid dei victriū. Dionis. 2. Reg. 10.

4. Fœtidi facti fuissent apud. Id. Iste populus non continetur in numero prædicto, quia ab isto habuerunt mille viros vltra triginta duo millia prædicta, vt patet 2. Reg. 10. De Lyra.]

5. Aciem belli esse contra se, ante & retro.

6 Viriliter age & fortiter stemus.

e. Insinuauit Ioab victoriam à diuina dependere prouidētia, atque in deo principaliter in prælijs esse sperandum: quemadmodum Salomon ait: Equs paratur ad diem belli, dominus autem salutem tribuet. Bellatores tamen tenentur viribus suis vti, & facere quisque quod in se est. Diony. vbi supra.

[f. Iste vocatur Sobath. princeps militiæ Adadezer. vt 2. Reg. 10. quia talia nomina sepius variantur, in principio vel in fine: vt ibidem dictum est. De Lyra.]

*A facie.

g. Sophat vel Sophach princeps militiæ Syriæ, in libro Regum dicitur Sobach. Hiero.

7. Fecerūt pacem cum Dauid.

## *Dauid contra Ammon & Philistæos.* XX.

a. Hi Reges possunt intelligi qui præcedente anno à Ioab & fratre suo victi fuerant, & tunc rursum contra Dauid procedebant: Rex Ammō, & Rex Rohob, Istob, & Soba, & Maacha Reges Syriæ conducti mercede à Rege Moab vt pugnarent contra Dauid.

b Melchom idolum Ammonitarum, de quo etiam in 2. li. Regum, & in Sophonia. Et interpretatur Rex eorum. De simulachro enim illius idoli tulit Dauid diadema. Illicitum autem erat Iudæis de idolis aliquid appetere aut vel argenti pro lege, sed vt ipsi tradunt Ethai Iethæus qui de gēte Philistinorum ad Dauid venerat, ipse diadema diripuit de capite Melchon, vt liceret Hebræo alienam hominis capere, quod de capite idoli non licebat. Hiero. ibid.

2. Regis eorum.

2. Decerpsit ferra & rastris ferreis & ferratilibus.

3. Elhanam filius Iair Lahmi.

4. Probris afficiebat.

c. Qui & Nathan prophera, qui duos fratres habuit Ioel & Ionadab.

[a]†Actum est autem post anni circulum, eo tempore quo solent [a] Reges ad bella procedere, congregauit Ioab exercitum, & robur militiæ: & vastauit terram filiorum Ammon. Perrexítque & obsedit Rabba. Porrò Dauid manebat in Ierusalem quando Ioab percussit Rabba, & destruxit eam †Tulit autem Dauid coronam [b] Melchom] de capite eius, [3] & inuenit in ea auri pondo talē- 3
tum, & precioſissimas gemmas, fecitque sibi inde diadema. Manubias quoque vrbis plurimas tulit. Populum autem qui erat in ea, eduxit: & [2] fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire: ita vt dissecarentur, & contererentur.] Sic fecit Dauid cūctis vrbibus filiorum Ammon, & reuersus est cum omni populo suo in Ierusalem.
†[3] Post hæc initum est bellum in Gazer aduersum Philistæos, in quo percussit Sobochai Vsathites Saphai de genere Rapháim, & humiliauit eos. Aliud quoque bellum gestū est aduersus Philistæos, in quo percussit [3] Adeodatus filius Saltus Bethlemites,] fratrem Goliath Gethæi: cuius hastæ lignum erat quasi liciatorium texentium. [4] Sed o
& aliud bellum accidit in Geth, in quo fuit homo longissimus, senos habens digitos, id est, simul vigintiquatuor: qui & ipse de Rapháim fuerat stirpe generatus. Hic [4] blasphemauit] Israel, & percussit eum [c] Ionathan filius Samaa fratris Dauid. Hi sunt filij Rapháim in Geth, qui ceciderunt in manu Dauid, & seruorum eius.

a. Scribitur 2 Reg. 24. Addidit furor domini iratus contra Israel, cōmouitque Dauid in eis, &c. Furorem domini videtur quasi hic exponere dicēs: conturrexit Sathā aduersus Israel, & incitauit Dauid. &c. Comestor. Quid in hoc facto illud demonstratur, nisi quia sic pro qualitatibus subditorū disponuntur acta regentium, vt sæpe pro malo gregis etiam viri boni delinquant in vita pastoris? Eucher. 2. Reg. 24.

## *Dauid populum numerando deum offendens percutitur peste, donec deum placaret oratione, & altare erigeret in area Ornan Iebusæi.* XXI.

[a]†Onsurrexit autem Sathan contra Israel, & incitauit Dauid vt numeraret Israel. Dixítque Dauid ad Ioab & ad Principes populi: Ite, & numerate Israel à Bersabee vsque Dan, & afferte mihi numerū vt sciam. Respondítque Ioab: Augeat dominus populum suū centuplū quàm sunt. Nónne domine mi

mi Rex,omnes ſerui tui ſunt?†Quare hoc quærit dominus meus, quod in peccatum reputetur Iſraeli:Sed ſermo Regis magis prævaluit.Egreſſúſque eſt Ioab & circuiuit vniuerſum Iſrael,& reuerſus eſt Ieruſalem.[b] Dedítque Dauid numerum eorum quos circuierat,& inuentus eſt omnis numerus Iſrael mille milia,&centum milia virorum educentium gladium. De Iuda autem quadringenta ſeptuaginta milia bellatorum. Nam Leui & Beniamin non numerauit,eò quòd[1] Ioab inuitus exequeretur Regis imperium.]Diſplicuit autem deo quod iuſſum erat, & percuſſit Iſrael. Dixítque Dauid ad deum:[c] peccaui nimis,vt hoc facerem. Obſecro auferiniquitatem ſerui tui,[2] quia
B inſipienter egi.]Et locutus eſt dominus ad Gad videntem Dauid, dicens:[d] Vade, & loquere ad Dauid, & dic ei: Hæc dicit dominus:[3] Trium tibi optionem do,] vnum quod volueris elige,vt faciam tibi.Cúmque veniſſet Gad ad Dauid, dixit ei: Hæc dicit dominus:Elige quod volueris. Aut tribus annis[4] peſtilentiam,]aut tribus mẽſibus[5] te fugere hoſtes tuos,& gladium eorum non poſſe euadere:] aut tribus diebus gladiũ domini,& mortẽ verſari in terra, & angelum domini interficere in vniuerſis finibus Iſrael. Nunc igitur vide quid reſpondeam ei qui miſit me.Et dixit Dauid ad Gad: Ex omni parte me anguſtiæ premunt.[6] Sed melius mihi eſt vt incidam] in manus domini,quia multæ ſunt miſerationes eius,[7] quàm]in manus hominum. †[d] Miſit ergo dominus peſtilẽtiã in Iſrael,&ceciderũt de Iſrael ſeptuaginta milia virorũ.Miſit quoque angelum in Ieruſalem[8] vt percuteret eam.]Cúmque percuteretur, vidit dominus, & miſertus eſt ſuper magnitudine mali, &, imperauit angelo qui percutiebat: Sufficit, iam ceſſet manus tua . Porrò angelus domini ſtabat iuxta aream Ornan Iebuſæi: le-
C uánſque Dauid oculos ſuos, vidit angelum domini ſtantem inter cœlum & terram, [e]& euaginatum gladium in manu eius, & verſum contra Ieruſalem, & ceciderunt tam ipſe quàm maiores natu veſtiti[9] ciliciis,proni in terram . ] Dixítq; Dauid ad deũ: [f]Nónne ego ſum,qui iuſſi vt numerarẽtur populus?Ego qui peccaui,ego qui malum feci. Iſte grex quid commeruit? Domine deus meus vertatur obſecro manus tua in me,& in domum patris mei,[10] populus autem tuus non percutiatur.]Angelus autem domini præcepit Gad, vt diceret Dauid, vt aſcenderet, exttuerétque altare domino deo in area Ornan Iebuſæi. Aſcendit ergo Dauid iuxta ſermonem Gad, quem locutus ei fuerat ex nomine domini. Porrò Ornan cùm ſuſpexiſſet, & vidiſſet angelum, quatuórque filij eius cum eo,abſconderunt ſe. Nam eo tempore terebat in area triticum.Igitur cum veniret Dauid ad Ornan, conſpexit eum Ornan: & proceſſit ei obuiamde area,& adorauit eum pronus in terram. Dixítque ei Dauid: Da mihi locum
D areæ tuæ,vt ædificem in ea altare domino,ita vt quantum valet argenti accipias, & ceſſet plaga à populo. [g] Dixit autem [5] Ornan ad Dauid:[11] Tolle,] & faciat dominus meus Rex quodcunque ei placet.Sed & boues do in holocauſtum,&tribulas in ligna, & triticum in ſacrificium,omnia libens præbebo. Dixítque ei Rex Dauid: Nequaquã ita fiet,ſed[12] argentum dabo quantum valet. ] Neque enim tibi auferre debeo, & ſic auferre domino holocauſta gratuita. Dedit ergo Dauid Ornan pro loco ſiclos auri iuſtiſſimi ponderis ſexcentos,& ædificauit ibi[h] altare domino,obtulítque holocauſta & pacifica,& inuocauit deum, & exaudiuit eum in igne de cœlo ſuper altare holocauſti.Præcepítque dominus angelo,& conuertit gladium ſuum in vaginam .Protinus ergo Dauid videns,quòd exaudiſſet eum dominus in area Ornan Iebuſæi,immolauit ibi victimas.Tabernaculum autem domini quod fecerat Moyſes in deſerto, & altare holocauſtorum ea tempeſtate erat in excelſo Gabaon,& non prævaluit Dauid ire ad altare,vt ibi[13] obſecraret] deum . Nimio enim fuerat timore perterritus, videns gladium angeli domini.

[b. Afferũt autem Hebræi hũc numerum ab Ioab inuentum eſſe, ſed ſcriptores valuiſſe offendere, niſi quantum in Samuelis libris ſcribitur, in quorum certa ſuperſtitus continentur. Gloſa ordin. ibid.]
1. Ipſi Ioab abominabile videbatur verbum Regis.

c. Ergo qui pœnitentiam agit, offerre ſe debet ad pœnam, vt hic puniatur à domino,nõ ad ſupplicia æterna ſeruetur: nec expectare tempus,ſed occurrere diuinæ indignationi. Vidétacta Dauid precibus cõcutere. Offenderat dominum, quia numerari ſuſſerat populũ. Confeſſione præuenit dei noſtrum peccaſſe ſe valde, & nimis ſtulte feciſſe commemorans: non quaſi admoneret ultorem, ſed quaſi vrgeret moramé,ne diutius commotionem deſſeret offensæ. Peccaui, inquit, valde, quoniam hoc verbum feci, &c. Ambro. in Pſal. 37.
2. Quoniam ſtultus ta3us ſum nimis.
3. Tria ego extendo ſuper te.
4. Famem.
5. Exterminiũ à facie hoſtiũ tuorum,apprehẽdátque te gladius eorum.
6. Cadam nunc.
7. Non cadam autem.
d. Cur vindictam populus Dauid peccante ſuſcepit? Quia vidélicet ſecundum meritũ plebis diſponũtur ſortes rectorũ. Iuſtus vero iudex peccantis vitium ex ipſorum animaduerſione corripuit,ex quorũ culpa peccauit. Euche. 2. Reg. 24.
8 Ad graſſandum in eo.
e. Vide autẽ quia quando vult dominus ignoſcere, dat cõfidẽtiã & fiduciam deprecandi. Et vidit Dauid ferientem angelum, & dixit: Ego ſum qui peccaui: & ego paſtor male feci: & iſti in hoc grege quid fecerunt? Ambr. in Pſal. 37.
9. Saccis in facies ſuas.
f. Sed quia ipſe voluntate ſua ſuperbiens à culpa alienus non fuit, vindictam culpæ etiam ipſe ſuſcepit. Nam ita ſemper quoq; corporaliter populum peccantis rectiorem quoque populi intimo cordis dolore proſtrauit. Certum vero eſt,quod ita ſibi inuicem & rectorum merita connectantur, & plebis, vt ſæpe ex culpa paſtorũ deterior fiat culpa plebis: & ſæpe ex merito plebis muletur vita paſtorum. Euche. 2. Reg. 24.
10. Non autem in populũ tuũ, vt plagam ferat.
g. Ornan, qui apud Ioſephum Orpham,& lib. 2. Reg. 24. Areuna dicitur, mons eſt Moria vt dicunt Hebræi, in quo Abraham voluit immolare filium ſuum,loco cuius,atiẽtẽ immolauit Comeſtor.
11. Accipe pro re.
12. Emendo emam pro plena pecunia.
h. Ea tempeſtate tabernaculũ & altare quod fecerat Moyſes in deſerto, erant in excelſo Gabaon, licet arca eſſet in Ieruſalem ibid.

13. Conſuleret.

*Materia ad conſtructionem templi quæritur, quod iniunxit Dauid Salomoni, principes hortando in adiutorium eius.* XXII.

Universidad de Deusto
Biblioteca



a Dauid autem cum animaduertisset se exauditum, & gratum fuisse sacrificium, decreuit eorum illum locum altare vniuersi populi appellare, & duo templum ibi ædificare: quã eius vocem deus in futurũ ratam esse voluit. Mox enim propheta ad eum misso, illic templum extruendum prædixit à filio, quem regni successorem esset relicturus Ioseph. Antiq. Iuda li. 7. ca 13.

1. Copiam eius cuius non erat pondus.

2. Quæ habeat nomen magnificum, excellens, & gloriosum in cunctis terris.

[b Hoc est, de omnib⁹ aliquatenus: quia Salomon multas addidit, sicut dicitur. Omne animal fuit in arca Noe quia de singulis speciebus fuerũt aliqua individua De Lyra.]

3. Disposuit plurima.

c. Hanc tam grandem promissionem qui putat in Salomone completam, multum errat. Attendit enim quod dictum est, hic ædificabit mihi domum quoniam Salomon templum illud nobile fluxit & non attendit infidelis erit domus eius, & regnum eius in æternum coram me Euthe.

4. Dabo enim ei quietem.

5. Salomon.

6. In.

[d. Ex hoc enim quod aliquis ponit diligentiam ad obediẽdum Deo, efficitur dignus de congruo, vt deus dirigat eum in agendis. De Lyra. ibid.]

7. Det tibi præcepta ad Israel, vt custodiatis.

e. Talentum tripliciter esse ponderis dicitur. Minimum, librarum 30 medium, librarũ 72. summum, librarum 120. Beda super 2. lib. Esdr. c. p. 9.

8. Est enim plurimum.

9. Quibus tu adiicere poteris.

*Qui exequuntur opus.

10. Plurimos qui industriosi sunt ad omne opus. Auri & argẽti, æris & ferri.

11. In manu mea habitatores terræ.

f. Quærentibus deum omnia elementa ministrant. Chryso. super 2. cap. Matth.

a. Plenus dierum Latinè depositus vel decrepitus appellatur. Inde senectus no dicitur vltima ætas, sed dierũ plenitudo. Vndelicet Dauid 70. annorũ tantummodo esset, quam vltimam hominis dixit esse ætatẽ, vlterius vero decrepitum, verũ quia quotidianis fractus curis & laboribus citius peruenit ad decrepitu, & dierum plenitudinem: inde in 70. anno dicitur plenus dierum. Euthe.

b. A triginta annis.

2. Fuit numerus eorum, & summa eorum.

3. Quidam exequebãtur opus.

4. Quatuor milia laudantium dominum.

5. Quæ ego feci ad laudandũ.

6. Præcipuus.

[b. Aliqui dicunt quod custodes vasorum aut thesaurorum vocantur præpositi, qui & ratione ætatis & experientiæ atque maioris peritiæ poterant iuniores Leuitas dirigere ac docere. Iudices quoque eos appellant, qui populum erudiebant: quod tamen ad sacerdotes & scribas magis pertinuisse censetur. Dionys. Carth.]

7. Etve ipse ministrant.

[1] Dixítque Dauid. Hæc est domus dei, & hoc altare in holocaustum Israel. Et præcepit vt congregarentur omnes proselyti de terra Israel, & constituit ex eis latomos ad cædendos lapides & poliendos, vt ædificaretur domus dei. Ferrum quoque plurimum ad clauos ianuarum, & commissuras atque iuncturas præparauit Dauid, & [a] æris pondus innumerabile.] Ligna quoque cedrina non poterant æstimari, quæ Sidonij & Tyrij deportauerant ad Dauid. Et dixit Dauid: Salomon filius meus puer paruulus est, & delicatus. Domus autem quam ædificare volo domino, [b] talis esse debet: vt in cunctis regionibus nominetur.] Præparabo ergo ei necessaria. [b] Et ob hanc causam ante mortem suam [3] omnes præparauit impensas.] [2] Vocauítque Salomonem filium suum, & præcepit ei, vt ædificaret domum domino deo Israel. Dixítque Dauid ad Salomonem: † Fili mi, voluntatis meæ fuit, vt ædificarem domum nomini domini dei mei, sed factus est sermo domini ad me, dicens: Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, non poteris ædificare domum nomini meo tanto effuso sanguine coram me. [c] Filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus. [4] Faciam enim eum requiescere] ab omnibus inimicis suis per circuitum: & ob hanc causam [5] pacificus] vocabitur: & pacem & ocium dabo in Israel [6] cunctis] diebus eius † Ipse ædificabit domum nomini meo, & ipse erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem, firmabóque solium regni eius super Israel in æternũ. [3] Nunc ergo fili mi, sit dominus tecũ, & prosperare, & ædifica domum domino Deo tuo, sicut locutus est de te. [d] Détque tibi dominus prudentiam & sensum, [7] vt regere possis Israel, & custodire] legem domini dei tui. Tunc enim proficere poteris, si custodieris mandata & iudicia quæ præcepit dominus Moysi vt doceret Israel. Confortare, & viriliter age: ne timeas, neque paueas. Ecce ego in paupertate mea præparaui impensas domus domini, auri [e] talenta centum milia, & argenti mille milia talentorum, æris verò & ferri non est pondus, [8] vincitur enim numerus magnitudine. Ligna & lapides præparaui [9] ad vniuersa impendia.] [4] Habes quoque plurimos * artifices, latomos, & cæmentarios, artificésque lignorum, & [10] omnium artium ad faciendum opus prudentissimos, in auro & argento, & ære, & ferro, cuius] non est numerus. Surge igitur & fac, & erit dominus tecum. Præcepit quoque Dauid cunctis principibus Israel, vt adiuuarent Salomonem filium suum: cernitis, inquiens, quòd dominus deus vester vobiscum sit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit [11] omnes inimicos vestros in manus vestras,] & subiecta sit terra coram domino, & coram populo eius. Præbete igitur corda vestra & animas vestras, vt [f] quæratis dominum deum vestrum: & consurgite & ædificate sanctuarium domino deo, vt introducatur arca fœderis domini, & vasa domino consecrata in domum quæ ædificatur nomini domini.

## *Dauid senex Salomone Rege designato, Leuitas & eorum officia statuit.* XXIII.

[1] Igitur Dauid senex & [a] plenus dierum, Regem constituit Salomonem filium suum super Israel. Et congregauit omnes principes Israel, & sacerdotes, atque Leuitas. Numeratíque sunt Leuitæ [1] à viginti annis] & suprà, & [2] inuenta sunt] triginta octo milia virorum. Et his [3] electi sunt & distributi in ministerium domus domini vigintiquatuor milia, præpositorum autem & iudicum sex milia. Porrò quatuor milia ianitores, & [4] totidem Psaltes canentes domino] in organis, [5] quæ fecerat ad canendum:] & † distribuit eos Dauid per vices filiorum Leui, Gerson videlicet, & Caath, & Merari. Filij Gerson, Leedan & Semei. Filij Leedã, [6] Principes] Iehihel, & Zethan, & Iohel: tres. Filij Semei, Salomith, & Ozihel, & Aran, tres. [b] Isti principes familiarum Leedan. Porrò filij Semei, Leeth, & Zina, & Iaus, & Baria. [5] Isti filij Semei quatuor. Erat autẽ Leeth prior, Zina secũdus. Porrò Iaus, & Baria non habuerunt plurimos filios, & idcirco in vna familia vnáque domo cõputati sunt. Filij Caath, Amram, & Isaar, Hebron, & Ozihel, quatuor. † Filij Amram, Aaron, & Moyses. Separatúsque est Aaron, vt ministraret in sanctosanctorum, ipse & filij eius in sempiternum, & adoleret incensum domino [7] secundum ritum suum,] ac bene-

benedicerer[8] nomini eius] in perpetuum Moysi quoque hominis dei filij annumerati sunt in tribu Leui. Filij Moysi, Gersom, & Eliézer. Filij Gersom [c] Subuhel primus. † Fuerunt autem filij Eliézer, Roobia primus: & non erant Eliézer filij alij. Porrò filij Roobia multiplicati sunt nimis. Filij Isaar, Salomith primus. Filij Hebron, Ieriau, [c] primus, Amarias secundus, Iazihel tertius, Iecmaan quartus. § Filij Oziel, Micha primus, Iesia secundus. Filij Merarij, Mooli, & Musi. Filij Mooli, Eleázar, & Cis. Mortuus est autem Eleazar, & non habuit filios, sed filias: acceperúntque eas filij Cis fratres earum. Filij Musi, Mooli, & Eder, & Ierimoth, tres. Hi filij Leui in cognationibus & familiis suis: Principes[9] per vices, & numerum capitum singulorum,] qui faciebant opera ministerij domus domini, [d] à viginti annis & suprà. Dixit enim Dauid: Requiem dedit dominus deus Israel populo suo,[10] & habitationem] Ierusalē vsque in æternum: [11] nec erit officij Leuitarum] vt vltra * portent tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrandum. Iuxta præcepta quoq; Dauid nouissima,[12] [supputabitur] [D] numerus filorum Leui, à viginti annis & suprà § & [13] erũt] sub manu filiorum Aaron in cultũ domus domini, in vestibulis & in exedris & in loco purificationis & in sanctuario, & in vniuersis operibus ministerij templi domini [14] Sacerdotes autem super panes] propositionis, & ad simile sacrificium, ad lagana & azima, & sartaginem, ⁊ & ad feruentem similam,] [15] & ad torrendum,] & super omne pondus: atque mensuram. [16] Leuitæ verò vt stent] mane ad confitendum, & canendum domino: similitérque ad vesperam: tam in oblatione holocaustorum domini quàm in sabbatis, & Kalendis & solennitatibus, ⁊ reliquiis: ] iuxta numerum & [17] ceremonias] vniuscuiusque rei, iugiter coram domino, & custodiant obseruationes tabernaculi fœderis, & ritum sanctuarij, & obseruationem filiorum Aaron fratrum suorum, vt ministrent in domo domini.

8. In nomine eius vsque.

c. Subuhel vel Sebuhel fuisse ferunt qui in Iudic lib. c. 18. g. Ionathã dicitur, filius Gersom filij Moysi, qui fuit sacerdos in tribu Dan. De quo ibidem scribitur, quòd ipse & filij eius fuerunt sacerdotes in tribu Dan, vsque ad diem captiuitatis suę. Hieron. ibidem.

9. Patrum secũdum officia sua, & iuxta numerum nominum, & iuxta summam eorum.

d. Quãdiu tabernaculum domini de loco ad locũ mutabatur, principes à 20. anno eligebantur. Postquam verò templũ domini ædificatum est, à 30. anno Hieron.

10. Vt habitet in.

11. Leuitis quoque dedit requiẽ * Non.

12. Erat.

13. Institutio eorum erat.

14. In panibus.

15. In frixorio.

16. Et vt starent per singulos dies.

17. Ritum.

*Eleázar & Ithamar, familiæ & vices eorum.* XXIIII.

[A] †[a] Orrò filiis Aaron, hæ partitiones erant: Filij Aaron, Nadab, & Abiu, & Eleázar, & Ithamar. Mortui sunt autem Nadab & Abiu ante patrem suum, absque liberis: sacerdotióque functus est Eleázar & Ithamar. † Et diuisit eos Dauid, id est Sadoch de filiis Eleazari, & Abimélech de filiis Ithamar, secundum[1] vices suas & ministerium,] inuentíque sunt multo plures filij Eleázar in principibus viris quàm filij Ithamar. Diuisit autem eis, hoc est, filiis Eleázar principes per familias sedecim: & filiis Ithamar per familias & domos suas, octo. Porrò diuisit vtrasque inter se & familias sortibus: Erant enim principes sanctuarij & [B] principes dei, tam de filiis Eleázar quàm de filiis Ithamar. § Descripsitque eos[b] Semeias filius Nathanael scriba Leuites coram Rege & Principibus, & Sadoch sacerdote & Achimélech filio Abiathar. Principibus quoque familiarum, sacerdotalium & Leuiticarum vnam domum quæ cæteris præerat Eleázar: & alteram domum quæ sub se habebat cæteros Ithamar. [c] Exiuit autem sors prima Ioiarib, secunda Iedeiæ, tertia Harim, quarta Seorim, quinta Melchia, sexta Maimnan, septima Acchos, octaua Abia, nona Iesu, decima Sechenia, vndecima, Eliasib, duodecima Iachim, tridecima Hoppha, decimaquarta Iebaab, [C] § decimaquinta Belga, decimasexta Emmer, decimaseptima Ezir, decimaoctaua Aphses, decimanona Phetaia, vicesima Ezechiel, vicesima prima Iachin, vicesimasecunda Gamul, vicesimatertia Dalaiáhu, vicesimaquarta Maziáhu. Hæ[2] vices eorum secundum ministeria sua,] vt ingrediantur domum dei & iuxta ritum suum, sub manu Aaron patris eorum: sicut præceperat dominus deus Israel. [d] Porrò filiorum Leui aui reliqui fuerant, de filiis Amram erat Subahel: & de filiis Subahel, Iedeia. De filiis quoque Roobiæ Princeps Iesias. Isaaris verò filius Salemoth, filiúsque Salemoth Iahath, filiúsque eius Ieriahu primus. [D] § Amarias secundus Iazihel tertius, Iechmáam quartus. Filius Oziel, Micha: filius Micha, Samir. Frater Micha, Iesia: filiúsque Iesiæ, Zacharias. Filij Merari, Mooli, & Musi. Filius Osiáhu, Beno, filius quoq; Merari Oziháu, & Soem, & Sachur, & Hebri. Porrò Mooli filius Eleázas,

a. Cũ Dauid Salomoni omnia quæ ad impensas domus domini pertinebãt, præparasset, auri decem milia talẽta, argẽti verò centum milia, ferri autem & æris supra numerum, lapidũ quoque & lignorum maximam copiam. Leuitas etiam diuisit in tres ordines, in Aaronitas, Moseitas, & Leuitas. Aaronitas quoque diuisit per generationes, & inuenit de Eleazar. 16. & de Ithamar. 8. Et elegit ex vnaquaque vnum pontificẽ, præcipiens vt singuli ministrarent à sabbato in sabbatum. Sadoch autem & Abiathar præessent vniuersis, &c. Comestor, cap. 2. 1. lib. Reg. 1. Officia sua in ministerio suo.

[b. Semeias descripsit ex posteritate Eleazari vnum videlicet Sadoch cæteris familiis Eleazari præsidentem, vt dictum est. Et simili modo fecit de Ithamar. Diony. Carth.]

c. Per Moysen quidẽ dominus vnum constituit summum sacerdotem, cui mortuo vnũ per ordinẽ succedere iussit. Et hoc ad Dauid vsque tẽpora seruatũ est, à quo plures fieri dño nihilominus agente decretum est, qui vicissim ministrantes tempore vicis suæ cæteris præessent, domumque sui omnino non tangerent. Et hi 24. erant, super quos nihilominus vnus summus erat. Vnde Zachariæ patri Ioannis vicem suam agenti apparuit angelus domini. Beda super 1. ca Luc. 2. Sunt ordinationes eorum in ministeriis eorum.

2. Sunt ordinationes eorum in ministeriis eorum.

[d. Isti videntur fuisse de filiis Moysi, quia Aaron & Moyses fuerunt filij Amram. De Lyra ibidem.]

Universidad de Deusto
Biblioteca



qui non habebat liberos. Filius verò Cis, Ieramehel. Filij Musi, Mooli, Eder, & Ierimoth. Isti filij Leui secundum domos familiarum suarum. [c] Miserùntque & ipsi sortes contra fratres suos filios Aaron, coram Dauid Rege, & Sadoch & Abimelech, & Principibus familiarum sacerdotalium & Leuiticarum: [3] tam maiores quàm minores omnes sors æqualiter diuidebat.]

c. Hoc est, in ordine doctoratus ac iudiciariæ authoritatis constituebatur per sortes sicut prædicti in or sine ministerij sacerdotalis. Diony. ibidem.
3. Patres præcipui è regione fratrum suorum minorum.

## *Cantores, psaltes, & citharædi ac vices & sortes eorum.* XXV.

[a] † Gitur Dauid & magistratus exercitus segregauerunt in ministerium filios Asaph & Heman, & Idithun, qui prophetarent in citharis, & [1] psalteriis,] & cymbalis, secundum numerum suum, dedicato sibi officio seruiētes. De filiis Asaph, Zachur, & Ioseph, & Nathania, & Asarela. Filij Asaph sub manu Asaph [2] prophetantis iuxta Regem,] [b] Porrò Idthun: filij Idithũ, Godolias, Sori, Ieseias, & Hazabias, & Mathathias, sex, sub manu patris sui Idithũ: qui in cithara prophetabat [3] super cõfitentes & laudātes dominũ.] Hemã quoq. Filij Heman: Bocciáhu, Mathaniáhu, Ozihel, Subuhel, & Ierimoth. [4] Ananias, Anani, Eliatha, Geldelthi, & Romethi Ezer, & Iesbaccasa, Mellóthi, Othir, Mahasioth. Omnes isti filij Heman, videntis Regis in sermonibus dei, vt exaltaret cornu. * Dedítque deus Heman filios quatuordecim, & filias tres: vniuersi sub manu patris sui, ad cantandum in templo domini distributi erant, in cymbalis, & Psalteriis, & citharis in ministeria domus domini [4] iuxta Regem:] Asaph videlicet, & [c] Idithun, & Heman. Fuit autem numerus eorum cum fraribus suis qui [5] erudiebant canticum] domini, cuncti doctores, ducenti octogintaocto [d] Miserúnt sortes [6] per vices suas ex æquo,] tam maior quàm minor, doctus pariter & [7] indoctus.] [8] Egressáque est sors prima [8] Ioseph, qui erat de Asaph: ] secunda Godoliæ, [e] ipsi & filiis eius & fratribus eius duodecim: tertia Zachur, filiis & fratribus eius duodecim: quarta Isari, filiis & fratribus eius duodecim: quinta Nathaniæ, filiis eius & fratribus eius duodecim: sexta Bocciahu, filiis & fratribus eius duodecim: septima Isrehela, filiis & fratibus eius duodecim: octaua Iesaiæ, filiis & fratribus eius duodecim: nona Mathaniæ, filiis & fratribus eius duodecim: decima Semeiæ, filiis & fratribus eius duodecim: vndecima Azarel, filiis & fratribus eius duodecim: duodecima Asabiæ, filiis & fratribus eius duodecim: tertiadecima Subahel, filiis & fratribus eius duodecim: [9] quartadecima Mathathiæ, filiis & fratribus eius duodecim: quintadecima Ierimoth, filiis & fratribus eius duodecim: sextadecima Ananię, filiis & fratribus eius duodecim: septimadecima Iosbecasæ, filiis & fratribus eius duodecim: octauadecima Anani, filiis & fratribus eius duodecim: nonadecima Mellóthi, filiis & fratribus eius duodecim: vicesima Eliátha, filiis & fratribus eius duodecim: vicesimaprima Othir, filiis & fratribus eius duodecim: vicesimasecunda Geddeelthi, filiis & fratribus eius duodecim: vicesimatertia Mahazioth, filiis & fratribus eius duodecim: vicesimaquarta Romemthi Ezer, filiis & fratribus eius duodecim.

a. Quemadmodũ per sortes vel vices. 24. distinxit Dauid sacerdotes & Leuitas, ità & cæteros, qui pro vicis suæ ordine cantoris fungerentur officio. Hi verò de genere erant Asaph, Hemã & Idithun: quorum prophetiæ & cantica plerisque psalmis inseruantur, quibus nomina eorũ præponuntur. Euchertius.
a. Nabis, & Infra.
a. Iussu Regis prophetantis.
[b. Idithũ ille fuit filius primi, ità quòd est nomen equiuocũ ad patrem & filium. Et eodem modo dicendum est de Eman, cùm subditur. Eman quoque filij Eman. De Lyra.]
3. Pro confessionibus & hymnis domini.
* Regiæ dignitatis, sub.
4. Iuxta manus regis.
c. Veruntamen cur Idithun hic annumeretur ipsis Asaph & Heman cantoribus, cum supra nó Idithun sed Ethan illis duobus annumeretur? Dicẽdum q̃ ille qui supra Ethan vocatur, hic Idithun appellatur: quia binominis fuit. Dionysius.
5. Eruditi erant in canticis.
d. Hoc est, illi 24. cantores tam magistri quã discipuli inter se æqualiter sortes miserunt quis eorum primus esset. Erãt enim singuli apti ad musicã, sed quidem in comparatione cæterorũ doctiores. Confidebant quoque q̃ ex directione diuinæ prouidentiæ sors iusta caderet super vnumquemque iuxta aptitudinem suam ad suum officium. Vnde Prouerb. 16. d. Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur. ibid.
6. Pro officiis custodiæ inter se.
7. Discipulus.
8. Pro Iosephin Asaph.
[e. Nam vnusquisque illorum vigintiquatuor cantorum, habuit sub se duodecim sibi associatos, cum quibus suum exercuit officium cũ sacerdote suæ hebdomadæ. Erant enim vigintiquatuor sacerdotes præcipui, de quibus dictũ est capite præcedenti, quorum quilibet suam habuit septimanam, vtpote primus primam, secundus secundam: sicque deinceps idem fuit ordo cantorum istorũ: Ex quibus elucescit huius capitis sensus. Dionysius Carth.]

## *Ianitorum templi, & præfectorum thesaurorum officia.* XXVI.

[a] Distributiones autem ianitorum: de Choritis, Meselemia filius Chore, de filiis Asaph. Filij Meselemiæ: Zacharias primogenitus, Iadihel secundus, Zabadias tertius, Iathanael quartus, Elam quintus, Iohannan sextus, Helioenai septimus. Filij autem Obed Ædom: Semeias primogenitus, Iozabad secundus, Iohaa tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, Amihel sextus, Isachar septimus, Phollathi octauus, quia benedixit illi dominus. Semię autem filio eius nati sunt filij præfecti familiarum suarum: erant enim viri fortissimi. [b] Filij ergo Semeię: Othin, & Raphael, & Obeth, Elzabad, & fratres eius viri fortissimi, Helui quoque & Samachias. Omnes hi de filiis Obed-Ædom, ipsi & filij & fratres eorum, fortissimi ad ministrandum sexagintaduo de Obed-Ædom. Porrò Mesellamiæ filij & fratres eorum, robustissimi, decem & octo. De Hosa autem, id est, de filiis Merari: Semri

a. Dauid autẽ volẽs eum totius populi regẽ declarare, cõuocat principes Ierosolyma, vna cum sacerdotibus ac Leuitis: quibus recẽsitis, inuenit eorum qui trigesimũ annũ excederẽt 38000. ex quibus designauit curatores ædificij templi, 23000. Iudices verò populi & scribas eorum, 6000. ianitores verò domus dei, 4000. tantundemque eorũ qui hymnos deo canerent, & instrumenta musicis à Dauide, vt diximus, in hoc præparatis vterentur. Ioseph. Antiq. Iuda. lib. 7. cap. 15.
[b. Istud ponitur ad ostendendum rationem quare iste Obed Aedom ita multiplicatus erat in prole, prout tangitur in textu. Iste enim secundum doctores fuit ille Obed-Aedom, in cuius domo posita est arca domini, vt 2. Reg. 6. Propterea benedixit dominus Obed-Aedõ & domui eius. De Lyra ibid.]

[c. Circa hoc scribit quidam q istud dupliciter posit exponi. Primo ad satisfaciendum quæstioni, qua quæri posset quare Hosa posuit istũ filium nomine Semti in principẽ. Ad quod litera ista respondet, quia non habuit primogenitũ. Secundo exponitur quòd ideo ponit istũ in principem, quia non habuit primogenitum aptum ad principatum. Diony. Cart. ibid.]

'Semri princeps. (Non enim habuerat primogenitum, & idcirco posuerat eum pater
B eius in principem.) & Helchias secundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus. Omnes hi filij & fratres Hosa tredecim. Hi diuisi sunt in ianitores, vt semper principes custodiarum [1] sicut & fratres eorum,] ministrarent in domo domini. Missæ sunt ergo sortes ex æquo & paruis & magnis per familias suas in vnamquanque portarum. Cecidit ergo sors orientalis Selemiæ. Porrò Zachariæ filio eius, viro prudentissimo & erudito, [2] sortitò obtigit plaga septentrionalis. Obed-Ædom verò [3] & filiis eius ad austrum: in qua parte domus erat seniorum concilium: Sephim] & Hosa ad occidentem, iuxta portam quæ ducit ad viam [4] ascensionis: ]custodia, contra custodiam.
Ad orientem verò Leuitæ sex: & ad aquilonem quatuor per diem, atque ad meridiẽ similiter in die quatuor: & vbi erat concilium, bini & bini. In cellulis quoqe ianito-
C rum ad occidentem, quatuor in via, biníque per cellulas. & ⊱ Ad septentrionẽ verò, & ad meridiem, quaterni per dies singulos mutabantur, & ad Basilicam concilij ad occidentem bini, habentes subiectos alios in via, biníque per cellulas.] Hæ sunt diuisiones ianitorum filiorum Chore & Merari. [c] Porrò * Achias erat super thesauros domus domini, & vasa [5] sanctorum.] Filij quoque Laadan, filij Gersonni: De Laadan principes familiarum: Laadan, & Gersonni, Ieiheli. Filij Ieiheli, Zathan & Iohel fratres eius super thesauros domus domini, Amramitis & Isaaritis, & Hebronitis & Hozihelitis. Subahel autem filius Gerson filij Moysi præpositus thesauris: frater quoque eius Eliézer, cuius filius Raabia, & huius filius Isaias, & huius filius Ioram, huius quoque filius Zechri, & huius filius Selemith. Ipse Selemith & fratres eius [f] super thesauros sanctorum, quæ sanctificauit Dauid Rex, & principes familiarum, & tribuni, &
D Centuriones, & duces exercitus: de bellis, & manubiis præliorum, quæ consecrauerant, ad iustaurationem, & supellectilem templi domini. & Hæc autẽ vniuersa sanctificauit Samuel videns, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Iohab filius Saruiæ: omnésque sanctificauerant ea per manum Salemith, & fratrem eius. Isaaritis verò præerat Chonenias, & filij eius, ad opera forinsecus super Israel: [6] ad docendum & iudicandum eos.] Porrò de Hebronitis, Asabias & fratres eius viri fortissimi, mille septingenti præerant Israeli trans Iordanem contra occidentem, in cunctis operibus domini, & in ministerium Regis. Hebronitarum autem princeps fuit Ieria secundum familias, & cognationes eorum. [g] Quadragesimo anno regni Dauid recensiti sunt & inuenti sunt viri fortissimi in Iazer Galaad, fratrésque eius, robustioris ætatis duo milia septingenti, Principes familiarum. Præposuit autẽ eos Dauid Rex Rubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manassæ, in omne ministerium dei & Regis.

[d. Ianitores binos & binos dicit esse in cellulis atque in via, quia siue in cellulis cordis sui curam gerant, siue in via exterius verbum dei exponant, duo præcepta charitatis, & regulam vtriusque testamenti omnino seruant. Glo. ordi.]

[e. Agitur de ordinatione sacrificatorum & præfectorum. Sacrificę autem dicebantur, qui custodiebant vasa diuino cultui deputata, & sacerdotum ornamenta, & quæ erant in sacrificiis & cultu diuino necessaria. & auri & argentum & similia quæ fuerant ex deuotione domino consecrata. De Lyra.]

*Leuitæ.

5. Sanctificatorum.

f. Hoc est, thesauros atque pecunias templi ordinatas ad sancta ex eis formanda, componenda aut recuperanda: quæ sanctificauit Dauid rex, &c. Dum enim Reges Israel & principes habuerunt victorias, cõsueuerunt pretiosa quæque inter spolia reperta deo consecrare & offerre in templo, vt applicarentur vsibus sacris: & hoc faciebant pro gratiarum actione altissimo exhibenda. Erat hæc à Samuele, Saule, & Dauide fuerant consecrata, & à Samuele sanctificata. Dion.

6. Erant exactores & iudices.

[g. Prædictæ numerationes & distinctiones Leuitarum factæ fuerunt quadragesimo anno regni Dauid, qui fuit vltimus anius vitæ suæ. Istud autem hic exprimitur: quia numeri & ordines bellatorum, qui ponũtur capite sequenti fuerunt à principio regni Dauid. De Lyra ibidem.]

## *Præfecti principes Regi ministrantes, officiarij atque præfecti substantiæ eius.* XXVII.

A [a] Ilij autem Israel secundum numerum suum, Principes familiarum, Tribuni, & Centuriones, & Præfecti, qui ministrabãt Regi iuxta turmas suas: ingredientes & egredientes per singulos menses, [1] in anno, vigintiquatuor milibus singuli præerant.] [b] Primę turmę in primo mense Iesboan præerat filius Zabdihel: & sub eo vigintiquatuor milia. De filiis Phares, princeps cunctorum principum in exercitu [c] mense primo. Secundi mensis habebat turmam Dudi Aohites, & post se alter nomine Macelloth, qui regebat partem exercitus vigintiquatuor milum. Dux quoque turmæ tertiæ in mensæ tertio, erat Banaias filius Ioiadę sacerdos: & in diuisione sua vigintiquatuor milia: Ipse est Banaias fortissimus inter triginta, & super triginta. Præerat autẽ turmæ ipsius [d] Amizabad filius eius.
Quartus, mense quarto, Asahel frater Ioab, & Zabadias filius eius post eum, & in tur-
B ma eius vigintiquatuor milia. & Quintus, mense quinto, princeps Samaoth Iezerites: & in turma eius vigintiquatuor milia. Sextus, mense sexto, Hira filius Acces Thecuites, & in turma eius vigintiquatuor milia. Septimus, mense septimo, Helles, Phallonites de filiis Ephráim, & in turma eius vigintiquatuor milia. Octauus, mense octauo,

[a. Qualiter prudentissimus Dauid ordinarat atque distinxerat exercitum suũ per cunctos particulares eorúmque principes, quibus tamen omnibus præfuit vnus militiæ princeps. Dionysius Cart.]

1. Anni, etántque in diuisione vna vigintiquatuor milia.

[b. In ordine igitur istarum cohortum, offenditur hic qui fuerit princeps in prima cohorte, & quis in secũda, & sic de aliis. De Lyra.]

c. Ita quod in suo mense non solum præerat suæ turmæ, sed & cęterarum turmarum principibus. Deinde exprimũtur in textu principes aliarum turmarũ: & qualiter illi principes habuerunt quosdam sub se, quasi vicarios, qui præerant, quãdo principes illi personaliter non aderant. Dionysius.

[d. Scilicet sub patre suo, & quãdo pater non poterat intendere, quia erat regis consiliarius, vt habetur supra 21. cap. De Lyra. Ibidem.]

[e. Denumeratis ab eo Dauid, Ioab cessidit bonam partē propter eandē causam propterequā dimiserat numerare partem populi, scilicet ne Dauid nimis superbiret ex maiori numero sibi tradito, propter quam superbiā timebat Ioab dei iram venire super populum & regem, sicut dictū fuit supra 21. ca. & dein. cap. 24. De Lyra ibidem.]

Sobochai Vsathites de stirpe Zarai: & in turma eius vigintiquatuor milia. [e] Nonus, mēse nono, Abiezer Anathotites de filiis Iemini: & in turma eius vigintiquatuor milia. Decimus, mense decimo, Marai & ipse Netophatites de stirpe Zarai: & in turma eius vigintiquatuor milia. Vndecimus mense vndecimo, Banaias Pharathonites de filiis Ephráim: & in turma eius vigintiquatuor milia Duodecimus, mense duodecimo, Holdai Nethophatites de stirpe Gothoniel: & in turma eius vigintiquatuor milia. [f] Porrò tribubus præerant in Israel: Rubenitis, Dux Eliézer filius Zechri. Simeonitis, Dux Saphacias, filius Macha. [g] Leuitis, Asabias filius Chamuel: Aaronitis, Sadoch: Iudaitis, Heliu frater Dauid: Isaharitis, Amri filius Michahel: Zabulonitis, Ieśmais filius Abdiæ: Neptalitibus, Ierimoth filius Oziel: Filiis Ephraim, Ośée filius Ozaziu: Dimidiæ tribui manassæ, Iohel filius Phadaię: & dimidiæ tribui Manassę in Galaad, Iaddo filius Zacharię: Beniamin autem, Iasihel filius Abner: Dan verò, Ezrihel filius Ieroam. Hi principes filiorum Israel. † [g] Noluit autem Dauid numerare eos à viginti annis [2] inferius,] quia dixerat dominus vt multiplicaret Israel quasi stellas cœli. Ioab filius Saruię cœperat numerare, † nec cōpleuit, quia super hoc ira dei irruerat in Israel: & idcirco numerus ⟩– eorum qui fuerant recensiti] non est relatus [3] [h] in fastos] Regis Dauid. Super thesauros autem Regis fuit Azmoth filius Adihel: [i] Iis autem thesauris qui erant in vrbibus, & in vicis, & in turribus, præsidebat Ionathan filius Ozię. Operi autem rustico & agricolis qui exercebant terram, pręerat Ezri filius Chelub. [4] [k] Vineárúmque cultoribus, Semeias Romathites: Cellis autem vinariis, Zabdias Aphonites. [k] Nam super oliueta, &[4] ficeta,] quę erant in campestribus, Balanan Gederithes. Super apothecas autem olei, Ioas. Porrò armentis quę pascebātur in Sarona, prępositus fuit Sethrai Saronites. Et super boues in vallibus, Saphat filius Adli. Super camelos verò, Vbil Hismahelites. Et super asinos, Iadias Meronathites. Super oues quoque Iaziz Agarenus. Omnes hi principes substantię Regis Dauid. [l] Ionathan autem patruus Dauid, consiliarius vir potens, prudens, [5] & literatus,] ipse & Iahihel filius Achamonie-rant cum filiis Regis. † Achitophel etiam cōsiliarius Regis, & Chusai Arachites [6] amicus] Regis. Post Achitophel fuit Ioiada filius Banaiæ & Abiathar. Princeps autem exercitus Regis erat Ioab.

[f. Consequēter describitur numeratio populatis, quæ accipitur secundum tribus, quia cuilibet tribui prærat vnus prętectus ex parte regis, qui leuabat censum ad prouidendum regi & domui eius Idem.]

g. Vsus enim erat, vt si quando numerarentur à 20. annis & supra, numerarentur hi qui ad bella poterant procedere, aut aliquo ministerio fungi. Hieron. 2. Et infra.

1. Ad numerum annalium.

h. Quia superuenīente indignatione dei, omnis iste numerus conturbatus est: & non fuerunt distributi per ministeria, neque ad alia officia. Hieronymus.

i. Thesaurus in hoc loco nō solum pecuniā, sed & omnes substantias nominat. Hieronymus.

[k. In his oliuæ & ficus sunt, & significat cœtus sanctorum, qui misericordiæ oleum habent in pectore, & mansuetudinis dulcedinem in immortalitate. Quę virtutes in campestribus, quæ in propatulo & præsto sunt omnibus. Glo. ord. ibid.]

4. Sycomoros.

l. Ipse est Nathan propheta: patruus vero, honore & propinquitatis causa vocatur. Hieron.

5. Erat scriba.

6. Socius.

*Exhortatio Dauidis ad Salomonem & populum pro construendo templo.* XXVIII.

COnuocauit igitur Dauid omnes Principes Israel, duces tribuum, & prępositos turmarum, qui ministrabant Regi: Tribunos quoque & Centuriones, & qui pręerant substantię & possessionibus Regis: filiósque suos cum [2] Eunuchis, & potentes, & robustissimos quosque, in exercitu Ierusalem. Cúmque surrexisset Rex [1] & stetisset,] ait: Audite me fratres mei, & populus meus: † Cogitaui, * vt ædificarem domum in qua requiesceret arca fœderis domini, & scabellum pedum domini dei nostri: & ad ædificandum omnia prępparaui. Deus autem dixit mihi: † Non ædificabis domum nomini meo, eò quòd sis vir bellator, & sanguinem fuderis: sed elegit dominus deus Israel me, [2] de vniuersa domo patris mei, vt essem Rex super Israel in sempiternum. De Iuda enim elegit [3] Principes.] Porrò de domo Iuda domum patris mei, & de filiis patris mei [4] placuit ei,] vt me eligeret Regem super cunctum Israel. † [b] sed & de filiis meis (filios enim mihi multos dedit dominus,) [b] elegit Salomonem filium meum, vt sederet [5] in throno] regni domini super Israel, dixitque mihi: † Salomon filius tuus ædificabit domum ⟩– meam] & atria ⟩– mea.] Ipsum enim elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem, & firmabo regnum eius vsque in æternum: si perseueraverit facere pręcepta mea & iudicia, sicut & hodie. Nunc ergo coram vniuerso cœtu Israel [6] audiente deo nostro custodite, & perquirite cuncta mandata domini dei nostri, vt possideatis terram bonam, & *relinquatis eam filiis vestris post vos vsque in sempiternum. Tu autem Salomon fili mi, scito deum patris tui, & [7] serui ei] corde perfecto & animo [8] voluntario.] † Omnia enim corda scrutatur dominus, & [9] vniuersas mentium cogitationes intelligit.]

a. Quæri potest cur hic Eunuchi ad tam grande cōsilium vocātur, cùm Israelitæ abscindi lex prohiberet, & alienigenæ non facile admittantur ad tam grande consiliū. Tradunt Hebræi hic illos vocari eunuchos, qui ab omnibus sæculi actibus alieni, orationi tantū & lectioni vacabant & ab vxoribus abstinebāt, quos Iosephus dicit fuisse vocatos Essenos. Hiero. ibid.

2. Super pedes suos.
*In corde meo.
2. Præ omni,
3. Ducem.
4. Complacuit sibi in me.

b. Citra hoc aliqui dicūt quòd Salomon fuit promotus ad regnum, nō solū voluntate humana, sed etiam diuina: & hāc ordinationem nūciauit Nathā propheta regi Dauid. vtr. Reg. 7. Ad quod dicendū quòd re vera electus est electione diuina, in generali nunciauit Nathan Regi, non in speciali tamen expressit. Dionysius.

5 Super solium.
6 Congregationis domini, & in auribus dei nostri.
*Hereditatem.
7. Cole eum.
8. Flagranti.
9. Omne figmētum cogitationum aduertit.

Si quæ-

Si quæſieris eum, inuenies: ſi autem de reliqueris eum proiiciet te in æternum. [f] Nũc ergo * quia elegit te dominus, vt ædificares domum ſanctuarij: confortare & [10] perfice [g] ] Dedit autẽ Dauid Salomoni filio ſuo deſcriptionem porticus [11] & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis] & domus propitiationis, necnon & omnium quæ cogitauerat [12] atriorum] & exedrarum per circuitum [13] in theſauros domus domini, & in theſauros ſanctorum: ] diuiſionúmque ſacerdotalium & Leuiticarum, in omnia opera domus domini: & in vniuerſa vaſa miniſterij templi domini, aurum in pondere, per ſingula vaſa miniſterij, argenti quoque pondus pro vaſorum, & operum diuerſitate, ſed [14] & in candelabra aurea, & ad lucernas] aurum pro menſura vniuſcuiuſque candelabri & lucernarum, ſimiliter & in candelabra argentea in lucernas eorum pro diuerſitate menſuræ, pondus argenti tradidit. ] Aurum quoque dedit in menſas propoſitionis, pro [15] diuerſitatate menſarum: ] ſimiliter
D & argentum in alias menſas argenteas. Ad fuſcinulas quoque, & phialas, & [16] thuribula, ] ex auro puriſſimo, [g] [17] & leunculos aureos pro qualitate menſuræ pondus diſtribuit, in leunculum & leunculum: ſimiliter & in leones argenteos diuerſum argenti pondus ſeparauit. ] Altari autem in quo adoletur incenſum aurum puriſsimum dedit: & vt ex ipſo fieret ſimilitudo quadrigæ Cherubim extendentium alas, & velantium arcam fœderis domini. [d] Omnia, inquit venerunt ſcripta manu domini ad me, vt intelligerem vniuerſa opera exemplaris. Dixit quoque Dauid Salamoni filio ſuo: Viriliter age, & confortare, & fac, ] ne timeas & ne paueas. Dominus enim deus meus tecum erit, & non dimittet te, nec derelinquet, donec perficias omne opus miniſterij domus domini. Ecce diuiſiones ſacerdotum & Leuitarum, * in omne miniſterium domus domini, [18] aſsiſtunt tibi, & parati ſunt: & nouerunt tam Principes quàm populus facere omnia præcepta tua.

*Impenſæ domus domini à Dauid præparatæ, quibus populus donaria adiicit, vngítque ſecundò Salomonem, & Dauid moritur.* XXIX.

A [1] LOcutúſque eſt Dauid Rex ad omnem Eccleſiam: Salomonem filium meum vnum elegit dominus adhuc [a] puerum & tenellum: Opus enim grande eſt: neque enim homini præparatur habitatio, ſed deo. Ego autem totis viribus meis præparaui [2] impenſas domus ] domini dei mei, aurum ad vaſa aurea, & argentum in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea: lapides onychinos & [3] quaſi ſtibinos, ] diuerſorum colorum, omnémque præcioſum lapidem, & marmor Parium abundantiſsimè, & ſuper hæc quæ obtuli in domum dei mei, de peculio meo aurum & argentum do in templum dei mei: exceptis iis quę pręparaui [3] in ædem ſanctã, ] tria milia talenta auri de auro Ophir,
B [4] & ſeptem milia talentorum argenti probatiſſimi, ad deaurandos parietes templi, & ubicunque opus eſt aurum de auro, & vbicunque opus eſt argentum de argento. Opera fiant per manus artificum, & ſi quis ſponte offert, impleat manum ſuam hodie: & offerat quod voluerit domino. [4] Polliciti ſunt itaque ] principes familiarum & proceres tribuum Iſrael: Tribuni quoque, & Centuriones, & principes [5] principum poſſeſsionum ] Regis: dederúntque in opera domus domini auri talenta quinque milia, & ſolidos decem milia: argenti talenta decem milia, & æris talenta decem & octo milia: ferri quoque centum milia talentorum: & apud quemcunque inuenti ſunt lapides, dederunt in theſauros domus domini, [b] per manum Iehihel Gerſonitis. [5] Lætatúſque eſt populus, cum [6] vota ſponte promitterent, quia corde toto offerebant ea ] domino. [c] Sed & dauid Rex lætatus eſt gaudio magno, & benedixit domino coram vniuerſa multitudine, & ait: benedictus es domine deus Iſrael patris noſtri, ab æterno in æternum. Tua eſt domine magnificentia & potentia, & gloria, atq; victoria, & tibi laus. Cuncta enim quæ in cœlo ſunt & in terra, tua ſunt. Tuum domine regnum, & tu es ſuper omnes [7] Principes. Tuæ diuitię, & tua eſt gloria, ] tu dominaris omnium. In manu tua virtus & potentia: in manu tua [8] magnitudo & imperium omniũ. ]

f. Dauid & cæteri patres per ea ſua figuris & ænigmatibus deſignabant vniuerſa quæ verus pacificus in eccleſia facturus erat. Quomodo omnes nationes per fidem baptiſmi introitum in eccleſiã habuerunt: qualis eccleſiæ ſtatus eſſet facturus, qualis ſanctorum perfectio, & in regno cœleſti remuneratio cuiuſque pro meritis reddenda per diuerſas cellu. & exedras: quia in regno dei manſiones multæ ſunt. Gloſ. Ordinaria ]

* Vide.

10. Viriliter age.

11. Domunculorum eius, thecarum eius, cœnaculorum eius, cubiculorum eius interiorum.

12. Pro atriis domus domini.

13. Pro theſauris domus domini, & pro theſauris conſecratorum.

14. Pondus auri pro candelabris, & aurum pro lucernis eorum.

15 Menſa & menſa, hoc eſt, pro ſingulis menſis.

16. Catheras.

17. Et pro peluibus aurum in pondere pro pelui & pelui, ſic pro peluibus argentum in pondere pro pelui & pelui.

d. Quemadmodũ dñs oſtẽderit Moyſi in monte Sinai tabernaculi formam, illíque dixit: Oſa fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt, ita deus oſtẽdit iſta Dauid per cœleſtem reuelationẽ imaginaria viſione, aut per prophetas illi familiares, Samuel, Nathan, vel Gad. Diony.

* Sunt ordinatæ.

18. Tecum ſunt in omni opere, cum omni experto ſapiẽtia, pro quocunque miniſterio. Habes & principes atque vniuerſum populum pro quibuſcunque neceſſitatibus tuis.

a. Grandis olim quæſtio fuit cuius ætatis erat Salomon cùm regnare cœperit, cùm Ioſephus dicat illũ fuiſſe tantũ duodecim annorum, quia hic & ſupra dicitur paruulus & puer tenellus. Reſpõdetur hoc eſſe valde difficile. Tum q Roboam. 41. annis fuit in morte patris, genitus igitur fuiſſet. 2. annis antequ regnaret Salomon, & ſic 10. anno ætatis ſuæ. Nec video repugnantiam ſi fuiſſe dicatur Salomon 20. annorum vel amplius cùm regnare cœperit, cùm circa 20. regni ſui annum Dauid Reſabee acceperit. Nec obſtat q Salomon dicatur paruulus vel tenellus, cũ Ioſeph dicatur puer, & tamen 17. ſi annorum: & Bẽiamin cùm iam haberet 9. pueros. Dionyſius.

1. Pro domo.

2. Et qui includũtur lapides rutilantes.

3. Pro domo ſanctuarij.

4. Obtulerunt ſe itaque ſponte neot.

5 Qui præerant operi.

[b. Vtũ eſt ſupra cap. 26. quod Selemoth erat ſupra theſauros regis. Sed dicendum quod iſte & Iemoth fuit cuſtos theſaurorum domus domini quantũ ad ea quæ tuerũt de prædis hoſtium conſecrata: iſte verò Iehihel theſaurarius eorũ quæ fuerunt ſponte oblata. De Lyra ibidem ]

6. Sponte tribuerat ſua, & obtulerunt corde perfecto.

c. Lætatus eſt Dauid ex contemplatione diuina, ex populi ſui deuotione, ex filij ſui promotione:, & ex proſpero propoſito ſuo de templi dei ædificatione. Dionyſius

7. Veluti omnium caput. Diuitiæ & gloria à conſpectu tuo ſunt.

8. Eſt magnificare & roborare omnia.

Universidad de Deusto
Biblioteca



9. Magnificentiæ tuæ.
19. Offerte sponte.
21. Atque de manu tua ea tibi dedimus tibi.
d † Per hoc ostendit Dauid q̃ patria nostra propria nõ est hic inferius, sed in cœlestibus. Et hoc intellexerunt patres antiqui, vt Heb. 13. Nõ habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. De Lyra.]
22. Totum tuum est.
23. Aequitatem.
24. Rectitudine.
25. Offerre tibi sponte & cum lætitia.
26. Hoc in æternum ob primordium cognationum cordis pópuli tui, & præpara cor eorum ad te.
27. Statuta tua.
e. Dauid collectæ ecclesiæ omnem dispositionem suam indicans, deposcens filios suos, vt non grauiter ferrent minimũ, id est, Salomone inter eos sublimarum: quia deus sic mãdauerat, sicut & ipse Dauid minim⁹ inter fratres iunctus fuerat. Comestor.
*Nunc, vel quæso.
28. Sacrificia multa propter omnem Israel.
*Regem.
[f. Hoc est, ad dei honorem vnxerunt Salomonem in Regem, & Sadoc in pontificem Abiathar nunc iam destinauit à Salomone & eo à pontificatu electo per Salomonẽ vocatus est Sadoc in præsulem. Dionysius Carthusianus ibidem.]
29. Prosperè egit.
30. In dignitate videntibus cũctis Israelitis.

Nunc igitur deus noster, confitemur tibi, & laudamus nomen [9] tuum inclitum.] [d] Quis ego, & quis populus meus, vt possimus hæc tibi vniuersa [10] promittere? ]Tua sunt omnia: [11] & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. [d †] ]Peregrini enim sumus coram te, & aduenæ, sicut omnes patres nostri. † Dies nostri quasi vmbra super terrã, & nulla est mora. Domine deus noster, omnis hæc copia, quam parauimus, vt ædificaretur domus nomini sancto tuo, de manu tua est, & [12] tua sunt omnia.]Scio deus meus, quòd probes corda, & [13] simplicitatem] diligas: vnde & ego in [14] simplicitate] cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc, & populum tuum, qui hic repertus est, vidi [15] cum ingenti gaudio tibi offerre donaria.] [d] Domine deus Abraham, & Isaac, & Israel patrum nostrorum, custodi [16] in æternum hanc voluntatem cordis eorum, & semper in venerationem tui mens ista permaneat.] Salomon quoque filio meo da cor perfectum, vt custodiat mandata tua, & testimonia tua, & [17] ceremonias tuas,]& faciat vniuersa, & ædificet ædem cuius impensas paraui. [e] Præcepit autem Dauid vniuersæ Ecclesiæ: Benedicite * domino deo nostro. Et benedixit omnis Ecclesia domino deo patrum suorum, & inclinauerunt se & adorauerunt deum, & deinde Regem. Immolauerúntque victimas domino, & obtulerunt holocausta die sequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille, cum libaminibus suis, [18] & vniuerso ritu abũdantissimè in omnem Israel.] [d] Et comederunt & biberunt coram domino in die illo cum grandi lætitia: & vnxerunt secundò Salomonem filium Dauid. * [f] Vnxerunt autem eum domino in Principem, & Sadoch in pontificem. † Sedítque Salomon super solium domini in Regem pro Dauid patre suo, & [19] cunctis placuit,] & paruit illi omnis Israel. Sed & vniuersi principes & potentes, & cuncti filij regis Dauid, dederũt manum, & subiecti fuerunt Salomoni Regi. Magnificauit ergo dominus Salomonem [20] super omnem Israel:] & dedit illi gloriam regni qualẽ nullus habuit ante eum Rex Israel. [d] Igitur Dauid filius Isai regnauit super vniuersum Israel: † & dies quibus regnauit super Israel, fuerunt quadraginta anni. In Hebron regnauit septem annis, & in Ierusalem annis triginta tribus, [g] & mortuus est in senectute bona plenus dierum, & diuitiis & gloria, & regnauit Salomon filius eius pro eo. Gesta autem * Regis [h] prior a & [i] nouissima scripta sunt in libro Samuel videntis, & in libro Nathan prophetæ, atque in volumine Gad videntis: vniuersíque regni eius & fortitudinis, & temporum quæ transierunt [21] sub eo, siue in Israel, siue in cunctis regnis terrarum.

[g. Significat eum copia virtutum, & operibus lucis vitã fuisse præsentem dignum quiete futura, & cœlestis regni gloria. Glosa ordina. ibidem.
*Dauid.
h Quando regnabat in Ebron.
i. Quãdo regnabat in Ierusalé.
21. Super eum atque super Israelem, & super cuncta regna terrarum.

# Secundus liber Paralipomenon.

Hebraicè Dibre Haiamin, id est, Verba dierum.

*Oblatis hostiis à Salomone in Gabaon, dominus illi nocte apparens, dat illi petitam Sapientiam, inde currus & equites congregat.* *Cap. 1.*

a. Cõfortatus est Salomon, quia legitimè institutus, & à deo ad regnãdum electus, atque à toto populo cõcorditer acceptatus, nec quisquã se ei opposuit: quia dominus erat cum eo per gratiam & virtutes. Dionys. ibidẽ.
*Deus eius.
[b. Gabaon fuit ciuitas metropolis Enemũ, cecidítque in sortem Beniamin. Et fuit separata Leuitis. Mirum ergo est quòd Iosephus dicit quod Salomon venit in Hebrõ vt deificaret in altari æneo quod fecerat Moyses nisi forte ipsam Hebron excelsum Gabaon intelligi voluerit, eò quòd ibi primùm regnauerit. Glosa ordi. ibidem.]
c. De domo Aminadab, vbi remanserat 20. an. ad vsque 8. annum Dauid.
*Ibi vel illuc.
*In conspectu domini quod erat.

† [a] Onfortatus est ergo Salomon filius Dauid in regno suo, & dominus * erat cum eo, & magnificauit eum in excelsum. Præcepítque Salomon vniuerso Israel, tribunis, & centurionibus, & ducibus, & iudicibus omnis Israel, & Principibus familiarũ, & abiit cum vniuersa multitudine in excelsum [b] Gabaon: vbi erat tabernaculũ fœderis domini, † quod fecit Moyses famulus dei in solitudine. Arcam autẽ dei adduxerat Dauid [c] de Cariathiarim in locũ quem præparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculũ, hoc est, in Ierusalem. [d] Altare quoque æneum, quod fabricatus fuerat Beseleel filius Vri filij Vr, ibi erat coram tabernaculo domini, quod & requisiuit Salomon & omnis Ecclesia. Ascendítque Salomon * ad altare æneum * coram tabernaculo

naculo fœderis domini,& obtulit in eo mille hostias. Ecce autem in ipsa nocte apparuit ei deus,dicens: [d] Postula quod vis,vt dem tibi.Dixítque Salomon deo. Tu fecisti cum Dauid patre meo misericordiam magnam,& constituisti me regem pro eo.Nũc ergo domine deus,impleatur sermo tuus quẽ pollicitus es Dauid patri meo:Tu enim me fecisti regem super populum tuum multum [1] qui tam innumerabilis est, quàm] C puluis terræ.†ǂ Da mihi sapientiam & intelligentiam,[e] vt ingrediar & egrediar coram populo tuo.Quis enim potest hunc populum tuum?—digne]qui tam grandis est,iudicare?Dixit autem deus ad Salomonem:Quia hoc magis placuit cordi tuo,& non postulasti diuitias, & substantiam & gloriam, neque animas eorum qui te oderant, sed nec dies vitæ plurimos,petisti autem sapientiam & scientiam,vt iudicare possis populum meum,super quem constitui te Regem:sapientia & scientia data sunt tibi: Diuitias autem & substantiam & gloriam dabo tibi, ita vt nullus in Regibus, ante te, nec post te fuerit similis tui.†ǂ£ Venit ergo Salomon ab excelso Gabaon,in Ierusalem,coram tabernaculo fœderis,& regnauit super Israel.Congregauítque sibi currus & equites:& facti sunt ei mille quadringenti currus,& duodecim milia equitum:& fecit eos esse in [g] vrbibus quadrigarum,& cum rege in Ierusalem. Præbuítque Rex argentum & aurum in Ierusalem quasi lapides,& cedros quasi sycomoros,quæ nascuntur in cãpestribus multitudine magna.† Adducebantur autem ei equi de Ægypto,[2] de Choa à negotiatoribus]regis: qui ibant & emebant precio quadrigam equorum sexcentis argenteis,& equum centum quinquaginta.Similiter de vniuersis regnis Hethæorum & à Regibus Syriæ emptio celebrabatur.

d. Gratia dei liberum hominis exquirit arbitrium. Vnde quicũque vult orationẽ suam auta deum non frustrari, hoc ab eo postulet, quod Salomon quæsiuit,id est, sapientiã, scientiã,& intelligentiam. Diuitias vero& gloriã temporalẽ,atque animas inimicorum & dies plurimos vitæ præsentis, malouũ est quærere, non iustorum. Hæc enim inquit Christus, gentes inquirunt. Sed primũ quærite regnũ dei & iustitiam eius,& hæc omnia adijcientur vobis, scilicet temporalia prædicta. Angelomus.3.Reg.3.

1. Velut.

(e.Ille egressus intelligitur ad bella pro defensione populi,ingressus vero ad iudicia, ad præscindenda populi litigia. De lyra.)

(f.His verbis in aliquibus textibus, additur coram tabernaculo fœderis:quod difficultatem inducit: cum dictum sit quod tabernaculum fœderis Domini adhuc fuit in Gabaon. Ideirco hic intelligitur tabernaculum vbi erat arca Domini.Et sic exponit Hieronymus hoc loco. Dionys.Carthu.Ibid.)

g. Currus erant in Ierusalem ædificatæ ad stationem curruũ. Hieronym.

2.Per conglobatos negociatores, vel à cõfœderatis negociatoribus,vt 3.Reg.10. d. vbicunque enim eadem sunt Hebraica verba.

*Conductis operariis mittit Salomon Ad Hiram pro lignis ad templi structuram mittendis.* II.

[a] † Ecreuit autem Salomon ædificare domum nomini domini, & palatium sibi. Et numerauit septuaginta milia virorum [1] portantium humeris,]& octoginta milia qui cæderent lapides in montibus, Præpositósque eorum tria milia sexcentos. [b] Misit quoque ad Hiram regem Tiri, dicens: A †Sicut egisti cum Dauid patre meo, & misisti ei ligna cedrina, vt ædificaret sibi domum in qua [2] & habitauit:]sic fac mecum, vt ædificem domum nomini domini dei mei,& consecrem eam,ad adolendum incensum coram illo, & fumiganda aromata, & ad propositionem panum sempiternam, & ad holocaustomata mane, & vespere, sabbatis quoque, & neomeniis, & solennitatibus domini dei nostri in sempiternum, B quæ mandata sunt Israeli. Domus enim quam ædificare cupio,magna est. ǂ Magnus est enim deus noster super omnes deos. [c] Quis ergo [3] poterit prævalere,] vt ædificet, ei dignam domum? Si cœlum & cœli cœlorum capere eum nequeunt, quantus ego sum,vt possim ædificare ei domum?Sed ad hoc tantum,* vt adoleatur incensum coram illo. Mitte ergo mihi virum eruditum, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, purpura, coccino & hyacinto,& qui sciat sculpere cælaturas, cum iis artificibus quos mecum habeo in Iudæa & in Ierusalem, quos præparauit Dauid pater meus. Sed & ligna cedrina mitte mihi, & ǂ [d] artheutina]& pinea de Libano, scio enim quòd serui tui nouerint cædere ligna de Libano. [e] Et erunt serui mei cum seruis tuis: vt parentur mihi ligna plurima. Domus enim quam cupio ædificare magna est C [f] nimis & inclyta. ǂ ]Præterea operariis qui cæsuri sunt ligna, seruis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti milia, & hordei coros totidem: & vini viginti milia metretas, olei quoque sata viginti milia. Dixit autem Hiram Rex Tyri per literas quas miserat Salomoni: Quia dilexit dominus populum suum, idcirco te regnare fecit super eum. Et addidit dicens: Benedictus dominus deus Israel, qui fecit cœlum & terram, qui dedit Dauid regi filium sapientem,& eruditum,& sensatum, atque prudentem,vt ædificaret domum domino, & palatium sibi. Misi ergo tibi virum prudentem,& [5] scientissimum, Hiram patrem meum ]filium [f] mulieris de filiabus Dan, cuius pater fuit Tyrius, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, & [7] mar-

a. Primo studuit Salomon templum domini costruere,deo honorẽ proprijs præferens cõmodis. Diony ibid.

1 Qui portarent onera.

b. Cæterum Salomon Rex accepto regis Tyriorum literis,& facilitatem eius & benevolentiã collaudauit: & insuper quibus ipsum cupere intellexit, præmijs est cum remuneratus, frumenti annuos bis mille coros mittẽdo,& totidem olei batos. Hatus autẽ capit sexaries. 72. patrem quoque vini modum illi exhibuit. Iosephus.lib.8.cap.3. Antiq.Iudaic.

2.Habitaret.

c. Hoc est,nullus sufficiens est construere templum tantæ eminentiæ quantæ eminentiæ templo dignus est deus, & quantæ excellentiæ domum decet ei ædificari per respectum ad suæ maiestatis immensitatẽ. Diony.

1. Tanto præditus est virtute.

*Aedifico domum,

4. d. Ablegna(vetusta exemplaria habent tina & pinea.

(e. Idem omnium Salomon seruos Hiram cædere sibi ligna voluit, quia doctores erant seruis suis ad cenãdũ:sed etiam seruos suos adesse voluit, vt cædentibus assideret cuius mensuræ ligna fieri deberẽt. Apostoli enim certius verbia euãgelij ab ipso Domino nouerunt sed gentiles ab erroribus ad veritatem euangelij conuersi,certius gentium errores nouerunt:& ideo subtiliꝰ expugnauerunt. Glo.otdi lii ]

5.Excellenter.

6.Notissimum patri meo Hiram.

f. Matrem eius dicit de filiabus Dan,de genere Salomith sororis Ooliab,filij Arxanias.Hier. Ibidem.

7.Lapidibus.

more,]& lignis,in purpura quoque & hyacintho, & byſſino & coccino:[f] & qui ſciat[8] cælare omnem ſculpturam, & adinuenire prudenter quodcunque in opere neceſſarium eſt,cum [8] artificibus tuis,& cum artificibus]domini mei Dauid patris tui.[g] Triticum ergo & hordeum,& oleum & vinum,quæ pollicitus es domine mi, mitte ſeruis tuis. Nos autem cædemus ligna de Libano quot neceſſaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in [9 h] Ioppe,]tuum autem erit transferre ea in Ieruſalem.[i] Numerauit igitur Salomon omnes viros Proſelytos, qui erant in terra Iſrael, poſt dinumerationem quam dinumerauit Dauid pater eius: & inuenti ſunt centum quinquaginta,& tria milia ſexcenti.Fecítque ex eis ſeptuaginta milia qui humeris onera portarẽt & octoginta milia qui lapides in montibus cæderent: tria autem milia & ſexcentos [10] præpoſitos operum populi.]

8 Sapientibus tuis, & ſapientibus.

[g Supra non fecit mentionem de vino,ſed quia hic repetitur, tenẽdum quòd à principio fuit ſub pacto ſicut & alias. De Lyra.]

9.h. Ianho,( qui etiam nunc Iaſpha dicitur.

[i. Fuerunt operarij domus domini de filiis Iſrael, de proſelytis, de gentibus. De filiis Iſrael triginta milia, qui ad cædẽdas de Libano cedros miſſi ſunt. Gloſ ordi.]

10. Exactores qui ſolicitarẽt populum ad operandum.

*Templum extruitur cum porticu, velo, & duabus columnis.* III.

[1] COEPIT Salomon ædificare domum domini in Ieruſalem in monte [a] Moria,qui demonſtratus fuerat Dauid patri eius, in loco quem parauerat Dauid in area [†] Hornan Iebuſæi. Cœpit autem ædificare menſe ſecundo,[*] anno quarto regni ſui. Et hæc ſunt fundamenta,[1] quæ iecit Salomon vt ædificaret ] domum dei: longitudinis cubitos [b] in menſura prima, ſexaginta, latitudinis cubitos viginti: [c] Porticum verò ante frontem quæ tendebatur in longum, iuxta menſuram latitudinis domus, cubitorum viginti. Porrò altitudo centum viginti cubitorum erat.Et deaurauit eam intrinſecus auro mundiſſimo.[d] Domum quoque maiorem texit tabulis ligneis abiegnis,[2] & laminas auri obrizi affixit per totum.Sculpſitque in ea palmas, & quaſi catenulas ſe inuicem complectentes. Strauit quoque pauimentum templi precioſiſſimo marmore,decore multo.] Porrò aurum erat[3] probatiſſimum: de cuius laminis texit domum, & trabes eius, & poſtes, & parietes, & oſtia,] & cælauit [4] Cherubim ] in parietibus. Fecit quoque domum ſancti ſanctorum, longitudinem iuxta latitudinem domus cubitorum viginti, & latitudinem ſimiliter viginti cubitorum. Et laminis aureis texit eum, [e] quaſi ] talentis ſexcentis, ſed & clauos fecit aureos,ita vt ſinguli claui ſiclos quinquagenos appenderent.[f] Cœnacula quoque texit auro. Fecit etiam in domo ſancti ſanctorum [d] Cherubim duos opere [5] ſtatuario,] & texit eos auro. Alæ Cherubim viginti cubitis extendebantur: ita vt vna ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domus, & altera quinque cubitos habens,alam tãgeret alterius Cherub. Similiter Cherub alterius ala,quinque habebat cubitos,& tangebat parietem, & ala eius altera quinque cubitorum,alam Cherub alterius contingebat. Igitur alę vtriuſque Cherub expanſę erant, & extendebantur per cubitos viginti.[g] Ipſi autem ſtabant [e] erectis pedibus,& facies eorum erant verſę ad exteriorem domum: [†] Fecit quoque velũ ex hyacintho, purpura,cocco & byſſo,& intexuit ei [6] Cherubim ]Ante fores etiam templi duas columnas, quę triginta & quinque cubitos habebant altitudinis. Porrò [7] capita] earum quinque cubitorũ,necnon & quaſi catenulas in oraculo, & ſuperpoſuit eas capitibus columnarum. [f] Malogranata etiam centum,quę catenulis interpoſuit. Ipſas quoque columnas poſuit in veſtibulo templi,vnam à dextris à alteram & ſiniſtris.Eam quę à dextris erat,vocauit Iachin: & quę ad lęuam,vocauit Booz.

a. Mons Moria fuit demonſtratus Dauidi ab angelo tenente gladium, & percutiente populum ſupra aream Ornan Iebuſæi,vbi empta area ædificauit altare. Angelomus ſuper 3. Re. 6.

*Secunda, ſub die.

a. Quibus Salomon inſtructus fuit ad ædificandum.

b. Qua Moyſes in deſerto tabernaculum menſus eſt.

[c. Tripartita enim fuit fabrica diſtinctio,hoc eſt,porticus ante templum,& templum ipſum,in quo altare thymiamatis, menſa propoſitionis, & candelabrum luminis erant: & oraculum,hoc eſt, ſanctum ſanctorũ, vbi area teſtamenti,& cherubim poſt velum collocata. Porticus autem ante templum, antiquorum figuram geſtat fidelium, ipſum verò templum, eorum qui poſt incarnationem domini in mundum venerunt. Domus autem interior, regni cœleſtis gaudia vtriſque data. Gloſ ord.]

2. Quas texit auro optimo,ſuperinducens ſculpturas palmarum & catenarum. Et texit domum lapide precioſo ad decorem.

3. De Paruaim. Texitque domũ, trabes,poſtes,& parietes eius,& oſtia eius auro.

4. Picturas.

d. Cherub maſculinum ſingulare, cuius plurale Cherubim. Sed Græca cõſuetudo quæ nullam terminationẽ habet in m, neutro genere ponit Cherubin per n,plu. Verum noſter interpres maſculinũ poſuit per m, dicens Cherubim duos aureos. Beda de tabernaculo,cap 3.

5. Imaginem.

[e. Hoc eſt, rectis pedibus, quia ſuper pedes ſuos recte ſtabant, ita quòd vtriuſque Cherubim pedes ſuper pauimentum ſtabant. De lyra.

6. Picturas.

7. Capitella.

f. Malogranata vel malagranata,aut mala punica,idẽ. Sed granata propter granorum multitudinem, punica vero quia in Aphrica maximè abundãt. Beda ſuper Cantica.

*Conſtructio altaris æneiꝫ maris, candelabrorum, & menſæ ad panes propoſitionis.* IIII.

[1] FECIT quoque altare æneum, viginti cubitorum longitudinis, & viginti [a] cubitorum latitudinis,& decem cubitorũ altitudinis.[2] Mare etiam æneum fuſile, decem cubitis à labio vſque ad labium, rotundum per circuitum. Quinque cubitos habebat altitudinis: & funiculus triginta cubitorũ ambibat per gyrum eius. Similitudo quoque boum erat ſubter illud. [*] Et decem cubitis [1] quędam extrinſecus cęlaturę:quaſi duobus verſibus labium maris circuibant. Boues autem

a Mare illud æneum in figurã lauacri ſaluatoris,quo in remiſſionem peccatorum emundamur, factum eſt. Angelomus in 7. cap. 3. Reg.

* Per circuitum, qui ambiebant ipſum.

1. Circunſtibebant mare per circuitum, erãtque duo ordines boum, qui fuſi erant conſimili futura.

autem erāt fusiles,] [b] & ipsum mare super duodecim boues impositum erat, quorum
B tres respiciebant ad aquilonem,& alij tres ad occidentem.[§] Porrò tres alij meridiem,
& tres qui reliqui erant,orientem: habentes mare superpositum. [2] Posteriora autem
boum erant intrinsecus sub mari. ]Porrò [3] vastitas ]eius habet mensuram palmi: &
labium illius erat quasi labium calicis, vel repandi lilij, capiebátque tria milia me-
tretas. Fecit quoque [4] [c] conchas ]decem,& posuit quinque à dextris, & quinque à si-
nistris, vt lauarent in eis omnia quæ in holocaustum oblaturi erant. Potrò in mari sa-
cerdotes lauabantur. Fecit autem & candelabra aurea decem, secundum speciem
quam iusserat fieri,& posuit ea in templo, quinque à dextris, & quinque à sinistris.
Necnon & mensas decem,& posuit eas in templo,quinque à dextris & quinque à si-
C nistris.[§] Phialas quoque aureas centum. Fecit etiam atrium sacerdotum & [6] basilicam
grandem,]& ostia in basilica quæ texit ære. Porrò mare posuit in latere dextro [7] cōtra
orientem ad meridiem.]Fecit autem Hiram lebetes,& [8] creagras,& phialas:]& com-
pleuit omne opus Regis in domo dei:hoc est,columnas duas,& [9] epistylia, & capita:]
& quasi quædam retiacula:quæ capita tegerent super epistylia. Malogranata quoque
quadringenta,&retiacula duo:ita vt bini ordines malogranatorum singulis retiaculis
iungerentur,quæ protegerent epistylia,& capita columnarum. Bases etiam * fecit, &
[10] cōchas quas ]superposuit basibus:mare vnum, boues quoque duodecim sub mari:
D & lebetes & [11] creagas & phialas.]Omnia vasa fecit Salomoni Hiram pater eius, [12] in
domo ]domini ex ære mundissimo.[§] In regione Iordanis fudit ea Rex,in argillosa ter
ra,inter Sochot,& Saredáta. [13] Erat autem multitudo vasorum innumerabilis, ita vt i-
gnoraretur ]pōdus æris. Fecítque Salomon omnia vasa domus dei, & altare aureum,
& mensas,& super eas panes propositionis. Candelabra quoque cum lucernis suis, [14]
vt lucerent ]ante oraculum iuxta ritum,ex auro purissimo,& [15] florentia quædam ] &
lucernas,& forcipes aureos. Omnia de auro mūdissimo facta sunt. [16] Thymiamateria
quoque & thuribula ]& [17] phialas & mortariola ]ex auro purissimo,& ostia ⟜ cælauit ]
templi interioris, id est, in sancto sanctorum,& ostia templi forinsecus aurea. Sícque
completum est omne opus quod fecit Salomon in domo domini.

[b. Hi sunt duodecim Apostoli,& eorum vicarij successores qui mare impositum portant, cum iniunctum sibi prædicando officium prompta deuotione peragunt & in quadrati orbis partibus fidem sanctæ trinitatis astruunt. Glosa interlinearis.]
2. Terga singula eorum erant versus mare.
3. Crassitudo.
4. Lauacra.
c. Conchas hic vocat quas in lib. Reg. Luteres vocauit. vtrūque cauum erat, vbi abluebantur pedes & intestina animalium immolatitiorum. Dioni.
5. Crateres quoque aureos.
6. Aliud atrium magnum.
7. Ad orientem contra meridiem.
8. Scopas & pelues.
9. Et coronas duas super capita columnarum.
* Duas.
10. Labra quæ.
11. Et palas atque fuscinulas.
12. Pro domo.
13. Et fecit Salomon cuncta vasa ista in magna multitudine, quia non inuestigabitur.
14. Quas accenderent.
15. Flores quosdam.
16. Falces & pelues.
17. Cochlearia & receptacula.

*Donariis non paucis oblatis, arca in oraculum inducitur, vnde gloria domini impleuit domum.* V.

A [1] [a] Ntulit igitur Salomon omnia quæ [1] vouerat ]Dauid pater suus, argen-
tum & aurum: & vniuersa vasa, * posuit in thesauris domus domini. Post
quæ congregauit maiores natu Israel & cunctos Principes tribuum, & ca-
pita familiarum de filiis Israel in Ierusalem, vt adducerent arcam fœderis
domini, [b] de ciuitate Dauid,quæ est in Sion. [†] Venerunt itaque ad Regem omnes vi-
ri Israel in die solenni, mensis septimi. Cúmque venissent cuncti seniorum Israel,
portauerunt Leuitæ arcam: [2] & intulerunt eam, & omnem paraturam tabernaculi.
Porrò vasa sanctuarij ]quæ erant in tabernaculo, portauerunt sacerdotes cum Leui-
B tis.[§] [c] Rex autem Salomon & vniuersus cœtus Israel,& omnes qui fuerunt congrega-
ti ante arcam, immolabant arietes & boues absque vllo numero: tanta enim erat
multitudo victimarum. Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis domini in locum
suum,id est,ad oraculum templi, in sancta sanctorum, subter alas Cherubim: ita vt
Cherubim expanderēt alas suas super locū in quo posita erat arca, & ipsam arcam te-
gerent cum vectibus suis. [3] Vectium autem quibus portabatur arca quia paululū lon-
C giores erant,capita parebant ante oraculum.[§] Si verò quis paululū fuisset extrinsecus,
eos videre non poterat.] Fuit itaque arca ibi vsque in præsentē diem, [d] [†] Nihilque erat
aliud in arca nisi duæ tabulæ,quas posuerat Moyses in Horeb,quando legē dedit do-
minus filiis Israel,egredientibus ex Ægypto. Egressis autem sacerdotibus de sanctua-
rio * (omnes enim sacerdotes qui ibi potuerāt inueniri,sanctificati sunt, nec adhuc in
illo tempore vices, & ministeriorum ordo inter eos diuisus erat) tam Leuitæ quàm

1. Perfecit Salomon omne opus quod cœperat in domo domini,& intulit omnes diuitias quas Dauid pater suus cōsecrauerat réplo in honorē domini & eas repositit in thesauros domus domini, ad vsum réplī & sacrificiorum. Angelomus.
1. Consecrauerat.
* Et.
b Vbi remanserat ab octauo anno regni eius vsque ad vndecimum annum regni Salomonis.
2. Deduxerunt autem arcam, & tabernaculum testimonij, atque cuncta vasa sancta.
c. vtpote festiuitas latius patet.
3. Reg. 8. cum suis sacrificiis & diebus, sed prouinciis totius regni ab introitu Emath, per quē intelligit septentrionalem plagam vsque ad riuum seu torrentem Aegypti, per quem intelligit australē. Angelomus. super 7. cap. 3. lib. Reg.
3. Et prominebant vectes, apparebántque capita vectium extra arcam ante oraculum, & non videbantur foris.
[d. Paulus tamen ad Hebræ. 9. alia constituit in arca. dicens. Et arcam testamenti circūtectā ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ frondauerat, & tabulæ testamenti. Glosa ordinaria.]
* Implerum est sanctuarium fumo.

[a. Isti enim erant tres principales cantores cæteris præsidẽtes, sicut in primo lib. cap 24. dictũ est. Dionis. Carthus. ibid.]
4. Nabla.

[b. Clangerent, & canerent, perq; sonaret vox eorum vnanimis in laude, & cõfessione domini, extolleretur vocem cum tubis & cymbalis, & aliis instrumentis musicorũ, & laudarent dominum quoniam bonus.
6. Impleta est.
7. Nec poterant.

[a cantores, id est, & qui sub Asaph erant, & qui sub Heman, & qui sub Idithun, [a] filij & [b] fratres eorum vestiti byssinis, cymbalis, & [4] psalteriis, & citharis concrepabant stãtes ad orientalem plagam altaris, & cum eis sacerdotes centumuiginti canentes tubis. Igitur cunctis pariter & tubis [5] & voce & cymbalis & organis, & diuersi generis musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus, longe sonitus audiebatur: ita vt cum dominum laudare cœpissent, & dicere: † Confitemini domino] quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius, [6] impleretur] domus dei nube: [7] ne possent] sacerdotes stare & ministrare propter caliginem. Compleuerat enim gloria domini domum dei.

## *Salomonis exhortatio ad populum, & oratio ad deum.* VI.

† TVnc Salomon ait: Dominus pollicitus est vt habitaret in caligine: ego autem ædificaui domum [1] nomini eius: [2] vt habitaret ibi in perpetuum.] Et conuertit Rex faciem suam, & benedixit vniuersæ multitudini Israel. Nam omnis turba stabat intenta: Et ait: Benedictus dominus deus Israel, qui quod locutus est Dauid patri meo, opere compleuit, dicens: A die qua eduxi populum meum de terra Ægypti non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israel, vt ædificaretur in ea domus [3] nomini meo,] neque elegi quenquam alium virum, vt esset Dux in populo meo Israel: sed elegi Ierusalem, vt sit nomẽ meum in ea: [b] & elegi Dauid, vt constituerem eum super populum meum Israel. † Cúmque fuisset voluntatis Dauid patris mei, vt ædificaret domum nomini domini dei Israel, dixit dominus ad eum: Quia hæc fuit voluntas tua, vt ædificares domum nomini meo, bene quidem fecisti huiuscemodi habere voluntatem: sed non tu ædificabis mihi domum, verumtamen filius tuus qui egredietur de lumbis tuis, [c] ipse ædificabit domum nomini meo. [8] Compleuit ergo dominus sermonem suum quem locutus fuerat, & ego surrexi pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel sicut locutus est dominus, & ædificaui domum nomini domini dei Israel, & posui in ea arcam, in qua est pactum domini, quod pepigit cum filiis Israel. Stetit ergo coram altari domini ex aduerso vniuersæ multitudinis Israel, & extendit manus suas. Siquidem fecerat Salomon [3] Basin æneam, & posuerat eam] in medio [4] basilicæ: habentem] quinque cubitos longitudinis, & quinque latitudinis, & tres cubitos altitudinis. Stetítque super eam, & deinceps flexis genibus contra vniuersam multitudinem Israel, & palmis in cœlum leuatis, ait: † [d] Domine deus Israel, non est similis tui deus in cœlo & in terra, qui custodis pactum & misericordiam cum seruis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo, qui præstitisti seruo tuo Dauid patri meo quæcunque locutus fueras ei: & quæ ore promiseras, opere complesti, sicut & præsens tempus probat. † [e] Nunc ergo domine deus Israel, imple seruo tuo patri meo Dauid quæcunque locutus es, dicens. Non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel, ita tamen si custodierint filij tui vias meas, & ambulauerint in lege mea, sicut & tu ambulasti coram me. Et nunc domine deus Israel, firmetur sermo tuus quem locutus es seruo tuo Dauid. Ergóne credibile est vt habitet deus cum hominibus super terram? Si cœlum & cœli cœlorum non te capiunt, quanto [5] magis] domus ista quam ædificaui? [6] Sed ad hoc tantum facta est, vt respicias] orationem serui tui, & obsecrationem eius domine deus meus, [c] & [7] audias preces, quas fundit] famulus tuus coram te: vt aperias oculos tuos super domum istam diebus ac noctibus, super locum, in quo pollicitus es vt inuocetur nomen tuum, & exaudires orationem quam seruus tuus orat in eo: & exaudias preces famuli tui & populi tui Israel. † [8] Quicunque] orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, id est, de cœlis & propitiare. [f] Si peccauerit quispiam in proximum suum, [9] & iurare contra eum paratus venerit, séque maledicto constrinxerit] coram altari in domo ista: tu audies de cœlo, & facies iudicium seruorum tuorum, ita vt reddas iniquo viam suam in caput proprium: & vlciscaris iustum, retribuens ei secundum iustitiam suam. Si [10] superatus fuerit] populus tuus

1. Mansionis tibi, & habitaculum pro sessione tua perpetua.
2. Templum habet deus. nam & Salomon rex & propheta iussus est ædificare templum deo: quia ergo templum ædificauit deo, ostendit se colere deũ. Et vnde ædificauit? de lignis & lapidibus: quia dignatus est deum facere sibi per seruũ suum domum in terra, vbi rogaretur vbi moraretur. Aug. de Symbolo ad Catechumen lib. 1.
3. Vbi esset nomen meum.
[b. Consecrationem ecclesiarũ, & missarum celebrationẽ, non alibi quàm in sacratis Domino locis absque magna necessitate fieri debere liquet omnibus quibus sunt non veteris & noui testamenti præcepta. De cõsec. dis. 2. cap. 1.

c. Erant quidem omnia templi veteris admiranda. Nam erant ibi sancta sanctorum erãt cetera veneranda & hæc quæ in Sina monte facta referuntur, ignis, tenebræ, caligo, procella: visus est, inquit, deus in monte Sina, & omnia hæc olim cum admiratione memorabantur. Chrysost. in 12. cap. ad Hebræ. homil. 32.
3. Lauacrum æneum, posueritque illud
4. Atrij. habebátque.

d. Salomonis oratio imprimis ad deum dirigitur, quod maxime Ioseph. exequitur vbi supra. Deinde fratrum deo commendat, & postremò proximũ. Quo ad proximũ, longus profert petitiones, vt quicunque orauerit in loco isto, exaudi eũ & propitiare ei. Si peccauerit quispiam in proximum suũ, si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis: si clausa cœlo pluuia ob populi delicta nõ fluxerit: si fames orta fuerit in terra vel pestis: quicquid peccauerint in te, & deprecati fuerint in rẽplo tuo, dicentes: peccauimus, iniquè egimus, iniquitatem fecimus, exaudi preces eorũ, & dimitte populo tuo, quamuis peccatori. Angelom.
5. Minus
6. Respicere ergo digneris ad se. Quia in principio induxerat populum ad agendum deo gratias secum, inde Deum precatur ne sit eorum precatio inanis. Glos. ordina. ibidem.]
7. Aduertas clamorem & orationem quam orat.
8. Quæ.

[f. Hinc sex alias subdit precationes iuxta ordinem defectuum 3. lib. 8. De Lyra. ibid.]
9. Et iurauerit iuramentũ contra eũ, & adiurauerit eum, perueneritque iuramentum.

10. Corruerit.

tuus Israel ab inimicis(peccabunt enim tibi) & conuersi [11] egerint pœnitentiam: ] & obsecrauerint nomen tuum,& fuerint deprecati in loco isto: tu exaudies de cœlo, & propitiare peccato populi tui Israel,& reduc eos in terram quā dedisti eis,& patribus eorū.Si clauso cœlo pluuia nō fluxerit propter peccata populi tui,& deprecati te fuerint in loco isto,& confessi nomini tuo,& [g] conuersi à peccatis suis, cùm eos afflixeris,exaudi de cœlo domine,& dimitte peccata seruis tuis & populi tui Israel, & doce eos viam bonam,per quam ingrediantur, & da pluuiam terræ quam dedisti populo
E tuo ad possidendum.†[g]Fames si orta fuerit in terra,& pestilentia,[12] [h] ærugo,] & [i] aurugo,& locusta,& brucus,& hostes[13]vastatis regionibus portas obsederint ciuitatis,] omnísque plaga & infirmitas presserit:si quis de populo tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscens plagam & infirmitatem suam, & expanderit manus suas in domo hac: tu exaudies de cœlo,de sublimi scilicet habitaculo tuo,& propitiare,&redde vnicuique secundum vias suas,quas nosti eum habere in corde suo. [k] Tu enim solus nosti corda filiorum hominum,vt timeant te & ambulent in viis tuis cunctis diebus quibus viuunt super faciem terræ,quam dedisti patribus nostris.[l]Externum quoque,qui non est de populo tuo Israel,si venerit de terra longinqua propter nomen tuum magnum,& propter manum tuam robustam, & brachium tuum extentum, & adorauerit in loco isto,tu exaudies de cœlo, firmissimo habitaculo tuo, & facies cūcta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus,[m] vt sciant omnes populi terræ nomen tuum,vt timeant te sicut populus tuus Israel,& cognoscant quia nomen tuum inuocatum est
F super domum hanc quam ædificaui.[g]Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra aduersarios suos,per viam in qua miseris eos,adorabunt te contra viam in qua ciuitas hæc est,quam elegisti,& domus quam ædificaui uomini tuo,vt exaudias de cœlo preces eorum & obsecrationem, & [14] vlciscaris ] [n] Si autem peccauerint tibi,(†neque enim est homo qui non peccet,)& iratus fueris eis, & tradideris hostibus, & captiuos duxerint eos in terram longinquam,vel certè quæ iuxta est,& conuersi in corde suo in terra ad quam captiui ducti fuerant, egerint pœnitentiam, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis suæ,dicētes:[o]peccauimus,iniquè fecimus, iniustè egimus, & reuersi fuerint ad te in toto corde suo & tota anima sua,in terra captiuitatis suę,ad quam ducti sunt,adorabunt te contra viam terræ suæ,quam dedisti patribus eorum, & vrbis quam elegisti,& domus quam ædificaui nomini tuo: tu exaudies de cœlo, hoc est,de firmo habitaculo tuo,preces eorum,& facias iudicium, & dimittas popu-
G lo tuo quanuis peccatori.[g][15]Tu es enim] deus meus . Aperiantur quæso oculi tui, & aures tuæ intentæ sint ad orationem quæ fit in loco isto. [p] Nunc igitur consurge domine deus in requiem tuam,tu & arca fortitudinis tuæ. †Sacerdotes tui domine deus induantur salutem,& sancti tui lætentur in nobis.Domine deus meus ne auerseris faciem Christi tui.Memento misericordiarum Dauid serui tui. [q] Cúmque complesset Salomon fundens preces,ignis descendit de cœlo , & deuorauit holocausta & victimas,& [16]maiestas] domini impleuit domum , nec poterant sacerdotes ingredi templum domini,eo quòd implesset maiestas domini templum domini. Sed & omnes filij Israel videbant descendentem ignem,& gloriam domini super domum : & corruentes proni in teram super pauimentum[—stratum lapide:] adorauerunt [17] & laudauerunt dominum, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius . Rex autem & omnis populus immolabant victimas coram domino.

11.Laudauerint nomen tuum.

g. Cum ad orationem petgitur,à peccatis conuertendum eſt Hiero.

12. Corruptio frugum.
[h.In 3.li.dicitur rubigo.quia aurugo eſt aura corripiens segetes rubigniem generans. De Lyra.]
[i.Fames contingere potest ex multis causis, vt ex sterilitate terræ,vel ex tempestate fructus deuastante , vel ex aduersariis bona destruentibus idem . 3. Reg.8.]
13. Angustiam fecerint ei in terra portarum eius.
k.I,ius : nimi solius est cord.e arcana prospicere, cui soli humanorum cordium cognitio est qui formauit ea.Chr. super Ioan.homi.23.
l. Nec solis Hebræis errantib⁹ hanc opem à te precor sed etiā si ab extremis orbis finibus aliqui venerint, aut vndecunque profecti in hoc loco boni quippiam impetrare à te voluerint, exoratus illis largire Ioseph. Antiq.Iudai.lib.8. ca.4.
[m.Multi enim gentiles audiēt es in diuersis partibus orbis mirabilia quæ fecit deus, qui colebatur in Ierusalem, ascendebant illuc causa orationis,vt haberet Ioannis.12. D. Lyra.]

14 Faciās iudicium eorum
n.Quippe in Genesi c. 8 dicitur: Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. ostendere volens quia præ omnibus malis homo est pessimum malum Nam si bestiis cōparare volueris eum,peiorem inuenies,&c Chryso. super 10.cap. homi.14.
[o.Hæc verba repetebant tres pueri in fornace Babylonis.de quo Danielis 3.]

15.Nunc.

p.Hoc est,in hoc templo deinceps habitare digneris. Propterea illud gratiosè ingredere,in quo est sedes tua scilicet propitiatorium , & quod tibi factum est,vt in eo requiescas, id est,per pietatis tuæ effectus ostendas te inuariabilem,& in circumscriptibilem deum ibi adesse tu & arca fœderis tui cū populo tuo.Dionys.
[q.Sanguine suo mundauit,& spirituali gratia sanctificauit Christus.& diuersis donis virtutum multiplicauit hancque dedicant filij Israel:quia quisque finelis secundum donum sibi à Deo collatum verbo & exemplo proximos ad meliora & perfectiora conuertit &proficiebat.Gl.ordina.]
16.Gloria,& infra.
17.Confitentes domino.

*Domini maiestas apparens,Salomonis preces admisit.* VII.

[a] Actauit igitur Rex Salomon hostias,boum viginti duo milia, arietum centumuiginti milia. † Et dedicauit domum dei Rex & vniuersus populus . Sacerdotes autem stabant in officiis suis , & Leuitæ [1] in organis carminum domini, quę fecit Dauid Rex ad laudandum dominū, quoniam in seculum misericordia eius,hymnos Dauid canētes per manus suas. Porrò sacerdotes canebant tubis ante eos,cunctúsque Israel stabat. † [b] Sāctificauit quoque Salomon

[a.Rex igitur Salomon per manus sacerdotum occidit & obtulit hostiarum multa millia, de quibus satis dictum supra 3.Reg ca 8.& 9. Dioni. ibid.]
1.In instrumentis musicis.

b.Quoniā altare nō sufficiebat capere hostias oblatas Hiero.

medium atrij,ante templum domini. Obtulerat enim ibi holocausta & adipes pacificorum,quia altare æneum quod fecerat,non poterat sustinere holocausta & sacrificia & adipes.[c] Fecit ergo Salomon solennitatem in tempore illo septem diebus,& omnis Israel cum eo.Ecclesia magna valde,ab introitu Emath vsque ad torrentē Ægypti.[d] Fecitque die octauo[d] collectam,eo quòd dedicasset altare septem diebus: & solennitatem celebrasset diebus septem.Igitur in die vicesimatertia mensis septimi, dimisit populos ad tabernacula sua lætantes,atque gaudentes super bono quod fecerat dominus Dauid & Salomoni,& Israel populo suo.[†] Compleuitque Salomon domum domini,& domum Regis, & omnia quæ disposuerat in corde suo vt faceret in domo domini, & in domo sua, & prosperatus est. Apparuit autem ei dominus nocte,& ait: [e] Audiui orationem tuam,& eligi locum istum mihi in domum sacrificij. Si clausero cœlum,& pluuia non fluxerit, & mandauero & præcepero locustæ vt deuoret terram, & misero pestilentiam in populum meum, [f] conuersus autem populus meus,super quos inuocatum est nomen meum,deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam,& egerit pœnitentiam à viis suis pessimis,& ego exaudiam de cœlo & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum. Oculi quoque mei erunt aperti,& aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco isto orauerit. Elegi enim & sanctificaui locum istum,vt sit nomen meum ibi [f] in sempiternum,& permaneant oculi mei,& cor meū ibi cunctis diebus. Tu quoque si ambulaueris corā me, sicut ambulauit Dauid pater tuus,& feceris iuxta omnia quæ præcepi tibi, & [2] iustitias meas] iudiciáque seruaueris,suscitabo thronum regni tui: sicut pollicitus sum Dauid patri tuo,dicens:Non auferetur de stirpe tua vir,qui non sit Princeps in Israel. [g] Si autem auersi fueritis,& dereliqueritis iustitias meas, & præcepta mea, quæ proposui vobis: & abeuntes seruieritis diis alienis,& adoraueritis eos: euellam vos de terra mea quam dedi vobis,& domum hanc quam sanctificaui nomini meo, proiiciam à facie mea, & tradam eam in parabolam & [3] in exemplum cunctis populis, & [4] domus ista erit in prouerbium vniuersis transeuntibus & dicent stupentes: Quare fecit dominus sic terræ huic & domui huic? Respondebúntque: Quia dereliquerunt dominum deum patrum suorum,qui eduxit eos de terra Ægypti:& apprehenderunt deos alienos,& adorauerunt eos & coluerunt,& idcirco[†] venerunt ]super eos vniuersa hæc mala.

c. Sed porro non aliud hic videtur intelligi, nisi quod expletis diebus septem dedicationis festi, subsecuti sunt dies scenopegiæ,quæ à 15. die mensis septimi,secūdum legem incoabantur.& in die 22. finiebantur. Vtisque ergo festiuitatibus ritè peractis, & scenopegiarū octaua die finita, dimisit rex Salomon populos ad tua. Angelomus super 3.Reg.8.

d. Quia in octaua paschæ & in octaua tabernaculorū fieri solebat.Hiero.

e. Hic videas orationis vim & efficaciam, quæ cœlū aperit & claudit.Nam ecclesiastica oratio soluit vincula Petri,& Pauli dilatauit prædicationis fiduciam. Oratio caminum ignis extinxit,oratio cōclusit ora leonum, oratio seditionem cōpescuit, oratio paradisū aperuit, oratio cœli cardines retexuit,oratio stellem fœcūdauit, oratio Cornelij cœlos penetrauit,oratio Publicanum iustificauit. Chryso. de reditu suo ab Asia.homi.13.

[f. Id est,in tempus futurum absque determinatione,suppositā tamen cōditione quod Salomon & populus debeant in obedientia dei permanere. De Lyra ibid.]

2. Statuta mea.

g. Dum Salomon quidē in cunctis fuit, & perturbatione de principatu gentis illius consultam,illa visione dignus est habitus: vt vero nactus est delitias,in ipsum malitiæ barathrū delapsus est. Chryso. ad popu. Antio.homi.66.

3. In fabulam.

4. Et super domū istam, quæ fuit excelsa,obstupescet omnis qui transierit,dicetque,

5. Induxit.

## *Instaurat Salomon ciuitates quas Hiram sibi donauit.* VIII.

[†] Expletis autem viginti annis, postquam ædificauit Salomon domum domini & domum suam: ciuitates quas dederat Hiram Salomoni,ædificauit: & habitare ibi fecit filios Israel. Abiit quoque in Emath Suba:& obtinuit eam, & ædificauit [2] Palmiram in deserto, & [1] alias ciuitates munitissimas ]ædificauit in Emath Extruxítque Bethoron superiorem, & Bethoron inferiorem, ciuitates muratas, habentes portas, & vectes, & seras. Balaath etiam & omnes vrbes[2] firmissimas,]quæ fuerunt Salomonis,cunctásque vrbes quadrigarum & vrbes equitum. Omnia quæcunque voluit fecit Rex Salomon atque disposuit,ædificauit in Ierusalem,& in Libano, & in vniuersa terra potestatis suæ. [a] Omnem populum qui derelictus fuerat de [b] Hethæis, & Amorræis, & Pherezæis, & Heuæis & Iebusæis,qui non erant de stirpe Israel,de filiis eorum & de posteris, quos non interfecerant filij Israel, subiugauit Salomon in tribuarios vsque in diem hanc. Porrò de filiis Israel non posuit vt seruirent operibus regis. Ipsi enim erant viri bellatores & Duces primi, & Principes quadrigarum & equitum eius. Omnes autem Principes exercitus Regis Salomonis fuerunt ducenti quinquaginta, qui [3] erudiebant populum. Filiam verò Pharaonis ttanstulit de ciuitate Dauid, in domum quam ædificauerat ei. Dixit enim: [a] Non habitabit vxor mea in domo Dauid Regis Israel, eo quòd sanctificata sit: quia ingressa est in eam arca domini. Tunc obtulit Salomon holocausta domino, super altare domini, quod extruxerat ante porticum: [c] vt per singulos dies offerretur in eo iuxta præceptum Moysi [d] in sabbatis & in Ka-

a. Palmira dicta Hebræa lingua Thamor, ædificata à Salomone rege Hebræo. Vrbs maxima,& situ nobilis, diuiti solo, vasto vndique ambitu, arenis includente intus agros aquis irriguos & amœnos, fontibúsque & puteis nimis abundantes,est in circumiacente regione aquæ nusquā inueniūtur. Abestà Syria superiore duorum dierum itinere,ab Euphrate vnius,à Seleucia Parthorū 1536. passuum.

a. Cunctas ciuitates pro thecis.

2. Thesaurum.

b. Quæ in Salomone figurata sunt in Christo iā adimpleta sunt. Nūc rex noster pacificus omnes eā seruilis conditionis quàm liberæ, in potestate sua continet, & singulis vtitur ad proprium seruitiū. Siue enim Iudæi siue gentes siue hæretici siue schismatici,in eius dominationem consistunt & illis vtitur interdum vsibus ecclesiæ suæ:filios verò liberè nō seruire finit idolis,aut Iudæorū ritibus,vel hæreticorū legibus & erroribus. Angelomus.

3. Præerant populo.

c. In lege enim veteri erant 7. solennitates,& vna continua. vt patet Leuit.23.Nume.28.& 29.quorū 5. erāt præcipuæ adeo per Moysen ordinatæ, in quib⁹ oportebat quēlibet Hebræū visitare templum in loco quē elegerit dominus eligere ex cunctis locis,vt ibi dictū est amplius.

in Kalendis,& in festis diebus,ter per annum,id est, in solennitate azymorum, & solennitate hebdomadarum,& in solennitate tabernaculorum. Et constituit iuxta dispositionem Dauid patris sui officia sacerdotum in ministeriis suis, & Leuitas [4] in ordine suo:] vt lauderent & ministrarent coram sacerdotibus iuxta ritum vniuscuiusque diei: & ianitores in diuisionibus suis per portam & portã. ℣ Sic enim præceperat Dauid homo dei. [c] Nec prætergressi sunt de mãdatis Regis tam sacerdotes quàm Leuitæ:ex omnibus quæ pręceperat.Et in custodiis thesaurorum omnes impensas præparatas habuit Salomõ,ex eo die quo fundauit domum domini vsque in diem, quo perfecit eam.Tunc abiit Salomon in [f] Asiongaber,& in Hailath ad oram maris [—] rubri,]quæ est in terra Ædom. Misit ergo ei Hiram per manus seruorũ suorum naues, & nautas gnaros maris:& abierunt cum seruis Salomonis in Ophir. Tulerúntque inde quadringenta quinquaginta talenta auri,& attulerunt ad regem Salomonem.

4.In custodiis suis.

[c.Secundum conuenientiam cuiusque temporis omnia in ecclesia disponit, vt vnusquisque ordo officio suo functus digne ministret.Glosa ordin.]

f.Asiongaber portus est maris rubri,non procul ab Elana villa in Idumæa,nec longe distãs ab Haila : vbi classis Iosaphat vi tempestatis est attrita,& Salomonis instructa ad nauigationem in Ophir, Vnde & cæteri reges ad Iudaicas nauigationes eo portu vsi sunt.Et est manifes. 32. & vltima solitudinis in Phatan.

*Regina Saba datis susceptísque muneribus diceßit.Salomon scuta aurea & argentea,& alia vasa,soliúmque construxit,& tandem moritur.* IX.

A [†] [a] Egina quoque Saba cum audisset famam Salomonis,venit vt tentaret eum in ænigmatibus in Ierusalem, [1] cum magnis opibus,] & camelis qui portabant aromata,& auri plurimum, gemmásque precioſas: Cúmque venisset ad Salomonem, locuta est ei quæcunque erant in corde suo. Et exposuit ei Salomon omnia quæ proposuerat, nec quicquam fuit quod non perspicuum ei fecerit.Quæ postquam vidit sapientiam scilicet Salomonis, & domum quam ædificauerat:necnon & cibaria mensæ eius,& habitacula seruorũ, & officia ministrorum eius,& vestimenta eorum,pincernas quoque & vestes eorum, & [2] victimas quas immolabat in domo domini,nõ erat præ stupore vltrà in ea spiritus. ℣ Dixítque ad regẽ:
B [b] Verus est sermo quem audieram in terra mea, [3] de virtutibus] & sapientia tua.Non credebam narrantibus, donec ipsa venissem,& vidissent oculi mei, & probassem vix medietatem sapientiæ tuæ mihi fuisse narratam. Vicisti famam [4] virtutibus tuis.] Beati viri tui,& beati serui tui:Ij qui assistunt coram te omni tempore, & audiunt sapientiam tuam. Sit dominus deus tuus benedictus,qui voluit te ordinare super thronum suum,ad regem domini dei tui.Quia diligit deus Israel,& vult seruare eum in æternũ,
C idcirco posuit te super eum Regem,vt facias iudicia atque iustitiã. ℣ [c] Dedit autẽ regi centumuiginti talenta auri,& aromata multa nimis,& gemmas precioſisſimas.Non fuerunt aromata talia,vt hæc quæ dedit Regina Saba regi Salomoni. Sed & serui Hiram cum seruis Salomonis attulerũt aurum de Ophir,& ligna thina,& gemmas precioſisſimas . De quibus fecit Rex,de lignis scilicet thinis, gradus in domo domini,& in domo regia,citharas quoque & [5] psalteria] cantoribus. Nunquam visa sunt in terra Iuda ligna talia. Rex autem Salomon dedit Reginæ Saba [6] cuncta quæ voluit, &
D quæ postulauit: & multo plura quàm attulerat ad eum.] ℣ Quæ reuersa abiit in terram suam cum seruis suis. Erat autem pondus auri quod afferebant Salomoni per singulos annos,sexcenta sexaginta sex talẽta auri,excepta ea summa quam [7] legati diuersarum gentium] & negociatores afferre consueuerant, omnésque reges Arabiæ & Satrapæ terrarum,qui comportabant aurum & argentum Salomoni. † Fecit igitur rex Salomon [8] ducentas hastas aureas, de summa sexcentorum aureorum, [—] qui in singulis hastis expendebantur.] Trecenta quoque scuta aurea trecentorum aureorũ: quibus tegebantur singula scuta.Posuítque ea Rex in [9] armamentario quod erat
E consitum nemore.] ℣ Fecit quoque Rex soliũ eburneum grande, & vestiuit illud auro mundissimo. [d] Sex quoque gradus [—] quibus ascendebatur] ad soliũ, & scabellum aureũ, * & brachiola duo altrinsecus, & duos leones stantes iuxta brachiola: sed & alios duodecim leunculos stantes super sex gradus ex vtraque parte . Non fuit tale soliũ in vniuersis regnis.Omnia quoque vasa conuiuij regis erant aurea,& vasa domus saltus libani,ex auro purissimo. Argẽtũ enim in diebus [10] illis]pro nihilo reputabatur. Si quidẽ naues regis ibãt in [e] Tharsis cũ seruis Hirã semel in tribus annis: & deferebãt

a. Quidã sic exponũt : Regina Saba cum audisset sapientiam Salomonis non esse naturalẽ, qualis est sapiẽtia Philosophorũ,Magorũ,& id genus hominũ,sed à deo datã,venit vt tentaret illum,& differentiã inter naturalẽ & diuinã sapientiam agnosceret.Vnde Hier. ad Principiã . Quid loquar de regina Saba q̃ ita venit à finibus terræ audire sapientiã Salomonis,& testimonio domini condẽnatura est omnes viros Ierusalẽ? ibidem.

1.Cum exercitu magno

2.Ascensum eius per quem ascendebat in domum.

b.Consideratis vndique ædificiis cum illorũ ornatu, multò magis mirabatur Salomonis sapientiam,numerum, & ordinem sacerdotum , Leuitarum, præpositorum,ianitorum,cantorum,ac omnium ministrantium in domo domini:qui supra designati sunt.1. Paralip. 22.Ioseph.

3.De rebus tuis.

4.Quam audiui.

c. Sunt qui dicunt q̃ Regina Saba postquã remeauit ad propria, scripsit Salomoni quod pręsentialiter ei dicere timuit, se vidisse in domo saltus Libani quoddã lignũ in quo suspẽdendus erat quidam,pro cuius morte lignũ Iudæorũ periret: & certis indiciis illud regi indicauit.Quod timens Salomõ, illud in probaticam piscinam profundis terræ visceribus occultari fecit.Sed quomodo circa tẽpora Christi in eadẽ probatica piscina supernatauerit, incertum est . Et creditur hoc fuisse lignũ dominicæ crucis, vt habetur in spec.histo.

5.Nabla.

6.Omnem rem desiderabilem quam illa petiuit, sed non tantum quantum illa attulit.

7.Lustratores.

8.Ducentas petras ex auro ductili,expositique sunt pro petra vna trecenti aurei ductiles. (vt 3.Reg.10.c.

9.Domo saltus Libani.

[d.In senario bonorũ operum perfectio designatur.Sex enim diebus fecit mundũ deus:& senarius est primus perfectus numerus, bonis vero & perfectis operibus ad cœlum ascẽditur. Glos.ordinat.]

*Et hæc fixa hærebant ad solium.

10.Salomonis.

e. Tharsis vel est regio Indiæ, vt vult Iosephus, vel certe omne pelagus Tharsis appellatur. Hiero. super 10. ca. Hieremiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



[f. Hic consequenter describitur diffusio famæ Salomonis omnibus terræ regibus. Sententia vero istarum partium patet ex lib. Regũ 3. De Lyra ibid.] 11. Sapientiã.

12. Quatuor milia præsepium pro equis & quadrigis.

g. Euphrates fertur à fontibus in quendam profundũ locum, longéque procedens latitat: non quòd sub terram ingrediatur, sed mirâ quadam causa. Super enim aqua fit limus altus longitudine stadiorum 30 latitudine 20. adeóque durescit, vt continens videatur, super quo pedites, equites, currúsque securi ambulant. Super eodem calami numerosi nascuntur, quos accolæ quotannis ad radices secundo flante vento comburunt ne viam impediat. Deinde fluuius emergens iterum in Edessenam regionem procedit, in Tauros vrbem.
* In copia.
h. Antequã prævaricatus fuisset.
i. Postquam prævaricatus est.
15. In prophetia.
14. Iaddo.

a. Israelitæ hunc locum elegerũt, vt facilius in domũ Dauid conspirarent, & electionem impedirent, occasionem nacti in Roboam inteliti vtendo auspicio. Fucher.
*Ieroboam.

b Eo quòd viginti quatuor milia per vices mensibus singulis morabantur cum rege in Ierusalem Hiero. ibid.
[e. Ille post triduum ad postulata responsurum se pollicitus, statim in suspitionem venit, quòd sine mora votis eorum annuisset Ioseph. Antiq. Iud. lib. 8 cap. 3.]
1. Si fueris bonus erga hũc populum, & te affabilem eis præbueris, locutúsque fueris ad eos verba bona.
d. Roboã filius Salomonis, qui vtili seniorũ relicto consilio, adolescentiũ consilium secutus est, licet de domo Dauid fuerit, tamen in via eius non gradiebatur. Fecit enim Iudas teste scriptura 3. Reg. 14. & in illis diebus misit contra dñm, & irritauerũt eũ super omnibus quæ fecerant patres eorũ in peccatis suis quibus peccauerãt. Ædificauerũt sibi aras, & statuas & lucos super omnẽ collẽ excelsum, & subtus omnẽ arborẽ frondosam. Angelo. su, er 3. Reg. 12.
* Quod ei displicant.
[e. Hic significat malos peccatores in se electis, qui terrenis cupiditatibus dediti, curã subditorũ negligũt, & gaudent in multitudine vbi abundantiũ. Glos ordinaria ibid.]
2. Consilium, dicens.
3. Occasio à deo, vt suscitaret dominus verbũ suum, quod.
[f. Ieti enim velut terro tã duris verbis non secus ac si à mitis ad tẽ ifi esset peruentũ: per indignationem vno ore exclamãt, nihil filii futurũ amplius cum Dauidis progenie. Haberet templũ quo pater extructo esset, mãsiones defectum impræ se ferentes. Adeóque perniciosa fuit, vt Adoramũ quæstorem regium missum ad exactandũ tumultuosæ inguæ petulantiã placidíque cõcitati vulgi animos, ne audito quidẽ lapidibus obruerint. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 8. ca. 3.]
4. Vide.
5. Surgit.
g Hic textus ex 3. Reg. 12. cap. depromptus est.

inde aurum & argentum & ebur & simias & pauos. †[g] Magnificatus est igitur Salomon super omnes reges terræ, præ diuitiis & [11] gloria. ] Omnésque reges terrarum desiderabant videre faciem Salomonis, vt audirent sapientiam quam dederat deus in corde eius. Et deferebant ei munera, vasa argentea & aurea, & vestes, & arma, & aromata, equos & mulos per singulos annos. Habuit quoque Salomon [12] quadraginta milia equorum in stabulis, & curruum ] equitúmque duodecim milia. Constituitque eos in vrbibus quadrigarum, & vbi erat Rex in Ierusalem. Exercuit etiam potestatem super cunctos reges à flumine [g] Euphrâte vsque ad terram Philistinorum, & vsque ad terminos Ægypti. [g] Tantámque copiam præbuit argenti Ierusalem quasi lapidum: & cedrorum, tantam multitudinem velut sycomorum quæ *gignuntur in campestribus. Adducebantur autem ei equi de Ægypto cunctísque regionibus: † Reliqua autem operum Salomonis, [h] priorum & [i] nouissimorum, scripta sunt in verbis Nathan Prophetæ, & [13] in libris ] Ahiæ Silonitis, in visione quoque [14] Addo ] videntis contra Ieroboam filium Nabath. Regnauit autem Salomon in Ierusalem super omnem Israel, quadraginta annis. Dormiuítque cum patribus suis: & sepelierũt eum in ciuitate Dauid: regnauítque Roboam filius eius pro eo.

*Roboam seniorum spreto consilio, regnum in duo scidit, Ieroboam in alteram partem vocato.* X.

† Profectus est autem Roboam in [a] Sichem. Illuc enim cunctus Israel conuenerat, vt constituerent eum Regem. Quod cum audisset Ieroboam filius Nabath qui erat in Ægypto, fugerat quippe illuc ante Salomonem, statim reuersus est. Vocauerúntque eum & venit * cum vniuerso Israel: & locuti sunt ad Roboam, dicentes: Pater tuus [b] durissimo iugo nos pressit: tu leuiora impera patre tuo qui nobis imposuit grauem seruitutem, & paululum de onere subleua, vt seruiamus tibi. Qui ait: [c] Post tres dies reuertimini ad me. Cúmque abiisset populus, iniit consilium cum senibus qui steterant coram patre eius Salomone dum adhuc viueret, dicens: Quod datis consilium vt respondeam populo? [d] Qui dixerunt ei: [1] Si placueris populo huic, & lenieris eos verbis clementibus, ] seruient tibi omni tempore. [d] At ille reliquit consilium senum, * & cum iuuenibus tractare cœpit, qui cum eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius. Dixítque ad eos: † Quid vobis videtur, vel respondere quid debeo populo huic, qui dixit mihi subleua iugum, quod imposuit nobis pater tuus? At illi responderunt vt iuuenes & nutriti cum eo in deliciis, atque dixerunt: Sic loquêris populo qui dixit tibi pater tuus aggrauauit iugũ nostrum, tu subleua, & sic respondebis eis: Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei. Pater meus imposuit vobis graue iugum, & ego maius pondus apponam. [e] Pater meus cæcidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus. Vênit ergo Ieroboã, & vniuersus populus ad Roboã die tertio, sicut præceperat eis. [f] Respõditq; Rex dura, derelicto consilio seniorũ: locutúsque est iuxta iuuenũ [2] voluntatẽ: ] Pater meus graue vobis imposuit iugum, quod ego grauius faciã: Pater meus cæcidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus. Et non acquieuit populi precibus: † Erat enim [3] voluntatis dei, vt cõpleretur sermo eius, quem ] locutus fuerat per manum Ahiæ Silonitis ad Ieroboam filium Nabath. [f] Populus autem vniuersus Rege duriora dicẽte: sic locutus est ad eum: † Nõ est nobis pars in Dauid: neque hæreditas in filio Isai. [g] Reuertere in tabernacula tua Israel. Tu autem [4] pasce ] domum tuam Dauid. Et abiit Israel in tabernacula sua. Super filios autem Israel, qui habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. † Misítq; Rex Roboam Aduram, qui præerat tributis & lapidauerunt eum filij Israel, & mortuus est. Porrò Rex Roboam currum [5] festinauit ] ascendere, & fugit in Ierusalem. Recessítque Israel à domo Dauid vsque ad diem hanc. † [g] Factum est autem cum audisset omnis Israel quòd reuersus esset Ieroboam, miserunt & vocauerunt eum, congregato cœtu, & constituerunt eum Regem super omnem Israel, nec secutus est quisquam domum Dauid præter tribum Iuda solam.

*Dissuadetur*

*Diſſuadetur Roboam bellare contra Iſrael, qui multis vrbibus inſtauratis, multas duxit vxores & concubinas.* XI.

A [1] Venit autem Roboam in Ieruſalem, & conuocauit Vniuerſam domum Iuda & [a] Beniamin, centumoctoginta milia electorum atque bellantium, vt dimicaret contra Iſrael, & conuerteret ad ſe regnum ſuum. Factúſque eſt ſermo domini ad Semeiam hominem dei dicens: Loquere ad Roboam filium Salomonis Regem Iuda, & ad vniuerſum Iſrael, qui eſt in Iuda & Beniamin: Hæc dicit dominus. [b] Non aſcendetis neque pugnabitis contra fratres veſtros: reuertatur vnuſquiſque in domum ſuam, quia mea hoc geſtum eſt voluntate. Qui cum audiſſent ſermonem domini, reuerſi ſunt, nec perrexerunt contra Ieroboam.

B [2] Habitauit autem Roboam in Ieruſalem, & ædificauit ciuitates muratas in Iuda: extruxítque Bethléhem & Etham & Thecue, Bethſur quoque, & Socco, & Odollam, necnon & Geth, & Mareſa, & Ziph, ſed & Aduram, & Lachis, & Aſecha. Saraa quoque, & Ahialon & Hebron quæ erant in Iuda, & Beniamin, ciuitates munitiſſimas. [3] Cúmque clauſiſſet eas muris, poſuit in eis Principes ciborumq; horrea, [2] hoc eſt, olei & vini. ] Sed & in ſingulis vrbibus fecit armamentaria ſcutorum & haſtarum, firmauítque eas ſumma diligentia: & imperauit ſuper Iudam & Beniamin. Sacerdotes autem & Leuitæ qui erant in vniuerſo Iſrael, venerunt ad eum, de cunctis ſedibus ſuis:

C [c] relinquentes ſuburbana & poſſeſsiones ſuas, & tranſeuntes ad Iudam & Ieruſalem, [d] eò quòd abieciſſet eos Ieroboam & poſteri eius, ne ſacerdotio domini fungerentur, qui conſtituit ſibi ſacerdotes excelſorum & dæmoniorum vitulorúmque quos fecerat. Sed & de cunctis tribubus Iſrael quicunque dederant cor ſuum, vt quærerent dominum deum Iſrael, venerunt in Ieruſalem ad immolandum victimas ſuas domino deo patrum ſuorum, & roborauerunt regnum Iuda, & confirmauerunt Roboam filium Salomonis per tres annos: Ambulauerunt enim in viis Dauid, & Salomonis, annis tantum tribus. [d] Duxit autem Roboam vxorem Mahalath, filiam Hierimoth filij Dauid, Abiáil quoque filiam Heliab filij Iſai: quæ peperit ei filios, Iehus, & Semariam, & Zoom. [4] Poſt hanc quoque accepit Maacham filiam Abſalom: quæ peperit

D ei Abia, & Atthai, & Ziza, & Salomith. Amauit autem Roboam Maacham filiam Abſalom ſuper omnes vxores ſuas & concubinas: [e] Nam vxores decem & octo duxerat, concubinas autem ſexaginta: & genuit vigintiocto filios, & ſexaginta filias Cõſtituit verò in capite Abiam filium Maacha, ducem ſuper omnes fratres ſuos, [3] ipſum enim Regem facere cogitabat, [4] quia ſapientior fuit & potentior ſuper omnes filios eius, & in cunctis finibus Iuda & Beniamin, & in vniuerſis ciuitatibus muratis. ] Præbuítque eis eſcas plurimas, & multas petiuit vxores.

a. Tribus Beniamin secuta est Roboam occasionaliter, quia non poterat se separare à tribu Iuda, in medio cuius habitabat. Similiter tribus Leui: quoniã locus diuini cultus, & sacrificiorum videlicet templũ dominj erat in Ieruſalẽ. Dionyſ. ibidem.

b. Et cum voluiſſet Roboam tanquã tyrannidẽ diuiſæ illius partis bello perſequi, prohibitus eſt populus pugnare cũ fratribus iuſſ, dicẽte deo per prophetã ſe hoc feciſſe. Vnde apparuit nullũ in ea re, vel Iſrael Regis, vel populi fuiſſe peccatũ, ſed voluntatẽ dei vindicantis impletam eſſe. Quia cognita pace vtraque inter ſe parata conquieuit non enim religionis, ſed regni ſuæ ſacrilega diuiſio. Aug. de ciuit. dei, lib. 18. c. 21. Itẽ deus tamen hoc niſi per ipſorum hominum voluntates facere noluit, ſine dubio habẽs humanorũ quòd placeret animorum inclinandorũ poteſtatem. Sic ergo cũ voluerit Reges in terra deus conſtituere, magis habet in poteſtate voluntates hominum, quam ipſi ſuas voluntates. Euther. ſuper 4. Reg. 1

1. Roborauit quoque propugnacula.

2. Vinum quoque & oleum.

[c. Quia ſicut erant eis conceſſæ ciuitates ad habitandũ, ſic etiam ſuburbana ad animalia nutriendum: Similiter etiam homines deuoti de aliis tribubus qui volebant colere Dominum aſcendebant in Ieruſalẽ ad immolandum Domino, ſicut legitur de Tobia Tob. 1. De Lyra ibidem.]

d. Roboam cum ex priore matrimonio cognatæ cuiuſdam mulieris tres liberos ſuſcepiſſet, ſuper luxit poſtea cognatã aliam Maacham, è Thamare Abſalomi filia progenitam, ex qua Abiæ pater factus eſt. Et quamuis etiam ex aliis vxoribꝰ liberos haberet, pra omnibus tamẽ amauit Maachã, Ioſeph. lib. 8. cap. 10.

[e. Quid mirum ſi & in idololatriam incidit habuit ergo prolis octoginta octo, videlicet 28. filios, & 60. filias. Dion. Cartuſia. ibid.

3. Vt regno præeſſet

4. Et eruditus & diſpergebat omnes filios ſuos in omnes terras Iuda & Beniamin in omnes vrbes muratas.

*Rex Aegypti Ieruſalem ſpoliata, aurea & argentea ſcuta Salomonis aufert, pro quibus Roboam ænea conſtruxit.* XII.

A [1] Vmque roboratum fuiſſet regnum Roboam & confortatum, [a] dereliquit legem domini, & omnis Iſrael cum eo. Anno autẽ quinto regni Roboam, aſcendit Seſac Rex Ægypti in Ieruſalem, quia peccauerãt domino, cum mille ducentis curribus, & ſexaginta milibus equitũ. Nec erat numerus vulgi, quod venerat cum eo ex Ægypto: Libyes ſcilicet, & Troglodítæ & Æthiopes, cœpítq; ciuitates munitiſsimas in Iuda, & venit vſque in Ieruſalẽ. Semeias autem Propheta ingreſſus eſt ad Roboã, & Principes Iuda, qui congregati fuerant in Ieruſa-

B lem fugientes Seſac: dixítque ad eos: [2] Hæc dicit dominus: Vos reliquiſtis me, & ego reliqui vos in manu Seſac. Conſternatíque Principes Iſrael & Rex, dixerunt: Iuſtus eſt dominus. Cúmque vidiſſet dominus quòd humiliati eſſent, factus eſt ſermo domini ad Semeiam, dicens: Quia humiliati ſunt, non diſperdam eos, dabóque eis pauxillũ auxilij, & non ſtillabit furor meus ſuper Ieruſalem per manũ Seſac. Verũtamen ſeruient ei, vt ſciant diſtantiã ſeruitutis meæ & ſeruitutis regni terrarũ. [1] Receſsit

a. Videt quã periculoſa ſit diuitiarum affluentia, & quã felix ciuitas eſt cuius rector ſapiens & iuſtus cuius vices ſapiens Eccleſiaſticus profert: Secundum iudicẽ populi, ſic & miniſtri eius. Et qualis eſt rector ciuitatis, tales & habitatores in ea. Rex inſipiens perdet populum ſuum. Ille vtique Rex de quo dictũ eſt. Eccle. 10. d. Væ tibi terra cuius Rex puer eſt, & cuius principes mane comedunt: quia talis Rex perdet populũ ſuum, hoc eſt, omnes ſibi obedientes in barathrum ſecum præcipitat inferni. Rabanus ſuper to. ca. Eccleſiaſtes.

1. Et aſcendit Seſac Rex Aegypti in Ieruſalem, & tulit theſauros.

Universidad de Deusto
Biblioteca



itaque[b] Sesac Rex Ægypti ab Ierusalem sublatis thesauris] domus domini,& domus Regis,omniáque secum tulit, & clypeos aureos quos fecerat Salomon, pro quibus fecit Rex* æneos:[g] & tradidit illos Principibus [2] scutariorum, qui custodiebant vesti- c bulum palatij.Cúmque introiret Rex domum dei, veniebant [3] scutarij, & tollebant eos:[4] iterúmque referebant eos ad armamentarium suum.] Veruntamen quia humiliati sunt,auersa est ab eis ira domini:nec deleti sunt penitus. Siquidem & in Iuda inuenta sunt opera bona.†[c] Confortatus est ergo Rex Roboam in Ierusalem: atque regnauit. Quadraginta autem & vnius anni erat,cum regnare cœpisset, & decem & septem annis regnauit in Ierusalem vrbe quam elegit dominus,vt confirmaret nomen suum ibi,de cunctis tribubus Israel.[d] Nomen autem matris eius Naama Ammonitis. d [d] Fecítque malum,& non præparauit cor suum vt quæreret dominum. Opera verò Roboam prima & nouissima,scripta sunt in libris Semeiæ prophetæ,&[5] Addo] videtis: & [6] diligenter expositа. ] Pugnauerúntque aduersum se Roboam & Ieroboam cunctis diebus, & dormiuit Roboam cum patribus suis, sepultúsque est in ciuitate Dauid:& regnauit Abia filius eius pro eo.

b. Hic Sesac,aliàs Susacus Aegyptiorum Rex quinto anno Roboami regni numerosissimum exercitum contra illum adduxit. In quo fuisse ferunt currus m.cc.equites. lx.m. pedites cccc.m. Eius milet maxime ex Afris constabat ac Aethiopibus.&c. Ios.Anti.Iudai. lib 8.ca.4.1
*Roboam.
2.Cursorum.
3.Curiores.
4. Et restituerunt eos in conclaue satellitum.
c. Quoniam vt plurimum patrem sequitur sua proles: Salomon multiplicauit sibi mulieres & concubinas. Sic Roboā. 18.vxores habuit,& 60. concubinas,vnde 28.filios habuit, & 60. filias.Comestor.
[d. Quanuis enim vt præcedēti patet capite, Roboam & populus eius in exordio regni sui cessauit à prelio contra Ieroboam,concepto tamen tempore procedente contra se inuicē pugnauerunt. Et fuit inter eos displicentia, auersio atque elatio multiplex. Dionis. Carthus. ibidem.]
5 Iadilo.
6.Genealogiam texentis.

*Abia patri succedens in Iuda,expugnato Ieroboam ex multis vxoribus plurimos accepit filios & filias.* XIII.

†[a] Nno octauodecimo regis Ieroboam regnauit Abia super Iudam. Tri- A
bus annis regnauit in Ierusalem: Noménque matris eius[a] Michaia filia Vriel de Gabaa, & erat bellum inter Abiam & Ieroboam. † Cúmque inisset Abia certamen, & haberet bellicosissimos viros, & electorum quadraginta milia: Ieroboam instruxit econtra aciem [1] octoginta ] milia virorum: qui & ipsi electi erant & ad bella fortissimi. Stetit ergo Abia super montem Semeron, qui erat in Ephráim,& ait: Audi Ieroboam & omnis Israel: [2] Num ignoratis,] quòd dominus deus Israel dederit regnum Dauid super Israel in sempiternú, ipsi & filiis eius[b] in pactum salis? Et surrexit Ieroboam filius Nabath,seruus Salomonis filij Dauid,† & rebellauit contra dominum suum. Congregatíque sunt ad eum viri vanissimi,& filij Belial,& præualuerunt contra Roboam filium Salomonis.[f] Porrò Roboam erat [3] rudis,& corde pauido:]nec potuit resistere eis.[c] Nunc ergo vos dicitis,quòd resistere possitis regno domini, quod possidet per filios Dauid. Habetísque grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos, quos fecit vobis Ieroboam in deos.† Et eiecistis sacerdotes domini filios Aaron atque Leuitas, & fecistis vobis sacerdotes, sicut omnes populi terrarum. Quicunque venerit & [4] initiauerit manum suam in[5] tauro,in bobus,]& in arietibus septem, fit sacerdos eorum qui non sunt dij. [d] Noster autem dominus deus est, quem non relinquimus. Sacerdotésque ministrant domino de filiis Aaron, & Leuitæ sunt in ordine suo,holocausta quoque offerunt domino per singulos dies,mane & vespere,& thimiama [6] iuxta legis præcepta confectum,]& proponuntur panes in mensa mundissima.[e] Estque apud nos candelabrum aureum, & lucernæ eius,vt accēdantur semper ad vesperam. Nos quippe custodimus[7] præcepta ]domini dei nostri, quem vos reliquistis. Ergo in exercitu nostro dux deus est: & sacerdotes eius qui clangunt tubis, & resonant contra vos. Filij Israel, nolite pugnare contra dominum deum patrum vestrorum, quia non [8] vobis expedit. ] Hæc illo loquente: Ieroboam [e] retro moliebatur insidias. Cúmque ex aduerso hostium staret, ignorantem Iudam suo ambiebat exercitu. Respiciénsque Iudas, vidit instare bellum ex aduerso & post tergum, & clamauit ad dominum,ac sacerdotes tubis canere cœperunt,omnésque viri Iuda vociferati sunt. Et ecce illis clamantibus,[f] perterruit deus Ieroboam & omnem Israel qui stabat ex aduerso Abia D
& Iuda,fugerúntque filij Israel Iudam,& tradidit eos deus in manu eorum.[g] Percussit ergo eos Abia & populus eius plaga magna,&corruerunt vulnerati ex Israel[9] quinquaginta milia virorū fortium.Humiliatíque sunt filij Israel in tempore illo, & vehementissimè confortati filij Iuda,eò quòd [10] sperassent in domino deo patrum suorū.

a. Hæc in 3.lib.Reg. c. 15. dicitur Maacha filia Abessalom, ex Thamar filia Absalonis, vt ibidem dicit Iosephus, cuius æquiuocationem tacit nominum pluralitas.

1.Octingenta.

2. An non vobis est notum.

b Pactum salis in quibusdam locis pro lege ponitur, quæ omnium condimentum est, & in hoc loco pro domo Dauid, vniuerso Israeli cōdimentum fuit Hieron.ibid.
3. Puer tenero corde.
c. Vnde elicitur q̄ Abia intendebat aduersarios persuadere, vt sine bello abirent, vel regnū totum sibi pari redderent: ad quod diuersa induxit motiua, quorum primum est,quod dominus contulit Dauid ac posteris eius Israelitarum regnū in perpetuum. Veruntamē hæc promissio facta fuit sub cōditione qua perpetuo perseuerarent in regno fideles. Dionys. ibidem.
4. Conserauerit.
5 Iuuenco filio bouis.
[d. Qui est Deus solus, vltra quem nullus est vt deus adorandus, sacerdotes autem illi tanquam Domino ministrantes elegit Aaron,vt habetur Exodi 28. & Leuitas atque cantores in ordine suo seruientes Dauid tempore suo ordinauit. 1.lib.25 Dr Lyra.]
6. Aromaticum.
7. Custodiam.
8. Prosperè succedet vobis.
e. Adhuc Abia loquente quosdam milites Ieroboā latentes immisit,vt Abiam ex aliquib⁹ partibus circundarēt quos exercitus non videret. Qui cum intet hostes apparuissent,exercitus quidem conturbatus expauit, Abias autem confortabat eos,& vt in dominū spem haberent exposcebat, &c. Ioseph.lib 8.cap.11.
f. Non obstantibus insidiis Ieroboam factū est prælium inter Abiam & Ieroboam in loco quem Iosephus mōtē vocat Amoræorum, & habuit Abia contra spem victoriam inæstimabilem. Comestor. lib. 3 Reg. cap.11.
9. Quingenta.
10. Innixi essent super dominum deum.

[g]Persecutus est autem Abia fugientem Ieroboam: & cepit ciuitates eius, Bethel & filias eius, & Iesana cum filiabus suis, Ephron quoque & filias eius. Nec valuit vltrà resistere Ieroboam in diebus Abia. Quē percussit dominus & mortuus est. Igitur Abia confortato imperio suo, & accepit vxores quatuordecim, procreauítque viginti duos filios, & sedecim filias. Reliqua autem [11] sermonum Abia viarúmque & operum eius, scripta sunt diligentissimè in libro Addo Prophetæ.

g. Ad hanc regis vocem reddítus est militum animus, & inuocata ope numinis ad sacerdotú classica ingenti clamore tubláto alacritatis indice in hostem irruunt. Nec defuit cœleste auxilium, quod hostium vigorem repulit, Abianis longe præuolentibus. Ioseph. Antiqu. lib. 8. cap. 11.

11. Gesta.

*Mortuo Abia succeßit Asa filius eius, qui pugnauit contra Aethiopes.* XIIII.

A [1]†[a]Dormiuit autem Abia cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid. Regnauítque Asa filius eius pro eo: in cuius diebus quieuit terra annis decem. Fecit autem Asa quod bonum & placitum erat in cōspectu dei sui, & subuertit altaria [1] peregrini cultus,] & [b] excelsa: & confregit statuas, lucósque succidit, & præcepit Iudæ, vt quæreret dominum deum patrum suorum, & faceret legem, & vniuersa mandata. Et abstulit de cunctis vrbibus Iuda aras & phana: & regnauit in pace. Ædificauit quoque vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, [2] &
B nulla temporibus eius bella surrexerant,] pacem domino largiente. [e]Dixit autem Iudæ: Ædificemus ciuitates istas, & vallemus muris, & roboremus turribus, & portis, & serris: donec à bellis quieta sunt omnia, eò quòd quæsierimus dominū deum patrum nostrorum, & dederit nobis pacem per gyrum. Ædificauerunt igitur, & nullum in extruendo impedimentum fuit. [c] Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scuta & hastas, de Iuda trecenta milia. De Beniamin vero scutariorum & sagittariorum ducentaoctoginta milia. Omnésque isti viri fortissimi. Egressus est autem contra eos Zara Æthiops cum [3] exercitu suo decies centena milia,] & curribus trecentis, & venit
C vsque Maresa. [f] Porrò Asa perrexit obuiam ei, & instruxit aciem ad bellum in valle Sepháta, quæ est iuxta Maresa: † & inuocauit dominum deum, & ait: Domine, [4] non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxilieris, an in pluribus, adiuua nos domine deus noster, [5] In te enim & in tuo nomine habentes fiduciam, venimus] contra hāc multitudinem. Domine deus noster tu es: non præualeat contra te homo. [d] Exterruit itaque dominus Æthiopes coram Asa & Iuda. Fugerúntque Æthiopes, & per-
D secutus est eos Asa & populus qui cum eo erat vsque Gérara. [f] Et ruerunt Æthiopes vsque ad internecionem: quia domino cædente contriti sunt, & exercitu illius præliante. Tulerunt ergo spolia multa: & percusserūt ciuitates omnes per circuitum Géraræ. [6] Grandis quippe cunctos terror inuaserat.] Et diripuerunt vrbes, & multā prædam asportauerunt: sed & caulas ouium destruentes, tulerunt pecorū infinitam multitudinem, & camelorum, reuersíque sunt in Ierusalem.

2. Defunctus est autē Abia non multo post hāc victoriam, exacto tertio principatus sui anno, sepultúsque est Ierosolymis in maiorum suorum cōditoriis, relictis filiis viginti duobus, filiabus sedecim. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 8. cap. 11.

1. Aliena.

b. Asa abstulit excelsa in quib⁹ antea idolis sacrificabatur. Reliquit tamen excelsa in quibus populus suus obtulit deo sacrificia quædā, præsertim spontanea seu votiua. Hinc est, quod 3. Reg. 15. dicitur: Excelsa autē non abstulit. Aliqui tamen affirmant quod non abstulit excelsa seu Phana quæ Salomon fecit diis vxorum suarū in mōte oliueti, quod intelligit. 3. lib. Reg. Dionysius ibidem.

2. Nec esset bellum cōtra eum in annis illis.

[c Habuit autem Asa in exercitu suo portantium, id est, habētium scientiam & vtum præliādi in scutis & hastis cū quibus egressus victoriā à domino miraculosam est adeptus. De Lyra ibidem.]

3. Mille milibus armigerorum.

4. Non refert apud te auxilium ferre vel multis, vel quibus non est fortitudo.

5. Super te enim innitimur, & in nomine tuo pergimus.

d. Asa. 10 anno regni sui percussit Zaram Regē Aethiopiæ plaga grandi, qui irruerat in terrā Iuda, & redeunti Asa à victoria occurrit Azarias propheta, de quo in sequenti capite, dicens victoriam sibi à deo cōcessam, quia legitima eius seruabat. Comestor. 3. Reg. 32.

6. Eo quòd timor domini esset super eos.

*Commendantur Rex & populus Iuda ob vitæ integritatem, quòd toto corde quærant dominum.* XV.

A [1]†Zarias autem filius [2] Obed facto in se spiritu dei, egressus est in occursum Asa, & dixit ei: Audite me Asa & omnis Iuda, & Beniamin: Dominus vobiscum, [1] quia fuistis] cum eo. Si quæsieritis eum, inuenietis. Si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. [2] Transibunt autem multi dies in Israel absque deo vero, & absque sacerdote: absque doctore quoque & absque lege.] Cúmque reuersi fuerint in angustia sua, & clamauerint ad dominum deum Israel, & quæsierint eum, reperient eum. In tempore illo non erit pax egredienti & ingredienti, sed
B [3] terrores] vndique in cunctis habitatoribus terrarum. †[f] [4] Pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem, quia dominus conturbabit eos in omni angustia. [b] Vos ergo [5] confortamini,] & non dissoluantur manus vestræ, erit enim merces operi vestro. Quod cùm audisset Asa, verba scilicet, & prophetiam Azariæ filij Obed Prophetæ, confortatus est: & abstulit Idôla de omni terra Iuda, & de Beniamin, & ex vrbibus quas ceperat montis Ephráim: & dedicauit altare domini, quod erat ante porticum domini: congregauítque vniuersum Iudam & Beniamin, & aduenas cum

4. Obed (qui & Iaddo vel Addo) missus à deo in Samariam ad Ieroboam.

1. Est quando vos estis.

2. Multis enim diebus in Israel nemo deum verum, & nemo sacerdotem docentem, & nemo legem, sub. quæsiuit.

3. Seditiones.

4. Conteret est enim gens à gēte, & ciuitas à ciuitate.

b. Sicut enim nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit. Quinimoquidem & ipsi qui bella vrūt, nil aliud quàm vincere volunt. Ad gloriosam ergo pacem bellādo cupiunt peruenire. Nam quid est aliud victoria, nisi subiectio repugnātium? Quod cùm factū fuerit, pax erit. August. de ciuitate dei lib. 19. cap. 12. & rursum hanc pacem requirunt laborioſa bella, hāc adipiscitur quę putatur gloriosa victoria. Quisdo autem vincūt qui causa iustiore pugnabant, quis dubitet gratulandam esse victoriam & proptiſſe optabilem pacem? Hæc bona sunt, & sine dubio dei dona sunt. Idē ibidem lib. 15. ca. 4.

5. Viriliter agite.

eis [c] de Ephráim,& Manasse,& de Simeon: [f] Plures enim ad eum confugerant ex Is- [c]
raël,videntes quòd dominus deus illius esset cum eo.Cúmque venissent in Ierusalem
mense tertio,anno decimoquinto regni A sa,immolauerunt domino in die illa de ma
nubiis,& præda quam adduxerant,boues septingentos,& arietes septem milia.Et [e] in-
trauit ex more ad corroborandum]fœdus, vt [d] quærerent dominum deum patrum
suorum in toto corde,& in tota anima sua.Si quis autem,inquit, non quæsierit domi-
num deum Israel,moriatur à minimo vsque ad maximũ, à viro vsque ad mulierem.
Iurauerúntque domino voce magna in iubilo, & in clangore tubæ, & in sonitu buc- [b]
cinarum, [7] omnes qui erant in Iuda cum execratione.] [f] In omni enim corde suo iu-
rauerunt,& in tota voluntate quæsierunt eum, & inuenerunt. Præstitítque eis domi-
nus requiem per circuitum.Sed & Maachan matrem Asa regis, [8] ex augusto deposuit
imperio,]eò quòd feciſſet in luco simulachrum [9] Priapi,] quod omne contriuit,& in
frustra comminuens combussit in [e] torrente Cedron. Excelsa autem derelicta sunt in
Israel.Attamen cor Asa erat perfectum cunctis diebus eius.Eáque quæ [10] vouerat]pa-
ter suus,& ipse intulit in domum domini,argentũ & aurum, vasorumq; diuersam su-
pellectilem.Bellum verò non fuit vsque ad tricesimum quintum annum regni Asa.

6.Hoc est,eos qui in regno decem tribuum relictis aureis vitulis confugerunt ad eum cum pluribus de tribubus Ephráim & Manasse & Simeon. Dionysius Cart.]

6.Inierant.
d.Deus est sine fine quærendus quia sine fine amandus:quærere enim est amare. Charitas enim & inuenit eum perfidem, & eum quærit habere per speciem.Aug.super psal.104.

7.Et lærati sunt omnes in Iuda de iuramento.

8.Abstulit ne esset domina.

9.Horrendum.

e.Ex cuius aqua ignis processit & simulachrum combussit, vt dicunt Hebræi.
10.Consecrauerat.

*Pugnante Baasa Rege Israel contra Asa Regem Iuda,vocauit Asa Benadab Regem Syriæ adiutorem,& Anani prophetam,ipsum increpantem in neruum coniecit. XVI.*

[a] INno autem [a] tricesimosexto regni eius, [b] ascendit Baasa Rex Israel in Iu- [a] 16
dam, & [1] muro circundabat] Rama, vt nullus [-] tutè] posset egredi & in-
gredi de regno Asa. Protulit autem Asa argentum & aurum de thesauris
domus domini, & de thesauris regiis, misitque ad Benadab Regem Sy-
riæ,qui habitabat in Damasco,dicens:Fœdus inter me & te est.Pater quoque meus &
patet tuus habuere concordiam: quamobrem misi tibi argentum & aurum:vt rupto
fœdere quod habes cum Baasa Rege Israel,facias eum à me recedere. [g] Quo comper- [g]
to Benadab misit principes exercituum suorum ad vrbes Israel, qui percusserunt A-
hion,& [c] Dan,& Abelmaim,& [2] vniuersas vrbes muratas Neptalim. Quod cùm au-
disset Baasa desiuit ædificare Rama,& intermisit opus suum.Porrò Asa rex assumpsit
vniuersam Iudam, & tulerunt lapides de Rama & ligna, quæ ædificationi præpara-
uerat Baasa:ædificauítque ex eis Gabaa, & Maspha. In tempore illo venit Anani Pro-
pheta ad Asam Regem Iuda, & dixit ei:quia habuisti fiduciam in Rege Syriæ & non
[3] in ]domino deo tuo, idcirco euasit Syriæ Regis exercitus de manu tua. [g] Nónne Æ- [g]
thiopes & Lybes multo plures erant quadrigis & equitibus & multitudine nimia:
quos cum [4] in domino credidisses,] tradidit in manu tua? [†d] Oculi enim domini con- [†]
templantur vniuersam terram: & præbent fortitudinem iis qui corde perfecto cre-
dunt in eum. Stultè igitur egisti, & propter hoc etiam præsenti tempore aduersum te
bella cõsurgent.Iratúsque Asa aduersus videntem,iussit eum mitti in [5] neruum.]Val-
de quippe super hoc fuerat indignatus, & interfecit de populo in tempore illo plu-
rimos. [†] Opera autem Asa prima & nouissima, scripta sunt in libro Regum Iuda & Is- [†]
rael. [g*] Ægrotauit etiam Asa anno tricesimonono regni sui dolore pedum veheme- [g*]
tissimo, * & nec in infirmitate sua quæsiuit dominum, sed magis in medicorum arte
confisus est. [f] Dormiuítque cum patribus suis,& mortuus est anno quadragesimo pri- [f]
mo regni sui,& sepelierunt eum in sepulchro suo quod foderat sibi in ciuitate Dauid.
Posuerúntque eum super lectulum suum plenum aromatibus & vnguentis [6] meretri-
ciis,] quæ erant pigmentariorum arte confecta: & combusserunt [7] super eum ambi-
tione nimia.]

1.Annus enim.36.diuisionis regni Israelis à morte Salomonis qui & 17. annus Asa fuit, cum Baasa fuo.26. Asæ mortuus sit, Ub.3.Reg.15.in fine dicitur:Anno tertio Asa regis Iuda regnauit Baasa.& statim subditur & regnauit rãtum 24.an. Ex quo sequitur quod mortuꝰ fuit 26. anno regni Asa. & sic videtur impossibile quòd venerit cõtra Asa.36.anno regni eius, cũ iam esset mortuus decem annis ante Dc Lyra.]
1.Instaurauit.

c. Dan fons est ad Panium antrum in.4.miliarijs Cæsareæ Philippi, vnde oritur Iordanis euntibus Tyrũ. Hoc loco Abraham affecutus Syros,cecidit.Ex eo loco fuit mulier sanata per Christum à fluxu sanguinis in monte imminẽte est ciuitas dicta Cæsarea Philippi à filijs Dã olim ibi condita & Lesen Dan nũcupata. Postea à Philippo fratre Herodis instaurata,& nomine Cæsaris Cæsarea ab eo vocata. De qua Iudic.18.
2. Munitiora oppida Neptalim.
3. Magis innixus es super.
4. Super domino innixus esses.
[d. Hoc est,sapientia & intellectus dei vniuersos terræ habitatores inspiciunt,& plenè cognoscunt:atque corporalem & spiritualem in bello præbent fortitudinem. Diony. Cart.ibid.]
5. Domum carceris.

[†. Tãdem itaque à deo punitus est ob quandam conspirationẽ, quam relicta in deum fiducia, inierat cum Benadab rege Syriæ. Ideo podagrico humore à deo correptus est Hieron.ibid.
* Exitque morbus eius valde intensus.
f. Quidã mortui, alij occisi vel interfecti,boni vero dormire dicuntur: quia sanctorum mors somnus dicitur.Hiero.in Matt. cap.25.
6. Aromaticis,& odoriferis.
7. Propter eum maximam combustionem.

*Iosaphat patri mortuo succedens pius erga deum fuit, diuitiis potens, & armis* XVII.

A REgnauit autem [a]Iosaphat filius eius pro eo,& inualuit contra Israel.Constituítque militum numeros in cunctis vrbibus Iuda quæ erãt vallatæ muris,præsidiáque dispossuit in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephráim, quas ceperat Asa pater eius.Et fuit dominus cum Iosaphat,quia ambulauit in viis Dauid patris sui primis,& non sperauit in Baalim,sed in deo patris sui:]& perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Israel.Cõfirmauítque dominus regnum in manu eius, & dedit omnis Iuda munera Iosaphat, factáque sunt ei infinitæ diuitiæ, & B multa gloria. ℣ 2 Cúmque sumpsisset cor eius audaciam propter] vias domini, etiam excelsa & lucos de Iuda abstulit.[b] Tertio autem anno regni sui misit de principibus suis Benail,& Abdiam,& Zachariam & Nathanael,& Micheam, vt docerent in ciuitatibus Iuda,& cum eis Leuitas,Semeiam, & Nathaniam, & Zabadiam, Asahel quoque,& Semiramoth,& Ionathan,Adoniámque, & Thobiam, & Thobadoniam Le- C uitas,& cum eis Elisáma,& Ioram sacerdotes. ℣ Docebántque populum in Iuda, habentes librum legis domini, & circuibant cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant populum.[c]Itaque factus est pauor domini super omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum Iuda:nec audebant bellare contra Iosaphat.Sed & Philistæi Iosaphat munera deferebant,& vectigal argenti. Arabes quoque adducebant pecora, arietum septem milia septingentos,& hircos totidem. Creuit ergo Iosaphat & magnificatus est vsque in sublime,atque ædificauit in Iuda [3] domos ad instar turrium,vrbésque muratas,] & D multa opera parauit in vrbibus Iuda. ℣ Viri quoque bellatores & robusti erant in Ierusalem: quorum iste numerus per domos atque familias singulorum:In Iuda[4] Princeps exercitus,Ednas Dux,] & cum eo robustissimi viri trecenta milia. Post hunc Iohannam Princeps,& cum eo ducenta octoginta milia.Post illum quoque Amasias filius Zechri,consecratus domino, & cum eo ducenta milia virorum fortium. [5] Hunc sequebatur robustus ad prælia] Eliada: & cum eo tenentium arcum & clypeum ducenta milia. Post istum etiam Iozabad, & cum eo centum octoginta milia, [6] expeditorum militum.] Hi omnes erant [7] ad manum] Regis, exceptis aliis quos posuerat in vrbibus muratis,& in vniuerso Iuda.

a. Iosaphat interpretatur dominus iudex, vel domini iudicio. Puto quòd Asa pater eius cùm propter iustitiam eius cum dominus prosperassiet in omnib⁹, & inimicos eius cõfregisset ante faciem eius,sicut scriptura testatur Regnorum,quasi in ipso nomine filij sui confessionem offerens deo suo iudici iusto, vocauit eum dominus iudex. Nam verè iusti iudicis est bene agentem remunerare, & negligentem corripere. Chryso.in.1. cap.Matth.hom.1.

1. Non requisiuit Baalim, sed deum patris sui quæsiuit.

2. Et leuauit cor suum sũ.

b. Cõsidera quàm religiose Rex sacra vindicet,ac in suũ quæque locum reuocet. Vide quam sollicitè constitutis synagoge diaconis præcipiat super lege,mandato,cæremoniis, iustitijs & iudicio, nec minus iustè cæsilia curatuta vt nec immerito Iosaphat dñs iudex interpretatur: quoniam iustus in omnibus iudex extitit propterea dominus illum exaltauit sicut patrem eius Asã, & adhuc ampliùs. Idẽ vbi supra.

[c. Hic rex perpetuo propitium & auxiliatorem deum habuit, quòd esset vir iustus & pius, & per singulos dies daret operam vt aliquid gratum deo faceret. Quo factum est vt & ipsi à circũquaque vicinis regibus multus honor haberetur: id quod missis ad eum muneribus ad eum declarauerunt, vt hinc quoque tam diuitiæ regis quàm fama non mediocre incrementũ caperent. Iosep.h.Antiquitz.Iudæ, lib.8.cap.9.]

3. Arces & vrbes munitas.

4. Tribuni Adæ princeps.

5. Ex filijs autem Beniamin fortissimus athleta.

6. Expediti ad militiam.

7. Parati ad obsequium.

## *Impio Achab pius Iosaphat fert auxilium in bello,quo ipse Achab Michea incarcerato cecidit.* XVIII.

A †VIt ergo Iosaphat diues & [1] inclytus multum, & [2] affinitate coniunctus est Achab: descendítque post annos ad eum in Samariam. Ad cuius aduentum mactauit Achab arietes & boues plurimos,ipsi & populo,qui venerat cum eo,persuasitque illi vt ascenderet in RamothGalaad.Dixítque Achab Rex Israel ad Iosaphat Regem Iuda: Veni mecum in Ramoth Galaad.Cui ille respondit:vt ego & tu:sicut populus tuus,sic & populus meus:tecúmque erimus in bello. Dixit Iosaphat ad Regem Israel: cõsule obsecro [3] in præsentiarum sermonem domini.Congregauit igitur Rex Israel Prophetarum quadringentos viros,& dixit ad B eos:In Ramoth Galaad ad bellandum ire debemus, an [5] quiescere? ℣ At illi: ascende, inquiunt,& tradet deus in manu Regis.Dixítque Iosaphat:Nunquid non est hic Prophetes domini:vt ab illo etiam requiramus? Et ait Rex Israel ad Iosaphat:Est vir vnus [4] à quo possumus quærere domini voluntatem, sed ego odi eum: quia non prophetat mihi bonum: sed malum [5] omni tempore. Est autem micheas filius Iemla. [b] Dixítque Iosaphat: Ne loquaris Rex hoc modo. Vocauit ergo Rex Israel vnum de eunuchis,& dixit ei:Voca cito Micheam filium Iemla.Porrò Rex Israel &Iosaphat Rex Iuda vterque sedebant in solio suo, vestiti cultu regio. Sedebant autem in area iuxta C [6] portam Samariæ: omnésque prophetæ vaticinabantur coram eis. ℣ Sedechias verò filius Chanaana fecit sibi cornua ferrea,& ait: Hæc dicit dominus: His ventilabis Syriam, donec conteras eam. Omnésque prophetæ similiter prophetabant, [7] atque dicebant,Ascende in Ramoth Galaad,& prosperaberis: & tradet eos dominus in manu Regis.Nuntius autem qui ierat ad vocandum Micheam,ait illi:En verba omnium

1. Gloria abundans.

2. Quia accepit filio suo Ioram Godoliam suã Athaliam filiã Iezabelis & Achab in vxorem, vnde dominum ad iracundiam in se conciuit. Vide itaque quia nec oportuit dare auxilium inimicis dei, nec accipere. Primũ nos docet historia præsens in cap.sequenti Secundum docuit historia Asa sup.ca.16.Qui enim petit auxilium ab inimicis dei,desperat, validiores sibi existimans inimicos dei quàm deum.Qui autem dat auxilium inimicis dei, aduersatur deo. deo enim volente conterere inimicum suum, ipse eum defendere tentat. Chryso. super 1 ca. Matth.

3. Hac ipsa die,vel hodie.

5. Desistere debeo.

4. Per quem scisciteamur dominum.

5. Per omnes dies suos.

b. Iosaphato subuoluit sicut ex eorum verbis, & quòd falsi vates essent,perspicuumque est Achabum, num quẽ alium præter eos Prophetam habeat vt certius etiam futura præscire valeant: Respondit, esse quidem & alium dictum Micheam, sed sibi iniustum, quod malum eorum prædicat. Iosep.h.Antiq. lib.8.cap.14.

6. Ostium portæ.

7. In hunc modum dicentes.

Universidad de Deusto
Biblioteca



prophetarum vno ore bona Regi annuntiant. Quæſo ergo te, vt & ſermo tuus [8] ab eis non diſſentiat, loquariſque proſpera. Cui reſpondit Micheas [c] Viuit dominus, quia quodcunque dixerit mihi deus meus, hoc loquar. Venit ergo ad Regem. Cui Rex ait: †Michea, ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandum, an quieſcere? Cui ille reſpondit: [& d] Aſcendite, cuncta enim proſpera vobis euenient: & tradentur hoſtes in manus veſtras. Dixítque Rex, iterum atque iterum te adiuro, vt mihi non loquaris niſi quod verum eſt in nomine domini. At ille ait: Vidi vniuerſum Iſrael diſperſum in montibus, ſicut oues abſque paſtore. Et dixit dominus: Non habent iſti dominos, reuertatur vnuſquiſque in domum ſuam in pace. Et ait Rex Iſrael ad Ioſaphat: Nónne dixi tibi, quòd non prophetaret iſte mihi quicquam boni: ſed [9] ea quæ mala ſunt?] At ille: idcirco ait, audite verbum domini: † [c] Vidi dominum ſedentem in ſolio ſuo: & omnem exercitum cœli aſſiſtétem ei à dextris, & à ſiniſtris. * Et dixit dominus: † Quis decipiet Achab Regem Iſrael, vt aſcendet, & corruat in Ramoth Galaad? [& g] Cúmque [g] diceret vnus hoc modo, & alter alio: proceſſit ſpiritus, & ſtetit coram domino, & ait: Ego decipiam eum. Cui dominus, In quo, inquit, decipies? At ille reſpondit: Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius. Dixítque dominus: Decipies, & prævalebis: egredere & fac ita. Nũc igitur, ecce dominus dedit ſpiritum mendacij in ore omnium Prophetarum tuorum: & dominus locutus eſt [10] de te mala.] Acceſſit autem Sedechias filius Chanaana: & percuſſit Micheæ maxillam, & ait: Per quam viam tranſiuit ſpiritus domini à me, vt loqueretur tibi? Dixítque Micheas: Tu ipſe videbis in die illo, quando ingreſſus fueris cubiculum [11] de cubiculo,] vt abſcondaris. [& g] Præcepit autẽ Rex Iſrael, dicens: Tollite Micheam, & ducite eum ad Ammon Principem ciuitatis, & ad Ioas filiũ Amélech, & dicetis: Hæc dicit Rex, Mittite hunc in carcerem: & date ei [12] panis modicum, & aquæ pauxillum,] donec reuertar in pace. Dixítque Micheas: Si * reuerſus fueris in pace, non eſt dominus locutus in me. Et ait: Audite omnes populi. Igitur aſcẽderunt Rex Iſrael & Ioſaphat Rex Iuda in Ramoth Galaad, dixítque Rex Iſrael ad Ioſaphat: [13] Mutabo habitum, & ſic ad pugnam vadã:] tu autem induere veſtibus tuis. Mutatóque Rex Iſrael habitu venit ad bellum, Rex autem Syriæ præceperat [14] ducibus equitatus ſui,] dicens: [& f] Ne pugnetis contra minimum, aut contra maximum, niſi contra ſolum Regem Iſrael. Itaque cùm vidiſſent Principes [15] equitatus] Ioſaphat, dixerunt: Rex Iſrael eſt iſte. Et circundederunt eum dimicantes. At ille clamauit ad dominum, & auxiliatus eſt ei: atque auertit eos [*] ab illo. Cùm enim vidiſſent duces [16] equitatus] quòd non eſſet Rex Iſrael, reliquerũt eum [17] Accidit autem vt vnus è populo ſagittam in incertum iaceret: & percuteret Regem Iſrael inter ceruicem & ſcapulas.] At ille aurigæ ſuo ait: [f] Conuerte manum tuam, & educ me de acie, quia vulneratus ſum. Et finita eſt pugna in die illo. Porrò Rex Iſrael ſtabat in curru ſuo contra Syros vſque ad veſperam: & mortuus eſt occidente ſole.

8. Sic quaſi vnus ex illis, vt loquaris omnium.
[c. A plurimis quærũtur pij prophetæ, vnde pius Ioſaphat qui conſuluit conſilium domini per vnum prophetam, ſignificat eos qui fideles quærunt prædicatores. De Lyra.]
d. Hæc autem ironicè locutus eſt Michæas Regi zelo iuſtitiæ, quia rex impius indignus fuit vero reſponſo, ab eo quem falſum eſſe credebat. Micheas tamen adiuratus cõfeſſus eſt, ſed pœnis afflictus. Dion. 3. Reg. 22.

9. Malum.

e. Quid eſt quod exercitus cœli à dextris, & à ſiniſtris dei ſtare perhibetur? cùm deus ſit extra omnia & intra omnia, vt nec dextra, nec ſiniſtra cõcludatur. Sed dextra dei pars angelorum electa, ſiniſtra dei pars angelorũ reproba deſignatur. A dextra ergo dei & ſiniſtra angelorum exercitus ſtat, quia electorum voluntas dei pietati concordat: & reproborum iudicio eius obtẽperat. Vnde & mox fallax ſpiritus in mediũ proſilit, per quẽ Achab exigẽtibus eius meritis decipiatur. Neque enim fas eſt credere bonum ſpiritum fallaciæ deſeruire voluiſſe, vt diceret: egrediar, & ero ſpiritus mẽdax in ore, &c. Angel. 3. Re. 22.
* Eius.
10. Contra te malum.
11. Intra cubiculum.

12. Panem afflictionis, & aquam angustiæ.
* Reuertendo.

13. Tranſmutabor procedens ad bellum.

14. Principibus curruum.

15. Curruum ſub. Regem.
* Deus.
16. Principis curruum.
17. Et quidam extẽdens arcum quantum extẽdere potuit, percuſſit Regem Iſrael inter iunctũras, & inter loricam.
f Accepto vulnere mortali iuſſit ſe teneri, ne deprehẽderetur ab hoſtib⁹ quod vulneratus eſſet, & illius ruina & hoſtibus victoriam, & populo fugæ periculum incuteret. Hieron. ibidem.

1. Impium iuuiſti, & odiẽtes dominum diligis, & ideo ſuper te ira à conſpectu domini.
a. Quis enim veſtrum dicit peccatorem adiuuandum ad hoc in quo peccare vult, ſicut ipſe Achab quando eum adiuuit Ioſaphat, eundo cum eo in prœlium, cum ille Micheæ prophetæ veracia verba contemneret? Et tamen nec ſic obfuit innocentiæ Regis Ioſaphat peſſimum meritum regis Achab. Quia illum acclamantem à periculo belli liberauit, Achab ſacrilegum in manu hoſtium venire permiſit. Aug. lib. 2. cõtra Epiſt. Parme.
2. Pro homine, ſed pro deo iudicia determinat, quippe qui iuxta vos eſt in cauſa iudicij.
b. Perſonarum quidem deus acceptor non eſt, quia nouit omnia: nos autem omnibus quidẽ debemus miſericordiam: ſed quia plerique fraude eam quærunt, & fingũt errumnam: ideo vbi cauſa manifeſtatur, perſona cognoſcitur, tempus vrget, largius ſe debet profundere miſericordia. Ambr. offi. 1. c. 30.

*Iosaphat à Iehu propheta correctus bonos iudices populo præficit.* XIX.

RElatum eſt autem Ioſaphat Rex Iuda in domum ſuam pacificè in Ieruſalem. Cui occurrit Iehu filius Anani videns, & ait ad eum: [1] Impio præbes auxilium, & iis qui oderunt dominum, amicitia iungeris: & idcirco iram quidem domini merebaris: ſed bona opera inuenta ſunt in te, eo quòd abſtuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum, vt requireres dominum deum patrum tuorum. Habitauit ergo Ioſaphat in Ieruſalem. [& g] Rurſúmque egreſſus eſt ad populum, de Berſabee vſque ad montem Ephráim: & reuocauit eos ad dominum deum patrum ſuorum: conſtituítque iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis, per ſingula loca: & præcipiens iudicibus, videte ait, quid faciatis. Non enim [2] hominis exercetis iudicium ſed domini:] & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit.] Sit timor domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite. Non eſt enim apud dominum deum noſtrum iniquitas [b] † nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum. [& g] In Ieruſalem quoque conſtituit Ioſaphat Leuitas & ſacerdotes & Principes familia-

miliarum ex Iſrael, vt iudicium & cauſam domini iudicarent habitatoribus eius: præcepítque eis dicens: Sic agetis in timore domini, fideliter & corde perfecto. [c] Omnem cauſam quæ venerit ad vos fratrum veſtrorum qui habitant in vrbibus ſuis, inter cognationem & cognationem vbicunque quæſtio eſt de lege, de mandato, de [3]ceremoniis, de iuſtificationibus,] [d] oſtendite eis vt non peccent in dominum, & ne veniat ira ſuper vos & ſuper fratres veſtros. Sic ergo agentes non peccabitis. Amarias autem Sacerdos & Pontifex veſter, in iis quæ ad deum pertinent, præſidebit. Porrò Zabadias filius Iſmael qui eſt Dux in [4]domo Iuda, ſuper ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent. Habetíſque magiſtros Leuitas coram vobis: confortamini, & agite diligenter, & erit dominus vobiſcum in bonis.

c. Exilius rogantibus omnibus iuſtitiam defendere aggreſſus, aſſecuit quantum potuit, niſi tã inimicum quàm iniuſtitiam ciuitati: nec omnino niſi magna iuſtitia geri aut ſtare poſſe rem publicam Aug. lib. 2. c. 21. de ciui. dei. Remota itaque iuſtitia, quid ſunt regna niſi magna latrocinia? quia & ipſa latrocinia quid ſunt niſi parua regnalidē lio. 4. c.

3. Statutis & iudicijs.

4. De ciuitate dei.

*Ammonitæ, Moabitæ, & Syri orante Ioſaphat & Iahihel propheta, ſe mutuò cædunt, verum Ioſaphat inito fœdere cum Ochoſia, corripitur ab Eliezer propheta.* XX.

A POſt hæc congregati ſunt filij Moab & filij Ammon, & cum eis * de [2]Ammonitis ad Ioſaphat, vt pugnarent contra eum: venerúntque nuntij, & indicauerunt Ioſaphat dicentes: Venit contra te multitudo magna de iis locis, quæ trans mare ſunt, & de Syria: & ecce conſiſtunt in [b] Aſaſonthamar, quæ eſt Engaddi. Ioſaphat autem timore perterritus, [1]totũ ſe contulit ad rogandum] dominum, & prædicauit ieiunium vniuerſo Iuda. Congregatúſque eſt Iudas ad deprecandum dominum: ſed & omnes de vrbibus ſuis venerũt ad obſecrandum eum. Cúmque ſtetiſſet Ioſaphat in medio cœtu Iudæ & Ieruſalem, in domo domini ante atrium nouum, ait: [c] Domine deus patrum noſtrorum, tu es deus in cœlo, & dominaris cunctis regnis gentium. In manu tua eſt fortitudo & potentia, nec quiſquam tibi
B poteſt reſiſtere. [d] Nónne tu deus noſter interfeciſti omnes habitatores terræ huius coram populo tuo Iſrael, & dediſti eam ſemini Abraham amici tui in ſempiternum? Habitaueruntque in ea: & extruxerunt in illa ſanctuarium nomini tuo dicentes: † Si irruerint ſuper nos mala, gladius iudicij, peſtilentia, & fames, ſtabimus coram domo hac in conſpectu tuo, in qua inuocatum eſt nomen tuum, & clamabimus ad te in tribulationibus noſtris, & exaudies nos, [2] ſaluóſque facies.] † Nunc igitur ecce filij Ammon & Moab & [d] mons Seir, per quos non conceſſiſti filiis Iſrael vt tranſirent, quando egrediebantur de Ægypto, ſed declinauerunt ab eis & non interfecerunt illos, econtrario agunt: & nituntur eiicere nos de poſſeſſione quam tradidiſti nobis deus noſter. Ergo non iudicabis eos? In nobis quidem non eſt tanta fortitudo vt poſſimus huic multitudini reſiſtere, quæ irruit ſuper nos: [3] ſed cùm ignoremus quid agere de-
c beamus, [4] hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te.] Omnis verò Iuda ſtabat coram domino, cum paruulis, & vxoribus, & liberis ſuis. [c] Erat autem Iazihel filius Zachariæ filij Banaiæ, filij Iehihel, filij Mathaniæ, Leuites de filiis Aſaph, ſuper quem factus eſt ſpiritus domini in medio turbæ, & ait: [f] Attẽdite omnis Iuda, & qui habitatis in Ieruſalem, & tu Rex Ioſaphat: Hæc dicit dominus vobis: Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem. Non eſt enim veſtra pugna, ſed dei. Cras deſcendetis contra eos: [4] Aſcenſuri enim ſunt per cliuum nomine Ziz, ] & inuenietis illos [5] in ſummitate] torrentis, qui eſt contra ſolitudinem Ieruhel. Non enim [6] eritis vos qui dimicabitis: ſed tantũmodo confidenter ſtate, & videbitis auxilium] domini ſuper vos. [g] O Iuda & Ieruſalem, nolite timere nec paueatis: cras egrediemini contra eos: & dominus erit vobiſcum. Ioſaphat ergo & Iuda & omnes habitatores Ieruſalem ceciderunt proni in terram coram domino: & adorauerunt eum. Porrò Leuitæ de filiis Caath, & de filiis Chore, laudabant dominum deum Iſrael voce magna in excelſum. Cúmque mane ſurrexiſſent, egreſſi ſunt per deſertum Thecue: profectíſque eis ſtans Ioſaphat in medio eorum dixit: Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Ieruſalem: Credite in domino deo veſtro, [7] & ſecuri eritis: credite prophetis eius, & cuncta euenient proſpera. Dedítque conſilium populo, & ſtatuit cantores domini, vt laudarent [8] eum in turmis ſuis, & antecederent exercitum: ac voce conſona dice-

*Alij orti.

2. Ammonites Idumæos vult intelligi, quia ob reuerentiam fraterni nominis nolebant in priſtino habitu arma mouere contra Iſrael, ſed transfigurabãt ſe in habitum Ammonitarum. Hieronymus.

b. Aſaſonthamar quæ & Engaddi, vel ſecundũ Ioſephum Gaddi, ciuitas eſt palmarũ, quo. ſtadiis diſtans ab Ieroſolymis.

1. Poſuit faciem ſuam vt conſuleret.

c Si bellum ſit in plateis ſi pugna ſit, quippe tes quotidianæ fluctuatio ſunt & tempeſtates. Opus itaque nobis eſt armis. Maiora autẽ arma ſunt oratio. Propterea opus eſt nobis oratione: maxime autem matutina & nocturna. Chryſoſto. in ca. 8. ad Hebr. ho. 14. Nam ſicut nec miles ſine armis eſt aliquid, nec arma ſine milite: ſic nec oratio ſine ieiunio, nec ieiunium ſine oratione; hæc autem duo junxit Ioſaphat, ideo finem conſecutus eſt optatum. Idem ſuper matth. homil. 15. ex cap. 6.

2. Opem ferat.

[d. Hoc eſt habitatores mõtis Seir, qui dicuntur Idumæi, & ſecũdum veritatẽ dicti ſunt Ammonitæ: quia acceperunt ſigna Ammonitarum, & conuenerũt ſe exercitui eorum. Diony. ibi.]

3. Ignoramus etiam quid agere debeamus, niſi quòd ad te ſunt oculi noſtri.

e. Hec illo orante in templo cõfortauit eum Iazihel propheta filius Zachariæ. Vnde craſtina die egreſſus percuſſit hoſtes & fugauit. Comeſtor ea. vlt. 3 Re.

[f. Quia de manifeſto auxilio dei quod conſulit ſperantibus in ſe, incuſſus eſt alienigenis pauor vndique. Glo. ord. ibid.]

4. Ipſi enim aſcẽdunt per aſcẽſum Ziz.

5. In fine.

6. Eſt vt vos pugnetis in hoc prælio, ſed ſtantes manete, & videte ſalutem.

g. Verus alloquitur Iudæos nõ litera, ſed ſpiritu: ſemen Abraham, cuius multiplicatio, ſicut promiſſa legitur, ſic videtur impleta. Neque enim filij carnis, ſed filij promiſſionis deputantur in ſemine. Sed nec illi Ieruſalẽ dicimus quæ occidit prophetas: ſed illi quæ de cœlo noua deſcendit. Bernar. in vigilia Natalis do. Ser. 2.

7. Vt fideles inueniamini.

8. Magnificentiam ſanctitatis,

rent:† ℣ Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia[8] eius.[h] Cúmque cœpissent laudes canere, vertit dominus insidias eorum in semetipsos, filiorum scilicet Ammon & Moab, & montis Seir, qui egressi fuerant, vt pugnarent contra Iudam: & percussi sunt. Namque filij Ammon & Moab consurrexerunt aduersum habitatores montis Seir, vt interficerent[9] & delerent eos.] Cúmque hoc opere perpetrassent, etiam in semetipsos versi[i] mutuis concidêre vulneribus. Porrò Iudas cùm venisset[10] ad speluncam, quæ respicit solitudinem, vidit procul omnem latè regionem plenam cadaueribus: nec superesse quemquam qui necem potuisset euadere.] Venit ergo Iosaphat & omnis populus cum eo ad detrahenda spolia mortuorum: inuenerúntque inter cadauera variam supellectilem, vestes quoque & vasa pretiosissima: & diripuerunt, ita vt omnia portare non possent:[11] nec per tres dies spolia auferre præ prædæ magnitudine.] ℣ Die autem quarto congregati sunt in valle Benedictionis[k] vsque in præsentem diem. Reuersúsque est omnis vir Iuda & habitatores Ierusalem & Iosaphat ante eos in Ierusalem cum lætitia magna, eo quòd dedisset eis dominus gaudium de inimicis suis. Ingressíque sunt in Ierusalem cum[12] psalteriis,] & citharis & tubis, in domum domini.[l] Irruit autem pauor domini super vniuersa regna terrarum, cùm audissent quòd pugnasset dominus contra inimicos Israel. Quieuítque regnum Iosaphat: & præbuit ei pacem dominus per circuitum. Regnauit igitur Iosaphat super Iudam, & erat triginta quinque annorum cùm regnare cœpisset: viginti autem & quinque annis regnauit in Ierusalem: & nomen matris eius Azuba filia[13] [m] Selahi. ℣ Et ambulauit in via patris sui Asa, nec declinauit ab ea, faciés quę placita erant coram domino. Veruntamen excelsa[14] non abstulit,] & adhuc populus non direxerat cor suum ad dominum deum patrum suorum. Reliqua autem gestorum Iosaphat[15] priorum & nouissimorum,] scripta sunt in verbis Iehu filij Anani: quæ digessit in libro Regum Israel. Posthæc iniit amicitias Iosaphat Rex Iuda cum [o] Ochozia Rege Israel, cuius opera fuerunt impiissima: & particeps fuit vt faceret naues quæ irent in Tharsis: fecerúntque classem in Asiongaber. Prophetauit autem Eliezer filius Dodahu, de Maresa ad Iosaphat, dicens: Quia habuisti fœdus cum Ochozia[15] percussit] dominus opera tua, contritæque sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.

h. Deus verò terrorem & consternationem immisit Ammoniti, & eorum sociis, ita vt alij in alios ruerent, hostiliter in se in furiem debacchantur, tanto furore, vt ne vnus quidem ex tot milibus reliquus fieret. Ioseph. Antiq. lib. 9. cap. 1.

9. Habitatores Seir.

i. Et sic dominus misenit in spiritum vertiginis & furoris, inquietudinem contentionis & litis, sic quod contra se inuicem corruxati, superbire, ac insanire cœperunt, quod deo permittente per angelos malos factũ creditur. Diony. ibidem.

10. Ad speculam deserti, respexerunt multitudinem, & ecce fasti sunt cadauera iacentia in terra, nec vllus euasit.

11. Et per tres dies diuiserũt spolia, tanta erat eorum copia.

k. Visum est prius quemadmodum per ieiunia, & orationes, per sacrificia, laudes, & gratiarũ actiones etexerunt corda sua ad dominum: quibus plerique eorum adhuc contra legis præceptum obtulerint sacrificia deo alibi quàm in templo, vtpote in excelsis. Idem ibidem.

12. Nablis.

[l. Hic consequẽter describitur effectus, quia per illam victoriã à deo datam populo, hi qui fuerunt in circuitu regni Iosaphat fuerunt exterriti, ita quòd non audebant regnum Iosaphat infestare. De Lyra.]

13. m Silai. (Ipse est Anam propheres filius Iaddo, qui & Addo. Hieron.

[n Superius visum est de grandi Iudæorum deuotione ad deũ sub Asa & Iosaphat, sub quibus percusserunt fœdus cum domino, & in toto corde suo domino iurauerunt, eúmque inuenerunt. Diony. Cart. Ibidem.]

14. Non sunt ablata.

15. Priora & posteriora.

o. Ochozias enim filius Achab & ideo frater vxoris filij sui Ioram: & sic quemadmodum Aza pater eius in fine vitæ suæ defecit. Idem.

16. Interrupit.

a. Iosaphat eõ anno Regni sui 17. cõstituisset Regi Achab aduersus Syros ferre subsidium filium suum Ioram Regem Iudæ designauerat, accipiendo filio suo Athaliam filiam Achab in vxorem. Anno verò 18. Regni sui, qui iam secundus filij sui Ioram erat, regnauit Ioram filius Achab super Israel Anno verò 2. Iosaphat, qui est 5. Ioram filij Achab, confirmauit filium suum Ioram in regem Iuda, qui patre viuente 4 annis regnauit, mortuo autem patre aliis quatuor. Functius. ibidem.

1. Peculia.

b. Imò viginti duorum annorũ: sed decem tribuuntur filio suo. Hieronymus.

c. Antequam fratres occiderent: postea verò miserè regnauit 10 annis.

d. Imitatione filia Achab erat Athalia vxor Ioram, quia filia erat Amri. Hieron.

e. Accidit interim, vt Idumæi ab eius imperio decederent eo rege suo qui Iosaphato hactenus paruerat, & nouo in eius solium impositio, quam iniuriam vlturus Ioramus cum equitatu qui eum ad manum erat & cuneib⁹ in Idumæam nocte irrupit: & exustis vicis finitimis non est ausus vlterius progredi, nec tamen hac expeditione quicquã profecit, nisi & plures defectiones secutæ sunt, excurrentibus eius iugũ, & illis qui Labemã regionem incolunt. Iosep. Antiquit. lib. 9. cap. 5.

*Mortuo Iosaphat succeßit Ioram filius eius impius in deum & in proximum, ambulánsque per vias Achab, cui per literas Elias aduerſa & mortem comminatus eſt.* XXI.

† [a] Ormiuit autem Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid, regnauítque Ioram filius eius pro eo. Qui habuit fratres, filios Iosaphat: Azariam, & Iahihel, & Zachariam, & Azariam, & Michael, & Saphaciam. Omnes hi filij Iosaphat Regis Iuda. Dedítque eis pater suus multa munera argenti & auri, & [1] pensationes] cum ciuitatibus munitissimis in Iuda: regnum autem tradidit Ioram, eo quòd esset primogenitus. Surrexit autem Ioram super regnum patris sui. Cúmque se confirmasset, occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam de Principibus Israel. [b] † Triginta duorum annorum erat Ioram cùm regnare cœpisset, & [c] octo annis regnauit in Ierusalem, ambulauítque in viis Regum Israel sicut egerat domus Achab.[d] Filia quippe Achab erat vxor eius. ℣ Et fecit malum[a] in conspectu domini. Noluit autem disperdere domum Dauid † propter pactum quod inierat cum eo: & quia promiserat, vt daret ei lucernam & filiis eius in omni tempore. † In diebus illis rebellauit Ædom, ne esset subditus Iudæ, & constituit sibi Regem. [e] Cúmque transiret Ioram cum principibus suis, & cuncto equitatu qui erat secum: surrexit nocte, & percussit Ædom qui se circunderat: & omnes duces equitatus eius. Attamen rebellauit Ædom, ne esset sub ditione Iuda vsque ad hanc diem. Eo tempore & Lobna recessit ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim dominum deum patrum suorum, insuper & excelsa fabricatus est in vrbibus Iuda, & fornicari fecit habitatores Ierusalem, & præuaricari Iudam. ℣ Allatæ sunt autem ei literæ ab

Elia

Elia Propheta,[d] in quibus scriptū erat. Hæc dicit dominus deus Dauid patris tui: Quoniam non ambulasti in viis Iosaphat patris tui, & in viis Asa Regis Iuda, sed incessisti per iter Regum Israel, & fornicari fecisti Iudam & habitatores Ierusalem, imitatus fornicationem domus Achab, insuper & fratres tuos domum patris tui meliores te occidisti: ecce dominus percutiet te plaga magna [2] cum populo tuo, & vxoribus, filiis tuis, vniuersaque substantia tua. Tu autem ægrotabis pessimo languore vteri, donec egrediantur [3] vitalia tua paulatim] per singulos dies. Suscitauit ergo dominus contra Ioram spiritum Philistinorum & Arabum, qui confines sunt Æthiopibus: & ascenderunt in terram Iuda, & vastauerunt eam, diripuerúntque cunctam substantiam, quæ inuenta est in domo Regis, insuper & filios eius & vxores. [4] Nec remansit ei filius, nisi [c] Ioachaz qui minimus natu erat. Et super hæc omnia percussit eum dominus [4] alui languore insanabili. Cúmque diei succederet dies, & temporum spatia voluerentur, duorum annorum expletus est circulus, [5] & sic longa consumptus est tabe: ita vt egereret etiam viscera sua, languore pariter & vita caruit.] [6] Mortuúsque est in infirmitate pessima: & non [6] fecit ei populus secundum morem cōbustionis exequias, sicut fecerat maioribus eius. Trigintaduorum annorum fuit cùm regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Ierusalem. [7] Ambulauítque non rectè:] & sepelierunt eum in ciuitate Dauid, veruntamen non in sepulchro regum.

[d. Dicunt Hebræi qdē iste littera fuerunt ei allata post translationem Eliæ in cœlū: de qua habetur 4. Reg. 2. Et hoc videtur satis rationabiliter dici, quia in illis literis fiebat mentio de occisione fratrum suorum. Illos autem non occidit viuente patre eius Iosaphat, vt satis patet ex principio huius capituli, nec Iosaphat permisisset eum esse fortem & bonum. Elias vero raptus fuit ante mortem Iosaphat, quod patet ex hoc quod Eliseus, qui remansit loco Eliæ post eius raptum, prophetauit tribus regibus de aqua ei danda, propter reuerentiam ipsius Iosaphat regis Iuda qui erat ibi, vt patet 4. Reg. 3. Dr. Lyra.]

2. Populum tuum, vxores tuas, & filios tuos, & cunctam substantiam tuam.

3. Intestina tua præ dolore.

c. Qui & Ochozias & Azarias dictus est.

4. In visceribus eius morbo incurabili.

5. Egressa sunt intestina eius in ipso morbo eius.

[1. Ecce ex hoc docemur capitulo quàm sancta & metuenda sint dei iudicia, & quòd nemo potest de paternum suorū electione aut sanctitate præsumere: quoniam optimus Rex ille Iosaphat tam scelerātissimum & reprobissimū habuit filium. Dionysius.]

6. Fecerunt ei combustionem iuxta combustionem patrum eius.

7. Et vixit miserabiliter.

*Ioram mortuo regnauit Ochozias filius eius, quem Iehu cum Ioram Rege Israel occidit.* XXII.

COnstituerunt autem habitatores Ierusalem [a] Ochoziam filium eius minimum Regē pro eo. Omnes enim maiores natu qui ante eum fuerant, interfecerant [1] latrones] Arabum qui irruerant in castra. † Regnauítque Ochozias filius Ioram Regis Iuda. Quadragintaduorum annorum erat [b] Ochozias cùm regnare cœpisset: & [c] vno anno regnauit in Ierusalem: & nomen matris eius Athalia filia Amri. Sed & ipse ingressus est per vias domus Achab: Mater enim eius [2] impulit eum,] vt impiè ageret. [3] Fecit igitur malum in conspectu domini, sicut domus Achab. Ipsi enim fuerunt ei consiliarij post mortem patris sui in interitum eius, ambulauítque in consiliis eorum. Et perrexit cum Ioram filio Achab Rege Israel in bellum, contra Asahel Regem Syriæ in Ramoth Galaad. Vulneraueruntque Syri Ioram, qui reuersus est vt curaretur in Iezrahel: [3] multas enim plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur Ochozias] filius Ioram Rex Iuda descendit vt inuiseret Ioram filium Achab in Iezrahel ægrotantem. [4] Voluntatis quippe fuit dei aduersus Ochoziam, vt veniret ad Ioram: Et cùm venisset & egrederetur cum eo aduersum Iehu filium Namsi, quem vnxit dominus vt deleret domum Achab. Cùm ergo euerteret Iehu domum Achab, inuenit Principes Iuda & filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, & interfecit illos. [d] Ipsum quoque perquirens Ochoziam comprehendit latitantem in Samaria, adductúmque ad se occidit, & sepelierūt eum, eò quòd esset filius Iosaphat, qui quæsierat dominum in toto corde suo. Nec erat [4] vltrà spes aliqua, vt de stirpe quis regnaret Ochoziæ.] † [5] Siquidem mater eius [e] Athalia videns quòd mortuus esset filius suus, surrexit, & interfecit omnem stirpem Regiam domus Ioram. Porrò Iosabeth filia Regis tulit Ioas filium Ochoziæ, & furata est eum de medio filiorum Regis cùm interficerentur, abscondítque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum: Iosabeth autem quæ absconderat eum, erat filia Regis Ioram, vxor Ioiadæ pontificis, soror Ochoziæ, & idcirco Athalia nō interfecit eum. Fuit ergo cum eis in domo dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super terram.

[a. Qui supra dictus est Ioachaz & infra dicetur Azarias: qui cœpit regnare anno 12. regni Ioram regis Israel, quem cùm inuiseret eum ægrotantem cum illo occidit Iehu postquā vno anno rexerat.

1. Turmæ.

b. Hunc Regem & reliquos vsque ad Oziā prætermittit Matthæus, quia patrū suorum cultum prætermiserunt. Comest.

c. Itaque viginti anni quibus Ioram regnauit iniquè, qui 4. Regum tacentur, hoc loco nūcupantur annis vitæ filij eius. Dionysius Carth. ibidem.]

2. Cōsilio suo inducebat eam.

*Vncto Ioas in Regem à Ioiada pontifice Athalia occiditur.* XXIII.

† [a] Anno autem septimo, [1] confortatus] Ioiada, assumpsit centuriones, Azariam videlicet filium Ieroham, & Ismael filium Iohannam, Azariam quoque filium Obed, & Maasiam filium Adaiæ, & Elisaphat filium Zechri, & iniit cum eis fœdus. Qui circumeuntes Iudam, congregauerunt Leuitas

3. Propter vulnera quibus percusserunt eum in Rama dum pugnaret contra Hazael Regē Syriæ: Azarias autem.

d. Cùmque visitaret Ochoziam Ioram Regem Israel, Iehu vnctus in Regem Israel, percussō Ioram, Ochozias fugientem insecutus est, & vulneratum eū in ascensu Gabet. Qui vulneratus fugit in Mageddo, & mortuus est ibi: & tulerunt eum in Ierusalem & sepelierunt eum in ciuitate Dauid. Cemestor.

4. Domui Ochoziæ vis vlla qua regnum retineret.

e. Erat Ochoziæ germana soror Iosabetha nomine, pontificis Ioado nupta. Hæc regiā ingressa cum inter cæsorum cadauera lætrem nutricis opera annicularum puerū Ioasum deprehendisset, ablatum furtim domi in suo cubiculo abdidit, & solo matrito conscio sex annis in templo clamauit. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 9. cap. 7.

a. Athalia regnauit septem annis in Ierusalem. Anno autem septimo Ioiada ferrum suū quinque centurionibus reseruit, qui totum circūcunctes Iudam adducerent in Ierusalem Leuitas sacerdotes, & principes familiarum de cunctis vrbibus Iuda, cum quibus pactum iniit de constituendo Ioas in Regē, & de occidenda Athalia. Quos cum in tres partes ordinasset, suum intentum demandarunt executioni. Dionysius ibid. & 4 Reg. 11.

1. Sumens animum.

de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarum Israel, venerúntque in Ieruſalem.
b Iniit ergo omnis multitudo pactum in domo dei cum Rege. Dixítque ad eos Ioia-
da: Ecce filius regis regnabit ſicut locutus eſt dominus, ſuper filios Dauid. Iſte eſt ſer-
mo quem facietis: Tertia pars veſtrum [2] qui veniunt ad ſabbatum ſacerdotum, & Le-
uitarum, & ianitorum, erit in portis, ]tertia verò pars ad domum regis, & tertia ad por-
tam ſ— quæ appellatur] fundamenti. Omne verò reliquum vulgus ſit in atriis domus
domini, nec quiſpiam alius ingrediatur dómum domini, niſi ſacerdotes & qui mini-
ſtrant de Leuitis. & Ipſi tantummodo ingrediantur: quia ſanctificati ſunt: & omne re-
liquum vulgus obſeruet cuſtodias domini. Leuitæ autem circundent Regem * ha-
bentes ſinguli arma ſua: * & ſi quis alius ingreſſus fuerit templum, interficiatur: ſint-
que cum Rege, & intrante & egrdiente. Fecerunt ergo Leuitæ & vniuerſus Iuda iux-
ta omnia quæ præceperat Ioiada [c] Pontifex. Et aſſumpſerunt ſinguli viros qui ſub ſe
erant, & veniebant [3] per ordinem ſabbati] cum iis qui impleuerant ſabbatum & egreſ
ſuri erant. Siquidem Ioiada pontifex non dimiſerat abire turmas: ſ— quæ ſibi per ſin-
gulas hebdomadas ſubcedere conſueuerant.] Dedítque Ioiada ſacerdos Centurioni-
bus lanceas, clypeòſque, & peltas, regis Dauid, quas conſecrauerat in domo domini.
Conſtituítque omnem populum tenentium pugiones à parte templi dextra, vſque
ad partem templi ſiniſtram, coram altari, & templo per circuitum Regis. Et eduxe-
runt filium Regis, & impoſuerunt ei diadema & [d] teſtimonium, * ſ— dederúntque in
manu eius tenendam legem,] & conſtituerunt eum Regem, & Vnxítque illum Ioiada
pontifex, & [e] filij eius: ] imprecati quoque ſunt ei] atque dixerunt: Viuat Rex. Quod
cum audiſſet Athalia, vocem ſcilicet currentium atque laudantium Regem, ingreſſa
eſt ad populum in templum domini. [f] Cúmque vidiſſet Regem ſtantem ſuper gradũ
in introitu, & Principes, [4] turmáſque] circa eum, omnémque populum terræ gauden-
tem atque clangentem tubis, & [5] diuerſi generis organis concinentem, vocémque
laudantium, ]ſcidit veſtimẽta ſua, & ait. [6] Inſidie inſidiæ. ]Egreſſus autem Ioiada Pon
tifex ad centuriones & principes exercitus, dixit eis: Educite illam extra ſepta templi:
& [7] interficiatur foris gladio. ] Præcepítque ſacerdos, ne occideretur in domo domi-
ni. Et impoſuerunt ceruicibus eius manus. Cúmque intraſſet portam equoram do-
mus Regis, interfecerunt eam ibi. & [g] Pepigit autem Ioiada fœdus inter ſe vniuerſum-
que poplum & Regem, vt eſſet populus domini. Itaque egreſſus eſt omnis populus
domum Baal, & deſtruxerunt eam: & altaria & ſimulachra illius confregerunt: Ma-
than quoque ſacerdotem Baal interfecerunt ante aras. Conſtituit autem Ioiada præ-
poſitos in domo domini, & ſub manibus ſacerdotum, & Leuitarum, [h] quos diſtribuit
Dauid in domo domini, vt offerrent holocauſta domino, ſicut ſcriptum eſt in lege
Moyſi in gaudio & canticis iuxta [8] diſpoſitionem] Dauid. Conſtituit quoque ianito-
res in portis domus domini, vt non ingrederetur eam immundus in omni re. Aſſum-
pſitque Centuriones, & fortiſsimos viros, ac principes populi, & omne vulgus terræ:
& fecerunt deſcendere Regem de domo domini, & introire per medium portæ ſupe-
rioris in domum regis, & collocauerũt eum in ſolio Regali. Lætatúſque eſt omnis po-
pulus terræ: & vrbs quieuit. Porró Athalia interfecta eſt gladio.

*Ioas viuente Ioiada, bonus, mortuo autem, malus, Zachariam Ioiadæ filium occidit, à ſeruis verò ſuis tandem occiſus.* XXIIII.

† [a] Eptem annorum erat Ioas cum regnare cœpiſſet, & quadraginta annis a
regnauit in Ieruſalem. Nomen matris eius Sebia de Berſabee. Fecítque
quod bonum eſt coram domino, cunctis diebus Ioiadæ ſacerdotis. Acce-
pit autem ei Ioiada vxores duas, è quibus genuit filios & filias. Poſt quæ
placuit Ioas vt inſtauraret domum domini: congregauitque ſacerdotes & Leuitas, &
dixit eis: Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerſo Iſrael pecuniam, [1] ad
ſartatecta templi] dei veſtri per ſingulos annos, feſtinatòque hoc facite. Porrò Leuitæ
egêre negligentius. Vocauítque Rex Ioiadam principem, & dixit ei. & Quare tibi non b
fuit

{b. Athala quæ fem{Dauid eo nabatur extinguere, & regiam ſtirpem delere, ſignificat impie tatem ſynagogæ, quæ per ne quitiam mentis, ſemini Chriſti ſi{mitur inexecrabili odio ſæuiens, quæ aliquando regna re videbatur, cùm legis cæremoniis tẽporalis obſeruabat. Glos ordina.]

a. Vnient Sabbato ad ſacerdo tes Leuitæ, & ianitores veſtibiorum.

[ Per circuitum.

* In manibus ſuis.

c. Duæ partes, hoc eſt, tam Leuitæ, ſacerdotes, cantores, ac ianitores, qui expleto officio ſuę hebdomadæ exeũt ſabbato tẽplum, quã illi qui egrediuntur domos ſuas, vt ingrediantur tẽplum, diluculo ſabbati ad miniſtrandum per ſuam hebdomadam vigilabant in templo intrent. Diony. vbi ſupra.

3. Sabbato.

d. Hoc eſt phylacteria, in quibus decem verba legis erant. Hierony.

* Legis.

e. Inter quos erat Zacharias, quem tamen poſtea idem Ioas interfecit.

[f. Dicunt aliqui quod iſte gradus erat baſis ænea ſuper quã orauit Salomõ, vt habetur ſupſexto: & vocatur gradus, quia ad eam aſcendebatur per aliquot gradus, quia habebat tres cubitos in altitudine. Secundũ alios verò erat quædam ſedes notabilis in porticu templi, vbi rex ſedebat quando veniebat ad domum domini. De Lyra ibidem.]

4 Tubáſque.

5. Cõcinebant inſtrumẽtis muſicis, atque docebant laudare.

6. Coniuratio, coniuratio.

7. Qui ſequutus fuerit eam, interficiatur gladio,

g Seipſum in loco dei, & legis collocans populum & regum, vt obedirent deo & legi eius: populum inquam vt fideliter erga regem ageret & Regi obediret, & Regem vt populum cũ iuſtitia regeret, & deo ſeruiret. Hierony.

h. Magnavtique erat ſalutariſque prudentiæ, vt poſt tyrannidem impiæque necem Reginæ, ſuccedens in regnum filio regis legitimo, cũ ipſo regni habitu ſimul diſciplina legis dei ſeruãda committeretur. & qui ſe prælatum populo tegẽdo videret, ipſe ſe regẽdum diuinis legibus ſubdi debere meminiſſet. Angel. ſuper 4. Reg. 11.

8. Ordinationem.

a. Nec erat ætas illa ſufficiẽs ad regnandum, cùm ſcriptum ſit: Væ terræ cuius Rex puer eſt. Sed neceſſitate vrgente ſapientiſſimus põtifex Ioiada vnxit puerum in Regẽ, vt finis imponeretur peſſimo regimini deteſtandę Athaliæ. Et quoniam Ioiada erat ſufficiẽtiſſimus defectus illius ueri ſupplere, & eum in cunctis dirigere. Dionyſius ibidem.

1. Ad inſtaurandum domum.

fuit curæ vt cogeres Leuitas inferre de Iuda & de Ieruſalem pecuniam quæ cõſtituta eſt à Moyſe ſeruo domini:vt inferret eam omnis multitudo Iſrael in tabernaculũ teſtimonij? Athalia enim impiiſſima & [b] filij eius deſtruxerũt domũ dei, & de vniuerſis quæ ſanctificata fuerant in templo domini,ornauerunt phanum Baalim.Præcepit ergo Rex,& fecerunt arcam, poſuerúntque eam iuxta portã domini forinſecus. Et prædicatũ eſt in Iuda & Ieruſalem:vt deferrent ſinguli pretiũ domino [c†] quod conſtituit Moyſes ſeruus dei ſuper omnẽ Iſrael in deſerto.Lætatique ſunt cuncti Principes, c & omnis populus:& ingreſſi contulerũt in arcam domini atque miſerunt, ita vt impleretur. [d] Cúmque tempus eſſet vt deferrent arcã [1] coram Rege ] per manus Leuitarum,(videbant enim multam pecuniã,) ingrediebatur ſcriba Regis, & quem primus ſacerdos conſtituerat,effundebántque pecuniã quæ erat in arca. Porrò arcam reportabant ad locũ ſuum:ſicque faciebant per ſingulos dies.Et congregata eſt infinita pecunia,quã dederunt Rex & Ioiada iis qui præerant operibus domus domini.At illi cõducebant ex ea cæſores lapidum,& artifices operum ſingulorum, vt inſtaurarent D domum domini,fabros quoque ferri & æris,vt quod cadere cœperat, fulciretur. [e] Egerúntque [2] ij qui operabantur induſtriè:]& obducebatur parietum cicatrix per manus eorũ,ac ſuſcitauerunt domũ domini in ſtatũ priſtinum,& firmiter eam ſtare fecerũt. Cúmque compleſſent omnia opera,detuleruntcoram Rege & Ioiada reliquã partẽ pecuniæ:de qua facta ſunt vaſa tẽpli in miniſterium ad holocauſta,phialæ quoque& [3] cætera ] vaſa aurea,& argentea. Et offerebantur holocauſta in domo domini iugiter cunctis diebus Ioiadæ.Senuit autem Ioiada,plenus dierum [4] & mortuus eſt cum ] centumtriginta eſſet annorum:ſepelierúntque eum in ciuitate Dauid cum Regibus, eò E quòd feciſſet bonum [f] cum Iſrael & * cum domo eius. [g] Poſtquam autem obiit Ioiada, ingreſſi ſunt Principes Iuda, & adorauerunt Regem. Qui ] delinitus obſequiis eorum ] acquieuit eis.Et dereliquerunt templum domini dei patrum ſuorũ, ſeruierúntque lucis & ſculptilibus, & facta eſt ira dei contra Iudam & Ieruſalem propter hoc peccatum.Mittebátque eis Prophetas,vt reuerterentur ad dominum, quos proteſtãtes illi audire nolebant.Spiritus itaque dei induit Zachariam filium Ioiadæ [6] ſacerdotem:]& ſtetit in conſpectu populi,& dixit eis:Hæc dicit dominus deus: Quare tranſgredimini præceptum domini, quod vobis non proderit, & dereliquiſtis dominum vt derelinqueret vos? [g7] † Qui congregati ] aduerſus eum miſerunt lapides iuxta Regis imperium,in atrio domus domini. Et non eſt recordatus Ioas Rex miſericordiæ quam fecerat Ioiada pater illius ſecum,ſed interfecit [8] filium eius. † Qui cum moreretur,ait,Videat dominus,& requirat. Cúmque euolutus eſſet annus, aſcendit contra eum exercitus Syriæ,venítque in Iudam & Ieruſalem,& interfecit cunctos Principes populi,atque vniuerſam prædam miſerunt Regi in Damaſcum.Et certè cum permodicus veniſſet numerus Syrorum,tradidit dominus manibus eorum * infinitam mul- G titudinem:eò quòd dereliquiſſent dominum deum patrum ſuorum. [9] In Ioas quoque ] ignominioſa exercuere iudicia:& abeuntes dimiſerunt eum in lãguoribus magnis. Surrexerunt autem contra eum ſerui ſui: [9] in vltionẽ ſanguinis Zachariæ filij ] Ioiadæ ſacerdotis,& occiderunt eum in lectulo ſuo & mortuus eſt: ſepelierúntque illum in ciuitate Dauid,ſed non in ſepulchris Regũ. [10] [h] Inſidiati verò ſunt ei, Zabad filius Samaath Ammonitidis,& Iozabad filius Semarith Moabitidis. Porrò filij eius ac ſumma pecuniæ quæ adunata fuerat ſub eo,& inſtauratio domus dei,ſcripta ſunt diligẽtius in libro Regum.Regnauit autem Amaſias filius eius pro eo.

*Amaſias poſt fælicem pugnam in Idumæos adorauit deos illorum,illicque in Lachis occiſo ſuccedit Ozias filius eius.* XXV.

A [1] † Igintiquinque annorũ erat [2] Amaſias cũ regnare cepiſſet,& viginti nouem annis regnauit in Ieruſalem: Nomen matris eius Ioaden de Ieruſalem. Fecítque [1] bonum ] in conſpectu domini, [b] veruntamen non in corde perfecto. Cúmque roboratum ſibi videret imperium, iugulauit ſeruos * qui

A

[b. Filij Athaliæ non poſſunt hic intelligi fratres Ochoſiæ filij ſui,quia omnes fuerũt interfecti,nec filij Ochoſiæ,quia illos interfecit Athalia vt 22. ca. in fine. Et ideo filij eius hic dicũtur ſacerdotes idolorũ,nõ natura,ſed imitatione filij dicti. De Lyra.]

c. Hoc enim lege à Moyſe ſancitũ eſt,quod per ſingulos annos dare conſueuerant, id eſt, ſinguli dimidios ſiclos: quòd à diebus Regni Athaliæ nõ dederant Hiero. ibid.

d. Cúmque appareret plurima pecunia in gazophylacio,ſcriba regis & pontifex effundebant eam & dabãt his qui præerant cementariis domus domini. Et non fiebat cum eis ratio,ſed in fide tractabant. Nec fiebat ex pecunia illa vas aliquod in domo domini,niſi de eo quod erat reſiduum ſartiſtãis. Comeſtor.

1. Ad eos qui erant in officio Regis.

[e. Hoc faciunt Apoſtoli quãdo per ſubiectos ſibi diſcipulos verbi diuini ſemina per mũdum ſpargunt, vt operatios voluntati dei idoneos auditoribus præficerent: quorum alij fabricant ligna, cum ſe & ſibi obedientes ligna fructifera in domo Domini præparant. Alij ſartatecta faciebant quãdo illa quæ per hæreſim vel ſchiſmata ruinã fuerant, reædificabant. Gloſ. ordin.]

3. Illi artifices opus.

4. Cochlearia.

5. Obiit,fuit enim in morte ſua.

f. Cum Iſrael inquam, quem ab idololatria reuocauit: cum deo quia idola ſubuertit: et cum domo eius,quia minas & ſciſſuras reſtaurauit. Hiero.

* Cum deo,&c.

6. Sacerdotis.

7. Et conſpiratuerunt.

g. Scilicet Zachariam filiũ Ioiadæ,qui & Barachias de quo Matt. 23. d. Ex illo tẽpore vt Epiphanius ait, non accepit populus Iudæorum reſponſum diuinum manifeſte,nec ex Dabir,nec ex Ephod vt ante. Porrò Dabir ſecũdum Ioſephum fuit gemma quadra domũ digitorum magnitudinẽ habẽs, in medio rationali inter alias ſita: cuius radius mutatiõque coloris ſignũ erat diuinæ propitiationis & ſubuentionis ſeu exauditionis. Dionyſ. ibid.

8. Exercitum validiſſimum.

9. Propter ſanguines filiorum.

10. h. Iſti vero ſunt qui conſpiratuerunt in eum: (Quia filij alienigenarum viri fuit ſanguinem Zachariæ, & non Iudæi.

2. Hebræi dicunt huius Amaſiæ fratrem fuiſſe Amos patrẽ Iſaiæ prophetæ qui non fuit è ſacerdotibus, ſed è Regia tribu natus. Ideo quinto capite prophetiæ ſuæ Meſſiam & Regem vocat paruulum natum.

1. Quod rectum eſt.

b. Amaſias paulo melior extitit quàm Ioas pater eius. nam Amaſias filius eius imprimis placuit deo ſicut Ioas, ſed poſtea malignatus eſt ſicut Ioas ſecundũ hoc fuit melior quàm Ioas pater ſuus: quia Ioas corripientem ſe prophetam lapidibus interfecit: & hoc ob filium Ioiadæ ſacerdotis regiſtoris ſui. Amaſias autem cũ miſiſſet ad eum deus Balaam prophetam dicentem: Quare quæſiſti deos, qui non liberauerunt populum ſuum de manu tua? non interfecit,ſed cum minatus reſpondit ei: Nũquid conſiliarium te, vt dedi tibi? Cæſe tibi ne flagelleris. Chriſ. in cap. Matt. hom. 1.

* Suos.

[c Quæ licet dignus esset mor te, regio tamen authoritatem non habebant illum occidendi, hæc autem litera exposita est. 4. Reg. cap 14. sed breuiter, hic vero satis diffuse repetit. Dionys. Carth. ibidem.]
2. In lege, & libro.
3. Pro.
*Patrum.
4. Trecenta milia electorum.

occiderant Regem patrem suum: sed filios eorū non interfecit, sicut scriptum est [2] in libro legis ]Moysi, vbi præcepit dominus, dicens: † Non occidentur patres pro filiis, neque filij pro patribus suis, † sed vnusquisque [3] in ]suo peccato morietur. Congregauit igitur Amasias Iudam, & constituit eos per familias. § * Tribunósque & centuriones in vniuerso Iuda & Beniamin, & recēsuit à viginti annis sursum, inuenítque [4] triginta milia iuuenū ]qui egrederentur ad pugnā, & tenerent hastam & clypeū. Mercede quoque conduxit de Israel centū milia robustorum cētum talentis argenti. Venit autē homo dei ad illū, & ait: [d] O Rex ne egrediatur tecū exercitus Israel. Non est enim dominus cum Israel, & cūctis filiis Ephráim. [f] Quòd si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet deus ab hostibus. Dei quippe est, & adiuuare & [6] in fugam conuertere. ] § Dixítque Amasias ad hominem dei: Quid ergo fiet de centum talentis quæ dedi militibus Israel? Et respondit ei homo dei: Habet dominus vnde tibi dare possit multo iis plura. Separauit itaque Amasias exercitum qui venerat ad eum ex Ephráim, vt reuerteretur in locum suum. At illi contra Iudā vehementer irati, reuersi sunt in regionem suam. * Porrò Amasias [7] confidenter eduxit populū suum, & abiit in [e] vallem salinarum, percussítque filios Seir decem milia. Et alia decem milia [8] virorum ]ceperunt filij Iuda, & adduxerunt ad præruptum cuiusdam petræ, præcipitauerúntque eos de summo in præceps: qui vniuersi crepuerūt. § At ille exercitus quē remiserat Amasias ne secū iret ad prælium, diffusus est in ciuitate Iuda, à Samaria vsque ad Bethorō: & interfectis tribus milibus diripuit prædam magnā. Amasias quoque post cædem Idumæorū & allatos deos filiorum Seir, statuit illos in deos sibi: & [f] adorabat eos, & illis adolebat incensum. Quamobrem iratus dominus contra Amasiam, misit ad illum Prophetam qui diceret ei: Cur [9] adorasti deos, * qui non liberauerunt populum suum de manu tua? Cúmque hæc ille loqueretur, respondit ei: Num consiliarius Regis es? Quiesce, ne interficiam te. § Discedénsque Propheta, scio inquit, quòd cogitauerit dominus occidere te, qui & fecisti hoc ⸗malum, & insuper non acquieuisti consilio meo. † § Igitur Amasias Rex Iuda inito ⸗pessimo consilio, misit ad Ioas filiū Ioachaz filij Iehu Regē Israel, dicēs: Veni videamus nos mutuo. At ille remisit nuntios, dicens. Carduus qui est in Libano, misit ad Cedrum Libani, dicens: Da filiam tuā filio meo vxorem. Et ecce bestiæ quæ erant in sylua Libani, transierunt & conculcauerunt Carduum. Dixisti percussi Ædom, & idcirco [10] erigitur cor tuum in superbiā: ] Sede in domo tua. § Cur malū aduersum te prouocas, vt cadas & tu & Iudas tecū? Noluit audire Amasias, eò quòd domini esset voluntas, vt traderetur in manus hostium propter deos Ædom. Ascendit igitur Ioas Rex Israel, & [11] mutuos sibi præbuere conspectus. Amasias autē Rex Iuda erat in Bethsámes Iudæ. ]Corruítq; Iudas corā Israel, & fugit in tabernacula sua. [h] Porrò Amasiā Regem Iuda filiū Ioas filij [12] Ochoziæ ]cepit Ioas Rex Israel in Bethsámes, & adduxit in Ierusalē: destruxítque murū eius à porta Ephráim vsque ad portā anguli quadringentis cubitis. § Omne quoque aurū & argentum, & vniuersa vasa quæ repererat in domo dei, & apud Obed Ædom, in thesauris etiā domus regiæ, necnon & filios obsidū, reduxit in Samariā. Vixit autē Amasias filius Ioas Rex Iuda postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz Rex Israel, quindecim annis. Reliqua autem sermonū Amasiæ priorum & nouissimorū, scripta sunt in libro Regum Iuda & Israel. Qui [i] postquam recessit à domino, tetenderunt ei insidias in Ierusalem. Cúmque fugisset Lachis, miserunt, & interfecerunt eum ibi, reportantésque super equos sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate Dauid.

[d. Quia idolis seruiebant, & propter eorū peccata deus subtraxisset auxiliū suū Amasiæ: eo quòd idololatriæ esset confisus. Ideo princeps Christian⁹ non debet in adiutoriū suum prouocare homines sceleratos. Idem. ibidem.]
5. Sed si fueris incredulus, veni & apprehende præliū, & præcipitabit te deus corā hoste.
6. Prosternere.

*In ira indignationis.
7. Confortatus duxit.
e. In hac valle Ioab etiam duodecim Idumæorum percussisse legitur. Nec prætercundum quòd pro valle salinarum vetus aditio quasi nomen regionis Gemela posuit. Angelomus 4. Reg. 14.
8. Viuorum.
f. Amasias deos quos tulerat de Amalech postea adorauit quia audiuit eos dantes respōsa, ideo periisse Amalech, quia negligentes fuerant in cultu eorum. Pro quo tali pœna percussus est. Comestor. in 4. Reg. 19
9. Quæsiuisti.
*Populi.

g. Nec multo post Amasiæ felicitatem suam, cuius tamē authorem deum nō agnoscebat, non capiens, sed tumore inflatus, scripsit ipse Regi Israelitarum, vt ipsius imperata faciat cum suo populo, sicut antea idem populus maioribus eius Dauid, & Salomoni, paruit. Quod si velit vitro facere officiū, bello esse decernendum de Imperij viribus. Ioseph lib. 9. ca. 10.
10. Elatat te cor tuum vt glorieris.

11. Mutuo se viderunt ipse & Amasias Rex Iuda in Bethsames, quæ est in Iuda.

h. Semper quidem timere peccantes oportet, maximè vero cum graue patimur nihil. Cū enim particulares pœnas deus exigit, leuē nobis facit ex his retributionem. Cum autem in singulis peccatorum longanimiter agit, ad magnam nos in talibus permanentes vltionem seruat. Nam si bene viuētibus necessarium est tribulari, multo magis peccantibus. Chrys. ad populum Antioche Homi. 46.
12. Ioachas qui est idem qui & Azarias.
i Ex eo videlicet tēpore quo prophetam neglexit audire. Hieron.

## *Ozias multa potitus victoria insolescit, qui cùm adolere præsumeret lepra percussus interiit.* XXVI.

† Omnis autem populus Iuda filium eius [a] Oziam, annorum sedecim constituit Regem pro Amasia patre suo. Ipse ædificauit Ahilat, & restituit eam ditioni Iudæ, postquam dormiuit Rex cum patribus suis. [b] Sedecim annorum erat Ozias cum regnare cœpisset, & quinquaginta duobus annis regnauit

a. Qui & Azarias in libris Regum dicitur, & ité zacharias, erinominis nimirum legitur.
b. Quintum annum agebat, in morte patris interim tamē vsque ad 16. annumeius, administratum est Regnum eius per Senatum quem vocabant zauedri: ideo 52. anno regni sui 16. annorum fuit, & regnū solus administrare cœpit Euchetius.

regnauit in Ieruſalem: Nomen matris eius Iecelia de Ieruſalem. [c] Fecítque quod erat rectum in oculis domini, iuxta omnia quæ fecerat Amaſias pater eius, & exquiſiuit dominum in diebus [d] Zachariæ [1] intelligentis & videntis deum. Cúmque requireret dominum, direxit eum in omnibus. Denique egreſſus eſt & pugnauit contra Philiſtiim, & deſtruxit murum Geth, & murũ Iabnæ, murúmque Azoti. Aedificauit quoque oppida in Azoto & Philiſtiim. Et adiuuit eum deus contra Philiſtiim, & contra Arabas qui habitabant in [e] Gurbaal, & [2] contra Ammonitas. [g] Appendebántque
n Ammonitæ munera Oziæ: & diuulgatum eſt nomen eius vſque ad introitum Ægypti [3] propter crebras victorias. Ædificauit quoque Ozias turres in Ieruſalem ſuper portam anguli, & ſuper portam vallis, & [4] reliquas in eodem muri latere: firmauítque eas. Extruxítque turres in ſolitudine, & effodit ciſternas plurimas eo quòd haberet multa pecora, tam [5] in campeſtribus quàm in eremi vaſtitate. Vineas quoque habuit & vinitores in montibus, & in Carmelo. Erat quippe homo agriculturæ deditus. [f] Fuit autem exercitus bellatorum eius qui procedebant ad prælia * ſub manu Iehiel ſcribæ, Maaſiæque [6] doctoris, & ſub manu Ananiæ qui erat de ducibus Regis. Omníſque numerus Principum per familias virorum fortium, duorum milium ſexcentorum: & ſub eis vniuerſus exercitus trecentorum, & ſeptem milium, quingen
c torum, qui erant apti ad bella, & pro rege contra aduerſarios dimicabant. [g] Præparauit quoque eis Ozias, id eſt, cuncto exercitui clypeos, & haſtas, & galeas, & loricas, arcúſque, & fundas ad iaciendos lapides, & fecit in Ieruſalem diuerſi generis machinas, [8] quas in turribus collocauit, & in angulis murorum, vt mitterent ſagittas & ſaxa grandia. Egreſſúmque eſt nomen eius procul, eò quòd [7] auxiliaretur ei dominus, & corroboraſſet illum. Sed cum roboratus eſſet, eleuatũ eſt cor eius in interitum ſuum, & [8] neglexit dominum deum ſuum, ingreſſúſque templum domini, adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis. Statímque ingreſſus poſt eum [h] Azarias ſacerdos, & cum eo ſacerdotes domini octoginta, viri fortiſſimi, reſtiterunt Regi, atque dixerunt. [i] Non eſt tui officij Ozia, vt adoleas incenſum domino: ſed ſacerdotum, hoc eſt, filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad huiuſcemodi miniſterium. [†] Egredere de ſanctuario, [9] ne contempſeris, quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à domino deo.
D [k] Iratúſque Ozias, & tenens in manu thuribulum vt adoleret incenſum, minabatur ſacerdotibus. Statímque orta eſt lepra in fronte eius coram ſacerdotibus in domo domini, ſuper altare thymiamatis. Cúmque reſpexiſſet eum Azarias pontifex, & omnes reliqui ſacerdotes, viderunt lepram in fronte eius, & feſtinato expulerunt eum. [10] Sed & ipſe perterritus accelerauit egredi, eò quòd ſenſiſſet ilico plagã domini. [†] Fuit igitur Ozias Rex leproſus vſque ad diem mortis ſuæ, & habitauit in domo ſeparata plenus lepra, ob quam eiectus fuerat de domo domini. Porrò Ioathan filius eius rexit domum regis: & iudicauit populum terræ. Reliqua autem ſermonum Oziæ [m] priorum & nouiſſimorum ſcripſit Iſaias filius Amos propheta. Dormiuítque Ozias cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum [n] in agro regalium ſepulchrorum, eò quòd eſſet leproſus: regnauítque Ioathan filius eius pro eo.

c. Quandiu enim rectè exit diuina ope adiuuatur, plurima bella fœliciter commiſit, & de hoſtibus triumphauit. Glo. ordi.
d. Hic Zachariæ filius fuit Zachariæ, filij Ioiadæ, qui poſt mortem patrimatris poſthum, nomen ſortitus eſt. Hiero.
1. Qui curabat timere.
e. Ipſa eſt Gerara in qua Abraham peregrinatus eſt.
2. Hammehunim.
3. Quòd viriliter ageret ſupra modum.
4. In reflexu muri.
5. In vallibus & planitiæ: agricolas & vinitores.
f. Quandiu ille regnum tenuit in Iudæa, prophetæ oculos non leuauit in cœlum: non ſunt ei reſerata cœleſtia, non apparuit dominus Sabaoth, nec in myſterio fideliter nomen dei ſancti auditum eſt. Angelom. 4. Reg. 15.
* Iuxta numerum præfecturæ ſuæ.
6. Ducis.
g. Ibi enim efficaciores ſunt defenſiones eo quod ex angulis poſſunt defendi duæ partes muri hinc & inde. De Lyra ]
7. Tam excellenter eſſet in auxilio vt fortiſſimus fieret.
8 Præuaricatus eſt in.
h. Pater zatiæ patris Eſdræ.
i. Siquidem ſacerdotium principatus eſt ipſo etiã regno venerabilius ac maius.
9. Quia præuaricatus es, & non eſt tibi pro gloria.
k. Tantum malum eſt arrogãtia, quæ perſuadet vt quiſquis ſemetipſum ignoret Chryſ. de vetbis Iſa. hom. 3.
10. Impulſúſque eſt ad egrediendum.
l. Si leproſus ſic ciuiliter mortuus fuit: de qua morte illud in Iſaia exponitur: in anno quo mortuus eſt Rex Oziæ. Dionif. ibidem.
m. Ante arrogantiam & poſt arrogantiam.
n. Non in eodem loco proprium cum Regibus, ſed cum eis in eodem loco communi, hoc eſt, in agro in quo erãt ſepulchra regalia. Idem.

*Ioathan Oziæ patri ſuccedens Regem Ammon deuicit, & huic morienti ſuccedit Achaz.* XXVII.

A [†] Iginti quinque annorum erat [a] Ioathan cum regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem: Nomen matris eius Ieruſa, filia Sadoch. Fecítque quod rectum erat coram domino iuxta omnia quæ [b] fecerat Ozias pater ſuus: excepto quòd non eſt ingreſſus * templum do-
B mini: [c] & adhuc populus [1] delinquebat. ] Ipſe ædificauit portam domus domini excelſam, & in muro [2] Ophel ] multa conſtruxit. Vrbes quoque ædificauit in montibus Iuda: & in ſaltibus [3] caſtella ] & turres. Ipſe pugnauit contra Regem filiorum Ammon,
C & [4] vicit eos. ] [d] Dederúntque ei filij Ammon in tempore illo centum talenta argenti, & decem milia choros tritici, ac totidem coros hordei. Hæc ei præbuerunt filij

a Huic regi nulla virtus de fuit erga deum pia, iuſto erga homines & reipublicæ ſtudioſo. Quicquid enim inſtauratione opus habebat, diligenter faciendum curauit. Ioſeph. Antiq. lib. 9. cap. 11.
b. Vidit enim patris ſui terribilem ac ſubitaneam plagã ex qua maiori timore affectus eſt. Dionif. Carthuſia ibid. ]
* Temerarie in.
1. Perperam agebat.
2. Vbi erat propugnaculum.
3 Arces.
4. Fortior illis fuit.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ammon,in anno secundo & tertio. [c] Corroboratúsque est Ioathan eò quòd direxisset vias suas coram domino deo suo. [d] Reliqua autem sermonum Ioathan, & omnes pugnæ eius,& [e]opera]scripta sunt in libro Regum Israel & Iuda. Vigintiquinque annorum erat cum regnare cœpisset,& sedecim annis regnauit in Ierusalem.Dormiúitque Ioathan cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid: & regnauit Achaz filius eius pro eo.

c.In diebus illis cœpit dominus mittere in Iudam Razim Regem Syriæ & Phacee filium Romeliæ, ad castigauda quædam peccata populi Iudæ qui à tempore Salomonis & deinceps non cessauit adolere & immolare in excelsis: quod templo constructo non licuit,quàtùs fieret ad dei honorem.Dionis super 4.Reg.15.
5.Conuersatio eius,ecce hæc.

*Pro sceleribus Achaz spoliata est domus domini in Ierusalem ab Assyriis,& cùm diis alienis sacrificasset,interiit miserrimus.* XXVIII.

[a. Regnum ad Achazen Iothami filium hæreditario iure peruenit,qui erga deũ impiissimus omnium, & patriarũ legũ desertor ad imitationẽ Israeliticorũ regũ se contulit, aras Ierosolymis erigens, & in eis idolis sacrificans, quibus proprium etiam filiũ holocaustoma obtulit ritu Chananæorũ, & his similia multa perpetrauit.Iosep.Antiq.Iudaic.lib.9. cap.12.]
a.Fecit.
b Combussit suos filios in idolo Moloch iuxta agrũ Acheldemach.
2.Quapropter tradidit.
c.Achaz bis ot fessus fuit à Rasin Rege Syriæ,& Phacee filio Romeliæ. In prima autem obsidione Ierusalem Achaz congressus est & victus, ac filius eius Zacharias occisus est, multæque milia secum.Sed & Rex Israel secũ duxit captiua multa milia mulierum & puerorũ ac puellarum.In secunda vero obsidione Achaz valde expauit,sed per Isaiam confortatus noluit credere Prophetæ, nec signum petere, sed ad Regem confugit Assyriorum,qui in eius auxilium veniens cepit Damascum & Rasin eius Regem occidit.Comestor.
3.Post regem
4.Spolia plurima diripuerunt ab eis.
5.In ira,quę peruenit vsque ad cœlum.
6.Et nonne vobis culpæ sunt apud deum?

d.Vnde increpati ab Obed propheta,& ad consilium Azariæ, qui magnus erat in Israel,mutauerũt propositum & magna captiuis exhibuerunt hospitalitatem:sed & eos liberos remiserunt,Dionisius.
7.Quia vos inducitis super nos culpam erga deum.

[e His auditis milites permiserunt illos quicquid vellent arbitratu suo agere.Tum prædicti viri assumptos captiuos exemerunt vinculis, & curatis eorum corporibus adiutos viatico remiserunt domum incolumes. Nihilominus quatuor hi deduxerunt eos vsque Ierichunten,& viterius. Cùmque non longe abessent à Ierosolymis,repererunt Samariam.Iosephus Antiq.Iudaic.lib.9. cap. 12.]
8 Surrexerũntque.
9.Portassent eos.
10.Et duxissent eos in asinis.
*Rursum.
11.Abduxerunt captiuitatem.
12.Qui denudauit Iudã,& præuaricando præuaricatus est in dominũ. Venit insuper ad eũ.
13 Rex.
14.Magis quàm roborauit eũ.
f.Cùmque vidisset Achaz ab Damasci,misit ad Vriam sacerdotem in Ierusalem exemplar eius,vt extrueret ei consimile: quo facto eũ rediisse Achaz in Ierusalẽ altare æneum transtulit à facie templi ad aquilonem,& super altare nouum obtulit holocausta & pacifica de altari vero æneo fecit illud hotologium famosum vt quidam dicunt. Comestor.

[a] Iginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem. Non fecit rectũ in conspectu domini,sicut Dauid pater eius,sed ambulauit in viis Regum Israel:insuper&statuas[1]fudit]Baalim Ip se est qui adoleuit incensum in valle Ben Hennõ:& [b]lustrauit filios suos in igne,iuxta ritum gentium,quas interfecit dominus in aduentu filiorum Israel. Sacrificabat quoque, & thymiama succandebat in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. [2] [c] Tradiditque]eum dominus deus eius in manu Regis Syriæ: qui percussit eum, magnámque prædam cœpit de eius imperio: & adduxit in Damascum.Manibus quoque Regis Israel traditus est, & percussus plaga grandi. Occidítque Phacee filius Romeliæ de Iuda centum viginti milia in die vno,omnes viros bellatores,eò quòd relinquissent dominum deum patrum suorum.Eodem tempore occidit Zechri vir potens ex Ephráim Maasiam filium Regis, & Ezricam Ducem domus eius,Helchanam quoque secundum [3] à Rege.] [d] Cœperúntque filij Israel de fratribus suis ducenta milia mulierum puerorum & puellarum, & [4] infinitam prædam :]pertulerúntque eam in Samariam. Ea tempestate erat ibi propheta domini, nomine Obed: qui egressus obuiam exercitui venienti in Samariam, dixit eis: Ecce iratus dominus deus patrum vestrorum contra Iudam, tradidit eos manibus vestris, & occidistis eos [5] atrociter, ita vt ad cœlum pertingeret vestra crudelitas.]Insuper filios Iuda & Ierusalem vultis vobis subiicere in seruos & ancillas: [6] quod nequaquam facto opus est.]Peccastis enim super hoc, domino deo nostro. Sed audite consilium meum, & reducite captiuos quos adduxistis de fratribus vestris, quia magnus furor domini imminet vobis. [d] Steterunt itaque viri de Principibus filiorum Ephráim, Azarias filius Iohannan,Barachias filius Mosollamoth, Ezechias filius Sellum, & Amasias filius Hadali, contra eos qui veniebant de prælio: & dixerunt eis: non introducetis huc captiuos, [7] ne peccemus domino.] Quare vultis adiicere super peccata nostra,& vetera cumulare delicta? Grande quippe peccatum est, & ira furoris domini imminet super Israel. [e] [8] Dimiserúntque viri Israel bellatores prædam,& vniuersa quæ cœperãt coram principibus & omni multitudine: [8] steterúntque]viri quos supra memorauimus,& apprehendentes captiuos,omnésque qui nudi erant, vestierũt de spoliis.Cúmque vestissent eos, & calceassent, & refeciissent cibo ac [9] potu,vnxissentque]⟨propter laborem, & adhibuissent eis curam, quicunque ambulare non poterant, & erant imbecillo corpore,]⟩ [10] imposuerunt eos iumentis,] & adduxerunt Iericho ciuitatem palmatum ad fratres eorum, ipsíque reuersi sunt in Samariam. Tempore illo misit Rex Achaz ad regem Assyriorum, postulans auxilium. Venerúntque *Idumæi & percusserunt multos ex Iuda: & [11] ceperunt prædam magnam. Philistiim quoque diffusi sunt per vrbes campestres, & ad meridiem Iuda, ceperúntque Bethsames, & Aialon, & Gaderoth, Socho quoque & Thamnam, & Gamzo cum viculis suis,& habitauerunt in eis.Humiliauerat enim dominus Iudam propter Achaz Regem Iuda, [12] eò quòd nudasset eum auxilio,& contemptui habuisset dominum:adduxítque contra eum]Thelgatphalnasar [13] Regem] Assyriorum:qui & afflixit eum, [14] & nullo resistente vastauit.] [f] Igitur Achaz spoliata domo domini & domo Regum ac Principum, dedit regi Assyriorum munera: & tamen nihil ei profuit. [f] Insuper & in tempore angustiæ suæ auxit contemptum in dominum. Ipse⟩-per se] Rex

Rex Achaz, [g]immolauit diis Damasci, [15]victimas percussoribus suis, & dixit: dij Regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, & aderunt mihi: cum è contrario ipsi fuerint ruinæ ei & vniuerso Israel. Direptis itaque Achaz omnibus vasis domus dei atque confractis, clausit ianuas templi dei, & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalem: [15]in omnibus quoque vrbibus Iuda extruxit aras ad cremandū thus:] atque ad iracundiam prouocauit dominum deum patrum suorum. Reliqua autem sermonum eius, & omnium operum suorum priorum & nouissimorum, scripta sunt in libro Regum Iuda & Israel. [h]Dormiuitque Achaz cum patribus suis, & sepelierunt eum [i]in ciuitate Ierusalem: neque enim receperunt eum in sepulchra Regum Israel: Regnauitque Ezechias filius eius pro eo.

[g. Et hoc fuit quādo fuit obuiam Theglaphalasar in Damascum ad faciendum sibi reuerentiam, eo quòd occiderat Rasin aduersarium suum. vt habetur 4. Re 16. De Lyra. ib.]

15. Fecit excelsa ad adolendum diis alienis.

[h. Post has insanas impietates tandem moritur cum vixisset annos triginta sex, & ex his regnasset tredecim relicto herede Ezechia filio. Ios. Antiq. Iud. lib. 9. ca. 13.]

i. Non in sepulchro patrū suorū, quo erat in tignus, sed alio loco.

*Impio patri pius succedens filius Ezechias, abolitum dei cultum aperto dei templo, & restitutis sacerdotibus instaurauit.* XXIX.

A †Gitur [a] Ezechias regnare cœpit cum vigintiquínque esset annorum, & vigintinouem annis regnauit in Ierusalem: Nomen matris eius Abia filia [b]Zachariæ. Fecítque quod erat placitum in conspectu domini, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. In ipso anno & mense primo regni sui aperuit valuas domus domini, & instaurauit eas: adduxítque sacerdotes atque Leuitas, & congregauit eos in plateam orientalem: dixítque ad eos: Audite me Leuitæ, & sanctificamini, mundate domum domini dei patrum vestrorum, & auferte omnem [c]immunditiam de sanctuario. [d]Peccauerunt patres nostri, & fecerunt malum in conspectu domini dei nostri, derelinquentes eum, [c]auerterunt facies suas à tabernaculo domini dei nostri, & præbuerunt dorsum, clauserunt ostia quæ erant in porticu, & extinxerunt lucernas, incensúmque non adoleuerunt, & holocausta non obtulerunt B in sanctuario deo Israel. [e]Concitatus est itaque furor domini super Iudam & Ierusalem: tradidítque eos in commotionem, & [1]in interitum] & in sibilum, sicut ipsi cernitis oculis vestris. En, corruerunt patres nostri gladiis: filij nostri, & filiæ nostræ, & coniuges captiuæ ductæ sunt propter hoc scelus. Nunc ergo placet mihi, vt ineamus fœdus cum domino deo Israel, & auertet à nobis furorem iræ suæ. Filij mei nolite [2] negligere.] Vos elegit dominus, vt stetis coram eo, & ministretis illi, colatísque eum, & cremetis ei incensum. [f]Surrexerunt ergo Leuitæ, Maath filius Amasai, & Iohel filius Azariæ de filiis Caath. Porrò de filiis Merari, Cis filius Abdi, & Azarias filius Ialalehel. De filiis autem Gerson, Ioha filius Zemma, & Eden filius Ioah. At verò de filiis C Elizaphan, Samri, & Iahihel: [g]De filiis quoque Asaph, Zacharias & Mathanias: Nec non de filiis Heman, Iahihel, & Semei: Sed & de filiis Idithun: Semeias, & Ozihel. Congregauerúntque fratres suos, & sanctificati sunt, & ingressi sunt iuxta mandatum Regis & imperium domini, vt expiarent domum dei. [g] Sacerdotes quoque ingressi templum domini, vt [3] sanctificarent] illud, extulerunt omnem immunditiam, quam intro repererant in vestibulo domus domini, quam tulerunt Leuitæ & asportauerunt ad torrentem Cedron [4]foras.] [h] Cœperunt autem prima die mensis primi mundare, & die octaua eiusdem mensis ingressi sunt porticum domus templi domini, expiauerúntque templum diebus octo, & in die sextadecima mensis [4] eiusD dem,] quod cœperant, impleuerunt. [g] Ingressi quoque sunt ad Ezechiam Regem, & dixerunt ei: Sanctificauimus omnem domum domini, & altare holocausti, vasáque eius, necnon & mensam propositionis cum omnibus vasis suis, cunctámque templi supellectilem quam [5] polluerat] Rex Achaz in regno suo postquam præuaricatus est, & ecce [6] exposita sunt] omnia coram altari domini. Consurgénsque diluculo Ezechias Rex, adunauit omnes Principes ciuitatis, & ascendit in domum domini: obtulerúntque simul tauros septem, & arietes septem, agnos septem, & hircos septem, [*][1] pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda. Dixítque sacerdotibus filiis Aaron, vt offerrent super altari domini. Mactauerunt igitur tauros & suscepeE runt sanguinem sacerdotes, & fuderunt illum super altare. [g] Mactauerunt etiam

[a. Tempore quo Roma condita est, Rex erat in Iuda Ezechias, quem quidem constat optimum & pissimum Regem Romuli regnasse temporibus. In ea vero his temporibus Hebraici populi parte, quæ appellatur Israel, regnare cœperat Osee. Augustin. de ciui. dei. lib. 18. c. 22.]

b. Posthumi filij Zachariæ quē Ioas interfecit.

c. Idola quæ Achaz posuerat.

d. Quod plenè fatibitur in Ezech. ca. 8. f. Et ecce in ostio templi domini inter vestibulū & altare quasi viginti quinque viri, dorsa habentes cōtra templum domini & facies ad orientem & adorabant ad ortum solis. Hiero.

[e. Retrocedendo taxaliter à diuino cultu. Aliqui autem exponunt aliter, scilicet quòd adorabant versa facie ad ortum solis o posito modo quàm habebat adorario in templo, vt habebat versus occidentem. Sed prima expositio magis consonat literæ præcedenti & sequenti. De Lyra. ibid.]

1. In stuporem.

2. Socordes esse.

f. His regis moniti accensi sacerdotes templum aperiunt, & eiectis Iudæ inquinamentis, adornatisque sacris vasis, victimas patrio ritu in altare inferunt. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 9. ca. 14.

[g. Nam ipsum templum scilicet sancta & sancta sanctorum Leuitis non licuit introire, sacerdotes vero ingrabant in sancta, hoc est in exteriorem templi partem. Dionis. Carth. ibi]

3. Mundarent.

[. Inde patet quantæ fuerint sordes, in quibus expurgandis diu fuerunt occupati. Dionis. ibid.

4. Primi.

5. Dimisit.

6. Præparauimus & sanctificauimus.

*De capris in oblationem.

1. Hoc est, pro Rege & maioribus ac domesticis eius, pro templi ministris & pro communitate. In Leuitico habetur quid pro peccato sacerdotis, quid pro peccato multitudinis, & quid pro peccato principis, & quid demum pro peccato cuiuslibet de populo fuerat offerendum. Dionis. ibidē. Sed hic contrà morem factum est. In omnibus enim locis, vnus pro peccato hircus offerri solebat. Sed quia multa erant peccata, & peccatorum genera, ideirco septem hircos offerre debuerunt. Hiero. ibid.

arietes,& illorum ſanguinem ſuper altare fuderunt:[k]Immolauerúntque agnos,& fuderunt ſuper altare ſanguinem. Applicuerunt hircos pro peccato coram Rege,& vniuerſa multitudine:Impoſuerúntque manus ſuas ſuper eos,& immolauerunt illos ſacerdotes,& aſperſerunt ſanguinem eorum coram altari pro piaculo vniuerſi Iſraelis:pro omni quippe Iſrael præceperat Rex vt holocauſtum fieret pro peccato.[l] Conſtituit quoque Leuitas in domo domini cum cymbalis &[7] pſalteriis ] & citharis: ſecundum diſpoſitionẽ Dauid Regis & Gad videntis & Nathan Prophetæ: ſiquidem domini præceptum fuit,per manum prophetarum eius. Steterúntque Leuitæ tenentes organa Dauid & ſacerdotes tubas: & iuſſit Ezechias,vt offerrẽt holocauſta, ſuper altare.[8]Cúmque offerrentur holocauſta, cœperunt laudes canere domino, & clangere tubis,atque in diuerſis organis quæ Dauid Rex Iſrael præparauerat concrepare. [7]Omni autem turba adorante,cantores,& ij qui tenebant tubas erant in officio ſuo, donec compleretur holocauſtum.Cúmque finita eſſet oblatio,incuruatus eſt Rex,& omnes qui erant cum eo,& adorauerunt.Præcepítque Ezechias,& principes Leuitis, vt laudarent dominum ſermonibus Dauid & Aſaph videntis:qui laudauerunt deum magna lætitia,& incuruato[8]genu ]adorauerunt.Ezechias autem etiam hæc addidit: [9]Impleſtis manus veſtras domino, accedite, & offerte victimas, & laudes in domo domini.Obtulit ergo vniuerſa multitudo hoſtias, & laudes, & holocauſta,[10] mente deuota.]‡Porrò numerus holocauſtorum,quæ obtulit multitudo,hic fuit, tauros ſeptuaginta,arietes centum,agnos ducentos,* ſanctificauerúntque domino boues ſexcentos,& oues tria milia.Sacerdotes verò pauci erant,nec poterant ſufficere vt pelles holocauſtorum detraherent. Vnde & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, donec impleretur opus,& ſanctificarentur[11]antiſtites.] Leuitæ quippe[12] faciliori ritu ſanctificantur,]quàm ſacerdotes.Fuerunt ergo holocauſta plurima, adipes pacificorum & & libamina holocauſtorum: &[13] completus eſt cultus ] domus domini. Lætatúſque eſt Ezechias & omnis populus,[14]eo quòd miniſterium domini eſſet expletum: de repente quippe hoc fieri placuerat.]

k. Immolauerunt agnos,& ſuper altare ſanguinem fuderũt. Et quidam ſacerdotes ex parte omnium poſuerunt manus ſuper hircos immolandos prout in Leuitico habetur,quod offerens manum imponeret ſuper hoſtiam immolandam: vbi rationes horum inducũ ſunt literales ac ſpirituales. Dion. ibi.]

[l. Non enim in tali oblatione inuenitur præceptum in lege quòd fieret talis iubilatio: ſed Dauid hoc ordinauit, & prophetæ à Deo inſpirati. Ex quo patet quòd veris Dei prophetis ita credendum eſt ſicut & legi. De Lyra.ibid.]

7.Nablis.

8.Vetticem.

9.Nunc conſecraſtis.

10.Quicũque liberali erat cordis.

* Quæ erant pro holocauſto domini.

11.Sacerdotes.

12. Maiori cordis integritate ad ſanctificationem.

13.Completum eſt miniſterium.

14.Quòd deus idoneum feciſſet populum, & quòd tam repente impletum eſſet opus.

## *Ezechias per totum regnum mandat ſolenne paſcha celebrari atque ipſe celebrat.* XXX.

[2]Iſitque Ezechias ad omnem Iſrael & Iudam, ſcripſitque epiſtolas ad Ephráim & Manaſſen,vt venirent ad domum domini in Ieruſalem,& facerent Phaſe domino deo Iſrael. Inito ergo conſilio Regis & principum & vniuerſi cœtus Ieruſalem, decreuerunt vt facerent Phaſe menſe ſecundo. Non enim[1]occurrerant ]facere in tempore ſuo, quia ſacerdotes[2] qui poſſent ſufficere, ] ſanctificati non fuerant, & populus nondum congregatus fuerat in Ieruſalem. Placuítque ſermo Regi & omni multitudini, &[3] decreuerunt vt mitterent nuncios in ] vniuerſum Iſrael, de Barſabee vſque Dan, & venirent vt facerent Phaſe domino deo Iſrael in Ieruſalem.[4b]Multi enim non fecerant ſicut lege præſcriptum eſt.] Perrexerúntque curſores cum epiſtolis [5]ex Regis imperio ]& Principum eius, in vniuerſum Iſrael & Iudam,iuxta id quod Rex iuſſerat,prædicantes:Filij Iſrael reuertimini ad dominum deum Abraham, & Iſaac, & Iſrael, & reuertetur ad reliquias quæ effugerunt manus Regis Aſſyriorum. [6] Nolite fieri ſicut patres veſtri & fratres,qui [6]receſſerunt â domino deo ]patrũ ſuorum:tradidit eos[7]in interitum, vt ipſi cernitis. Nolite indurare ceruices veſtras ſicut patres veſtri. Tradite manus domino:& venite ad ſanctuarium eius, quod ſanctificauit in æternum. [c] Seruite domino deo patrum veſtrorum,& auertetur à vobis ira furoris eius. Si enim vos reuerſi fueritis ad dominum,fratres veſtri & filij habebunt miſericordiam coram [8]dominis ſuis, qui illos duxerunt captiuos:& reuertentur in terrã hanc. Pius enim & clemens eſt dominus deus veſter,& non auertet faciem ſuam â vobis, ſi reuerſi fueritis ad eum. Igitur curſores pergebant velociter de ciuitate in ciuitatem per terram Ephráim & Manaſſe vſque ad Zabûlon,illis irridentibus & ſubſannantibus eos. [d] Attamen quidam viri ex Aſſer & Manaſſe & Zabûlon [9]acquieſcentes conſilio ] venerunt Ieruſalem. In Iuda verò

2.Rex vero dimiſiis per totam ditionem ſuam nunciis,populum Ieroſolyma ad Azymorũ celebritatem conuocat, multo iam tempore in termiſſam propter impiam ſuperbotum regũ ineuriam Ioſeph. Antiq.lib.9. ca.14.

1 Potérant ipſum.

2.Sufficienter.

3 Statuerunt verbum,vt diuulgarent per.

4.Iamdudum enim non fecerant iuxta ora ſcriptam legem.

b. Ipſe rex & principes ac ſenatus,& patres familias Ieruſalem celebrato ſuper hoc conſilio diffinierunt celebrare ſolennitatem paſchalem menſe ſecundo anni illius,non obſtãte quod Do.in Exodo iuſſiſſet eam celebrari quartadecima die menſis primi. Dionyſ. Carth. ibid.]

5.De manu Regis.

6.Præuaricati ſunt in dominũ deum.

7.Deſolationem.

c Propter hoc autem exquirit ab hominibus ſeruitutem, vt quoniam eſt bonus & miſericors,benefaciat eis qui perſeuerant in ſeruitute eius. Hæc eſt enim gloria hominis perſeuerare & manere in deſeruitute Irenæus.lib.4.cap.28.

8.Illis.

[d. Quia inter illos de Regno Iſrael remanſerant aliqui viri boni,qui non coluerant idola, ſecundum quod dixit Dominus ad Eliam 3 Reg.19.Dereliquiam mihi in Iſrael ſeptem milia virorũ,quorũ genua non ſunt incuruata ante Baal. De Lyra.ibid.]

9.Humiliati.

ro facta est manus domini,vt daret eis cor vnum,vt facerent iuxta præceptum Regis
c & Principum,* verbum domini.ᵍ Congregatíque sunt in Ierusalem populi multi, *Iuxta.
vt facerent solennitatem azymorum in mense secundo. * Et surgentes destruxerunt *Adeóque cœtus maximus.
altaria quæ erant in Ierusalem:atque vniuersa[10] in quibus idôlis adolebatur incẽsum,
subuertentes,] proiecerunt in torrentem Cedron.*Immolauerunt autem Phase quar-
tadecima die mensis secundi:Sacerdotésque atque Leuitæ* tandem sanctificati, ob-
tulerũt holocausta in domo domini:steterúntque in ordine suo iuxta dispositionem
& legem Moysi hominis dei.Sacerdotes verò suscipiebant effundendum sanguinem
de manibus Leuitarũ,[11]eò quòd multa turba sanctificata non esset, & idcirco immo-
larent Leuitæ Phase iis qui non occurrerant sanctificari domino.]Magna etiam pars
populi de Ephráim,& Manasse, & Isachar, & Zabûlon quæ sanctificata non fuerat,
comedit Phase,non iuxta quòdᶠ scriptum est,& orauit pro eis Ezechias, dicens: Do-
minus bonus propitiabitur cunctis,qui in toto corde requirunt dominum deum pa-
trum suorum:& non[12] imputabit eis quòd minus sanctificati sunt. Quem exaudiuit
D dominus,&[13]placatus est populo.ᵍ Fecerúntque filij Israel,qui inuenti sunt in Ierusalẽ
solennitatem azymorum septem diebus in lætitia magna;laudantes domiñũ per sin-
gulos dies:Leuitæ quoque & sacerdotes per organa quæ suo officio congruebant. Et
locutus est Ezechias ad cor omnium Læuitarum,qui habebant intelligẽtiam bonam
super domino,*& comederunt septem diebus solennitatis,immolantes victimas pa-
cificorum, & [14] laudantes dominum deum ] patrum suorum.ᵍ Placuítque vniuersæ
multitudini,vt celebrarent etiam alios dies septem, quod & fecerunt * cum ingenti
gaudio.ʰ Ezechias autem Rex Iuda præbuerat multitudini mille tauros, & septẽ mi-
lia ouium:Principes verò dederant populo tauros mille,& oues decem milia. Sancti-
ficata ergo est sacerdotũ plurima multitudo, & hilaritate perfusa omnis turba Iuda,
tam sacerdotum & Leuitarum,quàm vniuersæ frequẽtiæ quæ venerat ex Israel, pro-
selytorum quoque de terra Israel,& habitantium in Iuda. Factáque est grandis cele-
britas in Ierusalem, qualis à diebus Salomonis filij Dauid regis Israel in ea vrbe non
fuerat.ⁱ Surrexerunt autem sacerdotes atque Leuitæ benedicẽtes populo: & exaudi-
ta est vox eorum,peruenitque oratio *in habitaculum[15]sanctum cœli.]

10.Vasa suffumigationis tulerunt,&.
[e.Fit itaque sensus quod multi illorum qui debebãt in suis domibus agnum immolare pa schalem,non erant ita purificati quòd secundum legis tenorem poterant agnũ offerre mãnibus suis in propriis ædibus, Dionis.Carthus ibid.]
*Qui ob morem notam confusionis induerant.
11.Multi enim erant in cœtu, qui non erant sanctificati, & Leuitæ immolabant Phase pro omni eo qui non erat mũdus, & qui non poterat sanctum domini exequi opus.
f. Scriptum enim erat, vt qui primo mense non poterant comedere,secundo comederent: pro his autem orauit Ezechias quem exaudiuit dominus, & placatus est populo suo.Hiero. ibid.
12. Secundum puritatem sanctitatis.
13 Sanauit populum.
*Confortans eos.
14.Confitentes domino deo.
g Aiunt neminem pullũ potuisse Phase comedere quin statim moreretur,& in eo placatum dominum cognouerũt: quia comedentes extincti non sunt. Idco in hoc dominũ laudauerunt,& Phase perfecerũt: Hiero ibid.
*septem diebus.
[h.Ista offerebantur in hostias pacificas quarum magna pars erat offerentium & de istis comedit populus Israel septẽ diebus postquàm obtulerant sacrificia, & laudes & orationes Domino omni die. De Lyra. ibidem.]
[i. Per quos ostenditur quod ministri ecclesiæ mundi & puri plus cæteris esse debẽt ad offerendum Eucharistiæ sacramentum.Glosa ordina.]
*Sanctum.
15 Sanctitatis eius in cœlum.
1.Presentes fuerãt,ad ciuitates.
2.Excelsa nominate soler scriptura loca in collibus frõdentibus posita:in quibus,alij dæmonibus immolabant,alij domino loci amœnitate allecti, contra interdictum hostias afferebant,relicto altari quod erat in templo, aliter enim seruit quia homo est, & aliter quia etiam rex est. Quia homo est, Deo seruit fideliter viuendo: quia vero rex est, seruat leges iusta præcipientes & contraria prohibentes cõuenienti vigore faciendo.Sicut statuit Ezechias Lucos & templa idolorũ, & illa excelsa, quæ contra deu præsepta fuerant constructa destruendo.Aug Psal.2.]
2 Iuxta varia officia eorum.
b.Tria erant communia sacrificia:iuge, quod qualibet die hora prima, & hora postrema illius. Qualibet hebdomada prima die illius quæ dicebatur sabbatum & qualibet mẽse prima die illius, quod dicebatur neomenia, vel Kalendæ.
i Domini.
c Hoc est, diuino cultui & sacrificiis legis, ac orare pro populo & docere.& psallere:ideo sustentandi erãt à populo: nec soli habitatores Ierusalem: sed cæteri quoque Iudæi tenebantur ad illud. Hoc etiam iussum fuit à deo per Moysen in pluribus locis:ideo iussio Ezechiæ fuit quasi quædam renouatio & innouatio illius diuinæ:quia sub Achaz illa fuerant diutius omissa. Dionys. ibidem.
4.Et cum innuissent verbum, auxerunt filij Israel primitias.
*Sed & in copia suncta.
5.De acerui.

*Sacerdotibus ad sua restitutis officia populus largus est ad offerendum.* XXXI.

A CVmque hæc fuissent ritè celebrata, egressus est omnis Israel, qui[1] inuen-
tus fuerat in vrbibus ]Iuda,& fregerunt simulachra,succiderúntque lucos,
demoliti sunt[2] excelsa,& altaria destruxerunt, non solum de vniuerso Iu-
da & Beniamin, sed & de Ephráim quoque & Manasse, donec penitus
euerterent.Reuersíque sunt omnes filij Israel in possessiones & ciuitates suas. Eze-
chias autem constituit turmas sacerdotales,& Leuiticas[3] per diuisiones suas, ] vnum-
quemque in officio proprio, tam sacerdotum videlicet quàm Leuitarum ad holo-
causta & pacifica,vt ministrarent & confiterentur, canerentque in portis castrorum
domini.Pars autem Regis erat,vt de propria eius substantia offerretur holocaustum
mane semper & vespere,sabbatis quoque,& ᵇ Kalendis,& solennitatibus cæteris : si-
cut scriptum est in lege[3] Moysi.] Præcepit etiam populo habitantium Ierusalem, vt
B darent partes sacerdotibus & Leuitis, ᶜ vt possent vacare legi domini.ᵍ[4] Quod cum
percrebuisset in auribus multitudinis plurimas obtulêre primitias filij Israel, ] fru-
menti,vini,& olei,mellis quoque & omnium quæ gignit humus,* decimas obtule-
runt.Sed & filij Israel & Iuda,qui habitabant in vrbibus Iuda, obtulerunt decimas
boum,& ouium,decimásque sanctorum quæ vouerant domino deo suo: atque vni-
uersa portantes fecerunt aceruos plurimos.Mense tertio cœperunt aceruorum iace-
re fundamenta,& mense septimo compleuerunt eos.Cúmque ingressi fuissent Eze-
chias & Principes eius,viderunt aceruos,& benedixerunt domino, ac populo Israel.
Interrogauítque Ezechias sacerdotes & Leuitas,[5] cur ita iacerẽt acerui. ] Respõdit illi

Azarias sacerdos primus de stirpe Sadoch, dicens: Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo domini, comedimus[6] & saturati sumus, [d]]& remanserunt plurima: eò quòd benedixerit dominus populo suo. [e] Reliquiarum autem est copia ista, quam cernis. c
Præcepit igitur Ezechias, vt præpararent horrea in domo domini. Quod cũ fecissent intulerunt tam primitias quàm decimas, & quæcunque[7] vouerant]fideliter. Fuit autẽ præfectus eorum Chonenias Leuita, & Semei frater eius secũdus: post quem Iehihel, & Azarias, & Nahad, & Asael, & Ierimoth, Iozabat quoque & Elihel, & Ismachias, & Maath, & Banaias, præpositi[8] sub manibus Choneniæ, & Semei fratris eius ex imperio Ezechiæ Regis, & Azariæ Pontificis domus domini:]& ad quos omnia pertinebant.] [f] Chore verò filius Iemna Leuites, & ianitor orientalis portæ, præpositus erat iis quæ sponte offerebantur domino, [9] primitiisque & consecratis in sancta sanctorum:]& sub cura eius Eden, &[10] Beniamin, ]Iesue & Semeias, Amarias quoque, & Sechenias, in ciuitatibus sacerdotum: vt fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atque maioribus, exceptis maribus, ab annis tribus & suprà, cunctis qui ingrediebantur templum domini. [g][11] Et quicquid per singulos dies conducebant in minis- a
terio, atque obseruationibus iuxta diuisiones suas: sacerdotibus] per familias, & Leuitis à vicesimo anno & suprà per ordines & turmas suas, vniuersæque multitudini, tam vxoribus quàm liberis eorum vtriusque sexus, fideliter cibi de iis quę sanctificata fuerant, præbebantur. Sed & filiorum Aaron* per agros, & suburbana vrbium singularum dispositi erant, viri qui partes distribuerant vniuerso sexui masculino, de sacerdotibus & Leuitis. * Fecit ergo Ezechias vniuersa quæ diximus in omni Iuda, operatúsque est bonum & rectum & verum coram domino deo suo, [12] in vniuersa cultura ministerij]domus domini, [13] iuxta legem & ceremonias, volens requirere] deum suum in toto corde suo. Fecítque & prosperatus est.

6. Ad fumitatem.
[d. Scilicet de primitiis & decimis habuto sufficienti victu sacerdotum & leuitarum. Eo verò quod benedixit Do. populo suo, abundare fecit in temporalibus bonis. Et ideo dabant abundanter decimas & primitias, & quia tunc erant magis deuoti, vt patet ex prædictis. De Lyra ibid.]
7. Consecrata erant.
8. Erant constituti per Choneniam. Semei autem frater eius erat in perfectura Regis Ezechiæ, & Azarias erat princeps in domo domini.
[e Viri isti Laudati erant præfatu Chore subiecti in ciuitatibus sacerdotum, in quibus scilicet sacerdotes morabantur non dominabantur. Dionis. Cartusi ibid].
9. Et quæ veluti segregata dabantur domino, atque super sancta sanctorum.
10. Miniamin.
11. Rem diei in die suo, pro ministerio eorum, & pro custodiis eorum, & pro diuersis ordinibus eorũ. Successioni quoque sacerdotum.

*Sacerdotum, qui erant.

*Iuxta genealogiam suam.

12. In omni opere quod cœpit pro ministerio.
13. Pro lege, & præceptis quærebat.

*Aßyriorum exercitu ab angelo vna nocte deleto, Sennacherib fugiens, in templo dei sui à filiis suis occisus est: vnde exaltatus Ezechias, à domino humiliatus est. XXXII.*

Post quæ & huiusmodi [a] veritatem, venit Sennacherib Rex Assyriorum, & ingressus Iudã obsedit ciuitates munitas, volẽs eas capere. Quod cum vidisset Ezechias, venisse scilicet Sennacherib, & totum belli impetum verti contra Ierusalem, inito cum Principibus consilio viríque fortissimis, vt obturarent[1] capita]fontium qui erant extra vrbem, & [2] hoc omnium decernente sententia: congregauit plurimam multitudinem,] & obturauerunt cunctos fontes, & riuum qui fluebat in medio terræ, dicentes: Ne veniant Reges Assyriorũ, & inueniant aquarum abundantiam. [3] Ædificauit quoque agens industriè omnem murum qui fuerat dissipatus,]& [4] extruxit turres désuper:]& forinsecus alterum murum. [5] Instaurauítque Mello in ciuitate Dauid: & fecit[1] vniuersi generis armaturam & clypéos.]Constituítque Principes bellatorum in exercitu, & cõuocauit vniuersos in platea portæ ciuitatis, ac locutus est ad cor eorum, dicens: Viriliter agite, & confortamini, [b] nolite timere, nec paueatis regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem quæ est cum eo: [†] Multo enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo. Cum illo enim est brachium carneum, nobiscum dominus deus noster, [6] qui auxiliator est noster, pugnátque pro nobis.]Confortatúsque est populus huiuscemodi verbis Ezechiæ regis Iuda. Quæ postquam gesta sunt, misit Sennacherib Rex Assyriorum seruos suos Ierusalem, (ipse enim cum vniuerso exercitu obsidebat Lachis,) ad Ezechiam regẽ Iuda, & ad omnem populum qui erat in vrbe, dicens: [d][7] Hæc dicit Sennacherib Rex Assyriorum: In quo habentes fiduciam, sedetis obsessi in Ierusalem? † Num Ezechias [7] decepit]vos? vt tradat morti, in fame, & siti, affirmans, quòd dominus deus vester liberet vos de manu Regis Assyriorum? Nunquid non iste est Ezechias qui destruxit [c] excelsa illius & altaria, & præcepit Iudæ & Ierusalem, dicens: Coram altari vno adorabitis, & in ipso comburetis incensum? An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum populis? Nunquid * præualuerunt dij gentium &- omniúmque] terrarum,

a. Hoc est, post triplicem veritatem quæ in Ezechia erat, veritatem iniquam vitæ, veritatẽ iustitiæ, & veritatem doctrinæ, venítque rex Assyriotũ ad eas veritates exercendas in Ezechia. Dionis. ibid.

1. Aquas.
2. Fuerunt ei auxilio. Congregati enim sunt multi ex populo.

3. Et sumpto animo ædificauit omnem murum in quo erat interruptio
4. Ordinauit super turres, necessaria sub.
5. Gladios & clypeos in magna copia.

b. Veruntamen ipse Ezechias primo timuerat illum, mittendo 300. talenta argẽti, & 30. talenta auri: sed vitã infidelitate eius, quæ fœdus cum Ezechia initum de recedendo accepta pecunia fregit Ezechias sũpsit in deũ maiorẽ fiduciam, iperans diuinam iustitiam nõ relicturam illam infidelitatem multam. Dionis. ibid.
6. Vt auxilietur nobis, & pugnet prælia nostra.

7. Incitat.
c. Sed rursum iũgit mendacio veritati, quod abstulerit Ezechias excelsa illius & altaria, hoc enim non contra dominũ sed pro domino fecerat, vt idolatria, & veteri errore destructo mallet dominum adorari in Ierusalem, vbi erat templum eius. Eucherius 4. Reg. 18.
*Potuerunt aut,

terrarum, liberare regionem suam de manu mea? Quis est de vniuersis diis gentium,
quas vastauerũt patres mei, qui potuerit eruere populum suum de manu mea, vt pos-
D sit etiam deus vester eruere vos[8] de hac manu? ℣ Non vos ergo decipiat ]Ezechias, nec
[9] vana persuasione deludat, ]neque credatis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarum
gentium atque regionum liberare populum suum de manu mea, & de manu patrum
meorum: [10] consequenter nec deus vester poterit ]eruere vos de hac manu. Sed & a-
lia multa locuti sunt serui eius contra dominum deum, & contra Ezechiam seruum
eius. [d] Epistolas quoque scripsit [11] plenas blasphemiæ in ]dominum deum Israel: & lo-
cutus est aduersum eum: *Sicut dij gentium [12] cæterarum ]non potuerunt liberare po
pulum suum de manu mea, sic & deus Ezechiæ eruere non poterit populum suum
de manu [13] ista. Insuper & clamore magno lingua Iudaica ]contra populum qui sede-
E bat in muris Ierusalem personabat, vt terreret eos, * & caperet ciuitatem. ℣ Locutúsq;
est contra deum Israel, sicut aduersum deos populorum terræ, opera manuum homi-
num. Orauerunt igitur Ezechias Rex & Esaias filius Amos Prophetes aduersum hãc
blasphemiam, ac vociferati sunt vsque in cœlum. † Et misit dominus angelum suum,
qui percussit omnem virum robustum & bellatorem, * & Principem exercitus Regis
Assyriorum, reuersúsque est [e] cum ignominia in terram suam. [f] Cúmque ingressus es-
set domum dei sui, filij qui egressi fuerant de vtero eius, interfecerũt eum gladio. Sal-
uauítque dominus Ezechiam & habitatores Ierusalem de manu Sennacherib Regis
Assyriorum, & de manu omnium: & [14] præstitit ei quiẽtem ]per circuitum. ℣ Multi e-
tiam deferebant hostias, & sacrificia domino in Ierusalem, & munera Ezechiæ Regi
F Iuda. ℣ Qui exaltatus est post hæc coram cunctis gentibus. † In diebus illis ægrotauit
Ezechias vsque ad mortem, & orauit dominum: Exaudiuítque eum, & dedit ei si-
gnum: sed non iuxta beneficia quæ acceperat, * retribuit: quia eleuatum est cor eius.
Et facta est contra eum ira, & contra Iudam & Ierusalem. Humiliatúsque est postea,
eò quòd exaltatum fuisset cor eius, tam ipse quàm habitatores Ierusalem, & idcirco
non venit super eos ira domini in diebus Ezechiæ. Fuit autem Ezechias diues & incly
tus valde: & thesauros sibi plurimos congregauit argenti & auri, & lapidis precioſi, a-
romatum [15] & armorum vniuersi generis, & vasorũ magni precij: ] [16] apothecas quo-
G que ] frumenti, vini, & olei: & præsepia omnium iumentorum. ℣ Caulásque pecori-
bus, & [17] vrbes sex ædificauit. ]Habebat quippe greges ouium, & armentorum [18] innu-
merabiles, ]eo quòd dedisset ei dominus substantiam multã nimis. Ipse est Ezechias
qui obturauit [19] superiorẽ ]fontem aquarum Gihon, & auertit eas subter ad occidentẽ
vrbis Dauid. In omnibus operibus suis [20] fecit prosperè quæ voluit. ] [h] Attamen [21] in le
gatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, ]vt interrogarent de portẽ-
to, quod acciderat super terram, dereliquit eum dominus, vt tentaretur, & nota fie-
rent omnia quæ erant in corde eius. Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & miseri-
cordiarum eius, scripta sunt in visione Isaiæ filij Amos prophetæ: & in libro Regum
Iuda & Israel. Dormiuítque Ezechias cum patribus suis, & sepelierunt eum * supra se-
pulchra filiorum Dauid. Et celebrauit eius exequias vniuersus Iuda, & omnes habi-
tatores Ierusalem: ] Regnauítque Manasses filius eius pro eo.

8. De manu mea. Nunc itaque non vos seducat.
9. Vos taliter inciter.
10. Quanto minus poterunt dij vestri.
d. Ipso siquidem tempore scripsit Ezechiæ Assyrius epistolas, in quibus seruum eum esse illudebat, credentem quia eius seruitiũ posset euadere, qui multas gentes & maximas subdidisset. Et interminabatur fundituꝝ se eum dispergere dum caperet vrbem, nisi portas aperiẽs sponte in Ierosolymis exercitum eius reciperet Ioseph lib. 10. cap. 2.
11. Ad blasphemandum.
*Dicens.
12. Terrarum.
13. Mea, & clamauerũt voce magna Iudaicè.
*Pauidósque redderet.
*Ducem.
e. Traduntenim Hebræi angelum illi rasisse barbã & crines.
f. Cúque in eadem nocte angelus domini percussisset in castris Assyriorum 185000. timens Sennacherib fugit cum 20. viris, vt aiũt Hebræi, & rediit in Niniuẽ. Cúque adoraret in templo Nesrach deum suum, Adramelech & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio, & fugerunt in Ararath partẽ Armeniæ eam pestem ad radicẽ montis Tauri, & regnauit Assaradem filius eius pro eo Comestor.
14. Eduxit eos.
℣. Audiens isto admirando trispho, ex quo omnipotentiam & prouidentiam atque iustitiam Dei cognoscebant, gratiasque ei reddebant, quòd impiissimum illum tyrannum, qui tantũ vexauerat vndique regna terrarũ, tam glorioſe ac meritòdè deuicit. Dionis. Carthus.
*Ezechiæ.
15. Clypeorum & omnium vasorum desiderabilium.
16. Fecit quoque thecas.
17. Et fecit sibi ciuitates.
18. In magna copia.
19. Superiorẽ.
20. Prosperatus est.
h. Chaldæi vigebãt in astronomia, nec poterant inuenire secũdum artem suam quare dies fore in duplum protẽsa fuerat: & tandem audierant hoc pro rege Ierosolymorum factum esse, miserunt ad eum, vt sciscitarentur rei veritatem. Preterea Chaldæi adorabant Solem, & miserant Regi munera, vt honorarent hominem quem honorauerat deus eorum. Et lætatus est Ezechias in aduentu eorum, & iterum elatus est in animo suo, nec fuit in domo sua, nec in omni potestate sua, quod non ostenderet eis. Comestor.
21. Cum principes Babylonis misissent ad eum oratores.
*In dignioti loco.

## *Impius Manasses per flagella ad pietatem reductus agit pœnitentiam.* XXXIII.

A [1] Vodecim annorum erat [2] Manasses cùm regnare cœpisset, & quinqua-
gintaquinque annis regnauit in Ierusalem. Fecit autem malum coram
domino, iuxta abominationes gentium, quas subuertit dominus coram
filiis Israel, & conuersus instaurauit excelsa quæ demolitus fuerat Eze-
chias pater eius: construxítque aras Baalim, & fecit lucos, & adorauit [b] omnem mi-
litiam cœli, & coluit eam. [c] Ædificauit quoque altaria in domo domini, de qua dixerat
dominus, † in Ierusalem erit nomen meum in æternum. Ædificauit autem ea cuncto
exercitui cœli, in duobus atriis domus domini, transiréque fecit filios suos per ignem

a Traduntur Hebræi eundem Manassem filium fuisse filiæ Isaiæ prophetæ. Et ob ille occidere fecit autum fuũ, hoc in causa fuit, quia eos appellauerat principes Sodomorum & Gomorrhæ. Isa. 1. cap. Hieron.
b. Scilicet. 12. signa Zodiaci, 7. planetas, & cæteras stellas nominibus designatas.
c. Prouidentia dei ideo sic Manassem dispensauit vexari, quia obliturus erat omnium conuersionem patris sui sanctam, & omnia beneficia dei pro merito eius collata in ipsum: & stimularus ab insurgente diabolo, qui solet insurgere super genus humanum ad euertẽdum, gesturus omnia quæ deum ad iracundiam prouocarẽt. Chrys. in 1. cap. Matth. Homil. 2.

in valle [d] Benhennon. [e] Obseruabat somnia, sectabatur] auguria, maleficis artibus inseruiebat. Habebat secum Magos, & incantatores, multáque mala operatus est coram domino, vt irritaret eum. Sculptile quoque & conflatile signum posuit in domo domini, [†] de qua locutus est dominus ad Dauid & ad Salomonem filium eius, dicēs. [f g] In domo hac & in Ierusalem quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum: & mouere non faciam pedem Israel de terra quam tradidi patribus eorum, ita duntaxat si custodierint facere quæ præcepi eis, cunctámque legem & [2] ceremonias atque iudicia quæ mandaui per manum Moysi. Igitur Manasses seduxit Iudam & habitatores Ierusalem, vt facerent malum super omnes gentes, quas subuerterat dominus à facie filiorum Israel. Locutúsque est dominus ad eum & ad populum illius, & attendere noluerunt. Idcirco superinduxit eis Principes exercitus regis Assyriorum, cœperúntque Manassem, * & vinctum catenis, & atque compedibus duxerunt in Babylonem. [† g] Qui postquam coangustatus est, orauit [3] dominum deum suum, & [h] egit pœnitentiam valde coram deo patrum suorum. [g] Deprecatúsque est eum, & [4] obsecrauit intentè, & exaudiuit orationē eius, reduxitque eum Ierusalem in regnum suum, & cognouit Manasses quòd dominus ipse esset deus. Post hæc ædificauit murum extra ciuitatem Dauid ad occidentem Gihon, in conualle ab introitu portæ piscium, per circuitum vsque Ofel, & exaltauit illum vehementer. Cōstituítque Principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis: & abstulit deos alienos, & simulachrum de domo domini, aras quoque quas fecerat in monte domus domini & in Ierusalem: & proiecit omnia extra vrbem. Porrò instaurauit altare domini, & immolauit super illud victimas, & pacifica, & laudem: præcepítque Iudæ vt seruiret domino deo Israel. Attamen adhuc populus immolabat in excelsis, * domino deo suo. Reliqua autem gestorum Manassæ & obsectatio eius ad deum suum, verba quoque videntium qui loquebantur ad eum in nomine domini dei Israel, continentur in [i] sermonibus regum Israel. [g] Oratio quoque eius & exauditio, & cuncta peccata atque [5] cōtemptus: loca etiam in quibus ædificauit excelsa, & fecit lucos, & statuas antequam ageret pœnitentiam, scripta sunt in sermonibus [6] Ozái. Dormiuit ergo Manasses cum patribus suis, & sepelierunt eum in domo sua: regnauítque pro eo filius eius [k] Amon. Vigintiduorum annorum erat Amon cùm regnare cœpisset: & duobus annis regnauit in Ierusalem. Fecítque malum in conspectu domini sicut fecerat Manasses pater eius: & cunctis idôlis quæ Manasses fuerat fabricatus, immolauit, atque seruiuit: & non est [7] reueritus] faciem domini sicut reueritus est Manasses pater eius: & multo maiora deliquit. Cúmque coniurassent aduersus eum serui sui, interfecerunt eum in domo sua. Porrò reliqua populi multitudo cæsis iis qui Amon percusserant, constituit Regem Iosiam filium eius pro eo.

d. Siue Gehennon quæ est vallis filiorum Ennon, à qua Gehenna nomen accepit. Hiero.
e. Erat augur, obseruabat.
[e. Obseruabat somnia, quorū aliqua erant vana, aliqua à dæmonibus immissa. Et diuinare de futuris per talia illicitū est. Et dicitur de hac materia plenius Gen. 41. cap.]
[f. His tam nefariis facinoribus concitatus deus ad iracūdiam, mittebat vnum post alium prophetam ad Regem simul atque populum, per quos eisdem illis cōminabatur calamitates, quas propter cōtemptum religionis fratres ipsorū Israelitæ aliquanto ante perpessi fuerāt. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 10. cap. 4.]
2. Statuta.

*Per compedes.

g. Cùm esset in vase perforato igni admoto, orauit ōes deos quos colebat, à quibus cùm nō liberaretur, inuocauit deū q̄ sē à patre suo sæpe audierat inuocati. Hieron.
3. Faciem domini dei sui, humiliatúsque est.
h. Quid memoret Manassem regem Iuda post effusum sanguinem prophetarum, & sordidū idolorum cultum, cum esset extremitate conclusus, clamasse ad dominum, & obtenta venia, regnóque recepto, vitam in melius commutasse? Quis igitur recte pœnitentiam abstulerit, quā nouimus cunctum homini fructum afferre, vt cum deo reconciliet, in gratiámque reducat? Cyril. in Ioan. lib. 5. cap. 17.
4. Exoratus est ab eo.
*Quanquam.

[i. Patet quòd iste liber apud nos non habetur: quia ista 4. li. Reg non ita ex ordine vt hic dicitur, & eodem modo dicendum de eo quod sequitur. Scripta sunt in sermonibus Ozai De Lyra ibidem.]
5. Preuaricatio eius.
6. Videntium.

K. Amon fuit valde iniquus, vt extant opera sua maligna, quibus imitatus fuerat Manassen, vt etiam deum se posse fallere existimaret, dicens: Pater meus multa ex iuuéntute sua impia fecit, & in senectute sua pœnituit: & ego nunc ambulabo secundum quod desiderat anima mea, & postmodum cōuertar ad dominum. Chrys. cap. 1. Matth. hom. 1.
7. Humiliatus, & infra.

*Iosias templum instaurans, reperto legis libro fœdera cum domino percussit.* XXXIIII.

[†] Octo annorum erat [a] Iosias cùm regnare cœpisset, & triginta & vno anno regnauit in Ierusalem. Fecítque quod erat rectum in conspectu domini, & ambulauit in viis Dauid patris sui, non declinauit neque ad dexteram neque ad sinistram. Octauo autem anno regni sui, cùm adhuc esset puer, cœpit quærere deum patris sui Dauid, & duodecimo anno & postquam cœperat, [1] mundauit] Iudam & Ierusalem ab excelsis & lucis, simulacrísque, & sculptilibus. [b] Destruxerúntque coram eo aras Baalim, & simulachra quæ superposita fuerant, demoliti sunt. Lucos etiam & sculptilia succîdit atque comminuit: & super tumulos eorum qui eis immolare consueuerant, fragmenta dispersit. Ossa præterea sacerdotum combussit in altaribus Idolorum, mandauítque Iudam & Ierusalem. * Sed & in vrbibus Manassæ, & Ephráim & Simeon vsque Neptalim, cuncta subuertit. * Cúmque altaria dissipassent, & lucos, & sculptilia contriuissent in frustra, cunctáque delubra demolitus esset de vniuersa terra Israel, reuersus est in Ierusalem. [c] Igitur anno

a. Iosias lōge laudatissimus qui tumuit puer, Iudæam Ierusalē, & omnem sibi subiectā regionem ab idolis & excelsis purgauit, aliisque abominationes à Iuda abstulit: & fecit omnes q̄ residui erāt in Israel seruire domino suo. Cunctis diebus eius non recesserunt à domino deo patrum suorū. Beda super ca. 2. Isaiæ.
1. Cœpit mundare.
[b. Quomodo ergo reges domino seruiunt in timore, nisi ea quæ contra domini iussa fiunt religiosa seueritate prohibēdo atque plectendo. Sicut seruiuit Iosias aras Baalim & simulacra, & lucos atque sculptilia succidit. Augu. Psal. 2.]

*Per circuitum.
c. Notandum quòd aræa domini elata de templo fuit, quam modo in templum reduci Iosias præcepit. Hieron.

anno octauodecimo regni sui mundata iam terra & templo domini, misit Saphan
filium Eseliæ & Maasiam Principem ciuitatis, & Ioha filium Ioachaz à commenta-
riis, vt instaurarent domum domini dei sui. [d] Qui venerunt ad Helchiam sacerdo-
tem magnum, acceptaque ab eo pecunia quæ illata fuerat in domo domini, & quam
congregauerant Leuitæ & ianitores * de Manassæ & Ephráim & vniuersis reliquiis
C Israel, ab omni quoque Iuda & Beniamin, & habitatoribus Ierusalem, [e] tradiderunt
in manibus eorum qui præerant operariis in domo domini, vt instaurarent templũ
& infirma quæque sarcirent. At illi dederunt eam artificibus & cæmentarijs, vt eme-
rent lapides [2] de lapidicinis,] & ligna ad commissuras ædificij, & ad contignationem
domorum quas destruxerant Reges Iuda. Qui fideliter cuncta faciebant. Erant au-
tem præpositi operantium Iahat, & Abdias de filiis Merari, Zacharias & Mosollam,
de filiis Caath, qui vrgebant opus, omnes Leuitæ scientes organis canere. Super eos
verò qui ad diuersos vsus onera portabant, erãt Scribæ, & magistri de Leuitis ianito-
res. Cumque efferrent pecuniam quæ illata fuerat in templum domini, reperit Hel-
chias sacerdos [f] librum legis domini [3] datum] per manum Moysi, & ait ad Saphan
D scribam: [g] Librum legis inueni in domo domini: & tradidit ei. [4] At ille] intulit volu-
men ad Regem, & nunciauit ei dicens: Omnia quæ dedisti in manu seruorum tuo-
rum, ecce complentur. Argentum quod repertum est in domo domini, conflauе-
runt, datúmque est præfectis artificum & diuersa opera fabricantium: * præterea tra-
didit mihi Helchias sacerdos hunc librum. Quem cum Rege presente recitasset, au-
dissétque ille verba legis, scidit vestimẽta sua: & præcepit Helchiæ & Aichan filio Sa-
phan, & Abdon filio Micha, Saphan quoque scribæ, & Asaiæ seruo Regis, dicens: Ite
& [5] orate] dominum pro me, & pro reliquiis Israel & Iuda, super vniuersis sermoni-
E bus libri istius qui repertus est. [g] Magnus enim furor domini stillauit super nos: eò
quòd non custodierint patres nostri verba domini, vt facerent omnia quæ scripta
sunt in isto volumine. Abiit ergo Helchias & ij qui simul à Rege missi fuerant, [6] ad
Oldam Prophetidem, vxorem [h] Sellum, filij Thechuat, filij Aras, custodis vestium:
quæ habitabat in Ierusalem in secunda: & locuti sunt ei [6] verba quæ suprà narraui-
mus.] At illa respondit eis: Hæc dicit dominus deus Israel: dicite viro qui misit vos ad
me: Hæc dicit dominus, Ecce ego inducam mala super locum istum, & super habita-
tores eius: cunctáque maledicta quæ scripta sunt in libro hoc, quem legerunt coram
Rege Iuda: quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt diis alienis, vt me ad iracundiam
F prouocarent in cunctis operibus manuum suarum. [g] Idcirco stillabit furor meus su-
per locum istum, & non extinguetur. [i] Ad Regem autem Iuda, qui misit vos pro do-
mino deprecando, sic loquimini: Hæc dicit dominus deus Israel, [7] Quoniam audisti
verba voluminis, atque emollitum est cor tuum, & humiliatus es in conspectu do-
mini, super iis quæ dicta sunt contra locum hunc, & habitatores Ierusalem, reueri-
túsque faciem meam scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me: [k] ego quoque exau
diui te, dicit dominus. Iam enim colligam te ad patres tuos, & inferêris in sepulchrum
tuum in pace, nec videbunt oculi tui omne malum, quod ego inducturus sum super
Isaiæ 22 locum istum, & super habitatores eius. [l] † Retulerunt itaque Regi [8] cuncta quæ dixe-
Iosiæ 34 G rat. † [g] At ille conuocatis vniuersis maioribus natu Iuda & Ierusalem, ascendit in
domum domini, vnáque omnes viri Iuda & habitatores Ierusalem, sacerdotes & Le-
uitę, & cunctus populus à minimo vsque ad maximum. Quibus audientibus in do-
mo domini legit Rex omnia verba [9] voluminis: & stans in tribunali suo percussit
fœdus coram domino, vt ambularet post eum, & custodiret prȩcepta & testimonia
& [10] iustificationes] eius in toto corde suo, & in tota anima sua: facerétque quę scri-
pta sunt in volumine illo: quod legerat. Adiurauit quoq; super hoc omnes qui re-
perti fuerant in Ierusalem & Beniamin, & fecerunt [m] habitatores Ierusalem iuxta pa-
ctum domini dei patrum suorũ. Abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de vni-
uersis regionibus filiorũ Israel, & fecit omnes qui residui erant in Israel seruire domi-
no deo suo. Cunctis diebus vitæ eius non recessunt à domino deo patrum suorum,

d. Postquã Principes eius scrutati sũt vrbes & villas, inde scrutati sunt domos, ne quid latenter maneret suspectum in illis. misitque in totam prouinciam vt deferrent ad reparationem templi munera pro sua voluntate vnusquisque. Et præposuit huic operi Hechiã sacerdotem magnum, & Amasiam qui erat supra ciuitatem, & Saphan scribam, & facta est reparatio templi. Comestor. 4. Reg. 34.

* Vestibuli.

2. Sectos

[e. Constituit etiam certos magistratus & morum censores, qui priuata quoque negotia sic disponerent vt in omnibus nũ minorem iustitiæ quam vitæ ipsius rationem haberent. Dimissis deinde per totam ditionem nunciis, iussit vt quicunque vellent conferrent aurum & argentum in reparationem templi, idque suo quisque arbitratu, vt nemo grauaretur. Ioseph. Antiq. Iud. lib. 10. cap. 5.]

f Cumque Helchias diligenter omnia scrutaretur, inuenit librum Moysi in templo. Fortè aperuit arcã, & innumeris Deuteronomium quẽ Moyses reponi fecerat in arca, & misit eum ad Regem per manum Saphan scribæ. Qui cum legisset coram Rege, scidit Rex vestimenta sua. Audiuit enim maledictiones scriptas in transgressores legis, & crebras comminationes dei. Quòd si sequerentur ut ò eiiceret eos de terra, quã dederat eis, sicut eiecerat Amorrhæos à facie eorũ. Et metuebatur quomodo adhuc essent in terra illa, & verebatur imminere captiuitatem. Comestor. 4 Reg. 36.

3 Qui datus fuerat.

4. Saphan vero.

* Nunciauit insuper Saphan scriba Regi dicens.

5. Consulite.

g. Circa hæc oritur quæstio, Cur Iosias Rex non consuluit dominum per Pontificẽ prout Dauid facere consueuit? imo ipsum Helchiã Pontificem cũ cæteris misit ad fœminam prophetissam. Ad quod Epiphanius ait, quòd à die qua Ioas rex fecit Zachariam filiũ Ioiadæ lapidari in templo, dominus vltra non dedit solitæ more responsa Diony. 4. Reg. 22.

h. Aunculi Ieremiæ prophetæ.

6. Sic & sic.

[i. Attamen propter bonitatem regis dilaturus Deus aliquantiper imminentem calamitatem, sed ab eius obitu præfinita iam antè mala in populum immissurus. Ioseph Antiq. Iud. lib. 10. cap. 5.]

7. Verba quæ audisti sub. mea

[k. Circa hoc quæri potest, cur contra Iosiam & plebem ipsius fuerit ira dei succensa, eo quod patres eorum fuerãt Deo inobedientes, sed non ipse Iosias, cum filius non portet iniquitatem patris. Dionysius Carthusianus ibidem.]

[l. Hoc malitiæ vaticinii Regi renunciãt, qui ad eã missi fuerant: ille circum omnia oppida missis nunciis, iussit Ierosolyma conuenire sacerdotes, & Leuitas & omnes omnis ætatis homines. & cùm congregati essent omnes, primũ ex sacris libris legi: deinde ipse in additioris loco in medio populi, sacramẽto adegit vniuersos ad cultum diuini numinis, & seruandas leges Mosaicas, & illi humano consensu [ut iuros se receperunt. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 10. c. 5.]

8. Verbum. Misit præterea Rex & congregauit omnes maiores

9. Libri fœderis inuenti in domo domini.

10 Statuta.

m. Habitatores Ierusalem dicit dimidiam tribum Manassæ, qui plerunque in tribu Beniamin computantur. Hieron.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Iosias paſcha ſolenni celebrato periit in bello, multum à plebe deplo-* XXXV.
*ratus.*

†[a]Fecit autem Ioſias in Ieruſalem Phaſe domino, quod immolatum eſt[A] quartadecima die menſis primi. Et conſtituit ſacerdotes in officiis ſuis, [1]hortatúſque eſt eos vt miniſtrarent in domo domini. Leuitis quoque, ad quorum eruditionem omnis Iſrael ſanctificabatur domino, locutus eſt:] [b]Ponite arcam in ſanctuario templi quod ædificauit Salomon filius Dauid Rex Iſrael. Nequequam enim eam vltra portabitis. Nunc ergo miniſtrate domino deo veſtro & populo eius Iſrael,& præparate vos per domos & cognationes veſtras in diuiſionibus ſingulorum, ſicut [2]præcepit] Dauid Rex Iſrael, & deſcripſit Salomon filius eius: & miniſtrate in ſanctuario [3]per familias turmáſque Leuiticas:& ſanctificati immolate Phaſe.]Fratres etiam veſtros vt poſſint iuxta verba quæ locutus eſt dominus in manu Moyſi facere,præparate. Dedit præterea Ioſias omni populo qui ibi fuerat inuentus in ſolennitate Phaſe, agnos & hœdos de gregibus, & reliqui pecoris triginta milia,boúmque tria milia Hæc de Regis vniuerſa ſubſtãtia.Duces quoq; eius ſponte quod vouerant,obtulerunt tam populo quàm ſacerdotibus & Leuitis.[#] Porrò[*] [c]Helchias,& Zacharias,& Iehiel,Principes domus domini dederunt ſacerdotibus ad faciendum Phaſe,pecora[—cõmixtim]duo milia ſexcenta,& boues trecẽtos. Chonenias autem & Semias etiam & Nathanael fratres eius, necnon Aſabias, & Iehiel,& Iozabab Principes Leuitarum,dederunt cæteris Leuitis ad celebrandum Phaſe,quinque milia pecorum, & boues quingentos. Præparatúmque eſt miniſterium, & ſteterunt ſacerdotes in officio ſuo.Leuitæ quoque in turmis iuxta Regis imperium,& immolatum eſt Phaſe.Aſperſerúntque ſacerdotes [4]manu ſua ſanguinem,& Leuitæ detraxerunt pelles holocauſtorum, & ſeparauerunt ea vt darent per domos & familias ſingulorum, & offerrentur domino ſicut ſcriptum eſt in libro Moyſi.[d] De bobus quoque fecerunt ſimiliter. Et Aſſauerunt Phaſe ſuper ignem, iuxta quod in lege ſcriptum eſt.[5] Pacificas verò hoſtias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis, & feſtinatò diſtribuerunt vniuerſæ plebi: ſibi autem & ſacerdotibus poſtea parauerunt.[#]Nam[c] in oblatione holocauſtorum, & adipum, vſque ad noctem ſacerdotes fuerunt occupati,vnde Leuitæ ſibi & ſacerdotibus filiis Aaron parauerunt nouiſſimis.[e]Porrò cantores filij Aſaph ſtabant in ordine ſuo iuxta præceptum Dauid & Aſaph & Eman & Idithun Prophetæ Regis Dauid. Ianitores verò per portas ſingulas obſeruabant,ita vt ne puncto quidem diſcederent à miniſterio. Quamobrem & fratres eorum Leuitę parauerunt eis cibos. Omnis igitur cultura domini ritè completa eſt in die illa, vt facerent Phaſe, & offerrent holocauſta ſuper altare domini iuxta pręceptum Regis Ioſiæ.[f] Fecerúntque filij Iſrael qui reperti fuerant ibi,Phaſe in tempore illo,& ſolennitatem azymorum ſeptem diebus. Non fuit Phaſe ſimile huic in Iſrael, à diebus Samuelis prophetæ,ſed nec quiſquam de cunctis Regibus Iſrael fecit Phaſe ſicut Ioſias [6]ſacerdotibus & Leuitis & omni Iudæ & Iſrael qui repertus fuerat,[7] & habitantibus in Ieruſalem. † Octauodecimo anno regni Ioſiæ hoc Phaſe celebratum eſt.[g] Poſtquam inſtaurauerat Ioſias templum,aſcendit Nechao Rex Ægypti, ad pugnandum in Carchamis iuxta Euphráten,& proceſſit in occurſum eius Ioſias.[#] At ille miſſis ad[b] eum nuntiis,ait: Quid mihi & tibi Rex Iuda?Non aduerſum te hodie venio,ſed contra aliam pugno domum:ad quam me deus feſtinatò ire pręcepit. Deſine aduerſum deum facere, qui mecum eſt, ne interficiat te. Noluit Ioſias reuerti, ſed[8] pręparauit contra eum bellum,] nec acquieuit ſermonibus Nechao ex ore dei, verùm perrexit vt dimicaret in cãpo Mageddo,Ibiq; vulneratus à ſagittariis dixit pueris ſuis,†* Educite me de prælio, quia oppidò vulneratus ſum. Qui tranſtulerunt eum de curru in alterum currum qui ſequebatur eum[—more regio,] & aſportauerunt eum in Ieruſalem, mortuúſque eſt, & ſepultus in Mauſoleo patrum ſuorum:[h] & vniuerſus Iuda & Ieruſalem luxerunt eum. Ieremias maximè,[i]cuius omnes cantores atque cantatrices

1. Cæterum luſtrata ad hũc modum regione vniuerſa, populũ Ieroſolyma conuocauit ad celebrandum feſtum azymorum, quod dicitur Paſcha. Ioſeph. li. 10. c. 3. Antiq. Iudaic.
2. Confirmauitque eos in miniſterio domus domini. Et ait ad Leuitas qui erudiebant omnem Iſrael,& erant ſancti domino.
b. Tempore Achaz quando ſimulachra in templum miſſa ſunt, elata eſt inde arca, & ducta in domum Sellum viri Olde auúculi Ieremiæ, vbi permanſit vſque ad tempus Ioſiæ. Nec enim poterat arca dei eſſe in loco vbi ſimulachra introducta fuerant: & gẽtilitius vius & ritus nephãdiſſimus obſeruabatur. Hiſtonymus ibidem.
a Scripſit.
3. Secundum diſtinctionem domus patrũ, iuxta fratres veſtros, filios populi in diuiſione: quæ eſt in cognatione patrum Leuitarum immolatæ Phaſe & ſanctificamini, atque præparate.
[c Helchias etenim põtifex fuit & poſt eum alij erant ſacerdotes præcipui, qui dederunt pecora diuerſarum ſpecierum, quorum quædã erant oues, arietes, ſiue agni, quædã capræ aut hædique omnia ſimul fuerũt duo milia ſexcenta. Quidam tamen exponunt commixtim. i cõmuniter ſeu pariter: quia præfati ſimul accepti tot pecora contulerunt. Diony. Carth. ibidem.]
4. Manus ſuas ſanguine.
d. Nec immerito Ioſias domini hoſtias vel ſacrificium interpretatur. Prouidentia enim dei ſecundum quod futurus fuerat Ioſias, diſpenſauit ei nomen imponi. Tale enim ſacrificium obtulit domino, quale nec ante eum nec poſt eum oblatum eſt Chryſoſt. ſuper 1. cap. Matthæi homi. 1.
5. Et quæ ſacrificata erant.
e. Ideo prophetæ Regis dicebãtur, quia cum Rege Dauid cantabant Hiero. ibidem.
f. Quia omnes qui inuenti ſunt in illa feſtiuitate, ibi ſeptẽ diebus commorati ſunt, & omnes ſufficienter de Regis ſubſtãtia, & de his quæ ſupra memorata ſunt epulati ſunt. Hiero.
6. Et ſacerdotes, & Leuitæ, & omni Iuda.
7. Habitatores.
g. Nechao rex Aegypti contra regem Aſſyriorũ aſcendit, quẽ audierat debilitatum, eo quòd Medi & Babylonij ab illius receſſiſſent monarchia, ideo putauit ſe poſſe regnum Syriæ de facili obtinere. Sed primo voluit cõgredi aduerſus Adadremon regnantem in Carthamis: qui ſimul cum Ioſia diſpoſuit acies contra Nechao regem Aegypti. Diony. ibid. poſt Ioſeph. & Comeſtor. em.
8. Quin magis deliberauerat illi bellum inferre.
* Dixit autem Rex ſeruis ſuis.
h. Et planxit eum vniuerſus Iuda & Ieruſalem, & maximè Ieremias qui ſuper exequias eius ſcripſit Threnos lamentabiles: Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo, &c. quibus vtebantur cantores & cantatrices ſuper exequias Ioſiæ. Et longis tẽporibus in Iudæa ſupra Ioſiam replicabant. Comeſtor.
i. Tanta verò hominis virtus erat, vt cantoribus & cantatricibus lamentandi ipſum perſona ſit impoſita, ac ſingulis annis ipſius memoria ſit celebrata. Procop. ibidem.

ces vsque in presentem diem[k] lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptum fertur in lamentationibus. Reliqua autem sermonum Iosiæ & misericordiarum eius, quæ lege præcepta sunt domini, opera quoque illius prima & nouissima, scripta sunt in libro Regum Iuda & Israel.

[k. Lamentationes Ieremiæque thseni vocatur: Qui sic inchoat Quomodo sedet sola ciuitas plena populo. Quia de hac re partim scripti sunt. De Lyra.]

*Rex Babylonis vrbe Ieroſolyma ſpoliata, templum vrbémque incendit, & populum ducit captiuum.* XXXVI.

A VLit ergo populus terræ Ioachaz filium Iosiæ,[a] & constituit Regem pro patre suo in Ierusalem. Vigintitrium annorum erat Ioachaz cùm regnare cœpisset: & tribus mensibus regnauit in Ierusalem. [b] Amouit autem eum Rex Ægypti ⸗ cùm venisset] in Ierusalem, & condemnauit terram centum talentis argenti, & talento auri. † Constituítque pro eo Regem Eliachim fratrem eius super Iudam & Ierusalem, & vertit nomen eius Ioachim. Ipsum verò Ioachaz tulit[1] secum,] & adduxit in Ægyptum. Vigintiquinque annorum erat[c] Ioachim cum regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalem: fecítque malum coram domino deo suo. Contra hunc ascendit Nabuchodonosor Rex Chaldæorum, [2] & vinctum catenis duxit] in Babylonem, ad quam vasa domini transtulit, & posuit ea in templo suo. [d] * reliqua autem [3] verborum] Ioachim, & abominationes eius quas operatus est, & quæ inuenta sunt in eo, continentur in libro regum Iuda & Israel. [e] Regnauit autem Ioachim filius eius pro eo. Octo annorum erat Ioachim cùm regnare cœpisset, & tribus mensibus ac decem diebus regnauit in Ierusalem: fecítque malum in conspectu domini. Cúmque anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor Rex ⸗ nuncios, qui] & [4] adduxerunt] eum in Babylonem: asportatis simul preciosissimis vasis domus domini. † Regem verò constituit [e] Sedechiam [5] patruum] eius super Iudam & Ierusalem. † Viginti & vnius anni erat Sedechias cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem. Fecítque malum in oculis domini. dei sui: nec [6] erubuit faciem] Ieremiæ Prophetæ ⸗ loquentis ad se] ex ore domini. A Rege quoque [f] Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eum per deum, & indurauit ceruicem suam & * cor: vt non reuerteretur ad dominum deum Israel. [f g] Sed & vniuersi Principes [7] sacerdotum] & populus, præuaricati sunt iniquè iuxta vniuersas abominationes gentium, & polluerunt domum domini, quam sanctificauerat sibi in Ierusalem. Mittebat autem dominus deus patrum suorum ad illos per manum nunciorum suorum, [8] de nocte consurgens & quotidie commonens: eò quòd parceret] populo & habitaculo suo. At illi subsannabant nuncios dei, & paruipendebant sermones eius, illudebántque Prophetis, donec ascenderet furor domini in populum eius, & [9] [h] esset nulla curatio.] Adduxit enim super eos Regem Chaldæorum: & interfecit iuuenes eorum gladio in domo sanctuarij. [i] * Non est misertus adolescentis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidem: sed omnes tradidit in manibus eius: vniuersáque vasa domus domini tam maiora quàm minora, & [10] thesauros templi] Regis & Principum * transtulit in Babylonem. [g] Incenderunt ⸗ hostes domum dei, destruxerúntque murum Ierusalem, vniuersas turres combusserunt * & quicquid preciosum fuerat, demoliti sunt. [k] Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit Regi & & filiis eius: donec imperaret Rex Persarum, & compleretur sermo domini ex ore Ieremiæ: [11] & celebraret terra sabbata sua.] Cúnctis enim diebus desolationis [12] egit sabbatum,] vsque dum complerentur septuaginta anni. [l †] Anno autem primo Cyri Regis Persarum, [13] ad explendum sermonem domini, quem locutus fuerat] per os Ieremiæ, suscitauit dominus spiritum [m] Cyri Regis Persarum: qui iussit prædicari in vniuerso regno suo, etiam per scripturam, dicens: Hæc dicit Cyrus Rex Persarum: omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cœli: & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa. Quis ex vobis est in omni populo eius? Sit dominus deus suus cum eo, & ascendat.

[a. Mortuo Iosia regnum suscepit filius eius Ioazus anno ætatis vigesimo tertio, regiam habens Ieroſolymis. Iosiph. Anti. Iudaic. lib 10. cap. 6.]

b. Reuertens Nechao Rex Aegypti à Syria victa, reuocauit ad se Ioachaz in Reblatha, ad quē cùm venissent vinctus est ab eo & sic missus in Aegyptum: deinde missis legatis in Ierusalē, instituit Ioachim fratrem sud cum debita multa. Dionys. 4. Reg. 23.

1. Necho.

[c. Notandum q̄ de eodem Ioachim filio Iosiæ in Regum lib. ita scriptum est. Dormiuit Ioakim cum patribus suis, regnauitque Ioachim filius eius pro eo, quem dixit textus fratrem. Gloſa ordina.

2. Vinxit eum duabus catenis, vt duceret eum.

d. Cum autem malignatus fuisset in deum, quasi verò impius in condemnationem adiudicatus est à deo, & postea præparatus ad exactionem Iudæ, secundum iracundiā dei veniens rex Assyriorum adduxit eum in Babylonem, & factus est rex in loco eius Ieconias filius ei⁹. Chrysosto. super Matth. cap. 1.

* In Babylone.

3. Gesta.

4. Duxit.

e. Hic Sedechias dicitur tertius filius Iosiæ: quamuis in textu dicatur patruus Ioachim, in Hebræo verò dicitur frater eius. De Lyra ibidem.]

5. Fratrem.

6. Est humiliatus à conspectu.

f. Hic est ille magnus Nabuchodonosor secundus huius nominis, nonus Rex Babyloniæ post destructam monarchiam Assyriorum per Arbacen Medum.

* Obstinauit animum suum.

[g. Quia ad malitiam regis seruata est malitia in omnibus aliis, vt Eccl. 10. Rex insipiēs perdet populum suum. De Lyra. Ibi.]

7. Sacerdotes.

8. Mane surgendo & mittendo quoniam parcebat.

9. Donec nullū esset remedium.

h. Nulla curatio erat respectu pœnæ quæ infligēda erat ex determinatione diuinæ sententiæ, tamen respectu culpæ semper potest esse curatio, quandiu homo habet in hac vita vsum liberi arbitrij. Idem.]

i. Hoc est tam districtè vltus est deus crimina populi tui, q̄ nec miserabilibus personis quibus solet parci in bellis, pepercit. Dionysius ibidem.

* Eorum.

10. Domus dñi, & thesauros.

* Eius.

* Igni.

k. Aliqui tamen Iudæi, qui nō restiterunt Chaldæis pertinaciter vt Godolias, & qui ei commissi fuerunt, & qui confugerunt ad eum remanserūt in terra Iudæ ad tempus. Dionysius Carth. ibidem.]

11. Donec frueretur terra sabbatis suis.

12. Quieuit.

l. Quo Asiam subegit. 16. autem an. Persarum.

13. Cum consummatum esset verbum domini.

m. Cyri nomen longo tempore ante eius nativitatem prædictū esse scribitur Isa. 45. 2. Quod quidem & Iosephus in 11. Iudaic. Antiquita. volumine refert, legisse Cyrū ab Isaia de certo vaticinatum nomine: & idcirco Iudæos quasi dei familiares plurimum dilexisse. Hieron. in 45. cap. Isaiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## Oratio Manasses Regis Iuda cùm captus teneretur in Babylone.

*DOmine deus omnipotens patrum nostrorum Abraham, Isaac, & Iacob, & seminis eorum iusti, qui fecisti cælum & terram cum omni ornatu eorum, qui signasti mare verbo præcepti tui, qui conclusisti abyssum, & signasti terribili & laudabili nomini tuo, quem omnes pauent, & tremunt à vultu virtutis tuæ: & insustentabilis ira super peccatores comminationis tuæ, & immensa verò & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ: quoniam tu es dominus altissimus super omnem terram, longanimis & multum misericors, & pœnitens super malitiam hominum. Tu autem domine secundum bonitatem tuam promisisti pœnitentiã remissionis peccatorũ, & tu deus iustorum, non posuisti pœnitentiam iustis, Abraham, Isaac, & Iacob, iis qui tibi non peccauerunt, & quoniam peccaui super numerum arenæ maris, multiplicatæ sunt iniquitates meæ: incuruatus sum multo vinculo ferri, & non est respiratio mihi: quia excitaui iracũdiam tuam, & malum coram te feci, statuens abominationes & multiplicans offensiones, & nunc flecto genua cordis mei, precans ad te bonitatem domine. Peccaui domine, peccaui, & iniquitatẽ meã agnosco. & Peto rogans te domine, remitte mihi, remitte mihi, ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in æternum reserues mala mihi: quia indignum saluabis me secundum magnam misericordiam tuam: & laudabo te semper omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis virtus cælorum: & tibi est gloria in secula seculorum Amen.*

## Incipit præfatio beati Hieronymi presbyteri in librum Esdræ.

*VTrum difficilius sit, facere quod poscitis, an negare, necdum statui. Nam neque vobis aliquid imperantibus abnuere sententiæ est: & magnitudo oneris impositi ita ceruices premit, vt ante sub fasce ruendum sit, quàm leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum studia, qui omne quod scribimus, reprehendendum putant. Et interdum contra se cõscientia repugnante, publicè lacerant, quæ occultè legunt: in tantum vt clamare cõpellar & dicere: Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Tertius annus est, quòd semper scribitis atque rescribitis vt Esdræ librum, & Ester vobis de Hebræo transferã: quasi nõ habeatis Græca & Latina volumina, aut quicquid illud est quod à nobis vertitur, nõ statim ab omnibus conspuendum sit. Frustra autẽ, vt ait quidam, niti neque aliud fatigando, nisi odium quærere, extremæ demẽtiæ est. Itaque obsecro vos mi Domnion & Rogatiane charissimi, vt priuata lectione contenti libros nõ efferatis in publicũ: nec fastidiosis cibos ingeratis: vitetisque eorum supercilium, qui iudicare tantũ de aliis, & ipsi facere nihil nouerunt. Si qui autẽ fratrum sunt quibus nostra non displicent, iis tributis exemplar, admonentes vt Hebræa nomina (quorum grandis in hoc volumine copia est,) diligentèr & per interualla transcribant. Nihil enim proderit emendasse librum, nisi emendatio librariorũ diligentia conseruetur. Nec quenquam moueat quòd vnus à nobis liber editus est, nec apocryphorum tertij & quarti libri somniis delectetur: quia & apud Hebræos Esdræ Nehemiæque sermones, in vnum volumen coarctantur: & quæ non habentur apud illos, nec de viginti quatuor senibus sunt procul abiicienda. Si quis autem septuaginta vobis opposuerit interpretes, quorum exemplaria varietas ipsa lacerata & inuersa demonstrat: nec potest vtique verum asseri quod diuersum est, mitte eum ad Euangelia, in quibus multa ponuntur quasi de veteri testamento, quæ apud septuaginta interpretes nõ habentur: velut illud, quoniã Nazaræus vocabitur, &, ex Aegypto vocaui filiũ meum, &, videbunt in quem cõpunxerunt: Multáque alia, quæ latiori operi reseruamus, & quærite ab eo vbi scripta sint. Cúmque proferre nõ potuerit, vos legite de iis exẽplaribus quæ nuper à nobis edita maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed vt ad compendium veniam, certè quod illaturus sum, æquissimum est. Edidi aliquid quod non habetur in Græco, aut aliter habetur quàm à me versum est. Quid interpretem laniant? interrogent Hebræos, & ipsis autoribus translationi meæ vel arrogent vel derogent fidem. Porrò aliud est si clausis (quod dicitur) oculis mihi volunt maledicere, & non imitantur Græcorum studium & beneuolentiam: qui post septuaginta translatores, iam Christo Euangelio coruscante, Iudæos & Hebionitas legis veteris interpretes, Aquilam videlicet, & Symmachum, & Theodotionem, & curiosè legunt, & per Origenis laborem in Hexaplis Ecclesiis dedicarunt.*

*carunt. Quanto magis Latini grati esse deberent, quòd exultantem cernerent Græciam à se aliquid mutuari? primum enim magnorum sumptuum est & infinitæ dificultatis, exẽplaria posse habere omnia: deinde etiam qui habuerint, & Hebræi sermonis ignari sunt, magis errabũt, ignorantes quis è multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidã nuper apud Græcos accidit: vt interdũ scripturæ sensum relinquens, vniuscuiuslibet interpretis sequeretur errorem. Nos autẽ qui Hebrææ linguæ saltem paruam habemus scientiam, & Latinus nobis vtcunque sermo nõ deest, & de aliis magis possumus iudicare: & ea quæ ipsi intelligimus, in nostra lingua promere. Itaq; licet Hydra sibilet, victórque Simon incendia iactet, nunquam meũ, iuuante Christo, silebit eloquium: etiam preciosa lingua balbutiet. Legant qui volunt: qui nolunt, abiiciant. Euentilent apices, literas calumnientur. Magis vestra charitate prouocabor ad studium, quàm illorum detractione & odio deterrebor.*

# Incipit liber Esdræ primus.

*Cyrus diuinitus inspiratus, redditis vasis templi Salomonis captiuitatem relaxat Israelitis.* *Cap. I.*

[a] †N[a] Anno primo Cyri Regis Persarum, vt compleretur verbum domini ex ore Ieremiæ † suscitauit dominus spiritum Cyri regis Persarũ: & transduxit vocem in omni regno suo, etiam per scripturam, dicens: Hęc dicit Cyrus rex Persarum: [b] Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cœli, & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa. [c] Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit dominus illius cum eo. Ascendat in Ierusalem quæ est in Iudęa, & ædificet domum dei Israel, ipse est deus qui est in Ierusalem. Et omnes reliqui in cunctis locis vbicunque habitant, adiuuent eum viri, de loco suo, argento & auro, & substantia & pecoribus, [c] excepto quod voluntariè offerunt templo dei, quod est in Ierusalem. [d] Et surrexerunt Principes patrum de Iuda & Beniamin, & sacerdotes & Leuitæ, & omnis cuius suscitauit deus spiritum, vt ascenderet † ad ædificandum templum domini, quod erat in Ierusalem. Vniuersíque qui erant in circuitu adiuuerunt manus eorum in vasis argenteis, & aureis, [2]in substantia,] & iumentis, [3]in supellectili,] exceptis iis quę sponte obtulerant. † Rex quoque Cyrus protulit vasa templi domini, quę tulerat Nabu- [d] chodonosor de Ierusalem, & posuerat ea in templo dei sui. [e] Protulit autem ea Cyrus rex Persarum per manum Mithridatis [4] filij Gazabar,] & annumerauit ea [e] Sasabasar principi Iudæ: & hic est numerus eorum, Phialæ aureę triginta, Phialę argenteæ mille, cultri vigintinouem, [5]scyphi aurei] triginta, scyphi argentei secundi * quadringentidecem: vasa alia mille. Omnia vasa aurea & argentea quinque milia quadringenta: Vniuersa tulit Sasabasar, cum iis qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Ierusalem.

*Numerus reuertentium è captiuitate Babylonica in Ierusalem.* *II.*

[a] HI sunt autem [a] prouinciæ filij, qui ascenderunt de captiuitate quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, [b] & reuersi sunt in Ierusalem & Iudæam, vnusquisque in ciuitatem suam, qui venerunt cum Zorobabel & Iesua, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belsan, Mesphar, Beguai, Reum, Baana. Numerus virorum populi Israel: Filij Phares, duo milia centum septuaginta duo. [6]– Filij Arethi, septingenti septuagintaquinque. Filij Gersephatia, trecenti septuagintaquinque.] Filij Saphatia, trecentiseptuagintaduo. Filij Area, septingentiseptuagintaquinque. Filij Phetmoab filiorum Iosue Ioab, duo milia octingentiduodecim. Filij Helam, mille ducenti quinquagintaquatuor. Filij Zethua,

a. Hoc est anno primo quo monarcha fuit, & regnauit Assyrius Balthasaro rege eorum interfecto in Babylone. 16. tamẽ regni eius anno vel 22. iuxta alios, apud Persas qui supputatur primus annus libertatis Iudæorũ post 70. annos captiuitatis expletos.

1. Vna cum munere voluntario pro.

[b. Innotuit ei Isaiæ prophetia 45. c. a. Hæc dicit dominus christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius Gentes & dorsa regum vertam & apertam coram eo ianuas, & portæ non claudẽtur. De Lyra.]

c. Magna in his fides Regis, magna clarer pietas. Fides quidẽ, q̃ populum Israel præ cæteris nationibus dei esse populũ intellexit. Pietas pro nullo prorsus excepto omnes qui vellent liberos parriẽ redire permisit. Fides, quod eundem dominum deum & habitare in cœlis, & esse in Ierusalem, & eum singulis reuertentibus de Babylone. Beda super Esd. cap. 1.

[d. Illæ enim tres tribus scilicet Iuda, Beniamin & Leui, fuerũt vltimo captiuatæ per Nabuchodonosor regem Babylonis, & primo reductæ sunt de captiuitate. De Lyra.]

2. In supellectilibus.

3. atque muneribus.

e. Zorobabeli secundum Hebræos, quo nomine eum Assyrij vocabant: qui interpretatur gaudium in tribulatione & angustia. Per istum autẽ Zorobabelem dimissi sunt omnes filij Israel. Chry. in 1. cap. Matth.

4. Pelues aureæ.

* Ordinis.

a. Filios prouinciæ Iudææ dicit, non Babyloniæ. Ad hanc enim non pertinebant tantummodo illi qui de ea in Babyloniam transmigrati fuerant, sed etiam qui ex illorum stirpe in Babylonia orti sunt, animo tamen in to Iudæam & Ierosolymam tuspirabant. Quorum figuram gerebat Dux corũ Zorobabel. 18. annos vt dicunt, natus. Qui nomine quidem ipso, & sit ortus in Babylone demõstrat, sed intentione & actibus quòd sit ciuis Ierosolymitanus ostendit. Beda super 1. c. Esdræ.

b. Porrò ascensuri in Ierusalem vel in Iudæam alios hortabantur, sed paucos inuenerunt qui assentirẽt eis. Et propterea tam in exhortatione quã in apparatu tres annos cõpleuerunt. Igitur in anno tertio Cyri regressi sunt sub Zorobabel duce, & Iesu magno sacerdote adhortãtibus eos, Zacharia propheta, & Haggæo iuuene. Conferor de reædificatione templi. cap. 17.

5. Scyphi argentei] triginta, scyphi aurei secundi.

6. Filij Arethi, septingenti septuagintaquinque. Filij Gersephatia, trecenti septuagintaquinque.] Filij Saphatia, trecentiseptuagintaduo. Filij Area, septingentiseptuagintaquinque.

hua,nongentiquadragintaquinque.[c] Filij Zachai,septingentisexaginta.Filij Bani,sexcentiquadragintaduo.Filij Bebai,sexcentiuigintitres.Filij Azgad,mille ducentiuigintiduo.Filij Adonicam,sexcentisexagintasex.Filij Beguai,duo milia quinquagintasex. Filij Adin,quadringenti quinquagintaquatuor.Filij Ather,qui erāt ex Ezechia,nonagintaocto.[d] Besai,trecentiuiginti tres. Filij Iora, centumduodecim. Filij Hasum, duocentiuigintitres. Filij Gebar,[1] nonagintaquinque.] Filij Bethléhem, centumuigintitres. Viri Nethupha,quinquagintasex. Viri Anathot,centumuigintiocto.Filij Azmaueth,quadragintaduo. Filij Cariathiarim,Cephira & Beroth, septingentiquadragintatres.Filij Rama & Gabaa,sexcentiuigintiunus. Viri Machmas, centumuigintiduo. Viri Bethel, & Haai, ducentiuigintitres. Filij Nebo, quinquagintaduo. Filij Megbis, centūquinquagintasex. Filij Helam alterius,mille ducentiquinquagintaquatuor.Filij Arim,trecētiuiginti.Filij Lodhadid & Ono,septingentiuigintiquinque. Filij Iericho, trecentivigintiquinque.Filij Senaa,tria milia sexcenti triginta.[a] Sacerdotes:filii Iadaia in domo Iesue,] nongentiseptuaginta tres. Filii Emmer, mille quinquagintaduo, Filij Pheshur,mille ducentiquadragintaseptem.Filij Arim,mille decem & septē.Leuitæ filij Iesue,& Sepmihel filiorū Hodauiæ,septuagintaquatuor.Cantores:Filij Asaph, centumuigintiocto. Filij Ianitorum: Filii Sellum, filii Ather, filii Thelmon, filii Accub, filii Attita, filii Sobai: vniuersi centumtrigintanouem. [e] Nathinnæi: Filii Sia,filii Asupha,filij Tabbaoth,filij Ceros,filij Siaa,filij Phadon,filij Lebana, filij Agaba, filij Accub,filij Agab,filij Semlai,filij Anan,filij Gaddel,filij Gaer,filij Raahia, filij Rasin, filij Neehoad,filij Gazem,filij Aza,filij Phasea,filij Besee, filij Asena,filii Munim,filii Nephusim,filii Bacbuc, filii Acupha, filii Harur,filii Besluth, filii Maida, filii Arsa,filii Bercos,filii Sisara,filii Thema,filii Nasia, filii Athipha,filii seruorum Salomonis,filii Sothæi,filii Sophereth,filii Pharuda,filii Iala, filii Dercon, filii Geddel, filii Saphatia,filii Athil,filii Phocereth,qui erant de Asebaim,filii Amin. Omnes Nathinnæi, & filii seruorum Salomonis trecenti nonagintaduo.[c] Et ii qui ascenderunt de Thelmela,Thelarsa, Cherub, &[3] Addom & Emer,] & non potuerunt indicare domum patrum suorum & semen suum, vtrum ex Israel essent: Filii Dalaia, filii Thobia, filii Nechoda, sexcenti quinquaginta duo. Et de filiis sacerdotum filii Hobia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem, & vocatus est nomine eorum.[f] Hi quęsierunt scripturam genealagiæ suæ, & non inuenerunt: & eiecti sunt de sacerdotio.Et dixit[f] Atherstatha eis, vt non comederent de sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos[4] doctus atque perfectus.] Omnis multitudo quasi vir vnus quadraginta duo milia[5] trecentisexaginta:] exceptis seruis eorum & ancillis, qui erant septem milia trecentitrigintaseptem: & in ipsis cantores atque cantatrices ducenti Equi eorum[6] sexcentitriginta sex,] muli eorum ducētiquadragintaquinque, cameli eorum quadringentitrigintaquinque:asini eorum sex milia septingentiuiginti.Et de principibus patrum cùm ingrederentur templum domini quod est in Ierusalem,sponte* obtulerunt in domum dei ad extruendam eam in loco suo. Secundum vires suas dederunt impensas operis,auri [7] solidos quadraginta] milia & mille,argenti minas quinque milia,& vestes sacerdotales centum.Habitauerunt ergo sacerdotes, & Leuitæ,& de populo,& cantores,& ianitores, & Nathinnæi in vrbibus suis, vniuersúsque Israel in ciuitatibus suis.

[c. Catalogus populi Israel sacerdotum,Leuitarum, cantorum, Ianitorum,Nathinæorum,& filiorum seruorū Salomonis trecentis decem & septem. Post exactum ducem consequentes numerus populi: Post recensitū populi summam,dicati dei gratiæ in ordine sequuntur. Populum autem Israel triduum Iuda & Beniamin dicit, & quicūque de aliis Assyriorum imnubus quondam euulserunt manus,sed cum his à Babyloniis comprehensi nihil omninus in captiuitate inferūr abdusti. Beda.ibi.]
1.Nonagintaquinque.

[d. Consequenter inferitur numerus Leuitarum,& inchoatur à sacerdotibus qui erant principales in tribus Leui, cū dicitur Sacerdotes filij Iadaia in domo Iesue:nomina sunt patrum Leuitæ a item filij Iesue. Isti iuuabant sacerdotes eis ministrādo in oblationibus sacrificiorum. Cantores filij Asaph, isti cantabant diuinas laudes quado offerebantur libamina sacrificiorū. Filij Ianitorum qui custodiebāt portas atrij sacerdotum ad quatuor partes orbis. Ie Lyra]
2.Filiorum Iedaia de domo Iesua.

a.Hoc in loco etiam iuxta literam gratia dei,etiam qua in veteri testamento gentiles ad tantem recipiebantur,ostēditur, dum exposito catalogo eorum quos veraciter ad populum dei pertinere constabat: adiuncti sunt etiam aliqui ex eis,qui vtrum ex Israel an ex proselytis essent ignorabatur, eorūmque inter filios Israel numerus exponitur. Beda vbi supra.
3.Addan & Immer.
4.Pincerna Regis.Hic est Nehemias,de quo postea.
5.In Vrim & Thummin.
5.Trecentisexaginta.
6.Septingenti & trigintasex.

*Seipsos.
7.Drachmas sexaginta.
a.Septenibri nostro respondēs, in quo transmigrātes altare domino consecrauerunt,qui & totus præ cæteris mensibus legali obseruatione solennis sicut septimus dies hebdomadæ,& septimus annus.
b Vrebantur enim ad opus diuini cultus magistris Iosue qui & Iesus, & Zorobabel, qui ambo vt supra diximus,vnam eandémque dñi, ac saluatoris nostri figuram complent,Iosue videlicet propter sacerdotium & zorobabel propter regnū, qui de regia stirpe descendit.
c Festiuitas erat septem dierū in memoriam mansionis patrū suorum in tabernaculis per desertum post exitū eorū de Aegypto. In illis iepē diebus iussus est populus exire domos,& facere sibi ex pulcherrimis frōdibus tabernacula, in quibus per hos septem dies manerent, & quotidie decreta legis diuinæ seruātes holocausta domino offerebant. Beda ibidem.

[a] Amque venerat[a] mensis septimus, & erant filii Israel in ciuitatibus suis. a
[b] Congregatus est ergo populus quasi vir vnus in Ierusalem, & surrexit [b] Iosue filius Iosedech, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius, & ædificauerunt altare dei Israel, vt offerrent in eo holocaustomata,sicut scriptum est in lege Moysi viri dei. [†] Collocauerunt autem altare dei super bases suas, deterrentibus eos per circuitum populis terrarum, & obtulerunt super illud holocaustum domino mane & vespere.[c] Fecerúntque solennitatem taber-

*Vnanimes Israelitæ templum erigunt,& festos dies celebrant.* III.

tabernaculorum sicut scriptum est: & holocaustum diebus singulis 'per ordinem secundum præceptum,] opus diei in die suo,& post hæc holocaustum iuge,tam in Kalendis quam in vniuersis solennitatibus domini,quæ erant cõsecratæ, & in omnibus
B in quibus vltrò offerebatur munus domino.[d] A primo die mensis septimi cœperunt offerre holocaustum domino.Porrò templum dei nondum fundatum erat. Dederũt autem pecunias latomis,& cæmentariis,cibum quoque & potum & oleum Sidoniis Tyriisque,vt deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppen: iuxta quod præceperat Cyrus rex Persarum eis.Anno autem secũdo aduentus eorum ad templum dei in Ierusalem mense secundo,cœperunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedech,& reliqui de fratribus eorum sacerdotes & Leuitæ: & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalem:& constituerunt Leuitas à viginti annis & suprà,vt vrgerent opus domini.Stetitque Iosue & filij eius & fratres eius, Cedmihel & filij eius, & filij Iuda quasi vir vnus:vt instarent super eos qui faciebant opus in templo dei: filij Ena-
C dab,& filij eorum,& fratres eorum Leuitæ.[e] Fundato igitur à cementariis tẽplo domini,steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis,& Leuitæ filij Asaph in cymbalis, vt laudarent deum per manus Dauid regis Israel. Et concinebant in hymnis & confessione domino,quoniam bonus,quoniam in æternũ misericordia eius super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando dominum, eò quòd fundatum esset templum domini.Plurimi etiam de sacerdotibus & Leuitis, & Principes patrum,& seniores qui viderant tẽplum prius cum fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum,flebant voce magna,& multi vociferantes in lætitia eleuabant vocem,nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi.Commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox au-
D diebatur procul.[f] Audierunt autem hostes Iudæ & Beniamin,quia filij captiuitatis ædificarent templum domino deo Israel:& accedentes ad Zorobabel,& ad Principes patrum,dixerunt eis:Ædificemus vobiscum:quia ita vt vos, quærimus deum vestrũ. Ecce nos immolauimus victimas à diebus Asoraddan Regis Assur, qui adduxit nos huc.Et dixit eis Zorobabel,& Iosue,& reliqui Principes patrum Israel: Non est nobis & vobis vt ędificemus domum deo nostro,sed nosipsi soli ædificabimus deo nostro: sicut præcepit nobis Cyrus Rex Persarum.Factum est igitur vt populus terræ impediret manus populi Iudæ,& turbaret eos in ædificando.Conduxerunt autem aduersus eos consiliatores: vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri Regis Persarum,& vsque ad regnum Darij Regis Persarum.

1. Iuxta numerum & ritum,&.

[d. Quia tunc primo erectum est altare holocaustorum: ante cuius erectionem nõ poterant talia offerre. Da Lyra. ibidem. Ab exordio diuinæ scilicet inspirationis, qua humana conscientia immutatur,& voluptatibus neglectis in ea sola quæ Domini sunt inardescit. Sicut Apostoli qui spiritusancto inflammati,quasi holocaustũ facti omnibus linguis prædicabant magnalia Dei. Hinc apud Hebræos septimus mensis nõnus annus vocatur: quia per spiritum sanctum fidelibus datur vt nouũ charitatis impleãt mandatum,& canticum nouũ in ædificatione domꝰ Dei reddant. Glo. Lordina. ]

e. Anno primo regni sui Cyrꝰ Rex decreuit vt templum dei cum altari Ierosolymis ædificaretur. altitudine cubitorum sexaginta & totidem latitudine. quod haberet ordines è lapidibus politis tres, & ligneũ vnũ è macerie quam fert ea regio. Et sumptus in hoc ex ærario regis præberentur. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 11, ca. 4.]

f. Hi dum templi fundamenta iacinnt, & in hoc ædificando toti sunt, finitimæ gentes, præcipuè Chuthæi, quibus olim è Perside ac Media traductis Salmanasar Assyriorũ Rex in Samaria, Israelitis inde sublatis, nouas sedes dederat: rogabant Satrapas,& eos quibus cõmendata erat hæc ædificatio, vt Iudæos impedirent: quominus vrbem ac templum instaurare valeant. Illi vero pecuniis etiã corrupti vẽdiderũt Chuthæis suam circa demandatũ officiũ cessationem & negligentiam, Cyro nesciente, vtpote in alia distracto negocia, qui demum Massagetico bello periit Ioseph. Antiq, lib. 11. cap. 2.

## *Israelis hostes, templi & vrbis instaurationem impedire nituntur.* IIII.

A [a] † N regno autem Assueri, [ipse est Artaxerxes,] in principio regni eius scripserunt accusationem aduersus habitatores Iudæ & Ierusalem. Et in diebus Artaxerxis scripsit Besellam Mithridates & Thabeel, & reliqui qui erant in consilio eorum,ad Artaxerxem regem Persarum.† Epistola autem accusationis scripta erat Syriacè:& legabatur sermone Syro. [1] Reum Beeltheem, ] & Semsai scriba,scripserunt epistolam vnam de Ierusalem Artaxerxi Regi, huiusmodi: Reum Beeltheem & Samsai Scriba,& reliqui consiliatores eorum, Dinæi, & Apharsathæi,Therphalæi,Arphasæi,Herchuæi,Babylonij,Susannachæi, Diæui & Elamitæ: & cæteri de gentibus quas transtulit Asenaphar magnus & glorioſus, & habitare eas
B fecit in ciuitatibus Samarię, & in reliquis religionibus trans flumen in pace. [2] Hoc est exemplar epistolæ, quam miserunt ad eum:[b] Artaxerxi Regi serui tui viri qui sunt trans fluuium,salutem dicunt.Notum sit Regi, quia Iudæi qui ascenderunt à te, ad nos venerunt in Ierusalem ciuitatem rebellem & pessimam:quam ædificant extruẽtes muros eius,&parietes cõponentes.Nũc igitur notũ sit Regi,quia si ciuitas illa ędificata fuerit,& muri eius instaurati,tributũ & vectigal & annuos reditus non dabunt &[3] vsque ad Reges hęc noxa perueniet.]Nos autem memores salis, quod in palatio,

a. Vicesimo enĩ anno quo Cyrus regnare cœpit apud Persas, quinto vero postquã Babylone capta monarcha factus est: exercitũ suum duxit in Massagetas relicto filio suo Cãbyse, qui hic dicitur Assuerus, siue Artaxerxes, impedita est tẽpli Ierosolymitani ędificatio à Cuthæis & circumsessentibus populis. Mortuo autẽ Cyro postquam 30. annis Persis imperauit, successit ei filius eius Cãbyses, qui acceptis literis à gubernatoribus Syriæ & Palestinæ, impediuit penitus templi eiusdem ędificationẽ vsque ad primum annũ Darij filij Hystaspitis cuius anno. 6. ædificatũ est. Iosephus vero ait perfectũ Darij 9. ioi regni anno.
1. Regum à commentariis & infra.
[b Artaxerxes cui suadetur, & fisasus præcepit ne Ierusalem ædificetur. quemlibet gentilũ principum, ecclesiæ inimicum persecutorem significat. Glos. ordina ibid.]

2 Regum tributum damnum patiętur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



3. Contemptum.

comedimus: quia[3] lęsiones] regis videre nephas ducimus: idcirco misimus & nuntiauimus regi, vt recenseas in libris historiarum patrum tuorum, [f] & inuenies scri- c
ptum in commentariis, & scies quoniam vrbs illa, vrbs rebellis est, & [c] nocens regibus, & prouinciis, & [4] bella concitantur in ea, ex diebus antiquis, quamobrem & ciuitas illa destructa est. Nunciamus nos regi: quoniam si ciuitas illa ędificata fuerit, & muri ipsius instaurati: *possessionem trans fluuium non habebis. Verbum misit Rex ad Reum Beeltheem, & Sempsai Scribam, & ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores Samarię, & cæteris tans fluuium, [5] salutem dicens & pacem. [d] Accusatio quam misistis ad nos, manifestè lecta est coram me, & à me prędceptum est: & recensuerunt, inuenerúntque quoniam ciuitas illa à diebus antiquis aduersum reges rebellat, & seditiones & prælia concitantur in ea. [g] Nam & reges fortissimi fuerunt in Ieru- d
salem, qui & dominati sunt omni regioni quæ trans fluuium est. Tributum quoque, & vectigal, & reditus accipiebant. Nunc ergo [6] audite sententiam,] vt prohibeatis viros illos, & vrbs illa non ædificetur, donec si fortè à me [7] iussum fuerit.] Videte ne negligenter hoc impleatis: & paulatim crescat malum contra Reges. [e] Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis lectum est coram Reum Beeltheem, & Samsai Scriba, & consiliariis eorum, & abierunt festini in Ierusalem ad Iudæos, & prohibuerūt eos in brachio & robore. Tunc intermissum est opus domus domini in Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum regni Darij regis Persarum.

[e. Quia tempore Dauid & Salomonis pluta regna fuerunt et subiecta. vt patet 2. Reg. 8. & 3. Reg. 4. Quamobrem ciuitas illa destructa est propter rebellionem contra Regem Nabuchodonosor. vt habetur 4. Reg. vltimo. De Lyra.]
4. Rebelliones fiunt in medio eius ab omni æuo.
*Posthæc.
5. In Scil. & Chebet. Epistola.
d. Lectis quas misistis literis, iussi inspici maiorum meorū cōmentarios, vbi inuentū est, vrbē illā semper inimicā fuisse regibus, habitatorésque eius seditiosos perpetuo studuisse concitādis bellis & rerum nouitatibus. Quódque reges habuerint potentes ac violentos, qui cōtinuis tributorū exactionibus Phœnicen & Cœlen Syriam vexauerāt. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 11. cap. 2.
6. Facite edictum.
7. Decretum fuerit depositum.
[e. Pater ordo historiæ quòd hostes populi Dei primo opus sanctum persequendo impedierant: deinde consilium rectæ intentionis eorum prauis consiliis dissipare tentabant, necommuno ab operæ retrahere valebant. Beda.]

*Aggæi & Zachariæ exhortatione templi ædificatio repetitur, hoc conantibus impedire principibus Assyriorum.* V.

a. Cum audisset itaque Zorobabel Darij filiꝰ Hystaspis regna re, fiducialiter aggressus est ædificare templū Haggęo & Zacharia exhortātibus populum Qui prædicabant deum offensum eis, eò quòd habitarent in domibus laqueatis, & domus domini esset desolata. Hoc autem signū iræ dei esse dicebāt, q̄ multum seminabant, & inferebant parum. Comestor ca. 3. de historia Iudith.
1. Mandatum.
2. Donec.
b. Scilicet adustariis per literas quas à Cyro Rege ferrabāt super templi reædificatione.
3. Vniuersa.
4. Ponderoso, siue marmoreo. Vel lapidē dicit impolitum nouū quē ipsi fodiētes impolitū inuenerūt, sed ipsum politū & aptū ædificio domus dei fecerunt. Vel de veteribus superioris tēpli dispersis, nec de nouo politis alterū templum sit ædificatum. Beda vbi supra.
d. Principes igitur Regis Persarum qui erant trans flumen, interdicebant reædificationē. Cumque respondissent seniores Iuda q̄ deus suus hoc eis prędceperat, cui nephas est cōtra dicere: placuit vtrisque vt res ad Darium referretur. Et ascendit Zorobabel cū nūciis principū ad Regem, & honoratus est ab eo supra quàm sperarat. Nā in cubiculo Regis dormiebat cū duobus aliis qui proposuerunt tres quæstiones, de quibus 3. Esdræ. Comest. 5. cap. de histo Iudith.
e Inuentus est apud Ecbatana castrū Mediæ liber, in quo hæc scripta continebātur. Anno primo regni sui Cyrus rex decreuit vt tēplū dei cū altari Ierosolymis ædificaretur altitudine cubitorū 60 & totidem latitudine: quod haberet ordines è lapidibus politis tres, & lignū vnum è nouo creuit quæ fert ea regio. Et sumptus in hoc ex ærario regis præbeantur. Ioseph. Antiq. lib. 11. ca. 4. licet paulo seeus cap. sequenti cōtineatur. Hoc autem decretum à Cyro fuerit 19. annis ante facultatē à Dario concessam.

[a] Rophetauerunt autem Haggęus Propheta & Zacharias filius Addo, a
prophetantes ad Iudæos qui erant in Iuda & Ierusalem, in nomine dei Israel. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedech, & cœperunt ædificare templum domini in Ierusalem: & cum eis prophetæ dei adiuuantes eos. In ipso autem tempore venit ad eos Thatannái qui erat dux trans flumen, & Starbuzannái, & consiliarij eorum: sicque dixerunt eis, Quis dedit vobis [1] consilium] vt domum hanc ædificaretis, & muros eius instauraretis? Ad quod respondimus eis, quæ essent nomina hominum authorum ædificationis illius. Oculus autem dei eorum factus est super senes Iudęorum, & non potuerunt inhibere eos. [f] [2] Placuítque vt] res ad Darium referretur, & tunc [b] satisfacerent aduersus accusationem illam. Exemplar epistolę quam misit Thatannái Dux regionis trans flumen, & Starbuzannái & consiliatores eius Apharsathæi, qui erant trans flumen, ad Darium Regem. Sermo quem miserant ei, sic scriptus erat: Dario regi pax [3] omnis.] Notum sit regi esse nos ad Iudęam prouinciam, ad domum dei magni quę ędificatur lapide [4] [c] impolito: ] & ligna ponuntur in parietibus: opúsque illud diligenter extruitur & crescit in manibus eorum. Interrogauimus ergo senes illos, & ita diximus eis: Quis dedit vobis potestatem, vt domum hanc ędificaretis, & muros hos instauraretis? [g] Sed & nomina eorū quęsiuimus ab eis vt nunciaremus ti- c
bi, scripsimúsque nomina eorum virorum, qui sunt Principes in eis. Huiusmodi autem sermonem responderunt nobis, dicentes: [d] Nos sumus serui dei cœli & terrę: & ædificamus templum quod erat extructum ante hos annos multos, quodque rex Israel magnus ædificauerat & extruxerat. Postquam autem ad iracundiam prouocauerunt patres nostri deum cœli: tradidit eos in manus Nabuchodonosor Regis Babylonis Chaldæi: domum quoque hanc destruxit: populum eius transtulit in Babylonem. [e] Anno autem primo Cyri Regis Babylonis Cyrus rex proposuit edictum: vt domus dei ædificaretur. [g] Nam & vasa templi dei aurea & argentea quę Nabu- d
chodonosor tulerat de tēplo quod erat in Ierusalem, & asportauerat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus Rex de templo Babylonis: & data sunt Sasabasar vocabulo, quem & Principem constituit, dixítque ei: Hęc vasa tolle & vade, & pone ea in tem-

in templo quod est in Ierusalem, & domus dei ædificetur inloco suo. Tunc itaque Sasabasar ille venit, & posuit fundamenta templi dei in Ierusalem: [f] & ex eo tempore vsque nunc ædificatur, & necdum completum est. Nunc ergo si videtur Regi bonum, recensеat in bibliotheca Regis, quæ est in Babylone, vtrúmnam á Cyro Rege iussum fuerit, vt ædificaretur domus dei in Ierusalem, & voluntatem super hac remittat ad nos.

f. Hoc est anno primo monarchiæ suę, in quo Balthasar regem Babylonis capta vrbe occidit, & regnum eius transtulit ad Persas anno. 22. vel eo circa, regni sui, postquã regnum etiam Medorum transtulerat ad Persas victo Astiage auo suo.

*Darius euolutis bibliothecis templum extrui mandat, & cæptum opus consummari, quod consummatum dedicauerunt, & Pascha celebrarunt.* VI.

A [†]VNc Darius Rex præcepit, & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone, & inuentum est in [a]Ecbatanis, quod est castrum in Medena prouincia, volumen vnum, [1] talísque scriptus erat in eo commentarius.] Anno primo Cyri Regis, Cyrus Rex decreuit vt domus dei ædificaretur quæ est in Ierusalem, in loco vbi immolant hostias, & vt ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, & latitudinem cubitorum sexaginta: [b]ordines de lapidibus [2]impolitis]tres: & sic [3]ordines]de lignis nouis. Sumptus autem de domo Regis dabuntur. Sed & vasa templi dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Ierusalem, & attulerat ea in Babylonem, reddantur, & referantur in templum Ierusalem in locum suum: quæ & posita sunt in templo dei.

a. Citatur quidem Ecbatanis, sed quam ædificauit Arphaxat Persarum Rex Seleucus, vt habet Plinius in Medæ regni caput.
1. Tale scriptum in eo erat memoriale.

b. Ordinẽ hanc varietatẽ forte templa Persarum habebant & talem in templo Prosolymitano putauit Darius obseruandam, vel intellige de atrio circa templum vt 1. Reg. 7.
2. Ponderosis vel marmoreis.
3. Ordinem vnum.

B [c]Nunc ergo Thatannái Dux regionis quæ est trans flumen, & Starbuzannái & consiliarij vestri Apharsathæi qui estis trans flumen, [d]procul recedite ab illis: & dimittite fieri templum dei illud à duce Iudæorum & à senioribus eorum: & domum dei illam ædificent in loco suo. Sed & à me præceptum est quid oporteat fieri à presbyteris Iudæorum illis, vt ædificetur domus dei, scilicet, vt [e] de arca Regis, id est, de tributis quæ dantur de regione trans flumen, studiosè sumptus dentur viris illis: ne impediatur opus. Quòd si necesse fuerit, & vitulos, & agnos, & hœdos in holocaustum deo cœli, frumentum, sal, vinum, & oleum, secundum ritum sacerdotum qui sunt in Ierusalẽ, detur eis per singulos dies, [4] ne sit in aliquo querimonia: & offerant oblationes deo cœli, oréntque pro vita Regis & filiorum eius. A me ergo positum est decretum, vt omnis homo qui hanc mutauerit iussionem, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem eius [5] publicetur. ℣ Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet [6] omnia regna,] & populum qui extenderit manum suam, vt repugnet & dissipet domum dei illam, quæ est in Ierusalem. [f] Ego Darius statui decretum, quod studiosè impleri volo. [†] Igitur Thatannái Dux regionis trans flumen, & Starbuzannái, & consiliarij eius, secundum quod præceperat Darius Rex: sic diligenter executi sunt. Seniores autem Iudæorum ædificabant: & prosperabantur iuxta prophetiam Aggæi Prophetæ & Zachariæ filij Addo. Et ædificauerunt & construxerunt iubente deo Israel, & iubente Cyro & Dario, & Artaxerxe Regibus Persarum, & compleuerunt domum dei istam, vsque ad diem tertium mensis Adar: qui est annus sextus regni [g] Darij regis. Fecerunt autem filij Israel sacerdotes & Leuitę, & reliqui filiorum transmigrationis, [h] dedicationem domus dei in gaudio: ℣ & obtulerunt in dedicatione domus dei vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israel duodecim, iuxta numerum tribuum Israel. Et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis, & Leuitas in vicibus suis super opera dei in Ierusalem, [†] sicut scriptum est in libro Moysi. [i] Fecerunt autem filij Israel transmigrationis Pascha, quartadecima die mensis primi. Purificati enim fuerant sacerdotes & Leuitæ, quasi vnus, omnes mundi ad immolandum Pascha vniuersis filiis transmigrationis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibi. Et comederunt filij Israel qui reuersi fuerant de transmigratione, & omnes qui se separauerant à coinquinatione gentium terræ ad eos, vt quærerent dominum deum Israel. Et fecerunt solennitatem azymorum septem diebus in lætitia, quoniam lætificauerat eos

c. Sterquilinium propter hoc fiat.
4. Absque vlla mora.
5. Omnem Regem.
6. Omnem Regem.

d. Hoc est nullum nocumentum illis inferte, sed magis adiutorium illis præbete. Et subditur, vt de area Regis, i. de tributis quæ in illa regione dantur regi. De Lyra.]
[e. De arca regis ad opus dei sumptus tribuuntur, cum ex familia secularium principum aliqui ipsis fauentibus ad fidẽ Christi veniunt, qui velut in arca regis erant, cum regalium arcanorũ conscij essent. Beda.]

f. Hæc cum Darius in Cyri cõmentariis inuenisset, rescripsit Sisini & collegis eius hoc modo Rex Darius Sisini, magistris equitum, & Satabazani, cæterisque magistratibus Salutem. mitto ad vos exemplar epistolæ Cyri quam in ipsius cõmentariis inueni, volóque vt omnia fiant quemadmodum in ea continentur. Valete. Ioseph. Antiq. lib. 11. cap. 4.

g. Qui & Artaxerxes infra 7. 2. ab Esdra vocatur.
h. Conuenerunt autem filij Israel ad dedicationem templi, & dedicauerunt illud mense duodecimo, qui Latinis interdum Februario, interdũ Martio correspondet. Et hæc est secunda dedicatio templi vernalis. Comestor cap. 3. in histo. Iudith.
i. Quid pertinuit ad historiam de celebratione Paschæ post ædificatã domũ domini referre? Nisi forte propterea de Pascha facto specialiter referre voluit: vt admoneret lectorem: quia filij transmigrationis ædificationem templi eadem qua cœperant mentis deuotione completerint. Beda ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dominus,& conuerterat cor Regis Assur ad eos,vt ãdiuuaret manus eorum in opere domus domini dei Israel.

*Artaxerxes misit Esdram Ierosolymam cum literis edicti sui super templi & ministrorum libertate.* VII.

a. Inueres captiuitatis tempore completo,quod dãs per prophetas implendum esse prædixerat, reuertionẽ populi sui & captiuitatis solutionẽ per Cyri regis clementiã præparabat. Quo tempore Esdras dei sacerdos combustam à Chaldæis in Archiuis templi restituit legẽ. Nempe qui eodem spiritu quo antea scripta fuerat, plenus fuit. Aug de mirab sacræ script. lib.2 c.p.31.

a Primi.

[b. Notandum quòd in capite huius libri scriptum est quod ad permissionem Cyri ascenderunt de Babylone Zorobabel & Iosue,& de filijs Iuda & Beniamin cum sacerdotibus & Leuitis omnes quorum deus suscitauit spiritum. De quibus additum est quod essent de captiuitate &c. Hic autẽ sub Esdra duce nulla Iudę & Beniamin vel Nabuchodonosor:sed tantum de filijs Israel fit mentio Beda.in Glos.ordin.]

c.xerxes apud Græcos idem q bellator, Artaxerxes,quod magnus bellator Herod.lib.6

d.Scribã legis dei cœli doctissimum nominat,quia & ad ipsum Regẽ fama peruenerat diuinæ virtutis,per quam ille in cunctam à Chaldæis legem, eisdem quibus pri⁹ sermonibus, tametsi alio literarum charactere nouauerit Deũ autẽ cœli nominat ad distinctionẽ illorum,quos de hominibus mortuis aut certè nonnullis stultã miserorum vesaniam instituisse nouerat. Beda.ibidem.

a.Habitatio.

[e. De hac pecunia fideles in ecclesia sua bona opera elatere cupiũt,vt per hoc partem,cum sanctis habeant & alij ipsorum exemplo proficiant. Glos.ordi. ibidem.]

f. Et scripsit Darius principibus suis per epistolã trans flumen,vt nullatenus impedirent Iudæos,sed de sumptibus Regis iuuarent eos,dantes eis per singulos dies hostias, similam, vinum,& sal,vt offerant ea deo cœli:& orent pro vita Regis, & filiorũ eius. Et addidit: Qui hanc mutauerit iussionem,tollatur lignum de domo eius & configatur in eo:domus autem eius publicetur. Ego Darius statui decretum,quod studiosè impleri volo,Comest.cap.3. in histo. Iudith.

3.Et Regem,& filios eius.

g.Hoc priuilegio quo sacerdotes,Leuitæ,& cæteri domus dei ministri à vectigalibus immunes reddũtur,manifestè ostẽditur & cætera plebs filiorum Israel ad patriam peruenientes tributa Regi pendebat. Quod diserera omnimoda prouisione Rex fecisse cognoscitur, vt hi qui in diuino seruitio semper occupati erant,à suo essent seruitio liberi, & ab his nemo tributa soluenda exigeret. Ex quibus omnibus apertissimè probatur rex non solum dilexisse, sed & optimè didicisse quæ diuinæ seruitutis posceret cultus. Beda ibid.

4.Iudicium fiat.

h. His literis acceptis Esdras gauisus adorauit deum,& gratias egit,illi benignitatem regiam acceptam referens, & illum maximè dignum cui gratiæ agantur existimans. Ioseph Antiq.lib.11.cap.5.

†[a]Ost hæc autem verba in regno Artaxerxis Regis Persarum,Esdras filius Saraiæ,filij Azariæ,filij Helchiæ, filij Sellum,filij Sadoch,filij Achitob,filij Amariæ,filij Azariæ,filij Maraioth,filij Zariæ filij Ozi,filij Bocci,filij Abisue,filij Phinees,filij Eleázar,filij Aaron sacerdotis[1] ab initio,]ipse Esdras ascendit de Babylone,& ipse scriba velox in lege Moysi quam dominus deus dedit Israel. Et dedit ei Rex secundum manum domini dei eius bonam super eum, omnem petitionem eius.[b] Et ascenderunt de filijs Israel,& de filiis sacerdotum, & de filijs Leuitarum, & de cantoribus, & de ianitoribus, & de Nathinnæis in Ierusalem anno septimo Artaxerxis Regis, & venerunt in Ierusalem mense quinto: ipse est annus septimus Regis: quia in primo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone, & in primo die mensis quinti venit in Ierusalem, iuxta manum dei sui bonam super se. Esdras autem parauit cor suum, ut inuestigaret legem domini, & faceret & doceret in Israel præceptum & iudicium.[f] Hoc est autem exemplar epistolæ edicti, quod dedit Rex[c] Artaxerxes Esdræ sacedoti, Scribæ erudito in sermonibus & præceptis domini, & ceremoniis eius in Israel: Artaxerxes Rex Regum, Esdræ sacerdoti [d]Scribæ legis dei cœli doctissimo salutem. A me decretum est, vt cuicunque placuerit in regno meo de populo Israel, & de sacerdotibus eius,& de Leuitis ire in Ierusalem, tecum vadat. A facie enim Regis, & septem consiliatorum eius missus es, vt visites Iudæam Ierusalem in lege dei tui quæ est in manu tua:& vt feras argentum & aurum quod Rex & consiliatores eius sponte obtulerunt deo Israel: cuius in Ierusalem[2] tabernaculum] est.[e] Et omne argentum & aurum quodcunque inueneris in vniuersa prouincia Babylonis, & populus offerre voluerit, & de sacerdotibus qui sponte obtulerint domui dei sui quæ est in Ierusalem, liberè accipe, & studiosè eme de hac pecunia vitulos, arietes, agnos & sacrificia, & libamina eorum, & offer ea super altare templi dei vestri quod est in Ierusalem.[g] Sed & siquid tibi & fratribus tuis placuerit de reliquo argento & auro vt faciatis iuxta voluntatem dei vestri facite. Vasa quoque quæ dantur tibi in ministerium domus dei tui, trade in conspectu dei in Ierusalem.[f] Sed & cætera quibus opus fuerit in domum dei tui, quantuncunque necesse est vt expandas, dabis de thesauro,& de fisco Regis, & à me. Ego Artaxerxes Rex statui atque decreui omnibus custodibus arcæ publicæ, qui sunt trans flumen, vt quodcunque petierit à vobis Esdras sacerdos, Scriba legis dei cœli absque mora detis, vsque ad argenti talenta centum, & vsque ad frumenti coros centum,& vsque ad vini batos centum, & vsque ad bathos olei centum: sal verò absque mensura. Omne quod ad ritum dei cœli pertinet, tribuatur diligenter in domo dei cœli,ne fortè irascatur contra regnum[3] Regis, & filiorum eius.] [g] Vobis quoque notum facimus de vniuersis sacerdotibus, & Leuitis, cantoribus, &ianitoribus, Nathinnæis, & ministris domus dei huius,[g] vt vectigal, & tributum, & annonas,non habeatis potestatem inponendi super eos. Tu autem Esdra secundum sapientiam dei tui quæ est in manu tua, constitue iudices,& præsides, vt iudicent omni populo qui est trans flumen, iis videlicet qui nouerunt legem dei tui, sed & imperitos docete liberè. Et omnis qui non fecerit legem dei tui, & legem Regis, diligenter[4] iudicium erit] de eo, siue in mortem siue in exilium, siue in condemnationem substantiæ eius, vel certè in carcerem.[h] Et dixit Esdras scriba: Benedictus dominus deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde Regis, vt glorificaret domum domini quæ est in Ierusalẽ: & in me inclinauit misericordiã suam coram Rege & consiliatoribus eius,& vniuersis Principibus Regis potentibus: Et ego confortatus manu domini dei mei qui erat in me, congregaui de Israel Principes qui ascenderent mecum.

*Esdras cum multis captiuis Ierusalem reuertitur, plurima secum dona afferens & vasa.* VIII.

A [a]†Hi sunt ergo Principes familiarum, & genealogia eorum qui ascenderunt mecum in regno [b] Aataxerxis Regis de Babylone. De filiis Phinees, Gerson. De filiis Ithamar, Daniel. De filiis Dauid, Hattus. De filiis Secheniæ, & de filiis Pharos, Zacharias: & cum eo numerati sunt viri centumquinquaginta. De filiis Phethmoab, Helioenai filius Zareæ: & cum eo ducenti viri. De filiis Secheniæ, filius Ezechiel, & cum eo trecenti viri. De filiis Addan, Nabeth filius Ionathan: & cum eo quinquaginta viri. De filiis Helam, Isaias filius Athaliæ: & cum eo septuaginta viri. De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Michael: & cum eo octoginta
B viri. [c]De filiis Ioab, Obedia filius Iehihel: cum eo ducentidecem & octo viri. De filiis Selomith, filius Iosphiæ: & cum eo centumsexaginta viri. De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai: & cum eo vigintiocto viri. De filiis Ezgad, Iohannan filius Ezethtan: & cum eo centumdecem viri. De filiis Adonicam, qui erant nouissimi: & hæc nomina eorum: Heliphélet, & Ieiel, & Samaias: & cum eis sexaginta viri. De filiis Beggui, Vthai, & Vachur: & cum eis septuaginta viri. Congregaui autem eos ad fluuium qui decurrit ad Ahaua, & mansimus ibi tribus diebus. Quæsiuíque in po-
C pulo & in sacerdotibus de filiis Leui, & non inueni ibi. [d] Itaque misi [d] Heliézer, & Ariel, & Semeam, & Helnathan, & Arib, & *alterum Helnathan, & Nathan: & Zachariam, *& Mosollam, principes, & Ioarib, & Helnathan sapientes: & misi eos ad Heddo, qui est primis in Casphiæ loco: [e] Et posui in ore eorum verba quæ loquerentur ad Heddo, & ad fratres eius Nathinnæos in loco Casphiæ, vt adducerent nobis ministros domus dei nostri. Et adduxerunt nobis per manum dei nostri bonam super nos, virum doctissimum de filiis Mooli, filij Leui, filij Israel, & Sarabiam, & filios eius & fratres eius decem & octo, & Asabiam, & cum eo Isaiam de filiis Me-
D rari, fratrésque eius & filios eius viginti. [f] Et de Nathinnæis quos dederat Dauid, & Principes ad ministeria Leuitarum: Nathinnæos ducentosuiginti. Omnes hi suis nominibus vocabantur. [f] Et [z] prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua, vt affligeremur coram domino deo nostro, & peteremus ab eo viam rectam nobis, & filiis nostris, vniuersæque substantiæ nostræ. [g] Erubui enim petere à Rege auxilium & equites, qui defenderent nos ab inimico in via: quia dixeramus Regi: Manus dei nostri est super omnes qui quærunt eum in bonitate: & ⊱imperium eius, & fortitudo eius, & furor super omnes qui derelinquunt eum. [h] Ieiunauimus autem, & ro-
E gauimus deum nostrum pro hoc: & euenit nobis prosperè. [f] Et separaui de Principibus sacerdotum duodecim, Sarabiam, & Asabiam, & cum eis de fratribus eorum, decem. Appendíque eis argentum & aurum, & vasa consecrata domus dei nostri, quæ obtulerat Rex & consiliatores eius, & Principes eius, vniuersúsque Israel eorum qui inuenti fuerant. Et appendi in manibus eorum argenti talenta sexcentaquinquaginta, & vasa argentea centum, *auri centum talenta, & crateras aureas viginti, quæ habebant [4] solidos millenos, & vasa ætris fulgentis optimi duo pulchra vt aurum. Et dixi eis: Vos [i] sancti domini, & vasa sancta, & argentum & aurum quod sponte
F oblatum est domino deo patrum nostrorum: [f k] vigilate & custodite, donec appendatis coram principibus sacerdotum, & Leuitarum, & ducibus familiarum Israel in Ierusalem, in thesaurum domus domini. Susceperunt autem sacerdotes & Leuitæ pondus argenti, & auri, & vasorum, vt deferrent Ierusalem in domum dei nostri. Promouimus ergo à flumine Achaua duodecima die mensis primi, vt pergeremus Ierusalem. Et manus Dei nostri fuit super nos, & liberauit nos de manu inimici, & insidiatoris in via. Et venimus Ierusalem, & mansimus ibi diebus tribus. Die autem quarta appensum est argentum, & aurum, & vasa in domo dei nostri per manum
G Meremoth filij Vriæ sacerdotis, [f] & cum eo Eleazar filius Phinees, cúmque eis Iozabed filius Iosûe, & Noadaia filius Bennoi Leuitæ, iuxta numerũ & pondus omnium.

a. Diligenter principes qui secum de Babylone ascenderũt enumerat, & genealogiam eorum explicat. Numerus autem eorum ad 1440. peruenit. Beda ibid.

b. Porrò Esdras inuenit gratiã in oculis Artaxerxis, & petiuit ab eo licentiam ascendendi in Ierusalem, vt in lege quã reparauerat, populum suum erudiret. Dedit ergo ei licentiam redeundi, & tradidit ei epistolã ad principes suos trans flumẽ, & ad custodes arcæ publicæ. Comest. in histo. Iudith. ca. 5. 1. Dicit Moab.

[c. Describitur consequuntur legationis executio, quæ consistit in recessu de Babylone, & accessu in Ierusalem. De Lyra. Merito autem Esdras congregat quod de Babylone Ierosolymam adduceret, qui manum Dei qua confortetur, ipse habere in se cognoscitur. Beda, ibidem.]

d. Ipsũ Heliezer, atque ipsũ Ariel, & ita de aliis.
*Ad.

*Ad.

e. Hæc igitur quemadmodum & ipse Esdras deliberauerat, processerunt, deo eum, vt arbitror, dignum in his quę voluit iudicante propter iustitiam ac benignitatem eius. Iosph. lib. 11. cap. 5.

[f. Debita dispositio ad profectũ dum per viam periculosam, primo fuit per ieiunium, & orationem vt impetraret directionem diuinam.]

z Indixi
g. Exemplum ieiunandi & orandi cum aliquid magnæ virtutis incipere volumus. Et quia nũquam fallit fida in dominũ spes, neque fieri potest vt quod iustum à pio auxiliatore per continentiam atque orationes cum fide quærimus, non impetremus. Beda ibidem.

h. Cæterum ad Esdram magna multitudo conuenit tã sacerdotum & Leuitarũ, quàm laicorum sacrorũmque, vel cantorum, vel ministrorũ. Ille vero omnes qui ex captiuitate, in patriã reuerti volebant, ad Euphraten congregauit: vbi peracto triduano ieiunio votisque pro incolumitate & prolici itinere conceptis, &c. Ioseph. Antiq. lib. 11. cap. 5.

*Talenta.

4. Drachmas mille.

i Consecrati domino, sicut & vasa sunt illi consecrata.
k. Oportet enim vt doctores ecclesiæ nunquam obliuiscantur sanctimoniæ, qua ipsi sunt domino consecrati per spiritũ sanctum in die redemptionis: ad quam suscipiendam etiam suos auditores instituant, vt qui iam domino oblati sunt per rudimenta fidei, etiam per eorum qui in fide præcesserunt exempla, ac monita magis magisque confirmentur, ac supernæ ciuitatis introitu digni efficiantur. Beda ibidem.

Descriptúmque est omne pondus in tempore illo. [i] Sed & qui venerant de captiuitate filij transmigrationis, obtulerunt holocaustomata deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonagintasex, agnos septuagintaseptem, hircos pro peccato duodecim, omnia in holocaustum domino. Dederunt autem edicta Regis Satrapis qui erant de conspectu Regis, & ducibus trans flumen, & eleuauerunt populum & domum dei.

[i. Magna deuotio & religio ostenditur cum peruenientes ad templum primo omnium holocausta offerunt, non tantũ pro seipsis, sed etiam pro omni Israel, i. pro eis qui iam domũ reuersi fuerant, & pro eis qui adhuc exulabant. Beda cum Glos. ordin.]

*Conqueritur Esdras Iudæos cum gentibus contraxisse matrimonia.* IX.

[a] Dum ita pi⁹ sacerdos lachrymatur cum eo cœtu, qui ad eũ conuenerat mixtus ex viris & mulieribus atque pueris, accessit eo quidã primarius Israelitarum nomine Achonius, cõfitens se peccasse qui alienigenas vxores duxerit: suasitque ei vt omnes adiuret, vt vxores cum nata ex illis prole abiicerent. Et si quis legi parere nollet, in eũ animaduerteret. Qui secutus viri consilium, exegit super hac re iusiurandũ à principibus Leuitarum & sacerdotum, & tribuum Israeliticarũ. Ioseph. Antiq. lib. 11. ca. 5.

a. In.

[b] Tunc scidit Esdras vestimẽta sua, & flens, & orans iacuit in terra vsque ad sacrificiũ vespertinum. Tunc accesserunt ad eum principes, dicentes: Surge tuũ est dicere quid agamus: manus nostra erit tecum. Comest. c. 5. In hist. Iudith.

[c] Patuit se per compunctionẽ cordis, & affectionẽ corporis vt dignus efficeretur auditu supernæ pietatis, & in hæc verba orationis rupit. Curuat autem genua, expandit manus, & fudit preces in tẽpore sacrificij vespertini: sciens esse gratũ quod fit in spiritu humilitatis & in animo contrito quàm quod carnibus & sanguine pecudum offertur. Glos. ordina. ibid.]

2. Clauus.

d. Pax illius. Hebr. יָתֵד fated

[e] lauus. Græc. ἔδρυμα firmamentum quorum neutrũ pacẽ signat, vt recentiores interpretantur.

3. Septem vel murum.

[f] Dominus iussit ne cõiugia sibimet diuersæ religionis copularentur, & ipsum adhibuisti testimoniũ domini dicẽtis: Non accipies vxorem filio tuo à filiabus alienigenarũ, ne trahat eũ post deos suos, & pereat anima eius, addidisti enim verba Apostoli vbi dixit: Mulier alligata est quãdiu vir eius viuit. Quòd si mortuus fuerit vir eius, liberata est, cui vult nubat tantũ in domino. Quod ita exposuisti vt adiungeres, id est, Christiano. Hoc ergo præceptũ domini tam in veteri quã in nouo testamento, vt non nisi vnius religionis & fidei coniugia sibi maneant. Aug. de adult. coniug. ca. 21.

4. An non merito.

[g] Id est, totalem populi deletionem q. d. hoc demeruimus, nisi ex tua liberalitate saluemur. De Lyra.]

[g] Humilitati congruit redẽptoris nostri, qui in similitudine carnis peccati vt peccata mundi tolleret, apparuit Beda ibidem.]

5. Dies hæc, sub. manifestat.

[a] Postquam autem hæc completa sunt, accesserunt ad me Principes dicentes: Non est separatus populus Israel & sacerdotes & Leuitæ à populis terrarum, [1] & de]abominationibus eorum: Chananæi videlicet, & Hethæi, & Pherezæi, & Hiebuzæi, & Ammonitarum, & Moabitarum, & Ægyptiorum, & Amorræorum. Tulerunt enim de filiabus eorum sibi, & filiis suis vxores, & commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum. Manus etiam Principum & magistratuum fuit in transgressione hac prima. [b] Cúmque audissem sermonem istum, scidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei & barbæ, & sedi mœrens. Conuenerunt autem ad me omnes qui timebant verbum dei Israel, pro transgressione eorum qui de captiuitate venerant: [2] & ego sedebam tristis, vsque ad sacrificium vespertinum, & in sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea, & sciisso pallio & tunica, [c] curuaui genua mea, expandi manus meas ad dominum deum meum, & dixi: Deus meus confundor, & erubesco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cœlum, à diebus patrum nostrorum. Sed & nos ipsi peccauimus grauiter vsque ad diem hanc, & in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi, & Reges nostri, & sacerdotes nostri in manum Regum terrarum, & in gladium, & in captiuitatem, & in rapinam, & in confusionem vultus, sicut & die hac: & nunc quasi parum & ad momẽtum facta est deprecatio nostra apud dominum deum nostrum, vt dimitterentur nobis reliquiæ, & daretur [2] [d] paxillus nobis in loco sancto eius: [3] & il- [e] luminaret oculos nostros deus noster, & daret nobis vitam modicam in seruitute nostra, quia serui sumus, & in seruitute nostra non dereliquit nos deus noster: & inclinauit super nos misericordiam coram Rege Persarum: vt daret nobis vitam & sublimaret domum dei nostri, & extrueret solitudines eius, & daret nobis [3] septem] in Iuda & Ierusalem. [4] Et nunc quid dicemus domine deus noster post hæc ? quia dereliquimus mandata tua, quæ præcepisti in manu seruorum tuorum Prophetarum, dicens: [f] Terra ad quam vos ingredimini vt possideatis eam, terra immunda est iuxta immũditiam populorum cæterarũmque terrarum, abominationibus eorum, qui repleuerunt eam ab ore vsque ad os in coinquinatione sua. Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum, & filias eorum ne accipiatis filiis vestris: & non quæratis pacem eorum, & prosperitatem eorum vsque in æternum [g] vt confortemini, & comedatis quæ bona [h] sunt terræ, & hæredes habeatis filios vestros vsque in seculum. Et post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro magno, quia tu deus noster liberasti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutem sicut est hodie, vt non conuerteremur, & irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia iungeremus cum populis abominationum istarum. [4] Nũquid]iratus es nobis, vsque ad [5] [f] consummationem, ne dimitteres nobis reliquias ad salutem? [5] Domine deus Israel iustus es tu: quoniam derelicti sumus, qui saluaremur sicut [5] die hac.] Ecce coram te sumus in delicto nostro. Non enim stari potest coram te super hoc.

*Israelitæ pœnitentia Ducti alienigenas repudiant vxores, & filios earum.* X.

Sed ic

[a]Tunc ergo orante Esdra,&[a] implorante deum, & flente, & iacente] ante templū dei,collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis virorū & mulierū & puerorum:Et fleuit populus multo fletu. Et respondit Sechenias filius Iehiel de filiis Helam, & dixit Esdræ: Nos prævaricati sumus in deum nostrum,& duximus vxores alienigenas de populis terræ: & nunc si est pœnitentia in Israel super hoc, percutiamus fœdus cū domino deo nostro, vt proiiciamus vniuersas vxores,& eos qui de iis nati sunt:Iuxta voluntatem domini,& eorum qui timent præceptum domini dei nostri,secundum legem fiat. Surge, tuum est discernere,nósque erimus tecum. Confortare, & fac. Surrexit ergo Esdras, & adiurauit Principes sacerdotum,& Leuitarum,& omnem Israel,vt facerent secundum verbum hoc: [b]Et iurauerunt.Et surrexit Esdras ante domum dei,& abiit ad cubiculum Iohānan filij Eliasib,& ingressus est illuc.Panem non comedit, & aquam non bibit. Lugebat enim transgressionem eorum qui venerant de captiuitate, & missa est vox in Iuda & in Ierusalem omnibus filiis transmigrationis, vt congregarentur in Ierusalem,[b] & omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta consilium Principum & seniorum,auferetur vniuersa substantia eius, & ipse abiicietur de cœtu transmigrationis. [c]Conuenerunt igitur omnes viri Iuda, & Beniamin in Ierusalem tribus diebus, ipse est mensis nonus,vicesima die mensis: & sedit omnis populus in platéa domus dei, tremētes pro peccato & pluuiis:& surrexit Esdras sacerdos,& dixit ad eos: Vos trāsgressi estis,& duxistis vxores alienigenas,vt adderetis super dictum Israel,& nunc date confessionem domino deo patrum vestrorum, & facite placitum eius, & separamini à populis terræ,& ab vxoribus alienigenis:& respondit vniuersa multitudo, dixítque voce magna: Iuxta verbum tuum ad nos sic fiat, veruntamen quia populus multus est,& tempus pluuiæ,& non sustinemus stare foris, & opus non est diei vnius vel duorum (vehementer quippe peccauimus in sermone isto,) [d]constituantur Principes in vniuersa multitudine, & omnes in ciuitatibus nostris qui duxerunt vxores alienigenas,veniant in temporibus statutis,& cum iis seniores per ciuitatem in ciuitatem,& Iudices eius,donec auertatur ira dei nostri à nobis super peccato hoc. [d] Igitur Ionathan,filius Asahel,& Iaazia filius Thecue, steterunt super hoc, & Mesollam, & Sebethai Leuites adiuuerunt eos.Fecerúntque sic filij transmigrationis. Et abierunt Esdras sacerdos, & viri Principes familiarum in domos patrum suorum, & omnes per nomina sua,& sederunt in die primo mensis decimi, vt quærerent rem. [e] Et consummati sunt omnes viri qui duxerunt vxores alienigenas, vsque ad diem primam mensis primi. [e] Et inuenti sunt de filiis sacerdotum, qui duxerunt vxores alienigenas, de filiis Iosûe filij Iosedech,& fratres eius Maasia, & Eliézer, & Iarib, & Godolia. [f] Et dederunt manus suas, vt eiicerent vxores suas, & pro delicto suo arietem de ouibus offerrent: Et de filiis Emmer, Annani, & Zebedia. Et de filiis Harum, Masia,& Helia,& Semeia,& Iehihel,& Ozias.Et de filiis Phessur,Helioenai, Maasia, Ismael. Nathanael,Iosabeth,& Helasa.Et de filiis Leuitarum,Iosabeth, & Semei, & Celaia: ipse est Calithaphathaia, Iuda,& Eliezer.Et de cantoribus, Eliasib. Et de ianitoribus, Sellum,& Thelem,& Vri. [g]Et ex Israel, de filiis Pharos,Remeia, & Iezia, & Melhia, & Miamim,& Eliézer,& Melchia,& Banea. Et de filiis Elam, Mathania, Zacharias, & Iehihel,& Abdi,& Ierimoth,& Helia.Et de filiis Zethua, Helioenai, Eliasib, Mathania,& Ierimuth,& Zabath,& Aziza.Et de filiis Bebai,Iohannam,Anania,Zabbai,Athalai.Et de filiis Bani,Mosalla,& Melluch,& Adaia,Iasub, & Saal & Ramoth. Et de filiis Phetmoab, Edna, & Chalaad, Banaias, & Maasias, Mathanias,Beselehel,Bennui, & Manasse. Et de filiis Erem, Eliézer, Iesue, Melchias, Semeias, Simeon, Beniamin, Maloch, Samarias. Et de filiis Asom, Mathanai, Mathata, Zabad, Elpheleth, Iermai, Manasses, Semei. De filiis Bani, Maadi, Amram, & Huel, Baneas, & Badaias, Cheliau, Vania, Marimuth, & Æliasib, Mathanias, Mathanai, & Iasi, & Bani, & Bennui, Semei, & Salmias, & Nathan, & Adaias, Mechnedabai, Sisai, Sarai, Ezrel, & Selemíau, & Semeria, Sellum, Amaria, Ioseph. De filiis Nebo,

a. Quantum oratio,fletus,& lamentatio Esdræ profecerit, ostenditur, cum mox ad eū cœtus flentiū permaximus vtriusque sexus,& omnis ætatis collectus esse perhibetur. Plebsne autem vel hi qui peccauerant, pœnitentiā sui reatus agentes, vel illi qui in castitate permāserant,de fratrum suorum prævaricatione & casu dolentes. Beda ibidem.

a. Cum confiteretur flens,& iacens prostratus.

b. Quo facto Esdras exiuit templum,& contulit se in domicilium Ioannis & Eliasib,ibique totam eā diē iemunis præ mœrore exegit. Ioseph. lib. 11. ca. 5. Antiq. Iudaic.

[Decenter docet quomodo sit apud maiores cōsilio agendū, vt scilicet quisque pro suo sensu quod optimum intellexerit, vel sibi intellexisse videbitur dicat. Et tamē ei qui præest locum differendi relinquat: paratus obtemperare omnibus quæ ille secundum voluntatē & legem Dei agenda decreuerit. Glos. ordina. ibid.]

c. Dimiserunt Israelitæ vxores alienas quicunque tunc habere potuerunt, per quas fiebat, vt & ipsi ad alienos seducerentur deos, non vt illæ per maritos vero acquirerētur deo. Nōdum enim tāta gratia saluatoris illuxerat, vt promissis temporalibus veteris testamēti adhuc inhiabat illius populi multitudo. Vnde iusserat dominus per sanctum Moysen, ne quis alienigenā vxorē duceret. Merito ergo quas duxerant domino prohibente,domino iubente dimiserunt. Aug. de adulterinis coniugiis. lib. 1. cap. 18.

[d. Hoc est, constituantur homines sapientes iusti & diligētes, qui vadant de ciuitate in ciuitatem, diligenter inquirēdo de transgressoribus, & castigantur per alienigenarum vxorum electionem. De Lyra. ibidem.]

e. Et perfecerunt opus cum omnibus viris.

e. Hebræi huic loco aptāt illud Zacha. 3. Et ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo. &c.

f. Primo à se abiiciunt vxores illicitas,& sic pro se arietē offerunt, vt ablato scelere ad altare mundi accederent. Difficile nanque est eius acceptā esse deo victimam, qui non prius culpā pro qua offert, relinquere contendit: dicente Isaia. 1. c. Quiescite agere peruersē, discite benefacere. Beda ibidem.

g. Inuentæ sunt in Ierusalē primō apud filios Iesu filij Iosedech,& fratres eius, & statim electæ sunt. Nec enim credendum est Iesum magnum sacerdotem habuisse alienigenam. Et quod visus est à Zacharia sordidis vestibus indutus, ad filios eius referendum est: vel quia cum pontifex esset populum non arguebat. Idipsum fecerunt per vniuersum Israel. Et offerebat vnusquisque apud quem inuenta erat hæc transgressio, arietē pro declinatione peccati. Comest. in hist. Iudith. ca. 5.

Ahihel, Mathathias, Zabeth, Zabina, Ieddu, & Iohel, & Banai. Omnes hi acceperant vxores alienigenas, & fuerunt ex eis mulieres quæ pepererant filios.

# Incipit Liber Nehemiæ, qui est Esdræ secundus.

*Nehemias audita Iudæorum qui à captiuitate residui erant, afflictione affligitur & ipse, & cum abstinentia misericordiam à deo petit.* Cap. I.

a. Casleu vel kisleu, nonus mẽsis est Hebræorum nostro respondens Nouembri, in cuius 25. die celebrant diem encæniorũ vel dedicationis, quam celebrauit Iudas Machabeus cum purgaret contaminationem quã fecerat Antiochus. Vnde Ioã. 10. Facta sunt encænia Ierosolymis, & hyems erat.

b. Hic annus est vicesimus Darij filij Hitaspbis, quem & xerxem & Artaxerxem vocat Esdras & Nehemias, qui postquã Esdræ facultatem templi reædificandi fecerat, reædificandæ ciuitatis Nehemiæ fecit.

c. Erat pincerna Regis Artaxerxis Nehemias de filiis captiuitatis. Qui dũ esset in Susis mense nono audiuit peregrinos Hebraicè loquentes: & accedens scisciatus est ab eis de statu Iudææ, & Ierusalem. Et accepit ab eis vrbem esse sine muris, & habitare in ea populum dei in afflictione. Nam per dies sustinebant hostium impetus, & noctibus intrabant latrunculi, & plateas implebant cadaueribus occisorum Comestor in hist. Iudith ca. 6.

1. Peccauimus.
2. Statuta.

3. Dispergam.

[d Hoc nondum erat adimpletum, licet fuisset inchoatũ per Cyrum & Artaxerxem, vt patuit supra 1. Esd 1, 8.]

e. Ideo si oraueris, & ieiunaueris, & eleemosynam iustè feceris complesti pretium, redemisti peccata tua, remissa sunt crimina, reparata est vitatua. Duo æra minuta vidua misit in arcam dei, & prælata est opulẽtis. Chryl. de pœnitentia.

a. Nisan primus mensis anni Hebræorũ in quo Pascha celebrare consueuerunt: quem nos Martio interdum, & interdum Aprili attribuimus. Iudæi verò nostri temporis annum suum à Septembri mense inchoãt, & sic Nisan apud eos septimus mensis esset. Beda ibidem.

a Casleu, b anno vicesimo: & ego eram in Susis castro. Et venit Anani vnus de fratribus meis, ipse & viri Iuda: c & interrogaui eos de Iudæis, qui remanserant, & supererant de captiuitate, & de Ierusalem. Et dixerunt mihi: Qui remanserunt & derelicti sunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna sunt, & in opprobrio: & murus Ierusalẽ dissipatus est, & portæ eius combustæ sunt igni. d Cúmque audissem verba huiuscemodi, sedi, & fleui, & luxi diebus multis, & ieiunabam, & orabam ante faciem dei cœli, & dixi: † Quæso domine deus cœli, fortis, magne, atque terribilis, qui custodis pactum & misericordiam cum iis qui te diligunt, & custodiunt mandata tua, fiant aures tuæ auscultantes, & oculi tui aperti, vt audias orationem serui tui, quam ego oro coram te hodie nocte & die pro filiis Israel seruis tuis, & confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus [1] peccauerunt ]tibi d & ego & domus patris mei peccauimus, vanitate seducti sumus, e & non custodiuimus mandatum, & [2] ceremonias ] & iudicia, quæ præcepisti Moysi famulo tuo. Memento verbi quod mandasti Moysi seruo tuo dicens: † Cum transgressi fueritis, ego [3] dispergam ]vos in populos, d & si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea, etiam si abducti fueritis ad extrema cœli, inde congregabo vos, & reducam in locum quem elegi, vt habitaret nomen meum ibi. d Et ipsi serui tui & populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida: Obsecro domine, sit auris tua attendens ad e orationem serui tui, & ad orationem seruorum tuorum qui volunt timere nomen tuum, & dirige seruum tuum hodie, & da ei misericordiam ante virum hunc. Ego enim eram pincerna Regis.

*Nehemias impetratis à Rege literis venit Ierosolymam, atque ad murorum instaurationem hortatur.* II.

a Factum est autem in mense a Nisan, anno vicesimo Artaxerxis Regis, & vinum erat ante eum. Et leuaui vinum & dedi Regi, f & eram quasi languidus ] ante faciem eius. Dixítque mihi Rex: b Quare vultus tuus tristis est, cum te ægrotum non videam? Non est hoc frustra, sed malum nescio quod in corde tuo est. Et timui valde ac nimis: & dixi Regi: Rex in æternum viue. Quare non mœreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum [2] patris mei ]deserta est, & portæ eius combustæ sunt igni? Et ait mihi Rex: Pro quare postulas? Et oraui deum cœli: & dixi ad Regem: Si videtur Regi bonum, & si placet seruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iudæam ad ciuitatem sepulchri patris mei: & ædificabo eam. Dixítque mihi Rex, & Regina quæ sedebat iuxta eum: vsque ad quod tempus erit iter tuum, & quando reuerteris? g Et placuit ante vultum Regis, & misit me. Et constitui ei tempus, & dixi Regi: Si Regi videtur bonum, epistolas det mihi ad duces regionis trans flumen, traducant me, donec veniam in Iudæam: & epistolam ad Asaph, custodem saltus Regis vt det mihi c ligna, vt tegere possim portas templi, turres, domos, & muros ciuitatis, & domum, quam ingressus fuero. Et dedit mihi Rex iuxta manum dei mei bonam mecum. Et veni ad Duces

b. Et fleuit Nehemias, & cibũ desiderabilem nõ gustauit, nocte & die clamans ad dominũ. Cũque Rex staret in mensa, & Nehemias leuaret vinũ Regi, apparuit quasi languidus ante eum, & ait Rex: Quare tristis es quod vs malum sit in corde tuo? Et respondit timẽs: Quia ciuitas sepulchri patrum meorum deserta est. Si bonum tibi videtur mitte me, & reædificabo eam. Et ait Regina quæ sedebat iuxta Regẽ: Quando reuerteris? Et constituit tempus reuertendi. Comestor ca. 6. in c. 6 in hist. Iudith.

2. Patrum meorum, & infra.

c. Templum enim iam extructum erat, sed portæ ciuitatis, & domus atrij nondum reparatæ erant pro quibus reparandis ligna postulat.

Universidad de Deusto Biblioteca

regionis trans flumen, dedíque eis epistolas regis. Miserat autem Rex mecum Principes militum, & equites. [d]Et audierunt Sanaballath Oronites, & Tobias seruus Ammanites, & contristati sunt afflictione magna, quòd veniisset homo qui quæreret prosperitatem [c] filiorum Israel. Et veni Ierusalem: & eram ibi tribus diebus. [e]Et surrexi nocte ego & viri pauci mecum, & non indicaui cuiquam, quid deus dedisset in corde meo, vt facerem in Ierusalem, & iumentum non erat mecum, nisi animal cui sedebam. Et egressus sum per portam uallis nocte, & ante foueam draconis, & ad portam [3] sterconis: & considerabam murum Ierusalem dissipatum, & portas eius consumptas igni. Et transiui ad portam fontis, & ad aquæductum regis: & non erat locus iumēto cui sedebam, vt transiret. Et ascendi per torrentem nocte, [c]& considerabam murum, & reuersus veni ad portam vallis, & redij. Magistratus autem nesciebant quò abiissem, aut quid ego facerem. Sed & Iudæis, & sacerdotibus, & optimatibus, & magistratibus, & [d] reliquis qui faciebant opus, vsque ad id loci nihil indicaueram. [e]Et dixi eis: Vos nostis afflictionem in qua sumus, quia Ierusalem deserta est, & portæ eius consumptę sunt igni. Venite, & ædificemus muros Ierusalem: & non simus vltrà opprobrium. Et indicaui eis manum dei mei, quòd esset bona mecum, & verba Regis quæ locutus est mihi, & [4] aio: ] Surgamus, & ædificemus: & confortatæ sunt manus eorum in bono. Audierunt autem Sanaballath Oronites & Tobias seruus Ammanites, & Gosem Arabs, & subsannauerunt nos, & despexerunt, dixerúntque. Quæ est hæc res quam facitis? Nunquid contra regē vos rebellatis? & reddidi eis [5] sermonem, ] dixíque ad eos: Deus cœli ipse nos [6] iuuat. ] & nos serui eius sumus. Surgamus, & ædificemus: vobis autem non est pars & iustitia & memoria in Ierusalem.

d. Narranda etenim est animorū rationumque diuersitas: quia supra dicti sunt hi qui remanserant de captiuitate in Iudæa, in afflictione magna & opprobrio fuisse, sed & Nehemiam iungū cum fletu & precibus dixisse ieiunium, eò quòd muros Ierusalem dissipatos, & portas illius igne combustas audisset: & nūc versa vice hostes eiusdem sanctæ ciuitatis cōtristari, & in magna sunt afflictione constituti, eò quòd ædificia illius restaurāda simul & ciues intelligerent ab insultationibus hostiū esse subleuandos. Beda ibid.
3. Sterquilinij.
[e. Diuersa destructæ vrbis loca lustrando peruagatur, & singula quomodo debeant reparari sollicitè scrutatur. Doctorū quoque spiritualium est sæpius nocte surgere, & salutis indagine statum ecclesiæ quietis ceteris inspicere: vt vigilanter inquirant quomodo ea quæ vitiorum bellis sordidata fuerint vel derecta, corrigāt & erigant. Murus autem Ierusalem dissipatus erat & combustus fidelium terrenis & infimis sordibus affectibus. Portæ sūt igni cōsumptæ: eū hi qui aliis rationem vitæ pandere debuerant, relicto veritatis magistro communi cum cæteris ignauia torpent, & tēporalibus curis infectum. Glo. ord.]
4. Aiunt.
5. Rationem.
6. Prosperatæ facit.

*Ierusalem in muris, turribus & portis ædificatur à multis viris fide dignissimis. & nomine.* III.

A [1]ET surrexit Eliasib sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes, & ædificauerunt [2] portā gregis: Ipsi sanctificauerunt eam, & statuerunt valuas eius, & vsque ad turrim [1] centum cubitorum, sanctificauerunt ] eam: vsque ad turrim Ananehel. Et iuxta eum ædificauerunt viri Iericho, & iuxta eos ædificauit Zachur filius Amri. [b] Portam autem piscium ædificauerunt filij Asnaa, ipsi [2] texerunt eam, ] & statuerunt valuas eius, & seras & vectes. Et iuxta eos ædificauit Marimuth filius Vriæ, filii Accus. Et iuxta eum ædificauit Mosollā filius Ba- [3] rachiæ, filii Mesezebel. Et iuxta eum ædificauit Sadoch filius Baana. [4]Et iuxta eum ædificauerunt Thecueni: Optimates autem eorum, non suppossuerunt colla sua in opere domini dei sui. Et portam veterem ædificauerunt Ioiada filius Phasea, & Mosollam filius Besodia: ipsi texerunt eam: & statuerūt valuas eius, & seras, & vectes. Et iuxta eos ædificauerunt Melchias Gabaonites, & Iadon Meronatites, viri de Gabaon & Maspha, pro duce qui erat in regione trans flumen. Et iuxta eum ædificauit Eziel filius Araia aurifex: Et iuxta eum ædificauit Ananias filius pigmētarii, & [3] dimiserunt ] Ierusalē [c] vsque ad murum plateę latioris. [4]Et iuxta eum ædificauit Raphaia filius Ahur, Princeps [4] vici ] Ierusalem. Et iuxta eum ædificauit Iedaia filius Aromath: contra domum suam: Et iuxta eum ædificauit Hatthus filius Asebonię. Mediam autem partem vici ædificauit Melchias filius Erez, & Azub filius [5] Phetmoab: ] & turrim furnorum. Et iuxta eos ædificauit Sellum filius Aloes, Princeps medię partis [6] vici ] Ierusalem: [6] Osee & filii eius. ] Et portam vallis ædificauit Annun & habitatores Zanóe: ipsi ędificauerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras, & vectes, & mille cubitos in muro, [d] vsque ad portam sterquilinii. [c5]Et portam sterquilini ædificauit Melchias filius Rechab, princeps vici Bethacháren. Ipse ædificauit eam, & statuit valuas eius, & seras, & vectes. Et portam fontis ædificauit Sellum filius Colozai, princeps pagi Maspha: Ipse ædificauit eam, & texit, & statuit valuas eius, & seras, & vectes: & muros piscinę Syloe in hortum Regis, & vsque ad gradus qui descendunt de ciuitate Dauid. Post eum ædificauit Nehemias filius Azboth, princeps dimidię partis vici Bethsur, vsque contra

2. Alia translatio habet: ædificauerunt portam ad probaticam piscinam. Hæc est porta iuxta templum per quam inducebātur greges ad offerendum. Hæc alibi turris gregis dicitur. Fuit autē altera turris gregis in via Bethlehē, vbi Iacob pauit greges & pecora sua, & pastores vigilantes super gregem suum viderunt multitudinem militiæ cœlestis. Filij autem Asnaa ædificauerunt portam piscium, & statuerunt valuas eius, & seras & vectes. Hæc respicit Ioppen & Diospolim, per quam importabatur copia piscium. Hæc secūdum Ioseph postea dicta est porta Dauid. Comest. cap. 7. in histo. Iudith.
1. Meah sumptuose reparauerūt
b. Huius portæ meminit Sophonias propheta, dicens: Vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à secunda. Quia hoc quod adiunxit à secunda, seūdi muri in eodem climate portam significat. Nam temporibus Ezechiæ duplicatū fuisse murū ciuitatis, verba dierum narrant, 2 Para. 32. 2. Ædificauit quoque agens industriè omnem murū qui fuerat dissipatus, &c. Beda ibidem.
2. Trabes eius posuerunt, & infra.
3. Instaurauerunt.
4. Mediæ partis.
5. Ducis Moab.
6. Ipse & filiæ eius.
[c. Et vorabatur sic ista porta, eo quòd immunditiæ ciuitatis per illam immittebantur in torrentē Cedron tempore pluuialis. Ciuitas enim Ierusalem sita est in decliui montis: & ideo aquæ pluuiales descendentes, & secum trahentes immunditias ciuitatis habebant cursum versus illam portam. De Lyra.

Universidad de Deusto
Biblioteca



d. Nota Dauid Regem non in Bethlehem,sed in Ierusalē,constat fuisse sepultum. Act. 2.e Quia natus in bethlehem, & sepultꝰ in Ierusalē ita Christum in Bethlehem nasciturū, & in Ierusalem sepeliendum. præfigurauit. Beda.

e. Hucusque primus ciuitatis murus extruitur,hinc mensura secunda,hoc est muri interioris: vnde in hac descriptione dicitur,quia structorum plurimi contra domum suam ædificauerunt:muro nanque ciuitatis plurimæ domus erant coniunctæ. Beda.

7. Armamentarii angularis.

[f. Quod capitur exclusiue, quia domus sūmi sacerdotis erat intra murum interiorem, qui erat intermedius inter habitationem sacerdotum & nobilium.quę claudebatur muro secundo,de quo hic agitur De Iyra ibidem.]

8. Quę erat iuxta atrium.

9. Munitione.

g. Thecueni à thecua vel tuba buccinatores interpretatur,hūc locum ædificauerunt.Beda.

10. Arcis.

h. Porta iudicialis potuit esse porta vetus,quæ in fronte ciuitatis,prior eminebat. Porta verò aquarum, potuit esse porta fōtis Porta vero equorum non fuit porta ciuitatis sed statuta erat ante atria templi,vsque ad quam ascendere in equis licitū erat. Comestor cap.7.in historia Iudith.

d sepulchrum Dauid,& vsque ad piscinam quę grandi opere constructa est, & vsque ad domum fortium.Post eum ædificauerunt Leuitę:Reum filius Benni. ᵍ Post eos ę- dificauit Asebias,princeps dimidię partis vici Ceilę in vico suo. Post eum ædificauerunt fratres eorum, Becui filius Enedad princeps dimidię partis Ceilę. Et ædificauit iuxta eum Azer filius Iosuę, Princeps Maspha[e] mensuram secundam, contra ascensum[7] firmissimi anguli.]Post eum in monte ædificauit Baruch filius Zachái mensuram secundam,ab angulo vsque ad portā domus Eliazib sacerdotis magni. Post eum ædificauit Merimuth filius Vrię filii Hacos mensuram secūdam, à porta domus Eliasib:donec extenderetur domus Eliasib. Et post eum ædificauerunt sacerdotes, viri de campestribus Iordanis.[f] ᵍ Post eos ędificauit Beniamin & Asub, contra domū suam. Et post eos ædificauit Azarias, filius Maasię filii Ananiæ contra domum suam. Post eum ædificauit Bennui filius Ennadad, mensuram secundam, à domo Azarię vsque ad flexuram,& vsque ad angulum.Post eum ædificauit Phael filius Ozi,cōtra flexuram & turrim,quę eminet de domo Regis excelsa,[8] id est,in atrio ]carceris.Post eum Phadaia filius Pharos.Nathinnæi autem habitabant in[9] Ofel,]vsque contra portam aquarum ad orientem,& turrim quę prominebat. Post eosædificauerunt [g] Thecueni mensuram secundam è regione:à turre magna & eminenti,vsque ad murum [10] templi.ᵍ Sursum autem ad [h] portam equorum, ædificauerunt sacerdotes, vnusquisque contra domum suam.Post eos ædificauit Sadoch filius Emmer,contra domum suā Et post eum ædificauit Semeia filius Sechenię,custos portę orientalis.Post eum ædificauerunt Anania filius Semelię & Anon filius Zalaph sextus,mensuram secundam. Post eum ædificauit Mesollā filius Barachię,contra gazophylacium suum. Post eum ædificauit Melchias filius aurificis,vsque ad domum Nathinnæorum & scuta vendētium,contra portam iudicialem:& vsque ad cœnaculum anguli.Et inter cœnaculum anguli in porta gregis ædificauerunt aurifices & negotiatores.

*Sannaballath & Tobia inuitis Iudæi altera manu ædificant, altera gladium tenent.* IIII.

a. Audienter autem mutorum ædificationem accelerari Ammonitę & Moabitę,vel Samarite & omnes qui inferiorem Syriam habitabant,molestè ferebant,& meditabantur eis insidias contexere, quatenus voluntatem eorum impedirent: multosque interficiebant Iudæos ipsum etiam Nehemiam dilacerare querebant. Ioseph. liber.11.cap.5.

* Et dixit Nehemias.

b. Simile est quod scribitur de peccatore Ps.7. d. Super quod Augu. Non enim voluit ipse peccatum euadere, sed factus est sub peccato tanquam seruus dicente domino Ioan 8.d. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Erit ergo iniquitas eius super ipsum,cū ipse ego ipse mferior erit,vt eius iniquitas sit superior,& in illū descendat : quia grauat illum & onerat,& ad requiem sanctorū euolare non sinit. Hæc Aug. Quę omnia imprecatur Nehemias hostibus Iudæorum,quòd vtbis ædificationē impedirent

1. Conspirauerunt.

2. Cēmentum multum.

c. Et consummatum est opus per annos duos & quatuor mēses, licet in multa angustia, & plurimis impedimentis. Primò enim finitimæ nationes in manu forti aggrediebātur eos. Nehemias verò mediam partē populi armatam statuit extra ciuitatem,vt sustinerent impetus aggredientium:alterā verò medię parti ædificabat, vna manu tenentes lapidem, altera gladiū tenentes. Comestor cap.7.in histo. Iudith.

f. In demissiora loca post murū in locis petrosis populum per familias.

[a] Factum est autem cum audiisset Sanaballath, quòd ædificaremus murū, iratus est valde:& motus nimis subsannauit Iudæos,& dixit coram fratribus suis, & frequentia Samaritanorum: Quid Iudæi faciunt imbecilles? Num dimittent eos gentes? Num sacrificabunt,& complebunt in vna die? Nunquid ædificare poterunt lapides de aceruis pulueris, qui combusti sunt? Sed & Tobias Ammonites proximus eius, ait: Aedificent.Si ascenderit vulpes,transiliet murum eorum lapideum.* Audi deus noster,quia facti sumus despectui.[b] Conuerte opprobrium super caput eorum,& da eos in despectionem in terra captiuitatis.Ne operias iniquitatem eorum,& peccatum eorum coram facie tua non deleatur:quia irriserunt ædificantes.Itaque ædificauimus murum,ᵍ & coniunximus totum vsque ad partem dimidiam:& prouocatum est cor populi ad operandum.Factum est autem cum audisset Sanaballath,& Tobias,& Arabes,& Ammonitæ,& Azotii,quòd obducta esset cicatrix muri Ierusalem,& quòd cœpissent interrurpta concludi: irati sunt nimis. Et congregati sunt omnes pariter vt venirent,& pugnarent cōtra Ierusalem,& molirentur insidias.Et orauimus deum nostrum:& posuimus custodes super murum die ac nocte contra eos.Dixit autem Iudas:Debilitata est fortitudo portantis, &[2] humus nimia est,& nos non poterimus ædificare murum.Et dixerunt hostes nostri:Nesciāt, & ignorēt,donec veniamus in medium eorum:& interficiamus eos,& cessare faciamus opus.[c] Factum est autem venientibus Iudæis,qui habitabant iuxta eos, & dicentibus nobis per decem vices,ex omnibus locis quibus venerant ad nos,ᵍ statui[3] in loco post murum per circuitum, populum in ordinem cum gladiis suis & lanceis & arcubus.Et Perspexi atque surrexi:& aio ad optimates & Magistratus,& ad reliquam partem vulgi:Nolite timere à facie eorum,Domini magni & terribilis mementote, & pugnate pro fratribus vestris,filiis vestris,& filiabus vestris,& vxoribus vestris,& domibus

domibus vestris. Factum est autem cum audissent inimici nostri, nunciatum esse nobis: dissipauit deus cõsilium eorum. [d]Et reuersi sumus omnes ad muros, vnusquisque ad opus suum. Et factum est à die illa, media pars iuuenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum, & lanceæ, & scuta, & arcus, & loricę: & principes post eos in omni domo Iuda ædificantium muros, & portantium onera & imponentium,
D vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium. [e]Aedificantium enim vnusquisque gladio erat accinctus renes. Et ædificabant, & clangebant buccina iuxta me. Et dixi ad optimates, & ad Magistratus, & ad reliquam partem vulgi: Opus grãde est & latum, & nos separati sumus in muro procul alter ab altero. In loco quocũque audieritis clangorem tubę: illuc concurrite ad nos. Deus noster pugnabit pro nobis: & nos ipsi faciamus opus. Et media pars nostrum teneat lanceas, ab ascensu auroręe, donec egrediantur astra. In tempore quoque illo dixi populo: Vunsquisque cum puero suo [4]maneat in medio Ierusalem, [f] & sint vobis [5] vices per noctem & diem ad operandum. Ego autem & fratres mei, & pueri mei & custodes, qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra: vnusquisque tantum nudabatur ad baptismum.

[d. Reuersi sum* ad muros ædificãdos destructo cõsilio Samaritanorum. Ex quo patet quòd timore eorum opus coptũ intermiserant, vt melius ab eis se defenderẽt. De Lyra. ibidem.]

e. Aduerte quòd cum Dauid & Salomon hanc ciuitatem primò ædificarent, nil de armatis structoribus vel aduersariis impugnantibus refertur: verũ destructa ob scelera eorum ciuitas maiore labore ac industria indiget vt restauretur. Quia & talis est ædificatio spiritalis, quæ in cuiusdam salute quæritur. Beda ibidem.
4. Permoẽat.
[f. Non est per hoc intelligendum quòd operentur de nocte: quia hoc non posset bene fieri, vt patet ex dictis, sed aliqui per vices erant ordinati ad vigilãdum de nocte pro custodia ciuitatis, qui aduersus hostib* possent alios excitare. De Lyra ibidem.]
5. In custodiam.

*Nehemias tempore famis vsuras prohibet, sua indigentibus liberè largiens.* V.

A [a]ET factus est clamor populi & vxorum eius magnus, aduersus fratres suos Iudæos: Et erant qui dicerent: *Filij nostri & filię nostrę multę sunt nimis. Accipiamus ę— pro pretio eorũ ] frumentum: & comedamus & viuamus. Et erant qui dicerẽt: Agros nostros & vineas & domos nostras [5]opponamus: ] & accipiamus frumentum in fame. Et alij dicebant: [b]Mutuo sumamus pecunias in tributa Regis, demúsque agros nostros & vineas. Et nunc sicut carnes fratrum nostrorũ sic carnes nostrę sunt: & sicut filij eorum, ita & filij nostri. Ecce nos subiugamus filios nostros & filias nostras in seruitutem: & de filiabus nostris sunt famulę, nec habemus vnde possint redimi, & agros nostros & vineas nostras alij possidẽt. Et iratus sum nimis,
B cum audissem clamorem eorum secundũ verba hæc. [c]Cogitauítque ] cor meũ mecum. Et increpui optimates & Magistratus, & dixi eis: Vsuráne singuli à fratribus vestris exigitis? [c]Et congregaui aduersum eos concionẽ magnam, & dixi eis: Nos ę— vt scitis ] redemimus fratres nostros Iudæos, qui venditi fuerant gentibus secũdum possibilitatem nostram: & vos igitur venditis fratres nostros, [3]& redimemus eos? ] Et siluerunt, nec inuenerunt quid responderent. Dixíque ad eos: Non est bona res, quam facitis. Quare non [f] in timore dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis à gentibus inimicis nostris? Et ego & fratres mei & pueri mei, commendauimus plurimis pecuniam & frumentum. Non repetamus in commune istud. ę— Aes alienum concedamus, quod debetur nobis. ] Redditte * eis hodie agros suos, & vineas suas, & oliueta
C sua & domos suas. [g]Quin potius & centesimam pecunię, frumenti, vini, & olei, quam exigere soletis ab eis, date pro illis. Et dixerunt: [g]Reddemus, & ab eis nihil quæremus sicque faciemus vt loqueris. Et vocaui sacerdotes, & adiuraui eos vt facerent iuxta quod dixeram. Insuper excussi sinum meum, & dixi: Sic excutiat deus omnem virũ qui non compleuerit verbum istud, de domo sua & de laboribus suis. Sic excutiatur, & vacuus fiat. Et dixit vniuersa multitudo. Amen. Et laudauerũt deum. Fecit ergo populus sicut erat dictum: [h] A die autem illa qua præceperat Rex mihi, vt essem dux in terra Iuda, ab anno vicesimo vsque ad annum tricesimum secundum Artaxerxis Regis per annos duodecim, ego & fratres mei annonas quę ducibus debebantur, non
D comedimus. [g]Duces autem primi qui fuerunt ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis in pane, & vino, & pecunia quotidie siclos quadraginta. Sed & ministri eorum [5] depressérant populum. ] Ego autem non feci ita propter timorem dei. Quin potius in opere muri ædificaui: & agrum non emi: & omnes pueri mei congregati ad opus erant. [i] Iudæi quoque & magistratus cẽtumquinquaginta viri, & qui veniebant ad nos de gentibus, quæ in circuitu nostro sunt, in mensa mea erant. Parabatur autẽ mihi per dies singulos bos vnus, arietes sex electi, exceptis volatilibus, & inter

a. Ista fames, naturalis quidam morbus est, quia natura nobis facta est pœna ex vindicta. Primo huiusmodi quod erat pœna, natura nobis est: vnde dicit Apostolus fuimus & nos natura filij iræ, sicut & cæteri. Natura filij iræ, id est portantes vindictam Augu. Psal. 37.
*Nos &.
1. Oppigneremus.
b. Desiderabat populus muris constituere ciuitatis, sed famis magnitudine pressus ab operis fictio præsumebatur. Qui videlicet famem non solum frugũ penuria, sed & principum auaritia fecerat, cùm à populo maiora quàm exoluere posset, tributa exigebat: quod apud nos quotidie fieri videtur. Beda ibidem.
2. Initique cõsilium intra me.
[c. Vt erubescerent reuerti ad rectionem meam rationabilẽ. De Lyra. ibidem.]
3. Postquã venditi fuerunt nobis.

f. Timor beatitudinis particeps est his, qui in dei viis ambulant, & metuunt ne quid de bono quo beatificantur, amittant, spe gaudentes, & in tribulatione patientes. Prosper in Psal. 127.
*Quæso.

g. Boni patres qui statuerũt pignora debitorum esse reddenda: boni etiã fœneratores qui responderunt, quòd & pignora redderent, & pecuniam non requirerẽt quã dedissent. Ambr. de Tobia cap. 2*.

h. Ipse autem Nehemias nocte circumiens ciuitatem, minimè aut operibus, aut somno aut cibo fatigabatur: nihil autem horum suauiter, sed sub necessitate vtebatur. Quos labores sustinuit per 12. annos, & mensis quatuor. Nam tanto tempore Ierusalymorum muri sunt perfecti. Ioseph. lib. 11. ca. 5. Antiquic. Iudaic.
5. Dominati sunt populo.
[i. Aliqui de Iudæis quibus debebant ex expensæ à populo ratione communis status vel officij: & similiter gentiles qui erãt ad custodiam terræ, quibus populus debebat de expensis prouidere. De Lyra.]

Universidad de Deusto
Biblioteca



dies decem vina diuersa:& alia multa tribuebam. Insuper & annonas ducatus mei nō quæsiui, valde enim erat attenuatus populus. † Memento mei deus meus in bonum, † Heb.
secundum omnia quæ feci populo huic.

*Sanaballath cum sociis Iudæos insidiosis literis ad fœdus incitans, ac ædificationem impedire tentans, non terret Nehemiam.* VI.

a Post impedimenta hostium & famis, sequitur tertium impedimentū, quo principes trās flumen, qui inuidebant ei, corruperunt muneribus quosdam seniorum qui erant in Ierusalem, vt eū morti traderēt. Quod cùm nequirent, variis eum terrebant rumoribus, vt sic ab opere cessaret, dicentes: Multi coniurauerunt aduersum te vna de, & abscondere ab eis Rursùmque aiebant: Delatum est ad Regē quòd velis rebellare, & facere te Regem in Iudæa. Noli exasperare dominum tuum. Cúmque multa confingerent in hunc modum, nō præualuerūt, quia manus domini erat cum eo. Comest. cap. 7. in historia Iudith.
*Opus.
*Apertam.
[b. Fama communi diuulgatū est, istud erat scriptum in litera sibi missa, & ea quæ sequuntur. Vnde iste Gozen qui erat de principalibus inter gentiles hæc scripta habuit in epistola sua. De Lyra ibidem.]

[c. Pulsatus insidiis hostiū Nehemias domum Samaiæ quasi amici & fratris ingreditur, sed ipsum insidiatorem & hostem inuenit tanquā externorū domis & amicitia corruptum. Sæpe enim electi habēt foris pugnas, intus timores, nec solum Apostoli, sed & prophetæ periculis ex genere, periculis ex gētibus, periculis ex falsis fratribus, suspectam vitam agebant. Glosa ordinaria.]
1. Confotta.
2. d. Qui erat sequestratus, vel clausus, (hoc est clausus erat fingens se spiritum dei habere.
3. Conueniamus in domum.
4. Prophetiam loquutus esset super me.
e. Elul iuxta antiquos Hebræos sextus mēsis erat, nostro respōdens Augusto: iuxta verò recētiores annum à Septembri incipientes, duodecimus est.

f. Fautrium Tobiæ Iudæo, sed apostatæ, qui magis gentibus quàm populo suo fauebat.

5. Arah.

IActum est autem cùm audisset Sanaballath & Tobias, & Gosen Arabs, A
& cæteri inimici nostri, quòd ædificassem ego murum, & non esset in ipso
residua interruptio: (vsque ad tempus autem illud valuas non posueram
in portis,) miserūt Sanaballath, & Gosen Arabs ad me, dicētes: Veni & per-
cutiamus fœdus pariter in viculis in campo Ono. Ipsi autem cogitabant vt facerent
mihi malum. Misi ergo ad eos nuntios, dicens: Opus grande ego facio: & nō possum
descendere, ne fortè negligatur * cùm venero & descendero ad vos. Miserunt autem
ad me secundum verbum hoc per quatuor vices, & respondi eis iuxta sermonē prio- B
rem. ♱ Et misit ad me Sanaballath iuxta verbum prius quinta vice puerum suum, &
epistolam habebat * in manu sua, scriptam hoc modo: [b] In gentibus auditum est, &
Gosen dixit, quòd tu & Iudæi cogitetis rebellare, & propterea ædifices murum: & le-
uare te velis super eos Regem: propter quam causam & Prophetas posueris qui præ-
dicent de te in Ierusalem, dicentes: Rex in Iudæa est. Auditurus est Rex verba hæc. Id-
circo nunc veni, vt ineamus consilium pariter. Et misi ad eos, dicens: Non est factum
secundum verba hæc, quę tu lóqueris: De corde enim tuo tu componis hæc. Omnes
enim hi terrebant nos, cogitantes quòd cessarent manus nostræ ab opere, & quiesce-
remus. Quam ob causam magis [c] cōfortaui] manus meas. ♱ [c] Et ingressus sum domum c
Samaiæ, filij Dalaiæ, filij Metabehel [2 d] secretò.] Qui ait: [3] Tractemus nobiscum in do-
mo] dei in medio templi, & claudamus portas ædis: quia venturi sunt vt interficiant
te, & nocte venturi sunt ad occidendum te. Et dixi: Num quisquam similis mei fuit?
Et quis vt ego ingredietur templum, & viuet? Non ingrediar. Et intellexi quòd deus
non misisset eū, sed quasi [4] vaticinans locutus esset ad me,] & Tobias & Sanaballath
conduxissent eum: acceperat enim pretium, vt territus facerem, & peccarem, & habe
rent malum quod exprobrarent mihi. Memento mei domine pro Tobia & Sana- f
ballath, iuxta opera eorum talia: sed & Noadiæ Prophetæ & cæterorum Prophetarū,
qui terrebant me. ♱ Completus est autem murus vicesimoquinto die mensis [e] Elul, D
quinquagintaduobus diebus. Factum est ergo cùm audissent omnes inimici nostri,
vt timerent vniuersæ gentes, quæ erant in circuitu nostro, & concíderent intra semet-
ipsos, & scirent quòd à domino factum est opus hoc. Sedet in diebus illis multæ [f] opti-
matum Iudęorū epistolę mittebantur ad Tobiam: & à Tobia veniebant ad eos. Mul-
ti enim erant in Iudęa, habentes iuramentum eius, quia gener erat Sechenię filij [5] Ioręi:
& Iohannam filius eius acceperat filiam Mosollam filiæ Barachiæ. Sed & laudabant
eum coram me: verba mea nuntiabāt ei. Et Tobias mittebat epistolas, vt terreret me.

*Consummatum dedicauerunt templum, & azymorum festum celebrauerunt.* VII.

a. Postquam muri perfectionē acceperunt, Nehemias & reliqua multitudo sacrificauerunt deo pro eorum ædificatione, ac per octo dies sunt epulati. Gentes autem quæ Syriam habitabant, audientes perfectam murorum constructionem, grauiter angebātur. Nehemias autē in ciuitate videns paucos homines habitare, rogauit sacerdotes & Leuitas, vt vicos relinquentes ad ciuitatē migrarent, & in ea manerent, fabricis eorum domicilia propriis expensis. Ioseph. 11. 5.
1. Genealogiæ.

POstquam autem ædificatus est murus, & posui valuas, & recensui ianito- A
res & cantores & Leuitas, præcepi Aneni fratri meo & Annię Principi do-
mus de Ierusalem (ipse enim [1] quasi] vir verax & timens deum plus cæte-
ris videbatur.) Et dixi eis: Non apperiantur portę Ierusalem vsque ad ca-
lorem solis. Cúmque adhuc afsisterent, clausæ portę sunt & oppilatę. Et posui custo-
des de habitatoribus Ierusalem singulos per vices suas: & vnum quemque contra do
mum suā. Ciuitas autem erat lata nimis & grandis, & populus paruus in medio eius:
& non erant domus ædificatę. † Deus autem dedit in corde meo: & congregaui opti- †
mates, & magistratus, & vulgus, vt recenserem eos. ♱ Et inueni librum [2] census] eorum B
qui ascenderant primum: & inuentum est scriptum in eo. Isti filij prouinciq, qui ascē-
derunt

derunt de captiuitate migrantium,quos transtulerat Nabuchodonosor Rex Babylonis,& reuersi sunt in Ierusalem & in Iudeam,vnusquisque in ciuitatem suam:[b]qui venerant cum Zorobabel,Iosue,Nehemias,Azarias,Raamias, Naamin, Mardochæus, Belsar,Mespharat,Beggoai,Naum,Baana.[c]Numerus virorum populi israel. Filij Pharos,duo milia centum septuagintaduo. Filij Saphacia, trecentiseptuagintaduo. Filij Area,sexcentiquinquagintaduo. Filij Phetmoab filiorum Iosue & Ioab, duo milia
c octingentidecem & octo.Filij Helam,mille ducentiquinquagintaquatuor.[d] Filij Zethua,octingenti quadragintaquinque.Filij Zachai,septingẽtisexaginta.Filij Bennui, sexcentiquadragintaocto.Filij Bebai,sexcentiuigintiocto.Filij Azgad,duo milia trecentiuigintiduo.Filij Adonicam,sexcentisexagintaseptem. Filij Beguai,duo milia sexagintaseptem.Filij Adin,sexcentiquinquaginta quinque. Filij Ather filij Ezechię,nonaginta octo.Filij Asem,trecentiuigintiocto.Filij Besei,trecentiuigintiquatuor. Filij Areph,centũduodecim.Filij[d]Gabaon,nonagintaquinque.Filij Betlehẽ,&Nethupha, centũoctoginta octo.Viri Anathot,centũuigintiocto.Viri Bethamoth, quadraginta-
D duo. Viri Cariathiarim, Cephira & Beroth, septingentiquadragintatres.[e] Viri Rama & Nebo,sexcentiuigintiunus. Viri Machmas, centumuigintiduo. Viri Bethel & Chai,centumuigintitres.Viri Nebo alterius,quinquagintaduo. Viri Helam alterius, mille ducentiquinquaginta quatuor.Filij Arem,trecentiuiginti.Filij Iericho,trecentiquadragintaquinque.Filij Lodadin & Ono,septingentiuigintiunus.Filij Senaa, tria milia nongentitriginta.[e]Sacerdotes:Filij Idaia in domo Iesua, nongentiseptuagintatres.Filij Emmer, mille quinquagintaduo. Filij Phesur,mille ducentiquadragintaseptem.Filij Arem,mille decem & septem.[f] Leuitę:Filij Iesue & Cedmihel, filiorum Oduiæ,septuagintaquatuor.[g] Cantores:Filij Asaph, centumquadragintaocto.[h] Ianitores:Filij Sellum,filij Ather, filij Thelmon,filij Accub,filij Athita,filij Sobai, cen-
E tumtrigintaocto.[i] Nathinnæi:Filij Soa,filij Asupha,filij Thebaoth, filij Ceros, filij Siaa,filij Phadon,filij Lebana,filij Azaba:filij Selmon.filij Anan,filij Gedded,filij Gaer, filij Raahia,filij Rasin,filij Nechoda,filij Iezem, filij Asa filii Phasea, filij Besai, filii Munim,filii Nephusim,filii Bechue,filii Acupha, filii Azur,filii Besluth,filii Maida, filii Arsa,filii Berchos,filii Zizara,filii Thema filii Nasia,filii Atupha,[k] filii seruorum Salomonis,filii Sothai filii Sophérech,filii Pheruda,filii Iahala,filii Darcon, filii Gedel,filii Saphata,& filii Achil filii Focereth qui erat ortus ex Asbaim filio Ammon.Omnes Nathinnæi,& filii seruorum Salomonis trecentinonagintaduo.[l] Hi sunt autem qui ascenderunt de Thelmala, Thelarsa,Cherub,Adon,& Emmer,& non potuerunt indicare domum patrum suorum,& semen suum, vtrum ex Israel essent.Filii Dalaia,
F filii Thobia,filii Nechoda,sexcentiquadragintaduo.[m] Et de sacerdotibus,filii Iobia, filii Accos,filii Berzellai,qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditidis vxorem,& vocatus est nomine eorum.Hi quæsierunt scripturam suam [2 m] in censu,] & non inuenerunt,&[n] electi sunt de sacerdotio.Dixitque Athersatha eis,vt non manducarent de sanctis sanctorum,donec[3]staret sacerdos & doctus & eruditus.]Omnis multitudo quasi vir vnus,quadragintaduo milia trecentisexaginta:absque seruis & ancillis eorum,qui erant septem milia trecentitriginta septem:& inter eos cantores & cantatrices ducentiquadragintaquinque.Equi eorum septingentitrigintaseptem,muli eorũ
G ducentiquadragintaquinque:cameli eorum quadringentitrigintaquinque, asini sex milia septingentiuiginti.[o]--Hucusque refertur quid in commentario scriptum fuerit, et in Nehemiæ historia texitur.]Nonnulli autem de Principibus familiarium dederunt in opus. Athersatha dedit in thesaurum,auri drachmas mille,[4]phialas ]quinquaginta:tunicas sacerdotales quingentas triginta.Et de Principibus familiarum dederunt in thesaurum operis,auri drachmas viginti milia,& argenti minas duo milia ducentas.Et quod dedit reliquus populus auri drachmas viginti milia, & argenti minas duo milia,& tunicas sacerdotales sexagintaseptem.Habitauerunt autem sacerdotes & Leuitæ & ianitores,& cantores,& reliquum vulgus,& Nathinnæi, & omnis Israel in ciuitatibus suis.

b. Hæc virorum primarum nomina qui populum sub Cyro duce Zorobabel reduxerũt Ierusolymam,paulò diuersius leguntur.1.Esdræ 2. Eadem tamẽ sunt.

[c. Descripta ciuitatis clausura hic cõsequenter describitur populi summa. Quod recte Nehemias ex inspiratione diuina, vt videretur qui habitaturi essent in Ierusalẽ,& qui extra. Et de habitantibus in Ierusalem qui & qualiter deberẽt ædificare muros interiores & domos ad habitãdum:& ista numeratio populi habetur supra 1.Esdr.2. ita quòd hic & ibi est idem numerus totius multitudinis,licet in aliquibus varietur secundum partes,& secũdum nomina numeratorum: quod factum est, quia plures eorum erant binominij,& hic nominantur vno nomine,& ibi alio. Et ideo exponatur littera sicut ibi fuit exposita. De Lyra ibidem.]

d. Omnes hæ ciuitates vt plurimum sunt sortis Iudæ vel Beniamin. Vnde constat hos qui redierunt, tribus fuisse vel Iudæ vel Bẽiamin, præter sacerdotes & Leuitas, qui inter eos mixti erant.

e. Sacerdotes sextum gradum tenẽt in ecclesia,qui & presbyteri,id est,seniores dicũtur,qui præsunt ecclesiæ dei, & eius sacramenta conficiunt.Hieronym. de septem gradibus ecclesiæ.

f. Leuitæ quintum gradum tenent,& hi diaconi dicũtur,quorum sors deus est. Idem ibid.

g. Cantores, qui & lectores dicuntur, tertium gradum in ecclesia tenent, quorum est munus prophetias populo exponere Idem vbi prius.

h. Ianitores,qui & ostiarij,portis Ierusalem præsunt,successores cœli portis paradisi, qui secundum gradum in ecclesia obtinent. Idem.

i. Nathinnæi,qui & subdiaconi quartum ecclesiæ gradũ tenent in humilitate domino seruientes. Idem.

k. Filij seruorum Salomonis dicebantur authores templi, qui curam habebant ad tartatecta reficienda, aut quæcunque ruissent vexata per eos denuò de ipsa pecunia restaurarentur. Beda.

[l. Hic ponitur numerus proselytorum. Et licet proselyti propriè loquendo dicantur qui de gentilitate conuersi sunt ad Iudaismum, tamen hic large dicuntur proselyti,qui nõ potuerunt sufficienter indicare certitudinem suæ genealogiæ: & ideo dubium erat de aliquibus eorum vtrum essent de filijs israel à principio vel non,tamen non fuerunt electi à populo Israel, quia fides non negabatur gentilibus volẽtibus conuerti. De Lyra in 2.cap.1.Esdræ.

m. Et lineam generationis, scilicet, qua eorum genealogia recenseretur.

[n. Eadem cautela filij tertiæ migrationis erga sacerdotes, quæ erga populum. Curabant enim vt distinctè patefieret qui verè ad populũ Israel vel ad genus sacerdotale pertinerẽt, qui aut suspecti sunt ecclæ proselytarũ, id est, aduenarum essent siue procreati. Sacerdotes ergo suspectos ab altaris ministerio amouerunt officio vsque dum certius eorum origo elucesceret, sed tamen in successate tertiæ migrationis vniuersi se cum pace seruauerunt. Beda 1.Esdr.2.]

1. Consurgeret sacerdos potẽs Vrim & Thummim.

4. Pelues.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Esdras cum plurimis ascendens à Babylone, legem dei explicat, & populum ad pœnitentiam commonefacit.* VIII.

a. Notanda est populi deuotio simul & cõcordia, qui quasi vir vnus, hoc est, vnâ eademque fide & dilectione ad templum domini conuenit. Rogauitque põtificem suũ, vt aliato libro mandatæ sibi legis, quæ agere deberent explicaret: vt cum ciuitate ædificata optatis quoque placiti deo structura consurgeret ne fieret antea p negligentiã religionis ciuitatis etiam ruina sequeretur. Beda ibid.

ET venerat mensis septimus sub Esdra & Nehemia: Filij autẽ Israel erant A in ciuitatibus suis. [a] Congregatúsque omnis populus quasi vir vnus ad platéam, quæ est ante portam aquarum, & dixerunt Esdræ Scribę, vt afferret librũ legis Moysi quam præceperat dominus Israeli. Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum & mulierum, cunctísque qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi. Et legit in eo aperte, in platéa quæ erat ante portam aquarum, de mane vsque ad mediam diem, in conspectu virorum, & mulierum, [1] & sapientium.] Et aures omnis populi erant erectæ ad librum. [b] Stetit autem Esdras Scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, & steterunt iuxta eum Mathathia, & Semeia & Ania, & Vria, & Elchia, & Maasia ad dextram eius: & ad sinistram, Phadaia, Misahel, & Melchia, & Asum, & Asephdana, Zacharia, & Mosollam. Et aperuit Esdras librum coram omni populo. Super vniuersum quippe populum eminebat. Et cum aperuisset eum stetit omnis populus. Et benedixit Esdras domino deo [2] voce magna.] Et respondit omnis populus, amen, amen, eleuans manus suas. Et incuruati sunt, & adorauerunt deum proni in terram. Porrò Iosûe, & Baani, & Serabia, Iamin, Accub, Septhái, Odia, Maasia, Celita, Azarias, Iozabed, Anani, Phalaia, Leuitæ [3] silentium faciebant in populo, ]ad audiendam legem. Populus autem stabat in gradu suo, [c] & legerunt in libro legis dei distinctè, & apertè, ad intelligendum, & intellexerunt cum legeretur. Dixit autem Nehemias, (ipse est Athersatha) & Esdras sacerdos & Scriba, & Leuitæ interpretantes vniuerso populo: [*] Dies sanctificatus est B domino deo nostro. Nolite lugere, & nolite flere. † Flebat enim omnis populus, cùm audiret verba legis, & dixit eis, Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes eis, qui non præparauerunt sibi, quia sanctus dies domini est, & nolite contristari. Gaudium etenim domini est fortitudo nostra. Leuitæ autem silentium faciebant in omni populo, dicentes: Tacete, quia dies sanctus est, & nolite dolere. Abiit itaque omnis populus, vt comederet, & biberet, & mitteret partes, & faceret lætitiam magnã, quia intellexerant verba quæ docuerat eos. Et in die secundo congregati sunt Principes familiarum vniuersi populi, sacerdotes, & Leuitę ad Esdram Scribam, vt interpretaretur eis verba legis. † Et [d] inuenerunt scriptum in lege, præcepisse dominum in manu Moysi, vt habitent filij Israel in tabernaculis in die solenni mẽsis septimi, & vt prędicent & diuulgent vocem in vniuersis vrbibus suis, & in Ierusalem, dicentes. [e] Egredimini in montẽ, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, frõdes myrti, & ramos ]palmarũ, & frondes ligni nemorosi, vt fiant tabernacula sicut scriptum est. Et egressus est populus & attulerunt, fecerúntque sibi tabernacula, vnusquisque in domate suo, & in atriis suis, & in atriis domus dei, & in platéa portæ aquarũ, & in platéa portæ Ephráim. [c] Fecit ergo vniuersa Ecclesia eorum, qui redierant de captiuitate, tabernacula, & habitauerunt in tabernaculis: Non enim fecerant à diebus Iosue filii Nun, taliter filii Israel, vsque ad diem illum: Et fuit lætitia magna nimis. Legit autem in libro legis dei per dies singulos, à die primo vsque ad diem nouissimum: & fecerũt solennitatem septem diebus, & in die octauo collectam, iuxta ritum.

b. Stetit ergo Esdras super gradum ligneum, quem fecerat ad loquẽdum iuxta portam aquarum, id est portam atrij, secus quam erant lutetes, & legit de mane vsque ad medium diem. Leuitæ verò duodecim silentiũ faciebãt in populo. Flebat autẽ omnis populus, & dixit ad eos Esdras: Nolite contristari, quia sanctus dies domini est: sed ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, & date partes eis qui non præparauerunt sibi. Comestor cap. 9. in historia Iudith.

a. Magno.

3. Intelligere faciebant populũ.

[c. Nõ est per hoc intelligendũ quòd isti omnes simul loquerentur, quia esset magis confusio intellectus audientiũ quàm instructio: missi forsitan in diuersis locis, & diuersis partibus populi sic loquerentur quod vnus nõ impediret alterum: quod tamen nõ videtur verum: quia in principio huius capituli dicitur. Congregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateã quæ est ante portam aquarum. Ex quo videtur quòd totus populus cõgregatus erat in loco vno. Solus igitur Esdras legem legebat, & obscura declarabat. (De Lyra.)

d. Erat olim hoc festum venerabile, cùm iuxta legẽ fieret, defuit postea, nunc autem non amplius, eò quòd tota illius dignitas sublata est, eò quòd contra dei mentem celebratur. Chrysost. aduersus Iudæos, oratione quarta.

e. Quantum literæ sensus patet, ipsa quidem scenopegia septem diebus agi solebãt, id est à quintadecima die septimi mensis luna, vsque ad vicesimam primã. Deinde octauo die. i. 22 die eiusdẽ mẽsis collecta populi denuo agebatur maiori festiuitate insignis, vt scriptum est Leuitici. 23. Beda ibidem.

c. Fecit ergo vniuersa Ecclesia eorum, qui redierant de captiuitate, tabernacula, & habitauerunt in tabernaculis: Non enim fecerant à diebus Iosue filii Nun, taliter filii Israel, vsque ad diem illum: Et fuit lætitia magna nimis. Legit autem in libro legis dei per dies singulos, à die primo vsque ad diem nouissimum: & fecerũt solennitatem septem diebus, & in die octauo collectam, iuxta ritum.

*Alienigenis expulsis vxoribus & filiis, enarrat Esdras dei beneficia, principum scelera, & cum domino fœdus ineunt.* IX.

IN die autem vicesimoquarto mensis huius, conuenerunt filii Israel in A ieiunio, & in saccis, & humus super eos. Et separatum est semen filiorum Israel ab omni filio alienigena, & steterunt & confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum. Et consurrexerunt ad standum, * & legerunt in volumine legis domini dei sui quater in die, & quater in nocte confitebantur, & adorabant dominum deum suum. Surrexerunt autem super gradum Leuitarum

a Quia audierãt in lege: Ammonites & Moabites non intrabũt ecclesiam dei, separauerunt ab ecclesia alienigenas: & in mundationem suam statuerunt in crastinum generale ieiunium, vt affligerent animas suas homines & iumenta vsque ad putot septennes, & conuenerunt octies ad audiendam legem, quater in die, & quater in nocte. Lectione terminata prosternebatur populus ad orandũ, & fiebant preces super eum: & tãdẽ benedictio sacerdotalis. Et ex his vt dicit Beda, ecclesia traxit exemplum. Comest. cap. 9. in histo. Iudith.
* In gradu suo.

rum Iosue & Bani,& Cedmihel,Remni, Sabnia, Abani, Sarebias, Bani, Chanani,[b] & clamauerunt magna voce ad dominū deum suum. Et dixerūt Leuitæ,Iosue,& Chedmihel,Bonni,Asebia,Serebia,Arebia,Odaia,Sebna,Phataia:Surgite,benedicite domino deo nostro,ab æterno vsque in æternum. Et benedicant nomini gloriæ tuæ excelso in omni benedictione & laude. ⁊—Et dixit Esdras:] Tu ipse domine solus, tu fecisti cœlum & cœlum cœlorum & omnem exercitum eorum, terram & vniuersa quæ in
B ea sunt,maria & omnia quæ in eis sunt:ᵍ Et tu viuificas omnia hæc: & exercitus cœli te adorat. † Tu ipse domine deus,qui elegisti Abram,& eduxisti eum de [1] igne]Chaldæorum: & † posuisti nomen eius Abraham,& inuenisti cor eius fidele coram te, & †percussisti cum eo fœdus, vt dares ei terrā Chananæi, Hethæi, ⁊—Heuæi,] & Amorræi,& Pherezæi,& Iebusæi,&Gergesęi,vt dares semini eius:& implesti verba tua,quoniam iustus es:& † vidisti [c] afflictionem patrum nostrorum in Ægypto, clamorémque eorum audisti super mare rubrum: & dedisti signa & portēta in Pharaone,& in vniuersis seruis eius,& in omni populo terræ illius: Cognouisti enim quia superbè egerant contra eos,& fecisti tibi nomen,sicut & in hac die,& mare diuisisti ante eos:& transierūt per medium maris in sicco: † Persecutores autem eorum proiecisti in profundum, quasi lapidem in aquas validas: & † in columna nubis ductor eorum fuisti per diem, & in columna ignis per noctem: vt appareret eis via, per quam ingrediC bantur.† ᵍ [d] Ad montem quoque Sinai descendisti, & locutus es cum eis de cœlo, & dedisti eis iudicia recta & legem veritatis, [2] ceremonias,] & præcepta bona,& sabbatum sanctificatum tuum ostendisti eis,& mandata & ceremonias, & legem præcepisti eis in manu Moysi serui tui. Panem quoque de cœlo dedisti eis in fame eorum,& aquam de petra eduxisti eis sitientibus, & dixisti eis, vt ingrederentur & possiderent terram,super quam leuasti manum tuam, vt traderes eis. Ipsi verò & patres nostri superbè egerunt, & indurauerunt ceruices suas, & non audierunt mandata tua, & noluerunt audire,& non sunt recordati mirabilium tuorum, quæ feceras eis, & indurauerunt ceruices suas,& dederunt caput vt conuerterentur ad seruitutem suam, [3] quasi per contentionem.] [e] Tu autem deus propitius,clemens,& misericors,longanimis, & multæ miserationis,non dereliquisti eos. Et quidem cùm fecissent sibi vitulū conflatilem,& dixissent: † iste est deus tuus, qui eduxit te de Ægypto: fecerúntque blasphemias magnas: tu autem in misericordiis tuis multis non dimisisti eos in deserto.
D ᵍ† Columna nubis non recessit ab eis per diem,vt duceret eos in viam, & columna ignis per noctem,vt ostenderet eis iter,per quod ingrederentur. Et spiritum tuum bonum dedisti qui doceret eos,& manna tuum non prohibuisti ab ore eorum: & aquā dedisti eis in siti. † Quadraginta annis pauisti eos in deserto,nihilque eis defuit. Vestimenta eorum non inueterauerunt,& pedes eorum [4] non sunt attriti.] [f] Et dedisti eis regna & populos, & partitus es eis sortes. Et possederunt terram Seon, & terram Regis Esebon,& terram Og Regis Basan. Et multiplicasti filios eorum sicut stellas cœli, & adduxisti eos ad terram, de qua dixeras patribus eorum, vt ingrederentur & possiderent. Et venerūt filij,& possederunt terram:& humiliasti coram eis habitatores terræ Chananæos,& dedisti eos in manu eorum, & Reges eorum, & populos terræ: vt
E facerēt eis sicut placebat illis.ᵍ Cœperunt itaque vrbes munitas,& humum pinguem, & possederunt domos plenas cunctis bonis, cisternas ab eis fabricatas, vineas & olieta,& ligna pomifera multa. Et comederunt & saturati sunt, & impinguati sunt, & abundauerunt delitiis in bonitate tua magna. Prouocauerunt autem te ad iracundiam,& recesserunt à te,& proiecerunt legem tuam post terga sua. Et prophetas tuos occiderunt,qui contestabantur eos vt reuerterentur ad te: fecerúntque blasphemias grandes. Et dedisti eos in manum hostium suorum, & afflixerunt eos. Et in tempore tribulationis suæ clamauerunt ad te,& tu de cœlo audisti, & secundum miserationes tuas multas dedisti eis saluatores, qui saluarent eos de manu hostium suorum. Cúmque requieuissent, reuersi sunt vt facerent malum in conspectu tuo: & dereliquisti eos in manu inimicorum suorum, & possederunt eos. ᵍ Conuersíque sunt & clama-

b. [Sicut enim capite præcedenti dictum est, singulis diebus festis tabernaculorum audiebant legem: & sic perceperūt se eam transgressos fuisse iungēdo matrimonia cum alienigenis: & ideo translata die collecta quæ fuit 22. dies mensis septimi,in crastino separauerunt semen filiorum Israel ab alienigenis, & 24. die ieiunauerūt induti saccis, & aspersi capita puluere in signum veræ pœnitentiæ & humiliationis. De Lyra. Ibidem.]

1. Vl.

c. Cor Aegyptiorum non deus deprauauit à recto, sed cùm ipsi per se mali essent, & tales vt possent inuidere felicibus, in odium illos Hebræos cōuertit & tyrannicis suis quæ populum suum multiplicabat, beneficiendo auxerit: suis sed illis bona, quæ malos vteretur largiendo. Prosper. Psal. 104.

d. Quando Iudæi de Aegyptiorum dominatione, & tyrannyde sunt liberati, & effugientes manus Pharaonis ad eremum pertexerūt introitui terræ Chananæorum repletam idolorum cultibus, adorantium signa & lapides, legem acceperunt, vt cùm fuissent ingressi, non acciperent filias eorum in matrimonio, neque cōnubia mutuo iungerent, neque cōiuncia sociarēt, ne per societatem mutuā auerterent illos à mandatis domini, & deprauarent mores eorum. Chryso. ex variis in Matth. 10. eis homil. 16.

2. Statuta.

3. Ob rebellionem suam.

[e. Tu autem deus propitius & clemēs ex tua bonitate eos supportasti, cùm tamē essent exterminatione digni, & specialiter propter hoc quod subditur. Et quidem cùm fecissent sibi vitulum conflatilem in quo fecerūt blasphemias magnas, vitulum deum nominando, & ei tanquā deo immolando. De Lyra ibi.]

4. Nō trimuerunt.

f. Interfectiones quidem regū & gentium aduersantium populo dei, ita vt narrantur, impiæ sunt: sed quia prophetatus est rextus historiæ, non exactæ figuris scripturū nominū qualitates vt per interpretationum significationē cognoscat ecclesia,quorum maximè hostiū cæde saluetur. Interpretatur namque Seon tentatio colorum, & Amorrhæi interpretantur amaricantes. Cùmque itaque tentatio colorum non sit reprehendenda, quod vt facilius obrepat colorem sibi vestiaris adiungūt, quid mirū si amaricātes mēdacis Regis simulatione ducūtur? quoniam & ipse diabolus mendacij pater, transfigurat se in angelū lucis, Prosper in Psal. 134. g. Qui terrena, atque humilia votis non expetunt, sed cœlestia atque sublimia, tametsi lingua sileant, mente tamen ac spiritu palam clamāt, & eorum clamor quàm facillimè peruenit ad aures domini: vnde etiā exaudiūtur, & ab omni eripiuntur tentatione ac miseria, vel quia ab omni aduersitate à deo liberātur, vel quia fortitudine atque constantia omnem afflictionis impetum superant: quæ etiam liberatio dicitur. Euthymius in Psal. 33.

Universidad de Deusto
Biblioteca



uerunt ad te.[f] [h]Tu autem de cœlo exaudiſti, & liberaſti eos in miſericordiis tuis mul- f
tis temporibus: & conteſtatus es eos, ut reuerterentur ad legem tuam. [i]Ipſi verò ſuper-
bè egerunt, & non audierunt mandata tua, & in iudiciis tuis peccauerunt, quæ faciet
homo, & viuet in eis. Et dederunt humerum [5] recedentem,] & ceruicem ſuam indu-
rauerunt, nec audierunt. Et protraxiſti ſuper eos annos multos, & conteſtatus es eos
in ſpiritu tuo per manum Prophetarum tuorum, & non audierunt: & tradidiſti eos
in manum populorum terrarum. In miſericordiis autem tuis plurimis non feciſti eos
in conſumptionem, nec dereliquiſti eos: quoniam deus miſerationum, & clemens es
tu. † Nunc itaque deus noſter, magne, fortis, & terribilis, cuſtodiens pactum & miſe-
ricordiam: [6] ne auertas à facie tua omnem laborem qui] inuenit nos, Reges noſtros,
Principes noſtros, & ſacerdotes noſtros, & Prophetas noſtros, & patres noſtros: [g] & o- g
mnem populum tuum, à diebus Regis Aſſur vſque ad diem hanc. Et tu iuſtus es in o-
mnibus quæ venerunt ſuper nos, quia veritatem feciſti. [k] Nos autem impiè egimus,
Reges noſtri, Principes noſtri, ſacerdotes noſtri, & patres noſtri non fecerunt legem
tuam, & non attenderunt mandata tua & teſtimonia tua quæ teſtificatus es in eis. Et
ipſi [7] in regnis ſuis bonis,] & in bonitate tua multa quam dederas eis, & in terra latiſſi-
ma & pingui, quam tradideras in conſpectu eorum, non ſeruierunt tibi, nec reuerſi
ſunt à ſtudiis peſſimis. Ecce nos ipſi hodie [l] ſerui ſumus, & terra quã dediſti patribus
noſtris, vt comederent [8] panem eius, & quæ bona ſunt] eius: & nos ipſi ſerui ſumus
in ea. Et fruges eius multiplicantur Regibus, quos poſuiſti ſuper nos propter peccata
noſtra, & corporibus noſtris dominantur & iumentis noſtris, ſecundum voluntatem
ſuam: & in tribulatione magna ſumus. Super omnibus ergo his noſipſi percutimus
fœdus & ſcribimus, & ſignant Principes noſtri, Leuitæ noſtri, & ſacerdotes noſtri.

[f]h. Clamauerunt ad te tempore Samuelis & liberaſti eos de manibus Philiſtinorum Samuele pro eis orante, vt 1. Reg. 7. Et cõteſtatus es eos vt reuerterentur ad legem tuam per Samuelem, Dauid, & cæteros prophetas. De Lyra.]

[i. Superbè enim egerunt, quia regnum Iſrael à tempore Ieroboam receſſit à cultu dei volẽdo viculos aureos, vt habetur 3. Reg. 12. quia regnum Iſrael & poſt illud regnum Iuda declinauit ad idololatriam. De Lyra ibi lem.]

5. Suum rebellem.

6. Non ſit parua in cõſpectu tuo omnis hæc moleſtia quæ.

k. Simile eſt quod fatetur Danie. 9. a, Peccauimus, iniquè egimus, impiè egimus, & receſſimus & declinauimus à mandatis tuis atque iudiciis. Vnde pecata populi, quia vnus è populo eſt, enumerat ex perſona ſua. Hiſtory ibidem.

7. In regno ſuo.

l. Prima ergo ſeruitutis cauſa, peccatum eſt vt homo homini cõditionis vinculo ſubderetur, quod non ſit niſi deo iudicante, apud quem nõ eſt iniquitas, & nouit diuerſas pœnas meritis diſtribuere delinquentium. Aug. de ciuit. dei lib 19. ca. 15.

8. Fructum eius & bona.

*Iurantes Hebræi ſe legem domini ſeruaturos, primitias & decimas de terris & operibus ſuis domino offerunt.* X.

[a]Signatores autem fuerunt [a] Nehemias Atherſatha, filius Achelai, & Sede- a
chias, Saraias, Azarias, Hieremias, Pheſſur, Amarias, Melchias, Hatthus,
Sebenia, Melluc, Maarem, Merimuth, Obdias, Daniel, Genton, Baruch,
Moſollã, Abia, Miamim, Maſia, Belga, Semeia: [b] hi ſacerdotes. Porrò Leui
tæ: Ioſue filius Azariæ, Bennui de filiis Enadad, Cedmihel, & fratres eorum, Sechenia,
Odeuia, Celita, Phalaia, Anan, Micha, Roob, Aſebia, Zacchur, Serebia, Sabania, Odia,
Bani, Baninu. Capita populi: Pheros, Phethmoab, Elam, Zethu, Bani, Bonni, Azgad,
Bebai, Adonia, Beggoái, Adin, Ather, Ezechia, Azur, Odeuia, Aſum, Beſai, Areph, A-
nathot, Nebái, Mechphia, Moſollã, Azir, Meſizabel, Sadoch, Ieddua, Phelthia, Anan,
Ania, Oſee, Anania, Aſub, Aloes, Phaleam, Sobech, Reum, Aſebna, Madſia, Ethaia,
Anan, Mellucharem, Baana: & reliqui de populo. [g] Sacerdotes, Leuitæ, ianitores, & g
cantores, Nathinnæi, [c] & omnes qui ſe ſeparauerunt de populis terrarum ad legem
dei, vxores eorum, filij eorum, & filiæ eorum: omnes qui poterant ſapere ſponden-
tes pro fratribus ſuis, optimates eorum, & qui veniebant ad pollicendum & iuran-
dum, vt ambularent in lege domini, quam dederat in manu Moyſi ſerui ſui, vt face-
rent & cuſtodirent vniuerſa mandata domini dei noſtri, & iudicia eius, & ceremo-
nias eius, & vt non daremus filias noſtras populo terræ, & filias eorum non accipe-
remus filiis noſtris. [d] Populi quoque terræ qui important venalia, & omnia ad vſum
per diem ſabbati vt vendant, non accipiemus ab eis in [e] ſabbato, & in die ſanctifi-
cato. Et dimittemus annum ſeptimum, & exactionem vniuerſæ manus. [g] Et ſtatue- c
mus ſuper nos præcepta, vt demus tertiam partem ſicli per annum, ad opus domus
dei noſtri: ad panes propoſitionis, & ad ſacrificium ſempiternum, & in holocauſtum
ſempiternum, in ſabbatis, in Kalendis, in ſolennitatibus, & in ſanctificatis, & pro pec-
cato: vt exoretur pro Iſrael, & in omnẽ vſum domus dei noſtri. Sortes ergo miſimus
ſuper oblationem lignorum inter ſacerdotes, & Leuitas, & populum, vt inferrentur in
domum

a. Nehemias hinomi[3] erat: quia hic & pluribus huius libri locis Atherſatha dicitur, vt inp. cap. 7. & 1 Eſdræ. 2. cùm dicitur, Dixit autem Nehemias, ipſe eſt Atherſatha: & Eſdras ſcriba. Beda ibidem.

[b. Hic conſequẽter oſtenditur quid ſacerdotes & principales populi nomine ſuo & omnium aliorum promiſerunt domino: quid primo promiſerunt obſeruationem legis generaliter, & vniuerſa mandata quantum ad moralia, & iudicia, quantum ad præcepta ceremonialia. Et ſub iſtis tribus continentur omnia legis præcepta. vt oſtenſum eſt Exod. 2. De Lyra.]

c. Et nobis ſabbatum ſpirituale ſemper agendum, ſemper à ſeruili opere, hoc eſt, à peccato feriandum, ſemper vacandum, & videndum, quoniam dominus ipſe eſt deus, vt poſt tale ſabbatum liberati à peccatis conſeqẽtiæ, peruenire poſſumus ad ſabbatum futuræ in cœlis gloriæ. Beda.

[d. Nobis, noque ſabbatũ ſpirituale agendum eſt, ſed quęcũque populi terræ noſtrum prophanate ſabbatum venialia intercedo in die ſanctificata. Idem.]

e. De ſeruili obſeruatione ſabbati, & de vindicta temporalis mortis, iam multa dicta ſunt. Sicut enim tẽpore charitatis, bonitas, ſic tempore timoris ſeueritas dei maximè commẽdatur. Et cùm adhuc nõ oporteret ante aduẽtum domini nudare populo legitimarum ſacramenta figurarum, non imitabãtur ſignificata intelligere, ſed iuſſa cogebantur implere. Aug. contra Adimantum Manichæum. cap. 12.

domum dei nostri, per domos patrum nostrorum, per tempora [1] à temporibus anni vsque ad annum: ]vt arderent super altare domini dei nostri, sicut scriptum est in lege Moysi. Et vt afferremus [2 f] primogenita ]terræ nostræ, & primitiua vniuersi fructus omnis ligni, ab anno in annum, in domo domini: & [3] primitiua ] filiorum nostrorum
D & pecorum nostrorum, [g] sicut scriptum est in lege: & primitiua boum nostrorum, & ouium nostrarum, vt offerrentur in domo dei nostri sacerdotibus qui ministrant in domo dei nostri. Et primitias ciborum nostrorum, & libaminum nostrorum, & poma omnis ligni, vindemiæ quoque, & olei afferemus sacerdotibus ad gazophylacium dei nostri, & decimam partem terræ nostræ Leuitis. [5] Ipsi Leuitæ decimas accipient ex omnibus ciuitatibus operum nostrorum. Erit autem sacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum: & Leuitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo dei nostri, ad gazophylacium in domo thesauri: ad gazophylacium enim deportabunt filij Israel, & filij Leui primitias frumenti, & vini, & olei, & ibi erunt vasa domini sanctificata, & sacerdotes, & cantores, & ianitores, & ministri, ]& non dimittemus domum dei nostri.

1. Statuta per singulos annos.

2. Primitias.
f. Agricolarum plebem decimas in vrbem conferre iussit, vt esset vnde sacerdotes ac Leuitæ viuerent, nec auocarentur à diuino cultu ac cæremoniis quod quidem illi perlibenter fecerunt, & hoc pacto factum est vt vrbs magis frequentaretur in posterum. Ioseph. lib. 14. cap. 5.

3. Primogenita & infra.

[g. Decima pars terræ debitur Leuitis ad eorum sustentationem. Tamen ibi Leuitæ de istis decimis à populo receptis dabant partem decimam summo sacerdoti. Ideo subditur, & Leuitæ offerent decimam partem decimæ. De Lyra ibid. ]

## *Incolæ Ierusalem & ciuitatum Iuda post instaurationem.* XI.

A [a] Abitauerunt autem Principes populi in Ierusalem. Reliqua verò plebs misit sortem, vt tolleret vnam partem de decem qui habitaturi essent in Ierusalem ciuitate sancta, nouem verò partes in ciuitatibus. Benedixit autem populus omnibus viris, qui se sponte obtulerant vt habitarent in Ierusalem. [b] Hi sunt itaque principes prouinciæ, qui habitauerunt in Ierusalem & in ciuitatibus Iuda. Habitauit autem vnusquisque in possessione sua in vrbibus suis Israel, sacerdotes Leuitæ, Nathinnæi, & filij seruorum Salomonis, [c] & in Ierusalem habitauerunt de filiis Iuda, & de filiis Beniamin. De filiis Iuda, Athaias filius Aziam, filij Zachariæ, filij Amariæ, filij Saphatiæ, filij Malalehel. De filiis Phares: Maasia, filius Baruch, filius Coloza, filius Azia, filius Adaia, filius Ioarib, filius Zachariæ, filius Silonites.
B [d] Omnes hi filij Phares, qui habitauerunt in Ierusalem: quadringentisexaginta [1] nouem ]viri fortes. Hi sunt autem filij Beniamin: Sellum filius Mosollam, filius Ioed, filius Phadaia, filius Golaia, filius Masia, filius Etheel, filius Isaia. Et post eum Gabbai Sellai: nongentiuigintiocto. [2] Et Iohel ]filius Zechri Præpositus eorum, & Iudas filius Sennua super ciuitatem secundus. Et de sacerdotibus: Idaia filius Ioarib, Iachin, Saraia filius Helchiæ, filius Mosollam, filius Sadoch, filius Meraioth, filius Achitob: Principes domus dei, & fratres eorum facientes opera templi, octingentiviginti duo. Et Adaia filius Ieroam, filius Pheleia, filius Amsi, filius Zachariæ, filius Phessur, filius Melchiæ: & fratres eius Principes patrum, ducentiquadraginta duo: & Amasai, filius Azrihel, filius Azi, filius Mosollamoth, filius Emmer, & fratres eorum potentes ni-
C mis: centumuiginti octo: & Præpositus eorum, Zabdihel filius potentium, [3 d] & de Leuitis, Sebenia filius Asob, filius Azaricam, filius Asabia, filius Boni, & Sabathái, & Iozabeth, super, omnia opera quæ erant forinsecus in domo dei à Principibus Leuitarũ: & Mathania filius Micha, filius Zebedæi, filius Asaph, [3] Princeps ad laudandum, & ad confitendum in oratione: ]& Becbecias secundus de fratribus eius, & Abda filius Samuha, filius Galal, filius Idithun. Omnes Leuitæ in ciuitate sancta, ducentioctoginta quatuor: & ianitores, Accub, Telmon, & fratres eorum qui custodiebant ostia, centumseptuagintaduo: & reliqui ex Israel, sacerdotes & Leuitæ in vniuersis ciuitatibus Iuda, vnusquisque in possessione sua. & Nathinnæi qui habitabant in [e] Ofel, & Siaha, & Gaspha. [4] De Nathinnæis, & episcopis] Leuitarum in Ierusalem: Azzi, filius Banni, filius Asabiæ, filius Mathaniæ, filius Michæ. De filiis Asaph: cantores in ministe-
D rio domus dei. [f] Præceptum quippe Regis super eos erat, & ordo in cantoribus per dies singulos, & Fathaia filius Mesezebel, de filiis Zara, filij Iuda in manu regis [5] iuxta omne verbum populi: ]& in domibus per omnes regiones eorum. De filiis Iuda habitauerunt in Cariatharbe, & [6] in filiabus eius: ] & in Dibon, & in filiabus eius

2. Postò Nehemias videns vrbem fere vacuam tanta habitatoribus, rogauit optimates vt habitarent in Ierusalẽ: & benedixit eis qui se sponte obtulerũt. Reliqua vero multitudo misit sortem, & decimum caput fecit habitare in Ierusalem. Comest. in historia Iudith. cap. 10.

b. Nunc completa est dispositio, quę mox facta ciuitate erat inchoata, sed vsque ad hoc tẽpus nequibat cõsummari, priusquam recensito populi numero, & explens solẽnis septimi mensis, qui videlicet in ipsa sancta ciuitate, qui & in aliis vrbibus habitare deberent: iudicia ibidem.

c. Notãdum iuxta fidem sacræ historiæ, quia non alij erãt qui in Ierusalem habitasse dicantur, quàm de tribu Iuda & Beniamin, & Leuitæ: qui vero de decem tribubus tenuerunt, in vrbibus quisque suis habitauerunt: in quibus etiam sacerdotes & Leuitæ decretam sibi ex lege portionem tenebant. Tribus nãque Beniamin in Ierusalem antiquitus manebat: quoniã huic ciuitas illa forte prouenit. Tribus autem Iuda illuc intrauit à tẽporibus Dauid, cũ esset totius Israelitici populi & regni metropolim facit. Quibus & Leui tribus addita est, ex quo ibidem area testamenti introducta est, & altare ac templum dei ibidem constructum est. Beda ibidem.

1. Octo.

2. Ioel.

[d. De Leuitis simplicibus, qui ministrabant sacerdotibus, Sebenia. Et Iozabeth super omnia opera, quę erant forinsecus in domo Dei, quia de his quæ erant intra templum intromittebant se sacerdotes. A principibus enim Leuitarũ fuit iste Iozabeth ad prædicta destinatus. De Lyra. Ibidem. ]

3. Erat enim præcipuus in exordio confessionis & orationis.

[e. Ophel non est nomen turris, quæ propinqua erat templo, sed est nomen villæ extra Ierusalem. Sicut enim de sacerdotibus & Leuitis aliqui habitabãt in Ierusalem, & aliqui extra, sic & de Nathinnæis. idem. ibidẽ. ]

4. Erant constituti super Nathinnæos. Et præpositus.

5. In omni causa populi.

6. In viculis eius, & infra.

Universidad de Deusto
Biblioteca



& in Capſeel,[c] & in viculis eius, & in Ieſue, & in Molada, & in Bethfaleth, & in Aſerſual, & in Berſabee, & in filiabus eius, & in Siceleg, & in Mochona, & in filiabus eius: & in Remmon, & in Sara, & in Ierimuth, Zonóa, Odollam, & in villis earum: Lachis, & in regionibus eius: Azecha, & in filiabus eius: & manſerunt in [f] Berſabee vſque ad vallem Ennon. Filij autem Beniamin, [7] Ageba.] Mechmas, & Hai, & Bethel, & filiabus eius: Anathor, Nob, Anana, Aſor, Rama, Gethái, Madid, Seboim, Neballath, & Ono valle artificum, & de Leuitis, portiones Iudæ & Beniamin.

[c. Hic incipit verſus ſecũdum Hebræos, vbi ſic habetur, & in villis campeſtribus de filiis Iudá vbi oſtenditur vbi inhabitauerunt filij Iuda. De Lyra. ibidem.]
f. Berſabee ad auſtralem plagã terminus erat tribus Iudæ: vallis autem filiorum Ennon ad aquilonem iuxta Ieruſalẽ, verſus tamen orientem. Idem.
7. A Gæba.

## *Sacerdotum & Leuitarum nomina & officia, atque cuſtodum theſaurorum.* XII.

[a] Hi ſunt autem ſacerdotes & Leuitæ, qui aſcenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, & Ioſuë: Saraia, Ieremias, Eſdras, Amaria, Melluch, Hatthus, Sechenias, Reum, Merimuth, Addo, Genthon, Abia, Miamin, Madia, Belga, Semeia, & Ioarib, & Idaia, Sellum, Amoth, Elceia, Adaia. [b] Iſti Principes ſacerdotum & fratres eorum in diebus Ioſuë. Porrò Leuitæ Ieſua, Bennui, Cedmihel, Sarabia, Iuda, Mathanias, *ſuper hymnos ipſi & fratres eorum, & Becbecia, atque Ethanni, & fratres eorum vnuſquiſque in officio ſuo. Ioſuë autem genuit Ioachim, & Ioachim genuit Eliaſib, & Eliaſib genuit Ioiada, & Ioiada genuit Ionathan, & Ionathan genuit Iaddua. In diebus autem Ioachim erant ſacerdotes [1] Principes familiarum,] Saraiæ, Maariæ, Ieremiæ, Ananiæ, Eſdræ, Moſollam, Amariæ, Iohannan, Milico, Ionathan, Sebeniæ, Ioſeph, Aran, Edna, Maraioth, Elci, Addaiæ, Zachariæ, Genthon, Moſollam, Abiæ, Zecheri, Miamin, & Moadiæ, Felti, Belgæ, Sammúa, Semeiæ, Ioathan, Ioarib, Mathanai, Iedaia, Azzi, Sellai, Celaiæ, Mochober, Elchiæ, Aſebiæ, Idaiæ, Nathanahel, Leuitæ in diebus Eliaſib, & Ioiada, & [2] Ionathan,] & Ieddoa, & ſcripti Principes familiarum, & ſacerdotes in regno Darij Perſæ. [c] Filij Leui Principes familiarum ſcripti in libro verborum dierum, & vſque ad dies Ionathan, filij Eliaſib. Et Principes Leuitarum: Aſebia, Serebia, & Ieſue filius Cedmihel, & fratres eorum [3] per vices ſuas,] vt laudarent & confiterentur iuxta præceptum Dauid viri dei, & obſeruarent æquè per ordinem. Mathania, & Becbecia, & Obedia, Moſollam, Thelmon, Accub: Cuſtodes portarum, & veſtibulorum ante portas. Hi in diebus Ioachim filij Ioſuë, filij Ioſedech, & in diebus Nehemiæ Ducis, & Eſdræ ſacerdotis Scribæque. [d] In dedicatione autem muri Ieruſalem requiſierunt Leuitas de omnibus locis ſuis, vt adducerent eos in Ieruſalem, & facerent dedicationem & lætitiam, in actione gratiarum, & cantico, & in cymbalis, [4] pſalteriis,] & citharis. Congregati ſunt autem filij cantorum, & de campeſtribus circa Ieruſalem, & de villis Netuphati, & de domo Galgal, & de regionibus Geba, & Aſmaueth: quoniam villas ædificauerunt ſibi cantores in circuitu Ieruſalem. [e] Et mundati ſunt ſacerdotes & Leuitæ, & mundauerunt populum, & portas & murum. Aſcendere autem feci Principes Iuda ſuper murum: & ſtatui duos magnos choros laudantium. Et ierunt ad dextram ſuper murum ad portam ſterquilinij. Et iuit poſt eos Oſaias, & media pars Principum Iuda, & Azarias, Eſdra, & Moſollam, Iuda, & Beniamin, & Semeia, & Ieremia. Et de filiis ſacerdotum in tubis: Zacharias filius Ionathan, filius Semeiæ, filius Mathaniæ, filius Michaiæ, filius Zechur, filius Aſaph, & fratres eius, Semeia, & Azarel, Malalai, Galalai, Maai, Nathanahel, & Iuda, & Anani in [f] vaſis cantici Dauid viri dei: & Eſdras Scriba ante eos in porta fontis. Et contra eos aſcenderunt in gradibus ciuitatis Dauid in aſcenſu muri, ſuper domum Dauid, & vſque ad [5] portam aquarum ad orientem. Et chorus ſecundus gratias referentium ibat ex aduerſo, & ego poſt eum. Et media pars populi ſuper murum & ſuper turrim furnorum, & vſque ad murum latiſſimum, & ſuper portam Ephráim, & ſuper portam antiquam, & ſuper portam piſcium, & turrim Ananehel, & turrim [5] Emath,] & vſque ad portam gregis: & ſteterunt in porta cuſtodiæ. [h] Steterúntque duo chori laudantium in domo dei, & ego & dimidia pars magiſtratuum mecum. [g] Et ſacerdotes: Eliachim, Maaſia, Miamin, Michéa, Elioënai, Zacharia, & Anania in tubis, & Maaſia & Semeia, & Eleazar, & Azi, & Iohan-

a Hic principes ſacerdotũ vnà cum fratribus ſuis, id eſt minoribus ſacerdotibus, ac Leuitæ deſcribuntur, qui cum Zorobabele & Ioſue filio Ioſedech de captiuitate Babylonis aſcẽrunt. Beda ibidem.
[b. Iſti principes. i. principales ſacerdotum, ſed fratres eorum minus principales erant, ideo ſub nomine communi exprimuntur. Et eodem modo dicẽdum eſt de Leuitis, & eorum fratribus, qui fuerunt tempore Ioſue, de quibus ſubditur. Porro Ioſue &c. à quo deſcribitur Genealogia ſuum morum pontificum, à Ioſue vſque ad Iaddun qui fuit ſummus ſacerdos tempore Alexandri magni. De Lyra. ibid.]
* Qui erat.
1. Capita patrum.

2. Iohannan, & infra.

c. Cæterum tribus ſola honorata ſacerdotio à negotiis ad victum pertinentibus liberata erat, neque colebant agros, neque tractabant opificia, neque præter ea huius generis quicquam exercebãt. Chryſoſt. ad populum Iudæ, ora. 4.
3. In præſentia eorum.

d. Poſt aliquod tempus cõgregati ſunt in Ieruſalem ad dedicationem muri: Et aſcenderũt ſacerdotes & Leuitæ, & cãtores cum muſicis inſtrumentis, & pſallentes incedebãt per murum, Eſdras verò præcedebat, Nehemias & optimates cũ eo ſuper alteram partem muri incedebant pſallentes. Reliqua vero multitudo ſequebatur eos ſuper terram, & ducebant choros Comeſt. ca. 10. in hiſto. Iudith.
4. Nablis.
e. Mundati ſunt autem ſacerdotes & Leuitæ orationibus & oblationibus victimarũ, ſimul & ab vxoribus continendo. Et mundauerũt populum eandẽ continentiam prædicãdo. Mũdauerunt & portas & murum cum tibiis & canticis pſalmorum comitãte ipſo populo circum eundo. Expleto vero circumitu victimas magnas pro ſtatu ciuium & ciuitatis obtulerunt. Beda ibidem.
[f. Hoc eſt, in inſtrumentis muſicis ſecundum quod ordinauerat Dauid 1. Para. 25. inſtrumẽta enim cuiuſlibet artis vocantur vaſa in Hebræo. De Lyra.]
[g. Hoc eſt, vſque ad portã orientalem templi, quia in illa parte erat ingreſſus ad templũ, & ei⁹ atriũ quod intendebãt intrare ad ſacrificia immolanda.
5. Meah.
[h. Perambulatis mœnibus & portis ciuitatis in carmine lætitiæ, & organis muſicorum redeũt ad tẽplum domini, vt ibi quoque ſtantes laudem Domino cõſonantibus tubis referãt: & oblatis victimis vota dedicationis impleãt. Będa. in Gloſa ordinaria.]

& Iohannan,& Melchia,& Elan,& Ezer.Et clare cecinerunt cantores,& Iezraia præpositus.[1]Et immolauerunt in die illa victimas magnas,& lætati sunt. Deus enim lætificauerat eos lætitia magna.Sed & vxores eorum,& liberi gauisi sunt:& audita est lætitia Ierusalem procul.[6] Recensuerunt quoque in die illa viros super Gazophylacia] thesauri ad libamina,& ad primitias,& ad decimas,[7] vt introferrent per eos principes ciuitatis,in decôre gratiarum actiones,sacerdotes,& Leuitas:quia lætificatus est Iuda in sacerdotibus,& Leuitis astantibus.Et custodierunt obseruationem dei sui,& obseruationem expiationis,& cantores & ianitores,[k]iuxta præceptum Dauid & Salomonis filij eius,quia in diebus Dauid & Asaph ab exordio,erant Principes constituti cantorum,in carmine laudantium & confitentium deo. Et omnis Israel in diebus Zorobabel & in diebus Nehemiæ dabant partes cantoribus & ianitoribus per dies singulos:& sanctificabant Leuitas,& Leuitæ sanctificabant filios Aaron.

1. Deus enim lætificauerat eos lætitia magna,eo quòd murus esset ædificatus, & dedicatus ad iocunditatem populi,& restitutionẽ cultus diuini. De Lyra.ibidem.)

6. Constituti sunt autem in die illa viri super ædiculas.

7. Quas intrebant in eas ex agris ciuitatum,portiones legis sacerdotum & Leuitarum.

k. Præceptum Dauid patet 1. Reg.1.& 1. Paralip.21. quomodo & quo numero ordinauerit principes sacerdotum,sacerdotes,Leuitas & ianitores.

*Lecto Deuteronomio eiiciuntur alienigenæ,partes Leuitis assignantur, & sabbati violatores puniuntur.* XIII.

A IN die autem illo lectum est in volumine Moysi audiente populo. Et inuentum est scriptum in eo,† quòd non debeant introire [a] Ammonites & Moabites in Ecclesiam dei vsque in æternum,eò quòd non occurrerint filiis Israel cum pane & aqua, &† conduxerunt aduersum eos Balaam, ad maledicendum eis, & conuertit deus noster maledictionem in benedictionem. Factum est autem cum audissent legem,separauerunt [1] omnem alienigenam] ab Israel. Et super hoc erat Eliasib sacerdos,qui fuerat Præpositus in gazophylacio domus dei nostri,& proximus [b] Tobiæ.Fecit ergo sibi gazophylacium grande, [2] & ibi erant ante eum reponentes]munera,& thus,& vasa,& decimam frumenti,vini, & olei,partes Leuitarum & cantorum & ianitorum,& [3] primitias sacerdotales.]In omnibus autem his non fui in Ierusalem: quia in anno tricesimosecundo Artaxerxis regis Babylonis veni ad Regem:Et in fine dierum [4] rogaui regem,] & veni in Ierusalem. [c] Et intellexi malum quod fecerat Eliasib Tobiæ:[5]vt faceret ei thesaurum in vestibulis] domus
B dei,& malum mihi visum est valde. [6] Et proieci vasa domus Tobiæ foras de Gazophylacio:præcepíque, & emundauerunt Gazophylalium. Et retuli ibi vasa domus dei,sacrificium & thus. Et cognoui quòd partes Leuitarũ non fuissent datæ, & fugisset vnusquisque [7] in regionem suam,]de Leuitis,& cantoribus,& de iis qui ministrabant: & egi causam aduersum magistratus,& dixi: Quare dereliquimus domum dei? Et congregaui eos, & feci stare in stationibus suis. Et omnis Iuda apportabat decimam frumenti, vini, & olei,in horrea. Et constituimus super horrea, Selemiam sacerdotem,& Sadoch Scribam, & Phadaiam de Leuitis, & [8] iuxta eos] Anam filium Zacchur,[9]filium]Mathaniæ:quoniam fideles comprobati sunt,& ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum.[d]† Memento mei deus meus pro hoc,& ne deleas misericones meas,quas feci in domo dei mei,& in ceremoniis eius. [e] In diebus illis vidi in Iuda calcantes torcularia in sabbato,portantes aceruos, & onerantes super asinos vinum, & vuas,& ficus,& omne onus,& inferentes in Ierusalẽ die sabbati.Et contestatus sum vt in die qua vendere liceret,venderent.Et Tyrij habitauerunt in ea,inferentes pisces,
C & omnia venalia: [f] Et vendebant in sabbatis filiis Iuda [10] & Ierusalem. Et obiurgaui optimates Iuda, & dixi eis: Quæ est hæc res mala quam vos facitis, & prophanatis diem sabbati? Nunquid non hæc fecerunt patres nostri, & adduxit deus noster super nos omne malum hoc,& super ciuitatem hanc? Et vos additis iracundiam super Israel, violando sabbatum. Factum est autem cum quieuissent portæ Ierusalem die sabbati,dixi,& clausserunt ianuas, & præcepi, vt non aperirent eas vsque post sabbatum. Et de pueris meis constitui super portas, [f] vt nullus inferret onus die sabbati. Et [11] mansserunt negotiatores & vendentes vniuersa venalia foris Ierusalem semel & bis,& contestatus sum eos,& dixi eis. Quare [12] manetis]ex aduerso muri? Si secundò hoc feceritis,manum mittam in vos. Itaque ex tempore illo non venerunt in sabba-

a. Confist Ammonitas & Moabitasquia de incestu nati sunt, hæreticorum figuram tenere: ideòque talium proles,hoc est, sectatores hæresum nullam vnquam in ecclesia domini partẽ habere queunt. Beda ibidem.

1. Omne promiscuum vulgus.

b. Tobias enim erat Ammonites inimicus populi dei vt supra cap 4.2.

2. Vbi antea reponebant.

3. Le.rationes sacerdotum.

4 Obtinui precationẽ à Rege. c. In superioribus gestis,scilicet vrbis & muri ædificatione, & eorum dedicatione Nehemias interfuit:quibus peractis redijt ad regem Artaxerxem sicut illi pollicitus fuerat. In his autem quæ fecit Eliasib, conficiendo gazophylacium,& reponendo in illud ea quæ licita erant, quàm quæ illicita; non interfuit Nehemias,donec reuersus ea corrigeret,& quæ non decerent,auferret Beda ibidem.

5. Faciendo ei cameram in atriis.

6 Ad agrum suum

7. Derelinquitur domus.

8. Fuit super manum eorum.

9. Filij.

[d. Hoc dixit Nehemias, quia talia faciebant,non propter fauorem humanum,sed propter honorem diuinum. De Lyra. ibidem.)

[e Sex diebus operari per legẽ quæ necessaria sunt, in septimana iubemur quiescere.Glosa ordina.ibidem.)

10. In ipsa Ierusalem.

f. Sabbati autẽ obseruatio magnas vtilitates cõtulit populo mites enim atque humanos alterum ad alterũ reddidit prouidentiam dei atque creationẽ rerum,vt ait Ezechiel, docuit, castigauit paulisper & à malignitate remouit,ac spiritalibus rebus attentiores effecit. Nam quando lex de sabbato dabatur,si scripta fuisset,bona quidem in sabbato faciens, mala vero non faciatis, non contemnassent legem Iudæi: quocirca necesse fuit ab omnibus eodẽ modo compesci. Nihil enim in die sabbati faciatis neque ramen sic detineri portuerunt. Chrysost. homil. 40. in 12. cap. Matth.12.

11. Pernoctauerunt.

12. Pernoctatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



[g. Mundari eos à quotidiano operis exercitio necesse est, qui portas sensuum ab ineursu turbulentæ cogitationis custodire cupiunt. Qui cupit diem sabbati sanctificare, horum orationis psalmodiæ, lectionis sanctæ, & lachrymarum sibi vtilem facere, necesse est vt mūderur eius conscientia multa sollertia, vt intentionem bonæ actionis consummare valeat. Quod etiam allegorico sensu de doctoribus fidelium recte potest accipi. Glos. ordin. ibi.]

to. [g] Dixíque Leuitis vt mundarentur, & venirent ad custodiendas portas, & sanctificandam diem sabbati. Et pro hoc ergo memento mei deus, & parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarum. Sed & in diebus illis vidi Iudæos, ducentes vxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas. Et filij eorum ex media parte loquebantur Azoticè: & nesciebant loqui Iudaicè, & loquebantur iuxta linguam populi & populi. [g] Et obiurgaui eos: & [13] maledixi, ] & cecîdi ex eis viros, & decalcaui eos, & adiuraui in deo, vt non darent filias suas filiis eorum, & non acciperent de filiabus eorum filiis suis, & sibimetipsis, dicens: † Nunquid non in huiuscemodi peccauit Salomon Rex Israel? & certè in gentibus multis non erat Rex similis ei, & dilectus deo suo erat, & posuit eum deus regem super omnem Israel: & ipsum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ. [h] [14] Nunquid & nos inobedientes faciemus] omne malum grande hoc, vt præuaricemur in deo nostro, & ducamus vxores peregrinas? De filiis autem Ioiada filij Eliasib sacerdotis magni, gener erat Sanaballath Horonites, quem fugaui à me. Recordare domine deus meus aduersum eos, qui polluunt sacerdotium, iúsque sacerdotale, & Leuiticum. Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis, & constitui ordines sacerdotum & Leuitarum, vnumquenque in ministerio suo: & in oblatione lignorum in temporibus constitutis, & in primitiis. †Memento mei deus meus in bonum, ⊱Amen.]

[h. Quasi dicat. Manifestū est quod hic Si duxerimus mulieres alienigenas, cum multum deficiamus à sapientia Salomonis, & eius perfectione. De Lyra. ibidem.]

14. Vobis igitur cōsenticmus, vt faciatis.]

# Incipit Liber Esdræ tertius.

*Gesta Iosiæ, Iechoniæ, Ioachim, & Sedechiæ, Regum Iuda, eorúmque & populi captiuitas, vrbisque subuersio.* Cap. I.

[a] T fecit Iosias Pascha in Ieroſolymis domino, & immolauit Phasc quartadecima luna primi mēsis, statuens sacerdotes per vices dierum stolis amictos in templo domini. Et dixit Leuitis sacris seruis Israel, vt sanctificarent se domino in positione sanctę arcæ domini in domo quam ædificauit Salomon filius Dauid Rex. Non erit vobis tollere super humeros eam. Et nunc deseruite domino vestro, & curam agite gentis illius Israel, ex parte secundum pagos & tribus vestras, secundum scripturam Dauid Regis Israel, & secūdum magnificētiam Salomonis filij eius, omnes in templo, & secundum particulam principatus paternam vestram, eorum qui stant in cōspectu fratrum filiorum Israel. Immolatæ Pascha, & sacrificia paratæ fratribus vestris, & facite secundū præceptum domini, quod datū est Moysi. [f] [b] Et donauit Iosias in plebē quæ inuenta est, ouium, agnorum, & hœdorum, & caprarum, triginta milia, vitulos tria milia. [c] Hæc de regalibus data sunt, secundum promissionem, populo, & sacerdotibus in pascha: oues numero duo milia, ac vituli centū. Et Iechonias, & Semeias, & Nathanael fratres, & Asabias, & Oziel, & Choraba in Phasc, oues quinque milia, vitulos quingētos. Et hæc cum fierent eleganter, steterunt sacerdotes & Leuitæ, habētes azyma per tribus. Et secundum partes principatus patrum in conspectu populi offerebant domino, secundum ea quæ in libro Moysi scripta sunt. Et assauerunt Phasc igni, prout oportebat, & hostias coxerunt in emolis & in ollis cum beneuolentia. Et attulerunt omnibus qui erant ex plebe, & post hæc parauerunt sibi, & sacerdotibus. Sacerdotes enim offerebant adipes, vsque dum finita esset hora: & Leuitæ parauerunt sibi, & fratribus suis filiis Aaron. Et sacri cantores filij Asaph erant per ordinem, secundum præceptum Dauid, & Asaph, & Zacharias, & Ieddimus qui erat à Rege: [f] & ostiarij per singulas ianuas, ita vt non præuaricaretur vnusquisque suam. Fratres enim eorum parauerunt illis. Et consummata sunt quæ pertinebant ad sacrificium domini. In illa

a. Iosias facturus Phasc anno regni sui 18. purgauit terrā & templum, & eiecit figuras idolorum: quomodo ad Eucharistiam accessuri purgare debēt terram, id est corpus ab inquinamētis sordium, & templum, id est, animam, quæ dei templū esse debet, & euicere à corde figuras Idolorum, id est, turpes imaginationes rerum immundarum vt seruire possimus deo viuenti. Sequr ei gratū pascha celebremus: non vtique in fermento malitiæ & nequitiæ sed in azymis syncerirarıs & veritatis. Angelomus super 4. Reg. 23.

b. Causa verò huius festiuitatis hæc erat, vt omnia secundum leges & antiquam traditionem paternæ solennitatis efficerentur: & quæ prius perperam obseruata erant, in melius reformarentur. Ioseph. lib. 10. cap. 5.

[c. Duces quoque eius sponte quod vouerant obtulerūt tam populo quàm sacerdotibus & Leuitis. Et nō exprimitur ibi quid vel quantum dederunt. Hic autem exprimitur cum dicitur. Hæc supple quæ sequūtur, de regalibus data sunt. i. de bonis ducum regalium, secundū promissionē Deo factam. Propter quod dicitur 1. Para. 2. quod vouerāt obtulerūt. Quia vorū est promissio facta Deo. Sed quæ hic numerantur non erant expressa in lib. Paralip. quemadmodum hic exprimūtur. De Lyra. ibid.]

Universidad de Deusto
Biblioteca



illa die egerunt Phase,& offerebant hostias super domini sacrificium, secũdum præceptum Regis Iosiæ.[d] Et egerunt filij Israel,qui inuenti sunt in tempore illo,Phase:& diem festum azymorum per dies septem. [e] Et non est celebratum Phase tale in Israel à temporibus Samuel Prophetæ, & omnes Reges Israel non celebrauerunt tale Pascha,quale egit Iosias, & sacerdotes, & Leuitæ, & Iudæi, & omnis Israel qui inuenti sunt in commoratione Ierosolymis.Octauodecimo anno regnante Iosia celebratum est Phase.[f] Et directa sunt opera Iosię in conspectu domini sui in corde pleno metuẽtia,[g] & quæ circa illum quidem conscripta sunt in pristinis temporibus,de eis qui peccauerunt:quíque irreligiosi fuerunt in dominum præ omni gente,& qui non quæsierunt verba domini super Israel. †[h] Et post omnem actum hunc Iosiæ, ascendit Pharao Rex Ægypti veniens in Carchamis ab itinere super Euphráten, & exiit obuiam illi Iosias.Et misit Rex Ægypti ad Iosiã,dicens: Quid mihi & tibi est Rex Iudæ? Non sum missus à domino,vt pugnem contra te. Super Euphráten enim bellum meum est.Festinans descende,[h] & non est reuersus Iosias super currum, sed expugnare eum conabatur,[i] non attendens verbum Prophetæ ex ore domini: sed constituit ad eum bellum in campo Mageddo, & descenderunt Principes ad Regem Iosiam, & dixit Rex pueris suis:Amouete me à prælio,infirmatus sum enim valde. Et statim amouerunt eum pueri ipsius de acie,& ascendit super currum secundarium suum,& perueniens Ierosolymam,vita functus est: & sepultus est in paterno sepulchro: [k] & in tota Iudæa lugebant Iosiam,& qui præsidebant cum vxoribus lamentabant eum vsque in hunc diem,& datum est hoc fieri semper in omne genus Israel. [l] Hæc autem prescripta sunt in libro historiarum Regum Iudæ,& singula gesta, [l] actus Iosiæ, & eius gloria,& intellectus eius in lege domini:quæque gesta sunt ab eo,& quę non scripta sunt in libro Regum Israel & Iudæ. †[m] Et assumentes qui erant ex gente,Iechoniam filium Iosiæ,constituerunt Regẽ pro Iosia patre suo,cum esset annorũ trigintatriũ:& regnauit super Israel mensibus tribus.Et amouit eum Rex Ægypti,ne regnaret in Ierosolymis,& mulctauit gentem argenti talenta centum,& auri talentum vnum.Et cõstituit Rex Ægypti Ioachim,fratrem ipsius,Regem Iudæ & Ierusalẽ, & alligauit Magistratus Ioachim & Zaracelem fratrem suum,& apprehendens reduxit in Ægyptum.Annorum erat Ioachim vigintiquinque cum regnare cœpisset in terra Iuda & Ierusalẽ, & fecit malũ in conspectu domini.Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor Rex Babylonis,& alligans eum in æreo vinculo, perduxit in Babyloniã, & sacra vasa domini accepit Nabuchodonosor, & tulit, & consecrauit in templo suo in Babylonia. [n] Nam de immunditia illius,& irreligiositate,scriptũ est in libro temporũ Regum.Et regnauit Ioachim filius eius pro eo.Cum autem constitutus esset Rex, erat annorum octodecim.Regnauit autem mẽses tres & dies decem in Ierusalem, & fecit malum in conspectu domini.Et post annum mittens Nabuchodonosor transmigrauit eum in Babyloniam simul cum sacris vasis domini, & cõstituit Sedechiã Regẽ Iuda & Ierusalem,cum esset annorum vigintivnius.Regnauit autem annis vndecim, [o] & fecit malum in conspectu domini: & non est veritus à verbis † quæ dicta sunt ab Ieremia Propheta ex ore domini,& adiuratus à Rege Nabuchodonosor periurans discessit, & indurata ceruice sua,& corde suo,trãsgressus est legitima domini dei Israel,& duces populi domini multa iniquè gesserunt,& impiè egerũt super omnes immũditias gentiũ, & polluerunt templum domini quod sanctum erat in Ierosolymis, & misit deus patrum ipsorum per angelũ suum reuocare eos,propter quod parceret illis & tabernaculo suo. [p] Ipsi verò subsannabant in angelis suis, & qua die locutus est dominus, erant illudentes Prophetis eius.Qui vsque ad iracundiam concitatus est super gentẽ suam, propter irreligiositatem suam,& præcepit ascendere Reges Chaldæorum.Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio in circuitu sancti templi eorum, & non pepercerũt iueni,& seni,& virgini,& adolescenti: sed omnes traditi sunt in manus ipsorum, & omnia sacra vasa domini,& regales apothecas resumentes tulerunt in Babyloniam: & incenderũt domum domini,& demolierunt muros Ierusalem:& turres eius incende-

[d. Non fuit tale Phase à diebus Samuelis prophetæ. A diebus iudicum,quia Samuel fuit vltimus iudex.

e. Quia omnes qui inuẽti sunt in illa festiuitate, ibi septẽ diebus commorati sunt: Et omnes sufficienter de regis substãtia, & de his quæ supra memorata sunt, epulati sunt. Hiero. 2. Paralip. 35.

f. Hoc non est in Paralip. sed immediatè subditur bellũ Pharaonis contra ipsum. De Lyra, ibidem.]

[g. Quoniam ablatis figuris in die iudicij transibũt sancti de morte ad vitam. De corruptione ad gloriam, & in conspectu conditoris sui in cœlesti Ierusalem in æternũ gaudebunt: quia videbitur deus deorũ in Sion. Post mitificæ vero Iosiæ opera mortem à malis perpessus est præmia magna pro operibus susceperunt. Gilos. ordi.]

h. Iosias vir sanctus, non solum peccatorẽ populũ suũ suis virtutibus non saluauit, sed & ipse in peccatis illius mortuus est. Hiero. in 14. ca. Ezechielis.

i. Quia Ieremias prophetauerat, quòd ille succensurus erat in Carchamis, & victoria potiturus, quæ prophetia Regẽ Necchao minimè latuit. Beda.

[k. Vniuersus Iuda & Ierusalẽ luxerunt eum propter bonitatem vitæ suæ & regiminis, vt patet ex prædictis. De Lyra.]

l. Fidem igitur diligite, quoniã per fidem & deuotionẽ Iosias magnum sibi abvniuersis amorem acquisiuit: quoniã celebrauit pascha domini, cũ esset annorũ decem & octo, quẽadmodum nemo ante eũ. Zelo itaque vt vicit superiores, ita & vos filij zelum dei sumite. Ambro. Officio. lib. 3. cap. 1.

m. Reliquit autẽ tres filios Heliachim, qui & Iechonias primogenitum 25. annorũ, mediũ autẽ Ioachaz, qui & Sellum dictus est 23. annorũ: quem tamẽ hic textus 3. annorum fuisse prohibet, cõtra 23 cap. 4. Reg. & tertium Mathaniã, quẽ Nabuchodonosor vocauit Sedechiam. Tulit itaque populus terræ Ioachaz medium filium, & constituit eum Regem pro patre suo: qui tribus mensibus tantum regnauit in Ierusalem. Nam vt dicitur. 2. Paralip. 36. veniens Pharao Nechao rex Aegypti in Ierusalem amouit eum: & imposuit multã terræ 100. talenta argenti, & vnum auri. Et constituit regẽ pro eo fratrẽ eius primogenitum Heliachim sibi tributariũ. Et mutato nomine vocauit eum Ioachim, vt mutatio nominis signum esset subiectionis. Et duxit Ioachaz in dolo secum in Aegyptum. Comest. in 4. Reg. cap. 18. iuxta computationem suam.

n. Mali sunt rectores qui munere & dono diuino abutũtur, & falso sibi nomen iustitiæ vsurpant. Mathathia vel Mathanias enim interpretatur munus siue donum. quod primũ Sedechiæ nomen erat inde Sedechias iustus Domini vndecim annis regnauit, quia transgressor legis fuit, quæ significatur denario numero. Nouenarius enim qui minus habet denario imperfectionem significat legis, sicut vndenarius transgressionem. Rectè ergo Nabuchodonosor in nono anno regni Sedechiæ obsedit ciuitatem mense decimo, & decima die mensis, quia mali pastores cũ decalogi mandata quæ scientiam tenent opera & doctrina perficere negligunt, necesse est vt plebem sibi commissam antiquus hostis cum suo exercitu obsidione circundet. Glosa. ordina. 4 Reg. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca



runt igne,& consummauerunt omnia honorifica eius, & ad nihilum redegerunt: & [m] reliquos à gladio duxerunt in Babylonem, & erant serui illius vsque dum regnarent Persæ † in repletione verbi domini in ore Ieremiæ, quousque benignè ageret terra sabbata sua. Omni tempore desertionis suæ sabbatizauit in applicatione annorum septuagintaseptem.

m. Hoc est,illos qui gladium euaserant Babyloniorum duxerunt in Babylonem cum rege suo. De Lyra.]

## *Cyrus Iudæos in Babylone captiuos in terram suam remittit.* II.

†[a] Egnante Cyro Rege Persarum in consummatione verbi domini, & in ore Ieremiæ suscitauit dominus spiritum Cyri Regis Persarum: & prædicauit in toto regno suo simul per scripturam, dicens: Hæc dicit Cyrus Rex Persarum: Me constituit Regem orbi terrarum dominus Israel, dominus excelsus, & significauit mihi ædificare domum sibi in Ierusalem quæ est in Iudæa. Siquis est ex genere vestro dominus ipsius,ascendat cum eo in Ierusalem.Quotquot ergo circa loca habitant,adiuuent eos,qui sunt in loco ipso,in auro, & argento,in dationibus,cum equis, & iumentis: cúmque aliis quæ secundum vota apponuntur in ædem domini quæ est in Ierusalem, [b] & stantes Principes tribuum,pagorum,& Iudæę ex tribu Beniamin,& sacerdotes,& Leuitæ:quos excitauit dominus ascendere & ædificare domum domini quæ est in Ierusalem: & qui erant in circuitu eorum adiuuerunt in omni auro & argento eius,& iumentis,& votis quàm pluribus:[g] multi quorum sensus excitatus est, & [†] Cyrus Rex protulit vasa sacra domini,quæ transtulit Nabuchodonosor Rex Babylonis ex Ierusalem,& consecrauit ea Idôlo suo.Et proferens ea [c] Cyrus Rex Persarum,tradidit Mithridato qui erat super thesauros ipsius. Per hûc autem tradita sunt Salmanasaro Præsidi Iudææ. Horum autem hic numerus:Libatoria argentea duo milia quadringẽta, athiscæ argenteæ triginta:phialæ aureæ triginta: itẽ argenteæ duo milia quadringentæ:& alia vasa mille. Omnia autem vasa aurea,& argentea quinque milia octingentasexaginta.Et enumerata sunt Salmanasaro simul cum iis qui ex captiuitate Babyloniæ venerant in Ierosolymam.† In [d] Artaxerxis autem Regis Persarum temporibus scripserunt ei de iis qui inhabitabant in Iudæa & Ierusalem:Bal amus,& Mithridatus,& Sabellius,& Rathimus, Balthemus, Samelius [e] scriba:[f] & reliqui inhabitantes in Samaria, & cæteris locis, subiectam epistolam Regi Artaxerxi: [g] Domine pueri tui Rathimus ab accidentibus, & Sabellius scriba,& reliqui curiæ tuę Iudices in Cœlesyria & Phœnice: Et nunc notum sit domino Regi, quoniam Iudęi qui ascenderunt à vobis ad nos venientes in Ierusalem ciuitatem refugam,& pessimam,ędificant furnos eius: & statuunt muros, & templum suscitant. Quòd si ciuitas ista & muri cõsummati fuerint,non tantum tributa non sustinebunt pendere,sed etiam regibus resistent.[f] Et quia id agitur circa templum,rectè haberi arbitrati sumus,non despicere hoc ipsum,sed notum facere domino Regi, vt si videbitur Rex, quęratur in libris patrum tuorum,& inuenies in admonitionibus scripta de iis:& scies quoniam ciuitas ista fuit refuga,& Reges & ciuitates concutiens, & Iudęi refugę,& prędia committentes in ea ab ęterno: ob quam causam ciuitas ista deserta est.[g] Nunc ergo notum facimus domine Rex:quoniam si ciuitas hæc ędificata fuerit, & huius muri erecti fuerint: descensus tibi non erit in Cœlesyriam, & Phœnicem. Tunc scripsit Rex Rathimo qui scribebat accidentia, & Balthemo & Sabellio scribę: & cęteris constitutis & inhabitantibus in Syria,& Phœnice, ea quę subiecta sunt:Legi epistolam quam misistis mihi.Prędecepi ergo inquiri:& inuentum est quoniam ciuitas illa est ab quo regibus resistens & homines refuge,& prędia in ea efficientes: & Reges fortissimi erant in Ierusalem, dominantes & tributa exigentes à Cœlesyria & Phœnice. Nunc ergo prędecepi prohibere homines illos ędificare ciuitatem, & prohibere ne quid vltra hęc fiat:sed nec procedant in plurimum:ex quo sunt malitię,ita vt Regibus molestia importetur.

a. Cyrus Cambysæ filius ad notam Christi, tem, lum dei Ierosolymitarũ instaurauit. Nã cum Babylonica teneritate Cyrus Israelẽ liberasset, mox Zorobabel Salathielis filius ex tribu Iuda, Iessiique Iosedech filius magnus sacerdos duces quodam modo principésque populi creati fuere: quos deus Haggæi prophetæ oraculo admonet,vt cũ Ierosolymis sint, templum dei conderent atque ornarent. Sic enim: sacris litteris scriptum eſt,Haggæi.1.a In die vicesima & quarta mensis, in sexto mense,in anno secundo Darij regis, &c. Cyrilus in Genesim. lib.3.super 14 Genesis.

[b. Cyrus omnia permisit imo præcepit in Ierusalem ascendere,& ædificare Domũ Domini, sed tantũ de Iuda & Beniamin & tribu Leui ascendere voluerunt. Nam decẽ tribus sub Ieroboam rege à templo Dei & cultu pietatis sunt alienate, & ideo à regibus Assyriorũ fuerunt captiuatæ,nec vnquam vt perhibent omnes in patriã remissæ. Glosa ordia.]

c. Audierat enim prophetiam Isaiæ.45.a.Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram,vt subiiciã ante faciem eius gentes, & Regum dorsa subuertam. Esdras scriba hæc et legit, & ideirco dicit hoc sibi à domino præceptum de cunctis regibus terrarum. Hi duo per prophetiã antequam nascerẽtur propriis nominibus vocati sunt, id est, Iosias & Cyrus. Iosias, vt destrueret idola,& cultum dei renouaret,Cyrus vt ruinas templi instauraret.Hiero.2. Para. vltid.Hic est Cambyses impius & maleuolus prædicti Cyri pij & benemoli filius, qui patri mortuo succedens,templi instaurationem prohibuit, à quibusdã Iudæorum æmulis prouocatus Beda.

e. O inuidiam omni fera crudeliorem,& exitium omnibus intentantem. Charitas enim vnificat,& beneficia largitur: at liuor edax perniciem infert & mortẽ,sulque tabe veneni omnia commaculat & enecat. Cyrillus.In Ioannem.lib.8. ca. 8.

[f. Iudæi qui accusantur à Samaritanis apud regẽ vitos designant ecclesiasticos, Samaritani vero qui accusant, hæreticos. Vnde congrua sibi voce Ierusalem ciuitatem rebellem & pessimam vocant, talẽ enim iudicant catolicam vtilitatem, quam impugnant. Reuera autem rebellis est,& muros parietésque sibi recte lapidibus testimoniorum cœlestium aduersus tela impugnãtium componit: De quibus dicit Isaias. ca 60 Occupabit tal[g]muros tuos, & portas tuas laudatio. Nõ est autem pessima dicenda nisi ab illis qui ab optima electione propriæ sententiæ sunt auersi. Glosa ordina. post venerabilẽ Bedam.]

Universidad de Deusto



*Dario splendida cœna celebrata dormiente, tres corporis eius custodes problema mouerunt, num vinum, mulier, Rex, veritas, præsient. III.*

A VNc recitatis iis quæ à Rege Artaxerxe scripta fuerant [a] Rathimus, & Sabellius scriba, & qui cum iis constituti erant, iungentes festinanter venerunt in Ierusalem, cum equitatu & turba, & agmine, cœperúntque ædificantes prohibere. Et vacabant ab ædificatione templi in Ierusalem, vsque secundo anno regni Darij Regis Persarum. [b] Rex Darius fecit cœnàm magnã omnibus vernaculis suis, & omnibus Magistratibus Mediæ & Persidis, & omnibus purpuratis, & prætoribus, & Consulibus, & præfectis sub illo ab India vsque Æthiopiam, centumuigintiseptem prouinciis. Et cum manducassent & bibissent, & satiati reuerterentur, tunc Darius Rex ascendit in cubiculum suum, & dormiuit, & expergefa-
B ctus est. [d] Tunc illi tres iuuenes corporis custodes, qui custodiebant corpus Regis: dixerunt alter alteri: Dicamus vnusquisque nostrum sermonem qui præcellat: & cuiuscunque apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi Rex Darius dona magna, purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurum dormire, & currum aureo fræno, & cydarim byssinam, & torquem circa collum: & secundo loco sedebit à Dario propter sapientiam suam, & cognatus Darij vocabitur. [c] Tunc scribẽtes singuli suum verbum signauerunt, & posuerunt subtus ceruical Darij Regis, & dixerunt: Cúmque
C surrexerit Rex dabimus illi scripta nostra: [e] & quodcunque iudicauerit Rex è tribus, & Magistratus Persidis, quoniam verbum eius sapientius est, ipsi dabitur victoria, sicut scriptum est. [d] Vnus scripsit: Forte est vinum. Alius scripsit: Fortior est Rex. Tertius scripsit: Fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas. † Et cum surrexisset Rex acceperunt scripta sua. Et dederunt illi, & legit. Et mittẽs vocauit omnes Magistratus Persarum, & Medos, & purpuratos, & prætores, & præfectos, & sederunt in concilio: & lecta sunt scripta coram ipsis. Et dixit: Vocate adolescentes, & ipsi iudicabunt verba sua. Et vocati sunt, & introierunt. Et dixit illis: Iudicate nobis de iis quæ
D scripta sunt. Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine vini. [f] Et dixit: viri, quàm præualet vinum omnibus hominibus qui bibunt illud? Seducit mentem. Itémque Regis & orphanis facit mentem vanam. [e] Item serui ac liberi pauperis ac diuitis, & omnem mentem conuertit in securitatem, & iucunditatem, & non meminit omnem tristitiam & debitum, & omnia præcordia facit honesta, & non meminit Regem, nec Magistratum, & omnia per talenta loqui facit. [f] Et non meminerunt cum biberint amicitiam nec fraternitatem: sed non multum pòst sumũt gladios: & cum à vino mercerint, & surrexerint, non meminerunt quæ gesserunt. O viri, num præcellit vinum? Quis sic cogitat facerè? Et tacuit hoc dicto.

a. Cambyses seruorũ literis seductus prohibuit Iudæos nouæ urbem & templũ ædificare pergerẽt. Itaque dilatum est opus per annos nouem, vsque in secundum annum regni Darij Persarum regis. Cẽbyses enim cum per exemplum regnasset, subacta interim Aegypto, reuertẽs ab ea expeditione apud Damascũ est mortuus. Ad Datiũ igitur forte fortuna reuersus Zorobabel ab Ierosolymis, qui captiuorum Iudæorũ dux declaratus fuerat. Nam erat vetus regis amicus. Quamobrem inter satellites cum aliis duobus assumptus, speratum honorem consecutus est. Ioseph. Antiq. lib. 11. cap. 3.

b. Secundum Latinos & Græcos iste fuit filius Histaspis. secundũ Hebræos vero ipse fuit filius Assueri & Esther reginę. secundum quod dixi plenius in principio libri Esther, & 1. Esdræ 4. & Dan. 9 vbi secutus sum in hoc dictum Hebræorũ tanquam verius iudicio meo. De Lyra.]

c. Postò Darius Rex cœnã exhibuit Satrapis Persarũ, & præfectis Indiæ & Aethiopiæ, & magistratibus. 127. prouinciarum. Eadem nocte expergefactus noctem ducebat intomnẽ, & proposuit quæstionẽ tribus custodib[us] corporis sui. Comest. 3. Iudith.

[d Rex enim volebat vigilare, & ex hoc custodes corporis sui habuerunt occasionem proponendi inter se quæstionem ad faciẽdum regi solatium: Et ex hoc patet prudentia regis, qui magis volebat transire tempus in aliquo vtili quam in ludis inhonestis, aut nullius vtilitatis. De Lyra. ibid.]

e. Fit nonnunquã grauior tumultus, quia vino mens pertenetur ebrioſi, & non meminit regis nec magistratus, & omnia aperta facit loqui, & non meminerũt cum biberẽt amicitiæ nec necessitudinis. Ambr. De Elia & ieiunio. cap. 15.

f. Item cum homo non præsit cæteris nisi animi fortitudine vinum superat animi fortitudinem. Comest. vbi ptius.

*Palmam obtinuit qui veritatem præstare monstrauit. IIII.*

A EST inchoauit sequens dicere, qui dixit de fortitudine Regis. [a] O viri, num præcellunt homines, qui terram & mare obtinent, & omnia quæ in eis sunt? Rex autem super omnia præcellit, & dominatur eorum: & omne quodcunque dixerit illis, faciunt. Et si miserit illos ad bellatores, vadunt, & demoliuntur montes, & muros, & turres. Iugulantur & iugulant, & Regis verbum non prætereunt. Nam si vicerint, afferunt Regi omnia quæcunque prædati fuerint. Similiter & alij omnes, & quotquot non militant, nec pugnant, sed colunt terram, rursum cum fuerint metentes, afferunt tributa Regi. [b] Et ipse vnus solus si dixerit, occidite, occidunt: dixerit, remittite, remittunt: dixerit, percutite, percutiunt: dixerit, exterminate, & exterminant: dixerit, ædificate, ædificãt: dixerit, excidite, excidũt: dixerit, plantate, plantant: & omnis plebs & virtutes eum obaudiãt: & super hoc ipse
B recumbit, & bibit & dormit. [c] Hi autem custodiunt in circuitu eum, & non possunt ire singuli & facere opera sua: sed in dicto obaudientes sunt ei. Viri, quomodo non præcellit Rex, qui sic diffamatur? Et tacuit. [c] Tertius qui dixerat de mulieribus &

a. Proposita itaque quæstione quod de tribus fortius videretur, de Rege scilicet vino & muliere, promittẽs munera & honorem qui sapientius responderet. Cõuocatis autẽ magnatibus in conuiuiũ, primus de vino vt supra dictũ est disseruit. Alter verò de rege dixit: quia qui mare ac terras, & omnia quæ in eis sunt cogunt cõpetẽter sibi seruire, etiam ipsi homines sub manu regũ ac potestate degunt. Ioseph 11. 3.

b. Esdras in eo. Christũ prophetasse intelligẽdus est, quod inter iuuenes quodã orta quæstione, quid amplius valeret in rebus: cum reges vnus dixisset, alter vinum, tertius mulieres, quæ plerũque regibus imperarent. Idem tamen tertius veritatem super omnia demonstrauit esse victricem. Cõsulto autem euangelio Christum cognoscimus esse veritatẽ. Aug. de ciuit. dei. lib 18. cap. 46.

c. Tertius verò is est Zorobabel, qui mulierem vtroque fortiorẽ asseruit. Nã & regibus & his qui vites plantant, mulieres & vitã cõferũt & alimoniã, & ad robur vsque perducũt, & pro mulieribus homines animas ponere non timẽt. Retulit quoque se vidisse concubinam cuiusdam regis, alapã regi imponentẽ. Comest. Iudith. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



veritate,hic est Zorobabel,cœpit loqui:[d]Viri,nō magnus Rex,& multi homines,nec vinum præcellit. Quis est ergo, qui dominatur eorum? Nónne mulieres genuerunt Regem,& omnem populum,qui dominatur mari & terræ?& ex illis nati sunt,& ipsæ educauerunt eos qui plantauerunt vineas,ex quibus vinum fit? Et ipsæ faciunt stolas omnium hominum,& ipsæ faciunt gloriam hominibus, & non possunt homines separari à mulieribus. Si congregauerint aurum & argentum, & omnem rem speciosam,& viderint mulierem vnam bono habitu,& bona specie,omnia hæc relinquentes in eam intendunt,& aperto ore conspiciunt,& eam alliciunt magis,quàm aurum & argentum,& omnem rem pretiosam.†Homo suum patrem relinquit, qui enutriit illum,& suam regionem,& ad mulierem se coniungit.[e]Et cum muliere remittit animam,& neque patrem meminit,neque matrem,neque regionē. Et hinc oportet vos scire,quoniam mulieres dominantur vestri. Nónne doletis?Et accipit homo gladium suum,& vadit in viam facere furta & homicidia,& mare nauigare,& flumina,& leonem videt,& in tenebris ingreditur,& cum furtum fecerit,& fraudes,& rapinas,amabili suæ affert.Et iterum,diligit homo vxorem suam,magis quàm patrem aut matrē. Et multi dementes facti sunt propter vxores suas, & serui facti sunt propter illas: & multi perierunt & iugulati sunt,& peccauerunt propter mulieres:& nunc credite mihi,quia magnus est Rex in potestate sua, quoniam omnes regiones verentur tangere eum. [e]Videbam tamen Apemen filiam Bezacis mirifici concubinam Regis sedentem iuxta Regem ad dexteram,& auferentem diadema de capite eius, & imponentem sibi, & palmis cædebat Regem de siniſtra manu. Et super hæc aperto ore intuebatur eam:& si arriserit ei,ridet:nam si indignata ei fuerit, blanditur, donec reconcilietur in gratiam.[f]O viri, cur non sunt fortiores mulieres? Magna est terra, & excelsum est cœlum: [f]Quis ista agit?] Et tunc Rex, & purpurati intuebantur in alterutrum. Et inchoauit loqui de veritate:O viri,nónne fortes sunt mulieres? Magna est terra,& excelsum est cœlum,& velox cursus solis,conuertit in gyro cœlum in locum suum in vna die.Nónne magnificus est,qui hæc facit?Et veritas magna,& fortior prę omnibus.Omnis terra veritatem inuocat, cœlum etiam ipsam benedicit, & omnia opera mouentur & tremunt eam,& non est cum ea quicquam iniquum. Vinum iniquum,[g]iniquus Rex,iniquæ mulieres,iniqui omnes filij hominum, & iniqua illorum omnia opera,& non est in ipsis veritas. Et in sua iniquitate peribunt,† & veritas manet,& inualescit in æternū,& viuit,& obtinet in secula seculo rum. Nec est apud eam accipere personas,neque differentias:sed quæ iusta sunt facit omnibus iniustis ac malignis,& omnes benignantur in operibus eius. Et non est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo, & regnum, & potestas, & maiestas omnium æuorum. [g]Benedictus deus veritatis. Et desiit loquendo. [h]Et omnes populi clamauerunt,& dixerunt. Magna est veritas,& præualet. Tunc rex ait illi:Pete si quid vis amplius quàm quæ scripta sunt,& dabo tibi secundū quod inuētus es sapientior,& proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis. Tunc ait regi:Memor esto voti tui, quod vouisti, ædificare Ierusalē, in die qua regnū accepisti,& omnia vasa quæ accepta sunt ex Ierusalē remittere,quæ separauit Cyrus quando mactauit Babyloniam,& voluit remittere ea tibi. Et tu[i] vouisti ædificare templū, quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Iudæa à Chaldæis. Et nūc hoc est quod postulo domine,& quod peto, hoc est maiestas quod à te postulo,vt facias votū quod vouisti Regi cœli ex ore tuo. [k]Tunc surgens Darius Rex,osculatus est illum,& scripsit epistolas ad omnes dispensatores, & Præfectos, & purpuratos,vt deducerent eū,& eos qui cum illo erant,omnes ascendentes ædificare Ierusalem. [k]Et omnibus præfectis qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano, scripsit epistolas,vt traherent ligna cedrina à Libano in Ierusalē: vt ædificarent cum eis ciuitatem:Et scripsit omnibus Iudæis qui ascendebant à regno in Iudæā pro libertate omnem potentē,& magistratum,& præfectū non superuenire ad ianuas ipsorum: & omnem regionem quam obtinuerant esse immunē eis, & Idumæi relinquant castella quæ obtinent Iudæorū,& instructuram templi dare per singulos annos talēta viginti,

[d]. Cœpit loqui pro sue opinionis confirmatione. Et primo remouet aliorum sententiam, dicens:Viri, non magnus rex, & multi homines, id est, non præcellit rex ratione sui, nec ratione populi sibi subiecti, sicut dixerat secundus. Nec vinum præcellit,sicut dixerat primus. Quis est ergo qui dominatur eorum?scilicet,regis,populi & vini. Et tunc respondet. Nonne mulieres genuerunt regem,& omnem populū? quasi dicat,manifestè patet quod hę præcellunt:quoniam causa est potior suo effectu. Licet enim mulier in generatione prolis habeat rationem passiui ministrando materiam,tamen in alio se habet in ratione actiui, scilicet materiam præparando & conceptum fœtum fouendo & nutriēdo ante partū & post partum & sic repellitur dictum secūdi. Cum verò dicitur: Eos qui plantauerūt vineas ex quibus fit vinum repellit dictum primi:quia quod præcellit magis,præcellit minus. quoniam plantatores vineatium maiores sunt ipso vino. De Lyra. ibidem.]

e. Inuenies multos qui emerūt sibi puellas formæ elegantioris,quarum amore capti turpi seruitio sese dederunt. Ambr. Epist. lib. 2. Epist. 7.

f. Zorobabel igitur dixit: Nihil fortius est quàm mulieres & veritas. Quibus de hoc sine fine certantibus, ventum est vsque ad sententiam Darij Regis,quo residente cum principibus suis ad iudicandum, & iudicit Darij & omnium principum pronunciatum est,omnibus fortior veritas est Chrysost. super 1. ca. Matth. homi. 1. 2. Quæ ista agunt.

[g. Multi enim reges,mulieres, & homines fecerunt iniquitatem,accipiēdo iniquitatem pro crimine enormi, & sic est ibi hyperbole. Sicut cum dicitur: Omnes de ciuitate vadunt ad tale spectaculum,id est, multi. Si autem accipiatur iniquitas pro peccato quocunque,sic generaliter omnes homines sunt iniqui,excepto homine Christo & beata virgine, de quibus non loquebatur Zorobabel. De Lyra ibid.]

h. Cúmque omnes iudicassent fortiorem omnibus esse veritatem, dixit Rex ad Zorobabel vt peteret ab eo quod vellet. Et postulauit Zorobabel fieri templi rædificationem,& vasa domini remisti in Ierusalem. Et gaudisus est rex. Nam idipsum meminit se vouisse. Comestor. vbi supra.

i. De voto Darij dicitur cōmuniter quod cum videret Zorobabel reuersum ab Ierusalem in Persas propter impeditū ædificium,vouit quod si aliquādo contingeret ipsum in Regē eligi, ipse perficeret ipsum ædificiū: imo totam vrbē. Et hoc vouerat coram Zorobabele amico suo conquirenti. Beda.

[k. Hinc sequitur petitionis cōcessio,cum surgens Darius osculatus est Zorobabel in signum amicitiæ,& concessionis petiturum. Vnde sequitur & scripsit epistolam ad omnes dispensatores &c. regaliumnegociorum. De Lyra. ibid.]

Universidad de Deusto
Biblioteca



ti, vsque dum perædificaretur: & super sacrarium [1] holocaustomata hostilare quotidie, sicut habent præceptum, alia talenta decem offerre per singulos annos,& omnibus qui procedunt à Babylonia condere ciuitatem: vt esset libertas tam ipsis quàm filiis eorum,& omnibus sacerdotibus qui præcedunt.Scripsit autem & quantitatem,
G & sacram stolam iussit dari in qua deseruirent,ᵍ & Leuitis scripsit dare præcepta, vsque in diem qua consummabitur domus, & Ierusalem extruetur:& omnibus custodientibus ciuitatem, scripsit dari ei sortes & stipendia. Et dimisit omnia vasa quæ separauerat Cyrus à Babylonia,& omnia quæcunque dixit Cyrus,& ipse præcepit fieri:& mitti Ierusalem.Et cum processisset ille [m] adolescens, eleuans faciem in Ierusalem,benedixit Regem cœli,& dixit: Abs te est victoria,& abs te est sapientiam,& claritas,& ego seruus tuus sum.Benedictus es,[n] qui dedisti mihi sapientiam,& tibi confitebor domine deus patrum nostrum. Et accedit epistolas:& profectus est in Babyloniam,& venit & nuntiauit fratribus suis omnibus qui fuerunt in Babylonia:& benedixerunt deum patrum suorum,quoniam dedit illis remissionem & refrigerium, vt ascenderent & ædificarent Ierusalem,& templum vbi nominatum est nomen eius in ipso,& exultauerunt cum musicis & lętitia diebus septem.

[1. Hoc est,sacrificia offerre,quæ alij dicunt hostias offerre & immolare. Et hoc quotidiè,vt habetur Exod.29. vbi habetur quotidie vno agnum mane, & alterum vesperi esse immolandū in holocaustum. Tria enim erāt Iudæis sacrificia,vt notatum est 2.Paral.31.cap. De Lyra ibidē.]

m. Vnde si à Dario Medo mittatur Zorobabel 2.anno monarchiæ Cyri,vt plerique volūt,nihil est difficultatis vt vocetur adolescēs. Cùm tunc dicatur fuisse 18. annorum vel eo circa.Sin verò à Dario filio Hystaspis,qui post monarchiā Cyri 17. annis regnauit,tunc fuisset 35.annorū & adhuc adolescens. Si verò à Xerxe vt vult Iosephus,vel alius sequentibus,fuisset plusquā 86. annorum,& ita non amplius adolescens.

n. Et ideo inuentus est rectè secundum prouidentiam dei nominatus Zorobabel, id est, doctor Babylonis,vel alienus, aut extraneus à cōfusione,quod idē est. Quæ enim maior doctrina est qui offendere veritatem dominatricem esse omnium rerū? Chrysost. Hom.1.super Matth.

a. Et scripsit principibꝰ suis Darius per epistolam trans flumē, vt nullatenꝰ impedirēt Iudæos, sed de sumptibus regis iuuarēt eos, dantes eis per singulos dies hostias similam,vinum,& salem vt offerant ea deo cœli,& orent vitā regis,& filiorum ei. Cornest. cap.3.Iudith.

b. Videtur alia esse huius comitatus ab ea de quā in primo Esdræ, quia hæc videtur ex textu facta 2. anno Darij ad perficiendum templū quod iamdudū cœptum erat, altera autem sub Cyro, cùm primo profecti sunt ad templū incipiendum. In hoc etiam cap. vocatur Darius rex Persarum & non Medorum, in cuius anno secundo mense Nisan locutus est Zorobabel sermones mirificos,vtpote de muliere & veritate.

(c. Scilicet illam partem in qua erat hæreditas patrum suorum, scilicet vnusquisque ciuitatem suam, qui venerunt cum Zorobabel. Vnde nomina istorū exprimuntur, quia fuerunt personæ notabiles & principales: Alij autem comprehenduntur sub nominibus patrum vel ciuitatū vnde fuerant. De Lyra.)

(d. Circa quod sciendum est, qꝺ aliqua nomina hic exprimūtur, de quibus certum est qꝺ sunt nomina ciuitatum. De quibus infra dicitur: Filij Bethlehem filij Cariathiarim, & filij Iericho & similia. Et aliqua de quibus certum est quòd sunt nomina patrum,cùm dicitur infrà. Cantores filij Asaph. De Lyra.1.Esdræ.2.)

e. Post catalogū principum inserit catalogum dignitatum & officiorū: vt sacerdotū, Leuitarum, Nathinnæorum, cantorū, & ianitorum iuxta ordinē suū & gradum. Ideo scriptura tam vigiliter distinxit quot de quauis generatione captiuorum patriam soluti redierint: vt ex eo admoneremur qualiter coram tribunali dominus summam electorum suorum in libro vitæ conscribat: & velut in albo cœli consignet quot animas quisque fidelium vel prædicando,vel bonorum exempla operum monstrando ab errore conuenerint, pro quibus singulis certa merces de illos qui conuerterent remuneret. Beda super 1.Esdræ,ca.2.

*Redeuntes à Babylonica captiuitate in Ierusalem & Iudam.* V.

†ᵃ Hi sunt A

Hæc autem lecti sunt,vt ascēderent Principes pagorum per domos, per tribus suas,& vxores illorum, & filij & filię eorum,& serui & ancillę ipsorum, & pecora illorum.Et [b] Darius Rex misit vnà cum eis equites mille donec deducerent eos in Ierusalem cum pace, & cum musicis, & cum tympanis,& tibijs,& omnes fratres erant ludantes,& fecit eos ascendere simul cum eis.Et hæc sunt nomina virorum,qui ascenderunt per pagos suos in tribus & in partem principatus ipsorum. Sacerdotes: filij Phinees, filij Aaron,Iesus filius Iosedech, Ioachim filius Zorobabel,filij Salathiel,de domo Dauid,ex progenie Phares,de tribu autem Iuda,qui locutus est sub Dario rege Persarum sermones mirificos in secundo anno regni ipsius,mense Nisan primo. Sunt autem ij, qui ascenderunt ex Iudæa de captiuitate transmigrationis, quos transmigrauit Nabuchodonosor Rex Babylonię in Babylonem,& reuersus est in Ierusalem. [c] Et requisiuit partem Iudææ vnusquisque in ciuitatem suam,qui venerunt cum Zorobabel,& Iesu: Nehemias, Areores, Elimeo,Emmanio, Mardocheo, Beelsuro, Mechpsatochor, Olioro, Emonia, vnus de principibus eorum:& numerus à gentibus eorum,ex præpositis eorum.[d] Filij phares: duo milia centumseptuagintaduo. Filij Ares, tria milia quinquagintaseptem.
B [ᵉ] Filij Femo,centumquadragintaduo. In filiis Iesu,& Ioabes, mille trecentiduo. Filij Demu,duo milia quadringentiseptuaginta. Filij Choraba, ducentiquinque. Filij Banica,centumsexagintaocto.Filij Bedech,quadringentitres.Filij Archad, quadringentiuigintiseptem.Filij Chan, trigintaseptem.Filij Zoroar, duo milia sexagintaseptem.Filij Adin,quadragintasexagintaunus,Filij Aderectis,centumocto. Filij Ciaso, & Zelas, centumseptem.Filij Azoroc,quadringentitrigintanouem.Filij Iedarbone, centumtriginta duo.Filij Ananię, centumtriginta. Filij Asoni,nonaginta.Filij Marsar,quadringentiuigintiduo.Filij Zabarus,nonagintaquinque.Filij Sepolemon, centumuigintitres. Filij Nepopas, quinquagintaquinque. Filij Hechanatus, centumquinquagintaocto. Filij Cebethamus, centumtrigintaduo. Filij Crearpatros, qui Enocadies,& Modię,quadringentiuigintitres.Qui ex Gramas,& Gabea, centumuigintiunus.Qui ex Besselon,& Ceagge,sexagintaquinque.Qui ex Bastaro, centumuigintiduo.Qui ex Bechenobes,quinquagintaquinque. Filij Liptis, centumquinquagintaquinque.Filij Labonni, trecentiquinquagintaseptem. Filij Sichem, trecentiseptuaginta.Filij Suadon, & Cliomus, trecentiseptuagintaocto. Filij Ericus, duo mi-
c lia centumquadragintaquique.ᵉ Flij Anaas, trecentiseptuaginta. [c] Sacerdotes:Filij Ieddus, filij Euther,filij Eliasib, trecentiseptuagintaduo.Filij Emerus,ducentiquinquaginta duo.Filij Phasurij,trecentiquinquagintaseptem:fiilij Caree,ducentiuiginti-

septem. Leuitæ: Filij Iehu in Caduhel, & Bamis, & Serebias, & Edias, septuaginta quatuor[f]. Omnis numerus à duodecimo anno, triginta milia quadringentisexagintaduo
Filij & filiæ, & vxores: omnis computatio, quadraginta milia ducenti quadraginta-
duo. Filij sacerdotum qui psallebant in templo. Filij Asaph, centumviginti octo. O-
stiarij verò, filij Esmenni, filij Azer, filij Amun, filij Accuba, Topa, filij Tobi, omnes
centumtrigintanouem. Sacerdotes seruientes in templo. Filij Sel, filij Gaspha, filij
Tobloch, filij Cariæ, filij Su, filij Hellu, filij Labana, filij Armacha, filij Accbu, filij Vtha
filij Cetha, filij Aggab, filij Obai, filij Anani, filij Canna, filij Geddu, filij An, filij Ra-
din, filij Desanon, filij Nechoba, filij Caseba, filij Gase, filij Ozui, filij Sinone, filij At-
tre, filij Hastem, filij Asiana, filij Manei, filij Nasisim, filij Accusu, filij Agista, filij Azui,
filij Fauon, filij Fasalon, filij Meedda, filij Fusa, filij Caree, filij Barcus, filij Saree, filij
Coësi, filij Nasith, filij Agisti, filij Pedon. [g] Salomon filij eius: filij Asophot, filij Pha- [d]
zida, filij Celi, filij Dedon, filij Gaddahel, filij Sephegi, filij Aggia, filij Sachareth, filij
Sabathem, filij Caroneth, filij Malsith, filij Ame, filij Sasus, filij Addus, filij Suba, fi-
lij Eura, filij Rahotis, filij Phasphath, filij Malmon. [g] Omnes sacro seruientes, & pueri
Salomonis, quadringentioctogintaduo. Hi sunt filij qui ascenderunt à Chermel, &
Thersa. Principes eorum, Carmelem, & Careth, & non poterant edisscere ciuitates
suas, & progenies, quemadmodum sint ex Israel: filij Dalari, filij Tubal, filij Necho-
daici. Ex sacerdotibus qui fungebantur sacerdotio, & non sunt inuenti: filij Obia, fi-
lij Achisos, filii Addin, qui accepit vxorem ex filiabus Phargeleu: & vocati sunt no-
mine eius. Et horum quæsita est generis scriptura in pedatura, & non est inuenta: &
prohibiti sunt sacerdotio fungi. Et dixit illis Nehemias, & Astaras, ne participentur
sancta, donec exurgat pontifex doctus in ostensionem & veritatem: Omnis autem
Israel erat excepti s seruis & ancillis quadraginta milia trecentiquadraginta. Serui ho-
rum & ancillæ, septem milia trecentitrigintaseptem.[h] Cantores & cantatrices, ducen-
tisexagintaquinque. Cameli, quadringentitrigintaquinque. Equi septem milia tri-
gintasex. Muli ducenta milia quadragintaquinque. Subiugalia quinque milia vigin-
tiquinque.[i] [e] Et de præpositis ipsis per pagos, dum venirēt in templum domini quod [e]
erat in Ierusalem, innouare, & suscitare templum in loco suo secūdum suam virtutē,
& dari in templum thesaurum operum sacrum, auri minas duodecim milia, & minas
argenti quinque milia, & stolas sacerdotales centum. Et habitauerunt sacerdotes &
Leuitæ, & qui exierant de plebe in Ierusalem & in regione: & sacricantores, & ostia-
rii, & omnis Israel, in regionibus suis. † [k] Instante autem septimo mense, cúmque es- [f]
sent filij Israel vnusquisque in suis rebus, conuenerunt vnanimes in atrium, quod erat
ante ianuam orientalem. Et stantes Iesus filius Iosedech, & fratres eius sacerdotes, &
Zorobabel filius Salathiel, & huius fratres parauerunt altare, vt offerrent super illud
holocaustomata, secundum quod in libro Moysi hominis dei scripta sunt. Et conue-
nerunt ibi ex aliis nationibus terræ, & erexerunt sacrarium in loco suo omnes gentes
terræ: & offerebant hostias, & holocaustomata domino matutina.[l] Et egerūt sceno-
pegiam, & diem solennem, sicut præceptum est in lege: & sacrificia quotidie, sicut
oportebat: & post hęc oblationes institutas, & hostias sabbatorum, & neomeniarum,
& dierum solennium omnium sanctificatorum. Et quotquot vouebant domino à
neomenia septimi mensis, cœperunt hostias offerre deo, & templū domini nondum
erat ædificatum. [g] Et dederunt pecuniam lapidariis, & fabris, & potum & pabula cum [g]
gaudio, Et dederunt carra Sidoniis, & Tyriis, vt transueherent illis de Libano trabes
cedrinas & facerent rates in Ioppe portu: secundum decretum quod scriptum erat
eis à Cyro rege Persarum. Et in secundo anno venientes in templum dei in Ierusalem,
mense secundo inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech, & fra-
tres ipsorum, & sacerdotes, & Leuitæ: & omnes qui aduenerāt de captiuitate in Ieru-
salem: & fundauerunt templum dei, nouilunio secundi mensis secundi anni, cum
venissent in Iudęam & Ierusalem. Et statuerunt Leuitas à viginti annis super opera
domini. Et stetit Iesus, & filius eius, & fratres, omnes Leuitæ conspirantes & executo-
res

[f. Omia In hoc numero aliqui includuntur, quorum nomina & numerus partialis non exprimūtur cum prędictis, inde exprimitur cōsequenter numeratio sacerdotum & Leuitarum in diuersis officiis ministrantiū. Numerum autem Leuitarum incipit à sacerdotibus, qui erāt principales in tribu Leui, cum dicitur: Sacerdotes seruientes in tēplo. De Lyra.]

[g. Hic ponitur quorundam ab aliis distinctio. Et primo vulgarium qui nescierunt ostendere radicē generis sui: propterquod ignotum fuit vtrum essent de genere Israel vel nō, iuncti sunt cum populo Israel sicut & gentiles, qui conuertebantur ad Iudaismum. Secundo sacerdotum qui non potuerunt inuenire genealogiam suam: nec per consequens ostendere quod essent de sacerdotali genere, & sic prohibiti sunt comedere panes propositionis, quibus licitum erat vti tandem sacerdotibus. Idē.]

[h. Bene cantatoribus etiam cantatrices iungūtur propter sexus & vocum diuersitatem, quæ coram audientium ad dei laudē accēdant. Idem vbi prius.

[i. Dum venirent in templū Domini, id est, in locum vbi erat templum, quia nondum erat rædificatum, sed postea anno sexto Darij fuit consummatum, vt habetur intra c. 7. De Lyra ibi.]

[k. Septimo autem mense postq̄ Babylonem exiuerāt, Iesus pontifex & Zorobabel princeps dimissis circum oppida nunciis è tota regione populum Ierosolymam conuocauerūt, cupidè ad mandatum eorum conuenientem: & ædificauerunt altare, in quo prius fuerat loco, ad offerēda deo sacrificia iuxta leges per Moysen traditas. Quæ dum faciunt, non euasit oculis aspicientantut à finitimis gētibus, quibus exosi erant omnibus. Celebrauerunt etiam Scenopegiam per idem tempus, iuxta legislatoris præscripta: & post hæc oblationes & quotidiana sacrificia, victimásque sabbatorum, atque omnium sanctarum festiuitatū. Ioseph. Antiq. lib. 11. cap. 3.

[l. Mirę deuotionis iudicium, cum quis non debitas tantum oblationes, id est, domini legę præceptas: sed insuper alia, quorum non præceptū sed consilij accepit: donaria sua sponte diuinæ maiestatis obtutibus offert. Præceptum nanque est: Nō homicidium facies, Non adulterabis, Non furtum facies, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Voluntaria verò sunt: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Et quod Apostolus ait: De virginibus præceptum non habeo, consilium autem do. Et plura huiusmodi. Beda 1. Esdræ. 2.

res legis,facientes opera in domo domini.[m] Et steterunt sacerdotes habentes stolas cũ tubis: & Leuitæ filij Asaph habentes cymbala collaudantes dominum & benedicentes secundum Dauid regem Israel. Et cantabant canticum domino, quoniam dulcedo eius,& honor in secula super omnem Israel.Et omnis populus tuba cecinerunt,& proclamauerunt voce magna, collaudãtes dominum in fuscitatione domus domini.
G [n]Et venerunt ex sacerdotibus,& Leuitis,& prẽsidentibus secundum pagos senioribus qui viderant pristinam domum, & ad huius ædificationem cum clamore & planctu magno,& multi cum tubis & gaudio magno:intantum vt populus non audiret tubas propter planctum populi. Turba enim erat tubis canens magnificè,ita vt longè audiretur.[†n] Et audierunt inimici tribus Iudæ &Beniamin,& venerunt scire quæ esset vox tubarum. Et cognouerunt,quoniam qui erant ex captiuitate,ædificant templum domino deo Israel. Et accedentes ad Zorobabel, & Iesum, & Præpositos pagorum, dixerunt eis: Ædificabimus vnà vobiscum. Similiter enim audiuimus dominum nostrum, & ipsi pariter incedimus à diebus Asbasareth regis Assyriorum: qui transmigrauit nos huc. Et dixit illis Zorobabel,& Iesus,& principes pagorum Israel: Non est nobis & vobis ædificare domũ dei nostri.Nos enim soli ædificabimus domino Israel, secundum ea quæ præcepit nobis Cyrus rex Persarum. [o] Gentes autem terræ incombentes iis qui sunt in Iudæa,& leuãtes opus ædificationis,& insidias & populos adducentes prohibebant eos ædificare,& aggressuras exercentes impedierunt,ne consummaretur ædificium omni tempore vitæ Cyri regis,& pertraxerunt structuram per biennium vsque ad Darij regnum.

m. Magna deuotio totius populi,Gaudebant se de captiuitate rediisse, & quantum superhe ciuitatis flagitia horrebant, tãtum Ierusalem videre cupiebãt decorem:quantum fana abominabantur,tantum templum dei restaurari conabantur Sic non solum episcopi & presbyteri plebem fidelium, id est,dei domũ debent ædificare:sed etiam populus de captiuitate vitiorum ad visionẽ veræ pacis vocatus, ministeriũ verbi dei ab his qui dicere nouerunt debet exigere. Glosa ordinaria.]

n. Samaritæ autem inimici auditis tubis,& lętitiã atque doloꝝ vnus promiscuis vociferationibus,accurrunt causam & volentes discere,& cognito quòd Iudæi è captiuitate Babylonica postliminio reuersi templũ instaurarent, adeunt zorobabelẽ ac Iesum, principesque cognationum, postulantes vt eos admitterent ad templum cõmuni sumptu ædificandum. Nam se quoque aiebant eundẽ deum colere,& eius gloriam nomine, religionisque eius studiosos esse.Ioseph.Antiq.lib.11.cap.3.
[o. Gentes vigilanter insidiãtes ad opus impediẽdum, insultus quotidie præparantes, ne opus inceptum perficeretur. De Lyra ibidem.]

*Iudæi annuente Dario templum dei extruunt in Ierusalem.* VI.

[†a] A [p]†In secundo autem anno regni Darij, prophetauit Aggæus, & Zacharias filius Addin prophetæ apud Iudæam & Ierusalem, in nomine dei Israel super eos. Tunc stans Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech: inchoauerunt ædificare domum domini quæ est in Ierusalem:cum adessent eis Prophetæ domini & adiuuarẽt eos.[b] In ipso tẽpore venit ad illos Sisennes subregulus Syriæ,& Phœnicis,Satrabuzanes,& sodales eius,& dixerunt eis:Quo prę-
cipiẽte vobis domum hanc ædificatis,& tectum istud & alia omnia perficitis? Et qui sunt structores,qui hæc ædificant? Et habuerunt gratiam visitatione facta super eos, qui erant ex captiuitate à domino seniores Iudæorum:& non sunt impediti ædificare donec significaretur Dario de omnibus istis,& responsum acciperetur. [c] Exemplum epistolæ quam miserunt Dario: Sisennes subregulus Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes,& sodales eius,in Syria & Phœnice Prę-
sides. Regi Dario salutem.Omnia nota sint domino Regi, quòd cùm aduenissemus in regionem Iudęæ, & introissemus in Ierusalem, inuenimus ædificantes domum dei magnam,& templum[d] ex lapidibus
B politis & magnis & pretiosis materiis in parietibus,[e] & opera illa instanter fieri,& suffragare, & prosperare in manibus eorum, & in omni gloria quam diligentissimè perfici. Tunc interrogauimus seniores, dicentes: Quo permittente vobis ædificatis domum istam,& opera hęc fundatis? Ideo autem interrogauimus eos, vt notum faceremus tibi: homines & prępositos, nominum scripturam prępositorum postulauimus illos. At illi responderunt nobis,dicentes: Nos sumus serui domini,qui fecit cœlum & terram: & ædificabatur hęc domus ante annos istos multos à rege Israel magno & fortissimo, & consummata est.Et quoniam patres nostri exacerbantes erant, & peccauerunt in deum Israel, [f] tradidit eos in manus Nabuchodonosor Regis Babyloniꝫ Regis Chaldęorum: & domum istam demolientes incenderunt, & populum captiuum duxerunt in Babylonem. In primo anno regnante Cyro Rege Babyloniæ,scripsit Cyrus Rex domum hanc ædificare: & illa sacra vasa aurea & argentea, quę extulerat Nabuchodonosor de domo quę est in Ierusalem: & consecrauerat ea in suo templo: rursus protulit ea Cyrus Rex de templo quod erat in Babylonia, &
C tradita sunt Zorobabel,&Salmanasaro subregulo.[g] Et prędceptum est eis vt offerrent

a. Hæc fiebant anno à reditu Iudæorum secundo,mense secundo,quando iactis templi fundamentis prima die decembris cœperunt superstruere, præpositique operi curando Leuitarum quotquot vigesimum annum attigerant, & Iesum cum filiis se tractibus. Ioseph. Antiquit.lib.11.cap.3.
[b. Cõsequenter ponitur resumptionis confirmatio. Circa quã primo ponitur ædificãtium interrogatio & responsio, secũdo responsionis ad regem relatio, & tertio regis ad ea responsio. De Lyra ibidem.]

c. Eadem sententia tractatur 1. Esdr.5.& 6.quæ in hoc cap. nisi in nominibus propriis differunt hi præpositi Syriæ & Phœnicis ab his de quibus in præsenti illæ duæ accusationes differunt.illa nanque accusationẽ Ierosolymitanorum,hæc autẽ laude non solum generis,sed & dei omnipotentis plena est.Beda.1. Esdræ 5.
[d.Nam & si veterum lapidem qui secũdum Ieremiam dispersi fuerant in capite omnis platearum,aliqui remanserunt, lapides nouiter ad poliendi,ex quibus opus templi posset impleri. Quòd mysticè videmus in ecclesia fieri: cùm non solùm de his qui pœnitendo resipiscunt, sed etiam de illis qui nuper ad fidem vocati institutione magistrorum quasi norma operi cum eõpositi,& in ædificio congruo ordine iunt collocati, ædificatur.Glosa ordinaria.]

e. Vnde rectè Samaritæ qui primam scribentes epistolam animum regis aduersus structores templi accenderunt, lateritia comparantur,qui ecclesiam sæpe tantum fœdâ peste commaculant,vt etiã gentibus exosam reddãt,eorumque furorẽ aduersus illã excitẽt. Beda.1.Esdr.6.

hæc vasa,& reponerant in templo quod erat in Ierusalem:& ipsum templum dei ædificare in loco suo.[f] Tunc Salmanasarus subiecit fundamenta domus domini quæ est in Ierusalem:& exinde vsque nunc ædificatur,& non accepit consummationē.Nunc ergo si iudicatur à te ô Rex:perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri Regis quę sunt in Babylonia: & si inuentum fuerit consilio Cyri Regis cœptam esse structuram domus domini quæ est in Ierusalem, & iudicatur à domino rege nostro: scribat de his nobis.[†] Tunc rex Darius præcepit inquiri in bibliothecis,& inuentus est in Ecbatanis oppido,quod est in media regione, locus vnus in quo scripta erant ista: Anno primo regnante Cyro rex Cyrus pręcepit domum domini quę est in Ierusalem, ædificare:vbi incendebant igni assiduo, cuius altitudo sit cubitorum decem, & latitudo cubitorum sexaginta,quadratum lapidibus politis tribus, & [g] mœniano ligneo eiusdem regionis,& mœniano vno nouo,& impendia dari de domo Cyri Regis:& sacra vasa domus domini tam aurea quàm argentea,quæ extulit Nabuchodonosor,in domum domini quę est in Ierusalem,vbi erant posita: vt ponantur illic.[g] Et pręcepit curam agere Sisennem subregulum Syriæ & Phœnicis, & Satrabuzanem & sodales eius, & qui ordinati erant in Syria & Phœnice Præsides: vt abstinerent se ab eodem loco. Et ego quoque præcepi in totum ædificare, & prospexi vt adiuuent eos qui sunt ex captiuitate Iudęorum: donec consummetur templum ædis domini:& à vexatione tributorum Syriæ cœles]& Phœnicis,diligenter quantitatem dari his hominibus ad sacrificium domini Zorobabel prefecto ad tauros,& arietes,& agnos,similiter autem & frumentum & sal & vinum,& oleum instanter per singulos annos, prout sacerdotes qui sunt in Ierusalem dictauerint consumi quotidie,sine vlla dilatione,vt offerantur libationes summo deo pro Rege & pueris eius,& orent pro ipsorum vita. [h] Et denuntietur,vt quicunque transgressi fuerint aliquid ex his quæ scripta sunt,aut spreuerint,accipiatur lignum de suis propriis, & suspendantur, & bona ipsorum Regi adscribatur. Propterea & dominus, cuius nomen inuocatum est ibi, exterminet omnem Regem & gentem,qui manum suam extenderit prohibere, aut male tractare domum domini,illam quæ est Ierusalem. Ego Darius Rex decreui,quàm diligentissimè secundum hęc fieri.

f. Cūque Samaritæ Dario scribsissent accusantes Iudæos, qꝫ urbem muniant templūmque arci quā fauo similius extruāt, asseuerantes nō esse hoc in rem regis, & ostendentes Cambysis epistolam,per quam eam ædificationem impedierat & vetuerat,ratus non esse rebus suis tutam aut vtilem: postquam etiā Sisinis, & collegarum de eodē negotio literas accepit,iussit regios commentarios super hac re consuli:& inuentus est apud Ecbatana castrum mediæ liber, in quo hæc scripta continebantur:Anno primo regni sui Cyrus rex decreuit vt templū Dei cum altari Ierosolymis ædificaretur,altitudine cubitorū sexaginta, & totidem latitudine qꝫ haberet ordines ē lapidibus politis tres & ligneum vnum ē macerie quam fert ea regio & sumptus in hoc exæratio regis præberentur &c.Ioseph. Antiq. Iudaic. lib.11. cap.4.]

g. Hoc est, ordine vno ligneo. Sic enim fuit in templo Salomonis. Mœnianum autē ædificium est porrectū exterius,sic dictum à Mœnio de quo speculatur,vel à Mœnio quodam, qui primus id ædificij genus inuenit,extensa tignis vltrà columnas.

1. Cœlesyriæ.

h. Et addidit Darius: Qui hanc mutauerit iussionem, tollatur lignū de domo eius, & configatur in eo: domꝰ autē eius publicetur: Ego Darius statui decretum, quod studiosē impleri volo. Comestor.3.Iudith.

## *Domus domini extructa dedicatur, & consecratur,in eáque festum azymorum celebratur.* VII.

a. Igitur cognita ex his literis voluntate regis. Sisines & reliqui decreuerunt ea per omnia sequi. Itaque suscepta cura sacræ fabricæ adiuuabant Iudęos magistratūsque eorū & principes,& magnis omnium studiis prosciebat templi ædificatio iuxta mandata Cyri & Darij Iosephus lib.11.cap.3.Antiquit.

b Et compleuerunt illud anno septimo Darii, qui erat 46. annus regni Persarū secūdū quod dictū est in euāgelio Io.2. Quadraginta & sex annis ædificatū est templū hoc. Comest.3.cap. historiæ Iudith.

c. Constituerūntque Leuitas iuxta Moysi leges ex ordine suo ianitores per singulas portas.Aedificauerant enim Iudæi porticus quibus templum circunquaque includebatur. Instante autem azimorū festo mēse primo qui Macedonibus est Xanthicus, nobis vero Nisan, confluxit totus populus ex oppidis in vrbē celebrauerūtque id festū Casti ac puri eū coniugibus ac liberis ritu patrio,& victimā paschalē immolantes decimaquarta luna epulati sunt per cōtinuos dies septem, nullis sumptibus parcētes,holocaustomata etiā offerētes, & agentes gratias deo, qui eos tandē antiquæ patriæ & eius legibus ac ritibus restituerit, deflexo ad benignitatem ac clementiam regis Persici animo. Ioseph.lib.11.cap.4. Antiquit.Iudaic.

[a] Vnc Sisennes subregulus Cœlesyriæ,&Phœnicis,& Satrabuzanes & sodales obsecuti iis quę à DarioRege erant decreta,insistebant sacrosanctis operibus diligentissimè cooperātes cum senioribus Iudęorum principibus Syrię: & prosperata sunt sacrosancta opera prophetantibus Aggæo, & Zacharia prophetis. Et cōsummauerūt omnia per pręceptum domini dei Israel,& ex cōsilio Cyri,& Darij,& Artaxerxis Regis persarū. [b] Et cōsummata est domus nostra vsque ad tertiā & vicesimam diem mensis Adar, sexto anno Darij Regis.Et fecerunt filij Israel,& sacerdotes,& Leuitæ,& cęteri qui erant ex captiuitate qui appositi sunt,secūdum ea quę scripta sunt in libro Moysi.Et obtulerunt in dedicationem templi domini,tauros centū, arietes ducentos, agnos quadringentos, & hœdos pro peccatis vniuersi Israel duodecim,secundum numerum tribuum Israel.[c] Et steterunt sacerdotes,& Leuitæ amicti stolis per tribus super opera domini dei Israel secundum librum Moysi, & ostiarij per singulas Ianuas. Et egerunt filij Israel cum iis qui erant ex captiuitate,illud Phase quartadecima luna mensis primi,quando sanctificati sunt sacerdotes & Leuitæ. Omnes filij captiuitatis non sunt simul sanctificati, quia Leuitę omnes simul sanctificati sunt. Et immolauerunt Phase vniuersi filij captiuitatis,& fratribus suis sacerdotibus,& sibimetipsis.Et manducauerunt filij Israel, qui erant ex captiuitate, omnes qui remanserant ab omnibus exercitationibus gentium terræ, quęrentes dominum: & celebrauerunt diem festum azymorum septem diebus, [c] epulantes in conspectu domini quoniam conuertit consilium Regis Assyriorum

riorum in eos:confortare manus eorum ad opera domini dei Israel. † [d] Et post hunc regnante Artaxerxe Persarum Rege,accessit Esdras filius Azariæ,filij Helchiæ,filij Solomæ, filij Sadoch, filij Achitob, filij Ameri,filij Azahel, filij Bocci,filij Abisue, filij Phinees,filij Eleazari, filij Aaron primi sacerdotis: hic Esdras ascendit de Babylonia cùm esset Scriba & ingeniosus in lege Moysi quę data est à domino Israel, docere & facere. Et dedit ei Rex gloriam, quòd inuenisset gratiam in omni dignitate & desiderio,in conspectu eius. [e] Et ascenderunt simul cum ipso ex filiis Israel, & sacerdotibus & Leuitis,& sacris cantoribus templi,& ostiariis, & seruis templi in Ierusalem. Anno septimo regnante Artaxerxe in quinto mense(hic annus septimus est regni)exeuntes de Babylonia nouilunio quinti mensis,venerũt Ieroſolymam iuxta pręceptum illius, secundum prosperitatem itineris à domino ipsorum datam eis. [c] In his enim Esdras magnam disciplinam obtinebat ne prętermitteret quicquam eorum quę essent ex lege domini & pręceptis,& docendo vniuersum Israel omnem iustitiam & iudicium. Accedentes autem qui scribebant scripta Artaxerxis Regis, tradiderunt scriptũ quod obuenerat ab Artaxerxe Rege,ad Esdram sacerdotem,& lectorem legis domini: cuius exemplum subiectum est.

[d. Ex hoc patet quod dictum est,scilicet quòd secundum authorẽ huius libri,Darius & Artaxerxes fuerunt reges diuersi: secundum opinionem verò Hebræorum qui dicũt esse eundẽ, potest dici quòd post hunc nõ dicit personarum diuersitatem, sed eiusdem mutationis notabilẽ renouationẽ. Sicut de Saule dicitur 1.Reg.10.b. Mutaberis in virum alium. Darius autem in gratia facta populo Iudæorum tempore Esdræ sacerdotis fuit notabiliter renouatus ad bonũ Iudeorũ.& sic scribitur hic quasi alius.De Lyra.]

e.Hic Artaxerxes qui deuotissima mẽte pro suo modulo templum ac dei sacerdotes veneratur,eisque promptum defert famularum, Christianos principes sicut & prędecessor eius significat.Beda vbi supra.

*Esdras à Dario Ieroſolymam mittitur cum ſociis qui populum ad pœnitentiam commouet.* VIII.

[a] †Ex Artaxerxes Esdræ sacerdoti & lectori legis domini salutem. Humanior ego iudicans in beneficiis prępcepi eis qui desiderant ex gente Iudæorum sua sponte,& ex sacerdotibus & Leuitis qui sunt in regno meo,comitari tecum in Ierusalem.Si qui ergo cupiunt ire tecum,conueniant,& proficiscantur,sicut placuit mihi,& septem amicis meis consiliariis: vt visitent ea quæ aguntur secundum Iudęam & Ierusalem obseruantes sicut habes in lege domini, & ferant munera domino deo Israel,quæ voui ego & amici Ierusalem:& omne aurum & argentum quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ,domino in Ierusalem cum illo quod est donatum pro ipsa gente in templum domini eorum,quod est in Ierusalem: vt colligatur hoc aurum & argentum ad tauros & arietes,& agnos, & hædos, & quæ his sunt congruentia,vt offerant hostias domino super altare domini ipsorum quod est in Ierusalem.Et omnia quæcunque volueris cum fratribus tuis facere auro & argento,perfice pro voluntate tua secundum præceptum domini dei tui, & sacrosancta vasa quæ data sunt tibi ad opera domus domini dei tui quę est in Ierusalem,& cætera quæcunque tibi subuenerint ad opera templi dei tui,dabis de regali gazophylacio: cum volueris cum fratribus tuis facere auro & argento perfice secundum voluntatem domini. Et ego quidem Rex Artaxerxes præcepi custodibus thesaurorum Syrię & Phœnicis,vt quęcunque scripserit Esdras sacerdos,& lector legis domini,diligenter detur ei vsque ad argenti talenta centum,similiter & auri: & vsque ad frumenti modios centum,& vini amphoras centum,& alia quæcunque abundant sine [b] taxatione. [c] Omnia secundum legem dei fiant deo altissimo, ne forte exurgat ira in regno Regis,& filij,& filiorum eius. Vobis autem dicitur, vt omnibus sacerdotibus, & Leuitis,& sacris cantoribus,& seruis templi,& scribis templi huius, nullum tributum neque vlla alia indictio irrogetur, nec habeat quisquam potestatem obiicere eis quicquam. Tu autem Esdras secundum sapientiam dei constitue iudices, & arbitros in tota Syria, & Phœnice & omnes qui legem dei tui non nouerunt, doce: vt quotquot transgressi fuerint legem, diligenter plectantur, siue morte,siue cruciatu, siue etiam pecunię mulctatione, vel abductione.Et dixit Esdras Scriba. [b] Benedictus dominus patrum nostrorum qui dedit hanc voluntatem in cor Regis clarificare domum suam quæ est in Ierusalem,& me honorificauit in conspectu Regis & consiliariorum,& amicorum eius, & purpuratorum eius: & ego constans animo factus sum secundum opitulationem domini dei mei, & congregaui ex Israel viros, vt simul ascenderent mecum: & hi sunt præpositi secundum suas patrias, & principatus por-

a.Hunc Artaxerxem cuius 7. anno venit Esdras Ieroſolymã, credit Ioseph libr.11.cap.5. fuisse xerxem Darij filij Hystaspis filium.Alij Artaxerxem Longimanũ. Rabini vero Hebręorũ Dariũ filiũ Hystaspis: quod facilius crediderim. Neque si sub xerxe Darij filij rediisset Esdras Ieroſolymam,à completa domo ad murorum & ciuitatis inchoationẽ essent.71. anni. Et si sub Longimano essent. 77.& ab incępto templo.80. anni. Et hinc ad regressum Nehemię qui murorũ inchoationẽ incępit numerantur.14. anni inde ab incępto tẽplo ad murorum inchoationem fluxissent.94.anni.Verum vt Eliasib saluetur sacerdotium,cuius meminit Nehemias cap.3.2. qui post Iesum auum suum,& post Ioachim patrem suum sacerdotio functus est,verisimilius est Esdram quàm Nehemiã sub Longimano reuersos: non sub Dario filio Hystaspis, vel xerxe filio eius,aut Artaxerxe Mnemone:vt recentiores cũ Filone edunt. Aduersus quos Chrysost. orat.2. aduersus Iudæos, post Ioseph ait: At non fuit extructa Ierusalem sub Cyro, sed sub Artaxerxe cognomento Longimano. Post descensum enim Iudeorum à captiuitate, rursum ascendit Cãbyses Cyri filius,deinde duo magi.Post hos Darius Hystaspæ filius,deinceps xerxes Darij filius,post hunc Artabanes, post Artabanem Artaxerxes Longimanus imperauit Perfidi.Et dum hic regnum obtineret,an.20.regni illius Nehemias reuersus ciuitatem instauravit. Et hæc Esdras accuratissimè descripsit. Hæc ille.

[b.Cõsequenter ponitur ipsius Esdręgratiarum actio:&consequũter populi cũ Esdra redeuntis in Ierusalem enumeratio. De Lyra.Aduocata deinde Iudęorum concione qui apud Babylonem degebant,& perfecta epistola,ipsam quidẽ retinuit, exemplar vero eius in mediam ad omnes suę gentis homines transmisit: qui cognita regis erga deũ pietate,& erga Esdrã beneuolentia,omnes vehementer sunt lętati: Ioseph. Antiq. Iudaï.lib.11.cap.5.]

Universidad de Deusto
Biblioteca



tionales eorum, qui mecum ascenderunt de Babylonia in regno Artaxerxis.[l] †Ex filijs Phares, Gersomus. Ex filiis Siemarith, Amenus. Filiorum Dauid, Accus filius Scecilię. Ex filijs Phares, Zacharias, & cum eo reuersi sunt viri centum quinquaginta: ex filijs Ductoris Moabilionis Zaraei: & cum ipso viri ducentiquinquaginta: ex filijs Zacues, Iechonias Zechoēli, & cum ipso viri ducentiquinquaginta: ex filijs Sala, Maasias Gotholię, & cum ipso viri septuaginta: ‡ ex filijs Saphacię, Zarias Micheli, & cum ipso viri octoginta: ex filijs Iob, Abdias Ieheli, & cum ipso viri ducentiduodecim: ex filijs Banię, Salimoth filius Iosaphię, & cum ipso viri centum sexaginta: ex filijs Beer, Zacharias Bebei, & cum ipso viri ducentiocto. Ex filijs Ezead Ioannes Acechan, & cum ipso viri centumdecem. Ex filijs Adonicham ipsis postremis, & hæc sunt nomina eorum: Eliaphalam filius Gebel, & Semeias, & cum ipso viri septuaginta.[m] Et congregauit eos ad fluuium qui dicitur Thia, & metati illic fuimus triduo, & recognoui eos. Et ex filijs sacerdotum, & Leuitarum non inueni illic. Et misi ad Eleazarum, & Eccelom, & Masman, & Maloban, & Enaatha, & Samea, & Ioribum, Nathan, Enuagan, Zachariam, & Mosollamum, ipsos ductores & peritos: Et dixi eis, vt venirent ad Loddæum qui erat apud locum Gazophylacij. Et mandaui eis vt dicerent Loddæo, & fratribus eius, & illis qui erant in Gazophylacio, vt mitterent nobis eos qui sacerdotio fungerentur in domo domini dei nostri. Et adduxerunt nobis secundum manum validam domini dei nostri viros peritos ex filijs Mooli, filij Leui, filij Israel, Sebebian, & filios & fratres, qui erant decem & octo, Asbiam & Amin, [n] ex filijs filiorum Chananæi, & filij eorum, viri viginti. Et ex eis qui in templo seruiebant, quos dedit Dauid, & ipsi Principes ad operationem Leuitis templo seruientium, ducentiuiginti. Omnia nomina significata sunt in scripturis. ‡ °Et voui illic ieiunium iuuenibus in conspectu domini, vt quærerem ab eo bonum iter nobis, & qui nobiscum erant, & filijs & pecoribus propter insidias. Erubui enim petere à Rege pedites & equites in comitatu tutelę gratia, contra aduersarios nostros. Diximus enim Regi, quoniam virtus domini erit cum eis, qui inquirunt eum in omni affectu. Et iterum deprecati sumus dominum deum nostrum secundum hęc: quem & propitium habuimus, & compotes facti sumus deo nostro.[p] Et separaui ex plebis præpositis, & sacerdotibus templi viros duodecim, & Sedebian, & Asannan, & cum eis ex fratribus eorum viros decem. Et appendi eis aurum, & argentum, & vasa sacerdotalia domus dei nostri, quę donauerat Rex, & consiliarij eius & principes, & omnis Israel. Et cum appendissem, tradidi argenti talenta centumquinquaginta, & vasa argentea talentorum centum, & auri talenta centum, & vasorum aureorum septies viginti, & vasa ærea de bono æramento splendentia duodecim, auri speciem reddentia. Et dixi eis.[q] °Et vos sancti estis domino, & vasa sunt sancta, & aurum & argentum votum est domino deo patrum nostrorum. Vigilate, & custodite, donec tradatis ex plebis Præpositis, & sacerdotibus, & leuitis, & Principibus ciuitatum Israel in Ierusalem, in pastophorio domus dei nostri. Et ij qui susceperunt sacerdotes & Leuitę aurum & argentum, & vasa, intulerunt in Ierusalem, in templum domini. Et promouimus à fluuio Thia, die duodecima mensis primi: vsquequo introiuimus in Ierusalem.[r] ‡ Et cum factus fuisset tertius dies, quarta autem die ponderatum aurum, & argentum traditum est in domo domini dei nostri, Marimoth filio Iori sacerdoti, & cum ipso erat Eleazar filius Phinees, & erant cum ipsis Iosadus filius Iesu, & Medias, & Banni filius Leuitæ: ad numerum & ad pondus vniuersa. Et scriptum est pondus ipsorum eadem hora.[s] Qui autem venerunt ex captiuitate, obtulerunt sacrificium domino Israel, tauros duodecim, pro omni Israel, arietes octogintasex, agnos septuaginiduos, hircos pro peccato duodecim, & pro salute vaccas duodecim, omnia in sacrificium domini. Et relegerunt præcepta Regis regalibus dispensatoribus, & subregulis Cœlesyriæ, & Phœnicis: & honorificauerunt gentem & templum domini. Et consummatis his accesserunt ad me Præpositi, dicentes: † Non segregauerunt genus Israel & principes, & sacerdotes, & Leuitæ, & alienigenæ gentes & nationes terræ

[l. Nec certum eorum numerū explicat, quia eorum quæ de cōstitutione mundi ascendunt in libro vitę scripta sunt, sed doctoresad est, principes familiarum populi Dei quantum animarū domino acquirunt, tantum augmenta perpetuę remunerationis acquirunt. Vnde seruo decenti, Mina tua decē minas acquisiuit. Respōdetur, & tu esto super decem ciuitatet. i ex eorū vita quos docuisti, gloriosior eris in regno dei. Glos. ordina.]

[m In primo Esdr. ca. 8. dicitur Hana. Erat enim fluuius ille binominis. Nomen hoc loci nō alibi me legisse memini. Cūm verò in sequentibus scriptū sit: Et prædicaui tibi ieiunium iuxta fluuium Hana decima die mensis primi, videtur quòd Hana fluuius sit, & alter in eum decurrat, in quo confinio Esdras exercitū congregauit. Iosephus autem Euphratem ponit, vnde Thia vel Hana videtur esse aliquis riuus fluens in Euphratē. Glosa ordinaria.]

[n Proprium nomen est cuiusdam Iudęi, ita quòd est a dictiuum, & commune quo denominentur illi qui erant de tribu Chaīn filij Noe. De Lyra ibid.]

°. Sed diligentius intuendum, q ieiunium præmittitur, vt fiet oratio subsequatur. Primò nāque ait: & voui illic ieiunium, vt affligeremur coram domino, & peteremus vitam rectam nobis & filiis nostris. Beda 1. Esdræ. 8.

p. Sæpius dictum est, q argentum & aurū & vasa quæ de Babylone Ierosolymam mittebātur, animas designarent, quæ de confusione & erroribus mundi huius continerentur ad dominum. Vnde apte hæc vasa sacerdotibus commēdat Esdras, qui ea Ierosolymam perferūt. Quia per sacerdotum necesse est manus diluantur in baptismo, & consecrantur domino, quicunque ad consortium sanctæ eccle siæ pertingere desiderant. Beda 2. Esdr. 8.

[q Id est, deputati ad seruiendū domino. Et hoc etiam modo, res inanimatæ quæ applicantur diuino cultui sanctæ dicuntur. De Lyra.]

[r. Describitur quid factum sit in Ierusalem in aduentu Esdrę. Primo enim describitur oblationum regis & principum, & aliorum traditio. Secundo alienigenarum separatio, Sentētia enim primæ partis patet. 1. Esdræ. 8. De Lyra ibidem.]

[s. Magna deuotio eorum & religio ostenditur: qui duvenerant à captiuitate pertinentes ad templum, & altare domini, primo obtulerunt holocausta, non tantum pro se, sed & pro omni Israel: hoc est, & pro eis qui iamdudum reuertī fuerant, & pro illis qui adhuc extorres partiæ durabant: vt omnia omnis authoris sui misericordia protegeret. Beda vbi supra.]

terræ[t] immunditias suas: à Chananæis,& Hethæis, & Pherezæis, & Iebuzæis,& Moabitis,& Ægyptiis,& Idumæis: Coniuncti enim sunt filiabus eorum, ipsi & filij eorũ: & mixtum est semen sanctum alienigenis gentibus terræ, & participes erant Præpositi & magistratus iniquitatis eius [t] ab initio ipsius regni. Et mox vt audiui ista,cõscidi vestimenta, & sacram tunicam & lacerans capillos capitis, & barbam, sedi dolens & mœstus. [u] Et conuenerunt quotquot tunc mouebantur in verbo domini dei Israel ad me lugentem super iniquitatem istam,& sedebam tristis vsque ad vespertinum sa
F crificium.[x] Et surgens à ieiunio conscissa habens vestimenta, & sacram tunicam: ingeniculans & extendens manus ad dominum dicebam: [x] Domine confusus sum, & reueritus sum ante faciem tuam. Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra,& iniquitates nostræ exaltatę sunt vsque ad cœlum: quoniam à temporibus patrum nostrorum sumus in magno peccato vsque ad diem hunc.Et propter peccata nostra,& patrum nostrornm sumus traditi cum fratribus nostris, & cum sacerdotibus nostris, Regibus terrę in gladium & captiuitatem,& deprędationem,cum confusione,vsque in hodiernum diem. [y] Et nunc quantum est quòd contigit nobis misericordia abs te domine deus? & derelinque nobis radicem & nomen in locum sanctificationis tuæ: detegere luminare nostrum in domo domini dei nostri, dare nobis cibum in omni tempore seruitutis nostræ. Et cùm seruiremus, non fuimus derelicti à domino deo nostro: sed constituit nos in gratia,ponens nobis Reges Persarum dare cibum, & clarificare templum domini dei nostri & ædificare deserta Sion:dare nobis stabilitatem in Iudęa & Ierusalem. Et nunc quid dicimus domine habentes hæc? Transgressi enim sumus prędepta tua, quę dedisti in manus puerorum tuorum Prophetarum, dicens: quoniam terra in quam introistis possidere hęreditatem eius,terra polluta est coinquinationibus alienigenarum terræ, & immunditiæ illorum repleG uerunt eam totam immunditia sua. [z] Et nunc filias vestras non coniungetis filiis eorum,& filias eorum non accipietis filiis vestris, & non inquiretis pacem habere cum illis omni tempore,vt inualescentes manducetis optima terræ,& hæreditatem distribuatis filiis vestris vsque in æuum. [z] Et quæ contingunt nobis,omnia fiunt propter opera nostra maligna,& magna peccata nostra. Et dedisti nobis talem radicem, & rursum reuersi sumus transgredi legitima tua, vti commisceremur immunditiæ alienigenarum gentium terræ huius. Nónne irascaris nobis perdere nos, quoadusque non relinquatur radix,& nomen nostrum? Domine deus Israel verax es. [&] Derelicta est enim radix vsque in hodiernum diem. Ecce, nunc sumus in conspectu tuo in iniquitatibus nostris. Non est enim adhuc stare ante te in his. † Et cùm adorando confiteretur Esdras flens humi prostratus ante templum: congregati sunt ante eum ex Ierusalem turba magna valde, viri & mulieres & iuuenes & iuuenculæ. Fletus enim erat magnus in ipsa multitudine. Et cùm clamasset, Iechonias Iehel ex filiis Israel, dixit Esdræ: Nos in dominum peccauimus, quòd collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terræ,& nunc es super omnem Israel. In his ergo sit iusiurandum à domino expellere omnes vxores nostras,quæ ex alienigenis sunt,cum filiis earum. Sicut tibi decretum est à maioribus secundum legem domini exurgens explica,ad te enim spectat negotium,& nos tecum sumus. Viriliter fac. Et exurgens Esdras adiurauit Principes sacerdotum,& Leuitas & omnem Israel facere secundum hæc: & iurauerunt.

[t. Quia mulieres alienigenę docebant filios suos idololatrare, & ad hoc etiam inducebãt maritos suos. De Lyra ibidem.]

[u. Hoc est dictum, quòd istud malum incepit à potentioribus populi secundum quòd dicitur 1. Esdr. 9. De Lyra.]

[u. Esdras intimum cordis dolorem ostendens scidit vestimentum,euellit pilos capitis & barbæ,sedet mœrens, vt tali dehonestamento corporis, & indumento cũ mœrore vultus,velocius omnium animos ad pœnitentiam vel sui vel fraterni reatus excitet. Beda 1. Esdr. 9.

x. Vna siquidem solăque purgatio peccatorib⁹ reliqua est post peccata, videlicet vt sua cõmissa confitentur. Tu vtrò mihi confidens & iusti virtutẽ,& Iudæorum improbitatem. Nam ille quidem nullius mali sibi conscius seipsum multa cum asseritate damnat dicens: Peccata nostra multiplicata sunt super capita nostra. Chrys. Aduersus Iudæos, Orat. 2.]

[y. Verum est enim quod peccauerunt, & qui in castitate permanserant de casu fratrum dolentes. Multum verò conturbati ad preces & lamenta sui pontificis ostenduntur, cùm etiam mulieres & pueri interfuisse narrentur. Potest autem ea discretione factum intelligi, quòd prius innocẽtes & recti ad eum confluxerunt, cùm ait: Et nunc reuersi sumus. Et dedisti nobis salutem sicut est hodie, vt non reuerteremur scilicet ad priscina vitia: sed quia populus reuertens fecit contrarium, ideo hic exprimitur, cùm dicitur: Transgressi enim sumus præcepta tua. De Lyra. Ibidem.]

[z. Homines plerunque apertè, plerũque occultè luũt pro suis factis diuinitus pœnas: siue in hac vita, siue post mortem: quãuis nullus hominũ agat recte, nisi diuino adiuuetur auxilio. Aug. de ciuit. dei, lib. 20. cap. 1.

[&. Dum ita pius sacerdos lachrymatur cũ eo coniuguii ad eũ conuenerant, mixtus ex viris & mulieribus atque pueris, accessit eò quidam primatibus Israelitis nomine Achonius, confitẽs se peccasse qui alienigenas vxores duxerint: suasitque eis, vt omnes adiurarent, vt vxores cũ natis ex illis proles abiicerent: & si quis legi parere nollet, in eũ animadverterent: qui secutus viri consilium exegit super hac re iusiurandum à principibus Leuitarum, & sacerdotum ac tribuum Israeliticarũ: quo facto exiuit templum, & contulit se in domicilium Iohannis, & Eliasibi, ibique totam eam diem ieiunus præ mœrore exegit. Ioseph. Antiq. Iudai. lib. 11. cap. 5.]

*Israelitæ iubentur vxores alienigenas cum filiis repudiare & abiicere.* IX.

[a] † Et exurgens Esdras ab ante atrium templi, abiit in [a] pastophorium Ionathæ filij Nasabi, & hospitatus illic non gustauit panem,nec aquam bibit, super iniquitatem multitudinis. Et facta est prædicatio in omni Iudæa,& in Ierusalem omnibus qui erant ex captiuitate in Ierusalem congregati: vt quicunque non occurrerit biduo vel triduo diei secundum iudicium assidentium seniorum, tollerentur facultates suæ, & ipse alienus iudicaretur à multi-

a. Pastophorium dicitur sacerdotum domicilium, qui pastophori dicuntur, quasi pallium portantes, vel thalami custodes vel thalmi custam habentes, πάστος enim thalamus vel pallium, φέρω autem ferre vel custare est.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tudine captiuitatis.[b] Et cõgregati sunt omnes qui erant ex tribu Iuda, & Beniamin in tribus diebus in Ierusalem. Hic mensis est nonus: dies mensis vicesimus, & sedit omnis multitudo in area templi trementes propter hyemen præsentem, & exurgens Esdras, dixit illis: † [c] Vos iniquè feciſtis collocando vobis in matrimonium vxores alienigenas, vt adderetis ad peccata Israel. ℣ Et nunc date confessionem & magnificentiam domino deo patrum nostrorum: & perficite voluntatem ipsius, & discedite à gentibus terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et clamauit omnis multitudo, & dixerunt voce magna: Sicut dixisti, faciemus. Sed quoniam multitudo magna est, & tempus hybernum, & non possumus insubsidiati stare: & hoc opus non est nobis vnius diei: neque bidui, multum enim in his peccauimus: stent præpositi multitudinis: & omnes qui nobiscum inhabitant, & quotquot habent vxores apud se alienigenas, & assistant accepto tempore ex omni loco presbyteri, & Iudices: [d] vsquequo soluant iram domini negotij huius. Ionathas autem filius Ezeli, & Ozias Thecam susceperunt secundum hæc: & Bosoramus, & Leuis, & Sabathæus, simul cooperati sunt cum illis. Et steterunt secundum hæc omnia vniuersi qui erant ex captiuitate. ℣ Et elegit sibi viros Esdras sacerdos Principes magnos de patribus eorum secundum nomina: & consederunt nouilunio mensis decimi examinare negotium istud. [e] Et determinatum est de viris qui habebant vxores alienigenas, vsque ad Neomeniam primi mensis: & inuenti sunt ex sacerdotibus permixti qui habebant alienigenas vxores. Ex filiis Iesu filij Iosedech & fratribus eius, Maseas, & Eliezerus, & Loribus, & Ioadæus, & iniecerunt manus, vt expellerent vxores suas: [f] & ad litandum in exoratione arietem pro ignorantia sua. Et ex filiis Semmeri: Maseas, & Esses, & Ieelech, Azarias. Et ex filiis Fosere, Lisomasias, Hismaënis, & Nathanaë, Iussio, Reddus, & Talsas. Et ex Leuitis: Iorabdus, & Semeis, & Colnis, & Calitas, & Facteas, & Coluas, & Elionas. Et ex sacris cantoribus: Eliasib, Zaccarus. Et ex ostiariis: Salumus, & Tolbanes. Et ex Israel: ex filiis Foro, Osi, & Remias, & Geddias, & Melchias, & Michelus, & Eleazarus, & Iemmebias, & Bannas. ℣ Et ex filiis Iolamam, Chamas, & Zacharias, Iezrelus, & Ioddius, & Erimoth, & Helias. Et ex filiis Zathoim: Eliadas, & Liasumus, Zochias, & Larimoth, & Zabdis, & Tebedias. Et ex filiis Zebes: Ioannes, & Amanias, & Zabdias, & Emens. Et ex filiis Banni, Olamus, & Malluchus, & Ieddeus, & Iasub, & Asabus, & Ierimoth. Et ex filiis Addin: Naathus, & Mooſias, & Caleus, & Raanas, Maaseas, Mathathias, & Beseel, & Bonnus, & Manasses. Et ex filiis Nuaë: Noneas, & Aseas, & Melchias, & Sameas, & Simon, Beniamin, & Malchus, & Marras. Et ex filiis Asom: Carianæus, Matthathias, & Bannus, & Eliphalach, & Manasses, & Semei. Et ex filiis Bãni: Hieremias, & Moodias, & Abramus, & Iohel, & Baneas, & Pelias, & Ionas, & Marimoth, & Eliasib, & Mathanæus, & Eliasis, & Orizas, & Dielus, & Semedius, & Sambris, & Iosephus. ℣ Et ex filiis Nobei, Idelus, & Mathathias, & Sabadus, & Zecheda, Sedmi, & Iessei, Banneas. Omnes isti coniunxerunt sibi vxores alienigenas, & dimiserunt eas cum filiis. [g] Et inhabitauerunt sacerdotes & Leuitæ: & qui erant ex Israel in Ierusalem, & in tota vna regione, nouilunio mensis septimi. Et erant filij Israel in commorationibus suis. Et congregata est omnis multitudo simul in aream, quæ est ab oriente portæ sacræ. [h] Et dixerunt Esdræ Pontifici & lectori, vt afferret legẽ Moysi, quæ tradita est à domino deo Israel. Et attulit Esdras Pontifex legem omni multitudini eorum à viro vsque ad mulierem, & omnibus sacerdotibus, audire legem nouilunio mensis septimi. Et legebat in area, quæ est ante sacram portam templi, à prima luce vsque ad vesperam, coram viris & mulieribus. Et dederunt omnes sensum ad legem. † Et stetit Esdras sacerdos, & lector legis super ligneum tribunal, quod fabricatum erat. ℣ Et steterunt ad eum Mathathias, & Samus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias, & Balsamus, ad dexteram: & ad sinistram Faldæus, Misael, Malachias, Abusthas, Sabus, Nabadias, & Zacharias. Et assumpsit Esdras librum coram omni multitudine: præsidebat enim in gloria in cõspectu omnium. Et cũ absoluisset legẽ, omnes recti steterũt, & benedixit Esdras dominũ deũ altissimũ, deũ Sabaoth omnipotentem.

Et respon-

[b. Intentio Esdræ maximè inuitabat populum secum peccasse confitendo, & pœnitentiã suadendo abiectis vxoribus alienigenis cum filiis fuis. Glo. ordi.]

[c. Aliquanto deinde post competit quorundã iudicio & quidam è vulgo sacerdotũ & Leuitarum patrias seruauerint institutas & leges patrias, & ductis alienigenis vxoribus ordinẽ sacerdotalem confuderint, rogatúsque ab eis vt ferret auxiliũ legibus, ne dent propter paucos iratus omnes denuò communi clade feriat. Ioseph. lib. 11. cap. 5. Antiq.

[d. Vsquequo soluant & pacificent debitam transgressionis satisfactionem cùm dei præceptũ transgressi sunt, quo præcipitur Deut. 17. Nõ inibis cum eis fœdus, nec miserebitis earum, neque sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, neque filiam illius accipies filio tuo. De Lyra.]

[e. Surrexit ergo Esdras, adiurauit principes sacerdotũ & Leuitarum, & omnẽ Israel, vt facerent secundum verbum hoc, & iurauerunt. Intelligas, quia si non proiecerunt hos filij transmigrationis liberos, quos sibi mulieres alienigenæ pepererãt, illa fuerit causa, & eos abrenuntiare maternæ infidelitati docuerunt, & cõsecratos domino per circuncisionem & hostiam salutarem suæ fidei & castitatis consortes esse fecerunt. Beda. 1. Esdr. vltimo.

[f. Tempore nãque sacrificij erãbant Leuitæ pro ignorantia sua. Diu namque fuerunt in captiuitate inter gentiles vbi non erãt exercitati in lege, & sic multi simplices ignorabãt sibi illicitum esse cum mulieribus alienigenis matrimonium contrahere. Vel vt alij dicunt: Cùm filij Israel de Babylone remissent in Ierusalim, & vidissent vxores suas ex itinere ità deturpatas, contempserunt eas, & in magna parte eas abiecerũt, & vxores alienigenas contra dei præceptum. Deut. 7. acceperunt. De Lyra.]

[g. Consequẽter ponitur populi Israel ab alienigenis mulieribus separati institutio. Vnde in principio mensis septimi statuta est festiuitas tubarum: quarũ cantu populus inter orationes & hostias ardẽtius ad legis memoriam excitaretur. Glo. ordi. Nehe. 8. cap.]

h. Septimo autem mense dum scenopegiæ festum celebratur, & fermè totus populus conuenit, accedentes ad patẽtem templi partem, quæ orientalẽ portã spectat, rogauerũt Esdrã vt eis legem Moysis legeret, quod & fecit stans in medio multitudinis, à mane vsque meridiem. Ex qua lectione non solum in præsens & futurum discebant quid esset iustum, sed etiam præteritorum memoriã retractantes lachrymabantur, sic cogitantes, quòd nullas calamitates fuissent perpessi, si præscripta legis diligenter obseruassent. Iosep. lib. 11. cap. 5. Antiqui.

Universidad de Deusto



Et respondit omnis populus, Amen. [j] Et eleuatis sursum manibus, procidentes in terram adorauerunt dominum: Iesus, & Banaeus, & Sarabias, & Iadimus, & Accubus, & Sabbathæus, & Calithes, & Azarias, & Ioraddus, & Ananias, & Filias, Leuitæ: qui docebant legem domini, & in multitudine legebant legem domini, & præferebant singuli eos, qui intelligebant lectionem. [k] Et dixit Atharates Esdræ Pontifici & lectori, & Leuitis qui docebant multitudinem, dicens: [k] Dies hic sanctus est domino. Et omnes flebant cum audissent legem, & dixit Esdras: † Digressi ergo manducate pinguissima quæque, & bibite dulcissima quæque, & mittite munera iis qui non habent. Sanctus enim est hic dies domini, & nolite mœsti esse. Dominus enim clarificabit vos. Et Leuitæ denuntiabant in publico omnibus, dicentes: Dies hic sanctus est. Nolite mœsti esse. Et abierunt omnes manducare & bibere, & epulari, & dare munera iis qui non habebant, vt epularentur. Magnificè enim sunt exaltati verbis: quibus edocti sunt. Et congregati sunt vniuersi in Ierusalem celebrare lætitiam secundum testamentum domini dei Israel.

[j. Salomon quasi rex basem fecit æneam: Esdras vero quasi minoris potentiæ gradum ligneū fecit. Salomon vel Moyses altare holocausti fecerunt æneum, & filij transmigrationis lapideum. Sed nun est putandum minus sacramentum ligneum gradū quàm basem æneam habere Glo. ordina.]

[k. Ita seruiendum est domino in iocunditate. Plena erit & perfecta illa iocunditas cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Tunc erit perfecta iocunditas, tunc illa perfecta iubilatio: tūc laus sine defectu, tūc amor sine scandalo, tunc fructus sine timore, tunc vita sine morte. August. in Psalm. 99.]

# Incipit Esdræ liber quartus.

*Mittitur Esdras à deo multa ingratis Iudæis exprobraturus exhibita beneficia.* *Cap. 1.*

A Liber Esdræ prophetę secundus, filij Sarei, filij Azaræi, filij Elchiæ, filij Sadaniæ, filij Sadoch, filij Achitob, filij Achiæ, filij Phinees, filij Heli, filij Ameriæ, filij Asiei, filij Marimoth, filij Arna, filij Oziæ, filij Borith, filij Abissei, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaron, ex tribu Leui, qui fuit captiuus in regione Medorum, in regno Artaxerxis regis Persarum. Et factū est verbum domini ad me, dicens: † Vade & nuntia populo meo facinora ipsorum, & filiis eorum iniquitates, quas in me admiserunt, vt nuncient filiis filiorum: quia peccata parentum ipsorum in illis creuerunt, † Obliti enim mei, sacrificauerunt diis alienis. † Nònne ego eduxi eos de terra Ægypti, de domo seruitutis? Ipsi autem irritarunt me, & consilia mea spreuerunt. Tu autem excute comam capitis tui, & proiice omnia mala super illos: quoniam non obedierunt legi meæ. Populus autem est indisciplinatus. Vsquequo eos sustinebo, quibus tanta beneficia contuli? Reges multos propter eos subuerti. † Pharaonem cum pueris suis, & omnem exercitum eius percussi. † Omnes gentes à facie eorum perdidi, & in oriente prouinciarum duarum populos Tyri, & Sidonis dissipaui, & omnes aduersarios eorum interfeci. Tu verò loquere ad eos: dicens: Hæc dicit dominus: Nempe ego vos per mare transmeaui, & platéas vobis initio munitas exhibui: † Ducem vobis dedi Moysen, & Aaron sacerdotem: † lucem vobis per columnam ignis præstiti, & magna mirabilia feci in vobis: vos autem mei obliti estis, dicit dominus. Hæc dicit dominus omnipotens: Coturnix vobis in signo fuit, castra vobis ad tutelam dedi, & illic murmurastis: & non triumphastis in nomine meo de perditione inimicorum vestrorum, sed adhuc nunc vsque murmurastis. Vbi sunt beneficia quæ præstiti vobis? Nónne in deserto cum esuriretis, proclamastis ad me, dicentes: Vt quid nos in desertum istud adduxisti interficere nos? Melius nobis fuerat seruire Ægyptiis, quàm mori in deserto hoc. Ego dolui gemitus vestros: & dedi vobis manna in escam. Panem angelorum manducastis. † Nónne cum sitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquæ in saturitate? Propter æstus foliis arborum vos texi. Diuisi vobis terras pingues: Chananæos, & Pherezæos, & Philistæos à facie vestra proieci. Quid faciam vobis adhuc, dicit dominus? Hæc dicit dominus omnipotens: In deserto cum essetis

Hic liber apud Hebræos non habetur, sed nec in multis Latinis exēplaribus: temetsi nusquam non legentibus peccandi horrorem, & iudiciorum dei ineuitat terrorem. Veruntamen mirum est quòd hic dicatur descēdisse ab Aaron per 19. generationes, supra vero 1. Esd. 7. per 13. solum, sed & 3. Esd. 7. per 11. solum in his autē tribus genealogiis pauca inuenias eidem nomina.

Universidad de Deusto
Biblioteca



in flumine Amorræo ſitientes,& blaſphemantes nomen meum, non ignẽ vobis pro blaſphemiis dedi,† ſed mittens lignum in aquam,dulce feci flumen. Quid tibi faciam Iacob? Noluiſti obedire Iuda.† Transferã me ad alias gentes,& dabo eis nomen meũ: vt cuſtodiant legitima mea. Quoniam me dereliquiſtis,& ego vos derelinquam. Petentibus vobis à me miſericordiam,non miſerebor:† quando inuocabitis me,ego nõ exaudiam vos. Maculaſtis enim manus veſtras ſanguine,& pedes veſtri impigri ſunt ad committẽda homicidia. Non quaſi me dereliquiſtis,ſed voſipſos, dicit dominus. Hæc dicit dominus omnipotens: Nónne ego vos rogaui, vt pater filios,& vt mater filias,& vt nutrix paruulos ſuos, vt eſſetis mihi in populũ, & ego vobis in deum: & vos mihi in filios,& ego vobis in patrem?† Ita vos collegi, vt gallina pullos ſuos ſub alas ſuas. Modo autem quid faciam vobis? Proiiciam vos à facie mea. Oblationem cum mihi attuleritis,auertam faciem meam à vobis.† Dies enim feſtos veſtros, & neomenias,& circunciſiones repudiaui. Ego miſi pueros meos prophetas ad vos, quos acceptos interfeciſtis,& laniaſtis corpora eorum,quorum ſanguinem exquiram,dicit dominus. Hæc dicit dominus omnipotens:† Domus veſtra deſerta eſt. Proiiciam vos,ſicut ventus ſtipulam,& filij procreationem non facient: quoniam mandatum meum neglexerunt,& quod malum eſt coram me,fecerunt. Tradam domos veſtras populo venienti,qui me non audientes credunt,quibus ſigna non oſtendi, facient quæ præcepi. Prophetas non viderunt,& memorabuntur iniquitatum eorum. Teſtor populi venientis gratiam,cuius paruuli exultant cum lætitia: me non videntes oculis carnalibus,ſed ſpiritu credentes quæ dixi. Et nunc frater aſpice, quæ gloria: & vide populum venientem ab oriente: quibus dabo ducatum Abraham,Iſaac,& Iacob,& Oſee, & Amos,& Micheæ,& Iohel,& Abdiæ,& Ionæ,& Naum,& Abacuc,Sophonię,Aggæi,Zachariæ & Malachiæ,qui & angelus domini vocatus eſt.

*Synagoga ſub figura matris auocatur à malo ad bonum.* II.

HÆc dicit dominus:† Ego eduxi populum iſtum de ſeruitute, quibus mandata dedi per pueros meos prophetas,quos audire noluerunt, ſed irritafecerunt mea conſilia. Mater quæ eos generauit, dicit illis: Ite filij, quia ego vidua ſum & derelicta. Educaui vos cum lætitia, & amiſi vos cum luctu & triſtitia.† Quoniam peccaſtis coram domino deo veſtro, & quod malum eſt coram eo,feciſtis. Modo autem quid faciam vobis? Ego vidua ſum,& derelicta: ite filij,& petite à domino miſericordiam. Ego autem te pater teſtem inuoco ſuper matrem filiorum,qui noluerunt teſtamentum meum ſeruare, vt des eis confuſionem, & matrem eorum in direptionem, ne generatio eorum fiat. Diſpergantur in gentes nomina eorum,deleantur à terra: quoniam ſpreuerunt ſacramentum meum. Væ tibi Aſſur, qui abſcondis iniquos penes te. Gens mala,memorare quid fecerim Sodomæ & Gomorræ,quorum terra iacet in piceis glebis,& aggeribus cinerum. Sic dabo eos qui me non audierunt,dicit dominus omnipotens. Hæc dicit dominus ad Eſdram:† Nuntia populo meo,quoniam dabo eis regnum Ieruſalem, quod daturus eram Iſrael. Et ſumam mihi gloriam illorum, & dabo eis tabernacula æterna, quæ præparaueram illis.† Lignum vitæ erit illis in odore vnguenti, & non laborabunt, neque fatigabuntur: Ite,& accipietis. Rogate vobis dies paucos, vt immorentur. Iam paratum eſt vobis regnum: vigilate. Teſtare cœlum & terram. Contriui enim malum, & creaui bonum,quia viuo ego,dicit dominus, Mater amplectere filios tuos, educa illos cum lætitia. Sicut columna confirma pedes eorum: quoniam te elegi, dicit dominus. Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis,& de monumentis educam illos, quoniam cognoui nomen meum in Iſrael. Noli timere mater filiorum, quoniam te elegi, dicit dominus. Mittam tibi adiutorium pueros meos Iſaiam & Ieremiam, ad quorum cõſilium ſanctificaui,& paraui tibi arbores duodecim,grauatas variis fructibus, & totidẽ fontes fluentes lac & mel: & montes immenſos ſeptem,habentes roſam & lilium, in quibus gaudio implebo filios tuos.ª Viduã iuſtifica: pupillo iudica: egenti da, orphanum

Opera miſericordiæ.

a. Videte chariſsimi quantum ſit eleemoſynæ meritum,angelum meruit habere operarium Tobiæ inniori. Videtis quantum profecit mortuos ſepelire, vt oblatio eius per angelũ Raphaelẽ ad cœleſtem aſcenderet maieſtatem. Videtis quia eleemoſyna à morte liberat,& ipſa purgat peccata: facit purgatorium oculorum,liberat à tenebris peccatorum. Tobias via ſua deducitur,Saratot viris cõtriſtata per angelum matrimonio copulatur Auguſt.de tempor.Serm.226.

tuere

tuere,nudum vesti,confractum & debilem cura,claudum irridere noli, tutare mancum,& cæcum ad visionem claritatis meæ admitte. Senem & iuuenem intra muros tuos serua,mortuos vbi inueneris signans commenda sepulchro,& dabo tibi primam c sessionem in resurrectione mea. Pausa & quiesce populus meus, quia veniet requies tua. Nutrix bona nutri filios tuos,confirma pedes eorum. Seruos quos tibi dedi,nemo ex eis interiet. Ego enim eos requiram de numero tuo. Noli fatigari. Cum enim venerit dies pressuræ & angustiæ,alij plorabunt & tristes erunt,tu autem hilaris, & copiosa eris. Zelabunt gentes,& nil aduersus te poterunt,dicit dominus. Manus meę tegent te,ne filij tui gehennam videant. Iocundare mater cum filiis tuis, quia ego te eripiam, dicit dominus. Filios tuos dormientes memorare: quoniam ego eos educam de lateribus terræ,& misericordiam cum illis faciam,quoniam misericors sum, dicit dominus omnipotens. Amplectere natos tuos vsque dum venio,& præstem illis misericordiam: quoniam exuberant fontes mei,& gratia mea non deficiet. Ego Esdras præceptum accepi à domino in monte Oreb,vt irem ad Israel. Ad quos cum venirem, reprobauerunt me,& respuerunt mandatum domini. Ideóque vobis dico gentes, quæ auditis & intelligitis: Expectate pastorem vestrum, requiem æternitatis dabit vobis: quoniam in proximo est ille, qui in fine seculi aduenier. Parati estote ad præmia regni,quia lux perpetua lucebit vobis per æternitatem temporis. Fugite vmbram seculi huius: Accipite iocunditatem gloriæ vestræ. Ego testor palàm saluatorem meum: cõmendatum donum accipite & iocundamini,gratias agentes ei qui vos ad cœlestia re- D gna vocauit. Surgite, & state, & videte numerum signatorum in conuiuio domini. Qui se de vmbra seculi transtulerunt splendidas tunicas à domino acceperũt. Recipe Sion numerum tuum, & conclude candidatos tuos, qui legem domini compleuerunt. Filiorum tuorum quos optabas plenus est numerus. Roga imperium domini, vt sanctificetur populus tuus,qui vocatus est ab initio. Ego Esdras vidi in monte Sion turbam magnam,quam numerare non potui,& omnes canticis collaudabant dominum. Et in medio eorum erat iuuenis statura celsus eminentior omnibus illis, & singulis capitibus eorum imponebat coronas,& magis exaltabatur,Ego autem miraculo tenebar. Tunc interrogaui angelum,& dixi: Qui sunt hi domine? Qui respondens dixit mihi: Hi sunt qui mortalem tunicam deposuerunt, & immortalem sumpserũt, & confessi sunt nomen dei. Modo coronantur,& accipiunt palmas. Et dixi angelo: Ille iuuenis quis est,qui eis coronas imponit,& palmas in manus tradit? Et respondens dixit mihi: Ipse est filius dei,quem in seculo confessi sunt. Ego autẽ magnificare eos cœpi,qui fortiter pro nomine domini steterunt. Tunc dixit mihi angelus: Vade, annuntia populo meo,qualia & quanta mirabilia domini dei vidisti.

*In omnibus posteris Adæ,& maximè in infidelibus malitia dominatur.* III.

A[a] Nno triceſimo ruinæ ciuitatis eram in Babylone, & conturbatus ſum ſuper cubiculo meo recumbens. Et cogitationes meæ aſcendebant ſuper cor meum: quoniam vidi deſertionem Sion,& abundantiam eorum, qui habitabant in Babylone. Et ventilatus eſt ſpiritus meus valde. Et cœpi loqui ad altiſſimum verba timorata: & dixi: O dominator domine tu dixiſti, ab initio quando plantaſti terram, & hoc ſolus, & imperaſti populo: & dediſti Adam corpus mortuum: ſed & ipſum figmentum manuum tuarum erat, & inſufflaſti in eum ſpiritum vitæ,& factus eſt viuens coram te,& induxiſti eum in paradiſo, quem plantauerat dextera tua antequam terra aduentaret. Et huic mandaſti diligere viam tuam,& præteriuit eam,& ſtatim inſtituiſti in eum mortem,& in nationibus eius: & natæ ſunt gentes, & tribus & populi & cognationes, quarum non eſt numerus. Et ambulauit vnaquæque gens in voluntate ſua, & mira agebant coram te, & ſpernebant præcepta tua. Iterum autem in tempore induxiſti diluuium ſuper inhabitantes ſeculum,& perdidiſti eos. Et factum eſt in vnoquoque eorum, ſicut Adæ mori,

a. Ab hoc anno 30. ex-tiuitatis ad 7. annum Darij filij Hyſtaſpis cum Eſdras ſecundũ quoſdam miſſus eſt Ieroſolymam, fluxerunt 70. anni ad 7. vero annum Artaxerxis Lõgimani: cum ſecundũ alios miſſus eſt, fluxerunt 120. anni. Vnde propter annos quos iſte Eſdras ſe habebat, cum cœpiſſet prophetare, habebat plus minus 70. quare creditur alius Eſdras à priore.

Universidad de Deusto
Biblioteca



sic his diluuium.Dereliquisti autem vnum ex his Noe cum domo sua, & ex eo iusti omnes.Et factum est,cum cœpissent multiplicari,qui habitabant super terrá,& multiplicauerunt filios & populos,& gentes multas: & cœperunt iteratò impietatem facere plus quàm priores.Et factum est,cum iniquitatem facerent coram te, elegisti tibi virum ex his,cui nomen erat Abraham.Et dilexisti eum,& demonstrasti ei soli voluntatem tuam,Et dispossuisti ei testamentum æternum,& dixisti ei, vt non vnquam derelinqueres semen eius,Et dedisti ei Isaac,dedisti Iacob & Esau. Et segregasti tibi Iacob,Esau autem separasti.Et factus est Iacob in multitudine magna.Et factum est, cum educeres semen eius ex Ægypto,adduxisti super montem Sina.Et inclinasti cœlos,& statuisti terram,& commouisti orbem,& tremere fecisti abyssos, & conturbasti seculum,& trãsiit gloria tua portas quatuor ignis,& terræ motus,& spiritus,& gelu:vt dares semini Iacob legem, & generationi Israel diligentiam. Et non abstulisti ab eis cor malignum, vt faceret lex tua in eis fructum. Cor enim malignum baiulans primus Adam transgressus & victus est,sed & omnes qui de eo nati sunt. Et facta est permanens infirmitas,& lex cum corde populi, cum malignitate radicis, & discessit quod bonum est,& mansit malignum.Et transierunt tempora, & finiti sunt anni: & suscitasti tibi seruum nomine Dauid,& dixisti ei ædificare ciuitatem nominis tui,& offerre tibi in eadem thus & oblationes.Et factum est hoc annis multis,& dereliquerunt qui habitabant ciuitatem,in omnibus facientes,sicut fecit Adam, & omnes generationes eius. Vtebantur enim & ipsi corde maligno. Et tradidisti ciuitatem tuam in manibus inimicorum tuorum.Nunquid meliora faciunt, qui habitant Babylonẽ? Et propter hoc dominabitur Sion.Factum est,cum venissem huc, & vidissem impietates,quarum non est numerus:& derelinquentes multos,vidit anima mea hoc tricesimo anno,& excessit cor meum:quoniam vidi quomodo sustines eos peccantes,& pepercisti impiè agentibus,& perdidisti populum tuum,& cõseruasti inimicos tuos, & non significasti. Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hæc. Nunquid meliora facit Babylon,quàm Sion? aut alia gens cognouit te præter Israel? Aut quæ tribus crediderunt testamentis tuis, sicut Iacob? Quarum merces non comparauit, neque labor fructificauit.Pertransiens enim pertransiui in gentibus,& vidi abundantes eas,& non memorantes mandatorum tuorum.Nunc ergo pondera in statera nostras iniquitates,& eorum qui habitant in seculo:& non inuenietur nomen tuum,nisi in Israel.Aut quando non peccauerunt in conspectu tuo, qui habitant terram? aut quæ gens sic obseruauit mandata tua?Hos quidem per nomina inuenies seruasse mãdata tua,gentes autem non inuenies.

*Retruditur superbia curiosi scrutatoris,variis adductis similitudinibus. IIII.*

ET respondit ad me angelus,qui missus est ad me, cui nomen Vriel, & dixit mihi, Excedens excessit cor tuum in seculo hoc, & comprehendere cogitas viam altissimi.Et dixi:Ita domine meus.Et respondit mihi,& dixit: Tres vias missus sum ostendere tibi, & tres similitudines proponere coram te.de quibus mihi si renuntiaueris vnam ex his,&ego tibi demonstrabo viam, quam desideras videre, & docebo te vnde sit cor malignum. Et dixi: Loquere domine meus.Et dixit ad me:Vade,pondera mihi ignis pondus,aut mensura mihi flatũ venti,aut reuoca mihi diem quæ præteriit.Et respondi,& dixi: Quis natorum poterit facere,vt me interroges de his?Et dixit ad me:Si essem interrogans te,dicens:Quantæ habitationes sunt in corde maris,aut quantæ venæ sunt in principio abyssi,aut quantæ venæ sunt super firmamentum,aut qui sunt exitus paradisi: diceres mihi fortassis: in abyssum non descendi,neque in infernum adhuc,neque in cœlum vnquam ascendi.Nunc autem non interrogaui te, nisi de igne, & vento, & die per quam transisti, & à quibus separari non potes:& non respondisti mihi de eis. Et dixit mihi: Tu quæ tua sunt, tecum coadolescentia, non potes cognoscere. Et quomodo poterit vas tuum capere altissimi viã, & iam exterius corrupto seculo intelligere corruptionem

cuiden-

Universidad de Deusto
Biblioteca

euidentem in facie mea? Et dixi illi: Melius erat nos non esse, quàm adhuc viuentes viuere in impietatibus, & pati, & non intelligere de quare. Et respondit ad me,& dixit: Proficiscens profectus sum ad syluam lignorum campi, & cogitauerunt cogitationem,& dixerunt: Venite,& eamus,& faciamus ad mare bellum, vt recedat coram nobis,& faciamus nobis alias syluas. Et similiter fluctus maris,& ipsi cogitauerũt cogitationẽ, & dixerunt: Venite,ascendentes debellemus syluas campi, vt & ibi consummemus nobismetipsis aliam regionem. Et factus est cogitatus syluæ in vanum. Venit enim ignis,& consumpsit eam. Similiter & cogitatus fluctuum maris. Stetit enim arena,& prohibuit eos. Si enim esses iudex horum, quem inciperes iustificare, aut quem condemnare? Et respondi,& dixi: vtique vnam cogitationem cogitauerũt. Terra enim data est syluæ,& mari locus portare fluctus suos. Et respondit ad me, & dixit: Bene tu iudicasti. Et quare non iudicasti tibimetipsi? Quemadmodum enim terra syluæ data est,& mare fluctibus suis,sic qui super terram inhabitãt,quæ sunt super terram intelligere solũmodo possunt:& qui super cœlos, quæ super altitudinem cœlorũ. Et respondi,& dixi: Deprecor te domine, vt mihi detur sensus intelligendi. Non enim volui interrogare de superioribus tuis,sed de his, quæ pertrãseunt per nos quotidie,propter quid Israel datus in opprobrium gentibus, quem dilexisti populũ, datus est tribubus impiis,& lex patrum nostrorum in interitum deducta est,& dispositiones scriptæ nusquam sunt:& pertransiuimus de seculo,vt locustæ, & vita nostra stupor & pauor,& nec digni sumus misericordiam consequi. Sed quid faciet nomini suo quod inuocatum est super nos? Et de his interrogaui. Et respondit ad me, & dixit: Si fueris plurimum scrutatus,frequenter miraberis. Quoniam festinans festinat seculum pertransire,& non capit portare quæ in futuris temporibus iustis repromissa sunt: quoniam plenum iniustitia est seculum,hoc est,& infirmitatibus. De quibus autem interrogas,dicam: Seminatum est enim malum, & necdum venit destructio ipsius. Si ergo nõ inuersum fuerit quod seminatum est, & discesserit locus vbi seminatum est malum: non veniet vbi seminatum est bonum. Quoniam gramen seminis mali seminatum est in corde Adam ab initio:& quantum impietatis generauit vsque nunc,& generat vsque cum veniat area. Æstima autem apud te gramen mali seminis,quantum fructum impietatis generauit: quando secatæ fuerint spicæ, quarum non est numerus,quàm magnam aream incipient facere? Et respondi, & dixi: Quomodo & quando hæc? Quare modici & mali anni nostri? Et respondit ad me, & dixit mihi: Non festines tu super altissimũ: tu enim festinas inaniter esse super ipsum. Nam excessus tuus multus. Nónne de his interrogauerunt animæ iustorum in promptuariis suis,dicentes: Vsquequo spero sic, & quando veniet fructus areæ mercedis nostræ? Et respondit ad ea Ieremiel archangelus, & dixit: Quando impletus fuerit numerus seminum in vobis, quoniam in statéra ponderauit seculum, & mensura mensurauit tempora,& numero numerauit tempora,& non commouit, nec excitauit vsque dum impleatur prædicta mensura? Et respondi, & dixi: O dominator domine,sed & nos omnes pleni sumus impietate. Et ne forte propter nos non impleantur iustorum areæ: propter peccata inhabitantium super terram. Et respondit ad me, & dixit: Vade & interroga prægnantem, si quando impleuerit nouem menses suos, adhuc poterit matrix eius retinere partum in semetipsa? Et dixi: Non potest domine.
D Et dixit ad me: In inferno promptuaria animarũ matrici assimulata sunt. Quemadmodum enim illa festinat quæ parit effugere necessitatem partus: sic & hæc festinat reddere ea quæ commendata sunt. Ab initio tibi demonstrabitur de his quæ concupiscis videre. Et respondi, & dixi: Si inueni gratiam ante oculos tuos, & si possibile est,& si idoneus sum,demonstra mihi, si plus quàm præteritum sit habet venire, aut plura pertransierunt supra quàm futurum est. Quid pertransiuit,scio: quid autẽ futurum sit,ignoro. Et dixit ad me: Sta super dextram partem, & demonstrabo tibi interpretationem similitudinis. Et steti,& vidi, & ecce fornax ardens transiit coram me. Et factum est,cum transiret flamma, vidi, & ecce superauit fumus. Post hæc transiit

Universidad de Deusto
Biblioteca



coram me nubes plena aquæ,& immisit pluuiam impetu multam. Et cum transisset impetus pluuiæ,superauerunt in ea guttæ. Et dixit ad me: Cogita tibi. Sicut crescit c pluuia amplius quàm guttæ, & ignis quàm fumus: sic superabundauit quæ transiuit mensura. Superauerunt autem guttæ,& fumus. Et oraui, & dixi: Putas viuo vsque in diebus illis? Vel quid erit in diebus illis? Respondit ad me, & dixit: De signis de quibus me interrogas,ex parte possum tibi dicere: de vita autem tua non sum missus dicere tibi,sed nescio.

*Varia signa super rebus futuris ostenduntur Esdræ per dei angelum pro captiuorum consolatione & spe.* V.

DE signis autem,ecce dies venient, in quibus apprehendentur qui inhabi- o tant terram in censu multo: & abscõdetur veritatis via,& sterilis erit à fide regio: & multiplicabitur iniustitia super hanc quam ipse tu vides,& super quã audisti olim:& erit impositio vestigio quam nunc vides regnare regionem,& videbunt eam desertam. Si autẽ tibi dederit altissimus viuere, videbis post tertiam tubã,& relucescet subito sol noctu, & luna ter in die, & de ligno sanguis stillabit,& lapis dabit vocem suã, & populi cõmouebuntur: & regnabit, quem non sperant qui inhabitant super terram, & volatilia commigrationem facient: & mare Sodomiticũ pisces reiiciet,& dabit vocem noctu,quam nõ nouerant multi. Omnes autem audient vocem eius. Et chaos fiet per loca multa,& ignis frequenter remittetur,& bestiæ agrestes transmigrabunt,& mulieres menstruatæ parient monstra,& in dulcibus aquis salsæ inuenientur,& amici omnes semetipsos expugnabunt:& abscõdetur tunc sensus,& intellectus separabitur in promptuarium suũ:& quęretur à multis,& non inuenietur:& multiplicabitur iniustitia, & incontinentia super terram. Et interrogabit regio proximam suam,& dicet: Nunquid per te pertransiit iustitia iustũ faciens? Et hoc negabit. Et erit in illo tempore,& sperabunt homines,& non impetrabunt: laborabunt, & non dirigentur viæ eorũ. Hæc signa dicere tibi permissum est mihi. Et si oraueris iterum,& ploraueris, sicut & nunc, & ieiunaueris septem diebus, audies iteratò horum maiora. Et euigilaui,& corpus meum horruit valdè: & anima mea laborauit,vt deficeret: Et tenuit me qui venit angelus qui loquebatur in me,& confortauit me,& statuit me super pedes. Et factum est in nocte secunda,& venit ad me Salathiel dux populi,& dixit mihi: Vbi eras? Et quare vultus tuus tristis? An nescis,quoniam tibi creditus est Israel in regione transmigrationis eorum? Exurge ergo,& gusta panem,& non derelinquas nos sicut pastor gregem suum in manibus luporum malignorum. Et dixi ei: Vade à me,& non appropies ad me. Et audiuit, vt dixi,& recessit à me. Et ego ieiunaui diebus septem vlulans & plorans, sicut mihi mandauit Vriel angelus. Et factum est post dies septem, & iterum cogitationes cordis mei molestæ erant mihi valdè. Et resumpsit anima mea spiritum intellectus: & iterum cœpi loqui coram altissimo sermones. Et dixi: Dominator domine ex omni sylua terræ & ex omnibus arboribus eius, elegisti vineam vnicam: & ex omni terra orbis,elegisti tibi foueam vnam:& ex omnibus floribus orbis,elegisti tibi liliũ vnum: c & ex omnibus abyssis maris,replesti tibi riuum vnum: & ex omnibus ædificatis ciuitatibus,sanctificasti tibimetipsi Sion:& ex omnibus creatis volatilibus, nominasti tibi columbam vnam,& ex omnibus plasmatis pecoribus,prouidisti tibi ouem vnam, & ex omnibus multiplicatis populis,acquisiuisti tibi populum vnum: & ab omnibus probatam legem donasti huic, quem desiderasti populo. Et nunc domine, vt quid tradidisti vnum pluribus? Et præparasti super vnam radicem alias, & dispersisti vnicum tuum in multis. Et conculcauerunt eum, qui contradicebant sponsionibus tuis,quique tuis testamentis non credebant. Et si odiens odisti populũ tuum, tuis ma- p nibus debet castigari. Et factum est,cum locutus essem sermones, & missus est angelus ad me,qui antè venerat ad me præterita nocte,& dixit mihi: Audi me,& instruam te:& intende mihi,& adiiciam corã te. Et dixi: Loquere domine meus. Et dixit ad me:

Valde

Valdè tu in exceſſu mentis factus es pro Iſrael. An plus dilexiſti eum, quàm qui eum fecit? Et dixi ad eum: Non domine, ſed dolens locutus ſum. Torquent enim me renes mei per omnem horam, quærentem apprehendere ſemitam altiſſimi, & inueſtigare partem iudicij eius. Et dixit ad me: Non potes. Et dixi: quare domine? Ad quid naſcebar, aut quare non fiebat matrix matris meæ mihi ſepulchrum, vt non viderem laborem Iacob, & defatigationem generis Iſrael? Et dixit ad me: Numera mihi quæ necdum venerant, & collige mihi diſperſas guttas, & reuirida mihi aridos flores, & aperi mihi clauſa promptuaria, & produc mihi incluſos in eis flatus, demonſtra mihi vocis imaginem: & tunc oſtendam tibi laborem, quem rogas videre. Et dixi, Dominator domine, quis enim eſt, qui poteſt hæc ſcire, niſi qui cum hominibus habitationem non habet? Ego autem inſipiens, & quomodo potero dicere de his, quibus me interrogaſti? Et dixit ad me: Quomodo non potes facere vnũ de his, quæ dicta ſunt: ſic non poteris inuenire iudicium meum, aut in fine charitatem quam populo promiſi. Et dixi: Sed ecce domine, tu propè es his, qui in finem ſunt. Et quid facient qui ante me fuerunt, aut nos, aut hi qui poſt nos? Et dixit ad me: Coronæ aſſimilabo iudicium meum. Sicut non nouiſſimorum tarditas, ſic nec priorum velocitas. Et reſpõdi, & dixi: Nec poteras facere eos qui facti ſunt & qui ſunt, & qui futuri ſunt, in vnum, vt
p celerius iudicium tuum oſtendas? Et reſpondit ad me, & dixit: Non poteſt feſtinare creatura ſuper creatorem, nec ſuſtinere ſeculum eos qui in eo creandi ſunt, in vnum. Et dixi: Quomodo dixiſti ſeruo tuo, quoniam viuificãs viuificaſti à te creatam creaturam in vnum, & ſuſtinebat creatura: poterit & nunc portare præſentes in vnum. Et dixit ad me: Interroga matricem mulieris, & dices ad eam: Et ſi paris, quare per tempus? Roga ergo eam, vt det decem in vnum. Et dixi: Non vtique poterit, ſed ſecũdum tempus. Et dixit ad me: Et ego dedi matricem terræ his qui ſeminati ſunt ſuper eam per tempus. Quemadmodum enim infans non parit ea, quæ ſenum ſunt: ſic ego diſpoſui à me creatum ſeculum. Et interrogaui, & dixi: cum iam dederis mihi viam, loquar corã te: Nam mater noſtra, de qua dixiſti mihi, adhuc iuuenis eſt, iam ſenectuti appropinquat. Et reſpondit ad me, & dixit: Interroga eã quæ parit, & dicet tibi. Dices enim ei: Quare quos peperiſti nunc, non ſunt ſimiles his qui ante te, ſed minores ſtatura? Et dicet tibi & ipſa: Alij ſunt qui in iuuentute virtutis nati ſunt: & alij qui ſub tẽpore ſenectutis deficiente matrice ſunt nati. Conſidera ergo & tu, quoniam minori ſtatura eſtis præ his qui ante vos, & qui poſt vos minori quàm vos, quaſi iam ſeneſcẽtes creaturæ, & fortitudinem iuuentutis prætereuntes. Et dixi: Rogo domine, ſi inueni gratiam ante oculos tuos, demonſtra ſeruo tuo per quem viſites creaturam tuam.

*Deus omnia nouit antequam fiant, & omnia creauit propter hominem, omniúmque fines conſiderat.* VI.

A ET dixit ad me: Initio terreni orbis, & antequam ſtarent exitus ſeculi, & antequam ſpirarent conuentiones ventorum, & antequam ſonarent voces tonitruum, & antequam ſplenderent nitores coruſcationũ, & antequam confirmarentur fundamenta paradiſi, & antequam viderentur decori flores, & antequam confirmarentur motæ virtutes, & antequam colligerentur innumerabiles militiæ angelorum, & antequam extollerentur altitudines aëris, & antequam nominarentur menſuræ firmamentorum, & antequam æſtuarent carmini in Sion, & antequam inueſtigarentur præſentes anni, & antequam abalienarentur eorum, qui nunc peccant adinuentiones, & antequam cõſignati eſſent qui fidem theſaurizauerunt: tunc cogitaui & facta ſunt per me ſolum, & non per alium, & finis per me & non per alium. Et reſpondi, & dixi: Quæ erit ſeparatio tẽporum? Aut quãdo prioris finis: & ſequentis initium? Et dixit ad me: Ab Abraham vſque ad Iſaac, quando nati ſunt ab eo Iacob & Eſau, manus Iacob tenebat ab initio calcaneũ Eſau: Finis
Genes. 25. enim huius ſeculi Eſau, & principiũ ſequentis Iacob. Hominis manus inter calcaneũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca



& manum. Aliud noli quærere Esdra. Et respondi, & dixi: O dominator domine, si inueni gratiam ante oculos tuos, oro vt demonstres seruo tuo finem signorũ tuorũ, quorum partem mihi demonstrasti nocte præcedente. Et respondit, & dixit, ad me: Surge super pedes tuos, & audi vocem plenissimam sonitus. Et erit sicut commotio, nec commouebitur locus, in quo stes super eum. Ideo cum loquitur, tu non expaueas, quoniam de fine verbum & fundamentum terræ intelligitur, quoniam de ipsis sermo tremiscit & commouetur. Scit enim quoniam finem eorum oportet commutari. Et factum est, cum audissem, surrexi super pedes meos, & audiui, & ecce vox a loquens, & sonus eius sicut sonus aquarum multarum. Et dixit: Ecce dies veniunt, & erit, quando appropinquare incipiã, vt visitem habitantes in terra, & quando inquirere incipiam ab eis, qui iniustè nocuerunt iniustitia sua: & quando suppleta fuerit humilitas Sion, & cum supersignabitur seculum quod incipiet pertransire, hæc signa faciam: Libri aperientur ante faciem firmamenti, & omnes videbunt simul, & aniculi infantes loquentur vocibus suis, & prægnantes immaturos parient infantes trium & quatuor mensium, & viuent & suscitabuntur. Et subito apparebunt seminata loca non seminata, & plena promptuaria subito inuenientur vacua: & tuba canet cum sono, quam cum omnes audierint, subito expauescent. Et erit in illo tempore, debellabunt amici amicos vt inimici, & expauescet terra cum his: Et venæ fontium stabunt, & non decurrent in horis tribus. Et erit, omnis qui derelictus fuerit ex omnibus istis quibus prædixi tibi, ipse saluabitur: & videbit salutare meum, & finem seculi vestri. Et videbunt qui recepti sunt homines, qui mortem non gustauerunt à natiuitate sua, & mutabitur cor inhabitantium, & conuertetur in sensum alium. Delebitur enim malum, & extinguetur dolus. Florebit autem fides, & vincetur corruptela, & ostendetur veritas quæ sine fructu fuit diebus tantis. Et factum est cum loqueretur mihi, & ecce paulatim intuebar super eum ante quem stabam, & dixit ad me hæc: Veni tibi ostendere tempus venturæ noctis. Si ergo iterum rogaueris, & iterum ieiunaueris septem diebus, iterum tibi renunciabo horum maiora, per diem quam audiui. Audita est enim vox tua apud altissimum. Vidit enim fortis directionem tuam, & prouidit pudicitiam, quam à iuuentute tua habuisti: & propter hoc misit me demonstrare tibi hæc omnia, & dicere tibi: Confide, & noli timere, & noli festinare cum prioribus temporibus cogitare vana, vt non properes à nouissimis temporibus. Et factum est post hæc, & fleui iterum: & similiter ieiunaui septem diebus, vt suppleam tres hebdomadas quæ dictæ sunt mihi. Et factum est in octaua nocte, & cor meum turbabatur iteratò in me, & cœpi loqui coram altissimo. Inflammabatur enim spiritus meus valde, & anima mea anxiabatur, & dixi: O domine loquens locutus es ab initio creaturæ in primo die, dicens: Fiat cœlum & terra, & tuum verbum opus perfectum. Et erat tunc spiritus, & tenebræ circunferebantur, & silentium: sonus vocis hominis nondum erat abs te. Tunc dixisti de thesauris tuis proferri lumen luminosum, quo appareret opus tuum. Et die secundo creasti spiritum firmamẽti, & imperasti ei vt diuideret & diuisionem faceret inter aquas, vt pars quædam sursum recederet, pars verò deorsum maneret. Et tertia die imperasti aquis congregari in septima parte terræ, sex vero partes siccasti & conseruasti, vt ex his sint coram te ministrantia seminata à deo, & culta. Verbum enim tuum processit, & opus statim fiebat. Processit enim subito fructus multitudinis immensus, & concupiscentiæ gustus multiformes, & flores colore immutabili, & odores odoramenti inuestigabilis, & die tertio hæc facta sunt. Quarto autem die imperasti fieri solis splendorem, lunæ lumen, stellarum dispositionem: & imperasti eis vt deseruirent futuro plasmato homini. Quinto autẽ die dixisti septimæ b parti vbi erat aqua congregata, vt procrearet animalia, & volatilia, & pisces: & ita fiebat. Aqua muta & sine anima quæ dei nutu iubebantur animalia faciebat, vt ex hoc mirabilia tua nationes enarrent. Et tunc conseruasti duas animas, nomen vni vocasti Henoch, & nomen secundæ vocasti Leuiathan, & separasti ea ab alterutro. Nõ enim poterat septima pars, vbi erat aqua cõgregata, capere ea. Et dedisti Enoch vná partem

quæ

quæ siccata est tertio die, vt habitet in ea, vbi sunt montes mille. Leuiathan autem dedisti septimam partem humidam, & seruasti eam, vt fiat in deuorationem quibus vis, & quando vis. Sexto autem die imperasti terræ, vt crearet corã te iumenta, & bestias, & reptilia: & super his Adam, quem constituisti ducem super omnibus factis quæ fecisti, & ex eo educimur nos omnes, quémque elegisti populum. Hæc autem omnia dixi coram te domine, quia propter nos creasti seculum. Residuas autem gentes ab Adam natas dixisti eas nil esse, & quoniam Saliuæ assimilatæ sunt, & quasi stillicidiũ de vase similasti abundantiam eorum. Et nunc domine, ecce, istæ gentes quę in nihilum deputatæ sunt, cœperunt dominari nostri, & deuorare: nos autem populus tuus quem vocasti primogenitum, vnigenitum æmulatorem tuum, traditi sumus in manibus eorum: Et si propter nos creatum est seculum, quare non hæreditatẽ possidemus cum seculo? Vsquequo hæc?

*Absque tribulationibus non peruenitur ad immortalem vitam.* VII.

A ET factum est, cùm finissem loqui verba hæc, missus est ad me angelus, qui missus fuerat ad me primis noctibus, & dixit ad me: Surge Esdra, & audi sermones quos veni loqui ad te. Et dixi: Loquere deus meus. Et dixit ad me: Mare positum est in spatioso loco, vt esset altum & immensum: erit autem ei introitus in angusto loco positus, vt esset similis fluminibus. Quis enim volens voluerit ingredi mare, & videre eum, vel dominari eius: si non transierit angustum, in latitudinem venire quomodo poterit? Item aliud: Ciuitas est ædificata, & posita in loco campestri: est autem plena omnium bonorum: introitus eius angustus & in pręcipiti positus, vt esset à dextris quidem ignis, à sinistris aqua alta: semita autem est vna sola inter eos posita, hoc est inter ignem & aquam: vt non capiat semita, nisi solummodo vestigium hominis. Si autem dabitur ciuitas homini in hæreditatem, si nunquam ante positum periculum pertransierit, quomodo accipiet hæreditatem suam? Et dixi: Sic domine. Et dixit ad me: Sic est & Israel pars. Propter eos enim feci seculum: & quando transgressus est Adam constitutiones meas, iudicatum est quod factum est. Et facti sunt introitus huius seculi angusti, & dolentes, & laborioſi: pauci autem & mali, & periculorum pleni, & labore magnopere fulti: nam maiores seculi introitus spatiosi & securi, & facientes immortalitatis fructum. Si ergo ingredientes ingressi non fuerint qui viuunt, angusta & vana hæc, non poterunt recipere quæ sunt reposita. Nunc ergo tu quare conturbãris, cùm sis corruptibilis? & quid moueris tu cùm sis mortalis? Et quare non accepisti in corde tuo quod futurum, sed quod in præsenti? Respondi, & dixi: Dominator domine, ecce dispositisti lege tua, quoniam iusti hęreditabunt hęc: impij autem peribunt: iusti autem ferent angusta sperantes spatiosa. Qui enim impiè gesserunt, & angusta passi sunt, & spatiosa nõ videbunt. Et dixit ad me: Non est iudex super deum, neque intelligẽs super altissimum. Pereunt enim multi præsentes, quia negligitur quę anteposita est dei lex. Mandans enim mandauit deus venientibus, quando venerunt, quid facientes viuerent, & quid obseruantes non punirentur. Hi autem non sunt persuasi, & contradixerunt ei, & cõstituerunt sibi cogitamen vanitatis, & proposuerunt sibi circunuentiones delictorũ, & superdixerunt altissimo non esse, & vias eius non cognouerunt, & legem eius spreuerunt, & sponsiones eius abnegauerunt, & in legitimis eius fidem non habuerunt, & opera eius non perfecerunt. Propter hoc Esdra vacua vacuis, & plena plenis. Ecce tempus veniet: & erit, quando venient signa quę prædixi tibi. Et apparebit sponsa, & appareſcens ostendetur quæ nunc subducitur terra: & omnis qui liberatus est de prędictis malis, ipse videbit mirabilia mea. Reuelabitur enim filius meus Iesus, cum his qui cum eo sunt: & iocundabuntur qui relicti sunt in annis quadringentis. Et erit post annos hos, morietur filius meus Christus, & omnes qui spiramentum habent hominimines: & conuertetur seculum in antiquum silentium diebus septem, sicut in prioribus iudiciis, ita vt nemo derelinquatur, & erit post dies septem, & excitabitur quod

Universidad de Deusto
Biblioteca



a. Quia cõuenerit iudicij dies reddet terra defunctorum corpora, & puluis reddet eas quæ in tumulis requieſcũt reliquias mortuũ Et habitacula, ſquit, reddent animas, quæ his commendatæ ſunt,& reuelabitur altiſsimus ſuper ſedẽ iudicij. Hæ ſunt habominationes de quib⁹ dicit dñs, multas mãſiones eſſe apud patrẽ ſuum,quas ſuis pergens ad patrem diſcipulis, præparatet.Sed Eſdræ viuſ ſum ſcriptis, vt cognoſcant gentiles ea quæ in philoſophiæ libris mirãtur,tranſlata de noſtris. Ambr. de bono mortis,cap.10.

nondum vigilat ſeculum, & morietur corruptum.[a] Et terra reddet quæ in ea dormiunt,& puluis qui in eo ſilentio habitant,& promptuaria reddent quę eis commendatę ſunt animæ. Et reuelabitur altiſſimus ſuper ſedem iudicij, & pertranſibunt miſeriæ,& longanimitas congregabitur. Iudicium autem ſolum remanebit, veritas ſtabit,& fides conualeſcet.Et opus ſubſequetur,& merces oſtendetur, & iuſtitiæ vigilabunt, & iniuſtitiæ non dominabuntur. Et dixi: Primus Abraham propter Sodomitas orauit,& Moyſes pro patribus qui in deſerto peccauerunt,& qui poſt eum pro Iſrael in diebus Achaz, & Samuelis, & Dauid pro confractione, & Salomon pro eis qui venerunt in ſanctificationẽ,& Elias pro his qui pluuiam acceperunt, & pro mortuo vt viueret:& Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, & multi pro multis. Si ergo modo quando corruptibile increuit, & iniuſtitia multiplicata eſt, & orauerunt iuſti pro impiis:quare & nunc ſic non erit?Et reſpondit ad me,& dixit: Præſens ſeculum non eſt finis, gloria in eo frequens manet: propter hoc orauerunt pro inualidis. Dies enim iudicij erit finis temporis huius,& initium temporis futuræ immortalitatis in quo pertranſiuit corruptela, ſoluta eſt intemperantia, abſciſſa eſt incredulitas, creuit autem iuſtitia,orta eſt veritas.Tunc enim nemo poterit ſaluare eum qui periit, neque demergere qui vicit.Et reſpondi,& dixi:Hic eſt ſermo meus primus & nouiſſimus,quoniam melius erat non dare terram Adam, vel cùm iam dediſſet coercere eum, vt non peccaret. Quid enim prodeſt hominibus in prẽſenti viuere in triſtitia, & mortuos ſperare punitionem? O tu quid feciſti Adam? Si enim tu peccaſti, non eſt factus ſolius tuus caſus, ſed & noſter, qui ex te aduenimus. Quid enim prodeſt nobis ſi promiſſum eſt nobis immortale tempus,nos autem mortalia opera egimus? Et quoniam prędicta eſt nobis perennis ſpes: nos vero peſſimi vani facti ſumus. Et quoniam repoſita ſunt nobis habitacula ſanitatis & ſecuritatis: nos verò malè conuerſati ſumus. Et quoniam repoſita eſt gloria altiſſimi protegere eos qui tardè conuerſati ſunt:nos autem peſſimis viis ambulauimus. Et quoniam oſtenderetur paradiſus,cuius fructus incorruptus perſeuerat,in quo eſt ſecuritas & medela:nos vero non ingrediemur.In ingratis enim locis conuerſati ſumus.Et quoniam ſuper ſtellas fulgebunt facies eorum,qui abſtinentiam habuerunt:noſtrę autem facies ſuper tenebras nigræ.Non enim cogitauimus viuentes quando iniquitatem faciebamus, quod incipiemus poſt mortem pati.Et reſpondit,& dixit:Hoc eſt cogitamentum certaminis quod certabit,qui ſuper terram natus eſt homo, vt ſi victus fuerit, patiatur quod dixiſti:ſi autem vicerit,recipiet quod dico:quoniam hæc eſt vita quam Moyſes dixit cùm viueret,ad populum,dicens: Elige tibi vitam vt viuas. Non crediderunt autem ei,ſed nec poſt eum prophetis: Sed nec mihi qui locutus ſum ad eos: quoniam non eſſet triſtitia in perditionem eorum,ſicut futurum eſt gaudium ſuper eos,quibus perſuaſa eſt ſalus. Et reſpondi,& dixi: Scio domine, quoniam vocatus eſt altiſſimus miſericors in eo,quòd miſereatur his qui nondum in ſeculo aduenerunt, & quòd miſeretur illis qui conuerſionem faciunt in lege eius: & longanimis eſt, quoniam longanimitatem prẽſtat his qui peccauerunt quaſi ſuis operibus:& munificus eſt quoniam quidem donare vult pro exigentiis, & multæ miſericordiæ:quoniam multiplicat magis miſericordias his qui præſentes ſunt,& qui prẽterierunt,& qui futuri ſunt. Si enim non multiplicauerit miſericordias ſuas, non viuificabitur ſeculum cum his qui inhæreditabunt in eo. Et donat, quoniam ſi non donauerit de bonitate ſua, vt alleuientur hi qui iniquitatem fecerunt,de ſuis iniquitatibus nõ poterit decies milleſima pars viuificari hominum. Et iudex ſi non ignouerit his qui curati ſunt verbo eius, & deleuerit multitudinem contentionum: non fortaſſis derelinquerentur in innumerabili multitudine,niſi pauci valde.

*Etſi deus in hoc ſeculo miſericors propter peccatores dicatur, plures tamen damnabuntur quàm ſaluabuntur.* VIII.

Et

A ET respondit ad me, & dixit: Hoc seculum fecit altissimus propter multos, futurum autem propter paucos. Dicam autem coram te similitudinem Esdra: Quomodo autem interrogabis terram, & dicet tibi quoniam dabit terram multam magis vnde fiat fictile, paruum autem puluerē vnde aurum fit: sic & actus præsentis seculi. Multi quidem creati sunt, pauci autem saluabuntur. Et respondi, & dixi: Absorbe ergo anima sensum, & deuora quod sapit. Conuenisti enim obaudire, & prophetare voles. Nec enim tibi est datum spatium, nisi solūmodo viuere. O domine, si non permittes seruo tuo, vt oremus coram te, & des nobis semen cordi, & sensui culturam, vnde fructus fiat, vnde viuere possit omnis corruptus: qui portabit locum hominis? Solus enim es, & vna plasmatio nos sumus manuum tuarū, sicut locutus es. Et quomodo nunc in matrice plasmatum est corpus, & præstas membra, conseruatur in igne & aqua tua creatio, & nouem mensibus patitur tua plasmatio tuam creaturam quæ in ea creata est: ipsum autē quod seruat, & quod seruatur, vtraque seruabuntur: seruatáque quādoque iterum reddit matrix, quæ in ea creuerunt. Imperasti enim ex ipsis membris, hoc est mamillis præbere lac fructui mamillarum, vt nutriatur id quod plasmatum est vsque in tēpus aliquod, & postea disponas eum tuæ misericordiæ. Enutristi eum tua iustitia, & erudisti eum in lege tua, & coripuisti eum tuo intellectu: & mortificabis eum, vt tuam creaturam: & viuificabis eum, vt tuum opus. Si ergo perdideris eum qui tantis laboribus plasmatus est, tuo iussu facile est ordinari, vt & id quod fiebat seruaretur. Et nunc domine dicam: de omni homine tu magis scis: de populo autem tuo, ob quem doleo: & de hereditate tua, propter quam lugeo: & propter Israel, propter quem tristis sum: & de Iacob propter quem doleo: ideo incipiam orare coram te pro me, & pro eis: quoniam video lapsus nostros qui inhabitamus terram. Sed audiui celeritatem iudicis, qui futurus est. Ideo audi vocem meam, & intellige sermonem meum, & loquar coram te. Initium verborum Esdræ priusquam assumeretur. Et dixi: Domine qui inhabitas seculum, cuius oculi eleuati in superna & aëre: & cuius thronus inæstimabilis, & gloria incomprehensibilis: cui astat exercitus angelorum cum tremore, quorum seruatio in vento & igne conuertitur: cuius verbum verum, & dicta perseuerantia: cuius iussio fortis, & dispositio terribilis: cuius aspectus arefacit abyssos, & indignatio tabescere facit montes, & veritas testificatur. Exaudi orationem serui tui, & auribus percipe precationem figmenti tui. Dum enim viuo, loquar: & dum sapio, respōdebo. Nec respicias populi tui delicta, sed qui tibi in veritate seruiunt. Nec intendas impia gentium studia, sed qui tua testimonia cum doloribus custodierunt. Nec cogites qui in conspectu tuo falsè conuersati sunt, sed memorare qui ex voluntate tua timorem cognouerunt. Neque volueris perdere, qui pecudum mores habuerunt: sed respicias eos, qui legem tuam splendidè docuerunt. Nec indigneris eis, qui bestiis peiores iudicati sunt: sed diligas eos, qui semper in tua iustitia confidunt, & gloria. Quoniam nos & patres nostri talibus morbis languemus: tu autem propter nos peccatores misericors vocaberis. Si enim desideraueris vt nostri miserearis, tunc misericors vocaberis, nobis autem non habentibus opera iustitiæ. Iusti enim quibus sunt opera multa reposita, ex
c propriis operibus recipient mercedem. Quid est enim homo, vt ei indigneris, aut genus corruptibile, vt ita amarus sis de ipso? In veritate enim nemo de genitis est, qui non impiè gessit: & de confitentibus, qui non deliquit. In hoc enim annuntiabitur iustitia tua, & bonitas tua domine, cùm misertus fueris eis qui non habent substantiam bonorum operum. Et respondit ad me, & dixit: Rectè locutus es aliqua, & iuxta sermones tuos, sic & fiet. Quoniam non verè cogitabo super plasma eorum qui peccauerunt ante mortem, ante iudicium, ante perditionem: sed iocundabor super iustorum figmentum, & memorabor peregrinationis quoque, & saluationis, & mercedis receptionis. Quomodo ergo locutus sum, sic & est. Sicut enim agricola serit super terram semina multa, & plantationes multitudinis plantat, sed nō in tempore omnia quæ seminata sunt, saluantur: sed nec omnia quæ plantata sunt, radicabunt: sic & qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca



in ſeculo ſeminati ſunt,non omnes ſaluabuntur.Et reſpõdi,& dixi.Si inueni gratiam, loquar.Quomodo ſemen agricolæ,ſi non aſcenderit,aut nõ acceperit pluuiam tuam in tempore,aut ſi corruptum fuerit multitudine pluuiæ, ſic perit: & ſimiliter homo qui manibus tuis plaſmatus eſt,& tu ei imago nominatus,quoniã ſimulatus es ei,propter quem omnia plaſmaſti,& ſeminaſti ſemini agricolæ.Non iraſcaris ſuper nos,ſed parce populo tuo, & miſerere hæreditati tuæ. Tu autem creaturæ tuæ miſereris. Et reſpondit ad me,& dixit.Qnæ ſunt præſentia præſentibus,& quę futura futuris.Multum enim tibi reſtat,vt poſſis diligere meam creaturam ſuper me:tibi autem frequẽter & ipſi proximaui,iniuſtis autem nunquam. Sed & in hoc mirabilis es coram altiſſimo,quoniam humiliaſti te ſicut decet te: & non iudicaſti te,vt inter iuſtos plurimũ glorificeris. Propter quod miſeriæ multæ, & miſerabiles efficientur eis, qui habitant ſeculum in nouiſſimis:quia in multa ſuperbia ambulauerunt. Tu autem pro te intellige,& de ſimilibus tuis inquire gloriam. Vobis enim apertus eſt paradiſus, plantata eſt arbor vitæ,præparatum eſt futurum tempus, præparata eſt abundantia, ædificata eſt ciuitas, probata eſt requies,perfecta eſt bonitas,& perfecta ſapientia. Radix maliſignata eſt à vobis:infirmitas,& tinea à vobis abſconſa eſt:& in infernum fugit corruptio in obliuione. Tranſierunt dolores, & oſtenſus eſt in fine theſaurus immortalitatis. Noli ergo adiicere inquirendo de multitudine eorum qui pereunt. Nam & ipſi accipientes libertatem,ſpreuerunt altiſsimum, & legem eius contempſerunt,& vias eius dereliquerunt. Adhuc autem iuſtos eius conculcauerunt,& dixerũt in corde ſuo non eſſe deum: & quidem ſcientes quoniam moriuntur. Sicut enim vos ſuſcipient quæ prædicta ſunt:ſic eos ſitis,& cruciatus,quæ præparata ſunt. Non enim voluit hominem diſperdi. Sed & ipſi,qui creati ſunt,coinquinauerunt nomẽ eius qui fecit eos: & ingrati fuerũt ei qui præparauit eis vitam. Quapropter iudicium meum modo appropinquat. Quæ nõ omnibus demonſtraui,niſi tibi,& tibi ſimilibus paucis. Et reſpõdi,& dixi:Ecce nunc domine demonſtraſti mihi multitudinem ſignorum,quæ incipies facere in nouiſſimis:ſed non demonſtraſti mihi quo tempore.

*Iudicia dei ſicut & alia eius opera egregia,præcedent aliqua ſigna.* IX.

ET reſpondit ad me,& dixit: Metiens metire tempus in ſemetipſo:& erit, cum videris,quando tranſierit pars quædam ſignorũ quæ prædicta ſunt, tunc intelliges quoniam ipſum eſt tempus, in quo incipiet altiſſimus viſitare ſeculum, quod ab eo factum eſt. Et quando videbitur in ſeculo motio locorum, & populorum turbatio, tunc intelliges quoniam de his erat altiſſimus locutus à diebus,qui fuerunt ante te ab initio Sicut enim omne quod factum eſt in ſeculo,initium habet,pariter & conſummationem,& cõſummatio eſt manifeſta: ſic & altiſsimi tempora initia habent manifeſta in prodigiis,& virtutibus,& conſummationes in actu & in ſignis.Et erit,omnis qui ſaluus factus fuerit,& qui poterit effugere per opera ſua & per fidem,in qua credidiſtis,relinquetur de prædictis periculis,& videbit ſalutare meum in terra mea,& in finibus meis,quoniam ſanctificaui me à ſeculo. Et tunc miſerebuntur, qui nunc abuſi ſunt vias meas: & in tormetis commorabuntur hi qui eas proiecerunt in contemptu. Qui enim non cognouerunt me viuentes beneficia conſecuti:& qui faſtidierunt legem meam,cum adhuc erant habentes libertatem,& cum adhuc eſſet eis apertus pœnitentiæ locus, non intellexerunt, ſed ſpreuerunt:hos oportet poſt mortem in cruciamento cognoſcere. Tu ergo noli adhuc curioſus eſſe, quomodo impij cruciabuntur: ſed inquire quomodo iuſti ſaluabuntur,& quorum ſeculum, & propter quos ſeculum,& quando. Et reſpondi,& dixi: Olim locutus ſum, & nunc dico, & poſtea dicam:quoniam plures ſunt qui pereunt,quàm qui ſaluabuntur:ſicut multiplicatur fluctus ſuper guttam. Et reſpondit ad me,& dixit:Qualis ager,talia & ſemina:& quales flores,tales & tincturæ: & qualis operator,talis & creatio:& qulis agricola,talis cultura: quoniam tempus erat ſeculi. Et nunc cum eſſem parans eis qui nunc ſunt,antequam fieret ſeculum,in quo habitarent

tarent:& nemo contradixit mihi.Tunc enim quisque,& nunc creator in mundo hoc parato,& messe indificienti,& lege inuestigabili corrupti sunt mores eorũ.Et consideraui seculum,& ecce erat periculum,propter cogitationes quæ in eo aduenerunt. Et vidi,& peperci ei valde:& seruaui mihi acinum de botro,& plantationem de tribu multa.Pereat ergo multitudo,quæ sine causa nata est,& seruetur acinus meus,& plantatio mea:quia cum multo labore perfeci.Tu autem si adhuc iutromittas septem dies alios,sed non ieiunabis in eis:ibis in campum florum,vbi domus non est ædificata:& manducabis solummodo de floribus campi,& carnem non gustabis, & vinum
c non bibes, sed solummodo flores. Deprecare altissimum sine intermissione,& veniam, & loquar tecum. Et profectus sum, sicut dixit mihi, in campum, qui vocatur Ardath:& sedi ibi in floribus,& de herbis agri manducaui,& facta est esca eatum mihi in saturitatem.Et factum est post dies septem, & ego discumbebam supra fœnum,& cor meum iterum turbabatur,sicut & ante.Et apertum est os meum,& inchoaui dicere coram altissimo,& dixi:O domine,te nobis ostendens ostensus es patribus nostris in deserto,quod non calcatur,& infructuoso, quando erant exeuntes de Ægypto:& dicens dixisti:Tu Israel audi me,& semen Iacob intende sermonibus meis.Ecce enim ego semino in vobis legem meam,& faciet in vobis fructum,& glorificabimini in eo per seculum.Nam patres vestri accipientes legem non seruauerunt,& ligitima mea non custodierunt, & factus est fructus legis non parens: nec enim poterat,quoniam tuus erat.Nam quia acceperunt, perierunt,non custodientes quod in eis seminatum fuerat.Et ecce,consuetudo est,vt cum acceperit terra semen, vel nauem mare,vel vas aliquod escam vel potum:cum fuerit exterminatum id in quo seminatum est,vel in quod missum est: simul id quod seminatum, vel missum est,vel quæ susceptа sunt,exterminantur,& susceptа iam non manent apud nos. Sed
d nobis sic non factum est.Nos quidem qui legem accepimus, peccantes periuimus, & cor nostrum quod susceperit eam: nam lex non periit,sed permansit in suo labore.Et cum loquerer hæc in corde meo, respexi oculis meis,& vidi mulierem in dextera parte.Et ecce hæc lugebat,& plorabat cum voce magna,& animo dolebat valde, & vestimenta eius discissa,& cinis super caput eius . Et dimisi cogitatus, in quibus eram cogitans,& conuersus sum ad eam,& dixi ei:vt quid fles,& quid doles animo? Et dixit ad me:Dimitte me domine meus, vt defleam me, & adiiciam dolorem,quoniam valde amaro sum animo,& humiliata sum valde,& dixi ei:Quid passa es?Dic mihi. Et dixit ad me:Sterilis fui ego famula tua,& non peperi,habens maritum annis triginta.Ego enim per singulas horas,& per sigulos dies,& annos triginta hos deprecor altissimum nocte ac die.Et factum est post triginta annos exaudiuit me deus ancillam tuam & vidit humilitatem meam,& attendit tribulationi meæ,& dedit mihi filium: Et iocundata sum super eum valde ego,& vir meus,& omnes ciues mei, & honorificabamus valde fortem. Et nutriui eum cum labore multo,& factum est,cum creuisset,& veniret accipere vxorem,feci diem epuli.

*Per mulierem flentem,& rursus lætantem,figurata est Ierusalem.* X.

A ET factum est,cũ introisset filius meus in thalamo suo, cecidit & mortuus est:& euertimus omnes lumina.Et surrexerunt omnes ciues mei ad consolandum me,& quieui vsque in alium diem vsque nocte.Et factum est, cũ omnes quieuissent, vt me cõsolarentur,vt quiescerem, & surrexi nocte,& fugi,& veni sicut vides,in hoc campo:& cogito iam non reuerti in ciuitatem, sed hic consistere : & neque manducare,neque bibere,sed sine intermissione lugere, & ieiunare vsque dum moriar. Et dereliqui sermones in quibus eram, & respondi cum iracundia ad eam,& dixi:Stulta super omnes mulieres, non vides luctum nostrum,& quæ nobis contingunt?Quoniam Sion mater nostra omni tristitia contristatur,& humilitate humiliata est,& luget validissimé. Et nunc,quoniam omnes lugemus,& tristes sumus:quoniam omnes contristati sumus,tu autem contristaris in

Universidad de Deusto
Biblioteca



vno filio? Interroga enim terram, & dicet tibi, quoniam hæc est, quæ debeat lugere casum tantorum super eam germinantium. Et ex ipsa ab initio omnes nati,& alij venient:Et ecce,penè omnes in perditionem ambulant, & exterminium fit multitudo eorum. [a] Et quis ergo debet lugere magis, nisi hæc quæ tam magnam multitudinem perdidit quàm tu,quæ pro vno doles? Si autem dicis mihi: Quoniam non est planctus meus similis terræ:quoniam fructum ventris mei perdidi, quem cum mœroribus peperi,& cum doloribus genui:terra autem secundum viam terræ: abiitque in ea multitudo præsens,quomodo euênit & ego tibi dico:Sicut tu cum labore peperisti,sic & terra dat fructum suum homini ab initio ei qui fecit eam.Nunc ergo retine apud temetipsam dolorem tuum,& fortiter fer qui tibi contigerunt casus.Si enim iustificaueris terminum dei,& consilium suum recipies in tempore, & in talibus collaudaberis.Ingredere ergo in ciuitatem ad virum tuum.Et dixit ad me:Non faciam, neque ingrediar ciuitatem,sed hic moriar.Et apposui adhuc loqui ad eam, & dixi: Noli facere hunc sermonem,sed consenti persuadenti.Quot enim casus Sion? Consolare propter dolorem Ierusalem.vides enim quoniam sanctificatio nostra deserta effecta est,& altare nostrum demolitum est & templum nostrum destructum est,& psalterium nostrum humiliatum est,& hymnus conticuit,& exultatio nostra dissoluta est,& lumen candelabri nostri extinctum est, & arca testamenti nostri direpta est,& sancta nostra contaminata sunt,& nomen quod inuocatum est super nos,penè prophanatum est,& liberi nostri contumeliam passi sunt,& sacerdotes nostri succēsi sunt,& Leuitæ nostri in captiuitatem abierunt,&virgines nostrę coinquinatæ sunt, & mulieres nostræ vim passæ sunt,& iusti nostri rapti sunt,& paruuli nostri perditi sunt,& iuuenes nostri seruierunt,& fortes nostri inualidi facti sunt:& quod omnium maius signaculum Sion,quoniam resignata est de gloria sua.Nam & tradita est in manibus eorum qui nos oderunt.Tu ergo excute tuam tristitiam multam, & depone abs te multitudinem dolorum,vt tibi repropitietur fortis, & requiem faciet tibi altissimus requietionem laborum.Et factū est,cum loquebar ad eam, facies eius fulgebat subitò & species,coruscus fiebat visus eius,vt essem pauēs valde ad eam,& cogitarem quid esset hoc.Et ecce,subitò emisit sonitum vocis magnum timore plenū, vt commoueretur terra à mulieris sono.Et vidi:& ecce,amplius mulier non comparebat mihi,sed ciuitas ædificabatur,& locus demonstrabatur de fundamētis magnis: & timui,& clamaui voce magna,& dixi:Vbi est Vriel angelus,qui à principio venit ad me? Quoniam ipse me fecit venire in multitudine in excessu mentis huius. Et factus est finis meus in corruptionem,& oratio mea in improperium.Et cùm essem loquens ego hæc,ecce venit ad me,& vidit me: Et ecce,eram positus vt mortuus,& intellectus meus alienatus erat.Et tenuit dexteram meam, & confortauit me, & statuit me super pedes meos,& dixit mihi:Quid tibi est,& quare conturbatus est intellectus tuus & sensus cordis tui, & quare conturbaris? Et dixi: quoniam dereliquisti me. Et ego quidem feci secundum sermones tuos, & exiui in campum, & ecce vidi & video quod non possum enarrare.Et dixit ad me: Sta vt vir, & commouebo te. Et dixi:Loquere domine meus tu in me.Noli me derelinquere, vt non frustra moriar, quoniam vidi quæ non sciebam,& audio quæ non scio. Aut nunquid sensus meus fallitur, & anima mea supremat? Nunc ergo deprecor te,vt demonstres seruo tuo de excessu hoc. Et respondit ad me, & dixit: Audi me, & doceam te, & dicam tibi de quibus timeas: quoniam altissimus reuelauit tibi mysteria multa.Vidit rectam viam tuam,quoniam sine intermissione contristabaris pro populo tuo, & valde lugebas propter Sion. Hic ergo intellectus visionis quæ tibi apparuit ante paululum. Quam vidisti lugentem, inchoasti consolari eam:nunc autem iam speciem mulieris non vides, sed apparuit tibi ciuitas ædificari:& quoniā enarrabat tibi de casu filij sui,Hæc absolutio est.Hæc mulier quam vidisti,hæc est Sion: & quoniam dixit tibi quam & nunc conspicies, vt ciuitatem ædificatā.Et quoniā dixit tibi,quia sterilis fuit annis triginta:propter quod erant anni scilicet triginta,quando non erat in ea adhuc oblatio oblata.Et factum est,

Post

[a] Absorbeat igitur nostrū dolorem communis dolor, & acerbitatē proprij mœroris excludat.Non enim dolere debemus eos quos cernimus liberatos:neque enim otiosē tam sanctas hoc tempore animas eurporis vinculis reminiscimur absolutas. Ambros de fide resurrect.

Universidad de Deusto
Biblioteca



poſt annos triginta ædificauit Salomon ciuitatẽ, & obtulit oblationes, tunc fuit quã-
do peperit ſterilis filium. Et quod tibi dixit, quoniam nutriuit eum cum labore, hoc e-
rat habitatio in Ieruſalem. Et quoniam dixit tibi, quòd filius meus veniens in ſuo tha-
lamo mortuus eſſet, & contigiſſet ei caſus, hoc erat quę facta eſt ruina Ieruſalem. Et
ecce, vidiſti ſimilitudinem eius: & quoniam filium lugeret, inchoaſti conſolari eam:
& de his quæ cõtigerunt, hæc erant tibi aperienda. Et nunc videt altiſſimus, quoniam
ex animo contriſtatus es, & quoniam ex toto corde pateris pro ea, oſtendit tibi clari-
tatem gloriæ eius, & pulchritudinem decôris eius. Propterea enim dixi tibi, vt mane-
res in campo, vbi domus nõ eſt ædificata. Sciebam enim ego quoniam altiſſimus in-
cipiebat tibi oſtendere hæc: propterea dixi tibi vt venires in agrum vbi non eſt funda-
mentum ædificij. Nec enim poterat opus ædificij hominis ſuſtineri in loco, vbi inci-
piebatur altiſſimi ciuitas oſtendi. Tu ergo noli timere, neque expaueſcat cor tuum:
ſed ingredere, & vide ſplendorem & magnitudinem ædificij, quantum capax eſt tibi
viſus oculorum videre: & poſt hęc audies quantum capit auditus aurium tuarum au-
dire. Tu enim beatus es præ multis: & vocatus es apud altiſſimum, ſicut & pauci. No-
cte autem quæ in craſtinum futura eſt, manebis hic: & oſtendet tibi altiſſimus eas vi-
ſiones ſupremorum, quæ faciet altiſſimus his qui habitant ſuper terram à nouiſſimis
diebus. Et dormiui illam noctem & aliam, ſicut dixerat mihi.

*Apparet Eſdræ in viſione aquila terribilis, vniuerſi principatum vſurpans.* XI.

A ET vidi ſomnium, & ecce aſcendebat de mari aquila, cui erant duodecim a-
læ pennarum, & capita tria. Et vidi, & ecce expandebat alas ſuas in om-
nem terram, & omnes venti cœli inſufflabant in eam, & colligebantur. Et
vidi, & de pennis eius naſcebantur contrarię pennæ, & ipſæ fiebant in pennaculis mi-
nutis & modicis. Nam capita eius erant quieſcentia, & dimidium caput erat maius
aliorum capitum, ſed ipſa quieſcebat cum eis. Et vidi, & ecce aquila volauit in pen-
nis ſuis, & regnauit ſuper terram, & ſuper eos qui habitant in ea. Et vidi, quoniam
ſubiecta erant ei omnia ſub cœlo, & nemo illi contradicebat, neque vnus de creatu-
ra quæ eſt ſuper terram. Et vidi, & ecce ſurrexit aquila ſuper vngues ſuos, & miſit vo-
cem pennis ſuis, dicens: Nolite omnes ſimul vigilare, dormite vnuſquiſque in loco
ſuo, & per tempus vigilate. Capita autem in nouiſſimo ſeruentur. Et vidi, & ecce
vox non exibat de capitibus eius, ſed de medietate corporis eius. Et numeraui contra-
rias pennas eius, & ecce ipſæ erant octo. Et vidi, & ecce à dextera parte ſurrexit vna
B penna, & regnauit ſuper omnem terram. Et factum eſt cùm regnaret, venit ei finis, &
non apparuit locus eius: & ſequens exurrexit, & regnabat. Ipſa multum tenuit tem-
pus. Et factũ eſt cùm regnaret, & veniebat finis eius, vt non appareret ſicut prior, & ec-
ce vox emiſſa eſt illi, dicens: Audi tu quę tãto tempore tenuiſti terram. Hęc annuntio
tibi antequam incipias non apparere. Nemo poſt te tenebit tempus tuum, ſed nec di
midium eius. Et leuauit tertia, & tenuit principatum, ſicut & priores: & non apparuit
& ipſa. Et ſic contingebat omnibus aliis ſingulatim principatum gerere, & iterum
nuſquam comparere. Et vidi, & ecce in tempore ſequentes pennę erigebantur à dex-
tera parte, vt tenerent & ipſæ principatum: & ex his erant quę tenebãt, ſed tamen ſta-
tim non compareſcebant: nam & aliquæ ex eis erigebantur, ſed non tenebant princi-
patum. Et vidi poſt hæc, & ecce non comparauerunt duodecim pennæ, & duo penna-
cula: & nihil ſupererat in corpore aquilæ, niſi duo capita quieſcentia & ſex pennacu-
la. Et vidi, & ecce ſex pennaculis diuiſæ ſunt duæ, & manſerunt ſub capite quod eſt ad
dexteram partem. Nam quatuor manſerunt in loco ſuo. Et vidi, & ecce ſubalares co-
gitabant ſe erigere, & tenere principatus. Et vidi, & ecce vna erecta eſt, ſed ſtatim non
comparuit. Et ſecundæ velocius, quàm priores non comparauerunt. Et vidi, & ecce,
C duæ quæ ſeparauerunt, apud ſemetipſas cogitabant & ipſæ regnare: & in eo cum co-
gitarent, ecce, vnum quieſcentium capitum quod erat medium, euigilabat. Hoc enim
erat duorum capitum maius. Et vidi quoniam completa ſunt duo capita ſecum: & ec-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ce conuersum est caput cum his qui cum eo erant,& comedit duas subalares, quę cogitabant regnare.Hoc autem caput perconterruit omnem terram & dominabatur in ea his qui habitant terram cum labore multo,& potentatum tenuit orbis terrarum super omnes alas quę fuerunt. Et vidi post hæc, & ecce, medium caput subito non cõparuit,& hoc sicut alæ. Superauerunt autem duo capita, quæ & ipsa similiter regnauerunt super terram,& super eos qui habitant in ea. Et vidi, & ecce deuorauit caput à dextera parte illud quod à læua.Et audiui vocem dicentem mihi: Conspice contra te,& considera quod vides.Et vidi,& ecce,sicut leo concitatus de sylua rugiens:& vidi, quoniam emittebat vocem hominis ad aquilam. Et dixit, dicens: Audi tu,& loquar ad te, & dicit altissimus tibi: Nónne es tu qui superasti de quatuor animalibus, quæ feceram regnare in seculo meo,& vt per eos veniret finis temporum eorum? Et quartus veniens deuicit omnia animalia quę transierunt,& potentatu tenuit seculum cum tremore multo,& omnem orbem cum labore pessimo, & inhabitauit tot temporibus orbem terrarũ cum dolo.Et iudicasti terrã non cum veritate. Tribulasti enim mansuetos,& læsisti quiescentes,& dilexisti mendaces,& destruxisti habitationes eorum qui fructificabant:& humiliasti muros eorum, qui te non nocuerunt. Et ascendit contumelia tua ad altissimum,& superbia tua ad fortem.Et respexit altissimus superba tempora,& ecce finita sunt,& scelera eius completa sunt. Propterea non apparebis tu aquila,& alę tuę horribiles, & pennacula tua pessima, & capita tua maligna,& vngues tui pessimi, & omne corpus tuum vanum, vti refrigeretur omnis terra, & reuertatur liberata de tua vi,& speret iudicium & misericordiam eius qui fecit eam.

*Prioris visionis explicatio cum membris eius.* XII.

ET factum est, dum loqueretur leo verba hæc ad aquilam, & vidi, & ecce quod superauerat caput, & non comparuerunt quatuor alæ illæ quæ ad eum transierunt,& erectæ sunt vt regnarent, & erat regnum eorum exile, & tumultu plenum. Et vidi, & ecce ipsa non apparebant, & omne corpus aquilæ incendebatur, & expauescebat terra valde. Et ego à tumultu & excessu mentis,& à magno timore vigilaui,& dixi spiritui meo: Ecce,tu præstitisti mihi hoc,in eo quòd scrutaris vias altissimi. Ecce adhuc fatigatus sum animo, & spiritu meo invalidus sum valde, & nec modica est in me virtus à multo timore, quàm expaui nocte hac.Munc ergo orabo altissimum,vt me confortet vsque in finem. Et dixi:Dominator domine,si inueni gratiam ante oculos tuos, & si iustificatus sum ante te pręmultis,& si certè ascendit deprecatio mea ante faciem tuam,conforta me, & ostende seruo tuo mihi interpretationem & distinctionem visus horribilis huius, vt plenissimè consoleris animam meam. Dignum enim me habuisti, ostendere mihi temporum nouissima.Et dixit ad me:Hæc est interpretatio visionis huius:Aquilam quam vidisti ascendentem de mari, hoc est regnum quod visum est in visione Danieli fratri tuo. Sed non est illi interpretatum,quoniam ego nunc tibi interpretor.Ecce dies veniunt, & exurget regnum super terram, & erit timor acrior omnium regnorum quæ fuerunt ante eum.Regnabunt autem in ea reges duodecim,vnus post vnum.Nam secũdus incipiet regnare,& ipse tenebit amplius tempus præ duodecim.Hæc est interpretatio duodecim alarum quas vidisti. Et quam audisti vocem quæ locuta est, non de capitibus eius exeuntem,sed de medio corpore eius, hæc est interpretatio: Quoniam post tempus regni illius nascentur contentiones non modicæ, & periclitabitur vt cadat,& non cadet tunc,sed iterum cõstituetur in suum initium.Et quoniam vidisti subalares octo cohærentes alis eius,hæc est interpretatio: Exurgent in ipso octo reges, quorum erunt tempora leuia,& anni citati,& duo quidem ex ipsis perient.Appropinquante autem tempore medio,quatuor seruabuntur in tempore,cùm incipiet appropinquare tempus eius vt finiatur.Duę verò in finem seruabuntur. Et quoniam vidisti tria capita quiescentia, hæc est interpretatio: In nouissimis eius suscitabit altissimus tria regna, & reuocabit in ea multa, & dominabuntur terram, & qui habitant in ea,

cum

cum labore multo super omnes qui fuerunt ante hos. Propter hoc ipsi vocati sunt capita aquilæ. Isti enim erunt qui recapitulabunt impietates eius,& qui perficient nouissima eius. Et quoniam vidisti caput maius non apparens,hæc est interpretatio eius: Quoniam vnus ex eis super lectum suum morietur, & tamen cum tormentis. Nam duo qui perseuerauerint,gladius eos comedet. Vnius enim gladius comedet qui cum eo:sed tamen hic gladio in nouissimis cadet. Et quoniam vidisti duas subalares traicientes super caput quod est in dextera parte,hæc est interpretatio:Hi sunt quos conseruauit altissimus in finem suum,hoc est regnum exile,& turbationis plenum. Sicut vidisti & leonem,quem vidisti de sylua euigilantem,& rugientem, & loquentem ad aquilam,& arguentem eam,& iniustitias ipsius per omnes sermones eius, sicut audisti:hic est ventus quem seruauit altissimus in finem ad eos, & impietates ipsorum, & arguet illos,& incutiet coram ipsis discerptiones eorum. Statuet enim eos in iudicio
D viuos,& erit cum arguerit eos,tunc corripiet eos. Nam residuum populum meum liberabit cum miseria,qui saluati sunt super fines meos:& iocundabit eos quoadúsque veniet finis,dies iudicij,de quo locutus sum tibi ab initio. Hoc somnium quod vidisti,& hæ interpretationes. Tu ergo solus dignus fuisti scire altissimi secretum hoc. Scribe ergo omnia ista in libro quæ vidisti, & pone ea in loco abscondito: & docebis ea sapientes de populo tuo, quorum corda scis posse capere & seruare secreta hæc. Tu autem adhuc sustine hic alios dies septem, vt tibi ostendatur quicquid visum fuerit altissimo ostendere tibi. Et profectus est à me. Et factum est,cum audisset omnis populus quoniam pertransierunt septem dies,& ego non fuissem reuersus in ciuitatem, & congregauit se omnis à minimo vsque ad maximum: & venit ad me, & dixerunt mihi,dicentes: Quid peccauimus tibi,& quid iniustè egimus in te, quoniam derelinquens nos sedisti in loco hoc? Tu enim nobis superes solus ex omnibus populis sicut botrus de vinea, & sicut lucerna in loco obscuro, & sicut portus & nauis saluata
E à tempestate. Aut non sufficiunt nobis mala quæ contingunt? Si ergo tu nos dereliqueris,quanto nobis erat melius si essemus succensi & nos cum incendio Sion? Nec enim nos meliores sumus eorum qui ibi mortui sunt. Et plorauerunt voce magna. Et respondi ad eos, & dixi: Confide Israel,& noli tristari tu domus Iacob. Est enim memoria vestri coram altissimo,& fortis non est oblitus vestri in tentatione. Ego enim non dereliqui vos,neque excessi à vobis: sed veni in hunc locum, vt deprecarer pro desolatione Sion,vt quærerem misericordiam pro humiliate sanctificationis vestræ. Et nunc ite vnusquisque vestrum in domum suam, & ego veniam ad vos post dies istos. Et profectus est populus,sicut dixi ei,in ciuitatem: Ego autem sedi in campo septem diebus,sicut mihi mandauit,& manducabam de floribus solummodo agri, de herbis facta est esca mihi in diebus illis.

*Altera visio Esdræ ostenditur cum interpretatione eius.* XIII.

A ET factum est post dies septem: & somniaui somnium nocte. Et ecce, de mari ventus exurgebat,vt cõturbaret omnes fluctus eius. Et vidi,& ecce, conualescebat ille homo cum milibus cœli: & vbi vultum suum vertebat vt consideraret,tremebant omnia quæ sub eo videbantur: & vbicũque exibat vox de ore eius,ardescebant omnes qui audiebãt voces eius, sicut quiescit terra quando senserit ignem. Et vidi post hæc,& ecce congregabatur multitudo hominum (quorum non erat numerus) de quatuor ventis cœli,vt debellarent hominem qui ascenderat de mari. Et vidi,& ecce,sibimetipsi sculpserat montẽ magnum,& volauit super eum. Ego autem quæsiui videre regionem, vel locum vnde sculptus esset mons,& non potui. Et post hæc vidi,& ecce, omnes qui congregati sunt ad eũ,vt expugnarent eum,timebant valde: tamen audebant pugnare. Et ecce, vt vidit impetum multitudinis venientis,non leuauit manũ suam,neque frameã tenebat,neque aliquod vas bellicosum,nisi solũmodo vt vidi,quoniã emisit de ore suo sicut flatum ignis, & de labiis eius spiritus flammæ,& de lingua eius emittebat scintillas,& tempestates, &

Universidad de Deusto
Biblioteca



commixta sunt omnia simul, hic flatus ignis,& spiritus flammæ,& multitudo tempestatis:& cóncidit super multitudinem in impetu,quæ parata erat pugnare, & succendit omnes, vt subitò nihil videretur de innumerabili multitudine, nisi solummodo puluis, & fumi odor. Et vidi, & extimui. Et post hæc vidi ipsum hominem descendentem de monte, & vocantem ad se multitudinem aliam pacificam, & accedebat ad eum vultus hominum multorum quorundam gaudentium, quorundam tristantium: aliqui verò alligati, aliqui adducentes ex eis qui offerebantur. Et ægrotaui à multitudine pauoris, & expergefactus sum,& dixi: Tu ab initio demonstrati seruo tuo mirabilia hæc, & dignum me habuisti vt susciperes deprecationem meam: & nunc demonstra mihi adhuc interpretationem somnij huius. Sicut enim existimo in sensu meo, væ qui derelicti fuerunt in diebus illis. Et multo plus væ his qui non sunt derelicti. Qui enim non sunt derelicti,tristes erant. Intelligo nūc quæ sunt reposita in nouissimis diebus,& occurrent eis,sed & his qui derelicti sunt. Propter hoc venerunt enim in pericula magna,& necessitates multas, sicut ostendunt somnia hæc. Attamen facilius est periclitantem venire in hunc, quàm pertransire, sicut nubem à seculo,& nunc videre quæ contingunt in nouissimo. Et respondit ad me, & dixit: Et visionis interpretationem dicam tibi:& de quibus locutus es, adaperiam tibi. Quoniam de his dixisti qui derelicti sunt,hæc est interpretatio: Qui aufert periculum illo tempore,hic se custodiuit. Qui in periculo inciderunt, hi sunt,qui habent opera,& fidem ad fortissimum. Scito ergo quoniam magis beatificati sunt, qui derelicti, super eos qui mortui sunt. Hæ interpretationes visionis:quia vidisti virum ascendentem de corde maris,ipse est quem conseruat altissimus multis tẽporibus, qui per semetipsum liberabit creaturā suam:& ipse disponet,qui derelicti sunt. Et quoniam vidisti de ore eius exire,vt spiritum,& ignem, & tempestatem: & quoniam non tenebat frameam, neque vas bellicosum: corrupit enim impetus eius multitudinem,quæ venerat expugnare eum,hæc est interpretatio: Ecce dies veniũt,quando incipiet altissimus liberare eos qui super terram sunt:& veniet in excessu mentis super eos qui inhabitāt terram. Et alij alios cogitabunt debellare,ciuitas ciuitatẽ,& locus locum,& gens aduersus gẽtem,& regnum aduersus regnum. Et erit,cum fient hæc, & cõtingent signa quæ antè ostendi tibi,& tunc reuelabitur filius meus,quem vidisti,vt virum ascendentem. Et erit quando audierint omnes gentes vocem eius:& derelinquet vnusquisque in regione sua bellum suum, quod habent ad alterutrum: & colligetur in vnum multitudo innumerabilis, sicut volentes venire,& expugnare eum. Ipse autem stabit super cacumen montis Sion. Sion autem veniet, & ostendetur omnibus parata,& ædificata:sicut vidisti mõtem sculpi sine manibus. Ipse autem filius meus arguet, quæ adinuenerunt gentes impietates eorum has,quæ tempestati appropinquauerunt, propter mala cogitamenta eorum, & cruciamenta, quibus incipient cruciari: quæ assimilatæ sunt flammæ: & perdet eos sine labore, per legem, quæ igni assimilata est. Et quoniam vidisti eum colligentem ad se aliam multitudinem pacificam, hæ sunt decem tribus,quæ captiuæ factæ sunt de terra sua in diebus Osee Regis, quem captiuum duxit Salmanasar Sex Assyriorum:& transtulit eos trans flumen, & translati sunt in terram aliam. Ipsi autem sibi dederunt consilium hoc, vt derelinquerent multitudinem gentium,& proficiscerentur in vlteriorem regionẽ,vbi nunquam inhabitauit genus humanum:vel ibi obseruare legitima sua, quæ non fuerant seruantes in regione sua. Per introitus autem angustos fluminis Euphráten introierunt. Fecit enim eis tunc altissimus signa,& statuit venas fluminis vsquequo transirent. Per eam enim regionem erat via multa itineris,anni vnius & dimidij: nam regio illa vocatur Arsareth. Tunc inhabitauerunt ibi vsque in nouissimo tempore: & nunc iterum cum cœperint venire, iterum altissimus statuet venas fluminis, vt possint transire: propter hæc vidisti multitudinem cum pace. Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt qui inueniuntur intra terminum meum. Factum erit ergo, quando incipiet perdere multitudinem earum, quæ collectæ sunt gentes, proteget eos qui superauerunt po-

populum: & tunc ostendet eis multa plurima portenta. Et dixi ego: Dominator domine, hoc mihi ostende propter quod vidi virum ascendentem de corde maris. Et dixit mihi: Sicut non potes hæc vel scrutari, vel scire quæ sunt in profundo maris, sic nō poterit quisque super terram videre filium meum, vel eos, qui cum eo sunt, nisi in tēpore diei. Hæc est interpretatio somnij quod vidisti, & propter quod illuminatus es hic solus. Dereliquisti enim tuam, & circa meam vacasti legem, & quęsisti. Vitā enim tuam dispositisti in sapientia, & sensum tuum vocasti matrem: Et propter hoc ostendi tibi merces apud altissimum. Erit enim post alios tres dies, ad te alia loquar, & expo nam tibi grauia, & mirabilia. Et profectus sum, & transij in campum, multum glorificans, & laudans altissimum de mirabilibus, quæ per tempus faciebat: & quoniam gubernat ipsum, & quæ sunt in temporibus illata. Et sedi ibi tribus diebus.

*Apparet dominus Esdræ in rubo, & arcana quædam futura reuelat.* XIIII.

A ET factum est tertio die, & ego sedebam sub quercu. Et ecce vox exiuit cōtra me de rubo, & dixit: Esdra, Esdra. Et dixi: Ecce ego domine, & surrexi super pedes meos. Et dixit ad me: Reuelans reuelatus sum super rubum, & locutus sum Moysi, quando populus meus seruiebat in Ægypto, & misi eum, & eduxi populum meum de Ægypto, & adduxi eum super montem Sina, & detinebam eum apud me diebus multis: & enarraui ei mirabilia multa, & ostendi ei tēporum secreta, & finem: & præcepi ei, dicens: Hęc in palàm facies verba, & hæc abscondes. Et nunc tibi dico: signa quæ demonstraui, & somnia quæ vidisti, & interpretationes quas tu vidisti, in corde tuo repone ea. Tu enim recipieris ab omnibus, conuerteris residuus in consilio meo, & cum similibus tuis, vsquequo finiantur tempora. Quoniam seculum perdidit iuuentutem suam, & tempora appropinquant senescere. Duodecim enim partibus diuisum est seculum, & transierunt eius decima, & dimidium decimæ partis: supersunt autem eius post medium decimæ partis. Nunc ergo dispone domum tuam: & corripe populum tuum, & consolare humiles eorum, & renuntia iam corruptelæ, & dimitte abs te mortales cogitationes, & proiice abs te pondera humana, & exue te iam infirmam naturam: & repone in vnam partem molestissima tibi cogitamenta, & festina transmigrare à temporibus his: Quæ enim vidisti B nunc contigisse mala, iterum horum deteriora facient. Quantū enim inualidum fiet seculum à senectute, tantum multiplicabuntur inhabitantes mala. Prolongauit enim se magis veritas, & appropinquauit mendacium. Iam enim festinat venire, quam vidisti visionem. Et respondi, & dixi coram te domine: Ecce enim ego abibo, sicut præcepisti mihi, & corripiam præsentem populum. Qui autem iterum nati fuerint, quis commonebit? Positum est ergo seculum in tenebris: & qui inhabitant in eo, sine lumine. Quoniam lex tua incensa est, propter quod nemo scit quę à te facta sunt, vel quę incipient opera. Si enim inueni in te gratiam, immitte in me spiritum sanctum, & scribam omne quod factum est in seculo ab initio, quę erant in lege tua scripta, vt possint homines inuenire semitam: & qui voluerint viuere in nouissimis, viuant. Et respondit ad me, & dixit: Vadens congrega populum, & dices ad eos vt non quærant te diebus quadraginta. Tu autem præpara tibi buxos multos, & accipe tecum Saream, Dabriam, Selemiam, Echanum & Asiel, quinque hos, qui parati sunt ad scribendum velociter. Et venies huc, & ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, quæ non extinguetur, quoadusque finiantur, quæ incipies scribere. Et tunc perfectis quædam palàm facies, quędam sapientibus absconsè trades. In C crastinum enim hac hora incipies scribere. Et profectus sum, sicut mihi præcepit, & congregaui omnem populum, & dixi: Audi Israel verba hæc: Peregrinati sunt patres nostri ab initio in Ægypto, & liberati sunt inde, & acceperunt legem vitæ, quam non custodierunt, quam & vos post eos transgressi estis: & data est vobis terra in sortem, & terra Sion, & patres vestri, & vos iniquitatem fecistis, & non seruastis

Universidad de Deusto
Biblioteca



vias quas præcepit vobis altissimus: & iustus iudex cùm sit, abstulit à vobis in tempore, quod donauerat. Et nunc vos hic estis, & fratres vestri introrsum vestrum sunt. Si ergo imperaueritis sensui vestro, & erudieritis cor vestrum, viui conseruati eritis, & post mortem misericordiam consequemini. Iudicium enim post mortem veniet, quando iterum reuiuiscemus: & tunc iustorum nomina parebunt, & impiorum facta ostendentur. Ad me igitur nemo accedat nunc, neque requirat me vsque dies quadraginta. Et accepi quinque viros, sicut mandauit mihi, & profecti sumus in campum, & mansimus ibi. Et factus sum in crastinum, & ecce vox vocauit me dicens: Esdra, aperi os tuum, & bibe quo te potauero. Et aperui os meum, & ecce calix plenus porrigebatur mihi. Hoc erat plenum sicut aqua: color autem eius vt ignis similis. Et accepi, & bibi, & in eo cùm bibissem, cor meum cruciabatur intellectu, & in pectus meum increscebat sapientia. Nam spiritus meus cõseruabatur memoria. Et apertum est os meum, & non est clausum amplius. Altissimus dedit intellectum quinque viris, & scripserunt quæ dicebantur excessiones noctis quas nõ sciebant. Nocte autem manducabant panem, ego autem per diem loquebar, & per noctem non tacebam. Scripti sunt autem per quadraginta dies libri ducentiquatuor. Et factum est cùm compleuissent quadraginta dies, locutus est altissimus, dicens: Priora quæ scripsisti, in palàm pone, & legant digni & indigni: nouissimos autem septuaginta cõseruabis, vt tradas eos sapientibus de populo tuo. In his enim est vena intellectus, & sapientiæ fons, & scientiæ flumen. Et feci sic.

*Prædicuntur multæ calamitates seculo superuenturæ.* XV.

ECce loquere in aures plebis meæ sermones prophetiæ, quos immisero in os tuum, dicit dominus, & fac vt in charta scribantur, quoniam fideles & veri sunt. Ne timeas à cogitationibus aduersum te, ne turbent te incredulitates dicentium, quoniam omnis incredulus in incredulitate sua morietur. Ecce ego induco, dicit dominus, super orbẽ terrarum mala, gladium & famem, & mortem, & interitum: super quod superpolluit iniquitas omnem terrã, & adimpleta sunt opera nociua illorum. Propterea dicit dominus: Iam non silebo de impietatibus eorum quæ irreligiosè agunt, nec sustinebo in his quæ iniquè exercent. Ecce sanguis innoxius & iustus clamat ad me, & animæ iustorum clamant perseueranter. Vindicans vindicabo illos, dicit dominus, & accipiam omnem sanguinem innoxium ex illis ad me. Ecce populus meus quasi grex ad occisionem ducitur, iam non patiar illum habitare in terra Ægypti: sed educam eum in manu potenti, & brachio excelso. Et percutiam plaga sicut prius, & corrumpam omnem terram eius. Lugebit Ægyptus, & fundamenta eius plaga verberata, & castigatione, quas inducet ei deus. Lugebunt cultores operantes terram, quoniam deficient semina eorum ab vredine, & grandine, & à sydere terribili. Væ seculo, & qui habitant in eo: quia appropinquauit gladius, & contritio eorum, & exurget gens contra gentem ad pugnã, & romphæa in manibus eorum. Erit enim inconstabilitio hominibus, & alij aliis inualescentes non curabunt Regem suum & principes: viæ gestorum suorum in potentia sua. Cõcupiscet enim homo in ciuitatem ire, & non poterit. Propter superbiam enim eorum ciuitates turbabuntur, domus exterentur, homines metuẽt. Non miserebitur homo proximum suum ad irritum faciendum domos eorum in gladium, ad diripiendas substantias eorum propter famem panis, & tribulationem multam. Ecce ego conuoco, dicit deus, omnes reges terræ ad me verendum, qui sunt ab oriente, & ab austro, ab euro, & à libano, ad conuertendos in se, & reddere quæ dederunt illis. Sicut faciunt vsque hodie electis meis, sic faciam & reddã in sinu eorũ. Hęc dicit dominus deus: Non parcet dextera mea super peccatores, nec cessabit rõphęa super effundentes sanguinẽ innocuũ super terram. Exiit ignis ab ira eius, & deuorauit fundamẽta terræ, & peccatores quasi stramen incensum. Væ eis qui peccant, & nõ obseruãt mandata mea, dicit dominus. Non parcã illis. Discedite filij à potestate: nolite cõtaminare sancti-

sanctificationem meam, quoniam nouit dominus omnes qui delinquunt in illum: Propterea tradidit eos in mortem,& in occisionem.Iam enim venerunt super orbem terrarum mala,& manebitis in illis.Non enim liberabit vos deus, propter quod peccastis in eum.Ecce visio horribilis, & facies illius ab oriente. Et exient nationes draconum Arabum in curribus multis, & sicut flatus eorum numerus fertur super terram,vt iam timeant & trepident omnes qui illos audient Carmonij insaniētes in ira: & exient vt apri de sylua, & aduenient in virtute magna, & constabunt in pugnam cum illis,& vastabunt portionem terræ Assyriorum.Et post hæc superualescent dracones natiuitatis suæ memores, & conuertent se conspirantes in virtute magna ad persequendos eos. Isti turbabuntur & silebunt in virtute illorum, & conuertent pedes suos in fugam, & à territorio Assyriorum subsessor obsidebit eos, & consumet vnum ex illis,& erit timor & tremor in exercitu illorum, & contentio in reges ipsorum.Ecce nubes ab oriente, & à septentrione vsque ad meridianum, & facies earum horrida valde, plena iræ & procellæ. Et collident se inuicem, & collident sydus copiosum super terram, & sydus illorum.Et erit sanguis à gladio vsque ad ventrem, & fimus hominis vsque ad substramen cameli.Et erit timor & tremor multus super terram,& horrebunt qui videbunt iram illam,& tremor apprehendet illos. Et post hæc mouebuntur nymbi copiosi à meridiano,& septentrione,& portio alia ab occidente. Et superinualescent venti ab oriente,& recludent eam,& nubem quam suscitauit in ira,& sydus ad faciendam exterritationem ad oriētalem ventum,& occidentem violabitur:Et exaltabūtur nubes magnæ & validæ,plenæ iræ,& sydus, vt exterreant omnem terram, & inhabitantes eam, & infundent super omnem locum altum & eminentem sydus terribile,ignem & grandinem, & romphæas volantes, & aquas multas, vt etiam impleantur omnes campi, & omnes riui plenitudine aquarum multarum.Et demolientur ciuitates,& muros,& montes,& colles,& ligna syluarum,& fœnum pratorum & frumenta eorum. Et transibunt constantes vsque Babylonem, & exterent eam,conueniēt ad ipsam, & circuibunt eam, & effundent sydus & omnem iram super eam.Et subibit puluis & fumus vsque in cœlum, & omnes in circuitu lugebunt eam:& qui sub ea remanserint,seruient his qui exterruerunt. Et tu Asia concors in spem Babylonis, & gloria personæ eius:væ tibi misera,propter quod assimilasti ei,& ornasti filias tuas in fornicatione ad placendum, & gloriandum in amatoribus tuis,qui tecum cupierunt semper fornicari. Odibilem imitata es in omnibus operibus eius,& in adinuentionibus eius,propterea dicit deus:Immittam tibi mala,viduitatem,paupertatem,& famem,& gladium,& pestem,ad deuastandas domos tuas à violatione,& morte,& gloria virtutis tuæ.Sicut flos siccabitur, cum exurget ardor qui emissus est super te,infirmaberis vt paupercula plagata, & castigata à mulieribus, vt non possint te suscipere potentes & amatores.Nunquid ego sic zelabo te dicit dominus,nisi occidisses electos meos in omni tempore, exaltans percussionē manuum, & dicens super mortem eorum,cum inebriata esses,Exorna speciem vultus tui? Merces fornicationis tuæ in sinu tuo,propter hoc redditionem accipies.Sicut facis electis meis,dicit dominus, sic faciet tibi deus, & tradet te in malum. Et nati tui fame interient,& tu romphæa cades,& ciuitates tuæ conterentur, & omnes tui in campo gladio cadent.Et qui sunt in montibus, fame peribunt: & manducabunt carnes suas, & sanguinem bibent à fame panis & siti aquæ.Infœlix per maria venies,& rursum accipies mala.Et in transitu allident ciuitatem occisam, & exterent aliquam portionem terræ tuæ,& partem gloriæ tuæ exterminabunt, rursum reuertentes conuersam. Et demolita eris illis pro stipula,& ipsi erunt tibi ignis:& deuorabunt te,& ciuitates tuas, terram tuam,& montes tuos,omnes syluas tuas, & lignum fructiferum igni comburent.Filios tuos captiuos ducent, & censum tuum in prædam habebunt, & gloriam faciei tuæ exterminabunt.

*Horrenda vniuerso orbi desolatio in fine futura.* XVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca



VÆ tibi Babylon & Asia,væ tibi Ægypte & Syria.Præcingite vos saccis & ciliciis,&plangite filios vestros,& dolete:quoniam appropinquauit contritio vestra.Immissus est vobis gladius,& quis est qui auertat illum?Immissus est in vobis ignis,& quis est qui extinguat illum? Immissa sunt vobis mala,& quis est qui repellat ea?Nunquid repellet aliquis leonem esurientem in sylua,aut extinguet ignem in stipula mox quando cœperit ardere? Nunquid repellet aliquis sagittam à sagittario forti missam?Dominus fortis immittit mala, & quis est qui repellat ea ? Exiit ignis ex iracundia eius, & quis est qui extinguat eum?Coruscabit,& quis non timebit?Tonabit,& quis non pauebit ? Dominus comminabitur,& quis non funditus conteretur à facie ipsius? Terra tremuit & fundamẽta eius:mare fluctuat de profundo, & fluctus eius disturbabuntur, & pisces eius à facie domini,& à gloria virtutis eius:quoniam fortis dextera eius quæ arcum tendit, sagittæ eius acutæ quæ ab ipso mittuntur,non deficient cum cœperint mitti in fines terræ.Ecce mittuntur mala,& non reuertentur,donec veniant super terram. Ignis succenditur,& non extinguetur,donec consumat fundamenta terræ. Quemadmodum non redit sagitta missa à valido sagittario : sic non reuertentur mala, quæ missa fuerint in terram. Væ mihi,væ mihi: Quis me liberabit in illis diebus ? Initium dolorum & multi gemitus,initium famis & multi interitus, initium bellorum & formidabunt potestates,initium malorum & trepidabunt omnes.In his quid faciam cum venerint mala?Ecce fames & plaga,& tribulatio,& angustia missa sunt flagella in emendatione,& in his omnibus se non conuertent ab iniquitatibus suis, neque flagellorum memores erunt semper.Ecce,erit annonæ vilitas super terram,sic vt putent sibi esse directam pacem,& tunc germinabunt mala super terram, gladius,fames, & magna confusio.A fame enim plurimi qui inhabitant terram interient, & gladius perdet cæteros,qui superauerint à fame,& mortui sicut stercora proiicientur,& non erit qui consoletur eos.Derelinquetur enim terra deserta,& ciuitates eius deiicientur. Non derelinquetur qui colat terram,& qui seminet eam.Ligna dabunt fructus, & quis vindemiabit illa? Vua matura fiet, & quis calcabit illam ? Erit enim locis magna desertio. Cupiet enim homo hominem videre,vel vocem eius audire. Relinquentur enim de ciuitate decem,& duo de agro qui abscondẽrint se in densis nemoribus, & scissuris petrarum : quemadmodum cum derelinquuntur in oliueto, & singulis arboribus tres aut quatuor oliuæ:aut sicut in vinea vindemiata racemi relinquuntur ab his qui diligenter vineam scrutantur: sic relinquentur in diebus illis tres aut quatuor scrutantibus domos eorum in romphæa.Et relinquetur terra deserta, & agri eius inuestrabunt, & viæ eius & omnes semitæ eius germinabunt spinas, eò quòd non transient homines per eam. Lugebunt virgines non habentes sponsos, lugebunt mulieres non habentes viros, lugebunt filiæ earum non habentes adiutorium. Sponsi earum in bello consumentur, & viri earum in fame exterentur. Audite verò ista, & cognoscite ea serui domini. Ecce verbum domini, excipite illud: ne diis credatis, de quibus dicit dominus:Ecce appropinquant mala, & non tardant. Quemadmodum prægnans cum parit in nono mense filium suum, appropinquante hora partus eius ante horas duas vel tres, dolores circumeunt ventrem eius, & prodeunte infante de ventre non tardabunt vno punctò: sic non morabuntur mala ad prodeundum super terram,& seculum gemet, & dolores circuntenebunt illud. Audite verbum,plebs mea:parate vos in pugnam, & in malis sic estote, quasi aduenæ terræ.Qui vendit,quasi qui fugiat:& qui emit,quasi qui perditurus: qui mercatur,quasi qui fructum non capiat:& qui ædificat,quasi non habitaturus. Qui seminat, quasi qui non metet:sic & qui vineã putat,quasi qui non vindemiaturus.Qui nubũt, sic quasi filios non facturi:& qui non nubunt,sic quasi vidui:propter quod qui laborant, sine causa laborant.Fructus enim illorum alienigenæ metent, & substantiam illorum rapient, & domos euertent, & filios eorum captiuabunt,quia in captiuitate & fame generant natos suos.Et qui negotiantur in rapina, quantum diu exornant ciuitates & domos

suas,

suas,& possessiones & personas suas,tanto magis adzelabor eos super peccata sua,dicit dominus. Quomodo zelatur fornicaria mulierem idoneam & bonam valde, sic zelabitur iustitia iniquitatẽ,cum exornat se,& accusat eam in facie, cum venerit qui defendat exquirentem omne peccatum super terram. Propterea nolite similari ei, nec operibus eius:quoniam adhuc pusillum,& tolletur iniquitas à terra,& iustitia regnabit in vos.Non dicat peccator se nõ peccasse: quoniam carbones ignis comburet super caput eius,qui dicit:non peccaui coram deo,& gloria ipsius. Ecce dominus cognoscet omnia opera hominum,& adinuentiones illorum, & cogitationes illorum, & corda illorum.Dixit enim:fiat terra,& facta est:fiat cœlum,& factum est.Et in verD bo illius stellæ fundatæ sunt,& nouit numerum stellarum. Qui scrutatur abyssum,& thesauros illarum:qui mensus est mare,& conceptũ eius. Qui concluſit mare in medio aquarum,& suspendit terram super aquas verbo suo. Qui extendit cœlum quasi cameram,super aquas fundauit eum.Qui posuit in deserto fontes aquarum,& super verticem montium lacus ad emittendum flumina ab eminenti petra, vt potaret terram.Qui finxit hominem,& posuit cor suum in medio corporis,& misit ei spiritum, vitam & intellectum,& spiramen dei omnipotentis qui fecit omnia,& scrutinat omnia absconsa in absconsis terræ. Hic nouit adinuentionem vestram, & quæ cogitatis in cordibus vestris,peccantes,& volentes occultare peccata vestra. Propter quod dominus scrutinando scrutinauit omnia opera vestra,& traducet vos omnes,& vos consusi eritis cum processerint peccata vestra coram hominibus,& iniquitates erunt quæ E accusatores stabunt in die illo. Quid facietis? aut quomodo abscondetis peccata vestra coram deo,& angelis eius? Ecce iudex deus, timete eum. Desinite à peccatis vestris,& obliuiscamini iniquitates vestras iam agere eas in sempiterno,& deus educet vos,& liberabit de omni tribulatione. Ecce enim incenditur ardor super vos turbæ copiosæ,& rapient quosdam ex vobis,& cibabunt idôlis occisos, & qui consenserint eis, erunt illis in derisum, & in improperium, & in conculcationem. Erit enim locis locus, & in vicinas ciuitates exurrectio multa super timentes dominum. Erunt quasi insani,nemini parcentes:ad diripiendum & deuastandum adhuc timẽtes dominum, quia deuastabunt & diripient substantias,& de domibus suis eos eiicient. Tunc parebit probatio electorum meorum, vt aurum quod probatur ab igne. Audite dilecti mei,dicit dominus:Ecce assunt dies tribulationis,& de his liberabo vos. Ne timeatis, nec hæsitetis:quoniam deus dux vester est. Et qui seruat mandata & præcepta mea, dicit dominus deus,ne præponderent vos peccata vestra,ne supereleuent se iniquitaF tes vestræ.Væ qui constringuntur à peccatis suis,& obteguntur ab iniquitatibus suis, quemadmodum ager constringitur à sylua, & spinis tegitur semita eius per quam non transit homo,& excluditur,& mittitur ad deuorationem ignis.

## PROLOGVS BEATI HIERONYMI presbyteri in librum Tobiæ.

*CHromatio & Heliodoro Episcopis,Hieronymus presbyter in domino salutem. Mirari non desino exactionis vestræ instantiam. Exigitis enim vt librum Chaldæo sermone conscriptum,ad Latinum stylum traham, librum vtique Tobiæ, quem Hebræi de Catalogo diuinarum scripturarum secantes,iis quæ hagiographa memorant,manciparunt. Feci satis desiderio vestro,non tamen meo studio. Arguunt enim nos Hebræorum studia: & imputG tant nobis,contra suum canonem,Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans Pharisæorum displicere iudicio,& Episcoporum iussionibus deseruire,institi vt potui. Et quia vicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico, vtriusque linguæ peritissimum loquacem reperiens, vnius dici laborem arripui:& quicquid ille mihi Hebraicis verbis expressit,hoc ego accito notario sermonibus Latinis exposui.Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo, cum gratum vobis didicero me,quod iubere estis dignati,complesse.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Incipit Liber Tobiæ Chaldaicè ſcriptus, quem Hebræi non habent.

*Tobias in captiuitatem ductus in deum pietatem & proximum non deſeruit. Cap. I.*

a. Liber Tobiæ in paucis cum Hebræo & Græco, quæ nunc præ manibus habentur conuenit. Tobias autẽ interpretatur bonitas dei, vel bonus deo, aut in deũ, & bonus deus. Nempe טוב tob. bonꝰ, pulcher, decorꝰ יה Deus. vnum ex 10. diuinis nominibus: inde dicitur. טוביה Tobia vel Tobias.

1 In Galilæa ſuperiore.
b. Fuit vir iuſtus, miſericors, hoſpitalis, & ob virtutes quibꝰ præditus fuerat, ſubiit etiam captiuitatis: quam ferebat humiliter ac patienter, communẽ magis iniuriã, quàm priuatam dolens. Ambr. de Tobia, cap. 1.
c. Solus Tobias ex 10 tribubus Idola & Idololatrarum cõſortia fugiebat.
d. Proſelytus Græcè, Latinè valet aduena, vel peregrinus alterius prouinciæ vel cõditionis.

e. Tam in Græco quam in Hebræo loquitur vbique in prima perſona non in tertia, quaſi ipſe hanc ſcripſerit hiſtoriam, de ſeipſo ſemper locutus.

f. Niniue, Nineue, vel Nina vrbs eſt à Nino ſuper Euphraten condita non æqua laterum dimenſione. Nam duæ muri partes longiores erãt reliquis. Horum latus quodlibet longitudine eſt ſtadiorum centum quinquaginta, breuiores vero ſtadiis nonaginta. Qua muri dimẽſione ambitus ſtadia cõplectitur quadringẽta octoginta. Et ſanè ipſe ſua nequaquam fruſtratus eſt. Nulla enim poſtmodũ vbs tanto ambitu, tantáve mœnium magnificentia conſtructa eſt. Altitudo murorum pedum eſt cẽtum: Latitudo qua tres currus ſimul perambularẽt. Turres 1500. quarum altitudo pedum eſt 200. Diodorus Siculus, lib. 3.
[g. Illos qui captiui erãt in regno ſuo, quos Tobias conſolabatur, non ſolum verbis, ſed etiam munetibus, & aliis pluribus modis: Vnde ſubditur. Tobias quotidie pergebat: & ſubditur cauſa odij Sennacherib contra filios Iſrael. De Lyra. ibidem.]
h. Qua angelus domini vna nocte de ſuo percuſſit exercitu 185000. bellatorum, quod maxime cauſa fuit odij in Iudæos.
i. Erat miſericordiæ pretium mortis pœna, talis flagitij deprehenſus reus vix tandem per amicum potuit direpto patrimonio egenus & exul reſtitui ſuis. Ambr. de Tob. ca. 1.

[1] [a]Obias ex tribu & ciuitate Neptalim, quæ eſt, [1] in ſuperioribus Galilææ] ſupra Naaſon, poſt viam quæ ducit ad occidentem in ſiniſtro habens ciuitatem Sephet: † cum captus eſſet in diebus Salmanaſar Regis Aſſyriorum: [b]in captiuitate tamen poſitus, viam veritatis non deſeruit, ita vt omnia quæ habere poterat, quotidie concaptiuis fratribus qui erãt ex eius genere, impartiret. Cúmque eſſet iunior omnibus in tribu Neptalim, nihil tamen puerile geſſit in opere. Denique cum irent omnes ad vitulos aureos, † quos Ieroboam fecerat Rex Iſrael, hic [c]ſolus fugiebat conſortia omnium: & pergebat in Ieruſalem ad templum domini, ‡ & ibi adorabat dominum deum Iſrael, omnia primitiua ſua & decimas ſuas fideliter offerens, ita vt in tertio anno [d] proſelytis & aduenis miniſtraret omnem decimationem. Hæc & his ſimilia ſecundum legẽ dei puerulus obſeruabat. [e]Cum verò factus fuiſſet vir, accepit vxorem Annam de tribu ſua: & genuit ex ea filium, nomen ſuum imponens ei, quem ab infantia timere deũ docuit, & abſtinere ab omni peccato. Igitur dum per captiuitatem deueniſſet cum vxore ſua & filio in ciuitatem [f] Niniuen, cum omni tribu ſua, & cum omnes ederent ex cibis Gentilium, iſte cuſtodiuit animam ſuam, & nunquã contaminatus eſt in eſcis eorum. ‡ Et quoniam memor fuit domini in toto corde ſuo, dedit illi deus gratiam in conſpectu Salmanaſar Regis: & dedit illi poteſtatem quocunque vellet ire, habens libertatem quæcunque facere voluiſſet. Pergebat ergo per omnes qui erant in captiuitate, & monita ſalutis dabat eis. † Cum autem veniſſet in Rages ciuitatem Medorum, & ex iis quibus honoratus fuerat à Rege, habuiſſet decem talenta argenti, & cum in multa turba generis ſui Gabelum egentem videret qui erat ex tribu eius, ſub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti. Poſt multum verò temporis mortuo Salmanaſar Rege, cum regnaret Sennacherib filius eius pro eo, [g] & filios Iſrael exoſos haberet in conſpectu ſuo, ‡ Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem ſuam, & cõſolabatur eos, diuidebátque vnicuique, prout poterat, de facultatibus ſuis. Eſurientes alebat, nudíſque veſtimenta præbebat, & mortuis atque occiſis ſepulturam ſolicitus exhibebat. † Denique cum reuerſus eſſet rex Sennacherib fugiens à Iudæa [h] plagam, quam circa eum fecerat deus propter blaſphemiam ſuam, & iratus multos occideret ex filiis Iſrael, Tobias ſepeliebat corpora eorum. [i]At vbi nuntiatum eſt Regi, iuſſit eum occidi, & tulit omnem ſubſtantiam eius. Tobias verò cum filio ſuo, & cum vxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebãt eum. Poſt dies verò quadraginta quinque occiderunt Regem filij ipſius. Et reuerſus eſt Tobias in domum ſuam, omníſque facultas eius reſtituta eſt ei.

*Tobias mortuorum fatigatus ſepultura, hirundinis ſtercore iacens excæcatur. II.*

a. Dies feſtus penteceſtes, in quo licebat exactu ſacrificioctũ amicis & contribulibus in lætitia cibum ſumere.
b. Iterum in his verſabatur officiis: ſi quid alimenti foret peregrinum cum quo cibum ſumeret, quærens. Itaque cum à ſepulturæ feſſus munere reuerteretur, appoſitis ſibi edendi ſubſidiis, miſſo filio quærebat conſortem conuiuij. Dum cõuiua accerſitur, nunciatis corporis in ſepulti reliquiis, deſerebatque purabat pium vt ipſe cibum ſumeret, cum in publico corpꝰ iaceret examinis. Ambro. vbi ſup.

† Oſt hæc verò cum eſſet [a] dies feſtus domini, [b] & factum eſſet prandium bonum in domo Tobiæ, dixit filio ſuo: Vade, & adduc aliquos de tribu noſtra timentes deum, vt epulentur nobiſcum. Cúmque abiſſet reuerſus nuntiauit ei vnum ex filiis Iſrael iugulatum iacêre in platéa. Statímque exiliens de accubitu ſuo, relinquens prandium, ieiunus pêruenit ad corpus: tollénſque illud portauit ad domum ſuam occultè, vt dum ſol occubuiſſet, cautè ſepeliret eum. Cúmque occultaſſet corpus, manducauit panem cum luctu, & tremore, memo-

Universidad de Deusto
Biblioteca



morans illum sermonem quem dixit dominus per Amos prophetam: ✠† [c] Dies festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum. Cùm verò sol occubuisset, abiit, & sepeliuit eum. Arguebant autē eum omnes proximi eius, dicentes: Iam huius rei causa interfici iussus es, & vix effugisti mortis imperium, & iterum sepelis mortuos. Sed Tobias plus timens deum quàm Regem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & mediis noctibus sepeliebat ea. [d] contigit autem, vt quadam die fatigatus à sepultura, veniens domum iactasset se iuxta parietem, & obdormisset: & ex nido hirundinum dormienti illi, calida stercora inciderent super oculos eius, fierétq; cæcus. ✠ Hanc autem tentationem ideo permisit dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Nam cùm ab infantia sua semper deum timuerit, & mandata eius custodierit, nō est contristatus contra dominū quòd plaga cæcitatis euenerit ei: sed immobilis in dei timore permansit agens gratias deo omnibus diebus vitæ suæ. Nam sicut beato Iob insultabant Reges, ita isti parentes & cognati eius irridebant vitam eius, dicentes: Vbi est spes tua pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas? Tobias verò increpabat eos, dicens: ✠ Nolite ita loqui, [f] quoniam filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quā deus daturus est iis qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Anna [e] verò vxor eius ibat ad opus textrinum quotidie: & de labore manuum suarum victum quem consequi potuisset, deferebat. Vnde factum est, vt hœdum caprarum accipiens, detulisset domi. Cuius cùm vocem balantis vir eius audisset, dixit: [f] Videte ne fortè furtiuus sit: reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Ad hæc vxor eius irata, respondit: Manifestè vana facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ modò apparuerunt. Atque his & aliis huiusmodi verbis exprobrabat ei.

[c. Dies enim festus aliquando rationaliter fit dies luctus propter casum superuenientē. Prophetauit autem Amos tempore Oziæ Regis Iuda, vt patet in principio prophetiæ suæ. Tobias verò captiuus est sexto anno Ezechiæ, quia fuit quartus ex ab Ozia rege. Et sic Tobias prophetiam Amos scire potuit. De Lyra ibidem.]

d. Quam ergo laudabilis sit sanctus Tobias, scriptura docemur cuius deuotionem nec captiuitas minuit, nec oculorum amissio, quominus deum benediceret, persuasit: neque exhausta substantia à via iustitiæ & veritatis auertit. Necessitas enim probat iustum, in egestate æquitatem seruare, vera ac perfecta iustitia est. Augu. quæst. 119. ex vtroque testa mixtim.

e. Fraudari magis se doluit obsequiorum quàm oculorū munere: nec cæcitatem pœnam, sed impedimentū putabat. Et cū victum mercede leuaret cōiugis, ne quid furtiuum domū suam intraret, cauebat. Vxor hœdum pro mercede acceperat: at ille plus honestati quàm pietati cōsulens, cui sua deerant, alimoniam commodauerat proximo suo, quā toto vitæ suæ tempore in tanta indigentia non popposcit. Ambr. de Tob. cap. 2.

f. Cum Tobias vxoris fidelitatē diutius probasset, videtur q; ei non debuit habere suspectā. Dicendum quòd non immerito quæsiuit, quia cùm pauperes essent, delicatioribus cibis nō sæpius vtebantur, propterea non sine causa timuit ne quis fur vxori suæ vendidisset. De Lyra.

*Tobiæ patientia, & Saræ septem maritorum orbatio.* 111.

A Vnc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lachrymis, dicens: †[a] Iustus es domine, & omnia iudicia tua vera sunt: & †omnes viæ tuæ misericordia & veritas, & iudicium. Et nunc domine memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentū meorum. Quoniam non obediuimus præceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & mortē, & in fabulam & in improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. [b] Et nunc domine magna iudicia tua, quia non egimus secundum præcepta tua, & nō ambulauimus synceriter coram te. Et nunc domine secundum voluntatem tuā fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritū meum. Expedit enim mihi mori magis quàm viuere. ✠ [c] Eadem itaque die contigit, vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipsa audiret improperium ab vna ex ancillis patris sui, quoniam tradita fuerat septem viris, & dæmonium nomine Asmodeus occiderat eos, mox vt ingressi fuissent ad eam. Ergo cùm pro culpa sua increparet puellam: respondit ei, dicens: [d] Amplius ex te non videamus filium aut filiam super terram, interfectrix virorum tuorum. Nunquid & occidere me vis, sicut iam occidisti septem viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus suæ: & tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit, neque bibit: sed in oratione persistens cum lachrymis deprecabatur deum, vt ab isto improperio liberaret eam. ✠ Factum est autem die tertia, dum compleret orationem, benedicens dominum, dixit: Benedictum est nomen tuum deus patrum nostrum, qui cùm iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis iis qui inuocant te. Ad te domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos dirigo. Peto domine, vt de vinculo improperij huius absoluas me, aut certè desuper terram eripias me. Tu scis domine quia nunquam concupiui virum, & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia. Nunquam cum ludentibus miscui me: neque cum iis qui in leuitate ambulāt, participem me præbui. Virum autē cum timore tuo, non cum libidine mea,

[a. Meminerimus enim primum quia vnus sorum dominus est, iustum esse, & iudicia eius recta esse. Cur enim in suos iniquus sit? Cur in eos quos ipse genuit iniustus sit? Bonitatis suæ immemor esse non sinit istud de eo existimare. Genuit nos non ad iniuriam, genuit nos nō ad originis nostræ naturæ dolorē. Si quid est quod patimur, ex iudicio suæ bonitatis accidit. Hilarius in Psal 118.

[b. Magna enim sunt iudicia tua, quæ nullus potest arguere: sed non egimus secundum mādata tua. Licet enim innocens esset, tamen cōsumebat se cum peccatoribus, eo quòd esset de eorum populo & natione. De Lyra.]

c. Doctores gentium significat, qui tantum huius vitæ quę per septē volumus dies, nouerāt vitam, de æterna nihil dicere sciebant. Ideoque sunt omnes à diabolo capti, vtpote idololatriæ mancipati, donec verus adueniret sponsus, qui hanc tibi ecclesiam coniunxit matrimonio. Beda ibidem.

[d. Duo turpia, sibi falso improperabat, scilicet opprobriū sterilitatis, quod tunc erat valdè magnum, & occisionem suorū maritorum: & tertio suæ occisionis desyderium, cùm subditur. Nunquid occidere me vis, q.d. quod ita patet. De Lyra ibidem.]

e. Quia respuimus paternos errores, impropriū sustinemus, quia patimur mala cōcurrentes ad deum. Sic etiam ille improperiū Christi sustinebat, quando audiebat: nunquid interimere me vis sicut interfecisti heri Aegyptiū? Hoc est improperiū Christi quando quisquā domesticis, quando quisquā ab his quibus beneficium præstitit, sustinet improperium. Chrysosto. Homi. 26. in 11. cap. ad Hebræos.

Universidad de Deusto
Biblioteca



[f. Si indigna fui maritis meis pro peccatis meis occultis: aut ille forte indigni fuerunt, quia de indignitate illorum nolebat temerè iudicare. Quoniam nihil temerè diffinire debemus de his quæ nobis dubia sunt, sed deo diffinienda relinquere debemus. De Lyra ibidem.]

f. Me.

consensi susçipere. f Et aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan mihi] non fuerunt digni: quia forsitan viro alij conseruasti me. g Non est enim in hominis potestate con- a
silium tuum. Hoc autem pro certo habet omnis qui colit te, quia vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum exultationem infundis. Sit nomen tuum deus Israel benedictum in secula. In illo tempore exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi dei: & missus est angelus domini sanctus g Raphael, vt curaret eos ambos, quorum vno tempore sunt orationes in conspectu domini recitatæ.

g. Raphael medicina dei interpretatur, vt & Tobiam à cæcitate & Saram à dæmonio liberaret. Beda ibidem.

## *Senior Tobias iuniori salutis monita inculcat.* IIII.

a. Tobiat monens filium suum, ad hoc monebat vt clamaret, id est ad bona opera monebat. Dicebat illi vt daret pauperibus, præcipiebat vt eleemosynas faceret indigentib⁹, & docebat di centes. i, eleemosynæ non sinũt ire in tenebras. Aug in Matth. cap. 20.

{b. Corpora sepeliendo, quasi sanctoſanctum depositũ terræ cõmendamus, quæ reddenda glorificanda in resurrectione credimus. Glosa ordi.]

[c. Quasi diceret, si non potes exhibere manum, exhibeas tamẽ animum, & compassionis signũ. Nam de huiusmodi impossibilitate nemo potest se excusare. De Lyra.]

d. Quid est enim mundare animam, nisi sordem mentis abluere? Eleemosyna enim à morte liberat: patientia verò perfectio est charitatis. Ambro. in cap. 6. Lucæ.

[e. Sola misericordia comes est defunctorum, & in die iudicij generalis: quia tunc iudex dicet: venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnũ. & sequitur: Esurini, & dedistis mihi manducare, &c. De Lyra ibidem.]

f. Per hoc quidem à malo fugã inducit, per illud autem virtutis operationem. Chrysо. ad popul. Antioch. hom. 13.

Sigitur cùm Tobias putaret orationem suam exaudiri, vt mori potuisset, a
vocauit ad se Tobiam filium suum, dixítque ei: a Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde quasi fundamentum construe. †b Cùm acceperit deus animam meam, corpus meum sepeli, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. Memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo. Cùm autem & ipsa compleuerit tempus vitæ suæ, sepelias eam circa me. Omnibus autem diebus vitæ tuę in mente habeto deum: & caue ne aliquando peccato consentias, & prętermittas præcepta dei nostri. † d Ex substantia tua face- b
leemosynam, † & c noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguũ libenter impertiri stude. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. † d Quoniam eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & nõ patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo deo, c eleemosyna omnibus facientibus eam. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione: & præter vxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. d Su- c
perbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas. In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. † Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino nõ remaneat. † f Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. Panem tuum cum esurientibus & egentibus comede: & de vestimentis tuis nudos tege. Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo g manducare & bibere cum peccatoribus. Consilium semper à sapiente perquire. d Omni tempore benedic deum, & d
pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia cõsilia tua in ipso permaneant. h Indico etiam tibi fili mi dedisse me decem talenta argẽti, dum adhuc infantulus esses, Gabelo, in Rages ciuitate Medorum, & chirographum eius apud me habeo: & ideo perquire quomodo ad eum peruenias, & recipias ab eo suprà memoratum pondus argenti: & restituas ei chirographum suum. Noli timere fili mi, pauperem quidem vitam gerimus: sed multa bona habebimus, si timuerimus deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

g. Panem manducat & bibit cũ peccatoribus, qui iniquis subsidia pro eo quòd iniqui sunt, impendit. Grego. in Pastora. 3. par 1. admonitio. 21.

h. Præterea scito quia dedi Gabelo decem talenta argenti in Rages, cuius Chirographum apud me habeo. Perquire ergo fidelem virum qui tecum erat salua mercede sua, vt restituat Gabelo Chirographum suũ, & ipse restituet tibi depositũ. Comest. in historia Tobiæ, cap. 1.

## *Raphael angelus Tobiam iuniorem ducit in Rages ciuitatem Medorum.* V.

a. In ea ergo re sola filius nõ debet obedire patri suo, si aliquid pater ipsius iusserit contra dominum deũ ipsius. Neque enim debet irasci pater, quãdo sic ei præponitur deus. Vbi enim hoc iubet pater quod contra dominũ nõ sit, sic audiendus est quomodo deus: quia obedite patri iussit deus. Aug. in Psal. 70.

b. Apparuit angelus Tobiæ, eique se socium præbuit, per quẽ magnalia populo ad quem missus erat, perficeret: Quem introduxit Tobias ad patrem suum: qui salutauit eum dicens: Gaudium tibi sit semper. Cui respondet: Quale mihi gaudium erit, qui in tenebris sedeo, & lumẽ cœli non video? Beda ibidem.

Vnc respondit Tobias patri suo, & dixit: a Omnia quæcunque præcepisti a
mihi, faciam pater. Quomodo autem pecuniam hanc requiram, ignoro. Ille me nescit, & ego eum ignoro: Quod signũ dabo ei? Sed neq; viam per quam pergatur illuc, aliquando cognoui. Tunc pater suus respondit illi, & dixit: Chirographum quidem illius apud me habeo, quod dum illi ostenderis, statim restituet. Sed perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum salua mercede sua: dum adhuc viuo, vt recipias eam. b Tunc egressus Tobias, inuenit iuuenem stantem, splendidum, præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum. Et b
ignorans quòd angelus dei esset, salutauit eum, & dixit: c Vnde te habemus bone iu- c
uenis?

Universidad de Deusto
Biblioteca



uenis? At ille respondit: Ex filiis Israel. Et Tobias dixit ei: Nosti viam quæ ducit in regionem Medorum? Cui respondit: [c] Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui, & mansi apud Gabelum fratrem nostrum, qui moratur in Rages ciuitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatanis. Cui Tobias ait: Sustine me obsecro, donec hæc ipsa nuntiem patri meo. Tunc ingressus Tobias, indicauit vniuersa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogauit vt introiret ad eum. [d] Ingressus itaque salutauit eum, & dixit: Gaudium tibi sit semper. Et ait Tobias: Quale gaudium mihi erit: qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Cui ait iuuenis: Forti animo esto: [e] in proximo est, vt à deo cureris. [f] Dixit itaque illi Tobias: Nunquid poteris perducere filiũ meum ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum? Et cùm redieris, restituã tibi mercedem tuam. Et dixit ei angelus: [f] Ego ducam, & reducam eum ad te. Cui Tobias respondit: Rogo te, indica mihi de qua domo, aut de qua tribu es tu? Cui Raphael angelus dixit: Genus quæris mercenarij, an ipsum mercenarium qui cum filio tuo eat? Sed ne fortè solicitum te reddam, [g] ego sum Azarias Ananiæ magni filius. Et Tobias respondit: Ex magno genere es tu. Sed peto ne irascaris, quòd voluerim cognoscere genus tuum. Dixit autem illi angelus: Ego sanum ducam, & sanum tibi reducam filium tuum. Respõdens autem Tobias, ait: Bene ambuletis, & sit dominus in itinere vestro, & angelus eius comitetur vobiscum. [g] Tunc paratis omnibus quæ erant in via portãda, [h] fecit Tobias vale patri suo, & matri suæ, & ambulauerunt ambo simul. Cúmque profecti essent, cœpit mater eius flere, & dicere: Baculum senectutis nostræ tulisti, & transmisisti à nobis. † Nunquam fuisset ipsa pecunia, pro qua misisti eum. Sufficiebat nobis paupertas nostra, vt diuitias cõputaremus hoc, quòd videbamus filium nostrũ. Dixítque ei Tobias: Noli flere. [i] Saluus perueniet filius noster, & saluus reuertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum. Credo enim quod angelus dei bonus comitetur ei: & bene disponat omnia quæ circa eum gerũtur, ita vt cum gaudio reuertatur ad nos. Ad hanc vocem cessauit mater eius flere, & tacuit.

[c. Omnia itinera eius frequenter ambulaui. Per hoc designatur eius promptitudo ad exequendum mãdata dei circa homines ad dei gloriam, & electorum salutem: secundum quòd dicitur Hebræorum 1. Omnes administratorij spiritus sunt in ministerũ missi, propter eos qui capiũt hereditatem salutis. De Lyra.]

d. Quod angeli quoque visibiliter & tractabiliter apparuerint, non quia indigebant, sed quia volebant & poterãt vt hominibus congruerent sui ministerij quadam humanitate fecerunt. Aug. de ciuit dei lib. 15. c. 22.

e. Ad hoc enim erat missus à deo, & ideo certitudinaliter sciebat hoc esse futurum. De Lyra. ibidem.]

[f. Promittit angelus Tobię ducere filium eius in Rages ciuitatem Medorum & reducere ad eum. Beda. ibidem.]

g. Figuratè respondet, quoniam Azarias adiutor dei interpretatur, quod angelo competit, qui sunt administratorij spiritus, quasi diceret: Ex filiis Israel ego sum, Azarias Ananiæ magni filius. Quod tamen secundũ interpretationem nominum verum erat. Erat enim de angelis videntibus deum, & erat Azarias, id est, adiutor: & filius Ananiæ, id est gloriæ dei. Cume. in hist. Tobiæ, cap. 1.

h. Non enim decens erat quod ab eis recederent absque salutatione. Vnde sequitur matris fletus ex materna pietate. de Lyra.

[i Saluus perueniet ad terminũ ad quem mittitur saluus & sanus. De Lyra.]

*Angeli consilio exenterat Tobias piscem, vnde medicamina tollit.* VI.

A PRofectus est autem Tobias, & canis secutus est eum, & mansit prima mansione iuxta fluuium Tigris. Et exiuit vt lauaret pedes suos, & ecce [a] piscis immanis exiuit ad deuorandum eum. Quem expauescens Tobias, clamauit voce magna, dicens: Domine inuadit me. Et dixit ei angelus: Apprehende branchiam eius, & trahe eum ad te. Quod cùm feciſſet, attraxit eum in siccum, & palpitare cœpit ante pedes eius. Tunc dixit ei angelus: Exentera hunc piscem, & cor eius, & fel, & iecur repone tibi. [b] Sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter. Quod cùm feciſſet assauit carnes eius, & secum sustulerunt in via, cætera salierunt quæ sufficerent eis, quousque peruenirent in Rages ciuitatem Medorum.

B [c] Tunc interrogauit Tobias angelum, & dixit ei: Obsecro te Azaria frater: vt dicas mihi quod remedium habebunt ista, quæ de pisce seruare iussisti? Et respondens angelus dixit ei: [c] Cordis eius particulã, si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, siue à viro, siue à muliere, ita vt vltrà non accedat ad eos. Et fel valet ad vnguendos oculos, in quibus fuerit albugo, & sanabuntur. Et dixit ei Tobias: Vbi vis vt maneamus? Respondénsque angelus, ait: Est hic Raguel nomine, vir propinquus de tribu tua, & hic habet filiam nomine Saram, sed neque masculum,

C neque fœminam vllam habet aliam præter eam. [d] Tibi debetur omnis substantia eius, & oportet eam te accipere coniugẽ. Pete ergo eam à patre eius, & dabit tibi eam in vxorem. Tunc respondit Tobias, & dixit: Audio quia tradita est septem viris, & mortui sunt: sed & hoc audiui, quia dæmonium occidit illos. Timeo ergo, ne fortè & mihi hæc eueniant: & cùm sim vnicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos. Tunc angelus Raphael dixit ei: Audi me, & ostendam tibi qui sunt, quibus præualere potest dæmonium: Ii nanque qui coniugium ita sus-

† Psal. 31. d D cipiunt, vt deũ à se & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, † sicut equus

a. Est enim Christus piscis ille, qui ad Tobiam ascendit de fluminerinus, cuius iecore per assationem assato, fugatus est diabolus, & per amaritudinẽ fellis afflatus est cæcus, & illuminatus est mundus. Aug. Ser. 4. de Petro & Paulo.

b. Dubium est an res naturales habeant virtutem dæmones arcendi à corporib⁹ & ab illis expellendi. Respõdet Augustinus de ciuitate dei lib. 21. cap. 6. Illi autem dæmones ad inhabitandum per creaturis, quas non ipsi, sed deus cõdidit delectabilibus pro sua diuersitate diuersis, &c. Augu. vbi prius.

[c. Cordis eius super carbones expositi fumus fugat omne genus dæmoniorum. Circa quod sciendum quod si dæmones haberent corpora sibi naturaliter vnita, sicut dicit Apulcius, non esset impossibile, q̃ tes corporales facerent in eis impressionẽ. De Lyra ibidem.]

d. In libro Tobię ad filium eius Tobiã, Raphael angelus dixit: Memor esto mandatorũ patris tui, quoniam præcepit tibi accipere debere vxorem de genere patris tui. Et nunc audi me frater. Noli existimare dæmonio illud, sed postula eam. Et scito quoniam dabitur tibi hac nocte vxor, & cum intraueris cubiculũ, tolle de terere piscis illius & impone super carbones, & odor manabit, & odorabitur illud dæmonium, & fugiet & nõ apparebit circa illam omnino in perpetuum. Amb. de vocatione gentium, lib. 2. cap. vlt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



& mulus,quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium ſuper eos. Tu autem cùm acceperis eam,ingreſſus cubiculum[d] per tres dies continens eſto ab ea, & nihil aliud,niſi orationibus vacabis cum ea. Ipſa autem nocte, incenſo iecore piſcis, fugabitur dæmonium. Secunda verò nocte in copulatione ſanctorum Patriarcharum admittêris. Tertia verò nocte benedictionem conſequêris, vt filij ex vobis procreentur incolumes. Tranſacta autem tertia nocte, accipies virginem cum timore domini, amore filiorum magis quàm libidinis ductus, vt in ſemine Abrahæ benedictionem in filiis conſequaris.

d. Cùm cœperis velle eſſe cum illa, turgite primũ ambo, & deprecamini deum cœli, vt detur vobis miſericordia & ſanitas, & nolite timere, tibi enim deſtinata eſt ante ſecula, & tu eam ſanabis. Quanuis ergo quod ſtatuit deus, nulla poſſit ratione nõ fieri, ſtudia tamẽ non tolluntur orandi, nec per electionis propoſitum liberi arbitrij deuotio relaxatur, cùm implendæ voluntatis dei ita ſit præordinatus effectus, vt per laborem operũ, per inſtantiam ſupplicationum, per exercitia virtutum, fiant incrementa meritorũ: & qui bona geſſerint, nõ ſolũ ſecundũ propoſitũ dei, ſed etiã ſecundũ ſua merita coronentur. Ambro. de vocatione Gentium, cap. 10.

*Tobias accepit Saram in vxorem & nuptiis celebratis præparatum eſt illi alterum cubiculum.* VII.

[a] INgreſſi ſunt autem ad Raguelem, & ſuſcepit eos Raguel cum gaudio. Intuénſque Tobiam Raguel, dixit Annæ vxori ſuæ: Quàm ſimilis eſt iuuenis iſte conſobrino meo! Et cùm hæc dixiſſet, ait: Vnde eſtis iuuenes fratres noſtri? At illi dixerunt: Ex tribu Neptalim ſumus, ex captiuitate Niniue. Dixítque illis Raguel: Noſtis Tobiam fratrem meum? Qui dixerunt: Nouimus. Cúmque multa bona loqueretur de eo, dixit angelus ad Raguelem: Tobias, de quo interrogas, pater iſtius eſt. [b] Et miſit ſe Raguel, & cũ lachrymis oſculatus eſt eum: & plorans ſupra collum eius, dixit: [§] Benedictio ſit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es. Et Anna vxor eius & Sara ipſorum filia lachrymatæ ſunt. Poſtquam autem locuti ſunt, præcepit Raguel occidi arietem, & parari cõuiuium. Cúmque hortaretur eos diſcumbere ad prandium, Tobias dixit: Hic ego hodie non manducabo, neque bibam, niſi prius petitionem meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam. [c] Quo audito verbo Raguel expauit, ſciens quid euenerit illis ſeptem viris, qui ingreſſi ſunt ad eam: & timere cœpit, ne fortè & huic ſimiliter contingeret. [§] Et cùm nutaret, & non daret petenti vllum reſponſum, dixit ei angelus: Noli timere dare eam iſti, quoniam huic timenti deum debetur coniunx filia tua. Propterea alius non potuit habere illam. Tunc dixit Raguel: [d] Non dubito quòd deus preces, & lachrymas meas in conſpectu ſuo admiſerit. Et credo quoniam ideo fecit vos venire ad me, vt & iſta coniungeretur cognationi ſuæ, ſecundum legem Moyſi. Et nunc noli dubium gerere, quòd tibi eam tradam. † Et apprehendens dexteram filiæ ſuæ, dexteræ Tobiæ tradidit, dicens: [§c] Deus Abraham, & deus Iſaac, & deus Iacob vobiſcum ſit, & ipſe coniungat vos, impleátque benedictionem ſuam in vobis. Et accepta charta, fecerunt cõſcriptionem coniugij. Et poſt hęc epulati ſunt, benedicentes deum. Vocauítque Raguel ad ſe [f] Annam vxorem ſuam, & præcepit ei vt præpararet alterum cubiculum. Et introduxit illuc Saram filiam ſuam, & lachrymata eſt. Dixítque ei: Forti animoeſto filia mea. Dominus cœli det tibi gaudium pro tædio quod perpeſſa es.

a. Tandem ingreſſi ſunt ad Raguelẽ: cúmque diceret Raguel vxori ſuæ quàm ſimilimũ eſſe iuuenẽ hunc Tobiæ cõſobrino ſuo, dixit angelus: Hic eſt filius illius. Et lętatus eſt Raguel & inſtauravit conuiuium. Non manducabo, inquit Tobias, neque bibam, niſi prius petitionẽ meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam. Comeſt. ibid.

b. Miſit ſe Raguel ad amplexãdum, & oſculandum eum ex amore paterno, & lachrymandũ ex pietate: eò quòd erat de eius cognatione. Et verè inquit degenerares, niſi bonus eſſes, & benedictione dignus. Nõ dicitur hic quòd Anna vxor eius, & Sara filia oſculatæ ſint Tobiam: quia non decet ſic mulieres facere ſicut viros.]

c. Cùm petiiſſet ex Raguele filiam, primo verbo expauit, ſciẽs quid proueniſſet illis ſeptẽ viris: ſed docente angelo, quia immundi eã habere non poſſent. Tobias autem qui deum timebat, facile habere poſſet, mox dare conſenſit. Beda ibidem.

d. Non dubito quin deus preces admiſerit. Nam preces ſemper exaudiuntur, quando fiunt piè, perſeuerantèr, & per ſe, & ſimiliter ſi fiant pro alio, ſi non ſit impedimentum in eo.]

e. Hac benedictione vtitur eccleſia in ſacramento matrimonij confectẽdo in facie eccleſiæ, quę ex hoc loco deprompta videtur vt nouerint recentiores nõ eſſe nouum hominũ inuentum formas & materias dicere adeſſe ſacramentis Idem.

f. Et notandum quòd in ſacra ſcriptura quinque dicũtur Annæ, Mater Samuelis, vxor Tobię ſenioris, vxor Raguelis, mater beatæ Mariæ virginis, & Anna prophetiſſa. Comeſtor. ibidem.

*Tobias cum Sara iacens à dæmonio per orationem liberatur: illíque præparato ſepulchro dos magna aſſignatur.* VIII.

POſtquam verò cœnauerunt, introduxerunt iuuenem ad eam. Recordatus itaque Tobias ſermonũ angeli, protulit de caſsidili ſuo patrem iecoris, poſuítque eam ſuper carbones viuos. Tunc Raphael angelus apprehendit [a] dæmonium, & religauit eum in deſerto ſuperioris Ægypti. Tunc hortatus eſt virginem Tobias, dixítque ei: Sara exurge, & deprecemur deum hodie & cras, & ſecundum cras: quia his tribus noctibus deo iungimur: tertia autem tranſacta nocte in noſtro erimus coniugio. † Filij quippe ſanctorum ſumus, & non poſſumus ita coniungi, ſicut & gentes quæ ignorant deum. Surgentes autem pariter, inſtanter orabant ambo ſimul, vt ſanitas daretur eis. [§] Dixítque Tobias: Domine deus patrum noſtrorum, benedicant te cœli, terræ, maréque, & fontes, & flumina, & omnes creaturæ tuæ, quæ in eis ſunt. † Tu feciſti Adam de limo terræ, dediſtíque ei adiutorium Heuam. Et nunc domine tu ſcis quia [b] non luxuriæ cauſa accipio ſororem meam coniu-

a. Dæmon quatenus permiſſus poteſt vexare homines, & fugatur ab illis. Vtitur enim deus malis ſpiritibus ad probationem quorundã, vt Iob & Tobiæ: ad emendationem, vt Magdalenæ: conſeruationẽ vt Pauli, cui datus eſt ſtimulus carnis angelus Satanæ: ad correptionem, vt Corinthij per Paulum excõmunicati: ad damnationẽ, vt Achab Antiochi. Herodis Verſus. Vt probet, emendet, conſeruet, corripiat ve: vt damnet miſeros virtus diuina flagellat. Beda in 1. Reg 16.

b Nouerant quippe illi homines etiam in ipſis cõiugibus luxuriã eſſe abutendi intemperãtia, quod Tobiæ teſtatur oratio quãdo eſt copulatus vxori. Aug. ſuper Geneſin. quæſt. 90.

coniugem:sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in secula seculorum.Dixit itaque Sara:Miserere nobis domine, miserere nobis, & consenescamus ambo pariter sani. [c]Et factum est circa pullorum cantum, accersiri iussit Raguel seruos suos: & abierunt cum eo pariter vt foderent sepulchrum. Dicebat enim,ne forte simili modo euenerit ei,quo & cæteris aliis septem viris,qui sunt ingressi ad eam. [d]Cúmque parassent fossam:reuersus Raguel ad vxorem suam,dixit ei:Mitte vnam ex ancillis tuis,& videat si mortuus est,vt sepeliam eum antequam illucescat dies.At illa misit vnam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum reperit eos saluos & incolumes,secum pariter dormientes.Et reuersa,nuntiauit bonum nuntium. Et [d] benedixerunt dominum,Raguel videlicet & Anna vxor eius:& dixerunt:Benedicimus te domine deus Israel,quia non contigit nobis quemadmodum putabamus. Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, & exclusisti à nobis inimicum persequentem nos.Misertus es autem [e]duobus vnicis. [d]Fac eos domine plenius benedicere te,& [f]sacrificium tibi laudis tuæ & suæ sanitatis offerre: vt cognoscat vniuersitas gentium, quia tu es deus solus in vniuersa terra.Statímque præcepit seruis suis Raguel,vt replerent terra fossam quam fecerant:priusquam elucescceret. [g]Vxori autẽ suæ dixit, vt instrueret conuiuium, & præpararet omnia quæ in cibos erant iter agentibus necessaria.Duas quoque pingues vaccas,& quatuor arietes occidi fecit,& parari epulas omnibus vicinis suis,cunctísque amicis. [h]Et adiurauit Raguel Tobiam, vt duas hebdomadas moraretur apud eum.De omnibus autem quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiæ,& fecit hanc scripturam, vt pars dimidia quæ supererat, post obitum eorum Tobiæ domino deueniret.

[c.Hæc est pars secunda in qua ponitur tumuli præparatio, ad ponendum Tobiã secretè, si ei sicut aliis contigisset. De Lyra. ibidem.]

[Cautus pullorum sonus est prædicantium qui cum mane, diem verum fidei mundo post tenebras erroris adiuturum canerent, erant quidã in populo gentili qui dubitarent an verè Dominus hostium vicisset antiquum: ideóque fidem nominis eius obtrectare atque abscondere satius æstimarẽt,qui postmodum agnita luce veritatis quasi autora procederẽt, & crebrescente pullorum cantu, id est,voce doctorum, qui ad superna desideria alacri cordis volatu se leuare consueuerunt Beda.ibidem.]

d.Si ergo vis benedicere dominum,fac verbum eius, fac voluntatẽ eius. Aug.in Psal.102.

e. Sicut enim Tobias vnicus, ita Sara parentibus vnica erat.

f. Sacrificium laudis ab ecclesia toto orbe diffusa diebus omnibus immolatur.Aug. Epistola.86.

[g.Hæc est quarta pars huius cap.in qua ponitur nuptiarum celebratio per familiam suam, ipsa tamen vxore disponente. De Lyra.]

h. Adiuramus & nos dominũ nostrum,orantes vt nobiscum maneat, donec perfectionẽ sanctæ requiei per spiritus sancti gratiam consequamur quã requiescamus à seruilibus actib⁹, id est, peccatis in corpore, & à pranis cogitationibus in mẽte. Beda ibidem.

## *Raphael petit Rages vrbem Medorum,& chirographum restituens pecuniam recipit.* IX.

A Vnc vocauit Tobias angelum ad se, [a]quem quidem hominem existimabat:dixitque ei: Azaria frater, peto vt auscultes verba mea. Si meipsum tradam tibi seruum,non ero condignus prouidentiæ tuæ: †Tamen obsecro te,vt assumas tibi animalia siue seruitia:& vadas ad Gabelum in [b]Rages ciuitatem Medorum,reddásque ei chirographum suum, & recipias ab eo pecu-
B niam,& roges eum venire ad nuptias meas. [f]Scis enim ipse quoniam numerat pater meus dies,& si tardauero vna die plus,contristatur anima eius.Et certe vides quomodo adiurauit me Raguel,cuius adiuramentum spernere non possum. [c]Tunc Raphael assumens quatuor ex seruis Raguelis,& duos camelos,in Rages ciuitatem Medorum perrexit:& inueniẽs Gabelum,dedit ei chirographum suum,& recepit ab eo omnem
C pecuniam. [f]Indicauítque ei de Tobia filio Tobiæ omnia quæ gesta sunt, fecítque eũ secum venire ad nuptias.Cúmque ingressus esset domum Raguelis, inuenit Tobiam discumbentem:& exiliens osculati sunt se inuicem. Et fleuit Gabelus, [d] benedixítque deum,& dixit:Benedicat te deus Israel: quia † filius es optimi viri, & iusti, & timentis
D deum:& eleemosynas facientis. [f]Et dicatur benedictio super vxorem tuam, & super parẽtes vestros,& videatis filios vestros & filios filiorum vestrorum vsque in tertiam & quartam generationem,& sit semen vestrum benedictum à deo Israel, qui regnat in secula seculorum.Cúmque omnes dixissent,amen,accesserunt ad conuiuium. Sed cum timore domini nuptiarum conuiuium exercebant.

a. Calauit angelus nomen, Azarias sum,inquit,Ananiæ magni filius:& nó dixit Ego sum Raphael angelus. Calauit, primo nominis dignitatem,ne faceret locatori terrorẽ. Si enim dixisset:Ego sum angelus,non fuisset Tobiæ mercenarius. Aug.de Tempo.Sermo.206.

b.Itáque duæ erant apud Medos ciuitates nomine Rages, vna ciuitas Raguelis, vt supra 3.altera Gabeli,vt hic.

[c.Hic ponitur angeli condescensio:cum dicitur. Tũc Raphael assumens, vt iret honestius in specie hominis apparens:qui secum duos duxit camelos,vnum pro se,alterũ pro Gabelo secum adducendo, vt conuiuio nuptiarum nepotis sui interesset.De Lyra.]

d. Hoc est enim benedicere deum, sic viuere, vt per mores cuiusque benedicatur de⁹, Nã qui benedicit domino lingua, & factis maledicit, non in ecclesia benedicit domino. Lingua prope omnes benedicunt, sed non omnes factis. August. in Psal.25.

## *Parentes Tobiæ longam eius moram queruntur.* X.

A Vm verò moras faceret Tobias, causa nuptiarum, [a] solicitus erat pater eius Tobias, dicens:Putas quare moratur filius meus,aut quare detentus est ibi?Putas ne Gabelus mortuus est,& nemo reddit illi pecuniam? Cœpit autem contristari nimis ipse & Anna vxor eius cum eo: & cœperunt ambo simul flere: eò quòd die statuto minime reuerteretur filius eorum ad eos. Fle-
B bat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis, atque dicebat: † [f]Heu me fili mi,

a.Magna igitur nobis cura,ingestique solicitudine quotidie opus est, vt huiusmodi nobis bellum minimè excitetur, aut si forte excitatum fuerit, non permanet, sed prematur protinus atque sedetur. Chrysost. in 1.Timoth.Homil.7.

vt quid te misimus peregrinari,lumen oculorum nostrorum,baculum senectutis nostræ,solatium vitæ nostræ,spem posteritatis nostræ ? Omnia simul in te vno habentes,te non debuimus dimittere ire à nobis. Cui dicebat Tobias: [b] Tace, & noli turbari,sanus est filius noster: satis fidelis est vir ille cum quo misimus eum. Illa autem nullo modo consolari poterat,sed quotidie exiliens circunspiciebat, & circuibat vias omnes per quas spes remeandi videbatur,vt procul videret eum,si fieri posset, venientem. [c] At verò Raguel dicebat ad generum suum,Mane hic: & ego mittam nũtium de salutis de te ad Tobiam patrem tuum. Cui Tobias ait: Ego noui quia pater meus & mater mea modo dies computant,& cruciatur spiritus eorum in ipsis. Cúmque verbis multis rogaret Raguel Tobiam,& ille eum nulla ratione vellet audire: tradidit ei Saram,& dimidiam partem omnis substantię suæ,in pueris,in puellis,in pecudibus,in camelis,& in vaccis,& pecunia multa: & saluum atque gaudentem dimisit eum à se, dicens: [d] Angelus domini sanctus sit in itinere vestro:perducátque vos incolumes, & inueniatis omnia rectè circa parentes vestros,& videãt oculi mei filios vestros,priusquam moriar,& apprehendentes parentes filiam suam,osculati sunt eam, & dimisit ire:monentes [a] eam honorare soceros,diligere maritum,regere familiam,gubernare domum,& seipsam irreprehensibilem exhibere.

b. Eisdem qui nunc de Iudęis credunt,conueniti qui se suosque in hoc adhuc consolẽtur: quod verè futurum sit tẽpus, quando reuertatur ad eos dominus,& tunc omnis Israel saluus fiat:scientes quia satis fidelis est dominus, qui hoc promisit. Beda ibidem.

[c. Hic consequenter ponitur dictæ rationis allegatio,& hoc propter verba Raguelis ipsum amplius detinere volentis. Cui Tobias subdit, quomodo parentes eius aduentum eorum expectabant. Hoc enim sciebat per teneritudinem affectus parentum ad seipsum, quam experientia multiplici certitudinaliter cognouerat. Vnde consequenter describitur recessus debita dispositio per hoc quod Raguel tradidit Tobiæ filiam suam secum ducendam,& quartem bonorum suorum pro tũc Tobiæ contingentem. De Lyra. ibidem]

d. Bonæ nurus conditiones.

*Tobias iunior cum gaudio domum repetens,patri visum restituit.* XI.

[a] Hoc est,à domo Raguelis,nõ iuxta Niniuen,sed in oppositũ Niniue iuxta Charrã siue Haram, distantem à Rages vndecim dieb⁹. Rages enim in Media erat, Charram in Mesopotamia,& Niniue in Perside vel Chaldæa.

[b. Si placet tibi ad remouendos hos prædictos defectus præcedamus itaque tutiũ. Ex hoc patet quod bonum est honestatem sui status & generis conseruare,aliter hoc angelus non docuisset. At vbi introieris in domum tuam &c. Ex hoc loco haberur exemplum quòd homines de negotiationibus seu peregrinationibus reuertẽtes, priũs debent gratias agere de diuina protectione quàm se ponant ad narrandum rumores. De Lyra.]

c. Adorãtis officium omnibus constat: Adorare enim creaturæ,adorari nõ creaturæ,sed domini est. Chrys. in 5 cap. Ioan. homil. 32.

d. Non contemnenda est figura canis huius,qui viator & comes angeli est. Beda ibidem.

[e. Consequenter subditur parentum obuiatio cum pater cæcus cœpit offendẽs pedibus currere. Nam præ gaudio festinabat occurrere filio: & data manu pueri dirigenti gressus eius tandem obuiauit filio. De Lyra.]

[Cum] Vmque reuerterentur, [a] peruenerunt ad Charram, quæ est in medio inuere contra Niniuen, vndecimo die. Dixítque angelus: Tobia frater, scis quemadmodum reliquisti patrem tuum. [b] Si placet itaque tibi, præcedamus, & lento gradu insequantur iter nostrum familiæ simul cum coniuge tua, & cum animalibus. Cúmque hoc placuisset, vt irent, dixit Raphael ad Tobiam: Tolle tecum ex felle piscis, erit enim necessarium. Tulit itaque Tobias ex felle illo,& abierunt. Anna autem sedebat secus viam quotidie in supercilio montis, vnde respicere poterat de longinquo,& dum ex eodem loco specularetur, aduentum eius vidit à longe, [d] & ilico cognouit venientem filium suum, currénsque nuntiauit viro suo,dicens:ecce venit filius tuus. Dixítque Raphael ad Tobiam: At vbi introieris domum tuam, statim [c] adora dominum deum tuum, & gratias agens ei accede ad patrem tuum, & osculare eum. Statímque lini super oculos eius ex felle isto piscis,quod portas tecum. Scias enim quoniam aperientur mox oculi eius, & videbit pater tuus lumen cœli,& in aspectu tuo gaudebit. [d] Tunc præcucurrit canis, qui simul fuerat in via, & quasi nuntius adueniens blandimento suæ caudæ gaudebat. [d e] Et exurgens cæcus pater cœpit offendens pedibus currere: & data manu puero occurrit in obuiam filio suo. Et susciplens osculatus est eum cum vxore sua, & cœperunt flere præ gaudio. Cúmque adorassent deum, & gratias egissent, consederunt. Tunc sumens Tobias de felle piscis, liniuit oculos patri suo. Et sustinuit quasi dimidiam ferè horam, & cœpit albugo ex oculis eius, quasi membrana oui egredi. Quam apprehendens Tobias traxit ab oculis eius, statímque visum recepit. [f] Et glorificabant deum, ipse videlicet & vxor eius, & omnes qui sciebant eum. Dicebátque Tobias: Benedico te domine deus Israel,quia tu castigasti me, & tu saluasti me. [f] Et ecce ego video Tobiam filium meum. Ingressa est etiam post septem dies Sara vxor filij eius, & omnis familia & pecora sana, & cameli, & pecunia multa vxoris, sed & illa pecunia quam receperat à Gabelo. Et narrauit parentibus suis omnia beneficia dei, quæ fecisset circa eum per hominem qui eum duxerat. [g] Venerúntque Achior & Nabath consobrini Tobiæ, gaudentes ad Tobiam, & congratulantes ei de omnibus bonis quæ circa illum ostenderat deus. Et per septem dies epulantes omnes cum gaudio magno gauisi sunt.

f. Gratias non minus agere deo debemus pro beneficiis quam pro afflictionibus:quoniã præparatum est seculum aliud, in quo secundum meritum, huic quidem improbitatis, huic verò virtutis præmia reddere debet. Propterea tolerat hunc affligi,illum vero delitiis in die affluere Chryso. homi. 1. ad popul. Antiochenum.

[g. Sequitur amicorum cõgratulatio. qui per septem dies epulantes cum gaudio magno, non in comessationibus & ebrietatibus, sed in dei timore & gratiarum actione. De Lyra. ibidem.]

*Angelus Raphael se suámque conditionem manifestat.* XII.

Tunc

A VNc vocauit ad ſe Tobias filium ſuum, dixítque ei: [a] Quid poſſumus dare viro iſti ſancto, qui venit tecum? Reſpondens Tobias, dixit patri ſuo: Pater, quam mercedem dabimus ei, aut quid dignum poterit eſſe [b] beneficiis eius? Me duxit, & reduxit ſanum, pecuniam à Gabelo ipſe recepit, vxorem ipſe me habere fecit, & dæmonium ab ea ipſe compeſcuit, gaudium parentibus eius fecit, me ipſum à deuoratione piſcis eripuit, te quoque videre fecit lumen cœli, & bonis omnibus per eum repleti ſumus. Quid illi ad hęc poterimus dignum dare? Sed peto te pater mi, vt roges eum ſi fortè dignabitur medietatem de omnibus quę allata ſunt, ſi-
B bi aſſumere. [d] Et vocantes eum, pater ſcilicet & filius, tulerunt eum in partem, & rogare cœperunt vt dignaretur dimidiam partem omnium quæ attulerant, acceptam habere. Tunc dixit eis occultè: [c] Benedicite deum cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam. Etenim ſacramentum regis abſcondere, bonum eſt: opera autem dei reuelare & confiteri, honorificum eſt. Bona eſt [d] oratio cũ ieiunio & eleemoſyna, magis quàm theſauros auri recondere: quoniam [e] eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam & vitam æternam. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hoſtes ſunt
C animæ ſuæ. [f] Manifeſto ergo vobis veritatem, & non abſcondam à vobis occultum ſermonem. [f] Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam domino. Et quia acceptus eras deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te. Et nunc miſit me dominus vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à dæmonio liberarem. Ego enim ſum Raphael angelus vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante dominum. Cúmque hęc audiſſent, turbati ſunt, & trementes ceciderunt
D ſuper terram in faciem ſuam. [g] Dixítque eis angelus: Pax vobis, nolite timere. Etenim cùm eſſem vobiſcum, per voluntatem dei eram: Ipſum benedicite, & cantate illi: [g] videbar quidem vobiſcum manducare, & bibere, ſed ego cibo inuiſibili, & potu qui ab hominibus videri nõ poteſt, vtor. Tẽpus eſt ergo vt reuertar ad eum qui me miſit: vos autem benedicite deum, & narrate omnia mirabilia eius. * Et cùm hæc dixiſſet, ab aſpectu eorum ablatus eſt, & vltrà eum videre non potuerũt. Tunc proſtrati per horas tres in faciem, benedixerunt deum. Et exurgentes, narrauerũt omnia mirabilia eius.

a. Beatus Tobias qui panem ſuũ nouerat frangere eſurienti, mercedem celerem mercenario præparat laboranti. Aug. de tempo. Serm. 226.

b. Octo beneficia Raphaelis in Tobiam iuniorem, quæ hic narrat Aug. Primo iter quaſi cœleſte carpens, & mihi & tibi parauit neceſſarium de piſce collyrium. Me deduxit, argentum recepit, Sáram mihi vxorem deſponſauit. Mercede placita tantum eſt dignus, qui mihi tanq̃ cœleſtis exiſtit paranymphus. Et quod plus eſt bone pater, oculorum tuorum maculas albugine detracta curauit: & totam domũ noſtram illuminatis oculorum tuorum lampadibus, illuſtrauit. Aug. vbi ſuprà.

(c. Licet enim ſit deus totius creaturæ, dicitur tamen ſpecialiter deus cœli: nam ibi relucet gloria ſua modo ſpeciali. De Lyra.)

d. Quoniam per orationem peſtes mentis, per ieiunium peſtes corporis expelluntur.

e. Per vtrũque ergo tem, ſed maximè per eleemoſynam dei miſericordia requirenda eſt. Oportet itaque vt res vtraque ſibi conſentiat. Illa rogat, hæc imperat: illa quodmodo iudicis audiẽtiam deprecatur, hæc gratiam promeretur, illa oſtium pulſat, hæc aperit: illa prodit deſyderium, hæc deſyderij procurat affectum: illa ſupplicat, ſed ſupplicantem iſta commendat. Euſebius Emiſenus, de initio quadrageſimæ. Homil. 1.

f. Credimus angelos ſanctos aſſiſtere orantibus, offerre deo preces & vota hominum, vbi tamẽ ſine ira & diſceptatione leuari puras manus perſpexerint. Bernard. Cantic. Ser. 7.

g Neque enim in phantaſmate angelos edidiſſe credendum eſt, quando eos homines hoſpitio ſuſceperunt: quamuis virum angeli eſſent ignorantibus conſimili nobis indigentia veſci viderentur. Vnde eſt quòd angelus in libro Tobiæ ait: Videbatis me manducare: ſed vſu veſtro videbatis, id eſt, neceſſitate reficiẽdi corporis, ſicut vos facitis mecibũ ſumere putabatis. Aug. de ciuit. dei lib. 13. cap. 22.

* Ipſum benedicite, & cantate illi.

## *Tobias ſenior benedicit & confitetur domino.* XIII.

A APeriens autem Tobias ſenior os ſuum, benedixit dominum, & dixit: Magnus es domine in æternum, & in omnia ſecula regnum tuum: [a] quoniam † tu flagellas, & ſaluas: deducis ad inferos, & reducis: & non eſt qui effugiat manum tuam. Confitemini domino filij Iſrael, & in conſpectu gentium laudate eum: quoniam ideò diſperſit vos inter gẽtes quę ignorant eum vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis ſcire eos, quia non eſt alius deus omnipotens pręter eum. Ipſe caſtigauit nos propter iniquitates noſtras, & ipſe ſaluabit nos
B propter miſericordiam ſuam. [b] Aſpicite ergo quæ fecit nobiſcum, & cum timore & tremore confitemini illi: regémque ſeculorum exaltate in operibus veſtris. [b] Ego autem in terra captiuitatis meæ confitebor illi: quoniam oſtendit maieſtatem ſuam in gentem peccatricem. Conuertimini itaque peccatores, & facite iuſtitiam coram domino, credentes quòd faciat vobiſcum miſericordiam ſuam. Ego autem, & anima mea in eo lætabimur. Benedicite domino omnes electi eius: agite dies lętitiæ, & confitemini illi. Ieruſalem ciuitas dei, caſtigauit te dominus in operibus manuum tuarum. Confitere domino in bonis tuis, & benedic deum ſeculorum, vt reędificet in te tabernaculum ſuum, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas in omnia ſe-
C cula ſeculorum. [c] Luce ſplendida fulgebis, & omnes fines terrę adorabunt te. Nationes ex longinquo ad te venient, & munera deferentes, adorabunt in te dominum, & terram tuam in ſanctificationem habebunt. Nomen enim magnum inuocabunt

† Deut. 32. 1. Reg. 2. Sapien. 16.

a. Magnum reuera, magnum, & excellens preſſura eſt ad probandum virum, atque ad docẽdam patientiæ virtutem: atque ideo flagellorum modi varij ſunt atque differẽtes, alius quidẽ morbo perpetuo probatur, alius grauiſſima inopia, vi, atque iniuria alius, hunc iuges atque perpetuæ liberorum, propinquorum, cæterorũmque orbitates excruciant. Hicque ab omnibus abiicitur, nulliúſque rei dignus æſtimatur, atque alius aliter affligitur. Chry. de prouidẽ. dei li. 1.

(b. Confeſſus eſt veritatẽ & miſericordiã docens beneficia dei ſemper prædicare & flagella timere: repletúſque ſpiritu prophetiç de ſuperna Ieruſalẽ multa decantat: populũſque Iudęorũ in fine ſeculi conuerſus, multos doctores habebit, & prophetas, qui mentes proximorum ad ſuperna deſyderia accendãt cœleſtis patriæ gaudia prædicando. Glo. ordinaria.)

(c. Hoc fuit ſpecialiter impleti quãdo Chriſtus qui eſt lux mũdi fuit ibidem oblatus, & propter quod ſanctus Simeon ruma exclamauit: Lumen ad reuelationẽ gẽtium. Luc. 2. De Lyra.)

in te. Maledicti erunt qui contempserint te,& condemnati erunt omnes qui blasphemauerint te:benedictique erũt qui ædificauerint te.[b] Tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur, & congregabuntur ad dominum. Beati omnes qui diligunt te,& qui gaudẽt super pace tua.[c] Anima mea benedic dominum:quoniam liberauit Ierusalem ciuitatem suam à cunctis tribulationibus suis dominus deus noster. Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Ierusalem. †Portæ Ierusalem ex sapphiro, & smaragdo ædificabuntur: & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius.Ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius sternentur:& per vicos eius [d] alleluia cantabitur.Benedictus dominus,qui exaltauit eam, vt sit regnum eius in secula seculorum super eam,amen.

b. De Ierusalem mystica & cœlesti prophetatæ videtur.

c. Hæc dico admonens vos, vt semper deum benedicatis.Si venerint mala, benedicite, & dissoluentur mala. si prospera venerint,benedicite,&pe. seuerant prospera. Siquidem Iob cum in prosperis esset benedicebat,& cum pauper esset effectus,glorificabat. Chrysо. post red.tu prioris exilij, homil. 12. d. Nobis cantare certo tempore alicluia solẽniter moris est, secundum Ecclesiæ antiquam traditionem. Neque enim & hoc sine sacramento certis diebus cantamus alleluia. Certis quidem diebus cantamus alleluia, sed omni die cogitamus. Sic enim hoc verbo significatur laus dei,& si non in ore carnis, certè in ore cordis semper laus eius in ore meo. Augu. in Psal 106.

## *Tobias senior moriturus filium & nepotes ad pietatem hortatur.* XIIII.

ET consummati sunt sermones Tobiæ. Et postquam illuminatus est Tobias, [a] vixit annis quadragintaduobus,& vidit filios nepotum suorum.Completis itaque annis centumduobus,sepultus est honorificè in Niniue.Quinquaginta nanque & sex annorum lumen oculorum amisit: sexagenarius verò recepit. Reliquum verò vitæ suæ in gaudio fuit,& cum bono profectu timoris dei perrexit in pace. In hora autem mortis suæ vocauit ad se Tobiam filium suum, & septem iuuenes filios,suos nepotes,dixítque eis: Propè erit interitus Niniue.[e] Non enim excidit [b] verbum domini: & fratres nostri qui dispersi sunt à terra Israel,reuertentur ad eam.Omnis autem terra eius deserta replebitur,& domus dei,[c] quæ in ea incensa est,iterum reædificabitur: ibíque reuertentur omnes timentes deum. Et relinquent gentes idóla sua,& venient in Ierusalem,& inhabitabunt in ea: omnes reges terræ, adorantes Regem Israel. Audite ergo filij mei patrem vestrum.[f] † Seruite domino in veritate,& inquirite vt faciatis quæ placita sunt illi.Et filiis vestris mandate,vt faciant iustitias,& eleemosynas,vt sint memores dei,& benedicant eum in omni tempore,in veritate,& in tota virtute sua. Nunc ergo filij audite me, & nolite manere hic. Sed quacunque die [d] sepelieritis matrem vestram circa me in vno sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros vt exeatis hinc.Video enim,quia iniquitas eius finem dabit ei.Factum est autem post obitum matris suæ,[g] Tobias abcessit ex Niniue cum vxore sua,& filiis, & filiorũ filiis, & reuersus est ad soceros suos. Inuenítque eos incolumes in senectute bona,& curam eorum gessit. Et ipse clausit oculos eorum: & omnem hæreditatem domus Raguelis ipse percepit: vidítque quintam generationem, filios filiorum suorum.[e] Et completis annis nonaginta & nouem in timore domini,cum gaudio sepelierũt eum. Omnis autem cognatio eius, & omnis generatio eius in bona vita, & in sancta conuersatione pérmansit, ita vt accepti essent tam deo,quàm hominibus, & cunctis habitantibus terram,

a. Et sic mortuus est tẽpore quo regnabat Iosias super Iudam& Ierusalem.
[Postquàm quadragenarius numerus laboriosus est ieiunij,& abstinentiæ, nos autem omnes huius vitæ labores debemus sustinere cum dei & proximi dilectione,& sic fructificamus expectando beatam spem, & aduentũ gloriæ magni Dei.Glos. ordina.]

b. Pat Ionam ad Niniuitas prolatum,ad cuius vocem conuersi sunt,verũ ad vitia sua reuersi tandem prophetante Nahum deleti sunt per Chaldæos:quod prævidens Tobias dicebat

c. Hoc tamẽ magis videtur prophetali certitudine per verba præteriti temporis prædixisse, quàm rem gestam narrasse. Adhuc enim stabat Ierusalem & templum in ea Comest.in hist. Tobiæ.cap.1.

d. Vnde & antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt,exequiæ celebratæ, & sepultura promissa:quæque dum viuerent,de sepeliendis vel etiã transferendis suis corporibus filiis mandauerunt Et Tobias sepeliendo mortuos deum promeruisse, teste angelo, cõmendatur.Aug.de ciuitate dei, lib. 1.cap.13.

[e. Propter finem eius optimũ, vt accepti essent &c. sicut de beato Sebastiano. Decebat enim vt quem Deus tanta perfuderat gratia,ab omnibus amaretur Et hoc cedit ad honorẽ dei gratiam& gloriam.De Lyra.ibidem.]

## *Incipit Prologus in librum Iudith.*

*APud Hebræos liber Iudith inter hagiographa legitur: cuius authoritas ad roboranda illa quæ in contentionem veniunt,minus idonea iudicatur.Chaldæo tamen sermone conscriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus Nicena in numero sanctarum scripturarum legitur computasse,acquieui postulationi vestræ, imò exactioni, & sepositis occupationibus quibus vehementer arctabar, huic vnam lucubratiunculam dedi,magis sensum è sensu, quàm ex verbo verbum transferens.Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputaui: sola ea quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis inuenire potui,Latinis expressi. Accipite Iudith viduam, castitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate. Hanc enim non solum fœminis, sed & viris imitabilem dedit qui castitatis eius remunerator,virtutem illi talem tribuit,vt inuictum omnibus hominibus vinceret,& insuperabilem superaret.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Incipit liber Iudith.

## *Nabuchodonosor victo Rege Medorum, cunctis regnis cupit imperare.* Cap. I.

Anni ante Christum. Anni mundi. Iudaeorum principatus Medis ademptus transit.

A [a]ARphaxat itaque Rex Medorum subiugauerat multas gentes imperio suo, & ipse ædificauit ciuitatem potentissimam quam appellauit Ecbatanis. Ex lapidibus quadratis & sectis fecit muros eius, in altitudine cubitorum septuaginta, & in latitudine cubitorum triginta: turres verò eius posuit in altitudinem cubitorum centum. Per quadrum verò earum latus vtrunque vicenorum pedũ spatio tendebatur: posuítque portas eius in altitudine turrium. ℣ Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarũ. Anno igitur duodecimo regni sui, [b c] Nabuchodonosor

Anni ante Christum. Anni mundi. Duodecimus annus Nabuchodonosor fit minimus annus Deiu.

Rex Assyriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxat: & obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphratẽ, & Tigrin, & Iadason, in campo Erioch Regis Elicorum. Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est. Et misit ad omnes qui habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano, & ad gentes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitãtes Galilæam, in campo magno Esdrelon, & ad omnes qui erant in [d] Samaria, & trans flumen Iordanem vsque Ierusalem, & ad omnem terram Iesse, quousque perueniatur ad montes
C Æthiopiæ. ℣ Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor Rex Assyriorum, [e] qui omnes vno animo contradixerunt, & remiserunt eos vacuos, ac sine honore abiecerunt. Tunc indignatus Nabuchodonosor Rex ad omnem terram illam, iurauit per regnum & thronum suum, quòd defenderet se de omnibus regionibus his.

a. Tanta est scriptorum varietas in assignando tẽpore, & Regibus suis quibus gesta sit Iudith historia, vt vix duos reperias, qui sibi constare dicantur. Augustinus imprimis Cyri tẽporibus ascribit. Philo autem & de Lyra sub Cambyse Cyri filio. Plerique sub Dario filio Hystaspis, alij sub Dario Longimano, quæ partibus historiæ collatis & repugnantibus cõstare nõ possunt, vt infertis dicetur. Zuinglerus autẽ recentior paulo altius contemplatus, dicit Pharaonẽ tunc regẽ Medorũ hunc fuisse Arphaxat: mirũ quod regnarit apud Medos 12. anno Nabuchodonosor. Sed nec in Ecbatanam, imo patet eius Deiocis, maiori sumptu & magnificẽtia condidit, vt author est Herodotus, lib. 1. quã hic describatur: atque circa duodecimũ regni Nabuchodonosor mortuus est postquã 54. annis apud Medos regnauit. Alterũ illorũ standum censeo, sed malim priori.
1. Artaxat, & infra.
b. Qui voluit se dicere regem Medorum. Et verè primus fuit dictus rex, ante quẽ cæteri vrificipes dicebantur. Herodotus lib. 1.
c. Hic autem Nabuchodonosor dictus est priscus, tum primus eius nominis, tertius tamẽ Rex Chaldæorum, sed 8. Babyloniorum. Pater magni Nabuchodonosor, sub quo Ierosolymacum templo deiolata est. vt 4. Reg. 24. & 2. Paral. vlt. Prior Iechonias cum vxore & liberis spõte deditũ in Assyriã traduxit, quique Sedechiã constituit Regẽ. Posterior huic succedens, Sedechiã excæcauit, Ierosolymáque excidio dedita est. Ioseph. lib. 10. c. 10. Nec alios præter hos duos hoc nomine vocatos in sacris vel peregrinis scriptoribus inuenies.
d. Reliqui ex captiuitate 10. tribuum in quibusdam ciuitatibus Samariæ, cuius incolæ erãt Assyrij. 4 Reg. 17. d.
e. Nec ista contingere potuerũt Cambysis tempore, cum & has omnes prouincias pacatas à patre acceperit, præter vnã Aegyptum, quam postea armis perusit, & suo imperio adiecit. Herodo lib. 2.

## *Holophernes à Nabuchodonosor mittitur omnia regna & populos vastaturus.* II.

A [a] ANno [a] tertiodecimo Nabuchodonosor Regis, vicesima & secunda die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor Regis Assyriorum, vt defenderet se. Vocauítque omnes maiores natu omnésque duces, & bellatores suos, & habuit cum eis mysterium consilij sui. Dixítque cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio. Quod dictum cum placuisset omnibus, vocauit Nabuchodonosor Rex Holophernẽ Principem militiæ suæ, & dixit ei: Egredere aduersum omne regnum [b] occidentis, & con-
Ismh. 3. b B tra eos præcipuè qui contempserunt imperium meum. † ℣ Non parcet oculus tuus vlli regno, omnémque vrbem munitam subiugabis mihi. Tunc Holophernes vocauit Duces, & Magistratus virtutis Assyriorum: & dinumerauit viros in expeditionẽ, sicut præcepit ei Rex: centumuiginti milia peditum pugnatorum, & equites sagittarios duodecim milia. Omnémque expeditionem suam fecit præire in multitudine innumerabilium camelorum, cum his quæ exercitibus sufficerent copiosè: boum
c quoque armenta, gregésque ouium, quorum nõ erant numerus. ℣ Frumentum ex omni Syria in transitu suo parari constituit. Aurum verò & argentum de domo Regis assumpsit multum nimis. Et profectus est ipse, & omnis exercitus, cum quadrigis & equitibus, & sagittariis, qui cooperuerunt faciem terræ, sicut locustę. Cúmque pertrãsisset fines Assyriorum, venit ad magnos [c] montes Ange, qui sunt à sinistro Ciliciæ, ascẽdítq; omnia castella eorum, & obtinuit omnẽ munitionẽ. Effregit autem ciuitatẽ [d] opinatissimã Melothi, prædauítque omnes filios Tharsis, & filios Ismael, qui erãt cõ-
D tra faciẽ deserti, & ad austrũ terræ Cellon. ℣ Et trãsiuit Euphráten, & venit in Mesopotamiã: & fregit omnes ciuitates excelsas, quæ erãt ibi à torrẽte Mãbre, vsquequo perueniatur ad mare: & occupauit terminos eius à Cilicia vsque ad fines Iaphet, qui sunt

a. Reliqui ex captiuitate 10. tribuum in quibusdam ciuitatibus Samariæ, cuius incolæ erãt Assyrij. 4 Reg. 17. d.
e. Nec ista contingere potuerũt Cambysis tempore, cum & has omnes prouincias pacatas à patre acceperit, præter vnã Aegyptum, quam postea armis perusit, & suo imperio adiecit. Herodo lib. 2.
a. Hoc est, anno secundo à morte patris, & 13. anno à principio regni sui in Niniue cum patre. Philo, De Lyra. Sed hæc nimis libera, & sacris scripturis atque prophanis historiis aduersa: tã de nominibus, dignitatibus, & tempore
b. Omnes illæ regiones occidẽtales erant respectu Assyriorũ: quæ Nabuchodonosoris imperio sine discrimine parebant, vt omnes historici probant, si hũc Cambysen vel Darium credas.
c. Montes Ange sunt, qui inter Assyriam & Armeniam extenduntur, & mons Taurus vno nomine vocati, & plurimi versus occidentem.
d. Famosissimam propter mercatum abũdantiam, tum munitione loci, vt expugnaretur, tũ opportunitate Cilicię pernoctandæ armis. Opinandum est hanc esse quam Malum vocat Ptolemæus. Cuius populi dicuntur Malothæ, quorum mentio fit 2. Mach. 4. Et cum agerẽtur, contigit Tharsenses & Malothæos seditionem mouere.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ad austrum. Adduxítque omnes filios Madian,& prædauit omnem locupletationem eorum,omnésque resistentes sibi occidit in ore gladij. [c] Et post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis,& succendit omnia sata, omnésque arbores & vineas fecit incidi,& cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

[c. Vt magis posset habitatoribus nocere. Vnde subditur, & succēdit omnia sata omnésque arbores.&c. Et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram, propter crebras illius victorias, & magnas crudelitates. De Lyra.]

*Holophernes sese sponte dedentibus non parcit, nec vrbibus ac diis eorum.* III.

IVnc miserunt legatos suos vniuersarum vrbium, ac prouinciarum Reges ac principes,Syriæ scilicet & Mesopotamiæ,& [a] Syriæ Sobal, [b] & Lybiæ, atque Ciliciæ, qui venientes ad Holophernem, dixerunt: Desinat indignatio tua circa nos.Melius est enim vt viuentes seruiamus Nabuchodonosor Regi magno,& subditi simus tibi,quàm morientes cum interitu nostro ipsi seruitutis nostræ damna patiamur. [d] Omnis ciuitas nostra,omnísque possessio, omnes montes & colles,& campi,& armenta boum, gregésque ouium, & caprarum, equorúmque & camelorum & [c] vniuersæ facultates nostræ atque familiæ in conspectu tuo sunt. Sint omnia sub lege tua.Nos etiam,& filij nostri,serui tui sumus. Veni nobis pacificus dominus,& vtere seruitio nostro,sicut placuerit tibi. Tunc descendit * de montibus cum equitibus in virtute magna,& [d] obtinuit omnem ciuitatem & omnem inhabitationem terram. [e] De vniuersis autem vrbibus assumpsit sibi auxiliarios, viros fortes & electos ad bellum. Tantúsque metus prouinciis illis incubuit, vt vniuersarum vrbium habitatores principes & honorati simul cum populis exirent in obuiam venienti,& cipientes eum cum coronis & lampadibus,ducētes choros in tympanis & tibiis. Nec ista tamen facientes ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt .Nam & ciuitates eorum destruxit,& lucos eorum excidit. [e] [c] Præceperat enim illi Nabuchodonosor Rex,vt omnes deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur deus ab his nationibus quæ potuissent Holophernis potentia subiugari.Pertransiens autem Syriam Sobal,& omnem Appameam,omnémq; Mesopotamiam, venit ad [f] Idumæos in terra Gabaa,& Scytopoli:accepítque ciuitates eorum, & sedit ibi per triginta dies in quibus diebus adunari præcepit vniuersum exercitum virtutis suæ.

a. Quæ & dicitur Syria Soba. vt 2.Reg.8 a.12.Paralip.18.a. Syria autem in vniuersum grādis regio est.Terminatur ab aquilone, Cilicia & parte Cappadociæ: ab occasu Syrio pelago, ab Hebræis autē dicitur Aram.Inde Syri Arǽmæi.

b. Libya magna pars est Africę, in qua tamen nihil tūc prouinciarum domitū fuit vel ab Assyriis,vel à Chaldæis.

[c. Potentes seculi & voluptatū amatores principem mundi studēt reconciliare sibi,vt mortis periculum, & voluptatis detrimentum euadere possint.Glos. ordina.]

*Holophernes.

d. Cum ciuitates se illi liberè subdērent nō profana ædificia, priuata & publica vrbium, nisi aliquātū forsan muros aperuit, sed sacra illic loca vt templa & lucos, & statuas deorū euertit. Vnde Iudæi non tantum vrbi timebant,sed templo suo,vt caput sequens ostendit. Ziegler.

e. Volebat enim solus reputari deus in terra. vt Dani.4. ideo cum bestiis deputatus est.

f. Idumæi intra Iordanē sunt, quorū metropolis est Iericho, extra montes regionis Acrabitenæ:qui prohibuerunt Holophernem ne in Iudæam penetraret facilè.

*Et dedisti eum.

*Et dedisti eum.

*Et dedisti eum

Universidad de Deusto
Biblioteca



& in clypeis ſuis,& in curribus ſuis,& in equitibus ſuis,non ferro pugnando, ſed precibus ſanctis orando deiecit.Sic erunt vniuerſi hoſtes Iſrael,ſi perſeueraueritis in hoc opere,quod cœpiſtis.[d] Ad hanc igitur exhortationem eius deprecantes dominũ, permanebant in conſpectu domini, ita vt etiam ij qui offerebant domino holocauſta, præcincti ciliciis offerrent ſacrificia domino, & erat cinis ſuper capita eorum. Et ex toto corde ſuo omnes orabant deum,vt viſitaret populum ſuum Iſrael.

[d. Ad hãc vocẽ offerebant Domino carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis.crucifigẽtes vitam ſuam deo dedicãtes hoſtiam laudis,ore & animo offerentes.Gloſa ordina.ibidem ]

*Achior monet Holophernem ne contra Iudæos temere pugnet.* V.

A NVntiatúmque eſt Holopherni principi militiæ Aſſyriorum, quòd filij Iſrael præpararent ſe ad [1] reſiſtendum, ] ac montium itinera concluſiſſent: *& furore nimio exarſit in iracũdia magna. Vocauítque omnes principes Moab, & duces Ammon, * & dixit eis:dicite mihi [a] quis ſit populus iſte qui montana obſidet,aut quæ & quales & quantæ ſint ciuitates eorum,quæ etiam ſit virtus eorum, aut quæ ſit multitudo eorum, vel quis Rex militiæ illorum? Quare præ omnibus qui habitant in [2] oriente ] iſti contempſerunt nos: & non exierunt in obuiam nobis:vt ſuſciperent nos cum pace? † Tunc [b] Achior dux omnium filiorum Ammon reſpondens, ait: Si digneris audire domine mi, * dicam veritatem in conſpectu tuo de populo iſto, qui in montanis habitat, & non egredietur verbum falſum ex ore meo.† [c] Populus iſte ex progenie Chaldæorum eſt: Hic primum in Meſopotamia habitauit, quoniam noluerunt ſequi deos patrum ſuorum, qui erant in
B terra Chaldæorum. & Deſerentes itaque ceremonias patrum ſuorum, quæ in multitudine deorum erant,vnum deum cœli coluerunt: * qui & † præcepit eis vt exirent inde,& habitarent in Carram.† * Cúmque operuiſſet omnem terram fames, deſcenderunt in Ægyptum,illícque per quadringentos annos ſic multiplicati ſunt,vt dinumerari eorum non poſſet exercitus.† Cúmque grauaret eos Rex Ægypti, atque in ædificationibus vrbium ſuarum in luto & latere ſubiugaſſet eos, clamauerunt ad dominum ſuum,† & percuſſit totam terram Ægypti plagis variis. † * Cúmque eieciſſent eos Ægyptij à ſe,& ceſſaſſet plaga ab eis,& iterum eos vellent capere,& ad ſuum ſeruitium reuocare, fugientibus iis deus cœli mare aperuit,ita vt hinc inde aquæ quaſi murus ſolidarentur:& iſti pede ſicco fundum maris perambulando tranſirent. [d] In quo loco dum innumerabilis exercitus Ægyptiorũ eos perſequeretur, ita aquis cooperтus eſt, vt non remaneret vel vnus,qui factum poſteris nuntiaret.† Egreſſi etiam mare rubrum deſerta Sina montis occupauerunt, in quibus nunquam homo habi-
C tare potuit,vel filius hominis requieuit.† [e] Illic fontes amari obdulcati ſunt eis ad bibendum: † & per annos quadraginta annonam de cœlo conſecuti ſunt. Vbicunque ingreſſi ſunt, ſine arcu & ſagitta,& abſque ſcuto & gladio, deus eorum pugnauit pro eis,& vicit. Et non fuit qui inſultaret populo iſti, niſi quando receſſit à cultu domini dei ſui. Quotienſcunque autem præter ipſum deum ſuum alterum coluerunt,dati ſunt in prædam,& in gladium,& in opprobrium. Quotienſcunque autem pœnituerunt ſe receſſiſſe à cultura dei ſui, dedit eis deus cœli virtutem reſiſtendi.
† * [f] Denique Chananæum Regem,& Iebuſæum,& Pherezæum,& Heuæum, & Hethæum,& Amorræum,& omnes potentes in Eſebon proſtrauerunt, & terras eorũ & ciuitates eorum ipſi poſſederunt, & vſque dum non peccarent in conſpectu dei ſui, erant cum illis bona. Deus enim illorum odit iniquitatem. Nam & ante hos annos cum receſſiſſent à via,quã dederat illis deus,vt ambularent in ea,exterminati ſunt præ liis à multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti ſunt in terram non ſuam.
D † & Nuper autem reuerſi ad dominum deum ſuum ex diſperſione qua diſperſi fuerant,adunati ſunt,& aſcenderunt montana hæc omnia, & iterum poſſident Ieruſalẽ, vbi ſunt ſancta ſanctorum. Nunc ergo mi domine, perquire, [g] ſi eſt aliqua iniquitas eorum in conſpectu dei eorum,& aſcendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos deus eorum tibi, & ſubiugati erunt ſub iugo potentiæ tuæ. † Si verò non eſt offenſio populi huius coram deo ſuo,non poterimus reſiſtere illis, † quoniam deus eorum de-

1. Prælium.
* Et muniuiſſent omnem verticem montis excelſi,& poſuiſſent in campis ſcandala.

* Et omnes ſatrapas regionis maritimæ.
a. Holophernes quomodo potuit hæc omnia ignorare, quæ hic quærit? & paulò ante è captiuitate reuerſos Iudæos notiſſimos habere debuit. Hæc ſufficienti ſunt argumento hiſtoriam hanc vetuſtiorem eſſe Cambyſi ætate. Ziegleras ibi.
2. Occidente.
b. De Iudæorum genere natus, vtpote de Loth,& ita eorũ agnoſcens gentem.
* Verbum de ore ſerui tui.
c. Sicut Ietro ſocer Moyſi arbor mala,qui vtique in deum Iſrael non crederet, dedit conſilium Moyſi bonum: ita & Achior ad Holophernem aliquid vtile locutus eſt. Hieron in 7. ca. Mat.
* Deum quem cognouerant.
* Et habitauerunt ibi diebus multis. Et dixit deus eorum, vt exirent de habitatione ſua, & irent in terram Chanaan, & habitauerunt ibi,& repleti ſunt auro & argento, & in iumentis multis nimis.

* In quibus non erat finitas.

d. Quanto ſerior vindicta peccantium eſt,tanto iuſtior, in ſimilitudinẽ Pharaonis,qui decẽ plagis admonitus, nõ punitus, & in duritia perſeuerans,ad extremum rubri maris fluctibus obtutus eſt. Hic. ſup. ca. 32. Iere.

e. Marath fluuius amariſſimus erat, vt ſitiens populus bibere non poſſet. Miſit Moyſes lignũ in aquam,& amaritudinem ſuã aquarum natura depoſuit,quã infuſa ſubito gratia temperauit Ambr. de his qui initiãtur myſteriis. cap. 9.

* Et tranſeuntes Iordanẽ,ſortiti ſunt omnia montana.
f. Harum ergo ſeptem gentium terrã videtur deus patribus promiſiſſe ſicut dixit dominus ad Moyſen, Exo. 33. Vade,& aſcẽde hinc tu & populus tuus quos eduxiſti de terra Aegypti,in terram quã iuraui Abrahã, Iſaac, & Iacob,dicens: Semini veſtro dabo eam,&c. Auguſt. 20. q. ſuper Ioſue.
g. Hi autẽ ſunt de quibus Pſal. 72. Ecce qui elongant ſe à te, pereunt. Elongant vero ſe à deo,qui correptiones illius nõ ſuſtinent, ſed iraſcuntur atque indignantur, ac veluti mali ac peruerſi filij, cũ à patribus traditi magiſtris, vel imparientes laboris, vel fugientes verbera, parentũ aſpectus declinant, ab eis refiliunt: nihil inde lucrantur, niſi quòd plurimis & grauioribus incommodis ſe implicant: atque in aliena regiones fames, ac errores, ac morborum ignominiæque ac ſeruitutis iniurias ſubire coguntur. Chryſ de preuiden. Ieſ. lib. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



fendet illos,& erimus in opprobrium vniuerſæ terræ.[h]Et factum eſt cum ceſſaſſet loqui Achior verba hæc,irati ſunt omnes magnates Holophernis, & cogitabant interficere eum,dicentes ad alterutrum: Quis eſt iſte, qui filios Iſrael poſſe dicat reſiſtere Regi Nabuchodonoſor,& exercitibus eius,homines inermes, & ſine virtute, & ſine peritia artis pugnæ? Vt ergo agnoſcat Achior quoniam fallit nos, aſcendemus in montana,& cum capti fuerint potentes eorum,tunc cum eiſdem gladio tranſuerberabitur,vt ſciat omnis gens quoniam Nabuchodonoſor deus terræ eſt, & præter ipſum alius non eſt.

[h. Audita Achior Reſpõſione ſequitur Aſſyriorũ indignatio. Vnde indignari ſunt omnes magnates Holophernis ex fine ſuę narrationis,in qua concluſerat eos non poſſe propria virtute Iudæos debellare: vtpote qui maiori innitantur virtuti & defenſioni. De Lyra.]

## *Achior ab Holopherne traditur in manus Iudæorum.* VI.

EActum eſt autem cum ceſſaſſent loqui: [a] indignatus Holophernes vehementer,dixit ad Achior: Quoniam prophetaſti nobis dicens: quòd gens Iſrael defendatur à deo ſuo, vt oſtendam tibi, quoniam non eſt deus niſi Nabuchodonoſor,cum percuſſerimus eos omnes ſicut hominem vnum, tunc & ipſe cum illis Aſſyriorum gladio interibis, & omnis Iſrael tecum perditione diſperiet,& probabis quoniam Nabuchodonoſor dominus ſit vniuerſæ terræ. Túncque gladius militiæ meæ tranſiet per latera tua,& confixus cades inter vulneratos Iſrael,& non reſpirabis vltrà,donec extermineris cum illis. Porrò autem ſi [b] prophetiam tuam veram exiſtimas,non cóncidat vultus tuus, & pallor qui faciem tuam obtinet, abſcedat à te,ſi verba mea hæc putas impleri non poſſe. [g] Vt autem noueris, quia ſimul cum illis hæc experieris,ecce ex hac hora illorum populo ſociaberis, vt dum dignas mei gladij pœnas exceperint, ipſe ſimul vltioni ſubiaceas. Tunc Holophernes præcepit ſeruis ſuis,vt comprehenderent Achior,& perducerent eum in [c] Bethuliam: & traderent eum in manus filiorum Iſrael. [d] Et accipientes eum ſerui Holophernis, [e] profecti ſunt per campeſtria: ]ſed cum appropinquaſſent ad montana, exierunt cõtra eos fundibularij. Illi autem diuertentes à latere montis ligauerunt Achior ad arborem manibus & pedibus,& ſic vinctum de reſtibus dimiſerunt eum,& reuerſi ſunt ad dominum ſuum. Porrò filij Iſrael deſcendentes de Bethulia venerunt ad eum. Quem ſoluentes duxerunt ad Bethuliam, atque in medium populi illum ſtatuentes percontati ſunt,quid rerum eſſet quòd illum vinctum Aſſyrij reliquiſſent. [*] In diebus illis erant illic Principes, Ozias filius Micha de tribu Simeon, & [2] Charmi qui & Gothoniel.] [*] In medio itaque ſeniorum & in conſpectu omnium, Achior dixit omnia quæ locutus ipſe fuerat, ab Holopherne interrogatus: & qualiter populus Holophernis voluiſſet propter hoc verbum interficere eum, & quemadmodum ipſe Holophernes iratus iuſſerit eum Iſraelitis hac de cauſa tradi,vt dum vinceret filios Iſrael, tunc & ipſum Achior diuerſis iubeat ſuppliciis interire, propter hoc quod dixiſſet: [†] deus cœli defenſor eorum eſt. [f] Cúmque Achior vniuerſa hæc expoſuiſſet, omnis populus cecidit in faciem adorantes dominum, & communi lamentatione & fletu vnanimes preces ſuas domino effuderunt dicentes: Domine deus cœli & terræ,intuere ſuperbiam eorum,& [3] reſpice ad noſtram humilitatem,]& faciem ſanctorum tuorum attende: [♯] & oſtende quoniam non derelinquis præſumentes de te: & præſumentes de ſe,& de ſua virtute gloriantes humilias. Finito itaque fletu, & per totam diem oratione populorum completa,conſolati ſunt Achior,dicẽtes: Deus patrum noſtrorum,cuius tu virtutem prædicaſti,ipſe tibi hanc dabit [g] viciſſitudinem,vt eorum magis tu interitum videas. Cum verò dominus deus noſter dederit hanc libertatem ſeruis ſuis,ſit & tecum deus in medio noſtri,vt ſicut placuerit tibi,ita cum tuis omnibus conuerſeris nobiſcum. Tunc Ozias finito concilio ſuſcepit eum in domum ſuam,& fecit cœnam magnam: Et vocatis omnibus presbyteris, ſimul expleto ieiunio refecerunt. Poſtea verò conuocatus eſt omnis populus, & per totam noctem [h] intra eccleſiam orauerunt,petentes auxilium à deo Iſrael.

a. Cum quæreret Holophernes hoſtis Iſraelitarum, quænã gẽs illa eſſet, vtrum aduerſus eam bellandum fuiſſet? Sic reſpondit Achior dux Ammonitarũ: Audiat dominus noſter verbũ de ore pueri ſui. Hæc enim progenies populi eſt Chaldæorũ, &c. quæ narrat Achior Ammonites. Augu. de ciuitate dei. lib. 16. cap. 13.

b. Neque enim aliud quicquã eſt propheria, quam eorum futurarum enarratio. Prhinde qui neſcit tempora eorum quæ dicta ſunt, quæ ve euenerunt, qui poterit homini cõtentioſo demonſtrare prophetiæ certitudinem? Chryſoſt. De verbis Iſa. Vidi dominum, homil. 2.

c. Hæc eſt vrbs Galilææ tribus leucis à Tyberiade diſtans, vbi caſtrorum Holophernis adhuc veſtigia reſtant vt infra, ca ſeqd. Cúmque traherent eum, fundibularij Iudæorũ egreſſi ſunt aduerſus eos. Fũdibularij vero ligatum ad arborem ſoluentes, adduxerunt eum in Bethuliã: & ſtatuerunt eum in medium ſeniorum & populi. Comeſt 1. Et duxerunt eum extra caſtra in campum.

e. Miſerant quidem de Ieruſalem duos principes ſacerdotũ in Bethuliam & principem Oziam de tribu Simeõ. Cúmque expoſuiſſet eis Achior quæ transmiſſus eſſet ab Holoperne ad eos, receperunt eum Ozias in domum ſuam. Idem 2. Chabris filius Gothoniel, & Chatmis filius Melchiel.

*Et conuocauerunt omnes ſeniores ciuitatis, & concurrerũt omnes iuuenes eorum, & mulieres ad congregationem.

[f. Interrogatus Achior cœrum Iudæorum lætificauit vſque adeo vt oẽs in orationẽ deum ſuã inciderint, cum omnis populus in faciem ſuã humiliter cadẽs orationem ad Dominum funderet & preces. Deuotè illum deprecantes vt eos cum ipſo Achior liberaret de manibus Holophernis & Aſſyriorũ. De Lyra. ibidem.]

3. Miſerere humilitatis generis noſtri.

g. Hoc eſt, mercedem. Vnde & merces dicitur plurimis ſanctarum ſcripturarum locis meritũ iuſtitiæ. Nuſquam porrò dicta eſt merces iuſtitia vel fides, quia iuſtitiæ vel fidei redditur merces. Auguſt. ex Epiſt. 105.

h. In ſynagoga particulari quæ erat in Bethulia.

*Holophernes obsessa Bethulia obsessos siti cruciat, obstructo aquæ ductu illorum.* VII.

A HOlophernes autem altera die præcepit exercitibus suis, * vt ascéderent contra Bethuliam. Erant autem pedites bellatorum [1] centumuiginti millia,] & equites [2] vigintiduo ]millia, præter præparationes virorum illorum quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerant de prouinciis, & vrbibus vniuersæ iuuentutis. Omnes parauerunt se pariter ad pugnam contra filios Israel, & venerunt per crepidinem montis vsque ad apicem, qui respicit super Dothaim, à loco qui dicitur Belma vsque ad [3] Chelmon,] qui est contra Esdrelon. [b] Filij autem Israel, vt viderunt multitudinem illorum, prostrauerunt se super terram, mittentes cinerem super capita sua vnanimes orantes, vt deus Israel misericordiam suam ostenderet super populum suum. Et assumentes arma sua bellica, sederunt per loca quæ ad angusti itineris tramitem dirigunt inter montosa, & erant custodientes ea tota die &
B nocte. ♱ [c] Porrò Holophernes, [4] dum circuit per gyrum, reperit quòd fons qui influebat aquæ ductum illorum à parte australi extra ciuitatem dirigeret, ] & incidi præcepit aquæ ductum illorum. Erant tamen non longe fontes à muris, ex quibus furtim videbantur haurire aquam, ad refocillandum potius, quàm ad potandum. Sed filij Ammon & Moab accesserunt ad Holophernem, dicentes: Filij Israel non in lancea nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos, & muniunt illos colles in præcipitio constituti. Vt ergo sine congressione pugnæ possis superare eos, pone custodes fontium, vt non hauriant aquam ex eis, & sine gladio interficies eos, vel certè fatigati tradent ciuitatem suam, quam putant in montibus positam superari non posse. [d] Et placuerunt verba hæc coram Holopherne, & coram satellitibus eius, & con-
C stituit per gyrum centenarios per singulos fontes. ♱ Cúmque ista custodia per dies viginti fuisset expleta, defecerunt cisternæ, & collectiones aquarum omnibus inhabitantibus Bethuliam, ita vt non esset intra ciuitatem vnde satiarentur vel vna die, quoniam ad mensuram dabatur populis aqua quotidie. [e] Tunc ad Oziam congregati omnes viri, fœminæque iuuenes, & paruuli, omnes simul vna voce dixerunt: Iudicet deus inter nos & te, quoniam fecisti in nos mala, nolens loqui pacificè cum Assyriis, & propter hoc vendidit nos deus in manibus eorum. Et ideò non est qui adiuuet, cum prosternamur ante oculos eorum in siti, & in perditione magna. [f] Et nunc congregate vniuersos qui in ciuitate sunt, vt sponte tradamus nos omnes populo Holo-
†Thren.4.d phernis. † Melius est enim vt captiui benedicamus dominum viuentes, quàm moriamur, & simus opprobrium omni carni, cum videamus vxores nostras, & infantes
D nostros mori ante oculos nostros. ♱ Contestamur hodie cœlum & terram, & deum patrum nostrorum, qui vlciscitur nos secundum peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatem in manum militiæ Holophernis, vt sit finis noster breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate sitis. Et cum hæc dixissent, factus est fletus & vlulatus magnus in ecclesia ab omnibus, & per multas horas vna voce clamauerunt ad deum,
†Psal.105.d dicentes: † [g] Peccauimus cum patribus nostris, iniustè egimus, iniquitatem fecimus. Tu quia pius es, miserere nostri, aut in tuo flagello vindica iniquitates nostras, & noli tradere confitentes te, populo qui ignorat te: vt non dicant inter gentes: Vbi est deus eorum? Et cum fatigati his clamoribus & his fletibus lassati siluissent, [h] exurgés Ozias infusus lachrymis, dixit: Æquo animo estote fratres, & hos quinque dies expectemus à domino misericordiam. Forsitan enim indignationem suam abscindet, & dabit gloriam nomini suo. Si autem transactis quinque diebus non venerit adiutorium, faciemus hæc verba quæ locuti estis.

*Iudith vacillantes & præ timore deditionem cogitantes Iudæos consolatur & firmat.* VIII.



* Et omni populo suo, qui veniebat in auxilium eius.

a. Bethulia ciuitas est montana Aetabitenæ regionis, ex horum latere quo montes ad occidentem respiciunt, sita contra Scythopolin. Fons autem Bethuliæ in valle ad austrum quo se Iudith vidua lauit à cæde Holophernis.

1. Centum septuaginta millia.
2. Duodecim.
3. Cyamonem.

b. Squalebat ciuitas obsidione barbaræ teritatis. Ita enim vniuersa languebant, vt in manibus hostium iam tradi commodius iudicarēt, quàm pernicioſæ famis depopulatione vexari. Augu. Ser. 220. de tempore.

c. Cum igitur Bethuliæ mœnia Holophernes hostili obsidione calcaret, & anteriēs tractus aquarum, prima indiceret certamina siccitatem, Iudith fidei sui cōiugis fœdera acerbo diſsidio rupta, lugubri lamētatione seruabat. Quæ vt reperit captiuitatis ciuitatis inducias postulatas: mox ei priuatum dolorem congeminauit communis ciuitatis dolor. Auguſt. Ser. 229. de tempore.

4. Duxit equitatum suum versus conspectum filiorum Israel, qui erant in Bethulia, & considerauit ascensus ciuitatis eorū.

d. Placuerunt Holopherni verba Ammonitarum & Moabitarum, quia videbātur sibi vtilia, ita vt non esset intra ciuitatem vnde satiarentur vel etiam vna die. si quilibet biberet pro sua voluntate. Verumtamen poterāt aquę sufficere per quinque dies positis in arcta necessitate: propter quod talis terminus fuit positus. De Lyra.]

e. Sunt enim in sagena Domini & boni & mali pisces vsque ad littus futuri iudicij qui præsentis vitæ incommoda grauiter ferētes malunt præsentibus vti delitiis quàm cœlestia bona sibi in futuro reseruari. Glosa ordina.]

f. Cum dixissent Ammonitæ ad Holopherné: Si vis eos obtinere sine bello & sanguine, appone fontibus custodes. Et appoſuit, & defecit aqua de cisternis post viginti dies. Et clamauit populus ad eos qui venerant de Ierusalem: Iudicet dominus inter nos & vos. Melius erat seruire Holopherni, quàm siti perire. Et dixerunt sacerdotes: Sustineam⁹ adhuc per quinque dies, si forte faciat Deus nobiscum misericordiam. Comestor.

g. Vindica iniquitates nostras, i. flagella nos quātum tibi placuerit, dum tamen non tradamur in manus infidelium. Et simili modo Dauid præelegit à Deo flagellari, quàm ab hominibus 2. Reg. vltimo. De Lyra. ibid.]

h. Licet Ozias benefecerit differendo traditionem ciuitatis & expectando diuinā misereatur diem, tamen præfigendo terminum quinque dierum malefecit, propter quod capite sequēti reprehenditur. De Lyra.

a Sed vt discas naturæ vitiatæ affectũ seriem ipsam prosequere scripturarũ. Aliebus enim viti sui quibus ille destructus est, vsitẽ tuendũ tribulationis deputauit, vt erroris assumpti, per octo dies imẽta ieiunio, sabbato tãtum & dominica, sacratumque temporibus feriarum non refectioni indulgens, sed religioni deferens. Amb. de Viduis.

[b. Ex quo patet eius continentia: quia cum adhuc esset satis iuuenis, transire tamen noluit ad secunda vota. De Lyra.]

c. Ieiunium purgat mentẽ, subleuat sensum, carnem spiritui subiicit. Ieiunium cor facit cõtribulatum & humiliatũ, quod deus non spernit. Ieiuniũ concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinũ ardores extinguit, castitatis venum lumen accendit. August Ser. 230. de tempore.

[d. Quòd autem non iuit, non fuit ex defectu humilitatis, sed ex zelo castitatis, & honestatis vidualis, quo refugiebat per vicos discurrere. De Lyra.]

e. Ea verba Iudith habẽtur plena sapientiæ in præsens, & perpetuæ pietatis erga deũ. Ozias autẽ princeps quã filij Israel diffidẽtia per annos 40. ea & deum tentauit, scilicet desperans de Dei prouidentia circa se, si non primum atque optatum, adesset votis. Verũ non est iste sermo inquit Iudith, qui misericordiã prouocet: sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. insigne exemplum patientiæ, & fiduciæ plenæ erga deum in rebꝰ aduersis. Zieglerus.

f. Iudith arcitos sacerdotes reprehendit, eo quod tentassent dominum, & terminum dierũ imposuissẽt misericordiæ eius. Et ait ad eos: Opus dei factura sum, quod non indicabo vobis. State hac nocte ad portas ciuitatis, & Ozias vobiscũ. Comest. ibidem.

[g. Non secuti sumus vestigia patrum nostrorũ, qui per multiplicem idololatriam Deũ reliquerunt, vt pater in lib. Reg. & Paralip. A reditu vero captiuitatis Babylonicæ non legitur populus Israel idololatriæ cultum exhibuisse nisi aliqui sed pauci tempore Antiochi Epiphanis, & ad hoc inducti timore mortis De Lyra ibid.

h. Abraham super filij immolatione, Isaac super sui oblatione, & Iacob super fratris sui fuga.

[i. Vt memores sint, quia tẽtati sunt patres sui vt probarentur, i. vt eorum patientia declararetur ad meritum ipsorũ & exẽplum aliorũ. Et inducit ad hoc exemplum Abrahæ, qui tẽtatus fuit in filij sui immolatione & Isaac, qui ad eandẽ immolationẽ se obtulit volũtatiẽ. De Lyra. ibidem.]

k. Ne cadamus igitur in tribulationibus, sed in omnibus agamus gratias, vt aliquid magni lucremur: vt apud deũ inueniamur probabiles, qui tribulationes permittit. Ipsarũ lucrũ Paulus nouit: propterea dicit: Tribulatio patientiã operatur, patientia vero probationẽ, probatio autem spem, spes vero non confundit. Chrysost. ad populũ Antiochẽ. homil. 62.

l. Quæcunque loquitur ecclesia in confessione fidei, in doctrina religionis laudabilia & irreprehensibilia sunt. Hoc singulos fideles orando præmonet si quisque sicut probauit verũ esse quod docet, ita operibus implet. Glo. ordina.

[m. Iudith promisit se exiturã cũ Abra ancilla sua: sed quid tractura sit inquiri prohibuit, orationẽ vero assiduam pro se fieri postulat. Plena rimarũ nõ fuit virago sancta, quæ consilij sui meminẽ conscium esse voluit. Superba non fuit, quæ ter monuit, vt pro se orarent. Gerhardus Lorichius ibidem.

ET factum est cum audisset hæc verba Iudith vidua, quæ erat filia Merari, a filij Idox, filij Ioseph, filij Oziæ, filij Elai, filij Iamnor, filij Gedeon, filij Rafaim, filij Achitob, filij Melchiæ, filij Enam, filij Nathaniæ, filij Salathiel, filij Simeon, filij Ruben: & vir eius fuit Manasses: qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ: instabat enim super alligantes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius, & mortuus est in Bethulia ciuitate sua, & sepultus est illic cum patribus suis. [b] Erat autẽ Iudith relicta eius vidua iam annis tribus, & mẽsibus sex. Et in superioribus domus suę fecit sibi secretũ cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur: & habens super lumbos suos cilicium, [c] ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbata, & Neomenias, & festa domus Israel. Erat autem eleganti aspectu nimis, cui vir suus reliquerat diuitias multas, & familiam copiosam, ac possessiones, armentis boum & gregibus ouium plenas. Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat dominum valde: nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. [d] Hæc itaque cum audisset quoniã Ozias promisisset, quòd trãsacto quinto e die traderet ciuitatẽ Assyriis, misit ad presbyteros Chabri, & Charmi. Et venerunt ad illam, & dixit illis: [e] Quod est hoc verbum in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyriis, si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? & qui estis vos qui [f] tentatis dominum? Non est iste sermo qui misericordiam prouocet: sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei. Sed quia patiens dominus est, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam eius fusis lachrymis postulemus. Non enim quasi homo, sic deus comminabitur: neque sicut filius hominis ad iracũdiam inflammabitur, & ideo humiliemus illi animas nostras, & in spiritu constituti humiliato, seruientes illi, dicamus flentes domino, vt secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum cito misericordiam suam: vt sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate gloriemur, [g] quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt deum suum, & adorauerunt deos alienos: pro quo scelere dati sunt in gladium, & in rapinam, & in confusionem inimicis suis. [f] Nos autem alterum deum nescimus præter ipsum. Expectemus humiles consolationem e eius, & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum: & humiliabit omnes gentes quæcunque insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore dominus deus noster. Et nunc fratres quoniam vos qui estis presbyteri in populo dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, vt memores sint, † quia [h] tentati sunt patres nostri, vt probarentur si verè colerent deum suum. [i] Memores esse debent, † quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, dei amicus effectus est. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles. † Illi autem qui tentationes non susceperunt cum timore domini, & impatientiam suam & improperium murmurationis suæ contra dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, † & à serpentibus perierunt. [f k] Et nos ergo non vlciscamur nos pro h his quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse: flagella domini quasi serui, qui corripimur ad emendationem, & non ad perditionem nostram, euenisse credamus. Et dixerunt illi Ozias, & presbyteri: [l] Omnia quæ locuta es, vera sunt: & non est in sermonibus tuis vlla reprehensio. Nunc ergo ora pro nobis dominum, quoniam mulier sancta es, & timens deum. Et dixit illis Iudith: Sicut quod potui loqui dei esse cognoscitis, ita quod facere disposui, probate si ex deo est, & orate vt firmum faciat deus consilium meum. [m] Stabitis vos ad portam nocte ista, & ego exeam cum Abra mea, & orate vt, sicut dixistis, in diebus quinque respiciat dominus populum suum Israel. Vos autem nolo scrutemini actum meũ, & vsque dum renuntiem vobis, nil aliud fiat, nisi oratio pro me ad dominum deum nostrum. Et dixit ad eam Ozias, Princeps Iudæ: Vade in pace, & dominus sit tecum in vltionem inimicorum nostrorum. Et reuertentes abierunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Iudith oratorium ingressa cilicio induta,& caput cinere conspersa,deum orat pro populo suo prostrata in terra.* IX.

A Vibus abscedentibus, Iudith ingressa est oratorium suum: & induens se cilicio,posuit cinerem super caput suum: & prosternens se domino, cla-
† Gene 34.d mabat ad dominum, dicens:†[b] Domine deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum,qui violatores extiterunt in coinquinatione sua,& denudauerunt fœmur virginis in confusionem: & dedisti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in captiuitatem: & omnem prædam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum: subueni quæso te domine deus
B meus mihi viduæ. ‡ Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti: & hoc factum
‡ Ezech.14.f est quod ipse voluisti. Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt, & tua iudicia in tua prouidentia posuisti.†[c] Respice castra Assyriorum nunc,sicut tunc castra Ægyptiorum videre dignatus es,quando post seruos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis,& in equitatu suo,& in multitudine bellatorum. Sed aspexisti super castra eorum & tenebræ fatigauerunt eos. Tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ operuerunt eos. Sic fiant & isti domine,qui confidunt in multitudine sua,& in curribus suis,& in contis,& in sagittis suis,& in lanceis gloriantur,& nesciunt quia tu ipse es deus noster,qui
C conteris bella ab initio, & dominus nomen est tibi. ‡ Erige brachium tuum sicut ab initio,& allide virtutem eorum in virtute tua. Cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare [d] sancta tua,& polluere tabernaculum nominis tui:& deiicere gladio suo cornu altaris tui.[e] Fac domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur.Capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex labiis charitatis meæ.[f] Da mihi in animo constantiam,vt contemnam illum,& virtutem eius,vt euertam illum.Erit enim hoc memoriale nominis tui,cum manus fœminæ deiecerit eum.
‡ Esth.16.a D †‡ Non enim in multitudine est virtus tua domine,neque in equorum viribus voluntas tua.Nec superbi ab initio placuerunt tibi,sed humilium,& mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.Deus cœlorum, creator aquarum, & dominus totius creaturæ,exaudi me miseram deprecantem,& de tua misericordia præsumentem.Memento domine testamenti tui,& da verbum in ore meo, & in corde meo consilium cor-
‡ Isaiæ 36.a robora,vt domus tua in sanctificatione tua permaneat: † & omnes gentes agnoscant, quia tu es deus,& non est alius præter te.

a.Cum Holophernes ille filiorum Israel,imò sui capitis inimicus,extirpatum sibi ius vindicaret, atque obsidione, armis, ignibúsque pugnaret,nec non & multarũ gentiũ campos eorũ metibus onerasset,in ciuitatem patrem fortissimã cõcurreret,Iudith sanctissima, cuius precib⁹ nil potuit cœlũ,orationis arte arma fabricatur,quibus aduersa consligeret, & pauescentes viros fœmina vinceret.Aug. Ser. 228. de tẽpore.
b.Quãm bona oratio cum misericordia Bona oratio quæ ordiné seruat,vt primo à diuinis inchoemus laudibus. Si enim cum apud hominem agimus, benevolum volumus iudicem facere, quanto magis eum dominũ nostrũ precamur. Ambr. in Iudith virginis cap.2.
[c Sicut luxuriosos luxuriosis comparat, ita nunc superbis superbos Assyrios scilicet,Aegyptios: quia sicut potentia diuina est in illis,ita manifestati potest & his subuertis: quia idem dominus eadem potentia,eadẽ iustitia.Glos.ordina. ibidem.]

d.Quoniam Bethuliæ captiuitatem sequebatur Ierusalẽ captiuitas: vnde diuinus cultus fuisset ablatus.
e Iudith bellator animus alienum pectus obsedit, Illa abiecta formidine fœminarum, victoriã in periculis quærens,nec mortẽ in periculis timuit, nec ambiguitatẽ formidauit. Aug. Ser.229.de tempore.
[f. Petit à Domino Iudith constantiam sibi dari: Nam inuadere tantum tyrannum.& per mulierem videbatur valde magnũ ideo eiecit. Da mihi.&c. i. vt contemnam illum, vt non timeam,nec horream occidere illum. De Lyra. ibidem.]

*Iudith ornamentis compta vrbem egreditur cum ancilla, quæ ab exploratoribus inuenta ducitur ad Holophernem.* X.

A [a] Actum est autem,cum cessasset clamare ad dominum,surrexit de loco
† Iudith.16.b in quo iacuerat prostrata ad dominum. Vocauitque Abram suam,& descendens in domum suam abstulit à se cilicium,† & exuit se vestimentis viduitatis suæ.Et lauit corpus suũ,& vnxit se myrrho optimo,& discrimi nauit crinem capitis sui,& imposuit mitram super caput suum,& induit se vestimentis iucunditatis suæ.Et induit sandalia pedibus suis, assumpsitque dextrariola,& lilia, & inaures,& annulos,& omnibus ornamentis suis ornauit se.Cui etiam dominus cõtulit splendorẽ: quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat.Et ideo dominus hanc illam pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decôre omnium oculis appareret. ‡ [b] Imposuit itaque Abræ suæ [c] ascopam vini, & vas
B olei, & polentam,& [d] lapates,& panes, & caseum, & profecta est. Cúmque venissent ad portas ciuitatis,inuenerunt expectãtem Oziam, & presbyteros ciuitatis. Qui cum vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius.[e] Nihil tamen interrogantes eam,dimiserunt transire,dicẽtes: Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis sua virtute corroboret,& glorietur super te Ierusalem, & sit nomen tuum in numero sanctorum & iustorum. Et dixerunt ij qui illic erant, omnes vna voce,fiat, fiat.[f] Iudith verò orans dominum, transiuit per portas ipsa &

a.Diuturnis igitur mœroribus & quotidianis roborata iciuniis sancta Iudith quæ seculi oblectamenta nõ quærerent, periculi negligens,mœrorisque cõtẽptu fortior,& cõmento fictus dolum,vestem illam iucunditatis, qua viuente viro vestiri solebat,se induit,quasi placitura viro si patriam liberaret. Sed virum alium videbat cui placere quærebat,illum vtique de quo dictum est: Post me venit vir,qui ante me factus est. Amb de viduis.
b.Quãta honestatis authoritas vt consilium de summis rebus fœmina sibi vindicaret,nec principibus populi committeret! Quãta honestatis authoritas vt deum adiutorem præsumeret, quãta gratia vt inueniret! Ambro. Offic.lib.3.cap 13.
c. Vtrem vini.
d. Ficus siccas.
[e. Dixerat enim eis,quod non scrutarentur suum consilium. ideo passi sunt illam transire deo commendentes eam. De Lyra.]
f. Pergit diuino spiritu ducta, & singularis ancillæ solatio cõtenta. Species custodit quæ blãditur,& ne violenter pudicitia custodita lædatur. Aug. Sermo. 229. de tempore.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Abra eius. [g]Factum est autem cum descenderet montem[f] circa ortum diei, occurre-e
runt ei exploratores Assyriorum,& tenuerunt eam,dicentes:Vnde venis,aut quò va-
dis?Quæ respondit: [g] Filia sum Hebræorum. Ideò ego fugi à facie eorum, quoniam
futurum agnoui quòd dentur vobis in deprędationem, pro eo quòd contemnentes
vos noluerunt vltro tradere seipsos, vt inuenirent misericordiam in cōspectu vestro.
Hac de causa cogitaui mecum,dicens: Vadam ad faciam principis Holophernis, vt
indicem illi secreta illorum,& ostendam illi quo aditu possit obtinere eos:ita vt non
cadat vir vnus de exercitu eius.Et cum audissent viri illi verba eius,considerabant fa-
ciem eius,& erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur
nimis.Et dixerunt ad eam:[h] Conseruasti animam tuam,eò quòd tale reperisti consi- b
lium,vt descenderes ad dominum nostrum.Hoc autem scias, quoniam cum steteris
in conspectu eius,bene tibi faciet:& eris gratissima in corde eius. Duxerúntque illam
ad tabernaculum Holophernis,nuntiantes eam. Cúmque intrasset ante faciem eius,
statim captus est in suis oculis Holophernes. Dixerúntq; ad eum satellites eius: Quis
contemnat populum Hebræorum, qui tam decôras mulieres habent, vt non pro iis
merito pugnare contra eos debeamus?Videt itaque Iudith Holophernem sedentem
in[i] conopæo,quod erat ex purpura,& auro & smaragdo & lapidibus pretiosis inter-
tum:& cum in faciem eius intendisset,adorauit eum, prosternens se super terram,&
eleuauerunt eam servi Holophernis,iubente domino suo.

f. Vt clam custodibus egressa credatur.

g Iudith se,vt adultero placeret, ornauit: quæ tamen quia hoc religione, non amore faciebat,nemo eam adulterij iudicabat.Bene successit exemplum. Nam si illa quæ se commisit religioni,& pudorem seruauit & patriā:fortasse & nos seruando religioné seruabimus etiam castitatem. Quòd si Iudith pudicitiam religioni præferre voluisset,perdita patria etiam pudicitiam perdidisset. Amb. De virginibus,lib.2.

[h. Sanctissima Iudith cū magno mœrore pro populo esset afflicta post solennitatem triduani ieiunij, rapite vncto & lota facie,ita interne afflictionis tristitiam texit,vt simulato gaudio lætari hostibus videretur:ac sic dum per lætitiā vultus ieiunium texit,de hoste triūphū victoriæ reportauit.Chromatius.in 6.cap.Matthæi.]

i. In cathedra: conopæo.i cortina instar papilionis,pyramidis in modum facta.

*Interrogata Iudith ab Holopherne super causa fugæ,pulchrè imponit illi,causam fugæ aperiens.* XI.

[a]Vnc Holophernes dixit ei: Æquo animo esto,& noli pauere in corde
tuo: quoniam ego nunquam nocui viro qui voluit seruire Nabuchodo-
nosor regi. Populus autem tuus si non contempsisset me, non allcuassem
lanceam meam super eum. Nunc autem dic mihi, qua ex causa recessisti
ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos?Et dixit illi Iudith: Sume verba ancillæ tuæ:
[b]quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuæ,perfectam rem faciet dominus tecum.
Viuit enim Nabuchodonosor Rex terræ,& viuit virtus eius quæ est in te ad correc-
tionem omnium animarum errantium, quoniam non solum homines seruient il-
li per te,sed & bestiæ agri obtemperant illi. [f] Nuntiatur enim animi tui industria vni- a
uersis gentibus, & indicatum est omni seculo quoniam tu solus bonus & potens es
in omni regno eius, & disciplina tua omnibus prouinciis prædicatur. † Nec hoc la-
tet,quod locutus est Achior, nec illud ignoratur quod ei iusseris euenire. Constat
enim deum nostrum sic peccatis offensum,vt mandauerit per Prophetas suos ad po-
pulum,quòd tradet eum pro peccatis suis. Et quoniam sciunt se offendisse deū suum
filij Israel,tremor tuus super ipsos est. Insuper etiam fames inuasit eos,& ab ariditate
aquæ iam inter mortuos cōputantur.[c]Denique hoc ordinant,vt interficiant pecora c
sua,& bibant sanguinem eorum,& sancta domini sui quæ præcepit deus non contin-
gi in frumento,vino,& oleo:[g] Hæc cogitauerunt impéndere: & volunt consumere,
quæ nec manibus deberent contingere. Ergo quoniam hæc faciunt,certum est quòd
in perditionem dabuntur. Quod ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, [d] & misit
me dominus hæc ipsa nuntiare tibi. Ego enim ancilla tua deum colo etiam nunc a-
pud te, & exiet ancilla tua, & orabo deum: & dicet mihi, quando eis reddat pecca-
tum suum, & veniens nuntiabo tibi, ita vt ego adducam te per mediam Ierusalem.
Et habebis omnem populum Israel sicut oues quibus non est pastor, & non latrabit
vel vnus canis contra te, quoniam hæc mihi dicta sunt per prouidentiam dei. [f] Et a
quoniam iratus est illis deus, hæc ipsa missa sum nunciare tibi. Placuerunt autem
omnia verba hæc coram Holopherne, & coram pueris eius, & mirabantur [e] ad sa-
pientiam eius,& dicebant alter ad alterum:Non est talis mulier super terram in aspe-
ctu,in pulchritudine,& in sensu verborum.Et dixit ad illam Holophernes. Bene fecit
deus,qui misit te ante populum,vt des illum tu in manibus nostris. Et quoniam bona
est

a. Ecce tibi Iudith se offert mirabilis,quæ formidatū populis vitum Holopherné,adit,Assyriorum triumphali septū cateruā. Quem primo formæ gratia & vultus decore perculit:deinde sermonis circunscriptis elegantia.Primus triumphus eius quòd integrū pudorem de tabernaculo hostis reuexit.Secūdus, quòd fœmina de viro reportauit victoriam,fugauit populos consilio suo.Horruerunt Persæ audaciā eius. Amb. Offic.lib.1.cap.3.

b. Quidam commendantur in scriptura non propter perfectā virtutem, sed propter quandā virtutis indolem,scilicet quia apparebat in eis aliquis laudabilis affectus,ex quo mouebantur ad quædam indebita facienda.Ex hoc modo Iudith laudatur,non quia mentita est Holoperni, sed propter affectum quem habuit ad salutē populi, pro qua se periculis exposuit, quibus dici possit quod verba eius veritatem habere possint secundum aliquem mysticum intellectum S.Tho.2 2.q 110. art 3.ad. 3.

[c. Nota quod nō sequitur hic vt videtur quod dicit quia per sanguinē & sanctorū pollutionem intellexit ciuitatis traditionem,quā conceperant priori die compleuisse. Et sic quārum in eis erat sanguinem bibisse occisorum,& sancta polluisse. De Lyra.ibidem.]

d. Quòd enim venit ad liberationem populi,fuit à domino, sed quòd ad hoc dixit mendacia,non fuit ab eo. Non enim indiget deus mendaciis hominum, ad perficiendum opera sua De Lyra.

e. Quid eius sapientiam prædicemus,quòd huiusmodi commenta est consilium, vt dū potentem elicit intempetantia, à se inferiores arceret, occasionē pararet victoriæ, abstinentiæ meritum, pudicitiæ gratiā teseruaret. Nec enim cibo, vt legimus maculata,nec adulterio non minus seruatę castitatis ex hostibus reuexit trophæū,quā patriæ liberatæ. Ambros.de viduit.

est promissio tua,si fecerit mihi hoc deus tuus,erit & deus meus,& tu in domo Nabu chonosor magna eris,& nomen tuum nominabitur in vniuersa terra.

*Iudith in domum thesaurorum introducta propriis vescendi cibis facultatem obtinet,& nocte egrediendi ad orationem,inducta autem coram Holopherne comedit.* XII.

A [a] VNc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius,& iussit illic manere eam,& cõstituit quid daretur illi de conuiuio suo.Cui respondit Iudith,& dixit: Nunc nõ potero manducare ex iis quæ mihi præcipis tribui ne veniat super me offensio. Ex iis autem quæ mihi detuli, manducabo.Cui holophernes ait: Si defecerint tibi ista quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi?Et dixit Iudith: Viuit anima tua domine meus,quoniam non expandet omnia hęc
B ancilla tua,donec faciat deus in manu mea hæc quæ cogitaui. ℣ Et induxerunt illam serui eius in tabernaculum quo præceperat: & petiit dum introiret, vt daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem,& deprecandi dominum. [b] Et præcepit cubícularijs suis,vt sicut placeret illi,exiret & introiret ad orandũ dominum suum per triduum. Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ:& baptizabat se in fonte aquæ. Et vt ascendebat,orabat dominum deum Israel,vt dirigeret viam eius ad liberationem populi sui.Et introiens munda manebat in tabernaculo,vsque dum acciperet
C escam suam in vesperum. ℣ Et factum est, quarta die Holophernes fecit cœnam seruis suis,& dixit ad Vagao eunuchum: Vade,& suade Hebræam illam vt sponte consentiat habitare mecum.Fœdum est enim apud Assyrios si fœmina irrideat virum agendo,vt immunis ab eo transeat.Tunc introiuit Vagão ad Iudith,& dixit: Non vereatur bona puella introire ad dominum meum,vt honorificetur ante faciem eius,& manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate. Cui Iudith respondit: [c] Quæ ego sum vt contradicam domino meo?Omne quod erit ante oculos eius bonum & opti
D mum,faciam. ℣ Quicquid autem illi placuerit,hoc mihi erit optimũ omnibus diebus vitę meæ. Et surrexit,& ornauit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem eius. Cor autem Holophernis concussum est, erat enim ardens in concupiscentia eius. Et dixit ad eam Holophernes:Bibe nunc,& accumbe in iucunditate,quoniam inuenisti gratiam coram me. Et dixit Iudith: Bibam domine,quoniam magnificata est anima mea hodie prę omnibus diebus meis.Et accepit,&manducauit,& bibit coram ipso ea quæ parauerat illi ancilla eius. Et iucundus factus est Holophernes ad eam, bibítque [d] vinum multum nimis,quantum nunquam biberat in vita sua.

*Holophernis ebrij Iudith caput abscidit,quod ad conciues efferens, ad gratiarum hortatur actiones.* XIII.

A [a] VT autem sero factum est: festinauerunt serui illius ad hospitalia sua, & concluſit Vagao ostia cubiculi, & abiit. [a] Erant autem omnes fatigati à vino.Erátque Iudith sola in cubiculo. Porrò Holophernes iacebat in lecto,nimia ebrietate sopitus.Dixítque Iudith puellæ suæ vt staret foris ante cubiculum,& obseruaret.Stetítque Iudith ante lectum, orans cum lachrymis,& labiorum motu in silentio dicens:Confirma me domine deus Israel,& respice in hac hora ad opera manuum mearum,vt sicut promisisti Ierusalem ciuitatem tuam erigas,& hoc quod credens per te posse fieri cogitaui,perficiam.Et cùm hęc dixisset,accessit ad columnam,quæ erat ad caput lectuli eius,& pugionem eius,qui in ea ligatus pendebat,exoluit.Cúmque euaginasset illum, apprehendit comã capitis eius, & ait:Confirma me domine deus Israel in hac hora. Et percussit bis in ceruicem eius, & [b] abscidit caput eius, & abstulit conopæum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum. [c] ℣ Et post pusillum exiuit & tradidit caput Holophernis ancillæ suæ, & iussit vt mitteret illud in peram suam. [d] Et exierunt duæ secundum cõsuetudinem suam quasi ad orationem,& transierunt castra: & gyrantes vallem,venerunt ad portam ciuitatis.Et dixit Iudith à longè custodibus murorum. Aperite portas,quoniam nobi-

a. Iudith luxurioso Holoferni haudquaquam inflexit connubio, solo titulo sobrietatis desperatum lacertis virilib⁹ reportauit triumphum,partiam obsidione exuit,lucem militiæ suis manibus occidit. Exemplum euidens quod & illum terribilẽ populis bellatorem virum luxuria sua emoliuit, & hanc fœminam temperantia cibi fortiorẽ viris. Non hic in texu suo victa est natura,sed in cibo suo victa est, & regem superbum suis inclinauit iciunijs. Amb. Epist. li. 10 epist 82.

b. Dispositio ad mortem Holophernis ardor fuit libidinis & ex eo sequens sopor ebrietatis. Quod notatur inde cũ dicitur & factum est. In quo præuidetur cæsus Holophernis De Lyra c. Vtique nõ expauit mortis periculum,sed nec pudoris,quod est grauius bonis fœminis, non vnius istum carnificis, sed nec totius exercit⁹ tela formidauit. Stetit inter cuneos bellatorum fœmina,inter victricia arma secura mortis Ambr. Offic. lib. 3. cap. 13.

d. Vino sensus hominis euertitur,pedes corruunt,mens vacillat,libido succenditur. Vnde Apostolus Eph. 5 d. Nolite inebriari vino in quo est luxuria Habet vnusquisque suæ sententiæ potestatem Ego Apostolum sequor in vino esse luxuriam, in vino ebrietatem Ebrietatẽ autẽ & luxuriam inter carnis opera numerari, nec ille potest negare,qui eisdem passionibus vincitur. Hiero. lib 3. in epistol. ad Galat. cap. 5.

a. Quid sobrietatem loquamur? temperantia enim virtus est fœminarum. Inebriatis vino viris & somno sepultis,abstulit vidua gladium, exeruit manum, bellatoris abscidit caput, per medias hostium acies intemerata processit. Aduertitis igitur quantũ nocere mulieribus possit ebrietas, quando viros vina sic soluunt, vt vincantur à fœminis. Nam si Iudith bibisset, dormisset cũ adultero: sed quia non bibit,haud difficile ebrios exercitus vnius sobrietas & vincere potuit & eludere. Ambro. de viduis.

b. Dum lætitia vultus ieiunium texit, de hoste triũphum victoriæ reportauit. Chrys. ex variis Mat. locis,homil. 10.

c Honestatem igitur secuta est Iudith, & dum eam sequitur, vtilitatem inuenit. Honestatis enim fuit prohibere ne popul⁹ de se prophanis daderet, ne rit⁹ patrios & sacramenta proderet, ne sacras virgines, viduas graues,pudicas matronas barbaricę subiceret impuritati, ne obsidionem detitione solueret Honestatis fuit se malle pro omnibus periclitari,vt omnes eximeret periculo. Amb. Offi 3. ca 13. d. Et post pusillum exiuit foras quasi ad orationem secundum consuetudinem. Ecce castitas. Orationis castitas fauore & pudorem proprium seruauit intactum & quietum,decepitque alienũ. Iacet inclusum cadauer, & iam foris est caput & sequitur. Cum palmifera castitate Iudith ad ciues festinat sollicite, nec prohibetur regressa, cui quasi ad orationẽ ante ire fuerat concessum. Iam recepit ornata ciuitas tantæ victricis reditus triumphales, iam luctus cõuertuntur in gaudium,iam portæ plenissima securitate panduntur,iam pendet muris victoribus caput. Augu. Ser. 228. de tempore.

ſcum eſt deus,qui fecit virtutem in Iſrael. Et factum eſt, cùm audiſſent viri vocem eius,[c] vocauerunt presbyteros ciuitatis. Et occurrerũt ad eam omnes, à minimo vſque ad maximum: quoniam ſperabant eam iam non eſſe venturam. Et accedentes luminaria congyrauerunt circa eam vniuerſi. Illa autem aſcendens in eminentiorem locũ iuſſit fieri ſilentium. Cúmque omnes tacuiſſent, dixit Iudith: Laudate dominũ deum noſtrũ, qui non deſeruit ſperantes in ſe: & in me ancillam ſuam adimpleuit miſericordiam ſuam, quam promiſit domui Iſrael: & interfecit in manu mea hoſtem populi ſui in hac nocte,[f] & proferens de pera caput Holophernis, oſtendit illis dicens: [g] Ecce caput Holophernis Principis militiæ Aſſyriorum.[§] Et ecce conopæum illius in quo recumbebat in ebrietate ſua, vbi & per manum fœminæ percuſſit illum dominus deus noſter. Viuit autem ipſe dominus, quoniam cuſtodiuit me angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem: & non permiſit me dominus ancillam ſuam coinquinari, ſed ſine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria ſua, in euaſione mea, in liberatione veſtra.[†] [i] Confitemini illi omnes, quoniam bonus in ſeculum miſericordia eius. Vniuerſi autem adorantes dominum, dixerunt ad eam: Benedixit te dominus in virtute ſua, qui per te ad nihilum redegit inimicos noſtros. Porrò Ozias Princeps populi Iſrael, dixit ad eam: Benedicta es tu filia à domino deo excelſo: præ omnibus mulieribus ſuper terram. Benedictus dominus qui creauit cœlum & terram: qui te direxit in vulnera capitis Principis inimicorum noſtrorum, [#] quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat [h] laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis domini in æternum: pro quibus non pepercíſti animæ tuæ propter anguſtias & tribulationem generis tui, ſed ſubueniſti ruinæ ante conſpectum dei noſtri.[†] Et dixit omnis populus, fiat, fiat. Porrò Achior vocatus, venit. Et dixit ei Iudith. Deus Iſrael cui tu teſtimonium dediſti, quòd[†] vleiſcatur ſe de inimicis ſuis, ipſe caput omnium incredulorũ incidit in hac nocte in manu mea. Et vt probes quia ita eſt, ecce caput Holophernis, qui in contemptu ſuperbię ſuæ dei Iſrael cõtempſit, & tibi interitum minabatur dicẽs,[†] cum captus fuerit populus Iſrael gladio perforari præcipiam latera tua. Videns autem Achior caput Holohernis, anguſtiatus præ pauore cecidit in faciem ſuam ſuper terram, & æſtuauit anima eius. Poſtea verò quàm reſumpto ſpiritu recreatus eſt, prócidit ad pedes eius, & [i] adorauit eam & dixit Benedicta tu à deo tuo in omni tabernaculo Iacob: quoniam in omni gente quę audierit nomen tuum, magnificabitur ſuper te deus Iſrael.

[c] Vocauerunt presbyteros, vt honorificẽtius reciperetur, quoniam ſperabant eam non redituram. Sper proprię non eſt niſi de bono: hic verò accipitur valdè improprię, ſcilicet pro timore valde probabili de morte eius violenta, atque ipſius retentione. De Lyra.]

[f] Ad declarationem veritatis, & ne aliqua ſuſpitio oriretur q Holophernes ſeu aliquis alius tetigiſſet eam inhoneſtè: ideo ſubditur. Viuit autem dominꝰ deus noſter. i. ſicut verum eſt, q ipſe eſt vita per eſſentiam, ita verum eſt quoniam cuſtodit me angelus eius. Idem, ibidem.]

[g] Scitote quanta ſit malignitas, quàta fraus inimici noſtri, quanta pietate à nobis ſuperatus ſit: quo dominus illeſus ab omni fraude, & erroris contaminatione cuſtodit, vt his inſpectis cõditori & redemptori noſtro gratias agatis. Glo. ordi.]

[§] Confitemini.

[h] Quandoquidem & ipſa ab omnibus laus homini iuſto quãcũque prouenerit, nõ ibi eſſe debet eius finis boni, ſed etiam ipſa referenda eſt ad laudẽ dei propter quem bona faciunt verè boni: quoniam nec à ſeipſis, ſed ab illo fiunt boni. Aug. in Pſal. 118. verſic. Auerte oculos meos ne videãt vanitatem, &c.

[i] Quæritur quomodo ſcriptum ſit: Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, cùm Abraham ſic honorauerit populum quendam gentium, vt eum adorarent? Sed animaduertendũ eſt in eodem præcepto non dictum: Dominum deum tuũ ſolum adorabis, ſicut dictum eſt: & illi ſoli ſeruies, quod eſt Græcè λατρεύσεις; talis enim ſeruitus non niſi deo debetur. Aug. q. ſuper Gene. 61.

a. Suſpendite hoc caput ſuper muros in ſignum victoriæ, partim habitæ, & partim habendę: & diluculo facite impetum in hoſtes, qui turbati prę nece domini ſui vertentur in fugã. Comeſtor in hiſtoria Iudith. c. 1.
b. Suſ. enim Holophernis capite, quod virorum conſilio non potuit excogitari, fuorũ erexit animos, hoſtium fregit, ſuos pudore excitãs, hoſtes quoque terrore percellens, eo quod cæſi ſunt & fatigati. Ita vnius viduæ temperãtia atque ſobrietas non ſolũm naturam ſuam vicit, ſed, quod eſt amplius, fecit viros etiam fortiores. Amb. de viduis.
c. Sanctiſſima Iudith cum magno mœrore eſſet afflicta pro populo, poſt ſolennitatem triduani ieiunij capite vncto & lota facie, ita internæ afflictionis triſtitiam texit, vt ſimulato gaudio lætari hoſtibus videretur. Ac ſic dum lætitia vultus ieiunium texit, de hoſte victoriæ triumphum reportauit. Chryſ. ex variis in Matt. locis hom. 10.
d. Virtus Aſſyriorum princeps militiæ eorum dicitur, in quo robur exercitus conſiſtere æſtimabant: ſicut virtus corporis naturaliter conſiſtit in corde. Propter quod dicit Vegetius de re militari: Sicut cor eſt in medio corpore, ita princeps debet in medio exercitus collocari. Lyranus.

*Holophernis capite in muro ſuſpenſo, Achiórque circunciſo, Iudæi irruunt in Aſſyrios, qui cum Holophernem excitaſſent, illum mortuum inuenerunt.* XIIII.

DIxit autem Iudith ad omnem populum: Audite me fratres: [a] Suſpendite caput hoc ſuper muros noſtros, & erit, cùm exierit ſol, accipiat vnuſquiſque arma ſua & exite cum impetu, non vt deſcendatis deorſum, ſed quaſi impetũ facientes. Tunc exploratores neceſſe erit vt fugiant ad principem ſuum excitandum ad pugnam. Cúmque duces eorum concurrerint ad tabernaculum Holophernis, & inuenerint eum truncum in ſuo ſanguine volutatum, decidet ſuper eos timor. Cúmque cognoueritis fugere eos, ite poſt illos ſecuri, quoniam dominus conteret eos ſub pedibus veſtris. [#] Tunc Achior videns virtutem quam fecit dominus deus Iſrael, relicto gentilitatis ritu, credidit deo: & circuncidit carnem præputij ſui, & appoſitus eſt ad populum Iſrael, & omnis ſucceſſio generis eius, vſque in hodiernum diem. [b] Mox autem vt ortus eſt dies, ſuſpenderunt ſuper muros caput Holophernis: accepítque vnuſquiſque vir arma ſua, & egreſſi ſunt cum grandi ſtrepitu & vlulatu. Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holophernis cucurrerunt. [c] Porrò ij qui in tabernaculo erant, venientes, & ante ingreſſum cubiculi perſtrepentes excitandi gratia inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, ſed à ſonantibus Holophernes euigilaret. [#] Nullus enim audebat cubiculum [d] virtutis Aſſy-

Assyriorum pulsando aut intrando aperire. [c]Sed cum veniſſent eius Duces ac Tribuni,& vniuerſi maiores exercitus Assyriorum, dixerũt cubiculariis: Intrate, & excitate illum, quoniam egreſsi mures de cauernis ſuis, auſi ſunt prouocare nos ad prælium. Tunc ingreſſus Vagao cubiculum eius,ſtetit ante cortinam & plauſum fecit manibus ſuis: ſuſpicabatur enim illum cum Iudith dormire. Sed cùm nullum motum iacentis ſenſu aurium caperet,acceſſit proximans ad cortinam,& eleuans eam,[d] vidénſque cadauer abſque capite Holophernis in ſuo ſanguine tabefactum iacêre ſuper terram, exclamauit voce magna cum fletu,& ſcidit veſtimenta ſua. Et ingreſſus tabernaculũ Iudith,non inuenit eam.Et exiliuit foras ad populum, & dixit: [f]Vna mulier Hebræa fecit confuſionem in domo regis Nabuchodonoſor. Ecce enim Holophernes iacet in terra,& caput eius non eſt in illo.Quod dum audiſſent principes virtutis Assyriorũ, ſciderunt omnes veſtimenta ſua: & intolerabilis timor & tremor cecidit ſuper eos:& turbati ſunt animi eorum valde. Et factus eſt clamor incomparabilis in medio caſtrorum eorum.

[c. Nullus audebat cubiculum virtutis Assyriorum aperire,s. principis militiæ, in quo virtualiter conſiſtit robur exercitus. Sicut virtus corporalis ſiue corporis naturalis in corde. Propter quod dixit Vegetius in libro de re militari: ꝙ ſicut cor eſt in medio corporis, ſic princeps debet in medio exercitus collocari. De Lyra.]

[f. Ecce glorioſæ fœminæ caſtitatem ſeruauit oratio: & hoſtem ſeruare non potuit multitudo. Lugentem ciuitatem vna fœmina ualuit vindicare, & tantus exercitus regem non potuit cuſtodire. Au Ser. 228. de tẽpore.

*Fugiunt Assyrij perſequentes Hebræos,& inde ſpolia colligentes valde ditati ſunt, vnde Iudith à pontifice & populo benedicitur.* XV.

A [a]Vmque omnis exercitus decollatum Holophernem audiſſet,fugit mens & conſilium ab eis, & ſolo tremore & metu agitati fugæ præſidium ſumunt,ita vt nullus loqueretur cum proximo ſuo, ſed inclinato capite relictis omnibus euadere feſtinabant Hebræos, quos armatos ſuper ſe venire audierant,fugientes per vias camporum,& ſemitas collium.[b] Vidẽtes itaque filij Iſrael fugiẽtes,ſecuti ſunt illos,deſcenderúntque clangentes tubis,& vlulantes
B poſt ipſos. [c]Et quoniam Assyrij non adunati,in fugam ibant præcipites: [d] filij autem Iſrael vno agmine perſequentes,debilitabant omnes quos inuenire potuiſſent. Miſitque Ozias nuntios per omnes ciuitates,& regiones Iſrael.Omnis itaque regio,omníſque vrbs electam iuuentutem armatam miſit poſt eos,& perſecuti ſunt eos in ore gladij,quouſque peruenirent ad extremitatem finium ſuorum.Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingreſſi ſunt caſtra Assyriorum, & prædam quam fugientes Assyrij reli-
C querant, abſtulerunt, & onuſtati ſunt valde. [e] Ij verò qui victores reuerſi ſunt ad Bethuliam,omnia quæ erant illorum abſtulerunt ſecum:ita vt non eſſet numerus in pecoribus,in iumentis,& vniuerſis mobilibus eorum, vt à minimo vſque ad magnum, omnes diuites fierent de prædationibus eorum. [d] Ioachim autem ſummus Pontifex, de Ieruſalẽ venit in Bethuliam cum vniuerſis preſbyteris ſuis, vt videret Iudith. Quæ
D cùm exiſſet ad illum,benedixerunt eam omnes vna voce,dicentes:†[f] [e]Tu gloria Ieruſalem,tu lætitia Iſrael,tu honorificentia populi noſtri: quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum,eò quòd caſtitatem amaueris, & poſt virum tuũ, alterum neſcieris,ideo & manus domini confortauit te,& ideò eris benedicta in æternum.† Et dixit omnis populus, fiat, fiat. Per dies autem triginta vix collecta ſunt ſpolia Assyriorum à populo Iſrael. [f] Porrò autem vniuerſa quæ Holophernis pecularia fuiſſe probata ſunt,dederunt Iudith in auro,& argento,& veſtibus,& gemmis,& omni ſuppellectili,& tradita ſunt omnia illi à populo. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus,& iuuenibus,in organis,& citharis.

[a. Omnis erat in ciuitate victoria,& in hoſtilib⁹ caſtris tremor erat & fuga. Iudith in ciuitate cum ſecutis ſecura. Vbi enim aſſiduis orationib⁹ pulſatur cœlum, potentia ſemper exaratur armorum. Aug. Ser. 228. de tem pore.

[b. Gedeon contra Madianitas pugnaturus, non haſtam, non clypeũ, ſed tubas & lãpades tulit: præfiguràns euangelij preco nes, quibus non eſt colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem ſed contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Glo. ordi.]

[c. Et turbati ſunt Aſſyrij valdè, fugæ præſidium quærentes. Et inſecuti ſunt eos filij Iſrael: & percuſſerunt eos vſque ad finiũ ſuorum extremitates. Per dies autem 30. vix collecta ſunt ſpolia Aſſyriorum. Comeſt. ibid.

[d. Lyranus poſt multam ſuper iſto Ioachim, qui ſupra cap. 4. dictus eſt Eliachim, diſputationem, reſoluit hanc hiſtoriã ſub Cambyſe non contigiſſe. Quod verò hic alterius ſacerdotis magni Ioachim mentio fiat, fuerit mediis annis Helchias mortuus filiuſque eius Eliachim ordinis ſecundi ſacerdos, qui ob ſingularem authoritatẽ electus à collegio ſacerdotum fuit ob conſpectam pietatem, quam cuſtodiſſent ipſe & pater inuiolatã, ſub impijs regibus Manaſſe & Amon, per annos 53. Quodverò nunc etiam extra prouinciæ cõfirmandæ ſacerdoti committitur, exiſtimo eam eſſe cauſam, quia Ioſias nimis tunc iuuenis eſſet.

[e. Nam diuinum cultum qui erat in Ieruſalẽ, de quo ſummè gloriabãtur Iudæi, cõſeruauerat interficiendo Holophernẽ, qui ipſum deſtruere intendebat, vt patuit ſup. 3. & 4. c. De Lyra.]

[f. Sic populus dei ab Aegypto recedens ipſam ſpoliauit, vnde tabernaculum conſtruxit. Glo. ordinaria.]

*Canticum Iudith ob victoriam poſtquam venit populus Ieruſalem gratias acturus, & tandem Iudith plena dierum moritur.* XVI.

A [a]Vnc cantauit canticum hoc domino Iudith, dicens: Incipite domino in tympanis,cantate domino in cymbalis, modulamini illi pſalmum nouum, exultate,& inuocate nomen eius. Dominus conterens bella, dominus nomen eſt illi. Qui poſuit caſtra ſua in medio populi ſui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum noſtrorum. Venit Assur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis ſuæ:cuius multitudo obturauit torrentes, & equi eorũ coo-

[a. Super hoc canticum inuenis quod dicit Hiero. ſuper Pſalm. Domine dominus noſter. Quia cùm in Hebræo legitur nomen domini geminatum: ſicut hic Adonai,domine deus primum eſt tetragrammaton, ſecundum verò nomen dei commune. Comeſt, in 1. cap. hiſtoriæ Iudith.

peruerunt valles. Dixit se incensurum fines meos,& iuuenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in prædam,& virgines in captiuitatem. [b] Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus fœminæ, & confudit eum. Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus,nec filij Titan percusserunt eum,nec excelsi gigantes imposuerunt se illi:sed Iudith filia Merari in specie faciei suę dissoluit eum. [§] Exuit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israel. Vnxit faciem suam vnguento, [c] & colligauit cincinos suos mitra ad decipiendum illum.Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius,amputauit pugione ceruicem eius.Horruerunt Persæ constantiam eius, & Medi audaciam eius.Tunc vlulauerunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei,arescentes in siti.Filij puellarum compunxerunt eos,& sicutpueros fugientes occiderunt eos, perierunt in prælio à facie domini dei mei: hymnum cantemus domino,hymnum nouum cantemus deo nostro. [d] Adonai domine magnus es tu,& præclarus in virtute tua,& quem superare nemo potest. [§] Tibi seruiat omnis creatura tua[†]quia dixisti,& facta sunt:misisti spiritum tuum, & creata sunt, & nō est qui resistat voci tuæ.Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis:petrę sicut cera liquescent ante faciem tuam. Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia. Vehgenti insurgenti super genus meum:Dominus enim omnipotens vindicabit in eis,in die iudicij visitabit illos Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum. Et factum est post hæc,omnis populus post victorii venit in Ierusalem adorare dominum,& mox vt purificati sunt,obtulerunt omnes holocausta,& vota,& repromissiones suas.Porrò Iudith vniuersa vasa bellica Holophernis,quæ dedit illi populus, & conopæum quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema obliuionis. [§] Erat autem populus iucundus secundum faciem sanctorū, [a] & per tres menses gaudium huius victoriæ celebratum est cum Iudith. Post dies autē illos vnusquisque rediit in sua,& Iudith magnificata est in Bethulia,& pręclarior erat vniuersæ terræ Israel. [e] Erat etiam virtuti castitas adiuncta, ita vt non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ,ex quo defunctus est Manasses vir eius. Erat autem diebus festis procedens cum magna gloria. [f] Mansit autem in domo viri sui annos centumquinque,& dimisit Abram suam liberam, & defuncta est ac sepulta cum viro suo in Bethulia,luxítque illam omnis populus diebus septem. In omni autem spatio vitæ eius non fuit qui perturbaret Israel,& post mortem eius annis multis.Dies autem victoriæ huius festiuitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore vsque in præsentem diem.

b. Non sufficit mortalis eloquutia sastorū omnium orationes eximias atque triumphos grauidasque referre virtutes, quas omnipotens deus dedit eis quibus solet cōferre victoriam,qui virtutē fœminas vigere permisit, qui & flammam camini refrigerio dispertit, & insidiosos exercitus capite sublato nudauit. Aug. Ser. 228. de tem.

[c. Hoc est capillorum suorum flocellos ad decipiendum illū: non quòd intenderet inducere illum ad mortale peccatum,sed vt desyderaret eam habere vxorem. Et per hoc Iudith haberet ad eum familiarem accessum, per quem eum occidere posset, vt dictum est supra cap. 9.&10. De Lyra.]

d. Adonai vnum est de decem dei nominibus mysticis,de quibus Hieron.ad Marcellā. Primū אֵל El.Heb.3.1 deus Secundum אֱלֹהִים Elohim. Pluraliter dij. Tertium אֱלֹהִי Elohe, vel Eloha, singulariter. Quartum, צְבָאוֹת sabaoth, quod interpretatur vel virtutū, vel exercituū Quintū עֶלְיוֹן Elion, quod excelsum dicitur. Sextum אֲשֶׁר אֶהְיֶה Est chie.qui est,vt Exod. 3. Qui est misit me. Septimū אֲדֹנָי adonai,hoc est,dominus Octauum יהּ ia quod in fine dictionis ponitur,vt in אַלְלוּיָהּ alleluia laudate deum, in extremáque syllaba sonat. Nonum יְהוָה Iehoua tetragrammaton,nomē dei ineffabile. Decimū שַׁדַּי Saddai,omnipotens, sufficiens, hæc ille.

[e. Erat enim virtuti constantiæ, qua deiecerat Holophernē, castitas vidualis adiuncta, ita vt non cognosceret virum. De Lyra ibidem.]

f. Non tot annis etiam stetit templum. Nam annis plus minus quadraginta duobus ab historia gesta destructum est. Sed mansit in domo viri sui 105 annis inter contribules, sicut plures 10. tribuum reliquiæ in suis possessionibus manserunt.

## PROLOGVS BEATI HIERONYMI
### Presbyteri in librum Esther.

*Librum Esther variis translatoribus constat esse vitiatum, quem ego de archiuis Hebræorum [1]reuelans]verbum è verbo expressius transtuli. Quem librum editio vulgata,lacinijs hinc inde verborum finibus trahit,addens ea quæ ex tempore dici potuit, & audiri, sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate excogitare, quibus verbis vti potuit,qui iniuriam passus est,vel ille qui iniuriā fecit. Vos autem ô Paula & Eustochiū, quoniam & bibliothecas Hebræorum studuistis intrare, & interpretum certamina comprobastis, tenentes Esther Hebraicum librū, per singula verba nostram translationē aspicite,vt positis agnoscere me nihil etiam augmentasse addendo, sed fideli testimonio simpliciter,sicut in Hebræo habetur, historiam Hebraicam Latinæ linguæ tradidisse.Nec affectamus laudes hominū,nec vituperationes expauescimus:deo enim placere curātes minas hominum penitus non timemus,quoniā deus dissipat ossa eorum,qui hominibus placere desiderant:& secundū Apostolum[†] qui eiusmodi sunt,serui Christi esse non possunt.Rursum in libro Esther alphabetū ex minio vsque ad theta literam fecimus diuersis in locis,volentes scilicet septuaginta interpretum ordinē per hoc insinuare studioso lectori. Nam enim iuxta morem Hebraicum,ordinem prosequi,etiam in septuaginta editione maluimus.*

1. Relcuans.

Inci-

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Incipit liber Esther.

*Assuero splendidum celebrante conuiuium Regina Vasthi marito inobediens repudiatur, promulgato decreto, quo viri vxoribus dominentur.* *Cap. I.*

Hanc historiam dicit Philo Iudæus Ioachim summum pontificem Iesus magni pontificis filium scripsisse.

†* IN[a] diebus Assueri qui regnauit ab Indiâ vsque Æthiopiâ super centum uigintiseptem prouincias,* quando sedit in solio regni sui, [b] Susa * ciuitas regni eius exordium fuit. Tertio igitur anno imperij sui fecit grande conuiuium cunctis Principibus, & pueris suis, fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum coram se, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ suæ multo tempore, centum videlicet & octoginta diebus. Cúmque implerentur dies conuiuij, inuitauit omnem populum, qui inuentus est in Susis à maximo vsque ad minimum: & iussit septem diebus conuiuium præparari in vestibulo horti,* & ⊱ nemoris, quod regio cultu, & manu consitum erat. Et pendebant ex omni parte ] [1] tentoria aërei coloris, & carbasini, ac hyacinthini, sustentata ] funibus bysinis, atque purpureis, qui[2] eburneis ] circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulciebantur.[3] Lectuli quoque aurei, & argentei super pauimentum smaragdino, & pario stratum lapide* dispositi erant: ⊱ quod mira varietate pictura decorabat. ] Bibebant autem qui inuitati erant, aureis poculis, & aliis atque aliis vasis ⊱ cibi inferebantur. ] Vinum quoque vt magnificentia regia[3] dignum erat, abundans, & præcipuum ponebatur, nec erat ] qui nolentes cogeret ad bibendum: sed sicut Rex statuerat præponens mẽsis singulos de principibus suis, vt sumeret vnusquisque quod vellet. [c] Vasthi quoque regina fecit conuiuium fœminarum in palatio, vbi Rex Assuerus manere consueuerat. Itaque die septimo, cum rex esset hilarior,* & ⊱ post nimiam potationem incaluisset mero, ] præcepit Mahumam, & Bazatha, & Harbona, & Bagatha, & Abgatha, & Zethar, & Carchas septem eunuchis, qui in conspectu eius ministrabant, vt introducerent Vasthi reginam coram rege, posito super caput eius diademate vt ostẽderet cunctis populis & principibus, eius pulchritudinem. †§ Erat enim pulchra valde. [d] Quæ renuit, & ad regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, venire contempsit. Vnde iratus rex, & nimio furore succensus interrogauit sapiẽtes[4] qui ex more regio semper ei aderant: & illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges ac iura maiorum ] (erant autem primi, & proximi, Charsena, & Zethar, & Admatha, & Tharsis, & Mares, & Marsena, & Mamucha, septem duces Persarum, atque Medorum, qui videbant faciem regis, & primi post eum residere soliti erant,) cui sententiæ Vasthi Regina subiaceret, quæ Assueri regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, facere noluisset. Respondítque Mamucha audiente rege, atque principibus: [e] Non solum Regem læsit Regina Vasthi, sed & omnes populos, & principes qui sunt in cunctis prouinciis regis Assueri. § Egredietur enim[5] sermo ] reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos,* & dicant: Rex Assuerus iussit vt regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit: atque hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum, atque Medorum[6] paruipendent imperia maritorum. Vnde regis iusta est indignatio. ] Si ergo tibi placet, egrediatur edictum à facie tua, & scribatur iuxta legem Persarum atque Medorum, quam præteriri illicitum est, vt nequaquam vltrà Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius, altera quæ melior est illa, accipiat. Et hoc in omne (quod latissimum est) prouinciarum tuarum diuulgetur imperium, vt cunctæ vxores tam maiorum quàm minorum deferant maritis suis honorem. Placuit consilium eius regi, & Principibus, fecítque Rex iuxta consilium Mamucha, & misit epistolas ad vniuersas prouincias regni sui, vt quæque gens audire & legere poterat di-

*Factum est.

a. Historia Esther à diuersis actatemporibus diuersis scribitur. Eusebius enim cum pleriſque Hebræis actam credit sub Artaxerxe Longimano, quod difficile crediderim, cũ Mardocha[3] qui cum Ioachim captiuus fuit, vt infra 2. tunc plusquam ducẽtos habuisset annos. Alij dicũt sub Cambyse, qui ad summum 8. an. regnauit, nisi vt supra 10. th primo dictum est, cum Cyro patre regnasset, & tamen 12. annis huius Assueri Hamã misit sorres, vt infr. 3 b. Itaque sub Dario Hystaspis filio facũ crediderim, qui Susas incoluit, & cuius vxor prima Atoda filia Cyri, & Cambysis soror. Altera Astyfiona virgo, quæ creditur Esther, vtpote quã Hebræi Hadassam vocãt, interpres verò noster Ediſſam, infr. cap. 2.

*In diebus illis.

b. Susa vel Susan, metropolis est Persidis, vbi & regia Cyri miro ornatũ & pretio fulgẽs fuisse asserunt, & deinceps cæterorum quã Choaspes fluuius præterfluit.

*Metropolis.

*Domus Regis.

1. Sericum candidum, vitide, & hyacinthinum tenebatur.

2. Argenteis.

*Hyacinthino.

3. Copiosum erat. Erátque computatio illa decreta secundum legem, ita vt nec esset.

c Regina quoque Vasthi pari modo mulierum in regia celebrauit conuiuium: quam Rex ostendere conuiuis cupiens ad se accersiuit pulchritudine omnes mulieres superantem. Illa verò volens leges Persarum seruare, quæ vxores vetant ab aliis præter domesticos conspici, nõ iuit ad Regem. Ioseph. lib. 11. c. 6. Antiq. Iudaic.

*Propter vinum.

d. Possunt itaque coniuges per charitatem seruire inuicem, sed mulierem non permittit Apostolus dominari in virum. Hoc enim viro potius dei sententia detulit, & maritum habere dominium meruit mulieris non natura, sed culpa. Quod tamen nisi seruetur, deprauabitur amplius natura, sed augebitur culpa Augu. de Gene. ad lit. lib. 2. cap 37.

4. Scientes tẽpora, quia sic erat consuetudo Regis proponendi omnibus qui licentiam habebant constitutionum & iudiciorum.

e. Io omni lege vxor semper fuit subdita viro propter dominum qui subiecit eam. Gene. 3. Sub viri potestate eris. & ipse dominabitur tui. Inobedientiæ igitur vxoris aliqua pœna debetur de qua Chryſost. in Gene. hom. 26. Quàm excellens misericordia, etiam si infidelis fuerit vel pagana, retine. Si autẽ in te peccauerit, & tæderum obliuiscitur, & magis aliorum prætulerit communionem, licet tibi illam eiicere, & repellere. Chryſ. vbi supra. Non tamen datur aliam, aut reconcilietur ei, sicut & de muliere dixit Christus. Fieri enim potest vt dimittat vxorẽ causa fornicationis quã dominus excepiam esse voluit, iam verò si nec illi nubere conceditur viuo viro à quo recesserit, neque huic alteram ducere viua vxore quam dimisit. Aug. lib. 2. de sermone dñi in mõte. 5. Factum.

*In oculis suis.

6. Quæ audierunt factum Reginæ, dicent cunctis principibus regis, & huius rei gratia maior erit contemptus & indignatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca



uersis linguis,& literis,esse viros Principes ac maiores in domibus suis,& hoc per cunctos populos diuulgari.

*Præ cæteris virginibus Assuero quæsitis Esther placuit, Vnde Regina facta est, Mardochæo accusante eunuchos Regi insidiantes.* 11.

His itaque gestis,postquam Regis Assueri indignatio deferbuerat, [a] recordatus est Vasthi* quæ fecisset, vel quæ passa esset: dixerúntque pueri regis, ac ministri eius. [b] Quærantur regi puellæ virgines ac speciosæ, & mittantur qui considerent per vniuersas prouincias puellas speciosas & virgines, & adducant eas ad ciuitatem Susan, & tradant eas in domum fœminarum sub manu Hagæi eunuchi, [f] qui est prępositus & custos mulierum regiarum: & accipiant mundum muliebrem, & cætera ad vsus necessaria.] [c] Et quæcunque inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro Vasthi. Placuit sermo regi,& ita vt suggesserant,iussit fieri. Erat vir Iudæus in Susis ciuitate, vocabulo [d] Mardochæus filius Lair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Iemini, qui translatus fuerat de Ierusalem, † [e] eo tempore quo Iechoniam Regem Iuda, Nabuchodonosor Rex Babylonis transtulerat, qui fuit nutricius filiæ [2] fratris sui] Edissæ, quæ altero nomine vocabatur Esther, & vtrunque parentem amiserat: pulchra nimis,& decôra facie. Mortuísque patre eius ac matre, Mardochæus sibi eam adoptauit in filiam. † [3] Cúmque percrebuisset regis imperium, & iuxta mandatum illius multæ pulchræ virgines adducerentur Susan, & Hegæo traderentur eunucho: [3] Esther quoque inter cæteras puellas ei tradita est vt seruaretur in numero fœminarum.] Quæ placuit ei, & inuenit gratiam in conspectu illius. Et præcepit eunucho, vt acceleraret [f] mundum muliebrem] & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo Regis,& tam ipsam quàm pedissequas eius ornaret atque excoleret. * Quæ noluit indicare ei populum, & patriam suam. [g] Mardochæus enim patruus præceperat ei, vt de hac re omnino reticeret: qui deambulabat quotidie ante vestibulum domus, in qua electæ virgines seruabantur, curam agens salutis Esther, & scire volens quid ei accideret. Cum autem venisset tempus singularum per ordinem puellarum, vt intrarent ad Regem, [4] expletis omnibus quæ ad cultum muliebrem pertinebant: mensis duodecimus vertebatur, ita duntaxat, vt sex mensibus oleo vngerentur myrtino,& aliis sex, [h] quibusdam pigmentis, & aromatibus vterentur.] [5] Ingredientésque ad Regem, quicquid postulassent & ad ornatũ pertinens, ] accipiebant: & vt eis placuerat, compositæ de triclinio fœminarum ad Regis cubiculum transibant. Et quæ intrauerat vespere, egrediebatur mane, atque inde in secundas ædes deducebatur, quæ sub manu Sasagazi eunuchi erant, qui concubinis Regis præsidebat: nec habebat potestatem ad Regem vltrà redeundi, nisi voluisset rex,& eam vocare iussisset ex nomine. [i] Euoluto autem tempore per ordinem, instabat dies quo Esther filia Abiáhil [5] fratris ] Mardochæi, quam sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad Regem. Quæ non quæsiuit muliebrem cultum, sed quæcunque voluit Hegæus eunuchus custos virginum, hæc ei ad ornatum dedit. † [6] Erat enim formosa valde,& incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa, & amabilis videbatur.] Ducta est itaque ad cubiculum regis Assueri mense decimo, qui vocatur [k] Thebeth, septimo anno regni eius: & adamauit eam Rex plusquàm omnes mulieres, habuítque gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecítque eam regnare in loco Vasthi. [6] [7] Et iussit conuiuium præparari permagnificũ cunctis Principibus,& seruis suis pro coniunctione, & nuptiis Esther.] Et dedit requiem vniuersis prouinciis, ac dona largitus est iuxta magnificentiam [8] principalem.] Cúmque & secundò quærerentur virgines, & congregarentur, Mardochæus manebat ad ianuam regis, necdum prodiderat Esther patriam & populum suum, iuxta mandatum eius. Quicquid enim ille præcipiebat, obseruabat Esther: & ita cuncta faciebat, vt eo tempore solita erat, quo eam paruulam nutriebat. Eo igitur tempore quo Mardochæus ad Regis ianuam morabatur, † irati sunt Bagathan, & Thares,

a. Rex vero qui vehementer eã amabat, nec diffungi ab ea fetebat, nec tamen retinere propter legem poterat, mœrens qd voluntati suæ non liceret satisfacere. Ioseph. lib. 11. c. 6. Anti.
* Ex eorum.
[b. Quærantur puellæ virgines, & accipiant mundum muliebrem, hoc est illud quod pertinet ad cultum & ornatum mulierum. De Lyra ibidem.]
1. Regis, custodis mulierũ, qui diuret eis ornamenta peculiaria. sc. Repudiata Vasthi. i. Iudæa diuersi ex diuersis partibus mũdi ad societatem regiæ per prędicatores verbum dei administrantes adducuntur. Glo. ord.]
d. Qui teste Philone decem & octo annis ętatem Isaac superauit, & sic vixit. 198. annis.
e. Vnde qui dicunt hanc historiam sub Artixerxe Mnemone factam concedant oportet Mardochæum 13. anno Mnemonis fuisse natum. 240. Ab anno enim Iechoniæ captiuitatis ad 13. Mnemonis sunt. 229. an. præter hos quos habebat, cùm est ductus captiuus.
2. Patrui sui.
3. Assumpsitque Esther in domum Regis sub manu Hegæi custodis mulierum.

f. Ornatum mulierum: & hic subsistiuè ponitur: & est ornatus, cultus, apparatus, pôpáque muliebris. Dicitur & mundum neutro genere.
* In domo mulierum.
g. Mardochæus & Esther inter purpuram, sericum & gemmas superbiam humilitate vicerũt, tantique fuere meriti, vt captiui victoribus imperarent. Hier. ad Saluinam. De viduitate seruanda.
4. In fine eorum quæ iuxta legem mulierum essent, mensis duodecimus erat: sic enim implebãtur dies purificationis earum, sex menses cum oleo myrrhæo, & sex menses cum aromatieis purificationibus mulierũ.
[h. Vterentur variis pigmentis quæ faciunt carnem mulieris suauem, & redolentẽ ad reprimendos fœtores qui in mulieribus solent esse. Omnia ita fiebant de consilio medicorũ regis: vt sic maiorem delectationem inueniret in ea, vel saltem in aliqua earum. Glo. ordi.]
i. Perducta verò ad eum Esthere, delectatus eius consuetudine & amore correptus legitimã coniugem eam sibi adiunxit, nuptialique celebrauit anno regni sui septimo, mense duodecimo qui Adar dicitur. Ioseph. 116. Antiq. Iudaic.
5. Patrui.
6. Esther enim gratiam inuenit in oculis omnium intuentium eam.
k. December.

7. Et fecit Rex conuiuium magnũ omnibus principibus ut suis, & seruis suis conuiuiũ Esther.
l. Dimisit quos angaros vocant per omnes gentes nuptiale festum eis indicẽs. Ipse verò Persar & Medos, & primates aliarum gẽtium accepit conuiuio nuptiali per menses integrum & ingressæ regiam vxori diadema imposuit, atque ita cum ea conuixit nunquam interrogata, quonam esset genere nata. Ioseph. Anti. Iudaic. lib. 11. c. 6.
8. Regis, vel regiam.

Thares,duo eunuchi Regis,qui ianitores erant,& in primo palatij limine residebant:[9] voluerúnque insurgere in Regem,& occidere eum.][m] Quod Mardochæum non latuit.Statímque nuntiauit reginæ Esther: & illa regi ex nomine Mardochęi, qui ad se rem detulerat. Quæsitum est & inuentum: & appensus est vterque eorum in patibulo.﹣Et iussit Rex, vt in libro memoriali scriberetur:vt pro vita sua aliquid repensaret ei.] Mandatúmque est historiis,& annalibus traditum coram Rege.

9. Quærebántque mittere manus in Regem.
[m. Mardochæus profert eum chos eos qui cõspirauerunt cõtra regem, Hi ergo suspenduntur, ille in librum fastorum refertur. Cõtra regem consurgũt, non solum exteri Iudæi & ethnici, sed & intranei hypocritæ & hæretici, nec de infimo grege,sed ostiarij,hoc est, ex ordine & classe magistratus ecclesiastici. Lorichius.ibid.]

*Impetrat impius Haman in malum suum necem Iudæorum, literas ad omnes prouincias mittens.* III.

A POst hęc Rex Assuerus exaltauit Haman filium Amadathi, qui erat de stirpe[a] Agag,* & posuit solium eius super omnes Principes quos habebat: Cunctíque serui Regis qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua,& adorabant Haman. Sic enim præceperat eis imperator. Solus Mardochęus non flectebat genu,neque adorabat eum. Cui dixerunt[1] pueri ] regis,qui ad fores palatij residebant: Cur[2] præter cęteros non obseruas ] mandatum Regis? Cúmque[3] hoc crebrius dicerent,& ille nollet audire, nuntiauerunt Haman, scire cupien-
B tes vtrum perseueraret in sententia. Dixerat enim eis se esse Iudæum: ﹠[b] Quod cum audisset Haman, & experimento probasset, quòd Mardochęus non sibi flecteret genu,nec se adoraret,iratus est valde, & pro nihilo duxit in vnum Mardochęum mittere manus suas,audierat enim quòd esset gentis Iudææ, magísque voluit[4] omnem Iudęorum, qui erant in regno Assueri perdere nationem. Mense primo cuius vocabulum est Nisan, anno duodecimo regni Assueri: †﹠[c] missa est sors in vrnam, quę Hebraicè dicitur,Phur,coram Haman:quo die & quo mense gens Iudęorum deberet interfici.Et exiuit mensis duodecimus,qui vocatur Adar. [d] Dixítque Haman Regi Assuero. †﹠ Est populus per omnes prouincias regni tui dispersus,& à se mutuò separatus,nouis vtens legibus & ceremoniis, insuper & Regis scita contemnens: & optimè nosti quòd non expediat regno tuo vt insolescat per licentiam.Si tibi placeat,[6] decerne vt pereat,] & decem milia talentorum * appendam arcariis gazę tuę. Tulit ergo Rex annulum,﹣quo vtebatur de manu sua,& dedit eum Haman filio Amadathi de progenie Agag,hosti Iudęorum:dixítque ad eum:Argentum quod tu polliceris, tuũ sit,de populo age quod tibi placet. Vocatíque sunt scribę Regis mense primo [e] Nisan,
D tertiadecima die eiusdem mensis: ﹠ & scriptum est, vt iusserat Haman ad omnes Satrapas Regis,& Iudices[7] prouinciarum,diuersarúmque gentium: vt quęque gens legere poterat & audire,pro varietate linguarum ]ex nomine regis Assueri, & literę signatę ipsius annulo missę sunt per cursores Regis ad vniuersas prouincias: vt occiderent atque delerẽt * omnes Iudęos,à puero vsque ad senem,paruulos & mulieres vno die,hoc est,tertiodecimo mensis duodecimi,qui vocatur [f] Adar,& bona eorum diriperent. Summa autem epistolarum hęc fuit,[g] vt omnes prouincię scirent & pararent se ad prædictam diem.Festinabant cursores, qui missi erant Regis imperium explere. Statímque in Susis pependit edictum, Rege & Haman celebrante conuiuium, & [8] cunctis Iudæis qui erant in vrbe flentibus.

a. Quem occidit Samuel postquã Saul deleuerat Amalechitas præter Agag regem. Vnde Haman veteri motus odio, excogitauit delere Iudæos,qui deleuerant Amalechitas. Comestor.ibid.
* Et sublimauit eum.
1.Serui.
2.Præuaricatis.
3. Sic loquerentur ad eum per singulos dies, nõ audiebat eos, quod illi.
b. O ambitionem, o vanam gloriam, quæ subuertit ac perdit omnia. Cõtra domum,contra mutuam salutem stare effecit Ira cæcitate percutit, vt eas ductores quærant. Chrysost. in acta Apost.homil.29.
4. Hamã delere omnes Iudæos, qui erant per totum regnum Assueri, & qui erant de populo Mardochæi.
4.c Protecit Phur, hoc est sortẽ coram Haman, de die in diem & à mense vsque ad mensem duodecimum.
[d. Haman à rege impetrauit vt Iudæi omnes delerẽtur. Negocij huius literæ regis annuo cõsignatæ,pervniuersas provincias missi, idque trepide valde,filij huius seculi,in negociis suis sunt acutissimi, strenuè atque festinãter omnia expediũt Iudæi audientes edictum miserè fleuere. Vos plorabitis, ait saluator, mundus autem gaudebit Lorichius.ibid.]
6. Fiat scriptũ ad prædictũ eos.
*Per manum facientium opus.
e. Martius noster.
7. Qui erant in singulis prouinciis, & ad Principes singulorũ populorum, ad vnamquamque prouinciam secundum scripturam eius, & ad vnũquẽque populum secũdum linguam eius.
* Perderent.
f. Februarius.
[g. Vt omnes prouinciæ præpararent se armis,& talibus ad interfectionem Iudæorũ:quia omnibus dabatur licentia hoc faciendi, & bona eorum diripiẽdi, ad quod multi eorum erant inclinati.Delyra.ibid.]
8. Ciuitas vero Susa erat perplexa.

*Esther mandato Mardochæi vt Iudæorum neci occurrat,ad Regem ingressura pro se iubet orare.* IIII.

A QVÆ cum audisset Mardochęus scidit vestimenta sua, & indutus est sacco,[1] spargens cinerem capiti: & in platéa mediæ ciuitatis voce magna clamabat,[2] ostendens amaritudinem animi sui, & hoc eiulatu vsque ad fores palatij gradiens. [a] Non enim erat licitum,indutum sacco aulam Regis intrare. In omnibus quoque prouinciis, oppidis, ac locis,ad quę[3] crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudæos: ieiunium, vlulatus, & fletus,sacco & cinere multis pro stratu vtentibus. Ingressę autem sunt puellę Esther & eunu-

1. Cum cinere,& egressus.
2. Et amãra, & peruenit vsque ad interiora portæ Regis: sed non poterat propter indumentum sacci.
[a. Nullus cũ corruptione presentis vitæ potest aulam cęlestem intrare: sed ante obitum suum debetquisque corporis exstigatione & compũctione cordis regni pulsare introitum: vt post lætabundus superiorem intret palatiũ.Glos. Ordinaria.]
3. Peruenerat verbum Regis & decretum eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca



chi,nuntiauerúntque ei.ℱ [b] Quod audiens consternata est:& [4] vestem misit,vt ablato [1]
sacco indueret eam:Quam accipere noluit.] Accitóque Athach eunucho,quem Rex
ministrum ei dederat, præcepit vt iret ad Mardochæum,& disceret ab eo cur hoc fa-
ceret.Egressúsque Athach,iuit ad Mardochæum,﹀ & inuenit eum stantem ]in pla-
téa ciuitatis ante ostiũ palatij.Qui indicauit ei omnia quæ acciderant, quomodo Ha-
man promisisset vt in thesauros regis pro Iudæorum nece inferret argentum, exem-
plárque edicti quod pendebat in Susis * dedit ei, vt Reginę ostenderet,& moneret eã
vt intraret ad regem:&[5] deprecaretur eum ]pro populo suo.ℱ Regressus Athach nun-
tiauit Esther omnia quę Mardochęus dixerat. Quæ respondit ei, & iussit vt diceret
Mardochęo:Omnes serui regis, & [6] cunctæ quę sub ditione eius sunt,norunt prouin-
cię,]quòd siue vir, siue mulier non vocatus,interius atrium regis intrauerit, [7] absque
vlla cunctatione statim interficiatur, nisi fortè rex auream virgam ad eum tetenderit
﹀ pro signo clementię, atque ita possit viuere. [c] Ego [8] igitur quomodo ad regem in-
trare potero,quæ triginta iam diebus non sum vocata ad eum ? ] Quod cum audisset
Mardochæus, rursum mandauit Esther,dicens:ne putes quòd animam tuam tantum
liberes, quia in domo regis es prę cunctis Iudęis.ℱ Si enim nunc silueris : [9] per aliam
occasionem liberabuntur Iudęi,& tu & domus patris tui peribitis. Et quis nouit vtrũ
idcirco ad regnũ veneris,﹀ vt in tali tempore parareris?]Rursúmque Esther hæc Mar-
dochęo verba mandauit:Vade & congrega omnes Iudæos,quos in Susis repereris:&
[10] orate pro me.]Non comedatis,& non bibatis tribus diebus, [11] & tribus noctibus,&
[d] ego cum ancillulis meis similiter ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem,[12] contra le-
gem faciens non vocata,tradénsque me morti & periculo.† Iuit itaque Mardochęus,
& fecit omnia quę Esther præceperat.

1b. Mardochæus audita istac tragedia animi sui amaritudinem etiam lugubri habitu expressit, atque Esther omnem rem per internuncium quendam ex eunuchis regis significauit, monens vt confestim regem adeat,atque pro miseris Iudæis supplicet. Mardochæus significat præsulem ecclesiæ sedulum, ea quæ pacis ecclesiæ sint identidem meditantem. Lotichius iunior.]
4. Vestes misit quas Mardochæus indueret, abiicerétque à se saccum suum, sed ille recusauit.
* Ad extinguendum Iudæos.
5. Obsecraret eum, rogarétque faciem eius.
6. Populi prouinciarum regis sciunt.
7. Vna est de eo sententia vt interficiatur.
[c. Illud edictum de consilio Haman fuerat positum, ne machinatio eius de morte Iudæorum reuocaretur per aliquem informantem regem ad cótrarium : cum etiã ipsamet Esther à triginta diebus non fuisset vocata ad regem. Habebat enim rex plures alias vxores vt dictũ est.cap.2. & fortè in illo tempore aliis vtebatur. De Lyra.]
8. Autem non vocata vt ingrediar ad Regẽ his triginta diebus.
9. Respiratio & liberatio obueniet Iudæis ex alio loco.
10. Ieiunate propter me.
11. Nocte & die.
d. Esther sanctissima dũ lota facie & capite vncto, nisi post triduanũ ieiunium intelligi à Rege non potuit. Haman illũ populi sui inimicum iniquissimũ interemit. Chryso. ex variis in Matth. locis, homil. 10.
12. Quod tamen non est iuxta decretum,& interiens interibo.

Esther Regem & Haman ad conuiuium semel atque iterum vocat,& crux interea Mardochæo ab Haman paratur. V.

2. Quid Esther regina, nonne vt populũ suum periculo eueret ? quod erat decorum atque honestum ) morti se obtulit,nec inimitie regis trepidauit furere ? Ipse quoque rex Persarũ ferox atque humido corde,tamen decorum iudicauit iudici insidiarum quæ sibi paratæ forent, gratiã repræsentare, populumque liberum à seruitute eripere,eruere neci, nec parcere neci eius,qui tam misecora fuasisset. Amb. Offi. lib.3.ca.15.
* Interiori.
1. Reportauit illa gratiam ab oculis eius.
2. Attigit.
[b. Esther sanctissima dum lota facie & capite vncto, postridianũ ieiunii intelligi à rege potuit, & Haman illum sui populi inimicũ, interemit. Chrysostomus in 6. cap. Matth.)
3. Inter potationem vini.
c. Postquam Persarum rex instigante Haman omnes passim Iudæos interimi iussit, & nullus erat qui contra iram illius obsistere posset, Esther priorẽ exuta vestem,& sacco amicta,& cinere substrata, diuinæ clementiæ supplicabat,vt secum ad Regem ingredi deretur. Chrysost. ad populu. Antioch. homil.3.
4. Postulatio mea hæc est.
5. Facis eis,& cras faciam iuxta verbum Regis.
6. Non surgẽtem neque se mouentem.
7. Cuncta in quibus Rex eum magnificauerat, & quomodo eum.
* Quod parauit.
8. Inuitatus sum.
9. Aptent lignum altum quinquaginta cubitorum.

[a] Die autem tertio induta est Esther regalibus vestimentis, & stetit in atrio
* domus regię,quod erat interius contra basilicam Regis. Et ille sedebat
super solium suum in consistorio palatij contra ostium domus. Cúm-
que vidisset Esther Reginam stantem, [1] placuit oculis eius, ] & extendit
contra eam virgam auream quam tenebat manu. Quæ accedens [2] osculata est ]sum-
mitatem virgę eius. Dixítque ad eam rex : Quid vis Esther Regina ? Quæ est petitio
tua? Etiam si dimidiam partem regni petieris,dabitur tibi .ℱ At illa respondit : Si regi
placet, obsecro vt venias ad me hodie,& Haman tecum ad conuiuium quod parau.
Statímque Rex:vocate,inquit,cito Haman, vt Esther obediat voluntati. [b] Venerunt
itaque Rex & Haman ad conuiuium, quod eis Regina parauerat. Dixítque ei rex,
[3] postquam vinum biberat abundanter : ] Quid petis, vt detur tibi : & pro qua re po-
stulas? [†] Etiam si dimidiam partẽ regni mei petieris impetrabis. Cui respondit Esther
[c] Petitio mea & [4] preces sunt istę:]Si inueni in conspectu Regis gratiam,& si regi pla-
cet,vt det mihi quod postulo, & meam impleat petitionem :ℱ veniat rex & Haman [5]
ad conuiuium quod [5] paraui eis, & cras aperiam regi voluntatem meam.] Egressus
est itaque illo die Haman lętus & alacer. Cúmque vidisset Mardochęum sedentem
[6] ante fores palatij, & non solum non assurrexisset sibi, sed nec motum quidem de
loco sessionis suę, ] indignatus est valde: & dissimulata ira reuersus in domum suam,
conuocauit ad se amicos suos,& Zares vxorem suam,& exposuit illis magnitudinem
diuitiarum suarum, filiorúmque turbam,& [7] quanta eum gloria ] super omnes Prin-
cipes & seruos suos Rex eleuasset.ℱ Et post hęc ait : Regina quoque Esther nullum a-
lium vocauit ad conuiuium * cum rege, pręter me: apud quam etiam cras cum rege
[8] pransurus sum.] Et cum hęc omnia habeam,nihil me habere puto, quandiu videro
Mardochęum Iudęum sedentem ante fores regias. Respondérúntque ei Zares vxor
eius,& cęteri amici: [9] Iube parari excelsam trabem,habentem altitudinis quinquagin-
ta cubitos, ] & dic mane Regi vt appendatur super eam Mardochęus, & sic ibis cum
rege

rege lætus ad conuiuium. Placuítque ei consiliũ, & iussit excelsam præparari crucem.

*Rex noctem insomnem ducens, in suis annalibus Mardochæi fidelitatem reperiens, jubet ipsum vt secundum à Rege honorari.* VI.

A NOctem illam duxit Rex insomnem, iussítque sibi afferri historias & annales priorum temporum.] [1]Quæ cum illo præsente legerentur, ventum est ad illum locum, vbi scriptum erat,] [†]quomodo nũtiasset Mardochæus insidias Bagathan & Thares eunuchorum, * Regem Assuerum iugulare cupientium. Quod cum audisset Rex, ait: Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardochæus consecutus est? Dixerunt [2]ei serui illius ac ministri: ] Nihil omnino mercedis accepit. Statímque Rex: [a] Quis est, inquit, in atrio? Haman quippe interius atrium B domus regiæ intrauerat: vt [3] suggereret regi, & iuberet Mardochæum affigi patibulo,] quod ei fuerat præparatum. Respónderunt pueri: Haman stat * in atrio. Dixítque Rex: Ingrediatur. Cúmque esset ingressus, ait illi: Quid debet fieri viro, quem Rex honorare desiderat? [b 4] Cogitans autem in corde suo Haman, & reputans quòd nullum alium Rex nisi se, vellet honorare, respondit: Homo quem Rex honorare cupit, de- c bet indui vestibus regiis, & imponi super equum, qui de sella Regis est, [a] & accipere regium diadema super caput suum: & primus de regiis Principibus, ac tyrannis teneat equum eius: & per plateam ciuitatis incedens, clamet & dicat: ] Sic honorabitur, quẽcunque Rex voluerit honorare. [c] Dixítque ei Rex: Festina, & sumpta stola & equo, fac vt locutus es Mardochæo Iudæo qui sedet ante fores palatij. Caue ne quicquam de his quæ locutus es, prætermittas. Tulit itaque Haman stolam & equum: indutúmque Mardochęum [5] in plátea ciuitatis, & impositum equo præcedebat, atque clamabat: D Hoc honore condignus est, quemcunque Rex voluerit honorare. ] [5] Reuersúsque est Mardochæus ad ianuam palatij, & Hamam festinauit ire in domum suam lugens, & operto capite, narrauítque Zares vxori suæ, & amicis, omnia quæ euenissent sibi. Cui respónderunt sapientes quos habebat in consilio, & vxor eius: [d] Si de semine Iudæorum est Mardochæus ante quem cadere cœpisti, non ei poteris resistere: sed cades in conspectu eius. Adhuc illis loquentibus * venerunt eunuchi regis, & cito eum ad conuiuium quod Regina parauerat, pergere compulerunt.

[a] Deus autem irrisit Hamanis spem improbam, cui sciebat euentum longe aliud. Nam ea ipsa nocte somnũ regi ademit, qui nolens vigiliæ tempus perderet, sed malẽ in aliquod regni negotiũ id impẽdere, iussit scribam allatis cõmentariis res tũ à se quàm à maioribus gestas legere. Quo legẽte intellexit quẽdam ob rem egregiè gestã donatũ amplis possessionibus in regione cuius nomen erat asseritũ: alium ob fidem munera accepisse pretij maximi: tãdem ventum est ad illum locũ, qui cõtinebat Bagathoi, & Theodestis eunuchorũ coniurationẽ Mardochæi detectã indicio. Iosephus lib. 11. cap. 6. Anti Iudai.]

1. Et inuenta est scriptura
*Qui custodes erant vestibuli.
2. Pueri Regis qui ei ministrabant.
3. Loqueretur cu Rege de Mardochęo suspendendo in ligno.
*Fotit.

b. 4. Et ait Hamã in corde suo: Cui cupit rex magis impendere honorem, quã mihi? Respondítque Haman regi. Vir quem rex vult honorare, sic erit, afferent indumentum regium quo induit se rex, & equum quem équitat Rex, & dabitur diadema regni in capite eius. Et detur indumentum & equus ad manum alicuius de primis principibus Regis, & induat virum quem Rex vult honorari, & equitare faciat super equum in platea ciuitatis, & clamet ante eum.

c. Dominus non remunerat opera pro quib⁹ reddita est merces. Ideo hypocritæ & praui diuites nihil accipient in futuro, quia iam receperũt mercedem suam. Stephanus.

5. Fecit equitare eum in platea ciuitatis, & clamauit ante eum: Sic fiat viro cui Rex cupit impendere honorem suum.

d. Aman vero præ pudore domum se contulit, & eum fleru vxori ac amicis quæ contigerãt narrauit. Respónderunt illi ademptam ei iam omnem occasionem vindicandi in Mardochæum, quandoquidem illi manifeste deus sit propitius. Iosep. Antiq. lib. 11. cap. 6.

*Cum eo.

[2. Secunda die inuitatus Hamã venit: vbi Esther petitionẽ suam aperuit, dãnatus ad pœnã recessit. In euangelio enim prædiũ & cœna memorantur, prædium præsens tempus ecclesiæ designat: cœna autẽ æternum & vltimũ conuiuium. Haman nãque quia vestẽ dignam conuiuio non habuit, extra proiici metuit. Glosa ordina.]

*Regina.
1. Fiet.
2. Videtur Regi bonum.
b. Hoc est, dona mihi vitã meã & populi mei, ne pereamus. Vtinam in seruos potius venundaremur, & gemens tacerem. Comestor.
3. Quoniam nec hostis fatis fecit in damno Regis.
*Ad Esther reginam.
4. Et territus est Haman à facie Regis & Reginæ.
5. A potatione vini in hortum, qui erat intra palatium.
6. Definitum.
7. Palatij.
c. Itaque Haman honore quẽ à Rege percepérat, supra modum abutus, huiusmodi crucem cõscendit. Ioc. lib. 11. cap. 6.
8. Hamã.
9. Coram Rege.
*Bonum.

*Accusatus Haman ab Esther apud Regem suspenditur in patibulo quod Mardochæo parauerat.* VII.

A [a] NTrauit itaque Rex & Haman, vt biberent cum regina. Dixítque ei Rex, etiam secunda die, postquam vino incaluerat: Quæ est petitio tua Esther, * vt detur tibi, & quid vis fieri? Etiam si dimidiam partem regni mei petieris, [1] impetrabis. ] Ad quem illa respondit: Si inueni gratiam in oculis tuis ô Rex, & si [2] tibi placet, ] dona mihi [b] animam meam pro qua rogo, & populum meum pro quo obsecro. Traditi enim sumus ego & populus meus, vt conteramur, B iugulemur, & pereamus. [a] Atque vtinam in seruos & famulas venderemur, & esset tolerabile malum, & ] gemens tacerem: [3] nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat in Regem. ] Respondénsque Rex Assuerus, ait: * Quis est iste, & cuius potentiæ, vt hęc audeat facere? Dixítque Esther: Hostis & inimicus noster pessimus, iste est Haman. [4] Quod ille audiens ilico obstupuit, vultum Regis & Reginę ferre c non sustinens. ] [a] Rex autem surrexit iratus, [5] & de loco conuiuij intrauit in hortum arboribus consitum: Haman quoque surrexit vt rogaret Esther Reginam pro anima sua: intellexit enim à Rege [6] paratum ] sibi malum. Qui cum reuersus esset de horto [7] nemoribus consito, ] & intrasset conuiuij locum: [c] reperit Haman super lectum corruisse, in quo iacebat Esther, & ait: Etiam Reginam vult opprimere me prę- D sente in domo mea. [a] Necdum verbum de ore Regis exierat, & statim operuerunt faciem [8] eius. Dixítque Harbona vnus de Eunuchis [9] qui stabant in ministerio Regis: ] En lignum quod parauerat Mardochęo, qui locutus est * pro Rege,

[a. Secunda die inuitatus Hamã venit: vbi Esther petitionẽ suam aperuit, dãnatus ad pœnã recessit. In euangelio enim prædiũ & cœna memorantur, prædium præsens tempus ecclesiæ designat: cœna autẽ æternum & vltimũ conuiuium. Haman nãque quia vestẽ dignam conuiuio non habuit, extra proiici metuit. Glosa ordina.]

*Regina.
1. Fiet.
2. Videtur Regi bonum.
b. Hoc est, dona mihi vitã meã & populi mei, ne pereamus. Vtinam in seruos potius venundaremur, & gemens tacerem. Comestor.
3. Quoniam nec hostis fatis fecit in damno Regis.
*Ad Esther reginam.
4. Et territus est Haman à facie Regis & Reginæ.
5. A potatione vini in hortum, qui erat intra palatium.
6. Definitum.
7. Palatij.
c. Itaque Haman honore quẽ à Rege percepérat, supra modum abutus, huiusmodi crucem cõscendit. Ioc. lib. 11. cap. 6.
8. Hamã.
9. Coram Rege.
*Bonum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



e. Denique quem secundum à se, ac præcipuum inter amicos haberet, cruci tradidit, quòd deiectatum se eius fraudulentis cõsilijs animaduertisset. Ambr. Offic. lib. 3. cap. 15.

stat in domo Haman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit Rex: [e] Appendite eum in eo. Suspensus est itaque Haman in patibulo, quod parauerat Mardochæo, & regis ira quieuit.

*Esther Mardochæo exaltato veteres literas Haman irritans, nouis literis pristinam Iudæis impetrat securitatem.* VIII.

a. Subit hic mihi admirari diuinam potentiam, iustitiámque ac sapientiam vel ex hoc facto colligere, qui non solum Amanem merito supplicio tradidit, verum etiam pœnam in alterũ excogitatam in caput inuentoris illo inscio conuertit. Ioseph. li. 11. cap. 6. Antiq Iudaic.

1. Haman. Aduersúsque Esther locuta est coram Rege.
2. Flens & obsecrans eum.
[b. Ponitur humilis reginæ petitio, in qua procidens ad pedes regis, fleuit, ac rationabilis oratit vt malitiam Haman Agagitæ temperaret. Glos. ordin.]
3. Auferret.
4. Bonum videtur.
5. Placeat hoc verbum coram Rege, & placeam ego in oculis eius.

6. Ferre, & videre malum, quod inueniet populum.
* Et quomodo potero videre & ferre perditionem prosapiæ meæ?

7. Scriptum enim quæ nomine Regis scripta fuerit, & annulo Regis signata, nemo audet reuocare.
8. In tempore illo, nempe mense tertio, ipse est mensis Siuan.

9. Satrapas, præfectos, & principes prouinciarum.
10. Vnicuique prouinciæ secũdum scripturam eius, & vnicuique populo secundum linguã eius, & Iudæis secundum scripturam & linguam eorum.

11. Manum curiẽtium in equis & conscendentium veredarios & mulos natos ex equabus. Cõcesit autem Rex Iudæis, qui erant in singulis ciuitatibus, vt congregarentur, &c.

[c. Constituta vna dies, & eadẽ quæ per sortem Haman ipsius erat deputata ad Iudæorũ interfectionem quæ per diuinam prouidentiam ordinata est ad contrarium scilicet ad interfectionem suorum inimicorum. De Lyra.]
d. Hic est Februarius, vel saltẽ pars eius cum parte Martij.
12. Prouinciis, ac publicaretur omnibus populis.
[e. Ex prædictis orta est Lætitia magna, quia scribitur. Prouer. 29. In multiplicatione iustorũ lætabitur vulgus. Cum autem impij sumpserint principatum gemet populus. Et ideo sicut exaltatio Haman impij fuit bonis causa tristitiæ, ita exaltatio Mardochæi, per quam fuit multiplicatus in bonis temporalibus, & honore, fuit causa lætitiæ. De Lyra. ibid].
13. Splendidus.
14. Cecidítque pauor eorum super eos.

Die illo dedit Rex Assuerus Esther Reginæ domum [1] Haman aduersarij Iudæorum, & Mardochęus ingressus est ante faciem Regis. Confessa est enim ei Esther, quòd esset patruus suus. Tulítque Rex annulum quem ab Haman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo. Esther autem constituit Mardochęum super domum suam. Nec his contenta] prócidit ad pedes Regis, [2] fleuítque & locuta ad eum [b] orauit, ]vt malitiã Haman Agagitæ, & machinationes eius pessimas, quas excogitauerat contra Iudæos, [3] iuberet irritas fieri.] At ille ex more sceptrum aureum prætendit manu: ⊱quo signum clementiæ monstrabatur.] Illáque consurgens stetit ante eum, & ait: Si [4] placet ]Regi, & si inueni gratiam in oculis eius, & [5] deprecatio mea non ei videtur esse contraria,] [*] obsecro, vt nouis epistolis veteres Haman literæ insidiatoris & hostis Iudæorum, quibus eos in cunctis Regis prouinciis perire præceperat, corrigantur. Quomodo enim potero [6] sustinere necem & interfectionem populi mei?] [*] Respõdítque Rex Assuerus Esther Reginæ & Mardochæo Iudæo: Domum Haman concessi Esther, & ipsum iussi affigi cruci, quia ausus est manum mittere in Iudæos. Scribite ergo Iudæis, [†] sicut vobis placet ex Regis nomine signantes literas annulo meo. [7] Hæc enim consuetudo erat, vt epistolis quæ ex Regis nomine mittebantur, & illius annulo signatæ erant, nemo auderet contradicere.] Accitíque scribis & ⊱librariis ]regis: [8] erat autem tempus tertij mẽsis, qui appellatur Siban: ]vicesima & tertia die illius scriptæ sunt epistolę, [*] vt Mardochęus voluerat, ad Iudæos & ad [9] Principes, procuratorésque, & iudices, ]† qui centũ vigintiseptem prouinciis ab India vsque Æthiopiam præsidebant, [10] prouincię atque prouincię, populo & populo iuxta linguas & literas suas, & Iudęis, prout legere poterant & audire.] Ipsáque epistolæ quæ ex Regis nomine mittebantur, annulo illius obsignatæ sunt, & missæ per [11] veredarios, qui per omnes prouincias discurrentes, veteres literas nouis nuntiis præuenirent. Quibus imperauit Rex, vt conuenirent Iudæos per singulas ciuitates, & in vnum pręciperent congregari: vt] starent pro animabus suis: & omnes inimicos suos cum coniugibus ac liberis & vniuersis domibus interficerẽt atque delerent. [c] Et cõstituta est per omnes prouincias vna vltionis dies, id est, tertiadecima die mensis duodecimi [d] Adar. [*] Summáque epistolæ fuit, vt in omnibus [12] terris ac populis] ⊱qui Regis Assueri subiacebant imperio, notum fieret ]paratos esse Iudęos ad capiẽdam vindictam de hostibus suis. Egressíque sunt veredarij celeres nũtia perferentes, & edictum Regis pependit in Susis. [e] Mardochæus autem de palatio & de conspectu Regis egrediens fulgebat vestibus regiis, hyacinthinis videlicet & [13] aërinis, ]coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio atque purpureo. Omnísque ciuitas exultauit atque lætata est. Iudæis autem ⊱noua ]lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium. Apud omnes populos, vrbes, atque prouincias quocunque Regis præcepta veniebant, mira exultatio, epulæ atque conuiuia, & festus dies, in tantum vt plures alterius gentis & sectæ, eorum religioni & cæremoniis iungerentur. [14] Grandis enim cunctos Iudaici nominis terror inuaserat.]

*Iudæi passim hostes suos trucidant, filios Haman suspendunt, & Phurim diem solennem instituunt.* IX.

1. Appropinquasset tempus, vt fieret verbum Regis & decretum eius, illa die qua sperabãt hostes Iudæorum se dominum habituros in eos.

Igitur duodecimi mẽsis, quem Adar vocari antè iam diximus, tertiadecima die, quando [1] cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hostes eorum inhiabãt sanguini, ]versa vice Iudęi superiores esse cœperũt, & se de aduersariis vindicare. Congregatíq; sunt per singulas ciuitates, & oppida & loca,

*vt

Universidad de Deusto



*vt extenderent manum contra inimicos & persecutores suos. [2] Nullúsque ausus est resistere: eò quòd omnes populos magnitudinis eorum formido penetraret. Nam & [1]prouinciarum iudices, duces & procuratores, omnísque dignitas quæ singulis locis & operibus præerat,] extollebant Iudæos timore Mardochæi: quem principem esse palatij, & plurimum posse cognouerant. [b]Fama quoque nominis eius crescebat quo-
8 tidie, & per cunctorum ora volitabat. [3]Itaque percusserunt Iudæi inimicos suos plaga magna, & occiderunt eos, [3]reddentes eis quod sibi parauerant facere:] in tantum, vt etiam in Susis * quingentos viros interficerent: extra decem filios Haman Agagitæ hostis Iudæorum. Quorum ista sunt nomina: Pharsandátham, & Delphon, & Esphátа, & Phoráta, & Adalia, & Aridatha, & Ephermésthа, & Arisai, & Aridai, & Vaisatha. [c]Quos cum occidissent: [d]prædas de substantiis eorum agere noluerunt. Statímque numerus eorum qui occisi erant in Susis, ad Regem relatus est. Qui dixit Reginæ: In vrbe Susis interfecerunt Iudæi quingentos viros, & alios decé filios Haman. Quantã putas eos exercere cædẽ in vniuersis prouinciis? Quid vltrà postulas: & quid
c vis vt fieri iubeam? Cui illa respõdit: [4]Si Regi [4]placet,]detur potestas Iudæis, * vt [5]sicut fecerunt hodie in Susis, sic & cras faciant:] & decem filij Haman in patibulis suspendantur. Præcepítque Rex vt ita fieret. Statímque in Susis pependit edictum, & decem filij Haman suspensi sunt. Congregaris Iudæis * quartadecima die mensis Adar, interfecti sunt in Susis trecenti viri: nec [6] eorum ab illis direpta substantia est,] sed & per omnes prouincias quæ ditioni Regis subiacebant, pro animabus suis steterunt Iudæi, [7]interfectis hostibus ac persecutoribus suis: in tantum vt septuagintaquinque mi lia occisorum implerentur,] & nullus de substantiis eorum quicquam contingeret. Dies autem tertiusdecimus mẽsis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit, & quar-
D tadecima die cædere desierunt. [c] Quem constituerunt esse solẽnem, [8]vt in eo omni tempore deinceps vacarent epulis,] gaudio, atque conuiuiis. At ij qui in vrbe Susis cædem exercuerant, tertiodecimo & quartodecimo die eiusdem mẽsis [8]in cæde versati sunt: decimoquinto autem die [9]percutere desierunt.] Et idcirco eundẽ diem constituerunt solennem, epularum atque lætitiæ. Hi verò Iudæi qui in oppidis non muratis, ac villis morabantur, quartumdecimum diem mensis Adar conuiuiorum & gaudij [10] decreuerunt: ita vt exultent in eo,] & mittant sibi mutuò partes epularum & ciborum. [f]Scripsit itaque Mardochæus omnia hæc: & literis comprehensa, misit ad Iudæos qui in omnibus Regis prouinciis morobantur: tam in vicino positis, quàm procul, vt quartamdecimam & quintamdecimam diem mẽsis Adar pro festis susci-
E perent, [g]& reuertente semper anno solenni honore celebrarent: quia in ipsis dicbus [11]se vlti sunt Iudęi de inimicis suis, & luctus atque tristitia in hilaritatem gaudiúmque conuersi sunt: essẽntque dies isti epularum atque lætitiæ:] & mitterent sibi inuicẽ ciborum partes, & pauperibus munuscula largirentur. Susceperúntque Iudæi [—in solennem ritum]cuncta quæ [—eo tempore]facere cœperant: & quæ Mardocheus literis facienda mãdauerat. [8]Haman enim filius Amadathi stirpis Agag, hostis & aduer-
[g]38 sarius Iudęorum, cogitauit contra eos malum, vt occideret illos, atque deleret: [†] & mi-
F sit Phur, quod nostra lingua vertitur in sortem: [g]* Et postea ingressa est Esther ad regem, obsecrans vt conatus eius literis Regis irriti fierent: & malum quod contra Iudæos cogitauerat, reuerteretur in caput eius. Denique & ipsum & filios eius affixerũt cruci, atque ex illo tempore dies isti appellati sunt Phurim, [12] id est, sortium: eò quòd Phur, id est, sors in vrnam missa fuerit. Et cuncta quæ gesta sunt, epistolæ, id est, libri huius volumine continentur, quæque sustinuerint: & quæ deinceps immutata sint,] susceperunt Iudæi super se & semen suum, & super cunctos qui religioni eorum voluerunt copulari, [h]vt nulli liceat duos hos dies absque solennitate trãsigere: quos scriptura testatur, & cætera expetunt tempora annis sibi iugiter succedentibus. Isti sunt
G dies quos nulla vnquam delebit obliuio: [g] & per singulas generationes cunctæ in toto orbe prouinciæ celebrabunt: nec est vlla ciuitas, in qua dies Phurim, id est, sortium, non obseruentur à Iudęis, & ab eorum progenie, quæ his cęremoniis obligata est.

* Regis Assueri.
[a. Iudæi vertã vice, de aduersariis se egregiè vindicauerunt, magnam in Persis eadem facientes, etiam filios Haman suspendentes. Malum consilium consultori pessimum. Amici Hamã dixerunt iube paratã excelsam ttabem eam merito timebunt omnes. Lotychius ibid.
2. Cuncti principes prouinciarum, satrapæ, & duces, & qui faciebant negotia Regis.
[b. Quia doctorum actio laudabilis, & potentia virtutum honoré & reuerentiã tribuit multitudini fidelium. Vnde 2. acto. Apost. fiebãt prodigia & signa multa in plebe Glos. ordina.]
3. Perdentes, & agentes cum hostibus suis secundum voluntatem suam.
* Metropoli.
c. Ne dicerentur motí cupiditate auaritiæ, sed zelo iustitiæ: & ne viderẽtur regem offendere, cuius erant bona taliter occisorum. Lyra.
[d. Ad ostendendum quod nó erãt moti cupiditate auaritiæ, sed zelo iustitiæ, & ne regẽ offenderent, quia bona talium sic ex dispositione regis interfectorum fisco regio applicari debebant. De Lyra ibid.]
4. Videtur bonum.
* Cras, qui sunt in Susis.
5. Faciant secundum ritum hodiernæ diei.
* Qui erant in Susis.
6. Miserunt manus suas in prædam.
7. Et vt quietem haberent ab hostibus suis, interfecerunt ex hostibus suis septuaginta quinque milia.

e. Post sufficientem de inimicis sumptam vindictam, redeunt ad gratiarum actionem perpetuam, in se eundem tanquã festum celebrauerũt, & perpetuo celebrandum instituerunt. Ioseph. 11. 6. vt memoriam facti nulla deleret obliuio. Comest. ibid.
8. Congregati sunt.
9. Parauerunt sibi requiem.

10. Celebrabant, festiuámque ducebant diem.
f. Vnde Ioachim filius Iesus Iosedech, summus põtifex Iudæorũ, qui gesta Esther descripsit, memoriã Phurim instituit, hortante illum per literas Mardochæo. Philo.

11. Iudæi sibi requiẽ parauerãt, & illum mensem, qui eis versus fuit à tristitia in lætitiam & à luctu in diem festum, facerentque in illis diebus conuiuia & gaudium.
[g. Hic in breuibus ponitur sententia & processus totius huius libri, scilicet de ipsius Hamã machinatione, & de eius frustratione per reginã Esther. A quo autem iste processus in breui sit hic positus: dicendum quod à Mardochæo, qui hunc librum scripsit, & per modũ cuiusdam recapitulationis prædictorũ hic inseruit: vel ab Eldra qui hunc librum cum aliis reparauit. De Lyra.]
* Vt illos extirparet & perderet.
12. Propter nomen sortis, & propter omnes sermones huius epistolæ, & quicquid viderunt in hoc negotio & id quod peruenit ad eos, comprobauerunt, &.

h Ieiunium Esther celebrant Iudæi 13. die mensis Adar, qui nostro respondet Februario: Die verò 14. & 15. celebrãt memoriam Phurim hactenus in orbe terrarum, particulas de cibariis sibi inuicem mittentes. Ioseph. 11. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca



[i. Consequenter ponitur conclusio & confirmatio dictæ solennisationis, ad mandatum Esther & Mardochæi simul. Sciendum tamen quod istud mãdatum differt à primo, quia vt dicũt Hebræi, Esther & Mardochæus petiuerũt quòd liber iste à sapientibus Iudæorũ reciperetur in numero librorum sacrorum, præmiserunt tamen huic petitioni obseruationem dictæ solennisationis. De Lyra ibid.)

13. Omni efficacia, vt roborarẽt hanc secundam epistolam Phurim.

14. Obligauerunt animã suam, & posteritatem suam ad ieiunia & clamores.

1 Scripserúntque Esther Regina filia Abiáhil, & Mardochæus Iudæus [13] etiam secundam epistolam: vt omni studio dies ista solennis sanciretur in posterum.] Et miserunt ad omnes Iudæos, qui in centum vigintiseptem prouinciis Regis Assueri versãbãtur, vt haberent pacem, & susciperent veritatem, obseruantes dies sortium, & suo tempore cum gaudio celebrarent, sicut constituerat Mardochæus & Esther. Et illi [14] obseruanda susceperunt à semine suo ieiunia, atque clamores & sortium dies, & omnia quę libri huius, qui vocatur Esther, historia continentur.

*Somniorum Mardochæi descriptio, redacto populo suo in libertatem.* X.

1. Et cuncta quæ gessit fortitudine & robore suo, segregatióque magnificentię Mardochęi, qua Rex eum magnificauit, hæc hæc.

[a. Scripta sunt diligentius acta Assueri in libris Medorũ, quàm in hoc libro. De Lyra ibid.

2. Multitudini.

b. Hoc in vi verborũ dicit Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te, vt scilicet & ipsi ad consummationem huius ædificij se perfectos exhibeant. Hiero. Psal. 121.

3. Pro omni semine suo.

REx verò Assuerus omnem terram, & cunctas maris insulas fecit tributarias: 1 cuius fortitudo, imperiũ, & dignitas, atque sublimitas qua exaltauit Mardochæum.] [a] scripta sunt in libris Medorum, atque Persarum, & quomodo Mardochæus Iudaici generis,] secundus à rege Assuero fuerit, & magnus apud Iudæos, & acceptabilis [2] plebi] fratrum suorum: quęrens bona populo suo, [b] & loquens ea quæ ad pacem [3] seminis sui pertinerent.

(*Quæ habentur in Hebræo plena fide expresi. Hæc autem quæ sequuntur, scripta reperi in editione vulgata, quæ Græcorum lingua, & literis continentur: & interim post finem libri, hoc capitulum ferebatur, quod iuxta consuetudinem nostram obelo, id est, veru prænotauimus.*

2 Dixítque Mardochæus:] A deo facta sunt ista. Recordatus sum somnij, quod vi- 2
deram, [4] hæc eadem significantis, nec eorum quicquam irritum fuit.] Paruus fons [5] qui creuit in fluuium, & in lucem, solémque conuersus est, & in aquas plurimas redũdauit,] Esther est, * quam Rex accepit vxorem & voluit esse Reginam. Duo autem dracones: ego sum, & Haman, 3 Gentes quæ conuenerant, ij sunt qui conati sunt de- 3
lere nomen Iudæorum. Gens autem mea, Israel est, quæ clamauit ad dominum, * & [6] saluum fecit] dominus populum suum, liberauítque nos ab omnibus malis, & fecit signa magna atque portenta * inter gentes: & duas sortes esse præcepit, vnam populi dei, & alteram cunctarum gentium. 4 Venítque vtraque sors [7] in statutum ex illo iam 4
tempore] coram deo vniuersis gentibus: & recordatus est dominus populi sui ac [8] misertus est hæreditatis suæ.] Et obseruabuntur dies isti in mense Adar quartadecima, & quintadecima die eiusdem mensis, cum [9] omni studio, & gaudio in vnum cœtum populi congregati in cunctas deinceps generationes populi Israel.]

4. De verbis his. Neque enim præcerniit ab eis verbum.

5. Factus est fluuius, & erat lux & sol. & aquæ multæ.

* Fluuius.

* Et saluati sunt.

6. Saluauit.

* Quæ facta non fuerant.

7. In horam & tempus, & diem iudicij.

8. Iustificauit hæreditatem suã.

9. Cœtu & gaudio & lætitia in conspectu dei secundum generationem in æternum in populo suo.

*Somnium Mardochæi.* XI.

ANno quarto regnantibus Ptolemæo, & Cleopatra, attulerunt Dosithæus, 1
qui se sacerdotem, & Leuitici generis ferebat, & Ptolemæus filius eius, hanc epistolam Phurim, quàm dixerunt interpretatũ esse Lysimachum Ptolemæi filium in Ierusalem.

(*Hoc quoque principiũ erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud vllũ fertur interpretũ.*

1. Cisi.

2. Hunc dicit Iosephus primo habitasse Babylonem: sed post edictum Assueri: de colligẽdis pulcherrimis virginibus adduxerat Esther Susam, & tunc deinceps illic permãsit. Hæc ille.

a. Minister in aula regis.

3. Processerunt vtrique præliari: & facta est vox eorum magna, & voce eorum parata est omnis gens ad prælium.

4. Afflictio & turbatio magna.

5. Ab eorum clamore factũ est fieri à paruo fonte fluuius magnus aqua multa.

6. Et cum surrexisset Mardochæus qui vidit somnium hoc, & quid deus deliberaret facere hoc somnium habuit in corde, & in omni verbo voluit hoc cognoscere vsque ad noctem.

2 Anno secundo regnante Artaxerxe maximo, prima die mensis Nisan, vidit som- 2
nium Mardochæus filius Iaheri, filij Semei, filij [1] Cis] de tribu Beniamin: homo Iudæus, [a] qui habitabat in vrbe Susis, vir magnus, & [2] inter primos aulæ regiæ.] Erat autem de eo numero captiuorum, quos transtulerat Nabuchodonosor Rex Babylonis de Ierusalem cum Iechonia Rege Iuda, & hoc eius somnium fuit: 3 Apparuerunt vo- 3
ces & tumultus, tonitrua & terræ motus, & conturbatio super terrã: & ecce duo dracones magni, paratíque [3] contra se in prælium: ad quorum clamorem cunctæ concitatæ sunt nationes,] vt pugnarent contra gentem iustorum. Fuítque dies illa tenebrarum & discriminis, tribulationis & angustiæ, [4] & ingens formido] super terram. Con- 4
turbatáque est gens iustorum timentium mala sua, & præparata ad mortem. 5 Cla- 5
mauerúntque ad deum: & [5] illis vociferantibus, fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit.] Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos. 6 Quod cum vidisset Mardochæus, & surrexisset de stratu, 6
cogitabat quid deus facere vellet: & fixum habebat in animo, scire cupiens quid significaret somnium.

Manife-

*Manifestatio insidiarum in Regem à Mardochæo ex secundo capite repetita.* XII.

A † Orabatur autem eo tempore in aula regis, cum Bagatha, & Thara eunuchis Regis, [a] qui ianitores erant palatij. Cúmque intellexisset cogitationes eorum, & curas diligentius peruidisset, [b] didicit quòd conarentur in regem Artaxerxem manus mittere: & nuntiauit super eo regi. [1] Qui de vtroque
B habita quæstione, confessos iussit duci ad mortem. ] * Rex autem quod gestum erat, scripsit in commẽtariis. Sed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit. Præcepítque ei rex, vt in aula palatij [2] moraretur, datis ei pro delatione muneribus. Haman verò filius Amadathi Bugæus erat glorioſissimus coram rege, & voluit nocere Mardochæo, & populo eius, pro duobus eunuchis regis qui fuerant interfecti.

*(Hucúsque proœmium. Quæ sequuntur in eo loco posita erãt: vbi scriptum est in volumine: Et diripuerunt bona vel substantias eorum. Quæ in sola vulgata editione reperimus. Epistolæ autem hoc exemplar fuit.*

a. Non qui primam seruarent ianuã, quia non illis facile fuisset intrare aulam regiam, vt eũ intoxicarent, sed qui aulam eũ vellent intrare.

b. Rabi Salo. dicit quod Mardochæus hoc didicit, quia coram eo in idiomate Tharsensi loquebantur de regis intoxicatione, credentes Mardochæum illud idioma penitus ignorare. Hæc ille.

1. Et quæsiuit Rex duos eunuchos suos, & confitentes appensi sunt.

2. Deseruiret.

*Exemplar epistolæ quam misit Haman ad principes prouinciarum super cæde Iudæorum cum Mardochæi oratione.* XIII.

A † Ex maximus Artaxerxes * ab India vsque Æthiopiam centumuigintiseptem prouinciarum Principibus, & ducibus, qui eius imperio subiecti sunt, [1] salutem. ] Cum plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem meę ditioni subiugassem: volui [2] nequaquam abuti potentiæ magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos: vt absque vllo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur. ] Quærente autem me à consiliariis meis, quomodo posset hoc impleri, vnus qui sapientia, & fide cæteros præcellebat, & [3] erat post
B regem secundus Haman nomine, * ] indicauit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui nouis vteretur legibus, & contra omnium gentium consuetudinem faciens, Regum iussa [4] contemneret, & ] vniuersarum concordiam nationum sua dissentione violaret. Quod cum didicissemus, videntes vnam gentem rebellem aduersus omne hominum genus [5] peruersis vti legibus, [a] nostrísque iussionibus contraire, & turbare subiectarum nobis prouinciarum pacem, atque concordiam: [b] iussimus vt quoscunque Haman, qui omnibus prouinciis præpositus est, & secundus à rege, ⁊— & quem patris loco colimus, ] monstrauerit, cum coniugibus ac liberis deleantur [6] ab inimicis suis, nullúsque eorum misereatur, ] quartadecima die duodecimi mensis Adar, anni præsentis: vt nepharij homines vno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem quam turbauerant.

*(Hucúsque exemplar epistolæ. Quæ sequuntur post eum locum scripta reperi, vbi legitur: Pergénsque Mardochæus fecit omnia, quæ ei mandauerat Esther. Nec tamen habentur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.*

*Hic qui.

1. Hæc scribit.

2. Non temeritate potentiæ eleuatus, mitius autem, & cum quiete semper gubernatus, subiectos tranquillos semper statuere vita, & regnum quietum & pertium vsque ad fines præbens, reuocarĕque desideratam cunctis hominibus pacem.

3 Secundo Regis dono præcedebat Haman.

4. Assidue prætermittens.

5. Vitam legum peregrinam permutantem.

a. Hoc est, præter cæteras nationes vnum deum colere, & deorum pluralitatem abhorrere.

b. Tulit rex annulum quo vtebatur, sicut & nunc passim Reges: & tradidit Haman, vt scriberet literas, & eas annulo signaret, prout sibi videretur ex pediens Tyranus ibid.

6. Radicitus inimicorum gladiis, sine omni misericordia & parcitate.

C * [c] Mardochæus autem deprecatus est dominum, memor omnium operum eius, & dixit: Domine, domine Rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreueris saluare Israel. Tu fecisti cœlum & terram, & [7] quicquid cœli ambitu continetur: ] dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuæ. Cuncta nosti, & scis quia non pro superbia & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Haman superbissimum, li-
D bẽter enim pro salute Israel etiam vestigia pedum eius deosculari paratus essem: * [8] sed * timui ] ne honorem dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquam adorarem excepto deo meo. * Et nũc domine Rex deus ⁊— Abraham, ] miserere populi tui, * [9] quia volunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuam delere. ] Ne despicias partem tuam, quam * redemisti de Ægypto. Exaudi deprecationem meam, & propitius esto sorti * & ⁊— funiculo tuo, ] & conuerte luctum nostrũ in gaudium, vt viuẽtes laudemus nomen tuum domine, & ne [10] claudas ora canentium te. ] Omnis quoque Israel pari mente & obsecratione clamauit ad dominum, [11] eò quòd eis certa mors impendẽret.

c. At Mardochæus re cognita, scissis vestibus, operto sacco, & sparsus cinere circũibatur per vrbem, iniquũ facinus clamitãs maximam gentem internecioni esse addictam: & vociferando talia vsque regium palatiũ delatus, ibi demum constitit: non enim fas erat illum tali habitu regiam ingredi. Ioseph. li. 11 cap. 6. Antiq. Iudaic.

7. Omne mirabile sub cœlo.

8. Hoc feci.

* Et non faciam hoc in superbia.

9. Quia respiciunt nos in perditionẽ, & desiderauerunt perdere eam quæ à principio fuit, hæreditatem.

* Tibi.

* Tuæ.

10. Perdas or laudantium te domine.

11. Quia mors eorum in oculis eorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Plangit Esther deum, in spiritu humilitatis obsecrans.* XIIII.

a. Esther rorum Judæorum populum vniuersali excidio tradendum, sic eripuit, orans: Gratia domine fac verba mea, & da sermonem ornatum in os meũ. Chryso. ad populum Antioche. homil 3.
1. Superbis.
2. Valde.

ESther[a] quoque Regina confugit ad dominum, pauens periculum quod imminebat. Cúmque deposuisset vestes regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguentis[1] variis, ] cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit[2] ieiuniis, ] omniáque loca in quibus antè lætari consueuerat, crinium laceratione compleuit. Et deprecabatur dominum deum Israel, dicens, Domine mi, qui Rex noster es solus, adiuua me solitariam, & cui ius præter te nullus est auxiliator alius. Periculum meum in manibus meis est. Audiui

3. A natiuitate mea, in tribu familia mea.

ex omnibus retro maioribus suis, vt possideres hæreditatem sempiternam: feciſtíque eis sicut locutus es. ♱ [b]Peccauimus in conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum. Coluimus enim deos eorum. Iustus es domine. Et nunc non eis sufficit, quòd durissima nos opprimunt seruitute, sed [4]robur manuum suarum, idolorum potentiæ deputantes, volunt tua mutare promissa, ] & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi & altaris tui, vt aperiant ora gentium, [5]& laudent idolorum fortitudinem, ] & prędicent carnalem regem in sempiternum. Ne tradas domine sceptrum tuum iis qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram: ♱ sed conuerte consilium eorum super eos, & eum qui

b. Esther deum timens, deum colens, deo subdita, marito Regi alienigenæ, non eundem secum colenti deum, tamen subiecta seruiebat, quæ cum extremo periculo, non suo tantum, sed etiam gentis suæ, qui tunc erat populus dei, domino prosternere tur orando, in ipsa oratione sua dixit, ita sibi esse ornatum regium, sicut pannum mẽstruatæ: & ita orantem statim exaudiuit, qui cordis inspector est, eam verũ dicere sciuit. August. Epistola 199.
4. Posuisti manus eorum super manu idolorum suorum, vt extollerent oris tui determinationem.
5. Ad virtutes stultorum.
6. Gentium.
*Dominator.

in nos cœpit sæuire, disperde. Memento domine, & ostende te nobis in tempore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciam domine Rex[6] deorum, ] & vniuersæ potestatis, *tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis: & transfer cor illius in odium hostis nostri, vt & ipse pereat, & cæteri qui ei consentiunt. [c]Nos autem libera in manu tua, & adiuua me ancillam tuam, nullum aliud auxilium habentem, nisi te domine, qui habes omnium scientiam, & nosti quia oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircuncisorum, & omnis alienigenæ. ♱ Tu scis necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ, [7]& gloriæ ] meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentij mei, & quòd non comederim in mensa Haman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & non biberim vinum libaminum: & nunquam lætata sit ancilla tua, [7]ex quo huc translata sum vsque in præsentem diem, ] nisi in te domine deus Abraham. Deus fortis, super omnes exaudi vocem eorum, qui nullam aliam spem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.

c. Regina quoque supplicabat more patrio humi in faciem prostrata, & amicta vestitu lugubri, per triduum abdicato cibo & potu, & omnibus deliciis rogabátque, vt misertus daret ei apud regem quali maximè opus esset facundiam: & maiorem, quàm vnquam antea, formæ gratiam, vt modo vtroque permotus rex ad clementiam, & in ipsam fieret indulgentior & popularibus suis in extremo periculo constitutis patrocinãtem æquis oculis aspicia. Iosep. lib. 11. c. 6. Antiq. Iudaic.
7. A die translationis meæ vsque nunc.

(*Hæc quoque addita reperi in editione vulgata.*

*Mandante Mardochæo intrat Esther ad Regem vultu eius perterrita.* XV.

a Interrogatus Mardocheus ab Esther per nuntium, indicauit causam, & literas cõtra Iudæos per omnes prouincias sub rege constituras, transmissas, & promissionẽ pecuniarum, per quã à Rege perditionem gentis cõparauerat Haman. Ioseph. vbi pridem.

ET mandauit ei (haud dubium, quin Esther Mardochæus) vt ingrederetur ad regem, vt rogaret pro populo suo, & pro patria sua: Memorare, inquit, dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita sis in manu mea, quia Haman secundus à rege locutus est contra nos in mortem, & tu inuoca dominum, & loquere Regi pro nobis, & libera nos de morte.

(*Necnon & ista quæ subdita sunt.*

1. Cessauit orans, deposuit vestimenta luctus, & induta.
2. Spectatorem.
3. Delicata.

Die autem tertio [1]deposuit vestimenta ornatus sui: & circundata ] est gloria sua. Cúmque regio fulgeret habitu & inuocasset omnium [2]rectorem ] & saluatorem deum: assumpsit duas famulas, & super vnam quidem innitebatur, quasi [3] præ delitiis ]- & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinẽs: ] altera autem famularum sequebatur [4]dominam, defluentia in humum indumenta sustentans. ] Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, [5]& gratis ac nitentibus oculis tristem cælabat animum, & nimio timore contractum. ] ♱ Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia, stetit [6] contra Regem, ] vbi ille residebat super solium regni sui, indutus vestibus regiis, auróque fulgens & pretiosis lapidibus, erátque terribilis aspectu. Cúmque eleuasset faciẽ, [7]& ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, ] Regina corruit, & in pallorẽ colore mutato,

4. Leuans indumentum eius.
5. Vigore pulchritudinis suæ, & vultus eius hilaris quasi amabilis, & cor eius arctatum præ timore.
6. Coram rege.
7. Incensam gloria, in acie furoris conspexit.

Universidad de Deusto



tato,[8] lassum super ancillulam reclinauit caput.] Conuertítque deus spiritum regis in mansuetudinem, & festinus ⟨ac metuens⟩ exiliuit de solio, & sustentans eam vlnis
D suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur: [9] Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metuere. Non moriêris: [9] Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. Accede igitur, & tange sceptrum. Cúmque illa reticeret, tulit auream virgam, & posuit] super collum eius, & osculatus est eam, & ait: Cur mihi non loqueris? Quæ respondit: [10] Vidi te domine quasi angelum dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ. Valde enim mirabilis es domine, & facies tua plena est gratiarum. Cúmque loqueretur rursus corruit, [10] & penè exanimata est.] Rex autem turbabatur, & omnes ministri eius consolabantur [11] eum.]

8. Reclinauit se super caput ancillæ præcedentis.

9. Quoniam commune præceptum nostrum est, accede: Et tollens auream virgam imposuit.

10. Pro dissolutione sua.

11. Eam.

*(Exemplar epistolæ Regis Artaxerxis quam pro Iudæis ad totas regni sui prouincias misit: quod & ipsum in Hebraico volumine non habetur.*

*Assueri epistola pro Iudæorum salute ad singulas regni prouincias, epistolæ Haman irritatoria.* XVI.

A [1] Ex magnus Artaxerxes [1] ab India vsque Æthiopiam centum viginti septem prouinciarum ducibus ac principibus, qui [2] nostræ iussioni obediunt, salutem dicit.] Multi bonitate principum & honore qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam, & non solum subiectos Regibus nituntur opprimere, sed [3] datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos qui dederunt, moliuntur insidias.] Nec contenti sunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in se iura violare, [4] sed dei quoque cuncta cernentis] arbitrantur se posse fugere sententiam. Et in tantum vesaniæ proruperunt, vt eos qui credita sibi officia diligenter obseruant, & ita cuncta agunt, vt omnium laude digni sint, mendaciorum cuniculis conentur subuertere, dum aures principum simplices, ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. §
3 Quæ res & ex veteribus probatur historiis, & ex iis quæ geruntur quotidie, quomodo malis quorundam suggestionibus regum studia deprauentur. Vnde prouidendum est paci omnium prouinciarum. Nec putare debetis, si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitate: sed pro qualitate & necessitate temporum, vt reipublicæ poscit vtilitas, ferre sententiam. Et vt manifestiùs quod dicimus, intelligatis, Haman filius Amadathi [5] & animo & gente Macedo, alienúsque à Persarum sanguine, & pietatem nostram sua crudelitate commaculans,] peregrinus à nobis susceptus est: & tãtam in se expertus humanitatem, vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus, [6] post Regem secundus:] qui in tantum arrogantiæ tumorem sublatus
C tus est, vt regno priuare nos niteretur & spiritu. § [7] Nam Mardochæum, cuius fide & beneficiis viuimus, & ] consortẽ regni nostri Esther, cum omni gente sua, [8] nouis quibusdam atque inauditis machinis expetiuit in mortem, hoc cogitans, vt illis interfectis insidiaretur nostræ solitudini, & ] regnum Persarum transferret in Macedonas. Nos autem à pessimo mortaliũ Iudæos neci destinatos, in nulla penitus culpa reperimus, sed econtrario iustis vtẽtes legibus, & filios altissimi & maximi, sempérque viuentis dei, cuius beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum, & vsque hodie custoditur. [9] Vnde eas literas quas sub nomine nostro ille direxerat, sciatis esse irritas.] Pro quo scelere ante portas huius vrbis, id est, Susis, & ipse qui machinatus est, & omnis cognatio eius pendet in patibulis: [10] non nobis sed deo reddente ei, quod
D meruit.] § Hoc autem edictum quod nũc mittimus, in cunctis vrbibus proponatur, vt liceat Iudæis vti legibus suis: quibus debetis esse adminiculo, vt eos qui se ad necẽ eorum parauerant, possint interficere tertiadecima die mensis duodecimi, qui vocatur Adar: Hãc enim diẽ, deus omnipotens [11] mœroris & luctus eis vertit in gaudiũ.] Vnde & vos inter cæteros festos dies, [12] hanc habetote diẽ, & celebrate eam cum omni lætitia,] vt & * in posterum [13] cognoscantur omnes qui fideliter Persis obediunt dignam pro fide recipere mercedem: qui autem insidiantur regno eorum, perire pro scelere.] Omnis autem prouincia & ciuitas quæ [14] noluerit solennitatis huius esse particeps,

1. His qui.
2. Nostra sapiunt, valere.
3. Vberratem ferre non valẽtes, in suos benefactores conantur machinari.
4. Eius qui omnia cernit semper dei odiosam.

5. Macedo: veritatibus alienus à Persarum sanguine, & multum distans à nostra benignitate.

6. Secundam regij throni personam gerens.
7. Et nostrum saluatorem & in omnibus benefactorem Mardochæum & irreprehensibilem.
8. Multiplicibus viarum deceptionibus, experiens in perditionem. Per istos enim modos existimauit accipiẽs nos defectos.

9. Bene ergo facite non vtentes his quæ ab Haman Amadathi missa sunt literis.

10. Dignũ eo qui omnium est dominator, deo velociter reddente ei iudicium.

11. Pro perditione generis electi fecit esse illis gaudium.
12. Insignem diem cum omni lætitia ducite.
* Nunc &.
13. Salus nobis & benenolis Persis, his vero qui nobis insidiantur, memoriale perditionis.
14. Quæ iuxta hæc non fecerit, lancea & igni consumatur eum ira: & non solum hominibus inuisa, sed & bestiis & volatilibus in omne tempus inimicissimique constituatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



gladio & igne pereat, & sic deleatur, vt non solum hominibus, sed etiam inuia bestiis sit in sempiternum, pro exemplo contemptus & inobedientiæ.

## INCIPIT PROLOGVS IN IOB SECVNDVM translationem Septuaginta.

*ROgor per singulos scripturæ diuinæ libros aduersariorum respondere maledictis: qui interpretationem meam, reprehensionem Septuaginta interpretum criminantur, quasi non & apud Græcos, Aquila, Symmachus, & Theodotio, vel verbum è verbo, vel sensum è sensu, vel ex vtroque commixtum, & mediæ temperatum genus translationis expresserint, & omnia veteris instrumenti volumina Origenes obelis, asteriscisque distinxerit: quos vel additos, vel de Theodotione sumptos translationi antiquæ inseruit: probans defuisse quod additum est. Discant igitur obtrectatores mei recipere in toto, quod in partibus susceperunt, aut interpretationem meam cum asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest, vt quos plura intermisisse susceperint, non eosdem etiam in quibusdam errasse fateãtur: præcipue in Iob, cui si ea quæ sub asteriscis addita sunt, subtraxeris, pars maxima detruncabitur: & hoc duntaxat apud Græcos. Cæterum apud Latinos, ante eam translationem quam sub asteriscis & obelis nuper edidimus, septingenti fermè, aut octingenti versus desunt: vt decurtatus, & laceratus, corrosusque liber fœditatem sui publicè legentibus præbeat. Hæc autem translatio nullum de veteribus sequitur interpretem: sed ex ipso Hebraico Arabicóque sermone, & interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul vtrunque resonabit. Obliquus enim etiã apud Hebræos totus liber fertur & lubricus, & quod Græci rhetores vocant, eschematismenos, dum qui aliud loquitur, aliud agit. Vt si velis anguillã vel murenulam strictis tenere manibus, quanto fortius presseris, tanto citius elabitur. Memini me obtinuisse intelligentiam huius voluminis, Liddæum quẽdam præceptorem, qui apud Hebræos primus habebatur, non paruis redemisse nummis: cuius doctrina an aliquid profecerim, nescio. Hoc vnum scio, non potuisse me interpretari, nisi quod antè intellexeram. A principio itaque voluminis, vsque ad verba Iob, apud Hebræos prosa oratio est. Porrò à verbis Iob, in quibus ait, Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, cõceptus est homo, vsque ad eum locum, vbi ante finem voluminis scripta est: Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere: hexametri versus sunt, dactylo spondeóque currentes, & propter linguæ idioma crebro recipientes & alios pedes: non eorundem syllabarum, sed eorũdem temporum. Interdũ quoque rhythmus ipse dulcis & tynnulus sertur numeris pedum lege solutis: quod metrici magis quàm simplex lector intelligunt. A supradicto autem versu vsque ad finem libri, paruum coma, quod remanet, prosa oratione contexitur. Quod si cui videtur incredulum, metra scilicet esse apud Hebræos: & in morem nostri Flacci, Græcique Pindari, & Alcæi, & Sapphus, vel Psalterium, vel Lamentationes Ieremiæ, vel omnia fermè scripturarum cantica comprehendi: legat Philonem, Iosephum, Origenem, Cæsariensem Eusebium: & eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei, idcirco me in hoc volumine laborasse, non vt interpretationem antiquam reprehenderem, sed vt ea quæ in illa aut obscura sunt, aut omissa, aut certè scriptorum vitio deprauata, manifestiora nostra interpretatione fierent: qui & Hebræum sermonem ex parte didicimus: & in Latino penè ab ipsis cunabulis inter grammaticos & rhetores & philosophos detriti sumus. Quòd si apud Græcos post Septuaginta editionem, iam Christi euangelio coruscante, Iudæus Aquila, & Symmachus, ac Theodotio Iudaizantes hæretici sunt recepti, qui multa mysteria Saluatoris subdola interpretatione cælarunt: & tamen in Hexaplis habentur apud Ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis viris: quanto magis ego Christianus, & de parentibus Christianis natus, & vexillum crucis in mea fronte portans, (cuius studium fuit omissa repetere, deprauata corrigere, & sacramenta Ecclesiæ puro & fideli aperire sermone) vel à fastidiosis, vel à malignis lectoribus non debeo reprobari? Habeant qui volunt, veteres libros vel in membranis purpureis, auro argentóque descriptos, vel vncialibus (vt vulgo aiunt) literis onerata magis exarata, quàm codices, dummodo mihi meisque permittant pauperes habere schedulas: & non tam pulchros codices, quàm emendatos. Vtraque autem editio & septuaginta iuxta Græcos, & nostra iuxta Hebræos, in Latinum meo labore translata est. Eligat vnusquisque quod vult: & studiosum me magis quàm maleuolum probet.*

Alter

Universidad de Deusto Biblioteca

## ALTER PROLOGVS IN IOB SECVNdum Hebraïcum.

*SI aut fiſcellam iunco texerem, aut palmarũ folia complicarem, vt in ſudore vultus mei comederem panẽ, & ventris opus ſollicita mente pertractarem, nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta ſententiam Saluatoris, volo operari cibum qui non perit, & antiquam diuinorum voluminum viam ſentibus virgultíſque purgare: error mihi geminus infigitur: corrector vitiorum, falſarius vocor: & errores non auferre, ſed ſerere. Tanta eſt enim vetuſtatis conſuetudo, vt etiam confeſſa pleriſque vitia placeant: dum magis pulchros volunt habere codices quàm emendatos. Quapropter ô fratres dilectiſſimi, vnicum nobilitatis & humilitatis exemplar, pro flabello, calathis, ſportelliſque munuſculis monachorum, ſpiritalia hæc & manſura dona ſuſcipite, ac beatum Iob qui adhuc apud Latinos iacebat in ſtercore, & vermibus ſcatebat errorum, integrum immaculatúmque gaudete. Quomodo enim poſt probationem atque victoriam, duplicia ſunt ei vniuerſa reddita: ita ego in lingua noſtra, vt audacter loquar, feci eum habere quæ amiſerat. Igitur & vos & vnumquenque lectorem ſolita præfatione commoneo, & in principiis librorum eadem ſemper annectens, rogo: vt vbicunque ſemper præcedentes virgulas videritis, ſciatis ea quæ ſubiecta ſunt, in Hebraïcis voluminibus non haberi. Porrò vbi ſtellæ imago præfulſerit, ex Hebræo in ſermone noſtro addita ſunt. Necnon & illa quæ haberi videbantur: & ita corrupta erant, vt ſenſum legentibus tollerent, orantibus vobis magno labore correxi: magis vtile quid ex otio meo Eccleſiis Chriſti venturum ratus, quàm ex aliorum negotio.*

# Incipit Liber Iob.

*Iob ſanctitas pro conuiuantibus filiis quotidie domino ſacrificat: & ſua fælicitate in ſummam verſa miſeriam in laudes dei patienter prorumpit. Cap. I.*

VIr [1] erat] in terra Hus, nomine [a] Iob: † & erat vir ille ſimplex & rectus, ac timens deũ, & recedens à malo. † Natíque ſunt ei ſeptem filij, & tres filiæ. Et fuit poſſeſſio eius, ſeptem milia ouium, & tria milia camelorum, quingenta quoque iuga boum, & quingentæ aſinæ, ac familia multa nimis. Erátque vir ille [2] magnus inter omnes orientales. ] Et ibant filij eius & faciebant conuiuium per domos, vnuſquiſque in die ſuo. Et mittentes vocabant tres ſorores ſuas, vt comederent & biberent cum eis. Cúmque in orbem tranſiſſent dies conuiuij, † mittebat ad eos Iob, & [b] ſanctificabat illos, conſurgénſque diluculo offerebat holocauſta [3] per ſingulos. ] Dicebat enim: Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint deo in cordibus ſuis. Sic faciebat Iob cunctis diebus. ℣ Quadam autem die, cum veniſſent [c] filij dei vt aſſiſterent coram domino, [d] affuit inter eos etiam Sathan. Cui dixit dominus: Vnde venis? Qui reſpondens, ait: [4] Circuiui terram, & perambulaui eam. ] Dixítque dominus ad eum: Nunquid [5] conſideraſti] ſeruum meum Iob, quòd non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex & rectus, & timens deum, ac recedens à malo? Cui reſpondens Sathan, ait: Nunquid fruſtra timet Iob deum? Nónne tu valaſti eum, ac domum eius, vniuerſámque ſubſtantiam per circuitum? Operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſſio eius creuit in terra. Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi. ℣ Dixit ergo dominus ad Sathan: [e] Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt, tãtum in eum ne extendas manum tuam. Egreſſúſque eſt Sathan à facie domini. Cum autem quadam die filij & filiæ eius comederent, & biberent vinum in domo fratris ſui primogeniti, nuntius venit ad Iob, qui diceret: Boues arabant, & aſi-

1. Fuit.
a. Genealogiæ Iob variæ ſunt opiniones, vt notarum eſt Gene. 22. d. & 36. c. Hûc dicit Philo accepiſſe in vxorem Dinam filiam Iacob, & ex ea genuiſſe 14. filios, & 6. filias, ſcilicet 7. filios & 3. filias antequã perceteretur, & totidem poſt. hæc ille. Et quia primogenitus Nachor ex Melcha dicebatur Hus, à quo hæc terra dicta eſt, ideo dicunt Hebræi Iob eſſe de genere eius. Hieron.
2. Maior omnibus filiis orientis.
[ b. Sanctiſſimus ille vir filios & filias bene educatos, ſine ſacramẽto religionis non conuocauit timens blaſphemiam aliquã naſciturã. Lotichius. ibid. ] Monebat eos ne quid indignum in cõuiuiis ſuis agerent, ſed ad dei cultum ſe præparẽt.
3. Iuxta numerum omnium ipſorum.
c. Angeli ſancti.
[ d. Quod ſi etiam inter angelos ſanctos, ſe ſatanas audet miſcere, quid fiet de falacium hominum impuro conuentu? Non habet Satan poteſtatem tangẽdi nos, niſi inquantum hoc illi ad noſtri probationem, & ad fidei orthodoxæ approbationem deſuper fuerat permiſſum. Lotichius. ]
4. A circundãdo terram, & perambulando eam.
5. Poſuiſti cor tuum ſuper.
e. Perfidus apoſtata ſicdíſque angelus fidelẽ dei famulum infeſtator, atque vt illi eſt plena à ſeipſo procreata malitia, vaſtat, fugat, diſperdíque omnia innocentis: & cum omni hæreditate omnem ſimul conſumpſit hæredem. Tot tamen iaculis emiſſis manet illæſus. Proſper.

Universidad de Deusto
Biblioteca



næ paſcebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, tulerúntque omnia, & pueros percuſſerunt gladio, & euaſi ego ſolus, vt nunciarem tibi. Cúmque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit: [e] Ignis dei cecidit è cœlo, & [6] tactas] oues puerósque conſumpſit, & effugi ego ſolus, vt nunciarem tibi. Sed & adhuc illo loquéte, venit alius, & dixit: Chaldæi fecerũt tres turmas, & inuaſerunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros percuſſerunt gladio, & ego fugi ſolus, vt nunciarem tibi. * Adhuc loquebatur ille, & ecce [f] alius intrauit. & dixit: † Filiis tuis & filiabus veſcentibus & bibẽtibus vinum in domo fratris ſui primogeniti, repente ventus vehemens irruit à regione deſerti & concuſſit quatuor angulos domus, quę corruens oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt, & effugi ego ſolus, vt nunciarem tibi. Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram, adorauit, & dixit: [g] Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen domini benedictum. † In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis, neque ſtultum quid contra deum locutus eſt.

*Externis Iob tentatus & filiis, corpore ſimul à Sathan, & animo ab vxore tentatur: à tribus tamen compatientibus amicis viſitatus.* II.

EActum eſt autem, † cum quadam die veniſſent [a] filij dei, & ſtarent coram domino, veniſſet quoque Sathan inter eos, & ſtaret in conſpectu eius, vt diceret dominus ad Sathan: Vnde venis? Qui reſpondens ait: [1] Circuiui terram, & perambulaui eam.] Et dixit dominus ad Sathan: Nunquid [2] cõſideraſti] ſeruum meum Iob, quòd non ſit ei ſimilis in terra? vir ſimplex & rectus, ac timens deum, & recedens à malo, & adhuc retinens [3] innocentiam? * Tu autem commouiſti me aduerſus eum vt affligerem eum fruſtra. Cui reſpondens Sathan, ait: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima ſua. Alioquin [b] mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem, & tunc videbis quòd in faciem [c] benedicat tibi. † Dixit ergo dominus ad Sathan: Ecce in manu tua eſt, [d] veruntamen animam illius ſerua. Egreſſus igitur Sathan à facie domini, percuſſit Iob vlcere peſſimo, à planta pedis vſque ad verticem eius. * Qui teſta [4] ſaniem radebat, ſedens in ſterquilinio. Dixit autem illi vxor ſua: Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? [5] Benedic] deo, & morere. Qui ait ad illam: † [c] Quaſi vna de ſtultis mulieribus] locuta es. [f] Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala quare non ſuſtineamus? † In omnibus his [g] non peccauit Iob labiis ſuis. Igitur audientes tres amici Iob omne malum, quod accidiſſet ei, venerunt ſinguli de loco ſuo: Eliphaz Themanites, & Baldat Suhites, & Sophar Naamathites. * Condixerant enim, vt pariter venientes [6] viſitarent eum: ] & conſolarentur eum. Cúmque eleuaſſent procul oculos ſuos, non cognouerunt eum. Et exclamantes plorauerunt, ſciſſíſque veſtibus ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum in cœlum. Et ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus & ſeptem noctibus: & nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem eſſe vehementem.

*Iob præſentis vitæ pertæſus, fœlicémque ducens iuſtorum exitum, nimia doloris anguſtia preſſus, ſuam tamen fatetur innocentiam.* III.

POſt hæc aperuit Iob os ſuum, & maledixit diei ſuo, & locutus eſt: † [a] Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, conceptus eſt homo. Dies ille vertatur in tenebras: Non requirat eum deus déſuper, & non illuſtretur lumine. * Obſcurent eum tenebræ & vmbra mortis. Occupet eum caligo, [1] & inuoluatur amaritudine. ] Noctem illam [2] tenebroſus turbo poſſideat. ] Non computetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus. * Sit nox illa ſo-[3] litaria, [3] nec laude digna.] [b] Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare [4] Leuiathan. ] [7] Obtenebrentur ſtellæ caligine eius. Expectet lucem, [5] & non videat, nec ] ortum ſurgentis auroræ. Quia non concluſit oſtia ventris qui portauit me,

c. Diabolus ignẽ ex tete iacit. vt opinetur ſi de cœlo ignem demiſſum, & quò putauerit deũ ſe de cœlo expugnare, blaſphemet deum. Chryſo. De patientia Iob homil. 1.
6. cunctas.
f. Vt quid putas dilecte homo non erat qui hæc Iob nunciabat, ſed ipſe diabolus hominis in ſpeciem transformatus. Chryſ. ibidem.
g. Nudus, nõ pecuniis tantum, ſed etiam gloria: non ergo gloriã adipiſci deſideres. Chryſ. in epiſt. ad Hebr. hom 33. Vtique, & filios amiſerat, & facultates: ferũs tamẽ in omnibus perſonam ſapientis & iuſti, ſicut ille ſeruauit eũ dixit: Sicut dño placuit ita factũ eſt. Ambro. Offic. 1. cap. 38. O felicisſimũ illũ, qui omnẽ patiẽtiæ ſpeciẽ aduerſus omnem diaboli vim expunxit. Quẽ non abacti greges, non illę ingẽs pecoris diuitiæ, non filij vnã ruinæ impetu adepti, nõ ipſius denique corporis inuulnere cruciatus, à patientia (fide domino dedita) excluſit, quem diabolus totis viribus fruſtra cæcidit. Tertullia. de patientia.
a. Filij dei non ſolũ angeli, ſed & iuſti intelligũtur inter quos ſe diabolus ſæpe immiſcet ad eos examinandos, iuſto dei hoc permittente iudicio. Beda ibi.
1. A circumdando terrã & perambulando eam.
2. Poſuiſti cor tuum ſuper.
3. Integritatem.
b. Hoc eſt, da poteſtatem. Hanc etiam nec in porcis habuit diabolus, niſi ille dediſſet. Proſper.
c. Id eſt maledicat
d. Magna poteſtas, magna gratia, quia imperat diabolo vt ſe ipſe deſtruat. Se enim deſtruit cũ hominem quẽ tentãdo ſupplãtare ſtudet, ex infirmo fortiorẽ efficit, quia dũ carnem debilitat, mentem eius corroborat. Ambr. de pœniten. lib. 1. cap. 15.
4. Et accepit teſtam vt ſaniem raderet, & ſedebat in medio cineris.
5. Maledic. Hebr. vel die aliquod verbum in domiñ. Gre.
c. Statim ille ruinam primi hominis recordatus, Heuam nouam, atque in illa illũ inimicũ qui prælia horror expugnans ait: Quaſi vna, &c. Proſper.
f. Hoc eſt, ſi bonis ſuperueniẽtibus inundamur, quare non & aduerſis accidentibus cõfortemur? Aduerſa tolerare ſapiẽti virtutis exercitium, inſipienti præuaricationis eſt occaſio. Ambr Ser. 42.
g. Iam per virtutem iſtũ potentem trãſmira Chriſti veſtigia in gẽtes ſignabantur. De quibus Oſuid in perſona eius dicit: in Iudæam exẽdam calcamentum meum Pſalm. 6. Comparerentur ei.

a. Conqueritur de illa hora inſperata, vnde in tantã lapſus eſt miſeriã. Nam cognouerat naſci malorũ omniũ eſſe principium, & ideo diem qua natus eſt, perire optauit, vt tolleretur origo inõmodorũ, & optauit perire diẽ generationis ſuæ, vt diẽ reſurrectionis acciperet. Amb. de reſurrectio. oratio.
* Et non ſit in recordatione.
1. Tenebraſque illam æſtus diei.
2. Occupet caligo.
3. Nec lætus veniat in ea.
b. Sed & Iob non ſine ſpiritu ſancto loquẽs maledicebat diẽ natiuitatis ſuæ, dicẽs, Pereat dies. &c. Quod ſi non tibi videtur hæc Iob diuino & prophetico ſpiritu loqui, ex his conſidera quæ ſequũtur. Addit etiã, Maledicãt ei, &c. Vide ergo quo in ſpiritu ſancto prædixit de magno cete, vel Leuiathan, quem interfecturus eſſet dominus, cui ſpur erat cætus ille Ionæ. Cyrillus in Leuiticum, lib. 8.
4. Mœrorem ſuum.
5. Et non ſit, nec videat.

uit me,nec abſtulit [6] mala ]ab oculis meis. [c] Quare non in vulua mortuus ſum? quare egreſſus ex vtero non ſtatim perij? Quare exceptus genibus, cur lactatus vberibus? Nunc enim dormiens [7] ſilerem, ] & ſomno meo requieſcerem cum Regibus & conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines: [8] aut cum principibus qui poſſident aurũ, & replent domos ſuas argento. Aut ſicut abortiuum abſconditum non ſubſiſterem, [9] vel qui concepti non ] viderũt lucem. Ibi impij ceſſauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt feſſi robore, & [10] quondam ]vincti pariter [9] ſine moleſtia. ]Non audierunt vocem exactoris. Paruus & magnus ibi ſunt, & ſeruus liber à domino ſuo. Quare miſero [d] data eſt lux, & vita iis qui [d] in amaritudine animæ ſunt? [8] Qui expectant mortem, & non venit: [10] quaſi effodientes theſaurum, ] gaudéntque vehementer, cum inueuerint ſepulchrũ, viro cuius abſcondita eſt via, & circundedit eum deus tenebris? [11] Antequam comedam ſuſpiro, & quaſi inundantes aquæ, ſic rugitus meus: ] quia timor quem timebam, euênit mihi: & quod verebar, accidit. Nónne diſſimulaui? Nónne ſilui? Nónne quieui? Et venit ſuper me indignatio.

6 Afflictionem.
[c. Non eſt credendũ quod ſtatus vir optet ſe abortiuũ interiiſſe, ſed intus hæc verba penſãda ſunt. Quatuor enim modis peccatum fit in corde, quatuor in opere cõſummatur. In corde fit ſuggeſtio per hoſtem, vt in paradiſo ſerpens ſuaſit Heuæ. inde delectatio per carnẽ, vt & ibi Heua delectata eſt. Poſt fit conſenſus per ſpiritum, vt & ibi Adam cõſenſit. Inde defenſio per elationem: vt & Adam requiſitus ſe excuſauit, qui quidem timuit, ſed & tumuit. Cum enim pœna timetur ſed faciet dei amiſſa non amatur, timor ex tumiore non ex humilitate, quia ſuperbit, qui peccatum ſi liceat non puniri, non deſerit. In opere prius latens culpa agitur, poſt ante homines ſine pudore aperitur, inde in cõſuetudinem ducitur, poſt vel falſa ſpe, vel deſperatione nutritur Gloſ. ordina. ibid.]
7. Quieſcerem.
8. Sicut paruuli qui non.
9. Dimiſiis affluxerunt.
d. Amaro ſunt animo.
10. Et inquirunt eum pluſquã effodientes theſauros.
e. In hac deploratione Iob tria precipuè cõſyderanda. 1. quo vitam ſuam ſibi odioſam oſtendit 2. magnitudinem ſuæ miſeriæ. 3. ſuam in his omnibus innocentiam. S. Thom. ibid.
11. Ante cibum meum gemitus mihi veniet, & fluent tanquam aque rugitus mei.

*Eliphaz odium vitæ Iob, deſperationi: magnitudinem amaritudinis, impatientiæ, ac innocentiæ, confeſſionem, præſumptioni deputat.* IIII.

A REſpõdens autem Eliphaz [a] Themanites dixit: Si [1] cœperimus loqui tibi, forſitan ]moleſtè accipies. Sed conceptum ſermonem tenere quis poterit? Ecce docuiſti multos, & manus laſſas roborasti. Vacillantes confirmauerunt ſermones tui, & genua trementia confortaſti. Nunc autem venit ſuper te plaga, [2] & defeciſti: tetigit te, & conturbatus es. [3] Vbi eſt timor tuus, fortitudo tua, pa-
B tientia tua, & perfectio viarum tuarum? [8] Recordare obſecro te, quis enim vnquam innocens periit? aut quando recti deleti ſunt? Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores, & metunt eos flante deo periſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos. Rugitus leonis & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti ſunt.
C [4] Tigris periit, eo quòd non haberet prædam: ] & catuli leonis diſſipati ſunt. [8] [b] Porrò ad me dictum eſt verbum abſconditum, [5] & quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij eius. ] In horrore viſionis nocturnæ, quando ſolet ſopor occupare homines, pauor tenuit me, & tremor, & omnia oſſa mea perterrita ſunt. Et cum ſpiritus [6] me præſente ] tranſiret, inhorruerunt pili carnis meæ. Stetit quidam cuius non agnoſcebam
D vultum, imago corã oculis meis, & vocem [7] quaſi auræ lenis ]audiui. [8] [c] Nunquid homo dei comparatione iuſtificabitur, aut factore ſuo purior erit vir? Ecce qui [8] ſeruiũt ei, non ſunt ſtabiles, ]† & in angelis ſuis reperit [9] prauitatem. ] Quanto magis ij qui habitant domos luteas, [d] qui terrenũ habent fundamentum, conſumentur velut à tinea? de mane vſque ad veſperam ſuccidentur, & quia nullus intelligit, in æternum peribunt. [10] Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis, ] morientur, & non in ſapientia.

12. Themanites à Theman ciuitate Arabiæ, quæ eſt in montibus Seir, regia principum Aedon Gebalenæ regionis, procul à Petra vrbe Arabiæ 1005. paſſuum, cuius hic Eliphaz olim fuiſſe dicitur princeps. illic aliquando poſitum fuerat præſidium militum Romanorum.
1. Tentauerit quis loqui tibi, nónne.
2. Aegre tuliſti.
3. Nónne timor tuus fuit fiducia tua, & ſpes tua perfectio viarum tuarum?
4. Leo magnus perit, quia non eſt præda.
[b. Abſcondita ſe hæretici audire ſimulant, vnde & latenter prædicant, vt ſanctior eorũ prædicatio habeatur, non aliis æqua. Gloſa ordina. ibid.]
5. Suſceptique auris mea parũ quid ab eo.
6. Coram me.
7. Tenuem.
c. Aut hæc audiſſe ſe dicit, aut dicit ſe ideo horruiſſe quia nemo mundus coram domino vt deum vt eſt, videat. Auguſt. in Annot in Iob.
8. In ſeruis ſuis non eſt fiducia.
9. Defectum.
[d. Hoc additur niſi aliquis eredaret quòd ex anima & corpore non fieret vnum per ſe, ſicut nec ex domo & homine habitante in ea. De Lyra ibid.]
10. Nónne excellentia eorũ migrauit cum ipſis?

*Aduerſitates nullum niſi peccati conſcium lædere, Eliphaz probare ex diuina in rebus prouidentia nititur.* V.

A VOca [1] ergo, ] ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum conuertere. Virum [2] ſtultum interficit iracundia, & [2] paruulum ]occîdit inuidia. Ego vidi ſtultum [3] firma radice, ] & [b] maledixi [4] pulchritudini eius ] ſtatim. Longe fient filij eius à ſalute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat. Cuius meſſem famelicus comedet, & [5] ipſum rapiet armatus, ] &
B bibent ſitientes diuitias eius. [6] [c] Nihil in terra ſine cauſa fit, & de humo nõ egredietur dolor. Homo ad laborem naſcitur, & auis ad volatum. [8] Quamobrem ego deprecabor dominum, & ad deum ponam eloquium meum Qui facit magna & [d] inſcrutabilia, & mirabilia abſque numero. Qui dat pluuiam ſuper faciem terræ, & irrigat aquis [7] vniuerſa. ] Qui ponit humiles in ſublime, & mœrentes [8] erigit ſoſpitate. ] Qui diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus eorum quod cœperant.

1. Queſo.
2. Superbum.
2. Puſillanimem.
3. Firmantem radices.
b. Dignum duxi maledictione.
4. Habitaculo eius.
5. De ſpinetis rapiet illam.
6. c. Non egredietur è puluere iniquitas, hoc eſt Terræ ſterilitas illi non aſcribitur, ſed hominis deſidiæ, vt dei agnoſcat prouidentiam.
[d. Vt pater defolio arboris cuius omnes rationes in particulari, nullus homo ad plenũ poſſet ſcrutari, vt pote quare ſic vel ſic eſt figuratũ. De Lyra ibid.]
7. Plateas.
8. Salutem ſuſcipiunt.

†c Qui apprehendit sapientes in astutia eorum,& cõsilium prauorum dissipat.Per diẽ incurrent tenebras,& quasi in nocte,sic palpabũt in meridie. ♱ Porrò saluum faciet e- c genum à gladio [9] oris eorum,] & de manu violenti pauperem. Et erit egeno spes,iniquitas autem contrahet os suum.† Beatus homo qui corripitur à domino.Increpationem ergo [10] domini ] ne reprobes:quia ipse vulnerat & medetur: percutit, & manus eius sanabunt.[f] In sex tribulationibus liberabit te,& in septima non tanget te malum. In fame eruet te de morte,& in bello de manu gladij.A flagello linguæ abscondéris,& non timebis calamitatem cum venerit. [g] In vastitate, & fame ridebis, & bestias terræ non formidabis.[h] ♱ Sed cum lapidibus regionum pactum tuum:& bestiæ terræ pacificæ erunt tibi.Et scies quòd pacem habeat tabernaculum tuum:& visitans [11] speciem tuam,] nõ peccabis.Scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ.[i] Ingrediêris in [12] abundãtia ] sepulchrum,sicut infertur acervus tritici in tempore suo.Ecce hoc vt inuestigauimus,ita est: [13] quod auditũ mente pertracta.]

*Iob suis sceleribus grauiora passus,extremam illam miseriam suis peccatis non commeruisse defendit.* VI.

PEspondens autem Iob,dixit:[a] Vtinã [1] appenderentur peccata mea: ♱ quibus irã merui,] & calamitas quam patior,in statéra:quasi arena maris hæc grauior appareret.] Vnde & verba mea dolore sunt plena:quia sagittæ domini in me sunt,quarum [2] indignatio ebibit spiritum meum,] & terrores domini militant contra me. † Nunquid rugiet onager,cum habuerit herbam:aut mugiet bos,[3] cum ante præsepe plenũ steterit? ] Aut poterit comedi insulsum,quod non est sale conditũ? [4] Aut potest aliquis gustare,quod gustatũ affert mortem?] ♱ Animæ enim esurienti etiam amara dulcia esse videntur.♱ Quæ prius nolebat tangere anima mea, [5] nunc præ angustia cibi mei sunt.] Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto,tribuat mihi deus:[6] & qui cœpit,ipse ]me conterat?Soluat manum suam,& succîdat me:& [7] hæc mihi sit consolatio:vt affligens me dolore non parcat: nec contradicam sermonibus sancti.] Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineã ? aut quis finis meus,vt [8] patienter agam?]Nec fortitudo lapidum fortitudo mea,nec caro mea ænea est.† Ecce,non est auxilium mihi in me,& [9] necessarij quoque mei recesserunt ] à me. Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem domini derelinquit. ♱ Fratres mei [10] præterierunt me,sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. Qui timent pruinã, irruet super eos nix.] Tempore quo fuerint dissipati,peribunt:& vt incaluerint,solúentur de loco suo.[11] Inuolutæ sunt] semitæ gressuum eorum:[12] ambulabunt in vacuum, & peribunt.[b] Considerate semitas Theman,itinera Saba,& expectate paulisper. Confusi sunt, [13] quia speraui . ] Venerunt quoque vsque [14] ad me, ] & pudore cooperti sunt . Nunc venistis , & modo videntes plagam meam timetis ? Nunquid dixi: afferte mihi,& de substantia vestra donate mihi? vel liberate me de manu hostis,& de manu robustorum eruite me? ♱ Docete me,& ego tacebo:& [15] si quid fortè ignoraui,] in- ♱ struite me. [16] Quare detraxistis sermonibus veritatis,] cum è vobis nullus sit,qui possit arguere me? Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & [17] in ventum verba profertis.] Super pupillum irruitis,& subuertere nitimini amicum vestrum. [18] Veruntamen quod cœpistis,explete.Præbete aurem,& videte an mentiar.] Respondete obsecro absque [19] contentione, & loquentes id quod iustum est iudicate.] † Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem,nec in faucibus meis stultitia personabit.

*Viuere non nisi laborem esse,& mortem cito gradu festinare,ideo pœnitendum esse de peccatis Iob manifestat.* VII.

M † [1] alitia

[a] Hoc quidẽ Deus& quotidie operatur de cõsiliis & operibus hominũ iniquorũ sicut & de a- ♱ lijs supra dictũ est:Sed Apostolus dixit, quẽadmodũ Deus apprehenderit sapientiam astutorum,mittendo predicatores, vt annunciet euangelium crucis, in quo stulta inuenta est sapiẽtia sapientum huius seculi. Beda ibid.]

9.Et ab ore ipsorum.

10.Omnipotentis.

[f] Patienter ferens missas à deo tribulationes, ab omnibus tandem liberabitur.

[g] Nihil electis nocere potest, neque fames, neque bestia,neque lapis,neque terra,& huius.

[h. Descripta liberatione à tribulatione, promittit ei abũdãtiam bonorum aliàs insolitam, dicens:Sed cum lapidibus i.terræ lapidosæ quæ non solent fructificare tibi afferent fructum multum,quasi ex pacto tibi seruientes. De Lyra.]

11.Habitaculum tuum.

[i. Hoc est,cum ditatus fueris substantiæ vitæ terrestris,tunc demũ non defecturus,quiescere poteris intra contemplationis latibulũ.Rupert.super cap.2. Gen.

12.Senecta.

13.Audi,& tu recogita tecum.

[a. Eliphaz Iob impatientiæ sũ gillauit, retundit Iob argumẽtum,dicẽs: Si Deus puniret hominẽ propter commissum peccatum, & non propter gloriam & expectationem præmij,sequeretur quòd poena secũdum modum culpæ infligeret.Sed videmus sepenumero sceleratissimos homines parum puniri, & pios multum affligi. Ergo verba mea dolore sunt plena. Infert Iob,se non abs re huius vitæ miseriam culpasse & esse execratum . Vbi cruciatus,ibi eiulatus, vbi dolor,ibi clamor. Lorichius ]

1 Appenderetur ira mea, & desolationem meam in trutina pariter eleuarent : quia nunc grauior est quam arena maris.

2. Venenũ bibit spiritus meus.

3.Iuxta pabulum suum.

4.Aut non est sapor in albumine vitellus.

5. Ea sunt veluti dolores carnis meæ.

6 Placeatque deo,&c.

7. Erit adhuc mihi consolatio, & lætabor in angustia mea, nõ parcat,quia non deserã eloquia sancti, Hoc est.Si affligeret me vsque ad mortem , nõ cessarem à laudibus eius.

8.Protraham vitam meam.

9.Facultas mea expulsa est.

10. Præuaricati sunt in me tanquam torrens , quasi aqua cum impetu fluens transierunt. Trister à glacie abscõdit super eos nix.

11.Declinabunt ad alia loca.

12.Defluent.

[b. Theman interpretatur auster.Saba,rete Auster qui tẽpore membra dissoluit , cum hic fluxa viuendi remissio.Rete est actionis obligatio,&fluxis actibus homo implicatur, dum nõ perfectè mundum deserit, dum non districto studio, sed dissolutis gressibus vadit,vt qui pro amore carnali parentum ad ea quæ dei sunt præpeditur.Glosa ordinaria.]

13.A spe tua.

14.Ad eas.

15.In quo errani.

16. Quàm roborata sunt verba veritatis.

17. Inaniter verba abiecti, subhominis.

18 . Et nunc acquiescite respicere ad me , & coram facie vestra non mentiar.

19.Iniquitare,& reuertimini,vt iustificetis me ab ea.

A MIlitia est vita hominis super terrã,] & sicut dies mercenarij, dies eius. Sicut cernuus desiderat vmbram,& † sicut mercenarius præstolatur [2] finẽ operis sui:] sic * & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas [3] enumerauí mihi.] Si dormiero, dico: quando consurgã,& rursum [4] expectabo] vesperam,& replebor doloribus vsque [5] ad tenebras?] Induta est caro mea [6] pu-
B tredine,] & sordibus pulueris: cutis mea aruit,& contracta est. ❡ Dies mei [7] velocius transierunt, quàm à texente tela succiditur,& consumpti sunt absque vlla spe. Memento quia ventus est vita mea, & non reuertetur oculus meus vt videat bona: nec aspiciet me visus hominis. † Oculi tui in me,& non subsistam. Sicut consumitur nubes,& pertransit: sic qui descẽderit [8] ad inferos,] non ascendet, nec reuertetur vltrà in do-
C mum suam, neque cognoscet eum amplius [b] locus eius. ❡ Quapropter & ego nõ parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei: confabulabor [9] cum amaritudine] animæ meæ. Nunquid mare ego sum, aut cætus, qui [10] circundedisti me carcere?] Si dixero, consolabitur me lectulus meus,& releuabor loquens mecum in stratu meo, terrebis me per somnia,& per visiones horrore concuties. Quamobrem elegit [11] suspendium anima mea, & mortem ossa mea.] Desperaui, nequaquam vltrà iam viuam. ❡
D [12] Parce mihi, nihil enim sunt dies mei.] Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum [13] diluculo, & subito probas illum. † Vsquequo non [14] parcis mihi,] [c] nec dimittis me vt glutiam saliuam meam? Peccaui. Quid faciam tibi ô custos hominum? [d] Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi [15] grauis?] Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce, nunc in puluere [16] dormiam,& si mane me quæsieris, non subsistam.

1 2. Omnis igitur vita nostra lucrum est Chryso. hom. 13 in. 6. cap. Matth. Nónne statutũ est homini tempus super terram? Hebr. Omnis vita nostra tentatio est. Græc. Quia enim tentatio est vita hominis super terrã merito in terra homini nõ gloria sed pax est quærenda: pax cũ deo, pax cum proximo, pax cũ seipso. Bernar. in festo omnium sancto. Ser. 5.
2. Opus suum.
* In hæreditate.
3. Constituerunt mihi.
4. Metior.
5. Crepusculum.
6. Vermibus.
7. Velociores sunt radio textoris.
8. Ad sepulchrum.
b. Locus enim hominis deus est, extra quem nusquam bene est. Non dixit, neque cognoscet amplius locum suũ, sed neque cognoscet eum amplius locus eius, quia profecto postquam dixerit semel. Nescio vos, neminẽ damnatorum cognoscit deus, neminem perditorũ cognoscet amplius. Rupertus super Genesi. cap. 3.
9. In angustia.
10. Ponis super me custodiam.
11. Exitium & mortem animæ meæ, magis quam ossa mea sint.
12. Discerte à me, quia vani sunt dies mei.
13. In matutinis.
14. Recedes à me.
c. Non me sinis respirare, nec etiam ad horam.
d. Posuisti eam eã nõ prohibuisti: alioquin ipse me posui, & factus sum mihimetipsi grauis. Bernar. super canti. Ser. 21.
15. Oneri.
16. Dormirem.

*Reuocat Iob Baldath Suhites ad peccatorum confessionem, & resipiscentiam ex benedictione resipiscentium, & maledictione hypocritarum. VIII.*

A REspondens autem Baldath [a] Suhites, dixit: Vsquequo loquêris talia, & [1] spiritus multiplex sermonis] oris rui? Nunquid deus supplantat iudicium, aut omnipotens subuertit quod iustum est? Etiam si filij tui peccauerunt ei,& dimisit eos [2] in manu iniquitatis suæ,] tu tamen si diluculo consurrexeris ad deum, & omnipotentem fueris deprecatus: si mundus,& rectus incesseris, statim euigilabit ad
B te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ: ❡ in tantum vt si priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis. Interroga enim generationem pristinam,& diligenter inuestiga patrum memoriam: † (hesterni quippe sumus,& ignoramus, quoniam sicut vmbra dies nostri sunt super terram:) & ipsi docebunt te. Loquentur tibi,& de corde suo proferent eloquia. Nunquid virere potest scirpus absque
C humore, aut crescere [3] carectum] sine aqua? [b] ❡ Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit: sic viæ omnium qui obliuiscuntur deum,& spes hypocritæ peribit. [4] [c] Non ei placebit vecordia sua,] & sicut tela arenarum fiducia eius. Innitetur super domum suam, & non stabit: fulciet eam,& non [5] consurget. Hume-
D ctus] videtur antequam veniat sol,& in [6] ortu suo] germen eius egredietur. ❡ [7] Super aceruum petrarum] radices eius densabuntur,& inter lapides commorabitur. Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum,& dicet: Non noui te. Hęc est enim lętitia vię eius, vt rursum de terra alij germinentur. Deus non proiiciet [8] simplicem.] nec porriget manum malignis, donec impleatur risu os tuum,& labia tua iubilo. Qui oderunt te, induentur confusione: & tabernaculum impiorum non subsistet.

a. Suhites à Suhi: quam & Sustam vocant, ciuitas est Bathanææ regionis 20000. distans à Chorezaim cõtra aquilonem. Apud quam ætate nostra stato anni tempore aguntur celeberrimæ nundinæ, ex tota Syria, Mesopotamia, Arabia, & Aegypto. Sepulchralis apud eam pyramis est, quam plerique putãt esse ipsius Iob, cæteri ipsius Baldath Suhitis, qui his locis imperarit. Nam Hiero. refert domũ Iob fuisse in Astaroth regione Hus. Ziegleus,
1. Et ventus fortis erunt sermones.
2. In locum iniquitatis eorum, hoc est, in sepulchrum gehennam iniquitati eorum debitã.
3. Gramen.
b. Herba enim dupliciter desiccatur. Vno modo per defectũ naturalis virtutis, ex transitu temporis. Alio modo per euulsionem à terra, & vtrumque removet à carice dicẽs. Cum adhuc sit in flore. De Lyra.]
4. Spes eius succidetur.
c. Grãdis reuera vecordia est & amentia, fictè & simulatè agere ante deum, quod eis in prosperum nõ procedet, cum ille scrutator sit cordis & renis. Tales in euangeliis arguuntur qui sunt ornati defotis quasi specie sanctitatis, & intus peccati putredine pleni sunt, vt sepulchra mortuorum. Hiero. Ibid.
5. Permanebit. Viridis.
6. Horto suo.
7. Iuxta fontem.
8. Perfectum.

*Iustitiæ dei comparata hominis iustitia, nulla, vt pote cui nemo resistere potest. IX.*

ET respondens Iob, ait: Verè scio, quòd ita sit, [1] & quòd [2] non iustificetur homo compositus deo.] Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei vnum pro mille. Sapiens corde est, & fortis robore. Quis restitit ei, & pacem habuit? Qui transtulit montes, & nescierunt ij quos subuertit in furore suo. Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius [3] concutiuntur.] Qui præcipit soli, & non oritur. & stellas claudit quasi sub signaculo. [b] Qui extẽdit cœlos solus, & graditur super fluctus maris. Qui facit arcturum, & oriona, & hyadas, & interiora austri. Qui facit magna, & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus. Si venerit ad me, & non videbo eum: si abierit, non intelligam. [4] Si repente interroget, quis respondebit ei?] Vel quis dicere ei potest: [†] Cur ita facis? [4] Deus cuius iræ nemo resistere potest: & sub quo curuantur qui portant orbem.] Quantus ergo sum ego, vt respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? [5] Qui etiam si habuero quippiam iustum ] non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Et cùm invocantem me exaudierit, non credo quòd audierit vocem meam. [c] In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Non cõcedit requiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus: si fortitudo quæritur, robustissimus est. Si æquitas iudicij, [d] nemo audet pro me testimonium dicere. [†] Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. † Si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. [6] Etiã si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ. Vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit. [6] Si flagellat, occîdat semel, & non de pœnis innocentum rideat.] Terra data est in manus impij, vultum iudicum eius operit. Quòd si non ille est,] [*] quis ergo est? Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non viderunt bonum. Pertransierunt [7] quasi naues portantes, ] sicut aquila volans ad escam. Cùm dixero, [8] nequaquam ita loquar: commuto faciem meam, & dolore torqueor. Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti.] [♮] Si autem & sic impius sum, quare frustra laboraui? Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ: tamen [9] sordibus intinges me,] & abominabuntur me vestimenta mea. Neque enim [10] viro qui similis mei est, respondebo: [c] nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri.] Non est qui vtrunque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. Auferat à me virgam suam, & pauor eius non me terreat. Loquar, & non timebo eum. [11] Neque enim possum metuens respondere.]

1. Quomodo est iustificabitur homo cum deo? i. homo deo cõparatus nihil est.
a. Non dicit simpliciter, non iustificabitur, sed in cõspectu dei vel deo comparatus, hoc est, si ad summam dei iustitiam comparetur peccator, & iuxta illam exquiratur, vel si considerentur beneficia eius aut mãdata eius omnia. Euthymius, Psal. 142.
2. Contremiscunt.
b. Quod vero & de filio apertè intelligendum sit quòd solus appelletur, etsi nunquam inscio patre aliquid fecisse credatur, etiã hic habes: Qui extendit cœlos solus, &c. Nunquã euangelium domini docuit nos quod in mari non pater, sed filius ambulauit, quando Petrus rogauit eum dicens: Domine, iube me venire ad te. Ambr. lib. 5 cap. 2. officio.
3. Si rapuerit, quis restituere eũ faciet?
4. Deus non auertit iram suã, sub eo curuantur adiutores orbis.
5. Quod si etiam iustus essem.
c. Vide singula, potentibus ira sua grauis est, improbis nequitia, iustis cõditionis infirmitas. Ita nihil periculo vacat. Fortitudo & magnitudo viri sua potestate decipitur, improbitas afflictatur, virtus ridetur. Ambr. de interpella. lib. 1. c. 6.
d. Nemo audet pro me testimonium dicere coram deo, cùm ignoret secreta cõscientiæ meæ soli deo nota. Similiter secundũ est impossibile. Idem subdit: Si iustificare me voluero, per testimonium contra dei iudicium. De Lyra ibidem.]
6. Si flagello interficiat subito, de pœnis innocentum rides.
*Vbi est?
7. Cum ursibus Ebeth.
8. Obliuiscar sermonis mei, deseram iram meam, & confortabo me. Timeo omnes dolores meos, noui enim quod non me insontem iudicabis.
9. In fouea demerges me.
10. Est homo similis mei, vt illi respondeam, & intremus simul in iudicium.
[e. Apud quem iudicẽ deus æquum affuturus est in iudicio, cùm melior esse soleat iudex eo qui iudicandus est. Apertius dixerunt antiqui interpretes. Nõ enim est homo sicut ego, cui cõtradicam, vt veniamus pariter ad iudicium. Beda ibidem.]
11. Quia non sic est, ego desisto.

*Iob præ nimia aduersitate deum fatetur suæ pœnæ authorem, an propter peccatum, an propter innocentiam ignorare, vnde præoptat fuisse abortum.* X.

[1] Ædet animam meam vitæ meæ,] dimittam aduersum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animæ meæ: dicam deo, noli me condemnare. [a] Indica mihi cur me ita iudices? Nunquid bonum tibi videtur si calumnieris me & opprimas me,] opus manuum tuarum, & consilium impiorum [2] adiuues?] Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo & tu videbis? Nunquid sicut dies hominis, dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris? [♮] Et scias quia nihil impium fecerim, [†] cùm sit nemo qui de manu tua possit eruere. [b] Manus tuæ domine fecerunt me, & plasmauerunt me [4] totum in circuitu: & sic repente præcipitas me.] Memento quæso, quòd sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carnibus vestisti me, ossibus & neruis compegisti me. † Vitam & misericordiam tribuisti mihi, [c] & visitatio tua custodiuit spiritum meum. [♮] Licet hæc cæles in corde tuo, tamen scio quia vniuersorum memineris. Si peccaui, [5] & ad horam pepercisti mihi, cur] ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? Et si impius fuero, væ mihi est: & si iustus, non leuabo

1. Molestia est animæ meæ in vita mea.
2. Magna fides, magna authoritas conscientiæ, deum testẽ mẽtis suæ accersiti. Quod cõditionis est, non negat: quod impietatis est, repellit: quod infirmitatis est, quia nemo immunis à culpa est, impie agere non conditionis est, sed perfidiæ, & nequissimæ mentis venenum. Ambr. De interpella. lib. 1. cap. 6.
2. Opprimis & reprobas.
3. Illustras?
b. Quanta deploratio sancti viri pro cõmuni infirmitate, quæ tanta conuentionis authoritas? deus hominum manibus suis texerit? Amb. ibidem.
4. Simul per circuitum, & perdes me?
[c. Ob hoc visitat deus, vt visitatus protectione custodiat. Bene autem antiqui translatores dixerunt: & inspectio tua custodiuit spiritum meum: quia & inspectio dei intuitũ propitiationis quasi de cœlesti vocatione significat. Beda ibidem.]
5. Vtique obseruasti me, &.

leuabo caput: saturatus [6] afflictione & miseria. Et propter superbiam ]quasi leænam capies me, reuersúsque mirabiliter [7] me crucias.] Instauras testes tuos contra me, & D multiplicas iram tuam aduersum me, [8] & pœnę militant in me.] § † Quare de vulua eduxisti me? Qui vtinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuissem quasi nō essem, de vtero translatus ad tumulum. [9] Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? † Dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum ] antequam vadam & non reuertar, [d] ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram [10] miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitans.]

6. Ignominiæ, video afflictionē meam. Et multiplicetur, &.
7. Te ostendas erga me.

8. Sūntque mutationes, & statutum tempus in me.
9. Nónne pauci sunt dies mei? Cessa à me & dimitte me, & cōfortabo me paululum.
d. Donec veniret desideratus ille qui sanguine suo deleret chirographum dānationis nostræ, & flammeum stringens gladiū, aperiret credentibus regna cælorum, nullus omnino cuiquā sanctorum ad ea patebat accessus, sed prouiderat eis dominus in inferno ipso locum quietis & refrigerij, chaos magnum firmans inter sanctas illas animas & animas impiorum. Quāuis enim vtraque in tenebris essent, non vtraque erant in pœnis, sed cruciabantur impij, iusti verò consolabantur. Quòd autem in tenebris essent, beati Iob testimonio didicimus, qui se quoque in locum tenebrosum & opertum mortis caligine perhibebat iturum. Hunc ergo locū obscurum quidem, sed quietū, sinum Abrahæ dominus vocat. Bernardus in festo omniū sanctorum, Serm. 4.
10. Obscuram velut caliginē, & mortis vmbram, vbi non sunt ordines, sed locus caligine deputatus.

*Zophar iniustè asserit ob peccata Iob fuisse percussum, deum incomprehensibilem ostendens, & tamen pœnitenti misericordem.* XI.

A REspondens autem Zophar Naamathites, dixit: [1] Nunquid qui multa loquitur, non & audiet, ] aut vir verbosus iustificabitur? [2] Tibi soli tacebunt homines, ] & cum cæteros irriseris, à nullo confutaberis? Dixisti enim: †[3] Purus est sermo meus, ] & mundus sum in cōspectu tuo. Atque vtinam deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi, vt ostenderent tibi secreta sapiētiæ, & quòd [4] multiplex esset lex eius, & intelligeres quòd multo minora exigaris ab eo, quàm meretur iniquitas tua.] § Forsitan vestigia dei comprehendes, & vsque ad perfectum omnipotentem reperies. [5] Excelsior cœlo est, ] & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior mari. Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei? ] — vel quis dicere ei potest, cur ita facis? ] Ipse enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nónne c considerat? § Vir vanus [6] in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat. ] Tu autem firmasti cor tuum, & expandisti ad eum manus tuas. [7] Si iniquitatem quæ est in manu tua, abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia: ] tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non D timebis. § Miseriæ quoque obliuiscêris, & quasi aquarum quæ præterierunt, non recordaberis: † & [8] quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam. Et cùm te consumptum putaueris, orieris vt lucifer, ] & habebis fiduciam proposita tibi spe, & [9] defossus securus dormies. ] Requiescs, & non erit qui te exterreat: & deprecabūtur faciem tuam plurimi. Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & spes illorum [10] abominatio ] animæ.

1. Certè vos estis quasi populus, hoc est, non clarius sapitis quā crassi populares.
2. Iustus & simplex, tanquā lampas contempta apud cogitationes sum diuitum, & tanquā paratus ad mutationes pedis.
3. Cùm igitur iusta & omnipotens prouidentia dei incessabiliter vniuersa diiudicet, & nemo in hunc mūdum veniat, neque ab hoc mundo exeat, nisi eo ortu atque decessu, quē rerū arbiter secundū altissimā scientiam suā sapientiāmque decernit, sicut scriptum est in libro Iob. Quis ignorat quòd omnia hæc, &c. Ambro. De vocatione gentium. lib. 2. 8.
4. Ex omnibus istis.
5. Palatum gustat cibum sibi, sub. conuenientem.
4. Ipsius est errans & seducens.
b. Vt fecit contra Aegyptiorum magos, qui dicebant Pharaonis regē Chaldæorum nō esse venturum ad vastandam Aegyptū: siue ipsum Nabuchodonosor in amentiam vertens, vel Baltazar timore concutiens. Hieron. ibidem.
5. Prædam, & iudices infatuat.

*Iob neminem dei potentiam ignorare ex creaturarum gubernatione narrat, quarum status variat pro arbitrio.* XII.

A REspondens autem Iob, dixit? [1] Ergo vos estis soli homines, ] & vobiscum morietur sapientia? Et mihi est cor sicut & vobis, nec inferior vestri sum. Quis enim hæc quæ nostis ignorat? † Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit deum, & exaudiet eum. Diridetur enim [2] iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. ] Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant deum, cùm ipse dederit omnia in B manus eorum. § Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cœli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. * Quis ignorat * quòd omnia hæc manus domini fecerit? In cuius manu anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis. [7] Nónne auris verba diiudicat: & [3] fauces comedentis saporem? ] In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Apud ipsum est sapientia & fortitudo, & ipse habet consilium & intelligentiam. c †§ Si destruxerit, nemo est qui ædificet: si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emiserit eas, subuertent terram. Apud ipsum est fortitudo & sapientia. [4] Ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur. ] [b] Adducit consiliarios in [5] stultum finem, & iudices in stuporem. ] Baltheum

Universidad de Deusto
Biblioteca



6. Adducit principes in prædi.
7. Robur potentium debilitat.

Regum dissoluit,& præcingit fune renes eorum.[6] Ducit sacerdotes inglorios,] & opti-
mates supplantat.[§] Commutans labium veracium,& doctrinam senum auferens. Ef-[3]
fundit dispectionem super principes: &[7] eos qui oppressi fuerant,releuat.]Qui reue-
lat profunda de tenebris,& producit in lucem vmbram mortis. Qui multiplicat gen-
tes, & perdit eas,&[8] subuersas in integrum restituit.[c] Qui immutat] cor principum
populi terræ,& decipit eos vt frustra incedant per inuium. Palpabunt[9] quasi in tene-
bris & non in luce,]& errare eos faciet quasi ebrios.

8. Dilatat gentes & ducit eas. Qui aufert.
c. Recõciliat corda principum terræ, qui primo persequebantur ecclesiam: & eduxit eos in viam quã non nouerant. Augu. in Annot. in Iob.
9. Tenebras & non lucem.

*Iob amicos suos ex eorum verbis arguit, & hypocritas pœnitentibus salutem promittens damnat.* XIII.

[a Hæc enim cuncta beato Iob præsentia per prophetiæ spiritũ facta sunt. In eo enim securitura videbat assistentia: cui nec futura veniunt, nec præsentia discedunt. Sed quia ea ipsa quæ ventura erant, alia vidit esse in operibus, alia in dictis, inde sequitur: Hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea. &. Glos. ord. ibidem.]
1. Vobis.
2. Vani medici estis omnes.
b Stultus quippe dũ nõ loquitur, sapiens putatur. Nam quòd nõ loquitur, non sensus inopia, sed humilitatis esse custodia creditur. Bernar. Epist. 87.
3. Disputationem meam.
4. Nõnne contra deum loquimini iniquitatem, & cõtra eum loquimini dolum?
5 Sicut illudetis ei.
6. Nõnne excellentia eius terrebit vos?
[c. Loquitur de deo ad modum hominis, qui quando commouetur ira, punit, tamen talis motio iræ non est in deo, sed sibi attribuitur similitudinariè, propter effectũ punitionis. De Lyra ibidem.]
7. d. Pono, hoc est, animam in manibus portant, cum bonorũ operũ exemplum proximis ostẽdunt. Grego. ibidem,
8. Quis enim disceptabit mecũ nunc enim si tacuero, moriar.
e. Manũ tuam aufer à me, vt nihil in me sit castigandum, & sit in me charitas. Aug. in Annot. in Iob.
9. Nõnne folium impulsum cõteris?
f. Pulchrè id ætatis arripuit ad querelam, quę magis ad vitium lubrica esse consueuit. Habet enim pueritia innocentiam, senectus prudentiam, ipsa vicina adolescentiæ iuuentus bonæ existimationis intuitũ, & verecundiam delinquendi. Adolescentia sola est inualida viribus, infirma consiliis, vitio calẽs, fastidiosa monitoribus, illecebrosa delitiis. Ambr. de interpellatione, lib. 1. cap. 7.
10. Super radices pedũ meorũ constringes, (scilicet cõpedẽ) & ipse quasi putredo veterescet.
a Quãm verum verbum hoc sit, non vos verba docuere, sed verbera, & sequitur: Multis & multiplicibus (inquã) miseriis corporis, miseriis cordis, miseriis cum dormit, miseriis cũvigilat, miseriis quaquauersum se vertat. Bernard. Ser. feriæ. 4. hebdomadæ pœnosæ.
1. Quis dabit mundum de immundo? Nec vnus quidem.
2. Si definiti sunt dies eius.
3. Et non prætetibit.
4. Cucurrerit quasi mercenarij diem suum.
b. Hoc est, Melior est arboris cõditio, quæ truncata reuiuiscit, quã hominis qui in puluere manebit donec à deo suscitetur.
[c. Homo autẽ non habens spẽ in Christo sicut & gentes quæ ignorant deum, cùm mortuus fuerit, non renatus per baptismum, vita etiam hac destitutus & præsenti delectatione nudatus, & consumptus interitu sine dubio sententiam æternæ damnationis excipiat. Beda ibid.]
5. Non fuerit.

[a] Ecce omnia hæc vidit oculus meus,& audiuit auris mea, & intellexi sin-[1]
gula. Secundum scientiam vestram & ego noui, nec inferior[1] vestri]sum.
Sed tamen ad omnipotentem loquar, & disputare cum deo cupio: prius
vos ostendens fabricatores mendacij,&[2] cultores peruersorum dogma-
tum.][b †] Atque vtinã taceretis, vt putaremini sapientes esse. Audite ergo
[3]correptiones meas,]& iudicium labiorum meorum attẽdite.[4] Nunquid deus indiget
vestro mẽdacio, vt pro illo loquamini dolos?][§] Nunquid faciem eius accipitis, & pro[5]
deo iudicare nitimini? Aut placebit ei quem cælare nihil potest,[5] aut decipietur vt ho-
mo vestris fraudulentiis?] Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accepitis.[6 c] Statim vt se commouerit, turbabit vos:] & terror eius irruet super vos. Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices vestræ. Tacete paulisper, vt loquar quodcunque mihi mens suggesserit. Quare lacero carnes meas dentibus meis,& animam meam[7 d] porto] in manibus meis?[§] Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Veruntamen vias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit saluator meus. Non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Audite sermonem meum, & ænigmata percipite auribus vestris. Si fuero iudicatus, scio quòd iustus ueniar.[8] Quis est qui iudicetur mecum? ⊱ Veniat.] Quare tacens consumor?][e] Tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar.[e] Manum tuam longe fac
me,& formido tua non me terreat.[†] Voca me,& respondebo tibi: [†] aut certè loquar,
& tu responde mihi.[§] Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta
ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis,& arbitraris me inimicum tuum?[9] Contra
folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam,] & stipulam siccam perse-
ris. Scribis enim contra me amaritudines,& consumere me vis[f] peccatis adolescen-
meæ.[†] Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas,[10] & ves-
stigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum,] & quasi
vestimentum quod comeditur à tinea.

*Considerata fragilitate humana admiratur dei in hominem prouidentiam, quòd post hanc vitam aliam expectent, & resurrectionem.* XIIII.

[a] Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miseriis.
Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam
in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiusce modi aperire o-
culos tuos: & adducere eum tecum in iudicium?[1 †] Quis potest facere mundum
de immundo conceptum semine?[†] Nõnne tu qui solus es?[2] Breues dies hominis
sunt,] numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius[3] qui præterire
non poterunt.][§] Recede ⊱ paululum ab eo vt quiescat, donec[4] optata veniat sicut mercenarij dies eius.] Lignum habet spem.[b] Si præcisum fuerit, rursum virescit, & rami eius pullulant. Si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit: & faciet comam, quasi cùm primum plantatum est.[c †] Homo verò cùm mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus, vbi quæso est? Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus arescat: sic homo cùm dormierit, non resurget.[§] Donec [5] atteratur] cœlum, non euigilabit nec

nec consurget de somno suo.[c] Quis mihi hoc tribuat, vt [6] in inferno protegas me,] & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Putásne mortuus homo rursum viuet? Cunctis diebus, [7] quibus nunc milito,] expecto donec veniat [d] immutatio mea. Vocabis me, & ego respõdebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. [†] Tu quidem gressus meos dinumerasti, [8] sed parce peccatis meis. ] Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed [9] curasti] iniquitatem
D meam. [&] Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. Lapides excauant aquæ, &[10] alluuione paulatim terra consumitur,] & homines ergo similiter perdes? Roborasti eum paululum, vt in perpetuum transiret. Immutabis faciem eius, & emittes eum. [11] Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget: ] attamen caro eius dum viuet, dolebit, & anima illius super semetipso lugebit.

c. Iob docet nec timẽdam mortem, & potius optandam piis, dicẽs: Vtinã in inferno me custodires, &c. Amb. de obitu Valentinia. Impe.
6. In sepulchro occulter me.
7. Atui mei.
d. Resurrectio ad immortalitatem, vltra quam nulla amplius erit expectatio, vel mutatio.
8. Non differas super peccatis meo.
9. Adiecisti super.
10. Diluent germina vsque ad puluerem terræ.
11. Si diuites fuerint filij eius, non intelliget: & si pauperes, non agnoscet eos.

*Eliphaz Iob ignorantiæ arguit, quo ad sapientiam & munditiam damnans superbos, iniustos, & hypocritas.* XV.

A [R]Espondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Nunquid sapiens respondebit [12] quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachum suum?] [2] Arguis verbis eum qui non est æqualis tui: & elóqueris quod tibi non expedit. ] Quantum in te est, euacuasti timorem, & [3] tulisti preces coram deo. ] Docuit enim [4] iniquitas tua] os tuum, & imitaris linguam [5] blasphemantium. ] Condemnabit te os tuum, & non ego, & labia tua respondebunt tibi. Nunquid primus homo tu natus es? & ante colles formatus? Nunquid consilium dei audisti? & inferior te erit eius sapientia? Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus? [b] Et senes & antiqui sunt in nobis multo vetustiores, [6] quàm patres tui.
B [&] Nunquid grande est vt consoletur te deus? ] Sed verba tua praua hoc prohibent. Quid te eleuat cor tuum: & ⊱ quasi magna cogitans, ] attonitos habes oculos? Quid tumet contra deum spiritus tuus: vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermones? [1] Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere? † Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis: & cœli non sunt mundi in conspectu eius: quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam, iniquitatem? Ostendam tibi, audi me: quod vidi, narrabo tibi. [7] Sapientes confitentur, & non absconduntc] [c] patres suos. Quibus solis data est terra, & non transibit alienus per eos.
C [&] Cunctis diebus suis impius [8] superbit: ] & numerus annorum incertus est tyrannidis eius. [d] Sonitus terroris semper in auribus illius: & cum pax sit, [9] ille semper insidias suspicatur. ] Non credit quòd reuerti possit de tenebris ⊱ ad lucem, ] circumspectans vndique gladium: cum se mouerit ad quærendum panem. * Nouit quòd paratus sit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut Regem qui præparatur ad prælium. Tetendit enim aduersus deum manum suã: & contra omnipotentem roboratus est. [10] Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui seruice armatus est. ] Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius ar-
D uina dependet. [&] Habitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ [11] in tumulos sunt redactæ. ] Non ditabitur nec perseuerabit substantia eius, nec [12] mittet in terram radicem suam. ] Non recedet de tenebris: Ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris eius. Non recedet [13] frustra errore deceptus, quòd aliquo pretio redimendus sit. Antequam dies eius impleantur, peribit: & manus eius arescent. [14] Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiiciens florem suum. ] Congregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. † [c] Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos.

1.2. Scientiam ventosam, & implebit euro ventre suum? (Hoc est, Sapiens non talem profert scientiam quæ mentem non reficiat auditorum.
2. Nunquid disputandũ est verbo, quod non prodesse, aut sermonibus, quib⁹ nõ est vtilitas?
3. Abstulisti orationem à conspectu dei.
4. Iniquitatem tuam.
5. Versutorum.
(b. Hæretici, quia sua non possunt astruere ratione, auctoritate antiquorũ nituntur defendere apud stultos. & doctores ecclesiæ dicunt sibi magistros fuisse, & aduersa ecclesiæ dicũt pro praua confessione ei cõringere. Et hoc est quod dicit: Nũquid grande est &c. & Quid te eleuat cor tuum. Glos. ordina.]
6. Quàm pater tuus. Nunquid parum apud te sunt consolationes deis
7 Quæ annuntiauerunt sapientes, & non absconderunt.
c. Quæ acceperũt à patribus suis.
8. Dolet vt parturiens.
[d. Perseuerantẽ impium dicit in scelere cum omnino nesciat quandiu sit in ipsius superbiæ impietate victurus: Et ideo semper suspicax est de conscientiæ malo. Nouit enim secundũ iustum iudicium dei quæ impiis retributio sit parata. Beda. ibi.]
9. Vastator superueniet ei vel opprimet eum.
*Alicubi.
10. Deus curret contra eum in collo, quantumuis fuerit corpore & ceruice armatus.
11. Ruinis sunt destinatæ.
12. Extendetur in terra prosperitas eorum.
13. In vanitatem vel falsitatem.
14. Ante tempus suum succidetur, & ramus eius non viresces, auferetur sicut à vite fructus eius immaturus, & proiiciet tanquam oliua florem eius.
[c. Concepit dolorem, cum peruersa cogitat. Iniquitatem parturit, cum explere cœperit. Glosa ordina.]

*Iob amicorum austeritate commotus, dolorem plangit & calamitatem, & se pati queritur citra iniquitatem.* XVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca



a. Malos poteſtis cõſolari, quia ipſi vos imitantur, non bonos. A nullo enim veſtrum auditi aliquid boni. Aug. in Annotationibus in Iob.

1 Luen animæ meæ, componerem propter vos ſermones.

2. Compaſsio labiorum meorũ ceſſaret.

3. Deus deſolaſti omnem congregationẽ meã. Quod mirũ re feciſti teſtis eſt, & contra me inſurgit macies mea, & in facie meam fecit teſtimonium.

4 Acuit oculos ſuos cõtra me.

5. Aduerſum me ſimul congregati ſunt.
[b. Remouet quandam dubitationẽ. Ex hoc enim quod dixit ſe afflictum à Dæmone, poſſet aliquis credere, quòd illa afflictio non proceſſiſſet ex ordine diuinæ ſapientiæ, ideo hoc remouet dicens: Cõcluſit me Deꝰ apud iniquum. i. diabulõ teui ex ordine ſuæ ſapientiæ conceſſit poteſtatem affligendi me. De Lyra ibid.]
6. Circũdant me ſagittarij eius.
7. Fel iocum.
8. Volutauit in puluere caput meum.
9. In palpebris meis apparuit vmbra mortis.
10. Sic locus clamori meo,
[c. Clamor redẽptoris noſtri eſt ſanguis redẽptionis: quia à fidelibus ſumitur. qui vt ait apoſtolus Heb 12. melius loquitur quàm ſanguis Abel. Quia ſanguis Abel mortem fratricidæ petiit: ſanguis vero Domini vitam perſecutoribus impetrauit. Glo. ordina ibid.]
11. Diſputare poſſet vir cũ deo, quomodo diputat.
12. Annorum numerus aduenit

1. Corrupt⁹, dies mei exciſi ſunt, ſepulchra parata ſunt. Si non eſſent mecum irriſores.

2 Pone quæſo pignus, & da mihi apud te ſiſi cautionẽ, ſed quis reſpondebit propter me?
3. Blanditiẽ, hoc eſt, qui docent alios blanditiem earum, ſe & ſuos ſeduxerunt.
4. Ludibrium.
5. Præ dolore.
6. Vmbræ facta ſunt ſimilia.

7. Lucem propinquam à facie tenebrarum
8. Sepulchrum.
9. In ſepulchrum deſcendent, & ſimul in puluere quiescent.

a. Quod non ideo dixerim quia illi amici à deo reprobati, & ab ipſo ſancto dei ſeruo meritò culpati, nihil veri loqui potuerũt: ſed quia nõ omnia quæ locuti ſunt, vera ſunt putanda. Augu. ad Oriolum contra Priſcilia. & Origenem, cap 9.
1. Hic laniat animam ſuam in furore ſuo.
2. Vtique lux impiorum.
b. Lucẽ fœlicitatem præſentem, quã ſanctus Iob gloriosus agebat, ſignificauit, ſicut & Salomon ait, Prouerbio. 22. cap. Lumen verò impiorum extinguetur. Hãc igitur extinctam dixit quando Iob deſtitutus eſt omni fœlicitate præſenti. Hier. ibi. Non igitur fœlicitas in ſola fiducia in deum conſiſtit, ſed in cognitione luminis intellectuæ. Vtique in cognitione diuinorũ fœlicitas fixa eſt. Nihil enim eſt ſplendidius cognitione dei veræ ſapientiæ amatoribus. Cyrillus contra Iulianum Hæreticum, lib 3.
3. Super retiaculum ambulabit.

REſpondens autem Iob, dixit: Audiui frequenter talia.[a] Conſolatores o- a
neroſi omnes vos eſtis. Nunquid habebunt finem verba ventoſa? Aut a-
liquid tibi moleſtum eſt, ſi loquaris? Poteram & ego ſimilia veſtri loqui.
Atque vtinam eſſet anima veſtra[1] pro anima mea. Conſolarer & ego vos
ſermonibus, & mouerem caput meum ſuper vos. Roborarem vos ore
meo: &[2] mouerem labia mea, quaſi parcens vobis. Sed quid agam? Si locutus fue- a
ro, non quieſcet dolor meus: & ſi tacuero, non recedet à me. ℣ Nunc autem oppreſſit a
me[3] dolor meus: & in nihilum redacti ſunt omnes artus mei. Rugæ meæ teſtimonium
dicunt contra me, & ſuſcitatur falſiloquus aduerſus faciem meã, contradicens mihi.
Collegit furorem ſuum in me, & comminans mihi, infremuit contra me dẽtibus ſuis.
Hoſtis meus[4] terribilibus oculis me intuitus eſt. Aperuerunt ſuper me ora ſua, & ex-
probrantes percuſſerunt maxillam meam,[5] ſatiati ſunt pœnis meis. ℣ [b] Concluſit me c
deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit. Ego ille quondam opulẽtus,
repentè contritus ſum, tenuit ceruicem meam. Confregit me, & poſuit ſibi quaſi
in ſignum.[6] Circundedit me lanceis ſuis: conuulnerauit lumbos meos. Non pepercit,
& effudit in terra[7] viſcera mea. Conſcidit me vulnere ſuper vulnus, irruit in me quaſi
gigas. Saccum conſui ſuper cutem meam, &[8] operui cinere carnem meã. Facies mea
intumuit à fletu, &[9] palpebræ meæ caligauerunt. ℣ Hæc paſſus ſum abſque iniquitate a
manus meæ, cum haberẽ mundas ad deum preces. Terra ne operias ſanguinem meũ,
neque [10] inueniat in te locum latendi [c] clamor meus. † Ecce enim in cœlo teſtis meus,
& conſcius meus in excelſis. Verboſi amici mei, ad deum ſtillat oculus meus. Atque
vtinam[11] ſic iudicaretur vir cum deo: quomodo iudicatur filius hominis cũ collega
ſuo. Ecce enim[12] breues anni tranſeunt: & ſemitam per quam non reuertar, ambulo.

## *Præter peccata ſua Iob ſe flagellatum aſſerens, diuinum patienter præſtolatur auxilium.* XVII.

SPiritus meus[1] attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & ſolum mihi ſuper-
eſt ſepulchrum. Non peccaui & in amaritudinibus moratur oculus
meus.[2] Libera me, & pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra
me. Cor eorum longe feciſti à diſciplina: propterea non exaltabuntur.
℣ [3] Prædam pollicetur ſociis, & oculi mei filiorum eius deficient. Poſuit me quaſi
in prouerbium vulgi, &[4] exemplum ſum coram ei. Caligauit[5] ad indignationem
oculus meus, & membra mea[6] quaſi in nihilum redacta ſunt. Stupebunt iuſti ſuper
hoc, & innocens contra hypocritam ſuſcitabitur. ℣ Et tenebit iuſtus viam ſuam: & a
mundis manibus addet fortitudinẽ. Igitur omnes vos conuertimini, & venite, & non
inueniam in vobis vllum ſapientem. Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ
ſunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, &[7] rurſum poſt tenebras ſpe-
ro lucem]. ℣ Si ſuſtinuero,[8] infernus domus mea eſt, & in tenebris ſtraui lectulũ meũ. a
Putredini dixi: pater meus es, mater mea, & ſoror mea, vermibus. Vbi eſt ergo nunc
præſtolatio mea? & patientiam meam quis conſiderat? [9] In profundiſſimum infernũ
deſcendent omnia mea: Putás ne ſaltem ibi erit requies mihi.]

## *Baldad Iob arguens cur non audiat recta monentes, oſtendit quæ & quanta impũs mala immineant.* XVIII.

REſpondens autem Baldad Suhites, dixit: Vſque ad quem finem verba iacta- a
bis? Intellige prius, & ſic loquamur.[a] Quare reputati ſumus vt iumenta: &
ſorduimus coram te?[1] Quid perdis animam tuam in furore tuo? Nunquid
propter te derelinquetur terra: & transferentur rupes de loco ſuo? [2] Nónne [b] lux im- a
pij extinguetur, nec ſplendebit flamma ignis eius? ℣ Lux obtenebreſcet in taberna-
culo illius, & lucerna quæ ſuper eum eſt, extinguetur. Artabuntur greſſus virtutis
eius, & præcipitabit eum conſiliũ ſuũ. Immiſit enim in rete pedes ſuos: & [3] in maculis
eius

eius ambulat.] Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis. [c] Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam. [d] Vndique terrebunt
c eum formidines, & [4] inuoluent pedes eius.] [e] Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadet costas illius. Deuoret pulchritudinem cutis eius, & consumat brachia illius [5]primogenita mors.] Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum quasi [6]rex interitus.] Habitent in tabernaculo illius socij, eius qui non est, aspergatur
D in tabernaculo eius sulphur. [f] Deorsum radices eius siccentur, sursum autem atteratur [7]messis eius.] Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis. [g] Expellet] eum de luce in tenebras, & de orbe [9] transferet eum.] Non erit [10] semen
tom.2.d eius, neque progenies in populo suo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius. In die eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror. Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius qui ignorat deum.

c. Id est, iactura eius plena sunt laqueis & pedicis.
[d. Quia iderco frpe quisque bonus esse metuit, ne hoc à prauis patiatur quod se bonis fecisse reminiscitur: dumque hoc pati quod facit metuit, vndique territus vndique suspectus in bono operæ gressum pertit. Glosa ordina ibid.]
4. Dispergent eũ pedibus suis.
5. Primogenit⁹ mortis, hoc est, mors præpropera.
6. Rex terrorum, vel adducet eum ad regem terrorum, scilicet mortem.
7. Ramus eius.
8 Expellent.
9. Transferent eum.
10. Illi filius, neque nepos, nec vllus superstes.

*Iob ab omnibus se conquerens destitutum, super futura consolatur resurrectione.* XIX.

A [R] Espondens autem Iob, dixit: Vsquequo affligitis animam meam? & atteritis me sermonibus? En, [a] decies confunditis me, & non erubescitis [1] opprimentes] me. [b] Nempe & si ignoraui, mecum erit ignorantia mea. At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis. Saltem nunc intelligite, quia deus [2] non æquo iudicio] afflixerit me, & [2] flagellis suis] me cinxerit.
[3] Ecce, clamabo vim patiens, & nemo exaudiet:] vociferabor, & non est qui iudicet.
Semitam meam circunsepsit, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit.
B Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. [f] Destruxit me vndique, & pereo, & quasi euulsæ arbori abstulit spem meam. Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostem suum. Simul venerunt [4] latrones eius,] & fecerunt sibi viam per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum. Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant, obliti sunt mei. Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ, sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. [c] Seruum meum vo-
c caui, & non respõdit, ore proprio deprecabar illum. [g] Halitum meum exhorruit vxor
Iob 19.e mea, & orabam filios vteri mei. Stulti quoque despiciebant me: & cum [5] ab eis recessissem,] detrahebant mihi. Abominati sunt me quondam consiliarij mei: & [6] quem maxime diligebam, auersatus est me.] Pelli meæ [7] consumptis carnibus] adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. [d] Miseremini mei, miseremini mei, [8] saltem] vos amici mei, quia manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut deus, & carnibus meis [*] saturamini? Quis mihi tribuat vt scribantur
D sermones mei? [h] Quis mihi det vt exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, [8] vel celte] sculpantur in scilice? Scio enim quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo [9] die de terra surrecturus sim.] Et rursum circundabor pelle mea, [e] & in carne mea videbo deum. Quem visurus sum ego ipse: & oculi mei conspecturi sunt: & non alius.
[10] Reposita est hæc spes mea] in sinu meo. Quare ergo nunc dicitis: [11] persequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum? [12] Fugite ergo] à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium.

2. Dies decem pro toto tẽpore nominauit. Sed quomodo in breui numero in Apocalypsi maior numerus tẽporis intelligitur, ita & in hac eadem summa numeri minus significatur: vt hoc solido numero & perfecto manente pro diuersitate locorũ, in diuinis scripturis nunc minorem significari nouerim⁹. Hier. ibidem.
1 Obruere.
b. Pessimæ matris ignorantiæ, pessimæ itidem duæ filiæ sunt, f. Ifitas & dubietas. Illa miserior, ista miserabilior. Pernitiosior illa, ista molestior. Bernar. super Cantic. Ser. 17.
2. Reti suo.
3. Quòd si quæras de violentia, non exaudior.
4. Exercitus eius, hoc est, morbi, vlcera, tribulationes, & id genus miseriarum.

c. Ad grauem pertinet iniuriã vt cum domini seruis suis blãdè loquuntur, serui eos despiciant: quod dicit Iob sibi contigisse. Beda ibid.
5. Eis assurrexissem.
6. Quos dilexi auersũ sunt à me.
7. Et carni meæ.

d. Nõ quasi abiecta vox ista est, sed quasi censoria. Nã cũ iniustè argueretur ab amicis, respõdit: Miseremini mei, hoc est, Misericordiã debetis facere oppressis: autẽ vos, & impugnatis hominẽ, cuius grumnis cõpati pro amicitia vos oportebat. Ambr. Offic. 3. cap. 16.
*Non.
8. Vt sint in perpetuum.
9. Super terram surget. Et postquam corroserint vermes pellẽ meam, de carne mea.
e. Resurrectionem quidẽ carnis sine dubio prophetauit. Nõ tamen dixit per carnẽ meã. Quod quidem si dixisset, posset deus Christus intelligi, qui per carnẽ in carne videbitur. Aug. de ciuit. dei. lib 22. cap. 29.
10. Defecerunt.
11. Cur deus persequitur eum, & quæ radix causæ?
12. Timete vobis igitur.

*Impiorum fælicitas est instar puncti, eorúmque iniquitates breui sunt terminandæ.* XX.

A [R] Espondens autem Sophar Naamathites, dixit: Idcirco cogitationes meæ [1] variæ succedunt sibi, & mẽs in diuersa rapitur. [a] Doctrinam qua me arguis] audiam: & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi. [2] Hoc scio à principio,] ex quo est positus homo super terram: quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & ca-

1. Respondere me faciunt, & propterea festinatio mihi est. Correptionẽ ignominiæ meæ.
[a. Audiã te quidẽ increpantẽ & redarguentẽ me: quia forte in doloribus positũ obiurgare non debeã, sed spiritu quo sapimus, continemur & regimur ad hanc regulã nobis iustitiæ & æquitatis Dei redit, quod nõ possit quispiã ab eo nisi iniquitatum suarum merito condemnari. Beda ibidem.
2. Audisti ne hoc à seculo.

put eius nubes tetigerit:quasi sterquilinium [3] in fine] perdetur: & qui eum viderant, dicent: Vbi est? [b] Velut somnium auolans non inuenietur: transiet sicut visio nocturna. [§] Oculus qui eum viderat,non videbit:neque vltrà intuebitur eum locus suus. Fi- 9
lij eius [4] atterentur egestate,] & manus illius reddent [5] ei dolorem suum.] Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ eius,& cum eo in puluere dormient. [c] Cum enim dulce fuerit in ore eius malum,abscondet illud sub lingua sua.Parcet illi,& non derelinquet illud,& cælabit in gutture suo. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum [6] intrinsecus.] Diuitias quas deuorauit,euomet:& de ventre illius extrahet eas deus. [7] Caput] aspidum suget,& occîdet eum lingua viperæ. Non videat riuulos fluminis tor- c
rentis,mellis & butyri. [§ 8] Luet quæ fecit omnia,nec tamen consumetur. Iuxta multitudinem adinuentionum suarum,sic & sustinebit: ] quoniam confringens nudauit pauperis domum,rapuit & non ædificauit eam, [†] nec est satiatus venter eius. Et cum habuerit,quæ concupierat,possidere non poterit.] Non remansit de cibo eius,& propterea nihil permanebit de bonis eius.Cum satiatus fuerit [10] arctabitur: æstuabit, & omnis dolor irruet super eũ. Vtinam impleatur venter eius, vt emittat in eum iram furoris sui,& pluat super illum bellum suũ.] [§] Fugiet arma ferrea, & [11] irruet in arcum æ- 2
reum,gladius eductus & egrediens de vagina sua: & fulgurans in amaritudine sua. Vadent,& venient super eum horribiles, [d] omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius. [e] Deuorabit eum ignis qui non succenditur, affligetur relictus in tabernaculo suo.Reuelabunt cœli iniquitatem eius,& terra consurget aduersus eum. Apertum erit germen domus illius, [12] detrahetur in die furoris dei.] Hæc est pars hominis impij à deo,& hæreditas verborum eius à domino.

*Impij in suis deliciis deum non agnoscunt, sed repentinus eos manet interitus.* XXI.

REspondens autem Iob, dixit: Audite quæso sermones meos, † & [13] agite 1
pœnitentiam. Sustinete me, vt & ego loquar:& post mea,si videbitur, verba ridete. [b] Nunquid contra hominem disputatio mea est, [a] vt merito non debeam contristari?] Attendite me,& obstupescite,& superponite digitum ori vestro. Et ego quando recordatus fuero, pertimesco, & concutit carnem meam tremor. [c †] Quare?—ergo] impij viuunt, subleuati sunt, confortatíque diuitiis? Semen eorum permanet coram eis, *propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum. Domus eorum securæ sunt,& pacatæ:& non est virga dei super illos. [§] Bos eorum con- 4
cepit,& non abortiuit, vacca peperit,& non [3] est priuata fœtu suo.] [4] Egrediuntur quasi greges paruuli eorum,] & infantes eorum exultant lusibus. Tenẽt tympanum,& cytharam,& gaudent ad sonitum organi. [5] Ducunt in bonis] dies suos, & in puncto ad [6] inferna] descendunt. Qui dixerunt deo: Recede à nobis:& scientiam viarum tuarum nolumus. [†] Quis est omnipotens,vt seruiamus ei? Et quid nobis prodest,si orauerimus illum? Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longè sit à me. Quotiens lucerna impiorum extinguetur, & superueniet eis [7] inundatio,& dolores diuidet furoris sui.] [§] Erunt sicut paleæ ante faciem venti,& sicut faui- 6
la quam turbo dispergit. Deus seruabit filiis illius [8] dolorem] patris, & cum reddiderit, tunc sciet. Videbunt oculi eius interfectionem suam,& de furore omnipotẽtis bibet. [9] Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se? Et si numerus mensium eius dimidietur?] Nunquid deum docebit quispiam scientiam, qui excelsos iudicat? Iste moritur robustus, [10] & sanus,diues,& fœlix,viscera eius plena sunt adipe] & medullis ossa illius irrigantur. [11] Alius vero moritur in amaritudine animæ suæ absque vllis opibus, & tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos. [§] Certè noui cogitatio- 1
nes vestras,& sententias cõtra me iniquas. *Dicitis enim: Vbi est domus principis, & vbi tabernacula impiorum? [d] Interrogate quẽlibet de viatoribus, & [12] hæc eadẽ illum intelligere cognoscetis.] Quia in diẽ perditionis seruatur malus, & ad diẽ furoris ducetur. Quis [13] arguet corã eo] vias eius, & quæ fecit quis reddet illi? Ipse ad sepulchra duce-

3. In æternum.

[b. Vita hypocritæ quædã visio fantasmatis est, quæ hoc ostendit imagine quod nõ habet ex veritate. Quæ somno comparatur: quia ab eo omnis laus & gloria dum tenetur, amittitur. Glosa ordina. ibid.]
4. Cogentur placare pauperes.
5. Quod rapuit.
6. Dulcia mala sunt blasphemiæ impio, & cætera oris peccata: sicut iusti faucibus dulcia sunt eloquia dei. Beda ibid.
6 In medio eius.
7. Venenum.

8. Restituet laborem aliorum, non deglutiet, in substãtia permutationis eius non exultabit.

9. Quia nõ nouit cum esse fœlix, ortos de ventre suo, non euadet propter iniquitatẽ suam.
10. Erit illi angustia, omnis manus erit illi afflictio. Cum vacuerit ad replendum ventrem suum, mittet deus in eum iram furoris sui, & pluere faciet ægritudines malas super eum, & cibum eius.
11. Sauciabit eum arcus æneus.
[d. Quia tenebræ interiores & exteriores quæ erũt in inferno, modo non considerãtur ab impio. De Lyra.]
[e. Ignis gehennæ, qui studio humano non succenditur, sed creatus est à Deo ab origine mundi, secundum illud Isa. 30. Flatus Domini sicut torrẽs sulphuris succendens eam. Glosa ordina.]
12. Defluet in die furoris eius.

13. Hoc erit pro consolationibus vestris, quas scilicet expectabam à vobis.
[b. Dicit quod idem tristis fuerit, quia castigatio eius non ab homine fit, cuius iudicio solet errare, vt aliquãdo iniustæ pœnæ innocentibus infligantur, sed potius à deo fit ei illa tam dura correptio cuius iudicium nequaquam falli potest. Beda. ibidem.]
1. Et sic, quomodo non deficeret spiritus meus?
c. Sed plerique reuocantur ab officio dispensatricis misericordiæ, dum putant hominis actus non curare dominum, aut nescire eum quid in occultis geramus, quid teneat nostra conscientia, aut iudicium eius nequaquam iustum videri, quãdo peccatores diuitiis abũdare vident, gaudere honoribus, sanitate, liberis. Contra autẽ iustos inopes degere, inhonoratos, sine liberis, infirmos corpore, luctu frequenti. Ambro. lib. 1. Offic. cap 12.
* Et cum eis.
3. Abortiuit.
4. Emittunt quasi greges paruulos suos.
5. Deducunt ad senium.
6. Sepulchrum.
7. Perditio eorũ, & distribuet funes in ira sua.
8. Laborem.
9. Qualis enim erit voluntas eius post eum, cum numerus mensiũ eius succidetur?
10. Totus quietus, vbera eius plena sunt lacte, vel multitudo eius sunt lacte plena.
11. Et hic moritur animo amaro, & non comedit bonum.
* Machinamini.
[d. Hæc est secunda conclusio, quæ est de futuro iudicio: quia sicut declaratum est, aliqui impij vsque ad mortẽ naturalẽ durant in prosperitate temporali: & ideo cum dedecus culpæ nõ remaneat sine decore iustitiæ sequitur quòd in futuro puniẽtur, & hoc est quod dicit: interrogate quemliber de viatoribus. De Lyra. ibid.]
12 Signum eorum non potestis negare.
13. Annuntiabit in faciẽ eius.

ducetur,& in congerie mortuorum [14] vigilabit. Dulcis fuit glareis cocyti,] & poſt ſe omnem hominem trahet, & ante ſe innumerabiles. Quomodo igitur conſolamini me fruſtra,cum reſponſio veſtra repugnare oſtenſa ſit veritati?

14. Permanebit Dulcedo illi fuerę glebæ conuallis, ſcilicet in qua ſepultus eſt & quieſcit.

*Eliphaz Iob arguit immiſericordiæ,pauperum oppreſſione, & iudicis contemptu pœnitenti bona promittens.* XXII.

A REſpondens autem Eliphaz Themanites,dixit: Nunquid deo poteſt [1] comparari ]homo,etiam cum perfectæ fuerit ſcientiæ? [2] Quid prodeſt deo ſi iuſtus fueris?] aut quid ei confers, ſi immaculata fuerit vita tua ? Nunquid timens arguet te,& veniet tecum in iudicium, & non propter malitiam tuam plurimam , & infinitas iniquitates tuas? Abſtuliſti enim pignus fratrum tuorum ſine cauſa, & [b] nudos ſpoliaſti veſtibus. Aquam laſſo non dediſti,& eſurienti ſubtraxiſti panem. In fortitudine brachij tui poſſidebas terram , & potentiſſimus obtinebas eam. [§] Viduas dimiſiſti vacuas,& lacertos pupillorum comminuiſti. Propterea circundatus es laqueis, & conturbat te formido ſubita. [3] Et putabas te tenebras non viſurum,& impetu aquarum inundantium non oppreſſum iri.] An cogitas quòd deus excelſior cœlo ſit, [4] & ſuper ſtellarum verticem ſublimetur [5] ] Et dicis: Quid enim nouit deus ? Et quaſi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius,nec noſtra conſiderat,& [6] circa cardines cœli perambulat.] [§c] Nunquid ſemitã ſeculorum cuſtodire cupis , quam calcauerunt viri iniqui? qui ſublati ſunt ante tempus ſuũ, & fluuius ſubuertit fundamentum eorum? †Qui dicebant deo,recede â nobis,& [6] quaſi nihil poſſit facere omnipotẽs, æſtimabãt eum,]cum ille impleſſet domos eorum bonis. [7] Quorum ſententia procul ſit à me.] †Videbunt iuſti & lætabuntur, & innocens ſubſannabit eos. Nónne ſucciſa eſt erectío [8] eorum,]& reliquias eorum deuorauit ignis? Acquieſce igitur ei,& habeto pacẽ, & per hæc habebis fructus optimos. Suſcipe * ex ore illius legem , & pone ſermones eius in corde tuo. [§] Si reuerſus fueris ad omnipotentem,ædificaberis,& [9] longe facies] iniquitatem à tabernaculo tuo. [10] Dabit pro terra ſilicem,& pro ſilice torrẽtes aureos.] Erítque omnipotens [11] contra hoſtes tuos,]& argentum coaceruabitur tibi . Tunc ſuper omnipotentem deliciis affluës,& eleuabis ad deum faciem tuam. Rogabis eum,& exaudiet te, [d] & vota tua reddes. Decernes rem,& veniet tibi, & in viis tuis ſplendebit lumen. † Qui enim humiliatus fuerit,erit in gloria:& qui inclinauerit oculos ſuos,ipſe ſaluabitur. [12] Saluabitur innocens,ſaluabitur autem munditia manuum ſuarum.]

1. Aequiparáti.
2. Nunquid voluntas eſt omnipotenti quod iuſtificeris?
2. Nemo iuſtitia ſua & ſanctitate deum efficit meliorẽ: quoniã fons omnis bonitatis atque origo nullius boni eget, ſecundũ prophetam, Pſal. 15. 2. Dixi domino, deus meus es tu, quoniã bonorum meorum non eges. Beda ibid.
[b. Hoc eſt, parum indutos, qui dicuntur quodammodo nudi: quia quod modicum eſt quaſi nihil reputatur. 2. Philico. q. d. ſpoliaſti illos modicis veſtibus, quæ habebant. ſecundo arguit eum defectu pietatis, etiam in caſu neceſſitatis. De Lyra ibi.]
3. Aut tenebras non videbis, & abundantia aquarũ operiet te.
4. Vide ſummitatem ſtellarum. quàm ſublimes ſint.
5. Super cœlı ca ſumenambulat.
[c. Sicut ſemitam redemptoris humilitas, ita ſemitam ſeculorum ſuperbia quærit. Seculorũ itaque ſemitam viri iniqui calcant, qui per huius vitæ deſyderia in elatione perambulant, Gloſa ordina. ibid.]
6. Quid egit omnipotens cum illis.
7. At conſilium impiorum longe eſt à me.
8. Noſtra.
* Quæſo.
9. Elongabis.
10. Et ponet ſuper puluerẽ aurum & ſicut ſilices fluminum erit aurum Ophir.
11. Munitio tua.
[d. Modus eſt enim hominis exauditi deo reddere vota quæ ei promiſerat. Vnde decernere ei permittitur rem quam promiſerat ſecundum diſpoſitionem & voluntatem ſuam De Lyra.]
12. Saluabit inſulam innocens, & ſaluabitur in puritate manuum ſuarum.

*Iudicis potentiam & ſententiam Iob ſemper ſe vereri reſpondet , & in iuſtitia ſemper ambulaſſe.* XXIII.

A REſpondens autẽ Iob,ait: [1] Nunc quoque] in amaritudine eſt ſermo meus, & [2] manus plagæ meæ aggrauata eſt ſuper gemitum meum . Quis mihi tribuat vt cognoſcam & inueniam illum, & [a] veniam vſque ad ſolium eius? Ponam coram eo iudicium,& os meũ replebo [3] increpationibus,] vt ſciam verba quæ mihi reſpondeat, & intelligam quid loquatur mihi. [§] [4] Nolo multa fortitudine contendat mecum,nec magnitudinis ſuæ mole me premat . Proponat æquitatem contra me,& perueniet ad victoriam iudicium meum. ] Si ad orientem iero,non apparet: ſi ad occidentem, non intelligam eum. Si [5] ad ſiniſtram, quid agam? Non apprehendam eum. [§] Si me vertam [6] ad dexteram,]non videbo illum. Ipſe vero ſcit viam meam,& probabit me quaſi aurum [7] quod per ignem tranſit.] [b] Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus, viam eius cuſtodiui , & non declinaui ex ea . A mandatis labiorum eius non receſſi,& in ſinu meo abſcondi verba oris eius. Ipſe enim ſolus eſt , & nemo auertere poteſt cogitationem eius,& anima eius quodcunque voluit,hoc fecit. [§] [8] Cúmque expleuerit in me voluntatem ſuam,] & alia multa ſimilia præſto ſunt ei. Et idcirco à facie eius turbatus ſum,& conſiderans eum,timore ſollicitor. Deus molliuit cor meum,& omnipotens conturbauit me. Non enim [9] perij propter imminentes tenebras,]nec faciem meam operuit caligo.

1. Etiam hodie.
2. Manus mea.
a. Vt agam cauſam meam coram eo, quod iniqui reformidant.
3. Diſputationibus.
4. Nunquid multa virtute mecum contenderet non, ſed addet mihi vires, ibi iuſtus diſputabit cum eo, & liberabor in perpetuum à iudice meo.
5. Ad aquilonem quando ipſe operatur.
6. Ad meridiem.
7. Egrediar.
[b. Omnes ingreſſus viæ meæ præceptorum illius ſemitas imitati ſunt : quod iubebat voluit, cuſtodiui, & in partem alteram non declinaui . A mandatis labiorũ eius non receſſi, ſicut Dauid ad Deũ dixit: in corde meo abſcondi eloquia tua ve nõ peccem tibi Beda. ibid.]
8. Ipſe perficit quod pro me ſtatutum eſt.
9. Exciſus ſum à facie tenebrarum. Hoc eſt, non ſum mortuus ante has perſecutiones.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Violentia impiorum in pauperes, & maledictio, & damnatio eorum.* XXIIII.

*Quare.
(a. Beatus Iob ne plus sapiat quàm oportet sapere dies Domini non posse comprehendi testificãs, ad hæreticorum mox superbiam respectum mentis conuertit, qui alta sapere appetunt. Glos. ordin. ibid.]
1. Et cognoscentes eum non viderunt.
2. Inopes à via declinare faciũt pariter, absconduntur pauperes terræ.
3. Mane surgunt ad prædam, à deserto est sibi cibus & liberis.
4. Nudum pernoctare faciunt pauperem absque indumento, cui non est.
5. Diripiũt pupillum ab vbere, & à paupere pignus tollũt. Nudum incedere fecerunt.
6. Intra muros suos fecerunt oleum, torcularia calcauerunt & sitierunt, scilicet pauperes illis seruientes.
*Inter.
[b. Quia non pœnituerint de malis suis quod exemplificat dicens: Mane primo consurgit, ad insidiandum his qui surgunt ante claram lucem. De Lyra.]
c. Luminis, quod execrantur.
7. Quas in die signauerant sibi.
8. Cum agnouerit eos quispiã, tenebræ illis sunt vmbra mortis.
9. Vt calor & æstus rapiunt aquas niuis, sic infernus eos qui peccauerunt.
10. Amicus, dulcedinem eius senciat vermis.
11. Oppressit sterilẽ ne pariat.
12. Dabit illi securitatem, & innitetur ei, & oculi eius erunt super vias eorum.
13. Depressi sunt, & quasi omnes exterminabuntur.
14. Ad nihilũ sermonem meũ.

[a]*[a]B omnipotente non sunt abscondita tempora: [1]qui autem nouerunt eum, [4] ignorant ]dies illius. Alij terminos transtulerunt, diripuerunt greges, & pauerunt eos. Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem viduæ. [2]Subuerterunt pauperum viam, & oppresserunt pariter mãsuetos terræ.] Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum, [3] vigilantésque ad prædam præparant panem liberis.] Agrum non suum demetunt, & vineam eius quem vi oppresserunt, vindemiant. [4]Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus nõ [5] est ]operimentum in frigore, quos imbres montium rigant: & non habentes velamen amplexantur lapides. [6]Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt. Nudis & incedentibus ]absque vestitu, & esurientibus tulerunt spicas. [6]Inter aceruos eorũ meridiati sunt, qui calcatis torcularibus, sitiunt.] De ciuitatibus fecerũt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, [7] & deus inultum abire non patitur. Ipsi fuerunt *rebelles lumini. [b]Nescierunt vias [c] eius, nec reuersi sunt per semitas illius. [d]Mane primo consurgit homicida, interficit egenum & pauperem, per noctem verò [e] erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: Non me videbit oculus, & operiet vultum suum. Perfodit in tenebris domos, [7]sicut in die condixerant sibi: ] & ignorauerunt lucem. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis: [8] & sic in tenebris quasi in luce ambulant.] Leuis est super faciem aquæ: maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per viam vinearum. [9] Ad nimium calorem trãsiet ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius.] Obliuiscatur eius [10] misericordia, dulcedo illius vermes.] [d]Non sit in recordatione, sed conteratur sicut lignum infructuosum. [11] Pauit enim sterilem & quæ non parit, ]& viduæ bene non fecit. Detraxit fortes in fortitudine sua, & cum steterit, non credet vitæ suæ. [†11]Dedit ei deus locum pœnitẽtiæ, & ille abutitur eo in superbia. Oculi autem eius sunt in viis illius.] Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent, & [13] humiliabuntur sicut omnia, & auferentur, ] & sicut summitates spicarum conterentur. Quod si non est ita, quis me potest arguere esse mentitum, & ponere [14]ante deum verba mea?

*Nemo deo comparatus mundus inuenitur.* XXV.

1. Nonne dominũ & pauor est apud eum qui facit pacem.
2. Agminum.
3. Et quomodo poterit homo esse iustus cum deo, aut quomodo erit.
2. At nihil immundum, sed omnia munda sunt. Nihil enim deus fecit immundum, sed peccatum solũ est, quod inquinat omnia, & facit immunda. Chrysost. in 1. cap ad Tit. homil. 3. Non igitur homo natura sua immundus est. Nam si quis natura malus, nunquam profecto bonus effici potest ita nec immundus, mundus. Idem de virtutibus & vitiis. Serm. 9.
4. Vsque ad lunam.
5. Minus homo vermis.
6. Vermiculus.
1. An ne illi cui nõ est virtus.
2. Cui annuntiasti sermones & cuius anima egressa est à te hoc est, Cuius spiritus ad doctrinã tuam reuixit, & iterum spirare cœpit.
2. Qui tenet axem polare aquilonis, ne quando sub terra lateat.
3. Et non rumpitur nubes sub eis.
4. Ab increpatione.
5. Quieuerit mare, & prudentia eius percusserit fortitudine eorũ.
6. Formauitque manus eius serpentem tortuosum.
7. Partes sunt.

[a]Respondens autem Baldad Suhites, dixit: [1] Potestas & terror apud eum est, [a] †qui facit concordiam ]in sublimibus suis. Nunquid est numerus [2] militum ] eius, & super quem non surget lumen illius? [3]* [†]Nunquid iustificari potest [3] homo comparatus deo, aut apparere ] [2] mundus natus de muliere? Ecce [4] luna etiam ] non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius: quanto [5] magis homo putredo, ] & filius hominis [6] vermis?]

*Magnificentia & potentia dei à nobis explicari nequit.* XXVI.

[a]Respondens autem Iob, dixit: Cuius adiutor es? [1] Nunquid imbecillis: ] & [a] sustentas brachium eius qui non est fortis? Cui dedisti consilium? Forsitan illi qui non habet sapientiam: & prudentiam tuam ostendisti plurimam. [2]Quem docere voluisti? Nónne eum qui fecit spiramentum? ] Ecce gigantes gemunt sub aquis: & qui habitant cum eis. Nudus est infernus coram illo: & nullum est operimentum perditioni. [2]Qui extendit aquilonem super vacuum: & appendit terram super nihilum. Qui ligat aquas in nubibus suis: [3] vt non erumpant pariter deorsum. ] [b]Qui tenet vultum solij sui: & expandit super illud nebulam suam. Terminum circũdedit aquis: vsque dum finiantur lux & tenebræ. Columnæ cœli cõtremiscunt: & pauent [4] ad nutum ] eius. In fortitudine illius [5] repentè maria congregata sunt: & prudentia eius percussit superbum.] Spiritus eius ornauit cœlos: [6] & obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. ] [c]Ecce, hæc [7] ex parte dicta sunt ] viarũ eius.

Et cum

Et cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius[§] intueri?]

§. Intelligere.

*Nulla vis potuit Iob à ſua conſtantia, iuſtitia & innocentia diuellere, veluti impios, quos maledictio manet.* XXVII.

A ADdidit quoque Iob aſſumens parabolam ſuam, & dixit: Viuit deus, [2] qui abſtulit iudicium meum, & omnipotens, qui ad amaritudinem adduxit animam meam: quia donec ſupereſt halitus in me, & ſpiritus dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur[1] mendacium.] † Abſit à me, vt iuſtos vos eſſe iudicem: Donec deficiam, [2] non recedam ab innocentia mea.] Iuſtificationem meam quam cœpi tenere, non deſeram. [§] † Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Sicut impius * inimicus meus, & aduerſarius meus quaſi iniquus. [b] Quæ eſt enim ſpes hypocritæ ſi auarè rapiat, [3] & non liberet deus animam eius.?] Nunquid deus audiet clamorem eius, cum venerit ſuper eum anguſtia? Aut poterit in omnipotente delectari, & inuocare deum omni tempore? Docebo vos [4] per manum dei,] quæ omnipotens habeat, nec
c abſcõdam. [§] Ecce omnes vos noſtis, & quid ſine cauſa vana loquimini? [c] Hæc eſt pars hominis impij apud deum, & hæreditas violentorum, quam ab omnipotente ſuſcipient. [d] Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non ſaturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eo, ſepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt. Si [5] comportauerit] quaſi terram argentum, & ſicut lutum præparauerit veſtimenta, præparabit quidem, ſed iuſtus veſtietur illis, & argentum innocens diuidet. [§ c]
D Ædificauit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit vmbraculum. † Dines cum dormierit nihil ſecum auferet, aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet. Apprehendet eum quaſi aqua, [6] inopia,] nocte opprimet eum tempeſtas. Tollet eum [7] ventus vrens,] & auferet, & velut turbo, rapiet eum de loco ſuo. Et mittet ſuper eum, & non parcet, de manu eius [e] fugiens fugiet. Stringet ſuper eum manus ſuas, & ſibilabit ſuper illum intuens locum eius.

2. Dum enim deus innocentem pœnas iniquorum pati permittit, amaritudinem quoque animæ eius miſeria præſenti repleuit. Hieron. ibid. Non propterea in hoc deũ accuſat, nec eius opera, qui neque ſtultum quid contra deum locutus eſt. Au. in Pſal. 103.
1. Dolum.
2. Nec reiiciam innocentiam meam à me.

* Etit.

[b. Hypocrita qui latinè dicitur ſimulator, eſt auarus raptor, qui dum iniqua agẽs deſyderat de ſanctitate venerari, laudẽ vitæ rapit alienæ Gloſ. ordina. ibi.]
3. Quando deus rapiet animam eius?
4. Quæ ſunt in manu dei, &.

c. Hæc ergo ſunt quæ violẽti & impij, non modò, ſed & in futuro ſu iuſto ab omnipotente iudiciũ percipient. Beda. ibid.
d. Filios eius dicit qui eum ad ſeducendum imitantur falſorũ dogmatũ pertinaſiæ in damnationem. Aug. in Annota. in Iob.
5. Cumulauerit.

(e. Tinea enim rodendo veſtem facit ſibi domunculam ſuam: ſed cum veſtis exutitur, tinea de domo ſua eiicitur. ſic talis eiicitur de domibus ſuis quos ædificauit cum magno labore & expenſis. Da. Lyra.]
6. Terror, hoc eſt, morbus inopinabilis.
7. Eurus.
É. Quòd autẽ ait: fugiẽs fugiet, pereuntẽ in perpetuũ peccatorẽ ſignificat, quia nunquã fit reuocandus ad vitã. & illi pœnitentiæ locus non erit. Hier. ibi.

*Ferrum, aurum, & lapides precioſi ex terra trahuntur, non autem ſapientia.* XXVIII.

A HAbet argentum venarum ſuarum principia, & auro locus eſt in quo conflatur. † Ferrum de terra tollitur, & lapis ſolutus calore in æs vertitur. [1] Tempus poſuit tenebris,] & vniuerſorum finem ipſe conſiderat. Lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis [2] diuidet torrens à populo peregrinante, eos quos oblitus eſt pes egentis hominis, & inuios. Terra de qua oriebatur panis,] in loco ſuo igni ſubuerſa eſt. Locus ſapphiri lapides eius, & glebæ il-
B lius aurum. Semitam ignorauit auis, nec intuitus eſt eam oculus vulturis. [§] Non calcauerunt eam [3] filij inſtitorum,] nec pertranſiuit per eam leæna. Ad ſilicem extendit manum ſuam, ſubuertit à radicibus montes. In petris riuos excîdit, & omne pretioſum vidit oculus eius. Profunda quoque fluuiorum [4 a] ſcrutatus eſt,] & abſcondita produxit in lucem. † [b] Sapientia verò vbi inuenitur? & quis eſt locus intelligentiæ? Neſcit homo pretiũ eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium. Abyſſus dicit: non eſt
c in me, & mare loquitur: non eſt mecum. [§] Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius. Non conferetur [5] tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi ſardonico] precioſiſſimo, vel ſapphiro. Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec [6] commutabuntur pro ea vaſa auri. Excelſa & eminentia non commemorabuntur comparatione eius: trahitur autem ſapientia de occultis.] Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia, nec [7] tinctura mundiſſimæ] componentur. Vnde ergo ſapientia venit? & quis eſt locus intelligentiæ? Abſcondita eſt ab oculis omniũ
D viuentium, [c] volucres quoque cœli latet. [§] Perditio & mors dixerunt: auribus noſtris audiuimus famam eius. [d] Deus intelligit viam eius, & ipſe nouit locum illius. Ipſe enim

1. Terminum poſuit tenebris, hoc eſt, nil deum latet.
2. Auger torrentem apud peregrinantem iuxta illum, vt obliuioni detur à pede, eleuantur aquæ ſupra hominem, & mouentur. É terra illa oritur panis.
3. Catuli leonis.
4. a. Coercet, ſcilicet in alium locum, vt appareat arida.
b. Ergo nec in tempore nec in loco eſt ſapientia: vnde & tempus eſſe ſignificat: ſed quomodo intempore, quę in principio erat? Quomodo in loco, quæ apud deum erat? Vnigenitus filius ſi quæritur, in ſinu patris euangelico ſpiritu reperitur. Numquid ſinum patris locum putarit Ambr. de incarna. do. cap. 5.
5. Cum auro Ophir, nec cum Onyce.
6. Commutabitur cum vaſe aureo. Corallia & Gabis ro pretium non veniant, preciofior eſt ſapientia margaritis.
7. Auro puriſſimo.
c. Hoc eſt, angelos, vel etiã homines contemplatiuos.
d. Si quæris viam ſapientiæ & diſciplinæ, colere deum atque ei ſubditum eſſe, ſapientia eſt: abſtinere autem à peccatis, diſciplina eſt. Ambr. lib. 2. Epiſt. epiſt. 6.

fines mundi intuetur,& omnia quæ ſub cœlo ſunt,reſpicit. Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in menſura.Quando ponebat pluuiis legem,& viam [8] procellis ſonantibus:]tunc vidit illam,& enarrauit,& præparauit, & inueſtigauit, & dixit homini: †Ecce,[c]timor domini ipſa eſt ſapientia:& recedere à malo,intelligentia.

8.Coruſcationi & tonitruo.
c. Theoſebia portò ſi ad verbi originem Latinè expreſſum interpretatur,dei cultus dici poteſt:qui in hoc maximè conſtitutus eſt,vt anima ei non ſit ingrata.Aug. de ſpiritu & litera, cap.11.

*Iob præteritam plangens proſperitatem, & pia geſta,amicos arguit calumniæ quòd dicant eum merito talia pati.* XXIX.

ADdidit quoque Iob, aſſumens parabolam ſuam, & dixit: [a] Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies quibus deus cuſtodiebat me?Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris?Sicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ, quando deus[1] ſecretò erat]in tabernaculo meo. Quando erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei.Quando[2b] lauabam pedes meos ]butyro, & petra fundebat mihi riuos olei.[b] Quando procedebam ad portam ciuitatis,& in platea parabant cathedram mihi.Videbant me iuuenes,& abſcondebantur, & ſenes aſſurgentes ſtabāt. Principes ceſſabant loqui,[c]& digitum ſuperponebant ori ſuo. Vocem ſuam cohibebant duces,& lingua eorum gutturi ſuo adhærebat.Auris audiens beatificabat me,& oculus videns teſtimonium reddebat mihi, eò quòd liberaſſem pauperem vociferantem,& pupillum*cui non eſſet adiutor.[d] Benedictio parituri ſuper me veniebat,& cor viduæ conſolatus ſum.†Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me ſicut veſtimento,& diademate iudicio meo.Oculus fui cæco,& pes claudo.Pater eram pauperum,& cauſam quam neſciebam,diligentiſſimè inueſtigabam.Conterebam molas iniqui,& de dentibus illius auferebam prædam.Dicebámque:In nidulo meo moriar,& ſicut palma multiplicabo dies.Radix mea aperta eſt ſecus aquas, & ros morabitur in meſſione mea.Gloria mea[3] ſemper ]innouabitur,& arcus meus in manu mea inſtaurabitur.[e] Qui me audiebant expectabant ſententiam,&intenti tacebant ad conſilium meum. Verbis meis addere nihil audebant,& ſuper illos ſtillabat eloquium meum.Expectabant me ſicut pluuiam,& os ſuum aperiebant,quaſi ad imbrem ſerotinum. Si quando ridebam ad eos,non credebant,[4]& lux vultus mei non cadebat in terram.][f] Si voluiſſem ire ad eos,ſedebam primus. † Cúmque ſederem quaſi rex circunſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator.

a Optat ſanctus Iob atque deſiderat, vt iam de illo ſqualore & cruciatibus liberetur, reuertatúrque ad illam gloriam priſtinæ tœlicitatis,in qua aliquā do,domino proſperante, degebat.Hiero. ibid.

1. Conſilium daret.

2.b. Inundabant itinera mea, hoc eſt, cum mihi tanta peccatorum eſſet copia,vt etiam via lacte & butyro exundare putuiſſent.
c. Ponere digitum vel manum ſuper os,eſt non audere loqui. vt Mich. 7. d. Ponent manus ſuper os, & aures eorum ſurdæ erunt.

*Et eum.
d. Non mediocris iſta gratia. Corporalia ſeminas, & inertis cœleſtia ſpiritalia.Miraris iudicium domini de ſancto Iob? Mirare? virtutem eius qui poterat dicere:Oculus eram cæco, & pes claudo. Ego eram infirmorū pater, velletibus ignotū meorum calefacti ſunt humeri eorū.Foris non habitabat peregrinus, oſtiū autem meū omni venienti patebat.Ambr. Offic. lib.1.cap.11.
3.Mecum, hoc eſt, Gloria mea in me renouabitur in reſurrectione mortuorum.
[e.Verba prædicationis ſanctæ ſicut pluuiam ſuſtinemus cum vera humilitate ariditatē cordis noſtri agnoſcimus, vt potū ſanctæpredicationis irrigemur. Gloſa ordina.ibid.]
4. Nec lucem vultus mei abiiciebant.
f. Dignationē ſuā & ſanctā humilitatē his ſermonibus manifeſtat, qua ad inferiores ſuos, quaſi ad amicos ſibique coæquales abierit,& ſe in regni potētia miſereris & mœrētibus ſe cōſolatorē præbuerit.Hiero ibid.
[a.Sanctus Iob oſtendit ſe vilipenſum etiā à vilibus perſonis. Primo propter defectū ætatis, dicens: Nūc autē iuniores me rident me.Secundo propter defectū generis, dicens: Quorum non digna.De Lyra.]
1. Et ſuper ipſis petit conſummatio.
2. Solitarij facti in deſertum fugerunt locū tenebroſum, ſqualentem & vallum, Carpebant vrticam ex frutice.
3. E medio vrbium expellebantur,clamabant contrà eos ſicut contra furem.
4. Et in petris inter arbuſta rugiebant, & ſubter ſpinas congregabantur.
5. Nullius nominis, deturbati ſunt è terra.

6 Deus enim neruum meum laxauit,& afflixit me, & frenū ex ore meo abiecerunt.

7. Et iniecerunt ſuper me ſemitas perditionis eorum.
8. Vt in calamitate mea proficerent,nec opus habuerunt adiutore.
9. Conuerſi ſunt aduerſum me terrores,perſecuti ſunt.Hoc eſt, non ſolum externæ me terrent afflictiones.
10. Oſſa mea perforantur doloribus, & nerui mei non requieſcunt.

*Triplicem innuit ſibi illatam iniuriam & moleſtiam: vnam à ſeipſo, alteram ab aduerſariis,& tertiam à deo.* XXX.

[a] NVnc autem derident me iuniores tempore, quorum nō dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo,[1]& vita ipſa putabantur indigni.]Egeſtate & fame[2] ſteriles,quinquebant in ſolitudine,ſqualentes calamitate & miſeria.Et mandebant herbas,& arborum cortices,]& radix iuniperorum erat cibus eorum.[3] Qui de conuallibus iſta rapientes,cum ſingula reperiſſent,ad ea cum clamore currebant.]In deſertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ, [4] vel ſuper glaream. Qui inter huiuſcemodi lætabantur,& eſſe ſub ſentibus delitias computabāt.][g] Filij ſtultorum & [5] ignobilium, & in terra penitus non parentes.] Nunc in eorum canticum verſus ſum,& factus ſum eis in prouerbium. Abominantur me, & longè fugiunt à me, & faciem meam conſpuere non verentur.[6] Pharetram enim ſuam aperuit,& afflixit me,& frænum poſuit in os meum.]Ad dextram orientis calamitates meæ ilico ſurrexerūt: pedes meos ſubuerterunt,[7]oppreſſerunt quaſi fluctibus ſemitis ſuis.] Diſſipauerunt itinera mea,[8] inſidiati ſunt mihi,& prævaluerunt,& non fuit qui ferret auxilium.]Quaſi rupto muro,& aperta ianua irruerunt ſuper me, & ad meas miſerias deuoluti ſunt. [h] Redactus ſum in nihilum: abſtuliſti] quaſi ventus deſiderium meum, & velut nubes pertranſiit ſalus mea.Nunc autem in memetipſo marceſſit anima mea, & poſſident me dies afflictionis.Nocte[10] os meum perforatur doloribus,& qui me comedūt,

noa

non dormiunt.][b] In multitudine eorum consumitur vestimentum meum,& quasi capitio tunicæ succinxerunt me.[11] Comparatus sum luto,] & assimilatus sum fauillæ & cineri. † Clamo ad te, & non exaudis me: sto,& non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem,& in duritia manus tuæ aduersaris mihi. Eleuasti me,[12] & quasi super ventum ponens elisisti me validè.] Scio quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti.* Veruntamen non [13] ad consumptionem eorum emittis manum tuam, & si corruerint,ipse saluabis.] Flebam quondam[14] super eo qui afflictus erat,& compatiebatur anima mea pauperi.] Expectabam bona,& venerunt mihi mala,præstolabar lucem,& eruperunt tenebræ.[c] Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie,prævenerunt me dies afflictionis. Mœrens incedebam,sine [15] furore] consurgens,in turba clamabam. Frater fui draconum, & socius struthionum. Cutis mea denigrata est super me,& ossa mea aruerunt præ [d] caumate. Versa est in luctum cithara mea,& organum meum in vocem flentium.

[b. Præ vermium multitudine non solũ consumitur caro mea, sed etiam vestimentũ, imò etiã capitium meum. Nam vermes per superiorem vestimenti partem in tanta multitudine exibant,quod etiam capitium erat eis coopertum. De Lyra.]
11. Proiecit me in lutum.
12. Super ventum,& ferri me facis super eum, & sapientiã meã à me remouisti.
13. Ad sepulchrum mittet manũ si in contritione eius fuerit clamor.
14. Cum eo qui durum habuit diem, dum contristata est anima mea cum egeno.
[c. Sãctæ ecclesiæ interiora efferuescere est ipsos quoque quos per amorem fidei velut viscera ante gestauerat in persecutionis atrocitate tolerare. Hæc autem mala minus doleret, si ab aduersãtibus fierent, sed grauius eruciant cùm ab his de quibus bona sperabantur & hoc est,interiora eius. Glosa ordinaria.]
15. Calore(scilicet solis.
d. Æstu nimio.

*Iob testem suæ innocentiæ summum iudicem inuocat, aliarum & item virtutum suarum.* XXXI.

A [a] Epigi fœdus cum oculis meis,vt ne cogitarem quidem de virgine.[1] Quã enim partem haberet in me deus] désuper, & hæreditatem omnipotens de excelsis? Nunquid non perditio est iniquo, & alienatio operantibus iniustitiam? Nónne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? † Si ambulaui in vanitate, & festinauit [2] in dolo] pes meus,appendat me in statéra iusta, & sciat deus simplicitaté meam. Si declinauit gressus meus de via,[b] & si [3] secutus est oculus meus cor meum,] & si in manibus meis adhæsit macula, seram, & alius comedat, & progenies mea eradicetur. Si deceptum est cor meum super muliere,& si ad ostium amici mei insidiatus sum, [4] scortum alterius sit] vxor mea,& super
B illam incurruentur alij. [g] Hoc enim nephas est, & iniquitas maxima: ignis vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans [5] genimina.] Si contempsi subire iudicium cum seruo meo & ancilla mea, cùm disceptarent aduersum me. [c] Quid enim faciam cum surrexerit ad iudicandum deus? & cùm quæsierit, quid respondebo illi? Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est: & formauit [6] me in vulua vnus?] Si negaui quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. (Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio,* & de vtero matris meæ [7] egressa est mecum.)[d] Si despexi prætereuntem, eo quòd non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est. [f] Si leuaui super pupillum manum meam,etiam cùm viderem me in porta
c superiorem: [8] Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur. Semper enim quasi tumentes super me fluctus, timui deum, & pondus eius ferre non potui. [e] Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea. Si lætatus sum super multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus mea. Si vidi solem cùm fulgeret, & lunam incedentem clarè, & [9] lætatum est in abscondito cor meum, & [f] osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio contra deum altissimum. Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui quòd inuenisset eum malum. Non enim dedi ad peccandum guttur meum,
D vt expeterem maledicens animam eius. [g] Si non dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius,vt saturemur? [h] Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. † Si abscondi quasi homo peccatum meum,& cælaui in sinu meo iniquitatem meam. Si expaui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me,& non magis tacui, nec egressus sum ostium. Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum audiat omnipotens,& librum scribat ipse qui iudicat, vt in humero meo portem illum, & circundem illum quasi coronam mihi? [10] Per singulos gradus meos pronuntiabo illum, & quasi Principi offeram eum.] Si aduersum me

2. Hic iam incipit merita ecclesiæ cõmemorare in his qui perseuerant in fine in tentationib⁹ magnis abundante iniquitate & refrigescente charitate multorum. Aug. ex lib. Annot. 2. in Iob. Tomo 6.
1. Aut quæ portio dei,sub. mihi esset.
2. Ad dolum.
[b. Cogitationes enim surreptitiæ non possunt ab homine euitari. Quia sicut dicit Aug. non est in potestate nostra quibus visis tangamur, tamen in potestate nostra est ea respuere vel acceptare, prosequi vel fugere. Est igitur sensus Si cor meum, i. cogitationes lubricæ carnis surreptitias secutus est oculus meus impudicè conspiciendo. De Lyra ibidem.]
3. Oculus meos secutum est cor meum.
4. Molæ alterã.
5. Messes.
c. Magna humilitas huius sancti viri, & magna futuri iudicij cogitatio. Hieron. ibidem.
6. Nos in vtero vnu,(hoc est pari dispositione.

* Vt essem quasi pater pupillorum.
7. Ducatum præbui,sub. viduæ.
[d. Si non fide remissionis peccatorum tanquã tunicam non habentem,velaui à nuditate foeditatis.i. peccati pereuntẽ. Iam enim desperat multitudine peccatorũ. Aug. in Iob super ca. 31.
8. Latus meum ab humero cadat, & brachium meum à canna confringatur. Quoniam fuit mihi contritio à deo.
[e. De creatore quippe desperasse dicebatur si spem in creatura posuisset. Qui enim labẽti innititur, necesse est vt cum labẽte labatur. Glosa ordinaria. ibid.]
9. Seductum est.
f. Si in te,& non magis in domino gloriatis,propriam profecto & non domini manum osculari conuincemini,quod iuxta beati Iob sententiam iniquitas est maxima,& negatio in deum. Bernard. super Cantic, Ser. 4.

g. Non mediocris virtus,de qua sibi plaudebat Iob,dicens: Foris non mansit peregrinus, &c. Benuolentia quippe est in his omnibus tanquam fons aquæ reficiens sitientem,tanquam lumen quod etiam in aliis luceat nec aliis deesse qui de tuo lumine aliis lumẽ accendendum. Ambro. Offic. 1. cap. 32.
10 Numerum gressuum meorũ annũciabo ei, & quasi princeps accedam ad eum.

terra mea clamat,& cum ipſa ſulci eius deflent.[h] Si fructus eius comedi abſque pecunia,& animam agricolarum eius afflixi, pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo [11] ſpina.] Finita ſunt verba Iob.

[h. Fructus abſque pecunia comedere, eſt ex eccleſia ſumptus accipere, ſed eidem eccleſiæ prædicationis præcium non præbere. Iob fructus terræ abſque pecunia non comedit, quia ſubditis verbum admonitionis reddidit à quib⁹ fructus corporeæ ſeruitutem accepit. Glo. ordina.]
11. Lolium.

*Silentio amicis ſuis impoſito Iob cum illis ab Elihu arguitur inſipientiæ, cum ſuam iactet ſapientiam.* XXXII.

Miſerunt autem tres viri iſti reſpondere Iob, eo quòd iuſtus ſibi videretur. Et iratus[1] indignatúſq; eſt] Elihu filius Barachel[a] Buzithes, de cognatione Ram. Iratus eſt autẽ aduerſum Iob, eo quòd[2] iuſtum ſe eſſe diceret coram deo.] Porrò aduerſum amicos eius indignatus eſt, eo quòd non inuenirent reſponſionem, rationabilem:] ſed tantummodo condemnaſſent Iob. Igitur Elihu expectauit Iob loquentem, eo quòd ſeniores eſſent qui loquebãtur.[b] Cùm autem vidiſſet quòd[3] tres reſpondere non potuiſſent,] iratus eſt vehementer.[♯] Reſpondénſq; Elihu filius Barachel Buzites, dixit: Iunior ſum tempore, vos autem antiquiores:[†] Idcirco[4] demiſſo capite] veritus ſum vobis indicare meam ſententiam. Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret ſapientiam. Sed vt video, ſpiritus eſt in hominibus, & inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. Nõ ſunt [5] longæui] ſapientes, nec ſenes intelligunt iudicium.[c] Ideo dicam, audite me: oſtendam vobis etiam ego meam ſcientiam.[♯] Expectaui enim ſermones veſtros, audiui prudẽtiam veſtram. Donec diſceptaremini ſermonibus veſtris, & donec putabam vos aliquid dicere conſiderabam. Sed vt video, non eſt qui poſſit arguere Iob, & reſpondere ex vobis ſermonibus eius. Ne fortè dicatis, inuenimus ſapientiam,[d] deus proiecit eum, non homo. Nihil locutus eſt mihi, & ego non ſecundum ſermones veſtros, reſpondebo illi. Extimuerũt, nec reſponderũt vltrà, abſtulerúntque à ſe eloquia.[♯] Quoniam igitur expectaui, & non ſunt locuti, ſteterunt, nec reſponderunt vltrà: reſpõdebo & ego partem meam, & oſtẽdam ſcientiam meam. Plenus ſum enim ſermonibus, & coartat me ſpiritus vteri mei.[e] En venter meus quaſi muſtũ abſque ſpiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit. Loquar & reſpirabo paululum, aperiam labia mea, & reſpondebo. Non accipiam perſonam viri,[6] & deum homini non æquabo. Neſcio enim [7] quandiu ſubſiſtam, & ſi poſt modicum tollat me factor meus.

1. Vultus Elihũ.
2. Secundus filius Nachor ex Melcha fuit Buz: & ex huius genere eſt Balaam ille diuinus, vt Hebræi tradunt, qui in libro Iob dicitur Elihu filius Barachel Buzites, de huius Buzi radice deſcendens. Hieron.
3. Iuſtificaret animam ſuam magis quàm deum.
[b. Dicit hoc ſibi magis videri: quia ſpiritu aguntur homines, quibus deus omnipotens ſapiẽtiæ ſuæ inſpiratione tribuerit, quod in ſugillationem prædictorũ quaſi ex obliquo dicit velut ipſi ſoli hoc ſapientiæ bonũ conceſſum ſit. Beda ibidem.]
3. Non eſſet reſpõſio in ore triũ virorum.
4. Expaui, &.
5. Qui magni ſunt.
c. Hæc ironicè ab eo dici nõ dubium eſt: & ideo quia ſuperbus irriſorìè prudentiam amicorũ Iob dixerat, ideo apertè dicit: Donec putabam vos aliquid dicere conſiderabam. Hiero. ibid.
[d. Vt hanc dicam cauſam cur tacuerũt: & ſermonibus veſtris non reſpõdebo ei. Ego enim talia dicam, vt mihi quemadmodum vobis reſpondere nõ poſſit. Quia ergo expectauit, & non ſunt locuti, quaſi ad Iob cõuerſus, dixit Aug. in Annotat. lib. ſup. Iob.]
e. Talis eſt omnis iactabundus, aut loquetur, ergo aut rumpetur. Plenus eſt enim ſermonib⁹, & coartat eũ ſpiritus vteri ſui. Eſurit & ſitit auditores, quibus ſuas iactitet vanitates, quibus omne quod ſentit effundat: quibus qualis, & quantus ſit innoteſcat. Bernar. de gradibus humil. 4 gradu iactantiæ.
6. Neque cognominabo hominem.
7. Quomodo cognominem.

*Arguit Elihu Iob vt temerarium, qui contra deum contenderet, & eius opera curioſius ſcrutaretur.* XXXIII.

Audi igitur Iob eloquia mea, & omnes ſermones meos auſculta. Ecce aperui os meum, loquatur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo ſermones mei, & ſcientiam labia mea puram loquẽtur. Spiritus dei fecit me, & ſpiraculum omnipotentis viuificauit me. Si potes reſpondemihi, & aduerſus faciem meam conſiſte. Ecce,[1] & me ſicut & tu fecit deus,] & de eodem luto ego quoque formatus ſum.[b] Veruntamen[2] miraculum meum] non te terreat, &[3] eloquentia mea] non ſit tibi grauis. Dixiſti ergo in auribus meis, & vocem verborum tuorum audiui.[♯] Mundus ſum ego, & abſque delicto immaculatus, & non eſt iniquitas in me.[c] Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus eſt me inimicum ſibi. Poſuit in neruo pedes meos, cuſtodiuit omnes ſemitas meas. Hoc eſt ergo in quo non es iuſtificatus. Reſpondebo tibi, quia maior ſit deus homine. Aduerſum eum contendis, quòd non ad omnia verba reſponderit tibi. Semel loquitur deus, & ſecundò idipſum[d] non[4] repetit.] Per ſomnium in viſione nocturna, quando irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo.[e] Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina: vt auertat hominem ab iis quę fecit, & liberet eum de ſuperbia: eruens animam eius à corruptione, & vitam illius vt non tranſeat in gladium.[♯] Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia oſſa eius marceſcere facit. Abominabilis ei fit in vita ſua panis, & animæ illius cibus antè deſiderabilis. Tabeſcet

2. Cùm hic Elihu non reprehẽdatur à domino, quia ſanctum Iob increpare videretur, tamen quia ab eodẽ domino iuſtè deſpicitur, cùm de eo ita ait infra 38. a. Quis eſt iſte, &c. Beda ibi.
1. Ego ſum ſicut & tu apud deũ.
[b. Paulus humiliter ſua alta verbum ſolatij vocat, loquens Hebræis. Iſte ſua minima miracula & eloquentiam vocat: quia proprium eſt arrogantiũ, quod priuſquam dicãt, mira ſe dicere æſtimant, & locutionem ſuam admirando præueniunt. Gloſa ordi. ibid.]
2. Terror meus.
3. Coactio mea.
c. Quaſi vocationem omnium iuſtorum ſemel fecit dominus, & temporaliter circa ſingulos, hoc eſt diuina prouidẽtia. Aug. in Annotã. in Iob.
d. Vbi frequenter re loqui dicitur deus, vel lex eius multiplex, vel prophetarum & mandatorum eius diuerſitas iudicatur. Vbi verò ſemel loqui ſignificatur, ſtabilita & definita eius ſententia demonſtratur. Hieron. ibid.
4. Videbit.
e. Tres ergo has vices non irrationabili ſermone diſtinxit per quas nunc viſionibus terribiliũ ſomniorum animam hominis erudit & deminuit ægrotationibus acerbiſſimarum infirmitatum carnem afficit: nunc mentem etiam viſitatione conſolationis illuminat. Beda. ibidem

beſcet caro eius,* & oſſa quæ tecta fuerant,nudabuntur. Appropinquabit corruptioni anima eius,[f] & vita illius mortiferis . Si fuerit pro eo angelus loquens vnum de [5] ſimilibus,] vt annuntiet hominis æquitatem,miſerebitur eius, & dicet: Libera eum,vt non deſcendat in corruptionem . Inueni in quo ei propicier. [g 6] Conſumpta eſt caro
D eius à ſuppliciis,] reuertatur ad dies adoleſcentiæ ſuæ. [g] Deprecabitur deum,& placabilis ei erit: & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iuſtitiam ſuam . Reſpiciet homines,& dicet:Peccaui,&[7] verè deliqui: & vt eram dignus,non recepi.] Liberauit animam ſuam,ne pergeret in interitum: ſed viuens lucem videret. Ecce,hæc omnia operatur deus [h] tribus vicibus per ſingulos, vt reuocet animas eorum à corruptione,& illuminet luce viuentium. [i] Attende Iob, & audi me, & tace, dum ego loquar. Si autem habes quod loquaris reſponde mihi. Loquere. Volo enim te apparere iuſtum. Quod ſi non habes,audi me,tace,& docebo te ſapientiam.

*Ne videat.
[f. Id eſt, cauſis mortem inducẽtibus. Et ſecũdum hoc poterat dici ipſi Iob q̃ deus reſponderat ei carnẽ eius multipliciter affligendo. De Lyra.
5. Milibus.
[g. Innumeris enim humanum genus ſuppliciis vitiorũ & pœnarum premebatur: ſed veniente redẽptore reuertitur ad dies adoleſcẽtiæ ſuæ, id eſt, priſtis vitæ integritate renouatur, vt nõ in eo remaneat quo lapſus eſt, ſed ad hoc redemptus redeat, ad quod percipiendum conditus fuit. Gloſa utili.]
6. Refloreſcet caro eius, magis quàm in pueritia.
7. Quod rectum erat peruerti, & nihil mihi potuit.
h. Hoc eſt, conuerſationis, probationis, & mortis. Aug. in Annota. in Iob.
i. Hoc eſt, docenti te obedias, & præbe doctrinæ conſenſum. Beda ibidem.

*Elihu recto dei iudicio, & non immerito Iob afflictum contendit, cum dei ſit regna pro libito mutare.* XXXIIII.

A PRonuntians itaque Elihu,etiam hæc locutus eſt: Audite ſapientes verba mea,& eruditi auſcultate me. [†] Auris enim verba probat, & guttur eſcas guſtu diiudicat. Iudicium eligamus nobis,& inter nos videamus quid ſit melius. Quia dixit Iob:Iuſtus ſum,& deus ſubuertit iudicium meum. [a] In iudicãdo enim me mendacium eſt. [i] violẽta ſagitta mea] abſque vllo peccato. Quis eſt vir vt eſt Iob,qui bibit ſubſannationem quaſi aquam, qui graditur* cũ operantibus iniquitatem,& ambulat cum viris impiis? Dixit enim: [b] Non placebit vir deo,etiam ſi cucurrerit cum eo. Ideò viri cordati audite me: Abſit à deo impietas,& ab omnipotente iniquitas . * Opus enim hominis reddet ei,& iuxta vias ſingulorum reſtituet eis. [§] Verè enim deus non condemnabit fruſtra,nec omnipotens ſubuertet iu-
B dicium. [c] Quem conſtituit alium * ſuper terram,aut [2] quem poſuit ſuper orbẽ,quem fabricatus eſt?] Si direxerit ad eum cor ſuum, ſpiritum illius, & flatum ad ſe trahet. Deficiet omnis caro ſimul,& homo in cinerem reuertetur. Si habes ergo intellectum audi quod dicitur,& auſculta vocem eloquij mei . Nunquid qui non amat iudicium, [3] ſanari poteſt? Et quomodo tu eum qui iuſtus eſt, intantum condemnas? ] Qui dicit Regi: [4] apoſtata,] qui vocat Duces impios. [†] Qui non accipit perſonas Principum,nec cognouit tyrannum, cùm diſceptaret contra pauperem. Opus enim manuum eius ſunt vniuerſi . Subito morientur,& in media nocte turbabuntur populi,& pertranſi-
C bunt, & auferent violentum abſque manu. [§ d] Oculi enim eius ſuper vias hominum, & omnes greſſus eorum conſiderat. Non ſunt tenebræ, & non eſt vmbra mortis, vt abſcondantur ibi qui operantur iniquitatem. [5] Neque enim vltrà in hominis poteſtate eſt, vt veniat] ad deum in iudicium. Conteret [6] multos] innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. [7] Nouit enim] opera eorum, & idcirco inducet noctem, & conterentur. [e] Quaſi impios percuſſit eos, in loco videntium. Qui quaſi de induſtria receſſerunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt, vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni,& audiret vocem pauperum. Ipſo enim concedente pacem, quis eſt qui condemnet? Ex quo abſconderit vultum, quis eſt qui contempletur eum? Et ſu-
D per gentes, & ſuper omnes homines. [† § f] Qui regnare facit hominem hypocritam, propter peccata populi. [8] Quia ergo ego locutus ſum ad deum, te quoque non prohibebo.] Si erraui, tu doce me. Si iniquitatem locutus ſum, vltra non addam. Nunquid à te deus expetit eã,quia diſplicuit tibi? Tu enim cœpiſti loqui,& non ego. Quòd ſi quid noſti melius, loquere. Viri intelligentes loquantur mihi, & vir ſapiens audiat me. Iob autem [9] ſtultè locutus eſt, & verba illius non ſonant diſciplinam. Pater mi, probetur Iob vſque ad finem. [10] Ne deſinas ab homine] iniquitatis: qui addit ſuper peccata ſua [11] blaſphemiam. ] Inter nos interim conſtringatur, & tunc ad iudicium prouocet ſermonibus ſuis deum.]

a. Nec enim in eo malo ſcilicet mendacio debemus Priſciliani ſtarũ eſſe participes, in quo cæteris hæreticis communitur eſſe priores. Ipſi enim ſolũ repetiuntur ad occultandã ſuam quam putãs veritatẽ, dogmatizare mẽdacio, atque hoc tã magnũ malum ideo iuſtũ exiſtimare, quia dicunt in corde retinendũ eſſe quod verum eſt, ore autẽ ad alios non proferre falſum, nullũ eſſe peccatum. Augu. de mendacio. Nemo itaque quantumuis iuſtus pro ſe habeat, mentiri debet.
i. Incurabilis eſt ſagitta plagæ meæ.
*Ad ſocietatem.
b. Hic illum putat deceptum, quia hoc ſperauit omnia illa fecerit, aut certè quod in bonum non putat viſitari eum qui ambulauerit cum domino. Augu. lib. Annota. in Iob. Tomo. 6.
*Secundum.
c. Hoc eſt, Quis viſitat per iudicium terram, & omnes populos niſi deus? Qui ſi male vellet nobis, poſſet vno flatu omnes redigere in puluerem. Ipſe ergo q̃ potens cõditor, tam pius eſt moderator: quia opus ſuum agnoſcit & diligit. Hieron. ibid.
*Pro ſe.
2. Quis poſuit orbẽ vniuerſum?
3. Dominari poteſt? Et nõne multum iuſtus impie ager?
4. Impius eſt.
d. Intopitum enim & perpetuo vigilem illũ oculum, nihil eorũ quæ fiunt, latere poteſt. Chryſo. in 1. c. Gene. homi. 8.
5. Neque enim homini amplius quid impoſuit, cum venit.
6. Fortes.
7. Cognoſcere enim faciet.
[e. Omnes enim peccatores & impij cõtra inditum ſibi bonũ naturæ agũt, ſicut de huiuſmodi dicit Apoſtolus Rom. 1. Qui eũm cognouiſſent deum, nõ ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Vbi autem cognouerunt deum, niſi in ratione & iudicio mentis? Beda.]
f. Sicut de populo Iſrael dicit deus Oſee 13. Iniuſtũ enim non eſt vt improbis accipiẽtibus nocendi poteſtatem, & bonorum patientia probetur, & malorum iniquitas puniatur. Aug. de natura boni, aduer. Manich cap. 3.
8. Nũquid ad deum dicere quis poteſt, ſupportaui, & nõ nocuiſ
9. Non ex ſcientia.
10. Propter reſponſiones ad viros.
11. Iniquitatem. Plaudit inter nos, & multiplicat verba ſua ad deum.

*Non deo, sed homini prodest aut obest pietas aut impietas, quoniam recto dei iudicio interdum vindicta differtur.* XXXV.

a. Hoc est, iustus sum ante conspectũ domini. Vtrunque enim reprehensibile est in homine. Aug. in Anno. in Iob.
1 Quid proderit tibi, & quid vtilitatis accipiam de peccato meo?
b. Hoc est, Cui te æquare præsumis? Poterit enim agnoscere maiestatem dei ex cœlo, quod est sedes eius: & ex nubibus, quæ sunt vehicula eius, quæ cũ sint altissima, nec illis prodesse nec obesse possumus, & multominus deo qui illis præsidet. Beda ibidem.
2 Quid egisti contra eum?
c. Nox ipsa tribulatio intelligitur, secundum illud Psal. Probasti cor meũ, & visitasti nocte: sicut & prosperitas aliquando dies dicitur. Vnde Psal. 1ª er dié sol non vret te. Hiero. ibidem.
[d. Q. d. frustra audiret clamantem, nisi videret eum verè pœnitentem, & quia talia non possunt eum latere, ideo subditur: Et omnipotens causas singulorum intuebitur. De Lyra ibid.]
3. Etiam nunc quando nondũ visitat in ira sua, nec cognoscit in multitudine nimia.

IAgitur Elihu hæc rursum locutus est: Nunquid æqua videtur tibi tua cogitatio, vt diceres: [a] Iustior deo sum? Dixisti enim: [1] Non tibi placet quod rectum est. Vel, quid tibi proderit, si ego peccauero?] Itaque ego respõdebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum. ❧ [b] Suspice cœlum, & intuere: & contemplare æthera quòd altior te sit. Si peccaueris, [2] quid ei nocebis?] Et si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Porrò si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? † Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iustitia tua. ❧ Propter multitudinem calumniatorum clamabunt, & eiulabunt propter vim brachij tyrannorum. Et non dixit: Vbi est deus qui fecit me, qui dedit carmina in [c] nocte. Qui docet nos super iumẽta terræ, & super volucres cœli erudit nos. Ibi clamabunt, & non exaudiet propter superbiam malorum. [d] ❧ Non ergo frustra audiet deus, & omnipotens causas singulorũ intuebitur. Etiam cùm dixeris, non considerat, iudicare coram illo, & expecta eum. [3] Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valde.] Ergo Iob frustra aperit os suum, & absque scientia verba multiplicat.

*Deus flagellat vt erudiat, tribulat vt saluet, humiliat vt timeatur, vnde æquus iudex ostenditur.* XXXVI.

1. Quia vero nonnunquam doctores sancti crebrè repetunt si qua obscurius dicunt: vt quæ occulta prædicant, auditorum cordibus voce hac iterationis infundant. Plerunque hoc etiã appetunt arrogantes imitari, & insolẽter ea quæ dixerint, replicant: nõ quo auditorum cordibus insinuare res appetant, sed quo eorum iudicio videri volunt eloquentes. Greg. ibid.
2. Perfectus scientiis secum est.
b. Hæc est iustitiæ eius immensitas, & naturæ bonæ voluntas vt nulli inuideat: quia nemo ei, quanuis potens sit, potest coæquari. Hiero. ibid.
✶ Corde.
2. In delectationibus.
[c. Cum simulatores diceret, aptè subiunxit, & callidi: quia nisi ingenio calleant quòd videri appetunt, congruè simulare nõ possunt. Ante iudicem itaque de ignorantia excusationẽ habere non possunt: quia dum ante oculos hominum omniũ modum sanctitatis ostentant. Ipsi sunt testimonio quòd bene viuere non ignorant. Glo. ordin. ibidem.]
3. Adolescentia.
4. Iudicium autẽ impij impleuisti, causa iudiciúmque eius te apprehendent.
5. Nunquid æstimabit quis opulentiam tuam? non aurum, nec omnes qui viribus pollent.

6. Propter afflictionem.

7 Quis visitauit contra eum?
[e. Quis est ergo iste tam temerarius & iniqu⁹, qui hoc audeat loqui? Hæc omnia in iniuriam Iob dicuntur. Memento quòd ignores opus eius: vel omne generale opus eius, mirabile opus & inexplicabile est: vel certe speciale, & super omnia magna & mirabilia opera eius. Beda ibi.]
8. Vt magnificias.
9. Stillabunt nubes cùm voluerit pluuiam ad vaporem eius.
10. Insuper nunquid intelliget differentias nubium, tonitrua firmamenti sui? Ecce, extendit super nubes lumen suum.
11. Nubibus.
12. Eis vt pluant propter ũtãẽ.

ADdens quoque Elihu, hæc locutus est: Sustine me paululum, & indicabo tibi. [a] Adhuc enim habeo quod pro deo loquar. Repetã scientiam meam à principio, & operatorem meum probabo iustum. Verè enim absque mendacio sermones mei, & [1] perfecta scientia probabitur tibi.] [b] Deus potens non abiicit, cùm & ipse sit potens: [*] sed non saluat impios, & iudicium paupẽribus tribuet. Non aufert à iusto oculos suos, & Reges in solio collocat in perpetuũ, & illic eriguntur. Et si fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis, indicabit eis opera eorum, & scelera eorum, quia violenti fuerunt. ❧ Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat, & loquetur vt reuertantur ab iniquitate. Si audierint & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos [2] in gloria.] Si autem non audierint, transibunt per gladium, & consumentur in stultitia. [c] Simulatores & callidi prouocant iram dei, neque clamabunt cùm vincti fuerint. Morietur in [3] tempestate] anima eorum, & vita eorum inter effœminatos. Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius. Igitur saluabit te de ore angusto latissimè, & non habente fundamentum subter se. Requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine. ❧ [4] Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciúmque reperies.] Non te ergo [5] superet ira, vt aliquem opprimas: nec multitudo donorum inclinet te. [6] Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, & omnes robustos fortitudine.] Ne protinus noctem, vt ascendant populi pro eis. Caue ne declines ad iniquitatem. Hanc enim cœpisti sequi [4] post miseriam.] Ecce deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. [7] Quis poterit scrutari] vias eius? [c] aut quis potest ei dicere: operatus es iniquitatem? Memento, [8] quod ignores] opus eius, de quo cecinerunt viri. ❧ Omnes homines vident eum, vnusquisque intuetur procul. Ecce deus magnus vincens scientiam nostram. Numerus annorum eius inæstimabilis. Qui aufert stillas pluuiæ, [9] & effudit imbres ad instar gurgitum,] qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta desuper. [10] Si voluerit extendere nubes, quasi tentorium suum, & fulgurare lumine suo désuper,] cardines quoque maris operiet. Per hæc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus. [11] In manibus] abscondit lucem, & præcipit [12] ei, vt rursus adueniat.] Annuntiat de ea amico suo quòd possessio eius sit, & ad eam possit ascendere.

Ex dim-

*Ex diuinis operibus Elihu dei sapientiam declarat, & inuestigabile iudicium.* XXXVII.

A SVper hoc expauit cor meum, & [a] emotum est de loco suo. Audiet [1] auditionem in terrore vocis eius,] & sonum de ore illius procedentem. Subter omnes cœlos [2] ipse considerat,] & lumen illius super terminos terræ. Post eum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ, & nō [3] inuestigabitur,] cùm audita fuerit vox eius. Tonabit deus in voce sua mirabiliter, * qui facit magna & inscrutabilia. [b] Qui præcipit niui vt descēdat in terram, & hyemis pluuiis, & imbri fortitudinis suæ. B [4] Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua. Ingredietur bestia latibulum suum, & in antro suo morabitur: [4] ab interioribus egredietur tempestas, & ab arcturo frigus flante deo concrescit gelu, & rursum latissimè funduntur aquæ. [5] Frumentū desiderat nubes,] & nubes spargunt lumen suum. [6] Quæ lustrant cuncta per circuitum, quocunque eas voluntas gubernantis duxerit,] ad omne quod præceperit illis super faciem orbis terrarum, [7] siue in vna tribu, siue in terra C sua, siue in quocunque loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri.] [5] Ausculta hæc Iob, sta, & considera mirabilia dei. Nunquid scis quando præcepit deus [8] pluuiis, vt ostenderent lucem nubium eius? ] Nunquid nosti [9] semitas nubium magnas, & perfectas scientias?] Nónne vestimēta tua calida sunt [10] cùm perflata fuerit terra austro?] Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos, qui [11] solidissimi quasi ære fusi sunt.] Ostende nobis quid dicamus illi. Nos quippe inuoluimur tenebris. D [6] Quis narrabit ei quæ loquor? Etiam si locutus fuerit homo, deuorabitur, at nunc non vident lucem. [12] Subito aër cogetur in nubes,] & ventus transiens fugabit eas. Ab aquilone [13] aurum venit, & à deo formidolosa laudatio. Dignè eum] inuenire non possumus. Magnus fortitudine & iudicio, & iustitia, & [14] enarrari non potest.] Ideo timebunt eum viri, & nō [15] audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.]

[a. Euulsum est de terrenis rebus quibus delectabatur, vt iustum haberetur ad dominum. Hinc apparet eum ista dicere in spiritu. Nam incipit dirigere cur euulsum est cor meum de loco suo, auctoritate scilicet euangelij per totum orbē terribiliter sonantis? Pœnitēt iam agite, appropinquabit enim regnū cœlorum. Augu. in annota. in Iob, cap. 37.]
1. Audiendo in tremore vocem eius.
2. Directio eius.
3. Supplantabit eos.
* Et nesciemus, (scilicet quomodo hæc fiant.
[b. Niué eandorem gratiæ, quæ per baptismum fidelibus spiritus sancti dono tribuitur, superius diximus posse significari: & exempla illic testimoniorum de scripturis aliquanta protulimus. Beda ibidem.]
4. Ex penetrali egreditur tempestas, & ex dispersionibus frigus.
5. Per flatum dei datur gelu, & latitudo aquarum constringitur. Sed & propter irrigationē fertiles nubes.
6. Ipse vertit nubes in consiliis suis ad operandum, &,
7. Siue pro flagello, siue pro terra sua, siue pro beneficio quod offert.
8. Illis, illustrásque nubes suas luce!
9. Dispersiones nubium, & mirabilia perfecti in scientia?
10. Quando tranquillam reddit terram à meridie?
11. Fortes sunt quasi specula solidissima.
12. Quæ splender in nubibus.
13. Aurea veniet serenitas ante deum terribilem in magnificētia, ipsum verò omnipotentem.
14. Non affligit.
15. Videbit eum sapiens corde.

*Deus ex creatis ab initio ostendit Iob inordinatè loquutum, & Elihu inconuenienter determinasse.* XXXVIII.

A REspondens autem dominus Iob de turbine, dixit. Quis est iste [1] inuoluens sententias] sermonibus imperitis? [a] † Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & [2] responde mihi.] † [b] Vbi eras quando ponebam fundamēta terræ? Indica mihi, si habes intelligētiam: Quis posuit mēsuras eius, si nosti? vel quis tetendit super eam lineam? Super quos bases illius solidatæ sunt? Aut quis demisit lapidem angularem eius, cùm me laudarent simul [c] astra matutina, & iubilarent omnes filij dei? Quis conclusit ostiis mare, quādo erumpebat quasi de vulua procedens: cùm ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem? [3] Circundedi illud terminis meis,] & posui vectem & ostia, & dixi: Vsque huc venies, & non procedes amplius: & hic confringes tumentes fluctus tuos. Nunquid [4] post ortum tuum] præcepisti diluculo, & [5] ostendisti auroræ locum suum? Nunquid tenuisti concutiens ] extrema terræ & excussisti [d] impios ex ea? [6] Restituetur vt lutum signaculum, & stabit] sicut vestimentum. Auferetur ab impiis lux sua, & brachium excelsum confringetur. [e] Nunquid ingressus es profundum maris, & in nouissimis abyssi deambulasti? Nunquid apertæ sunt tibi portę mortis, & ostia tenebrosa vidisti? Nunquid considerasti latitudinem terræ? Indica mihi si nosti omnia, * in qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit: vt ducas vnumquodque ad termi- B nos suos, & intelligas semitas domus eius. [f] Sciebas tunc quòd nasciturus esses, & numerum dierum tuorum noueras? [f] Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti? quæ præparaui in tempus [7] hostis,] & in diem pugnæ & belli? Per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus super terram? Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam sonantis tonitrui, vt plueret super terram absque homine

1. Obscurans consilium.
a. Omnis igitur qui cū deo est locutus, humbos prius castitate iubetur accingere. Hiero. ibid.
2. Doce me.
[b. Quasi hoc modo loquitur ei deus: Tu igitur Iob qui me citra vnum hominculum iniustè arguis operari, Beda ibidem.]
c. Angeli cœlestes, quos & filios dei nuncupant, ad distinctionē nimirum hominum sanctorū, qui post modum creandi, ac vel iustrauelpertina post confessionem diuinæ laudationis per mortem erant carnis occasuri. Iunilius super cap. 1. Genesis.
3. Et posui super ipsum decretū meum.
4. A diebus tuis.
5. Cognouisti locum ipsius auroræ, vt apprehendat
d. Quia adueniente luce auroræ latrones diliteſcunt
6. Conuertitur terra velut lutū sigilli, & stabunt.
e. Hæc itaque interrogatiuè oportet legere, vt res quæscūque Christus vbicunque gesserit, ipsa demonstret oratio. Ob id enim ipsum mortuus viuusque fuit, vt mortuorū viuorūmque dominetur. Cyril. in Gen. lib. 5.
* Hæc, &.
[f. In niue vel grandine frigida & dura intelligenda sunt corda prauorum, quæ dominus præparauit in tempus hostis, in diem pugnæ & belli, vt cùm aduersarius noster diabolus tentare nititur, eorum moribus quasi suis contra nos armis vtatur. Glosa ordinaria. ibidem.]
7. Angustiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



in deserto, vbi nullus mortalium commoratur, vt impleret inuiam & desolatam, & produceret herbas virentes? Quis est pluuiæ pater, vel quis genuit stillas roris? De cuius[g] vtero egressa est glacies, & gelu de cœlo quis genuit? in similitudinem lapidis aquæ durantur, & superficies abyssi constringitur. Nunquid coniungere valebis micantes[h] stellas pleiadas, aut[8] gyrum arcturi poteris dissipare? Nunquid producis luciferum in tempore suo,] & vesperum super fines terræ consurgere facis? [4] Nunquid nosti ordinẽ cœli, & pones rationẽ eius in terra? Nunquid eleuabis in nebula vocem tuã, & impetus aquarum operiet te? Nunquid mittes fulgura, & ibunt: & [5]reuertentia] dicent tibi: assumus? Quis posuit in visceribus hominis sapientiam, vel quis dedit [6]gallo] intelligentiam? [10] Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentum] cœli quis dormire faciet? Quando [11] fundabatur puluis in terram,] & glebæ compingebantur? Nũquid capies leænæ prædam, & animam catulorum eius implebis, quando cubant in antris, & in specubus insidiantur? † Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad deum vagantes, eo quòd non habeant cibos?

g. Aliter vterus dei incomprehensibilia & occulta iudicia eius, quæ rimari nequeunt, mystice insinuat. De quibus occultis iudiciis eius in Iob scriptum est. De cuius vtero egressa est glacies. Augu. de essentia diuinitatis.

h. Pleiades stellæ ἀπὸ τοῦ πλεῖν καὶ πλῆθος. id est, à pluralitate vocatæ sunt, ita vt vicinæ sibi & diuisæ sunt conditæ, vt & simul sint, & carmen coniungi nequaquam possint. Greg. in ca. 38. Iob. lib. 29. c. 27.

8. Vim attractiuam orionis exire faciet? Nunquid educes cœlestia signa tempore suo?

9. Corde.

10. Quia numerabit nubes in sapientia, & lagenas? hoc est nubes aquas deferentes.

11. Conflat puluerem in terram solidam.

*Mirabilia à deo facta in auibus & animalibus nos docent quantum deo fidere debeamus.* XXXIX.

NVnquid nosti tempus partus[a] ibicum in petris, vel parturientes ceruas obseruasti? Dinumerasti menses conceptus earum, & scisti tempus partus earum? [11] Incuruantur ad fœtum & pariunt, & rugitus emittunt.] Separantur filij earum, & pergunt ad pastum: egrediuntur, & non reuertentur ad eas. Quis dimisit onagrum[b] liberum, & vincula eius quis soluit? Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis. Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit. Circunspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæque perquirit. Nunquid volet[c] rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum? Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo, aut confringet glebas vallium post te? [d] Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius? Et derelinques ei labores tuos? Nunquid credes illi quoniam sementem reddat tibi, & * aream tuam congreget? [12] [d] Penna struthionis similis est pennis herodij & accipitris.] Quando derelinquit oua sua in terra, [3] tu forsitan in puluere calefacies ea?] Obliuiscitur quòd pes conculcet ea, aut bestia agri conterat. [4] Duratur] ad filios suos quasi non sint sui, frustra laborauit nullo timore cogente. Priuauit enim eam deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam. Cùm tempus fuerit, in altum alas erigit: deridet equum & ascensorem eius. [e] Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis [5] collo eius hinnitum? Nunquid suscitabis eum quasi locustas? [6] Gloria narium eius terror, [7] terram vngula fodit. Exultat audacter,] in occursum pergit armatis. Contemnit pauorem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra, [c 8] vibrabit hasta & clypeus.] Feruens & fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem. Vbi audierit buccinam, dicit: vah, procul odoratur bellum, [9] exhortationem ducum, & vlulatum exercitus.] Nunquid per sapientiam tuam plumescit [f] accipiter, expandens alas suas ad austrum? [f] Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? In petris manet, in præruptis silicibus commoratur, atque [10] inaccessis rupibus.] [5] Inde contemplatur escam, & de longe oculi eius prospiciunt. Pulli eius lambunt sanguinem, & vbicunque cadauer fuerit, statim adest. Et adiecit dominus, & locutus est ad Iob: Nunquid [11] qui contendit cum deo, tam facile cõquiescit?] Vtique qui [12] arguit deum,] debet & respondere ei. Respondens autem Iob domino, dixit: [13] Qui leuiter locutus sum,] respondere quid possum? † Manum meam ponam super os meum. Vnum locutus sum, [14] quod vtinam non dixissem: & alterum,] quibus vltrà non addam.

2. Caprearũ syluestrium genus, quas 70. Interpr. vocarunt tragelaphus. i. hircoceruos. Tragus enim hircus, elaphus autẽ cerua. Aug. in annot. in Iob.

a Accubant, & fœtus suos diriment, partúsque suos emittũt, hoc est, cum magna pariunt difficultate.

b. Onager agrestis est asinus, & syluestris vt plurimum, qui nusquam domari potest. Grego. in 24. cap. Iob. lib. 16.

c. Rhinoceros indomitæ omnino naturæ est: ita vt si quãdo captus fuerit, teneri nullatenus possit. Impatiens quippe, vt fertur, iliico moritur. Greg. in li. 31. Iob, cap. 1. sup. cap. 39. Iob.

*Ad.

2. Alijs pauo exultat, nunquid pẽnas struthioni, & plumas dedisti?

[d. Struthio auis est in pluribus mirabilis: in corpore enim quãtum ad grauitatem attimilatur animalibus: quia per alas suas non erigitur in altum: sed solũ iuuatur ad fortius currendum super duos pedes suos. Et hoc est quod dicitur: Pẽna struthionis similis est, &c. De Lyra ibi.]

3. Et in puluere calefaciet ea?

4. Crudelis est.

5 Collum eius strepitu.

6. Virtus.

7. Fodies in valle, & gaudebit in fortitudine.

[e. Contra equum quippe dei, quia prauorum consilia perstrepunt pharetra sonat: quia aperta pœna exquiritur, hasta vibrat: quis vero ei etiam disputationis refflitur, dum clypeus anteponitur? sed à feruore suo per ista nõ compescitur. Vnde subditur: Feruens & fremens. Glosa ordinaria.]

8. Cuspis, lancea, & hasta.

9 Strepitum principum & vociferationem.

f. Accipiter auis παρὰ τὸ κατὰ πίπτειν, ab accipiendis auibus dictus.

10. Munitione, vel munito loco.

[g Inde contẽplatur escã. i. prædam ad sui & fœtuum pullorũ nutritionem. Et quia cõmuniter accipit prædam viuum, vnde subdit, Pulli eius lambunt sanguinem, scilicet de præda ab ea occisa correctem. De Lyra ibid.

11. Contendere cum omnipotente eruditio est?

12. Disputat cum deo.

13 Ecce qui spretus sum.

14. Et non respondebo: & duo.

*Deus ex humana imbecillitate, suam in Behemoth, & Leuiathan malitiam, ostendit potentiam.* XL.

Respon-

A REspondens autem dominus Iob de turbine, dixit: [2] †Accinge ſicut vir lum
bos tuos, interrogabo te, &[1] indica mihi. Nunquid irritum facies iudicium
meum, & condemnabis me, vt tu iuſtificeris? Et ſi habes brachium ſicut
deus, & ſi voce ſimili tonas, circunda tibi[2] decorem, & in ſublime erigere,
& eſto gloriosus, & ſpecioſis induere veſtibus. [b] Diſperge ſuperbos in furore tuo, ⸗& confunde eos: ] & reſpiciens omnem arrogantem humilia.] Reſpice cunctos ſuper-
B bos, & confunde eos: & contere impios in loco ſuo. [3] Abſconde eos in puluere ſimul, & facies eorum demerge in foueam: & ego confitebor quòd ſaluare te poſſit dextera tua. Ecce* [b] Behemoth quem feci tecum, †fœnum quaſi bos comedet. [c] Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius. [3] Stringit] caudá ſuam quaſi cedrum, nerui teſticulorum eius perplexi ſunt. Oſſa eius* velut fiſtulæ æris, cartilago illius quaſi laminæ ferreæ. † [d] Ipſe eſt principium viarum dei. Qui fecit eum applica-
C bit gladium eius, huic montes herbas ferunt. [4] Omnes beſtiæ agri ludent ibi, ſub vmbra dormit in ſecreto calami in locis humentibus. Protegunt[4] vmbræ] vmbram eius, circundabunt eam ſalices torrentis. Ecce abſorbebit fluuium & non mirabitur, & habet fiduciã quòd influat Iordanis in os eius. In oculis eius ⸗ quaſi hamo] capiet eum, & in ſudibus perforabit nares eius. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & funem ligabis linguam eius? Nunquid pones[5] circulum] in naribus eius, aut[6] armilla] perfo-
D rabis maxillam eius? † [4] Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum[7] ſeruum ſempiternum?] Nunquid illudes ei quaſi aui, aut ligabis eum[8] ancillis tuis?] Concident eum amici, diuident illum negotiatores? Nunquid implebis[9] ſagenas] pelle eius, &[10] gurguſtium piſcium] capite illius? Pones ſuper eum manum tuam. Memento belli, nec vltrà addas loqui. Ecce ſpes eius[11] fruſtrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.]

a Quod eſt, nolo vt taceas ſicut ipſe diſponis, ſed potius loquere, & quod interrogo te, reſpon de mihi. Beda.
1. Tu doce me.
2. Magnificentiam & ſublimitatem, & induere decore & gloria. Diſſipa indignationes iræ tuæ, aſpice omnem ſuperbum, & humilia eum.
[b. Si quid potes hos ipſos dæmones, quorum tribulationib⁹ cõtereris, expugna atque diſperge. In brachio potentium diuinam in voce terrorem maieſtatis ſuæ ſignificat. Beda ibid.]
* b. Nunc (animal ſylueſtre, vt dicunt Hebræi, ſicut Leuiathan marinum animal.
c. In lumbis viri ſemina ſunt, in vtero autem fœminæ. Illudit ergo diabolus in his vt faciat adulterium, inceſtũ, fornicationem. Et ideo qui fornicatur, in corpus ſuum peccat, non extra corpus. Ambr. in Pſal. 37.
3. Cùm volet, ſurget.
* Fortia ſunt.
d. Cui conionare etiam videtur illud Pſal. vbi legitur: Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei, ſic intelligẽdum eſt, vt exiſtimemus talẽ ab initio creatum, cui ab angelis illuderetur, ſed in hac prena poſt peccatum ordinatum. Aug. de ciui. dei li. 11. cap. 15.
4. Vmbroſa.
5. Hamum.
6. Spina.
7. In ſeruum perpetuum.
8. Vt ſit cum puellis tuis.
9. Caniſtrum vimineum.
10. Piſcellam piſcatorum.
11. Mẽtita eſt illi, ſed nõne tolletur ad aſpectum eius?

*Behemoth malitia arguitur iuxta eius membra, duritiam, & ſuperbiam.* XLI.

A [1] On quaſi crudelis ſuſcitabo eum.] † Quis enim reſiſtere poteſt vultui meo, & quis ante dedit mihi vt reddã ei? Omnia quæ ſub cœlo ſunt, mea ſunt. [2] Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecãdum compoſitis.] Quis reuelabit faciem indumenti eius. Et[3] in medium oris eius quis intrabit?] Portas vultus eius quis aperiet? Per gyrũ dentium eius formido, [4] cor
B pus illius quaſi ſcuta fuſila, compactum ſquamis ſe prementibus.] [5] Vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaquam ſeparabuntur. Sternutatio eius ſplendor ignis, & oculi eius vt palpebræ diluculi. De ore eius lampades procedunt[5] ſicut tedæ ignis accẽſæ:] de naribus eius procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ atque feruentis. Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. In collo eius morabitur fortitudo, & [6] faciem eius præ-
C cedit egeſtas. [5] ] Membra carnium eius cohærentia ſibi. [7] Mittet contra eum flumina, & ad locum alium non ferentur.] Cor eius indurabitur tanquam lapis, & ſtringetur quaſi[8] malleatoris incus.] Cùm ſublatus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabũtur. Cùm apprehenderit eum gladius, ſubſiſtere non poterit, [b] neque haſta, neque thorax.
D Reputabit enim quaſi palleas ferrum, & quaſi lignum putridum æs. [5] Non fugabit eum vir ſagittarius, in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ. Quaſi ſtipulam æſtimabit [9] malleum,] & deridebit [10] vibrantem haſtam.] Sub ipſo erunt [11] radij ſolis,] & ſternet [12] ſibi aurum,] quaſi lutum. Feruefcere faciet quaſi ollam profundum [13] maris, ponet quaſi cum vnguenta bulliunt.] Poſt eum lucebit ſemita, æſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem. Non eſt [14] ſuper terram poteſtas, quę comparetur ei,] quaſi factus eſt vt nullum timeret. Omne ſublime videt, ipſe eſt Rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.

1. Nemo tam ferox eſt qui auſit excitare eum.
2. Non tacebo robur eius, & quicquid habet vitium, gratiã quoque diſpoſitionis eius.
3. Ob multiplex frænum eius quis accedet?
4. Superbit ex robore clypeorũ ſuorum, qui clauſi ſunt ſignaculo anguſto.
5. Talis vanitas, imò verò pernicies ſolet eſſe aliquorum fratrũ tepidè ac remiſsè conuerſantiũ quibus ſi quid honeſtatis aut inſigne coniuſquam bonæ cõtudinis perſuadere velis, promptiores ſunt maiori diſpendio ac difficultate grauiori reſiſtere, quàm facili compendio aſſequi velle quod rectum eſſe conſtiterit. Peruerſa & execrãda talis vanitas. Bernar. de aſſumpt. beatæ Mariæ virg. ſer. 3.
5. Scintillæ ignis emittuntur.
6. Et coram eo expellitur labor.
7. Firmitas in eo eſt, nec mouebitur.
8. Malatit inferior.
[b. In haſta autẽ & thorace poſſunt illi intelligi, qui iuſtitiæ lorica induti, dextera operibus ſancti armata, conabuntur ei reſiſtere. Beda ibidem.]
9. Iacula.
10. Fragorem clypei.
11. Teſtæ acutæ.
12. Aſperum.
13. Et mare ponit quaſi murariũ vnguentariorum.
14. In puluere poteſtas eius.

*Iob amiſſis cum fœnore recuperatis, amicis præfertur à domino, atque ab eo benedictus tandem cum pace quieuit.* XLII.

a. Vnde apparet sanctum Iob ex his sermonibus quos deo pœnitens confitetur, accusare cogitationes suas quibus se meminit de iustitiæ suæ meritis sibi plurimùm tribuisse. Hiero. ibid.
b. Ideo iudicaui quòd non intelexerim ea quæ sunt mirabilia supra me, neque cognoscebam.

*Dominus.
b. Sententia domini supra eos prædictis cõtrouertisis, qua beatum Iob victorẽ asserit, quamuis peccasse, & ob hoc flagellatum accusarẽt cum amici. Greg. ibi.
2. De me.
c. Peccatum enim, sed non adeò magnum admiserunt. Chry. homil. 1. ad Thessal. 1.
3. Faciam vobiscum stultitiam, hoc est, vt nõ afficiam vos pœna stultitiæ vestræ debita.

4. Conuertit captiuitatem.

d. Itaque operarius ille victoriæ dei retusis omnibus iaculis tentationum, lorica clypeoque patientiæ, & integritatẽ mox corporis à deo recuperauit, & quæ amiserat cõduplicata possedit. Tertul. de patientia, in fine.
5. Compatiebantur ei.
6. Certam pecuniam, vel nummum vnum.
e. Dupla præmia Iob victor accepit. Pugnantibus verò suis, & sua gratia iuuante, vincẽtibus, centupla hic se daturum dominus pollicetur, & vitam æternã in futuro seculo largiturũ. Prosper.
7. Iemina, [i. pulchra velut dies.
8. Kezia [i. nobilis vt casia.]
9. Kerenhapuch, [i. elegans vt cornu stibij, quo mulieres facies suas phalerant.
10. Satur.

REspondens autem Iob domino, dixit: Scio quia omnia potes, [a] & nulla te latet cogitatio. Quis est iste qui celat consilium absque scientia? [1] Ideo insipienter locutus sum, & quę vltrà modum excederent scientiam meã.] Audi, & ego loquar: interrogabo te, & responde mihi. Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Postquam autem locutus est deus verba hæc ad Iob, dixit * ad Eliphaz Themaniten: [b] Iratus est furor meus in te, & in duos amicos [2] tuos, quoniam non estis locuti [c] coram me] rectum, sicut seruus meus Iob. Sumite ergo vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis. Iob autem seruus meus [c] orabit pro vobis. Faciem eius suscipiam, vt non [3] imputetur vobis stultitia.] Neque enim locuti estis ad me recta, sicut seruus meus Iob. Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldath Suhites, & Sophar Naamathites, & fecerunt sicut locutus fuerat dominus ad eos: & suscepit deus faciem Iob. [b] Dominus quoque [4] conuersus est ad pœnitentiam] Iob, cùm oraret ille pro amicis [c] suis. [d] Et addidit dominus omnia quęcunque fuerant Iob, duplicia. Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum prius, & comederunt cum eo panem in domo eius. Et [5] mouerunt super eum caput, ] & cõsolati sunt eum super omni malo, quod intulerat dominus super eum, & dederunt ei vnusquisque [6] ouem vnam, ] & inaurem auream vnam. Dominus autem [e] benedixit nouissimis Iob magis, quàm principio eius. [f] Et facta sunt ei quatuordecim milia ouium, & sex milia camelorum, & mille iuga boum, & mille asinæ: [7] & fuerũt ei septẽ filij, & tres filiæ. Et vocauit nomen vnius [7] Diem, ] & nomen secundę [8] Cassiam, ] & nomen tertię [9] Cornustibij. ] Nõ sunt autem inuentę mulieres speciosæ sicut filiæ Iob in vniuersa terra. Deditque eis pater suus hereditatem inter fratres earum. Vixit autem Iob post hæc flagella centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum, vsque ad quartam generationem: & mortuus est senex, & [10] plenus ] dierum.

## INCIPIT PROLOGVS BEATI HIERONYMI presbyteri in Psalterium.

*PSalterium Romæ dudum positus emendaram, & iuxta Septuaginta interpretes, licet cursim, magna tamen ex parte correxeram. Quod quia rursum videtis, & Paulam & Eustochium, scriptorum vitio deprauatum, plúsque antiquum errorem, quàm nouam emendationem valere, me cogitis, vt veluti quodam nouali scissum iam arum exerceam, & obliquis sulcis renascentes spinas eradicem, æquum esse dicẽtes, vt quod crebro male pullulat, crebrius succidatur. Vnde consueta præfatione commoneo, tam vos, quibus forte labor iste desudat, quàm eos qui exemplaria istiusmodi habere voluerint, vt quæ diligenter emendaui, cum cura & diligentia transcribantur. Notet sibi vnusquisque vel iacentem lineam, vel radientia signa, id est, obelos, vel asteriscos, & vbicunque viderit virgulam præcedentem, ab ea vsque ad duo puncta quæ impressimus, sciat in septuaginta translatoribus plus haberi: vbi autem præfixerit stellæ similitudinem, de Hebreis voluminibus additum nouerit, æquè vsque ad duo puncta, iuxta Theodotionis duntaxat editionem: qui simplicitate sermonis à septuaginta interpretibus non discordat. Hæc ergo, & vobis, & studioso cuique feciſſe me sciens, non ambigo multos fore, qui vel inuidia vel supercilio malint contemnere videri præclara quàm discere: & de turbulento magis riuo, quàm de purissimo fonte potare.*

Inci-

# Incipit Liber Hymnorum.
## VEL SOLILOQVIORVM.

### *Psalmus* I.

A [a]Eatus vir qui non abiit in consilio impiorum,& in via peccatorum non stetit,[b]& in cathedra pestilentiæ non sedit. Sed in lege domini voluntas eius, & in lege eius [c] meditabitur die ac nocte.[d†]Et erit tanquam lignum quod plãtatum est secus decursus aquarũ,quod fructum suum dabit in tempore suo.[e]Et B folium eius nõ defluet,& omnia quæcunque faciet prosperabuntur.Non sic impij,non sic,sed tanquam puluis quem proiicit ventus âfacie terræ.Ideo non [1]resurgunt ]impij in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum.Quoniam nouit dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit.

### *Psalmus Dauid.* II.

A [a†]Vare fremuerunt gentes,& populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ,& principes[b]conuenerunt in vnum,aduersus dominum, & aduersus Christum eius.Dirumpamus vincula eorum,& proiiciamus à nobis iugum ipsorum. Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dominus subB sannabit eos.Tunc loquetur ad eos in ira sua,& in furore suo conturbabit eos.[e]Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius.†Dominus dixit ad me:filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam,[c] & possessionem tuam terminos terræ. † C Reges eos in virga ferrea,& tanquam vas figuli confringes eos.[f]Et nunc Reges intelligite,erudimini*qui iudicatis terram.Seruite domino in timore,& exultate ei [1]cum ] tremore.[d]Apprehendite disciplinam,nequando irascatur dominus,& pereatis de via iusta.Cum exarserit in breui ira eius,beati omnes qui confidunt in eo.

### *Psalmus Dauid.* III.

A [a]Omine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me.Multi dicunt animæ meæ:non est salus ipsi in deo eius.Tu autem domine susceptor meus es,gloria mea,& exaltans caput meum. Voce mea ad doB minum clamaui,& exaudiuit me de monte sancto suo.[e]Ego*dormiui, & soporatus sum,& exurrexi:quia dominus [1]susc epit ]me.Non timebo milia populi[2]circundantis ] me:exurge domine,saluum me fac deus meus.Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa:dentes peccatorum contriuisti.[b]Domini est salus:& super populum tuum benedictio tua.

### *In finem,in carminibus Psalmus Dauid.* IIII.

A [a]Vm inuocarem,*exaudiuit me[b]deus iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi.Miserere mei, & exaudi orationem meã. Filij hominũ vsquequo graui corde,vt quid diligitis vanitatem,& quæritis mendaciũ? Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum:dominus exaudiet me,cum clamauero*ad eum. †[c]Irascimini & nolite peccare:quæ dicitis in cordibus vestris:[d]in cubilibus vestris cõB pungimini.[e]Sacrificate sacrificiũ iustitiæ,& sperate in domino: multi dicunt, quis ostendit nobis bona?[c]Signatũ est super nos lumen vultus tui domine: dedisti lætitiam in corde meo.[f]A fructu frumẽti,vini & olei sui, multiplicati sunt.In pace in idipsum, dormiam & requiescam.Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.

### *In finem pro ea quæ hæreditatem consequitur,Psalmus Dauid.* V.

A VErba mea auribus percipe domine,[a] intellige clamorem meum. Intende voci orationis meæ: Rex meus & deus meus. Quoniam ad te orabo domine,[b] mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi & [1]videbo, ]quo-

a.A primlo cœpit,vt põdus futuri certaminis eleuaret. Met cedẽ præmisit, vt vnusquisque præsentiũ rerum solicitudines ac labores corde transiliens ad emerendam beatitudinem futurorũ auida festinatione contenderet. Impios dicit, qui in dei excogitant iniuriam,vt hæretici: suo quibus continentur peccatores.Ambr.ibid.

b. Hanc dicimus cathedrã pestilentiæ,quæ extra dei ordinationẽ est,ad hoc vtique inuenta,vt iniqua inde exeãt iudicia. Propterea pestilentiæ cathedra dicta est,quia est corruptio quę parit mortem,sicut & iniquitas damnationem.Augu.de quæst. vetc.& no.testa.q.210.

c. Tradidit sacra lectio munda animalia esse quæ ruminant. Quid autem sit ruminare, apertè docet sermo diuinus, dicens In lege dñi meditabitur die ac nocte.Euse.Emis.ad mon.ho.1.

d.Lignum hoc viuẽs est,nec solũ viuẽs, sed rationale in tantũ, vt fructum det. Det vero non confuse,sed tẽpore suo, tũ cum ipse in gloria dei domino suo cõformis adfuerit.Hilar.ibi.

1.Resurgent.

a.Vsque hodie gentes fremunt aduersus Christum,quia idolis finẽ imposuit & populi.i.Iudęi meditãtur inania.Arnob. ibid.

b.Conuenerunt enim in veritate,in ciuitate ista aduersus puerũ sanctum tuum Iesum, quem vnxisti).Herodes & Pilat⁹,& populus Israel, facere quæcunq; manus tua,& consilium prædestinauit fieri.Prosper.Respon.ad excerpta Genuensium,dubio.8.

c. Et licet iã pænè occupauerit omnes gentes, superest tamen vt plenitudo gentium cum intrauerit,totus prædestinatus Israel saluus fiat, vt per eũ omnis mundus reconcilietur deo Prosper de promis.pat.2.ca.26.

*Omnes. 1.In.

d.Hoc est,Erudimini, inquam, non in superficie, sed summo studio cõrendite,vt perfectã virtutẽ consequamini.Euthy. ibi.

a.Dauid cũ fugeret à facie Absalon,ex occasione suæ tribulationis incipiens,dixit: Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me! Et introducens prophetiã dominicæ passionis addidit.Ego dormiui,&c. Chrys. in Matth.homil.49.

*Autem 1.Suscipiet.

2.Circundantis.

b.Non ea salus intelligitur qua dominus saluus est,sed qua saluti sunt,quos ipse saluos fecit. Aug.Psal.21.

a.Totus itaque psalm⁹ad Christũ,& per Christũ ad iustos referendus est.Hier.ibi. * Ego.

b. Quòd vero ait,deus iustitiæ meæ,si ad Dauid referas circũlocutus est pro eo, Deus meus Dauid,me inquam,qui Absalonis cõparatus iustus videri possum,dum iustiorem causam foueo Euthy.ibid. *Ego.

c.Ergo & si irascimur, quia affectus naturæ est,non potestatis malũ sermonẽ nõ proferamus de ore nostro, ne in culpã ruamus.Sed iugũ sit verbis tuis & statera,hoc est,humilitas atque mensura, vt lingua tua mentí subdita sit.Ambr.Offic.1.ca.3.

d. In nocte semper recordari possumus dei,cũ in tranquillitate est animus & requie, cum in portu,cũ in serenitate.Chryso.ad popul. Antioch.ho.41.

e. Quod est ergo lumẽ signatũ, nisi illius signaculi spiritalis,in quo credẽtes signati sunt! Ambro.de spiritu sancto,li.1 ca.17.

f.Ab illo tempore quo accepimus frumentũ in corpore,vinũ in sanguine, oleũ in chrismate offerentes pacem ista percepimus.Arnob ibid.

a.Bene ostendit quis iste sit clamor,qui interior de cordis cubili sine vlo itu corporis perueniat ad deũ Quandoquidem vox corporalis auditur, spiritalis autẽ intelligitur.Aug. ibid.

Flaminius. 1.Videbis me.

b.Hoc ait,quoniã matutinũ tempus,&vespertinũ lex attribuebat precationibus & sactis faciẽdis,matutinũ vero imprimis,quãdo vacui sumus à curis

niam non deus volens iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. † & Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus, ego autem in multitudine misericordiæ tuæ. [c] Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in iustitia tua, [d] propter inimicos meos dirige in conspectu [z] tuo viam meam. ] Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est. & † Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant: iudica illos deus. Decidant à cogitationibus suis: secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te domine. Et lætentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabunt, & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iusto. Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

c. Dauid idem esse templū dei quod domum in psalmis ostendit, dicens: Introibo in domum tuam, adorabo ad templū, &c. Fulgen. ad Trasimundū, lib. 1.

d. Propter visibiles atque inuisibiles inimicos meos, qui in semitis meis scandala seminant, & laqueos tendūt, explana quæso domine viam meam ad te, & dirige viam meam, ne declinem ad dexteram vel sinistram propter inimicos meos, qui latenter in insidijs me obiciunt. Euthy. ibidem.

z. Tuo viam meam.

a. Furor incipiens ira est, & feruescens in animo indignatio. Ira autem est, cuius amaritudo & furor species: quæ furore retinēs desiderat vltionem: & eum quem nocuisse putat, vult lædere. Quæ quidem in deo, sæpe dicuntur, secundū illud: Domine ne in furore, &c. nō sunt. Hiero. Ephes. 5.

b. Sicut ergo ibi rem nulla timebimus meritorum amissio, ita nulla tribuetur remissio peccatorum. Nulla iam ibi exercendi boni operis licentia concedetur. Euseb. Emiss. ad monach. hom. 10.

c. Nam siue lectum iuxta literā intelligas, tantam vbertatem ostendit profundi oportere lachrymarum, vt lauetur lectus, stratum rigetur fletibus obscurantis. Fletus enim præsentis merces est futurorum: quoniā beati qui flent, ipsi enim ridebitis. Siue pro corpore accipiamus propheticum dictum, delicta corporis pœnitentiæ lachrymis abluamus. Ambros. de virgini. lib. 3.

*In-

a. Proposita igitur forma in sacerdotis officio teneatur, vt nulli noceat, ne lacessitus quidem, & aliqua iniuria offensus. Bonus est enim vir qui dicit: Si reddidi retribuētibus mihi mala. Quæ enim est gloria si eum non lædimus qui nos non læserit? Si illa virtus est, si læsis remittas. Ambr. Offic. 3. ca. 9.

*Merito.

1. Collocet.

2. Eorum.

b. Non virtutes suas prædicat his verbis, aut iustitiā iactat apud deū, sed significat se in eo in quo accusatur, omni culpa vacare: quippe qui neque re, neque verbo Saulem violarit. Flaminius. ibid.

*Iam.

3. Iustè. Adiutorium meū à deo.

c. Quamū te peccantem vt conuertaris expectat bonitas iudicantis dei, tantum in te, nisi cōuersus fueris, eiusdem iudicis censura procedet. Chrysost. de mili. Christ ho. 6.

4. Vibrauit.

d. Illa præcordia de quibus vitiorum generatio serpentina proferrur, ipsa primitus monstruosū partus fœcunditate vitiatur. De tali partu dicit sermo diuinus: Ecce parturit iniustitiam, &c. Euseb. Emis. hom. ad monac. homil. 5.

a. Prius nomen domini apud Hebræos quatuor literarum est י Iod ה He ו vau ה He. quod proprie sonat Iehouach. Secundum vero אדני Adonai, omniū commune est, quod sæpe in hominibus ponitur. Hic ibi.

b. Verum cum te à Magis deiusum sensisset Herodes, voluisti omnes infantes terræ illius perdere, vt vnum quem quærebas, posses extinguere. Sed ille sponsus noster, qui processit de thalamo suo, vt ex ore infantium & lactentiū perficeret laudem, sinuit implere te voluntatem tuam vt ætas quæ lingua propria Christum non poterat cōfiteri, testimonio mortis suæ eū fateretur, & crudelitas immanis demonstraretur tua, & ad nuptias cœlestis sponsi infantium congregaretur turba. August. contra Iudæos, paganos, & Arianos. cap. 10.

*In finem. Psalmus Dauid. VI.

DOmine ne in [a] furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. † Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. † Et anima mea turbata est valde, sed tu domine vsquequo? Conuertere domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. & [b] Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, † [c] lauabo per singulas noctes lectum meum, * lachrymis meis stratum meum rigabo. Turbatus est à furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos. † & Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam suscepit. Erubescant & conturbentur [z] vehementer ] omnes inimici mei, conuertantur & erubescant valde veloci-ter.

*In finem, Psalmus Dauid, quem cantauit domino pro verbis Chusi filij Iemini. VII.

DOmine deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me. Nequando rapiat vt leo animam meam, dum non est qui redimat: neque qui saluum faciat. Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis. † [a] Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis. & Persequatur * inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet [1] in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem [2] deducat. ] Exurge domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum [2] meorum. ] Et exurge domine deus meus in præcepto quod mandasti, & synagoga populorum circúndabit te. Et propter hanc in altum regredere, dominus iudicat populos. & [b] Iudica me domine secundum iustitiam meam: & secundum innocentiam meam super me. Consumetur * nequitia peccatorum, & diriges iustum, † scrutans corda & renes deus. [3] Iustum adiutorium meum à domino, ] qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus, fortis & patiens, nunquid irascitur per singulos dies? [c] Nisi conuersi fueritis, gladium suum [4] vibrauit, ] arcum suum tetendit, & parauit illum. & Et in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. † [d] Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. † Confitebor domino secundum iustitiam eius, & psallam nomini domini altissimi.

*Psalmus Dauid. In fine, pro Torcularibus VIII.

[a] DOmine dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos. † [b] Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudē, propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem. Quoniam videbo cœlos [z] tuos, ] opera digito-

rum tuorum, lunam & stellas quæ tu fundasti. [c]Quid est homo, quòd memor es eius,
B aut filius hominis, quoniam visitas eum? † ℣ [d] Minuisti eum paulominus ab angelis,
gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.
† Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora cam-
pi. Volucres cœli & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Domine dominus
noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

[c. Hæc etiam propter incarnationem dicta sunt. Prænoscens enim propheta illiusmy sterium: Quid inquit, tanti est homo? vt cum rebellis tibi factus sit, & imperiũ tuum detrectauerit, tu tamen illius misereris. Euthymius. ibid.]

[d. Hic meminit condemnationis, & veteris peccati, mortem in medium adducens. Quin & quoque soluit, cum venisset vnigenitus: Gloria & honore coronasti eum. Chrysosto. ibid.]

*In finem pro occultis filij, Psalmus Dauid,* IX.

A [a]Onfitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.
Lætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo altissime. In conuerten-
do inimicum meum retrorsum, infirmabuntur, & peribunt à facie tua.
Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam, sedisti super thro-
num [b]qui iudicas iustitiam. Increpasti gentes & periit impius, nomen eorum delesti
in æternum, & in seculum seculi. Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates
⊱ eorum] destruxisti. Periit memoria [1] eorum] cum sonitu, & dominus in æternum
permanet. Parauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terræ in æqui-
tate, iudicabit populos in iustitia. Et factus est dominus refugium pauperi, [c] adiu-
tor in opportunitatibus in tribulatione. Et sperent in te qui [2] nouerunt] nomen tuum,
quoniam non dereliquisti quærentes te domine. Psallite domino qui habitat in
B Sion, annunciate inter gentes studia eius. ℣ [d] Quoniam requirens sanguinem eo-
rum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum. † Miserere mei domine,
vide humilitatem meam de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis, vt an-
nuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. [3] Exultabo] in salutari tuo, in-
fixæ sunt gentes in interitu quem fecerunt. In laqueo isto quem absconderunt, com-
prehensus est pes eorum. [4] [e] Cognoscetur] dominus iudicia faciens, in operibus
manuum suarum comprehensus est peccator. Conuertantur peccatores in infer-
num, omnes gentes quæ obliuiscuntur deum. [f] Quoniam non in finem obliuio erit
pauperis, patientia pauperum non peribit in finem. Exurge domine, non confor-
tetur homo, iudicentur gentes in conspectu tuo. Constitue domine legislatorem
super eos, vt sciant gentes, quoniam homines sunt. Vt quid domine recessisti lon-
c ge, despicis in opportunitatibus [5] in tribulatione? ℣ Dum superbit impius, incendi-
tur pauper, comprehenduntur in consiliis quibus cogitant. Quoniam † laudatur
peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit dominum
peccator, secundum multitudinem iræ suæ non quæret. [g] Non est deus in conspe-
ctu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Auferuntur iudicia tua à facie
eius, omnium inimicorum suorum dominabitur. Dixit enim in corde suo, non mo-
uebor à generatione in generationem sine malo. † Cuius maledictione os plenum
est, & amaritudine & dolo, sub lingua eius labor & dolor. † [h] Sedet in insidiis cum
diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem respiciunt,
insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. Insidiatur vt rapiat pauperem, ra-
D pere pauperem, dum attrahit eum. ℣ In laqueo suo humiliabit eum, inclinabit se &
cadet, * cum dominatus fuerit pauperum. Dixit enim in corde suo, oblitus est deus,
auertit faciem suam ne videat in finem. Exurge domine deus, & exaltetur manus tua,
ne obliuiscaris pauperum. * Propter quid irritauit impius deum? dixit enim in cor-
de suo, non requiret. [i] Vides quoniam tu laborem & dolorem considera, vt tradas
[6] eos] in manus tuas. Tibi derelictus est pauper, orphano tu [7] eris] adiutor. Con-
tere brachium peccatoris & maligni, quæretur peccatum illius, & non inuenietur.
Dominus regnabit in æternum & in seculum seculi, peribitis gentes de terra illius.
Desiderium pauperum [8] exaudiuit dominus, præparationem] cordis eorum audiuit
auris tua. Iudicare pupillo & humili, vt non apponat vltrà magnificare se homo su-
per terram.

a. Confessionis nomen duo significat, peccatorum reuelationem, item & gratiarum actionem, vt hic: agam, inquit, tibi gratias pro acceptis beneficiis, non simpliciter, sed ex toto corde. Euthy. ibid.

b. Quid enim de censura præsentis examinis dicis ad dominum? Sedisti super thronũ qui iudicas iustitiam. Quid autem de futuro æternóque iudicio? Ipse iudicabit orbem terræ in æquitate. Ipsis scilicet verbis præsentis & futuri, tempus iudicij vtriusque distinxit. Vt enim præsens iudicium ostenderet, iudicas posuit, vt autem futurum distingueret à præsentibus, subiecit postea, iudicabit. Saluia lib. 2.

1. Eius.

c. Tribulationem quippe dictus opportunitatem præmisit: quia sæpe, & tribulatione terimur, & tamen opportunũ nondum est vt desiderio ereptionis adiuuemur. Grego. lib. 26. cap. 15.

2 Cognoscunt.

d Id est, vltus est iniurias quas nobis finitimæ gẽtes intulerãt. Requirere enim sanguinem, in literis sanctis est eædem vlcisci, vt apud Ezech. Sanguinem eius de manu tua requiram. Flam ibid.

3. Exultabimus.

4. Cognoscitur.

e. Cognoscetur profecto dominus iudicia faciens, qui nũc iniuriam patiens ignoratur. Cum enim cœperit facere iudicium omnibus iniuriam patientibus, & arguere in æquitate pro mansuetis terræ, putas auertere poterit aurem à charissima sponsa sua, cum clamauerit filis aduersus eos qui se angustiauerunt. Bernard. epist. 129.

f Magna est patientia, eo quod totum patitur anima Christiana. Impugnationes diaboli patitur, sed non superatur. Delectationes, immissiones, cupiditates, &c. Chrysost. ibid. to. 1.

5. In tribulationibus.

g. Habet enim hoc infœlix consuetudo peccandi, vt quantum amplius quisque peccauerit, tanto minus peccata ipsa intelligat, & tanto plus eum peccata delectent: vt eueniat illud quod prophera peccatoribus clamat: Non est deus in cõspectu eius &c. Etenim quando subrepit peccandi delectatio, statim futuri iudicij diẽ abscondit oblatio. Euse. Emi. ad mona. hom. 5.

h. Actus Antichristi latronum consuetudini comparatur: qui occultas vias insidẽt, vt interficiant innocentes. Hiero. Thre no. 3.

* Ipse.

¥ Tu drum in finem.

i Ille autem requirit, & considerat omnia, sed patienter agẽs expectat, vt tradat eos in manus suas, & tollat eos de manibus dæmonum. Ipse enim derelictus est pauper, quem omnes despiciunt. Arnobius, ibidem.

6. Eum.

7. Fuisti.

8. Exaudisti dominus præparationem.

*In finem, Psalmus Dauid.* X.

IN domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, [a] transmigra in monte sicut passer? Quoniam [b] ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde. Quoniam [1] quem perfecisti ] destruxerunt, iustus autem quid fecit? [†] Dominus in templo sancto suo, dominus in cœlo sedes eius. [†*] Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum. Dominus interrogat iustum & impium, qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. [c] Pluet super peccatores laqueos, ignis & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorũ. Quoniam iustus dominus & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius.

a. Haber igitur alas anima suas, quibus se posit libera leuare de terris. Alarum autem remigium non materialis compago pennarum sed continuus ordo bonorum factorum est. Ambr. de virgini. lib. 3.

b. Per intentum arcum, & per sagittas præparatas quæ erant in pharetra, totum belli apparatum significauit, vel quia his telis contra fugientes vtebãtur. Euthy. ibid.

1. Tu perfecisti ipsi.

c. Volens autẽ Dauid magnitudinem pœnarum sceleratis impendẽtium exaggerare, ait supplicia minatus est Sodomitarũ, qui sulphure & igne cœlesti deflagrauerunt. Flamin. ibid.

*In finem, Psalmus Dauid pro octaua.* XI.

[†] SAluum me fac domine, quoniam defecit sanctus, quoniam [a] diminutæ sunt veritates à filiis hominum. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde & [1] corde locuti sunt. ] Disperdat dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster dominus est? [†*] Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit dominus. [2] Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo. Eloquia domini eloquia casta, [b] argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septulum. Tu domine seruabis nos, & custodies nos à generatione hac [*] in æternum. In circuitu impij ambulant, secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

a. Sicut multæ ecclesiæ & vna ecclesia, sic multæ veritates, quia multorum iustorum opera, & multi iusti qui faciunt bonum. Sed quare diminutæ? Quia ante aduentũ Christi siue prophetæ, siue patriarchæ, in multis modis diminuti erant, quia veritas summa, qui est Christus, nondũ venerat. Hiero. ibidem.

1. In corde loquutus est mala.

b. Ita sunt veta & casta eloquia dei, sicut argentum igne purgatum, & probatum pro septulo Arnobius ibidem. Septulũ autem probatur per timorem dei, per pietatem, per scientiam, per fortitudinem, per cõsilium, per intellectũ per sapientiam, septẽ dona spiritus sancti. Augu. ibi.

*Et.

*In finem, Psalmus Dauid.* XII.

[a] VSquequo domine obliuiscêris me in finem? vsquequo auertis faciẽ tuam à me? Quandiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem? [*] Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me domine deus meus. [§ b] Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus, prævalui aduersus eum. Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero, ego autem in misericordia tua speraui. Exultabit cor meum in salutari tuo, [†] cantabo domino qui bona tribuit mihi, & psallam nomini domini altissimi.

a. Obliuio est memoriæ deperditio, deo vero omnia præsentia sunt, nec tãtum actiones nostræ, sed ipsius etiam cogitationes & motus mentis. Obliuisci vero dicimus deum alicuius, quando ob illius delicta eum deus detelinquit, tẽtarique permittit, atque affligi, vt flagello erudiatur. Euthy. ibid.

*Et noctem.

b. Id est, ope mã tanquã splendidissimo candore solis dissipa noctem calamitatum mearum, ne crescentibus malorum tenebris durissimo mortis somno consopiar. Flaminius. ibid.

*In finem, Psalmus Dauid.* XIII.

[†] DIxit insipiens in corde suo: non est deus. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis [1] suis, ] non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. [a] Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, [†] vt videat si est intelligens aut requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, [b] non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. [†] Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, [†] venenum aspidum sub labiis eorum. [†] Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. [§ c] Contritio & infœlicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, [†] non est timor dei ante oculos eorum. Nónne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam [1] sicut ] escam panis? Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Quoniam dominus in generatione [2] iusta est, ] consilium inopis confudistis, [3] quoniam ] dominus spes eius est. [d] Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

a. Hic ergo & in montem domini ascendet, & in tabernaculo habitabit dei, quia ingressus sine macula operatus est iustitiã, locutus est veritatem, non decepit proximum, nec pecuniam iuramento suam, qui semper vult recuperare hæreditatẽ. Ambr. de obitu fratris oratio.

b. Sine aliqua dubitatione expressit interpres ipse verissimus genus tale esse hominum quod non faciat bonum, illud prædestinatum itaque ad interitum. Fulg. ad Monimum, lib. 1.

c. Hæ sunt viæ quæ videntur hominibus bonæ, sed finem non habent, nisi eum demergunt in profundum inferni. Si inuenisti viam hominũ, illud quoq; te considera ne forte de his dictũ sit: Contritio & infœlicitas in viis eorum: vt sit contritio in necessitate, & infœlicitas in cupiditate. Ber. in Psal. Qui habitat, vers. 11.

1. In.

2. Iustorum.

3. Ar.

d. Non enim ex synagoga Sathanæ salus nata est, sed ex Sion quæ est Ecclesia domini, per quam conuertit dominus captiuitatem populi sui. Arn. ibi.

*In finem, Psalmus Dauid.* XIIII.

[a] DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua. Nec fecit proximo [1] suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos. [§] Ad nihi-

nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem dominum glorificat. † Qui iurat proximo suo, & non decipit, †b qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit. Qui facit hæc, non mouebitur in æternum.

*Tituli inscriptio ipsi Dauid.* XV.

A Conserua me domine, quoniam speraui in te, dixi domino deus meus es tu, [a] quoniam bonorum meorum non eges. [b] Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit* omnes voluntates meas ]in eis. Multiplicatę sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. [c] Non congregabo cōuenticula eorum de sanB guinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea. †§ Dominus pars hęreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hęreditas mea præclara est mihi. Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum, insuper & vsque ad noctem increpuerunt me renes mei. †Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris [2] est mihi ]ne C commouear. § Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. †[d] Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem.

*Oratio Dauid.* XVI.

A Exaudi domine iustitiam meam, intende deprecationem meam. Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis. [a] De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant æquitates. Probasti cor meum, & visitasti nocte, [b] igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Vt non loquatur os meum opera hominum, propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.
B Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. § Ego clamaui quoniam exaudisti me deus, inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te. A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, * vt pupillam oculi. Sub vmbra alarum tuarum protege me, à facie [c] impiorum qui me afflixerunt. Inimici mei animam meam circundederunt, adipem suum concluserunt, os eorum locutum est superbiam. Proiicientes me nunc circundederunt
c me, oculos suos statuerunt declinare in terram. § Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis. Exurge domine, præueni [1] eum, ]& supplanta [2] [d] eum, ]eripe animam meam ab impio, framea tuam ab inimicis manus tuæ. Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum, & de absconditis tuis adimpletus est venter eorū. Saturati sunt filiis, & dimiserunt reliquias [3] suas ] paruulis suis. Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, satiabor cum apparuerit* gloria tua.

*In finem puero domini Dauid, quæ locutus est domino verba cantici huius, in die qua eripuit eum dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit.* XVII.

A †[a] Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamētum meum & refugium meum, & liberator meus. † Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum. Protector meus & cornu salutis meæ, & susceptor meus. Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. † Circundederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferi circundederunt me, [b] præoccupauerunt me laquei mortis. In tribulatione mea inuocaui dominum, & ad deum meū clamaui. Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meā, & clamor meus in cōspectu eius introiuit ]in aures eius. [c] Cōmota est & cōtremuit terra, fundamēta montiū conturbata sunt, & cōmota sunt, quoniam iratus est eis. * Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius [2] exarsit, ]carbones succensi sunt ab eo. [d] Inclinauit cœlos & descendit, & caligo sub pedibus eius. Et ascēdit super Cheru-

b. In communi cōuictu, & mutua conuersatione ad subleuandam alienā inopiam, opus est in alios liberali rerum largitione. Basil. ibid.

a. Quo enim indiget qui abundat omnibus, & nobis largitur vniuersa, omnia sine defectu ministrat à quo accepimus omnia: ipsi autē nihil conferimus, quia nullo indiget. Ambro. de Iacob. lib. 2. cap. 4.

b. Sanctus ille est, qui deū syncerè amat, & in eo confidit: & sanctos de quibus nunc loquitur, omnes intellige quicunque ante Christi aduentum deo placuerunt. Euthy. ibid.

*Dominus.

1. Suos.

c. Id est, qui in sanguine perseuerant, donec multiplicatis infirmitatibus deserantur à peccatis, antequam deserant ea, non magna talium conuenticula cōgregabo. Bernardus ser. 38. in paruis sermo.

2. Meis est.

d Abyssus, dicit Christus, non est in me. Non enim abyssō, sed patri dixit: In manus tuas commendo spiritum meum. Ipsa anima etsi fuit in abyssō, iam non est, quia scriptum est: Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Ambros. de incarna. do. sacra. cap. 5.

a. De vultu enim domini venia non pœna procedit. Rogandus est ergo vt nos aspiciat, auertat autem faciem suam à peccatis nostris, vt deleat ea. Ambr. apolo Dauid. c 13.

b. Quemadmodum aurum ignis explorant, sic mentem meam facibus tribulationum incēdisti, neque tamen me vnquam vidisti à recta via declinare, aut iniquum aliquod facinus admittere, vel salutis tuēdæ causa, vel vt grauissimas iniurias vlciscerer, tametsi non semel acerbissimi hostis opprimendi facultas mihi oblata est. Flamicius. ibi.

*Domine.

c. Impiorum, i. Pharisæorū. Impios igitur dixit omnes iustitiæ profanatores, pietatis legūque contemptores, nullam spem de rebus cœlestibus habentes, animam vnà cum corpore interire farentes. Eugubinus in primū Psal.

1. Eos.

2. Eos.

d. Verum Hieronymus singulariter rectius legendum putat, cum diabolum ibi significet.

*Mihi.

a. Hoc enim inter mandata omnia, primum ac præcipuum est, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex totis viribus tuis. Fortitudinem vero deum appellauit, veluti eum qui ipsius beati Dauid infirmitatem aduersus tot & tales inimicos foueret ac validum reddebat. Euthymius.

b. Ita vocat insidias inimicorū, quibus tam subito opprimebatur, vt spatium deliberandi & euadendi non haberet. Flami.

1. Introibit.

c. Ex hoc loco futuri iudicij qualis spandit ur: cuius nos terror, si credimus, purgat. Arnob. ibid.

*Deus.

2. Exardescet.

d. Arbitror ex his planissimè dei de cœlo descensum ostendi. Porrò dum dicit inclinasse illum cœlos, & se descendisse, contractionem diuinæ gloriæ significat, quam Paulus ait: Qui cum in forma dei esset, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens. Quòd autem dicitur ascendisse super Cherubin, & volasse, significare mihi videtur, quòd gloriæ dei esset restituendus: atque interim diuinis angelicisque copiis confligendus. Euseb. de demonstra. lib. 4. cap. 2.

bin & volauit,volauit ſuper pennas ventorum.[e]Et poſuit tenebras latibulum ſuum,in circuitu eius tabernaculum eius,tenebroſa aqua in nubibus aëris. [f]Præ fulgore in cō-[1] ſpectu eius nubes tranſierunt,grādo & carbones ignis. Et intonuit de cœlo dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam,[3f]grando]& carbones ignis. Et miſit ſagittas ſuas & diſſipauit eos,fulgura multiplicauit,& conturbauit eos. Et apparuerunt fontes aquarum,& reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum. Ab increpatione tua domine,ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ.Miſit de ſummo & accepit me,& aſſumpſit me de aquis multis.[4]Eripuit]me de inimicis meis fortiſſimis, & ab iis qui oderunt me, quoniam confortati ſunt ſuper me.Præuenerunt me in die afflictionis meæ,& factus eſt dominus[5]protector meus.]Et eduxit me in latitudinem, ſaluum me[6] fecit,] quoniam voluit me.Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam,[g] & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.Quia cuſtodiui vias domini,nec impiè geſſi à deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conſpectu meo, & iuſtitias eius non repuli à me.Et ero immaculatus cum eo, & obſeruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam,& ſecundum puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum eius.[f h] † Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro in-[c] nocente innocens eris. Et cum electo electus eris,& cum peruerſo peruertēris. Quoniam tu populum humilem ſaluum facies, & oculos ſuperborum humiliabis. Quoniam tu[7] illuminas ] lucernam meam domine, deus meus illumina tenebras meas. Quoniam in te eripiar à tentatione, & in deo meo tranſgrediar murum. Deus meus impolluta via eius, eloquia domini igne examinata, protector eſt omnium ſperantium in ſe. Quoniam quis deus præter dominum, aut quis deus præter deum noſtrum?Deus qui præcinxit me virtute,& poſuit immaculatā viam meam. Qui perfecit pedes meos tanquam[8]ceruorum,] & ſuper excelſa ſtatuens me. † Qui docet manus meas ad prælium, & poſuiſti[9]—vt ] arcum æreum brachia mea. Et dediſti mihi protectionem ſalutis[9]tuæ,]& dextera tua ſuſcepit me. [i] Et diſciplina tua correxit me in finem,& diſciplina tua ipſa me docebit. Dilataſti greſſus meos ſubtus me, & non ſunt infirmata veſtigia mea. Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos,& non conuertar,donec deficiant. [f] Confringam illos nec poterunt ſtare, cadent ſubtus pedes meos.Et præcinxiſti me virtute ad bellum, & ſupplantaſti * inſurgentes in me ſubtus me. Et inimicos meos dediſti mihi dorſum, & odientes me diſperdidiſti. Clamauerunt,nec erat qui ſaluos faceret,ad dominum,nec exaudiuit eos.Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti, vt lutum platearum delebo eos. [k] Eripies me de[10] contradictionibus]populi, conſtitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. † Filij alieni mentiti ſunt mihi: filij alieni inueterati ſunt,[l]& claudicauerunt à ſemitis ſuis. Viuit dominus & benedictus deus[2]—meus,]& exaltetur deus ſalutis meæ.Deus qui das vindictas mihi,& ſubdis populos ſub me, liberator meus de inimicis meis iracundis. Et ab inſurgentibus in me exaltabis me,à viro iniquo eripies me. † Propterea confitebor tibi in nationibus domine,& nomini tuo pſalmum dicam. Magnificās ſalutes regis[3]—eius,] & faciens miſericordiam Chriſto ſuo Dauid,[m] & ſemini eius vſque in ſeculum.

*In finem,Pſalmus Dauid.* *XVIII.*

[a]Oeli enarrant gloriam dei,& opera manuum eius annuntiat firmamentū. [a] Dies diei eructat verbum,& nox nocti indicat ſcientiam. Non ſunt loquelæ neque ſermones,quorum non audiantur voces eorum. † In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. † In ſole po-[1] ſuit tabernaculum ſuum,& ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. † Exul-[1] tauit]vt gigas ad currendam viam,[b] à ſummo cœlo egreſſio eius. [f] Et occurſus eius[2] vſque ad ſummum[2]eius,]nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Lex domini immaculata conuertens animas, teſtimonium domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis. Iuſtitiæ domini rectæ lætificantes[3]corda,] [c] præceptum domini lucidum, illumi-

nans

[e] Per tenebras ſignificat quòd videri nō poſſit: inuiſibilitas enim erat quæ illū regebat. Hāc igitur inuiſibilitatē ſibi circū poſuit in latibulū quia in cœlu aſſumptus potū oculos latebat. Vel per tenebras carnē ſuā intellige, quæ diuinitatē intra ſe occultabat.Euthimius.ibid.]

3.Grandinem.

[f] Obiurgationes figuratęquib⁹ velut grādine corda dura tūdūtur. Si autē terra culta & mitis, id eſt, pius anim⁹, exceperit duritiā grandinis, in aquam cadē terra fulgurarę & quaſi congelatę obiurgationis,id eſt in doctrinam ſatiantem reſoluitur. Auguſt ibid.

4.Eripiet.

5.Protectio mea.

6.Faciet.

[g] Ita vocat innocentiā vitæ.ma ius enim in literis ſanctis pro actionibus ſæpe appellantur. Quòd verò in prædicandis beneractis ſuis nonnihil cōmoratur, nō id profecto vit ſanctus facit cupiditate gloriæ elatus, ſed vt cæteros accēdat ad ſtudiū religionis, & honeſtatis, vt videant tanta præmia prepoſita eſſe virtuti.Flamminius.

[h] Quod autem memorat.Cum ſancto ſanctus eris, nō ad illud reſpicit quod vſitata vulgi ſententia dicimus:Cum quo aliquis iungitur,talis erit.Hęc quidem ſententia vera eſt, ſed nō pertinet ad interpretationē præſentiū verſuū. Hoc enim in loco ſi vis planē facere ſenſum canentis,illud ad memoriam reuocabis,quod per prophetā dom⁹ dicit ad populum: Si ambulaueritis in conſpectu meo recti, & ego vobiſcum rectus incedā: ſi vero ambulaueritis peruerſi, & ego vobiſcum peruerſus ero. Arnob.ibid.& ibid.Hiero.

7.Illuminabis,& infra.

8.Cerui

9.Mea,alij neutrum habent.

[i] Per diſciplinā hic legē intellige, qua eruditus eſt & inſtructus ad virtutē vel calamitates ac tentationes,in quas permiſit eum deus incidere, diſciplinæ ac eruditionis gratia.Euthimi⁹ ibidem.]

*Omnes.

[k] Deinceps ſimul & reiectionē prioris populi, & vocationem gentiū prædiuinat Euſeb. Cæſarien.de demonſtra.li.6.cap.1.

10.Contradictione.

[l] Quod recto itinere ex illo populo viam Chriſtum ſequi non voluit, claudicans per errores, variis ſemitis aberrauit: quem videns deū,quod Iſrael appellatur, per gratiam Chriſtianus populus apprehendit. Proſper. de promiſſio.parte.1.cap.26.

[m] Semen Dauid fortis, id eſt, Chriſti,ſunt omnes ſancti eius. Facit igitur miſericordiam dominus ſemper cum ſanctis ſuis ſine fine.Hiero.ibid.

a. Vocem non habent, os non, poſident,ipſis non eſt lingua quomodo igitur narrant? Per ipſam aſpectum.Cū enim videris pulchritudinem, magnitudinē,celſitudinem ſitū, formā, per tantum temporis permanere,tanquam vocem audiens & ad aſpectum diſcens, adoras eū qui tam pulchrum & admirabile corpus creauit.Chryſo. ad popu.Antiochenum.homil. 9.

1.Exultabit.

b. Deſcribitur eundi ac redeūdi velocitas, ſed diſcurſus neſcit immenſitas:quia deus vbique totus eſt. Accedere ad nos miſericordia potuit, recedere à ſe plenitudo nō potuit. Euſeb. Emiſenus de nati.do.homi.2.

Cœli.

3.Cor.

c. Oculor dicit tam corporis, quàm animæ nō ſolum in hoc loco,ſed & Eccle 2.d.Oculi ſapiētis in capite eius,id eſt,prouidentia circunſpectióque occulta ſapientis. Baſil. Pſal. 33.

nans oculos. [d] Timor domini sanctus permanens in seculum seculi, iudicia domini
c vera, iustificata in semetipsa. † ℣ Desiderabilia super aurum & lapidē pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum. Etenim seruus tuus custodit ea, in custiendis illis retributio multa. Delicta quis [4]intelligit? ] [c] Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Et erunt vt complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine adiutor meus, & redemptor meus.

*In finem, Psalmus Dauid.* XIX.

A EXaudiat te dominus in die tribulationis, protegat te nomen dei Iacob. Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui, [a] & holocaustum tuum pingue fiat. Tribuat tibi *secundum cor tuum, & omne consilium tuum [1] confirmet. ] Lætabimur in salutari
B tuo, & in nomine *dei nostri magnificabimur. ℣ Impleat dominus omnes petitiones tuas, nunc cognoui quoniam saluum fecit dominus Christum suum. Exaudiet illum de cœlo sancto suo, in potentatibus salus dextræ eius. † [b] Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt & ceciderūt, nos autem surreximus & erecti sumus. Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

[d. Timorē autē hīc intelligit propheta qui perfectiorem hominem reddit, quique est pur* & mundus: quem quoties quis habet, à benevolentia quis dei nunquam excidit. Euthymius ibidem.]
4. Intelliget.
c. Hic si potuisset à peccato recte factū perfectē discerni, nunquam ab occultis suis oraret ille mundari. Quibus verbis satis ostendit, quod illi qui sanctē secundum donum sancti spiritus viuunt, tamen propter aliquas infirmitates humanas, quas trahunt siue scientes, siue nescientes, aliquoties aut suo peccato cedunt, aut alieno consentiunt. Prosper de vita contemp. lib. 3. cap. 3.

a. Holocaustū quippe siccū, est bonum opus quod orationis lachrymæ non infundunt, holocaustum vero pingue est, quando hoc quod bene agitur, corde humili etiā per lachrymas irrigatur. Grego. Homil. 20.
*Dominus.
1. Impleat.
*Domini.
b. Hostes nostri curribus & equorum vi, ac multitudine confidunt, nos autem salutem nostram sanctissimi numinis imploratione muniemus. Flaminius, ibid.

*In finem, Psalmus Dauid.* XX.

A DOmine in virtute tua lætabitur [a] Rex, & super salutare tuum exultabit vehementer. Desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Quoniam [b] præueneisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Vitam pe-
B tiit à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum & in seculum seculi. ℣ Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriam & magnū decorem impones super eum. Quoniam dabis [1] eum in ] benedictionem in seculum seculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Quoniam Rex sperat in domino: & in misericordia altissimi non cōmouebitur. [c] Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat o-
c mnes qui te oderunt. ℣* Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui, dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum à filiis hominum. Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabilire. Quoniam [d] pones eos dorsum, in reliquiis tuis præparabis vultum eorum. Exaltare domine in virtute tua, cantabimus & psallemus virtutes tuas.

a. Regem hoc in loco hominē perfectum appellat, non in virtute sua, sed in virtute eius lætantem qui eum assumpsit. Arnob. ibid.
b. Hoc est, gratia dei qua fit in nobis, vt nos delectet, & cupiam[9], id est, amemus quod præcepit nobis, in qua si nos non præuenit deus non solum non perficitur, sed nec inchoatur ex nobis. Si enim sine illo nihil possum[9] facere, profecto nec incipere, nec perficere. August. contra 2. epist. Pelagia. lib. 2. cap. 9.
1. Et.
c. Manus dei diuina est potentia, in quā incidere omnes eos optat, qui deo maledicunt: inueniatur, inquit, ab illis ad supplicia, & ad pœnas. Euthymius ibidem.
*Quoniam.
d. Iustus autem non se auertit à domino, sed occurrit dicens: Oculi mei semper ad dominū. Prosper de prædest. & pro.

*In finem, Psalmus Dauid, pro susceptione matutina.* XXI.

†Matt.27.e A [a] † Eus meus respice in me, quare me dereliquisti, [b] longe à salute mea verba delictorum meorum? Deus meus clamabo per diem & non exaudies,
& nocte & non ad insipientiam mihi. Tu autem in sancto habitas, laus Israel. In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & liberasti eos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. ℣ Ego autem sum
B vermis & non homo, opprobrium hominū & abiectio plebis. Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labiis, † & mouerunt caput. Sperauit in domino, eripiat eū, saluū faciat eum, quoniā vult eum. Quoniā tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea
c ab vberibus matris meæ: in te proiectus sum ex vtero. ℣ De ventre matris meæ deus meus es tu, ne discesseris à me. Quoniā tribulatio proxima est, quoniā nō est qui adiuuet. * Circūdederūt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suū, sicut leo rapiēs & rugiēs. Sicut [e] aqua [1] effusus sum, ] & [d] dispersa sunt omnia
D ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquescens, in medio ventris mei. ℣ Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me. Quoniam circundederunt me canes multi, conciliū malignan-
†Matt.27.d tium obsedit me. † [c] Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia

a. Clamor ad deū corporis vox est, recedentis à se verbi dei cōfessata diffidiū. Denique cum te linquatur exclamat, dicēs, Quare dereliquisti me? Sed relinquitur quia erat homo etā morte peragendus. Hilar. Mat. 27.
b. Hoc est, non capiatur qui audit, quare me dereliquisti, sed intelligat quod secundū carnē ista dicantur: quæ longe à plenitudine diuinitatis aliena sunt. Aliena sunt à deo verba delictorum, quia aliena sunt & delicta verborū. Sed quoniam delicta aliena suscepi, etiam delictorum alienorum verba suscepi: vt dereliquū me à patre deo esse dicam, qui apud deum semper sum. Ambro. de incarnatio. do. sacramento. cap. 5.
*Me.
e. Bene posuit aquam, quia nihil nouit corpus Christi nisi peccata lauare. Arnob.
1. Effusa sunt.
d. Quid sunt ossa, nisi corporis firmamenta? corpus autē Christi ecclesia. Firmaméta ergo ecclesiæ qui, nisi Apostoli? qui etiam columnæ alibi nuncupātur. Hi vniuersi dispersi sunt cum ad passionem duceretur. Aug. Epistola 120.
e. Quæ vtique propheta non de se locutus est, fuit enim rex, & nunquā talia perpessus est. Spiritus dei per illum loquebatur, qui fuerat illa passurus post annos mille & quinquaginta. lib. 4. cap. 18.

ossa mea. Ipsi verò considerauerunt, & inspexerunt me, † diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestam meam miserunt sortem. Tu autem domine, ne elongaueris auxilium [a] tuum] à me, ad defensionem meam conspice. ♱ Erue à framea [–deus] animam meam, & de manu canis vnicam meam. Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. †[f] Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. Qui timetis dominum laudate eum, vniuersum semẽ Iacob glorificate eum. Timeat* eum omne semen Israel, quoniam non spreuit, [g] neque despexit deprecationem pauperis. Nec auertit faciem suam à me, & cum clamarẽ ad eum exaudiuit me. ♱[3] Apud te] laus mea in Ecclesia magna, * vota mea reddam in conspectu timentium eum. Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum, viuent corda eorum in seculum seculi. [h] Reminiscentur & conuertentur ad dominum, vniuersi fines terræ. Et adorabunt in conspectu eius, vniuersæ familiæ gentium. ♱ Quoniam domini est regnum, & ipse [4] dominabitur] gentium. Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ, in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram. Et anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi. Annũtiabitur domino generatio ventura, & annuntiabunt [–cœli] iustitiam eius populo [i] qui nascetur, quem fecit dominus.

2. Meum.
f Fratres autẽ gentis & generis, populi quoque cõsortio nũcupari, docet dñs ipse qui dicit: Narrabo nomẽ tuum fratribus meis. Ambr. instit. virgin. c. 6.
* Nunc.
g. Meam, qui pro vobis factus sum pauper, vel populus Christianos non spreuit deus, sed exaudiuit. Hieron. ibid.
3. A te.
* Confitebor tibi.
h Quæ promissiones quia veritimæ sunt, nec possunt ex vlla parte mutare, in his implentur qui salui fiũt per vniuersos fines terræ: quoniã quod promisit deus, potens est facere Prosper. Respõsio. ad capitula Gallorum, cap. 8.
4. Dominatur.
i. Hi qui per fidẽ generati sunt annuntiabitur eam generationem posteris, & hi successiue aliis. Euthy. ibid.
a. Ecclesia fiducialiter loquitur per fidem, quia ante aduentum Christi, diabolus regebat mundũ, sed modo Christus regit ecclesiam suam. Quod nos dicimus: Dominus regit me, Hebræi dicũt: Dominus pascit me. Hieron. ibid.
b. Ecclesia habet virgam vnde minatur delinquenti, habet baculum vnde subueniat pœnitenti, &c. Arnob. ibid.
c. Et hoc est oleum lætitiæ, quo vnctus est Christus à deo patre, vt præ omnibus fuit eminentes consortibus. Ambro. de Elia & ieiunio, c. 10.
a. Tuus, sed rectius dicitur me⁹, Hiero.
a. Quòd si terra dei est, & terræ fructus, & bruta dei sunt. Igitur omnia dei sunt, nihil est immundum. Chrys. 1. Corinth. 10. homil. 25.
1. In ea.
b. Quod autem ait: super maria fundauit eum, scilicet terram, ostendit vndique terræ circumfusam naturam aquæ. Damasc. lib. 2. cap. 10.
c. Id est, non quicunque de vulgo, & ex plebeio vilitatis aliquis, sed vitæ egregiæ singularisque meriti, idem subiecit, innocens manibus, &c. Ambro. de pœn. lib. 1. cap. 8.
2. Mundus.
d. Ex hoc loco propheta salutoris in cœlum assumptionem prædicit, & angelos qui ei in terra ministrabant, introduxit cũ eo ascendere. Euthymius.
e. Ideo honorabilem ad cœlos hominem triumphali agmine comitantes quasi cum exclamatione admirationis interrogãt, Quis est iste Rex gloriæ? Præeunter archangeli modulata exultatione respõdẽt. Dominus virtutũ, ipse est Rex gloriæ. Eusebius Emiss. de ascensio. do. homil.
* In æternum.
a. His verbis designat eos qui neque errore labuntur, neque ob animi infirmitatem, atque inconstantiam, sed turpitudine ac maleficiis delectantur, atque iis qui nihil meruerunt, inciti sum. Flami. ibid.
b. In hac directione iste rogabat non tortuosam, sed rectam. Directio enim non curua est, sed recta quæ legis lineas tenet, mentem dirigit in via immaculata. Chrys. in Psal. 24.
2. Quia.
c. Duæ sunt retributiones iustitiæ: cum aut bona pro bonis, aut mala redduntur pro malis. Tertia est retributio gratiæ, cũ per regenerationem remittũtur mala, & retribuũtur bona. Atque ita manifestatur, quia vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Prosper. Sententia. 16 ex August.
2. Propitiare.
3. Statuet.

## *Titulus, Psalmus Dauid.* XXII.

[a] † Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum. Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. ♱[b] Virga tua & baculus [a] tuus, ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in [c] oleo caput meum, [†] & calix [1] meus] inebrians quàm præclarus est. Et misericordia tua subsequetur me, omnibus diebus vitæ meæ. Et vt inhabitem in domo domini, in longitudinem dierum.

## *Psalmus Dauid, in prima Sabbati.* XXIII.

† [a] Omini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant [1] in eo.] [b] Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum. [c] Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? † Innocens manibus & [2] mundo] corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem à domino, & misericordiam à deo salutari suo. ♱ Hæc est generatio quærentium eum, [1] quærentium faciem dei Iacob. [d] Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. [e] Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

## *In finem, Psalmus, Dauid.* XXIIII.

AD te domine leuaui animam meam, deus meus in te confido, non erubescã. * Neque irrideant me inimici mei, etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur. Confundantur [–omnes] [a] iniqua agentes superuacuè. Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. [b] Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es deus saluator meus, & te sustinui tota die. Reminiscere miserationum tuarũ domine, & misericordiarum tuarũ [1] quæ] à seculo sunt. † ♱ Delicta iuuẽtutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Secundũ misericordiã tuã memento mei tu, propter bonitatem tuã domine. Dulcis & rectus dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. † Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas. [c] Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas, requirentibus testamentum eius, & testimonia eius. ♱ Propter nomen tuum domine [2] propitiaberis] peccato meo, multum est enim. Quis est homo qui timet dominum, legem [3] statuit] ei in via quam elegit. Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius hæreditabit terram. Firmamentum

est

est dominus timentibus eum, & testamentum ipsius, [4] vt manifestetur] illis. [d] Oculi
mei semper ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me
D & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego. ℣ Tribulationes cordis mei multiplicate sunt, de necessitatibus meis erue me. [e] Vide humilitatem meam & laborem meū,
& dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt
†& odio iniquo oderunt me. Custodi animam meam & erue me, non erubescā quoniam speraui in te. [f] Innocētes & recti adhęserunt mihi, quia sustinui te. * Libera deus
Israel ex omnibus tribulationibus suis.

4. Manifestabit.
[d. Oculos animę scelligit, quos intentos inquit, semper habeo ad deum. Noui enim quòd ipse solus pedes meos à laqueis extrahet, & ab inuisibilium inimicorū insidiis. Euthymius ibid.]
e. Totum quod à via vitæ & disciplinæ deterret filios huius seculi, totum quod exercet inter eos filios dei, in his duobus est, quæ sub isto versu prophetæ cómendat: Vide, inquiens, humilitatem meam & laborem meū. Bernard. declamatione prima.
f. Iam qui innocētibus & rectis adhæret, & sustinet dominum, Israel efficitur, id est, videns deū. Arnob. ibidem.
* Domine.

*Titulus, Psalmus Dauid.* XXV.

A †Vdica [a] me domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in domino sperans non infirmabor. Proba me domine & tenta me, [b] vre renes meos & cor meum. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua. † Non sedi cum cōcilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui ecclesiam malignantium, & [c] cū impiis non sedebo. † Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuū
B domine. ℣ Vt audiam vocem laudis tuæ: & enarrem vniuersa mirabilia tua. † Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. [d] Ne perdas cum impiis ⟨– deus] animam meam: & cum viris sanguinum vitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. Ego autem in innocentia mea ingressus sum, redime me * & miserere mei. Pes enim meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te domine.

a. Iudicare hoc loco probare significat, vnde subdit, Proba me dñe: alio loco condēnare. Si nos ipsos iudicaremus, nō vtique iudicaremur. Basil. in Psal. 7.
b. Duplici se vtique postulat ignis comburi. Nā si de vno & solo mundi igne loqueretur, sufficeret renes tantū exurendos incendiis obtulisse, cor autem nisi Christi flāma non vrit. Aug. Sermo. 71.
c. Per impios hic Philistæos intelligit, apud quos exul fuit, quorum conuersatione tamen abstinebat: vel non sedebo, hoc est, non diu cōmorabor. Euthymius ibidem.
d. Theodoretus existimat Dauidem fecisse hunc psalmū, cùm versaretur apud Palestinos, ad quos perfugerat expulsus à Saule. Optat igitur in patriam redire, ne cum hominibus impiis, & humano sanguine cruentis pereat: quibus certa pernicies impendet. Flaminius.
*Domine

*Titulus, Dauid, priusquam liniretur.* XXVI.

A [a] Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. Qui tribulant me * inimici mei, ipsi firmati sunt & ceciderunt. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum
B me prelium, in hoc ego sperabo. ℣ Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitę meæ. Vt videam 'voluntatem] domini, & visitem templum * eius. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum: *protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me, & nunc * exaltabit caput meum, super inimicos meos. Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius
c [b] hostiam [2] vociferationis,] cantabo, & psalmum dicam domino. ℣ Exaudi domine vocem meā qua clamaui ad te, miserere mei & exaudi me. Tibi dixit cor meum, * exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram. Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira à seruo tuo. Adiutor mei esto, ne derelinquas me: neque [3] despicias] me deus salutaris meus. [c] Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me,
D dominus autem assumpsit me. ℣ Legem pone mihi domine in via tua, & dirige me in semita recta, propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. [d] Credo videre bona domini, in terra viuentium. Expecta dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine dominum.

a. Ea pœna culpa est, videre bonū quod agere debeat, & tamē implere non posse, & rursum ex grauiore pœna culpa est quod agere debeat, nec videre. Vnde contra hæc vtraque, Psalmistæ voce dicitur: Dominus illuminatio mea, & salus mea. Contra enim ignorantiæ tenebras illuminatio, contra infirmitatem verò salus est dñs, quādo & ostendit quid debeat ad agendū appetis & vires præbet, vt quod offenderat, possit implere. Hieronymus Threnor. 3.
*Est.
1. Voluptatem.
*Sanctum.
*Meorum.
*Ecce.
b. Sic appellat genus illud sacrificij, quod fiebat pro adepta victoria. In eo enim tubarum clangor adhibebatur, vt scriptū est in numeris. Flaminius ibidem.
2. Laudis & iubilationis.
*Dominum requiram.
3. Dimittas.
c. Quoniam omni parentū solatio prorsus caret, vt vel amicorum omnes taceam, qui Saulis potētiam verentur. Licet autem omnes me dereliquerint, dñs assumpsit me. Euthymius.
d. Vbi ergo bonus deus, ibi bona sunt, quæ desiderauit videre Dauid, & vilius te credidit, sicut & ipse ait. Credo videre bona domini, &c. Illa enim bona sunt quæ manēt semper, quę nō queunt tempore vel ætatis mutatione corrumpi. Ambr. de fuga seculi, cap. 6.

*Psalmus ipsi Dauid.* XXVII.

A [a] AD te domine clamabo, deus meus ne sileas à me, ne quando taceas ⟨– à me,] & assimilabor descendentibus in lacum. Exaudi ⟨– domine] vocem orationis meæ dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. Ne simul tradas me cum peccatoribus, & cum operantibus iniquitatem ne perdas me. † Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala au-
B tem in cordibus eorum. ℣ [b] Da illis * secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinuentionum ipsorum. Secundum opera manuum eorum tribue illis, redde retributionem eorum ipsis. Quoniam non intellexerunt * opera domini, & in opera manuum eius destrues illos, & non ædificabis eos. Benedictus dominus quoniam ex-
c audiuit vocem deprecationis meæ. ℣ Dominus adiutor meus & protector meus, & in

2. Hoc est, ne quæso, repudiet preces meas, nēve deserat me in tantis malis. Si enim mihi non subuenis, similis ero descendentibus in foueam: id est, mortuis qui sepultura afficiuntur. Flaminius ibidem.
b. Da illis iuxta opera sua, quia opera domini non intellexerūt, & quem videbant mortuos suscitare, dicebant: Hic homo nō est à deo. Ac Iesus discebat illis: Si verbis non creditis, vel operibus credite. Arnob. ibid.
*Domine.
*In.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ipso sperauit cor meum,& adiutus sum. [c] Et refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei. Dominus fortitudo plebis suæ, & protector saluationũ Christi sui est. [d] Saluum fac populum tuum [–domine,] & benedic hæreditati tuæ,& rege eos,& extolle illos vsque in æternum.

c. Videte quo verbo vsus est. Nõ ait: floruit, sed refloruit. Non enim refloteſcit, nisi quod antè floruit. Ambr. Serm. 54.
d. Quasi iamiam regnum susceperatus esset, & huic rei propior quàm antea, rogat propheta pro populo dei: & quod hæreditati suæ dicit, simile est quod legimus in Exo. 15. b Leuit 16. b. & Numeri 15. c. Euthymius ibid.

*Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi.* XXVIII.

[a] Afferte domino filij dei, afferte domino filios arietum. [†] [a] Afferte domino gloriam & honorem, afferte domino gloriam nomini eius, adorate dominum in atrio sancto eius. Vox domini super aquas, deus maiestatis intonuit, dominus super aquas multas. [♯] Vox domini in virtute, vox domini in magnificentia. Vox domini confringentis cedros,& confringet dominus cedros Libani, & comminuet eas tanquam [b] vitulum Libani, & dilectus quemadmodum filius vnicornium. Vox domini intercidentis flammam ignis, vox domini concutientis desertum, & commouebit dominus desertum Cades. [♯] Vox domini [1] præparantis [c] ceruos,& reuelabit condensa, & in templo eius [2] omnes dicent] gloriam. Dominus [c] diluuium inhabitare [3] facit,] & sedebit dominus rex in æternum. Dominus virtutem populo suo dabit, dominus benedicet populo suo in pace.

a. Quãto enim quis ad dominũ intendit, tãto amplius dominũ elevat, & ipse elevatur. Vnde & ille ait: Exaltabo te dñe. Sãctus enim exaltat dominũ, peccator humiliat. Ambr. de Isaac ca. 7.
b. Non dixit: cõfitemini sanctitati eius, sed memoriæ sanctitatis eius. Cõfessio nãque in hoc loco pro gratiarum actione accipitur. Gratias itaque agite, quia in memoria sanctitatis ei' estis: qui cùm prius fuissetis in profundo malitiæ, venerati estis in obliuionem sanctitatis eius qui vos creauit. In propitiationem ergo remissionémve errũ quæ amisistis, cõfitemini de his quæ à vobis nõ rectè prius, nec sobriè facta sunt. Basilius ibid.
c. Ad Dauid & Ezechiam possunt hęc verba pertinere. Illam, inquit, potẽ etiam quã pulchritudo seu decor meus antea habebat, illã nimirũ charitatẽ atque excellentiam regni, nõ mea ego virtute aut meis meritis, sed sic te volente habebam. Euthy.
*Autem.
d. His verbis demõstrat vir sanctus vitam sibi iucundã atque optatã fuisse, quod posset maiestatẽ numinis præsãtissimi laudibus efferre, atque homines ad eius cultũ & veneracionem cohortari. Flaminius ibidem.
a. Videris quia & pauet & sperat: videris quia pauor iste non est sine spe, etiam si est aliqua in humano corde conturbatio, non recedit diuina consolatio. Aug ibidem.
*Et eripe me.
*Hoc.
*Domine.
1. Commendabo.
b. Odisti illos, & stultos iudicasti qui spes suas collocauerunt in superstitione, ac rebus vanis & fallacibus, quæ illis neque deeori, neque vlli emolumento erunt. Flaminius ibidem.
2. Inimicorum.
c. In spacioloquipne loco pedes stabiliti sunt, quã lo & ad conguentia bona tendimus, & nullã difficultatẽ spectamus. Quasi enim per latũ locũ quo volumꝰ pergimus, quia nullis obiectis difficultatibꝰ angustamur. Greg. Moral. lib. 26. cap. 11.
d. Totus Psalmus & super Dauid iuxta historiã, & super dominum iuxta prophetiam intelligi potest, numinis & timor notis meis. i. Apostolis, qui timuerunt in passione. Hiero. ibid.
e. Per faciem autẽ dei illius visitationem atque custodiã, seu etiam beneuolẽtiam intelligit. Euthymius ibidem.

*Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid.* XXIX.

[a] Xaltabo te domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos [a] meos super me. Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in lacum. Psallite domino sancti eius, [b] & confitemini memoriæ sanctitatis eius. Quoniam ira indignatione eius,& vita in voluntate eius: [†] Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. [†] Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. [c] Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Auertisti [*] faciem tuam [–à me,] & factus sum conturbatus. Ad te domine clamabo,& ad deum meum deprecabor. [†] Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? [♯] [d] Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatem tuam? Audiuit dominus & misertus est mei, dominus factus est adiutor meus. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum,& circumdedisti me lætitia. Vt cantet tibi gloria mea & non compungar, domine deus meus in æternum confitebor tibi.

*In finem, Psalmus Dauid, pro extasi.* XXX

[†] [a] In te domine speraui, non confundar in æternum, in iustitia tua libera me.* Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me. Esto mihi in deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias. Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu, & propter nomen tuum deduces me, & enutries me. Educes me de laqueo * quem absconderunt mihi, quoniam tu es protector meus. [†] * In manus tuas] [1] commendo] spiritum meum, redemisti me domine deus veritatis. [b] Odisti obseruantes vanitates, superuacuè. Ego autem in domino speraui, exultabo & lætabor in misericordia tua. [♯] Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam. Nec conclusisti me in manibus [2] inimici,] [c] statuisti in loco spatioso pedes meos. Miserere mei domine, quoniam tribulor, conturbatus est in ira oculus meus, anima mea & venter meus. [†] Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt. [†] Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde, & [d] timor notis meis. Qui videbant me, foras fugerunt à me, obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde. Factus sum tanquam vas perditum, quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. [♯] In eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam cõciliati sunt. Ego autem in te speraui domine, dixi: deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ. Eripe me de manu inimicorum meorum, & à persequentibus me. Illustra [e] faciem tuam super seruũ tuum, saluum me fac in misericordia tua domine, non confundar, quoniam

quoniam inuocaui te.[f] Erubescant impij & deducantur in infernum, muta fiãt labia dolosa. Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem, in superbia & in[3] abusione.] [g] Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. D [g] Perfecisti eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo, à contradictione linguarum. Benedictus dominus, quoniam mirificauit misericordiam suam ⟩— mihi,] in ciuitate munita. Ego autem dixi[4] in excessu mentis meæ,] proiectus sum à facie oculorum tuorum. Ideo exaudisti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te. Diligite dominum omnes sancti eius, [h] quoniam [5] veritatem] requiret dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam. † Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in domino.

f. Achitophelẽ impium appellat, veloti qui legem de parricidio non est veritus, dum filiũ irritauit aduersus patrẽ, atque insurgere in eum fecit, sed tandem laqueo suspensus seipsum interemit Euthymius. ibidẽ.]
3. Contemptu.
g. Quia beatitudo cœlestiũ promissorũ sicut illic in rei possessionẽ donatur, ita ĩ nũc in spei spectatione perficitur: tãtóque benevolẽtia ditior erit in remunerãte vel gratia, quãto amplius fuerit in supplicãte fiducia. Euseb. Emis. ho. 11. de pasc.
4. In stupore meo, vel ecstasi mea.
h. Nolite ergo terrorẽ pati sancti domini, si vos superbia hominum opprimiterit enim iudicium in quo requiret dominus veritatem. Arnob.
5. veritatem.

*Intellectus Dauid.* XXXI.

[a] †Eati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. A Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum, nec est [1] in spiritu] eius dolus: † Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua, conuersus B sum [2] in ærumna mea dum configitur] spina. [g] Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. † [b] Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meã domino, & tu remisisti impietatem [3] peccati] mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tempore opportuno. † Veruntamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt. Tu es refugium meũ à tribulatione quæ circundedit me, exul- C tatio mea, erue me à circundantibus me. [g] Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. In chamo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris, sperantem autem in domino misericordia circundabit. Lætamini in domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.

a. Verumque enim beatũ dicit, & cui[9] iniquitas remittitur per lauachrum, & cuius peccatũ tegitur operibus bonis. Qui enim agit pœnitentiã, non solum diluere lachrymis debet peccatũ suum, sed etiam emẽdationibus factis operire & tegere delicta superiora, vt non ei imputetur peccatum. Amb. de pœn. li. 2. c. 3.
1. In ore.
2. In ærumnam, dum confingitur mihi.
b. Vult tui misereri iudex, teque misericordiis suis complecti, si modo post admissa humilem te factum & contritũ inuenier. Insuper si quæ cẽ cæteris & in arcano designasti, prodideris & euulgaueris fratri citra pudorẽ vllum. Basilius, Psal. 31.
3. Cordis.

*In finem, Psalmus Dauid.* XXXII.

[a] EXultate [2] iusti in domino, rectos decet collaudatio. Confitemini domino A in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi. Cantate ei canticum nouum, bene psallite ei in vociferatione. Quia rectum est verbum domini & omnia opera eius in fide. [b] Diligit misericordiam & iudicium, * misericordia domini plena est terra. [c] Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius om- B nis virtus eorum. [g] Congregans sicut [1] in vtre] aquas maris, ponens in thesauris abyssos. Timeat dominum omnis terra, ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem. † Quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum. Consilium autem domini in æternum manet, cogitationes cor- C dis eius in generationem & generationem. [g d] Beata gens cuius est dominus deus eius, populus quem elegit in hæreditatem sibi. De cœlo respexit dominus, vidit omnes filios hominum. De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram. Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum. Non saluatur Rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. D Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. [g e]. Ecce oculi domini super metuentes eum, [2] & in eis qui sperant super misericordia] eius. Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Anima nostra [3] sustinet] dominum. quoniam [f] adiutor & protector noster est. Quia in eo lætabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius sperauimus. Fiat misericordia tua domine super nos, quemadmodum sperauimus in te.

a. Alij exultant in rebus huius seculi: alij in circo, alij in theatro. Sed tu, dicit propheta vnicuique sancto, in domino exulta, & nõ in prosperitatibus mũdi. Hiero. ibidem.
b. Neque enim misericordia sine iudicio, neque iudicium sine misericordia, ante iudicium misericordiam diligit, & post eam prærogatiuam ad iudicium venit Basil. ibidem.
* Dominus.
c. Cœlum dicitur fecisse deus, sed operãte patre simul & filius inuenitur cooperator, & spiritus sanctus. Quid patre vel filio minus habere creditur á quo virtus omnis cœlorũ firmata monstratur? Fulgẽ. ad Trasimũ. li 3.
1. Vtrem.
d. Nemo dicit beatum Iudæorũ populum, sed eum populũ qui ex omnibus melior est electus. Nos autẽ sumus gens, cuius est dominus deus noster: nos item populus quem elegit in hæreditatem sibi. Basil. ibidem.
e. Ecce cur aspicere iustos homines deus dicitur, vtique vt conseruet, vt protegat. Aspectus enim diuinitatis propitię, munus est conseruationis humanæ. Salui. lib 2.
2. Sperãtes super misericordiã.
3. Sustinebit.
f. Adiuuat in pugna, protegit in æstu, non te deserit, tolerã, dura. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et quid cum perduraueris, cũm patiens fueris, cũm vsque ad finem perueneris, quid tibi erit? Quia in eo lætabitur cor nostrum. Auguſt. ibidem.

*Psalmus Dauid cum mutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum & abiit.* XXXIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca



2. Ereptus ex morte sibi veluti terminos præscribit, suámque ipsius animã instituit ac formatad exactionem viuendi formulam, vt nullum ei tempus præterat, quin deũ laudet, ac magnatum iuxtà ac minimarũ rerum causas in eum referat. Basil. ibidem.

[b. Accedite fide inhærendo, & duobus pedibus geminæ charitatis currendo. Cassia præmissis laudibus ad communionem hortatur. Glosa ord.]

1. Castiametabitur.

c. Ideo autẽ dixit, Gustate, quia amor dei quantalibet fide, quantolibet ardore quæsitus, reficere animũ potest: sed magis ac magis sitim velut summis labiis pregustatus inflammat. Et ideo de ipsa dixit: Qui edunt me, adhuc esurient. & qui bibũt me adhuc sitient. Euseb. Emise. de Epiph. hom. 1.

d. In hoc siquidẽ, quod ait oculos domini super iustos esse, affectus aspicientis ostenditur: in hoc autem quod aures in precibus paratas, semper exaudientis largitas demonstratur. Saluia lib 2.

[e. Quia semper paratus est adiuuare liberando eos, vel virtutem patientiæ eis tribuendo ad maius meritum ipsorũ. De Lyra ibidem.]

a. Videre etiam hoc loco non futuri examinis seueritatem, sed censuram præsentis iudicij postulari. Hoc est enim quod ait: Apprehende arma & scutũ, & corripe gladium, scutũ scilicet ad protectionẽ, gladium ad vltionem. Non quia hoc iudicãt deus egeat apparatu: sed quia in hoc seculo hæc terribilium rerum nomina, terribilium iudiciorum sunt instrumenta. Salui anus lib. 2.

1. Meum.

b Quid ergo faciemus? Si maledixerimus inimicos nostros, euãgelica præcepta contemnimus, quibus non solum non maledicere, verumetiam pro his orare iubemur. Si custodire volumus euangelij iussiones, psalmos relinquimus, quibus frequenter inimici maledicũtur, vt in isto psalmi loco, Iudica, inquit, nocentes me, & in his quæ sequũtur. Vnde cautius hanc orationem psalmi præsentis non contra carnem & sanguinem, sed contra spiritus aeris huius, qui quotidie nocent, quotidie bella committunt, competere putes. Arnobius ibidem.

*Domine.

*Mihi.

2. Proximo quasi fratri nostro. c Sed & ad Saulem & socios referre non incongruum est, qui, inquit, aduersum me congregati sunt: me, inquam, ignorante eorum consilia atque insidias, quas aduersum me disponebãt. Euthym. ibid.

[d. Iam de fructu premit cõfessionem totius ecclesiæ, inde precatur cum cõmemoratione culpæ confusionem persecutorũ. Aug. ibidem.]

e. Vidisti certè quàm acerbè, q̃ latrè & insolenter exultrẽt in fortunas meas: ne quæso dissimula hanc crudelitatem tibi displicere, nève me deseras in tantis malis. Flaminius.

*Domine.

3. Deuorauimus.

f. Id est, dæmones, Iudæi, hæretici, & persecutores, qui gratulantur malis meis. hoc est, non solum qui faciunt, sed etiã qui consentiunt facientibus. Hieronymus ibidem.

4. Magna.

[a] Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. In[4] domino laudabitur anima mea, audiant mansueti & lætẽtur. Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Exquisiui dominum & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. [b] Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum, & de omnibus tribulationibus eius saluauit eum. [& 1] Immittit] angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. [c] Gustate & vi[2]dete quoniam suauis est dominus, beatus vir qui sperat in eo. Timete dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. Diuites eguerunt & esurierunt, inquirentes autem dominũ non minuentur omni bono. Venite filij audite me, timorem domini docebo vos. † & Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre[c] bonos? † Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonũ, inquire pacem & persequere eam. [d] Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. † Vultus autẽ domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorũ. Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos, & † ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos. [e] & Iuxtà est dominus iis qui tribulato sunt corde, & [3] humiles spiritu saluabit. Multæ tribulationes iustorũ, & de iis omnibus liberabit eos dominus. Custodit dominus omnia ossa eorũ, vnum ex iis non conteretur. Mors peccatorũ pessima, & qui oderunt iustum delinquent. Redimet dominus animas seruorum suorum, & non delinquent omnes qui sperant in eo.

*In finem, Psalmus ipsi Dauid.* XXXIIII.

[a] Vdica domine nocentes me, expugna impugnantes me. Apprehende ar[4]ma & scutum, & exurge in adiutorium [1] mihi.] Effunde framea, & con[2]clude aduersus eos qui persequuntur me, dic animæ meæ, salus tua ego sum. † [b] Confundantur & reuereantur, quærentes animam meam. Auertantur retrorsum & confundantur, cogitantes mihi mala. Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & angelus domini coartans eos. Fiat via illorum tenebræ & lubricum, † & angelus domini persequens eos, quoniam gratis absconderunt mihi interitũ laquei sui, superuacuè exprobrauerunt animam meã. [& 2] Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quã abscondit, apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipsum. Anima autem mea exultabit in domino, & delectabitur super salutari suo. Omnia ossa mea dicent: domine* quis similis tibi? Eripiens inopem de manu fortiorũ eius, egenum & pauperẽ à diripientibus eum. Surgentes* testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me. Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ. Ego autem cùm mihi molesti essent, induebar cilicio. Humiliabam in ieiunio animam meam', & oratio mea in sinu meo conuertetur. † Quasi [2] proximum, quasi fratrem nostrum] sic complacebam, quasi lugens & contristatus sic humiliabar. [& 3] Et [c] aduersum me lætati sunt & conuenerunt, congregata sunt super me flagella & ignorani. Dissipati sunt nec compuncti, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione, frenduerunt super me dentibus suis. Domine quando respicies, restitue animã meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam. † [d] Confitebor tibi in ecclesia magna in populo graui laudabo te. Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi inique, † qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur, & in iracundia [3] terræ] loquentes dolos cogitabant. Et dilatauerunt super me os suum, dixerunt: euge, euge, viderunt oculi nostri. [e] Vidisti domine ne sileas, domine ne discedas à me. [& 4] Exurge* & intende iudicio meo deus meus, & dominus[5] meus in causam meam. Iudica me secundum iustitiam tuam domine deus meus, & non supergaudeant mihi. Non dicant in cordibus suis: euge, euge animæ nostræ: nec dicant, [3] deuorabimus] eum. [f] Erubescant & reuereantur simul, qui gratulantur malis meis. Induantur confusione & reuerentia, qui [4] maligna] loquuntur super me. Exultent & lætentur qui volunt iustitiam meam, & dicant semper, magnificetur dominus,

minus, qui volunt pacem ſerui eius. Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam, tota die laudem tuam.

*In finem, ſeruo domini Dauid.* XXXV.

A [a]Dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo, non eſt timor dei ante oculos eius. Quoniam dolosè egit in conſpectu eius, vt [1] inueniatur iniquitas eius ad odium.][1] Verba oris eius iniquitas & dolus,[b] noluit intelligere vt bene
B ageret. Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo, aſtitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit. ℣ Domine in cœlo miſericordia tua, & veritas tua vſque ad nubes. Iuſtitia tua ſicut montes dei, iudicia tua abyſſus multa. † Homines & iumenta ſaluabis domine, quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuã deus. Filij autem hominum, in tegmine alarum tuarum ſperabunt. Inebriabũtur ab vber-
C tate domus tuæ,& torrente voluptatis tuæ potabis eos. ℣ Quoniam apud te eſt fons vitæ, [c] & in lumine tuo videbimus lumen. Prætende miſericordiam tuam ſcientibus te,& iuſtitiam tuam iis qui recto ſunt corde. Non veniat mihi pes ſuperbiæ,& manus peccatoris non moueat me. Ibi ceciderunt * qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.

a. Nõ vnũ hominem, ſed genus hominũ iniquorũ dicit, qui ſibi aduerſantur, nõ intelligẽdo vt bene viuãt, nõ quia non poſſunt, ſed quia nolũt. Aug ibid.
1. Inueniret iniquitatem ſuam, & odiret.
b. Non dixit nõ potuit, ſed noluit intelligere: vt nihil aliud intelligere dictũ, quã nolle credere nouerimus, ac per hoc vt bene agat quis, intelligere ſtudeat, & vt intelligat, credat. Proſper de vita contẽpla. ca. 19. li. 1.

c. Lumen filius eſt, lumen & pater qui videtur in filio, quoniã filius ſplendor gloriæ patris, & imago ſubſtãtiæ eius eſt. Amb. ad virgines exhortatio.
*Omnes.

*Pſalmus ipſi Dauid.* XXXVI.

A [a]Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. Quoniam tanquam fœnum velociter areſcent, & quemadmodum olera herbarum citò décident. Spera in domino & fac bonitatem, & inhabita terrã,& paſcẽris in diuitiis eius. [b] Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. † Reuela domino viã tuã,& ſpera in eo,& ipſe faciet. Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuã, & iudicium tuum tanquam meridiem. ℣ [c]
B Subditus eſto domino,& ora eum. Noli æmulari in eo qui proſperatur in via ſua, in homine faciente iniuſtitias. Deſine ab ira & derelinque furorem, [d] noli æmulari vt maligneris. Quoniam qui malignantur, exterminabuntur, ſuſtinentes autem dominum, ipſi hæreditabunt terram. Et adhuc puſillum & non erit peccator,& quæres locum eius & non in-
C uenies. † Manſueti autem hæreditabunt terram,& delectabuntur in multitudine pacis. Obſeruabit peccator iuſtum, & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis. ℣ Dominus autem irridebit eum, quoniam proſpicit quòd veniet dies eius. Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum ſuum. Vt [2] decipiant] pauperem & inopem, vt trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipſorum,& arcus eorum confringatur. Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas. Quoniam brachia peccatorum conterentur, confirmat autem iuſtos dominus. Nouit dominus [3] dies]
D immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit. ℣ Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur, quia peccatores peribũt. Inimici verò domini mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus, deficient. [e] Mutuabitur peccator & non ſoluet, iuſtus autẽ miſeretur & [3] tribuet] Quia benedicentes ei hæreditabunt terram, maledicentes autem ei diſperibunt. [4] Apud do-
E minũ greſſus hominis dirigetur,] & viam eius volet. ℣ * Cùm ceciderit, non collidetur, quia dominus ſupponit [5] manum ſuam.] † Iunior fui, etenim ſenui: & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius [f] quærens panem. Tota die miſeretur & commodat, *& ſemen illius in benedictione erit. Declina à malo,& fac bonum,& inhabita in ſeculum ſeculi. Quia dominus amat iudicium, & non derelinquet ſanctos ſuos: in æter-
F num conſeruabuntur. Iniuſti punientur, & ſemen impiorum peribit. ℣ Iuſti autem hæreditabunt terram,& inhabitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam. [g] Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius in corde ipſius, & non ſupplantabuntur greſſus eius. Conſiderat peccator iuſtum, & quærit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius, nec damnabit eum cum iudicabitur illi. Expecta dominum & cuſtodi viam eius, & exaltabit te, vt hæreditate capias terram, cùm perierint peccatores videbis. Vidi impium ſuperexaltatum
G & eleuatum ſicut cedros Libani. ℣ Et tranſiui,& ecce non erat: & quæſiui eum,& non

a. Malignitas plus nocet, quàm malitia: quia malignitas nec puram ſimplicitatem habet, nec apertam malitiã, ſed abſcõditam maleuolentiam. Difficilius aũt cauentur occulta quàm cognita. Amb. lib. 10. Epiſt. 82.
b. Hoc cibo delectemur, de quo ait prophera: Delectare in dño. Hoc cibo delectantur qui ſuperiores delectationes mirabili in genio comprehenderunt, qui poſſunt ſcire qualis ſit illa mũda & intelligibilis mentis delectatio. Ambr. offic. 1. c. 31.
c. Q. d. Si ei ſubditus non fueris, vt facias voluntatem eius, ſine cauſa obſecras eum. Arnobius ibidem.
d. Quia, prauos aliquando, & aliquãdo bonos æmulamur, primam æmulationis ſpeciẽ auertit. Nam æmulari ad bonum, tectum eſt. Et conſydera quomodo in principio pſalmi obſcurius huiuſmodi admonitionẽ tradit, & quomodo deinceps procedendo aliquanto eã apertius declarauerit: nunc tandem plenius manifeſtã facit. Eadem autem ſæpius repetit propheta, & ſupra atque infra ea reuoluit. Deinde ponit cauſam, quare malignandũ non ſit. Euthymius.
1. Deliciant.
2. Vias.
e. Pulcherrima collatio, qua vir ſanctus demonſtrat etiam in iis quæ populariter bona fortunæ nominantur, virum iuſtum & probũ longe melioris conditionis eſſe, q̃ improbum & iniuſtũ. Hinc enim quanuis copioſus & diues, ob intemperantiam fere ſemper ære alieno obſtrictus eſt, neque eo ſe liberare poteſt aut vult. Flaminius ibidem.
3. Tribuit.
4. A domino greſſus hominis diriguntur.
*Nimis. Sed additum putat Hieron y.
5. Illi manum.
f. Nec enim loquitur de panib⁹ ſenſibilibus, qui nouerat filios patriarchæ Iacob panũ inopia coactos deſcẽdiſſe in Aegyptũ, ſed de ſpirituali loquitur alimonia, quã interior noſter homo perficitur. Ita filius de ieiunio, oratione 2.
*Iuſtus.
g. Ne forte putares eum in ore habere quod in corde non habet, ne forte cõputares cum eũ illis, de quibus dictũ eſt: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Aug. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



est inuentus locus eius. Custodi innocentiam & vide æquitatem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. [h] Iniusti autem disperibunt, simul reliquiæ impiorum interibunt. Salus autem iustorum à domino, & protector eorum* in tẽpore tribulationis. [i] Et adiuuabit eos dominus & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo.

h. Non reseruantur eorum reliquiæ ex superbia, vt in æternũ viuant, sed vt in pœnam gehennæ ignis intercant. Hiero. ibid.
* Est.
i. Sed quare, & quibus meritis? Audi quid sequitur: quia sperauerunt in eo. Dulcis causa animæ efficax, animæ n irretragabilis. Nimirum hæc est iustitia, sed quæ ex fide est, non ex lege. Bernar. in Psalm. Qui habitat. vers. 9.

*Psalmus Dauid in rememoratione sabbati.* XXXVII.

[a] Omine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Quoniã [b] sagittę tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea à facie irę tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. † Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. † * Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus. [c] Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerunt & steterunt. * Et qui iuxta me erant, de longe steterunt, & vim faciebant, qui quærebant animam meam. [d] Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens & non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te domine speraui, tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei, & dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt. * Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt, & cõfirmantur super me, & multiplicati sunt qui oderunt me iniqué. [e] Qui retribuunt* mala pro bonis, detrahebãt mihi, quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus, ne discesseris à me. Intende in adiutorium meum, domine deus salutis mex.

a. Hoc est, tacito cogitationis præcepto indixit mihi vt custodiem vias meas. Aliæ sunt viæ quas debemus sequi, aliæ quas cõstodire. Sequi vias domini, custodire nostras, ne in vulpium diriganiur. Ambr. de offi. 1. c. 2.
b. Ideo patienter fero, quia te scio ad probationem me tentationibus reliquisse. Hiero. ibid.
c. Finem illum quærit promissorum cœlestium, vel illũ quando vnusquisque surget in suo ordine, primitiæ Christus, deinde ij qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt, deinde finis. Amb. offi. 1. cap. 43.
1. Veteres.
2. Quanquam.
3. Tamen.
4. A te.
d. Propter peccatricationem, primum hominem corripuisti: & qui factus fuerat vt efficeretur per obedientiam immortalis, per inobedientiam mortalis factus est. Et cùm mortalis est, tabescat velut aranea anima eius, vt sicut scissa tela eius repentino flatu, ita scisso corpore eius à morte anima tabescat, nõ habens florem corporeum. Arnobius ibidem.
5. Vanitas.

*In finem, canticum Dauid pro Idithun.* XXXVIII.

[a] Dixi, custodiam vias meas, vt nõ delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cùm cõsisteret peccator aduersum me. [b] Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est. Cõcaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Locutus sum in lingua mea, [c] notum fac mihi domine finem meum. Et numerum dierum meorum quis est, vt sciam quid desit mihi. * Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te. Verũtamen [1] vniuersa vanitas, ]omnis homo viuens. [2] Veruntamen ] in imagine pertransit homo, [3] sed & ] frustra conturbatur. † Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Et nunc quæ est expectatio mea, nónne dominus? & substãtia mea [4] apud te ] est. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobrium insipienti dedisti me. Obmutui & non aperui os meum, quoniam tu fecisti, amoue à me plagas tuas. * A fortitudine manus tuæ ego defeci, in increpationibus, [d] propter iniquitatem corripuisti hominem. Et tabescere fecisti sicut araneam animã eius, veruntamen [5] vanè conturbatur omnis homo. Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meam, auribus percipe lachrymas meas. Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Remitte mihi vt refrigeret priusquam abeam, & amplius non ero.

a. Hoc est. valde expectaui adiutorem meum Christum, ipse est enim expectatio gentium, vt à prophetis prænuntiatum est. Euthymius.

*In finem, Psalmus Dauid.* XXXIX.

[a] Expectans expectaui dominum, & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis. Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum nouum, carmen deo nostro. Videbunt multi & timebunt, & sperabunt in domino. Beatus vir, cuius

cuius est nomen domini spes eius,[b] & non respexit in vanitates,& insanias falsas. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. ℣ Annuntiaui & locutus sum,multiplicati sunt super numerum. Sacrificium & oblationem noluisti,[1] aures] autem perfecisti mihi.† Holocaustum & pro peccato non postulasti,tunc dixi:ecce venio.[c] In capite libri scriptum est de me vt facerem voluntatem tuam deus meus, volui, & legem tuam in medio [2] cordis] mei. Annuntiaui iustitiam tuam in Ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo domine, tu scisti. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo,[d] veritatem tuam & salutare tuum dixi. ℣ Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam, à consilio multo. Tu autem domine ne longè facias miserationes tuas à me, misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me. Quoniam circundederunt me mala quorum non est numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, &[e] non potui vt viderem. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei,[f] & cor meum dereliquit me.† Complaceat tibi domine vt eruas me,domine ad adiuuandum me respice. ℣ Confundantur & reuereantur simul,qui quærunt animam meam vt auferant eam. Auertantur retrorsum & reuereantur,qui volunt mihi mala.† Ferant cõfestim confusionem suam, qui dicunt mihi euge euge.[g] Exultent & lætentur super te omnes quærentes te,& dicant semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum. Ego autem mendicus sum & pauper, dominus sollicitus est mei. Adiutor meus & protector meus tu es,deus meus ne tardaueris.

b. Pulchrè igitur Dauid qui periculosos homines etiam ipso aspectu fuerat expertus,beatum illũ dixit, cui spes omnis in dei nomine est, sic enim non respicit in vanitates, & in insanias falsas,si semper Christum intẽdat,si semper Christum interioribus oculis aspiciat. Ambr. de fuga seculi.cap.4.
1. Corpus.
c. In principio Geneseos Hieronymus.
2. Ventris.
d. Promiserat deus multis antecessoribus se dimissurum vnigenã è cœlo filium suum, qui à tenebris & potestate diaboli mortales miseros ad beatissimam regni sui lucem traduceret. Flamitius ibidem.
e. Non potui vt viderem, eo quòd fumo iniquitatis oculus animę cæcatur,ne videat quæ sunt lucida. Amb. de fuga seculi cap. 5.
f. Quid mirum est si cor tuum deseruit te deo tuo,quando seipsum deseruit? Quid est cor meum,dereliquit me? Non est idoneum cor meum, ad cognoscendum se. Aug. ibid.

g. Deprecatio Christi pro suo corpore mystico quantum ad adeptionẽ boni cuius dicit: Exultent & lætentur super te deũ patrem vel totam trinitatem de bono quod datur nobis. De Lyra.

*In finem, Psalmus Dauid.* XL.

A ℣ Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Dominus conseruet eum & viuificet eum,& beatum faciat eum in terra,& non tradat eum [1] in animam] inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius,[b] vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi,domine miserere mei,sana animam meam,quia peccaui tibi. B ℣ Inimici mei dixerunt mala mihi,quando morietur & peribit nomen eius? Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur cor eius,congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras,& loquebatur in idipsum.† Aduersum me susurrabãt omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerunt aduersum me, nunquid qui dormit non adiiciet, vt resurgat? Etenim homo pacis meæ in quo speraui,qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. C ℣ Tu autem domine miserere mei,& resuscita me,& retribuam eis. In hoc cognoui quoniam voluisti me,quoniam non gaudebit [c] inimicus meus super me. Me autem propter innocẽtiam suscepisti,& confirmasti me in conspectu tuo in æternum. Benedictus dominus deus Israel à seculo,& in seculum,fiat,fiat.

a. Qui est qui intelligit? Qui cõpatitur ei, qui aduersis confortem esse naturæ, qui cognoscit quod & diuitem & pauperem fecit dñs,qui scit quod sanctificet fructus suos,si de hisdelibet aliquam pauperibus portionẽ. Amb. de Nabuthe Iezraelit. c. 8.
1. In manus.
b. Possumus ipsa mẽbra nostra lectulos propitios nuncupare,in quibus animæ nostræ veluti in quodã strato suauissimè demorantur. Quod quidẽ sanctũ prophetã sensisse arbitror, cùm dicit, Vniuersum stratum eius vertisti,&c. Beatus enim est ille cuius stratũ dñs in ipsius infirmitate cõuertit: vt qui fuerit paulo ante adulter,iracundus & petulans,& cunctorũ scelerum infirmitatibus plenus, fiat castus, humilis, & modestus. Ambro. Sermo. 28.
c. Inimicus,hoc est, diabolus,cuius instinctu hæc Iudæi sunt operati, nõ est gauisus cum retinens in inferis, quoniam resuscitatus est. Hierony. ibidem.

*Titulus in finem,Psalmus Dauid.* XLI.

A ℣ Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit in te anima mea ad deum fontem viuum,quando veniam & apparebo ante faciem dei? [b] Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte,dum dicitur mihi quotidie: vbi est deus tuus? Hæc recordatus sum,& effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei. In voce exultationis & confessionis, [1] sonus epulantis.] B ℣ † Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei ⊱ &] deus meus. Ad me ipsum anima mea conturbata est, propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermoniim à monte modico.[c] Abyssus abyssum inuocat,in voce cataractarum tuarum. Omnia excelsa tua & fluctus tui, super me transierunt. In die mandauit dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius. C ℣ Apud me oratio deo vitæ meæ, dicam deo susceptor meus es.[d] Quare oblitus es mei,& quare contristatus incedo,dum affligit me inimicus? Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi ⊱ qui tribulant me] inimici mei. Dum dicunt mihi per singulos dies: vbi est deus tuus? quare tristis es

a. Sicut cerum serpentinis carnibus pastus,veneno exæstuans festinat ad fontes,ita serpentis antiqui pastus consilio festinat anima mea ad te deus. Arnob. ibidem.
b. Vidisti animã in continua cõpunctione. Alimonia mea, inquit,panis meus,cibus meus,cõuiuium meum, non erãt alia quã lachryma,tam die quàm nocte. Chryso. in 11. cap. Gen. hom. 30.
1. Soni festa celebrantis.
c. Si malè hicvixerint homines, abyssus abyssum inuocat: quia de pœna in pœnam transeunt, & de tenebris ad tenebras, de profunditate ad profunditatẽ, de supplicio ad supplicii, & de ardore cupiditatis in flammas gehennarum. Aug. ibidem.
d. Oblitus esse videbatur deus Iudæorum,quia tam diu in inimicorum potestate ab eo electi fuerant,vbi affligebantur quẽadmodum verisimile est eos affligi,qui in captiuitate constituti sunt. Eurhymius ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



anima mea,& quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare vultus mei & deus meus.

*In finem, Pſalmus Dauid* XLII.

[a]Vdica me deus & diſcerne cauſam meam,de gente non ſancta,ab homine iniquo & doloſo erue me. Quia tu es deus fortitudo mea,quare me repuliſti,& quare triſtis incedo,dum affligit me inimicus? [b]Emitte lucem tuã & veritatẽ tuam,ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua. [d] Et introibo ad altare dei, ad deum qui lætificat iuuentutem meam. [c] Confitebor tibi in cithara deus deus meus,quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare vultus mei & deus meus.

*In finem, Pſalmus filiis Chore.* XLIII.

[a]Deus auribus noſtris audiuimus, patres noſtri annuntiauerunt nobis. Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis. Manus tua gentes diſperdit, & plantaſti eos, afflixiſti populos, & expuliſti eos. Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terram, & brachium eorum non ſaluuit eos. Sed dextera tua & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuiſti in eis. Tu es ipſe Rex meus & deus meus, qui mandas ſalutes Iacob. In te inimicos noſtros ventilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis. † [d] Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me. † Saluſti enim nos de affligentibus nos,& odientes nos confudiſti. [b] In deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in ſeculum. [1] Tunc ] autem repuliſti & confudiſti nos, & non egredieris ⊢ deus ] in virtutibus noſtris. Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros, & qui oderunt nos diripiebant ſibi. Dediſti nos tanquam oues eſcarum, & in gentibus diſperſiſti nos. [c] Vendidiſti populum tuum ſine pretio,& non fuit multitudo in commutationibus [2] eorum. ] [d] Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris, ſubſannationem & deriſum iis qui ſunt in circuitu noſtro. Poſuiſti nos in ſimilitudinem * gentibus, commotionem capitis in populis. Tota die verecundia mea cõtra me eſt, & cõfuſio faciei meæ cooperuit me. A voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & perſequentis. Hæc omnia venerunt ſuper nos, nec obliti ſumus te, & iniquè non egimus in teſtamento tuo. Et non receſſit retrò cor noſtrum, [d] & declinaſti ſemitas noſtras à via tua. Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. [d] [c] Si obliti ſumus nomen dei noſtri, & [d] expandimus manus noſtras ad deum alienum. Nónne deus requiret iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis. † Quoniam propter te mortificamur tota die, & æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis, obliuiſceris inopiæ noſtræ,& tribulationis noſtræ? Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter. Exurge domine adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum.

*In finem, pro iis qui commutabuntur filiis Chore ad intellectum, canticum pro dilecto.* XLIIII.

[a]Eructauit cor meum verbum bonum,dico ego opera mea mea regi. Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis. Specioſus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in æternum. Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuum potentiſſime. Specie tua & pulchritudine tua, intende* proſpere, procede & regna. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ [1]acutæ,] populi ſub te cadent in corda inimicorum Regis. [d] Sedes tua deus in ſeculum ſeculi, virga directionis, virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem. † propterea [b] vnxit te deus deus tuus [c] oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Myrrha & gutta, & caſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ

a. Omnes admodũ ſancti in libris ſacris,inter diſcrimina imminentium motus, & perſecutorum gladios conſtituti, præſens dei iudicium poſtulãt. Sic enim iuſtus dicit in Pſal. Iudica me deus,&c. Præſens enim iudicium dei poſtulat,qui liberati ſe de manu perſecutoris implorat. Salui.lib 2.

b. Si lucẽ hic filium putas, ergo ſpiritus veritas eſt. Aut ſi filium putas veritatẽ,ergo ſpiritus lux eſt. Ambr.de ſpiritu ſancto,lib. 3.cap.19.

c. Quẽ & nos confitentes poſcimus, vt mereamur eius luce illuminari,via dirigi, veritate corrigi,vita locupletari. Hiero.ibi.

a. Tria genera hoſtiũ Chriſtiano inſurgunt. Vnum genus diaboli & dæmonũ eius,aliud perſecutorũ, tertiũ quod cõmune eſt omnib⁹, barbaricæ feritatis. Sed tota tria genera nõ arcu noſtro,nec brachio noſtro ſuperãtur, ſed dextera dei & brachio dei, & illuminatione vultus eius, de quo patres noſtri narrauerũt nobis: quomodo manus eius eiecit gentes, & plantauit eas. Arnobius ibidem.

b. Tametſi,inquit,multa ad noſtram gloriã adduci poſſẽt,nulla tñ alia in re gloriabimur, q̃ in vno hoc quod deum cognoſcimus. Euthymius ibid.

1. Nunc.

c. Quare venditi ſine pretio, & non potius donati dicuntur? An fortè ſcripturarũ locutio eſt, vt vẽditus etiam qui donatur dici poſsit? Hic autẽ ſenſus optimus eſt,in eo quod Iſaiæ 52. dictum eſt, Gratis venundati eſtis,& ſine argento redimemini, & hic: vendidiſti populũ tuũ ſine pretio: quia illi quibus tradidiſti populũ tuum,impij fuerunt,nõ deum colendo tradi ſibi illum populum meruerũt, vt ipſe eum tãquam pretium videretur. Aug q. ſuper Iudic.

2. Noſtris.

*In.

d. Hoc eſt, aduenies via tua, vt ipſa eſſet iter profiſcentium, quæ ſingulares portas duplices non fert, quia arcta eſt via quæ ducit ad vitam æternam. Chry. in Pſal.118.

e. Dixerant ſe nulla vi calamitatum potuiſſe cogi vt deficerent ad deos falſos & commẽtitios, ad id cõfirmãdũ hæc ſubiũgũt: Si, inquiũt, abalienati fuiſſem⁹ à deo noſtro,nónne ipſe,qui nouit ſenſus noſtros intimos animorũ, hoc noſtrum ſcelus animaduertiſſet? Flaminius ibid.

a. Vnigenitus dei filius à patre miſſus eſt,non amiſſus. Et ideo dicit prophetа: Eructauit cor meũ verbũ bonũ. Sicut enim ex vſu prolatiuũ hominis verbũ, ita ad audientẽ à loquente trãſfertur, vt nihilominus in eo de quo pgreditur,corde teneatur. Sicut ſermo quem loqueris & à te exit, & tecum eſt, nouo & ſtupendo genere tranſit,& remanet. Euſeb. Emiſen. de natiuita.do.homil.1.

*Et.

1. Potentiſſimæ. Quod Hieronymus additũ dicit ex ſuperiori verſiculo.

b. Quãdo verbũ caro factũ erit, tũc & ipſum nominatũ eſſe dicimus Chriſtũ Ieſum: quia profecto vnctus eſt oleo lætitiæ, id eſt ſpiritu ſancto à deo patre: & hac quoque cauſa Chriſtus nominatur. Damaſ.lib.4.cap.6.

c. Oleũ igitur lætitiæ ſpũſſanct⁹ eſt. Et pulchrè oleũ lætitiæ dixit,ne creaturã putares. Olei enim huiuſmodi natura eſt, vt nequaquã naturæ alterius humidę miſceatur. Lætitiaquoque non corpus vnxit, ſed intima cordis illuminat, ſicut dicit prophetа: Dediſti lætitiam in corde meo. Ambro.de ſpiritu ſancto lib.1.cap.8.

filiæ Regum in honore tuo.† [d] Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Audi filia & vide, & inclina aurē tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Et concupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus
C deus tuus, & [c] adorabunt] eum. [e] Et filiæ Tyri in muneribus, vultuum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Omnis gloria eius [3] filiæ] Regis abintus, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi. Afferentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum Regis. † Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui [-domine,] in omni generatione & generationem. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in seculum seculi,

[d] Vidisti insignem honorem, vidisti summam dignitatē, quæ conculcata, & quæ in infimum locum deturbata fuerat, in quā tam extulerit altitudinem, vt ei assistet. Cognouisti quæ erat captiua, alienata, meretrix scelerata & execranda ad quantā dignitatem ascēderit. Cum ministratoriis potestatibus astitit. Filius enim, vt qui sit honore æqualis, sedet à dextris, ipsa vero sterit. Quantus enim sit regina, est tamen creatæ substantiæ. Chrysost. ibid.]
2. Adorabis eum.
3. Filia.

*In finem filiis Chore pro arcanis.* XLV.

A [a] Eus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus quę inuenerūt nos nimis. Propterea [b] non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum, conturbati sunt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius * non
B commouebitur, adiuuabit eam deus mane diluculo. [f] Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna, dedit vocem suam, * mota est terra. Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster deus Iacob. Venite & videte opera domini, quæ posuit prodigia super terram, [c] auferens bella vsque ad finem terræ. Arcum conteret & confringet arma, & scuta comburet [1] igni.] Vacate & [2] videte,] quoniam ego sum Deus, exaltabor in gentibus & exaltabor in terra. Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster deus Iacob.

a Plenus est enim mundus æruūis atque pressuris: ideoque quia sunt alia adiutoria regū, virtutes potentiū, refugia ciuitatū, nostra munitio Christus est, qui nos ab his potenter eripere potest. Hieron. ibid.
b. Hoc est, dum tyranni & subditi eorū populi terrena sapientes turbabuntur, turbari autem sunt antiqua ac patria eorum conuersatione immutata, quinimo neque etiam timebimus dum montes, hoc est, superbi elatique animo, ac tumentes dæmones, dum irruere eos videbimus. Euthymius.
* Et
* Altissimus.
c. De hac cœlesti & dulcissima pace quam terris attulit Christus, Isaias quoque similia vaticinatur: sed qualis ea pax sit, pij soli ex omnibus intelligunt, eáque fruūtur, etiam tum, cum omni scelere ac crudelitate vexantur ab impijs. Iam significabat magna illa tranquillitas pacis & otij, quæ omnibus fere gētibus data est, dum Christus versabatur in terris. Flaminius ibidem.
1. In igne.
2. Cognoscite.

*In finem pro filiis Chore, Phalmus Dauid.* XLVI.

A [a] † Mnes gentes plaudite manibus, iubilate deo in voce exultationis. Quoniam dominus excelsus terribilis, Rex magnus super omnem terram. Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Elegit nobis hæreditatē suam, speciem Iacob quam dilexit. [b] † Ascendit deus in iubilo, & dominus
B in voce tubæ. [c] Psallite deo nostro, psallite, psallite Regi nostro, psallite. Quoniā Rex omnis terræ deus, psallite sapienter. Regnabit deus super gentes, deus sed & super sedem sanctam suam. [c] Principes populorum congregati sunt cum deo Abraham, quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati sunt.

a. Spiritus sanctus per prophetam vocat ad fidem omnes gētes venire: Omnes gētes inquit, id est, totus mundus, simul plaudite manibus. Hieron. ibid.
b. Quid aliud præ se ferre vult ille domini ascensus, quam antea descendisse eum qui nunc ascēdat? post quem sine ascensum, protinus gentium cunctarū vocatio canitur. Euse. de demonstratio. lib. 6. cap. 2.
c. Euangelicæ prædicationis vires magis etiam demonstrat, quod non idiotas tantū & priuatos homines, sed principes etiam & reges ipsos attraxerit. Siquidem & eorum multi cum Christo congregati sunt, & partium eius effecti. Euthy. ibid.

*Psalmus cantici, filiis Chore secunda sabbati.* XLVII.

A † Agnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius, [1] Fundatur] [a] exultatione vniuersæ terræ, [2] mons] Sion latera aquilonis, ciuitas Regis magni. Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam. Quoniam ecce Reges [-terræ] congregati sunt, conuenerunt in vnum. Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos. Ibi dolores vt parturientis, in spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Sicut audiuimus, sic vidimus, in ciuitate domini virtutum, in ciuitate dei nostri, deus fundauit eam in æternum. [b] Suscepimus deus misericordiam tuam,
B in medio templi tui. Secundum nomen tuum deus, sic & laus tua in fines terræ, iustitia plena est dextera tua. Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua domine. [b] Circundate Sion & complectimini eam, narrate in turribus eius. Ponite corda vestra in virtute eius, & distribuite domos eius vt enarretis in progenie altera. Quoniam hic est deus, deus noster in æternum, & in seculum seculi, ipse reget nos in secula.

1. Bene fundata.
a. Montem Sion & vrbem Ierusalem appellat, vaticinādo gaudiū & exultationem vniuersæ terræ: quoniam vera cognitio dei, veráque religio ex iis locis manauit in omnes terrarum oras: quæ quidem res & salutē & lætitiam mortalibus attulit immortalem. Sioné vero appellat latera aquilonis, propterea quòd is mons situs est in aquilonari vrbis parte, vt etiam meminit Isaias. Flaminius ibid.
2. Montes.
b. Nunc vos, ô animæ liberatæ, & ierum genitæ, circundate matrem vestram Sion, & duorū testamentorum plena lactibus vbera sugite, narrate in turribus eius misericordiam quam consecuti estis. Arnob.

*In finem, pro filiis Chore, Psalmus Dauid.* XLVIII

A [a] Vdite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Quíque terrigenæ & filij hominum, simul in vnum diues & pauper. Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. † Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiā in psalterio propositionē meam.

a. Adiutorium habet maximū qui omnes gentes conuocat ad audiendum psalmū, & omnes eos qui suo complēt orbē incolatu. Qui enim concionatur, & ad exaudiendam concionem in vnum aduocat omnes, paracletus est nimirum spiritus ille veritatis. Basilius. ibidem.

Cur [1] timebo] in die mala, [b] iniquitas calcanei mei circundabit me. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. † ♱ Frater non redimit, redimet homo? non dabit deo placationem suam. † Et pretium redemptionis animæ suæ, & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. [c] Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes, simul insipiens & stultus peribunt. Et relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternum. Tabernacula eorum in progenie & progenie, vocauerunt nomina sua in terris suis. ♱ Et homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis. Hæc via illorum scandalum ipsis, & postea in ore suo complacebunt. [d] Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Et dominabuntur eorum iusti in matutino, & auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum. * Veruntamen deus redimet animã meam de manu inferi, cum acceperit me. ♱ Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. [e] † Quoniam cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Quia anima eius in vita ipsius benedicetur, confitebitur tibi cum benefeceris ei. Introibit vsque in progenies patrũ suorum, vsque in æternum non videbit lumen. [f] Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

1. Timeo.
b. Calcaneus finẽ corporis notat, ad ipsum serpens attendit, ibi insidiatur. Hoc solũ timendũ est omnibus nec in fine suo in iniquitate sua capiãtur. In quo enim opere quis muentus fuerit, in eo erit vsque in sempiternum. Arnobius ibidem.
c. Si viderit hominem sapientẽ in deo ab hoc mundo migrare, dicit: Quid huic iniuria? Quid calliditas? Quid eleemosynæ profuerunt? nonne & ipse moritur est? Hieron. ibidem.
d. Cæterũm deus illos vt oues in infernum intrusit, cum irrationales facti sunt, sed & qui sibi auxilio esse non possunt: addidit quisnam futurus esset eorum pastor, quia mors, per quã supplicium intelligit, quia pascet eos. Euthymius, ibid.
* Expulsi sunt.
e. Nihil enim secum de his quæ propria habere se credidit, portaturus est, quia vt dicit propheta: Cum interierit, non sumet omnia. Euse. Emise. ad monac. homil. 10
f. Concluditur carmen salubertima sententia, hominem scilicet, cui contingunt amplæ fortunæ sine prudentia & pietate, perinde atque bestias omnibus bonis spoliari. Flaminius, ibid.

## *Titulus, Psalmus Asaph.* XLIX.

[a] Deus deorum dominus locutus est, & vocauit terram. A solis ortu vsque ad occasum, ex Sion species decoris eius. [b] Deus manifestè veniet, deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Aduocauit cœlum désursum, & terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Et annuntiabunt cœli iustitiam eius, quoniam deus iudex est. ♱ Audi populus meus, & loquar Israel, & testificabor tibi, deus, deus tuus ego sum. Non in sacrificiis tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. [c] Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus & boues. Cognoui omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi, meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. ♱ Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. [d] Et inuoca me in die tribulationis, * eruam te, & honorificabis me. [e] † Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iustitias meas? & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. ♱ Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. † Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui. Existimasti [1] iniquè quòd ero tui similis, arguam te & statuam contra faciem tuam. * Intelligite * hæc qui obliuiscimini deum, nequando rapiat, & non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare dei.

2. Hoc loco diuina prædictio planè deũ manifestè venturum canit, quæ quidem non alium, quàm ipsum dei verbum significat. Illum vero aduentus eius tam manifestissimè indicat, ac gentium rursus quæ in tota terra continentur, vocari in eum futurum denunciat. Itaque vocauit inquit, terram ab ortu solis vsque ad occasum. Euseb. de demonst. lib. 6. ca. 1.
b. Distributionem quippe tanti iudicii tempestas ignisque eumitabuntur: quia tempestas exanimat, quos ignis exurit. Gregor. homil. 1 c.
c. Illa animi sprevi, quia sanguis veri agni effusus est pro peccatis populi mei, vel non accipio vitulos, i. superbos, nec hircos, luxuriosos. Hieron. ibidem.
d. Vult hominem idem conditor alto quidem salubrique cõsilio tribulationibus exercere: vt cum defecerit homo, & subuenerit deus, dũ homo, liberatur à deo, deus ab homine, vt dignũ sit, honoretur. Bernard. de diligendo deo.
* Tuæ.
e. Quoniam diximus supra: non in sacrificiis tuis arguam te, itaque damnat simulationem virtutis ac pietatis, eos scilicet, qui verbis deum confitentur, factis negant, vt sit Apostolus, & qui præcepta dei semper in ore habẽt, ea minimè obseruãt. Flam.
1. Iniquitatem.
* Peccata tua.
* Iam.

## *Psalmus Dauid, cum venit ad eum Nathan Propheta, quando intrauit ad Bersabee.* L.

[a] Miserere mei deus, secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. † Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, [b] & peccatum meum [1] contra] me est semper. † Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, [c] vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. ♱ Ecce enim veritatem dilexisti, incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. † Aspergesme domine hyssopo & mun-

a. Iuxta immensam, inquit, tuã misericordiã miserere mei, immensum enim est peccatũ meũ quo deliqui. Euthy. ibid.
b. Vnusquisque respiciens se arguat intra se gesta improba, & ante se constituat peccata sua, pronuntians cum propheta: & delictum meum contra me est semper. Ante vos sit, vt contra vos esse non possit. Euseb. Emisen. de pœni. Niniuitarũ. homi.
1. Coram.
c. Christus autẽ cũ condemnatur, & superatur cũ iudicatur, & vincit: sicut ait Propheta: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris. Quid ergo opus erat ei loqui ante iudicium, cui ipsum iudicium erat plena victoria? Vincit enim cum iudicatur Christus, quia sic innocens approbatur. Amb. Ser. 49.

& mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Audi tui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata.† Auerte faciem tuam à peccatis meis,[d] & om
C nes iniquitates meas dele.[f] Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne proiicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.† Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me,†[e] Do cebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus deus, deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam. Domine labia mea aperies,
D & os meum annunciabit laudē tuam.†[f] Quoniam si voluisses sacrificium dedissem, vtique holocaustis non delectaberis.†[f] Sacrificium deo spiritus contribulatus,[g] cor contritum & humiliatum deus non [2] despicies.] Benignè fac domine in bona voluntate tua Sion:[3] vt] ædificentur muri Ierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ[4] oblationes & holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos.

d. Sicut delentur scripturæ de quibus nō curatur, & quia hoc nō potest fieri sine gratia iustificante, ideo repetit petitionē iam positam de iustificatione per gratiam, sicut affectuose petentes replicāt suas petitiones. De Lyra. ibid.
e. Vt declinantes à viis prauis pœnitentiam agentes misericordiam consequantur. Hierony. ibidem.
f. In tantum prodest tribulatio Christianis, vt per hanc spiritus noster deo sacrificiū fiat. Fulgen. Epist. 7.
g. Quia cor ieiunii contritum & humiliatū deus nō spernit, magnum abstinentiæ sacrificiū, præsertim si misericordiæ largitate pinguescat, si per eleemosynas odorem suauitatis accipiat. Eusebius Emisen⁹. de initio. 40. Homil. 1.
2. Despiciet.
3. Et.
4. Oblationem.
* Et dixisset ei.

*In finem, intellectus Dauid, cum venit ⊱ ad eum] Doech Idumeus, & nuntiasset Sauli:* venit Dauid in domum Abimelech.* *LI.*

A [a] Vid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Tota die iniustitiam cogitauit lingua mea, [b] sicut nouacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis quàm loqui æquitatem. Dilexisti omnia verba præcipitationis, [1] lingua dolosa.] Propterea deus destruet te in finem, euellet te & [2] emigrabit] te de tabernaculo tuo, & radicem tuam
B de terra viuentium.[c] Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum. Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei, speraui in misericordia dei in æternum, & in seculum seculi. Confitebor tibi in seculum quia fecisti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

a. Sermo est ad Doech, quem oportuerat potius malitiā suā obtegere, quàm de ea gloriari. Euthymius ibid.
b. In quo nequitiæ arguēs proditorem eo quōd instrumentū huiusmodi ad hominis adhibetur ornatū, & plerunque vlcerat. Ambr. offic. 3. cap. 11.
1. Linguam dolosam.
2. Emigrare faciet.
c. Quanto ergo has damnationes eorum, & præsentis & æternæ calamitatis, sanctus quisque metu contuebuntur, quia punitorum contemplatio sit terribilis exemplo. Sed quia iusti sunt, licet timeant de exemplo, tamen de fructu propriæ iustitiæ gaudebūt. Ibidem Hilarius.

*In finem, intellectus Dauid pro Amalech.* *LII.*

A † [a] Ixit insipiens in corde suo, non est deus.[b] Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus, non est qui faciat bonum. Deus de cœlo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requirens
B deum.† Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.[c] Nónne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam vt cibum panis? † Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non fuit timor. Quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt quoniam deus spreuit eos. Quis dabit ex Sion salutare Israël? cum conuerterit deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob & lætabitur Israel.

a. Nam qui nihil à deo aspici affirmant, prope est vt cui aspectum adimunt, & subsit intiam tollant, vt quem dicant omnino nihil esse. Salu. lib. 4.
b. Legē dei excedentes primū corruptioni subditi sunt, dehinc abominationi: quia iniquitas corruptionē affert, corruptio autem abominationem meretur. Cum eam quis transgreditur dei legem, tum deum negabit, & eū negare corruptio est. Domin⁹ enim noster ad debellandum corruptionem vetbū caro factū est. Hila. ibid.

*In finem, in carminibus intellectus Dauid, cum venissent Zyphæi, & nuntiassent Sauli: nónne Dauid absconditus est apud nos?* *LIII.*

A [a] Eus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me: & fortes quæsierunt animam meam, & non pro-
B posuerunt deum ante conspectum suum.[b] Ecce enim deus adiuuat me: & dominus susceptor est animæ meæ. Auerte mala inimicis meis, & in virtute tua disperde illos.† Voluntariè sacrificabo tibi, & [c] confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum est. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus.

a. Vide amice, ne te credas inimicis in toto, vide ne in necessitate positus furtō facias, & ea reputes te posse reflci, ne dicas de bono, quia malus est, dum vis hominibus complacere, ne à virtutibus pergas ad vitia, faciente aliqua necessitate noli te illis credere. Arnobius ibid.
b. Adiuuit itaque quam suscepit, quam proculdubio nisi susciperet, non iuuisset. Fulgē. ad Transimund. lib. 1.
c. Quia orationem mundam fudit in principio psalmi, ideo, vt deus omnia prouidens Christi adiutorio nos eripiat à mundanis tribulationibus, confitemur nomini eius. Hieron. ibi.

*In finem, in carminibus intellectus Dauid.* *LIIII.*

A † Xaudi deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam, intende mihi & exaudi me. Contristatus sum in exercitatione mea, [a] & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniam declinauerunt in me iniquitates, in ira molesti erant mihi. Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me.

a. Inimicum Saulem appellat tanquam insidiatorem: item & peccatorem, eo quōd lædendo innocentem delinqueret: tanto etam grauiur peccabat, quanto non tantum innocens erat beatus Dauid, sed de Saule etiam bene meritus. Euthymius ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ. † Et dixi, quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? † Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. ♯ Expectabam [1] eum, qui ſaluum me fecit, ] à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate. Præcipita domine, [b] diuide linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. Die ac nocte circundabit eam ſuper muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniuſtitia. Et non defecit de plateis eius vſura & dolus. Quoniam ſi inimicus ⟜ meus ] [2] maledixiſſet mihi, ] ſuſtinuiſſem vtique. Et ſi is qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo. Tu verò homo [c] vnanimis, dux meus & notus meus. ♯ Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus cum conſenſu. Veniat * mors ſuper illos, [d] & deſcendant in infernum viuentes. Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum. [e] Ego autem ad deum clamaui, & dominus [3] ſaluauit ] me. Veſpere, & mane, & meridie narrabo & annunciabo, & exaudiet vocem meam. Redimet in pace animam meam ab iis qui appropinquant mihi, quoniam inter multos erant mecũ. † Exaudiet deus & humiliabit illos, qui eſt ante ſecula. ♯ Non enim eſt illis commutatio, & non timuerunt deum, extendit manum ſuam in retribuendo. Contaminauerunt teſtamentum eius, diuiſi ſunt ab ira vultus eius, & [4] appropinquauit cor illius. ] Molliti ſunt ſermones [5] eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. [f] † Iacta ſuper dominum curam tuam, & ipſe te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem iuſto. Tu verò deus, deduces eos in puteum interitus. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos, ego autem ſperabo in te domine.

1. Deum qui ſaluum me facit, vel ſaluat me.
b Fac ſubito exiſtat inter eos linguarum varietas, ne poſsit alter alterius verba intelligere, dum de me prodendo conſultant. Hoc modo deus fregit conatus eorum qui turrim Babel ædificabant. Flaminius, ibid.
2. Opprobraſſet me.
c. Qui eſt vnanimis, ipſe amicus eſt: q̃ vnitas animorum in amicitia eſt, neque quiſquam deteſtabilior, quã qui amicitiam læſerit. Vnde in proditore dris hoc grauiſſimum inuenit, quo eius condemnaret perfidiam, q̃ gratiæ vicem non reptæſentauerit, & conuiuiis amicitiæ venenũ malitiæ immiſcuerit. Itaque ſic ait: Tu vero homo vnanimis, &c. Hoc eſt, non poteſt ſuſtineri illud, quia vnanimis apperiſti eum qui tibi donauerat gratiam. Amb. offi. 3. ca. 16.
* Iam.
d. Si mortuus deſcẽderes, quid ageres, ignoraret: Cum vero ſcit malum eſſe quod facis, & tamẽ facit, nõne viuus deſcendis ad inferos? Hoc dicit propter duces, Dathan, Core, & Abiron, quos terræ hiatus viuos abſorbuit. Nume. 16. Aug. ibid.
e. Clamorem fidelem mox deus exaudit, & hanc ipſam exaudiri clamoris ſui gratulationem veſpere, & mane: & meridie narrabit: diem omnẽ in his diei partibus per quas dies cõtinuetur, oſtendens. Hilarius. ibid.
3. Exaudiuit.
4. Appropinquauerunt corda illorum.
5. Eorum.
f. Tu vero Chriſtiane iacta in deum cogitationẽ tuam, & ipſe te enutriet. Noli dicere: Quid manducabo, quid bibam, aut quo operiar? Per iſtas enim cogitationes dæmones ipſi ſunt in cula: quos deducet dominus in puteum interitus, ſi tu in deum iactaueris cogitatum tuum. Arnob. ibidem.

*In finem, pro populo qui à ſanctis longe factus eſt, in tituli inſcriptione ipſi Dauid, cum tenerent eum Allophyli in Geth.* LV.

Miſerere mei deus, quoniam conculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me. Conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduerſum me. Ab altitudine diei * timebo, ego verò in te ſperabo. In deo laudabo ſermones meos, in deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi caro. ♯ Tota die verba mea execrabantur, aduerſum me omnes cogitationes eorum in malum. Inhabitabunt & abſcondent, [b] ipſi calcaneum meum obſeruabunt. Sicut Suſtinuerunt animam meam pro nihilo ſaluos facies illos, in ira populos confringes. Deus vitam meam annuntiaui tibi, poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. Sicut & in promiſſione tua, tunc conuertentur inimici mei retrorſum. ♯ [c] In quacunque die inuocauero te, ecce cognoui quoniam deus meus es. In deo laudabo verbum, in domino laudabo ſermonem: in deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi homo. [c] In me ſunt deus vota ⟜ tua, ] quæ reddam [1] laudationes tibi. ] † Quoniam eripuiſti animã meam de morte, * & pedes meos de lapſu, vt placeam coram deo in lumine viuentium.

a. Miſericordiam rogat, quia confidit in deo, docens ab his miſericordiã dei ſperandã eſſe qui crederent. Et miſericordiæ dei quod momentũ quiue ſit effectus, oſtẽdit, dicens: Et in vmbra alarũ tuarũ, &c. Auibus naturæ eſt infirmitaté pullorum alis inumbrare, eóſque à prætervolantium vi atque improbitate defendere. Hilar. ibid.
b. Per dentes autem & per linguam, eorum ſermones ſignificauit: quia calumniis & doloſis quibuſdam detractionibus vulnerant, & quantum in ſe eſt, interimunt. Arma autem ea hic non dicit, quæ ferũdi, ſed quæ lædendi cauſa deferuntur. Euthymius, ibid.
* In gloria mea.
c. Non expectabo dum aurora me excitet è lecto, quin potius illam cunctantem excitabo anteluceanis horis ſurgẽs ad hymnos canendos. Flam. ibid.
1. Laudationis tuæ.
* Oculus meos à lachrymis.

*In finem, ne diſperdas Dauid in tituli inſcriptione, cum fugeret à facie Saul ⟜ Regis Iſrael ] in ſpeluncam.* LVI.

Miſerere mei deus, miſerere mei, quoniam in te confidit anima mea. Et in vmbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas. Clamabo ad deum altiſſimum, deum qui benefecit mihi. Miſit de cœlo & liberauit me, dedit in opprobrium conculcantes me. Miſit deus miſericordiam ſuam & veritatem ſuam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum, dormiui conturbatus. ♯ † [b] Filij hominum dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Exaltare ſuper cœlos deus, & in omni terra gloria tua. Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam. Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam. † Paratum cor meum deus, paratum cor meum, cantabo & pſalmum dicam domino. ♯ * † Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cithara, [c] exurgam diluculo. Cõfitebor tibi in populis domine, & pſalmum dicam tibi in gentibus. Quoniam magnificata eſt vſque ad cœlos miſericordia tua, & vſque

& vsque ad nubes veritas tua. Exaltare super cœlos deus: & super omnem terram gloria tua.

*In finem, ne disperdas Dauid in tituli inscriptione.* LVII.

A [a] Si verè vtique iustitiam loquimini, [1] rectè ] iudicate filij hominum. Etenim in corde iniquitates operamini in terra, iniustitias manus vestrę con-
B cinnant. Alienati sunt peccatores à vulua, errauerũt ab vtero, locuti sunt falsa. ℣ Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas. Quæ non exaudiet vocem incantantium, & ve-
neficij [2] incantantis sapienter. ] Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet dominus. Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens, [3] in-
C tendit ] arcum suum, donec infirmentur. ℣ Sicut cera quæ fluit, auferentur, supercecidit ignis & non viderunt solem. Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum, sicut viuentes, sic in ira absorbet eos. † Lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et dicet homo, si vtique est fructus iusto, vtique est deus iudicans eos in terra.

a. Id est, si verè secundum legẽ agitis, iustè iudicate filij hominum: dicite culpam, & ita date sententiã. Vt quid iniustitiam manus vestræ cocinnant, alienamini ab vtero matris Saræ, ergo à ventre patris vestri Abrahę, hoc Abraham non fecit: Si filij Abrahæ essetis, vtique opera Abrahæ faceretis. Nunc verò abalienati estis ab vtero, & non filij ejus. Arnob. ibid.

1. Recta.

2. Quæ incantatur à sapiente.

3. Intendet.

b. Justus quando videt pœnam peccatoris, proficit ipse, & mors alterius valet ad vitam alterius. Si enim spiritaliter sanguis cuiusdam de his qui intrinsecus moriuntur, tu videns talem vindictam, lauas illic manus tuas, de cæteo mundus vine. August. ibidem.

† 10. quæst. 2. Iudex.

*In finem, ne disperdas Dauid in tituli inscriptione, quando misit Saul, & custodiuit domum eius, vt interficeret eum.* LVIII.

A [a] Ripe me de inimicis meis deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salua me. Quia ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes. Neque iniquitas mea, neque peccatũ meum domine, sine iniquitate cucurri & direxi. Exurge in occursum meum & vide, & tu domine deus virtutum, deus Israel. Intende ad visitandas om-
B nes gentes, non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. ℣ Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. [b] Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum, quoniam quis audiuit? Et tu domine deridebis eos, ad nihilum deduces omnes gentes. Fortitudinem meam ad te custodiam, quia tu es deus susceptor meus, deus meus misericordia eius prævenit me. Deus* [1] ostendit ] mihi super inimicos meos, ne occidas eos, nequando obliuiscantur [2] populi
c mei ] ℣ Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus domine. Delictum oris eorum [3] sermonem ] labiorum ipsorum, & comprehendantur in superbia sua. [c] Et de execratione & mendacio annunciabuntur in consummatione, in ira consum-
Iap. eodem. mationis, & non erunt. Et scient quia [d] deus dominabitur Iacob, ℣ & ] finium terræ. Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.
D ℣ Ipsi dispergentur ad manducandum, si verò non fuerint saturati, & murmurabunt. Ego autem cantabo fortitudinem tuam, [e] & exaltabo mane misericordiam tuam. Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ. Adiutor meus tibi psallam, quia deus susceptor meus es, deus meus, misericordia mea.

a. Vitiorum humanorũ causas profectúque comprehensus est, vt vnde orta est, & quo euaderet impietas nosceremus. Et idcirco iras, & simultates, & inimicitias euangelium comprehsit, cũ irasci sine causa fratri reatus gehennæ sit: & oblatio muneris, nisi post reconciliationem non concessa sit simultatis & inimicens non solum diligendos, sed & pro his orandum decernit. Hila. ibid.

b Figura est quam therores appellant reticentiam: hac expressit atrocitatem verborum, qui lacerabant ij qui obsidebant domum suam. En inquit, loquuntur ore suo, nihil scilicet nisi cædem & sanguinem, & immanitatem. Itaque subiungit gladij in labiis eorum, tanquam nemo audiat. Flaminius.

* 1. Meus ostendet.
2. Legis tuæ.
3. Sermo.

c. Execrabantur enim dominũ, cum eũ filium Ioseph fabri dicebant: innectebant mendacio, cum eum dæmonium habere aiebant. Hier. ibid.

d. Hoc est, deus Iacob dominabitur finium terræ. Hier. & ita coniunctio, &, superfluit.

e. Mane enim exultamus in misericordia eius cum tenebras à nobis peccatorum abstulerit, & dederit lucem suam in cordib⁹ nostris. Exultamus in misericordia eius, quia factus est susceptor noster, & refugium nostrum in die tribulationis. Arnob. ibid.

*In finem, pro iis qui commutabuntur, in tituli inscriptione ipsi Dauid in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam Syriæ & * Sobal, & conuertit Ioab, & percussit Aedom in valle Salinarum duodecim milia.* LIX.

* Syriam.

A [a] Deus repulisti nos & destruxisti nos, iratus es & misertus es nobis. Commouisti terram & conturbasti eam, sana contritiones eius, quia commota est. Ostendisti populo tuo dura, [b] potasti nos vino compunctionis. Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. Et liberentur dilecti tui, saluum fac dextera tua, & exaudi me. Deus locutus est in sancto suo, lætabor
Psal. 107. b B & partibor Sichimam, & conuallem tabernaculorum metibor. ℣ † Meus est Galaad, & meus est Manasses, & Ephráim fortitudo capitis mei, Iuda Rex meus, Moab olla spei meæ. [c] In Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam, * quis deducet me vsque in Idumæam? Nónne tu deus qui repulisti nos? & non egrediens deus in virtutibus

a. Repulisti, quia te irritauimus, & destruxisti, tradens nos in captiuitatẽ Babyloniæ. Spoliati enim sunt Iudæi tunc regno, & viribus. Euth.

b. Sicut homines exercitati ad bibendum vinum, istud solent ebrij plus sentire, in anima fideli, & casta anima sapiens atque compuncta, quæ potest dicere: potasti nos vino compunctionis, cum experit de spe futuri seculi cogitare, & ipsam bonorum cœlestium sitim bibere, intoleri fert, nescit explerí. Euseb. Emisenus de Epipha. homil. 3.

c. Id est, plebi gentilium manifestabo incarnationem meam. Gressus domini, aduentus filij dei in mundum est, & regressus eius ad patrem. Augu. de essentia diuinitatis.

* Aui.

Universidad de Deusto
Biblioteca



nostris.† Da nobis auxilium de tribulatione, & vana salus hominis. In deo faciemus virtutem,& ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

*In finem, in hymnis, Psalmus Dauid.* LX.

[a] EXaudi deus deprecationem meam,intende orationi meę. A finibus terræ ad te clamaui,dum anxiaretur cor meum,in petra exaltasti me. Deduxisti me quia factus es spes mea,turris fortitudinis à facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula, protegar in velamento alarum tuarū. [b] Quoniam tu deus ⊱ meus] exaudisti orationem meam,dedisti hęreditatem timentibus nomen tuum. Dies super dies Regis adiicies, annos eius vsque in diem generationis & generationis. Permanet in æternum in conspectu dei,misericordiam & veritatem eius quis requiret? Sic psalmum dicam nomini tuo[1] in seculum seculi,]ᵇ vt reddam vota mea de die in diem.

*In finem,pro Idithun, Psalmus Dauid.* LXI.

[a] NOnne deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Nam & ipse deus meus & salutaris meus, susceptor meus, non mouebor amplius. [b] Quousque irruitis in hominem,interficitis vniuersi vos tāquam parieti inclinato & macerię depulsæ? Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere,cucurri in siti,ore suo benedicebant,& corde suo maledicebāt.* Veruntamen deo subiecta esto anima mea,[c] quoniā ab ipso patientia mea. Quia ipse deus meus & saluator meus,adiutor meus,non emigrabo. In deo salutare meum & gloria mea, deus auxilij mei,& spes mea in deo est.[d] Sperate in eo omnis congregatio populi,effundite coram illo corda vestra, deus adiutor noster ⊱ in ęternum.] ✱ Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in statęris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.† Nolite sperare in iniquitate,& rapinas nolite concupiscere: [e] diuitię si affluant, nolite cor apponere. Semel locutus est deus,duo hęc audiui,quia potestas dei est &[1] tibi domine misericordia,† quia tu reddis vnicuique iuxta opera sua.

*Psalmus Dauid cum esset in deserto[2] Idumææ.*] LXII.

[a] DEus deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit ⊱ in te] anima mea,quàm multipliciter tibi caro mea.In terra deserta,inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam. [b] Quoniam melior est misericordia tua super vitas, labia mea laudabunt te. ✱ Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas. Sicut * adipe & pinguedine repleatur anima mea,& labiis exultationis laudabit os meum.Sic memor fui tui super stratum meum, [c] in matutinis[1] meditabor]in te,quia fuisti adiutor meus. ✱ Et in velamēto alarum tuarum exultabo,adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Ipsi verò in vanū quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, [d] partes vulpium erunt.Rex verò lętabitur in deo,[2] laudabuntur omnes qui iurant in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua.

*In finem, Psalmus Dauid.* LXIII.

EXaudi deus[1] orationem] meam cum deprecor,*[a] à timore inimici eripe animam meam.[2] Protexisti] me à conuentu malignantium,à multitudine operantium iniquitatem. Quia exacuerunt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum * rem armaram, vt sagittent in occultis immaculatum. Subito sagittabunt eum, & non timebunt,[b] firmauerunt sibi sermonem nequam. ✱ Narrauerunt vt absconderent laqueos,dixerunt quis videbit eos? Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur deus. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum,& infirmatæ sunt contra eos linguę eorum. Conturbati sunt omnes qui videbant eos,& timuit omnis homo. Annuntiauerunt opera dei, & facta eius intellexerunt. Lætabitur iustus in domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

*In finem, Psalmus Dauid,canticum Aggæi, Ieremiæ,& Ezechiel de verbo peregrinationis,& de populo transmigrationis cum inciperent proficisci.* LXIIII.

Te

a. Non enim hic extima solitudinum, aut contigua oceani incolebat, qui à terra finibus anxio corde clamabat. Sed sciens se in carne quidem, quæ terra est, degentē, tam in fine carnis habitare, dū secundū Apostolū in corpore habitans peregrinatur à domino,dū viuens ita non sibi viuit, neque ipse viuit, sed viuit in eo Christus. Hilar. ibi.

1. In secula, Græc. vel in æternum. Hebr.

b. Id est,hymnos, & gratiarum actionem:quæ quidem vota pij perpetuo reddere debēt, quando etiam bona quorū hæredes instituti sunt à deo, perpetua sunt. Flam.

a. Causam dicit cur subigi domino contendat, quoniam ex deo salutare est. Proprium autē conditoris est, eorum quæ fecit, curam gerere vti seruentur. Basilius ibid

b. Hic Dauid arguit aduersariorum suorū malitiam: & primo arguit eos de crudelitate, secundo de cupiditate. De Lyra.ibidem.

c. Ab ipso est patientia:quia inter calamitates mihi constantiā præstat. Hæc autem mutuo inter se consilia agitabant,ad maiorem se magnanimitatem alter alterum excitantes. Euthymius. ibidem.

d. Suā de vulgata monet omnes qui superstitionibus laborabāt, sperare in domino.Glusa ordi. post Cassia.

e Quid enim mihi prosunt, si me à morte liberare non possunt? Quid mihi prosunt,si mecum non mortem esse non possunt:hinc acquirumur, hic relinquuntur. Ambr. de Nabuthe Iezraelit. cap.6.

1. Tua.

2. Iudææ.

a. Ex hoc intelligi potest,res incommodæ atque asperæ quàm sint hominibus piis cōmodæ ac salutares. Flaminius ibid.

b Quia quamuis probabilis per iustitiæ operationē vita iustorum sit, tamē per misericordiā dei plus meriti consequitur. Ea hac enim in vita in viri profectu æternū, & operationem iustitiæ Hila. Psal.51. *Ex.

c. Opus quidem fuerat, & per diem hanc habere memoriam; quo iam vero semper solliciti estis, & in secularibus distrahimini,falrem tunc dui memores fitis super stratum,in maturinis meditamini in eo: Chryso. ad populum Antioche hom.41.

1 Meditabar.

d. Vbi occisi fuerint, vulpes sibi in cibum,eorum diuident cadauera. Euthymius ibid.

2. Laudabitur omnis qui iurat.

1. Vocem.

✱ Ad te.

a Deus enim non tantum tum orandus est,cum quæ timentur ingruerint, sed timēda ea sunt, quæ cum cœperint adesse, dominantur, & semper atque indefessis precibus ōrādus est, vt nos à timore eorū quorum dominatum timemus, eripiat. Hilar.ibid.

2. Protege.

b. Cum se in hac malitia firmant, vt hos deceptionis laqueos huic rudi intendant, nō putant hoc deum posse cognoscere, cui nihil occultum latet: qui & nostras animas potens est à figuris eorum largis pietatis suæ armis defendere. Hieron. ibid.

†De consal 1.2.Hi dun.

A †TE decet[a] hymnus deus in Sion, & tibi reddetur votum in Ierusalem. Exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Verba iniquorum præualuerunt super nos, [b] & impietatibus nostris tu propitiaberis. Beatus quem elegisti & assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis. Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. ℣ Exaudi nos deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & *in mari longe. Præparans montes in virtute tua accinctus potentia, qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius. *Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis, [c] exitus matutini & vespere' delectabis.] Visitasti terram & inebriasti eam, multiplicasti locupleB tare eam. ℣ Flumen dei repletum est aquis, parasti cibum illorum, quoniam ita est prę paratio eius. Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius, in stillicidiis eius lætabitur germinans. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouium: & [d] valles abundabunt frumento, clamabunt etenim, hymnum dicent.

a. Nullo enim loco præter quã Ierosolymis fas erat templum ædificare, aut sacrificiũ facere: sed hic locus ecclesiam Christi significabat, extra quã nec rite deum coli, neque vllum votum reddi potest, quod ipsi gratum acceptúmque sit, extra quã non est salus. Flamin hic.ibid.
b. Vsque in finẽ nos fuissemus in errore, nisi tu propitius fuisses nostri qui nos sanguine proprio mercatus es. Sic & Paulus Apostolus ait. 2. Cor. 5. d Qui nos reconciliauit deo patri per crucem. Hiero. ibid.
*Eorum qui sunt.
*Quis sustinebit?
c. In exitu matutini & vesperi delectabitur deus, i in oriente & in occidente in ædificationibus ecclesiarum delectaberis, ex quo visitasti terrã aduentu tuo, & inebriasti eam sanguine tuo. Arnob. ibid.
1. Delectaberis.
d. Sed quia de vno grano tritici acerus est factus, completũ est illud propheticum: & conualles abundabunt frumento: quia granum illud mortuũ plurimũ fructũ attulit. Hoc itaque granum oẽs homines perpetua cœlestium numerum esca saturamit. Amb. institu. virg. ca. 14.

*Psal.99.b

A †VBilate deo[a] omnis terra, psalmum* dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. Dicite deo, quàm terribilia sunt opera tua domine, [b] in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo. Venite, & videte opera dei: *terribilis in consiliis super filios hominum. Qui conuertit mare in aridam, in flumine per transibunt pede, ibi lætabimur in ipso. Qui dominatur in virtute sua in æternũ, oculi eius B super gentes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis. ℣ Benedicite gentes deum nostrum, & auditam facite vocem laudis eius. Qui posuit animam meam C ad vitam, & non dedit in commotionem pedes meos. ℣ Quoniam probasti nos deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra. Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Introibo in domum tuam in holocaustis, †reddam tibi vota mea quæ distinxerunt labia mea. Et locutum est os meũ, in tribulatione mea. Holocausta medullata offeram tibi cum incenso [1] arietum, ]offeD ram tibi boues cum hircis. ℣ Venite, audite, & narrabo* omnes qui timetis deum, quanta fecit animæ meæ. Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. [c] Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Propterea exaudiuit *deus, & attendit voci deprecationis meæ. Benedictus deus qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me.

a. Nunc.
b. Ergo iste crucifixus est, sepultus, tertia die resurrexit à mortuis. Ecce quanta virtus & potẽtia. Et in ista virtute eius mẽtiti sunt ei inimici eius vt diceret: Nobis dormientibus venerunt discipuli, & furati sunt eũ. Matt. 28. c. Impletum est quod dictum est: In multitudine virtutis tuæ mẽtientur tibi inimici tui. Chryso. in symbo. Apost. homil. 1.
*Quàm.
1. Et arietibus, sed Heb. [1] dicitur arietum, vt in textu.
*Vobis.
c. Si dum deum rogarem, alicuius rei iniustæ aut iniqui sui mihi conscius, nunquam me in posterum exaudiat, quando eũ inuocabo. Euthy. ibid.
*Me.

*In finem, in hymnis Psalmus cantici Dauid. LXVI.*

A [a] DEus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi deus, confiteantur B tibi populi omnes. ℣ Lætentur & exultent gentes, quoniam [1] iudicas ]populos in æquitate, & gentes in terra [2] dirigis.] Confiteantur tibi populi deus, confiteãtur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum. Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus, & metuant eum omnes fines terræ.

a. Prima deprecatio est, vt misericordiam præbeat deus, deinde benedictionem. Benedictio ergo quæ succedit misericordiæ, talis sit, vt compressa diuinatione carnali spiritum faciat triũphare. Non nostri iudex sit, sed misericors. Maledictionem primam in homine sua benedictione dissoluit. Hiero. ibid.
1. Iudicabis.
2. Diriges.

*Titulus, In finem Psalmus cantici Dauid. LXVII.*

†Num.10.d A [a] †XVrgat deus & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. Sicut deficit fumus deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei. Et iusti [1] epulentur ] & exultent in conspectu dei, & delectentur in lætitia. Cantate deo, psalmum dicite nomini eius, iter facite ei qui ascendit super occasum, dominus nomen illi. * Exultate in conspectu eius, [2] turbabuntur] à facie eius, patris orphanorum, & iudicis viduaB rum. ℣ Deus in loco sancto suo, [b] deus † qui inhabitare facit vnius moris in domo. Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in

a. Ego ille crucifixus est, sepultus, tertia die resurrexit à mortuis. Ecce quanta virtus & potẽtia. Et in ista virtute eius mẽtiti sunt ei inimici eius vt diceret: Nobis dormientibus venerunt discipuli, & furati sunt eũ. Matt. 28. c. Impletum est quod dictum est: In multitudine virtutis tuæ mẽtientur tibi inimici tui. Chryso. in symbo. Apost. homil. 1.
1. Lætentur.
*Et.
2. Turbentur.
b. Nec alia vlla credẽtibus præter viam ecclesiam domus est. Hanc domum, hoc vnanimitatis hospitium designat, & dum tiat spiritus sanctus in Psalmis, dicens: Deus qui inhabitare facit vnanimes in domo. In domo dei, in ecclesia Christi vnanimes habitant, concordes perseuerant. Cypria. de simplicita. prælato. tracta. 3.

†1.Reg.1.ca. Omnibus.

sepulchris. Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deser-
to. Terra mota est, etenim cœli distillauerunt à facie dei Sinai, à facie dei Israel. [e] Plu-
uiam voluntariam segregabis deus hæreditati tuæ, & infirmata est, tu verò perfecisti
eam. [f] †Animalia tua [3]habitabunt ]in ea, parasti in dulcedine tua pauperi deus. Domi- c
nus dabit verbum euangelizantibus, virtute multa. Rex virtutum dilecti ⟩ dilecti, ]
& speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis inter mediòs cleros, pennæ columbæ
deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Dum discernit cœlestis Reges
super eam, niue dealbabuntur in Selmon, mons dei, mons pinguis. Mons coagulatus,
mons pinguis, vt quid suspicamini montes coagulatos? [g] Mons in quo beneplacitum a
est deo habitare in eo, etenim dominus habitabit in finem. Currus dei decem milibus
multiplex, milia [4]lætantium, ]dominus in eis in Sinai in sancto. [d] ↑ Ascendisti in altum,
cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Etenim non credentes, inhabitare
[5]dominum deum. ] Benedictus dominus die quotidie, prosperum iter faciet nobis
deus salutarium nostrorum. Deus noster, deus saluos faciendi, & domini domini
exitus mortis. [*g] Veruntamen deus confringet capita inimicorum suorum, verticem a
capilli perambulantium in delictis suis. Dixit dominus, ex Basan conuertam, conuer-
tam in profundum maris. Vt intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum
ex inimicis ab ipso. [f 6] Viderunt ingressus tuos ]deus, ingressus dei mei, Regis ⟩ mei,
qui est in sancto. [g] Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuencu-
larum tympanistriarum. [g] In ecclesiis benedicite deo, domino de fontibus Israel. Ibi *
Beniamin adolescentulus, in mentis excessu. Principes Iuda duces eorum, principes
Zabûlon, & principes Neptalim. Manda deus virtuti tuæ, confirma hoc deus quod
operatus es in nobis. A templo tuo in Ierusalem, tibi offerent Reges munera. Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum vt [7] excludant eos ]
qui probati sunt argento. [g] Dissipa gentes quæ bella volunt, [h] venient legati ex Ægy- g
pto, Æthiopia præueniet manus eius deo. Regna terræ cantate deo, psallite domino,
⟩ Psallite deo ]qui ascendit super cœlum cœli, ad orientem. Ecce dabit voci suæ vo-
cem virtutis, date gloriam deo super Israel, magnificentia eius & virtus eius in nubi-
bus. Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel, ipse dabit virtutem & fortitudinem ple-
bi suæ, benedictus deus.

e. Pluuiam quippe voluntariã nõ nisi gratiã vult intelligi, nõ meritis redditã, sed gratis datã, vnde & gratia nominatur. Dedit enim eã, nõ quia digni eramus, sed quia voluit. Hoc cognoscentes, nõ fidentes in nobis erimus, & hoc est infirmasti. Aug. de trini. lib. 4. c. 1.

3. Habitant.

4. Abundantium.

d. Quæ sententia vtique sic intelligitur, eo quòd captiuitatẽ hominis, quẽ sibi diabolus captiuauerat illi eruendo sibi dominus captiuarit: & ipsũ, sicut ait, captiuitatẽ ad cœlorũ alta fustulerit. Vtraque igitur captiuitas vno vocabulo nuncupatur, sed non æqualis vtraque est. Diaboli enim captiuitas seruituti subiicit, Christi autẽ captiuitas restituit libertati. Ambr. Ser. 62.

5 Dominus deus benedictus.

e. Nõ mihi videtur aliud dictũ quàm, deus concussabit capita inimicorum suorũ nimiũ super hientiũ, nimiũ se extollentiũ in delictis suis. Per hyperbolem quippe significauit superbiam tantũ se extollentẽ, & tanta elatione incedentem, quasi verticẽ capilli perambulando calcaret. Aug. Epist. 59.

f. Ingressum Christi ad homines, aduentumque verbi dei cũ corpore esse censeo, dum canit scriptura sic ait: Viderũt ingressus tuos, &c. Eusebius de demonstra. lib. 99.

6 Visi sunt ingressus tui.

g Dei quidem itinera sunt visa, cum coactis in glaciem aquis præeunte eo in columna ignis & nubis, iter populo siccatum est, cum in medio tympanistriarum iuuenes psallentes glorioſè glorificatum dominum cantauerunt. Hylarius. ibid.

7. Excludantur ij.

h Denique de Magis Dauid significare monstratur, cũ dicit: Venient legati ex Aegypto: Aethiopia præueniet manus eius deo. Nam quia mundum istum sæpe scriptura diuina Aegyptũ nuncupat, rectos Magos illos intelligimus Aegypti legatos: qui quasi totius mundi legati electi, in muneribus quæ obtulerunt, credulitatem omnium gentium ac fidei initia dedicauerunt. Chrysosto. ex variis in Matth. locis homil. 1.

*In finem, pro iis qui commutabuntur, Psalmus ipsi Dauid.* LXVIII.

[a] †Saluum me fac deus, quoniam [a] intrauerunt aquæ vsque ad animam a
meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Veni in alti-
tudinem maris, & tempestas demersit me. Laboraui clamans, raucæ factæ
sunt fauces meæ, defecerunt oculi mei dum spero in deum meum. †Mul-
tiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Confortati sunt qui
persecuti sunt me inimici mei iniustè, quæ non rapui, tunc exoluebam. [g] Deus tu scis a
insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita. Non erubescant in me
qui expectant te domine, domine virtutum. Non confundantur super me, qui
quærunt te deus Israel. Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio
faciem meam. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.
Quoniam † zelus domus tuæ comêdit me, & † opprobria exprobrantium tibi ceci-
derunt super me. [g b] Et operui in ieiunio animam meam, & factum est in oppro-
brium mihi. Et posui vestimentum meum cilicium, & factus sum illis in paraboa
lam. [c] †Aduersum me loquebantur qui sedabant [1] in porta, ] & in me psallebant qui
bibebant vinum. Ego verò orationem meam ad te domine, tempus beneplacitum
deus. In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ. Eripe me de
luto vt non infigar, libera me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarũ. [g †] Non b
me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, [d] neque vrgeat su-
per me puteus os suum. Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua,
secundũ multitudinem miserationũ tuarum respice me. Et ne auertas faciem tuam à
puero

a. Christi hominis vocẽ in isto psalmo ab initio vsque ad finẽ prophetam aduertimus. Hoc ordine aquas vsque ad animã suã peruenisse calamitates significat. Dicendo autem se in limo profundi infixum, fabricã primi hominis sonat, in qua fixũ cruci tempestas seditiosi populi mersit eum in mortẽ. Rogat nunc pro discipulis, vt nõ erubescant in eo qui expectant resurrectionem eius: neque confundantur qui salutem eius expectant. Arnob. ibid.

b. Bonũ operimentum quod animam tegit ne à tentatore deprehendatur, ne à tentatore nudetur. Bonum velamen quod tegit culpã, tegit abstinentia, tegit gratia. Ambros. de Elia. & Ieiunio. cap. 4.

c Hoc est, maledicebant mihi in locis publicis & celebribus, cuiusmodi erant apud veteres vrbium portæ, ad quas conueniebant ciues, & iudicia agitabantur. Flaminius.

1. In portis.

d Ideo autem dixit: neque vrgeat super me os suum: quia cũ susceperis reos, claudetur sursum, & aperietur deorsum, dilabitur in profundum: nullum spiramen, nullus liber anhelitus, clausis desuper vrgẽtibus relinquetur. Eusebius Emissenus de Epipha. homil. 3.

puero tuo,quoniam tribulor,velociter exaudi me.Intende animæ meæ & libera eam,
propter inimicos meos eripe me. [e] Tu scis improperium meum,& confusionem meã,
E &reuerentiam meam. [f] In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me,improperium
expectauit [2] cor meum] & miseriam. Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit
& qui [3] consolaretur,] & non inueni. Et dederunt in escam meam fel, † & in siti mea
potauerunt me aceto. † [f] Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributio-
nes,& in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum sem-
F per incurua. [g] Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.
† Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Quo-
niam quem tu percussisti persecuti sunt, & super dolorem vulnerum eorum addide-
runt. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuã.
Deleantur de libro viuentium,& cum iustis non scribantur. [g] Ego sum pauper & do-
lens,salus tua deus [4] susceptit] me. Laudabo nomen dei * cum cantico, & magnifica-
G bo eum in laude. [g] Et placebit deo super vitulum nouellum,cornua producentem &
vngulas. Videant pauperes & lætentur,quærite deũ & viuet anima vestra. Quoniam
exaudiuit pauperes dominus,& vinctos suos non despexit. Laudent illum cœli & ter-
ra,mare & omnia reptilia [5] in eis.] Quoniam deus saluam faciet Sion, & ædificabũtur
ciuitates Iudæ. Et inhabitabunt ibi,& hæreditate acquirent eam. Et semen seruorum
[6] eius] possidebit eam,& qui diligunt nomen eius,habitabunt in ea.

e. Nosti quãta mihi exprobrẽt voratorem ac vini potatorẽ appellãtes,publicanis ac peccatoribus amicum,dęmonium ac deo contrarium:tu etiam nosti quomodo me confundant,hoc est,quanta, vt eis videtur ignominia me ac pudore afficiant. Euthymius ibidem.
2. Anima mea.
3. Consolarentur.
f. Hæc mensa vnde cibus vitæ spiritalis accipitur, coram ipsis in laqueum & in captionem, & in retributionem & scandalum facta est: cùm vel præscriptę legis vel prophetarum voces ab ecclesiæ viris ad reuelationem diuini consilij tractantur. Hilarius ibidem.

g. Cũ enim esset diues, pro nobis pauper factus est, & compeditos suos non despexit. Possumus hoc versiculo vti, si quãdo in laudes martyrum peroramꝰ. Quidam & de animabus hoc intelligi putant,quòd claustæ corporibus nõ despectæ sint à deo. Hierony. ibidem.
4. Suscipiat.
*Mei.
5. In eo.
6. Tuorum.

*In finem,Psalmus Dauid,in rememoratione quòd saluum fecit eum dominus.* LXIX.

A [a] † Eus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me festi-
na. † Confundantur & reuereantur, qui quærunt animam meam. [b] Auer-
tantur retrorsum & erubescant, qui volunt mihi mala. Auertantur statim
B erubescentes, qui dicunt mihi,euge, euge. [g] Exultent & lætentur in te om-
nes qui quærunt te, * & dicant semper, magnificetur dominus, qui diligunt salutare
tuum. Ego verò egenus & pauper sum, deus adiuua me. Adiutor meus & liberator
meus es tu,domine ne morẽris.

a. Piæ confessionis hæc vox est adiutoriũ à domino & deo sperare, sed plus hic q̃ in deprecationibus iperãdi auxilij solet esse,sermo significat. Hilarius ibi.
b. Duo sunt genera persecutorum, vituperantium & adulantium. Plus persequitur lingua adulatoris, quàm manus interfectoris. Nam & ipsam carnim̃ dicit scriptura. Aug. ibid.
*Deus.

*Psalmus Dauid filiorum Ionadab & priorum captiuorum.* LXX.

A [a] † N te domine speraui, non confundar in æternum,in iustitia tua libera
me & eripe me. Inclina ad me aurem tuã, & salua me. Esto mihi in deum
protectorem,& in locum munitum, vt saluum me facias. Quoniam fir-
mamentum meũ,& refugium meum es tu. Deus meus eripe me de manu
peccatoris,& de manu cõtra legem agentis & iniqui. Quoniam tu es pa-
tientia mea domine,domine spes mea à iuuentute mea. [b] In te cõfirmatus sum ex vte-
B ro,de ventræ matris meæ tu es protector meus. [g] [c] In te cantatio mea semper, tanquã
prodigium factus sum multis,& tu adiutor* fortis. [d] Repleatur os meum laude, vt cã-
tem gloriam tuam,tota die magnitudinem tuam. Ne proiicias me in tempore sene-
ctutis,cùm defecerit virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mihi,
& qui custodiebãt animam meã,consilium fecerũt in vnum. Dicẽtes,deus dereliquit
eum,persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat. Deus * ne elon-
C geris à me,deus meus in auxilium meum respice. [g] Confundantur & deficiant detra-
hentes animæ meæ, operiantur confusione & pudore, qui quærunt mala mihi. Ego
autem semper sperabo,* & adiiciam super omnem laudem tuam. Os meum annun-
tiabit iustitiam tuam,tota die salutare tuum. † Quoniam non cognoui [1] literaturam,]
[e] introibo in potentiam domini, domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Deus * do-
cuisti me à iuuentute mea,& vsque nunc pronuntiabo mirabilia tua. Et vsque in sene-
ctam & senium, deus* ne derelinquas me. [f] Donec annuntiem brachium tuum ge-
nerationi omni quæ ventura est. Potentiam tuam & iustitiam tuam deus vsque in al-
tissima quæ fecisti * magnalia,deus quis similis sit tibi? [g] Quantas ostendisti mihi tri-
D bulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ [–] iterum]
reduxisti me. Multiplicasti * magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me.

a. Id est, ne quæso permitte, vt ea spes vnquam fallat me, sed pro iustitia & bonitate tua libera me. Et esto mihi loco arcis munitissimæ,ad quam mihi patent semper aditus: tibi certè semper curæ fuit salus mea. Flaminius ibidem.
b. Nos dicimus in deo cõfirmatum Christum,qui tanquã prodigium factus est multis incredulis:credẽtibus autem extitit adiutor & fortis. Arnob. ibid.
c. Ego, inquit, squalidus atque afflictꝰ &deformis effectus sum præ ieiunio sæcóque & tristitia: atque ideo à multis quasi monstrum quoddam existimatus sum,tametsi re vera non ita essem,sed sic videretur, imprudẽtibus nimirum ac vilioris multitudini. Euthymius ibid.
*Meus.
d. Quid est tota die Sine intermissione. In prosperis, quia cõsolaris,in aduersis,quia corrigis Antequã essem,quia fecisti: cũ essem,quia salutem dedisti: cũ peccassem, quia ignouisti:cùm cõuersus essem, quia adiuuisti: cùm perseuerassem, quia coronasti. Ita planè replatur ormeũ laude,vt in hymno dicam gloriam tuam,tota die,&c. Aug. ibidem.
*Meus.
*In te.
1. Literaturas.
e. Sciebat profectò cùm introiret in spirituales potentias domini,exutum se inuenturũ infirmitatibus carnis, vt iam nil de carne haberet cogitare, sed totus in spiritu memoraretur iustitiæ dei solius. Bern. Epi. 11.
*Meus quæ.
*Meus.
f. Quod factũ est tempore Christi,quando qui digni fuerũt ex eis credere in Christum,benefichi domini annuntiauerunt omni generationi gentium postmodum credenti in Christo. Chrysost. in Matth. cap. 10. hom. 3.
*Mihi.
*Super me.

Nam & ego confitebor tibi[g] * in vasis psalmi veritatem tuam deus, psallam tibi in cithara sanctus Israel. Exultabunt labia mea cùm cantauero tibi, & anima mea quam redemisti. [2] Sed] & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam, cùm confusi & reueriti fuerint, qui quærunt mala mihi.

*Psalmus Dauid in Salomone.* LXXI.

DEus [a] iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis. [b] Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum sole & ante lunam, in generationē & generationem. [g] Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terrā. Orietur in diebus eius iustitia & abūdantia pacis, donec auferatur luna. Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. † Coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis & insulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent. [c] Et adorabunt eum omnes Reges, * omnes gentes seruient ei. [g] Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet. Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen [1] eorum coram illo.] [d] Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei, [g] Erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanū fluctus eius, & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ. [2] Sit] nomen eius benedictum in secula, ante solem permanet nomen eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes [3] magnificabunt] eum. † Benedictus dominus deus * Israel, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen [4] maiestatis] eius in æternum, & replebitur maiestate eius omnis terra, fiat, fiat.

*Defecerunt hymni Dauid filij Iesse. Psalmus Asaph.* LXXII.

QVàm bonus Israel deus, iis qui recto sunt corde. Mei autem penè moti [a] sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. Quia non est respectus [1] morti] eorum, & firmamentum in plaga eorum. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. † Ideo tenuit eos superbia, * operti sunt iniquitate & impietate sua. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis. Cogitauerunt & locuti sunt [2] nequitiam,] iniquitatem in excelso locuti sunt. [g b †] Posuerunt in cœlum os suum, & lingua eorum transiuit in terra. Ideo conuertetur populus meus hic, & dies pleni inuenientur in eis. Et dixerūt: quomodo scit deus, & si est scientia in excelso? Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias. Et dixi, ergo sine causa iustificaui cor meum, † & laui inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Si dicebam, narrabo sic, ecce nationem filiorum tuorum reprobaui. Existimabam, vt cognoscerem hoc: labor est ante me. [g] Donec intrem in sanctuarium dei, & intelligam in nouissimis eorum. Veruntamen propter dolos * posuisti eis, * [c] deiecisti eos dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium [3] surgentium,] domine in [d] ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt, & ad nihilum redactus sum, & nesciui. [g] Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua] deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea & cor meum, deus cordis mei & pars mea deus in æternum. [e] Quia ecce qui elongant se à te, peribunt, perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere deo bonum est, ponere in domino deo spem meam. Vt annuntiem omnes [1] prædicationes] tuas, in portis filiæ Sion.

*In finem, intellectus Asaph.* LXXIII.

Vt

---

[g] Hoc est, in instrumentis musicis more Hebraico, quo instrumenta cuiuslibet artis dicuntur vasa. Dauid autem diuinas laudes canebat, non solum voce, sed etiam instrumentis musicis, vt frequenter apparuit: vnde subditur, Psallam tibi in cithara, sanctus Israel, id est, tibi qui es sanctus deus ipsius Israel. De Lyra.]

* In populis domine.

a. Inluper autem.

a. Sit si primus versiculus ad Salomonē referri potuit, quæ postea sequuntur, nec ad Salomonem nec ad eius filium Roboam referri possunt, sed solū à Dauid oriundum saluatorē nostrū Iesum Christū. Euse. de demonst. lib. 7. cap. 11.

b. Hæc est causa cur petat beatus Dauid Christi tribui iudicandi facultatē, vt scilicet iudicet populū & pauperes. Per populum autē fidelem populū intelligit, qui licet Christi, hoc est, filij populus appelletur, dicitur etiam & patris. Quē populū etiam alio nomine vocat pauperes. Euthymius ibidem.

c. Quomodo & ab hominibus, & ab angelis adoratur Christus, si ab vnius dei substantia separatur? Quomodo illi seruitutē, quæ deo tantum debetur, audemus exhibere, si vna non est illi natura cum patre? Fulgen. Responsio. 10 contra Arrianos.

* Terræ.

a. Eius coram illis.

d. Nā quod inde aurū etiā ille Salomon accepit, in hunc psalmū figuratē tractātū est: in alium verū Salomonē. i. verum pacificum. Non enim ille dominatus est à flumine vsque ad terminos orbis terræ. Aug. ibidem.

2. Erit.

3. Beatificabunt.

* Deus. (vt triplex dñi dei, deique nuncupatio, mysterium sit trinitatis. Hieron.

4. Gloriæ.

a. Certè deus in Israelem benefícus est, maximè benignus. Est inquā, talis in eos præcipuè qui puro sunt animo. i. qui neque rebus prosperis aduersis, neque prosperis impiorū addicētur, vitæ bonitate & prouidētia dei minus præsentiant. Flami. ibid.

1. In morte.

* Eorum in finem.

2. In nequitia.

b. Non sufficiunt multis cōsuetudinarij reatus, non sufficiunt lites, non rapinæ, nō calumniæ, non sufficiunt violentiæ, non comessationes, nō falsitates, nō sufficiunt periuria, non adulteria, non homicidia, nisi blasphemia furiosarum mentium manus etiam inficiant in deū. Posuerunt enim, sicut de impiis scriptum est, in cœlum os suum &c. Saluianus lib. 4.

* Eorum.

* Mala.

c. Tumore nanque ascēdere, est descendere, quia videlicet vbi mens elauatur, ipsā elauatione deiicitur, vt hic: deiecisti eos, &c. Rupertus in Genesim. 3.

3. Exurgentis.

d. Erice magis de ciuitate animæ tuæ imaginem diaboli, & extolle imaginem Christi. Hæc in te fulgeat, in tua ciuitate, id est, anima tua respléndeat, quæ obliterat vitiorū imagines: de quibus ait Dauid, Domine in ciuitate tua, &c. Ambr. offic. 1. cap. 49.

4. Consilio tuo.

e. Quod si à deo qui longè sunt, peribunt, vtique qui deo proximi sunt, saluabūtur. Quanto enim deo viciniores fuerimus, tanto aduersarij nostri à nobis longius repellētur. Oportet igitur nos proximos fieri deo, quoniam dicit propheta: Ecce qui elongant se à te, peribunt. Ambro. Sermo. 40.

5. Laudes.

Universidad de Deusto



A VT quid deus repulisti in finẽ,iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? Memor esto congregationis tuæ,quam possedisti ab initio. Redemisti virgam hæreditatis tuæ: mons Sion * in quo habitasti in eo. † Leua manus tuas in superbias eorum in finem, quanta malignatus est inimicus in sancto?* Et gloriati sunt qui oderunt te,in medio solẽnitatis tuæ. Posuerũt signa sua,signa,& non cognouerũt,sicut in exitu super summum. Quasi in sylua lignorum securibus exciderũt ianuas eius in idipsum, in securi & ascia deiecerũt eam. † [a] Incenderunt [1] igni ] sanctuarium tuum: in terra posuerunt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde suo [2] cognatio] eorum simul, quiescere faciamus omnes dies festos dei à terra. Signa nostra non vidimus,iam non est propheta, & nos nõ cognoscet amplius. Vsquequo deus improperabit inimicus, irritat aduersarius nomen tuum in finem? Vt quid auertis manum tuam & dexteram tuam,de medio sinu tuo in finem?

C [b] † Deus autem rex noster ante secula, operatus est salutem in medio terræ. [c] Tu confirmasti in virtute tua mare, [3] [c] contribulasti] capita draconum in aquis. Tu confregisti [4] capita] draconis, [d] dedisti eum escam populis Æthiopũ. Tu dirupisti fontes & torrentes,tu siccasti fluuios Ethan. Tuus est dies,& tua est nox, tu fabricatus es auroram & solem. Tu fecisti omnes terminos terræ, æstatem & ver tu plasmasti ea. Memor esto huius,inimicus improperauit domino,& populus insipiẽs incitauit nomen tuum.

D [e] Ne tradas bestiis [5] animas confitentium] tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. Respice in testamentum tuum, quia repleti sunt qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum. Ne auertatur humilis factus confusus, pauper & inops laudabunt nomen tuum. Exurge deus iudica causam tuam,memor esto improperiorum tuorum,[6] eorum ] quæ ab insipiente sunt tota die. Ne obliuiscaris voces [6] inimicorum tuorum,] superbia eorum qui te oderunt,ascendit [7] [c] semper.]

*In finem,ne corrumpas: Psalmus cantici Asaph.* LXXIIII.

A [a] COnfitebimur tibi deus,confitebimur,& inuocabimus nomen tuũ. Narrabimus * mirabilia tua,cum accepero tempus,ego iustitias iudicabo. Liquefacta est terra &omnes qui habitant in ea,ego confirmaui columnas eius. Dixi iniquis,nolite iniquè agere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu vestrum, nolite loqui aduersus

B deum iniquitatem. [b] † Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis montibus,quoniam deus iudex est. Hunc humiliat & hunc exaltat,quia calix in manu domini vini meri plenus mixto. [b] Et inclinauit ex hoc in hoc, veruntamen fæx eius non est exinanita,bibent omnes peccatores terræ. Ego autem [1] annuntiabo ] in seculum,cantabo deo Iacob. Et omnia cornua peccatorum confringam,& [2] exaltabuntur cornua] iusti.

*In finem,in carminibus canticum [1] Assyriorum.] Psalmus Asaph.* LXXV.

A † NOtus in Iudæa deus,in Israel [a] magnum nomen eius. Et factus est in pace locus eius,& habitatio eius in Sion. Ibi confregit potentias [1] arcum,] scutum,gladium & bellum. Illuminans tu mirabiliter à mõtibus æternis,turbati sunt omnes insipientes corde. [b] Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerũt,omnes [c] viri diuitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua deus Iacob,

B dormitauerũt qui ascenderũt equos. [c] † Tu terribilis es,& quis resistet tibi? Ex tunc ira tua. De cœlo auditum fecisti iudicium, terra tremuit, & quieuit. Cùm exurgeret in iudicium deus,vt saluos faceret omnes mansuetos terræ. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi,& reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. † Vouete & reddite domino deo vestro, omnes qui in circuitu eius [2] affertis ] munera: Terribili & ei qui aufert spiritum Principum, terribili apud Reges terræ.

*In finem pro Idithun. Psalmus Asaph.* LXXVI.

A † VOce mea ad dominum clamaui,voce mea ad deum & intendit mihi. [a] In die tribulationis meæ deum exquisiui manibus meis, nocte [1] cõtra eum,] & non sum deceptus. [b] Renuit cõsolari anima mea,memor fui dei & delecta-

a. Possumus intelligere hęc verba vt ex prudentiorum iudęcum personadicta sint. Nec enim repulisti, inquimus, sed in finem repulisti, quod omnimodum prioris defixionem significat. Nam & si prius eos sæpe repulerat, non tamen in finẽ, id est, in perpetuũ. Vtrumque enim significatis certum tẽpus per prophetas statuerat. Illa autem verba, Vtquid deus repulisti, interrogatiua quidẽ esse videntur, & rationem indagare, sed iuxta vsum Hebraici idiomatis diuinam misericordiam conciliant. Euthymius.

*Hic.
*Tuo.
1. In igne.
2. Cognationes.

b. Siue in Iudæa quæ medium terræ dicitur, siue in vtero virginali. Hiero ibidem.

3. Tu contriuisti.

c. Draconum capita, dæmoniorum superbias, à quibus gentes possidebantur, contriuisti super aquam: quia eos quos possidebant, in per baptismum liberasti. Augu. ibidem.

4. Caput.

d. Hoc intelligit eos qui litteram matris rubi accolũt, postea fuisse spoliis Aegyptiorũ quos diuicum rege in mare rubrũ deprelserat. Sed alij vertũt ex Hebræo, dedisti eum escam habitãtibus in deserto, quibus verbis significare videtur cadauera Aegyptiorum ad littus ejecta, præsertim & pastum fuisse bestiarum. Flaminius ibidem.

5. Animam confitentem.

6. Supplicantium tibi.

7. c Omnino, [id est, Dum tu differs pœnas, illi proficiunt in blasphemias. Hierony.

a. Confitere ergo & inuoca, confitendo enim mũdas templum quò veniat inuocatus. Augustin. ibid. Si peccata cõfitemur, non vrgetur quæ ignorat, ideo confitemur, sed vt ea quæ optimè nouit, indulgeat. Cõfessio enim pœnitentis ad indulgentiã non attẽdit, si rectæ fidei inuocatio nominis dei non fuerit subiecuta. Arnobius, ibidem.

*Omnia.

b. Et de mensura meri supplicij effudit in mensuram misericordiæ, vt mixturam faceret: vtquam eam in potum illis præberet qui & leuius delinquissent & adhuc essent medicabiles. Euthymius.

1. Glaudebo.

2. Exaltabitur cornu.

1. Ad Assyrios.

a. Hoc vsique nomen quod vasta Iudæorum angustijs suis coercitum continebant. Magnum quidem & tunc nomen, cuius infirmorum atque paucorũ hæretet angustijs, sed magnitudinem sui nondum per corda gentium, & in fines totius orbis effuderat. Ambro. de spiritu san. lib. 1. cap. 7.

1. Arcuum.

b. Hoc est dicere, Nihil inuenerunt in operibus suis diuites, qui nil pauperibus cõtulerunt. Nullius inuenũt inopiam, nihil ad vtilitatem suam proficientes reperire potuerũt. Ambr. de Naburhe. Iezraelit. cap. 6.

c. Et bene viros diuitiarum appellauit, non diuitias virorum, vt ostenderet eos non possessores diuitiarum esse, sed à suis diuitijs possideri. Amb. de Nabu. Iezr. c. 13.

2. Afferent.

a. Videte ergo quod & opera nostra nobis tacentibus clamant ad dominum. Hierony. ibid.

1. Coram eo.

b. Cum enim animus meus omnem cõsolationem repudiaret, ad memoriam dei confugiebã & illius misericordiã vocitabã, implorabam. Flaminius ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tus ſum,& exercitatus ſum,& defecit ſpiritus meus. Anticipauerũt vigilias oculi mei, turbatus ſum, & non ſum locutus. ♁ Cogitaui [c] dies antiquos, & annos æternos [1] in mente habui. Et meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar & ſcopebam ſpiritum meum.] Nunquid in æternum proiiciet deus,aut non apponet vt complacitior ſit adhuc? Aut in finem miſericordiam ſuam [3] abſcindet,] * à generatione in generationem? Aut obliuiſcetur miſereri deus, aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? Et dixi,nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ excelſi. ♁ Memor fui operum domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis,& in adinuentionibus tuis exercebor. [d] Deus in ſancto via tua,quis deus magnus ſicut deus noſter?tu es deus qui facis mirabilia. Notam feciſti in populis virtutem tuã redemiſti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioſeph. ♁ Viderunt te aquæ deus,viderũt te aquæ,& timuerunt: [e] & turbatæ ſunt abyſſi. Multitudo ſonitus aquarum,vocẽ dederunt nubes. Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt, vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ, commota eſt & contremuit terra. In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis, & veſtigia tua non cognoſcentur. † Deduxiſti ſicut oues populum tuum,in manu Moyſi & Aaron.

c Per antiquos dies tẽpora Moyſi intelligit,& Ieſu Naue. Cogitaui, inquam, quopacto illi de Aegyptiaca ſeruitute fuerint liberati, quomodo ſiccis pedib⁹ pertranſierunt mare rubrũ, quo modo innumeris affecti beneficiis à deo,tandem in terrã promiſſionis cum gloria ingreſſi ſunt.Euthymius ibid.

1. Memineram & meditatus ſum, nocte cum corde meo diſputabã. & rimabatur ſpiritus meus.

3. Abſcidet.

* Conſummauit verbum.

[d. Id eſt,in angelo ſancto tuo, qui præcedebat caſtra filiorum Iſrael in colũna ignis & nubis, oſtendens eis viam per diem & noctem. Exod.13.& 14. De Lyra ibidem.]

e. Abyſſi dantes viam ſiccam pedibus filiorum Iſrael & Ioſeph. Poſt hæc vocem dederunt nubes. In colũna enim nubis vox erat, quando ſagittæ dei in Aegyptios tranſierunt. Vox tonitrui eius in rota. Moyſes rotæ comparatur. Arnobius,ibid.

*Titulus intellectus Aſaph.* LXXVII.

ATtendite popule meus [a] legem meam, inclinate aurem veſtram, in verba oris mei. † Aperiam in parabolis os meum, loquar propoſitiones ab initio. Quanta audiuimus & cognouimus ea, & patres noſtri narrauerunt nobis. Non ſunt occultata à filiis eorum,in generatione altera. [b] Narrantes laudes domini & virtutes eius,& mirabilia eius quę fecit.Et ſuſcitauit teſtimonium in Iacob, & legem poſuit in Iſrael. Quanta mandauit patribus noſtris [1] nota facere ]ea filiis ſuis, vt cognoſcat generatio altera. Filij qui naſcentur & exurgent:& narrabunt *filiis ſuis, Vt ponant in deo ſpem ſuam, & non obliuiſcantur operum dei, & mandata eius exquirant. Ne fiant ſicut patres eorum, generatio praua & exaſperans. [c] Generatio quę non direxit cor ſuum,& non eſt creditus cum deo ſpiritus eius. Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum, conuerſi ſunt in die belli. ♁ Non cuſtodierunt teſtamentum dei,& in lege eius noluerunt ambulare. Et obliti ſunt benefactorum eius,& mirabilium eius quæ oſtendit eis. [d] Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti,in campo Thaneos. † Interrupit mare & perduxit eos, & ſtatuit aquas quaſi [2] in vtre.] † Et deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. † Interrupit petram in eremo, & adaquauit eos, velut in abyſſo multa. Et eduxit aquam de petra, & deduxit tanquam flumina aquas. Et appoſuerunt adhuc peccare ei, in iram concitauerunt excelſum in aquoſo. Et tentauerunt deum in cordibus ſuis, vt peterent eſcas animabus ſuis. † Et male locuti ſunt de deo,dixerunt:nunquid poterit deus parare [e] menſam in deſerto? † Quoniam percuſſit petram & fluxerunt aquæ,& torrentes inundauerunt. Nunquid & panem poterit dare, aut parare menſam populo ſuo? † ♁ Ideo audiuit dominus & diſtulit, & ignis accenſus eſt in Iacob, & ira aſcendit in Iſrael. Quia non crediderunt in deo,nec ſperauerunt in ſalutari eius. Et mandauit nubibus déſuper,& ianuas cœli aperuit. † Et pluit illis manna ad manducandum, [f] & panem cœli dedit eis. Panem angelorum manducauit homo, cibaria miſit eis in abundantiam. † Tranſtulit auſtrum de cœlo,& induxit in virtute ſua Aphricum. Et pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata. Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum, circa tabernacula eorum. Et manducauerunt & ſaturati ſunt nimis, & deſiderium eorum attulit eis, non ſunt fraudati à deſiderio ſuo. † ♁ Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira dei aſcendit ſuper eos. Et occidit [1 h] pingues ]eorum,& electos Iſrael impediuit. [i] In omnibus his peccauerunt adhuc,& non crediderunt in mirabilibus eius. ♁ Et defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum feſtinatione. Cùm occideret eos,* quærebant eum,& reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. Et rememorati ſunt quia deus adiutor eſt eorum,& deus excelſus redemptor eorum eſt. Et dilexerunt eum in ore ſuo, & lingua ſua mentiti ſunt

a. Sic appellat doctrinã ſalubertimam,quæ continetur hoc carmine. Eandem vocat parabolas, quòd ſententiæ inſerantur viciſſimæ ac ſapientiſſimæ. Item ænigmata,quòd hoc genus doctrinæ reconditum, maximéque obſcurum ſit iis,quorum mens nullo alio lumine niſi naturali prædita eſt. Flami. ibid.

b. Ad hunc igitur populum ex gentibus cõgregatum Chriſtus loquitur,& legem eos non Moſaicam audire iubet, ſed euangelicam, de qua loquens Iſaias, dicebat: De Sion exibit lex, & verbum domini de Ieruſalem, & iudicabit in medio gentium Euthymius.

1. Vt nota faceret.

* Ea.

c. Videns ergo quia genus vituperando quæſtionem fecerat, eruens hunc ſermonem à creatoris iniuria expoſuit non eſſe generis vitium,ſed voluntatis. Proſecutus enim genus ait: quod non direxit cor ſuum, quia noluerunt in lege eius ambulare. Arnob ibidem.

d. Vides quòd nõ dicitur de decem tribubus, ſed de hæreticis prophetatur. Obliti ſunt ergo hæretici patris ſui,qui fecit mirabilia in terra Aegypti, id eſt, in tenebris iſtius ſeculi,quomodo illos liberauit. In eccleſia enim renati ſunt: & poſtea vbi nati ſunt, diſplicet eis eccleſia. Hieron. ibid.

2. Vtrem.

[e. Id eſt,refectionem ſapientiæ vel corpus Chriſti, & hoc myſticè,vel refectionem ſplendidã carnium: quia erant attoniti eſu mannæ. De Lyra ibid.]

f. Qui per noctem ſemper, excepta nocte ſabbati, cum rore deſcendens, circa caſtrorum locũ eandorẽ nimis oſtenderet. Aug. de mirabil. ſacræ ſcript. li. 1. c. 23

g. Non contra Moyſen rebelles extinguntur, Chore conuiciatur,obruitur, Dathan & Abyrõ murmurant, deuorãtur. Salui anus lib. 1.

3. Plurimos.

h. Quoniam in Græco habetur πλείονας, ſecus, ſi haberetur, πλουσίους.

i. Neque ſupplicium grauitate, neque miraculorum magnitudine adduci vnquam potuere, vt verbis dei fidem haberẽt, ſeque illius bonitati præſidióque committerent. Ex quo perſpicuum eſſe poteſt tantam eſſe libidinem & corruptionem animorum, vt ſine ſpiritu ſemper à veritate abhorreamus. Flaminius ibidem.

* Tunc.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo,[k] nec fideles habiti sunt in testamento eius. Ipse autē est misericors, & propitius fiet peccatis eorum, & non disperdet ⟨eos.⟩ Et abundauit vt auerteret iram suam, & nō accēdit omnem iram suam. Et recordatus est quia caro sunt,[l] spiritus vadens & non rediens. Quotiens exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eum[4] in aquoso. ] & conuersi sunt & tentauerunt deum, & sanctum Israel exacerbauerunt. Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis. ✠ Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo[m] Thaneos. † Et conuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum ne biberent. † Misit in eos cynomyiam & comedit eos, & ranam & disperdidit eos. † Et dedit erugini fructus eorum, & labores eorum locustæ. † Et occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina. Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessionem eorum igni. Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationem,[5] immissiones ] per angelos malos. Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit à morte animarum eorum, & iumenta eorum in morte concluſit. † Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Chan. † Et abstulit sicut oues populum suum, & perduxit eos tanquam gregem in deserto. Et deduxit eos in spe, & non timuerunt, & inimicos eorum operuit mare.
[n] ✠ Et induxit eos in montem sanctificationis suæ: montem * quem acquisiuit dextera eius. † Et eiecit à facie eorum gentes, & sorte diuisit eis ⟨terram⟩ ] in funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum, tribus Israel. Et tentauerunt, & exacerbauerunt deum excelsum, & testimonia eius non custodierunt. Et auerterunt se & non seruauerunt pactum, quemadmodum * patres eorum conuersi sunt [o] in arcū prauum. In iram concitauerunt eum in collibus suis, & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt. Audiuit deus & spreuit, & ad nihilum redegit valde Israel. Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum[6] vbi ] habitauit in hominibus. Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus [7] inimici. ] Et concluſit in gladio populum suum,[p] & hæreditatem suam spreuit. ✠ Iuuenes eorum comēdit ignis, & virgines eorum non sunt lamentatæ. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorum non plorabantur. [q] Et excitatus est tanquā dormiens dominus, tanquam potens * crapulatus à vino. Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis. Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum [8] Ephrem ] non elegit. † Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit. Et ædificauit sicut [9] vnicornis ] sanctificium suum in terra, quam fundauit in secula. † Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, de post fœtantes accepit eum. Pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam. Et pauit eos in innocentia cordis sui, & intellectus manuum suarum deduxit eos.

[k. Qui verē credit, opera facit. Vnde fides dicitur, quòd fiant recta. vnde dicit. Nec fideles in præceptis legis: quæ ideo dicitur testamentum per debitam implectionē in operatione. Glosa ordinaria post Caſsio.]
l. Quemadmodū ergo caro non redit ad homines, ex quib⁹ creata est, sed ad terram vnde primo homini formata est: ita & spiritus nō redit ad homines, à quibus transfusus est, sed ad deum à quo primæ illi carni datus est Augu. Epist. 7. Vel cùm spiritus sanctus à peccatoribus recedit, & quandiu in volutabris peccatorum sunt, non reuertitur ad eos. Hierony. ibidem.
4. In terra inaquosa.
m. Tanis Tanco, Aegypti ciuitas vetustissima. Et hæc duplex creditur, siue quòd altera ex alterius ruina condita sit, siue occasione ignota, idem nomē sipt sortitæ. Prior in ostio Nili Tanico, de qua Strabo, lib. 17. quæ ostio nomen dedit. Altera Mēphi vicinior, & alia fluminis ripā sita. Hæc post Ebron 7. annis condita est, de qua nunc in proposito. Nempe filij Israel iuxta illam ante exitum habitabant.
5. Immissionem.

[n. Non eosdem quos abstulit, sed eos nomine & gente: significat tamen quòd multi ad ecclesiam, quam mansuit intelligi, cōuersi sunt: ipsa est mons quē Christus acquisiuit. Augustin Glosa ordinaria.]
✠ Hunc.
✠ Et.
o. A pietate ad Impietatem instar obliqui arcus mutati sunt. Nam quemadmodū obtortus arcus rectè ictum non mittit, sic & peruersa eorum mens diuinos sensus non rectè assequitur. Euthymius ibidem.
6. Quod.
7. Inimicorum.
[p. Intantum enim erant spreti sub seruitute Philistinorum, vt faber ferrarius non inueniebatur in Israel ne Hebræi ibi facerent gladium, aut lanceā. 1. Reg. 13. De Lyra.]
q. Si enim Psalmistæ licuit rectè dicere: Et excitatus est tanquam dormiens dominus, &c. Pro eo quod tardiusculè subuenit, capta quippe fuerat iam arca dei, & sacerdotes eius in gladio ceciderant, Ophni & Phinees: quanto magis tunc tanquā crapulatus à vino tota meridie dormisse dicēdus est, quādo illo tacente tantum malum geneti humano per vsum ligni paratū est? Rupertus in Gene 3.
✠ Et.
8. Ephraim.
9. Vnicornium.

*Psalmus Asaph.* *LXXVIII.*

[a. In hoc Psalmo sæuitia prædicitur Anthiochi, qui aduersus Iudæorum gentē immitissimus fuit. Euthymius. Vel de præterita cæde Philistinorum, aut de vastatione Nabuchodonosor. Arnobius. Vel de excidio Ierosolymitano sub Tito Ro. Imperatore, aut de persecutione ecclesiæ post Christi passionem. Augu. ibidem.
b. Vt de amplissima vrbe paruū tugutiolum vix remanserit.
t. Tanquam.
c. Hęc quidem in Ierusalem ante aduentum facta sunt saluatoris, sed passionem infantum figurauerunt, vbi carnes eorum bestiis atque volucribus, id est, persecutoribus expositæ sunt. Hieron. ibidem.
d. Agnoscunt se in has ærumnas propter peccata incidisse: itaque ad misericordiā dei supplices confugiunt, séque adiuuari deprecantur: non quòd fauore & auxilio digni sint, sed ne sanctissimum nomen dei, de cuius tutela gloriantur, ludibrio & despectui sit nationibus impiis. Flaminius, ibidem.]

[a] ✠ Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt [b] Ierusalem [t] in ] pomorum custodiam. [c] Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ. Effuderunt sanguinem ipsorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret. Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio & illusio iis qui in circuitu nostro sunt. ✠ Vsquequo domine irascēris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus? † Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt. Quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt. † [d] Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui domine libera nos. Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum, ne fortè dicant in gentibus: vbi est deus eorum? ✠ Et innotescat in nationibus coram oculis nostris vltio sanguinis seruorum suorum, qui effusus est. Introeat in conspectu tuo, gemitus compeditorum. Secundum magnitudinem brachij tui, posside filios mortificatorum. Et redde

Universidad de Deusto
Biblioteca



vicinis nostris septuplum in sinu eorũ,[c] improperium ipsorum quod exprobrauerunt tibi domine. Nos autem populus tuus & oues pascuæ tuæ, confitebimur tibi* in seculum. In generationem & generationem, annuntiabimus laudem tuam.

*In finem, pro iis qui commutabuntur Psalmus Assyriorum testimonium Asaph.* LXXIX.

QVi regis Israel intende, qui deducis velut ouẽ Ioseph. Qui sedes super Cherubim, manifestare coram Ephráim, Beniamin & Manasse.[b] Excita potentiam tuam & veni, vt saluos facias nos. Deus cõuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Domine deus virtutum quousque irascéris super orationem[1] serui tui? Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Posuisti nos in cõtradictionem vicinis nostris, & inimici nostri subsannauerunt nos. Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus.[c] Vineam de Ægypto transtulisti, eiecisti gentes & plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu eius, & plantasti radices eius, & impleuit terram. Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros dei. Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius. Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam?[d] Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Deus virtutũ conuertere, respice de cœlo & vide, & visita uineã istam. Et perfice eam quam plantauit dextera tua,[e] & super filium quem confirmasti tibi. Incensa igni & suffossa, ab increpatione vultus tui peribunt. Fiat manus tua super virum dextræ tuæ: & super filium hominis quem confirmasti tibi. Et non discedimus à te, viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus. Domine deus virtutum cõuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus.

*In finem, pro torcularibus, Psalmus ipsi Asaph.* LXXX.

EXultate deo adiutori nostro, iubilate deo Iacob.[a] Sumite psalmum & date tympanum,[b] Psalterium iocundum cum cithara. Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestræ. Quia præceptum in Israel est, & iudicium deo Iacob. Testimonium in Ioseph posuit Illud, cum exiret de terra Ægypti, linguam quam nõ nouerat, audiuit. Diuertit ab oneribus dorsum eius, manus eius in cophino seruierunt. In tribulatione inuocasti me & liberaui te, exaudiui te in abscondito tempestatis,[†] probaui te apud aquam contradictionis. Audi populus meus & contestabor te, Israel si audieris me,[†] non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum. Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti,[c] dilata os tuum & implebo illud. Et non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi. [†] Et dimisit eos secundum[1] desideria] cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Si populus meus audisset me, Israel si in viis meis ambulasset. Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, & super tribulantes eos misissem manum meam. Inimici domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in secula. Et cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos.

*Psalmus Asaph.* LXXXI.

DEus stetit in Synagoga deorum, in medio autem deos iudicat.[a] Vsque quo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iustificate. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.* Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant, mouebuntur omnia fundamenta terræ.[†] Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis. Surge deus, iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.

*Canticum Psalmi Asaph.* LXXXII.

DEus quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris deus.[b] Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput. Super populum tuum malignauerunt consilium, cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Dixerunt:

[c] Pro iniurijs reddant laudes, gloriosa vindicatio quãdo inimicorũ ore laudatur deus. Glo. ordinaria. Captiuitatem eñ Iudæorum attribuebant impotentiæ diuinæ: & sic iustũ erat vt talis blasphemia puniretur. De Lyra.]

*Deus

a. Per Israelem vel ipsum Iacob patriarcham intelligit, cui deus pollicitus est se ei semper adfuturum, & seruaturum ic eum in periculis: vel ipsum populũ qui ab eo originẽ traxit. Euthy. ibi.

b. Ipse ergo excitet potentiam suã, veniat & saluos nos faciat. Verum quia inuisibilis est, & à nullo penitus videri potest, sumat materiam per quam digne eñ faciem suam ostendere, quã si ostenderit ille, salui erimus, videlicet si facies seu imago eius per carnis assumptionem fiat visibilis. Arnob. ibidem.

1. Seruotum tuorum.

[c. Describitur ecclesiæ processus ante Christi aduentum: quę proprio nomine dicebatur synagoga: & prima describitur processus in prosperitate. Cùm dicit vineam. i. populum Israel dei cultorem Isa. 5. Vinea Domini exercituum domus Israel est. De Lyra.]

d. Aper & fera syluestris diabolus est, atque omnis illius virtus. Agrestis ferocitas est impetus eius audacis. Chry. in 2. cap. Philip. homil. 6.

e. Ipsum filium virginis, qui est imago tua, qui est facies tua, qui est illuminatio vultus tui, in quo manes, & qui manet in te. Qui purificatis mentibus nostris dignetur illabi, seque nobis mundi saluatorem ostendere, nósque inspectione sancta saluare. Hieron. ibidem.

a. Vnum sumit, & tria exigit. Ex tribus enim constituti sumus, vt dicit Paulus: vt integrum sit corpus, & anima, & spiritus: vt sit tympanum corpus, pellẽ habens mortuum. Igitur mortifica corpus, vt in typano & choro laudes deum. Chry. ad populum Anthioch. homil. 22.

b. Per psalterium ipsam mẽtem aut intellectum intelligit, per citharam corpus. Iucundũ autem dixit, vt indicaret q deus huiusmodi psalterij genere delectatur. Euthymius.

c. Vbi significat in homine voluntatem accipiẽdi, quod deus donat volenti, & ad voluntatis exordium pertinet: Dilata os tuum, ad dei autem gratiam: & implebo illud. Augu. quæst. super Exod. q. 9.

d. Nullo fere maiore supplicio afficere potest deus illos qui pati nolunt salutaribus monitis ipsius, q̃ si eos patiatur indulgere atque obsequi cupiditatibus suis, & sua consilia sequi: quibus sibi pestem ac perniciẽ machinantur & comparant: idque maximè cùm sibi sapere, ac rebus suis maximè consulere videntur. Flaminius ibidem.

1. Studia.

a. Psalmus iste quantum arbitror, intimare aliquid molitur, quod ex quodam tempore factum est, vt staret deus in synagoga deorum, vt ex ipsis carnẽ sumeret. Aug. ibidem.

*Eum.

[b. Has promissiones omnes accipiunt si mandata custodiunt vt sint filij dei. Hoc ad iustos, Vos autem, hoc ad malos. Glo. ordinaria.]

a. Quoniã in diis suis cõsidentes aduersum nos excitãtur, qui te habemus deũ, qui similem non habes. Tu enim altissimus super omnẽ terrã, ne sileas neque compescaris oramus. Arnob.

b. Inimici tui qui tuum populũ oppugnant, vel qui propter te nobis infesti sunt, sonuerũt autem, hoc est, insultum dedere clamorem. Euthymius.

runt:venite:& disperdamus eos de gente,& nõ memoretur nomen Israel vltrà. Quo-
niam cogitauerunt vnanimiter,simul aduersum te[c] testamentum dispoſuerunt,taber
B nacula Idumæorum & Ismahelitæ. [f] Moab & Haggareni, Gebal & Amon & Ama-
lech,alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Etenim Assur venit cum illis,facti sunt in
adiutorium filiis Loth.† [d] Fac illis sicut Madian & Siſaræ,†sicut Labin in torrente Cy
ſon.Disperierunt in [e] Endor, facti sunt vt stercus terræ. † Pone principes eorum sicut
Oreb & Zeb,& Zébee & Salmana.Omnes Principes eorum,qui dixerunt: hæredita-
C te possideamus * sanctuarium dei. [f] Deus meus pone illos vt rotam,& sicut stipulam
ante faciem venti.Sicut ignis qui comburit syluam,& sicut flamma comburens mõ-
tes. Ita persequêris illos in tempestate tua,& in ira tua turbabis eos. Imple facies eorũ
ignominia, & quærent nomen tuum domine. Erubescant & conturbentur in seculum
seculi,& confundantur & pereant. Et cognoscant quia nomen tibi dominus,tu
solus altissimus super omnem terram.

[c] Quippe in scripturis non illud solum testamentũ dicitur quod non valet testatore mortuo, sed etiam omne pactum & placitum quod inter viuos valet,testamentum vocatur. Sicut Laban & Iacob testamẽtum fecerunt. August. in glosa ordin.] d. Legistis in iudicũ libro, iste est Madiam quem expugnauit Gedeon. Iudic. 7. & 8. Labin & Sisara isti sunt, quos expugnauit Delbora & Barac. Hieron. ibidem.

e. Endoris locus erat ea regione quæ assignata fuerat tribui Manasse, villa quædam iuxta Scythopolim in quarto miliario montis Tabor, procul à Naim oppido totidem. Flaminius.

*Nobis.

*In finem pro torcularibus filiis Chore,Psalmus.* *LXXXIII.*

A QVàm dilecta [a] tabernacula tua domine virtutum,concupiscit & deficit ani-
ma mea in atria domini. Cor meum & caro mea, exultauerunt in deum vi-
uum. Etenim passer inuênit sibi domum, & turtur nidum vbi ponat pullos
B suos. Altaria tua domine virtutum, Rex meus & deus meus. † [f] Beati qui habitant in
domo tua domine,in secula seculorum laudabunt te. [b] Beatus vir cuius est* auxilium
abs te, ascessiones in corde suo dispoſuit in valle [1] lachrymarum,] in loco quem po-
suit. Etenim [2] benedictionem] dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, † vide-
bitur deus deorum in Sion.Domine deus virtutum exaudi orationem meam,auribus
percipe deus Iacob. Protector noster aspice deus, & respice in faciem Christi tui.
C [f c] Quia melior est dies vna in atriis tuis, super milia. Elegi abiectus esse in domo dei
mei,magis quàm habitare * in tabernaculis peccatorum. Quia misericordiam & ve-
ritatem diligit deus,gratiam & gloriam dabit dominus. Non priuabit bonis eos qui
ambulant in innocentia,domine virtutum beatus homo qui sperat in te.

a. Per tabernacula ecclesias intelligit,quæ variis in locis constructæ sunt, & in quibus diuina habitant charismata. Has etenim ecclesias mẽtis oculo prẽuidens propheta noster, dilexit eas. Euthy. ibidem.

b. Beatus planè quẽ delectatio non reuocat, quẽ voluptas non inclinat, qui ad inferiora non respicit. Sed hoc sine diuino auxilio quomodo fieri potest? Ambro. de fuga seculi,cap.1.

*Illi.

1. Planctus,vel plorationis.

2. Benedictiones.

c. Atria illa sunt in quę suspirabat, in quæ deficiebat: Desiderat & deficit anima mea in atria domini. Milia dierũ desiderant homines, & multum volũt hic viuere, contemnant milia dierum,desiderẽt vnum diem. August. ibidem.

*Me.

*In finem, filiis Chore.* *LXXXIIII.*

A [1a] BEnedixisti domine terram tuam,] auertisti captiuitatem Iacob. Remisi-
sti [2] iniquitatem plebis] tuæ, operuisti omnia peccata eorum. [b] Mitigasti
B omnem iram tuam,auertisti ab ira indignationis tuæ. Conuerte nos deus
salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis. [f] Nunquid in æternum ira-
scêris nobis,aut extens iram tuam à generatione in generationem? Deus tu conuer-
sus viuificabis nos,& plebs tua lætabitur in te. [c] Ostẽde nobis domine misericordiam
tuam,& salutare tuum da nobis. Audiam quid loquatur in me dominus deus, quo-
niam loquetur pacem in plebem suam. Et super sanctos suos, & in eos qui [3] conuer-
C tuntur ad cor.] [f] Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius, vt inhabitet glo-
ria in terra nostra. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi,] iustitia & pax oscula-
tæ sunt. †[d] Veritas de terra orta est,& iustitia de cœlo prospexit. Etenim dominus da-
bit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Iustitia ante eum ambulabit,
& ponet in via gressus suos.

1a. Beneplacuit dñe terra tua.

a. Hoc est, benedices populum tuum, & diuinis ac cœlestibus donis afficies,cùm è cœlo miseris vnigenam filium tuum. Flaminius ibidem.

2. Iniquitates plebi.

b. Tu auersus ab ira nõ es auersus à peccatis. Conuerte igitur nos deus salutaris noster. Hieron. ibidem.

[c. In aduentu enim Christi in mundum fuit visibiliter ostensa dei misericordia. In punitione enim Adam,& diluuii & similibus fuerat ostẽsa dei iustitia. De Lyra ibidem.]

3. Conuertunt cor ad eum.

d. Christum autem quis audeat negare veritatem? cum ipse sibi hoc nomine nuncupatiue dicẽs: Ego sum via, veritas & vita. Si veritas, igitur de terra orta est, quomodo secundus homo de cœlo cœlestis, nisi quia à dei filio susceptã materiã terreni corporis in cœleste nomen transit per consortium diuinitatis? Fulgen. ad Trasimund. lib. 3.

*Titulus,Oratio Dauid.* *LXXXV.*

A INclina domine aurem tuam & exaudi me, quoniam inops & pauper sum
ego. [a] Custodi animam meam,quoniam † sanctus sum,saluum fac seruum
tuum deus meus sperantem in te. † Miserere mei domine quoniam ad te
clamaui tota die, lætifica animam serui tui, quoniam ad te domine ani-
mam meam leuaui. Quoniam tu dominus suauis & mitis, & multæ misericordiæ
omnibus inuocantibus te. [b] Auribus percipe domine orationem meam,& intende vo
B ci deprecationis meæ. [f] In die tribulationis meæ clamaui ad te,quia exaudisti me. Nõ
est similis tui in diis domine,& non est secũdum opera tua. [c] Omnes gentes quascun-
que fecisti venient, & adorabunt coram te domine, & glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu & faciens mirabilia, tu es deus solus. Deduc me domine in

a. Tunc enim sanctificatus sum quãdo tibi oblatus seu dedicatus fui: illa quippe sancta efficiuntur, quæ in dei ministerium dedicantur. Vel sanctũ seipsum appellat quasi pium ac religiosum: ergo deum, inimicorũ scilicet comparatione, qui impij erant. Euthy.

[b. Dãdo mihi affectum orationis & deprecationis meæ. secunda ratio accipitur ex dei magnificentia, quã decet exaudire recognoscentes præterita beneficia, qualis erat Dauid.]

c. Nulla est autem gens quam non fecerit deus, quia fons tantum omnium gẽrium fecit deus Adam & Heuam. Aug. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



[d. In timore mundano præcedit causa periculi vel angustiæ: sed in timore dei lætitia, vtraque miscenda sunt, vt & sub spe timeamus, & sub timore lætemur. Aug ibid.]
e. Ideo dicitur deo: Eruisti animam meam, & c. quia ideirco animæ ab inferno gratia dei eripiuntur, vt in cœlis conuersentur. Fulgen. ad Monimiũ, lib. 3.
f. Verum quia misericors & miserator es, & contemptores tuos non occidis, sicut in illis misericors es, in me verax esto. Arnob. ibidem.
*Meus.

via tua, & ingrediar in veritate tua, lætetur cor meum, [d] vt timeat nomen tuum. † Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum. Quia misericordia tua magna est super me, [e] & eruisti animam meam ex inferno interiori. [f] Deus iniqui insurrexerunt super me, & Synagoga potentium quæsierunt animam meam, & non proposuerunt te in conspectu suo. † [f] Et tu domine deus *miserator & misericors, patiens & multæ misericordiæ & verax. † Respice in me & miserere mei, da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ. Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me & confundantur, quoniam tu domine adiuuisti me, & consolatus es me.

*Psalmus cantici filiis Chore.* LXXXVI.

[a †] Vndamenta eius in mõtibus sanctis, diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Glorioſa dicta sunt de te, ciuitas dei. Memor ero Raab & Babylonis, [1] scientium] me. Ecce alienigenæ & Tyrus, & populus Æthiopum, ij fuerunt illic. [f a] Nunquid] Sion dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus? Dominus narrabit [3] in scripturis] populorum & Principum, horum qui fuerunt in ea. Sicut lætantium omnium habitatio est in te.

a. Posita fuisse Ierosolyma in collibus constat ex historia sacra, & descriptione Iosephi, in 6. lib. de bello Iudaico, sed etiã ecclesia Christi, quã ciuitas hæc significabat, fundata est in eisdem montibus, quatenus scilicet ibi ortũ habuit. Flaminius ibidem.
1. Scientibus.
2. Mater.
3. In scriptura.

*Canticum psalmi filiis Chore, in finem pro Maheleth ad respondendum, intellectus Heman Ezraitæ.* LXXXVII.

[a] Omine deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio mea, inclina aurem tuam ad precem meam. Quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit. Æstimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non est memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt. [f b] Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis & in vmbra mortis. Super me confirmatus est furor tuus, & omnes [1] fluctus tuos] induxisti super me. Longe fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum & non egrebiebar, oculi mei languerunt præ inopia. Clamaui ad te domine, tota die expandi manus meas. † [c] Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabũt & confitebuntur tibi? Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione? [f] Nunquid [d] cognoscẽtur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis? Et ego ad te domine clamaui, & mane oratio mea prævenier te. Vtquid domine repellis [2] orationem] meam, auertis faciem tuam à me? Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus. In me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. Circundederunt me sicut aqua tota die, circundederunt me simul. Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria.

a. Orauit dominus non secundum formam dei, sed secundũ formam serui. Secundum hanc enim & passus est. Orauit autẽ & cùm rebus lætis ageret quod dei nomine: & cum in aduersis quod nostri nomine significari arbitror. Aug. ibidem.

b. Per lacum inferiorem sepulturam intelligit, cuius profunditatem Christus in euangelio cor terræ appellauit, dicens. Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Illi autem in ea me posuerunt qui sepulturam meam euauerunt. Euthy. ibidem.
1. Elcuationes tuas.
c. Significat homines corde ita mortuos, vt eos ad vitam fidei tanta Christi mirabilia nõ mouerent. Aug. ibid.
d. Id est, tanquam tenebris obductos ab oculis meis remouisti. Hic psalmus valde notabilis est, quoniam solus ex omnibus à principio vsque ad finem nulla interposita spiritus consolatione, plenus est querelarum, & mœroris, & luctus. Flam. ibid.
2. Animam.

*Intellectus Ethan [1] Israelitæ.*] LXXXVIII.

[a] Misericordias [1] domini] in æternum cantabo. In generatione & generationem, annuntiabo veritatem tuam in ore meo. Quoniam dixisti in æternum misericordia ædificabitur in cœlis, præparabitur veritas tua in eis.] Disposuisti testamentum electis meis, † [b] iuraui Dauid seruo meo, vsque in æternum præparabo semen tuum. Et ædificabo in generatione & generationem, sedem tuam. [c] Cõfitebuntur cœli mirabilia tua domine, etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Quoniam quis in nubibus æquabitur domino, similis erit deo in filiis dei? [f] Deus qui glorificatur in consilio sanctorum, magnus & terribilis *super omnes qui in circuitu eius sunt. Domine deus virtutum, quis similis tibi? potens es domine, & veritas tua in circuitu tuo. [d] Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos. † Tui sunt cœli, & tua est terra, orbẽ terræ & plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti. Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt, tuum brachium cum potentia. Firmetur manus tua, & exaltetur

a. Misericordias, inquit, operatus es in me, & pro quib⁹ latius gratias egi, & agam in æternũ, id est, semper cantabo, in canticum nimirũ atque in hymnos redigens eas. Euthymius.
1. Tuas domine.
b. Quando disposuit testamentum electis, tunc iurasse Dauid seruo suo. Quid autem iurasset inferius pandit. Arnob. ibid.
[c In omni enim misericordia perditorũ in iustificatione impiorum, quid laudamus nisi mirabilia dei. Laudas quia si surrexerunt mortui plus lauda, quia redempti sunt perditi. Videt enim hominem heri voraginem ebrietatis, hodie ornamentum sobrietatis. Cassiod.]
*Est
d. Nam quid facit mare sæuiẽdo, nisi diem quem hodie celebramus Martyres occidit, semina sanguinis sparsit, seges ecclesiæ pullulauit. Secure ergo pergant nubes, diffundant veritatem tuam in circuitu tuo, non timeant rabidos fluctus. Aug. ibidem.

c tur dextera tua, iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. ᵈMisericordia & veritas precedent faciem tuam, beatus populus qui scit iubilationem. ᵈ Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur. Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Quia domini est assumptio[2]—nostra,]& sancti Israel regis nostri. Tunc locutus es in visione[2] sanctis tuis, & dixisti:[e] posui adiutorium in potente, & exaltaui electum de plebe mea. †Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum.
1.Reg.16.c 13.d
D Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. ᵈNihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidam à facie ipsius inimicos eius, & odientes eum in fugam conuertam. Et veritas mea & misericordia mea cum ipso,& in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. ᶠIpse inuocabit me, pater meus es tu, deus meus & susceptor salutis meæ. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ Regibus terræ. In æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi. ᵍ Et ponam in seculum seculi semen eius,& thronum eius sicut dies
E cœli. ᵈSi autem derelinquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambuerint. Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint. ʰVisitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam[3] ab eo,]neque nocebo in veritate mea. Neque prophanabo testamentum meum,& quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. Semel iurauiin sancto meo si Dauid mentiar,†semen eius in æternum manebit. Et thronus e-
1.Reg.7.d ius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum: & testis in cœlo fi-
F delis. Tu verò repulisti & despexisti, distulisti Christum tuum. ᵈAuertisti testamentum[4] serui tui, prophanasti in terra sanctuarium eius. Destruxisti omnes sepes eius, posuisti firmamentum eius formidinem. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam, factus est opprobrium vicinis suis. Exaltasti dexteram deprimentium eum, lætificasti omnes inimicos eius. Auertisti adiutoriū gladij eius,& nō es auxiliatus ei in bello. Destruxisti eum eb emundatione, & sedem eius in terra collisisti. ᵏ Minorasti dies temporis eius, perfudisti eum confusione. Vsquequo domine[4] auertis] in finem, exardescit sicut ignis ira tua? ᵈMemorare quæ mea substantia, nunquid enim vane constituisti omnes filios hominum? [l]Quis est homo qui viuet & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi? Vbi sunt[m] misericordiæ tuæ antiquæ domine, sicut iurasti Dauid in veritate tua? Memor esto domine opprobrij seruorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium. Quod exprobauerunt inimici tui domine, quod exprobrauerunt communionem Christi tui. Benedictus dominus inæternum, fiat fiat.

d. Considerandum sane est in hac sententias tua, quantum adiuuet eos quiſ dicunt, Gratiam dei secūdum merita nostra dari, quos vt catholicæ fidei defendatis vmbraculo, profanæ opinionis esse falso asseris. Prosper. contra Collatorem.

2. Filiis.

e. Gratia ergo de gratia nascitur & profectus profectibus seruiunt, lucra lucris, & merita meritis lucrum faciunt: vt quanto quis plus acquirere cœperit, tāto plus conetur, & delectetur acquirere, vt acquisitione lucrū acquirendi nutriat appetitum. Eusebius. Emise. ad monachos homil. 4.

f. Sæpius eum inuocasse patrem deum in euangelio legimus, sicut illud est. pater, clarifica me, apud temetipsum. Hiero. ibid.

g. Quis autem est cœli dies nisi Christus dominus? de quo dicitur per prophetam: Dies diei eructat verbum. Euseb. Emise. de pascha homil. 4.

h. Vtiles enim sunt correptiones parentis, qui non parcit, vt obedientem præceptis salutaribus præstet animā filij sui. Virga enim visitat, sicut legimus, Visitabo in virga, &c. Nemo enim desperare debet quicūque corripitur atque arguitur. Ambro. lib. 5. epistō. 18.

3. Ab eis.

i. In quo promisisti perpetuare regnum Dauid. A captione enim Sedechiæ vsque ad nativitatem Christi fluxit magnum tempus 619. annorum, in quo sancti patres illius tēporis protali dilatione suspirabant & affligebantur secundum quod dicitur Prouer. 13. Spes quę differtur affligit animā De Lyra.] k. In quo vtique seruum dixit, nisi in carne? quòd exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens. Ambr. de fide lib. 3 ca. 7.

4. Auertetis, vel auertes.

l. Queritur regnum Dauidis familiæ, quod perpetuū fore promiserat deus, dum adolesceret extinctum esse. Flamin. ibid.

m. Sed quis est homo qui non moriatur, cum resurrectio nisi mortui esse non posiit? Ambro. Luc. 9. lib. 7.

n. Per misericordias promissiones intelligit à deo factas de semine & de regno Dauid. Antiquas autem eas dicit quod olim supplicanti populo factæ fuerant. Euthymius. ibid.

## *Oratio Moysi hominis dei.* LXXXIX

A DOmine[a] refugium factus es nobis, à generatione in generationem. Priusquam montes fierent aut formaretur terra & orbis, à seculo & vsque in seculum tu es deus. Ne auertas hominem in humilitatem, & dixisti, conuertimini filij hominum. Quoniā mille anni ante oculos tuos, *tanquam dies hesterna quæ præteriit. Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habentur, eorum an-
B ni erunt. ᵈMane sicut herba trāseat, mane floreat & transeat, vespere decidat, induret & arescat. ᵇ Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, seculum nostrū in illuminatione vultus tui. Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus. † Anni nostri sicut[c] aranea me-
Psal.89.a ditabuntur, dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. ᵈSi autem in potenta-
C tibus octoginta anni, & [1] amplius] eorum labor & dolor. Quoniā superuenit mansuetudo, [*] & corripiemur. Quis nouit potestatē iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuā dinumerare? Dexterā tuā sic notā fac, [*] & eruditos corde in sapiētia. Cōuertere domine vsquequo, & deprecabilis esto sup seruos tuos. Repleti sumus mane misericordia tua,
D [*] & exultauimus & delectati sumus in omnibus diebus nostris. ᵈ Lęati sumus pro die-

a. Refugium locus est quò confugimus, in quem nostra suspiria, & lachrymæ tendūt: ad quē dereliēti, grauibūsque malis oppressi deuolamus. Ille sinus placidos pandit venientibus. Nihil diuinius & ad consolationem medelámque dolorum nostrorum præstentius dicere poterat. Eugubinus ibid.

*Domine.

b. Nongēnis triginta annis antea viuebamus, vsque ad mille fere veneramur: ecce in breuem vitam vita nostra contracta est. Hiero. ibid.

c. Aranearum ponit pro aranex tela: verbum autem meditabatur, in passiua hic significatione positum est pro existimabantur, seu reputabantur: & sensus est: quod anni nostri à nobis existimabantur, quasi aranex tela, quæ summo fit cum labore, & modico durat tempore. Euthy. ibid.

1. Plurimum.

*Super nos.

*Mihi.

*Domine.

[d. Quod facit de⁹ in se, orat pro pheta fieri propopulo: orat scilicet, vt parcat deus Iudæis peccantibus, sinon pro mentis eorum saltem propter opera quæ in eis fecit. Glo. ordi.]

bus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. [d]Respice in seruos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum. Et sit splendor domini dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige.

*Laus cantici ipsi Dauid.* XC.

a. Saluator & dominus noster Iesus qui Christus dei est, dum quatenus homo factus est, cõsideratur habitãs, dicitur in adiutorio altissimi, vtpote cum in protectione dei patris commoretur. Euseb. de demonst. li. 9. 7

b. Multi putant libertatem arbitrij eousque sibi posse sufficere vt sese per ipsam libertatem ab hostibus inuisibilibus eruere posse confidant: libertatem autem arbitrij negare, periculum est, & nudare peccatum. Arn.

1. Te, Heb. & Græ.

c. Nam etsi nefarij homines conabuntur te hominem factum flagellis cædere, & si morti tradere, neutiquam, tamen flagellum, quod à deo est, tuo appropinquabit tabernaculo, hoc est tuo corpori, quo videlicet propter nos homo factus, indutus est, Euseb. Cæsar. de demonst. lib. 5. ca 21.

2. Accedent te mala.

d. Affirmat neque venenatas & immanes bestias, neque diabolum & satellites eius quos vocabulis harum belluarum significat, vllam vim habituros aduersus hominem pium, & præsidio dei cõfidẽtem. Flam ibid.

[a]Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli commorabi- a
tur. [b]Dicet domino susceptor meus es tu, & refugium meum deus meus, sperabo in eum. Quoniam ipse liberabit [1 me] de laqueo venantium, & à verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. [†§]Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis, ad te autem nõ ap- †
propinquabit. Veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es domine spes mea, [c] altissimum posuisti refugium tuum. Non [2 accedet ad te malum,] & flagellũ non appropinquabit tabernaculo tuo. [§]Quoniam c
[†]angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. [d]Super aspidem & basiliscũ ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quoniã in me sperauit liberabo eum, protegam eum quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Lõgitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum.

*Psalmus cantici in die Sabbati.* XCI.

2. Non dixit bonum est psallere, & postea confiteri, sed vide ordinem: Bonum est confiteri & bonum est psallere. Primum age pœnitentiam & lachrimis dele peccata, & postea cãta domino. Hieron. ibid. †

b. Per facturam quidam vniuersam hanc totius mundi machinam intelligunt, & per manũ opera particulatim huius creaturæ species: quarum magnitudinem inquit, & pulchritudinem, varietatem, concinnitatẽ, vtilitatẽmque, & cætera huiusmodi tam in vniuersum, quàm particulãtim prospiciens, lætor: & amplius etiam exultabo. Euthymius, ibidem.

[c. Et si ipsi peribunt, quæ tibi spes qui pateris exaltabitur. Aliquando vnicornis superbiam significat, sicut ibid. Psal. 21. Et à cornibus vnicornium humiliatem meam Aliquando exaltationẽ vnitatis sicut hic: quia vnicornis exaltabitur, omnes hæreses peribunt. August. In glosordina.]

1. In libano.

[a]Onum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. Ad annun- a
tiandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. In decachordo psalterio, cum cantico in cithara. Quia delectasti me domine in [b] factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. [†] Quàm magnificata sunt opera tua domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. [§] Vir † §
insipiens nõ cognoscet, & stultus nõ intelliget hæc. Cũ exorti fuerint peccatores sicut fœnum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Vt intereãt in seculum seculi, tu autem altissimus in æternum domine, quoniam ecce inimici tui domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. [‡] Et ‡
exaltabitur sicut vnicornis cornu meum, & senectus mea in misericordia vberi. [§] Et c §
despexit oculus meus inimicos meos, & ab insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus [1 Libani] multiplicabitur. Plantati in domo domini, in atriis domus dei nostri florebunt. Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi, & bene patientes erunt vt annuntient. Quoniam rectus dominus deus noster, & non iniquitas en eo.

*Laus cantici Dauid, in die ante Sabbatum, quando fundata est terra.* XCII.

a. Induit enim dominus decorẽ ecclesiæ gratiam, quæ in illo lauacrho deponens fœditatem omnium delictorum splendore gratiæ cœlestis enituit. Ambr. de benedict. patriar. cap. 10.

b. Parata ergo à seculo sedes est, in qua sessurus erat is, in cuius nomine omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & inferiorum. Cyprian. in Symbolũ Apost.

[a]Ominus regnauit, decoram indutus est, indutus est dominus fortitudi- a
nem & præcinxit se. Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. [b]Parata sedes tua ex tunc, à seculo, tu es. Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flumina vocem suam. [§]Eleuauerũt flumina fluctus suos, § a
à vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis, [†] domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinem dierum.

*Psalmus Dauid, Quarta Sabbati.* XCIII.

a. Sic deum appellat, quòd ad eum pertineat vltio. Ipse enim ait in Deuteronomio. Mea est vltio, & ego retribuã. Flam ibi.

b. Illa autem repetitio, vsquequo peccatores domine, loquẽtis zelum demonstrat. Et quanquam hoc pacto dubitanter loquatur nũc propheta, nõ ignorat tamen momentaneam esse omnium eorum fœlicitatẽ qui iniustè agunt: sed tam diuturnam dei patientiam ægrè fert. Euth ibid.

1. Pupillum.
2. Aduenam.
*Nunc.
3. Audit.

[a]Deus vltionum dominus, deus vltionum liberè egit. Exaltare qui iudicas ter- a
ram, redde retributionem superbis. [b]Vsquequo peccatores domine, vsquequo peccatores gloriabuntur? Effabuntur & loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur iniustitiam. Populum tuum domine humiliauerunt, & hæreditatem tuam vexarunt. Viduam & [1 aduenam] interfecerunt, & [2] pupillos occiderunt. [§]Et dixerunt non videbit dominus, nec intelliget deus Iacob. Intelligite § a
[*] insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non [3 audiet] aut

aut qui finxit oculum,non considerat?Qui corripit gentes non arguet, qui docet hominem scientiam? †[c] Dominus scit cogitationes hominum,quoniam vanæ sunt.Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Vt mitiges[4] ei ] à
C diebus malis,donec fodiatur peccatori fouea. ℣ Quia non repellet dominus plebem suam,& hæreditatem suam non derelinquet.Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium, & qui iuxta illam,omnes qui recto sunt corde. [d]Quis consurget mihi aduersus malignantes,aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?Nisi quia dominus adiuuit me,paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam, motus
D est pes meus,misericordia tua domine adiuuabat me. ℣ Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo,consolationes tuæ lætificauerūt animam meam. Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis,qui fingis laborem in præcepto? [e] Captabunt in animam iusti,& sanguinem innocentem condemnabunt. Et factus est mihi dominus in refugium,& deus meus in adiutorium spei meæ. Et reddet illis iniquitatem ipsorum,&[5]in malitia eorum disperdet eos,disperdet illos dominus deus noster.]

*Laus cantici ipsi Dauid.* XCIIII.

A [a]Venite exultemus domino, iubilemus deo salutari nostro. Præoccupemus faciem eius in confessione,& in psalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus dominus,& Rex magnus super omnes deos. [b]Quia in manu eius sunt
B omnes fines terræ,& altitudines montium ipsius sunt. ℣ Quoniam ipsius est est mare & ipse fecit illud, & siccam manus eius formauerunt. Venite adoremus, & procidamus,* & ploremus ante dominum qui fecit nos, quia ipse est deus noster. Et nos populus pascuæ eius,& oues manus eius. [c] ‡Hodie si vocem eius audieritis, nolite
C obdurare corda vestra. ℣ Sicut in[1] irritatione, ] secundum diem tentationis in deserto. Vbi tentauerunt me patres vestri,probauerunt, & viderunt opera mea. † Quadraginta annis offensus fui generationi illi,& dixi:semper hi errant corde. Et isti non cognouerunt vias meas,vt iuraui in ira mea, [d]si introibunt in requiem meam.

*Psalmus Dauid,quando domus ædificabatur post captiuitatem.* XCV.

A [a]† Cantate domino canticum nouum,cantate domino omnis terra. Cantate domino & benedicite nomini eius,annuntiate[1]de die in diem ]salutare eius. Annunciate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Quoniã magnus dominus & laudabilis nimis,terribilis est super omnes deos. † Quo-
B niam omnes dij gentium dæmonia:dominus autem cœlos fecit. ℣ [b] Confessio & pulchritudo in conspectu eius,sanctimonia & magnificẽtia in sanctificatione eius,† Afferte domino patriæ gentium,afferte domino gloriam & honorem, afferte domino gloriam nomini eius. Tollite hostias & introite in atria eius, adorate dominũ in atrio sancto eius.Commoueatur à facie eius vniuersa terra, dicite in gentibus quia domi-
C nus regnauit. ℣ Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur, iudicabit populos in æquitate.Lætentur cœli & exultet terra,commoueatur mare & plenitudo eius, gaudebunt campi & omnia quæ in eis sunt.Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie domini quia venit,[c]quoniam venit iudicare terram. † Iudicabit orbem terræ in æquitate,& populos in veritate sua.

*Psalmus Dauid,quando terra eius restituta est ei.* XCVI.

A [a]Dominus regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ. Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudicium correctio sedis eius. [b] Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit & commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt à facie do-
B mini, à facie domini omnis[1] terra. ]℣ Annuntiauerunt cœli iustitiam eius,& viderunt omnes populi gloriam eius. † Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis. † Adorate eum omnes angeli eius, [c] audiuit & lætata
C est Sion.Et exultauerunt filiæ Iudæ.propter iudicia tua domine. ℣ Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram,nimis exaltatus es super omnes deos. † Qui diligitis dominum,odite malum, custodit dominus animas sanctorum suorũ, de manu



[c. Dominus scit cogitationes hominum quasi diceret etiam cogitationes intra mentem latentes ipse cognoscit vsque ad minima, quoniam ad malum pronæ sunt vt dicitur. Genes.8. Sensus & cogitatio cordis humani in malum prona sunt. De Lyra.]
4. Ilum.

d Hoc dicebat quasi quærens, & conquirens peragraret in tota creatura, & iam nullum ex hominibus adiutorium inueniret repetiuit,dicens: aut quis stabit mecũ&c. Recurrit ad fontẽ misericordiæ, vnde semper hauriebat beneficia, ad dominum rerum omnium,& conditorem creaturarum. Chryso. in Psal. 93.to.1.

e. Dum caperauerint peccatores animam iusti condemnauerint, tunc efficietur ei dominus in refugium, & deus erit in auxilium spei eius. Arnob.

5. Secundum malitiam ipsorum disperdet illos dominus deus.

a. Admonet ad cultum & veneration em dei requiri lætitiã, & hilaritatem. Causa vero in promptu est. Deus enim colitur fide,spe,charitate, quarum comites sunt iustitia, pax & gaudium Flam. ibid.

b. Nõ quòd manus habeat deꝰ, sed vt discas quòd ipsius potestatis omnibus præsideat, ipse est quæ terræ corpus continet & portat. Chryf. ad populum. Antioch. hom. 9.

*Ei.

c. Aliquando enim audistis vocem eius per Moysen, & obduraftis corda vestra. Per præconem locutus est quando obduraftis corda vestra, per se nunc loquitur, mollierant nunc corda vestra. Aug. ibid.

1. Exacerbatione.

d. Hæc est requies quæ iustis debetur, negatur indignis, de qua ait dominus: Sicut iuraui in ira mea, si introibunt in requiam meam: Qui enim non cognouerunt vias domini, non ingredietur in requiem domini. Ambro. de obitu Theodosij Oratio.

a. Vetus canticum adeò angustis finibus circunscribebatur, intra populum vnum, vnámque regionem: sed nouum per omnem terram incedit quæ sub cœlo est, & ab vniuerso decantatur orbe: eóque prophera eũ dixisset: Cantate domino canticum nouũ, protinus addidit: cantate domino omnis terra. Chrisost. ibid.

1. Diem de die.

b. Peccatores vt non remaneãt peccatores confitentur peccata sua,vomũt mala, quæ auidè voranerunt,non redeunt ad vomitum suum sicut canis immundus,& erit confessio & pulchritudo,amamus pulchritudinem, prius eligamus confessionẽ, vt sequatur pulchritudo. Aug. ibi.

c. His verbis non tam significat tempus illud nouissimi iudicij quàm id tempus, quo deus Christum ab inferis excitauit, illúmque terris proposuit, vt is regeret ac gubernaret omnes nationes Flam.

a. Hactenus diabolus & peccatũ regnauerant, regnauit autem dominus destructo dæmone & peccato. Euthymius, ibid.

b. Ignis ante ipsum præcedet, duo officia perafturus. Vno enim eodémque aspectu amico dei illuminat, & inflãmat inimicos eius. Arnob.

1. Terræ.

c Sion inquit, & reliquæ ecclesiæ ab ista Ierosolymitana prognatæ, audierunt quæ prædicta sunt ab Apostolis de iustitia dei. Itémque viderũt ab ea res humanas per Christum rectissimè ac fœlicissimè gubernari, quæ res illas incredibili lætitia affecerunt. Flami. ibid.

peccatoris liberabit eos. Lux orta est iusto, [d] & rectis corde lætitia. Lætamini iusti in domino, & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

[d. Non enim verè in miseria sunt sancti spe iam salui. Augu. cum Glosa ordina.]

*Psalmus Dauid.* XCVII.

CAntate domino canticum nouum, [a] quia mirabilia fecit. [b] Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. † Notum fecit dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Recordatus est misericordiæ suæ, * & veritatis suæ domui Israel. Viderunt omnes termini terræ salutare dei nostri. Iubilate domino omnis terra, cantate & exultate & psallite. [c] Psallite domino in cithara, in cithara & voce psalmi, in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. Iubilate in conspectu Regis domini, moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarum & qui habitant in eo. [c] Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu domini, * quoniam venit iudicare terram. † Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

a. Signa fecit in Iudæa, paralyticos sanauit, leprosos purgauit, mortuos suscitauit. Hieron. ibid.
b. Illius dextera atque illius brachium, hoc est, diuinum illud auxilium, quod & dextrum accommodum omnibus esse solet & potens, saluauit, hoc est, recuperauit eum populum siue eos omnes, qui ab inimico olim capti ui, ac serui tenebantur, dexteram enim & brachium ita exponi alibi diximus, in Psal. 35. Euthymius, ibidem.
* Iacob.
[c. Flumina habebunt occasionem exultationis si haberent sensum: & hoc fuit impletum quãdo Christus tactu suæ sanctissimæ carnis vim regenerationis dedit aquis in baptismo. De Lyra.]
* Qui venit.
a. Irascantur populi, & in elatione dominum nostrũ Iesum Christum aspiciant. Ipse regnauit quem regnare super se non putant: ipse sedet super Cherubim, quantuncumque moueatur terra. Arnob. ibid.
1. Sanctus.

*Psalmus Dauid.* XCVIII.

[a] DOminus regnauit, irascantur populi, qui sedet super Cherubim, moueatur terra. Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est, & honor regis iudicium diligit. Tu parasti directiones, iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti. Exaltate dominum deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam [1 sanctum] est. † [b] Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. [c] Inuocabant dominum & ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos. Custodiebant testimonia eius, & [2 præceptum quod] dedit illis. [c] Domine deus noster tu exaudiebas eos, deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum. Exaltate dominum deum nostrum, & adorate in monte sancto eius, quoniam sanctus dominus deus noster.

b. Proponit exemplum Moysi & Aaronis, & Samuelis, qui præstantissimi fuerunt religione ac sanctitate, & ob eã rem charissimi deo. Flaminius.
2. Præcepta eius quæ.
c. Omnia enim quæ agere studuerunt, ad perfectum deduxisti, quia placita erant tibi. Hier. ibidem.

*Psalmus in confessione,* XCIX.

[a] IVbilate deo omnis terra, seruite domino in lætitia. Introite in conspectu eius, in exultatione. Scitote quoniam dominus ipse est deus, * [b] ipse fecit nos & non ipsi nos. [c] Populus eius & oues pascuæ eius † introite * portas eius in confessione, * atria eius in hymnis confitemini illi. Laudate nomen eius quoniam suauis est dominus, [c] in æternum misericordia eius, & vsque in generationem & generationem veritas eius.

a. Est autem iubilatio, quædam militum vociferatio, quæ fieri solet in victoria. Euthym. ibid.
* Nostri.
b. Sicut ipse fecit nos, & non ipsi nos ita reficit nos, & non ipsi nos. Prosp. de libe. arbi.
* Ad. * Ad.
c. Non enim cum te liberauerit desinet esse misericors. Et vt protegat semper in æternum vitam, misericordiæ eius est. Augustinus ibid.

*Psalmus ipsi Dauid.* C.

[a] MIsericordiam & iudicium cantabo tibi domine, psallam & intelligam in via immaculata: quando venies ad me? Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Non proponebam ante oculos meos rem iniustam, facientes præuaricationes odiui. Non adhæsit mihi cor prauum, declinantem à me malignum non cognoscebam. † [b] Detrahentem secreto proximo suo, [1 hunc] persequebar. [c] Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terræ vt sedeant * mecum, ambulans in via immaculata hic mihi ministrabit. Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam, qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum. [c] In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

a. Primo quippe misericordiã, ac deinde iudicium se cantare perhibet: quia nimirum dominus quod primo suo aduentu depositum nobis benignè contulit, hoc in secundo districtius exiget. Sed periurus quisque qui misericordiam largientis cõtemnit, iure iudiciũ discutiẽtis domini pertimescit. Beda in festo transfigura. do.
b. Tanquam malis præditũ moribus, atque illiberalem, ac veluti canem latenter mordentẽ. Ideo apposuit secreto, quia is qui præsenti detrahit, minus peccat Euthy.
1. Proximum.
* Ipsi.
c. Hoc est, oriente in nobis sole iustitiæ, qui habitaculum dei fumus omnis cogitatio iniqua subuertitur. Amor. Sermo. 5.

*Oratio pauperis cum anxiaretur, & coram domino effundit precem suam.* CI.

[a] † DOmine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Non [1 auertas] faciem tuam à me, in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. [b] In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremium aruerunt. Percussus sum vt fœnum & aruit cor meum quia oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ. Similis factus sum pelicano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio. [c] Vigilaui, & factus sum [2 sicut

a. Quod est, exaudi orationem meam, hoc idem est, & clamor meus ad te perueniat: sed gemina petitio ostendit petentis affectum. Prosper ibid.
b. Id est, in die tribulationis meæ. Dies tribulationis & tentationis hæc vita præsens est, in qua velociter se iste pœnitens exaudiri deprecatur, ne morte præueniente indignus sit exaudiri: quia in hac vita cõpus est misericordiæ, in futura verò iudicij dum reddet deus vnicuique secũdum opera sua. Alcuinus sup. 7. Psal. 101.

sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, aduersum me iurabant. †Quia[c] cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. A facie iræ * indignationis tuæ, quia eleuans allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui. Tu autem domine in æternum permanes, & memoriale tuum in generatione & generationem. Tu exurgens domine misereberis Sion, [d]quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. Quoniam [1] placuerunt seruis tuis lapides eius, & terræ eius miserebuntur. ] ℣ Et timebunt gentes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriam tuam. Quia ædificauit dominus Sion, & videbitur in gloria sua. Respexit in orationem humilium, & non spreuit precem eorum. Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur laudabit dominum. Quia prospexit de excelso sancto suo, dominus de cœlo in terram aspexit. Vt audiret [2] gemitus] compeditorum, vt solueret filios interemptorum. Vt annuntient in Sion nomen domini, & laudem eius in Ierusalem. In conueniendo populos in vnum, & reges vt seruiant domino. ℣ Respondit ei in via virtutis suæ, [e] paucitatem dierum meorum nuntia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, [3] in generatione & generationem] anni tui. † ℣ Initio tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Filij seruorum tuorum habitabũt, & semen eorum in seculum dirigetur.

c. Cinis tanquam panis comeditur, quando author suo peccatos per pœnitentiam, sicut innocens reuocatur. Grego. hom. 19 super Ezech.
* Tuæ, &.

d. Significat 70. illos annos per quos duraturæ erat seruitus Hebræorũ, iam exactos esse, idque eo etiam argumento probat, quod iam Cyro & Dario placuisset Ierosolymam instaurari, eos autem seruos dei appellabat, propterea quod deus operam eorum ad res magnas administrandas vsus sit. Sic etiam dominus apud Isaiam vocat seruum suum. Flamin. ibid.
1. Probauerũt serui tui lapides eius, & pulueris eius miserebuntur.
2 Gemitum.
[e Non æternitatem illorum vbi ero, sed temporales dies quãdiu ero in hoc seculo nuncia mihi propter illos qui dicunt iam non esse ecclesiam. Glosa ordina.]
3. In generatione generationũ.
f. Sin de patre prophetam id locutum dixeris quod de illo dictum est, Paulo filio attribuit, & ita idem efficietur. Neque enim filio id Paulus tam constanter attribuisset, nisi patri & filio pares esse intelligeret dignitates. Chrys. in 1. cap. Ioan. homil. 4.

*Psalmus ipsi Dauid.* CII.

4 Decol. dist. A a. c. literatur.

†Benedic anima mea domino, [a] & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum, [b] renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Faciens misericordias dominus, & iudicium omnibus iniuriam patientibus. ℣ [c] Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas. † Miserator & misericors dominus, longanimis & multum misericors. Non [1] in perpetuum] irascetur, neque in æternum comminabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem cœli à terra, corroborauit misericordiam suam super timentes se. [d] Quantum distat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras. ℣ Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Recordatus est quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum, dies eius tanquam flos agri sic efflorebit. [e] Quoniam spiritus pertransibit in illo & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum. Misericordia autem domini ab æterno & vsque in æternum: super timentes eum. Et iustitia illius in filios filiorum, iis qui seruant testamentum eius. ℣ Et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea. [f] Dominus in cœlo parauit sedem suam, & regnum ipsius omnibus dominabitur. Benedicite domino omnes angeli eius, potentes virtute, facientes verbum eius ad audiendam vocem sermonum eius. Benedicite domino omnes virtutes eius, ministri eius qui facitis voluntatem eius. Benedicite domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius, benedic anima mea domino.

a. Nisi enim ablata fuerit erasi tudo illa, quæ tegit interiora tua, non possunt subtilem & ipsi tuitalem capere sensum, nec possunt intellectum capere sapientiæ: & ideo dominum laudare non possunt. Cyrillus in Ieuit. lib. 5.
b. Anima ergo nostra sicut aquila alta petat, supra nubes volet, renouatis splendescat exuuiis, cœlo volatus suos inferat. vbi laqueo incidere nõ possit. Ambro. de bono mortis, cap. 5.
c. Per legem quam ei mandauit. Per vias autem diuinam voluntatem ac mãdata eius intelligit. Euthy. ibid. 1. in finem.
d. Regenerationis hæc virtus est quæ homines exuit peccatis, & gratiæ induit donis vt vetustas occidat, & veritas oriatur. Facta enim mutatione status innocẽtia constituitur in oriente, peccata remanẽt in occasum. Prosp. ibid.
[e. Quod potest dupliciter exponi. Vnomodò de spiritu vitali, qui egreditur à corde & in aliis partibus facit sensum & motũ & ipso deficiente deficit corporalis vita. Aliomodò de spiritu rationali qui cum pertransit à corpore deficit vita. De Lyra.]
f. Hæc est maxima piorũ consolatio in hac vita fragili & caduca, plenisque laborum & calamitatum, quod certò sciunt deum in cœlo sempiternum domicilium habere, ridique potestate ac numine omnia regi gubernarique, vt minime dubitãdum sit quin ille piorũ imporũmque rationem habeat. Flamin. ibid.

*Psalmus ipsi Dauid.* CIII.

A †Benedic anima mea domino, domine deus meus magnificatus es vehementer. Confessionem & decôrem induisti, amictus lumine sicut vestimento. [b] Extendẽs cœlum sicut pellem qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum. †[1] Qui facis] angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. † Qui [2] fundasti] terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculũ seculi. Abyssus sicut vestimentũ amictus eius, [c] super montes stabunt aquæ. Ab increpatione tua fugiẽt, à voce

a. Et sic de aliis quæ legenda sunt in secunda & non tertia persona. Hiero.
[b Cœlũ quasi tectũ mundi extendit Deus, non labore vt rutũ tectũ, sed tam facile extẽdit vt quis pellem. Aug. ibid.]
1. Qui facit.
2. Fundauit.
c. Aquæ inquit, in ipsis montibus congregantur, & fontes illic scaturiunt: quanquam aliqui abalto suapte natura toleat ad inferiora defluere. Euthy.

tonitrui tui formidabunt.[c] Aſcendunt montes & deſcendunt campi,in locum quem fundaſti eis. Terminum poſuiſti quem non tranſgredientur, neque conuertentur operire terram.[d] Qui emitis fontes in conuallibus, inter medium montium pertranſi- a
bunt aquæ.[d] Potabunt omnes beſtiæ agri,expectabunt onagri in ſiti ſua.Super ea volucres cœli habitabunt,de medio petrarum dabunt voces. Rigans montes de ſuperioribus ſuis,de fructu operum tuorum ſatiabitur terra.[†] Producens fœnum iumentis,& herbam ſeruituti hominum.Vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis.Vt exhilaret facie in oleo,&[e] panis cor hominis confirmet.Saturabuntur ligna cãpi & cedri Libani quas plantauit, illic paſſeres nidificabunt. Herodij domus dux eſt
corũ,[f] montes excelſi ceruis,petra refugium herinaciis.[g] Fecit lunam in tempora: ſol c
cognouit occaſum ſuum.Poſuiſti tenebras & facta eſt nox,in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ.Catuli leonum rugientes vt rapiant,& quærant à deo eſcã ſibi.Ortus eſt ſol & congregati ſunt,& in cubilibus ſuis collocabũtur. Exibit homo ad opus ſuũ, & ad operationem ſuam vſque ad veſperum.[†] Quàm magnificata ſunt opera tua domine,[g] omnia in ſapiẽtia feciſti,impleta eſt terra [3]poſſeſſione] tua.Hoc mare magnum & ſpatioſum [3]manibus,] illic reptilia quorum non eſt numerus. Animalia puſilla cũ magnis,illic naues pertranſibunt.Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei,omnia à te expectant,vt des illis eſcam in tempore.[h] Dante te illis colligent, aperiente te ma- a
num tuam,omnia implebuntur [h] bonitate.Auertente autem te faciem turbabuntur, auferes ſpiritum eorum & deficient,& in puluerem ſuum reuertentur.[i 4] Emitte] ſpiritum tuum & creabuntur,& renouabis faciem terræ. Sit gloria domini in ſeculum, lætabitur dominus in operibus ſuis.Qui reſpicit terram & facit eam tremere,qui tangit montes & fumigant. † Cantabo domino in vita mea, pſallam deo meo quandiu ſum. Iucundum ſit ei eloquium meum, ego verò delectabor in domino. Deficient peccatores à terra,& iniqui ita vt non ſint,benedic anima mea domino.

*Alleluia.* CIIII.

[a †] Onfitemini domino & inuocate nomen eius,annunciate inter gentes opera eius.Cantate ei & pſallite ei, narrate omnia mirabilia eius, laudamini in nomine ſancto eius. Lætetur cor quærentium dominum,quærite dominum & confortamini,[b] quærite faciem eius ſemper. Mementote mirabilium eius quæ fecit,prodigia eius & iudicia oris eius. Semen Abraham ſerui eius,filij Iacob electi eius. Ipſe dominus deus noſter,in vniuerſa terra iudicia eius. Memor fuit in ſeculum teſtamenti ſui, verbi quod mandauit in mille generationes. † Quod diſpoſuit ad Abraham,& iuramenti ſui ad Iſaac. Et ſtatuit illud Iacob in præceptum, & Iſrael in teſtamentum æternum. Dicens: tibi dabo terram Chanáan, funiculum hæreditatis veſtræ.[c] Cum eſſent numero [1]breui,] [c] pauciſſimi & incolæ eius. Et pertranſierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis Reges. † Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. † Et vocauit famem ſuper terram, & omne firmamentum panis contriuit. Miſit ante eos virum, † [d] in ſeruum venundatus eſt Ioſeph. Humiliauerunt in compedibus pedes eius,ferrum pertranſiit [2] animam] eius, donec veniret verbum eius. [e] Eloquium domini inflãmauit eum, † miſit Rex & ſoluit eum, Princeps populorum & dimiſit eum.Conſtituit eum dominum domus ſuæ,& Principem omnis poſſeſſionis ſuæ.Vt erudiret Principes eius ſicut ſemetipſum,& ſenes eius prudentiam doceret. †[5] Et intrauit Iſrael in Ægyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham.Exauxit populũ ſuum vehemẽter,& firmauit eum ſuper inimicos eius. †[f] Cõuertit cor eorum vt odirent populum eius,& dolũ facerent in ſeruos eius.Miſit Moyſen ſeruum ſuum,Aarõ quem elegit [3]ipſum.] † Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum & prodigiorum,in terra Cham. †[4] Miſit tenebras & obſcurauit,[5] & non exacerbauit] ſermones ſuos. † Conuertit aquas eorum in ſanguinem, & occidit piſces eorum. † Et edidit terra eorum ranas,in penetralibus Regum ipſorum. † Dixit & venit cynomyia & ſcyniphes,in omnibus finibus eorum. Poſuit pluuias eorum grandinem, ignem combu-

g. Montes elationes aquarum ſunt,id eſt, fluctus perſequẽtiũ populorum, qui cum ſæuirent montes erãt,ſed increpati,quieuerunt,& campi facti ſunt,tũ dato ipſis locu in quo cohibe-rentur. Prosper.
Id. Omnes fuerunt in diſco Petri ter ſubmiſſe quatuor lineæ, qui gerit perſonam prædicatorum. Quatuor enim lineis vas ſubmiſſum eſt Petro in figura quatuor partium orbis vbi prædicandum euangelium, & baptizãdi homines. Aug. in Gloſ. ordina.]
e. Habet enim dominus ſuum panem,imo panis ipſe ſaluator eſt,ſicut docuit dicẽs: Ego ſum panis qui de cœlo deſcendi. de quo panedicit propheta. Et panis coc hominis cõfirmet. Ambro. Ser. 35.
f. Quando iuſtus omnis in altiſſimis ſibi deligit cõuerſationem, deſtinatum ſine ſcopum perſequens,ad brauium ſupernæ vocationis recurrit. Baſilius in pſal. 28.

g. Nihil enim deus verbum ſine patre fecit, non operatur ſine patre non ſine patria voluntate ſacru ſanctæ illi ſe obtulit ſaluatris mundi totius hoſtia paſſioni. Ambr. de fide. libr. 4. cap. 3.
3. Creatione.
h. Per bonitatem enim dei nobis vniuerſa tribuuntur, merito bona, quibus nihil admixtum eſt mali. Ambro. de fuga ſeculi. cap. 6.
i. Iam quod renouatur, ſic renouatur quemadmodum & ab initio factum eſt. Et ciuſdem virtutis opus fuerit, & initio creaturarum opus producere,& coruptam ad primæuam integritatem reducere Cyrillus de ſpiritu ſancto.
4. Emittes.

a. Laudate inquit, dominum,& innocate: ſemper enim inuocationem debet præire laudatio, quæ hic dicta confeſſio eſt: & vniuerſo mundo Chriſtus annuncietur, & verbo & opere Proſper. ibid.
b. Et quia Chriſtus aſcendit in cœlos, & parat vobis gaudium ſempiternum, quam diu ad eũ pertingatis, quærite faciem eius ſemper. Arnob. ibid.
2. Modici.

c. Quinimo pauciſſimi cum eſſent,& derelicto paululum patrio ſolo,in Chananæorum terra veluti hoſpites atque extranei morarentur. Euthy.
d. In ſeruum venundatus eſt, non ſeruus factus. Humiliauerunt pedes eius non animam eius. Amb. li 2. Epiſt. 7.
2. Anima
e. Interpretatio quidẽ illa ſomniorum ſqualorem & ſordes cæteris illi eluit, & innocentiã & ſanctitatem eius talem eſſe declarauit, quale eſt autũ igne purgatum. Flaminius, ibid.
f. Nunquid nam intelligendũ eſt vel credendum, quòd deus cor hominis ad faciendа peccata conuertat? Iu eo ergo quod populum ſuum multiplicauit, hoc beneficio ſuo malos ad inuidendum conuertit. Inuidia eſt enim odium fœlicitatis alienæ. Sic ergo cõuertit cor eorum, vt per inuidentiam odiſſent populum eius, & dolũ facerent in ſeruos eius. Aug. ibid.
3. Sibi.
4. Quia exacerbauerunt.
5. Atqui ante tenebras alias Ægyptius plagas intulit: ſed beatus Dauid indifferenter hanc plagam primo loco commemorat vel vt grauiſſimam omniũ præpoſuit, cum lux quæ per tenebras auferitur, rerum omniũ ſit pulcherrima, & hominibus maxime opportuna. Euthymius ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



comburentem in terra ipsorum. Et percussit vineas eorum & ficulneas eorum, & con
†Exod.10.d Sap.18.a triuit lignum finium eorum. †[g]Dixit & venit locusta & brucus, cuius non erat nume-
D rus. [f]Et comêdit omne fœnum in terra eorum, & comêdit omnem fructum terræ
†Exod.12.d eorum. † Et percussit omne primogenitũ in terra eorum, primitias omnis laboris eo-
†Exo.13.d & 16.c.& 17.b rum. †[h] Et eduxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus.
Lætata est Ægyptus in profectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos. Ex-
pandit nubem in protectionem [5]eorum,] & ignem vt luceret eis per noctem. Petierũt
& vênit coturnix, & pane cœli saturauit eos. Dirupit petram & fluxerunt aquæ, abie-
†Gen.12.c.d runt in sicco flumina † Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod [6]habuit] ad Abra-
ham puerum suum. Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætia.
†Ios.3.d †Et dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt. Vt custodiant
iustificationes eius, & legem eius requirant.

*Titulus. Alleluia. Alleluia. CV.*

†Iudit.13.c A [a] † Onfitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericor-
Iust.106.a †Eccle.43.d dia eius. † Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes
eius? Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempo-
re. Memento nostri domine in beneplacito populi tui, visita nos in salutа-
ri tuo. Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis
†Iudit.7.d tuæ, vt lauderis cum hæreditate tua. †[b] Peccauimus cum patribus nostris, iniustè egi-
mus, iniquitatem fecimus. Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua,
B non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ. [g][c] Et irritauerunt ascenden-
tes [1]in mare, mare Rubrum,] & saluauit eos propter nomen suum, vt notam faceret
†Exod.14.e potentiam suam. † Et increpuit mare rubrum, & exiccatum est: & deduxit eos [2] in a-
byssis] sicut in deserto. Et saluauit eos de manu odientium, & redemit eos de manu
†Exod.14.g inimici. † Et operuit aqua tribulantes eos, vnus ex eis non remansit. Et crediderunt
verbis eius, & [3]laudauerunt] laudem eius. [d] Cito fecerunt, obliti sunt operum eius,
†Exod.17.a & non sustinuerunt consilium eius. † Et concupierunt concupiscentiam in deserto,
C & tentauerunt deum in inaquoso. † [g] Et dedit eis petitionem ipsorum, & misit satu-
†Num.11.g ritatem in animas eorum. [e] † Et irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctum domi
†Num.16.d ni. Aperta est terra & deglutiuit Dathan, & operuit super congregationem Abiron.
†Exod.32.d Et exarsit ignis in Synagoga eorum, flamma combussit peccatores. † Et fecerunt vi-
tulum in Horeb, & adorauerunt sculptile. Et mutauerunt gloriam suam in similitu-
dinem vituli comedentis fœnum. Obliti sunt deum qui saluauit eos, qui fecit magna-
†Exod.32.e lia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro. † Et dixit vt disper-
D deret eos, si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius: [g] Vt
auerteret iram eius ne disperderet eos, & pro nihilo habuerunt terram desiderabi-
lem. [f] Non crediderunt verbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis suis, non
†Num.14.a exaudierunt vocem domini. † Et eleuauit manum suam super eos, vt prosterneret
eos in deserto. Et vt deiiceret semen eorum in nationibus, & dispergeret eos in regio-
nibus. Et initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum. Et irritauе-
†2.q.7.cap. Nos si incõ- rerunt eum in adinuentionibus suis, & multiplicata est in eis ruina. [g] † Et stetit Phinees
uenienter. Num.25.c E & placauit, & cessauit quassatio. [g] Et reputatum est ei in iustitiam, in generationem
11.q.3.a.c Quẽ Christi- & generationem vsque in sempiternum. † Et irritauerunt eum ad aquas contradictio
ani. 24.cap. nis, & vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius. Et distinxit
Item 8.q.8.c Omnis. in labiis suis, non disperdiderunt gentes quas dixit dominus deus illis. [h] Et commixti
†Num.20.c sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & fa-
F ctum est illis in scandalum. Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmoniis. [g] Et
effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum sua-
rum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanáan. [i] Et [4] interfecta] est terra in sangui-
nibus, & contaminata est in operibus eorum, & fornicati sunt in adinuentionibus
suis. Et iratus est furore dominus in populum suum, & abominatus est hæreditatem
suam. Et tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum, qui oderunt eos.



[g. Ista fuit octaua plaga in qua corrosum fuit quòd remãserat ex igne & grandine, Exod. 10. Ideo subditur: Et comedit omne fœnum. &c. Nonam plagam de triduanis tenebris in tota terra Aegypti. & subiungit decimam. De Lyra.]

h. Dolus enim quo Aegyptij decepti sunt, vt aurum & argẽtum Hebræis descendentibus darent, non ad præceptum nec ad inspirationem dei referendus est, sed ad promissionem tantum, qua carnales quoque hac decipi cupiditate patrentur. Verũtamen habeat aliquid fraus ista iustitiæ, quæ ab iniquis hoc quodammodo abstulit, quod pro multorum operũ mercede debebatur. Prosp. ibi, 5. Eis
6. Fuit.

a. Confitemini domino peccata vestra, quoniam bonus est, iniquitatúmque ac delictorum immemor, si qui ea perpetrauit scelus illi suum fateantur. Euthymius, ibidem.

b. Hæc est illa animi summissio, quæ diuinũ numen vel maximis sceleribus violatum placare potest, contra nihil odiosius superbia Pharisæorum, quę iactat illas voces, Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum Flam. ibi.

c. Cum patribus enim suis tunc peccauerunt quando irritauerunt ascendẽtes in rubrum mare: quando operuit aqua tribulantes eos. Arnob.
1. In rubro mari.
2. In abysso.
3. Cantauerunt.

d. Festinauerunt beati fieri temporalibus rebus, & magis concupierunt præsentia, quàm futura, cum debuerint de tantis erga se beneficiis intelligere, quod ad aliquam sine fine beatitudinem vocarentur. Prosp. ibidem.

[e. Sequitur seditio Chore & sibi adhærentiũ, qui pro ambitione sacerdotij mouit seditionẽ cõtra Moysen & Aarõ. Nume. 16. Et hoc est quod dicitur: Et irritauerunt. &c. & Aaron seruum Domini. i. consecratũ adfungendum sacerdotio cotam Domino sicut habetur Leuit. 9 Irritatio autem ista fuit, quia Chore & sibi adherentes dixerunt eis. Debet vobis sufficere quod sitis in eodem gradu cũ aliis. De Lyra.]

f. Sed potius hic infidelitas eorum metito redarguitur: quia in eo quod pro nihilo terram desiderabilem habuerunt, verbis dei nõ crediderũt, per quædam parua ducentes ad magna & festinantes beati temporalibus rebus quas secundum carnem sapiebant, non sustinuerũt consilium eius. Aug. ibid.

[g. Solida mente vt in generali perturbatione solus ipse confidentiam deprecationis assumeret. Et placauit vel exorauit. Posset dixisse. Et mœchantes transfixit: sed melius dixit exorauit. Glos. ordin. ibid.]

h. Sicut enim sacerdoti exoranti pro populo ad iustitiam reputatur, ita his qui in desideriis phanaticis conuertebantur, in scandalum. Hieron. ibid.

i. Tropica locutio, quia significatur per id quod cõtinet, sicut dicimus malam domũ, in qua mali habitant: & bonam, in qua boni. Interfecta ergo terra in sanguinibus, cum ipsi qui eam habitant interfecti sunt Prosp. ibidem.
4. Infecta.

Et tribulauerũt eos inimici eorum,& humiliati ſunt ſub manibus eorum, [k]ſæpe liberauit eos. [e]Ipſi autem exacerbauerunt eum in conſilio ſuo,& humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis. Et vidit* cum tribularentur, [5]& audiuit] orationem eorum. † Et memor fuit teſtamenti ſui, & pœnituit eum ſecundum multitudinem miſericordiæ ſuæ. Et dedit eos in miſericordias, [l]in conſpectu omnium qui ceperant eos. Saluos fac nos domine deus noſter,& congrega nos de nationibus. Vt confiteamur nomini ſancto tuo, & gloriemur in laude tua. Benedictus dominus deus Iſrael à ſeculo & vſque in ſeculum,& dicet omnis populus,fiat fiat.

k. Sicut patet ex decurſu libri ſolitum quia quandocunque ab inimicis afflicti humiliter eum deprecabãtur, ſuſcitabat Dominus iudices ad eorum liberationem. De Lyra.]
*Dominus.
5. Ipſi, cum ipſe audiret.

l. Adeo palam atque aleo manifeſte eorum miſertus eſt, vt omnes qui fecerant eos captiuos, perſpicue id cognouerint. Variæ enim gentes variis temporibus eos in ſeruitutem redegerunt. Euthymius, ibid.

*Alleluia. Alleluia.* CVI.

[a]† Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. [b] Dicant qui redempti ſunt à domino, quos redemit de manu inimici,& de regionibus congregauit eos. A ſolis ortu & occaſu, ab aquilone & mari. Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Eſurientes & ſitientes, anima eorum in ipſis defecit. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur,& de neceſſitatibus eorum eripuit eos. Et deduxit eos in viam rectam, vt irent in ciuitatem habitationis. Confiteantur domino miſericordiæ eius,& mirabilia eius filiis hominum. Quia ſatiauit animam inanem,& animam eſurientem ſatiauit bonis. † Sedentes in tenebris & vmbra mortis, vinctos in mendicitate & ferro. [c]Quia exacerbauerunt eloquia dei, & conſilium altiſſimi irritauerunt. [d]Et humiliatum eſt in laboribus cor eorum, infirmati ſunt, nec fuit qui adiuuaret. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur,& de neceſſitatibus eorum liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum dirupit. [d]Confiteantur domino miſericordiæ eius,& mirabilia eius filiis hominum. Quia contriuit [e] portas æreas,& vectes ferreos confregit. Suſcepit eos de via iniquitatis eorum, propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt. Omnem eſcã abominata eſt anima eorum,& appropinquauerunt vſque ad portas mortis. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur,& de neceſſitatibus eorum liberauit eos. [f]Miſit verbum ſuum & ſanauit eos,& eripuit eos de interitionibus eorum. Confiteantur domino miſericordiæ eius,& mirabilia eius filiis hominum. Et ſacrificent* ſacrificium laudis,& annuncient opera eius in exultatione. [g] Qui deſcendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis. Ipſi viderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo. Dixit & ſtetit ſpiritus procellæ,& exaltati ſunt fluctus eius. [g]Aſcendunt vſque ad cœlos,& deſcendunt vſque ad abyſſos, anima eorum in malis tabeſcebat. Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius,& omnis ſapientia eorum deuorata eſt. Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur,& de neceſſitatibus eorum eduxit eos. Et ſtatuit procellam [1]eius] in auram,& ſiluerunt fluctus eius. Et lætati ſunt quia ſiluerunt,& deduxit eos in portum voluntatis [2]eorum.] [h]Confiteantur domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum. Et exaltent eum in eccleſia plebis,& in cathedra ſeniorum laudent eum. † [i] Poſuit flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim. Terram fructiferam in ſalſuginem,à malitia inhabitantium in ea. [k] Poſuit deſertum in ſtagna aquarum, & terram ſine aqua in exitus aquarum. Et collocauit illic eſurientes,& conſtituerunt ciuitatem habitationis. Et ſeminauerunt agros, & plantauerunt vineas,& fecerunt fructum natiuitatis. Et benedixit eis & multiplicati ſunt nimis, & iumenta eorum non minorauit. [k] Et pauci facti ſunt,& vexati ſunt à tribulatione malorum & dolore. Effuſa eſt [3]contentio] ſuper Principes,& errare fecit eos in inuio,& nõ in via. Et adiuuit pauperem de inopia,& poſuit ſicut oues familias. † Videbunt recti & lætabuntur,& omnis iniquitas oppilabit os ſuum. Quis ſapiens & cuſtodiet hæc & [4]intelliget] miſericordias domini? Alleluia.

a. Confeſſio enim pœnitentiam monſtrat, ſatisfactio veniam ſibi diuina pietate conciliat. Nec enim poterit indulgẽtia tribui niſi ira dei poſſit confeſſione placari. Chryſo. in Pſal. 105.
b. Redemptus quidem videtur Iſrael de terra Aegypti de domo ſeruitutis: ſed hic hi vocantur redempti, qui in toto orbe terrarum de magna & lata Aegypto quaſi per mare Rubrum baptiſmum ſacratum Chriſti ſanguine liberantur. Dicant ergo Chriſtiani, qui vocati ſunt de vniuerſo mundo, quoniam ſuauis dominus, & in ſeculum miſericordia eius. Proſpe. ibi.

[c. Hoc aliud iterum conantem vincit: quia non agnoſcens gratiam ſibi tribuebat ſuam iuſtitiam conſtituere volens, conſilium dei circa ſe reprobat: vnde addit. Quia exacerbauerunt. Aug. ibid.]
d. Annuncient miſericordias dei erga ſe, & narrent eas filiis hominum neſcientibus mirabilia dei opera in eos, ſeu propter eos facta. Eut. ibid.
[e. Portæ æreæ hominũ conſuetudines vitioſæ, quæ clauſos nõ ſinunt exire, vectes ſpiritus immundi, qui portas obſeſſi. Glo. ordina poſt Caſſiodorum.]
f. Verbum autem dei planè hoc dicamus quod ſalutis cauſa ad omnes homines miſſum eſt, quãdoque ex ſacris euãgeliis celebrare vt deum edocti ſumus. Euſeb. de demõſt. lib. 6. cap. 7.
*Ei.

g. Vſque ad cœlos quippe aſcendimus, cum ſummã penetramus, ſed ad abyſſos vſque deſcendimus, cum repente à contemplationis culmine per turpia tentamenta deicimur. Greg. Moral. li. 9. c 15.

1. Et ſtetit.
2. Eius.
h. Hæc verbã quæ vt ſermonẽ de gratiarum actionibus intentiorem redderet, quater à propheta repetuntur. Euthymius.
i. Merito exaltãdus, merito laudãdus, qui in eccleſia quæ prius fuerat deſerta, & odio habita, poſuit apoſtolos: qui eam & conſolarentur alloquio, & alluuio fœcundarent. Dedit & in animas ſitientium ſuum verbum exitus prædicatorum, & terram corporis quæ prius ſpinas amaritudinis protulerat, fructibus repleuit æternis. Hier. ibid.
k. Rurſus, inquit, cum eos qui multitudine hominum & potentia florebant punire voluerit ob admiſſa maleficia, immittit in eos ſterilitatem, morbos & angores animi, & optimates ipſos adeo contemptos reddit, & attritos, vt relictis vrbibus ſeſe in ſolitudines abdant. Flam.
3. Contemptio.
4. Intelligent.

*Canticum Pſalmi ipſi Dauid.* CVII.

A PAratum cor meum deus,paratum cor meum, cantabo & psallam in gloria mea. b Exurge * psalterium & cithara, exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine, psallam tibi in nationibus. Quia magna est super
B cœlos misericordia tua,& vsque ad nubes veritas tua. ℣ Exaltare super cœlos deus,& super omnem terram gloria tua,vt liberentur dilecti tui. Saluum fac dextera tua & exaudi me,deus locutus est in sancto suo. † Exultabo & diuidā Sichimam, & conuallem tabernaculorum dimetiar. Meus est Galaad, & meus est Manasses &
C Ephráim,susceptio capitis mei. Iuda rex meus, Moab lebes spei meæ. ℣ In Idumæam extendam calceamentum meum,mihi alienigenæ [1] amici facti ] sunt. Quis deducet me in [c] ciuitatem munitam,quis deducet me vsque in Idumæam?Nónne tu deus qui repulisti nos,& non exibis deus in virtutibus nostris? † Da nobis auxilium de tribulatione,quia vana salus hominis.In deo faciemus virtutem,& ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

a.Hoc est,veni domine in páratum cor meum, & in eum tibi præparatam ingredere,vt cantē & psallam in gloria mea.Arno.
b. Loquitur dominus suo corpori. Psalterium & cithara qui descendisti in infernum & inquisti,exurge & tauda dominū. Et vides quid dicit:non ille qui mouet citharam & psalterio laudat,sed ipsa cithara & psalterio laudat patrem. ille enim deus est,& ab illis laudatur & benedicitur,scilicet anima & corpore in vnitatem à filio assumpta Hieron. ibidem.
*Gloria mea exurge.
1.Subditi.
[c. Ciuitas infernus quem nullus poterat aperire. Idumeæ gētes quib⁹ post resurrectionē innotuit: hæc à sola deitate potestant fieri. Cassio.cū Glo.ordi.]

*In finem,Psalmus Dauid.* *CVIII.*

A DEus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris & os dolosi super me apertum est Locuti sunt aduersum me lingua dolosa,& sermonibus odij circundederunt me,& expugnauerunt me gratis. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam. Et posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Cōstitue super eum peccatorem,[b] & diabolus stet à dextris eius. Cùm iudicatur exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. † Fiant dies eius pauci,& episcopatum eius accipiat alter.† Fiant filij eius orphani, & vxor e-
B ius vidua. ℣ Nutantes transferentur filij eius,& mendicent, eiiciantur de habitationi-suis. Scrutetur fœnerator [1] omnem substantiam eius,]& diripiant alieni labores eius. Non sit illi adiutor,nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitum,in generatione vna deleatur nomen eius.† [c] In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini,& peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dominum semper, & dispereat de terra memoria eorum,pro eo quòd non est recordatus facere misericordiam. Et persecutus est hominem inopem & mendicum, & compunctum
C corde mortificare. ℣ Et dilexit maledictionem & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Et maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius,& sicut oleum in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, & sicut zona qua semper præcingitur. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi [2] apud dominum,] & qui loquuntur mala aduersus animam meam. Et tu domine,domine fac mecum[d] propter nomen tuum,quia suauis est misericordia tua. Libera me quia e-
genus & pauper ego sum, & cor meum conturbatum est intra me.Sicut vmbra cum
D declinat ablatus sum,& excussus sum sicut locustæ. ℣ [c] Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum. Et ego factus sum opprobrium illis, viderunt me, & mouerunt capita sua. Adiuua me domine deus meus, saluum me fac propter misericordiam tuam. Et sciant quia manus tua hæc: & tu domine fecisti eam. Maledicent illi & tu benedices, qui insurgunt in me confundantur, seruus autem tuus lætabitur. Induantur qui detrahunt mihi pudore, & [f] operiātur sicut diploide confusione sua.Confitebor domino nimis in ore meo,& in medio multorum laudabo eum.Quia astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequentibus animam meam.

a.Non aliam personam quæ loquitur in hoc psalmo quā salutoris,qui quod sibi viu venturū erat cecinit, dicens: Deus laudē meam, &c. Vbi doctrinam quā ipse discipulis suis tradit,& laudem noui testamenti non esse premendam silentio,exoritatur, sed in omne futurum æuum ad vitæ humanæ vtilitatem permanere Os autem peccatoris & os dolosi, os ipsius Iudæ propriè nominauerit quispiam Euseb. de demon.lib.10.cap.3.
b. Diabolus,quia detrahebat,& deo apud homines,& apud deū hominib⁹ appellatur: quasi deū contra homines, hominesque contra deum:dominum aduersus seruum, & seruus aduersus dominum irritans. Tertul.lib. 2.aduersus Marcionem.
1.Omnia quæ sunt ei.
c.Peccata matris suæ & maiorū suorum semper ante oculos dei versentur,ne illa in hoc sceleratissimo atque impio homine vindicare obliuiscatur.Hoc sit memor illius sententiæ:Ego sum dominus deus tuus fortis zelotes, visitans iniquitatem patrū in filios, in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me,& faciēs misericordiā in milia,iis qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. Flaminius.ibidem.
2.A domino.
[d.Id est,vt nomen tuum glorificetur per meam exaltationē: quia suauis est misericordia tua sanans omnes morbos & vulnera.De Lyra.]
e.Duram quippe & asperam vitam agebat dominus: & testimonium reddunt quadraginta dies ieiunij,& panes illi hordacei,& spicæ quæ vellebantur à discipulis:tametsi benigna quadam dispensatione lautiori aliquando mēsa veteretur. Euthy.
f. Diploidis pallium duplex est: per quod inimicis Christi duplex denuntiatur confusio, hoc est,intus & foris, coram deo & hominibus. Prosper ibidem.

*Psalmus Dauid.* *CIX.*

A Dª † Ixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos,scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis ⟩– tuæ ] emittet * dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genui
B te. †Iurauit dominus & non pœnitebit eum, [b] ℣ † tu es sacerdos in æternum: secundum ordinem Melchisedech. Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges.Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum.

a.Saluatorem ac dominum nostrum,ipsum primogenitū omnis creaturæ dei verbū, præsens psalmus dominū vocat docēque eū esse,ecdemque sine ullo & filium superni dei,rerumque omnium domini, æternūmque patris sacerdotē. Euseb. Cæsar. de demonst.euange.lib.5.cap.3.
*Tibi.
b.Nam & beatus Moyses de eo mysterio loquens,vinum & sanguinem sub vna appellatione significat,in benedictione patriarchæ dominicam passionem multo ante demonstrātis,& ira inquientis: Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suū Euseb. Emisenus de Pascha.homil.5.

De torrente in via [1] bibit,] propterea exaltabit caput.

*Alleluia.* CX.

[†] Confitebor tibi domine in toto corde [—] meo,] in consilio iustorum & congregatione. [a] Magna opera domini, exquisita in omnes voluntates eius. Confessio & magnificentia opus eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. [b] Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus, escam dedit timentibus se. Memor erit in seculum testamenti sui, virtutem operum suorum annuntiabit populo suo. [℣] Vt det illis hæreditatem gentium, opera manuum eius veritas & iudicium. [c] Fidelia omnia mandata eius, confirmata in seculum seculi: facta in veritate & æquitate. Redemptionem misit dominus populo suo: mandauit in æternum testamentum suum. Sanctum & terribile nomen eius, [†] initium sapientiæ timor domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in seculū seculi.

*Alleluia.*

1. Liber.

a. Sic quippe eius opera magna sunt, vt per omne quod ab omnibus agitur, eius voluntas exquiratur. Nam sæpe inde perficitur, vnde repelli putabatur. Greg. Moral lib. 6. cap. 14.

[b. Scilicet cùm quotidie fiunt opera eius mira, reseruat tamen opportunè inuitata quæ memorie hominis infirmitas: sed quid prosunt miracula, nisi vt deus timeatur. Quid timor nisi vt misericors escam det timentibus? Aug. ibid.]

c. Hoc est, fide digna: & quia dixit omnia mãdata, primo ea intelligit, quæ ad creationem spectant, quæque natura duce omnia obseruant elementa, & quæ natura humana obseruabatur ante legem scriptã. Deinde ea quę per legem Moysi tradita sunt. Postremo verò ipsa præcepta euangelica, quæ mandata omnia fidelia sunt, hoc est, firma & inconcussa. Euthy. ibid.

*Reuersionis Aggæi, & Zachariæ.* CXI.

[a] Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. Gloria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. Exortum est in tenebris lumen rectis, misericors & miserator & iustus. Iocundus homo qui miseretur & commodat, [1] disponit] sermones suos in iudicio, quia in æternum non commouebitur. [℣] In memoria æterna erit iustus, [b] ab auditione mala nõ timebit. Paratum cor eius sperare in domino, confirmatum est cor eius, non [2] commouebitur] donec despiciat inimicos suos. [†c] Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi, cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet, desiderium peccatorum peribit.

a. Timor dñi quemadmodum aliis locis admonuimus, appellatur [1] literis sanctis pura & syncera religio & pietas in deũ: in quibus rebus vir sanctus vitam beatam constituit: quisquis autem verè pius & religiosus est, in mãdatis eius volet valde. Flaminius ibid.

1. Disponet.

b. Auditio mala est, ire maledicti in ignem æternum: quam auertat dñs ab auribus sanctis, auertat à cultoribus suis, illa cõdonet quæ promisit. Chry. to. 1. in illud Isaiæ. Cante. domino.

2. Timebit.

c. Ergo dispensatores nos, non hæredes reliquit. Nam hæreditas successori quæritur, dispensatio pauperibus obligatur. Ambro. de obitu fratris.

*Alleluia.* *Alleluia.* CXII.

[a] Laudate pueri dominum, laudate nomen domini. [†b] Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc & vsque in seculum. A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen domini. [†] Excelsus super omnes gentes dominus, & super cœlos gloria eius. [℣] Quis sicut dominus deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra? Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Qui habitare facit sterilem in domo, mattem, [1] filiorum] lætantem.

a. Venite pueri, nolite expectare nolite dicere, nondum senes sumus. Ordo nascẽdi est, ordo verò moriendi non est. Venite ergo pueri, nõ ad laborem aliquẽ sed ad laudem Arnob. ibidem.

b. Nõne semper fuit benedictũ nomen domini cui omnis creatura benedicit? fuit semper, sed tamen antea in vna gẽte Iudęorum tantummodo illi benedicebant & credebant: sed modo in omnibus gentibus, & creditur, & benedicitur. Hiero. ibid.

1. Super filios.

*Alleluia.* CXIII.

[a] In exitu Israel de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro. [a] Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius. [†] Mare vidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum. Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium. Quid est tibi mare quòd fugisti? Et tu Iordanis quia cõuersus es retrorsum? Montes * exultastis vt arietes, & colles sicut agni ouium? A facie domini mota est terra, à fabie dei Iacob. [℣] Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. [b] Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua & veritate tua, nequando dicant gentes: vbi est deus eorum? Deus autem noster in cœlo, * omnia quæcunque voluit fecit. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. [†c] Os habent & non loquentur, oculos habent & non videbunt. Aures habent & non audient, nares habent & non odorabunt. [℣] Manus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt, non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. [†] Domus Israel sperauit in domino, adiutor [—] eorum] & protector eorum est. Domus Aaron sperauit in domino, adiutor [—] eorum] & protector eorum est. Qui timent dominum sperauerunt in domino, adiutor [—] eorum] & protector eorũ est. [℣] Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis. Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron. Benedixit omnibus qui timent dominum, pusillis cum maioribus. Adiiciat [d] dominus super vos, super vos, & super filios vestros.

a. Id est, Tunc præcipuè deus Iudæos & Hebræos sibi asciuit, quos præ cæteris gentibus charissimos haberet, & suo sancto numine gubernaret, de qua re illud est in exodo: Vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & in gentem sanctam. Flami. ibid.

* Quid.

b. Nõ per merita nostra, sed pro misericordia tua concede, vt nõ dicant increduli: vbi est deus eorum? Arnob. ibidem.

* Et in terra.

c. Hæc enim verba quo magis aperta & populariter vera sunt, eò magis mouerunt salubrẽ pudorem illis, qui cum talibus simulachris diuinum cum timore cultũ exhibent, eaque viuentibus similia venerant es adorantésque contuentur, eisque velut præsentibus preces allegant, victimas immolant, vota persoluunt, sic afficiuntur omnino, vt ea sensu carentia putare non audeant. Aug. Epist. 49.

d. Preces fundit ꝓ Christianis, qui postea magis aucti sunt, & quibus ea adiecta sunt bona, cœlestia nimirũ, quæ vera ac propriè bona dici possunt. Euthymius ibidem.

Bene-

Benedicti vos à domino,qui fecit cœlum & terram.[c] Cœlum cœli domino,terram autem dedit filiis hominum. †Non mortui laudabunt te domine,neque omnes qui descendunt in infernum. Sed nos qui viuimus [1] benedicimus] domino, ex hoc nunc & vsque in seculum.

†Baruc.2.d

[c. Quia ibi magis relucet gloria sua in angelis sanctis: Terrã autem dedit habitationi eorũ pro vita præsenti:in qua debitè viuant,& deum colant assumẽtur ad habitationem cœlestem cum angelis. De Lyra.]
1. Benedicemus.

*Alleluia.* *CXIIII.*

A [a]Dilexi quoniam exaudiet dominus vocem orationis meæ. Quia inclinauit aurem suam mihi,& in diebus meis inuocabo. †Circundederunt me dolores mortis,& pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem & do

†Psal.17.a

B lorem inueni,& nomen domini inuocaui. ❡ O domine libera animam, misericors dominus & iustus, & deus noster miseretur. Custodiens paruulos dominus,humiliatus sum & liberauit me. [b] Conuertere auima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. †Quia eripuit animam meam de morte,oculos meos à lachrymis,pedes meos à lapsu. Placebo* domino,in regione viuorum.

†Psal.55.c

a. Non cuiusuis est, dicere: dilexi, sed perfecti tantum, & eius qui seruitutis timorem prætergrediens, in adoptionis spiritu cõstituitur. Non quem diligebat apponit, quòd iis vel indictus facilè intelligatur deum vniuersorum se insinuat dicere. Basil. ibidem.
b. Pulchrè dicit animę, conuertere, quasi diuturno cuiusque operis sudore exercere: vt à labore conuertatur ad requiem. Ambr. de obitu Theodosij.
* Coram.

*Alleluia.* *CXV.*

A †Credidi propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in [a]excessu meo,omnis homo mendax. [b] Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam,& nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam coram omni populo eius, pretiosa in con-

†Deut.dist. 2.cõm. 2.Cor.4.c Rom.3.a Dicunt di. 2.cõmun.

B spectu domini mors sanctorum eius. [c] ❡ O domine quia ego seruus tuus: †ego seruus tuus,& filius ancillæ tuæ. Dirupisti vincula mea,tibi sacrificabo hostiam laudis,& [1] nomen ]domini inuocabo. Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius, in atriis domus domini in medio tui Ierusalem.

†Psal.3.a

a. Excedit enim mens propheræ velut fines quosdam humanæ prudentiæ quãdo repletur deo. Ambr. de Abraham, lib. 2. ca. 9.
b. Prima ergo hæc retributio est, vt morte morte reddamus: ac pro eo quod pro nobis mortuus est pro nobis non moriamur omnes, tametsi minoris multo pretij mors nostra est quàm sua. Salui. lib. 4.
c. Ex ancilla Christus natus est seruus, qui ex patre generatus est dominus. Fulgent. Responsione. 3. contra Arrian.
1. In nomine.

*Alleluia.* *Alleluia.* *CXVI.*

[a]†Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas domini manet in æternum.

†Rom.15.c Iohan.2.

a. Exclusi sunt Iudæi, qui tulerunt clauem regni cœlorũ, nec ipsi ingrediebantur, nec vos ingredi permittebant. Arnobius ibidem.

*Alleluia.* *Alleluia.* *CXVII.*

A [a]†Confitemini domino quoniam bonus,quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc Israel quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc domus Aaron, * quoniam in seculum misericordia eius. Dicant nunc qui timent dominum, * quoniam in seculum misericordia e-

†Iudith.13.c Iap.104. 105.106. Iudith.13.

†Psal.119.a

ius. †De tribulatione inuocaui dominum,& exaudiuit me in latitudine ]– dominus.]

†Psal.23.d

†[b] Dominus mihi adiutor,nõ timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiu-

B tor,& ego despiciam inimicos meos. ❡ Bonum est confidere in domino, quàm cõfidere in homine. Bonum est sperare in domino, quàm sperare in principibus. Omnes gentes circuierunt me, & in nomine domini ]– quia] vltus sum in eos. Circundantes circundederunt me, & in nomine domini ]– quia] vltus sum in eos. [c] Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis, & in nomine domini ]– quia] vltus

†Prou.19.d Ilxiii.a

c sum in eos. Impulsus euersus sum vt caderem, & dominus suscepit me. † Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. ❡ Vox exultationis & salutis,[d] in tabernaculis iustorum. Dextera domini fecit virtutem,dextera domini exaltauit me,dextera domini fecit virtutem. Non moriar,sed viuã, & narrabo opera domini. [e] Castigans castigauit me dominus,& morti non tradidit me. Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas cõfitebor domino, hæc porta domini,iusti intrabunt in

†Matth.21.d

eam. Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem. † Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum

D est istud, & est mirabile in oculis nostris. ❡ [f] Hæc est dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. O domine saluum me fac, ô domine bene prosperare, † * benedictus qui venit in nomine domini. Benediximus vobis de domo domini, deus dominus & & illuxit nobis. [g] Constitue diem solennem in condensis, vsque [1] ad cornu ]altaris. Deus meus es tu & confitebor tibi, deus meus es tu & exaltabo te. Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem. Confitemini domino

†Matth.21.c

a. Confessio hæc non ad remissionem peccatorum, sed ad laudem pertinet deitatis. Hieron. ibidem.
* Quoniam bonus.
* Quoniam bonus.
b. Apostolus dicit: nõ aduersus carnẽ & sanguinẽ nobis, quod est homo iniquus, sed aduersus principes & rectores tenebrarũ, esse certamen, quarũ autem tenebrarum, nisi hominum diabolo subditorum? Non meruit ergo, quid faciat ei homo, qui ipsius incentorem dei vincit auxilio. Prosper.
c. Apes enim in ore mel habent in aculeo caudæ vulnus. Et omnes qui lingua blandiuntur, sed latenter ex malitia feriunt, apes sunt, quia loquendo dulcedinẽ mellis proponunt, sed occultè feriendo vulnus inferunt. Grego. sup. Ezech. hom. 9
[d. Tabernacula iustorum putamus esse oreprophetico eremitarum tuguria prædicere, in quibus Dauidici psalmi præcipuè decantantur, vel varias & particulares per orbem ecclesias. Eucherius ibidem.]
e. Significat se à deo non hostilem in modum, sed paternum castigatum esse. Castigat enim dominus quem diligit, verberibus cædit quoscunque sibi adoptat. Flaminius ibidem.
f. Ego autem dico: Hic est dies in quo dominus factus est seruus, vt persona serui trãsiret in dominum. Euseb. Emise. de nati. do. homil. 2.
* Modo.
g. Hoc est, Cõstituit diem festũ non tepidè ac segniter, se in cõfrequentationibus. Ipsa enim est vox exultationis soni festiuitatem celebrantis. Aug. ibid.
1. Ad cornua.

quoniam bonus,quoniam in ſeculum miſericordia eius.

*Alleluia.* א *ALEPH.* *CXVIII.*

[a]Tanquam diceret, Scio quid velis: beatitudinem quæris. Si ergo vis eſſe beatus,eſto immaculatus.Aug.ibidem.
b. Vt intelligant cùm peccauerint,ſe coram teſtibus deliquiſſe,aut autem:qui in toto corde exquirunt eum, & non leuiter neque ſegniter. Aleuinus ibi.
c. Niſi enim arcti in eius mandatis fuerimus, tuerintque alia præterita,alia prouoluntate obſeruata, iuſtificationis ordinem non tenebimus.Hilarius ibid.

[a]Eati immaculati in via,qui ambulant in lege domini.[b] Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Non enim qui operãtur iniquitatem,in viis eius ambulauerunt. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. Vtinam dirigantur viæ meæ:ad cuſtodiẽdas iuſtificationes tuas. [c]Tunc non confundar,cùm perſpexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis,in eo quòd didici iudicia iuſtitiæ tuæ. Iuſtificationes tuas cuſtodiam,non me derelinquas vſquequaque.

ב *BETH.*

a. Deus in Geneſi teſtatur hominem ab incunte ætate ad vitia proclium, at qualis eſt adoleſcentia,talis eſt ſenectus,vt Salomon inquit: itaque vir ſanctus monet, dum adhuc ætas tenera eſt & flexibilis, mores depraua tos emẽdatos eſſe, atque ad normam legum diuinarum dirigẽdos. Flaminius ibid.

[a]In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam?in cuſtodiendo ſermones tuos. In toto corde meo exquiſiui te, ne repellas me à mandatis tuis. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi.Benedictus es domine,doce me iuſtificationes tuas. In labiis meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui. In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitiis.In mandatis eius exercebor, & conſiderabo vias tuas. † In iuſtificationibus tuis meditabor, non obliuiſcar ſermones tuos.

ג *GIMEL.*

a. Non habet in retributione quod deſperet, quia dominus Ieſus venit mundũ ſaluare,non perdere. Ideóque immemor eſt iniuriæ,memor gratiæ, ſicut in prophetico libro teſtatur,dicẽs Ego ſum,ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me & peccatorum tuorum non recordabor. iſa. 43 Amb. ibid.
1. Iudicia tua.
b. Illud dico opprobriũ quod prior negligentia mea mihi præſtitit, multis nimirum ob eam exprobrantibus & contemnentibus me. Euthymius ibid.
2. Conſilia mea.

[a]Etribue[a] ſeruo tuo, viuifica me, & cuſtodiam ſermones tuos. Reuela oculos meos,&cõſiderabo mirabilia de lege tua.Incola ego ſum in terra,nõ abſcondas à me mandata tua. Concupiuit anima mea deſiderare[1] iuſtificationestuas,]in omni tempore. Increpaſti ſuperbos,maledicti qui declinãt à mandatis tuis. [b]Aufer à me opprobrium & contemptum, quia teſtimonia tua exquiſiui. Etenim ſederunt principes,& aduerſum me loquebantur, ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis. Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt,& [2]conſilium meum]iuſtificationes tuæ.

ד *DALETH.*

a. Hoc eſt,iacui in pauimẽto te domine deprecans, te exorans, viuifica me ſecundum verbum tuũ, quid enim promiſit deus? Promiſit: Quia ſperauit in me, liberabo. Ecce ego ſperans in te,iam pauimẽto adhæſi tu qui ſuſcitas de terra inopem,viuifica me ſecundum verbum tuũ. Arnobius.

[a]Dhæſit pauimento anima mea, viuifica me ſecundum verbum tuũ. Vias meas enuntiaui & exaudiſti me,doce me iuſtificationes tuas. Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me,& exercebor in mirabilibus tuis. Dormitauit anima mea præ tædio,confirma me in verbis tuis. Viam iniquitatis amoue à me,&[1]de]lege tua miſerere mei. Viam veritatis elegi, iudicia tua nõ ſum oblitus. Adhæſi teſtimoniis tuis domine, noli me confundere. Viam mandatorum tuorum cucurri,cùm dilataſti cor meum.

ה *HE.*

a. Quia viam mandatorum dei ſe dilato corde cucurriſſe iam dixerat, quomodo nunc legem ſibi poſtulat poniniſi quia profitiens loquitur, & donum dei nouit eſſe quod proficit. Proſper ibidem.
b. Hoc eſt, illam quæſtuũ nundinas aucupantem vilitatem, illam vſu hominũ ad pecuniæ ſtudia inflexam ac deriuatam. Ambro. officio. 2 cap. 6.
c Vanitas circus eſt, quia nihil prodeſt Vanitas eſt equorũ velocitas, quia mẽdax ad ſalutem eſt,vanitas theatrum eſt vanitas eſt omnis ludus. Amb. de fuga ſeculi,cap. 1.

[a]Egem pone mihi domine viam iuſtificationũ tuarum,& exquiram eam[1] ſemper. Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuã, cuſtodiam illam in toto corde meo,Deduc me in ſemita mandatorum tuorum, quia ipſam volui.[b] Inclina cor meum in teſtimonia tua,& non in auaritiam. Auerte oculos meos ne videant [c]vanitatem, in via tua viuifica me. Statue ſeruo tuo eloquium tuũ,in timore tuo. Amputa opprobrium meum quod ſuſpicatus ſum, quia iudicia tua iocunda. Ecce concupiui mandata tua,in æquitate tua viuifica me.

ו *VAV.*

a. Ad ſextam literã conuerſatio ſancta peruenit:in qua ſi poſtulat ſaluatorem dominum deberi concedi,qui eſt miſericordia peccatorum, & vita fidelium, per quem ſalus gentibus venit ſecũdum eloquium dicit, id eſt promiſſionem tuam quam per prophetas promiſiſti. Aleuinus ibidem.
(b. Qui petebat vt reſponderet verbum exprobrantibus, & ne tolleretur verbum de ore, nunc pro eo certat vſque ad mortem. Aug. ibi.]
1. Exercebar

[a]T veniat ſuper me miſericordia tua domine,ſalutare tuum ſecundum eloquium tuum. Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum, quia ſperaui in ſermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque, quia in iudiciis tuis ſuperſperaui. Et cuſtodiam legem tuam ſemper,in ſeculum & in ſeculum ſeculi. Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquiſiui. [b]Et loquebar in teſtimoniis tuis in conſpectu regum: & non confundebar. Et meditabar in mandatis tuis,quæ dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi, &[1]exercebor]in iuſtificationibus tuis.

ז *ZAIN.*

[a]Memor

Universidad de Deusto

G MEmor esto[1] verbi tui] seruo tuo, [2] in quo] mihi spem dedisti. Hæc me cõsolata est in humilitate mea, quia eloquium tuum viuificauit me. Superbi iniquè agebant vsquequaque, à lege autem tua non declinaui. Memor fui iudiciorum tuorum à seculo domine, & consolatus sum. Defectio tenuit me,[3] pro] peccatoribus derelinquentibus legẽ tuam. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. [b] Memor fui nocte nominis tui domine, & custodiui legem tuam. Hæc facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisiui.

1. Hoc est, imple promissum seruo tuo, quo promisisti mihi, me sperare fecisti. Hæc spes quæ promissa est humilibus, cõsolata est me, qua dicitur: Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Vnde ore proprio etiam dominus ait: Quoniã qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur. Augu. ibidem.
1. Verborum tuorum.
2. In quibus.
3. a.
b. Non est periculoso nocturnarum vigiliarum ocio animus relaxandus, sed in orationibus, in deprecationibus, in confessionibus peccatorum occupandus est: vt cum maximè corporis opportunitas vitiis datur, tum præcipuè eadem vitia diuinæ legis recordatione frangantur. Hilarius ibidem.

ה HETH.

H PArtio mea domine, dixi custodire legem tuam. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo, miserere mei secundũ eloquium tuum. Cogitaui vias[1] meas,] & conuerti pedes meos in testimonia tua. Paratus sum & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua. Funes peccatorum circumplexi sunt me, & legem tuam non sum oblitus. † [b] Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustificationis tuæ. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mãdata tua. Misericordia tua domine plena est terra, iustificationes tuas doce me.

2. Tu portio mea es, tu hæreditas mea, & diuitiæ meæ. Alia enim omnia despicio, atque ideo dixi, id est, pollicitus sum custodire legem tuam. Euthy. ibid.
1. Tuas.
b. De tempore autem dimidiæ noctis, quod id ad orationẽ necessarium sit, traditũ est nobis à Paulo & Sila in Actis Apost. Scriptum est enim sic: Circiter autem mediam noctem Paulus & Silas laudabant deum. Basilius Regul. fusius disputa. inter roga. 37.

ט TEHT.

I BOnitatem fecisti cum seruo tuo domine, secundum verbum tuum. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me, quia mãdatis tuis credidi. Priusquam humiliarer ego deliqui, propterea eloquium tuum custodiui. Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Multiplicata est super me iniquitas superborum, ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Coagulatum est sicut lac cor eorum, ego verò legem tuam meditatus sum. Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. [1] Bonum] mihi lex oris tui, super milia auri & argenti.

a. Peristi, inquit, domine vt me delectaret bonum, quod vtique magnum est tuum donum. Secundum verbum tuum, hoc est, secundum promissum tuum, vt sit firma promissio omni semini. Prosper ibidem.
1. Bona.

י IOTH.

K MAnus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me, da mihi intellectum vt discam mandata tua. Qui timent te videbunt m & lætabũtur, quia in verba tua speraui. Cognoui domine quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tua vt consoletur me, secundũ eloquium tuum seruo tuo. [b] Veniãt mihi miserationes tuæ & viuam, quia lex tua meditatio mea est. Confundantur superbi quia iniustè iniquitatem fecerunt in me, ego autem exercebor in mandatis tuis. Conuertantur mihi timentes te, & qui nouerunt testimonia tua. Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, vt non confundar.

† a. Regius Psalter hoc esse dicerniculi inter fabricam & formationẽ edocuit suo hoc versiculo: fecit vtique interiorem & arcanum hominem, plasmauit siue finxit hunc externum. Caro igitur formata est, anima verò facta. Basil. in Exaemeron. homil 11.
*Iam.
b. Cui lex domini meditatio est huic præsto sunt misericordiæ, vt viuat in æternum. Quomodo enim beatus quis putest esse sine misericordia diuina? Beatus autẽ qui in dñi lege die ac nocte meditabat. Ambro. ibidem.
1. Defecit.

כ CAPH.

L [1] DEfecit] in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum supersperaui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes quando consolaberis me? Quia factus sum sicut vter in pruina, iustificationes tuas non sum oblitus. Quot sunt dies serui tui, quando facies* de persequentibus me iudicium? Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. * Omnia mandata tua veritas, [2] iniqui] persecuti sunt me, adiua me. Paulominus [b] consummauerũt me in terra, ego autem non dereliqui mandata tua. Secundum misericordiam tuam viuifica me, & custodiam testimonia oris tui.

a. Deficit pene iam animus mei præ sollicita expectatione auxilij tui, quo nititur salus mea: ipsi etiam oculi mei iam defecerunt, in cœlũ dies noctésque suspicientes, si qua forte viderent salutem venientem, quam seruo tuo promisisti. Flamm.
*Mihi.
*Domine.
2. Iniquè.
b. Hoc est, præparauerunt vt vitam meam consummarent, ego tamen à meditatione seu ab obseruatione mandatorũ tuorum non recessi Euthy.

ל LAMECH.

M IN[a] æternum domine, verbum tuum permanet in cœlo. In generatione & generationem veritas tua, fundasti terrã, & permanet. Ordinatione tua perseuerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi. Nisi quòd lex tua meditatio mea est, tunc fortè perissem in humilitate mea. [h] In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me. Tuus sum ego, saluũ me fac, quoniam iustificationes tuas exquisiui. Me expectauerunt peccatores vt perderent me, testimonia tua intellexi. Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.

a. Certus sum enim quòd in æternũ permanebit verbum tuũ in cœlo. Quod licet cum hominibus videatur, vt promisisti de cœlo tamen nunquam abscedit Arnob. ibidem.
[b. Quæ continẽtur l lege. Quia in ipsis verificasti me, per eorũ meditationem præseruãdo me à peccati morte. Ideo concludit viterius: Tu[b] sum ego, eo quòd vitam meam seruasti dicto modo. De Lyra.]

מ MEM.

a. Tantus ipse in dilectæ sibi legis meditatione est, quàtus dici vniuersus in tẽpore sit. Et quia legis & prophetarum atque euangeliorũ hominem inse prophetа demonstrat, ait in consequenti. Super inimicos, &c. Hilarius.
* Docentes me.
b. Quid enim aliud desideret anima quę semel suauitatem verbi gustauerit, quę semel claritatem eius viderit? Ambro. lib. 5. Epist. 11.

a. Verbum hic intelligendum est, non illud quod est æquale gignenti, & quod est verum lumen illuminans omnem hominem. Sed verbum quod factum est ad prophetas, vel quod prædicatum est per apostolos, verbum scilicet Christi, de quo scriptum est, Fides ex auditu, auditus autem per verbum dei. Prosper ibi.
1. Faciam.
2. Tuis.

a. Vox prophetæ in persona ecclesiæ. Quomodo dicit: iniquos odio habui, dum dominũ dicit. Diligite inimicos vestros, &c. Sed intelligẽdum est. Odio habui vitia & peccata, non creaturam. Hieron. ibidem.
* Meus.
1. Viuifica me.
b. Confige nõ ferreis clauis, sed timoris & fidei. Vehementior est enim virtutis strictura quàm pœnæ. Ambr. de spiritu sancto. lib. 1. cap. 8.

a. Facit autẽ iudicium quisquis contra se iudicat, & prauitates suas ante examen dũi iuxta exe cratione condemnat: & iustitiã facimus quãdo per iustitiã nos condemnamus, quando delictorum nostrorum iudices sumus. Alcuinus ibidem.
1. Domino.

a. Natura humani sensus ea est, vt ea mirabilia habeat, quę ante compererit. Ex compertis enim iudicium admirationis exsistit. Cæterum nemo poterit ignota mirari. Nam cùm prius secũdum humanam consuetudinẽ oporteat perscrutari & repetire, & reperta mirari: testimonia dei ante mirabilia sunt, & ob id perscrutatione sunt digna. Hilari⁹ ibidem.
b. Id est, secundum iudicium quod in eos feci, qui diligunt nomen tuum: quoniãm vt diligerent te, prius dilexisti eos. Auguſt. ibidem.

a. Qui nihil potest velle nisi qđ iustum, rectum & sanctum est: ex quo fit, vt nõ possint esse nõ iusta, & salutaria cuncta, quę nobis inuiolatè seruanda præcipisti. Itaque incredibili dolore cõficior quòd inimici mei verba tua despiciant, ac pro nihilo putent. Verba enim tua puriora sunt auro, quòd artifex sæpe ac sæpius igne purgauit. Flami.
1. Tuus.

## D

a. Vomodo dilexi legem tuam domine, tota die meditatio mea est. Super * inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo, quia in æternum mihi est. Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est. Super senes* intellexi, quia mãdata tua quæsiui. Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt custodiam verba tua. A iudiciis tuis non declinaui, quia tu legem posuisti mihi. b Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. A mandatis tuis intellexi, propterea odiui omnem viam iniquitatis.

## נ NVN.

Vcerna pedibus meis a verbum tuum, & lumen semitis meis. Iuraui & sta- o
tui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Humiliatus sum vsquequaque domine, viuifica me secundum verbum tuum. Voluntaria oris mei beneplacita 1 fac] domine, & iudicia tua doce me. Anima mea in manibus 2 meis] semper, & legem tuam non sum oblitus. Posuerunt peccatores laqueum mihi, & de mandatis tuis non erraui. Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei sunt. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem.

## ס SAMECH.

Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. Adiutor * & susceptor meus es s
tu, & in verbum tuum superspe raui. Declinate à me maligni, & scrutabor mandata dei mei. Suscipe me secundum eloquium tuum, & 1 viuam,] & non confundas me ab expectatione mea. Adiuua me & saluus ero, & meditabor in iustificationibus tuis semper. Spreuisti omnes discedentes à iudiciis tuis, quia iniusta cogitatio eorum. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ, ideo dilexi testimonia tua. b Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui.

## ע AIN.

Feci iudicium & iustitiam, non tradas me calumniantibus me. Suscipe ser- ע
uum tuum in bonum, non calumnientur me superbi. Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium iustitiæ tuæ. Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & iustificationes tuas doce me. Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum vt sciam testimonia tua. Tempus faciendi 1 domine: ] dissipauerunt legem tuam. Ideo dilexi mandata tua, super aurum & topazion. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui.

## פ PHE.

Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Declaratio sermo- פ
num tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Os meum aperui & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam. Aspice in me, & miserere mei, b secundum iudicium diligentium nomen tuum. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: non dominetur mei omnis iniustitia. Redime me à calumniis hominum, vt custodiam mandata tua. Faciem tuam illumina super seruum tuũ, & doce me iustificationes tuas. Exitus aquarum deduxerunt oculi, quia non custodierunt legem tuam.

## צ SADE.

Vstus es domine, & rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiam testi- צ
monia tua, & veritatem tuam nimis. Tabescere me fecit zelus 1 meus, ] quia obliti sunt verba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud. Adolescentulus sum ego & contemptus, iustificationes tuas non sum oblitus. Iustitia tua, iustitia in æternũ, & lex tua veritas. Tribulatio & angustia inuenerunt me, mandata tua meditatio mea est. Æquitas testimonia tua in æternum, intellectum da mihi & viuam.

## ק COPH.

Clamaui

T [a]Lamaui in toto corde: exaudi me domine, iustificationes tuas requiram. Clamaui ad te: saluum me fac, vt custodiam mandata tua. Prœueni[1] in maturitate ] clamaui, & in verba tua supersperaui. Prœuenerunt oculi mei [2] ad te diluculo,] vt meditarer eloquia tua. Vocem meam audi secundum misericordiam tuam domine, & secundum iudicium tuum viuifica me. Appropinquauerunt persequentes me iniquitati, à lege autem tua longè facti sunt. Propè es tu domine, & omnes viæ tuæ veritas. Initio cognoui de testimoniis tuis, quia in æternum fundasti ea.

a. Hunc clamorē non corporeæ vocis, sed mentis spiritalis esse sæpe memorauimus, per quem iusti à deo exaudiūtur, qui præcipuè eorum pium affectū pandit, iustificationes autem dicit nō seculi diuitias se exquirere, neque ad noscēdas tantum, sed ad explendas eas. Alcui. ibid.
1. In immaturitate.
2. Ad diluculum.

ר RES.

V [a]Ide humilitatem meam & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus. Iudica iudicium meum & redime me, propter eloquium tuum viuifica me. Longè à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non exquisierunt. [b]Misericordiæ tuæ multæ domine, secundum iudicium tuum viuifica me. Multi qui persequuntur me & tribulant me, & à testimoniis tuis non declinaui. Vidi præuaricantes & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Vide quoniam mandata tua dilexi domine, in misericordia tua viuifica me. Principium verborum tuorum veritas, in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

a. Vide, inquis, afflictionē meā, & ex huiusmodi me eripe calamitatibus: quia licet propter legem tuam affligerer, eius tamē oblitus nō sum, nec sustinui iniquum aliquid agere, aut odisse insidiatores meos. Euthy. ibid.
b. Tuæ autē miserationes multæ sunt domine, cùm nō exquirentes te requiris, cum contemptores tuos exaudis: quia ergo illis misericordiam exhibes qui testimonia tua nō exquisierūt, quanto magis & mihi miserere qui à testimoniis tuis non declinaui. Arnobius ibidem.

ש SIN.

X [a]Rincipes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum. Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. † Iniquitatē odio habui & abominatus sum, legem autem tuam dilexi. † Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitiæ tuæ, pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Expectabam salutare tuum domine, & mandata tua dilexi. [b]Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer. Seruaui mandata tua & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.*

† 118.164. Iudicium. † 118.164. Propter.

a. Terreni reges ecclesiam Christi gratis persecuti sunt, quia nullā causam persecutionis habuerunt, cùm eos Christiani in nullo laderent, & ipsi Christianis negationem veritatis ipsi extorquere non possent. Prosper ibidem.
[b. Id est, illa testimonia quę pertinent ad cultū latriæ, quia sunt quædam testificationes deitatis De Lyra ibidem.]
*Domine.

ת THAV.

Y [a]Ppropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine, iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. Intret postulatio mea in conspectu tuo, secundum eloquium tuum eripe me. Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas. Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum, qua omnia mandata tua æquitas. Fiat manus tua vt saluet me, quoniam mandata tua elegi. Concupiui salutare tuum domine, & lex tua meditatio mea est. Viuet anima mea & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me. [b] Erraui sicut ouis quæ periit, quære seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. *Alleluia.*

a. Volare facit orationem bona vita, & dat alas precibus spiritales, quibus sanctorum ad deum euehatur oratio. Sed & spiritus quo oramus, subleuat precē iusti, maximè si corde contrito cō patiens eam commendet affectus. Consummati autem viti ista est confidentia. Ambro. ibi.
b. Quasi verò aliud anima nostra sit quàm spiritus vadens, & non rediens, si sibi fuerit dereliēta: audi profugam & deuiam, quid doleat & quid petat: Erraui, inquit, sicut ouis quæ periit. Bernard. super Cantic. Ser. 84.

*Canticum graduum.* CXIX.

Hoc.12 supra.a A [a]†D dominum cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me. Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis. B Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, cùm loquebar illis impugnabant me gratis.

a. Tres res in vno versiculo velociter explicātur, angustia, preces, exauditio, quia nemo tribulatur, nisi qui in Christo piè viuere desiderat. Oportet ergo vt non vocum elatione, sed cordis humilitate proclamem ad dominū, si cupimus exaudiri. Hieron. ibidem.

*Canticum graduum.* CXX.

A [a]†Euaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium [1]mihi?] Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terram. Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te. † Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. B Dominus custodit te, dominus protectio tua, super manum dexteram tuam. Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. Dominus [2] custodit] te ab omni malo, custodiat animam tuam dominus. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc & vsque in seculum.

† 120.2.a † 120.3.a

a. Montes possunt intelligi homines magni, homines elati. In illos itaque nisi leuaueris oculos per scripturas, non admoneberis, vt ab illo illumineris. Si vis audire, vt firmissime ponas pedes in gradibus, ne in illa ascēsione, aut fatigeris, aut lapsus cadas. Aug. ibidem.
1. Meum.
2. Custodiat.

*Canticum graduum.* CXXI

† Ætatus sum in iis quæ dicta sunt mihi, in domũ domini ibimus. [a] Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem. Ierusalẽ quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus domini, testimonium Israel, ad confitendũ nomini domini. [*] Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid. Rogate quę ad pacem sunt Ierusalem, & abundantia diligentibus te. [b] Fiat pax in virtute tua, & abũdantia in turribus tuis. Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar pacem de te. Propter domum domini dei nostri, quæsiui bona tibi.

a. Isti sunt pedes quos deus latuit in spiritu, qui te docet quẽadmodũ eos inquinare nõ possis, dicens: Stãtes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem. Vtique hic non corporis, sed animi intellige pedes. Quomodo enim terrenus homo in exilio haberet pedes. Ierusalem enim in cœlo est Ambr. de virginibus, lib. 3.
b. Ista pax multipliciter intelligitur Est & pax malorum, sed pax nostra ita nobis concordat, conquadrat, ita vndique lucet, vt totum concordet, splendorẽ possideat, totam claritatem obtineat, &c. Chry to. 1. in exposi. huius dicti. Fiat pax in virtute.

*Canticum graduum.* CXXII.

[a] Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Ecce sicut oculi seruorum, in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nõstri. [*] Miserere nostri domine, miserere nostri, quia [b] multũ repleti sumus despectione. Quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

a. Paulatim à montibus peruingamus cœlos. Nam si iam leuauimus oculos ad montes, & lætati sumus in omnibus quæ dicta sunt nobis, leuemus nunc oculos nostros ad cœlos, imò ad deum qui habitat in cœlis. Ideo enim ascensionum cantica decantamus, vt paulatim à peccatorum fouea ascendamus. Arnobius ibidem.
b. Non tãtum in diuitiis dicit, sed eos qui abũdant in malitia, illi despiciunt pauperes Christi. Diuites despiciunt pauperes, superbi despiciũt humiles, & multa dicunt opprobria contra sanctam ecclesiam. Hieron. ibid.

*Canticum graduum.* CXXIII.

Nisi [a] quia dominus erat in nobis dicat nunc Israel, nisi quia dominus erat in nobis. Cùm exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutissent nos. Cùm irasceretur furor [1] eorum ] in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. [*] Benedictus dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. [b] Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine domini, qui fecit cœlum & terram.

a. Vox ista sanctorũ siue martyrum, siue tribulationes in hoc seculo patientium existit. quasi dicat Nisi dñs esset nobis adiutor, nequaquã has tribulationes sustinuissemus. Alcuinus ibid.
*. Eius.
b. Hoc dicitur ex persona sanctorum, quos de huius seculi laqueo liberator, ad æternã dignatus est dñs securitatẽ lætitiamque transferre. Fulgen. Epist. 4.

*Canticum graduum.* CXXIIII.

[a] Qui confidunt in domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem. Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsque in seculum. [*] Quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Benefac domine bonis & rectis corde. Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem, pax super Israel.

a. Ille purè ac syncerè deo confidit, qui perspecta rerum cæterarũ imbecillitate, se ac omnia sua in deo ponit, quod nemo fine instinctu diuino facere potest: qui verò se tam altè exclusit eum omnibus rebus humanis superiorẽ esse necesse est, atque animum ipsius vel tuente cœlo immobilem persistere. Flaminius ibidem.
a. Propheticus psalmus ad ascẽsionem pertinet graduũ, quib⁹ bene currentium crescit profectus. Sub appellatione vnius vrbis & populi, ea quæ de vniuersa ecclesia sunt, intelligenda significat. Prosper ibid.
b. Quorum tristitia cõuertetur in gaudium, cũ finito agone vitæ huius beatum vitæ perẽnis accipient. De quibus dicitur in psalmis: Qui seminãt in lachrymis. Beda. Dom. iubilate.

*Canticum graduum.* CXXV.

In [a] conuertendo dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiscum, facti sumus lætantes. [*] Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro. [b] Qui seminat in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

a. Videt quia vbique domini victus studiis cooperatur humanis, vt nemo possit ædificare sine dño, nemo custodire sine domino, nemo quidquam incipere sine dño. Ambr. Luc.) lib. 2.
b. Hoc est, hæreditas domini filij sunt, qui merces sunt fructꝰ illius qui de Mariæ ventre processit. Ambr. Luc. 1. lib. 2.

*Canticum graduum.* CXXVI.

[a] Nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatẽ, frustra vigilat qui custodit eam. Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquã sederitis, qui manducatis panem doloris. [*] Cùm dederit dilectis suis somnum, [b] ecce hæreditas domini, filij merces fructus ventris. Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij [c] excussorum. Beatus ] vir ] qui [1] impleuit ] desiderium suum ex ipsis, non [2] confundetur, cùm loquetur ] inimicis suis in porta.

c. Excussor, expeditos, & accinctos ad prælium vocat. Ergo qui de filiis excussorũ fixus in Christo est, non confunderur in die iudicij. Hieron. ibidem.
1. Implebit.
2. Confundentur cũ loquẽtur.

*Canticum graduum.* CXXVII.

[a] Beati omnes qui timent dominum, qui ambulant in viis eius. Labores [1] manuum tuarũ quia ] mãducabis, beatus es & bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ. [*] Filij tui sicut nouellæ oliuarũ, in circuitu mensæ

a. Nihil valet si timeas & non diligas dominũ, quia & dæmones cũ timent: sed beatus eris si sic timeas dñm, vt ambules viis eius. Si enim ambulaueris inuiã eius. i. in fidem catholicam ibi laborem fructuum tuorũ manducabis, carnem filij hominis, vt habens fidem manentem in te, beatus fis, & bene tibi fit. Arnobius ibidem.
1. Fructuum tuorum.

mensæ tuæ. [b] Ecce sic benedicetur homo, qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex Sion, & videas bona Ierusalem omnibus diebus vitæ tuæ. Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel,

[b. Sic commendabitur homo qui timet Dominum, & ei bona imprecabuntur: quia quilibet dicet ei: bene dicat tibi ex templo quod erat in monte Sion, vbi fiebant orationes & oblationes pro his qui timebát deú, & dabantur diuina responsa. De Lyra.]

*Canticum graduum.* CXXVIII.

A SÆpe [a] expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.
Dominus iustus concidet ceruices peccatorum, confundantur & conuer-
B tantur retrorsum omnes qui oderunt Sion. [&b] Fiant sicut fœnum tectorũ, quod priusquam euellatur exaruit. De quo non impleuit manum suam qui metet, & sinum suũ qui manipulos colliget. Et non dixerunt qui præteribant, benedictio domini super vos, benediximus vobis in nomine domini.

a. Vox est ecclesiæ sustinentis fastos fratres, & in exẽplo priora respicientis, & super ipsa exhortans exempla patrum inuincibiliter sustinere: quia olim expugnata ecclesia, & non nouiter, sed ab initio quo cœpit esse. Alcuinus ibid.
b. Herbæ quæ nascuntur in tectis propter sterilitatem soli, antequam ad iustã magnitudinẽ perueniant, & fructum aliquem ferant, ardore solis exarescunt. Sic igitur impius de medio tollitur, & immatura morte præcatur extingui. Flaminius. ibid.

*Canticum graduum.* CXXIX.

A DE profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes, in vocem deprecationis meæ. [a] Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est, & propter [1] legem tuam ]sustinui te domine. [&] Sustinuit anima mea in [2] verbo eius, ]speraB uit anima mea in domino. A custodia matutina vsque ad noctem, *speret Israel in domino. Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel, ex omnibus iniquitatibus eius.

a. Cogitemus quod multis obnoxij sumus peccatis, & terribilibus & incertis. Sed quid de occultis dico? Si manifestorum pœnas à nobis exiges, quam habebimus veniam? Si in orationibus torporẽ discutias, vel in ieiunijs negligentiã? & quod ante ipsum constituti, non tantum ipsi impendimus honorẽ, quantum magistratibus militet, nec quantum amicis amici. Chrysost. ad popul. Antiochen. homil. 22.
1. Nomen tuum.
2. Verbum tuum.
*. Custodia matutina.

*Canticum graduum.* CXXX.

A DOmine [a] non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam. [1] Sicut ablactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea. ]Speret Israel in domino, ex hoc nunc & vsque in seculum.

a. Optimũ enim sacrificiũ deo cor contribulatũ. Non ergo cor secundis rebus efferendum est, sed dei metu intra mansuetudinis fines humilitate cohibendum. Hilarius ibid.
1. Ablactatum super matrem suam, ita retribues in animam meam.

*Canticum graduum.* CXXXI.

1.Reg.7.a A [a] MEmento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Sicut iurauit domino, votum vouit deo Iacob. Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei. Si dedero somnum oculis meis & palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis, donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob. [b] Ecce audiuimus eam in Ephráta, inueni-
B mus eam in campis siluę. [&] Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco vbi
2.Reg.6.g steterunt pedes eius. [†] Surge domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. Sacerdotes tui induantur iustitiam, & sancti tui exultent. [c] Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui. [†] Iurauit dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum.] [†] De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Si custodierint fi-
†Ade.1.e De iureiur. c.Et si Christus. †Luc.1.c. Act.2.c. lij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc quæ docebo eos. Et filij eorum vsque in seculum, sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit dominus Sion, elegit
c eam in habitationem sibi. [&d] Hæc requies mea in seculum seculi, hîc habitabo quoniam elegi eam. [2] Viduam ]eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus. [†] Sacerdotes eius induam salutari, & sancti eius in exultatione exultabunt. [†] Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Christo meo. [†] Inimicos eius induam confusione, super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

a. Erat quidẽ ipse Dauid mansuetus, sicut eum iudicat atque cõmendat scriptura diuina, & ita mãsuetus, vt nec persecutori suo Sauli malũ pro malo reddiderit. Seruauit autem erga eũ tantam humilitatẽ, vt illũ regẽ fatetetur, se autẽ canẽ. Aug. ibi.
b. Ephrata ipsa est Bethlehẽ, vbi primũ ecclesia est audita. i. in qua Christus natꝰ est, & primo visus. In hac & Rachel Iacob dilecta quieuit, quæ typũ gessit ecclesiæ. Hier. ibid.
c. Hoc deo patri dictũ est ab ecclesia supplicante, vt memineritꝑ promissionum suarũ in domũ Dauid, ne omne Israeliticũ genus pereat propter facinus impiorũ, qui licet receperint & recipiant quod mereãtur, multa tamen ex ipsis milia iustificata sunt per fidem. Prosper ibidem.
1. Eam.
d. Significat se non amplius mutaturũ locum, sed vatꝭ sanctus cum hæc scriberet, oculis mentis cœlestẽ Sionem intuebatur, id est, ecclesiã Christi, in qua deus sibi perpetuum collocauit domicilium. Flamin. ibid.
2. Venationem.

*Canticum graduum.* CXXXII.

†1.q.1.c.Nul li.12.q.1.c.2. De soc. vnct. c.Videtur. Isa.134.a A [†] ECce [1] quàm bonum & quàm iucundum, ]habitare fratres [2] in vnum. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Quod descendit in oram vestimenti eius, sicut ros Hermon qui descendit [2] in montem ]Sion. Quoniam illic mãdauit dominus benedictionem, & vitam vsque in seculum.

1. Nunc quid bonũ, aut quid iucundum, nisi.
2. Id est, in diuino timore vno eodémque consensu, vt sub eadem fide ac religione viuentes vnum ecclesiæ corpus per consentaneã eadẽ confessione mẽbra faciamus, &c. Euseb. Emise. de eodem. Psal. 132. exhortatio.
2. In montes, vel super mõtana.

*Canticum graduum.* CXXXIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca



a. Modo dicite omnes, quid edentulis in vnū, qui fratres nominamini, aut ostendite, vnde fratres estis? De vno inquit, patre Christo, & de vna matre ecclesia. Nunc ergo quia in vnum conuenistis omnes, benedicite dominum. Arnob. ibid.

[a] Ecce nunc benedicite domino, omnes serui domini. † Qui statis in domo domini, in atriis domus dei nostri. In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite dominum. Benedicat te dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram.

*Alleluia.* CXXXIIII.

a. Non incongruum aliquid facitis laudãdo serui dominum. Et si semper serui tantummodo esseris, deberitis laudare dominum, quanto magis debetis laudare dominum serui, vt esse mereamini & filij? Aug. ibid.

[a] † Laudate nomen domini, laudate serui dominum. Qui statis in domo domini, in atriis domus dei nostri. Laudate dominum quia bonus dominus, psallite nomini eius quoniam suaue. Quoniam Iacob elegit sibi dominus, Israel in possessionem sibi. Quia ego cognoui quòd magnus est dominus, & deus noster præ omnibus diis. [b] ♯ Omnia quæcunque voluit dominus fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. † Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit. Qui producit ventos de thesauris suis, † qui percussit primogenitã Ægypti ab homine vsque ad pecus. [c] Et misit signa & prodigia in medio tui Ægypte, in Pharaonem & in omnes seruos eius. † Qui percussit gentes multas, & occîdit Reges fortes. ♯ Seon Regem Amorrhæorum, & Og Regem Basan, & omnia regna Chanáan. † Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatẽ Israel populo suo. Domine nomen tuum in æternum, domine memoriale tuum in generationem & generationem. Quia iudicabit dominus populum suum, & in seruis suis deprecabitur. [d] † Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. † Os habent & non loquentur, oculos habent & non videbunt. ♯ Aures habent & non audient, [e] neque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Domus Israel benedicite domino, domus Aaron benedicite domino. Domus Leui benedicite domino, qui timetis dominum benedicite domino. Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.

b. Soli deo conuenit omnia facere quæ velit. Sola enim perfecta virtus in nullo impeditur quo minus quod velit & faciat, & ei ex quo omnia sunt, nihil difficultatis occurrit. Hilarius ibidem.

c. Nihil habent bonæ significationis eorum nomina, in quos iam suum dominus effundit. Nam & Phare dissipationem, & Aegyptiis afflictionẽ sonat. Afflictio regem habet dissipationem, quia illi qui affligunt ecclesiam, dissipati affligunt, & regi suo sua primum euersione famulantur. Prosper ibid.

[d. Postquã laudibus Dei se expleuit idolorum cultores irridendo redarguit: quia perfecta laus veritatis est destruere falsitatem. Supra fuerunt eadem dicta, sed repetita verecundiam augent. Cassiod.]

e. Reddit rationem propheta, & docet quomodo idola omnia sensibus careant. Et delectatur dum in eorum accusatione atque reprehensione sermonem suum magis extendit. Euthymius ibid.

*Alleluia. Alleluia.* CXXXV.

a. Non potest perire confessio eius, qui in isto seculo sua delicta accusat. Inueniet sine dubio pietatẽ dei, qui suam ei confessionem obtulerit, si quotidie accipiat confessionem nostram, quotidie suam nobis bonitatẽ impartit. Et si nos in confitẽdo non deficiamus, quomodo ille in miserando cessabit? Peccauimus, negare non possumus, habemus multa peccata, aliter illis nõ carebimus, nisi quotidie vt nobis dimittantur, dominũ exoremus. Arnob.

*Solus.

b. Vniuersam igitur creaturam non vtique deus per aliquam creaturam, sed solus fecit. Cui creaturæ quasdam partes excellentiores commemorauit, ex quibus vniuersa cogitaremus. Intelligibiles cœlos & visibilẽ terram. Augustin ibid.

1. Exercituum.

c. Tot regna euersa sunt, tot reges extincti sunt, & horum tantum fit memoria? Fit quidem secundum gestorum fidem pauorum memoria ex pluribus, sed hi tantum memorantur, in quibus quamuis res gesta cognosceretur, tamen per conditiones virtutésque nominum spiritualis in his esse conditio subtexta. Hilarius ibid.

[a. Captiui enim cum essent Iudæi in Babylone, extra ciuitatis mœnia commorabantur, atque ideo secus fluminum ripas sæpenumero incedentes, priuatim inter se cum silentio lamẽtabantur. Consilio autem diuino factum est, vt postquam bona illa despexissent Iudæi, quæ habebant in manibus, muiti decederint ab eis, vt rursus ad eorum desiderium commouerentur. Euthy. ibid.

1. Nos,

[a] Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini deo deorum, quoniam in æternum misericordia eius. Cõfitemini domino dominorum, quoniam in æternum misericordia eius. Qui facit mirabilia magna solus, quoniam in æternum misericordia eius. † Qui fecit cœlos in intellectu, quoniam in æternum misericordia eius. Qui firmauit terrã super aquas, quoniam in. Qui fecit luminaria magna, * quoniam in. Solem in potestatem diei, quoniam in. † ♯ Lunam & stellas in potestatem noctis, quoniã in æter. † [b] Qui percussit Ægyptũ cum primogenitis eorum, quoniã in. † Qui eduxit Israel de medio eorum, quoniam in æternum misericordia eius. In manu potenti & brachio excelso, quoniam in æternũ. Qui diuisit mare Rubrum in diuisiones, quoniam in. Et eduxit Israel per medium eius, quoniam in æter. † Et excussit Pharaonem & [1] virtutem ]eius in mari Rubro, quoniam in æter. Qui traduxit populum suum per desertum, quoniam in æter. † [c] Qui percussit Reges magnos, quoniam in æternũ. ♯ Et occidit Reges fortes, quoniam in æter. Seon Regem Amorrhæorum, quoniã in æternum misericordia eius. † Et Og Regem Basan, quoniam in æter. † Et dedit terram eorum hæreditatem, quoniam in. Hæreditatem Israel seruo suo, quoniam in æternũ. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri, quoniam in æter. Et redemit nos ab inimicis nostris, quoniam in æter. Qui dat escam omni carni, quoniam in æter. Confitemini deo cœli, quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini domino dominorum, quoniam in æternum misericordia eius.

*Alleluia.* CXXXVI.

[a] † Vper flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur [1] tui] Sion. In salicibus in medio eius, suspendimus organa nostra. Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum. Et qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Quomodo

Universidad de Deusto

[b. Cauēdum est ne quis timēs talibus displicere affectet amicitias eorū,& incipiat delectari in Babyloniis.August.ibid.]

b Quomodo cantabimus canticum domini,in terra aliena?† Si oblitus fuero tui Ierusalem,obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. ℣ Si non proposuero ⟨–tui⟩ Ierusalem, * in principio lætitiæ meæ. c Memor est domine filiorū Ædom,in die Ierusalē. Qui dicunt exinanite exinanite, vsq; ad fundamentū [1] in ea.] † Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuā quam retribuisti nobis. † Beatus qui tenebit,& allîdet paruulos [2] suos ad petram.

*Psalmus Dauid,* CXXXVII.

† Onfitebor tibi domine in toto corde meo [1], quoniam audisti verba oris mei. In conspectu angelorum psallam tibi,] adorabo ād templum sanctum tuum,& cōfitebor nomini tuo. ª Super misericordia tua & veritate tua,quoniam magnificasti super omne nomen b sanctum tuum. † In quacunque die inuocauero te, * exaudi me,multiplicabis [2] in anima mea virtutem.] c Confiteantur tibi domine omnes reges terræ,quia audierunt verba oris tui. Et cantent in viis domini,quoniam magna est gloria domini. ℣ Quoniam excelsus dominus & humilia respicit,& alta à longe cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me, & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam,& saluum me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me,domine misericordia tua in seculum,opera manuum tuarum ne despicias.

[a. Super misericordia tua quā mihi fecisti liberādo me de persecutione Absalom, & dissentione excitata per Sibam.]
b Verbum vel filium tuum sanctum.
* Veloriter.
2. Me in anima mea virtute tua.
c. Omnes finitimi reges excitabuntur ad celebrandum augustissimum nomen tuum cū audierint quàm benignè, quámque prolixe mihi perituleris, quæ pro tua misericordia mihi promiseras. Flami. ibid.

*In finem, Psalmus Dauid.* CXXXVIII.

ª Omine probasti me & cognouisti me, & tu cognouisti sessionem meā & resurrectionem meam. Intellexisti cogitationes meas dé longe, semitam meam & funiculū meum inuestigasti. Et omnes vias meas præuidisti, quia nō est [1] sermo] in lingua mea. Ecce domine tu cognouisti b omnia nouissima & antiqua,tu formasti me,& posuisti super me manum tuam. Mirabilis facta est scientia tua c ex me,confortata est & non potero ad eam. ℣ d Quò ibo à spiritu tuo,& quò à facie tua fugiam? † Si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero in infernum ades. Si sumpsero pennas meas diluculo,& habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me,& tenebit me dextera tua. e Et dixi forsitan tenebræ cōculcabunt me,& nox illuminatio ⟨–mea⟩ in delitiis meis. Quia tenebræ non obscurabūtur à te,& nox sicut dies illuminabitur,sicut tenebræ eius,ita & lumen eius. Quia tu possedisti renes meos,suscepisti me de vtero matris meæ. ℣ Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es,mirabilia opera tua,& anima mea cognoscet nimis. Non est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terræ. † Imperfectum meum viderunt oculi tui,& in libro tuo omnes scribentur, dies formabuntur & nemo in eis. Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui deus, nimis * confortatus est] principatus eorum. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur, exurrexi & adhuc sum tecum. ℣ Si occideris deus peccatores, viri sanguinum declinate à me. Quia [3] dicitis in cogitatione,] accipiant in vanitate ciuitates [4] suas.] † f Nónne qui oderunt te domine oderā,& super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderā illos, inimici facti sunt mihi. Proba me deus & scito cor meum, interroga me & cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna.

a. Dicat hoc ipse dominus Iesus Christus, dicat & domino patri. Non enim dās eius pater eius, nisi quia dignatus est nasci secundum carnem pater est dei, dominus hominis. Augu. ibid.
1. Dulus.
b. Diuina maiestas aliter electis suis, aliter adest reprobis. Adest enim reprobis potentia naturæ incomprehensibilis, qua omnia cognoscit nouissima & antiqua, intelligit cogitationes à longe. Beda. Feria 2. Paschæ.
c. Hoc est, ex constitutione mea vel nostra. Damascen. li. 2. c. 10.
d. Quónam fugis homo? In terram. Sed dñi est terra, & plenitudo eius. Si ad æternum, adest. Si in cœlum, tu illic es. Si in mare, & illic inquit, tenebit me dextera tua. Sed tale est peccatum, quod ad ignorantiam multam nostram redigit animā. Chrysost. de pœnitentia. homil. 1.
e. In scriptura sacra nōnunquā lucis appellatione prosperitas, noctis autem nomine aduersitas huius mūdi designatur. Vnde bene dicit propheta: Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius: ac si aperte diceret. Sicut infelicitatis nostræ fortitudinem, eius tristitia non premunt, ita hanc nec blanda ceruicis corrumpūt. Grego. Moral. lib. 5. cap. 1.
2. Confortati sunt.
3. Contentiosi estis in cogitationibus.
4. Tui.
f Perfecta in dominū dilectio est, non amare quod non amat, & ipsos inimicos dei sic odio habere, vt prauitas eorū odiosa sit potius quam natura: quia aliud est in illis quod ipsi faciunt, aliud quod creator instituit. Prosper. ibid.

*In finem, Psalmus Dauid.* CXXXIX.

† Ripe me domine [a] ab homine malo, à viro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota die constituebant prælia. Acuerunt linguas suas sicut [1] serpentes,] venenum aspidum sub labiis eorum. Custodi me domine de manu peccatoris, & ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos, absconderunt superbi laqueum mihi. ℣ Et [2] funes extenderunt in laqueum,] iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Dixi domino deus meus es tu, exaudi domine vocem deprecationis meæ. Domine domine virtus salutis meæ, obumbrasti super caput meū in die belli. Non tradas me domine à desiderio meo peccatori, cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur. ℣ Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorū operiet eos. Cadent super eos

a Quāuis hic psalm⁹ de Christo & proditore ac cæteris persecutoribus eius intelligatur, tamē ad communem quoque omniū credentium precem pertinet. Omnes enim insidias quascunque nobis spirituales nequitiæ prætendāt, maximè per hominēs aptantur: & occasiones vitiis nostris alienæ natura peruersitas subministrat. In interiori iniquus exagitat, in anxietates aduersantium & insidiantium nobis terror impellit in libidinē, facultas se in id præbēti, loci inuitat. Hilarius ibi.
1. Serpentis.
2. Funibus extenderunt laqueū pedibus meis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



b. Hoc eſt, incontinens, garrulus, mirax, immodeſtus, aut etiam contentioſus vir non proſperabitur: quinimo euertetur, atque in præceps deferetur. Euthymius ibidem.

carbones, in ignem deiicies eos, in miſeriis non ſubſiſtent. [b] Vir linguoſus non dirigetur in terra, virum iniuſtum mala capient in interitu. Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum. Veruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum vultu tuo.

*Pſalmus Dauid.* CXL.

*Deprecationis.
a. Quoniam vir ſanctus in exilium pulſus à Saule nõ poterat intereſſe ſacrificiis, quæ fiebant in templo, loco thuris & hoſtiarum dedicat deo ſanctas preces. Flaminius.
b. Hoc ergo poſtulat propheta, vt omne quod loquitur, non ſit otioſum, ſed ſanctum, & dignũ deo. Hieron. ibid.
a. Circum labia mea.
c. Præſta mihi correptionẽ tuã, vt ſit iuſtus mihi imperãs, cuius meus error corrigatur exẽplo. Incomparabile donum dei eſt, quando nobis quicunque ſuper faciem terræ, iuſtum oſtenditur. Arnob.
2. Suauia ſunt.
3. Eorum.
[d. Secus infernum dicit, nõ in infernũ quia & ſi cõſumi ſuæ moriuntur, non tamen deſcendunt in infernum, vt mali, ſed vita æterna datur illis. Gloſa ordina.]
4. Eorum.

DOmine clamaui ad te, exaudi me, intende voci *meæ, cum clamauero ad te. [a] Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo, eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. [b] Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ [1] labiis meis.] † Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. ♯ Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorum. [c] Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meũ. Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum, abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum. Audient verba mea, quoniam [2] potuerunt,] ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram. ♯ Diſſipata ſunt oſſa [3] noſtra] [d] ſecus infernum, quia ad te domine, domine oculi mei, in te ſperaui, non auferas animam meam. Cuſtodi me à laqueo quẽ ſtatuerunt mihi, & à ſcandalis operantium iniquitatem. Cadent in retiaculo [4] eius] peccatores, ſingulariter ſum ego donec tranſeam.

*Intellectus Dauid, cum eſſet in ſpelunca orans.* CXLI.

a. Id eſt, ſecreto cordis quod ſolus deus audit, & videt, in quo cubiculo clauſo iubemur orare ne penetralia noſtra pateant tẽtatori. Dumquippe ſunt, quibus maximè hominis interiora pulſantur, amor ſcilicet, & timor: quibus geminis motibus, animus aut aperitur, aut clauditur: ſed cum terrenum eſt, quod cupit aut timet, diabolo præbet introitum: cum autem quæ ſurſum ſunt ſapit, non quæ ſuper terram, deus capitur, & tentator excluditur. Proſper ibid.
b. Tenent me peccata mea, & iugum ſuũ potuerunt ſuper me per peccata mea, principes vitiorum & criminum. Tu libera me à perſequentibus me, quoniam confortati ſunt ſuper me: & educ de carcere animã meã. Arnob. ibid.
a. Pollicitus es te exauditurum eos qui nomen tuum rectè inuocauerint: & mihi rurſus priuatim etiã promiſiſti. Euthym.
b. Sciebat enim cunctos pari retinendos punitionis vinculo, niſi deus in quibus vellet miſericordiã feciſſe, ſuperexaltaret iudicio. Fulgen. ad Monimum, lib. 1.
c. Ita vocat ſpelũcas & latebras, in quas ſe abdebat metu Saulis, mortuos veto ſeculi appellat eos, qui iam pridem mortem obierunt. Flami ibid.
d. Lacum pœnalem inferorum locum ſcriptura commemorat, vt in his pſalmis ait: Tu domine abſtraxiſti ab infetno animã meam, ſeruaſti me à deſcendẽtibus in lacum. Ergo niſi ſuerit dei, qui vtique Chriſtus eſt, qui imago dei inuiſibilis eſt, vnicuique ſancto affuerit, erit alius ſimilis qui pœnæ interemæ deputati è vita ſine ſpe quietis receſſerint. Hilarius ibid.
*Domine.

VOce mea ad dominum clamaui, voce mea ad dominum deprecatus ſum. [a] Effundo in conſpectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuntio. In deficiendo ex me ſpiritum meum, & tu cognouiſti ſemitas meas. In via hac qua ambulabam, † abſconderunt laqueum mihi. Conſiderabam ad dexteram & videbam, & non erat qui cognoſceret me. ♯ Periit fuga à me, & non eſt qui requirat animam meam. Clamaui ad te domine, dixi, tu es ſpes mea, portio mea, in terra viuentium. Intende ad deprecationem meam quia humiliatus ſum nimis. [b] Libera me à perſequentibus me, quia confortati ſunt ſuper me. Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo, me expectant iuſti, donec retribuas mihi.

*Pſalmus Dauid, quando perſequebatur eum filius ſuus.* CXLII.

a. Laudandus deus eſt, qui manus & digitos meos in acie proſperat & in bello, & qui mihi tribuit vt hoſtes ſuperẽ, & præclara huiuſcemodi erigam trophæa. Euthy. ibid.

† [a] DOmine exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meã, in veritate tua exaudi me in tua iuſtitia. [b] Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam, humiliauit in terra viam meam. [c] Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi, & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum. ♯ Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis, in factus manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te, anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter exaudi me domine, defecit ſpiritus meus. Non auertas faciem tuam à me, [d] & ſimilis ero deſcendentibus in lacum. Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam, quia in te ſperaui. Notam fac mihi *viam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam. ♯ Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua. Educes de tribulatione animam meam, & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulãt animã meam, quoniam ego ſeruus tuus ſum.

*Pſalmus Dauid, aduerſus Goliam.* CXLIII.

† [a] BEnedictus dominus deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Miſericordia mea & refugium meum, ſuſceptor meus & liberator meus. Protector meus, & in ipſo ſperaui, qui ſubdit populum meum ſub me. Domine quid eſt homo, quia innotuiſti ei, aut filius hominis quia reputas eum? † Homo vanitati ſimilis factus eſt, † dies eius ſicut

vmbra

vmbra prætereunt. Domine inclina cœlos [tuos] & descende, [b] tange montes & fu-
B migabunt. [♯] Fulgura coruscationem & dissipabis eos, emitte sagittas tuas & conturbabis eos. Emitte manum tuam de alto, eripe me & libera me de aquis multis, & de manu filiorū alienorum. Quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum, dextera iniquitatis. Deus canticum nouum cantabo tibi, in psalterio decachordo psallam tibi. Qui das salutem regibus, qui redemisti Dauid seruum tuum, [c] de gladio maligno eripe me. Et erue me de manu filiorum alienorum quorum os locutum est va-
C nitatem, & dextera eorum, dextera iniquitatis. [♯] Quorum filij sicut nouellæ [1] plantationes, [in iuuentute sua. Filiæ eorum compositæ, circumornatæ vt similitudo templi. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fœtosæ abundantes in egressibus suis, boues eorum crassæ. Non est ruina maceriæ, neque trāsitus, neque clamor in platēis eorum. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt, beatus populus cuius dominus deus eius.

b. Illud autem arbitror significare quod omnium simulachrorum cultus sit incendendus ac delendus: qui apud antiquos maximè in montibus frequentabatur, maximè etiam apud Iudæos, qui in omni monte excelso ad imitationem cæterarum gentium simulachra colebant. Eusebius de domonstra. lib. 6. cap. 9.

c Non sufficit, vt de gladio diceret, nisi adderet & maligno. Quia est sine dubio & benignus, de quo dominus dicit: Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Malignus ergo est, qui separat à Christo, benignus qui abscindit à mūdo. Prosper. ibidem.

1. Plantatæ.

*Laudatio ipsi Dauid.* *CXLIIII.*

A [a] †Exaltabo te deus meus Rex, & benedicam nomini tuo in seculum, & in seculum seculi. Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in seculum, & in seculum seculi. Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Generatio & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronuntiabunt. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ
B loquentur, & mirabilia tua narrabunt. [♯] Et virtutem terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt. [b] Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt, & iustitia tua exultabunt. Miserator & misericors dominus, patiens & multum misericors. Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. [c] Cōfiteantur tibi domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. [♯] Vt notam faciant filiis hominum potenC tiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui. [d] Regnum tuum, regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem. Fidelis dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. [e] Alleuat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Oculi omnium in te sperant domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manū tuam, & imples omne animal
D [1] benedictione.] [♯] Iustus dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Propè est dominus omnibus inuocantibus eum, [f] omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet: & saluos faciet eos. Custodit dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet. Laudationem domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini sancto eius, in seculum, & in seculum seculi.

a. Multi deū per ea quæ in operibus mūdi ab eo instituti, cognitioni nostræ sunt subiecta, magnificant: sed pauci sunt, qui regē sibi futurum velint credere: idum aut curam negant humanorum operum deo esse, aut ad consolandam eorum qui impiè egerunt conscientiam præsumpta animi & corporis abolitione, nolunt diuinum in bonos & malos constitutum esse iudicium. Hilarius ibid.

[b. Ipse per abundantem suauitatem suam prius memor nostri est nos vocando gratia sua nos præueniendo. August.]

[c. Dauid incitat fideles noui testamenti ad laudem Dei, dicens: Confiteantur. i. laudent te secundum suum modum: quia & si irrationabilia & insensibilia non laudent Deum propriè eò quod curent intellectu. De Lyra.]

d. Quare si nullum est tempus quod in omnibus seculis non contineatur, & verbum in omnibus seculis regnet, non erat certè tēpus, quando filius non erat. Cyril. Thesau. contra hæretic. cap 5.

e. Nemo nisi dei gratia erigitur, nemo nisi illius gratia stabilitur. Dei ergo voluntas est vt in bona volūtate maneatur: qui & prius quàm deseratur, neminem deserit, & multos desertores sæpe conuertit. Prosp. Responsio. ad obiectio. Vincētia. obiec. 7.

1. Beneplacita, vel refectione.

f. Inuocant quippe dominū in veritate, qui in hoc quòd mandando dicunt, viuendo non cōtradicūt. Inuocant dominū in veritate, qui suas ei preces oblaturi, primo iussa illius implere laborant: qui dicturi sunt ei in oratione: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Beda in Letaniis.

*Alleluia.* *CXLV.*

A [a] †Lauda anima mea dominum, laudabo dominum in vita mea, psallam deo meo quandiu [1] fuero.] Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum in quibus non est salus. Exibit spiritus eius & reuertetur in terram suā, in illa die peribūt omnes cogitationes [2] eorum.] Beatus cuius deus Iacob adiutor eius, spes eius in domino deo ipsius, †qui fecit cœlum & terram, mare & omnia
B quæ in eis sunt. †[♯] Qui custodit veritatem in seculum, [*] facit iudicium iniuriam patiētibus, [*] dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos, dominus illuminat cæcos. Dominus erigit elisos, dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet, & vias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in secula, deus tuus Sion, in generatione & generationem.

a. Laudet anima nostra dominū quando opera nostra in dei laudibus exercentur, & laudamus dūm in vita nostra, id est, in moribus nostris. Psallamus ergo deo nostro quandiu in isto corpore sumus, non confidentes in hominibus, qui hodie dominātur, & cras sepelientur: quia exit ab eis spiritus, & reuertetur in terram de qua sumpti sunt, ex ipsa die pereunt cogitationes eorum. Amobius. ibid.

1. Sum.
2. Eius.
*Qui.
*Qui.

*Alleluia.* *CXLVI.*

A [a] Laudate dominum quoniam bonus est psalmus, [a] deo nostro sit iucunda decoráque laudatio. Ædificans Ierusalem dominus, dispersiones Israelis congregabit. Qui sanat contritos corde, [1] & alligat contritiones eorum. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.

2. Iucunda ac suauis reputetur laudatio nostra, atque ab eo benignè suscipiatur: hoc autem fit, quando qui deum laudat, vitam viuit virtute præditam. Euthymius. ibidem.

b.Multa in terra magna sunt, & multarum naturarū magna sunt, & multarū naturarum magna virtus est, sed in comparationem dei nihil verè magnū, nihil verè dicitur potens & in illo vera est magnitudo, & magna virtus. Vniuersa ergo excellentia habent limites suos: intra modū sibi positum natura quæque subsistit. Prosper. ibid. [c Quia non præsumunt de sua iustitia sed de dei misericordia, & ideo talibus semper datur victoria. De Lyra. ibid.]

b Magnus dominus noster & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. Suscipiens mansuetos dominus, humilians autem peccatores vsque ad terram. ♯ Præ- 2
cinite domino in confessione, psallite deo nostro in cithara. Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam. † Qui producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est domino super timentes eum, [c] & in eis qui sperant super misericordia eius.

*Alleluia.*

*Aggæi & Zachariæ.* *CXLVII.*

In Hebræo nullus est titulus, sed hic psalmus pendet à superiori.
a. Ierusalem visio pacis, sion speculà interpretatur. Vbicunque visio pacis est, ibi contemplatio dei, ibi laus dei fit. Laudat ergo ecclesia dominum, quando cœperit in illum credere, & habere pacem. Hieron. ibid.
[b. Id est, verbum euangelicum quod præcepit publicari per orbem terrarum per Apostolos aliosque discipulos Christi ad hoc missos. Mar. vlti. Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ. De Lyra. ibid.]

[a] Auda Ierusalem dominum, lauda deum tuum Sion. Quoniam confor- 1
tauit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. [b] Qui emittit eloquiam suum terræ, velociter currit sermo eius. Qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. ♯ Mittit cristallum suam sicut buccellas, ante faciem frigoris eius quis 2
sustinebit? Emittet verbum suum & liquefaciet ea, flabit spiritus eius & fluent aquæ. Qui annuntiat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

*Alleluia.*

*Aggæi & Zachariæ.* *CLXVIII.*

a. Cum vtranque inuitat creaturam, & quæ sursum est, & quę infernè, sensibilem atque intelligibilem, cōspicuum atque inconspicuum, quæ supra cœlos est, atque sub cœlo, & ex vtraque chorum constituit, nequaquā inuitauit peccatorē Chrysostomum esset presbyter designatus, homil 10.
b Quæramus in conditione vniuersæ fabricæ, quo semine hoc vsus sit: ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt: itaque nulla obsequitur materia, substantia operis sola fuit potentia cōditoris. Euseb. Emis. de natiuita. do homil. 2.
c Nihil enim tam videtur exitibus volui, quā omnes istæ procellosæ ac turbulentæ qualitates, quibus cœli huius inferioris, quod non immerito etiam terræ nomine deputatum est, facies vertitur & variatur. Aug. de Genes. ad lit. lib. 5. cap. 22.

[a] Audate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum in o- 1
mnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumen. † Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini. † [b] Quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. ♯ Statuit ea in seculum, & in seculum se- 2
culi, præceptum posuit & non præteribit. [c] Laudate dominum de terra, dracones & omnes abyssi. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. Montes & omnes colles, ligna fructifera & omnes cedri. Bestiæ & vniuersa pecora, serpentes & volucres pennatæ. ♯ Reges terræ & omnes populi, principes 3
& omnes iudices terræ. Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen domini, quia exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super cœlum & terram, & exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius, filiis Israel populo appropinquanti sibi.

*Alleluia.* *CXLIX.*

a. Cantamus domino canticum nouum, quando in nouitate vitæ ambulamus in ecclesia sanctorum, & exemplo vitæ ac morum nostrorum ædificationem dominicæ congregationi exhibemus lætantes non in gloria mundi, neque in iniuitiis seculi, sed in eo qui nos fecit, dum nascceremur. Arnob. ibid.
a. Filij.
[b. Iuxta historiam. Hebræorū victoriam prædicit, quando finitimas superarunt gentes, quæ templi & ciuitatis instaurationem impediebant. Ethy. ibid.]

[a] Antate domino canticum nouum, laus eius in ecclesia sanctorum. Læ- 1
tetur Israel in eo qui fecit eum, & filiæ Sion exultent in Rege suo. † Laudent nomen eius in choro, in Tympano & psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo, & exaltabit mansuetos in salutem. [b] Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. ♯ Exultationes dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Vt faciant in eis iudicium conscriptum, gloria hæc est omnibus sanctis eius.

*Alleluia.* *CL.*

a. Vide, quo fine liber concludi tur, & qua iustitia terminatur, agnosce. Habuit de gratiarum actione principium, & terminū de gratiarum actione sortitus. Ita enim decet, sic conuenit, debemus benedictione semper & operum & orationum principia finesque munire. Chrysost. in psal. 150.

[a †] Audate dominum in sanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis 1
eius. Laudate eum in virtutibus eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. ♯ Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in 2
psalterio & cithara. Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis, omnis spiritus laudet dominum.

*Alleluia.*

*Finis Psalterij.*

EPISTO-

## EPISTOLA SANCTI HIERONYMI PRESBYteri ad Chromatium & Heliodorum Episcopos de libris Salomonis.

*IVngat Epistola quos iungit sacerdotium, imò charta non diuidat, quos Christi nectit amor. Commentarios in Hosee, Amos, & Zachariam, Malachiám quoque poscitis. Scripsissem, si licuisset præ valetudine. Mittitis solatia sumptuum, notarios nostros & librarios sustentatis, vt vobis potissimum nostrum desudet ingeniũ. Et ecce ex latere frequens turba diuersa poscentiũ, quasi aut æquum sit me vobis esurientibus, aliis laborare: aut in ratione dati & accepti, cuiquam, præter vos, obnoxius sim. Itaque longa ægrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem, & apud vos mutus essem, tridui opus nomini vestro consecraui, interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum: Misle, quod Hebræi Parabolas, vulgata autem editio, Prouerbia vocat. Coheleth, quem Græcè Ecclesiasten, Latinè cõcionatorem possumus dicere. Sirhasirim, quod in lingua nostra vertitur, Canticum canticorum. Fertur & Panæretos Iesu filij Sirach liber, & alius Pseudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorẽ Hebraicum reperi, non Ecclesiasticũ vt apud Latinos, sed Parabolas prænotatum. Cui iuncti erant Ecclesiastes, & Canticũ canticorum: vt similitudinem Salomonis non solùm numero librorũ, sed etiã materiarum genere coæquaret. Secundus apud Hebræos nusquam est: quin & ipse stylus Græcam eloquentiam redolet: & nõnulli scriptorum veterũ, hunc esse Iudæi Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith, & Thobiæ, & Machabæorum libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter canonicas scripturas non recipit: sic & hæc duo volumina legat ad ædificationem plebis: non ad authoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Si cui sanè Septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam. Neque enim noua sic cudimus, vt vetera destruamus: Et tamen cum diligentissimè legerit, sciat magis nostra scripta intelligi, quæ non in tertium vas transfusa coacuerint, sed statim de prælo purissimæ commendata testæ, suum saporem seruauerint.*

# Incipit Liber Prouerbiorum.

Qui Hebraicè dicitur מִשְׁלֵי misle plurale, cuius singulare מָשָׁל masal, prouerbium, similitudo: Græcè παροιμίαι, parœmiæ, vel parabolæ, παραβολαί.

*Sapientia patris in sui affectum filium inuitat, vias peccatorum sequi prohibet, ad suum hortatur amplexum, & contemptoribus suis comminatur exitum.* *Caput I.*

A [a]PArabolæ Salomonis, filij Dauid regis Israel: ad sciẽdam sapientiam & disciplinam, ad intelligenda[b] verba prudentiæ, & suscipiendã eruditionem doctrinæ, iustitiam, & iudiciũ. & [1]æquitatem: ]Vt detur[c] paruulis astutia, & adolescenti scientia, & intellectus. [2]Audiens sapiens, sapientior erit: ] & intelligẽs, gubernacula possidebit. Animaduertet parabolam & interpretationem, verba sapientum, & ænigmata eorũ. †[d]Timor domini, principiũ sapiẽtiæ. Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas[e] legem matris tuæ,

B [3]vt addatur ]gratia capiti tuo, & torques collo tuo. †Fili mi, si te[f] lactauerint peccatores ne acquiescas eis. Si dixerint: veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus [4]tendiculas ]contra insontẽ frustra, deglutiamus eum sicut infernus viuẽtem, & integrum, quasi descendentem in lacum: omnẽ pretiosam substantiã reperiemus, implebimus domos nostras spoliis, sortẽ* mitte nobiscũ, marsupium sit vnũ omniũ nostrũ: fili mi ne ambules* cum eis. Prohibe pedẽ tuum à semitis eorũ. † Pedes enim illorum

a. Sicut prouerbia quasi rudis institutio ad duodecim tribus Israel pertinent, & quomodo contemptus mundi non nisi metropolitis conuenit, hoc est habitatoribus Ierusalem. Hieron. in 1. cap. Ecclesiast.

b. Abstrusiores sacræ scripturæ sententias, quibus ad perfectiora proficiant, quas solerter intelligere curent. Idem in primũ cap. Prouerb.

1. Aequitatem.

c. Simplicibus, & qui sunt facilius deceptibiles, & in malum propẽsiores: quibus astutia necessaria est, ne fraudibus falsorum argumentorum abducantur à veritate. Beda ibidem.

2. Audiet sapiens, & addet cognitionem.

d. Fundamentum vetæ & præcipuæ scientiæ est timor domini. Vbi enim est timor, illic & mãdatorum obseruatio. vbi autem obseruatio mandatorum, ibi & munditia, ibi & splendor. Euthy. in psal 110.

e. Morum formationem.

3. Hoc sunt enim.

f. Ad malum blandientes inebriauerint. Habent ergo & lac & oleum peccatores, suaue quidẽ, sed venenosum, sed mortiferũ. Bernardus. Epist. 78.

4. Nos.

*Tuam.

*In via.

ad malum currunt,& festinant vt effundant sanguinem. Fruſtra autem [5iacitur] rete ante oculos[6]pennatorum. Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas. [7]Sic semitę omnis auari, animas possidentium rapiunt. [†]Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam: In capite turbarum clamitat,[8]in foribus portarum vrbis profert verba sua, [9]dicens:] Vsquequo paruuli diligitis[h]infantiam,& stulti ea quæ sibi sunt noxia, cupient,& imprudentes odibunt scientiam? [7]Conuertimini] ad correptionem meam. En proferam vobis spiritum meum, & [8]ostendam vobis] verba mea. [†i]Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: [9]Despexistis] omne consilium meum,& increpationes meas neglexistis: Ego quoque in interitu vestro ridebo,& subsannabo, cum [10]vobis id quod timebatis, aduenerit. [k] Cum irruerit repentina calamitas,] & interitus* quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio & angustia. Tunc inuocabunt me,& non exaudiam: mane [11]consurgent, & non inuenient me: eo quòd exosam habuerint disciplinam,& timorem domini non [12]susceperint,] nec acquieuerint consilio meo,& detraxerint vniuersæ correptioni meæ. [l]Comedent igitur fructus viæ suæ, [13]suisque consiliis] saturabuntur. [14]Aduersio paruulorum] interficiet eos, [m]& prosperitas stultorum perdet eos. Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & [n]habundantia perfruetur, timore malorum sublato.

5. Expanditur.
6. Cuiuscunque quod habet 2. Isa. Facile enim laqueos qui in terra tenduntur cauet, qui penis virtutum subuectus, cõuersationem habet in cœlis. Hiero. ibid.
6. In ingressu portarum, & in ciuitate verba sua prædicat.
h. Simpliciratem sensu tardioret, qui infantiã & simplicitatem & ignorantiam complectãdo diligitis. Idem, ibid. m.
7. Respiscite.
8. Faciam vos scire.
[i. Vocaui vos per sapientes & prophetas & renuisti: contemnẽdo eorum monitiones. Glos. ordina.]
9. Irritastis.
10. Ingruerit angustia vestra. Cum venerit quasi vastitas, id quod meruistis.
[k. Obsidionem Ierusalem subitam & expugnationẽ totius prouinciæ per Romanos fictã dicit: de qua Luc. 19. Videns Iesus ciuitatem fleuit super illã. Glosa ordina.
*Vester.
11. Quærent.
12. Elegerint.
[l. Id est, secundum opera sua mala punientur. De Lyra. ibi.]
13. Adinuentionibus suis.
14. Otium ignauorum
[m. Id est, terrena prosperitas impiorum qua in præsenti seculo consequuntur diuitias, delitias, & honores, erit causa perditionis eorum perpetuæ in futuro. Dionis. Carthusia. ibid.]
15. Tutus erit à pauore mali.

## *Sapientiæ acquisitio quanta bona conferat, & quanta mala fugiat: cum qua dei dona veniunt, & sine qua vbique erratur.* II.

[a]Fili, si susceperis sermones meos, & [a] mandata mea absconderis penes te, vt audiat sapientiam auris tua: inclina cor tuum [1] ad cognoscendam prudentiam.] Si enim sapientiam inuocaueris, & [2b] inclinaueris cor tuum] prudentiæ, si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros [3] effoderis illam:] tunc [c]intelliges timorem domini, & scientiam dei inuenies: quia dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia. [4 d]Custodiet rectorum] salutem, & proteget gradientes simpliciter, seruans semitas iustitiæ, & vias sanctorum * custodiens. [d] Tunc intelliges iustitiam, & iudicium, & æquitatem, & omnem semitam bonam. Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit, consilium custodiet te, & prudentia seruabit te, vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruersa loquitur. [4] Qui relinquunt [e] iter rectum: & [e]ambulant per vias tenebrosas. Qui lætantur [5] cum malè fecerint,] & exultant [6] in rebus pessimis: Quorum viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum: [f] Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea quæ mollit sermones suos, & relinquit [f] ducem pubertatis suæ, & pacti dei sui oblita est. ([4] Inclinata est enim ad mortem domus eius, & [7]ad inferos] semitæ ipsius. Omnes qui ingrediuntur [8] ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitæ.) [8]Vt] ambules in via bona, & calles iustorum custodias. [†]Qui enim recti sunt, & habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea. Impij verò de terra perdentur, & [9] qui iniquè agunt, auferentur ex ea.

1. Abscondit mandata dei penes se, qui hæc audiens sollicito in corde recondit, iuxta illum qui ait: in corde meo abscondi eloquia tua, vt nõ peccem tibi. Beda ibid.
2. Ad intelligentiam.
2. b. Dederit vocem tuam. Hoc est, Si clamaueris pro ea, & postulaueris à deo.
3. Inuestigaueris eam.
c. Noss' timorem domini est, nosse voluntatem eius erga peccatores.
4. Abscondet peccatoribus.
*Suorum.
[d. Quid sit virtus iustitiæ scies, non in nuda & informi notitia, sed cognitione formata: ita quod iustus erit, & per connaturalitatem, iustitiãque mẽtis, bene de ipsa iustitia iudicans. Dionis. Carthus. ibid.]
e. Omni luce destituuntur.
5. Ad faciendum malum.
6. In peruersitatibus malitiæ.
f. Maritum suum primum.
7. Ad mortuos.
8. Potest per hanc mulierem hæreticorum congregatio intelligi quæ mollit verba eloquẽtiæ suæ, & vana atque carnalia pollicetur: ad quam qui introierit, vix redibit, cum dicat Apostolus Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est. ad Titum 3. Diony. ibi.
8. Quapropter.
9. Præuaricatores.
a. Longitudinem dierũ non per longos dies intelligimus, sed per multos: sic & breuiati dies: non breues dies, sed pauci intelligendi sunt. Chryso. in Matth. 24. c. c. homil. 49.
[b Ab ore tuo nunquam absit veritas dicendi nunquã ab ore proximo misericordia impẽdenda. Sic enim fit vt & te Dei semper prosequatur misericordia & veritas. Misericordia quę deleat peccata. Veritas vero quę compleat promissa. Glos. ordi.]
1. Agnosce.
c. Quoniam prima fomenta recipit homo per vmbilicũ: principio igitur sano cætera sana erunt.
d. In omnibus bonis nostris dei beneficia agnoscamus.

## *Suscepta sapientia moribus pietatis in deum & proximum impletur, quos imitetur quis, & quos vitet persuadens.* III.

[†]Ili mi, ne obliuiscaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum custodiat. [a] Longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi. [b] Misericordia & veritas te non deserant. Circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam & disciplinam bonam coram deo & hominibus. Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. [†]In omnibus viis tuis [1] cogita] illum, & ipse diriget gressus tuos. [†] Ne sis sapiens apud temetipsum. Time deum, & recede à malo. Sanitas quippe erit [c] vmbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum, [† d] Honora dominum de tua substantia, & de primitiis

primitiis omnium frugum tuorum ⸗ da pauperibus:] & implebuntur horrea tua saturitate,& vino torcularia tua redundabunt.[e] † Disciplinã domini, fili mi,ne abiicias, nec [f] deficias cùm ab eo corripieris.† Quem enim diligit dominus, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi.Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia.Melior est [1] acquisitio] eius negotiatione[3] [g]auri & argenti,primi & purissimi] fructus eius.Pretiosior est [4] cunctis opibus,] & omnia quæ desiderantur, huic nõ valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloc ria.Viæ eius,viæ pulchræ,& omnes semitæ eius pacificæ.[h] Lignum vitæ est iis qui apprehenderint eam:& qui tenuerit eam,beatus.[h] Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit cœlos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyssi, & [5] nubes rore concrescunt.] Fili mi,ne effluant hæc ab oculis tuis. Custodi legem meam atque consilium meum,& erit vita animæ tuæ,& gratia faucibus tuis.[k] Tunc ambulabis fiducialiter in via tua,& pes tuus non impinget. Si dormieris,nõ timebis:quiesces,& suauis erit somnus tuus.[6] Ne paueas]repentino terrore,[7] & irruentes tibi potentias impiorũ.] Dominus enim erit in latere tuo,& custodiet pedem tuum,ne capiaris.[h]Noli prohibere[8] benefacere eum qui potest:si vales,& ipse benefac.] Ne dicas amico tuo:vade & reuertere,& cras dabo tibi,cùm statim possis dare.[l] Ne moliaris amico tuo malum,cùm ille in te habeat fiduciam. Non contendas aduersus hominem frustra,cùm ipse tibi nihil mali fecerit.† [m] Ne æmuleris hominẽ iniustum,nec' imiteris] vias eius: quia abominatio est domini omnis[10] illusor,]& cùm simplicibus sermocinatio eius.[11] [n]Egestas à domino,] in domo impij, habitacula autem iustorũ benedicentur. Ipse deludet illusores,& mansuetis dabit gratiam. Gloriam sapientes possidebunt:stultorum exultatio ignominia.

[e.Sunt qui in prosperis seruiũt domino, in aduersis recedunt. Vnde sapientia quem in prosperis viuere docuit, etiam ne in correctione deficiat,horratur. Glosa ordi.ibid.]
f.In omnib⁹ afflictionibus deũ recordemur nos vocare ad pœnitentiam.
1.Negotiatio,
3.Argento & auro melior est.
[g.Quia nullum opus hominis bonum est, nisi virtute prudentiæ dirigatur,Et purissimi,quia bona spiritualia non habent aliquod malum admixtum. De Lyra.]
4.Margaritis.
h. Quoniam verbo domini cœli firmati sunt.
5.Aethera stillant rorem.
i.Istihæc enim omnia ad hominem interiorem referuntur.Basilius in Psal.33.
[k.In bona conuersatione proficies confidenter & proficiendo cõfides in domino.Conscientiã quoque bonam habendo,eris vir bonæ spei.Diony. Cart.]
6.Non pauebis.
7. Nec desolationem impiorũ cùm ingruerit.
8. Bonum ab his qui opus habent, cum manui tuæ facultas fuerit ad faciendum.
[l.Hoc enim est pessimum. Nulla enim pestis grauior ad nocendum quàm familiaris inimicus. De Lyra.]
m. Caue imiteris vias hominis qui ex rapinis & vsuris ditatur.
9.Eligas.
10.Peruersus.
11.Maledictio domini est.
n. Iuxta exemplũ purpurati diuitis, qui & in hac vita spiritalibus egebat bonis,& in futura ad tantam peruenit inopiam vt de digito Lazari quondã pauperis vnam aquæ guttam requireret,nec meteretur accipere. Hieron.ibidem.

*Sapientia hominum corda, & gressum ornans : fructum & viam suam suadens, impiorum semitam dissuadet.* 1111.

A AVdite filij disciplinam patris, & attendite, vt sciatis prudentiam.[2] Donum bonum[1] tribuam] vobis, legem meam ne derelinquatis. † [b] Nã & ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus coram matre mea:& docebat me, atque dicebat: Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & viues.Posside prudentiam. Ne obliuiscaris, neque declines à verbis oris mei. Ne dimittas eam,& custodiet te: dilige eam,& conseruabit te.Principium sapientiæ,possidesa pientiam,[c] & in omni possessione tua acquire prudentiam.[h] [2] Arripe] illam & exaltabit te,glorificaberis ab ea,cùm eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmẽta gratiarum, & corona inclyta proteget te. Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ.Viam sapientiæ monstrabo tibi,& ducam te per semitas æquitatis:quas cùm ingressus fueris,[4] non artabuntur gressus tui,& currens non habebis offendiculum.[3] Tene] disciplinam,ne dimittas eam. Custodi illam, quia illa est via tua. [4]Ne delecteris in semitis] impiorum,nec [5] tibi placeat] malorum via. Fuge ab ea, nec transeas per illam, declina & desere eam.[h] Non enim dormiunt, nisi ⸗ cum] malefecerint:& non rapitur somnus ab eis,nisi[6] supplantauerint.]Comedunt panem impietatis,& vinum iniquitatis bibunt.† Iustorum autem* semita,quasi lux splendens,procedit,& [7] crescit] vsque [c] ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant. Fili mi,auscultа sermones meos,& ad eloquia mea inclina aurem tuam.Ne recedant ab oculis tuis,custodi ea in medio cordis tui. Vita enim sunt inuenientibus ea,& vniuersæ carni* sanitas.[h] [f] Omni custodia serua cor tuum:quia ex ipso vita procedit. Remoue à te [8] os prauum,] & detrahentia labia sint procul à te. Oculi tui recta videant,& palpebræ tuæ [g] præcedant gressus tuos. Dirige semitas pedibus tuis,& omnes viæ tuæ stabilientur. Ne declines [h] ad dexteram, neque ad sinistram. Auerte pedem tuum à malo. ⸗ Vias enim quæ à dextris sunt, nouit dominus: peruersæ verò sunt,quæ sunt à sinistris. Ipse enim rectos faciet gressus tuos, itinera autem tua in pace producet.]

a.Doctrinam bonã in lege Mosaica.
1.Dedi.
b.Salomon potest dici in persona Christi loqui,vtpote qui fuit vnicus naturalisque patris filius, & vnigenitus virginis,quem secundum naturam assumptam pater instruxit plenissime momento: quique tenellus corpore,& optimæ complexionis, ex purissimis virginis sanguinib⁹ genitus. Diony.ibid.
c.Hoc est, omnia quæ possides terrena cõtemne,dummodo sapientiam percipias: quod ipse fecit Salomon,dum data sibi optione amorem sapientiæ cunctis præposuit rebus. Hiero.ibi.
2.Exalta.
d. Nihil erit quod tibi scandalum pariat, quódve discrimen afferat.
3. Apprehende.
4.Non ingrediaris semitam.
5.Ambulaueris in.
6.Impingere fecerint.
*Enim.
7.Lucet.
e.Meridiem.
*Suæ.
f. Fit autem vigilia super eor, cui sane omnem iam custodiã exhibere sapiens monet, nimirum quia ex ipso vita procedit. Quam custodiam constare arbitror specialiter in duobus:vt videlicet super affectionum pariter & cogitationum suarũ greges mens solicita vigilanter inintendat. Bernard.de triplici custodia,manus,linguæ,& cordis.
8.Oris prauitatem.
g.Dirigant.
h.Ad prosperitatem vel aduersitatem impiorum, vt à via dei declinemus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Cauendo sibi à meretrice, fugienda est prodiga: & proprio viuendo labore, propriæ est vxori adhærendum.* V.

a. Hactenus castigauerat auditorem generaliter, hinc sub specie meretricis ab hæreticorū nequitia prohibet. Beda ibidem.
b. Cùm in ore hæreticorum dulcedo eloquentię, nō ad sufficientiam solummodo, verumetiam ad superfluitatē resonat. Et ob id falsitas, quia aptè proferri cernitur, veritas à stultis existimatur. Hieron. ibid. vel Beda.
1. Extranei.
2. Viam vitæ forte ponderabis.
c. Et Apost. 1. Cor. 6. d. ait: fugite fornicationem: quia nimirū primum huius vitij remedium est longe ab eis fieri, quorū præsentia vel alliciat vel cooperetur ad vitium. Sed & ab hæreticorum auditu prorsus segregari infirmis auditoribus prodest Hieron. ibid.
★Tuis.

[a] Fili mi, attende sapientiam meam, & prudētiæ meę inclina aurem tuam: a vt custodias cogitationes, & disciplinam labia tua conseruent. [b] Ne intenderis fallaciæ mulieris.] Fauus enim distillans labia [1] meretricis,] & nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara quasi absinthium, & lingua eius] acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrant. [2] Per semitam vitæ non ambulant,] vagi sunt gressus eius & inuestigabiles. [c] Nunc ergo fili mi, audi me, & ne recedas à verbis oris mei. [1] Lóge fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. [†] Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. Ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis, * quando consumpseris carnes tuas & corpus tuum, & dicas: Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum? Nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam? [d] Penè fui in omni malo, in medio Ecclesiæ & Synagogæ. Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta * putei tui. Deriuentur fontes tui foras, & in platēis [3] aquas tuas diuide.] Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. Cerua charissima, & gratissimus hinnulus. [4] Vbera eius inebrient] te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter. [c] Quare [5] seduceris fili mi ab aliena,] & fouēris in sinu alterius? [†] [c] Respicit dominus vias hominis, & omnes gressus eius considerat. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Ipse morietur, quia [6] non habuit] disciplinam, & in multitudine stultitię suæ decipietur.

d. Parum abfuit quin omnem abstersserim pudorem, & in omne lapsus furtum vitium.
★De medio.
3. Aquarum riuuli.
4. Amor eius inebriet.
5. Erras fili mi in aliena.
c. Non se putent adulteri tenebris noctis ac pariorum obtegi: non hæretici sua molimina posse celari, quia tenebræ non obscurabuntur à domino, sed nox sicut dies illuminabitur. Beda post Hieronymum. ibidem.
6. Non audiuit.

*Pigrum excitando ad laborem, scismaticum, adulterum & hæreticum arguit, eorúmque fraudes eludit.* VI.

a. Non dehortatur quempiam à sponsione cùm sit opus misericordiæ, sed suadet ei qui spopōdit pro amico, vt ipsum amicum sollicitus admoneat, quatenus reddita pecunia quā debet creditori, & se & ipsum liberet. Hieronymus ibid.
1. Proximo.
2. Oris tui.
3. Humiliare & magnifica.
b. Hoc spiritualiter intelligendū vt quemadmodū illa æstate colligit vnde hyeme paschatur: sic vnusquisque Christianus in terrum tranquillitate quam significat æstas, colligat verbum dei, vt in aduersitate & tribulationibus, quæ hyemis nomine figuificantur, habeat vnde spiritaliter viuat. Aug. contra Adimantum Manich. c. 24.
c. Complicabis manus more pigritantium in lecto.

[a] Fili mi, [†] si spoponderis pro [1] amico] tuo, defixisti apud extraneum manum tuam. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus [2] propriis] sermonibus. Fac ergo quod dico, fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, [3] festina, suscita] amicum tuum. Ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebrę tuæ. Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de insidiis aucupis. [†] [b] Vade ad formicam ô piger, & considera vias eius, & discе sapientiam. Quæ cùm non habeat ducem, nec pręceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi & congregat in messe quod comedat. [†] Vsquequo piger dormies? Quando consurges è somno tuo? [c] Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum [c] conseres manus [-] tuas] vt dormias: & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. [-] Si verò impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longe fugiet à te.] Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, [4] prauo corde machinatur malum, & omni tempore] iurgia seminat. [5] Huic] extemplò veniet perditio sua, & subito conteretur, [6] nec habebit vltrà medicinam. [d]] Sex sunt quę odit dominus, & septimū detestatur anima eius. Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, [e] pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia, testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias. [e] Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: liga eam in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo. Cùm ambulaueris, [7] gradiantur tecum:] cùm dormieris, [8] custodiant te,] & euigilans [9] loquere cum eis.] Quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitę increpatio disciplinæ, vt custodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ. Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius. [10] [f] Pretium enim scorti vix est vnius panis:] mulier autem viri pretiosam animam [11] capit.] [g] Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta

2. Non dehortatur quempiam à sponsione cùm sit opus misericordiæ, sed suadet ei qui spopōdit pro amico, vt ipsum amicum sollicitus admoneat, quatenus reddita pecunia quā debet creditori, & se & ipsum liberet. Hieronymus ibid.
1. Proximo.
2. Oris tui.
3. Humiliare & magnifica.
b. Hoc spiritualiter intelligendū vt quemadmodū illa æstate colligit vnde hyeme paschatur: sic vnusquisque Christianus in terrum tranquillitate quam significat æstas, colligat verbum dei, vt in aduersitate & tribulationibus, quæ hyemis nomine figuificantur, habeat vnde spiritaliter viuat. Aug. contra Adimantum Manich. c. 24.
c. Complicabis manus more pigritantium in lecto.
4. Peruersa cogitationes habet in corde suo, machinatur malū omni tempore, &c.
5. Ideo.
6. Nec vltra erit illi sanitas.
d. Enumerat sex capitalia crimina, quæ tamen comparatione discordiam seminantis, quasi minora deponit: quia maius est facinus. Illud quo vnitas & fraternitas quæ per spiritumsancti gratiam est connexa, dissipatur. Glosa ordina.]
e. Nunc sub adulteræ mulieris specie prohibet ab auditione hæreseon. ibid.
7. Ducet te.
8. Custodiet te.
9. Loquetur tecum.
10. f Propter scortum etenim manducabit vsque ad fruſtum panis. Hoc est, Scortator in tantam redigitur inopiam vt pane priuetur, nec solo, verum etiam animam suā venalem exponat.
11. Venatur.

menta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, & non comburantur plantæ eius? [8] Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, cùm tetigerit eam. [10] Non grandis est culpa, cùm quis furatus fuerit. ] Furatur enim vt esurientem impleat animam. Deprehensus quoque reddet septuplum, & omnem substantiam domus suę tradet, ⊱ & liberabit se. ] Qui autem adulter est, [13] propter cordis inopiam ] perdet animam suam. * Turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius nō delebitur. Quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.

[g. Imo immundissimus fit ira peccando, quamuis corporalis natura sua superfluitate purgetur. Quemadmodum fertur de Bethsabee. Dormicit Dauid cū ea, statimque sanctificata est ab immunditia sua. Diony. Cart.]
12. Non spernunt furem quando furatur vt impleat animam suam si esurierit.
13. Et deficit corde.
*Qui facit illud.

*Absque sapientiæ verbis & præceptis adolescentes facile mulierc ularum blandimentis irretiuntur.* VII.

A Ili mi, custodi sermones meos & pręcepta mea [a] reconde tibi. ⊱ Fili honora dominum, & valebis: præter eum verò, ne timueris alienum. ] Serua mandata mea, & viues: & legem meam quasi pupillam [1] oculi tui. ] Liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui. [b] Dic sapientiæ: soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam. † Vt custodiat te à muliere extranea, & ab aliena quæ verba sua dulcia facit. De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi [2] iuuenem: & video
B paruulos. [6] Considero vecordem iuuenem, ] qui transit per plateas iuxta angulum: * & prope viam domus illius graditur [3] in obscuro, adueſperascente die, ] in noctis tenebris, & caligine. Et ecce occurrit illi mulier in ornatu meretricio, [4 b] præparata ad decipiendas animas. ] Garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis. Nunc foris, nunc in platéis, nunc iuxta angulos insidians. Apprehēsúmque deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens: [c] Victimas pro sa-
c lute deuoui, hodie reddidi vota mea. [d] Idcirco egressa sum in occursum tuum [5] desiderans te videre, ] & reperi. Intexui [6] funibus ] lectulum meum, straui tapetibus pictis ex Ægypto, aspersi cubile meum myrrha & aloe, & cinnamómo. Veni, [d] inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. Non est enim vir in domo sua, abiit via longissima. Sacculum pecuniæ secum tulit, [7] in die plenæ lunę ] reuersurus est in domū suam. [e] Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorū
D protraxit illum. [f] Statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam, & quasi [8] agnus lasciuiens, & ignorans quòd ad vincula stultus trahatur, ] donec [f] transfigat sagitta iecur eius: velut si auis festinet ad laqueum, [g] & nescit quòd de periculo animæ illius agitur. Nunc ergo fili mi audi me, & attende verbis oris mei. Ne abstrahatur in viis illius mens tua, neque decipiaris semitis eius. Multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Viæ inferi domus eius, penetrantes interiora mortis.

a. Reconde ad vtilitatem tuam, vt impleas ea. Scienti enim bonum & non facienti, peccatum est illi. Diony. ibidem.
1. Oculorum tuorum.
[b. Sapientiam ecclesiasticæ doctrinæ sororis tibi dilectione coniunge, vt hæc te à pollutione serues hæretica, quæ à vera castitate ecclesiæ probatur extranea. Glo. ordinaria.]
2. Et vidi iuuenem inter simplices, considerauí inter filios ipsum deficientem corde.
*Eius scilicet domus mulieris.
3. In crepusculo vespertino diei.
4. b. Secreta corde ad capiēdas animas: vtpote extrinsecus manifesta, intrinsecus verò fallax.
*Omnes.

c. Tam lautè te tractabo ac si pacificorum sacrificia exhiberemus.
5. Ad quærendum vultum tuū.
6. Aulæis auro textis.

d. Doctrinæ sanctæ poculis se inuicem satiandos iactāt hæretici, & virtutum gratia coniungendos, donec eorum gesta lux sequatur æterna. Hieron. ibid.
7. Stata die.
e. Flexitque illū multo sermone suo.
8. Stultus compede ad castigationem constrictus.
f. Nec cessāt miseri donec maritus illius sagitta trāsfigat iecur eius.
g. Nec iuuenis considerat quod in omnibus his inuisibilis hostis non aliud machinetur, nisi vt eum trahat ad tam enormia scelera, deinde ad inferni tormenta. Diony. ibid.

*Sapientiæ nihil coæquandum est, cum qua deus cuncta creauit, vnde quærentes eam beati, spernentes vero miseri tandem euadunt.* VIII.

A Vnquid non [a] sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam? In summis excelsisque verticibus supra viam in mediis semitis stans, iuxta portas * ciuitatis in ipsis foribus [1] loquitur, dicens: ] O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Intelligite paruuli astutiam, & insipientes [2] animaduertite. ] Audite quoniam de rebus magnis locutura sum: & aperientur labia mea, vt recta prædicent. Veritatem * meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur [b] impium. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid,
neque peruersum. * Recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam. Accipite disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis, quàm aurum [3] eligi-
Hoc 3.b B te. ] † [6] Melior est enim sapientia [4] cunctis opibus pretiosissimis: ] & omne desiderabile ei non potest comparari. Ego sapientia habito [5] in consilio, & eruditis interfum cogitationibus. ] Timor domini odit malum arrogantiam, & superbiam, & viam prauam, [c] & os bilingue detestor. Meum est consilium & æquitas. Mea est prudētia, mea

a. Sapientię septem ex textu efficiuntur conditiones: insignis est, recta est, vera, quieta, pacifica, ordinata, & delectabilis.
*Ingressus.
1. Clamat.
2. Corde intelligite.
*Enim.
b. Impietatem.
*Omnes illi.
3. Electum.
4. Margaritis.
5. Cum astutia, & scientiam nactus sum consilium.
c. Os bilingue in illis qui in bonis quæ sequuntur, stabile quippiam non habent, sed iuxta auditorum libitum sua verba commutant. Beda ibidem.

est fortitudo.[d] Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Per me Principes imperant, & potentes[e] decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo: & qui mane[6] vigilauerint ad me,] inuenient me. Mecũ sunt diuitię & gloria, opes[7] superbæ] & iustitia. Melior est fructus meus auro &[8] lapide pretioso,] & genimina mea argento electo.[§9] In viis iustitiæ ambulabo,] in medio semitarum iudicij, vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam.[†] Dominus possedit me[f] in initio viarũ suarum, antequam quicquam faceret à principio, ab æterno ordinatus sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam[10] concepta] eram: Necdum fontes aquarum eruperant, necdum montes[11] graui mole constiterant.][g] Ante[—] omnes] colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando præparabat cœlos, aderam, quando certa lege & gyro vallabat[h] abyssos. Quando[i] æthera firmabat sursum, & liberabat fontes aquarum.[§] Quando circundabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram[12] cuncta componens.] Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, & ludens in orbe terrarum,[k] & deliciæ meæ, esse cum filiis hominum. Nunc ergo filij audite me. Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam & estote sapiẽtes, & nolite abiicere eam. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat[l] ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet[13] salutem à domino. Qui autem in me peccauerit, lædet animam suam. Omnes qui me oderunt diligunt mortem.

[d] Reges dicit Apostolos vel alios sanctos, qui & seipsos primum, deinde & ecclesiam sibi subditam bene regere sciunt, legum conditores, auctores vtriusque testamenti & sequentes ecclesiæ scriptores, principes & potentes, cæteros fidelių præceptores, & rectores appellat. Qui vtique omnes non nisi per sapientiam vt essent aliquid habent. Glosa ordina.]
e. Iusti fiunt iudices terræ.
6. Me quæsierint.
7. Peritiæ, vel lapsuræ.
8. Gemma.
9. In via iusta te dirigam.
f. In creatione mundi.
10. Formata, vel genita.
11. Fundati erant.
g. Ante omnes altitudines creaturarum, quod secundum formam dei dictum est. Augu. de trinit. lib. 1. cã. 12.
h. Centrum terræ, circa quod veluti circino collocantur elementa.
i. Cœlestes sphæras.
12. Veluti nutritius.
k. Quia desiderat in nostro amore quiescere, nósque bonorum gratia meritorũ ad se videndum perducere. Hiero. ibi.
l. Id est, sacra loca diuini cultus ac predicationis assidue visitat cum vigilantia mentis deuotæ. Beda ibidem.
13. Voluntatem.

*Sapientia incarnata ad sui amorem donorum præparatione suos cultores allicit, vitam prorogat, atque hæresim vitare pro posse contendit.* IX.

[a] Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas * septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, * & proposuit[b] mensam suam. Misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. Si quis est[1] paruulus] veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meũ, & bibite vinum quod miscui[—] vobis.][§] Relinquite infantiam, & viuite, & ambulate[2] per vias prudentiæ. Qui[3] erudit] diriſorem, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat. Noli arguere diriſorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te.[†3] Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustum, & [4] festinabit accipere.][†§c] Principium sapientiæ, timor domini: & scientia sanctorum, prudentia. Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ. Si sapiẽs fueris,[5] tibimetipsi eris:] si autem illusor, solus portabis malum.[d] Mulier stulta & clamosa, plenáque illecebris, & nihil omnino sciens, sedet in foribus domus suæ super sellam, in excelso vrbis loco. Vt vocaret transeuntes per viam, & pergentes itinere suo. [§] Quis est paruulus? declinet ad me. Et vecordi locuta est: Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et ignorauit quòd ibi sint[6] Gigantes,] & in profundis inferni conuiuæ eius.[—] Qui enim applicabitur illi, descendet ad inferos: nam qui abscesserit ab ea, saluabitur.]

a. Nulla sapiẽtia carnis aut mũdi ædificat sibi domum, sed potius destruit quamcunque domum inhabitat. At illa sapientia quæ desursum est descendens à patre luminum, ædificat sibi domum: ipsam scilicet virginem Mariam, in qua septem columnas excideret, omnes in quam virtutes, & omnia dona spiritus sancti. Bernard Paruis ser. sermo. 9.
* Eius.
* Suum.
b. Prædicationem verbi, ex qua esurientes & sitiẽtes reficiãtur.
1. Insipiens.
2. Corripit.
3. Doce sapientem.
4. Addet eruditionem.
c. Et bene principium sapientiæ timor domini: quia tũc primum dominus animæ sapit, cũ eam afficit ad timendum, non cum instruit ad sciendum. Bernard. in cãtica cãtico. Serm. 23.
5. Tibi sapiens eris, vel tibi sapiet.
d. Mulier hæc hæresis est, contraria nimirum sapientiæ, quæ sua superbia sacramenta cecinit. Sedet autem & in foribus domus suæ, id est, in doctoribus falsitatis, qui in penetralia perfidiæ miseros fallendos introducunt. Beda ibidem.
6. Mortui.

# Parabolæ Salomonis filij Dauid Regis IERVSALEM.

Nouum ponit titulum, quia nouum genus locutionis incipit: vt non sicut prius de singulis bonorum malorúmve partibus diutius disputet, sed alternis versibus actus vtrorumque deferibat. Beda ibid.

*Quantum prosit iustitia, & exercitium, obsitque adulatio & mendacium, variósque eorum fructus & fines aperit.* X.

[a] Filius sapiens lætificat patrem, filius verò stultus mœstitia est matris suæ. Nihil proderunt[b] thesauri impietatis, iustitia verò liberabit à morte.[†] Nõ affliget dominus fame animam iusti, & [1] insidias] impiorum subuertet. [†c] Egestatem operata est manus [2] remissa:] manus autem [3] fortium,] diuitias parat.[—] Qui autem nititur mendaciis, hic pascit ventos, idem autem ipse sequitur

a. Non sapiens, sed qui negligẽter viuit in hoc seculo, egebit bona in futuro. At qui fortiter Domino militant diuitiis æternæ beatitudinis remunerantur. Glosa ordina. ibidem.]
2. Dolosa.
3. Sedulorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tur aues volantes.] Qui congregat[4d] in messe,] filius sapiens est: qui autem stertit æstate, filius confusionis. Benedictio domini super caput iusti: os autem impiorum operit
B iniquitas. Memoria iusti[5] cum laudibus:] & nomen impiorum putrescet. ✠ Sapiens corde præcepta suscipiet: stultus cæditur labiis. † Qui ambulat[6] simpliciter,] ambulat confidenter: qui autem deprauat vias suas, manifestus erit. † Qui annuit oculo, dabit dolorem: & stultus labiis verberabitur. [e] Vena vitæ, os iusti: & os impiorum operit iniquitatem. Odium suscitat rixas: † & [f] vniuersa delicta operit charitas. In labiis sapientis inuenitur sapientia: [g] & virga in dorso eius qui indiget corde. Sapientes abscõdunt scientiam, os autem stulti[7] confusioni] proximum est. † Substantia diuitis, vrbs
C fortitudinis eius: pauor pauperum, egestas eorum. ✠ [h] Opus iusti ad vitam, fructus autem impij ad peccatum. [i] Via vitæ custodienti disciplinam. qui autẽ increpationes relinquit, errat. Abscondunt odium labia mendacia: qui profert contumeliam, insipiẽs est. [k] In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. Argentum electum lingua iusti: cor autem impiorum pro nihilo. Labia iusti erudiunt plurimos: qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur. Benedictio domini diuites facit, [8] [l] nec sociabitur eis afflictio.] Quasi per risum stultus operatur scelus: sapientia autem est viro prudentia. [m] Quod timet impius, veniet super
D eum: desiderium suum iustis dabitur. ✠ Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundamentum sempiternum. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: sic piger iis qui miserunt eum. * Timor domini apponet dies, & anni impiorũ breuiabuntur. Expectatio iustorum, lætitia: [n] spes autem impiorum peribit. Fortitudo simplicis, via domini: & pauor iis qui operantur malũ. Iustus in æternum nnn commouebitur: impij autem non habitabunt super terram. Os iusti parturiet sapientiam, & lingua prauorum peribit. Labia iusti considerant [o] placita: & os impiorum peruersa.

4. In æstate.
[d. Hoc est, tempore prosperitatis, iuuentutis, ac lætitiæ, & cõgruis horis, quibus adest facultas meritorie operandi, ac spirituales diuitias cõgregandi. Qui inquam tunc fortiter agit spiritualiter proficit, & eos qui sibi cõmissi sunt, seu proximos suos Christo lucrifacit, filius sapiens est. Diony. Carth.]
5. In benedictione erit.
6. Perfectè.
[e. Quia de tali ore verba vitæ exeunt, in quantum propria delicta verè confitetur. De Lyra. ibidem.]
f. Charitas operit multitudinẽ peccatorum.
[g. Vindictam sequenti vita plãga illa qua Philistæi in natibus feriebantur significat. Glosa ordinaria ibidem.]
7. Periculo.
h. Laborat iustus vt viuat, impius verò bonis suis vtitur ad peccatum.
[i. Quia suscipiens correctionẽ iam est in via perueniendi ad vitam æternam. De Lyra ibid.]
k. Absit enim vt multiloquium deputetur, quãdo necessaria dicuntur, quantũcunque sermonum multitudine ac prolixitate dicatur. Aug. in prologo tractatio.
8 l. Et non afferet dolorem secũ. Hoc est, tribulationis tempora nõ egebit quisquis benedictionem acceperit à domino
[m. De illo quoque impio dicit qui sciẽs peccat. Timet impius videre districtum iudicem, qui est contrarius Apostolo desideranti dissolui & esse cum Christo. Ille ne terrenis gaudiis priuetur, & sempiterna vltione plectatur. Iste, ne ineo lætus eius prolõgetur, sed præmia pro quibus certauit, percipiat. Glosa ordinaria ibidem.]
* In via.
n. Frequenter sperant impij in hac vita subsistere, prosperari, & suis concupiscentiis deseruire, ac tandẽ ante vitæ finẽ pœnitentiam agere, veruntamen subito sæpius auferũtur. Diony. ibidem.
6. Quæ deo placent.
o. Statera dolosa non tantum in mensuratione pecuniæ, sed in iudiciaria discretione tenetur. Beda ibidem.
1. Er cum humilibus est sapientia. Perfectio rectorum.
b. Humilitas namque ad illuminationem diuinam specialiter præparat mentem: quia testimonium domini fidele, sapiẽtiam præstans parvulis. Diony. ibid.
2. Perfecti.
3. In prauitate sua.

*Iustitiæ in vita & morte effectus, iniustitiæ verò post mortem miseria, atque vtriusque discrimen.* XI.

A [p] † [a] Tatêra dolosa abominatio est apud deum, & pondus æquum voluntas eius. Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: [1] vbi autem est [b] humilitas, ibi & sapientia. Simplicitas iustorum] diriget eos, & supplantatio peruersorum vastabit illos. † Non proderunt diuitiæ in die vltionis, iustitia autem liberabit à morte. Iustitia [2] simplicis] diriget viam eius: & in impietate sua corruet impius. Iustitia rectorum liberabit eos: & [3] in insidiis suis] capientur iniqui. Mortuo homine impio nulla erit vltrà spes, & expectatio solicitorum peribit. Iustus de
B angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo. ✠ [c] Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia. [4] In bonis] iustorum exaltabitur ciuitas: & in perditione impiorũ erit [5] laudatio.] Benedictione [6] iustorũ] exaltabitur ciuitas: & ore impiorum subuertetur. Qui despicit amicum suum, indigẽs corde est: vir autem prudens tacebit. † Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, cælat
C amici] commissum. Vbi non [7] est gubernator,] populus corruet: salus autem, vbi multa consilia. Affligetur [8] malo,] qui fidem facit pro extraneo: qui autem cauet [9] laqueos,] securus erit. Mulier gratiosa inueniet gloriam, & [d] robusti habebunt diuitias. ✠ [e] Benefacit animæ suæ vir misericors: qui autem [10] crudelis est, etiam propinquos abiicit.] Impius facit opus instabile: seminanti autem iustitiam, merces fidelis. Clementia præparat vitam: & sectatio malorum mortem. Abominabile domino cor prauum, & voluntas eius in iis qui simpliciter ambulant. [11] [f] Manus in manu non erit innocens malus:] semen autem iustorũ saluabitur. [g] Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. † Desiderium iustorum omne bonum est: præstolatio impiorum furor. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in e-
D gestate sunt. ✠ Anima quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super

c. Hæreticus simulans doctrinã catholicam, decipit auditorem suum. Qui autem iustè sequuntur veritatem euangelij, liberabuntur scientia catholica, ne decipula decipiantur ac rapiant hæretici. Beda ibidem.
4. In bonitate.
5. Lætitia.
6. Rectorum.
7. Sunt consilia.
8. Malẽ.
9. Fideiussiones; vel fideiussorum captiones.
d. Qui nõ pro gratia & virtute, sed pro diuitiis ducunt vxores.
e. Abducit eam à consuetudine vt rectius viuat.
10. Turbat proximum suum, crudelis est.

11. f. Manus manui nõ mundabit malum. Hoc est, Quantumuis iungat quis dexteram dexteræ, nisi cor adsit, non ob id erit à fraude cõsentus.
g. Sus enim si habeat circulum aureum circa rostrum suũ ponit ipsum intra lutum: si mulier fatua & incontinens ornamentum pulchritudinis à deo sibi datum ponit intra luxuriæ lutum. De Lyra ibidem.]

Universidad de Deusto
Biblioteca



caput vendentium.[12] Bene consurgit diluculo,qui quærit bona:]ʰ qui autem inuestigator malorum est,opprimetur ab eis. Qui confidit in diuitiis suis, corruet: iusti autem quasi virens folium germinabunt. Qui conturbat domum suam,possidebit ventos:& [i] qui stultus est,seruiet sapienti. * Fructus iusti lignum vitæ, & qui suscipit animas,sapiens est.† Si iustus in terra recipit,quanto magis impius & peccator.

12. Qui bonum quærit diluculo, quærit quæ deo placent.
[h. Sicut Saul quærens Phtonissam audiuit ibi suæ mortis sententiam,de quo consternatus cecidit in terram. 1. Reg.28. De Lyra ibidem.]
i. Stultus ergo dominando seruit sapienti,quem ad meliorem statum prémédo prouehit. Greg. Moral.lib.20.cap.22.
* Corde.

*Prælati conditiones septem,& doctoris quatuor in subditos,& subditorum in prælatos, reproborúmque falsitas,& electorum veritas.* XII.

QVi diligit[a] disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes,[k] insipiens est.Qui bonus est,hauriet sibi gratiam à domino:qui autem cõfidit in cogitationibus suis,[l] impiè agit.]Nõ roborabitur homo ex impietate:& radix iustorum non commouebitur. Mulier[b] diligens, corona est viro suo:& putredo in ossibus eius,quæ confusione res dignas gerit. Cogitationes iustorum,iudicia:& consilia impiorum fraudulenta.†Verba impiorum insidiantur[c] sanguini,os iustorum liberabit eos.[1] Verte]impios & non erunt:domus autem iustorum permanebit.[3] Doctrina sua]noscitur vir:qui autem vanus & excors est, patebit contemptui.†§[d] Melior est pauper & sufficiens sibi,quàm glorioſus & indigẽs pane.[e] Nouit iustus iumentorum suorum animas:viscera autem impiorum crudelia. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur[4] otium, stultissimus est.]— Qui suauis est in vini moderationibus,in suis monitionibus relinquit cõtumeliam.][5] Desiderium impij monimentum est pessimorum:]radix autem iustorum proficiet.Propter peccata labiorum[6] ruina proximat malo:]effugiet autem iustus de angustia.† De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis, & iuxta[7] opera]manuum suarum[8] retribuetur]ei.§ Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est audit consilia.Fatuus[9] statim][f] indicat iram suam:qui autem dissimulat iniuriam, callidus est. Qui quod nouit loquitur, iudex iustitiæ est:qui autem mentitur,testis est fraudulentus.[10] Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientiæ:]lingua autẽ sapientium,est sanitas.†Labium veritatis firmum erit in perpetuum:[11] qui autem testis est repentinus,concinnant linguam mendacij.]Dolus,in corde cogitatium mala:qui autem pacis ineunt consilia,sequitur eos gaudium[g] [12] Non contristabit iustum,quicquid ei acciderit:]impij autem replebuntur malo.§ Abominatio est domino labia mendacia: qui autem [13] fideliter agunt,]placent ei. Homo versutus cælat scientiam, & cor insipientium prouocat stultitiam.†Manus[14] fortium]dominabitur:quæ autem remissa est,tributis seruiet.[15] Mœror in corde viri humiliabit illum]& sermone bono lætificabitur.[16] Qui negligit damnum propter amicum,iustus est:]iter autem impiorum decipiet eos.Non inueniet fraudulentus lucrum, & substantia hominis erit auri pretium. In semita iustitiæ,vita:[17] iter autem deuium ducit ad mortem.]

a. Hæc autẽ disciplina ipsa dei lex est, quæ apud ipsum fixa & inconcussa semper manens, insapientes animas quasi transferibitur: vt tanto se sciant viuere melius,tãtoque sublimius,quanto & perfectius eam contẽplantur intelligendo,& viuendo custodiunt diligentius. Augu.de ordine lib.2.cap.8.
k Condemnabit, sub.dominus.
l. Sedula & sollicita:& quæ muliebri mollitiæ nõ dissoluitur.
c Innocentum fundendo.
2. Subuertet dominus.
3. Propter doctrinam suam.
[d. De temporalibus aut spiritualibus gratiæ donis aliquantulum habens, & sufficiens sibi ita q̃ satis habet pro necessitate corporis,& de necessariis animæ ad salutem,quàm gloriosus 3. insignis in diuitiis & scientiis, sed indigẽs pane:eo q̃ bona sua consumit superfluè,vel humilitatem & charitatem nõ habeat scientiis suis annexas. Diony. Cart.]
e. Non solum in homines, sed & in bruta pius est.
4. Vacuus,deficit corde.
5. Desiderat impius rete malorum.
6 Irretiet malus.
7. Retributionem.
8. Reddet,sub.dominus.
9. In die.
f. Irritatus enim statim vlciscitur.
10. Est inconsideratè loquens velut punctura gladij. Hoc detractorum lingua vulnerat, sed sapientum lingua sanat.
11. Ad momẽtum autem lingua mendacis.
[g. Non constabit iustum tristitia deiicière à virtute:quicquid ei acciderit, quia fortunam aduersam patiens tolerabit. De Lyra.
12. Non accidet iusto dolor,vel iniquitas.
13. Faciunt veritatem.
14. Sedulorum.
15. Sollicitudo in corde hominis,opprimit eum.
16. Excellit proximum suum iustus.
17. Et in via eius non est mors.

*Prudentiæ moderantia in loquendo,& regula in possidendo, refrænatio in appetendo, & acquirendo,& operatio in exequendo, prudenti necessaria sunt.* XIII.

†[a] Ilius sapiens,doctrina patris:qui autem illusor est,non audit cùm arguitur.De fructu oris sui homo satiabitur bonis, anima autem impiorum iniqua.†Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum,[1] sentiet mala. Vult & nõ vult piger:anima autem operantium]impinguabitur. Verbum mendax iustus detestabitur: impius autem confundit,& confundetur.[b] Iustitia custodit innocentis viam:impietas autẽ peccatorem supplantat.Est[2] quasi diues,]cùm nihil habeat.§ Et est quasi pauper,cùm in multis diuitiis sit. Redemptio animæ viri diuitiæ suæ: qui autem pauper est,increpationem non sustinet. Lux iustorum lætificat: lucerna autem impiorum extinguetur. [3] Inter superbos semper iurgia sunt:]qui autem agunt omnia cum consilio,reguntur sapientia. Substantia[4] festinata minuetur:]quæ autem—paulatim]colligitur manu, multiplicabitur.Spes quæ differtur,affligit animam:lignum vitæ desiderium veniens.

a. Filius sapiens dicitur esse doctrina sui patris siue doctoris. Primò quia paulatim proficiẽdo ad hoc potest pertingere vt sapientior fiat patre, & sic doceat eum. Secundò quia in filio sapiente, relucet sui doctrina patris. Diony.ibid.
1. Destructio sui est. Desiderat animæ suæ piger, anima autem sedulorum.
[b. Quod patet de Ioseph venditò à fratribus suis.Gene.37. Ne dominaretur eis: & propter innocentiam suam ipse fuit custoditus à domino,& factus est dominus super fratres suos.De Lyra ibidem.]
2. Qui diuitiis inhiat, vel diuitem simulat.
3. Verum in superbia dabit litẽ sub.superbus.
4. Vanitate quæsita cito euanescit:vtpote quæ rapina, fraude vel vsura.

Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca



Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat: [b] qui autem timet præceptum, [5] in
c pace versabitur.]⊱ [6] Animæ dolosæ errant in peccatis, iusti autem misericordes sunt
& miserantur.] Fons ex sapiẽtis fons vitæ, vt declinet [6] à ruina] mortis. Doctrina bona da-
bit gratiam: [7] in itinere contemptorum vorago.] Astutus omnia agit cum consilio:
qui autem fatuus est, aperiet stultitiam. Nuntius impij cadet in malum: legatus fidelis
sanitas. Egestas & ignominia [c] ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit argu-
enti, glorificabitur. Desiderium si compleatur, delectat animam: detestantur stulti eos
D qui fugiunt mala. [8] Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum [8] simi
lis efficietur.] Peccatores persequitur malum, & iustis retribuentur bona. Bonus relin-
quit hæredes, [9] filios & nepotes,] & custoditur iusto substantia peccatoris. Multi cibi
in noualibus patrũ, & aliis congregantur absque iudicio. Qui parcit virgæ, odit filium
suum: qui autem diligit illum, [10] instanter erudit.] Iustus cõmedit, & replet animam
suam. [d] Venter autem impiorum insaturabilis.

b. Melius est ergo quemque de sua fragilitate meruere, ne forte diuina prauaricentur imperia, quàm aliorum errata stulto ore lacerare Beda ibid.
5. Remunerabitur.
6. A laqueis.
7. Via autem peccatorum difficilis
c. Nam paupertatem & ignobilitatem auferr disciplina. Eadẽ enim ratione paupertas & diuitiæ à deo sunt. At hi qui timorẽ dei non habent solutius viuentes, & egenum despicientes, in inopia erunt. August. in quæst. veter. & noui testamẽt. quæst. 34.
8. Male habebit.
9 Filios filiorum.
10 Quærere facit diluculo correctionem.
d. Hoc est, capacitas sensus hæreticorũ insaturabilis. Quia sicut Apostolus ait: Semper discentes, nũquam ad veritatis scientiam peruenientes. Hieronym. ibidem.

*Prudentiæ conditiones quatenus in potentiis sita est, & quatenus per ipsas operatur, & per eam quinuis status regulatur, ad misericordiam mouetur, & passiones moderatur.*

*XIIII.*

A Sapiens mulier ædificat domum suam, insipiens [1] extructam quoque ma-
nibus destruet. † Ambulans recto itinere, [2] & timens deum, despicitur ab
eo qui infami graditur via.] [a] In ore stulti virga superbiæ, labia sapientum
custodiunt eos. Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est: vbi autem appa-
rent plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. † Testis fidelis non mentietur:
profert autem mendacium dolosus testis. Quærit derisor sapientiam, & non inuenit:
[3] doctrina prudẽtium facilis.] Vade contra virum stultum, [4] & nescit labia prudentię.]
Sapientia callidi est intelligere viam suam: & prudentia stultorum [5] errans.] [b] Sultus
B illudet peccatum, & inter iustos morabitur gratia. [β] Cor quod nouit amaritudinem
animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. [c] Dominus impiorum delebitur,
tabernacula iustorum germinabunt. Est via quæ videtur homini iusta, nouissima au-
tem eius deducunt ad mortem. [6] Risus dolore miscebitur] & extrema gaudij luctus
occupat. Viis suis replebitur stultus, * & super eum erit vir bonus. † [7] Innocens] credit
omni verbo: [d] astutus considerat gressus suos. ⊱ Filio doloso nihil erit boni: seruo autẽ
sapienti prosperi erunt actus, & dirigetur via eius.] Sapiens timet, & declinat à malo:
stultus transilit & confidit. [8] Impatiens,] operabitur stultitiam, & vir versutus odio-
C sus est. Possidebunt [e] paruuli stultitiam, & [9] expectabunt astuti scientiam.] [γ f] Iacebũt
mali ante bonos, & impij ante portas iustorum. Etiam proximo suo pauper odiosus
est: amici verò diuitum multi. [g] Qui despicit proximum suum, peccat: qui autem
miseretur pauperi, beatus erit. ⊱ Qui credit in domino, misericordiam diligit:] errant
qui [10] operantur] malum. Misericordia & veritas [11] præparant bona.] In omni opere
bono erit abundantia. Vbi autem verba sunt plurima, ibi [12] frequenter] egestas. [h] Co-
rona sapientum, diuitiæ eorum: fatuitas stultorum, imprudentia. Liberat animas te-
stis fidelis, & profert mendacia versipellis. In timore domini [13] fiducia fortitudinis,]
& filiis eius erit spes. [i] Timor domini fons vitæ: vt declinet [14] à ruina] mortis. † [δ] In
multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia principis. Qui pa
tiens est, multa gubernatur sapientia: qui autem impatiens est, [15] exaltat] stultitiam
⊱ suam.] Vita carnium, sanitas cordis: putredo ossium, inuidia. † Qui calumniatur
egetem, exprobrat factori eius: honorat autem eum, qui miseretur pauperis. [k] in ma-
litia sua repelletur impius: sperat autem iustus in morte sua. In corde prudentis re-
quiescit sapientia, & [16] & indoctos quosque erudiet.] Iustitia eleuat gentem, [17] mise-
ros autem facit populos] peccatum. Acceptus est regi minister intelligens: [18] iracun-
diam eius inutilis sustinebit.]

1. Autem manibus suis destruet eam.
2. Timet deum, & despicit eum qui se auertit à viis eius.
[a Quia stulti per vaniloquium humiles quos despiciunt, affligunt: sed hi per doctrinam sapientum ne decipiantur se muniunt. Glosa ordin.]
Quia loquitur contumelioſè & superbè, & sic percutit alios virga luxuriæ suæ. De Lyra.]
3. Intelligenti doctrina facilis est.
4. Et non cognoscet labia mendacia.
5. Dolus.
b. Stultus omnia interpretatur in peius.
c. Quia dominus deus zelotes est, vindicans iniquitatem patrum in filios, in tertiã & quartam generationem, eorum qui oderunt eum. Exod. 20.
6. in risu etiam cor dolet.
*Corde.
7. Insipiens, inexpertus, vel infans.
[d. Actus suos perpendit qualiter debeat se habere: & ne incauta ac facili crudelitate fallatur. Dionys. Carth.]
8. Iracundus.
e. Imperij.
9. Coronabuntur astuti scientia.
f. Incuruabuntur.
[g id est, facit contra charitatẽ proximi. Qui autem miseretur affectu & effectu si possibilitas adsit. Beatus erit de quo dicitur Matth 5. Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam cõsequentur. De Lyra ibidem.]
10. Machinantur.
11. Fiet illis qui cogitant bonũ.
12. Est.
h. Diuitiæ sapientibus prosunt, impiis verò obsunt.
13. Secura fortitudo.

[i. Hæc est spes eorum qui timẽt dominum vt declinantes à ruina mortis, ad eum perueniant qui dicit: Ego sum via, veritas & vita. Dictum est supra. Lex sapientis fons vitæ vt declines à ruina mortis. Glosa ordi. ibid.]
14. à laqueis, vel retibus.
15. Patefacit vel manifestat.
k. In fine deiicietur in damnationem.
16 In medio stultorum cognoscitur.
17. Ignominia populis erit.
18. Ira eius in ignominiosum est.

*Prudentiæ conditiones quo ad errantium directionem, patientium gratiam, & obedientium mercedem.*

*XV.*

a. Lingua catholicorum patrũ ornat scientiam diuinorum eloquiorum, latius exponẽdo quæ scriptura canonica aut obscurius posuit, aut historica rãtum ratione scripta reliquit, & eus hæreticorum ebullit stultitiam dicta sacræ scripturæ peruersè intelligendo & prædicando, suósque sensus eius authoritatis præponendo. Hieron. ibid.
1. Salubris.
2. Opibus abundat.
b. Impij segetes spinis suffocantur.

† Esponsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem. [a] Lingua sapientum ornat scientiam, os fatuorum ebullit stultitiam. In omni loco, oculi domini contemplantur bonos & malos. Lingua [1] placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autem custodit increpationes, astutior fiet. ⊱ In abũdanti iustitia virtus maxima est, cogitationes autem impiorum eradicabuntur.] Domus iusti [2] plurima fortitudo,] & [b] in fructibus impij conturbatio. Labia sapientum disseminabunt scientiam, cor stultorum dissimile erit. † Victimæ impiorum abominabiles domino, [3] vota iustorũ placabilia.] ❡ Abominatio est domino via impij: qui sequitur iustitiam, [3] diligitur ab eo. [c 4] Doctrina] mala deserentium viam vitæ, qui increpationes odit, morietur. [d] Infernus & perditio coram domino, quãto magis corda filiorum hominum! Non amat [e 5] pestilens] eum qui se corripit, nec ad sapientes graditur. † Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animi deiicitur spiritus. Cor sapientis quæret doctrinam, & os stultorum pascitur imperitia. Omnes dies [e] pauperis, mali: secura mens quasi iuge conuiuium. † Melius est parum cum timore domini, quàm thesauri magni [6] & insatiabiles.] Melius est vocari [f] ad olera cum charitate, quàm ad vitulũ saginatum cum odio. Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas. ❡ Iter [g] pigrorum quasi sepes spinarum: via iustorum absque offendiculo. Filius sapiens lætificat patrem, & stultus homo despicit matrem suam. Stultitia gaudium stulto, & vir prudens dirigit gressus suos. [h] Dissipantur cogitationes vbi non est consilium: vbi verò sunt plures consiliarij, confirmantur. Lætatur homo in sententia oris sui, & sermo opportunus est optimus. Semita vitæ [7] super eruditum,] vt declinet de inferno [8] nouissimo.] Domum superborum demolietur dominus, & firmos faciet terminos viduæ. Abominatio domini cogitationes malæ, & purus sermo pulcherrimus. ⊱ firmabitur ab eo.] ❡ Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiam: qui autem odit [k] munera, [9] viuet. ⊱ † Per misericordiam & fidem purgantur peccata, per timorem autem domini declinat omnis à malo.] Mens iusti meditabitur [9] obedientiam,] os impiorum [10] redundat malis.] Longe est dominus ab impiis, & orationes iustorum exaudiet. Luroculorum lætificat animam, fama bona impinguat ossa. [l] Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientum commorabitur. Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Timor domini disciplina sapientiæ, & gloriam præcedit humilitas.

3. Oratio rectorũ voluntas eius. [c. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus erit in regno cœlorum. Talibus tamẽ si correcti fuerit patet reditus ad veniã: si autã increpationes non receperint, omnino morientur. Glosa ordina. ibidem.]
4. Correptio.
d. Quæque abditissima deo sum mẽ patẽt, ideo & cogitatus nostri.
5. derisor.
e. Miseri hominis.
6. Vbi est turbatio.
f. Ad conuiuium olerum vbi est dilectio.
g. Pigri ad viam dei mandatorum incitati, torpent, ac si spinis obsita esset, nullibi non impingentibus: quę iustis latissima est & tutissima. [h. Tales cogitationes non deducuntur ad effectum, vbi non est consilium: quia cõsilium bonum dat viam adimplendi cogitata. De Lyra ibidem.]
7. Sursum exaltat prudentem.
8. In inferioci.

i. Humilium & pauperum specialem curam dominus habet.
i. Propter quæ cogatur peruertere iudicium.
9. Quid respondeat.

10. Euomit mala.

k. Discipulus qui increpationibus docentium obedienter annuit, plerunque proficiendo ad cathedrã vsque doctoris ascendit. Beda ibidem.
l. Discipulus qui increpationibus docentium obedienter annuit plerunque proficiendo ad cathedram vsque doctoris ascẽdit. Beda ibidem.

*Prudentia pœnitentibus confessionem iniungit & satisfactionem, regibus subiungit regimen, hypocritæ eludit errorem, & studiosis virtutum radices imprimit. XVI.*

[a] Ominis est animum præparare, & [1] domini gubernare linguam.] Omnes viæ [2] hominum patent] oculis eius. spirituum ponderator est dominus. [3] Reuela domino] opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus, impium quoque ad diem malum. Abominatio domini est omnis arrogans: * tiam si [b] manus ad manum fuerit, non est innocens. ⊱ Initium viæ bonæ, facere iustitiam: accepta est apud deum magis, quam immolare hostias.] † Misericordia & veritate redimitur iniquitas, & in timore domini declinatur à malo. Cùm placuerint domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. ❡ [c] Melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus [4] cum iniquitate.] † Cor hominis disponit viam suam, sed domini est dirigere gressus eius. [d] Diuinatio in labiis regis, in iudicio non errabit os eius. Pondus & statêra iudicia domini sunt, & opera eius [5 e] omnes lapides seculi.] Abominabiles Regi qui agunt impiè: quoniam iustitia firmatur solium. Voluntas Regum labia iusta, qui recta loquitur, dirigetur. Indignatio Regis, nuntij mortis, & vir sapiens placabit eam. In hilaritate vultus Regis, vita: & clementia eius quasi imber serotinus. Posside sapientiam, quia auro melior est: & acquire prudentiam, quia pretiosior est argento. ❡ Semita iustorum declinat mala: custos animæ suæ seruat vitam suam. Contritionem præcedit superbia

a. Quia homo præparat cor, nõ tamen sine adiutorio dei, qui tangit cor: sed à domino est responsio linguæ, id est, in eo præparato cordi lingua diuina respõdit, nihil operis habes homo, sed totum est à domino. Aug. contra 2. epist. Pelag. lib. 2 cap. 8.
1. A domino est responsio linguæ.
2. Viri mundæ sunt in.
3. Deuolue ad dominum.
* Corde.
b. Eripit iustos de manu fortiorum, sicut dictum est supra, cap. 11. c.
c. Melius est in simplici confessione deuotè deo seruire, quã multis abundantem virtutibus verbi gratia, eleemosynis, orationibus, ieiunis, doctrina, castitate, proximorum facta despicere: & de sua quasi singularitate gaudere. Beda ibid.
4. Absque iudicio.
d. Rex tam verax in iudicio esse debet, ac si oracula proferat.
5. Omnia pondera, vel omnes lapides seculi.
e. Lapides seculi iustos & fide fortes appellat, quales desiderabat esse Petrus Apostolos, cos admonens. Et vos tanquam lapides viui superædificamini in domos spirituales. Hiero. ibid.

ſuperbia,& ante ruinã exaltabitur ſpiritus. Melius eſt humiliari [6]cum mitibus,]quàm diuidere ſpolia cum ſuperbis. Eruditus in verbo reperiet bona: & qui ſperat in domino, beatus eſt. Qui ſapiens eſt corde, appellabitur prudens: & [f]qui dulcis eloquio,[7]maiora repetiet.]Fons vitæ eruditio poſſidentis: doctrina ſtultorum, fatuitas. Cor ſapientis erudiet os eius,& labiis eius addet[8]gratiam.][g]Fauus mellis[9]compoſita] verba, dulcedo animæ ſanitas oſſium. †[§] Eſt via quæ videtur homini recta,& nouiſſima eius ducunt ad mortem. Anima[10]laborantis laborat ſibi,]quia compulit eum os ſuum. Vir [h]inſipiens fodit malum,& in labiis eius *ignis ardeſcit. Homo peruerſus ſuſcitat lites, &[11]verboſus]ſeparat principes. Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam. Qui[12]attonitis]oculis cogitat praua,[13]mordens labia ſua]perficiet malum. Corona dignitatis ſenectus: quæ in viis iuſtitiæ reperietur. [i]Melior eſt patiens viro forti: & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium. [k]Sortes mittuntur in ſinum, ſed à domino[14]temperantur.

6. Spiritu cum abiectis.

f. Qui ſuauibus verbis alios erudit, maiorem recipiet ſapientiam.
7. Addet doctrinam.
8. Doctrinam.
[g. Multi per eloquentiam poſſunt amantibus & fauentibus ſuauiter pronunciare bona quę ipſi non amãt. Ea autem ad oſſium, i. virtutum ſpiritualiũ incrementa proficiunt quæ ex animæ interna dulcedine procedunt. Gloſa ordi.]
9. Dulcia.
10. Ignaui ſibiipſi moleſta eſt.
h. Peruerſus ex cordis profundo malum producit.
*Velut
11. Adulator.
12. Conniuet.
13. Annuit labiis ſuis.
[i. Fortitudine corporali, quãto melior eſt anima corpore. Patientia enim proprie eſt fortitudo animæ, per quam æquanimiter tolerat aduerſa. De Lyr. ib.]
k. Deus rationem tenet eorum quæ etiam caſu accidunt.
14. Eſt totum iudicium eius.

*Prudentiæ regula circa electionem in regendo, & modum in loquendo & iudicando, & correctionem exercendo.* XVII.

†Melior eſt bucella ſicca[1] cum gaudio, ] quàm domus plena victimis cum iurgio. Seruus ſapiens dominabitur ſtultis filiis, & inter fratres hæreditatem diuidet. Sicut[2] igne probatur argentum, & aurum camino, ] ita corda probat dominus. Malus[3] obedit] linguæ iniquæ: & fallax obtemperat labiis mendacibus. †Qui[4]deſpicit]pauperem, exprobrat factori eius: & qui in ruina lætatur alterius,[a]non erit impunitus. Corona ſenum, filij filiorum: & gloria filiorum, patres eorum. Non decent ſtultum verba compoſita, nec principem labium mentiẽs. [§]Gemma gratiſſima[5]expectatio præſtolantis: quocunque ſe vertit, prudenter intelligit. ]Qui cęlat delictum, quærit amicitias. [6]Qui altero ſermone repetit, ſeparat fœderatos. ]Plus proficit correctio apud prudentem, quàm centum plagæ apud ſtultum. Semper[7b]iurgia quærit malus: ]angelus autem crudelis mittetur contra eum. Expedit magis vrſæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua. †Qui reddit mala pro bonis, nõ recedet malum de domo eius. [c]Qui dimittit aquam, caput eſt iurgiorum: & antequam[8] patiatur contumeliam, iudicium deſerit.] †[§] Et qui iuſtificat impium,& qui condemnat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud deũ. [9]Quid prodeſt ſtulto habere diuitias, cum ſapientiam emere non poſſit?] ⸗ Qui altam facit domum ſuam, quærit ruinam: & qui euitat diſcere, incidit in mala.] Omni tempore diligit qui amicus eſt, & frater in anguſtiis comprobatur. [10] Stultus homo plaudet manibus, cum ſpoponderit pro amico ſuo.]Qui[11]meditatur diſcordias, diligit rixas:]& qui exaltat os ſuum, quærit ruinam. Qui peruerſi cordis eſt, non inueniet bonum: & qui vertit linguam, incidet in malum. [§][12] Natus eſt ſtultus in ignominiam ſuam,]ſed nec pater in fatuo lætabitur. †Animus gaudens ætatem floridam facit: ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicij. †[d]In facie prudentis lucet ſapientia: oculi ſtultorum in finibus terræ. Ira patris filius ſtultus, & dolor matris quæ genuit eum. [e]Non eſt bonum, damnum inferre iuſto, nec percutere principem qui recta iudicat. †[13] Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt:]& pretioſi ſpiritus, vir eruditus. Stultus quoque ſi tacuerit, ſapiens reputabitur: & ſi compreſſerit labia ſua, intelligens.

1. Et pax cum ea.

2. Conflator argentum & fornax aurum.
3. Attendit.
4. Subſannat.
[a. Quia in hoc peccat, ſecus eſt autem ſi lætatur in ruina alterius per accidens vt pote quia ille eſt malus homo turbans aliorum pacem. & ſic cedit hoc malum. De Lyra. ]
5. Minus eſt in oculis dominorum ſuorum, ſed omnis ad quę ſe vertetit, prudens erit.
6. Et qui verbum improperat, ſeparat à ſe principes.
7. b. Rebellis quærit mala. Hoc eſt: Non emendatur correptionẽ malus, quin magis rebellis fiat, donec angelus malus eum perdat.
[c. Aquam dimittere, eſt linguã in fluxa eloquia relaxare, quod contra in bonum partem dicitur. Aqua profunda verba ex ore viri. Qui ergo dimittit aquã caput eſt iurgiorum, quia qui linguam non refrenat cunctordiam diſſipat. Vnde cõtra. Qui imponit ſtulto ſilentium iras mitigat. Gloſa ordina.]
8. Patiaris litem deſerẽ illam.
9. Vt quid eſt pretium in manu ſtulti, cuius cor non eſt ad acquirendam ſapientiam?
10. Homo deficit corde ſtipulãs manibus qui ſpondet ſponſionem in conſpectu proximi ſui.
11. Diligit iniquitatem, diligit rixam.
12. Qui generat ſtultum, ipſum generat ad mœrorem ſuum.
[d. Interior ſapientia mentis reſplendet in vultu per motũ cõpoſitionẽ, oculorum cuſtodiã, maturitatémque vultus: in quo tanquam in fronte pudoris, & exteriorum ſenſuum loco præſertim reſultat, & repræſentatur diſpoſitio cordis. Diony Carth.]
e. Hoc eſt, perſecutionem, mortem, detractionem, rapinam, aut furtum, imo hoc peſſimum, & peius quàm ſi inferatur iniuſto. Dionif. ibid.
13. Parcus eſt verbis qui nouit ſcientiam.

*Accuſantium erga iudices moderatio, & accuſatorum coram illis excuſatio, falſorum teſtium execratio, iudicis & item diligentia, & aduocatorum diſcretio.* XVIII.

[1]†Occaſiones quærit, qui vult recedere ab amico, omni tempore erit exprobrabilis. ]Non[2]recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris]quæ verſantur in corde eius. [3]Impius cum in profundum venerit peccatorũ, conténit: ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium. ] Aqua profunda, verba ex

1. Quia pro voco quæret ſequeſtrari, in omni æquitate calumniam patietur.
2. Placet ſtulto in ſapientia, ſed in his.
3. Cum venit impius, venit & contemptus, & cum ignominioſo opprobrium.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ore viri: & torrens redundans fons sapientiæ. † Accipere personam impij in iudicio] non est bonum,[4] vt declines à veritate iudicij.] Labia stulti miscent se rixis, & os eius[5] iurgia prouocat.] [g] Os stulti cõtritio eius, & labia ipsius[6] ruina] animæ eius.[a] Verba bilinguis, quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris. Pigrum deiicit timor: animæ autem effœminatorum esurient.] [b] Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est[7] sua opera] dissipantis. Turris fortissima nomen domini: ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. † Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus [8c] validus circundans eum.] Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. [g] † Qui prius respondet, quàm audiat,[9] stultum se esse demõstrat, & confusione dignum.] [d] Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam: spiritum verò[10] ad irascendum facilem] quis poterit sustinere? Cor prudentis possidebit scientiam, & auris sapientium quærit doctrinam. Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit. Iustus prior est[11 e] accusator sui:] venit amicus eius, & inuestigabit eum. Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque diiudicat. [f] Frater qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma, & iudicia quasi vectes[12] vrbium.] [g] De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimina labiorum ipsius saturabuntur eum. Mors & vita in manibus linguæ, qui diligunt eam, comedent fructus eius. Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à domino. Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: † qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens.] Cum obsecrationibus loquitur pauper, & diues[13] effabitur] rigide. Vir amabilis ad societatem magis amicus erit, quàm frater.

4. Vt opprimas iustum in iudicio.
5. Ad percussiones, vel verbera.
6. Laqueus.
a. Bilingues sunt orbis pestes, passim turbantes pacem & amicitiam.
[b. Qui enim cœpta bona distrahè non exequitur dissolutione negligentiæ manum destruentis imitatur. Glosa ordi. ibid.]
7. Viri.
8. c. Eleuatus in imaginatione eius. Hoc est, Hæc spe ducitur diues, quòd solæ diuitiæ sint munitio eius.
9. Stultitia est illi & ignominia.
d. Morbi animæ morbis corporis longè sunt grauiores.
10. Deiectum.
11. e. In causa sua. Hoc est, Qui iustam habet causam, confidenter eam iudicibus proponit.
f. Cum populus vterque, Iudæorum scilicet & Gentilium fraterna sibi in Christo charitate consentit, vnam iam catholicæ ecclesiæ ciuitatem construit, Et sicut vectes vrbium portas muniunt, ita dogmata vtriusque testamẽti ecclesiam per orbem quæ vnam catholicam faciunt, ab infidelium incursione defendunt. Beda ibid.
12. Palarij.
13. Respondebit.

## *Quo sit vtendum consilio in testium malitia exploranda, in sententia promulganda, & sententia decidenda.* XIX.

[a] † Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quam diues] torquens labia sua, & insipiens. Vbi non est scientia animæ, non est bonum: & qui festinus est pedibus, offendet. Stultitia hominis supplãtat gressus eius, & contra deum[1] feruet animo suo.] Diuitiæ addunt amicos plurimos: a paupere autem & ij quos habuit, separantur. † Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet. [b] Multi[2] colunt personam] potentis, & *amici sunt *dona tribuentis. Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo. [g] Qui tantùm verba sectatur, nihil habebit: qui autẽ possessor est mẽtis, diligit animam suam, & custos prudentiæ inueniet bona. Falsus testis non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, peribit. [c] Non decent stultum deliciæ, nec seruum dominari principibus. Doctrina viri[3] per patientiam noscitur,] & gloria eius est iniqua prætergredi. Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbam, ita & [4] hilaritas] eius. [d] Dolor patris, filius stultus: & tecta iugiter perstillantia, litigiosa mulier. Domus & diuitiæ dantur à parentibus, † à domino autem propriè vxor prudens. Pigredo immittit soporem, & anima[5] dissoluta] esuriet. [g] Qui custodit mãdatum, custodit animam suam: qui autem negligit viam suam, mortificabitur. Fœneratur domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei. [6 c] Erudi filium tuum, ne desperes:] ad interfectionẽ autem eius ne ponas animã tuã. Qui enim impatiens est, sustinebit damnũ: & [7] cũ rapuerit, aliud apponet.] Audi consiliũ, & suscipe disciplinã, vt sis sapiens in nouissimis tuis. Multæ cogitationes in corde viri: [8] voluntas] autẽ domini in] in æternum] permanebit, [9] Homo indigens misericors est:] [f] & melior est pauper] iustus,] quàm vir mendax. [g] Timor domini ad vitam: & in plenitudine commorabitur absque visitatione pessimi. † Abscõdit piger manũ suam[10] sub ascella,] nec ad os suum applicat eam. † [11] Pestilente] flagellato stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget sapiẽtiam. Qui affligit patrem, & [12] fugit] matrem, ignominiosus erit, & infœlix. [13] Non cesses audire fili doctrinam, nec ignores sermones sciẽtiæ.] Testis iniquus deridet iudiciũ, & os impiorum deuorat iniquitatem. Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus.

a. Hoc est, Idiota & modicè eruditus viuens secundum ea quæ nouit esse agenda ac vitanda, quàm diues, id est, ingeniosus, & plurimum eruditus, contorquens labia sua ad loquenda quædam præsumptuosa & hæretica. Diony ibid.
1. Irascitur cor eius.
[b. Id est, venerantur & honorant: quia bonum vtile ab eo consequi spectant ad quod prona est populi multitudo. De Lyra. ibid.]
2. Rogant faciem.
*Omnes.
*Viri.
c. Non decent hæreticum deliciæ scripturarum, quia his bene vti non nouit: neque illum qui seruus adhuc peccati esse comprobatur, præterire iustis in regimine ecclesiæ. Hier. ibid.
3. Nouit differre iram.
4. Beneplacitum.
d. Deus dicitur dolere videns hominem quem ad sui imaginem, & laudem, & amorem creauit, hosti tamen fauere, & patri quam sibi seruire. Beda ibid.
5. Remissa vel dolosa.
6. c. Castiga filium tuum quandiu est spes. Hoc est, quando puer est.
7. Si liberaueris eum, adhuc te iterare oportebit.
8. Consilium.
9. Desiderium hominis pietas eius.
[f. Melior est quam qui se per excellentiam virtutum viri nomine dignum dicens fallitur nescius dum superbiendo perdidit bona quæ gessit. Glos. ordina. ibid.]
10. In sinu, vel in gremio.
11. Derisore.
12. Fugat.
13. Cessa fili audire correptionẽ qua à verbis scientiæ erres.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Iuxta regimen politicum & œconomicum iudex duplicem iunioribus ordinatè pœnam infligit: maiores vero destituit ineptósque repellit.* XX.

†5 di. c. Luxuriosa, & c. Luxuriam.

A [†Vxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas.] Quicunque his delectatur, [a]non erit sapiens. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam. Honor est homini [z]qui separat se] à contētionibus: omnes autem stulti miscentur contumeliis. [b]Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi. Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri: sed homo [c]sapiens exhauriet illud. [3 d] Multi homines misericordes vocantur,] virum autem fidelem quis inueniet? Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se fi-

†Deprę di. 3. Si enim. 1. Io. 1. d 4. Reg. 8. e 2 Par. 6. f †De præsum. 22 studiis. Eccle. 7. e

B lios relinquit. §Rex qui sedet in solio iudicij, [4]dissipat] omne malũ intuitu suo. †Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato? †Pondus & pondus, mẽsura & mensura, vtrumque abominabile est apud deum. *§ [5 e] †Ex studiis suis intelligitur] puer, si munda & recta sint opera eius. Aurem [f] audientem & oculum videntem, dominus fecit vtrunque. Noli diligere somnum: ne te egestas opprimat. Aperi oculos tuos & saturare panibus. Malum est, malum est, dicit [—omnis] emptor: & cum recesserit, tunc gloriabitur. Est aurum, & multitudo gemmarum: vas autem pretiosum, labia

†Iosh. 27. b Sap. 12. d

C [g]scĕitiæ. §† Tolle vestimentum eius: [h]qui fideiussor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo. Suauis est homini panis [1]mendacij, & postea implebitur os eius calculo. Cogitationes consiliis roborantur, & [6]gubernaculis] tractanda sunt bella. Et qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis. †Qui maledicit patri suo & matri, extinguetur lumen eius [k] in mediis tenebris. [l] Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. Ne dicas, reddã malum [—pro malo: expecta dominum & liberabit te. §] Abominatio est apud deum pon-

†Exod 21. b Leu. 20. b Rom 12. d 1 Pet. 3. b Thess. 5. d

D dus & pondus, statêra dolosa non est bona. †[m] A domino diriguntur gressus viri. Quis autem hominum intelligere potest viam suam: [7]Ruina est homini deuorare sanctos: & pòst vota retractare.] Dissipat impios rex sapiẽs, & incuruat super eos [8]fornicem.] Lucerna domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris. Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. † Exultatio iuuenum fortitudo eorum, & [9]dignitas] senum canities. Liuor vulneris absterget mala, & plagæ in secretioribus ventris.

†47 dist. Confirmã. 2 Reg. 5. c

†27 dist. 22. Pastõ. Sap. 16. b

*Inferiores à superioribus per corporum macerationem, & superfluorum reiectionem puniendi, non tamen à superioribus iniustè molestandi.* XXI.

A [2]Sicut [1]diuisiones] aquarum, ita cor regis in manu domini: quocũque voluerit, inclinabit illud. Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autem corda dominus. Facere misericordiã & iudiciũ magis placet domino, quã victimæ. Exaltatio oculorum [3] est] dilatatio cordis, lucerna impiorũ, peccatum. Cogitationes [3] robusti] semper in abundantia: omnis autem piger in egestate est. Qui congregat thesauros lingua mendacij, vanus & excors est, & impinguetur ad laqueos mortis. Rapinæ impiorum [4]detrahent] eos, quia noluerunt facere iudicium.

†Eccl. 25. d

B [b]Peruersa via viri, aliena est: qui autem mundus est, rectum opus eius. †§ Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & in domo communi. Anima impij desiderat malum, [5]non miserebitur proximo suo.] †Mulctato [6] pestilẽte] sapiẽtior erit [7]paruulus:] & si sectetur sapiẽtem, sumet scientiã. Excogitat iustus de domo impij, vt detrahat impios à malo. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. Munus [c]absconditum extinguit iras: & donũ in sinu indignationem maximã. Gaudium iusto est facere iudiciũ: & pauor operãtibus iniqui

†Hos. 4. d †Hos. 5. d

C tatẽ. § Vir qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu [8 d] Gigantiũ] cõmorabitur. [e] Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinũ & pinguia, nõ ditabitur. [9] Pro iusto dabitur impius: & pro recto iniquus. †Melius est habitare in terra deserta, quàm cũ muliere rixosa & iracunda. [f] Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo [10] iusti:] & imprudens

†Eccle. 25. c Sap. 25. d



1. Deriſorem vinum efficit, & ſicera tumultuantem.
[2. Quia vtrunque abſorbet rationem & cauſant mẽtis hebetudinem. De Lyra. ibid.]
2. Quieſcere.
b. Qui nunc propter deſidiã in dei ſeruitio laborare neglexit, venturo die regni mẽdicabit, & non dabitur ei. Quia quæcũque ſeminauerit homo, hæc & metet. Beda. ibid.
c. A ſapiente ſemper diſcit ſapiens.
3. d. Magni hominis prædicabile vnuſquiſque miſericordiam. Hoc eſt, multi cupiunt vocari benefici, rarus tamen exercet miſericordiam.
4. Diſpergit.
*Etiam.
5 e. Ex operibus ſuis cognoſcitur. Hoc eſt, qualis ſit futurus ſenex, facile deprehẽditur puer, niſi corripiatur.
f. Dominus fecit autem ad audiendum, & oculum ad videndum.
g. Eructantia ſcientiam.
[h. Id eſt, pro alieno, quia obligatus eſt ad reddẽdum pro eo tamen ſi veſtimentum eſt ſibi neceſſarium de nocte debet ſibi reddi in veſpere, & reſumi poteſt de mane. ſicut dictum fuit diſtinctione. xxo. 22. ca. De Lyra. ibidem.]
1. Quæſitus mendacio.
6. Conſiliis.
k. Morietur abſque gratia dei I mediis tenebris tribulationũ.
l. Quæ ſine labore noſtro nobis obueniunt, in deteriorẽ ſæpius vergunt exitum.
[m. Duplex pondus & ſtatera doloſa habet in corde ſuo, qui dum peccauerit ipſe veniã petit à Domino, & homini peccãti in ſe, ac pœnitenti, dimittere non vult. Gloſa ordina. ibid.]
7. Scandalum eſt homini deuorare ſanctificatum, & poſt vota inquirere. Hoc eſt, Malum eſt deuorare res deo dicatas, & poſt votum deo promiſſum pœnitentiã duci, & conuertere in cõmodum ſuum.
8. Rotam.
9. Decor.

2. Specialiter exprimit regem tanquã cæteris potentiorem ad inuenẽdũ, quòd & inferiorum corda non minus ſint in manu omnipotẽtis, in cuius ditione cũcta ſunt poſita. Nec eſt quiẽ queat reſiſtere volũtati. Diony. ibidem.
1. Riui. 2. Et.
3. Solliciti.
4. Diripient, vel diſperdent.
b. Qui peruerſe viuit, alienam profectò à natura humana viã incedit. Peruerſa ergo actio aliena eſt, & cõtra naturã. Beda. ib.
5. Non erit gratus in oculis ſuis amicus eius.
6. Deriſore.
7. Imperitus.
c. In abſcondito datum.
8. d. Mortuorum. Hoc eſt, omnibus deſtituetur viribus.
e. Qui cæmis concupiſcentias ſectatur, & delicatè viuit, non diteſcet.
9. Pro redemptione iuſti.
f. Poteſt ſanè & hic verſus de quolibet martyrum accipi in cuius habitaculo, id eſt, corpore anima ſancta, dei videlicet theſaurus ſeruetur, abundat & vnctiogratiæ ſpiritualis. At perſecutor imprudens huiuſmodi habitaculum diſrũpere poteſt, theſaurum vero, qui habitaculo tenebatur, & oleum gratiæ nequaquam tãgere poteſt. Hieron. ibid.
10. Sapientis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



homo diſſipabit illud. Qui ſequitur iuſtitiam & miſericordiam, inueniet vitam, iuſtitiam & gloriam. [g] Ciuitatem fortium aſcendit ſapiẽs, deſtruxítque robur fiduciæ eius. Qui cuſtodit os ſuum, & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam. [*] Superbus & arrogans vocatus indoctus, qui in ira operatur ſuperbiam. Deſideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam manus eius operari. Tota die concupiſcit & deſiderat: qui autem iuſtus eſt, tribuet, & [11] non ceſſabit.] † Hoſtiæ impiorum abominabiles, [12] quæ offeruntur ex ſcelere.] Teſtis mendax peribit, vir obediens loquetur [13] victoriam.] [h] Vir impius procaciter obfirmat vultum ſuum: qui autem rectus eſt, [14] corrigit] viam ſuam. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra dominum. Equus paratur ad diem belli: dominus autem ſalutem tribuet.

*Fama quadrifariam à viris ſanctis cum ſex tamen perſonarum abiectu conditionũ eſt conſeruãda, non tamen egenos opprimendo, nec rixoſis fauendo, operibus eorum adhærendũ eſt.* XXII.

† Elius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: ſuper argentum enim [a] & aurum gratia bona. Diues & pauper obuiauerunt ſibi: vtriuſque operator eſt dominus. Callidus videt malum, & abſcondit ſe: [1] innocens pertranſiit, & afflictus eſt damno. † Finis modeſtiæ] timor domini, diuitiæ & gloria, & vita. [2] Arma & gladij] in via ſuperbi: cuſtos autem animæ ſuæ longe recedit ab eis. ⊱ Prouerbium eſt,] [3] adoleſcens iuxta viam ſuam,] etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. Diues pauperibus imperat: & qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœnerãtis. Qui ſeminat iniquitatem, metet [4] mala,] & [b] virga iræ ſuæ conſummabitur. [*] [5] † [c] Qui pronus eſt ad miſericordiam,] benedicetur: de panibus enim ſuis dedit pauperi. ⊱ Victoriam & honorem acquiret qui dat munera: anima autem aufert accipientium.] † Fuge deriſorem, & exibit cum eo iurgium, ceſſabúntque cauſæ, & contumeliæ. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum Regem. Oculi domini cuſtodiunt ſcientiam, & [6] ſupplantantur verba iniqui.] Dicit piger: [d] Leo eſt foris, in medio platearum occidendus ſum. † Fouea profunda os alienæ: cui iratus eſt dominus, incidet in eam. [*] Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ [e] fugabit eam. † * Qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias ſuas, dabit ipſe ditiori, & egebit. ⊱ Fili mi,] inclina aurem tuam, & audi verba ſapientium. [f] Appone [*] aurem cor ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi cum ſeruaueris eam [7] in ventre tuo. Et redundabit] in labiis tuis: vt ſit in domino fiducia tua. Vnde & oſtẽdam eam tibi hodie. * [f] Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter, in cogitationibus & ſcientia, vt oſtenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis, reſpondere ex eis illis qui miſerunt te. † [g] Non fácias violentiam pauperi, quia pauper eſt: neque conteras egenum in porta: quia iudicabit dominus cauſam [8] eius,] & configet eos, qui confixerunt animam [9] eius.] [g] Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo: ne forte diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ. Noli eſſe cum iis [h] qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis. Si enim non habes vnde reſtituas, quid cauſæ eſt vt tollat operimentum de cubili tuo? † [i] Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. Vidiſti virum [k] velocem in opere ſuo: coram Regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles.

*Temperantia quid fugiat, & quid ſequatur innuit, ſed peruerſa fugiendo conſortia, & ſanis ſe ſcientiis exercendo, ebrietatem plura mala facientem facile vitabit.* XXIII.

[a] Vando ſederis vt comedas cũ principe, diligenter attende quę ſunt apposita ante faciẽ tuam, & [b] ſtatue cultrũ in gutture tuo: ſi tamen habes in poteſtate animã tuã. Ne deſideres de cibis eius, in quo eſt panis [c] mẽdacij. Noli laborare vt diteris, ſed prudẽtiæ tuæ pone modũ. Ne erigas oculos tuos ad opes, quas nõ potes habere: quia faciẽt ſibi pẽnas quaſi aquilę, & volabũt in cælũ. Ne comedas [*] cũ homine inuido, & ne deſideres cibos eius: quoniã [1] in ſimilitudinẽ arioli & coniectoris æſtimat quod ignorat.] Comede & bibe, dicet tibi: & mens eius non eſt

[g] Mandũ ſcilicet, qui quondã malignorũ ſpirituum tyrannidi ſeruiebat habens fiduciã vitæ in cultu eorum qui nũ ſunt dij, ſed opera manuum hominum. Hanc ciuitatem Dei virtus, & Dei ſapientia Chriſt⁹ in carne intrauit, deſtruxítque per ſuos prædicatores cultũ demõũ, & in fide cœleſtiũ docuit eſſe fiduciã habendã, quæ non poteſt deſtrui. Gloſa ordina ibidem.]
11. Non parcit, ſub rebus ſuis.
12. Quanto magis ſi praua mente obtulerit eas.
13. Quod audiuit.
[h. Motus enim animi magis apparet in facie, in qua vigent omnes ſenſus quàm in aliis partibus. Et ideo obſtinatio animi apparet in obfirmatione faciei. De Lyra.]
14. Diſponit.

a. Grata conuerſatio deo & hominibus placens, melior eſt argento & auro.

1. Simplices præuaricati ſunt, & pœnis afficientur. Propter modeſtiam.

2. Spinæ & laquei ſunt.

3. Inſtrue puerum in via ſua.

4. Iniquitatem.
b. Tyrannis eius in ſubditos rãdem in malum ſuum cedet.
5. Qui bono eſt oculo.
[c. Qui pronus eſt ex bona affectione & complexione, benedicetur talibus enim homines bonum imprecãtur. De Lyra. ibi.]
6. Subuertit verba præuaricatoris.
d. Negligens ſuæ negligentiæ ſemper quærit occaſionem.
*Ab eo.
[e. Ad bona opera, ad confitendum fidem quam corde tenet timidus. Non audeo fidem confiteri, ne me perſecutor puniat vel perimat. timeo ad exercenda virtutũ opera in publicum prodire, ne forte me vel antiqui hoſtis aduerſitas grauior tenter vel quilibet peruerſus deridear, conuiciis confundat iniurijs afficiat aut ſicut alio iuſtus cõſumat tormentis. Gloſa ordi.]
7. In corde tuo & operabuntur.
*Etiam tu conſerua eam.
f Tripliciter auditori doctrinã deſcripſit ſuam: quia cogitare, loqui, & operibus hanc exercere præcepit. Qu deſcriptione triplici totus hic libell⁹, ſi quis bene conſiderat, totus refulget. Beda ibid.
8. Eorum.
9. Eorum.
g. Sunt vitia quædam quibus ſi quis fuerit inuolutus, nõ diu leges & amicitiæ iura ſeruabit. Non enim ad amicitiam ſunt idonei nimis iracundi, inſtabiles, ſuſpicioſi, & verboſi: quæ quatuor in electione amici conſideranda ſunt. Aug. de amicitia. cap 12.
h. Stipulãtur manibus fuit, ſpõdentes ſe rationem pro malorũ animabus domino reddere. Beda ibidem.
i. Ne tranſgrediatis terminos fidei quos catholici ab initio ſtatuere doctores. Hieron.
k. Sedulum in rebus agendis.
a. Poteſt & item intelligi de ea temperãtia ſacræ ſcripturæ, quæ adeo ſobriè guſtanda eſt cum ſuperioribus, vtin locutione ne videamur plus ſapere quàm oportet, ſed ſapere ad ſobrietatẽ. Dion. ibidem.
b. Reſtringe gulam tuam veluti cultro guſturi immiſſo.
c. Mendacio quæſitus, vel appoſitus conuiuæ ad probandum eum.
*Panem.
1. Sicut coniicit animo ſuo, ſic ipſe loquitur.

Universidad de Deusto



est tecum. Cibos quos comederas, euomes, & perdes pulchros sermones tuos. [d] In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinã eloquij tui. [g] [2] Ne attingas paruulorum terminos, ] & agrum pupillorum ne introeas. [3] Propinquus ] enim illorum fortis est, & ipse iudicabit contra te causam illorum. Ingrediatur ad doctrinã cor tuũ, & aures tuæ ad verba scientiæ. † [e] Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur. † Tu virga percuties eum: & animam eius de inferno liberabis. Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meũ: & exultabunt renes mei, cum locuta fuerint recta labia tua. † Non æmuletur cor tuũ peccatores, sed in timore domini esto [f] tota die: quia habebis spem in nouissimo, & præstolatio tua non auferetur. Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in via animum tuum. [g] Noli esse in conuiuiis potatorum, * nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendũ conferunt: quia [4] vacantes potibus, & dantes symbola, consumentur, ] & vestietur * pannis dormitatio. Audi patrem tuum qui genuit te: & ne contemnas cum senuerit mater tua. Veritatem eme, & noli vendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam. Exultat gaudio pater iusti: qui sapiẽtem genuit, lætabitur in eo. Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet [5] qui genuit te. ] [g] Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiant. Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. Insidiatur in via quasi latro, & [6] quos incautos inuenerit, interficiet. ] [g] Cui væ, [7] cuius patri væ, ] cui rixæ, cui foueæ, cui sine causa vulnera, cui [8] suffossio ] oculorum? Nónne his qui cõmorantur in vino, & [9] student calicibus epotãdis? ] Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius: Ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus [10] venena diffundet. ] Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruersa. Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi [11] sopitus gubernator amisso clauo, & dices, verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi: quando euigilabo, & rursus vina [12] reperiam? ]

[d] Nolite sanctum dare canib⁹ neque mittatis margaritas ante porcos. Sicut admonuit ne hæreticorum doctrinis auscultates, ita nunc ne amore vanæ gloriæ seductus immundis hominibus passim archana veritatis ingeras. Glosa ordinã. ]

2. Non transferas terminos antiquorum.

3. Redemptor.

e. Si pueri castigatio finem sequatur intentum, pervitam bonorum morum puerũ dirigit: & sic in hac vita multos euadit periculorum casus, atque in futura inferni pœnam æternam.

f. Hoc est, Si toto tempore vitæ tuæ peccatorum exempla vitaueris, & dominum timere fategeris, habebis spem beatæ retributionis in nouissimo, iuxta illud Apoca. 2. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ, Hiero. ibid.

* Vini.

4. Bibax & edax pauperet efficientur.

* Laceris.

5. Genitrix tua.

g. Quod Abraham illi dictum est, Da mihi vnicum dilectum filium tuum, tibi dicit sapientia. Da mihi, fili, cor tuũ: ipse est dilectus vnicus. Quid meruis offerre cor tuum? Offer sacrificiũ contritionem cordis domino deo tuo, & dic ei cum propheta: Holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus cõtribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despiciet, Aug. de 4. virtuti. charitatis.

6. Attrahit homines prauaricatores.

7. Et cui anxietas, vel calamitas.

8. Rubor, vel rubedo.

9. Qui veniunt ab seruandum mixtionem.

10. Stimulum infiget.

11. Dormiés in mali nauis summitate.

12. Inquiram?

*Fortitudo circa quinque versatur: scientiam in acquisitione, clementiam in exercitatione, versutiarum detectione, veritatis exaltatione, & insidiarum contemptione.* XXIIII.

[a] Ne æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis: quia rapinas meditatur mens eorum, & [1] fraudes ] labia eorum loquuntur. Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur. In doctrina replebũtur cellaria, vniuersa substantia pretiosa & pulcherrima. † Vir sapiens fortis est: & vir doctus, [2] robustus & validus: quia cum dispositione, ] initur bellum, & erit [3] salus ] vbi multa consilia sunt. [4] [b] Excelsa ] stulto sapientia, in porta non aperiet os suũ. Qui cogitat mala facere, [5] stultus vocabitur. ] Cogitatio stulti peccatũ est: & abominatio hominum [6] detractor. ] Si desperaueris lapsus in die angustiæ: imminuetur fortitudo tua. † [g] Erue eos qui ducũtur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum [7] liberare ne cesses. ] Si dixeris, [8] vires non suppetunt: ] qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit: reddétque homini iuxta opera sua. [c] Comede fili mi mel, quia bonũ est, & fauum dulcissimum gutturi tuo: Sic & doctrina sapientiæ animæ tuæ: quam cum inueneris, habebis in nouissimis spẽ, & spes tua non peribit. Ne insidieris, [9] & quæras impietatẽ in domo ] iusti, neque vastes requiem eius. † [d] Septies enim — in die ] cadet iustus, & resurget: impij autem corruent in malum. [g] Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, † & [10] in ruina eius ] ne exultet cor tuũ: ne forte videat dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Ne [11] [c] contendas cum pessimis, nec æmuleris ] impios, quoniã nõ habent futurorum spem mali, & lucerna impiorum extinguetur. † Time dominũ fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiscearis. Quoniã repente cõsurget perditio eorum: & ruinam vtriusque quis nouit? Hæc quoque sapientibus. † Cognoscere personam in iudicio non est bonum. [f] Qui dicunt impio, iustus es: maledicent eis populi: & detestabuntur eos tribus. Qui arguunt — eum, ] laudabuntur, & super eos

a. Ne desideres eos imitari, quos vitiis illis de quibus cõmemorauí, videris implicati: sed potius sapientiæ operam date curato. Pedes ibid.

1. Afflictionem.

2. Robur at vites, quia per industriam.

3. Victoria.

4. b Excelsior. Hoc est, Stultus & ignauus desperat de sapientia, quòd sit supra captum suũ.

5. Auth. rum scelerum vocabũt.

6. Derisor.

7. Nónne prohibebis?

8. Ecce, non nouimus eum.

c. Ad litteram in terra promissionis in qua regnauit Salomõ mel abundat. Imo in pluribus locis veteris testamenti dicitur terra abundans lacte & melle, & eo reficiuntur homines corporaliter De Lyra. ]

9. O impie habitaculo.

d. Septenarius numerus sæpius pro vniuerso ponitur, vt hic, cuius sensus est, Quotiescũque ceciderit, non peribit. Quod nõ de iniquitatibus, sed de tribulationibus ad humilitatẽ perducentibus intelligitur. Augu. de ciuit. dei. lib. 11 cap. 31.

10. Quin impegerit.

11. c. Æmuleris vel succenseas propter malignos, neque zelaueris. Hoc idem est cum Psal. Noli æmulari in malignantibus, &c.

f. Qui malam causam nituntur facere bonam, his omnes maledicunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



veniet benedictio.*Labia deosculabitur,qui recta verba respondet. §§ Præpara foris opus tuum,& diligenter exerce agrum tuum,& postea ædifices domum tuam.Ne sis testis frustra contra proximum tuum,nec lactes quēquam labiis tuis.†Ne dicas,quomodo fecit mihi,sic faciam ei:& reddam vnicuique secundum opus suum. [h]Per agrū hominis pigri transiui,& per vineam viri stulti. Et ecce totum repleuerant vrticæ: & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum * destructa erat. Quod cum vidissem,posui in corde meo,[12] & exemplo didici disciplinam. §—† [i] Vsquequo piger dormies,vsquequo de somno consurges? ]Parum, §—inquam,] dormies, modicum dormitabis,pauxillum manus conseres,vt quiescas:& veniet tibi quasi cursor egestas tua,& mendicitas quasi vir armatus.

*Bona.
15. Præpara foris opus tuū studendo sacram scripturam,& diligenter exerce agrum tuum videndo glosas doctorum, & postea ædificet domū tuā, id est, fac tibi discipulos,per summā, doctrinam,alias esset ordo peruersus. De Lyra.ibid.]
h. Audis sapientem irridentem stultum quod bona naturæ & dona gratiæ,quæ forte per lauacrum regenerationis acceperat,tanquam illam quam plantauit deus,& non homo primā suam vineam, in non vineā negligendo redegit. Bernard. super cantica.Sermo.65.
*Eius.
12. Vidi,& accepi eruditionem.
i. Vsquequo dormis in vitiis ad bene operādum,qui noxio torpore depressus, semper dicis: Paululum adhuc iacebo, & sic postea pœnitendo resurgam. Hiero.sup.6.c sup.

[a] Hæ quoque Parabolæ Salomonis, quas TRANSTVLERVNT VIRI EZECHIÆ REgis Iuda.

a. Has parabolas viri docti tempore regis Ezechiæ qui reformauit synagogam, redegerunt in vnū,& in huius libelli opus inseruerunt,quæ ad eius tēpora fuerant dispersa. Beda.ibid.

*Sapientia quatuor cardinalibus comitata virtutibus,hominem perfectum reddit,& in finem suum perfectè dirigit.* XXV.

[b] Gloria dei est cælare verbum,& gloria regum inuestigare sermonem. Cælum sursum,& terra deorsum,& cor regum inscrutabile. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Aufer impietatem de vultu regis,& firmabitur iustitia thronus eius. [c] Ne glorioſus appareas ]coram rege, & in loco magnorum ne steteris. † Melius est enim vt dicatur tibi, ascende huc: quàm vt humilieris coram principe. † Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito:ne [1]postea emendare non possis,cum dehonestaueris amicum tuum.] §Causam tuam tracta cum amico tuo,& secretum [3]extraneo ]ne reueles:ne fortè insultet tibi cū audierit,& exprobrare non cesset.§—Gratia & amicitia liberant,quas tibi serua,ne exprobrabilis fias.]Mala aurea in lectis argenteis,qui loquitur verbum in tempore suo. Inauris aurea,& [4]margaritum fulgens,]qui arguit sapientem & aurē obedientem.Sicut frigus niuis in die messis,ita legatus fidelis ei qui miserit eum, animā ipsius requiescere facit.§Nubes & ventus,& pluuiæ non sequentes,vir [5]glorioſus,& promissa non cōplens.]†Patientia lenietur princeps:& lingua mollis confringet [d]duritiā. [e] Mel inuenisti,comede quod sufficit tibi:ne fortè satiatus euomas illud. Subtrahe pedem tuū de domo proximi tui,nequando satiatus *oderit te.Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimoniū.Dens putridus,& pes [6]lassus,]qui sperat super infideli in die angustiæ,& [7]amittit ]palliū in die frigoris.Acetum in nitro,qui cantat carmina cordi [8]pessimo.]§—Sicut tinea vestimento, & vermis ligno,ita tristitia viri nocet cordi.]†§Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: * si sitierit, da ei aquam bibere.[f]Prunas enim congregabis super caput eius, & dominus reddet tibi. Ventus aquilo dissipat pluuias,& facies tristis linguam detrahentem.† Melius est sedere in angulo domatis,quàm cum muliere litigiosa, & in domo communi. Aqua frigida animæ sitienti,& nūtius bonus de terra lōginqua.Fons turbatus pede, & vena corrupta,iustus [g]cadens corā impio.Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonū: †sic [9]qui scrutator est maiestatis,opprimetur à gloria.]Sicut vrbs patēs & absque murorum ambitu,ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

b. Hoc est, ad gloriam dei pertinet aliqua tradere in scripturis,per verba obscura,velata, & mystica,ne diuina secreta pandantur indignis, & detur studiosis occasio honestæ exercitationis.Iuxta quod Dionysius ait de mystica theologia.c.1.& Matt. 15. Nolite sanctum dare canibus. Diony.ibid.
[c. Nunc subditum monet illū, vt hilarem vultum ostendat subiectis. Hunc ne in conspectu maiorum arrogans appareat, sed in mediocri positus loco superius euocari mereatur. Potest in rege & principe dominus intelligi, in cuius conspectu nos semper humiliari necesse est. Vnde humiliamini sub manu potentis Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Glosa ordinā.]
1. Ne glorieris.
2. Forte aliquid agas tandē quo te confundat amicus tuus.
3 Alterius.
4. Ornamentū auro inclusum.
5. Qui gloriatur de mendacij liberalitate.
d. Quod est,indurata iram lingua mollis lenire potest.
e. Non plus sapias quàm oportet,sed sapias ad sobrietatem.
*De te.
6. Vacillans.
7. Qui aufert.
8. Mœrenti.
*Pane.
f. Congregate prunas super caput inimici, quid est aliud nisi magis reum facere ante deum? Si ergo qui benefacit inimico, magis reum facit illum ante deum, consequenter & qui rogat prius inimicū suum, reum illum facit ante deum Chryso. in 1.ca. Matt homil.17.
g. Oppressus ab impio.
9. Inuestigatio eorum grauis.

*Sicut verborum impotens non est ad prælaturam assumendus,ita incorrigibilis deponendus,nec ad prælaturam assumendus.* XXVI.

[a] Vomodo nix in æstate, & pluuiæ in messe, sic indecens est stulto gloria. †Nam sicut auis ad alta transuolans,& [1]passer] quolibet vadens: sic [b] maledictum [2]frustra prolatum in quempiam superueniet.] Flagellum equo, & chamus asino,& virga in dorso imprudentium. Ne respondeas stulto iuxta

a. Iste versus ne indoctis honor docendi committatur, præmonet, quia non minus is honor illi indecens est, quàm nix in æstate,& pluuia in messe. Beda ibid.
1. Hirundo.
b. Sicut auis volat à nido, & reuolat in nidum, sic maledictio in maledicentem.
2. Gratis non veniet.

Universidad de Deusto



iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis. [c] Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur. Claudus pedibus,& iniquitatem bibens,qui mittit verba per nuntium ſtultum. Quomodo [3] pulchras fruſtra habet claudus tibias: ]ſic indecens
B eſt in ore ſtultorū parabola. ℣ Sicut qui mittit lapidem [4 d] in acerum Mercurij:] ita qui tribuit inſipienti honorem. Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti: ſic parabola in ore ſtultorum. [5] Iudicium determinat cauſas: & qui imponit ſtulto ſilentium, †2.Pet.2.d iras mitigat.] † Sicut canis qui reuertitur ad vomitum ſuum, ſic imprudens qui iterat ſtultitiam ſuam. Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri: [e] magis illo ſpem habebit in- †Sap.22.b ſipiens. † Dicit piger,leo eſt in via, & leæna in itineribus. Sicut oſtium vertitur in car- †Sap.19.d dine ſuo,ita piger in lectulo ſuo. † Abſcondit piger manus [6] ſub aſcella ſua,] & laborat
C ſi ad os ſuum eas conuerterit. †℣ [f] Sapientior [7] ſibi ]ſtultus videtur ſeptem viris loquẽ- †Sap.33.a tibus ſententias. Sicut qui apprehendit auribus canem, ſic qui tranſit & ⸗impatiens] commiſcetur rixæ alterius. † Sicut noxius eſt,qui mittit ſagittas, & lanceas, in mortẽ: †De preſumpt.c.1. ita vir qui fraudulenter nocet amico ſuo,&⸗cum fuerit deprehenſus,] dicet: * ludẽs †Eccle.28.b feci. † [g] Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & ſuſurrone ſubtracto, iurgia con- †Eccle.38.b quieſcunt. † Sicut carbones ad prunas,& ligna ad ignem, ſic homo iracundus ſuſcitat
D rixas. ℣ Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia,& ipſa perueniunt ad intima cordis. [8] Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile,] ſic labia [h] tumentia cum peſſimo corde ſociata. Labiis ſuis intelligitur inimicus,cum in corde tractauerit dolos. Quando ſubmiſerit vocem ſuam,ne credideris ei,quoniam ſeptem [9] nequitiæ] ſunt in cor- †Eccle.10.b de illius. [i] Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio. † Qui †Eccle.27.d fodit foueam,incidet in eam:& qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. [10] Lingua fallax non amat veritatem:& os lubricum operatur ruinas.]

[c. Non ſunt contraria non reſpondeas ſtulto & reſpondeas ſtulto. Vtrũque enim pro tẽpore, & pro perſonarũ diuerſitate concordat. Dum & ſtultus contemnit,quia non recipit ſapientiam,& ſtulta ſuperbia à ſua deuitatur ſtultitia. Gloſa ordina.
3. Fœdatæ ſunt tibiæ claudi.
4 d. In fundam. Hoc eſt. Sicut lapis in funda datum quieſcit, ſic & ſtultus in honore.
5. Magnus qui formar omnia, dat ſtulto mercedẽ, dat & mercedem tranſgreſſoribus.
e. Spes de ſtulto maior, eſt quã de illo qui ſapiens ſibi videtur.
6. In ſinu ſuo.
f. Septem viros loquentes ſententias, illos dicit qui ſeptiformis ſpiritus gratia pleni, ſacræ ſcripturæ nobis ſcientiam miniſtrauerunt, quibus ſe ſapientiorem ſtultus arbitratur. Hier. ibid.
7. In oculis ſuis.
* An non.
[g. Cum defecerint ligna, quæ ſunt materia ignis,ita ſuſurrone. i. detractore ſublato lites ceſſare neceſſe eſt. De Lyra. ibid.]
8. Sicut argentum fæculentum obductum ſuper teſtam.
h. Labia furentia produnt quale virus intus lateat.
9. Abominationes.
i. Deus manifeſtè punit eũ qui clàm fraudes ſtruxerit proximo ſuo.
10. Linguam mendacem odit humilis, os autem blandum operatur expulſionem.

*Prudentia præſentibus non ſatiata,quæ ſunt futura tanquam durabiliora curat: ſecularis autem prudentia,neminem vnquam ſaturat.* XXVII.

†Eccle.11.b A NE glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuentura pariat dies. † [a] Laudet te alienus,& non os tuum: extraneus, & non labia tua. † Graue eſt ſa- †Eccle.22.b xum,& oneroſa arena:ſed ira ſtulti vtroque grauior. [1 b] Ira non habet miſe- †5.q.5. Non enim.c. Nõ vindicetur. ricordiam,nec erumpens furor: † Et impetum concitati ſpiritus ferre quis †33.q.4. Niſi enim. poterit? ] Melior eſt manifeſta correctio, quàm amor abſconditus. † Meliora ſunt †Iob.6.b vulnera diligentis,quàm [2] fraudulenta] oſcula odientis. † Anima ſaturata calcabit fauum: & anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet. Sicut auis tranſmigrans de
B nido ſuo,ſic vir qui derelinquit locum ſuum. ℣ Vnguento & [3] variis odoribus] delectatur cor: & [4] bonis amici conſiliis anima dulcoratur. ] Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiſeris: & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. [c] Melior eſt vicinus iuxta,quàm frater procul. Stude ſapientiæ fili mi,& lętifica cor meum, vt poſſis exprobranti reſpondere ſermonem. Aſtutus videns malum,abſconditus eſt, †Sap.20.e [5] paruuli] tranſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia. † Tolle veſtimentum eius, qui ſpopondit pro extraneo,& pro alienis auferei pignus. Qui benedicit proximo ſuo [d] voce grã- †Sap.29.b
C di, [6] de nocte] conſurgens, maledicenti ſimilis erit. † ℣ Tecta perſtillantia in die [7] frigoris,]& litigioſa mulier comparantur. Qui [8] retinet ]eam: quaſi qui ventum [9] teneat,] & oleum dextræ ſuæ, [10 e] vocabit.] Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici ſui. Qui ſeruat ficum,comedet fructum eius: & qui cuſtos eſt domini ſui, glorificabitur. Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium: ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus. [f] Infernus & perditio nunquã replentur,ſimiliter & †Eccle.1.b Infra 30.b †oculi hominũ inaſtiabiles. † Quomodo probatur in conflatorio argẽtum, & in for- Eccle.14.c
D nace aurũ: ſic probatur homo ore laudantis. ⸗℣ Cor iniqui inquirit mala, cor autẽ re- †Eccle.14.b ctũ inquirit ſcięti am. ]Si cõtuderis ſtultũ [11] in pila, quaſi ptiſanas feriẽte déſuper pilo,] non auferetur ab eo ſtultitia eius. Diligenter agnoſce vultũ pecoris tui, [12] tuóſque greges conſidera. Non enim habebis iugiter poteſtatẽ,ſed corona tribuetur tibi ]in generatione &generationẽ. Aperta ſunt prata,& apparuerũt herbæ virẽtes,& collecta ſunt

a. Periculoſum eſt enim ſibi placere,cui cauendum eſt ſuperbire: ſed hoc homini dictum eſt, infirmi enim ſumus, & apud infimos loquimur: verum dicere & mentiri poſſumus. Aug. ſuper Ioh. Tract. 36. & 58.
1. b Crudelitas ineſt furori, & impetus iræ: at quis ſtabit coram inuidia? Hoc eſt, Furor aperte declinari poteſt: non autem latens inuidia.
2. Superba, Heb. vel voluntaria, Græco.
3. Suffimento.
4. Sic dulcedo eſt animæ ex cõſiliis amici.
c. Melior eſt tibi vicinus aliquis qui tibi animum fraternæ ſocietate connectit, quàm germanus frater, qui iura fidei & pietatis communia tecum habere neglexerit. Hiero. ibid.
5. Imprudentes.
d. Et non corde.
6. Mane.
7. Pluuiæ.
8. Abſcondit.
9. Abſcondit.
10. c. Euacuat vel clamabit. Hoc eſt, Sicut oleum odoriferum in manu ſe prodit, ſic mulier rixoſa compeſci non poteſt quin clamet.
[f. Infernus, & inferni tormẽta non replẽtur terminum accipiẽdo, ſimiliter & intentiones eorum qui terrena ſapiunt, inſatiabiles ſunt deſyderio peccandi. Gloſa ordina.]
11. In mortario in medio tritici contuſi piſtillo.
12. Et pone cor ruũ ad greges, quia non in æternum erit theſaurus, nec corona.

fœna de montibus.† Agni sunt ad vestimentum tuum:& hœdi,ad agri pretium.[f] Sufficiat tibi lac caprarũ in cibos tuos,& in necessaria domus tuæ,& ad victũ ancillis tuis.

f Tanta instantia tibi pecus cõmissum pasce, ne tibi lac æstate nouum,nec hyeme desit. Hiero.ibid.

*Prælati socordes ob seculi sapientiam gregis curam parui pendunt,at prouidi mundanas voluptates nec sibi,nec subditis sinunt dominari. XXVIII.*

[2]Fugit impius nemine persequente: [1] iustus autem quasi leo confidens,] absque terrore erit.]Propter peccata terræ multi principes eius:& propter[2] hominis sapientiam & horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit.]Vir pauper calumnians pauperes,similis est imbri vehemẽti,in quo paratur fames. Qui derelinquunt legem, laudant impium, qui custodiunt, *succenduntur contra eum. Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt dominum,animaduertunt[b] omnia. † Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quàm diues in prauis itineribus.Qui custodit legem, filius sapiens est: qui autem comessatores pascit,confundit patrem suum. ‡ † Qui coaceruat diuitias vsuris, &[3] fœnore liberali,]in pauperes congregat eas. Qui declinat aures suas ne audiat legem,oratio eius erit execrabilis.Qui[4] decipit] iustos in via mala,[5 c] in interitu suo] corruet, & simplices possidebunt bona eius.Sapiens sibi videtur vir diues: pauper autem prudens scrutabitur eum. In exultatione iustorum multa gloria est: [6] regnantibus impiis ruinæ hominum.]Qui abscondit scelera sua,non dirigetur: qui autem confessus fuerit,& reliquerit ea, misericordiam consequetur.[d] Beatus enim homo qui semper est pauidus:qui verò mentis est duræ,corruet in malum. ‡ Leo rugiens, & vrsus esuriens,[e] princeps impius super populum pauperem. Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam:qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius.[7] Hominem qui calumniatur animæ sanguinem,si vsque ad lacum fugerit,] nemo sustinet. Qui ambulat simpliciter,saluus erit:qui peruersis graditur viis,[8] cóncidet semel. † Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, replebitur egestate. Vir fidelis[8] multum laudabitur:]qui autem festinat ditari,non erit innocens. Qui cognoscit in iudicio faciem,non bene facit: iste & pro buccella panis deserit veritatem. [9 f] Vir qui festinat ditari,& [9 f] aliis inuidet,]ignorat quòd egestas superueniet ei. Qui[10] corripit hominem,gratiam postea inueniet apud eum magis, quàm ille qui per *linguæ blandimenta decipit.[g] Qui subtrahit aliquid à patre suo,vel à matre,& dicit hoc non esse peccatum:particeps homicidæ est. Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat: qui verò sperat in domino,[10] saluabitur.]Qui confidit in corde suo,stultus est:qui autem graditur sapienter,[11] ipse laudabitur.] Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem,sustinebit penuriam. [h] Cum surrexerint impij, abscondentur homines:cum illi perierint,multiplicabuntur iusti.

a Quia intus habet agentẽ conscientiæ accusatorem, & hunc vndique circũferri:& sicut seipsum non potest fugere, sic nec interius ipsum agentem,sed quocunque abeat flagellatur,& vulnus habet immedicabile. Chryso.ad populum Antioche homil.8.

1. Iusti autem veluti leo confident.

2. Hominem intelligentem & scientem,sic protrahitur regnũ.

*Legem.

b. Omnia animaduertunt electi,hoc est, & futurum esse districtum vniuersalis iudicij, & quibus operib⁹ requies, & quibus pœna tribuatur æternæ. Hiero ibid.

3. Augmento iniusto.

4. Errare facit.

5 c In foueam suam Hoc est,in vltimum supplicium.

6. Et cum surrexerint impij, inuestigabitur homo. Hoc est, quando impij præsunt populo, nil habet populus in tuto,quando vero iusti, omnia sunt tuta cum lætitia.

[d. Ita iudicij tanto districtior, portabitur, quãto nunc minus timetur. Vnde in die malorum ne sis immemor bonorum,& in die bonorum, ne sis immemor malorum. Glosa ordina.]

7. Homo qui calumniam facit in sanguinem animæ,fugiet vsque in foueam,sed.

[e. Absque resurrectione ad bonum:sicut dictum est. Apoc. 18. Impius cum in profundum malorum venerit, contemnit. De Lyra.ibid.]

8. Multiplicat benedictiones.

9 f. Habet oculum malũ. Hoc est,Diuitiæ quæ cito acquiruntur,etiam cito deperduntur.

[g. Furtiuè accipiendo, vel debita necessaria denegando similem malum facit ac si homicidiũ committeret. De Lyra.ibid.]

10. Impinguabitur.

11. Ipse liberabitur.

h. Fœuente impiorum persecutione,absconduntur iusti & fideles,perditorum vero persecutione cessante, augustior post pressuras fidelium gloria clarescit. Beda ibid.

*Subditus insolens superiorum correctionem facile contemnit, in eo quòd correctorem non audit,correctori arroganter resistit,præsentia vero inconsiderate disponit. XXIX.*

[1]Viro qui [1] corripientem dura ceruice contemnit,]repentinus ei superueniet interitus,& [2] eum sanitas non sequetur. In multiplicatione iustorum lætabitur vulgus:cum impij sumpserint principatum, gemet populus. Vir qui amat sapientiam, lætificat patrem suum: [3] qui autem nutrit scortum, perdet substantiam.Rex enim iustus erigit terram,vir [2] auarus] destruet eam. Homo qui[3] blandis fictisque sermonibus loquitur] amico suo, rete expandit gressibus eius. Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus,& iustus[4] laudabitur,] atque gaudebit. ‡ Nouit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiam. Homines [5 b] pestilentes[6] dissipant]ciuitatem,sapientes verò auertunt furorem.[c] Vir sapiens si cum stulto contenderit, siue iracundiatur, siue rideat,non inueniet requiem. Viri sanguinum oderunt simplicem: iusti autem quærunt animam eius. Totum spiritum suum profert stultus:sapiens differt & reseruat in posterum. Princeps qui libenter audit verba mendacij,omnes ministros habet impios. Pauper & [6] creditor] obuiauerunt sibi: vtriusque *illumi-

1. Correptionibus induratus est cervice.

a. Quia peccatum eius est irremissibile. Est enim quædã species peccati in spiritum sanctũ, quod dicitur irremissibile, id est,difficili remissibile. Lyra.ibidem.

2 Exactor.

3. Blanditur.

4. Lætabitur.

5.b. Derisores illaqueant, hoc est, omnia replent dissidiis & contentionibus.

c Doctor sapiens si cum infidelibus & contumace contenderit,siue tormenta reproborum, siue gaudia narret bonorum, frustra ergo insentarum laborat.siue lamẽta pœnitentiæ suadeat, seu bonæ operationis quæ sint præmia dicat,nõ auditur à stulto & hæretico. Beda post Hier. ibidem.

6. Fraudulentus.

C illuminator est dominus.[d] Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Virga atque correctio tribuit sapientiam: pauper autem qui dimititur voluntati suæ, confundit matrem suam. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, & iusti ruinas eorum videbunt.[7] Erudi filium] tuum, & [8] refrigerabit te,] & dabit delicias animæ tuæ.[e] Cùm prophetia defecerit, dissipabitur populus: qui verò custodit legem, beatus est. Seruus verbis non potest [9] erudiri: quia ⊱ quod dicis] intelligit, & respondere contemnit. Vidisti hominem velocem ad loquēdum:
D [10] stultitia magis speranda est, quàm illius correctio.][f] Qui delicatè à pueritia sua nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem. Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignandum facilis est, erit [11] ad peccandum] procliuior.† [12 f] Superbum sequitur humilitas,] & humilem spiritu suscipiet gloria. Qui cum fure participat, odit animam suam, [13] adiurantem] audit, & non indicat. Qui timet hominem, cito corruet: qui sperat in domino, subleuabitur.[g] Multi requirunt faciem principis, & iudicium à domino egreditur singulorum. Abominantur iusti virum impium: & abominantur impij eos qui in recta sunt via. ⊱ Verbum custodiens filius, extra perditionem erit.]

*Oculorum.
[d. Eos ab iniustis molestiis eruendo, deo iugiter complacebit, & post præsidentiam temporalem consequetur regnum æternum seu posteros habebit successores, per omne tempus. Diony. Cart.]
7. Castiga.
8 Quietcere te faciet.
e. Nulla maior fames populo contingere potest, quàm si verbum dei deficiat.
9. Emendari.

10. Spes de stulto maior est quã de illo.

11. Ad peccatum.
12 f Superbia hominis humiliabit eum. Hoc est, Qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur.
13. Maledictionem.
[g. Desyderantes eius familiaritatem & assistentiam. Et iudicium à domino egreditur singulorum: quia discernit intentiones eorum. Verum hoc faciunt amore boni communis vel proprij. De Lyra.]

## *Quæ sint à deo postulanda, quæ fugienda sint, & quæ imitanda.* XXX.

A VErba [1] congregantis filij vomentis. Visio quam locutus est vir, cum quo est deus, & qui deo secum morante confortatus, ait:] Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. Non didici sapientiam, [2] &] noui scientiam sanctorum. [a] Quis ascendit inc œlum, atque descendit? Quis continuit spiritū in manibus suis? Quis colligauit aquas ⊱ quasi] in vestimento? Quis [3] suscitauit] omnes terminos terræ? Quod nomen eius, & quod nomen filij eius, si nosti? † Omnis sermo dei [4] ignitus,] clypeus est omnibus sperantibus in se. † Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniarisque mendax. Duo rogaui te, ne deneges mihi antequàm moriar. Vanitatem, & verba mendacia longe
B fac à me. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi.[b] Tribue tantum victui meo necessaria, ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis est dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen dei mei. Ne accuses seruum ad dominum suum, ne fortè maledicat tibi, & corruas. [b] Generatio quæ patri suo maledicit, & quæ matri suæ non benedicit. Generatio quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis. Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta subrectæ. Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & [5] commandit molaribus suis,] vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. [c] Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes, affer, affer. Tria sunt insaturabilia, & quartum quod nunquam dicit, sufficit. † Infernus, & os vuluæ, & terra quæ non satiatur aqua, ignis verò nunquam dicit, sufficit.
C [6] Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit [6] partum] matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: Viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, † & viam viri [7] in adolescentia.] Talis est via [d] mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suum, dicit: Non sum operata malum. Per tria mouetur terra, & quartum quod non potest sustinere: Per seruum cùm regnauerit, per stultum cùm saturatus fuerit cibo, & per odiosam mulierem, cùm in matrimonio fuerit assumpta, & per ancillam cùm fuerit hæres dominę suæ. Quatuor sunt minima terræ,
D & ipsa sunt sapientiora sapientibus: † [8] Formicæ populus infirmus, qui prępparat in messe cibum sibi: [8] Lepusculus] plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum. Regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas: [9] Stellio manibus nititur,] & moratur in ædibus Regis. [e] Tria sunt quæ bene gradiuntur, & quartum quod incedit fœliciter: Leo fortissimus bestiarum, [10] ad nullius pauebit occursum:] Gallus succinctus lumbos suos, & aries, [11] nec est Rex qui resistat ei,] & qui stultus

1. Agur filij Iaræi. Prophetiam hãc dixit Ithieli, Ithieli, & Veab
2. Nec.
a Hoc euidẽter ad filium refertur, propter quod cætera magis intelliguntur, hoc est, quis ascẽdit? Quod Paulus ita commemorat, Ephes. 4. Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos. Quis colligit spiritum in sinum suum, id est, animas credentium in occultum atque secretum. Quibus dicitur mortui enim estis, & vita vestra abscõdita est cũ Christo in deo. Qui colligauit aquas in vestimento, vt dici posset: Quotquot in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Quis tenuit fines terræ? Qui dixit discipulis suis estote mihi testes in Ierusalem, &c. Aug. epist. 49.
3. Statuit.
4. Purgatus.
b. Quatuor sunt hominũ genera iram dei incurrentia: Parentibus non obedientes, hypocritæ, superbi & pauperum calumniatores.
5 Et molares vt enses.
c. Hæc autem omnia similia atque dissimilia ex vna radice pullularunt, propriæ scilicet voluntatis. Huius enim sanguisugæ duæ sunt insatiabiles filiæ, clamantes: affer, affer. Siquidem nec animus vanitate, nec voluptate corpus aliquando satiatur, vt scriptũ est: Non satiatur oculus visu, nec auris impletur auditu. Bernard. in declamatio.
6. Doctrinam vel obedientiam.
7. Cum adolescentula.
d. Itaque via adulteratum similis est viæ adolescentum, quoniam in desiderijs, phãtasijs, cogitationibus, verbis, & factis suis prorsus inflabiles sunt. Dionysius ibidem.
8. Cuniculus.
9. Aranea manibus negotiatur, vel simia manibus capiet.
e. Leo, Christus: gallus prædicator: aries, sacerdos: & stultus, Antichristus. Quorũ tria dicit bene incedere, & quartũ fœliciter. Nõ enim quod fœliciter, bene: neque in hac vita omne quod bene, fœliciter. Nam leo, gallus, & aries bene incedunt, sed non hic fœliciter: quia persecutionẽ bella patiuntur. Quartum verò fœliciter, & non bene incedit: quia in fallacia sua Antichristus graditur, sed iuxta breue tẽpus vitæ præsentis ipsa illi fallacia prosperatur. Beda ibidem.

10. Et non auertet se à facie cuiusquam.

11. Et rex cui nemo insurgit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



apparuerit,postquam eleuatus est in sublime.Si enim intellexissет,ori suo imposuissет manum.[†f] Qui autem fortiter præmit verba ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit,elicit sanguinem: & qui prouocat iras, producit discordias.

[f. Vbera fortiter premere, est vniuscuiusque testamenti scripturas profundè pensare, ex quorum pensatione dum lac quæritur,inuenitur butyrum: quia dum in scripturis sensum mediocriter ac simpliciter quærimus iuxta literam reficientem subtilem ac mysticum intellectum pinguissimè nos alentem, sensúsque anagogicos repetimus. Diony. Carthu.]

*A quibus reges abstineant vt iustè iudicent, mulieres quid imitentur & quid fugiant, vt probæ euadant.* XXXI.

[a]Erba Lamuelis Regis. Visio qua erudiuit eum mater sua. Quid[1] dilecte[a] mi,quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorum?[b] Ne dederis mulieribus substantiam tuam, & diuitias tuas ad delendos Reges.Nolire gibus, ô Lamuel, noli regibus dare vinum:[2] quia nullum secretum est, vbi regnat ebrietas.] Ne fortè bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam[*] filiorum pauperis. Date siceram[3] mœrentibus,] & [c] vinum his qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscantur egestatis suæ,& doloris sui non recordentur amplius. Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum qui pertranseunt.[§] Aperi os tuum, decerne quod iustum est, & vindica inopem, & pauperem. Aleph.[d] Mulierem fortem quis inueniet?[4] procul, & de vltimis finibus] pretium eius. Beth. Confidit in ea cor viri sui,&[5] spoliis] non indigebit. Gimel.[†] Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ suæ. Daleth. Quæsiuit lanam, & linum, & operata est[6] consilio manuum suarum.] He. Facta est quasi nauis institoris: de longé portans panem suum. Vau. De nocte surrexit, deditque[7] prædam] domesticis suis,&[8] cibaria] ancillis suis. Zayn.Cõsiderauit agrum,&emit eum,de fructu manuum suarum plantauit vineam. [§]Heth. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. Teth. Gustauit & vidit quia bona est negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius. Ioth.[f] Manum suam misit[9] ad fortia,] & digiti eius apprehẽderunt[10] fusum.] Kaph. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Lamech. Non timebit domui suæ à frigoribus niuis, omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Mem. Stragulatam vestem fecit sibi,byssus & purpura vestimẽtum eius. Num. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Samech. Sindonem[g] fecit & vendidit, & cingulum tradidit[11] Chananæo.] [§] Ayin. Fortitudo & decorum indumentum eius,& ridebit in die nouissimo. Phe.Os suum aperuit sapiẽtiæ, & legem clementiæ in lingua eius.Sade. [h]Considerauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. Coph. Surrexerunt filij eius,& beatissimam prędicauerunt:[*] vir eius,& laudauit eam. Res. Multę filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas.Sin. Fallax gratia,& vana est pulchritudo:mulier timens dominum ipsa laudabitur.Thau. Date ei de fructu manuum suarum,& laudent eam in portis opera eius.

a. Lamuel interpretatur in quo est deus,& ideo eadem est locutio quæ in principio præcedentis capitis. Visio quam locutus est vir,cum quo est deus.
1. Fili.
b. Quinque sunt hic documenta. Primum circa vsum veneretorum. 2. circa belli causas vitandas.3. circa fugiendam ebrietatem. 4. circa rectum iudicium. 5.circa vxorem eligendam.
2. Nec principibus sic eram.
*Omnium.
3. Pereuntibus.
c. Monstrat quòd nullum est tã præsens tristitiæ remedium atque vini vsus, tãtum vtilitatem eius ne perdat intemperantia. Chry.super Genesim. hom.29.
d. O quàm fœlix qui ecclesiæ meruerit incorporari, quis inueniet eam per obedientiam veram,per fidem,& charitatem:vt sit vnũ membrũ & electa proles ipsius: tanquam dicat, magnũ & arduum est hoc:imo & tarũ, quia multi sunt vocati & pauci electi. Dionysius ibidem.
4. Longe abest à margaritis.
5. Victu.
6. Pro voluntate manibus.
7. Cibum.
8. Præceptum.
e. Pro virili animo omnia agit.
[f. Forcia dicit perfecta in charitate opera quibus se ecclesia pro æterna retributione exercet Vnde Matth. 5. Benefacite his qui oderunt vos.Et.si vis perfectus esse, vade, vende vniuersa quæ habes, & da pauperibus. Glosa ordina.]
9. Ad fusum.
10. Collum.
g. Non solum sibi,sed & cæteris operatur & prodest.
11. Mercatori.
h. Semitas domus suæ considerat,quia cunctas suæ conscientiæ cogitationes subtiliter inuestigat. Panem otiosa nõ comedit: quia hoc quod de sacro eloquio intelligendo percepit, ante æterni iudicis oculos exhibẽdo operibus ostendit. Beda ibidem.
*Iam.
1. Angustiore.

## INCIPIT PROLOGVS.
### In Ecclesiasten.

*Memini me ante hoc fermè quinquennium, cum adhuc Romæ essem: & Ecclesiasten sanctæ Blesillæ legerem,vt eam ad contemptum mundi huius prouocarem,& omne quod in mundo cerneret,putaret esse pro nihilo: rogatum ab ea,vt in morem commẽtarioli obscura quæque dissererem,vt absque me posset intelligere quæ legebat. Itaque quoniam in procinctu nostri operis subita morte subtracta est,& vbi non meruimus, ô Paula & Eustochium,talem vitæ nostræ habere consortem,tanto vulnere tunc percussus obmutui,& nunc in Bethlehem positus,[1] angustiore] videlicet ciuitate, & illius memoriæ & vobis reddo quod debeo. Hoc breuiter admonens,quòd nullius auctorieatem secutus sum, sed de Hebræo transferens,maxime Septuaginta interpretum consuetudini me cooptaui, in iis duntaxat, quæ non multum ab Hebraicis discrepabant. Interdum Aquilæ quoque & Symmachi & Theodotionis recordatus sum,vt nec nouitate nimia lectoris studium deterrerem, nec rursum contra conscientiam meam fonte veritatis omisso, opinionum riuulos consectarer.*

Incipit

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Incipit Liber Ecclesiastes,
## QVI HEBRAICIS, COHELET,
## id est, Concionator, appellatur.[a]

*Quicquid est in mundo, vanitati, curiositati, cupidini & anxietati subiectum est.* *Cap. I.*

VErba Ecclesiastis filij Dauid Regis Ierusalem.[†b] Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatum, & omnia vanitas. † Quid [1] habet amplius homo] de vniuerso labore, suo, quo laborat sub sole? [c] Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. [d] Oritur sol, & occidit, & ad locum suum [2] reuertitur, ibique renascens] gyrat per meridiem: & flectitur ad aquilonem. Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. [*e] Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Cunctę res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. †Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur. [†f] Quid est quod fuit? Ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? Ipsum quod faciendū est. Nihil sub sole nouum, nec valet quisquam dicere: Ecce, hoc recens est. Iam enim præcessit in seculis, quę fuerūt ante nos. [c] Non est priorum memoria, sed nec eorum quidem quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. [g] Ego Ecclesiastes fui Rex * Israel in Ierusalem, & proposui in animo meo quærere, & inuestigare sapienter de omnibus quę fiunt sub sole. †Hanc occupationem [h] pessimam dedit deus filiis hominum, vt occuparentur in ea. Vidi quæ fiunt cuncta [3] sub sole,] & ecce, vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. [4] Peruersi difficile corrigūtur, [i] & stultorum infinitus est numerus.] [*g] Locutus sum in corde meo, dicens: Ecce, magnus effectus sum, & præcessi omnes sapiētia, qui fuerunt ante me in Ierusalem, & mens mea contemplata est [5] multa sapienter, & didici:] dedique cor meum, vt scirem prudentiam atque doctrinam, [6] erroresque] & stultitiam. Et agnoui quod in iis quoque esset labor, & afflictio spiritus, eo quòd in multa sapientia, multa sit indignatio: & [k] qui addit scientiam, addit & dolorem.

a. Græcis ἐκκλησιαστὴς, Ecclesiastes, qui cœtum, id est, ecclesiam congregat, quem nos nuncupare possumus concionatorem, eo q̄ loquatur ad populos & sermo eius non specialiter ad vnum, sed ad vniuersos generaliter dirigatur. Hieron. ibid.

[b. Id est, iuxta valde vana, eo modo loquendi quo dicitur, valde liberabit ipsa liberalitas: propter quod in talibus non est ponenda fœlicitas De Lyra]

1. Reliquum est homini.

c. Ex omnib⁹ quæ in seculo fuerunt vel futuræ sunt generationibus, viua illa & diuina generatio perficitur, quæ in æternū claritatis dei consortio perfruetur. Greg. in 7. Psal. 101. psal.

d Sol ipse qui in lucem mortalibus datus est, interitum mundi ortu suo quotidie indicat & occasu. Hieron. ibid.

2. Aspirat vbi oriatur.

[e. Est igitur admirari sapientiam creatoris, quoniā pacto hoc fiat, vt plerisque fluuiis mare intrantibus, ipsum tamen in terminis suis consistat. Olymp. Odorus ibidem.]

f. Potest hoc de rerum speciebus intelligi, quarū individua successionibus perpetuantur. Vel de his quæ supra enumerauit generatione, & generatione mole terrarum, ortu solis & occasu, cursu fluminum & huius. Hieron ibidem.

[g. Licet talis scientia sit bona, non tamen est tantum bona q̄ in ea sit fœlicitas hominis ponenda, & hoc est quod dicit, Ego Ecclesiastes, id est, super omnes tribus Israel. De Lyra.]

* Super.

h. Si alterius & curiosius aitantur sapere, & non ad vtilitatem.

3. Sub cœlo.

4. Peruersi nō potest dirigi, & defectus nō potest numerari.

[i. Id est, valde excedens numerum aliorum: & sic politica quę ordinatur ad hoc quod ciues fiant boni & studiosi habet effectum in paucioribus, & sic habet afflictionem annexam in regentibus. De Lyra.]

5. Multitudinem sapientiæ & scientiæ.

6. Infantiamque.

k. Quāto plus proficimus in cognitione, tanto nobis indignamur amplius de peruerso opere Grego.

*In affluentia deliciarum, diuitiarum, ædificiorum, & illarum labore vanitas est & afflictio spiritus* *II.*

†Dixi ergo in corde meo: vadam, * & affluam deliciis, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque esset vanitas. [1] Risum reputaui errorem,] & gaudio dixi: [2] Quid frustra deciperis?] Cogitaui in corde meo, [3] abstrahere à vino] carnem meam, [4] vt animum meum tranferrem ad sapientiam, deuitarémque] stultitiam, donec viderem quid esset vtile filiis hominum, quo facto opus est sub sole numero dierum vitæ suæ. [a] Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, & plantaui vineas. Feci hortos & pomaria, & conseui ea cuncti generis arboribus: & extruxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarem syluam lignorum germinantium. Possedi seruos & ancillas, [5] multámque familiam habui:] armenta quoque & magnos ouium greges [b] vltra omnes qui fuerunt ante me in Ierusalem. Coaceruaui mihi argentum & aurum, & substantias regum & prouinciarum. [*g] Feci mihi cantores, & cantatrices, & delitias filiorum hominum [6] scyphos, & vrceolos in ministerio ad vina fundenda:] & supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Ierusalem. [c] Sapientia quoque perseuerauit mecum: & omnia quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum, quin omni voluptate

* Nunc.

1. Risui pronum vocaui stultū

2. Quid istud agis?

3. Prorogare cum vino.

4. Et cor meum affluefacere sapientiæ, & apprehendere.

a. Per manum & industriam artificum ipsi mihi fieri diuersa opera magnæ excellentiæ. Dionysius ibidem.

5. Filij familiæ mihi fuerunt.

b. Altius tractandum est quæ sit Ierusalem, & quomodo Ecclesiastes ante omnes qui in eam præcesserunt, reges Ierusalem, ditior fuerit. Hieron.

6. Electas mulieres ex præda habui.

c. Hæc enim portio nostra est, præmiumque perpetuum, si hic pro virtutibus laboremus. Hieronymus.

frueretur,& oblectaret se in iis quæ præparaueram. [7] Et hanc ratus sum partem meã, si vterer ]labore meo.[d] Cúmque me conuertissem ad vniuersa opera quæ fecerant manus meæ,& ad labores,in quibus frustra sudaueram,vidi in hominibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. Transiui ad contemplandam sapientiam, [8 e] errorésque ] & stultitiam. Quid est, inquam, homo, vt sequi possit regem [9] factorem suum?]Et vidi quod tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum [10] differt lux à] tenebris.† [f] Sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat.Et didici quòd vnus vtriusque esset [11]interitus. Et dixi in corde meo: Si vnus & stulti & meus occasus erit: quod mihi prodest quòd maiorem sapientiæ dedi operam. [g] Locutúsque cum mente mea,animaduerti quòd hoc quoque esset vanitas.Nõ enim erit memoria sapientis similiter vt stulti in perpetuum:[12] & futura tempora obliuione cuncta pariter operient.] [h] Moritur doctus similiter vt indoctus: & idcirco tedeuit me vitę meæ videntem mala vniuersa esse sub sole,& cuncta vanitatem & afflictionem spiritus.Rursus detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissimè laboraui, [i] habiturus hæredem post me, quem ignoro vtrum sapiens an stultus futurus sit, & dominabitur in laboribus meis quibus desudaui & solicitus fui. Et est quicquam tam vanum? Vnde cessaui, renuntiauítque cor meum vltrà laborare sub sole. [§] Nam cùm alius laboret in sapientia & [13] doctrina & solicitudine,homini otioso quæsita dimittit.] Et hoc quoque vanitas,& magnum malum. Quid enim proderit homini de vniuerso labore suo, & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est?[k] Cuncti dies eius doloribus & erumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. Et hoc nónne vanitas est? † Nónne melius est comedere,& bibere,& ostendere animæ suæ bona de laboribus suis? Et hoc * de manu dei est. Quis * ita vorabit, & deliciis affluet vt ego? Homini * bono in conspectu suo dedit deus sapientiam & scientiam,& lætitiam: [l] peccatori autem dedit afflictionem;— & curam superfluam,] vt addat & congreget,& tradat ei qui placuit deo. Sed & hoc vanitas est: & cassa solicitudo mentis.

*In omnibus his fluxis nulla est mentis quies, sed cuncta pro temporis opportunitate agenda sunt & varianda.* III.

OMnia tempus * habent, & [1] suis spatiis transeunt vniuersa sub cœlo.] Tempus nascendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum est. Tempus occidendi, & tempus sanandi. Tempus destruendi, & tempus ædificandi. Tempus flendi,& tempus ridendi.Tempus plangendi,& tempus saltandi. Tempus spargendi lapides, & tempus colligendi. *Tẽpus amplexandi,& tẽpus longe fieri ab amplexibus.Tempus acquirendi,& tẽpus perdendi.Tempus custodiendi,& tempus abiiciendi.[§] Tempus scindendi & tẽpus cõsuendi.[a]Tempus tacendi,& tempus loquendi.Tẽpus dilectionis,& tẽpus odij. Tẽpus belli,& tẽpus pacis.† [b] Quid habet amplius homo de labore suo?Vidi [2] afflictionem] quam dedit deus filiis hominum, vt [3] distendantur ] in ea. Cuncta fecit bona in tempore suo,& [4 c] mundum tradidit disputationi eorum,] vt non inueniat homo opus, quod operatus est deus ab initio vsque ad finem.† Et cognoui quòd non esset melius, *nisi lætari, & facere bene in vita sua. [§] Omnis enim homo qui comedit & bibit, & [c d] videt bonum de labore suo, hoc donum dei est.Didici quòd omnia opera quæ fecit deus, perseuerent in perpetuum. Non possumus ei quicquam addere, nec auferre, quæ fecit deus vt timeatur. [5] Quod factum est, ipsum permanet.Quæ futura sunt, iam fuerunt:& deus instaurat]quod abiit. * Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem:& dixi in corde meo: Iustum & impium iudicabit dominus,[6] & tempus omnis rei tunc erit.] Dixi in corde meo de[7] filiis hominum,vt probaret eos deus, & ostenderet similes esse bestiis.] [§] Idcirco vnus interitus est hominis[8] & iumentorum, [8] & æqua vtriusque conditio.] [e] Sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. Similiter spirant omnia,& nihil habet homo iumento amplius. Cuncta subiacent

v. Et hæc fuit pars mea ex omni.
d. Hæc omnia,ofa operatus per actiuas factiuasque facultates, inueni quod humana cuncta studia vanitas sunt, nihilque amplius lucro apponitur illis qui laborant circa omnia quę videntur sub sole: eo quod omnes æque communem subeant mortem diuites simul ac pauperes. Olympiodorus ibid.
8. e. Infantias. Hoc est,comessationes & ebrietates.
9. Cum his qui hoc fecerunt!
10. Vtilior lux est.
f. Cum fidem redemptoris contemplatur, ne si vias lucis aspicere neglexerit, in tenebras cadat erroris Grego.
11. Euentus.
g. Animaduerti quòd hoc quoque esses vanitas, scilicet laborare in acquisitione sapientiæ quia totum perit in morte.
12. Cùm iam dies qui superueniunt,obliuioni tradendi sunt.
h. Nam quantum ad corpus nõ videtur differentia mortis, nec animæ patet egressus, imo sapientes docti & iusti interdum violenta, & morte decedunt horribiliori quàm indocti & vitiosi. Diony. Cartuh.
i. Ex quo intelligimus ne filiũ quidem dignum patris hæreditate esse si stultus sit,quod & Salomoni de Roboam accidit
13. Scientia & æquitate & homini qui non laborauit in his, huic tradit partem suam.
k. Cuncti dies eius malis pœnæ & culpæ pleni sunt, id est ipse mixt in diebus suis his calamitatibus adimpletur. Tempori enim adscribuntur ea, quæ sunt in tempore. Sicut ait Saluator: Sufficit diei malitia sua,sic crastinus dies solicitus erit sibi. Diony.ibid.
* Vidi ego quod.
* Enim.
* Enim.
l. Nec mirandum quod dixerit: peccatori autem dedit afflictionem. Ad illum enim sensum de quo tractaui hoc referendum est. Propterea datam esse ei solicitudinẽ qui peccator fuerit,& non esse causam distinctionis in deo,sed in illoqui spõte sua ante peccauit. Hieron y. ibidem.
* Statutum
1. Omni voluntati sub cœlo, tẽpus sub.adest.
* Lapides.
2. Prius cædi tempus præmittit, quia non loquendo tacere, sed tacendo debemus loqui discere Greg.
b. Homo in fine nihil videtur fuisse lucratus cùm nudus discedat.
2. Occupationem.
3. Occupentur.
4. c. Perpetuitatis affectum dedit in cor eorum vt hi qui cumulandis inhiant diuitiis lõgo pro tempore, quod sibi suo studio promittunt.
* In eis.
d. Videre in scriptutis frequenter pro gustare seu experiri accipitur, vt in 1 Sal. Nec dabis sanctum tuum videre corruptionẽ. Psal.15. & in actibus Apostolo. Dauid appositus est ad patres suos,& vidit corruptionẽ. Dionysius ibidem.
5. Quod fuit, adhuc est,& quod futurum est,iam fuit,& deus requirit.
* Et adhuc.
6. Est enim ibi tempus opportunum omni rei, & omni operi erit iudicium.
7. Conditione filiorum hominum, quomodo eligit deus, vt videre liceat quod sint iumenta inter se.
8. Et similis vtriusque euentus.
e. Inter pecudes & homines secundum corporis qualitatem nihil differre videtur, & est eadem nascendi conditio, & sors vna moriendi. Hieron y. ibidẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



iacent vanitati,[f] & omnia pergunt ad vnum locum. † De terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur. Quis nouit ſi ſpiritus filiorum Anam aſcendat ſurſum,& ſi ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum? Et deprehendi nihil eſſe melius, quàm lætari hominem in opere ſuo, & [9] hanc eſſe partem illius.] Quis enim eum adducet, vt poſt ſe futura [10] cognoſcat?]

[f. Manichæi hinc & illinc tranſferri aſſerentes immortales quidam illas eſſe aiunt, ſed omnia ſubito corpora, tam hominum quàm brutorum, reptilium quoque ac plantarum. Nos Chriſtiani quos diuinę ſcripturę meliora erudiunt, iumenta accipimus pro his hominibus qui nō vtentes munere rationis comparantur iumentis inſipientibus. Homines autem illos merito eſſe cognoſcimus, qui diſtincti à beſtiali rito viuendi ſecundum rationem ſe moderãtur. Olympiodorus ibidem.]

9 Quia hæc pars eius eſt.

10 Videat.

*Multæ impiorum in pauperes & iuſtos calumniæ & vexationes mirabilem huius vitæ arguunt vanitatem & inſtabilitatem.* IIII.

A VErti me ad alia, & vidi [1] calumnias quæ ſub ſole geruntur,] & lachrymas innocentium, & neminem conſolatorem, nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ,[2] cunctorum auxilio deſtitutos.] Et laudaui [2] magis mortuos,quàm viuentes:& fœliciorem vtroque iudicaui qui necdum natus eſt, nec vidit mala quæ ſub ſole fiunt. Rurſum contemplatus ſum omnes labores [3]– hominum,] & [3] induſtrias animaduerti]patêre [b] inuidiæ proximi. Et in hoc ergo vanitas: & [4] cura
B ſuperflua eſt.] ❡ Stultus complicat manus ſuas & comedit carnes ſuas,dicens: Melior eſt [c] pugillus * cum requie, quàm plena vtraque manus cum labore, & afflictione animi. Conſiderans reperi & aliam vanitatem ſub ſole. † Vnus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitiis: [3]– Nec recogitat, dicens:] Cui laboro, & fraudo animam meam bonis?
c In hoc quoque vanitas eſt, & afflictio peſsima. ❡ [d] Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quàm vnum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. † Væ ſoli:quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. Et ſi dormierint duo,[5] fouebuntur mutuo,vnus quomodo calefiet? ] Et ſi quiſpiam præualuerit contra vnum, duo reſiſtũt ei. ❡ [c] Funiculus triplex] difficile rumpitur. Melior eſt puer pauper & ſapiens rege ſene & ſtulto,[7] qui neſcit pręuidere in poſterum,]quòd de carcere,catenisque interdum quis egrediatur ad regnum: & alius natus in regno inopia
D conſumatur. ❡ [f] Vidi cunctos viuentes, qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo, qui conſurget pro eo. Infinitus numerus eſt populi omnium qui fuerunt ante eum,& qui poſtea futuri ſunt non lętabuntur in eo.Sed & hoc vanitas & afflictio ſpiritus. Cuſtodi pedem tuum [8] ingrediens] domum dei, [9] & appropinqua vt audias. † Multo enim melior eſt obedientia, quàm ſtultorum victimæ,qui neſciunt quid faciunt mali.]

1. Cunctos calumniam paſſos, qui ſunt ſub ſole.

2 Et non erat eis conſolator.

2. Hoc eſt,tanto tædio afflictus ſum, quòd defunctos qui talia mala non agunt, nec ſuſtinent, reputaui fœliciores,quàm viuentes talia facientes,atque patientes Diony ibidem.

3. Omnem cognatum operis.

b. Quia bonum vnius eſt alterius malum, dum alter alterius fœlicitate torquetur.

4. Afflictio ſpiritus.

c. Quia ſingularis numerus in bono ſimpliciter accipitur, duplex in malo: propterea vnus pugillus habet requiẽ,& duæ manus labore ſunt plenæ Hieron.

*Plenus.

[d. Poſt ſollicitudines & miſerias quibus ſe cruciant qui ſine hærede acquirendo opibus inhiant, ad ſodalitatem ſermo cõfertur. Et dicitur quid boni habeat,quia ſcilicet alterius ruina alterius facco ſubleuetur. Gloſa ordi ibid.]

5 Et calor erit illis,vnde verò quo modo calor erit.

6.e. Filum triplicatum ſcilicet fideles de cognitione trinitatis. Grego.

7 Qui non nouit prævidere in futurum.

[8. Frequenter enim accidit quod ſenescente rege populus & maximè iuuenes adhærent filio eius,qui pro eo eſt regnaturus,& aliquando regnum vſurpat ſibi viuente patre.ſicut Adonias voluit facere. 3. Reg 1.c De Lyra.]

8. Cùm pergis ad.

9 Quia propinquior eſt deus vt audiat, quàm ſi des ſtultorum victimas, quia neſciunt quàm facere malum.

*Nil incautè in deum & eius prouidentiam loquendum, ſed verbis & cupiditatibus eſt cauendum,& virtutum honeſtati & moribus ſtudendum.* V.

A [3] NE temerè quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram deo. Deus enim in cœlo,& tu ſuper terram: ideirco ſint pauci ſermones tui. Multas* curas ſequuntur ſomnia, & in multis ſermonibus inuenietur ſtultitia. † Si quid vouiſti deo, ne moreris reddere. [1] Diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſsio.] Sed quo cunque voueris, redde. Multóque melius eſt non vouere, quàm [2] poſt votum promiſſa non reddere.] Nec dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam: neque dicas coram angelo,[3] non eſt prouidentia: ] ne fortè iratus dominus contra ſermones tuos, diſsipet cuncta opera manum tuarum. ❡ [b] Vbi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt vanitates, & ſermones innumeri. Tu verò deum time. Si videris calumnias egenorum & violenta iudicia, & ſubuerti iuſtitiam in prouincia, non mireris ſuper hoc negotia: quia excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoque eminentiores ſunt alij,[4] & inſuper vniuerſæ terræ Rex imperat ſeruienti. † Auarus] non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum
c non capiet ex eis. ❡ Et hoc ergo vanitas. [c] Vbi multæ ſunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quòd cernit diuitias oculis ſuis? Dulcis eſt ſomnus operanti, ſiue parum, ſiue multum comedat: ſaturitas autem diuitis non

a. Quoniam multa ex perſona carnalium imperitorũmque loqui videtur,ne autem ex animo ea proferre videatur, dicit: Ne temerè,& c hoc eſt,nullum verbum proferas veritati ſcripturę aut honeſtati virtutum contrarium: & præſertim incautè aut præſumptuoſe nihil loquaris de deo,de natura,& de eius attributis. Diony ibidem.

*Enim.

1. Quia non ei voluntas in ſtultis.

2. Quod voueas & non reddas

3. Quia ignorat ipſe.

b. Ex prædictis infert,quoniam in ſomnio vitæ ipſius,& in imagine vmbræ nubis quaviuimus multa poſſumus inuenire quæ nobis veriſimilia videantur, & noſtra excuſate peccata. Hiero. ibidem

4 Et ſuperfluitas terræ in qualibet re,Rex ad arandum ictuitur. Amicus pecuniæ.

c. Quanto maior fuerit ſubſtantia,tanto plures miniſtros habebit qui opes deuorent congregatas. Hiero.

[d. Possumus hæc de philosophis vel hæreticis, & eorum scitiis & disciplinis legere, suorum complicum talia dogmata congregant, vnde fructum non capiant, nec suis imitatoribus relinquant. Glosa ordi.]

sinit eum dormire.† d Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole: diuitiæ conseruatæ in malum domini sui. Pereunt enim * in afflictione pessima. Generauit filium qui [5] in summa egestate erit.]† Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo. * Miserabilis [6] prorsus] infirmitas. † Quomodo vênit, sic reuertetur. ♯ Quid ergo prodest ei quòd laborauit in ventum? Cunctis * diebus vitæ suæ comedit in tenebris & in curis multis, & in ærumna atque tristitia. e Hoc itaque visum est mihi bonum * vt comedat quis & bibat, [7] & fruatur lætitia ex] labore suo quo laborauit ipse sub sole numero dierũ vitæ suæ, quos dedit ei deus, & hæc est pars illius. Et omni homini cui dedit deus diuitias, atque substantiam, potestatémque ei tribuit, vt comedat ex eis, & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo: hoc est donum dei. f Non enim [8] satis] recordabitur dierum vitæ suæ, eo quòd deus occupet delitiis cor eius.

*Auari tanta est tenacitas, vt partis ad necessitatem vti nesciat, vnde deterioris est quàm abortiuus, conditionis.* VI.

Est & aliud malum quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines. [1] Vir cui dedit deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quę desiderat, nec tribuit ei potestatem deus vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas, & [1] magna miseria] est. ♯ Si genuerit quispiam centũ ⟨– liberos,] & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non [2] vtatur] bonis substantię suæ, [b] sepulturáque careat: de hoc ego pronuntio quod melior illo sit abortiuus. Frustra enim venit & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius. ♯ Non vidit solem, neque cognouit [3] distantiam boni & mali,] etiam si duobus milibus annis vixerit, & nõ fuerit perfruitus bonis. Nónne ad vnum locum properant omnia? c Omnis labor hominis [4] in ore eius:] sed anima eius non implebitur bonis. Quid habet amplius sapiens à stulto? & quid [5] pauper, nisi vt pergat illuc, vbi est vita? ♯ Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias.] Sed & hoc vanitas est, & præsumptio spiritus. [6] Qui futurus est, iam vocatum est nomen eius: & scitur quòd homo sit, & non possit contra fortiorem se in iudicio contendere. Verba sunt plurima, multámque in disputando habentia] vanitatem.

*Humanæ curiositati frænum est imponendum, lætitiæ tristitia est anteponenda, & opulentiæ iungenda est sapientia.* VII.

Quid necesse est homini [a] maiora se quærere, cùm ignoret] quid conducat sibi in vita sua numero dierum [2] peregrinationis] suæ, & tẽpore quod velut vmbra præterit? Aut quis ei poterit indicare, quid post eum futurum sub sole sit? [b] † Melius est nomen bonum, quàm vnguenta pretiosa, & dies mortis, quàm natiuitatis. Melius est ire ad domũ luctus, quàm ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorũ admonetur hominum, & viuens [3] cogitat quid futurũ sit.] Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis.] Cor sapientium vbi tristitia est, & cor stultorũ vbi lætitia. Melius est à sapiente corripi, [4] quàm stultorũ adulatione decipi:] quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. ♯ Sed & hoc vanitas. Calũnia conturbat sapientẽ, & [c] perdet robur cordis eius. Melior est finis [6 d] orationis,] quàm principium. Melior est [7] patiens arrogante.] Ne sis velox ad iracundiam: quia ira in sinu stulti requiescit. Ne dicas, quid putas causæ est, quòd priora tempora meliora fuere, [8] quàm nunc sunt?] Stulta est enim huiuscemodi interrogatio. Vtilior est sapientia cum diuitiis, & magis prodest videntibus solem. [9] Sicut enim protegit sapiẽtia, sic protegit pecunia. Hoc autem plus habet eruditio & sapientia, quòd vitam tribuunt possessori suo.] Considera opera dei, quòd nemo possit [10] corrigere, quem ille despexerit.] In die bona fruere bonis, & malam diem [11] præcaue. Sicut enim hanc, sic & illam fecit deus, vt non inueniat homo

a. Describit auarum diuitem, & hoc malum frequens esse in hominibus asserit: quòd nihil eorum quæ in mundo putãtur bona, ei desit, & nihilominus stultissima parcitate se cruciet, aliis deuoranda conseruans. Hieronymus ibidem.
1. Malus languor.
2. Satietur.
b. Vę qui suspenduntur, demerguntur, aut à feris deuorantur.

3. Et requies est huic magis quã illi.
c. Quia qui solũ laborat, vt sciat quid loqui debeat, ab ipsa refectione suæ scientiæ mẽte vacua ieiunat. Grego.
4. Propter os eius.
5. Pauperi prodest ambulare coram viuẽtibus. Melior aspectus oculorũ, quàm transitus animę.
6. Id quod fuit.
7. Multiplicantia.

1. Quid amplius est homini, aut quis nouit?
2. Id est, notitiam intellectum suum excedentem: cuiusmodi est cognitio futurorum cõtingentium, cùm ignoret per talẽ occupationem inutilem. De Lyra ibidem.]
2. Vanitatis.
b. Nam bonum nomen est ad gloriam dei, ædificationémque proximi, & ei quæ bonæ famæ est ad multa accõmodum. Deo itaque debemus conscientiam puram, proximo autem bonam famam. Diony. ibid.
3. Ponet cor suum.
4. Quàm si quis audiat canticũ stultorum.
5. c. Disperdet cor munus. Hoc est munentibus sapientes etiam corrumpuntur.
6. d. Rei. Hoc est, sine cõsilio nihil est inchoandum.
7. Longanimis spiritu quàm elatus spiritu.
8. Quàm ista.
9. Quia in vmbra sapientiæ, in vmbra argẽti requiescet homo excellens autẽ sapientia & scientia vitam cõseruat illã habẽtes.
10. Rectum facere quem ille incurdauerit.
11. Considera. Fecit enim istum deus è regione illius, ne inueniat homo quicquam post ipsum. Omnia.

homo contra eum iustas querimonias.ℊ Hæc quoque] vidi in diebus vanitatis meæ. Iustus perit in iustitia sua,& impius multo viuit tempore in malitia sua.† Noli esse[f] iustus multum:neque plus sapias,quàm necesse est,*ne obstupescas.Ne impiè agas multum:& noli esse stultus,ne moriaris in tempore non tuo.Bonum est[12] te sustentare iustum,] sed & ab illo ne subtrahas manū tuam: quia qui timet deum,[13] nihil negligit.] ℊSapientia confortauit sapientem,super decem principes ciuitatis.† Non est enim homo iustus in terra,qui faciat bonum,& non peccet.Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum: ne fortè audias seruum male dicentem tibi. Scit enim conscientia tua quia & tu crebro maledixisti aliis. Cuncta*tentaui in sapientia.
D Dixi,[h] sapiens efficiar: & ipsa longius processit à me,multo magis quàm erat.ℊ Et alta profunditas, quis inueniet eam?Lustraui vniuersa animo meo, vt scirem & considerarem,& quærerem sapientiam & rationem,& vt cognoscerem impietatem stulti, & errorem imprudentium. Et inueni amariorem morte mulierem, quæ [14 i] laqueus] venatorum est,& sagena cor eius: vincula sunt manus illius. Qui placet deo,effugiet illam: qui autem peccator est,capietur ab illa Ecce,hoc inueni,dixit Ecclesiastes,vnū & alterum, vt inuenirem rationem, quam adhuc quærit anima mea, & non inueni. Virum de mille vnum reperi: [k] mulierem ex omnibus non inueni. Solummodo hoc inueni, quòd fecerit deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus.Quis talis vt sapiens est?Et quis cognouit solutionem verbi?

*Deus homini sapientiam dedit & prouidentiam,ad occulta dei mysteria cognoscenda, & arcana scrutanda,in quibus occupati homines multum temporis conterunt.*

*VIII.*

A †Sapientia hominis[1] lucet in vultu]eius, & [2] potentissimus] faciem illius commutabit.ª Ego os Regis obseruo, & præceptà iuramenti dei. Ne festines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo: quia omne quod voluerit faciet, & sermo illius potestate plenus est. † Nec dicere ei quisquam potest, quare ita facis? Qui custodit præceptum, non experietur quicquā mali. Tempus &[3] responsionem] cor sapientis intelligit. Omni negotio tempus est, & opportunitas,& multa hominis afflictio: [4] quia ignorat præterita, & futura nullo
B scire potest nuntio.ℊ [b] Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec finitur quiescere ingruente bello, nec saluabit impietas impium.Omnia hæc consideraui,& dedi cor meum in cunctis operibus quæ fiunt sub sole.[5] Interdum]dominatur homo homini in malum suum. * Vidi impios sepultos: qui etiam cùm adhuc viuerent, in loco sancto erant, [6] & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum.] Sed & hoc vanitas est. Etenim quia † non profertur cito
C [7] contra malos] sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala.ℊ Attamen peccator ex eo quòd centies facit malum, & [8] per patientiam sustentatur,] ego cognoui quòd erit bonum timentibus deum qui verentur faciem eius. Non [9] sit] bonum impio,[c] nec prolongentur dies eius,sed quasi vmbra transeant, qui non timent faciem domini. Et est alia vanitas, quæ fit super terram. Sunt iusti quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum:& sunt impij qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant.Sed & hoc vanissimum iudico.[d] Laudaui igitur lætitiam,quòd nō
D esset homini bonum sub sole, nisi quòd comederet, & biberet,atque gauderet: ℊ & hoc solùm secum auferret de labore suo,omnibus diebus vitę suæ,quos dedit ei deus sub sole.[e] Et apposui cor meum, vt scirem sapientiam, & intelligerem [10] distentionem] quæ versatur in terra. Est homo qui diebus & noctibus somnum non capit oculis. Et intellexi quòd omnium operum dei nullam possit homo inuenire rationem eorum quæ fiunt sub sole: & quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniet. Etiam si dixerit sapiens se nosse,non poterit reperire.

---

f. Id est,præsentis vitæ,quæ tristitia est,& sic nō est nisi quædam vanitas De Lyra ibidem.]
f. Vti Saul,qui volens esse pius, inobediens fuit. 1.Reg.15 b.
* Ne in desolationem veniat.
12. Si apprehenderis illud.
13. Egreditur cum omnibus istis.
g. Propterea sapientia confortat iustū,&omnium principum ciuitatis super eum excedit auxilium:quia quamuis aliquis iustus sit, tamen dum est in hac carne constitutus, subiectus est vitiis atque peccatis, & maiore præsidio indiget.Hieron.ibid.
* Hæc.
h. Quæsita sapientia longe recedere dicitur, quia appropinquāti altior videtur.Grego.

14. i. Rete vel hamus. Hoc est Nihil aliud procax agit mulier quàm vt irretiat & illaqueat homines,veluti si in carcerem trahat.

k. Non putemus temere hanc Salomonē de omni genere mulierum protulisse sententiam: quod enim expertus est, loquitur, ideo offendit deum, quia captus est à mulieribus.Hiero.

1.Illustrat vultum.
2.Fortitudo.
a. Ego puto de illo rege nunc dici de quo Dauid ait: Domine in virtute tua lætabitur rex: & in alio loco: vt patris & filij vnum regnū significet, scriptura commemorat. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuā filio regis.Hieron.ibidem.
3.Iudicium.
4. Quia nescit quid futurū sit quis enim indicabit ei quale illud sit futurum?
[b Spiritus significatio latè patet. Nam & ipsa anima spiritus nuncupatur,ipse quoque ventus & aer quem respiramus, & donum suum spiritus hac appellatione significatur. Itaque secundum prædicta omnia significata nullus sanè est qui potestatē habeat super spiritum,solo deo excepto. Neque enim animare corpus, aut anima cassum reddere, neque ventum impedire, vt Notum puta vel Aquilonē, neque infundere charisma spiritus, aut reuocare, neque item aërem vitare,temperatumne efficere alterius est cuiusque nisi solius dei. Olympiodorus ibi.]
5. Tempore quo.
* Et nunc.
6. Obliuioni traduntur in ciuitate in qua recte fecerunt.
7. Pro opere malo.
8. Prolongat si deus dies suos.
9. Erit.
c. Non enim hi qui multo tempore viuunt, prolongant dies suos:sed qui grandes eos faciūt bonorum operum magnitudine Hieron.ibid.
[d Intelligatur de carnali lætitia, & corporali manducatione atque potatione,cum Salomon loquitur ista in carnalis vitæ persona.Diony.Carth.]
e. Noster Ecclesiastes acutissimo mentis oculo cōtemplatus intellexit ac vidit nullum hominum vacuum esse occupatione atque solicitudine,nullūque demum esse qui somnum, hoc est,quietem videat:sed ipsorum alij quidem officiosè circa res diuinas occupati versantur,alij vetò inutiliter ac reprehēsione dignissimi circa res puteas studeant.Olympiodorus.ibidem.
10. Occupationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Hominis sapientia inter amicitias & inimicitias, iustos & iniustos, sapientes & insipientes non nouit discrimen, quòd omnia iusto & iniusto similia eueniant, & dei maneant arbitrio.* IX.

1. Considerarem vniuersa hæc, quia.
2. Veruntamen nec dilectionẽ, nec odium cognoscit homo.
[a Sed omnia in futurum seruantur incerta, tunc enim manifestè videbitur quos diligit & quos odit, & licet homo non possit scire certitudinaliter de seipso, & multo minus de alio via humana, vtrum sit dilectus à deo an non, potest tamen habere quandam coniecturam: vt puta si non sit peccati mortalis conscius, & ad implẽda dei mãdata sit voluntarius. Potest etiã scire certitudinaliter reuelatione diuina, sicut reuelatum est aliquibus sanctis ex speciali gratia ad eorum consolationem. De Lyra ibidem.]
3. Sunt ante eos.
4. Sed & qui iurat, sicut qui iurare formidat.
5. Intimę in corde suo quandiu vixerint.
6 Mortuos. Hic tamen qui sociabitur, cum omnibus viuentibus habebit spem.
* Eorum.
b. Quia didicisti & morte omnia finiantur, & in inferno non sit pœnitẽtia, nec aliquis ad virtutes recursus, dum in isto seculo es, festina, contende agere pœnitentiam. Hierony. ibidem.
c Id est, membra corporis à sordidis actibus munda, iuxta illud Isa. 9. Vestimentum mixtũ sanguine erit in combustionem. Greg. Moral. lib. 9. ca. 29.
7. Vanitatis.
* Tua.
8. Inuenerit ad faciendum.
9 Pro vitili tua facito.
10. Sepulchrum.
d. Ex ordinatione dei ita sæpe contingit debiliorem vincere fortẽ, stultum pane abundare, & prudentem egere.
[e. Id est, terminum vitæ suę seu diem & horam mortis, nisi reueletur à iudice deo, vel ab humano, aut per violentiam tradatur ad mortem, ita quòd præuertatur ei quando sit morituus. Dionys. Carth. ibid.]
11. Tempus suum.
* Malo.
12 Magnas aduersus eam.
f. Alij quidem sapientem illum inopem non cognouerunt. Verũ ego sapientiæ virtutem longe præfero potẽtiæ vulgari. Sapientia enim illius inde contemptibilis est, quia paupertati cohabitat, sed nõ multo post audietur potentes & tyrannos deiiciet. Seruos alloquens, ferro ipso porentior futura. Gregor. Neocesarien. ibidem.
g Sapientia præfertur fortitudini, quæ etiam plus valeat in præliis quàm arma bellica. Hieron.
13. Vnicus præuaricator.

1. Mortuæ fœtere faciunt, exhalare faciunt vnguentum pigmẽtarij: sic pretiosum propter sapientiam & gloriam stultitia, sub. fœtere facit.
2. Cor eius deficit, &.
a. Si tentatoris spiritum contra te in aliquo præualere consideras, humilitatẽ pœnitentiæ, quæ locus tuus est, non derelinquas. Greg. Moral. lib. 3. cap. 17.
b. Super animæ lex est diuina, & metus veráque legalium sensuum cognitio. Qui ergo legem dei contemnit, & diuina præuaricatur mandata, qui falsa cognitione decidit in peccatum, eius opifex est ille callidus serpens, iste incautus ac diuina cassatur gratia morsus serpentis perpetietur. Olympiodorus ibid.
3. Et huius faciem non terrũt, exercitus præualebit, sed amplius si dirigatur sapientia.

1 OMnia hæc tractaui in corde meo, vt curiosè inteligerem. ] Sunt iusti, at- A
que sapientes, & opera eorum in manu dei. † 2 Et tamen a nescit homo vtrũ
amore, an odio dignus sit: ] sed omnia 3 in futurum seruantur incerta, ] eo
quòd vniuersa æquè eueniant iusto & impio, bono & malo, mundo & im-
mundo, immolanti victimas & sacrificia contemnenti. Sicut bonus, sic & peccator:
4 vt periurus, sic ille qui verum deierat. ] Hoc est pessimum inter omnia quæ sub so
le fiunt, quia eadem cunctis eueniunt. Vnde & corda filiorum hominum implentur
malitia, & 5 contemptu in vita sua, ] & post hæc ad 6 inferos deducentur. § Nemo est 1
qui semper viuat, & qui huiusmodi rei habeat fiduciam. ] Melior est canis viuus leone
mortuo. Viuentes enim sciunt se esse morituros, mortui verò nihil nouerũt amplius.
Nec habent vltra mercedem: quia obliuioni tradita est memoria eorum. Amor quo-
que, & odium, * & inuidiæ simul perierunt, nec habent partem in hoc seculo: & in o-
pere quod sub sole geritur. b Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cũ
gaudio vinum tuum: quia deo placent opera tua. c Omni tempore sint vestimenta tua
candida, & oleum de capite tuo non deficiat. Perfruere vita cum vxore quam diligis,
cunctis diebus vitæ 7 instabilitatis ] tuæ, qui dati sunt tibi sub sole, omni tempore vani- c
tatis tuæ. § Hæc est enim pars * in vita, & in labore tuo quo laboras sub sole. Quodcũ-
que 8 facere potest ] manus tua, 9 instanter operare: ] quia nec opus, nec ratio, nec sa-
pientia, nec scientia, erunt apud 10 inferos, ] quò tu properas. Verti me ad aliud, & vidi
sub sole, d nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec
doctorum diuitias, nec artificum gratiam: sed tempus casúmque in omnibus. e No-
scit homo 11 finem suum, ] sed sicut pisces capiuntur hamo, * & aues laqueo compre-
henduntur: sic capiuntur homines in tempore malo, cùm eis extemplo superuenerit.
Hanc quoque sub sole vidi sapientiam, & probaui maximam. Ciuitas parua, & pauci
in ea viri. § Venit contra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxítque munitiones 3
12 per gyrum, & perfecta est obsidio. ] Inuentúsque est in ea f vir pauper & sapiens, &
liberauit vrbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius
pauperis. Et dicebam ego, meliorem esse sapientiam fortitudine. Quomodo ergo sa-
pientia pauperis contempta est, & verba eius non sunt audita? Verba sapientũ audiũ-
tur in silentio, plus quàm clamor principis inter stultos. † g Melior est sapientia, quàm
arma bellica: & 13 qui in vno peccauerit, ] multa bona perdet.

*Malus mixtus bonis plurimos contaminat: in eligenda igitur prælatura summa cura adhibenda est, ne stultus, piger, aut puer præficiatur.* X.

1 NVscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. Pretiosior est sapien- A
tia, prauáque gloria, ad tempus stultitia. ] Cor sapientis in dextera eius,
& cor stulti in sinistra illius. Sed & in via stultus ambulans, 2 cùm ipse
insipiens sit, ] omnes stultos æstimat. a Si spiritus potestatem habentis
ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris: quia curatio faciet cessa-
re peccata maxima. Est malum, quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens à
facie principis. § Positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Vi- 1
di seruos in equis: & principes ambulantes super terram, quasi seruos. † Qui fodit
foueam, incidet in eam: b & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Qui trans-
fert lapides, affligetur in eis: & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis. Si retusum fuerit
ferrum, 3 & hoc non vt prius, sed hæbetatum fuerit, multo labore exacuetur, & post
industriam sequetur sapientia. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet
qui occultè detrahit. § Verba oris sapientis gratia: & labia insipientis præcipitabunt
eum.

eum. Initium verborum* eius stultitia,& nouissimum oris illius error pessimus. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo [4]quid ante se fuerit:]& quid post se futurum sit, quis ei poterit indicare? Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in vrbem pergere. Væ tibi terra, cuius rex est puer,& cuius principes[c] mane comedũt. Beata terra, cuius rex nobilis est,& cuius principes vescuntur in tempore suo [5]ad reficiendum, & non
D ad luxuriam.]* In pigritiis[6] humiliabitur contignatio,&in infirmitate]manuum perstillabit domus. [7]In risu faciunt panem & vinum, & epulentur] viuentes. Et pecuniæ obediunt omnia. In cogitatione tua regi ne detrahas,& in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti. Quia & aues cœli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annuntiabit[8] sententiam.]

*Oris.

4. Quid erit.

c. Mane comedunt, qui de huius mundi prosperitatibus extolluntur,& dum præsentia vehementer curant, futura negligunt. Grego. Moral. 16. cap. 27.
5. Ad confortationem, & non ad comporationem.
6. Attenuabitur contignatio,& in remissione.
7. Ad risum parant panem, & vinum: lætificabit.

8. Sermonem.

*Petenti egeno danda est eleemosyna, vt præmium in futuro iudicio expectetur securum, sub fœnore recipiendum.* XI.

A MItte panem tuum super[12] transeuntes aquas:] quia post tempora multa inueniesillum. [b]Da partem septem, necnon & octo: quia ignoras quid futurum sit mali super terram. Si repletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent: Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocun-
B que loco ceciderit, * ibi erit.* Qui obseruat ventum, non seminat:& [c]qui considerat nubes, nunquam metet. Quomodo ignoras quæ erit via spiritus,& qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera dei, qui fabricator est omnium. Mane semina semen tuum:& vespere, nec cesset manus tua: quia nescis quid magis
C [2]oriatur,]hoc aut illud:& si vtrunque simul, melius erit.* Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem. Si annis multis vixerit homo, & in iis omnibus lætus fuerit, [3] meminisse debet tenebrosi temporis,& dierum multorum: qui cum venerint, vani-
D tatis arguẽtur præterita.]*[d] Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua,& in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum,& scito, quòd pro omnibus iis adducet te deus in iudicium.

1. 2. Faciem aquarum. Hoc est, miserere pauperum flentium.
b. Præcipitur vt in vtrũque instrumentum pari venetatione credamus. Iudæi enim dederũt partem septem, credentes sabbatum: sed non dederunt octo, resurrectionem negãtes. Hiero. aduersus Luciferianos. Vel sic dispensa temporalia, vt appetere non obliuiscaris æterna. Grego. Moral. 35 cap. 7.
*Lignum.
[c. Quia rato contingit quod aer sit sine nubibus, & in tali dilatione aliquando irruũt hostes terræ nascentia sibi colligentes, remanentia deuastantes. Secundum impedimentum prouenit ex æstimatione longitudinis vitæ propriæ, & sic impeditur homo ab operibus pietatis, quia credit se indigere in futuro bonis suis. Dionys. Carth. ibid.)
2. Rectum sit.
3. Recordetur dierum tenebrosorum, quòd tam multi sint, sed & quicquid subsequetur, vanũ erit.
d. Hoc est, Fortis quisque lætitiam suam non in veteris vitæ voluptate, sed in conuersationis nouæ virtute constituat. Grego. Moral. 24. c. 5.

*Petenti egeno danda est eleemosyna, vt præmium in futuro iudicio expectetur securum, sub fœnore recipiendum.* XII.

A AVfer iram à corde tuo,& amoue malitiam à carne tua. Adolescentia enim, &[1] voluptas]vana sunt. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, [2]antequam veniat tempus afflictionis tuæ,& appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placent. [2]Antequam tenebrescant sol & lumen,& stel-
B læ,& luna,& reuertantantur nubes post pluuiam.* Quando commouebuntur custodes domus,& nutabunt viri fortissimi, & odiosæ erunt molentes in minuto numero,& tenebrescent videntes per foramina, & claudent ostia in platéa, in humilitate vocis molentis,& consurgent ad vocem volucris,&obsurdescent omnes filiæ carminis. [3] Excelsa quoque]timebunt,& formidabunt in via. Florebit amygdalus, [4] impinguabitur locusta,& dissipabitur capparis.]Quoniam ibit homo in domum æternita-
C tis suę,& circuibunt in platéa plangentes.* [b] Antequam rumpatur funiculus argenteus,& [5] recurrat vitta aurea,]& conteratur hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam,& reuertatur puluis in terram suam vnde erat,& spiritus redeat ad deum qui dedit illum. [†]Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes,& omnia vanitas. Cúmque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum,* & enarrauit quę fecerat:& in-
D uestigans composuit parabolas multas. Quæsiuit* verba vtilia, & conscripsit sermones rectissimos,ac veritate plenos.* Verba sapientium, sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quę per[6] magistrorum consilium]data sunt à pastore vno. His amplius fili mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis, frequénsque meditatio, carnis afflictio est. [†]Finem loquendi pariter omnes audiamus. [c]Deum time, & mandata eius obserua: Hoc est omnis homo. Cuncta quę fiunt adducet deus in iudicium pro omni[7] errato,]siue bonum, siue malum sit.

1. Iuuentus.
2. Antequam veniãt dies mali.
3. Potest hoc tam de vniuersali orbis consummatione, quàm de particulari cuiusuis hominis intelligi. Hiero. ibid.
3. Sed ab excelso.
4. Grauabitur dorsum, dissolutũr libido.
b. Magnus enim fons comprehendet omnia quousque apud puteum stent hydriæ, & vehiculum rotæ, quam contingit quãdoque elabi. Cum igitur cessabit cursus temporum per rotã, & vitæ per aquam signatus, & prætenerit seculum vnam gerens & iacuerint homines super terram, tum erit vna salus, si agnouerint animæ conditorem suum, & ad eum euolauerint. Grego. Neocæsariensis. ibid.
5. Confringetur fons aureus.
*Sapientiam.
*Ecclesiastes.
6. Magistros congregatos.
c. Sed intellige timorem domini sanctum & sanctificationem, quẽ debemus ex charitate pióque affectu circa illũ qui leges tulit, mandatáque seruari sua instituit. Si enim carnem à fornicatione compescamus supplicij metu, non charitate iubentis, quis dubitet quin sublato iudicij pœnarúmque terrore, in feras libidines prolapsuri simus, cum stupri desiderium in pectore habeamus? Quod & de cæteris flagitiis, quæ lege nobis prohibentur, intelligendum est. Olympiodor. ibid.
7. Occulto.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Incipit Canticum Canticorum.

*Sponsa sponsi amore flagrans & auxilio, lætam se offert progredi paratam. Attamen quia in multis turbata, & à Gentibus & Iudæis impugnata patriam suã relinquens locum à tyrannis & Iudæis tutum inquirit, ad quem sponsus eam dirigens, illi confert charitatem, fidem & spem, quibus sponsi incarnationem, & passionem, resurrectionem, & spiritus sancti missionem confitetur ab eodem commendanda.* I.



[a]Sculetur me [1]oſculo ]oris ſui: Quia [2]meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Oleum effuſum nomen tuum: ] ideo adoleſcentulæ dilexerunt te. Trahe me poſt te: Curremus ~ in odorem vnguentorum tuorũ ] [†]Introduxit me rex [3]in cellaria ſua. ] Exultabimus & lætabimur in te, memores [4]vberum ] tuorum ſuper vinum. [b]Recti diligunt te. [‡]Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis. Nolite me conſiderare quòd fuſca ſim, quia [5]decolorauit ]me ſol. Filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis. Vineam meam* non cuſtodiui. Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes [c]in meridie, [6]ne vagari incipiam ]poſt greges ſodalium tuorum. [‡d]Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea. Pulchrę ſunt genæ tuæ ſicut turturis: [e]collum tuum, ſicut monilia. Murenulas aureas faciemus tibi, [7]vermiculatas argento. ] Cum eſſet rex in accubitu ſuo, [f]nardus mea dedit odorem ſuum. [‡]Faſciculus myrrhę dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Botrus [8]Cypri ]dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi columbarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decôrus. Lectulus noſter floridus, tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra [9]cypreſſina. ]

1. Niſi prius reliquerimus vitia & põpas ſeculi renunciauerim⁹, nõ poſſumus dicere: Oſculetur me oſculo oris ſui. Hiero. ibid.
2. Oſculis.
2. Meliores ſunt amores tui vino. Oh odorem vnguentorum tuorum optimorum nomen tuum velut oleum effuſum eſt.
3. In cubicula ſua.
4. Amorum.
5. b. Nec enim praui poſſunt diligere æquitatem, illi enim recti ſunt, & diligant deũ, qui non amore creaturæ captiui tenẽtur, ſed ſicut rectos decet preciosũ infimis præponentes Deo authori omniũ dilectione fortiſſimã adhæſerunt. Sed & illi rectè deũ diligunt, qui non ſolum in beneficiis, ſed in flagellis ipſius cõſtituti ſimiliter gratias agũt ſicut & ille dicebat, Benedicam Dñm in omni tẽpore. Iuſt⁹ epi.
5. Aſpexit.
* Quæ mihi eſt.
6. In perfecta ſcientia, in bonis operibus, in claro lumine. Hiero. in pſal. 90.
6. Quære enim ero velut vagãs? d. Seipſum ignorat qui ſe ad creatoris ſui imaginẽ non meminit eſſe creatũ. Inde egreditur poſt veſtigia gregũ in latã viã, nec ſi agnos paſcit, ſed hœdos. Greg. Moral 30. ca. 25.
7. e. Collum ſponſæ monilibus circundatur, dum fides ſanctæ animæ operibus decoratur. Grego. in pſal. 101.
7. Cum punctis argenteis.
8. f. Dum ſanctorũ virtus in eccleſia magna nobis gratiã ſuauitatis adminiſtrat, nardus dat odorẽ ſuũ. Grego. Moral. 35. ca. 22.
8. Camphoræ.
9. Abiegna.

[a]Go flos campi, & lilium conuallium. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quem deſideraueram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellam vinariam, [1]ordinauit in me charitatem. ] [b]Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia amore langueo. [†‡]Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. [†]Adiuro vos filiæ Ieruſalẽ per capreas, ceruóſque camporum, [c]ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoadusque ipſa velit. Vox dilecti mei. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnulóque ceruorum. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. [2d]En dilectus meus loquitur mihi: [‡]Surge, propera ] amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni. Iam enim hyems tranſiit, imber abiit, & receſſit. Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus [3]putationis ] aduênit. Vox turturis audita eſt in terra noſtra, [e]ficus protulit groſſos ſuos, vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Surge, propera amica mea, ſpecioſa mea: & veni, columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. [‡]Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua

*Sponsus exemplo ſui ad filiorum curam ſponſam inuitat, quæ illos doceat vitã actiuam & contemplatiuam, atque charitatem prius ſibi quàm aliis debere curandam, pollicitus ſe omnibus auxilio ad charitatem informandam & pellendos hæreticos paratiſsimum, quæ exequitur ſponſa ſponſi freta auxilio.* II.

[a. Ego alterius modi pulchritudinẽ requiro in ptẽtia: quia ſum flos virtutũ à quo omnis fructus cãpi egreditur, quia odorẽ meũ toto mundo iunote ſcere cupio, quod nõ poteſt impleri niſi intermiſſa quiete qua delectaris ad officiũ prædicationis accingaris. Gloſa ordi. ]
1. Et vexillum eius ſuper me eſt charitas.
b. Quia ſi illũ quem deſiderat, adhuc videre non permittitur, magna eſt conſolatio ſi aliorũ profectibus lætetur. Grego. ſuper Ezech. lib. 2. ho. 15.
[c. Id eſt, vt non declinetis ad aliquod horribile peccatũ, propter quod diuina conſolatio ſubſtrahatur, & totus populus pereat. Hoc contigit in fabricatione vituli & eius adoratione. De Lyra. ibid. ]
2. Reſpondit dilectus meus, & dixit mihi: Surge tu.
[d. Dilectus in hoc libro ſæpe deſcribitur. Quis enim tam dilectus eccleſiæ, quàm ille propter quem Martyres animas poſuerunt. Surge propera & veni. Surge crede, propera, peracto cuiuſ pij laboris præmiũ ſuſcipe. Amica mea, teconciliata mihi per mortẽ formoſa mea mũda facta per lauacrũ. Iuſt⁹. epi. ]
3. Cantici.
e. Veteris legis præcepta ceciderunt, & de euangelio vites florentes dederunt odorem. Hier. aduerſus Iouin. lib. 1.

tua decôra. Capite nobis [c] vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Nam vinea noſtra floruit. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur [d] inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinẽtur vmbræ. Reuertere ſimilis eſto dilecte mi capreæ, hinnulóque ceruorum ſuper montes Bether.

c. Vulpeculæ ſunt hæreticorum diſcipuli. Chryſo. in pſal. 96.
d. Inter candidiſſimos virginũ choros. Hiero. ad Demetriadẽ de virginitate ſeruanda.

*Sponſa circa filiorum curam occupata, & curis diſtracta quæſitum non reperit ſpõſum, quibus omiſſis illum inuenit, omnes ab illa pellens tribulationes, ſibique iungens, quoad omnes illius ſtatus, quos eadem ad ſponſi ſibi iuncti per incarnationem & glorificati per paſſionem inuitat conſideratione.* III.

A [a] IN lectulo meo per noctes quæſiui quem diligit anima mea. Quæſiui illum: & non inueni. Surgam, * & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea. Quæſiui illum & non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui [1] cuſtodiunt ] ciuitatem. Num quem diligit anima
B mea, vidiſtis? Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea. ♱ Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubi-
Ioan.20.b culum genitricis meæ. † Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas, ceruóſque campo-
C rum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. ♱ b Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut [2] virgula ] fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi puluerís pigmentarij? En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi. Vniuſcuiuſque enſis ſuper fœmur ſuum propter timores nocturnos. [3] [c] Ferculum ] fecit ſibi rex Salomon
Iſaiæ.6.b D de lignis Libani. ♱ Columnas eius fecit argenteas, [4] reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum ] media charitate conſtrauit propter filias Ieruſalẽ. Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate: quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

a. Non eſt reuerſus ſponſus ad vocem & votum reuocantis. Quæret. Vt deſideriũ creſcat, vt probetur affectus, vt exerceatur amoris negotium. Sãe ergo diſſimulatio eſt, non indignatio. Sed ſupereſt vt quæratur, ſi forte reperiatur quæſitus, qui vocatus non venit, dicente domino: omnis qui quærit, inuenit. Bee. ſuper Cantica. Sermo 71.
*Nunc.
1. Circumeunt.
b Fumus ergo cui aſſimilatur eccleſia, ſurgit ex aromatibus myrrhæ quia deo placere nititur eum carnis mortificatione. Gal. 5 Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. S. Tho. ibib.
2. Vapores.
3. Palatium. Hoc eſt, tabernaculum teſtimonij cum ſuo propitiatorio.
c Quod eſt illud ferculum ſiue palatium, niſi noſtri corporis ſpecies? Nanque in gemmis aer ſpecie fulgoris offenditur, in auro ignis, aqua in argento, terra per lignum, ex quibus corpus humanum quatuor conſtat elementis: in quo noſtra recubat anima, ſi non aſpero montium, non humi aridò expers quietis exiſtat, ſed ſublimis à vitiis ligno fulta requieſcat. Ambr. de virginibus lib. 3.
4. Stratum in eo aureum, vehiculúmque eius purpureum.

*Sponſa ſe ex zelo ad contemplandum conuerſa, omnes mundi ſordes fugit & munditias curat omni potentia, verbo & actu, præmium ſortitura ſupremum, vt mundum penitus relinquat & triplicem ſuperet hoſtem: in quorum nimirum manus venire, & vexari permittit vt amplius mereamur,* IIII.

A [Q]VÀM ] pulchra es amica mea, [2] quàm ] pulchra es, oculi tui columbarum,
Iſaiæ.6.b [3] abſque eo quod intrinſecus latet. ] † Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ [4] aſcenderunt de ] monte Galaad. [5] Dentes tui, ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauachro. Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Sicut fragmen ma-
B li punici, ita genæ tuæ: [6] abſque eo quod intrinſecus latet. ] ♱ Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt [7] cum propugnaculis. ] [b] Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemẽlli, qui paſcuntur in liliis, donec aſpiret dies, & inclinẽtur vmbræ. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. [7] Veni de Libano
c ſponſa mea, veni de Libano, veni. ♱ Coronaberis ] de capite [c] Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno [8] crine ] colli tui. Quàm pulchræ ſunt mammę tuæ ſoror mea ſponſa: Pulchriora ſunt vbera tua vino: & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. [9] Fauus diſtillans ] labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua, & odor veſtimentorum tuorũ ſicut odor [10] thu-
Thren.4.a Iſaiæ.42.a. Cant.8.a. D ris. ] ♱ † Hortus concluſus ſoror mea ſponſa: hortus concluſus, † fons ſignatus. Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus & crocus, fiſtula, & cinnamomum cum vniuerſis lignis Libani, myrrha & aloë cum omnibus primis vnguentis. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Surge aquilo, & veni auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.

1. Ecce tu.
2. Ecce tu.
3. Intra cincinnos tuos.
4. Tonſæ ſunt in.
a. Dẽtes eccleſiæ ſunt ſancti, qui non ceſſant præcidere homines ab erroribus, ſimiles ouibus de nouo baptiſmi lauachro renatis, quæ ſtatim geminos producunt fœtus, id eſt, duo præcepta charitatis dei, & proximi. Aug. de doctrina Chriſtiana, li. 2 c. 6.
5. Intra cincinnos tuos.
6. Lapidibus vtrinque ſectis.
[b. Clypeus illa firmiſſima ratio eſt qua ſancti ſponte contra hæreticos prodeunt, & ſe muniunt dum illos percutiunt. Gloſa ordina. ]
7. Mecum de Libano ſponſa mea, mecum de Libano venies, contemplaberis.
[c. Amana, Sanir, & Hermon ſunt nomina montiũ vltra Iordanem, vnde videtur terra Iudææ, & ideo populus Iſrael illuc veniens aſpiciebat terram ſibi promiſſam gaudẽs propter eius pulchritudinem, & forte impoſuerunt ſibi ſerta vel coronas in ſignum exultationis, ſecundum quod habet tranſlatio noſtra. Coronaberis de capite Amana De Lyra. ibid. ]
8. Vinculo.
d. Vide quem tribuat nobis virgo proceſſum. Primum enim odor tuus ſuper omnia aromata, quæ in ſaluatoris miſſa ſunt ſepulturam, & mortuos corporis motus, membrorúmque redolet obiſſe delitias. Secundus odor tuus ſicut odor Libani dominici coronis integritatem virgineæ floræ caſtitatis exhalat. Amb. de virginibus, lib. 1
9. Fauum ſtillant.
10. Libani.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Sponſus ſponſæ auxilium ſpondet, & in contemplatione ſecuritatem, ſurgat tamen oportet ad filiorum errores in fide & moribus corripiendos verbo & exemplo, in quibus occupata contemplationis viam ſine filiarum precibus non inuenies, diuinam illas & humanam ſponſi naturam docet, vt ad ſponſi myſteria & præconia fierent promptiores.* V.

[a. Ingrediatur inecclesiam suã, & delectetur in operib⁹ sanctorum suorum vel pascatur in fidelibus in pauperibus retributurus pro temporalibus regnũ æternum. Iustus episco.
1. Delitiarum suarum.
b. Sed hæc ebrietas sobrios facit, hæc ebrietas gratiæ, non temulentiæ est. Lætitiam generat, non titubationem. Amb. de Cain & Abel lib. 1. cap. 5.
c. Dum enim cõtemplando intus profecit, ab inquieto foris opere quieuit. Grego.

2. Viscera mea commota sunt in me.
3. Myrrham quæ transiit vsque ad pessula seræ.
[d. Causam peccati. i. interedulitatem & quamlibet aliam: quia vt pessulum ostium sic causa detinet peccatum, quia remota remouetur, & sublato peccato patet via Christo. Glosa ordi.]
4. Migrauit.
e. Pene quidem veniebat sponsa cum pallio quo obnubetet caput, cum sponsus occurreret. Ambr. de Isaac. c. 6.
5. Præ dilectis.

f. Decet enim vt plene noueris virgo, quem diligis atque omne in eo & ingenitæ diuinitatis & assumptæ mysterium incorporationis agnoscas. Candidus merito, quia patris splẽdor: Rubeus, quia partus est virginis: color in eo fulget & rutilat vtriusque naturæ. Ambr. de virgin. lib. 1.
*Decem.
6. Crispæ
7. Plenitudinem.
8. Et flores aromatarij.
9. Fluentem.
10. Sphærulæ. Hoc est, anulis aureis.
11. Vt ebur politum, amictum.
12. Aspectus.

VEniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum[1] pomorum suorum.] Veni in hortum meum, soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis. Comedi fauum cum melle meo, & bibi vinum meum cum lacte meo. [b]† Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. [c]Ego dormio, & cor meum vigilat. Vox dilecti mei pulsantis, Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? [d]Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Dilectus meus misit manum suam per foramen, & [2] venter meus intremuit ad tactum eius.] Surrexi, vt aperirem dilecto meo: † Manus meæ stillauerunt myrrham: & digiti mei [3] pleni myrrha probatissima. [d]Pessulum ostij mei] aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque transierat. Anima mea [4] liquefacta est,] vt dilectus locutus est. † Quæsiui, & non inueni illum, vocaui, & non respondit mihi. Inuenerunt me custodes qui circuierunt ciuitatem: [f] Percusserunt me, & vulnerauerunt me, [5] tulerunt mihi pallium meum custodes murorũ. † Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore langueo. Qualis est dilectus tuus [5] ex dilecto,] ô pulcherrima mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos? [f] Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex [*] milibus. Caput eius aurum optimum: comæ eius [6] sicut elatæ palmarum] nigræ quasi coruus. † Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum quæ lacte sunt lotæ: & resident iuxta [7] fluenta plenissima.] [g]Genæ illius sicut areolæ aromatum: [8] consitæ à pigmentariis. Labia eius lilia distillantia myrrham [9] primam.] Manus illius [10] tornatiles] aureæ: plenæ hyacinthis. Venter eius [11] eburneus, distinctus] sapphiris. Crura illius columnæ moreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. [12] Species] eius vt Libani, electus vt cedri. Guttur illius suauissimum: & totus desiderabilis. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus filiæ Ierusalem. Quò abiit dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus? Et quæremus eum tecum.

*Sponsæ filij se libentes ad sponsum quærendum offerunt, quos docet sponsi secum fœdus humanitate & dilectione iunctissimum, vnde tota eius oritur quo ad substantiam, virtutem & operationem pulchritudo, à quo diuersitas ad multa non tollit vnitatem quo ad omnes status, pro quibus synagoga tandem euocanda reuersura est ad sponsæ gremium.* VI.

a. Quærebant supra quique pij fideles ex matre ecclesia, quo declinasset sponsus suus Christus: vt simul inquirentes eius participationem secum haberent. Quæ respondit: Dilectus meus à regalibus sedibus venit in hortum suum, id est, in ecclesiã quæ est hortus eius. S. Tho. ibidem.
1. b. Sicut Thirza, vel Thersa, quæ regia fuit regum Israel, sicut Ierusalem regũ Iudæ, vt. que ad constructionẽ Samariæ.
2. Castra cum vexillis.
3. Inflammauerunt.
4. Tonsæ sunt.
5. Fragmen.
c. Istæ sunt genæ in quibus nitere verecũdia, pulchritudo fulgere, in quibus aut flos iuuentæ, aut perfectæ ætatis in figura est. Ambro. de obitu Valentini.
6. Intra cincinnos tuos.
7. Prospicit.
8. Castra cum vexillis.

[a]Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt [1] pascatur in hortis, & lilia colligat. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, [1] qui pascitur inter lilia. Pulchra es amica mea, [1 b] suauis &] decora sicut Ierusalem, terribilis vt [2] castrorum acies ordinata.] [g] Auerte oculos tuos à me: quia ipsi me [3] auolare fecerunt.] † Capilli tui sicut grex caprarum, quæ [4] apparuerunt] de Galaad. Dentes tui sicut greges ouium, quæ ascenderunt de lauacro. Omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis. Sicut [5] cortex] mali punici, sic [c] genæ tuæ: [6] absque occultis tuis.] Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinę, & adolescentularum non est numerus. † [g] Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Viderunt eam filię Sion, & beatissimam prædicauerunt reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam. † Quæ est ista quæ [7] progreditur] quasi aurora [8] consurgens,] pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt [2] castrorum acies ordinata?] [g] Descendi in hortũ meum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem si

flornillet

floruisset vinea,& germinassent mala p unica.Nesciui.Anima mea [9] conturbauit me: propter quadrigas Aminadab.] [d] Reuertere, reuertere Sunamitis:reuertere, reuertere,vt intueamur te.

9. Posuit me equitatus populi spontanei.
[d. In hoc nomine sanctæ ecclesiam accipiendam esse quis dubitet? frequenter ei dicitur, reuertere, quæ quondam in illo iuuiore filio in regionem longinquam abiens, auersa fuerat, tunc enim reuersa quando ad Deum ex corde conuersa est. Iustus episco.]

*Synagoga pulchritudinem suam præuisam à sponso tandem consecutura iuxta omnes potentias suas interiores & exteriores, & actus earum sponsi in crucem ascensum agnoscens, dispositã se exhibet in omnibus fideliter obsequi mandatis.* VII.

A [a]Vid videbis in Sunamite,nisi choros castrorum?Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis ! Iuncturæ fœminum tuorum, sicut monilia: [1] quæ fabricata sunt manu ]artificis. Vmbilicus tuus crater [2] tornatilis,]nunquam indigens poculis. Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus
B liliis. Duo vbera tua,sicut duo hinnuli gemelli capreę. [e] Collum tuum sicut turris eburnea,oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filię multitudinis. †Nasus tuus sicut [b] turris Libani,quæ respicit contra Damascum . Caput tuum vt Carmelus, & comæ capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus . Quàm pulchra es, &
C quàm decôra charissima in delitiis: [f] Statura tua assimilata est palmę, & vbera tua botris. Dixi , ascendam in palmam , & apprehendam [3] fructus ] eius : Et erunt vbera tua sicut botri vineæ:& odor [4] oris tui,sicut odor ]malorum:guttur tuum sicut vinum optimum. [5]Dignum delicto meo ad potandum, labiisque, & dentibus illius ad rumi-
D nandum. Ego dilecto meo,& ad me [6] conuersio ]eius. [g] Veni dilecte mi,egrediamur in agrum,commoremur in villis. [c]Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica.Ibi dabo tibi [7] vbera mea.]Mandragoræ dederunt odorem *in portis nostris. * Omnia poma noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

†sup.di.e. huic enim

2. Narratur pulchritudo synagogæ præuisa à deo, inde ostenditur quòd hãc pulchritudinẽ synagoga cõsequi debet à Christo. Pulchritudinem autẽ eius ostendit in comparatione ad animam. Sicut enim animæ pulchritudo in perfectione virtutum consistit & donorum, quæ ornant concupiscibilem & irascibilem intellectum practicũ, speculatiuum & voluntatem: sic Synagogæ talis pulchritudo præuisa erat quã debebat cõsequi per Christũ. S. Tho. ibid.
1. Opus manuum.
2. Rotundus.
b. Quam Salomon in monte Libano constituit, vnde poterat numerare domos Damasci.
3. Ramos.
4. Narium tuarum sicut.
5. Vadés ad dilectum meum ad æquitatem.
6. Appetitus eius.
e. Florẽt quippe vineæ cũ mẽtes fidelium bona opera proponunt: sed fructus non pariũt si ab eo quod proposuerunt aliquibus vitæ erroribus infirmantur. Greg. Moral. lib. 22. cap. 26.
7. Amores meos.
★Suum.
★Omnia dulcia.

*Synagoga sponsi agnoscens incarnationem, ipsum cupit omnibus regnare nationibus ad sponsam conuersis, cum qua versentur & delectentur doctrina euangelica, & operibus eius. Ipsáque par pari reddens sponsam à sponso ortam & hactenus seruatam fatetur, sponso vero hortante sponsa omnem illi pollicetur fauorem.* VIII.

A [h]Vis mihi det te * fratrem meum, [a] sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te solum foris,& deosculer te,& iam me nemo despiciat? Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, [i] & in cubiculum genitricis meæ.] Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condîto,& mustum malorum granatorum meorum. [b]Læua eius sub capite meo : & dextera illius amplexabitur me. † Adiuro vos filiæ Ierusalem : ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectã:
B donec ipsa velit. [k] Quæ est ista,quæ ascendit de deserto [l] delitiis affluens: ]innixa super dilectum suum? Sub arbore malo suscitaui te.Ibi [1] corrupta est ]mater tua,ibi [2] violata est genitrix tua. ] Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: †[c] quia fortis est vt mors dilectio:dura sicut infernus æmulatio, [3] lampades eius,vt lampades ignis atque flammarum.] Aquæ multæ non potuerunt extin-
C guere charitatem,nec flumina obruent illam. [m] Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, [4] quasi nihil despiciet eam.]Soror nostra paruula,& vbera non habet. Quid faciemus sorori nostræ in die [5] quando alloquẽda est?] Si murus est, ædificemus super eum [6] propugnacula ]argentea. Si hostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. [d]Ego murus, & vbera mea sicut [7] turris, ex quo facta sum ] coram eo
D quasi pacem reperiens. [n] Vinea fuit [8] pacifico:in ea quæ habet populos.] Tradidit eam custodibus, [9] vir affert ]pro fructu eius mille argenteos. Vinea mea coram me est.Mille [10] tui pacifici,]& ducenti iis qui custodiunt fructus eius. Quæ habitas in hortis, [11] amici ]auscultant:fac me audire vocem tuuam. Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ hinnulóque ceruorum super montes aromatum.

†sup.4.b.22

†sup.4.&6.a Dispadi. 22.Valida.

*Quasi.
a. Volebat Herodes Christum paruulum lactentem occidere, cuius nequitiã olim præuidẽs spiritus sanctus per Salomonẽ ex persona ecclesiæ arguit dicẽdo : Quis mihi det te fratrem meum &c. ostẽdebat potestatẽ illũ non habituram aduersus eum, qui dñs & princeps est omnium potestatum. Chryso. ex variis in Matt. locis. hom. 1.
b. Hæc loquitur sponsa de Christo, anima de verbo dei . Christus autem idem est verbũ dei atque sapientia Beata ergo anima quæ cõplectitur sapiẽtia. Magna est sapiẽtiæ manus, magna dextera, totam cõplectitur animam. Ambr. in psal. 118. Ser. 14.
1. Peperit te, vel genuit te.
2. Peperit quæ te genuit.
c. Quia sicut mors separat animam violenter à corpore, ita dilectio dei separat animam violenter à mundano & carnali amore. Clemens Episto. 1. ad Iacobum.
3. Facies eius ignis, vel flammæ domini.
4. Contemnendo contemnent.
5. Quia fiet sermo eum eâ
6. Palatia, vel arces.
d. Murus est ecclesia, turres eius sunt sacerdotes, quibus abũdat, & de naturalibus verbum, & de moralibus disciplina . Cognosce ergo te decôra anima, quia imago dei es . Cognosce te homo, quia gloria es dei. Ambro. Hexamerõ, lib. 6. ca 8.
7. Turres, tunc fui.
8. Salomoni Baal Hamon.
9. Vt afferrent singuli.
10. Tibi ô Salomon.
11. Socij.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## PROLOGVS IN LIBRVM SAPIENTIÆ.

*Liber Sapientiæ apud Hebræos nuſquam eſt. Vnde ipſe ſtylus Græcam linguam, & loquelam redolet. Hunc Iudæi Philonis eſſe affirmant: qui proinde Sapientia nominatur, quia in ea Chriſti aduentus, qui eſt ſapientia patris, & paſſio diligenter exprimitur.*

# Incipit Liber Sapientiæ.

*Ad acquirendam ſapientiam neceſſaria eſt iuſtitia, quæ hominis affectus in deum dirigat & verba, murmurationem in deum, detractionem in proximum, & mendacium in ſe vitando, & dei beneficia iugiter meditando. Cap. I.*

a. Simplicitas cordis dies eſt, quam fraus non obnubilat, nó obtenebrat mendaciú, non obſcurat inuidia: quam lux veritatis illuminat, præſentiæ diuinæ claritas illuſtrat. Gregor. in 7. pſal. pſal. 101.

1 Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. [a] Sentite de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab iis qui non tentant illum: 2 apparet autem eis, qui fidem habent in illum. [†] Peruerſæ enim cogitationes ſeparant à deo: probata autem 3 virtus corripit inſipientes. Quoniam in [1 b] maleuoli] animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. [† §] Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet [2] fictum, ]& auferet ſe à cogitationibus [3] quæ ſunt ſine intellectu, ] & corripietur à ſuperueniente iniquitate. Benignus eſt enim ſpiritus ſapien-

b. Maleficam, i. quæ mala fide in re quacúque verſatur. In maleuolam enim animam non introibit ſapientia, quo ad contẽplatiuam, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis, quo ad actiuã. Ludulph. 1. parte, ca. 40.
2. Dolum.
3. Stultis.

tiæ, & non liberabit [4] maledictum ] à labiis ſuis: quoniam renum illius teſtis eſt deus, & cordis illius [5] ſcrutator ] eſt verus, & linguæ eius auditor. Quoniam ſpiritus domini repleuit orbem terrarum: & [hoc] [c] quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non poteſt latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. [§] In cogitationibus enim impij interrogatio erit: ſermonum autem illius auditio ad deum veniet, & ad correptionem iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & [6] tumultus ] murmurationum non abſcondetur. [7] Cuſtodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, ]& à detractione parcite linguæ. Quia ſermo obſcurus in vacuum non ibit, [†] os autem quod mentitur, occîdit animam. [d] Nolite zelare mortem in errore vitæ veſtræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum veſtrarum. Quoniam deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. [§] Creauit enim, [*] vt eſſent omnia, & [8] ſanabiles fecit nationes orbis terrarum, ] & non [9] eſt in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra. [9] Iuſtitia enim perpetua eſt, [e] & immortalis, iniuſtitia autem, mortis acquiſitio. ] Impij autem manibus & verbis accerſierunt illam: & æſtimantes illam amicam, defluxerunt: & ſponſiones poſuerunt ad illam, quoniam [10] morte digni ſunt, qui ſunt ex parte illius. ]

c. Scilicet homo conuenientiã habens cum omni creatura, & propter quem facta eſt omnis creatura, ſcientiam habet vocis, hoc eſt linguarum, vt linguit omnium gentium loqueretur. Landulph. 2. part. ca. 84.

6. Rumor.
7. Cauete ergo murmur inutile

d. Oſtendit æmulationem hæreticorum eſſe peſtiferã. Dicũt hæretici Chriſtum veniſſe excitatum ignem diſceptationum. Negat hoc Philo licens deum mortis authorẽ nó eſſe. Aemulationem & mortẽ idem eſſe ait. Hæreſiarchis nihil ſpei ſupereſſe adfirmat. Interiorum regnũ in terra eſt hæreſis, nimirum efficacia illuſionis. Lorichi⁹. ibi.]
*Deus.
8. Salutares nationes mundi.
9. Iuſtitia autẽ immortalis eſt.
e. Scilicet effectiuè. quia facit homines dignos immortalitate gloriæ. De Lyra. ibid.]
10. Digni ſunt partis illius eſſe.

*Impiorum voluptates, atque errores ad ſuum finem: & Iudæorum conſilium & conſpirationes aduerſus Chriſtum. II.*

2 Dixerunt enim [& impij] cogitantes apud ſe non rectè: [1] Exiguum, & cum 1
tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium ] in fine hominis, & non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis. Quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus tanquam non fuerimus. Quoniam fumus [2] afflatus ] eſt in naribus noſtris, & ſermo ſcintillæ, ad commouendum cor noſtrum. [3] Quia extinctus ] cinis erit corpus noſtrum: & ſpiritus [*] diffundetur tanquam mollis aer. Et tranſibit vita noſtra tanquam veſtigium nubis, & ſicut nebula diſſoluetur, quæ fugata eſt à radiis ſolis, & à calore illius aggrauata. Et nomen noſtrum obliuionem

2. Triplicem remouet errorem ſcientiam impedientem. Primũ dicentium animam hominis eſſe mortalem, caputque præcedẽti, ibi, Nolite zelare mortem. Secũdum, qui nullã pœnam vel præmium humanorum actuũ dicebant, in hoc cap. Tertium eorũ qui dicebant mala quæ nobis in hac vita contingunt, ex peccatis præteritis nobis contingere, infra, cap. 3. Lyra. ibid.
1. Exigua & tædioſa eſt vita noſtra, & non eſt remedium.
2. Eſt flatus.
3. Qua extincta,
*Noſter.

accipiet

Universidad de Deusto
Biblioteca



†Para 29.d accipiet pertempus,& nemo habebit memoriam operum noſtrorum. †§ Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum,[b]& non eſt[4]reuerſio] finis noſtri: quoniam conſi
†ſa.56.d De pœ.di.3. c.Iuuentum. gnata eſt & nemo reuertitur. †[c] Venite ergo & fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioſo,& vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos[5]temporis.]Coronemus nos[6]roſis,]antequam marceſcant: ⸗nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra.]Nemo veſtrum exors ſit luxuriæ]noſtræ. Vbique relinquamus ſigna lætitia,quoniã hæc eſt pars noſtra: & hæc eſt ſors[8]noſtra.][d]Opprimamus pauperem iuſtum,& non parcamus viduæ, nec[9]vetera-
†Iere.18.e Iuuc.27.e no:nec]reuereamur canos multi temporis. Sit autem fortitudo noſtra, lex[10]iniuſti-
c tiæ.]§ Quod enim infirmum eſt, inutile inuenitur. † Circumueniamus ergo iuſtum, quoniam [c]inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris: Et improperat nobis peccata legis,&[11]diffamat in nos]peccata diſciplinæ noſtræ. Promittit ſe ſciẽtiam dei habere,& filium dei ſe nominat. Factus eſt nobis in[12]traductionem]cogitationum noſtrarum. Grauis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius, & immutatæ ſunt viæ eius.[13]Tanquam nugaces]æſtimati ſumus ab illo,& abſtinet ſe à viis noſtris tanquam ab immũditiis,&[14]præfert]nouiſſima iuſtorum,&[15]gloriatur] patrem ſe habere deum.[f] Videamus ergo ſi ſermones illius veri ſint,& tentemus quæ
†Matt.27.c D ventura ſunt illi, ⸗& ſciemus quæ erunt nouiſſima illius.] † § Si enim eſt verus filius dei,ſuſcipiet illum,& liberabit illum de manibus contrariorum. Contumelia & tormento interrogemus eum,vt ſciamus,[16]reuerentiam]eius, & probemus patientiam illius. Morte turpiſſima condemnemus eũ:erit enim ei reſpectus ex ſermonibus illius.
†Ier.11.d † Hæc cogitauerunt,& errauerunt:excæcauit enim illos malitia eorum. Et neſcierunt [17]ſacramenta]dei,neque mercedem ſperauerunt iuſtitiæ,nec iudicauerunt honorem animarum ſanctarum. †Quoniam deus creauit hominem[18]inexterminabilem,]& ad
†Geneſ.1.d 2.b.52 Eccle.17.a †Geneſ.3.a imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum. †§ Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum.[19]Imitantur]autem illum,qui ſunt ex parte illius.

*Iuſtorum & martyrum per tribulationes vita probatur, ac impiorum pro delictis retributio donatur, virginum merces & adulterorum ſupplicium expectatur.* III.

†Deut.33.a A [a]† Vſtorum autem animæ in manu dei ſunt, & non tanget illos tormen-
B tum ⸗mortis.] Viſi ſunt oculis inſipientium mori, & æſtimata eſt afflictio exitus illorum. ⸗Et ab itinere iuſto abierunt in exterminium,] & quod à nobis eſt iter exterminij:illi autem ſunt in pace. Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt,[b]ſpes illorum immortalitate plena eſt. In paucis vexati, in multis[1] bene diſponentur:] quoniam deus tentauit eos, & inuenit illos dignos ſe.
B §Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quaſi[2] holocauſti hoſtiam] accepit
†Mat.25.f illos,& in tempore[3]erit reſpectus illorum. † Fulgebunt iuſti,] & tanquam [4]ſcintillæ] in arundineto diſcurrent. Iudicabunt nationes,& dominabuntur populis,&regnabit dominus illorum in perpetuum. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquieſcent illi: quoniam [5]donum & pax eſt]electis eius. Impij autem ſecundum quæ cogitauerunt, correptionem habebunt: quia neglexerunt iuſtũ,
c & à domino receſſerunt. §Sapientiam enim,& diſciplinam qui abiicit, infœlix eſt, & vacua eſt ſpes illorum,& labores ſine fructu,& inhabitabilia,& inutilia opera eorum.
†Ili.49. Ier.31.d Galat.4.d Mulieres eorum inſenſatæ ſunt,& nequiſſimi filij illorum,†Maledicta [6]creatura]eorum,quoniam fœlix eſt ſterilis,& incoinquinata,quæ neſciuit thorum in delicto. Habebit fructum [7]in reſpectione] animarum ſanctarum. Et ſpado qui non operatus eſt
†Ili.56.b D per manus ſuas iniquitatem,nec cogitauit aduerſus deum nequiſſima. †§ Dabitur enim illi fidei [8]donum electum,]& ſors in templo dei acceptiſſima. Bonorum enim laborum glorioſus eſt fructus,& quæ non cõcidat radix ſapientiæ. †[d]Filij autẽ adulte-
†Ili.d.c.ſi. 3.q.4.c.1. Ba.Dicat. rorũ[9]in cõſummatione]erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur. Et ſiquidẽ longæ vitæ erunt,in nihilum computabũtur,& ſine honore erit[10] nouiſſima ſenectus



[b. Quis poſt mortem nullus reuertitur ad vitam de curſu naturali. Per miraculum tamen aliqui iuſti reuerſi, vt prædictum eſt,& omnes reuerentur,in iudicio. De Lyra ibid.]
4. Impedimentum.
[c. Edamus & bibamus loquitur vita hæreticorum, quanquàm id verbis negent. Circumueniamus iuſtum, iuſtitiæ ſtudẽtem, ſanctulum vocant: religionis habitum hypocriſin eſſe aiunt. Lorychius. ibid.]
5. Ætis.
6. Roſatum calículis.
7. Strenuitatis.
8. Strenuitatis
[d. Generaliter pertinet hoc ad eos qui Deum contemnentes nulli ſenui, vel ætati parcunt: ſed iniuſtè & auarè omnes opprimunt. Specialiter vero hæreticos tangit, qui pauperem eccleſiæ populum modis omnibus perſequuntur. Gloſa ordi.]
9. Veterani.
10. Iuſtitiæ.
e. Hoc eſt,iniuſtus, qui nos arguit,condemnat,corripit. Licet hoc poſſit etiam ad auaritiã hominum impiorũ detorqueri, quæ perfidiæ vitima eſt,ſicut in Iuda proditore legimus,qui auaritiæ ſtudio, & pecuniæ cupiditate, laqueum proditionis incurrit atque incidit. Ambro. offic. lib. 2. cap. 6.
11. Celebrat nobis.
12. Redargutionem.
13. In ſpurium.
14 Beãta dicit.
15. Iactat.
f. Videruntenim Ieſum multa & præclariſſima miracula facientem, & copioſum poſt ſe populum deducentem, ac omnium terrenorum prædicantẽ cõtemptũ. Sicque videbant ab ipſo principatũ ad quem maxime anhelabãt,auferri. Ideo conſilegerunt concilium pontifices & Phariſæi. Dion. ibid. ex Aug.
16. Manſuetudinem.
17. Myſteria.
18. In integritate.
g. Ita per occaſionem delicti in vniuerſis peccatoribus diabolus mortis fortitus eſt imperiũ, atque omnes à deo deuiantes, peccativinculo obſtrictos,ſqualentis tartari clauſos ergaſtulo poſſidebat. Ambr. de myſterio paſchæ,ca.3.
19. Tentant.
a. Qui ſanctorũ merita religioſa charitate miratur,quique iuſtorum gloriã frequenti laude collequitur:eorũ mores,actus, atque iuſtitiã imitetur. Chryſ. ſuper illud; Iuſtorum animæ, Ser. 10. 1.
[b. Quia non poteſt amitti. Immortalitas vero Adæ non fuit plena. Nam amitti poterat, & fuit amiſſa. De Lyra. ibid.]
1. ſtamo afficientur.
2. Holocauſtum hoſtiæ.
3. Viſitationis illorum refulgebunt.
4. Stipula.
[c. Quoniam aſſeſſoria dignitate,& approbatione ſanctitæ iudicabunt eum Dño ſaluatore, qui cũctis ſanctis promiſit. Vos qui ſecuti eſtis me ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael. Iudicabunt ergo nationes i. omnes reprobos & iniquos. Diony. Carthuſ. ibid.]
5. Gratia & miſericordia eſt in ſanctis eius,& viſitatio in.
6. Generatio.
7 In viſitatione.
8. Gratia electa.
d. Cur enim quæritur tale coniugium,de quo ſuſceptus filius nec ſucceſſionis poſſit hæres eſſe nec ſanguinis? Nec enim habere poteſt hæreditatis confertiã,qui non habet originis priuilegiũ. Cur inquã quæritur tale contubernium, de quo nati non filij ſint matrimonij, ſed teſtes ſint adulterij? Cur huiuſmodi ſuſcipiũtur adulteri, qui patri pudori ſint,non honori? Vnde dicit ſcriptura: Adulterorum filij in conſummatione erunt Ambr. Ser. 65.
9. Incõſummati,vel imperfecti.
10. In nouiſſimis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



illorum. Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis [11] allocutionem. Nationes enim iniquæ, diræ sunt consummationis.

11. Solarium. Nationis enim iniquæ diræ sunt consummationes.

*Casta generatio in multis ab adulterina dissidet, iusti etiam plerunque à deo tolluntur, ne ab impijs seducantur, & in quo vtriusque finis differat.* IIII.

[1a] Quàm pulchra est casta generatio cum claritate.] Immortalis est enim memoria illius: quoniam & apud deum nota est, & apud homines. Cum præsens est, imitantur illam: & desiderant eam cum se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens. Multigena autem impiorum multitudo [b] non erit vtilis, & [2] spuria vitulamina] non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. Et si in ramis in tempore germinauerint infirmiter [3] posita,] à vento commouebuntur, & à [4] nimietate] ventorum eradicabuntur. [4] Confringentur enim rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & [5] acerbi] ad manducandum, & ad nihilum apti. Ex iniquis enim [6] omnes] filij qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua. Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neque annorum numero [7] computata. Cani autem sunt sensus hominis,] & ætas senectutis vita immaculata. Placens deo factus dilectus, & viuens inter peccatores translatus est. [†#c] Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentię transuertit sensum sine malitia. Consummatus in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat deo anima illius: propter hoc properauit [e-] ducere illum] de medio iniquitatum. Populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordiis talia, quoniam gratia dei, & misericordia est in sanctos eius, & respectus super electos illius. Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius consummata [8] longam] vitam iniusti. [4] Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent quid [9] cogitauerit de illo deus, & quare munierit illum] dominus. Videbunt enim & contemnent [-eum,] illos autem deus irridebit. Et erunt post hæc decidentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum. [d] Quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, & commouebit illos a fundamentis, & vsque ad supremum desolabuntur. Et erunt [10] gementes, & memoria illorum periet. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & [11] traducent] illos ex aduerso iniquitates ipsorum.

1. Melior est sterilitas cum virtute.
a Scilicet in religiosis, qui castitatem vouerunt, & se castrauerunt propter regnũ dei: quia castitas sola non sufficit ad cordis integritatem, sine ipsa nulli contingit videre dominum. Chryso. in 2. cap. Eph. homi. 4.
[b. Quia non valet ad finem intentum, sicut medicina dicitur inutilis, quæ non inducit sanitatem. Omnes autem homines inquantum sunt ad imaginem dei facti, sunt ad beatitudinem ordinati, propter quod impijs ea deficientes dicuntur inutiles, Et ideo subditur, & adulterinæ plãtationes, i. omnes impij qui sic nominantur: eò quòd per adulterium spirituale fiunt filij diaboli. De Lyra. ibid.]
2. Adulterinæ plantationes.
3. Ascendentia.
4. Violentia.
5. Immaturi.
6. Somniis.
7. Computatur. Canities autem est sapientia hominibus.
c. Ni si pacato seculo bellisque cessantibus raptum Enoch nemo fleuit, sed magis propheta laudauit, sicut de illo scriptura dixit: Raptus est, ne malitia mutaret cor eius: quãto magis nũc iure dicẽdum est, cum ad seculi lubricum vitæ accedat ambiguũ: Raptus est ne in manus inimicorum barbarorum: Raptus est ne totius orbis excidia, mundi finem, propinquorũ funera, ciuium mortes ne postremo sanctarum virginum atque viduarum, quod omni morte acerbius est, colluuionem videret. Ambro. de obitu fratris.
8. Longæuum.
9. Decreuerunt de illo & quare muniuerit se, scilicet armis fidei

d. Hoc est, Deus auellet animas eorum à suis corporibus omnino discretiatis, & intus corruptis. Sic quippe per Hoseam loquitur de iniquis 13 Occurram eis vt vrsa raptis catulis, dirumpam interiora eorum, & consumam eos vt leo, qui erant inflati superbia. Diony. ibid.
10. In dolore.
11. Arguent.

*Iusti constanter ab impijs tolerant persecutiones, iniusti autem incassum sperant qui in futuro seculo vitam suam deplorabunt.* V.

[1] Vnc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum.] Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, gementes præ angustia spiritus, [a] dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: [2] Hi sunt quos] habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij: nos incensati vitam [3] illorum] æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: Ecce quomodo [4] computati sunt] inter filios dei, & inter sanctos sors [5] illorum] est. [b] Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol [6] intelligentiæ] non est ortus nobis. [#7] Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus [8] vias difficiles,] viam autem domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuntius præcurrens: Et tanquam nauis quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius, cum præterierit, non est vestigium inuenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus: aut auis quæ transuolat in aëre, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius: sed tantum sonitus alarũ verberatus leuem ventum, & scindens per vim itineris aerem commotis alis transualauit, & post hoc

1. Stabit iustus contra faciem eorum qui angustiauerunt eũ, & irritantium laborem eius.

a. Vindicta nostra describitur, & persequentium nos atque insectantium pœnitentia prædicatur. Cypria. de exhortatione martyr. ].
2. Hic erat quem.
3. Illius, & infra.
4. Computatus est.
5. Illius.
b. Est & hæc dispensatio domini, vt quando impios punit, & iustos remunerat, mutuo se videant & cognoscant. Etenim tunc martyres suos quique tyrannos agnoscent, & tyranni suos quos afflixerũt martyres. Cæterũ nos, quãtus hic non cõuenimus mutuũ, atramẽ, alibi nullus est qui prohibeat, ne simul versemur. Videbimus sane eos qui in exitium nos miserũt, sicut Lazarus diuitẽ, & martyres tyrannos. Chryso. Epist. 3.
6. Iustitiæ.
7. Impleti.
8. Oberrata inaccessibilia, siue inuia.

hoc nullum ſignum inuenitur itineris illius: aut tanquam ſagitta emiſſa [9] in locum de-
c ſtinatum: ] diuiſus aër continuo in ſe recluſus eſt, vt ignoretur tranſitus illius: [4 c] ſic
& nos nati continuo deſiuimus eſſe, & virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtē-
dere, in malignitate autem noſtra conſumpti ſumus. ⊱ † Talia dixerunt in inferno ij
† Prouer. 11. a qui peccarunt: ] quoniam ſpes impij tanquam lanugo eſt, quę à vento tollitur: & tan-
quam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur: & tanquam fumus qui à vento dif-
fuſus eſt: & tanquam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis. [d] Iuſti autem in perpe-
tuum viuent, & apud dominum eſt merces eorum, & cogitatio illorum apud altiſſi-
mum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu domini, quoniam
dextera ſua teget eos, & in brachio ſancto ſuo defendet illos. Et accipiet armaturam
zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace iuſti-
D tiam, & [10] accipiet pro galea iudicium certum. ] [5] Sumet ſcutum inexpugnabile æqui-
tatem, acuet autem duram iram in lanceam [e] & pugnabit cum illo orbis terrarum con-
tra inſenſatos. Ibunt directè emiſſiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu
nubium [11] exterminabuntur, & ad certum locum ] inſilient. Et à petroſa ira plenæ mit-
tentur grandines, [12] excandeſcet ] in illos aqua maris, & flumina [13] concurrent ] duriter.
Contra illos ſtabit ſpiritus virtutis, & tanquam turbo venti diuidet illos: Et [14] ad ere-
mum perducet ] omnem terram iniquitatis ⊱ illorum, ] & malignitas euertet ſedes po-
tentium.

9. In ſcopum.
c. Cum ſit homo compoſitus ex contrarijs, quæ in ſe continuo agunt in ſui corruptionem, neceſſe eſt hominem quàm cito natum tendere ad corruptionē. Calidum enim non ceſſat agere actione quidem corruptiua in humidum radicale: quo conſumpto totum corrumpi corpus oportet. Lyra cum Diony. ibidem.

[d. Poſt peccatorum pœnas, & ferām in inferno pœnitentiam, iuſtorum oſtendit gloriam qui in cœlo recepti vita beata in cōtemplatione dei fruūtur in quo totam ſpem ſuā poſuerūt. Gloſa ordinaria contra impios & vefanos homines, qui omnipotentem deum ſios hoſtem audent ſuſpte culpa conſtituere. Lorychius ibidem ]
10. Circūponet galeā iudicium ſimpl. x.
e. Orbis terrarum cum domino cōtra inſenſatos pugnat, quādo in pœna delinquentium etiam elementorum aduerſitas militat. Grego. Moral lib. 6. cap. 5.
11. Ad ſcopum.
12. Et candeſcet.
13. Inundabunt.
14. Deſolabit.

*Iniuſtos rectores graue manet à deo ſupplium, niſi ſapientiæ adhæreant, quæ ſe vltro quærentibus offert, & totum regit orbem terrarum.* VI.

A ⊱ † Elior eſt ſapientia quàm vires, & vir prudens, quàm fortis. ] [a] Audite
† Eccle. 9. d ergo reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ. Præbete aures vos
† De ſent. excom. c. Ani-
bis 2.
Eccle. 9. b
Roma. 13. a
qui continetis multitudines, & [1] placetis vobis ] in turbis nationum: † quo-
niam data eſt à domino poteſtas vobis, & virtus ab altiſſimo, qui interro-
gabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cùm eſſetis miniſtri regni il-
lius, [b] non rectè iudicaſtis, nec cuſtoditis legem iuſtitiæ, neque ſecundum voluntatem
dei ambulaſtis. Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam iudicium duriſſimum in
iis qui præſunt, fiet. [2] Exiguo enim conceditur ] miſericordia, [c] potentes autem poten-
B ter tormenta patientur. [3] Non † enim ſubtrahet perſonam ⊱ cuiuſquam deus, qui
† 1. q. 1. cap. Præcipue. Deut. 10. d 2. Para. 19. e Iob. 34. b Eccle. 35. b Roma 2. b Galat. 2. b Epheſ. 6. b Coloſ. 3. d Act. 10. c 1. Pet. 1. c
eſt ] omnium dominator, nec verebitur magnitudinem ⊱ cuiuſquam: quoniam pu-
ſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus. [d] Fortioribus autem
fortior inſtat [3] cruciatio. ] Ad vos ergo Reges ſunt hi ſermones mei, vt diſcatis ſapien-
tiam, & non excidatis. Qui enim cuſtodierint iuſtitiam, iuſtè iudicabuntur: & qui di-
dicerint iuſta, inuenient quid reſpondeant. Concupiſcite ergo ſermones meos, [4 c] &
diligite illos, & habebitis diſciplinam. ] Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit ſapiētia,
c & facile videtur ab iis qui diligunt eam, & inuenitur ab iis qui quærunt illam. [5] Præoc-
cupat qui ſe concupiſcunt, vt [5] illis ſe prior oſtendat. ] Qui [6] de luce vigilauerit ] ad illā
non laborabit: aſſidentem enim illam foribus ſuis inueniet. Cogitare ergo de illa,
[7] ſenſus eſt cōſummatus: ] & qui vigilauerit propter illam, cito erit ſecurus. Quoniam
dignos ſe, circuit ipſa quærens, [f] & in viis ſuis oſtēdet ſe illis hilariter, & in omni [8] pro-
uidentia ] occurrit illis. Initium enim illius veriſſima eſt diſciplinæ concupiſcentia.
Cura ergo diſciplinæ, dilectio eſt: & dilectio cuſtodia legum illius eſt. Cuſtoditio
autem legum conſummatio incorruptionis eſt: incorruptio autem, facit eſſe proxi-
D mum deo. [8] Concupiſcentia itaque ſapientiæ deducit ad regnum ⊱ perpetuum. ] Si
ergo delectamini ſedibus, & ſceptris ô Reges populi, diligite ſapiētiam, vt in perpetuū
regnetis ⊱ Diligite lumen ſapientiæ omnes qui præeſtis populis. ] Quid eſt autem ſa-
pientia, & quemadmodum facta ſit, referam: & non abſcondam à vobis [9] ſacramen-
ta ] dei, ſed ab initio natiuitatis inueſtigabo, & ponam in lucem ſcientiam illius, & non
præteribo veritatem, neque cum inuidia tabeſcente iter habebo: quoniam talis homo
non erit particeps ſapientię. [g] Multitudo autem ſapientium, [10] ſanitas eſt orbis terra-

a. Vnuſquiſque enim ſcire tenetur, & diligentiſſimè diſcere debet ea quæ ad ſuum pertinent ſtatum, ac gradū, quatenus iuxta ſuæ exigentiam vocationis ambulet dignè deo. Et qui in aliquo eſt conſtitutus officio, illud idoneè exequatur. Diony. ibidem.
1. Superbitis.
[b. Sed leges eius reliquiſtis male iudicando & viuendo, ideo ſubditur: Horrendè & citò. In morte quæ nō tardat. De Lyra.]
2. Minimus dignus eſt.
c. Eiuſdemne tibi videbitur ſceleris reus Annas & Caiphas & Iudas proditor, cuius & Pilatus qui nolens compulſus eſt contra dominum ferre ſententiam? Idem ibidem.
d. Quanto maioris meriti fuit Iudas, tanto maioris criminis eſt, & quanto maioris criminis tanto maioris & pœnæ. Hieron. contra Ioui. lib. 2.
3. Scrutatio.
4. Optate & erudiemini.
[e. Qui diligit ſapientiam ſeruat in moribus diſciplinā. Non enim amat ſapientiam qui non ſeruat diſciplinam, vnde ſi diligitis me, mandata mea ſeruate. Gloſa ordi. ibidem. ]
5. Prænoſcatur.
6. Mane ſurrexit.
7. Scientiæ eſt conſummatio.
f Viæ quippe ad creatorē ſunt opera cōſiderata creatoris: quæ dum facta cernimus, protinus factoris miramur. In ſtructuris oſtendit ſe illis hilariter, & omni prouidētia occurrit, quia factoris nobis virtus inquirenda proponitur in omne quod mirabiliter factum videtur. Greg. Moral. lib. 26 cap. 8.
8. Cogitatione.
9. Myſteria.
g. Hunc ergo qui ſapienter debet dicere etiam quod non poteſt eloquenter, verba ſcripturarum tenere maximè neceſſariū eſt. Qui enim eloquenter ſuauiter qui ſapienter, dicunt, ſalubriter audiuntur. Propter quod non ait ſcriptura: Multitudo eloquentium, ſed multitudo ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum. Aug. de doct. Chriſt. lib. 4. cap. 5.
10. Salus eſt mundi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



rum,]& rex ſapiens populi ſtabilimentum eſt. Ergo accipite diſciplinam per ſermones meos,& proderit vobis.

*Quoniam omnium idem eſt finis & conditio, ſapientia omnibus præferēda, & quimque modis acquirenda, quibus ſunt mala vitanda.* VII.

SVm quidem & ego[a] mortalis homo,ſimilis omnibus,& ex genere terreno illius qui prior factus eſt,& in ventre matris figuratus ſum caro, decē mēſium tempore coagulatus ſum in ſanguine,ex ſemine hominis,& delectamento[1]ſomni]conueniente.[b]Et ego natus accepi cōmunem aërem, & ſimiliter in factam décidi terram:& primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans.In inuolumentis nutritus ſum,& magnis curis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus.[c]Propter hoc optaui,& [2] datus eſt mihi ſenſus:]& inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ.Et præpoſui illam regnis & ſedibus,& diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius.[d†]Nec comparaui illi lapidem pretioſum: quoniam omne aurum in cōparatione illius arena eſt exigua,& tanquam lutum æſtimabitur argentum in conſpectu illius.[e] Super ſalutem, & ſpeciem dilexi illam, & propoſui pro luce habere illam: quoniam [3] inextinguibile eſt lumen illius.]† Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & [4] innumerabilis honeſtas]per manus illius. Et lætatus ſum in omnibus: quoniam [5] antecedebat me]iſta ſapientia, & ignorabam quoniam horum omnium mater eſt. Quam ſine fictione didici, & [c] ſine inuidia communico,& [6] honeſtatem ]illius non abſcondo. Infinitus enim theſaurus eſt hominis, quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ dei, propter diſciplinæ dona commendati.[f]Mihi autem dedit deus dicere ex ſententia, & [7] præſumere digna horum,] qui mihi dātur: quoniam ipſe ſapientiæ dux eſt,& ſapientiū emendator.[g] In manu enim illius,& nos[8] & ſermones noſtri,& omnis ſapientia,& [8]operum ſcientiæ diſciplina.[h] ]Ipſe enim dedit mihi horum ſcientiam veram quæ ſunt, vt ſciam diſpoſitionem orbis terrarum, & virtutes elementorum, initium, & conſummationem,& medietatem temporum, [h]viciſſitudinum permutationes,& cōſummationes temporum, & morum mutationes:diuiſiones temporum,anni curſus,& ſtellarum diſpoſitiones,naturas animalium, & iras beſtiarum,vim ventorum,& cogitationes hominum, differētias virgultorum, & virtutes radicum,& quęcunque ſunt abſconſa & improuiſa,didici. Omnium enim artifex docuit me ſapientia.[i] *Eſt enim in illa ſpiritus intelligentiæ ſanctus, [9] vnicus,]o multiplex,[10] ſubtilis,]modeſtus,diſertus,mobilis, incoinquinatus,[11] certus,ſuauis,]amans bonum,acutus,[12] qui nihil vetat benefacere,] humanus, benignus, ſtabilis,certus,ſecurus,omnem habens virtutem,omnia proſpiciens,& qui capiat omnes ſpiritus intelligibiles,[13] mundus,ſubtilis]Omnibus enim mobilibus mobilior eſt ſapientia. Attingit autem[14] vbique] propter ſuā munditiam. Vapor eſt enim virtutis dei,& emendatio quædā eſt[15] claritatis] omnipotentis dei ſyncera:& ideo nihil inquinatū in eam incurrit.[k16]† Candor]eſt enim lucis æternæ,& ſpeculum ſine macula dei[17]maieſtatis,] & imago bonitatis illius, & cùm ſit vna, omnia poteſt: & permanens in ſe omnia innouat,& per nationes in animas ſanctas ſe transfert. Amicos dei,& prophetas conſtituit.Neminem enim diligit deus,niſi eum qui cum ſapientia inhabitat. Eſt enim hæc ſpecioſior ſole,& ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum. Luci comparata inuenitur prior. Illi enim ſuccedit nox.Sapientiam autem non vincit malitia.

*Sapientia quanto affectu ſit deſideranda: quæ non ab homine, nec ab angelo, nec à dæmone vel ſtudio, ſed per deuotam precationem eſt à deo impetranda.* VIII.

ATtingit ergo à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia [1] ſuauiter.] Hanc amaui,& exquiſiui eam à iuuentute mea,& quæſiui in ſponſam mihi eam aſſumere,& amator factus ſum formæ illius. Generoſitatem illius glorificat contubernium habens dei, ſed & omnium dominus dilexit illā.

Doctrix

a. Adam in iuſtitia originali eſt creatus immortalis,id eſt potēs nō mori. In qua ſi ſteriſſet,filios ſibi ſimiles generaſſet immortales:ſed propter lapſum factus eſt mortalis:& talis in perpetuū generauit filios mortales. Lyra.ibi.
1. Somno.
[b. Videant reges & alij nobiles an aliam naſcendi habent originem q̄ eam quę hic deſcribitur. Exitus certe iſtem eſt certo argumento ortū quoque eſſe eundem. Lorychius.]
c. Vt enim acciperet ſapientiam à deo,non diuitias,non nobilitatem, non poteſtatem, ſed ſapientiam poſtulauit: & in illa omnia etiam quæ non poſtulauit inuenit. Ambro. in Pſal. 43. in ſi.
2. Data eſt mihi ſcientia.
[d. Qui enim cœleſtē ſapientiā veracitter inuenit.i.verbum dei, deſpicit omnia emolumēta ptę ſentis vitæ, Philoſophiam, eloquentiam, & diuinæ theoricæ vacare cōtendit Glo. ordi. ibi.]
3. Inquietum eſt lumen quod venit ex illa.
4. Innumerabiles diuitiæ.
5. Dux eorum eſt.
e. Veluti iubet Petrus. 1. Pet. 4. Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes.
6. Diuitias.
f. Ex ſententia dicere appetit, quæ non modo ſciendo dicere, ſed ſentiendo deſiderat experiri, quod dicit Greg. Moral. lib. 23. cap. 17.
7. Cogitare digna de his.
8. Opificum ſcientia.
[g. Declarata preciositate ſapiētiæ, hic conſequenter Salomon oſtendit qualiter eum direxerit in actibus vitæ contemplatiuæ: Et primo quantum ad contemplationem rerū naturalium, 2. ſupernaturaliū. De Lyra ibid.]
h. Hic comprehenderat qualiter ſibi annorum mutua viciſſitudo redeunte orbe ſuccederet curſus, præcedendo ſe nonnunquā, aut ſubito ſubſequendo, unde eorum eſſet ortus aut obitus: & alia multa quæ ſapiētia docente cognouerat. Ambr. de Salomone cap. 1.
[i. Vt Iſaias oſtendit omnia dona ſpiritus ſancti in humanitate ſaluatoris exiſtiſſe, in quo ſunt omnes theſauri ſapiētiæ & ſcientiæ abſconditi, & plenitudo diuinitatis, cui non datur ſpiritus ad menſuram. Gloſa ordina.]
9. Vnigenitus.
10. Integer.
11. Manifeſtus, illæſus.
12. Expeditus, beneficus.
13. Mundus ſubtiliſſimus.
14. Et capax eſt per omnia.
15. Gloriæ.
k. Vide quanta dicantur. Splendor quòd claritas paternæ lucis in filio ſit. Speculum ſine macula, quòd pater videatur in filio. imago bonitatis, quòd nō corpus in corpore, ſed virtus in filio tota cernatur. imago docet non eſſe diſſimilem, character expreſſum eſſe ſignificat, ſplendor ſignat æternum. Ambro. de fide lib. 1. cap. 4.
16. Splendor.
17. Operationis.

a. Ea portēria quæ fortiter à fine vſque ad finem attingit, numeme forteſſe dicitur. Laverò quæ diſponit omnia ſuauiter, ſapiēſia proprię iam vocatur, cùm ſit tuūque vnius cuiuſdque ſapię. Aug. de libero arbitrio. lib. 3. cap. 11. in principio.
1. Viriliter.

Doctrix enim est disciplinæ dei,& electrix operum illius.Et si diuitiæ[2] appetuntur] in vita:[b] quid sapientia locupletius,quæ operatur omnia?Si autem[3] sensus ]operatur:quis horum quæ sunt,magis quàm illa,est artifex? Et si iustitiam quis diligit: labores huius [4] magnas habent ] virtutes.Sobrietatē enim,& prudentiam docet,& iustitiam,&[5] virB tutem,]quibus vtilius nihil est in vita hominibus.[f] Et si[6] multitudinem scientiæ desiderat quis,scit præterita,& [7] de futuris æstimat,] scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum,signa & [8] monstra scit antequam fiant,& euentus temporum & seculorum. ] Proposui ergo hanc adducere mihi ad conueniendum, [c] sciens quoniam mecum communicabit de bonis,& erit allocutio cogitationis,& tædij mei. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores. [d] Iuuenis, & acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero,]—& facies principum mirabuntur me.] Tacentem me sustinebunt,& loquentem me respicient,& serC mocinante me plura,manus ori suo imponent.[g] [e] Præterea habebo per hanc immortalitatem, & memoriam æternam iis qui post me futuri sunt relinquam . Disponam populos, & nationes mihi erunt subditæ. Timebunt me audientes [9] reges] horrendi: & in multitudine bonus videbor,& in bello fortis. Intrans in domum meam,cōquiescam cum illa. [f] Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius,sed lætitiam & gaudium. Hęc cogitans apud me, & cōmemorans in corde meo,quoniam immortalis est in cogitatione sapientia,& in amicitia illius delectaD tio bona,& in operibus manuum illius [10] honestas ] sine defectione,[g] & in certamine loquelæ illius sapientia , & pręclaritas in communicatione sermonum ipsius: circuibam quærens,vt mihi illam assumerem.Puer autem eram ingeniosus,&[8] sortitus sum animam bonam.Et cùm essem magis bonus,veni ad corpus inquoinquinatum. Et vt sciui quoniam aliter non possem esse continens,nisi deus det,& hoc ipsum erat summa sapientia,scire cuius esset[11] hoc donum,]adij dominum, & deprecatus sum illum, & dixi[12] ex totis præcordiis meis.]

2. Sunt appetibilis possessio.
[b. Sapiētia hac ratione diligibilior est: per quam multo plura maiora & meliora possunt haberi quàm per diuitias temporales. Vnde Prouerb. 12. Quid prodest stulto habere diuitias, cùm sapientiam emere nō possit? De Lyra.]
3. Prudentia.
4. Sunt.
5. Fortitudinem.
6. Experientiam.
7. Futura imaginatur.
8. Prodigia præuoscit, & euentus opportunitatū & temporū.
c. Hoc est, dona gratiæ suæ mihi distribuet,& me spiritualiter ditabit:quia quāto quis frequēnius ipsam cōtemplatur, & ei se applicat,tāto plus crescit in donis eius.Diony.ibidem.
[d. Iuuenis enim adhuc existēs, valde solerter iudicauit filium reddi verē matri. 3.Reg.3. De Lyra ibidem.]
e. Sed alia est immortalitas suæ naturæ,alia nostræ est. Nō sunt fragilia cōparanda diuinis. Vnde sola substantia diuinitatis, quæ mori nescit.Ambr.de fide. lib.3.cap.2.
9. Tyranni
f. Nempe cùm delectatio oritur ex vnione potētiæ cum obiecto conuenienti, sitque diffusio animi in conceptu adoptionēque boni,dum meus syncera coniungitur summo & incomparabili bono illi, habet copiosę delectationis incitamentum. Diony.ibidem.
10. Diuitiæ.
g. Neque enim negligendi sunt seu erarent,seu verum sapiāt: qui hoc specialiter & singulariter de anima illa quam putant mediatoris dei & hominum Iesu Christi hominis Aug. de Gene. ad lit. lib. 10. cap. 7. & amplius, cap 17.
11. Hæc gratia.
12. Ex toto corde meo.

*Sapientiam à deo petens,ineffabilem illius fatetur sapientiam, & humanam ad illam indigentiam,& absque illo difficultatem.* IX.

A [a] Eus patrum meorum , & domine misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo,& sapientia tua constituisti hominem,vt dominaretur creaturæ quę à te facta est,vt disponat orbem terram in æquitate & iustitia,& in directione cordis iudicium iudicet: [b] da mihi sedium tuarum astitricem sa†Philus. b pientiam,& noli me reprobare à pueris tuis, † quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillę tuæ,homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij & leB gum.[f] Et si quis erit consummatus inter filios hominum , si abfuerit ab illo sapientia †1.Par.28.a 2.Par.1.b tua, in nihilum computabitur.† [c] Tu autem elegisti me Regem populo tuo, & iudicē filiorum tuorum,& filiarum.Et dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo,& †Prouer.8.c Ioan.1.a in ciuitate habitationis tuæ altare,similitudinem tabernaculi sancti tui,† quod prępaC rasti ab initio,& tecum sapientia tua,quæ nouit opera tua,quę affuit tunc cùm orbem terrarum faceres , & sciebas quid esset placitum oculis tuis , & quid directum in præceptis tuis.[g] Mitte illam de cœlis sanctis tuis,& à sede [1] magnitudinis tuæ,vt mecū sit, & mecum]laboret,vt sciam quid acceptum sit apud te.Scit enim illa omnia & intelli †Ibi.4.c 2.Cor.12.d git,& deducet me in operibus meis sobriè, & custodiet me in sua [2] potentia.]Et erunt accepta opera mea, & disponam populum tuum iustè , & ero dignus sedium patris mei.† Quis enim hominum poterit scire cōsilium dei? Aut quis poterit cogitare quid D velit deus?[d] Cogitationes enim mortaliū timidæ,& incertę prouidentię nostræ:[g] Corpus enim[3] quod corrūpitur,aggrauat animā:& terrena inhabitatio deprimit[4] sensum ] multa cogitantē. Et difficile existimamus quæ in terra sunt:& quę[5] in prospectu ]sunt, inuenimus cū labore. Quæ in cœlis sunt autē, quis inuestigabit?[6] Sensum ]autē tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam,& miseris spiritum sanctum tuū de altissimis : & si correctę sint semitę eorū, qui sunt in terris, & quę tibi placent, didicerint homines? Nam per sapientiam[7] sanati sunt,]—quicunque placuerunt tibi domine à principio.]

2. Quamuis sit deus vniuersorū, iure creationis,conseruationis, & gubernationis,specialiter tamen per gratiam præcipuē electionis voluit deus illorū trium patriarcharum vocari Abrahā, Isaac,& Iacob. Diony.ibid.
b. Potest intelligi de sapientia requisita ad regimen sedium regiarum , quam ideo viderat petere vt digne posset regnum Israeliticarum gubernare. Lyra ibid.
[c. Hæc nō possunt dici de Philone quia neque rex ille fuit, neque templi ædificator: Apparet ergo Salomonis esse librum hunc .Salomonem vero in templo,atque adeo in mollitica disciplina esse educatum,alibi diximus & hic vides. Lorychius ibidem.)
1. Gloriæ tuę mitte illam,vt prę sens mihi.
2. Gloria.
d. Christus verus populi princeps animam iusti velut curru agitator ascendens,verbi habenis gubernat , ne violentorum equorum furore in abrupta rapiatur.Sūt enim eius velut quatuor equi, quatuor affectiones, ira, cupiditas, voluptas, timor: quibus furentibus cùm coperit agi , neutiquam seipsa cognoscit. Corpus enim quod corrūpitur,animam grauat,& tanquā irrationabilium animaliū cursus inuitam rapit, voluentibus curis, velut quodā impetu proruentem,donec memoratæ corporis passiones verbi virtute mitescant. Ambr.de virgi.lib.ii.
3. Corruptibile.
4. Mentem.
5. In manibus.
6. Consilium.
7. Saluati.

*Sapientia à præcipuorum conseruatione in bono, ab initio seculi, & iustorum liberatione à malo in suis persecutionibus, commendatur.* X.

a. Prius sapientiæ opera in generali deduxit, nunc in particulari eorum qui bene, & eorũ qui male sapiẽtia vsi sunt, exempla adducit: & primo ipsius Adæ, & consequenter filiorum eius. Lyra ibid.
[b. Vt Cain qui fratrem non iustè peremit piaculi vindictã in diluuio soluta est, & generatio Cain deleta. Sed dei sapientia Noe de stirpe Seth ad reparationem orbis cum filiis suis in Arca seruauit. Glosa ordinaria ibidem.]
1. Nequitiæ gentiũ cõfutatum.
c. In Sodomã & vicinas ciuitates Gomorram.
Versa est ergo illa pentapolis in lacum salsum ac sterilem, qui dicitur mare mortuum: quia nec pisces nec aues in eo viuere possunt. Nauem non patitur nec aliquam aliam materiam nisi bituminatam Diony. Carth. post Magistrum historiarum.]
2. Columna.
3. Læsi sunt quod cognouerũt.
4. In vita.
5. Venerantes illam.
d. Est iustus, qui in principio sermonis accusator est sui: & est iustus qui fide viuit: & est iustus, qui absque terrore est. Primus quidem bonus, quia accedit ad viam: secũdus melior, quia currit per viã: tertius optimus, quia iam approximat ad finem viæ. Hic tamen accipimus primum, quem velociorem inuenimus. Hunc deduxit dominus & non alius: quia ipsius est de via iniquitatis ad viam veritatis reducere, & deducere per eam: Per vias, inquit, rectas. Viæ domini, viæ rectæ, viæ pulchræ, viæ plenæ, viæ planæ, rectæ sine errore, quia ducunt ad vitam: pulchre sine sorde, quia docent munditiam, &c. Bernar. de verbis Sap. 10. Iustum deduxit dominus, &c.
6. Locupletauit.
7. Multiplicauit.
8. In cupiditate.
9. Ditauit.
10. Religio.
11. A peccato.
12. In lacum vel carcerem.
13. Imperantium.
14. Vituperauerunt.
*Pieratis.

[a† Æc, illum qui primus formatus est à deo pater orbis terrarum, cùm solus esset creatus, custodiuit: † & eduxit illum à delicto suo.] Et eduxit illũ de limo terræ,] & dedit illi virtutem continendi omnia: [b] ab hac vt recessit iniustus in ira sua, † per iram homicidij fraternitas deperiit. † Propter quod cùm aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia per contemptibile lignum iustum gubernãs. Hæc & in consensu[1] superbiæ, cum se nationes extulissent,] † sciuit iustum, & conseruauit sine querela deo, & in filiis misericordiam fortẽ custodiuit. * Hæc, [1] iustum à pereũtibus impiis liberauit fugiẽtem, descendente igne [c] in Pentapolim: quibus in testimoniũ nequitiæ fumigabunda constat deserta terra, & in certo tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria stans [2] figmentum] salis. Sapientiam enim pretereuntes non tantùm [3] in hoc lapsi sunt, vt ignorarent] bona: sed & insipientiæ suæ reliquerunt [4] hominibus] memoriam, vt in iis quæ peccauerũt, nec latêre potuissent. Sapientia autem [5] hos qui se obseruãt,] à doloribus liberabit. † Hæc autem profugum iræ fratris [d] iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum dei & dedit illi scientiam sanctorum. * [6] Honestauit] illum in laboribus: & [7] complet[1]uit] labores illius. † [8] In fraude] circunuenientium illum affuit illi, & [9] honestum fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum. Et certamen forte dedit illi, vt vinceret, & sciret quoniam omnium potentior est [10] sapientia. ] Hęc vẽditum iustum non dereliquit, sed [11] à peccatoribus] liberauit eum: descenditque cum illo [12] in foueam,] & in vinculis derel[1]iquit illum, donec afferret illi sceptrum regni & potentiam [13] aduersus eos qui eum deprimebant: ] & mendaces ostendit, qui [14] maculauerunt] illum, & dedit illi claritatem æternam. † * Hęc populum iustum, & semen [1] sine querela liberauit à nationibus quę illum opprimebant. † Intrauit in animam serui dei, & stetit contra reges horrendos in portentis & signis. Et reddidit iustis mercedem * laborum suorum, & deduxit illos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem. † Et transtulit illos per mare rubrum, & transiuit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. † Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, & decantauerunt. Domine nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudauerunt pariter. Quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.

*Sapientia multa Israeli peregrinanti in deserto beneficia Aegyptiis hostibus mirabiliter vexatis contulit, aquas præbendo & vltrices sine modo pœnas infligendo.* XI.

1. In manus.
2. Fixerunt tabernacula.
3. Abrupta & sanitas.
4. Cruciati.
5. Ipsi indigentes beneficium acceperunt.
a. Sempiternum flumẽ Nilum vocat cuius aqua tanquam fontis potabilis est, qui dicit: r fluẽn sempiternũ quia est vnus de quatuor fluuiis paradisi, & in Genesi vocatur Gihon, circuiens terram Aethiopiæ: & ibi dicitur Gihon. Inde autem in Aegyptum descendens, vbi Nilus vocatur, & per diuersa loca ibidem diuiditur. Diony ibid.
6. Cruento sanguine turbati in correptionem iustentium occisoris præcepti.
7. Examinasti.
[b. Aegyptij enim afflictentes Pharaoni & etiam absentes ab eius præsentia similiter affligebantur: sicut vesicis turgẽtibus, & aliis plagis similibus. De Lyra ibidem.
8. Quondam proiectum abnegauerunt subiannantes.

[D† Irexit opera eorum [1] in manibus ] prophetę sancti. Iter fecerunt per deserta, quæ non habitantur: & in locis desertis [2] fecerunt casas.] † Steterunt contra hostes, & de inimicis se vindicauerunt. † Sitierunt, & inuocauerunt te, & data est illis aqua de petra [3] altissima, & requies] sitis de lapide dura. Per quę enim [4] pœnas passi sunt inimici illorum, à defectione potus sui, in eis, cùm abundarent filij Israel lętati sunt.] Per hæc [5] cùm illis deessent, bene cum illis actum est. ] Nam pro fonte quidem [a] sempiterni fluminis, [6] humanum sanguinem dedisti iustis. Qui cum minuerentur in traductione infantium occisorum, ] dedisti illis abũdantem aquam insperatè: ostendens per sitim quę tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, & ] aduersarios illorum necares. * Cum enim tentati sunt, & quidẽ cum misericordia disciplinam accipientes, scierunt quemadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterentur. Hos quidem tanquam pater monens probasti, illos autem tanquam durus rex interrogans [7] condemnasti. ] [b] Absentes enim, & præsentes similiter torquebantur. Duplex enim illos acceperat tędium, & gemitus cũ memoria prętitorum. Cùm enim audirent per sua tormenta bene secum agi, commemorati sunt dominum, admirantes in finem exitus. ] Quem enim in expositione [8] praua proiectum deriserunt,]

derisérunt,] in finem euentus mirati sunt. Non[9] similiter iustis faciens,] pro cogitatio-
c nibus autem insensatis iniquitates illorum. [c] Quòd quidam errantes colebant [10] mu-
tos serpentes, & bestias superuacuas:] immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam, vt scirent quia per quæ peccat quis, per hęc & torquetur. Non e-
nim [11] impossibilis] erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia[12] inuisa] immittere illis multitudinem vrsorum, aut audaces leones, aut noui generis ita plenas, & ignotas bestias, aut [13] vaporem igneum] spirantes, aut [14] fumi odorem proferentes:] aut horrendas ab oculis scintillas * emittentes: quarum non solùm
d læsura poterat illos exterminare, sed & aspectus [d] per timorem occidere. [e] Nam & sine
1.3.4. Qui potest. iis vno spiritu poterant occidi, † persecutionem passi [15] ab ipsis factis suis,] & dispersi per spiritum virtutis tuæ: [e] sed omnia in mensura & numero & pondere dispositi. † Multũ enim valere tibi [16] soli superat] semper: & virtuti brachij tui quis resistet?
† 24.9.3.c.fi. De consec. di. 2. Et dixit, & c. literatur. in fi. Quoniam tanquam momẽtum statéræ, sic est ante te orbis terrarum: & tanquã gutta roris [17] antelucani, qui] descendit in terram. Et misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum [18] propter] pœnitentiam. Diligis enim omnia quę sunt, & nihil eorum odisti, quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti, — aut fecisti.] Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur? Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt domine, qui amas animas.

*Dei correptio quanta dulcedine in iustis & mansuetudine in malis vtatur, cum Chananæos à terra promissa iustè, sed misericorditer deleret, iustos verò introduceret, impœnitentes seuerè puniendo.* XII.

A [1] Quàm bonus, & suauis est domine] spiritus tuus in omnibus. Ideóque eos qui [2] exerrant partibus] corripis, & de quibus peccant * admones, — & alloqueris,] vt derelicta malitia credant in te domine. Illos enim antiquos inhabitatores[a] terrę sanctę tuæ, quos exhorruisti, quoniam odibilia opera tibi faciebant[3] per medicamina,] & sacrificia iniusta, & filiorum suorum necatores sine misericordia, [b] vt comestores viscerum [4] hominum,] & deuoratores sanguinis, & authores parentes animarum inauxiliatarum perdere voluisti à medio sacramento tuo per manus parentum nostrorum, vt dignam perciperent peregrinationem puerorum dei, quę tibi omnium carior est terra. Sed & his tanquam hominibus pepercisti,
B & misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarent. [f] Non quia impotens eras in bello subiicere impios iustis, aut bestiis sæuis, aut verbo duro simul exterminare, sed [5] partibus] iudicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans quoniam nequam est [6] natio] eorum, & naturalis malitia ipsorum: & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. [c] Semen enim erat maledictum ab initio. Nec timens aliquẽ, * veniam dabas peccatis illorum. Quis enim dicet tibi, quid fecisti? Aut quis stabit contra iudicium tuum? aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? Aut quis[7] tibi imputabit,] si perierint nationes, quas tu fecisti? Non est enim alius deus quàm tu, † cui cura est de hominibus, vt ostendas quo-
† 1.Reg.4.b niam non iniustè iudicas iudicium. Neque rex, neque tyrannus[8] in cõspectu tuo inquirent] de iis quos perdidisti. Cum ergo sis iustus, iustè omnia disponis: ipsum quoque,
c qui non debet puniri, [9] condemnas, & exterum] æstimas à tua virtute. [g] Virtus enim tua, iustitiæ initium est, & ob hoc quòd omnium dominus es, omnibus te parcere facis. Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus, & [10] horum qui te nesciunt, audaciam traducis.] Tu autem dominator virtutis, cùm [11] tranquillitate] iudicas: & cum [12] magna reuerentia disponis nos.] Subest enim tibi cum volueris, posse. Docuisti enim populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse, & humanum, & bonę spei fecisti filios tuos: quoniam iudicans das locum in peccatis pœnitentiæ. [d] Si enim inimicos seruorum tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciasti attentione, — & liberasti,] dans tempus & locum per quæ possent mu-

9. Similia iustis sitientes.
[c. Dignum fuit vt qui pro creatore creaturã venerabantur, vnde opem quærebant, sustinerent pœnam: Pugnat enim pro eo orbis terrarum contra insensatos. Mysticè verò idololatræ hæretici, schismatici qui errorũ suorum sectas pro veritate colunt, à spiritualibus bestiis puniũtur De quibus dicitur, Ne tradas bestiis animas confitentium tibi. Rabanus ibidem.]
10. Irrationalia reptilia, & bestias viles.
11 Impotens.
12. Informi.
13. Halitum igniuomum.
14. Sonitum ventilati fumi.
* Mora fulgurum.
[d. Timet enim vehemẽs aliquã do interficit hominem. Nil sine his terribilibus animalibus vno spiritu poterant occidi. De Lyra ibidem.]
15. A pœna.
e. Ad differẽtiam ipsius diuinæ essentiæ dictum est. Creaturæ enim in pondere, & mensura & numero factæ sunt, solus creator his omnibus caret. Pondus in dignitate rei consideratur: in põdere igitur facta est quæ rei sui generis est comparanda aut secundum maius, aut secũdum minus, aut secundum æquale. Pondus habet quæ quanti valeat æstimari potest. Mẽsura verò in loco & tẽpore consideratur. In numero facta sunt omnia, vel secundum partium cõpositionem, vt sunt corpora, vel secundum varietatem & mutabilitatem, vt sunt incorporea. Bernard. Parui. Ser. 51.
16. Ad.
17. Matutina, quæ.
18. Ad.

1. Incorruptus enim est.
2. Aberrant paulatim.
* In memoriam ducens.
[a. Id est Iudææ, quæ dicitur sancta, eo quòd ibi viguit cultus dei tempore veteris testamenti: & ibi impletum est Christi mysterium tempore noui. De Lyra ibidem.]
3. Medicamentorum.
b. Hic sermo metaphoricus dicitur, quemadmodũ de oppressore & cupido dicitur, q̃ hominum sit comestor, secũdũ quod loquitur dñs per prophetã Michæ. 3. Qui comedunt carnem populi mei. Et in Psal. 26. Dum approp iant super me nocentes vt edãt carnes meas. Et Iob. 19. Quare persequimini me & carnibus meis saturamini? Dion. ibidem.
4. Humanarum carnium.
5. Paulatim.

6. Generatio.
c. Quid est ergo malitia naturalis hominis, & semen maledictũ ab initio, & procreari naturaliter in interitum & captiuitatẽ, & natura filij iræ? Nunquid in Adam natura ista sic condita est? Absit. Sed quia in illo vitiata est, sic per omnes naturaliter cucurrit & currit: vt ab hac perditione non liberet nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Aug. de nuptiis & concupis. lib. 2. ca. 8. & 9.
* In quibus peccauerunt.
7. Te accusabit.
8. Resistere tibi poterit.
9. Condemnare alienum.
10. In scientibus audaciam arguis.
11. Aequitate.
12. Multa parsimonia nos gubernas.
d. Quia Aegyptios & Chananæos aduersarios filiorũ Israel morti & temporali & æternæ obnoxios, & aquis & gladio dedit: et cum tam pio moderamine & attentione fragilitatis humanæ paulatim eos puniendo, sed cum interpolatione vt interim pœniteret. Diony. ibid.

[e. Multa flagella peccatoris sperantem autem in domino misericordia circũdabit. Magna est distantia inter iudicium electorum & reproborum Illos dominus corripit vt emendet, hi superbiæ & perfidiæ pœnas luãt, vt contra dominatorem omniũ se repugnare non posse cognoscant. Fœlix iudex qui pietatẽ & bonitatem sui iudicis semper inspicit. Iudicium enim sine misericordia fiet, qui non fecit misericordiam. Glosa ordina.]

13. Curemur iudicantes, iudicati vero.

14 In vitæ stulti tia.

15. Propter las cruciatũ abominationes.

16. Vilia.

17. Decepti.

18. In his.

f Non est de deo humanis iudiciis sentiendum. Neque enim nobis ea natura est vt se in cœlestem cognitionem suis vitijs effera. A deo discendũ est quid à deo intelligẽdum sit: quia nõ nisi se authore cognoscitur. Hilarius de trinit. lib 5.

tari à malitia: cùm quanta diligentia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramenta & conuentiones dedisti bonarum promissionum?[e] Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, vt bonitatem tuam [13] cogitemus iudicantes, & cum de nobis iudicatur,] speremus misericordiam [– tuam.] Vnde & illis, qui[14] in vita sua insensatè & ]iniustè vixerunt, per[15] hæc quæ coluerunt, dedisti summa tormenta. ] Etenim in erroris via diutius errauerunt, deos æstimantes hæc quæ in animalibus sunt[16] superuacua, ]infantium insensatorum more[17] viuentes.] Propter hoc tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. Qui autem ludibriis & increpationibus non sunt correcti, dignum dei iudicium experti sunt. In iis [enim quę patiebantur, molestè ferebant: – in quibus patientes indignabantur.][18] Per hæc ]quos putabant deos in ipsis cùm exterminarentur, vidétes illum quem olim negabant se nosse,[f] verum deum agnouerunt. Propter quod & finis condemnationis eorum veniet super illos.

*Quàm vanè studeant qui in creaturis quærunt ex errore inexcusabili, & negligentia, & amplius in artificijs mineralibus, ligneis & lapideis diuinitatem, & fatuè adorant, preces porrigentes.* XIII.

a. Vanum nãque vocatur quod ad finem propter quem institutum est, non pertingit. Quemadmodum vana medicina, quę ad sanitatem non confert. Cũ ergo salus hominũ sit dei cognitio, sicut asserit Io. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant te, &c. homines qui ad dei notitiam non pertingunt, rectè vani cẽsentur, &c. Dionys. ibid.

1. Natura, quibus adest ignorãtia.

2. Violentam.

3. Luminaria cœli.

4. Melior.

b. Ante omnium oculos creaturam in medio proposuit: vt ex operibus creatorem coniiciant, iuxta illud Roma.1. Vidisti magnitudinem? considera potentiam conditoris eius admiratione. Vidisti pulchritudinem? sapientiam obstupesce. quod & prophetæ demonstrans dicebat: Cœli enarrant gloriã dei. Chryso. ad populum Antiochenum homil. 9.

5. Per analogiam.

★ Aspectu.

6. Meditationes.

[c. Insultat sapientia his qui colunt idola, vt intelligant q̃ pernitiosum sit omnipotẽtem deserere, & figmenta adorare. Vnde Isaias: Quis formauit deum & sculptile, & conflauit ad nihil vtile? Ecce omnes principes eius confundentur. Rabanus in Glosa ordinaria.]

7. Vtens satiatus est.

★ Natura accipiens.

8. Otium suum.

d. Ridet merito idololatras, tũ ex parte materiæ idolorum, q̃ ex parte figuræ eorum, necnon ex ipsis artificibus. Quomodo enim alios iuuare vel defendere possent, quę nec se iuuare nec defendere possunt? Eadem ferè habentur Baruch 6. Quomodo ergo sentiri debeant quoniam dij sunt, qui nec de bello se liberent, neque de malis se eripiunt? Nam cùm sint lignea, & inaurata, & inargentata, scietur postea quia falsa sunt, aduenientibus gentibus & regibus, quæ manifesta sunt quia non sunt dij, sed opera manuum hominum, & nullũ opus dei cum illis est. Dionysius ibidem.

9. Vili illud similem facit.

10. Prouidit.

11. Magnum.

[a] Ani sunt autem omnes homines,[1] in quibus non subest scientia ]dei, & de[1] iis quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes agnouerunt quis esset artifex, sed aut ignem, aut spiritum aut citatum aërem, aut gyrum stellarum, aut[2] nimiam ]aquam, aut[3] solem & lunam ]rectores orbis terrarum deos putauerunt. Quorum etsi specie delectati deos putauerunt, sciant quanto iis dominator eorum[4] speciosior ]est. Speciei enim generator hæc omnia constituit. Aut si virtutem, & opera eorum mirati sunt: intelligant ab illis, quoniam qui hęc fecit, fortior est illis.[b] A magnitudine enim speciei[5] & creaturæ,[5] cognoscibiliter] poterit creator horum videri. Sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errant, deum quærentes, & volentes inuenire.[†] Etenim cum in operibus illius conuersentur: inquirunt, & persuasum habẽt[6] quoniam bona sunt quæ videntur. Iterum autem nec his debet ignosci. Si enim tantum potuissent scire, vt possent æstimare seculum: quomodo huius dominum non facilius inuenerunt? Infœlices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerunt deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis[6] inuentionem,] & similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquę.[†c] Aut si quis artifex faber [– de sylua] lignum rectum secuerit, & huius doctè eradat omnem corticem, & arte sua vsus diligenter fabricet vas vtile in conuersationem vitæ, reliquus autem eius operis ad præparationem escę[7] abutatur: ] & reliquum horum quod ad nullos est vsus, facit lignum curruum, & verticibus plenum[★] sculpat diligenter per[8] vacuitatem suam, ]& per scientiam suæ artis figuret illud & assimilet illud imagini hominis, aut[d] alicui ex animalibus[9] illud compararet,] [d] perliniens rubrica, & rubicundo faciens fuco colorem illius, & omnem maculam quę in illo est perliniens, & faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro, ne fortè cadat[10] prospiciens] illi, sciens quoniã non potest adiuuare se. Imago enim est, & opus est illi adiutorium. Et de substantia sua, & de filiis suis, & de nuptiis votum faciens, inquirit. Non erubescit loqui cum illo qui sine anima est: & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutilem inuocat: & pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest: & de acquirendo, & de operando, & de[11] omnium rerum] euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis.

*Idololatriæ origo, & idolorum inutilitas magnam infert idololatris iniuriam, & pœnam irremissibilem ex cultu idoli, ex vano in amicos amore, & ambitiosa dominatione.* XIIII.

A [a]Terum alius nauigare cogitans,& per feros fluctus iter facere incipiens,[1]ligno portante se fragilius] lignum inuocat. Illud enim cupiditas adquirendi excogitauit, & artifex sapientia fabricauit sua. [b] tua autem pater prouidentia[2] —ab initio]cuncta gubernat: quoniam[†] dedisti in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam: ostendens quoniam potens es ex omnibus[2] sanare,]etiam si sine[3]rate aliquis adeat mare.][c]Sed vt nō essent vacua sapientię tuæ opera, propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas suas, & transeuntes mare per ratem liberati sunt. Sed & ab initio cum perirent superbi gigantes,[†] spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit seculo semen natiuitatis, quæ manu tua erat gubernata.[d] Benedictum est enim lignum,per quod fit iustitia. Per manus autē quod fit idôlum,maledictum est & ipsum,& qui fecit illud:quia ille quidem operatus est,illud autem cum esset fragile,deus cognominatus est.[ƒ] Similiter autem odio sunt deo, impius & impietas eius. Etenim quod factum est,cum illo qui fecit, tormenta patietur. Propter hoc & in idólis nationum non erit[4] respectus:] quoniam[5] creaturæ dei in odium]factæ sunt,& in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. Initium enim fornicationis, est exquisitio idôlorum: & adinuentio illorum,corruptio vitæ est.[e]Neque enim erant ab initio,neque erunt in perpetuū.[6] Superuacuitas]enim hominum hæc[7] adinuenit]in orbem terrarum: & ideò breuis illorum finis est inuentus. Acerbo enim luctu dolens pater,rapti cito sibi filij fecit imaginem: & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam deum colere cœpit, & constituit[8]inter seruos suos sacra] & sacrificia. Deinde interueniente tempore,conualescente[9] antiqua] consuetudine, hic error tanquam lex custoditus est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta. [ƒ] Et hos quos in palàm homines honorare non poterant,propter hoc quòd longè essent, è longinquo figuram eorum allatam, euidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt: vt illum qui aberat,tanquam præsentem colerent sua solicitudine.Prouexit autem ad horum culturam & hos qui ignorabant artificis eximia diligentia. Ille enim volens plus placere illi qui se assumpsit,elaborauit arte sua,vt similitudinem in melius figuraret.Multitudo autem hominum abducta per speciem operis,eum qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat,nunc deum æstimauerunt. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio, quoniam aut[10] affectui,aut regibus]deseruientes homines, incommunicabile nomē lapidibus & lignis imposuerunt.Et non sufficerat errasse eos circa dei scientiam, [f]sed D & in magno viuentes insciti bello, tot & tam magna mala pacem appellant.[ƒg] Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniæ plenas[11] vigilias habentes,neque vitam,neque nuptias mūdas iam custodiunt,sed & alius alium per inuidiam occîdit,aut adulterans cōtristat: & omnia commixta sunt, sanguis, homicidium,furtum[12] & fictio,] corruptio & infidelitas,turbatio & periurium,tumultus, bonorum dei immemoratio,animarū inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum incōstantia,inordinatio mœchiæ,& impudicitiæ. [h] Infandorum enim idolôrum cultura,omnis causa mali est,& initium &finis.Aut enim dum lętantur,insaniunt:aut certè vaticinantur falsa,aut viuunt iniustè,aut peierant citò. Dum enim confidunt in idólis quæ sunt sine anima, male iurantes[13] noceri se] non sperant. Vtraque ergo illis euenient dignè,quoniam malè senserunt de deo,attendentes idólis, & iurauerunt iniustè in[14] idôlo]contemnentes iustitiam. Non enim iurantium est virtus, sed peccantium pœna perambulat semper in iustorum præuaricationem.

*Cum tam bonus sit deus, & idolum tam vile, & vitæ moribus indignum,non mirum si idololatræ tantam culpam & pœnam incurrant æternam.* XV.

A [1]V autem deus noster,suauis & verus es,patiens & in misericordia disponēs omnia.[a]Et si enim peccauerimus,tui sumus,scientes[1]magnitudinem tuam: & si nō peccauerimus,scimus] quoniam apud te sumus computati. Nosse enim te,cōsummata iustitia est:&[2]scire iustitiam,& ]virtutem tuam,radix

a.Vanitatem & impietatem idololatrarum in maritimis negotiis ac periculis idola inuocantibus his multipliciter ostendit. Dionys. ibid.
1.Ferente se naue putridius.
[b.Prouidētia gubernas hominum nauigationē & nō ipsum idolum:quod probatur per hoc quod etiā sine naui filios Israel deditviam in mari.Exod.14.Et hoc est quod dicitur:Quoniam dedisti in mari viam &c. Et pater ex dictis litera.De Lyra.]
2.Saluare.
3.Arte quis ascendat.
[c.Creator dedit scientiam creaturæ suæ qua sibi in præsenti cō suleret, vt eius voluntati deseruiret. Vnde Noe aream facere iussit, in qua ipse & progenies eius saluaretur,& cætera animalia,ad restaurationē orbis seruarentur:cūm genus humanum pro iniquitate sua diluuio deleretur Glosa ordi.]
d. Iustitiæ ascribit scriptura diuina veniam peccatorū, secundum illud, Benedictum lignū, &c. Superius ad crucem domini retulit, posterius ad errorem Gētilium, qui ligna venerātur. Iustitia autem quæ est crucis, nisi quòd ascendens illud patibulū dominus Iesus Christus, peccatorum nostrorum chirographum crucifixit,& totius orbis peccatum suo cruore mundauit? Amb.in Psal.118. Ser.8.
4.Visitatio.
5. In creatura dei abominationem.
e.Hanc historiam inuenti idoli narrat fulgentius in Mythologia ex Diophane Lacedemonię, qui dicit apud Aegyptios fuisse quendam virum familia substantiáque locupletem,nomine Sirophanem. Hic vnicum filiū ineffabili vltra quàm paternitas exigebat affectu prosequebatur:quem mors præueniens è viuis absstulit. Vnde ad sedandā tristitiam imaginem filii sibi fingi curauit,vt saltem filij similitudo tristitiam leniret. Cui vniuersa familia in adulationem domini aut coronas plectere, aut flores inferre,imo thura incendere consueuit. simulachro, & eandem ad illum tāquam ad asylum fontes confugere, quasi veniam petentes merebātur. Et hos honores simulachro potius timore quàm amore offerte cœperunt: de quibus Petronius: Primus in orbe deos fecit inesse timor.Hæc Fulgē.vbi supra.
6.Vana gloria.
7.Ingressa est.
8.Subditis mysteria.
9.Impia.
10.Calamitati aut tyrannidi.
[f. Nam bellauerunt contra dominum, & contra virtutis bonum ex defectu scientiæ dei. De Lyra.]
[g. Sicut in factis Saturni cui propter odium Iouis,sine respectu pietatis paruulos suos immolabant:Et Bellonæ ipsi sacerdotes proprio sanguine sacrificabāt.Vnde Quintilianus,istud inquit Si cogit deus iratus est. Glosa ordina.]
11. Ex aliis legibus comessationes agentes.
12.Et dolus.
h. Non quòd idololatria sit primum peccatum origine, sed à quo in alia facilē labitur peccator. Inde dicitur principium & finis aliorum peccatorum secundum diuersas considerationes, dicitur causa,initium & finis omnium peccatorum. Dionys.ibid.
13.Lædi.
14.Dolo.
a. Quoniam scilicet bonum & magnum deum habemus, qui velit & possit pœnitentiā peccata sanare, non qui minime audeat permanentes in malignitate disperdere Augustin.de fide & operi.c.22.
1.Potentiam tuam: non peccabimus autem scientes.
2.Nosse.

Universidad de Deusto
Biblioteca



[b.Sciẽdum quod Philo loquitur hic pro suo tempore. Namante captiuitatẽ Babylonis populus Iudæorum fuit arretitus multis idololatriis, & postcaptiuitatem tempore Anthiochi Epiphanis. De Lyra.]
3. Ficta, vel maculata.
4. Desiderat.
5. Talium expectationum.
6. Desiderant.
c. Pauperes non valẽtes habere deos aureos, vel argenteos, curabant habere ligneos vel lapideos aut luteos: artifex autem non maiorem habet virtutem super terram suam ad faciendavasa quàm imagines: faciens autem vasa non inducit illis diuinitatem, nec igitur faciens imagines inducet illis diuinitatẽ, quin possint in idem lutum reuerti. Nemo igitur adeo stultus est, qui ignoret deum ex talib⁹ posse fieri. Diony. ibid.
7. Male laborans vanũ deum.
8. Adulterinas.
[d.Si diligis terrã terra es. Ille verò rotam attentionem suam ponit ad terræ figurationẽ, quæ mixtione aquæ priuata redigeretur in puluerem vel vinerem: propter quod cor figuli dicitur cinis Aug. ibidem.]
9. Vilior.

10. Animas infantium.
e. Si idôla ex parte causę efficiẽtis, materialis & formalis sint reprobanda, multo magis ex parte finalis. Finis enim colendi idoli est vt ab eo petatur auxilium vel suffragium, quod conferre nequit. Vnde Aug. de Minerua Troianorum. Neque enim, inquit, homines à simulachro, sed simulachrũ ab hominibus seruabatur. Quomodo ergo colebatur, vt patriam custodiret & ciues, quę nec se, nec suos valuit custodire custodes? Aug. de ciuita. dei, lib. 1. cap. 2.
11. Vsus.

est immortalitatis. Nõ enim in errorem induxit nos hominũ malæ artis excogitatio, [b]nec vmbra picturæ, labor sine fructu, effigies, [3] sculpta] per varios colores, cuius aspectus dat insensato concupiscẽtiam, &[4] diligit] mortuæ imaginis effigiem sine anima. Malorum amatores digni [5] sunt morte, qui spem habent in talibus,] & qui faciunt illos, & qui[6] diligunt,] & qui colunt.†[d][c] Sed & figulus mollem terram premens laborioſè fingit ad vsus nostros vnumquodque [7]–vas,] & de eodem lutu fingit quæ munda sunt in vsum vasa, & similiter quę his sunt contraria. Horum autem vasorum quis sit vsus, iudex est figulus. Et [7] cum labore vario deum] finxit de eodem luto: ille qui paulo ante de terra factus fuerat, & post pusilum reduxit se vnde acceptus est, repetitus animæ debitum [8]–quam habebat.] Sed est cura illi, non quia laboraturus est, nec quoniam breuis illi vita est, sed concertatur aurificibus & argentariis: sed & ærarios imitatur, & gloriam præfert, quoniam res[8] superuacuas] fingit.[d] Cinis est enim cor eius, [9] & terra[9] superuacua] spes illius, & luto vilior vita eius: quoniam ignorauit qui se finxit, & qui inspirauit illi animam, & amat quæ operatur, & qui insufflauit ei spiritum vitalem. Sed & æstimauerunt lusum esse vitam nostram, & conuersationem vitę commercium positam ad lucrum, & oportere vndecunque etiam ex malo adquirere. Hic enim scit se super omnes delinquere, qui ex terræ materia fragilia vasa, & sculptilia fingit. Omnes enim insipientes, & infœlices supra[10] modum animę suæ] [8]– superbi sunt,] inimici populi tui, & impetrantes illi:†[e] quoniam omnia idôla nationum deos æstimauerunt,†[f] quibus neque oculorum[11] visus] est ad videndum, neque nares ad percipiendũ spiritum, neque aures ad audiendũ, neque digiti manuum ad tractandum, sed & pedes eorũ pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos, & qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi similẽ homo poterit deum fingere. Cum enim sit mortalis, mortuũ finxit manibus iniquis. Melior enim est ipse iis quos colit: quia ipse quidem vixit, [8]–cum esset mortalis,] illi autem nunquam. Sed & animalia miserrima colunt. Insensata enim comparata his, illis sunt deteriora. Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicere. Effugerunt autem dei laudem, & benedictionem eius.

*Aegyptij ob idololatriam à bestiis exterminati, Hebræi verò propter fidem esca satiati, licet aliquando à serpentibus in correptionem & satisfactionem afflicti, Aegyptij autem aere, quoque igne passi sunt, Hebræi manna ab aere satiati, & confortati.* XVI.

[a. Recolit beneficium Israeli collatum, nempe cibi angelici, panis puta cœlestis, & Ortygometræ. Mistim verò interfecit plagam Aegypti, vt alterum alterum declaret. Lorychius ibi.]
1. Cruciati.
2. Beneficio affecisti.
3. Ostentionem immissorum, & necessarium appetitum.

b. Oportebat enim illis Aegyptiis superuenire interitum, his potissimum qui ili mari rubro demergebantur, quia indurati simi erant: nec à tot & tantis prodigiis fuerunt conuersi, quare fuerant inexcusabiles: quodque ferociter crudelitatem in Israelitas exercuerãt. Dio. ibid.
4. Inexcusibilem inopiam superuenire.
5. Cruciabantur, & infra.
6. Saluabatur, & infra.

c. Vbique fuerant cinyphes in regno Pharaonis, non autẽ fuerant in terra Gessen. Ibi conati sunt Magi similiter facere, & minimè potuerunt. Quousque ergo deficerẽt, nihil de eius terræ segregatione dictum est. Sed ex quo cœperũt ea fieri, vbi iam illi similia facere nec conati auderent. Aug. q. 26. super Exod.
7. Venit in auxilium, &.
8. Immobiles fierent tui beneficij.
9. Infemi.

[1]Ropter hæc & his similia passi sunt dignè tormenta, & per multitudinẽ bestiarum[1] exterminati] sunt. Pro quibus tormentis[2] bene disposuisti] populum tuum: † quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui nouum saporem, escam parans eis ortygometram: vt illi quidẽ concupiscẽtes escam, propter[3] ea quæ illis ostensa & missa sunt, etiam à necessaria concupiscentia] auerterẽtur. Hi autem in breui inopes facti nouam gustauerunt escam. [b]Oportebat enim illis[4] sine excusatione quidem, superuenire interitum] exercentibus tyrannidem, his autem tantum ostendere quemadmodum inimici eorum[5] exterminabantur.] † Etenim cum illis superuênit fæua bestiarum ira: morsibus peruersorum colubrorum exterminabantur. Sed nõn in perpetuum tua ira permansit: sed ad correptionem in breui turbati sunt: signum habentes salutis, ad commemorationem mandati legis tuę. Qui enim conuersus est: non per hoc quod videbat,[6] sanabatur,] sed per te omnium saluatorem. [g] In hoc autem ostendisti inimicis tuis, quia tu es qui liberas ab omni malo. † Illos enim locustarum & muscarum occiderunt morsus, & non est inuenta sanitas animę illorum: quia digni erãt ab huiusmodi exterminari. [c] Filios autem tuos nec draconum nec venenatorum uicerunt dentes. Misericordia enim tua[7] aduenies] sanabat illos. In memoria enim sermonum tuorum exterminabantur, & velociter sanabantur: ne in altam incidentes obliuionem[8] non possent tuo vti adiutorio.] Etenim neq; herba, neq; malagma sanauit eos, sed tuus domine sermo qui sanat omnia. † Tu es domine qui vitæ & mortis habes potestatem: & deducis vsque ad portas[9] mortis,] &

& reducis. [c]Homo autem occîdit quidem[10] per malitiam animam ſuam,]& cum exierit ſpiritus,non reuertetur,nec[11] reuocabit animam quæ recepta eſt:] ſed tuam manum effugere impoſſibile eſt. ‡† Negantes enim noſſe te impij per fortitudinem brachij tui flagellati ſunt: † nouis aquis & grandinibus & pluuiis perſecutionem paſſi: * & per ignem conſummati. Quod enim mirabile erat in aqua quæ omnia extinguit, plus ignis valebat. [d]Vindex eſt enim orbis iuſtorum. Quodam enim tempore manſuetabatur ignis,ne comburerentur quæ ad impios miſſa erant animalia: ſed vt ipſi videntes ſcirent,quoniam dei iudicio patiuntur perſecutionem, & quodam tempore in aqua ſupra virtutem ignis exardebat vndique: vt [12]iniquam terræ nationem ]exterminaret. † [e]Pro quibus angelorum eſca nutriuiſti populum tuum: & paratum panem de cœlo præſtitiſti illis ſine labore, [f]omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. [13] Subſtantiam enim tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes,oſtendebas,]& deſeruiens vnuſcuiuſque voluntati,ad quod quiſque volebat,cõuertebatur. †‡ Nix autem & glacies ſuſtinebant vim ignis,& non tabeſcebant, vt ſcirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine & pluuia coruſcans. Hoc iterum vt nutrirentur iuſti,ignis etiam ſuę virtutis oblitus eſt. Creatura enim * tibi factori * deſeruiens,exardeſcit in tormentum aduerſus iniuſtos,& lenior fit ad benefaciendum pro iis qui in te confidunt. Propter hoc & tunc omnia transfigurata omnium nutrici gratiæ tuæ deſeruiebant ad voluntatem [14] eorum qui à te deſiderati ſunt,]vt ſcirent filij tui quos dilexiſti domine, quoniam nõ nativitatis fructus paſcunt homines,ſed ſermo tuus hos qui in te crediderint, conſeruat. † Quod enim ab igne nõ poterat exterminari, [g]ſtatim ab exiguo radio ſolis calefactum tabeſcebat, vt notum omnibus eſſet, quoniam oportet præuenire ſolem [15] ad benedictionem tuam,] & ad ortum lucis te adorare. Ingrati enim ſpes tanquam hybernalis glacies tabeſcet: & diſperiet tanquam aqua ſuperuacua.

[c] Homo per malitiam, nequiſſi ſcilicet propriæ voluntatis, & effectum prauæ actionis occidit animam. Vnde quidam ait. Neminem lædi poſſe niſi à ſemetipſo quin aut proprij ſceleris inuentor eſt, aut conſentis alienis. Gloſa ordina.]
10 Malitia ſua.
11. Reſoluit animam aſſumptã.
* Sunt inexcuſabiliter, vel ineuitabiliter.
d. Hoc eſt, vniuerſitas creaturarum deo iubente iuſtorum vlciſcitur iniuriãs, & contra iniuſtos conſurgit, ac creatori ſuo obediens variis modis affligit Aegyptios. Lyra ibid.
12 Iniquæ terræ genimina.
[e. Hoc eſt, pro afflictionibus Aegyptiorum Angelorũ eſca. i. manna quæ dicitur angelorum eo quod deſcendebat miniſterio eorum. Nam cibo corporali non vtuntur. De Lyra. ibid.]
f. Iuxta morum diuerſitatem vim ſui ſermonis format deus in ſingulis. Nam manna omne delectamentum atque omnis ſaporis ſuauitatem in ſe habuit quod videlicet in ore ſpiritualium iuxta voluntatem edentiũ ſaporem dedit; quia diuinus ſermo & omnibus congruens, & à ſemetipſo non diſcrepans qualiterli audientium condeſcendit, quem dum electus quiſque vtiliter iuxta modum ſuum intelligit, quaſi acceptum manna in voluntarium ſaporem vertit. Grego. Moral. lib. 6. cap. 7.
13 Etenim hyoſtaſis tua tuam in filios oſtendebat, dulcedinẽ.
* Tua.
* Omnium.
14. Gentium.
[g. Ille eibus hiſtorialiter paſcebat patres noſtros, ſed ad ortũ veri ſolis liquefaciebat, i. in natiuitate Chriſti ad ſpiritualem vſum ſoluebatur & in cœleſte ſacramẽtum vertebatur vt præueniamus in benedictionibus Solem, i. Chriſti diuinitatem æternis præconiis prædicemus, Gloſa ordina.]
15. In gratia tua.

*Aegyptij ob Idololatriam luce à cælo priuati triduo, nec cælo, nec igne, aut magica arte tenebras vincibiles paſsi, Iudæis luce donatis.* XVII.

A [a] Magna ſunt enim iudicia tua domine: & inenarrabilia ſunt verba tua: ] propter hoc indiſciplinatæ animæ errauerunt. † Dum enim perſuaſum habent iniqui poſſe dominari nationi ſanctæ, vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti, incluſi ſub tectis fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt: & dum putant ſe latêre in obſcuris peccatis, tenebroſo obliuionis velamẽto diſperſi ſunt, pauentes horrẽdè: & [1]cum admiratione nimia] perturbati. Neque enim quæ continebat illos ſpelunca ſine timore cuſtodiebat, quoniam ſonitus [2] deſcendens perturbabat illos: & perſonæ triſtes illis apparentes, pauorem illis præſtabant.] [b]Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec ſyderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam. † ‡ Apparebat autem illis ſubitaneus ignis timore plenus, & timore percuſſi illius, quæ non videbatur faciei, æſtimabant deteriora eſſe quæ videbantur: [c]& magicæ artis appoſiti erant deriſus, & ſapientiæ & gloriæ correptio cum contumelia. Illi enim qui promittebant timores & perturbationes ſe expellere ab anima languente, ij cum deriſu pleni timore languebant. Nam & ſi nihil eos [3] ex monſtris] perturbabat, tranſitu animalium & ſerpentium ſibilatione commoti, tremebundi peribant, & aërem quem nulla ratione quis effugere poſſet, negantes ſe videre. ‡—Frequenter enim præoccupant peſſima, redarguente cõſcientia.] [d]Cum ſit enim timida nequitia: [4] data eſt in omnium condemnationem.]
c ‡ Semper enim præſumit ſæua perturbata conſcientia. Nihil enim eſt timor niſi [5] præſumptionis adiutorium, proditio cogitationis ] auxiliorum. Et dum abintus minor eſt expectatio, maiorem putat [6] ſcientiam ]eius cauſæ de qua tormentum præſtat. [7] Illi autem qui in potentem venêre noctẽ & ab infimis & ab altiſſimis inferis ſuperueniẽtem eundem ſomnum dormientes, aliquando monſtrorum exagitabantur timore,

1. Simulachris.
2. Perturbantes eos circumſtrepebant, & diuiſiones triſtibus mæſtæ vultibus apparebant.
b. Cum magi in Aegypto ſuperati eſſent virtute ſignorum, dixerũt, digitus dei eſt hic: & qui paulo ante medicos ſe iactabãt, ſerpẽtes & cætera animalia metuebant. Gloſa ordina.
[c. Deſcribitur deriſio magorũ Pharaonis, qui à principio percuſſionis Aegypti conati ſunt facere ſimilia operibus Moyſi. Exo. 7. 8. ſed defecerunt in 3 ſigno. Propter quod merito facti ſunt in deriſu. Et hoc eſt quod dicitur: Et magicæ artis appoſiti erant deriſus, i. prædictis malis acceſſit deriſor magorum Pharaonis. De Lyra.]
3. Turbulentum.
d. Quia dum de facto ſuo conſcientiam pulſans timor arguit, ipſa teſtimonium perhibet ſibi eſſe damnabile quod agit. Gre. Moral. lib. 27. c. 29.
4. Proprio teſte condẽnata eſt.
5. Proditio eorum quæ à cogitatione.
6. Ignorantiam.
7. At impotentem vere noctẽ, & ex imo remis inferni ſpeluncis ſuperuenientem eodẽ ſomno dormientes.

aliquando animæ deficiebãt[8] traductione. ] Subitaneus enim illis & inſperatus timor ſuperuenerat.[c] Deinde ſi quiſquam ex illis decidiſſet, cuſtodiebatur in carcere ſine ferro recluſus. Si enim ruſticus quis erat aut paſtor, aut agri laborum operarius præ occupatus eſſet ineffugibilem ſuſtinebat neceſſitatem.[d] Vna enim catena [f] tenebrarũ omnes erant colligati. Siue ſpiritus ſibilans, aut inter ſpiſſos arborum ramos auium ſonus ſuauis, aut vis aquæ decurrentis nimium, aut ſonus validus pręcipitatarũ petrarũm: aut ludentium animalium cũrſus inuiſus, aut mugiẽtium valida beſtiarum vox, aut reſonans de altiſſimis montibus[g] echo, deficientes faciebat illos præ timore. Omnis enim orbis terrarum lympido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur. Solis autem illis ſuppoſita erat [—grauis ] nox imago tenebrarum quæ ſuperuentura illis erat. Ipſi ergo ſibi erant grauiores tenebris.

*Hebræi ob dei cultum luce noua Aegyptiis tenebrarum caligine preſſis illuſtrati, in deſertum ducuntur, Aegyptiorum autem primogenita ob Idololatriã morti traduntur.* XVIII.

[a]† Anctis autem tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem [—inimici] audiebant, ſed figuram non videbant. Et quia non & ipſi eadem paſſi erant, magnificabant te, & [1] qui antè læſi erant, quia non lædebantur] gratias agebant tibi, [2] & vt eſſet differentia te deum petebant.] † Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & ſolem ſine læſura boni hoſpitij præſtitiſti. [b] Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum qui incluſos cuſtodiebant filios tuos: per quos [3] incipiebat] incorruptum legis lumen ſeculo dari: † dum cogitarent iuſtorum occidere infantes, & vno expoſito filio, ſed liberato in traductionem illorum multitudinem filiorũ abſtuliſti, & pariter illos perdidiſti in aqua valida. † Illa enim nox ante cognita eſt à patribus noſtris, vt verè ſciẽtes quibus iuramentis crediderunt, animę quiores eſſent.[e] Suſcepta eſt autem à populo tuo [4] ſanitas ] quidem iuſtorum, iniuſtorum autem exterminatio. † Sicut enim læſiſti aduerſarios noſtros: ſic & nos prouocans, magnificaſti. Abſconsè enim ſacrificabant iuſti pueri bonorum: & [5] iuſtitiæ ] legem in concordiam diſpoſuerunt, ſimiliter bona & mala recepturos iuſtos, patri omnium decantantes laudes. Reſonabat autem [6] inconueniens ] inimicorum vox: & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium. † Simili autem pœna ſeruus cum domino afflictus eſt, & popularis homo regi ſimilia paſſus. Similiter ergo omnes vno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad ſepeliendum viui ſufficiebant, quoniam vno momento quæ erat præclarior natio illorum, exterminata eſt. [f] De omnibus enim non credentes propter beneficia, tunc cum primum fuit [e] exterminium primogenitorum, ſpoponderunt populum dei ſe eſſe. Cum enim quietum ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet: omnipotens ſermo tuus domine exiliens de cœlo à regalibus ſedibus venit, durus debellator in mediam [7] exterminij terram ] profiliuit, gladius acutus in ſimilatum imperium tuum portans, & ſtans repleuit omnia morte, & vſque ad cœlum attingebat ſtans in terra. Tunc continuò viſus ſomniorum malorum turbauerunt illos, & timores ſuperuenerunt inſperati. Et alius alibi proiectus ſemiuiuus, propter quam moriebatur cauſam demonſtrabat [—mortis.] [d] Viſiones enim quæ illos turbauerunt hæc præmonebant, ne inſcij quare mala patiebantur perirent. Titigit autem tunc & iuſtos tentatio mortis, & commotio in eremo facta eſt multitudinis, ſed non diu permanſit ira tua. [e] † [g] Properans enim homo ſine querela [8] deprecari pro populis, proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem allegans, ] reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati, oſtendens quoniam tuus eſt famulus. Vicit autem [9] turbas ] non in virtute corporis, nec armatura potentiæ: ſed verbo illum qui ſe vexabat ſubiecit, [f] iuramenta parentum & teſtamẽtum commemorans. Cum enim iam aceruatim cecidiſſent ſuper alterutrum mortui, interſtitit & amputauit impetum, & diuiſit illam quæ ad viuos ducebat, viam. † In veſte enim podẽris quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in qua-

1. Traditione.

c. Si quis ex timore in terram decidiſſet in loco in quo cecidit, manſit abſque vinculis ita detentus, ac ſi ſuſſet incarceratus. Nam tribus diebus nullus ſe mouit de loco ſuo, nec vidit proximum ſuum. Diony. ibid.

[f. Grauiores ſunt ſpirituales tenebræ corporalibus, hoc eſt, peccatorum opacitas magis eſt horrenda quàm Aegyptiaca illa. Lorichius ibid.]

g. Eſt iteratum ſoni conſeruãdo formam ſuam: & fit ex aere repercuſſo & ſonante cum reflexione ad aliquod obſtaculum obiectum maximè concauum. Ariſto. 2. de anima.

a. Quoniam inter filios Iſrael multi erant ſancti & nulli Idololatræ, & ideo intrinſecus illuminati. Vnde Aegyptiis in tenebris manentibus Iſraelitæ vbicunque eſſent, illuminabantur. Diony. ibid.

1. Quia non nocent, ante iniuria affecti.

2. Et differendi gratia orabant.

b. Intereſt autem inter lucem & tenebras ſicut intereſt inter veſtimentum & nuditatem, aut planum & inane, & ſimilia: & quot modis poteſt intelligi lux tot modis tenebræ, & priuationes luci contrariæ. Alia enim lux quæ videtur his oculis corporeis, etiam ipſa corporea, vt ſolis & lunæ & ſtellarum, & ſi quid huiuſmodi eſt: cui contrariæ ſunt tenebræ, cum aliquis locus ea luce caret. Alia autem lux eſt vita ſentiens, & valens diſcernere quæ per corpus ad animæ iudicium referuntur, id eſt, alba & nigra, canora & rauca, ſuaue olentia & putrida, dulcia & amara, calida & frigida, & cætera huiuſmodi. Huic cõtrariæ ſunt tenebræ inſenſibilitas quædam, vel ſi melius inſenſualitas dicitur, id eſt, non ſentire, quamuis inferãtur quæ ſentiri poſſent ſi eſſet in illa vita lux iſta vnde ſentitur. Augu. de Gene. ad lit. lib. Imperfect. ca. 5.

3. Debebat.

4. Salus.

5. Diuinitatis.

6. Inconſonans.

c. Ex quo aiunt quidam primogenitorum cædem per angelos bonos fuiſſe factã. Quod non eſt efficax argumentum: quia ſæpiſſime ſcriptura refert diuinæ iuſtitiæ dæmones executores, vt pſal. 77. Miſit in eos iræ indignationis ſuæ, indignationem, & iram, & tribulationem immiſiones per angelos malos: in quo certum eſt loqui de perſecutione Aegyptiorum. Lyranus ibid.

7. Pernicioſæ terræ.

d. Hoc diuinæ bonitatis eſt, quę peccantes caſtigat vt abſtineãt & pœnitentiã agant. Si autem patientia dei abutãtur, ſine excuſatione in æternum puniuntur. Gloſa ordina.

e. Aaron piè viuens erga dominum & iuſtè ad proximum. Vt enim oratio ſua eſſet exaudibilis, in ea fecit mentionem de iuramento dei Abrahæ facto, & teſtamento in mõte Sinay iam dato. Lyranus ibid.

8 Propugnauit, proprij miniſterij arma orationem & incenſi placationem ferens,

9. Deuaſtantem.

[f. Id eſt, in ſua oratione recolens, & allegans qualiter Deus eũ iureiurando ſanctis promiſerat Patriarchis, ſemini eorum dare terrã promiſſionis, & qualiter teſtamentũ iniit eũ eiſdem & cũ filiis Iſrael in mõte Sinay, quando & Moyſes dixit: Hic eſt ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus. Diony. Carthuſia. ibidem.

quatuor ordinibus lapidum erant sculpta,& magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat:§his autem cessit qui exterminabat,& hæc extimuit. Erat enim sola tentatio iræ sufficiens.

[g.Locum hũc adduxit ad dissoluendam tacitam quæstionẽ. Poterat enim quis dicere. Dominum quoque Israeli succensuisse atque de eo supplicium sumpsisse. Respondet hic dicẽs, Sed non diu permansit ira tua Lorichius ibid.]

*Aegyptiis in mari Rubro extinctis deus in deserto mirabiliter patrocinatur, quibus omnis creatura ad necessitatem famulatur, Aegyptij vero digna sunt passi ob immensas in Iudæos crudelitates.* XIX.

A IMpiis autem vsque in nouissimum sine misericordia[a] ira superuenit. Præsciebat enim & futura illorum: quoniã ipsi cum reuersi essent vt seducerent, & cum magna solicitudine præmisissent illos: consequebantur illos pœnitentię actus. Adhuc enim inter manus habentes luctũ,& deplorãtes ad monumenta mortuorũ, aliam sibi assumpserunt cogitationem inscientiæ:& quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos persequebantur. Ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas,& horum quæ acciderant,[1]commemorationem amittebant:] vt quæ deerant tormentis, repleret punitio: & populus quidẽ tuus mirabiliter

B transiret, illi autem nouam mortẽ inuenirent. §[b] Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur, deseruiens tuis præceptis, vt pueri tui custodirentur illæsi. [c]Nã nubes castra eorũ obũbrabat,& ex aqua quæ antè erat, terra arida apparuit,& in mari Rubro via sine impedimento,& campus germinans[2] de profundo nimio,] per quem omnis natio transiuit, quæ tegebatur tua manu, videtes tua mirabilia & mõstra. Tanquam equi enim depauerunt escã,& tanquã agni exultauerunt magnificantes te domine, qui liberasti illos. Memores enim erant adhuc eorũ quæ incolatu illorum facta fuerant: quemadmodũ pro natione animalium eduxit terra muscas,& pro[3] piscibus] eructauit fluuius multitudinem ranarũ. Nouissimè autem viderunt nouam[4] creaturã]

c auium: cum abducti concupiscentia postulauerunt escas epulationis. †§ In[5] allocutione enim desiderij] ascendit illis de mari ortygometra:& vexationes peccatoribus superuenerunt, non sine illis quæ antè facta erant argumẽtis per vim[6] fluminũ, [d]] iustè enim patiebãtur secundum suas nequitias. Etenim detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt. Alij quidẽ ignotos non recipiebant aduenas: alij autẽ bonos hospites in seruitutem redigebant. Et non solũ hæc: sed & alius quidem [7]respectus] illorum erat: quoniãm inuiti recipiebant extraneos. Qui autem cum lætitia receperũt hos qui eisdem vsi erant institutis, sæuissimis afflixerunt doloribus, †[e] Percussi sunt autẽ cæcita-

†Gene.19.g

D te: sicut illi in foribus iusti: cum [8] subitaneis] cooperti essent tenebris. § Vnusquisque transitũ ostij sui quærebat. In se enim elementa dum conuertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur,& omnia suum sonum custodiunt. Vnde ęstimari ex ipso visu certò potest. Agrestia enim in aquatica conuertebantur:& quæcunque erant natantia, in terrã transibant. §†Ignis in aqua valebat[9] supra suam virtutẽ,] & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur. Flammæ è cõtrario corruptibilium animaliũ non vexauerunt carnes coambulantium, [10]nec dissoluebant illam quæ facile dissoluebatur, sicut glacies bonam escam.] In omnibus enim magnificasti populum tuum domine, & honorasti,& non despexisti, in omni tempore & in omni loco assistens eis.

†Exod.5.f

a. Ira dei, diuina vltio eis aduenit sine misericordia, quia de pœna temporali ad æternã prolapsi sunt. Quanuis autem in omni opere ac iudicio dei misericordia sit admixta, in aliquibus tamen dicitur non admixta, quia in eis euidenter ac specialiter prædominatur rigor iustitię, præsertim in vindictis crudelitatum, quæ directè contrariantur misericordiæ. Vnde Iacobus Apost. Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam. Diony. ibid.
1. Oblitionem.
[b. Ponitur saluatio Hebræorũ dicens. Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur. i. ad obediendum Deo à quo originem trahit omnis creatura. De Lyra.]
c. Hæc inter vos contigerunt, Nebula super vos testudinis vice porrecta, columna tectæ loco vos præcedente, hostibus vos vltro cedentibus, risu ratibus ita propemodum voce captis, nõ armis vobis opus erat, non acie, non pugna, tantum insonuistis tuba,& vltro mœnia corruerũt. Chrysost. aduersus Iudæos, Oratio 3.
2. De tempestate violenta.
3. Aquatilibus.
4. Generationem.
5. Consolationem.
6. Fulminum

[d. Qui antiquos dei seruos ad se venientes crudeliter tractauerunt, dignè puniti sunt: vt mẽte tenebrosi & affectu rigidi obscuriatem tenebratũ & diuersorum dolorum in corpore sustinerent: quanto magis qui seruos Christi, & prædicatores euangelij contemnunt. Vnde. Matt. 10.b. Amen dico vobis tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij quàm illi ciuitati. Rabanus ibid.]
7. Visitatio.
e. Percussique sunt Aegyptij cæcitate interiori incredibilis incorrigibilitatis ac vitiorum; cæcitate quoque exteriori, id est, luminis intuitione in triduo palpabilium tenebrarum, & hoc propter prætacta eorum facinora. Dion. ibid.
8. Vastis.
[f. Supra suam virtutem naturalem. Nam grando & ignis, pluuiæ & fulgura discurrebant per Aegyptum Exod. 9. & contrarium non impediebat aliud sed magis acuebat in sua actio. De Lyra.]
9. Virtutis oblitus.
10. Neque liquefactinum glacialis generis liquefactibile genus ambrosiane escæ.

## INCIPIT PROLOGVS IESV FILII SIRACH in librum Ecclesiasticum.

*MVltorum nobis[1]—relatione] & magnorum legem & Prophetas, aliósque qui secuti sunt illos, sapientia demonstrata est, in quibus oportet laudare Israel doctrinæ & sapientiæ causa: quia non solum ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse, & discentes & scribentes doctissimos fieri. Auus meus Iesus postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis & Prophetarum, & aliorum librorum qui nobis à parentibus nostris traditi sunt, volui & ipse scribere aliquid horum, quæ ad doctrinam & sapientiam pertinent, vt desiderantes discere & illorum periti fieri, magis magisque attendant animo,*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*& confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum benevolentia, & attentiore studio lectionem facere, & veniam habere in illis in quibus videmur sequentes imaginem sapientiæ, & deficere in verborum compositione. Nam deficiunt verba Hebraica quando fuerint translata ad aliam linguam. Non autem solum hæc: sed & ipsa lex & Prophetæ, cæteráque aliorum librorum non paruam habent differentiam quando inter se dicuntur. Nam in octauo & tricesimo anno temporibus Ptolemæi Euergetis Regis, postquam perueni in Aegyptum, & cum multum temporis ibi fuissem, inueni ibi libros relictos, non paruæ neque contemnendæ doctrinæ. Itaque bonum & necessarium putaui, & ipse aliquam addere diligentiam, & laborem interpretandi librum istum, & multa vigilia attulit doctrinam in spatio temporis ad illa quæ ad finem dicunt librum istum dare: & illis qui volunt animum intendere, & discere quemadmodum oporteat instituere mores, qui secundum legem domini proposuerint vitam agere.*

# Incipit Liber Ecclesiasticus.

*Sapientia ab æterno originem à deo traxit, quam dat diligentibus ac timentibus eum. Timoris autẽ radix & finis omnem sibi vindicat virtutem & profectum. Cap. I.*

† [a] Mnis sapientia à domino deo est, & cum illo [1]fuit semper, & est ante æuum. ] Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies seculi, quis dinumerauit? Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & [2] profundum abyssi quis dimensus est? Sapientiam dei præcedentẽ omnia, quis inuestigauit?]ᵇ Prior omniũ creata est sapientia: & intellectus prudentiæ ab æuo. † Fons sapientiæ [c]verbum dei in excelsis, & [3]ingressus] illius mandata æterna. Radix sapiẽtiæ cui reuelata est, & astutias illius quis agnouit?—Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata, & multiplicationem ingressus illius quis intellexit?]ᵈ Vnus est [4]altissimus creator omniũ omnipotẽs, & Rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronum illius, & dominãs deus. Ipse creauit illã in spiritu sancto:] & vidit, & dinumerauit, [5]& mensus est. ] Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnẽ carnem secundum datum suũ: & præbet illam diligentibus se. [d] Timor domini gloria & gloriatio, & lætitia & corona exultationis. Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudiũ in longitudinem dierum. Timenti deum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Dilectio dei honorabilis sapientia: quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione & in agnitione magnalium suorum. [e] † Initium sapientiæ timor domini, & cum fidelibus in vulua concreatus est: [6] Et cum electis fœminis graditur, & cum iustis & fidelibus agnoscitur.]— [f] Timor enim domini scientiæ religiositas. Religiositas custodiet & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit. Timenti deum bene erit in extremis: & in diebus consolationis illius benedicetur.] Plenitudo sapientiæ timere deum: & [7] plenitudo] à fructibus illius. Omnem domum illius implebit [8] à generationibus, & receptacula à thesauris illius. ] * Corona sapientiæ timor domini, [9] replens pacem & salutis fructum, & vidit & dinumerauit eam. Vtraque autem sunt dona dei. Scientiam & intellectum prudentiæ sapientia compartietur: & gloriam tenentium se exaltat. ] Radix sapientiæ est timere deum, rami enim illius longæui. In thesauris sapientiæ intellectus, & scientiæ religiositas, †execratio autem peccatoribus sapientia. [g] Timor domini expellit peccatum. * Nam [10]qui sine timore est, ]non poterit iustificari. Iracundia enim animositatis illius, subuersio eius est. [h] Vsque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis.— Bonus [11] sensus, ]vsque in tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ: execratio autem peccatori cultura dei. Fili concupiscens sapientiam, conserua [11]iustitiam, ]& deus præbebit illam tibi

a. Incipit ab æterna dei sapientia, quæ Christus est, qui ante secula est cum patre. Propter ta men signum distributionis omnis potest dici quod loquitur de sapientia increata & creata, infusa & acquisita, imo generali, vt omnem cõplectatur virtutem. Rabanus ibid.
1. Est in seculum.
2. Abyssum & sapientiam quis inuestigabit
b. Non ante mundi constitutionem, sicut quidã Græci existimauerunt: cui intentię alludẽs Hier. dicitquis nouit quot annis, aut lustris ante mundum angeli laudauerunt creatorem suum? quod non ponit pro sententia Hugo de S. Vict. in prænota. in Gene. cap. 5.
c. Hoc est, verbum æternum æternaliter manens in præstantioribus creaturis. Hoc inquam verbum est fons vniuersæ sapientiæ, creatæ angelicæ & humanæ. Dion. ibid.
3. Viæ.
4. Sapiens terribilis valde sedẽs super thronũ suum. Dominus ipse creauit illam.
5. Illam.
d. Sex sunt species timoris Naturalis, humanus, mũdanus, seruilis, initialis, & filialis. Et hic de duabus postremis loqui intendit: quorum alter est initiũ sapiẽtiæ, alter est filialis, qui sanctus permanet in seculũ seculi. Aug. in Epist. Io. tract. 9.
e. Quoniam qui timet dominũ declinat errorem, & ad virtutis semitam viat suas dirigit. Nisi enim quis timuerit deum, non potest renunciare peccato. Ambro. Hexameron li. 1. cap. 4.
6. Cum hominibus fundamentum seculi nidificauit, & cum semine eorum fidem habebit.
7. Inebriat eos.
8. Desideriis eius, & receptacula de generationibus illius.
* Vtraque autem sunt dona dei ad pacem.
9. Germinans pacem & sanitatem salutis Dilatat autem gloriatio diligentibus enim scientiam, & cognitionem intellectus distillant sapientia, & gloriam possidentiũ eũ exaltauit. [f. Principiũ dispositiuũ ad sapientiam est Dei timor. Nã sicut puer ad humanam sapientiam disponitur, & in ea proficit timendo magistrum, sic homo se habet ad diuinã sapiẽtiã timendo Deũ. Sciendũ quod timor à doctoribus, diuiditur in timorem mundanũ, seruilẽ, initialem & filialẽ. De Lyra ibid.]
* Perseuerans autẽ auertit irã.
10. Vir iracundus.
11. Mandata.

tibi.[g] Sapientia enim & diſciplina timor domini,& quod beneplacitum eſt illi,fides& manſuetudo:﹀& adimplebit theſauros illius. Contumax]non ſis, & incredibilis timori dei,& ne acceſſeris ad illum duplici corde.Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum[12] & non ſcandalizeris in labiis tuis.Attende in illis]ne fortè cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem, & reuelet deus abſconſa tua, * & in medio Synagogæ elidat te: quoniam[13] acceſſiſti malignè ad dominum,] & cor tuum plenum eſt dolo ﹀& fallacia.]

[g.Timor Domini ſapientiæ & ſcientiæ cuſtodia eſt,cui conuenit fides recta & morum temperantia, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo: & bonorũ vita ſemper tranquilla eſt. Vnde Matt.11.d.Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Qui enim verè timet Deum nõ poteſt eſſe ſine fide, & operibus bonis,quæ replent hominẽ bonis virtutibus, & Deo acceptabilem faciunt.Gloſa.ordina.]

12.Et in labiis tuis ne attendas. Ne extollas te.

13.Non acceſſiſti in veritate ad timorem domini.

*Ad patientiam & timorem dei neceſſarius imprimis eſt dei cultus, & quæ ipſum comitantur,atque in proximum pietas & iuſtitia.* II.

†27.q.1.c Nouarum. De pœn.diſt. 2.c.Si enim.

A †Ili accedens ad ſeruitutem dei,﹀ſta in iuſtitia & in timore,&][a] præpara animam tuam ad tentationem.Deprime cor tuum & ſuſtine: ﹀& inclina aurem tuam & ſuſcipe verba intellectus:] & ne feſtines in tempus obductionis. Suſtine ſuſtentationes dei: coniungere deo[1] & ſuſtine, vt creſcat in nouiſſimo vita tua.]Omne quod tibi applicitum fuerit,accipe,[2] & in dololore ſuſtine,[b] & in humilitate tua]patientiam habe:quoniam in igne probatur aurum

B & argentum:homines verò receptibiles in camino humiliationis. [d] Crede deo & recuperabit te:& dirige viam tuam & ſpera in illum. ﹀Serua timorem illius, & in illo veteraſce.Metuentes dominum ſuſtinete miſericordiam eius,& non deflectatis ab illa ne cadatis.] Qui timetis dominum credite illi, & non euacuabitur merces veſtra. Qui timetis dominum,ſperate[3] in illum,& in oblectationem veniet vobis miſericordia.]Qui timetis dominum,[4]diligite illum,[c] & illuminabũtur corda veſtra.]Reſpicite filij nationes hominum,& ſcitote quia nullus ſperauit in domino, & confuſus eſt.

†Pſal.36.d †Quis enim permanſit in mandatis eius,& derelictus eſt? Aut quis inuocauit eum, &

C deſpexit illum?[e] Quoniam pius & miſericors eſt deus,* &remittet[5] in die tribulationis peccata,]& protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate. Væ[6] duplici corde, & labiis ſceleſtis,& manibus malefacientibus,] † & peccatori terram ingredienti [d] duabus viis. Væ diſſolutis corde,qui non credunt deo:& ideo non protegentur ab eo. Væ iis qui perdiderunt [e] ſuſtinentiam: & qui dereliquerunt vias rectas: & diuerterunt in vias prauas.Et quid facient cum inſpicere cœperit dominus? Qui timent dominum non erunt incredibiles verbo illius,& qui diligunt illum,conſeruabunt verbum illius.

†De apoſtat.c.Quidã. 22.quæſt.2.c. Quiſquis. De regula. c.ante penu.

D [f][e] Qui timent dominum inquirent quæ beneplacita ſunt ei, & qui diligunt eum replebuntur lege ipſius.Qui timent dominum præparabunt corda ſua: & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas.Qui timent dominum cuſtodient mandata illius,& patientiam habebunt vſque ad inſpectionem illius,dicentes:Si pœnitentiam non egerimus,incidemus in manus domini,& non in manus hominum. Secũdum enim magnitudinem illius,ſic & miſericordia illius﹀cum ipſo eſt.]

1.Et ne diſceſſeris, vt augeatis in extremis tuis.

2.Libenter, & in mutatione humilitatis tuæ.

[b. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras : quia ſcilicet,radix & cuſtos omnium virtutum eſt patientia. Sciendum autem eſt quòd patientia trib⁹ modis exercetur. A deo enim flagellamur: ſed cauendum eſt ne murmuremus. A proximo, perſecutiones,damna, & contumelias ſuſtinemus:ſed cauendũ eſt ne mala pro malis rettribuamus.Gloſa ordi.ibid.]

3.In bona, & in lætitiam ſeculi & miſericordiæ.

4.Expectate miſericordiã eius, & ne declinetis,vt non cadatis.

[c. Clarius cognoſcendo. Nam amor penetrare facit intima ipſius amati.De Lyra.

*Patiens & multum miſericors

5.Peccata,& liberat in tempore tribulationis.

6.Cordibus timidis,&manibus diſſolutis.

d.Duabus viis peccator terram ingreditur, quando & dei eſt quod opere exhibet, & mundi quod per cogitationem quærit. Grego Moral.lib.2.cap.26.

e.Suſtinentiam perdunt,qui dũ diu ſe immorari viſibilibus æſtimant, ſpem inuiſibiliũ deſerelinquunt.Greg.Moral.7.ca.20.

f.Ille ergo qui timetdominum, & qui diligit illum, credit ſcripturis ſacris,& ſeruat operando præcepta domini,&ſemper meditando quærit quæ beneplacita ſunt illi,ſicque replebitur ſapientia & charitate dei. Finis enim præcepti eſt charitas de corde puro,&c. Raba.ibi.

*Parentum honor dei benedictionem meretur,inhonoratióque maledictionem:humilitas autem parit gratiam,ac eleemoſyna profectum.* III.

A ﹀[a] Ilij ſapientiæ Eccleſia iuſtorum, & natio illorum obedientia & dilectio.]Iudiciũ patris audite filij dilecti, & ſic facite vt ſalui ſitis. Deus enim honorauit patrem in filiis, & iudicium matris﹀exquirens] firmauit in filios.[1] Qui diligit deum, exorabit pro peccatis: & continebit ſe ab illis, [b] &

in oratione dierum exaudietur,]& ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrẽ ſuam.Qui honorat patrem ſuum,iucundabitur in filiis, & in die orationis ſuæ exaudietur.Qui honorat patrem ſuũ,vita viuet longiore:& qui obedit[2] patri, refrigerabit matrem.]Qui timet dominũ,honorat parentes:& quaſi dominis ſeruiet iis qui ſe genuerunt.In opere & ſermone﹀& omni patiẽtia]†honora patrẽ tuum,vt ſuperueniat

†Deut.5.b Exod.20.b Matt.15.a Marc.7.b Epheſ.6.a Iuſti.7.c

C tibi benedictio[3] à deo,& benedictio illius in nouiſſimo manet.][4] Benedictio patris firmat domos filiorũ,maledictio autẽ matris eradicat fundamenta.Ne glorieris in cõtumelia patris tui,nõ enim eſt tibi gloria,[4] ſed cõfuſio.]Gloria enim hominis ex honore

a.Filios ſapientiæ merito dicit eſſe eccleſiam iuſtorum: quia qui vere ſapiens eſt,verus eſt iuſtitiæ cultor:quoniã vera ſapiẽtia veraciter iuſtitiæ dictat normam: Natio inquit,illorum eſt obedientia & dilectio.Quomodo autem nationem vocat iuſtorum obedientiã & dilectionem? Cum obedientia & dilectio virtutes ſint quæ habẽtur à iuſtis, niſi quia tropica locutione per ipſas virtutes exprimit virtutum poſſeſſores. Rabanus ibid.

1.Qui honorat patrem, veniam impetrat peccatorum.

b Hoc trifariam intelligitur. Primo in oratione per dies multos cõtinuata.2.in oratione dierum gratiæ,quandò ſcilicet homo ſaltem coniectura ſcit ſe eſſe in gratia.3.in oratione dierũ vitæ æternæ,de qua in pſal. 90. Longitudine dierum implebo eum.Dion.ibid.

2.Dño,quietẽ dabit matri ſuæ.

3.Ab hominibus.

4.Patris ignominia.

Universidad de Deusto
Biblioteca



patris sui:& dedecus[1] filij,pater sine honore.] [c] Fili suscipe senectam patris tui,& non constristes eum in vita illius,& si defecerit sensu,veniam da,& ne[2] spernas ]eum in tua virtute.Eleemosyna enim patris non erit in obliuione.Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum,& in iustitia ædificabitur tibi,& in die tribulationis commemorabitur tui,& sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. Quàm malæ famæ est qui derelinquit patrem,& est maledictus à deo, qui exasperat matrem. [d] Fili in mansuetudine opera tua perfice,& [7] super hominum gloriam ] diligêris. [d]Quanto maior es, humilia te in omnibus: & coram deo inuenies gratiam: * quoniam magna potentia dei ⊱solius,]& ab humilibus honoratur.† [e] Altiora te ne quæsieris,* & fortiora te ne scrutatus fueris,* sed quæ præcepit tibi deus,illa cogita semper, ⊱ & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. ] Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis.In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus eius operibus non eris curiosus. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos enim supplantauit suscipio illorum,* &[8] in vanitate detinuit ] sensus illorum. [f]Cor durum habebit malê in nouissimo,& qui amat periculũ,in illo peribit. [g] ⊱Cor a- ingrediens duas vias,non habebit successus:& prauicors in illis scandalizabitur.] Cor nequam grauabitur in doloribus,& peccator adiiciet[9] ad peccandum. Synagógæ superborum ]non erit sanitas:frutex enim peccati eradicabitur in illis,[10] & non intelligetur.]Cor sapientis intelligitur in sapientia, & auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam.⊱ Sapiens cor & intelligibile abstinebit sè à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit.] †[f] Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis:& deus prospector est eius qui reddit gratiam. Meminit in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum.

*Ad misericordiæ opera & modum eorum conducunt timor dei, sapientia, veritas, & iustitia.* IIII.

[a] †Ili[1] eleemosynam ]pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere. Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua.Cor[2] inopis ]ne afflixeris,& non protrahas datum angustianti.Rogationem contribulati ne abiicias, & non auertas faciem tuam abigeno.[b] Ab inope ne auertas oculos tuos ⊱propter iram:] & [3] non relinquas querentibus tibi retro maledicere.]Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ [4] exaudietur deprecatio illius,exaudiet autem eum ]qui fecit illum . Congregationi paupetum affabilem te facito: ⊱& presbytero humilia animam tuam,] & magnati humilia caput tuum.Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, ⊱ & redde debitum tuum,]& responde illi pacificè in mansuetudine.† [d][5][b] Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi,& [7] non acidè feras in anima tua.In iudicando ]esto pupillis misericors vt pater,& pro viro matri illorum,& eris tu velut filius altissimi obediens, & [6] miserebitur tui ]magis quàm mater. Sapientia filiis suis vitam inspirat, & suscipit inquirentes se, ⊱ & præibit in via iustitiæ.]Et qui illam diligit,diligit vitam:& qui vigilauerint ad illam,[7] complectentur placorem eius.]Qui tenuerint illam,vitam hæreditabũt:& quò introibit,benedicet deus.Qui seruiunt ei,obsequentes erunt deo:[c] & eos qui diligunt illam,diligit deus.Qui audit illam,iudicabit gentes:& qui intuetur illam,permanebit confidens.Si crediderit ei,permanebit &hæreditabit illam,& erunt[8] in confirmatione creaturæ ]illorum: quoniam in tentatione ambulat cum eo, & in primis elegit eum. [d][5] Timorem & metum ⊱& probationem ]inducet super illum: & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ,donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius.Et firmabit illum,& iter adducet directum ad illum,& lætificabit illum,& denudabit abscondita sua illi,⊱ & thesaurizabit super illum scientiam & intellectum iustitiæ.Si autem oberrauerit,derelinquet eum,& tradet eum in manus inimici sui.Fili conserua tempus, & deuita à malo. Pro anima tua ne confundaris ⊱dicere verum.] [e] Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam &

gra-

1. Filiis mattis ignominia.
[c]. Tunc enim non solum indiget reuerẽtia filiorum, sed etiã subsidio ipsorum,quòd si defecerit sensu, veniã da, quia non est culpa sua,sed naturalis defectus. Et quia non solum filij tenentur patentibus vnis benefacere,sed etiam defunctis . De Lyra.]
6. inhonorer.

7. Ab homine acceptabili.
d. Mensura humilitatis cuique ex mensura ipsius magnitudinis data est : cui est periculosa superbia,quæ amplius amplioribus insidiatur. Augu. de Sancta virginit.cap.51.
* Multi sunt excelsi & glorioss, sed manuetis reuelantur mysteria.
e. Ne præcipiti suspicione in fabulas sacrilegas irruamus, clamat scriptura diuina: Altiora te ne quæsieris,&c. vt magis in istis temeraria præsumptio quã cauta ignoratio culpãda videatur. Aug. contra Priscil. & Origc.11.
* Sine sensu.
* Cum stultitia.
* Vana.
8. Cogitatio praua labefecit.
9 Peccata super peccata in inductione superbi.
10. Planta enim nequitiæ radices misit in eo.

f. Magna ergo est eleemosyna, quæ ardentium crimium globos benevolentiæ suæ fonte refrigerat,& quodam irriguo largitatis obtrit incendia delictorum : vt quamuis offensus deus, quotuis criminibus prouocatus,cogatur liberare eleemosynis,quem disposuerat punire peccatis. Ambro. Serm.15.

[a]. Eleemosynæ fructum in superiori cap. perstrinxit,nunc ergo ad ipsum auditorem prouocat. Vetat ne eleemosynam differẽdo,cor pauperis affligam[a]. Vult vt multis benefaciamus, ne in vnum saltem sinus largi, aliis egentibus pateat. Lotichi[b].]
1. Vitam.
2. Iritatum.
b. Nullo modo propter irã exasperandus est pauper, sed blanda locutione placandus : quia ira viri iustitiam dei non operatur,& qui obdurat aurem suam ad clamorem pauperis,ipse clamabit,& non exaudietur . Rabanus ibidem.
3. Ne dederis locũ homini maledicendi tibi.
4. Suæ deprecationem eius exaudiet.
b. Non in inferenda, sed in depellẽda iniuria lex virtutis est. Qui enim non repellit à socio iniuriam si potest,tam est in vitio quàm ille qui facit. Ambr. offic.1.cap.35.
5. Ne sis impatiẽs cũ tu iudicas.
6. Diligere te.
7. Replebuntur lætitia.
c. Iuxta quod filius ipse loquitur: ipse pater amat vos, quia vos me amatis . Et rursus : Qui diligit me, diligetur à patre meo,& ego diligam eum. Hinc dictum est Sap. 7. Neminem diligit deus nisi eum,qui cum sapientia inhabitat. Diony. ibid.
8. In possessione generationes.
d. Hæc sententia priora confirmabuntur-quoniam illum quẽ sapientia diuina introiens inhabitauerit, opera eius dirigit, & præparabit illũ in variis tentationibus exercẽdo atque probando ad futuræ vitæ gaudia percipienda. Rabanus ibid.
e. Qui erubescit bona facere, à statu rectitudinis cadit, atque ad damnationem tendit,qui vero erubescit pœnitendo malorum quæ fecit,ad vitæ libertatẽ peruenit. Grego. in Ezech lib. 1.homil.10.

gratiam. [f]Ne accipias faciem aduersus[9] faciem tuam, nec aduersus animam tuam men
dacium.⟩ Ne reuereris proximum tuum in casu suo:] nec retineas verbum in tem-
D pore salutis. [g]Non abscondas sapientiam tuam in decôre suo. In lingua enim sapien-
tia dignoscitur,[10] & sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati, & firmamentum
in operibus iustitiæ.] Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mêdacio ine-
ruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subiicias
[11] te omni homini pro peccato. Noli resistere contra faciê potentis,] nec coneris con-
tra ictum fulminis. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa
pro iustitia, & deus expugnabit pro te ⟩ inimicos tuos.] Noli citatus esse in lingua
tua, & inutilis & remissus in operibus tuis. [g]Noli esse sicut leo in domo tua,[12] euertens
domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi.] Non sit porrecta manus tua ad acci-
piendum & ad dandum collecta.

f. Hoc est, non accipias faciem hominis aduersus animam tuã, quæ dicitur facies ad veritatis cõtemplationem. De qua facie dicitur. 2. Cor. 3. Nos vero reuelata facie Domini gloriam speculantes in eandem imaginem transformamur. De Lyr. ibid.]
9. Animam tuam, & ne confundaris in casum tuum.
10. Et disciplina in verbis linguæ.
11. Homini fatuo teipsum, & ne accipias personam hominis potentis.
g. In ecclesia sunt hæretici quasi leones qui per linguæ volubilitatem seduxerunt corda innocentum & per insolentium morum conturbant mansuetudinem simplicium. Glos. Cordi. ibid.
12. Et phantasia percutiens in seruis suis.

*Misericordiæ obsunt auaritia, cupiditas, concupiscentia, & inconstantia: ad quam pœnitentia, & mansuetudo, & prudentia conducunt.* V.

A NOli attendere[12] ad possessiones iniquas,] & ne dixeris: est mihi sufficiens vi
ta. ⟩ Nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis.] Ne se-
quaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui, & ne dixeris:
⟩ Quomodo potui: aut] quis me subiiciet propter facta mea? Deus autê
vindicãs vindicabit. *Ne dixeris: Peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim
B est patiens[2] redditor. [f]† De propitiatu peccatorum] noli esse sine metu,[3] neque adii-
cias] peccatum super peccatum, & ne dicas: Miseratio domini magna est, multitudi-
nis peccatorum meorum miserebitur. † Misericordia enim & ira ab illo cito proxi-
mant, & in peccatores[4] respicit] ira illius, [b]Ne tardes conuerti ad dominum, & ne dif-
feras de die in diem. Subito enim veniet ira domini, * & in tempore vindictæ dispe
C det te. [f]Noli anxius esse in diuitiis iniustis: non enim proderunt tibi in die obductio-
nis & vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam. Sic e-
nim omnis peccator probatur[5] in duplici lingua.] Esto firmus[6] in via domini, & in ve-
ritate sensus tui & scientia, & prosequatur te verbum pacis & iustitiæ.] Esto mansue-
tus ad audiendum verbum dei vt intelligas, & [7]cum sapientia] proferes responsum ve
D rum. [f]Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, manus tua sit super os tuũ,
⟩ [c]ne capiaris in verbo indisciplinato & confundaris.] [8] Honor & gloria in sermone
sensati, lingua verò imprudentis] subuersio est ipsius. Non appellêris susurro in vita
tua, & [9]lingua tua ne capiaris & confundaris.] Super furem enim est confusio[10] & pœ-
nitẽtia, & denotatio] pessima super bilinguem: ⟩ susurratori autem odium & inimi-
citia & contumelia.] Iustifica pusillum & magnum similiter.

1. Ad oper tuas.
2. Dicuntur autem possessiones iniquæ, non quia in se malę aut vitiosæ sint, quoniam omnis creatura dei bona] sed quia vel iniustè vel cupidè acquiruntur & reseruãtur, vel quia sunt plurimorum occasio vitiorum. Idcirco à Christo vocantur mammona iniquitatis. Diony. ibid.
*Tuam iniuriam.
2. Non te dimittet.

## De propitiato peccato.

3. In abundantia ad addendum.
4. Requiescet.
b Periculum enim & metus est in differendo, salus vero certa ac secura, si nulla sit dilatio. Chryso. in 2. Corint. 10. ho. 22.
*Et cum negligens fueris, deterreris.
5. Qui est bilinguis.
6. In intellectu tuo tuto, & vnus sit sermo tuus.
7. Et sit in veritate vita tua & in patientia.
c. Quoniam aliquando doctor vanæ gloriæ cupidus verecundatur non respondere, nec audet palam, quia nescit veritatẽ, ideo respondet occultè & male, ideo subditur ne appelleris susurro. i. male loquens in silẽcio. De Lyra ibid.]
8. Gloria & ignominia in lingua, & lingua hominis.
9. Linguæ tuæ ne insidieris.
10. Nequam, & damnatio.

*Charitati & veræ amicitiæ obsunt improperium, contumelia, inuidia, & impietas: quam iuuant dulcis loquela, pax, discretio, humilitas, fides, dei timor & sapientia.* VI.

A NOli fieri pro amico inimicus ⟩ proximo.] [1]Improperium enim & con-
tumeliam] malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis.
*[a]Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne fortè elidatur
virtus tua ⟩ per stultitiam,] & folia tua comedat, & fructus tuos perdat,
& relinquaris velut lignum aridum ⟩ in eremo.] Anima enim nequam dispẽdet qui
se habet, & in gaudium inimicis dat illum, ⟩ & deducet in sortem impiorum.] Ver-
bum dulce multiplicat ⟩ amicos, & mitigat inimicos,] & lingua [b] eucharis in bono
homine abundabit. Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille. Si pos-
sides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei teipsum. [c] Est enim a
micus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. Et est amicus
qui conuertitur ad inimicitiam, & [2] est amicus qui odium, & rixam, & conuitia] de-
nudabit. †[f]Est autẽ amicus socius mensæ, & non permanebit in die [3]necessitatis. Ami-
B cus si permãserit fixus, erit tibi quasi coæqualis,] & in domesticis tuis fiducialiter aget.

1. Nomen enim malum pudorem & improperium.
*Ignominiam habebit.
a. Vetat iactantiam, ac detestatur superbiam: quia initium omnis peccati superbia est, & omnis aretegãria abominatio est apud deum. Et ne sufficere nobis credamus si extollentiam vitemus in actu, dicit, ne te extollas in cogitatione animæ velut taurus. Deus enim inspector est cordis, & non secundum faciem, sed secundum veritatem vnumquẽque diiudicat. Raba. ibidem.
b. Id est, bene loquens, & gratiosa.
c. Et hic est homo inuidus, qui super crescente amici sui prosperitate, per inuidiam incipit dolere, & eidem contrarius esse. De Lyra.
2. Rixam conuitij tui.
3. Tribulationis tuæ, & in bonis tuis erit vt tu.

4.Si humiliatus fueris, erit cõtra te,& à facie tua abscondetur.

[4]Si humiliauerit se contra te,& à facie tua absconderit se, vnanimem habebis amicitiam bonam.] Ab inimicis tuis separare,& ab amicis tuis attende. Amicus fidelis protectio fortis,qui autem inuenit illum, inuenit thesaurũ. [c] Amico fideli nulla est comparatio,& non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatẽ fidei illius. [d]Amicus fidelis medicamentum vitæ﹀& immortalitatis,]& qui metuunt dominum,inueniunt illum. Qui timet deum,æquè habebit amicitiam bonam, quoniam secundum illum[f] erit amicus ]illius. [e]Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. Quasi is qui arat & qui seminat accede ad eam, & sustine bonos fructus illius. [g]In opere enim ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius. Quàm aspera est nimium sapientia indoctis hominibus,& non permanebit in illa excors. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis,& non demorabuntur proiicere illam. Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est eius, & non est multis manifesta.﹀Quibus autem cognita est,permanet vsque ad conspectum dei.] Audi fili & accipe consilium intellectus,& ne abiicias consilium meum. [f] Iniice pedem tuum in compedes illius,& in torques illius collum tuum. Subiice humerum tuum & portabis illam,& ne accipieris vinculis eius. In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conserua vias eius. Inuestiga illam & manifestabitur tibi, & continens facta ne derelinquas eam. In nouissimis enim inuenies requiẽ in ea, & conuertetur tibi in oblectationem. [g]Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis,﹀& basis virtutis,]& torques illius in stolam gloriæ. Decor enim[6] vitæ ]est in illa, & vincula illius alligatura[7] salutis.] [†]Stola gloriæ indues eam, & coronam gratulationis superpones tibi. [§]Fili si attenderis mihi, disces eam, & si accommodaueris animum tuum, sapiens eris. Si inclinaueris aurem tuam,excipies doctrinam:& si dilexeris audire,sapiens eris. In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere,vt omnem narrationem dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te. Et si videris sensatum,euigila ad eum:& gradus ostiorum illius exterat pes tuus. [8h]Cogitatum tuum habe ]in præceptis dei,& in mandatis illius maximè assiduus esto,& ipse dabit tibi cor,& concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

c.Nullæ diuitiæ, nullæ delitiæ, nulli honores,per æqualitatem comparabiles sunt fideli amico Dion.ibid.

d.Non enim validior est vel efficatior vulneribus nostris medicina,quàm habere qui omni incommodo occurrat compatiens, omni commodo occurrat congratulans,vt iunctis suis humeris onera sua inuicem toleremus: & quòd vnusquisque proprium leuius quàm amici portet iniuriam. August. de Amicit.c.5.

5.Sic & proximi.

e.Quicunque ergo in iuuentute studet sanæ doctrinæ, autem adhibere obedientiæ, in senectute dulcissimos fructus metet sapientiæ. Vomere quippe euangelij de corde suo genimina vitiorũ debet extirpare, qui semen diuini verbi edere,& fructus dulcissimos sacratum virtutum desiderat metere. Raba. ibidem.

f. Iusti pedes suos in dei compedes iniiciunt, dum à conditoris desiderio nunquam discedũt: collum autem torques dei ornat,dum fidelis quisque deo iungitur, quasi per collum capiti suo Christo vnitus. Grego. in 7.psal.101.

6.Aurem.

7.Hiacinthina.

g. Ecce quam frequenter hortatur nos autor hic ad sapientiam per metaphoricas locutiones, atque frequentes eiusdem sententiæ repetitiones, quatenus exhortatio sua nostris imprimatur cordibus, vt Prou.7. 2.Liga eã in digitis tuis, & scribe eã in tabulis cordis tui,&c. Dion. ibidem.

8.Cogita consummatè.

h. Merito illi dabitur cordis purus intellectus, & sapientiæ diuinæ amor salubertimus, qui cogitationes suas temperat secundum præcepta altissimi, & ea meditatur assidue,quæ legis dei concordant doctrinæ, ipsàque studet opere implere, quæ nouit suo conditori omni modo placere Raba.ibid.

a.Virtutes in excellentiori gradu in principibus ecclesiasticis & inspiritualibus quàm in subditis esse debẽt. Sunt enim vtri quæ vicarij dei,à quo est omnis potestas, in regimine populi. Vnde vitiosum est ita aperte ambire principatum, susci pere tamen in casu necessitatis est licitum. Lyra.ibid.

1.A domino.

b.Ex isto scripturæ testimonio vsque adeo omne mendacium videtur generaliter esse detestandum,vt etiam si quis mentiri velit, etiam si non mentiatur,iam voluntas ipsa damnanda sit,atque ad hoc intrepretetur quod non dictum est: Noli mentiri omne mendacium, sed Noli velle mentiri omne mendacium:vt non solum mentiri, sed nec velle mentiri quisque audeat vllo mendacio. August. de menda.cap.16.lib.1.

c.Verbum in oratione iterare, est pœ fletum cõmittere quod rarium necesse sit flere. Grego. Patho.admo.31.

2.Peccatorum.

3.Ne commutes amicum indifferenter secundum aliquid, neque fratrem legitimum in auro Sophir.

d. Non defraudes mercenariũ viram suam corporalem pro te exponentem ideo ait Apostolus. Colloss.4.Domini quod iustum est & æquum seruis præstate. Et Leui.19.Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane.Dion.ibid.

*Quæ vitia congressionibus obsunt,& quæ illi virtutes conferunt,vt peccatum & confusio vitetur.* VII.

NOli facere mala, & non te apprehendent: discede ab iniquo, & deficient a mala abs te. Fili,non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplũ. [2] Noli quærere[1] ab homine ]ducatum, neque à rege cathedram honoris. Non te iustifices ante deum,﹀quoniam agnitor cordis est ipse,] & penes regem noli velle videri sapiens. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates,ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Non pecces in multitudine ciuitatis,nec te immittas in populum, neque alliges duplicia peccata. Nec enim in vno eris immunis. Noli esse pusillanimis in animo tuo:﹀exorare ]& facere eleemosynã ne despicias. Ne dicas, in multitudine munerum meorum respiciet deus:& offerente me deo altissimo, munera mea suscipiet. [3]Non irrideas hominẽ in amaritudine animæ, est enim qui humiliat & exaltat﹀cum spector deus. ] Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum, neque in amicum similiter facias. [b]Nolli velle mentiri omne mẽdacium : assiduitas enim illius non est bona. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, [c] & non iteres verbum in oratione tua. Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab altissimo. Non te reputes in multitudine [2] indisciplinatorum, ] memento iræ, quoniam non tardabit. Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta﹀carnis ] impij, ignis & vermis. [3] Noli prævaricari in amicum pecuniam differentem, neque fratrem tuum charissimum auro spreueris.] [§]Noli discedere à muliere sensata&bona,﹀quã fortitudo es in timore domini:]gratia enim verecundiæ illius super aurum. [†]Non lædas seruum in veritate operantem,neque [d]mercenarium dantem animam suam. Seruus sensatus sit

ſit tibi dilectus quaſi anima tua,non defraudes illum libertate,&c neque inopem derelinquas illum. ]Pecora tibi ſunt,attende illis,& ſi ſunt vtilia perſeuerēt apud te.[c] Filij tibi ſunt,erudi illos,&†curua[4]illos] à pueritia illorum.[f] Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus illarum,& non oſtendas hilarem faciem tuam ad illas. Trade filiam & grande opus feceris,& homini ſenſato da illam. Mulier ſi eſt tibi ſecundum animam tuam, nō proiicias illam, & odibili non credas te[5] in toto corde tuo. †[g] Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris.]† Memento quoniam niſi per illos natus nō fuiſ-
D ſes,& [6] retribue illis quomodo] & illi tibi.[ſ] In tota anima tua time deum, & ſacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute dilige eum qui te fecit,& miniſtros eius ne derelinquas. [7] Honora deum ex tota anima tua,] & honorifica ſacerdotes,&c& propurga te cum brachiis.][h] Da illis partem ſicut†mandatum eſt tibi, primitiarum & purgationis, & de negligentia tua purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorū, & ſacrificium ſanctificationis offeres domino & initia ſanctorum, & pauperi porrige manum tuā, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua,gratia datus in conſpectu omnis viuentis: †& mortuo non prohibeas gratiam. Non deſis plorantibus&c in conſolatione,]&cum lugentibus [8] ambula.]†Non te pigeat viſitare infirmum,ex iis enim in dilectione firmaberis. In omnibus [9] operibus ]tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.

†Infra.30.b

†Sup.3.b. †Tob.4.a

†Leuit.22.a

†13.q.2.c. In Eccleſiaſtico. †Iob.3.c Matth.25.d

[c. Quia pater tenetur filiis prouidere de nutrimento & documento, & curuare illos à pueritia ſub diſciplina. De Lyra.]
4. Collum illorum.
[f. Sicut bonos ſeruos affectu filiorum habēdos ſic ancillas quas ſi filias habēdas eſſe docet, ſed cum diſciplina. Vnde lucta filium, & pauentem te facies,iude eū 00,& contriſtabit te. Non arrideas illi ne doleas, & in nouiſſimo obſtupeſcant dentes tui. Gloſa ordina.]
5. In toto cordetuo honora patrem tuum, & mattis dolorum partus ne obliuiſcaris.
[g. Redit ad cultum parentum, & ad eleemoſynam, quam frequenter celebrat, vocans honorem parentum & eleemoſynam ſacrificiū ſanctificationi oſtendentes bona opera fideliū, fideles magis ac magis ſanctificare. Lyrychius.]
6. Quid retribuas illis ſicut.
7. Time deum.
h. Primitiarum & decimarū atque oblationū diuerſarum oblationes, quas in lege dñs iuſſit offerri,ad ſacerdotū & Leuitarū vſum pertinebant, dicente dño ad Aaron & ad filios eis, Numeri 5.b. Omnes primitias ſanctuarij quas offerunt filij Iſrael dño dedi tibi & filiis, & filiab⁹ tuis iure perpetuo. Rabanus ibid.
8. Luge.
9. Sermonibus.

*Conuerſationi inferiorum cum ſuperioribus conducentia & repugnantia.* VIII.

A [a] On litiges cum homine potente,ne fortè incidas in manus illius. Nō contendas cum viro locuplete,ne fortè cōtra te [1] conſtituat litem tibi.]† Multos enim perdidit auru m&c& argentum, & [2] vſque ad cor regum extendit & conuertit.]Non litiges cum homine linguato,& nō ſtrues in ignem illius ligna.[3]Non communices homini] indocto,ne [4] male de progenie tua loquatur. Ne deſpicias hominem auertentem] ſe à peccato,&c neque improperes ei.]Memento,quoniam omnes [5] in corruptione] ſumus.[ſ] Ne ſpernas hominem in ſua ſenectute,
B etenim ex nobis ſeneſcunt. [b] Noli de mortuo inimico tuo gaudere, † ſciens quoniam omnes morimur,& in gaudium volumus venire. Ne deſpicias narrationem&c preſbyterorum] ſapientum,& in prouerbiis eorum conuerſare. Ab ipſis enim diſces ſapientiam,&c& doctrinam intellectus,] [c] & ſeruire magnatibus ſine querela. Non te præ-
tereat narratio ſeniorum, ipſi enim didicerunt à patribus ſuis. Quoniam ab ipſis di-
c ſces intellectum,& in tempore neceſſitatis dabis reſponſum.[ſ] [d] Non incendas carbones peccatorum arguens eos,& ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. Ne contra faciem ſtes contumelioſi, ne ſedeat quaſi inſidiator ori tuo. Noli fœnerari homini fortiori te;quòd ſi fœneraueris,quaſi perditū habe. [e] Non ſpondeas ſuper virtutem tuam,quòd ſi ſpoponderis,quaſi reſtituens cogita. Non iudices contra iudicem, quoniam ſecundum [6] quod iuſtum eſt iudicat.] Cum audace non eas in via, ne fortè grauet mala ſua in te. Ipſe enim ſecundum voluntatem ſuam vadit,& ſimul cum ſtul-
D titia illius peries.[ſ] Cum iracundo non facias rixam,& [7] cum audace] non eas in deſertum, quoniam quaſi nihil eſt ante illum ſanguis, & vbi non eſt adiutorium, elidet te. Cum fatuis conſilium non habeas:non enim poterunt [8] diligere niſi quæ eis placent.] Coram extraneo ne facias [9] conſilium:]neſcis enim quid pariet. Nō omni homini cor tuum manifeſtes,ne fortè inferat tibi gratiam falſam,&c& conuitietur tibi.]

†Infra.31.a 11.q.3.c. Pauper.

†17.quæſt.2. cap. In eccleſiaſtico.

2. Sciendum q̄ contentio dirēè pacem impedit, quapropter eam remouens,dicit: Non litiges in iurgio vel iudicio cum homine potēte eccleſiaſtico vel ſeculari iudice. De Lyra ibid.]
2. Trahat tuum pondus.
2. Corda regum inclinauit.
3. Ne ludas cum.
4. Inhonorentur maiores tui. Ne improperes homini auertēti.
5. In increpationibus.
b. Niſi forſan ſit hoſtis boni cōmunis aut fidei impugnator,publicūſue tyrannus: quo caſu quis zelo iuſtitiæ, aut communis boni amore gaudere poteſt. Diony ibid.
[c. Quia non ſolum audiendi ſunt presbyteri, ſed etiam ſenes in quibus eſt ſapientia ex longi temporis experiēna. De Lyra.]
d. Propterea ergo ſanctus tacet: etſi ſeruus proteruit, & ſi pauper conuitiatur,tacet iuſtus: & ſi peccator opprobria iacit, iuſtus ridet: & infirmus maledicit,iuſtus benedicit. Ambro. de de interpellat. lib. 2. cap. 2.
e. Bonum eſt vt quiſque conſideret menſuram virium ſuarū, & ſic votū temperet,ne in mendacij reatum incurrat. Vnde dominus per Moyſen præcepit dicens Deuter. 23.c. Cum vouerit domino deo tuo, non tardabis reddere. Quia requiret illud dominus deus tuus. Et ſi moratus fueris, reputabit tibi in peccatum. Si nolueris polliceri,abſque peccato eris. Rabanus ibi.
6. Opinionem eius iudicabunt eum.
7. Eo.
8. Verbum exiſtat.
9. Occultum.

*Concupiſcentiæ periculum eſt omnium mulierum conſortium & colloquium,periculum autem amicitiæ eſt in amicis nouis,potentibus,iniuſtis,linguoſis,& temerariis.* IX.

A [a] On zeles mulierem ſinus tui, ne [1] oſtendat ſuper te malitiam doctrinæ nequam.] Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, [2] ne ingrediatur in virtute tua & confundaris. Ne reſpicias mulierem multiuolam,] ne fortè incidas in laqueos illius. Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis, ne audias illam, ne fortè pereas in [3] efficacia]illius.[a] Virginem ne conſpicias, ne fortè ſcandalizeris in decore illius. Ne

1. Oſtendas in te diſciplinam malam.
2. Vt aſcendat ipſa ſuper animā tuam. Ne occurras mulieri meretrici.
[a. Auerte oculos tuos ne videat vanitatem ne liceat videre quæ non licet concupiſcere. Glo. ibidem.
3. Exercitus.

4.Scortis.
b. Vir aut mulier suo ornatu oculis hominum in se trahens, quamuis nullum malum inde sequatur, tamé in æternum meretur pati supplicium. Quia venenum præbuit, si fuisset qui biberet. Hieron. ad Demetria.
5. Formosa.
c. Hoc est, eloquentiam hæreticorum. Multi enim admirãtes eloquentiam hæreticorum, in errorẽ ab illis seducti sunt: quia colloquium ipsorum flammã nequitiæ in auditorum suorũ cordibus excitat, nisi citius ab eorum cõsortio recesserint. Rabanus ibidem.
[d. Nonus doctor studere debet & sanã doctrinam & operationem firmiter percipiat. Glosa ordina.]
6. Non placeas tibi in approbationibus impiorum, inuenient, quòd vsque ad inferos non iustificabuntur.
[e. Tunc enim & non ante placebit sanctis in pœnã, sicut displicuit eis in culpa. Psal. 57. Lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatorum applaudent iustitiæ diuinæ. De Lyra.]
7. Pinacula ciuitatis.
8. Coniecta de.
9 Consilium sit, & cum prudẽtibus sit disputatio tua.
f. Societas enim iniustorum in mensa trahit ad multa peccata: ad lasciuias, iocos, cachinos, verbositates, temeraria iudicia, detractiones, atque ad gulam, & ad vitia eam sequentia. Vnde Psal. 100. Superbo oculo & insatiabili corde cum hoc non edebam Diony ibid.
10. Peculans.

des[1] fornicariis] animam tuam in vllo, ne perdas te, & hæreditatem tuam. Noli circunpiscere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in platéis illius.[†&b] Auerte faciem tuam à mu- 1
liere[5] compta:] & ne circunspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via ab⸗omnibus prætereuntibus] conculcabitur.[c] Speciem mulieris alieni multi admirati, reprobi facti sunt: colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Cum aliena muliere ne fedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum, & non alterceris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem.[*] Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim nõ erit c
similis illi.[d] Vinũ nouum amicus nouus, veterascet, & cum suauitate bibes illud. Non zeles gloriam⸗& opes] peccatoris: non enim scis quæ futura sit illius subuersio.[e] Nõ placeat tibi iniuria iniustorum,[e] sciens quoniam vsque ad inferos non placebit impius.] Longè abesto ab homine potestatem habente occidendi, & non suspicaberis timorem mortis. Et si accesseris ad illũ, noli aliquid committere, ne fortè auferat vitam tuam⸗[&] Communionem mortis scito,] quoniam in medio laqueorum ingredieris,[f] 9
& super[7] dolentium arma] ambulabis. Secundum virtutem tuam[8] caue te à] proximo tuo, & cum sapientibus[9] & prudentibus tracta.][f] Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore dei sit tibi gloriatio, & in sensu sit tibi cogitatus dei, & omnis enarratio tua in præceptis altissimi. In manu artificum opera laudabuntur, & principes populi in sapientia sermonis sui,⸗& in sensu verò seniorum verbum.] Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus, & [10] temerarius] in verbo suo odibilis erit.

*Ad idoneum rectorem spectent sapientia, potentia, iustitia, humilitas, timor dei, & mansuetudo: contraria verò illarum ipsum rectorem subuertunt.* X.

a. Quemadmodum cum videris arborem pallentibus foliis marcidam, intelligis quia aliquam culpam habet circa radicẽ. Ita cùm videris populum indisciplinatum, & irreligiosum, sine dubio cognosce quia sacerdotium eius non est sanum. Chryso. in 21 ca. Matth. homil. 37.
1. Fœlicitas.
2. In omni iniuria ne itaseueris proximo.
3. Et ambobus error iniustitiæ.

4. Opes dolosæ.
b. Ex auaritia profectò septem nequitiæ procreantur, scilicet proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo, violentia, & contra misericordiam obduratio. Et ecce domine deus quilibet amator mundi, & non tui, propter metalla pretiosa, ardentes fulgentesque lapides, alius obduratur propter misericordiam, ne tribuat aurũ, alius ne porrigat potum. Ambro. Precationes 2. præparans ad missam.
c. Hoc est radix fons & mater est elatio, sicut elationis principium est nescire dominũ. Chry. in 10. 1. c. ho. 8.
d. Quando gentem Iudæorum cum suis cæremoniis expullit, & plantauit humiles ex ipsis, quando ex eadem generatione Apostolos elegit. & primitiuã ecclesiam in Ierusalem constituxit, tunc superborum Iudæorũ radicem arefecit dominus. Rabanus ibidem.
5 Pro eis in gloria.
6. Securitatis qui timent dominum, & pretiosa planta qui diligunt illum. Semen ignominiæ qui non attendunt legi, semen erroris qui transgrediuntur mãdata.
*Ante finem initium timoris domini, abiectio autem principatus obduratio & superbia.

IVdex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit.[a] Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum, & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium. In manu dei potestas terræ,⸗& execrabilis omnis iniquitas gentium,] & vtilem rectorem sus-
scitabit in tempus super illam. In manu dei[1] potestas] hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suum.[†2] Omnis iniuriæ proximi ne memineris,] & nihil agas mo-
peribus iniuriæ. Odibilis coram deo est & hominibus superbia, & [3] execrabilis omnis iniquitas gentium.][†] Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & in-
iurias, & [4] contumelias, & diuersos dolos.][3 b] Auaro autem nihil est scelestius. [†] Quid [3]
superbis terra & cinis?⸗Nihil est iniquius quàm amare pecuniam.] Hic enim & animam suam vænalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua.⸗Omnis potentatus breuis vita, languor prolixior grauat medicum.] Breuem languorem præcidit medicus: sic & Rex hodie est, & cras morietur. Cùm enim morietur homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes. Initium superbiæ hominis apostatare à deo, quoniã ab eo qui fecit illum recessit cor eius, quoniam [c] initium omnis peccati est superbia. Qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem. Propterea exhonorauit dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finem. Sedes ducum superborum destruxit deus, & sedere fecit mites pro eis.[*d] Radices gen- e
tium superbarum arefecit deus, & plantauit humiles[5] ex ipsis gentibus.] terras gentium euertit dominus: & perdidit eas vsque ad fundamentum. Arefecit ex ipsis & dissperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorum à terra.⸗Memoriam superborum perdidit deus, & reliquit memoriam humilium sensu.] Non est creata hominibus superbia, neque iracundia nationi mulierum. Semen [6] hominũ honorabitur hoc quod timet deum, semen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata domini.] In medio fratrum rector illorum in honore: & qui timent dominum erunt in oculis illius.*Gloria diuitum honoratorum & pauperum timor dei est: non despicere homi-

nem

nem iuſtum pauperem,& non magnificare virum peccatorem diuitem. § 7 f Magnus eſt iudex,& potens eſt in honore, & non eſt] maior illo qui timet deum. † Seruo ſenſato liberi ſeruient, & vir prudens & diſciplinatus non murmurabit correptus, ⊱ & inſcius non honorabitur. ]Noli [8] extollere te] in faciendo opere tuo, & noli [9] cunctari] in tempore anguſtiæ.* †Melior eſt qui operatur & abundat in omnibus,quàm qui gloriatur & eget pane. § Fili in manſuetudine ſerua animam tuam: & da illi honorē ſecundum meritum ſuum. Peccantem in animam ſuam quis iuſtificabit? Et quis honorificabit exhonorātam animam ſuam? Pauper [10] gloriatur per diſciplinam & timorem ſuum: & eſt homo qui honorificatur propter ſubſtantiam ſuam.] Qui autem gloriatur in paupertate: quanto magis in ſubſtantia? ⊱Et qui gloriatur in ſubſtantia,paupertatem vereatur.]

7. Magnates,& iudices,& potentes honorabuntur, & nullus eſt eorum.
[f. Licet poteſtas terrena magna ſit, timentem dominum præcellere nonvalet: timentibus enim deum nihil deeſt. Diuites autē eguerunt & eſurierūt &c. Glo. ordina.]
8. Velle videri.
9. Excolli.
*Tua.
[g. Seruā animam tuam ab impatientia,ira, & turbulēria eam cuſtodi, & ſicut præhabitū eſt, in manſuetudine perfice opera tua. Diony. Carthu.]
10. Honoratur propter ſcientiā ſuam, & diues honoratur propter diuitias ſuas.

*Quæ ſapientem decent, & quæ dedecent: ſequenda quæ ſint, & quæ fugienda.* XI.

A [a] Apientia humiliati exaltabit caput illius,& in medio [1] magnatorum] cōſedere illum faciet. † Non laudes virum in ſpecie ſua, neque ſpernas hominem in viſu ſuo. Breuis in volatilibus eſt apis,& [2] initium] dulcoris habet fructus illius. Ne glorieris in veſtitu vnquam, nec in die honoris tui extollāris: Quoniam mirabilia opera tua altiſsimi ſolius,[3] & glorioſa, & abſconſa, & inuiſa opera illius.] Multi tyranni ſederunt in throno, & inſuſpicabilis portauit diadema: multi potentes oppreſsi ſunt validè, & glorioſi traditi ſunt in manus alterorum. † Priuſquam interroges ne [4] vituperes quenquam,& cum interrogaueris,corripe iuſtè.] Priuſquam audias, ne reſpondeas verbum, & in medio [5] ſeniorum] ne adiicias loqui. De ea re [6] quæ te non moleſtat, ]ne certeris,& in iudicio peccantium ne conſiſtas. [b] Fili,ne in multis ſint actus tui, & ſi diues fueris non eris immunis à delicto. § Si enim ſecutus fueris, non apprehendes: & non effugies, ſi præcucurreris. Eſt B homo laborans & feſtinans & [7] dolens impius,] & tanto magis non abundabit. Eſt homo marcidus,egens recuperatione, plus deficiens virtute & abundans paupertate, & oculus dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius, & exaltauit caput eius,* & mirati ſunt in illo multi, [8] & honorauerunt deum.] [c] Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à deo ſunt. Sapientia, diſciplina & ſcientia legis [9] apud dominum,] dilectio & viæ bonorum apud ipſum. Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt: qui autem exultant in malis, [10] conſeneſcunt in malo.] Datio dei c [11] iuſtis] permanet, & profectus illius ſucceſſus habebunt in æternum. § Eſt qui locupletatur [12] parcè agendo,] & hæc pars mercedis illius, in eo quòd dicit, † inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis [13] ſolus,] & neſcit quod tempus præteream illum,⊱ & mors appropinquet, & relinquat omnia aliis, & moriatur. Sta in teſtamento tuo,& in illo colloquere, & in opere [14] mandatorum tuorum] veteraſce. Ne manſeris in operibus peccatorum. Confide autem in deo,& mane in [15] loco] tuo. Facile eſt enim in oculis dei ſubito honeſtare pauperē. Benedictio dei in mercedem iuſti feſtinat,& in honore veloci [16] proceſſus illius fructificat.] Ne dicas: quid eſt mihi opus,& * quæ erunt mihi ex hoc bona? Ne dicas: ſufficiens mihi ſum,& quid [17] ex hoc peſſimabor?] † d In die bonorum ne immemor ſis malorum, & in die malorum ne immemor ſis bonorum, quoniam facile eſt coram deo in die obitus retribuere D vnicuique ſecundum vias ſuas. § Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ: & in fine hominis denudatio operum illius. † Ante mortem ne [18] laudes] hominem quēquam, quoniam in filiis ſuis agnoſcitur vir. Non omnem hominem inducas in domum tuam, multæ enim ſunt inſidiæ [19] doloſi.] ⊱Sicut enim eructant præcordia fœtantium,] & ſicut perdix inducitur in caueam,⊱ & vt caprea in laqueum,]ſic & cor ſuperborum, & ſicut proſpector [20] videns caſum proximi ſui,] [e] Bona enim in mala conuertens inſidiatur, & in electis imponet maculam. † Ab ſcintilla enim vna augetur ignis,⊱ & ab vno doloſo augetur ſanguis,] homo enim peccator ſanguini in-

1. Sapiens ſeipſum humilians, vel afflictus & humiliatus ab aliis, per ſapientiam ſuā dignus eſt exaltari, etiam in præſenti vt ſæpe accidit. Iuxta illud Sapiētiæ 8. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud ſeniores. Primo modo Daniel propter ſapientiam ſuam fuit ſublimatus. 1. à regibus Babylonis. 2. à Dario & Cyro regibus Perſarum. Secundo modo Ioſeph eductus eſt de carcere à rege Aegypti, & primus poſt Pharaonem conſtitutus. Dion. ibidem.
1. Magnatum.
2. Principatus.
3. Et occulta hominibus opera eius.
4. Accuſet, intellige primum, & tunc reprehende.
5. Sermonum.
6. De qua nihil ad te.
b. Impar quiſque inuenitur ad ſingula dum confuſa mente diuiditur ad multa. Grego. Paſto. 1. par. cap. 4.
7. Operans.
*A contritione.
8. Qui viderunt.
c. Nulli dubium eſt omnia bona à deo eſſe, mala autem quæ dixit, nobis mala ſunt dum vindicatur de nobis. Pœna enim quāuis iuſtè inferatur, patienti tamen mala videtur. Vita autē & mors ſic à deo eſt, quia legem dedit, quæ ſeruantibus ſe vitam promiſit, contemptoribus verò mortē, ſed illam quæ ſecūda dicitur. Auguſt. in quæſt. veter. & noui teſta. q. 34.
9. Domino.
10 Conſeneſcit malitia.
11. Religioſis.
12. Ab attentione & parſimonia ſua.
13. Aſſiduè.
14. Tuo.
15. Labore.
16. Germinat benedictionem ſi lium.
*Complacentiæ.
17. Ex nunc mali habebo in vita?
d. Accepta bona mentem non eleuant cum malorum reminiſcimur, quæ aut iā paſſi ſumus, aut adhuc paſſi poſſumus: nec malorum præſentium pondus nos ad deſperationem premit, dum bonorum reminiſcimur, quæ aut iam accepimus, aut adhuc nos poſſe habere ſperamus. Grego. in Ezech. lib. 2. ho. 10.
18. Beatum dicas.
19. Diaboli.
20. Aſcendens ad caſum.
[e. Bona enim proximi ſui in mala conuertens, dicēs ea facta ratione mala, inſidiatur qualiter poſſit nocere proximo. De Ly ra ibidem.]

Universidad de Deusto
Biblioteca



[f. Id est, deceptore & discordiatum seminatore. Fabricat enim mala practicat atque excogitat qualiter noceat. Diony. Carthu.]

sidiatur.[f] Attende tibi à pestifero, fabricat enim mala, ne fortè inducat super te sub. sannationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam,& subuertet te in turbine,& abalienabit te à viis propriis.

*Quibus eleemosyna danda sit, & in quibus sit agnoscendus inimicus, & item vitandus.* X I I.

[a. Aduertendum est quibus benefaciendum sit, vt iuxtà eleemosynam recipiatur merces. Diony. ibidem.
[b. Sicut dictum est per oppositum de non tribuente bona indigentibus. De Lyrà ibid.]

SI† benefeceris,[a] scito cui feceris,& erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iusto,[b] & inuenies retributionem magnam,& si non ab ipso,certè à domino. Non est enim ei bene qui assiduus est in malis, & eleemosynam non danti:quoniam & altissimus odio habet peccatores,& misertus est pœnitentibus.[c] Da misericordi, & ne suscipias peccatorem.⊱ Et impiis peccatoribus reddet vindictam,]custodiens eos in diem vindictæ.[d] Da bono & nō receperis peccatorem:benefac humili,& non dederis impio.Prohibe panes [1] illi dare, ne in ipsis potentior te sit.] Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis quæcunque feceris illi, quoniam & [d] altissimus odio habet peccatores: & impiis reddet vindictam. Non agnoscetur in bonis amicus,& non abscondetur in malis inimicus.In bonis viri inimici illius, in tristitia & in malitia illius amicus agnitus est. Non credas inimico tuo in æternum.[e] Sicut enim æramentum æruginat nequitia illius, & si humiliatus vadat: curuus, abiice animum tuum, & custodi te ab illo. * Non statuas illum penes te,nec sedeat ad dexteram tuam,nec conuersus stet in loco tuo:ne fortè conuersus in locum tuum inquirat cathedram tuam,& in nouissimo cognoscas verba mea,& in sermonibus meis stimuleris.[e] Quis medebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus qui appropiant bestiis?Sic & qui comitatur cum viro iniquo,& obuolutus est in peccatis eius.[f] Vna hora tecum permanebit:* si autem declinaueris, non supportabitte, [f] In labiis suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueam. In oculis suis lachrymatur inimicus,& si inuenerit tempus,nō satiabitur sanguine:& si incurrerint tibi mala,inuenies eum illic priorem.In oculis suis lachrymatur inimicus & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. Caput suum mouebit & plaudet manu, & multa susurrans commutabit vultum suum.

[a. Ad uertendum est quibus benefaciendum sit, vt iuxta eleemosynam recipiatur merces. Diony. ibidem.
[b. Sicut dictum est per oppositum de non tribuente bona indigentibus. De Lyra ibid.]
c. Posterior pars huius sententiæ videtur vetare beneficentiam. Ait enim:ne suscipias peccatorem. Intelligas ergo figuratè positum pro peccato peccatorē,vt peccatū eius nō susceptas. Aug. de doctri. Chri. lib. 3. c 17.
1. Tuos,& ne dederis illi, ne in illis te supprimat.
d. Deus qui nouit quid vnicuique tribuat, vindicat occidēdo in quos voluerit,siue per homines,siue occulto rerum ordine, non quia eos odit, inquantum homines sunt. Idem cōtra Adimantum. Manich. cap. 17.
e. Et eris ei vt qui abstersit speculum, & cognoscens quòd nō in finem terserit eruginem.
e. Panem suū & vinum peccatoribus præbet, qui iniquis subsidia pro eo q iniqui sunt impendit. Vnde & nōnulli huius mūdi diuites cum fame cruciētur Christi pauperes:effluis largitatibus nutriunt histriones. Greg. Pastoral. 3. parte. admonitione 21.
*In statione iusta.
f. In omnibus his ergo sententiis bene peruersorum fictionē insinuat, qui vana loquūtur ad proximum suum, labia dolosa in corde,& corde loquūtur mala: qui insidiantur vt rapiāt pauperem, insidiantur in occultis, vt interficiant innocentem. Rabanus, ibidem.

*Consortia periculosa quæ sint, & quæ sequenda.* X I I I.

[a. Dixerat, quid medebitur incantatori à serpente percusso? hoc est, quis seruauerit illū qui sibi vltro malum accersit? Hoc verbo occisione acceptā vitandam docet quorumlibet malignorum conuictudinem: potissimum verò superborum & auarorum. Lorychius ibidem.]
1 Te ne tollas in vita tua,& fortiori te,&.
2. Iniuriam fecit,& ipsum rogabunt. Pauper iniuriam fecit,& ipse minas patietur. Si vtilis.
3. Egueris,affliget te.
4. Opus habuit tui, & decipiet te.
5. Decipiaris mente, & ne humilietis in lætitia cordis tui.
b. Hoc est,pusillanimiscorde in sapiētia tua,ita vt eam tam modicā arbitreris,quod nō audeas peccantem corripere,ignorantē instruere,ac disciplinæ iura,auctoritatemque exercere,si aliquibus præsides. Diony. ibidem.
6. Qui cōseruat sermones tuos.
c. Cum multa sint genera amicitiarum quę carnales & minus intelligibiles æstimant ad verā pertinere dilectionem: solūmodo hoc vnum genus est insolubile charitatis, quod nec commendationis gratia,nec officij vel munerum magnitudo,contractūsque cuiuslibet ratio, vel naturæ necessitas iungit,sed sola similitudo virtutum. Hæc est quæ nullis vnquā casibus scinditur,quæ non solum diffocia re vel delere locorum vel temporum interualla prævalēt, sed ne mors quidem ipsam diuellit Rabanus.

†[a] Vi tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Pondus super [1] se tollit,qui honestiori se communicat: & ]ditiori te ne socius fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam ? quando enim se collisserint, confringetur.Diues [2] iniustè egit & fremet,pauper autem læsus tacebit.Si largitus ]ei fueris,absumet te:& si [3] nō habueris,derelinquet te.]Si habes,conuiuet tecum,& euacuabit te, & ipse nō dolebit super te.[4] Si necessarius illi fueris,supplantabit te,]& subridens spem dabit,narrans tibi omnia bona, & dicet: quid opus est tibi? & confundet te in cibis suis,donec te exinaniat bis & ter,& in nouissimo deridebit te.[f] Et postea videns derelinquet te,& caput suum mouebit ad te. ⊱ Humiliare deo & expecta manus eius.] Attende ne [5] seducatus in stultitia humilieris. [b] Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris.] Aduocatus à potentiore discede: ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus sis,ne impinguaris, & ne longè sis ab eo, ne eas in obliuionem.Ne reti neas ex æquo loqui cum illo, nec credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te, & subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immitis [6] animus illius, conseruabit verba tua,] & non parcet de malitia & de vinculis. Caue tibi & attende diligenter auditui tuo,quoniam cum subuersione tua ambulas.[f] Audiens verò verba illa quasi in somnis vide, & vigilabis. Omni vita tua dilige deum, & inuoca illum in salute tua. † [c] Omne animal diligit simile sibi, & sic omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi coniungetur, & omnis homo simili sui sociabitur. Sicut communicabit lupus agno aliquando,sic peccator iusto. † Quæ communicatio

[7] sancto

Universidad de Deusto Biblioteca

sancto homini] ad canem, aut quæ [8] pars bona] diuiti ad pauperem? Venatio leonis onager in eremo, sic & pascua sunt diuitum pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas, sic & execratio diuitis pauper. [d] Dives commotus confirmatur ab amicis suis, humilis autem cùm ceciderit, expelletur & à notis. Diuiti decepto multi recuperatores: locutus est superba & iustificauerunt illum. Humilis deceptus est, insuper & arguitur. Locutus est sensatè, & non est ei datus locus. Dives locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent. Pauper locutus est, & dicunt: Quis est hic? Et si offenderit subuertent illum. [e] Bona est substantia cui non est peccatum — in conscientia,] & nequissima est paupertas in ore impij. Cor hominis immutat faciem illius, siue in bona siue in mala.* Vestigium cordis boni & faciem bonam difficilè inuenies, & cum labore.

7. Hyænæ.
8. Pax.
[d. Quod de diuite & paupere inceperat, exequitur: quia multi, sunt qui diuitis dicta & facta extollunt, pauci qui doctrinam humilium & virtutem intelligunt. Arrogantes inueniunt prædicatores, humiles verò contemptores. Vnde prouerb. 19. a. Diuitiæ addunt amicos plurimos, à paupere autem & hi quos habuit separantur. Glo. ordi.]
e. Quis autem est homo diues, cùm multis egeat, nisi ille cui non est graue peccatū in conscientia? Bona enim diuitiæ sunt innocentiæ ac simplicitatis, quibus peccatum non imputatur, quia nulla in iis doli fraudisque versutia est. Ambr. ad virginem.
* Et bonam reddit faciem in delectatione.

*Quid ad acquirendam sapientiam maximè conducat, & quid noceat.* XIIII.

†De pœn. dist. A. c. His auctoritatibus.

[a] Beatus vir qui non est lapsus — verbo] ex ore suo, & non est stimulatus in [1] tristitia delicti. Fœlix qui non habuit animi sui tristitiam,] & non excidit ab spe sua.* Viro [2] cupido & tenaci sine ratione est substantia,] & homini liuido ad quid aurum? Qui aceruat ex animo suo iniustè, aliis congregat & in bonis illius alius luxuriabitur. [b] Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Et non incundabitur in bonis suis. Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius, & hæc est redditio malitiæ illius. Et si benefecerit, ignoranter & nō volens facit, & in nouissimo manifestat malitiam suam. Nequam est oculus liuidi, & auertens faciem suam, & despiciens animam suam. † [3] Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis, non satiabitur donec consumat arefaciens] animam suam. Oculus malus [4] ad mala, & non satiabitur pane indigens, & in tristitia erit super mensam suam: [c] Filij, si habes, benefac tecum,] deo dignas oblationes offer. Memor esto quoniam mors non tardat, & testamentum inferorum, [5] quia] demonstratum est tibi. Testamentum enim huius mundi morte morietur. † Ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas exporrigens da pauperi. Non defrauderis à die bono, & particula diei boni non te prætereat. Nónne aliis relinques dolores & labores tuos? [6] In diuisione sortis da & accipe [d] & iustifica animam tuam. — Ante obitum tuum operare iustitiam,] quoniam non est apud inferos inuenire cibum. † Omnis caro sicut fœnum veterascet, & sicut folium fructificans in arbore [6] viridi.] Alia generantur & alia deiiciuntur, sic generatio carnis & sanguinis, alia finitur & alia nascitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur ibit cum illo. — Et omne opus electum iustificabitur, & qui operatur illud honorabitur in illo.] [e] Beatus vir qui in sapientia [7] morabitur, & qui in iustitia meditabitur, & in sensu cogitabit circunspectionem dei·] [8] Qui excogitat vias illius in corde suo, & in abscónditis suis [8] intelligens, vadens] post illam quasi inuestigator, & in viis illius [9] consistens.] Qui respicit per fenestras illius, & ianuis illius audiens. Qui requiescit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palum. Statuet casulam suam ad manus illius, & [10] requiescent in casula illius bona per æuum.] Statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis illius morabitur. Protegetur sub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requiescet.

[a. Descriptionē boni viri prosequitur, beatum prædicans eū, qui ne quidem in verbo est lapsus. Quod est contra hæreticos qui pleni sunt calumniarum. Lorychius ibidem.
1. Multitudine peccatorum fœlix, quem non condemnauit anima sua.
* Quæ est in domino.
2. Parco nō sunt bonæ diuitiæ.
b. Quia omnis qui sine illa legitimæ potestatis autoritate hominem occidit, homicida est, quisquis seipsum occidit, non fit homicida, si non homo est. Aug. Epist. 1.
3. Auari oculus nō repletur parte, & iniustitia mali arefacit.
4. Inuidus in pane, & indigens in mensa sua. Fili quomodocūque habueris benefac tibi.
[c. Hortatur vt contemptu mūdi luxuria bonorum operū oblationes deo offeram: quia breue est spacium vitæ, in quo operari possimus: post mortem eīs quæ festinat, non est tempus operandi, sed mercedem recipiēdi. Vnde Ioh. 9. a. Operamini dum dies est: venit enim nox, quando iam non licet operari. Glosa ordina. ibidem.]
5. Non.
d. Hic iustificat animam suam ante mortem, qui spe vitæ futuræ consequitur fidē, ne moriatur impius. Sed Salomon de eo dicit: qui sub lege viuit, & non conuersatur iuste. Huiusmodi ergo si corrigat animum vt iustitiæ viam amboler, iustificat animā suam ante mortē. Aug. de q. vete. & noui testa. q. 22.
6. Densa.
e. Morabitur siquidem in sapientia, & sapiens est qui seipsum diiudicat, vt æternum dei iudicium euadat: Si enim, ait Apostolus, nosipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Bern. Sententiæ. 7. c.
7. Meditabitur bona, & qui in intellectu suo differret sancta.
8. Cogitabit. Egredere.
9. Insidiare.
10 Hospitabitur in hospitio bonorum.

*Qui sint ad scientiam acquirendam aptiores, & qui potior fructus eius.* XV.

[a] Vi timet deum faciet bona, & qui continens est [1] iustitiæ] apprehendet illam, & obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate suscipiet illum. Cibabit illum pane — vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. [b] Et firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos. Et in medio Ecclesiæ aperiet os eius, & adimplebit illum spiritu sapientiæ & intellectus, † & stola gloriæ vestiet eum. [2] Iucunditatem & exultationem thesaurisabit super

[a. Vnde quò ad præsens aduerte hic non intelligere timorem seruilem qui peccādi facultatē differre potest, voluntatem non potest: sed filialem ex charitate procedentem, quo deum timemus ne separemur ab Dio. ibid.
1. Cognitionis legis.
b. Firmabitur in sanctis viris vigor cœlestis sapientiæ, qui nescit hæreticis & impugnatoribus catholicæ fidei & veræ religionis vllo modo credere, sed fortiter restitere Rabanus ibid.

†Eccl. 40. a. Tob. 4. b

†Prou. 27. c. Eccle. 1. b

†Eccl. 40. b. Iacob. 1. b. 1 Pet. 1.

†Sap. 6.

illum,& nomine æterno hæreditabit illum.[c] Homines[a] ſtulti] non apprehendent illam,⟨ & homines ſenſati obuiabunt illi.] Homines ſtulti non videbunt eam, longe enim abeſt à ſuperbia⟩ & dolo.] Viri mendaces non erunt illius memores,⟨ & viri veraces inuenientur in illa, & ſucceſſum habebunt vſque ad inſpectionem dei.][d] Nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.*⟨ Quoniam à deo profecta eſt ſapientia.] Sapientiæ enim dei aſtabit laus,& in ore fideli abundabit,& dominator dabit eam illi.[e] Non dixeris per deum abeſt,quę enim odit,ne feceris.Non dicas ille me[3] implanauit,] non enim neceſſarij ſunt ei homines impij.[4] Omne execramentum erroris] odit dominus, & non erit amabile timentibus eum.[c] Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui.⟨ Adiecit mandata & præcepta ſua.]† Si volueris mandata conſeruare, conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam ſeruare. Appoſuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam.[f] † Ante hominem vita & mors,⟨ bonum & malum.] Quod placuerit ei dabitur illi,quoniam multa ſapientia dei,& fortis in potentia videns[5] omnes ſine intermiſſione.]† Oculi domini ad timentes eum,& ipſe agnoſcit omnem operam hominis.Nemini mandauit impiè agere,& nemini dedit[6] ſpacium] peccandi. Non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutilium.

*Non lætandum eſt in filiis impiis,nec propriæ eſt virtuti fidendum: ſed vltio eſt timenda,qui multitudinem infidelium,& inutilium filiorum reſpuit.* XVI.

[1a] NE iucunderis in filiis impiis ſi multiplicentur,nec oblectêris ſuper ipſos ſi non eſt timor dei in illis.Non credas vitæ illorum, nec reſpexeris in labores eorum. Melior eſt enim vnus timens deum,quàm mille filij impij. Et vtile eſt mori ſine filiis,quàm relinquere filios impios. Ab vno ſenſato inhabitabitur patria,& à tribus impiis[1] deſeretur.]Multa talia vidit oculus meus,& fortiora his audiuit auris mea.† In ſynagóga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardeſcet ira. Non exorauerunt pro peccatis ſuis antiqui Gigantes,[2] qui deſtructi ſunt confidentes ſuæ virtuti, & non pepercit peregrinationi[2] illorum,] ſed percuſſit eos, & execratus eſt eos præ ſuperbia verbi illorum. Non miſertus eſt[3] illis, totam gentem perdens, & extollentem ſe in peccatis ſuis.][g] Et ſicut ſexcenta milia peditum qui congregati ſunt in duritia cordis ſui,* & ſi vnus fuiſſet ceruicatus, mirum ſi fuiſſet immunis.[b] Miſericordia enim & ira eſt cum illo, potens exoratio,& effundens iram. Secundam miſericordiam ſuam, ſic correctio illius: hominem ſecundum opera ſua iudicat. Non effugiet in rapina peccator,& non retardabit[4] ſufferentia miſericordiam facientis. Omnis miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum[c] meritum operum ſuorũ,& ſecundum intellectũ peregrinationis ipſius.]* Non dicas: A deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memorabitur? In populo magno non agnoſcar. Quæ eſt enim anima mea in tam immenſa creatura?[h] Eccce cœlum & cœli cœlorum, abyſſus & vniuerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illius commouebuntur,* montes ſimul & colles & fundamenta terræ, & cum conſpexerit illa deus,tremore concutientur.Et in omnibus his inſenſatum eſt cor,⟨ & omne cor intelligitur ab illo,] & vias illius quis intelligit? Et procellam quam nec oculus vidit hominis?[d] Nam plurima illius opera ſunt in abſconſis, ſed opera iuſtitiæ eius quis enuntiabit,aut quis ſuſtinebit? Longè enim eſt teſtamentum à quibuſdam,& interrogatio hominum in conſummatione eſt. Qui minoratur corde cogitat inania, & vir imprudens & errans cogitat ſtulta. Audi me fili,& diſpice diſciplinam ſenſus,& in verbis meis attende in corde tuo, & dicam in æquitate diſciplinam,[i] ⟨ & ſcrutabor, enarrare ſapientiam, & in verbis meis attende in corde tuo, & dico in æquitate ſpiritus, virtutes quas poſuit deus in opera ſua ab initio,] & in veritate enuntio ſcientiam eius. In iudicio dei opera ipſius ab initio, & ab inſtitutione hominum ipſorum diſtinxit partes illorum,⟨ & initia eorum in gentibus ſuis.]Ornauit in æternum opera illorum

[a] Oſtenditur quibus ſapientia diuina denegatur, & quoniam oppoſita intùs ſe poſita magis efficiunt: ideo cũ hoc oſtenditur ſtultis ex ſuo merito concreſcere. Vnde dicitur Homines ſtulti, i ſuperbi. De Lyra.]

2. Peccatoris.

[d] Laus quæ eſt in ore peccatoris pœnitentis, non videtur ſpecioſa: quia adhuc de peccati recordatione & memoria confuſione patitur, & frequenter inde compungitur. Sed tamen in eo eſt vtilis & fructuoſa confeſsio, & ſi non ſpecioſa decoríque laudatio. Bernad. Patui Ser. ſermone. 45.

* Quia non eſt à domino miſſa illi.

3. Formauit.

4. Omnem abominationem.

[e] Neque enim nudum ac ſine præſidio reliquit, nec diuerſis periculis velut expoſuit infirmũ. Sed quem inermem extrinſecus fecerat, melius intus armauit ratione, ſcilicet atque prudẽtia, vt per intellectũ vigoréque mentis quo exteris præſtabat animalibus, factorẽ omniũ ſolus agnoſceret, & inde ſeruiret deo vnde aliis dominabatur. Quem tamen iuſtitiæ dominus voluntarium eſſe voluit nõ coactũ, & ideo reliquit eũ in manu conſilij ſui, poſuitque ante eũ vitam & mortem, bonũ & malũ: & quod placuerit ei dabitur illi. Hiero. ad Demetria.

5. Omnia.

6. Licentiam.

[1a] Deum mali authorem non eſſe declarare pergit. Patet ex ea declaratione hominem proprij eſſe arbitrij, & in manu conſilij ſui relictum. Diſciplina eius eſt nobis, & hæc eſt argumenti liberi arbitrij. Nam quorſum eruditemur ſi libero arbitrio caruerimus? Non credas vitæ illorum, nuta quòd ſenes ad meliorem frugem ſpuntæ ſuæ ſunt redituri. Ne reſpexeris in labores eorum quaſi te ſenem inſtar ciconiæ ſint foturi. Lorichius.]

2. Deſolabitur velocite.

3. Lot.

[3] Gentis perditionis, qui ingrediebantur in peccatis ſuis quæ faciebant.

*Verberans, miniſtrans, pereutiens, ſanans, dominus in miſeratione & diſciplina cuſtodiuit.

[b] Diuina cẽſura æqualitatem ſeruat, nec vni nec pluribus parcit: nullum peccatum dimittitur impunitum: aut homo eũ ardens punit. Glo. ordi. ibi.]

4. Expectatio impij. Omni aleemoſynæ fac locum, vnuſquiſque enim ſecundum opera ſua inueniet.

[c] Confertur enim meritum homini ex bonis geſtis: ſed ſi ita gerantur, vt deus iubet. Clemẽs lib. 6. Recognitionum. par factum, par habet meritum. Tertul. de patient.

* Dominus obdurauit Pharaonem ne noſceret eum, vt vtique cognoſcerentur operationes eius iniquæ ſub cœlo. Omni creaturæ miſericordia eius manifeſta, & lumen eius & tenebras diuiſit adamante.

* Totus mundus factus, & qui ſit in voluntate eius.

[d] Quia ea nullus ad liquidum dignoſcere poterit, incomprehenſibilia enim ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Tantum ergo huic ratio creatura agnoſcere poterit, quantum illi reuelare voluerit pietas largitoris. Vnde dicitur: Opera iuſtitiæ quis enunciabit? Aut quis ſuſtinebit? quia ſicut nemo enuntiare poteſt iuſtitiæ dei ſublimitatem, ita nec ſufferre, vel iudiciorum eius diſtrictionem, niſi cui ipſe donauerit, & quãtum donauerit. Rabanus ibid.

illorum,* nec esurierunt,nec laborauerunt,& non destiterunt ab operibus suis. Vnusquisque proximum sibi non [5] angustiabit vsque in æternum.Nō sis incredibilis]verbo illius.Post hæc in terram deus respexit,& impleuit illam bonis suis.[6] Anima autem omnis vitalis denuntiauit ante faciem ipsius,& ipsa iterum]reuersio illorum.

★Et in manu eius principatus illius in generationes generationum.
5.Angustiauit,& vsque in seculum non'erunt incredduli.
6.Animam omnis animalis absconditvultus eius,& in illam.

*Deus primis parentibus formatis dona contulit & præcepta, atque posteris suis, sicut & peccatorum notitiam, quibus agnitis ipsi agerent pœnitentiam.* XVII.

A [a]Eus † creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum. Et iterum conuertit illum in ipsam, & secundum se vestiuit illum virtute. Numerum dierum & tempus dedit illi, & dedit illi potestatem eorum quæ sunt super terrā. Posuit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum & volatilium. †* [1] Creauit ex ipso adiutorium simile sibi, consilium & linguam, & oculos,& aures, & cor dedit illis excogitandi, & disciplina intellectus repleuit illos. ⊱ Creauit & illis scientiam [b] spiritus:sensu impleuit cor illorum, ] & mala & bona ostendit illis. Posuit oculum ipsorum super cor-
B da illorum ⊱ ostendere illis magnalia operum suorum, ]* vt nomen sanctificationis collaudent,* & * gloriari in mirabilibus illius, & magnalia enarrent operum eius. Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hæreditauit illos. c* Testamentum æternum constituit cum illis,⊱ & iustitiam] & iudicia sua ostendit illis. Et magnalia honoris eius vidit oculus illorum,& honorem vocis audierunt aures illorum, & dixit illis: Attendite ab omni iniquo. Et [d] mandauit illis vnicuique de proximo suo. Viæ illorum coram illo sunt semper, non sunt absconsæ ab oculis ipsius. * In vnamquanque gentem præposuit rectorem,& pars dei Israel, facta est manifesta. * Et omnia opera illorum velut sol in conspectu dei, & oculi eius sine intermissione inspicientes in viis eo-
c rum.* Non sunt [2] absconsa testamenta per iniquitatem illorum.Et omnis iniquitas eorum in cōspectu dei.†* Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit,& postea resurget & retribuet illis retributionem,vnicuique in caput ipsorum, & conuertet in inferiores partes terræ. † Pœnitentibus autem dedit viam iustitiæ, & [3] confirmauit deficientes sustinere,& destinauit illis sortem veritatis.] Conuertere ad dominum & relinque peccata tua,precare ante faciem domini & minue offendicula. Reuertere ad dominum, & auertere ab iniustitia tua,* & ni-
D mis odito execrationem,⊱ & cognosce iustitias & iudicia] dei, & sta in sorte propositionis,& orationis altissimi dei. * In partes vade seculi sancti,]* cum viuis & dantibus confessionem deo. ⊱ Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere.]† A mortuo quasi [4] nihil] perit confessio.⊱ [c] Confiteberis viuens, ] viuus & sanus confiteberis, & laudabis deum: ⊱ & gloriaberis in misericordiis eius.] Quàm magna misericordia domini,& propitiatio illius conuertentibus ad se.* Nec enim omnia possunt esse in hominibus, quoniam non est immortalis filius hominis, ⊱ & in vanitate malitiæ placuerunt.][f] Quid lucidius sole? Et hic deficiet.[g] Aut quid nequius quàm quòd excogitauit caro & sanguis? Et hoc arguetur. Virtutem altitudinis cœli ipse conspicit,] & omnes homines terra & cinis.

2.Inuenietur autem perceptrix & capax caro virtutis dei, quæ ab initio percepit artē dei.Et aliud quidem factum est oculus videns,aliud auris audiēs,aliud manus palpās, & operans, aliud nerui vndique condensi & continentes mēbra,&c.Irenæ lib.5.
★1.In similitudine.Sextam autem mētem illis donauit diuidens, & septimum sermonem interpretatio operationū eius.
[b.Spiritus,id est intellectus, qui tamen proprie refertur ad notitiam principiorum,scientia verò ad notitiam conclusionum-sensum verò quantum ad certitudinem vtriusque notitiæ. Vnde & clarè cognoscens aliquid dicitur illud bene sentire. De Lyra Ibidem.]
★Electi.
★Dedit per secula.
[c.Id est,vetus testamentum ipsis exhibuit, quod vocatur æternum, quoad moralia eius præcepta,moralia quæ manent in euangelica lege.Dio.Carth.]
★Vt intelligant quòd mortales existentes existunt nunc.
d.Sicut quilibet tenetur proximum ex charitate diligere, ita tenetur defectus eius charitatiuè ad emendationem eius corrigere: plures tāmen prælati ad hoc astricti quàm cæteri. Landulph.2.par.c.8.Omnis.
★Omnis autem homo à iuuentute ad mala, & non valuerunt corda sua pro lapideis facere carnea.
★Quem primogenitū existentem nutrit disciplina, & diuidens lumen dilectionis non remittit illum.
2.Absconsa iniustitiæ illorum ab eo.
★Dominus autē vtilis existens, & sciens fictionem suam, neque dimisit eos neque reliquit parcens eis.
3.Aduocauit deficientis expectationem.
★Ipse enim ducet de tenebris in lucem salutis.
★Altissimum quis laudabit in inferno.
4.Non existente.
[e. In præsenti vita, post quam non est tempus operandi, sed premium recipiendi. Vnde Ioh. 12.f.Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant.Glosa ordina.
★Sanctè.
[f.Quasi diceret:nihil inter visibilia & hic deficiet, non secūdum substantiam, sed secundū apparentiam. De Lyra.]
5.Et vir qui cogitabit carnem & sanguinem, virtutem & altitudinem cœli ipse considerat.

*Inæstimabilis dei virtus & pietas in homines, & illorum miseria, atque in proximum defectus, vt homini sit prouidentia, & iudicij memoria, atque oratio assidua.* XVIII.

A [†]Vi viuit in æternum, creauit omnia [1] simul.] Deus solus [2] iustificabitur, & manet inuictus rex in æternum. ]* Quis sufficiet enarrare opera illius? Quis enim inuestigabit magnalia eius?Virtutem autem magnitudinis eius quis enuntiabit? Aut quis adiiciet enarrare misericordiam eius?Nō est mi-

1.Communiter,κοινῶς Græ.
2.Iustus,& non est alius præter illum.
★Gubernans mundum in palmo manus eius, & omnia obediunt voluntati eius:Ipse enim rex omniū in fortitudine sua, distinguens in eis sancta à prophanis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



nuere neque addere,nec eſt inuenire magnalia dei.Cum conſummauerit homo,tunc incipiet:& cũ quieuerit,[3] operabitur.[a] Quid eſt homo,& quæ eſt gratia illius?Et quid eſt bonum,aut quid nequam illius? † Numerus dierum hominum vt multum cẽtum anni,* quaſi guttæ aquæ maris deputati ſunt:& ſicut calculus arenæ,ſic [4] exigui] anni in die æui.[b] Propter hoc patiens eſt deus in illis, & effundet ſuper illos miſericordiam ſuam.[c] Videt ⊱ præſumptionem cordis eorum quoniam mala eſt:] & cognouit ſub- a
uerſionem illorum, quoniam nequam eſt. Ideò adimpleuit propitiationem ſuã ⊱ in illis,& oſtendit illis viam æquitatis.]Miſeratio hominis circa proximum ſuum, miſericordia autem dei ſuper omnem carnem.Qui [5] miſericordiam habet,]docet & erudit* quaſi paſtor gregem ſuum. Miſereatur [6] excipiens] doctrinam miſerationis,& qui feſtinant in iudiciis eius.[c] Fili in bonis non des querelam,&in omni[7] dato]non des triſtitiam verbi mali. Nónne ardorem refrigerabit ros? Sic & verbum melius quàm datum. Nónne ecce verbum ſuper datum bonum?Sed vtrunque[8] cum homine iuſtificato.] [d] Stultus acriter improperabit, &* datus indiſciplinati] tabeſcere facit oculos. c
Ante iudicium para iuſtitiam tibi,† & antequam loquaris,diſce.Ante languorem adhibe medicinã,& ante iudicium interroga teipſum, & in conſpectu dei inuenies propitiationem. Ante languorem humilia te,& in tempore [10] infirmitatis] oſtende conuerſationem tuam.† [11]Non impediaris orare ſemper,& ne verearis]vſque ad mortem iuſtificari,⊱ quoniam merces dei manet in æternum.][d] Ante orationem præpara animam tuam,& noli eſſe quaſi homo qui tentat deum.† Memento iræ in die conſummationis,& tempus [12] retributionis in conuerſatione facies.] † Memento [13] paupertatis] in tempore abundantiæ: & [14] neceſſitatem ]paupertatis in die diuitiarum.[e] A mane vſque ad veſperam immutabitur tempus,[f] & hæc omnia citata in oculis dei.⊱ Homo ſapiens in omnibus metuit,] & in diebus delictorum attendit ab inertia. Omnis aſtutus agnoſcit ſapientiam,* & inuenienti eam dabit confeſſionem. Senſati in verbis,& ipſi ſapienter egerunt,⊱ & intellexerunt veritatem & iuſtitiam:]& [15] implouerunt prouerbia & iudicia.]* † Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à [16] voluntate] tua auertere. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.*Ne oblectêris[17] in turbis nec in modicis. Aſſidua enim eſt commiſſio eorum. Ne fueris mediocris in contentione ex fœnere: & non eſt tibi nihil in ſeculo. Eriſenim inuidus animæ tuæ.

3.Tunc indigebit.
[a. Offenditur magnitudo miſericordiæ diuinæ ex parte hominis qui ſecũdum ſe nihil eſt in conſpectu dei, nec habet à ſe aliquid boni præter quod quicquid à deo ſibi fit,debet magnũ reputari.]
*Irrationabili autem cuiuſque omnibus dormitio.
4.Mille.
b.Quid ſuffers fragilitatem noſtram niſi bonitas cõditoris noſtri qui indignos touet, ingratos paſcit, cõemptores tolerat, auerſos reuocat, & cõuerſos ad pœnitentiam miſericorditer ſuſcipit, & omnium peccatorum largiſſimam veniam tribuit. Rabanus ibidem.
5.Corripit.
*Et conuertit.
6.Excipientium.
c. Reſte docet vt bonis operibus non intermiſceamus verba improperij, neque maculemus bonum datũ ſermonibus peruerſis: quia corrumpunt mores bonos colloquia praua. Et ingratum faciunt bonum donum verba iniuriosa. Raba.ibidem.
7.Inopia.
8.Apud hominem gratioſa.
9.Donum liuidi.
10.Peccatorum.

11. Ne prohibeas reddere votũ opportunè,& ne expectes.
d. Ille præparat animam ſuam ante orationem, qui faciens eleemoſynam venit ad orationẽ. Chry.in Matth.c.6 homil.15.
12. Vindictæ in auerſione vultus.
13.Temporis famis.
14 Egeſtatis,&.
[e.Ver,æſtas,autumnus,hyems, dies, & nox, nunquam requieſcunt, & cùm omnia æternitati comparata cito tranſeunt,& omnia coram oculis domini certo fine claudũtur, ipſe autem ſemper idem eſt,& anni eius nõ deficient.Gloſa ordi ibidem.]
*Et diſciplinam.
15. Still iuerunt prouerbia diligentia ad vitam.
* Melior in fiducia in domino ſolo,ſiquidem cor mortuũ mortuus adhæret.
16.Voluptate.
*Et inuidebunt tibi.
17. In multis deliciis tuis, neque indigeas conſilio eius.

*Secreta non temerè ebriis & fornicariis aperienda, correptio non negligenda, & ſcientia eſt diſcernenda.* XIX.

OPerarius ebrioſus non locupletabitur, &[a] qui ſpernit modica, paulatim a
decidet.Vinũ & mulieres apoſtatare faciunt ſepientes,⊱ & arguent inſatos:] & qui ſe iungit fornicariis,erit [1] nequam.] Putredo & vermes hæreditabunt illum, & [2] extolletur in exemplum maius,]⊱ & tolletur de numero anima eius.] Qui credit cito, leuis corde eſt,⊱ & minorabitur:] & qui deliquit in animam ſuam,[3] inſuper habebitur.] Qui gaudet [4] iniquitate, denotabitur:& qui odit correptionem,minuetur vita:] & qui odit loquacitatem extinguit malitiam. ⊱Qui peccat in animam ſuam pœnitebit: & qui iucundatur in malitia, denotabitur. [b] Ne iteres verbum ⊱ durum & nequam,] & non minoraberis.† [b]Amico & inimico noli narrare [5] ſenſum tuum,] & ſi eſt tibi delictum noli denudare. Audiet enim te & cuſtodiet te,& [6]quaſi defendens peccatum]odiet te,⊱ & ſic aderit tibi ſemper.] Audiſti verbum ⊱ aduerſus proximum tuum,] commoriatur in te, [7] fidens ]quoniam non te dirumpet.[c] A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Sagitta infixa fœmori canis, ſic verbum [8] in corde] ſtulti. † Corripe amicum ne forte non intellexerit, & dicat: non feci: aut ſi fecerit, ne iterum addat facere.Corripe proximum, ne fortè non dixerit: & ſi dixerit, ne fortè iteret. Corripe amicum, ſæpe enim fit [9] commiſſio,] & non omni verbo credas. Eſt qui labitur lingua ſua, ſed non ex animo.† [d] Quis eſt enim qui non deliquerit in lingua ſua? Corripe amicum [e]
antequam

2.Si leuia ſic occidunt, quemadmodũ grauia iuterficiẽt? Chry. Ser.25. ſermonibus aggregatis. to.5.Et ſi parua curare negligimus,audenter maiora perpetramus.Grego.Moral 10. cap.14.
2.Audax.
2.Affert infamia maiore.

3.Errabit.
4. Iniquitate, vel male agendo condemnabitur,ac reſiſtens voluptatibus coronat vitã ſuam, continens lingua difficili conuiuet.
[b. Hoc eſt, mentis tuæ ſecretũ non pendas indifferenter amico & inimico, ſed ſoli amico nec omni amico ſed fideli probato accerto vt dictum eſt ſupra Dionyſ. Carthuſ. ibid.]
5. Vitas alienas.
6.In tempore.
7. Et confidens eſto.
[c. Quia non poteſt illud celare, & ſi ad horum cçlet, hoc eſt cum dolore, ideo ſubditur: Sagitta infixa fœmori canis,quã nemo extrahere. Die verbum in corde ſtulti: quia non quieſcit donec propalauerit. De Lyra ibidem.]
8.In ore.
9.Calumnia vana.

Universidad de Deusto



antequam commineris,& da locum timori altiſſimi: *quia omnis ſapiẽtia timor dei. ⁊ Et in illa timere deum,] & in omni ſapientia diſpoſitio legis.* Et non eſt ſapientia nequitiæ diſciplina,& non eſt cogitatus bonus peccatorum prudentia.Eſt prudentiæ nequitia,& in ipſa execratio:& eſt inſipiens qui minuitur ſapientia.Melior eſt homo qui minuitur ſapientia, & deficiens ſenſu in timore ⁊ dei,] quàm qui abundat ſenſu
D & tranſgreditur legem altiſſimi.Eſt ſolertia[10] certa,]& ipſa iniqua.[§] Et eſt qui emittit verbum certum enarrans veritatem.[11] Eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo,& eſt iuſtus qui ſe nimium ſubmittit à multa humilitate,& eſt iuſtus qui inclinat faciem ſuam,& fingit non videre ſe quod ignoratum eſt.] Et ſi ab imbecillitate virium veretur peccare,ſi inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet.[d †] Ex viſu cognoſcitur vir,& ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis, enuntiant de illo. Et correptio[12] mendax in ira contumelioſi, ⁊ & eſt iudicium quod non probatur eſſe bonum, ] & eſt tacens & ipſe eſt prudens.

*Modus corripiendi proximum, vitandi ſtultum, & conuerſandi cum magnatibus.* XX.

A QVàm bonum eſt arguere quàm iraſci, *[1] & confitentem in oratione non prohibere.]Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam,ſic qui facit[2] per vim iudicium iniquum.][a] Quàm bonum eſt correptum manifeſtare pœnitentiam, ſic enim effugies voluntarium peccatum. Eſt tacens qui inuenitur ſapiens, & eſt odibilis qui procax eſt ad loquendum. Eſt autem tacens & non habens ſenſum loquelæ, & eſt tacens ſciens tempus ⁊ apti temporis.][b] Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus, laſciuus autem & imprudens non ſeruabunt tempus.[c] Qui multis vtitur verbis,lædit animam ſuam:& qui poteſtatem ſibi aſſumit iniuſtè, odietur. Eſt[3] proceſſio] in malis viro indiſciplinato, & eſt inuentio in detri-
B mentum:[§] Eſt datum quod non eſt vtile, & eſt datum cuius retributio duplex. Eſt propter gloriam minoratio, & eſt qui ab humilitate leuabit caput. Eſt qui multa redimat modico pretio,& reſtituens ea in ſeptuplum. Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit, gratiæ autem fatuorum effundentur. Deus inſipientis non erit vtilis tibi, *oculi enim illius ſeptemplices ſunt. Exigua dabit & multa improperabit, & [4] apertio oris illius inflammatio eſt. ]Hodie fœneratur quis & cras expetit, & odibilis eſt *homo huiuſmodi.Fatuo non erit amicus,& non erit gratia in bonis illius. Qui enim
C edunt panem illius,falſæ linguæ ſunt.[§] Quoties & quanti irridebunt eum?[d] Neque enim quod habendum erat directo ſenſu diſtribuit, ſimiliter, & quod non erat habendum.[e] Lapſus falſæ linguæ quaſi qui in pauimento cadens, ſic caſus malorum feſtinanter venient.Homo[f] acharis quaſi fabula vana, & in ore indiſciplinatorum aſsidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore ſuo. Eſt qui vetatur præ inopia peccare, & in requie ſua * ſtimulabitur. Eſt qui perdet animam ſuam[5] præ confuſione,& ab imprudentia perſonæ] perdet eam, perſonæ autem acceptione perdet ſe. Eſt qui præ confuſione promittit amico, & lucratus eſt
D eum inimicum gratis.[§] Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indiſciplinatorum aſsiduè erit.[§] Potior fur quàm aſſiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hæreditabunt. Mores hominum mendacium[6] ſine honore, & confuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione. Sapiens in verbis producet ſeipſum, & homo prudens placebit magnatibus. † Qui operatur terram ſuam, inaltabit aceruum frugum: ⁊ & qui operatur iuſtitiam, ipſe exaltabitur:] qui verò placet magnatibus, effugiet iniquitatem. †[h] Xenia & dona exæcant oculos iudicum, & quaſi [7] mutus] in ore auertit correctiones eorum.Sapientia abſconſa & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? Melior eſt qui cælat inſipientiam ſuam, quàm homo qui abſcondit ſapientiam ſuam.*

*Factur ſine ira. Timor domini initium aſſumptionis, ſapiẽtia autem ab eo dilectionẽ acquirit, cognitio mandatorũ domini diſciplina vitæ, at facientes quæ placita ſunt ei, immortalitatis arborem decerpunt.
*Et cognitio omnipotentiæ eius.Seruus dicens domino, ſicut placet non faciam, ſi poſt hæc recepit,irritat nutrientẽ ſe.
10. Diligens.
11. Et eſt iuſtificans iudicio ſapiens,& eſt prauè agens incuratus nigredine, & interioribus eius plenus dolo ignito,incuruans vultum, & ſurdum ſe ſimulans, vbicunque cognitus fuerit præueniet te, vt malefaciat.
[d. Exterioribus indiciis cognoſcitur affectus animi. Vide Luc. 6. f. Non eſt arbor bona quæ fructus malos facit. &c. Gloſa ordina.]
12. Quæ non eſt pulchra.

*1. Occultè, & qui confitetur prohibetur à deminutione.

2. Inuita iudicia.
a. Sicut prius prohibuit iracondiam prœualere in iudicio,ſic& nunc laudat vt correptionem magiſtri ſequatur pœnitentia diſcipuli. Raba. ibid.
b. Prius namque diſcere oportet quam docere,& ideo ſapiẽs intelligit melius eſſe ſilere quã loqui incautè. Greg. in 7. Pſal. Pſal. 129.
[c. Multis vtuntur verbis hæretici cum per eloquentiã humanam certant ſuam velare malitiam,qui ſibi iniuſtam vſurpãt poteſtatem:quoniam contra veritatem ſentiendo non rectè ſibi vſurpant magiſterij dignitatem. Vnde ipſi odibiles erunt: quia tam coram Deo quàm etiam coram hominibus turpes & deteſtabiles fiunt, quorũ doctrina & ſtudium totũ vertitur illis in detrimentum. Rabanus ibid.]
3. Beneplacitum
* Accipienti, ſimiliter autem & liuidi propter neceſsitatẽ eo.
4. Aperiet os ſuum tanquam præco.
* Domino & hominibus.
[d. Id eſt male ſua diſtribuit,& aliena quæ rapit:& quia tales adulatores puniuntur, ideo ſubditur. Lapſus falſæ linguæ. Do Lyra ibidem.]
e. Hi ſunt qui non mererentur alicuius miſeriæ ventilatis flagitationibus agitati, quibus æterna ægritudo nutritur, nec verberati cum ſanctis domino caſtigante, cum quo poſt flagella regnetur. Hiero. ad amicum ægrotum.
f. Sine gratia dei & fili) hominis.
* Non.
5. Propter verecundiam.
[g. Non excuſat furem,ſed eius comparatione ingrauat mentiẽ di aſsiduitatem. Myſticè autem fures ſunt Iudæi, quibus dicitur, Qui prædicas non furandũ furaris &c. Hæretici vero mendaces qui peiores ſũt: quia poſt perceptã baptiſmi gratiam ad vomitum redierunt,& ſpiritus gratiæ contumeliam fecerunt. Gloſa ordina.]
6. Ignominia.
[h. Cordà eorũ inficiunt priuato amore,cupiditate, & perſonarũ acceptione perque retrahũtur à recto debita correctione,& à iuſtæ prolatione ſententiæ. Dion. Carthuſ. ibid.
7. Frænum.
* Melior expectatio inexitabilis in inquiſitione domini,quã eatens dñs auriga propriç vitç.

† Prou. 18 & 21. c. Eccl. 20. Prou. 25. † Eccl. 23 a Deut. 16 d Iob 41. c

Universidad de Deusto
Biblioteca



*A quibus peccatis sit imprimis cauendum,& quem fructum in fine pariant.* XXI.

2. Peccatum peccato adiicit qui male gesta etiam defendit, & noctem illam solitatiã non relinquit,qui culpæ suæ in tenebris etiam patrocinia defensionis adiungit. Grego. Moral.4. cap. 23.
b. Si à peccãdo desistere hoc esset non habere peccatum, sufficeret vt hoc nos moneret scriptura: Fili peccasti, non adiicias iterum:non autem sufficit, sed addidit:sed de pristinis deprecare,vt tibi dimittantur. Manẽt ergo nisi dimittantur. Sed quomodo manent si præterita sunt, nisi quia præterierint actu, manent reatu. Aug. de nup. & concupiscen. lib.1. cap.26.
1. Superborum desolabitur.
2. Sapiens scit eum labitur ipse.
3. Ad tumulum sepulchri sui.
*In perditionem.
4. Fouea inferni.
5. Legem domini, dominatur cogitationis suæ.
6. Sapientiæ assumptio.
7. Astutia quæ multiplicat amaritudinem.

e. Hic non accipitur fatuitas ex defectu naturalis vsus rationis, & industriæ, sed morum & bonæ vitæ. Vnde Prou.23. In auribus insipientium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquij tui. Lyranus ibid.
*In vita sua.
[d. Hic detestatur temere præsumptionis vitium,& approbat oppositum bonum, vt opposita iuxta se posita magis elucescãt. Et primo in verbo cum dicitur: Narratio fatui, quia molestat audientes,sicut sarcina gradiẽtes. De Lyra.]
e. Nõ est ergo nostrum assiduè ridere,resolui cachinnis,molliri delitijs:sed eorum potius, & earum quæ spectantur in theatris, quæ lupanaribus inquinantur,eorum qui adhoc sunt facti parasitorum & adulatorum, Chrys. in cap.2. Matth. hom.6. & Ab eo.
9. Loquacitũ quæ non sunt sua. [† Non quia maledictum dicit diabolũ, sed quia quem maledictum nouit, non cessat imitari. Dum enim mauult diabolum imitari quàm Christum iure damnatur. Glos. ordina ibid.]
10. Vbicũque peregrinatus fuerit.

FIli† peccasti,[a] non adiicias iterum, [b] sed de pristinis deprecare:—vt tibi dimittantur.] Quasi à facie colubri fuge peccata, & si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum. Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas. Obiurgatio & iniuriæ annulabunt substantiam,& domus[1] quæ nimis locuples est,annullabitur superbia, sic substantia superbi eradicabitur.] Deprecatio pauperis ex ore vsque ad aures eius perueniet,& iudicium festinatò adueniet illi. Qui odit correptionem,vestigium est peccatoris:& qui timet deum, conuertetur ad cor suum. *Notus[2] à longe potens lingua:—audaci,] [2] sensatus scit labi se ab illo.] Qui ædificat domum suam impendiis alienis,quasi qui colligit lapides[3] suos in hyeme,] † Stupa collecta Synagôga peccantium,& consummatio illorum flamma ignis. * Via peccantium complanata lapidibus,& in finem illorum[4] inferi, & tenebræ, & pœnæ,] Qui custodierit [5] iustitiam continebit sensum eius,] consummatio timoris dei [6] sapientia & sensus.] Non erudietur qui non est sapiens in bono. Est autẽ [7] insipientia quæ abundat in malo:]& non est sensus vbi est amaritudo. *Scientia sapientis tanquam inundatio abundabit,[c] & consilium illius sicut fons vitæ permanet. † [c]Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit. *Verbum sapiens quodcunque audierit scius laudabit,& ad se adiiciet:audiuit luxuriosus & displicebit illi, & proiiciet illud post dossum suum. [d]Narratio fatui quasi sarcina in via:nam in labiis sensati inuenietur gratia. Os prudentis quæritur in Ecclesia, & verba illius cogitabunt in cordibus suis. Tanquam domus exterminata, sic fatuo sapientia: & scientia insensati inenarrabilia verba. Compedes in pedibus, doctrina stulto: & quasi vincula manuum super manum dexteram. [e] Fatuus in risu exaltat vocem suam,vir autẽ sapiens vix tacite ridebit. *Ornamentum aureum prudenti doctrina,&quasi brachiale in brachio dextro. Pes fatui facilis in domum:—proximi:]& homo peritus confundetur[8] à persona potẽtis.] Stultus à fenestra respiciet in domum, vir autem eruditus foris stabit. Stultitia hominis auscultare per ostium,& prudens grauabitur cõtumelia. Labia[9] imprudentium *stulta*] narrabunt,verba autem prudentium statéra ponderabuntur. In ore fatuorum cor illorum,& in cordẽ sapientium os illorum. [f] †Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. Susurro coinquinabit animam suam,& [10] in omnibus]odietur,—& qui permanserit,odiosus erit,tacitus & sensatus honorabitur.]

*Vitium omissionis vitandum, correptio fatui inanis,& amicitiæ quanta sit dissolutio.* XXII.

1. Lapidi polluto comparatus est.
2. 2. Stercori boum comparatus est. Hoc est Qui de terrenarum rerum percussione atteritur, quas iusti stercora reputant, de boum stercore lapidatur. Greg. Moral.15 cap.3.
3. In deminutione.
4. Erit hæres viri sui.

* Filij in bona vita escam habentes, proprietorum parentum exhibunt ignobilitatem. Filij in contemptu & insipiẽtia gloriantes,cognitionis suæ maculant nobilitatem.
5. Quid est
6. Intellectus. Dulcius.
7. Fatui enim super mortem vita.
8 Ad insipientem ne accedas: non sentiens enim spernet tua omnia.

[1] NIapide luteo lapidatur] piger, & omnes loquentur super illius aspernationem.[2] [a] De stercore boum lapidatus est] piger,& omnis qui tetigerit eum excutiet manus. Confusio patris est de filio indisciplinato, filia autem [3] fatua in deminorationem] fiet. Filia prudens [4] hæreditas viro suo,] nam quæ confundit in contumelia fit genitoris. Et patrem & virum confundit audax,& ab impiis non minorabitur, ab vtrisque autem inhonorabitur. Musica in luctu importuna narratio,flagella & doctrina in omni tempore sapiẽtia. *Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam.—Qui narrat verbum non audienti, quasi qui excitat dormientẽ de graui somno.]Cum dormiente loquitur, qui enarrat stulto sapiẽtiam, & in fine:—narrationis]dicit: [5] *Quis est hic? ] † Supra mortuum plora, defecit enim lux eius: & supra fatuum plora, defecit enim [6] sensu. Modicum] plora supra mortuum, quoniam requieuit. [7] Nequissimi enim nequissima vita, super mortem fatui.] Luctus mortui septem dies,fatui autem & impij omnes dies vitæ illorum. † Cum stulto ne multum loquaris,& [8] cum insensato ne abieris.]Serua te ab illo vt non molestiã habeas,

habeas,&non coinquinaberis in[9] peccato] illius.Deflecte ab illo & inuenies requiem, & non accediaberis in [10] stultitia]illius. Super plumbum quid grauabitur? Et quod illi aliud nomen quàm [11] fatuus? ] † Arenam & salem & massam ferri facilius est ferre quàm hominem imprudentem,⊱& fatuum, & impium. ] Sicut [12] loramentum ligneum colligatum fundamento ædificij]non dissoluetur, sic & cor confirmatum in
c cogitatione consilij. &[b] Cogitatus sensati in omni tempore vel metu non deprauabitur.*[c] Sicut ornatus arenosus in pariete[13] lymbido,& sicut paleæ in excelsis,& cæmenta sine impensa]posita contra faciem venti non permanebunt, sic & cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non resistet. Sicut cor trepidum in cogitatione fatui omni tempore non metuet,sic &qui in præceptis dei permanet semper. Pungens oculum deducit lachrymas, & qui pungit cor profert sensum. [d] Mittens lapides in volatilia[14] deiiciet]illa,sic & qui conuitiatur amico dissoluit amicitiam. [15] Ad
D amicum & si produxeris] gladium, non desperes: est enim regressus ad amicum. & Si aperuerit os triste, ne metuas: est enim concordatio excepto conuitio⊱& improperio ]& superbia,& mysterij reuelatione & plaga dolosa.In his omnibus effugiet amicus.Fidem posside cum amico in paupertate illius,vt & in bonis illius læteris.In tempore tribulationis illius permane illi fidelis,vt & in hæreditate illius cohæres sis.* Ante ignem camini vapor & fumus⊱ignis inaltatur:]sic & ante sanguinem[16] maledicta & contumeliæ & minæ.] [e] Amicum salutare non [17] confundaris.] A facie illius non me abscondam:& si mala mihi euenerint per illum,sustinebo.Omnis qui audiet,cauebit se ab eo.† Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, vt non cadam ab ipsis,& lingua mea perdat me?

9.Concussione.
10.Otiositate.
11.Plumbum.
12. Connexio lignea ligata in ædificium.
[b.Nec per consequens alia tẽtatione quia sicut dicit Augu. Non est cõsentaneum rationi cum cupiditate frangi, qui metu non tangitur.Et quia cõtrarium est de stulto qui nullatenus stabilis est in bono.De Lyra.]
*Cor firmum in mente intellectus.
[c. Sicut limpidus paries propter lenitatem non recipit puluerem arenæ,sic cor fatui spernit scelerum recordationẽ nec pœnas timet æternas.Glo.ord.]
13.Polito, sustentaculo in alto.
d.Ducet sapientia vt amici inter se iurgantes verba conuitiorum in alterutrum non proferant,nec secreta diu velata per furorem in inimicem denudẽt: quia sicut lapidis idũ volatus auis deiicitur,ita & cõuitij verbo via amicitiæ dissoluetur.Ra banus ibidem.
14 Arcebit.
15.In amicum si stinxeris.
* Non despicienda est enim semper circũcisiptio,neque mirabilis diues mentẽ non habẽs.
16.Conuitia.
e.Siquidem vitæ & immortalitatis medicamentum in amico esse ecclesiasticus sermo testatur. Et summum in charitate præsidium nemo dubitauerit: cũ Apostolus dicat:omnia suffert,omnia credit,&c.Ambros. Offic.lib.2.cap.7.
17.Confundar.

†Prou.17.a

†Psal.140.a

*Pro amico tuo non dimittas amicum antiquum, nouus enim non erit similis illi. Vinum nouum, amicus nouus: inueterascet, & cum suauitate bibes illud.

*Gloria & diuitiæ in substantia recta, sic & cor hominis in bona vita.

*Qui festinat ditari non erit innocens, & qui delinquit in auaritia subuertetur in vna re.

*Qui gaudet malo, ruinam sibi parat, & finietur in dolore.

*Qui odit loquacitatem minuit malum, & non congregat amicum.

*Qui memor est patris, non obliuiscetur illius, & pro peccatis matris tuæ memento vt fiat tibi quasi pro nutritoribus.

*Ne memineris iniuriæ proximi tui, & non agas tibi quicquam per operationem.

*Qui vindicat animam suam, seruabit disciplinam, & qui confidit in domino ponderabit cogitationem.

*Qui irascitur peccatori non dimittetur illi, & qui placatur iusto non imputabitur illi.

*Qui odit correptionem, minuit animam suam, & qui habet linguam non ambulat sine malo.

*Qui sapiens est in verbis, ipse & anima sua placebit illi, & coram viro magno laudabitur.

*Qui colit terram suam, replebitur panibus, & qui placet iniustis, relinquet iustitias.

*Qui delectatur in otio, egebit, & qui non laborat non manducabit.

*Qui operatur terram suam, multiplicabit frumentum, & qui operatur iustitiam, replebitur bonis.

*Qui operatur vanitatem, replebitur egestate, & qui colit otium, replebitur inopia.

*Qui amat vinum, non ditabitur, & qui spernit modica paulatim decidet.

*Vinum & mulieres apostatare facient sapientes, & arguent sensatos.

*Qui adhæret meretricibus, erit impudens, putredo & vermes hæreditabunt eum, & auferetur anima eius in superbia.

*Qui credit cito, leuis est corde, & minorabitur, & qui peccat animæ suæ nocebit.

*Qui gaudet in iniquitate, condemnabitur, & qui odit loquacitatem minuit malum.

*Qui loquitur verbum non amabile, odibilis erit omnibus, & qui dominatur illi auferetur.

*Qui sustinet iniuriam in tempore suo, imitatur deum, & qui non sustinet iniuriam, imitatur diabolum.

*Qui habet sensum, parcit animæ suæ, & qui non habet sensum, non parcit animæ suæ

Universidad de Deusto
Biblioteca



10. Multiplicant peccata.

11. Deglutiatur homo fornicatius in corpore.

12. Quiescet donec perficiat.

c. Hæc vtique vsu exemplóque cognoscimus. Nemo enim potest esse expers tentationis. Sed cum inimicus impulerit aliquē ad erroris ascensum, si viderit eum iam non amore virtutis à culpa, sed pœnæ contemplatione reuocari, inserit varias disceptationes: vt dicat sibi: Quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes, quem vereor? Amb. in Psal. 119 Sermo. 8.
[f. Nam est ægès per intellectū, & se præcognoscens: sic & post creationem rerum respicit omnium. Ex quo enim præcognouit antequam essent in effectu, sequitur & quod postea. De Lyra. ibidem.]

*Peccauit.
13. Acquirens hæreditatem ex alio.
14. In virum suum deliquit.

g. Peccatum matris adulterę sequitur filios suos & filias, nepotes & neptes, quo ad hæreditatis successionem, & infamiam diuturnam, quoniam pactum dei violauit. Dion. ibid.

[h. Quia in æterna beatitudine in æternum permanebunt qui sequuntur Deum. Glosa. ordi.]

Duo genera[10] abundant in peccatis,] & tertium adducit iram ⟩— & perditionem.] Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur, donec[11] aliquid glutiat: & homo nequá in ore] carnis suæ, non desinet donec incendat ignem. Homini fornicario omnis panis dulcis, non[12] fatigabitur transgrediens vsque ad finem.] [†] Omnis homo qui transgreditur lectulum suum ⟩— contemnens] in animam suam, & dicens: [c] quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circunspicit me, quem vereor? delictorum meorum non memorabitur altissimus, ⟩— & non intellexit quoniam omnia videt oculus illius. Quoniam expellit à se timorem dei huiusmodi hominis timor,] & oculi hominum timentes illum, & non cognouit, quoniam oculi domini multo plus lucidiores super solem sunt, circunspicientes omnes vias hominum, ⟩— & profundum abyssi, & hominum corda: ] intuentes in absconditas partes. [f] Domino enim deo antequam crearentur omnia sunt agnita, sic & post perfectum respicit omnia. Hic & in plateis ciuitatis vindicabitur, ⟩— quasi pullus equinus fugabitur,] & vbi non sperauit, apprehendetur. ⟩— Et erit dedecus omnibus, eò quòd non intellexerit timorem domini.] Sic & mulier omnis relinquens virum suum, * & [13] statuens hæreditatem ex alieno matrimonio.] Primò enim in lege altissimi incredibilis fuit, & secūdò[14] virum suum dereliquit,] tertiò in adulterio fornicata est, & ex alio viro filios statuit sibi. Hæc in ecclesiam adducetur, & in filios eius respicietur. [g] Non tradent filij eius radices, & rami eius non dabunt fructum. Et derelinquent in maledictum memoriam illius, & dedecus illius non delebitur. Et agnoscent qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est quàm timor dei, & nihil dulcius est quàm respicere in mandatis domini. Gloria magna est sequi dominum. [h] Longitudo enim dierum assumetur ab eo.

*Diuina sapientia cuncta ordine creando requiem inuenit, in qua certis legibus cuncta regit & disponit.* XXIIII.

1. Sapientia hæc non est alia nisi de qua dixit Apostol[9]: Christum dico dei virtutem & dei sapiētiam: ipse laudauit animā suam, quia omnibus ostendit laudabilem vitam suam, & in deo laudabitur. Rabanus.

b. Nec videatur cœpisse ex tempore, qui ex patre nascendo prodiit, vt dixit ipse qui natus est: Ex ore altissimi prodij. Sed si naturam non agnouerit, si non credunt scripturis, vel operibus credant. Amb. de fide, lib. 1. c. 7.
c. Neque enim quia ipse filius alibi loquens voce sapientiæ, ipse est enim dei sapientia, ait: Gyrum cœli circuiui sola, & penetrauit. Ie à patre, quanto magis ergo non est necesse vt tantummodo de patre præter filiū intelligatur quod dicitur, 1. Timoth. 6. Qui solus habet immortalitatem: cum ita dictum sit vt seruet mandatum sine macula. Aug. de trini. lib. 1. cap. 6.
2. Cum his.
2. Alicuius.
3. Quiescere fecit tabernaculū meum.
4. Ierusalem.
5. Me quiescere fecit.
[d. Id est, in populo Israel, qui fuit honorificatus à deo præ cæteris populis eo quod disposuerat ab æterno ex illo carnem assumere. De Lyra.]
6. Montibus Hermon.
7. In Gaddi.
8. In campo pulchro.
9. Ab aqua.
10. Sicut massa aromatum.
11. Onyx & stacte, & quasi thuris vapor in tabernaculo.
e. Quid per hanc vitem nisi ipse exprimitur qui in euangelio discipulis suis ait: Ego sum vitis vera, & vos palmites, cuius vitis liquor lætificat cor hominum, quando bibendo sanguinem eius gaudenter laudant redemptionis suæ venerabile sacramentum. Rabanus ibidem.

[a] Apientia laudabit animam suam: ⟩— & in domino honorabitur.] Et in medio populi sui gloriabitur, & in Ecclesiis altissimi aperiet os suum. Et in conspectu virtutis illius gloriabitur, & in medio populi sui exaltabitur. Et in plenitudine sancta admirabitur, & in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur dicens. [b] Ego ex ore altissimi prodiui, ⟩— primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in cœlis vt oriretur lumen indeficiens,] & sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habitaui: & thronus meus in columna nubis. [c] Gyrum cœli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra steti. Et in omni populo & in omni gente primatum habui, ⟩— & omnium excellentium & humilium corda virtute calcaui.] Et[1] in his] omnibus requiem quæsiui. Et in hæreditate[2] domini] morabor. Tunc præcepit & dixit mihi creator omnium, & qui creauit me[3] requieuit in tabernaculo meo,] & dixit mihi: In Iacob inhabita, & in[4] Israel] hæreditare, ⟩— & in electis meis mitte radices.] [d] Ab initio & ante secula creata sum, & vsque ad futurum seculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter [5] requieui,] & in Ierusalem potestas mea. [d] Et radicaui in populo honorificato, & in partes dei mei hæreditas illius: ⟩— & in plenitudine sanctorum detentio mea.] Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in [6] monte Sion.] Quasi palma exaltata sum [7] in Cades,] & quasi plantatio rosæ in Iericho. Quasi oliua speciosa [8] in campis,] & quasi platanus exaltata sum [9] iuxta aquam in plateis.] Sicut cinnamomum & [10] balsamum aromatizans odoré dedi,] & quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris, & quasi ⟩— storax &] galbanus & [11] vngula & gutta, & quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam, & quasi balsamum non mixtū odor meus.] [e] Ego quasi terebinthus extēdi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ. [f] Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis & timoris, &

agnitionis,

Universidad de Deusto



agnitionis,& ſanctæ ſpei.[f] In me gratia omnis viæ & veritatis: in me omnis ſpes vitæ & virtutis.[12] Tranſite ]ad me omnes qui cõcupiſcitis me,& à generationibus meis implemini.[13] Spiritus enim meus ]ſuper mel dulcis,& hæreditas mea ſuper mel & fauum, memoria mea[g] in generationes ſeculorũ.†[§] Qui edunt me adhuc [h] eſurient, & qui bibunt me adhuc ſitient. Qui[14] audit me ]non confundetur, & qui operantur in me nõ peccabunt,﹀ qui elucidant me vitam æternam habebunt.] Hæc omnia liber[15] vitæ,& teſtamentum altiſſimi ]& agnitio veritatis. Legem mandauit Moyſes in præceptis iuſtitiarum, & hæreditatem domui Iacob & Iſrael promiſſiones. Poſuit Dauid puero ſuo excitare Regem ex ipſo fortiſſimum,& in throno honoris ſedentem in ſempiternũ.] †Qui implet quaſi Phiſon[16] ſapientiam,]& ſicut Tigris in diebus nouorũ. †Qui adimplet quaſi Euphrates[17] ſenſum,qui multiplicat] quaſi Iordanis in tempore meſ-
D ſis.* Qui mittit diſciplinam * ſicut lucem, & aſſiſtens quaſi Gion in die vindemiæ.
[18] Qui perficit primus ſcire ipſam,& infirmior ]non inueſtigabit eam. Amari enim abundabit cogitatio eius,& conſilium illius in abyſſo magna. Ego ſapientia[19] effudi flumina,ego quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio. Ego quaſi fluuius Dorix, & ſicut aquæ ductus exiui à paradiſo.] Dixi, rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum. Et ecce[20] factus eſt mihi trames abundans,& fluuius meus appropin quabit ad mare.] Quoniam doctrinam quaſi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam vſque ad longinquum. [i] Penetrabo omnes inferiores partes terræ,& inſpiciam omnes dormientes,& illuminabo omnes ſperantes in domino.] Adhuc doctrinam quaſi prophetiam effundam,& relinquam illam[21] quærentibus ſapientiam, & non deſinam in progenies illorum vſque in æuum ſanctum.] † Videte quoniam non ſoli mihi laboraui,ſed omnibus exquirentibus[22] veritatem.]

[f. Per ipſum habemus præſentem vitã quia in ipſo viuimus, mouemur & ſumus. Petiptum habeamus in futuro vitam & perpetuã vitam. Per ipſum ſperamus immortalitate nobis cõferri,atque coronam gloriæ ſupernam. Rabanus ibid.]
12. Accedite
13. Memoria etenim mea.
g. Manducant & bibunt, quia inueniunt,& qui eſuriunt & ſitiunt,& adhuc quærũt,fides quęrit intellectus inuenit. Propter quod ait propheta: Niſi credideritis,non intelligetis. Augu. de trinit. lib. 15. cap. 2.
h Non propter famis inediam, ſed propter deſiderij abſentiã. Landulphus.
14. Obedit mihi.
15 Teſtamenti dei altiſſimi. Lex quã mandauit nobis Moyſes hæreditatem in congregationibus Iacob. Ne deficiatis vires habere in dño, vt vox ipſe confortet. Coniungimini ad illum,dominus omnipotẽs deus ſolus eſt,& non eſt amplius prętęr eum ſaluator.
16. Omnia ſapientia ſua.
17. Intellectum,&.
* Cognitionis
18. Non perferet primus ſcire illam,& ſic vltimus.
19. Sicut foſſa à flumine,& quaſi aquæ ductus egreſſa ſum in paradiſum.
20. Facta eſt mihi foſſa in fluuium,& fluuius meus factus eſt in mare.
[i. Ponitur doctrinæ Chriſti claritas ad defunctos. Nam anima Chriſti à corpore ſeparata, deitatem tamen coniuncta detendit ad inferos, & illuminauit patres illic detentos. De Lyra. ibidem.]
21. In generationes ſeculorum.
22. Illam.

*Diuinæ ſapientiæ tria placent, ſed tria diſplicent: nouem verò inſuſpicabilia, decimum vero amplius: mulieris autem nequitia omnia ſuperat.* XXV.

A IN tribus[1] placitum eſt ſpiritui meo,quæ ſunt probata ]corã deo & hominibus. Concordia fratrum,& amor proximorum,& vir & mulier bene ſibi conſentientes.[b] Tres ſpecies odiuit anima mea,&[2] aggrauor valde animæ ]illorum. Pauperem ſuperbum,& diuitem mendacem, & ſenem[3] fatuum & inſenſatum. Quæ ]in iuuentute tua non congregaſti, quomodo in ſenectute tua inuenies ea? ﹀ Quàm ſpecioſum caniciei iudicium: & breſbyteris cognoſcere conſilium.] Quàm ſpecioſa veteranis ſapientia,& glorioſus intellectus & conſi-
B lium. Corona ſenum in multa peritia,& gloria illorum timor dei.[§] Nouem inſuſpicabilia cordis magnificaui,& decimum dicam in lingua hominibus. Homo qui iucundatur in filiis viuens & videns ſubuerſionem inimicorum ſuorum. [c] Beatus qui habitat cum muliere ſenſata,† & qui lingua ſua non eſt lapſus,& qui non ſeruiuit indignis ſe. Beatus qui inuenit[4] amicum verum,& qui enarrat iuſtitiam auri audienti.] Quàm magnus qui inuenit ſapientiã﹀ & ſcientiam,]ſed nõ eſt ſuper timentẽ deum. [5] Timor dei ſuper omnia ſe ſuperpoſuit. [d] Beatus homo cui donatũ eſt habere timorem dei.] Qui tenet illum,cui aſſimilabitur? Timor dei initiũ dilectionis eius,fidei autem initiũ agglutinandũ eſt ei.﹀ Omnis plaga triſtitia cordis eſt,& omnis malitia nequitia mu-
C lieris.]§ Et omnem plagam & non plagam videbit cordis,& omnẽ nequitiam & non nequitiam mulieris,& omnem obductum & non obductum odientium, & omnem vindictam & non vindictam inimicorum. [e] Non eſt caput nequius ſuper caput colubri,& non eſt ira ſuper iram[6] mulieris.]† Cõmorari leoni & draconi[7] placebit,] quàm habitare cum muliere nequam. [f] Nequitia mulieris immutat faciem eius, & obcæcabit vultum ſuum tanquam vrſus,﹀ & quaſi ſaccũ oſtendit ]in medio proximorũ. Ingemuit vir eius,& [8] audiens ſuſpirauit modicum.] Breuis omnis malitia [9] ſuper ]malitiam mulieris,ſors peccatorum cadat ſuper illam. Sicut aſcenſus arenoſus in pedibus veterani,ſic mulier linguata homini[10] quieto. Ne reſpicias ]in mulieris ſpeciem,& non concupiſcas mulierem [11] in ſpecie. Mulieris ira, irreuerentia & confuſio magna.

1. Concordia ergo fratrum voluntas dei eſt,iucunditas Chriſti,perfecto ſanctitatis, iuſtitiæ regula,materia doctrinæ morũ cuſtodia,atque in rebus omnibus laudabilis diſciplina. Aug. Serm. 169. de tempore.
2. Pulchra facta ſum, & ſurrexi pulchra coram domino.
b. Ergo ſapientiã quæ cuncta odit viria,tres ſpecies hominum dicit ſibi eſſe odibiles,& aggrauatam ſe aſſerit animis peruerſorum, eo quòd contraria ſibi ſentiant,&c. Rabanus ibid.
2. Grauis valde fui vitæ.
3. Adulterum diminutum intellectu.
[c. Nam per hoc delectabiliter & ſanctè viuit in domo propria. Et qui lingua ſua nõ eſt lapſus. Nam hoc eſt valde perfectum Iacobi. 3. Qui non offendit in verbo,hic perfectus eſt vir. De Lyra.]
4. Prudentiam, & qui enarrat in aures audientium.
5. Dilectio dei ſuper omnia ſupergreſſa eſt in claritatem.
d. Quid enim tam beatificum quàm hic timor qui genitor et eruditorque ſapiẽtiæ eſt? In cui[9] vtique deuotione deuota eſt & voluntas,quæ autore gratiæ eodem profecit,timore quo cœpit. Ambr. de voca. gent. lib. 2. ca. 9.
[e. Nequitia hæreticorũ comparata ſerpentibus,& feris animantibus terræ crudelis inuenitur: quia illa ledũt corpus,hæc animam. Idem eius cohabitatio omnibus noxia eſt. Glo. or. ibi.]
6. Inimici
7. Magis approbo.
[f. Nam pro inimicitia prætendit amicitiam,& vnde procedat hoc ſubditur. Et obcecabit vultum ſuum &c. De Lyra. ibid.]
8. Inuite ſuſpirabit propter illã.
9. Ad.
10. Taciturno. Ne inſidiat.
11. Ad delicias ira & inuerecundia & confuſio magna, mulier ſi imperet.

Mulier si primatum habeat,contraria est]viro suo.Cor humile,& facies tristis & pla-
12.Cordis. ga[12]mortis,]mulier nequam.Manus debiles & genua dissoluta,mulier quæ non[13]bea-
13.Consolabitur virum suum in gemitu. tificat virum suum.]†A muliere initium factum est peccati,& † per illam omnes mo-
14.Transitum. rimur.Nó des aquæ[14]tuæ exitum,nec modicum,]nec mulieri nequam [15]veniam pro-
15.Libertatem exitus. deundi.]Si non ambulauerit ad manum tuam:﹀confundet te in conspectu inimi-
16.Da & absolue. corum.]A carnibus tuis abscinde illam,[16]ne semper te abutatur.]

*Mulier bona donum optimum,mala vero intolerabile incommodum,& tanquam pestis timenda est conuersatio eius.* XXVI.

[M]a[a]Vlieris bonæ beatus vir, numerus enim annorum illorum duplex. Mu[a]
lier fortis oblectat virum suum,& annos vitæ illius in pace implebit. Pars
bona mulier bona,in parte bona timentium deum dabitur﹀viro pro
factis bonis.]Diuitis autem & pauperis cor bonum *, in omni tempore
vultus illorum hilaris.[b]A tribus timuit cor meum,& in quarto facies mea metuit.De-
laturam ciuitatis,& collectionem populi,& [1]calumniam mendacem, super mortem
omnia grauia.]Dolor cordis & luctus,mulier zelotypa.[§2]In muliere zelotypa]flagel-
lum linguæ omnibus communicans.Sicut boum iugum quod mouetur,ita & mulier
nequam:qui[3]tenet illam,]quasi qui apprehendit scorpionem. Mulier ebriosa ira ma-
gna,&[4]contumelia & turpitudo illius non tegetur.]Fornicatio mulieris in extollentis
oculorum,& in palpebris illius agnoscetur.†[5]In filia non aduertente se]firma custo-
diam,ne[6]inuenta occasione]abutatur se.[c]Ab omni irreuerentia oculorum eius caue,
& ne mireris si te neglexerit.[§]Sicut viator sitiens ad fontem os aperiet, & ab omni a-
qua proxima bibet,& contra omnem palum sedebit,&contra omnem sagittam ape-
riet pharetram,﹀donec deficiat.]Gratia mulieris﹀sedulæ]delectabit virum suum,
& ossa illius impinguabit.Disciplina illius datum dei est.Mulier sensata & tacita, non
est immutatio eruditæ animæ.[d]Gratia super gratiam,mulier sancta & pudorata.Om-
nis autem ponderatio non est digna continentis animæ. Sicut sol oriens mundo in
altissimis dei,sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. Lucerna splen-
dens super candelabrum sanctum,& species faciei super ætatem stabilem.[§]Colum-
næ aureæ super bases argenteas:& pedes[7]firmi super plantas stabilis mulieris.]﹀Fun-
damenta æterna supra petram solidam,& mandata dei in corde mulieris sanctæ.]In
duobus contristatum est cor meum,& in tertio iracundia mihi aduenit. Vir bellator
deficiens per inopiam,& vir sensatus contemptus, & qui transgreditur à iustitia ad
peccatum, deus parauit eum ad romphæam.﹀[e]Duæ species difficiles & periculosæ
mihi apparuerunt.]Difficilè exuitur[8]negotians à negligentia sua,] & non iustificabi-
tur caupo à peccatis﹀labiorum.]

*Quantum sit cauenda auaritia, & quis finis & fructus eius, & quàm nociuus.* XXVII.

[P]Ropter inopiam multi deliquerũt,& qui quærit locupletari, auertit ocu-
lum suum.Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur,sic & inter
medium venditionis & emptionis angustiabitur[1]peccatis.]﹀Contere-
tur cum delinquente delictum.]Si non in timore domini tenueris te in-
stanter, cito subuertetur domus tua. Sicut in percussura cribri [2]remanebit pulus,]
sic aporia hominis in cogitatu illius.†[a]Vasa figuli probat fornax, &[3]homines iustos
tentatio tribulationis.]†Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius,sic verbum
ex cogitatu cordis hominis. Ante sermonem non collaudes virum,[b]hæc enim ten-
tatio est hominum. Si sequaris iustitiam,apprehendes illam, & indues quasi podé-
rem honoris,﹀& inhabitabis cum ea,& proteget te in sempiternum,& in die a-
gnitionis inuenies firmamentum.][§]Volatilia ad sibi similia conueniunt, & veritas[4]
ad eos qui operantur illa reuertetur.Leo venationi insidiatur semper,sic peccata ope-
rantibus iniquitatẽ.Homo sensatus in sapientia manet﹀sicut sol,][c]nam stultus sicut
luna

---

7.Formosi super pauimẽta sta-bilia.

e.Duæ species hominum difficile salutem assequuntur, negotiator & caupo.Primus enim vix curat suam salutem: secundus vix temperat à mendacio. Lyra ibid.
8.Negotiator à deceptione.
1.Peccatum.
2.Remanent stercora.
a. Hoc inter nos & cæteros intererit qui deum nesciũt. quòd illi in diuersis querũtur,& murmurant: nos aduersa non auocant à fidei & virtutis veritate. Cyprian.de morte,Serm.4.
3. Tentatio hominis in cogitatione illius.
b.Per verba sua tentatur & probatur qualis sit ipse qui loquitur:quia ex abundantia cordis os loquitur:vel hæc tentatio est leuitatis signũ.Dion.ibid.
c.Mutari enim sicut luna, dum stultus & insipiens ad motum eius qui Christianus fueras,incipis esse sacrilegus. Sacrilegiũ enim creatori committitur,dũ imbecillitas adscribitur creaturæ.Mutaris ergo sicut luna, vt qui paulò antè fidei deuotione fulgebas,postea perfidiæ infirmitate deficias. Mutaris sicut luna, dum cerebrum tuum ita exinanitur sapientia,sicut lunæ obscuritate vero teterrimæ tenebræ mentis inuadunt: atque vtinam,ô stulte sicut luna mutaris. Illa enim cito ad plenitudinem suam redit,tu ad sapientiam nec sero conuerteris. Illa velociter colligit quod amiserat lumen,tu nec tardè fidem recipis,quam negasti. Ambros. Sermo.82.

Universidad de Deusto
Biblioteca



luna mutatur. [d] In medio insensatorum serua verbum tempori. In medio autem cogitantium assiduus esto. † Narratio peccantium odiosa, & risus illorum in [4] delectis] peccati. † [e] Loquela multum iurans horripilationem capiti statuet, & [5] irreuerentia] ipsi obturatio aurium. Effusio sanguinis in rixa superborum, & maledictio illorum auditus grauis. [f] Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inueniet amicum
c ad animum suum. Dilige proximum, & coniungere fide cum illo. [g 6] Quòd si] denudaueris absconsa illius, non persequêris post eum. [g] Sicut enim homo qui perdit [7]amicum] suum, sic & qui perdit amicitiam proximi sui. Et sicut qui dimittit auem de manu sua, sic qui reliquisti proximum tuum, & non eum capies. Non illum sequaris, quoniam longè abest. Effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam [8] vulnerata est anima eius. Vltrà eum non poteris colligare, & maledicti est concordatio.] Denudare autem amici mysteria, [9] desperatio est animæ infœlicis.] † Annuens oculo fabricat iniqua, & [10] nemo eum abiiciet.] In conspectu oculorum tuorum conculcabit os suum, & super sermones tuos ammirabitur. Nouissime autem peruer-
D tet os suum, [h] & in verbis tuis dabit scandalum. [g] Multa [11] audiui] & non coæquaui ei, & dominus odiet illum. [i] Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet, & plaga dolosa dolosi diuidet vulnera. † Et qui foueam fodit incidet in eam, &— & qui statuit lapidem proximo offendet in eo:] & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet vnde adueniat illi. Illusio & improperium superborum, vindicta sicut leo insidiabitur illi. Laqueo peribunt, qui oblectantur casu iustorum: Dolor autem consumet illos antequam moriantur. Ira & furor vtraque execrabilia sunt, & vir peccator continens erit illorum.

[d. Temperantiam & cautelam loquendi docet: quia inconsiderata locutio sæpe infirmis nocet. Tutius est ergo audire quã loqui. Glosa ordina.]
4. Cibo.
[e. Incurit enim horrorem audientibus & per consequens facit horripilationem. De Lyra, ibid.
5. Rixa.
f. Quid enim infœlicius illo qui perdit fidem, & desperatione languescit? Vnde denudare amici arcana desperatio est animæ infœlicis. August. de amic. cap. 13.
6. Quasi.
g. Qui offendit amicum per reuelationem secreti, vix aut nũquam familiarem amicitiam illius recuperabit pristinã. Dionis. ibid.
7. Inimicum.
8. Vulnus possibile est alligare, & conuitij est conciliatio.
9 Est perdere fidem.
10. Qui cognouit eum recedet ab eo.
[h. Dabit scandalum, vituperando ea tanquam stulta & mala, quæ prius videbantur reputare ardua & bona. De Lyra ibid.]
11. Odiui.
i. In altum mittit lapidem, qui blasphemando diuinæ maiestati calumniam facit, & contra suum authorem blasphema verba loquitur, illãmque quẽ laudare digne nemo sufficit, ad irã iniuriosa loquacitate prouocauerit: sed super eũ duritia eius vindicta veniet, & mentem eius perpetuo dolore excruciabit, Rabanus ibidem.

*Vindicta à nullo expetenda est, nec maledica lingua ferenda.* XXVIII.

A QVi vindicari vult, à domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. † [1 2] Relinque proximo tuo nocenti te,] & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. † Homo homini reseruat iram, & à deo quærit medelam. In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit, reseruat iram, &— & propitiationem petit à deo?] Quis [2] exorabit pro delictis] illius? Memento nouissimorum, & desine inimicari. [3] Tabitudo enim & mors imminent in mandatis eius. Memorare timorem domini,] & non irascaris proximo. Memorare testamentum altissimi, & despice
B ignorantiam proximi. [b] Abstine te à lite, & minues peccata. [g] Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator conturbabit amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam. † Secundum [4] enim ligna syluæ, sic ignis] exardescit, & secundum virtutem hominis, sic iracundia illius erit, & secundum substantiam suam exaltabit iram suam. Certamen festinatum incendit ignem, & lis festinans effundit sanguinem, &— & lingua testificans adducit mortem.] Si sufflaueris [5] quasi ignis exardebit,] & si expueris super illam, extinguetur. Vtraque ex ore proficiscuntur. [6] Susurro & bilinguis maledictus:] multos enim [7] turbauit] pacem habentes. [c] Lingua [8] tertia] multos
C commouit, & dispersit illos de gente in gentem. [g] Ciuitates [9] muratas diuinũ] destruxit, & domus magnatorum effodit. &— Virtutes populorũ concidit, & gẽtes fortes dissoluit.] Lingua [10] tertia] mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus suis. Qui [11] respicit illam] non habebit requiem, nec [12] habebit amicum in quo requiescat.] Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa. Multi ceciderũt in ore gladij, sed non sic &— quasi] qui interierunt per linguam &— suam.] [c] Beatus est qui [13] tectus est à lingua nequam,] qui in iracundia illius non transiuit, & qui non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non est ligatus. Iugum enim illius iugum ferreum est, & vin-
D culum illius vinculum æreum est. [g] Mors illius mors nequissima, & vtilis potius inferus quàm illa. [14] Perseuerãtia illius non permanebit, sed obtinebit vias iniustorum.]

1. Dimitte iniuriam proximo.
2. Benigni & iusti iudicis est suas iniurias contemnere, & aliorum iniurias vindicare. Qui autẽ suas vindicat, quãuis iustè vindicet nunquam iamẽ iustus iudex esse putatur. Chryso. in 23. cap. Matt. homil. 46.
2. Propitiabit peccata.
3. Et non mineris proximo interitum & mortem, & acquiesce præceptis.
b. Quantum malum sit litis, & quãtum inhonestum sit homini Christiano contentionibus ac rixæ deseruire, Paulus ostendit, dicens: Non sit inter vos zelus & contentio. Et item: Videte, inquit, ne inuicẽ mordentes ab inuicem consumamini. Rabanus ibid.
4. Materiam ignis sic.
5. In scintillam accendetur.
6. Susurronem & bilinguem maledicite.
7. Perdiderunt.
[c Hæretica doctrina, quæ nec veteri nec nouo testamento concordat, & auditorum corda cõturbat, de gente in gentem pergens seditionem excitat. Glosa ordinaria.]
8. Duplex.
9. Munitas.
10. Duplex.
11. Attendit illi.
12. Habitabit cum silentio.
c. Hoc est, qui vitia linguæ non incidit: quod nec sua lingua nequam est, nec aliarum linguarum prauitate deiectus est: sed per dei gratiam & discretionem hæc mala euasit. Dionis. ibid.
13. Protectus est à facie eius.
14. Non dãnabitur impium, &

Universidad de Deusto
Biblioteca



In flamma ſua non comburet iuſtos, qui derelinquunt deum incident in illam. Et exardebit in illis & non extinguetur, & immittetur in illos quaſi leo, & quaſi pardus lædet illos. [11d]Sepi aures tuas ]ſpinis,﴾ & linguam nequam noli audire,]e & ori tuo facito oſtia, & ſeras﴾ auribus tuis.] Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtatêram, & [16]frænos ori tuo rectos,]& attende ne fortè labaris in [17]lingua,] & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi,﴾ & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem.]

11. Ecce circumualla poſſeſſionē tuam.
d. Vtinam & linguam obſepias, ne loquaris quæ ſeculi ſunt, ne audias quæ ſeculi ſunt. Sed quod prius eſt, circundata eſt lingua tua ſpinis, quæ pungūt & vulnerant loquentem quæ mundi ſunt. Ambr. in Pſal. 118. Set. 22.
e. Iuxta illud Pſal. Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtiū circunſtantiæ labiis meis.
16. Ori tuo fac portam & ſetam.
17. Illis.

*Miſericordiæ operibus vacans gratis proximo fœneretur, pauperem eleemoſyna iuuet, ac fideiuſſorem reddat indemnem.* XXIX.

[2]Vi facit miſericordiam, fœneratur proximo ſuo, & qui prævalet manu a mandata ſeruat. Fœnerare proximo tuo in tempore neceſſitatis illius, & iterum redde proximo in tempore ſuo. Confirma verbum & fideliter age cum illo, & in omni tempore inuenies quod tibi neceſſarium eſt. b Multi quaſi inuentionem æſtimauerunt fœnus: & præſtiterunt f moleſtiam] his qui ſe adiuuerunt. Donec accipiant oſculantur manus dantis, & in z promiſſionibus ]humiliant vocem ſuam: Et in tempore redditionis poſtulabit tempus, & loquetur verba tædij & murmurationum,]& tempus cauſabitur. g Si autem potuerit reddere﴾ aduerſabitur, ſolidi ]vix reddet dimidium, & computabit illud quaſi inuentionem. Sin autem fraudabit illum pecunia ſua & poſſidebit illum inimicum gratis, & conuitia & maledicta reddet illi, & pro honore﴾ & beneficio ]reddet illi contumeliam. [3]c Multi non cauſa nequitiæ non fœnerati ſunt, ſed fraudari gratis timuerunt: Veruntamen ſuper humilem animo fortior eſto, & pro eleemoſyna non trahas illum. Propter mandata [4]aſſume ]pauperem, & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum. d Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum, & non abſcondas illam ſub lapide in perditionem. Pone theſaurum tuum [5]in præceptis] altiſſimi, & proderit tibi magis quàm aurum. †Conclude eleemoſynam [6]in ſinu ] pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. †﴾ [g]Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam cõſeruabit: & poſtea reſurget & retribuet illis retributionem vnicuique in caput ipſorum. ]Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam aduerſus inimicum tuum pugnabit. Vir bonus fidem facit proximo ſuo, & qui perdiderit [7] confuſionem ] derelinquet ſibi. Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris, dedit enim pro te animam ſuam. * Repromiſſorem fugit peccator, & [8] immundus. ]﴾ Bona repromiſſoris ſibi aſcribit peccator, ] & [9] ingratus ſenſu derelinquit ]liberantem ſe. ﴾ Vir repromittit de proximo ſuo, & cum perdiderit reuerentiam, derelinquetur ab eo. ] [10] c Repromiſſio nequiſsima multos perdidit diligentes, ] & commouit illos quaſi fluctus maris. Viros potentes gyrans migrare fecit, & vagati ſunt in gentibus alienis. Peccator tranſgrediens mandatum domini, incidet in promiſsionem nequam, f & qui [11] conatur multa agere ]incidet in iudicium. * Recupera proximum tuum ſecundum virtutem tuam, & attende tibi ne incidas. † Initium vitæ hominis aqua, & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem. Melior eſt victus pauperis ſub tegmine aſſerum, quàm epulæ ſplendidæ in peregrè ſine domicilio. Minimum pro magno placeat tibi, & improperium [12] peregrinationis ] non audies. † Vita nequam ﴾hoſpitandi ]de domo in domum, & vbi [13] hoſpitabitur non fiducialiter aget, nec aperiet os. Hoſpitabitur & paſcet & potabit ingratos, & adhuc amara audiet.] Tranſi hoſpes & orna menſam, & quæ in manu habes ciba [14] cæteros. ] Exi à facie honoris﴾ amicorum meorum, ] [15] neceſsitudine domus meæ, ] hoſpitio mihi factus es frater. § Grauia hæc homini habenti ſenſum, correptio domus & improperium fœneratoris.

2. Quare non dixit: Qui miſeratur pauperis dat deo, ſed fœnerat? Scripturæ noſtram auaritiam inuerſur. Attende diligenter ad auaritiam. Nouit inſatiabilem cupiditatem noſtram reſpicere & additamentum quærere. Quare ſimpliciter non dixit: Qui miſeratur pauperis dat deo, quo non ſimplex datū, nec eidemque ſimplicem putes, ſed qui miſeretur pauperis, fœneratur deo. Chryſo. de pœni. ho. 5.
b. Non accipiunt quod eis accommodatur, ac ſi eis gratis præſtetur, non exiſtentes ſoliciti vt perſoluant, ſed velut rem inuentitiam reputant illud. Dion. ibid.
a. Laborem.
z. Pecuniis proximi.
3. Multi igitur cauſa malitiæ auerterunt hominem.
c. Illos notat qui neminem lædere volunt, ſed præ timore peritiarum rerum prodeſſe volunt. Contra quos dicitur. Mat. 6. c. Nolite theſaurizare vobis theſauros. Ordinaria. ibid.]
4. Adiuua.
d. Si enim pecunia perdenda eſt propter amicum, multo magis amici vtilitatibus vel neceſsitatibus cõferenda. Si igitur deo amico vt non improperet, non mercedem expectas, non frontē obducas non vultū auertas, nō deponas oculos: ſed ſerena facie, hilari vultu, ſermone iucūdo intercede verba petentis, occurre benevolentia, vt non rogatus videaris patrare quod petitur. Aug. de amicitia. cap. 25.
5. Secundum præcepta.
6. In corde.
7. Verecundiam.
* Bonam fideiuſſionem euertet peccator.
8. Inutilis.
9. In cogitatione derelinquet.
10. Fideiuſſio multos perdidit diuites.
[e. Repromiſſio qua proximus promittebat falaciter liberare fideiuſſorem ideo multos perdidit diligentes id eſt deſtruxit bona amicorum fideiubentiū De Lyra.]
f. Multa conatur agere qui veritatem rectæ fidei & ſinceritatem legis dei nō curat cuſtodire: ſed erroribus variis & ſceleribus diuerſis mauult ſe implicare. Iſte incidet in iudicium reproborum, hoc eſt damnationem perpetuam, quamuis ei in extremo iudicio dicetur cum his qui ad ſiniſtram iudicis ſtabunt: Ite maledicti in ignem æternum. Raba. ibid.
11. Perſequitur mercedes.
12. Domus tuæ.
13. Peregrinus eris non aperies os. Hoſpitaberis & potum dabis ingratis, & ſuper hæc amara audies.
14. Me.
15. Opus eſt domo.

[g. Id eſt, homini ſapienti moleſtum eſt audire talia aſperna toria verba, quæ ſunt correptio facta hoſpiti ab ipſis domeſticis. Dion. Carthuſ. ibid.]

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Iuuenes ſollicitè ſunt gubernandi, & animo & corpore erudiendi, & à paſsionibus arcendi.* XXX.

A QVi diligit filium ſuum aſſiduat illi flagella, vt lætetur in nouiſſimo ſuo & nonpalpet proximorum oſtia. Qui docet filium ſuum[1] laudabitur] in illo & in medio domeſticorum in illo gloriabitur. Qui docet filium ſuũ, in zelum mittit inimicum: & in medio amicorũ gloriabitur in illo. Mortuus eſt pater illius, & quaſi non eſt mortuus: Similem enim reliquit ſibi, poſt ſe. In vita ſua vidit, & lætatus eſt in illo: in obitu ſuo non eſt contriſtatus, ⟩— nec confuſus eſt coram inimicis.] Reliquit enim defenſorem domus contra inimicos, & B amicis reddentem gratiam. [a] Pro animabus filiorum] colligabit vulnera ſua, & ſuper omnem vocem turbabuntur viſcera eius. [b] Equus indomitus euadet durus, & filius remiſſus euadet præceps. Lacta filium tuum, & pauentem te faciet: Lude cum eo, & cõtriſtabit te. Non corrideas illi ne condoleas, & in nouiſſimo obſtupeſcent dentes tui. Non des illi poteſtatem in iuuentute, & ne deſpicias[3] cogitatus] illius. † Curua ceruicẽ eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans eſt: ne fortè induret & non[4] credat] tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum & operare cum illo, ne in turpidinem illius offendas. Melior eſt pauper ſanus & fortis viribus, quàm diues[5] imbecillis & flaC gellatus malitia. [c] Salus animæ in ſanctitate iuſtitiæ, & ] melior eſt omni auro ⟩— & argento,] corpus validum quàm cenſus immenſus. Non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis, & non eſt oblectamẽtum ſuper cordis gaudium. † Melior eſt mors quàm vita amara, ⟩— & requies æterna] quàm languor perſeuerans. Bona abſcondita in ore clauſo, quaſi appoſitiones epularum circumpoſitæ ſepulchro. † Quid proderit libatio idólo? Nec enim manducabit nec odorabitur. [d] Sic qui[6] effugatur] à domino, & portans mercedes iniquitatis. Videns oculis & ingemiſcens, ſicut ſpado complectens D virginem & ſuſpirans. [e] Triſtitiam non des animæ tuæ: & non affligas temetipſum in conſilio tuo. Iucunditas cordis hæc eſt vita hominis, ⟩— & theſaurus ſine defectione ſanctitatis,] & exultatio viri eſt longæuitas. † [7] [e] Miſerere animæ tuæ placens deo, & contine, & congrega cor tuum in ſanctitate eius,] & triſtitiam longè expelle à te. Multos enim occidit triſtitia, ⟩— & non eſt vtilitas in illa.] [f] Zelus & iracundia minuet dies, & ante tempus ſenectam adducet [8] cogitatus.] Splendidum cor bonum in epulis eſt. Epulæ enim illius diligenter fiunt.

a. Hoc illum quondam admirabilem perdidit Heli ſacerdotem, cuius cum vita eſſet irreprehenſibilis, tamen quia filios calcantes dei legem non cum ſeueritate corripuit, cum illis etiam iure punitus eſt. Chry. in 5. cap. Matt. homil. 17. Quod de carnalibus patre & filio dictum eſt, de ſpirituali quoque & eius ſubditis eſt intelligendũ. Prælatus enim & omnis qui præeſt quicquid in ſuis ſubditis reprehenſibile eſt, aſſiduè debet corripere. Diony. ibidem.
1. Lætabitur.
2. Abſtergens filium.
b. Rogo vos fratres chariſſimi, ſit ad filios veſtros vox noſtra memoria veſtra, corrigite arguendo, conſolamini alloquendo, exemplum præbete viuendo. Aug. hom. 21.
3. Ignorantiæ.
4. Obediat.
5. Flagellatus in corpus ſuum. Sanitas & bona habitudo.
c. Sicut ſalus corporis conſiſtit in proportione humorum, ſic ſalus animæ in proportione motuum, & illorum adæquatione: quod maximè fit per iuſtitiam legalem, quæ omnem includit virtutem, vt Ariſtot. 5 Ethicorum cap. 1.
[d. Cui ſcilicet ralẽtum in morte auferetur à domino, & effugatur de viuentium conſortio. Et qui portat mercedes iniquitatis, id eſt, demerita omiſſionis. De Lyra ibidem.]
6. Perſecutionem patitur.
7. e. Dilige animam tuam, & cõſolare cor tuum. Nullum enim opus hominis deo placere poteſt, niſi ipſe prius deo placeat. Landulph. pat. 1. cap. 76.
[f. Viri ſanguinũ & doloſi non dimidient dies ſuos. i. Proſperitatem quã ſibi promittunt non poſſunt habere in perpetuum. Gloſa ordi. ibidem.]
8. Cura.

*Sobrietati ſtudendum eſt, & modeſtiæ in menſa, ac cupiditas eſt ſummè vitanda.* XXXI.

A VIgilia[1] honeſtatis] tabefaciet carnes, & [2] cogitatus illius] auferet ſomnum. [3] Cogitatus præſcientię auertit ſenſum, & infirmitas grauis ſobriã facit animã.] Laborauit diues [a] in congregatione ſubſtantiæ, & in requie ſua replebitur bonis ſuis. Laborauit pauper in diminutione victus, & in fine inops fit. † Qui aurum diligit non iuſtificabitur, & qui inſequitur conſumptionẽ, replebitur ex ea. Multi [4] dati ſunt in auri caſus, & facta eſt in ſpecie illius perditio illorum. Lignum offenſionis eſt aurum ſacrificantium. ⟩— Væ illis qui ſectantur illud, ] & omnis imprubens deperiet in illo. † [b] Beatus eſt diues qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt auruin non abiit, ⟩— nec ſperauit in pecunia & theſauris. ] Quis eſt hic, & laudabimus B eum? † Fecit enim mirabilia [5] in vita ſua.] [c] Qui probatus eſt in illo, & profectus inuentus eſt, & erit illi in gloria æterna. † [c] Qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus, & facere mala & mala, & non fecit. Ideò ſtabilita ſunt bona illius ⟩— in domino, ] & eleemoſynas illius enarrabit omnis Eccleſia ⟩— ſanctorum.] [d] Supra menſam magnam [6] ſediſti,] non aperias ſuper illam faucem tuam prior. Non dicas ſi multa ſunt quæ ſuper illam ſunt. † Memento quoniam malus eſt oculus nequam. Nequius oculo quid creatum eſt? Ideò ab omni facie ſua lachrymabitur, ⟩— cum viderit. Ne extendas manum tuam prior, & [7] inuidia contaminatus erubeſcas.] ⟩— Ne comprimaris in conui-

1. Diuitiarum.
2. Cura earum.
3. Cura vigiliæ repetet dormitationem, & infirmitatem grauẽ moderabitur ſomnus.
[a. Id eſt, ad viuendum ſecundũ ſtatum ſuum honeſtè, & ad agendum opera miſericordiæ. De Lyra.
4. Ligati ſunt gratia auri.
b. Quomodo enim non admiratus qui diuitias ſpernit, quas plerique ſaluti propriæ prætulerunt? Ambr. Offic. lib. 2. cap. 14.
5. In populo ſuo.
c. Quandiu ergo apud deũ manſit, eã voluntate manſit quam deus inſpirauit & rexit. Præparatur enim voluntas à domino: ſed huius præparationis non ſemper vnus prouectus, nec vna menſura eſt, quoniam multis modis & innumerabilibus differentiis gratiæ opera & dona variantur: inique ſingulis illis generibus numerum diſimiles ſunt gradus & impares quantitates. Amb. de voc. gen. lib. 2. cap. 3.
d. Quæ eſt magna menſa, niſi vnde accipimus corpus Chriſti & ſanguinem? Aug. Ser. 1. de pluri. martyribus.
6. Cum ſederis.
7. Ne coniunctus ſis cum eo in catino.

uio vino.]Intellige quę ſunt proximi tui ex teipſo. [e] * Vtere quaſi homo frugi iis quæ tibi apponuntur: & [8] non cum manducas multum] odio habearis. [f] Ceſſa prior cauſa diſciplinæ, & [9] noli nimius eſſe,] ne fortè offendas. Et ſi in medio multorum ſederis,prior illis ne extendas manum tuam,⊱ nec prior poſcas bibere.] Quàm ſufficiens eſt homini erudito⊱ vinum ]exiguum, & in [10] dormiendo non laborabis ab illo,] ⊱& non ſenties dolorem.] [11] Vigilia & colera, & tortura viro infrunito,] ſomnus ſanitatis in [12] homine parco. Dormiet vſque]mane,& anima illius cum ipſo delectabitur. Et ſi coactus fueris in edendo multum,ſurge è medio,& vome,& [13] refrigerabit te, [f] & non adduces corpori tuo infirmitatem.] Audi me fili,& non ſpernas me,& in nouiſſimo inuenies verba mea. In omnibus operibus tuis eſto velox,& omnis infirmitas non occurret tibi. † Splendidum in panibus benedicent labia multorum, & teſtimonium veritatis illius fidele: in nequiſſimo pane murmurabit ciuitas, & teſtimonium nequitiæ illius verum eſt. [g] [14] Diligentes in vino noli prouocare:] multos enim exterminauit vinum. Ignis probat ferrum durum, ſic vinum corda ſuperborum arguet in ebrietate potatum. [15] Æqua vita hominibus vinum in ſobrietate,] ſi bibas illud [16] moderatè,eris ſobrius.]Quæ eſt vita quę minuitur vino?⊱Quid defraudat vitã?Mors.] Vinum in iucunditatem creatum eſt,[17] [g] non in ebrietatem ab initio.] Exultatio animæ & corporis vinum moderatè potatum.⊱Sanitas eſt animæ & corpori ſobrius potus. [h] ]Vinum multum potatum irritationem,iram,& ruinas multas facit.⊱Amaritudo animæ,vinum multum potatum.] Ebrietatis animoſitas,imprudentis offenſio,minorans virtutem,& faciens vulnera. In conuiuio vini non arguas proximum, & non deſpicias eum in iucunditate illius. Verba improperij non dicas illi,& non premas illum in repetendo.

[e. Quaſi ſobrietatem dilige,temperanter age, & nequid nimis, ne in ſcandalum cõtuſionis incidas. Conuenit ergo Chriſtiano ante omnia humilitatem diligere,in lectione ſcripturę cautum eſſe, rectam fidem tenere, modum in ſcientia ſeruare, & charitatis regulam,vt probatus ſit coram deo & hominibus. Gloſa ordinaria.]
*Et in amni verbo cogita.
8. Et ne nimis deuores,ne.
9. Ne ſis inſatiabilis.
10. Cubiculo ſuo nõ anhelat.
11. Labor, vigiliæ, & cholera,& dolor inteſtinorum cum homine inſatiabili.
12. Inteſtino moderato ſurrexit
13. Quieſces.
f. Plurimos itaque gula ſua occidit nullũ frugalitas. Innumeris vina nocuerunt, nulli parſimonia. Plerique inter epulas fudere animas, & menſas proprio repleuere ſanguine. Aliis eruditas vocem ſimul rapuit & ſenſum:& ſi aliquibus eruditas noxia non fuit,his ruinam fecit ebrietas: alios in crimen egit ebrietas, & ſi ipſa crimen nõ fit, alios ad egeſtatem redegit. Ambr. de Cain & Abel. lib. 1 cap. 5.
14. In vino ne viriliter agas.
15. Additamentum,vitæ vinum in hominibus.
16. In,menſurã.
17. Hominibus.
g. Nullus ſe inebrier, nullus in conuiuio cogat alium plus bibere,quàm oportet. Aug. de cõuerſa. catholi. rectitu.
[h. Quid lucidius dici potuit,ꝙ irritationem,iræ,& ruinas multas ex ebrietate naſci, amaritudinem animę inde generare,imprudentis animoſam offenſionem inde oriri, virtutum ſerie deſcendo minorari,& ſcelerum vulnera multiplicari? Rab. ibi.

[a] Rectorem te poſuerunt,noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Curam illorum habe,& ſic [1] conſidera,& omni cura tua explicata]recumbe,vt lateris propter illos,vt ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignationem conſequaris congregationis. Loquere maior natu,decet enim te. [2] Primum verbum diligenti ſcientiam, & non impedias muſicam. Vbi auditus non eſt, non effundas ſermonem: & importunè noli [2] extolli in ſapientia tua.]Gemmula carbunculi in ornamento auri, & [3] comparatio] muſicorum in conuiuio vini. [b] Sicut in [3] fabricatione auri ſignum eſt ſmaragdi, ſic [4] numerus muſicorum in iucundo & moderato vino.] ⊱Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.] Adoleſcens loquere [5] in tua cauſa,vix cum neceſſe fuerit.Si bis]interrogatus fueris,[6] habeat caput reſponſum tuum.In multis eſto quaſi inſcius,& audi tacens ſimul & quærens.]In medio magnatum loqui non præſumas, & vbi ſunt ſenes non multum loquaris. Ante [7] grandinem prębibit] coruſcatio, & ante verecundiam præibit gratia,⊱ & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.]& hora ſurgendi non te triſtet. [c] Pręcurre autem priori in domum tuam,& [8] illic auocare,] & illic lude, & age conceptiones tuas, & non in delictis & verbo ſuperbo. [b] Et ſuper his omnibus benedicito dominum qui fecit te,& inebriantem te ab omnibus bonis ſuis. Qui timet deum excipiet doctrinam eius,& qui vigilauerint ad illum inuenient benedictionem. Qui quærit legem replebitur ab ea,& qui inſidioſè agit,ſcandalizabitur in ea. Qui timent deum, inuenient iudicium iuſtum & iuſtitias quaſi lumen,accendant. Peccator homo deuitabit correptionem, & ſecundum voluntatem ſuam inueniet [9] comparationem.] [d] [c] Vir conſilij non diſperdet intelligentiam, alienus & ſuperbus non pertimeſcet timorem. Etiam poſtquã fecit cum eo ſine conſilio⊱ & ſuis inſectationibus arguetur.] Fili, ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis. In via ruina non eas,& non offendes in [10] lapides,nec credas te viæ laborioſæ, ne ponas animæ tuæ ſcandalum. [d] ]Et à filiis tuis caue,⊱& à domeſticis tuis attende.]In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ:hęc eſt enim

*Rectorum & ſubditorum diſcrimina quantum ad politiæ regimen & politicam conuerſationem.* XXXII.

a. Summa viuendi ars eſt culmẽ tenere, & gloriam facere. Magnum eſt enim dum in corde ſublimiũ regnat humilitas morum. Greg. in 36. cap Iob. ca. 24.
1. Sede, & omnem vſum tui fac, & approbatus.

2. Videri ſapiens.

3. Concentus.
4. Melodia muſicorum ſuperduce.

5. Si neceſſitas tui ſit, vix bis ſi.
6. In ſummam redige ſermonem, in paucis multa eſto quaſi ſciens & ſimul tacens.

7. Tonitruum feſtinat.

8. Ne defideas.
b. Hoc eſt, de actibus iſtis,tanq̃ quam de beneficiis ſuis deo gratias age: quoniã virtutes noſtræ & opera noſtra ſtudioſa,ſeu merita,dei ſint munera, iuxta illud Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Diony ibidem.
9. Conſonantiam.
c. Nunquam de nobiſipſis ſublime ſentiamus, etiam ſi omnib⁹ ſuperiores ſimus: neque patrũ conſilia contemnamus,etiam ſi viliores habeantur. Non enim qualitas perſonarum conſulentium,ſed natura conſilij in omnibus obſeruanda eſt. Chry. de ferendis reprehẽſionibus & cõuerſione Pauli,homil.
10. Lapidoſis. Ne confidas in eo ſine offendiculo.
d. Vt caueamur etiam à prauis actibus catholicorum,& pernertersis exemplis, quæ falſi fratres carnaler quique in eccleſia oſtendunt ad peccandum ſeduc amur. Rab

enim conseruatio mandatorum. Qui credit deo, attendit mandatis, & qui confidit in illo non minorabitur.

*Sapientis & fatui, iusti & iniusti discrimina, ac patris familias in suos domesticos œconomia.* XXXIII.

A [a]Imenti deum non occurrent mala, sed in tentatione deus illum [1]conseruabit, & liberabit à malis.] Sapiens non odit mandata ⟨– & iustitias,] [2] & non illidetur quasi in procella nauis.] Homo sensatus credit legi dei, & lex illi fidelis. [3] Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, & sic deprecatus exaudietur, & conseruabit disciplinam, & tunc respondebit.] † [b] Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. Equus emissarius [4] sicut] amicus subsannator, sub omni suprasedente hinnit. Quare dies diem superat, & [5] iterum lux lucem, & annus annum, & sol solem? ] A domini scientia separati sunt ⟨– [c] facto sole, & præceptum custodiente per dei sapientiam diuiduntur.] Et immutauit tempora, & dies festos ipsorum, ⟨– & in illis dies festos celebrauerunt ad horam,] ex ipsis exaltauit & magnificauit deus, & ex ipsis posuit in numerum dierum, & omnes homi-
B nes de solo, & ex terra vnde creatus est Adam. § In [d] multitudine disciplinæ [6] domini] separauit eos, & immutauit vias eorum. Ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex ipsis sanctificauit & ad se applicauit. Et ex ipsis maledixit & humiliauit, & [7] conuertit illos ad separationem ] ipsorum, [e] quasi lutum figuli in manu ipsius, ⟨– plasmare illud & disponere.] Omnes viæ eius secundum dispositionem eius. Sic homo in manu illius qui se fecit, & reddet illi secundum iudicium suum. Contra malum bonum stat, & contra mortem vita, * sic & contra virum iustum peccator: & sic intuere in omnia opera altissimi. Duo contra duo, & vnum contra vnum. Et ego nouissimus euigilaui,
C & quasi qui colligit acinos post vindemiatores. In benedictione dei & ipse speraui, & quasi qui vindemiat repleui torcular. † § Respicite quoniam non mihi soli laboraui, sed & omnibus exquirentibus disciplinam. [f] Audite me magnati, ⟨– & omnes populi,] & rectores Ecclesiæ auribus percipite: Filio, & mulieri, fratri, & amico, non des potestatem super te in vita tua, & non dederis alij possessionem tuam, ne forte pœniteat te, & deprecaris pro illis. Dum adhuc superes & aspiras, [8] non immutauit te omnis caro.] Melius est enim vt filij tui [9] te rogent,] quàm te respicere in manus filiorum tuorum. In omnibus operibus tuis præcellens esto. Ne dederis maculã in gloriam tuam. In die consummationis dierum vitę tuæ, & in tempore exitus tui distribue hæreditaD tem tuam. [10] Cibaria] & virga, & onus asino, [g] panis & disciplina, & opus seruo. §[11] † Operatur] in disciplina, & quærit requiescere: laxa manus illi, & quærit libertatem. Iugum & lorum curuant collum durum, ⟨– & seruum inclinant operationes assiduæ.] Seruo maliuolo tortura & compedes, mitte illum in operationem ne vaccet. Multam enim malitiam docuit otiositas. In opera constitue eum, sic enim condecet illum Quòd si non obaudierit, curua illum compedibus, [h] & non amplifices super omnem carnem. Verũ sine iudicio nihil facias ⟨– graue.] † Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua. ⟨– Quasi fratrem, sic eum tracta,] quoniam in sanguine animæ eum comparasti. * Si læseris illum iniustè, ⟨– in fugam conuertetur: ] & si extollens discesserit, ⟨– quem quæras, &] in qua via quæras illum, nescis.

[1a. Audiosos optimates varie excitandos prædicit, bonos verò nunquam destituendos. Sapientem dicit mandata & iustitias diligere, legi dei acquiescere, legem dei prædicare, &c. Contra ignem præcordia rotam carri dicit referre, hoc est, vanum dicere hominem & inconstantem. Lorychius ibidem.]

1. Eruet.

2. At qui simulat, in ea est quasi procella multorum.

3. Quasi interrogatio manifesta. Præpara verbũ, & sic audietur, indue disciplinã, & sic respõde.

[b. Agitur de inconstantia prælati, qui secundum dictum salutoris, Ioh. 10. videns lupum venientem dimittit oues, & fugit. Et hoc est quod dicitur: Præcordia fatui. i. intellectus & affectus mali prælati. De Lyra.]

4. Sic.

5. Omnis lux diei anni à sole.

6. Præcepit deus in lege dierum, mensium & annorum obseruãtiam secũdum solis & lunę cursum. Vnde sabbatum & neomenia phase, pentecoste, mensis septimus, & annus septimus, & quinquagesimus ritu suo celebrantur, vt intelligamus omnia à deo esse ordinata. Glo. ordin.

d. Immutauit vias eorũ vt iam tanquam mortales viuerẽt. Tũc facta est vna massa omnium venientes de traduce peccati, & pœna mortalitatis, quãuis deo formante & creante quæ bona sunt omnibus. Aug. ad Simpli. lib. 1. cap. 2.

6. Dominus.

7. Euertit illos à sedibus.

e. In potestate ergo sua habens conditor omnipotens massam humanæ naturæ vnũquodque vas secundum suã voluntatem fingit ac formar, nec est qui possit resistere voluntati eius. Nec tamen hunc quisquam iniustũ dicere debet: quia omnia iustè & secundum ordinem facit. Rabanus ibid.

*Sic contra peccatorem pius.

[f. Ad literam patres docet vt filios regant, & cũ disciplina nutriant, donec veniant ad ætatem perfectam, vt digni hæredes patrum suorum possint esse. Spiritualiter verò instruit rectores ecclesiæ, vt dignitatem suam vsque ad finem teneant & discipulos suos bene nutritos hæredes sui laboris relinquant. Tenere debent rectores exterius quod pro aliorum vtilitate suscipiũt. Glosa ordinaria.]

8. Ne alienes teipsũ omni caruã.

9. Indigeant.

10. Pabula fœni.

g. Quàm raro difficile est inuenire seruos fideles & prudentes dominus testatur in euangelio, dicens: Quis enim seruus fidelis & prudens, quem constituit dominus, &c. Chry. in 24. cap. Matth.

11. Operare.

[h. Id est, non des ei potestatem super aliquem hominem: quia non debet præesse, sed subesse. Et hoc est contra aliquos principes Christianos, qui Iudæos faciunt balliuos & præpositos super Christianos: cum tamen inter Christianos debeant esse serui. De Lyra.]

* Si est tibi seruus, tracta eum vt fratrem, quoniam tanquam anima tua indigebis eo.

*Diuinis est reuelationibus ad scripturarum intelligentiam insistendum, ac vanis insomniis resistendum.* XXXIIII.

A [a]Vana spes & mendacium insensato viro, & somnia extollunt imprudentes. Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum, sic & qui attendit ad [1] visa mendacia,] secundum hæc visio somniorum. Ante faciem hominis similitudo alterius hominis. Ab immundo quod mundabitur? Et à mendace quid verum dicetur? [2] Diuinatio erroris, & auguria mendacia, & somnia male facientium vanitas est.] Et sicut parturientis cor tuum phantasias patitur, nisi ab

a. Quoniam in contemplatione sacræ scripturæ multæ possunt phantasticæ occurrere apprehensiones, ideo docet à talibus cauere, scripturæ inhærendo tanquam reuelatæ. Ideo inquirendi sunt in illa prudériores. Dionysius ibid.

1. Somnia.

2. Vaticinium, & auguria, & insomnia vana sunt.

[b. Visitatio diuinæ consolationis, & repressionis talium, ideo concluditur: Ne dederis in illis cor tuum. De Lyra ibid.]
3. Et dederit in illa.
4. Ori fidei consummatio.
5. Qui vagatur est nouit.

6. Deceptus est, multiplicat a stultiam.

7. In deceptione mea, & fictiones verborum meorum intellectus meus.
8. Viuet.
c. Qui deũ filiali timore timet, nulla aduersa mundano timore vel humano timebit. Vnde Christus Mat. 10. Nolite timere eos qui corpus occidũt, animam autem non possunt occidere. Diony. ibidem.
[d. Cùm ait timentis deum beatam esse animam, tollitur quasi nescius ad quem ipsa anima respiciat, & quis sit fortitudo eius interrogat, cui tamẽ interrogationi ipse statim respõdet. Quæ figura Græcè ετοτημια dicitur, quando interroganti sit apta responsio. Rabanus ibidem.]
9. Ridicula.
10. In beneplacitum donaria.
e. Sacrificia impiorum eis ipsis obcrũt qui offerũt impiè. Aug. cõtra epist. Parmenia. lib. 2. c. 6. f. Quanta ira hoc aspiciatur sacrificium ostenditur, quod orbati patris dolori comparatur. Grego. Pastora. 3. parte. Admoni. 10. 22.
[g. Licet enim deus sit pater omnium per creationẽ, tamen specialis modo est pater pauperum per hæreditatis æternæ promissionem. Matt. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. De Lyra.]
h. Baptizatur à mortuo & iterũ tangit mortuum qui prauã opera quæ se meminit egisse deplorat, sed in eisdem se iterum post lachrymas implicat. Grego. in registro lib. 12. Epist. 38.
*Vadens &.

[b altissimo fuerit emissa visitatio.[3] Ne dederis in illis] cor tuum. Multos enim errare fecerunt somnia: & exciderunt sperantes in illis. Sine mendacio consummabitur verbum legis, & sapientia[4] in ore fidelis complanabitur.] ⊱ [g] Qui non est tentatus, quid scit?] Vir[5] in multis expertus cogitabit] multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Qui non est expertus, pauca recognoscit, qui autem[6] in multis fatuus est, multiplicauit malitiam. ⊱ Qui tentatus non est, qualia scit?] Qui implantatus est, abundabit nequitia. Multa vidi[7] enarrando, & plurimas verborum consuetudines.] Aliquoties vsque ad mortem periclitatus sum horum causa, & liberatus sum gratia dei. Spiritus timentium deum[8] quæritur:] & in respectu illius benedicetur. Spes enim illorum in saluantem illos ⊱ & oculi dei in diligentes se.] [c] Qui timet dominum nihil trepidabit, & non pauebit, quoniam ipse est spes eius. [d] [g] Timentis dominum beata est anima eius, ad quem respicit, & qui est fortitudo eius. [†] Oculi domini super timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & vmbraculum meridiani, deprecatio offensionis, & adiutorium casus, exaltans animam & illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam, & benedictionem. [†] Immolantis ex iniquo oblatio est[9] maculata,] & non[10] sunt beneplacitæ subsannationes] iniustorum. ⊱ Dominus solus sustinentibus se in via veritatis & iustitiæ. [† c] Dona iniquorum non probat altissimus, ⊱ nec respicit in oblationes iniquorum,] nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. [f] Qui offert sacrificium ex substantia pauperũ, [g] quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. [f] Panis egentium vita pauperis est, qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in fudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. Vnus ædificans, & vnus destruens, quid prodest illis nisi labor? Vnus orans, & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet deus? [h] [†] Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuũ, quid proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterum * eadem faciens, ⊱ quid proficit humiliando se?] Orationem illius quis exaudiet?

*Nihil à sacrificio domini minuendum, & quibus præcipuè sacrificiis est domino seruiendum.* XXXV.

1. Oblationes.
2. Non nobis blandiri debemus in factis iniquorum, si in prohibitorum trãsgressione peccamus. Hiero. de scientia diuinæ legis.

[b. Vtrunque scilicet gratum deo, & quod in altari in cõmemoratione Iesu Christi offertur & quod per charitatẽ proximo tribuitur. Glosa ordina. ibid.]
c. Ideo oblatio iusti fidei impinguat altare, quia ex veræ charitatis affectu deuotionis: & ideo in cõspectu dei suauis est odor: quia misericordiæ & veritatis in ea retragrat ardor. Sacrificiũ iusti est deo acceptum, quoniã bonorum operum eius munus est deo gratissimum. Vnde & memoriam eius non obliuiscetur dominus: quoniam in memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Rabanus ibid.
2. Oculo.
3. Minuere ex dono.

[Qvi conseruat verbum, multiplicat[1] oratione.] [2] Sacrificium saluare est, [a] attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate, & propitiatione litare sacrificiis super iniustitias, & deprecatio pro peccatis, recedere ab iniustitia. [b] Retribuet gratiam qui offert similaginẽ, & qui facit misericordiam offert sacrificium. Beneplacitũ est domino recedere ab iniquitate, & deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia. [†] Non apparebis ante conspectum domini vacuus. Hæc enim omnia præter mandata dei fiunt. [f] [c] Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu altissimi. Sacrificium iusti acceptũ est, & memoriam eius non obliuiscetur dominus. Bono[2] animo] gloriam redde deo, & ne minuas primitias manuum tuarum. [†] In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. [†] Da altissimo secundum donatum eius, & in bono oculo ad inuentionem facito manuum tuarum, quoniam dominus retribuens est, & septies tanto reddet tibi. [d] Noli[3] offerre munera praua:] non enim suscipiet ⊱ illa.] Et noli inspicere sacrificium iniustum, quoniam dominus est iudex, & non est apud illum gloria personæ. [†] [g] Non accipiet dominus personam in pauperem, & deprecationem læsi exaudiet. [e] Non despiciet preces pupilli, nec viduam si effundat loquelam ⊱ gemitus.] Nónne lachrymę viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? ⊱ A maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum, & dominus exauditor non delectabitur in illis.] Qui adorat deum in oblectatione, suscipietur, & deprecatio illius vsque ad nubes propinquabit. [g] Oratio humilitatis se nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet donec altissimus aspiciat. ⊱ Et dominus non elongabit, sed] iudicabit iustos, & faciet iudi-

d. Hodie nemo rogat vnde detur, sed quãtum. Quo plus quis dat, tãto illi magis acclamatur. Hic omnia pollentur eraméta, sed neque tot dona nostratib⁹ sufficiunt, etiam cõtuum negociationi ſt ademur Iarich. ibid.
e. Deus enim vnicuique subuenit secundum conditionem necessitatis, multominus autem autor naturæ. Lyra ibidem.

iudicium,* & fortissimus non habebit in illis patientiam, f vt contribulet dorsum ipsorum, ]& gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborũ, & sceptra iniquorum contribulet, donec reddat hominibus secundum actus suos, & 6 secundum opera Adæ, & secundum præsumptionem illius,]donec iudicet iudicium plebis suæ,& oblectabit iustos misericordia sua.

*Et dominus non tardabit.
5. Quousque conterat lumbos crudelium.
6. Opera manuum hominum secundum cogitationes eius.

*Deus est orandus contra impietatem alienorum atque ab eo petenda est misericordia filiorum.* XXXVI.

A Specios misericordia dei in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis.[a] Miserere nostri deus omnium,& respice ⊱nos,& ostende nobis lucem miserationum tuarum,]& immitte timorem tuum super gentes quę non exquisierunt te,⊱vt cognoscant,quia non est deus nisi tu,vt enarrent magnalia tua.] Alleua manum tuam super gentes alienas,vt videãt potentiam tuam.[b] Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis,sic in conspectu nostro magnificaberis in eis, vt cognoscant te sicut & nos cognouimus: quia
B non est deus præter te domine.[c] Innoua signa, & immuta mirabilia. ♯ Glorifica manum,& brachium dextrum.* Excita furorem, & offende iram. Extolle aduersarium, & afflige inimicum. Festina tempus,& memento [1] finis:] vt enarrent mirabilia tua. In ira flammæ deuoretur qui saluatur, & qui pessimant plebem tuam, inueniant perditionem. Contere [2] caput principum,& inimicorum,] dicentium: non est alius præter nos. Congrega omnes tribus Iacob,⊱& cognoscant,quia non est deus nisi tu,vt enarrent magnalia tua,]& hæreditabis eos sicut ab initio. Miserere plebi tuæ super quam inuocatum est nomen tuum, & Israel quem [3] coæquasti primogenito tuo, ] Miserere
C ciuitati sanctificationis tuæ Ierusalem, ciuitati requiei tuæ. ♯ Reple Sion inenarrabilibus virtutibus tuis,& gloria tua populũ tuum. Da testimonium,quia ab initio creaturę tuę sunt,[d] & fuscita [4] precationes quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores.] Da mercedem domine sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur,& exaudi orationes seruorum tuorum.† [e] Secundum benedictionem Aaron da populo tuo, ⊱& dirige nos in viam iustitiæ:]vt sciant omnes qui habitant terram, quia tu es deus conspector seculorum. Omnem escam manducabit venter, & est cibus cibo melior. Fauces contingunt cibum,]& cor insensatum verba mendacia. Cor prauum dabit tri
D stitiam, & homo peritus resistet illi. ♯ Omnem masculum excipiet mulier, & est filia melior filia. Species mulieris exhilarat faciem ⊱viri sui,] & super omnem concupiscentiam hominis superducet desiderium. Si est lingua [5] curationis,& mitigationis, & misericordiæ,] non est vir illius secundum filios hominum. Qui possidet mulierem ⊱bonam,] incohat possessionem: adiutorium secundum illum est,& columna,vt requies. Vbi non est spes, diripietur possessio,& vbi non est mulier, ingemescit [6] egens. Cui credit qui non habet nidum? Et deflectens vbicunque obscurauerit,quasi succinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem.]

a. Hic fides gentium futura prędicitur isto modo: Miserere nostri,&c. Hãc sub obtendi & precandi specie prophetiam per Iesum Christum videmus impletam: sed aduertit contradictores non tanta autoritate proferuntur quæ scripta non sunt in canone Iudæorum. Aug. de ciuit. lib. 17. cap. 20.
b. Nos ab idololatria reducens ad cultum tuũ per flagella. Nã ante captiuitatem Babylonicã Iudæi fuerunt multum idololatriæ dediti, vt patet 4. Reg. & 2. Prou. sed postea nõ fuerunt idololatræ nisi pauci, vt patet libro Machab. De Lyra ibid.]
c. Innoua dic signa, immuta mirabilia: nam priora quidẽ ipsa consuetudine viluerunt. Planè enim solis ortus & occasus, terræ fœcunditas, temporum vicissitudo, miracula sunt, & magna miracula, sed toties hæc vidimus vt non sit qui attendat. Innoua ergo signa, & immuta mirabilia. Ecce ait: ecce noua facio omnia. O noua miracula. Cœperus fuit sine pudore, partus sine dolore. Mutata est in virgine nostra maledictio Heuæ. Bernard. in vigilia natalis, homil. 4.
* Vt enarrent mirabilia tua.
1. Iræ.
2. Capita principum gentium.
3. Nominasti primogenitũ tuũ.
d. Omnes prophetæ incarnationi Christi dant testimonium, q deus homo factus ecclesiam sibi desponsatet. Glosa uide ibi.]
4. Prophetas in nomine tuo.
e. Quæ est enim benedictio Aaron, nisi ordo & ritus sacerdotii, quem dominus dedit populo suo, quando adunauit eum Christo vnigenito filio suo? ipse enim est sacerdos verus, qui semetipsum obtulit hostiam patri pro nobis, & corporis & sanguinis sacramenta nobis tradidit, de quo scriptum est: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedech. Qui nos fecit regnum & sacerdot. Rabanus ibidem.
5. Misericordia, mansuetudo & sanitas.
6. Peregrinans. Quis enim confidet expedito latroni erranti de ciuitate in ciuitatem? sic homini non habenti mansuetudinem, & hospitanti vbicunque aduesperascit.

*Amicus & consiliarius discretè sunt eligendi, verbosus autem & sophista vitandi.* XXXVII.

A [a] Omnis amicus dicet:& ego amicitiã copulaui,sed & est amicus solo nomine amicus. Nónne tristitia inest vsque ad mortem? Sodalis autem & amicus, ad inimicitiam conuertentur. O præsumptio nequissima, vnde creata es cooperire aridam malitia,& dolositate illius? Sodalis amico coniucundabitur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduersarius erit. Sodalis amico condolet causa ventris,& contra hostem accipiet scutum. [b] Non obliuiscaris amici tui in animo tuo,& non immemor sis illius in [1] operibus]tuis. Noli consiliari cum socero tuo,& à zelantibus te absconde consilium. Omnis consiliarius prodit cõsilium, sed est consiliarius in semetipso. A consiliario serua animam tuam. Prius scito quę sit
B illius necessitas,[2] & quid ipse in animo suo cogitabit. ♯ Ne forte mittat sudem in ter-

a. Omnis amicus tam verus, q fictus amicitiæ initium sibi attribuit: sed verus in facto, fictus in verbo cognoscetur. Vera enim amicitia durat vsque ad mortẽ, ficta verò ad tempus: quia nulla grauior pestis, quàm familiaris inimicus. Lyranus ibidem.
b. Non enim verus amicus discordat animo & opere, sed sicũ diligit mente, ita fratri profectuosus erit & operatiõe. Quod & Ioannes Apostolus in epistola sua docet, dicens: Filioli mei non diligamus verbo & lingua sed opere & veritate. Raba. ibi.]
1. Diuitiis.
2. Ereunim ipse sibi consulit, ne forte iaciat in te sortem.

ram ]& dicat tibi bona est via tua,& stet è contrario videre quid tibi eueniat.[c] Cum viro irreligioso tracta de sanctitate,& cum iniusto de iustitia,& cũ muliere de[1] iis que æmulatur.] Cum timido de bello, cum negotiatore de[4] traiectione. ] Cum emptore de venditione, cum viro liuido de gratiis agendis. Cum impio de pietate, cum inhoneſto de honeſtate.Cum [5] operario agrario ]de omni opere, cum operario annuali de consummatione anni,cum seruo pigro,de multa operatione.Non attendas his in omni consilio.[d] Sed cum viro sancto assiduus esto, quemcunque cognoueris obseruantem timorem dei, cuius anima est secundum animam tuam.[6] Quicunque titubauerit in tenebris non ]cõdolebit tibi,& cor boni consilij statue tecum.[e] Nõ est enim tibi aliud plus illo.[e] Anima viri sancti enuntiat aliquando[7] vera ] quàm septem circunspectores sedentes in excelso ad speculandum. Et in his omnibus deprecare altissimum, vt dirigat in veritate viam tuam.[8] Ante omnia opera verbum verax præcedat te,] & ante omnem actum consilium ⊱ stabile.][9] Verbum nequam immutabit cor,ex quo] partes quatuor oriuntur,bonum & malum,vita & mors,& dominatrix illorum est assidua lingua. Vir peritus multos erudiuit, & animæ suæ[10] suauis ]est.[f] Qui sophisticè loquitur,odibilis est, in omni re defraudabitur. Non est enim illi data à domino gratia, omni enim sapienti defraudatus est. Est sapiens animæ suæ ⊱ sapiens,] & fructus [11] sensus illius laudabilis. Vir sapiens plebem suam erudit, & fructus sensus illius fideles sunt ][g] Vir sapiens implebitur benedictionibus,& videntes illum[12] laudabunt.]Vita viri in numero dierum,dies autem Israel innumerabiles sunt. Sapiẽs in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum.[8]Fili in vita tua tenta animam tuam,& [13] si fuerit nequam,non des illi potestatem.]† Non enim omnia omnibus expediunt, & non omni animæ omne genus placet.[14] Noli auidus esse in omni epulatione,]& non te effundas super omnem escam.In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsque ad choleram. Propter [15] crapulam ]multiobierunt,qui autem abstinens est,adiiciet vitam.

1e. Agitur de consilio malorum per ignorãtiam, & aliquas alias causas,dicens. Cum viro irreligioso &c. ironicè loquitur : & est sensus per contrariũ,q. d.male consulat tibi. Simile subdit, & cum iniusto de iustitia,similis est locutio,vt patet in sequẽtibus. De Lyra ibidem.]
1. Pellice eius.
4. Commutatione.
5. Pigro.
d. Hoc est, frequenter illi te adiunge,& eius cõsiliis atque exẽplis innitere. Quia cum sancto sanctus eris,& cum peruerso peruerteris. Diony. ibid.
6. Et si offenderis.
[e. Ostensa adiungit quantum humanæ sapientiæ sanctorum excellat sapientia & scientia à spiritu sancto infusa. Glosa ordina. ibidem.]
7. Amplius.
8. Initium omnis operis verbũ.
9. Vestigium mutationis gaudij vultus.
10. Inutilis.
f. Genus captiosorum conclusionũ scriptura hic detestatur. Quanquam etiam sermo nõ captiosus, sed tamen abundãtius quàm decet, verborũ ornamenta consectans sophisticus dicitur. Aug. de doct. Christia. lib. 2 cap 31.
11. Intellectus illius laudabiles.
12 Beatum dicent illum.
[g. Diligenter attende quo magis anima tua feratur, vt possis affectibus tuis mederi. Noli auidus esse in omni epulatione,iuxta literam patrimoniam laudat, respondet capitis exordio, ne quidquis statim intra iudicium, iuxta appetitum siue iuxta famam deuoremus. Mystice monet ne statim omni spiritui credamus. Lorychius ibidem.]
13. Vide quid malum illi,& non.
14. Ne sis insatiabilis in omnibus delitiis.
15. Insatiabilitatem.

*Tam spirituales quàm corporales medici sunt honorandi, sed sanitas à domino per orationem & confessionem est expectanda.* XXXVIII.

[1] Onora medicum,[1] propter necessitatem: ] etenim illum creauit altissimus.[a] A deo est enim omnis medela, & à rege accipiet[2] donationem. ]Disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatum[3] collaudabitur.]Altissimus creauit de terra[4] medicinam, & vir prudens non[1] abhorrebit illam.[a]† Nónne à ligno indulcata est aqua ⊱ amara?][6] Ad agnitionem hominum virtus illorum,] & dedit hominibus scientiam altissimus,[7] honorari ]in mirabilibus suis. In his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, ⊱ & vnctiones cõficiet sanitatis,] & non consummabuntur opera eius. Pax enim dei super faciem terræ.[b]Fili, in tua infirmitate non despicias teipsum, sed ora dominum & ipse curabit te. Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. Da suauitatem & memoriam similaginis, & impingua oblationem,* & da locum medico.[c] Etenim illum dominus creauit, & non discedat à te, quia opera eius sunt necessaria. Est enim tempus quando in manus illorum incurras, ipsi verò dominum deprecabuntur,vt dirigat requiem eorum,& sanitatem propter cõseruationem illorum.† Qui delinquit in conspectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici.* Fili,in mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare,& secũdum iudicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius.[8] Propter delaturam autem amarè fer luctum illius vno die, & consolare propter tristitiam, & fac luctum secundum meritum eius vno die vel duobus, propter detractionem.† A tristitia enim festinat mors, ⊱ & cooperuit virtutem,]& tristitia cordis flectit ceruicem.In abductione permanet tristitia, &[9] substantia inopis secundum cor eius.]Non dederis in tristitia cor tuum,sed repelle eam à te,[c] & memento nouissimorum,& noli obliuisci.[d] Neque enim est[10] conuersio,] & huic nihil proderis, & teipsum pessimabis.[c]

1. Ad necessitates honoribus eius.
2. Gloriam.
3. In admiratione erit.
4. Medicinalis
5. Grauabitur illis.
[a. Antiquam tangit historiam, quam deserto Sur filij Israel inuenerunt aquam amaram : Sed deus ostẽdit Moysi lignũ quod immissum aquam indulcauit. Glosa ordi. ibidem.]
6. Ad cognoscendum virtutem eius ab homine.
7. Vt glorificetur.
b. Febricitantibus medicos conuocamus, cubiculũ certum tribuimus, & medicinæ legibus parere impellimus : quas si negligunt, & irascimur, & custodes apponimus,qui eos medicorum præceptis viuere cogant. Quòd si magni pretij medicina fuerit,libenter impensum subimus,& medicis ipsis non paruã mercedem deponimus. Quãdo verò ægrotamus, semper nimis saltẽ anima ægrotamus, ne medicum quidem occurrere volumus,nullas pecunias impendere, nihil penitus prouidere,sic anima laborante sitimus. Chry. in 23 cap. Matt homil. 75.
* Quasi non existens.
8. Acerbum fac fletum & aegrande planctum & fac luctum secundum dignitatẽ eius,diem vnum & duo, gratia detractionis,& consolare tristitiæ causa.
9. Vita pauperis maledictio cordis.
c Id est, mortis tux,& omnium aliorũ,à quæ nullus reuertitur ad vitam præsentem. De Lyra. ibidem.]
10. Reditus.

Memor esto iudicij mei,sic enim erit & tuum. Mihi heri,& tibi hodie.In requie mortui requiescere fac memoriam eius,& consolare [11]illum]in exitu spiritus sui, [d]sapientiam scribe in tempore vacuitatis,& qui minoratur actu [12] sapientiam percipiet, quia sapientia replebitur.]Qui tenet aratrũ,&qui gloriatur in iaculo,stimulo boues agitat, & [13] conuersatur] in operibus eorum, & narratio eius in filiis thaurorũ. Cor suum dabit ad versandos sulcos,& vigilia eius in sagina vaccarum.Sic omnis faber & architectus qui noctem tanquam diem transigit,qui sculpit signacula sculptilia,& assiduitas eius variat picturam.Cor suum dabit in similitudinem picturæ, & vigilia sua perficit opus. Sic faber ferrarius sedens iuxta incũdem, & considerans opus ferri. Vapor ignis
D vrit carnes eius, & in calore fornacis concertatur.ℱVox mallei * innouat aurem eius, & contra similitudinem vasis oculus eius.Cor suum dabit in consummationem operum,& vigilia sua ornabit imperfectionem.[e]Sic figulus sedens ad opus suum,cõuertens pedibus suis rotam,quia in solicitudine positus est semper propter opus suum,& innumera est omnis operatio eius.In brachio suo formabit lutum, & ante pedes suos curuabit virtutem suam.Cor suum dabit vt [14] consummet]linitionem, & vigilia sua mundabit fornacem. Omnes hi in manibus suis sperauerunt, & vnusquisque in arte sua sapiens est. Sine his omnibus non [15] non ædificatur] ciuitas, & non inhabitabunt, nec inambulabunt,* & in Ecclesiã non transilient.Super sellam iudicis non sedebunt, & testamentum iudicij non intelligent,neque palàm facient iudicium & disciplinam, & in parabolis non inuenientur,[f]sed[16] creaturam æui]confirmabunt:& deprecatio illorum in operatione artis: accommodantes animas suas, & conquirentes in lege altissimi.

11.Te in illo.
d. Ergo sapientiæ otia negotia sunt: & quo otiosior sapientia, eo exercitatior in genere suo. In regione vitius exercitata clatior est,eóque probatior, quo officiosior.Et si quis sapientiam virtutis amorem definierit,non à vero deuiare videbitur. Vbi autẽ amor est, labor non est, sed sapor. Et fortè à sapore sapientia denominatur: quòd virtuti accedens quoddam veluti condimentum sapidam reddat quæ per se insulsa & aspera quodam modo videbatur. Bernard.super Cantic.Serm.85.
12.Non erit sapiens, in quo erit sapiens.
13.Nutritur.
*Et intrudit.
[e.Et quid per figulũ hunc, nisi ipsi de quibus supra dictum est, sancti prædicatores demonstrãtur? ipsi enim per diuersa officia gradus sui ministerium dignè agunt,& doctrinam suam secũdum qualitatem auditorum tẽperant: quia aliter admonendi sunt sapientes, aliter insipientes, aliter senes;aliter viri,aliter fœminæ.Rabanus ibidem.]
14.Consumat.
15.Habitatur.
*In consilio populi non requirentur.
[f. Nõ accipitur hic eũ propriè prout est mentura esse incorruptibilium, quæ ad sui conseruationem non indigent artibus prælictis,sed accipitur pro statu hominis, quæ cõseruatur per opera artium prædictarum,quæ necessaria sunt ad conseruationẽ humanæ vitæ. De Lyra ibi.]
16.Pulsationem secula.

*Sapiens in bonis proficere non cessat,malis autem omnia in malum cooperantur.* XXXIX.

A [a]Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens,& in prophetis vacabit.Narrationem virorum nominatorum conseruabit,& in versutias parabolarum simul introibit.Occulta prouerbiorum exquiret, & in absco-ditis parabolarum conseruabitur.In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu præsidis apparebit,& in terram alienigenarum gentium pertransiet.Bona enim & mala in omnibus tentabit. Cor suum tradet * ad vigilandum diluculo ad dominum siui fecit illum,& in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione,& pro delictis suis deprecabitur.[b]Si enim dominus magnus voluerit,spiritu intelligentiæ replebit illum,& ipse[1]tanquam imbres mittet]eloquia sapientiæ suæ: & in oratione confitebitur domino. Et ipse diriget consilium eius & disciplinam, & in absconditis suis [2] consiliabitur.]Ipse palàm faciet disciplinam doctrinæ suæ: & in le-
B ge testamenti domini gloriabitur.ℱCollaudabunt multi sapientiam eius, & vsque in seculum non delebitur.Non recedet memoria eius,& nomen eius requiretur à gene-
†Infra.44.c ratione in generationem.† Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enuntiabit Ecclesia.Si permanserit nomen eius derelinquet plus quàm mille, & si requieuerit,proderit illi. Adhuc consiliabor vt enarrem:[3] vt furore enim]repletus sum.ℱIn voce dicit:]Obaudite me[4] diuini fructus,][c] quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate.ℱQuasi Libanus odorem suauitatis habete.]Florete flores quasi lilium, & date odorem,ℱ& frondete in gratiam,]& collaudate canticum,& benedicite dominum in operibus suis.ℱdate nomini eius magnificentiam, & confitemini illi in voce labiorum vestrorum,&] & in canticis labiorum & citharis,& sic dicetis in con-
†Gene.2.d fessione.†Opera domini vniuersa bona valdè.*In verbo enim eius stetit aqua sicut cõ-
C geries, & in sermone oris illius sicut exceptoria aquarum: quoniam in præcepto ipsius [d]placor fit,& non est minoratio in salute ipsius.ℱOpera omnis carnis coram illo, & non est quicquam absconditum ab oculis eius. A seculo vsque in seculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius.[e] Non est dicere:quid est hoc,ℱaut quid est illud,]omnia enim [5] in tempore suo quærentur.] Benedictio illius quasi fluuius inun-
Gene.9.d dabit,& † quomodo cataclysmus aridam inebriauit, sic [6] ira ipsius gentes quæ non

a.Philosophia est rerum diuinarum pariter & humanarũ scientia.Nouit igitur & quæ sunt humana, & quæ sunt diuina.Habes oracula dei. Nemo te docebit,quemadmodum illa. Audire obsecro seculares omnes.Cõparate vobis biblia,animę pharmaca. Si nihil aliud vultis, vel nouum testamẽtum acquirite. Apostolorum Acta, Euangelia, continuos ac seculos doctores. Si acciderit mœstitia, huc veluti ad apothecam pharmacorum accumbite.Chry.in 3.c.epist.ad Colloss. homil.9.
*Ad dominum.
b. Dat dominus fideli suo oratori & diligenti cœlestis sapientiæ exquisitori spiritum intelligentiæ, vt sciat quando, & vbi, & quomodo diuina eloquia proferre debeat.Ipseque diriget propositum bonæ voluntatis,& disciplinam rectæ conuersationis eius,& interna inspiratione illã consolatur ac roborat: vt diuinorum testamentorum præcepta inter aduersa mundi fiduciaIiter prædicare valeat. Rabanus ibidem.
1.Distillabit.
2.Cogitabit.
3.Quoniã sicut luna semiplena.
4.Sancti.
[c. Quasi rosa quæ est pulchra & munda, sic vita contemplatiua purior & pulchrior est quàm vita actiua. Ideo signata est per Rachel quæ erat decora facie,& venusto aspectu. Actiua verò per Lyram, quæ erat lippis oculis. Gene.29 De Lyra ibidem.]
* Et omne præceptum in tẽpore suo erit. Non est dicere,Quid est hoc? Omnia enim hæc in tẽpore suo quærentur.
d. Complacentia siue placet.
[e. Prohibet nosse curiosos,& perscrutari quę scire non cõuenit. Omnia enim in tẽpore suo manifestabũtur cum illuminabit dominus abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Glosa ordi.ibid.]
5.Ad vsum eorum erecta sunt.

6. Iram eius gentes hæreditabunt.

exquisierunt eum.hæreditabit.]† Quomodo conuertit aquas[7] in siccitatem,]⊱& siccata est terra,]& viæ illius[8] viis illorum] directæ sunt,sic peccatoribus offensiones ⊱in ira eius.[f]] Bona bonis creata sunt ab initio,sic nequissimis ⊱ bona & ]mala.† Initium necessariæ rei vitæ hominum,aqua,ignis,& ferrum,sal,lac, & panis similagineus & mel,& [9] botrus]vuæ,& oleum,& vestimentum. Hæc omnia sanctis in bona,sic & impiis, & peccatoribus in mala conuertentur.[g] [5]Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua. Et in tempore consummationis effundent virtutem,& furorem eius qui fecit illos,confundent.†Ignis,[10] grando,] fames,& mors:omnia hæc ad vindictam creata sunt.Bestiarum dentes, & scorpij, & serpentes, & romphæa vindicans in exterminium impios.[11] In mandatis eius epulabuntur, & super terram in necessitate præparabuntur, & in temporibus suis non præterient verbum. Propterea ab initio confirmatus sum,⊱ & consiliatus sum,]& cogitaui,& scripta dimisi.† Omnia opera domini bona,&[12] omne opus hora sua,]submnistrabit.Non est dicere: hoc illo nequius est. Omnia enim in tempore suo comprobabuntur.Et nunc in omni corde & ore collaudate,& benedicite nomen domini.

*Miseriæ hominis ex peccato originali sequentes, & iustorum à dei timore benedictiones.* XL.

Occupatio magna creata est omnibus hominibus,[a] & iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsque ad diem sepulturæ] in matrem omnium. Cogitationes eorum & timores cordis, adinuentiones expectationis, & dies finitionis à prædente super sedem gloriosam,vsque ad humiliatum in terram & cinerem,ab eo qui vtitur hyacintho,& portat coronam,vsque ad eum qui operitur ligno crudo,furor,zelus,tumultus,fluctuatio,& timor mortis,[2]iracūdia perseuerans,]& contentio,[b] & in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam eius.Modicum autem tanquam nihil in requie,& ab eo in somnis quasi in die respectus.[g] Conturbatus est in visu cordis sui,tanquam qui euaserit in die belli.In tempore salutis suæ exurrexit, & admirans ad nullum timorem cum omni carne ab homine vsque ad pecus, & super peccatores septuplum. † Ad hæc mors,sanguis, contentio, & romphæa, oppressiones,fames,& contritio,& flagella. Super iniquos creata sunt hæc omnia,& † propter illos factus est cataclysmus.† Omnia enim quæ de terra sunt,in terram cōuertentur:& † aquæ omnes in mare conuertentur.[c] Omne munus & iniquitas delebitur,& fides in seculum stabit. Substantiæ iniustorum sicut fluuius siccabuntur,& sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt.[g] In aperiendo manus suas lætabitur, sic præuaricatores in consummatione tabescent.[d] Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, & radices immundæ super [3] cacumen petræ sonant. ] super omnem aquam viriditas, & ad oram fluminis ante omnem fœnum euelletur.Gratia sicut paradisus in benedictionibus,& misericordia in seculo permanet. Vita sibi sufficientis operari condulcabitur,& in ea inuenies thesaurum.* Ædificatio ciuitatis confirmabit nomen, ⊱ super hanc mulier immaculata computabitur. ] Vinum & musica lætificant cor, & super vtraque dilectio sapientiæ. Tibiæ & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraque lingua suauis.Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus,& super hoc virides sationes. [g] Amicus & sodalis in tempore conuenientes,& super vtrosque mulier cum viro.Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & super eos misericordia liberabit.Aurum & argentum [4] constitutio pedum,]& super vtrunque consilium [5] beneplacitū.] Facultates & virtutes exaltant cor,& super hæc timor domini. Non est in timore domini minoratio,& non est in eo inquirere adiutorium. Timor domini sicut paradisus benedictionis, & super omnem gloriam operuerunt illum. [c] Fili [6] in tempore vitæ tuæ ne indigeas. ]Melius est enim mori quàm [7] indigere.] Vir respiciens in mensam alienam non est vita eius in cogitatione victus.[8] Alit] enim animam suam cibis alienis. Vir autem disciplinatus & eruditus custodiet se. In ore imprudentis conculcabitur [9] inopia,]& in ventre eius ignis ardebit.

Mor-

7.In fal ſuginem.

8.Sanctis.
[f. Quia bene vtuntur eis.Sic & nequissimus bona &mala.i.illa quæ sunt bona de natura sua talia sunt eis nociua, propter suū abusum:& quæ sunt illa subditur. Aqua ignis & ferrum sal, lac & panis &c.De Lyra.]
9.Sanguis.
g.Scilicet dæmones quos deus Prima & directa intētione creauit ad gloriam &salutem,& bonos condidit eos. Sed quia eorum ruinam & improbam voluntatem præscíuit,sic quasi cōcomitanter & secundaria intētione creauit eos ad vindictam, & ad hoc quòd sua iustitia in eorum iusta dānatione, & pœna relucear,& vt vindictam dei pro suis excessibus patiantur. Et item vt per eorum obsequiū impij homines torqueātur,qui seipsos sponte per peccata subiecerūt dæmonibus.Dion.ibid.
10.Et mare.
11 In ortu eius lætabuntur.
12.Omnē vsum in tēpore suo.

a. Quod est hoc graue iugū nisi peccatum, & quare dictum est iugum, nisi quia ex duobus Adam & Heua veniat, vel duorū premat & conterat collatio est, masculi & fœminæ, malorum videlicet atque impiorum:quia in vtroque sexu iugum est.Augu. contra Pelagia. Hypognosticon lib.5.
2.Reuersionis.

2.Et imitatio.
b. Tempus refectionis dicit tēpus remunerationis,quādo corpore condito in cubiculo sepulchri,anima lucis pœnalibus pro peccatis suis deputatur. Tunc somnus mortis immutat scientiam eius: quia longē aliter tūc sentit de actibus suis quàm ante in hac vita sentiebat:quia tūc ea manifestabuntur,quę prius fuerunt occulta, atque à malignis spiritibus ei in memoriam reducuntur,quę hic negligebātur,aut oblioni tradebantur. Rabanus ibidem.
fe. Pœna iniquorū in bonis tēporalibus cum dicitur: Omne munus datum pro subuersione iustitiæ.De Lyra ibidem.)
d.Quid est igitur quòd videm⁹ impios quotidie prosperare,fenescere,& sobole abundare per generationū successionesquam plurimas? iuxta illud Psal.143. Quorum filij sicut nouellæ plātationes:Filiæ eorum compositæ, promptuariæ eorū plenæ &c. Respondendum est, quòd sicut omnipotens iustus, pius & sapiens deus peccata regnorū sustinet ad tempus, quousque mēsuram iniquitatis suæ impleuerint. Vnde in Genesi ad Abraham: Nondum completæ sunt iniquitates Amorrhæorū, quia iniquitatis mensura completa mox puniuntur.Diony.ibid.
3.Præcipitem petram.
*Filij &.
4.Statuent pedem.
5.Approbatus.
c. Admonet nos sapiētia ne per otiositatem perdemus tempus nobis indultū,sed magis laborēmus rectè credendo, intentè legem dei meditando, atque bene operando, vt hic habeamus opus virtutum,& in futuro vitā æternam:Melius est enim à præsenti vita cito decedere, quàm hic diu inutiliter viuere: quia otiositas diuturnitatem temporis maiorem in tormentis habebit vindictam.Raba.ibid.
6.Vita mendicitatis ne viuas.
7.Mendicare.
8.Inquinabit.
9.Mendicitas.

*Mortis memoria quo pacto sit animo reuocanda, & ad illam digne suscipiendam quæ sint sequenda & quæ fugienda.* XLI.

A [a] Mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis, viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus: & adhuc valenti accipere cibum. O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui de omnibus cura est & [1]incredibili, qui perdit sapientiam.] Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi, hoc iudicium à domino omni carni, & [2]quæ superuenient tibi] in beneplacito altissimi, siue decem, siue centum, siue mille
B anni. [b] Non est enim in inferno accusatio vitæ. [§] Filij abominationum fiunt filij peccatorum, & qui conuersantur secus domos impiorum. Filiorum peccatorum periet hęreditas, & cum semine illorum [3]assiduitas opprobrij. De patre impio queruntur filij,] quoniam propter illũ sunt in opprobrio. Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legem domini altissimi. * Et si nati fueritis, in maledictione nascemini, & si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra. † Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur: sic impij à maledicto in perditionem. [c] Luctus hominum in corpore ipsorum, nomen autem impiorum * delebitur. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis
C permanebit tibi, quàm mille thesauri magni [4]& pretiosi.] [§] Bonæ vitæ numerus dierum, bonum autem nomen permanebit in æuum. Disciplinam in pace conseruate filij. † Sapientia enim abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? † Melior est homo qui abscondit stultitiam suam, quàm homo qui abscondit sapientiã suam. Veruntamen [5] reuertimini in iis quæ procedunt de] ore meo. Non est enim bonum omnem [6]irreuerentiã] obseruare, & non omnia omnibus bene placent in fide. Erube-
D scite à patre & à matre de fornicatione, & à præsidente, & à potente, de mendacio: [§] à principe & à iudice de delicto, à Synagoga & plebe de iniquitate, à socio & amico de iniustitia: de loco in quo habitas, de furto, de veritate dei & testamento, de discubitu in panibus, & [7] ab offuscatione] dati & accepti, à saluantibus de silentio, à respectu mulieris fornicariæ, & ab auersione vultus [8] cognati. Ne auertas faciem à proximo tuo, & ab auferendo partem & non restituendo. Ne respicias mulierem alieni viri, & ne scruteris ancilam eius,] neque steteris ad lectum eius. Caue ab amicis de sermonibus improperij, & cum dederis, ne improperes.

a. Cum tantam diuitiarum copiam præparatam in senectute habeatis, plurimæque vobis & delitiarum & gloriarum occasiones suppetant, irascimini, & indignè fertis quòd ætas non sufficiat vt eis frui valeatis, idcirco quoque mortem perhorrescitis, vosque miseriores consitemini. Chry. aduersus iuperatores monast. vitæ.
1. Non credenti, & ei qui perdit expectationem.
2. Quid recusas.

[b. Ostendit quod in loco pœnarum nõ sit confessio gloriæ, sed fletus dolentium animarũ. Vnde prophera ad ipsum Dominum ait, quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? Inferotũ ergo carcer malis deputatus est, vt ibi semper gemant, non bonis, vt ibi lauder canant. Rabanus ibid.]
3. Continue manet impropetriũ Patrem impium accusabunt filij.
*Si multiplicati fueritis in perditionem.
c. Itaque luctus hominum in corpore ipsorum, id est, homines boni & rationabiles in hac carne mortali lachrimarũmque valle deplangunt se & suos proximorum peccata. De quibus asserit veritas: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Nomen autem ipsorum delebitur. iuxta illud. Prouer. 10. Nomen impiorum putrescet. Et in Psal. 9. Perijt memoria eorum cum sonitu. Et item: Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Et rursus: Nomẽ eorum delesti in æternum & in seculum seculi. Dionis. ibid.
*Non bonum.
4. Auri.
5. Verebitur in.
6 Verecundiam.
7. A contemptu.
8. Viri nobilis. Ab ablatione partis & dationis, & ab animad uersione mulieris coniugatæ, à curiositate & ancilla.

*Secreta cælanda, personarum acceptio vitanda, filia custodienda, & mulierum consortia aspernenda.* XLII.

A [a] Ne duplices sermonem auditus de reuelatione sermonis absc̃oditi, & eris verè sine confusione, & inuenies gratiam in conspectu omniũ hominum. Ne pro his omnibus cõfundaris, † & ne accipias personam vt delinquas. De lege altissimi, & testamento, & de iudicio iustificare impium, de verbo sociorum & viatorum, & de datione hæreditatis amicorum, de æqualitate stateræ & ponderum, & acquisitione multorum & paucorum, de [1] corruptione emptionis & negotiatorum,] & de multa disciplina filiorum, & seruo pessimo latus sanB guinare super mulierem nequam, bonum est signum. [b §] Vbi manus multæ sunt, claude: & quodcunque trades numera & appende, datum vero & acceptum omne describe. De disciplina insensati & fatui, & de senioribus qui [2] iudicantur ab] adolescentibus, & eris eruditus [3] in omnibus, & probabilis] in conspectu omnium virorum. Filia patris abscondita est vigilia & solicitudo eius aufert somnum, * ne fortè
C [4] in adolescentia sua adultera efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat: ] ne quando polluatur in virginitate sua, & in paternis suis grauida inueniatur, ne fortè cũ viro commorata trãsgrediatur, [c] aut certè sterilis efficiatur. [d †] Super filiã [5] luxuriosam] confirma custodiam, quando faciat te in opprobrium [6 — venire] inimicis, à detraC ctione in ciuitate & abiectione plebis, & confundat te, in multitudine populi. [§] Omni

4 Leuit. 19. c Deut. 1. c. & 26. d Prouer. 24. c loco. 2. a

3 Sup. 26. b

a. Duplicat sermonem auditus ex reuelatione sermonis absc̃oditi, qui mystica verba diuinæ legis audet maculare sermone peruersi dogmatis: & simplicẽ fidei catholicæ veritatem in varium corrumpendo vertere errorem. Hoc quàm noxium sit scriptura manifestat, dicens: Abominatio dñi cogitationes malæ, & purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo. Rabanus ibidem.
1. Differente venditione mercatorum.
[b Admonet vbi diuersæ sunt voluntates spirituali lucro inhiantes caute esse dispensandũ. Alij tentãdi, alij discendi voto quærunt verbum: Sed non cum omnibus conueniunt. Glosa ordina. ibid.]
2. Litigant cum.
3. Vexax & approbatus.
*Et in iuuentute eius.
4. Abutatur flore ætatis, & cum quibus cohabitauerit ne forte odio habeatur.
[c. Propter nimiam frequentiã concubitus. Vnde & meretrices communes rarissimè impregnãtur. Ideo subdit. Super filiã luxuriosam De Lyra.]
[d. Quæ diligentem magistri quærit custodiam. Si enim dimittitur suæ voluntati doctorẽ confundit, & in multitudine populi erubescere facit. Glosa ordina.]
5. Inuerecundiam.

homini noli intendere in ſpecie, & in medio mulierum noli commorari. [e] De veſtimentis enim procedit tinea,& à muliere iniquitas viri. [f] Melior eſt enim iniquitas viri,quàm benefaciens mulier,& mulier confundens in opprobrium. Memor ero igitur operum domini,& quæ vidi annuntiabo.In ſermonibus domini opera eius.Sol illuminans per omnia reſpexit,& gloria domini plenum eſt opus eius. [g] Nónne dominus fecit ſanctos enarrare omnia mirabilia ſua, quæ confirmauit dominus omnipotẽs ſtabiliri in gloria ſua? Abyſſum & cor hominum inueſtigauit, & in aſtutia eorum excogitauit. [g] Cognouit enim dominus omnem ſcientiam,&inſpexit in ſignum æui, annuntians quæ præterierunt,& quæ ſuperuentura ſunt,reuelãs veſtigia occultorum. Non præterit illum omnis cogitatus,& non abſcondit ſe ab eo vllus ſermo.Magnalia ſapientiæ ſuæ decorauit,quæ eſt ante ſeculum & vſque in ſeculum, neque adiectum eſt neque minuetur,& non eget alicuius conſilio. [h] Quàm deſiderabilia omnia opera eius,& tanquam ſcintilla quæ eſt conſiderare.] Omnia hæc viuunt & manent in ſeculum,& in omni neceſſitate omnia obaudiunt ei. Omnia duplicia, vnum contra vnum,& non fecit quicquam deeſſe. Vniuſcuiuſque confirmabit bona. Et quis ſatiabitur videns gloriam eius?

e. Morbos aſpides ſibilant,& mulier fundit concupiſcentiæ peſtilentiam. Cypria. de ſingularit. clericorum.

f. Quia nonnunquam etiã culpa fortium occaſio virtutis fit, & virtus infirmorum occaſio peccati, vnde vir fortis quiſque & diſcretus dicitur, mulier vero mens infirma & indiſcreta vocatur. Greg. Moral. li. 11. c. 26

g. Quomodo ſancti enarrant omnia mirabilia Dei cum nullus ſit qui poſsit penetrare ſapientiam Dei. Incõprehenſibilia enim ſunt iudicia Dei, & inueſtigabiles viæ eius. Sed omnia mirabilia eiꝰ quę agnitioni hominum patent, per ſanctos eius nobis reuelata ſunt, quæ omnipotens Deus ſtabilis in gloria ſua, & ſemper idẽ manes, quando voluit & quomodo voluit formauit, & confirmauit. Raba. ibidem.]

h. Quàm magnalia & deſiderabilia opera dei conuenit conſiderare tanquam ſcintillam, id eſt, modicum quid reſpectu incircunſcriptibilis creatoris: vel tanquã ſcintillã, quia nec multum clarè ea cognoſcimus, nec omnia. Dion. ibid.

6. Vſque ad ſcintillam eſt contemplati.

*In cælorum ornatu & pulchritudine eminentia creatoris & gloria relucet, in cuius laude nemo ſufficit.* XLIII.

[1] Altitudinis firmamentum pulchritudo eius, ſpecies cœli in viſione gloriæ. [2] Sol in aſpectu annuntians in exitu: vas admirabile opus excelſi. In meridiano exurit terram, & in conſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere? Fornacem [3] cuſtodiens] in operibus ardoris: tripliciter ſol exurens mõtes, [3] radios] igneos exufflans,& refulgẽs radiis ſuis obcœcat oculos. Magnus dominus qui fecit illum,& in ſermonibus eius [4] feſtinauit] iter, & luna in omnibus in tempore ſuo, oſtenſio temporis & ſignum æui. A luna ſignum diei feſti, luminare quod minuitur in conſummatione. Menſis ſecundum nomen eius eſt creſcens mirabiliter in conſummationem. Vas caſtrorum in excelſis, in firmamento cœli reſplendens glorioſe. Species cœli gloria ſtellarum, mundum illuminans in excelſis dominus. [g] In verbis ſancti [5] ſtabunt ad iudicium,& non deficient] in vigiliis ſuis. [†] Vide arcum,& benedic eum qui fecit illum. Valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. Gyrauit cœlum in circuitu gloriæ ſuæ, [b] manus excelſi aperuerunt illum. Imperio ſuo [6] accelerauit] niuem,& accelerat coruſcationes ⸗ emittere] iudicij ſui. Propterea aperti ſunt theſauri, & euolauerunt nebulæ ſicut aues. In magnitudine ſua poſuit nubes, & confracti ſunt lapides grandinis. In conſpectu eius commouebuntur montes, & in voluntate eius aſpiranit notus. Vox tonitrui eius verberauit terram, tempeſtas aquilonis & congregatio ſpiritus,& ſicut auis deponens ad ſedendum aſpergit niuem, & ſicut locuſta demergens deſcenſus eius. Pulchritudinem [7] candoris] eius admirabitur oculus, & ſuper imbrem eius expaueſcit cor. [§c] Gelu ſicut ſalẽ effundet ſuper terrã, [8] & dũ gelauerit, fiet tanquã cacumina tribuli.] Frigidus ventus aquilo flauit,& [9] gelauit cryſtallus] ab aqua. Super omnem congregationem aquarũ requieſcet,& ſicut lorica induet ſe aquis. Et deuorabit mõtes,& exuret deſertum,& extinguet viride ſicut ignem. Medicina omnium in feſtinatione nebulæ,& ros obuians ab ardore [10] venienti, humilem efficiet eũ. [d] ] In ſermone eius [11] ſiluit ventus, & cogitatione ſua placauit abyſſum, & plantauit illum dominus Ieſus.] Qui nauigant mare enarrant pericula eius, & audientes auribus noſtris admirabimur. Illic præclara opera & mirabilia, [12] varia beſtiarũ genera, & omniũ peorũ,& creatura beluarum. Propter ipſum confirmatus eſt itineris finis,] & in ſermone eius cõpoſita ſunt omnia. [§c] Multa dicimus & deficimus verbis, conſummatio autem ſermonũ ipſe eſt in omnibus. Gloriantes ad quid valebimus? Ipſe enim omnipotens ſuper omnia opera ſua. [†] Terribilis dominus & magnus veheměter, & mirabilis potẽtia ipſius. Glorificantes dominum [*] quantũcunq; potueritis ſuperualebit adhuc, ⸗ & admirabilis magnificentia eius. [†] Benedicentes dominum exaltate illũ quantum pote-

1. Superbia altitudinis firmamẽti mundiriæ.

2. Sol iſte qui oritur timentibus deũ in aſpectu, hoc eſt, in præſentia incarnationis ſuæ euangelizauit regnũ dei. Cuius natiuitas ſingularis admirabilis eſt, quod non ex viri ſemine, ſed ex omnipotentis virtute verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis. In cõſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere? quia nullus corporalibus oculis diuinitatis eius ſplendorem poteſt ſuſtinere. Ideo humananatura indutus, vt fragilitas hominum ſplendorem aliquo modo poturiſſet ſufferre diuinum. Rabanus ibid.

2. Inſutillans.

3. Vapores.

4. Ceſſare fecit.

5. Siſtent condemnationem, & non accendentur.

b. Hoc eſt, virtus dei & ſapiẽtia ſublimis repræſentauerunt, & apparere fecerunt arcum aſpectui hominum non ſolum, vt eſt effectus purè naturalis, ſed etiam ſecundum quod ex inſtitutione & ordinatione diuina eſt ſignum fœderis inter deum & homines, quòd vltra non delebitur genus humanum aquis vniuerſalis diluuij, ſicut factũ eſt tempore Noe. Dion. ibid.

6. Ceſſare fecit.

7. Coloris.

[c. Vbi enim ſal ſpargitur ſterilitas ſequitur. Diabolus vero per frigus infidelitatis terrena corda ad bona opera ſterilia facit. Gloſa ordina. ibid.]

8. Et congelata fiunt ſudium cacumina.

9. Congelabitur gelu.

10. Lætificabit.

[d. Hic ex affectibus qui fiunt in aqua declaratur excellentia diuina eum dicitur in ſermone eius ſcilicet Dei. De Lyra. ibi.]

11. Quieuit abyſſum, & plantauit in ea inſulas.

12. Varietas omnis animalis, diſcretio beluarũ. Propter ipſum proſperatur angelus eius.

c. Omnis locutio parua eſt in comparatione gloriæ eius, & o. ſcis lingua egena verbis, nec ſufficit ad enunciandum virtutem eius. Quia inæſtimabilis & ineffabilis æſtimari & effari à quoquam non poteſt. Ipſe conſummatio ſermonum noſtrorũ eſt, ſicut & conditor naturæ noſtræ. Rabanus ibid.

*Exaltate.

Universidad de Deusto
Biblioteca



poteſtis,maior eſt enim omni laude.]Exaltantes eum replemini virtute. [f] Ne laboretis:non enim comprehendetis. Quis videbit eum & enarrabit? & quis magnificabit eum ſicut eſt ab initio? Multa abſcondita ſunt maiora his: pauca enim vidimus operum eius. Omnia autem dominus fecit,& piè agentibus dedit ſapientiam.

[f. Ne laboretis comprehẽdere quod incõprehenſibile & ad cognoſcẽdum perfectè quod impoſſibile eſt. Quis enim vidit eum ſicut eſt, & enarrabit. Ad quod reſpondetur Iob.11. Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe vidit & enarrauit. De Lyra ibidem.]

*Ad virtutum opera per virtutes hortamur,in quorum miniſteriis deus ante legem maximè commendatus eſt.* XLIIII.

A [a] Laudemus viros glorioſos,& parentes noſtros in generatione ſua. Multam gloriam fecit dominus,* magnificentia ſua à ſeculo. Dominantes in poteſtatibus ſuis,homines magni virtute '& prudentia ſua præditi, nuntiantes in Prophetis dignitatem Prophetarum, & imperantes in præſenti populo, & virtute prudentiæ populis ſanctiſſima verba.In pueritia] ſua requirentes modos muſicos,& narrantes carmina ſcripturarum.Homines diuites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes,pacificantes in domibus ſuis. [b] Omnes iſti in generatio-
B nibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt,& in diebus ſuis habentur in laudibus. [g] Qui de illis nati ſunt,reliquerũt nomen narrandi laudes eorum. Et ſunt quorum non eſt me-
Sup.39.b moria.Perierunt quaſi qui non fuerint, & [2] nati] ſunt quaſi non nati, & filij ipſorum cum ipſis. [c] Sed illi viri miſericordiæ ſunt,quorum pietates non defuerunt.Cum ſemine eorum [3] permanent bona,hæreditas ſancta nepotes eorum. Et in teſtamentis ſtetit ſemen eorum,& filij eorum propter illos vſque in æternum manent.]⸗Semen eorum]& gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, &
†Sup.39.b C nomen eorum viuet in generationem & generationem. † [g] Sapientiam ipſorum narrent populi,& laudem eorum nuntiet eccleſia. † [d] Enoch placuit deo, & tranſlatus eſt
†Gene.5.c Heb.11.a †Ge.6.b.7.a Hebr.11.b [4] in paradiſum,vt det gentibus ſapientiam.] † Noe inuentus eſt perfectus iuſtus, & in tempore iracundiæ factus eſt recõciliatio.Ideò⸗dimiſſum eſt reliquum terræ,cum]
†Gene.17.a factum eſt diluuium. † Teſtamenta ſeculi poſita ſunt apud illum,ne deleri poſſit diluuio omnis caro. † Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non eſt inuentus
†Gene.17.a †Gene.22.d ſimilis illi in gloria.Qui conſeruauit legem excelſi,& fuit in teſtamento cum illo. † In
†Gene.22.c Gala.3.b D carne eius ſtare fecit teſtamentum, & in tentatione inuentus eſt fidelis. † [g] Ideò iureiurendo [5] dedit illi gloriam in gente ſua,creſcere illum quaſi terræ cumulum,& vt ſtellas exaltare ſemen eius,]& hæreditare illos à mari vſque ad mare, & à flumine vſque
†Gene.22.c ad terminos terræ.Et Iſaac fecit eodem modo propter Abraham patrem eius. [e] † Benedictionem omnium gentium dedit illi dominus,& teſtamentum ſuum [6] confirmauit] ſuper caput Iacob. Agnouit eum in benedictionibus ſuis, & dedit illi hæreditatẽ, & diuiſit illi partem in tribus duodecim. Et [7] conſeruauit illi homines miſericordiæ, inuenientes gratiam]in oculis omnis carnis.

a. Cum gloria ſit elata cum laude notitia, maius eſt aliquem cum gloria laudare, quàm laude & honore tantum afficere. Itaque author intendit hic laudare præcipuè patriarchas & prophetas. Dion. ibid.
*In eis.
1. Conſiderantes in intellectu ſuo qui annuntiauerunt in prophetiis. Duces populi in conſiliis, & in intellectu literaturæ populi Sapientes ſermones in diſciplina.
[b. Habuerunt ergo ſancti viri in generationibus gentis ſuæ gloriam: quia merito prudẽtiæ & virtutum à ſubditis honorabantur. Vnde poſteri eorũ, qui eorum ſanctam conuerſationẽ imitari ſunt,voce ſimul & actione laudes illorũ celebrauerunt. Rabanus ibid.]
2. Facti.
c. Sunt enim hi planè viri miſericordiæ,ſiue quia miſericordiã conſecuti ſunt, ſiue quia miſericordia pleni,ſeu quia miſericorditer à deo nobis donati ſũt. Hetnar. Ser 3. de Apoſtolis.
3. Perſeuerat bona hæreditas, nepotum illorum ſemen in teſtamentis ſtetit, & filiorum illorum propter illos vſque in æternum manet.
d. Enoch ſine morte per totius pene ſeculi tempus remotus ab hominum conuerſatione cuſtoditur,vt in eo qualiter ſi homines non peccaſſent generata prole commũtaretur in vitam ſpiritalem ſine morte, oſtenderetur. Sed licet longo ſeruatus tẽpore adhuc viuat, mortis tamẽ debitum,quod omnes in Adam ſumpſimus,vitare non poterit. Aug. de mirabilibus ſac. ſcrip. lib.1.cap.3.
4. Exemplum pœnitentiæ generationibus
5. Statuit illi benedicere gentes in ſemine eius, multiplicare illum quaſi pulueré terræ.
[e. Id eſt,fecit illi gratioſum in conſpectu omniũ gentiũ inter quas habitauit,in tantum quod omnes imprecabantur illi bonum ſicut communiter exponunt aliqui. Vel dedit illi benedictionem Chriſti in quo benedicũtur omnes gẽtes. De Lyra.]
6. Et quieuit.
7. Eduxit ex eo virum miſericordiæ, inuenientem gratiam.

*Laudes patrum ſub lege ſcripta, Moyſi, Aaronis,& Phinees.* XLV.

A [a] Dilectus deo & hominibus Moyſes,cuius memoria in benedictione eſt. † Similem illum fecit in gloria ſanctorum,& magnificauit eum in timore inimi-
†Exod.11.a corum, & in verbis ſuis monſtra placauit. † Glorificauit illum in conſpectu
†Exo.6.7.b Regum,& iuſſit illi coram populo ſuo,& oſtendit illi gloriam ſuam. † [b] In fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illum,& elegit eum ex omni carne. Audiuit enim eum & vo-
†Exo.16.c cem ipſius,& induxit illum in nubem. † Et dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ &
†Exod.15.a diſciplinæ docere Iacob teſtamentum ſuum,& iudicia ſua Iſrael. † Excelſum fecit Aa-
†Exod.4.d ron fratrem ſuum,& ſimilem ſibi de tribu Leui. Statuit illi teſtamentum æternum, & dedit illi ſacerdotium gentis,& beatificauit illum in gloria. Et circuncinxit eum 'zona
†Exod.28.f B iuſtitiæ,& induit eum ſtolam gloriæ,]& coronauit eum in vaſis virtutis. † [g] [2] Circũpedes,]& fœmoralia,& humerale poſuit ei,& cinxit illum* tintinnabulis aureis plurimis in gyro,dare ſonitum in inceſſu ſuo,auditũ facere ſonitum in templo in memoriam filiis gentis ſuæ. Stolam ſanctam auro,& hyacintho, & purpura, opus textile [3] viri ſapientis iudicio & veritate præditi. Torto] cocco opus artificis, gemmis pretioſis [4] fi-

a. Sicut in Numeris legitur: Erat Moyſes vir miſiſſimus ſuper omnes homines qui morabantur in terra Miſſuerudo itaque reddit hominem cunctis amabilem, prout dictum eſt ſupra: Fili in manſuetudine opera tua perfice,& ſuper gloriam hominum diligeris. Dion. ibi.
b Neque enim hominibus ſine lenitate,non plus quàm deo ſine fide placere poſſibile eſt. Merito ſane in his monemur eſſe ſeparati, quibus & deo conueniamus,cuius maieſtatem viſuri ſumus: & nobis inuicem ſic in nobis eam pariter vigilare. Bernard. in vigilia Nata. 3. do. Ser. 5.
1. Veſtimento gloriæ induit eũ conſummatione gloriationis.
2. Veſtem talarem.
*Sphæculis &c.
3. Rationali iudicij ſignis veritatis retorto.
4. Sculpturis ſignaculi.

guratis]in ligatura auri,& opere lapidarij sculptis in memoriam,secũdum numerum tribuum Israel.[c]Corona aurea super mitram[5] eius expressa signo] sanctitatis, gloria honoris,& opus virtutis,desiderio oculorum ornata.Sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia,vsque[6]ad originem.]Non est indutus illa alienigena aliquis, sed tantùm filij ipsius soli,& nepotes eius per omne tempus.Sacrificia[7]ipsius cõsummata sunt igni quotidie.]†[d]Compleuit Moyses manus eius,& vnxit illum oleo sancto. Factum est illi in testamentum æternum,& semini eius sicut dies cœli,fungi sacerdotio & habere laudem,& glorificare populum suum in nomine suo.Ipsum elegit ab omni viuente offerre sacrificium deo, incensum & bonum odorem , in memoriam placare pro populo suo.Et dedit illi in præceptis suis potestatem in testamentis iudiciorum docere Iacob testimonia,& in lege sua lucem dare Israel. †[d]Quia contra illum steterunt alieni , & propter inuidiam circundederunt illum homines in deserto , qui erant cum Dathan,& Abiron,& congregatio Chore in iracundiam.Vidit dominus deus & non placuit illi,& consumpti sunt in impetu iracundiæ.Fecit illis monstra, & consumpsit illos in flamma ignis.Et addidit Aaron gloriam,& dedit illi hæreditatem,& primitias frugum terræ diuisit illi.[8]Panem ipsius in primis parauit in satietatem,nam & sacrificia domini edent,quæ dedit illi &semini eius.Cæterùm inter gentes non hęreditabit: & pars non est illi in gente.Ipse est enim pars eius & hæreditas.† Phinees filius Eleazari tertius in gloria,imitando eum in timore dei,& stare in reuerentia gentis,in bonitate & alacritate animæ suæ[8]placuit deo]Israel. Ideo statuit illi testamentum pacis,& principem sanctorum,& gentis suæ,vt sit illi & semini eius sacerdotij dignitas in æternum.Et testamentum Dauid Regi filio Iesse de tribu Iuda, hæreditas[9]ipsi & semini eius,vt daret sapientiam in cor nostrum]iudicare gentem suam in iustitia, ne abolerentur bona ipsorum,& gloriam ipsorum in gentem eorum ⁊ æternam fecit.]

c. Per hanc auream sacerdotis summi coronam intelligitur lamina illa aurea, in qua nomẽ domini tetragrammaton sanctissimum fuit expressum & sculptum, quæ lamina posita fuit supra mitram pontificis: tic tamẽ quòd pars eius inferior dependendo descendebat vsque ad pontificis frontem. Dion. ib.
5. Sculptura signaculi.
6. In seculum.
7. Illorum tota offerentur quotidie assiduè bit.

d. Seditionẽ verò Dathan, Chore & Abyron, quã contra Moysen & Aaron excitauerant, & ob hoc vindicta in eos à domino prolata est, liber Numerorũ ca. 16. manifestissime declarat. In quibus mysticè demonstratur quòd hi qui hæreses & schismata facere conantur, & multos secum trahendo decipiunt, contemnentes sacerdotes Christi, & se à clero eius plebisque societate segregantes, constituere audent ecclesias, & aliud altare precémque altera illicitis vocibus faciũt, Dominicæ hostiæ veritatẽ per falsa sacrificia profanantes: ipsi quoque contra ordinationem dei nituntur:ob temeritatis audaciam terræ cõpagibus ruptis profundo hiatu merguntur. Nec tamen ipsi ducet eorum sunt , sed & illi qui consentiẽdo participes eorundem effecti sunt,in ignem æterni iudicij præparata vltione peribunt Raba ibid.
9. Placuit pro.
9. Regis filij de filio solo, hæreditas Aaron & semini eius. Det vobis sapientiã in corde vestro.

[a]Ortis in bello Iesus Naue successor Moysi in Prophetis , qui fuit magnus secundum nomen suum , maximus in salutem electorum dei , expugnare insurgentes hostes vt[1] consequeretur hereditatem] Israel. Quam gloriam adeptus est in tollendo manus suas,&iactando contra ciuitates romphæas.Quis ante illum sic restitit? Nam hostes ipse dominus percussit. † Aut non[2] in iracundia eius impeditus] est sol , & vna dies facta est quasi duo . Inuocauit altissimum potentem in oppugnando inimicos vndique , & audiuit illum magnus & sanctus deus,in saxis grandinis virtutis valde fortis . [3] Impetum fecit contra gentem hostilem,& in descensu perdidit contrarios,vt cognoscant gentes potentiam eius , quia contra deũ[3]pugnare non est facile,]& secutus est à tergo potẽtes.† Et in diebus Moysi misericordiam fecit ipse & Caleph filius Iephone,stare contra hostem,& prohibere gentẽ à peccatis,& perfringere murmur*malitiæ. Et ipsi duo constituti, à periculo liberati sunt,à numero sexcentorum milium peditum,inducere illos in hæreditatem, in terram quæ manat lac & mel.† Et dedit dominus ipsi Caleph fortitudinẽ, & vsque in senectutem permansit illi virtus , vt ascenderet in excelsum terræ locum, & semen ipsius obtinuit hæreditatẽ.[4]Et viderunt]omnes filij Israel, quia bonum est[5] obsequi domino sancto deo.]Et iudices singuli suo nomine, quorũ non est corruptum cor, qui non auersi sunt à domino,vt sit memoria illorum in benedictione.Et ossa eorum pullulent de loco suo,& nomen eorum[6]permaneat in æternum , permanente ad filios illorum [b]sanctorum virorum gloria.]Dilectus à deo suo Samuel propheta domini renouauit imperiũ,& vnxit principes in gente sua.In lege domini congregationem iudicauit,& [7]vidit deum]Iacob,& in fide sua probatus est propheta.Et cognitus est in verbis suis ⁊ fidelis,quia vidit deum lucis.][8]Et inuocauit dominũ omnipotentẽ in oppugnãdo hostes circunstantes vndique,in oblatione viri [8] inuiolati.]† Et intonuit de cœlo dominus,& in sonitu magno*auditã fecit vocem suam, & cõtriuit principes Tyriorum & om-

a. Iosue vir non tam corpore quàm animo fortis , suo ministerio non sine laude satisfecit. Fide insignis, studio impiger, bonitate, sapientia & potentia præstans. Breuiter talis vt iuxta exẽplar sit Christianorũ principum Vvicelius. Quique typum ac figuram gerebat veri saluatoris nostri Iesu Christi. Quemadmodum enim ille è deserto per Iordanem in terram reptomissam perduxit populum , sic & saluator noster ex ignorantię & idolatriæ desetto per sanctũ & salutiferum baptismũ in cœlestem Ierosolymam nos traduxit,ad matrem primogenitorũ, in qua veræ quietis paratæ mãsiones , vbi vita seditionis nescia, pacificisque. Chryso. de verbis Isa. Vidi dominum, homi. 1.
2. Hæreditatet.
2. In manu eius regressus.
3. Bellum eius.
* A peccatis.
4. Vt videtent.
5. Ambulare post dominum.
6. Commutatũ est in filiis glorificatorum eorum.
b. In 17. libro de ciuita. dei cap. 5 quod dictum est de Samuele Non erat de filijs Aaron, dicendum potius fuit non erat filius sacerdotis. Filios quippe sacerdotum defunctis sacerdotibus succedere magis legitimi moris fuit. Nam in filijs Aaron ipse pater Samuelis , sed sacerdos non fuit nec ita in filiis vt eum ipse genuerit Aaron , sed sicut omnes illius populi dicuntur filij Israel. Aug. Retractat. lib. 2 cap. 43. Quique summo sacerdoti Heli successit, cũ ipse sacerdotis filius non esset, sed tamen ex filiis, id est, ex posteris Aaron. ibid. cap. 35.
7. Visitauit dominus.
8. Lacte nutriti.

* Tonitrui.

& omnes duces Philistiim. † Et ante tempus [9] finis vitæ suæ, &] seculi [c] testimonium
† 2.Reg.12.a
† 2.Reg.28.c
præbuit in conspectu domini & Christi, *pecunias & vsque ad calceamenta ab omni carne non accepit, & non accusauit illum homo. † Et post hoc dormiuit, [10] & notum fecit Regi, & ostendit illi] finem vitæ suæ, & exaltauit vocem eius de terra in prophetia delere impietatem gentis.

9. Dormitionis.
c. Testimonium præbuit in conspectu domini & Christi, id est, Saulis in regem vncti, Reg. 12. vnde dicit, Loquimini de me coram domino, & coram Christo meo. De Lyra. ibid.
*Sui.
10. Ipse prophetauit, & ostendit regi.

*Nathan, Dauid, Salomonis, & quorundam suo tempore celebratorum præconia.* XLVII.

† 2.Reg.12.a A † Post hæc surrexit [a] Nathan propheta in diebus Dauid. Et quasi adeps separatus à carne, ] sic Dauid à filiis Israel. † Cū leonibus [2] lusit quasi cū agnis, ]
† 1.Reg.17.d
† 1.Reg.17.f
& in vrsis similiter fecit sicut in agnis ouium. † [b] In iuuētute suā — nunquid non ] occîdit Gigantem, & abstulit opprobrium de gente? In tollendo manum in saxo fundæ deiecit exultationem Goliæ, vbi inuocauit dominum omnipotē-
tem. Et dedit in dextra eius [3] tollere ] hominem fortem in bello, & exaltare cornu gen-
† 1.Reg.18.b
tis suæ. † Sic in decem milibus glorificauit eum, & laudauit illum in benedictionibus domini, in offerendo illi coronam gloriæ. Contriuit enim inimicos vndique, & extir-
B pauit Philistiim cōtrarios vsque in hodiernum diem. [d] Contriuit cornu ipsorū vsque in æternum. In omni opere dedit confessionem sancto, & excelso in verbo gloriæ. [c] De omni corde suo laudauit dominum, & dilexit deum qui fecit illum, — & dedit illi cō-
† 2.Par.25.a
tra inimicos potentiam. ] † Et stare fecit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora vsque ad cō-
summationem vitæ, vt laudarent nomen sanctum domini, & amplificarēt mane dei
† 1.Reg.12.d & 7.b
† 3.Reg.4.c
sanctitatem. † Christus purgauit peccata illius, & exaltauit in æternum cornu eius, & dedit illi testamentum regni & sedem gloriæ in Israel. † [d] Post ipsum surrexit filius sensatus, & propter illum [4] deiecit omnem potentiam inimicorū. ] Salomon imperauit in diebus pacis, *[5] cui subiecit deus omnes hostes, ] vt conderet domum in nomine suo, & pararet sanctitatem in sempiternum, quemadmodū eruditus est in iuuentute sua.
c [6] Et impletus est quasi flumen sapientia, & terram retexit anima [6] sua. ] Et replesti in comparationibus ænigmata, ad insulas longe diuulgatum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua. In cantilenis, & in prouerbiis, & comparationibus, & interpretationibus, miratæ sunt terræ, & in nomine domini, cui est cognomen deus Israel. Collegi-
† 3.Reg.11.a
sti quasi [7] aurichalcum ] aurum, & vt plumbum complesti argētum, † & inclinasti [8] fœmora ] tua mulieribus. Potestatem habuisti in corpore tuo. Dedisti maculam in gloria tua, & profanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & [9] in cęteris stul-
† 3.Reg.11.g
titiam tuam, vt faceres † imperiū bipertitum, ] & ex Ephráim imperare imperium du-
D rum. [e] Deus autem non derelinquet misericordiam suam, & non corrumpet neque delebit opera sua, neque perdet à stirpe nepotes electi sui, & semen eius qui diligit dominū non corrūpet. Dedit autē reliquum Iacob, & Dauid de ipsa stirpe, & finē habuit
† 3.Reg.12.c
Salomon cum patribus suis. † Et dereliquit post se de [f] semine suo gētis stultitiā, & imminutū à sua prudentia Roboā, qui auertit gentē consilio suo, & Ieroboam filiū Nabath, qui peccare fecit Israel, & dedit viam peccandi Ephráim, & plurima redundauerunt peccata ipsorū. Valde enim auerterunt illos à terra sua. [10] Et quæsiuit omnes nequitias vsque dum perueniret ad illos defensio, & ab omnibus peccatis liberauit eos. ]

a. In Dauid regia tribus accipitur, hoc est, Iuda in Nathā prophetalis ordo describitur. Leui refertur ad sacerdotes, ex quo ortum est sacerdotiū: in Semei doctores accipiuntur. Ex hac enim tribu magistrorum agmina pullularunt. Hieronym. in Zacha. cap. 12.
2. Familiariter egit quasi cum hœdis.
b. Neque enim vulgari more Dauid proiecit lapidem, sed prius dixerat: tu venis ad me in diis tuis, ego autem venio ad te in nomine domini Sabaoth, cui exprobrasti hodie: Atque ex hoc locutus emisit lapidem atque hæc vox lapidem velut manu direxit in Goliath, hæc panotem incussit barbaro, hæc hostis confidentiam fregit. Chrys. de Dauide & Saule. ho. 3.
3. Robur ad occidendum.
c. Laudat ex toto corde, qui laudat quem diligit, quia ad hoc factus est homo, vt eum laudet & diligat. Landulph.
d. Sane non ignota est historia quæ narrat de Salomone filio Dauid, quomodo ei deus per visionem apparens concesserit, vt peteret ab eo quod vellet: qui cum cor docibile sibi dari postulasset, vt discernere posset inter bonum & malum, ac iusto iudicio populum dei iudicare, placuit sermo coram domino, & dedit illi cor sapiens & intelligens, in tantum, vt nullus ante se ei similis fuerit, nec postea surrecturus sit. Insuper dedit illi diuitias & gloriam, vt nemo fuerit similis ei in regibus cunctis retro diebus, deditque illi pacē vndique ab hostibus suis. Vnde diuulgatum est nomen eius ad insulas longe, & dilect⁹ est in pace sua, quia ædificauit templum domino mirifico opere: & cantores constituit cantilenásque disposuit, ita vt prouerbia sapiens ederet, & comparationes, & interpretationes ederet, &c. Rabanus ibidem.
4. Habitauit in latitudine.
*5. Et glorificatus est quoniam deus pacauit in circuitu suo.
6. Tua.
7. Staminum.
8. Viscera.
9. Compūgeris in stultitiā tua, vt fieres sine imperio.
e. Hoc est filium stultum, & populi lūda Regem insipientem: qui propter suam insipientiam regnum diuisit. Vnde innumera & nondum finita deriuata sunt mala Dionis. ibid.
10. Dum ira & vindicta veniat super illos.

*Elias, Eliseus, & Ezechias ob singulares virtutum actus magnificantur.* XLVIII.

A [a] Et surrexit Elias Propheta quasi ignis, & verbū ipsius quasi facula ardebat. † Qui induxit in illos famem, [1] & imitantes illum inuidia sua pauci fa-
† 1.Reg.17.a & 18.c
cti sunt. Non enim poterant sustinere præcepta domini. ] Verbo domini continuit cœlum, & [2] deiecit à se ignem terræ. Sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. ] Et quis potest similiter gloriari tibi? Qui sustulisti mortuū [3] ab inferis de sorte mortis ] in verbo domini dei qui deiecisti Reges ad pernicię, — & cōfregisti facile potentiā ipsorum, ] & glorioſos de lecto suo. Qui audisti in Sina iudicium,

a. Eliam sanctum famis tempore per coruum dominus pascebat, & quem persequebantur homines ei seruiebant aues. Afferebat seruo dei coruus mane panes, ad vesperam carnes, non indigebat ergo ille quem deus ministris auibus pascebat, & ramen quamuis Elias non indiget, mittitur ad viduam recipiendam, & dicitur ei: Vade, ibi vidua pascet te. Augu. Serm. 146. de tempore.
1. Fortem, & zelo suo deminuit eos.
2. Deduxit ter ignem de cælo. Quām glorificatus fuisti Elia in mirabilibus tuis.
3. A morte, & ab inferis animā.

Universidad de Deusto Biblioteca

& in Horeb iudicia[4] defensionis.] † Qui vngis reges ad pœnitentiam, & prophetas facis successores post te. ✠ † [b] Qui receptus es in turbine ignis in curru equorũ igneorum, qui inscriptus es in iudiciis temporum lenire iracundiam [5] domini,] conciliare cor patris ad filium,& restituere tribus Iacob.† Beati sunt qui te viderunt,& in amicitia tua [6] decorati sunt.] Nam nos vita viuimus tantùm,﴾ post mortem autem non erit tale nomen nostrum.] Elias qui in turbine tectus est, & [7] in Elisæo completus est spiritus eius.] In diebus suis non pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum. Nec superauit illum verbum aliquod,† & mortuum prophetauit corpus eius. In vita sua fecit monstra,& in morte operatus est mirabilia. [c] ✠ In omnibus istis non pœnituit populus,& non recesserunt à peccatis suis vsque dum [8] abiecti] sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram,& relicta est gẽs perpauca, & princeps in domo Dauid. Quidam ipsorum fecerunt quod placeret deo, alij autem multa commiserunt peccata. Ezechias muniuit ciuitatem suam, & induxit in medium eius aquam, & fodit ferro rupem,& ædificauit ad aquam puteum. [d] † In diebus ipsius ascendit Sennacherib, & misit Rapsasen, *﴾ & sustulit manum suam contra illos, & extulit] manum suam in Sion,& superbus factus est potentia sua. Tunc mota sunt corda & manus ipsorum,& doluerunt quasi parturientes mulieres. ✠ Et inuocauerunt dominum misericordem,& expandentes manus suas extulerunt ad cœlum,& sanctus dominus deus audiuit cito vocem ipsorum. ﴿ Non est commemoratus peccatorum ipsorum, neque dedit illos inimicis suis,] sed purgauit illos in manu Isaiæ sancti Prophetæ. † Deiecit castra Assyriorum,& contriuit illos angelus domini. Nam fecit Ezechias quod placuit deo,& fortiter iuit in via Dauid patris sui,quam mandauit illi Isaias propheta magnus & [9] fidelis] in conspectu dei. † In diebus ipsius retrò rediit sol, & addidit Regi vitam. Spiritu magno vidit vltima,& consolatus est lugentes Sion,vsque in sempiternum. Ostendit futura,& abscondita antequam euenirent.

4. Vindictæ.

b. Iam cursu bene peracto homo sanctissimus in cœlum sustollitur, prophetis alios id futurum non nescientibus, & reliquit Elisæo suo operante deo spiritum suum,zelum suum, & loquendi licentiam. Vvicelius de viris illustribus.

5. Iudicij domini ad furorem.

6 Dormierunt.

7. Elisæus repletus est spiritu sancto.

c. Cum tam magni prophetæ Elias & Elisæus populum decẽ tribuum per verba,exempla,atque miracula hortarentur & increparent,non tamen pœnituit populus ille induratus de idolatria sua, aliisque peccatis pro maiori parte. Aliqui tamen fuerunt per sanctos illos cõuersi, & multa milia erant in populo illo quæ idola non colebant. Dion. ibid.

8. Captiuitati.

d. Verè completa est in Ezechia cõfortatio domini, cui animus extitit sanctus, super omnes reges qui fuerunt ante eum. Nam inter cetera bona, quæ merito præstitit ei deus, cum misisset ad eum Sennacherib rex Assyriorum Rapsacen principẽ militiæ suæ,& libellum plenũ improperiis & blasphemiis cõtra deum,sicut exponit Isaias propheta,Ezechias accepit libellũ illum,& ingressus templũ aperuit ante dominum, & orauit, & confestim missus est ad eum Isaias propheta, annuntians ei protectionem dei, & consortãs eum. Ad preces Ezechiæ exiit angelus à facie domini, & percussit in castris Assyriorum 185000. virorum. Chrysost. in 2. cap. Matth. homi. 5.

*De Lachis.

9. Venerandus.

[a. Memoriam Iosiæ regis comparat operi pigmentarij & melli dulcedini, & organo musicæ. Quia fama virtutis eius, & suauitas modestiæ & studium restaurandi cultum Dei omnem odorem & dulcedinem, & cantilenam superat: quia cum David dicere poterat: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel oris meo. Glo. or. ibi.]

1. Incensi fabricato opere.

2. In conuersione populi.

3. Direxit cor suum.

b. Insinuat hos tres Reges maximè deo placuisse, ob deuotionem cordis & cultum pietatis, quem habuerunt in obsequio dei. Qui licet in aliquo crimine capti sint & reprehensibiles inuenti, tamen per condignã pœnitentiam deleuerũt quod iniquè gesserunt: vnde & perfectã indulgentiam meruerunt. Fuerunt etiam & alij reges in Iuda, quorum pietatis opera commemorantur, sed non ita perfecta, sicut horũ trium. Maxima autẽ pars regũ Iuda sicut & reges Israel, declinauerat ad opera impietatis, & scelera peccatorum. Rabanus ibid.

4. Et defecerunt.

5. Sit memoria in benedictionibus.

[c. Hic ponitur laus patrũ tempus transmigrationis sequentiũ. Ad intellectũ huius scriptũ quod huc accipitur de fine Haggei prophetæ. &c. De Lyra. ibi.]

*In electis fuit.

[d. Hic ædificat & Nehemias coadiutor ius, ædificant templum, muros extẽdunt ciuitatis, omnisque illa turba populi reducitis in patriam, & descriptio sacerdotũ, Leuitarũ Israelis, proselytorũ, ac per singulas familias murorũ & turrium opera diuisa, aliud in cortice præterunt, aliud retinẽt in medulla. Hiero. Paulino.

6. A domino.

## *Iosiæ, Zorobabel, Nehemiæ, Enoch, & Ioseph acta celebrantur.* XLIX.

[a] † Memoria Iosiæ in compositione [1] odoris facta, opus] pigmentarij. In omni ore quasi mel indulcabitur﴾ eius memoria,] & vt musica in conuiuio vini. Ipse est directus [2] diuinitus in pœnitentia gentis,] & tulit abominationes impietatis,& ad dominum [3] gubernauit cor ipsius,] & in diebus peccatorum corroborauit pietatem. [b] Præter Dauid & Ezechiam, & Iosiam, omnes Reges peccatum commiserunt: nam reliquerunt legem altissimi reges Iuda, [4] & contempserunt timorem dei.] ✠ Dederunt enim regnum suum aliis,& gloriam suam alienigenæ [5] genti. Incenderunt electam ciuitatem sanctitatis, & desertas fecerunt vias ipsius in manu Ieremiæ. † Nam malè tractauerunt illum, † qui à ventre matris consecratus est propheta, euertere,& eruere,& perdere, & iterum ædificare, & renouare. † Ezechiel qui vidit conspectum gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim. ✠ Nam commemoratus est inimicorum in imbre, benefacere illis qui ostẽderunt rectas vias. Et duodecim Prophetarum [6] ossa pullulant de loco suo.] Nam corroborauerunt Iacob,& redemerunt se in fide virtutis: [c] Quomodo amplificemus Zorobabel: Nam & ipse quasi signum in dextra manu Israel. Et Iesum filium Iosedech? Qui in diebus suis ædificauerunt domum,& exaltauerunt templum sanctum domino, paratum in gloriam sempiternam. † ✠ Et *[d] Nehemias in memoria multi temporis, qui erexit nobis muros euersos,& stare fecit portas & seras, qui erexit domos nostras. † Nemo natus est in terra qualis Enoch. Nam & ipse receptus est à terra. † Et Ioseph qui natus est homo princeps fratrum, firmamentum gentis,﴾ rector fratrum, stabilimentum populi,] † & ossa ipsius visitata sunt, [6] & post mortem prophetauerunt.] Seth, & Sem apud homines gloriam adepti sunt,& super omnem animam in origine Adam.

*Simo-*

*Simonis Oniæ filij magni ſacerdotis, præconia narrantur celeberrima.* L.

Anni ante Chriſtum. Anni mundi 3179.

[a] Imon Oniæ filius ſacerdos magnus, qui in vita ſua ſuffulſit domum, & in diebus ſuis corroborauit [1] templum. ] Tẽpli etiam altitudo ab ipſo fundata eſt duplex ædificatio,& excelſi parietes templi. In diebus ipſius [2] emanauerunt putei aquarum, & quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum.] Qui curauit gentem ſuam, [3] & liberauit eam à perditione. Qui præualuit amplificare ciuitatem,]qui adeptus eſt gloriam in conuerſatione gentis, [4] & ingreſſum domus & atrij amplificauit.] [b] Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ: & quaſi luna plena in diebus ſuis lucet. Et quaſi ſol refulgens, ſic ille effulſit in templo dei. Quaſi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quaſi flos roſarum in diebus vernis, & quaſi lilia quæ B ſunt in tranſitu aquæ, [5] & quaſi thus redolens in diebus æſtatis. [6] Quaſi ignis effulgẽs, & thus ardens in igne,]quaſi vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo. Quaſi oliua [6] pullulans,]& cypreſſus in altitudine ſe extollens. In accipiendo ipſum ſtolam gloriæ,& veſtiri eum in conſummatione virtutis, in aſcenſu altaris ſancti gloriam dedit, ſanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de manu ſacerdotum, & ipſe ſtans iuxta aram. Circa illum corona fratrum,& quaſi plantatio cedri in monte Libano, ſic circa illum ſteterunt quaſi rami palmæ, & omnes filij Aaron in gloria ſua. [c] Oblatio autem domini in manibus ipſorum, coram omni Synagóga Iſrael: & conſummatione fungens in aram, amplificare oblationem excelſi Regis, porrexit manum C ſuam in libatione,& libauit de ſanguine vuæ. [d] Effudit in fundamenta altaris odorem diuinum excelſo Principi. Tunc exclamauerunt filij Aaron, & in tubis ductilibus ſonuerunt,& auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram deo. [d] Tunc omnis populus ſimul properauerunt,&ceciderunt in faciem ſuper terram adorare dominum deum ſuum,& dare preces omnipotenti deo excelſo. Et amplificauerunt pſalentes in vocibus ſuis. Et in [7] magna domo factus eſt ſonus ſuauitatis plenus.] Et rogauit populus dominum excelſum in prece, * vſque dum perficeretur honor domini,& munus ſuum perfecerunt. Tunc deſcendens, manus ſuas extulit in omnem congregationem filiorum Iſrael, dare gloriam deo à labiis ſuis, & in nomine ipſius glo- D riari,& iterauit orationem ſuam, [8] volens oſtendere virtutem dei. [e] [8] Et plus orauit deum omnium, qui magna fecit in omni terra,]qui auxit dies noſtros à ventre matris noſtræ,& fecit nobiſcum ſecundum ſuam miſericordiam, [9] det nobis iucunditatem cordis,& fieri pacem in diebus noſtris in Iſrael per dies ſempiternos, [9] credere Iſrael miſericordiam dei eſſe nobiſcum, vt liberet nos in diebus ſuis.] Duas gentes odit anima mea, tertia autem non eſt gens quam oderim. Qui ſedent in monte [10] Seir,] * Philiſtiim,& ſtultus populus qui habitat in Sychimis. Doctrinam ſapientiæ & diſciplinæ ſcripſit in codice iſto Ieſus filius Syrach Ieroſolymita, qui renouauit ſapientiam de corde ſuo. Beatus qui in iſtis verſatur bonis. Qui ponit illa in corde ſuo, ſapiens erit ſemper. Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit: quia lux dei veſtigium eius eſt. *

1. Onia pontifice defuncto filius eius Simon ſucceſſit, iuſtꝰ cognominatus, quòd & deum pie coleret, & ciues ſumma proſequeretur benevolẽtia. Ioſep. lib. 12. c. 2.
1. Populum.
2. Diminuta ſunt receptacula aquæ, & quaſi maris ſupra modum.
3. A caſu, & fortificans ciuitatem, & obſidens.
4. In exitu domus velamenti.
b. Huius virtutes per ſimilitudines rerum more Hebræorum declarat. Doctrinam, inquam, famam & claritatem, per ſtellã matutinam, lunam & ſolẽ. Virtutes varias eius per iridem diuerſi colorem & flores varios. Caſtitatem per lilia. Orationẽ & deuotionem per thus. Charitatem per ignem effulgentem. Sapientiam per vas auri Opera miſericordiæ per oliuam. Contemplationem per Cypreſſum. Pontificatum per ſtolam, & cætera quæ facile intuenti patent ex Dionyſio. ibid.
5. Quaſi germen Libani in diebus veris, quaſi ignis & Libanus in foco.
6 Germinans fructus.
[c. Oblatio per manus ipſorum fiebat in altari holocauſtorum coram multitudine plebis, quæ non admittebatur ad videndũ oblationem incenſi, quæ fiebat intra templum. Vnde dicitur. Luc. 1. Et omnis multitudo populi erat foris orans hora incenſi. De Lyra. ibid.]
[d. Cum officium eccleſiaſticũ per miniſtros altaris agitur in memoriam Chriſti populus ad laudẽ Chriſti prouocatur, proſternit ſe in faciem, id eſt, cordis ſui exhibet humilitatem. Gloſa ordina. ibid.]
7. Plurimo ſono dulce factum eſt melos.
*Contra miſericordem.
8. Vt acciperent benedictionẽ ab altiſſimo. Et nũc benedicite deum omnium magna facientem ſolum vbique.
[e. Tunc orationem iterat, quia nunquam à dei laudibus ceſſat volens oſtendere virtutem Dei, hoc eſt, enarrare & prædicare miſericordiam eius, qui dat nobis iucunditatem cordis, & pacem in temporibus æternis, quatinus omnes Iſraelitæ, hoc eſt, veri cultores dei, & amatores regis æterni agnoſcentes prædicent potentiam & bonitatem Dei in liberatione populi ſui. Rabanus ibidem.]
9. Vt cum fide faciat nobiſcum miſericordiam, & in diebus noſtris liberet nos.
10. Samariæ.
*Viri qui habitant.
* Et piis dedit ſapientiam, benedictus dominus in ſeculum, fiat, fiat.

## Oratio Ieſu filij Syrach.

*Oratio Ieſu filij Syrach in dei laudem, exaltationem, & gratiarum actionem.* LI.

[a] Confitebor tibi domine Rex,& collaudabo te deum ſaluatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi,& liberaſti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ [1] iniquæ,] & à labiis operantium mendacium,& in conſpectu aſtantium factus es mihi adiutor. Et liberaſti me ſecundũ multitudinẽ miſericordiæ nominis tui à rugientibus præparatis ad eſcã, de manibus quærentiũ animam meã,& de multis tribulationibus quę circundederunt me, à preſſura flammæ quæ circũdedit me,& in medio ignis nõ ſum æſtuatus. De [2] altitudine ventris inferi,]& à lingua coinquinata,& à verbo mendacij, à rege iniquo,& à lingua iniuſta. [3] Laudabit vſque ad mortẽ anima mea dominũ,& vita

a. Oratio Ieſu Syrach, quã melius generaliter ad totam eccleſiam transferimus quàm ſpecialiter ad cuiuſlibet viri perſonam, quia cum nullæ deſcribũtur in ea ſpecies tribulationum & diuerſa ſolatia iuuamin[illegible] melius ad totũ corpus refe[illegible]tur quàm ad quamlibe[illegible]corporis. Orat enim eccleſia dominum ſuum regẽ Chriſtum, & gratias illi referre de beneficiis ſibi copioſiſſime ab eo collatis Rabanus ibid.
1. Calumniæ.
2. Profunditate ventris.
3. Appropinquauit vſque ad mortem anima mea, & vita mea erat prope infernum infimum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



mea appropinquans erat in inferno deorsum.] Circundederunt me vndique, & non erat qui adiuuaret.[b] Respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat. Memoratus sum misericordiæ tuæ domine, & cooperationis tuæ quæ à seculo sunt, quoniam eruis sustinentes te domine, & liberas eos de manu gentium.[4] Exaltasti super terram habitationem meam, & pro morte defluenti deprecatus sum.] Inuocaui dominum patrem domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assiduè, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea. Et liberasti me perditione, & eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nomini [5]domini] cum adhuc iunior sum. Priusquàm oberrarem quæsiui sapientiam palàm in oratione mea. Ante[6] tempus] postulabam pro illa, & vsque in nouissimis inquiram eam, & florebit tanquam præcox vua. Lætatum est cor meū in ea, ambulauit pes meus iter rectum, à iuuentute mea inuestigabam eam. [c] Inclinaui autem modicè aurem meam, & excepi illam. Multam inueni in memetipso sapientiam, & multum profeci in ea. Danti mihi sapientiam dabo gloriam. Consiliatus sum enim vt facerem illam, zelatus sum bonum, & non confundar. Colluctata est anima mea in illa, & in[7] faciēdo eam confirmatus sum.][d] Manus meas extendi in altum, & in sapientia eius luxit anima mea, & ignorātias[8] meas illuminauit.] Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inueni eam. Possedi cum ipsa cor abinitio, propter hoc non derelinquar. Vēter meus conturbatus est quærēdo illam, propterea bonam possidebo possessionem. Dedit enim mihi dominus linguam mercedem meam, & in ipsa laudabo eum. Approp iate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ. Quid adhuc retardatis, & quid diciris in his? Animæ vestræ sitiunt vehementer. Aperui os meum, & locutus sum.[†][e] Comparate vobis sine argento sapientiam, & collum vestrum subiicite iugo †Ifa.55.a
eius, & suscipiat anima vestra disciplinam. In proximo est enim inuenire eam. Videte oculis vestris, quia modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem. Assumite disciplinam in multo numero argenti, & copiosum aurum possidete in ea. Lætetur anima vestra in misericordia eius, & non confundemini in laude eius. Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

b. Hoc est: Considerauī miseriam meam, & non inueniam, quæ nullum in se speratem relinquit. Et præcipue subuentionis super electos suos, qui longanimiter expectantur auxilium vnde ideo ait psalmista: Quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui te domine. Sed & libera eos de manu persecutorum: quia in hac vita dat eis patientiam & post hanc vitam beatitudinem æternam, iuxta illud beati Iacobi Apost. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniā cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Dionysius ibidem.

4. Exaltauit ab ira supplicationum meam, & pro morte liberationem regni.

5. Tuo domino.

6. Templum.

[c. Inclinaui modicè autē meā ad sapientiæ doctrinam audiēdam. Et dicit modice, quia licet in acquirendo sapientiam sit magnus labor, tamen respectu boni magni quod inde sequitur & prouenit, magnus est reputendus. De Lyra.]

7. Factione famis diligentiam adhibui.

d. Manus extendit in altum qui precibus piis supernum quærit auxilium. In sapientia illius eluxit anima, qui ad illā mediantam beneuolā dirigit præcordia. Vnde in agnitione ipsius inuenier eā. Hoc est enim sapientiam inuenire, illuminata mente pleniter eam accepere, & quoniam hoc non aliis conceditur donū, nisi illis qui in eius perceptione præparant cor mundum, &c. Rabanus ibid.

8. Eius intellexi.

[e. Paratus sum gratis vos docere propter Deum, ideo dicit. Comparate vobis. Sed quia posset se aliquis excusare propter difficultatem acquisitionis sapientiæ, ideo hoc remouet, dicens: In proximo est &c. quantum ad eius principia quæ sunt per se nota, & inducit exemplū de seipso: Dicens: videte oculis vestris, quia modicū laboraui, & inueni mihi multam requiē. De Lyra.]

## ORATIO SALOMONIS.

†T inclinauit Salomon genua sua in conspectu totius Ecclesiæ Israel, & †3.Reg.8.a
aperuit manus suas ad cœlum. Et dixit: Domine deus Israel, non est similis deus in cœlo sursum, neque in terra deorsum, qui custodis testamentum tuum, & misericordiam pueris tuis euntibus in conspectu tuo, in toto corde seruans puero tuo Dauid quæ locutus es illi, & locutus es in ore tuo, & in manu tua implesti quasi dies iste. Et nunc domine deus Israel custodi puero tuo Dauid patri meo, quæ locutus es illi, dicēs: Non deerit tibi vir à facie mea sedens in throno Israel. Veruntamē si custodierint filij tui legem meam, & in præceptis meis ambulēt, sicut ambulauerunt in conspectu meo fideles. Et nunc domine deus Israel creditum est verbum quod locutus es puero tuo Dauid, quoniam si vere habitabit deus cum hominibus in terra. Si cœlum & cœli cœlorum non sufficiant tibi, quanto magis domus hęc quam ædificaui? Sed respicias ad orationem serui tui, & deprecationem eius, vt exaudias domine placationem orationis, quam puer tuus orat corā te hodie, vt sint oculi tui super domum hanc die ac nocte, in locum quem dixisti inuocare nomen tuum, & exaudias orationem quam puer tuus orat in hoc loco, & exaudias precationem pueri tui & populi tui Israel, si orauerint in loco isto, & exaudias in loco habitationis de cœlo, & exaudias & propitius sis si peccauerit vir in te.

Inci-

12



Universidad de Deusto Biblioteca

## INCIPIT PROLOGVS IN ISAIAM Prophetam.

*NEmo cum prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos æstimet apud Hebræos ligari, & aliquid simile habere de Psalmis vel operibus Salomonis. Sed quod in Demosthene & Tullio solet fieri, vt per cola scribantur & commata: qui vtique prosa & non versibus conscripserunt. Nos quoque vtilitati legentiũ prouidentes, interpretationem nouam nouo scribendi genere distinximus. Ac primùm de Isaia sciendum quod in sermone suo disertus sit: quippe vt vir nobilis & vrbanæ elegantiæ, nec habens quicquam in eloquio rusticitatis admixtum. Vnde accidit vt præ cæteris florem sermonis eius translatio non potuerit conseruare. Deinde etiam hoc adiiciendum, quòd non tam propheta dicendus sit quàm Euangelista. Ita enim vniuersa Christi Ecclesiæque mysteria ad liquidum prosecutus est, vt non eum putes de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere. Vnde coniicio noluisse tunc tẽporis septuaginta interpretes, fidei sacramenta perspicuè Ethnicis prodere, ne sanctum canibus, & margaritas porcis darent. Quæ cum hanc editionem legeritis, ab illis animaduertetis abscondita. Nec ignoro quanti laboris sit Prophetas intelligere, nec facile quempiam posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit antè quæ legerit: nos quoque patere morsibus plurimorum, qui stimulante inuidia, quod consequi non valent, despiciunt. Sciens ergo & prudens in flammam mitto manum: & nihilominus hoc à fastidiosis lectoribus precor, vt quomodo Græci post septuaginta translatores, Aquilam & Symmachum & Theodotionem legunt, vel ob studium doctrinæ suæ, vel vt septuaginta magis ex collatione eorum intelligant: sic & isti saltem vnum post priores habere dignentur interpretem. Legant prius, & post ea despiciant, ne videantur non ex iudicio, sed ex odij præsumptione ignorata damnare. Prophetauit autem Isaias in Ierusalem & in Iudæa, nec dum decem tribubus in captiuitatem ductis: ac de vtroque regno nunc commixtim, nunc separatim texit oraculum. Et cum interdum ad præsentem respiciat historiam, & post Babyloniæ captiuitatem reditum populi significet in Iudæam: tamen omnis eius cura de vocatione gentium, & de aduentu Christi est. Quem quanto plus amatis ô Paula & Eustochium, tanto magis ab eo petite, vt pro obtrectatione præsenti, qua me indesinenter æmuli laniant, ipse mihi mercedem restituat in futuro: qui scit me ob hoc in peregrinæ linguæ eruditione studasse, ne Iudæi de falsitate scripturarum Ecclesiis eius diutius insultarent.*

### Vita Isaiæ Prophetæ.

*ISaias in Ierusalem nobili genere ortus est, ibíque prophetauit. Sub Manasse Rege, sectus in duas partes occubuit. Sepultúsque est sub quercu Rogel iuxta transitum aquarum, quas olim Ezechias Rex iacto obstruxerat puluere.*

# Incipit Isaias Propheta.

*Cœlestia & terrena prouocat Isaias in testes super Iudææ scelera, pro quibus deus illius execratur sacrificia, & ad pœnitentiam illam reuocans inungit baptisma. Cap. I.*

Anni ante Christum 796. Anni mundi 3166.

[a]Isio Isaiæ filij Amos, quã vidit super Iudæam & Ierusalem in diebus Osiæ, Ioathan, Achaz, & Ezechiæ Regum Iuda. [b]Audite cœli, & auribus percipite terra, quoniam dominus locutus est: Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem [1] spreuerunt me.] [c]Cognouit bos possessorem suũ, & asinus præsepe [2] domini sui.] Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis [3] sceleratis.] Dereliquerunt dominum, [4] blasphemauerunt] sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos vltrà [5] addentes] præuaricationem? Omne caput languidũ, & omne cor mœrens. A planta pedis vsque

a. Hic propheta cum esset diuinus, & vsque ad miraculum veridicus, certus se nihil à vero alienum dixisse, omnia sua vaticinia scripto tradita reliquit posteris, vt ex euentu certitudo eorum posset intelligi. Nec hic solus id fecit, sed alij præterea 22. Et quicquid, vel boni, vel mali, nobis euenit, eorum illorum respondet oraculis. Iosephus, Antiquit. Iudaic. lib. 10. c. 3.

b. Quia homines irrationabiliores facti sunt, irrationabilibus per peccata, ideo irrationalia propheta alloquitur. Chrys. de pœnit. homil 3.

1. Conspirauerunt in me.

c. Scilicet ip natiuitatem Christi in carne & Iudæi ex parte, & gentes agnouerunt. Hieron. in 1. ca. Iob.

2. Dominorum suorum.

3. Pestiferis.

4. Irritauerunt.

5. Cum augeritis.

ad verticem non est in eo[6] sanitas.] Vulnus & liuor & plaga[7] tumens,] non est circunligata,nec curata medicamine, neque fota oleo.† [d][§] Terra vestra[8] deserta,] ciuitates vestræ succensæ sunt igni. Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili. [e] Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea,& sicut tugurium in cucumerario: sicut ciuitas quæ vastatur. † Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen,* † quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus.† [f] Audite verbum domini principes Sodomorum, percipite auribus legem dei vestri populus Gomorrhæ. Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum dicit dominus? Plenus sum.[g] Holocausta arietum, & adipem pinguium & sanguinem vitulorum,& agnorum,& hircorum nolui.Cum[9] veneritis]* ante conspectũ meum,quis quæsiuit hæc de manibus vestris vt ambularetis in atriis meis? † Ne offeratis vltrà sacrificium frustra.Incensum abominatio est mihi.† Neomeniam,& sabbatum,† & [10] festiuitates] alias non feram. [§] Iniqui sunt cœtus vestri. Kalendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea. Facta sunt mihi molesta. † Laboraui sustinens. [h] Et cum extenderitis manus vestras,auertam oculos meos à vobis.Et cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. † Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. † [i] Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruersè, discite benefacere. † Quærite iudicium,subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite * & [11] arguite me,] dicit dominus.Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. [k] Si volueritis & audieritis me,bona terrę comedetis. Quòd si nolueritis,& me [12] ad iracundiam prouocaueritis,]gladius deuorabit vos, quia [l] os domini locutum est: † [m] Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua. † Principes tui fideles, socij furum.[§] Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos. Propter hoc ait dominus deus exercituum fortis Israel: Heu ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Et conuertam manum meam ad te,&[13] excoquam]ad purum scoriam tuam,& auferam omne stannum tuum: & restituam iudices tuos vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut [14] antiquitus.]Post hęc vocaberis ciuitas iusti,vrbs fidelis. Sion in iudicio redimetur,&[15] reducent eam] in iustitia. [n] Et conteret scelestos & peccatores simul, & qui dereliquerunt dominum consumentur.Confundentur enim [16] ab idólis quibus sacrificauerũt.] Et erubescetis super hortis quos elegeratis,cum fueritis velut quercus defluentibus folliis: & velut hortus absque aqua. Et erit fortitudo vestra vt [17] fauilla stupæ:&[18] opus vestrum]quasi scintilla,& succendetur vtrunque simul,& non erit qui extinguat.

6. Integritas.
7. Putrida, vel sanies. [d. Hæc omnia referuntur, tẽpus Titi Vespasiani, quando Iudæi fuerunt à Romanis capti, & cæsi, & Ierosolyma fuit deleta, & templum incendio flagrauit. Punctus ibidem.]
8 Desolata.
e. Iudææ gentis ruina, verbique dei & legis nouæ ciusque domus diuulgatio, & pietatis omnium gentiũ declaratio. Euseb.
* Admodum paucum.
f. Iudæos alloquitur quòd Sodomitarum, & Gomorrhæorũ imitari malitiam, sibi cognationem cum illis asciuissent. Chryso. aduersus Iudæos Oratio. 1.
[g. Sacrificia Iudæorum reiicit obedientiam euangelij eõmendat. Vltimum tẽpli destructionem indicat, quæ in perpetuum persoluerat. Post Babylonicam est captiuitatem à Zorobabel templum ædificatum est, & in eo diu sacrificatũ est. Glosa ordinaria ibidem.]
9. Veniretis.
* Vt videamini.
10. Conuocationes festiuitatũ.
h. Deus accepta non habet sacrificia quæ in manibus impiorũ offeruntur. Chryso. aduersus Iudæos, oratio. 4.
i. Lauantur, nec mũdi sunt qui commissa flere non desinunt, sed rursus flenda committunt. Grego. Pastoral. 3. parte, admonitio. 31.
* Quæso.
11. Disceptemus.
k. Quare omnibus manifestum est quòd liberũ arbitrium exhibuit nobis deus per seipsum locutus: Si volueritis, & si nolueritis, &c. Quare circa hominem est bona operari, aut mala res apperere. Epiphanius cõtra tertiam Phatiæorum sectam.
12. Irritaueritis.
l. Cuius sententia permanentibus hominum peccatis non potest immutari. Hieron. ibidẽ.
m. Quod in Isaiæ tẽpotibus intelligi potest, sed plenius refertur ad passionem Christi, quãdo omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Hiero. ibid.
13. Purgabo.
14. In principio.
15. Captiuitas eius.
[n. Qui illi qui erant in peccatis suis obstinati fuerunt mortui partim in captione Ierusalẽ & terræ in circuitu, & partim in captiuitate Babylonis. De Lyra ibidem.]
16. Propter idola quæ concupiuistis.
17. Stupa.
18. Operator eius.

Verbum quod vidit Isaias filius Amos super Iudam & Ierusalem. † Et erit [A] in nouissimis diebus [a] præparatus mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur super colles. Et fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, vt dicent: Venite, ascendamus ad montem domini, [b] & ad domum dei Iacob,& docebit nos vias suas,& ambulabimus in semitis eius,quia de Sion exibit lex,& verbum domini de Ierusalem. Et iudicabit [*c] gentes, & arguet populos multos.Et conflabunt gladios suos in [1] vomeres,] & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec [2] exercebuntur vltrà ad]prælium. [§] Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine dei nostri. Proiecisti enim populum [3] tuũ domum Iacob,quia repleti sunt vt olim, & augures habuerũt vt Philistiim,& [3] pueris alienis adhęserunt.]Repleta est terra argento & auro,& non est finis thesaurorum eius. Et repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius. Et repleta est

*Christi aduentus & passio in remedium peccati Iudæorum illis promittuntur, quibus nisi aduertant reprobantur, & gentiles aduocantur.* II.

2. Mons est in vertice montium incarnatus dominus, transcendent celsitudinem prophetarũ. Grego. Moral lib. 33. cap. 1.
[b. Quod ideo dicitur, vt vetus testamentum suscipiamus: Nõ secũdum Manichæum, aliam q̃ domum Iacob quæramus. Glosa ordinaria.]
* Inter.
c. Nõ vnam gentẽ Iudæorũque sed nationes quæ per legẽ euãgelij, & nouum sermonem apostolorum iudicãtur. Et conflabunt gladios suos, &c. hoc est, feros quõdam & sanos animos conuertent in sensus probos bonæ frugi operarios. Tertul. aduersus Marcio. lib. 4.
1. Ligones.
2. Discent vltra.
3. In filios alienorũ suffecerunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

terra eius idolis. Opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Et[c] incuruauit se homo, & humiliatus est vir. Ne ergo dimittas eis. [d] Ingredere in petram, & absconde [4] in fossa humo ]à facie timoris domini, & à gloria maiestatis eius. C [e] Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum. [f] Exaltabitur autem dominus solus in die illa, quia dies domini exercituum super omnem superbum & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur, & super omnes Psal 28.b cedros Libani sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan, & super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos, & super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum, & super omnes naues Tharsis, & super omne quod visu pulchrum est. Et incuruabitur [- omnis ] sublimitas hominum, & humiliabitur altiD tudo virorum. [g] Et eleuabitur dominus solus in die illa, & idôla penitus conterentur. †Luc.23.d Oseæ.10.b Apoc.9.b †Et introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terram. In die illa proiiciet homo idôla argenti sui, & simulachra auri quæ fecerat sibi, vt adoraret talpas & vespertiliones. †infra.31.d †Luc.23.e † Et ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas saxorum à facie formidinis domini, & à gloria maiestatis eius, † cùm surrexerit percutere terram. Quiescite ergo ab homine cuius spiritus in naribus eius est, quia[g] excelsus reputatus est ipse.

*Quoniam Iudæi vocationem suam neglexerunt, dominus illis minatur excidium omnis potestatis & imperij ablationem, ac omnem corporis ornamentum.* *III.*

A [a] Ecce enim dominator dominus exercituum auferet ab Ierusalem & ab Iuda [b] vallidum & fortem: omne robur panis & omne robur aquæ, & fortem & virum bellatorem, & iudicem, & Prophetam, & ariolum, & senem, principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientiam de architectis, & prudentem [1] eloquij mystici. ] Et dabo [c] pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. Et corruet populus vir ad virũ, & vnusquisque ad proximũ suum. Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui, & dicet: Vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu B tua. [d] [2] Respondebítque ] in die illa, dicens: Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum. Nolite constituere me principem populi. Ruit enim Ierusalem & Iudas concidit, quia lingua eorum & inuentiones eorum contra dominũ, vt prouocarent oculos maiestatis eius. Agnitio vultus eorum respondebit eis, & [d] peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Væ animæ eorum, quoniam [3] reddita sunt eis ] mala. Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. Væ impio [4] in malum. ] Retributio enim manuum eius fiet ei. [5] Populum meum exactores sui spoliauerunt, ] & mulieres dominatæ sunt C eis. [e] Populæ meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. †[e] Stat ad iudicandum dominus, & stat ad iudicandos populos. Dominus †Apoc.1.b Luc.21.f ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius. Vos enim depasti estis vineam meam, & rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit dominus exercituum? Et dixit dominus deus: Pro eo [6] quod eleuatæ sunt ] filiæ Syon, & ambulauerunt extento collo, & [7] nutibus oculorum ] ibant, & plaudebant, & ambulabant, & [8] pedibus suis composito gradu incedebant, ] decaluabit dominus verticem filiarum Syon, & dominus, [9] crinem D earum ] nudabit. [f] In die illa auferet dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armilas, & mitras, & discriminalia, & perischelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & specula, & sindones, & vittas, & theristra. [g] Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona [10] funiculus, & pro crispanti crine ]

4. In petram ingredimur cum contristati duritiam penetramus, Greg. Moral. lib. 33. cap. 22.
4. In puluere.
c. Multi hæc de die iudicij intelligunt, & omnis creatura comparatione diuinæ gloriæ humilietur & incuruetur, & nihil esse se sentiat. Hieronym. ibidem.
[f. Iudæi abiiciêtur & prosternêtur, solus autem deus magnus & sublimis apparebit, cum ab eius ira nullus Iudæorum possit fugere nec liberari. Non differt ab hoc testimonio id quod iis verbis canit clarissimus vates Psal. 9. Cognoscetur Dominus iudicia faciens in operibus manuum suarum compressus est peccator. Quidam referunt hoc ad extremum iudicium. Pintus ibidem.]
g. Ratione huius dictionis bama, variè interpretatur hæc propositio. Bama enim excelsum, vnde locus pœnitentiæ Magdalenæ apud Massilienses creditur appellatus. Interdum dictio cõposita est, & significat cum eo, vel in eo. Sancte cùm dicit. Quid enim reputationis est ipse? Mũstherus autem ait: Quid enim ille reputatur? Aquila verò, Iquo reputatus est ipse? 70. interp. omnino subticuerunt. Hebræi autem intelligentes prophetiam esse de Christo, verbum ambiguum in deteriorem partẽ interpretati sunt, vt viderentur nõ laudare Christum, sed nihili pẽdere.

a. Quidam eum Tyrano hoc caput exponunt de tribulatione Iudæorum pro tempore Babylonicæ captiuitatis, cæteri cum Hieronymo de captiuitate Iudæorum à Romanis, quia Christum occiderant. Diony. ibid.
b. Potestas ad dirigendã bella in duce populi in tribus consistit, in fortitudine corporis, quæ præcipue in complexionis vigore & sanitate, vnde dicit: Auferet vallidum in membrorũ cõplexione & robore, quod in nervis & ossibus præcipuè cõsistit, ideo dicit & torrem. Et tãdem in victu & ciborum copia, quæ nervus belli dicitur, vnde dicit: Omne robur panis, & omne robur aquæ. S. Tho. ibidem.
1. Oratorem.
c. Per pueros vel adolescentulos præsenti loco non est intelligendus eam ætatulã subiicere vlli calumniæ simpliciter, sed ex redundanti offendit principum amentiam. Chry. ibidem.
2. Iurabítque.
d. Peccatum suum absconderet Sodoma, si adhuc cum timore peccaret, sed funditus timoris fræna amiserat, quæ ad culpam nec tenebras requirebat. Greg. Pastoral. part. 3. admonit. 31.
3. Reddiderunt sibiipsis.
4. Malo.
5 Populi mei exactores sunt pueri.
e. Iudicia humana cur sequeris, qui stare super te cœlestem iudicem scis? Greg. in Ezech. homil. 9.

6. Superbierunt.
7. Vagantibus oculis.
8. In pedibus suis calceabãtur.

9. Confusionem illarum.
[f. Scilicet Babylonicæ captiuitatis vel verius Romanæ, & omnia ornamenta perdiderunt. Siue metaphoricè, mulierum, id est, vrbium ornamenta destructa sunt. Glosa ordi. ibid.]
g. Quia hi praui operis fœtorem emittunt qui abiecto cingulo castitatis funiculum intexunt lasciuiæ. Grego in 7. Psal. 50.
10. Ruptura, & pro crinium dispositione.

caluicium,& pro fascia pastorali cilicium.[h11] Pulcherrimi quoque] viri tui gladio ca-
dent,& fortes tui in prœlio. Et mœrebunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in
terra sedebit.

[h. Mulierum pœna ex morte virorum suorum, scilicet qui nobiores erunt, cum quibus impudice deliciabantur; & quia per Chaldæos gladio cadent. De Lyra ibidem.]
11. Adustio pro pulchritudine.

*Tanta cædes virorum in Iudæa fiet, vt præ virorum raritate septem vel etiam plures mulieres vni viro nubere desyderent, vnde magnificentia domini veniet & ecclesiæ securitas.* IIII.

ET[a] apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa,dicētes: Panem[*] nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos,aufer opprobrium nostrum.[b] In die illa erit germen domini in magnificentia & gloria,& fructus terræ[1] sublimis,& exultatio] iis qui saluati fuerint de Israel. Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion,& residuus in Ierusalem: sanctus vocabitur omnis qui scriptus est[2] in vita in Ierusalem. [*]Si abluerit dominus sordem filiarū Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio[t] eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Et creabit dominus super omnem locum mōtis Sion,& vbi[3] inuocatus est,]nubem per diem,& fumum & splendorem ignis flammantis in nocte.[b] Super omnem enim gloriam protectio,& tabernaculum erit in vmbraculum dei ab æstu,& in securitatem & absconsionem à turbine,& à pluuia.

a. Cum ipsa Ierusalem fuerit desolata ob nimiam hominū raritatem,interfectis bellatoribus septem mulieres apprehendent vnum virum cupientes habere semen in Sion. Hierony. ibid.
b. Germen domini Iesus Christus solus de mundissimo conceptus semine:quia & si in similitudine carnis peccati, & si filius carnis Adæ,nō tamen filius præuaricationis Adæ:quia non fuit natura filius iræ, sicut reliqui omnes qui in iniquitatibus sunt concepti. Bernard. in die Penteco. Sermo. 2.
1. In sublimitate & gloria.
2. Cum viuentibus in Ierusalē. Quando.
3. Inuocationes eius fiunt.
[b. Hunc locum Iudæi ad Antichristum referunt, quē per turbinem & tempestatem significari coniiciunt,séque virtute diuina ab eo defendi cōfidunt. Nos autem ad primum Christi aduentum. Glosa ordina. ibid.]
*Nunc.

*Iudæis sub nomine vineæ reprobatis ob varias eorum iniquitates, gentiles succedent ad fidem & salutem vocandi.* V.

CAntabo * dilecto meo canticum[1] patruelis mei] vineæ suæ. †[a] Vinea fuit dilecto meo, in cornu filio olei. Et sepiuit eam, & lapides elegit ex ea & plantauit illa, & ædificauit turrim in medio eius,& torcular extruxit in ea.[b] Expectauit vt faceret vuas,& fecit labruscas. Nunc ergo habitatores Ierusalem & viri Iuda, iudicate inter me & inter vineam *meam*. [c] Quid est quod vltrà facere debui vineæ meæ, & non feci? [2] An quod ]*expectaui* vt faceret vuas,& fecit labruscas? Et nunc ostendā vobis quid ego faciam vineę meæ. [*]Auferam sepem eius,& erit in direptionem. Diruam maceriam eius, & erit in conculcationem,& ponam eam desertam. Non putabitur, & non fodietur, & ascendent super eam vepres & spinæ,& nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. Vinea autem domini exercituum domus Israel est: & viri Iuda germen eius delectabile. Et expectaui vt faceret iudicium, & ecce[3] iniquitas:] & iustitiam & ecce clamor. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis[4] vsque ad terminum loci.] Nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? [*] In auribus[5] meis sunt hæc, dicit dominus exercituum.] Nisi domus multę desertę fuerint grandes & pulchræ,& absque habitatore. Decem enim iugera vinearum facient[6] lagunculam vnam,] & triginta modij sementis facient modios tres. Væ qui[7] consurgitis ]mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis. Cithara & lyra,& tympanum, & tibia, & vinum in conuiuiis vestris, & opus domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. † [*] Propterea captiuus ductus est populus meus,[d] quia non habuit scientiam, & [8] nobiles eius interierunt fame,] & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suū absque[9] vllo termino. Et descendent fortes eius, & populus eius & sublimes glorioſique eius ad eum.]Et incuruabitur homo,& humiliabitur vir,& oculi sublimium deprimētur. Et exaltabitur dominus exercituum in iudicio, & deus sanctus sanctificabitur in iustitia. Et pascentur agni iuxta ordinem suum, & [e] deserta in vbertatem versa aduenæ comedent. [*] Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. Qui dicitis, festinet & citò veniat opus eius vt videamus, & appropiet & veniat consilium sancti Israel, & sciemus illud. [f] † Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponen-

7. Plaga.
4. Vt non sit locus, sub. pauperi ad habitandum.
5. Domini exercituum, sub. sunt hæc.
6. Batum vnum,& semen chori faciet ephi.
7. Consurgunt,& sic de aliis vetbis.
d. Ne ergo in eadem pœna cum his veniamus,finē eorum ostendit dominus, simul significans quòd obedientes Moysi & prophetis crederent in eum,quē ipsi prædicassent dei filium,qui resurrexit à mortuis,& vitam nobis donat,& demonstrat ex vna substantia esse omnia. Irenæus lib. 4. cap. 4.
8. Gloria eius viri famis, sub. erunt.
9. Modo. Et descendet gloria eius,& multitudo eius, & opulentia eius, & quisquis in ea lætatus est.
e. Hæc prophetarum dicta deserta apud Iudæos fuerūt, quia per intellectū mysticum ex excolere intelligendo noluerunt, & nos aduenæ hæc deo largiente comedimus quæ ciues legis manducare noluerunt. Grego. in Ezech. hom. 1
f. Qui peccanti & iniquis operibus attendenti promittit impunitatis securitatem, propheticæ maledictioni subiacebit. Similiter & ille qui bonū actum detrahit per inuidiam,& beneficienti contradicendo aduersatur,væ sempiternum habebit. Hieron. in Thren. cap. 2.

tes amarum in dulce, & dulce in amarum. §† Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. † Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. § Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi [10] fauilla] erit, & germen eorum vt puluis ascẽdet. Abiecerunt enim legem domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. Ideò iratus est furor domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum. Et conturbati sunt montes, [11] & facta sunt morticina eorum ]≻quasi stercus] in medio platearum. [h] † In his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. § Et eleuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce festinus velociter veniet. [i] Non est deficiens neque laborans in eo, non dormitabit neque dormiet, neque soluetur singulum renum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius. [k] Sagittæ eius acutæ: & omnes arcus eius extenti. Vngulæ equorum eius vt silex, & rotæ eius quasi impetus tempestatis. Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonum. Et frendet & tenebit prędam, & amplexabitur & non erit qui eruat, & sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris. Aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis: & lux obtenebrata est [12] in caligine eius.

§g. Sic D. Paulus in epistola ad Ro. cap. 12. nolite, inquit prudẽtes esse apud vosmetipsos. Et damnatione ſg. æternam annunciat, & minatur propheta, qui prudentiam & sapientiam sibi arrogant, & mundi sapientia instructos se esse existimãrent, sunt vera sapiẽtia priuati. De his ait Apostolus Roma. 1. Dicentes se esse, sapientes stulti facti sunt. Pintus ibidem.

10 Putredo.

11. Et fuit cadauer eius lacerũ. [h. Quia in his pœnis nõ est populus emendatus, sed magis obstinatus in malo: sed adhuc manus eius extenta ad puniendũ populi obstinationem per exercitum regis Babylonis. De Lyra ibipsem.]

i Hoc est, in hoc exercitu nemo est à proposito cessans aut qui ex irinete fatigetur: quoniã ex nimio desiderio occidendi Iudæos, laborem pro nihilo reputauit. Trahit enim sua quenque voluptas, & omnia etiã dura & aspera efficit prope nulla. Dieny. ibidem.

[k. Hebræi hunc locum de Babyloniis intelligũt: Nos autem consequentium accedentes Romanos intelligimus, qui in finibus terræ commorantur. Glo. ordinaria.]

12. In cœlis eius.

*Vidit Isaias domini maiestatem, à quo per Seraphim purgatus, mittitur ad prædicandum Iudææ desolationem, & populi decimationem.* VI.

IN anno quo mortuus est rex Ozias, [a] † Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum: ≻& plena erat domus à maiestate eius:] & [1] ea quæ sub ipso erant, replebant] templum. Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri. Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: [b] † Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. § Et commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta est fumo. Et dixi: † Væ mihi quia tacui, quia vir [c] pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & Regem dominum exercituum [2] vidi oculis meis.] Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius [3 d] calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: § Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Et audiui vocem domini, dicentis: † Quem mittam, & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego mitte me. Et dixit: Vade, & dices populo huic: † Audite [4] audientes,] & nolite intelligere, & videte [5] visionem] & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. § Et dixi: Vsquequo domine? Et dixit: Donec desolentur ciuitates absque habitatore, & domus sine homine. Et terra relinquetur deserta, & [6] longè faciet] dominus homines. Et multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ: & adhuc in ea decimatio. Et conuertetur, & erit in ostensionem sicut terebinthus, & sicut quercus quæ expandit ramos suos. Semen sanctum erit, id quod steterit in ea.

2. Operæpretium est inquirere primum qua gratia propheta nobis cẽpit designarit. Nequa enim hoc fortuito temerẽve facit. Nam prophetarum ora dei sunt os. Tale verò os nihil dixerit obiter & extra rem. Ne igitur nos obiter & aliud agentes audiamus. Chry. de verb. Isaiæ, Vidi dominum. hom. 2. Hic igitur Ozias è stirpe Dauid duxit genus. Rex autem erat Iudæorũ Regnauit an. 52. Cũmque initio cum laude gessisset principatũ, post in scelera prolapsus est. Cum enim altiores spiritus sustulisset, quam pro sua dignitate, principatum inuasit sacerdotij. ibid. homil. 3.

1. Fimbriæ eius replebant.

b. Ne vnitatem diuinæ substantiæ scinderevideretur, adinnxit: Dominus deus sabaoth, quia non domini dij, sed dominus deus addidit, vnũ existere quod tertio sanctum vocauerat, indicauit. Greg. Moral. lib. 29. c. 38.

c. Hanc labiorum pollutionem cõtraxisse dolet, rationẽ subiungens, quia in medio populi polluta labia habẽris habitet. Grego. Dialo. lib. 3. cap. 25.

2. Viderunt oculi mei.

3. d. Carbo, Seraphim incendiã interpretatur: qui vt peccata locutionis incendat, de altari carbonem portat. Grego. hom. 34. Carbo autem simplex non est, sed vnitus igni, sic panis vnionis non panis simplex est, sed vnitur diuinitati. Damas. lib. 4. cap. 14.

4. Audiendo.

5. Videndo.

6. Elongabit.

*Obsessa à Syriis & ab Israel Ierusalem, Isaias Christum ex virgine concipiendum regi Achaz prænuntiat, & inde Ierusalem liberationem.* VII.

EA [a] † Tfactum est in diebus Achaz filij Ioathan filij Oziæ regis Iuda, ascendit Rasin Rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ, Rex Israel in Ierusalem ad præliandum contra eam, & non potuerunt debellare eam. Et nuntiauerunt domui Dauid, dicentes: Requieuit Syria [1] super Ephraim,] & commotum est cor eius & cor populi eius, sicut mouentur ligna syluarum à facie venti.

a. Præmisso bello priore de quo 4. Reg. 16. & 2 Para. 28. in quo legimus Rasin regem Damasci, victo Achaz multos de Iudæa Damascum transtulisse, Phacee autem filium Romeliæ Regem Israel vna die 120000. percussisse de Iuda hominum bellatorum, & 20000 mulierum puerorũmque, & cum infinita præda in Samariã duxisse captiua. Secundum aggreditur propheta, in quo hostes suam fortitudinem experti, & imitati prædæ magnitudine, rursum Iudæã debellare volunt, & nõ possunt. Hierony. ibidem.

1. Cum Ephraim.

Et dixit dominus ad Isaiam: [b] Egredere in occursum Achaz, tu & [2] qui derelictus est, Iasub] filius tuus ad extremum aquæ ductus piscinę superioris in via agri fullonis, & dices ad eum: [3] Vide vt sileas.] Noli timere: & cor tuum ne [4] formidet] à duabus caudis titionum fumigantium istorum, in ira furoris Rasin regis Syriæ, & filij Romeliæ, eo quòd consilium inierit contra te Syria in malum, Ephraim & filius Romeliæ, dicentes: [5] Ascendamus ad Iudam & [5] suscitemus eum,] & euellamus eum ad nos, & ponamus Regem in medio eius filium Tabeel. Hæc dicit dominus deus: Non stabit, & non erit istud, sed caput Syrię Damascus, & caput Damasci Rasin. Et adhuc sexaginta, & quinque anni, & [6] desinet Ephraim esse] populus, & caput Ephraim Samaria, & caput Samarię filius Romeliæ. Si non credideritis, non [7 c] permanebitis. Et adiecit dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à domino deo tuo [8] in profundum inferni, siue in excelsum suprà.] Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo dominum. Et dixit: Audite ergo domus Dauid: Nunquid parum vobis est [9] molestos esse hominibus, quia molesti estis & deo meo?] Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum: [d † ✻] Ecce virgo [10] concipiet, &] pariet filium, & vocabitur nomen [c] eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum & eligere bonum. Quia antequam sciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra quam tu detestaris, à facie duorum regum suorum. Adducet dominus super te, & super populum tuum, & super domum patris tui dies: qui non venerũt à diebus separationis Ephraim à Iuda cum rege Assyriorum. Et erit in die illa, sibilabit dominus muscę quæ est in extremo fluminum Ægypti: & Api quæ est in terra Assur, & venient, & requiescent omnes [11] in torrentibus vallium,] & in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis, & in vniuersis [12] foraminibus.] ✻ In die illa radet dominus in [b] nouacula conducta † in iis qui trans flumen sunt in rege Assyriorum, caput & pillos pedum, & barbam [13] vniuersam.] Et erit [c] in die illa, nutriet homo vaccam boum, & duas oues, & præ vbertate lactis * comedet butyrum. Butyrum enim & mel manducabit omnis homo qui relictus fuerit in medio terræ. Et erit in die illa omnis locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis, & in spinas, & in vepres erunt. Cum sagittis & [f] arcu ingredientur illuc. Vepres enim & spinæ erunt in vniuersa terra. Et omnes montes qui in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror spinarum & veprium, & erit in pascua bouis, & in conculcationem pecoris.

*Promisso Christi aduentu prædicit decem tribuum captiuitatem ab Assyrio, & duarum tribuum liberationem, sibi cauendo à gentium superstitionibus.* VIII.

ET dixit dominus ad me: Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo [a] hominis, [1] velociter spolia detrahe, citò prædare.] Et adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ. Et accessi ad Prophetissam, & concepit & peperit filium. Et dixit dominus ad me: Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina prædari: [a] quia antequam sciat puer vocare [2] patrem suum, & matrem suam] auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Et adiecit dominus loqui ad me adhuc, dicens: Pro eo quòd abiecit populus iste aquas Syloe quæ vadunt cum silentio, ✻ & [3] assumpsit magis Rasin & [4] filium] Romeliæ: propter hoc, ecce adducet dominus super eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorum, & omnem gloriam eius. Et ascendet super omnes riuos eius, & fluet super vniuersas ripas eius, & ibit per Iudam inundans, & transiens vsque ad collum veniet. Et erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ ô Emmanuel. [5 b] Congregamini populi & vincemini,] & audite vniuersæ procul terræ. [6] Confortamini & vincemini, accingite vos & vincemini, [7] inite consilium & dissipabitur, loquimini verbum & non fiet, quia nobiscum deus. ✻ Hæc enim ait dominus ad me. Sicut in forti manu erudiuit me, ne irem in via populi huius, dicens: Non dicatis, coniuratio. Omnia enim quæ loquitur populus iste

coniuratio

[b. Iasub interpretatur reuersus & sic dicit dominus: Tu & qui derelictus est, Iasub tuus, quasi dicat dominus: ut saluet qui de populo Iudæ qui reuertetur ad me per pœnitentiam ad dictum tuum erũt tibi sicut filius tuus Iasub. In sacra enim scriptura ille qui per doctrinã suã aliquos conuertit ad deum, dicitur pater eorum, & ipsi dicuntur eius filij. Secundum hunc modum dixit Apost. 1. Cor. 4. In Christo enim Iesu per euangelium ego vos genui. De Lyra ibidem.]
2. Sear Iasub.
3. Caue & quiesce.
4. Molliescat.
5. Excitabimus eam.
6. Destituetur Ephraim ne sit.
7. c. Eritis fideles. Heb. intelligetis, Græ. quia sapientia dei nostra fides est. Greg. Moral. lib. 2. cap. 35.
8. Profundum petendo, sicut ex celsum sursum.
9. Molestare homines, nisi etiã deum meum molestetis?
[d. Intelligi autem hanc Isaiæ vaticinationem de admirabili sacratissimę virginis partu apertissimè testatur diuus Matthęus primo cap. sui euangelij: vbi ad literam hæc sunt verba: Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum, &c. Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabis nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum deus. Pintus ibidem.]
10. Impregnata. Hebr. Ecce virgo in vtero accipiet.
11. In desertis vallibus.
12. Dumetis, vel arbusculis abiectis.
13. Consumet.
e. Hic si illam diem quam propheta significat quæreris, tempus aduentus saluatoris nostri inuenies. Vacca enim vna ecclesiasticum vtique eorũ qui præsident, principatum diuinis ac rationalibus cibis nutriẽter designat. Oues autem duæ binos ordines instar ouium ad gregẽ Christi conuenientes, alterũ in primis adhuc elementis versantem, alterum verò qui iam per lauacrum sit illustratus figurãt. Iusteb. demonst. lib. 2. cap. 19.
✻ Quod faciet.
f. Quia sancti apostoli ad feriẽdam gẽtilis vitæ dutitiam cum distinctis verborũ spiculis venerunt. Greg. Moral. 19 cap. 28.

1. Accelera ad spolia, & festina ad prædam.
a. Magi adorantes Christum di Ci sunt virtus Damasci: quia virtus vniuscuiusque prouinciæ sunt sapientes illius. Chrysosto. in Matth. hom. 2.
2. Mi pater, & mea mater.
3. Gaudium.
4. Filij.
5. Contetemini ô populi, & cõfringemini.
b. Irridet autem propheta pugnantium exercituũ, sapiẽtum consilium, & dominorũ præpotẽ. His enim tribus bella proueniunt, exercitus autẽ tribus inualescit, scilicet multitudine, a pugnantium animi & corporis fortitudine, 3 armorum munitione. Quo ad primum dicit: Congregamini populi & vincemini, quotquot fueritis, dominũ pugnante per quoscunque suos ministros. Quo ad 2. dicit: Cõfortamini quia iuxta dictũ Ioelis, Erumpite, & venite omnes gentes de circuitu, & congregamini, ibi occũbere faciet dñs robustorum. Quoad tertiũ dicit: Accingite vos gladiis, inite cõsilium, &c. hæc enim cuncta dissipabuntur, vt Iob. 5. Qui eo imprehendit sapientes in astutia eorum. S. Tho. ibid.
6. Accingite vos & cõteremini, accingite vos & cõfringemini.

Universidad de Deusto
Biblioteca



coniuratio est. Et timorem eius ne timeatis, neque paueatis. Dominum exercituum ipsum sanctificate, & ipse pauor vester, & ipse terror vester, & erit vobis in sanctificationem, [c] †in lapidem autem offensionis, & in petram scandali [d] duabus domibus Israel: †Luc.2.c Ioan.9.g 2.Pet.2.b in laqueum, & in ruinam habitantibus Ierusalem. Et offendent ex eis plurimi, & cadẽt & conterentur, & irretientur, & capientur. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis, & expectabo dominum qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & prę- †Heb.2.d labor eum. †[e] Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus in signum & in portẽtum Israel, à domino exercituum qui habitat in monte Sion. Et cum dixerint ad vos: quærite à pythonibus, & à diuinis qui [7] strident in incantationibus suis,] nunquid nõ populus à deo suo requiret visionem pro viuis ac mortuis? [e] Ad legem magis, & ad testimonium. Quòd si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis matutina lux. Et trã- sibit per eam, & [8] corruet,] & esuriet, & cum esurierit irascetur & maledicet regi suo, & deo suo. Et suspiciet sursum, & ad terrã intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebræ, & [9] dissolutio,] & angustia, & caligo [10 f] persequens,] & non poterit auolare de angustia sua.

[c.Ex hoc loco sumit Apostolus testimonium, quòd Iudæis factus sit scandalum, gentibus autem stultitia, ipsis autem vocatis, &c. 1.Cor.1.d. Glo. ordi.]
d. Quæ iusto iudicio fecit ruere: & illæ duæ domus fuerãt domus Phacee filij Romeliæ, quã fecit ruere per Oseæ filium Hela.4.Reg.15. & domum Oseæ filij Helæ, quam eum toto regno Israel fecit ruere per Salmanasar regem Assyriorum. 4. Reg 18. Et quia in regno Iudæ erant aliqui mali & increduli qui eruerunt gladio Sennacherib, ex diuino iudicio. Lyra ibid.
7. Garriunt & loquuntur.
[e. Ad legem diuinitus datam, & ad testimonium prophetarũ à deo inspiratorum magis est recurrendum, quàm ad Phitones & diuinos. De Lyra ibid.
8. Grauabitur.
9. Obscuratio.
10. f. Dispersa, nec obscuratus est is cui hæc accidit angustia, iuxta primum tempus quo prędicta est.

*Captis primò duabus tribubus, & dimidia, & inde septem aliis, & obsessa Ierosolyma promittitur liberator nasciturus, negligentes afflicturus.* IX.

†Matth.4.c 25.dist.ca.fi. A [a] †Rrimo tempore] alleuiata est terra Zabulon, & terra Neptalim, & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilęæ gentium, populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitãtibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam. Lętabuntur coram te sicut qui lętantur in messe: sicut exultant victores capta præda] quando diuidunt spolia. [b] Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, † sicut in die Madian. Quia omnis [1] vio- †Iudic.7.f 35.dist.Ab exordio. lenta prędatio] cum tumultu, & [c] vestimentum mixtum sanguine erit in combustio- †2.q.quæst.7 cap.Non. B nem & cibus ignis. †[d] Paruulus enim natus est nobis, † & filius datus est nobis. [2] Et factus est principatus super humerum eius, & † vocabitur nomen eius admirabilis con- †De ſa.vnct. c.unico. Infra.59.d †Ioh.3.b siliarius, deus fortis, pater [3] futuri seculi,] princeps pacis. Multiplicabitur eius imperiũ, & [e] pacis non erit finis. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia amodo & vsque in sempiternum. Zelus domini exercituum faciet hoc. [f] Verbum misit dominus in Iacob, & cecidit in Israel. Et sciet omnis populus Ephráim, & habitantes Samariam in superbia & magni- Sup.5.f.& Infra.eod. tudine cordis, dicentes: Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus. Sy- C comoros succiderunt, sed cedros immutabimus. [4] Et eleuabit dominus hostes Rasin super eum, & inimicos eius [5] in tumultum vertet.] Syriam ab oriente, & Philistiim †Sup.5.f Infra.10.a ab occidente, & deuorabunt Israel toto ore. † In omnibus his non est auersus furor eius: sed adhuc manus eius extenta. Et populus non est reuersus ad percutientem se: & dominum exercituum non inquisierunt. [g] Et [4] disperdet] dominus ab Israel caput & caudam: [6] incuruantem & deprauantem] in die vna. Longæuus & honorabilis, ipse est caput: Et Propheta docens mendacium, ipse est cauda. Et erunt qui beatificãt populum istum [6] seducentes,] & qui beatificantur præcipitati. Propter hoc super adolescentulis eius non lętabitur dominus: & pupillorum eius, & viduarum non miserebitur. [4] Quia [7] omnis hypocrita est & nequam,] & vniuersum os locutum est stul- D titiam. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Et populus non est reuersus ad percutientem se. Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem & spinam vorabit. Et succendetur in densitate saltus, & [8] conuoluetur in superbia fumi.] In ira domini exercituum [9] conturbata est] terra, & erit populus quasi esca ignis. Vir fratri suo non parcet, & declinabit ad dexteram: & esuriet, & comedet ad sinistrã, & non saturabitur. Vnusquisque carnẽ brachij sui vorabit: Manasses Ephráim, †Supra.5.f Infra.10.a & Ephráim Manassen: simul ipsi contra Iudam. † In omnibus his non est auersus furor eius extenta.

[a Illud tempus appellat primũ cõ Theglathphalasar cepit duas tribus Zabulon & Nephtalim: tunc enim terra alleuiata fuit, & iniquis habitatoribus, quib⁹ abundabat euacuata. Sed nouissimo, hoc est tempore secundæ captiuitatis aggrauata est terra quãdo à Salmanasar fuit capta Samaria, & euersa, & populus Israel in Assyrios translatus. Pintus ibidem.]
b. Superauit dominus gentium iugum cum illas à dæmoniacæ tyrannidis seruitute liberauit, virgam humeri cum percussionem pro opere malo perpessam compescuit. Sceptrum autẽ exactoris, cum regnum diaboli peccatorum tributa exigentis à fidelium corde destruxit. Grego. Moral. lib. 30. c. 31.
1. Qui pugnat, pugnat.
c. Sanguine vestimentum misceto, est desideriis carnalibus corpus inquinato. Greg. Moral. lib. 9. cap. 29.
d. In puero enim nomen ætatis, in filio plenitudo diuinitatis est, factus ex matre, natus ex patre, idem tamen & natus & datus, non diuersum, sed vnũ putes. Vnus enim dei filius, & patus ex patre & ortus ex virgine distanti ordine, sed in vnũ occurrente nomine. Amb. de obitu fratris.
2. Æternitatis.
e. Pacis, inter deum & hominẽ, inter corpus & spiritũ, ac inter Iudæos ac gentiles. Chrysost. in illud Isaiæ. Potestatis & pacis non erit finis. tom. 1.
f. Iacob Iudaic⁹ populus Israel gentilis est. Ad Iacob missum verbum in Israel cecidit, quia eum quem ad seruientem respuit Iudæus, hunc gentilis recipit. Greg. Moral. lib. 2. cap. 30.
3. Miscebit.
g. Hoc caput quod tenebat Iudæa amisit, quæ Iesum dominũ non recipit. Vbi fides est, & initium & finem habemus, vbi perfidia, nec initium nec finis est. Ecclesiæ principium est primogenitus ex mortuis. Habet & finem, quia ipse est primus & nouissimus. Amb. in psal. 118. Ser. 20.
4. Amputauit.
5. Ramum & arundinem.
6. Seductores.
7. Vnusquisque illorum est impius, est & malum faciens.
8. Eleuabuntur vt fumus ascendens.
9. Obscurata.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Principibus duarum tribuum pœnam pro culpis comminatur, & Assyriorum principibus pro iniustis oppressionibus ampliorem, oppressos per liberatoris aduentum consolatus.* X.

[a] Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, vt [A]
opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causę humilium popu-
li mei, vt essent viduæ pręda eorum, & pupillos deriperent, quid facietis
in die visitationis & calamitatis de longè venientis? † Ad cuius confugie-
tis auxilium, & vbi derelinquetis gloriam vestram: ne incuruemini sub
vinculo, & cum interfectis cadatis? † Super omnibus his non est auersus furor eius: sed
adhuc manus eius extenta. [1b] † Væ Assur: ]Virga furoris mei & baculus ipse est: in ma-
nu eius] indignatio mea. [§] Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum fu- [B]
roris mei mandabo illi vt auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in concul-
cationem quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita
æstimabit, sed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium non pau-
carum. Dicentem enim: [c] Nunquid non principes mei simul reges sunt? Nunquid
non vt Charchamis, sic Chalanno: & vt Aphar, sic Emath? Nunquid nõ vt Damascus,
sic Samaria? Quomodo inuênit manus mea regna idóli, sic & simulachra eorum de
Ierusalem & de Samaria. [d§] Nunquid non sicut feci Samariæ & idólis eius, sic faciam [C]
Ierusalem & de simulachris eius? Et erit cum impleuerit dominus cuncta opera sua in
monte Sion & in Ierusalem, visitabo super fructum magnifici cordis † regis Assur, &
super gloriam altitudinis oculorum eius. Dixit enim: In fortitudine manus meę fe-
ci, & in sapientia mea intellexi. Et abstuli terminos populorum, & [3] principes ]eorum
deprædatus sum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes. [e] Et inuênit quasi ni-
dum manus mea fortitudinem populorum, & sicut colligũntur oua quæ derelicta
sunt, sic vniuersam terram ego congregaui, & non fuit qui moueret pennam, & a-
periret os & ganniret. † [§] Nunquid [f] gloriabitur securis contra eum qui secat in ea, [D]
aut exaltabitur serra contra eum à quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga contra
eleuantem se, & exaltetur baculus qui vtique lignum est. Propter hoc mittet domi-
nator dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem, & subtus gloria eius succen-
sa ardebit quasi combustio ignis, [g] & erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flã-
ma, & succendetur & deuorabitur spina eius, & vepres in die vna, & gloria saltus
eius, & Carmeli eius ab anima vsque ad carnem consumetur. [§] Et erit [4] terrore pro- [E]
fugus, ] & reliquiæ ligni saltus eius præ paucitate numerabũntur, & puer scribet eos.
Et erit in die illa, non adiiciet residuum Israel, & ij qui fugerint de domo Iacob in-
niti super eo qui percutit eos, sed innitetur super dominum sanctum Israel. In veri-
tate reliquiæ conuertentur, reliquię inquam Iacob ad deum fortem. † Si enim fue-
rit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. Consumma-
tio abbreuiata inundabit in iustitiam. [†h] Consummationem enim & abbreuiationem
dominus deus exercituum faciet in medio omnis terræ. [§] Propter hoc hæc dicit [F]
dominus deus exercituum. [i] Nolite timere populus meus habitator Sion ab Assur. In
virga enim percutiet te, & baculum suum leuabit super te in via Ægypti. Adhuc e-
nim paululum modicúmque, & consummabitur indignatio mea, & furor meus [5] su-
per scelus eorum. ] Et suscitabit super eum dominus exercituum flagellum † iuxta
plagam Madiam in petra Horeb, & virgam suam super mare, & leuabit eam in via
Ægypti. Et erit in die illa, auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de col-
lo tuo, & [k] computrescet iugum à facie [6] olei. ]Veniet in Aioth, transibit in Magron, [G]
apud Magmas commendabit [7] vasa sua. ] [§] Transierunt [8] cursim, Gabaa sedes nostra. ] [H]
Obstupuit Rama, Gabaa Saulis fugit. Hinni voce tua filia Gallim, attende Laysa pau-
percula Anatoth. Migrauit Medemena, Habitatores Gabim, [9] confortamini. ] Ad-
huc dies est vt in Nobe stetur. Agitabit manum suam super montem filię Sion, [I] & ]
collem Ierusalem. Ecce enim dominator dominus exercituum confringet [10] lagun-
culam

a. Quidam hæc exponunt de iniustitia decem tribuum Israel, quos sequitur Lyra. Cæteri de iudicibus Iudæ & Ierusalem, vt placet Hieronymo: de scribit inquam & Phariseis, qui vt Mar. 15 ieiunij fecerunt dei mandatũ propter traditiones suas. Verũtamen litera de cunctis iniustis legislatoribus dici potest, atque peruersis iudicibus. Dion ibid.

1. b. O Assur Hoc est, Sennacherib: quia ipse virga & baculus furoris mei. In manu enim eius indignatio mea, & per illũ persecutiam gentem fallacissimam, quæ inter me semper & idóla claudicauit. Hieron. ibid.
2. Qui est in manu eorum.

c. Minatur illis dominus obsidionem, de qua infra 37. & 4. Reg. 19. Quod videlicet Ierosolymitanis obsessis dicturi sint Assyrij Quomodo cepim⁹ Charchamis, sic & cepimus Calcãne, &c. Vnde suam declarauit aduersus Ierusalem potentiam. S. Tho.
[d. Quia eam iam destruxerat, & inde simulachra aurea destruxerat, & abstulerat, sic faciam Ierusalem quã proponebat destruere & templum domini: sed quia fuit frustratus ab intento, vt habetur 4. Reg. 19 ca. ideo subdit propheta: Et erit aliter quàm cogitret. De Lyra ibidem.]
3. Reconditos Thesauros.
[e. Quin & manum suam inuenisse populorũ substantiam gloriabitur, veluti si nidum aliquẽ reperiat, & totam terram se collegisse, quemadmodũ colliguntur, & auferuntur derelicta in suis nidis oua, vbi nulla auis circumuolitans alis suis terret atque abigit. Tostatus ibid.]
f. Contra Nabuchodonosor victoriam in Hebræos prudentiæ suæ tribuentem, ac si securis vel serra gloriaretur cõtra eum qui eam tenet. Hieron. ibid.
g. Isaias significat nõ solum lucem, sed etiam ignem spiritum sanctũ. Itaque prophetat ipsum ignem ardentem, quia in tribus illis generibus propensius manifestatẽ diuinitatis aduertimus: quoniam & sanctificare diuinitatis esse aduertimus, & illuminare lucis & ignis est proprium & specie ignis exprimi vel videri, diuinæ est cõsuetudinis. Ambro. de spiritu sancto, lib. 1. c. 16.
4. Vexillifer dissolutus.

h. Compendiatum est enim nouum testamentum, & à legis laciniosis oneribus expeditum. Tertulia. aduersus Marcionem lib. 4.
[i. Anagogicè, præcipitur populo ecclesiæ ne timeat aduersarios, qui ad pugnandum semper parati sunt, & multa disputatione animas subuertunt. Ideo enim contra populum dei pauci illam potestatem accipiunt, & nõ tã virga ꝙ gladio percutiũt, quia in via Aegypti ambulauerunt, & non sunt confisi in domino. Glosa ordi.]
5. Ad abolitionem eorum.
k. Quia gratia libertatis nos vnxit, dæmoniacæ dominationis iugum putruit. Greg. ho. 26.
6. Vnxionis.
7. Instrumenta sua.
8. Vadum, in Gabba diuersorio pernoctarunt.
9. Collegerunt se.

10. Frondem in robore.

culam in terrore,]& excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur. Et subuertentur condensa saltus eius ferro,& Libanus[11] cum excelsis]cadet. 11.In forti.

*Pollicetur dominus Israeli liberationem per Messiæ natiuitatem,sanctitatem,& dignitatem atque reliquiarum Israelis conuersionem,& gentium vocationem. XI.*

A [1]ET [†]egredietur virga de radice Iesse, & flos de [1] radice eius ascendet, & requiesceret super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus]spiritus consilij & fortitudinis,spiritus scientiæ & [2] pietatis, & replebit eum spiritus timoris]domini. Non secundum visionem oculorum [*] iudicabit, neque secundum auditum aurium [*] arguet:Sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. [†] Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius,& fides cinB ctorium renum eius. [†b§]Habitabit lupus cum agno,& pardus cum hœdo accubabit. Vitulus & leo & ouis simul morabuntur:& puer paruulus minabit eos.[3] Vitulus & vrsus pascentur simul,requiescent catuli eorum. Leo quasi bos comedet paleas, & delectabitur[4c] infans ab vbere]super foramina aspidis, & in cauernam reguli qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Non nocebunt & non occident in vniuerso monte c sancto meo, quia repleta est terra scientia domini, sicut aquæ maris operientis. [§] In die illa radix Iesse [†]qui stat in signum populorum ipsum gentes [5] deprecabuntur] & erit[6] sepulchrum eius glorioſum.]Et erit in die illa,adiiciet dominus secundò manum suam ad possidendum residuum populi sui,quod relinquetur ab Assyriis,& ab Ægypto & à Phetros,& ab Æthiopia,& ab Elam, & à Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris. [e] Et leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel. Et dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ, & auferetur zelus Ephráim, & hostes Iuda peD ribunt. [§] Ephráim non æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephráim. Et volabunt in humeros Philistiim[7] per mare:]simul prædabuntur filios orientis. Idumæa & Moab[8] præceptum]manus eorum,& filij Ammon obedientes [*] erunt. Et desolabit dominus[f] linguam maris Ægypti, & eleuabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui,& percutiet eum in septem riuis, ita vt trunseant per eum calceati. Et erit via residuo populo [9] meo] qui relinquetur ab Assyriis, sicut fuit Israeli †in die illa qua ascendit de terra Ægypti.

a. Radix Iesse patriarcha, familia Iudæorum, virga Maria, flos Mariæ Christus, qui bonũ odorem fidei toto spatiurus orbe virginali ex vtero germinauit, sicut ipse dixit. Ego flos campi,& lilium conuallium. Cantico.2.Ambr. de spirit sancto. lib.2 cap.5.
1.Radicibus eius fructificabit.
2. Timoris domini, & adorati faciet eum in timore.
*Suorum.
* Suarum.
b.Gẽtium vocatio per Christũ ex Iesse ortũ, facta insinuatur, qui varios hominum mores tã vnius moris habitare fecit in ecclesia. Greg in Ezech.ho 16.
3.Vacca.
4.c.Infantulus,id est,Christus, qui intrepidus impiorum corda aggredi non formidauit. Grego.vbi sup.
5.Requirent.
6.Requies eius in gloria.
d.Hoc est, secunda liberatione per Christum & mortem eius: quoniam in prima liberatione liberauerat eos ab Assyriis, in secunda ab idolis.Hiero.ibid.
e.Virtutem crucis facies prædicari per Apostolos,aliosque discipulos.Quam prædicationem etiam signis confirmabit.Quod iam impletum est, vt dictũ est supra.De Lyra.]
7.Ad occidentem.
8.Mililio.
* Illis.
f.Lingua maris Aegyptij scientia est doctrinæ secularis, quæ peccati obscuritate fuscatur. Greg. Moral.lib.jj.cap.13.
9.Eius.

*Redempti populi gratiarum actio pro suscepto beneficio,à propheta præuiso. XII.*

A [a]ET dices in die illa:[a] Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi,[1] conuersus]est furor tuus & consolatus es me. Ecce deus saluator meus, [2] fiducialiter agam,]& non timebo. [†] Quia fortitudo mea & laus mea dominus, & factus B est mihi in salutem. [§b] Haurietis aquas in gaudio de fontibus[3] saluatoris,]& dicetis in illa die:confitemini domino,& inuocate nomen eius. Notas facite in populis adinuentiones eius, mementote quoniam excelsum est nomen eius. Cantate domino quoniam[4] magnificè]fecit,annuntiate hoc in vniuersa terra. Exulta & lauda[5] habitatio]Sion,quia magnus in medio tui sanctus Israel.

a. Tribus malis premebantur Iudæi. Pro præteritis in quam culpis diuino furore, pro futuris pœnis,hostium timore, pro præsentibus malis,cordis dolore.S.Tho.
1. Auertisti.
2. Confidam.
b. Nam vt promissionem hanc vitæ præsentis nouerit, non futuræ,illud attende quod sequitur:dicetis in illa die: Confitemini domino, & inuocate nomẽ eius. Inuocatio quippe præsentis temporis est,licut scriptũ est : Inuoca me in die tribulationis.Bernard. in Natal. do. Ser. 2.
3. Salutis.
4. Magnalia.
5 Habitatrix.

*Babylon & vniuersum eius Regnum propter Iudæorum oppressionem vastabitur, sed tandem Iudæi ab eorum captiuitate liberabuntur. XIII.*

[†1.Par.16.b Psal.104.b]

A [a]ONus Babylonis quod [†] vidit Isaias filius Amos. Super montem [1] caliginosum]leuate signum,exaltate vocem,[*] leuate manum, & ingrediantur portas duces. Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea,exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibus quasi populorum frequentium, vox sonitus regum gentium congregatarum. Dominus exercituum[2] præcepit militiæ]belli, venientibus de terra procul. [b] A summitate cœli dominus,& vasa furoris eius,vt disperdat omnem terram. Vlulate, quia propè est dies B domini, quia vastitas[3] à domino] veniet. [§] Propter hoc omnes manus dissoluentur,

a. Onus prophetia est minarum pœna, qua deus miseriam imminentem per prophetam denuntiat futuram, nisi conuersi fuerint quibus prædicatur.Hieron.ibid.
1. Excelsum.
*Contra eos.
2. Numerat exercitum.
b. Per vasa furoris dñi quidam angelos malos intelligunt, vt Psal.77.Immisiones per angelos malos, quorũ opere destructa est Babylon, vel potius graues vindictæ: de quibus tere. 50. Aperuit dominus thesaurũ suum,& protulit vasa iræ suæ, Dionys.ibid.
3. Ab omnipotente.

[c Id est, Babylonij affligentur præ angustia, sicut illi qui patiũtur talia. De Lyra. ibid.]

& omne cor hominis tabescet, & conteretur. [c] Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturientes dolebunt. Vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum. Ecce [d] dies domini venit crudelis, & indignationis plenus & iræ, furorísque ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius cõterendos de ea: quoniam stellæ cœli & splendor earum non expandent lumen suum. [e] †Obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo. Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum. Et quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. [f] [4] Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo. Super hoc cœlum turbabo,] & mouebitur terra de loco suo, propter indignationem domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius. Et erit quasi damula fugiens, & quasi ouis, [5] & non erit qui congreget.] [g] Vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient. [6] Omnis qui inuentus fuerit, occidetur, & omnis qui superuenerit, cadet in gladio. [7] Infantes eorum allidentur in oculis eorum, diripientur domus eorum, & vxores eorum violabuntur. Ecce ego suscitabo super eos Mædos, qui argentum non quærant nec aurũ velint, sed sagittis paruulos interficiant, & lactantibus vteris non misereantur, & super filios non parcat oculus eorum. [h] Et erit Babylon illa ciuitas [8] glorioſa in regnis, inclyta in superbia.] Chaldæorum [9] subuersa sicut subuertit dominus Sodomam & Gomorrham. Non habitabitur [10] vsque in finem,] & non [11] fundabitur] vsque ad generationem & generationem. [i] Nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus. Et habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & [12] Sirenes in delubris] voluptatis.

d. Crudelem diem vocat, non merito sui, sed populi crudelia merito patientis à domino. Hiero. ibid.

[e. Possunt hæc ad diem iudicij referri quando omnia luminaria obtenebrari videbuntur cõparata splendori Christi. Gloss ordina. ibid.]

4. Pretiosiorem faciam virum auro obrizo, & hominem massa auri de Ophir, ideirco cœlũ tremere faciam.

5. Quam nemo congregat.
f. Capta Babylone à Mœdis & Persis, auxiliatores eius ad propria reuertentur. Hiero. ibid.
g. Cyrus Babylonem obsidens Euphratis aquã in fossas ad hoc aptatas deriuauit. Vnde vrbem pede sicco ingressus nocte, Balthasarem regem occidit, sed & rãm eius, quam aduenas vrbe defendentes, senes cum iuniorib⁹, virgines & vxores occidit. Ex Hieron. & Dionys.
6. Gloria regnorum, gloria superbiæ.
7. In perpetuum.
8. Habitabitur.
h. In tantum Babylon vastata erit & deserta, vt ne ad pascua quidem armentorum & pecorum vtilis sit. Hiero. ibid.

9. Dracones in palatiis.

*Iudæis promittit liberationem per Babylonis excidium prius illi comminatum per Philistæorum comminationem.* XIIII.

[a] Prope est vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. [1] Miserebitur enim dominus Iacob, & elegit adhuc de Israel, & requiescere faciet super humum suam. Adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locum suum. Et possidebit eos domus Israel super terram domini in seruos & ancillas, & erunt [b] capientes eos qui se ceperant, & subiicient exactores suos. Et erit in die illa cum requiem dederit tibi deus à labore tuo, & à cõcussione tua, & à seruitute dura qua ante seruiuisti: [2] [3] sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices: [c] Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? Contriuit dominus baculum impiorum, virgam dominantium cædentẽ populos in indignatione, plaga insanabili, subiicientem in furore gentes, persequentem [4] crudeliter.] Conquieuit & siluit omnis terra, gauisa est & exultauit. Abietes quoque lætatæ sunt super te, & cedri Libani. Ex quo dormisti non ascendit qui succidat nos. [d] Infernus subter te conturbatus est, * in occursum aduentus tui suscitauit tibi [2] Gigantes.] [e] Omnes principes terræ surrexerunt de soliis suis, omnes principes nationum: vniuersi respondebunt, & dicent tibi: Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es. Detracta est ad inferos superbia tua, [3] cõcidit cadauer tuum.] Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, [4] qui mane oriebaris?] Corruisti in terram qui [5] vulnerabas] gentes, qui dicebas in corde tuo: In cælum conscendam, super astra dei axaltabo solium meum, sedebo [f] in monte testamenti in latebris Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. [g] Veruntamen ad infernum detraheris, in profundum laci. Qui te viderint, [6] ad te inclinabuntur,] téque prospicient. Nunquid iste est vir qui conturbauit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum & vrbes eius destruxit? Vinctis eius non aperuit carcerem. Omnes reges gentium vniuersi dormierunt in gloria, [7] vir] in domo sua: tu autem proiectus es de sepulchro tuo quasi stirps [8] inutilis, pollutus & obuolutus cum iis] qui interfecti sunt gladio, & descenderunt vsque [9] ad fundamenta laci. Quasi cadauer putridum] non

a. Significat tempus quo Pyrus rex Persarum euersa Babylone & rege eius Balthasar Chaldæorum Regnum transtulit ad Persas, & Iudæos ad Ierosolymam instaurandam remisit. Hier. ib.

b. Magis hoc intelligendum de tempore Machabæorum, quando Iudas & fratres eius debellauerunt Idumæos, Philistæos, multósque Græcorum, quorũ antè tributarij erant. Ideo subiecerunt exactores suos. Diony. ibid.
[c. Hoc est, qui fieri potuit vt Babylon ciuitas suara, & inexplebilis defierit extorquere tributũ ab Israelitis, aliisque nationibus, Periit tyrannus, & ciuitas euersa est. Pintus ibid.]
1. Eas absque vlla miseratione.

d. Infernus, i. diabolus, qui inferis præpositus est, subter te, quia infernus deorsum est, cõturbatus est, i. in tumultum versus, q. d. nunquid hoc potuit fieri? S. Thom. ibid.
* Propter te.
2. Mortuos.
3. Sonitus nablorum tuarum.

4. Filii auroræ.
5. Debilitabas.

e. Monte Sion, sed ô impudẽs, Cherubim ante eũ stant, & non sedent. Quid laborasti vt iam sedeas? Omnes administratorij sunt spiritus, & tu sedebis? Bernard. de S. Benedicto.
f. Apostata angelo similis efficitur homo dum hominibus esse similis dedignatur. Grego.
6. Te contemplabuntur.

7. Vnusquisque.
8. Abominabilis sicut vestimẽta occisorum.
9. Ad lapides sepulchri veluti cadauer conculcatum.

E non habebis consortium,]– neque] cum eis in sepultura. ℣ Tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum occidisti. § Non vocabitur in æternum semen pessimorum. Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum eorum. Non consurgent, nec hæreditabunt terram, neque implebunt faciem orbis [10] ciuitatum.] Et consurgam super eos, dicit dominus exercituum: & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, dicit dominus. Et ponam eos in possessionem ericij, & in paludes a-
F quarum, & scopabo eam in scopa terens, dicit dominus exercituum. ℣ Iurauit dominus exercituum, dicens: Si non vt putaui, ita erit, & quomodo mente tractaui, sic eueniet, vt conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum, & auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorum tolletur, [h] Hoc consilium quod cogitaui super omnem terram, & hæc est manus extenta super vniuersas gentes. Dominus exercituum decreuit, & quis poterit infirmare? Et manus eius extenta, & quis auertet eam? In anno quo mortuus est rex Achaz, factum est onus istud. Ne læ-
G teris Philistæa omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui. ℣ [i] De radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius [11] absorbens volucrem.] Et pascentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent, & interire faciam in fame radicem tuam, reliquias tuas [12] interficiam.] Vlula porta, clama ciuitas, prostrata est Philistæa omnis. Ab Aquilone enim fumus veniet, [13] & non est qui effugiat agmen eius.] Et quid respondebitur nuntiis gentis? Quia dominus fundauit Sion, & in ipsa sperabunt pauperes populi eius.

8. Omnes historiæ consentiunt quòd occiso Balthasar nepote Nabuchodonosor, & succedente Dario Medo in regnum Chaldæorum, nullus de Nabuchodonosor deinceps stirpe regnauit. Hoc ergo scriptura prædicat, quòd in tantam Babylõ veniet vastitatem, vt etiam de semine regio nullus remaneat, sed propter impietatem patris omnis soboles eius deleatur, iuxta illud Psal. In generatione vna deleatur nomen eius. Hieron. ibid.
10. Inimicis.

[h. Vt auferatur iugum eius est consilium meum. Hoc consiliũ quod cogitaui super omnẽ terram, Gẽtes Assyriorum scilicet, vel omnium qui subiecti sunt Sennacherib vel diabolo. Glosa ordina. ibid.]
i. Leuiathan non solũ coluber, sed etiam regulus dicitur, pro eo quòd immundis spiritibus vel reprobis hominibus præest. Regulus namque serpentum rex dicitur. Grego. Moral. lib. 33. cap. 38.
11. Cerastes volans.
12. Interficiet.

13. Vt nec vnus fugus maneat in cœtibus eius.

## *Moabitas præuidet ruinæ miseria afficiendos.* XV.

A ONus Moab. Quia nocte vastata est Ar, Moab' conticuit,] quia nocte vastatus est [1] murus,] Moab conticuit. Ascendit [2] domus] Dybon ad excelsa in planctum, super Nabo & super Medaba, Moab vlulabit. † [a] In cunctis capitibus eius caluitium, omnis barba radetur. In triuiis eius accincti sunt sacco, super tecta eius, & in platéis eius omnis vlulatus descendet in fletum. Clamauit Hesebon & Eleale, vsque Iasa audita est vox eorum. [4] Super hoc expediti] Moab vlulabunt: anima eius vlulabit sibi. [b] Cor meum ad Moab clamabit, vectes eius vsque ad
B Segor vitulam [5] conternantem.] ℣ Per ascensum enim Luhith flens ascendet, & in via Oronaym clamorem contritionis leuabunt. Aquę enim Nemrim desertæ erunt: quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit. [6] Secundum magnitudinem operis, & visitatio eorum.] Ad torrentem salicum ducent eos: quoniam circuibit clamor terminum Moab. Vsque ad [7] Gallim] vlulatus eius, & vsque ad puteum Helim clamor eius: quia aquæ [c] Dybon repletæ sunt sanguine. Ponam enim super Dybon additamẽta iis qui fugerint de Moab leonem, & reliquiis terræ.

† Iere. 48. f
Ezech. 7. c

1. Succisus est, & infra.
2. Cir, quæ est quædam ciuitas Moab.
3. Baith &.
a. Modus plangendi prisco rum erat, quòd tempore prosperitatis & lætitiæ barbam & comã nutrierẽt, tempore tristitiæ deponebant, vt habetur Iob 1. Et tonso capite corruens in terrã adorauit S. Tho. ibid.
4. Ideo armati.
[b. Vt scilicet prouocem ad pœnitentiam vectes eorum, id est, firmamenta quæ in hæresibus habere videbantur ad Segoni. ad paruulam peruenient, vt nõ robusti sed fragiles videantur. Glosa ordina. ibid.]
5. Trienuem
6. Propter residuũ quod fecit, & diuitias illorum.
7. Eglaim.
c. Dybon ciuitas Moabitarum, quam Seon rex Amorrhæorum possedit iure belli: quo pulso à filiis Israel capta, & in partem Gad data est, vt ait Hier. diuersa tamen à Dibon Gad, quæ est 39. mansio Israelitarum circa solitudinem Moab, vt patuit Numerorum 33.

## *Moab ob nimiam arrogantiam & perfidiam humiliabitur, & ex Ruth Moabitide linea Christi texetur.* XVI.

A EMitte agnum domine dominatorem terræ [a] de petra deserti, ad montem filiæ Sion: & erit sicut auis fugiens, [1] & pulli de nido auolantes.] Sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon. In consilium, [2] coge concilium,] pone quasi noctem vmbram tuam in * meridie. Absconde fugientes, & vagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei. Moab esto latibulum eorum à facie vastatoris. Finitus est enim [3] puluis, consummatus est miser, defecit qui conculcabat ter-
B ram.] ℣ [b] Et præparabitur in misericordia solium: & sedebit super eum in veritate in tabernaculo Dauid: iudicans & quærẽs iudicium, & velociter reddens quod iustũ est.
† Iere 48. o † Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde. Superbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius, [4] plusquã fortitudo eius.] Idcirco vlulabit Moab, [5] ad] Moab vniuersus vlulabit. [6] Iis qui lætantur super muro cocti lateris loquimini plagas suas, quoniam
C suburbana Hesebõ deserta sunt.] Et vineã Sábama domini gentiũ exciderunt. ℣ [7] Flagella] eius vsque ad Iazer peruenerunt, errauerunt in deserto, propagines eius [8] relictæ

2. Hanc ex mente Hieronymi expositam repetiet Ruth. c. 1.
1. De nido.
2. Fac iudicium.
* Media.
3. Expressor, defecit populator, defecit conculcator de terra.
b. Hoc de Christi primo aduẽtu in carnem, vt obseruat ecclesia, intelligendum est, & de secundo, cum finito Antichristi puluere, & vastatore sublato, qui conculcabat vniuersam terram rex Christus aduenies, qui sedebit in tabernaculo Dauid, & in die iudicij reddet cunctis pro operibus suis. Hiero. ibid.
4. Non sunt recta verba eius.
5. Super.
6. Super fundamenta ciuitatis fictilis loquimini, verumtamen ipsi percussi, quoniam vites Hesebon excisæ sunt.
7. Meliores propagines.
8. Extenderunt se.

9.Ideirco & te.

10.Fructus æstatis tuæ.

c. Per hoc quod ait propheta gaudium de Carmelo auferendum, quod homines habere solebant à fertilitate Carmeli, insinuat quod de cunctis finibus Moab quondam fertilibus, exultatio auferetur, tota terra remanente ad tempus inculta, Diony. ibid.

11.Fatigatus fuerit.

sunt,]transierunt mare. [9] Super hoc] plorabo in fletu Iazer, & vineam Sábama. Inebriabo te lachryma mea Hesebon & Eleale, & quoniam super [10] vindemiam tuam] & super messem tuam vox calcantium irruit. [†] [c] Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit neque iubilabit. Vinum in torculari non calcabit, qui calcare consueuerat, vocem calcantium abstuli. [†] Super hoc venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, & viscera mea ad murum cocti lateris. [¶] Et erit cum apparuerit quòd [11] laborauit] Moab super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua, vt obsecret, & non valebit. Hoc verbum quod locutus est dominus ad Moab extunc, & nunc locutus est, dicens: In tribus annis quasi anni mercenarij, auferetur gloria Moab super omni populo multo, & relinquetur in eo ~ sicut racemus] paruus & modicus, nequaquam multus.

*Comminatur dominus pœnam Damasco cum decem tribubus confœderatæ, & item Israeli, quia oblitus est saluatoris sui, & Assyrius propter suam crudelitatem.* XVII.

a Post Babylonē & Philisthæos ad Damascum, i. Aram sermo conuertitur, quæ & ipsa regalis quondam ciuitas fuit, & in omni Syria tenuit principatū. Necdum florebant Antiochia, Laodicia, & Apamia Hiero. ibid.

b. Comminatur propheta Damasco, quod decem tribubus auxilium promitterent, & primo quo ad destructionē regiæ sedis. Secundo quo ad depopulationem hominum & honorū, & tertio quo ad destructionem murorum, & tandem quo ad iacentē regionē Syriæ S. Thom. ib.

1. Præsidium.

[c. Hic ostendit huius punitionis fructus, quos illi qui euaserunt fugiendo, postea venerūt in regnum Iudæ sub Ezechia rege, & seruierunt Domino idolis dimissis. De Lyra ibid.

2. Respiciet.
3. Simulachra.
4. Virgultum, & rami qui derelicti.
5. Et erit.
6. Petræ fortitudinis tuæ.
7. Iucundam
8. Crescere facies plantationem tuam.
9. Doloris desperati.
d. Hoc de vniuersis tyrannis paganis, hæreticis, & Iudæis sanctā ecclesiam persequentibus intelligi congruit, de quorum exercitio subditur: Et increpabit eum, i. Christus eos condemnabit, & fugient procul, sed non effugient. Dionys. ibid.
10. Antequam mane esset.

[a] Nus Damasci. Ecce [b] Damascus desinet esse ciuitas, & erit ~ sicut] acer- a
uus ~ lapidum] in ruina. Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt, & re-
quiescent ibi, & non erit qui exterreat. Et cessabit [1] adiutorium] ab Ephráim, & regnum à Damasco, & reliquiæ Syriæ sicut gloria filiorum Israel e-
runt, dicit dominus exercituum. Et erit in die illa, attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius emarcescet: & erit sicut congregans in messe quod restiterit, & bra-
chium eius spicas leget. [¶] Et erit sicut quærens spicas in valle Raphaim, & relinque- ¶
tur in eo sicut racemus, & sicut excussio oleæ duarum vel trium oliuarum in summitate rami, siue quatuor aut quinque. In cacuminibus eius fructus eius: dicit dominus deus Israel. [c] In die illa [2] inclinabitur] homo ad factorem suum, & oculi eius ad sanctū
Israel respicient, & non inclinabitur ad altaria quæ fecerunt manus eius, & quæ operati sunt digiti eius, non respicient lucos & [3] delubra.] [¶] In die illa erunt ciuitates for- c ¶
titudinis eius derelictæ, sicut [4] aratra & segetes, quæ derelictæ] sunt à facie filiorum
Israel, [5] & eris] deserta, quia oblita es dei saluatoris tui, & [6] fortis adiutoris tui] non es
recordata. Propterea plantabis plantationem [7] fidelem, & germen alienum seminabis.
In die [8] plantationis tuæ labrusca, & mane semen tuum florebit. Ablata est messis in
die hæreditatis, & [9] dolebit grauiter.] [¶] [d] Væ multitudini populorum multorum, vt D ¶
multitudo maris sonantis, & tumultus turbarum sicut sonitus aquarum multarum.
Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium, & increpabit eum, & fugiet
procul: & rapietur sicut puluis montium à facie venti, & sicut turbo coram tempestate. In tempore vesperæ, & ecce turbatio [10] in matutino,] & non subsistet. Hæc est
pars eorum qui vastauerunt nos, & sors diripientium nos.

*Aegyptiis comminatur exitium, at Aethiopibus ob susceptum euangelium promittit salutem.* XVIII.

[a] Væ terræ [1b] cymbalo] alarum, quæ est trans flumina Aethiopiæ: quæ mit- A
tit in mare legatos, & in vasis papiri super aquas. Ite angeli veloces ad
gentem couulsam & dilaceratam, ad populum terribilem, [2] post quem
non est alius, ad gentem [3] expectantem & ] conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius. Ad montem nominis domini exercituum montem
Sion. [¶] Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cum eleuatum fuerit si- ¶
gnum in montibus, videbitis: & clangorem tubæ audietis: quia hæc dicit dominus ad me: Quiescam & considerabo in loco meo, sicut [4] meridiana lux clara
est, ] & sicut nubes roris [5] in die] messis. [¶] Ante messem enim [6] totus effloruit, & im- ¶
matura perfectio germinauit, ] & præcidentur ramusculi eius falcibus, & quæ derelicta fuerint, abscindentur. Excutientur, & relinquentur simul auibus montium
& bestiis

[a. Conuertitur iterum ad Aegyptum, & vocat eam cymbalū alatū. Nilus enim qui Geon fluuius immensus per Aethiopiā veniens & per Aegyptum fluēs, Hic antequam dimitteretur magno sonitu per montana descēdens similis erat sonitui multarum auium & grandium. Ideoque multitudo illius populi alarum comparatur sonitui. Velox quippe & concitus auium volatus sono cymbali comparatur. Glosa ordin. ibid.]

1. b. Vmbra. Hoc est, nauium confidens auxilio.
2. Ex quo fuit & vltra.
3. Paulatim.
4. Calor serenus post pluuiam.
5. In calore.
6. Cum perfectus fuerit flos, & ex flore fructus maturuerit.

& beſtiis terræ,& æſtate perpetua erunt ſuper eum volucres: & omnes beſtiæ terræ
D ſuper illam hyemabunt. & In tempore illo deferetur [a] munus domino exercituum à populo diuulſo & dilacerato,à populo terribili poſt quem non fuit alius, à gente expectante &conculcata,cuius dirupuerunt flumina terram eius ad locum nominis domini exercituum montem Sion.

a. Munus multiplex dicitur. Feruentis dilectionis, deuotæ orationis,perfectæ operationis, & debitæ oblationis. S.Thom. ibidem.

*Aegyptus prædicitur ab Aſſyriis ob infidelitatem vaſtanda: ſed tandem ad dominum in iuramento, ſacrificio, & inuocatione domini conuertenda.* XIX.

A ONus Ægypti. Ecce dominus aſcendet [a] ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & commouebuntur ſimulachra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti tabeſcet in medio eius.Et concurrere faciam Ægyptios aduerſus Ægyptios,& pugnabit vir contra fratrem ſuum, & vir contra amicum ſuum,ciuitas aduerſus ciuitatem, regnum aduerſus regnum, & dirumpetur ſpiritus Ægypti in viſceribus eius,& conſilium eius [1] præcipitabo,] & interrogabunt ſimulachra ſua,& diuinos ſuos,& Pythones,& ariolos, & tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium,& Rex fortis dominabitur eorum,ait dominus deus exercituum. [b]Et areſcet aqua de mari,& fluuius [2] deſolabitur]atque ſiccabitur,& deficient
B flumina. Attenuabuntur & ſiccabuntur riui [3] aggerum.] [§] Calamus & iuncus [4] marceſcet,nudabitur alueus riui à fonte ſuo.]Et omnis ſementis irrigua ſiccabitur, areſcet, & non erit.Et mœrebunt piſcatores,& lugebunt omnes mittẽtes in flumen hamum, & expandentes rete ſuper faciem aquæ emarceſcent. Confundentur qui [5] operabantur linum, plectentes & texentes ſubtilia.] Et erunt [6] irrigua eius flaccentia,] omnes qui faciebant lacunas [7] ad capiendos piſces.] Stulti principes Thaneos, [c] ſapientes conſiliarij Pharaonis dederunt conſilium inſipiens. Quomodo dicetis Pharaoni: filius ſapientium ego, filius Regum antiquorum? vbi nunc ſunt ſapientes tui? Annuntient tibi & indicent, quid cogitauerit dominus exercituum ſuper Aegyptum. [d]Stulti facti ſunt principes Thaneos, [8] emarcuerunt] principes Mempheos, deceperunt Aegyptum, angulum populorum eius. [§] Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum [9] vertiginis,]& errare fecerunt Aegyptum in omni opere ſuo, ſicut erat ebrius & vomens. Et non erit Aegypto opus,quod faciat caput & [10] caudam incuruantem & refrænantem.] In die illa erit [e] Aegyptus quaſi mulieres: & ſtupebunt & timebunt à facie commotionis manus domini exercituum, quam ipſe mouebit ſuper eam, & erit terra Iuda Aegypto [f] in pauorem. Omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie conſilij domini exercituum, quod ipſe cogitauit ſuper eam. In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti, loquentes lingua Chanáan, & iurantes per dominum exercituum. Ciuitas [11] ſolis] vocabitur vna. [§] In die illa erit altare domini in medio Aegypti: & titulus domini iuxta terminum eius: & erit in ſignum & teſti-
D monium domino exercituum in terra Aegypti. [§] Clamabunt enim ad dominum à facie tribulantis, & mittet eis ſaluatorem & [12] propugnatorem,] qui liberet eos. Et cognoſcetur dominus ab Aegypto, [h] & cognoſcent Aegyptij dominum in die illa: & colent eum in hoſtiis, & in muneribus, & vota vouebunt domino & ſoluent. Et percutiet dominus Aegyptum plaga,& ſanabit eam, & reuertentur ad dominum & placabitur eis,& ſanabit eos. In die illa,erit via de Aegypto in Aſſyrios,& intrabit Aſſyrius Aegyptum,& Aegyptius in Aſſyrios, & ſeruient Aegyptij Aſſyriis. [i] In die illa erit Iſrael tertius Aegyptio,& Aſſyrio benedictio in medio terræ,cui benedixit dominus exercituum, dicens:Benedictus populus meus Aegypti,& opus manum mearum Aſſyrius,hæreditas autem mea Iſrael.

a. Hoc eſt,in ſanctũ corpus,quo mediante fugiẽs Herodẽ fugit in Aegyptum, Chryſ.in 2. cap. Matth. Hæc ergo prophetia ad ſaluatoris tẽpora refertur,quãdo aſcendit ſuper nubem leuẽ, id eſt,corpus humanum quod ex virgine aſſumpſerat, nullo humanæ cõmixtionis ſemine prægrauatum,ſiue quod à nube leui portatus ſit, i. corpore virginali, & ad ingreſſum eius omnes dæmones contremuere. Raba.in cap.24.Eccleſiaſtici.
1. Deſtruam.
[b.Senſus eſt. Tam immanis erit Aſſyriorũ rex in Aegyptios, vt omnia diripiat & populetur incidẽt Aegyptij in tam miſeras & acerbas calamitates, ac ſi Nilus eſſet illis exiccatus,à quo omnem ſuam habent vtilitatẽ. Pintus.ibid.]
2. Areſcet.
3. Aegypti.
4. Succidentur herbæ in riuo & iuxta littus riui.
5. Operantur in lino opera reticulata,& qui texunt perforata, ſub. retia.
6. Retia eorum quaſi diſſipata.
7. Et ſtagna viuentium animarum.
[c. Omnes enim hæretici contrariam altitudini humilitatẽ docent,& ad inferos detrahũt, & humilis mandati & deiecti ſunt principes.Gloſ.ordina.]
[d. Mens autẽ deceptionis qua deceperunt Aegyptum,ſcilicet angulum populorum eius. Angulus eſt qui duabus lineis efficitur concurrentibus.Hic dicitur cõiũctio Anthonij & Cleopatræ:& ſic eſt ſenſus quòd decipiẽdo Cleopatram & Anthonium deceperũt per conſequẽs totam Aegyptum. De Lyra.]
8 Seducti ſunt.
9. Peruerſitatum.
10. Cauda,ramus,& iuncus.
e. In memoria erit Aegyptus terræ Iudæ,ob mala quæ totiẽs intulit ei,præcipuè eos auertẽdo à dei cultu,propter quę ſciẽs ſe dei iræ incurriſſe.S.Tho. ibi.
[f. Alij in feſtiuitatẽ,ſed ſecundum Hieron.melius eſt in pauorem vel formidinẽ. Quaſi d. Cum Aegyptij quaſi mulieres timore hoſtium diſſoluti fuerint,tunc terra Iuda erit Aegypto in pauorem.Gloſa ord. ib.]
11. Deſolationis.
g. Etenim Moyſes altare & ſacrificia nuſquam terrarum,niſi in ſola Iudæa, & in huius ſolæ ciuitate conſtitui lege à ſe poſita iubet,mutato autem altari legem mutari oportet.Euſeb.
12. Magnum, ſub. vitum.
h Reſpondeant Iudæi,lege præceptum eſt,vt altare nõ fiat niſi in vno loco quem elegerit dominus deus,& hoſtiæ tantum à ſacerdotibus Leuitici generis immolentur Ecce Iſaias apertè docet quòd Aegyptij cognoſcẽt dominum, &c. Si ergo Aegyptij ſacerdotium habent,impletur & in illis Pauli teſtimonium dicentis.Tranſlato ſacerdotio,neceſſe eſt vt & legis tranſlatio fiat.Hieto.ibid.
i. Quaſi nõ viciſſim ab Aſſyriis Aegyptiiſque medius, ſed erat tertius cum ipſis,ſeruiens ſcilicet Romanis, Gloſa ordi. ibid.

*Aegyptiorum & Aethiopum ab Aſſyriis prædicitur captiuas.* XX.

IN anno quo ingressus est Tharthan in Azótum, cum misisset eum [a] Sargon Rex Assyriorum, & pugnasset contra Azótum, & cepisset eam, in tempore illo locutus est dominus in manu Isaiæ filij Amos, dicens: [b] Vade & solue saccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic vadens nudus & discalceatus. Et dixit dominus: [c] Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus & discalceatus, trium annorum signum [d] & portentum erit super Ægyptum & super Æthiopiam: sic [e] minabit] rex Assyriorum captiuitatem Ægypti, & transmigrationem Æthiopiæ, iuuenem & senem, nudam & discalceatam discoopertis natibus ad ignominiam Ægypti. [d] Et timebunt & confundentur ab Æthiopia [f] spe sua,] & ab Ægypto gloria sua. Et dicet habitator insulæ huius in die illa: [g] Hæccinæ erat spes nostra? ] ad quos confugimus in auxilium, vt liberarent nos à facie regis Assyriorum? Et quomodo effugere poterimus nos?

a Sennacherib, Sargon, Senac, Phua, Salmanasur, Teglathalasar & Asrael, sex sunt nomina eiusdem regis Assyriorum. Hieron. ibid.
[b. Præcepitur prophetæ vt sacco calceisque depositis incedat nudus & discalciatus in signũ Aegyptiis & Aethiopibus qui Dei populum persecuti sunt. Glosa ordina. ibid.]
c. Tres dies quibus Isaias nudꝰ & discalceatus ambulauit, tres annos tribulationis & persecutionis Aegyptorum & Aethiopum. S. Tho.
f. Abducet.
d. Hoc est, cognita hac Aegyptiorum captiuitate atque Aethiopum, populus Iudæorũ timebit, & erubescet propter deiectionem Aethiopũ, in quibus sperabant, & Aegyptiorum, de quorum amicitia & auxilio exultabant. Dionis. ibid.
2. In respectu suo.
3. Hiccine est respectus noster!

## *Babylonis à Mædis & Persis ruina, Idumææ autem & Arabiæ ab Assyriis & Chaldæis.* XXI.

ONus deserti maris. Sicut turbines [1] ab Aphrico veniunt, de deserto venit,] de terra horribili, visio dura nuntiata est mihi: † [2 a] Qui incredulus est infideliter agit: & qui depopulator est, vastat.] Ascẽde Elam, & obside Mede, omnem gemitum eius cessare feci. Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me, sicut angustia parturientis. Corrui cum audirem, cõturbatus sum cum viderem. [3] Emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me. [g] Babylon [b] dilecta mea posita est mihi in miraculum.] [b] Pone mensam, contemplare in specula. Comedentes & bibentes surgite principes, [4] arripite] clypeum. Hæc enim dixit dominus: Vade, & pone speculatorem, & quodcunque viderit, annuntiet. Et vidit currum [c] duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem cameli: & contemplatus est diligenter multo intuitu. † Et clamauit leo: Super speculam [5] domini] ego sum, stans iugiter per diem: & super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. [g d] Ecce ille venit ascensor vir bigæ equitum. Et respondit & dixit: † Cécidit, cécidit Babylon, & omnia sculptilia deorum eius contrita sunt in terra. Tritura mea & filia areæ meæ: quæ audiui à domino exercituum deo Israel, annuntiaui vobis. Onus [e] Duma ad me clamat ex Seir: Custos quid de nocte, custos quid de nocte? Dixit custos: venit mane & nox. Si quæritis, quærite: conuertimini & venite: Onus in Arábia [6] in saltu ad vesperam dormietis,] in semitis Dodanim. [g] Occurrentes sitienti ferte aquam, [f] qui habitatis terram [7] Austri,] cum panibus occurrite fugienti. A facie enim gladiatorum fugerunt, à facie gladij imminentis, à facie arcus extenti, à facie grauis prælij, quoniam hæc dicit dominus ad me: Adhuc [8] in vno anno quasi in anno] mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar, & [9] reliquiæ numeri sagittariorum] fortium de filiis Cedar imminuentur. Dominus enim deus Israel locutus est.

1. In meridie ad transeundum vt veniant à deserto.
2. Præuaricator præuaricetur, & populator populetur.
[a. Hoc dicitur de Balthasar rege Babylonis qui fuit idololatra pessimus vel quia dictũ Ieremiæ 29. de regni sui terminatione credidit esse falsum, propter quod fecit illud conuiuiũ magnũ. Dan. 5. Egit etiã infideliter quia vasa dãno cultui dedicata, applicauit vsibus cõmunibus in illo cõuiuio. De Lyr.]
3. Obtenebrauit cor meum, tremor terruit me, noctẽ desiderij mei posuit mihi in horrorem.
[b. Quasi. d. O Persæ & Medi surgite cibum præparantes vos ad bellũ contemplamini in speculis quæ exarata sunt in pariete, perspicite, quia deus regnũ huiꝰ numerauit. Glosa ordin. ibid.]
4. Vngite.
c. Intelligite Cyrum & Darium nunciulum eius, qui occiso Balthasar regnum Babylonicum transtulerunt ad Persas.
5. Domine mi.
[d. Hæc sunt quæ clamabat speculator, nimirũ ipse propheta Isaias. Ecce venit Cyrus contra Babylonem, quæ est vastanda & omnia eius idola conterẽda. Meminit idolorum, vt perpenderent Iudæi quàm fragilia adiumenta quæsiuissem nempe idola, quæ erant confringenda, & peditus conculcanda. Pintus ibidem.]
e. Hoc est, Idumææ.
6. In nemore in Arabia pernoctabitis.
f. In terra Austri habitant qui in sancta ecclesia positi supernis spiritus charitate perlantur. Grego. Moral. 23. cap. 25.
7. Theman.
8. Est annus iuxta annos.
9. Numerus qui manserit residuus ab arcubus.

## *Ierosolymæ ob infidelitatem principum & sacerdotum prophetatur captiuitas: Sobna autem reiecto Eliachim illi sufficitur.* XXII.

ONus [a] vallis visionis. Quidnam tibi quoque est, quia ascendisti: & tu omnis in tecta clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans? Interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui tui, mortui in bello. Cuncti principes tui fugerunt simul [1] duréque] ligati sunt. Omnes qui inuenti sunt, vincti sunt pariter, procul fugerunt. Propterea dixi: recedite à me, amarè flebo. Nolite incumbere, vt consolemini me super vastitate filiæ populi mei. [g] Dies enim interfectionis & conculcationis, & [b] fletuum domino deo exercituum in valle visionis. Scrutans murum, & magnificus super montem. [c] Et Elam sumpsit pharetram, & currum hominis equitis, & [2] parietem nudabit clypeus.] Et erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarum, & equites ponent sedes suas in porta, & reuelabitur operimentum Iudæ. Et videbitis in die illa armamentarium domus saltus, & scissuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multi-

a. Vallis visionis, quæ à Sobna tradita fuit Sennacherib S. Tho. ibid.
1. Sagittarius.
b. Sion mons quondã visionis, nunc vallis fletuum. Hieron.
c. Hoc est, Elamitæ cum rege Babylonis contra Ierusalem venientes, secum detulerunt pharetras, quia ipsi sunt fortes sagittarij & quadrigas equestrium, in quibus arma & victualia portabantur. Ex quo patet hoc caput non intelligi de punitione Iudæorum facta per Romanos. Hi enim Elamitæ Assyrij erant, qui in Romano exercitu non erant. Dionis. ibid.
2. Cit nudauit clypeum. Cir quædam ciuitas est.

multiplicatæ ſunt.[d]§ Et congregaſtis aquas piſcinæ inferioris,& domus Ieruſalem numeraſtis,& deſtruxiſtis domus ad muniendum murum. Et lacum feciſtis inter duos muros,& aquam piſcinæ veteris,& non ſuſpexiſtis ad eum qui fecerat eam,& operatorem eius delonge non vidiſtis. Et vocabit dominus deus exercituum in die illa ad
‡Sup.2.b 2.Cor.15. Infr.26.d De pœ. di. 2. Si enim vet. Petrus quoque. D fletum,& ad planctum,ad caluitium, & ad cingulum ſacci, & ecce gaudium & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum. § † [c] Comedamus & bibamus,cras enim moriemur, & reuelata eſt in auribus meis vox domini exercituum.Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini, dicit dominus deus exercituum. Hæc dicit dominus deus exercituum: Vade & ingredere ad [3] eum qui habitat in tabernaculo,]ad Sobnam præpoſitum templi,& dices ad eum: [4] Quid
E tu hic,aut quaſi quis hic?] § Quia excidiſti tibi hîc ſepulchrum, [5] excidiſti in excelſo memoriam diligẽter,]in petra tabernaculum[6] tibi.] Ecce dominus aſportari te faciet, [7]ſicut aſportatur gallus gallinaceus,& quaſi amictum ſic ſubleuabit te.Coronans coronabit te tribulatione,quaſi pilam mittet te in terram [f] latam & ſpatioſam.] Ibi morieris,& ibi erit currus gloriæ tuæ, & ignominia domus domini tui. Expellam te de
F ſtatione tua, & de miniſterio tuo deponam te. § Et erit in die illa, vocabo ſeruum meum Eliachim filium Helchiæ, & induam illum tunica tua,& cingulo tuo confortabo eum, & poteſtatem tuam dabo in manum eius, & erit quaſi pater habitantibus Ieruſalem & domui Iuda. †Et dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius,
†Iob 12.c Apoc.3.b
G §& aperiet & non erit qui claudat:& claudet,& non erit qui aperiat. § Et figam illum paxillum in loco fideli,[h]& erit in ſolium gloriæ domui patris ſui, & ſuſpendent ſuper eum omnem gloriam domus patris eius,[*] vaſorum diuerſa genera,] omne vas paruulum,à vaſis craterarum vſque ad omne vas muſicorum. In die illa, dicit dominus exercituum,auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli,frangetur & cadet,& peribit[*] quod pependerat in eo,quia dominus locutus eſt.

[d.Terra promiſſionis quanuis vberrima magnam tamen penutriam aquæ ſuſtinebat,& maxime in Ieruſalé ideo faciebãt ciſternas ad colligendas aquas fluuius enim Iordanis inter Galilæam & Iudæam fluit. Siloa antè ad radicem Sion oritur in Ieruſalem duæ piſcinæ erant: inferior quæ ab hoſtibus capi poterat,ſuperior quæ non poterat.Gloſa ordin.ibid.]

e.Rectè arguitur ſtultitiæ, qui in manducando & bibendo locarit ſpem ſuam.Et ideò ei tempus mortis vrgetur ſecundum quod dictum eſt ab ipſis qui gulæ ſeruiunt: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur Stultus,quia animæ ſuæ corporalia ſubminiſtrat, quia ſecundit quę cui ſeruer,ignorat.Ambro.de Naburhe.cap.8.

3.Theſaurarium iſtum.

4. Quid tibi hic,aut quem habes hic?

5.Sicut qui excidit in excelſo ſepulchrum ſuum, & qui ſtatuit.

6.Sibi.

7.O vir in captiuitatem,& operiendo operiet te. Conuoluendo conuoluet te dominus conuolutione, quaſi globum in terram longinquam manibus,hoc eſt.

f.Longe diſtantem.

[g.Id eſt, templi, quod dicitur hic domus Dauid,eo quod præcepit ipſum fieri per Salomonẽ filium ſuum, & præparauit expẽſas pro magna parte. De Ly.]

h. Quod cum ille ſua paſſione reſeruauit,claudi non potuit: & quod clauierit in cæremoniis Iudæorum,à nullo alio aperietur.Hier.ibid.

[i.Hoc eſt,genus ſuum & familiam ſuam illuſtrabit. Hoc teſtantur nonnulli ad Sobnam. Alij vero ad Eliachim, cuius dignitatẽ & amplitudinem Babylonica captiuitas ſubuertit,& qui ex eo pendebant corruerũt. Docet nos hic locus non eſſe fidẽdum hominibus relicto Deo, ſed fiduciam noſtram in Deo eſſe locandam. In quo ſolũ niti debemus. Pintus ibid.]

*Filios & nepotes.

*Onus.

*Minatur dominus Tyro à Nabuchodonoſor exitium,at poſt ſeptuaginta annos liberationem promittit.* XXIIII.

A ONus Tyri. Vlulate naues[1a] maris,] quia vaſtata eſt domus vnde venire conſueuerant,de terra Cethim reuelatum eſt eis. Tacete qui habitatis in inſula, negotiatio Sidônis. Transfretantes mare repleuerunt te in aquis multis, ſemen Nili meſſis fluminis fruges eius,& facta eſt negotiatio gentium. Erubeſce Sidon. Ait enim mare & fortitudo maris,dicens: Non parturiui & non peperi,& nõ enutriui iuuenes:nec ad incrementũ perduxi virgines. Cum auditũ fuerit in Ægy-
B pto,dolebunt cum audierint de Tyro. § Tranſite[2] maria,]vlulate qui habitatis in inſula. Nunquid non hæc veſtra eſt,quæ gloriabatur à diebus priſtinis in antiquitate ſua? Ducent eam pedes ſui longè ad peregrinandũ. Quis cogitauit hoc ſuper [b]Tyrũ, quõdam coronatã? Cuius negotiatores principes,inſtitores eius inclyti terræ? Dominus exercituum cogitauit hoc,vt detraheret ſuperbiã omnis gloriæ: & ad ignominiã deduceret vniuerſos inclytos terræ. Tranſi terram tuã quaſi flumen [3] filia maris, non eſt
C cingulum vltrà tibi.]Manum ſuã extendit ſuper mare,cõturbauit regna. § Dominus mandauit aduerſus [4]Chanáam,]vt cõtereret fortes eius. Et dixit: Non adiicies vltrà vt glorieris,calumniã ſuſtinens virgo filia Sidônis. In Cethim conſurgens tranſfreta, ibi quoque non erit requies tibi. Ecce terra Chaldæorũ talis populus non fuit, Aſſur fundauit eam. [5] In captiuitate traduxerunt robuſtos eius,] ſuffoderunt domos eius, poſuerunt eam in ruinam. Vlulate naues[6c] maris,]quia deuaſtata eſt fortitudo veſtra. Et erit in die illa,in obliuione eris ô Tyre ſeptuaginta annis,ſicut dies regis vnius. Poſt
D ſeptuaginta autem annos erit Tyro quaſi canticum meretricis. § Sume tibi citharam, circui ciuitatẽ meretrix obliuioni tradita. Bene cane, frequenta canticũ, vt memoria tui ſit. Et erit,poſt[d] ſeptuaginta annos viſitabit dominus Tyrũ, & reducet eã ad mercedes ſuas,& rurſum fornicabitur cũ vniuerſis regnis terræ ſuper faciem terræ,&erũt

1.a Tharſis,pro quo 70. interpre.habent Carthaginis, & Hebræi Tharſis: quandoquidem Carthago,Tyriorũ colonia eſt, in præſenti loco Tharſis, non mare generaliter,ſed & Carthaginem poſſumus accipere.Hieron.ibid.

2.In Tharſis.

b. Tyrus à variis vario modo condita fertur. Petoſus enim ait eam à Tyro quodam nomine,anno poſt diluuium.189.conditam. Ioſephus anno 240.ante tẽplum Salomonis. Alij à Tigra filio Iapher. Alij ab Agenore Priſci Beli filio Iuſtinus lib. 18.à Sidoniis conditã refert,ab Alexandro autẽ capta,à Mauris exuſta,à Dominico Veneto capta,à Soldano tandem incenſa, anno domini 1290.

3.Ad filiam Tharſis,non eſt amplius fortitudo.

4 Negotiatorem.

5. Nauibus,erexerũt arces eius.

6. c. Tharſis. Hebr. Charthaginis,Græ.Quia nequaquã de Aphrica naues Tyrũ veniũt, nec de terra Cethim quã quidã Cyprũ interpretantur Hiero.ibid.

d.Septenarius & ſeptuageſimus numerus pœnitentiã ſignificat conſummatam. Per hoc igitur quod Tyrus 70. annis in obliuione erit, innuitur quòd peccatores tribulationibus digne exponẽtur,donec eorũ peccata purgẽtur. Quo tempore quaſi à deo dereliãi videtur, qui tẽpore correctionis exacto ad gratiarũ redeũt actiones. Dion.ibid.

negotiationes eius & mercedes eius sanctificatæ domino. Non condentur neque reponentur, quia iis qui habitauerunt coram domino erit negotiatio eius, vt manducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vetustatem.

*Minatur dominus singulis terræ habitatoribus vastationem, & totius orbis in die iudicij confusionem.* XXIIII.

2. Post singulorum corteptionē regnorum Iudææ, Babylonis, Philisthiim, Moab, Damasci, Israel, Aegypti, &c. Nunc quid totus orbis in consummatione passurus sit, prophetice ut sermo describit: & hoc iuxta euangelium & Apostolos. Hiero.

b. Quis sacerdotum rapuit ab ore Apostolorum huius verbū gratiæ, fiduciæ verbum? Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Ecce enim sicut populus, sic sacerdos. Similiter volunt in hoc seculo fieri diuites: similiter, imò abundantius sui hic præripiunt consolationem. Bernard. Declamatione. 2.

1. Defecit vinum.

2. Sicera.

c. Ob scelera mittet dominus vindictam & sterilitatem in panem, vinum, oleum, & ex consequenti in lætitiam. S. Tho.

d. Relictis hominibus paucis quando maledictio vorauerit terram, & in vrbe fuerit solitudo: & hæc vniuersa contigerūt in medio terræ, in medio populorum & gentium, tūc erit sanctorum paucitas, de quibus loquitur dominus in euangelio: Multi sunt vocati, pauci vero electi: & tam vehemens pressura sanctorum, vt moueantur si fieri potest, etiam electi dei. Hiero. ibidem.

3. In vallibus.

e. Id est, mysterium quod mihi de mundi consummatione & Christi aduentu reuelatum est, intra me semper reuoluam: diligenter pensabo, nec pendam indignis: imò ne valeam omnia narrare quæ cerno, hæret lingua mea faucibus meis. Dion. ibid.

[f. Non quòd terra redigatur in puluerē, vel in nihilū, sed quia omnia terrena transibunt. Et quomodo ebrius nescit quid agit, sic omnes qui versantur in terra malorum magnitudine ebrij erunt & stupebunt ad omnia. Glosa ordina. ibid.]

4. Exercitum excelsum.

5. Congregatione sicut vincti in carcere.

[g. Explicat id quod dixerat. Visitabit Dominus super militiam cœli. Vel per solem intelligit principes ecclesiasticos, per lunam vero seculares, qui se in vita vitiis implicarūt & in violanda iustitia impia scelera admiserunt. Pintus. ibid.]

6

Ecce dominus dissipabit terram & nudabit eam, & affliget faciem eius, & dispergdet habitatores eius. Et erit sicut populus, [b] sic sacerdos: & sicut seruus, sic dominus eius: & sicut ancilla, sic domina eius: sicut emens, sic ille qui vendit: sicut fœnerator, sic is qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet. Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim locutus est verbum hoc. Luxit & defluxit terra, & infirmata est, defluxit orbis, & infirmata est altitudo populi terræ, & terra interfecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. [d] Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius, ideóque insanient cultores eius, & relinquentur homines pauci. [1] Luxit vindemia, ] infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo cytharæ. Cum cantico non bibent vinum, amara erit [2] potio ] bibentibus illam. [c] Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus, nullo introeunte. Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium terræ. Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas: quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum. [d] Quomodo si paucæ oliuæ quæ remanserunt excutiantur ex olea: & racemi cum fuerit finita vindemia. [e] Hi leuabunt vocem suam atque laudabunt, cum glorificatus fuerit dominus, hinc nient de mari. Propter hoc [3] in doctrinis ] glorificate dominum, in insulis maris nomen domini dei Israel. A finibus terræ laudes audiuimus, gloriam iusti. Et dixi: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Væ mihi. Prævaricantes prævaricati sunt, & prævaricatione transgressorum prævaricati sunt. [f] Formido & fouea & laqueus super te, qui habitator es terræ. Et erit [f] qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueam: & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo: quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & concutientur fundamenta terræ. [f] Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra. [g] Commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra sicut ebrius. Et auferetur quasi tabernaculum [g] vnius noctis. ] Et grauabit eam iniquitas sua, & corruet, & non adiiciet vt resurgat. Et erit in die illa, visitabit dominus super [4] militiam cœli in excelso, ] & super reges terræ qui sunt super terram. Et congregabuntur [5] in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur. [g] Et erubescet luna, & confundetur sol, cum regnauerit dominus exercituum in monte Sion & in Ierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

Isa. 42. c.

Ibid. 43. c.

*Gratiarum actio super mortis præcipitatione in Ierusalem, ac societate cælesti & confractione potestatis diaboli.* XXV.

2. Gratiarum actio est. Iudæi enim dicunt mirabilia hæc futura in finem, cum dominus Romam subuertetit, & Iudæi liberauetit. Alij dicunt prophetam gratias agere, quòd dominꝰ ob passionem suam mirabilia fecerit, & vrbem fortem propter infidelitatem subuerterit, scilicet Ierusalem. S. Tho. ibid.

1. Consilia longe ante veritatē fidelem prædicta.

2. In loco sicco.

3. Æstus in vmbra nubis, progago robustorū humiliabitur.

Domine deus meus es tu & exaltabo te, & confitebor nomini tuo, quo- A
niam fecisti mirabilia, [1] cogitationes antiquas fideles, amen. ] Quia posuisti ciuitatem in tumultum, vrbem fortem in ruinam, domum alienorum vt non sit ciuitas, & in sempiternum non ædificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine, vmbraculum ab æstu. [2] Spiritus enim robustorum, quasi turbo impellens parietem: sicut æstus [3] in [3]
siti, ] tumultum alienorum humiliabis: & quasi [3] calore sub nube torrente propaginem fortium marcescere facies. ] Et faciet dominus exercituum omnibus populis in

monte

monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium[4] vindemiæ,] cõuiuium pinguium medullatorum,[5] vindemiæ ]defecatæ. [b]Et præcipitabit in mõte isto faciem vinculi [6] colligati super omnes populos, & telam quam orditus est] super omnes nationes. [c] Præcipitabit mortem in sempiternum. † Et auferet dominus deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra, quia dominus locutus est. Et dicent in die illa: Ecce deus noster iste, expectabimus eum, & saluabit nos. Iste dominus,[7] sustinuimus eum. Et exultabimus & lætabimur in salutari eius, quia requiescet manus domini in monte isto, [d] & triturabitur [d] Moab sub eo, sicuti teruntur paleæ [8] in plaustro.]Et extendet manus suas [9] sub eo,]sicut extendit natans ad natandum, & humiliabit [10] gloriam eius cum allisione manuum eius.]Et munimenta sublimium murorum tuorũ concident, & humiliabuntur, & detrahẽtur in terrã vsque ad puluerem.

†Apoc.7.d & 21.a

*Gratiarum actio pro exaltatione iusti, & humiliatione impij, ac mortuorum resurrectione.* XXVI.

A IN die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda. Vrbs fortitudinis [1] nostræ Sion Saluator,] ponetur in ea murus & antemurale. Aperite portas & ingredietur gens iusta, custodiens veritatem. [2] Vetus terror abiit, seruabis pacem: pacem, quia in te sperauimus. Speraste in domino in sęculis æternis, in domino deo forti in perpetuum.]Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliabit. Humiliauit eam vsque ad terram, detrahet eam vsque ad puluerem. Conculcabit eam pes, pes pauperis, gressus egenorum. [b] Semita iusti recta est,
B [3]rectus callis iusti ad ambulandum.] [f] Et in semita iudiciorum tuorum domine sustinuimus te, nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ. Anima mea desideraui te in nocte, sed & in spiritu meo in præcordiis meis, [4]de mane vigilabo ad te.] Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis. [5] Misereamur impio, & non discet iustitiam facere. In terra sanctorum] iniqua gessit, [c] & non videbit gloriam domini. Domine exaltetur manus tua vt non videant, videant, & confundãtur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret. Domine dabis pacem nobis, omnia
C enim opera nostra operatus es nobis. [g] Domine deus noster, possederunt nos domini absque te, [6] tantum in te recordemur] nominis tui. Morientes nõ viuant, Gigantes nõ resurgant. Propterea visitasti & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum. [7] Indulsisti] genti domine, indulsisti genti. Nunquid glorificatus es? Elongasti omnes terminos terræ. Domine in angustia requisierunt te, [8] in tribulatione murmuris doctrina tua eis.] Sicut quæ concepit cum appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus. [d] A facie tua domine concepimus, [9] & quasi
D parturiuimus & peperimus spiritum salutis. [g] Iustitiam non fecimus in terra,] ideò non ceciderunt habitatores terræ. Viuent mortui tui, [10] interfecti mei,] resurgent. Expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere, quia ros [11] lucis,] ros tuus, & [12] terram Gigantum detrahes in ruinam.] Vade populus meus, intra in [e] cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum donec pertranseat indigna-
†Mich.1.a tio. † Ecce enim dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatẽ habitatoris terrę contra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet vltrà interfectos suos.

*Paterna correctione consolatur dominus filios suos propter flagella Assyriorum: & tandem promittit saluatoris liberationem.* XXVII.

A IN die illa visitabit dominus in gladio suo duro & grandi & forti, super Leuiathan [a] serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & occîdet cætum qui in mari est. In die illa, vinea meri cantabit ei. Ego dominus qui seruo eam, repentè propinabo ei, ne fortè visitetur contra eam. Nocte & die seruo eam, indignatio non est mihi. Quis dabit [1] me spinam & veprem? In præ-



4. Fecum.
5. Fecit.
[b. Hic ponitur exitus secundi mali scilicet persecutionis antichristi, quæ grauior erit omnibus præcedentibus, cum dicitur Et præcipitabit, &c. 1. in monte Sion, in quo fuit templum vbi statuet Antichristus sedem suã, secundum quẽ dicitur 2. Thes. 2. Extolletur super omne quod dicitur deus. De Lyra.]
6. Quo ligati sunt omnes populi, & operimentum quod expandit.
c. Omnes enim fideles non solum immortales, sed & impassibiles erunt in perpetuum. Diony. ibid.
7. Quem expectauimus.
d. Igitur sermo propheticus, licet de consummatione mundi generaliter texat vaticinium, tamen ne præsentia videatur omnino negligere, nominat Moab qui fuit inimicus Israel, vt faceret eos idololatrare. Hier. ibid.
8. In sterquilinio.
9. In medio eius.
10. Superbiam eius cũ brachiis manuum suarum.
a. Sensus est, in tempore gratiæ mortua synagoga, & Christi ecclesia plantata, & constituta, veráque religione toto orbe terrarum propagata, gratias agent fideles deo, cuius misericordia repudiauerunt superstitionem, & sanctissimæ religioni veritas ac pietas plenissimè adhæserunt. Pinctus ibidem.]
1. Nobis est salus.
2. Affectus coniuncto seruabis pacem, pacem, quia in te speranit. Sperate in domino vsque in æternum, quoniam in domino deo fortitudo seculorum erit.
[b Iustorum autẽ semitas, qui æquitatem ferunt & adamant, has tu fortissimè deus gubernas ac dirigis. Qui etiam cum tuo recto iudicio nos flagellas ac corripis, de te bene speram[9], idque propter tuæ bonitatis nomen, cuius obliuisci nec possumus, nec volumus: siquidem illud vnicum animi nostri desyderium est. Tostatus ibid.]
3 O iustissime semitam iusti dirige.
4. Mane quæram te. Nam.
5. Misereordiam assequetur impius, qui non didicit iustitiam, sed in terra vbi debet recta facere.
[c Id est, propter hanc suam nequitiam excluderur à beatifica visione dei, & gloria paradisi, cui iudicio fauens propheta respondet: Domine exaltatur manus tua, id est, potestas iustitiæ tuæ innotescat per iustum iudicium, vt non videãt ita quod impij interius obtenebrentur, illóque lumine careant, de quo dicitur: In lumine tuo videbimus lumen. Diony. Carth. ibi.]
6. Attamen solum tui memores simus.
7. Addidisti, & infra.
8. Effuderũt precationem cum castigatio tua super istos esset.
d. De iustis ergo dicitur, quia spiritum salutis generauerunt, quem acceperũt de timore dei, non de malitia huius seculi, de qua legimus: Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Melior ergo abortiuus quàm partus secularis. Amb. de interpel. li. 2. c. 4.
9. Dominus quasi parturissem spiritum, quoniam salus nõ est facta in terra.
10 Sicut cadauer meum.
11. Herbarum.
12. Terra mortuos eiiciet.
e. Cubicula hæc sepulchra sunt, in quibus paulisper requiescere habebũt, qui in finibus seculi sub vltima irã per Antichristũ vim excesserunt. Tertul. de resurr. car.
a. Draco vt fertur, in terra serpit natat in aquis, & volat in aere, inde diabolus & serpens, & cætus, & Leuiathan dicitur. Greg. in Moral.
1. Mihi vt cõtra spinas & vepres prælier, & succendam eas simul.

lio gradiar super eam, succendam eam pariter.] ℣ An potius [2] tenebo] fortitudi-[2]
nem meam? Faciet pacem mihi, pacem faciet mihi. [b 3] Qui ingrediuntur impetu
ad Iacob,] florebit & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine. Nunquid
iuxta plagam percutientis se percussit eum? Aut sicut occîdit interfectos eius, sic oc-
cisus est? In mensura [4] contra mensuram cùm abiecta fuerit, iudicabit eam, medita-
tus est in spiritu suo duro per diem æstus.] ℣ Idcirco super hoc dimittetur iniquitas
[5]domui] Iacob,& iste omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. Cum posuerit o-
mnes lapides altaris,sicut lapides[5] cineris allisos,] non stabunt luci & delubra. Ciuitas
enim munita[6] desolata erit,speciosa relinquetur,& dimittetur]quasi desertum.Ibi pa-
scetur vitulus,& ibi accubabit & consumet summitates eius.[7] In siccitate messis illius
conterentur mulieres, venientes & docentes eam.] ℣ Non est enim populus sapiens,[9]
propterea non miserebitur eius qui fecit eum, & qui formauit eum non parcet ei. Et
erit in die illa,[8] percutiet]dominus ab[c] alueo fluminis vsque ad torrentem Ægypti,&
vos congregabimini vnus & vnus filij Israel. Et erit in die illa, clangetur in tuba ma-
gna, & venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum,& qui eiecti erant[9] de terra]
Ægypti,& adorabunt dominum in monte sancto in Ierusalem.

2.Tenebit.
[b. Qui euangelium recepturi sunt,& ingressuri vehementi desiderio ecclesiam,implebunt totum orbem fructu fidei & charitatis. Tempore gratiæ sparsi fideles per vniuersas mundi regiones fructus mirificos ferent. Nã Israel, hoc est vnusquisque fidelis & iustus florebit,& germinabit. Pintus ibidem.]
3. Venient dies, & radicem Iacob emittet, vel, radicabit Iacob.
4. In progenie eius iudicabit eam,auferret vento suo duro tẽpore quo perflat Eurus.
5. Calcis contritos.
6. Solitaria erit,habitaculum dimissorum aeque derelictum.
7. Dum aruerint palmites,frangentur, & venient mulieres & accendent eos.

8. Excutiet.
c. Alueus est riuus nõ magnus, qui diuidit terram promissionis & Aegyptum: super quem ciuitas Rinocoruta sita est, vnde nomen accepit. Glosa ordi.
9. In terram.

*Comminatur dominus superbis & ebriis indignationem suam, quòd prophetarum contemnant vaticinia, sed finalem pollicetur liberationem.* XXVIII.

[a] Æ coronæ superbiæ, ebriis Ephráim, & flori decidenti gloriæ exultatio- [1]
nis eius: qui erant in vertice vallis pinguissimæ errantes à vino. Ecce vali-
dus &fortis dominus sicut impetus grandinis,turbo confringens,sicut im-
petus aquarum multarum inundantium, [1] & emissarum super terram spa-
tiosam.] Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephráim. Et erit flos de-
cidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium, quasi tempo-
raneum ante maturitatem autumni. Quod cum aspexerit videns,statim vt manu te-
nuerit,deuorabit illud. ℣ [b] In die illa erit dominus exercituum corona gloriæ, & [2]
[3]tum] exultationis residuo populi sui,& spiritus iudicij sedenti super iudicium,& for-
titudo reuertentibus de bello ad portam. Verùm hi quoque [3] præ vino nescierunt,&
præ ebrietate errauerunt. Sacerdotes & prophetæ nescierunt præ ebrietate, *absorpti*
sunt à vino,errauerunt in ebrietate, [4] nescierunt videntem, ignorauerunt *iudicium.]*
Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu [5] sordiúmque,] ita vt non esset *vltrà locus.* [c]
Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? ℣ Ablatos à lacte,
auulsos à verberibus, quia [6] manda, remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta,
expecta,reexpecta,] modicum ibi, modicum ibi. † In loquela enim labij, & lingua al-
tera loquetur ad populum istum,cui dixit: Hæc est requies mea,reficite lassum,& hoc
est meum refrigerium, & noluerunt audire. Et erit eis verbum domini, [7] manda, re-
manda,] manda,remanda, expecta,reexpecta, expecta, reexpecta,modicum ibi,mo-
dicum ibi,vt vadant & cadant retrorsum, & conterantur & illaqueentur, & capian-
tur. [c] ℣ Propter hoc audite verbum domini viri illusores, qui dominamini super po- [d]
pulum meum qui est in Ierusalem. Dixistis enim: Percussimus fœdus cum morte,&
cum inferno fecimur pactum. Flagellum inundans cum transierit, non veniet super
nos,quia posuimus mendacium spem nostram,& mendacio protecti sumus. Idcirco
hæc dicit dominus deus: [d] Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angula-
rem,lapidem probatum, pretiosum,in fundamento fundatum. † Qui crediderit,non
festinet. Et ponam iudicium in põdere,& iustitiam in mensura. Et subuertet grando
spem mendacij,& protectionem. ℣ Aquæ inundabunt, & delebitur fœdus vestrum [e]
cum morte,& pactum vestrum cum inferno non [8] stabit.] Flagellum inundans cum
transierit,eritis ei in conculcationem, quandocunque pertransierit, tollet vos: quo-
niam mane diluculo pertransiuit in die & in nocte, & tantummodo sola vexatio in-
tellectum dabit auditui. Coangustatum est enim stratum,ita vt [9] alter décidat,]& pal-
lium breue [10] vtrunque operire non potest.] † Sicut enim in monte diuisionum stabit
domi-

a. A 24.cap. mundi consummationem vaticinatus est propheta,nunc reuertitur ad 10.tribus Israel, quas Ephráim appellat, propter Ieroboam qui erat de tribu Ephráim. Eos autem vocat coronam:quia in comparatione ad duas tribus Iuda & Bẽiamin, superabãt multitudine. Vocat etiam superbos,quia fortiores. Ebriosos etiã dicit, quia non cognoscebant suum creatorem,sed pro eo vitulos adorabant. Hieron. ibidem.
1. In terram,in fortitudine.
[b. Secundum prophetam cum dominus Scribas & Pharisæos, & Iudam proditorem subuerterit, erit corona gloriæ his qui de Iudæis credidecunt, id est,apostolus, & spiritus iudicium inspireus ecclesiæ prælatis, & fortitudo bellatorib⁹ ad se, qui est porta, reuertentibus. Scribæ enim & Pharisæi vino & ticera inebriati sunt. Glosa ordi. ibidem.]
2. Sceptrum.
3. Propter vinum errauerunt,& propter siceram errauerunt, & infra.
4. Errauerunt in vltione,impegerunt in iudicio.
5. Sordibũsque,vel sordéque.
6. Illis datur præceptum ad præceptum, mandatum ad mandatum,linea ad lineam,linea ad lineam.
7. Præceptum ad præceptum,vt supra Heb. Tribulationem,super tribulationem expecta:præstolare spem super spem:adhuc parum,adhuc parum.
[c. Hic consequenter cõtra illusores veritatis prædicitur afflictio per Romanos. Circa quod sciendum est quòd illa afflictio fuit quædam figuratio iudicij finalis. Propter quod Apostoli quæsierunt de tẽpore vtriusque Mat. 24. Dic nobis quando hæc erunt,scilicet destructio ciuitatis & templi, & quod signũ aduentus tui & consummationis seculi. Et Christus ad vtrunque simul respondit Mat. 24. Marc. 13. & Luc. 21. De Lyra ibid.]
d. Hic enim lapis à terra, & ex virtute & arte conflat deiivt nõ ex voluntate viti,sed ex voluntate dei, aduentum eius qui secundum hominem est, intelligamus. Irenæus li. 3. ca. 28. Hũc autem lapidem, id est, Christũ mittit in fundamentum ecclesiæ. Fides enim omnium Christus, ecclesia autem forma iustitiæ, commune ius omniũ. Ambro. lib. 1. offic. cap. 29.
8. Non consurget.
9. Superfluat.
10. Vt sub eo non possint simul colligi.

dominus,sic in valle quæ est in Gabaon irascetur,vt faciat opus suum.[c] Alienum opus
F eius,vt operetur opus suum.Peregrinum est opus eius ab eo.[d] Et nunc nolite illudere,
†Sup.10.f ne fortè constringantur vincula vestra.† Consummationem enim & abbreuiationem
audiui à domino deo exercituum super vniuersam terram.[f] Auribus percipite & au-
dite vocem meā, attendite & audite eloquium meum. Nunquid tota die arabit arans
vt serat,proscindet & sarriet humum suam? Nónne cùm adæquauerit faciē eius,[g] se-
ret[11] gith,] & cyminum sparget,& ponet triticum per ordinem, & hordeum, & mil-
G lium,& vitiam in finibus suis?[g] Et erudiet illum in iudicio deus suus,docebit illū.Non
enim in serris triturabit gith, nec rota plaustri super cyminum circuibit, sed in virga
excutietur gith, & cyminum in baculo, panis autem comminuetur.[h] Verùm non in
perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustri, nec in vngulis
suis comminuet eum.Et hoc à domino deo exercituum exiuit,vt mirabile faceret cō-
silium,& magnificaret iustitiam.

c. Hoc est, Hæc impiorum perditio non propriè cōpetit deo, cui proprium est misereri, parcere, & saluare. Damnare verò & punire alienum est ab eo,& proprium malitiæ nostræ. Dio. ibi.
[f Hoc est, attendite diligenter ista.& ponit exemplum ad hoc sensibile,& primo quantum ad priuationem bonorum,dicens: Nūquid tota die.i.singulis diebus. De Lyra ibid.]
g. Quidam exponunt de populo & sacerdotibus,quòd vulgus indoctū [ die iudicij quasi gith & cyminum corripiatur virga & baculo:sacerdotes autem qui habuerunt clauem scientiæ,grauioribus afficiētur supplicijs. Hieron.ibid.
11. Vitiam, vel solium,& infra.
[h. Quemadmodū agricolatio illa diuinitus hominibus tradita est fructibus percipiendis.Ita & istud quod vobis prædixi,atque per oris mei eloquia apud vos disseminaui,à domino exercituū doctus sum, qui certè in consilio mirabilis est,& sapientia magnus atque infinitus gauderet vos ad bonam frugem reducere.Thossarius ibid.]

*Pœnam temporalem Ierosolymæ destructioni, & spiritualem excæcationis minatur dominus propter peccata populi: sed eorum cum gentibus promittit conuersionem. XXIX.*

A VÆ[2] Ariel Ariel, ciuitas[1] quam expugnauit Dauid. Additus est annus] ad
annum, solennitates euolutæ sunt & circunuallabo Ariel, & erit tristis &
mœrens,]& erit mihi quasi[2] Ariel.][b] Et circundabo quasi sphæram in cir
cuitu tuo, & iaciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obsi-
dionem tuam. Humiliaberis, de terra loquêris, & de humo[3] audietur] eloquium
tuum.Et erit quasi Pythonis de terra vox tua,& de humo eloquium tuum mussitabit.
B [d] Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te, & sicut fauilla pertransiens
multitudo eorum qui contra te præualuerunt. Erítque repentè confestim à domino
exercituum,[e] visitabitur in tonitruo & commotione terræ, & voce magna turbinis
& tempestatis,& flammæ ignis deuorantis.[d] Et erit sicut somnium visionis nocturnæ
multitudo omnium gentium quæ dimicauerunt contra Ariel, & omnes qui milita-
uerunt & obsederunt & præualuerunt aduersus eam. Et sicut somniat esuriens & co-
C medit,cùm autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius.[d] Et sicut somniat sitiēs
& bibit,& postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est:
sic erit multitudo omnium gentium quæ dimicauerunt contra montem Sion. Ob-
†37.di.c.Vino inebriantur. stupescite & admiramini,[4] fluctuate,& vacillate,† inebriamini] & non à vino,[5] mo-
uemini & non ab ebrietate,] quoniam[6] miscuit vobis dominus spiritum saporis.
8.dist.c.fi.93. dist.c.Diaconi sunt. Claudet] oculos vestros,prophetas & principes vestros, qui vident visiones,operiet.
D [f] Et erit vobis visio omnium sicut verba[e] libri signati, quem cùm dederint scienti li-
teras,dicent, lege istum,& respondebit, non possum, signatus est enim. Et dabitur li-
ber nescienti literas,dicetúrque ei,lege: & respondebit, nescio literas. Et dixit domi-
† Matth.15.a Marc.7.a.b nus:† Eo quòd appropinquat populus[f] iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor
autem eius longè est à me, & [7] timuerunt me mandato hominum & doctrinis.] Ideò
ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupen-
†1.Cor.1.d Abdiæ 1.c E do.†[g] Peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscō-
detur. Væ qui profundi[8] estis corde, vt à domino abscondatis] consilium, quorum
†Eccle.15.c sunt in tenebris opera,& dicunt:† Quis videt nos,& quis nouit nos?[9] Peruersa est hæc
†Infra.29.c vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat] opus factori suo:
F non feci[s]ti me, & figmentum dicat fictori suo:nō intelligis.†[g] Nónne adhuc in mo-
dico & in breui conuertetur libanus in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur?
Et audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum vide-
bunt.Et addent mites in domino lætitiā, & pauperes homines in sancto Israel exulta-
bunt, quoniam deficit qui præualebat, consummatus est illusor, & succisi sunt om-
nes qui[10] vigilabant super]iniquitatem, qui peccare faciebant homines in verbo, &
G arguentem in porta supplantabant,& [11] declinauerunt frustra à iusto.][g] Propter hoc
hæc dicit dominus ad domum Iacob,qui redemit Abraham: Non modò confunde-

2. Interpretatur leo dei. Ipsa est Ierusalem.Hieron.ibid.
1. In qua mansit Dauid. Addite annum ad annum,& iugulétur agni. Ego angustiabo Ariel & erit mœror & tristitia.
2. Altare.
[b. Hoc est, figam contra te castra vnde qua.113. Hoc impletū est tempore Titi & Vespasiani quemadū Christus Iesus apud Lucam alloquēs Ierosolymam, his verbis prædixit. Venient dies super te,& circundabunt te inimici tui vallo,& circundabunt te,& coangustabunt te,&c. Pintus ibid.]
e. Metaphoricus sermo ad tonitruum & terræ motum, tempestatem,& turbinem,instar quorum eruperunt Romani contra Ierusalem, & incenderunt eam, veluti Iere.4. Quasi nubes ascēdent, & quasi tempestas currus eius,velociores aquis.S.Thom. ibidem.
[d. Quia sicut somnians aliquādo somniat se comedere & bibere,& in delitiis esse, & in hoc delectatur, sed nec delectatio modicum durat: quia vigilans sentit se esurientem & sitientē. Sic gloria regni Babylonis modico tempore duravit respectu aliorum regnorū. De Lyra ibi.]
4. Exæcati sunt, & alios excæcauit,ebrij sunt.
5. Cōmoti sunt & non à sicera.
6. Operuit vos dominus spiritu soporis. Clausit.
e Signatus est liber, quando & dignitatem & sacerdotium amisserunt, & ciuitas destructa est & templum à principibus Romanis.Glosa ordi.
f. Ergo fratres sicut senatorem chlamys ornat, sicut agricultura rusticum,sicut barbarum arma,sicut naturam nauigationis peritia, & singulos quosque opifices operis sui qualitas ipsos demonstrat authores:sic episcopum non aliud nisi episcopalis opera designat:vt ex bono opere magis quàm professione noscatur, plus meretricis esse episcopus,quàm quod nomine vocitetur: quia sicut nihil esse dicimus episcopo excellentius,sic nihil est miserabilius si de sanctavita episcopus periclitetur,si sacerdos in crimine teneatur. Ambr. de dignita.sacerdo.ca.3.
7. Fuit timor eorum erga me sicut præceptum ab hominibus doctum.
8. Sunt à domino,vt abscōdant.
9. Subuersio vestra quasi lutum figuli reputabitur. Nónne dicet.

10. Mane festinabant ad.
11. Declinare frustra fecerūt iustum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tur Iacob,nec modò vultus eius erubescet,sed cùm viderit filios suos opera manuum
mearum,in medio sui sanctificantes nomen meum,& sanctificabūt[g] sanctum Iacob,
& deum Israel prædicabunt, & scient errantes spiritu intellectum, & mussitatores di-
scent legem.

[g. Id est, Christum, quē Iacob patriarcha prædixit venturum ad sanctificandū mundum. Gene. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda,& dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. De Lyra ibidem.]

*Comminatur dominus vindictam reliquiis populi,quæ destructa ciuitate fugerunt in Aegyptum.* XXX.

[a] Æ filij[1] desertores,] dicit dominus, vt faceretis consilium, & non ex me,[1]
& [2] ordiremini telam,] & non per spiritum meum, vt adderetis peccatum
super peccatum, qui ambulatis vt descendatis in Ægyptum, & os meum
non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fidu-
ciam in vmbra Ægypti, & erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fidu-
cia vmbræ Ægypti in ignominiam. [b] Erant enim in Thanis principes tui, & nuntij
tui vsque ad Hanes peruenerunt. Omnes confusi sunt super populo qui eis prodesse
non potuit. Non fuerunt in auxilium, & in aliquam vtilitatem: sed in confusionem
& in opprobrium. Onus iumentorum austri.[§] In terra tribulationis & angustiæ, lea-[3]
na, & leo ex eis, vipera & regulus volans,portantes super humeros[4] iumentorum] di-
uitias suas,& super gibbum camelorum thesauros suos, ad populum qui eis prodesse
non poterit. Ægyptus enim frustra & vanè auxiliabitur. Ideo clamaui[1] super hoc,
superbia tantum est, quiesce.] Nunc ergo ingressus scribe eis [6] super [c] buxum,] &
in libro diligenter exara illud, & erit in die nouissimo in testimonium vsque in æter-
num. Populus enim ad iracundiam prouocatus est, & filij mendaces, filij nolen-
tes audire legem dei. [d] Qui dicunt videntibus, nolite videre: & aspicientibus, no-
lite aspicere nobis ea quæ recta sunt. Loquimini nobis placentia, videte [e] nobis er-
rores:][§7] auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Is-[e]
rael.]Propterea hæc dicit sanctus Israel:[e] Pro eo quòd reprobastis verbum hoc,& spe-
rastis in calumniam & tumultum,& innixi estis super eo, propterea erit vobis iniqui-
tas hæc sicut interruptio cadens,& [8] requisita]in muro excelso,quoniam subito ad-
non speratur, veniet contritio eius, & comminuetur sicut conteritur lagena figuli
contritione perualida, & non inuenitur de fragmētis eius testa, in qua portetur igni-
culus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea, quia hæc dicit dominus deus
sanctus Israel: [§] Si reuertamini & quiescatis,] salui eritis. [f] In silentio & in spe erit for-
titudo vestra.[§] Et noluistis,& dixistis: Nequaquam, sed ad equos fugiemus. Ideò fu-[D]
gietis.Et super veloces ascendemus.Ideò velociores erunt qui persequentur vos.Mil-
le homines à facie terroris vnius, & à facie terroris quinque fugietis, donec relinqua-
mini quasi malus nauis in vertice montis, & quasi signum super collem. [5] Propterea
expectat dominus vt misereatur vestri, & ideò exaltabitur parcens vobis, quia deus
iudicij dominus, beati omnes qui expectant eum.Populus enim Sion habitabit in Ie-
rusalem. Plorans nequaquam plorabis,miserans miserebitur tui. Ad vocem clamoris
tui statim vt audierit,respondebit tibi. Et dabit tibi dominus panem [10] arctum, &
aquam breuem, & non faciet auolare à te vltra doctorem tuum,[§] & [h] erunt oculi tui
videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum post tergum monētis.
Hæc est via,ambulate in ea, & non declinetis neque ad dexteram neque ad sinistram.
[i] Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui, & vestimentum conflatilis auri tui,
& disperges ea sicut immunditiam menstruatæ. Egredere,& dices ei: Et dabitur plu-
uia semini tuo vbicunque seminaueris in terra, & panis frugum terræ erit vberrimus
& pinguis. Pascetur [11] in possessione tua in die illo agnus spatiose,] & tauri tui & pulli
asinorum qui operantur terram, commixtum [k] migma comedent, [12] sicut in area ue-
tillatum est.] Et erunt super omnem montem excelsum,& super omnem collem ele-
uatum riui currentium aquarum,in die interfectionis multorum,cùm ceciderint tur-
res. [l] [§] Erit lux lunæ sicut lux solis,& lux solis erit septempliciter, sicut lux septem die-[E]
rum, in die qua alligauerit dominus [13] vulnus]populi sui, & percussuram plagæ eius sana-

[a. Qui sunt isti, nōne desertores fidei & transgressores ecclesiæ dei,qui contra ordinem dei niuntur? Quos merito spiritus sanctus per prophetā increpat, dicens: fecistis consilium non per me, &c. Cyprian.de disciplina & bono pudicitiæ ad Nouat.
1. Contumaces,vel inobedientes.
2. Conflaretis sculptile.
b. Huius prophetiæ Ieremias describit effectum 41.42.& 43.ca. in quibus prohibet descensum reliquiarum populi sub Godolia filio Ahicam relictarum: quo ab Ismaele occiso fugerunt omnes contra dei cōsilium per Ieremiam in Aegyptum. S.Tho.
3. Zoan.
4. Pullorum.

5. Ad eam, robur eorū cessabit.
6. In tabula.
c. Vt admoneat te ipsa materia quæ semper viret, nec vnquam foliis exuitur suis, ne vnquam spei tuæ dissimulatione nudetis, sed semper tibi per fidē germinet spes salutis. Amb.]
[d. Id est, veris prophetis, quia verba eorum verissima reputabāt inania & falsa. De Lyra ibi.]
7. Recedite de via, declinate de semita ista, & facite quiescere à facie nostra sanctum Israel.
[e. Hæretici quoque, & omne dogma contrarium veritati cōfidunt in calumnia & mēdacio, propterea impietatis eorum ciuitas destruetur, quam scilicet ædificauit Cain,cui veniet repētina perditio cum capta fuerit ab ecclesiasticis viris: Et ideo destructa & comminuta vt nihil remaneat in ea quod possit ignem emortuum reaccendere. Glosa ordi.ibid.]
8. Inflata,vel turgens.
9. In resipiscentia,& quiete.
[f. Hoc est, in pacifica seruitute regis Nabuchodonosor, & in spe liberationis diuinæ & subuentionis,non Aegyptiacę protectionis, erit vestra securitas, iuxta Ieremiæ consilium. 42.c. Diony.ibid.
[g. Fuerunt Iudæi captiui, sed nō statim perdidit eos deus: sed expectauit, vt eorum misereretur. Nam postea tempore Cyri reuersi sunt à Babylone in terram suam. Pintus ibidem.]

10. Angustiæ & aquā afflictionis.
h. Quasi regā in præceptoris faciem vertimus, cū verba despicimus,cuius præcepta calcamus, & tamen nos vocare nō cessat. Grego. hom. 34. in euangelia.
[i. Quia gentiles ad prædicationem Apostolorum confregerūt idola sua,materiam &ornamēta idolorum pauperibus erogātes. De Lyra ibidem.]

11. Pecus tuū in die illa[f] pascuis latis.
k. Hordeum cum palea mixtū.
12. Quod aere & vanno ventilatum est.
[l. Tunc erit pius lux lunæ sicut lux solis, ita vt in pauperatula sua, & futuri sunt lenissimi, & ex afflictionibus suis, minimū dolituri. Et sol de lucido die rē splendens septuplo gratior erit Tostatus ibid.]
13. Contritionem.

sanauerit.[m] Ecce nomen domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum. Labia eius repleta sunt indignatione,& lingua eius quasi ignis deuorans: Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli, ad [14] perdendas ] gentes in nihilum,& [n] frænum erroris quod erat in maxillis populorum.[o] Canticum erit vobis sicut vox sanctificatæ solennitatis,& lætitia cordis,sicut qui pergit cum tibia,vt in
G tret in montem domini ad fortem Israel. ✠ Et auditam faciet dominus gloriam vocis suæ,& terrorem brachij sui ostendet in comminationem furoris, & flammæ ignis deuorantis. Allidet in turbine,& in lapide grandinis. A voce enim domini pauebit Assur virga percussus,& erit* transitus virgę fundatus, quam requiescere faciet dominus super eum in tympanis & citharis,& in bellis pręcipuis expugnabit eos. Prępărata est enim ab heri Tophet, [15] à rege præparata,profunda & dilatata.] Nutrimẽta eius ignis, & ligna multa,flatus domini,sicut torrens sulphuris succendens eam.

[m. Nomen domini,id est,Christus iudex,& dominus nominatus,de quo fertur in Psal. Exue dictum nomen maiestatis in æternum veniet de longinquo.i. post longum tempus. Dionys. Carth.ibid.]
14. Cribrandum.
n. Frænum erroris maxillas populorum confringebat, quãdo idolorum errore obligata gentilitas deo vero laudem confessionis dare nesciebat. Grego.in Ezech. hom.48.
o. Hoc est, perditis tyrannis, & ad nihilum deductis, tunc vobis sanctis qui meis iussionibus obeditis, erit cantiũ sicut vox significatæ solennitatis, quãdo egressi estis de Aegypto,& in solennitate Paschæ iugum seruitutis Aegyptiæ proiecistis, dicentes,Pharaone in mari rubro submerso : Cantemus domino, Hieronym.ibidem.
*Omnis.
15 Etiã pro rege præparata quã in profundum fecit deus & dilatauit.

*Confugientibus ad huius seculi potius quàm ad diuinum auxilium,dominus misericordiã promittit,si pœnituerint,& in fine salutem.* XXXI.

A [a] Æ qui descendunt in Ægyptum ad auxilium,in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt, & super equitibus, quia præualidi nimis,& non [1] sunt confisi super] sanctum Israel,& dominum non requisierunt. Ipse autem sapiens adduxit malum, & verba sua non abstulit.[b] Et consurget contra domum pessimorum, & contra auxilium operan-
B tium iniquitatem. ✠ Ægyptus homo & non deus,& equi eorum caro, & non spiritus. Et dominus inclinabit manum suam & corruet auxiliator,& cadet cui pręstatur auxilium, simúlque omnes consumentur, quia hæc dicit dominus ad me: [c] Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam, cum occurrerit ei multitudo pasto-
C rum,à voce eorum non formidabit,& à multitudine eorum non [2] pauebit: ] ✠ sic descendet dominus exercituum vt prælietur super montem Sion, & super collem eius. Sicut aues volantes,sic proteget dominus exercituum Ierusalem,protegens & liberãs, transiens & saluans. [3 d] Conuertimini sicut in profundum recesseratis ] filij Israel. In die enim illa abiiciet vir idôla argenti sui, & idôla auri sui, quę fecerunt vobis manus
D vestræ in peccatum, ✠ & cadet Assur in gladio,non viri, & gladius non hominis vorabit eum, † & fugiet [4] non ] à facie gladij,& iuuenes eius vectigales erunt,& [4] fortitudo eius à terrore] transibit,& pauebunt [5] fugientes] principes eius. Dixit dominus, cuius est ignis in Sion,& caminus eius in Ierusalem.

† Sup.2. d

a. Non vtique transire in Aegyptum crimnosum est, sed transire in mores Aegyptiorum, transire in eorum perfidiam, sæc cupiditatem, luxuriæ deformitatem, qui sic transit, descendit: qui descendit cadit. Declinemus itaque Aegyptium hominem, & non deum. Amb. Epist.6.li.1.
1. Respexerunt ad.
b. Hoc est, aduersus familiam Iudæorum idololatrarum, dando eos in manus aduersariorũ, sicut ab Amos 4. Et contra eorum iniquos auxiliatores Aegyptios. Diony.ibid.
c. Consolatus Iudæos dominus promittit consolationem,& eãdem liberationẽ de manu Assyriorum, quam præstare non potuerunt Aegyptij.S.Tho.
2. Humiliabitur.
3. Reuertimini ad eum à quo profundastis recessum.
d. Hoc est, agite pœnitentiam, qui prõfundo consilio atque peccato à deo recessistis. Quod si fecerit, abiicientes idola aurea & argentea, quæ vobis fuerunt in peccatum, propter quæ vrbs vestra capta est, cadet Assur cuius metu nunc fugitis, non gladio hominum, nec exercitus robore, sed dei potentia. Significat autẽ angelum qui 185000. vna nocte deleuit. Hiero. ibid.
4. Ab arce sua præ timore.
5. A vexillo.

*Liberatio populi à malis proximè imminentibus ab Assyriis, quorum prætextu Messiæ aduentum & miracula designat.* XXXII.

A [a] Ecce in iustitia regnabit Rex, & principes in iudicio præerunt:& erit vir sicut qui [1] absconditur ] à vento, & [2] cælat se ] à tempestate, sicut riui aquarum in siti, & vmbra petræ prominentis in terra deserta. Non caligabunt oculi videntium,& aures audientium diligenter auscultabunt, & cor stultorum intelliget scientiam, & lingua balborum [3] velociter loquetur, & plané. ] Non
† 93. dist. cap. Legimus. vocabitur vltrà [4] is qui insipiens est, princeps, neque fraudulentus appellabitur ma-
B ior.] †✠ Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat simulationem, & loquatur [5] ad dominum fraudulenter, ] & vacuam faciat animam esurientis,& potum sitienti auferat. [6] Fraudulenti] vasa pessima sunt. Ipse enim cogitationes concinnauit [b] ad perdendos mites in sermone mendacij,[7] cum loqueretur pauper iudicium. Princeps ] verò ea quæ digna sunt [8] principe ] cogitabit, & ipse [9] super duces] stabit. Mulieres opulentæ surgite, & audite vocem meam: filiæ confidentes percipite auribus eloquium meum. Post dies enim & annum, & vos conturbamini
C confidentes. ✠ [10] Consummata est ] enim vindemia, collectio vltra non veniet. Obstupescite opulentæ,conturbamini confidentes, exuite vos & confundemini, accingite lumbos vestros super vbera. Plangite super regione desiderabilia, super vinea fer-

a. Consolatur propheta Iudæos, qui existimabant Ezechiam amissurum esse regnum, essèque à Sennacherib superãdum. Nõ ita erit,inquit,sed regnabit exercens iustitiam,ciuilique regnũ arte prælatẽ gubernatum. Sed hic rex,quem diuinus vates animo contemplabatur, Christus est: cuiusque regno potius quàm Ezechię ea conueniunt quę hic dicit Isaias. Est igitur Christus rex ille, qui in summa ac diuina iustitia regnat. Pintus ibid.]
1. Locus in quo quis absconditur se.
2 Sicut latibulum.
3 Festinabit loqui politè vel eleganter.
4 Stultus munificus,neque parcus dicetur prodigus.
5. De deo etrotem.
6. Parco
b. Mites,id est,innoxios secundum quod dicitur,4. Reg.21.Sãguinem multum innoxium effudit Manasses in sermone mẽdacij,id est,per mẽdacia sermonibus iustis,& apparentibus colorata, sicut dictum fuit supra 1.cap.quòd Isaias cõdemnatus ad mortem, quasi zelo legis, & idem etedendum est, quod fecerit de multis aliis. De Lyra ibidem.]
7. Cum alloquetur pauperem in iudicio.
8. Liberali.
9. Propter munificentiam.
10. Deficit.

tili.† c Super humum populi mei spinæ & vepres ascendent, quanto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis? Domus enim dimissa est, multitudo orbis relicta est,[11] tenebræ & palpatio factæ sunt super] speluncas vsque in æternum. Gaudium onagrorum, pascua gregum, donec effundatur super nos spiritus de excelso. & [12] Et erit desertum in Charmel, & Charmel sedebit.† Et erit opus iustitiæ pax, [d] & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsque in sempiternū. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Grādo autem in descensione saltus, & humilitate humiliabitur ciuitas. † [e] Beati qui seminatis super omnes aquas,[13] immittentes] pedem bouis & asini.

c. Terra promissionis inculta erit atque vastata, & multo magis domus vebium nunc suam consolationem habentium, & ipsi habitatores earum vastabūtur, ac destruentur: quibus dicetur, væ vobis qui ridetis, quia lugebitis & flebitis vos. Dio. ibi. 21. Arx & munitio redactæ sunt in.

11. Et fiat de deserto ager cultus, atque ager cultus pro sylua reputetur.

[d. Vt in silentio oremus nō in plateis: non clamantes, non in multiloquio. Vnde, tu autē cū oraueris, intra in cubile tuum, &c. Glosa ordi. ibid.]

e. Super omnes aquas seminare, est cunctis populis fructuosa vitæ verba prædicare Grego. Moral. lib. 35. cap. 18.

13. Et dimittitis.

*Cum destruxerit dominus Assyrios in Iudæorum vindictam, & ab his liberauerit, saluatorem suum non cognouerunt.* XXXIII.

Væ qui prędaris: [1] nónne & ipse prædaberis? Et qui spernis, nónne & ipse [a] spernêris?] Cùm consummaueris deprędationem, deprędaberis: cum fatigatus desieris contemnere, contemnêris. Domine miserere nostri, te enim expectauimus: esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis. A voce [2] angeli] fugerunt populi, & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes. Et congregabunt spolia vestra, sicut colligitur bruchus, velut cum [3] fossæ plenę fuerint de eo.] Magnificatus est dominus quoniam habitauit in excelso, impleuit Sion iudicio & iustitia, & erit fides in temporibus tuis. [b] Diuitiæ enim salutis sapientia & scientia, timor domini ipse thesaurus eius. Ecce videntes clamabunt foris, angeli pacis amarè flebūt. [4] Dissipatę sunt viæ, cessauit transiens per semitam, irritum factum est pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines. Luxit & elanguit terra, [c] confusus est Libanus, & [4] obsorduit.] Et factus est [5] Saron] sicut desertum, & concussa est Basan & Carmelus. Nunc consurgam, dicit dominus, nunc exaltabor, & nunc similabor. Concipietis [6] arborem] & parietis stipulam, spiritus vester vt ignis vorabit vos, & erunt populi quasi de incendio [7] cinis,] spinæ congregatę igni comburentur. Audite qui longè estis quæ fecerim, & cognoscite vicini fortitudinem meam. Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit timor hypocritas. Quis poterit habitare de vobis cum [d] igne deuorante, aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?† & Qui ambulat in iustitiis & loquitur veritatem, qui proiicit auaritiam ex calumnia,† & excutit manus suas ab omni munere. [e] Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, aquę eius [8] fideles] sunt. Regem in decōre suo videbunt oculi eius, cernent terram de longè. Cor tuum meditabitur timorem.† [f] Vbi est literatus? vbi legis verba ponderans? vbi [9] doctor paruulorum?] Populum imprudentem non videbis, populum alti sermonis, ita vt non possit intelligere [10] disertitudinem linguæ eius:] in quo nulla est sapientia. Respice Sion ciuitatem solennitatis nostræ. & Oculi tui videbunt Ierusalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in sempiternum, & funiculi eius non rumpentur, quia solummodo ibi [11] magnificus] est dominus noster. [g] Locus fluuiorum riui latissimi & patentes, nō transibit super eum nauis remigum, neque trieris magna transgredietur eum. Dominus enim iudex noster, dominus legifer noster, dominus Rex noster. Ipse saluabit nos. [h] Laxati sunt funiculi tui, sed non pręualebunt. [12] Sic erit malus tuus, vt dilatare signū non queas.] Tunc diuidentur spolia prædarum multarum, claudi diripient rapinam, nec dicet [13] vicinus:] elangui, populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

[a. De apostolis dixerat, & de ecclesiarum magistris: Beati qui seminant super omnem aquam vbi bos & asinus calcant: nūc ad persecutores eorū maledictionē dirigit: imò aduersus principē eorum, qui corda possidet impiorum, quòd quicquid fecerūt recipiant: & præsens potentia, futurorum sit materia tormentorum. Vnde iuxta 70. dicitur, Væ eis qui vos miseros faciunt. Hieron. ibid.]

1. Et non es prædam passus: preuaricaris, & nulli sunt in te pręuaricati.

2. Tumultu.

3. Discursus locustarum pergit ad illam.

b. Veras autem diuitias vel ipsa vitæ æternæ gaudia, vel virtutū spiritualium, quibus ad vitam peruenitur, copiam significat, de quibus dicit Isa. Diuitiæ salutis sapientia & scientia: &c. Beda do. 9. post Trinitatem.

c. Haud dubium est quin templum significet, de quo Zacha. 11. legimus: Aperi Libane portas tuas, vt deuoret ignis cedros tuas. Siue Ierusalem, quæ Ezec. 17. Libanus appellatur, dicente propheta. Aquila magnarum alarum, quæ habet ductū irrandi in Libanum. Hiero. ibidem.

4. Exciſus est.

5. Campus.

6. Quisquilias.

7. Caleis.

d. Dei magnalia narrat, & deū ignem vocat, secundū illud Hebræ. 12. g. Deus noster ignis cōsumens est & ipse dixit Luc. 12. f Ignem veni mittere in terrā, & quid volo nisi vt ardeat? Gl. ord.

e. Hoc est, peccatis quæ de sanguine & carne nascuntur non præbet consensum. Grego. Moral. lib. 23. cap. 25.

8. Indefinentes.

[f. Vbi est modo Sobna prædecessor tuus in officio pōtificis: propter quod debuit esse litteratus, ad ponderandū legis verba, ad docendum ignorātes qui dicuntur hic paruuli, q. d. petiit terra aliena, vt habetur sup. 22. Ideo subditur, Populum imprudentem, id est, Sobnam & sibi adhærentes. De Lyra ibid.]

9. Annotās domos infignioresl

10. Blæsum linguā.

11. Magnificatus.

g. Doctrina sanctæ ecclesiæ riui sunt lati & patentes & quærentibus plani: veteris verò testamenti erant angusti & clausi. Greg. Moral. lib. 18. cap. 23.

h. Nauem verò hanc, ecclesiam inquam hæreticorum, maris esse dixit, quia huiusmodi ecclesia non dei est, sed seculi, quę licet haberē in se prædicationem dominicæ crucis videatur, inualidam tamen hanc arborem, scilicet malum nauis eius ostēdit: quia vbi non est veritas fidei, infirma crucis assertio est. Chrys. in 8 cap. Mat. hom. 25.

12. Sic in malo suo non expanderunt velum.

13. Habitator.

A [a] cce-

A [a]Accedite gentes & audite,& populi attendite, audiat terra & plenitudo eius,orbis & omne germen eius, quia indignatio domini super omnes gentes,& furor super vniuersam militiam eorum. Interfecit eos,& dedit eos in occisionem. Interfecti eorum proiicientur,& de cadaueribus eorum ascen-

†Matt.24.e det fœtor.† Tabescent montes à sanguine eorum,& tabescet omnis militia cœlorum, & complicabuntur sicut liber cœli, & omnis militia eorum defluet, sicut defluit fo-

B lium de vinea & * de ficu: quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus. [b] Ecce super Idumæam descendet,& super populum interfectionis meæ ad iudicium. Gladius domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe de sanguine agnorum & hircorum, & de sanguine [1] medullatorum ] arietum. Victima enim domini in Bosra, & in-

†Isai.63.a terfectio magna in terra Ædom. Et descendent [c] vnicornes cum eis,& tauri cum potentibus. Inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium,† quia dies vltionis domini,[d]annus retributionis iudicij Sion. Et conuertentur torrentes eius

C in picem:& humus eius in sulphur.[e]Et erit terra eius in picem ardentem nocte & die, non extinguetur in sempiternum. Ascendet fumus eius à generatione in generationem,desolabitur in secula seculorum. Non erit transiens per eam,& possidebunt illam [2] onocrotalus & ericius, & ibis, ]& coruus habitabunt in ea. Et extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum: & perpendiculum in desolationem.[3]Nobiles eius non erunt ibi.Regem potius inuocabunt,] & omnes principes eius erunt in

D nihilum.[f] Et orientur in domibus eius spinæ & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius,& erit cubile [4] draconum,& [4] pascua ] struthionum,& occurrent [5] dæmonia onocentaurus,& pilosus] clamabit alter ad alterum: Ibi cubauit lamia, & inuênit sibi requiem. Ibi [6] habuit foueam ericius, ] & enutriuit catulos, & circunfodit, & fouit in vmbra eius. Illuc congregati sunt [7] milui,] alter ad alterum.Requirite diligenter in libro domini & legite,vnum ex eis non defuit,[8]alter alterum non quæsiuit, ]quia quod ex ore meo procedit,ille] mandauit: & spiritus eius ipse congregauit ea. Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram. Vsque in æternum possidebunt eam,in generatione & generationem habitabunt in ea.

a.Minatur dominus vniuerso mundo exitium,& consummationem seculi, & vniuersorum gentium vastitatem. Et hoc discretim vel quo ad plebeios, minatur generationem,vel quo ad principes,futurem,qui grauior est quàm indignatio: quoniam magis irascitur deus primi,pil.° malit, grauioráque eis infligit supplicia,quàm subditis. Vt Sapien.6.Iudicium durissimũ his qui præsunt,fiet. Diony.ibid.
*Decidit.
[b. Inuehitur contra Idumæos, primò quia comminatur hominum occisionem. Secundò terrę destructionem, & tertiò vtriusque dictæ consummationem. De Lyra ibid.]
1.Renum.
c.In quo significat potentes monarchas, vt supr.5. Descendent fortes eius,& sublimes eius gloriosique eius ad eum. Vnde omnia sequentia exponunt de destructione facta per Romanos. S.Thomas.
[d. Non solum euertet deus gẽtium ciuitates,sed etiam Ierosolymam per Titum funditus delebit. Veniet enim tempus,quãdo deus Sion,i. Ierusolymæ retribuet id quod ea iuxta rectũ iudicium meretur. Et tunc conuertentur torrentes eius in picem, hoc est,tempore Romanæ obsidionis omnia erunt in ciuitate plena pice, sulphure,& flãmis ardentibus. Succendetur Ierosolyma,& incendio flagrabit. Nõ extinguetur veluti si fluuij non essent aquæ,sed picis. Vbique erit dolor,& inestimabilis afflictio & calamitas. Pœnas ibi.]
2.Pelicanus,vlula,& noctua.
3. Nemo ibi nobiles vocabit ad regnum.
e.Draco malitiam, struthio hypocrysin, onocẽtauri luxuriam designat. Greg. Moral.li.7.c.15.
4.Mansio.
5.Fauni,onocentauri,satyri.
6.Vlula nidum faciet.
7.Vultures.
8.Nec defuerunt hoc vel illud, quia os eius.

*Synagogæ propter infidelitatem suam repulsæ succesit gentilitas, ad quã omnis gratia synagogæ copiosè transfusa est: vt beatissimus Paulus ad Rom 11. vbi de oliua & oleastro metaphoricè loquitur. Hæc olim deserta & inuia,sed tempore Christi vocata & illustrata,valde lætata est, & quotidie lætatur de beneficiis Christi. Diony.ibid.
1.Solitudo & desertum.
2. Præcipitibus corde.
b.Aperuit cæcorum oculos virtus cælestis, & lucem non videntibus reddidit. Et hoc facto significauit fore,vt conuersus ad gentes, quæ deum neseiebant, insipientium pectora illuminaret luce sapientiæ:& ad veritatẽ contemplandam cordis oculos aperiret. Verè enim cæci sunt, qui cœlestia non videntes,& tenebris ignorãtiæ circumfusi terrena fragilia venerantur. Lact. lib.4.cap 26.
3.Laudabit.
c. Per calamum prædicatores, per iuncum auditores designãtur. Greg.in Ezech.ho.13.
4.Illorum: & non oberrabunt tam assuetus itineri,q̃ stulti.
d.Quidam hæc de primo salutoris nostri aduentu interpretãtur. Iudæi verò & alij Iudaizantes de secundo. Hieron. ibid.

*Confolatio Israelis super liberatione sua, & gentium vocatio ad fidem per Messiæ aduentum. XXXV.

A [a]Ætabitur [1] deserta & inuia, ]exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans.† Gloria Libani

†Infra,16.c data est ei,decor Carmeli & Saron. Ipsi videbunt gloriam domini, & decõrem dei nostri. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate.

†49.dist...1. E [b]Dicite [2] pusillanimis:]cõfortamini,& nolite timere.† Ecce deus vester vltionem adducet retributionis,deus ipse veniet & saluabit nos.†[b] Tunc aperiẽtur oculi cęcorum,

† Matth.15.c & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus,claudus, & [3] aperta erit] lingua mutorum, quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine, & quę erat ari-

C da in stagnum,& sitiens in fontes aquarum.[c]In cubilibus in quibus prius dracones habitabant,orietur viror[c] calami & iunci, & erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur. Non transibit per eam pollutus,& hęc erit[4] vobis directa via,ita vt stulti non errẽt

D per eam. Non erit ibi leo,& mala bestia non ascendet per eam,nec inuenietur ibi.[d]Et ambulabunt qui liberati fuerint, & redempti à domino, conuertentur & venient in Sion cum laude,& lætitia sempiterna super caput eorum.Gaudium & lætitiam obtinebunt,& fugiet dolor & gemitus.

*Obsessa Ierosolyma ab Assyriorum exercitu, mittitur Rapsaces ad Ezechiam sanctum Israel blasphematurus. XXXVI.

†4.Reg.18.c A 2.Para.32. a Anni ante Christũ 741. Anni mundi 3221. [a]T † factum est in quartodecimo anno Regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib Rex Assyriorum super omnes ciuitates Iuda munitas,& cepit eas.

[b]Et misit Rex Assyriorum Rapsacem de Lachis in Ierusalem, ad Regem Ezechiam in manu graui,& stetit in aquę ductu piscinę superioris,in via

a.Synagogæ propter infidelitatem suam repulsæ succesit gentilitas, ad quã omnis gratia synagogæ copiosè transfusa est: vt beatissimus Paulus ad Rom 11. vbi de oliua & oleastro metaphoricè loquitur. Hæc olim deserta & inuia,sed tempore Christi vocata & illustrata,valde lætata est, & quotidie lætatur de beneficiis Christi. Diony.ibid.
1.Solitudo & desertum.
2. Præcipitibus corde.
b.Aperuit cæcorum oculos virtus cælestis, & lucem non videntibus reddidit. Et hoc facto significauit fore,vt conuersus ad gentes, quæ deum neseiebant, insipientium pectora illuminaret luce sapientiæ:& ad veritatẽ contemplandam cordis oculos aperiret. Verè enim cæci sunt, qui cœlestia non videntes,& tenebris ignorãtiæ circumfusi terrena fragilia venerantur. Lact. lib.4.cap 26.
3.Laudabit.
c. Per calamum prædicatores, per iuncum auditores designãtur. Greg.in Ezech.ho.13.
4.Illorum: & non oberrabunt tam assuetus itineri,q̃ stulti.
d.Quidam hæc de primo salutoris nostri aduentu interpretãtur. Iudæi verò & alij Iudaizantes de secundo. Hieron. ibid.

a. Historia manifesta est ex 4. Reg.18.ea.& 2.Para 32.vnde nõ ampliore indiget explanatione.
b. Sennacheribus verò auditis legatis decreuit omisso bello, postulata regis admittere,& pollicitus est si argenti talenta trecenta, auri triginta accepisset, paratum se abiturum,iurciurãdo interposito,q̃ ab omni iniuria temperaturus esset. Accepit Assyrius pecuniã,sed pacta non præstitit. Ioseph.lib.10.cap.1.

agri fullonis. Et egressus est ad eum Eliachim filius Helchiæ, qui erat super domum, & [c] Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentariis. Et dixit ad eos Rapsaces: Dicite Ezechiæ: Hęc dicit Rex magnus, Rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia qua confidis, [1] aut à quo consilio vel fortitudine rebellare disponis? ] Super quem habes fiduciam, quia recessisti à me? Ecce confidis[d] super baculum arundineum confractum istum su per Ægyptum, cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius & perforabit eam: [e] sic Pharao Rex Ægypti omnibus qui confidunt in eo. Quòd si responderis mihi, in domino deo nostro confidimus, nónne ipse est cuius abstulit Ezechias excelsa & alta- ria, & dixit Iudæ & Ierusalem, coram altari isto adorabitis? Et nunc[2] tradet te] do- mino meo Regi Assyriorum, & dabo tibi duo milia equorum: [3] nec poteris] ex te præ- bere ascensores eorum. Et quomodo[4] sustinebis faciem iudicis, vnius loci] ex seruis domini mei minoribus? Quòd si confidis in Ægypto, in quadrigis, & in equitibus, & nunc nunquid sine domino ascendi ad terram istam, vt disperderem eam? Dominus dixit ad me: Ascende super terram istam, & disperde eam. Et dixit Eliachim, & Sobna & Ioahe ad Rapsacen: [f] Loquere ad seruos tuos Syra lingua: [g] intelligimus enim, ne lo- quaris ad nos Iudaicè in auribus populi qui est super murum. Et dixit ad eos Rapsa- ces: Nunquid ad dominum tuum & ad te misit me dominus meus, vt loquerer om- nia verba ista, & non potius ad viros qui sedent in muro vt comedant stercora sua, & bibant [5] vrinam] pedum suorum vobiscum? Et stetit Rapsaces, & clamauit voce ma- gna Iudaicè, & dixit: Audite verba Regis magni, Regis Assyriorum. Hæc dicit Rex: Non seducat vos Ezechias, quia non poterit eruere vos, & non vobis tribuat fidu- ciam Ezechias, super domino, dicens: eruens liberabit nos dominus, non dabitur ci- uitas ista in manum Regis Assyriorum. Nolite audire Ezechiam. Hæc enim dicit Rex Assyriorum: [f] Facite mecum benedictionẽ, & egredimini ad me, [g] & comedite vnus- quisque vineam suam, & vnusquisque ficum suam, & bibite vnusquisque aquam ci- sternæ suæ, [g] donec veniam & tollam vos ad terram, quæ est vt terra vestra, terram frumenti & vini, terram panum & vinearum. [6] Nec conturbet] vos Ezechias, dicens: do- minus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij gentium vnusquisque terram suam de manu Regis Assyriorum? Vbi est deus Emath & Arphad? Vbi est deus Sepharuaim? Nunquid liberauerunt Samariam de manu mea? Quis est ex omnibus diis terrarum istarum qui euertit terram suam de manu mea, vt eruat dominus Ierusalem de manu mea? Et siluerunt, & non responderunt ei verbum. Mandauerat enim Rex, dicens: ne respondeatis ei. [†] Et ingressus est Eliachim filius Helchiæ qui erat super domũ, & Sob- na scriba, & Ioahe filius Asaph à commentariis ad Ezechiam [h] sciissis vestibus, & nun- tiauerunt ei verba Rapsacis.

*Spe diuini subsidij dominus per Isaiam obsessorum Iudæorum animos firmat, ac obsiden- tes per angelum cædit, & Sennacherib per filios.* XXXVII.

[†] Et factum est, cum audisset Rex Ezechias [a] scidit vestimenta sua, & obuolu- tus est sacco, & intrauit in domum domini. Et misit Eliachim qui erat super domum, & Sobnam scribam, & seniores de sacerdotibus opertos saccis, ad Isaiam [b] filium Amos prophetam, & dixerunt ad eum: Hęc dicit Rex Ezechias: Dies tri- bulationis & correptionis & blasphemiæ, dies hæc, quia venerunt filij vsque ad par- tum, & virtus non est pariendi. Si quo modo audiat dominus deus tuus verba Rapsa- cis, quem misit Rex Assyriorum dominus suus ad blasphemandum dominum deum viuentem, & exprobrandum sermonibus quos audiuit dominus deus tuus: Leua er- go orationem pro reliquiis quę repertę sunt. Et venerũt serui Regis Ezechię ad Isaiam: & dixit ad eos Isaias: [f] Hæc dicetis domino vestro. Hæc dicit dominus: [c] Ne timeas à facie verborum quæ audisti, quibus blasphemauerunt pueri Regis Assyriorum me. Ecce ego dabo ei spiritum & audiet nuntium, & reuertetur ad terram suam, & corru- re eum faciam gladio in terra sua. Reuersus est autem Rapsaces, & inuenit regem As- syriorum præliantem aduersus Lobna. Audierat enim quia profectus esset de Lachis, & audi-

[c. Sobna scriba alius nó super- bus, qui vt tradunt Hebræi com minatione Rapsacis perterritus inferiorem partem ciuitatis tra didit, arce remanente & templo. Glosa ordi. ibid.]

1. Dixi certè in corde meo: Hic cogitat posse liberari oratione labiorum suorũ, sed consilio & fortitudine opus est ad prælia.

d. In verbis Rapsacis arrogẽtia consideranda est, quæ velut cõ traria imitatur. Consideremus igitur quod dicit: Confidis su per baculum arundineum con fractum, &c. falsum est. Nulla e- nim narrat historia quòd Eze chias ad Aegyptios miserit, & Pharaonis auxilium postulaue rit. Quod autem subiungit Eze chiam excelsa & altaria abstu lisse, mendacium iungit veritã ti. Hoc enim non contra deum, sed pro deo fecerat: vt idololatria & veteri errore destructo, iu beret deum adorari in Ieru salem, vbi erat templum eius: quanquã legamus pessimæ con suetudine in mõtibus collibusq; extructo tam altari populũ deo victimas immolasse. Hiero nymus ibidem.

2. Fidei iube vel da obsides.

3. Dummodo possis.

4. Aduersaberis faciem vnius ducis.

[e. Timebant ne fortè populus qui erat in muris intelligẽs ver ba Rapsacis caderet animo, & falsis terroribus commotus se illi traderet. Ideo volebant vt ipse loqueretur lingua Syriaca, quam populus nó intelligebat. Pintus ibid.]

5. Aquas.

f. Hoc est, facite quod in vestrã benedictionẽ proficiat: benedi- cite regi Assyrio, & eum domi- num confitemini, vt præmia cõ sequamini, donec reuertar de Aegypto, vel capta Iobna redeã. Habitate in vrbe vestra, & rebus vestris frumamini, & postea ducã vos in similem vestræ terram, quam tamen non nominauit: quia similem ei inuenire nõ po tuit. Angelomus 4. Reg. 18.

g. Hic est modus regum Assy- riorum, scilicet transferre gen tem sibi subiectam de terra sua natiua ad aliam, vt de eius obe dientia sint magis securi. Iam enim hoc fecerat rex Assyriorũ de Osee Rege Israel ex eius po pulo, vt patet 4. Re. 18. Lyra ibi. 6. Ne fortè decipiat.

h. Pro audita blasphemia, quod erat mos Iudæorũ, vt patet Mat. 26. Princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, &c. S. Tho.

a. Scidit vestimẽta sua rex, quia peccatorũ suorum & populi esse credebat, q; Rapsaces vsque ad portas Ierusalem venerit, & cõ tra dominum sit talia locutus. Pro regia ergo cultu obvolu tus est sacco, & de palatio ad templum gradiens, Eliachim & cæ teros misit ad Isaiam: in quo re gis consideranda est humilitas atque pudẽtia. Euseb. 4. Re. 19.

[b. Filium Amos propheræ, ita habent aliqui libri: quod factũ est ab aliquibus correctoribus, eo q; ista Amos fuit prophetæ, sicut dictum fuit in principio huius, sed melius dicitur pphetæ vt referatur ad Isaiam.]

c. Hoc est, Noli timere verba, quibus nõ tu, sed ego sum blas phemiam passus: quia dandus est ei spiritus nõ dei, sed aduer sarij: & audito nuntio reuertẽs in terram tuam cortnas gladio, vt duo pariter quę optabat Eze chias audiret se ab hoste liberã dum, & inimicum in sua terra morituum. Angelomus 4. Re- gum. 19.

& audiuit de Tarácha rege Æthiopiæ, dicentes: egressus est vt pugnet contra te.
c [d]Quod cum audisset, misit nuntios ad Ezechiam, dicens: Hæc dicetis Exechiæ regi
Iudæ, loquentes: [e] Non te decipiat deus tuus in quo tu confidis, dicens: non dabitur
Ierusalem in manum regis Assyriorum. Ecce tu nosti omnia quæ fecerunt omnes re-
ges Assyriorum omnibus terris quas subuerterunt, & tu poteris liberari? Nunquid
eruerunt eos dij gentium quos subuerterunt patres mei, Gozan & Haram, & Reseph
D & filios Edem qui erant in Thalassár? [f] Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex vrbis
Sepharuáim, Ana & Aua? [f] Et tulit Ezechias libros ]de manu nuntiorum, & legit eos:
& ascendit in domum domini, & expandit eos coram domino. Et orauit Ezechias ad
dominum, dicens: [g] Domine exercituum deus Israel qui sedes super Cherubim, tu es
deus solus omnium regnorum terræ, tu fecisti cælum & terram. Inclina domine au-
rem tuam & audi, aperi oculos tuos & vide, & audi omnia verba Sennacherib quæ
misit ad blasphemandum deum viuentem. Verè enim domine desertas fecerunt re-
ges Assyriorum terras & regiones earum, & dederunt deos earum igni, non enim e-
rant dij, sed opera manuum hominum, [h] lignum & lapis, & comminuerunt eos. Et
nunc domine deus noster salua nos de manu eius, vt cognoscant omnia regna terræ,
E quia tu es dominus deus solus. [f] Et misit Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens: Hæc
dicit dominus deus Israel. Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Assyriorum,
*hoc est* verbum quod locutus est dominus super eum: Despexit te, & subsannauit te
[i] *virgo* filia Sion, post te caput mouit filia Ierusalem. Cui exprobrasti, & quem blas-
phemasti, & super quem exaltasti vocem tuam, & leuasti [2] altitudinem oculorum
*tuorum*? ]Ad sanctum Israel. [k] In manu seruorum tuorum exprobrasti domino, & di-
xisti: In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montium, iuga
Libani, & succidam excelsa cedrorum eius, & electas abietes illius, & introibo altitu-
dinem summitatis eius, saltum Carmeli eius ego fodi & bibi aquam, & exiccaui ve-
stigio pedis mei omnes riuos aggerum. [l] Nunquid non audisti quæ olim fecerim ei?
Ex diebus antiquis ego [3] plasmaui ]illud, & nunc adduxi, & factum est in eradicatio-
F nem [4] *collium* compugnantium & ciuitatum munitarum: ] [f] Habitatores earum
breuiata manu contremuerunt, & confusi sunt, [m] facti sicut fœnum agri, & gramen
pascuæ, & herba tectorum quę exaruit antequam matureſceret. Habitationem tuam
& egressum tuum, & introitum tuum cognoui, & insaniam tuam contra me. Cum
furores aduersum me, [*] superbia tua ascendit in aures meas. Ponam ergo [5] circulum ]in
naribus tuis, & frænum [*] in labiis tuis, & reducam te in via per quam venisti. [n] Tibi au-
tem hoc erit signum: Comede hoc anno quæ sponte nascuntur, & in anno secundo
[6] pomis vésceere. ] In anno autem tertio seminate, & metite, & plantate vineas, & co-
medite fructum earum. Et mittet id quod saluatum fuerit de domo Iuda, & quod re-
liquum est [o] radicem deorsum, & faciet fructum sursum, quia de Ierusalem exibunt
G reliquiæ, & saluatio de monte Sion. [f] Zelus domini exercituum faciet istud. [p] Propter
ea hæc dicit dominus de rege Assyriorum: Non introibit ciuitatem hanc, & non ia-
cietibi sagittam, & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu eius agge-
rem. In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit do-
minus. [q] Et protegam ciuitatem istam vt saluem eam propter me & propter Dauid
seruum meum. [†] Egressus est autem angelus domini, & percussit in castris Assyriorum
centumoctogintaquinque milia. Et surrexerunt mane, & ecce omnes cadauera mor-
tuorum. Et egressus est, & abiit. Et reuersus est Sennacherib rex Assyriorum, & habi-
tauit in Niniue. Et factum est cum adoraret in tẽplo Nesrach deum suum, Adramélech & Saráfar filij eius percusserunt eum gladio, fugerúntque in terram Ararath, & regnauit Asaraddon filius eius pro eo.

*Liberatus Ezechias cælesti miraculo à comminata sibi morte, additísque ad vitam*
*suam quindecim annis, in gratiarum exit actiones.* XXXVIII.

T

[d. Sẽnacherib impiissimus te
licturus Iudæã, & nolens aduer-
sarios suos Iudæos, Ezechiásque
de suo recessu gaudere, minatur
vt verbis deiiciat, quos armis
nondũ deiecit. Dio. Cart. ibi.]
e. Discedẽs Sennacherib cũ ex-
ercitu suo misit literas ad Eze-
chiã obsedit. Peluſiũ vrbẽ Aegy
pti, cui occurrit Tharaca rex
Aethiopiæ, cum quo noluit pu-
gnare, dicẽs eũ esse sacerdotem
Plutonis, derisorie propter ni-
gredinem. S. Tho.
[f. Hic cõsequitur Ezechiæ de-
uota deprecatio, quando acce-
pit literas regis Assyriorũ: qui
et cõminabatur literis & ver-
bis ad maiorem assertionem.
De Lyra. ibidem.]
1. Literas.
g. Prius Ezechias domini timo-
re perterritus orare in templo
non audebat, vel liberas fundere
preces: nunc autem quia au-
dit Isaiam dicẽtem: Ne timeas
à facie verborum quæ audisti,
&c. dominum audãter deprecatur. Angelom. vbi supra.
[h. Per quæ, aliæ materiæ intelli
guntur, videlicet autũ argentũ,
&c. Vnde in Psal. cãtatur. Simu
lachra gentiũ argentum & au-
rum. &c. Hi ergo dij quantum
ad substantiam non erant nisi
corpotales materiæ. Secundum
philosophũ quippe tota substã-
tia artificialiũ est materia, opera
vero vitæ quæ in eis apparebant, non ab intrinseca forma,
sed à dæmonibus inhabitantibus orisbantur. Dion. Carth. ib.]
i. Virgo filia Sion & filia Ieru-
salem, quæ ideo virgo appella-
tur & filia, quia cunctis gentib⁹
simulachra adorãtibus hęc sola
conseruabat castitatem religio
nis dei, atque vnius diuinitatis
cultũ, &c. Eucher. 4. Reg. 19.
2. In altum oculos tuos.
[k. Vt pater de Rapsace præce-
dente cap. & de aliis nunciis à
Sennacherib missis, & ipse fuit
maior contẽptus quam si Sen-
nacherib hoc fecisset in propria
persona: sicut dare alapã alicui
per personam vilẽ: quàm si ali-
quis notabilis faceret manu
propria. De Lyra.]
l. Hæc ex persona dei cõtra ver-
ba Assyrij intienda sunt, quòd
ad blasphemiam eius sic respõ-
derit dominus. Hiero. ibid.
3. Plantaui.
4. Et in aceruos ruinarum ciui-
tates munitæ.
[m. Comparat eos herbæ tecto-
rum quæ statim arescit, priusq⁹
quam ad maturitatẽ perueniat
ita dicitur in Psal. 128. Fiant si-
cut fœnũ tectorum, quod prius-
quã euellatur exaruit. Pine. ib.]
*Et fœlicem te putaret.
5. Hamũ meum. *Meum.
[n. Ad prædictarũ consolationũ
confirmationẽ datur signũ du-
plex, atque per hoc efficax. Vn-
de etiã subnectit executionẽ iu-
dicij Dei per angelũ factã ibi.
Egressus autẽ angelus Domini.
Videt Deũ erga credentes & fi-
dentes sibi esse fidelẽ. Lorin. ib.]
6. Quæ hinc renata fuerint.
o. Cum cogitationem nostram
ad compatiẽdum proximo in-
digenti tendimus, radicem de-
orsum mittimus, vt retributio-
nis fructum sursum faciamus.
Grego. Mora. lib. 12. c. 24.
[p. Reuertitur ad propositũ, &
post futurorũ spem meritũ excu-
sit præsentẽ. Non enim tanta e-
rit lætitia super his quæ pro-
mittebat futura, quanta de imi-
nẽtibus cura. Glo. ordina.]
q. Hic eũ sanct⁹ Dauid nõ solũ
cũ in corpore esset, placuit deo:
sed & post mortẽ suã vnus inue
nitur præstitisse grãde solatiũ.
Contigit namque Ezechiæ regi
inimicas in tẽporibus Iudæorũ
gentes circumuallasse Ieroſoly-
mam. Et cũ esset Ezechias infir⁹
vit, rogauit deũ, & seq. Venit ad
eum Isaias propheta, & dixit ei:
Protegam hanc ciuitatem pro-
pter me, & propter Dauid seruũ
meum. Dauid mortuus est, &
eius merita vigent. Homo mor
tuus viuo patrocinatur. Chrys.
homil. 1. super Psal. 50.

4. Reg. 19. g
Isa. 37.
Ecclo. 48. d
1. Mach. 7. f
2. Mach. 8. c

†IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem, & intrauit ad eum Isaias filius Amos propheta, & dixit ei: Hæc dicit dominus: †[1] Dispone domui tuæ,]quia[2] moriêris tu & non viues. Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad dominum, & dixit: Obsecro domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factum est verbum domini ad Isaiam, dicens: Vade, & dic Ezechiæ: Hæc dicit dominus deus Dauid patris tui. †Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas. ‡ Ecce ego adiiciam super dies tuos[b] quindecim annos: & de manu Regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam, & protegam eam. [c]Hoc autem tibi erit signum à domino, quia faciet dominus verbũ hoc quod locutus est: Ecce ego reuerti faciam vmbram[3] linearum,] per quas descenderat in horologio Achaz in sole retrorsum decem lineis. Et reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat. Scriptura Ezechiæ Regis Iudæ cum ægrotasset, & conualuisset de infirmitate sua: Ego dixi[4] in dimidio]dierum meorum, vadam ad portas inferi, *quæsiui residuum] annorum meorum. Dixi: non videbo dominum deum in terra viuentium. Non aspiciam hominem vltrà,[5] & habitatorem quietis. ‡ Generatio mea ablata est & conuoluta est] à me quasi tabernaculum pastorum. [d]* Præcisa est velut à texẽte vita mea, dum adhuc ordirer succidit me] †De mane vsque ad vesperam finies me, sperabam vsque ad mane. Quasi leo sic contriuit omnia ossa mea, de mane vsque ad vesperam finies me. Sicut[7] pullus hirundinis sic clamabo,]meditabor vt columba. [8] Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsum.] Domine vim patior, responde pro me. Qui dicam[9] aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerim? Recogitabo tibi omnes annos meos in] amaritudine animæ meæ.[10] Domine si sic viuitur, & in talibus]vita spiritus mei. ‡ [11] Corripies]me & viuificabis me, ecce in pace amaritudo[12] mea amarissima.] Tu autem[13] eruisti animam meam vt non periret,][e] proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te, non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam. Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.[14] [f]Domine saluum me fac,] & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo domini. Et iussit Isaias vt *tollerent* massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus eius, & sanaretur. Et dixit *Ezechias:* Quod erit signum, quia ascendam in domum domini?

1. Commenda cuipiam domum tuam.
2. Ezechias Rex iuxta quẽdam humanæ naturæ modum erat moriturus, cum veracis prophetæ verba audiuit: Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & nõ viues: sed occulto diuinæ prouidentiæ iudicio, quæ omnia mensura, & numero & pondere disposuit, quindecim adhuc annorum vitam lachrymis precibũsque natus est. Beda, dom. 3. post Epiphaniam.
b. Ista tuæ prophetiæ prædestinationis, quæ est quando fit reuelatio prophetæ alicuius futuri, prout est in dispositione diuinâ & eius præscientia, & hæc infallibiliter implebitur, quia diuina præscientia est immutabilis. Lyra ibid.
[c. Præsentis scilicet temporis & futuri vt quomodo sol reuertitur ad exordium suum. Ita Ezechiæ vita ad euolutos redeat annos, nobis quoque in hebdoade vel ogdoade viuentibus post resurrectionem Christi vitæ spatia protelentur. Glosa ordina.]
2. Graduum, & infra.
3. In succisione.
4. Priuabo residuo.
5 Cum habitatoribus orbis incolatus meus translatus, & migrauit.
[d. Id est, in medio processus sui sicut tela aliquando scinditur à texente dum est ad huc in fieri. De Lyra.]
6. Præcidi velut textor vitam meam, ægritudine deus succidet me.
7. Grus & hirundo garriam.
8. Eleuati sunt oculi mei in excelsum.
9. Et dixit mihi, & ipse fecit. Mouebor igitur cunctis annis meis eum.
10. Domine vitra eos viuent, & omnibus dicam quod in eis est
11. Contorqueby, vel tanabis.
12. Mihi amaritudo fuit.
13. Dilexisti eripere, sub. animã meam à fouea putrida, quia.
[e. Domine, eripuisti me de sepulchro, in quo alioqui detenẽdus eramus atque peccatis meis quibus acerbam hausit mortem commeruerat post tergum à facie tua reiectis atque deletis. Tostatus ibidem.]
14. Domini est saluũ me facere.
[f. Saluum me fac ab omni malo præsenti, præterito, & futuro: & laudes diuinas canemus, in certis horis, ac debitis locis. Dionis. Carthus. ibid.]

## *Missis à Rege Babylonis ad Ezechiam nuntiis, ostendit thesauros suos Ezechias, vnde ab Isaia grauissimè taxatus, & super eorum expoliatione præmonitus.* XXXIX.

[a]†IN tempore illo misit Merodach Baladan filius Baladam Rex Babylonis[1] libros] & munera ad Ezechiam. Audierat enim quòd ægrotasset & conualuisset. Lætatus est autem super eis Ezechias, & ostendit eis[2] cellam aromatum,]& argenti, & auri, & odoramentorum, & vnguenti optimi, & omnes apothecas supellectilis suæ, & vniuersa quæ inuenta sunt in thesauris eius. ‡ Non fuit[3] verbum quod]non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. Introiuit autem Isaias Propheta ad Ezechiam Regem, & dixit ei: Quid dixerunt viri isti, & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezechias: [b] De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone. Et dixit: ‡ Quid viderunt in domo tua? Et dixit Ezechias: Omnia quæ in domo mea sunt, viderunt. Non fuit res quam non ostenderim eis in thesauris meis. Et dixit Isaias ad Ezechiam: Audi verbum domini exercituum: [c] Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ in domo tua sunt, & quæ thesaurizauerunt patres tui vsque ad diem hanc, in Babylonem. ‡ Non relinquetur quicquam, dicit dominus. Et de filiis tuis qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Et dixit Ezechias ad Isaiam: †[d] Bonum verbum domini quod locutus est. Et dixit: Fiat tantùm pax & veritas in diebus meis.

a. Post exercitum Sennacherib ab angelo percussum, & ipsius fugam in Niniuen, & eius necem in phano dei sui, regnauit Asaradõ filius eius. Cui[3] mortuo subiicit scriptura, hic Merodach baladan filius baladan rex Babylonis consolatur Ezechiam post tantam ægrotationem sitam, congratulans ei muneribus & literis super sanitate sua. Hiec. ibid.
1. Literas.
2 Domum thesauri sui.
3. Res vlla quam.
[b. Videtur esse iactantia. Quãto longius Babylon distabat à Iudæa, tantum maiorem honorem sibi delatum esse existimabat Ezechias ob legatos Babyloniorum. Prætecta non debebat dicere venerunt ad me, sed venerunt propter dei miraculũ, vt omnia illa non ad se sed ad dei gloriã referret. Pintus ibi.]
c. Prosper de promissio. cap. 12. admonet in bonis operibus, quæ dei dona sunt, non esse in homine, sed in dominũ gloriãdum, ne quod humilis accipit, superbus amittat. Iuxta illud Apoc. 3. Tene quod habes.
d. Bonus est sermo domini post quam pax & veritas futura est in diebus meis.

In-

*Iudæos ex tot tribulationibus crucndos consolatur dominus, promittens illis consolatorem & consolatoris præconem, & diuinam in idola virtutem, & fidei prædicationem.* XL.

A CONsolamini consolamini[1] popule meus,] dicit deus vester. Loquimini ad cor Ierusalem & aduocate eam,quoniam completa est [2] malitia] eius, dimissa est iniquitas illius. † [a] Suscepit de manu domini supplicia pro omnibus peccatis suis.† Vox clamantis in deserto: [3] Parate]viam domini, rectas facite in solitudine semitas dei nostri.Omnis vallis exaltabitur,& omnis mons &collis humiliabitur,& [4] erunt praua in directa,] & [b] aspera in vias planas. Et reuelabitur
B gloria domini,& videbit omnis caro pariter quod os domini locutum est. ‡† Vox dicentis:Clama.Et dixi:Quid clamabo?Omnis caro fœnum,&[c] omnis gloria eius quasi flos agri.Exiccatum est fœnum &cécidit flos,quia spiritus domini sufflauit in eo. Vere[d] fœnum est populus.Exiccatum est fœnum,& cecidit flos, † verbum autem domini stabit in æternum.Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam qui euangelizas Ierusalem. Exalta, noli timere. Dic ci-
C uitatibus Iudæ: ecce deus vester. [e]‡ Ecce dominus deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. † Sicut pastor gregem suum pascet,in brachio suo congregabit agnos,& in sinu suo leuabit, fœtas ipse [5] portabit.] Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? Quis appendit[6] tribus digitis molem]terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statéra?† Quis[7] adiuuit ]spiritum domini, aut [8] quis consiliarius eius fuit, & ostenD dit illi? ‡ Cum quo iniit consilium,& quis instruxit eum,] & docuit eum semitam iustitiæ,& erudiuit eum scientia,& viam prudentiæ ostendit illi? Ecce gentes quasi stilla situlæ:& quasi[9] momentum ]statéræ reputatæ sunt.[10] Ecce insulæ quasi puluis [f] exiguus,]& Libanus non sufficiet ad succendendum,& animalia eius non sufficient ad holocaustum.Omnes gentes quasi non sint,sic sunt coram eo,& quasi nihilum &inanè reputatæ sunt ei. † Cui igitur similem feciſtis deum,aut quam imaginem ponetis
E ei?‡ Nunquid sculptile conflauit faber,aut aurifer auro figurauit illud, & [11] laminis argenteis argentarius? Forte lignum & imputribile elegit artifex sapiens, quærit quomodo ]statuat simulachrum quod non moueatur. [g] Nunquid non scietis? Nunquid non audistis? Nunquid non annunciatum est vobis ab initio? Nunquid non intellexistis fundamẽta terræ? Qui sedet super[12] gyrum ]terræ,& habitatores eius sunt quasi locustæ. † Qui extendit velut[13] nihilum ]cœlos,& expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum. Qui[14] dat secretorum scrutatores quasi non sint,] iudices terræ velut
F inanes fecit.‡ Et quidem,neque plantatus,neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum. † Repente flauit in eos & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos. † Et cui assimilastis me,& adæquastis me, dicit sanctus? [h] Leuate in excelsum oculos vestros,& videte quis creauit hæc. Qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat. Præ multitudine fortitudinis & roboris virtutísque eius, neque vnum[15] reliquum fuit.]Quare dicis Iacob,& loqueris Israel, [i] abscondita est via mea à
G domino,& à deo meo iudicium meum transiuit? ‡ Nunquid nescis,aut non audisti? Deus sempiternus dominus,qui creauit terminos terræ,&non deficiet,neque laborabit,nec est inuestigatio sapientiæ eius. Qui dat lasso virtutem, & iis [16] qui] non sunt, fortitudinem & robur multiplicat. [17] Deficient] pueri & laborabunt, & iuuenes [18] in infirmitate]cadẽt. Qui autem sperant in domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquila,current & non laborabunt,ambulabunt & non deficient.

1. Populum meum.

2. Militia,vel tempus statutum.

a. Quomodo deleantur peccata,audi dicentem: Solutum est peccatum eius, quia recepit de manu domini duplicia peccata sua. Non ergo penitus sibi peccatum remitti postulat, sed moderata solutione deleri,hoc est,vt in futurum eius memoria deleatur.Ambr.in Psal.37.

3. Purgate.

4. Erit cutuum directum.

b. Cum per virtutem prædicationis malorum corda per iustitiam detorta ad iustitiæ regulam diriguntur.Greg.homi. 20.in euangelia.

c. Cum immites per gratiæ infusionem ad mansuetudinis lenitatem reducuntur, Gregor. Moral.17.cap 5.

d. Iniquorum potentia fœni floribus comparatur.Greg ibid.

e. In aduentu enim suo Christus egit miracula stupẽda,quæ fieri non poterant nisi virtute infinita. Et brachium eius dominabitur. Per brachia enim eius in cruce extensa peruenit ad gloriam suæ resurrectionis, & sic ad dominum plene potestatis propter quod dixit Matt. vlt.Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. De Lyra.ibid.]

5. Ante se ducet.

6. In mensura ternaria pulueré.

7. Ponderauit.

8. Cui ille indicauit consilium suum? Aut cuius cõsilio instructus est,& quis dedit ei intellectum?

9. Puluisculus.

10. Sed & insulas ipse tollit quasi rem minimam.

[f. Hebræi hoc verbum tenuissimum pulueren significari putant qui magis sentitur quam videtur. Hunc ergo fortasse cũ Epicuro suo Democritus atho mos vocat.Glosa ordina.ibid.]

11. Catenas argenteas pro eo cõflabit. Pauper vero vt habeat cui offerat,elegit lignum imputribile.& artificem industrium quærit sibi qui.

[g. Nunquid non scietis? Illud quod dictũ est de idolis quod sensibiliter potestis experiri. Nunquid non audistis? Quasi diceret sic:quia in libris Gentilium,& cronicis semper fuit facta mentio de ortu idololatriæ per opus hominum, vt magis videbitur cap. sequen. Nũquid non intellexistis &c. q.d. intelligere debuistis quod à solo Deo habeat stabilitatem, cum nihil sit sub ea substentans cã. De Lyra.ibid.]

12. Globum.

13. Pellem.

14. Redigit in nihilũ principes.

h. Ostendit diuinam potẽtiam contra desperationem Iudæorum, qui diuinæ potentiæ diffidebant in cœlestium creatione dubitantes.S.Tho.

15. Deficiet.

[i. Quid itaque tu, ô progenies Iacob? Quid inquam tu ô domus Israel? Absconditam ne putabis Domino esse viam tuam? atque ipsum non respicere,cui? gratia omnia illa creata sunt? Num ignorastimo abundè audisti quòd sempiternus ille Dominus Deus noster, vniuersi creator,omnibus curandis satis sit.Tostatus ibid.]

16. Quibus vires.

17. Lassabuntur.

18. Impingendo.

*Confirmatio Iudæorum ex beneficiis patribus eorum præstitis, idololatrarum confutatio,quia à suis idolis nil tale percepernnt.* XLI.

[a] Taceant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem. Accedent, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus. Quis suscitauit ab oriente iustum, vocauit eum[1] vt sequeretur se? Dabit in conspectu eius gentes, & reges obtinebit.] Dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam arcui eius. Persequetur eos, transibit in pace, semita[2] in pedibus eius non apparebit.] [b] Quis hæc operatus est & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego dominus, † primus & nouissimus ego sum. & Viderunt insulæ & timuerunt, extrema terræ obstupuerunt, appropinquauerunt & accesserunt. Vnusquisque proximo suo auxiliatur, & fratri suo dicet: confortare. Confortabit faber[3] ærarius percutiens malleo eum qui cudebat tunc temporis,] dicens[c] glutino bonum est, & confortabit eum clauis vt nō moueatur. Et tu Israel serue meus, Iacob quem elegi, semen Abraham amici mei, in quo apprehendi te. Ab extremis terræ & à longinquis eius vocaui te, & dixi tibi: Seruus meus es tu, elegi te & non abieci te. & † Ne timeas quia tecum ego sum, [4] ne declines, quia ego deus tuus. Confortaui te, & auxiliatus sum tibi, [5] & suscepit te dextera iusti mei.] [d] Ecce confundentur, & erubescent omnes qui pugnant aduersum te. Etunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt tibi. Quæres eos & non inuenies viros rebellees tuos, & erunt quasi [6] non sint, & veluti consumptio hominis bellantis aduersum te:] quia ego dominus deus tuus apprehendens manum tuam, dicénsque tibi: Ne timeas: ego adiuui te. & Noli timere vermis Iacob, [7] qui mortui estis ex] Israel. Ego auxiliatus sum tui dicit dominus, & redemptor tuus sanctus Israel. Ego posui te quasi [8] [e] plaustrum triturans] nouum, habens rostra serrantia.] Et triturabis montes & comminues, & colles quasi puluerem pones. Ventilabis eos, & ventus tollet eos, & turbo disperget eos, & tu exultabis in domino, in sancto Israel lætaberis. Egeni & pauperes quærunt aquas & non sunt, lingua eorum siti aruit. Ego dominus exaudiam eos, deus Israel non derelinquam eos. & Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio [9] camporum] fontes. Ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. [f] Dabo in solitudinem cedrum, & spinam & myrtum & lignum oliuæ. [g] Ponam in deserto abietem, [10] vlmum] & buxum simul, vt videant, & sciant, & recogitent, & intelligant pariter, quia manus domini fecit hoc, & sanctus Israel creauit illud. Propè facite iudicium vestrum, dicit dominus, [11] afferte siquid fortè habetis,] dixit Rex Iacob. Accedant, & nuntient nobis quæcunque ventura sunt. & † Priora quæ fuerunt nuntiate, & ponemus cor nostrum, & sciemus nouissima eorum, & quæ ventura sunt indicate nobis. [h] Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos. Bene quoque aut male si potestis, facite: & loquamur & videamus simul. Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est. Abominatio est qui eligit vos. Suscitaui ab aquilone, & veniet ab ortu solis. [12] Vocauit nomen meum, & adducet magistratus quasi] lutum, & velut plastes conculcans humū. & [i] Quis annuntiauit ab exordio vt sciamus, & à principio vt dicamus iustus es? Non est neque annuntians, neque prædicens, neque audiens sermones vestros. Primus ad Sion dicet: ecce assum, & Ierusalem Euangelistam dabo. Et vidi, & non erat neque ex istis quisquam [13] qui iniret consilium, & interrogatus responderet verbum. Ecce omnes iniusti, & vana opera eorum, ventus & inane simulachra eorum.

1. Ex beneficiis patribus Iudæorum multipliciter præstitis arguit dominus Iudæorum contumationem, & idolorum confutationem, quæ talia suis cultoribus non contulerunt, sed omnino opposita promittis. S. Tho.
2. Ad pedem suum. Posuitque ante eum gentes, & dedit illi dominium in reges.
2. Per quam potibus suis non venerat.
[b. Id est, quis Christum sic suscitauit, & gentes ei subiecit? vocans de non esse ad esse per creationem, vel de errore & vitiis ad fidem & gratiam. Dion. Carthus. ibid.]
3. Lignarius artificem lenientē malleum quo percutiat incudem.
c. Tanto siquidem maiori ad se inuicem dilectione copulantur, quanto ipsi charitati quæ deus est, vicinores assistunt: sed nec vlla separare eos ab inuicem suspitio potest. Quoniā enim qui adhæret deo vnus est spiritus cum eo, nihil dubium est quin perfecte adhærentes ei beati spiritus cum eo pariter & in eo penetrent vniuersa. Bern. in dedicatio. Ser. 2.
4. Neque dissoluatis.
5. Et suscepi te dextera iustitiæ meæ.
d Omnes ergo qui suis prælatis cōtraueniunt, ita damnatos & infames vsque ad satisfactionem monstrabat, & nisi conuerterentur, à limitibus ecclesiæ alienos esse præciebat. Clemens Epi. 1. ad Iacobum fratrē dñi.
6. Quod non est, & quasi nihilum, viri qui te impugnant.
7. Et viri.
8. Tribulam & rastrum.
e. Hoc significat quod prædicatio ænigmatica conterat aduersarias potestates, & spiritualem nequitiam eleuantem se contra scientiam dei. Hiero. ibid.
9. Vallium.
[f. In defetto enim illo vigebat ardor sulis, sed dominus prouidit de vmbraculo per columnā nubis. Exod. 13. De Lyra.]
g. Quid per abietem, quæ valde crescendo ad aeris alta sustollitur, nisi hi designati sunt, qui intra sanctam ecclesiam adhuc in terrenis corporibus positam cœlestia contemplantur? Greg. ho. 20. super euangelia.
10 Pinum.
11. Accedere facite fortes vestros, vel causas vestras.
h Hoc enim vero deo est proprium. Sed nōnne idola Gentium sæpe de præteritis atque de futuris annuntiauerunt etiā vera? Dicēdum quòd idola sensu & ratione carentia nihil annuntiauerunt, sed dæmones qui husdam coniecturis excitati. Dion. ibid.
12. Vocabit in nomine meo, & veniet super duces veluti super.
[i. Quasi nullus Deus in gentibus fuit qui annunciauerit aduentum filij. Si est autem qui annunciauerit dicemus, quia iustus est. In aduentu filij dæmones qui in idolis ventura nunciabant obmutuerūt. Glos. ordina. ibid.]
13. Qui sciret aliquid, & si interrogauero eos, non respondebūt mihi verbum.

*Mittitur Christus à patre in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, licet multum mansuetus & munificus.* XLII.

[a] Ecce † seruus meus, [1] suscipiam eum,] electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. [a] Dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit neque [2] accipiet personam,] nec audietur vox eius [3] foris.] Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. In veritate educet iudicium, non erit tristis neque [4] turbulentus,] donec ponat in terra iudicium, & legem eius insulæ expectabunt. Hæc dicit dominus deus, creans cœlos & exten-

1. Innitat ei.
a. Hoc testimonium iste in eam sententiam vult accipi quā defendit, vt quod ait: Dedi spiritū meum, &c. non ex propagine facere animas populo, sed nouas inuisibiliare credatur. Aug. de anima. lib. 1. ca. 14.
2. Contendet.
3. In plateis.
4. Animo fractus.

& extendens eos,[1] firmans ]terram & quæ germinant ex ea, dans [b] flatum populo qui
est super terram,& spiritum calcantibus eam. [c] Ego dominus vocaui te in iustitia, &
apprehendi manum tuam, & seruaui te. [d] Et† dedi te in fœdus populi, in lucem gen-
tium, vt aperires oculos cæcorum & educeres de [6] conclusione ] vinctum, de domo
carceris sedentes in tenebris.Ego dominus, hoc est nomen meum. † Gloriam meam
alteri non dabo,& laudem meam sculptilibus.Quæ prima fuerunt,ecce venerũt, no-
ua quoque ego annuntio,antequam oriantur audita vobis faciam. †[d]Cantate domi-
no canticum nouum,laus eius ab extremis terræ.Qui descenditis in mare, & plenitu-
do eius,insulæ & habitatores earum.[7]Subleuetur ] desertum & ciuitates eius, [8] in do-
mibus ]habitabit Cedar.Laudate habitatores petræ,de vertice montium clamabunt:
ponent domino gloriam,& laudem eius in insulis nuntiabunt.Dominus sicut [9]fortis ]
egredietur,sicut vir præliator suscitabit zelum. [d] Vociferabitur & clamabit, super ini-
micos suos[10] confortabitur. [e] Tacui semper, ] silui, patiens fui, sicut parturiens loquar.
Dissipabo & absorbebo simul,desertos faciam montes &colles,& omne gramen eo-
rum exiccabo.Et ponam flumina in insulas,& stagna arefaciam.Et educã cęcos in viã
quam nesciunt,& in semitis quas ignorauerũt,ambulare eos faciam. Ponam tenebras
coram eis in lucem,&[11] praua ]in recta.Hæc verba feci eis,& non dereliqui eos. Con-
uersi sunt retrorsum. Confundãtur confusione qui confidunt in sculptili, qui dicunt
cõflatili:vos dij nostri.Surdi audite,& cæci[12] intuemini ad videndũ. ] Quis cæcus nisi
seruus meus,& surdus nisi[13] ad quẽ nuntios meos ]misi? Quis cæcus nisi [14] qui venun-
datus est? ] [d] Et quis cæcus nisi seruus domini ? Qui vides multa, nónne custodies ?
[15]Qui apertas habes aures,nónne audies?]Et dominus voluit vt sanctificaret eum,&
magnificaret legem,& extolleret,ipse autem populus direptus &vastatus.†[16]Laqueus
iuuenum omnes,& in domibus carcerũ absconditi sunt. ] Facti sunt in rapinã, nec est
qui eruat:in direptionem,nec est qui dicat, redde. [f] Quis est in vobis qui audiat hoc,
attendat & auscultet futura? Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel vastantibus?
Nónne dominus,ipse est cui peccauimus?Et noluerunt in viis eius ambulare, & non
audierũt legem eius.Et effudit super eum indignationem furoris sui, & forte bellum,
& combussit eum in circuitu & non cognouit, & succendit eum, & non intellexit.

5.Dilatans.
b. Flatum communiter omni qui super terram est populo dicit datum:spiritum autem propriè his qui conculcant terrenas concupiscentias.Irenæ.li.5.
c.Cum igitur nos antea tanquã cæci, & tanquam carcere stulti tiæ inclusi sederemus in tenebris, ignorantes deum & veritatẽ,illuminati fumus: qui nos testamento suo adoptauit,& liberatos vinculis malis,atque in lucem sapientiæ productos in hæreditatem regni cælestis asciuit.Lactan.lib.4.cap.20.
6.Carcere.
d. Cum immutatus homo in melius fuerit, cantat canticum nouum: cum vero in vetustate permanserit canticum nouum in lingua habet, in corde non habet. Chryso. super illud Isa. Cantate domino,to.1.
7.Leuet.
8 Et villæ in quibus.
9. Gigas.
10. Præualebit. Tacui multo tempore.
e.Post longum silentium dominus quasi parturiens loquitur: quia quod nunc tacitus tolerat, in iudicio vlciscetur. Gre. Moral lib.9.cap.17.
11.Obliqua.
12.Visum recipite,vt videatis.
13.Nuntius meus quem misi.
14.Perfectus.
15. Apertæ sunt aures & nemo audit. Dominus pius est propter iustitiam suã, magnificat legem suam atque sublimat.
16. Illaquearti sunt in cauernis omnes, & conclusi in carceribus.
f. Ostendit eos incorrigibiles, quia etiam causam flagellorum non recognoscunt, neque quo ad culpam, neque quo ad pœnam,neque quo ad modum. S. Tho.ibidem.

*Fideles Iudæos dispersos congregat,gentes ad fidem vocat,contemptores increpat,& Iudæorum subsannat sacrificia.* XLIII.

[A] ET nunc hæc dicit dominus creans te Iacob, & formans te Israel : Noli ti-
mere,quia redemi te,& vocaui te nomine tuo.Meus es tu.[a]Cum transie-
ris per aquas,tecum ero,[1]& flumina ] non operient te. [b] Cum ambulaue-
ris in igne,non comburêris,& flãma non ardebit in te, quia ego dominus
deus tuus sanctus Israel, saluator tuus . Dedi [2] propitiationẽ tuã ]Ægyptũ,& Æthio-
piam,& Saba pro te.Ex quo honorabilis factus es in oculis meis & glorioſus, ego di-
†Sup.14.c lexite.Et dabo homines pro te,& populos pro anima tua . †Noli timere, quia ego te-
cum sum.Ab oriente adducam semen tuum,& ab occidente congregabo te. Dicam
aquiloni,da:& austro,noli prohibere.Affer filios meos de longinquo,&filias meas ab
[B] extremis terræ . [d] Et omnem qui [3] inuocat nomen meum, ] in gloriam meam creaui
eum,formaui eum & feci eum.Educ foras populum cæcum & oculos habentem,sur-
dum & aures ei sunt. Omnes gentes congregatæ sunt simul, & collectæ sunt tribus.
Quis in vobis annũtiet istud,& quæ prima sunt audire vos faciet? Dent testes eorum
& iustificentur,& audiant & dicãt:Verè vos testes mei,dicit dominus,& seruus meus
quem elegi,vt[c] sciatis & credatis mihi,& intelligatis,quia ego ipse sum. Ante me non
†Hosee.13.b est formatus deus,& post me non erit.†Ego sum,ego sum dominus,& non est absque
me saluator.Ego annuntiaui & saluaui & auditum feci, & non fuit in vobis alienus.
Vos testes mei,dicit dominus,& ego deus.Et ab initio ego ipse,& non est qui de ma-
nu mea eruat.Operabor,& quis auertet illud? [d] Hæc dicit dominus redemptor vester

a.Multi ambulant,sed opus est vt quis bene transeat: cum illo enim dominus Iesus, qui bene transit. Ideóque legis.Cum trãsieris per aquam tecũ ero, &c. Qui autem igné,alligat in corpore suo,ignem libidinis, ignẽ immodicæ cupiditatis,nõ transit,sed exurit in voluctũ illud animæ suæ Ambro.Epist.44.
1.Aut per flumina.
b.Dominus sanctos suos liberat,primo ab igne carnalis tentationis,vt 1. Cor.7. Melius est nubere quàm vri. Secundo ab igne temporalis tribulationis. Psal.16.Igne me examinasti. 3. ab igne diuinæ indignationis. Deut.32. Ignis succensus est in furore meo,& ardebit vsque ad inferni nouissima. 4. ab igne æternæ damnationis.Matth 25 Ite maledicti in ignem æternũ. S.Tho.ibid.
2.Pretium tuum.
3.Vocatur nomine meo.
c.Neque enim variè,neque elatè,neque glorians hæc dicit:sed quoniam impossibile erat sine deo discere deum, per verbum suũ docet homines scire deum. His igitur qui nesciunt hæc, & propter hoc alterum adinuenisse putant patrem,iustis is dicit: Erratis nescientes scripturas, neque virtutẽ dei.Iren.lib 4.c.10

sanctus Israel. Propter vos emisi Babylonem, & [4]detraxi vectes] vniuersos, & Chaldæos in nauibus suis gloriantes. Ego dominus sanctus vester, creás Israel, Rex vester. [d]Hæc dicit dominus qui dedit in mari viam, & in aquis [5] torrentibus] semitam. Qui eduxit quadrigam & equum agmen, & robustum. Simul obdormierunt, nec resurgent, contriti sunt quasi linum, & extincti sunt. [e]Ne memineritis priorum, & antiqua ne intuemini. [f †] Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoscetis ea. Ponam in deserto viam, & in inuio flumina. Et glorificabit me bestia agri, dracones & struthiones, quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt darem potum populo meo, electo meo. Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit. Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel. [g]Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me. Non te seruire feci in oblatione, * nec laborem tibi prębui in thure. [g]Non emisti mihi argento calamum, & adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. [h]Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. [i]Reduc me in memoriam, & iudicemur simul, † narra si quid habes vt iustificeris. Pater tuus primus peccauit, & [6]interpretes] tui pręuaricati sunt in me. Et contaminaui principes [7] sanctos, dedi ad internecionem] Iacob, & Israel in blasphemiam.

*Dominus nouum insinuat baptisma, idola subsannat, peccatores ad pœnitentiam vocat, at virtutem suam magnificat in omnes.* LXIIII.

† [a]T nunc audi Iacob serue meus, & [a] Israel quem elegi. Hæc dicit dominus faciens & formãs te, ab vtero auxiliator tuus. Noli timere serue meus Iacob, & rectissime quem elegi. Effundam enim aquas super sitiętem, & fluenta super aridam. [b]Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super [1] stirpem tuam; ] & germinabunt inter herbas quasi salices iuxta [2] præterfluentes aquas. ] Iste dicet, domini ego sum, & ille vocabit in nomine Iacob. Et hic scribet manu sua domino, & in nomine Israel [3] assimilabitur. ] Hæc dicit dominus rex Israel, & redemptor eius dominus exercituum: † [c] Ego primus & ego nouissimus, & absque me non est deus. Quis similis mei? Vocet & annuntiet, & ordinem exponat mihi: Ex quo constitui mihi populum * antiquum, ] *ventura &* quæ futura sunt, annuntiet eis. Nolite timere, neque conturbemini. Extunc audire te feci, & annuntiaui. Vos estis testes mei. Nunquid est deus absque me, & formator quem ego non nouerim? † [d] Plastæ idóli omnes nihil sunt, & amantissima eorum non proderunt eis. Ipsi sunt testes eorum, quia non vident, neque intelligunt vt confundantur. Quis formauit deum, & sculptile conflauit ad nihil vtile? Ecce omnes participes eius confundentur. Fabri enim sunt ex hominibus. Conuenient enim omnes, stabunt & pauebunt, & confundentur simul. † Faber ferrarius lima operatus est, in prunis & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ. Esuriet & deficiet, non bibet aquam [5] & lassescet. ] † Artifex lignarius extendit normam, formauit illud [6] [e] in runcina. ] Fecit illud in [7] angularibus, & in circino [8] tornauit] illud, & fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo. [f] Succîdit cedros, tulit ilicem & quercum, * [f]—quæ steterat] inter ligna saltus. Plantauit pinum quam pluuia nutriuit, & facta est hominibus in focum. Sumpsit ex eis & calefactus est, & succendit & coxit panes: de reliquo autem operatus est deum, & adorauit, fecit sculptile, & curuatus est ante illud. [g]Medium eius combussit igni, de medio eius carnes coxit & comedit. Comedit pulmentum & saturatus est, & calefactus est, & dixit: [9] Vah, calefactus sum, vidi focum. ] [g]Reliquum autem eius deum fecit, & sculptile sibi. Curuatur ante illud, & adorat illud & obsecrat, dicens: Libera me, quia deus meus es tu. Nescierunt neque intellexerunt Obliti enim sunt ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde suo. Non recogitant in mente sua, neque cognoscunt, neque sentiunt, vt dicant: Medietatem eius combussi igni, & coxi super carbones eius panes.

Coxi

4. Descendere feci profugos.

d. Hæc iuxta Hebraleũ adhuc ad Israel diriguntur, quòd redemptor eorũ dominus & sanctus Israel hæc ad eos locutus sit Hieron. ibid.

5 Vehementibus.

e. Hoc est, Hæc non sunt digna memoria in comparatione futurorum. S. Tho.

[f. Quoniam noua lex nouum populum constituit, nouos mores, nouos Pontifices, nouas cerimonias, ideo dicit hoc in loco Deus. Ecce ego facio noua. Et capite secundo & quinquagesimo quinto, & sexagesimo quinto, & aliis in locis, hãc noui testamenti institutionẽ prædicit: quæ de re vide ea quæ in sequẽtibus annotabimus. Pintus. ibidem.]

* Miuha.

[g. Nõ emisti mihi. &c. scilicet in exitu de Aegypto. Est autem calamus vna de quatuor speciebus aromaticis, quæ ponebantur in thymiamate. De Lyra.]

h. Peccatum autẽ aut donatur, aut deletur, aut tegitur. Donatur per gratiam, deletur per sanguinem crucis, tegitur per charitatem. Ambro. Apologia. Dauid. c. 13.

i. Caue nequando peccata tua aliqua obliuione obliteres, ne carnalibus captus iniquitatum tuarum immemor fueris. Greg. in Regest. lib. 9. c. 25.

6. Doctores.

7. Sanctuarij, dedi in anathema.

a. Hoc sonat nomẽ Israel, quod vir videns deum יש is enim virum sonat, דח ra, videre. אל el, deus. quo interpretatur nomen Israel. S. Tho.

b. Nulla enim potest esse plena benedictio, nisi per infusionem spiritus sancti. Vnde & apostolus nihil meli⁹ hoc nobis quod optaret, inuenit, sicut ipse dixit. Non desicimus pro vobis orantes & obsecrantes, &c. Colos. 1. Ambro. de spiritu san. lib. 1. c. 7.

1. Germina tua.

2. Riuos aquarum.

3. Cognominabitur.

c. Si quia primus totius creaturæ filius dicitur, creaturam ipsum quoque creditis? quid dicitis, quando pater de se dixit: Ego primus, & ego nouissim⁹, &c. An & ipsum principium creaturarum, & creaturam audebitis prædicare? Non arbitror. Sicut igitur pater non est creatura, quamuis primus dicatur, sic & filius. Et sicut patet principium seipsum esse omniũ ostendent, dicit: Ego sum primus: sic & filius totius creaturæ primus dicitur, quia per ipsum omnia facta sunt, & ipse principium omnium atque creator est. Cyrillus cõtra hęreticos. li. 10. c. 4.

4. Seculi.

d. Formatores idolorum.

5. Et planè deficiet.

6. c. Cum ceresa. Alij exponunt eum filo colore tincto, vt appareat quid resecandum, & quid relinquendum.

7. Angulis.

8. Figurauit.

[f. Ista inducuntur ad ostendẽdum, quod idola aliquãdo fiũt de vili materia, & applicabili foco, pro necessariis hominis, & ideo nõ est applicabilis ad hoc quod fiat ibi aliquid numinis, & sic patet fatuitas colentium. De Lyra.]

* Et exercet se quęrere meliora.

9 Euge calefeci me, sensi ignẽ. g. Hoc est, ex empto ligno vnã partem vendidit: ex qua emit carnes, eáque ex altera coxit. Reliquũ autem ligni fecit deũ: quẽ carnibus satiatus, & lignis calefactus adorauit. Dion. ibid.

Coxi carnes & comedi,& de reliquo eius idôlum faciam? Ante truncum ligni procidam?[10] pars eius cinis est.] Cor insipiens adorauit illud,&non liberauit animam suam, neque dicet: fortè mendacium est in dextra mea. [h] Memento horum Iacob & Israel, quoniam seruus meus es tu. Formaui te, seruus meus es tu Israel, non obliuiscaris mei.
D [g] Deleui vt nubem iniquitates tuas,& quasi nebulam peccata tua. Reuertere ad me, quoniam redemi te. Laudate cœli, quoniam misericordiam fecit dominus, iubilate extrema terræ. Resonate montes laudationem, saltus & omne lignum eius, quoniam redemit dominus Iacob,& *Israel gloriabitur. [i] Hæc dicit dominus redemptor tuus, & formator tuus ex vtero. Ego dominus faciens omnia, extendens cœlos solus. [11] Stabiliens] terram,& nullus mecum, irrita faciens signa diuinorum,& ariolos in furorem vertens. Conuertens sapientes retrorsum,& scientiam eorum stultam faciens. [k] Suscitans verbum serui sui,& consilium nuntiorum suorum complens. Qui dico Ierusalē, habitaberis: & ciuitatibus Iuda, ædificabimini: & deserta eius suscitabo. Qui dico profundo, desolare: & flumina tua arefaciā. Qui dico Cyro, pastor meus es,& omnē voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem, ædificaberis: & templo, fundaberis.

10. Pascit cinerē, hoc est, Rem inutilem & inanem facit.
h. Præmissa deorum gentium vilitate tam ex materiā, quàm ex artifice, atque effectu ex illorum abominatione reuocat populum Iudaicum ad verum dei cultum, & veri dei notitiam. Et hoc quantum ad præsentem beneficium exortis, liberationis,& promissionis. S. Tho. ibidem.
*In.
[i. Supra locutus est de idolorū subuersione & Israel pœnitentis redemptione: nunc autē de potentiæ suæ magnitudine. ne quis dubitet de saluatione quā promittit. Glosa ordina. ibid.]
11. Dilatans.
k. Sub Cyro enim iussum est vt ædificaretur Ierusalem & templum: tantum viuente illo iacta sunt fundamenta. Cæterum sub Dario anno eius secundo prophetantibus Haggæo & Zacharia templum ædificari cœptum est Hier. ibid.

*Liberaturus Israel dominus à Babylonis captiuitate, liberatoris annuntiat natiuitatem: cui licet quidam contradicant, omnes tamen ad illius fidem conuertentur.* XLV.

A [1] Æc dicit dominus Christo [1] meo] Cyro, cuius apprehendi dexteram vt subiiciam ante faciem eius gentes,& [2] dorsa Regum vertam.] [b] Et aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo, & [3] glorioſos terræ humiliabo.] Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos,& arcana secretorum, vt scias quia ego dominus, qui voco nomen tuum deus Israel, propter seruum meum Iacob, & Israel electum meum. Et vocaui te nomine tuo, [4] assimilaui] te, & non cognouisti me. Ego dominus,& non est amplius. [5] Extra me] non est deus. Accinxi te & non cognouisti me, vt sciant ij qui ab ortu solis, & qui ab occidente, quoniam [6] absque] me non est deus.
Ego dominus & non est alter, † formans lucem & creans tenebras, faciens pacem &
B [c] creans malum. [f] Ego dominus faciens omnia hæc. Rorate cœli desuper, & [d] nubes pluant [7] iustum,] aperiatur terra & [8] germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul.] Ego dominus creaui eum. [e] Væ qui cōtradicit fictori suo, testa de samiis terræ. † Nunquid dicet lutum figulo suo: quid facis? & opus tuum absque manibus est? Væ qui dicit patri: quid generas? & mulieri: quid parturis? Hæc dicit dominus sanctus Israel, plastes eius. Ventura interrogate me, super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi. Ego feci terram, & hominem super eam creaui. Ego & manus meæ tetenderunt cœlos: & omni militiæ eorum mandaui. Ego suscitaui eum ad iustitiam,
C & omnes vias eius dirigam. [f] Ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet, non in pretio neque in muneribus, dicit dominus deus exercituum. [f] Hæc dicit dominus: Labor Ægypti & negotiatio Æthiopiæ & Sabaim viri sublimes ad te transibunt,& tui erunt, & post te ambulabunt. Vincti manicis pergent, & te adorabunt: téque deprecabuntur. Tantum in te est deus,& non est deus absque te. Verè tu es deus absconditus, deus Israel saluator. Confusi sunt & erubuerunt omnes simul, abierunt in confusione fabricatores [9] eorum.] Israel saluatus est in domino salute æterna. [g] Non confundemini & non erubescetis vsque in seculum seculi, quia hæc dicit dominus creans cœlos. Ipse deus formans terram & faciens eam, ipse plastes eius. Non in vanum creauit eam, sed vt habitaretur, formauit eam. Ego dominus, &
D non est alius. [f] Non in abscondito locutus sum, in loco terræ tenebroso. Non dixi semini Iacob frustra, quærite me. Ego dominus loquens iustitiam, annuntians recta. [h] Congregamini & venite, & accedite simul qui saluati estis ex gentibus. Nescierunt qui leuant signum sculpturæ suæ, & rogant dominum non saluantem. Annuntiate & venite,& consiliamini simul. Quis auditum fecit hoc ab initio? [10] ex tunc prædixi illud.] Nunquid non ego dominus, & non est vltrà deus absque me? Deus

2. Hanc historiā prædixit Isaias plusquam ducentis annis antequam eueniret, sed & ante Cyri natiuitatem: cuius nomen ante natiuitatem illi inditū est.
1. Suo.
2. Lumbos regum dissoluam.
[b. Aperiam coram eo, i. faciam aperiri, quia Dominus tantum immittebat timorē aliquibus quod recipiebāt Cyrum in dominum siue contradictione. De Lyra. ibid.]
3. Vias obliquas rectas faciam.
4. Cognominaui te.
5. Præter me.
6. Præter.
c. Cum res bonas nobis male agentibus in flagellum formas vt virus quod est vita serpenti, homini autem mors. Greg. Moral. 3. cap. 6.
d. Non nubes istæ corporeæ, in quas aer densior cogitur, sed prophetæ & apostoli.
7. Iustitiam.
8. Fructificent salus & iustitia, quas terra simul germinate faciat.
e. Hoc ad eos pertinet qui dicunt: quare talis conditus sum, qui non possum in perpetuum carere peccato? Quare tale vas fictum, vt non adamantinum permanerem, sed ad omnem tactum fictile atque fragile? Hier. aduers. Pelagian. li 2.
[f. Promittit Deus filis verbis Cyro imperiū Aegyptiorū, Aethiopum,& Sabaimorū. Est autem Sabaim trans Aethiopiam. Sed hoc ad Christum potius referur, cui cœlestis pater potius promittit has regiones, & per eas intelligit alias omnes euangeliū suscepturas, eiusque imperio subiiciendas. Id etiam dicit in Psal. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam,& possessionem tuam terminos terræ. Pintus. ibid.]
9. Sculptilium.
g. Qui autē filio dei aduersātur, nisi qui patrē in ipso, & ipsum in patre per vnitatem naturalē denegant esse? Atque patrem & filium per naturalem diuersitatem audent perfidiæ infidelitatis vitio separare? Sic enim est pater in filio, sicut filius in patre. Fulgen. ad Thrasimundum regem. lib. 2.
h. Iniungit Iudæis gētium vocationem commemorans eorū salutem: quasi congregandas prædicēt ad suum præceptum audiendum. S. Tho. ibid.
10. Aut olim prædixerit aliquid

iustus & saluans nō est præter me. Conuertimini ad me & salui eritis omnes fines terræ, quia ego deus & non est alius. [i] In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ verbum, & non reuertetur, † quia mihi curuabitur omni genu, & iurabit omnis lingua. [11] Ergo] in domino dicet: Meæ sunt iustitiæ & [12] imperium. Ad eum venient,] & confundentur omnes qui repugnant ei. In domino iustificabitur & laudabitur omne semen Israel.

† Rom. Philip.

*Idololatriam execratus dominus, Iudæos ab illa reuocat ad pœnitentiam, salutem pollicitus in Christo suo.* XLVI.

[12] Onfractus est Bel, contritus est Nabo,] facta sunt simulachra eorum bestiis & iumentis. Onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem contabuerunt, & contrita sunt simul. Non potuerunt saluare [2] portantem,] & anima eorum in captiuitatem [3] iuit. ] Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel. [b] Qui portamini á [4] meo] vtero, qui gestamini à mea] vulua. [g] Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo. Ego feci & ego feram, & ego portabo, & saluabo. † Cui assimilastis me & adæquastis, & comparastis me, & fecistis similem? Qui [5] confertis] aurum de sacculo, & argentum statéra ponderatis, conducentes aurificem vt faciat deum, & procidunt & adorant. † Portant illum in humeris, gestantes & ponentes in loco suo. Et stabit, ac de loco suo nō mouebitur. [g] Sed & cum clamauerint ad eum, non audiet: de tribulatione non saluabit eos. Mementote istud & [6] confundamini,] [c] redite præuaricatores ad cor. Recordamini [7] prioris seculi,] quoniam ego sum deus, & non est vltrà deus, nec est similis mei annuntians ab exordio nouissimum, & ab initio quę necdum facta sunt, dicens: Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. [d] Vocans ab oriente auem: & de terra longinqua virum [8] voluntatis meæ.] [g] Et locutus sum & adducam illud, creaui vt faciam illud. Audite me duro corde, qui longe estis à iustitia. Prope feci iustitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur. [e] Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam.

† Ierem.

*Superbiæ Babylonis per Astronomiam seductæ comminatur dominus humiliationem & ruinam.* XLVII.

† Descende, sede in puluere, virgo filia Babylō, sede in terra. Non est solium filiæ Chaldæorum, [1] quia vltrà nō vocaberis mollis & tenera.] Tolle molam & mole farinam, [2] denuda turpitudinem tuam. [a] Discooperi humerum,] reuela crura, [3] transi] flumina. † Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum. Vltionem capiam, & non resistet mihi homo. Redēptor noster dominus exercituum, nomen illius sanctus Israel. Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum, quia non [4] vocaberis vltra domina] regnorum. [g] [b] Iratus sum super populum meum, contaminaui hæreditatem meā. Et dedi eos in manu tua, non posuisti eis misericordias. Super senem aggrauasti iugū tuum valde, & dixisti: In sempiternum ero domina. Non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui. Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo: † ego sum, & non est præter me amplius. Non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatē. [c] Venient tibi hæc duo subito in die vna, sterilitas & viduitas. [g] [5] Vniuersa venerunt] super te propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem. Et fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti: Non est qui videat me. † Sapientia tua & scientia tua hæc [6] decepit te.] Et dixisti in corde tuo: Ego sum, & præter me nō est altera. Veniet super te malū, & nescies ortū eius, & irruet super te calamitas quam non poteris expiare. Veniet super te repentè miseria quàm nescies. [d] Sta* cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficorum tuorum in quibus laborasti ab adolescentia tua, si fortè quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior. [g] Defecisti in multitudine consiliorum tuorum. Stent* & saluent te augures cœli qui contemplabantur sydera, & supputabant menses, vt ex eis annuntiarent ventura tibi.

† Apoc. Isa. 36.

† Nahū.

† Apoc. Isa. 36.

† Ierem. 49.

1. Si ergo impossibile est ista nō fieri, quia nec incerta præscientia dei est, nec immutabile cōsilium, nec ineffícax voluntas, nec falsa promissio: omnes isti de quibus hęc prędicta sunt, sine cuiusquā cognitione saluātur. Dat enim leges suas in sensum ipsorum, easque in cordibus eorum digito suo scribit, vt agnitionem dei non doctrinæ humanæ opere, sed magisterio summi eruditoris accipiant. Ambr. de vocatione gentium lib. 1. cap. 3.

11. Vtique.

12. Fortitudo, & vsque ad eum perueniet.

1. Concidit bel, succubuit Nebo, vel Dagon iuxta 70.

2. Cecidit bel quem Græci Belum, i. Saturnū vocant, cui[9] fuit tanta apud veteres religio, vt non solum humanas hostias captiuorumque ignobilium quamque mortalium, sed & suos liberos immolarent. Hiero. ibidem.

2. Onus.

3. Ibit.

[b. Qui gestamini tanquam fetus conceptus per desertum vsque ad terrā promissionis. Diu enim patienter eos expectauit, & in deserto peccantes, & in terra promissionis, & post passionem per quadraginta annos. Glosa ordina. ibid.]

4. Moab.

5. Depromitis.

6. Roborate vos.

c. Primo redi ad cor tuum: exul à te vagatis foris, teipsum non nosti, & quæris à quo factus es, redi, redi ad cor, colle te à corpore. Aug. super Ioā. Tract. 18.

7. Priorū, quæ fuerunt à seculo.

[d. Vocans ab oriente auem, i. Cyrum ad modum auis velociter venturum: virum voluntatis meæ i. executorem meæ voluntatis. De Lyra ibid.]

8. Consilij mei.

e. Hoc est, gloriosam Christi manifestationem, quo ad opera eius miraculosa, & præclarissima eius documenta. De quib. Haggæi 2. Implebo domū istā gloria. Magna erit gloria domus huius nouissimæ magis, quàm primæ Dion. ibid.

1. Non adiiciant vt vocent te mollem & delicatam.

2. Dissolue cinctiones tuos, denuda pedes.

[a. Per ista designatur applicatio ad opus seruile. Cum enim aualiæ ad talia se applicat, tales coperturas amouent, & eadem sententia importatur per litteram cōmunem, cū dicitur Denuda turpitudinem tuam, quia ornamenti ablatio est quædam turpitudinis denudatio. De Lyra.]

3. Vt transeat.

4. Aducient vt vocent te dominam.

b. Occulta quæstio nascebatur cur irasceretur deus aduersus Chaldæos, quos ipse misit ad capiendum Israel. Respondit iratum se contra populum suum, cotripere eos voluisse, non perdere: verberare, non occidere. Hier. ibid.

c. Hoc contigit dum Cyrus & Darius cum exercitibus suis Babylonē improuisē ingressi sunt per alueū Euphratis fluminis, per mediam vrbem fluentis: interfectisque Balthasar regē, atque Chaldæos eorūmque filios. Dion ibid.

5. Secūdum integritatem suam veniunt.

6. Rebellare te fecit.

d. Fertur enim magis à Chaldæis prius inuentos: & ideo ex quo condita est, artibus magicis semper plena fuisse. Et ita à suis astrologis & eorum consilio, eos irridet, qui per suas constellationes tanta mala præuidere non potuerunt, vt sibi ab illis cauerent. S. Tho. ibid,

* Nunc.

* Nunc.

tibi. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos. Non liberabunt animam suam de manu flammæ, [e] non sunt prunæ quibus calefiant, nec focus vt sedeant ad eum. Sic [7] facta sunt tibi, in quibuscunque laboraueras.] Negotiatores tui ab adolescentia tua: vnusquisque in via sua errauerunt, non est qui salutet te.

[e. Nō sunt prunę, &c. Ille ign is non erit eis ad recreationē sicut ille qui fit in camino in hyeme, sed ad exterminationem adolescentia. De Lyra ibidem.]
7. Facti sunt illi cum quibus te fatigasti.

*Iudæorum duritiam dominus increpat per ea quibus nouerant prius dominum creasse cælum & terram, quæ prædixerat per prophetas, & eorum malum propter idolorum cultum.* XLVIII.

A [a] Audite hæc [b] domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis qui iuratis in nomine domini, & dei Israel recordamini non in veritate neque in iustitia. De ciuitate enim sancta vocati sunt, & super deum Israel [1] constabiliti] sunt. Dominus exercituum nomen eius. Priora extunc annuntiaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea, repentè operatus sum & venerunt. Sciui enim quia durus es tu, & neruus [c] ferreus, ceruix tua: & frons tua ærea. Prædixi tibi ex tunc, antequam venirent, indicaui tibi, [d] ne fortè diceres: Idôla mea
B fecerunt hæc: & sculptilia mea & conflatilia mea mandauerunt ista. [§] Quæ audisti, vide omnia. Vos autem non annuntiastis. Audita feci tibi noua ex tunc, [e] & conseruata sunt quæ nescis. Modo creata sunt, & non ex tunc & ante diem, & non audisti ea, ne fortè dicas: ecce cognoui ea. Neque audisti neque cognouisti, neque ex tunc aperta est auris tua. Scio enim quia præuaricans [f] præuaricaberis, & transgressorem ex vtero vocaui te, propter nomen meum [2] longe faciam] furorem meum, & [3] laude mea infrænabo te, ]ne intereas. Ecce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis, propter me, propter me faciam, [4] vt non blasphemer, ] † & gloriam
C meam alteri non dabo. [§ f] Audi me Iacob, & Israel quem ego voco: † Ego ipse, ego primus & ego nouissimus. [g] Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mēsa est cœlos. Ego vocabo eos, & stabunt simul. Congregamini omnes vos, & audite: Quis de eis annuntiauit hęc? Dominus dilexit eum, faciet voluntatem suā [5] in Babylone, & brachium suū in Chaldęis.] Ego, ego locutus sum & vocaui eum, adduxi eum,
D & [6] directa est] via eius. Accedite ad me, & audite hoc. Non à principio in absconditо locutus sum. Ex tempore antequam fierent, ibi eram, & [h] nunc dominus deus misit me & spiritus eius. Hęc dicit dominus deus, redemptor tuus sanctus Israel. [§] Ego dominus Deus tuus docens te vtilia, [7] gubernans ]te in via qua ambulas. Vtinam attēdisses mādata mea. Facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris. Et fuisset quasi arena semen tuum, & stirps vteri tui, vt lapilli eius. Non interisset & non fuisset attritum nomen eius a facie mea. [i] Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis. In voce exultationis annuntiate, auditum facite hoc, & ferte illud vsque ad extrema terræ. Dicite: † [k] Redemit dominus seruum suum Iacob. Non sitierunt in † Exod.17.d Num.20.b Sap.11.a Infra.57.d deserto cum educeret eos. [l] Aquam de petra produxit eis, & scidit petram & fluxerūt aquæ. Non est pax impiis, dicit dominus.

a. Quia in præcedenti ca. denūtiata est Babyloniorum destructio, cōgruus ordo est, vt in isto tractatu prædicetur Iudæorum de Babylonica captiuitate saluatio. Diony. ibid.
b. Notandum q̄ non appellet eos Iacob, sed domum Iacob: nec Israel, qui hoc falsō appellā tur nomine, cum opus non habeant nominis. Hierony. ibid.
1. Innixi.
c. Hoc est, inflexibilis: & frons ærea, hoc est ignorans, nec scięs erubescere. Chryso.
d. Q. d. Ideo non reuelaui vt sentires defectum tuum, & deorū tuorum, in hoc quòd de futuris non potes sentire, vel præscire, nisi quæ tibi reuelabo. S. Tho. ibidem.
[e. Quasi plurima nuntiaturus eram, sed quia non recordaris quæ dico, quę dicturus eram reseruo. Glo. ordi. ibid.]
2. Differam.
3. Propter laudem meam longa nimis ero.
4. Alioquin quantum profanaretur, sub. nomen meum.
[f. Ostenditur potentia dei liberantis, & hæc ex creatione rerū de nihilo, ad quam requiritur potentia infinita, quia inter nihil & aliquid nō est proportio aliqua. De Lyra.]
g. Nos enim & scimus, & legimus, & credimus, & tenemus, vnum esse deum, qui fecit cœlū pariter & terram: quoniam nec alterum nouimus aut nosse, cū nullus sit, aliquādo poterimus. Tertulia. de Trinit.
5. Contra Babylonem, & potentiam suam contra Chaldæos.
6. Prosperabitur.
h. Si spiritus sanctus minor creditur, quomodo se filius sicut à patre ita à spiritu sancto missū esse testatur? Aug. de natali do. Sermo. 2.
7. Ambulare facient.
i. Non vtique vt regionem Babylonis Hebræus fugiat, sed vt mores, prophetico admonetur alloquio, siquidem sint qui in Babylone sunt Hebræi, & de Babylone exisse moribus doceāt. Ambr. de Isaac cap. 6.
[k. Redemit dominus seruum suū Iacob, scilicet in liberatione de captiuitate Babylonica, reducite ad memoriam tanquā grati liberationem de captiuitate Aegypti. De Lyra.]
l. Quod in euāgelio adimplerut quando Christus, qui est petra, finditur ictu lāceæ in passione. Cypria. Epist. lib. 2. Epist. 3.

*Super præterita beneficia promittit dominus futuram liberationem & libertatem, non obstante diuina indignatione, & hostium potestate.* XLIX.

A [a] Audite insulæ, & attendite populi de longe: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Et posuit os meum quasi gladium acutum, in vmbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut [b] sagittam electam. In pharetra sua abscondit me, & dixit mihi: † Seruus meus
B es tu Israel, quia in te gloriabor. Et ego dixi: In vacuum laboraui, sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi. Ergo iudicium meum cum domino, & opus meum cum deo meo. [§ c] Hæc dicit dominus formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eum, & Israel ad eum congregabitur. Et glorificatus sum in oculis domini & deus meus factus est fortitudo mea. Et dixit: Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & [1] fæces Israel conuertendas.] † Ecce dedi te in

† Infra.51.e

a. Trāsit ad ecclesias à gentibus congregatas, & eis sub insularū nomine loquitur, quæ ita persecutorū insidiis, quasi maris fluctibus patent. Hierony. ibid.
b. Sagitta electa verbum dei est, ante sęcula ex patre natum. Nā abscondit in pharetā corporis dignitatem deitatis à draconе Chry. aduersus hæreticos.
c. Aduertimus ergo quòd propter congregationē populi formam suscēperit seruitutis. Audit Iudæe, & pro gratia contumeliam refers: & hoc ad perfidiam deriuas, propter quod magis credere debuisti. Ad te vocandum venit, & tu conuitiaris. Ambr. in Psal. 35.
1. Desolationes Israel reducas.

lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Hæc dicit dominus redẽptor Israel, sanctus eius, [d] ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum. Reges videbunt & consurgent principes, & adorabunt propter dominum, [f] quia fidelis est, & sanctum Israel qui elegit te. Hæc dicit dominus: [e] † In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te, & dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas, vt diceres iis qui vincti sunt, exite: & iis qui in tenebris, reuelamini. Super vias pascentur, & in omnibus [2] planis] pascua eorum. † [f] Non esurient neque sitient, & non percutiet eos æstus & sol, quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum [3] potabit] eos. [g] Et ponam omnes montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur. † Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra australi. † Laudate cœli & exultet terra, iubilate montes laudem, quia consolatus est dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur. Et dixit Sion: [h] Dereliquit me dominus, & dominus oblitus est mei. † Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt nõ miserea-
tur filio vteri sui? Et si [4] illa oblita fuerit, ] [i] ego tamen non obliuiscar tui. [g] Ecce in manibus meis descripsi te, muri tui coram oculis meis semper. Venerunt structores tui: destruentes te & dissipantes, à te exibunt. † Leua in circuitu oculos tuos & vide, omnes isti congregati sunt, [k] venerunt tibi. Viuo ego dicit dominus, quia omnibus his velut ornamento vestiêris, & circundabis tibi eos quasi sponsa. Quia deserta tua & solitudines tuæ, & terra ruinę tuæ nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longè fugabũtur qui absorbebant te. Adhuc dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuæ: Angustus est mihi locus, [5] fac spatium mihi] vt habitem. [g] Et dices in corde tuo: Quis mihi genuit istos? Ego sterilis & non pariens, transmigrata & captiua, & istos quis enutriuit? Ego destituta & sola, & isti [6] vbi hîc erant? [l] ] Hęc dicit dominus deus. Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. [m] Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabunt. Et erunt reges nutritij tui, & reginę nutrices tuæ. Vultu in terra demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. [g] Et scies quia ego dominus, super quo non confundentur qui expectant [7] eum. ] Nunquid tolletur à forti pręda, aut [8] quod captum fuerit à robusto saluum esse poterit? ] Quia hęc dicit dominus: Equidem & captiuitas à forti tolletur, & quod ablatũ fuerit à robusto, saluabitur. [n] Eos verò qui iudicauerunt te, ego iudicabo: & filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis, & quasi musto sanguine suo inebriabũtur. Et sciet omnis caro, quia ego dominus saluans te, & redẽptor tuus fortis Iacob.

[d] Ad contemptibilem animã, id est, ad Christum denominãdo à parte totum, qui in humanitate assumpta contemptibilis apparuit, vt infr. 53. ca. Quasi absconditus vultus eius & despectus est. Ad abominatam gentẽ id est, ad primitiuam ecclesiam, quam supramodum abominati sunt principes Iudæorum, vt patet in Actibus Apostolorum. Postea multi Romanorum imperatores, & multi alij eam totaliter exterminare quærentes. De Lyra.]

e. Misericordia dei tũc acceptabilis est, quando necessitatis & angustiæ tempus est. Chryso. in Matth. 24. cap. homi. 5.

2. Eminentibus locis erit.

f. Ergo saturabuntur. Quod vtique nisi esurientibus & sitientibus non promittitur. Tertullia. aduersus Marcio. lib. 4.

3. Ducet.

[g. Id est, Tollam] viis omnia impedimenta vt omnes possint ambulare, & ad cœlestem gloriam venire, & semitæ meæ exaltabuntur, hoc est, erunt pulchræ, stratæ & munitæ. Pintus.]

h. Excludit eorũ dubitationem quæ ex diuina indignatione, ex eorũ deiectione, & ex hostiũ potestate oriebatur. S. Tho. ibid.

4. Illæ obliuiscerentur.

i. Quis nesciat quia dei memoria nec obliuione rumpitur, nec recordatione farcitur? Sed dum aliqua deserens prætermittit, more mentium obliuisci dicitur. Grego. Moral. lib. 32. cap. 5.

k. Hoc est, ad consolationẽ tuã, multiplicationem, & gloriam. De gentium etiã cõuersione aucta est sanctis apostolis, & eorũ cooperatoribus gratia in præsenti, & gloria in futuro. Dion. ibidem.

5. Sede à me.

6. Vnde sunt.

[l. Audi obsecro, & tecũ perpende quid hic tibi loquatur ac respõdeat dominus. Ecce, inquit, erigam manus meas ad gentes, erecturus item passionis meæ vexillum ad populos, ex omni natione quæ sub cœlo est, allecturus aliquot qui dictis meis credant. Tossatus ibid.]

m. Quia ecclesia Christi ab omnibus gentibus honoratur, & digna laude propter cultum veri dei vniuerso mũdo prædicatur. Cui etiam per Isaiam ipse dñs ait: Ecce leuo ad gẽtes manum meam & ad populos, &c. Rabanus in 44. cap. Eccle.

7. Me.

8. Captiuitas iusti recuperabitur.

n. Id est, dæmones qui te ad mortis iudicium traxerunt, vel Iudæos qui te iniustè dãnauerũt, iudicabo iudicio reprobationis quod ipsi meruerunt. Diony.

1. Vbi.

2. Propter iniquitates vestras.

a. Et ideo Christus suo sanguine redemit quos propria peccata vendiderant. Sed venditur Christus cõditionis susceptione, nõ culpæ peccatique pretio tenetur, quia peccatum ipse nõ fecit. Ambr. de Ioseph. patriarc. cap. 4.

3. Propter iniquitates vestras abiecta est mater vestra.

4. Responderet.

5. Abbreuiando abbreuiata sit.

6. Siccare.

7. Loqui verbum cum lasso. Excitabit, & infra.

8 Doctus.

b. Dorsum siue corpus, & maxillas siue genas dicit & vultum, hoc est humani corporis portiones. Quod enim caro verbi patiebatur, vt manẽs in carne dei verbum, patiebatur carne, sicut scriptum est 1. Petri. 4. Christo in carne passo, in se vtique pro corporis assumptione referebat Amb. de incarna. do cap. 5.

9. Ab ignominiis sputo.

*Iudæi suam liberationem, negligentiam in legem, crudelitatem in Christum agnouerunt: per quem quidam liberandi sunt, quidam reprobandi.* L.

Hæc dicit dominus: [1] Quis] est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? Aut quis creditor meus, cui vendidi vos? † Ecce enim [2] in [2] iniquitatibus vestris ] venditi estis, & [3] in sceleribus vestris dimisi matrem vestram: ] quia veni, & non erat vir: vocaui, & non erat qui [4] audiret. ] † Nunquid [5] abbreuiata & paruula facta est] manus mea, vt non possim redimere? Aut non est in me virtus ad liberandum? † [g] Ecce in increpatione mea [6] desertum] faciam mare, ponam flumina in siccum. Computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti. Induam cœlos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam [7] sustẽtare eum, qui lassus est verbo. Erigit] mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam quasi [8] magistrum. ] Dominus deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij. † [g] [b] Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non auerti [9] ab increpantibus & conspuentibus in me. ] Dominus deus auxiliator meus, ideò non sum confusus. Ideo posui faciem meam vt petram durissimam, & scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me. Quis contradicet mihi? Stemus simul.

Quis

Quis [10] est aduersarius meus?] Accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus.
†Sap.5.d D Quis est qui cõdemnet me?† & [c] Ecce omnes quasi vestimentum [11] conterentur, & tinea comedet]eos. Quis ex vobis timens dominum, audiẽs vocem serui sui? Qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? Speret in nomine domini, & innitatur super deum suum. [d] Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis. Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis. De manu mea factum est hoc vobis. In doloribus dormietis.

*Confortat fideles salutem Abrahæ promissam desiderantes, eos ad pœnitentiam reuocans, qui Christum in passione sua negauerunt.* LI.

A [a] Audite me qui sequimini quod iustum est, & quæritis dominum. Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Sarã quæ peperit vos. Quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. Consolabitur ergo dominus Sion, [b] & consolabitur omnes ruinas eius. Et ponet desertum eius quasi delitias, & solitudinem eius quasi hortum domini. Gaudium & lætitia inuenietur in
B ea, gratiarum actio, & vox laudis. † [c] Attendite ad me populе meus, & tribus mea me audite. Quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum [1] requiescet.] Propè est [2] iustus meus, egressus est saluator meus,] & brachia mea populos iudicabunt. Me insulæ expectabunt, & [3] brachium meum sustinebunt.] Leuate in cœlum oculos vestros, & videte sub terra deorsum, quia [d] cœli sicut fumus liquescent, & terra
†Psal.76.e sicut vestimentum [4] atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibunt. † Salus autem
C mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet. † [e] Audite me qui scitis iustum, populus meus lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea. [5] Salus] autem mea in sempiternum erit, &
†Isaiæ.51.a [6] iustitia] mea in generationes generationum. † Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium domini. Consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. Nunquid non tu percussisti superbũ, vulnerasti draconem? † Nunquid non
†Exodi.14.c D tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis? [f] Qui posuisti profundum maris viam, vt
†Sap.15.b transirent liberati. † Et nunc qui redempti sunt à domino reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum. Gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus. Ego egoipse consolabor vos. [g] Quis tu vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet? [h] Et oblitus es domini factoris tui? qui tendit cœlos & fundauit terram, & formidasti iugiter tota die à facie
E furoris eius qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum. † Vbi nunc est furor tribulantis? [7] Cito veniet gradiens ad aperiendum, & non interficiet vsque ad internecionẽ, nec deficiet]panis eius. Ego autem sum dominus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius, dominus exercituum nomen meum. †Posui verba mea in ore tuo,
†Sup.49. & in vmbra manus meæ protexi te, vt plãtes cœlos & fundes terram, & dicas ad Sion: populus meus es tu. Eleuare, eleuare, consurge Ierusalem, [i] quæ bibisti de manu domi-
F ni calicem iræ eius. † Vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fęces.
†Sap.47.b Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit, & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos enutriuit. † Duo sunt quæ occurrerunt tibi: quis contristabitur super te? Vastitas & contritio, & fames, & gladius, quis consolabitur te? Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum sicut [k] Oryx illaqueatus,]
G pleni indignatione domini, increpatione dei tui. † Idcirco audi * hæc paupercula, & ebria non à vino. Hęc dicit dominator tuus dominus, & deus tuus qui [8] [l] pugnauit pro populo suo:] [m] Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ. Non adiicies vt bibas illum vltrà. Et ponam illum in manu eorum qui te humiliauerunt, & dixerunt animæ tuæ: incuruare vt transeamus, & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.

10. Habet causam iuris in me.
[c. Vestimẽtũ vetustate & tinea consumitur. Iudæi quoque 42. annis post passionem ad pœnitentiam vocati sunt, rẽdem negligẽtes obstricti sunt aduenientibus Romanis, & malæ cõsciẽtiæ tinea deuorati. Gl. ord. ibi.]
11. Veterascẽt & tinea corrodet.
d. Torũ nanque humanũ genus hoc ordine in pœnam ruit æternam, quo scriptura memorauit. Præmiũ enim igne accendit, postea vites ignibus præbet, postremo flammã ingreditur quã parauit. Aeternũ verò igne accendit, cũ primũ peccare incipit: vites ignibus præbet: cum peccata peccatis cumulat: igneverò æternum intrat, quãdo irremediabilem peccatorũ summã iniquitate complet. Saluia. lib. 4.
a. Reprobatis à superiori ea, incredulis rebellibusq; Christo Iudæis, nũc electos Iudæos, ad primitiuã ecclesiã, ad Apostolorũ atque ipsor credẽtiũ cõuentũ sermo dei dirigitur. Dio. ibid.
[b. Cõsolabitur do. ruinas ex diuersis erroribus ortas in populo Iudęorũ, ex mala doctrina doctorum, quos amouit Christus per suã doctrinã, propter quod dicit Christus de eis Matth. 25. Cæci sunt, & duces cęcorum. De Lyra ibid.]
c. Quod indicauerat atque decreuerat nationes quoque illuminandas per euangelij legem atque sermonem. Tertul. aduersus Marcio. lib. 4.
1. Quiescere faciam.
2. Iustitia mea, egressa est salus mea.
3. In brachium meũ sperabunt.
[d. De sanctis dictũ est, & nos immutabimur, quãto magis ergo de cœlo & stellis credendũ est, quãdo luna lumẽ solis accipiet & sol septuplo fulgere rutilabit Glosa ordi.]
4. Veterascet.
e. Nõ dicit: audite gentes, nõ dicit audite Iudæi. Iam enim nõ populus dei qui fuerat, populus extoris est factus, & qui populus extoris erat, populus dei esse cœpit, quia in Christũ credidit. Iste ergo populus indicat, cuius in corde lex diuina est, non humana, lex nõ atramẽto scripta, sed spiritu dei viui, non in chartis exarata, sed in corde signata, lex gratiæ, nõ cruoris. Amb. Epist. 22.
5. Iustitia. 6. Salus.
f. Quia illuc veniẽs electos suos à claustris inferni ad cœlestia transire concessit. Greg. Moral. lib. 29. cap. 5.
[g. Sẽsus est, nolite timere eos q̃ corpus occidũt. Dicit se tyrannis illã potestatem cõcedere ad exercitationem & probationẽ fidelium. Lorichius.]
h. Ierusalem & Sion pro eadem quã dñs hortatur filios attendere & surgere, vt quę prius negatione corruerat, dicens in dñi passione: Crucifige, crucifige eum, nunc sentiat cur suũ offenderit creatorem. Hierony. ibid.
7. Festinauit linguatus vt soluetur, & non moriatur in lacu, neque deficiat.
i. Vt scias autẽ quia calix pœna vel gladius est, audi dicentẽ: Ierusalẽ quæ bibisti de manu dñi calicẽ iręe eius. Ierusalẽ mensurã bibit, quæ supra mensurã peccauit. Ecclesia Christianorũ calicẽ iræ exinanite nõ nouit, sed exinanitũ vsquantũ, propter quã se Christus exinaniuit, vt vbique fragraret. De manu dñi hoc munus accepit, poculũ autem mortis ignorat. Amb. psal. 37.
k. Oryx illaqueatus, hoc est bos syluestris. *Quæso,
8. Vindicat populum suum.
[l. Quãdo redemit eos de Aegypto, vt Exo. 14. dixerũt Aegyptij: Fugiam Israelẽ: dñs enim pugnat pro eis cõtra nos, Christus quoque pugnauit pro nobis debellando aereas potestates, vt scriptũ est: Dñs fortis & potẽs, dñs potẽs in prælio. Dio. Cart. ibid.]
m. Ac si dicat: O Ierusalẽ, scito te esse ebriã, nõ vino, sed furore dei: idcirco si egeris pœnitentiam, & eleuata surrexeris, scies calicẽ soporis & ruinæ. Hie. ibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Consolatur Iudæos super redemptione sua ab hostium oppressione, à miseria & infirmitate, & Gentes super liberatione sua ab infidelitate & peccatis.* LII.

†Onsurge,cõsurge,induere fortitudine tua Sion.Induere vestimẽtis gloriæ A
tuæ Ierusalem[a] ciuitas[1] sancti,] quia non adiiciet vltrà vt pertranseat per te
incircuncisus & immũdus. Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem.
Solue vincula colli tui captiua filia Sion,quia hæc dicit dominus:[b] Gratis ve
nundati estis,& sine argento redimemini. Quia hæc dicit dominus deus:[&]† In Ægy- B
ptum descẽdit populus meus in principio,vt colonus esset ibi,& Assur absque vlla cau
sa calumniatus est eum. Et nunc quid mihi est hic dicit dominus? Quoniam ablatus
est populus meus gratis.Dominatores eius[2] iniquè agunt,] dicit dominus,† & iugiter
tota die[c] nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomẽ meum
in die illa,quia ego ipse qui loquebar,ecce assum.† Quàm pulchri super montes pedes
annuntiantis & prædicantis pacem,annuntiantis bonum,prędicantis salutem, dicen-
tis *Sion:[d] Regnabit deus tuus.[&] Vox speculatorum tuorum leuauerunt vocem, simul C
laudabunt,quia oculo ad oculum videbunt cùm conuerterit dominus Sion.Gaudete
& laudate simul deserta Ierusalem: quia consolatus est dominus populũ suũ,redemit
Ierusalẽ:[3] Parauit]dominus brachiũ sanctũ suũ in oculis omnium gentium,† &[4] vide
bunt] omnes fines terrę salutare dei nostri.† Recedite,recedite,exite inde,† pollutum
nolite tangere.Exite de medio eius,[e] mũdamini qui fertis vasa domini.Quoniam nõ
[5]in tumultu]exibitis,nec in fuga properabitis.[&] Prędcedet enim vos dominus,& congre- D
gabit vos deus Israel.[f] Ecce intelliget seruus meus,& exaltabitur, & eleuabitur,& su-
blimis erit valde.Sicut obstupuerũt super te multi,sic[6] inglorius erit inter viros]aspe-
ctus eius,& forma eius inter filios hominũ. Iste asperget gentes multas, super ipsum[7]
continebunt]reges os suum.† Quia quibus non est narratum de eo videbunt,&[8] quę
non audierunt, contemplati sunt.]

a. Appellatur autem ciuitas sanctuarij:hoc enim sonat propter templum,quod in ea conditum fuit:siue sancti propter notitiã dei,vel sancta,quia sola in orbe terrarum legem acceperat.Hieron.ibid.
1. Sancta.
b. Ideo pauper factus est dominus cum dives esset,vt eum omnes emant, & egenos præcipuè sua paupertate locupleteret. Ambro.institu.virginis cap.13.
2. Vlulare faciunt eum.
c. Sicut hos qui per suam negligentiam causam aliis præbent blasphemiæ tanta pœna manet ac confusio:ita è diuerso virtutum studiosis sit multarum martia coronarum. Chry. in 1.ca. Gene.homil.7.
*Ad.
[d. Quasi dicat: Non amplius regnabit Moyses cum suis cæremoniis, sed Christus in ecclesia sua in æternum regnabit. Vel sic:Si Christum acceperis, eiusque dicta obseruaueris, non regnabit in anima tua peccatum, sed ipse Christus per gratiam. Hanc gratiam, hoc est, Christi regnum petimus cum dicimus: Adueniat regnũ tuum. Pintus ibidem.]
3. Denudauit.
4. Viderunt.
e. Vasa. Vasa domini ferunt qui animas ad cœlum ducendas suscipunt. Greg. Pastoral. 2. Para. cap. 1.
5. Cum festinatione.
[f. Hic ostenditur præpositum in capite nostro Iesu Christo,q fuit humiliatus & exaltatus. Diony.ibid.]
6. Comptus est præter humanũ morem.
7. Claudent.
8. Adierunt quæ non voluerũt in animo.

*Christus ob delicta nostra moriturus, post mortem Gentibus promittit libertatem & securitatem.* LIII.

Quis credidit auditui nostro?& [a] brachium domini cui reuelatum est? Et A
ascendet sicut virgultum coram eo,& sicut radix de terra sitienti.Nõ est
species ei neque decor.Et vidimus eum,& non erat[1] aspectus,& desidera-
uimus eum† despectum & nouissimum virorum,virum dolorũ & scien-
tem infirmitatem. ] Et quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputa-
uimus eum. †[b] Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.[&] Et B
nos putauimus eum [2] quasi leprosum, ] & percussum à deo & humiliatum. Ipse au-
tem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.
[3]Disciplina] pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi
oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit, & dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum.†[4] Oblatus est quia ipse voluit,] & non aperuit os suum.
†[&] Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, C
† & non aperiet os suũ. De angustia & de iudicio sublatus est.Generationem eius quis
enarrabit? Quia abscissus est de terra viuentiũ,propter scelus populi mei percussi eum.
[5]Et dabit impios pro sepultura,diuitẽ pro morte sua,† eo quòd]iniquitatẽ non fecerit,
neque dolus fuerit in ore eius,& dominus voluit conterere eum in infirmitate.[&] Si po D
suerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas domini in
manu eius dirigetur.Pro eo quòd laborauit anima eius,videbit,& saturabitur.In sciẽ-
tia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos,& iniquitates eorum ipse portabit.
Ideò [6] dispertiam ei plurimos,]& fortium diuidet spolia,pro eo quòd tradidit in mor
tem animam suam,† & cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit,&
pro transgressoribus rogauit.

a. Brachiũ dicitur quia dei virtus,quia paternæ operationis effectus est:quia sicut de corpore brachium sine sui separatione porrigitur sicut per cõpaginis vnitatem extẽditur & tenetur, ita saluator noster inseparabilis eum patre substantiæ, & ad terrena descendit, & cœlestia non reliquit:& hic affuit,& inde nõ defuit Euseb.Emise, de natiui. do.homil.1.
1. Formam vt desideremus eum. Despectus est & deuitatꝰ ab hominibus,homo doloribus plenus,& qui expertus est infirmitatem.
b. Corporis est igitur, hoc est nostrum est q̃ esurit,nostrũ est q̃ sitiuit,quod triste fuit vsque ad mortem. Cur ad diuinitatẽ quæ sunt nostra referunt? Corporis est etiam quòd factus asseritur. Ambro. de fide, li.3.c.2.
2. Cæsum.
3. Fustique castigatio.
c. Plus ergo in cruce positus liuorem eius cernẽs latro diligit deum. Mira res,plus in cruce latro diligit deum, q̃ Iudas dilexit in cœna:ille per cibum supplantat magistrum,hic credidit dominum per dolorem. Sicut ait prophera:Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplãtationem. Ambr. Ser. 44.
4. Afflictus est & inique tractatus.
5. Et dedit apud impios sepulturam eius,& apud diuitem inter mortuos suos,cum tamen.
6. Portionem illi segregabo in multis.

*Reuocat Iudæos & Gentes ab infidelitate, promittens in temporalibus abundantiam, honorem & prosperitatem.* LIIII.

A [a†]Auda sterilis quæ non paris: decanta laudem & [1]hinni] quæ non paries: quoniam multi filij desertæ magis quàm eius quæ habebat virum, dicit dominus. [b] Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas. [2] Longos fac] funiculos tuos, & clauos tuos consolida. Ad dexteram enim & ad Læuam [3] penetrabis,] & semen tuum gentes hæreditabit, &
B ciuitates desertas inhabitabit. Noli timere, quia non cõfundêris neque erubescas. [§] Nõ enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuę obliuiscêris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius. Quia [4] dominabitur tui qui fecit te,] † dominus exercitum nomen eius, & redemptor tuus sanctus Israel, [c] deus omnis terræ vocabitur. Quia vt mulierem derelictam & mœrentem spiritu vocauit te dominus, & vxorem ab adolescentia abiectam. Dixit deus tuus: Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem
C meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. [§] Dixit redemptor tuus dominus. † Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui iuraui ne inducerem diluuij aquas vltrà supra terram, sic iuraui vt non irascar tibi & non increpem te. Montes enim commouebuntur, & colles contremiscent, misericordia autem mea nõ recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur. Dixit miserator tuus dominus: Paupercula tempestate conuulsa absque vlla consolatione, ecce ego [5 d] sternam per ordinem] lapides tuos, & fundabo te in sapphiris. Et ponam iaspidem propugnacula tua, & portas
D in lapides [6] sculptos,] & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles: [§] vniuersos filios tuos † doctos à domino, & multitudinem pacis filiis tuis, & in iustitia fundaberis. [7] Recede] procul à calumnia, quia non timebis: & à pauore, quia non appropinquabit tibi. Ecce [8] accola veniet qui non erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi.] Ecce ego creaui [e] fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suũ, & ego creaui interfectorem ad disperdendum. Omne vas quod fictum est contra te, non dirigetur: & omnem linguam resistentem tibi in iudicio iudicabis. Hæc est hæreditas seruorum domini, & iustitia eorum apud me, dicit dominus.

a. Synagoga nanque legis vinculis quasi viri iugo subdita, per sensum malè fœcũda carnalem in domini passione filios perdidit: ecclesia totum mũdum fructu sacræ generationis impleuit. Euseb. Emise. de S. Io. Bap. homil 2.

1. Iubila.

b. Ac ne putemus hoc iuxta friuolam Hebræorum contentionem dici de Sion, quæ in antiquum statum restituẽda sit, ponit manifestius quod latebat. Et semen tuum Gentes hæreditabunt. Quod semen etiam ciuitates desertas faciat inhabitari, vel ecclesiæ gentium in toto orbe consurgant. Hiero. ibid.

2. Prolonga.

3. Dilatabis te, Heb. dilataberis Grz.

4. Maritus tuus erit factor tuus

c. Ex quo innotescit ista non dici de terrena illa Ierusalem seu populo Iudæorum. Quandiu enim sola Iudæa gratiam dei cõsecuta est, non nisi in Iudæa notus erat deus & in Israel magnũ nomen eius: cum verò gentilitati impartita sunt beneficia Christi, de quibus nunc agitur, Christus saluator Israel non tantũm Iudæorum, sed omnium terræ vocatus est deus ab omnib⁹ gẽtibus Diony. ibid.

5. d. Colloco super carbunculũ quia in ea animas sanctorũ, meritorum diuersitate distinguit. Greg. Moral. lib. 18. cap. 20.

6. Carbunculos.

7. Recedes.

8. Congregando cõgregabit sa ante me, & qui iunxerit se tibi contra te cadet.

e. Hoc est, diabolum omnium malorum artificem, non necessitate naturæ, sed mentis arbitrio, à quo omnes fabricati sunt qui ecclesiam impugnant: & propterea non dirigẽtur, sed & præsentes pœnas sentient & futuras Hieron. ibid.

*Gentibus ad fidem vocandis promittit dominus gratuitam donorum abundantiam, & Iudæis contra penuriam saturitatem.* LV.

†Eccle.51.d A [†]Omnes sitientes venite ad aquas, & [a] qui non habetis argentum, properate. Emite & comedite, venite emite absque argento, & absque vlla commutatione, vinum & lac. [b] Quare appenditis argentum non in panibus? & laborem vestrum non in saturitaet? Audite audientes me, & comedite

Apoc.21.d bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram & ve-

†Act.13.c B nite ad me, audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles. [§†] Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Ecce gentem quam nescicbas, vocabis: & gentes quæ non cognouerunt te, ad te current propter dominum deum tuum & sanctum Israel, quia glorificauit te. Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est. †[c] Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius, & ad deum nostrum, quoniam [1] multus est ad ignoscendum.] [§d] Nõ enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ, neque viæ vestræ, viæ meæ,
C dicit dominus. Quia sicut [2] exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt] viæ meæ à viis vestris. & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber & nix de cœlo, & illuc vltrà non reuertitur, sed inebriat terram & [3] infundit eam,] & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti, sic erit verbũ meum
D quod egredietur de ore meo. [§c] Nõ reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque

a. Argẽti nomine sacra eloquia designantur, quibus gentes tanto auidius potant, quanto diutius sitierunt. Greg. Moral. lib. 6. cap. 3.

b. Dum literæ speciem attenditis, spiritalis intelligentiæ saturitatem amittitis. Greg. Moral. lib. 23. cap. 25.

c. Relinquat ergo impius viam suam qua peccat, relinquat iniquus cogitationem suã qua de peccatorum remissione desperat, & secundum prophetæ dictum, conuertatur ad dominũ, quia multus est ad ignoscendũ. In hoc multo nihil deest in quo est omnipotens misericordia, & omniporentia misericors est. Fulgen. Epist. 7.

1. Abundabit vt parcat.

d. Diuina trinitas sic excedit omne quod cogitare vel sapere possumus, sicut superat omne quod sumus. Hoc nobis diuinorum series voluminum veridica protestatur, Isaia dicente: Non enim cogitationes meæ cogitationes vestræ, &c. Fulgẽ. ad Trasimundum. lib. 2.

2. Excelsiores sunt cœli quàm terra, sic excelsiores sunt.

3. Generare eã facit, siue impregnat.

e. Verbi dei efficacia ex hoc patet, quia fructum facit vbicunque ceciderit, modo non ponatur obex, vt Hosee. 6. Veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terræ. S. Tho.

volui,& prosperabitur in iis ad quæ misi illud. Quia in lætitia egrediemini,& in pace deducemini.[f] Montes & colles cãtabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. Pro [4] saliuncula] ascendet abies,& pro vrtica crescet mirtus. Et erit dominus nominatus in signum æternum,quod non auferetur.

[f. Montes & colles, hoc est angeli superiores & inferiores, eo modo dicendi quo dicitur psal. 124. Montes in circuitu eius.i. angeli vt dicit glosa Augustini De ciui.ibid.]
4. Rubo.

*Hortatur dominus ad obseruationem sabbati & fœderis sui, & prælatos ad vigiliam & custodiam gregis sui.* LVI.

HÆc dicit dominus:[†a] Custodite iudicium,&facite iustitiam,quia iuxta est sa A Isa.
lus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. Beatus vir qui facit hoc, & filius hominis qui apprehendet istud, custodiens sabbatum ne polluat illud, custodiens manus suas ne faciat omne malum. Et non dicat filius aduenæ qui adhęret domino,dicens:[1] separatione diuidet] me dominus à populo suo. Et non dicat eunuchus: ecce ego lignum aridum.[§] Quia hæc dicit dominus [b] eunuchis: qui custodie- B
rint sabbata mea,& elegerint quæ ego volui,& [2] tenuerint] fœdus meum: dabo eis in domo mea & in muris meis locum,& nomen melius[3] à filiis] & filiabus.[†] Nomen sempiternum dabo eis,quod non peribit. [c] Et filios aduenæ qui adhęrent domino vt colant eum,& diligant nomen eius,vt sint ei in seruos, omnem custodiẽtem sabbatum ne polluat illud,& tenentem fœdus meum, adducam eos in mõtem sanctum meum, & lętificabo eos in domo orationis meæ. [§] Holocausta eorum & victimæ eorum placebunt mihi super altari meo,[†d] quia domus mea,domus orationis vocabitur cunctis populis,ait dominus deus qui congregat dispersos Israel. Adhuc congregabo ad eum congregatos eius. Omnes bestię agri venite ad deuorandum,[4] vniuersæ bestię] saltus, [e] Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi, [§] canes muti non valentes latrare, D
[5] videntes vana,dormientes & amantes somnia,[†] & canes impudentissimi] nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam,omnes in viam suam declinauerunt,[†] vnusquisque ad auaritiam suam,à summo vsque ad nouissimum.[†] Venite sumamus vinum, & [6] impleamur ebrietate,& erit sicut hodie,sic & cras, & multo amplius.

a. Hoc est. custodite debemus & obseruare differentis iudicii, expectantes domini aduentum: quod est actus rationis & prudentiæ,iudicando,discutiendo, discernendo,& reprobãdo nosipsos vt 1.Cor.11. Si nosipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.
2. Separando separabit.

b. Eunuchi sunt qui compressis motibus carnis, affectum in se praui operis abscindunt. Greg. Pastoral.part.3.admo.29.
2. Apprehenderint.
3. Quam.
[c. Post eunuchos ad aduenas transit & præmia promittit. Vt sint illi in seruos, qualis Paulus qui de se ait: Paulus seruus Iesu Christi & Moyses famulus dei Glosa ordinaria.]
d. Cunctis,inquit, populis, non vni genti Iudaicę,nec in vno Ierosolymæ vrbis loco, sed in toto orbis terrarum,& nequaquã taurorum,& hirrorum, & arietum,sed orationis. Beda. Feria 3. Post inuocauit.ho.2.
4. Vniuersas bestias.
e. Non videbãt opere quod professione cernebant. Grego. Moral.lib.25.cap.14.
5. Dormitantes,iacentes,&amãt dormitationem. Et canes illi animo impudentes.

6. Inebriemur sicera.

*Iustis ab iniustis iniustè afflictis promittit dominus quietem, ab iniustis autem euasionis aufert spem,& illis ob scelera comminatur reprobationem.* LVII.

[a] Vstus perit, & nemo est qui recogitet in corde suo, & viri misericordiæ A Isa.
colliguntur, quia non est qui intelligat. [1] A facie enim malitiæ] collectus est iustus. [2] Veniat pax: requiescat in cubili suo,qui ambulauit in directione sua.] Vos autem accedite huc filij auguratricis, semen adulteræ & fornicariæ. Super quem [3] luxistis?] super quem dilatastis os,& [4] eiecistis] linguam? Nunquid non vos filij scelesti, semen mendax? qui consolamini in diis subter omne lignũ frondosum, immolantes paruulos in torrentibus subter eminentes petras? [5] In partibus] torrentis pars tua, hæc est sors tua. [b] Et ipse effudisti libamen,obtulisti sacrificiũ. [§] Nunquid super his [6] non indignabor? ] Super montem excelsum & sublimem po- B
suisti cubile tuum, & illuc ascendisti vt immolares hostias. Et post ostium & retro postem posuisti memoriale tuum,quia iuxta me discooperuisti & [7] suscepisti adulterum.] Dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus. Dilexisti stratum eorum [8] manu aperta, & ornasti te regio vnguento,] & multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos procul, & [9] humiliata es] vsque ad inferos. In multitudine viæ tuæ [10] laborasti, non dixisti, quiescam. Vitam manus tuæ inuenisti,propterea non [11] rogasti.] [§] Pro quo solicita timuisti, quia mentita es, & mei non es recordata, neque cogitasti C
in corde tuo, [12] quia ego tacens,& quasi non videns, & mei oblita es.] Ego annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi. Cùm clamaueris, liberent te congregati tui. Et omnes eos auferet ventus,tollet [13] aura.] Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & possidebit montem sanctum meum, [14] & dicam:] Viam facite, præbete iter, [15] declinate de semita] auferte offendicula de via populi mei.

a. Hæc autem in Abel prædicabantur,in prophetis verò præconizabantur, in domino autem perficiebantur,& in nobis idipsum est,cõsequente corpore suũ caput. Irenæus lib.4.cap.67.
1. Propter malum autem.
2. Veniet pax, requiescet in cubilibus suis, qui ambulant manifestè.
3. Quo oblectati estis.
4. Protraxistis.
5. In politioribus petris.

b. Habes hic quoque & prædicationem & remunerationem martyriorum. A primordio enim iustitia vim patitur,statim vt coli deus cœpit,inuidiam religio sortita est. Qui deo placuerat occidetur, & quidem à fratre,&c. Tertullian. Scorpiacum aduersus gnosticos.
6. Delectabor.
7. Ascendisti.
8. In loco quem vidisti, abiisti ad regem cum oleo.
9. Humiliasti te.
10. Fatigata es,nec dixisti: desiit tuor.
11. Doluisti.

12. Nõnne ego dissimulo, sicut & à seculo, & me non timuisti?

13. Vanitas.

14. Et dicet.

15. Purgate viam?

mei. Quia hęc dicit excelsus & sublimis habitans æternitatem,& sanctum est nomen eius in excelso,& in sancto habitans,& cum contrito & humili spiritu,vt viuificet spiritum humilium,& viuificet cor contritorum.[f] Non enim in sempiternum litigabo, neque[16] vsque ad finem]irascar,quia spiritus à facie mea[17] egredietur,][d] & faciam ego flatus.[†] Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, & percussi eum. Abscondi à te faciem meam & indignatus sum.Et abiit[18] mœrens]in via cordis sui. Vias eius vidi,& sanaui eum,& reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi,& lugentibus eius.Creaui fructum labiorum pacem,pacem ei qui longe est,& qui prope, dixit dominus, & sanaui eum.Impij autem quasi mare feruens quod quiescere non potest,& redundāt fluctus eius in conculcationem & lutum.[†] Non est pax impiis,dicit dominus deus.

c. Increpatis vndique idololatris sub nomine fornicationis, venit ad eos qui cōfidunt in domino, & quibus terram mōtesque promiserat possidendum, & quorum reuertionis iter iusserat præparari. Haud dubium, quin Apostolis,ad quorum prædicationem de vtroque populo credidерunt.Hieron.ibidem.
16.In perpetuum.
17.Inuoluentue sub corpore.
d Quid enim dicit fieri um, nisi animam quæ propter peccatum percussa & contristata est?Quid igitur est, omnem tamū ego feci?Aug. de Gene.ad litteram, libro 7.cap.7.
18.Auctius.

*Elidit dominus inanem Iudæorum præsumptionem,qua confidebant legis scientiæ, orationi,ieiunio,sabbato,& diuino cultui.* LVIII.

[a][†] Lama,* ne cesses,quasi tuba exalta vocem tuam,[b] & annuntia populo meo scelera eorum,& domui Iacob peccata eorum.Me etenim de die in diem quęrunt,& scire vias meas volunt,quasi gens quę iustitiam fecerit, & quę iudicium dei sui non dereliquerit.Rogant me iudicia iustitiæ, & appropinquare deo volunt. Quare ieiunauimus,& non aspexisti?Humiliauimus animas nostras,& nescisti?Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes [1c]*debitores* vestros repetitis.] Ecce ad lites & contentiones ieiunatis,& percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester.[f][†] Nūquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? Nunquid[2] contorquere quasi circulum caput suum? ] & saccum & cinerem sternere?[d] Nunquid istud vocaui ieiunium,& diem acceptabilem domino? [†] Nónne hoc est magis ieiunium quod elegi?[†] Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes: Dimitte eos qui confracti sunt liberos,& omne onus dirūpe.[3][†][e] Frāge]esurienti panem tuum,& egenos vagósque induc in domum tuam. Cum videris nudum,operi eum:&[†][4]carnem tuam ne despexeris.][g] Tunc erumpet quasi[5]mane]lumen tuum,& sanitas tua citius orietur. Et anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis,& dominus exaudiet te: clamabis, & dicet: ecce assum. Quia misericors sum dominus deus tuus. Si abstuleris de medio tui[6] catenā,] & desieris extendere digitum,& loqui[7] quod non prodest.] Cùm effuderis esurienti animam tuam,& animam afflictam repleueris,orietur in tenebris lux tua,& tenebræ tuę erunt sicut meridies. Et[8] requiem tibi dabit]dominus deus tuus semper, & [9] implebit splendoribus]animam tuam,& ossa tua liberabit.[f] Et eris quasi hortus irriguus & sicut fons aquarum,cuius non deficient aquæ.[g] Et ædificabuntur[10] in te]deserta seculorum, fundamenta generationis & generationis suscitabis. Et vocaberis ædificator[11] sepium,auertens semitas in quietem.] Si[g] auerteris à sabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo,& vocaueris sabbatum[12] delicatum,] & sanctum domini glorioſum,& glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua,vt loquaris sermonem, tunc delectaberis super domino, & sustolstollam te super altitudines terræ,& cibabo te hæreditate Iacob patris tui.Os enim domini locutum est.

a. Præconis officium suscipit quisquis ad sacerdotium ascendit.Greg.ex Reg.lib.1.epi.24.
*In gutture.
b.Et cum peccata eis sua exprobrari præcepisset, cumque eorū facinora pleno indignationis impetu protulisset, dixisseque eos nec si orationibus & precibus, & ieiuniis verecrentur,satisfacere pro delictis posse. Cyprianus de Eleemosyna.
1.c. Pecunias vestras,exigitis,in diebus enim ieiuniorum simul conueniebant,& quicunque inuenissēt debitorē, debitum ab eo etiam cum duritia exigebat.
2. Vt curuce caput suum quasi funcus.
[d. Aspice quid secum afferat nobis incommodi voluntas nostra.Oportet enim eam abnegare,&appetitum rationi obedientem præbere, si velimus vt deus ad nostra ieiunia, & alia bona opera respiciat. Ponus em deus ad voluntatem nostram respicit quàm ad opus.Et ita air scriptura:Respexit dominus ad Abel & ad munera eius. Pintus ibidem.]
3.Nónne vt frangar, vel partiaris.
(e.Panem esurienti frangimus, cum Christi fidem qui panis vivus est,& scripturam sacrā quæ spiritualis est nobis victus aliis manifestamus.Glosa ordi.]
4.A proximo tuo non te abscōdas.
5.Aurora.
6.Onus,vel Iugum.
7.Inutile.
8 Deducet te.
9.Satiabit in siccitatibus.
f. Pinguescit igitur anima tua, virtutēsque eius adipe spiritalis ieiunij, & fructus tui multiplicabuntur vbertate mentis tuæ, vt sit in te sobria ebrietas. Ambro.Epist.82.
10.A te.
11.Ruinarum,& reductor semitarum ad habitandum.
g. Quæ beneficia seruātibus dei cultum sequuntur in die sabbati cessando ab opere seruili, & abstinendo à prauis cogitationibus & locutionib⁹,hęc sequūtur lætitia, restitutio patriæ & abundantia ciborū. S.Tho.ibi.
12.Delicias.

*Potens est deus ad saluandum,benignus ad audiendum,sed veritas,iustitia,iudicium,& pax apud Iudæos hæc impediebant.* LIX.

[a] Ecce [†] non est abbreuiata manus domini vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius vt non exaudiat,sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. [†] Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate. Labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur. Non est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet verè, sed confidunt in nihili, & loquun-

a Ideirco per prophetam diuino spiritu & instinctu rei veritas promitur,certa & manifesta ratio monstratur,dominū posse aduersa,phibere,sed ne illi subuenīat merita peccantium facere.Nunquid, inquit, non valet manus domini, vt saluos vos faciat,aut grauauit aurē,&c. Peccata itaque & delicta reputētur conscientiæ,vulnera cognōscantur, & desinet vnusquisque de dño & de nobis cōqueri,si quod patitur,intelligat se meretri. Cypr. contra Demetria.Tract.1.

tur vanitates. † Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. [b] Ova aspidum ru-
perunt, & telas araneæ texuerunt. Qui comederit de ouis eorum, morietur: & [1] quod
confotum est, erumpet in regulum. ] Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque
operiētur operibus suis. § Opera eorum, opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus
eorum. † Pedes eorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem inno-
centem. Cogitationes eorum, cogitationes inutiles. Vastitas & contritio in viis corū,
[d] viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum. Semitæ eorum incur-
uatæ sunt eis, omnis qui calcat in eis, ignorat pacem. Propter hoc elongatum est iudi-
cium à nobis, & non apprehendet nos iustitia. [e] Expectauimus lucem, & ecce tenebræ:
splendorem, & in tenebris ambulauimus. Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi ab-
sque oculis attrectauimus. Impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi
mortui. Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbæ [2] meditantes gememus. ] Ex-
pectauimus iudicium, & non est: salutem, & elongata est à nobis. § Multiplicatę sunt
enim [f] iniquitates nostræ coram te, & peccata nostra responderunt nobis. Quia scele
ra nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus, peccare & mentiri contra do-
minum, [3] & auersi sumus, ne iremus post tergum dei nostri, vt loqueremur ] calumniā
& transgressionem. Concepimus, & locuti sumus de corde verba mendacij, & cōuer-
sum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit. Quia corruit in platea veritas, &
æquitas non potuit ingredi. [4] Et facta est veritas in obliuione, ] & qui recessit à malo
prędæ patuit. [5] Et vidit dominus, & [5] malum apparuit ] in oculis eius, quia non est iu-
dicium. Et vidit deus, quia non est vir: & [6] aporiatus est, quia non est qui occurrat. ]
§ Et saluabit sibi brachium suum, † & iustitia eius ipsa confirmauit eum. † Indutus est
iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius. Indutus est vestimentis vltionis, * & o-
pertus est quasi pallio zeli: sicut ad vindictam quasi ad retributionem indignationis
hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis, insulis vicem reddet. [h] Et timebunt qui
ab occidente, nomen domini: & qui ab ortu solis, gloriam eius. Cum venerit quasi
fluuius violentus quem spiritus domini cogit, † & venerit Sion redemptor, & eis qui
redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit dominus. Hoc fœdus meum cum eis, dicit domi-
nus. † Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de-
re tuo, & de ore seminis tui, dicit dominus, à modo & vsque in sempiternum.

*Instauratio nouæ Ierusalem promittitur, ad quam Iudæorum & gentium concursus fu-turus est, ad posterit atem & iustitiæ obseruantiam.* LX.

[a] Vrge illuminare ⊢ Ierusalem, ] quia venit lumen tuum, & gloria domi- A
ni super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos:
super te autem orietur dominus, & gloria eius in te videbitur. Et [1] ambula-
bunt gentes in lumine tuo, ] & Reges [2] in splendore ] ortus tui. Leua in cir-
cuitu oculos tuos & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. † Filij tui de lon-
ge venient, & filiæ tuæ [3] de latere surgent. ] Tunc videbis, & [4] affluēs, & mirabitur, ] &
dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, [5] fortitudo gen-
tium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te, dromedarij ] Madiam & Epha.
Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem domino annuntiantes.
§ Omne pecus cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi. [6] Offe- B
rentur super placabili altari meo, ] & domum maiestatis meæ glorificabo. [b] Qui sunt
isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Me enim insulæ expectāt,
& naues maris in principio, vt [7] adducam ] filios tuos de longe. Argentum eorum &
aurum eorum cum eis, nomini domini dei tui & sancto Israel, quia glorificauit te. Et
ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi. In indi-
gnatione enim mea percussi te, & [8] in reconciliatione ] mea misertus sum tui. † Et ape- †
rientur portæ tuæ iugiter, die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo
gentium, & Reges earum adducantur. Gens enim & regnum quod non seruierit tibi
peribit:

b. Ova aspidū rumpere, est malignorum spirituū consilia quę in cordibus latent, peruersis operibus aperire. Greg. Mora. 15. cap. 8.
1. Si conterimantur, egredietur regulus.
c. Ex ouis aspidū regulus, qui est basiliscus, ex Iudæis Anti-Christus. Ex eis enim nascetur flatu suo. i. sermone venenoso nullos occidens volantes ad patriam cœlestem. Glo. ord. ibid. ]
d. Quoniam pacem Christi abiecerūt spernētes doctrinam eius & gratiam, vt Paulus Act. 13. Vobis oportebat, inquit, primum loqui regnū dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicastis vitæ æternæ, &c. Dio. ibidem
e. Expectauimus lucem. i. Christum, qui dicitur lux, supra. 49. Dedi te in lucem gentium, &c. Et ecce tenebræ. Quia in aduentu Christi Iudæi pro maiori parte fuerūt excæcati. De Lyra ibi. ]
2. Meditando meditabimur.
f. Quæ sunt enim iniquitates? Peccare & mentiri contra deū, siue vt iuxta Hebraicum, Aquila transtulit, negare deū, quod ad sāluatorem refertur. Et teliquimus, inquiunt, deum nostrū dicētes: Scimus quòd Moysi locutus sit deus, hunc autem nescimus vnde sit. Hieron. ibid.
3. Retro cedere à deo nostro, loqui.
4. Veritas defecit, vel ablata est, § Dicit, deo æquum spiritum esse ponderatorem, cum in puniendo malos, tum in saluando bonos. Denique professionem catholicam, & gratia suæ sacramenta, tuta fore promittit, ibi, Hoc fœdus meum cum eis dicit dominus. Hæretici exotica doctrina sensum communem obtundere conantes, operā iudūt. Sacramenta hæreticorum sunt immunda, quia non sunt ex traduce ecclesiæ. Lorichius ibid. ]
5. Displicuit.
6. Admiratus est, quia nemo oraret.
* Quasi indumento.
h. Postquam dns lorica iustitiæ, & galea salutis, & vestibus vltionis, zeliquè pallio fuerit indutus ad pugnam, & venerit ad certamen, atque vindictā, vt retribuat hostibus suis, tunc alienigenæ qui venient ab occidēte, & oriente, vt requiescant in sinu Abrahæ, timebūt dominū eo timore, qui est initiū sapientiæ. Hiero. ibid.
a. Iudæi de terrena illa Ierusalē interpretantur quæcunque hic dicūtur in aduentu Messiæ adimplenda. Quod autē vanum tenent Christiani, q̄ nec Christiana beatitudo, siue hominis perfectio sit in hac vita, scilicet voluptatibus carnalibus frui, diuitias possidere, cæteris dominari quorum oppositū Christus docuit. Diony. ibid.
1. Venient gentes ad lucē tuam.
2. Ad splendorem.
3. Iuxta latus fouebuntur.
4. Fulgebis, & obstupescet.
5. Oper gentium venerint ad te, abundātia camelorum operiet te, & pulli camelorum de.
6. Ascendet super altare meum ad placitum.
b. Hus Iudæi referūt ad ciuitatē suam ab exilio referēte nos verō ad gentes, quę ad fidē velociter conuersæ sunt: ponendo etiā auxilium quod à domino habuerunt. S. Tho.
7. Adducant.
8. Ex pietate mea.
9. Deiolando desolabitur.
c. Vnde cōpellimur omnia spiritualiter accipere, q̄ abies, cypariſſus, pinus, & cedrus excelſæ quondā Libani arbores, glorificauerint dei tēplum & locū pedum illius, & inclytū fecerint. At ne lōgo sermone sentum trahamus, vt sanctus & eloquētissimus martyr Cyprianus, & nostri tēporis confessor Hilarius, nonne tibi videntur excelsæ quondam in seculo arbores ædificasse ecclesiam dei? Hieron. ibid.

c peribit:& gentes[9] solitudine vastabũtur.] [g]c Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus & pinus simul ad ornandum locum [10] sanctificationis meæ,] & locum pedum meorum glorificabo. Et venient ad te[11] curui] filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te ciuitatem
†Isa.36.a domini Sion sancti Israel. Pro eo quòd fuisti derelicta & odio habita, & non erat qui per te transiret, ponam te [12] in superbiam] seculorum, gaudium in generationem & generationem. Et suges lac gentium, & mammilla regum lactaberis. Et scies quia ego dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob, pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum. Et ponam [13] visita-
D tionem] tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam. [g]Non audietur vltrà [14] iniquitas] in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis, & [15] occupabit salus] muros tuos, &
†Apoc.21.g portas tuas [16] laudatio.] †[d]Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi dominus in lucem sempiternam, & deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltrà sol tuus, & luna tua non [17] minuetur,] quia dominus erit tibi in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes iusti in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ opus manus meæ, ad glorificandum. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimã. Ego dominus in tempore eius [a] subito faciam istud.

*Promittitur Messias mittendus in miserorum solamen, gaudium per prædicatores annuntians, & illis prædicationem iniungens.* LXI.

†De sac. vnc. A crnico. Luc.4.c

†Piritus domini* super me, eo quòd[a] vnxerit me. * Ad annuntiãdum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis [1] indulgentiam, & clausis apertionem: * vt prædicarem[b] annum [2] placabilem] domino, &, diem vltionis [3] deo nostro:] vt consolarer omnes lugentes, vt ponerem consolationem lugentibus Sion, & darem eis [4] coronam] pro cinere, oleum
B gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. [g]Et [5] vocabuntur in ea fortes] iustitiæ, plantatio domini ad glorificandum. Et ædificabunt [6] deserta à seculo,] & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas, & dissipatas [7] in generationem &] generationem. Et stabunt alieni, & pascẽt pecora vestra, & filij peregrinorum agricolæ & vinitores vestri erunt. Vos autem sacerdotes domini vocabimini, ministri dei
c nostri dicetur vobis. [g]Fortitudinem gẽtium comedetis, & in gloria eorum [8] superbietis.] [c]Pro confusione vestra duplici & rubore, laudabunt partem eorum. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis. [d]Quia ego dominus [9] di-
†De cõf. di. 5.c.Non mediocriter. 19.dist.c.si. ligens iudicium, †& odio habens rapinam] in holocaustum. Et dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorum, & ger-
D men eorum in medio populorum. [g]Omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit dominus. [e]Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo. Quia induit me vestimentis salutis, & indumẽto iustitiæ circundedit me, quasi sponsum [10] decoratum corona,] & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic dominus deus germinabit iustitiam & laudem coram vniuersis gentibus.

*Dominus ex prædicatione Ierosolymis salutem promittit, gloriam & honorem propter saluatoris aduentum, & hostium deiectionem.* LXII.

A PRopter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur. Et videbunt gentes [1] iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum. [a]Et vocabitur tibi nomẽ nouum,] quod os domini [2] nominauit.] Et eris corona
B gloriæ in manu domini, & diadema regni in manu dei tui. [g]Non vocaberis vltrà derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata. Sed vocaberis volũtas mea in ea, & terra tua [3] inhabitabitur.] Quia cõplacuit domino in te: & terra tua [4] inhabitabitur.]

9. Desolando desolabuntur.
c. Vnde compellimur omnia spiritualiter accipere, quòd abies, cypariſſus, pinus, & cedrus excelſæ quondam Libani arbores, glorificauerint dei templũ & locum pedum illius, & inclytum fecerint. At ne longo ſermone ſenſum trahamus, vt ſanctus & eloquentiſſimus martyr Cyprianus, & noſtri temporis confeſſor Hylarius, nonne tibi videntur excelſæ quondam in ſeculo arbores ædificaſſe eccleſiam dei? Hieron. ibid.
10. Sanctuarij mei.
11. Humiliati, vel, humiles.
12. Gloriam, vel magnificentiã.
13. Oppreſſionem.
14. Iniqua oppreſſio.
15. Vocabis ſalutem.
16. Laudem.
d. Hoc etiam myſtice pertinet ad ſtatum futuræ beatitudinis, quando ſol licet multo clarior ſit quàm modo, & luna tamen non ſinctis, quia eorũ ſplendore non egent. Apocalyp. 21. Et ciuitas non eget ſole neque luna, vt luceat in ea, &c. S. Thom. ibidem.
17. Occultabitur.

★Dei.
[a. Hæc vnctio in baptiſmate cõpleta eſt quia ſpiritus Domini in ſpecie columbæ deſcendit, & manſit in illo vnde poſt baptiſmum in Luca inueniuntur ſcriptum. Spiritus domini ſuper me &c. Gloſa ordina.]
★ Deus.
1. Libertatem.
★ Careeris.
b. Reuera prædicauit annum placabilem, cui non contra dicebatur. Primum enim annum poſt trigeſimũ aductus fuit carnalis prædicauit, & omnes ipſum ſuſcipiebant, in quo anno aſcendit Ieroſolymam. Epi. cõtra 51. hæreſin.
2. Volũtatis, vel beneplacitum.
3. Dei noſtri.
4. Decorem.
5. Vt vocarem eos arbores.
6. Deſolationes ſeculi.
7. A generatione in.
8. Exaltabimini.
[e. Iſtud refertur ad tempus primitiuæ eccleſiæ in quo qui populo præfatus præficiebatur primus ad tormenta ducebatur, & duplex eis malitia imponebatur, ſcilicet, ſui & populi. De Lyra. ibid.]
d. Num igitur ſi quis magnum eſſe dominum diceret, quia iudiciũ diligit & odit iniquitatẽ, quaſi merces deo patri magnitudo daretur, & virtutis tributio, quia bona diligit, & mala odit? Chryſo. contrà hæretic. lib 8. cap. 1.
9. Diligo iudicium, & odio ratorem.
e. Cuius myſterij, incarnationis ſcilicet, Iſaias quoque teſtis fidelis eſt: qui ex perſona Chriſti loquentis hæc dicit: Gaudens gaudebo in domino, & exultauit anima mea in deo, &c. Ecce vnus eſt ſponſus, eſt & ſponſa, qui ſe etiam animam habere teſtatur. Quam vt oſtenderet non ſine intellectu ſuſcepram, cor quod proprium eſt animæ humanæ, ſimul cum carne in deo exultaſſe ex perſona hominis ſuſcepti mõſtrauit, dicens: Cor meum & caro mea exultauerũt in deum viuũ. Fulgen ad Traſimundum. lib. 1.
10. Ornauit decore.
1. Iuſtitiam tuam & omnes reges gloriam tuam. Et vocabit te nomine nouo.
[a. Hoc eſt, appellaberis eccleſia ſuper petrã fundata: ita enim Chriſtus te appellabit: Dixit Matth. inquit dixiſſe Chriſtum Petro: Tu es Petrus & ſuper hanc Petrã ædificabo eccleſiam meam. Pintus. ibidem.]
2. Nominabit.
3. Habitata, vel maritata.
4. Marito copulabitur.

Habitabit enim iuuenis cum virgine,& habitabunt in te filij tui. Et [1] gaudebit] sponsus super sponsam, [*] &gaudebit super te deus tuus. [2] Super muros tuos Ierusalem constitui custodes,tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. [§] Qui reminiscimini domini ne taceatis,& ne detis silentium ei, donec stabiliat & donec ponat Ierusalem laudem in terra. [b] Iurauit dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ. Si dedero triticum tuum vltrà cibum inimicis tuis, & si biberint filij alieni vinum tuum in quo tu laborasti. [†] Quia qui congregabunt illud,comedent,& laudabunt dominum,& qui [6] comportant] illud,bibent in atriis sanctis meis. [§] Transite, transite per portas, præparate viam populo. Planum facite iter,& [7] eligite] lapides, & eleuate signum ad populos. Ecce dominus auditum fecit in extremis terræ. [c] [†] Dicite filiæ Sion: †ecce saluator tuus venit,ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Et vocabunt eos populus sanctus,redempti à domino. Tu autem vocaberis quæsita ciuitas, & non derelicta.

1. Sicut gaudet.

*Sic.

2. Introducitur persona dei loquentis ad Ierusalem. i. ecclesiam primitiuorum,& eam quę in prophetis & per apostolos ædificata est. Super muros itaque tuos constitui custodes, quos vel angelos vel apostolos, & omnes principes eius atque doctores accipere possumus, qui custodiunt muros ecclesiæ, ne aduersarius noster diabolus, qui quasi leo rugiens circuit quærēs quomodo possit intrare ad gregem domini deuastādum. Hier. ibid.

b. Iurauit dominus in dextera, id est,in filio. Vnde psal.103. omnia in sapientia, fecisti qui & brachium fortitudo patris. Vnde Ioh.1. Omnia per ipsum facta sunt. Glosa ordina.

6. Colligunt.

7. Colligite ex eo.

c. Filia Sion ecclesia est fidelium, pertinent ad supernam Ierusalem quę est mater omnium nostrū cuius pretio tunc non minima erat in populo Israel,regē Ierusalem manuetum. Beda In fest. Ramis palmarum.

## *Dominus gentium sanguine conspersus, suam repetens patriam futurum comminatur iudicium.* LXIII.

QVis est iste qui venit de Edom, [1] tinctis vestibus] de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego qui loquor iustitiam,& [2] propugnator] sum ad saluandum. [†a] Quare ergo] rubrum est indumentum tuum,& vestimenta tua sicut calcantium in torculari? [b] Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. [3] Calcaui] eos in furore meo, & [4] conculcaui] eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. [†] Dies enim vltionis in corde meo, annus [5] redemptionis meæ] venit. Circunspexi, & non erat auxiliator: [6] quæsiui, & non fuit] qui adiuuaret. [§] Et [7] saluauit] mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea,& detraxi in terram virtutem eorum. Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnibus quæ reddidit nobis dominus,& super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est eis secundum [8] indulgentiam suam,] & secundum multitudinem misericordiarum suarum. Et dixit: [9] Veruntamen populus meus est, [c] filij non negantes. Et factus est eis saluator, in omni tribulatione eorum non est tribulatus,& angelus faciei eius saluauit eos. In dilectione sua & in indulgētia sua ipse redemit eos,& portauit eos & eleuauit eos cunctis diebus seculi. [§] Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum sancti eius. [d] Et conuersus est eis in inimicum,& ipse debellauit eos. Et recordatus est dierum seculi, Moysi & populi sui. [†] Vbi est qui eduxit eos de mari cum [10] pastoribus] gregis sui? Vbi est qui posuit in medio eius spiritum [11] sancti sui?] Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suæ,qui scidit aquas ante eos vt faceret sibi nomen sempiternum? Qui [12] eduxit] eos per abyssos quasi equum in deserto non inpingentem, quasi animal [13] in campo] descendens. Spiritus domini ductor eius fuit. Sic [14] adduxisti] populum tuum vt faceres tibi nomen gloriæ. [§ d†] Attende de cœlo, & vide de habitaculo sancto tuo, & de solio gloriæ tuæ. [†] Vbi est zelus tuus & fortitudo tua? Multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarum super me continuerunt se. [†] Tu enim pater noster,& Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu domine pater noster & redemptor noster,à seculo nomen tuum. Quare errare nos fecisti domine de viis tuis, indurasti cor nostrum ne timeremus te? Conuertere propter seruos tuos, tribus hæreditatis tuæ. [15] Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum hostes nostri, conculcauerunt sanctificationem tuam. Facti sumus [16] quasi in principio,cum non dominareris nostri, neque inuocaretur nomen tuum super nos.

1. Tinctis in vestibus.

2. Copiosus.

a. Nunquid rubicunda vestimenta aqua potest facere, aut in torculari aqua est quæ pedibus calcatur & prælo exprimitur? Vini vtique mentio est, & ideo ponitur vt domini sanguis intelligatur,& quod in calice dominico postea manifestatum est,prophetis annuntiātibus prædicatur. Cypri. Epist. lib.2. Epist.3.

b. De gentibus adhuc incredulis quæritur,quorum vita in ipsa passione quærebatur. Grego. super Ezech. hom.13.

3. Calcabo.

4. Conculcabo.

5. Redemptorum meorum.

6. Eradmiratus sum quòd non esset.

7. Salutem fecit.

8. Misericordiæ suæ.

9. Vtique populus meus sunt, filij non degenerantes.

c. Quia saltem patres eorum Abraham, Isaac, Iacob, Moysen, &c. meam fidem tenuerunt, & pactum meū seruauerunt, quāuis multi filij eorum conuersi sunt in arcum praui. S. Tho. Id. Et conuersus est scilicet dominus,non ex odio sed iustitia puniens eos per vicinos eorum vt patet lib. Iudicum, & postea per reges Aegypti, Assyriorum & Babylonis. vt patet in lib. Regum. Sed recordatus Dominus,quia sicut per Moysen liberauit eos de Aegypto,sic postea liberauit eos de captiuitate Babylonica per Cyrum. De Lyra. ibidem.]

10. Pastore.

11. Sanctum suum.

12. Incedere fecit.

13. Per vallem.

14. Direxisti.

d. Cœlum dicitur habitaculum sanctum,& domus gloriæ eius. Iuxta illud Isa. 66. Cœlum mihi sedes est. Non quod omnipotens deus, qui tenet cœlum palmo & terram pugillo, vllo claudatur loco,sed quo quæ sanctiora sunt,illius locus & habitaculum sanctum esse dicitur. Hiero. ibid. Sed & basilicas sanctorum nominibus appellatas, velut loca sancta diuino cultui mancipata,affectu pio & deuotione adeūdas credimus. Aug. de dogm. eccle. c.73.

15. Ad modicum fuerūt in possessione populi* sanctitatis tuæ.

16. A seculo cum his quibus nō dominatus es, nec nomen tuum inuocatum est super eos.

## *Messias aduentu suo ad iustitiam coget & ad misericordiam, expectantibus cum multa pollicitus.* LXIIII.

Vtinam

A VTinam dirumperes cœlos & descenderes. A facie tua montes defluerent, sicut exustio ignis, [1]tabescerent, aquæ arderent igni,] vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis, à facie tua gentes turbarentur. [2]Cum feceris mirabilia, non sustinebimus.] Descendisti, & à facie tua montes defluxerunt.

1.Cor.2.b B †A seculo non audierũt, neque auribus perceperunt. ‡Oculus non vidit [3]deus absque te, quæ præparasti expectantibus te.] Occurristi lætanti & facienti iustitiã, in viis tuis recordabuntur tui. Ecce, tu iratus es [4]&] peccauimus, in ipsis fuimus semper, & saluabimur. Et facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi [5]pannus menstruatæ] vniuersæ iustitiæ nostræ. [b]Et cecidimus quasi filium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi vẽtus abstulerunt nos. Non est, qui inuocet nomen tuum, qui consurgat [6] & teneat te.]

c ‡Abscondisti faciem tuam à nobis, & [7]allisisti] nos in manu iniquitatis nostræ. [c]Et nunc domine pater noster es tu, nos verò lutum, & fictor noster tu, & opera manuũ tuarum omnes nos. †Ne irascaris domine [8]satis,]& ne vltrà memineris iniquitatis nostræ. Ecce respice, populus tuus omnes nos. ‡ [9] [d]Ciuitas sancti tui facta est deserta. Sion deserta facta est. Ierusalem desolata, domus [10]sanctificationis nostræ] & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Nunquid super his continebis te domine, tacebis & affliges nos* vehementer? † Quæsierunt me qui antè non interrogabant, inuenerunt qui non quæsierunt me.

1.Thess.5.b

D

†Rom.10.d Isai.65.c

*Reddet dominus iustis & iniustis secundum opera eorum, discernens malos à bonis in præcepto promissæ salutis.* LXV.

A DIxi: [a]Ecce ego, ecce ego, ad gentem quæ [e]nesciebat me, & quæ] non inuocabat nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum [1]incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas. Populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper, qui immolant in hortis & sacrificant super lateres, qui habitant in sepulchris & in [2]delubris idolorũ dormiunt,] qui comedunt carnem suillã, & ius profanum in vasis eorum, qui dicunt: [3]recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es: isti fumus erunt in furore meo, ignis ardẽs tota die. Ecce scriptũ est coram me: Non tacebo, sed reddam & retribuam in sinu eorum iniquitates vestras, & iniquitates patrũ vestrorum simul dicit dominus, qui sacrificauerunt super montes & super colles exprobrauerunt mihi, & remetiar opus eorum primum in sinu eorum. ‡Hæc dicit dominus: Quomodo si inueniatur [4]granũ] in botro, & dicatur, ne dissipes illud, quoniã benedictio est, * sic faciam propter seruos meos vt non disperdam totũ. Et educam de Iacob semen, & de Iuda possidentem montes sanctos meos. Et hæreditabunt eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi. Et [5] erunt cãpestria in caulas] gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo qui requisierunt me. Et vos qui dereliquistis dominum, qui obliti estis montem sanctum meum, qui ponitis [6]fortunæ mensam, & libatis super eam,] numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis, †pro eo quòd vocaui & nõ respõdistis mihi, locutus sum, & non audistis: & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui, elegistis. Propter hoc *hæc dicit dominus deus.* [b]Ecce serui mei comedẽt, & vos esurietis. ‡Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Ecce serui laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis, & dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis. Et interficiet te dominus deus, & seruos suos vocabit nomine alio. [7]In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in domino, amen.] Et qui iurat in terra, iurabit in deo, [8] amen.] [c]Quia obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia absconditæ sunt ab oculis nostris. † Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non ascẽdent super cor, sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternũ in iis quæ ego creo. Quia ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudiũ, & exultabo in Ierusalẽ, & gaudebo in populo meo, & non audietur in ea

B

C

†Apoc.21.a

[a]Sunt verba Hebræorum qui in captiuitate Babylonica detinebantur. Facit prophetã eos Deũ vehementibus desyderiis deprecantes, vt veniat ad liberandum eos: & è acerbissimis etiã nis in quibus versabantur eripiẽdum. Sed ego existimo diuinum nostrum vatem, cũ hæc mandaret monimẽtis, ad Christi in mundum aduentũ mentis oculos leuasse. Ideo facit fideles suspirantes, & humanam redẽptionem per Christũ inflammatis verbis ex imo pectore eductis petentes. Pintus, ibid.]

1. Liquefaciam, sicut ignis aquã bullire facit.

2. Cum faceres mirabilia non sperabamus.

3. Deum præter te, qui sic faciat expectanti se.

4. Quia.*

5. Vestimentum inquinarum, vel fordidum.

b. Homo in creatione factus est vt arbor, in tentatione vt foliũ, in delectione vt stipula. Gregor. Moral. li. 11. c. 24.

6. Vt apprehendat te.

7. Tabescere fecisti.

[c]. Ac si diceret, si consyderemus nostra merita desperandũ est, si clementiã tuã qui flagellas omnẽ filium quem recipis, audemus preces fundere. Tu eñ pater noster es. Glosa ordina.]

8. Plurimum.

9. Ciuitates sanctitatis tuæ factæ sunt vt desertum.

[d]. Ciuitas sancti tui scilicet Ierusalẽ, tuo cultui deputata, facta est deserta per Titum. Et domus sanctificationis nostræ, scilicet templũ vbi offerebãtur sacrificia pro sanctificatione nostra &c. De Lyra ibid.]

10. Sanctuarij nostri.

*Tam.

[e]. Iudæi nanque ex initio affore aliquando hunc virũ per quem cuncta repararẽtur, verissima traditione susceperũt, & quotidie meditãtes ac prospicientes, quãdo ciuis fieret aduentus vbi adesse eũ viderunt, & signa ac prodigia, sicut de eo scriptũ fuerat, adimplentẽ, inuidia excæcati agnoscere nequiuerunt præsentẽ, in cuius spe lætabãtur absentis. Intellexerũt tantũ sancti Apostoli, & qui à deo electi sunt, & nos qui post ab eis electi sumus. Hoc autẽ dei prouidentia factũ est, vt agnitio boni huius etiã gentibus traderetur, & hi qui nunquã audierãt de eo nec à prophetis didicerant, agnoscerent cum: illi vero qui quotidianis meditationibus cuan. erũt, ignorarent. Clemens, Epi. 3. ad Iacobum fratrem do.

1. Rebellem.

2. Defertis pernoctant.

3. Mane apud te, & ne accesseris ad me, quia sanctior re sum.

4. Mustum. * In eo.

5 Erit planities habitaculũ, vel Saron erit habitatio.

6. Exercitui cœli mẽsam, & qui impletis planetis libamen.

b. Hic est enim cibus in quo vita definitur æterna, quo quisquis fuerit defraudatus, morte morietur. Quãdoquidem panis vitius atque cœlestis ipse dominus est, qui vitã dat huic mundo: Vnde & ipse ait: Nisi manducaueritis carnẽ meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam æternã. Amb. de paradiso. cap. 9.

7. Qui benedixerit sibi in terra, benedicet sibi in deo vero.

8. Vero.

c. Hoc est, sic erunt quasi nunquam fuissent, quia nullũ detrimentũ inducent. & eorũ recordatio potius erit causa hilaritatis quã mœroris. Non eñ beati omnino obliuiscẽtur malæ pœnæ & culpæ quæ passi sunt, vel operati: sed peccatorũ memoria inflammabit eos ad intensiorẽ diuinæ pietatis amorẽ. memoria quoque præteritorum supplitiorum erit eis materia gloriandi de triumpho, & gratias agendi deo. Dionis. ibid.

vltrà vox fletus & vox clamoris. d Non erit ibi amplius infans dierum, & senex qui non impleat dies suos, † quoniam puer * centum annorum morietur, & 9 peccator centum annorum maledictus erit, & ædificabunt domos & habitabunt, & plantabũt vineas & comedent fructus earum. Non ædificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet. Secundum enim dies 10 ligni erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt. 11 Electi mei non laborabunt frustra, c neque generabunt in conturbatione, quia semen benedictorum domini est, & nepotes eorum cum eis. † Erítque antequam clament, ego exaudiam, adhuc illis loquentibus ego exaudiam. f Lupus & agnus pascentur simul, & leo & bos comedent paleas, & serpenti puluis panis eius. Non nocebunt neque occident in omni monte sancto meo, dicit dominus.

d. Et senex, i. habẽs multos annos in vacuũ transactus, sed plenos meritis, & per hoc à ciuitate cœlesti amouetur defectus notitiæ & virtutis. Et quòd sic debeat hæc litera intelligi, patet per hoc quod subditur. Quoniam puer centum annorũ, &c. id est qui multum viget pueriliter sequẽs passiones suas, morietur morte æterna. De Lyra.]
* Filius.
9. Qui peccat vt filius.
10. Arboris.
11. Cum electis meis.
c. Id est, filij quos per euangelium genuerunt non erunt geniti in conturbatione, sed in animi quiete & tranquillitate. Ita enim dicebat Apostolus. Per euangelium vos genui. Pintus ibidem.]
f. Per irrationalium differentiã, offendit vitam hominum cuiusbus moribúsque diuersam in eandem religionis coitoram esse concordiam. Chrysost. in 3. ca. Matt. ho. 10.

*Abiecto Iudæorum errore synagoga, templo, & sacrificiis, nouam fundat ecclesiam perpetuæ pacis & sacrificij apud Christianos, consolans eos in persecutionibus & tribulationibus suis.* LXVI.

Hæc dicit dominus: a † Cœlum sedes mea est, & terra scabellum pedum meorum. Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi, & quis iste locus 'requietionis meæ?] Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa ista, dicit dominus. b Ad quem autem respiciam: nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & c trementem sermones meos? d † Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum. Qui mactat pecus, quasi qui 2 excerebret] canem. Qui offert oblationem, quasi qui sanguinẽ suillum offerat. e Qui recordatur thuris, quasi qui benedicat 3 idolo. Hæc omnia] elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est. Vnde & ego eligam illusiones eorum, & quæ timebant, adducam eis: † quia vocaui, & non erat qui responderet: locutus sum, & non audierunt. Fecerúntque malum in oculis meis, & quæ nolui, elegerunt. Audite verbum domini qui tremitis ad verbum eius. Dixerunt fratres vestri odientes vos, & abiicientes propter nomen meum: Glorificetur dominus & 4 videbimus] in lætitia vestra, ipsi autem confundentur. f Vox 5 populi] de ciuitate, vox de templo, vox domini reddentis retributionem inimicis suis. c Antequam parturiret, peperit: antequam veniret 6 partus] eius, peperit masculum. † Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic simile? Nunquid parturiet terra in die vna, aut parietur gens simul? quia parturiuit & peperit Sion filios suos? Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit dominus? Si ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait dominus deus tuus? Lætamini cum Ierusalem, & exultate in ea, omnes qui diligitis eam. g Gaudete cum ea gaudio vniuersi qui lugetis super eam, vt sugatis, & 7 repleamini] ab vbere consolationis eius, vt mulgeatis, & 8 deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius.] Quia hæc dicit dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium 9 pacis,] & quasi torrentem inundantem gloriam gentium quam sugetis. Ad 10 vbera] portabimini, & super genua 11 blandientur vobis.] Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Ierusalem consolabimini. Videbitis & gaudebit cor vestrum, f & ossa vestra quasi herba germinabunt. g Et cognoscetur manus domini seruis eius, & indignabitur inimicis suis. Quia ecce dominus in igne veniet, & quasi turbo quadriga eius, 12 reddere] in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis. Quia in igne dominus diiudicabit, & in gladio suo [ad] omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti domino. Qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis post ianuam intrinsecus, qui comedebant carnem suillam & abominationem, & murem, simul consumentur, dicit dominus. g Ego autem 13 opera eorum & cogitationes eorum venio] vt congregem, 14 cum omnibus gentibus & linguis:] & venient, & videbunt gloriam meam. Et ponam in eis signum, & mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes 15 in mare, in Africam & Lydiam, tenentes sagittam, in Italiam & Græciam, ad insulas longè,] ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam

a. Deus dicitur in loco esse, & dicitur locus dei, vbi eius manifesta fit operatio, & qui plus participat operationis eius & gratiæ. Quapropter cælum eius thronus est, in ipso enim angeli sunt facientes eius voluntatem, & semper glorificantes ipsum. Et terra scabellum pedum eius: nam in ea per carnem eum hominibus conuersatus est, per autem eius sancta caro et ea. Dicitur & ecclesia locus dei, in qua ad ipsum intercessiones fundimus. Damasc. li. 1. ca. 16.
1. Quietis meæ.
b. Esto ergo humilis & quietꝰ, vt in tuo deus requiescat affectu: qui nõ requieuit in bestiis, multo magis non requiescit in pectore bestiali. Ambro. Hexameron. lib. 6. cap. 8.
c. Obedientiam operibus implentem. Chrysost. ad pop. Anthioche. homil. 34.
d. Immolare bouem, mactare arietem, offerre sacrificiũ, thura succendere. scilicet idolis, quæ ita habet deus quasi homicidium, & oblationem canis, & suillum sanguinem, atque blasphemiam ipsi elegerunt. Nicet. ibidem.
2. Iugulat.
3. Iniquitati. Et hæc.
4 Videbitur.
5. Tumultus.
e. Quod de virgine Maria intelligẽdum est. Cuius enim neque voluptas, præcessit neque patiẽdi dolor fuisse cutus est. secundum propheram dicentẽ priusquam dolorem partus senserit, peperit, & priusquam adueniret tempus dolorum partus, effugit, & peperit masculum. Damasc. lib. 4. cap. 15.
6. Dolor.
7. Satiemini.
8. Delectemini à splendore gloriæ eius.
9. Pacem.
10. Latus.
11. Delectabiliter fouebimini
f. Resurgent sanctorum corpora sine vllo vitio, sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptione, onere, difficultate. In quibus tanta erit facilitas resurgendi, quanta fœlicitas, propter quod & spiritalia dicta sunt, cũ proculdubio corpora futura sunt, non spiritus. Curabit artificis prouidentia ne quid indecens fiat, &c. Augustin. in Enchiridio. cap. 91.
12. Vt reddat vel & reddet.
13. Adero operibus eorum & cogitationibus cũ venerit rẽpus.
14. Omnes gentes & linguas.
15. Tharsis, Pul, & Lud, trahentes arcum Tubal & Græciæ, & ad insulas remotas, quæ.

gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam gentibus, [g] & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus, donum domino, in equis & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montem sanctum meum Ierusalem, dicit dominus: quomodo si inferant filij Israel munus in vase mundo, in domum domini. Et assumam ex eis in sacerdotes & Leuitas, dicit dominus: [h] quia sicut cœli noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit dominus deus: sic stabit semen vestrum & nomen vestrum. Et erit [16] mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato. Veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea, dicit dominus. Et egredientur, & videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me. † Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt [17] vsque ad satietatem visionis omni carni.

[g] Vaticinatur de conuersione gentium infidelium ad fidem & ecclesiam Christi. Per equos, & quadrigas, cæteráque vecturas intellige omnes rationes & modos adducendi infideles ad ecclesiam, quæ per montem sanctum Ierusalem significatur. Pintus. ibid.]

h. Si terra renouatur & cœlum, cur dubitemus hominem posse renouari, propter quem terra facta & cæsa est? Si prævaricator seruatur ad pœnam, cur iustus non perpetuatur ad gloriam? Si vermis non moritur peccatorũ, quemadmodum interibit caro iustorum? Hæc est enim resurrectio, sicut verbi ipsius sono exprimitur, vt quod cecidit, hoc resurgat: quod mortuum fuerit, reuiuiscat. Et hæc est series & causa iustitiæ, vt quoniã corporis animique communis est actus, quę animus cogitauit, corpus efficit: vtrunque in iudicium veniat, vttũque aut pœnæ dedatur, aut gloriæ reseruetur. Ambro. de fide resurrectionis.

16. De mense in mensem, & de sabbato in sabbatum.

17. Nausea vel opprobrium.

## INCIPIT PROLOGVS IN Ieremiam Prophetam.

*IEremias Propheta, cui hic prologus scribitur, sermone quidem apud Hebræos Isaiæ & Hoseæ, & quibusdam aliis Prophetis videtur esse rusticior, sed sensibus par est: quippe qui eodem spiritu prophetauit. Porrò simplicitas eloquij, à loco ei in quo natus est, accidit. Fuit enim Anathotites, qui est vsque hodie viculus tribus ab Ieroſolymis distans milibus, sacerdos ex sacerdotibus & in matris vtero sanctificatus, virginitate sua euangelicum virum Christi Ecclesiæ dedicans. Hic vaticinari exorsus est puer, & captiuitatem vrbis atque Iudææ non solùm spiritu, sed & oculis carnis intuitus est. Iam decem tribus Israel Assyrij in Mædos transtulerant: iam terras earum coloni Gentium possidebant. Vnde in Iuda tantùm & in Beniamin prophetauit: & ciuitatis suæ ruinas quadruplici planxit alphabeto: quod nos mensuræ metri, versibúsque reddidimus. Præterea ordinem visionum, qui apud Græcos & Latinos omnino confusus est, ad pristinam fidem correximus. Librum autem Baruch notarij eius, qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermisimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis præstolantes, quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior, quia vos me cogitis. Cæterùm ad compendium mali rectius fuerat modum furori eorum, silentio meo ponere, quàm quotidie noui aliquid scriptitantem, inuidorum insaniam prouocare.*

## ALIVS PROLOGVS IN EVNDEM.

*IOachim filius Iosiæ, cuius* tertiodecimo anno prophetare orsus est Ieremias, sub quo & Olda mulier prophetauit, ipse est qui alio nomine appellatur Eliachim, & regnauit super tribum Iuda & Ierusalem, annis vndecim, cui successit in regnum filius Ioachim, cognomento Iechonias, qui tertio mense regni eius die decima, captus à ducibus Nabuchodonosor, ductus est in Babylonem, & in loco eius constitutus est Sedechias filius Iosiæ patruus eius, cuius anno vndecimo Ierusalem capta atque subuersa est. Nemo igitur putet eundem in Danielis principio Ioachim, qui in Ezechielis exordio Ioachim scribitur. Iste extremam syllabam Kim habet, ille chin, & ob hanc causam in Euangelio secundum Matthæum, vna videtur deesse generatio, quia secunda tessaradecas in Ioachim desinit filium Iosiæ, & tertia incipit à Ioachim filio Ioachim. Quod ignorans Porphyrius calumniam struit ecclesiæ, suam ostendens imperitiam, dum euangelistam Matthæum arguere nititur falsitatis. Quódque traditum scribitur Ioachim monstrat, non aduersariorum fortitudinis fuisse victoriam, sed domini voluntatis.*

* Eusebius dicit decimo.

## VITA IEREMIÆ PROPHETÆ.

*IEremias Anathotites, qui est viculus tribus à Ieroſolymis distans milibus, apud Thamnas in Aegypto à populo lapidibus obrutus occubuit. Iacet vero in eo loco sepultus, quo dudum Pharao rex habitauerat. Et quoniam postulatione sua defugatis ab eodem loco serpentibus, Aegyptios à tactu aspidum facit securos, magna eum ibi religione Aegyptij venerantur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Incipit Ieremias Propheta.

*Ieremias adhuc puer ſpiritu ſancto repletus mittitur ad prædicandum Ieruſalem deſtructionem ſub nomine virgæ & ollæ ſuccenſæ. Cap. I.*

a Ieremiæ prophetæ inſtantem verbi Ieruſalem captiuitatem Babyloniam, & noſtri etiam ſeculi cladem prædictas mandauit literis. Nec ſolus ille hæc vaticinatus eſt multitudini, ſed prophetæ Iezechiel, qui primus duos libros hoc argumẽto ſcripſit reliquit. Ioſeph. li. 10. c. 6.
b. Ieremias cũ adhuc eſſet puer, prophetare cœpit anno 13. Ioſiæ filij Amon regis Iudæ: prophetauitque in imperio eius annis decem & nouem, & poſtea ſub Ioachim filio eius annis vndecim, & ſub Sedechia vltimo rege Iuda annis vndecim: qui ſũt 40. præter id quod prophetauit in Aegypto. Hiero. ibid.
[c. Deteſtatur officiũ quod pro ætate nõ poteſt ſuſtinere. Eadẽ verecundia qua Moyſes gracilis & tenuis votis ſe eſſe dicit, ſed ille quaſi magnæ & robuſtę ætatis corripitur, quaſi venia hinc puero datur, qui verecundia & pudore decoratur. Gloſa ordina. ibid.]
1. Ah, ah.
2. Non noui.

d. Niſi prius ab auditorũ ſuorũ cordibus ſpinas vani amoris euelleret, fruſtra in eis verba prædicationis plantaret. Greg. Paſtoral. part. 3. admo. 35.
3. e. Amygdalinam, quæ ſcilicet aliis arboribus celeriùs floret.
4. Accelerabo verbum meum.
f. Hæc eſt feruens olla quam vidit Ieremias: in qua decoquuntur omnes principes & paſtores tenebrarum ſectatores bonorũ temporalium, venatores diuitiarum, qui primas cathedras appetunt in ſynagogis, & ſalutari in foro, & vocari Rabbi. Hanc ollam ſuccẽdit diabolus, dum corda patrum inflat ad altiora. Aug. ad fratres in Eremo. Sermo 2.
5. Bullientem.
6. Aperietur.

7. Ne forte perdam te ante.
g. Quæ eſt tanta formidinis cauſa, vt nec reges, nec principes, nec ſacerdotes, nec populi aduerſum vnũ prævaleant? Sequitur: Quia tecum ego ſum dicit dñs, vt liberem te. Raba.
[h. Quia ego tecum ſum, qui ſum infinitæ virtutis, & ſic poſſum te in omnibus protegere. De Lyra. ibid.]

[a] Erba Ieremiæ [b] Prophetæ] filij Helchiæ de ſacerdotibus qui fuerunt in Anathot in terra Beniamin. Quod factum eſt verbum [c] domini ad eum in diebus Ioſiæ filij Amon regis Iuda, [b] in tertiodecimo anno regni eius. Et factum eſt in diebus Ioachim filij Ioſiæ regis Iuda, vſque ad conſummationem vndecimi anni Sedechię filij Ioſiæ regis Iuda, vſque ad tranſmigrationem Ieruſalem, in mẽſe quinto. Et factum eſt verbum domini ad me dicens: Priuſquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, ſanctificaui te: & Prophetam in gẽtibus dedi te. [d] † Et dixi: [e] †[1] Ah, ah, ah,] domine deus. Ecce [2] neſcio] loqui, quia puer ego ſum. Et dixit dominus ad me: noli dicere, quia puer ſum, quoniam ad omnia quæ mittam te, ibis: & vniuerſa quæcunque mandauero tibi, loquêris. Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum ſum: vt eruam te, dicit dominus. Et miſit dominus manum ſuam, & tetigit os meum, & dixit ad me: † Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, vt [d] euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Et factum eſt verbum domini ad me, dicens: † [f] Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Virgam [3] [e] vigilantem] ego video. Et dixit dominus ad me: Bene vidiſti, quia [4] vigilabo ego ſuper verbum meum,] vt faciam illud. Et factum eſt verbum domini ſecundò ad me, dicens: Quid tu vides? Et dixi: [f] Ollam [5] ſuccenſam] ego video, & faciam eius à facie aquilonis. Et dixit dominus ad me: † Ab aquilone [6] pandetur] omne malum ſuper omnes habitatores terræ. Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum aquilonis dicit dominus, & venient, & ponent vnuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſalem, & ſuper omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iuda. [g] Et loquar iudicia mea cum eis ſuper omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me, & liberauerunt diis alienis, & adorauerunt opus manuum ſuarum. Tu ergo accinge lumbos tuos & ſurge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum, [7] nec enim timere te faciam] vultum eorum [g] † Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum ſuper omnem terram regibus Iuda, & principibus eius, & ſacerdotibus, & omni populo terræ: & bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, [h] quia ego tecum ſum, ait dominus, vt liberem te.

*Increpat ſacerdotes & paſtores ſuper idolis ſuis, & Ieruſalem ſuper inobedientia ſua, quòd ſit meretrix & obſtinata, & crudelis in pauperes. II.*

1. Miſericordiæ adoleſcentiæ tuæ & dilectionis.

a Iſrael quia prior credidit, domini primitiæ dicitur, gentes vero poſtea credentes, fruges domini factæ ſunt. Greg. ſuper Ezech. hom. 11.
b Dereliquerunt autem patres populi peccatis deum, & non breuiter, ſed longo tempore, & pro deo ſecuti ſunt vanitatem, idola videlicet quæ nihil profunt cultoribus ſuis, & ipſis ſimiles facti ſunt, ſecũdum illud quod ſcriptum eſt: ſimiles illis qui faciunt ea, & omnes qui cõfidunt in eis. Rabanus. ibid.
2. Aridam & vmbram.

ET factum eſt verbum domini ad me dicens: † Vade, & clama in auribus [a] Ieruſalem, dicens: Hæc dicit dominus: Recordatus ſum tui, [1] miſerans adoleſcentiam tuam & charitatem] deſponſationis tuæ, quando ſecuta es me in deſerto, in terra quæ non ſeminatur. [a] Sanctus Iſrael domino, primitiæ frugum eius. Omnes qui deuorant eum, delinquunt, mala venient ſuper eos, dicit dominus: Audite verbum domini domus Iacob, & omnes cognationes domus Iſrael. Hæc dicit dominus: [b] Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt? Et non dixerunt: vbi eſt dominus qui aſcendere nos fecit de terra Ægypti, [2] qui traduxit nos per deſertum, per terram [3] ſitis & imaginem] mortis,

mortis,per terram in qua non ambulauit vir neque habitauit homo? [c] Et induxi vos in terram Carmeli,vt comederetis fructum eius & optima illius.Et ingressi contaminastis terram meam,& hæreditatem meam posuistis in abominationem. Sacerdotes non dixerunt:vbi est dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me.Et prophetæ prophetauerunt in Baal,&[3]idôla]secuti sunt. Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum,ait dominus,& cum filiis vestris disceptabo. [d]Transite ad insulas Cethin,& videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer,& videte si factum est huiusce modi,si mutauit gens deos suos, [4]& certe ipsi] non
c sunt dij.[e]Populus verò meus mutauit gloriam suam [5]in idôlum. Obstupescite cœli super hoc,& portæ eius desolamini]vehementer, dicit dominus. Duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt [6] fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas,quæ continere non valent aquas.Nunquid seruus est Israel aut vernaculus? Quare ergo factus est in prædam?[f] Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam,posuerunt terram eius in solitudinem.Ciuitates eius exustæ sunt,& non est qui habitet in eis.Filij quoque [6] Mempheos & Taphneos constuprauerunt te [g] vsque ad verticem. ] Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti dominum deum
d tuum,eo tempore quo ducebat te per viam?[e]Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam [7]turbidam?] Et quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquam [h] fluminis?[i] Arguet]te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito & vide, quia malum & amarum est reliquisse te dominum deum tuum, & non esse timorem eius apud te, dicit dominus deus exercituum. A seculo [9]confregisti iugum meum, rupisti vincula mea,]& dixisti.Non seruiam.In omni enim colle sublimi,& sub omni ligno frondoso tu[10] prosternebaris] meretrix. [†] Ego autem plantaui te vineam electam, omne semen verum.Quomodo ergo conuersa es mihi in[11]prauum vinea aliena? ]Si laueris te nitro,& multiplicaueris tibi[—herbam]borith,[12]maculata eis in iniquitate tua]coram me, dicit dominus deus. [e] Quomodo dicis:non sum polluta, post Baalim non
f ambulaui? Vide vias tuas in conualle,scito quid feceris. [13] Cursor leuis explicans vias suas,]onager assuetus in solitudine,in desiderio animæ suæ attraxit ventum[14]amoris sui.] Nullus auertet eam.Omnes qui quærunt eam,non deficient,[15][i]in menstruis eius] inuenient eam.Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti. Et dixisti: desperaui,nequaquam faciam.Adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo. Quomodo confunditur fur quando deprehenditur,sic confusi sunt domus Israel, ipsi & reges eorum,principes & sacerdotes,& prophetæ eorum,[k]dicentes ligno,pater meus
f es tu,& lapidi,tu me genuisti.[†][g]Verterunt ad me tergum & non faciem,& in tempore afflictionis suæ dicent:surge,& libera nos. [†] Vbi sunt dij tui, quos fecisti tibi? Surgant,& liberent te in tempore afflictionis tuæ. [l] Secundum numerum quippe ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda. [†] Quid vultis mecum iudicio contendere? Omnes [16]dereliquistis me,]dicit dominus.Frustra percussi filios vestros,disciplinam non receperunt.[m]Deuorauit gladius vester prophetas vestros, quasi leo vastator generatio vestra.Videte verbum domini:Nunquid solitudo factus sum Israeli, aut terra [17] serotina?]Quare ergo dixit populus meus,[18]recessimus,]non veniemus vltrà ad te? Nun-
G quid obliuiscetur virgo ornamenti sui,[n]aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? [g] Populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris. Quid niteris bonam ostendere viam tuam,ad quærendam dilectionem?Quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas,& in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentium. Non in fossis inueni eos, sed in omnibus [19] quæ suprà memoraui. ] Et dixisti:[—o] Absque peccato &]innocens ego sum:& propterea auertatur furor tuus à me. Ecce ego iudicio [20]contendam tecum,] eo quòd dixeris, non peccaui. [21] Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas.]Et ab Ægypto confunderis,sicut confusa es ab Assur. Nam & ab ista egredieris,& manus tuæ erunt super caput tuum,quoniam [22]obtriuit]dominus confidentiam tuam,& nihil habebis prosperum.

[c. Quasi pro labore durissimi itineris,dedi vobis abundantiã omnium rerũ, quod significat Carmelus.Qui Hebraice Chermel,Latinè verò scientia circũcisionis. Quomodo autem populus ille terram sanctã, & omniũ rerum fertilem idololatria polluit & violauit:sic & nos vere circũcisionis accepimus scientiam,comedimus fructum eius, & si negligentia surrepserit,cõtaminam[m],hæreditatem Dei,& hæreditatem eius abominabilẽ facimus.Glosa ordina.]

1.Quæ nihil profuerunt.

d.Impij constantiores sunt in malo quàm fideles in bono. Chryso aduersũ Iudæos,ora.1.

[e.Qui tamen.

5.In eum qui prodesse non valet: Horrescite cœli super hoc, horrescite,& desolemini.

e.Pater dicit se fontem, ex quo spiritus sanctus aqua viuã procedit.Chry.de sanct.spi.

[f.Leones,id est Assyriorum & Aegyptiorũ crudeliter ipsum inualentes:ideo subditur: Posuerunt terrã eius in solitudinem.De Lyra.ibid.]

6.Noph & Thaphpanhes cerui cem tuam confringent.

[g.Iuxtà illud Isa.1. A planta pedis vsque ad verticem nõ est in eo sanitas. Tanta fuit libido Aegyptiorum,qui sunt magnarũ carnium vt nulli parcerent membro.Iuxtà litteram hæc ad idola referuntur Aegyptiorũ. Spiritualiter ad magistros peruersi dogmatis qui puritatem ecclesiæ suæ polluunt turpitudine.Tropologicè Cõstuprari est post malæ operationis vsum,& in ipsa fidei sublimitate corrũpi: Cum enim nequissimi spiritus vniuscuiusque animũ impiis operibus inuoluũt sed integritatem fidei vitiare nõ possunt,quasi adhuc inferiora mẽbra polluunt.Qui autem in fide corrumpitur,tam vsque ad verticem constupratur. Malignus enim spiritus quasi ab inferioribus mẽbris vsque ad summa pertingit, cũ actuam vitã polluens, castam celsitudinẽ fidei diffidentiæ morbo corrumpit. Glosa.ordina.]

7.Nili.

h.Scilicet Euphratis.

8.Castigabit.

9.Freg:iugum tuum,rupi vincula tua.

10.discurrebas.

11.Palmites virit alienæ.

12. Notata est macula iniquitatis tuæ.

13.Camela,vel dromedaria discurrens vias suas.

14.Occasionis suæ.

15. i. In mense suo. Maligni spiritus animam in menstruis suis inueniunt, quando in pollutis cogitationibus possum facilè ad peruersam operationem trahũt. Greg.super Ezech. ho.20.

[k.Siquidẽ non pudet vos ficul neo dicere idolo quod pater vester sit,& simulachro lapideo,q̃ ipsum vos peperterit. Mihi enim ceruicẽ ac tergum obuerterũt, & non faciẽ. Tostatus. ibid.]

l.Vel: eosdẽ vel singulos atque diuersos singulæ ciuitates colebant deos, vt nec in impietate viderentur habere consensum, sed pugnans contra se superstitio, diuersum sequeretur errorem Rabanus ibidem.

16.Inique egistis contra me.

[m.Hoc dupliciter explanatur. Primo sic Prophetas sanctos ad vos missos à me, interemistis. Secundo sic. Prophetas vestros non meos, sed pseudoprophetas deuorauit gladius vester, quẽ vestris peccatis meruistis. Per quod ostenditur quod falsi prophetæ essent occidendi. Dionis ibid.]

17.Caliginosa.

18.Dominamur.

n.Per quod innuit dñs quòdsynagoga quã sibi per legis donationẽ despõsauit, nõ debuit eã relinquere,atque cũ idolis fornicari,cuius tamẽ oppositum fecit,vnde subditur:Populꝰ meus,quid feci tibi,&c. Dionys.ibid. 19.Istis. [o.Quia licet malũ sit peccare,grauius tamẽ est peccata perpetrata mendacio. 20.Te condemno.

ter excusare vnde subditur. Ecce ego iudicio contendã recũ cõuincẽs te ex malitia tua,& puniens non violenter sed rationabiliter.De Lyra. ibidem. 21. Cur tam crebro discurris, vt mutes viam tuam? 22.Abhorruit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Dominus Iudæis comminatur excidium, quia vocationem ſuam neglexerunt, atque omnem poteſtatem & imperium ad pœnitentiam reuocat, & à pœna captiuitatis promittit eos liberandos.* III.

VIgo dicitur: [a]Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & recedens ab eo duxerit vi- a
rum alterum, nunquid reuertetur ad eam vltra? Nunquid non polluta erit
& contaminata[1] mulier ]illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus mul-
tis, [b]tamen reuertere ad me, dicit dominus. Leua oculos tuos[2] in directum, ]
& vide vbi[3] non proſtrata ſis. ]In viis ſedebas, expectans eos quaſi [4] latro in ſolitudi-
ne, ]& polluiſti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis. Quamobrem prohi-
bitæ ſunt ſtillæ pluuiarum: & ſerotinus imber non fuit. Frons mulieris meretricis fa- b
cta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. [d] [5] Ergo ſaltem à modo voca ]me: pater meus, dux vir- d
ginitatis meæ tu es. Nunquid iraſcêris in perpetuum, aut perſeuerabis[6] in finem? ]Ecce
locuta es, & feciſti mala, & potuiſti. Et dixit dominus ad me in diebus Ioſiæ regis:
†Nunquid vidiſti quæ fecerit[7] †auerſatrix Iſrael: †Abiit ſibimet ] ſuper omnem mon-
tem excelſum, & ſub omni ligno frondoſo, & fornicata eſt ibi. Et dixi cum feciſſet
hæc omnia: ad me reuertere, & non eſt reuerſa. Et vidit prævaricatrix ſoror eius Iuda,
[8]quia pro eo quòd ]mœchata eſſet auerſatrix Iſrael: [d] [c] dimiſiſſem eam, & dediſſem ei c
libellum repudij, [9]& non ]timuit prævaricatrix Iuda ſoror eius, ſed abiit & fornicata
eſt etiam ipſa, & facilitate fornicationis ſuæ contaminauit terram: & mœchata eſt
cum lapide & ligno. Et in omnibus his non eſt reuerſa ad me prævaricatrix ſoror eius
Iuda in toto corde ſuo, ſed in mendacio, ait dominus. Et dixit dominus ad me: Iuſtifi-
cauit animam ſuam auerſatrix Iſrael comparatione prævaricatricis Iudæ: Vade & cla
ma ſermones iſtos contra aquilonem, & dices: [d]Reuertere auerſatrix Iſrael, ait domi-
nus, & non[10] auertam faciem meam à vobis, quia ſanctus ]ego ſum, dicit dominus, &
non iraſcar in perpetuum. [d] Veruntamen ſcito iniquitatem tuam, quia in dominum d
deum tuum prævaricata es. Et diſperſiſti vias tuas alienis ſub omni ligno frondoſo, &
vocem meam non audiſti, ait dominus. [e] Conuertimini filij[11] reuertentes, ]dicit domi-
nus: quia ego[12] vir veſter. ]Et aſſumam vos, vnum de ciuitate, & duos de cognatione,
& introducam vos in Sion. Et dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos
ſcientia & doctrina. [f] Cúmque multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis
ait dominus: non dicent vltrà, arca[13] teſtamenti ] domini, neque aſcendet ſuper cor,
[g]neque recordabuntur illius, nec viſitabitur, nec fiet vltrà. In tempore illo vocabunt g
Ieruſalem ſolium domini: & congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine do-
mini in Ieruſalem: & non ambulabunt poſt prauitatem cordis ſui peſſimi. In diebus
illis ibit domus Iuda [14]ad domum ] Iſrael, & venient ſimul de terra aquilonis ad ter-
ram, quam dedi patribus veſtris. [h] Ego autem dixi: Quomodo ponam te in filios, &
tribuam tibi terram deſiderabilem hæreditatem præclaram exercituum gentium? Et
dixi: Patrem vocabis me, & [15] poſt me ingredi non ceſſabis. ] [i] Sed quomodo ſi con- i
temnat mulier amatorem ſuum, ſic cõtempſit me domus Iſrael, dicit dominus. † Vox
[16]in viis ]audita eſt, ploratus [17] & vlulatus ] filiorum Iſrael, quoniam iniquam fecerunt
viam ſuam, obliti ſunt domini dei ſui. Conuertimini filij [18] reuertentes, ] & ſanabo [k] a- k
uerſiones veſtras. Ecce nos venimus ad te. Tu enim es dominus deus noſter. [l] Verè l
mendaces erant colles, & multitudo montium. Verè in domino deo noſtro ſalus Iſ-
rael. Confuſio comêdit laborem patrum noſtrorum ab adoleſcentia noſtra, greges
eorum & armenta eorum, filios eorum & filias eorum. [i] Dormiemus in confuſione
noſtra, & operiet nos ignominia noſtra, quoniam domino deo noſtro peccauimus
nos, & patres noſtri ab adoleſcentia noſtra vſque ad diem hanc, & non audiuimus
vocem domini dei noſtri.

*Niſi Iſrael conuertatur ad dominum, & circuncidatur corde, grauia illi imminent ab Aquilone incommoda, de cuius excidio propheta gemit.* IIII.

[3] Si re-

a. Dominus etiam poſt fornicationem ſuſcipit pœnitentem: & hortatur vt reuertatur ad ſe. In ſeptuaginta vero non prouocat ad pœnitentiam, ſed arguit impudentiam meretricis, quod poſt adulterium tedeat ad maritum. Rabanus ibid.
1 Terra.
b. Cum igitur in vehementem dei charitatem reuertetimur, non meminit priorum: non eſt ſicut deus, homo: nec cum exprobraret præterita, neque dicit: Quare tantum temporis diſtuliſtis, ſi pœnitentiam agam? ſed cum acceſſerimus, diligit, & cũ ipſius timore carnes noſtras crucifixerimus. ]Chryſo. ad popul. Antioche. homil. 40.
2. In excelſa loca.
3. Non fueris conſtuprata.
4. Arabs in deſerto.
5. An non deinceps vocabis.
6. In æternum.
7. Rebellis illa Iſrael, quæ abiit.
8. ]Cúmque hoc vidiſſem, & q̃ iuxta omnes cauſas quibus.
c. Videtur hic deus dimittere peccatorem. Verum dicendum quòd deus non dimittit longe aliquem quantum ad ſe pertinet, ſed homo peccans ipſum dimittit. Vnde Iſa. 50. In iniquitatibus veſtris venditi eſtis, & in ſceleribus veſtris dimiſi mater veſtram. S. Thomas.
9. Nec illa.
d. Promittit per mediatorem & donum, ſi obtemperent, vt ſecũ pacem habeant. Chryſoſt. de Adam, Sodomitis, Achab, & pœnitentia.
10. Cadere faciam in vos iram meam, quia pius.
[e. Reuertimini filij rebelles, inquit Dñs, quia ego dominabor vobis, inſtructus[3] vos atque directurus, Excipiam autem vos ſi redire velitis, etiam vnum ex tota vrbe, aut duos ex tota alia familia. Toſſatus. ibid.]
11. Rebelles, & infra.
12. Dominabor veſtri.
f. Hoc de eccleſia intelligendũ: quando congregantur omnes gentes in nomine domini in Ieruſalem, in qua eſt viſio pacis, & nequaquam ambulant poſt prauitatem cordis ſui peſſimi: vt faciant quæ deſiderant, nec ſuos ſequantur errores, ſed dicunt cum propheta: Adhæſit anima mea poſt te. Hiero. ibid.
13. Fœderis.
14. Cum domo.
[g. Hic circa prædicta mouetur quæſtio, ſcilicet, qualiter habeatur fidelium multiplicatio, & hæreditatis cœleſtis adeptio cũ dicitur. Quomodo ponã. De Lyra.]
15. Noli à me recedere.
16. In excelſis.
17. Deprecationum.
18. Rebelles.
h. Id eſt, blaſphemias veſtras cæteraſque peccata in Chriſtum, per gratiæ infuſionem delebo. Vnde Petrus dixit Iudæis: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum. Act. 2. f. Dion ibi.
[i. Vox Iſrael eſt, qui deum ſuũ non audiuit, & hæreticis pœnitentis. Pars enim eſt ſaluris peccata noſſe, & cõfiteri. Vnde Iſa. 43. d. Narra ſi quid habes vt iuſtificeris. Gloſa. ordina. ibid.]

Universidad de Deusto Biblioteca

A [1]Si reuerteris ⟨– ad me] Israel, ait dominus, ad me conuertere. Si abstuleris [2]offendicula tua] à facie mea,non [2]commoueberis.] [†]Et iurabis,viuit dominus in veritate,& in iudicio,& in iustitia,& benedicent[3]eum ]gentes,ipsúmque laudabunt. Hæc enim dicit dominus viro Iuda, &⟨– habitatori] Ierusalem: [†b]Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Circũcidimini domino,& auferte pręputia cordium vestrorum viri Iuda,& habitatores Ierusalem,ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea,& succendatur,& nõ sit qui extinguat.⟨– [§]Omnia autem mala venient,] propter malitiam cogitationum vestrarum. [† c]Annuntiate in Iuda,& in Ierusalem auditum facite: loquimini & canite tuba in terra,clamate fortiter,& dicite: Congregamini,& ingrediamur ciuitates munitas,leuate signũ in Sion. [4]Confortamini,] nolite stare,quia malum ego adducam ab Aquilone,& contritionẽ magnam. [d]Ascendit leo de cubili suo,& prędo gentium se leuauit. Egressus est de loco suo,vt ponat terram tuam in solitudinem. [§]Ciuitates tuę vastabuntur,⟨– remanẽtes]absque habitatore. [e]Super hoc accingite vos ciliciis: plangite & vlulate,quia non est auersa ira furoris domini à vobis. Et erit in die illa,dicit dominus: perĳbit cor regis & cor principum, & obstupescent sacerdotes, & prophetæ consternabuntur. Et dixi: Heu,⟨– heu,heu,]domine deus. [5]Ergóne] decepisti populum istum, & Ierusalem, dicens,pax erit vobis? Et ecce peruẽnit gladius vsque ad animam. In tempore illo dicetur populo huic & Ierusalem: [f]ventus [6]vrens in viis quę sunt in deserto vię] filiæ populi mei, non ad ventilandum & ad purgandum. [§]Spiritus plenus ex iis veniet mihi. Et nunc ego,sed loquar iudicia mea cum eis. Ecce quasi nubes ascendet,& quasi tempestas currus eius. Velociores aquilis equi illius. Væ nobis quoniam vastati sumus. Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias. Vsquequo morabuntur [7]in te cogitationes noxiæ?] Vox enim annuntiantis à Dan,& notum facientis [8]idôlum ]de monte Ephráim. [g]Dicite gentibus: Ecce auditum est in] Ierusalem, custodes venire de terra longinqua, & dare super ciuitates Iuda vocem suam. quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro,quia me ad iracundiam prouocauit,dicit dominus. [§†]Vię tuę & cogitationes tuę fecerunt hæc tibi. Ista malitia tua,quia amara,quia tetigit cor tuũ. [§]Ventrem meum, ventrem meum doleo,sensus cordis mei turbati sunt in me. Non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prĳlij. Contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra. Repentè vastata sunt tabernacula mea, subito pelles meæ. Vsquequo videbo [10]fugientem,] audiam vocem buccinæ? [†]Quia stultus populus meus me non cognouit: filij insipientes sunt,& vecordes. [§h]Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. Aspexi terram, & ecce vacua erat, & [11]nihil,] & cœlos, & non erat lux in eis. Vidi montes,& ecce mouebantur: & omnes colles conturbati sunt. Intuitus sum, & non erat homo,& omne volatile cœli recessit. Aspexi,& ecce [12]Carmelus ] desertus, & omnes vrbes eius destructæ sunt à facie domini & à facie iræ furoris eius. Hęc enim dicit dominus: [i]Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam.* Lugebit terra, & mœrebunt cœli désuper, eo quòd locutus sum. [§]Cogitaui, & non pœnituit me, nec auersus sum ab eo. A voce equitis & mittentis sagittam fugit omnis ciuitas. Ingressi sunt ardua,& ascenderunt rupes. Vniuersę vrbes derelictæ sunt: & non habitabat in eis homo. Tu autem vastata quid facies? [k]Cum vestieris te coccino, cum ornata fueris monili aureo,& pinxeris stibio oculos tuos, frustra componẽris. [13]Contẽpserunt] te amatores tui, animam tuam quęrent. Vocem enim quasi parturientis audiui, & angustias vt puerperę. Vox filiæ Sion [14]inter morientes expandentésque]manus suas. Vę mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.

1. Si reuerteris ad me Israel, & semel salutem desideros, & peccasse te diris, & vocem domini dei tui non audisse, plene conuertere. Raba. ibid.
1. Abominationes tuas.
2. Migrabis,scilicet,in exilium.
3. Se in eo.
b. Ita & nos qui dei agricultura effecti sumus, qui ipsum fructuum nostrorum non terrę credimus,sed cœlo repositam: non nobis sufficere putemus terram corporis nostri vigiliarum exercitiis edomare, vel ieiuniorum labore conficere: sed imprimis mentem extirpatione vitiorum mũdare conemur,circuncidere mores, excidere passiones, eradicare superbiam, plantare humilitatem,effundere iram,fundare patientiam, amputare inuidiam, inserere benuolentiã. Euseb. Emis. ad mónac. ho. 8.
c. Hoc audiat Iuda,hoc Ierusalẽ in qua confestim fidei est, & in qua pax Christi habitat, & cui per Isa. dictum est: In montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion,&c. Isa. 40. Hiero. ibidem.
4. Congregamini.
d. Leo ille est de quo Petrus air: Aduersarius vester diabolus tã quam leo rugiens. Hier. ibid.
e. Aduenientibus hostibus prædicit omnium futurum stuporem, & inde terræ & vrbis eorũ vastationẽ: & tunc caput aspergant cinere & pulucre. S. Tho. ibidem.
5. Certe decipiendo.
f. Ventum autem vrentem iuxta historiam accipe Nabuchodonosor, qui vniuersam consumat,iuxta tropologiam, aduersariam potestatem. Quæ veniẽs de deserto & de solitudine, vbi nullum hospitium dei est, ecclesiam dei conetur euertere. Rabanus ibid.
6. Siccus in locis excelsis deserti veniet per viam.
7. In medio tui cogitationes vaniratis tuæ!
8. Calamitatem.
9. Recordamini gentium, ecce audire facite super.
g. Ventrem dolet qui mẽtis afflictionem sentit. Grego. super Ezech. ho. 10. Quidni doleam ventrem memoriæ, vbi congesta est tanta putredo? Bernar. de conuer. ad cleri. Ser. 3.
10. Signum siue vexillum.
h. Sapientes porrò dicit veteratoria versutiæ & impostura insignes. De quib⁹ Iere. ait: Sapiẽtes sunt vt faciãt mala, &c. Vel certè sapientes dicit discipulos principum huius seculi, qui abolentur: qui dicentes se esse sapientes stulti facti sunt: quoniã sapientia huius mundi stultitia est apud deum. Basil. in psal. 48
11. Inanis.
12. Locus fertilis.
i. Mixta iræ misericordia dei, omnis terra deseritur, sed non fit consummatio, vt sint qui intelligant clementiam eius. Hiero. ibidem.
*Propter hoc.
k. Cũ vestieris te coccino, &c. Loquitur de Iudæa sub metaphora meretricis se ornantis vestibus, & iocalibus, & vnguentis meretriciis. Cum subditur. Et pinxeris stibio, id est, farcinatione: sicut dicitur de Iezabel 4. Reg. 9. Et hoc ad quærendũ gratiam. De Lyra ibid.]
13. Abominabuntur.
14. Ingemiscentis, expendentisque.

*Quærens dominus in magistratu & plebe fidem & non inueniens, minatur illis exitium ob scelerum frequentiam.* V.

1.Scrutemini per plateas,vel vicos.

2.Vnus quidem homo recte viuens populum integrum eripere potest ab ira dei. Ciuitas autem integra pernersaque in sua pœnam & supplicium, bene viuentem, & delicere non potest. Chry. de pœ.& confes.

*Quæro.

2.Veritatem,& iusta.

b.Hi flagella ab hac vita inchoant, & in æterna percussione perdurant Greg. Moral.li.18.c.12.

c.De huiusmodi Iudæorum duritia supra iam dictum est,& de eius incurabilitate legimus Isa.

2. Vulnus & iuor & plaga tumens non est circumligata nec curata medicamine. Dion.ibi.

3.Quia ignorant.

4.Solitudinum.

5.d. Nunquid super hac re propitiabor tibi? Catalogus peccatorum Ierusalem.

6.Sacrabantur simul. Fuerunt tanquã equi saginati mane consurgentes.

[e.In hoc notat effrenatam eorum luxuriam,eo q equi præ ardore libidinis aliquando insanisit post equas:quoniam vnusquisque ad vxorem proximi signa luxuriæ prætendebat inuerecundè.De Lyra.]

7.Mœnia.

8.Prævaricando.

f.Negauerunt esse ventura quę dominus per prophetas minatus est. Hiero.ibid.

g.Dixistis,prophetæ in ventum sunt locuti,nec vêtura sunt,quę minantur, propterea,ô prophetæ do verba mea in ore tuo,quę ignis habeant potestatem,& populum istum in ligna cõuertã, vt sermone tuo & prophetia increduli concrementur.Sic deus ignis consumens dicitur,vt cõsumat in nobis si super fundamentũ Christi ædificauerimus, fœnum,ligna,stipulã.Raba.ibi.

[h. Vastitatem terræ describit, interfectionem multorum, abactionem pecorum,subuersionẽ vrbium & murorum,quod gladio hostili cuncta capiantur. Glosa ordi ibi.]

i. Grandis stultitia nescire cur passi sunt, cum tanta peccauerint, breuissimo ad ambigentes responsio :sicut seruistis deo alieno,id est, Baal,vel diis alienis cunctarum gentium in terra Iudæa, sic seruietis diis alienis in terra non vestra. Hierony.ibid.

*Nunc.

9.Non contremiscetis.

k.Hoc est, perpetua lege sic firmaui,& mari præcepi,ne terminum sibi præfixum transeat,iuxta illud Salomonis:Certa lege & gyro vallabat abyssos. Dion. Carthu.ibid.

10.Sæuiunt procellæ eius & nõ prævalebunt.

l.Pluuiam temporaneam dedit dominus,quia electis suis prioris tempore & legis intellectum contulit , serotinam verò quia vltimis diebꝰ incarnationis suę mysteria prædicari fecit. Quod quia sancta ecclesia quotidie annuntiare nõ desinit, ora cordis audientium velut ex imbre serotino infundit Grego.Moral. lib.20.cap.2.

11. Hebdomadas statutas pro messe custodiet.

12.Facti nituli,& superauerunt facta malorum.

13.Nec causam pupilli,&prosperauerunt.

[m. Prophetæ enim, ac populi doctores quorum partes erant his malis mederi eáque acriter reprehendere, médaciter atque adulanter veluti conniuentes hæc comparabant. Et sacerdotes quos suis primitiis, decimis & oblationibus, contentos esse decebat.Tostatus ibid.]

14 Munera sumebant.

[12]Circuite vias]Ierusalem,& aspicite,& considerate,& quęrite in platéis eius A
an inueniatis virum facientem iudicium,* quærentem [2] fidem,] & propitius ero ei. Quòd si etiam viuit dominus, dixerint, & hoc falsò iurabunt:
Domine,oculi tui respiciunt fidem.[b]Percussisti eos,& non doluerunt:attriuisti eos,& renuerunt accipere disciplinam. Indurauerũt facies suas supra petram,[c] &
noluerunt reuerti.Ego autem dixi:Forsitan pauperes sunt & stulti,[3] ignorantes] viam
domini,& iudicium dei sui. Ibo ergo ad optimates,& loquar eis. [d] Ipsi enim cogno- B
uerunt viam domini,iudicium dei sui.Et ecce magis hi simul confregerunt iugum,ruperunt vincula. Idcirco percussit eos leo de sylua, lupus [4] ad vesperam] vastauit eos,
pardus vigilans super ciuitates eorum.Omnis qui ingressus fuerit ex eis capietur,quia
multæ sunt prævaricationes eorum: confortatæ sunt auersiones eorum.[5d] Superquo
propitius tibi esse potero?] Filij tui dereliquerunt me, & iurant in iis qui non sunt dij.
Saturaui eos,& mœchati sunt,& in domo meretricis[6] luxuriabuntur.[d c] Equi amato- C
res in in fœminas,& emissarij facti sunt,] † vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.Nunquid super his non visitabo,dicit dominus,& in gente tali non vlciscetur
anima mea? Ascendite muros eius,& dissipate,consummationem autem nolite facere.Auferte[7] propagines] eius,quia non sunt domini.[8] Prævaricatione] enim prævaricata est in me domus Israel & domus Iuda, ait dominus. [f] Negauerunt dominum, &
dixerunt:Non est ipse,neque veniet super nos malum, gladium & famem non videbimus.[d e] Prophetæ fuerunt in ventum locuti,& responsum non fuit in eis.Hæc ergo [8]
euenient illis.Hęc dicit dominus deus exercituum.Quia locuti estis verbum istud,ecce ego addo verba mea in ore tuo in ignem,& populum istum in ligna,& vorabit eos
ecce ego adducam super vos gentem de longinquo domus Israel, ait dominus, gentem robustam,gentem antiquam,gentẽ cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid
loquatur. Pharetra eius quasi sepulchrum patens,vniuersi fortes.[d h] Et comedet sege- E
tes tuas & panem tuum, deuorabit filios tuos & filias tuas, comedet gregem tuum &
armenta tua,& comedet vineam tuam & ficum tuam, & cõteret vrbes munitas tuas
in quibus tu habes fiduciam gladio. Veruntamen in diebus illis,ait dominus, non faciam vos in consummationem. † Quòd si dixeris : quare fecit dominus deus noster † Infra
nobis hæc omnia?dices ad eos: Sicut dereliquistis me, & seruistis deo alieno in terra
vestra, sic seruietis diis alienis in terra non vestra. Annuntiate hæc domui Iacob,& auditum facite in Iuda,dicentes:[d] Audi* populę stulte,qui non habes cor: qui habentes F
oculos non videtis,& aures & non auditis. Me ergo non timebitis,ait dominus,& à facie mea[9] non dolebitis?] Qui posui arenam terminum mari,[k] præceptum sempiternum quod non præteribit, & [10] commouebuntur, & non poterunt,] & intumescent
fluctus eius,& nõ transibunt illud. Populo autem huic factum est cor incredulum &
exasperans. Recesserunt & abierunt,& non dixerunt in corde suo: Metuamus dominum deum nostrum,qui dat nobis [l] pluuiam temporaneam & serotinam in tempore
suo,[11] plenitudinem annuæ messis custodientem] nobis.[d] Iniquitates nostræ declina- G
uerunt hæc,& peccata nostra prohibuerunt bonum à nobis: quia inuenti sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos
viros. Sicut decipula plena auibus, sic domus eorũ plenæ dolo. Ideo magnificati sunt
& ditati,incrassati sunt,& [12] impinguati,& prę terierũt sermones meos pessimè.] † Cau
sam viduæ non iudicauerunt,[13] causam pupilli non dixerunt,] & iudicium pauperum
non iudicauerunt. † Nunquid super iis non visitabo,dicit dominus: aut super gentem
huiuscemodi non vlciscetur anima mea?Stupor & mirabilia facta sunt in terra. [m] Prophetæ prophetabant mendacium,& sacerdotes [14] applaudebant]manibus suis,& populus meus dilexit talia. Quid igitur fiet in nouissimo eius?

*Assyriorum in Iudæam aduentus,& populi in Assyriam transmigratio,atque sacrificiorum reiectio propter populi fraudes & auaritiam, dei contemptum, & verbi eius negligentiam,à propheta prænuntiantur.* VI.

[1]Con-

Universidad de Deusto Biblioteca

A CONfortamini filij] Beniamin[a] in medio][a] Ierusalem,& in Thecua clangite buccina, & super Bethacaren leuate vexillum:quia malum visum est ab aquilone,& contritio magna.Speciosæ & delicatæ assimilaui filiam Sion: ad eam venient pastores & greges eorum.Fixerunt in ea tentoria in circuitu,pascet vnusquisque eos [3] qui sub manu sua sunt. Sanctificate]super eam bellū,consurgite,& ascendamus in meridie.Vę nobis quia declinauit dies,quia[4] longiores factę sunt ]vmbræ vesperi.Surgite & ascendamus in nocte:& dissipemus domus eius,† quia B hęc dicit dominus exercituum:* Cædite lignum eius,& fundite circa Ierusalem aggerem.Hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius.[b] Sicut frigidam facit cisterna aquam suam,sic frigidam fecit malitiam suam. Iniquitas & vastitas audietur in ea,coram me semper infirmitas & plaga.Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te,ne fortè ponam te desertam,terram inhabitabilem.Hæc dicit dominus exercituum:[f] Vsque ad racemum colligent quasi in vinea ]reliquias Israel.Conuerte manū C tuam quasi vindemiator ad cartallū.* [c] Cui loquar, & quem contestabor, vt audiat? Ecce incircuncisæ aures eorum,& audire non possunt. Ecce verbum domini factū est eis in opprobrium,& non suscipient illud. Idcirco furore domini plenus sum,[d] laboraui sustinens.Effunde super paruulum foris:& super consilium iuuenū simul.Vir enim cum muliere capietur,senex cum pleno dierum.Et transibunt domus eorum ad alteros,agri & vxores pariter,quia extendam manum meam super habitantes terram,dicit dominus.† [e] Aminore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ studeant,& à proD pheta vsque ad sacerdotem[6] cuncti faciunt dolum.]* Et curabant contritionem filiæ populi mei[7] cū ignominia ]dicentes: pax pax,& non erat pax.Confusi sunt,quia abominationem fecerūt :quin potius confusione non sunt confusi,& erubescere nescierunt. Quamobrem cadent inter ruentes, in tempore visitationis suæ corruent, dicit dominus.Hæc dicit dominus:[f] State super vias,& videte,& interrogate de semitis antiquis,[g] quæ sit via bona,& ambulate in ea: † & inuenietis refrigerium animabus vestris.Et dixerūt: Non ambulabimus.* Et constituti super vos speculatores.Et dixi:Audite vocem tubæ.Et dixerunt: Non audiemus.Ideò audite gentes, & cognosce congregatio,[8] quanta ego faciam eis.] Audi terra:† Ecce ego adducam [h] mala super populum istum fructū cogitationum eius,quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerūt.† Vtquid mihi thus de Saba affertis,& calamū suaue olentem de terra longinqua?Holocaustomata vestra non sunt accepta,& victimæ vestræ non placuerunt F mihi.* Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego dabo in populū istum ruinas,& ruent in eis patres & filij simul,vicinus & proximus peribūt. Hæc dicit dominus. [i] Ecce veniet populus de terra aquilonis, & gens magna consurget à finibus terræ, sagittam & scutum arripiet,crudelis est,& non miserebitur. Vox eius quasi mare sonabit,& super equos ascendent, præparati quasi vir ad prælium aduersum te filia Sion. Audiuimus famam eius,dissolutæ sunt manus nostræ.Tribulatio apprehendit nos,dolores vt parG turientem.* [k] Nolite exire ad agros,& in vineam ne ambuletis, quoniam gladius inimici pauor in circuitu. Filia populi mei accingere cilicio,& cōspergere cinere,luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum,quia repentè veniet vastator super vos.[9] Probatorem dedi te in populo meo robustum,& scies & probabis] vias eorum. Omnes isti principes declinantes,[l] ambulantes fraudulenter. [10] Æs & ferrum vniuersi corrupti sunt.] Defecit sufflatorium in igne, consumptum est plumbum,frustra conflauit cōflator:[11] malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. ] Argentum reprobum vocate eos,quia dominus proiecit illos.

1.Fortiter agite,sub.vt fugiatis.
2.De medio.
a. Ierusalem in tribu beniamin sitam nullus ignorat. Thecua quoque viculum esse in monte situm & duodecim millibus ab Ierosolymis separatum, quotidie oculis cernimus. Inter hos alius vicus est, qui lingua Syra & Hebraica בֵּיתְהַכֶּרֶם nominatur & ipse in monte positus. Quòd ergo dicit, hoc est, quia ab aquilone iam imminente venturus est Nabuchodonosor & imminet vicina captiuitas. Raba ex Hiero. ibid.
3 In loco suo instituite.
4.Extenderunt se.
b. Iniquitas frigori cōparatur quia torpore mentem constringit peccantis: sicut contrà charitas calor est, quia mentem accendit quam replet. Vnde Matt. 24.a. Quoniam abundabit iniquitas,refrigescet charitas multorum. Greg. Moral.li.16.c.30.
5.Vindemiando vindemiabunt quasi vitem.
c. In hoc docet dari consilij cōtemptum, quia rarum inter eos reperit,qui fructuose verba domini recipiat.S.Tho.ibid.
d. Dominus suam erga nos patientiam, laborem vocat. Non enim sustinendo laborat, cuius diuinitatis potentiam nulla fatigatio contingit. Grego.super Ezech.homil.13.
e. Nam siue qui inter eos parui sunt spectes,siue etiam magnos inueneris,quotquot ipsorū sunt simul omnes auaritiæ student. Quin & prophetæ ipsi, simul & sacerdotes,quæ sua sunt quærētes,dolosè agunt,nihilque verè ac fideliter docent,ac populum instituunt.Tostatus.]
6.Quilibet operatur mēdaciū.
7 Ad leuitatem.
f Vias autem sanctos virōs appellauit: quia possunt monendo ad deum ducere,vt illud Ier.State super vias, &c. Nam si quis sanctis prophetis mentem infigat, non cursim legens, sed sensum ipsorum diligenter inquirens, is certè viam inueniet optimam.Cyril.contra hæretic. lib.5.cap.4.
g. Quæ sit bona via in euāgelio, & ambulandum in ea,quę sit episcoporum trita patrum vestigiis.Hieron.ibid.
8 Qualia sint in eis.
h. Mala vocat supplicia pœnasque patientium:non iniquorum, sed eorum qui dixerunt: nō audiemus, qui nec piscorū semitas tetere volunt.Hieron. ibid.
i. Proprie hoc de Babyloniis ꝓphetatur, qui venturi sunt contra populum Ierusalem, & omnis armaturæ ordo describitur, & impetus præsantium, vt vocis terrore concussi agant pœnitentiam,& clementissimum placent deum. Denique dat occasionem rogandi,dum dicit: aduersum te filia Sion. Raba ibid.
[k. Euangelium quoque docet, non esse exeundum in agrū nec de tectorum altitudine descendendum:sed illud audiendū: In monte saluum me fac. Ad quē in Isaia,& Michea iubemur currere. Præcepit iuxta litteram ne foras exeant,ne muros deserant sed firmissimè tueantur munitionibus.Glosa ordi.
9. Propugnaculum & munitionem vt scias & probes.
[l. Dolo &calumnia alios bonis suis defraudantes.De Lyra.]
10. Aere & ferro omnes sunt corruptiores.
11.Mali non sunt emulsi.

*Propheta ad palàm prædicandum mittitur,quòd populus quasi insanos haberet dei prophetas, pro quo orare prohibet, illius reprobans sacrificia.* VII.

A VErbum quod factum est ad Ieremiam à domino, dicens:[a] Sta in porta domus domini, & prædica ibi verbum istud, & dic: Audite verbum domini omnis Iuda,qui ingredimini per portas has,vt adoretis dominum.Hęc dicit

a. Per quod intelligimus duritiam populi Iudæorum, q̄ quasi mendaces auque vesanos habuerint prophetas,dum per occasionem & celebritatem loci audire coguntur verba domini & non propter hoc quod verba sint domini. Raba ibid.

dominus exercituum, deus Israel: † Bonas facite vias vestras & studia vestra, & [1]habitabo vobiscum in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: [b]templum domini, templum domini, templum domini est. Quoniam si [2]benè direxeritis ]vias vestras & studia vestra, * si feceritis iudicium inter virum & proximum eius, † aduenæ & pupillo & viduæ non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, ♱ & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis, [3]habitabo vobiscum ] in loco isto, in terra quam dedi patribus vestris à seculo & vsque in seculum. Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacij, qui non prodesse vobis, [4] furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire ] post deos alienos quos ignoratis. Et veniſtis, & stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis: liberati sumus, eo quòd fecerimus omnes abominationes istas. [c]† Nunquid * spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? * ♱ Ego ego sum, ego vidi, dicit dominus. Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio, & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel. Et nunc quia fecistis omnia opera hæc, dicit dominus: & locutus sum ad vos [d] mane consurgens, & loquens, & non audistis: †& vocaui vos, & non respondistis: † faciam domui huic in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam, & loco quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Silo, & proiiciam vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros vniuersum semen Ephraim. † ♱ [e] Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem, & orationem, [5] & non obsistas mihi, ] quia non exaudiam te. Nónne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in platéis Ierusalem? Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem. & mulieres [6] conspergunt adipem, ] † vt faciant placentas [7] reginæ ] cœli, & libent * diis alienis, & me ad iracundiam prouocent. [f] Nunquid me ad iracundiam prouocant, dicit dominus? Nónne semetipsos in cõfusionem vultus sui? Ideò hæc dicit dominus deus: [g] Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur super locum istum, super viros & super iumenta, & super lignum regionis, & super fruges terræ, & succendetur, & non extinguetur. ♱ Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocaustomatum & victimarum, sed hoc verbum præcepi eis, dicens: [h] Audite vocem meam, & ero vobis deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via quam mandaui vobis, vt bene sit vobis. Et non audierunt nec inclinauerunt aurem suam, sed abierunt in voluptatibus & in prauitate cordis sui mali, facti sunque in seculum & nõ in antè, à die qua egressi sunt patres eorum de terra Ægypti vsque ad diem hanc. ♱ [i] Et misi ad vos omnes seruos meos Prophetas per diem, consurgens diluculo, & mittens, & nõ audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam, † sed indurauerunt ceruicem suam, & peius operati sunt quàm patres eorum. Et loquêris ad eos omnia verba hæc, & non audient te, & vocabis eos, & non respondebunt tibi. Et dices ad eos: Hęc est gens quę non audiuit vocem domini dei sui, nec recepit disciplinam. Periit fides, & ablata est de ore eorum. [k] Tonde capillum tuum & proiice, & sume [8] in directum ] planctum, quia proiecit dominus & reliquit generationem furoris sui, quia fecerũt filij Iuda malum in oculis meis, dicit dominus. ♱ Posuerunt [9] offendicula sua ] in domo in qua inuocatum est nomen meum, vt polluerent eam, & ædificauerunt excelsa Tophet, quę est in valle filij Hennon, vt descenderent filios suos & filias suas igni, quæ non præcepi, nec cogitaui in corde meo. Ideò ecce dies veniẽt, dicit dominus, & nõ dicetur amplius [l] Tophet, & vallis filij Hennon, sed vallis interfectionis, & sepeliẽt in Tophet, eò quòd nõ sit locus. Et erit morticiniũ populi eius in cibos volucribus cœli & bestiis terræ, & nõ erit qui abigat. † Et quiescere faciam de vrbibus Iuda, & de platéis Ierusalem vocem gaudij & vocem lętitiæ: vocem sponci & vocem sponsæ. In desolatione enim erit terra.

1. Faciam vos habitare.
b. Quo vtique ostenditur, quòd si illa nõ facimus superflua, nobis catholici nominis præsumptione placeamus, vbi dei iuge iudicium est. Illi erescunt quotidie, nos decrescimus: illis proficimus, nos deprauamur: illi floreſcunt, nos arefcimus: vt verè in nos veniat dictũ illud quod de Saul & Dauide sermo diuinus sit: Quia Dauid erat proficiẽs, & semper seipso robustior, domus autem Saul decrescens quotidie. Salui a. lib. 7.
2. Benefaciendo benefecerit is.
* Faciendo.
3. Habitare faciam vos
4. Nunquid furando, occidendo, adulterando, falsa iurando, faciendo sutitum Baal, & ambulando?
c. Q. d. Si non purgari domum meam intratis, speluncam latronum eam facitis. Vnde Mat. 21. Domus mea, domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis eam speluncam latronũ. S. Thomas ibidem.
* Ergo.
* Verum ego ecce video.
[d. Non q ei tempus absque diluculo sit: sed quia post noctis quietẽ corporis viribus instauratis anima hominivegetior sit & non voluptatibus occupata audire & facere ualeat quæ dicuntur. Vnde: Mane exaudies vocem meam, mane astabo tibi, & videbo. Glosa ord.]
e. Quia peccato ad mortem peccauit: de quo beatus Ioannes: Est peccatum ad mortem, non dico vt pro illo quis roget Hieron. ibid.
5. Neque intercesseris apud me.
6. Subigunt paſtam.
7. Machinæ cœli.
* Libamina.
f. Deus se pro illis prohibet rogari, quos tu vindicandos putas. Ambro. Epist. 29.
g. Non vtique dñs iræ vel furoris capax, nec cæterarum passionum, secus de hominibus. Ira enim & cæteræ passiones, cũ sint affectus & motus animi, & præcipuè partis sensitiuæ, in super simplici deo locum non habẽt, nec ei propriè attribuntur, sed metaphoricè per affectus similitudinem. Vnde Sap. 12. Tu autẽ dominator domine cum tranquillitate iudicas. Diony. ibid.
[h. Quod patet Exod. 19. Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactũ meum, eritis mihi in peculium. Melior est enim obedientia q̃ victimę 1. Reg. 15. Sciendum tamen quod postea dominus per Moysen holocaustia & victimas sibi offerri à populo, ne talia offerrent idolis, ad quod erant proni. DeLyra ]
i. Vide domini misericordiam. Prædicit Propheta, vt ne cum post orationem nõ exaudiatur, tribuat hoc suis demeritis, & ideo iam prædicit ei populi malitiam, & prohibet ne precetur, vt & ipse scire queat immodicã Iudæorum peruersitatem: & illi sciant, quòd nihil eis prodesset Æpheta, nisi & ipsi quæ sua sunt proferre velint. Chry. in 19. cap. Gen. hom. 44.
[k. Tonde ergo capillũ tuum, vt intra te occidendos lugeas, & proiice à te omnem decorem atque ornatum tuum, atque facito in locis sublimioribus planctum. Nam dominus abiecit & dereliquit generationem hanc impiam, & incredulam, cui non potest nõ irasci atque intensior esse. Toſſarius ibid.]
8. In excelsis.
9. Abominationes suas.
l. Illum locum significat, qui Siloe fontibus irrigatur, & est amœnus atque nemorosus, hodiéque præbet hortorum delitias. Hic autẽ gentilitatis error omnes prouincias occupauit, vt ad capita fontium, lucosque amœnissimos victimas immolarent: & omnis prauæ superstitionis religio seruaretur. Raba. post Hiero. ibid.

Quo-

*Quoniam populus ad prophetarum vocem resipiscere noluit, comminatur dominus residuis captiuitatem, & ciuitatis afflictionem.* VIII.

A IN tempore illo, ait dominus, eiicient [a] ossa Regum Iuda, & ossa principum eius, & ossa sacerdotum, & ossa Prophetarum, & ossa eorum qui habitauerunt Ierusalum, de sepulchris suis, [b] & expandent ea ad solem & lunam, & omnem militiam cœli quæ dilexerunt, & quibus seruierũt, & post quę ambulauerunt, & quæ quæsierunt & adorauerunt. Non colligentur, & non sepelientur,
B in sterquilinium super faciem terræ erunt. ℣ Et eligent magis mortem quàm vitam, omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima, in vniuersis locis quæ derelicta sunt, ad quę eieci eos, dicit dominus exercituum. Et dices ad eos. Hæc dicit dominus: Nunquid qui cadit non resurget, & qui auersus est non reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste in Ierusalem auersione [1] contentiosa? ] [c] Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. Attendi & auscultaui, nemo quod bonum est, loquitur.
C ℣ Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci? Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens in prælium. [d] [2] Miluus ] in cœlo cognouit tempus suum, [e] turtur & hirundo & [3] ciconia ] custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium domini. Quomodo dicitis: sapientes nos sumus, & lex domini nobiscum est? Verè mendacium operatus est
D stylus mendax scribarum. Confusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt. ℣ Verbum enim domini proiecerunt, & [4] sapientia nulla est in eis. ] Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hæredibus. Quia † à minimo vsque ad maximum omnes auaritiam sequuntur, à propheta vsque ad sacerdotẽ cuncti faciunt mendacium. Et sanabant [5] contritiones ] filiæ populi mei [6] ad ignominiam, ] dicẽtes: pax pax, cùm non esset pax. Cõfusi sunt, quia abominationem fecerunt: quinimo confusione non
E sunt confusi & erubescere nescierunt. ℣ Idcirco cadent inter corruentes, in tempore visitationis suæ corruent, dicit dominus. [7] Congregans congregabo ] eos, ait dominus. Non [8] est vua ] in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea, ] folium defluit, & dedi eis quæ [10] prætergressa sunt. ] [f] Quare sedemus? Conuenite, & ingrediamur ciuitatem munitam, & sileamus ibi, quia dominus deus noster silere nos fecit, & potum dedit
F nobis aquam fellis. Peccauimus enim domino. † ℣ Expectauimus pacem, & non erat, bonum tempus medelæ, & ecce formido. † [g] A Dan auditus est fremitus equorum eius à voce hinnituum [11] pugnatorum ] eius commota est omnis terra. Et venerunt, & deuorauerunt terram & plenitudinem eius, vrbem & habitatores eius. Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos, [12] quibus non est ] incantatio, & mordebunt vos, ait dominus. [13] Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens. ] Ecce vox clamo-
G ris filiæ populi mei de terra longinqua. ℣ Nunquid dominus non est in Sion, aut Rex eius non est in ea? Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis? Transiit messis, finita est æstas: & nos saluati non sumus. Super contritione filiæ populi mei contritus sum & contristatus, stupor obtinuit me.
[h] Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo no est [14] obducta cicatrix ] filiæ populi mei?

a. Olim cõsuetudo erat aurum cum corporibus sepelire, auaritia autem tẽporis successu tãta effecit, vt ossa propter aurum è tumulis effoderent, & soli, & lunæ, & stellis patefacerent, vt qui solem & astra pro diis colunt derelicto deo, eorum patefierent aspectui. Hiero ibid.
[ b. Quasi diceret: Sicut sacrificauerũt soli & lunæ, & exteris stellis, sic iustum est vt ossa eorum proiciantur & expandantur ad solem & lunam ex tractu de sepulchris. Ideo subditur. Nõ colligentur & nõ sepelientur, quia habitatores terræ in captiuitatem ducentur. De Lyra. ]
1. Perpetua.
c. Credendo pseudoprophetis, nec ad vocem verborũ prophetarum à vitiis suis reuerti voluerunt. Diony. ibid.
d. Creator quippe omnium per incarnationis mysterium Ierusalem visitare dignatus est, sed ipsã timoris & amoris illis recordata nõ est. Vnde etiam per prophetam increpatione cordis humani aues cœli ad testimonium, deducũtur dum dicitur: Miluus in cœlo cognouit, &c. Beda, do. 10. post trinitatem.
2. Ciconia.
e. Turturem vocat omnẽ castã ecclesiam, cęteras autẽ aues prædones eius quæ aduentũ sponsi nuntiauerunt. Chry. de turture. homi. 8.
3. Grus.
4. Quid proderit eis[c] aentia.
5. Vulnera.
6. Ad leuitatem. vel leuissimè.
7. Consumendo consumam.
8. Erunt vuæ.
9. Erunt.
10. Migrabunt ab eis, hoc est, quos hostes comedẽt & nõ ipsi.
[ f. Verbum est habitantium extra Ierusalem. q. d. Si tardemus fugere in Ierusalem quæ est ciuitas fortis & munita, à Chaldæis capiemur. De Lyra ibid. ]
[ g. Vbi fluuius Iordanis oritur. Nabuchodonosor describitur veniens à Dan per Phœnicem cum exercitu suo magno. Glosa ordinaria. ]
11. Fortium scilicet equorum.
12. Contra quos nihil officit.
13. Roborati cupio contra mœrorem, sed cor meum in me dolore affectum est.
h. Hæc vtique dicta pœnitentiã sapiunt, hæ sententiæ dei vocãt ad pœnitentiam peccatores. Pœnitudo enim necessaria est, sicut vulneratis necessaria sunt medicamina. Sed quãta puras & qualis necessaria pœnitentia, quæ aut æquet crimina, aut certè excedat? Amb. ad virginẽ lapsam, cap. 8.
14. Procurata sanitas.

*Planctus super populi excidio propter eius flagitia: in solo igitur deo gloriandum & cor à superfluis circuncidendum.* IX.

A [a] QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Et plorabo die & nocte interfectos filię populi mei. Quis dabit [1] me ] in solitudine diuersorum viatorum? Et derelinquam populum meum, & recedam ab eis, quoniam omnes adulteri sunt, & cœtus pręuaricatorum, & extẽderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis. Confortati sunt in terra,
B quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerũt, dicit dominus. ℣ [b] Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia

a. Sciebat quòd deus pœnitentiam quærit, & fletib⁹ flectitur: sciebat quòd deus lugentes lætificat, & pœnitentibus præsto est. Chry. de pœ. sermo.
1. Mihi.
b. Hortatur nos ne simus incauti in amicorum & consiliariorũ electione, neultra modũ peculiãter agamus in suscipiendis amicis, & adhibẽdis cõsiliariis: quia multi sunt qui facie tenus se assimulant fidelitatem seruare in amicitia, sed dolum excogitant animo, & insidias meditantur corde. Vnde hic Ieremias de hujusmodi malo cauendo nos instruit, dicens: Vnusquisque à proximo suo, &c. Rab. in 37. c. Ecc.

omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir
fratrem ſuum [2] deridebit,] & veritatem non loquentur. [c] Docuerunt enim linguam
ſuam loqui mendacium, vt iniquè agerent laborauerunt. Habitatio tua in medio do-
li, in dolo renuerunt ſcire me, dicit dominus. Propterea hæc dicit dominus exercituũ:
Ecce ego conflabo & probabo eos. [d] Quid enim aliud faciam à facie filię populi mei?
Sagitta [3] vulnerans] lingua eorum, dolum locuta eſt. † [e] In ore ſuo pacem cum amico [c]
ſuo loquitur, & [4] occultè] ponit ei inſidias. † Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit do-
minus, aut in gente huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea? Super montes aſſumam
fletum ac lamentum, & ſuper [5] ſpecioſa] deſerti planctum, quoniam incenſa ſunt, [6] eo
quòd] non ſit vir pertranſiens, & non audierunt vocem [7] poſſidentis.] A volucre cœli
vſque ad pecora tranſmigrauerunt, & receſſerunt. [f] Et dabo Ieruſalem in aceruos are-
næ, & cubilia draconum, & ciuitates Iuda dabo in deſolationem, eò quòd non ſit ha-
bitator. [f] † Quis eſt vir ſapiens, qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris domini [D]
fiat, vt annuntiet iſtud? quare perierit terra & exuſta ſit quaſi deſertum, eo quòd non
ſit qui pertranſeat? Et dixit dominus: Quia dereliquerũt legem meam quam dedi eis,
& non audierunt vocem meam, & non ambulauerunt in ea, & abierunt poſt praui-
tatem cordis ſui, & poſt Baalim quod didicerunt à patribus ſuis, idcircò hęc dicit do-
minus exercituum deus Iſrael: [g] Ecce ego cibabo populum iſtum abſynthio, & potũ
dabo eis aquam fellis, & diſpergam eos in gentibus quas non nouerunt, ipſi & patres
eorum, & mittam poſt eos gladium, donec conſumantur. [f] Hæc dicit dominus exer- [E]
cituum: [h] Contemplamini & vocate lamentatrices vt veniant, & ad eas quæ ſapientes
ſunt mittite, & properent, feſtinent, & aſſumant ſuper nos lamentum. Deducant ocu-
li noſtri lachrymas, & palpebræ noſtræ defluant aquis, quia vox lamentationis audita
eſt de Sion. Quomodo vaſtati ſumus, & confuſi vehementer? Quia dereliquimus
terram, quoniam deſerta ſunt tabernacula noſtra. Audite ergo mulieres verbum do-
mini, [f] & aſſumat auris veſtra ſermonem oris eius, & docete filias veſtras lamentum, [F]
& vnaquęque proximam ſuam planctum, [i] quia aſcendit mors per feneſtras, ingreſſa
eſt domos noſtras diſperdere paruulos deforis, iuuenes de platéis. Loquere: Hęc di-
cit dominus: & cadet morticinium hominis quaſi ſtercus ſuper faciem regionis, &
quaſi [8] fœnum poſt tergum metẽtis,] & nõ eſt qui colligat. Hæc dicit dominus: † [k] Nõ
glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glo-
rietur diues in diuitiis ſuis, ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & noſce me, [f] quia [G]
ego ſum dominus, qui facio miſericordiam & iudicium, & iuſtitiam in terra. Hęc e-
nim placent mihi, ait dominus. Ecce dies venient, dicit dominus: & viſitabo ſuper om-
nem qui incircunciſum habet pręputium, ſuper Ægyptum, & ſuper Iudam, & ſuper
Edom, & ſuper filios Ammon, & ſuper Moab, & ſuper eos omnes qui [9] attonſi ſunt
in comam,] habitantes in deſerto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autẽ
domus Iſrael incircunciſi ſunt corde.

*Inanis metus conſtellationum, & aliorum idolorum, cum ſint imbecilla, & deus cæli ſo-*
*lus & verus deus, hominum vias ſemper dirigens.* X.

[a] AVdite verbum quod locutus eſt dominus ſuper vos domus Iſrael. Hæc [A]
dicit dominus: Iuxta vias gentium nolite diſcere, & à ſignis cœli nolite
metuere, quę timent gentes, quia leges populorum vanæ ſunt. [b] Quia li-
gnum de ſaltu præcîdit opus manus artificis in aſcia. † Argento & auro
decorauit illud, clauis & malleis compegit, vt nõ diſſoluatur. In ſimilitudinem palmę
fabricata ſunt, & non loquentur: portata tollẽtur, quia incedere non valent. Nolite er-
go timere ea, quia nec male poſſunt facere, nec bene. Non eſt ſimilis tui domine, ma-
gnus es tu, & magnum nomen tuũ in fortitudine. † Quis nõ timebit te, ô Rex gẽtium?
Tuum eſt enim [1] decus.] Inter cunctos ſapientes gẽtium, & in vniuerſis regnis eorum,
nullus eſt ſimilis tui: [2] pariter inſipientes & fatui probabuntur.] [f] Doctrina vanitatis [B]
eorum lignum eſt. Argentum [3] inuolutum] de Tharſis affertur & aurum de Ophir,
opus

a. Vt iuſtam & dignam oſtẽdat pœnam Iudæorum ex grauiore culpa, oſtendit eorum dignitatẽ ex diuina maieſtate, quæ præ cæteris populis Iudęos elegit, vt eius verbum colerent: quia verò illud pro idolis abiecerunt, illis grauiſſimam pœnam comminatur. S. Tho. ibid.

b. Quicquid de idolis diximus, ad omnia dogmata quę ſunt cõtraria veritati, referri poteſt. Et ipſi enim ingentia pollicentur, & ſimulachrorum vani cultus de ſuo corde confingunt: iactãt grandia, & ad decipiendos ſimplices quoſque quaſi ſenſibus aureis, & eloquiis argenti ſplendore fulgentibus imperitorum obſtringunt aciem, & à ſuis inuentoribus ſublimiter, in quibus nulla eſt vtilitas, & quorum cultura gentium propriè eſt, & eorum qui ignorant deum. Rabanus ibid.

1. Imperium.
2. Et in vno deſipiunt & ſtultè agunt.

c. Circunuenient.
c. Qui amici eſſe veritatis potuerunt ſine labore, laborãt vt peccent. Greg. in Paſtor. 3. part. admonit 21.
[d. Quid tantum dedequt culpę non debet dimitti ſine decore iuſtitiæ. Sagitta vulnerãs lingua eorum: quia habebãt verba valde nociua, ideo ſubditur, In ore ſuo pacem, &c. Nulla enim peſtis grauior ad nocendũ, quàm familiaris inimicus, & iſte eſt amicus fictus. De Lyra.]
3. Acuta.
4. In interioribus ſuis.
5. Amœna loca.
6. Ita vt, & infra.
7. Pecorum.
[e. Cũ eccleſiaſtici doctores deficiunt, Ieruſalem datur in aceruum arenæ, vel in tranſmigrationem, vt hæreticus ſermo in ea præualeat, & ſic cubile draconum, & ciuitates illius deſolentur. Gloſa ordi. ibid.]
f. Quærit de populo ſuo intellitem auditorem, qui loquatur inſtruendo quid cauere debeãt, ne contra ſe domini excitẽt furorem. Ad hoc enim ſcriptura ſacra manifeſtat hominib. præuaricationum ſpecies, pãditque virtutum ſeriem, vt ſciant cauere mala, & facere bona quatenus iram dei effugere, & gratiam eius inuenire mereãtur. Rab. ibi.
g. Cõminatur illis dominus ſpeciales pœnas. Primò quantũ ad anguſtias à Chaldæis infligendas: ſecundò Aegyptiorum auxiliũ impediendo in quod tantum confidebant. S. Tho. ibid.
[h. Contemplamini, & circũſpicite ô Iudæi, & vocate lamentatrices fœminas, quæ alios ad fletum prouocare ſolent & ſciunt. Diony. Carth.]
i. Qui vidit mulierem ad cõcupiſcendam eam, mortem per oculorum feneſtras admiſit: enim ſcilicet per ſenſus corporis concupiſcentia veniens tenet habitaculum mentis. Grego. Moral. 21. cap. 2.
8. Manipulus poſt meſſorem.
k. Nullus Iudæorum præſumat aut ſuperbiat, putans ſe imminentem vaſtitatem vel per legis doctrinam, ſeu quãcunque ſciẽtiam, vel per fortitudine corporalem, vel per rerum opulentiã euadere, iuxta illud Amos. 2. Peribit fuga à veloce, & fortis nõ ſaluabit animam ſuam. Diony. ibid. Nec tamen ex his tollitur gloriatio in operibus noſtris bonis. Nam qui ob ipſa opera gloriatur, labores proprios habet quos obtendat: at qui ob hoc eſt ſuperbus, ac ſibi placet, ea deo fidẽ addixerit ſuam, multo maiorẽ gloriandi occaſionem oſtentat, vt qui domiſi gloriſicet ac magnificet. Chry. Rom. 4. homi. 8.
9. Habitãtes angulos finitimos.

opus artificis,& manus errarij,hyacinthus,& purpura indumentum eorum.Opus[4] artificum ]vniuersa hæc,[5]dominus autem deus verus est.Ipse est deus viuēs & Rex sempiternus.Ab indignatione eius commouebitur terra,& non sustinebunt gentes comminationem eius.Sic ergo dicetis eis:[d]Dij qui cœlos & terram non fecerunt,pereant de terra,& de iis quæ sub cœlo sunt.[†] Qui facit terrā in fortitudine sua,[f]præparat] orbem in sapientia sua,& prudentia sua extendit cœlos,ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cœlo,[†] & eleuat nebulas ab extremitatibus terrę.Fulgura in pluuiam
c facit,& educit vētum de thesauris suis.[§] Stultus factus est omnis homo à scientia sua, confusus est artifex omnis in sculptili, quoniam falsum est quod conflauit,& non est spiritus in eis.Vana sunt,& opus eorum risu dignum . In tempore visitationis suę peribunt.Non est his similis pars Iacob.Qui enim formauit omnia,ipse est:& Israel virga hæreditatis eius. Dominus exercituum nomen illi . Congrega de terra [6] confusionem tuam,quæ habitas[7]in obsidione:]quia hæc dicit dominus:Ecce ego[8]longè]proiiciam habitatores terrę in hac vice,& tribulabo eos ita vt [9] non inueniantur.]Væ mihi super contritione mea , pessima plaga mea . Ego autem dixi: Planè hæc infirmitas mea est,& portabo illam.[c]Tabernaculum meum vastatum est,omnes funiculi mei di
D rupti sunt.Filij mei exierunt à me,& non subsistunt.[§] Non est qui extendat vltrà tentorium meum,& erigat pelles meas,quia[10] stultè egerunt]pastores,& dominum non quęsierūnt,propterea non intellexerunt,& omnis grex eorum dispersus est.[f] Vox auditionis,ecce venit,& commotio magna de terra aquilonis,vt ponat ciuitates Iuda in solitudinem & habitacula draconum. [§] Scio domine , quia non est hominis via eius, nec viri est vt ambulet,& [11] dirigat] gressus suos.[†] Corripe me domine, verūtamen in iudicio & nō in furore tuo,ne fortè ad nihilum redigas me.[†] Effunde indignationem tuā super gentes quæ nō cognouerūt te,& super prouincias quæ nomen tuum nō inuocarunt,quia comederunt Iacob,& deuorauerūt eum,& cōsumpserunt illum,[12] decus]eius dissipauerunt.

4.Sapientum.
c Deus autem dominus est per plenam authoritatem omnium solus dominus:cæteri autē non sunt domini,ideo dominus nomen est appropriatum deo omnibus prædenti,iuxta illud Amos 3. Dominus nomen illi. Diony.ibid.
[d.Quotquot coluntur dij, qui cœlum & terram non fecerunt, ij de terra & de omni qui sub cœlo loco est dispereant atque disperdantur . Verum qui terrā virtute sua facit atque constabilit,qui orbem ipsum hominum vsibus suis sapientia tam præparauit accommodatum & bonū prudentia sua supra ipsum, suū cœlū veluti tabernaculū quoddam extendens.Tostatus.]
5 Stabilit.
6.Merces tuas.
7.In loco munito.
8.Funda.
9. Inueniantur, ab angustiis, sub.vel vt inueniant eos angustiæ,sub.
[e.De quo loquitur,templū admonū tabernaculi Moysi,quod funibus extendebatur, & pellib⁹ cooperiebatur. De Lyra ibi.]
10.Infatuati sunt.
[f. Hæc omnia quæ præteritus & præsens sermo describit, ad persecutionis ecclesiasticæ tempora referamus, quando tabernacula domini subuertuntur,& habitatio ecclesię in solitudinē redigitur.Glosa ordi.]
g.Liberum sic confitemur arbitrium , vt dicamus nos semper dei indigere auxilio.Homo etiā liberē conperatur diuino auxilio præueniente. Hiero.ad Damasum.Tanquam diceret:Scio ad correptionem meam pertinere,quòd minus abs te adiuuor, vt perfectè dirigantur gressus mei.Veruntamē hoc ipsum noli sic mecum agere,tanquam in furore, quo iniquos damnare statuisti, sed tāquam in iudicio quo doces tuos non superbire. Fulgē.ad Monimum.lib.1.Homo libertati suæ relictus , & in arbitrio proprio constitutus,sibimetipsi vel morte cōparat vel salutem.Cyprian Epi.lib.1.epi.3.
11.Disponat.
12.Habitaculum.

*Dei fœdus cum populo in exitu ab Aegypto percussum ob oculos ipse reuocat,præuidens eorum conspirationem in Christum,& propter hoc illorum excidium.* XI.

A [a]Erbum quod factum est à domino ad Ieremiam , dicens : Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda,& ad habitatores Ierusalem,& dicetis ad eos:Hæc dicit dominus deus Israel: Maledictus vir qui nō audierit verba pacti huius , quod præcepi patribus vestris in die qua eduxi eos de terra Ægypti , [b] de fornace ferrea , dicens : Audite vocem meam , & facite omnia quę præcepi vobis, & eritis mihi in populum , & ego ero vobis in deum, vt suscitem iuramentum quod iuraui patribus vestris daturum me eis terram fluentem lacte & melle,sicut est dies hęc.Et respondi,& dixi : Amen domine . Et dixit dominus ad me: [1]Vociferare] omnia verba hęc in ciuitatibus Iuda,& [2] foris]Ierusalem,dicens : Audite verba pacti huius & facite illa , quia contestans contestatus sum patres vestros in die
B qua eduxi vos de terra Ægypti vsque ad diem hanc.[§c] Mane consurgens contestatus sum,& dixi:audite vocem meam, & non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam, sed [3]abierunt ]vnusquisque in prauitate cordis sui mali.Et induxi super eos omnia verba pacti huius,quod pręcepi vt facerent, & nō fecerunt. Et dixit dominus ad me : Inuenta est coniuratio in viris Iuda,& in habitatoribus Ierusalem . Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores,qui noluerunt audire verba mea.Et hi ergo abierunt post deos alienos,vt seruirent eis . Irritum fecerunt domus Israel & domus Iuda pactum meum,quod pepigi cum patribus eorum. Quamobrem hęc dicit dominus: Ecce ego inducam super eos [d] mala, de quibus exire non poterunt, & clamabunt ad me, & non exaudiam eos. Et ibunt ciuitates Iuda & habitatores Ierusalem , & clamabunt
4Iup.1.f Iup.7.e C ad deos quibus libant,[4] & ] non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum.[§†] Secundum enim numerum ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda & secundum numerum viarum tuarū Ierusalem posuisti aras confusionis : aras ad libandū Baalim. †[c] Tu ergo
†Infra.14.

a.Mos quoque scripturæ est diuinas leges & præcepta , & prophetias verbū appellare . Chry. sost.in 1.cap.Ioan homi.3.
b.Fornax erat ferrea, quia nullius adhuc in Aegypto opera virtutum plena lucebant : nullius aurum illic fuerat comprobatū nullius plumbū iniquitatis exustum.Dura fornax,fornax mortis perpetuæ Quam fornacem nullus poterat cūdere,quę omnes consumeret,in qua solus dolor inesset & luctus. Ambro.in Psal.18.Ser.20.
1.Clama vel prædica.
2.in plateis.
c. Quid sic autem mane consurgere,& dei verba per prophetas eis frequenter ingerere,& educere eos de Aegypto , & sæpius admonere,supra dictum est.Raba.ibid.
3.Ambulauerunt.
d.Hoc est, tribulationes multiplices per Chaldæos , videlicet tamen,pestem,gladium & captiuitatem.Sicut scriptum est Micheæ 2. Hæc dicit dominus : Ecce ego cogito malum super familiam istam . Vnde non auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi, quoniam tēpus pessimum est. Diony.ibid.
4.Sed saluando.

e.Habent vim pro nobis,& quidem maximam orationes supplicationēsque sanctorum, sed tunc profecto cum nos ipsum quoque per pœnitentiam possumus,& ad studia meliora confugimus.Chry.in 1.cap.Matth. homil.3.

noliorare pro populo hoc,& ne assumas pro eis laudem & orationem, quia nō exaudiam in tempore clamoris eorum ad me,[5] in tempore afflictionis eorum.][†] Quid est [6]quòd dilectus meus in domo mea facit scelera multa?]Nunquid carnes[7] sanctæ auferent à te malitias tuas,in quibus gloriata es?]Oliuam[8] vberem, pulchram, fructiferam,[speciosam]vocauit dominus nomen tuum.[f] Ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis in ea,&[9]combusta sunt fruteta]eius.Et dominus exercituum qui plantauit te,locutus est super te malum,[10] pro malis]domus Israel & domus Iuda, quæ fecerunt sibi ad irritandum me,libantes Baalim.[§] Tu autem domine demōstrasti mihi,& cognoui:tu ostendisti mihi studia eorum,& ego quasi agnus mansuetus qui portatur]ad victimam.Et non cognoui,quia cogitauerunt super me consilia,dicentes:[g]mittamus lignum in panem eius,& eradamus eum de terra viuentium,& nomen eius nō memoretur amplius.Tu autem domine sabaoth qui iudicas iustè[†] & probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis.[†] Tibi enim reuelaui causam meam.[h]Propterea hæc dicit dominus ad viros Anatoth,qui quærunt animam tuam,& dicunt:[12]Non prophetabis]in nomine domini,& non morieris in manibus nostris.Propterea hæc dicit dominus exercituum:Ecce ego visitabo super eos.Iuuenes morientur in gladio, filij eorum morientur in fame,& reliquiæ non erunt ex eis.Inducam enim malum super viros Anatoth,annum visitationis eorum.

5.Propter afflictionem suam.
6.Dilecto meo in domo mea cū fecerit abominationes multas.
7. Sanctuarij transeunt à te, & tu cum male facis exultas?
8.Frondosam,pulchram fructu & specie.
[f. Id est,ipsius dei,cuius magnitudinis non est finis:Vel ipsius Nabuchodonosor qui fuit instrumentum dei in destructione templi.De Lyra.]
9.Confracti sunt rami.
10. Propter malitiam.
11.Et quasi bos qui ducitur.
g. Lignum in panē mittere, est crucem dominico corpori affigere. Greg.Moral.lib.12.cap.1. Vtique in corpus lignum missum est,sic enim Christus reuelauit, panem, suum corpus appellans: cuius retro corpus in panē prophetes nuntiauit.Tertul.aduersus Iudæos.
[h.Videtur hoc superiori sententiæ contraire, in qua quæ dicta sunt, personæ Christi aptamus, non Ieremiæ,qui propriè habitat in viculo Anatoth. Sed per Anatoth (quod obedientia interpretatur) Iudæos & maximè Ierosolymitas intelligimus,qui quōdam præceptis domini obedierunt.Glo.ord.ib.]
12.Ne vaticineris.

*Malorum miratur in hoc mundo prosperitatem,at ob illorum scelera minatur vastationem, & synagogæ reprobationem, misericordiam ad se reuerti volentibus promittens.* XII.

IVstus quidem tu es domine,si disputem tecum,verūtamen[1] iusta]loquar ad te.[a][†] Quare via impiorum prosperatur? bene est omnibus qui prǫuaricantur,[2]& iniquè agunt?]Plantasti eos,& radicem miserunt, proficiunt,& faciunt fructum. Propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. Et tu domine nosti me,& probasti cor meum tecum.[3] Congrega]eos quasi gregem ad victimam, &[4] sanctifica eos[b] in die]occisionis. Vsquequo lugebit terra,& herba omnis regionis siccabitur propter malitiam habitantium in ea?Consumptum est animal & volucre,quoniam dixerunt:non videbit nouissima nostra.[§] Si cum peditibus[5]currens laborasti,]quomodo contendere poteris cum equis?[6] Cùm autem in terra pacis securus fueris,]quid facies in[7] superbia]Iordanis?Nam & fratres tui & domus patris tui,etiam ipsi pugnauerunt aduersum te,& clamauerunt post te[8] plena voce.]Ne credas eis, cùm locuti fuerint tibi bona.[c] Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam.Dedi[9] dilectam animam meam]in manum inimicorum eius,[d] facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua.Dedit contra me vocem,ideo odiui eam. Nunquid auis[10] discolor]hæreditas mea mihi?[§]Nunquid auis[11] tincta per totum?] Venite congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum. Pastores multi demoliti sunt vineam meam,conculcauerunt partem meam. Dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis, posuerunt eam in dissipationem, luxítque super me.Desolatione desolata est omnis terra,quia nullus est qui recogitet corde.[12] Super omnes vias]deserti venerunt omnes vastatores terræ,quia gladius domini deuorauit ab extremo terræ vsque ad extremum eius.Non est pax vniuersæ carni. Seminauerūt triticum,& spinas messuerunt,hæreditatem acceperunt, & non eis proderit.[§][c] Confundemini à fructibus vestris, propter iram furoris domini. Hæc dicit dominus aduersum omnes vicinos meos pessimos, qui tangunt hæreditatem quam distribui populo meo Israel. Ecce ego euellam eos de terra eorum, & domum Iuda euellam de medio eorum. Et cùm euulsero eos, conuertar & miserebor eorum, & reducam eos virum ad hæreditatem suam, & virum in terram suam. Et erit,si[13] eruditi]didicerint vias populi mei,vt iurent in nomine meo, viuit dominus, sicut docuerunt populum meum iurare in Baal,ædificabuntur in medio populi mei. Quod si non audierint,euellam gentem illam[14] euulsione & perditione,] ait dominus.

1.Iudicia.
a Propriè hæc sententia est contra hæreticos, qui cū impij sint via eorū prosperatur,generantque filios eos quos in hæresi,deceperunt: & prævaricantur, & iniquè agunt,ita vt ecclesia spolient Hieron.ibid.
2.Prævaricationem.
3.Educ.
4.Præpara eos ad diem.
b.In die occisionis sanctificatur reprobi, quia tunc sancta quæ debuerunt agere contentiunt, cum digna prauitatis suæ supplicia declinare non possunt. Grego.Moral.27.cap.18.
5 Cucurristi & fatigauerunt te.
6. Et si in terra pacis fiduciam habes.
7 Eleuatione.
8.Turmatim.
c. Non vtique ipsum hæreditatem se odisse dicit,sed hæredes, qui aduersus eum ingrati & impij extiterunt. Lact.lib 4.ca.20.
9.Dilectionem animæ meæ.
d.Hæredes Iudæos dominus negare noluit,sed sunt hæredes sine re,sunt & cum re.Et dicūtur hæredes testatore viuente qui scripti sunt, sed sine re. Sūt erīā hæredes paruuli,qui nihil differunt à seruulo,quoniam sub curatoribus sunt & actoribus.Ergo Iudæis dedit speciem hæreditatis, possessionem negauit. Habent nomen hæredis, vīum non habent.Ambro.Epist.73.
10.Tincta
11.Per circuitum eius est
12.Ad omnia loca excelsa.
e.Quòd si vis qui sint reuera cō fusione &exprobatione dignissimi perspicere,paucos è multis tibi conabor ostendere. Eos ergo inspice qui mulierum formę omni studio addicti sunt, qui pecuniis vsque ad insaniam inhiant,qui'potētię & gloriæ sunt cupiditissimi, qui liuore & inuidia tabescunt,qui insontibus insidiantur, qui semper atram bilem patiuntur, qui vitæ præsentis commoda summa rabie sectantur.Chry.de prouidentia dei lib.2.
13. Discendo.
14.Euellendo & perdendo.

*Iudæorum*

*Iudæorum interitus & dispersio, quanuis in populum dei fuerint assumpti: ad pœnitentiam tamen illi prouocantur.* XIII.

A HÆc dicit dominus ad me: Vade, & possidetibi[a] lumbare] lineum, & pones illud super lumbos tuos: & in aquam non inferes illud. Et possedi lūbare iuxta verbum domini, & posui circa lumbos meos. Et factus est sermo domini ad me secundò, dicens: Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphráten,[b] & absconde ibi illud in foramine petræ. Et abij, & abscondi illud in Euphráte, sicut præceperat mihi dominus. Et factum est post dies plurimos, dixit dominus ad me: Surge & vade ad Euphráten, & [c]tolle inde lumbare quod præcepi tibi vt absconderes illud ibi. Et abij ad Euphrátē, & fodi & tuli lumbare de loco vbi absconderam illud. Et ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptum esset. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Hæc
B dicit dominus: [d] Sic putrescere faciam superbiam Iuda, & superbiam Ierusalem multam, populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in prauitate cordis sui, abierúntque post deos alienos vt seruirent eis, & adorarent eos. Et erunt sicut lumbare istud, quod nulli vsui aptum est. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit dominus, vt essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam, & non audierunt. Dices ergo ad eos sermonem istum: Hæc dicit dominus deus Israel: [e] Omnis laguncula implebitur vino. Et dicent ad te: Nunquid ignoramus quia omnis laguncula implebitur vino? Et dices ad eos: Hæc dicit dominus: Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & Reges qui sedent de stirpe Dauid super thronum
C eius, [f] & sacerdotes & Prophetas, & omnes habitatores Ierusalem ebrietate, & dispergam eos, [g] virum à fratre suo, & patres & filios pariter, ait dominus. [f] Non parcam & non concedam, neque miserebor vt non disperdam eos. Audite, & auribus percipite, nolite eleuari, quia dominus locutus est. Date domino deo vestro gloriam, antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos. Expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis, & in caliginem. Quòd si hoc nō audieritis, in abscondito plorabit anima mea[h] à facie superbiæ.] [i] Plorans plorabit, & deducet oculus meus lachrymā, [k] quia captus est grex domini. Dic Regi & [4] dominatrici:] Humiliamini, sedete in terra, quoniam descēdet[5] de capite vestro] corona gloriæ vestræ: Ciuitates austri clausæ sunt, & nō est qui aperiat. Translata est omnis Iuda trāsmi-
D gratione perfecta. Leuate oculos vestros, & videte qui venitis ab aquilone. [g] Vbi est grex qui datus est tibi, pecus[6] inclytum tuum?] Quid dices cùm visitauerit te? Tu enim[7] docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuum.] Nunquid non dolores apprehendent te quasi mulierem parturientem? Quòd si dixeris in corde tuo: quare venerunt mihi hæc? propter multitudinem iniquitatis tuæ [8] reuelata sunt verecundiora tua,] pollutæ sunt plantæ tuæ. [l] [9] [h] Si mutare potest] Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere[10] cum didiceritis malum.] Et disseminabo eos quasi stipulam, quæ vento raptatur in deserto. Hæc sors tua pársque mensuræ tuę à me, dicit dominus: quia oblita es mei, & confisa es in mendacio. Vnde & ego nudaui[11] femora tua] contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hinnitus tuus, & scelus fornicationis tuæ. Super colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Ierusalem. Non mundaberis[12] [i] Post me. Vsquequo adhuc?]

[i] Thren. 3. a Isai. 31. c

[l] Infr. 30. e

*Terræ siccitas Iudæorum malitiæ imputanda, contra quam populus infidelis orans non exauditur, quòd pseudoprophetis & non veris credat.* XIIII.

A VErbum domini quod factum est ad Ieremiam [1] de sermonibus siccitatis.] Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt & obscuratæ sunt in terra, & clamor Ierusalem ascendit. [a] Maiores miserunt minores suos ad aquam, venerunt ad hauriendum. Non inuenerunt aquam, reportauerunt vasa



a.a. Baltheum, & infra. Lumbare siue cinctorium quod dei renibus adhæsit, populus Israel est, in sui similitudinē de terra assumptus, & pro peccato ad Assyrios inter plurimos hostes quasi absorptus & absconditus sed tandem ex dei misericordia liberatur. Hiero. ibid.

[b. Iudæi indigni exiterunt Deo, & proiecti sunt ab eo, nobis pro illis accinctus est Deus. Neque enim putandum est cinctorium abiicientem mansisse incinctum: statim vt alios proiecit, alios sibi contexuit, id est, ecclesiam de gentibus quæ ex nigra facta est lucida. Origenis post Glosam ordina.]

c. Sic post multos annos reducturus erat dominus populum vt Ezec. 36. Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terrā vestrā. S. Tho. ibid.

d. Neque enim putandum est cinctorium abiicientem mansisse accinctum dominum: statim vt illos proiecit, alios sibi contexuit. Hoc cinctorium ecclesia est de gentibus congregata, quæ scire debet, quia si prioribus non pepercit deus, nec sibi parcet si dereliquerit, si non fuerit digna lumbo eius, si non adhærens domino vnus spiritus fuerit in Christo Iesu. Raba. ib.

[e. Est autem laguncula vas terreū ad reponendum vinum: & quia acceperunt verba prophetæ ad litteram, ideo exponit parabolā, dicens. Sicut laguncula materialiter impletur vino, sic totus populus regni Iudæ quātū ad maiores & minores & mediocres replebitur spirituali ebrietate, i. defectu mētis & corporis ad resistendum aduersariis, sicut ebrietas aufert sensum & membrorum vsum. De Lyra. ibidem.]

g. Vnūquemque in fratrē suū.

f Eundē sensum frequēter propheta sub aliis repetit verbis, vt motis est horrantibus in dolore grandi locatis: quatenus his quibus sit sermo, terreantur, magisque aduertant atque proficiant. Dion. ibid.

3. Propter superbiam.

[g. Grex Domini captus est à diabolo, vel à Nabuchodonosor, vel est contritus. Aliquādo Israel fuit grex Do. sed quia indignos se iudicauerunt salute, conuersus est sermo ad gentes. Caueat Oleaster in bonā oliuā contra naturam insertus, ne & ipse conteratur. Glosa ordina.]

4. Reginæ.

5. Dignitas vestra, &.

6. Gloriæ tuæ.

7. Instituisti eos doces super te & capitaneos.

8. Reuelatæ sunt fimbriæ tuæ.

9. Nunquid mutabit.

[h. Non potuisti vincere naturā per se malā, & consuetudinē superare, quæ natura altera est. Non magis profecto, quam Aethiops suā pellem nigrā potest ponere, aut pard⁹ suas maculas. Quòd si illi possint, & vos poteritis benefacere, qui malo adsuesistis. Proinde dispergā vos velati stipulā quæ vēto per desertum raptatur atque dispelluntur. Hæc enim sors vestra erit. Tostatus.

10. Cum docti sitis ad malefaciendum.

11. Fimbrias tuas.

12. i. Post hac aliquandiu? Hoc est: Non mūdaberis postquam es inquinata, & priusquā in captiuitatem ducta fueris. 5. Hebr.

1. Super verba siccitatum, vel canticorum.

a. Putandúmque est obsidionis tempore pluuiam non fuisse, ve sterilitatem obsessi sustinerent aquæ. Vno quippe fonte Siloe, & hoc non perpetuo vtuntur ciuitas. Hiero. ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sua vacua. Confusi sunt & [a] afflicti,] & operuerunt capita sua propter terræ vastitatem, quia non vênit pluuia in terram. Confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua. Nam & cerua in agro peperit & reliquit, quia non erat herba: & [b] onagri steterunt in rupibus. Traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba. [c] Si iniquitates nostræ responderint nobis, domine, fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt auersiones nostræ. Tibi peccauimus expectatio Israel, saluator eius in tempore tribulationis. [d] Quare quasi [3] colonus] futurus es in terra, & quasi via- 8
tor declinans ad manendum? Quare futurus es velut vir [4] vagus] & fortis, qui non potest saluare? Tu [d] autem in nobis es domine, & [e] nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos. Hæc dicit dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & domino non placuit. Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & visitabit peccata eorum. Et dixit dominus ad me: †Noli orare pro populo isto in bonũ. Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocaustomata & victimas, non suscipiam ea: quoniam gladio & fame & peste ego consumam eos. Et dixi: [5]†Ah, ah, ah,] domine deus. Prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto. Et dixit dominus ad me: Falsò Prophetæ vaticinantur in nomine meo. [f]† Non misi eos, & non præcepi eis, ne- c
que locutus sum ad eos. Visionem mendacem & diuinationem [6] fraudulentam,] & seductionem cordis sui prophetant vobis. Idcirco hæc dicit dominus [f] de Prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes: gladius & fames non erit in terra hac. In gladio & fame consumentur prophetæ illi, & populi quibus prophetant erunt proiecti in viis Ierusalem præ fame & gladio, & non erit qui sepeliat eos, ipsi & vxores eorum, filij & filiæ eorum, & effundam super eos malum suum. Et dices ad eos verbum istud: †Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem, & non taceant, quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer. Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: & si introiero in ciuitatem, ecce attenuati fame. [g] Propheta quoque & sacerdos [7] abierunt] in terram d
quam ignorabant. [g] Nunquid proiiciens abiecisti Iudam, aut Sion abominata est anima tua? Quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? †Expectauimus [h] pacem, & fiat
non est bonum, & tempus curationis, & ecce turbatio. Cognouimus domine impietates nostras, iniquitates patrum nostrorum, quia peccauimus tibi. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, ⟩ neque facias nobis contumeliam.] [8] Solij gloriæ tuæ recordare, ]ne irritum facias fœdus tuum nobiscum. Nunquid sunt in [9] sculptilibus ]gentium qui pluant, aut cœli possunt dare imbres? ⟩ nisi tu volueris?] Nónne tu es dominus deus noster quem expectauimus? Tu enim fecisti omnia hæc.

*Precibus priscorum patrum inflexibilis dominus quatuor plagis populum afficit: verumtamen reuertenti promittit misericordiam.* XV.

ET dixit dominus ad me: [a] Si steterint Moyses & Samuel coram me, non a
est anima mea ad populum istum. Eiice illos à facie mea, & egrediantur. Quòd si dixerint ad te: quò egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit dominus †[b] Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad fiat
famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Et visitabo super eos [c] quatuor species, dicit dominus. Gladium ad occisionem, & canes [1] ad lacerandum,] & volatilia cœli, & bestias terræ ad deuorandum & dissipandum: & dabo eos [2] in feruorem ]vniuersis regnis terræ †propter Manassen filium Ezechiæ Regis Iuda, super omnibus quæ fecit in Ierusalem. [d] Quis enim miserebitur tui Ierusalem? Aut quis contristabitur pro te? Aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu reliquisti me dicit dominus, retrorsum abiisti. [g] Et extendam manum meam super te, & interficiam te. [3] Laboraui rogans.] Et dispergam eos ventilabro in portis terræ. [4] Interfeci] & disperdidi populum meum, & tamen à viis suis non sunt reuersi. Multiplicatæ sunt mihi viduæ

eius

a. Erubuerunt.

b. Superba Iudæorum persecutio designatur ipsi quippe onagri præ nimia elatione ipsi dracones pro virulenta cogitatione vocati sunt. Grego. Moral. lib 20 cap. 18.

[c. Sêlus est. Ex peccatis nostris coniicim⁹ nobis imminere supplicia. Obserua Prophetam se peccatoribus connumerare. Pius agnoscit culpam vbi culpa non est. Impius erassissima quæque eleuat crimina. Lorichius.]

3. Peregrinus.

4. Attonitus.

d. Hunc textum Iudæi exponũt pro seipsis tempore Ieremiæ: quod non quadrat textui, cum iam dominus suum ab eis subtraxisset auxilium. Sed hoc intelligendum est de Christianis post Christi aduentum: ac si diceret: Quoniam tu Christe in terris vilueres, & cum Christianis per fidem & sacramenta inhabitas: qui te quotidie oram⁹ & inuocamus: non nos cadere sinas à fide, nec gratiam tuam amittere, ne promissionib⁹ tuis efficiamur indigni. Dion. ibid.

e. Hoc potest dici de Christo, qui habitauit inter homines quasi alienus. Vnde Ioan. 1. In propria venit, & sui eum non receperunt: & quasi viator declinans, qui nõ habuit propriũ domicilium vt Matth. 8. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Et ideo declinabat ad domum Marthæ, & aliorum deuotorum. Lyra. ibid.

5. Ah.

6. Vanitatem.

f. Cauent pseudoprophetæ qui prospera promittendo supplantant populum dei, ne & ipsi pereant, & decepti populus simili delectur interitu, iacentque in viis Ierusalem, & domini præcepta calcantes fame & gladio pereant, & non sit qui sepelliat eos, nec ignominiam eorum operiat puluere pœnitentiæ. Raba post Hiero. ibid.

7. Circumeunt.

[g. Vt vbi fuerat cultus Dei & tranquillitas, ibi sit seditio & hostilis fremitus. Si quando nostra Sion, nostérque Iudas abominabilis abiicitur, nequaquã miremur, sed dicamus quod sequitur. Cognouimus Domine impietates nostras. Glosa ordi. ibidem.]

h. Quædam est pax falsa. Sap. 14

c. In magno viuentes inferiæ bello tot & tam magna mala pacem appellãt. Quædam fraudulenta. Psal. Qui loquũtur pacem cũ proximo suo, mala autẽ in cordibus eorũ. Quædam trãsitoria 1. Thessa vlt. Cũ enim dixerint pax, & securitas, tunc repẽtinus eis superueniet interitus. Quædã est pax vera. Psal. Fiat pax in virtute tua. S. Tho. ibid.

8. Ne prosternas solium gloriæ tuæ: recordare &.

9. Vanis diis.

a. Aduerte quo pacto illud duobus prophetis Ieremiæ & Ezechieli fuerit renuntiatum, qui pro Iudæis ambo comprecati, nihil sunt pro voto consecuti.

[b. Quia in obsidione Ierusalẽ aliqui fuerunt mortui infirmitate & peste, aliqui gladio, aliqui fame, & reliqui in captiuitatem ducti. De Lyra ibid.]

c. Quatuor genera vltionum.

1. Distrahendum, scilicet de loco ad locum.

2. Commotionem.

d. Causæ abiectionis Iudæorum sunt, quia reddiderunt se indignos vt quis eorum misereatur compatiatur, aut mediator pro eis roget S. Thomas ibidem.

3. Fatigatus sum ad pœnitendũ.

4. Orbaui.

eius super arenam maris. Induxi eis super [f] matrem adolescentis] vastatorem meridie, [g] misi super ciuitates repente terrorem.] † Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima eius. Occidit ei sol cum adhuc esset dies, confusa est & erubuit. Et residuos eius in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait dominus deus. [d] Væ mihi mater mea, Quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra? Non fœc neraui, nec fœnerauit mihi quisquam. Omnes maledicunt mihi, dicit dominus. [e] Si non reliquiæ tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis * aduersum inimicum. Nunquid [7] fœderabitur ferruum ferro] ab aquilone, & æs? Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo gratis [8] in omnibus peccatis tuis,] & * in omnibus terminis tuis. † Et [9] adducam inimicos tuos de terra] quam nescis, quia ignis succensus est in furore meo, & super vos ardebit. † Tu scis domine, recordare mei, & visita me, & [10] tuere] me ab iis qui persequuntur me. [e] Noli in patientia tua suscipere me. Scito quoniam sustinui propter te opprobrium. Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos. Et factum est mihi verbum tuum in gaudium & in lætitiã cordis mei, quoniam inuocatum est nomen tuum super me, domine deus exercituũ. D [f] Non sedi in concilio ludentium, [11] & gloriatus sum] à [f] facie manus tuæ. † Solus sedebam, quoniam comminatione replesti me. Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis? Renuit curari. Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. Propter hoc hæc dicit dominus: Si conuerteris conuertam te, & ante faciẽ meam stabis, [g] & si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Cõuertentur ipsi ad te, & tu non conuertéris ad eos. Et dabo te populo huic in murum æreum [12] fortem,] & bellabunt aduersum te, [h] & non præualebunt: quia ego tecum sum vt saluem te, & eruam te, dicit dominus. Et liberabo te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium.

5. Turmam adolescentum.

6. Ruere feci repente super eam terrores ciuitatum.

d Si igitur sancti viri vitam fugiunt, quorum vita etsi nobis vtilis, sibi tamen inutilis æstimatur, quid nos facere oportet, qui nec aliis prodesse possumꝰ, & nobis vitam hanc quasi tunc brem pecuniam vsufructu quodam cumulo grauescentem onerari in dies peccatorum cupimus? Ambro. de fide resurr. oratio.

* sit angustiæ.

7. Ferrum conteret ferrum.

8. Propter omnia peccata tua.

* Quæ sunt.

9. Transite te faciem ad terram

10. Vindica.

e Hoc est, ne differas exaudire preces meas, & illis prebere effectum vt ab his tot malis me liberes quæ pro tuo amore patior. Dionis. ibidem.

11. Nec contristi.

f. Facies manus domini est illa percussio iusti iudicij, qua superbientem hominem à paradiso repulit, comminatio autem eius est terror supplicij sequentis. Greg. Moral lib 4. cap. 54.

[g. Vilis quidẽ est Deo præsens mundus, pretiosa est Deo munda anima. Qui ergo pretiosum à vili separat, quasi os Domini vocatur: quia per eum Dominꝰ verba sua exerit, quia ab amore præsentis seculi loquendo quæ potest, humanam animam euellit. Glos. ordina. Post Grego.]

12. Munitum.

h. Post tot preces promittit dominus auxilium cum consolatione, & tandem liberationem ab eorum manibus. S. Tho. ibi.

a. Cur autem propheta accepturus vxorem ducere, causa perspicua est, quòd obsidione vicina, pestilentia, & gladio, & fame vniuersi interirent, & tantus sit numerus morientium, vt sepulturæ vincatur officium. Raba. ibi.

b. Ægrotationibus & longa infirmitate tabescere, dei ita est. Hiero. ibidem.

[c. Neque vadas ad planctũ mortuorum, tum quia non vacabat alicui plangere amicum mortuum, propter cõtinuum insultum Chaldæorum tũ quia præsentia angustia meliorit conditionis reputabatur mortui quã viuentes. De Lyra. ibid.]

1. Luctus.

2. Nec commoueberis propter eos.

3. Applaudent illis propter luctum.

[d. Mos fuit apud veteres, & vsque hodie permanet in quibusdã Iudæorum in tactu lacertos incidere. Quod etiam legimus Iob fecisse. Glosa ordina.]

e. Prohibuit societatem conuiuiorum in consolationem pro mortuis, nunc prohibet eandẽ ad lætitiam, & ad comestionẽ. de qua. 1. Cor 5. Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibũ sumere. S. Tho. ibid.

[f. Cumque annunciaueris populo huic omnia verba hæc, ilsque te interrogauerint: Cur Dñs tanta, tãque grauia aduersus eos conceperit mala, arque etiam prælocutus ea sit rogantes item quænam ipsorum iniquitas sit, & quæ ipsorũ scelera quibus in Do. Deũ suum peccãtes ita eũ exasperauerint. Fosatius ibidem.]

g. A quo enim quis vincitur eiꝰ & seruus est. Hiero ibid.

4. Duritiem.

h. Pœna condigna sequitur delictum. Ex hoc patet quosdã Iudæorũ adorasse deos Chaldæorũ in Babylone, illis seruiuisse, sicut coperãt in Iudæa. Dio. ib.

5. Quia non dabo vobis misericordiam.

*Amos 8.e

c

*Deut. 32.e
Isaiæ 10.d
†Deut. 32.e

Psalm 30.e D
Ezech. 3.c
Hodie ego.

*Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij & filiæ in loco isto. Quia hæc dicit dominus super filios & filias qui generantur in loco isto, & super matres eorum quæ genuerunt eos, & super patres eorum de quorum stirpe sunt nati in terra hac: [b] Mortibus ægrotationum morientur. Non plangentur, & non sepelienrur, in sterquilinium super faciem terræ erunt. Et gladio & fame consumentur, & erit cadauer eorum in escam volatilibus cœli & bestiis terræ. Hæc enim dicit dominus: Ne ingrediaris domum [1] conuiuij,] [c] neque vadas ad plangendum, [2] neque consoleris eos,] quia abstuli pacem meam à populo isto, dicit dominus, misericordiam & miserationes. [d] Et morientur grandes & parui in terra ista non sepelientur neque plangentur, & B non se incident, neque caluitium fiet pro eis. [3] Et non [3] frangent inter eos lugenti panẽ] ad consolandum super mortuo, & non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre. [e] Et domum conuiuij non ingrediaris, vt sedeas cum eis, & comedas & bibas: quia hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ. [f] Et cum annunciaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi: † quare locutus est dominus super nos omne malum grande istud? quæ iniquitas nostra, & quod peccatum nostrum quod peccauimus domino deo nostro? dices ad eos: Quia dereliquerunt me patres vẽstri, ait dominus, C & abierunt post deos alienos, & [g] seruierunt eis, & adorauerunt eos, & me dereliquerunt, & legem meam non custodierunt. † [4] Sed & vos peius operati estis quàm patres vestri. Ecce enim ambulat vnusquisque post [4] prauitatem] cordis sui mali, vt me non audiat. † [h] Et eiiciam vos de terra hac in terram quam ignoratis vos, & patres vestri, & seruietis ibi diis alienis die ac nocte, [5] qui non dabunt vobis requiem.] † Propterea ecce dies venient dicit dominus, & non dicetur vltrà: viuit dominus qui

## *Iudæi ob Idolorum cultum in graui sunt morituri calamitate, & Babylonica captiuitate, à qua tandem liberandi sunt, & gentes ad fidem vocandi.* XVI.

A ET factum est verbum domini ad me, dicens: [a]

Universidad de Deusto
Biblioteca



eduxit filios Israel de terra Ægypti: sed viuit dominus, qui eduxit filios Israel de terra aquilonis,& vniuersis terris ad quas eieci illos, & reducam eos in terram suam quam dedi patribus eorum. Ecce ego mittam[1] piscatores multos, dicit dominus,& piscabuntur eos. Et post hæc mittam eis multos venatores & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle,& de cauernis petrarum. [g] Quia oculi mei super omnes vias eorum: [p] non sunt absconditæ à facie mea, & non fuit occulta iniquitas eorum ab oculis meis. Et reddam primum duplices iniquitates & peccata eorum, qui contaminauerunt terram meam in morticinis idolorum suorum,& abominationibus suis impleuerũt hæreditatem meam. [k] Domine fortitudo mea,& robur meum,& refugium meum in die tribulationis. Ad te gentes venient ab extremis terræ,& dicent: Verè mẽdacium possederunt patres nostri, vanitatẽ quæ eis non profuit. Nunquid faciet sibi homo deos? Et ipsi non sunt dij. Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc, [l] ostẽdam eis manum meam,& virtutem meam,& scient quia nomen mihi dominus.

*Homini & non deo fidentes pertinaciter Iudæi obstinati sunt, in quos propheta imprecatur maledictionem, qui nec deum quærunt, nec eius sabbatum sanctificant.*

XVII.

[a] Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamnatino, exaratum [a] super latitudinem cordis eorum,& in cornibus ararum eorum. Cum recordati fuerint filij eorum ararum suarum & lucorum suorum, ligno-rúmque frondentium in montibus excelsis, [1] sacrificantes ]in agro, [2] fortitudinem tuam ] & omnes thesauros tuos in direptionem dabo, [3] excelsa tua propter peccata tua ]in vniuersis finibus tuis. Et [4] relinquêris ]sola ab hęreditate tua quam dedi tibi,& seruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras. Quoniam ignem succẽdisti in furore meo, vsque in æternum ardebit. Hæc dicit dominus: [1] [b] Maledictus homo qui confidit in homine,& ponit carnem brachium suum,& à domino recedit cor eius. [7] Erit enim quasi myricæ in deserto,& non videbit cum venerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis,& inhabitabili. Benedictus vir qui cõfidit in domino,& [5] erit ]dominus fiducia eius. [g] [†] Et erit quasi lignum quod transplan- [a] tatur super aquas, quod [6] ad humorem ]mittit radices suas,& non [7] timebit ]cum venerit æstus. Et erit folium eius viride,& in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum. Prauum est cor hominis, [*] & [8] inscrutabile. ]Quis cognoscet illud? [†] Ego dominus scrutans cor & probans renes, qui do vnicuique iuxta viam suam,& iuxta fructum [9] adinuentionum suarum. ] [c] Perdix fouit quæ non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio & in dimidio dierum suorum derelinquet eas,& in nouissimo suo erit insipiens. Solium gloriæ [10] altitudinis ]à principio: locus [11] sanctificationis nostræ. ]Expectatio Israel domine, [d] omnes qui te derelinquunt, confundẽtur; recedentes à te in terra scribentur, quoniam derelinquerunt venam aquarum viuentium, dominum. Sana me domine,& sanabor: saluum me fac, & saluus ero, quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me: Vbi est verbum domini? Veniat. [g] [*] Et ego non [12] sum turbatus ]te pastorem sequens,& diem [13] hominis ]non desideraui. Tu scis: quod egressum est de labiis meis, rectũ in cõspectu tuo fuit. Non sis mihi tu formidini, spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me prosequuntur, & non confundar ego, paueant illi, & non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis, & [e] duplici contritione contere eos. Hæc dicit dominus ad me: Vade, & sta in porta filiorum populi tui, per quam ingrediuntur Reges Iuda & egrediuntur, & in cunctis portis Ierusalem,& dices ad eos: [†] Audite verbum domini Reges Iuda, & omnis Iudæa, cunctique habitatores Ierusalem, qui ingredimini per portas istas. Hæc dicit dominus: Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis per portas Ierusalem, & nolite eiicere onera de domibus vestris in die sabbati, & omne opus non facietis. Sanctificate diem sabbati, sicut præcepi patribus vestris. [g] [†] Et [a] non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed indurauerunt ceruicem suam, ne au-

1. De quibus dixit Christus, Matth. 4 Venite post me, & faciam vos piscatores hominum. Ibi ergo populus dei quæratur, & inueniatur in Petri & Pauli doctrina gratia disciplinæ: vt non in conualle sint, vbi fletus sed in montibus, à quibus Christus vnumquemque illuminat. Et cum Petrum legimus, Christus illuminat & cum Paulum legimus, Christus illuminat. Ambro. in Psal. 118. Ser. 6.

[k. Ad te gẽtes venięt &c. Pòst deiectionem Iudæorum subdit erectionem gentium. Est itaque hic locus de gentium vocatione illustris. Lorichius. ibid.]

l. Ostendam eis potentiã meam in miraculis ad consummationem veritatis prædicatæ per Apostolos, secundum quod dicitur. Mar. vlti. Ac illi profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem cõfirmante sequentibus signis. De Lyra.]

a. Potest hoc tam de Iuda proditore & peccato eius quod nũquam delebitur, quam de vniuersa gente Iudaica, & peccato indelebili intelligi. Euse.

1. Montem meum.
2. Possessionem tuam.
3. Propter peccata excelsorum tuorum.
4. Destitueris.

b. Vides quòd talis non solum insipiens, sed etiam maledictus qui relicto domino omnium, ad certum currit, qui semet ipsum iuuare nequit. Chrys. in 30. ca. Gene. ho. 56.

5. Est.
6. Iuxta riuum.
7. Videbit.
* Super omnia.
8. Perfractum.
9. Operum eius.

c. Id est, ova fouit quæ non peperit, & clamauit quasi ouans suæ fraudis effectu. Sed Iudæ operam, quia impenso labore alios educat, quos ipsa diuturnæ fotu sedulitatis animauerit. Amb. Hexæmeron. lib. 6. cap. 3.

10. Sublimitas.
11. Sanctuarij nostri.

d. Qui enim veraciter metuit dominum, patienter sustinet, & expectat miserationes eius, qui autem per pusillanimitatem, & impatientiam ab illo declinauerit, tuinæ proximus erit, Raba in cap. 2. Eccle.

* Nunc.
12. Elongaui me.
13. Contritionis, vel periculi.

e. Quinque sunt differentiæ causarum ob quas molestiis corporalibus in hac vita affligimur. Aut ad merita augenda per patientiam, vt Iob, Tobias. Aut ad intelligenda, & corrigenda peccata nostra, vt Maria soror Moysi, & Magdalena. Aut ad gloriam dei illuminis, vt Paulus. Aut ad custodiam virtutũ perceptarum per dei notitiam ad gloriam eius, vt cæcus natus, & Lazarus suscitatus. Aut ad inchoationem damnationis æternæ, vt Pharao, Antiochus, Herodes. Beda, do. 22. post Trinitatem. Versus.

*Iob. Mariam, Paulum.*
*Vt probet, emendet, conseruet,*
*Cæcum,*
*& vt videatur.*
*Pharaonem, Herodem.*
*Vt crucie miseros, virtus diuina flagellat.*

Hoc autem postremũ reproborum est propriũ, sicut Antiochus & Herodes qui vtrique suo tẽpori aduersus deũ repugnãtes, quòd tormentorum in gehẽna perpetuo passuri essent, præsentium afflictionum miseria cunctis ostẽdebant: quibus cõgruit illud prophetæ: Et duplici contritione cõtere eos dñe. Idẽ ibi.

ne audirent me,& ne acciperent disciplinam.Et erit,si *audieritis me, dicit dominus, [d]vt non inferatis onera propter portas ciuitatis huius in die sabbati: & si sanctificaueritis diem sabbati,ne faciatis in ea omne opus,ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes sedentes super solium Dauid, & ascendentes in curribus & equis, ipsi & principes eorum viri Iuda,& habitatores Ierusalem, & habitabitur ciuitas hæc in sempiternum.Et venient de ciuitatibus Iuda in circuitu Ierusalem,& de terra Beniamin,& de campestribus,& de montuosis, & ab austro, portantes holocaustum, & victimam,& sacrificium,& thus,& inferent[14]oblationem]in domum domini.[c] Si autem non audieritis me,vt sanctificetis diem sabbati,& ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ierusalem in die sabbati,succendam ignem in portis eius, & deuorabit domos Ierusalem, & non extinguetur.

*Audiendo.

[d.Si nostri Iudaisantes etpla-nationem tropicam repudiauerint,aut Iudæi esse cogentur,& eum obseruatione sabbati circuncidere præputia, aut reprehendere saluatorem, qui iussit in sabbato paralytico tollere lectulum suum: pro quo Iudæi magis quærebant eum interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum.Glos. ordina.]

14.Confessionem.

[e.Per sabbatū vno modo intelliguntur dies ecclesiæ festiui, quibus præcipuè vacandum est Deo.Alio modo omne opus vitæ præsentis dicitur sabbatum, quia semper sabbatizare,i.à peccatis cessare atque in Deo quiescere nos oportet.Dio. Carthus. ibidem.]

*Vt lutum in manu figuli sic homo in manu dei, quem reuertentem deus recipit, obstinatum perdit,atque in Iudæos vtitur vltione quòd prophetam persequantur. XVIII.*

A VErbum quod factum est ad Ieremiam à domino dicens:Surge, & descende in domum figuli,& ibi[1]audies]verba mea.Et descendi in domum figuli,& ecce ipse faciebat opus super rotam, & [a] dissipatum est vas quod ipse faciebat è luto manibus suis.Conuersúsque fecit illud vas alterū, sicut placuerat in oculis eius vt faceret. Et factum est verbum domini ad me,dicens: †[b]Nunquid sicut figulus iste,non potero vobis facere domus Israel, ait dominus? Ecce sicut lutum in manibus figuli,sic vos domus Israel in[c] manu mea. †Repentè loquar aduersum gentē,& aduersus regnum:vt eradicem & destruam,& disperdam illud.†Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo,quod locutus sum aduersum eam, agam & ego
B pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei, & subito loquar de gente & regno,vt ædificem & plantem illud.†Si fecerit malū in oculis meis,vt non audiat vocem meam,pœnitentiam agam super bono quod locutus sum vt facerē ei. Nunc ergo dic viro Iudæ,& habitatori Ierusalem,dicens:Hæc dicit dominus: † Ecce ego fingo contra vos malum,& cogito contra vos cogitationē.†[2]Reuertatur] vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra, qui dixerunt: [d] Desperauimus. Post cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisque [3] prauitatem] cordis sui mali faciemus.Ideò hæc dicit dominus:Interrogate gentes. †Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel?Nunquid deficiet de petra agri nix Libani,aut euelli possunt
C aquæ[4]erumpentes]frigidæ & defluentes? Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes & impingentes in viis suis,& in semitis[5]seculi,]vt ambularent[6]per eas in itinere non trito,][e] vt fieret terra eorum in desolationem & in sibilum sempiternum.†Omnis qui præterierit per eam, obstupescet, & mouebit caput suum. * Sicut ventus[7]vrens]dispergam eos coram inimicis,dorsum & non faciem ostendam eis in [f]die perditionis eorum.Et dixerunt: Venite, & cogitemus contra Ieremiam cogitationes.†Non enim peribit lex à sacerdote, neque consilium à sapiente, nec sermo à Propheta. Venite,& percutiamus eum lingua,& non attēdamus ad vniuersos sermo-
D nes eius. [g]Attēde domine ad me,& audi vocem aduersariorum meorum. Nunquid redditur pro bono malum,[h]quia foderunt foueam animæ meæ?Recordare quòd steterim in conspectu tuo,vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuā ab eis.Propterea da filios eorum in famem,& deduc eos in manus gladij. [i] Fiant vxores eorum absque liberis & viduæ,& viri earum interficiantur morte.Iuuenes eorum confodiantur gladio in prælio, audiatur clamor de domibus eorum. Adduces enim super eos[8]latronem]repente,quia[k]foderunt foueam vt caperent me, & laqueos absconderunt pedibus meis.Tu autem domine scis omne consilium eorum aduersum me in mortem. Ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur.Fiant corruentes in conspectu tuo,in tempore furoris tui[9]abutere eis.]

1.Audire te faciam.

a. Placuit autem deo vt corpus Christi quod mortale & corruptibile susceperat, de sepulchri petra leuatum,& immortale atque incorruptibile effectū, iam non in terrenis,sed in cœlestib⁹ & in patris dextera collocaret. Cyprian.in Symbo.Apostolo.

b. Possibile quidē deo est non solū de argilla factos per lauacrum regenerationis corrigere, sed & spiritus accepta virtute, & lapsos post pœnitentiā veram ad statum pristinum reuocare. Chrys.ad baptisandos.hom. 4.

c. Manus dei interdum potestas eius intelligitur,sicut hic.Iterū flagellū dicitur vt Sopho.1.Extende manum tuam super Iudam & Ierusalem: Et Iob.19. Manus domini tetigit me. Interdum vero manus patris dicitur filius,vt Isa.66.Omnia hæc manus mea fecit.Aug.de essen. diui.

2.Reuertatur igitur.

[d.Hic obstinatio Iudæorū maligna declaratur. Rabanus ex præsenti loco ostendit liberum arbitriū nihil esse,nisi accesserit gratia Dei Interrogate gentes. Quis audiuit talia horribilia? Ostendit plus peccasse Iudam, quia libero arbitrio iuxtà atque gratia dei sunt abusi.Lorichius ibidem.]

3.Cogitationem.

4.Extraneæ.

5.Antiquis.

6.In semitis & via non calcata.

[e.Hoc plenius post aduentum Dñi videtur esse completū quādo nullus Iudæorum terram & vrbem sanctā ingredi lege permittitur Glosa ordina.ibid.]

7.Orientalis.

f. Dies perditionis Iudæorum omne tempus est post passionē saluatoris,vsque ad consummationem seculi:vt postquam sub intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiat. Raba.cum Hiero.ibid.

[g.Ponitur Ieremiæ deprecatio dicentis: Attende Domine ad me liberādum de manibus inimicorum meorū.De Lyra.ibi.]

h. Planè foderunt in patientiæ foueam occasiones indignationis plurimas, & per maximas ministrātes. Sed quid horū foueæ,ad abyssum magnitudinis tuæ liceat.ser.4.heb.pœnosę.

[i. Ingredientibus hostibus, & occidentibus eos in proprijs domibus,adduces simul latrunculos Chaldæorum vel Nabucho donosor crudelissimum regem eorum. Rex enim sine iustitia quid est nisi latro magn⁹. Dion. Carthusia.]

8.Exercitum.

k. Iustum est vt qui decipere pro viribus laborant, & ipsi decipiantur.Psal.Laqueum parauerunt pedibus meis, & incurnauerunt animam meam.S.Tho. ibidem.

9.Fac eum eis,sub.vindictam.

†Rom.9.e

†22.q.4.c In commutabilis. †Isa.45.b Sup.5.b

†De pœ.di.1. c.Si agamus. & c. Quamobrem. †Ionæ 3.d

†Isa.29.b & 55.c

†Isa.66.c

†Infra 19.c 49.& 50.c

†93.dist.c. Diaconi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Ieroſolymorum excidium propter idololatriam in Hennon, ac verbi dei, & cultus eius contemptum.* XIX.

HÆc dicit dominus: Vade, & [1] accipe] lagunculam figuli [2] teſteam, & de ſe- A
nioribus] populi & de ſenioribus ſacerdotum: & egredere ad vallem filiorũ
Hennon, quæ eſt iuxta introitũ [a] portæ fictilis: & prædicabis ibi verba quæ
ego loquor ad te, & dices. [b] Audite verbum domini Reges Iuda, & habita-
tores Ieruſalem: Hæc dicit dominus exercituum deus Iſrael: † Ecce ego inducam affli- †
ctionem ſuper locum iſtum, ita vt † omnis qui audierit illam, tinniant aures eius, eo †
quòd dereliquerint me, & alienum fecerint locum iſtum, [c] & libauerint in eo diis a-
lienis, quos neſcierũt ipſi & patres eorum, & reges Iuda, [d] & repleuerunt locum iſtum
ſanguine innocentum: & ædificauerunt excelſa Baalim ad comburendos filios ſuos
igni in holocauſtum Baalim: quæ non præcepi nec locutus ſum, nec aſcenderunt in
cor meum. Propterea ecce dies veniẽt, dicit dominus, [d] & non vocabitur amplius lo-
cus iſte Tophet, & vallis filij Hennon, ſed vallis occiſionis. Et diſſipabo conſilium Iu-
da, & Ieruſalem in loco iſto, & ſubuertam eos gladio] in conſpectu inimicorum ſuo-
rum, & in manu quærentium animas eorum, & dabo cadauera eorum eſcam vola-
tilibus cœli, & beſtiis terræ, † & ponam ciuitatem hanc in ſtuporem & in ſibilum. †
† Omnis qui præterierit per eam, obſtupeſcet, & ſibilabit ſuper vniuerſa plaga eius. †
[e] Et cibabo eos carnibus filiorum ſuorum, & carnibus filiarum ſuarum, & vnuſquiſ- e
que carnem amici ſui comedet in obſidione, & in anguſtia, in qua concludent eos
[e] inimici eorum, & qui quærunt animas eorum. Et conteres lagunculam in oculis vi-
rorum qui ibunt tecum, & dices ad eos: Hæc dicit dominus exercituum: Sic cõteram
populum iſtum & ciuitatem iſtam, ſicut conteritur vas figuli quod non poteſt vltrà
inſtaurari. [f] Et in Tophet ſepelientur, eo quòd non ſit alius locus ad ſepeliendum. Sic
faciam loco huic, ait dominus, & habitatoribus eius, & ponam ciuitatem iſtam ſicut
Thophet. [g] Et erunt domus Ieruſalem & domus Regum Iuda, ſicut locus Tophet d
immundæ: [g] omnes domus in quarum domatibus ſacrificauerunt omni militiæ cœli,
libauerunt libamina diis alienis. Venit autem Ieremias de Tophet quò miſerat eum
dominus ad prophetandum, & ſtetit in atrio domus domini, & dixit ad omnem po-
pulum: Hæc dicit dominus exercituum deus Iſrael: Ecce ego inducam ſuper ciuita-
tem hanc, & ſuper omnes vrbes eius vniuerſa mala quæ locutus ſum aduerſum eam,
quoniam indurauerunt ceruicem ſuam, vt non audirent ſermones meos.

1. Emc.
2. A figulo, & duc tecum de ſe-
nioribus, &c.
a. Vbi figuli operabantur, quæ
& porta Sur, porta orientalis, &
porta ſtercoraria dicitur.
[b. Do. Deus Iſraelis in hũc mo
dum loquitur: Ecce ego adduco
malum horrendũmque cala-
mitatem in locum hunc, ita vt
quiſquis de eo audierit aures
eis tinniant multóque horrore
concutiantur. Toſarriut. ibid.]
c. Nulli autem dubium quin in
templo dei Baal idõlum poſue
rint, ſiue in delubro, quod erat
in valle filij Hennon, vbi & lu-
cus Baal, & ara eius fuit, ſuper
quam immolauerunt, & incen-
derunt filios ſuos, quæ domin⁹
nec cogitauit, nec locutus eſt,
nec aſcenderunt in cor eius nõ
quòd deus futura neſcierit, ſed
quæ indigna ſunt, ſua notitia
ignorare ſe dicat, iuxta illud.
Recedite à me operatij iniqui-
tatis, neſcio vos. Hiero. ibid.
[d. Ecce ego inducẽ afflictionẽ
ſuper locum iſtum: Non vocabi
tur locus iſte amplius Tophet,
& vallis Ennon, ſed vallis occi-
ſionis, puta ab occiſione Iudæo-
rũ, hoc eſt propter earum mul-
titudinem Iudæorũ ab hoſtib⁹.
Sic cõteram locum iſtum ſicut
conteritur vas figuli. Lorichius
ibidem.]
3. Cadere faciã eos in gladium.
e. Hoc eſt, Chaldæi vitam eorũ
quærentes extinguete. Ex quo
patet duriſſima fames quæ fuit
tempore obſidionis Ieruſalem
à Chaldæis. Diony. ibid.
[f. Quod ſupra dixerat: Non vo
cabitur locus iſte amplius To-
phet & vallis filiorum Ennon,
ſed vallis occiſionis hîc aperit,
quod tãta in ipſo ſolo cædes fu
tura ſit, vt ibi accruatim popul⁹
ſepeliatur. Gloſa ordina.]
g. Dei & primæ cauſæ deſiderio
languens rationalis creatura ad
ea quæ oculis cerni poſſunt, ſe
cõuertit, & horum aliquid peſ-
ſimo errore deum facit. Vnde
deum faciunt, alij Solem, alij
Lunam, alij ſtellarum cœtum, a-
lij cœlum ipſum, vnà cum ſtel-
lis: vt à motu quarum pro di-
uerſarum quantitate tum qua-
litate alio atque alio omne ge-
nus rerum penderet. Gregor.
Nazian. lib. 2. Theolog.

*Ieremias ob dei verbum percuſſus & in carcerem coniectus atque deriſus Iudæis Babylonicam gemebundus minatur captiuitatem.* XX.

a. Iſte autem erat pontifex tem-
pli, & data ſibi ſacerdotij digni
tate in peruerſum aburitur non
vt doceat & ſermone corripiat,
ſed vt cruciatibus terreat. Vnde
& Paulus, & Saluator noſter
iuſſu pontificis verberantur.
Hiero. ibid.

PAſſur [a] audiuit Phaſſur filius Emmer ſacerdos, qui conſtitutus erat Princeps
in domo domini, Ieremiam prophetantẽm ſermones iſtos, & percuſſit
Phaſſur Ieremiam Prophetam, & miſit eum in neruũ, quod] erat in por-
ta Beniamin ſuperioti in domo domini. Cúmque illuxiſſet in craſtinum,
eduxit Phaſſur Ieremiã de neruo: & dixit ad eum Ieremias: [b] Non Phaſſur vocauit do-
minus nomẽ tuum, ſed pauorem vndique: quia hæc dicit dominus: Ecce ego dabo te
in pauorem, & omnes amicos tuos, & corruent gladio inimicorum ſuorum, & oculi
tui videbunt. Et omnem Iudã dabo in manu Regis Babylonis, & traducet eos in Ba-
bylonem, & percutiet eos gladio. [c] Et dabo vniuerſam ſubſtantiam ciuitatis huius, &
omnem laborem eius, [c] omnéque pretiũ, ]& cunctos theſauros Regum Iuda dabo in
manu inimicorũ eorum, & diripient eos, & tollent, & ducent in Babylonem. Tu autẽ
Phaſſur & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem, & in Babylonem ve-
nies, & ibi morieris, ibíque ſepelieris, tu & omnes amici tui, quibus prophetaſti mẽda-
ciũ. [d] Seduxiſti me domine, & ſeductus ſum, fortior me fuiſti & inualuiſti. [d] Factus ſum
in deriſum tota die. Omnes ſubſannant me, quia [e] iam olim loquor vociferans ]iniqui-
tatem, & vaſtitatem clamito. Et factus eſt mihi ſermo domini in opprobrium & in

b. Hoc eſt, cum nomẽ à proprie-
tate imponatur, priſtinum no-
men amittens quod ortis nigre-
do interpretatur. Per os autem
iubendi authoritate, per nigre-
dinem vero poteſtatis abuſio
deſignatur, quam ſtatim erat a-
miſſurus: non amplius Phaſſur,
ſed pauor vocandus. Dion. ibi.
c. Et quicquid pretioſum eius.
[c. Dixit ſe propheta à Domino
deceptũ cui ſupra dictum eſt:
prophetam in gẽtibus dedi te,
& conſtitui te hodie ſuper gen-
tes, & ſuper regna. &c. Quibus
verbis arbitratus eſt, nihil ſe cõ-
tra Iudæos dicturũ, ſed cõtra gẽ
tes, & ideo prophetiã libenter
aſſumpſit. nunc autẽ res in con-
trariũ recidit, vt captiuitatem
Ieruſalem prædicẽt perſecutio-
nes & anguſtias ſuſtineat. Glo.
ordina. ibid.]
d. Quòd ũ propheta ſic diſcru-
ciatus eſt, eo quòd ſtatuerat ſi-
lere, qua tandem nos venia di-
gni eſſe ſubimur, qui ab exhibẽ-
da doctrina ceſſemus? Chryſo.
ex Luca. cap. 16. Concio 1.
e. Ex quo loquor vocifero.

deriſum

c derisum tota die. ᵉEt dixi: ᶜNon recordabor eius, neque loquar vltrà in nomine illius. Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, clausúsque in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens. † Audiui enim [4]contumelias ]multorum, & terrorem in circuitu, †[5]persequimini & persequamur eum ]ab omnibus viris qui erãt pacifici mei & [6]custodientes latus meum. ]Si quo modo decipiatur, & prævaleamus aduersus eum, & consequamur vltionem ex eo. Dominus autem mecum est quasi [7]bellator ]fortis, idcirco qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt, & confundentur vehementer, quia nõ D [8]intellexerunt ]opprobrium sempiternum, quod nunquam [9]delebitur. ᵉ ᶠEt tu domine exercituum, † probator iusti, qui vides renes & cor, videam quæso vltionem tuam ex eis. † Tibi enim reuelaui causam meam. Cantate domino, laudate dominum, quia liberauit animam pauperis de manu malorũ. † Maledicta dies in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. ᴮMaledictus vir qui annunciauit patri meo, dicens: natus est tibi puer masculus, & quasi gaudio lætificauit eũ. Sit homo ille vt sunt ciuitates quas subuertit dominus, & non pœnituit eum. Audiat clamorem mane, & vlulatum in tempore meridiano, quia non interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea sepulchrum, & vulua eius conceptus æternus. † ʰQuare de vulua egressus sum, vt viderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei?

†Psal.30.d

†Infra.23.g

†Sup.11.d

†Iob 3.a

†Iob.3.b.& 10.d

[e. Istud non competit propriè Christo, sed membris eius. Interdum contingit hæc dicere quando videlicet viri spirituales vident se prædicãdo nihil proficere. Imo econtra ab auditoribus minas, irrisiones, aut obloctiones, vel iũ[5] recipere. Dio. Carthusia. ibid.]

4. Blasphemiã, vel detractionẽ.

5. Annuntiate, & annuntiabimus ei.

6. Obseruabãt si quo pacto elabi dicarẽ, sub. in aliquibus verbis.

7. Gigas.

8. Ptosperè agent.

9. Oblitioni tradetur.

f. Solus deus & probat iustitiã, sicut solus est qui cordis videt constantiam. Glosa ordina.

*Propheta capiendam vrbem ac exurendam vaticinatur, ac Sedechiam cum populo suo captiuandum.* XXI.

A VErbum quod factum est ad Ieremiam à domino, quãdo misit ad eum Rex Sedechias [a] Phassur filium Melchiæ & Sophoniam filium Maasiæ sacerdotẽ, dicens: [b]Interroga pro nobis dominum, quia Nabuchodonosor Rex Babylonis præliatur aduersum nos, si fortè faciat dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua, & recedat à nobis. ᶜEt dixit Ieremias ad eos: Sic dicetis Sedechiæ: Hæc dicit dominus deus Israel. Ecce ego conuertam [1]vasa belli ]quæ in manibus vestris sunt, & quibus vos pugnatis aduersum Regem Babylonis & Chaldæos, B ᵍqui obsident vos in circuitu murorum, & congregabo ea in medio ciuitatis huius, & debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti & in furore, & in indignatione, & in ira grandi, & percutiam habitatores ciuitatis huius. Homines & bestiæ pestilentia magna morientur. Et post hæc ait dominus: [d] dabo Sedechiam regem Iuda & seruos eius, & populum eius, & qui derelicti sunt in hac ciuitate à peste & gladio & fame, in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum, ᵍ & C manu quærentium animam eorum, & percutiet eos in ore gladij, & nõ flectetur, neque parcet, nec miserebitur. Et ad populũ hunc dices: Hæc dicit dominus: ᶜ †Ecce ego [2]do ]coram vobis viam vitæ, & viam mortis. † Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, & fame, & peste: qui autem egressus fuerit, & transfugerit ad Chaldæos qui obsident vos, viuet, & erit ei anima sua quasi spoliũ, posui enim faciem meam super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ait dominus. ᶠ In manu Regis Babylonis D dabitur, & exuret eam igni. ᵍ Et domui Regis Iuda: Audite verbũ domini domus Dauid, Hæc dicit dominus: † Iudicate mane iudiciũ, & eruite vi oppressum de manu calumniantis, ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiam studiorum vestrorum. ᴳEcce ego ad te habitatricem vallis [3]solidæ ]atque campestris, ait dominus: qui dicitis, quis [4]percutiet nos, ]& quis ingredietur domus nostras: & visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum, dicit dominus: & succendam ignem in saltu eius, & deuorabit omnia in circuitu eius.

†Infr.42.a

†Infr.38.a

†Sup.20.d

†Infr.22.a

a. Hic Phassur alius est à superiori, vtpote quia ex alio patre natus. Dionis. ibid.

[b. Ex hoc patet quod liber iste non procedit secundũ ordinẽ temporis, quia sequenti capitulo & pluribus aliis scribuntur plura quæ antequàm regnaret Sedechias fuerunt facta, vt videbitur infra. De Lyra. ibid.]

c. Comminatur tempus pœnæ & vrbis excidium contra tria, quibus maximè confidebant: scilicet, in armorum munitione, in mutorum fortitudine. & in dei protectione: quã semet dominus quantum ad maiores, minores, & mediocres, minatur vindicaturum. S. Tho. ibid.

1. Arma bellica.

d. Primum de vniuersa vrbe propheratum est. nunc propriè Sedechiæ prædicitur & populo eius, qui residui fuerint, post pestem, gladium & fames, quod à Nabuchodonosor Babylonio rege capiendus sit, interficiendusque cum amicis suis gladio nec vllam eius sperer misericordiam, cuius fœdus necessitudinem periurio deseruerit. Raba. ibidem.

[e. Sunt qui hunc locũ secundũ tropologiam sic exponunt: melius est se tradere secularibus disciplinis, & maximè Philosophicis quàm in ecclesia illa permanere in qua fames sit sermonis Dei. Et omnis populus hæreticorum gladio & doctrinæ penuria & peste hæretica moriatur. Glosa ordina. ibid.]

2. Propono.

f. In quibus patet Ieremiæ constantia, quòd non solum regi suam cõminatur deiectionẽ, sed & populo cõsulit ad aliũ regẽ transmigrationẽ contra proprij regis decretum. Dion. ibid.

[g. Id est, ad te gẽtem Iudaicã, quæ habitas in Ierusalẽ, quæ dicitur hic vallis solida, & campestris: quia partim erat sita in valle, & partim in monte, & erat clausa tribus muris. De Ly. ib.]

3. Petrosæ.

4. Descendet ad nos, vel contra nos?

*Mittitur propheta nunciaturus Regi iudicium, iustitiam, oppressorum liberationem, & Regis Ioachim confusionem.* XXII.

A HÆc dicit Dominus: Descende in domum Regis Iuda, & loquêris ibi verbum hoc, & dices: Audi verbum Domini Rex Iuda, qui sedes super solium Dauid, tu & serui tui, & populus tuus qui ingredimini per portas

[a. Ieremias in capite præcedẽt occasionẽ petiit dicendi cõtra tyrannidẽ regũ nunc ergo nacta occasione prosequit it instituturum. Primo domum regiam instruit in genere. Sapientiã & iustitiam commendat regibus. Sapientibus & iustis promittit securitatẽ, imperatis & iniquis exterminium comminatur. Lorichius. ibid.]

[b. Monet quid facere Rex debeat vt vitet impendentem dei sententiam Regum autem propriũ est facere iudicium & iustitiam, & liberare populum de manu calumniatorum vi oppressum: & peregrino pupillóque & viduæ, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium. Hiero. ibid.

1. Vecti curribus & equis.

c. Iuret ergo deus qui iurat secutus, quem nihil fallit, quem nihil latet, qui omnino fallere ignorat, quia nec falli potest. Cum enim iurat, se adhibet testem. Quomodo tu cum iuras, deum adhibes testem, sic ipse cum iurat, se testẽ adhibet. Tu quando illum adhibes testem, forte supra mendacium tuum accipis in vanum nomen domini dei tui. Ne mendacium iures, ergo noli iurare. Augu. de verbis Apostol. Serm. 30.

2 Præparabo aduersus te.

[d. Mihi propriè dici videtur de Sedechia, de quo & præsentis, & præteriti capitis propheria est. In quo verè regnum finitũ est, sub quo & vrbs capta est, & ipse in Babylonem ductus mortuus est. Gloss ordina.]

e. Id est, ad Ioachim, quia omnes filij Iosiæ dicti sunt Sellum, id est, consummatio: quia in ipsis regnum Israel coniummatũ est.

3. Absque iudicio: proximo suo abutitur frustra.

4. Perforat.

5. Tabulata.

[f. Quoniã te eleuas vltra debitum, vel confers te cedro, i. Salomoni regi potentissimo ad ædificandum. De Lyra.]

6. Immisces te cedris.

7. Et bene fuit illi. An non hoc est nosse me?]

[g. Ad hoc enim quod bona innocentum sibi acquireret, crimen dignum morte eis impone bat: & ad cursum mali operis, cupiditas enim impellit ad omnia mala, propter quod dicit Apostolus. 1. Timo. 6. Radix omnium malorum est cupiditas idem. ibid.]

8. Ad oppressionem.

9. Plangent eum: heu domine & heu magnificentia eius.

h. Scriptura sacra hanc habet cõsuetudinem, vt omnes reges veteris testamenti mortuos referat & sepultos, præter Ioachim filium Iosiæ. Hiero. ibid.

10. Iacerus.

11. In fœlicitate.

i. Arguit Ierusalem superbiæ, & quòd diuitiarum magnitudine abusa sit in contemptum dei: & narrat quòd non solum hoc tempore, sed & ab initio quando educta sit de Aegypto non audierit vocem dei: vnde omnes pastores eius & principes huc illúcque dispersi & captiuitati Babyloniæ colla submiserunt. Raba. ibid.

[k. Porro si viuo ego, dicit Dñs, Iechoniã filium Ioachim regis Iuda, vt maximè mihi sit velut annulus signatorius dexteræ meæ indumẽtũ impositus inde tamen euellam atque dificiam eum daturus eum in eorũ manum qui necem illi inquirunt, & quorum conspectum timet, ac horret, in manum inquã Nabuchodonosor regis Babylonij in manum Chaldæorũ.]

12. Sigillum.

13. Te.

14. Sculptile contemptum.

15. Ad quod nemo afficitur?

l. Iechonias quãuis Zorobabel. in Babylone genuerit, tamen in Iudæa nullũ filiũ genuit, nec habuit quempiã sibi in regno succedentem. Dion. ibid.

a. Quia superius omnis spes regni Iudaici fuerat imputata, transit ad principes ecclesiæ & synagoga cum suis pastoribus derelicta atque dinata ad apostolos sermo fit, de quibus dicitur. Et suscitabo super eos pastores, & pascent eos, & nõ formidabunt vltrà. Hiero. ibid.

istas. Hæc dicit dominus: [b] Facite iudicium & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris, & aduenam & pupillum, & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè, & sanguinem innocentẽ ne effundatis in loco isto. Si enim facientes feceritis verbum istud, [e] ingredientur per portas domus huius Reges sedentes de genere Dauid super thronum eius, & [1] ascendentes currus & equos, ]ipsi & serui & populus eorum. [f] Quòd si non audieritis verba hæc, [c] in memetipso iuraui, dicit dominus, quia in solitudinem erit domus hæc. Quia hęc dicit dominus super domum Regis Iuda: Galaad tu mihi caput Libani. Si non posuero te solitudinem, vrbes inhabitabiles. Et [2] sanctificabo super te ]interficientem virum & arma eius, & succident electas cedros tuas, & præcipitabunt in ignem, & pertransibunt gentes multæ per ciuitatem hanc, & dicet vnusquisque proximo suo. [g] [f] Quare sic fecit dominus ciuitati huic grandi? Et respondebunt: eo quòd reliquerint pactum domini dei sui, & adorauerint deos alienos, & seruierint illis. [d] Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum fletu. Plangite eum qui egreditur, quia non reuertetur vltrà, nec videbit terram natiuitatis suæ. Quia hæc dicit dominus [e] ad Sellum filium Iosiæ Regem Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo qui egressus est de loco isto. Non reuertetur huc amplius, sed in loco ad quem transtuli eum, ibi morietur, & terram istam non videbit amplius. [g] Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua [3] non in iudicio. Amicum suum opprimet frustra, ]& mercedem eius non reddet ei. Qui dicit: ædificabo mihi domum latam, & cœnacula spacciosa, qui [4] aperit ]sibi fenestras, & facit [5] laquearia ]cedrina, pingitque sinopide. [f] Nunquid regnabis, quoniam [6] confers te cedro? ] Pater tuus nunquid non comẽdit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam, tunc cum bene erat ei? Iudicauit causam pauperis & egeni [7] in bonum suum. Nunquid non ideò quia cognouit me, ]dicit dominus? [g] Tui verò oculi & cor ad auaritiam [8] & ad sanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & [8] ad cursum mali operis. ] Propterea hæc dicit dominus ad Ioachim filium Iosiæ Regem Iuda: Non plangent eum, væ frater & væ soror: non [9] concrepabunt ei, væ dominæ, & væ inclytæ. [h] Sepultura asini sepelietur, [10] putrefactus ]& proiectus extra portas Ierusalem. Ascende Libanum & clama, & in Basan da vocem tuam, & clama ad transeuntes, quia cõtriti sunt omnes amatores tui. Locutus sum ad te [11] in abundantia ] tua, dixisti: [i] non audiam. [g] Hæc est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam. Omnes pastores tuos pascet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt. Et tunc confundẽris & erubescas ab omni malitia tua, quæ sedes in Libano & nidificas in cedris. Quomodo congemuisti cum venissent tibi dolores quasi dolores parturientis? [k] Viuo ego dicit dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioachim Regis Iuda [12] annulus ]in manu dextera mea, inde euellam [13] eum. ]Et dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis, & in manu Chaldæorum. [g] Et mittam te & matrem tuam quæ genuit te in terram alienam in qua nati non estis, ibíque moriemini: Et in terram ad quam ipsi leuant animam suam, vt reuertantur illuc, non reuertentur. Nunquid [14] vas fictile ] atque contritum vir iste Iechonias? Nunquid vas [15] absque omni voluptate? ] Quare abiecti sunt ipse & semen eius, [l] & proiecti in terram quam ignorauerunt? Terra, terra, terra, audi sermonem domini. Hæc dicit dominus: Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur. Nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltrà in Iuda.

*Comminatio domini in prælatos & prophetas, ob scelera sua dispergendos, quòd populum ad malum induxerint per ficta verba, per somnia, & per scripturæ deprauationem. XXIII.*

[†] [a] Væ pastoribus, qui [1] disperdunt & dilacerant ]gregem pascuæ meæ, dicit dominus. Ideò hæc dicit dominus deus Israel ad pastores, qui pascũt populum meum: Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos. Ecce ego visitabo super vos malitiam studiorũ vestrorum, ait domi-

dominus.[b] Et egò congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris ad quas eiecero eos illuc,& conuertam eos ad [2] rura sua,] & crescent & multiplicabuntur, & suscitabo super eos pastores,& pascent eos,non formidabunt vltrà,& non pauebunt,& nullus [3] quæretur ex numero,] dicit dominus. † Ecce dies veniunt,dicit dominus,& suscitabo Dauid germen istum, & regnabit rex, & [4] sapiens erit,] & [c] faciet iudicium & B iustitiam in terra. † In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. & Et hoc est nomen quod vocabunt eum, dominus iustus noster. † Propter hoc ecce dies veniunt,dicit dominus: & non dicent vltrà:viuit dominus, qui eduxit filios Israel de terra Ægypti: Sed, viuit dominus,qui eduxit & adduxit semen domus Israel de terra aquilonis, & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc, & habitabunt in terra sua. [5] Ad prophetas:Contritum est]cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea. Factus sum quasi ebrius,& quasi vir homo madidus à vino, à facie domini, & à facie verborum [6] sanctorum] eius, quia adulteriis repleta est terra, quia [7] à facie maledictionis] luxit terra, arefacta sunt arua deserti. Factus est cursus eorum malus, & C fortitudo eorum[8] dissimilis. & [d] Propheta nanque & sacerdos [9] polluti sunt,] & in domo mea inueni malum eorum, ait dominus: Ideirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris,impellentur enim & corruent in ea. Afferam enim super eos mala,annum visitationis eorum,ait dominus.Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatem, & prophetabant in Baal,& decipiebant populum meum Israel. Et in Prophetis Ierusalem vidi [10] similitudinem adulterantium,[e] & iter mendacij: ] & confortauerunt manus pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisque à malitia sua. Facti sunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorrha.Propterterea hæc dicit dominus exercituum ad Prophetas: † Ecce ego cibabo eos absynthio,& potabo eos [11] felle.]A Prophetis enim Ierusalem egressa est [12] pollutio super omnem terram. Hæc dicit domi- D nus exercituum. & [f] Nolite audire verba prophetarum qui prophetant vobis, & decipiunt vos. Visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini. Dicunt iis qui blasphemant me, locutus est dominus, pax erit vobis: & omnibus qui ambulant in prauitate cordis sui, dixerunt: non veniet super vos malum. Quis enim affuit in consilio domini, & vidit & audiuit sermonem eius? Quis considerauit verbum illius,& audiuit? Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur,& tempestas erumpens super caput impiorum veniet. Non reuertetur furor domini vsque dum faciat,& vsque dum compleat cogitationem cordis sui. In nouissimis diebus intelligetis consilium eius. † [g] Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophe- E tabant. & Si stetissem in consilio meo, & nota feciissem verba mea populo meo, [13] auertissem vtique] eos à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. Putásne deus [14] è vicino] ego sum,dicit dominus: & non deus de longe? Si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum,dicit dominus? [h] Nunquid non cœlum & terram ego implebo,ait dominus? Audiui quæ dixerunt prophetæ,prophetantes in nomine meo mendacium,atque dicentes: Somniaui, somniaui. Vsquequo istud est in corde Prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium seductiones cordis sui? Qui volunt facere vt obliuiscatur populus meus nominis mei, propter somnia eorum quæ narrant vnusquisque ad proximum suum,sicut obliti sunt patres eorum nominis mei propter Baal. Propheta qui habet somnium, narret somnium: & qui F habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. & [i] Quid paleis ad triticum dicit dominus? Nunquid non verba mea sunt quasi ignis,ait dominus? & quasi malleus conterens petram? Propheta ecce ego ad Prophetas ait dominus,[k] qui furantur verba mea vnusquisque à proximo suo. Ecce ego ad Prophetas,ait dominus, qui [15] assumunt]linguas suas: & aiunt, dicit dominus: Ecce ego ad Prophetas somniantes mendacium, dicit dominus: qui narrauerunt ea, & seduxerunt populum meum in mendacio suo,& in miraculis suis, cùm ego non misissem eos,nec mandassem eis: qui nihil profuerunt populo huic, dicit dominus. Si igitur interrogauerit te populus iste, vel propheta, aut sacerdos, dicens: quod est onus domini? dices ad

X v

†Infra.33.c
Ia.4.b. 40.c
45 b.
Ier.34.c
Dan.9.g
Ioan.1.g
†Deut 33.d
†Sup.16.c

†Sup.9.c

†Sup.14.c
Infra.27.c.&
29.c.

[b. Quę congregatio non est intelligenda per localem motum, sed per vnitatem fidei ac charitatis nexum,secundum quod dicitur Ioh.11.Quod Christus moriturus erat pro gente, & vt filios dei qui dispersi erant,congregaret in vnum.i.in vnum ritum fidei & Christianæ ecclesię de variis sectis Gentium & Iudæorum,in quibus erant dispersi.De Lyra ibid.]
2. Caulas suas.
3. Imminuetur.
4. Prosperabitur.
c. Simile habes Isa. 9. Super solium Dauid,& super regnum eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret iudicio & iustitia. Non dixit in aquisitione gloriæ gazarúmque terrestrium, nó in victoria gentium plurimarum, vrbiúmque debellatione superbarum,sed iudicio & iustitia. Beda super Euangelium, Missus.
5. Propter prophetas contritum est.
6. Sanctitatis.
7. Propter iuramentum.
8. Non recta.
d. Hæc & sequentia referri possunt ad Iudæos, qui Christum requirere noluerunt, sed ipsum blasphemauerunt, tandem occiderunt, nec eum agnouerunt: quos figurabat qui tempore Ieremiæ fuerunt,& eum persecuti sunt. Diony. ibid.
9 Impiè egerunt.
10. Fœditatem. Adulterantur enim & incedunt mèdaciter.
[e. Quia decipiebant populum Iudæ,sicut illi populum Samariæ. In Hebræo habetur sic. Vidi turpitudinem adulterij, & iter mèdaci. Turpitudo enim adulteri, est quando adultera in eodem lecto recipit adulterũ cum marito, & sic isti fecerunt quia in templo domini idolum posuerunt. De Lyra.
11. Aquis fellis.
12. Hypocrisis, vel iniquitas.
f Monet cauere à falsis prophetis, qui incautos decipiunt auditores. Primo per ficta verba: quia cum nihil vidissent, dicebant se visionem à domino accepisse. Secundo per somnia vana, dum somniis phantasticis, quasi diuinis reuelationibus adhærebant,& inde alios ludebãt. S. Tho. ibid.
g. Contéplemur hæreticos,quo modo semel desperantes salutẽ gulæ se tradant & delitiis,vescãtur carnibus,frequenter adeant balnea, musco fragrent,vnguẽtis variis deliburi. Hiero. ibid.
13. Et reduxissent.
14. De propinquo.
h. Si ergo dominus est qui cœlum cõplet & terrã, quis potest spiritum sanctum iudicare dominationis & diuinæ potestatis exortem, qui repleuit orbem,& quod vltra totũ orbem est,replet Iesum totius orbis redemptorem! Ambro. de spiritu sancto lib.1.cap.7. Qui implet omnia,videt omnia,inquo mõstrat quid sit, videbo eum. Neque enim more corporali videre credendus est deus, tanquam alibi sit ipse cum videt,& alibi quod videt. Fulgen. ad Trasimun. regem lib.2.
i. Paleæ in cõsummatione seculi à tritico separãtur. Ex quo approbatur dum sumus in corpore isto mortali,mixtos esse cum tritico. Hierony. aduer. Pelagia. lib.1.
k. Exponere enim iustificationes & testamentum domini, & non hoc idem facere quod fecit dominus, quid aliud est quàm sermones eius abiicere,& disciplinam dominicam contemnere,nec terrena,sed spiritalia furta & adulteria committere, dũ quis de euangelica veritate furatur domini nostri verba & facta, & corrumpit atque adulterat præcepta diuina,sicut apud Ieremiam scriptum est: Qui furatur verba mea,&c. Cypria. Epist. lib.2. Epist.3.
15. Mollificant.

eos:[16] Vt quid vobis onus?] Proiiciam & quippe] vos, dicit dominus: [1] & propheta & sacerdos, & populus qui dicit, onus domini, visitabo super virum illũ, & super domum eius. [g] Hæc dicetis vnusquisque ad proximum & ad fratrem suum. Quid respõdit dominus? Et quid locutus est dominus? Et onus domini vltrà non memorabitur, quia onus erit vnicuique sermo suus. Et peruertistis verba dei viuentis, domini exercituum dei nostri. Hæc dices ad Prophetam: [m] Quid respondit tibi dominus, & quid locutus est dominus? Si autem onus domini dixeritis, propter hoc hæc dicit dominus: Quia dixistis sermonem istum, onus domini, & misi ad vos, dicens: nolite dicere onus domini, propterea ecce ego [17] tollam vos portans,] & derelinquam vos & ciuitatẽ quam dedi vobis & patribus vestris à facie mea, † dabo vos in opprobrium sempiternum, & ignominiam æternam, quæ nunquam obliuione delebitur.

16. Quid est Prophetia.
l. Quia igitur prophetæ solebãt peccantibus tristia nunciare, & sic ad pœnitentiam prouocare. Dominus autem sententiam differebat: ideoque putabat populꝰ pseudoprophetarũ fraude deceptus, non venturã quæ dominus minabatur. Glosa ordi. ibid.
m. Increpat irridentem populũ comminans illi pœnam quantũ ad interrogantes, & quãtum ad colloquentes. Et item prohibet irrisiones verborum, vnde Ezechiel. 31. Audiũt sermones tuos, & non faciunt eos: quia in cantu oris sui vertũt illos: ex quibus pœnam mœrentes captiuitatis. S. Tho. ibid.
17. Obliuiscar vestri vt feram.

*Visio ficuum bonarum & malarum partem populi reducendam, & partem cum Rege perdendam designat.* XXIIII.

[a] Ostendit mihi dominus, & ecce duo calathi pleni ficis positi ante templum domini, postquam transtulit Nabuchonosor rex Babylonis Iechoniam filium Ioachim regem Iuda, & principes eius, & fabrum & incluſorem de Ieruſalem, & [1] adduxit] eos in Babylonem. [b] Calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt solent ficus esse [2] primi temporis.] Et calathus vnus ficus habebat malas nimis: quæ comedi non poterant. [3] eo quòd essent malæ.] [g] Et dixit dominus ad me: † Quid tu vides Ieremia? Et dixi: [c] Ficus bonas, bonas valde, & malas, malas valde, quę comedi non possunt, eo quòd sint malæ. Et factum est verbum domini ad me dicens: Hæc dicit dominus deus Israel: Sicut ficus hæ bonæ, sic cognoscam transmigrationem Iuda quam emisi de loco isto in terram Chaldæorum in bonum, & ponã oculos meos super eos [4] ad placandum.] [g] Et reducam eos in terram hanc, & ædificabo eos, & non destruam, & plantabo eos, & non euellam: & dabo eis cor vt sciant me, quia ego sum dominus. † Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in deum: quia reuertentur ad me in toto corde suo. † Et sicut ficus pessimæ quæ comedi non possunt, eo quòd sint malæ, hæc dicit dominus: [d] Sic dabo Sedechiam regem Iuda, & principes eius, & reliquos de Ieruſalem qui remanserunt in vrbe hac, & qui habitant *in* terra Ægypti. [g] [e] † Et dabo eos in vexationem afflictionémque omnibus regnis terræ: in opprobrium, & in parabolam, & [5] in prouerbium,] & in maledictionem, in vniuersis locis ad quæ eieci eos: & mittam in eis gladium, & famem, & pestem, donec consumantur de terra quam dedi eis & patribus eorum.

a. Ostensio ista quæ subditur, facta est Ieremiæ per imaginariã visionem: cuius significationẽ dominus reuelauit prophetæ. Diony. ibid.
1. Duxit.
[b. Nos simplices quærentes historias calathum bonarum ficorum dicimus Iechoniam, qui Ieremiæ consilio tradidit se regi Babylonis: cui à dño prospera pollicentur. Malarum autem Sedechiam qui contradicens sententiæ domini captus est & cæcatus, & in Babylonem ductus & ibi mortuus. Glosa ord. ibi.]
2. Præcoces.
3. Propter malitiam, & infra.
c. Ambos referam⁹ calathos ad eos præcipuè qui in aduẽtu domini saluatoris crediderunt & non crediderunt. Simplicem autem sequentes historiam, bonarum ficuum calathum dicunt Iechoniam, qui se Ieremiæ consilio & imperio dei tradiderat regi Babylonio, cui & prospera dominus pollicetur. Malarum autem Sedechiam, qui contradicens sententiæ dei captus sit, excæcatúsque oculis, ductus est in Babylonẽ, ibique mortuus est. Hieron. ibid.
4. In bonum.
[d. Sic dabo Sedechiam mihi & hominib⁹ abominabilem: quia postea fuit captus & excæcatus, & filij eius & nobiles occisi, & populus partim occisus, & partim captiuatus, & ciuitas combusta. De Lyra.]
e Intelligit præcipue Sedechiã, cum principibus suis, cõminãs illi afflictionem in terra sua, & confusionẽ in terra aliena, quãtum ad opprobriũ, maledictionem, & imprecationem. S. Tho. ibidem.
5. Fabulam.

*Septuaginta annorum captiuitas prænuntiata, pastores & magnates ad planctum vocat.* XXV.

[a] Verbum quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iudæ in anno quarto [a] Ioachim filij Iosiæ regis Iuda, ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis. Et locutus est Ieremias Propheta ad omnem populum Iuda, & ad vniuersos habitatores Ieruſalem, dicens: [b] A tertiodecimo anno Iosiæ filij Amon regis Iuda, vsque ad diem hanc, iste est tertius & vicesimus annus: factum est verbum domini ad me, & locutus sum ad vos [1] de nocte] consurgens, & loquens, & nõ audistis. Et misit dominus ad vos omnes seruos suos Prophetas, cõsurgens diluculò mittẽnsque, & nõ audistis neque inclinastis aures vestras vt auditetis, cùm diceret: † reuertimini [*] vnusquisque à via sua mala & à pessimis cogitationibus vestris, & habitabitis in terra quam dedit dominus vobis & patribus vestris à seculo & vsque in seculum. [g] Et nolite ire post deos alienos, vt seruiatis eis, adoretísque eos: neque me ad iracũdiam prouocetis in operibus manuum vestrarum, & non affligam vos: & non audistis me, dicit dominus, vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum vestrarum in malum vestrum. Propterea hæc

a. Mortuo Iosia regnum suscepit filius ei⁹ Ioaz, alias Ioachaz, anno ætatis. 23. regiam habens Ieroſolymis. Hic matre natus Ametala impijs & impuris fuit moribus. Hunc Aegyptiorum rex à bello reuertens accersitũ ad se in vrbem Syriæ Samathan vinxit, & fratri eius seniori eodem patre nato Eliachim nomine regnum tradidit. Ioseph. Antiqui. Iuda. lib. 10. cap. 6.
b. Ostendit Iudæos inexcusabiles, cum ipse per 23. annos continuè illis prædicauerit, & annũtiauerit eis diuina decreta, & eius comminationes. Nec illiur solum, sed & plurimorum prophetarum verba contempserũt. S. Tho. ibid.
1. Mane.
*Nunc.

hæc dicit dominus exercituum: [c] Pro eò quòd non audistis verba mea, ecce ego mittam & assumam vniuersas cognationes aquilonis, ait dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & [d] adducam eos super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes quæ in circuitu eius sunt, & interficiam eos, & ponam eos in stuporem & in sibilum, & in solitudines sempiternas. Perdámque ex eis vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ, vocem molæ & c lumen lucernę. [e] & erit vniuersa terra eius in solitudinem, & in stuporem, & [c] seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis. † Cúmque impleti fuerint anni septuaginta, visitabo super Regem Babylonis, & super gentem illam, dicit dominus, iniquitatem eorum, & super terram Chaldęorum, & ponam illam in solitudines sempiternas. Et adducam super terram illam omnia verba mea quæ locutus sum contra eam: omne quod scriptum est in libro isto, quęcunque prophetauit Ieremias aduersum omnes gentes, quia seruierunt eis cùm essent gentes multæ & [f] reges magni. Et reddam eis secundum opera eorum & secundum facta manuum suarum. Quia sic di D cit dominus exercituum deus Israel. [g] Sume calicem vini furoris huius de manu mea & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te, & bibent, & turbabũtur, & insanient à facie gladij quem ego mittam inter eos. Et accepi calicem de manu domini, & propinaui cunctis gentibus ad quas misit me dominus: Ierusalem & ciuitatibus Iudæ: & Regibus eius, & principibus eius, vt darem eos [2] in solitudinem, ] & in stuporem, & in sibilum, & in maledictionem, sicut est dies ista: & Pharaoni regi Ægypti, & seruis eius, & principibus eius, & omni populo eius, & vniuersis [3] generaliter ] cunctis regibus terræ [4] Ausitidis, ] & cunctis Regibus terrę Philistiim, & Ascalonis, & Gazæ & Accaroni, Azoti, & reliquis Idumææ & Moab, & filiis Amon, & cunctis regibus E Tyri, & vniuersis regibus Sidõnis, [h] & regibus terrę insularum qui sunt trans mare, & Dedan, & Theman, & Buz, & vniuersis qui [5] attonsi sunt in comam, ] & cunctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus [6] occidentis ] qui habitant in deserto, & cunctis regibus Zambri, & cunctis regibus Elam, & cunctis regibus Medorum, cunctis quoque regibus Aquilonis [7] de prope & de longe, ] vnicuique contra fratrem suum, & omnibus regnis terræ quæ super faciem eius sunt. [h] Et rex Sesac bibet post eos. Et dices ad †Cantic.5.a eos: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: † [i] Bibite & inebriamini, & vomite, & cadite, neque surgatis à facie gladij, quem ego mittam inter vos. Cúmque noluerint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos: Hæc dicit dominus exercitu†1.Pet.4.d tuum: ] † Bibentes bibetis. Quia ecce in ciuitate in qua inuocatum est nomen meum, F ego incipio affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis? [k] Non eritis immunes. Gladium enim ego voco super omnes habitatores terræ, dicit dominus exercituum. Et tu prophetabis ad eos omnia verba hęc, & dices ad illos: † Dominus de ex†Iohel.3.c Amos 1.a celso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam. Rugiens rugiet super [8] decõrem suum. [l] Celeuma ] quasi calcantium concinetur aduersus omnes habitatores terræ. Pręuênit sonitus vsque ad extrema terræ, quia iudicium domino cum gentibus. [9] Iudicatur ipse ] cum omni carne. Impios [10] tradidi ] gladio, dicit dominus. Hæc dicit dominus exercituum. Ecce afflictio egredietur de gente in gentem, & turbo magnus egredietur [11] de summitatibus ] terræ, & erũt interfecti domini in die illa [12] à summo terrę vsque ad summum eius. ] [m] Non plangentur, & non colligentur neque sepelientur, in sterquilinio super faciem terræ iacebunt. [n] Vlulate pastores, & clamate, & [13] aspergite vos cinere ] optimates gregis, quia completi sunt dies vestri, vt interficiamini, & [14] dissipationes ] vestræ, & cadetis quasi vasa preciosa. Et peribit fuga à pastoribus, & saluatio ab optimatibus gregis. Vox clamoris pastorum, & vlulatus optimatum gregis, quia vastauit dominus pascua eorum, & [15] conticuerunt arua pacis ] à facie irę furoris domini. Dereliquit quasi leo vmbraculum suum, facta est terra eorum in desolationem à facie irę columbæ: & à facie irę furoris domini.

c. Vnde agnoscere possumus cuncta quidem quæ affligũtur, iudicio dei percuti, sed tamen vt sæpe memorauimus, propter peccata subuerti. Ac per hoc quicquid actum est peccatis nõ deo ascribendum, quia rectè illi rei factum ascribitur, qui vt ita fieret, exegit. Saluia. lib. 7.

[d. Quia Idumæi, Philistæi & alij circa Iudæam habitãtes fuerunt per Nabuchodonosor deprædati & captiuati, & eorum captiuitas hic denũtiatur cum pœna Iudæorum, qui sperabant eorum adiutorio resistere regi Babylonis. De Lyra ibid.]

e. Sicut Ierusalem post septuaginta annos recepit pristinos habitatores, & expleris supplicijs quia obediunt sententiæ dei fœlicitate pristina fruitur: sic rex Babylonis qui elatus est in superbiam, & suarum arbitratus est virtium qꝫ regnauit in gentibus, & non domini voluntatis, Medis, Persisque venientibus destruitur. Vsque enim hodie babylonis reliquię tantum manẽt Hieron. ibid.

[f. Reges magni erant in istis gentibus, q.d. Non fuerunt sub iugo ac virtute Chaldæorum, sed diuina. Ideo debuerunt puniri pro sua superbia, vnde subditur Et reddam eis secundum opera eorum. De Lyra ibid.]

g. Vt scias ante quia calix pœna vel gladius est, audi dicentem, Sume calicem vini furoris, &c. Amb. Psa. 37. Sed & in sacra scriptura multipliciter dicitur: vt psal. 115. Calicem salutaris accipiam. Hoc loco calix passionem Christi nobis declarat, qui orauit: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Et est quidã aureus calix babylonis, è quo biberunt gẽtes, & inebriatę sunt. Habet & babylon suum calicẽ aureum, sed bonam portionem in calice non habet. Aureus calix Babylonis erat nitor & elegantia verborũ. Gentilis sapientiæ: quoniam intra se habebat lętiferum poculum, idololatrię dogma. Chry. in psal. 115. ho. 1.

2. Desolationem.
3. Promiscuè.
4. Vz.
5. Sunt in extremis angulis, sub. mundi.
6. Arabiæ scilicet desertæ.
7. Propinquis & remotis.

h. Allegorici interpretes istum omnem locum ad cunctas referunt nationes, quas inebriauerit diabolus calice peccatorum meracissimo: nouissimum etiã ipsum bibiturum supplicia atque cruciatus. Hieron. ibid.

[i. Dicito illis dñm exercituum deum Israel ipsis præcipere, vt affatim bibant, atque ita sese ingurgitent, vt vomãt atque corruant non surrecturi, aut pristinum in statũ redituri à gladio multisque calamitate atque miseria, quam ego in eos missurus sum. Tostatus.]

k. Hoc est, nequaquã eritis immunes, nec peccata vestra manebunt inulta: eũ sitis idololatræ & idolorum fana habẽtes Dionysius ibid.

8. Habitaculum suum.
l. Clamor veluti nautarũ, qui vno clamante, respõdent omnes.
9. Iudicium initi.
10. Trader.
11. A lateribus.
12. Ab extremo terræ vsque ad extremum terræ.

[m. Inter pastores autem & arietes hoc interest, quòd pastores ecclesiastico gregi cum sapiẽtia & doctrina præsunt: Arietes verò principes videtur in populo, sed nihil sapiẽtiæ, nihil doctrinæ habent, & nimia simplicitate sunt. Glo. ordi. ibid.]

13. Volutate vos in puluere.
14. Dispersiones.
15. Euersa sunt pascua pacifica.

*Ieremias propter dei verbum à sacerdotibus comprehensus, principibus liberatur.* XXVI.

IN principio regni Ioachim filij Iosiæ Regis Iuda, factum est verbum a istud à domino, dicens: Hæc dicit dominus: Sta in atrio domus domini, & loquêris ad omnes ciuitates Iuda, [1] de quibus veniunt vt adorent] in domo domini, vniuersos sermones quos ego mandaui tibi, loquaris ad eos. [b 2] Noli subtrahere] verbum, si fortè audiant, & conuertantur vnusquisque à via sua mala, & pœniteat me mali, quod cogito facere eis, propter [3] malitiam studiorum] eorum. Et dices ad eos: Hęc dicit dominus: [d] Si non audieritis me, vt ambuletis a in lege mea, quam dedi vobis, vt audiatis sermones seruorum meorum Prophetarum, quos ego [4] misi ad vos de nocte] consurgens & dirigens, & non audistis, [†] dabo domum istam sicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ. Et audierunt sacerdotes & prophetæ, & omnis populus Ieremiam loquentem verba hęc in domo domini. [c] Cumque complesset Ieremias loquens omnia quę præceperat ei dominus, vt loqueretur ad vniuersum populum, apprehenderunt eum sacerdotes & prophetæ, & omnis populus, dicens: [d] Morte moriatur. Quare pro- c phetauit in nomine domini, dicens [d] sicut Silo erit domus hæc, & vrbs ista desolabitur, [5] eò quòd non sit habitator?] Et congregatus est omnis populus aduersus Ieremiam in domo domini. Et audierunt principes Iuda verba hæc, & ascenderunt de domo Regis in domum domini, & sederunt in introitu portæ domus domini nouæ. Et locuti sunt sacerdotes & prophetę ad principes, & ad omnem populum, dicentes: Iudicium mortis est viro huic, quia prophetauit aduersus ciuitatem istam, sicut audistis auribus vestris. [e d] Et ait Ieremias ad omnes principes, & ad vniuersum populum, d dicens: Dominus misit me vt prophetarem ad domum istam & ad ciuitatem hanc: omnia verba quę audistis. [f †] Nunc ergo bonas facite vias vestras, & studia vestra, & audite vocem domini dei vestri, [g] & pœnitebit dominum mali quod locutus est aduersum vos. Ego autem ecce in manibus vestris sum, facite mihi quod bonum & rectũ est in oculis vestris. Veruntamen scitote & cognoscite, quòd si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos, & contra ciuitatem istam & habitatores eius. [g] In veritate enim misit me dominus ad vos, vt loquerer in auribus vestris o- g mnia verba hęc. Et dixerunt principes & omnis populus ad sacerdotes & ad Prophetas: Non est viro huic iudicium mortis, quia in nomine domini dei nostri locutus est ad nos. [h] Surrexerunt ergo viri de senioribus terræ, & dixerunt ad omnem cœtum populi, loquentes: [†] Micheas de Morasthin fuit Propheta in diebus Ezechię regis Iuda, & ait ad omnem populum Iudæ, dicens: [g] Hęc dicit dominus exercituum, Sion g quasi ager arabitur, & Ierusalem in aceruum lapidum erit, & mons domus domini in excelsa syluarum. Nunquid morte condemnauit eum Ezechias rex Iuda & omnis Iuda? Nunquid non timuerunt dominum & deprecati sunt faciem domini, & pœnituit dominum mali quod locutus fuerat aduersum eos? Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras. [i] Fuit quoque vir prophetans in nomine domini, Vrias filius Semei de Cariath Iarim, & prophetauit aduersus ciuitatem istam, aduersus terram hanc iuxta omnia verba Ieremiæ. [d] Et audiuit rex Ioachim, & omnes potentes & o principes eius verba hęc, & quęsiuit rex interficere eum. Et audiuit Vrias & timuit, fugítque & ingressus est Ægyptum. Et misit rex Ioachim viros in Ægyptum, Helnathan filium Achobor & viros cum eo in Ægyptum. Et eduxerunt Vriam de Ægypto & adduxerunt eum ad regem Ioachim, & percussit eum gladio, & proiecit cadauer eius in sepulchris [6] vulgi ignobilis.] Igitur manus Aichan filij Saphan fuit cum Ieremia, vt non traderetur in manus populi, & interficerent eum.

*Rex*

a. Hæc ppheția priore superior est, licet sub eodẽ rege sit facta. Illa autẽ in anno quarto regis facta est, hæc verò in principio regni eiusdem regis. Nõ igitur in prophetis historiæ ordo texẽ dus est. Hierony. ibid.

a. Venientes ad adorandum.

b. Verbum ambiguum fortitan maiestati domini nõ potest cõuenire, sed nostro loquitur affectu, vt liberum homini seruetur arbitrium, nec ex præscientia eius quasi ex necessitate vel facere quid, vel non facere cogatur. Non enim ex eo qp deus scit futurum aliquid, idcirco futurũ est, sed quia futurum est, deus nouit, quia præscius futurorum Raba. ibid.

a. Nec diminues.

3. Mala studia.

4. Mitto ad vos mane.

[c. Et hęc quidẽ in ipso domini templo concionante Ieremiam audierũt sacerdotes & prophetæ, & vniuersus populus. Cęterùm vt loqui desiit, omne id quod dominus populo dicẽdũ ipsi mandarat, plenèque satis Ieremias prolocutus esset, sacerdotes & prophetæ simul & omnis populus hac eius concione exacerbatiores, continuo ipsum apprehenderunt. Tostatus.]

d. Arbitrabantur autẽ Ieremiã hæc loqui non ex inspiratione diuina, sed diabolica aut conficta: sed error eorum inexcusabilis fuit, & ignorantia affectata, grauans potius quàm excusans peccatum, quoniam instructi renuebant. Diony. ibid.

5. Erítque absque habitatore.

[e. Et ait Ieremias: Dominus misit me, quasi dicat: Non feci de proprio capite. De Lyra.]

[f. Quasi si irascimini, quod cõtra templum & vrbem locutus sum, & diligo salutem vrbis & templi, cui peccata peccãtis cumulatis, & sanguinis mei vrbẽ & habitatores eius reos facitis? Glosa ordi.]

g. Pœnitere deus dicitur, non qp more hominũ pro transactis oneribus suis pœniteat. Qui enim omnia nouit antequã fiant, pro præteritis factis sibi pœnitere non potest. Sed pœnitentia dei est statuta mutare, & quod pro inchoatum fuerit, in aliud mutare, idest, de bono exigentibus culpis in malum. Sicut de Saule legitur pœnituisse dominum qp constituit eum regem. De malo verò in bonum, sicut accidit in populo gentium: qui ante non populus dei, nunc autẽ per gratiam Christi populus dei effectus est. Aug. de essentia diuinitatis.

[h. Et surrexerunt viri nõnulli ex senioribus terræ, principium sententiæ aduersus scelerator sacerdoter illos, & pseudoprophetas subscribentes. Et hi quidam præteritarum rerum multã habentes memoriam ad omnẽ illum qui illic conuenerat populum dixerunt: Quod & supra Ezechia rege Iudaico fuisset propheta Micheas Morasthites, qui propalam eadem fere aut dissona etiam ad omnem populũ dicebat Iudaicum. Tostatus ibi.]

i. Quæritur cur cum Vrias filius Semei de oppido Cariathiarim eadem quæ Ieremias prophetarit, timore pertertitus fugerit in Aegyptum, & inde retractus occisus sit, Ieremias potuerit euadere, qui certè nõ fugerat, sed audaciter in sententia persteterit? priore, liberatus sit? Respondendum quod Vrias in condemnationem accusatorum, & populi trucidatus sit, Ieremias autẽ reseruat [6] iudicio dei, vt reliquis infelicis populi prædicaret, & eos retraheret ad pœnitudinem Hierony. ibid.

6. Filiorum populi.

*Rex Iuda & vicini eius cum populis suis iubentur subiici Assyriis, & non credere pseudoprophetis.* XXVII.

A [a]IN principio regni Ioachim filij Iosiæ regis Iuda factum est verbum istud ad Ieremiam à domino, dicens: Hæc dicit dominus ad me: Fac tibi vincula & [b] catenas, ] & pones eos in collo tuo, & mittes eas [c] ad regem Edon, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Amon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis, in manu nuntiorum qui venerunt Ierusalem ad Sedechiam regem Iuda: & præcipies eis vt ad dominos [ suos] loquantur. Hæc dicit dominus exercituũ deus Israel: Hęc dicetis ad dominos vestros. Ego feci terram & homines ]& iumenta quę sunt super faciem terrę in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento, [d] & dedi eam ei qui placuit in oculis meis. Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei, insuper & bestias agri dedi ei vt
B seruiant illi, & seruient ei omnes gentes, & filio eius & filio filij eius, [e] donec veniat tẽpus terrę eius, & ipsius. Et seruient ei gentes multæ, & reges magni: [e] gens autem & regnum quod non seruierit Nabuchodonosor Regi Babylonis, & quicunque nõ curuauerit collum suum sub iugo regis Babylonis, in gladio & in fame & in peste visitabo super gentem illam, ait dominus, donec cõsumam eos in manu eius. [f] Vos ergo nolite audire Prophetas vestros, & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos qui dicunt vobis non seruietis regi Babylonis, quia mendacium prophetant vobis, vt longe faciant vos de terra vestra, & eiiciant vos, & pereatis. [g] Porrò gens quæ subiecerit
C ceruicem suam sub iugo regis Babylonis, & seruierit ei, dimittam eam in terra sua, dicit dominus, & colet eam, & habitabit in ea. [h] Et ad Sedechiam regẽ Iuda locutus sum secundum omnia verba hęc, dicens: Subiicite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei & populo eius, & viuetis. Quare moriemini tu & populus tuus gladio, fame & peste, sicut locutus est dominus ad gẽtem quę seruire noluerit regi Babylonis? Nolite audire verba Prophetarum, dicentium vobis: non seruietis regi Babylonis, quia mendacium ipsi loquuntur vobis. † Quia non misi eos, ait dominus, & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, vt [i] eiiciam vos ]& pereatis tam vos quàm Prophetæ, qui vaticinantur vobis. [i] Et ad sacerdotes & ad populum istum locutus sum, dicens: Hęc dicit dominus, Nolite audire verba Prophetarum vestrorum, qui prophetant vobis, dicentes: ecce vasa domini reuertentur de Babylone nunc citò. Mendacium enim prophetant vobis. Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Babylonis, vt vi-
D uatis. [k] Quare datur hæc ciuitas in solitudinem? [k] Et si prophetæ sunt, & est verbum domini in eis, occurrant* domino exercituum, vt non veniant vasa quę derelicta fuerant in domo domini, & in domo regis Iuda, & in Ierusalem, in Babylonem. † Quia hæc dicit dominus exercituum ad columnas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua vasorum quę manserunt in ciuitate hac, quæ non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis cum transferret Iechoniam filium Ioachim regem Iuda de Ierusalem in Babylonem, & omnes optimates Iuda & Ierusalem. Quia hæc dicit dominus exercituum deus Israel ad vasa quę derelicta sunt in domo domini, & in domo regis Iuda & Ierusalem. In Babylonẽ transferentur, & ibi erunt vsque ad diem visitationis suæ, dicit dominus. Et afferri faciam ea, & restitui in loco isto.

4 Reg. 24. c 25. 4 Infra 29. b

† 4. Reg. 25. c

[a. Ieremias liberatus rursus cõtra regẽ Sedechiã & populũ vaticinari iubetur adeo verbũ qđ prophetæ protulerũt dei est, & non prophetarũ. Verbo vero signũ parabolicũ additur ratione præmissa, nẽpe vt sensus magis moueat, atque animo magis infigatur. Sic tandem salutare fiet. Lorychius ibid.]

1. b. Iuga vel lora quibus suga ligantur, vt hi reges sub' rege Babel subiugentur.

c. Hi eñ quinque reges de quibus in textu meminit, miserunt legatos suos in Ierusalem ad Sedechiã vt tractarẽt eũ eo de modo rebellãdi cõtra Nabuchodonosor regẽ Babylonis. Præcepit itaque dñs Ieremiæ facere catenas ligneas quas per dictos legatos istorũ regũ mitteret ad illos seu etiam ad Sedechiã: vt illi reges aduerterent se per Sedechiã iuuari non posse. Diony. ibid.

d. Nõ est per hoc intelligendũ quod Nabuchodonosor haberet gratiam gratũ facientẽ, siue sanctificantẽ, cũm esset infidelis & idololatra: sed hoc dicitur quia deus indifferẽter bonis & malis dicit bona tẽporalia prout sibi placet. De Lyra.]

e. Nõ solũ peccãtes subiicit dñs Nabuchodonosor: sed & paulus qui ait 1. Timo. 1. Quos tradidi satanæ, vt discãt nõ blasphemare in interitũ carnis. Glo. ordi.

[f. Proinde si vobis consultum velitis, ne mihi audieritis prophetas illos vestros, aut diuinos vestros, somniorũque interpretes, aut augures, aut præstigiatores veneficos vestros, qui secio adeo, ranquã sedulo suadent, ne Babylonico regi vos summittatis. Tostatus ibid.]

g. Inducit eos ad obedientiam Chaldæorum ex mãdato dñi si viuere velint, vt infra 40. Nolite timere seruire Chaldæis, habitate in terra, & seruite regi babylonis, & bene erit vobis. Sanctus Tho. ibid.

[h Hic cõsequẽter ponitur prophetia cõtra Sedechiã & eius populum, quã prędixerat Ieremias vt pãret superius in pluribus locis: sed hic eam repetit loquẽdo nuntiis regum prędictorũ, secũdum quod hic dicit Raba. Sal. De Lyra ibid.]

2. Eiiciam vos.

i. Post gentes autẽ & regẽ sacerdotibus loquitur & populo: qui iam prophetis supra interitum annuntiauerat, dicẽs: vt eiiciam vos, & pereatis tã vos q̃ pphetæ qui vaticinantur vobis. Hie. ibi.

[k Qui verius propheta est, precibꝰ dño occurrere potest. Sicut Moyses cui dictum est: Dimitte me vt percutiam populũ istum. in quo ostenditur posse deũ retineri precibus sanctorum. Glo. ord.] Prophetæ nõ solũ dicũtur qui de Christo annuntiauerũt, nec qui omnino futura loquũtur: sed doctores dicuntur prophetæ. Ergo pseudoprophetas pseudodoctores appellat Matt. 24. e. Hæreseum diuersarũ, aut illos quos modo videmus diuersis argumentis religionis specie prætendentes. Chry. Mat. ca. 24 homi. 48.

*Precibus.

*Hananias pseudopropheta captiuum populum post duos annos reducendum cum vasis templi prædicens, à domino percutitur.* XXVIII.

Anni ante Christũ. 622. Anni mundi 3440. A IN factum est [a] in anno illo in principio regni Sedechiæ regis Iuda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Hananias filius Azur Propheta de Gabaon in domo domini coram sacerdotibus & omni populo, dicens: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: Contriui iugum regis Babylonis. [b] Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum istum omnia

a. Hoc est, Eo anno de quo in præcedenti capite dictũ est, scilicet 4. anno Sedechiæ, quo nũcij regum aduenerunt, & tamẽ in principio regni eius, quia licet prius regnasset, hoc tamẽ anno dicitur cõfirmatus à regis Babylonici authoritate. Diony. ibid.

b. Ne credantur anni annorum sicut illud Ezech. 4. diem pro anno. Diem pro anno dedi tibi. Et primo quantum ad reportationem vasorum de quorũ captione Threnorum 1. Manum suam misit hostis ad omnia desyderabilia eius. S. Tho. ibid.

vasa *domini,[c] quæ tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto,& transtulit ea in Babylonem.Et Iechoniam filium Ioachim regem Iuda,& omnem transmigrationem Iudæ qui ingressi sunt in Babylonem,ego conuertam ad locum istum, ait dominus.[f] Conuertam enim iugum regis Babylonis.Et dixit Ieremias Propheta ad Hananiam Prophetam in oculis sacerdotum,& in oculis omnis populi qui stabat in domo domini,& ait Ieremias Propheta:[d] Amen,Sic faciat dominus.[1] Suscitet dominus verba tua quę prophetasti,vt referantur vasa in domum domini,& omnis transmigratio de Babylone ad locum istum. Veruntamen audi verbum hoc quod ego loquor in auribus tuis,& in auribus vniuersi populi: Prophetę qui fuerunt ante me & te ab initio, & prophetauerunt super terras multas & super regna magna de prælio,& de afflictione,& de[2] fame.]* Propheta qui vaticinatus est pacem cum venerit verbum eius,* scietur Propheta quem misit dominus in veritate.[e] Et tulit Hananias Propheta catenam de collo Ieremiæ Prophetæ:& confregit eam. Et ait Hananias in conspectu omnis populi, dicens: Hæc dicit dominus: Sic confringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium.[f] Et abiit Ieremias Propheta in viam suam.Et factum est verbum domini ad Ieremiam postquam confregit Hananias Propheta catenam de collo Ieremiæ Prophetæ, dicens: Vade,& dices Hananiæ:[f] Hęc dicit dominus,[g] Catenas ligneas contriuisti,& facies pro eis catenas ferreas,quia hęc dicit dominus exercituum deus Israel,iugum ferreum posui super collum cunctarum gentium istarum, vt seruiant Nabuchodonosor regi Babylonis,& seruient ei, insuper & bestiis terræ dedit ei. Et dixit Ieremias Propheta ad Hananiam Prophetam: Audi Hanania,Non misit te dominus,& tu confidere fecisti populum istum in mendacio.Idcircò hęc dicit dominus: Ecce ego mittam te à facie terræ.Hoc anno moriêris. Aduersum enim dominum locutus es. Et mortuus est Hananias propheta in anno illo[h] mense septimo.

*Ieremias captiuos Babylonis post septuaginta annos reducendos consolatur scripturis,& vt pseudoprophetas deuitent hortatur.* XXIX.

[a] Et hęc sunt verba [1] libri quem ] misit Ieremias Propheta de Ierusalem ad reliquias seniorum transmigrationis, & ad sacerdotes, & Prophetas, & ad omnem populum quem traduxerat Nabuchodonosor de Ierusalem in Babylonem,postquam egressus est Iechonias rex,&[2] domina,]& eunuchi, & principes Iuda, & Ierusalem, & faber, & inclusor de Ierusalem in manu Elasa filij Saphan,& Gamelię filij Helchiæ, quos misit Sedechias rex Iuda ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Babylonem,dicēs:[b] Hęc dicit dominus exercituum deus Israel, omni transmigrationi quam transtuli de Ierusalem in Babylonem. Ædificate domos,& habitate, & plantate hortos, & comedite fructum eorum.[3] Accipite vxores, & generate filios & filias, & date filiis vestris vxores, & filias vestras viris date,& pariant filios & filias,& multiplicabimini ibi,&[3] nolite esse pauci numero,] & quęrite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci,[c] & orate pro ea ad dominum, quia in pace illius erit pax vobis. Hęc dicit dominus exercituum deus Israel: Non vos seducant prophetæ vestri, qui sunt in medio vestrum, & diuini vestri: † & ne attendatis ad somnia vestra quæ vos somniatis, quia falso ipsi prophetant vobis in nomine meo,& non misi eos,dicit dominus. Quia hæc dicit dominus:[4] † Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum.[d] Ego enim scio cogitationes quas cogito super vos, ait dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis,[e] vt dem vobis finem & [4] patientiam,] & inuocabitis me, & viuetis: & orabitis me, & ego exaudiam vos: † & quęretis me, & inuenietis. Cum quæsieritis me in toto corde vestro, † inueniar à vobis, ait dominus. Et reducam captiuitatem vestram, & congregabo vos de vniuersis gentibus, & de cunctis locis ad quę expuli vos, dicit dominus. Et reuerti

*Domus.
[c. Desiderabat Ieremias reditū transmigrationis,& vasorū quę cum Iechonia trāsmigrāte fuerunt depottata, supposita tamē super hoc voluntate diuina:sed quia sciebat hoc non euenturū, ideo subdit,verūtamen,&c. De Lyra.]
d. Optat esse Ieremias fieri quod ille pseudopropheta mentitur. Hoc enim significat Amē.Quo verbo vtitur dominus in euangelio. Et cupit pro rerū prosperitate magis illum quàm se vera dicere. At ne videretur pseudoprophetæ probare vaticinia, sub alienorū exēplo absque iniuria mentientis asserit veritatē Hieron.ibid.
1. Confirmet.
2. Peste.
*Tunc.
[e. Consyderanda Ieremiæ prudentia, humilitas & patientia, pseudopropheta rebus facit iniuriam,contetit de eius cornice furcam,quod non feciſſet si ferea esset. Ieremias tacet & dolorem dissimulat.Glo.ord.]
f. In quo patet Ieremiæ patiētia & humilitas:quia quantūuis illi facta sit iniuria, sine murmure abiit, iuxta doctrinam Psal. Factus sum sicut homo non audiens,& non habens in ore suo redargutiones.S.Tho.
[g. Ostendit quod minorem pœnam retinens maioris supplicij causa sit. Et in hoc loco designat allegoricus interpres furcas & catenas ligneas appellans æthereos & aereos corpora dæmonum scilicet, & aduersariorum potestatum, ferreas verò nostra corpora grossiora, quæ nerui ossibus carnibúsque & venis cōfecta sunt,&c.Glosa ordi.]
h. Quōdque in mense septimo mortuꝰ est,qui semper interpretari solet requiem, sub hoc numero demōstrari forsitan eum: Idcirco mense septimo mortuorum mentiētur,vt de malis corporis liberaretur,iuxta illud Ecclesiast.12. Mors verò requies.Rabanus ibid.

a. Egressus Ieremias à facie Hananiæ & Sedechiæ, & in domū suā regressus, scripsit literas cōsolatorias ad seniores & cęteros qui cum Iechonia transmigrauerant in Babylonem:promittens eis liberationem post 70. annorum, tempus à domino cōstitutum. Diony.ibid.
1. Literarum quas.
2. Regina.

[b. Hic consequēter ponitur epistolæ narratio,[1] qua Ieremias infert primo transmigrātis falsam confidentiā. De Lyra ibi.]

3. Non minuamini.
c. Orate dominum pro Babylone,vt det illi temporalem tranquillitatem, internæ enim vetæ, spiritalisque pacis nomerant ea paces, cum essent idololatræ. Diony.ibid.

d. Non latuit sanctos & ante aduentum saluatoris deum super mortalium genus cogitare cogitationes pacis. Bernard. super Cant. Ser.2.
e. Sicut Iudęis per Ieremiā Prophetam ante diruta vrbē deus prædixerat,quod postquam seruierint Nabuchodonosor & eius posteris per annos 70.rursū eos restitutus esset in patriam, & ædificato templo redituri essent ad felicitatem pristinam, ita eis omnia præstitit. Ioseph. Antiquit. Iudā.lib.11.cap.1.
4. Expectationem.

uerti vos faciam [5] de loco ad quem] tranſmigrare vos feci, quia dixiſtis: Suſcitauit nobis dominus Prophetas in Babylone.[f] ℣ Quia hæc dicit dominus ad regem qui ſedet ſuper ſolium Dauid, & ad omnem populum habitatorem vrbis huius, ad fratres veſtros qui non ſunt egreſſi vobiſcum in tranſmigrationem. Hæc dicit dominus exercituum: [†g] Ecce mittam in eos gladium, & famem, & peſtem, & ponam eos quaſi ficus malas quæ comedi nō poſſunt, eò quòd peſſimę ſint: & perſequar eos in gladio, & in fame, & in peſtilentia. Et dabo eos in vexationem vniuerſis regnis terræ in maledictionem, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in opprobrium, cunctis gentibus ad quas ego eieci eos, eo quòd non audierint verba mea, dicit dominus, quæ miſi ad eos per ſeruos meos Prophetas [6] de nocte] conſurgens & mittens, & nō audiſtis, dicit dominus. ℣ [h] Vos ergo audite verbum domini omnis tranſmigratio quam emiſi de Ieruſalem in Babylonem: Hæc dicit dominus exercituum deus Iſrael ad Achab filium Chuliæ, & ad Sedechiam filium Maaſiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter. Ecce ego tradam eos in manus Nabuchodonoſor regis Babylonis, & percutiet eos in oculis veſtris. Et aſſumetur ex eis maledictio omni tranſmigrationi Iudæ, quæ eſt in Babylone, dicentium: Ponat te dominus ſicut Sedechiam, & ſicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne, pro eo quòd fecerint [7] ſtultitiam] in Iſrael, [i] & mœchati ſunt in vxores amicorum ſuorum, & locuti ſunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaui eis. ℣ [8] Ego ſum Iudex &] teſtis, dicit dominus. Et ad Semeiam Neelamiten, dices: Hæc dicit dominus exercituum deus Iſrael: Pro eo quòd miſiſti in nomine [9] meo libros] ad omnem populum qui eſt in Ieruſalem, & [k] ad Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotem, & ad vniuerſos ſacerdotes dicens: dominus dedit te ſacerdotem pro Ioiada ſacerdote, vt ſis dux in domo domini ſuper omnem virum arreptitium, & prophetantem, vt mittas eum in neruum, & in carcerem. Et nunc quare non increpaſti Ieremiam Anathotiten, qui prophetat vobis? ℣ Quia [10] ſuper hoc miſit in Babylonem ad nos, dicens: Longum eſt, ædificate domos, & habitate, & plātate hortos, & comedite fructus eorum. Legit ergo [l] Sophonias ſacerdos [11] librum iſtum] in auribus Ieremiæ Prophetæ. Et factum eſt verbum domini ad Ieremiam, dicens: Mitte ad omnem tranſmigrationem, dicens: Hæc dicit dominus ad Semeiam Neelamiten: Pro eò quòd prophetauit vobis Semeias, & ego non miſi eum, & facit vobis confidere in mendacio, idcirco hæc dicit dominus: [m] Ecce ego viſitabo ſuper Semeiam Neelamiten, & ſuper ſemen eius. Non erit ei vir ſedens in medio populi huius, & non videbit bonum quod ego faciam populo meo, ait dominus: quia [12] præuaricationem] locutus eſt aduerſus dominum.

5. Ad locum vnde.
[f. Hic cōſequenter hāc fiduciā remouet à Sedechia rege & eius populo, qui nō trāſmigrauerāt in Babylonē, denūtiando quod paſſuri ſint multo grauiora. Ideo ſubditur. Hæc dicit dominus, &c. Ecce ego mitti im in eos gladium, & famem, & peſtem. De Lyra ibid.]
g. Cōminatur illis pœnam ſuis peccatis debitam, ſed & primò quā in obſidione patientur famē, peſtē, & gladium, & ſecūdò his qui effugere poterūt maledictionem, ſtuporē, ſibilū & opprobrium, apud omnes nationes ad quas aufugerint. S. Tho. ibid.
6. Mane.
[h. Aiunt Hebræi, hos eſſe preſbyteros quos meminit Daniel vni eorū dicens: Inueterate dierum malorū, &c. Alteri, Semen Chanaan, & nō Iudę ſpecies decepit te, &c. Qui prophetant in nomine meo mendaciū, quia, vt aiunt, mulierculis iactabant ſe eſſe de tribu Iuda, & Chriſtū generandum de tribu ſua & progenie, vnde acquieſcebant cupidine allectæ tanquā Chriſto matres futuræ. Gloſa ordi.]
7. Abominationem.
i. Aſſerūt Hebræi, hos duos ſenes accuſaſſe Suſannā, & cum aliis pluribus mulieribus fuiſſe fornicatos, dicētes his mulieribus: Nos ſumus de tribu Iuda, ideo Chriſtus de ſemine noſtro naſcetur: ſicque mulierculę cōſentiebant, quaſi matres Chriſti futuræ. Diony. ibid.
8. Ego cognoſco & ſum.
9. Tuo literas vel epiſtolam.
[k. In primis ad Sophoniā Maaſiæ filium ſacerdotē ſummū, reliquoſque ſacerdotes alios, dicens quòd dominus ipſum pro Ioiade ſummū ſacerdotē conſtituerit: vtque vna cum collegis præfectos ſe ſciant in domo domini. Toſtatus ibid.]
10. Idcirco.
l. Sophonias propheta latēter accuſat, dum legit epiſtolā mentientis: & accuſationē eius habere ſe iactat: quanto magis rei ſceleris ſunt qui defendūt pſeudoprophetas, & mentientes fouent, & aliorū male inuēta, ſua faciunt eſſe peccata. Hie. ibid.
11. Epiſtolam illam.
[m. Dei pœnā recenſet vnius, Semeiæ nimirū Neelamithæ, qui non ſolū pſeudo fuit propheta, ſed etiam veritatis oſor. Obſerua igitur irā dei aduerſus pſeudoprophetas. Nominū præſens expreſſio pœnæ hæreſiarcharū grauitatem adumbrat. Auguſt. ait pœnam Arrij necdū eſſe definitam. Lorychius ibid.]
12. Auerſionem.

*Dominus Iſraelis liberationem, non ſolùm à captiuitate ſeruitutis, ſed à vaſtatione populo conſueta prædicit.* XXX.

A [a] Hoc verbum quod factum eſt ad Ieremiam à domino dicens: Hæc dicit dominus deus Iſrael: Scribe tibi omnia verba, quæ locutus ſum ad te, in libro. [b] Ecce enim dies veniunt, dicit dominus, & conuertam [1] conuerſionem] populi mei Iſrael, & Iuda, ait dominus, & [2] conuertam] eos ad terram quam dedi patribus eorum, & poſſidebunt eam. Et hæc verba quæ locutus eſt dominus ad Iſrael & Iudam, quoniam hæc dicit dominus: vocem terroris audiuimus, formido, & non eſt pax. Interrogate, * & videte, ſi generat maſculus. Quare ergo vidi omnis viri manum ſupra lumbum ſuum quaſi parturientis? Et conuerſæ ſunt vniuerſæ facies in auriginem? † Væ quia magna dies illa, nec eſt ſimilis eius, tempuſque tribulationis eſt Iacob, & ex ipſo ſaluabitur. ℣ [c] Et erit in die illa, ait dominus exercituum, conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam. Et non [3] dominabuntur ei amplius alieni, ſed ſeruient domino deo ſuo, & Dauid regi ſuo, quem ſuſcitabo eis. † Tu ergo ne timeas ſerue meus Iacob, ait dominus, neque pauceas Iſrael, quia ecce ego ſaluabo te de terra longinqua, & ſemen tuum de terra capti-

a. Mos eſt ſacræ ſcripturæ diuinas leges & præcepta, & prophetias verbum appellare. Chry. in 1. cap. 10. homi. 7.
b. Annunciat Ieremias verā Iudæorum per Chriſtū liberationem, cuius fuerunt figuræ eductio Iſraelis ab Aegypto, & à Babylone reductio. Omnium eſt prophetarum opus, finis & conſummatio Chriſtus eſt. Vnde dicit Apoſto. Finis legis eſt Chriſtus in ſalutem omni credenti. Diony. ibid.
1. Captiuitatem.
2. Reducam, vel reduci faciam.
* Nunc.
c. Mos eſt ſacti eloquij, ſi quādo triſtia lætáque cōmemorat, triſtia lætis in ordine præponere. Fruitio enim boni efficitur iucūdior tribus iam exactis. Beneficium pœna eſt poſterius. Quæ nos afflictant præcurrunt, quò maiore eum conſtantia multiplicem gratiam nobis collatam conſeruemus, quòd inflicta nobis mala preſſius tueantur conſecutam gratiam. Baſilius in Pſal. 29.
3. Seruient vltra in ea alienis.

uitatis eorum. [d] Et reuertetur Iacob & quieſcet, & [4] cunctis affluet bonis,] & non erit quem formidet, quoniam tecum ego ſum, ait dominus, vt ſaluem te. Faciam enim conſummationem in cunctis gentibus in quibus diſperſi te, te autem non faciam in conſummationem, ſed caſtigabo te in iudicio, [f] vt non tibi videaris innoxius,] quia hæc dicit dominus: inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua. [g] Non eſt qui iudicet [e] iudicium tuum, [6] ad alligandam curationem tuam vtilitas] non eſt tibi. [e] Omnes amatores tui obliti ſunt tui, téque non quærent. [†] Plaga enim inimici percuſſi te, caſtigatione crudeli. Propter multitudinem iniquitatis tuæ, [7] dura facta ſunt] peccata tua. [†] Quid clamas ſuper contritione tua? Inſanabilis eſt dolor tuus. [f] Propter multitudinem iniquitatis tuæ, [8] & dura peccata tua,] feci hæc tibi. Propterea omnes qui comedunt te, deuorabuntur, & vniuerſi hoſtes tui in captiuitatem ducentur. Et omnes qui te vaſtant, vaſtabuntur, cunctóſque prædatores tuos dabo in prędam. [9] Obducam enim cicatricem tibi,] & à vulneribus tuis ſanabo te, dicit dominus. Quia eiectam vocauerunt te Sion, hæc eſt quę non habebat requirentem. Hęc dicit dominus: Ecce ego cõuertam cõuerſionem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miſerebor. [g] Et ædificabitur ciuitas [10] in excelſo ſuo, & templum] iuxta ordinem ſuum fundabitur. Et egredietur de eis laus, [8] vóxque ludentium: & multiplicabo] eos, & nõ minuentur: & & [11] glorificabo] eos, & non attenuabũtur, & erunt filij eius ſicut à principio, & cœtus eius coram me permanebit. Et viſitabo aduerſum omnes, qui tribulant eum, & erit dux eius ex eo, & princeps de medio eius producetur. Et applicabo eum, & accedet ad me. Quis enim iſte eſt, qui applicet cor ſuum vt appropinquet mihi, ait dominus? Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in deum. [h] Ecce turbo domini furor egrediẽs, procella [12] ruens] in capite impiorum conquieſcet. Non auertet iram indignationis dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis ſui. In nouiſſimo dierum intelligetis [13] ea.]

*Iudæorum reuocatio in Ieruſalem, gentium vocationem ad Chriſtianiſmum figurat, qui autem venire contempſerit, in peccato ſuo morietur, & Ieruſalem reædificabitur.* XXXI.

IN tempore illo, dicit dominus: [a] ero deus vniuerſis cognationibus Iſrael, & ipſi erũt mihi in populum. Hæc dicit dominus. Inuenit gratiam in deſerto populus qui remanſerat gladio. [1] Vadet ad requiem ſuam Iſrael.] [b] Longe dominus apparuit mihi. [†] Et in charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te miſerans. Rurſúmque ædificabo te, & ædificaberis virgo Iſrael. Adhuc ornaberis tympanis tuis, & egrediẽris in choro ludentium. Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ. Plantabunt plantantes, & [2] donec tempus veniat non vindemiabunt,] quia erit dies in qua clamabunt cuſtodes in [c] monte* Ephráim. Surgite, & aſcendamus in Sion ad dominum deum noſtrum, quia hæc dicit dominus: Exultate in lætitia Iacob, & [3] hinnite cõtra caput gentium, perſonate, & canite,] & dicite: † Salua domine populum tuum reliquias Iſrael. [g] Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos [4] ab extremis] terræ: [d] inter quos erunt cęcus & claudus, & pręgnans & pariens ſimul, cœtus magnus reuertentium huc. In fletu venient, & in miſericordia reducam eos. Et adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea, quia factus ſum Iſraeli pater, & Ephráim primogenitus meus eſt. Audite verbum domini gentes, & annuntiate in inſulis quæ procul ſunt, & dicite: Qui diſperſit Iſrael, congregabit eum, & cuſtodiet eum ſicut paſtor gregem ſuũ. Redimet enim dominus Iacob, & liberabit eum [e] de manu potentioris. Et venient, & laudabunt in monte Sion, & confluent ad bona domini ſuper frumento, & vino, & oleo, & fœtu pecorum & armentorum: erítque anima eorum quaſi hortus irriguus, & vltrà nõ [5] eſurient.] [g] Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & ſenes ſimul. Et conuertam luctum eorum in gaudium, & conſolabor eos, & lætificabo à dolore ſuo

[d.] Reuertetur Iacob, ſcilicet ad Chriſtum quod non ſolum intelligitur de Iudæis tunc cõuertendis, ſed etiam de Chriſtianis ab Antichriſto deceptis, qui poſtea pœnitebunt. De Lyra ibid.]
4. In ſecuritate erit.
[f.] Etiam ſi te non ſim inpetenter tractaturus.
6. Ad ſanationem, medicamẽ & curatio.
[e.] Quotquot ſoles habere amicos, hi nunc planè obliti ſunt tui, neque de te quærunt, aut quicquam te non morantur. Tofatus ibidem.]
7. Prævaluerunt.
[f.] Vnde oportuit magnam fuiſſe plagam quæ omnia comprehenderet apoſtemata, & peccata eadem dura, quò obſtinationem induxiſſent. Vnde conſtat eam fuiſſe profundam, quę vſque ad intima penetraret. Thren. 2. factus eſt dominus velut inimicus, præcipitauit Iſrael, præcipitauit omnia mœnia eius. Diſſipauit munitiones eius, & replete in filia Iuda humiliatum & humiliatam. S. Tho.
8. Inualuerunt.
9. Procurabo eis ſanitatẽ tuã.
10. Super aceruum ſuum, & panaria ibid.]
[g.] Non ſecundum illud: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere, ſecundũ illud, 1. Par. 15. b. Iudebant ante arcam domini, ſiue clangebant tubis coram arca dei. Glo ordinarium.
11. Honorabo.
[h.] Quomodo artifex non poteſt intelligi niſi opere cõpleto, nec medicinę induſtria niſi poſtquã fuerit ſanitas conſecuta: ita cum euentus fuerit Ieruſalem, & prioris populi abiectio, tunc intelligent credentes quòd repulſio Iudæorum noſtræ ſalutis occaſio ſit. Hieto. ibid.
12. Permanens.
13. Ipſum.

a. Quid hoc bono melius? quid hac felicitate felici? viuere deo apud quem eſt fons vitæ, & in cuius lumine videbimus lumẽ. Aug. de ſpiritu & littera cap. 2.
1. Cum Iſrael iret ad parandam ſibi requiem.
b. Hoc eſt, poſt longum tempus implebitur quæ mihi dominus oſtendit, videlicet ſaluatio Iudæorum per Chriſtum quæ in primo Chriſti aduentu fieri cœpit, atque in fine ſeculi plenius fiet. Dionyſ. ibid.
2. Profanabunt.
[e.] In mõte Ephráim. i. in eccleſia. Ephraim enim creſcens vel frugifer, interpretatur, & etiam ad literam in partibus illis prædicauit Chriſtus, & etiam Apoſtoli. De Lyra.]
*Samariæ & in monte.
3. Exultate in capite gentium, annuntiate, laudate.
4. Ab extremitate.
d. Q. d. Nullus erit inter eos qui etiam aliqua corporis impediatur debilitate vel infirmitate à redditu: & hoc quia ſecuti venient Vnde Iſa. 35. Erit ſaliens ſicut cervus claudus. Quorum quidã in fletu deplorabunt terræ vaſtitatem, alij lætabuntur propter reuerſionem, vt 1. Eſd. 3. Nec poterat quiſquam cognoſcere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi. S. Tho. ibi.
[e.] Aduerſariæ partes quæ natura fortiores aut fide fortiores ſi tamen liberantur ab eo qui alligat fortem, & donum eius deripit. Gloſa ordi. ibid.]
5. Dolebunt.

suo. Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis meis adimplebitur, ait dominus. Hæc dicit dominus. † [f] Vox in excelso audita est [6] lamentationis. ]Luctus & fletus, Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia non sunt. Hæc dicit dominus: Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo, ait dominus: Et reuertentur de terra inimici, & est spes nouissimis tuis, ait dominus, & reuertentur filij tui ad terminos suos. Audiens audiui Ephraim [7] transmigrantem. ] Castigasti me domine, & [8] eruditus ]sum quasi [9] iuuencu-
D lus ]indomitus. [g] Conuerte me, & conuertar, quia tu dominus deus meus. [5] Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi fœmur meum. Confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Si filius honorabilis mihi Ephráim, si puer delicatus, quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum, miserans miserebor eius, ait dominus. Statue tibi [10] speculam, ]pone tibi [11] amaritudines. ] Dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti. Reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. Vsquequo [12] delitiis dissoluêris ] filia vaga? Quia creauit dominus [h] nouum super terram, fœmina circundabit virum. Hæc dicit dominus exercituum deus Israel. Adhuc dicent verbum istud in terra Iuda & in vrbibus eius, cum conuertero cap-
E tiuitatem eorum. [g] Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitiæ, mons sanctus. Et habitabunt in eo Iudas & omnes ciuitates eius simul, agricolæ & minantes greges, quia inebriaui animam lassam, & omnem animam [13] esurientem saturaui. ] Ideò quasi de somno suscitatus sum, & vidi, & somnus meus dulcis mihi. Ecce dies venient, dicit dominus: & seminabo domum Iuda, & domum Israel, semine hominum, & semine iumentorum. Et sicut vigilaui super eos vt euellerem, & demolirer, & dissiparem, & dispergerem, & affligerem: sic vigilabo super eos vt ædificem & plantem, ait dominus.
† In diebus illis non dicent vltrà: [k] patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt, sed vnusquisque in iniquitate sua morietur. Omnis homo qui co-
F mederit vuam acerbam, obstupescent dentes eius. [g] Ecce dies venient, dicit dominus, & feriam domui Israel & domui Iuda [l] fœdus nouum. Non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit dominus: sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel. Post dies illos dicit dominus, † [m] dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam,
† & ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populũ. Et non docebit vltrà vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me
G à minimo eorum vsque ad maximum, ait dominus: † quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non ero memor amplius. [g] Hæc dicit dominus: qui dat solem in lumine diei, [14] ordinem ]lunæ & stellarum in lumine noctis, qui turbat mare, & sonant fluctus eius, dominus exercituum nomen illi. Si defecerint leges istæ coram me, dicit dominus, tunc & semen Israel deficiet, vt non sit gens coram me cunctis diebus. Hæc dicit dominus: [n] Si mensurari potuerint cœli sursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum: & ego abiiciam vniuersum semen Israel propter omnia quæ fecerunt, dicit dominus. Ecce dies venient, dici dominus [o] & ædificabitur ciuitas domino, à turre Hananehel, vsque ad portam anguli. [p] Et exibit vltrà normam mensuræ in conspectu eius super collem Gareb, & circuibit Goátha, & omnem vallem cadauerum & cineres, & vniuersam regionem ⊢ mortis ] vsque ad torrentem Cedron & vsque ad angulum portæ equorum orientalis. Sanctum domini non euelletur, & non destruetur vltrà in perpetuum.

*Ieremias in vincula & carceres coniectus Sedechiam captiuandum, à quo iectus populum ad agros suos reducendum designat.* XXXII.



f. Hic manifestè denunciat luctum sanctæ ecclesiæ, quæ de iniusta membrorum suorum nece gemit: non vt hostes gaudiant in vacuum credere, sed vrique ad solium ascendere superni iudicis: & sicut protomartyris Abel, ita etiam sanguinem cæterorum martyrum de terra clamare ad dominum, iuxta illud viri sapientis: Non despicies preces pupilli nec viduam si effundat loquelam gemitus. Beda, in Natali SS. Innocentium.

6. Amaritudinum.
7. Plangentem.
8. Castigatus.
9. Vitulus.
g. Postquam incipit quis superius viuere, tanto inchoat inferius interire. Greg. Moral. libro 24. cap. 26.
10. Signa.
11. Aceruos.
12. Vagaberis.
h. Vere nouum, & omnium nouitatum superemineny nouitas virtutum, quando deus sic ingressus est hospitium ventris, sicque gestatus, vt totus deus in eo esset, & sic exiuit inde, vt esset porta omnino clausa. Hiero. de Assumptione b. Mariæ ser.
13. Animam implevi.
[ 1. Omnes huiusmodi per promissiones iuxta Iudæos, & nostros Iudaizãtes in mille annorum regno expectantur. Nos autem in primo aduentu Christi spiritualiter ex parte cõplere defendimus: quia nunc in speculo videmus, & aenigmate sicut oportet nos scire aut in fecunda credimus, cum Dominus in manifestatione sua apparebit, & plenitudo gentis subintrauerit, & omnis Israel saluus fit, & non ex parte per singulos sed sit Deus omnium omnibus. Glosa ord. ] K. Carnalis generatio etiam populi dei pertinens ad testamentum vetus quod in seruitutem generat, parentum peccatis obligat filios. Spiritalis autem generatio, sicut hæreditatem, ita pœnarum atque præmiorũ comminationes promissionésque mutauit, vt hic apertius Ieremi as. Aug. contra Iulia. Pelagia li. 6. c. 12.
l. Ecce super duos populos testamentum nouum, non sicut testamentum vetus quod statuit cum patribus eorum, cum educeret eos de terra Aegypti. Chrisost. in Pentecost. Sermo.
m. O vere testator æternus, qui nostris cordibus leges affigit suas. & scribit sensibus, vt nihil aliud cogitare nisi diuina præcepta possimus, nihil aliud sentire nisi dei oracula debeamus. Dedit gratiam reformauit naturam, sibique commiscens qui obliuisci nihil solet, memoriam meorum abstulit peccatorum, mihique dedit, præceptorum suorum. Amb. in Psal. 118. Sermo. 14.
14. Lege 1.
[n. Id est, sicut non possunt mensurari, sic non abiiciam omne semen Israel, quia aliqui sunt iã vocati ad fidem à tempore Christi, & plenius vocabuntur circa finem mundi. De Lyra. ]
o. Ciuitas dei ecclesia est: Hananehel vero dei gratia: Porta anguli, coniunctio vtriusque populi gentilis & Iudaici dicitur. Greg. Moral. li. 25. cap. 11.
[p. Hæc autem sic reparata Ierusalem omniũ linguarum ac nationum capax ciuitas, sacrosancta erat Domino nunquam delenda aut extirpanda, neque in æternum diruenda. Tostatus, ibidem.

†Sup. 24. c. Luc. 1. g.
†Heb. 8. d.
†Ad. 10. g.

a. Non solū verba, sed & opera prophetarum nobis exēpla sunt ad virtutem. Poterat Ieremias prospera regi nunciare, & regis Sedechiæ filii amicitias: sed malebat deo obedire quā hominibus: & ei qui potest & corpus & animam occidere in gehennā, quām illi qui tantùm in corpus habere poterat potestatem. Hieron. ibidem.

1. Custodiæ, quæ.

[b. Grauior est terror ante incertæ patiēnem verborum quam pœnarum sustinere cruciatum, & videre quem timeas. Glosa ordinaria ibidem.]

* Tradendo.

[c. Hic Ieremias resumit suam prophetiam dicens quod liberatio facta per Cyrum fuit signū & figura liberationis faciendæ per Christum. De Lyra.]

d. Ne tribus commiscerentur, præceperat dominus vt possessiones venderentur illis qui essent de eadem tribu & cognatione, vt Num. 11. Quòd præcipue in possessionibus Leuitarū obseruabatur. S. Tho. ibidem.

e. Anathot vicus est in terra Beniamin distās ab Ierusalem. 3. miliar. vnde natus erat Ieremias prophera. Et ideo coactus est emere à nepote suo agrum eius, secundum dei præceptum. Dio. ibidem.

2. Iure redemptionis.

3. Tuus est iure hæreditario, & tua est redemptio, eme igitur pro te.

4. Emptionis.

f. Expositio venditionis in conspectu eorum qui venerant ad consolandum Ieremiam & consultandum: quia res ad omnes pertinebat, vt Ezech. 12. Egredieris vespere coram eis, sicut egreditur migrans. S. Tho. ibid.

5. Lamentat.

[g. Ter ponitur ad exprimendū dolorem prophetæ, de destructione templi, ciuitatis, & populi quam sententiam exprimit ad maiorem doloris expressionem his verbis in fortitudine tua magna, &c. De Lyra.]

h. Ideo filius dei patris brachiū esse dicitur, quia omnis creatura electa ab ipso continetur. Hiero. ibidem.

6. Est res vlla tibi abscondita.

i. Gran fit clementia creatoris, misericordiā suam in mille generationes suas extendere, & iustitiam suam statim in altera generatione monstrare, quæ tamen & ipsa est mixta misericordiæ. Rabanus ibid.

7. Magnificus opere.

k. Brachia dei patris, filius eius & spiritus sanctus intelligūtur. Sic in Isaia, 51. b. Et brachia tua populos iustificabunt. Brachium dei patris singulariter filius eius accipitur, de quo Ieremias hic. Ideirco autem filius dei patris brachium eius dicitur, quia omnis creatura electa ab ipso continetur. Aug. de essentia diuinitatis.

[l. Decimus annus Sedechiæ erat, & ciuitas obsessa, vt supradictum est, & Ieremias in atrio carceris. Vnde subditur: Ecce munitiones extructæ sunt, &c. Glosa ordinaria ibid.]

m. Quia curæ meæ est omnia regere, vniuersa disponere, & reddere singulis iuxta vias suas: idcirco ego tradam ciuitatem istam, &c. Primū enim vallatur exercitu, & absente capitur Nabuchodonosor, Sedechiasque ducitur in Reblata & ibi regi Babylonis traditur. Hier.

* Nabuchodonosor.

8. Ingredientur.

n. Adolescētia populi Israel dicitur in exitu de Aegypto: & extunc fuerunt idolatræ, vt patet in vitulī adoratione. Exod. 32. Lyra. ibid.

VErbum quod factum est ad Ieremiam à domino in anno decimo Sedechiæ regis Iuda, ipse est annus octauusdecimus Nabuchodonosor. Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Ierusalem, & Ieremias Propheta erat clausus in atrio [1] carceris, qui] erat in domo regis Iuda. Clauserat enim eum Sedechias rex Iuda, dicens: [b] Quare vaticinaris, dicens: hæc dicit dominus: ecce ego dabo ciuitatem istam in manus regis Babylonis, & capiet eam, & Sedechias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum, sed * tradetur in manus regis Babylonis, & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt, & in Babylonem ducet Sedechiam, & ibi erit donec visitem eum, ait dominus: si autem dimicaueritis aduersum Chaldæos, nihil prosperum habebitis? Et dixit Ieremias: [c] Factum est verbum domini ad me, dicens: Ecce Hananehel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te, dicens: [d] Eme tibi agrum meum, qui est in [e] Anathot. [2] Tibi enim competit ex [2] propinquitate] vt emas. Et venit ad me Hananehel filius patrui mei secundum verbum domini ad vestibulum carceris, & ait ad me: Posside agrum meum qui est in Anathot in terra Beniamin, [3] tibi competit hæreditas, & tu propinquus es vt possideas. ] Intellexi autem, quòd verbum domini esset. Et emi agrum ab Hananehel filio patrui mei, qui est in Anathot. Et appendi ei argentum septem stateres, & decem argenteos, & scripsi in libro, & signaui, & adhibui testes. Et appendi argentum in statera, & accepi librum [4] possessionis ] signatum, & stipulationes, & rata, & signa forinsecus. Et dedi librum possessionis Baruch filio Neri, filij Maasiæ in oculis Hananehel patruelis mei, & in oculis testium qui scripti erant in libro emptionis, & in oculis omnium Iudæorum, [f] qui sedebant in atrio carceris. Et præcepi Baruch coram eis, dicens: Hæc dicit dominus exercituum deus Israel: [g] Sume libros istos, librum emptionis hunc signatum, & librum hunc qui apertus est, & pones illos in vase fictili, vt permanere possint diebus multis. Hæc enim dicit dominus exercituum deus Israel: Adhuc [5] possidebuntur ] domus & agri, & vineæ in terra ista. Et oraui ad dominum postquam tradidi librum possessionis Baruch filio Neri, dicens: [h] Heu heu heu domine deus. Ecce, tu fecisti cœlum & terram in fortitudine tua magna, [h] & in brachio tuo extento. Non [6] erit tibi difficile omne verbum, ] qui facis misericordiam in milibus, [†] [i] & reddis iniquitatem patrum in signum filiorum eorum post eos, fortissime, magne, & potens, [†] dominus exercituum nomen tibi, magnus in consilio, & [7] incomprehensibilis in cogitatu, ] cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, vt reddas vnicuique secundum vias suas, secundum fructum adinuentionum eius, qui posuisti signa & portenta in terra Ægypti vsque ad diem hanc, & in Israel & in hominibus, & tibi fecisti nomen sicut est dies hæc. [k] Et eduxisti populum tuum Israel de terra Ægypti in signis & portentis, & in manu robusta, [k] & in brachio extento, & in terrore magno, & dedisti eis terram hanc quam iurasti patribus eorum, vt dares eis terram fluentem lacte & melle, & ingressi sunt & possederunt eam. Et non obedierunt voci tuæ: & in lege tua non ambulauerunt, omnia quæ mandasti eis vt facerent, non fecerunt, & euenerunt eis omnia mala hæc. [l] Ecce munitiones extructæ sunt aduersum ciuitatem vt capiatur, & vrbs data est in manus Chaldæorum, & in manus regis Babylonis, qui præliantur aduersus eam à facie gladii, & famis, & pestilentiæ, & quæcunque locutus es, acciderunt, vt tu ipse cernis. Et tu dicis mihi: domine deus, eme agrum argento, & adhibe testes, cum vrbs data sit in manus Chaldæorum? Et factum est verbum domini ad Ieremiam, dicens: Ecce ego dominus deus vniuersæ carnis: nunquid mihi difficile erit omne verbum? [8] Propterea hæc dicit dominus [m] Ecce ego tradam ciuitatem istam in manus Chaldæorum, & in manus * regis Babylonis, & capient eam, & [8] venient ] Chaldæi præliantes aduersum vrbem hanc, & succendent eam igni, & comburent eam, & domos in quarum domatibus sacrificabant Baal, & libabant diis alienis libamina ad irritandum me. [n] Erant enim filij Israel & filij Iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua, filij Israel qui vsque nunc exacerbant me in opere manuum suarum, dicit dominus:

quia

quia in furore & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc,[n] à die qua ædificauerunt eam vsque ad diem istam, qua auferetur de conspectu meo propter * malitiam filiorum Israel & filiorum Iuda quam fecerunt, ad iracundiam me prouocantes, ipsi & reges eorum,& principes eorum,& sacerdotes,& Prophetæ eorum viri Iuda,& habitatores Ierusalem.[o] † Et verterunt ad me terga, & non facies,cum docerem eos, & erudirem diluculo,& [9] nollent ] audire vt acciperent disciplinam. † ℣ Et posuerunt [P] idôla sua in domo in qua inuocatum est nomen meum vt polluerent eam,& ædificauerunt excelsa Baal quæ sunt in valle filij Hennon, vt [10] initiarent ] filios suos & filias suas Moloch,quod non mandaui eis,nec ascendit in cor meum vt facerent abominationem hanc,& in peccatum deducerent Iudam. Et nunc propter ista,hæc dicit dominus deus Israel ad ciuitatem hanc,de qua vos dicitis: quòd tradatur in manus regis Babylonis in gladio,& in fame,&in peste.Ecce ego congregabo eos de vniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi, & reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciam confidentes, † & erunt mihi in populum, & ego ero eis in deum. Et dabo eis cor vnum & viam vnam, vt timeant me vniuersis diebus, & bene sit eis & filiis eorum post eos. ℣ [q] Et feriam eis pactum sempiternum, & non [11] desinam eis benefacere, ] & timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedant à me, & lætabor super eis, cum bene eis fecero: Et plantabo eos in terra ista in veritate in toto corde meo, & in tota anima mea: [r] quia hæc dicit dominus: Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande,sic adducam super eos omne bonum,quod ego loquor ad eos.Et possidebuntur agri in terra ista de qua vos dicitis quòd deserta sit, eo quòd non remanserit homo & iumentum,& data sit in manus Chaldæorum. Agri ementur pecunia,& scribentur in libro, & imprimetur signum, & testis adhibebitur in terram Beniamin, & in circuitu Ierusalem in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatibus quæ ad austrum sunt, quia [12] conuertam ] captiuitatem eorum, ait dominus.

[n. Et hoc fuit tempore Salomonis, qui Ierusalem prius ædificatam à Melchisedech, ampliauit, & triplici muro clausit,& ipse suo tẽpore idololatra fuit. 3 regu. & eius occasione multi de populo. De Lyra ibid. ]

* Omnem.

[o. Obuerrunt enim mihi cerui cem & non faciem: Mane tamẽ ac tempori exurgẽs eos semper docui,atque prænonui. Tostarius ibid.]

9. Noluerunt.

p. Quid aliud est idolorum cultor? An non & ipse auarus vitiosam mentis affectionem sæpenumero adorat,dum illam non cohibet? vt exempli gratia,cum illi dicimus, quod simulachra adoret. Non inquit, simulachra, sed Venerem,sed Martem. Et cũ rogamus, quæ est ista Venus? qui grauiores inter eos sunt,respondent: voluptas est. Et quis est Mars? animus masculus, & vehemens ad eum modum & tu mammonam adoras qui dicitur auaritia, quam tu adoras Chrysost.in cap.5.Ephes.homilia 18.

10. Traducerent,sub.per ignem inter brachia Idoli Moloch.

q. Hæc tanta promissio videtur excedere tempus & beneficia post reditum à Babylone, nisi ad Christi tempus referantur, quando electis Iudæis data sunt beneficia ampliora quàm antea vnquam: partim tamen pro tũc fuit impletum Diony.ibid.

11. Auertam me ab eis benefaciendo.

[r. Supradictum est quòd Sedechias clausit Ieremiam in atrio carceris, quia vaticinabatur dicens: Hæc dicit dominus: Ecce ego dabo ciuitatem istam in manu regis Babylonis,&c. Vbi etiam clausus emit agrum à filio fratris patris sui. Ibi etiam nũc secundo verbum consolationis datur eidem de reditu populi. Glosa ordinaria ibidẽ post Rabanum.

12. Reducam.

*Ad orationem Ieremiæ pro populo remittit dominus peccata, qui se postea nasciturum promittit,cuius regni non erit finis.* XXXIII.

A [a] Et factum est verbum domini ad Ieremiam secundò,cum adhuc clausus esset in atrio [1] carceris, ] dicens: Hæc dicit dominus: qui [2] facturus est & formaturus illud, & paraturus dominus nomen eius.] [b] Clama ad me, & exaudiam te,& annuntiabo tibi grandia,& [3] firma] quæ nescis. Quia hęc dicit dominus deus Israel ad domos vrbis huius, & ad domos Regis Iuda quæ destructæ sunt,[4] & ad munitiones,& ad gladium venientium ] vt dimicent cum Chaldæis, & impleant eas cadaueribus hominum,quos percussi in furore meo, & in indignatione mea, abscondens faciem meam à ciuitate hac propter omnem malitiam eorum. Ecce ego [5] obducam eis cicatricem] & sanitatem, & curabo eos, & reuelabo eis [6] deprecationem ] pacis & veritatis. Et conuertam conuersionem Iuda, & conuersionem Ierusalem, & ædificabo eos sicut à principio, & emundabo eos ab omni iniquitate sua in qua peccauerunt mihi, & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum B in quibus deliquerunt mihi, & spreuerunt me. ℣ Et erunt mihi in nomen, & in gaudium, & in laudem, & in exultationem, cunctis gentibus terræ, quæ audierint omnia bona quæ ego facturus sum eis, & pauebunt & turbabuntur in vniuersis [7] bonis, ] & in omni pace quam ego faciam eis. Hæc dicit dominus: [c] Adhuc audietur in loco isto, quem vos dicitis esse desertum, eo quòd non sit homo & iumentum in ciuitatibus Iuda, & [8] foris] Ierusalem, quæ desolatæ sunt absque homine,& absque habitatore, & absque pecore, vox gaudii & vox lætitiæ, vox sponsi & vox sponsæ, vox dicentium: confitemini domino exercituum, quoniam bonus dominus, quoniam in æternum misericordia eius, & portantium vota in domo domini. [d] Deducam enim [9] conuersionem ] terræ sicut à principio, dicit dominus.

a. Specialis ad duas tribus Iudæ & Beniamin consolatio: & præcipue quantum ad Ierusalem, vbi erat sedes regni & sacerdotij. S.Tho.ibid.

1. Custodiæ.

2. Fecit ipsam Ierusalem, dominus est qui formar eam vt præparet eam, dominus est nomen eius.

3. Recondita.

b. Ostendit quòd per orationẽ prophetarum & sanctorum,qui fuerunt in plebe dominus placatus sit pro delictis populi, & reuelauerit eis reditum illius ad terram suam. Quæ tamen reuersionis gratia adhuc occulta latebat, quia nondum prolata fuerat. Rabanus ibidem.

4. Per munitiones atque per gladium,eo quòd venerunt.

5. Adducam ei reparationem.

6. Abundantiam.

7. Locis.

c. Tanta erit securitas habitantibus in Iudæa, quod oues suas liberè numerare poterunt præ tranquillitate pacis. Ezech 34. In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erũt pascua earum S. Tho. ibidem.

8. Plateis.

d. Hoc est,Statum synagogæ reparabo in his qui credidcrint in Christũ, quorum maior fuit excellẽtia in domo spiritus sancti quàm omnium præcedentiũ Iudæorum. Vnde aduerbium sicut non æqualitatem,sed similitudinem quandam designat. Diony.ibid.

9. Captiuitatem.

Hæc dicit dominus exercituum: Adhuc erit in loco iſto deſerto abſque homine & abſque iumento,& in cunctis ciuitatibus eius, [a] habitaculum paſtorum accubãtium [c] gregum,in ciuitatibus montoſis,& in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad auſtrum ſunt,& in terra Beniamin,& in circuitu Ieruſalem: & in ciuitatibus Iuda, adhuc tranſibunt greges ad manum numerantis,ait dominus. † Ecce dies venient dicit dominus,[f] & ſuſcitabo verbum bonum quod locutus ſum ad domum Iſrael,& ad domum Iuda.In diebus illis & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iuſtitiæ,& faciet iudicium & iuſtitiam in terra.In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter.†Et hoc eſt[10] nomen quod vocabũt]eum, dominus iuſtus noſter. Quia hęc dicit dominus:Non interibit de Dauid vir qui ſedeat [g] ſuper thronum domus Iſrael, & de ſacerdotibus & de Leuitis non interibit vir à facie mea qui offerat holocauſtomata,& incendat ſacrificium & cędat victimas omnibus diebus. [d] Et factum eſt verbum domini ad Ieremiam,dicens:Hæc dicit dominus. Si[11] irritum poteſt fieri]h pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte,vt non ſit dies & nox in tempore ſuo,& pactum meum irritum eſſe poterit cum Dauid ſeruo meo, vt non ſit ex eo filius qui regnet in throno eius,& Leuitæ & ſacerdotes miniſtri mei. Sicuti enumerari non[12] poſſunt ſtellæ]cœli,& metiri arenæ maris,ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei,& Leuitas miniſtros meos. Et factum eſt verbum domini ad Ieremiam, dicens: Nunquid non vidiſti quid populus hic locutus ſit, dicens:duę cognationes quas elegerat dominus abiectæ ſunt: Et populum meum deſpexerũt,eo quòd non ſit vltrà gens coram eis.Hæc dicit dominus: Si pactum meum inter diem & noctem, & leges cœlo & terræ non poſui, equidem & ſemen Iacob & Dauid ſerui mei proiiciam, vt non aſſumam de ſemine eius [13] principes ſeminis] Abraham, & Iſaac, & Iacob. Reducam enim [14] conuerſionem]eorum,& miſerebor eis.

[e. Grex eccleſiæ ſcilicet de gentibus cõgregatæ,quæ in culmine virtutum cõſiſtunt, & tamen humilitatem non deſerũt ſcilicet per feruorem ſpiritus ſancti exercẽt ſtudiũ bonæ operationis,& dilectionis intus feruẽt.]

[f. Promittit ſemini Abrahæ verum hominem nempe germen Dauid. Nomen & officium Saluatoris enarrat, dicens: Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter. Lorichius ibid.]

10. Quod vocabit.

g. Thronum dei ſcriptura dicit regiam dignitatem. Pſal. 44. Thronus tuus deus in ſeculum ſeculi. Et Iſaiæ. Vidi dominum ſedentem ſuper thronum ſublimem Chryſoſt. in Sermo. contra hæretic.

11. Diſſoluere poteſtis.

h. Superius dixerat de ſolis creatione ,lunæ & ſtellarum,& curſu earum, vt leges illæ tuæ ſtatura minui non poſſint : nunc ſimili modo pactum dici & noctis irritum fieri non poſſe, & neque pactum domini cum Dauid ſeruo ſuo irritum fieri poſſe teſtatur:vt non ſit ex eo filius qui regnet in throno eius,& Leuitæ, & ſacerdotes miniſtri domini. quod luce clarius extat quia finito ſacerdotio legali, Chriſti regnum & ſacerdotium perpetuo ſit manſurum. Rabanus ibidem

12. Poteſt exercitus.

13. Dominantes ſemini.

14. Captiuitatem.

## · *In obſidione Ieruſalem Ieremias ad Sedechiam, mittitur, exitium eius prædicaturus.* XXXIIII.

[a] Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à domino,quando Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis exercitus eius vniuerſáque regna terræ quę erant ſub poteſtate manus eius,& omnes populi bellabant cõtra Ieruſalem, & contra omnes vrbes eius,dicens:Hæc dicit dominus deus Iſrael: Vade, & loquere ad Sedechiam regem Iuda,& dices ad eum: Hæc dicit dominus: †Ecce ego tradam ciuitatem hanc in manus regis Babylonis, & ſuccendet eam igni. [b] Et tu non effugies de manu eius,ſed comprehenſione capiêris,& in manu eius tradêris,& oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur, & Babylonem introibis. Attamen audi verbum domini Sedechia rex Iuda:Hęc dicit dominus ad te: Non moriêris in gladio,ſed in pace moriêris,& ſecundum combuſtiones patrum tuorum regum priorum qui fuerunt ante te,ſic comburent te,& væ domine plangent te, quia verbũ hoc ego locutus ſum,dicit dominus. [c] Et locutus eſt Ieremias Propheta ad Sedechiam regem Iuda vniuerſa verba hęc in Ieruſalem,& exercitus regis Babylonis pugnabat contra Ieruſalem,& contra omnes ciuitates Iuda quæ reliquæ erant, contra Lachis,& contra Azécha.Hæ enim ſũpererant de ciuitatibus Iuda vrbes munitæ. Verbum quod factum eſt ad Ieremiam à domino, poſtquam percuſſit rex Sedechias fœdus cum omni populo in Ieruſalem, prædicans * vt dimitteret vnuſquiſque ſeruum ſuum,& vnuſquiſque ancillam ſuam,Hebræum & Hebræam liberos,& nequaquam dominarentur eis,id eſt,in Iudæo & in fratre ſuo. [c] Audierũt ergo omnes principes & vniuerſus populus qui [1] inierunt] pactum,vt dimitteret vnuſquiſque ſeruum ſuũ,& vnuſquiſque ancillã ſuam liberos,& vltrà non dominarẽtur eis. Audierunt igitur,& dimiſerunt. [d] Et conuerſi ſunt deinceps, & retraxerunt ſeruos ſuos & ancillas ſuas quos dimiſerunt liberos,& ſubiugauerunt in famulos & famulas. Et factum eſt verbum ad Ieremiam à domino,dicẽs: Hæc dicit dominus deus Iſrael: [e] Ego percuſſi fœdus cum patribus

a. Iudæi adeò obſtinati erant,vt nec triſtibus terrerentur, nec lætis flecterentur, omnémque cõminationem negligerent: & ideo indigni eſſent conſolatione. Primo quia tranſgreſſores oſtendit, quod initum cum deo pactum non ſeruauerant. Secundo quia comminationem pacti violati non curabant. Vnde Thren. 2. Non fuit in die furoris domini qui effugeret aut relinqueretur. Et Pſal. 118. Vidi prauaricantes & tabeſcebam, quia eloquia tua non cuſtodierunt. S. Tho. ibid.

[b. Quia exercitus Chaldeorum comprehendit Sedechiam fugientem,& adduxit eum ad regem Babylonis in Reblata, vt haberut infra. 39.]

*. Eis libertatem.

c. Conſide: Idum eſt quod ſcribitur Exod. 21. Si emeris ſeruũ Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi,in anno autem ſeptimo egte dietur liber gratis. Hoc autem præceptum tempore Sedechiæ Iudæi tranſgreſſi fuerant, obſeſſi vero à Chaldæis implere cœperunt, diſcedentibus vero Chaldæis contra Aegyptios,cœperunt rurſus tranſgredi præceptum: & ſeruos dimiſſos in libertatem præ nimia auaritia repetere: quod illis in hoc capitulo improperatur. Dionyſ. ibid.

1. Venerunt propter.

d. Patet hoc loco quod nihil proficiat cuilibet bonũ inchoare,ſi non ſtuduerit illud ad bonum finem perducere: quorum qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit. Præceptum ergo fuerat legis, vt filij Iſrael fratres ſuos non inuenirent addicione ſeruorum, nec affligerent per potentiam, ſed tempore cõſtituto reuerterẽtur ad cognationem & poſſeſſionem patrum ſuorum. Kaba. ibid.

patribus vestris,in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de domo seruitutis, dicens:
†Exod.21.a Deut.15.e † [e] Cum cõpleti fuerint septem anni,dimittat vnusquisque fratrem suum Hebręum, qui venditus est ei,& seruiet tibi sex annis,& dimittes eum à te liberum.Et non audierunt patres vestri me,nec inclinauerunt aurem suam. Et conuersi estis vos hodie, & fecistis quod rectum est in oculis meis, vt prædicaretis libertatem vnusquisque ad [2]amicum]suum,& inistis pactum in conspectu meo in domo in qua inuocatum est nomen meum super eam.Et reuersi estis,&[3]commaculastis]nomen meum, & reduxistis vnusquisque seruum suum,& vnusquisque ancillam suam quos dimiseratis, vt essent liberi [4]& suę potestatis, ]& subiugastis eos vt sint vobis serui & ancillæ. Propterea hæc dicit dominus:[f] Vos non audistis me,vt prędicaretis libertatem vnusquisque fratri suo,& vnusquisque amico suo.Ecce ego prædico libertatem, ait dominus ad gladium,ad pestem, & ad famem: & dabo vos in commotionem cunctis regnis
D terræ.[g] Et dabo viros qui præuaricantur fœdus meum, & non obseruauerunt verba fœderis quibus assensi sunt in conspectu meo: vitulum quem conciderunt in duas partes,& transierunt inter diuisiones eius,principes Iuda: & principes Ierusalem, eunuchi & sacerdotes,& omnis populus terræ qui transierunt inter diuisiones vituli, & dabo eos in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animam eorum, & erit morticinum eorum in escam volatilibus cœli, & bestiis terræ. Et Sedechiam Regem Iuda,& principes eius dabo in manus inimicorum suorum,& in manus quærentium animas eorum, & in manus exercituum regis Babylonis, qui recesserunt à vobis.Ecce ego præcipio, dicit dominus,& reducam eos in ciuitatem hanc, & præliabuntur aduersùm eam,& capient eam,& incendent igni.Et ciuitates Iuda dabo in solitudinem,[5]eo quòd non sit habitator.]

[e. Tunc quid Dñs alloquens Ieremiam dixit. Ira quidem inter nos cõuenit Dominus vt ad septimum annũ quisque fratẽ suum Hebræum, qui sibi venditus esset, & sex iam annos ipsi seruiuisset,iam à se liberum dimitteret: Sed patres vestri pro suo ingenio duro & rebelli,nõ paruerunt mihi, neque pactis steterunt.Vos autem hodie cõuersi eratis, & rectè quidẽ meo iudicio feceratis dum promulgabatis libertatem quisque proximo suo,idque in domo mea, quæ meo de nomine vocatur, coram me pacto inito, vt quod ratum firmum, atque inuiolabile foret.Tolarrius ibid.]
2.Proximum.
3.Profanastis.
4.Pro anima sua.
f. Iuxta tropologiam vero nos hic locus docet, vt cum susceperimus fratres nostros sub cura nostra,& propter deum subiecti fuerint nobis, non opprimamus eos per potestatem, nec iniustæ seruitutis violẽtiam eis imponamus, sed magis fraterno affectu eos tractemus, & adiuuemus verbo atque exemplo: quatenus vero domino qui eos sanguine suo redemit, possint dignum seruitium exhibere,donec verus iubileus veniat, & vnusquisque propriæ restituatur dignitati,atque possessioni. De quibus. 1.Petri. 5. Seniores qui in vobis sunt obsecro, cõsenior & ipse,&c.Pascite qui in vobis est gregem dei,&c. Raba. ibid.

5.Et absque habitatore.

*Rechabitis paternum obseruantibus mandatum filij Israel diuinum præceptum neglexerunt.* XXXV.

A [a]Erbum quod factum est ad Ieremiam â domino in diebus Ioachim filij Iosiæ regis Iuda, dicens: Vade ad domum Rechabitarum,& loquere eis, & introduces eos in domum domini [1] in vnam [b]exedram thesaurorum,] & dabis eis bibere vinum. Et assumpsi [2] Iechoniam]filium Ieremiæ filij Absamæ,& fratres eius,& omnes filios eius,& vniuersam domum Rechabitarum,& introduxi eos in domum domini[3] ad [c] gazophylacium ] filiorum Hanan filij Iezedelię hominis dei, quod erat iuxta gazophylacium principum super thesaurũ Maasiæ filij Sellum,qui erat custos vestibuli. Et posui coram filiis domus Rechabitarum scyphos plenos vino & calices,& dixi ad eos:Bibite vinum. Quj responderunt:[d] Non bibemus vinum, quia [e] Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis, dicens:
B [f] Non bibetis vinum vos & filij vestri vsque in sempiternũ.Et domum non ędificabitis,& sementem non seretis,& vineas non plantabitis nec habebitis,sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, vt viuatis diebus multis super faciẽ terræ in qua vos peregrinamini.Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab patris nostri in omnibus quæ præcepit nobis, ita vt non biberemus vinum cunctis diebus nostris, nos & mulieres nostræ,filij & filiæ nostræ, & non ędificaremus domos ad habitandum, & vineam & agrum & sementem non habuimus: sed habitauimus in tabernaculis, & obedientes fuimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noster. [g] Cum autem ascendisset Nabuchodonosor rex Babylonis ad terram nostram, diximus:
C [f] Venite,& ingrediamur Ierusalem à facie exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ,& mansimus in Ierusalem.Et factum est verbum domini ad Ieremiam,dicens:Hæc dicit dominus exercituum deus Israel:Vade,& dic viris Iuda, & habitatoribus Ierusalem: †Nunquid non recipietis disciplinam, vt obediatis verbis meis, dicit dominus? [4] Pręualuerunt] [5] sermones Ionadab filij Rechab quos præcepit filiis suis,vt non biberent vinum,& non biberunt vsque ad diem hanc, quia obedierunt pręcepto patris sui.Ego autem locutus sum ad vos de mane consurgens &loquens,&

†Hosiæ.

[a. Propheta in superiori cap. egit de Sedechia,& de rebus quę sub eo actę sunt, nunc ad Ioakim filij Iosiæ tempora narrationem conuertit.Ea tamẽ quę hic recensentur quantum ad tẽpus, præcedentia præcesserunt, quod vides supra cap. 32. Lorichius.ibidem.]
1.In vnum tricliniorum.
b.Exedra triclinium est valde amplum,quod aulam dicimus, cuius aspectus occidentem versus esse solebat.
2.Iezoniam.
3.In triclinium &infra.
c. Gazophylacium vox composita à Gaza nomine Syro, vel Persico,& Phylaxe Græco: theca est diuitiarum siue thesaurorum templi.
d.Quatuor præcepta filiis suis Ionadab iniunxit, quibus obedierunt magis quam Israelitæ patri suo cœlesti.
e.Ionadab filius Rechab præcepit filiis suis vt non biberẽt vinum vsque in æternũ. Quibus cum offerret Ieremias vinum vt biberẽt,& illi bibere noluissent,loquitur dominus per prophetam. Quia obedistis præcepto Ionadab patris vestri, non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus.Hieron.aduersus Iouinia.lib.2.
[f.Hoc dixerunt ad suam excusationem,de eo quod pro tunc manebant infra domum in Ierusalem,vt dicitur in principio huius capitulı:quasi diceret: nos fecimus hoc necessitate cõpulsi,quæ nõ habet legem. De Lyra.ibidem.]
4.Confirmati sunt.
g. Maiorem efficaciam habuerunt sermones patris carnalis quã patris spiritualis, quia carnales patri obedierunt, spirituales non obedierunt. vnde Heb. 12.Patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Num multo magis obtemperabimus patri spirituum & viuemus?S. Tho.ibi.

non obediſtis mihi. Miſíque ad vos omnes ſeruos meos Prophetas, conſurgens diluculo, mitténſque, & dicens: † [h]Conuertimini vnuſquiſque à via ſua peſſima, & bona facite ſtudia veſtra, & nolite ſequi deos alienos, neque colatis eos, & habitabitis in terra quam dedi vobis & patribus veſtris. ‡ Et non inclinaſtis aurem veſtram, neque audiſtis me. Firmauerunt igitur filij Ionabab, filij Rechab præceptum patris ſui quod præceperat eis, populus autem iſte non obediuit mihi. Idcirco hæc dicit dominus exercituum, deus Iſrael. Ecce ego adducam ſuper Iudam & ſuper omnes habitatores Ieruſalem, vniuerſam afflictionem quam locutus ſum aduerſum illos, eo quòd locutus ſum ad illos & non audierunt, vocaui illos, & non reſponderunt mihi. Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias: Hęc dicit dominus exercituum deus Iſrael: [i]Pro eo quòd obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata eius, & feciſtis vniuerſa quæ præcepit vobis, propterea hæc dicit dominus exercituum deus Iſrael: Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.

[h. Non magnum eſt ſi ab illicitis abſtineamus, ſed ſi ab illicitis propter reuerentiam eius qui ea nobis propter infirmitatem noſtram permiſit. Non enim præcipiendum generaliter erat quod ab omnibus apprehendi non poterat. Qui enim magni ſunt perfectione virtutum perfiunt coronari, qui autem parui ſunt, nec implent menſuram ætatis plenitudinis corporis Chriſti, licet fulgore maiorum latere videantur, à tenebris tamen maledictionum quæ in lege ſunt, alieni nec præſentibus malis adiiciũtur, nec ſupplicio plectuntur æterno. Gloſa ordi.]

i. Quod in prædeſtinatis atque ſaluatis ex illa familia conſtat implerum, qui in eccleſia triũphanti in æternum ſtant laudãtes deum & obſequentes, ſicut & Chriſtiani diuinis præceptis obedientes, impij verò inobedientes confunduntur & reprobantur. Dion. ibid.

*Ieremias carceri mancipatus librum mittit ad Regem, quem rex ſtatim combuſſit, alterum vero Ieremias mox illi conſcripſit.* XXXVI.

[a]ET factum eſt in anno quarto Ioachim filij Ioſiæ Regis Iuda, factum eſt verbum hoc ad Ieremiam à domino, dicens: Tolle * volumen libri & ſcribes in eo omnia verba quæ locutus ſum tibi aduerſus Iſrael & Iudam, & aduerſum omnes gentes à die qua locutus ſum ad te [b]ex diebus Ioſię vſque ad diem hanc, ſi fortè audiente domo Iuda, vniuerſa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima, & propitius ero iniquitati & peccato eorum. [c]Vocauit ergo Ieremias Baruch filium Neriæ, & ſcripſit Baruch ex ore Ieremię omnes ſermones domini quos locutus eſt ad eum in volumine libri. Et præcepit Ieremias Baruch, dicens: Ego clauſus ſum, nec valeo ingredi in domum domini. Ingredere ergo tu, & lege de volumine in quo ſcripſiſti ex ore meo verba domini, audiente populo in domo domini [d]in die ieiunij, *inſuper* & audiente vniuerſo Iuda qui veniunt de ciuitatibus ſuis. ‡ Leges eis, ſi forte cadat oratio eorum in conſpectu domini, & reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima, quoniam magnus furor & indignatio eſt, quam locutus eſt dominus aduerſus populum hunc. Et fecit Baruch filius Neriæ iuxta omnia quæ præceperat ei Ieremias Propheta, legens ex volumine ſermones domini in domo domini. [e]Factum eſt autem in anno quinto Ioachim filij Ioſię regis Iuda, in menſe nono prædicauerunt ieiunium in conſpectu domini omni populo in Ieruſalem, & vniuerſę multitudini quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ieruſalem. Legítque Baruch ex volumine ſermones Ieremiæ in domo domini gazophylacio Gamarię filij Saphan ſcribæ, in veſtibulo ſuperiori in introitu portę nouæ domus domini, audiente omni populo. [f]Cúmque audiſſet Michęas filius Gamariæ filij Saphan omnes ſermones domini ex libro, deſcendit in domum Regis ad gazophylacium ſcribæ. Et ecce ibi omnes principes ſedebant, Eliſama ſcriba, & Daſaias filius Semeiæ, & Helnathan filius Achobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedechias filius Hananiæ, & vniuerſi principes. ‡ Et nunciauit eis Michæas omnia verba quæ audiuit, legentem Baruch ex volumine in auribus populi. Miſerunt itaque omnes principes ad Baruch Iudi filium Nathaniæ filij Selemæi filij Chuſi, dicentes: volumen ex quo legiſti audiente populo ſume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ volumen in manu ſua, & venit ad eos. Et dixerunt ad eum: Sede, & lege hæc in auribus noſtris. Et legit Baruch in auribus eorum. Igitur cum audiſſent omnia verba, obſtupuerunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, & dixerunt ad Baruch: [f]Nunciare debemus ] Regi omnes ſermones iſtos. Et interrogauerunt eum, dicentes: Indica nobis quomodo ſcripſiſti omnes ſermones iſtos ex ore eius. Dixit autem eis Baruch: [g]Ex ore ſuo loquebatur quaſi legens ad me omnes ſermones iſtos, & ego ſcribebam in volumine atramento. ‡ Et dixerunt principes ad Baruch.

a. Hæc eadem verba ſupra ſcribuntur cap. 25. Vltra quę narrat prophera quanta fuerit propter iuſtitiam paſſus. Et item quãta dei longanimitas, & eius benignitas contra Iudæorum obſtinationem. Dion. ibidem.

* Tibi.

[b. Tempore enim Ioſiæ cœpit Ieremias prophetare, vt dictum eſt ſupra in principium huius libri. De Lyra. ibidem.]

c. Prompta obedientia prophetæ concordat diuinæ clementiæ: quoniam ſicut ille conſulit humanæ infirmitati per admonitionem conuerſionis, ita iſte obediendo ad ſalutem proximorum exercet officium prædicationis. Qui etſi clauſus carcere per ſemetipſum id perficere nõ valuit, per interpretem tamen omnia iuxta id quod ſibi iuſſũ fuerat, explere curauit. Rab. ib.

[d. Dicunt illud ieiunium fuiſſe publicũ populo tunc impoſitũ: quia auditum fuerat in Ieruſalem quòd rex Babylonis ſe diſponebat ad veniendum contra Iudæam. Vt Ieruſalẽ ſicut Niniuitæ prædicauerunt ieiunium audito verbo Ionæ prophetæ de futura ſubuerſione Niniuæ. De Lyra.]

e. Ex indictione ieiunij ad omnem plebem nactus eſt Baruch prædicandi opportunitatẽ verba quæ ex Ieremiæ iniunctione habebat. Vtpote cum dies eſſet pœnitentiæ, abſtinentiæ & deuotionis. Vnde quia audiuit populus legem ex ore Baruch, ex eodem principes audire voluerunt, vt principi nunciarẽt: quę audiẽtes præ timore obſtupuerunt, & regi inſinuauerunt, ne Rex legit prætenderet ignorantiam S. Tho. ibid.

[f. Hoc hodie fit nemine cõtradicẽte. Sacerdotes catholici paſſim eiiciũtur pueri gãtuli Lutheraniſmi præcones in catholicorũ loca ſubſtituũtur: quod certè eſt Ieremiam & Baruch perdere velle. Hic turma Dechotum, Sedechiarum Phaſſerorum, & hoc genus latronum vndique regibus aquã frigidã ſuffundit: nullus vero Heluathan, nullus Dalaias, nullus Gamarias vſquã apparet. Lorichi ibidem.]

g. Nulla quippe in addiſcendo eſt difficultas aut mora, quãdo mentem illuminat ſpiritus ſanctus: cuius neſcit gratia tarda molimina, ſeu diuturnos mœrores conatus. Vnde & plurimi in dictando, & ſcribendo, ſeu exponendo, ita iuuantur à ſpiritu ſancto, vt promptius quam legẽdo ex quadam plenitudine mentis omnia promant. Dion. ibid.

ad Baruch.[h] Vade & abscondere tu & Ieremias,& nemo sciat vbi sitis.Et ingressi sunt ad Regem in atrium. Porrò volumen commendauerunt in gazophylacio Elisamæ scribæ,& nunciauerunt audiente Rege omnes sermones. Misitque rex Iudi, vt sumeret volumen,qui tollens illud de gazophylacio Elisamæ scribæ, legit audiente Rege, & vniuersis principibus qui stabant circa regem:Rex autē sedebat in domo hyemali in mense nono,& posita erat[i] arula coram eo plena prunis. Cúmque legisset Iudi tres pagellas vel quatuor,scidit illud scalpello scribæ, [k]& proiecit in ignem qui erat super arulam,donec consumeretur omne volumen igni qui erat in arula. Et non timuerūt neque sciderunt vestimenta sua Rex,& omnes serui eius,qui audierunt vniuersos sermones istos.[l] Veruntamen Elnathan, & Dalaias, & Gamarias, contradixerunt Regi, ne combureret librum, & non audiuit eos. Et præcepit Rex Hierameel filio Hamalech,& Saraiæ filio Ezrihel,& Selemiæ filio Abdehel, vt comprehenderent Baruch scribam, & Ieremiam Prophetam. Abscondit autem eos dominus. [1]Et factum est verbum domini ad Ieremiam Prophetam postquam combusserat Rex volumen, & sermones quos scripserat Baruch ex ore Ieremiæ, dicens: Rursum tolle volumen aliud, & scribæ in eo omnes sermones priores, qui erant in primo volumine quod combussit Ioachim rex Iuda. Et ad Ioachim Regem Iuda dices: Hæc dicit dominus:Tu combussisti volumen istud,dicens:[l] Quare scripsisti in eo annūcians, [2] festinus]veniet Rex Babylonis & vastabit terrā hanc, & cessare faciet ex illa hominem & iumentum? Propterea hæc dicit dominus deus cōtra[m] Ioachim Regem Iuda: Non erit ex eo qui sedeat super solium Dauid,&cadauer eius proiicietur ad æstum per diē, & ad gelu per noctem.Et visitabo contra eum & contra seruos eius iniquitates suas, & adducam super eos,& super habitatores Ierusalem,& super viros Iuda omne malū quod locutus sum ad eos,& non audierunt. [n] Ieremias autem tulit volumen aliud,& dedit illud Baruch filio Nerię scribę: qui scripsit in eo ex ore Ieremię omnes sermones libri quem combusserat Ioachim Rex Iuda igni: & insuper additi sunt sermones [3] multò plures quàm antea fuerunt.]

24.q.1.c. Nō afferamus.

[h. Significat quòd Apostoli & Prophetæ nullam necessitatem tractandi vel penuriā loquendi patiebantur:sed prophetæ & facile omnia proferabant, vnde, Matth. 10.h. Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini.Glosa ordina.]

i. Vas est quoddam ferreum mobile in quo accenduntur carbones.

k. O miranda cæcitas humanæ mentis, & stupenda nequitia indurati cordis. Qui debuerant monitis salutatibus compingi ad peccatorum suorum pœnitentiam,verba domini in libro scripta,in ignis studebant consumere flammæ insuper & prophetam,quem per gratiam doctrinæ atque correptionis merito honorare debuerant, contumelia afficere contendebant. Raba.ibid.

[l. Hic consequenter Ieremias resumit suam prophetiam, non solum loquendo,sed etiam scribendo,& hoc de Domini mandato ad confirmationem veritatis libri combusti:Et primo ponitur hoc mandatum, vt patet. Secūdo subditur ipsius Ioatim punitio de libri combustione, cum dicitur, Hæc dicit Dominus &c. De Lyra.]

2. Veniens.

m. In libro dierum legimus. 2. Paral. 6. a. Hunc Ioachim vinctum catenis,& ductum in Babylonem:nec vltrà quid refertur de eo. Pulchréque sepultura asini dicit eum sepeliendum, vt aliis verbis significet insepultum,hoc est,à bestiis auibúsque lacerandum Hæc est enim asini sepultura. Hier. in Ierē. 22 cap.

[n. Per hoc quod Ieremias aliū librum,& eum maiorē scripsit priore,&quod regi & omnibus illi adhærentibus fatum triste est minatur,dogma ecclesiæ datur doctores veritatis cōtra audentius ire oportere, & professionem catholicam litteris esse commendandam, potissimum vero sanctorum patrum monumenta asserēda. Lorichius.ib. ]

3. Multi similes.

*Recedentibus à Ierosolymorum obsidione Ieremias ad diuidendam hæreditatem egressus, regressus ad carcerem sed à Rege extractus quotidiano pane à Rege in vestibulo donatus.* XXXVII.

Anni ante Christū. 625. Anni mundi 3317.

[a]T regnauit Rex Sedechias filius Iosiæ pro Iechonia filio Ioachim,quem constituit regem Nabuchodonosor Rex Babylonis in terra Iuda, & non obediuit ipse & serui eius & populus terræ verbis domini, quæ locutus est in manu Ieremiæ Prophetæ. Et misit Rex Sedechias Iuchal filium Selemiæ,& Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem ad Ieremiam Prophetam, dicens: † Ora pro nobis dominum deum nostrum. Ieremias autem [1] liberè ambulabat in medio populi.] Non enim miserant eum in custodiam carceris. [b] Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto, & audientes Chaldæi qui obsidebant Ierusalem huiuscemodi nuncium, recesserunt ab Ierusalem. Et factum est verbum domini ad Ieremiam Prophetam, dicens: [2] Hæc dicit dominus deus Israel. Sic dicetis Regi Iuda,qui misit vos ad me interrogandum: Ecce exercitus Pharaonis qui egressus est vobis in auxilium, reuertetur in terram suam in Ægyptum, & redient Chaldæi, & bellabunt contra ciuitatem hanc, & capient eam, & succendent igni. Hæc dicit dominus:Nolite decipere animas vestras dicentes: Euntes abibunt, & recedent à nobis Chaldæi,quia non abibunt. Sed & si percusseritis omnem exercitum Chaldæorum, qui præliantur aduersum vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati, singuli de tentorio suo consurgent,& incendent ciuitatem hanc igni.Ergo cum recessisset exercitus Chaldæorum ab Ierusalem propter exercitum Pharaonis, [c] egressus est Ieremias de Ierusalem,vt iret in terram Beniamin, [3] & diuideret ibi possessionem in conspectu ciuium.] [d] Cúmque peruenisset ad portam Beniamin, erat ibi custos portæ

† Infr. 42. a

a. Huic itaque Ioachim filio Iosiæ successit Iechonias filius eius, qui tamen post tres menses in voluntarium profectus est exilium: post quem Nabuchodonosor constituit Mathaniam filium Iosiæ, quem vocauit Sedechiam. 4. Reg. 24. Qui videns Ieremiæ vaticinia in fratre suo Ioachim eiusque filio impleta, Ieremiam pro vero dei famulo, propheta & amico habuit: idcirco orationum eius postulat suffragium. Dicunt alij & satis ex sequentibus patet,quod Sedechias ille ex se satis pius fuit, & mitis,ad Ieremiam flexus & satis benignus,veruntamen prauis aliorum consiliis subuersus Dionis.ibid.

1. Venit, & egressus est in medium populi.

[b. Quomodo Chaldæi soluerint hanc obsidionem aduenientibus Aegyptiis Iosephus manifestat Vaphrem regem Aegypti in auxilium venisse Iudæis. Glosa ordina.ibidem.]

c. Igitur cum Ieremiæ placuisset ad patriam properare quæ dicitur Anathot, inueniens est in itinere quidam principum, comprehensum detinuit, calūniam illi faciens quasi ad Babylonios iret. Ille vero mētitus quidē illum & calumniæ sibi crimen fallaciter intulerit: se vero ad patriam properare dicebat Rabanus ibid.

2. Vt segregaret se illic de medio populi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& per vices]nomine Ierias filius Selemiæ filij Hananiæ: & apprehendit Ieremiã Prophetam,dicens:[d] Ad Chaldæos prófugis.Et respondit Ieremias:Falsum est,non fugio ad Chaldæos.Et non audiuit eum,sed comprehẽdit Ierias Ieremiam, & adduxit eum ad principes.† Quamobrem irati Principes contra Ieremiam, cæsum eum miserunt in carcerem qui erat in domo Ionathã scribæ. Ipse enim præpositus erat super carcerem.Itaque ingressus est Ieremias in domum laci, & in[e] ergastuum,] & sedit ibi Ieremias diebus multis.[f] Mittens autem Sedechias Rex tulit eum, & interrogauit eum in domo sua absconditè,& dixit:[g] Putásne]est sermo à domino?Et dixit Ieremias:Est. [g]Et ait: In manus Regis Babylonis tradêris. Et dixit Ieremias ad Regem Sedechiam: Quid peccaui tibi & seruis tuis, & populo tuo, quia misisti me in domum carceris? Vbi sunt Prophetæ vestri, qui prophetabant vobis & dicebant:nõ veniet Rex Babylonis súber vos & super terram hanc?[g]Nunc ergo audi obsecro domine mi Rex:[5] Valeat]deprecatio mea in conspectu tuo,& ne me remittas in domum Ionathæ scribæ, ne moriar ibi.Præcepit ergo Rex Sedechias vt traderetur Ieremias [6]in vestibulum carceris,]& daretur ei torta quotidie panis,[7] excepto pulmento,] donec consumerentur omnes panes de ciuitate.Et mansit Ieremias in vestibulo carceris.

[d.Hic autem Ierias apprehendens Ieremiam Prophetã dixit eum ad Chaldæos transfugere. Cui respõdit Ieremias: Falsum id esse: quippe qui ad Chaldæos non transfugerer, sed non credidit hoc ille ei.Vnde apprehẽsum Ieremiam propheram adduxit ad viros principes. Tostatius ibidem.]
3 e.Carcerem,vbi dicunt Hebr. fuisse lacũ in quo detentus fuit Ieremias donec veniret ad Sedechiam.
[f.Hic porro vides sepenumero reges ipsos à satrapis suis ad omne malum instigari. Exẽplũ Roboam,& Ioas.3.Reg.12.& 4. Reg.12. Iterum vide quid tibi de aula pollicearis. Lorichius ibidem.]
4.Est ne.
g.Ieremias sanctificatus in vtero antequam natus, virgo prophera veteris testamenti, pertimescit Sedechiã flebiliter obsecrat,dicẽs:Nunc ergo audi obsecro domine mi Rex,&c.Hie. aduers.Pelagia.li.2.
5.Cadat nunc.
6. In atrium custodiæ,& infra.
7.De platea pistorum.

*Hieremias ex carcere clam à Rege vocatus ad colloquium, aperuit Regi sub iuramento periculacius.* XXXVIII.

[a]Audiuit autem Saphatias filius Mathan, & Gedelias filius Phassur, & Iuchal filius Selemiæ, & Phassur filius Melchiæ sermones quos Ieremias loquebatur ad omnem populum,dicens: Hæc dicit dominus: † Quicunque manserit in ciuitate hac, morietur gladio,& fame, & peste: qui autem profugerit ad Chaldæos,viuet,& erit anima eius [1]sospes] & viuens. Hæc dicit dominus: Tradendo tradetur ciuitas hæc in manu exercitus Regis Babylonis,& capiet eam. Et dixerunt principes regi:Rogamus vt occidatur homo iste. [b] De industria enim dissoluit manus virorum bellantium,qui remanserunt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi, loquens ad eos vniuersa verba hæc. Siquidem homo iste non quærit pacem populo huic, sed malum. [c] Et dixit Rex Sedechias: Ecce ipse in manibus vestris est. Nec enim fas est Regem vobis quicquam negare. Tulerunt ergo Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Melchiæ filij Hamalech, qui erat [2]in vestibulo carceris, ] & summiserunt Ieremiam in funibus in lacum in quo non erat aqua, sed lutum. Descendit itaque Ieremias in cœnum. [c] Audiuit autem Abdemélech Æthiops, vir eunuchus qui erat in domo regis, quòd misissent Ieremiam in lacum. Portò Rex sedebat in porta Beniamin. Et egressus est Abdemélech de domo Regis, & locutus est ad Regem, dicens: Domine mi Rex, male fecerunt viri isti omnia quæcunque perpetrarunt contra Ieremiam Prophetam, mittentes eum in lacum, vt moriatur ibi fame. Non sunt enim panes vltra in ciuitate. [d] Præcepit itaque Rex Abdemélech Æthiopi, dicens: Tolle tecum hinc triginta viros, & leua Ieremiam Prophetam de lacu antequam moriatur. Assumptis ergo Abdemélech secum viris, ingressus est domum Regis quæ erat sub cellario, [d] & tulit inde veteres pannos,& antiqua quæ computruerant, & summisit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos. Dixítque Abdemélech Æthiops ad Ieremiam Prophetam: Pone veteres pannos, & hæc scissa & putrida sub cubitu manuum tuarum, & super funes.Fecit ergo Ieremias sic.[e] Et extraxerunt Ieremiam funibus,& eduxerunt de lacu. Mansit autem Ieremias in vestibulo carceris.Et misit Rex Sedechias, & tulit ad se Ieremiam prophetam ad ostium tertium in domo domini: & dixit Rex ad Ieremiam: Interrogo ego te sermonem,ne abscondas à me aliquid.Dixit autem Ieremias ad Sedechiam: Si annunciauero tibi,nunquid non interficies me? Et si consilium dedero tibi, non me audies? Iurauit ergo rex Sedechias Ieremiæ clàm, dicens: [f] Viuit dominus qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, & si tradidero in manus virorum istorum qui

quærunt

a.Poterant enim Iudæi & cuncti incolæ Ierusalem vestibulo carceris vbi erat Ieremias, appropinquare,&imminentia vbi mala quæ prædicebat Ieremias,audire. Vnde scandalum passi principes, regis facultatẽ impetrant,vt eum occidant,fultem in lacum demittant,vbi cito moriatur,iuxta illud. Sapiẽ.
2. Circumueniamus iustum iniustè, quoniam contrarius est operibus nostris.Dion.ibid.
b. In spolium.
[b.De industria denunciat falsa tanquam hostis reipublicæ. Ideo subditur concessio. Ecce ipse.&c. De Lyra ibidem.]
c Rex vero suopte quidẽ ingenio non exacerbatur, sed ne in principum inuidiam tali tẽpore incutteret, voluntati eorum resistens,permisit eis vt de propheta quicquid liberet facerẽt. quo impetrato confestim carcerem petentes, exẽptum inde in quendã cœnosum puteũ per funem demiserũt,vt ibi prẽfocatus moreretur. Ille vero vsque ad collũ mersus ibi manebat, quẽ extractũ à cœno Aethiops quidam regis famulus permisit abire liberum.Iosep. Antiquit.Iudaic.lib.10,cap. 10.
2.In atrio custodiæ.

[d.Præcepit itaque rex Aethiopi huic Abdemélech, vt illinc triginta secũ acciperet viros,atque horũ stipatẽ satellitio,educeret Ieremiam Prophetam de puteo priusquã moreretur. Assumptis itaque secũ viris illis, deuenit Abdemelech in domũ regis,ad locũ qui sub cẽtario est, Vnde acceptos aliquot pannos detritos,ac laceros, demisit eos per funes ad Ieremiã in puteũ, volens nimirum vt pannos hos veteres ac detritos propheta sub axillis brachiorum suorum collocaret.Tostatius ibid.]
e.Iste Aethiops eunuchus, qui timore & amore dei compunctus studuit prophetã etipere, significat sanctos prædicatores de gentibus, quos euangelium dicit semetipsos castrasse propter regnũ cœlorum, qui vera charitatis instinctu, iniquè oppressos studeut verbo & exemplo de fouea perditionis eruere,quod & nomen ipsius eunuchi testatur.Rabanus ibid.

quærunt animam tuam. Et dixit Ieremias ad Sedechiam: Hæc dixit dominus exercituum deus Israel:[f] Si profectus exieris ad principes Regis Babylonis viuet anima tua, & ciuitas hęc non succedetur igni, & saluus eris tu & populus tuus,& domus tua. Si autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum,& succendent eam igni,& tu non effugies de manu eorum. Et dixit Rex Se-
F dechias ad Ieremiam.[g] Sollicitus sum propter Iudæos, qui transfugerũt ad Chaldeos ne fortè tradar in manus eorum, & illudant mihi. Respondit autem Ieremias: Non te tradent. Audi quęso vocem domini quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua.[g] Quòd si nolueris egredi,iste est sermo quem ostendit mihi dominus: Ecce omnes mulieres quæ remanserunt in domo Regis Iuda,educentur ad principes Regis Babylonis,& ipsi dicent:[3] Seduxerunt] te & pręualuerunt aduersum te viri pacifici tui,demerserunt in cœnum[2]—& in lubricum ]pedes tuos, & [4] recesserunt à te.] Et omnes vxores tuæ,& filij tui educentur ad Chaldæos, & non effugies manus eorum,
G sed in manu Regis Babylonis capieris,& ciuitatem hanc comburet igni.[g] Dixit ergo Sedechias ad Ieremiam:[h] Nullus sciat verba hæc,& non moriêris,Si autem audierint principes quia locutus sum tecum,& venerint ad te,& dixerint tibi:indica nobis quid locutus sis cum Rege,ne celes,& non te interficiemus:& quid locutus est tecum Rex, dices ad eos:[i] Prostraui ego preces meas coram Rege,ne me reduci iuberet in domũ Ionathan,& ibi morerer. Venerunt ergo omnes principes ad Ieremiam,& interrogauerunt eum.Et locutus est eis iuxta omnia verba quę præceperat ei rex. Et cessauerũt ab eo. Nihil enim fuerat auditum. Mansit verò Ieremias in vestibulo carceris vsque ad diem quo capta est Ierusalem. Et factum est vt caperetur Ierusalem.

f. Constat ex responsione prophetę vera sua verba esse,veram prophetiam, qui nec formidine pœnę,vel etiã mortis,in prioribus suis dictis constanter perstitit,dicens: Si exieris ad principes Babylonis, saluus eris tu & domus tua, & ciuitas hæc nõ succendetur.Si non exieris ciuitas succendetur,& tu & domus tua non effugies manus eorum. Comestor.

[g. Significat quod fluxa cogitatio, & voluptuosi cõsiliatores in lubrico carnalium desyderio & cœno vitiorum gressus nostrorum operum demergunt,& cum demersos videant, à nobis recedunt:quia perditis nullum consiliũ dare possunt:quia hoc solum studebant vt in peccati voraginem præcipitarent. Si ergo consilio diuinarum scripturarum peccata corrigete,& animas nostras à perditione per pœnitentiam liberare noluerimus, ad Chaldæos,i dæmones educemur.Glo.ordi.ibid.

3. Incitauerunt.

4. Conuersi sunt retrorsum.

h. Rex iubet Ieremiæ occultare consilium: opera autem dei reuelare & cõfiteri honorificum est. Verum si debito modo celetur,veritatem tacẽdo & falsum non dicendo, non improbatur, vt Prouer.10. Qui moderatur labia sua prudentissimus est. S. Tho.ibid.

[i. In hoc verum dixit rex, alias Ieremias non obediuisset ei mẽtiendo.Et hoc patet ex eo quod non interficeret eum,nec traderet eum in manus principũ qui miserant eum intra lacum. De Lyra.]

*Ierosolyma capta & incensa Rex fugiens capitur,in cuius conspectu filij trucidantur,ipse exoculatur,atque in captiuitatem ducitur.* XXXIX.

4.Reg.25.a A
Ante Chr. 25.c
Anni ante Christũ. 619.
Anni mundi 3146.
Ier.39.a
Anno ante Christũ 619.
Anni mundi 3146.

[a] [1] Nno nono Sedechiæ Regis Iuda mense decimo venit Nabuchodonosor Rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ierusalem, & obsidebant eam. Vndecimo autem anno Sedechiæ,mense quinto,quinta mensis[1] aperta ]est ciuitas,& ingressi sunt omnes principes Regis Babylonis,& sederunt in porta media Neregel,Serêser,Semegar,Nabusarsachim,Rapsares,Neregel, Serêser,Rebmag, & omnes reliqui principes Regis Babylonis. [b] Cúmque vidisset eos Sedechias Rex Iuda,& omnes viri bellatores, fugerunt,& egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti Regis,& per portam quæ erat inter duos muros, & egressi sunt ad
B viam deserti.[g] Persecutus est autem eos exercitus Chaldæorum,& comprehenderunt Sedechiam in [2] campo solitudinis Ierichontinæ, & [c] captum adduxerunt ad Nabuchodonosor Regem Babylonis in Reblátha, quæ est in terra Hemath: & locutus est ad eum iudicia. Et occîdit Rex Babylonis filios Sedechię in Reblátha in oculis eius, & omnes nobiles Iuda occîdit Rex Babylonis.Oculos quoque Sedechię eruit,& vinxit eum[3] compedibus, ]vt duceretur in Babylonem. Domum quoque Regis & domum vulgi succenderunt Chaldæi igni, & murum Ierusalem subuerterunt. Et reliquias populi quæ remanserant in ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad eum, &
C [4] superfluos] vulgi qui remanserant,[g] transtulit Nabusardan magister militum in Babylonem,& de plebe pauperum qui nihil penitus habebant, dimisit Nabusardan magister militum in terra Iuda, & dedit eis vineas & [5] cisternas ]in die illa. Præceperat autem Nabuchodonosor Rex Babylonis de Ieremia Nabusardan magistro [6] militum,]dicens: Tolle illum,& pone super eum oculos tuos, nihilque ei mali facias, sed vt voluerit sic facies ei. Misit ergo Nabusardan princeps militiæ, & Nabu, & Sesban, & Rapsares,& Neregel,& Serêser, & Rebmag, & omnes optimates Regis Babylonis miserunt[d] & tulerunt Ieremiam de[7] vestibulo carceris, ]& tradiderunt eum Godo-
D liæ filio Aichan filij Saphan:vt [8] intraret]in domum & habitaret in populo.[g] Ad Ieremiam autem factus fuerat sermo domini cum clausus fuisset in vestibulo carceris, dicens: Vade, & dic Abdemélech Æthiopi, dicens: Hæc dicit dominus exercituum

1. Interea à Babylonio rege obsessa est ciuitas anno 9.mẽse 10. Regis Sedechiæ:idque certamẽ durauit per mẽses 18. donec tãdem succubuere,partim inedia victi.partim supernè è turribus telorum multitudine oppressi. capta est autem vrbs 11 anno Sedechiæ,quarti mensis,die quinta.Ioseph. Antiquita. Iudai.lib. 10.cap.11.

1. Fracta.

b. Cũque vidisset eos Sedechias inter duos muros, qui coniungebantur muro ciuitatis iuxta domum regis,& cingebant hortum regis:inter quos erat & via & porta secundum equi distantiam ab vtroque, fugere cœpit. Vnde Thren. facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua,abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.S. Tho.ibid.

2. Campestribus Iericho.

c. Captus Sedechias à Chaldæis, ducitur vinctus ad Nabuchodonosor in Rablatha, quam putant Antiochiam Syrię vbi post multas obiurgationes &improperia addidit Nabuchodonosor, Magnus deus tuus, qui te habet odio,& iniquitatem tuam,te tradidit in manus meas. Comest.

3. Duabus catenis.

4. Residuum.

5. Agros.

6. Sicariorum vel laniorum,aut cocorum,& infra.

d. Iustus est dominus & rectum iudicium eius,qui reddit singulis secundum opera eorum. Denique sicut per ministros flagelli superbis & contemptoribus dignas irrogat pœnas, sic mansuetis & obedientibus per eosdem miserationis & solatij debitas spedit curas. Quod & nũc patefactum est in Sedechia Rege,& Ieremia propheta, per Nabuchodonosor regis sententiam Ruba.ibid.

7. Atrio custodiæ,& infra.

8. Educeret eum.

deus Iſrael:ecce ego inducam ſermones meos ſuper ciuitatem hanc in malum,& non in bonum,& erunt in conſpectu tuo in die illa,[c] & liberabo te in die illa,ait dominus: Et nō tradêris in manus virorum quos tu formidas,ſed eruēs liberabo te, & gladio nō cades,ſed erit tibi anima tua[9] in ſalutem,] quia in me habuiſti fiduciam,ait dominus.

[c. Qui fuerant in domino non confundentur. Confundétur omnes iniqui agentes. Ecce principes qui animam Ieremiæ quærebant, capiuantur. Eunuchus qui eum liberauerat, pérfecta patrum eſt libertate. Glo.ordi.]
9. In ſpolium.

*Ieremias mittitur liber ad Godoliam præfectum reliquiarum Iſrael,qui Iohanan ſuper cæde ſua præmonitus audire noluit.* XL.

[a. Prophetæ quoque Ieremiæ è carcere exempto ſuaſit Nabuſardan vt iret ſecum Babylonem, iuſſum enim ſe à rege,vt ei omnia neceſſaria præbeat Quòd ſi ſequi nolit, diceret vbinam habitare cuperet, vt de hoc regem per literas certiorem poſſit reddere. Prophetæ verò neque ducem ſequi voluit,neque aliò ad habitandum ire, contentus habitare in ruinis patriæ, & eius miſeras reliquias colere. At dux voluntate eius cognita, Godoliæ quem ibi reliquebat, commendauit hominé, mandás ne quid ei deeſſe pateretur: donatóque vate magni pretij muneribus, ipſe quoque domum profectus eſt. Ieremias autē domicilium elegit apud oppidum Maſphat, impetratā priùs à Nabuſardane gratia,vt ſecū è carcere dimitte retur,etiam Baruch Neri filium inſigni familia natum, & patria lingua egregie doctum Ioſeph. Antiquit. Iuda.c.libro 10.cap.11.
8. Ipſo autem nō reuertente,ait.

[b. Qui diſperſi fuerant in prouincijs Iudææ vicinis,ad quas timore Chaldæorum aufugerāt, audierunt Godoliam reliquiis Iudæorum præfectum, venerūt ad eum quibus iurauit quòd ſe ſecurè habitarent in Iudea,dummodo ſeruirent Chaldæis. Dionyſ.ibid.

a Stem coram Chaldæis.
c. Miſerationes domini multæ ſunt nimis, & iudicia eius abyſſus multa:qui ſicut peccatores & præuaricatores legis ſuæ iuſtè corripuit, ita humilibus & obedientibus ſibi miſericorditer ſolatij ſui opem cōtulit. Per ipſos enim hoſtes, per quos perfidum regem & rebelles eius miniſtros,puniunt, per hos etiam & reliquis populi ſui prouiſorē Godoliam cōſtituit:vt eius prudentia terræ cultus vtiliter exerceretur, & qui diſperſi fuerāt recolligerentur: habitaréntque ſi mādatis domini obedire vellent,in terra ſua abſque timore hoſtium & calumnia. Raba ibi.
3 Inter filios.
d. Per ipſos enim hoſtes p quos perfidum regem,& rebellet eius miniſtros puniunt per hos etiā reliquiis populi ſui prouiſorem Godoliam cōſtituit,vt eius prudentia cultus vtiliter exerceretur,& qui diſperſi fuerant, colligerentur,habitaréntque ſi mādatis domini obedire vellēt in terra ſua abſque timore hoſtiū & calumnia. Raba.ibid.
4. Hanc rem.

a. In menſe ſeptimo qui apud nos October appellatur,occiſus eſt Godolias, & Iudæ tribus ac Ieruſalē reliquiæ diſſipatæ ſunt Hieronym in Zacha.cap.8.
b. Iſmael ſub ſimulatione pacis, dolum in pectore gerens, cū de regio ſanguine eſſet, inuidia ergā Godoliam mouetur quē videt Iudæis præpoſitum, & ſe à regno exoluſum. Hunc itaque cum ſuis nihil mali ſuſpicantē Godoliā Iſmael occidit. S. Tho. ibidem.

[S]Ermo qui factus eſt ad Ieremiam à domino:[2] poſtquam dimiſſus eſt à Nabuſardan magiſtro militiæ de Rama, quando tulit eum vinctum catenis in medio omnium qui migrabant de Ieruſalem & Iuda, & ducebantur in Babylonem. Tollens ergo princeps militiæ Ieremiam, dixit ad eum: Dominus deus tuus locutus eſt malum hoc ſuper locum iſtum,& adduxit & fecit dominus ſicut locutus eſt, quia peccaſtis domino, & non audiſtis vocem eius, & factus eſt vobis ſermo hic. Nunc ergo ecce ſolui te hodie de catenis quę ſunt in manibus tuis. Si placet tibi vt venias mecum in Babylonem,veni,& ponam oculos meos ſuper te. Si autem diſplicet tibi venire mecum in Babylonem, reſide.† Ecce omnis terra in conſpectu tuo eſt.♯ Quod elegeris,& quò placuerit tibi vt vadas, illuc perge,† & mecum noli venire,ſed] habita apud Godoliam filium Aicham filij Saphan quem præpoſuit Rex Babylonis ciuitatibus Iudæ. Habita ergo cum eo in medio populi, vel quocunque placuerit tibi vt vadas, vade. Dedit quoque ei magiſter militię cibaria & munuſcula,& dimiſit eum. Venit autem Ieremias ad Godoliam filium Aicham in Maſphat, & habitauit cum eo in medio populi, qui relictus fuerat in terra. Cúmque audiſſent [b] omnes principes exercitus, qui diſperſi fuerant per regiones, ipſi & ſocij eorum, quòd prępeciſſet Rex Babylonis Godoliam filium Aicham terræ: & quòd commendaſſet ei viros & mulieres,& paruulos,& de pauperibus terrę qui non fuerant tranſlati in Babyionem,♯ venerunt ad Godoliam in Maſphat, & Iſmael filius Nathaniæ & Iohanan filius Careæ,& Ionathan, & Sareas filius Thenohemeth, & filij Ophi qui erant de Nethophati,& Iechonias filius Maachati,ipſi & viri eorum. Et iurauit eis Godolias filius Aicham filij Saphan,& comitibus eorum,dicens:† Nolite timere ſeruire Chaldæis,Habitate in terra,& ſeruite regi Babylonis,& bene erit vobis. Ecce ego habito in Maſphat,vt[2] reſpondeam prępcepto Chaldæorum] qui mittuntur ad nos. Vos autem colligite vindemiam,& meſſem,& oleum,& cóndite in vaſis veſtris, & manete in vrbibus veſtris quas tenetis. [c] Sed & omnes Iudęi qui erant in Moab, &[3] in finibus] Amon,& in Idumęa, & in vniuerſis regionibus, audito quòd dediſſet rex Babylonis reliquias in Iudęa, & quòd prępoſuiſſet ſuper eos Godoliam filium Aicham filij Saphan,♯ reuerſi ſunt inquam omnes Iudęi de vniuerſis locis ad quæ profugerant, [d] & venerunt ad terram Iuda ad Godoliam in Maſphat,& collegerunt vinum & meſſem multam nimis. Iohanam autem filius Careæ, & omnes principes exercitus qui diſperſi fuerant in regionibus,venerunt ad Godoliam in Maſphat,& dixerunt ei: Scito quòd Bahalis Rex filiorum Amon miſit Iſmael filium Nathanię percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Aicham. Iohanan autem filius Careæ dixit ad Godoliam ſeorſum in Maſphat loquens: Ibo & percutiam Iſmael filium Nathanię nullo ſciente,ne interficiat animam tuam,& diſſipentur omnes Iudęi qui congregati ſunt ad te,& peribunt reliquię Iuda. Et ait Godolias filius Aicham ad Iohanan filium Careę: Noli facere[4] verbum hoc.] Falſum enim tu loqueris de Iſmael.

*Iſmael occidit Godoliam reliquiis Iſrael à Chaldæorum Rege præfectum: & inde fugit ad Amonitas.* XLI.

[E][a] T factum eſt in menſe ſeptimo venit [b] Iſmael filius Nathanię filij Eliſama de ſemine regali, & optimas Regis, & decem viri cum eo ad Godoliam filium Aicham in Maſphat, & comederunt ibi panes ſimul in Maſphat. Surrexit autem Iſmael filius Nathanię, & decem viri qui cum eo erant,

rant, & percusserunt Godoliam filium Aicham filij Saphan gladio, & interfecerunt eum, quem præfecerat Rex Babylonis terræ. Omnes quoque Iudęos qui erant cum Godolia in Masphat, [e] & Chaldæos qui reperti sunt ibi, & viros bellatores percussit Ismael. Secundo autem die postquam occiderat Godoliam nullo adhuc sciente, venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria, octoginta viri [d] rasi barba, & scissis vestibus & squalentes, ] & munera & thus habebant in manu, vt offerrent in domo domi
B ni. [f] Egressus ergo Ismael filius Nathaniæ in occursum eorum de Masphat, incedens & plorans ibat. Cùm autem occurrisset eis, dixit ad eos: Venite ad Godoliam filium Aicham. Qui cum venissent ad medium ciuitatis, interfecit eos Ismael filius Nathaniæ circa medium laci, ipse & viri qui erant cum eo. Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismael: [e] Noli occidere nos, quia habemus Thesauros in agro frumenti, & hordæi, & olei, & mellis. Et cessauit, & non interfecit eos cũ fratribus suis.
[f] Lacus autem in quem proiecerat Ismael omnia cadauera virorum quę percussit propter Godoliam, ipse est quem fecit Rex Asa propter Baasa Regem Israel. Ipsum re-
C pleuit Ismael filius Nathaniæ occisis. [g] Et captiuas duxit Ismael omnes reliquias populi qui erant in Masphat, filias Regis, & vniuersum populum qui remanserant in Masphat, quos commẽdauerat Nabusardan princeps militiæ Godoliæ filio Aicham. Et cepit eos Ismael filius Nathaniæ: & abiit, vt transiret ad filios Amon. Audiuit autem Iohanan filius Careæ, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Ismael filius Nathaniæ: & assumptis vniuersis viris profecti sunt, vt bellarent aduersum Ismaelem filium Nathaniæ, & inuenerunt eum ad aquas multas quę sunt in Gabaon. Cúmque vidissent omnis populus qui erat cũ Ismael, Iohanan filium Careæ, & vniuersos principes bellatorum qui erant cum eo, lętati sunt. Et reuersus est omnis populus quem ceperat Ismael in Masphat, reuersúsque abiit ad Iohanã filium
D Careę. [g] Ismael autem filius Nathaniæ fugit cum octo viris à facie Iohanan, & abiit ad filios Amon. [g] Tulit ergo Iohanan filius Careę, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, vniuersas reliquias vulgi, quas reduxerant ab Ismael filio Nathanię, de Masphat, postquam percussit Godoliam filium Aicham, fortes viros ad prælium, & mulieres, & pueros, & eunuchos quos reduxerat de Gabaon, & abierunt & sederunt peregrinantes in Chanaham, quæ est iuxta Bethlehem, vt pergerẽt & introirent Ægyptum à facie Chaldæorum. Timebant enim eos, quia percusserat Ismael filius Nathanię Godoliam filium Aicham quem pręposuerat Rex Babylonis in terra Iuda.]

[e. Quia aliquando de Babylone mittebantur ad Godoliam, vt responderent de officio sibi commisso, vt habetur cap. præcedenti. Ecce ego habito in Masphat, vt respondeam præcepto Chaldæorum. De Lyra ibid.]

[d. Barbam quippe radunt, qui sibi de propriis viribus fiduciam subtrahunt. Vestes scindũt, qui sibimetipsis in exterioris decoris lacerationc non parcunt. Oblaturi in domo domini thus & munera veniunt, qui exhibere se in dei sacrificio orationem cum operationibus pollicẽtur. Greg. Moral. lib. 1. cap. 38. 1. Lacerati.

[e Quasi diceret, tibi erit necessario, & inuenire nõ poteris, nisi tibi indicauerimus. De Lyra. ibid.]

[f. Narrat liber Regum. 1. Reg. 5. Quod Baasa rex Israel ascẽdetit Rama, vt non posset quispiã ingredi vel egredi de parte Asa Regis Iudæ. Quod audiens Asa rex Iudæ, misit ad Benadab Regem Syriæ offerens illi munera multa in auro & argento, vt disrumperet fœdus quod habuit cum Baasa rege Israel, & terret sibi auxilium contra eum. Qui misit principes exercitus sui in ciuitates Israel: & percusserunt Achion & Dan, & Abel &c Hoc est, quod nunc dicit lacum fecisse Asa, propter Baasa Regem Israel, quem Ismael replcuit occisis. Potuit enim fieri vt inter cætera ædificia, quæ Asa Rex construxit in Masphat, fecerit hũc lacum quem scriptura commemorat, propter opus aliquod necessarium Raba. ibid.

[g. Populus timet remanere in Iuda, ne propter interfectionẽ Godoliæ Chaldęi innocentes iuxta atque nocẽtes interimerẽt. ita hæretici inquietant Ecclesiã non solum fidem solicitantes, sed ipsos bonos mores abolẽdo Fugam hãc reliquiarum Isaias quoque longè ante prædixit ca. 30. Vbi ait: Væ filij desertores, vt faceretis consilium, & non ex me. Lorychius ibid.]

*Reliquiæ Iudæorum per Ieremiam dominum consulunt quò fugere debeant, quas prohibuit dominus fugere Aegyptum.* XLII.

Iosp 21.a 17.d. Isai. eodem.

A [a] Et accesserunt omnes principes bellatorum, & Iohanan filius Careæ, & Iezonias filius Osiæ, & reliquum vulgus à paruo vsque ad magnum, dixerúntque ad Ieremiam Prophetam: † Cadat* oratio nostra in conspectu tuo, & ora pro nobis ad dominum deum tuum pro vniuersis reliquiis istis, quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur, & annuntiet nobis dominus deus tuus viam per quam pergamus, & verbum quod faciamus. Dixit autem ad eos Ieremias propheta: Audiui. Ecce ego oro ad dominum deum vestrum secundum verba vestra, omne verbum quodcunque responderit mihi, indicabo vobis, nec celabo vos quicquam. Et illi dixerunt ad Ieremiam: [b] Sit dominus inter nos testis veritatis & fidei, si non iuxta omne verbum in quo miserit te dominus deus tuus
B ad nos, sic faciemus, siue bonum est siue malum. [g] Voci domini dei nostri ad quem mittimus te, obediemus, vt bene sit nobis cum audiuerimus vocem domini dei nostri. Cum autem completi essent decem dies, factum est verbum domini ad Ieremiam. Vocauítque Iohanan filium Careæ, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, & vniuersum populum à minimo vsque ad magnum, & dixit ad eos: Hæc dicit dominus deus Israel, ad quem misistis me, vt prosternerem preces vestras in cõ-

[a. Relicti Aegęde Ismaelis prius cõsulẽdum Ieremiã rati, quam fugã arriperent, accedẽtes eum rogauerunt, vt hæsitantibus oraculum expediret quidnam faciendum sit: iurati se facturos quicquid ille iusserit. Cúmque Propheta operã suam esset pollicitus, decima demum die se deus apparent, iussit vt Iohãni & cæteris ducibus diceret, si manserint in ea regione, auxilio futurum, & prouisurum ne quid incommodi à Babyloniis quos timebant, accipiant. Sin in Aegyptum mallẽt iter facere, curam eorum relicturum, infẽsúmque tali calamitate affecturum eos, quali paulo ante fratres eorum castigato esse viderint. Ioseph. Antiquit. Iudaic. lib. 10. cap. 11. *Quæsumus.

[b. Et ipsi vicissim hic dixerunt Ieremiæ, dominum inter ipsos intestem capientes verum ac fidelem, quod per omnia ita facturi essent: quemadmodum dominus deus eorũ ad nos missos, fieri se velle significaret, siue bonum & commodum, siue malum atque asperum id fuerit. Tostatus.]

ſpectu eius:Si quieſcentes manſeritis in terra hac,ædificabo vos,& nõ deſtruam:plantabo,& non euellam.Iam enim [1] placatus ſum ſuper malo]quod feci vobis.Nolite timere à facie regis Babylonis,[2] quem vos pauidi]formidatis.Nolite metuere eum, dicit dominus,[c] quia vobiſcum ſum ego,vt ſaluos vos faciam, & eruam de manu eius, & dabo vobis miſericordias, & miſerebor veſtri, & habitare vos faciam in terra veſtra. [d] Si autem dixeritis vos,non habitabimus in terra iſta,nec audiemus vocem domini dei noſtri,dicentes,nequaquam,ſed ad terram Ægypti pergemus,vbi non videbimus bellum,& clangorem tubæ non audiemus, & famem non ſuſtinebimus,& ibi habitabimus:propter hoc nunc audite verbum domini reliquiæ Iuda: Hęc dicit dominus deus exercituum, deus Iſrael: Si poſueritis faciem veſtram [4] vt ingrediamini Ægyptum,& intraueritis vt ibi habitetis,gladius quem vos formidatis,ibi comprehẽdet vos in terra Ægypti: & fames pro qua eſtis ſolliciti, adhęrebit vobis in Ægypto, & ibi moriemini. Omnęſque viri qui poſuerint faciem ſuam vt ingrediãtur Ægyptũ, vt habitent ibi,morientur gladio,& fame,& peſte.[e] Nullus de eis remanebit,nec effugiet à facie mali quod ego afferã ſuper eos: quia hęc dicit dominus exercituum, deus Iſrael:[f] Sicut [5] conflatus]eſt furor meus,& indignatio mea ſuper Ieruſalem:ſic conflabitur indignatio mea ſuper vos cum ingreſſi fueritis Ægyptũ, & eritis in iuſiurandũ, & in ſtuporem, & in maledictum,& in opprobrium,& nequaquam vltra videbitis locum iſtum.[4] Verbum domini ſuper vos]reliquię Iuda:[f] Nolite intrare Ægyptũ.Scientes ſcietis quia obteſtatus ſum vobis hodie, quia decepiſtis animas veſtras. Vos enim miſiſtis me ad dominum deum noſtrum,dicentes:Ora pro nobis ad dominum deum noſtrum,& iuxta omnia quęcunque dixerit tibi deus noſter ſic annuncia nobis, & faciemus.Et annunciaui vobis hodie, & non audiſtis vocem domini dei veſtri ſuper vniuerſis pro quibus miſit me ad vos. Nunc ergo ſcientes ſcietis, quia gladio & fame, & peſte moriemini in loco ad quem voluiſtis intrare,vt habitaretis ibi.

1. Pœnitet me mali.

2. Cuius faciem.

c. Supr. 23. cap. Nunquid nõ cœlum, inquit dominus, & terram ego impleo? Cur tamen cuncta impleat, ipſe declarat dicens: Quia vobiſcum ſum, vt ſaluos vos faciam. Ecce enim non modo regimen ſuum dominus & impletionem, ſed etiam vim & beneficium ipſius adimpletionis oſtendit. Hunc enim modũ in ſe habet diuinitatis impletio vt ſaluet ea quæ implentur. Saluianus lib. 2.

d. Ecce propheta habito à domino reſponſo ſuper futura reliquiarũ Iudæ diſpoſitione, quaſi mediator inter illos & deum, refert quæ à domino audierit reſponſionem. Sicut Moyſes Deute. 5. Ego ſequeſter & medius fui inter deum & vos vt annuntiarẽ vobis verba eius. S. Tho. ibi. [e. Præcipue tẽptus reſpõſi diuini indicat quod facit ad rei certitudinẽ explicandã. Primo promittit bona, ſi in terra promiſſa manſerint. Dein cõminatur mala, ſi inde pedem mouerint fugitiui Lorychius ibid.]

3. Effuſus, & infra.

4 Locutus eſt dominus contra vos.

f. Cum talia Ieremias retuliſſet, reſponderunt viri ſuperbi, dicẽtes ad Ieremiam, Mendacium loqueris. Non miſit te dominus deus noſter, dicẽs: Ne ingrediamini Ægyptũ vt habitetis ibi: ſed Baruch filius Neriæ incitauit te aduerſum nos, vt tradat nos in manibus Chaldæorum, vt interficiant nos & tranſduci faciãt in Babylonem. Rabanus ibidem.

*Reliquiæ Iudæorum contra præceptum domini fugerunt in Ægyptum: vnde minatur illis dominus ruinam.* XLIII.

[a] Actum eſt autem cum compleſſet Ieremias loquens ad populum vniuerſos ſermones domini dei eorum, pro quibus miſerat eum dominus deus eorum ad illos, omnia verba hæc:dixit Azarias filius Oziæ, & Iohanan filius Careæ,& omnes viri [1] ſuperbi,]dicentes ad Ieremiam:Mendacium tu loqueris: Non miſit te dominus deus noſter, dicens: Ne ingrediamini Ægyptum,vt habitetis illic,[b] ſed Baruch filius Neriæ incitat te aduerſum nos,vt tradat nos in manus Chaldęorum, & interficiat nos, & traduci faciat in Babylonem. [a] Et non audiuit Iohanam filius Careæ & omnes principes bellatorum, & vniuerſus populus vocem domini,vt manerent in terra Iuda,ſed tollens Iohanan filius Careæ & vniuerſi principes bellatorum vniuerſos reliquiarum Iuda, qui reuerſi fuerant de cunctis gentibus ad quas fuerant antè diſperſi,vt habitarent in terra Iuda, [†] viros & mulieres, & paruulos & filias Regis,& omnem animam quam reliquerat Nabuſardan princeps militię cum Godolia filio Aicham filio Saphan,[c] & Ieremiam Prophetam,& Baruch filium Nerię, [d] & ingreſſi ſunt in terram Ægypti, quia non obedierunt voci domini, & venerunt [c] vſque ad [2] Taphnis.] Et factus eſt ſermo domini ad Ieremiam in Taphnis,dicens:Sume tibi lapides grandes in manu tua,& abſconde eos in [3] crypta quę eſt ſub muro lateritio] in porta domus Pharaonis in Taphnis,cernẽtibus viris Iudęis, & dices ad eos: Hęc dicit dominus exercituum, deus Iſrael: [d] Ecce ego mittam, & aſſumam Nabuchodonoſor Regem Babylonis ſeruum meum, & ponam thronum eius ſuper lapides iſtos quos abſcondi, & ſtatuet ſolium ſuum ſuper eos. Veniénſque percutiet terram Ægypti,quos in mortem in mortem, & quos in captiuitatem in captiuitatem, & quos in gladium in gladium.[e] Et ſuccendet ignem in delubris deorum Ægypti,& cõburet ea,& captiuos ducet illos.Et amicietur terra Ægypti, ſicut amicitur paſtor pallio

2. Contempto igitur dei cõſilio quod per prophetam dederat, Iohannes & reliqua multitudo in Aegyptum abiit, abducto ſimul Baruch & Ieremia. Quo poſtquam peruectus eſt deus ſignificauit prophetæ fore vt Babylonius exercitum ducat in Aegyptum: iuſſitque prædicare populo quòd capietur Aegypt⁹. & ibi partim interficientur, partim captiui Babylonem adducentur. Id quod etiam factũ eſt. Quinto enim poſt excidium Ieroſolymitanum anno, qui fuit regni ipſius Nabuchodonoſor vigeſimuſtertius. Ioſeph. Antiquit. Iudaic. lib. 10. cap. 11.

1. Contumaces.

b. Ieremias enim erat magnę famæ, & authoritatis, & ideo dictum Ieremiæ quod dicebant falſum retorquebãt in malitiã Baruch, qui tamen innocens erat. Lyra ibid.

c. Illi enim ibant voluntatiè, ſed coactè à principibus bellatorũ, & populo. Et venerunt vſque ad Taphnis: nomen eſt ciuitatis famoſæ in Aegypto. De Lyra ib.]

2. Thãnis, vel Thaphpanehes, & infra.

3. Furto fornacis lateritiæ.

d. Miſit quidem dominus ad eũ quia diuina prouidentia factũ eſt, quod venerit contra Aegyptum, inquantum diuina iuſtitia voluit per eum Aegyptiorũ punire peccata. Diony. ibid.

[e. Succẽdet ignem in delubris, i. in templis eorum. Et delubra à deo ſumendo, vel à diluendo, quòd ibi ſacrificia diluebãtur. De Lyra.]

lio

lio suo, & egredietur inde in pace. Et conteret statuas domus solis quæ sunt in terra Aegypti, & delubra deorum Aegypti comburet igni.

*Iudæi à Ieremia super Idololatria in Aegypto reprehensi, malunt idolis quàm deo sacrificare: quamobrem minatur illis dominus famem, pestem, & gladium.* XLIIII.

A VErbum quod factum est ad Ieremiam, ad omnes Iudæos qui habitabant in terra Aegypti, habitantes in [a]Magdalo, & in Taphnis, & [1]in Memphis, & in terra Phatures, dicens: Hæc dicit dominus exercituũ, deus Israel: Vos vidistis omne malum istud quod adduxi super Ierusalem, & super omnes vrbes Iuda, & ecce desertæ sunt hodie, & non est in eis habitator propter malitiam quam fecerunt, vt me ad iracundiam prouocarent, & irent & sacrificarent, & colerent deos alienos, quos nesciebant & illi, & vos & patres vestri. Et misi ad vos omnes seruos meos Prophetas [2]de nocte] consurgens, mittensque, & dicens: [b]Nolite facere verbum abominationis huiuscemodi. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem
B suam, vt conuerterentur à malis suis: & non sacrificarent diis alienis. & Et conflata est indignatio mea & furor meus, & succensa est in ciuitatibus Iuda & in platéis Ierusalem, & versæ sunt in solitudinem & vastitatem secundum diem hanc. Et nunc hęc dicit dominus exercituum, deus Israel: Quare vos facitis malum grande contra animas vestras, vt [3]intereat] ex vobis vir & mulier, paruulus & lactens medio Iudæ, nec relinquatur vobis quicquam residuum, prouocantes me in operibus manuum vestrarum, sacrificando diis alienis in terra Ægypti, in quam ingressi estis, vt habitetis ibi, & dispereatis, & sitis in maledictionem, & in opprobrium cunctis gẽtibus terrę? [c] Nunquid obliti estis mala patrum vestrorum, & mala Regum Iuda, & mala vxorum eius, & mala vestra, & mala vxorum vestrarum, quę fecerunt in terra Iuda, & [4]in regionibus] Ierusalem? Non sunt [5]mundati] vsque ad diem hanc, & non timuerunt, & non ambulauerunt in lege mea, & in præceptis meis, quæ dedi coram vobis & coram pa-
Amos 9.b C tribus vestris. & Ideo hæc dicit dominus exercituum, deus Israel. † Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum, & disperdam omnem Iudam. Et assumam reliquias Iudæ, qui posuerunt facies suas vt ingrederentur [d]in terram Ægypti vt habitarent ibi, & consumentur omnes in terra Ægypti, & cadent in gladio & in fame, & consumentur à minimo vsque ad maximum, in gladio & in fame morientur, & erunt in [6] iusiurandum, & in miraculum,] & in maledictionem, & in opprobrium. Et visitabo habitatores terrę Ægypti, sicut visitaui super Ierusalem in gladio, & in fame, & in peste, & non erit qui effugiat, & sit residuus de reliquiis Iudæorum, qui vadunt vt peregrinentur in terra Aegypti, reuertantur in terram Iuda, ad quam ipsi eleuant animas suas,
D vt reuertantur & habitent ibi. Non reuertantur illuc, nisi qui fugerint. [e] & Responderunt autem Ieremiæ omnes viri scientes quòd sacrificarent vxores eorum diis alienis, & vniuersæ mulieres quarum stabat multitudo grandis, & omnis populus habitantium in terra Aegypti, in Phatures, dicentes: Sermonem quem locutus es ad nos in no
† Sup. 7.d mine domini, non audiemus ex te, sed facientes faciemus omne verbum † quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus [7] [f] reginæ] cœli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos & patres nostri, Reges nostri, & principes nostri, in vrbibus Iuda & in plateis Ierusalem, & saturati sumus panibus, & [8] bene nobis erat,] malúmque non vidimus. Ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare [g] reginæ cœli, & libare ei libaIer 7.d E mina, indiguimus omnibus, & gladio & fame consumpti sumus. & † Quòd si non sacrificamus reginæ cœli, & libamus ei libamina, nunquid sine viris nostris faciemus ei placentas ad [9] colendam] eam, & liba ad libandum? Et dixit Ieremias ad omnem populum, aduersum viros & aduersum mulieres, & aduersum vniuersam plebem qui responderant ei verbum, dicens: Nunquid non sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda & in platéis Ierusalem, vos & patres vestri, Reges vestri, & principes vestri, & populus terræ, horum recordatus est dominus, & ascẽdit super cor eius? Et non poterat dominus vltrà portare propter malitiam studiorum vestrorum, & propter

a. Magdalũ ciuitas est Aegypti, in quam Iudæi post Godoliæ necem abierunt. Cæsi ibidem à Nabuchodonosor plurimi, ceteri autem capti, & Babylonem abducti secundum Ieremiæ vaticinium. Distat autem à Pelusio 12000. passuum. Est etiã eiusdem nominis castrum iuxta mare Galilææ, vnde Magdalena cognomen accepit. Aliud etiam Magdali meminit Moyses Exo. 14. iuxta Phihahirot in mõte siti, iuxta quod castrametati sunt Iudæi fugientes Aegyptios ad mare Rubrum.

1. In Noth.

2. Mane.

b. Ostendit immensum clementiam domini, & vigilantiam ac strenuitatẽ prophetarum eius, qui nõ ignauè sed studiosè verbum dei, ad quos missi sunt, predicabant, arguẽs tepidos doctores, qui nunc in ecclesia dormitant, ocio & voluptatibus defluunt seculi, nec curant populo dei voluntatem eius annunciare, & eõuertere à peccatis, ad exercitium boni operis. Rab. ibid.

3. Extirparetur.

[c. Nũquid obliti estis, &c. q.d. bene deberetis esse memores de pœna quã eis intuli, vt si in peccatis eos non imitaremini. Non enim sunt mundati vsque ad diem hanc, quia macula remanet in vobis, qui estis eorum filij imitantes eos in malis & peccatis eorum. De Lyra ibid.]

4. In platẽis.

5. Contriti.

d. Sed neque silendum arbitror quod Isaias eosdem Iudæos 30. cap. iumenta ausiri appellauerit, propter stultitiã sensus, qua deserto dei consilio, ad Aegypti simulachra confugerunt, spémque habentes in Pharaone, cui qui innixus fuerit, quasi si incũbat arundini, quæ fracta manũ vulneret, innitentis. Terram autem per quam transierunt tribulationis & angustiæ terram vocat, per quam reliquiæ Ierusalẽ cum Iohana filio Careæ, & filiabus regis Sedechiæ sublatis omnibus quæ habere poterant, ad Aegyptum transfugerunt. Hie. in 30. cap. Isaiæ.

6 Execrationem & stuporem.

e. O generatio prauа & peruersa filij in quibus non fides sed malitia dominatur, gens fatua & non sapiens quæ semper contraria beneficiis domini rependens, irritauit eum per mala opera sua. Rab. ibid.

7. Machinæ, vel exercitui cœlesti, & infra.

f. Dicunt Hebræi quandam esse stellam insignem sic vulgo vocatam, quod quasi regina sit inter alia sydera: quæ creditur sydus Veneris, interdum seco lucidum, & dicitur hesperus, interdum mane, & dicitur stella matutina.

8. Fuimus quieti.

g. Ecce quanta fuit istorum excitas atque pernetsitas. Istorum quoque errori similis fuit Romanorum olim peruersitas, qui vrbem suam cernentes vastari, contra Christianos clamare cœperunt & dicere: Ex quo sacra dæotũ omissa sunt in vrbe Roma celebrari, & Christi sacrum inualuit, ciuitas ipsa perierit. Et hoc dedit Augustino libri de ciuitate dei scribendi occasionẽ, vt ipse in eodem libro testatur. Diony. ibid.

9. Lætificandam.

abominationes quas feciſtis:& facta eſt terra veſtra in deſolationem, & in ſtuporem, & in maledictum,eo quòd non ſit habitator,ſicut eſt dies hæc.[h]Propterea quod ſacri ficaueritis idólis, & peccaueritis domino, & non audieritis vocem domini,& in lege, & in præceptis,& in teſtimoniis eius non ambulaueritis,idcirco euenerunt vobis mala hæc,ſicut eſt dies hæc:[g]Dixit autem Ieremias ad omnem populum, & ad vniuerſas mulieres:[i]Audite verbũ domini omnis Iuda,qui eſtis in terra Ægypti:Hæc inquit dominus exercituum deus Iſrael, dicens: Vos & vxores veſtræ locuti eſtis ore veſtro,& manibus veſtris impleſtis,dicentes: Faciamus vota noſtra quæ vouimus,vt ſacrificemus reginæ cœli, & libemus ei libamina. Impleſtis vota veſtra, & opere perpetraſtis ea. Ideò audite verbum domini omnis Iuda qui habitatis in terra Aegypti.[†] Ecce ego iuraui in nomine meo magno,ait dominus,[k]quia nequaquam vltrà vocabitur nomẽ meum ex ore omnis viri Iudæi, dicentis: viuit dominus deus in omni terra Aegypti.[g]Ecce ego [10] vigilabo] ſuper eos in malum,& non in bonum,& conſumentur omnes viri Iuda qui ſunt in terra Aegypti gladio,& fame,donec penitus conſumãtur.[l]Et qui fugerint gladium,reuertentur de terra Aegypti,in terram Iuda viri pauci,& ſcient omnes reliquiæ Iuda ingredientium terram Aegypti vt habitent ibi, cuius ſermo cõpleatur,meus,an illorum. Et hoc vobis ſignum, ait dominus, quòd viſitem ego ſuper vos in loco iſto,vt ſciatis,quia verè complebuntur ſermones mei contra vos in malũ. Hæc dicit dominus: Ecce ego tradam Pharaonem Hephreen Regem Aegypti,in manu inimicorum eius,& in manu quærentium animam illius, ſicut tradidi Sedechiam Regem Iuda in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis inimici ſui,& quærentis animam eius.

h. Neque alĩnde profecto vobis id mali proficiſcitur, niſi q̃ idolis veſtris ſuffitus iſtos faciẽdo,& domino deo noſtro peccaſtis,& ſpreta domini voce in lege atque ſtatutis eius,atque his quę dominus præſcripſit nõ ambulaſtis,ſed ad id quod ex tebro veſtro videbatur. Toſtatus.]

i. Audire pro obtemperare,obedire & intelligere ſæpe ſumitur Deute. Vos vidiſtis tentationes magnas,quas viderũt oculi tui: & nõ dedit vobis dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ poſſint audire,vſque in præſentem diem. Augu. ſuper Deut. quæſt. 50.

k. Quoniam qui contra diuinũ præceptũ illuc perrexerant,protectionem domini ibidem habere non meruerunt ſed cõſumptis aduerſariis gladio & fame pauci qui effugere poterant gladium, reuerſi ſunt de terra Aegypti in terram Iuda, vt poſteritas ſtirpis antiquæ ſeruaretur. Raba. ibid.

10. Feſtino,vel vigilo.

[l. Fortunæ factificant qui bonis fortunæ nimis indormiunt. Obſerua propheram ſic comminari Iudæ,vt ipſum ad pœnitentiam prouocet. Sic & Apoſtolus Corinthios contriſtat. Iterũ obſerua per pœnas iſtas corporales inferni pœnas ſignificari, quas omnes incurrunt præuaricatores,ſed per præſentes qui cõuertuntur,infernales euadunt. Lorichius ibid.]

## *Deus per Ieremiam arguit Baruch puſillanimitatis,cui tamen promittit ſalutem ſuper cæteros.* XLV.

[a] Erbum quod locutus eſt Ieremias propheta ad Baruch filium Neriæ cum[A] ſcripſiſſet verba hæc in libro ex ore Ieremię,anno quarto Ioachim filij Ioſię Regis Iuda,dicens:Hæc dicit dominus deus Iſrael ad te Baruch:Dixiſti:[b]Væ miſero mihi,quoniam addidit dominus [1] dolorem]dolori meo.Laboraui cum gemitu meo, & requiem non inueni. [g] Hæc dicit dominus: Sic dices ad eum: Ecce quos[B] ædificaui,ego deſtruo: & quos plantaui,ego euello, & vniuerſam terram hanc. Et tu quæris tibi grandia? Noli quęrere: quia ecce ego adducam malum ſuper omnem carnem,ait dominus,& dabo tibi animam tuam [2] in ſalutem ]in omnibus locis ad quæcunque perrexeris.

a. Neque hic hiſtoriæ ordo ſeruatur,neque in hoc Ieremiæ libro ordinem tẽporis in deſcriptionibus rerum ſeruare cõſueuit. Vnde quæ hic narrantur 18. annis facta fuiſſe cõſtat ante vrbis excidium. Diony. ibid.

b. Ex quo mihi videtur in illo typum fieri eorũ qui in preſſura perſecutionũ, quibus in præſenti tempore eccleſia grauatur puſillanimitate titubant, habere volentes in præſenti, quæ in futura vita bene certantibus repromittitur. Raba. ibid.

1. Mœrorem.

2. In ſpolium.

## *Deſolationem dominus Pharaoni & Aegypto promittit,Iſraeli verò & amicis eius conſolationem,miſerationem,& liberationem.* XLVI.

[a] Vod factum eſt verbum domini ad Ieremiam Prophetam [a] contra gen-[A] tes,ad Aegyptum,aduerſum exercitum Pharaonis Nechao Regis Aegypti, qui erat iuxta fluuium Euphráten in Charchamis, quẽ percuſſit Nabuchodonoſor Rex Babylonis in quarto anno Ioachim filij Ioſiæ Regis Iuda: Præparate ſcutum & clypeum,& procedite ad bellum. Iungite equos, & aſcendite equites,ſtate in galeis,polite lanceas,induite vos loricis. Quid igitur? Vidi ipſos pauidos & terga vertentes,fortes eorum cæcos. Fugerunt conciti, nec reſpexerut. [g] Terror vndique,ait dominus. Non fugiet velox,nec ſaluari ſe putet foris. Ad Aqui-[B] lonem iuxta flumen Euphráten victi ſunt,& ruerunt. Quis eſt iſte,qui quaſi flumen aſcendit, & velut fluuiorum intumeſcunt gurgites eius? [b] Aegyptus fluminis inſtar aſcendit,& velut flumina mouebuntur fluctus eius,& dicet: Aſcendens operiam terram,perdam ciuitatem & habitatores eius. Aſcendite equos,& exultate in curribus,& procedant fortes Aethiopiæ & Lybiæ tenentes ſcutum,& Lydi arripientes & [1] iacientes ſagittas.]Dies autem ille domini dei exercituum dies vltionis,vt ſumat vindictam de inimicis ſuis. [g] Deuorabit gladius & ſaturabitur, & inebriabitur ſanguine eorum.[c] Vi-

a. Mos erat prophetis earũ gentium quæ Iudæorũ populo moleſtiam intuliſſent,vaſtitatẽ prænũtiare, poſtquam ea quæ ipſos Iudæos concernebãt,deſcripſiſſent: quòd nunc Ieremias proſequitur,vel potius ſpiritus ſanctus per Ieremiam. Et primo contra Aegyptios qui Ioſiam interfecerunt, deinde filium eius, qui Regem poſt patrem deſignauerãt in Aegyptum captiuum duxerunt,& Iudæos graui afflixerũt tributo. Diony ibid.

b. Propter multitudinem populorum Aegyptum flumini comparat: quæ ſe per arrogantiam frũſtra terram Iſrael,& ciuitatẽ Ieruſalem,ſiue etiam terrã Chaldæorum & vrbem Babyloniæ operire, & diſperdere habitatores eius lætabatur: quia iuxta Iſaiæ vaticinium tradetur Aegyptus in manus dominatorũ crudelium, & Rex fortis dominabitur eorum: & arefcet aqua de mari, & fluuius deſolabitur atque ſiccabitur, & deficiẽt flumina,attenuabuntur & ſiccabũtur riui aggerum,& calamus & iuncus marceſcet. Rab. ibid.

1. Tendentes arcum.

victima enim domini exercituum in terra aquilonis,iuxta flumen Euphráten.[c] Aſcẽde in Galaad, & tolle reſinam virgo filia Ægypti. Fruſtra multiplicas medicamina, [d]ſanitas non erit tibi. Audierunt gentes ignominiam tuam, & vlulatus tuus repleuit terram. Quia fortis impegit in fortem,& ambo pariter conciderunt. Verbum quod locutus eſt dominus ad Ieremiam Prophetam ſuper eo quòd vẽturus eſſet Nabuchodonoſor Rex Babylonis,& percuſſurus terram Aegypti: [e] Annuntiate Aegypto,& auditum facite in Magdalo,& reſonet[2] in Memphis,]& in Taphnis dicite:Sta,& prę-para te,quia deuorabit gladius ea quę per circuitum tuum ſunt. Quare[3] computruit fortis tuus?Non ſtetit,quoniam dominus ſubuertit eum. Multiplicauit ruentes, cecidítque vir ad proximum ſuum. Et dicent:Surge, & reuertamur ad populum noſtrum & ad terram natiuitatis noſtræ à facie gladij[4] columbæ. Vocate nomen Pharaonis Regis Aegypti,[f] multum adduxit tempus:] [g] Viuo ego, inquit Rex, dominus exercituum nomen eius,quoniam ſicut Thabor in montibus, & ſicut Carmelus in mari veniet. Vaſa tranſmigrationis fac tibi habitatrix filia Aegypti,quia[8] Memphis in ſolitudine erit,& deſeretur & inhabitabilis erit. Vitula elegans atque formoſa]Aegyptus, [5]ſtimulator]ab Aquilone veniet ei. Mercenarij quoque eius,qui verſabãtur in medio eius,quaſi vituli ſaginati verſi ſunt,& fugerunt ſimul nec ſtare potuerũt,quia dies interfectionis eorum venit ſuper eos,tempus viſitationis eorum. [h] Vox eius quaſi æris ſonabit,quoniam cum exercitu properabunt,& cum ſecuribus venient ei. Quaſi cædentes ligna ſucciderunt ſaltum eius,ait dominus,qui ſupputari non qoteſt. Multiplicati ſunt ſuper locuſtas,& non eſt eis numerus. Confuſa eſt filia Aegypti,& tradita in manus populi Aquilonis, dicit dominus exercituum deus Iſrael. † Ecce ego viſitabo ſuper[6] tumultum][i] Alexãdriæ,& ſuper Aegyptum,& ſuper deos eius,& ſuper Reges eius,& ſuper Pharaonem,& ſuper omnes qui confidunt in eo, & dabo eos in manus quærentium animam eorum,& in manus Nabuchodoſor Regis Babylonis,& in manus ſeruorum eius. [k] Et poſt hæc habitabitur ſicut diebus priſtinis,ait dominus. Et tu ne timeas ſerue meus Iacob, & ne paueas Iſrael. Quia ecce ego ſaluum te faciam de longinquo,& ſemen tuum de terra captiuitatis tuæ. Et reuertetur Iacob & requieſcet & proſperabitur, & non erit qui exterreat eum. Et tu noli timere ſerue meus Iacob, ait dominus, quia ego tecum ſum, quia ego conſumam cunctas gentes ad quas eieci te. Te verò non conſumam,ſed caſtigabo te in iudicio, nec quaſi[7] innocenti parcam tibi.]

[c. Deſcribitur belli grauitas, quia multi fuerũt interfecti,alij vulnerati pro magna parte inhabilitet,inde dicitur: Aſcende in Galaad vbi abundabant medicinalia. De Lyra ibid.]

d. Naturale eſt,vt eũ per irã dei captiuitas venerit, indignationẽ eius peſtilentia ſubſequatur: & aduerſum eos qui offenderit deum cuncta ſimul elementa deſtruiant'. Vnde in alio propheta ſcriptum eſt:Et volucres cæli deficere, & piſces in aquis,vt omnia hui⁹ ano vſu ſubtrahãtur Hieron. in 19. cap. Iſaiæ.

2. in Noph

3 Propulſatus eſt.

[e. Quaſi vos qui audiſtis vaticinium meũ, nuntiate Pharaoni, quia prope eſt tempus & tumultus belli. Gloſa ordi. ibid.

4. Opptimẽtis. Clamauerũt ibi: Pharao rex Aegypti, tumultus tranſire fecit tempus.

[f. Hoc eſt,tempus à deo cõſtitutum adduxit multitudinẽ Chaldæorũ ad deſtruẽdũ. Lyra ibi.]

g. Memphis dicta Hebręi Noph & Migdol,ab Ogdoo rege edificata ante ingreſſum Abrahæ in Aegyptũ, cuius filia Méphis ei nomẽ dedit. Omnium vrbium Aegypti clariſſima, regia antiquitus regum Aegyptiorũ, procul vltra Delta magnũ ad occidentales partes fluuij, 1016 paſſuũ, ambitu ſtadia 150. hoc eſt, 1209 paſſuum: quam incoluerunt iudæi fugientes excidium Ieroſolymitanum.

5. Exterminium.

[h. Nõ ſolũ hiſtoriali Aegypto iuſto dei iudicio vindicta ſuperuenit, ſed & ſpirituali in die iudicij ſuperuentura eſt, quã nũc ſcriptura in toto orbe clara futuram pronuntiat. Gloſa ordi.]

6 Regem vel vulgus.

i. Alexandria primò dicta No, olim populoſa, longo verò poſt tempore ab Alexandro magno Macedone nomen accepit, ſed ſub nomine No ſemper metropolis Aegypti fuit. Cuius ſitus ſuper Nilum deſcribitur, & ſuper Mare, hinc inde fluminibus & aquis ambitur. Hieron. in 3. cap. Nahum.

[k. Hic cõminationẽ mitigat, promittẽs etiam Aegypto reparationem. Altiori tamen ſenſu vt gloſa habet ordinaria Chriſti deſignat tempora. Veriſimile eſt etiam hic poſſe intelligi reſtaurationem mundi quam faciet Enoch & Helias. Lori. ibi.]

7. Innocentem te habebo.

*Vaſtatio Palæſtinorum & confinium eius cum incholis ſuis prædicitur.* XLVII.

[1]Vod factum eſt verbum domini ad Ieremiam Prophetam contra Palæſtinos,antequam percuteret Pharao Gazam. Hæc dicit dominus: Ecce aquæ aſcendent ab aquilone,& erunt quaſi torrens inundans,& operient terram & plenitudinem eius,vrbem & habitatorem eius. [g] Clamabunt homines, & vlulabunt omnes habitatores terræ,à ſtrepitu[1] pompę armorum & bellatorum ]eius,à commotione quadrigarum eius, & multitudine rotarum illius. Non reſpexerũt patres filios[2] manibus diſſolutis,]pro aduentu diei in quo vaſtabuntur omnes Philiſtiim, [g] & diſſipabitur Tyrus & Sydon,cum omnibus reliquis auxiliis ſuis. Depopulatus eſt enim dominus Palæſtinos,reliquias inſulę Cappadoxię. Venit caluitium ſuper Gazam,[3] conticuit] Aſcalon,& reliquiæ vallis earum. [g] Vſquequo concides[b] ô mucro domini,vſquequo non quieſces?Ingredere in vaginam tuam,refrigerare & ſile. Quo modo quieſcet,cum dominus pręceperit ei aduerſus Aſcalonem, & aduerſus maritimas eius regiones,ibíque condixerit illi?

2. Ieremias ſicut Iſaias & Ezechiel ſingulis nationibus quæ confines fuerant terræ Iudææ, prædicit plagas debitè futuras, quod fuerint hoſtes populi dei, & in illi⁹ aduerſitate gauderẽt. Vnde nunc Palæſtinis ſicut antè Aegyptiis prænuntiat calamitatem vicinam,& quodam modo denotat tempus,hoc eſt antequam Pharao percuteret Gazam. Hanc igitur hiſtoriam ferunt Hebræi factã 10. anno Sedechiæ, cum Chaldæi vrbem Ieroſolymam ante obſiderẽt Gazæ vaſtationem. Raba. ibid.

1. Inceſſus vngularum fortium, ſub. equorum.

2. Propter diſſolutionẽ manuũ.

3. Exciſa eſt.

[b. Dirigitur ad gladium regis Babylonis, qui dicitur mucro domini, eo q̃ erat executor diuinæ iuſtitiæ. De Lyra ibid.]

*Vaſtatio Moab & vrbium eius prænuntiatur.* XLVIII.

[1]D Moab hæc dicit dominus exercituum deus Iſrael: Væ ſuper Nabo,quoniam vaſtata eſt & confuſa. Capta eſt Cariathãim, confuſa eſt[1] fortis, & tremuit.]Non eſt vltrà[2] exultatio]in Moab, contra Heſebon cogitauerunt malum. Venite,& diſperdamus eã de gente.[3] Ergo ſilens cõticeſces,]

a. Moab tã vrbis quàm prouinciæ nomen eſt: a Moab filio Loth dicta: quam illi dominus dedit poſſidendam, expulſis in eo populis Emin. Sita eſt in finibus Arabiæ Petreæ: ad orientẽ terræ Edon, atque inde ſuper Aſphaltidem lacum vſque protenſa, & vſque ad flumẽ Arnõ.

1. Miſgab,& confracta.

2. Gloriatio.

3. Sed& tu Madinẽ etadicaberis

[b Vox clamoris de Horonaim egredientis à morientibus & fugientibus loci demonstratione dei gnae. De Lyra ibid.]
[c. Qui volunt saluare animam suam, fugiant vetustam Philosophiam, versutorum & hæreticorum doctrinam, vbi certus est interitus, & per humiliratem cõfessionis agant pœnitentiam ex toris. Glosa otdi. ibid.]
4. Operibus.

5. Pennæ Moab, vt volans egrediatur.
d. Nemo ergo differat, nemo cũctetur. Quare enim causa cunctandi est ad bene agendũ? Animus si male cõcipit dum videtur sibi nullã pœnã pati, credit quia non iudicat dominus, cum abundet patientia dei, & nõ intelligere parcentis benignitatem, iam sibi magna damnatio. vnde scriptum est: Maledict⁹ omnis qui facit opus dei negligenter. Clemẽs epist. 2. ad Iacob fratrẽ do.
6. Fœlix.
e Hoc est, sapor mẽtis eius, quo ab antiquo carnalia & non spiritualia sapiebat, in ipso perseuerauit. Hic autẽ sapor est delectatio in carnalibus & caducis, sicut nec odor quo in præcepto fœtuit, non est in virtutes commutatus. Ex quib⁹ cõstat quòd temporalium opulentia atque prosperitas, quæque carnalis causa sunt pernecandi in vitio. Loquitur enim propheta de populo isto sub metaphora vini, quod dum in faecibus suis perdurat, neque de vase priore in aliud funditur, saporem pristinum & odorem retinet. Diony. ibidem.
7. Transmigratores, & transmigrare facient eum.
8. Exciderunt.
9. Condolete ei.
f. Quo verò tempore vastatus sit Moab, non describit Ieremias, describit autẽ Iosephus: Quinto, inquit, post excidium Ierosolymitanum anno qui fuit regni ipsius Nabuchodonosor 23 ei magnis copiis inuasit Celesyriam: qua subacta bellum gessit contra Ammonitas & Moabitas, & his quoque perdomitis, Aegyptum hostiliter est ingressus, occisõque qui tunc regnabat, & alio rege cõstituto, repetens ibi Iudæos captiuos captiuos Babylonem abduxit. Hæc fuit fortuna Hebræorum, vt accepimus, his vltra Euphratem tradu ctorum. Ioseph. Antiq. Iudi. lib. 10. cap. 11.
10. Vt compleatur.
11. Commotus es.
12 Indignationem eius, sed non rectè, mendacia eius non sic fecerunt.
[g. Compassionem suam super Moab prophera hic indicat. Et hoc est veri prophetæ, Christus quoque fleuit super Ierusalem, impij magis miseratione quàm ira. Quis enim eorum hostiu nõ commoueatur considerationẽ pœnæ æternæ illis paratæ. Lotychius ibid.]
13. Ciuitatis hæres meditabitur.
h. Celeuma cœtus est in lacu cantium, vel melius, clamor est nautarum, cum vno aliquid iubente, omnes vniformiter respõdent, à verbo κελεύω, iubeo: p quo plerique deprauauerant cõternantem. Nam Græcè est γεγηρακότα q. dicas trimisantẽ, id est, accedentem ad trimatum. Vt Isiæ. 15. & ibidem. Hieronymus.
i. Trimam.
14. In desolationem.
15 Ciuitatis Hæres.
16. Residuum quod fecit, periit
17. Inciditur, & super lumbos erit siccus.
18. In quo non est affectus, vel ad quod non est voluntas.
19. In pauorem.

sequetúrque te gladius. [b] Vox clamoris de Horonáim, vastitas & contritio magna. Contrita est Moab, annuntiate clamorem paruulis eius. Per ascensum enim Luith plorans ascendet in fletu, quoniam in descensu Horonaim hostes vlulatum contritionis audierunt. [c†] Fugite, saluate animas vestras, & eritis quasi myricæ in deserto. † Pro eo enim quòd habuisti fiduciam in [4] munitionibus ] tuis, & in thesauris tuis, tu quoque capiêris. Et ibi Chamos in transmigrationem, sacerdotes eius & principes eius simul. [e] Et veniet prædo ad omnem vrbem, & vrbs nulla saluabitur. Et peribunt valles, & [2] dissipabuntur campestria, quoniam dixit dominus: Date [5] florem ] Moab, quia flores egredietur, & ciuitates eius desertæ erunt, & inhabitabiles. [d] Maledictus qui facit opus domini fraudulenter, & maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. [6] Fertilis ] fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis. Nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abiit. Idcirco permansit [e] gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus. Propterea ecce dies veniunt, dicit dominus, & mittam ei [7] ordinatores & stratores laguncularum, & sternent eum, ] & vasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident. Et confundetur Moab à Chamos, † sicut confusa est domus Israel à Bethel in qua habebat fiduciam. [f] Quomodo dicitis, fortes sumus, & viri robusti ad præliandum? Vastata est Moab, & ciuitates illius [8] succenderunt, ] & [c] electi iuuenes eius descenderunt in occisionem, ait Rex, dominus exercituum nomen eius. Propè est interitus Moab, vt veniat, & malum eius velociter accurret nimis. [9] Cõsolamini eum ] omnes qui estis in circuitu eius, & vniuersi qui scitis nomen eius, dicite: Quomodo confracta est virga fortis, baculus glorioSus? Descende de gloria, & sede in siti habitatio filię Dibon, quoniam vastator Moab ascendet ad te, dissipabit munitiones tuas. In via sta, & prospice habitatio Aroer. Interroga fugiẽtem, & ei qui euasit, dic: Quid accidit? [f] Confusus est Moab, [g] quoniam victus est. Vlulate & clamate, [d] annuntiate in Arnon, quoniam vastata est Moab, & iudicium venit ad terram campestrem, super Helon, & super Iasa, & super Mephat, & super Dibon, & super Nabo & super domũ Deblathaim, & super Cariathaim, & super Bethgamul, & super Bethmaon, & super Carioth, & super Bosra, & super omnes ciuitates terrę Moab, quę longe & prope sunt. Abscissum est cornu Moab, & brachium eius contritum est, ait dominus. Inebriate eum, quoniam cõtra dominum erectus est. [10] Et allidet ] manũ Moab in vomitu suo, & erit in derisum etiam ipse. Fuit enim in derisum tibi Israel, quasi inter fures reperisses eum. Propter verba ergo tua quæ aduersum illum locutus es, [11] captiuus duceris. ] Relinquite ciuitates, & habitate in terra habitatores Moab, & estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. †[g] Audiuimus superbiam Moab. [h] Superbus est valdè. Sublimitatem eius & arrogantiam, & altitudinem cordis eius ego scio, ait dominus. [12] iactantiam eius, & quòd non sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere. [g] ] Ideò super Moab eiulabo, & ad Moab vniuersam clamabo, ad viros [13] muri fictilis lamentantes. ] De planctu Iazel plorabo tibi vinea Sabama. Propagines tuæ transierunt mare, vsque ad mare Iazer peruenerunt. Super messem tuam, & vindemiam tuam prædo irruit. † Ablata est lætitia, & exultatio de Carmelo & de terra Moab, & vinum de torcularibus sustuli. Nequaquam calcator vuæ solitum [h] celeuma cantabit. De clamore Hesebon vsque Eleale & Iasa dederunt vocem suam, à Segor vsque ad Horonáim vitulam [i] conternantem, atque verò Nemrim [14] pessimæ ] erunt. [f] Et auferam de Moab, ait dominus, offerentem in excelsis, & [f] sacrificantem diis eius. Proterea cor meum ad Moab quasi tibia æris resonabit, & cor meum ad viros [15] muri fictilis ] dabit sonitum tibiarum, quia [16] plus fecit quàm potuit, idcirco perierunt. ] † Omne enim caput caluitium, & omnis barba rasa erit. In cunctis manibus [17] colligatio, & super omne dorsum cilicium. ] Et super omnia tecta Moab, & in platéis eius omnis planctus, quoniam contriui Moab sicut vas [18] inutile, ] ait dominus. Quomodo victa est, & vlulauerunt? Quomodo deiecit ceruicem Moab, & confusus est? Erítque Moab in derisum, & [19] in exemplum ] omnibus in circuitu suo. Hęc dicit dominus: Ecce quasi aquila volabit, & extẽdet alas suas ad Moab.

Capta

G Capta est Carioth,& munitiones comprehensæ sunt. ℣ 1 Et erit cor fortium Moab in die illa,sicut cor mulieris parturientis.Et cessabit Moab esse populus,quoniam contra dominũ gloriatus est.Pauor & laqueus super te ô habitator Moab,ait dominus. Qui fugerit à facie pauoris,cadet in foueam,& qui conscenderit de fouea capietur laqueo. Adducam enim super Moab annum visitationis eorum, dicit dominus. ℟ k In vmbra Hesebon steterunt 20 de laqueo ] fugientes,quia ignis egressus est de Hesebon,& flam ma de medio Seon,& deuorauit 21 partem] Moab,& verticem filiorum tumultus. Væ tibi Moab . Peristi populę Chamos, quia comprehensi sunt filii tui & filiæ tuæ in captiuitatem.Et conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus,ait dominus. Hucusque iudicia Moab.

1.Rectè cor Moab cordi comparat mulieris parturientis: quia de magna luxuria ad magnam peruenit tristitiam:etiam cessauit esse populus : quia superbè in sua potentia contra dominũ est gloriatus.Vnde pauor mentis & fouea deceptionis, & laqueus captiuitatis eum comprehendit.Rabanus.ibidem.
(K Esebõ enim erat ciuitas fortis,propter quod multi ne caperentur à Chaldæis confugerant ad eam, vt ibi quasi in vmbra protegerentur : propter quod Nabuchodonosor iratus illam succendit,& similiter Seon, ad quam similiter aliqui confugerant propter eius fortitudinem. De Lyra ibidem.)
20.Propter vim.
21.Fines.

## *Desolatio Ammon,Idumææ,& Damasci prædicitur.* XLIX.

A AD filios 2 Ammon: Hæc dicit dominus : Nunquid non filii sunt Israel , aut hæres non est ei ? Cur ergo hæreditate possedit 1 Melchom] Gad, & populus eius in vrbibus eius habitauit ? Ideò ecce dies venient ]—in te ] dicit dominus,& auditum faciam super Rabbath filiorum Ammõ fremitum prælii. Et erit in tumultum dissipata , filiæque eius igni succendentur , & possidebit Israel possessores suos,ait dominus. Vlula Hesebon,quoniam vastata est Hai.[b]Clamate filiæ Rabba:accingite vos ciliciis. Plangite & circuite per sepes, quoniam Melchõ in transmigrationem ducetur,sacerdotes eius & principes eius simul. Quid gloriaris in vallibus ? Defluxit vallis tua filia 2 delicata, ] quæ confidebas in thesauris tuis , & dicebas:
B Quis veniet ad me ? ℣ Ecce ego inducam super te terrorem,ait dominus deus exercituum , ab omnibus qui sunt in circuitu tuo, & dispergemini singuli à conspectu vestro,nec erit qui congreget fugientes . Et post hæc reuerti faciam 3 fugientes & captiuos ] filiorum Ammon,ait dominus.Ad Idumæam: Hæc dicit dominus exercituum: Nunquid non vltrà est sapientia in [c] Theman ? Periit consilium à filiis. 4 Inutilis facta] est sapientia eorum.Fugite,& terga vertite,descendite in voraginem habitatores Dedan , quoniam perditionem Esau adduxi super eum , tempus visitationis eius. [d] Si vindemiatores eius venissent super te, non reliquissent racemum : si fures in nocte, 5 rapuissent quod sufficeret sibi. ] Ego verò discooperui Esau, reuelaui abscondita eius,& celari non poterit.Vastatum est semen eius,& fratres eius,& vicini eius,& non
C erit. Relinque pupillos tuos,& ego faciam illos viuere, & viduæ tuæ in me sperabunt, quia hæc dicit dominus: ℣ Ecce quibus non erat iudicium,vt biberent calicem,bibentes bibent, & tu 6 quasi innocens relinquêris ? ] Non eris innocens , sed bibens bibes. Quia per memetipsum iuraui , dicit dominus,quòd in solitudinem, & in opprobriũ, & in desertum , & in maledictionem erit Bosra , & omnei ciuitates eius erunt in solitudines sempiternas. † Auditum audiui à domino , & legatus ad gentes missus sum. Congregamini, & venite contra eam,& 7 consurgamus ] in prælium. Ecce enim paruulum dedi te in gentibus, contemptibilem inter homines. Arrogantia tua decepit te,& superbia cordis tui, qui habitas in cauernis petræ,[e] & 8 apprehendere niteris ] altitudinem collis. Cum exaltaueris quasi aquila nidum tuum , inde detraham te, dicit
D dominus. ℣ Et erit Idumæa deserta, † Omnis qui transibit per eam stupebit, & sibilabit super omnes plagas eius , † sicut subuersa est Sodoma & Gomorrha , & vicinæ eius,ait dominus. Non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis. Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis 9 ad pulchritudinem robustam , ] 10 quia subito] currere faciam eum ad illam. [f] Et quis erit electus quem præponam ei ? Quis est similis mei ? Et quis 11 sustinebit me ? ] † Et quis est iste pastor , qui resistat vultui meo? Propterea audite consilium domini quod iniit de Edom,&cogitationes eius quas cogitauit de habitatoribus Theman. Si non deiecerint eos paruuli gregis , nisi dissipauerint cum eis habitaculum eorum . A voce ruinæ eorum commota est terra , clamor
E in mari rubro auditus est vocis eius. ℣ Ecce quasi aquila ascendet , & euolabit , & expandet alas suas super Bosram . Et erit cor fortium Idumeæ in die illa quasi cor mu-

2. Ammon filius Loth ex filia sua iuniore,de quo Genes.19.A quo Ammonitæ gens Arabiæ. Petræ. Moabitis enim septentrionalior ab ortiuo habẽs Idumæos super Asphaltiten vsque protensa. Amorrhæos quõdam habebat ad occasum, deinceps duas tribus Gad & Ruben, & dimidiam tribum Manasse habuit. Successu autem temporis à Ptholemæo Philadelpho sub iugata, & ab illo Philadelphia nuncupata hactenus nomen retinet.
1.Rex eorum,& infra.
[b. Rabbà metropolis Noabitarum quæ nunc Ariopolis dicitur composito nomine ex Hebræo & Græco': non quòd ares
2.Martis ciuitas vocetur,quę postea à Ptholemeo Philadelpho, qui Arabiam eũ Iudæa tenuit, Philadelphia vocata est. Glosa ordin.cum interlineari.
2.Aduersatrix.
3.Captiuitatem.
c. Theman ciuitas montiũ Seir regia principum Edom : Gebalenæ, regionis, procul à Petra vrbe 1005.pass.
4.Corrupta.
d. Hoc est, Si fures & latrones, qui nocte domos suffodere consueuerunt, & rapere quæ in domibus sunt, introissent ad te,& absconditi tenebris circuissent domus tuæ angulos,vtique hoc tulissent quod sibi putabãt posse sufficere,& aliquid in ædib', vel per satietatem, vel per ignorantiam reliquissent. & vindemiatores introissent vineã tuã, & eam vel hostiliter vastare,vel à te conducti demetere cupe'ẽt: quamuis diligẽs eorum fuisset vindemia, tamen racemos vitibus foliisque celatos inter palmites reliquissent. Hostes vero tui Chaldæi inquam,omnia lustrabunt, nihilque tibi penitus relinquent.Hier.in Abdiam.
5.Vastassent quod opus esset,illis.
6.Nõne innocens & immunis eris?
7.Consurgite.
[e.Altitudine collis,s. Indebitè tibi honoris:sed magis deiicieris,ideo subdit Cum exaltaueris quasi aquilanidum tuum. De Lyra.ibidem.].
8.Apprehendis.
9.Ad habitaculum forte.
10.Et cum quieuerit fecero.
f.Igitur sicut dominus castigauit superbiam Iudæorum,quos Iordanis nomine notat, ita etiã & Idumæorum perfidiã atque inuidiam quam exercuerant inter fratres suos per ministros iræ suæ plena vindicta corripiet, nec est vllus qui eius consilio aut voluntati resistere possit.Rabanus ibidem.
11.Præscribet mihi tempus.

lieris parturientis. Ad Damascum.[g] Confusa est Emath & Arphad, quia auditum pessimum audierunt. Turbati sunt in mari, præ solicitudine quiescere non potuit. Dissoluta est[h] Damascus, versa est in fugam, tremor apprehendit eam. Angustia & dolores tenuerunt eam, quasi parturientem. Quomodo[12] dereliquerunt ciuitatem laudabilem, vrbem lætitiæ?] Ideò cadent iuuenes eius in platéis eius, & omnes viri prælij conticescent in die illa, ait dominus exercituum. Et succendam ignem in muro Damasci, & deuorabit mœnia Benadab. Ad Cedar & ad regna Hasor, quæ percussit Nabuchodonosor Rex Babylonis, hæc dicit dominus: Surgite, & ascendite ad Cedar, & vastate filios orientis.[f] Tabernacula eorum & greges eorum capient, pelles eorum & omnia vasa eorum, & camelos eorum tollent sibi, & vocabunt super eos formidinem in circuitu eius. Fugite, abite vehementer, in voraginibus sedete qui habitatis Hasor, ait dominus. Iniit enim contra vos Nabuchodonosor Rex Babylonis consilium, & cogitauit aduersus vos cogitationes.[i] Consurgite & ascendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter, ait dominus. Non ostia nec vectes eis: soli habitabunt. Et erũt cameli eorum in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam. Et dispergam eos in omnem ventum:[13] qui sunt attonsi in comam,] & ex omni confinio eorum adducam interitum super eos, ait dominus. Et erit Hasor in habitaculum draconum, deserta vsque in æternum. Non manebit ibi vir, nec incolet eam filius hominis.[g] Quod factum est verbum domini ad Ieremiam Prophetam aduersus[k] Elam in principio regni Sedechiæ regis Iuda, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Ecce ego confringam arcum Elam:[14] & sumam fortitudinem] eorum, & inducam super Elam[l] quatuor ventos à quatuor plagis cœli, & ventilabo eos in omnes ventos istos, & non erit gens ad quam non perueniant profugi Elam. Et pauere faciam Elam[m] coram inimicis suis, & in conspectu quærentium animam eorum. Et adducam super eos malum, iram furoris mei, dicit dominus. Et mittam post eos gladium, donec consumam eos, & ponam solium meum in Elam, & perdam inde Reges & principes, ait dominus. In nouissimis autem diebus reuerti faciam captiuos Elam, dicit dominus.

g. Nomina sunt ciuitatum Syriæ, quæ auditum pessimum audierunt: scilicet captionem Damasci, quæ erat metropolis Syriæ. De Tyro ibidem.]

h. Damascus vrbs insignis est, atque omnium quæ in ea sunt fertilitate nobilissima, in sorte Neptalim: itinere dierum circiter duodecim ab Ierosolyma distans. Sita in agro fertili, aquis limpidissimis illustrata, fluuio Fartar præter labẽte dicto. Vnde Syrorum sedes regalis sẽper fuit, atque adeò principatum tenuit, vt post eam Syriæ pars non modica Damascena cognominatur. Procul ab vrbe ad primũ lapidem locus ostenditur, vbi Paulus consternatus minas spirare desiit, indeque ad Ananiæ domum ductus intra muros, ex persecutore Christianæ fidei propugnator egregius repente factus est.

12. Non est derelicta ciuitas laudis, vrbs lætitiæ meæ.

[i. Nullas habent portas, neque vectes quæ hostem arceant, sed habitant spatiũ in solitudine, de bello ac rebus bellicis, ne cogitantes quidem. Quare & nullo labore cameli eorum vobis cessuri sunt in prædam & multi illorum pecora vobis cedent in rapinam. Tostatus.]

13. Exultantes in angulo, sub. mundi.

k. Elam teste Hieronymo, est regio Persidis, vnde & Elamitæ nũcupantur, qui despicientes suas tentantes interpretantur. Rabanus. ibidem.

14. Principium fortitudinis.

l. Id est, aduersarios à quatuor ventis & finibus terræ, Tyra. Mittit enim filius hominis angelos suos à quatuor ventis cœli, vt colligant omnia scandala de regno eius. Glosa ordina. ex Matt. 24. cap.

[m. Elam est regio Persidis, interpretant despiciens vel tẽtans: & significat persecutores ecclesiæ superbos. Arcus eorum est lingua blasphema. In nouissimis diebus filio perditionis è medio sublato, reuerti faciet reliquias hæreticorum, & infidelium omnium. Lorin. ibidem.]

*Dominatrix omnium nationum Babylon, post cæteras à se subiectas à Persis & Medis destruetur.* L.

[a] Verbum quod locutus est dominus de Babylone & de terra Chaldæorum in manu Ieremiæ Prophetæ. † Annuntiate in gentibus, & auditum facite. Leuate signum, prædicate, & nolite celare, Dicite: Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est[b] Morodach. Confusa sunt omnia sculptilia eorum,[i] superata] sunt idôla eorum. Quoniam ascendet contra eam gens ab aquilone, quæ ponet terram eius in solitudinem, & non erit qui habitet in ea ab homine vsque ad pecus. Et moti sunt, & abierunt. In diebus illis & in tempore illo ait dominus: venient filii Israel, ipsi & filii Iuda simul. Ambulantes & flentes properabunt, & dominum deum suum quærent. In Sion interrogabunt viam, huc facies eorum venient: & apponentur ad dominum fœdere sempiterno, quod nulla obliuione delebitur. Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos, fecerúntque vagari in montibus. De monte in collem transierunt, obliti sunt cubilis sui:[f] Omnes qui inuenerunt, comederunt eos, & hostes eorum dixerunt: Non peccauimus, pro eo quòd peccauerunt domino decôri iustitiæ: & expectationi patrum eorum domino. Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini, & estote quasi hœdi ante gregem. Quoniam ecce ego suscitabo & adducam in Babylonem[c] congregationem gentium magnarum de terra aquilonis, & præparabunt aduersus eam, & inde capietur. Sagitta eius quasi viri fortis iuterfectoris, non reuertetur vacua. Et erit Chaldæa in prædam, omnes vastantes eam replebuntur, ait dominus. Quoniam[2] exultatis & magna loquimini,] diripientes hæreditatem meam, quoniam effusi estis sicut vituli super herbam, & mugitis sicut tauri. Confusa est mater vestra nimis, [3] & ad-

a. Quomodo à Medis & Persis vrbs Babylon subuersa sit historiæ produnt & libri prophetarũ non tacent, vt infra patebit. ex Xenophonte. Raba. ibid.

b. Merodach cum. 12. annos in babylone regnasset, omnem Assyriorum potentiam ad Chaldæos trãstulit: & ibidem postea regnauit annis. 46. Inde regnũ babylonis hic Propheta vocat Merodach, quòd primus in ipso excelluisset, & illud in imperiũ erexisset, donec Cyrus occiso rege Balthasar regnum illud destruxisset, & transtulisset ad Persas & Medos.

2. Contrita.

c. Cyrus babylonem obsidens fossas fecit, in quas Euphratem derivaret. At quoniam audisset festum esse babylone: in quo babylonis omnes vniuersum noctem bibunt, & lasciuis carminibus saltationibúsque indulgent: cum primum hac nocte trenchæ factæ sunt, acceptis multis hominib⁹ aperuit fossas quæ tendebant ad flumen. Quod vbi factum est, aqua in fossas nocte ẽcessit, alueus autem fluminis qui tendebat per vrbem, redditus est hominibus permeabilis, & ita per siccum vrbem ingressi illam ceperũt, Balthasar regem occiderunt, iuxta Danielis prælagium Dan. 5. Xenophon in prælia. Cyril. lib. 7.

3. Exultabitis quoniam gaudebitis.

3 & adæquata pulueri,quæ genuit vos.[d]] Ecce nouiſſima erit in gẽtibus,deſerta,inuia, & arens. Ab ira domini non inhabitabitur, ſed redigetur tota in ſolitudinem.† & Omnis qui tranſibit per Babylonem, ſtupebit & ſibilabit ſuper vniuerſis plagis eius. Præparamini contra Babylonem per circuitum. Omnes qui intenditis arcum, debellate eam,nõ parcatis iaculis, quia domino peccauit. Clamate aduerſus eam.† Vbique. dedit manum.* Ceciderunt fundamenta eius, deſtructi ſunt muri eius, quoniam vltio domini eſt. Vltionem accipite de ea:Sicut fecit,facite ei.Diſpergite ſatorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore meſſis[e] à facie gladii [4] columbæ,] vnuſquiſque ad populum ſuum conuertetur, & ſinguli ad terram ſuam fugient. Grex diſperſus Iſrael:leones eiecerunt eum.Primus comẽdit eum Rex Aſſur,[f] iſte nouiſſimus exoſſauit eum Nabuchodonoſor Rex Babylonis. Propterea hæc dicit dominus exercituũ deus Iſrael:Ecce ego viſitabo Regem Babylonis & terram eius, ſicut viſitaui Regem Aſſur & reducam Iſrael ad habitaculum ſuum.[g] Et paſcetur Carmelus,& Baſan,& in monte Ephráim & Galaad ſaturabitur anima eius. In diebus illis & in tempore illo ait dominus:quæretur iniquitas:Iſrael,& non erit:& peccatum Iuda,& nõ inuenietur: quoniam propitius ero eis quos reliquero.Super terram [5] dominantium] aſcende,& ſuper habitatores eius viſita.Diſſipa & interfice quæ poſt eos ſunt,ait dominus: & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi.Vox belli in terra,& contritio magna.[g] Quomodo cõfractus eſt & contritus malleus vniuerſæ terræ?Quomodo verſa eſt deſertũ Babylon in gentibus?Illaqueaui te & capta es Babylon & neſciebas,inuenta es & apprehenſa,quoniã dominum prouocaſti. Aperuit dominus theſaurum ſuum, & protulit vaſa iræ ſuæ quoniam opus eſt domino deo exercituum in terra Chaldæorum.Venite ad eam [6] ab extremis terræ finibus,aperite vt exeant qui conculcent eam.Tollite de via lapides, & redigite in aceruos,]& interficite eam,nec ſit quicquam reliquum.[g] Diſſipate vniuerſos fortes eius,deſcendant in occiſionem. Væ eis, quia venit dies eorum,tempus viſitationis eorum. Vox fugientium, & eorum qui euaſerunt de terra Babylonis, vt annuntient in Sion vltionem domini dei noſtri, vltionem templi eius. [7] Annuntiate in Babylonem plurimis.omnibus] qui tendunt arcum. Conſiſtite aduerſus eam per gyrum,& nullus euadat,[h] Reddite ei ſecundum opus ſuum,iuxtá omnia quæ fecit facite illi,quia contra dominum erecta eſt,aduerſum ſanctum Iſrael.Idcircò cadent iuuenes eius,in platéis eius, & omnes viri bellatores eius conticeſcent in die illa, ait dominus. Ecce ego ad te ſuperbe,dicit dominus deus exercituum,quia veniet dies tuus,tempus viſitationis tuæ. Et cadet ſuperbus & corruet, & non erit qui ſuſcitet eum. Et ſuccendam ignem in vrbibus eius, & deuorabit omnia in circuitu eius. Hæc dicit dominus exercituum: Calumniam ſuſtinent Elii Iſrael & filii Iuda ſimul.[g] Omnes qui cœperunt eos,tenent,nolunt dimittere eos.Redemptor eorum fortis,dominus exercituum nomen eius.Iudicio defendet cauſam eorum·vt exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis.Gladius ad Chaldæos,ait dominus, & ad habitatores Babylonis, &ad principes & ad ſapientes eius.Gladius ad diuinos eius,qui ſtulti erunt.Gladius ad fortes illius,qui timebunt. Gladius ad equos eius,& ad currus eius,& ad omne vulgus eius quod eſt in medio eius, & erunt quaſi mulieres. [k] Gladius ad theſauros eius, qui diripientur. Siccitas ſuper aquas eius erit,& areſcent, quia terra ſculptilium eſt: & in portentis gloriantur. Propterea habitabunt dracones cum fatuis ficariis, & habitabuntin ea ſtruthiones. Et non inhabitabitur vltrà vſque in ſempiternum, nec extruetur vſque ad generationem & generationem.† Sicut ſubuertit dominus Sodomam & Gomorram & vicinas eius, ait dominus. Non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis.[l] Ecce populus veniet ab aquilone,& gẽs magna & Reges magni cõſurgent à finibus terrę. Arcum & ſcutum apprehendent, crudeles ſunt & immiſericordes.Vox eorum quaſi mare ſonabit,& ſuper equos aſcendent, ſicut vir paratus ad prelium contra te filiam Babylon. Audiuit Rex Babylonis famam eorum, & diſſolutę ſunt manus eius. Anguſtia apprehendit eum, dolor quaſi parturientem. Ecce quaſi leo aſcendet de ſuperbia Iordanis [8] ad pulchritudinem robuſtam, quia ſubito]

3.Erubuit genitrix veſtra.
[d. Tropologni. In fine mundi à morte cuiuſque,omnis gloria & ſuperbia Chaldæorum,& cõfuſio mundi recedet à nobis,& ita omnia ſubuertentur, ſicut ſubuertit deus Sodomam & Gomorram. nec vltra voluptatis vel mundi futurus eſt ſtatus. Gloſa ordinaria. ibidem.]
* Per circuitum.
* Suam.

e. Hoc eſt, ob nimiam ferocitatem ac cædem Babylonis regis qui columba turcè nuncupatus ob ſtoliditatẽ, ſeu veræ ſapientiæ defectum,præſerim in idolatria apparentem. Dion. ibid.
4.Graſſantis.
[f. Qui deſtruxit Ieruſalem & templum domini vbi erat ſorti tudo populi temporaliter & ſpiritualiter, ſicut corporis eſt in oſſibus. Propter ea ego viſitabo regem Babylonis, debitam illi pœnam inferendo. De Lyra, ibidem.]
5.Exaſperantium,ſiue rebellantium.

g. Nam quia appellatione malleꝰ antiquus hoſtis exprimitur, propheta teſtatur,cũ ſuper eum vim extremi iudicii contemplatur, dicens: Quomodo contractus eſt, & contritus malleus vniuerſæ terræ! Ac ſi diceret: Ecce per quem vaſcula ſua dominus in miniſterii vſum formanda percurrit, quis perpendat quo turbine veniente extremo iudicio,in æterna damnatione confringit! Grego. Moral. lib. 34. cap.7.
6.Cum venerit finis eius reſerate thecas eius,calcate ſuper eam ſicut calcant ſuper aceruos.
7.Conuocate contra babel multos.

h. Retribuite illi ſecũdum opera eius. Secundum omnia quæ fecit facite ei, qui domino reſiſtit,& aduerſum ſanctum deum Iſrael. Quãdiu habes in te cogitationes nequam reſiſtentes pietati & veræ fidei,habes in te babyloniorꝰ:ſed fac vindictam, & interfice omnes peccatores terræ,qui in te ſunt babylonios vt poſtis mundatus Ieruſalẽ tranſgredi ciuitatem dei, in Chriſto Ieſu. Origenes. ibidem.
[i. Liberationem Iudæorum iterum verbo iſte proloquitur: Iuxta litteram,myſterium vero catholicis promittit omnia in bonum prouentura. Redit in fine capitis rurſus ad deuaſtationem Chaldæorum explicãs per quos ſunt delendi, nempe per Perſas & Medos: Ibi. Ecce populus veniet ab Aquilone. Lorichius.]
k.Quia virtute belli obtinuerũt Perſæ & Medi omnes babylonis diuitias, nec obſtat quòd dominus per Iſaiam ait:Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos qui argentum non quærant,nec aurũ velint. Nẽpe hoc dicitur quòd principaliter quærebant Chaldæorum interitum, & babylonis ruinam. Dion. ibid.
[l. Hic ponitur deſtructium cõditio & primo ex regione,ſecũdo ex ſtatuta. Homines enim Aquilonares ſunt maioris corporis quàm Auſtrales, tertio à multitudine,ibi & reges multi: quarto ab animoſitate & crudelitate cum dicitur Arcum & ſcutum. Quãto enim homines ſunt magis Aquilonares, tanto plus habent de ſanguine,& ſunt magis animoſi & iracundi. De Lyra. ibidem.]
8.Ad habitaculum forte,&cum quieſcere fecero.

currere faciam eum ad illam. Et quis erit electus quem præponam ei? † Quis enim similis mei,& quis [9] sustinebit me?] Et quis est iste pastor qui resistat vultui meo? Propterea audite consilium domini quod mente cõcepit aduersum Babylonem,[m] & cogitationes eius quas cogitauit super terra Chaldæorum. Nisi detraxerint eos paruuli gregum,nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum. A voce captiuitatis Babylonis commota est terra,& clamor inter gentes auditus est.

9. Præscribet mihi tempus.

m. Cogitationes dei dicũtur etiam in scripturis sanctis,sed collocutionis modo, quo ibi & oblatio dei dicitur, quæ vtique ad proprietatem in deo nulla est. Aug. d[e] Trinit. lib. 15.

*Mala imminentia Babyloni & incolis eius super Idola sua.* L I.

Hæc dicit dominus: [a] Ecce ego suscitabo super Babylonem & super habitatores eius, qui cor suum leuauerunt contra me, quasi ventum [1] pestilentem,] & mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eam. Et demolientur terram eius, quoniam [2] venerunt super eam vndique in die afflictionis eius.] [b] Non tendat qui tendit arcum suum,&non ascendat loricatus. Nolite parcere iuuenibus eius,interficite omnem malitiam eius. Et cadent interfecti in terra Chaldæorum,[3] vulnerati in regionibus] eius. Quoniam non fuit viduatus Israel,& Iuda à domino deo suo domino exercituum. Terra autem eorum repleta est delicto [4] à sancto] Israel, Fugite de medio Babylonis, vt saluet vnusquisque animam suam. [5] Nolite tacere super] iniquitatem eius, quoniam tempus vltionis eius est à domino, vicissitudinem ipse retribuet ei. [c] Calix aureus Babylon in manu domini, inebrians omnem terram. De vino eius biberunt gentes,& ideò [6] commotæ sunt.] † Subito cecidit Babylon,& contrita est. † Vlulate super eam, tollite resinam ad dolorem eius,si forte sanetur. [d] Curauimus Babylonem,& non est sanata. Derelinquamus eam,& eamus vnusquisque in terram suam. Quoniam peruênit vsque ad cœlos iudicium eius, & eleuatum est vsque ad nubes. [e] Protulit dominus iustitias nostras, venite & narremus in Sion opus domini dei nostri. [7] [c] Acuite sagittas,& implete pharetras.] Suscitauit dominus spiritum Regum Medorum,& contra Babylonem mens eius est, vt perdat eam. Quoniam vltio domini est, vltio templi sui. Super muros Babylonis leuate signum,augete custodiam. [8] Leuate] custodes, præparate insidias, quia cogitauit dominus,& fecit quæcunque locutus est contra habitatores Babylonis. Quæ habitas super aquas multas locuples in thesauris,venit finis tuus [9] pedalis præcisionis] tuæ. † Iurauit dominus exercituum per animam suam, quoniam replebo te hominibus quasi brucho,& super te celeuma cantabitur. † [f] Qui fecit terram in fortitudine sua,præparauit orbem in sapientia sua,& prudentia sua extendit cœlos. Dante eo voces,multiplicantur aquæ in cœlo. † Qui leuat [g] nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit, & produxit ventos de thesauris suis. Stultus factus est omnis homo à scientia confusus est omnis conflator in sculptili. Quia mendax est conflatio eius,nec est spiritus in eis. Vana sunt opera& risu digna,in tempore visitationis suæ peribunt. Non sicut hæc pars Iacob. Quia qui fecit omnia ipse est,& Israel sceptrum hæreditatis eius, dominus exercituum nomen eius. [h] Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidam in te gẽtes,& dispersam in te regna. Collidam in te equum & equitem eius,& collidam in te currum & ascensorem eius,& collidam in te virum & mulierem. Et collidam in te semen & puerum,& collidam in te iuuenem & virginem. Et collidam in te pastorem & gregem eius,& collidam in te agricolam & iugales eius. Et collidam in te duces & magistratus, & reddam Babyloni & cunctis habitatoribus Chaldæorum omne malum suum quod fecerunt in Sion in oculis vestris. ait dominus. Ecce ego ad te mons pestifer,ait dominus,qui corrumpis vniuersam terram. Et extendam manum meam super te,& euoluam te de petris, & dabo te in montem combustionis. Et non tollam de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamenta, sed perditus in æternum eris, ait dominus. Leuate signum in terra, clangite buccina in montibus. [i] Sanctificate super eam gentes,annuntiate cõtra illam Regibus Ararath,Menni & Escenez,[10] numerate cõtra eam Tapsar.] Adducite equum quasi [11] bruchum aculeatum.] Sanctificate contra eam gentes,Reges Mediæ,duces eius,& vniuersos magistratus eius, cunctámque

[a. Deuastationem eam parabolicos nunc prædicit. Duas enim parabolas describit,alteram de vento pestilentiæ,alteram calicis aurei Babylonis in manu Domini. Parabolis vtitur vt nobis attentionem ingeneret parabolis enim in loco ptolaris nihil est efficacius. Lorichius sb.]

1. Dissipantem.

2. Erunt aduersus eam vndique in die mala.

b. Hoc est,Sagittarij & armati, seu loricati babylonii contra Medos & Persas resistere non valebunt,nec iacula mittere atque consurgere. Dionys. ibidẽ.

3. Confossi in plateis.

4. Propter sanctum.

5. Ne disperdamini propter.

c. Calix ergo aureus contritus est, quia babylon contrita est, quæ est calix aureus. Sed quantus auro se iactet & precio,in domini & ipsa est potestate. Denique diuina indignatione conteritur. Ambr. de Elia ca. 25.

6. Insanierunt gentes.

d. Mens vitiis dedita correptionis verba audit,flagella percipit & tamen ad recta salutis itinera redire contemnit. Gregor. Pastoral part. 3. Admo 14.

7. Expolite sagittas, & congregate scuta.

[e. Sequitur dictarum parabolarum explanatio. Prima parabola significabat exercitum Medorum & Persarum Babyloniam destruentem: hoc autẽ fuit maximè per artem sagittandi, & ideo explanans modum destructionis,dicit. Acuite sagittas, &c. De Lyra ibidem.

8. Constituite.

9. Finis auaritiæ.

f. Et nos igitur in nostra terra necessariam habemus fortitudinem dei: quia absque ea impossibile est exequi nobis id quod carni repugnat. Hieron. de trib. virtut.

g. Nubes enim prophetæ accipi debere scriptura testatur,dicẽs: Mandam nubibus meis ne pluant super eam pluuiam. Sequitur: Fulgura in pluuiam fecit. Prædicationes itaque prophetarum fulgura sunt cum percutiunt inimicos: pluuiæ,cum deuotos à peccatis diluunt,& imbrem eis salutis infundunt, vnde spirituales germinent fructus, & in maturam messem domino præstante coalescant. Rabanus ibidem.

[h. Cæterum tu Babylõ vt malens quispiam tu mihi es,& vt instrumentum bellicum,debellãdis iis qui me spernũt accõmodum. Per te contundo gẽtes mihi immorigeras, & deperdo regna contra me,aut meos insurgentia.]

i. Ira apud Iudæos hæc erat sanctitas, vt idolorum leges abiicerent, apud nos autem, vt sancti sint inquit,& corpore & spiritu. Pacem prosequimini & sanctificationem, sine qua nemo videbit deum,& perficientes sanctificationem in timore dei. Videshanc esse sanctificationem quãdo intrinsecus radicem habet & fontem? Non enim hoc nomen Sanctus,in omnibus eandem habet significationẽ. Nam & deus sanctus dicitur, sed non quemadmodum nos. Chrysin 1. cap. Ioan. homil. 13.

10. Instituite contra eam principem.

11. Bruchos horripilantes.

D que terram poteſtatis eius. § Et commouebitur terra & conturbabitur, quia euigilauit
contra Babylonem cogitatio domini, vt ponat terram Babylonis deſertam & inhabi-
tabilem. k Ceſſauerunt fortes Babylonis à prælio, habitauerunt in præſidiis. Deuora-
tum eſt robur eorum, & facti ſunt quaſi mulieres. l Incenſa ſunt tabernacula eius, con
triti ſunt vectes eius, Currens obuiam currenti veniet, & nuntius obuius nuntianti, vt
annuntiet Regi Babylonis, quia capta eſt ciuitas eius [12] à ſummo vſque ad ſum-
mum, ] & vada præoccupata ſunt. Et paludes incenſæ ſunt igni, & viri bellatores con-
turbati ſunt: quia hæc dicit dominus exercituum deus Iſrael: Filia Babylonis quaſi a-
rea, tempus trituræ eius. Adhuc modicum: & veniet tempus meſſionis eius. m Comê-
dit me, deuorauit me Nabuchodonoſor Rex Babylonis. Reddidit me quaſi vas ina-
ne. Abſorbuit me quaſi draco, repleuit venrrem ſuum teneritudine mea, & eiecit me.
Iniquitas aduerſum me, & caro mea ſuper Babylonem, dicit habitatio Sion, & ſan-
guis meus ſuper habitatores Chaldææ, dicit Ieruſalem. Propterea hæc dicit dominus:
n Ecce ego [13] iudicabo cauſam tuam, ] & vlciſcar vltionem tuam. o Et deſertum fa-
ciam mare eius, & ſiccabo venam eius. Et erit Babylon in tumulos, habitatio draco-
num, ſtupor, & ſibilus, eo quòd non ſit habitator. Simul vt leones rugient, & excu-
E tient comas veluti catuli leonum, § In calore eorum ponam [14] potus ] eorum, &
inebriabo eos, vt [15] ſopiantur ] & dormiant ſomnum ſempiternum, & non conſur-
gant, dicit dominus. Deducam eos quaſi agnos ad victimam, & quaſi arietes cum
hœdis. p Quomodo capta eſt Seſach, & comprehenſa eſt [16] inclyta ] vniuerſæ terræ?
Quomodo facta eſt in ſtuporem Babylon inter gentes? Et aſcendit ſuper Babylo-
nem mare, multitudine fluctuum eius operta eſt. Factæ ſunt ciuitates eius in ſtupo-
rem, terra inhabitabilis & deſerta, terra in qua nullus habitet, nec tranſeat per eam
filius hominis. Et viſitabo ſuper Bel in Babylone, & eiiciam quod abſorbuerat de ore
eius, & non confluent ad eam vltrà gentes. Siquidem & murus Babylonis corruet.
q Egredimini de medio eius populus meus, vt ſaluet vnuſquiſque animam ſuam ab
ira furoris domini. Et ne fortè molleſcat cor veſtrum, & timeatis auditum qui au-
dietur in terra. Et veniet in anno auditio, & poſt hunc annum auditio & iniquitas
in terra, & dominator ſuper dominatorem. Propterea ecce dies veniunt, & viſita-
bo ſuper ſculptilia Babylonis, & omnis terra eius confundetur, & vniuerſi interfe-
cti eius cadent in medio eius. Et laudabunt ſuper Babylonem cœli & terra, & omnia
F quæ in eis ſunt, quia ab aquilone venient ei prædones, ait dominus. § Et quomodo
fecit Babylon vt caderent occiſi in Iſrael, [17] ſic de Babylone cadent occiſi in vniuer-
ſa terra. ] r Qui fugiſtis gladium, venite, nolite ſtare. Recordamini procul domini,
& Ieruſalem aſcendat ſuper cor veſtrum. Confuſi ſumus, quoniam audiuimus op-
probrium. Operuit ignominia facies noſtras, quoniam venerunt alieni ſuper ſanctu-
ficationem domus domini. s Propterea ecce dies veniunt, ait dominus, & viſitabo ſu-
per ſculptilia eius, & in omni terra eius mugiet vulneratus. Si aſcenderit Babylon in
cœlum, & firmauerit in excelſo robur ſuum, ad me venient vaſtatores eius, ait domi-
nus. Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de terra Chaldæorum, quo-
niam vaſtauit dominus Babylonem, & perdidit ex ea vocem magnam, & ſonabunt
fluctus eorum quaſi aquæ multæ. Dedit ſonitum vox eorum, quia venit ſuper eam,
id eſt, ſuper Babylonem prædo. Et apprehenſi ſunt fortes eius, & [18] emarcuit ] arcus
eorum, quia fortis vltor dominus reddens retribuet. Et inebriabo principes eius, &
[Pal.752.] ſapientes eius, duces eius, & magiſtratus eius, & fortes eius. t Et dormient ſomnum
ſempiternum, & non expergiſcentur, ait Rex, dominus exercituum nomen eius
G § Hæc dicit dominus exercituum: Murus Babylonis ille latiſſimus ſuffoſſione ſuffo-
dietur, & portæ eius excelſę igne comburentur, & labores populorum ad nihilum
& gentium in ignem erunt, & diſperibunt. u Verbum quod prȩcepit Ieremias Pro-
pheta Saraię filio Nerię filij Maaſię, cum pergeret cum Sedechia Rege in Baby-
lonem, in anno quarto regni eius. Saraias autem erat princeps [19] prophetię. ] Et ſcri-
pſit Ieremias omne malum quod venturum erat ſuper Babylonem in libro vno, om-

k. Veniente Cyro & Datio ceſſauit robur Babylonis, & principum eius. Gloſa ordinaria. Victorias enim fecerant virtute diuina, & ideo ipſa retracta, non ſolum ceſſauerunt à victoria ſed etiam fuerunt deuicti ab aliis. Et ideo ſubditur. Et facti ſunt quaſi mulieres quæ ſunt imbelles. De Lyra. ibidem.]

l. Habitacula Babylonis concremabuntur, & vectes portarũ eius confurgentur. Occurre et curſor curſori & nuncio nuncius, ad nunciandum regi Babylonis captam eſſe ipſius vrbem. Toſtatus ibidem.]

12. Ab extremitate.

m. Hoc eſt, populum Ieruſalem variis modis conſumpſit, ac ſpoliauit, & ciuitatem reddidit inanem & inhabitabilem. Dion. ibidem.

[n. Hoc loco diuinam vates declarat iuſtitiam aduerſus omnes ſuperbos & tyrannos. Pharaoni ait: Glorificabor in te, idẽ etiam hoc loco dicit. Lorichi⁹.]

13. Contendo in cauſa tua.

o. Perſpicuum eſt quod deſertũ mare Babylon appellatur: Mare autem propter multitudinem inhabitantium dicitur: quam dominus per exercitus Medorũ & Perſarum, quos hic leonibus comparat & catulis leonum, deſtruxit, & redegit in tumulos arenarum, vt poſtmodum fieret habitatio draconum, & ſtupor & ſibilus videntium. Rabanus. ibidem.

14. Conuiuia.

15. Exultent.

[p. Seſach byſſus facci, vel manꝰ facci interpretatur, ſicut Babylõ confuſio capta eſt ergo Seſach, & in ſtupore facta eſt Babylon: quia idololatræ & diuerſis vitiis ſeruientes fluctibꝰ futuri iudicii ſubuertentur: & ſero pœnitentes cum Bel, qui interpretatur vetuſtas, cum antiquo hoſte cõfuſionem in inferno patientur perpetuam. Gloſa ordinaria.]

16. Laus.

q. Quidni periclitetur caſtitas in delitiis, humilitas indiuitiis, pietas in negociis, veritas in multiloquio, charitas in hoc ſeculo nequam? Fugite de medio babylonis, fugite & ſaluate animas veſtras. Cõuolate ad vrbes refugii, vbi poſitis & de præteritis agere pœnitẽtiam, & in præſenti obtinere gratiam, & futuram gloriam fiducialiter præſtolari. Bernar. de conuerſio ad clericos.

17. Etiam propter babel ceciderunt interfecti vniuerſæ terræ.

r. Sermo ad Iudæos dirigitur, qui Chaldæorum gladium euadere potuerint: quoniã deſtructa babylone reuertiuti ſunt in terram ſuam: quoniam dominus Ieruſalem ſibi in habitationem elegit, in qua ſuos elegit cultores Iudæos. Dionyſ. ibidẽ.

s. Hæc omnia ruinam perfidæ pronunciant ciuitatis, quam diabolus ab initio cõſtruxit & per quam contra ciuitatem dei ſedulo pugnauit, quod erutis de morte ſanctis & electis dei, impia ciuitas in æternum ſupplicium demergatur. Raba. ibidẽ.

18. Contriti ſunt.

t. Sedechias ad Nabuchodonoſor Regem profectus eſt in babylonem pacifice 4. anno regni eius, vt eis ferret excenia, & de quibuſdam ſecum tractaret ac reſponderet. Saraias autem erat princeps prophetiæ, quod quidam exiſtimãdo affirmant, quòd fuit inter Leuitas, diuina præconia, pſalmos & vaticinia prophetarum in templo canentes principalis, vel princeps prophetiæ vocatur, tanquam præcipuus executor propheralis ſermonis in ſibi commiſſis. Dionyſ. ibidẽ.

19. Quietis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nia verba hæc quæ ſcripta ſunt cõtra Babylonem. Et dixit Ieremias ad Saraiam: Cum veneris in Babylonem,& videris & legeris omnia verba hæc, dices: Domine,tu locutus es contra locum iſtum, vt diſperderes eum, ne ſit qui in eo habitet, ab homine vſque ad pecus, & vt ſit perpetua ſolitudo. Cúmque compleueris legere librum iſtum, ligabis ad eum lapidẽ,& proiicies illum in medium Euphráten,& dices: [u] Sic ſubmergetur Babylon, & non conſurget à facie afflictionis, quam ego adduco ſuper eam,& diſſoluetur.Hucuſque verba Ietemiæ.

[t. Et videns diligenter ea quæ ſunt ſcripta in hoc libro: & legeris omnia verba hæc coram Iudæis, qui illuc tranſlati fuerant cum Iechonia rege Iudæ: Dicet coram eiſdem. Domine tu locutus es,&c. De Lyra.ibi.]

[u. Non ſecundum hyſtoriam Babylon an Euphraten merſa eſt,quamuis in ſolitudinem redacta, ſed ſpiritualis Babylonis æternum interitũ prædicat:quæ in profundum interni cũ principe diabolo ſubmergetur.Gloſa ordinaria.]

*Ieruſalem capitur, templum ſpoliatur,Sedechias excæcatur,& Ioachim à carcere liberato cibaria à Rege conſtituuntur.* *L II.*

[a] Ilius viginti & vnius anni erat Sedechias cũ regnare cœpiſſet,& vndecim annis regnauit in Ieruſalem.Et nomẽ matris eius Amithal, filia Ieremiæ de Lobna.Et fecit malum in oculis domini iuxta omnia quæ fecerat Ioachim quoniam furor domini erat in Ieruſalem, & in Iuda, vſquequo proiiceret eos à facie ſua. Et receſſit Sedechias à rege Babylonis. † Factum eſt autem in anno nono regni eius in menſe decimo, decima die menſis, vẽnit Nabuchodonoſor Rex Babylonis,ipſe & omnis exercitus eius aduerſus Ieruſalem, & obſederũt eam, & ædificauerunt contra eam munitiones in circuitu, & fuit ciuitas obſeſſa vſque ad vndecimum annum regni Sedechiæ. [β] Menſe autem quarto, nona die menſis obtinuit fames ciuitatem,& non erant alimenta populo terræ.Et dirupta eſt ciuitas,& omnes viri bellatores eius fugerunt: exieruntque de ciuitate nocte per viam portæ quæ eſt inter duos muros, [γ] & ducit ad ]hortum Regis, [b] Chaldæis obſidentibus vrbem in gyro,& abierunt per viam quæ ducit in erẽmum. Perſecutus eſt autem Chaldæorum exercitus Regem, & apprehenderunt Sedechiam in deſerto quod eſt iuxta Iericho,& omnis comitatus eius diffugit ab eo.Cúmque comprehendiſſent Regem adduxerunt eum ad Regem Babylonis in Reblátha, quæ eſt in terra Emath, & locutus eſt ad eum iudicia.Et iugulauit Rex Babylonis filios Sedechiæ in oculis eius, ſed & omnes principes Iuda occidit in Reblátha. [δ] Et oculos Sedechiæ eruit, & vinxit eum compedibus. Et adduxit eum Rex Babylonis in Babylonem,& poſuit eum in domo carceris vſque ad diem mortis eius. [c] In menſe autem quinto,decima menſis, ipſe eſt annus decimus nonus Nabuchodonoſor Regis Babylonis, vẽnit Nabuzardan princeps [ε] militiæ, ]qui ſtabat coram Rege Babylonis in Ieruſalem, [d] & incendit domum domini & domum regis,& omnes domos Ieruſalem,& omnem domum magnam igne combuſſit,& totum murum Ieruſalem per circuitum deſtruxit exercitus Chaldæorum, qui erat cum magiſtro militiæ. De pauperibus autem popul: & de reliquo vulgo quod remanſerat in ciuitate,& de profugis qui transfugerant ad Regem Babylonis,[ζ†] & cæteros de multitudine tranſtulit Nabuzardan princeps militiæ, de pauperibus verò terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ vinitores, & agricolas. Columnas quoque æreas quæ erant in domo domini & baſes, mare æneum quod erat in domo domini, confregerunt Chaldæi, & tulerunt omne æs eorum in Babylonem. Et lebetes & creagras & pſalteria & phialas & mortariola & omnia vaſa ærea, quæ in miniſterio fuerant, tulerunt: & hydrias & thymiamatheria & vrceos & pelues & candelabra & mortaria & cyathos. [e] Quotquot aurea,aurea: & quotquot argentea,argentea. Tulit magiſter militiæ columnas duas, & mare vnum, & vitulos duodecim æreos, qui erant ſub baſibus, quas fecerat Rex Salomon in domo domini. [η] Non erat pondus æris omnium vaſorum horum. De columnis autem, decem & octo cubiti altitudinis erant in columna vna, & funiculus duodecim cubitorum circuibat eam. Porrò groſſitudo eius quatuor digitorum, & intrinſecus caua erat, & capitella ſuper vtranque ærea. Altitudo capitelli vnius quinque cubitorum, & retiacula & malogranata ſupra coronam in circuitu, omnia ænea, ſimiliter & columnæ alterius. Et fuerunt malogranata nonaginta ſex dependentia, & omnia malogranata centum retiaculis circundabantur. [f] Et tulit magiſter militiæ Saraiam ſacerdotem primum, & Sophoniam ſacerdotem

a. Pro Ioachimo autem Sedechiam eius patruum regem cõſtituit Rex Babylonius,iureiurando aſtrictum quòd nihil in ea regione eſſet innouaturus, nec Aegyptios adiuturus.Iterat annorum viginti & vnius, cum principatum accipere tentatus eadem matre qua frater Ioachinus, ſed iuſti ac decori negligens vt qui æquales quoque circa ſe haberet impios,quin & totus populus in eandem ſolutus eſt licentiam. Quamobrem ſæpenumero Ieremias propheta illum adiit,obteſtans vt omiſſis impietatibus iuſtitiæ curam geteret, néve aut ducibus mẽtem adhiberet, quod eſſent mali plerique,aut falſis prophetis crederet eum decipientibus & pollicentibus non oppugnaturum amplius vrbem babyloniã vincendúmque bello peritum ab Aegyptiis.Ioſephus antiq.Iud. lib 10.cap.10.

ε. Quæ eſt iuxtà.

[b. Si ergo quæratur quomodo rex & bellatores potuerunt exire? Dicendum quòd erat via ſubterranea,cuius introitus erat intra ciuitatem inter duos muros,& exitus erat longè à ciuitate vltra locum vbi erant Chaldæi,& per illam fugerat rex & alii cum eo. De Lyra.ibidem.]

c. Congruit ergo temporis ordo cum ratione vindictæ, menſe quinto legitur vaſtata ciuitas, quæ pentateuchum legis deſpexit,& decima die menſis: quoniam decalogum legis violando omnia contraria diuinis præceptis egit:fruſtra ſibi blandiẽs de ſecuritate,pro ſanctorum locorum habitatione. Vnde in ſuperioribus per eundem Ieremiã dominus dicit. Nolite confidere in verbis mendacii,dicentes: Templum domini,templum domini,templum domini,templum domini,&c. Rabanus ibidem.

ε. Sicariorum,vel laniorum, & infra.

d. Nabuzardan igitur princeps militiæ Regis babylonii menſe quinto,& 10. die meſis lunaris, ſolaris vero quinto calẽdas Auguſti lunæ.10.quam Hebræi decimum diem quinti menſis vocant,deſtructi ſunt muri ciuitatis,& templum pariter incẽſum atque vaſtatum eſt,anno ex quo fundari cœpit, 430. Eucher.4. Reg.vlt.

[e. Quis omnia vaſa aurea ponebant ad vnam partem & argentea ad aliam, & ærea ſimiliter ad aliam. De Lyra.ibi.]

ζ. Dauid namque conſtituit viginti quatuor ordines ſacerdotũ in miniſterio templi,vt legitur 1.Paral 15.& tres cuſtodes veſtibuli templi,& de ciuitate Ieruſalem eunuchum vnum,& ſeptẽ viros qui familiares illiuſ erant Sedechiæ regis aſtabant, licet 4. Reg. vlt. legatur ſolum quinque fuiſſe, ſed numerus minor nõ excludit maiorem, niſi cum ſigno adiunctõ. Dion.ibidem.

Universidad de Deusto Biblioteca

F tem secũdum,& tres custodes vestibuli. [g] ✠ Et de ciuitate tulit eunuchum vnum,qui erat præpositus super viros bellatores,& septem viros de iis qui videbant faciem Regis,qui inuẽti sunt in ciuitate,& scribam principem militum qui probabat tyrones,& sexaginta viros de populo terræ qui inuenti sunt in medio ciuitatis. Tulit autem eos Nabuzardan magister militiæ, & duxit eos ad Regem Babylonis in Reblátha. Et percussit eos Rex Babylonis,& interfecit eos in Reblatha in terra Emath. Et translatus est Iuda de terra sua.[h] Iste est populus quem transtulit Nabuchodonosor: In anno septimo Iudæos tria milia & viginti tres.In anno octauodecimo Nabuchodonosor transtulit de Ierusalem animas octingentas triginta duas. In anno vicesimotertio Nabuchodonosor transtulit Nabuzardam magister militiæ animas Iudæorum septingẽtas quadragintaquinque. ✠ Omnes ergo animæ quatuor milia sexcentæ. Et factum est in tricesimoseptimo anno transmigrationis Ioachim Regis Iuda duodecimo mense, vicesimaquinta mensis eleuauit Euilmerodach Rex Babylonis ipso anno regni sui caput Ioachim Regis Iudæ,& eduxit eum de domo carceris, & locutus est cum eo bona. Et posuit thronum eius super thronos Regum,qui erant post se in Babylone, & mutauit vestimenta carceris eius, & comedebat panem coram eo semper cunctis diebus vitæ suæ.Et cibaria eius cibaria perpetua dabantur ei à Rege Babylonis statuta per singulos dies,vsque ad diem mortis suæ,cunctis diebus vitæ eius.

[g. Continentes scilicet oleum gratiæ & misericordiæ sicut fatuæ virgines in pectore suo non habentes qui frustra supra viros bellatores constituuntur,cũ arrogantiam vitare non præmeditantur. Glosa ordina. ibidem.

h. Tribus vicibus, vt scriptura Regum & Paralipomenon refertur,Nabuchodonosor vastauit terram Iuda,hoc est primo cum Ioachim qui & Eliachim nominatus est, filium Iosiæ regis Iuda superatum,& vinctum catenis duxit in Babylonem,cũ vasis domus domini, quæ posuit in templo suo.Secundò cũ Ioachim cognomento Iechoniam filium eius simul cũ matre & eunuchis,principibus atque seruis eius trãstulit in babylonem, asportatis simul pretiosissimis vasis domus domini. Tertiò, cum Sedechiam cepit, oculisque priuauit, filios eius interfecit,ac meliores quosque occidit, nec est miserius adolescentis & virginis, senis & decrepiti, & incendit domum domini, murosque Ierusalem destruxit, & quicquid pretiosum fuerat,deuoluit est.Si quis autem euaserat gladium, ductus est in Babylonẽ,& seruiuit Regi & filiis eius. Rabanus ibid.

# Incipiunt θρῆνοι Threni, id est, lamentationes Ieremiæ, quæ קינות Cinoth Hebraicè inscribuntur.

A 

[a]T factum est postquam in captiuitatem redactus est Israel, & Ierusalẽ deserta est,sedit Ieremias propheta flens, & planxit lamẽtatione hac super Ierusalẽ,& amaro animo suspirãs & eiulãs,dixit. ALEPH.† [b] Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? † Facta est quasi vidua domina gentium: princeps prouinciarum facta est sub tributo?BETH.† [c] plorans plorauit in nocte,& lachrymæ eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam,ex omnibus charis eius. Omnes amici eius spreuerunt eam,& facti sunt ei inimici. GIMEL.[d] Migrauit Iudas propter afflictionem & multitudinem seruitu-

B tis.✠Habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.DALETH. Viæ Sion lugent,eo quòd non sint qui veniãt ad solennitatem.Omnes portæ eius destructæ, sacerdotes eius gementes: Virgines eius [1] squalidæ,] & ipsa oppressa amaritudine. HE. Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt, quia dominus [2] locutus est super ] eam propter multitudinem iniquitatũ eius. [e] Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem, ante faciem tribulãtis.

C VAV. Et egressus est à filia Sion omnis decor eius. Facti sunt principes eius velut [3] arietes] non inuenientes pascua,& abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.✠ ZAIN.Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suæ,& [4] præuaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat à diebus antiquis, cum caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator. Viderunt eam hostes, & derisерunt sabbata eius. HETH. [f] Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. Omnes qui glorificabant eam,spreuerunt illam,quia viderunt ignominiam eius.Ipsa autem gemens, & conuersa est retrorsum. TETH. Sordes [5] eius in pedibus ] eius, nec recordata est finis sui. Deposita est [6] vehementer,] non habens consolatorem.

D [g]. Vide domine afflictionem meam, quoniam [7] erectus est] inimicus. ✠ IOTH. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius, quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum,de quibus præceperas ne intrarent Ecclesiam tuam.CAPH.Om-

a. Hãc præfatiunculam Hebræi non habẽt. Septuaginta autem legũt pro prooemio libri: inquo notant tempus, actorem, materiam,& affectum.S.Tho.

b. Verbum est admirantis atque dolentis,non ignorantis aut scitantis Diony. ibidẽ.

c. Illæ illæ ecclesiæ sancti sunt prædicatores, qui infirmitati eius compatiuntur,& in aduersitate ecclesiæ amplius plangunt, qui uitam carnalium confringere prædicando nouerunt. Per ipsa quippe sancta ecclesia inquot à vitiis conterit, & quasi gluriens in membra sua cõuertit.Gre. Moral.lib.13. ca.7.

d. Iuda ideo de terra sua migrauit,quia peccando dominũ irritauit,& iniquitatibus suis eum ad vindictam prouocauit. De quo ipse per Isaiam locutus ait 43.Seruire me fecisti in peccatis tuis:præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis,&c. Raba. ibidem.

1. Afflictæ.

2. Afflixit.

[ e. Paruulos luget ductos, Rudes Christianos luget prædam fieri hæreticorum, atque omnẽ populum gementem & quærentem panem hæretici auferunt sensum natiuum catholicum, quem sub nomine papistico faciunt plebi abominabilem. Lorichius ibidem. ]

3. Catul.

4. Rebellionis.

f. Ob magnitudinem enim scelerum Ierusalẽ promeruit trãsmigrationem, & excidium, ipsique eam deridebant,nec condolentes illi gemitui eius consolationem vilem præbebant. Hiero ibidem.

5. In fimbriis.

6. Mirabiliter.

g. Quod est apertè dicere: Quoniam inimicus insequens earum superbiæ cõtra nos humiles attollit,tuo nos auxilio conditor omnipotens subleua te vicis ac repulsis hostibus nostros semper agones vidisse, tibi hos placuisse comproba. Beda in domi lubilare,homilia.

7. Inualuit.

nis populus eius gemens & quærens panem. Dederunt pretiosa quæque pro cibo, ad refocillandam animam. Vide domine & considera, [5] quoniam facta sum vilis. LAMED. [6] O vos omnes qui transitis per viam,] attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. * Quoniam [9] vindemiauit] me. ⊱ vt locutus est] dominus, in die iræ furoris sui MEM. De excelso misit ignem in ossibus meis, & [10] erudiuit me.] Expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum. Posuit me desolatam tota die mœrore confectam. ✠ NVN. [11] Vigilauit] iugum iniquitatum mearum in manu eius, conuolutæ [g] sunt & impositæ collo meo. Infirmata est virtus mea, dedit me dominus in manum de qua non potero surgere. SAMECH. [12 h] Abstulit] omnes magnificos meos dominus de medio mei, vocauit aduersum me tempus, vt contereret electos meos. Torcular calcauit dominus virgini filiæ Iuda. AIN. † Idcircò ego plorans, [i] & oculus meus deducens aquas, quia longe factus est à me consolator, conuertens animam meam. Facti sunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus. PHE. [k] Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam. ✠ Mandauit dominus aduersum Iacob, in circuitu eius [l] hostes eius, Facta est Ierusalem [13] quasi polluta menstruis] inter eos. SADE. Iustus est dominus, quia [1] os eius ad iracundiam prouocaui. Audite obsecro vniuersi populi, & videte dolorem meũ. Virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem. COPH. Vocaui amicos meos, & ipsi deceperunt me. Sacerdotes mei & senes mei in vrbe consumpti sunt, quia quæsierunt cibum sibi vt refocillarent animas suas. RES. Vide domine, quoniam tribulor, [14] conturbatus est venter meus.] Subuersum est cor meum in memetipsa, quoniam [15] amaritudine plena sum.] Foris interficit gladius, & domi mors similis est. ✠ SIN. Audierunt quia ingemisco ego, & non est qui consoletur me. Omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt quoniam tu fecisti. Adduxisti diem [16] consolationis,] & fient similes mei. TAV. Ingrediatur omne malum eorum coram te, & [17] vindemia eos sicut vindemiasti me] propter omnes iniquitates meas. Multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

g. Vilis plebs dei efficitur quando non cœlestia, sed terrestria spectatur. Greg. Moral. libro 25. cap. 26.
8. Nonne ad vos omnes spectat qui transitis per viam?
* Quem intulerunt mihi.
9. Attrixit.
[10. castigauit ea, vel dominat° est eis, sub ignis.
11. Ligatum est.
12. Conculcauit.
h. Non abstulit omnes Iudææ fortes dominus quando in Babyloniam regionem captiuus ductus est populus Iudæorum, sed quando Christus aduenit & libertatem animæ suæ captiuæ non vidit, nescientes gradibus incuruata peccatis, mentis suæ erigere cernicem, & quæ dam fidei colla ad lucem cognitionis attollere. Ambro. in Psal. 118. ser. 15.
i. Oculi mei non solum corporis, sed etiam mentis hebetati sunt, & quadam cæcitate omnis sensus obductus est, quoniam ereptus est mihi qui conuertit animam meam, & ad spem maximam de summa rerum desperatione reuocauit. Ambro. de obitu Valentini imperat.
k. Dignum remuneratione m recepit, vt quæ expandentem manus audire neglexit, & sub alas eius succedere, ipsi postea expl deret manus, & consolantem in uenire non posset. Ambro. in Psal. 118. Ser. 17.
13. In abominationem.
l. Os dei filius dei patris est, id est, Christus dominus de quo Ieremias ex persona Iudæorum effatus ait: Quia os eius ad iracundiam prouocaui. Augu. de essentia diuinitatis.
14. Cõturbata sunt viscera mea.
15. Rebellans rebellauerim.
16. Quem uocasti.
17. Fac eis sicut fecisti mihi.

## ALEPH. II.

a. Miratur propheta super excidio vrbis tam celebris, quo ad diuinam dignationẽ, quæ præter cæteras vrbes eam elegerat. Quo ad regiam dignitatem supra cætera regna sublimem: & quo ad diuinũ cultum, ob quẽ scabellum pedum suorum Ierusalem statuit. S. Tho. ibidẽ.
1. Decorem, siue gloriam.
2. Tabernacula.
3. Filiæ.
b. Dextera enim significat præcipuam partem prosperam, lætitiam fortitudinem, illuminationẽ cõsiliũ, quæ dominus præstantibus confert quando victoriam donare dignatur. Hieron. ibidem.
4. Palatia.
5. Multiplicauit in filia Iuda luctum, & lamentum.
6. Testimonium suum, scilicet arcam & propitiatorium.
7. Execratus est sanctuariũ suũ.
c. Cogitatio dei & recogitatio eius est mutationum rerum immutabilis ratio. Neque enim sicut hominem, ita & deum, cuiusquam facti sui pœnitet, cuius est omnibus ummo rebus ram fixa sententia, quam certa præscientia Aug. de ciui. dei li. 15. ca. 25.

8. Sæcis.
d. Quod enim maius dolendum fuit, quàm quòd natio antiqua, & semen patriarchatum atque amicorum dei diuinis legibus erudita, & prophetarum oraculis sæpius confortata, in tantam apostasiam venerit, vt dei sui oblita propter immanitatẽ scelerum traderetur in manus hostium dei nomen blasphemantium. Rabanus ibid.

9. Propter.

a Vomodo obtexit caligine in furore suo dominus filiam Sion? Proiecit [a] de cœlo in teram [1] inclytam] Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui. BETH. Præcipitauit dominus nec pepercit? omnia [2] speciosa] Iacob, destruxit in furore suo munitiones [3] virginis] Iuda, & deiecit in terram: polluit regnum & principes eius. GIMEL. Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel, auertit retrorsum dexteram suam à facie inimici, & succendit in Iacob quasi ignem flammæ deuorantis in gyro. ✠ DALETHT. Tetendit [b] arcum suum quasi inimicus, firmauit [b] dexteram suam quasi hostis, & occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quasi ignẽ indignationem suam. HE. Factus est dominus velut inimicus, præcipitauit Israel. Præcipitauit omnia [4] mœnia] eius, dissipauit munitiones eius, & [5] repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam.] VAV. Et dissipauit quasi hortũ tentorium suũ, & demolitus est [6] tabernaculum suũ.] Obliuioni tradidit dominus in Sion festiuitatem & sabbatũ, & in opprobrium, & in indignationem furoris sui Regem & sacerdotem. ✠ ZAIN. Repulit dominus altare suum, [7] maledixit sanctificationi suæ.] tradidit in manus inimici muros turrium eius. Vocem dederunt in domo domini, sicut in die solenni. HETH. [c] Cogitauit dominus dissipare murũ filiæ Sion, tetendit funiculum suum, & non auertit manum suam à perditione. Luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est. TETH. Defixæ sunt in terra portæ eius, perdidit & contriuit vectes eius, Regem eius & principes eius in gentibus. Non est lex, & Prophetæ eius non inuenerunt visionem à domino. IOTH. Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion, conspersérunt cinere capita sua. Accincti sunt [8] ciliciis,] abiecerunt in terram capita sua virgines Ierusalem. ✠ CAPH. [d] Defecerunt præ lachrymis oculi mei, cõturbata sunt viscera mea. Effusum est in terra iecur meum [9] super] contritione filiæ populi mei, cum deficeret paruulus & la-

& lactens in platéis oppidi. L A M E D. [c] Matribus ſuis dixerunt: vbi eſt triticum & vinum? cum deficerent quaſi vulnerati in platéis ciuitatis, cum exhalarent animas ſuas in ſinu matrum ſuarum. M E M. [10] Cui comparabo te? ] vel cui aſſimilabo te filia Ieruſalem? Cui exæquabo te? & conſolabor te virgo filia Sion? Magna eſt enim velut mare contritio tua. Quis medebitur tui? N V N. [†f] Prophetæ tui viderunt tibi falſa
† 43. diſt. c. 1.
E & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. [ℌ] Viderunt autem tibi [11] aſſumptiones falſas] & eiectiones. S A M E C H. [g] Pulſauerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam, ſibilauerunt & mouerunt capita ſua ſuper filiam Ieruſalem, hæccine eſt vrbs, [12] dicentes, perfecti decôris, ] gaudiũ vniuerſæ terræ? P H E. Apperuerunt ſuper te os ſuum omnes inimici tui, ſibilauerunt, & fremuerunt dentibus ſuis, & dixerunt: deuorabimus. En iſta eſt dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus. A I N. † Fecit deus quæ cogitauit, compleuit ſermonem ſuum † quẽ
† Leuit. 26. b
† Deut. 28. b
præceperat à diebus antiquis. Deſtruxit & nõ pepercit, lætificauit ſuper te inimicum,
F & exaltauit cornu hoſtium tuorum. [ℌ] S A D E. Clamauit cor eorum ad dominum,
† Thre. 2. c. 14. c. & ſup. 2. e
[13] ſuper muros filię Sion. † Deduc quaſi] torrentem lachrymas per diem & noctem, nõ des requiem tibi, neque taceat pupilla [h] oculi tui. C O P H. Conſurge, [14] lauda] in nocte, in principio vigiliarum, effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum domini. [i] Leua ad eum manus pro anima paruulorum tuorum, qui fame pereunt in capite omnium compitorum. R E S. Vide domine & [15] conſidera, quem vindemiaueris ita.]
G [ℌ] Ergóne comedent mulieres fructum ſuum, paruulos [16] ad menſuram palmæ? Sic occiditur] in ſanctuario domini ſacerdos & Propheta. S I N. Iacuerũt in terra foris puer & Senex, virgines meæ & iuuenes mei ceciderunt in gladio. Interfeciſti in die furoris tui, percuſſiſti, nec miſertus es. T A V. [k] Vocaſti quaſi diem ſolennem qui terrerẽt me de circuitu, & non fuit in die furoris domini qui effugeret & relinqueretur. Quos edu caui & enutriui, inimicus meus conſumpſit eos.

[e. Decimus queſtionis locus, in quo infirmitas & inopia deploratur. Luget & deplorat paruulos deficere, matribus ſuis dicere, vbi eſt triticum? Lyra intelligit defectum nutrimenti ſacræ doctrinæ triticum ſolidi cibi, & vinũ correctionis grauis. Lor.]
10. Quale tibi ferã teſtimoniũ.
f. Prophetę quippe in ſacro eloquio nõnunquam doctores vocantur, qui dũ fugitiua eſſe præſentia indicant, quæ ſunt vêra manifeſtant. Greg. Paſtoral. par. 2. cap. 4.
11. Propherias vanas.
g. Paſſionem dñi Saluatoris prophetati liquet, & defleti ab Ieremia, non excidium Iudæorum quod eum ex aliis, tum ex illo intelligi poteſt, quia in poſterioribus habet infra 4. Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus dominus comprehẽſus eſt in interitu noſtro, ſub cuius vmbra diximus, viuemus inter gentes. Ambr. in Pſal. 118. Ser. 15.
12. Quam dicebãt coronam pulchritudinis.
13. O mure filiæ Sion deduc quaſi, &c.
h. Oculi igitur qui torrẽtes deducant lachrymis ſuis, ipſi ductus aquarum deſcendunt, hoc eſt, * emulantur vt faciant eos ſuis augẽtes fletibus impetu exundare torrentium. Ambro. in Pſal. 118 Ser. 17.
14. Vociferare.
i. Nonne & apertę concluſionis oſtendit anguſtias, & monet vt intentione cordis, in quo eſt occaſio melioris obturus, remedium tibi ſalutare prouideas! Ambr. in Pſal. 118. Ser. 19.
15. Aſpice cui ſic feceris.
16. Infantiles. Nõne occidentur?
[k. Quaſi diceret: Sicut ad ſolẽnitatem promptè & libenter cõfluunt homines, ſic gẽtes in circuitu Iudæę habitãtes promptè & gaudentes venerunt cũ Chaldæis ad deſtructionem vrbis. De Lyra. ibid.]

## *ALEPH.* III.

A [a] Go vir videns [1] paupertatẽ] meam, in virga indignationis eius. A L E P H. Me [2] minauit] & adduxit in tenebras: & non in lucem. A L E P H. Tantum in me [3] vertit: ] conuertit manum ſuam tota die. B E T H. Vetuſtam fecit pellem meam & carnem meam, contriuit oſſa mea. B E T H. Ædificauit [4] in gyro meo, ] & circundedit me felle & labore. B E T H. [b] In tenebroſis collocauit me: quaſi mortuos ſempiternos. G I M E L. Circumædificauit aduerſum me vt non egrediar, aggrauauit compedem meum. G I M E L. [c] Sed & cum [5] clamauero, & cum rogauero, ] excluſit orationem meam. G I M E L. Concluſit vias meas la-
B pidibus quadris, ſemitas meas ſubuertit. [ℌ] D A L E P H. Vrſus inſidians factus eſt mihi, * leo in abſcondito. D A L E P H. Semitas meas ſubuertit & confregit me, poſuit me deſolatam. D A L E P H. Tetendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. H E. Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ. H E. Factus ſum in deriſum omni populo meo, canticum eorum tota die. H E. Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me abſinthio. V A V. Confregit [6] ad numerum dentes meos, cibauit me cinere. ] V A V. Et repulſa eſt à pace anima mea, oblitus ſum bonorum. V A V. Et
C dixi: periit [7] finis meus, ] ſpes mea à domino. Z A I N. Recordare paupertatis & [8] tranſgreſſionis] meæ, abſinthij & fellis. Z A I N. [9] Memoria memor ero, & tabeſcet] in me anima mea. Z A I N. Hæc recolens in corde meo, in deo ſperabo. H E T H. [d] Miſericordiæ domini quia non ſumus conſumpti, quia non defecerunt miſerationes eius. H E T H. [10] Noui] diluculo, multa eſt fides tua. H E T H. Pars mea dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. T E T H. [e] Bonus eſt dominus ſperantibus in eum, animę quęrenti illum. T E T H. Bonum eſt pręſtolari cum ſilentio ſalutare domini. T E T H. Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. ] I O T H. Sedebit ſolitarius & tacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe. I O T H. Ponet in pul-

[a. In hoc cap. Ieremias ſuã miſeriam lamẽtatur & populi, vnde queritur videſ paupertatem ſuam in ſpoliatione ciuitatis, & captiuatione populi. In virga vindictæ & correctionis dei. De Lyra ibid.]
1. Afflictionem.
2. Deduxit.
3. Conuertetur.
4. Aduerſum me.
b. In tenebroſis collocat, quaſi mortuos ſempiternos, quando omni ſtudio deſtitutos nullam ſinit de præſenti vita conſolationem ſperare afflictos. Raba. ibidem.
c. Omnipotens deus quid nobis profuturum eſſe valeat ſciens, diſſimulat exaudire dolentium vocem, vt augeat vtilitatem, vt purgetur vita per pœnam: & quietis trãquillitas, quia hic inueniri non valet, alibi quæratur Hieron. ibid.
5. Clamarem & rogarem.
* Et.
6. Lapillis dentes meos, verſauit me in puluere.
7. Robur meum.
8. Aerumnæ.
9. Recordando recordabor, & incuruabitur.
[d. Hic propheta confitetur diuinam miſericordiam quę ſemper comitatur iuſtitiam ſuam, propter quod pœna inflicta, eſt patiẽter tolerãda. De Lyra. ib.]
10. Nonne miſericordiæ ſunt, ſub.
e. Hęc vtique quid aliud aſtruũt niſi bonæ excluſionis hanc interpretationem videri? Quis enim ſuſtinet dominum, niſi ſtudiũ charitatis? Quis eſt qui ſperat, niſi qui quod ſperat, optat & diligit? Ambro. in Pſal. 118. Serm. 9.

uere os suum,si fortè sit spes.IOTH. Dabit percutienti se maxillam , saturabitur opprobriis.§ CAPH.[f] Quia non repellet in sempiternum dominus. CAPH. Quia si [11]abiecit &]miserebitur,secundum multitudinem misericordiarum suarum.CAPH. Non enim humiliauit in corde suo,& [12] abiecit]filios hominum.LAMED.[g] Vtcõtereret sub pedibus suis omnes vinctos terræ. LAMED. Vt declinaret iudiciũ viri,in conspectu vultus altissimi.LAMED. Vt peruerteret hominem in iudicio suo,dominus ignorauit.MEM.Quis est iste qui dicit vt fieret,domino nõ iubente?MEM.† Ex ore altissimi non egredientur,nec mala,nec bona.MEM.† Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis ? NVN. Scrutemur vias nostras & quæramus,& reuertamur ad dominum.§ NVN. Leuemus corda nostra cum manibus,ad dominũ in cœ- [h] los. NVN. Nos iniquè egimus,& ad iracundiam prouocauimus,[h] idcircò tu [13] inexorabilis es.]SAMECH. Operuisti in furore & percussisti nos, occidisti nec pepercisti.SAMECH. Opposuisti nubem tibi,ne trãseat oratio. SAMECH.Eradicationem & abiectionem posuisti me in medio populorum. PHE. Aperuerunt super nos os suum omnes inimici. * PHE. Formido & laqueus facta est nobis [14] vaticinatio]& contritio.PHE. [15] Diuisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei. AIN. [i] Oculus meus [16] afflictus est, nec tacuit, ] eo quòd non esset requies. §AIN. Donec respiceret & videret deus de cœlis.AIN. Oculus meus [17] deprædatus [i] est]animam meam, in cunctis filiabus vrbis meę. SADE. Venatione ceperunt me, quasi auem inimici mei gratis.SADE. [18]. [k] Lapsa est in lacum vita mea, ]& posuerunt lapidẽ super me.SADE.Inundarunt aquę super caput meũ,dixi:perij.COPH. [l]Inuocaui nomen tuum domine,[19] de lacu nouissimo.]COPH.Vocem meam audisti, ne auertas aurem tuam à singultu meo & clamoribus. COPH. Appropinquasti in die quando inuocaui te,dixisti: ne timeas.§ RES.Iudicasti domine causam animę [G] meæ,redemptor vitæ meæ. RES. Vidisti domine [20] iniquitatem illorum aduersum me,]iudica iudicium meum. RES. Vidisti omnem furorem, vniuersas cogitationes eorum aduersum me. SIN. [m] Audisti opprobrium eorum domine, omnes cogitationes eorum aduersum me. SIN. Labia insurgentium mihi,& meditationes eorum aduersum me tota die. SIN.Sessionem eorum & resurrectionem eorũ vide, ego sum psalmus eorum.TAV.Reddes eis vicem domini,iuxta opera manuũ suarum. TAV Dabis eis scutum cordis,[21] laborem tuum.]TAV. Persequêris in furore tuo, & conteres eos sub cœlis domine.

f. Ex his, vel cæteris quæ sequũtur, aduertimus quia ideo humiliat sub pedes suos omnes vinctos terræ, & iudicium eius declinemus. Ambr. de pœ. li. 1. c. 4.
11 Dolore affecerit.
12. Dolore affecit.
g In regno suis & stulti diaboli natus est Christus puer sapiẽs & idcirco dicit:regnum meum non est de hoc mundo. De quibus dixit Ieremias in lamentationibus: Vt contereret sub pedibus eius omnes vinctos terræ. Vnde processit ad regnum , vt sub sua potestate haberet cœlestia simul & terrestria : vt post resurrectionem suam ait: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Rab. in 15. cap. Eccles. h. Qui enim præterita non plãgunt , & nouis peccatis prouocant deum, quotidie deum delinquendo inexorabilẽ reddũt Glosa ord. ibid. ]
13. Non pepercisti.
* Nostri.
14 Vastatio,
15 Riuos.
[i. Oculus meus affect⁹ est à mœrore & infirmitate, nec tacuit. i. nec flere cessauit,eo q̃ non esset requies,sed labor & miseria. De Lyra ibid ]
16. Defluit & non cessat. *
17 Dolere fecit.
18 Coniecerunt in lacum vitã meam.
k. Euidẽtissima hæc sepulturæ eius indicia prophetici vocib⁹ designata sunt. Cyprian. in Symbolo. Apost.
l. Quid enim lacum nouissimũ, nisi infernum inferiorẽ, scilicet limbũ patrum intelligere debemus? De quo in Psal. scriptum est: Eruisti animã meam ex inferno inferiori. Inuocauit ergo redemptor noster nomen domini de lacu nouissimo, cum in virtute diuinitatis descendit ad inferos,& suus reuersus ad superos. Hieron. ibid.
19. De carcere infimo.
20. Incursationem meam.
[m. Insultando enim & subsannando nõ minus contra caput sęuitur quàm contra corpus, quasi iudices & doctores in cathedra pestilentiæ sedẽtes, quorum nullus fouetur medicamine. Glosa ord. ibid.
21 Maledictionem.

## *ALEPH.* 1111.

[a] QVomodo obscuratum est aurum,mutatus est color optimus, dispersi [A] sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum?BETH.[b] Filij Sion incliti & amicti auro [1] primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli ? GIMEL. Sed & [2] lamiæ nudauerunt ]mammam, lactauerunt catulos suos. Filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto. DALETH. Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti,[c] paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. HE. Qui vescebantur voluptuosè, interierunt in viis: qui nutriebantur in [3] croceis, ]amplexati sunt stercora. VAV. † Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento, & non [4] ceperũt in ea manus.§ ZAIN.Candidiores Nazaręi eius niue, nitidiores lacte, [B] rubicundiores [5] ebore antiquo , sapphiro pulchriores.]HETH. Denigrata est [6] super carbones ]facies eorum , non sunt cogniti in platéis. Adhæsit cutis eorum ossibus , aruit & facta est quasi lignum. TETH. † Melius fuit occisis gladio quàm interfectis fame,quoniam isti extabuerunt,consumpti à sterilitate terræ. IOTH.† Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos , facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.CAPH. Compleuit dominus furorem suum, effudit iram indignationis suę. Et succendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius. LAMED.[d] Non crediderunt reges terræ,& vniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur

a. Aurum namque obscuratum est, quia in eis ille antiquus fides atque innocentiæ splendor fraudẽ perfidiæ malitiæ in nocte fuscauit. Greg. Moral. libro. 18. cap. 20.
b. Filij illius speculationis , filij superæ Ierusalem , inclyti per dignitatem cõditionis,amicti auro primo per diuinitatis imaginem . Quomodo ergo ex his reputati sumus inter vasa testea,lutea,& fragilia? Bern. de verb. apo. sec. 2.
1. Obrizo,vel puro.
2. Dracones extraxerunt.
c Hoc est,indocti quæsierũt pabulum verbi dei, quo ad virtutem bonæ operationis conualescerent reficerentur: nec erat,magistris deficientibus,qui eis arcana scripturarũ patefacerent, eósque ad viam veritatis instituerent. Beda homil. do. 7. post Trinit.
3. Cocco.
4. Timuerunt.
5. Aspectu qui gemmæ,ex Sapphyro est sectio eorum.
6. Supra nigredinem.
d. Propter peccata cũ scribarũ & Pharisæorum,necnon & pontificum Iudæorũ,qui sanguinẽ redẽptoris & prophetarũ atque Apostolorũ eius effuderũt, captiuitas Ierusalem atque deuastatio maximè euenit. Rab. ibi.

c gredereturhostis & inimicus per portas Ieruſalem. ᵍ M E M. ᵉ Propter peccata Prophetarum eius, & iniquitates ſacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius ſanguinem iuſtorum. N V N. ⁷ ᶠ Errauerunt ] cæci in platéis: polluti ſunt ſanguine. Cumque non poſſent ⁊ intrare, ] tenuerunt laſcinias ſuas. S A M E C H. Recedite polluti clamauerunt eis, recedite, abite, nolite tangere. Iurgati quippe ſunt, & commoti, dixerunt inter gentes, non addet vltrà vt habitet in eis. P H E. ᵍ ⁸ Facies ] domini diuiſit eos, non addet vt reſpiciat eos. Facies ſacerdotum non ⁹ erubuerunt, ] neque ſenum miſerti ſunt. A I N. Cùm adhuc ſubſiſteremus: defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum, cum reſpiceremus attenti ad gentem quæ ſaluare nos non poterat.
D ᵍ S A D E. ¹⁰ Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum, ] appropinquauit finis noſter, completi ſunt dies noſtri, quia venit finis noſter. C O P H. Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cœli, ſuper montes perſecuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis. R E S. ʰ Spiritus oris noſtri, Chriſtus dominus captus eſt ¹¹ in peccatis noſtris, ] cui vidimus: in ⁱ vmbra tua viuemus in gẽtibus. S I N. Gaude & lætare filia Edom quæ habitas in terra Hus. Ad te quoque perueniet calix, inebriaberis atque nudaberis. T A V. Completa eſt iniquitas tua filia Sion, non addet vltrà vt tranſmigret te. ¹² Viſitabit ] iniquitatem filia Edom: ¹³ diſcooperiet ] peccata tua.

## ORATIO IEREMIÆ. V.

A [R]ECordare domine quid acciderit nobis, intuere & reſpice opprobrium noſtrum. Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtræ ad extraneos. pupilli facti ſumus abſque patre, matres noſtræ quaſi viduæ. Aquam noſtram pecunia bibimus, lingua noſtra pretio comparauimus. ᵏ Ceruicibus noſtris minabamur, laſſis ] non dabatur requies. Ægypto dabimus manum & Aſſyriis,
B vt ſaturaremur pane. ᵍ ᵇ Patres noſtri peccauerunt, & nõ ſunt, & nos iniquitates eorum portauimus. Serui dominati ſunt noſtri, non fuit qui redimeret de manu eorum. In animabus noſtris afferebamus panem nobis, à facie gladij in deſerto. Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt, ¹ à facie tempeſtatum ] famis. Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda. Principes manu ſuſpenſi ſunt, facies ſenum non
c ³ erubuerunt. ] ᵍ Adoleſcentibus ⁴ impudicè abuſi ſunt ] & pueri in ligno corruerunt. Senes defecerunt de portis, iuuenes de choro pſallentium. ᶜ Defecit gaudium cordis noſtri, verſus eſt in luctũ chorus noſter. ᵈ Cecidit corona capitis noſtri. Væ nobis quia peccauimus. Propterea mœſtum factum eſt ⁊ in dolore ] cor noſtrum, ideò contenebrati ſunt oculi noſtri. Propter montem Sion quia diſperiit, vulpes ambulauerunt in
D eo. ᵍ Tu autem domine in æternum permanebis, ſolium tuum in generationem & generationem. Quare in perpetuum obliuiſcêris noſtri, derelinques nos in longitudinẽ dierum? Conuerte nos domine ad te, & cũuertemur, innoua dies noſtros ſicut ⁵ à principio. ] Sed proiiciens repuliſti nos, iratus es contra nos vehementer.

[e. Tangitur prædictæ miſeriæ cauſa duplex. Prima eſt occiſio innocẽtum in Ieruſalem, & maxime tempore Manaſſe. 4. Reg. 24. De Lyra ibid. ]
7. Moti ſunt.
f. Per inertiam ergo doctorum tenebris ignorantiæ ex cæcitate errauerunt in platéis turmæ plebium: quia dũ ſe ad illecebras tradunt voluptatum, rectum cælem non tenent diuinorũ præceptorum. Hieron. ibid.
8. ira.
[g. Quaſi quia facies ſacerdotũ non erubuerunt, imo deum in eis contemſerunt: nec deum in ſuis ſacerdotibus reueriti ſunt, ideo diuiſi ſunt à facie domini, quia extendit manum ſuam in retribuendo. Diuiſi ſunt: quia alij per orbem diſperſi ſunt, alij ad fidem conuerſi ſunt. Gloſa ordi. ]
9. Reueriti ſunt.
10. Inſidiati ſunt greſſibus noſtris, ne ambularemus in platéis noſtris.
h. Audit quomodo propheta dicit Chriſtum dominum cõprehenſum eſſe, & prò nobis, i. peccatis noſtris corruptioni traditum. Cypt. de Symbolo Apoſt.
11. In retibus eorum.
i. Vmbra alarum, vmbra crucis, vmbra eſt paſſionis ipſius mors vita eſt, ipſius vulnus vita eſt, ipſius ſanguis vita eſt, ipſius ſepultura vita eſt, ipſius reſurrectio vita eſt vniuerſorum. Ambr. in Pſal 26.
12. Viſitauit.
13. Diſcooperuit.
1. Recordare quid acciderit nobis in calumnia vaſtationis: intuere & reſpice opprobrium noſtrum quod paſſi ſumus ab his qui duxerunt nos quaſi ſeruos captiuos, in terram alienam, & abuſi ſunt noſtri ad ſeruitium ſuum. Hieron. ibid.
k. In ſeruitce noſtra paſſi ſumus perſecutionẽ, laſſati ſumus, &.
b. Ideo iniquitates eorũ portauerunt, quia imitatores eorum in nequitia extiterunt, iuxta illud quod ſcriptum eſt Iere. 31. Patres noſtri comederũt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt. Raba. ibi.
2. Præ horrore.
3. Venerati ſunt.
4. Ad molendum ſuſtulerunt.
c. Cõcluditur miſeria in qua ciuitas deſolata tandem capta & deſtructa eſt: & hoc quãtum ad defectum perſonarum lætitiæ regni & templi. S. Tho. ibid.
[d. Delectionem regni Iudæorum deſignat, quorum & honor periit, & gloria. vnde ſupra. Die regi, & dominatrici: Humiliamini & ſedete. Regnum enim Iudæorũ vſque ad ſoabrim paulatim deſcendit, in Sedechia omnino cecidit: Vnde vox captiuorum luctuoſa additur: Væ nobis quia peccauimus. Glo. ord. ]
5. Ab antiquo.

## INCIPIT PRÆFATIO IN Librum Baruch.

[L]*iber iſte qui Baruch nomine prænotatur, in Hebræo canone non habetur, ſed tantum in vulgata editione: ſimiliter & epiſtola Ieremiæ. Propter notitiam autem legentium, hæc ſcripta ſunt, quia multa de Chriſto, nouiſſimiſque temporibus indicant.*

# Incipit Baruch Prophetia.

*Iudæi à Babylone in Ieruſalem mittunt librum Baruch ad reliquos fratres, vt pro ipſis rogent.* Cap. I.

[a]T hæc verba libri quæ ſcripſit Baruch [b] filius Neriæ filij Mahaſiæ filij Sedechiæ filij Sedei, filij Helchię in Babylonia in anno quinto, in ſeptima die menſis, in tempore quo ceperunt Chaldæi Ieruſalem, & ſuccenderunt eam igni. [c] Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioachim regis Iuda, & ad aures vniuerſi populi venientis ad librum, & ad aures potentium filiorum regum, & ad aures preſbyterorum, & ad aures populi, à minimo vſque ad maximum eorum omnium habitantium in Babylonia ad flumem Sodi. Qui audientes plorabant & ieiunabant, & ]orabant in conſpectu domini. Et collegerunt pecuniam ⸗ in conſpectu domini, ]ſecundum quod potuit vniuſcuiuſque manus. [d] Et miſerunt in Ieruſalem ad Ioachim [e] filium Helchiæ, filij Salon ſacerdotem, & ad ſacerdotes, & ad omnem populum qui inuenti ſunt cum eo in Ieruſalem, cum acciperent vaſa templi domini quę ablata fuerant de templo, reuocare in terram Iuda, decima die menſis [d] Siban, vaſa argentea quę fecit Sedechias filius Ioſiæ rex Iuda, poſteaquam accepiſſet Nabuchodonoſor rex Babylonis Iechoniam & principes, & [2] vinctos & ]potentes, & populum terræ à Ieruſalem, & eduxit eos vinctos in Babylonem. Et dixerunt: Ecce miſimus ad vos pecunias, de quibus emite holocauſtomata, * & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram domini dei noſtri. Et orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babylonis, & pro vita [c] Balthaſar filij eius, vt ſint dies eorũ ſicut dies cœli ſuper terrã, & vt det dominus virtutem nobis, [g] & illuminet oculos noſtros, vt viuamus ſub vmbra Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſub vmbra Balthaſar filij eius, & ſeruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conſpectu eorum. Et pro nobiſipſis orate ad dominum deum noſtrum, quia peccauimus domino deo noſtro, & non eſt aduerſus furor * eius à nobis vſque in hunc diem. Et legite librum iſtum quem miſimus ad vos recitari in templo domini in die ſolenni, & in die opportuno. Et dicetis: † Domino deo noſtro iuſtitia, nobis autem confuſio faciei noſtræ, ſicut eſt dies hæc, omni Iuda & habitantibus in Ieruſalem, regibus noſtris, & principibus noſtris, ſacerdotibus & Prophetis noſtris, & patribus noſtris. † [g] Peccauimus ante dominum deum noſtrum, & non credidimus, ⸗ diffidentes in eum, & non fuimus ſubiectibiles illi, ] & non obaudiuimus vocem domini dei noſtri vt ambularemus in mandatis eius quæ dedit nobis. [f] A die qua eduxit patres noſtros de terra Ægypti, vſque ad diem hanc, eramus incredibiles ad dominum deum noſtrum, & diſſipati receſſimus ne audiremus vocem ipſius. Et adhæſerunt nobis multa mala, & [g] maledictiones, † quæ conſtituit dominus Moyſi ſeruo ſuo, [3] qui ]eduxit patres noſtros de terra Ægypti, dare nobis terram fluẽtem lac & mel, ſicut hodierna die. Et non audiuimus vocem domini dei noſtri, ſecũdum omnia verba Prophetarum quos miſit ad nos, ⸗ & ad iudices noſtros, & abiuimus vnuſquiſque in ſenſum cordis noſtri maligni, operari diis alienis, facientes mala ante oculos domini dei noſtri.

*Iudæi peccata ſua captiui agnoſcentes deo gratias agunt, quòd viui & non mortui dant gloriam deo, propterea deus illis æternum pollicetur teſtamentum.* II.

Propter

a. A ברך berech benedicere verba Hebræo ſit. ברוך Baruch, benedictus, & ברכה beracha, benedictio. Baruch pheta inſigni familia natus, & in patria lingua egregie doctus, & Ieremiæ prophetæ ſcriba diligentiſſimus. Is magiſtrũ ſemper ſecutus, & tribulationũ eius particeps effectus, cum illo in carcerem à Sedechia conijcitur, ſed à Nabuſardan liberatur: dominum ſuum in Aegyptum comitatus. Vbi cum poſt paucos dies magiſter eius occiſus eſt, Babylonem petiit, vbi hunc librum ſcripſit.

b. Vbicũque prophetæ pater in principio prophetiæ & titulo ponitur, ipſe etiã propheta fuit, & de genere ſacerdotali: & eadem videtur ratio de auo, abauo, tritauo, &c. Hieron. ibid. & in principio Iere.

c. An in Palæſtina occulta ſunt ſalutis negotia? An in modico orbis angulo? Non audiſti propheram dicentem: Quoniã omnes cognoſcent me à paruo vſque ad magnum. Quomodo ergo veniam habebunt iſti, cũ veritatis doctrinam expoſitam videant, & manifeſtam, & tamen nec ſitiant nec curant quo illi diſcant. Chryſoſt. in 14. cap. Rom. homi. 26.

d. Sed, & fleuerunt & ieiunauerunt, & orationes.

d. Siban vel Sinan ſecundũ priſcos Hebræos incipientes annũ à Martio, tertius menſis erat. Secundum verò nouos Hebræos annum, incipientes à Septembri nonus erat. At ſecũdum Latinos à Ianuario annũ incipientes, quintus eſt, noſtro malo reſpondens: & in eo ſemper erat feſtum Pentecoſtes.

2. Cunctos vel victos.

* Et pro peccato.

e. Balthaſar rex Babyloniæ regnare cœpit 65. anno captiuitatis Iudæorũ, ſub cuius anno quinto & vltimo eſt capta Babylon 70. quidem anno captiuitatis à Cyro rege Perſarum. Vnde nõ facile conijcio quo pacto orent pro eo, niſi fuerit alter Balthaſar filius Nabuchodonoſor, quẽ regnaturum ſperarent poſt patrem ſuum, quo morte peremptu regnauit frater eius Euil merodach. 18. annis. Poſt quẽ Regnauit 3. an. Labaſſardach. 6. an. & Balthaſar 4. an.

[f Primò ergo confitetur peccata ſua & populi prophetæ, vt oraturi diſcant ſe humiliare. Non orant, ſed orationem ſimulant & dupliciter peccant, qui volũt videri oratores, eùm interim do mos pratextu longæ orationis deuorent. Lorychius ibid.]

* Et ira.

g. Maledictiones pro diuinorũ tranſgreſſione mandatorum, ſicut & benedictiones pro eorum obſeruatione Deut. 28. legimus: quæ poſtea dictæ ſunt populo in monte Garizim & Hebalſti per iuſtos & peccatores. Hieron. Danie. 9. & Gala. 3.

3. In die qua.

A PROpter quod [a] statuit dominus deus noster verbum suum quod locutus est ad nos, & ad iudices nostros, qui iudicauerunt [b] in Ierusalem,] & ad reges nostros,& ad principes nostros,& ad omnem Israel & Iuda,vt adduceret dominus super nos mala magna quæ non sunt facta sub cœlo, †Deut.28.f quemadmodum facta sunt in Ierusalem† secundum quę scripta sunt in lege Moysi,vt manducaret homo carnes filij sui,& carnes filiæ suæ. Et dedit eos * in manu regum omnium,qui sunt in circuitu nostro,in improperium & in desolationé, & in omnibus populis * in quibus nos dispersit dominus. Et facti sumus subtus, & †Sup.1.c B non supra,quia peccauimus domino deo nostro,non obaudiendo voci ipsius.†ℱ Domino deo nostro iustitia,nobis autem & patribus nostris confusio faciei,sicut est dies hæc. Quia locutus est deus super nos omnia mala hæc quæ venerunt super nos, [b] & non sumus deprecati faciem domini dei nostri, vt reuerteremur vnusquisque nostrū à viis nostris pessimis. Et vigilauit dominus in malis,& adduxit ea super nos,[c] quia iustus est dominus in omnibus operibus suis quę mandauit nobis, & non audiuimus †Dan.9.d vocem ipsius vt iremus in præceptis domini quæ dedit ante faciem nostram.† Et nunc domine deus Israel,quia eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu valiC da,ℱ & in signis & in prodigiis,& in virtute tua magna,& in brachio excelso, & fecisti tibi nomen sicut est dies iste: peccauimus,impiè gessimus,iniquè egimus,domine deus noster in omnibus iustitiis tuis. Auertatur ira tua à nobis, quia derelicti sumus pauci inter gentes,vbi dispersisti nos.Exaudi domine preces nostras,& orationes nostras,[d] & educ nos propter te, & da nobis inuenire gratiam ante faciem eorum qui nos abduxerunt, vt sciat omnis terra, quia tu es dominus deus noster, & quia no† Deut. 26.d men tuum inuocatum est super Israel, & super genus ipsius.†Respice domine de doD mo sancta tua * in nos, & inclina aurem tuam & exaudi nos.ℱ † Aperi oculos tuos †Isa.65.d & vide,[e] quia † non mortui qui sunt in inferno,quorum spiritus acceptus est à visce†Psal.113.d. ribus suis, dabunt honorem & iustificationem domino, sed anima quæ tristis est super magnitudinem mali, & incedit curua & in infimis, & cuius oculi deficientes, & anima esuriens,dat tibi gloriam & iustitiam [2] domino,] quia non secundum iustitias patrum nostrorum * nos fundimus preces, & petimus misericordiam ante conspectum tuum domine deus noster, sed quia misisti iram tuam & furorem tuum super nos, sicut locutus es in manu puerorum tuorum Prophetarum, dicens ? Sic dicit dominus: Inclinate [3] humerum vestrum & ceruicem vestram,] & operam facite regi †Iere.9.b E Babylonis, & sedebitis in terra quam dedi patribus vestris.[f] †ℱ Quòd si non] feceritis: nec] audieritis vocem domini dei vestri operari regi Babyloniæ, defectionem vestram faciam de ciuitatibus Iuda, & à foris Ierusalem, & auferam à vobis vocem iucunditatis,& vocem gaudij,& vocem sponsi, & vocem sponsæ: & erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam. Et non audierunt vocem tuam, vt operarentur regi Babylonis, & statuisti verba tua quæ locutus es in manibus puerorum tuorum Prophetarum, vt transferrentur ossa regum nostrorum, & ossa patrum nostrorum de loco suo. Et ecce sunt proiecta in calore solis & in gelu noctis, & mortui sunt F in doloribus pessimis, in fame & in gladio & in emissione.ℱ Et posuisti templum in quo inuocatum est nomen tuum in ipso,sicut hæc dies, [g] propter iniquitatem domus Israel & domus Iuda. Et fecisti in nobis domine deus noster secundum omnem bonitatem tuam, & secundum omnem miserationem tuam illam magnam. † si†Ieremi.26.b Deut.28.b cut locutus es in manu pueri tui Moysi,in die qua præcepisti ei scribere legem tuam coram filiis Israel, dicens: Si non obaudieris vocem meam, multitudo hæc magna conuertetur in minimam [4] gentem, quoniam eos dispergam,]— quia scio quòd G me non audiet populus. ]ℱ Populus est enim dura ceruice. [h] Et conuertetur ad cor suum in terra captiuitatis suæ: & scient quia ego sum dominus deus eorum. Et dabo eis cor,& intelligent,& aures,& audient. Et laudabunt me in terra captiuitatis suæ, & memores erunt nominis mei. Et auertent se à dorso suo duro, & à malignantibus [5] suis,quia reminiscentur] viam patrum suorum,qui peccauerunt in me.Et reuocabo

a. Statuit dñs & quod decernit obseruabile,& quod minatur puniendum, nisi statim seruetur. Nec enim homo peccato suo, domini potuit perturbare consilium, quasi deum quod statuerat,mutare compulerit. Deus enim etsi dicitur statuta mutare vnde tropica locutione in scripturis sanctis etiam pœnituisse legimus deum.Iuxta id dicitur q homo speruerat,vel naturalium causarum ordo gestabat, non iuxta id quod se omnipotens facturum esse præciuerat. Aug de ciuit.dei lib.14. ca.11.

2. Israel.

*Mancipia.

*Qui in circuitu nostro sunt.

[b. Frequenter enim legitur in prædictis libris q Iudæi pro peccatis suis à deo percussi,per pœnam,non reuertebantur ad deū per pœnitentiam.De Lyra.]

c. Iustus est dominus, & in viis suis,& iustus & sanctus in operibus suis:iustus quidem in viis est,cum infirmitatē nostram in æternum regnum suum confirmata donorum spiritualium eō munione deduxit. Sanctus autē in operibus suis, cum vniuersis fructus in temporum opportunitate suppeditat: sanctitatem suam in omnium alimonia docens, iustitiam verò in replēdis beneplacito animis conseruans Hilarius in Psal.144.

d. Educ nos de inuisibili & visibili captiuitate propter tuā propriam bonitatem & pietatem, & ad tui ipsius honorem:& da nobis inuenire gratiam inter Chaldæos,ne nos valde grauēt, vt soliti sunt.Diony.ibid.

*Et cogita.

e. Mortuos autem si paulo altiꝰ cōsideres,intelligas eos esse,qui ante naturalem corporis,mortē virtutum operationibꝰ mortui sunt,occisi scilicet à peccatis:viuentes verò eos, qui comite viuunt virtute, & ab hac vita ad altiorem etiam atque diuiniorē transcendunt. Neque enim peccatores in præsenti vita deū laudant,cum scriptum sit Eccle.15. Non est speciosa laus in ore peccatoris.Neque etiam in futura, vbi perpetuis stringēdi sunt eruciatibus.Euthy.in Psal.113.in fi.

2. Domine.

*Et regum nostrorum.

3. Legem vestram.

[f. Vides ergo orationis varias esse formas & genera. Orat qui flet.Itē orat qui suas deo aduersitates ostendit, vt in oratione Ieremiæ Threnorū vltimo. Orat item qui deū laudat: quod hoc loco luce clarius vides.Quę ergo est vanissimorum hominū temeritas,qui salutationem angelicam orationi dominicæ minime subdendam contendunt, dicentes orationem nō esse, sed salutationem.Lory.ibid.]

g. Non propter generis priuilegia,nō propter circūcisionis iustitiam, vel otium sabbati: sed propter obedientiam,& deus efficitur populi Israel,& Israel populus eius.Hiero.in 11.ca.Ier.

4. In gentibus quo dispergam eos illuc.

h. Vultis vt ad vos pertineat ipsa pax quam loquitur deus? Cōuertite cor ad ipsum,non ad me aut ad illum,aut ad quēquā hominū,cadit cum ipsis. Quid est melius vt cadas cum illo ad quē conuerteris, an vt ſter cum illo eō quo conuerteris? Gaudiū nostrum, pax nostra, requies nostra,finis omnium molestiarum non est nisi deus. Beati qui conuertunt cor ad ipsum. August. in Psal.184.

5. Rerum suarum, quia reminiscar.

illos in terram: quam iuraui patribus illorum, Abraham, Isaac & Iacob, & dominabũtur eius. Et multiplicabo eos, & non minorabuntur. [1] Et statuam illis testamentum alterum sempiternum, vt sim illis in deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non mouebo amplius populum meum [–filios] Israel à terra quam dedi eis.

*Quoniam Iudæi viam sapientiæ & prudentiæ deseruerunt, angustia pressi sunt: deus enim humiles elegit, quibus omnem viam disciplinæ tribuit.* III.

ET nunc domine omnipotens deus Israel, anima in angustiis & spiritus anxius [a] clamat ad te. Audi domine & miserere, quia deus es misericors, & miserere nostri, quia peccauimus ante te. Quia tu sedes in sempiternum, & nos peribimus in æuum? Domine deus omnipotens deus Israel, audi nunc orationem mortuorum Israel, & filiorum ipsorum, quia peccauerunt ante te, & non audierunt vocem domini dei sui, & agglutinata sunt nobis mala. [b] Noli meminisse iniquitatis patrum nostrorum, sed memento manus tuæ & nominis tui in tempore isto, [c] quia tu es dominus deus noster, & laudabimus te domine, quia propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris. Et vt inuocemus nomen tuum, & laudemus te in captiuitate nostra, quia [1] conuertimur ab iniquitate] patrum nostrorum, qui peccauerunt ante te. Et ecce nos in captiuitate nostra sumus hodie, [g] quos nos dispersisti in improperium & in maledictionem & in peccatum, secundum omnes iniquitates patrũ nostrorum, qui discesserunt à te domine deus noster. [d] Audi Israel mandata vitæ, auribus percipe vt scias prudentiam. Quid est Israel quòd in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis. Deputatus es cum descendentibus in infernum, dereliquisti [e] fontem sapientiæ. Nam si in via dei ambulasses, habitasses vtique in pace [2] super terram.] Disce vbi sit [f] prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus, vt scias simul vbi sit lõgiturnitas vitæ & victus, vbi sit lumen oculorum & pax. Quis inuenit locum eius? Et quis intrauit in thesauros eius? Vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias quæ sunt super terram? Qui in auibus cœli ludunt, qui argentum thesaurisant & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum. Qui argentum fabricant & solliciti sunt, nec est inuentio operum suorum. [g] Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorem exsurrexerunt. Iuuenes viderunt lumen & habitauerunt super terram. Viam autem disciplinæ ignorauerunt, neque intellexerũt semitas eius, neque [–filij eorum] susceperunt eam. [3] A facie ipsorum longe facta est.] Non est audita in terra Chanaan [g] neque visa est in Theman. Filij quoque Haggar qui exquisierunt prudentiam quæ de terra est, negotiatores [4] terræ] & Theman, & fabulatores & exquisitores prudentiæ [–intelligentiæ,] viam autem sapientiæ nescierunt, neque commemorati sunt semitas eius. [h] O Israel quàm magna est domus dei, & indigens locus possessionis eius. [i] Magnus & non habens finem, excelsus & immensus. Ibi fuerunt Gigantes nominati, illi qui ab initio fuerunt statura magna scientes bellum. Non hos elegit dominus, neque viam disciplinæ inuenerunt, propterea perierunt. [g 5] Et quoniam] non habuerunt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in cœlum & accepit eam, & eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare & inuenit illam & attulit illam super aurum electum? Non est qui possit scire vias eius, neque qui exquirat semitas eius. Sed qui scit vniuersa nouit eam, & inuenit eam prudentia sua. Qui præparauit terram in æterno tempore, & repleuit eam [6] pecudibus & ] quadrupedibus. Qui emittit lumen & vadit & vocauit illud, & obedit illi in tremore. Stellæ autẽ dederunt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt. Vocatæ sunt, & dixerunt: Assumus. Et luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas: [k] Hic est deus noster, non æstimabitur alius aduersus eum. [l] Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.

*Discrimen*

[1] Stabiam testamentũ alterum i. legem nouam per Christũ, & sempiternum, tum quia legi nouæ altera non succederet, tũ quia habet effectũ sempiternum, introducendo statũ ad gloriã sempiternam, quod lex vetus facere non poterat, secundũ quod docuit Apostolus satis diffuse in Epistola ad Hebræos. De Lyra ibidem.]

a. Clamate ad deum nõ est tantum voce, sed corde. Multi enim silẽtes labiis, corde clamauerũt. Verbũ enim est quicquid corde concipitur, clamor autem cum procedit in factum. Aug. super Exod. lib. 2. cap. 4.

b. Ne memineris iniquitatum inobedientiæ, transgressionis mandatorum, idololatriæ, & omnium iniquitatum, quas eousque commiserant. Euthy. in Psal. 78.

[c. Oranti itaque cum primis opus est sapiẽtia. Sapientia etiã diuinarum rerum, cuius initiũ timor domini est, ante omnia petenda, quod & Ethnicus fatetur dicens. Opto mihi sanam cum sano corpore mentem. Lorychius ibid.]

1. Auertimus super cor nostrũ iniquitatem.

d. Quorum præsertim obseruãtia vitam dirigit ad gloriam, & ex vitã gratiæ procedit, & gratiæ incremẽtum meretur. Vnde saluator, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Diony. ibid.

e. Cũ itaque sic appelletur deus, consequens est vt cum fonte sapientiæ simul sint, quæ ex ipso profluunt. Non enim erit fons nisi aquas emittat. Cyrillus cõtra hæresie lib. 1. cap. 5.

2. In æternum.

f. Est itaque in ratione quidda ad superna & cœlestia intendẽs, & id dicitur sapiẽtia: & est quidam ad transitoria & caduca respiciens, & id prudentia vocatur. Hæc duo ex ratione sunt, & in ratione consistunt, & diuidit se ratio in duo scilicet, in sursũ & deorsum, sursum in sapientiã & deorsum in prudentiam. August. de Spiritu & anima. ca. 11.

3. Filij eorum à via ipsorum longe facti sunt.

[g. Nomen est terræ de qua fuit Eliphaz Themanites, qui non nouebat nisi præsentem vitam, vt dictum fuit supra libri Iob. Et idem videtur fuisse de aliis habitatoribus illius terræ. Nam iste fuit de maioribus & prudẽtioribus illius terræ. Propterea excluditur erat à sapientia diuina quæ felicitatem ponit in vita futura. De Lyra ibid.]

4. Meran,

h. Maiorem domum tu habet pauper in qua tu exanditis. Domus dei communis est diuiti & pauperi. Difficile tamen est diuitem intrare in regnũ dei. Ambro. Hexameron lib. 6. cap. 8.

i. Est enim dei filius sempiternus, quia sempiterna dei virtus est, atque diuinitas. Est immensus, quia de ipso Ieremias dicit: Magnus est, & nõ habet finem, excelsus & immensus. Et paulo post, vt hæc de filio se dixisse demõstraret, adiecit. Hic deus noster, & non æstimabitur alius ad eum, &c. Fulgentius ad Trasimundum lib. 2.

5. Eo quòd.

6. Bipedibus, vel iumentis.

k. Quid discutimus eũ de quo dicit tantus prophera? Sanctus spiritus dicit quod ad eum non possit alius æstimari. Quæ enim potest esse alia æstimatio vbi diuinitatis vanitas est? Ambro. de fi. lib. 1. cap. 2.

l. Si ipse legẽ dedit Iacob puero suo, & Israel dilecto suo, ipse est qui dedit legem Moysi, & idem postea in terris visus est. Chryso. de Trinit. Sermo.

*Diſcrimen tenentium legem æternam, & derelinquentium eam.* IIII.

HIc liber mandatorum dei,& lex quæ eſt in æternum. Omnes qui tenẽt eam peruenient ad vitam: qui autem dereliquerunt eam, in mortem. Conuertere Iacob & apprehende eam,ambula [1] per viam ad ſplendorem eius contra lumen eius.] Ne tradas alteri gloriam tuam,& [2] dignitatem tuam]genti alienæ. Beati ſumus Iſrael,quoniam quæ deo placent,manifeſta ſunt nobis. Animæquior eſto populus dei,memorabilis Iſrael. Venundati eſtis gentibus,non in perditionem, ſed propter quod in ira [b] ad iracundiam prouocaſtis dominum, traditíque eſtis aduerſariis. B [3] Exacerbaſtis enim eum qui fecit vos,]deum æternum,]immolantes dæmoniis & non deo. Obliti enim eſtis eum qui [3] nutriuit vos,]& contriſtaſtis nutricem veſtram Ieruſalem. [c] vidit enim iracundiam à deo venientem vobis, & dixit: Audite [4] ciuitates]Sion. Adduxit enim mihi deus luctum magnum. Vidi enim captiuitatem populi mei,filiorum meorum & filiarum,quam ſuperduxit illis æternus. Nutriui enim illos cum iucunditate, dimiſi autem illos cum fletu & luctu. Nemo gaudeat ſuper me viduam & deſolatam,à multis [5] derelicta]ſum propter peccata filiorum meorum,quia C declinauerunt à lege dei. [d] Iuſtitias autem ipſius neſcierunt, nec ambulauerũt per vias mandatorum dei,neque per ſemitas veritatis eius cum iuſtitia ingreſſi ſunt. Veniant confines Sion,& memorentur captiuitatem filiorum & filiarum mearum, quam ſuperduxit illis æternus. Adduxit enim ſuper illos gentem de longinquo, gentem improbam & alterius linguæ [4] qui non ſunt reueriti ſenem, neque puerorum miſerti. Et abduxerunt dilectos viduæ, & à filiis vnicam deſolauerunt. Ego autem quid poſſum D adiuuare vos? [e] Qui enim adduxit ſuper vos mala, ipſe vos eripiet de manibus inimicorum veſtrorum. [f] Ambulate, filij ambulate, ego enim derelicta ſum ſola. Exui me ſtola pacis,indui autem me ſacco [6] obſecrationis, & clamabo ad altiſſimum in diebus meis. Animæquiores eſtote filij, clamate ad dominum,& eripiet vos de manu principum inimicorum. Ego enim ſperaui in æternum ſalutem veſtram, & venit mihi gaudium à ſancto ſuper miſericordia, quæ veniet vobis* ab æterno ſaluatore veſtro. E [g] Emiſi enim vos & luctu & ploratu, reducet autem vos mihi deus cum gaudio & iucunditate in æternum. Sicut enim viderunt vicinę Sion captiuitatem veſtram à deo, ſic videbunt & in celeritate ſalutem veſtram in deo,quę ſuperueniet vobis cum honore magno, & ſplendore æterno. [f] Filij patienter ſuſtinete iram quę ſuperuẽnit vobis. Perſecutus eſt enim te inimicus tuus,ſed cito videbis perditionem ipſius,& ſuper ceruices ipſius aſcendes. Delicati mei ambulauerunt vias aſperas,ducti ſunt enim vt grex F direptus ab inimicis. Animæquiores eſtote filij, & proclamate ad dominum. [g] Erit enim memoria veſtra ab eo qui ducit vos. Sicut enim fuit ſenſus veſter vt erraretis à deo, [g] decies tantum iterum conuertentes requiretis eum. Qui enim induxit vobis mala, ipſe rurſum adducet vobis ſempiternam iucunditatem cum ſalute veſtra. Animæquior eſto Ieruſalem· [7] Exhortatur]enim te, qui te nominauit. [8] Nocentes parebunt qui te vexauerunt, & qui gratulati ſunt in tua ruina, punientur.] Ciuitates quiG bus ſeruierunt filij tui [9] punientur,]& quę accepit filios ſuos. [h] * Sicut enim gauiſa eſt in tua ruina,& lętata eſt in caſu tuo,ſic contriſtabitur in ſua deſolatione. Et amputabitur exultatio multitudinis eius,& [10] gaudimonium]eius erit in luctum. [h] Ignis enim ſuperueniet ei ab æterno in longiturnis diebus,& habitabitur à dęmoniis in mnltitudine temporis.† Circunſpice Ieruſalem ad orientem, & vide iucunditatem à deo tibi venientem.

1. Præcepta dei hoc in libro tanguntur vt ſeruentur, & lex dei per Moyſen data quò ad moralia,& figuras prænuntiatas eſt,& manet in euangelica lege. Diony. ibid.
1. Ad ſplendorem coram lumine eius.
2. Quæ ſunt vtilia tibi.

b. Quia peccauimus iratus nobis es domine,propteres erraui mus & reliquimus viã,qui ſemper fuimus in̄ peccatis, tua tantum ſaluabimur miſericordia: qui per nos immundi ſumus, & quicquid videmur habere in ſtitiæ, panno ſedentis ſiue mulieris menſtruatæ comparatur. Hiero. in 64. ca. Iſaię.
3. Genuit vos deum æternum.
[c. Vidit enim Ieremias ſicut & cæteri prophetæ præmam à deo venientem ſuper populum, vnde conſequenter conſolatur populum in perſona Ieruſalem: & vnoppoſita iuxta ſe poſita magis elucęſcant, primo recitatur materia deſolationis, ſecundo cõſolationis, ibi ego autem circa primum. Et dixit, ſi per prophetas & alios ſanctos, deſolationem Ieruſalem lamentãtes. De Lyra ibid.]
4. Confines.
5. Deſolata.
d. Qui nec ſenes quib⁶ debetur reuerentia, nec pueros quibus debetur cõpaſſio, reuerſi ſunt. Cum tamen præciperẽt Romani pueros non occidi in bello. Hinc Tit. 4. habetur: facies ſacerdotum non erubuerunt, neque ſenum miſerti ſunt. Dion. ibid.
e. Hoc eſt, ſemper, nõ ſemel dun taxat, ſed perpetuo. Quemadmodum neceſſariũ nobis eſt vt ambulemus, ita quoque vt rectè viuamus. Atque hoc ſemper deãbulationẽ vocat: & merito, declarans talem nobis præſcriptã eſſe vitam, ſed miſidiana talis nõ eſt. Chry. in 1. ca. Coloſſ. ho. 2.
6. Deprecationis meæ.
* Velociter.
[f. Hic cõſequenter ponitur cõſolatio in pſona dei. Primo ponit aduerſariorum, deinde fidelium patientiam conſolationẽ. Patientia hoc loco commẽdatur tanquã certa materia in qua animos noſtras poſſidere poſſimus. Comminatur item crudelibus crudelia. Qua mẽſura metiuntur eadem illis remetietur. Lorychius ibid.]
[g. Decies enim requireris cum poſt reditum enim captiuitatis Babylonicæ non legũtur Iudæi fuiſſe Idololatriæ, niſi aliqui, pauci tempore Antiochi Epiphanis, ducti tamen ad hoc magis timore quàm infidelitate. De Lyra ibid.]
7. Conſolabitur.
8. Miſeri erunt qui te affligũt, & qui ſuper gaudent tua ruina.
9. Miſeræ erunt.
* Miſera erit.
10. Superbia.
h. Babylon, à deo æterno & ſicut ab æterno prauiſum eſt à deo, qui per Darium Medum, & Cyrum Perſam Reges fecit pro bona parte Babylonem cõburi. Diony. ibid.

*Ieruſalem deſolata bono eſſe animo iubetur, qua Chriſtus & eccleſia deſignatur.* V.

A [a] Ece enim veniunt filij tui: quos dimiſiſti diſperſos, veniunt collecti ab oriente vſque ad occidentem, in verbo ſancti gaudẽtes in honorem dei. Exue te Ieruſalem ſtola luctus & vexationis tuæ, & indue te decôre ⸗ & honore]

a. Quid nobis videtur de inſtauratione Sion & Ieruſalẽ, & cunctis quæ ei prophetali vaticinio promittuntur, hic paucis perſtringam. Veniet enim redemptor Sion, & eorum qui redeũt ab impietate Iacob: hoc eſt, veniet Chriſtus, qui redimet Sion ſanguine ſuo. Hieron. in cap. 59. Iſaiæ.

eius,quę à deo tibi est in gloria sempiterna. ♁ Circundabit te deus diploide iustitiæ,[a] & imponet mitram capiti tuo honoris æterni. Deus enim ostendet splendorem suum in te,qui sub cœlo est.[b] Nominabitur enim tibi nomen tuum à deo in sempiternum, pax iustitię & honor pietatis. Exurge Ierusalem & sta in excelso, † & circunspice ad orientem,& vide collectos filios tuos ab oriente sole vsque ad occidentem, in verbo sancti gaudentes dei memoria. ♁ Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis, ad-[c] ducet autem illos dominus ad te portatos in honorem sicut filios regni.[c] Constituit enim deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & conualles re-[d] plere inæqualitatem terræ,vt ambulet Israel diligenter in honorem dei.♁ [d] Obum-[e] brauerunt ]autem syluæ,& omne lignum suauitatis Israel mãdato dei. Adducet enim deus Israel cum iucunditate in lumine maiestatis suæ, cum misericordia & iustitia quę est ex ipso.

b. Hoc est, tanta erit pax tua,tãta pietatis & deuotionis tuæ honorificentia,quòd deo ordinante ac præcipiente vocaberis pax iustitiæ & honor pietatis. Diony. ibid.

c. Ostendit & humiles sublimãdos,& è diuerso sublimes humiliandos, ac difficultate legis fidei facilitate mutandam. Chry. in ca.3. Matt. homi.10.

1. Exultauctum:

[d. Possumus etiam per mõtes & colles intelligere peccata. De quibus ait: Mittit angelum parare viam eius. Rupes hic significant obstinatos, quos etiã malleus verbi potest diffindere. Lorychius ibid.]

♁ Incipit exemplum epistolæ eiusdem,quam misit Ieremias ad abductos captiuos in Babyloniam à Rege Babyloniorum,vt annuntiaret illis secundum quod præceptum est illi à deo. Epistola.

*Hortatur Ieremias Iudæos vt sibi à deorum mortuorum & insensibilium cultu caueant, sub nomine epistolæ.* VI.

[a] † Propter peccata quæ peccastis ante deum, abducemini in Babyloniam [A] captiui à Nabuchodonosor Rege Babyloniorum. Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis & tempus longum vsque ad generationes septem,post hoc autem educam vos inde cum pace.[b] † Nunc autem videbitis in Babylonia deos aureos & argenteos & lapideos & ligneos in humeris portari,ostentantes metum gentibus. Videte ergo ne & vos similes efficiamini factis alienis & metuatis, & metus vos capiat in ipsis.[1] Visa itaque turba de retro & ab ante,adorantes,dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari domine. Angelus autem meus vobiscum est. Ipse autem exquiram animas vestras. Nam ligna ipsorum polita à libro, ipsa etiam inaurata & inargentata falsa sunt,& non possunt loqui.[c] Et sicut virgini amanti ornamenta, ita accepta auro fabricata sunt. Coronas certè aureas habent super capita sua dij illorum, vnde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum & argentum, & erogant illud in semetipsis. Dant autem & ex ipso [2] prostitutis, & meretrices ornant,& iterum cum receperint illud à meretricibus, ornat deos suos.] ♁ [d] Hi autẽ non [B] liberantur ab ærugine & tinea. Opertis autem illis veste purpurea, extergent faciem ipsorum propter puluerem domus,qui est plurimus [3] inter]eos. Sceptrum autem habet vt homo sicut iudex regionis, qui in se peccantem non interficit. Habet etiam in manu gladium & securim,se de bello & à latronibus non liberat.[e] Vnde [4] vobis notum sit,quia non sunt dij.] Non ergo [5] reuereminī]eos Sicut enim & vas hominis confractum inutile efficitur, tales sunt & dij illorum. Constitutis illis in domo, oculi eorum pleni sunt puluere à pedibus introeuntium. Et sicut alicui qui Regem offendit, circunseptæ sunt ianuæ, aut sicut ad sepulchrum adductum mortuum, ita tutantur sacerdotes ostia clausuris & seris, ne à latronibus expolientur. Lucernas accendunt illis,& quidem [6] multas,] ex quibus nullam videre possunt. Sunt autem sicut trabes in domo.[f] Corda verò eorum dicunt elingere serpentes qui de terra sunt, dum comedunt eos & vestimentum ipsorum,& non sentiunt. Nigrę fiunt facies eorum à fumo, qui in domo fit. ♁ Supra corpus eorum & supra caput eorum volant noctuæ & [c] hirundines & aues,etiam similiter & cattæ. Vnde sciatis, quia non sunt dij. Ne ergo timueritis eos.[g] Aurum etiam quod habet[7] ad speciem] est,nisi aliquis exterserit ærugine,non fulgebunt. Neque enim dum conflarentur, sentiebant. † Ex omni pretio † empta sunt, in quibus spiritus non est in ipsis. † Sine pedibus in humeris portantur † ostentantes ignobilitatem suam hominibus.[h] Confundantur etiam qui colunt ea. Propterea si ceciderint in terram,à semetipsis non consurgunt,neque si quis eum statuerit,

a. Quomodo propinquos vel liberos tuos non fortuita nec irrationabili coerces ira, sed per verbera reducere cupis ab errore in quẽ incubuerant: Sic deus eos, qui non potuerunt sermone conuerti,doloribus,tormentis, ad id retexabit quod fuerũt. Raba. in 13. cap Ieremiæ.

[b. Idololatria omnia in se continet flagitia, potissimum verò scortationem, iuxta hoc quod infra dicitur: Mulieres circumdatæ funibus in viis sedent. Ligabant se funibus mulieres,tanquam peccatis deuinctæ,nec vlla alia via expediẽdę,nisi si quis vir cum illis rem habuerit. Lorychius ibid.]

1. Videntes turbam ante & post eos adorantes.

c. Idola ex auro formantur ac decorantur,ac si optarent sic fieri aut ornari: quemadmodum puellæ cupienti ornamenta sibi adhiberi,acquirit ea. Dio ibid.

2. Et his quæ sub tecto meretricibus, ornãtque eos quasi homines vestimentis deos argenteos & aureos & ligneos.

[d. Non liberantur ab erugine, i. rubigine quantum ad aurum & argentum, & alia metalla ex quibus fiunt, & vestes quibus operiuntur, q̃ę è vermibus corroduntur. De Lyra ibid.]

3. Super

e. Namque plures eorum numerosas incertorum deorum familias introducebant, & virilem ac muliebrem sexum in diuinis naturis agere existimantes, ortus ac successiones ex diis eorum asserebant. Alij minores ac maiores,& differentes pro potestate deos prædicabant. Hilla. de Trinit. lib. 1.

4. Noti sunt non esse dij.

5. Timueritis.

6. Plures quàm sibiipsi.

f. Serpentes namque corredebãt interiora luteorum deorũ. Serpentum quippe est terram rodere & comedere, iuxta illud Gene 3. Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Diony. ibi.

[g. Consequẽter ponitur tertia deductio ad idem, & incipit à deturpatione suæ speciositatis, cum dicitur: Aurum etiam,&c. ad decorem. De Lyra ibid.]

7. Specimen.

h. Erubescant cum tãta ac talia opera à deo sint facta. Vel, Erubescant, dum de idololatriæ errore redarguuntur. Euthymius in Psal. 96.

tuerit rectum, per semetipsum [8] stabit,] sed sicut mortuis humeri eorum illis apponentur. [i] Hostias illorum vendunt sacerdotes ipsorum & abutuntur, similiter & mulieres [9] eorum decerpentes,] neque infirmo, neque mendicanti aliquid impertiunt, de sacrificiis eorum fœtæ & menstruatæ contingunt: Scientes itaque ex his, quia non sunt dii, ne timeatis eos. [k] Vnde enim vocantur dii? Quia mulieres apponunt diis argenteis & aureis & ligneis, & in domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas
D scissas, & capita & barbam rasam, quorum capita nuda sunt. [l] Rugiunt autem clamantes contra deos suos: sicut in cœna mortui. Vestimenta eorum auferunt sacerdotes, & vestiunt vxores suas & filios suos. Neque si quid mali patiuntur ab aliquo, neque si quid boni, poterunt retribuere: neque regem constituere possunt, neque auferre. Similiter neque dare diuitias possunt, neque malum retribuere. Si quis illis votum vouerit, & non reddiderit, neque hoc requirunt. Hominem à morte non liberant, neque infirmum à potentiore eripiunt. Hominem cæcum ad visum non restituunt, de necessitate hominem non liberabunt. Viduæ non miserebuntur, neque orphanis benefacient. [l] Lapidibus de monte similes sunt dii illorum, lignei, & lapidei, & aurei, & argentei: qui autem colunt ea, confundentur. Quomodo ergo æstimandum est aut dicendum illos esse deos? Adhuc enim ipsis Chaldæis non honorantibus ea, qui cum [10] audierint] mutum non posse loqui offerunt illum ad Bel, postulantes ab eo loqui, quasi possint sentire qui non habent motum. Et ipsi cum intellexerint,
E [11] relinquent] ea. Sensum enim non habent ipsi dii illorum. [m] Mulieres autem circundatæ funibus in viis sedent, succendentes [12] ossa oliuarum.] Cum autem aliqua ex ipsis abstracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, proximæ suæ exprobrat quod ea non sit digna habita sicut ipsa, neque funis eius diruptus sit. Omnia autem quæ illis fiunt, falsa sunt. Quomodo æstimandum aut dicendum est illos esse deos? A fabris autem & aurificibus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id quod volunt esse [13] sacerdotes.] Aurifices etiam ipsi qui ea faciunt, non sunt multi temporis. Nunquid ergo possunt ea quæ fabricata sunt ab ipsis esse dii? Reliquerunt autem falsa & opprobrium postea futuris. Nam cum superuenerit illis prælium & mala, cogitant sacerdotes vbi se abscondant cum illis. Quomodo ergo * sentiri debeant quoniam dii sunt, qui nec de bello se liberant, neque de malis se eripiunt? Nam cum sint lignea, & inaurata, & inargentata, [n] scietur postea quia falsa sunt ab vniuersis gentibus & regibus, quæ manifesta sunt, quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, & nullum opus dei cum illis. Vnde ergo notum est quia non sunt dii, ⊱ sed
F opera manuum hominum: & nullum dei opus in ipsis est?] [o] Regem regioni non suscitant, neque [p] pluuiam hominibus dabunt. Iudicium quoque non discernent, neque [14] regiones] liberabunt ab iniuria, quia nihil possunt sicut corniculæ inter medium cœli & terræ, Etenim cum inciderit ignis in domum deorum ligneorum, & argenteorum, & aureorum, sacerdotes quidem ipsorum fugient & liberabuntur, ipsi verò sicut trabes in medio comburentur. Regi autem & [15] bello] non resistent. Quomodo ergo æstimandum est aut recipiendum, quia dii sunt? Non à furibus neque à latronibus se liberabunt dii lignei. & lapidei, & inaurati, & inargentati, [16] quibus iniqui fortiores sunt. Aurum] & argentum & vestimentum quo operti sunt, auferent illis, & abibunt, nec sibi auxilium ferent. Itaque melius est esse Regem ostentantem virtutem suam, aut vas in domo vtile in quo gloriabitur qui possidet illud, vel ostium in domo quod custodit quæ in pace sunt, quàm falsi dii. * Sol quidem & Luna ac sidera cum sint splendida & emissa ad vtilitates, obaudiunt: similiter & fulgur cum apparuerit, perspicuum est. Idipsum autem & spiritus in omni regione spirat,
& nubes quibus cum imperatum fuerit à deo perambulare in vniuersum orbem, perficiunt quodimperatum est eis. [q] Ignis etiam missus desuper vt consumat montes
G & syluas, facit quod præceptum est ei. Hæc autem neque speciebus neque virtutibus vni eorum similia sunt. Vnde neque æstimandum est, neque dicendum illos esse deos, quando non possunt, neque iudicium iudicare, neque quicquam facere hominibus.

8. Mouebitur, & si inclinatus fuerit non eriget se.
[i. Nam idola manducare non possunt hostias sibi oblatas, ideo sacerdotes illorum vendere coguntur, & aboti precio illarum ad illicitos vsus. De Lyra. ibid.]
9 Ab eis condientes.
k. Quantum igitur de diis vestris, nomina solummodo video quorum veterum mortuorum fabulas audio, & facta de fabulis recognosco.
Quantum autem de simulachris ipsis nil aliud reprehendo, quã matter fatores cille vasculorum, instrumentorũque communiũ, vel ex eisdem vasculis, & instrumentis quasi fatum confectatione mutantes, licentia artis transfigurante, & quidem contumeliosissimè, & in ipso opere sacrilegè: vt reuera nobis, maximè qui propter deos ipsos plectimur, solatiũ pœnarum esse possit, quod eadem & ipsi patiũtur vt fiant. Tertul Apologeti aduersus gentes cap. 12.
[l. Lapidibus de monte similes sunt, qui inde se mouere non possunt, neque aliquid agere, ideo cõcluditur in fine, Quomodo ergo æstimandum est, aut dicendum illos esse deos: vnde ponitur deductio quinta, quæ incipit à Chaldæorum vilipensione: qui cum essent cultores idolorum, tamen quando non habebant intentum vilipendebant ea. De Lyra. ibidem.]
10. Viderint.
11. Non possunt relinquere.
m. Solebant enim fœminę quædam idololatræ se cingere fune quasi magni criminis reæ, & in viis sedere per quas erat iter ad idola, donec cũ transeunte quodam dormirent à via abstractæ. Nam qui cognouisset illã teorsum abstractam, dirumpebat & præscindebat funem illius: & per hoc putabat se à criminis vinculo liberatam. Eum enim à quo cognita fuit credebat vel deum suum, vel sibi directum à deo suo. Idcirco improperabat vicinæ suæ, quod ipsa non fuerit similiter visitata, nec eius funis diruptus. Diony. ibidem.
12. Furfures.
13. Artifices.
*. Non.
[n. Hic videtur esse propheria de tempore Christi. In quo per totum orbem dejecta sunt idola, per prædicationem Apostolorum & aliorum Christi discipulorum. De Lyra.]
o. Hoc est, quia dæmonum simulachra non possunt pluere, nec cœli per se dare imbrem suum. Dicamus & hoc contra hæreticos, qui pluuiam doctrinarum tribuere non possunt: & cum eos se esse promittãt, & de se scriptum gloriantur. Cœli enarrant gloriam dei, tamen non possunt imbres dare doctrinæ. Solus est enim deus qui suũ instruat populum, & diuersitates gratiæ tribuat expectãtibus se. Raba. post Hier. in 14. cap Ieremiæ.
14. Impotentes.
15. Hostibus.
16. Quorum fortes auferentes aurum.
* Et lignea columna quàm falsi dii.
p. At si ignis à cœlo cadit, nõ est tribuendum virtuti eius, aut virtuti dæmonis, sed quicũque prius ceciderit virtute diuina, vel Sodomã & Gomorrham, & vicinas vrbes cõsumpsit: aut oratione Eliæ holocaustũ absumpsit: & item illo orante descendit ignis de cœlo, & combusit quinquagenarios binos à principe missos. Inde Deut. 32. ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima: deuorabitque terram cum germine suo, &c. Vnde quantumuis ignem mittant è cœlo in terras, hoc nisi deo permittente facere non possunt. Diony. ibidem.

Universidad de Deusto Biblioteca

[q. Quia non apparet in eis virtus aliqua, nec per consequens in aliquo sunt timendi, vnde sequitur deductio nouæ, quæ accipitur ex defectu diuinæ proprietatis, quia scilicet neque regib" malè dicũt. scilicet malis, neque benedicunt bonis, quod est proprium dei. De Lyra. ibidem.]

[r. Decem ordine ponit argumenta, ex quibus idolorum vanitas potest deprehendi. Plana sunt omnia faxit Deus, nos ab ea vanitate abstinere, & Domino Deo soli seruiamus, atque extollamus nomen sanctũ eius, quod est benedictum in secula. Lorichius.]

17. Marmore.
18. Putrefacto.

[9] Scientes itaque quia non sunt dii, ne ergo timueritis eos. Neque enim regibus maledicent, neque benedicent. Signa etiam in cœlo gentibus non ostendunt: neque vt sol lucebunt, neque illuminabunt vt luna. Bestiæ meliores sunt illis, quæ possunt fugere sub tectum, ac prodesse sibi. [r] Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt dii, propter quod ne timeatis eos. Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit, ita sunt dii illorum lignei, & argentei, & inaurati. Eodem modo & in horto spina alba, supra quam omnis auis sedet. Similiter & mortuo proiecto in tenebris, similes sunt dii illorũ lignei, & inaurati, & inargentati. A purpura quoque & [17] murice] quæ supra illos [18] teneant, ] scietis vtique quia non sunt dii. Ipsi etiam postremo comeduntur, & erit opprobrium in regione. Melior est homo iustus qui non habet simulachra, nam erit longè ab opprobriis.

## INCIPIT PROLOGVS IN EZECHIElem Prophetam.

*EZechiel Propheta cum Ioachim rege Iuda captiuus ductus est in Babylonem, ibique iis qui cum eo capti fuerant, prophetauit, pœnitentibus quòd ad Ieremiæ vaticinium se vltro aduersariis tradidissent: & viderent adhuc vrbem Ierosolymam stare, quam illecasuram esse prædixerat. Tricesimo autem ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad captiuos loqui. Et eodem tempore, licet posterior, hic in Chaldæa, Ieremias in Iudæa prophetauerunt. Sermo eius nec satis disertus, nec admodum rusticus est, sed ex vtroque mediè temperatus. Sacerdos & ipse fuit, sicut Ieremias principia voluminis & finem magnis habẽs obscuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius editio non multum distat ab Hebraico. Vnde satis miror, quid causæ extiterit, vt si eosdem in vniuersis libris habemus interpretes, in aliis eadem, in aliis diuersa transtulerint. Legite egitur & hunc iuxta translationem nostram: quoniam per cola scriptus & commata, manifestiorẽ legentibus sensum tribuit. Si autem amici mei & hunc subsannauerint, dicite eis, quòd nemo eos compellat vt scribant. Sed vereor ne illud eis eueniat, quòd Græcè significantius dicitur, vt vocentur [1] Philolædori,] quod est conuitiis gaudentes.*

1. Phagolædori.
2. Ezechiel sacerdos filius Bozi genitus in terra Sarata, in typo Christi filius hominis nuncupatus. Hic captiuus cum Ioachim in Babyloniam ductus ad eũcaptiuos prophetauit, corripiens eorum offensiones, & zelo dei motus eũctra eorum crimina turpitudinesque arguens: quem dux populi Israel interfecit, pro eo quòd seueritate pontificali corripiebatur ab eo ob impietatem sacrilegii. Sepultus est à populo in agro Mahutim in sepulchro Semetarphæxat, Isidorus de vita & morte quorundã sanctorum cap. 39.
b. A duodecimo anno Iosiæ regis Iuda, quando inuentus est liber Deuteronomii in templo, vsque ad quintum annum captiuitatis. Ioachim cognomento Iechonias, qui cum matre ductus est in Babylonem, & cum Daniele, tribus pueris & Ezechiele quæ est tribus Iudæ secunda captiuitas. Hiero. ibidem.
c. Et quoniam Ezechiel fuit de tribu sacerdotali, eliciunt quidã quòd fuerit de tribu regali: quia hæ duæ tribus tanquam cæteris principaliores matrimonialiter iunctæ fuerunt. Dyonisius. ibidem.
1. Scintillabant.
2. Politi.
d. Manus operatio, & penna cõtemplatio. Manus igitur sub pẽnis sunt, quando actiones contẽplationi instituuntur. & actionis suæ opera virtute contemplationis vincunt. Grego. Moral. lib. 7. cap. 24.
e. Iunctæ sibi sunt euangelia, hæ rẽique mutuo, & in toto orbe volitantia, huc illũcque discurrunt, nec habent finem volatus, nec aliquando superantur & recedunt, sed semper ad vlteriora procedunt. Hieron. ibidem.
f. In quolibet siquidem animali erant quatuor alæ, quarum duæ fuerunt ad corpus texẽdum deorsum pressæ, aliæ vero duæ ad volandum extentæ: & illæ alterius animalis pennas extentas tangebant. Dion. ibidẽ.

## Incipit Ezechielis Prophetia.

*Ezechieli in captiuitate apparent visiones throni dei, rotarum, animalium, & imaginis dei.* *Cap. I.*

[a] T factum est in [b] tricesimo anno, in quarto, in quinto die mensis, cum essem in medio captiuorum iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cœli & vidi visiones dei. In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachim: factum est verbum domini ad Ezechielem filium Buzi [c] sacerdotem in terra Chaldæorum secus flumen Chobar. Et facta est super eum ibi manus domini. Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone, & nubes magna & ignis inuoluens. Et splendor in circuitu eius, & de medio eius quasi species electri, id est, de medio ignis. [d] Et in medio eius similitudo quatuor animalium, & hic aspectus eorum. Similitudo hominis in eis. Et quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni. Et pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli, [1] & scintiliæ ] quasi aspectus æris [2] candentis.] Et [d] manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus, [e] & facies & pennas per quatuor partes habebant, [f] iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum. [f] Non reuertebantur cum incederent, sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur. [g] Similitudo autem vultus eorum, facies hominis & facies leonis à dextris ipsorum quatuor, facies autem bouis à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor, & facies eorum & pennæ eorum extentæ desuper. Duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum.

Et

Et [e] vnumquodque eorum coram facie ſua ambulabat. Vbi erat impetus ſpiritus illuc gradiebantur nec reuertebantur cum ambularent. Et ſimilitudo animalium & aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium,& quaſi aſpectus lampadarum. [f 3] Hæc erat viſio diſcurrens] in medio animalium [4] ſplendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant & reuertebantur, in ſimilitudinem fulguris ſ- coruſcantis.] Cúmque aſpicerem animalia, apparuit rota vna ſuper terram iuxta animalia habens quatuor facies. Et aſpectus rotarum & opus earum quaſi viſio [5] maris,& vna ſimilitudo ipſarum quatuor:& aſpectus earũ & opera quaſi ſit rota in medio rotæ. [6] Per quatuor partes] earum euntes ibant, & non reuertebantur cum ambularent. [f 7] Statura quoque erat rotis]& altitudo& [8] horribilis aſpectus: [h] & totũ corpus oculis plenum] in circuitu ipſarum quatuor. Cúmque ambularent animalia ambulabant pariter & rotæ iuxta ea:& cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur ſimul & rotæ. Quocũque ibat ſpiritus illuc eunte ſpiritu & rotæ pariter eleuabantur ſequentes eum. Spiritus enim [9] vitæ] erat in rotis. [10] Cum euntibus ibant,& cum ſtantibus ſtabant,& cum eleuatis à terra] pariter eleuabantur & rotæ ſequentes ea, quia ſpiritus vitæ erat in rotis. [f 11] Et ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti quaſi aſpectus cryſtalli horribilis,& [11] extenti] ſuper capita eorum déſuper. Sub firmamento autem pœnæ eorum erectæ alterius ad alterum. Vnumquodque duabus aliis velabat corpus ſuum,& alterũ ſimiliter velabatur. Et audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum multarum, quaſi ſonum [12] ſublimis dei.] Cum ambularent,quaſi ſonus erat multitudinis,[k] vt ſonus caſtrorum. Cúmque ſtarent,dimittebantur pennæ eorum. Nam cum fieret vox ſuper firmamentum quod erat ſuper caput eorum,ſtabant & ſubmittebãt alas ſuas. [f] Et ſuper firmamentum quod erat imminens capiti eorum,quaſi aſpectus lapidis ſaphiri, ſimilitudo throni, & ſuper ſimilitudinem throni ſimilitudo quaſi aſpectus hominis déſuper. [l] Et vidi quaſi ſpeciem electri,velut aſpectum ignis intrinſecus per circuitum eius,à lumbis eius,& déſuper,& à lumbis eius vſque deorſum,vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu,velut aſpectum arcus cum fuerit in nube in die pluuię. Hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum:hæc viſio ſimilitudinis gloriæ domini.

ſg. Qui ſtiũam atatti tenet,non apiciat retro,non imitetur vxorem Loth ne pereat ſicut Heli qui filiorum vitio Deum offendit. Quanto magis ergo animalia quæ ſũt plena lumine atque pennata, quæ ſequuntur præcedentem ſpiritum ſanctum, quæ ſic per orbem volant & ad excelſa ſe ſuſtollant, vt corpora ſua protegant pennis hiſtoriæ, neu nobis aſpectum tribuãt pleniorem quod ſecundo dicitur, nec reuertebantur eum ambularẽt. Gloſa ord. Poſt Hieron. ibidem
3. Hic ignis diſcurrebat.
4. Eratque igni ſplendor.
5. Tharſis ſub. lapidis.
6. Ad quatuor latera.
7. Et terga illis erant.
8. Plaũt inerat eis, & terga eorum plena oculis erant.
h. Corpora quippe animalium ideirco plena oculis deſcribuntur, quia ſanctorum actio ab omni parte circunſpecta eſt bona deſiderabiliter prouidens, mala ſolerter cauens. Beda do.
11. poſt Trinita.
9. Animalis,& infra.
10. Cũmque irent animalia ibãt & rotæ,& cum ſtarent ſtabãt,& cum eleuarentur à terra.
i. Similem viſionem vidit Ioannes Apocaly. 4. ca. in qua throni, animalia, ſeniores, & agnus qui occiſus eſt, eccleſia eſt cum capite ſuo, quæ pro Chriſto moritur, vt cũ Chriſto viuat. Aug. in 4. cap. Apoc.
11. Extenta.
12. Omnipotentis.
k Hoc eſt, machinarum bellicarum, tentoriorum ac ſimilium, quæ cum bellatoribus deferuntur, & in ſcripturis caſtra vocantur. Quorum omnium maxima eſt ſonus ex armorum colliſione, inceſſu turbarum, fremitu beſtiarum. Vt. 1. Macha. 6. conſcribitur de ſono exercitus regis Antiochi. Diu. ibid.
[ l. Id eſt ſpecies illius hominis videbatur de electio, vel talis coloris ſicut eſt color electri. tamẽ differenter in parte ſuperiori, ſi à lumbis eius & ſurſum, & in parte inferiori, à lumbis eius & deorſum. De Lyra.]

*Mittitur propheta impiam domum Iſrael reuocaturus ab erroribus ſuis.* 11.

ſIſa.3.f. A ſpo.diſtin.c. Quid eſt hoc

ET vidi &† cecidi in faciem meam,& audiui vocem loquentis. Et dixit ad me. [a] † Fili hominis,ſta ſuper pedes tuos, & loquar tecum. Et ingreſſus eſt in me ſpiritus poſtquam locutus eſt mihi, & ſtatuit me ſupra pedes meos. Et audiui loquentem ad me,& dicentem: Fili hominis, mitto ego te ad filios Iſrael, ad gentes [1] apoſtatrices quæ receſſerunt à me.] [f] Patres eorum præuaricati ſunt pactum meum vſque ad diem hanc,& filii dura facie & indomabili corde ſunt,ad quos ego mitto te. Et dices ad eos: † Hæc dicit dominus deus: ſi fortè vel ipſi audiant,& ſi fortè quieſcant, quoniam domus exaſperans eſt, & ſcient quia Propheta fuerit in medio eorum. [f] Tu ergo fili hominis [b] ne timeas eos, neque ſermones eorum metuas,quoniam [2] increduli & ſubuerſores] ſunt tecum,& cum ſcorpionibus habitas. Verba eorum ne timeas,& vultus eorum ne formides,quia domus exaſperans eſt. Loquêris ergo verba mea ad eos,ſi fortè audiant [3] & quieſcant,]quoniam irritatores ſunt. [c] Tu autem fili hominis audi quæcunque loquar ad te, & noli eſſe exaſperans, ſicut domus exaſperatrix eſt. [f] Aperi os tuum,& comede quæcunque ego do tibi. Et vidi, & ecce manus miſſa ad me in qua erat [4] inuolutus liber,] & expandit illum coram me † qui erat ſcriptus intus & foris, & ſcriptæ erant in eo lamentationes, & [5] carmen, & væ.

† 21.q02.4.c Nabuchodonoſor. 40. 40.diſt.c. Quælibet.

†Apoc.5.2.

2. Eſt & aliud quod de Prophetæ facto conſideremus in nobis. Propheta enim mox vt gloriæ domini ſimilitudinem vidit, in faciem ſuam cecidit. Cuius ſimilitudinem gloriæ quia nos per ſpiritum prophetiæ videre non poſſumus, hanc aſſidue cognoſcere,& ſolicite contemplari in ſacro eloquio, in cœleſtib⁹ monitis, in præceptiſ ſpiritalibus debemus. Greg. in Exec. homil. 8.
1. Rebelles quæ reſtiterũt mihi.

b. Ne timeas tormenta quę tibi inferre minantur, iuxta illud: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere Diony. ibidẽ.
2. Rebelles & ſpinæ.
3. Siue audire deſiſtant.
[c. Commẽdatur propheræ rurſus prædicandi munus per libri oſtenſionem. Obſerua prophetæ librum, non ſolum exhibitũ ad videndum, ſed & ad comedẽdum. Non ſufficit audiuiſſe verbum oportet & corde cõmiſit auditum. Hæretici myſteria hęc ordinationis ſacerdotalis non curant. Lotichius ibid.]
4. Volumen libri.
5 Genitus.

*Ne ſanguis impiorum requiratur de manibus prophetæ, iubetur eos ad pœnitentiam vocare, peccata eorum annuntiando, ne in ipſis moriantur.* 111.

ET dixit ad me: Fili hominis, quodcunque inueneris comede. [a] Comede volumen illud,& vadens loquere ad filios Israel. [b] Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo. Et dixit ad me: Fili hominis, venter tuus comedet,& viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. † Et comedi illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me: Fili hominis,vade ad domum Israel,& loquêris verba mea ad eos. † Non enim ad populum profundi sermonis & ignotæ linguæ tu mitteris ad domum Israel,[§] neque ad populos multos profũdi sermonis & ignotæ linguę,quorum non possis audire sermones.[c] Et si ad illos mittereris,ipsi audirent te.Domus autẽ Israel nolunt audire te,quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum,[d] & frontem tuam duriorem frontibus eorum, vt adamantem [1] & vt silicem ] dedi faciem tuam. Ne timeas eos, neque metuas à facie eorum, quia domus exasperans est. Et dixit ad me:[§ c] Fili hominis,omnes sermones meos quos ego loquor ad te,assume in corde tuo,& auribus tuis audi, & vade,ingredere ad transmigrationẽ ad filios populi mei, & loquêrrs ad eos,& dices eis: Hæc dicit dominus deus, si fortè audiant [2] & quiescant. ] Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem commotionis magnæ,benedicta gloria domini de loco suo,& vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarum sequentium animalia, & vocem commotionis magnæ. †§ Spiritus quoque leuauit me & assumpsit me, [f] & abii amarus in indignatione spiritus mei. Manus enim domini erat mecum confortans me. Et venit ad transmigrationem [3] ad aceruum nouarum frugum, ] ad eos qui habitabant iuxta flumen Chobar,& sedi vbi illi sedebant, & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum.Cum autem pertransissent septem dies, factum est verbum domini ad me,dicens: † Fili hominis, [g] speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum,& annuntiabis eis ex me.Si dicente me ad impium: morte morieris, non annuntiaueris ei,neque locutus fueris,vt auertatur à via sua impia,& viuat:[§] ipse impius in iniquitate sua morietur,sanguinem autem eius de manu tua requiram.Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua & à via sua impia, ipse quidem in impietate sua morietur,tu autem animã tuam liberasti.Sed & si[4] conuersus ]iustus à iustitia sua fuerit,[h] & fecerit iniquitatem,ponam offendiculum coram eo.Ipse morietur,quia non annuntiasti ei.In peccato suo morietur,&non erunt in memoria iustitiæ eius quas fecit,sanguinem vero eius de manu tua requiram. [§] Si autem tu annuntiaueris iusto vt non peccet iustus, & ille non peccauerit, viuens viuet, quia annuntiasti ei,& tu animã tuam liberasti.Et facta est super me manus domini,& dixit ad me: [i] Surgens egredere in campum,& ibi loquar tecum.Et surgens egressus sum in campum,& ecce ibi gloria domini stabat quasi gloria † quam vidi iuxta fluuium Chobar,& cecidi in faciem meam.Et ingressus est in me spiritus,[k] & statuit me super pedes meos,& locutus est mihi,& dixit ad me: Ingredere,& includere in medio domus tuæ. [§] Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis,& non egredieris in medio eorum,†& [l] linguam tuam adhærere faciam palato tuo,& eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Cum autem locutus fuero tibi aperiam os tuum,& dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Qui audit, audiat: & qui quiescit,quiescat: quia domus exasperans est.

a. Verba sacræ scripturæ & cibus & potus sunt. In rebus enim obscurioribus quæ non capiuntur nisi exponantur,sacra scriptura cibus est,in rebus vero apertioribus potus est.Greg.in Ezech. ho.19.

b. Vnde comedit librum scriptum intus & foris lamentationibus,carmine,& væ. Lamentationibus, super pœnitentibus: carmine,super laude iustorum: & væ, super his de quibus scriptum est.Cum venerit impius in profundum malorum contemnit.Hier.ad Rusticum.

[c. Non ad populos multos & fortes mitteris, qui eruditione præstent.aut ignotæ linguę sine quorum verba non intelligas, ad quos profecto si te mitterem illi te audirent: Domus vero Israel,ea te audire detrectat: siquidem nec me audit.Tostat. ibidem ]

d. Si dura fronte sunt, durato & tu e contra tuam.Nil tam durum,quod duriori non cedat. Bernar.de Consid.lib.4.

1.Duriorem silice.

e. Iste est cibus voluminis,& hæc sunt verba quibus pro diuersitate audientium,vel lamenta, vel carmen,vel væ, hominibus loquimur. Et tamen notandum quòd antè sermones dei in nostro corde cõdendi sunt audiẽdique & intelligendi diligentius,& sic ad populum proferẽdi.Hiero ibidem.

2.Siue audire desistant.

[f. Amarus propter duritiam & & rebellionẽ populi mei à Deo auditam: quia sicut dictum est, licet verbum dimissum dulce sit audientibus in quantum à Deo procedit, tamẽ ratione alicuius cõsequentis potest esse causa amaritudinis. De Lyra.ibidem. ]

3 Thel abid.

g. Quem dominus ad prædicandum mittit, speculatorem esse denuntiat. Cui enim aliena cura committitur, speculator vocatur: vt in montis altitudine sedeat, atque vocabulum nominis,ex virtute actionis trahat. Non est enim speculator qui in imo est. Speculator quippe semper in altitudine stat, vt quicquid ventutum est, longe prospiciat.Greg.in Ezec ho. 11.

4.Auertit.

h. Fecerit iniquitatem, quia nõ distinxisti ei, hoc est, non dixisti quid sit cauendum,non retinebitur memoria eius,& sequitur eius de manu tua requirã. Tu autem si distinxeris iustovt non peccet,& ipse non peccauerit,iustus vita viuet,quia dixisti ei:& tu animam tuam liberabis Amb.Epist.19.

i. Quando autem egreditur in campum,fit quidem super eum manus domini: quia absque illius adiutorio exire nõ poterat. Hieron.ibidem.

[K. Hoc in campo de propheta agitur, quia cui electis gentium spiritussanctus dominus erat qui eos assumeret,& prius à statu superbiæ deiceret, & post super pedes,in bona opera solidaret. Glosa ordin ]

l. Idcirco prædicationis sermo tibi tollitur, quia dũ magis in suis actibus plebs exasperat, non est digna cui veritatis exhortatio fiat.Gr.ho.19.super Euãgelia.

a. Propheta nunc verbis, nunc rebus aut factis prophetãt. Vnde in huius iam exponendi exordio,dominus quędã facta iubet prophetæ per quæ vastitas Ierusalẽ prophetatur.Di.ib.

b. Munitiones dicuntur quibus vrbs clauditur, ne quis obsessorum possit aufugere.Cõportati aggerẽ quib⁹ vallũ sustinetur.Castra militũ, custodiæ per circuitũ Arietes,quibus murorũ fundamenta quatiũtur, & lapidum iunctura soluitur.Hoc autem dicitur,vt significetur vrbis Ierusalem sub Sedechia rege vicina captiuitas:cuius anno vndecimo, & rex, & ciuitas capta est.Hiero.ibidẽ.

c. Fundes contra eam.

## *Ierusalem obsidio lingua paratur, & decem tribuum captiuitas diuturna in angustia & fame signatur.* IIII.

ET tu fili hominis, [a] sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Ierusalem. Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis [b] munitiones, & [1] comportabis ] aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum inter te & inter ciuitatem: & obfirmabis faciem tuam

tuam ad eam,& erit in obsidionem,& circúndabis eam. Signum est domui Israel. [c] Et
tu dormies super latus tuum sinistrum,&pones iniquitates domus Israel super eo nu-
B mero dierum quibus dormies super illud,&[z] assumes ]iniquitates eorum.[e] Ego autem
dedi tibi annos iniquitatis eorum numero dierum trecentos,& nonaginta dies,& por-
tabis iniquitatem domus Israel.Et cùm cõpleueris hæc, dormies superlatus tuum dex
terum secundo,& † assumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus.Diem pro
†Num.14.f anno,diem inquam pro anno dedi tibi. Et ad obsidionem Ierusalem cõuertes faciem
tuam,& brachium tuum erit[3] extentum,] & prophetabis aduersus eam.Ecce circún-
dedi te vinculis,& non te cõuertes à latere tuo in latus aliud,donec compleas dies sub-
sidjonis tuæ.[f] [d] Et tu sume tibi frumentum,& hordeum,& fabam,& lentem,&miliũ,
C & viciam,& mittes ea in vas vnum: & facies tibi panes numero dierũ quibus dormies
super latus tuum. Trecẽtis & nonaginta diebus comedes illud.Cibus autem tuus quo
vescêris, erit in pondere,viginti stateres in die.[e] A tempore vsque ad tempus comedes
illud.Et aquam in mensura bibes sextam partem hin. A tempore vsque ad tempus bi-
bes illud.Et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud,& stercore quod egredi-
tur de homine,† operies ]illud in oculis eorum.Hæc dicit dominus:[g] Sic comedent fi-
D lii Israel panem suum pollutum inter gentes ad quas eiiciam eos.Et dixi: Ah,ah. do-
mine deus:[f] Ecce anima mea non est polluta, & morticinum & laceratum à bestiis
non comedi ab infantia mea vsque nunc: & non est ingressa os meum omnis caro im
munda. Et dixit ad me:Ecce dedi tibi fimum bonum pro stercoribus humanis, & fa-
cies panem tuum in eo.Et dixit ad me:Fili hominis, †[g] ecce conteram baculum panis
†Infra 5.d & 14.d. in Ierusalem,& comedent panem suum in põdere & in solicitudine,&aquam in men
sura & in angustia bibent, vt deficientibus pane & aqua corruat vnusquisque ad fra-
trem suum,& contabescat in iniquitatibus suis.

[c.Et tu dormies.Hic cõsequẽter videt edisserit captiuitatis tempus. Primo quantum ad decem tribus,quas latus sinistrum significat,prius iniquitates,&c. Per iniquitates intellige hic pœnas iniquitatem certò sequẽtes Metonymicos. Obserua nullũ peccatum pœnam euadere pœnitentia non satis expiatum.Et cum compleueris hæc,dormies super latus tuum dextrum :per latus dextrum significatur trib⁹ Iuda,quòd aliquando tenacius adhæsit Domino Lori.ibidem.]
2.Portabis & infra.
3.Diseoopertum vel exertum.
d Hæc terræ nascent a simul miscebis:nõ ex quolibet seorsum, sperialem panem vel escam formando,sed eiusdem generis panes tibi parando ex illo cõmixto,quemadmodum tempore famis & obsidionis. Dio.ibidem.
[e.A tempore.i.à principio] 90. dierum vique ad finem qualiber die comedes vitiatũ panẽ, & qualibet bibes sextam partẽ vnius sextarii. Quantitas huius sextarii,& decem vnciarũ panis prædictã non est nobis certa,qa mensuræ & pondera multũ variantur. Secundum tempora & prouincias diuersas.De I.y.ib.]
4.Coquos.
f.Est ergo eorum sanctã aliqua anima, habẽs solem intellectũ, lunam fidem,astra virtutes.Vel certe sol iustitiæ zelus aut seruens charitas,& luna continentia.S.Ber.super Cantic. Ser.27.
[g.Omnis sinistri &dextri latẽs dormitio,&sub cinericii panis, ex specierum varietate commixtio inopiam incredibilem designat,quod hic aperit: Ecce ego conteram, &c. In ecclesia quoque Dominus iratus indignos non indicat suo pane. Glosa ordinaria.ibidẽ.]

*In cæsarie & barba detonsis varia populi iudicia designantur.* V.

A [E]T tu fili hominis, sume tibi gladium acutum [1] radentem pilos, ] & assu-
mes eum & duces per [2] caput tuum & per barbam tuam, & assumes tibi
staterem ponderis,& diuides eos. Tertiam partem igni combures in me-
dio ciuitatis iuxta completionem dierum obsidionis, & assumes tertiam
partem, & concides gladio in circuitu eius, tertiam verò aliam dispergesin ventum,
& gladium [2] nudabis ] post eos. Et sumes inde paruum numerum, & ligabis eos [3] in
summitate ] pallii tui. Et ex eis rursum tolles & proiicies eos in medium ignis,& com-
bures eos igni, & ex eis egredietur ignis in omnem domum Israel. Hæc dicit domi-
nus deus: Ista est Ierusalem. [b] In medio gentium posui eam, & in circuitu eius ter-
B ras. [c] Et contempsit iudicia mea vt plus esset impia quàm gentes, & præcepta mea
vltrà quàm terræ quæ in circuitu eius sunt. Iudicia enim mea proiecerunt, & in
præceptis meis non ambulauerunt. Idcirco hæc dicit dominus deus: Quia superas-
tis gentes quæ in circuitu vestro sunt, & in præceptis meis non ambulastis,& iudi-
cia mea non feciſtis, & iuxta iudicia gentium quæ in circuitu vestro sunt, non estis
operati: ideo hæc dicit dominus deus :Ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio
tui iudicia in oculis gentium, & faciam in te quæ non feci,& quibus similia vltrà non
faciam: propter omnes abominationes tuas. Ideo patres comedent filios in medio
C tui,& filii comedent patres suos.[d] Et faciam in te iudicia,& vẽtilabo vniuersas reliquias
tuas in omnem ventum. Idcirco viuo ego dicit dominus deus, nisi pro eo quòd san-
ctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominationibus
tuis,ego quoque confringam,& non parcet oculus meus, & non miserebor. [e] Tertia
pars tui peste morietur,& fame consumetur in medio tui,&tertia pars tui in gladio ca
det in circuitu tuo.Tertiam verò partem tuam in omnem ventum dispergam, & gla-
dium euaginabo post eos. Et complebo furorem meum: & requiescere faciam indi-
gnationem meam in eis,& cõsolabor.Et scient quia ego dominus locutus sum in zelo

1.Nouaculam tonsorum.
2.Dominus caput,propheta rasit quando Iudaico sacerdotio præceptorum suorum sacramẽta abstulit:barbam rasit,quia regnum amputauit.Greg.Moral. lib.2.cap.29.

2.Nudabo,vel euaginabo.
3.In oris,vel fimbrijs.
b. Ierusalem in medio mundi sitam hic idem propheta testatur, vmbilicum terræ eam esse demõstrans.Et psal. passionem Christi exprimens, & operatus est,inquit,salutem in medio terræ.A partibus enim oriẽtis cingitur plaga quæ appellatur Asia.A partibus occidentis, eius quæ vocatur Europa. A meridie & austro,Libya,& Africa A Septentrione Scythia,Armenia,atque Persida,& cunctis Ponti nationibus In medio igitur gentium posita est,vt quia in Iudea notus erat deus,& in Israel magnum nomen eius,omnes incircuitu nationes illius sequerentur exempla,quę gentium circa se positarum impietatem secura,vicit etiã ipsas in scelere suo. Hieron.ibidem.
c. Consequenter dominus pandit quid dicta in hui⁹ cap. ptincipio designent,de tripartita pilorum diuisione,signauit enim quòd Iudæi triplici vastatione perirent: fame,peste, & gladio. Fame inquam ob grauem & diuturnam obsidionem,de quibus Thre.4. Melius fuit occisis gladio quàm interfectis fame Gladio,tam intra quàm extra Ierusalem à Caldæis. Et peste,quæ superius per ignem designata est. Quoniam in scripturis sanctis omnis grauis afflictio nomine ignis signatur. Dionysius ibidem.

meo,cum impleuero omnem indignationem meam in eis,[g] [d] Et dabo te in desertum [D] & in opprobrium gentibus quæ in circuitu tuo sunt, in conspectu omnis prætereuntis. Et eris opprobrium & blasphemia, [4] exemplum ] & stupor in gentibus quæ in circuitu tuo sunt, cum fecero in te iudicia in furore, & in indignatione, & in increpationibus iræ, quæ ego dominus locutus sum, quando † misero sagittas famis pessimas in eos, quæ erunt [5] mortiferæ, ] & quas mittam vt disperdam vos. Et famem congregabo, super vos, & conteram in vobis baculum panis, † & immittam in vos famem & [e] bestias pessimas vsque ad internecionem. Et pestilentia & sanguis transibunt per te, & gladium inducam super te. Ego dominus locutus sum.

[d. Prodest Ierusalem in ea vita desolari, & in desertum redigi, & sita peccata cognoscere vt quæ cæteris gentibus in exemplum esse debuerat virtutum, sit exemplum miseriarum, vt qui dicit psal. 38. aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. vnde alibi prouerb. 10. Et non dixerant qui prætereibant. Benedictio Domini super vos, vt videant opprobrium eius, & doleant. Glo. or.]
4. Correctio.
5. In corruptionem.
[e. Serpentes, & animalia venenosa, ni vos intra cranium & interficiendum flatu suo, & morsu. De Lyra. ibidem.]

*Propter peccatum Idololatriæ populus plagis grauiter percussus est.* VI.

ET factus est sermo domini ad me dicẽs: Fili hominis, † pone faciem tuam ad [a] montes Israel, & prophetabis ad eos, & dices: Montes Israel audite verbum domini dei. Hæc dicit dominus deus mõtibus, & collibus, [1] rupibus, ] & vallibus. Ecce ego inducam super vos gladium, & disperdam excelsa vestra, & demoliar aras vestras, & confringentur simulachra vestra, & deiiciam interfectos vestros ante idôla vestra. Et dabo cadauera filiorum Israel ante faciem simulachrorum vestrorum, & dispergam ossa vestra circum aras vestras in omnibus habitationibus vestris. [f] [b] vrbes desertæ erunt, & excelsa demolientur [2] & dissipabuntur, & [2] interibunt ] aræ vestræ, & confringentur, & cessabunt idôla vestra, & conterentur delubra vestra, & delebuntur opera vestra, & cadet interfectus in medio vestri, & scientis quia ego sum dominus. Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium in gentibus, cum dispersero vos in terras, & recordabuntur mei liberati vestri in gentibus ad quas captiui ducti sunt, quia [3] contriui ] cor eorum [c] fornicans & recedens à me, [g] & oculos eorum fornicantes post idolôla sua, & displicebunt sibimet super malis quæ fecerant in vniuersis abominationibus suis, [d] & scient quia ego dominus non frustra locutus sum, vt facerem eis malum hoc. Hæc dicit dominus deus: Percute [4] manum tuam, & allîde pedem tuum, ] & dic: heu ad omnes abominationes malorum domus Israel, quia gladio, fame, & peste tuituri sunt. [f] Qui longè est peste morietur: qui autem propè, gladio corruet: & qui relictus fuerit & obsessus, fame morietur. [g] [5] Et complebo indignationem meam in eis, & scietis quia ego dominus, cum fuerint interfecti vestri [3] in medio idolôrum vestrorum, in circuitu ararum vestrarum, in omni colle excelso, & in cunctis summitatibus montium, & subtus omne lignum nemorosum, & subtus vniuersam quercum frondosam, locum ubi accenderunt thura redolentia vniuersis idôlis suis. Et extendam manum meam super eos, & faciam terram eorum desolatam & destitutam à deserto Deblátha in omnibus habitatiouibus eorum, & scient quia ego dominus.

a. Mõres autem Israel qui simulachris dæmonum fecerant occupati, nõ auribus, sed impetio ac potentia conditoris, suum audium & intelligunt conditorẽ. Ad quos propheta loquitur, inducens idola destruenda & aras, vniuersisque cæremonias quibus prius idolis seruiebant contendas. Hieron. ibidẽ.
1. Riuis.

b. Chaldæi nanque non ipsam Ierusalem tantum, sed etiam cæteras vrbes Iudææ destruxerũt: sed & contriuerunt loca voluptatis in quibus idola colebantur, imo & idola, & omnia eorũ gesta iniqua redigentur in nihilum. Dion. ibid.
2. Vt desolentur & deuastent.

3. Contritus sum propter.
c. Interius fornicari est exterius vetitis delectari. Greg. Moral. lib. 25. cap. 10.
[d. Dicit enim philos. 5. Ethico. quod pœnæ sunt quædam medicinæ ad peccati correctionẽ. & ideo sicut medicina dicitur esse frustra quando non inducit sanitatem, sic pœna inflicta dicitur esse frustra, quando ad eam non sequitur correptio sicut dicitur Iere. 2. frustra percussi filios vestros disciplinam non receperunt. De Lyra. ibidẽ.]
4. e Manu tua sub femur tuum, & extende pedem tuum, sicut mos est turbati hominis & mœsti.
f. Qui aduersariorum manus euaserit, in manus dei incidet, vt qui longe distat ab hostibus, peste & fame moriatur: nec propterea se credat tutum qui hostes longe fugerit. Dion. ibidem.
[g. Atque ita quidem animum meum ictum ex ipsis explebo, & cognoscetis quod ego ille Dominus, quod quæ idola ipsa, & fictitii Dii nihil sunt, cum ipsos ex vobis Idololatras erit videre inter ipsa idola interfectos in circuitu ararum vestrarũ in omni colle excelsiore, & montium prçaltis verticibus, sub omni itẽ arbore frõdosa, & qualibet quercu condensa, & vbicunque redolentia thura. Tostat. ibidẽ.]

*Israelis excidium propter peccata sua instare, ac omni ipsam auxilio destitui, hostibus latè peruagantibus manifestatur.* VII.

ET factus est sermo domini ad me, dicens: Et tu fili hominis, hæc dicit dominus deus terræ Israel: [a] Finis venit, venit finis super quatuor plagas terræ. Nunc finis super te: & immittam furorem meum in te. Et iudicabo te iuxta uias tuas: Et ponam contra te omnes abominationes tuas, † [b] Et non parcet oculus meus super te, & non miserebor, sed vias tuas ponam super te, & abominationes tuæ in medio tui erunt, & scietis quia ego dominus. [g] Hæc dicit dominus deus: Afflictio vna, afflictio ecce venit. Finis venit, venit finis. Euigilauit aduersum te, ecce venit. Venit cõtritio super te qui habitas in terra. Venit tempus, propè est dies occisionis, & non [1] gloriæ ] montium. Nunc de propinquo effundam iram meam super te, & complebo furorem meum in te. Et iudicabo te secundum vias tuas, & [2] imponam tibi omnia scelera tua. ] Et non parcet oculus meus, nec miserebor, sed vias tuas imponam tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt, & scietis quia ego sum dominus

a. Nos autem explanandum putamus, quod post comminationem montium Israel, ad omnẽ terram Israel sunt dicta quæ duodecim tribuum, sermo prophetæus dirigatur, & nequaquam prophetæ ventura prænuncient, sed iam ingruentem, videat captiuitatem. Quinto enim anno Sedechiæ cœpit Ezechiel in Babylone prophetare captiuis, & anno nono venit Nabuchodonosor, & obsedit Ierusalem, & cepit eam anno vndecimo Sedechiæ. Hieron. ibidem
b. Hoc est, sapientia qua cuncta intueor, vel clementia qua electos præsertim contemplor non habebit te à calligationib⁹ supportatum. Dion. ibidẽ.
1. Erit clamor.
2. Ponam super te omnes abominationes tuas.

C dominus percutiens.§ Ecce dies,ecce venit. Egreſſa eſt[3] contritio,]c floruit virga, ger-
minauit ſuperbia,iniquitas ſurrexit[4] in virga] impietatis.Non eſt ex eis, & non ex po-
pulo,neque ex[5] ſonitu] eorum, & non erit[6] requies] in eis. Venit tempus, appropin-
quauit dies. Qui emit,non lætetur: & qui vendit, non lugeat: quia ira ſuper omnem
populum eius.[d] quia qui vendit, ad id quod vendidit non reuertetur, & adhuc in vi-
D uentibus vita eorum.§ Viſio enim ad omnem multitudinem eius non regredietur, &
vir in iniquitate vitæ ſuæ non confortabitur.e Canite tuba,prę parentur omnes,& non
eſt qui vadat ad prælium.Ira enim mea ſuper omnem multitudinem eius.Gladius fo-
ris,peſtis & fames intrinſecus. Qui in agro eſt,gladio morietur:& qui in ciuitate,peſti-
lentia & fame deuorabuntur,& ſaluabuntur qui fugerint ex eis.Et erunt in montibus
Ezec.7.a
Ioan.48.f.
Ioan.11.a
Apoc.ho.2.d
Luc.5.c
E quaſi columbæ cõualium omnes trepidi,vnuſquiſque in iniquitate ſua.§f Omnes ma
nus diſſoluentur, & omnia genua fluent aquis. † Et accingent ſe ciliciis, & operiet eos
formido,& in omni facie confuſio,& in vniuerſis capitibus eorum caluitium. †§ Ar-
gentum eorum foris proiicietur,& aurum eorum in ſterquilinium erit. Argentum eo-
rum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris domini. Animam ſuam
non ſaturabunt,& ventres eorum non implebuntur,quia ſcandalũ iniquitatis eorum
F factum eſt,[h] & ornamentum monilium ſuorum in ſuperbiam poſuerũt, & imagines
abominationum ſuarum & ſimulachrorum fecerunt ex eo.§ Propter hoc dedi eis il-
lud in immunditiam,& dabo illud in manus alienorum ad diripiendum,& impiis ter-
ræ in prædam: & contaminabunt illud. Et auertam faciem meam ab eis, & violabunt
[i] arcanum meum,& introibunt in illud emiſſarii,& contaminabunt illud.Fac[7] cõclu-
ſionem,] quoniam terra plena eſt iudicio ſanguinum,& ciuitas plena iniquitate.Et ad
G ducam peſſimos de gentibus,& poſſidebunt domos eorum.§ Et quieſcere faciam ſu-
perbiam potentium,& [8] poſſidebunt] ſanctuaria eorum. Anguſtia ſuperueniente re-
quirent pacem,& non erit.Conturbatio ſuper cõturbationem veniet,& auditus ſuper
auditum.Et quærens viſionem de Propheta, & lex peribit à ſacerdote,& conſilium à
ſenioribus.Rex lugebit, & princeps induetur mœrore, & manus populi terræ contur-
babuntur. Secundum viam eorum faciam eis, & ſecundum iudicia eorum iudicabo
eos,& ſcient quia ego dominus.

3. Aurea.
[c. Id eſt, rex Babylonis intu-
luit, qui eſt virga ad percutien-
dum Iudæam,& germinauit ſu
perbia, qui victorias quas hab
bat virtute Dei, ex ſuperbia at-
tribuebat propriæ virtuti: Vn-
de iniquitas ſurrexit in via im-
pietatis, quia ſuperatos & cap-
tos crudeliter tractabat. De
Lyra.]
4. virgam.
5. Opulentia.
6. Luctus.
d. Quinquageſimus annus qui
dicitur iubileus,quo omnia vẽ-
dita hæreditaria ad priorem do
minum reuertebantur,non pro
derit illis. Per quod deſignatur
eorum captiuitas ante iubilei
aductum nec ante iubileum li-
berationem illorum. Dyoniſius
ibidem.
e. Præcipitur nunc vt omnes ad
ſignum elanguris & buccinæ
præparentur ad bella. Hieron.
ibidem.
[f. In noſtra quoque Iudæa ec-
cleſia, in qua eſt Dei confeſſio
cum iniquitas abundat,& refri-
geſſit charitas,omnes manus bo
norum operum diſſoluuntur,&
genua fluunt aquis eorum.
Gloſa ordi.poſt Hieron.]
§. Fuga & captiuitate cogent
diuitias,& argenti & auri pon-
dera proicient in plateas, ſuas
tantum animas ſeruare cupien-
tes ne ſint ponderi fugientibus,
quæ fuerunt luxuriæ ociosis.
Hiero.ibidem.
[h. Laſciuire enim atque ſuper-
bè ſeſe extollere cœperunt ſuis
monilibus ac reliquo ornatu
preciosso ac pulchro, ita vt ima-
gines, & quæ tam abominanda
adorãt Idola ex eis fecerint.
Toſtatus.ibid.]
i. Arcanum dei Iudæi dicebant
ſanctuarium vel ſanctum ſanc-
torum,in quod nullus ingredi de
buit niſi ſolus ſummus põtifex,
ſed hoc ſemel in anno. In quod
tamen ingreſſi ſunt Chaldæi. i-
pſum inhonorauerunt, & pol-
luerunt illud intrando,& ibi vi
tioſa & inhoneſta agendo, ip-
ſumque tandem ædificium fun
ditus euertendo, de quo plora-
bat Ieremias,Thren.1. Quia vi-
dit gẽtes ingreſſas ſanctuarium
ſuum, de quibus præceperas ne
intrarent eccleſiam tuam. Dio.
ibidem.
7. Catenam.
8. Violabuntur.

*Raptus propheta in Ieruſalem peſſimas videt Iudæorum abominationes, in figura parietis,idoli, thuribuli, & ramorum.* VIII.

A Et factum eſt in anno ſexto,in ſexto menſe,in quinta menſis:ego ſedebam
in domo mea, & [a] ſenes Iuda ſedebant coram me. Et cecidit ibi ſuper me
manus domini dei.Et vidi, & ecce ſimilitudo quaſi aſpectus ignis. Ab aſ-
pectu lumborum eius & deorſum ignis, & à lumbis eius & ſurſum quaſi
aſpectus ſplendoris, & viſio electri. † § Et emiſſa ſimilitudo manus apprehendit me
† Dani.13.c
B in cincinno capitis mei, & eleuauit me ſpiritus inter cœlum & terram, & adduxit me
in Ieruſalem [1] in viſione] dei iuxta oſtium [2] interius,] quod reſpiciebat ad aqui-
lonem,vbi erat ſtatutum idôlum zeli[3] ad prouocandum æmulationem.] Et ecce ibi
gloria dei Iſrael ſecundum viſionem quam videram in campo,& dixit ad me: Fili ho-
C minis,leua* oculos tuos ad viam aquilonis.§ Et leuaui oculos meos ad viam aquilo-
nis, & ecce ab aquilone portæ altaris, Idolum zeli in ipſo introitu. Et dixit ad me: Fili
hominis,putáſne vides tu quid iſti faciunt,[b] abominationes magnas quas domus Iſ-
rael facit hic? vt procul recedam à ſanctuario meo? Et adhuc conuerſus videbis abo-
minationes maiores. Et introduxit me ad oſtium atrii. Et vidi,& ecce foramen vnum
D in pariete.Et dixit ad me: Fili hominis,[c] fode parietẽ.§ Et cum perfodiſſem parietem,
apparui- oſtium vnum. Et dixit ad me: Ingredere, & vide abominationes peſſimas
quas iſti faciunt hic. Et ingreſſus vidi, & ecce omnis ſimilitudo reptilium & anima-
lium abominatio, & vniuerſa idôla domus Iſrael depicta erant in pariete in circuitu
per totum. Et ſeptuaginta viri de ſenioribus domus Iſrael, & [4] Iezanias] filius Sa-
phan ſtabat in medio eorũ ſtantiũ ante picturas,& vnuſquiſque habebat thuribulum

a. Significanter dicuntur ſenes
Iuda,vt nihil ad Iſrael, hoc eſt,
ad decẽ tribus quæ prius cap-
tæ fuerant,ſed ad eos qui de tribu
Iuda cum Iechonia ducti erant
in captiuitatem, dici intelliga-
mus. Hiero.ibidem.
1 In viſionibus.
2. Portæ atrii interioris.
3. Ad æmulationem prouocans,
ſub deum.
*-Nunc.
b. Atque vtinam vel quxratur
iam inter diſpenſatores vt fide-
lis quis inueniatur. Si ſanctus eſt
& minime ſibi conſcius,cõgra-
tulamur ei,doleat & ipſe nobiſ-
cum in pluribus hæc inueniri.
Nec enim reuelamus nunc oc-
culta dedecoris, nec parietem
fodimus, vt abominatio maior
appareat. Bernar. Declamatio.
Ecce nos reliquimus omnia.
c. Hoc eſt, cordis duritiam ere-
bris perſecutationum ictib⁹ rũ-
pe. Parietem enim fodere, eſt a-
ſperis correptionibus duritiam
cordis aperire. Et tunc apparet
oſtium quia cum cordis dur.-
tia aſperis correptionibus ape-
ritur, quaſi quædam ianua oſtẽ-
ditur: ex qua omnia in eo qui
corripitur, cogitationum in in-
teriora videantur. Greg. Moral.
lib 26 cap. 4.
4. Iechonias.

in manu sua, & vapor nebulæ de thure consurgebat. § Et dixit ad me. d Certè vidisti fili hominis quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, vnusquisque[5] in abscondito cubilis sui.] Dicunt enim: Non videt dominus nos: Dereliquit dominus terram. Et dixit ad me: Adhuc conuersus videbis abominationes maiores, quas isti faciunt. Et introduxit me per ostium portæ domus domini quod respiciebat ad aquilonem. Et ecce ibi mulieres sedebant plangentes e § 6 Adonidem.] Et dixit ad me: Certè vidisti fili hominis: Adhuc conuersus videbis abominationes maiores his. Et introduxit me in atrium domus domini interius. Et ecce in ostio templi domini inter vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum domini, & facie ad orientem, & adorabāt[7] ad ortum solis.] Et dixit ad me: Certè vidisti fili hominis. § Num quid leue est hoc domui Iuda, vt facerent abominationes istas quas fecerūt hic? Quia replentes terram iniquitate conuersi sunt ad irritandum me. Et ecce applicant[8] ramū] ad nares suas. f Ergo & ego faciam in furore, non parcet oculus meus, nec miserebor, & cum clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

*Apparent sex viri missi ad vastandum Ierusalem: in qua saluantur soli signo Tau signati.* IX.

ET clamauit in auribus meis voce magna, dicens: Appropinquauerunt[1] visitationes] vrbis, & vnusquisque[2] vas] interfectionis habet in manu sua. Et ecce [a] sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad aquilonem, & vniuscuiusque vas interitus in manu eius. [b] Vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis, & [c] atramentarium scriptoris ad renes eius. Et ingressi sunt, & steterunt iuxta altare æneum. Et gloria domini Israel assumpta est de Cherub, quę erat super eum ad limen domus. § Et vocauit virum qui indutus erat lineis, & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis. Et dixit dominus ad eum: d Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem, † & signa Tau super frontes virorum gementium & dolentium, super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. Et illis dixit audiente me: Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite. † Non parcat oculus vester, neque misereamini. Senem, adolescentulum, & virginem, paruulum, & mulieres interficite vsque ad internetionem. § Omnem autem super quem videritis Tau, ne occidatis: † & à sanctuario meo incipite. † e Cœperunt ergo à viris senioribus, qui erant ante faciem domus. Et dixit ad eos: Contaminate domum, & implete átria interfectis. Egredimini. Et egressi sunt, & percutiebant eos qui erant in ciuitate. Et cæde completa, remansi ego, ruíque super faciem meam, & clamans aio: [3] Heu, heu, heu,] domine deus: Ergó ne disperdes omnes reliquias Israel, effundens furorem tuum super Ierusalem? § Et dixit ad me: Iniquitas domus Israel & Iuda magna est nimis valde, & repleta est terra sanguinibus: & ciuitas repleta est auersione. Dixerunt enim: Dereliquit dominus terram, & dominus non videt. Igitur & meus non parcet oculus: neque miserebor. Viam eorum super caput eorū reddam. f Et ecce vir qui erat indutus lineis, qui habebat atramentariū in dorsó suo, respondit verbum, dicens: Feci sicut præcepisti mihi.

*Videns propheta Cherubim & quatuor rotas, videt pariter virum carbones de medio rotarum accipientem.* X.

ET vidi, & ecce in firmamento quod erat super caput [b] Cherubim, quasi lapis sapphirus, & quasi species similitudinis solii, apparuit super ea. Et dixit ad virum qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarum quæ sunt subtus Cherubim, & imple manum tuam prunis ignis quæ sunt inter Cherubim, & effunde super ciuitatem. Ingressúsque est in conspectu meo. Cherubim autem stabant à dextris domus cum ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interius. Et eleuata est gloria domini desuper Cherubim ad limen domus, & repleta est domus nube. Et atrium repletum est splendore gloriæ domini,

4. Nam & pro illis meritis vestris eadem vestram futuram Ezechiel nunciat, & non solum in illo seculo, quæ iam euenit sed in die tribulationis quę sub sequitur. Quia clade nemo liberabitur, nisi qui passione Christi, quam recipisti fuerit obsignatus. Sic enim scriptum est, Et dixit dominus ad me: Certe vidisti fili hominis quæ seniores Israel faciunt in tenebris, & c. Tertul. aduersus Iudæos.

5. In penetralibus picturæ suæ.
[e. Dicunt enim expositores latini quod ille Adonides diceba tur amasius Veneris, cuius mortem mulieres plangebant: ita quod ritus illius idoli erat in planctu & luctu mulierum. In Hebræo habetur plangentes thammuz. De Lyra.]
6. Thammuz.
7. Solem ad orientem.
8. Feretrum.
§. Qui non intelligunt quòd sibi prosit, & orant frequenter cóntraria, expedit eis vt non exaudiantur à domino. Vnde & in oratione dominica dicimus: fiat voluntas tua, non voluntas nostra quæ errare cósuevit, sed voluntas tua, quæ futura cognouit. Hieron. ibidem.

1. Præfecti.
2. Arma, & infra.
a Sex mundi ætates, per sex dei ministros & angelos in forma virorum. Dion. ibid.
b. Christus humana carne operatus, septimus inter illos. Hieron ibid.
[c. Atramentarium Græcè calamarium, quia inco calami reponuntur: Alii significantius theca vocant, quia scriptorum calamos tegant. Symmachus dicit tabulas scriptoris habebat in renibus suis. Glosa ord. post Hie.]
d. Et quod ad passionem & sanguinem Christi pertineat hoc signum, & ille saluus atque incolumis reseruetur, quisquis in hoc signo inuenitur, item de testimonio comprobatur dicētis: Exod. 12. Et erit sanguis in signū vobis super domos in quibus eritis, & videbo sanguinē & protegam vos, & non erit in vobis plaga diminutionis cum percutiam & conteram terram Aegypti. Cyprianus contra Demetrianum tract. 1.
e. Occiduntur autem viri seniores de quibus supra legimus qui habebant thuribula, & adolebāt Idolis incensum. Nec erat vlla templi religio, quia offenso religionis deo contaminata sunt omnia: vt vnde peccatum inde iudicium sit. Omnis enim qui peccato morietur est, contaminat ætria templi, & vias vrbis domini, in quibus vixit, qui cum Christo resurgere mortuus esse desistit. Hieron. ibid.
3. Ah, ah.
[f. Decem viri quibus præceptū erat transire per ciuitatem, nihil tale renunciant quia non lætitiæ sed mœroris, implenere sententiam, quæ non sermone sed opere probatur. Glosa ord.]

a. Omnia autem hæc fiebant in visione imaginaria per similitudines rerum inferioribus sensibus prophetæ repræsentatibus, quarum significationem deo inrut illuminante vereciter intellexit: vtpote ad Ierusolymam incendendam esset hęc omnia præparata. Dion. ibidē.
b. Cherubim lo lingua nostra, scientiæ multitudo est, notitia sacramentorum dei, & thronus eius ac requies. Vnde & in psal. dicitur. Qui sedet super Cherubim, manifestare. Semper enim gloria domini sedet in scientiæ multitudine, & tunc manifestatur, quando cuncta dei prouidentia ostenditur. Hieronymus ibidem in fin. capite.

domini,& ſonitus alarū Cherubim audiebatur vſque ad atrium exterius,quaſi vox lo
B quentis dei omnipotentis.[f c] Cúmque præcepiſſet viro qui indutus erat lineis,dicens:
ſume ignem de medio rotarum quæ ſunt inter Cherubim,ingreſſus ille ſtetit iuxta ro
tam. Et extédit Cherubim manū de medio Cherubim,ad ignem qui erat inter Cheru
bim,& ſumpſit,& dedit in manus eius qui indutus erat lineis, qui accipiens egreſſus
eſt. Et apparuit in Cherubim ſimilitudo manus hominis ſubtus pennas eorum.Et vi
di, & ecce quatuor rotæ iuxta Cherubim. Rota vna iuxta Cherub vnum, & rota alia
iuxta Cherub vnum.Species autem rotarum erat quaſi[1] viſio lapidis chryſoliti, & aſ-
c pectus earum ſimilitudo vna quatuor,[d] quaſi ſi ſit rota in medio rotæ.[f] Cūque ] am
bularent,in quatuor[2] partes ]gradiebantur,& non reuertebantur ambulantes, ſed ad
locum ad quem ire declinabat,quę prima erat,ſequebantur & cæteræ,nec reuertebā-
ſup.1.c tur.[†*] Et omne corpus earum & tolla,& manus & pennæ,&[3] circuli,]plena erant ocu-
lis in circuitu quatuor rotarum,& rotas iſtas vocauit volubiles audiēte me.Quatuor
autem facies habebat[4] vnum.]Facies una facies Cherub,& facies ſecunda facies ho-
minis,& in tertio facies leonis, & in quarto facies aquilæ. Et eleuata ſunt Cherubim,
ipſum eſt animal quod videram iuxta fluuiū Chobar.Cúmque ambularēt Cherubim,
D ibant pariter & rotę iuxta ea, & cùm eleuarent Cherubim alas ſuas[5] vt exaltarentur]
de terra, non reſidebant rotę, ſed & ipſę iuxta erant.[f] Stantibus illis ſtabant, & cum
eleuatis eleuabantur.[c] Spiritus enim[6] vitæ] erat in eis. Et egreſſa eſt gloria domini à
limine templi,& ſtetit ſuper Cherubim. Et eleuātia Cherubim alas ſuas,exaltata ſunt
à terra coram me,& illis egredientibus,rotę quoque ſubſecutę ſunt.Et ſtetit in introi-
tu portæ domus domini orientalis,& gloria dei Iſrael erat ſuper ea. Ipſum eſt animal
†ſup.1.c †quod vidi ſubter deum Iſrael iuxta fluuium Chobar.Et intellexi quia Cherubim eſ-
ſent. Quatuor vultus vni, & quatuor alæ vni,& ſimilitudo manus hominis ſub alis
eorum. Et ſimilitudo vultuum eorum:ipſi vultus quos videram iuxta fluuium Cho
bar,& intuitus eorum,& [7] impetus ſingulorum ante faciem ſuam ingredi.]

[e Hic dicit virum qui indutus erat lineis de igne eo qui inter Cherubim erat,ſumpſiſſe,& egreſſum ad effundendū eum, ſupra ciuitatem, ad ſignificādū ciuitatem poſtea comburendā. Recte ignis concupiſcētiæ carnis petit ignem iudicij dei plectitur. Velle noſtrum ardor eſt. Ardet opus prauum,quando inſtamus velle noſtrum perficere Ardet ergo dei quoque iudicium contractātem carnis ardorem. Lorychius.]

1. Lapis Tharſis.

d. Quid eſt quod cum vna rota diceretur, paulo poſt adiungitur,quaſi ſi ſit rota in medio rotæ, niſi quòd in teſtamenti veteris litera teſtamentum nouū latuit per allegoriam? Vnde & rota eadē quę iuxta animalia apponit, quatuor facies habere deſcribitur, quia ſcriptura ſacra per vtraque teſtamenta in quatuor partes eſt diſtincta, vetus enim teſtamentū in legem,& prophetas: Nouū verò in euangelia atque Apoſtolorum acta & dicta Grego. in Ezech. ho. 6.

2. Latentibus ſuis.

* Cum ambularent.

3. Rotæ ipſæ.

4. Vnumquodque eorum.

5. In altum.

[e Omnia viuunt deo,& ſuum ſentiunt creatorē: Non eſt deus mortuorū ſed viuentium. Vnde & omnia corpora rotarum plena ſunt oculis: & in pſal. dicitur Cœli enarrant gloriam dei,& opera manuum eius annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbū,& nox nocti indicat ſciētiam. Sol quoque & luna,& mare & flumina, & mōtes & colles laudant dominum. Glo. ordi.

6. Animalis.

7. Vnuſquiſque è regione vultus ſui procedebat.

*Fulgura lebetis & carnium ſignat Iſraelis enterfectionem & diſperſionem, ſed & congregationem tranſmigrationis & eiuſdem conſolationem.* XI.

A [a] T eleuauit me ſpiritus,& introduxit me ad portam domus domini orienta-
lem,quæ reſpicit ad ſolis ortum.Et ecce in introitu portæ vigintiquinque vi-
ri,& vidi in medio eorum[1] Iezoniam] filium Azur, & Pheltiam filium Ba-
naiæ,principes populi.Dixítque ad me: Filij hominis, hi ſunt viri qui cogitāt iniqui-
tatem,& tractant conſilium peſſimum in vrbe iſta,dicentes:Nónne dudum ædificatę
ſunt domus?Hęc eſt lebes, nos autem carnes. Idcirco vaticinare de eis, vaticinare fili
hominis.Et irruit in me ſpiritus domini,& dixit ad me:Loquere: Hęc dicit dominus:
Sic locuti eſtis domus Iſrael,& cogitationes cordis veſtri ego noui. Plurimos occidi-
ſtis in vrbe hac,& impletis vias eius interfectis. Propterea hęc dicit dominus deus If-
B rael:[f] Interfecti veſtri quos poſuiſtis in medio eius,hi ſunt carnes,& hęc lebes:& edu-
cam vos de medio eius.[b] Gladium metuiſtis,& gladium inducam ſuper vos,dicit do-
minus deus. Et eiiciam vos de medio eius. Daboque vos in manū hoſtium, & faciam
in vobis iudicia. Gladio cadetis. In finibus Iſrael iudicabo vos, & ſcietis quia ego do-
minus.Hęc non erit vobis in lebetem,& vos non eritis in medio eius in carnes. In fi-
nibus Iſrael iudicabo vos, & ſcietis quia ego dominus.[c] Quia in præceptis meis non
ambulaſtis,& iudicia mea non feciſtis, ſed iuxta iudicia gentium quæ in circuitu ve-
ſtro ſunt, eſtis operati. Et factum eſt cùm prophetarem, Pheltias filius Banaiæ mor-
tuus eſt.Et cecidi in faciem meam:clamans voce magna.Et dixi:[2] Heu,heu,heu,] do-
mine deus,conſummationem tu facis reliquiarum Iſrael.[f] Et factum eſt verbum do-
C mini ad me,dicens:[d] Fili hominis,fratres tui,viri propinqui tui, & omnis domus Iſrael
vniuerſi quibus dixerunt habitatores Ieruſalem, longè recedite à domino, nobis da-
ta eſt terra in poſſeſſionem,propterea hæc dicit dominus deus:Quia longè feci eos in
gentibus, & quia diſperſi eos in terris, ero eis in ſanctificationem modicam in terris

a Quia egreſſa eſt gloria domini à limine templi, & ſtetit ſuper Cherubim: poſteaquæ auolantibus Cherubim ſtetit ipſa gloria in introitu portæ domus domini orientalis: & propheta quia per ſe ad eam ire nō poterat,elauatus eſt à ſpiritu, & ductus ad eandem portam domus domini orientalem: quæ reſpicit ſolem iuſtitiæ,de quo ſcriptum eſt Zach. 6. Ecce vir, Oriens nomen eius. Vt nequaquam remaneret in templo, quod erat ignorātiæ nube cōfuſum: ſed ſtans in porta domus domini orientali, quę ſequuntur ſacramēta cognoceret. Hieron. ibid.

1. Iechoniam.

b. Gladium Chaldæorū metuiſtis quando pro auxilio ad regē Aegypti miſiſtis, & inducam ſuper vos gladium quē formidaſtis, vt quem metuiſtis timor ſuper vos eueniat. Diony. ibid.

c. Tota equidē vita hæc vita eſt, & ambulatio quædam ad aliā vitam, ſeculūmque futurū. Diony. ibid.

2. Ah Ah.

d. Ex his diſcimus nō eſſe inſultandum his, qui dei iudicio pœnis traditi ſunt: nec exprobrandum homini conuerſo à peccatis ſuis: nec pœnitentibus & egreſſis de eccleſia dicendū. Longe receſſiſtis à domino, nobis data eſt terra in poſſeſſionem. Quia hæc dicit dominus: Licet eos parumper à mea eccleſia ſeparauerim, & inter gētes diſperſerim: tamen eis ero in ſanctificationem modicē, dum meminerint peccatorum ſuorum: vt qui propter vitia receſſerunt de loco ſuo, propter pœnitentiam ad ſedes priſtinas redire feſtinent. Hieron. ibid.

ad quas venerunt. Propterea loquere: Hæc dicit dominus deus: [c]Congregabo vos de populis, & adunabo de terris in quibus dispersi estis, dabóque vobis humum Israel. Et ingredientur illuc, & auferent [3] omnes offensiones, ] cunctásque abominationes eius de illa. [†] Et dabo eis cor vnum, & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum. [d] Et auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciántque ea, & sint mihi in populum, & ego sim eis in deum. Quorum autem cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horum viam in capite suo ponam, dicit dominus deus. [f] Et eleuauerũt Cherubim alas suas, & rotę cum eis, & gloria dei Israel erat super eos. Et ascendit gloria domini de medio ciuitatis, stetítque super montem qui est ad orientem vrbis. Et spiritus leuauit me, adduxítque in Chaldæam ad transmigrationem in visionem spiritus dei. Et sublata est à me visio quam videram. Et locutus sum ad trãsmigrationem omnia verba domini, quę ostenderat mihi.

[c. Hæc sub Zorobabel & Iesu filio Iosedech, & Esdra, & Nehemia, tribui Iudæ, & his qui eũ eis reuertũ sunt plerique accidisse autumant. Habitatores quoque qui sub Sedechia rege Iuda capti sunt, vel qui fugerũt eum Ieremia in Aegyptum, fomnes terras dispersos, & non reuersos in vrbem Ierusalem. Plena autẽ conuersio eorum qui captiui erant, & reliquiarũ Israel intelligitur in Christo, quãdo reliquię salum factæ sunt, & crediderunt vna die tria milia. Glo. ordi.]

3. Omnia idola.

[†. Hic vltimo ponitur huius visionis relatio. Præmittitur tamẽ recessus diuinæ protectionis à Ierusalem, cũ dicitur: Et eleuauerunt Cherubim alas suas ad volandum extra templũ in quo erant. De Lyra.]

*Videt Prophetа instantem obsidionem Ierusalem & direptionem, regisque captiuitatem.* XII

[A] ET factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, [2] in medio domus [1] exasperantis ] tu habitas, qui oculos habent ad videndum, & non vident: & aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus exasperans est. Tu ergo fili hominis fac tibi [b] vasa transmigrationis, & transmigrabis per diem coram eis. Transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conspectu eorum, si fortè aspiciant, quia domus exasperans est. Et efferes foras vasa tua, quasi vasa transmigrantis per diem in conspectu eorum. [g] Tu autem egrediêris vespere coram eis sicut egredietur migrans, ante oculos eorum. Perfode tibi parietem, & egredieris per eum in conspectu eorum. In humeris portaberis, in caligine efferêris. Faciem tuam velabis & non videbis terram, quia portentum dedi te domui Israel. Feci ergo sicut præceperat mihi dominus. Vasa mea protuli quasi vasa transmigrantis per diem, & vespere perfodi mihi parietem manu, & in caligine egressus sum, & in humeris portatus in conspectu eorum. Et factus est sermo domini mane ad me, dicens: [g] Fili hominis, nunquid non dixerunt ad te domus Israel, domus exasperans, [C] quid tu facis? Dic ad eos: Hæc dicit dominus deus: [c]Super ducem onus istud qui est in Ierusalem & super omnem domum Israel quæ est in medio eorum. Dic: Ego portentum vestrum. Quomodo feci, sic fiet illis. In transmigrationem & in captiuitatem ibunt, & dux qui est in medio eorum, [d] facies eius operietur, vt non videat veculis terram. [g] Et †extendam rete meum super eum, & capietur in sagena mea, & adducam [D] eum in Babylonem in terram Chaldæorum, & ipsam non videbit, ibique morietur, & omnes qui circa eum sunt. Præsidium eius & agmina eius dispergam in omnem ventum, [e] & gladium euaginabo post eos, & scient quia ego dominus, quãdo dispersero illos in gentibus, & disseminauero eos in terris. Et relinquam ex eis viros paucos à gladio, & fame, & pestilentia, vt enarrent omnia scelera eorum in gentibus ad quas [E] ingredientur, & scient quia ego dominus. [g] Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, [f] panem tuum [2] in conturbatione ] comede, sed & aquam tuam in festinatione & mœrore bibe, & dices ad populum terræ: Hęc dicit dominus deus ad eos qui habitant in Ierusalem in terra Israel: Panem suum in solicitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent, vt desoletur terra à multitudine sua propter iniquitates omnium qui habitant in ea, & ciuitates quæ nunc habitantur, desolatæ erunt terráque deserta, & scietis quia ego dominus. [g] Et factus est sermo domini ad me, dicens: [F] Fili hominis, quod est prouerbium istud vobis in terra Israel dicentium, in longum differentur dies, & peribit omnis visio? Ideò dic ad eos: Hęc dicit dominus deus: Quiescere faciam prouerbium istud, neque vulgò dicetur vltrà in Israel. Et loquere ad eos quòd [g] appropinquauerint dies, & sermo omnis visionis. Non enim erit vltrà om-

2. Hoc est, inter rebelles Iudæos qui iniquitatum suarum excessibus iustitiã dei ita offendunt, & deum naturaliter dulcem atque clementem, ad tam districtam vltionem & castigationẽ inducunt, vt quasi indignãs, exasperatus, iratus, & crudelis appareat. Dionys. ibid.

1. Rebellis & infita.

[b. Sed & Ezechiel apud Babylonem eodem tempore quo Ieremias apud Ierosolymam vastationem templi prædicebat, eiusque præfectionem etiam Ierosolymam transmittit. Quibus verisimile Sedechias hac potissimũ de causa noluit credere. In carcere enim omnibus inter se concinebant, quod & verba vi capiuntur, & Sedechias ipse capiatur abducereturque: in hoc verò videbatur discrepare Ezechiel, qd negaret, Sedechiam vi turum in Babylonem, cum Ieremias asseueraret omnino futurum vt captiuum eum Babylonius rex secũ abduceret. Quare cũ hic diuersa dicere eo videret, ne illa quidem vera putabat, in quibus cõsentirent. Ioseph. lib. 10. ca. 10.

[c. Intellige ducem, regem Sedechiam. Exponit enim parabolã regem fugam initurum prædicens. Non possunt cõsistere qui inuia mandatorũ cessant peragere. Lorychius ibid.]

[d. Per quod designatur excæcatio Sedechiæ: vel quia quando fuit captus à Chaldæis velauerunt oculos eius, sicut solet fieri hominibus morte dignis. De Lyra ibid.]

[e. Hoc dicitur propter Iohannẽ filium Chiree, & alios qui fugerunt in Aegyptum contrà consiliũ Ieremiæ, vt patet Iere. qui & ibi fuerunt occisi per Chaldæos, qui expetunt Aegyptum. Lyra.

f. Post principis & soiorũ eius prophetiam, quæ sub corporali imagine mõstrabatur, venit ad populum: & quicquid prophetiæ dicitur ad prophetam, refertur ad habitatores Ierusalẽ quòd in obsidionis malo panẽ suum comedant in angustia & egestate: & aquam suam nequaquam in abundantia, sed cum tormento bibant, & tribulatione. Hieron. ibid.

2. In terrore.

g. Hoc est, quia breuiati sũt dies non mẽsura, sed numero. Sicut enim longitudinem dierum dicit psalmista, non per lõgos dies intelligimus, sed multos: sic & breuitati dies, non breues dies sunt intelligẽdi, sed pauci. Chryso. in 24. cap. Mat. homi. 49.

omnis visio cassa, neque diuinatio ambigua in medio filiorum Israel, quia ego dominus loquar, & quodcunque locutus fuero verbum, fiet. [h] * Non prolongabitur amplius, sed in diebus vestris domus exasperans, loquar verbum, & faciam illud, dicit dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, ecce domus Israel dicentium: Visio quam hic videt in dies multos, & in tempora longa iste prophetat. * Propterea dic ad eos: Hæc dicit dominus deus: Non prolongabitur vltrà omnis sermo meus. Verbum quod locutus fuero complebitur, dicit dominus deus.

[h. Aduertendū est quod duplici existente prophetia, videlicet prædestinationis, qua aliquid prænuntiatur, secundum quod est in prædestinatiõe diuina: & comminationis. Illa quæ dicta sunt de prophetiç impletione potissime intelligenda sunt de prophetia prædestinationis. Prophetia verò comminationis nõ semper impletur, saltem secundum tenorem verborũ, nõ tamẽ falsa est neque cassatur. Diony. Carthu. ibid.]

* Eam.

*Propheta domini in Pseudoprophetas populi seductores.* XIII.

Ezech.14.c

A ET factus est sermo domini ad me, dicens: † Fili hominis, [a] vaticinare ad Prophetas Israel qui prophetant, & dices prophetantibus de corde suo: Audite verbum domini: Hæc dicit dominus deus: [b] Vç prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Quasi vulpes in desertis Prophetæ tui Israel erant. † [c] Non ascendistis' ex aduerso, neque opposuistis] murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die domini. Vident vana, & diuinant mendacium, dicentes, ait dominus, cùm dominus non miserit eos, & [2] perseuerauerunt confirmare sermonem.] Nunquid non visionem cassam vidistis, & diuinationem mendacem locuti estis? Et dicitis, ait dominus, cùm ego non sim locutus. Propterea hæc dicit dominus deus.

† i.d.c.1. quasi 1.c iniustor. † quasi. i.c. Iniustitiis.

B * Quia locuti estis vana, & vidistis mendaciũ, ideò ecce ego ad vos ait dominus deus, & erit manus mea super prophetas qui vident vana, & diuinant mendacium. In consilio populi mei non erunt, [d] & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur, & scietis quia ego dominus deus. Eo quòd deceperint populum meum, dicentes: pax, & non est pax, & ipse † ædificabat [e] parietem, illi autem liniebant cum luto absque paleis. Dic ad eos qui liniunt absque temperatura quòd casurus sit. Erit enim imber inundans, & dabo lapides [3] prægrandes] désuper erruentes, & ventum procellæ dissipantem. Siquidem ecce cecidit paries. Nunquid non dicetur vobis: vbi est litura quam liuistis? Propterea hæc dicit dominus deus: Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo

* 46.d.e Sãt nonulli.

C erit, & lapides prægrandes in ira in consummationem. * Et destruam parietem quem liuistis absque temperamento, & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius, & cadet & consumetur in medio eius, & scietis quia ego sum dominus. Et complebo indignationem meam in pariete, & in iis qui liniunt eum absque temperamento, dicámque vobis: Non est paries, & non sunt qui lineunt eum. Prophetæ Israel qui prophetant ad Ierusalem, & vident ei visionem pacis, & nõ est pax, ait dominus deus. Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra [f] filias populi tui quę prophetant de corde suo, & vaticinare super eas, & dic: Hæc dicit dominus deus: † * Væ his qui consuunt puluilos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas. Et cùm caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum, & violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis,

† 46.d.e Sãt nonulli.

† 11.q.1 Plectanque.

D † * vt interficerent animas quæ non moriuntur, [h] & viuificarent animas quæ non viuunt, mentientes populo meo [4] credenti mendaciis.] Propter hoc dicit dominus deus: Ecce ego ad puluillos vestros quibus vos capitis animas volantes, & dirumpam eos de brachiis vestris, & [i] dimittam animas quas vos capitis, animas ad volandum. Et dirumpam ceruicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra, neque erũt vltrà in manibus vestris ad prædandum, & scietis quia ego dominus. [k] Pro eo quòd mœrore feciſtis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaũt, & cõfortastis manus impij, vt non reuerteretur à via sua mala, & viueret, propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, & eruam populum meum de manu vestra, & scietis quia ego dominus.

[a. Nunc contra falsos prophetas iam dei prædicere incipit. Primo contra virilem sexum prophetizat culpam eorum retegẽdo. Lorychius ibid.]

[b. Nihil enim præter illa patrẽ velle concedimus, quæ gloriam eius conferũt, & rectitudinem dogmatum stabiliunt. Cyril. in Ioh. lib. 9. c. 17.

c. Ex aduerso quippe ascendere, est pro defensione gregis voce libera huiusmodi potestatibus contrà ire: & in die domini in prælio stare, est prauis decertãtibus ex iustitiç amore resistere. Pastorẽ enim recta timuisse dicere, quid est aliud quàm tacendo tergа præbuisse. Gregg. Pastora. 2. part cap. 4.

1. In tuputio nec sapiuistis.

2. Sperate fecerunt vt sermonẽ confirmarent.

[d. Redeuntes enim de Babylone habuerunt genealogias suas descriptas, vt sic singuli rediẽtes ad hereditates patrum suorum, vt haberet 1. Esdræ. De Lyra.]

e. Est enim pax quæ non habet offendiculum, & quę simulatinẽ habet. Refugiamus ergo pacem peccatorum: conspirant enim aduersus innocentes, coũs vt iustos opprimant. Ambro. de interpella. lib. 3. cap. 3.

3. Grandium & infra.

f Parietis nomine peccati duritia designatur. Aedificare ergo parietem, est cõtra se quępiam obstacula peccati cõstruere. Sed parietẽ liniunt, qui peccata perpertantibus adulantur, vt quod illi peruerse agentes ædificant, ipsi adulantes quasi nitidũ reddant. Grego. Moral. lib. 18. ca. 3. Vel qui ad gratiam loquuntur, & arguunt peccata populi tantum in superficie, peccata populi liniunt veluti quendam parietem. Theophil. in Luc. 3. cap.

g. Sicut contra veros & sanctos prophetas pseudoprophetę diabolico spiritu inspirabantur, sic cõtra sanctas ac diuinas prophetas fœminæ quædam diabolico spiritu agebantur. Diony. ibidẽ post Hierony.

h. Hoc est, qui male agentibus adulatur, quos corripere debet. Grego. Moral. lib. 18. cap. 3.

4. Auscultanti mendacia.

i Hoc est, animas impiorũ, quæ vita gratiæ carent, & morte peccati prostratæ sunt, iustis enim, quia nihil eis præstabant, cõminabuntur aduersa, peruersis autem prospera propter eorum dona. Vnde in Michæa scriptũ est: Si quis non dederit in ore eorũ quidpiam, sanctificant super eũ prælium. Diony. ibid.

[k. Portò quando animam iusti vestris mendaciis in multũ mœrorem induxitis, id quod vobis auctor non sum, tum etiam impium in sua impietate sustinuistis atque cõfirmastis, ita vt à via sua mala non reuertatur, neque decedat, Tostatus.]

*Vltio domini per Danielem, Iob, & Noe non potuit ab Israelitis auerti propter illorum immunditias, nec à plagis per prophetas liberari.* XIIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ET venerunt ad me viri seniorum Israel, & sederunt coram me. Et factus[a] est sermo domini ad me, dicens: Filij hominis, [a]viri isti posuerunt immũditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciẽ suã. Nunquid interrogatus respondebo eis? Propter hoc loquere eis, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: [1]Homo] homo de domo Israel qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad Prophetam [2]– interrogans per eum me,] [§] ego dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum, vt capiatur domus Israel in corde suo quo recesserunt à me in cunctis idólis suis. Propterea dic ad domũ Israel: Hæc dicit dominus deus: Conuertimini, & recedite ab idólis vestris & ab vniuersis contaminationibus vestris auertite facies vestras. [b] Quia homo homo de domo Israel, & de proselytis quicunque aduena fuerit in Israel, si alienatus fuerit à me, & posuerit idóla sua in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, [§] & venerit ad Prophetam, vt interrogaret per eum me: ego dominus respondebo ei per me, & ponam faciem meam super hominem illum, & [*]faciam eum in exemplũ & in prouerbium, & disperdam eum de medio populi mei, & scietis quia ego dominus. Et propheta cũ [2]errauerit & locutus fuerit verbũ, ego dominus decepi [c]prophetã illũ. [†] Et extendam manum meam super illum, & delebo eum de medio populi mei Israel, & portabunt iniquitatem suam. [§] Iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas Prophetę erit, vt non erret vltrà domus Israel à me, neque polluatur in vniuersis pręuaricationibus suis, sed sit mihi in populum, & ego sim eis in deum, ait dominus exercituum. Et factus est sermo domini ad me, dicẽs: Fili hominis, terra cum peccauerit mihi vt pręuaricetur prævaricans, extendam manum meam super eam, & † conteram virgam panis eius, & immittam eam in famem, & interficiam de ea hominem & iumentum. [d]Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait dominus exercituum. [§] Quòd & si bestias pessimas induxero super terram, vt vastem eam, & fuerit [3]in via,] eo quòd non sit pertrãsiens propter bestias, tres viri isti si fuerint in ea, viuo ego dicit dominus deus, quia nec filios nec filias liberabũt sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur. [e] Vel si gladium induxero super terram illam, & dixero gladio, transi per terram, & interfecero de ea hominem & iumẽtum, & tres viri isti fuerint de medio eius viuo ego, dicit dominus deus, [f] non liberabunt filios neque filias, sed ipsi soli liberabuntur. [§ g] Si autem & pestilentiam immisero super terram illam, & effudero indignationem meam super eam in sanguine, vt auferam ex ea hominem & iumentum, & Noe, Daniel, & Iob fuerint in medio eius, viuo ego, dicit dominus deus: quia filium & filiam non liberabunt, sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas: quoniam hæc dicit dominus: Quòd & si quatuor iudicia mea pessima, gladium & famem ac bestias malas, & pestilentiam immisero in Ierusalem, [§] vt interficiam de ea hominem & pecus, tamẽ relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias. Ecce ipsi egredientur ad vos, & videbitis viam eorum & adinuentiones eorum, & consolabimini super malo quod induxi in Ierusalem in omnibus quæ importaui super eam, & consolabuntur vos cum videritis viam eorum, & adinuentiones eorũ, & cognoscetis quòd nõ frustra fecerim omnia quę feci in ea, ait dominus deus.

1. Quod est, Isti viri veniunt ad audiendum domini sermonẽ: sed cum cogitationibus pristinis, nõ hæc quidem tempore impietatis suæ scelera relinquẽtes, sed credentes idolis, & diuinationibus fraudulẽtis, habentes ruinam iniquitatis contra faciẽ suam atque tormẽtum, dũ meliora desperãt, & parati sunt ad supplicium, & sic mea per te cupiunt verba percipere. Quia igitur peruersio ad te corde venerunt, responde eis non ex persona tua, ne levis sit authoritas respondentis, sed ex meo imperio. Hieron. ibid.

1. Quisquis, & infra.

[b. Secũdo homo homo dicitur, vt interior & exterior homo significetur. Multi enim corporum facies habentes diuersarũ bestiarum assumunt imagines. Vnde Psal. 72. Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilũ redige. Est psal. 48. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Illi non sunt homines, sed homines iumenta. Et in euangelio Mat. 23. Genimina viperarũ &c. nõ sunt homines homines, sed hominis viperæ. Glo. ordi.]

*Ponere.

2. Seductus fuerit.

c. Longè enim à veritate oberrant qui non erubescunt deum seductorem appellare: qui merito audient: Væ qui dicitis bonũ malum, & malum bonum: qui putatis tenebras lucem, & lucẽ tenebras. Cyril. super Ioh. c. 7. Sed hoc permittitur, non effectiuè intelligitur: ne pseudoprophetarum torrentibus ascribatur & populus fallitur, sed & iræ dei sit, quia populus peruersus mauult audire falsos pharisæos & veros. Diony. post Hier. ib.

d. Neque iusti quibus apud deũ tanta fiducia est, poterũt nobis tunc aliquid prodesse, si nunc desides fuerimus. Vide minarũ grauitatem, & quales iustos in medium adduxerit. Quanis & illis suis temporibus etiam aliis salutis causa fuerunt. Chryſ. in Gene. ho. 43.

3. Desolata.

[e Quòd si gladium induxero, & dixero gladio, hoc est, bellatoribus venientibus gladio. De Lyra ibidem.]

[f. Nisi opera & fidẽ eorum habeant. Frustra ergo dicunt Iudæi: Pater noster Abraham est, cum eius opera non habeant. Glosa ordi.]

g. Quis prohibet igitur nos orare sanctos, ipsósque pro nobis orare? Paratum est hic Christianis auxilium, Ecclesia videlicet martyrum, exercitus triumphãtium, chorus laudantium deũ. Vbi enim sunt duo vel tres in nomine domini congregati, ibi deus est. Qui aliqua premitur angustia, ad sanctos confugiat, qui rursus lætatur, hos oret. Hic vt à malis liberetur, ille vt duret in rebus lætis. Hic mulier orans pro filiis auditur: peregrinanti viro reditum incolumem, ægrotanti verò salutem implorat. Cum his ergo martyribus nostras effundamus preces. Basilius in sermone quadraginta martyrum.

## *Sermo domini contra Ierusalem tanquam vitem infructuosam comburendam.* XV.

ET factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, [a]quid fiet de ligno vitis [1]ex omnibus lignis nemorum quę sunt] inter ligna syluarum? Nunquid tolletur de ea lignum vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus vt depẽdeat in eo quodcunque vas? Ecce igni datum est [2]in escam,] vtranque partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillã. Nunquid vtile erit ad opus? Etiam cum esset integrum, [§] non erat aptum ad opus, quanto magis cum illud ignis deuorauerit

a. Hoc enim modo de infructuosis arboribus solet fieri. Excidũtur enim ne terram frustra occupent, vt de ficu infructuosa Luc. 13. Vult ergo hac similitudine quantum sit detrimenti eius animæ offendere quæ ab eo decisa est. Inutilis enim cum sit, cũmque nullum edat fructũ prohibetur, æternæ punitioni tradita perpetuo cruciabitur igni. Cyril. in Ioh. lib. 10 cap 14.

1. Præ omni ligno labruscæ quę est.

2. In deuorationem, duas extremitates.

uerit & combusserit,nihil ex eo fiet operis?Propterea hæc dicit dominus deus:[b]Quo modo[c] lignum vitis inter ligna syluarum quod dedi igni ad deuorandum,sic tradam habitatores Ierusalem, & ponam faciem meam in eos. De igne egredientur,& ignis cõsumet eos.Et scietis,quia ego dominus:cum posuero faciem meã in eos, & dedero terram inuiam & desolatam,eo quod præuaricatores extiterint,dicit dominus deus.

*Ingratitudo Ierusalem exprobratur,quæ comparata Sodomæ & Samariæ peior inuenitur.* XVI.

A ET factus est sermo domini ad me,dicens:[a] Fili hominis, notas fac Ierusalem abominationes suas, & dices: Hæc dicit dominus deus Ierusalem: [1]Radix tua] & generatio tua de terra Chanaan,[b] pater tuus Amorræus: & mater tua Cethæa. Et quando nata es[c] in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus,& in aqua non es lota in salutem, nec sale salita,nec inuoluta[2] pannis.] Non pepercit super te oculus vt faceret tibi vnum de his misertus tui, sed proiecta es super faciem terræ in abiectione animę tuæ,in die qua nata es. Transiens autem per te vidi te conculcari in sanguine tuo. Et dixi tibi, cùm esses in sanguine tuo: Viue.Dixi, inquam,tibi[3] in sanguine tuo: Viue.] Multiplicatã quasi germen agri dedi te,& multiplicata es,& grandis effecta, & ingressa es, & peruenisti [4] ad mundum muliebrem.] Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit, & eras nuda & [5] confusionis plena.] Et [d] transiui per te,& vidi te,& ecce tempus tuum tempus amantium.Et expandi amictum meum super te,& operui ignominiam tuam. [†] Et iuraui tibi, ingressus sum pactum tecum,ait dominus deus. Et facta est mihi, & laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te Et vnxi te oleo,& vestiui te discoloribus,& calciaui te hyacintho.

B [‡]Et cinxi te byssо,& indui te[6] subtilibus,]& ornaui te ornamento.Et dedi armillas in manibus tuis,& torquem circa collum tuum, & dedi in aurem super os tuum,& circulos auribus tuis, & coronam decôris in capite tuo.[e] Et ornata es auro & argento, & vestita es byssо & polymito,& multis coloribus.Similam & mel & oleum comedisti, & decôra facta es vehementer nimis.Et profecisti in regnum, & egressum est nomẽ tuum in gentes propter speciem tuam,quia perfecta eras in decôre meo quem posueram super te,dicit dominus deus.[f] Et habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo,& exposuisti fornicationem tuam omni transeunti,vt eius fieres. Et sumens de vestimentis tuis,[§] fecisti tibi excelsa[7] hincinde consuta,] & fornicata es super eis,sicut non est factum, neque futurum est. Et tulisti vasa decôris tui de auro meo & argento meo quę dedi tibi,& fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. Et sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & [8] operuisti illas.] Et oleum meum & thymiama meum posuisti coram eis, & panem meum quem dedi tibi, similam & oleum & mel quibus enutriui te, posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis.

c [*]Et factum est,ait dominus deus,& tulisti filios tuos & filias tuas quas generasti mihi, & immolasti eis ad deuorandum.Nunquid parua est fornicatio tua? Immolasti filios meos.Et dedisti illos [9] consecrans] eis. Et post omnes abominationes tuas & fornicationes non es recordata dierum adolescentiæ tuæ,quando eras nuda & [10] confusione plena,] conculcata in sanguine tuo.Et accidit post omnem malitiam tuam, væ væ tibi,ait dominus deus.Et ædificasti tibi lupanar,& fecisti tibi [11] prostibulum] in cunctis platéis.Ad omne caput viæ ædificasti[12] signum prostitutionis tuæ,] & abominabilem fecisti decôrem tuum.[†] Et diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti omnes fornicationes tuas.[h] Et fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis magnarum carnium, & multiplicasti fornicationem tuam ad irritandum me. Ecce ego extendam manum meam super te, & auferam [13] iustificationem tuam.] Et dabo te in animas odientium te filiarum Palæstinarum,quæ erubescunt in via tua scelerata. Et fornicata es in filiis Assyriorum,eo quòd necdum fueris expleta.[i] Et postquam fornicata es,nec sic es satiata,& multiplicasti fornicationem tuam in terra Chanáan cum Chaldæis,&

†Deo.di.5. ‡Nunquam.

[b.Quomodo lignum vitis. Hic exponit parabolã vitis palmitũ. Vides deũ aut semper clarè nobiscum agere, aut quæ obscurè protulit per gnomas ipsum dilucidare.Lorychius.]

b.Cætera ligna syluarum succisa plurimam præbẽt vtilitatẽ:& in omnem agriculturã & in vsum armorũ proficiunt,dum autem tenuantur in scuta,raduntur in hastilia, claudũt foribus,continent armariis, tisculoculis,omnémque domus tribuunt supellectilem.Vitis autem si semel vuas afferre cessauerit,in tantum inutilis est, vt ne paxillus ex eâ possit fieri,de quo aliquid pendeat.Hieron.ibid.

[a.Peccata populi Iuda sub metaphora mulieris pauperrimæ in obscuro loco natæ, per potẽtem & illustrẽ heroa maritum, cui tamen fidem nõ seruauerit, sacramento cõnubij honorificatæ & locupletatæ describit. Lorychius ibid.]

1.Habitationes tuæ.

b.Cõsuetudinis est sacræ scripturæ ex imitatione vel similitudine filios appellare, vt hic. Quia enim Iudæi imitati fuerant impietates Amorræorũ & Cethæorum,inde parentes eos habuisse dicuntur,de quibus per scelerũ propaginẽ nascerẽtur,&cũ quibus pro simili scelere dãnarẽtur Cyrill.super Ioh.lib.6.cap.6.

c.Hoc est, in conuersionis tuæ tempore non resecasti carnis luxuriam.Grego.Mor.lib.32.c.11.

2.Fasciis.

3.In sanguine tuo viue.

4.Ad præcipuũ ornamentum.

5.Discooperta.

d.Loquitur nõque propheta de deo, quasi de homine per viam pergente,& puerum à matre relictum cernente ac miserante, susceipiente ac confouente:& ecce ad tempus nuptiarũ venisti, quo vir &vxor matrimonio iunguntur, ita quòd eras disposita susceipere legem à deo & ei in sponsam vniri. Diony.ibidem.

6.Serico.

[e. Vt comedat Ierusalẽ vel per partes,vt plerique putant,vel cõmixtione trium dulciorũ panẽ qui de cœlo descẽdit,& sub tribus nominibus,vt quidã putãt, sacramentum trinitatis. non qualia &alia substantia sit,sed diuersis similæ & mellis,& olei nominibus,patris, & filij, & spiritussancti vna dulcedo monstratur. Glosa ordi.ibid.]

f.Fiduciam pulchritudinis suæ anima habet, cum in semetipsa de iusta actione præsumit. Grego. Epist.12 6.

g. Propheta nefandas idololatriæ superstitiones quibus cõtaminata erat Ierusalem,commemorat,dicens: Et habes fiduciã in pulchritudine tua,fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuam omni trãseunti, vt eius fieres, &c. Cyril.in Ioh.lib.6.cap.5.

7.Discolaria.

8.Et vestita es eis.

9.Traducens,sub.per ignem.

10.Discooperta.

11.Excelsum.

12.Excelsa tua.

h. Egregiè satis adulteram vocat generationẽ Iudæorũ, quia legitimum virum dimiserat, & iuxta Ezechielis vaticinii multis se amatoribus copulauerat. Beda feria 3.post inuocauit.

13.Statum tuum.

i.Secundum tropologiam de aliis peccatis ad alia peccata sæpe transimus. Cùmque nõ egerimus priorum scelerum pœnitentiam, augemus delicta delictis,&nullo errore satiamur,sed quasi funẽ longo,& corrigia iugi vitiuli trahimus peccata,& textamentum nostrum,siue formicarum multiplicamus in terra Chanaan.hæreticorum quoque prauitatib⁹ fabulicimur qui habent similitudinem dæmonum.Hieron.ibid.

nec sic satiata es. & [14] In quo mundabo ] cor tuum, ait dominus deus, cum facias omnia hæc opera mulieris meretricis & procacis? [k] Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis viæ,& excelsum tuum fecisti in omni platéa.Nec facta est quasi meretrix fastidio [15] augens] precium, sed quasi mulier adultera quæ super virum suum inducit alienos.[l] Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis,& dona donabas eis,vt intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum. Factúmque est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, [m] & post te non erit fornicatio. In eo enim quod dedisti mercedes, & mercedes non accepisti,factum est in te contrarium. Propterea meretrix audi verbum domini:Hæc dicit dominus deus: Quia [16] effusum est æs tuum, ] & reuelata est ignominia tua in fornicationibus tuis super amatores tuos, & super idôla abominationum tuarum in sanguine filiorum tuorum quos dedisti eis, ecce ego congregabo omnes amatores tuos quibus commixta es,& omnes quos dilexisti [n] cum vniuersis quos oderas.Et cõgregabo eos super te vndique,& nudabo ignominiam tuam coram eis. & Et videbunt omnem turpitudinem tuam, & † iudicabo te iudiciis adulterarum & effundentium sanguinem.Et dabo te in sanguinem furoris & zeli,& dabo te in manus eorũ.[o] Et destruent lupanar tuum, & demolientur prostibulum tuum. Et denudabunt te vestimentis tuis,& auferent vasa decôris tui.Et derelinquent te nudam [17] plenámque ignominia,] & adducent super te multitudinem. Et lapidabunt te lapidibus, & trucidabũt te gladiis suis.† Et comburent domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum.Et [18] desines fornicari,] & mercedes vltrà non dabis. Et requiescet indignatio mea in te,& auferetur zelus meus à te.Et quiescã, nec irascar amplius, eo quòd non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, & prouocasti me in omnibus his. Quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi,ait dominus deus,& non [19] feci iuxta scelera tua] in omnibus abominationibus tuis. [p] Ecce omnis qui dicit vulgò prouerbium,in te assumet illud,dicens:Sicut mater, ita & filia eius. Filia matris tuæ es tu,quæ proiecit virum suum,& filios suos,& soror sororum tuarum es tu,quæ proiecerunt viros suos & filios suos. Mater vestra Cethæa : & pater vester Amorræus.[q] Et† soror tua maior Samaria,ipsa & filiæ eius, quæ habitant ad sinistram tuam. Soror autem tua minor te,quæ habitat à dextris tuis, Sodoma & filiæ eius. Sed nec in viis earum ambulasti,neque secundum scelera earum fecisti.Pauxillum minus [20] penè] scelleratiora fecisti illis in omnibus viis tuis. Viuo ego dicit dominus deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa & filiæ eius, sicut fecisti tu & filiæ tuæ.† [r] Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ,superbia,saturitas panis,& [21] abundantia,]& ocium ipsius & filiarum eius:& manum egeno & pauperi non porrigebant, & eleuatæ sunt, & fecerunt abominationes coram me,& abstuli eas sicut [22] vidisti.] Et [s] Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed vicisti eas sceleribus tuis, † & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es.Ergo & tu porta confusionem tuã,quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agens ab eis. Iustificatæ sunt enim à te.Ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam,quæ iustificasti sorores tuas. Et conuertam [23] restituens eas conuersione Sodomorum cum filiabus suis, & conuersione Samariæ & filiarum eius. & Et conuertam reuersionem tuam] in medio [t] earum, vt portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus quæ fecisti, consolans eas. Et soror tua Sodoma & filiæ eius reuertentur ad antiquitatẽ suam, & Samaria & filia eius reuertentur ad antiquitatem suam,& tu & filiæ tuæ † reuertimini ad antiquitatem vestram. Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo in die [u] superbiæ tuæ antequam reuelaretur malitia tua, sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ,& cunctarum in circuitu tuo filiarum Palęstinarum quę ambiunt te per gyrum. Scelus tuum & ignominiam tuam portasti, ait dominus deus. Quia hęc dicit dominus deus : Et faciam tibi sicut despexisti iuramentum vt irritum faceres pactum,& recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentię tuę, [x] & suscitabo tibi pactum sempiternum.Et recordaberis viarum tuarum, & confundêris cum receperis

12. Quam obstinatum est.
[k. In quo mundabo cor tuũ,q. d. tanta est immunditia tua ꝙ non appareat via mundandi te, quia fabricasti Lupanar,i. tẽpla pro cultu idolorum. De Lyra.]
15. Spernens.
[Hæc quoque ad ecclesiam, & ad animas fideliũ sunt referenda, quæ munera maritalia,autũ scilicet in sensu,argentum in eloquentia, & vestes quibus turpitudo nostra atque fœditas velatur,dant amatoribus suis,i. dęmonibus vel peruersorum dogmatum doctoribus.Glosa ordi. post Hieron. ibid.]
m. Hoc est,tanta est idololatriæ tuę impietas,vt eius respectu,futurarum idololatriarum peruersitas minor, aut quasi indigna nomine fornicationis videbitur. Simili modo quantum ad malũ pœnæ de populo isto scriptum est in Isaia.22.ca. Ad genteˇ horribilem,& diuisam postquam non est alter. Diony. ibid.
16. Prostituta est pubes tua.
[n. Id est,cũ Philistæis,qui semper fuerunt odiosi Iudæis, & conuersi,Iudæi Philistæis. De Lyra ibid.]
o. Est autẽ & alia fornicatio spiritualis, quãdo derelinquentes ecclesiam hæreticis iungimur, & ædificamus lupanar nostrum in capite omnis viæ,quibus præcipit sermo diuinus, Iere. 6. State in viis,& quærite semitas domini sempiternas, & videte quę sit via bona, & ambulate in ea. In omnibus viatũ principiis fabricat lupanar suum,qui ad peruertitaˇ doctrinæ testimonia male abutitur scripturatũ. Hieron. ibid.
17. Discooperiam.
18. Cohibebo te ne sis meretrix.
19. Fecisti cogitatum.
[p. Hic arguitur nequitia populi Iudæ sub nomine Ierusalem, q. d Sotymæ factæ sunt omnis idololatriæ radix, quæ proseminarium esse dehuit,& instar religionis fuit. Sic etiam trito prouerbio dicitur. Lory. ibid.]
q. Sorores Ierusalem Samariam & Sodomam vocat:quarum altera à dextris,altera à sinistris etiam secundum corporalem intelligentiam, si de templo Ierusalem ad orientem aspiciat cõprobabis.Glosa ordi.
20. Imo.
r. Ne enim homo fame moreretur, omnia ad esum deus creauit: sed ne mensuram edendi excederet, & abstinentiam imperauit. Nã inter cætera sua mala saturitate panis maximè Sodoma perijt, domino attestante, qui ad Ierusalem per prophetã loquitur,dicens:Hæc est iniquitas Aug. de conflict. vitiũ. c. 10.
21. Luxuria.
22. Mihi visum fuit.
s. Fornicatio Ierusalem cõparata fornicationi Samariæ scelerator inuenitur,sed tamen ambę dignæ sunt morte:Sicut in euãgelio peccatum Iudæ comparatum peccato Sodomorum propensius esse ipsius domini ore pronuntiatur. Raba in 20. cap. Eccle.
23. Captiuitatem eorum nempe captiuitatem Sodomæ & filiarũ eius,& captiuitatem tũ suã migrationum tuarum.
t. Ostenditur inde periisse Sodoma:quia cum vitio superbiæ mensuram moderatæ refectionis excessit. Grego. Moral. lib. 30 cap. 27.
u. Est confusio adducens peccatum,de qua ipsa veritas ait Lu. 9 c. Nam qui me erubuerit & sermones meos &c. Est quidem & alia cõfusio quæ adducit gratiam & gloriam, cum quis pro peccatis suis cõpungitur,& pœnitentiam agit: De qua dominus per Ezechielem prophetam ad Ierusalem ait:Suscitabo tibi pactum sempiternum, & recordaberis viarum tuarum,&c. Raba in 4. ca. Eccle.

peris sorores tuas tē maiores cum minoribus tuis.[x] Et dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo: & suscitabo ego pactum meum tecum. Et scies quia ego dominus, vt recorderis & confundaris, & non sit tibi vltrà aperire os præ confusione tua, cum placatus tibi fuero in omnibus quæ feciſti, ait dominus deus.

[x. Quia oēs sunt filij ecclesiæ in Apostolis inchoatæ, sed non ex pacto tuo, hoc est, ex virtute legis veteris, sed nouæ. Ideo subditur: Et suscitabo ego pactum nouum tecum: quod dicitur pactum nouum non secundum pactum in Horeb initū. De Lyra.]

*Ioachim in Babylone captiuo Sedechias Rex Ierusalem cum vrbe sua capitur, & sub figuris aduentus Christi prædicatur.* XVII.

A ET factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, propone[a] ænigma, & narra parabolam ad dominum Israel, & dices: Hæc dicit dominus deus: [b] Aquila grandis magnarum alarum, [1] longo membrorum ductu] plena plumis & varietate, venit ad Libanum, & tulit [2] medullam] cedri. Summitatem[3] frondium] eius auulsit, [c] & transportauit eam in terram Chanaan, in vrbem negotiatorum posuit illam. Et tulit de semine terræ, & posuit illud in terra pro se-
B mine, vt firmaret radicem super aquas multas. ℣ [4] In superficie] posuit illud. Cúmque germinasset, creuit in vineam latiorem, humili statura respicientibus ramis eius ad eam, & radices eius sub illa erant. Facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines. Et facta est [d] aquila altera grandis, magnis alis, multísque plumis. Et ecce vinea ista quasi mittens radices suas ad eam, palmites suos extendit ad illam, vt irrigaret eam de areolis germinis sui, quæ in terra bona super aquas multas
C plantata est, vt faciat frondes, & portet fructum, vt sit in vineam grandem. ℣ Dic: Hęc dicit dominus deus: Ergóne prosperabitur? Nónne radices eius euellet, & fructus eius distringet? Et siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet, [e] & nō in brachio grādi neque in populo multo, vt euelleret eam radicitus? Ecce plantata est: Ergóne prosperabitur? Nónne cum tetigerit eam ventus vrens siccabitur, & in areis germinis sui arescet-Et factum est verbum domini ad me, dicens: Dic ad domum exasperantem:
D Nescitis quid ista significent? [f] Dic: ecce venit Rex Babylonis in Ierusalem, ℣ & assumet Regem & principes eius, & adducet eos ad semetipsum in Babylonem. Et tollet de semine regni, feriétque cum eo fœdus, & ab eo accipiet iusiurandum. Sed & fortes terræ tollet vt sit regnum humile, & non eleuetur, sed custodiat pactum eius, & seruet illud. Qui recedēs ab eo, misit nuntios ad Ægyptum, vt daret sibi equos & populum multum. Nunquid prosperabitur vel cōsequetur salutem qui fecit hæc? Et qui dissoluit pactum, nunquid effugiet? ℣ [g]
E Viuo ego dicit dominus deus, quoniam in loco Regis qui constituit eum Regem cuius fecit irritum iuramentū, & soluit pactum quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. Et non in exercitu grandi neque in populo multo faciet contra eum Pharao [5] prælium] in iactu aggeris, & in extructione vallorum, [h] vt interficiat animas multas. Spreuerat enim iuramentum vt solueret fœdus, & ecce dedit manū suam, & cùm omnia hæc fecerit, non effugiet. Propterea hęc
F dicit dominus deus. ℣ Viuo ego, quoniam iuramentū * quod spreuit, & fœdus * quod pręuaricatus est, ponam in caput eius: Et expandam super eum rete meum, & comprehendetur in sagena mea, & adducam eum in Babylonem, [i] & [6] iudicabo eum ibi in prævaricatione] qua despexit me, & omnes profugi eius cum vniuerso agmine suo, gladio cadent: residui autem in omnem ventum dispergentur, & scietis quia ego dominus locutus sum. Hæc dicit dominus deus: [k] Et sumam ego de [7] medulla] cedri sublimis, & ponam de vertice ramorum eius. ℣ Tenerum distringam, & plantabo su-
G per montem excelsum & eminentem. In monte sublimi Israel plantabo illud, & erūpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam. Et habitabunt sub ea omnes volucres, & vniuersum volatile sub vmbra frondium eius nidificabit. Et scient omnia ligna regionis, quia ego dominus humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignū humile: & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego dominus locutus sum & feci.

[a. Ænigma & parabola idem sunt, vtpote sermo habens obscuritatem, quo aliud praetertur verbis, aliud tenetur in sententia, sta quod per rem verbis significatam res alia designatur. Diony. Car.]

[b. Rex est Babyloniorū, per quē terrena potestas designatur. Greg. Moral. lib 31. cap. 33.]

1. Longa in membris.

2. Summitatem.

3. Surculorum.

[c. Chanaā enim in Hebræo, est nomen proprij & appellatiuū: & prout est nomen proprium significat Iudæam, eo quòd habitauerunt eam Chananæi ante filios Israel: prout verò est nomē appellatiuum sic significat mercationem. Et secundum hoc terra Babylonis dicitur hic terra Chanaan, eo quòd multi mercatores frequētabant eam propter diuitias terræ, & populi multitudinem. De Lyra ibid.]

4. Veluti salicem.

[d. Rex est Aegypti, grandis & magnis alis, multísque plumis, &c. Mox addit: Ergóne prosperabitur, scilicet rex Aegypti, hoc est, iuramentum seruabit vineæ, & fœdera, & hæc poterit manere & saluari, & non caderet Mox demonstrans quòd hoc nō erit, sed omnino propter iuramentum peribit: de pœna ipsa differit, & causam eius ponit: Nónne radices eius euellet? &c. Chry. ad popul. Anthio. ho. 19.]

[e. Fugiens enim Sedechias regis Aegypti auxilio destitutus, a ducibus Nabuchodonosor in campis Ierichontinis comprehēsus est, & tocij eius huc illuc que dispersi. Glosa ordi. ibid.]

[f. Enarratio parabolæ præcedētis: q̄ sub duabus aquilis & vinea, duos reges Babylonis & Aegypti scriptura monstraret, & regem Sedechiam, qui contra iusiurandum, deserta amicitia Nabuchodonosor, se ad regem Aegyptium trāstulit. Ferier, inquit, cum eo fœdus, & accipiet ab eo iusiurandum vt custodiat pactum eius, & seruet illud. Qui dissoluit, ait, pactum, nunquid effugiet? Hieronym. ibid.]

[g. Hic describitur ipsius regis perfidi captiuitas & pœna. Statim itaque exponit Prophera ænigma atque parabolā. Videtur articulum eum de retributione bonorum, & de animadversione malorum, omnium esse planissimum. Lorychius ibid.]

5. In prælio.

[h. Per malam enim voluptatem, hoc est per peccatum mortale, quis nescit animam mori? Fulgen. ad monimum lib. 3.]

* Meum.

* Meum.

[i. Nā ego certè ne quis me iniquitatis accuset vnumquemlibet vestrum secundum suā viā, suave facta sum iudicaturus ô domus Israelis scelerata & improba dicit dominus deus. Tostatus ibid.]

6. Iudicio contendam cum eo propter præuaricationem suā.

[k. Sumam de semine nobiliore regiæ tribus Iuda, atque educā Christum, qui secundum carnē natus est de semine Dauid. Quē plantabo super montem excelsum, scilicet ecclesiam, cui illū præficiam, secundum quod Isa. 9. habetur: Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit. Diony. ibid.]

7. Summitate.

*Vnuſquiſque onus ſuum portabit, neque enim filius pro patre, neque pater pro filio in peccatis reſpondebit: ſed vbi quis inuenietur, ibi iudicabitur.* XVIII.

ET factus eſt ſermo domini ad me, dicens: quid eſt quod inter vos [1] parabolam vertitis in prouerbium iſtud] in terra Iſrael, dicentes: [a] † patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt? † Viuo ego dicit dominus deus, ſi erit vltrà vobis parabola hęc in prouerbium in Iſrael. Ecce omnes animæ meæ ſunt. Vt anima patris, ita & anima filij mea eſt. [b] † Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. [c] Et vir ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudiciũ & iuſtitiam, in montibus non comederit, & oculos ſuos non leuauerit ad idôla domus Iſrael, & vxorem proximi ſui non violauerit, & ad mulierem menſtruatam non acceſſerit, [§] & [a] hominem non contriſtauerit, pignus * debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, † [d] panem ſuum eſurienti dederit, & nudum operuerit veſtimento, † ad vſuram non commodauerit, & amplius non acceperit, ab iniquitate auerterit manum ſuam, & iudicium verum fecerit inter virum & virum, & in prȩceptis meis ambulauerit & iudicia mea cuſtodierit vt faciat veritatem, hic iuſtus eſt. [e] Vita viuet, ait dominus deus. Quòd ſi genuerit filium latronem effundentem ſanguinem, & fecerit vnum deiſtis, & hęc quidem omnia non facientem, ſed in montibus comedentem, & vxorem proximi ſui polluentem, [§] egenum & pauperem contriſtantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem, & ad idôla leuantem oculos ſuos, abominationem facientem, [f] ad vſuram dantem, & amplius accipientem, nunquid viuet? Non viuet. Cum vniuerſa hæc deteſtanda fecerit, morte morietur. Sanguis eius in ipſo erit. Quòd ſi genuerit filium qui videns omnia peccata patris ſui quæ fecit, timuerit, & non fecerit ſimile eis, ſuper montes non comederit, & oculos ſuos non leuauerit ad idôla domus Iſrael, & vxorem proximi ſui non violauerit, & virum non contriſtauerit, pignus non retinuerit, & [2] rapinam] non rapuerit, [§] panem ſuum eſurienti dederit, & nudum operuerit veſtimento, à pauperis iniuria auerterit manum ſuam, † vſuram & ſuperabundantiam non acceperit, & iudicia mea fecerit, & in præceptis meis ambulauerit, hic non morietur in iniquitate patris ſui, ſed vita viuet. [g] Pater eius quia * calumniatus eſt, & vim fecit fratri, & malum operatus eſt in medio populi ſui, ecce mortuus eſt in iniquitate ſua. Et dicitis: Quare non portabit filius iniquitatem patris? Videlicet, quia filius iudicium & iuſtitiam operatus eſt, omnia præcepta mea cuſtodiuit, & fecit illa, vita viuet. † Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. [§] Filius non portabit iniquitatem [3] patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij erit ſuper eum. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam vita viuet, & non morietur. [h] Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor. In iuſtitia ſua quam operatus eſt, viuet. [i] [§] Nunquid [3] voluntatis meæ eſt mors impij, ] dicit dominus deus: & non vt conuertatur à viis ſuis & viuat? † Si autem auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes quas operari ſolet impius, nunquit viuet? [§] Omnes iuſtitiæ eius quas fecerat, nõ recordabuntur. In præuaricatione qua prȩuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis morietur. Et dixiſtis: † Non eſt æqua via domini. Audite ergo domus Iſrael: Nũquid via mea non eſt æqua, & non magis viæ veſtrę prauę ſunt? Cùm enim auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis. In iuſtitia quam operatus eſt, morietur. Et cùm auerterit ſe impius ab impietate ſua quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iudicium, ipſe animam ſuam viuificabit. [§] Conſiderans enim & auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis quas operatus eſt, vita viuet & non morietur. Et dicunt [4] filij] Iſrael: Non eſt æqua via domini. Nunquid viæ meæ non ſunt æquę domus Iſrael, & non magis viȩ veſtræ prauæ? Idcirco vnumquemque iuxta vias ſuas iudicabo domus Iſrael, ait dominus deus. † Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitatis. † Proiicite à vobis om-

1. Parabolicè iactatis paraboli hinc.

a. Qui præſentia mundi delectationę paſcitur, ſpiritualia manducare ligatis ſenſibus exterioribus nequit. Greg. Mora. li. 11. cap. 18.

b. Non quidem talis qualis eſt corporis, ſed multo grauior eſt mors animæ. Chry. ad Epheſ. 5. homil. 18.

[c. Hic porrò parabolam exponit. Parabolicos dixit ſe iuſtos beare, iniuſtos damnare. Oſtendit hic quos iuſtos habeat & quot iniuſtos. Lorychius ibid.]

* Sinum.

d. Dominus dicit Iſa. 58. Frange eſurienti panem tuum, & hic: Si vir iuſtus eſurienti panem ſuũ dederit, &c. vita viuet. Tu dicis: Tollam pauperi domum ſuam. Dominus autẽ dicit vt egenos non habentes tectum, inducas in domum tuam. Quomodo vis vt deus te audiat, cum tu deum non putes audiendum? Ambro. de Nabuthe c. 10.

e. Adeſſe ſe promittit deus, & audire & ſuccurrere ſe eos dicit qui iniuſtitiæ nodos de corde ſoluentes, & eleemoſynas circa domeſticos dei ſecundũ eius præcepta facientes, dum audiunt quod deus præcepit fieri, ipſi quoque à deo incipiunt audiri. Cypr. de orat. do. Ser. 6.

f. Pecuniam ſi quam crediderit non accipiat vſuram, vt & beneficium ineolume ſit, quod ſuccurrit neceſſitati, & abſtineat ſe prorſus alieno. In hoc enim genere officij debet ſuo eſſe contentus, quẽ oporteat alias ne proprio quidem parcere, vt bonum faciat: plus autem accipere quàm dederit, iniuſtũ eſt. Quod qui facit inſidiatur quodammodo, vt ex alterius neceſſitate prædetur. Lactan. de vero cultu lib. 6. cap. 18.

2. Prædam.

[g. Verum ipſe patet eius, ſi ille proximum ſuum calumnietur, atque opprimat, & quæ fratris ſui ſunt rapto tollat, atque in medio populi ſui reliquorũ malorum ſuam, ſuam ipſius iniquã iniquitatẽ plectetur, atque moriturus eſt. Toſtatus ibid.]

* Calumniando.

h. Cùmque dominus habeat in poteſtate vindictã, mauult diu tenere parientiam, ſuſtinens ſi liceat clementer & diſſentes, vt ſi fieri poteſt, multũ malitia protracta aliquando imitetur, & homo in errorum & ſceleram cõtagione voluntus vel ſero ad dominum cõuertatur, ipſo monente & dicente, Si impius egerit pœnitentiam, &c. omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor. Nolo enim mortem morientis, &c. Cypria. de bono patientiæ.

i. Non equidẽ voluntas dei antecedens mors eſt peccatoris, ſecus de conſequente. Non enim ad puniẽdos nos plaſmauit, ſed vt efficiat nos bonitatis ſuę participes vt bonus, peccantes autẽ puniri vult vt iuſtus. Dicitur igitur prima præcedens voluntas, & acceptatio ex ipſo exiſtens: ſecunda verò voluntas ſequens & permiſſio, ex noſtra cauſa exiſtens. Eorum autem quæ in nobis ſunt, ſi bona equidem præſertim, antecedentèrque vult & acceptat, ſin mala & re vera mala, neque præſertim vult, neque conſequenter vult. Damaſce. li. 2. cap. 29.

3. Deſiderando deſideto mortẽ impij.

4. Domus.

omnes iniquitates vestras in quibus præuaricati estis,& facite vobis cor nouum & spiritum nouum. Et quare moriemini domus Israel? † Quia [h] nolo mortem morientis, dicit dominus deus. Reuertimini,& viuite.

h. Non vult in mortem deduci hominem, quem in vitam constituit. Chryſ. ex variis in Matt. locis, ho. 7.

*Ioachim, Ioachaz & Iechonia captiui leonibus comparantur, cæteri vero rege carentes vagantur vndique.* XIX.

A ET tu ⟨– fili hominis] assume planctum super principes Israel,& dices: Quare [a] mater tua ieæna inter leones cubauit? In medio leunculorum enutriuit catulos suos. Et eduxit vnum de leunculis suis, leo factus est, & didicit capere prædam hominémque comedere. Et audierunt de eo gentes,& [1] non absque vulneribus suis] ceperunt eum, & adduxerunt eum in catenis in terram Ægypti. Quæ cum vidisset quoniam [2] infirmata est,] & periit expectatio eius, tulit vnum de leunculis suis,
B leonem constituit eum. § Qui incedebat inter leones,& factus est leo,& didicit prædã capere,& homines deuorare, didicit viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere,& desolata est terra & plenitudo eius à voce rugitus illius. Et conuenerunt ad-
C uersus eum gẽtes vndique de prouinciis,& expanderunt super eum rete suum.[3] In vulneribus] earum captus est, & miserunt eum in caueam. § In catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis, miserúntque eum in carcerem, ne audiretur vox eius vltrà super montes Israel. [b] Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est. Fructus eius & frondes eius creuerunt ex aquis multis,& factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium, & exaltata est statura eius inter frondes. § Et [4] vidit altitudinem suam] in multitudine palmitum suorum,& euulsa est in ira, in terrámque proiecta,& ventus [5] vrens] siccauit fructum eius, marcuerunt & arefactæ sunt virgæ roboris eius. Ignis comẽdit eam. † Et nunc transplantata est in desertum in terra inuia & sitienti,& egressus est ignis de virga ramorum eius qui fructum eius comẽdit, & non fuit in ea virga fortis, sceptrum dominantium. [6] Planctus est,] & erit in planctum.

a. Perspicuum est sub metaphora leænæi, leunculorum & leonis, rursúmque alterius leonis, illa describi quæ eo tẽpore iam facta erant, quo hæc prophetà dicebat. Postquam enim Ierusalem quam per leænam designat eduxit de stirpe regia Ioachaz filium Iosiæ,& constituit in regẽ, tam crudelis in breui extitit tẽpore, vt tropologicè cepisse prædas & homines deuorasse memoretur. Ad quem cũ venisset Aegyptius, cepit eum non absque vulneribus, siue in fouea, vt prius in Hebraico continetur, vt conseruet tropologicam captionem leonum, quæ semper in foueis capi solent, & adduxit eum in camo seu in catenis in terram Aegypti, ibique mortuus est. Hieron. ibidem.
1. In reti suo.
2. Diu expectasset.
3. In reti.
[ b. Hiezusalẽ superius pulchræ mulieri, & posti, leœnæ catulos nutrienti, nunc vineæ pulcherrimæ comparatur. Vinea quamuis pulchra, quamuis longis propagini bus extenta, si hastilia calamósque subtraxeris, iuncta terræ arescit calore, maximè si ventus vrens quem Græci Elisonam aliàs kayſonam vocant, siccauerit fructus eius, vt emarcescat, & quasi ignis emarcescat & ardori bus crematur. Babylonem vel Aegyptum signat ad quam ttãs fugerunt, aut ipsam Iudæam in qua pauci pauperes remanserũt. Glosa ordinaria ibid.]
4. Visa est in altitudine sua.
5. Orientalis.
6. Plangenda est.

*Beneficia eductionis Aegyptiacæ ingratis Iudæis improperantur propter eorum blasphemias & scelera, vnde illorum sacrificia & legem reprobat.* XX.

A ET [a] factum est in anno septimo, in quinto, in decima mensis, venerunt viri de senioribus Israel vt interrogarent dominum, & sederunt corã me. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, loquere senioribus Israel,& dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Num ad interrogandum me vos venistis? Viuo ego, quia non respondebo vobis, ait dominus deus. [1] Si iudicas eos, si iudicas] fili hominis. Abominationes patrum eorum ostende eis,& dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: [b] In die qua elegi Israel,& eleuaui manum meam pro stirpe domus Iacob,& apparui eis in terra Aegypti,& leuaui manum meam pro eis dicens: ego dominus deus vester, in die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de terra Ægypti, in terram quam prouideram eis, fluentem lacte & melle, quæ est [2] egregia] inter omnes terras. Et dixi ad eos: Vnusquisque offensiones oculorum suorum abiiciat,& in idôlis Ægypti nolite pollui. Ego dominus deus vester. Et irritauerunt me, noluerúntque me audire. Vnusquisque abominationes oculorum suorum
B non proiecit, nec idôla Ægypti reliquerunt. § Et dixi vt effunderem indignationem meam super eos, & implerem iram meam in eis in medio terræ Ægypti. [c] Et feci propter nomen meum, vt non violaretur coram gẽtibus, in quarum medio erant, & inter quas apparui eis, vt educerem eos de terra Aegypti. Eieci ergo eos de terra Aegypti,& eduxi eos in desertũ,† & dedi eis præcepta mea,& iudicia mea ostendi eis, quæ faciens homo viuet in eis. † Insuper & sabbata mea dedi eis, [d] vt esset signum inter me & eos, & scirent quia ego dominus sanctificãs eos. Et [3] irritauerunt me] domus Israel in deserto, in præceptis meis nõ ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciẽs homo viuet in eis, & sabbata mea violauerunt vehementer. Dixi ergo vt effunderem furorem meum super eos in deserto, & consumerem eos. Et feci propter nomen meum

a. Septimo anno transmigrationis Iechoniæ, in quinto mense & decima die mensis, seniores Iudæorũ pro more quo per prophetas à deo quærebant quæ fieri optabant, venerunt ad Ezechielem, vt per eum dominum interrogarent: quibus ad votum nec directè illis respondit, quia nec intentione syncera, nec fide li ac humili mente ad interrogandum venerant. Quoniam sanctis congrue quærentibus dominus respondet, peccatoribus non responsio, sed increpatio datur. Dionys. ibidem.
1. Nõne iudicabis eos, nonne iudicabis?
[b. Primò increpat interrogantes senes, i. qui superstites, exprobrando illis sua beneficia erga ipsos & patres eorum, interim etiam dum ingerga maiores beneficia enumerat, patrum quoque errata increpat: post longam digressionem, tandem redit ad increpationem synagogæ sui seculi.
2. Desiderabilis, vel elegans.
[c. Et fecit, i. misericorditer eũ eis mortem illam non inferendo, propter nomen meum, vt nõ violaretur, i. non vilificaretur. De Lyra iqidem.]
d. In signũ ergo data sunt hæc, non autem sine argumento, nec otiosa tanquam quæ à sapientiq artifice darentur. Sabbata enim perseuerantiam totius dei erga deum seruitutis edocebant. Aestimati enim sumus ait Psal. sicut oues occisionis: scilicet cõsectari & ministrantes omni tẽpore fidei nostræ, & in ea perseuerantes & abstinentes ab omni anaritia. Irenæus lib. 4. cap. 30.
3. Rebellauerunt in me, & infrà.

Universidad de Deusto Biblioteca

ne violaretur coram gentibus, de quibus eieci eos in conſpectu earum. [c] Ego igitur leuaui animam meam ſuper eos in deſerto, ne inducerem eos in terrā quam dedi eis, fluentem lacte & melle, præcipuam terrarum omnium, quia iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt, [f] & ſabbata mea violauerunt. [g] Poſt idôla enim cor eorum gradiebatur. Et pepercit oculus meus ſuper eos vt non interficerem eos: nec conſumpſi eos in deſerto. Dixi autem ad filios eorum in ſolitudine: In præceptis patrum veſtrorum nolite incedere, nec iudicia eorum cuſtodiatis, nec in idôlis eorum polluamini. Ego dominus deus veſter. In præceptis meis ambulate, & iudicia mea cuſtodite & facite ea: & ſabbata mea [g] ſanctificate, vt ſit ſignum inter me & vos, & ſciatis quia ego dominus deus veſter. Et exacerbauerūt me filii, & in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea non cuſtodierunt vt facerēt ea, quæ cum fecerit homo, viuet in eis, & ſabbata mea violauerunt. Et comminatus ſum vt effunderem furorem meum ſuper eos, & implerem iram meam in eis in deſerto. Auerti autem manum meam, & feci propter nomen meum, vt non violaretur coram gentibus, de quibus eieci eos in oculis earum. [h] Iterum leuaui manum meam in eos in ſolitudine vt diſpergerem illos in nationes, & ventilarem in terras, eo quòd iudicia mea non feciſſent, [i] & præcepta mea reprobaſſent, & ſabbata mea violaſſent, & poſt idôla patrum ſuorum fuiſſent oculi eorum. Ergo & ego dedi eis [i] præcepta non bona, & iudicia in quibus nō viuent, & pollui eos in muneribus ſuis, [k] cum [4] offerrent ] omne quod aperuit vuluam [5] propter delicta ſua,] & ſcient quia ego dominus. Quamobrem loquere ad domum Iſrael fili hominis, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: Adhuc & in hoc blaſphemauerunt me patres veſtri, cum ſpreuiſſent me contemnentes, & induxiſſem eos in terram, ſuper quam leuaui manum meam vt darem eis. [l] Viderunt omnem collem excelſum, & omne lignum nemoroſum, & immolauerunt ibi victimas ſuas, & dederunt ibi irritationem oblationis ſuæ, & poſuerunt ibi odorem ſuauitatis ſuæ, & libauerunt libationes ſuas. Et dixi ad eos: Quid eſt excelſum ad quod vos ingredimini? Et vocatum eſt nomen eius excelſum vſque ad hāc diem. [g] Propterea dic ad domum [g] Iſrael: Hæc dicit dominus deus: [6] Certe ] in via patrum veſtrorum vos polluimini, & poſt [7] offendicula ] eorum vos fornicamini. Et in oblatione domorum veſtrorum, cum traducitis filios veſtros per ignem, vos polluimini in omnibus idôlis veſtris vſque hodie, & ego reſpondebo vobis domus Iſrael? Viuo ego dicit dominus deus, quia non reſpondebo vobis, [m] neque cogitatio mentis veſtræ fiet, dicentium: Erimus ſicut gentes & ſicut cognationes terræ vt colamus ligna & lapides. Viuo ego dicit dominus deus, quoniā in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuſo regnabo ſuper vos. Et educam vos de populis, & congregabo vos de terris in quibus diſperſi eſtis. In manu valida & in brachio extento, & in furore effuſo ⊱ regnabo ſuper vos, & ] adducam vos in deſertum populorum, & iudicabor vobiſcum ibi facie ad faciem. [g] Sicut [f] iudicio contendi aduerſum patres veſtros in deſerto terræ Ægypti, ſic iudicabo vos dicit dominus. Et ſubiiciam vos ſceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis. Et eligam de vobis [8] tranſgreſſores & impios, ] & de terra incolatus eorum educam eos, & terram Iſrael non ingredientur, & ſcietis quia ego dominus. Et vos domus Iſrael, hæc dicit dominus deus: Singuli poſt idôla veſtra ambulate, & ſeruite eis. Quòd ſi & in hoc non audieritis me, & nomen meum ſanctum polluetis vltrà in muneribus veſtris & in idôlis veſtris, in monte ſancto meo, in monte excelſo Iſrael, ait dominus deus, ibi ſeruiet mihi omnis domus Iſrael, omnes, inquam, in terra in qua placebunt mihi. Et ibi quæram primitias veſtras, & [9] initium decimarum veſtrarum ] in omnibus ſanctificationibus veſtris. In odorem ſuauitatis ſuſcipiam vos, cum eduxero vos de populis, & congregauero vos de terris, in quas diſperſi eſtis, & ſanctificabor in vobis in oculis nationum. Et ſcietis quia ego dominus cum induxero vos ad terrā Iſrael, in terram pro qua leuaui manum meam, vt darem eam patribus veſtris. [n] [g] Et recordabimini ibi viarum veſtrarum, & omnium ſcelerum veſtrorum quibus polluti eſtis in eis, & diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro in omnibus malitiis veſtris [g] [c] [f]

quas

e. Ego leuaui manum meam, i. vindictam ſuper eos in deſerto: hoc fuit quando territi verbis exploratorum voluerunt remeare in Aegyptum, vt patet, Num. 14. De Lyra. ibidem.]

f. Sabbati nomine requies eſt deſignata, interdum tamen crapula & ebrietas ſignificatur. Quia hæc erat, ſicut & nūc eſt, Iudæorum peſſima conſuetudo, illo die deliciis affluere. dum ſpirituale ſabbatum ignorant. Augu. de conſenſu Euang. lib. 1. ca. 77.

g. Nam & dominus ſanctificauit diem ſabbati, hoc eſt, ſegregauit ab illis. Iam hic ab initio doctrinam hanc nobis inſinuat deus, erudiens in circulo hebdomadis diem vnum integrum ſegregandum, & reponendum in ſpiritualem operationem. Chri. in 2. cap. Geneſ. homil. 10.

[h. Vbi in veteri teſtamēto Dominus contra filios eorum qui in deſerto corruerunt leuauerit manum volens eos diſpergere, ſcriptura non dicit, ſed ex hoc quod hic dicitur, factum eſſe credendum eſt, vt hoc ſignificet quia poſtquam in terram promiſſionis peruenerunt peccatis exiſtētibus, diuerſis gentibus & regibus traditi ſunt. Gloſa or. ]

i. Mala quaſi mala non ſint cōparationis priorum, & bona quaſi bona non ſint comparatione meliorum. Greg. Moral. lib. 28. cap. 17.

k. Non aiercui obtulerint: ideo quidam exponunt, quòd intelligendum ſit eos hæc idolis obtuliſſe: quod fuit euidenter neſarium. Alii quòd deo obtulerint ea, & tamen polluti monſtrabātur: quia per talia ſacrificia peccata virtute ſacrificii non auferebantur, ſed ex deuotione, ſideque offerentium. Diony. ibidem.

4. Traducerent, ſub per ignem.

5. Vt deſtaſtarem eos.

l. Loca ſublimia & arboribus conſita ad exercendam idololatriam apta, elegerunt. Porro diſtributio iſta collium, & lignorum accommoda eſt pro generibus ſingulorum quemadmodū moris eſt in prophetis Dionyſ. ibidem.

6. Nonne.

7. Abominationes.

m. Hunc habet ſenſum: Ne putetis cogitationes veſtras, quibus contra me blaſphematis, poſſe compleri. Dicitis enim: Nolumus eſſe ſub domino, nec populus eius appellari: ſed ſicut cunctæ in toto orbe ſunt nationes & vnaquæque gens ſuo viuit arbitrio, vt colat ligna, & lapides, & idolis ſeruiat: etiam nos vna gens erimus è pluribus. Ad quæ reſpondet deus, iurātque per ſemetipſum & dicit: non vos relinquam neque contemnam, vt fugaces ſeruos domini negligentes ſolent contemnere, ſed ad meum retraham imperium, & brachio extento ac percutiente ac furore effuſo in priſtinā vos redigam ſeruitutem, & regnabo ſuper vos: vt veſtris nolitis me habeatis regem & ſentiatis regē iratum, cuius clementiam neglexiſtis. Hiero. ibidem.

8. Rebelles & præuaricantes in me.

9. Primitias munerum veſtrorum.

n. Hæc eſt recordatio bona priſtinæ impietatis. dum quis priora mala ad animum reuocat, vt ſalutarē pœnitentiam agat. Hæc eſt diſciplinarum bona, & beata humilitatis magiſtra, patientiæ mater, māſuetudinisque origo, quæ dei iram extinguit, eiuſque diſplicētiam tollit & pauperem peccatorem deo conciliat. Dio. ibidem.

Universidad de Deusto Biblioteca

uias feciſtis,[o] & ſcietis quia ego dominus, cũ benefecero vobis propter nomẽ meum & non ſecundum vias veſtras malas, neque ſecundum ſcelera veſtra peſſima domus Iſrael, ait dominus deus. Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis [p] pone faciem tuam contra viam auſtri, & ſtilla ad aphricum, & propheta ad ſaltum agri meridiani, & dices ſaltui meridiano: Audi verbum domini: Hæc dicit dominus deus? Ecce ego ſuccendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum. Non extinguetur flamma ſuccenſionis. Et comburetur in ea omnis facies ab auſtro vſque ad aquilonem, & videbit vniuerſa caro, quia ego dominus ſuccẽdi eam, nec extinguetur. Et dixi: † Ah, ah, domine deus. Ipſi dicunt de me: Nunquid non per parabolas loquitur iſte?

† Sup. 4.a

*Minatur dominus Iſraeli & Ammonitis gladium duplicatum, ſed & triplicatum.* XXI.

ET factus eſt ſermo domini ad me, dicens: [a] Fili hominis, pone faciem tuam A ad Ieruſalem, & ſtilla ad ſanctuaria, & propheta contra humum Iſrael: & dices terræ Iſrael: Hæc dicit dominus deus Ecce ego ad te, & eiiciam gladium meum de vagina ſua, & occîdam in te iuſtum & impium.[b] Pro eo autem quòd occidi in te iuſtum & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina ſua ad omnem carnem, ab auſtro vſque ad aquilonem, vt ſciat omnis caro, quia ego dominus eduxi gladium meum de vagina ſua irreuocabilem. & Et tu fili hominis [c] ingemiſce in contri- B tione lumborum, & in amaritudinibus ingemiſce coram eis. Cúmque dixerint ad te: quare tu gemis? dices: [1] Pro auditu,] quia venit, & tabeſcet omne cor, & diſſoluentur vniuerſæ manus, & [2] infirmabitur] omnis ſpiritus, & per cuncta genua fluent aquæ. Ecce venit, & fiet ait dominus deus. Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis, propheta, & dices: Hæc dicit dominus deus, Loquere: Gladius gladius exacutus eſt & [3] limatus.] Vt cædat victimas, exacutus eſt: vt ſplendeat limatus eſt. [4] Qui mo- C ues ſceptrum filii mei, ſuccidiſti] omne lignum. & Et dedi eum ad læuigandum, vt teneatur manu. Iſte exacutus eſt gladius, & iſte limatus eſt vt ſit in manu interficientis. Clama & vlula fili hominis, quia hic factus eſt in populo meo, hic in cunctis ducibus Iſrael [5] qui fugerant. Gladio traditi ſunt cum populo meo:] Idcirco plaude ſuper femur, quia probatus eſt, & hoc cum ſceptrum ſubuerterit, [d] & non erit, dicit dominus deus. Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum. Hic eſt gladius occiſionis magnæ, qui [6] obſtupeſcere eos facit, & corde tabeſcere, & multiplicat ruinas.] In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladii [7] acuti & limati ad fulgendum, amicti ad cædem. D & Euacuere,] vade ad dexteram ſiue ad ſiniſtram, quocunque faciei tuæ eſt appetitus. Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam. Ego dominus locutus ſum. Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Er tu fili hominis, pone tibi duas vias, vt veniat gladius Regis Babylonis. De terra vna egredientur [8] ambo. Et manu capiet coniecturam, in capite viæ ciuitatis coniiciet.] Viam pones, vt veniat gladius ad [e] Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudam in Ieruſalem munitiſſimam. Stetit enim Rex Babylonis in biuio in capite duarum viarum, diuinationem quærens, [9] commiſcens] ſagittas. & Interrogauit idola, exta conſuluit. Ad dexteram eius facta eſt di- E uinatio ſuper Ieruſalem, vt ponat arietes, vt aperiat os in cæde, vt eleuet vocem in vlulatu, vt ponat arietes contra portas, vt comportet aggerem, vt ædificet munitiones. Erítque quaſi conſulens fruſtra oraculum in oculis eorum, & [10] ſabbatorum ocium. imitans.] Ipſe autem recordabitur iniquitatis ad capiendum. Idcirco hæc dicit dominus deus: Pro eo quòd recordati eſtis iniquitatis veſtræ, & reuelaſtis præuaricationes F veſtras, & apparuerũt peccata veſtra in omnibus [11] cogitationibus] veſtris. & Pro eo inquam quòd recordati eſtis, manu capiemini. [f] Tu autem profane impie dux Iſrael, cuius venit dies [12] in tempore iniquitatis præfinita:] Hæc dicit dominus deus, [g] Aufer cidarim, tolle coronam, Nõne hæc eſt quæ humilem ſubleuauit, & ſublimem humilia-

o. Scietis quia ego Dominus per experientiam beneficiorum meorum, propter nomẽ meum, id eſt, ex mea miſericordia, & nõ ex veſtra iuſtitia. De Lyra. ibi.] [p. Obſeruatione vultus, & duritia frontis opus eſt vt hæc propheta loquatur intrepidus, maximè cum ad totũ populi multitudinem triſtia nunciantur. Gloſa ordinaria. ibidem.]

a. Quereb ſetur ſetiores cur propheta per parabolas tam obſcurè illis loqueretur: cum manifeſtam quærerent narrationem id circo clarè nunc exponit quod prius metaphoricè prædixit. Diony. ibidem.

[b. Etiam iuſtis temporaliter nõ parcendo multo minus parcam aliis gentibus, idololatriæ deditis, quia valde multæ fuerũt occiſiæ per exercitum regis Babylonis. De Lyra.]

c. Iubetur propheta vt tacentibꝰ illis nec interrogãtibus cur iſta vaticinatus ſit, faciat quæ interrogetur, & reſpondeat quæ dominus locutus eſt. Ingemiſce, inquit, eiulare, non leui voce, nec dolore moderato: ſed in contritione lumborũ, vt gemitus tuus ex imis viſceribus & amaritudine animi profectatur. Hiitony. ibidem.

1. Propter rumorem.
2. Mœrore afficietur.
3. Politus, & infra.
4. Letabimur ne ſceptro filii mei quod reprobet omne lignũ.
5. Timores gladii fuerunt populo meo.
6. Nam regia dignitas & vnctio in Sedechia finem habuit, quam iis quidam Machabæorum impoſuerint ſibi diadema. hoc autem non fuit per ſacram vnctionem, nec per fixam & permanẽtam ſucceſſionem. Dio. ibidem.
6. Penetrat eos in interioribꝰ vt diſſoluatur cor, & multiplicentur offendicula.
7. Heu factus eſt quaſi fulgur cõditus ad cædem. Secede.
8. Ambi, & locum elige, in capite viæ ciuitatis elige.
e. Rabbath ciuitas metropolis eſt filiorum Ammon, & hodie Philadelphia nominatur: quæ ſi niſtra via per quam Babylonꝰ exercitus vẽturus erat in Iudæã, formidans declinare ad dexteram ſcilicet Ieruſalem, memor illius internetionis quã 185000. de exercitu Aſſyriorũ vna nocte cæſa ſunt. Hieron ibid.
9. Expoliuit.
10. Quibus fuerunt iumenta multa.
11. Studiis, vel operibus.
f. Tu inquam Sedechia prophanus in deum fuiſti, cultum eius relinquens, & in Regem Babylonis impius per pacti eius tranſgreſſionem. Dion. ibidem.
12. Vt in tempore opportuno finis ſit iniquitatis, & infra.
g. Cidaris inſigne pontificis eſt, coro na autem regis iudicium. Nõne hæc eſt cidaris, & hęc eſt corona quæ nihil fecit iudicii, ſed ad imitationem regis Babylonii quos volebat exaltabat & quos volebat humiliabat: propterea non ſemel, nec bis tantũ, ſed tertio iniquitatem tibi ponam in perpetuum: quæ nõ ſtatim tibi reputata eſt, ſed donec veniat Chriſtus, cuius eſt iudicium, & tradat ei patet regnum & ſacerdotium, vel eccleſiam de gentibus cõgregatam. Hie. ibid.

uit:Iniquitatem,iniquitatem,iniquitatem, ponam eam.Et hoc non factum est donec veniret cuius est iudicium,& tradam ei:[h] Et tu fili hominis propheta,& dic:Hæc dicit dominus deus ad filios Ammon,& ad opprobrium eorum,Et dices: [g] Mucro,mucro, G
euagina te ad occidendum,lima te,vt interficias,& fulgeas, cum tibi viderentur vana, &diuinarentur mendacia,vt daretis super colla vulneratorum impiorum,quorum venit dies in tẽpore iniquitatis præfinita.[i] Reuertere ad vaginam tuam in locum in quo creatus es.In terra natiuitatis tuæ iudicabo te,& effundam super te indignationẽ meã. In igne furoris mei sufflabo in te,dabóque te in manus hominum insipientium,&[13] fabricantium interitum.] Igni eris cibus.Sanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni tradêris,quia ego dominus locutus sum.

[h. Gladiũ Babylonii regis stetisse incompitu dextræ & sinistræ, quarum dextera ducebat in Ierusalẽ, sinistra vero in Rabbat filiorum Ammon, & extisse fortem,vt purgaret Ierusalem sua ciuitatem est, qua expugnata & capta regnum quoque & sacerdotium periisse prænunciat. Restat ergo & diuisionis ordo expoteit quid de sinistra factũ sit demonstrate. Imperatur ergo prophetæ vt loquatur ad filios Ammon. Glosa ordinaria.]
[i. Hic consequenter agitur de destructione Chaldæorum,cum dicitur: Reuertere in vaginam tuam,id est, in Chaldæam post multorum gẽtium stragem. De Lyra.ibidem.]
13. Artificium perditionis.

*Abominationes & scelera Ierosolymis perpetrata in sanguinis effusione,parentum inhonoratione,& sanctuarij à sacerdotibus pollutione.* XXII.

ET factum est verbum domini ad me,dicens: Et tu fili hominis [1] nónne iu- A
dicas] ciuitatem [2] sanguinum, & ostendis ei omnes abominationes suas? Et dices:Hæc dicit dominus deus:Ciuitas effundens sanguinem in medio sui vt veniat tempus eius, & quæ fecit idôla [2] contra] semetipsam vt polluereturIn sanguine tuo qui à te effusus est,deliquisti:& in idôlis tuis quæ fecisti, polluta es.Et appropinquare fecisti dies tuos,& adduxisti tempus annorum tuorum.Propterea dedi te opprobrium gentibus, & irrisionem vniuersis terris quæ iuxta sunt, & quæ procul à te.[3] Triumphabunt de te,sordida,nobilis,grandis interitu.] [g] Ecce prin- B
cipes Israel singuli in brachio suo fuerunt in te,ad effundendum sanguinem:patrem& matrem contumeliis affecerunt in te.Aduenam calũniati sunt in medio tui, pupillum & viduam cõtristauerunt apud te,sanctuaria mea spreuistis,& sabbata mea polluistis. Viri [4] detractores] fuerunt in te ad effundendum sanguinem,& super montes comederunt in te,[5] scelus]operati sunt in medio tui.[b] Verecundiora patris discooperuerunt in te,[6] immunditiam menstruatæ humiliauerunt] in te. † Et vnusquisque in vxorem † Leuit.18.
proximi sui operatus est abominationẽ,& [7] socer] nurum suã polluit nefariè,frater sororẽ suam filiã patris sui oppressit in te. [g] Munera acceperunt apud te ad effundẽdum C
sanguinem,vsuram & superabundantiam accepisti,[8] & auarè proximos tuos calumniabaris,] meique oblita es,dicit dominus deus.Ecce complosi manus meas super auaritiã tuam quam fecisti, & super sanguinem qui effusus est in medio tui. [c] Nunquid [9] sustinebit] cor tuum,aut prævalebunt manus tuæ in diebus quos ego faciam tibi? Ego dominus locutus sum,& faciam.Et dispergam te in nationes,& ventilabo te in terras. [g] Et deficere faciam immunditiam tuam à te, & [10] possidebo te] in conspectu gen- D
tium,& scies quia ego dominus.Et factum est verbum domini ad me,dicens: Fili hominis,[d] versa est mihi domus Israel in scoriam.Omnes isti æs,& stannum,& ferrum,& plumbum,in medio fornacis,[e] scoria argenti facti sunt. Propterea hæc dicit dominus deus:Eo quòd versi estis omnes in scoriam,propterea ecce ego cõgregabo vos in medio Ierusalem,congregatione argẽti,& æris,& stanni,& ferri,& plumbi, in medio fornacis, vt succendam in ea ignem ad conflandum. [g] Sic congregabo in furore meo & E
in ira mea,& [11] requiescam.] Et conflabo vos,& congregabo vos, & succendam vos in igne furoris mei, & conflabimini in medio eius, vt conflatur argentum in medio fornacis, sic eritis in medio eius. Et scietis quia ego dominus, cum effuderim indignationem meam super vos. Et factum est uerbum domini ad me, dicens: Fili hominis, dic ei: Tu es terra immunda, & non compluta [f] in die furoris. [g] Coniuratio F
Prophetarum in medio eius. Sicut leo rugiens rapiénsque prædam animas deuorauerunt, opes & [12] pretium] acceperunt, viduas eius multiplicaueruni in medio illius. [g] Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea. Inter
sanctum & profanum non habuere distantiam,inter pollutum & mundum non [13] intellexerunt,] & à sabbatis meis auerterunt oculos suos, & [14] coinquinabar] in medio eorum.[h] † Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædam,ad effundendum † Mich.3. Sophon.3.

sangui-

1. Nónne iudicabis, nónne iudicabis.
2. Quoniam,sanguis propter vitalem quandam corpulentiam animam significat, in sacramentis anima dictus est. Scriptũ est etiam: Effundit sanguinem qui fraudat mercedem mercenarii. Mercedẽ sanguinem dicit,quoniam in ea sustentatur vita,quæ nomine sanguinis appellantur. Augu.q.17. super Leuit. Plurali ter vero,licet minus Latinè, peccata intelligi volunt,quæ ex corruptione carnis & sanguinis veniunt,vt hic: Viri sanguinum & dolosi &: Libera me de sanguinibus. Idem in Psal.20.
2. Apud.
3. Substannabunt te quòd polluto sis nomine,ac in magnã calamitate.
4. Delatores.
5. Atque abominationem.
[b. Nouercas suas carnaliter cognoscendo,& ad mulieres menstruatas accedendo, & adultera indifferenter committẽdo,ideo subditur. Et vnusquisque in vxorem proximi sui,&c. Cõsequẽter resumitur vitium cupiditatis,& crudelitatis simul. De Lyra.ibidem.]
6. Polluram menstruis afflixerunt.
7. Vnusquisque.
8. Commodum tuum cum iniuria extorsisti à proximo tuo.
[c. An cor animusque tuus subsistet ac ferendis iis,quas obhęc feres, pœnis par erit,ita vt robustis futura sit manibus,tunc tẽporis, quando ego te pro tuis meritis sis tractaturus. Ego Dominus locutus sum hæc atque quæ te maneat pœna prædixi. Tostat. ibidem.]
9. Subsistet.
10. Et erit tibi ipsi hæreditas,sub & non ego.
d. Hoc est. purgare cor per ignẽ tribulationis volui,& argentum vel aurum illos fieri quæsiui,sed in fornace in imperfecta metalla versi sunt,hoc est, ad vitia etiã in tribulatione proruperũt. Greg. Pasto.1.par. Admoni.14.
[e. Scoria argenti facti sunt,non susciptentes correctionem, sed peiorationem & sequitur pœna correspondens,cum dicitur, Eo quod versi estis omnes in scoriã De Lyra.ibidem.]
11. Requiescere faciam.
f. Dies autem furoris est, quem sibi vnusquisque conciliat multitudine peccatorũ. Hier.ibidẽ.
g. Fuerunt enim in vrbe hac falsi prophetæ aduersus fãctos prophetas & iustos aliquando coniurantes,sicut & contra Ieremiam dixerunt. Iere.26. iudicium mortis vito huic. Diony.ibid.
12. Quicquid pretiosum erat.
13. Discreuerunt.
14. Reputatus sum profanus.
h. Principes autem quos inferioris gradus homines intelligimus luporum imitantur rapinam, vt effundant sanguinem non corporum, sed animarum & auarè sectantur lucrũ, nequaquam illo contenti. Hier.ibi.

sanguinem,& ad perdendas animas,& [h] auarè sectanda lucra. Prophetæ autem eius liniebant eos* absque temperamento videntes vana,[g]& diuinantes eis mendacium,di
G centes,hæc dicit dominus deus,cum dominus non sit locutus.Populis terræ calumniabantur calumniam & rapiebant violenter,egenum & pauperem affligebant, & aduenam opprimebant calumnia absque iudicio. [i] Et quæsiui de eis virum qui interponeret sepem,& staret [15] oppositus] contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni.Et effudi super eos indignationem meam,& in igne iræ meæ consumpsi eos. Viam eorum in caput eorum reddidi,ait dominus deus.

[h.Non contenti eo. Qui altario seruiunt de altario viuunt sed postquam ad altaris ministerium accesserunt,Creti cõgesserãt diuitias,& Alcynoi delitias. Glosa ordinaria.]
* Cæmento.
[i Quæsiui virum qui staret oppositus contra me ad impedien dum rigorem iustitiæ meæ. Et non inueni virum,saltẽ innumero sufficienti, vtpto illis parce re deberem ciuitati. De Lyra.]
15. Interruptione.

*Domus Israel duabus meretricibus comparatur,propter quarum immunditias vltio diuina paratur.* XXIII.

A ET factus est sermo domini ad me,dicens: Fili hominis,[a] duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt,& fornicatæ sunt in Ægypto.In adolescentia sua fornicatę sunt.Ibi subacta sunt vbera earum,& fractę sunt mammę [1] pubertatis] earum.[b] Nomina autem earum Oholla maior,& Oholiba soror eius minor.Et habui eas, & pepererunt filios & filias. Porrò earum nomina, Samaria Oholla,& Ierusalem Oholiba.Fornicata est igitur super me Oholla,& insaniuit in amatores suos in Assyrios propinquantes,vestitos hyacintho,principes & magistratus, iuuenes [2] cupidinis] vniuersos,equites,ascensores equorũ: & dedit fornicationes suas super eos,electos filios Assyriorum vniuersos,& in omnibus in quos insaniuit,in [3] immunditiis] eorũ polluta est. Insuper & fornicationes suas quas habuerat in Ægypto, non reliquit.Nam & illi dormierunt cũ ea in adolescentia sua,& illi confregerunt vbe-
B ra pubertatis eius,& effuderunt fornicationẽ suam super eam.[g] Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum,& in manus filiorũ Assur,super quorum insaniuit libidi
Exp.16.e ne.† Ipsi discooperuerunt ignominiam eius,filios & filias eius tulerunt,& ipsam occiderunt gladio.Et [4] factę sunt famosæ mulieres,] & iudicia perpetrarunt in ea. [c] Quod cum vidisset soror eius Oholiba,plusquã illa insaniuit libidine,& fornicationem suam super fornicationem sororis suę ad filios Assyriorum prębuit impudenter, ducibus & magistratibus ad se venientibus indutis veste varia,equitibus qui vectabãtur equis,& adolescentibus forma cunctis egregia.Et vidi quòd polluta esset,* via vna ambarum, & auxit [d] fornicationes suas.Cũque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldęorum expressas coloribus, & accinctos balteis renes, & thyaras tinctas in capitibus eorum,formam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylonis terręque Chal-
C dęorum in qua orti sunt, insaniuit super eos concupiscentia oculorum suorum,[g] & misit nuntios ad eos in Chaldęam. Cúmque venissent ad eam filii Babylonis ad cubile [5] mammarum,] polluerunt eam in stupris suis.& polluta est ab eis, & [6] saturata est] anima eius ab illis.† Denudauit quoque fornicationes suas, & discooperuit ignominiam suam.Et recessit anima mea ab ea,sicut recesserat anima mea à sorore eius.Multiplicauit enim fornicationes suas, recordans dies adolescentię suę, quibus fornicata est in terra Ægypti, & insaniuit [7] libidine super concubitum] eorum, quorum carnes sunt vt carnes asinorum, & sicut fluxus equorum, fluxus eorum. Et [8] visitasti] scelus adolescentię tuę, quando subacta sunt in Ægypto vbera tua, & confractæ sunt mammæ pubertatis tuæ. Propterea Oholiba, hęc dicit dominus deus: Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus [9] saturata] est anima tua, & congregabo eos aduersum te in circuitu, filios Babylonis & vniuersos Chaldęos, nobiles, tyrannósque, & principes, omnes filios Assyriorum, iuuenes forma egregia duces, & magistratus, vniuersos principes principum, & nominatos a-
D scensores equorum.[g] Et venient super te instructi curru & rota, & multitudo populorum. Lorica, & clypeo, & galea, armabuntur contra te vndique. Et dabo coram eis iudicium, & iudicabunt te iudiciis suis. Et ponam zelum meum in te,quem tecum exercent in furore.[e] Nasum tuum & aures tuas pręcident, & [10] quę remanserunt, gladio cóncident.] Ipsi filios tuos & filias tuas capient, & nouissimum tuum

†Ha.47.a Nahũ.3.b

a. Duæ istæ mulieres Samaria & & Ierusalem, filiæ fuerunt matris vnius, de Israel stirpe generatæ & fornicatæ sunt in Aegypto in adolescentia sua. Neque enim accepissent legem eductæ de Aegypto in monte Sina prohibentem eos venerari idola,nisi in Aegypto fuissent Aegyptia portenta venerata. Poterit autem mater ambarum fuisse Cethæa, de qua legimus supra 16. Patet vester Amorrhæus, & mater vestra Cethæa.Hieron ibidem.
1. Virginitatis & initia.
b Dicitur autem Samaria Oholla soror maior propter pluralitatem plebis ac tribuum & quoniam primus dux populi Israel fuit Iosue de tribu Ephraim pertinentem ad decem tribus: Regnum vero Iudæ est Oholiba, & dicitur soror minor,quia duraxat duas habuit tribus. Diony.ibidem.
2. Desiderabiles.
3. Idolis.
4. Factum est nomen mulieribus.
[c.Quod cum vidisset soror eius Oholiba, id est, Ierusalem siue regnum Iuda punitionem regni Israel propter cõfœderationem sui cum gentibus ex difidentia diuini adiutorii: ex qua confœderatione secuta est communicatio Idololatriæ: debuisset regnum Iuda cauisse quod non fecit,sed peius operatum est. De Lyra.ibidem.]
* Et quod esset.
d. Iudæi cum Christo super generis nobilitate contendebant, dicentes: Nos ex fornicatione non sumus nati,nos patrem vnum habemus deum. Legerant vtique in scripturis fornicationem spiritualem appellari idololatriam,per quam misera anima dæmonibus, quasi prostituta subiicitur. Nempe Ezechiel nefarias idololatriæ superstitiones,quibus contaminata erat Ierusalem, commemorans, inquit.16. cap. Et habes fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuam omni trãseunti,vt eius fieres,&c. Et rursum cap.23. Duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt,& fornicatæ sunt in Aegypto. In adolescẽtia sua fornicatæ sunt. Cyril.in Ioan.lib.6.cap.5.
5 Armorum.
6. Recessit.
7. In concubitorem.
8. Reuocasti.
9. Auulsa.
e. Vnde & nasus ei præciditur,& aures amputãtur, quia odorem bonæ fragrantiæ verterat in fœtorem,& audierat iudicium sanguinis,quod non solum de odore & auditu,sed de visu quoque intelligimus: quo quia male fuerãt abusi Sampson & Sedechias, priuantur. Surdum quoque & mutum deus fecit,ne lingua eorum pertranseat vsque ad terrã: & tactus omnis auferatur,in his qui vitam penitus perdidere. Et hæc fient,vt igni cuncta purgentur,& pereat Aegypti fornicatio, nec vltra oculos suos ad mala possit attollere. Hic ibid.
10. Nouissimũ tuũ gladio cadet

deuorabitur igni.Et denudabunt te veſtimentis tuis,& tollent vaſa gloriæ tuæ.[f] Et requieſcere faciam ſcelus tuum de te,& fornicationem tuam de terra Ægypti,Nec leuabis oculos tuos ad eos,& Ægypti non recordaberis amplius: quia hæc dicit dominus deus Ecce ego tradam te in manus eorum quos odiſti, in manus de quibus [11] ſatiata] eſt anima tua,& agent tecum in odio.Et tollent omnes labores tuos,& dimittent te nudam,& [12] ignominia plenam,] & reuelabitur ignominia fornicationū tuarum. [g] Sceleſtus tuum, & fornicationes tuæ fecerunt hæc tibi, quia fornicata es poſt gentes, inter quas polluta es in idôlis earum. [g] In via ſororis tuæ ambulaſti,& dabo calicem eius in manu tua.Hæc dicit dominus deus:[h] Calicem ſororis tuæ bibes,profundum & latum. Eris in deriſum & in ſubſannationem [13] quæ es capaciſſima,] ebrietate & dolore repleberis,calice [14] mœroris & triſtitiæ,] calice ſororis tuæ Samariæ.Et bibes illum, & epotabis ⊱ vſque ad feces,] & [15] fragmenta] eius deuorabis, & vbera tua lacerabis, quia ego locutus ſum,ait dominus deus.Propterea hæc dicit dominus deus: Quia oblita es mei,& proiecisti me poſt corpus tuum, tu quoque porta ſcelus tuum & fornicationes tuas.Et ait dominus ad me,dicens: Fili hominis,[i] nũquid iudicas Oholam & Oholibam,& annuntias eis ſcelera earum,quia adulteratæ ſunt,& ſanguis in manibus earũ, & cum idôlis ſuis fornicatæ ſunt?[g] Inſuper & filios ſuos quos genuerunt mihi,obtulerunt eis ad deuorandum.Sed & hoc fecerunt mihi: Polluerunt ſanctuarium meum in die illa, & ſabbata mea prophanauerunt. Cúmque immolarent filios ſuos idôlis ſuis, & ingrederentur ſanctuarium meum in die illa,vt polluerent illud,[16] etiam hæc] fecerunt in medio domus meæ:Miſerunt * ad viros venientes de longè,ad quos nuntium miſerant.[k] Itaque ecce venerũt [17] quibus] te lauiſti,& circumliuiſti ſtibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri.Sediſti in lecto pulcherrimo,& menſa ornata eſt ante te. Thymiama meum & vnguentum meum poſuiſti ſuper eam,& vox multitudinis [18] exultantis] erat in via.Et in viris qui de multitudine hominum adducebantur, & [19] veniebant de deſerto,poſuerunt armillas in manibus eorum,& coronas ſpecioſas in capitibus eorum.Et dixi ei quæ [20] attrita eſt] in adulteriis: [g] Nunc fornicabitur in fornicatione ſua,etiam hæc.Et ingreſſi ſunt ad eam,quaſi ad mulierem meretricem, ſic ingrediebantur ad Oholam & ad Oholibam mulieres nefarias. Viri ergo iuſti ⊱ ſunt.]Hi iudicabunt eas [l] iudicio adulterarum,& iudicio effundentium ſanguinem, quia adulteræ ſunt & ſanguis in manibus earum.⊱ & cum italis ſuis fornicatæ ſunt.]Hæc enim dicit dominus deus: Adduc ad eas multitudinem , & trade eas in tumultum & in rapinam,& lapidentur lapidibus [21] populorum,] & confodiantur gladiis eorum. Filios & filias earum interficient, & domos earum igne ſuccendent. Et auferam ſcelus de terra, & diſcent omnes mulieres ne faciant ſecundum ſcelus earum.Et dabunt ſcelus veſtrũ ſuper vos,& peccata idolorum veſtrorũ portabitis,& ſcietis quia ego dominus deus.

[f] Quaſi hæc omnia fieri vt perdita pulchritudine & vultu venenoſo, deturpato requieſcere faciam ſcelus tuum. Gloſa ordinaria. Vniuerſa hæc dicuntur ſub tralatione idoſtitæ, & propter adulterium deturpatæ, vt vltra non glorietur in decore ſuo,ſed erubeſcat in fœditate quam meæ ſibi voluptatum magnitudine. Hieron in gloſa ordinaria.]
11. Anulſa.
12. Diſcoopertam.
[g. In via ſororis tuæ, id eſt, Samariæ,ambulaſti multiplicitер. Idololatrando. De Lyra ibidē.]
h. Hoc eſt,punitionem Samarię extremam,acutam, & vehementem guſtabis. Quemadmodum enim à medico quædam amara dantur pocula,vtmuxius humor corporum egeratur:ſic deus dat calicem tormentorum meracisſimum,vt quiequid tellis & amaritudinis eſt vitiorum,à peccatoribus auferatur, & priſtinæ eos reſtituat ſanitati. Dionyſius ibidem.
13. Quod multæ ſit capacitatis, ſcilicet calix.
14. Sruporis & deſolationis.
15. Teſtas.
[i. Hic communiter agitur,de vtriuſque culpa & pœna. Culpa eſt idololatria. Pœna eſt excidii & captiuitas Babyloniea. Quod ſi auaritia eſt idolum,ſi idoli ignaui epiſcopi,ſi Priapus & Adonis Idola: heu quod Idolis eccleſia eſt plena! Meminerimus ergo ea quæ ſcripta ſunt, nobis ſcripta eſſe. Lorin. ibid.
16. Et ecce ſic.
*. Præterea.
k. Itaque nunc ſe iactant Iudæi quòd ex his qui idololatriæ dediti fuerint, non deſcenderunt. Sed vana & friuola eſt eorum iactantia. Nam & patres eorum adorauerunt vitulum conflatilẽ, & cum à iudicibus regerentur, ſæpius ablecrunt poſt deos alienos, & traditi ſunt in manu perſequentium. Denique cum principatu regum gubernarẽtur, ſic quanter admodum prolapſi ſint in cultum idolorum, vt tandem Babylonicam, perpeſſi ſint captiuitatem in ſceletum ſuorum pœnam. Cyril. in Ioan. libro 6. cap 3.
17. Propter quos.
18. Pariſicer.
19. Adducti ſunt Aethiopes & Sabæi
20. Inueterata erat.
[l. Qui ſecundum legem condẽnantur ad mortem. Et hoc modo Chaldæi iudicauerunt regnũ Iudæ et. Aſſyrii regnum Iſrael, vt frequenter dictum eſt ſupra. Ideo ſubditur. Adduc ad eas multitudinem ſcilicet exercituum, ad eas totaliter diſperdendas. De Lyra. ibidē.]
21. A congregatione.

*Ex parabola ollæ oſſibus plenæ, & igni admotæ Ieruſalem incendium, & populi exitium deſignatur.* XXIIII.

ET factum eſt verbum domini ad me [a] in anno nono, in menſe decimo, decima die menſis,dicens: Fili hominis, ſcribe tibi nomen diei huius, in qua [1] confirmatus eſt] rex Babylonis aduerſum Ieruſalem hodie,& dices per prouerbium ad domum irritatricem parabolam, & loquêris ad eos: Hæc dicit dominus deus:Pone ollam,pone, inquam,& mitte in eam aquam: Congere fruſtra eius in eam,omnem partem bonam,& fœmur,& armum,[2] electa,& oſſibus plena.] Pinguiſſimũ pecus aſſume,compone quoque ſtrues oſſium ſub ea.[3] Efferbuit coctio eius, & diſcocta ſunt] oſſa illius in medio eius. Propterea hæc dicit dominus deus:[†] Væ ciuitati ſanguinum,[b] ollæ cuius [4] rubigo ] in ea eſt,& rubigo eius nõ exiuit de ea.Per partes & per partes ſuas eiice eam.Non [5] cecidit ] ſuper eam ſors. Sanguis enim eius in medio eius eſt, ſuper [6] lympidiſſimam ] petrã effudit illum. [g] Non effudit illum ſuper terram vt poſſit operiri puluere,vt ſuperinducerẽ indignationem meã, & vindi-

a. Nono anno captiuitatis Ioachim ſiue Iechoniæ, quinto enim anno captiuitatis eiuſdem exorſus eſt prophetare, & decimo menſe. & decima die eius menſis factum eſt verbum domini ad Ezechielem prophetam in Babylonis regione conſtitutum Theodoret. ibid.
1. Inſtituit exercitum.
2. Et impleſtectionibus oſſibus.
3. Fac feruere coctiones eius, vt coquantur.
b. Ieruſalem enim per ollã nunc exprimitur,vel quia populus in ea ſe collegit ad reſiſtendum Chaldæis, vel quia deo diſponẽte in ea congregati ſuerunt, vt igne tribulationis torquerẽtur in ea,ſicut coquuntur carnes in olla. Diony. ibidem.
4. Spuma,& infra.
5. Cadat
6. Siccam,& infra.

vindicta vlciſcerer. Dedi ſanguinem eius ſuper petram lympidiſſimam, ne operiretur. Propterea hæc dicit dominus deus: [c] Væ ciuitati ſanguinum, cuius ego grandē faciam pyram. [7] Congere oſſa quæ igne ſuccendam. Conſumentur carnes, & concoquetur vniuerſa compoſitio, & oſſa tabeſcent.] Pone quoque eam ſuper prunas vacuam vt incaleſcat & liquefiat æs eius, & confletur in medio eius inquinamentum eius, & conſumatur rubigo eius. [8] Multo labore ſudatum eſt,] & non exiuit de ea nimia rubigo eius, [9] neque per ignem,] Immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata à ſordibus tuis. Sed nec mundaberis prius, donec quieſcere faciam indignationem meam in te: Ego dominus locutus ſum. [§] Venit, & faciam, [10] non tranſeam,] neque parcam, [11] nec placabor.] Iuxta vias tuas, & iuxta [12] adinuentiones tuas iudicabo te,] dicit dominus. Et factum eſt verbum domini ad me, dicens: [d] Fili hominis ecce ego tollo à te deſiderabile oculorum tuorum in plaga, & non planges neque plorabis neque fluent lachrymæ tuæ. Ingemiſce tacens, [e] mortuorum luctum non facies. [13] Corona] tua circunligata ſit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. Locutus ſum ergo ad populum mane, & mortua eſt vxor mea veſperi. Feciſque mane ſicut præceperat mihi. Et dixit adme populus: Quare non indicas nobis quid iſta ſignificent quę tu facis? Et dixi ad eos: Sermo domini factus eſt ad me, dicens: Loquere domui Iſrael: [f] Hæc dicit dominus deus: [§] Ecce ego polluam [g] ſanctuarium meum, ſuperbiam imperii veſtri, & deſiderabile oculorum veſtrorum, & [14] ſuper quo pauet anima veſtra,] & filii veſtri & filiæ veſtræ quas reliquiſtis gladio cadent, & facietis ſicut feci. Ora amictu non velabitis, & cibos lugētium non comedetis. Coronas habebitis in capitibus veſtris, & calceamenta in pedibus. Non plangetis neque flebitis, ſed tabeſcetis in iniquitatibus veſtris, & vnuſquiſque gemet ad fratrem ſuum. Erítque Ezechiel vobis in portentum. Iuxta omnia quæ fecit, facietis cum venerit iſtud, & ſcietis quia ego dominus deus. Et tu fili hominis, [h] ecce in die qua tollam ab eis fortitudinem eorum, & gaudium [15] dignitatis,] & deſiderium oculorum eorum, ſuper quo requieſcunt animæ eorum, filios & filias eorum, in die illa cū venerit [16] fugiens ad te vt annuntiet tibi.] in die, inquam, illa aperietur os tuum cum eo qui fugit, & loquêris & non ſilebis vltrà, eríſque eis in portentum, & ſcietis quia ego dominus.

[c] Id eſt Ieruſalem, quæ effudit prophetarum, & iuſtorum multum ſanguinem. De Lyra ibid.]
7. Multiplicando ligna, ſuccendendo ignem, cōcoquendo carnem, aſpergendo aromata, vt & oſſa ipſa comburantur.

8. Moleſtiis te fatigaſti.
9. Per ignem conſumetur ſpuma eius.
10. Non deſiſtam.
11. Nec pœnitebit.
12. Studia tua iudicabunt.
[d. Hic ponitur ſecunda parabola contra præuaricationem populi. Expoſitio ſubditur ibi. Quare non indicas nobis? Deus vbique quando de culpa & pœna præuaricationis agit clariſſime loquitur. Lyrichius ibidē.]
e. Mortuorum itaque vocabulo non eſt nili quòd amiſit animā, de cuius facultate viuebat. Corpus eſt quod amittit animam, & amittendo fit mortuum ita mortui vocabulum corpori cōpetit. Tertul. aduerſus Marcio. lib. 5.
13. Mitra infra.
[f. Hæc dicit Dominus, qui mēiri non potuit. Ecce ego polluā i. pollui per mittam ſanctuarium meum, i. templum meum, & per Chaldæos deſtruendum. De Lyra.]
g. Hoc eſt. iam nunc polluā ſanctuarium meum, vt incendatur templum, & cunctis alienigenis pateat ac profanis: & in quo habebatis ſuperbiam, id eſt, confidentiam & ſpem ac deſiderium ſalutis veſtræ, & ad cuius obſidionem veſtræ animæ formidabant: filios quoque & filias quos vobis fames ac peſtilentia reliquos fecerant, conſumam gladio. Hiero. ibidem.
14. Miſerationem animæ veſtræ
[h. Cæterum tu fili hominis, ac non eo die quo perdidero eis tēplum, de quo potiſſimū gloriantur, ac robuſti ſibi vidētur, quo maximè fidunt, gaudent, ac ſibi placent: atque etiam ſuperdidero eis liberos, de quibus ſolliciti ſunt & cutant: an ne tunc temporis, ad te in Chaldæam vēturus eſt aliquis qui euaſit. Toſtatus. ibid.]
15. Decoris eorum.
16. Qui euaſerit ad te per auditum auricum.

*Ammoni, Moab, Seir, & Paleſtinis minatur dominus vltionem, quia afflictos Ieruſalem affligebant, & de eorum afflictione gaudebant.* XXV.

Anno ante Chriſti. 614. anni mundi 3147. Ioa. 3. 4. 5. Nabuchodonoſor. 5 De Tyro.

A [a] ET factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis, [a] pone faciem tuam contra filios Ammon, & prophetabis de eis, & dices filiis Ammon: Audite verbum domini dei. Hæc dicit dominus deus † Pro eo quòd dixiſti, euge euge ſuper ſanctuarium meum, quia [1] pollutum] eſt, & ſuper terram Iſrael, quoniam deſolata eſt, & ſuper domum Iuda, quoniam ducti ſunt in captiuitatem: idcirco ecce ego tradam te filiis orientalibus in hæreditatem, & collocabunt [2] caulas ſuas] in te, & ponent in te tentoria ſua. Ipſi comedent fruges tuas, & ipſi bibent lactuum. Dabóque Rabba in habitaculum camelorum, & filios Ammon in cubile pe-
B corum, [§] & ſcietis quia ego dominus: quia hæc dicit dominus deus: [b] Pro eo quòd plauiſti manu, & percuſſiſti pede, & gauiſa es ex toto affectu ſuper terram Iſrael: idcir
c co ecce ego extendam manum meam ſuper te, & tradam te in direptionem gentiū, & interficiam te de populis, & perdam de terris & cōteram, & ſcietis quia ego dominus. Hęc dicit dominus deus: Pro eo quòd dixerunt Moab & Seir, ecce ſicut omnes gentes
c domus Iuda, idcirco ecce ego aperiam [3] humerum] Moab de ciuitatibus, de ciuitatibus, inquam, eius, & de finibus eius inclytas terrę. [§] Beth, Ieſimoth & [c] Beelmon & Cariathāim † filiis orientis cum filiis Ammon.] Et dabo eam in hęreditatem, vt non ſit vltrà memoria filiorum Ammon in gentibus. Et in Moab faciā iudicia, & ſcient quia ego dominus. Hęc dicit dominus deus: Pro eo quòd fecit Idumęa vltionē, vt ſe vindicaret de filiis Iuda, peccauítque delinquens, & vindictam expetiuit de eis: idcirco

a Conſuetudo eſt prophetis primò variſinari de populo Iudæorum, eius vitia arguendo, ſupplicia prædicando, & viciſſim proſpera promittendo: deinde de cæteris gēubus, quæ Iudæis mala intuleſunt, vel de earum aduerſitate gauiſæ. Ita & nūc poſtquam S. Ezechie. à 2. cap. huius vſque ad hunc locum de Iudæis locutus eſt, de aliis nationibus non niſi parca interdum admiſcens, nunc contra perſecutores & hoſtes Iudæorum prophetare in hoc cap. orditur, præſertim cōtra quatuor gentes, Ammonitas Moabitas, Idumæos. & Philiſtæos. Dyonyſius. ibid.
1 Profanatum.
2. Palatia ſua.
b. Nec eſt lætandum ſuper malo alterius aut tribulatione. Hęc enim ecclęſia exultoribus fuit lætitiam non promittit, niſi ex magna tribulatione, neque in præſenti ſeculo ſecuritatem, quia re uera omnis lætitia periculoſa eſt, omnis ſecuritas cæſibus plena, omnis iucunditas laqueis impetitur. Chryſo. de Iephthe. homil.
3 Latus.
c. Beelmeon vſque hodie in Moab vicus maximus eſt, traditus eſt autem eū Bethieſimoth & Cariathiarim, & filiis Ammon filiis orientis ſcilicet Babylonis. Hieron. ibidem.
4. Et filios orientis vocabo contra filios Ammon.

hæc dicit dominus deus: [d] Extendam manum meam super Idumæam: & auferam de ea hominem & iumentum, & faciam eam desertam ab austro. Qui sunt in Dedan, gladio cadent, & dabo vltionem meam super Idumæam per manum populi mei Israel. [e] Et facient in Edom iuxta iram meam & furorem meum, & scient vindictam meam. dicit dominus deus. Hæc dicit dominus deus: [f] Pro eo quòd fecerũt Palæstini vindictam, & vlti se sunt [5] toto animo, interficientes & implẽtes inimicitias veteres, ] propteræa hæc dicit dominus deus: Ecce ego extendam manum meam super Palæstinos, & interficiam [6] interfectores. ] Et perdam reliquias [7] maritimæ regionis, ] faciámque in eis vltiones magnas arguens in furore, & scient quia ego dominus, cum dedero vindictam meam super eos.

d. Sciendum autẽ quod in Hebræo numquam scribitur Idumæa, sed semper Aedom, quomodo Idumæam expressit Græca translatio. Duæ legiones David altera Philen altera Cereti, i. Interfectorum vocabantur. Glosa ordinaria. ]

e. Hæc vaticinatur onus philistiim, qui semper fuerunt inimici Iudæorum, vt patet ex libris Iosue, Iudicum & Regum Palestini significat contendentes odio. Contra quos dictum est Iaco. 2. Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam. Lyrich. ibi ]

5. Cum contemptu animæ suæ ad desolationem in inimicitias perpetuas.

6. Chereteos.

7. Littoris maris.

D

*Tyri inclytæ vrbis prædicatur interitus, quia super Ierusalem contritiones exultauit.* XXVI.

A

a. Nunc ciuitas omnium quæ habet Phœnicia maxima & celebertima, domina maris, & totius nauigationis propter negotiationes, quæ cum insulis maris omnib⁹ exercuerat, (orbis enim legitur quasi emporium) veluti ex prophetis liquet. Fuit olim insula septingentis passibus pro alto mari diuisa à continenti, quamobrem in corde maris sita dicit Ezech. cap. 26.

Postea per Alexandrum magnũ aggere ducentorum pedum, quẽ ex lapidibus Tyri veteris multis hominum millibus comportauerat, continenti iuncta est ab ortu. Diodorus in vita Alexandri, anno. 4.

1. Cum procellis suis.

2. Aridam, & infra.

3. Expansio, & infra.

4. Villæ.

5. Vrgens arietem suum ponet contra muros eius.

b Vinea hoc loco accipitur pro bellico instrumento, quo muri vrbium destruuntur: quod dicitur vinea, quoniã iungitur muro, & i. omnes murum perforãtes subtus latent, secũdum quod vinea muro adhæret, & homines sub ea vmbram accipiunt. Dio. ibidem.

6. Malleis suis.

[c. Id est, idola tua, vel dicũtur hic statuæ nobiles imagines notabilium personarum, quæ antiquitus, in ciuitatibus erigebantur ad honorẽ ipsarum. De Lyra ibidem. ]

7. Fortitudinis tuæ.

d. Aliorum enim ruinæ exempla iustorum sunt, dum omnes infirmo & imbecillo flatu, fluctuũmque vestigio in illo seculo commouemur: & nunquam est nostra certa securáque victoria, quando egredietur ex te qui prius steterant: vel in exitu tuo, in fine & consummatione tua. Hiero. ibid.

8. Pauebunt ad momenta, & admirabuntur super te.

e. Qualiter deuicta es à Chaldæis. o Tyre vrbs nobilis, & quæ adeò fortis fuisti, vt te formidarent vniuersi fines terræ: sed & nautæ & negotiatores vndequaque ad te venientes. Diony. ibidem.

9. Insulæ à die ruinæ tuæ.

[f. Hoc ad eos referri potest qui in huiusce angustiis seculi constituti deducuntur ad inferos, & abyssi fluctibus operiuntur pœnarum. scilicet extrahuntur ad inferiora terræ, & copulãtur his qui in veteri solitudine sunt, vt non habitentur à spiritu sancto. de quibus prouerb. 18. 2. Impius cum venerit in profundum peccatorum contemnit. Glosa ordin. ibid ]

10. Infectori cum his quæ abolita sunt à mundo.

Tyrus de Ierusalem, euge confractæ sunt portæ populorum, conuersa est ad me, implebor, deserta est, propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit mare [1] fluctuans ] & dissipabunt muros Tyri, & destruent turres eius. Et radam puluerem eius de ea, & dabo eam in [2] lympidissimam ] petram. [3] Siccatio ] sagenarum erit in medio maris, quia ego locutus sum, ait dominus deus, & erit in direptionem gentibus. [4] Filiæ ] quoque eius quæ sunt in agro, gladio interficientur, & scient quia ego dominus: quoniam hæc dicit dominus deus. [g] Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor Regem Babylonis ab aquilone, regem regum, cum equis & curribus, & equitibus, & cœtu populóque magno. Filias tuas quæ sunt in agro, gladio interficiet, & circundabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro. Et eleuabit contra te clypeum, & [5] [b] vineas & arietes temperabit in muros tuos, ] & turres tuas destruet in [6] armatura sua. ] Inundatione equorum eius operiet te puluis eorum, à sonitu equitum & rotarum, & curruum mouebuntur muri tui. Cum ingressus fuerit portas tuas quasi per introitum vrbis dissipatæ, vngulis equorum suorum conculcabit omnes platéas tuas, populum tuum gladio cædet: & [c] statuæ [7] tuæ nobiles ] in terram corruent. Vastabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas, & destruent muros tuos, & domos tuas præclaras subuertent, & lapides tuos & ligna tua & puluerem tuum in medio aquarum ponent. [h] [†] Et quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum, & sonitus cithararum tuarum non audietur amplius. [d] Et dabo te in lympidissimam petram, siccatio sagenarum eris, nec ædificaberis vltrà, quia ego dominus locutus sum, dicit dominus deus. Hæc dicit dominus deus de Tyro: Nunquid non à sonitu ruinæ tuæ, & gemitu interfectorum tuorũ cum occisi fuerint in medio tui, commouebuntur insulæ, & descẽdent de sedibus suis omnes principes maris, & auferent exuuias suas, & vestimenta sua varia abiicient, & induentur stupore? In terra sedebunt, & [8] attoniti super repentino casu tuo admirabũtur, ] & assumentes super te lamentum dicent tibi: [e] Quomodo periisti quæ habitas in mari vrbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari cum habitatoribus tuis, quos formidabãt vniuersi? [f] Nunc stupebunt [9] naues in die pauoris tui, ] & turbabuntur insulæ in mari, eo quòd nullus egrediatur ex te, quia hæc dicit dominus deus: [f] Cum dedero te vrbem desolatam sicut ciuitates quæ non habitantur, & adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multę, & detraxero te cum iis qui descendunt in lacum ad populum sempiternum, & collocauero in terra [10] nouissima ] sicut solitudines veteres cum iis qui deducuntur in lacum: vt non habitẽris, porrò cum dedero gloriam in terra viuentium, in nihilum redigam te, & non eris, & requisita non inueniẽris vltrà in sempiternum, dicit dominus deus.

B

C flumen

D

Tyri

*Tyri vrbis opulentißimæ ruina defletur, cuius negotiationes plurimæ describuntur.* XXVII.

A ET factum est verbum domini ad me, dicens: Tu ergo filij hominis, assume super Tyrum lamentum, & dices Tyro, [a] quæ habitat in introitu maris, negotiationi populorum ad Insulas multas. Hæc dicit dominus deus: O Tyre tu dixisti: Perfecti decôris ego sum, & in corde maris sita. Finitimi tui qui te ædificauerunt, impleuerunt decôrem tuum, abietibus de Sanir extruxerunt [1] te cum omnibus tabulatis maris.] Cedrum de Libano tulerunt vt facerent tibi malum, quercus de Basan dolauerunt in remos tuos, transtra tua fecerũt tibi ex ebo
B re [2] Indico, & prætoriola de insulis Italiæ.] [β] Byssus varia de Ægypto texta est tibi in velum, vt poneretur in malo, hyacintus & purpura de insulis Elisa facta sunt operimentum tuum. [b] Habitatores Sidónis & Aradij fuerũt remiges tui, sapientes tui Tyre facti sunt gubernatores tui, senes [3] Biblij] & prudentes eius [4] præbuerunt nautas ad ministerium variæ supellectilis tuæ.] Omnes naues maris & nautę earum fuerunt [5] in populo negotiationis tuæ. ] Persę & Lydi, & Lybyes erant in exercitu tuo viri bellatores, clypeum & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo. Filij Aradij cum exercitu suo super muros tuos in circuitu, [c] sed & Pigmæi qui erant in turribus tuis pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum. [β] Ipsi compleuerunt pulchritudinem
C tuam. [6] Carthaginenses] negotiatores tui. A multitudine cunctarum diuitiarum argento, ferro, stanno, plumbóque, repleuerunt nundinas tuas. Græcia & Thubal, & Mosoch ipsi institores tui. [7] Mancipia & vasa ærea adduxerũt populo tuo] de domo Thógorma, equos & equites & mulos adduxerunt ad forum tuum. Filij Dedan negotiatores tui. Insulę multę negotiatio manus tuæ. [8] Dentes eburneos & hebeninos commutauerunt in pretio tuo.] Syrus negotiator tuus. Propter multitudinem operũ tuorum [9] guttam, & purpuram, & scutulata, & byssum, & sericum, & chodchod po-
D suerũt in mercatu tuo.] [δ] Iuda & terra Israel ipsi institores tui, in frumento [10] primo, balsamum & mel & oleum & resinam] posuerunt in nundinis tuis. Damascenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diuersarum opum, [11] in vino pingui, in lanis coloris optimi.] [d] Dan & Græcia & Mozel in nundinis tuis, proposuerunt ferrum fabrefactum, stacten & calamum in negotiatione tua. Dedan institores tui [12] in tapetibus ad sedendũ.] Arabia & vniuersi principes Cedar ipsi negoE tiatores manus tuæ, cũ agnis & arietibus & hœdis venerũt ad te negotiatores tui. [ε] Vẽditores Saba & Rema ipsi negotiatores tui, cum vniuersis primis aromatibus & lapide pretioso & auro quod proposuerũt in mercatu tuo. [c] Aran & Chane & Eden negotiatores tui. Sabba, Assur [13] & Chelmach vẽditores tui,] ipsi negotiatores tui [14] multipha riam inuoluchris hyacinthi & polymitorum gazarúmque] pretiosarum, quę obuolutę & astrictæ erant funibus, [15] cedros] quoque habebant in negotiationibus tuis. Naues [16] maris, principes tui] in negotiatione tua, & repleta es, & glorificata nimis in corde maris. In aquis multis adduxerunt te [17] remiges tui. ] Ventus [18] auster] contriuit te. In corde maris diuitię tuæ, & thesauri tui & [19] multiplex instrumentum tuum.
F [ζ] Nautę tui] & gubernatores tui qui [20] tenebant supellectilem tuam,] & populo tuo prę erant, viri quoque bellatores tui qui erant in te cum vniuersa multitudine tua, quę est in medio tui, cadent in corde maris in die ruinę tuę. A sonitu clamoris [21] gubernatorum] tuorum conturbabuntur [22] classes,] & descendent de nauibus suis omnes qui tenebant remum. Nautæ & vniuersi gubernatores maris in terra stabunt, & eiulabũt super te voce magna, & clamabunt amarè. Et superiacent puluerem capitibus suis,
G & cinere conspergentur, & radent super te caluitium, & accingentur [23] ciliciis.] [η] Et plorabunt te in amaritudine animę ploratu amarissimo, & assument super te carmen lugubre, & plangent te. [θ] Quæ est vt Tyrus, quę [24] obmutuit] in medio maris? Quæ in exitu negotiationum tuarum de mari implesti populos multos, in multitudine diuitiarum tuarum & [25] populorum tuorum] ditasti reges terræ. Nunc contrita

a. Habitat ergo iuxta littora Tyri siue Sor in introitu maris, vel q̃ prius insula fuit, vel quòd portu tutissimo de alto venientes recipit naues, & cũ negotiatio populorum ad insulas multas, siue de insulis multis. Quod quidem vsque hodie perseuerat vt omnium prope gentium in illa exerceantur cõmercia. Hieron. ibid.

1. Tibi omnia tabulata duplicia

2. Filij Assyriorum de insulis Cethim.

[b. Sidonij venatores, Aradij deponentes. Dicimus Tyrum superbissimã ciuitatem, quæ vento flante postea conterenda est habere ciues siue principes venatores, de quibus psal. 123. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Vbi nos legimus venantium. In Hebræo habetur Sidoniorum. Hi incautas animas venantur, & remiges efficiuntur, vt deducant eas ad naufragia. Hie. cũ Glo. ord. ib.]

3. Gebal, vel giblij

4. Instauratiuerunt in te ruinas tuas.

5. Tui ad negociandum negotiationem tuam.

[c. Pigmæi homines sunt cubitalis magnitudinis. Dicunt tamen hic expositores aliqui q̃ erãt optimi sagittarij, licet essẽt parui, & ideo ad defensionẽ ciuitatis in turribus ponebantur. De Lyra ibid.]

6. Tharsenses.

7. In anima hominis & vasis æreis promouerunt negotiationem tuam.

8. Corpua eburnea & pauones tibi pro munere reddiderunt.

9. Smaragdum, & purpuram, polymitam, byssum, corallum & margaritum dederunt tibi merces.

10. Tritæ Minnith & pannag, melle atque oleo & resina, quæ.

11. In vino Helbon & lana candida.

[d. Dan ex nomine patriarchæ Dan, & tribus: & locus in quo habitauit nomẽ accepit, vbi hodie paucis quæ quondam Cæsarea Philippi vocabat, vnde Iordanis. i. fluuius Dan qui fluit de Libano. Glo. ordi. ibid.]

12. In pannis nobilibus pro cortibus.

[e. Et istæ gentes diuersorũ locorum nomina continentes. Hieron. ibid.]

13. Quasi docti mercaturæ tuæ.

14. In multis generibus, in palliis hiacinthinis & polymitis, in scriniis vestium.

15. Torques.

16. Tharsis excellẽtiores habuisti.

17. Qui tibi aduersantur.

18. Orientalis.

19. Mercatura tua, remiges tui & nautæ tui.

[f. Primum autem locum apud te tenebant naues Tharsis, quæ turmatim magnis classibus ad te confluebant, varijsque rebus te adimplebant, ita vt mari vndique iuncta præstantissima totóque mundo celebris facta fuerit. At nunc in multas fine aquas atque afflictionnes te adduxerunt tui depredatores hostes nimirum Babylonij, qui te quanuis mari iunctam vento Orientali, Iudaico scilicet exercitu confregerunt atque deuastarunt. Tostatus ibid.]

20. Instaurant ruinam tuam.

21. Nautarum.

22. Suburbia.

23. Saccis.

g. Sicut antea non fuit gloriosior ea in diuitijs, potestate, hominúmque frequentia, sic modo non est miserabilior ea. Dionys. ibid.

24. Euersa est.

25. Mercium tuarum.

Universidad de Deusto Biblioteca

es à mari,in profundis aquarum [26] opes tuæ,] & omnis multitudo tua quę erat in medio tui ceciderunt. Vniuersi habitatores insularum obstupuerunt super te,& Reges earum [27] omnes tempestate perculsi mutauerunt vultus.] Negotiatores populorum sibilauerunt super te.[28] Ad nihilum deducta es,] & non eris vsque in perpetuum.

26. Mercatura tua.
27. Concussi sunt horrore turbatique facie.
28. Terror facta es.

*Contra superbum principem Tyri,& contra Sidonem inuehitur, quia filios Israel in sua ruina afflixit.* XXVIII.

ET factus est sermo domini ad me,dicens: Fili hominis,dic principi Tyri: A Hęc dicit dominus deus: [a] Eo quod eleuatum est cor tuum, & dixisti: deus ego sum, & in cathedra dei sedi in corde maris, cùm sis homo & non deus, & dedisti cor tuum quasi cor dei. Ecce sapientior es tu Daniele, omne secretum non non est absconditum à te. In sapientia & prudentia tua fecisti tibi [1] fortitudinem,] & acquisisti aurum & argentum in thesauris tuis, in multitudine sapientię tuę, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem, & eleuatum est cor tuum [2] in robore tuo.] Propterea hęc dicit dominus deus: [b] Eo quòd eleuatum est cor tuum quasi cor dei, idcirco ecce ego adducam super te alienos robustissimos gentium. Et nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientię tuę, & polluent decôrem tuum.[3] Interficient & detrahent te,] & morieris in interitu occisorum in corde maris. [§] Nunquid B dicens loquêris, deus ego sum coram interficientibus te, cùm sis homo,& non deus, in manu occidentium te? Morte incircuncisorum moriêris, in manu alienorum, quia ego locutus sum, ait dominus deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis, leua planctum super Regem Tyri,& dices ei: Hęc dicit dominus deus. † [c] Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, perfectus decôre, in deliciis paradisi dei fuisti. Omnis lapis preciosus operimentum tuum, sardius, thopasius, & iaspis, chrysolitus, & onix, & beryllus, saphyrus, & carbunculus, & smaragdus. Aurum opus [4] decôris tui, & foramina tua] in die qua conditus es prępărata sunt. [d] Tu Cherub [5] extentus] & protegens,& posui te in monte sancto dei. *In medio lapidum ignitorũ ambulasti, perfectus in viis tuis à die conditionis tuę, donec inuenta est iniquitas in te. [§] In multitudine negotiationis tuę repleta sunt interiora tua iniquitate,& c peccasti,[c] & [6] eieci] te de monte sancto dei,& perdidi te, ô Cherub,protegens de medio lapidũ ignitorum. Et eleuatum est cor tuum in decôre tuo. Perdidisti sapientiam tuam in decôre tuo, in terram proieci te, ante faciem regum dedi te, vt cernerent te. In multitudine iniquitatum tuarum,& iniquitate negotiationis tuę polluisti sanctificationem tuam. Producam ergo ignem de medio tui qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium videntium te. Omnes qui viderint te in gentibus,obstupescent super te. [7] Nihil factus es,] & non eris in perpetuum. Et factus est sermo domini ad me,dicens: Fili hominis,pone faciem tuam contra [f] Sidonem,& prophetabis de ea,& dices: Hęc dicit dominus deus: Ecce ego ad te Sidon, & glorificabor in medio tui. [§] Et scient quia ego dominus,cùm fecero in ea iudicia,& sanctifi- D catus fuero in ea. Et immittam ei pestilentiam & sanguinem in platéis eius, & corruent interfecti in medio eius gladio * per circuitum: & scient quia ego dominus. Et non erit vltrà domui Israel [8] offendiculum amaritudinis,] & spina dolorem inferens [9] vndique]per circuitũ eorũ qui aduersantur eis:& scient quia ego dominus deus: Hęc dicit dominus deus: [g] Quando congregabo domũ Israel de populis in quibus dispersi sunt,sanctificabor in eis coram Gentibus,& habitabunt in terra sua quam dedi seruo meo Iacob,& habitabũt in ea [10] securi.] Et ædificabunt domos, & plantabunt vineas, & habitabunt confidenter cùm fecero iudicia in omnibus qui aduersantur eis per circuitum,& scient quia ego dominus deus eorum.

1. Prophetæ sępiùs loquuntur quasi permixtim de diabolo, & reprobis hominibus, quæ sunt mẽbra eius. Scriptura enim interdum transit à diabolo ad mẽbra eius, & è conuerso. Itaque quædam in hoc capite scripta sunt, quæ verè, propriè & literaliter de rege Tyri dicũtur. Quædam verò, quæ verè, propriè ac literaliter de diabolo sunt intelligenda, sicut patebit: quanuis illa, & de diabolo & de rege Tyri accipi aliquo modo possint. Diony. ibid.
2. Diuitias, & infra.
2. In diuitiis tuis.
b. His verbis debemus hyperbolen accipere, quòd intùm intumuerint, & nescierint principes mensurã suam, vt elati fœlicitate seculi, & regni potentia, dum præsentia bona putãt esse perpetua, homines se esse nescierint, & æternum sibi impetum vindicarint. Hieron. y. ibid.
3. In fossam deducent te.
c. Quid boni nõ habuit, si signaculũ dei similitudinis fuit? Prophera sub typo & nomine regis Tyri, qui membrum erat diaboli, dicit de eo: Tu signaculum. Cyril. in Iohan. lib. 6. cap. 6.
4. Tympanorum tuorum, ac fistularum tuarum esi in se.
[d. Cherubin in templo existentes, extendebãt alas suas, ita rex Tyri extendebat potẽtiam suã, & gloriam ad regiones alias per famæ difusionem. De Lyra ib.]
5. Vnctus, sub. in Regem.
*Fuisti.
e. Hic angelus qui decidit, magnam prius habuisse naturæ & donorum dei excellentiam in principio suæ creationis liquidò demonstratur. Postquam verò inuenta est in eo iniquitas, omnia bonitatis largitatis munera ei subtracta fuisse, & grauem exinde eius securam ruinã. Bonus igitur fuit diabolus cũ à deo crearetur, sed illam bonitatem nõ seruauit, neque custodiuit inde mutatus. Cyril. in Ioh. lib. 6. cap. 6.
6. Profanaui.
7. Terror fuisti.
[f. Sidonij venatores: Sunt autẽ & boni venatores. Vnde Iere. 16 Ecce ego mittam piscatores & venatores, qui venentur eos de omni colle: ita de piscatoribus pisciũ facti sunt piscatores animarũ. Vnde vinculus Petri & Andreæ Bethsaida, id est, domus venatorum dicitur. Imperatur ergo prophetę vt ponat faciem suam contra Sidonem, vt firmiter consistens tales venatores interficiat. Glo. ordina. post Hieron.]
*Super eam.
8. Spina pungens.
9. Ex omnibus qui sunt.
g. Cum autem fecerit dominus iudicium contra eos qui aduersantur sibi contumelijs afficiũt Israel in circuitu, tunc omnis creatura cognóscet quòd ipse sit dominus, cuius vera iudicia sunt, & iustificata in semetipsis. Hieron. ibid.
10. Confidenter.

*Contra Aegyptum & regem eius inflatur, quia tandem in solitudinem redigetur.* XXIX.

In

Universidad de Deusto Biblioteca

An ante Chri ſtum.616. Anni mundi 3546.

A [1]IN anno decimo,decimo menſe,duodecima die menſis,factum eſt verbum domini ad me,dicens:Fili hominis pone faciem tuam contra Pharaonem regem Ægypti,& prophetabis de eo,& de Ægypto vniuerſa loquere,& dices:Hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad te Pharao rex Ægypti draco magne,qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis: meus eſt fluuius, & ego feci memetipſum.[b] Et ponam [1] frænum] in maxillis tuis,& agglutinabo piſces fluminum tuorum ſquāmis tuis. Et extraham te de medio fluminū tuorum, & vniuerſi piſces tui ſqùāmis tuis adhærebunt. Et proiiciam te in deſertum, & omnes piſces fluminis tui. [†] Super faciem terræ cades. Non colligêris neque congregaberis. Beſtiis terræ & volatilibus cœli dedi te ad deuorandum,& ſcient omnes habitatores Ægypti,quia ego dominus. [c] Pro eo quòd fuiſti baculus arundineus domui Iſrael,quando apprehenderunt te manu,& confractus es,& laceraſti omnem humerum eorum, & innitentibus eis ſuper te comminutus es,& [2] diſſoluiſti] omnes renes eorum: propterea hæc dicit dominus deus: [c] Ecce ego adducam ſuper te gladium meum, & interficiam de te hominem & iumentum. Et erit terra Ægypti in deſertum, & in ſolitudinem, & ſcient quia ego dominus. Pro eo quòd dixeris,fluuius meus eſt,& ego feci eum,idcirco ecce ego ad te, & ad flumina tua. Dabóque terram Ægypti in ſolitudinem [3] gladio diſſipatam,] à turre Syenes vſque ad terminos Æthiopiæ. Non pertranſibit eam pes hominis,neque pes iumenti gradietur in ea,& non habitabitur quadraginta annis. Dabóque terram Ægypti deſertam in medio [d] terrarum deſertarum, & ciuitates eius in medio vrbium ſubuerſarum,& erunt deſolatæ quadraginta annis. [e] Et diſpergam Ægyptios in nationes: & ventilabo eos in terras: quia hæc dicit dominus deus: Poſt finem quadraginta annorum congregabo Ægyptum de populis in quibus diſperſi fuerant, & reducam captiuitatem Ægypti, & collocabo eos in terra Phatures,in terra [4] natiuitatis ſuæ,]& in terra de qua ſumpti ſunt.] [e] Et erunt ibi in regnum humile,& inter cætera regna erit humillima. Et non eleuabitur vltrà ſuper nationes,& imminuam eos ne imperent gentibus,neque erunt vltra domui Iſrael in cōfidentia, [f] docentes iniquitatem, vt fugiant,& ſequantur eos,] & ſcient quia ego ſum dominus deus. [f] Et factum eſt in vigeſimo & ſeptimo anno in primo in vna menſis, factum eſt verbum domini ad me,dicens: Fili hominis,Nabuchodonoſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitum ſuū ſeruitute magna aduerſus Tyrum. [g] Omne caput decaluatum,& omnis humerus depillatus eſt. Et merces non eſt reddita ei, neque exercitui eius de Tyro,pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſus eam. Propterea hęc dicit dominus deus: [†] Ecce ego dabo Nabuchodonoſor regem Babylonis in terra Ægypti,& accipiet multitudinem eius,& depredabitur manubias eius,& diripiet ſpolia eius,& erit merces exercitui illius,& [6] operi pro quo] ſeruiuit aduerſus eam. Dedi ei terram Ægypti,pro eo quod laborauerit mihi,ait dominus deus. [g] In die illa pullulabit cornu domui Iſrael,& tibi dabo apertum os in medio eorum, & ſcient quia ego dominus.

Anni ante Chriſtū.509. Anni mundi 3563.

†33.9.5.c.6.

†33.9.5.c.11.

a. In duodecima, vel vt alij volunt vna,vel vndecima die menſis decimi,decimi anni tranſmigrationis Iechoniæ, reuelatur Ezechieli poſt Tyrum Aegypti excidium: iubeturque prophetare verſus Aegyptum ſuam dirigere, vt ex modo intuendi inſinuetur quanta calamitas prænuntianda ſit de Aegypto. Diony. ibid.

b. Ponit autem dominus in maxillis draconis lſtius frænum,& perforat labia eius atque conſtringit armillæ circulo, quòdo per eccleſiaſticos viros, qui in ſcripturis ſanctis eruditi ſunt, imponit dæmoni & ſequacibus ſuis hæreticis ſilentium, & vniuerſa peruerſitatis dogmata diſſoluitur. Agglutinatque piſces fluminū eius pennis ipſius, vel ſquamis quibus hæretici per ſuperbiam ad alta feſtinant, vt & ipſi vincti cum draconе vnum cum eo corpus efficiant, & copulentur ei vel in erroris cōſortio, vel in pœnæ ſimilitudine: quomodo qui adhæret domino vnus ſpiritus eſt. Hiero. ibid.

1. Hamum.

2. Firmabis.

[c. Diuinæ miſericordiæ eſt vt pernat huius mundi abundātia & Aegypti fluentia ſiccentur,& terra deſoletur, & ſententia dei diſſipetur à turre Syenes, quæ interpretatur gyrus, vt nihil in ſe habeat vſque ad terrā Aethiopum, qui humiles dicuntur, vt ſcilicet omnis ſuperbia quæ ſe contra dei ſcientiam exerſerat, & deſtruatur, & humilietur in ſalutem Glo. ordi. ibid.]

3. Demonſtratione & ſtuporē.

d. Terra ante Aegyptum deſertæ Idumæa, Paleſtina, regiones Moab & Ammon, de quarū deſertione ſuperius tactum eſt, & hoc per 40 annos. Nō enim occiſi fuerūt, ſed aliqui effugio euaſerunt, & quidam per captiuitatem vel venundationem ad alienas perducti ſunt regiones, poſt 40. annos ad propria reuerſuri. Diony. ibid.

4. Habitationis eorum.

[e. Ita q̄ non rauertentur ad priſtinam pompam & ſuperbiam. De Lyra ibid.]

5. Reuocans iniquitatem dum teſperexerint poſt eos.

f. Cauſa autem iræ domini contra Aegyptum illa eſt, q̄ populum dei ſuo deceperit auxilio, ne ſperaret in deum,& illum ad itacundiam prouocaret: In illo inquit, die quo Aegyptus capta fuerit, pullulabit cornu domus Iſrael: haud dubium quin regiū genus ſignificet. Quod quidam referunt ad Zorobabel filium Salathiel qui per Iechoniam de ſtirpe Dauid generatus eſt. Hie rony. ibid.

6. Pro operatione tua.

[g. Hic deſcribit liberationē & reductionem populi Iſrael. Videt deum percutere & ſanare. Videt deum iuxta pœnitētiam placari, atque peccatis ad itacūdiam prouocari. Lorichius ib.]

## *AEgypti & vrbium eius deſtructio plangitur, ac AEthiopiæ & vrbium illi fœderatarum.* XXX.

A ET factum eſt verbum domini ad me, dicens: Fili hominis: propheta, & dic: Hæc dicit dominus deus: Vlulate, væ væ [a] diei, quia iuxtà eſt dies, & appropinquat dies domini, dies nubis, tempus gentium erit. Et veniet gladius in Ægyptum, & erit pauor in Æthiopia cum ceciderint vulnerati in Ægypto, & ablata fuerit multitudo illius & deſtructa fundamenta eius. Æthiopia & Lybia & Lydi & omne reliquum vulgus, & Chub & filij terræ fœderis cum eis gladio cadent. Hæc dicit dominus deus: & corruent fulcientes Aegyptum, & deſtruetur ſuperbia imperij eius. A turre Syenes gladio cadent in ea, ait dominus exercituum. Et diſſipabuntur in medio terrarum deſolatarum, & vrbes eius in medio ciuitatum deſertarum erunt, & ſcient quia ego dominus deus, cùm dedero ignem in Aegypto, &

a. Quoniā magna Aegypto imminet afflictio, quæ die diuinitus præſtituta intelligenda eſt ipſis non diei imminere. Frequenter enim in ſcripturis aſcribitur tempori, quod contingit in tempore, atque hominibus temporaliter accidit. Sic nāque ait ſaluator Mat. 6. Sufficit diei malitia ſua. Et Paulus Epheſ. 5. Quoniam dies mali ſunt. Dies enim vltionis domini imminebat Aegypto: & dies nubis. i. Babylonicæ perſecutionis ac tempeſtatis. Dion. ibid.

attriti fuerint omnes auxiliatores eius. [f] In die illa egrediẽtur nuntij à facie mea in trie- E
ribus ad [1] conterendam] Aethiopiæ confidentiam, & erit pauor in eis in die Aegypti, quia absque dubio veniet. Hæc dicit dominus deus: [b] Et cessare faciam multitudinẽ Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis. Ipse & populus eius cum eo, fortissimi gentium adducentur ad disperdendam terram. Euaginabunt gladios suos super Aegyptum, & implebunt terram interfectis, & faciam alueos fluminum aridos, & tradam in terram manus pessimorum, & dissipabo terram & plenitudinẽ eius in manus alienorum. Ego dominus locutus sum. †Hæc dicit dominus deus. [c] Et disperdam †Zach.
simulachra, & cessare faciam idôla de Memphis, & dux de terra Aegypti nõ erit amplius. [f] Et dabo terrorem in terram Aegypti, & disperdam terram Phatures, & dabo C
ignem in Taphnis, & faciam iudicia mea in Alexandria, & effundam indignationem meam super Pelusium, robur Aegypti, & interficiam multitudinem Alexandrię & dabo ignem in Aegypto. Quasi [2] parturiens] dolebit [d] Pelusium, & Alexandria erit dissipata, & in Memphis angustiæ [3] quotidianæ. ] Iuuenes Heliopoleos & Bubásti gladio cadent, & ipsæ captiuæ ducentur. Et in Taphnis nigrescet dies cum contriuero ibi [4] sceptra] Aegypti, & defecerit in ea superbia potentiæ eius. Ipsam nubes operiet, & filiæ autem eius in captiuitatem ducentur. Et iudicia faciam in Aegypto, & scient quia ego dominus. [e] Et factum est in vndecimo anno, in primo mense, in septima mensis, factum est verbum domini ad me, dicens: [f] Fili hominis, brachium Pha- D
raonis regis Aegypti confregi, & ecce non est obuolutum, vt restitueretur ei sanitas, vt ligaretur pãnis, & fasciretur linteolis, & recepto robore possit tenere gladium. Propterea hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad Pharaonem regem Aegypti, [f] & commi nuam eius brachium forte, sed confractum, & deiiciam gladium de manu eius. Et disperdam Aegyptum in gentibus, & ventilabo eos in terris. Et confortabo brachia regis Babylonis, dabóque gladium meum in manu eius. Et confringam brachium Pharaonis, & gement gemitibus interfecti coram facie eius, & confortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis concident. [g] Et scient quia ego dominus, cùm dedero gladium meum in manu regis Babylonis, & extenderit eum super terram Aegypti. Et dispergam Aegyptum in nationes, & ventilabo eos in terras, & scient quia ego dominus.

1. Terrendam.

b. Vt autem sciremus quis esset iste gladius qui vastaret Aegyptũ & terreret Aethiopiam, sequitur in consessu: Et cessare faciam multitudinem Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babyloniis: qui non solũ veniet sed veniet multis comitatus nationib⁹: ita vt omnis Aegyptus interfectorum sanguine cõpleatur: tantáque erit ira domini, vt siccentur alnei fluminum vsque ad solum: & in manu pestilentium, siue hominum pessimorũ plenitudo Aegypti desoletur. Hieron. ibid.

[c. Quia Chaldæi inde accipiebant aurum & argentum, & destruebant residuum. Et de Mẽphis quæ est ciuitas Aegypti, quæ vsque hodie metropolis est superstitionis Aegypti. De Lyra ibid.]

2. Dolens.

d. Pelusium ciuitas magna Aegypti, ambitu 20. stadiorum. Hoc tempore dici videtur Damista, à qua hostiũ primũ Nili versus palæstinam dicitur Pelusiacum. Iuxta autẽ Pelusium & mare vorago est & vsque ad Casium montẽ per stadia amplius 20. Habetque Aegyptus ab ea parte difficilem aditum.

3. Per diem, sub, venient.

4. Vecter.

[e. Hic porrò agit contra ipsum regem ratione prædictã, ostendens culpam & pœnã regis excedere culpam & pœnam populi. Lurychius ibid.]

f Per hoc quod dãs brachium Pharaonis confregit, & contra eum brachia regis Babylonis corroborauit, datur intelligi, q̃ deus frequenter vnum iniquũ per alterũ punit, atque vicissim malos peiores ac pessimos tribulat & affligit, vt minus mali corrigantur & deum agnoscãt, pessimi autem penitus pereant. Diony ibid.

[g. Profectus virtutis est scire q̃ ipse sit dãs. Vnde per contrariũ de filiis Heli filij pestilentes nescientes dominum. De regibus autẽ qui rectũ fecerũt, in cõspectu dei, scriptum est quod nouerunt dominum. Glosa ordi.]

*Vt Assur sublimis deiectus est, ita Pharao AEgyptius rex humiliandus est.* XXXI.

[a] Nec de rege Babylonio in præsenti sermone vlla fit mentio, ne videatur contra captiuũ populum positum in Chaldæa dominorũ atque regnantium prouocare iracundiam, sed dicitur de rege Assyriorum, qui eo iam tempore captus fuerat à Iudæis & omne robur Assyriorum Babylonio subiacebat imperio. Hieron. ibid.

b. Hoc est opulentia eius vndique circundedit eum, ita q̃ germinauit & floruit instar arboris, quæ copiosissimè irrigatur, atque de sua opulentia multos vicinos ditauit. Diony. ibid.

1. Campi.

2. Rami eius.

3. Propter aquas multas cũ extensione sua.

c. Qui nanque accipiũt in cedris, abietibus, & platanis possunt, nisi illa virtutũ cælestium proceres altitudinis agmina, in æternæ lætitiæ viriditate plantata? Quæ quamuis excelsa sint condita, huic tamen primo angelo nec prælata sunt nec æquata. Qui speciosus factus in multis condensisque frondibus esse dicitur, quia repletum cæteris legionibus, tanta illũ species pulchritudĩ reddidit, quanta & supposita angelorũ multitudo decoranit. Gregor. Moral. lib. 32. cap. 24.

4. Obscurauerunt eam.

5. Assimilatæ sunt ramis eius.

6. Eden, & infra.

[A] Anno Christi ante annum 1547

IT factum est in anno vndecimo, tertio mense, vna mensis, factus est ver- A
bum domini ad me, dicens: Fili hominis, dic Pharaoni regi Aegypti & populo eius: Cui similis factus es in magnitudine tua? [a] Ecce Assur quasi cedrus in Libano pulcher ramis, & frondibns nemorosus, excelsúsque altitudine, & inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius. Aquæ nutrierunt illum, abyssus exaltauit illum. [b] Flumina eius manabant in circuitu radicum eius, & riuos suos emisit ad vniuersa ligna [1] regionis.] Propterea eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis, & multiplicata sunt [2] arbusta eius, ] & eleuati sunt rami eius [3] præ aquis multis. Cúmque extendisset vmbram suam, ] in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cœli, & sub frondibus eius genuerunt omnes bestiæ saltuum, & sub vmbraculo illius habitabat cœtus gentium plurimarum. [f] Erátque pulcherrimus in B
magnitudine sua, & in dilatatione arbustorum suorum. Erat enim radix illius iuxta aquas multas. [c] Cedri non [4] fuerunt altiores illo] in paradiso dei. Abietes non [5] adæquauerunt summitatem eius, ] & platani non fuerunt aquæ frondibus illius. † Omne †Deut. 11. 2. cap. Psalm. 103.
lignum paradisi dei non est assimilatum illi & pulchritudini eius, quoniam speciosum feci eum, & multis condensisque frondibus. Et æmulata sunt eum omnia ligna [6] voluptatis, ] quæ erant in paradiso dei. Propterea hæc dicit dominus deus: Pro eo quòd sublimatus est in altitudine, & dedit summitatem suam virentem atque condensam, & eleuatum est cor eius in altitudine sua, tradidi eam in manus fortissimi gẽtium.

tium.Faciens faciet ei,[d] iuxta impietatem eius eieci eum: & ſuccident eum alieni, & c crudeliſſimi nationum.[ℊ] Et proiicient eum ſuper montes,& in cunctis cõuallibus corruent rami eius. Et confringentur arbuſta eius in vniuerſis rupibus terræ: & recedẽt de vmbraculo eius omnes populi terræ,& relinquent eum. In ruina eius habitauerũt omnia volatilia cœli: & in ramis eius fuerunt vniuerſæ beſtiæ[7] ragionis. ]ᵉ Quamobrem non eleuabuntur in altitudine ſua omnia ligna aquarum,nec ponent ſublimitatem ſuam inter[8] nemoroſa atque frondoſa,] nec ſtabunt in ſublimitate ſua omnia quæ irrigantur aquis,quia omnes traditi ſunt in mortem ad terram[9] vltimam] in medio filiorum hominum,ad eos qui deſcendunt in lacum.Hæc dicit dominus deus: In die quando deſcendit ad inferos induxi luctum, operui eum abyſſo & prohibui fluD mina eius,& coercui aquas multas.[ℊ] Contriſtatus eſt ſuper eum libanus, & omnia ligna agri concuſſa ſunt. A ſonitu ruinæ eius commoui gentes, cum deducerem eum ad infernum cum iis,qui deſcendebant in lacum.Et conſolata ſunt in terra infima[f] omnia ligna voluptatis egregia atque præclara in Libano,vniuerſa quæ irrigabantur aquis. Nam & ipſi cum[10] eo] deſcendent ad infernum ad interfectos gladio, & brachium[11] vniuſcuiuſque ſedebit ſub vmbraculo] eius in medio[12] nationum eius.]ᵍ Cui aſſimilatus es ô inclyte atque ſublimis inter ligna voluptatis? Ecce ductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam. In medio incircunciſorum dormies, cum eis qui interfecti ſunt gladio. Ipſe eſt Pharao & omnis multitudo eius, dicit dominus deus.

[d.Impietas proprié eſt peccatũ contra deum,ſicut pietas eſt eius diuinus.Rex autem Aſſyriorum ex nimia ſuperbia prorupt in diuinam blaſphemiam,& contemptum,dicens 4.Reg.19. ſcribens Ezechiæ. Non te ſeduceat deus tuus in quo habes fiduciam, &c. Et ideo meruit deici à regno.De Lyra ibid.]
7.Agri.
e. Cumque viderſt cætera ligna ſyluarũ ſine paradiſi Aſſur cypariſſum ſententia dei corruiſſe,nõ eleuabuntur in ſuperbiam:nec ſe aliquid æſtimabunt, nec irrigationem aquarũ ſuarum proprias arbitrabuntur diuitias,ergo omnes rami eius & volatilia cœli & beſtiæ terræ quæ erant ſub imperio Aſſur, deducentur in mortem ad terram vltimam. Hiero.ibid.
8.Condenſas frondes.
9.Infimam.
[f. Vel omnia ligna quæ quõdã fuerunt bona, & irrigabãtur aquis,& in Libani altitudine morabantur, accipient conſolationem quando principem ſuũ viderint ſimilia ſuſtinere tormenta.Gloſa ordi.]
10.Ea.
11.Eius & ſederunt ſub vmbra.
12.Gentium.
[g.Exemplũ de rege Aſſur adductum hic adaptatur ad regem Aegypti.Obſerua hic proprietã nõ ioſum tẽporale exterminiũ, ſed & æternam damnationẽ regi Aſſyriorum cum ſuis ſatrapis minitari omnibus.Lori.ibid.]

*Pharaonis ruinam multi obſtupuerunt,& eius ad inferos deſcenſum.* XXXII.

A ET factum eſt[a] duodecimo anno in menſe duodecimo, in vna menſis, facta eſt verbum domini ad me, dicens: Fili hominis aſſume lamentum ſuper Pharaonem regem Ægypti, & dices ad eum: Leoni gentium aſſimilatus es, & draconi qui eſt in mari. Et[1] ventilabas cornu in fluminibus tuis,]& conturbabas aquas pedibus tuis,& cõculcabas flumina earum.Propterea hęc dicit dominus deus:Expandam ſuper te rete meum in multitudine populorum multorum,& [2] extraham te] in ſagena mea,[†] proiiciam te in terram.Super faciẽ agri abiiciam te, & habitare faciã ſuper te omnia volatilia cœli, & ſaturabo de te beſtias vniB uerſæ terræ. Et dabo carnes tuas ſuper montes & implebo colles tuos[3] ſanie tua.]ℊ Et irrigabo terram[4] fœtore] ſanguinis tui,ſuper montes & valles implebuntur ex te.[†] Et operiam cùm extinctus fueris cœlos, & nigreſcere faciam ſtellas eius. [b] Solem nube tegam,& luna non dabit lumen ſuum. Omnia luminaria cœli mœrere faciam ſuper te,& dabo tenebras ſuper terram tuam, dicit dominus deus. ⊱ Cùm ceciderint vulnerati in medio terræ,ait dominus deus.]Et irrigabo cor populorum multorum, cùm induxero contritionem tuam in gentibus ſuper terras quas neſcis, & ſtupeſcere faciam ſuper te populos multos. Et reges eorum horrore nimio formidabunt ſuper te ⊱propter vniuerſas iniquitates quas operatus es,] cùm volare cœperit gladius meus c ſuper facies eorum,[ℊ] & obſtupeſcent repente ſinguli pro anima ſua in die ruinæ tuæ, [c]quia hęc dicit dominus deus: Gladius regis Babylonis veniet tibi, in gladiis fortium deiiciam multitudinem tuam. Inexpugnabiles omnes gentes hæ.Et vaſtabunt ſuperbiam Aegypti, & diſſipabitur multitudo eius. Et perdam omnia iumenta eius,[5] quæ erant ſuper aquas plurimas,] & non conturbabit eas pes hominis vltrà, neque vngula iumentorum turbabit eas. Tunc[6] puriſſimas reddam]aquas eorum,& flumina eorum quaſi oleum adducam,ait dominus deus,cum dedero terram Aegypti deſolatã. Deſeretur autem terra à plenitudine ſua,quando percuſſero omnes habitatores eius, D & ſcient quia ego dominus.[ℊ] Planctus eſt, & plangent eum filiæ gentium ſuper Aegyptum, & ſuper multitudinem eius plangent eum, ait dominus deus. Et factum eſt in duodecimo anno,in quintadecima menſis, factum eſt verbum domini ad me, dicens: Fili hominis,[7] cane carmen lugubrè] ſuper multitudinem Aegypti. Et detrahe eam,ipſam & filias gentium cobuſtarũ, ad terram[8] vltimam,] cum iis qui deſcendunt in lacum.[d] Quo pulchrior es,deſcende,& dormi cum incircunciſis.In medio interfe-

a.Prima die,12.menſis anni duodecimi tranſmigrationis Ioachim ſiue Iechoniæ regis Iudæ, iubetur prophęta aſſumere lamentũ ex cõpaſſione,non ex irriſione ſuper Pharaonem regẽ Aegypti, & dicere ad eum: Tu aſſimilatus es cuiuis regi in ſuperbia,poteſtate,fama & gloria, leonis comparatione: & draconis propter tuam calliditatem, crudelitatẽ, & voracitatem,vnde multos afflixiſti. Diony.ibi.
1.Emunxiſti in fluminibus tuis
2.Afcendere te faciam.
3.Tumore tuo.
4.Inundatione.
b. Sol iniquitatis qui cõtrarius eſt ſoli iuſtitiæ,cum obſcuratus fuerit,luna,quam ſentimus hæreticorũ eccleſiam,& quæ à ſole iniquitatis lumen putabat accipere, non dabit lumen ſuũ, nec decipiet credẽtes falſi nominis ſcientia. Omnia quoque luminaria,& quicquid videtur in hęreticis eſſe doctrinæ,exſicco draconę cæcabitur,ſiue mœrebunt principe perditionis vt ipſe dominus terram hæreticorum operiat tenebris, in ignorantia veritatis Hieron.ibid.
[c.Hic cõſequẽter ponitur cauſa effectiua dictæ deiectionis inſtrumẽtalis:tamen quia rex Babylonis in hoc erat inſtrumentum dei,vt dictũ eſt: ideo dicitur:Gladius regis Babylonis veniet tibi, id eſt ad deſtructionẽ tuam.De Lyra ibid.]
5.Ab aquis multis.
6.Profundas faciam.
7.Lamentare.
8.Interiorem.
d. Omnis enim qui fœditatem ſuæ infirmitatis conſiderare negligit, ſed per elationis faſtum virtutis ſuę gloriam attẽdit:vnde pulchrior eſt, inde deſcẽdit: quia extollendo ſe de ſuis meritis, inde in ima deterius corruit, vnde glorioſum ſe iudicauit Qui deſcendens cum incircunciſis dormit, quia in æterna morte cum cæteris peccatoribꝰ deficit.Greg.Moral.lib.24.c.4

9. Gladio data est, detrahite igitur.

10. Cum interfectis, & infra.
e. Quasi angelorum atque hominum longe sit natura dissimilis, vna tamen pœna implicat quos culpa in crimine reatus ligat. Quod bene ac breuiter intimat propheta, cũ ait: Ibi Assur & omnis multitudo eius, & in circuitu eius sepulchra illius. Quis nanque Assur superbi regis nomine, nisi ille per elationem cadens antiquus hostis exprimitur, qui pro eo quòd multos ad culpam pertrahit, cum vniuersa multitudine sua ad inferni claustra descendit. Greg. Moral. lib. 9 cap. 50.
*Qui sunt.
11. Lateribus.
12. Inferiorum, sub. partium.
[f. Mosoch. i. Capadoces, & Tubal, i. Hiberi qui similiter morte violenta decesserunt ad infernũ, ideo concluditur: omnes hi incircuncisi interfectique, & cadentes gladio. De Lyra ibi.]

g. Hi qui hæreticorum principes extiterunt, ad tantũ malitiæ peruenere culmen atque crudelitatis, vt nec cum fortibus qui à principio corruerunt, similima mereantur ferre supplicia. Hier. ibidem.
h Arma peccantium sunt membra eorum quibus peruersa quæ concipiunt, desideria exequuntur. Greg. Moral. lib. 9. cap. 49.
*Bellicis.

i. Consequenter præcipit dominus viro perfecto vt Pharaonis & Aegypti deplangat ruinam, i. principum mundi & suorum subditorum, qui omnes pariter in infernum descendunt, dum seculariter cõuersantes terrena magis quàm cœlestia expetunt. Diony. ibid.
11. Sidonij.
[k. Videns quod alij reges cum exercitibus suis erant in simili pœna: quoddam enim solatium miseri est habere socium in pœna, vt prædictũ est. De Lyra ibi.]

ctorum gladio cadent.[9] Gladius datus est. Et attraxerũt] eum & omnes populos eius. Loquentur ei potentissimi robustorũ de medio inferni, qui cum auxiliatoribus eius descenderunt & dormierũt incircuncisi[10] interfectique] gladio. [e] Ibi Assur & omnis 2
multitudo eius, in circuitu illius sepulchra eorum, *omnes interfecti, & qui ceciderũt gladio, quorum data sunt sepulchra in[11] nouissimis] laci. Et facta est multitudo eius per gyrum sepulchri eius, vniuersi interfecti cadentesque gladio, qui dederant quondam formidinem suam in terra viuentium. Ibi Elam, & omnis multitudo eius per gyrum sepulchri sui. Omnes hi interfecti ruentésque gladio, qui descenderunt incircuncisi in terram[12] vltimam.] Qui posuerunt terrorem suum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum iis qui descenderunt in lacum. In medio interfectorum posuerunt cubile eius in vniuersis populis eius, in circuitu eius sepulchrum illius. [e] Omnes hi incircuncisi interfectique gladio. Dederunt enim terrorem suum in terra 3
viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum iis qui descendũt in lacum. In medio interfectorum positi sunt. [f] Ibi Mosoch & Thubal & omnis multitudo eius, in circuitu eius sepulchra illius. Omnes hi incircuncisi interfectique & cadentes gladio, quia dederunt formidinem suam in terra viuentinm, [g] & non dormient cum fortibus cadentibúsque & incircuncisis qui descenderunt ad infernum [h] cum armis suis. * Et posuerunt gladios suos sub capitibus suis, & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum, quia terror fortium facti sunt in terra viuentium. Et tu ergo in medio incircuncisorum conterêris, & dormies cum interfectis gladio. [e] Ibi Idumæa & reges eius, & 4
omnes duces eius, qui dati sunt cum exercitu suo cum interfectis gladio, & qui cum incircũcisis dormierunt, & cũ iis qui descenderunt in lacum. [i] Ibi principes Aquilonis omnes, & vniuersi[13] venatores,] qui deducti sunt cum interfectis, pauentes & in sua fortitudine confusi, quia dormierunt incircuncisi cum interfectis gladio, & portauerunt confusionem suam cum iis qui descenderunt in lacum. Vidit eos Pharao, [k] & cõsolatus est super vniuersa multitudine sua quæ interfecta est gladio, Pharao & omnis exercitus eius, ait dominus deus, quia dedit terrorem suum in terra viuentium, & dormiuit in medio incircuncisorum cum interfectis gladio, Pharao & omnis multitudo eius, ait dominus deus.

*Pastoris officium est plagis domini occurrere, & misericordiam populo reuertenti promittere, & impunitatem, si autem perseueret in peccatis, pœnam.* XXXIII.

2. Si speculator constitutus fuerit in populis vt annuntiet gladium dei iramque venientem: & annuntiante eo populus audire noluerit, speculator liber erit: & ille qui oppressus est gladio, ipse sanguinis sui sustinebit reatum. Quod si audierit, saluabit animam suam. Si autem speculator non sonuerit buccina, & populus ignorãs venturũ gladium nequaquam se obseruauerit, populus morietur in sua iniquitate, & sanguinem de manu speculatoris requiram. Hieron. ibid.

b. Ad hoc erit speculatores, hoc est, populorum præpositi cõstituti sunt in ecclesiis, vt non patiant obiurgando peccata. Nec ideo tamẽ ab huiusce modi culpa penitus alienus est, qui licet præpositus non sit, in eis tamen vitæ huius necessitate coinquinatur, multa monẽda vel arguẽda mouit, & negligit deuitare eorum offensiones propter illa quibus in hac vita non indebite vtitur, sed plusquam debuit delectatur. Aug. de ciuit. dei, libro 1. cap. 9.
1. Propter iniquitatem suam, & infra.
c. Non enim quia nouit occulta vt deus, propterea illico punit, sed clementer ferens multis reuocat modis. Cyril. in Ioan. lib. 9. cap. 7.

[1] Et factum est verbum domini ad me, dicens: [†] Fili hominis, loquere ad A filios populi tui, & dices ad eos: [a] Terra cũ induxero super eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouissimis suis, & constituerit eum super se speculatorem, & ille viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, & annuntiauerit populo: audiens autem quisquis ille est, sonitum buccinæ, & non se obseruauerit, venerítque gladius & tulerit eum, sanguis ipsius super caput eius erit. Sonum buccinæ audiuit, & non se obseruauit, sanguis eius in ipso erit. Si autem se custodierit, animam suam saluabit. [b] Quòd si speculator vi- B
derit gladium venientem & non insonuerit buccina, & populus se non custodierit, venerítque gladius, & tulerit de eis animam, [b] ille quidem [1] in iniquitate sua captus est, ] sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. [†] Et tu fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad impium: impie morte morieris, non fueris locutus vt se custodiat impius à via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si nautem annuntiante te ad impium, vt à viis suis conuertatur, non fuerit conuersus à via sua, ipse in iniquitate sua morietur, porrò tu animam tuam liberasti. [c] Tu verò fili hominis, dic ad domum Israel: Sic locuti e- C
stis, dicentes: Iniquitates nostræ & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus. Quomodo ergo viuere poterimns? [†] Dic ad eos: Viuo ego, dicit dominus deus: [†] [c] nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat. Conuertimini

uertimini* à viis vestris pessimis. Et quare moriemini domus Israel? Tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui: [d] Iustitia iusti non liberabit eum in quacunque die peccauerit,& impietas impij non nocebit ei, † in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. [e] Et iustus non poterit viuere in iustitia sua,in quacunque die peccauerit
D [f] Etiam si dixero iusto quod vita viuat, & confusus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur: & in iniquitate sua quam operatus est,in ipsa morietur.Si autem dixero impio: morte morieris,& egerit pœnitentiam à peccato suo,fecerítque iudicium & iustitiam,& pignus restituerit ille impius,rapinámque reddiderit,in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniustum, vita viuet, & non morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit,non imputabuntur ei. Iudicium &
E iustitiam fecit, vita viuet. Et dixerunt filij populi tui: Non [2] est æqui pōderis] [f] via domini. Et ipsorum via iniusta est. Cùm enim recesserit iustus à iustitia sua, fecerítque iniquitates,morietur in eis. [g] Et cùm recesserit impius ab impietate sua,fecerítque iudicium & iustitiam,viuet in eis. Et dicitis: † Non est recta via domini. Vnumquenque iuxta vias suas iudicabo de vobis domus Israel. Et factum est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis transmigrationis nostræ: venit ad me qui fugerat de Ierusalem,dicens: Vastata est ciuitas. Manus autem domini facta fuerat ad me vespere antequam veniret qui fugerat,aperuítque os meum donec veniret ad me mane,& aperto ore meo non silui amplius. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis,qui habitant in ruinosis his,super humum Israel loquentes aiunt:
F [g] Vnus erat Abraham,& hæreditate possedit terram. [g] Nos autem multi sumus, nobis data est terra in possessionem. Idcirco dices ad eos: Hæc dicit dominus deus: [h] Qui in sanguine comedetis,& oculos vestros leuatis ad [3] immunditias vestras,]& sanguinem funditis,nunquid terram hæreditate possidebitis? Stetistis in gladiis vestris, fecistis abominationes, & vnusquisque vxorē proximi sui polluit, & terram hæreditate possidebitis? Hæc dices ad eos: Sic dicit dominus deus: Viuo ego,quia qui in ruinosis habitabant, gladio cadent: & qui in agro est, bestiis tradetur ad deuorandū: qui autem in præsidiis & in speluncis sunt,peste morientur. Et dabo terram in solitudinem & in desertum,& deficiet [4] superba fortitudo] eius,& desolabūtur montes Israel, eo quòd
G nullus sit qui per eos transeat. [g] Et scient quia ego dominus, cùm dedero terram eorum desolatam &desertam:propter vniuersas abominationes suas quas operati sunt. Et tu fili hominis,filij populi tui qui loquuntur de te iuxta muros,& in ostiis domorū, & dicunt vnus ad alterum,vir ad proximū suum loquentes: venite & audiamus quis sit sermo egrediens à domino: & veniunt ad te quasi si ingrediatur populus. Et sedēt coram te populus meus,& audiunt sermones tuos,& non faciunt eos, quia [5] in canticum oris sui vertunt illos.] Et auaritiam suam sequitur cor eorum,[6] & es] eis quasi [7]carmen musicum] quod suaui dulcíque sono canitur. [i] Et audiunt verba tua & non faciunt ea,& cùm venerit [8] quod prædictum est,] ecce enim venit, tunc scient quia Prophetes fuerit inter eos.

*Conuertimini.

d. Admoner ne quis impatiens in operatione deficiat, ne quis tentationibus aut auocatus aut victus, in medio laudis & gloriæ itinere deficiat,& perdat præterita, dum quæ cœperant desinunt esse perfecta, sicut scriptū est: Iustitia iusti non liberabit eum,&c. Cypr. de lapsis.

e. Aspice ipsam creaturam paulatim ad fructū promoueri? Sic & iustitia primò fuit in rudimentis,natura deū metuens,dehinc per legē & prophetas promouit in infantiam:dehinc per euangelium in iuuentutē,nunc per paracletum in maturitatem Tertul de virg.velandis.

2. Æque ponderatur.

f. Quæ fuerint viæ dei & præcepta eius,nec ambiguum,nec obscurum est. Deus enim cum videret malitiam & falsorū cultus deorum per terram inualuisse, vt iam nomen eius ex hominū memoriā fuisset penè sublatū, siquidem Iudæi quibus solis ac canum dei creditum fuerat,relicto deo ad colenda figmenta ipsi retrò dæmonū fraudibus aberrassent, nec increpati per prophetas reuerti ad deum vellēt, filiū suum principem angelorum legauit ad homines,vt eos cōuerteret ab impijs & vanis cultib⁹, ad cognoscendum & colēdum verum deum. Lact. lib.4 c.14. [g. Si ille qui vnus erat tantum habuit possessionem terræ pro suo semine,nos qui multi sumus multo fortius debemus eā possidere. Del. Lyra ibid.]

h. Capta Ierusalem templóque subuerso,pauperes terræ de quibus scribit Iere.c.39. soli relicti fuerāt in Ierusalem, qui vineas & agros colerēt,& in ruinis incensæ vrbis habitarent: & cùm deberent agere pœnitētiam super his propter quæ captiuitas venerat,seipsos cassa spe decipiētes loquebantur:cū multo plures simus quàm pater noster Abraham qui hanc terram possedit, quare nō possidebimus eā? Quibus respondit dominus, Abraham vnō fide possēdisse terram repromissionis, istos autē incredulitate, & sceleribus occupatos,etiam si plures sint possidere non posse. Simúlque enumerat quid facientes offendant deum: sex videlicet peccatorū genera:Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros leuatis ad immunditias,hoc est,ad idóla vestra,& sanguinem funditis hoc est, homicidium perpetratis,&c. Hiero. ibid.

3. Idola vestra.

4. Magnificentia fortitudinis.

5. Ludibria faciunt ore suo.

6. Ecce tu es.

7. Ludibriorum.

[i. Tales hodie sunt multi in ecclesia qui aiunt: Venite audiamus illum vel illum, mira prædicationis suæ verba voluerit, plausúsque ei commouent,& vociferantur,& iactāt manus. Glosa ordi. ibid.]

8. Illud.

*Væ pastoribus seipsos neglecto grege domini pascentibus:in quos dominus gregem visitans durè animaduertet,& gregi pacem afferet.* XXXIIII.

A ET factum est verbum domini ad me, dicens: † Fili hominis propheta de [2] pastoribus Israel, propheta, & dices pastoribus: Hæc dicit dominus deus: Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipsos. Nónne greges à pastoribus pascuntur? [1 b] Lac] comedebatis & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis: & quod ægrotum, non sanastis. † Quod confractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis eis,& cum [2] potentia.] [c] Et† dispersæ sunt oues meæ,[3]eo quòd non esset pastor,] & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri,& dispersæ

a. Nónne nobis vel negligentia segnis,vel duritia crudelis ascribetur in die iudicij,quòd pastores creditas & commissas nobis oues, nec curare in pace,nec in acie voluerimus armare? Nónne nobis ingeretur à dño,quod per prophetam suum clamat. Lac comedebatis,&c. Cyp. lib.1. Epistol. epist. 2.

1. b. Pinguedinē, vtpote esū, butyrum,quę ex lacte trahūtur.

2. Sæuitia vel tyrannide.

c. Audi quid sequitur de ista negligentia malorum: imò falsorum pastorum: Et dispersæ sunt oues meæ,&c. Furantur lupi insidiantes,rapiunt leones fremētes cùm oues non hærent pastori. Aug. de pastorib. cap. 8.

3. Absque pastore.

sunt.[d] Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerso colle excelso, & super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret. Non e- c
rat,inquam,qui requireret.Propterea pastores audite verbum domini:[e] Viuo ego,dicit dominus deus,quia pro eo quòd facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuoratioem omnium bestiarum agri,eo quòd non esset pastor:neque enim quæsierunt pastores gregem meum: sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos nō pascebant: [f] propterea pastores audite verbum domini:Hæc dicit dominus deus:Ec- c
ce ego ipse super pastores, [f] requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam,vt vltrà non pascant gregem meum,nec pascant amplius pastores semetipsos. Et liberabo gregem meum de ore eorum,& non erit vltrà eis in escam:quia hæc dicit dominus deus:[g] Ecce ego ipse requiram oues meas,&[4] visitabo] eas,sicut[5] visitat]pastor gregem suum,in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum.Sic visitabo oues meas,& liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis.[g] Et educam eas de populis,& congregabo eas de terris, & inducam o
eas in terram suam, & pascam eas in montibus Israel in ruinis & in cunctis sedibus terræ. In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erūt pascua earum. Ibi requiescent [6] in herbis virentibus,] & in pascuis pinguibus pascentur super mōtes Israel. Ego pascam oues meas,& ego eas accubare faciam,dicit dominus deus: Quod perierat requiram, & quod abiectum erat reducam, & quod confractum fuerat alligabo,& quod infirmum fuerat consolidabo,& quod pingue & forte[7] custodiam,] & pascam illas in iudicio.[g] Vos autem greges mei:hæc dicit dominus deus:[h] Ecce ego iu- e
dico inter pecus & pecus arietum & hircorū. Nónne satis vobis erat pascua bona depasci? Insuper & reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris,& cùm purissimam aquā biberetis,reliquam pedibus vestris turbabatis.[i] Et oues meæ iis quæ conculcata pedibus vestris fuerant pascebantur,& quæ pedes vestri turbauerant,hæc bibebant. Propterea hæc dicit dominus deus ad eos: Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue & macilentum.[g] Pro eo quòd lateribus & humeris impingebatis,& cornibus[g]
vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras, saluabo gregem meum,& non erit vltrà in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus.† Et suscitabo super ea pastorem vnum qui pascat ea,[k] seruum meum Dauid,ipse pascet ea,& ipse erit eis in pastorem.Ego autem dominus ero eis in deū,& seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Ego dominus locutus sum. Et faciam cum eis pactum pacis,& cessare faciam bestias pessimas de terra. Qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus: & ponam eos [8] in circuitu collis mei benedictionem,] & deducam imbrem in tempore suo,& pluuiæ benedictionis erunt.[g] Et dabit [l] lignum agri fructum suum, G
& terra dabit germen suum,& erunt in terra sua absque timore. Et scient quia ego dominus,cùm contriuero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperantium sibi. Et non erunt vltrà in rapinam in gentibus, neque bestiæ terræ deuorabunt eos, sed habitabunt confidenter absque vllo terrore. Et suscitabo eis germen nominatum, & non erunt vltrà imminuti fame in terra,neque portabūt vltrà opprobrium gentium. Et scient quia ego dominus deus eorum cum eis,& ipsi populus meus domus Israel, ait dominus deus.[m] † Vos autem greges mei,greges pascuæ meæ homines estis,& ego dominus deus vester,dicit dominus deus.

[d. Errauerunt in cunctis montibus,i. in locis omnib⁹, in quibus colebantur diuersa idola. De Lyra ibid.]
e. Cum ergo pastoribus talibus per quos ruminicæ oues negligantur & pereunt,sic commune est,quid nos aliud facere oportet,q colligendis & reformandis Christi ouibus exhibere diligētiam plenam? &c. Cypr. Epist. 13 lib. 1.
f. Magnum quiddam dilectissimi,magnum, inquis est ecclesię prælatio, & quæ multa indiget sapientia,& fortitudine: qualē Christus præposuit, vt nunquā oues deseramus,vt lupo genero se resistamus.Hęc enim inter pastorem est,& mercenarium differentia. Alter propriæ contemptis ouibus,alter sua cōtempta, omnium semper saluti inuigilat. Chry. 10. c. Ioan. ho. 59.
[g Sacerdotij legis abrogationē ipsis deus comminatur sacerdotibus,sęque gregem suum curaturum. Filij tñ sacerdotum & vitam amiserunt eadem culpa. Regni sceptrum à sacerdotibus ablatum est culpis filiorum Samuelis. Viderit nostrates an impunè quiduis delinquere possint. Sacerdotium ecclesiæ secūdum ordinem Melchisedech æternum esse fateor, nec vlla hæresēo aboleti: sed impunè sacerdotes nouæ legis posse peccare, nego. Lorichius ibid.]
4. Inuestigabo,& infra.
5. Inuestigat.
6. In habitaculo amæno.
7. Disperdam,quod videlicet alias opptimit, illisque est nocumento.
h. Oues rationabiles,& diuersitate inter pecus & pecus suæ ꝓfitetur autoritate demonstrat. Hieron. aduersus Iouinia. li. 2.
i. Hoc est,quod vobis superfuit, non pauperib⁹ erogastis,neque vtiliter expēdistis,sed impiē dilapidastis.Veinam idipsum pensarent ministri ecclesiæ. Quicquid ergo de bonis ecclesiæ simplici victui atque vestitui superest, debetur egenis. Sed proh dolor patrimonium Christi in deliciis deuoratur. Dion. ibi.
[k. Seruum meum Dauid,i. regem de semine Dauid, vt dicit Rab. Sal. Per quē intelligit Messiam venturum,secundum errorem suum:nos autem Christum qui iam venit in mūdum factus ex semine Dauid secundū carnem. De Lyra ibid.]
8. Et circundantes collē meum in benedictionem.

l. Non illud lignum in paradiso, quod mortem dedit protoplastis,sed lignū passionis Christi, vnde vita pendens à vobis Iudæis credita non est. Tertul. aduersus Iudæos.

m. Postremo quòd omnia iam ducta sub nomine ouium, gregū,sett pecorum, de hominibus intelligantur, pandit dominus adiiciēs:vos autem greges mei. Diony ibid.
a. Si semper in prophetis esset sermo dei,& iuge in pectore eorum haberet hospitium, nunq̄ tam crebro Ezechiel poneret: Et factus est sermo domini ad me dicēs. Sed quia ob humanā fragilitatem, & vitæ huius necessitates interdū recedebat ab eis.Propterea Ioannes Baptista loquitur:Qui misit me baptizare, ipse dixit mihi:Super quem videris spiritum sanctum in specie columbæ descendentem, & manentem in eo,ipse est. Nunquam enim proprium esset in Christo quod additur: & manentem in eo, nisi ab aliis nonnunquam recederet. Aliquin & ad Moysen loquitur: Auferā de spiritu qui est in te, quē vtique non haberet, nisi ad eum à domino descendisset. Hier. ibi.
1. Quod finis erit iniquitatis.

## *Idumæa vastabitur,quoniam populum domini hactenus afflixerit.* XXXV.

[a] Factus est sermo domini ad me,dicens:Fili hominis, pone faciem tuā A
aduersum montem Seir, & prophetabis de eo,& dices illi: Hæc dicit dominus deus: Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manum meam super te,& dabo te desolatum atque desertum. Vrbes tuas demoliar, & tu desertus eris,& scies quia ego dominus,eo quòd fueris inimicus sempiternus, & concluseris filios Isaael in manus gladij in tempore afflictionis eorū,in tēpore[1] iniquitatis extremæ.]

extremæ.] [f] Propterea viuo ego dicit dominus deus, [b] quoniam sanguini tradam te,
B & sanguis te persequetur. Et cum sanguinem oderis, sanguis persequetur te. Et dabo
montem Seir desolatum & desertum, & auferam de eo euntem & redeuntem, & im-
plebo montes eius occisorum suorum. In collibus tuis & in vallibus tuis, atque in tor-
rentibus interfecti gladio cadent. In solitudines sempiternas tradam te, [c] & ciuitates
C tuæ non habitabuntur. [f] Et scietis, quia ego dominus deus, eo quòd dixeris: duæ gẽtes
& duæ terræ meæ erunt, & hæreditate possidebo eas, cum dominus esset ibi. Propterea
viuo ego, dicit dominus deus: [d] quia faciam iuxta iram tuam, & secundum zelum tuũ
quem fecisti odio habens eos, & notus efficiar per eos cum te iudicauero, & scies quia
D ego dominus. Audiui vniuersa opprobria tua, quæ locutus es de montibus Israel, di-
cens: [f] Deserti nobis ad deuorandum dati sunt. Et [2] insurrexistis super me ore vestro,
& derogastis aduersum me. Verba vestra] ego audiui. Hæc dicit dominus deus: Lætã-
te vniuersa terra, in solitudinem te redigam, sicuti gauisus es super hæreditatem do-
mus Israel, eo quòd fuerit dissipata, sic faciam tibi. Dissipatus eris mons Seir, & Idumæa
omnis: & scient, quia ego dominus.

[b. Id est filiis Israel tibi cõsanguineis. Et hoc fuit implerum tempore Machabæorum quãdo Iudas expugnauit filios Esau. 1. Mach. 5. Et cum sanguinem oderis, 1. quia odio habuisti Iudæos tibi consanguineos. Sanguis persequetur te. 2. Iudaicus populus tibi consanguineus. Dely.]
[c. Vt desinãt in malam partem habere consensum, & diuidantur linguæ eorum, ne turrẽ blasphemiæ contra Deum possint extruere Glosa ordi.]
d. Docemur autem ex hoc capite, quod super terrenos, cupidos & carnales, qui per mẽtem Seir, Edom & Idumæam signantur, diuina venit vltio, ea quæ filiis Israel, religiosis, & spiritalibus insidientur, aduersentur & noceant, eorumque opes diripere cupiant. Ideo sicut facere iussit moliuntur. ita fiet eis à deo. Dion. ibidem.
2. Magnificastis contra me os vestrum, & multiplicastis aduersũ me verba vestra.

*Iudæa à gentibus vsurpata, tandem vero non suis meritis, sed dei misericordia restituetur, vt in præceptis eius ambulet.* XXXVI.

1 Esai. 6. a

A TV autem fili hominis, propheta super [a] montes Israel, & dices: † Montes
Israel audite verbum domini. Hæc dicit dominus deus: Eo quòd dixe-
rit inimicus de vobis, euge altitudines sempiternæ in hæreditatem datæ
sunt nobis, propterea vaticinare, & dic: Hæc dicit dominus deus: Pro eo
quód [1] desolati estis, & conculcati] per circuitum, [2] & facti] in hæreditatem reliquis
gentibus, & ascendistis super labium linguæ & opprobrium populi, propterea mon-
tes Israel audite verbum domini dei. Hæc dicit dominus deus montibus, & collibus,
torrentibus, vallibúsque, & desertis, [3] parietinis,] & vrbibus derelictis, quæ de popu
latæ sunt, & subsannatæ à reliquis gentibus per circuitum. Propterea hæc dicit do-
B minus deus: [f] Quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus, & de Idu
mæa vniuersa quæ dederunt terram meam sibi in hæreditatem cum gaudio & toto
corde [4] & ex animo,] & eiecerunt eam vt vastarent, [c] idcirco vaticinare super humum
Israel, & dices montibus, & collibus, iugis [5] & vallibus: ] Hæc dicit dominus deus:
Ecce ego in zelo meo & in furore meo locutus sum, eo quòd confusionem gentium
sustinueritis. Idcirco hæc dicit dominus deus: Ego leuaui manum meam, vt gentes
quæ in circuitu vestro sunt, ipsæ confusionem suam portent, vos autem montes Israel
ramos vestros germinetis, & fructum vestrum afferatis populo meo Israel. Prope
C enim est vt veniat. [f] Quia ecce ego ad vos, & conuertar ad vos, & arabimini, & acci
pietis sementem, & multiplicabo in vobis homines omnémque domum Israel. Et ha
bitabuntur ciuitates, & ruinosa instaurabuntur, & replebo vos hominibus & iumen-
tis, & multiplicabuntur & crescent. Et habitare vos faciam [6] sicut à principio, ] bo-
nísque donabo maioribus quàm habuistis ab initio, & scietis quia ego dominus. Et
adducam super vos homines populum meum Israel, & hæreditate possidebunt te.
Et eris eis in hæreditatem, & non addes vltrà vt absque eis sis. Hæc dicit dominus deus:
[d] Pro eo quòd dicunt de vobis, deuoratrix hominum es, & suffocans gentem tuam,
propterea homines non comedes amplius, & gentem tuam non necabis vltrà, ait
D dominus deus. [f] Nec auditam faciam in te amplius confusionem gentium, & oppro-
brium populorum nequaquam portabis, & gẽtem tuam non amittes amplius, ait do-
minus deus. Et factum est verbum domini ad me, dicens: Fili hominis, domus Israel
habitauerunt in humo sua, & [e] polluerũt eã in viis suis & in studiis suis. Iuxta immun-
ditiam menstruatæ facta est via eorum coram me, & effudi indignationem meam su-
per eos pro sanguine quem fuderunt super terram. Et in idôlis suis polluerunt eam, &
dispersi eos in gentes, & ventilati sunt in terras, iuxta vias eorum & adinuentiones eo-
rum iudicaui eos. † Et ingressi sunt ad gentes ad quas introierunt, & polluerũt nomen

† Isa. 52. c Roma. 2. d.

2. Montes Israel nota maiore digni præter colles & monticulos, sunt quindecim insigniores, Iaphia, Libanus, Bahalgad, Hermon maior, Hermon minor, Thracaconimuntes, Galaad, Habarim, Ferreus mons Seir, Ephraim montana Samaria siue Sumeon. Gelboe montes, Acrabitanæ montes, Tabor. Quinque mõtes in circuitu Ierusalem. De quibus Hieron. in locis Hebraicis, & post eum Zieglerus in sua Palæstina.
1. Deuastant & absorbent vos.
2. Vt vos fitis.
3. Desolatis.
[b. Totum siquidem caput describit liberationem iudaicam & eorum consolationem. Interim etiam vocationem gentium & regnum ecclesiæ infert in consolationem idumæorum & totius mundi. Prima causa releuationis populi Iudaici est Idumæorum insultatio, & Chaldæorum aggrauatio. Lorich. ibid.]
4. Cum contemptu animi.
5. Propterea loquitur dominus conculcatis montibus, & desolatis, & non solum montibus, sed & inferioribus, ac per singulos gradus in terra Iudæa, hoc est in monte ecclesiæ constitutis, de qua scriptum est: Non potest ciuitas abscondi supra montẽ posita, & collibus atque torrentibus: quorum hyeme persecutionum & tempestate pressuræ augetur fides. Vallibus quoque his qui in humilitate depressi sunt, & desertis ecclesiis & parietinis, atque in toto orbe ecclesiarum conciliabulis derelictis: qualis sub Diocletiano & Maximiano in toto orbe terrarũ persecutio fuit per quam proscriptæ sunt ecclesiæ atque vastatæ quando subsannauerunt ecclesiam omnes gentilium, & hæreticorum gentes per circuitum; quod in igne zeli furoris sui locutus sit. Hierony. ibidem.
6. Iuxta antiquitates vestras.
[d. Quasi d. non vltra persecutorum pateris opprobria, nec insultabunt iugulatum populum tuum sicut oues occisionis pace enim reddita omnia opprobria cessauerunt. Glosa ordi. ibidẽ.]
e. Consequenter ostẽditur quod filii Israel suis demeritis propriam terram perdiderunt, & ex sola dei misericordia eandẽ receperunt. Habitantes enim in terra sua, nomen dei inhonorauerunt, nec illud sanctum custodierunt. Sicque deũ Israel blasphemauerunt, quia gentes hæc cernentes reputabant deum Israel ministrum, qui tam malum haberet populum. Dion. ibidem.

sanctum meum,cum diceretur de eis,populus domini iste est, & de terra eius egressi sunt. [f] Et peperci nomini sancto meo, quod polluerat domus Israel in gentibus ad [g] quas ingressi sunt. Idcirco dices domui Israel: Hæc dicit dominus deus: [f] Non propter vos ego faciam domus Israel,sed propter nomen sanctum meum quod polluistis in gentibus ad quas intrastis.Et sanctificabo nomen meum magnum quod pollutum est inter gentes,quod polluistis in medio eatum, vt sciant gentes,quia ego dominus, dicit dominus exercituum,cum sanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram.† [g] Et effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris,& ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. [f] Et dabo vobis cor [f] nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri. †[h] Et auferam cor lapideum de carne vestra,& dabo vobis cor carneum,& † spiritum meum ponam in medio vestri. Et faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. [i] Et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in deum.Et saluabo vos ex vniuersis inquinamentis vestris, & vocabo frumentum & multiplicabo illud,& non imponam vobis famem. Et multiplicabo fructum ligni, & genimina agri,vt non portetis vltrà opprobrium famis in gentibus. Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum,studiorúmque non bonorum & [7] displicebunt vobis iniquitates vestræ] & scelera vestra.Non propter vos ego faciam, ait dominus deus,notum sit vobis,† confundimini & erubescite super viis vestris domus Israel. [f] Hæc dicit dominus deus:In die qua mundauero vos ex omnibus iniquitatibus [g] vestris, & inhabitari fecero vrbes, & instaurauero ruinosa,& terrra deserta fuerit exculta,quæ quondam erat desolata in oculis omnis viatoris,dicent:Tertia illa inculta facta est vt hortus [8] voluptatis,] & ciuitates desertæ & destitutæ atque suffossæ munitæ [9] sederunt.] Et scient gentes quæcunque derelictæ fuerint in circuitu vestro,quia ego dominus ædificaui dissipata, plantauíque inculta, ego dominus locutus sim & fecerim.Hæc dominus deus: Adhuc in hoc inuenient me domus Israel,vt faciã eis. [k] Multiplicabo eos sicut gregem hominum,vt gregem sanctum, vt gregem Ieru salem in solennitatibus eius. Sic erunt ciuitates desertæ plenæ gregibus hominum,& scient quia ego dominus.

f Recta de deo doctrina animã sanctificat,nomen autem domini apud homines pollui dicitur,cum per falsam doctrinam, impietatem vel idololatriam,sacrificia vana offeruntur domino, qui vera sacrificia offert & sancta,nomen suum sanctificare dicitur. Sacrificia enim sancta illa deo dedicata sunt. Chrysost. in Ioannem. hom. 81.

g. Oportet verò aquam mundari prius & sanctificari à sacerdote:vt possit baptismo suo peccata hominis qui baptizatur abluere,quia per Ezechielem prophetam dominus dicit? Et aspergam super vos aquam mundam, &c. Cypria. Epist. 12.

h. Cor lapideum tollit, cum à nobis superbię duritiam subtrahit.& cor carneum tribuit,eum eandem duritiam ad sensum reducit. Greg. Moral. lib 10. ca. 15.

i. Non carnaliter sicut carnalis Israel, sed spiritaliter sicut spiritalis Israel debemus accipere. Ecclesia quippe sine macula & ruga ex omnibus gentibus congregata, atque in æternum regnatura cum Christo, ipsa est terra beatorum,terra viuentium. Ipsa est intelligẽda patribus data,quando eis certa & immutabili dei voluntate promissa est: quoniam ipsa promissionis vel prædestinationis firmitate iam data est, quæ danda suo tempore à patribus credita est. Augu. de doctrida Christia. lib. 3. cap. 34.

7. Iudicabitis vos excidio dignos in oculis vestris propter iniquitates vestras.

8. Eden.

9. Manserunt.

[k. Multiplicabo eos quantũ ad bonos mores,qui prius erãt tam quam hostialiter viuẽtes: vt gregem sanctum per susceptionem fidei insinuauit.Vt gregem Ierusalem in solennitatibus eius: In quo designatur multitudo credentium de gentilibus sicut in solennitatibus maxime paschæ pentecostes,& tabernaculorum conueniebat in Ierusalem populus iustus. De Lyra ibidẽ.]

*Reducendæ tandem duodecim tribus Israel aridis ossibus prædicantur:quarum vnicus erit pastor Christus,finale iudicium executurus.* XXXVII.

[a] FActa est super me manus domini,& eduxit me in spiritu domini, & dimisit me in medio campi qui erat [a] plenus ossibus, & [1] circunduxit me] [a] per ea in gyro. Erant autem multa valde super faciem campi,siccáque vehementer.Et dixit ad me: Fili hominis,putásne viuent ossa ista?Et dixi. Domine deus,tu nosti. Et dixit ad me: Vaticinare de ossibus istis.Et dices eis: Ossa arida, audite verbum domini. Hæc dicit dominus deus ossibus his: [b] Ecce ego intromittam in vos spiritum,& viuetis,& dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam in vobis cutem, & dabo vobis spiritum & viuetis: & scietis,quia ego dominus: Et prophetaui sicut præceperat mihi. Factus est autem sonitus prophetante me,& ecce commotio. Et [2] accesserunt ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam. ] Et vidi, & ecce super ea nerui & carnes ascenderunt, & extenta est in eis cutis désuper, & spiritum non habebant. Et dixit ad me: [f] [c] Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis, & dices ad spiritum: Hæc dicit dominus deus. A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et prophetaui sicut præceperat mihi. Et ingressus est in ea spiritus, & reuixerunt:steterúntque super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me: Fili hominis,ossa hæc vniuersa,domus Israel est.Ipsi dicunt: Aruerunt ossa nostra,& periit spes nostra, & abscissi sumus. Propterea vaticinare, & dices ad eos: Hæc dicit dominus deus:

a. Resurrectio mortuorum futura prophetæ sub figura ostenditur.

1. Transire me fecit.

b. Vtique cum spiritum suum dixerit, nunquid alium præter spiritum sanctum nuncupauit? Neque enim flatilem spiritum suum diceret, nec hic spiritus à quatuor mundi posset venire cardinibus:quia ventorũ flatus hic quem videmus, partis, non vniuersitatis est. Et hic spiritus quo viuimus, singulorum non vniuersorum est.Spiritus autem sanctus est, vt & super omnes,& in omnibus sit. Ambro. de spiritu sancto lib. 1. cap. 20.

2. Coniunxerunt se ossa, or ad os suum.

c. Vide nunc quemadmodum & auditum in ossibus & motũ pelus offendat esse, quàm vitæ spiritus refundatur. Nam & suprà ossa aridã iubentur audire, quasi sensum habeant audiendi:& hic accessisse vnumquodque eorum ad suam compagine prophetico sermone signatur. Magna domini gratia quod futuræ resurrectionis prophetæ testis adhiberetur:vt nos quoque ea oculis videremus. Amb. de fid. resurrect.

deus:

deus: Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus,& inducam vos in terram Israel.Et scietis quia ego dominus,[d] cum aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris populo meus, & dedero spiritū meū in vobis, & vixeritis. Et requiescere vos faciam super humum vestram, & scietis quia ego dominus locutus sum & feci,ait dominus deus.Et factus est sermo domini ad me, dicens: [e] Et tu fili hominis sume tibi lignum vnum,& scribe super illud,Iudæ & filiorū Israel & sociorum eius.Et tolle lignum alterum,& scribe super illud,Ioseph lignum Ephráim,& cunctę domus Israel sociorúmque eius.Et adiunge illa,vnum ad alterum tibi in lignum vnum, & erunt in vnionem in manu tua. Cum autem dixerint ad te filii populi tui loquentes: nónne indicas nobis quid in his tibi velis?loquêris ad eos: Hęc dicit dominus deus:Ecce ego assumam lignum Ioseph quod est in manu Ephráim,& tribus Israel quæ sunt ei adiunctæ,& dabo eas pariter cum ligno Iuda,& faciam eas in lignum vnum,& erunt vnum in manu eius.Erunt autem ligna super quæ scripseris in manu tua in oculis eorum,& dices ad eos:Hæc dicit dominus deus:[e] Ecce ego assumā filios Israel de medio nationum ad quas abierunt, & congregabo eos vndique, & adducam eos ad humum suam.Et faciam eos in gentē vnam in terra in montibus Israel, † & rex vnus erit omnibus imperans. [f] Et non erunt vltrà duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna.Neque polluentur vltrà in idôlis suis,& abominationibus,& cūctis iniquitatibus suis,& saluos eos faciam de vniuersis sedibus suis in quibus peccauerunt,& emundabo eos & erunt mihi populus,& ego ero eis deus,†& seruus meus Dauid rex super eos,& pastor vnus erit omnium eorum. In iudiciis meis ambulabunt, & mandata mea custodient,& facient ea. Et habitabunt super terram, quam dedi seruo meo Iacob,in qua habitauerunt patres vestri,[f] & habitabunt super eam ipsi & filii eorum,& filii filiorum eorum vsque in sempiternum,& Dauid seruus meus princeps eorum in perpetuum.† Et percutiam illis fœdus pacis,pactum sempiternum erit eis. [3] Et fundabo] eos & multiplicabo,& dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. Et erit tabernaculum meum in eis,& ero eis deus, & ipsi erunt mihi populus. Et scient gentes quia ego dominus sanctificator Israel,cum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

d. Hæc quoque prædicationem scio qualiter concutiant in allegoriæ argumentationem: quia dicendo ossa ista omnis domus est Israel, in imaginem ea fecerit Israeli, sed à propria conditione transtulerit:atque ita figuratam esse non veram resurrectionis prædicationem. Statum enim Iudæorum deformari quodammodo emortuum & exaridum & dispersum in campo orbis. Itaque & imaginem resurrectionis in illū allegoriari:quia recolligi habeat,& recompingi os ad os,id est, trib⁹ ad tribum, & populus ad populum, recorporari carnis facultate, nervis regni:atque ita de sepulchris,id est, de habitaculis captiuitatis tristissimis, atque tetterrimis educi,& refrigerii nomine respirari & viuere exinde in terra sua Iudæa. Et quid post hæc morte tur sine dubio. Et quid post mortem. Nulla opinor, resuscitatio,si non hæc erit ipsa,quæ Ezechieli reuelatur. Tertul. de resurrectione carnis.

[e. Si Iudæi & Christiani Iudaizantes,admille annorum regnū hæc relette voluerint,necessitate cogentur vt suscipiant omnes qui salui fuerunt inhabitaturos in terra Israel,ædificandā Ierusalem extruendum templum, omnes legis cæremonias obseruandas,& sabbatum, & circumcisionis iniuriam, & manducādam & bibendam, & diuitiarū abundantiam pro summa beatitudine,& cunctis operibus æstimandam. Glosa ord. ibidem.]

f. Quomodo autem in typo resurrectionis superior sermo propheticus restitutionem Iudaici populi demōstrauit.non carnalem,sed spiritalem:sic & ista prophetia, nequaquā ad carnis,sed ad animæ pertinet fœlicitatem, & ad Christi fidem qua mundamur in baptismate,cuius regnū in perpetuum est, vt non expectemus ventura quæ transacta sunt, & quotidie transigi nouimus. Hieron. ibidem.

3. Et ponam.

## *Gog & Magog in gregem domini sæuientes ab ouili repellentur & occidentur. XXXVIII.*

ET factus est sermo domini ad me dicens: † Fili hominis, pone faciem tuam contra [a] Gog, & terram Magog, principem capitis Mosoch & Thubal, & vaticínare de eo, & dices ad eum: Hæc dicit dominus deus: [2] Ecce ego ad te Gog principem capitis Mosoch & Thubal. Et [1] circumagam te, & ponam frænum] in maxillis tuis, & educam te & omnem exercitum tuū,equos & equites vestitos [2] loricis vniuersos,] multitudinem magnam, hastam & clypeum arripientium & gladium.Persæ, Æthiopes, & Libyes cum eis,omnes scutati & galeati. [B] Gomer & vniuersa agmina eius, domus Tógorma latera aquilonis, & totum robur eius, populíque multi tecum. Præpara & instrue te & omnem multitudinem tuā, quæ coaceruata est ad te, & esto eis in [3] præceptum.] Post dies multos visitaberis, [b] In nouissimo annorum venies ad terram quæ [4] reuersa] est à gladio, & congregata est de populis multis, ad montes Israel qui fuerunt deserti iugiter. Hæc de populis [C] educta est,& habitabunt in ea confidenter vniuersis. [4] Ascendens autem quasi tempestas venies, & quasi nubes vt operias terram, tu & omnia agmina tua, & populi multi tecum. Hæc dicit dominus deus:In die illa ascendent sermones super cor tuum, cogitabis cogitationem pessimam, & dices: Ascendam ad terram absque muro. Veniam ad quiescentes habitantésque securè: hi omnes habitant sine muro, vectes & portæ non sunt eis. Vt diripias spolia & inuadas prædam,vt inferas manum tuam super eos qui deserti fuerant, & postea restituti, & super populum qui est congregatus [D] ex gentibus,qui possidere cœpit,& esse habitator vmbilici terræ. [4] Saba & Dedan, &

† Apoc. 20. c. A

2. Gentes quippe istæ, quas appellat Gog & Magog, non sic sunt accipiendæ, tanquam sint aliqui in aliqua parte terrarum barbari constituti,siue quos suspicantur Getas & Massagetas propter literas horum nominū primas,siue aliquos alios alienigenas, & à Romano iure seiunctos. Toto namque orbe terrarū significati sunt isti esse,cum dictum est Apocal. 20. Et seducet gentes quæ sunt super 4. angulos terræ Gog & Magog Augu. de ciuita. dei,lib. 20. cap. 11.

1. Retundam, & imponam hamum.

2. Omni armorum genere.

3. Custodiam.

b. Cum venisset Alexander Macedo ad montes Caspios, miserunt ad eum filii captiuitatis decem tribuum, petentes ab eo ingrediendi facultatem. Cūmque quæsiisset causam captiuitatis, accepit eos recessisse apertè à deo Israel virtutis auctoris immolásse:& per prophetas dei prædictum esse eos à captiuitate non redituros. Tunc respōdit quòd arctius eos includeret. Cūmque obstrueret viam, vidit laborem hominum non sufficere, orauit deum Israel vt opus illud compleret. Et accesserunt ad se inuicem prærupta montium, & factus est loc⁹ immeabilis, A quo tamen in fine mundi cum Gog & Magog egredientur. Comest. 2. histo. lib. Esther. c. 5

4. Contrita.

negotiatores Tharsis,& omnes leones eius dicent tibi: [c] Nunquid ad sumenda spolia tu venis? Ecce ad diripiendam prædam congregasti multitudinem tuam, vt tollas argentum & aurum,& auferas [5] supellectilem ātque substantiam,] & diripias manubias infinitas. [d] Propterea vaticinare fili hominis, & dices ad Gog. Hæc dicit dominus deus: Nunquid non in die illo cum habitauerit populus meus Israel cōfidenter, scies, [e] & venies [c] de loco tuo à lateribus aquilonis, tu & populi multi tecum, ascensores equorum vniuersi, cœtus magnus & exercitus vehemens? Et ascendes super populū meum Israel quasi nubes vt operias terram? In nouissimis diebus eris,& adducam te super terram meam, vt sciant gētes meæ cum sanctificatus fuero in te in oculis eorum ô Gog. Hæc dicit dominus deus: Tu ergo ille es, de quo locutus sum in diebus antiquis in manu seruorum meorum Prophetarum Israel, quæ prophetauerunt in diebus illorum tēporum vt adducerem te super eos? [f] Et erit in die illa, in die aduentus Gog super terrā Israel, ait dominus deus, ascendet indignatio mea in furore meo & in zelo meo. In igne iræ meæ locutus sum, quia in die illa erit commotio magna super terram Israel, † & commouebuntur à facie mea [f] pisces maris, & volucres cœli, & bestiæ agri, & omne reptile quod mouetur super humum, cunctíque homines qui sunt super faciem terræ. Et subuertentur montes, & cadent [6] sepes,] & omnis murus corruet in terram. [g] Et cō uocabo aduersus eum in cunctis montibus meis gladium, ait dominus deus. [g] Gladius vniuscuiusque in fratrem suum dirigetur. Et iudicabo eum peste & sanguine & imbre vehementi,& lapidibus [7] immensis.] Ignem & sulphur pluam super eum,& super exercitum eius,& super populos multos qui sunt cum eo. Et magnificabor,& sanctificabor,& notus ero in oculis multarum gentium,& scient quia ego sum dominus.

*Gog & Magog destruendi feris & auibus præda sient: populum autem captiuum dominus rursum libertate donabit.* XXXIX.

TV autem fili hominis, vaticinare aduersum Gog,& dices: Hæc dicit dominus deus: [a] Ecce ego super te Gog principem capitis Mosoch & Thubal. [1] Et circumagam te, † & seducam te, ] & ascendere te faciam de lateribus aquilonis,& adducam te super montes Israel. Et percutiam arcum tuum in manu sinistra tua,& sagittas tuas de manu dextera tua deiiciam: Super montes Israel cades tu & omnia agmina tua, & populi tui qui sunt tecum. Feris, auibus, omníque volatili cœli & bestiis terræ dedi te ad deuorandum. Super faciem agri cades, quia ego locutus sum, ait dominus deus. [g] Et immittam ignem in Magog, & in iis qui habitant in insulis confidenter, & scient quia ego dominus. Et nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei Israel, & non polluam nomen sanctum meum amplius, & sciēt gentes quia ego dominus sanctus Israel. Ecce venit,& factum est, ait dominus deus: Hæc est dies de qua locutus sum. Et egrediētur habitatores de ciuitatibus Israel, & succendent & comburent arma, clypeum & hastas, arcū & sagittas, & baculos manuum,& contos,& succendent ea igni septē annis. [g] Et non portabunt ligna de regionibus, neque succident de saltibus, quoniam arma succendent igni,& deprædabuntur eos quibus prædæ fuerant, & diripient vastatores suos, ait dominus deus. Et erit in die illa, dabo* Gog locum nominatum sepulchrum in Israel, vallem [2] viatorum] ad orientem maris, quæ [3] obstupescere faciet prætereuntes. ] [b] Et sepelient ibi Gog,& omnem multitudinem eius, & vocabitur vallis multitudinis Gog, & sepelient eos domus Israel, vt mundent terram septem mensibus. [g] Sepeliet autem eum omnis populus terræ, & erit eis nominata dies in qua glorificatus sum, ait dominus deus. Et viros iugiter constituent lustrantes terram qui sepeliant, & requirant eos qui remanserant super faciem terræ, vt emundent eam. Post menses autem septem [4] quærere incipiēt,] & circuibunt peragrantes terram. Cúmque viderint os hominis, statuent iuxta illud titulum, donec sepeliant illud [5] pollinctores ] in valle multitudinis Gog. Nomen autem ciuitatis Hamona,& mūdabunt terram. Tu ergo fili hominis: hæc dicit dominus deus:

---

[c.q. d. Sic Et ideo ad hoc est, in tanden. Cum quoniā ad diripiendum prædam congregasti multitudinem tuam vt tollas argētū & aurum, & auferas supellectilē & substantiam, & diripias manubias infinitas. Dion. ca. 19.

1. Pecora & possessionem.

2. Gog ille Gothus est. qué iam Ezechiel exisse, de quo promittitur nobis futura victoria dicēte domino: Et deprædabuntur eos qui deprædati eos fuerāt, & despoliabunt eos qui sibi spolia detraxerunt, dicit dominus, & c. Ambr. de fide, lib. 2. ca. 4.

e. Qui sit autem locus Gog & Magog, hoc est hæreticæ prauitatis, iequens sermo demōstrat: à lateribus aquilonis, qui omnem calorem credentium refrigerare conatur. Veniēntque cū eo populi multi, omnes ascensores equorum, de quibus scriptū est: Equum & ascensorem proiecit in mare. Cœtus magnus & exercitus vehemens, cum quibus ascēdes super populum meum Israel, quasi nubes & caligo, vt operias terram meam. Hieronym. Ibidem.

[f. Pisces maris, f. existētes in ecclesia, in quolibet statu: quorum aliqui sunt voluptuosi, ideo cōparantur piscibus existentibus in mari & aliqui superbi alta petentes, vt volucres cœli, & aliqui simplices vt bestiæ agri & aliqui cupidi super terram reptāntes, & aliqui homines rationabiliter viuentes. De Lyra.]

6. Gradus.

g. Hoc quidam exponunt quod Antichristo occiso inter residuos sui exercitus erit dissensio atque inuasio, vnde se mutuo occidēt. Vel dici potest, quòd Antichristo adhærentes impugnabunt quoscunque proximos suos in Christi fide constanter. Diony. ibidem.

7. Grandinis.

a. Et hæc Iudaicæ traditionis hæredes & discipuli interminabilium fabularum post mille annorum regnum, furura contendunt interficiendūmque Gog principē Ros Mosoch & Thubal in mōtibus & finibus Israel & ab omnibus volatilibus & bestiis deuorandum, & habitatores vrbium Israel septem annis lignorum vsum nequaquam habituros, de successione filiorum, sed de armis Gog, scutis scilicet, & hastis, baculis siue contis & sagittis: ipsum autem Gog sepeliendum in valle, quæ Hebraicè dicitur גוג & nomen sepulchri illius appellandum polyandrion, vbi scilicet multitudo hominum sit sepulta, &c. Hieron. ibi.

1. Ego reuertam te, & lex pœnis afficiam te.

* Ipse.

2. Per quam transeunt.

3. Et faciet ob torare nares transeuntium.

b. Alii doctores per habitatores ciuitatum Israel, intelligunt ciues cœlestes, in diuersis mansionibus patriæ consistētes. De quibus ciuitatibus etiam ad literā exponunt illud psal. 68. Aedificabuntur ciuitates Iudæ. Ciues isti egredientur de cœlo cū Christo, vt per approbationem iudicent: secum & præinducta arma succendant igni, id est, armatos Antichristi & eius ministros cū Antichristo suo ad ignem gehēnæ condemnent, succendēntque ea septem annis, id est, durationē cōplexa atque perpetua, quæ per septem significatur. Nam vniuersitas temporis septenatio significatur, quoniam septē die but omne tempus hoc voluitur Diony. ibidem.

4. Finient explorationem.

5. Tumulatores.]

deus:Dic omni volucri, [6] & vniuersis auibus ] cunctísque bestiis agri: [§ c] Conuenite,
D properate,concurrite vndique ad victimam meam quam ego immolo vobis,victimã
grandem super montes Israel, vt comedatis carnes,& bibatis sanguinem. Carnes fortium comedetis,& sanguinem principum terræ bibetis,arietum,& agnorum,& hircorum,taurorumque,[7] & altilium,& pinguium omnium. Et comedetis adipem in saturitatem, & bibetis sanguinem in ebrietatem, [d] de victima quam ego immolaui vobis,
& saturabimini super mensam meam de equo & de equite forti, & de vniuersis viris
bellatoribus,ait dominus deus. [§] Et ponam gloriam meam in gentibus, & videbunt o-
E mnes gentes iudicium meum quod fecerim, & manum meam quam posuerim super
4.6 Dist. ca. Iudicium. eos,& scient domus Israel quia ego dominus deus eorũ à die illa & deinceps. † Et sciẽt
gẽtes,quoniam [8] in iniquitate sua] capta sit domus Israel, eo quòd dereliquerint me,
& absconderim faciem meam eis, & tradiderim eos in manus hostium, & ceciderint
in gladio vniuersi. Iuxta immunditiam eorum & scelus feci eis,& abscõdi faciem meã
F ab illis. Propterea hæc dicit dominus deus. [§] Nunc reducam captiuitatem Iacob,& mi
serebor omnis domus Israel. Et assumant zelum pro nomine sancto meo, [c] & portabunt confusionem suam & omnem præuaricationem,qua præuaricati sunt in me, cũ
habitauerint in terra sua confidenter [9] neminem formidantes,] & reduxero eos de po
Sup. 36.a pulis.& congregauero de terris inimicorum suorum,& sanctificatus fuero in eis in o-
G culis gentium plurimarum. [§] Et † scient quia ego dominus deus eorum, [f] eo quòd trãstulerim eos in nationes, & congregauerim eos super terram suam, & non dereliquerim quenquam ex eis ibi. Et non abscondam vltrà faciem meam ab eis,eo quòd effuderim spiritum meum super omnem domum Israel,ait dominus deus.

6. Pennatæ.
[c. Conuenite,& c. ad victimam meam quam immolo vobis, i. ad corrodendum cadauera immolatorũ à me in exercitu Antichristi. Antequam enim sepelirentur cadauera oues & bestiæ fuerunt de eis saturatæ. De Lyra.ibidem.]
7. Qui omnes deputati sunt in Pasan.
d. Hanc autem victimam deus immolat per ecclesiasticos viros vt multitudine deceptorum saturentur conuiuæ pessimi,& bibant vsque ad vomitum & ebrietatem. Quando videtis sanctos viros,& scripturis diuinis eruditos trucare equos hæreticorum, & ascensores eorum,& c. tũc scito mensam domini præparatam vt ponat gloriam suam in cunctis gentibus,quæ illius credãt nomini: & intelligant ecclesiæ sanctorum illius iudicium quod fecerit super aduersarios,& manum fortem qua eos percusserit:& sciant domus Israel atque cognoscant,quòd ipse sit dominus deus eorum,qui locutus est Hiero. ibidem.
8. Propter iniquitatem suam.
9. Et non esset qui exterreret.
[e. Et portabunt Christiani confusionem suam post mortẽ Antichristi in se ipsis erunt confusi de peccatis suis præteritis propter quæ traditi fuerunt persecutionib⁹ Antichristi. De Lyra.]
[f. Christus qui de principe huius mundi glorioſe triumphauit in carne infirma, idem non minus glorioſe triumphabit de primogenito diaboli Antichristo in carne gloriosa. Lotichius ibidem.]

*Aedificabitur templum,vestibulum,& altare,& quæ illis necessaria sunt:ac ciuitas cum muris suis,cum certa omnium mensura.* XL.

Ani ante A
Christũ. 60.
Ani mundi
5161.

[a] IN vigesimo quinto anno transmigrationis nostræ in exordio anni deci
ma mẽsis, quarto decimo anno postquam percussa est ciuitas, in ipsa hac
die [b] facta est super me manus domini, & adduxit me illuc in visionibus
dei: Adduxit me in terram Israel,& dimisit me super montem excelsum
nimis, super quem erat quasi ędificium ciuitatis vergentis ad austrum, & introduxit
me illuc. Et ecce vir cuius erat species quasi species ęris, & funiculus lineus in manu
eius, & calamus mensurę in manu eius. Stabat autem in porta & locutus est ad me
idem vir: Fili hominis vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia quę ego ostendam tibi, quia vt ostendantur tibi adductus es huc. Annuntia omnia quę tu vides, domui Israel. † Et ecce murus foris secus in circuitu domus vndique,
De pæ. 2. ii Deum fandum in ptin. & in fi.
& in manu viri calamus mensurę sex cubitorum & palmo. Et mensus est latitudinem
B ędificii calamo vno, altitudinem quoque calamo vno. [§] Et venit ad portam quę respiciebat viam orientalem, & ascendit per gradus eius. Et mensus est limen portę calamo vno, latitudinem, id est, limen vnum calamo vno in latitudine: & thalamum vno calamo in longum, & vno calamo in latum, & inter thalamos quinque cubitos, & limen portę iuxta vestibulum portę intrinsecus calamo vno. Et mensus est vestibulum portę octo cubitorum, & frontem eius duobus cubitis. Vestibulum autem portę erat intrinsecus. Porrò thalami portę ad viam orientalem, tres hinc, & tres inde, mensura vna trium, & mensura vna frontium ex vtraque parte. Et mensus est latitudinem liminis portę decem cubitorum, & longitudinem portę tredecim cubitorum: & marginem ante thalamos cubiti vnius, & cubitus vnus finis vtrinque. Thalami autem sex cubitorum erant hinc & inde. [c] Et mensus est portam à tecto thalami vsque ad tectum eius, latitudinem viginti quinque cubitorum, ostium
C contra ostium. [§] Et fecit frontes [1] per sexaginta cubitos,] & ad frontem [2] atrium] portę vndique per circuitum, & ante faciem portę quę pertingebat vsque ad faciem vestibuli portæ interioris quinquaginta cubitos, & fenestras [3] obliquas ]

a In vigesimo quinto anno trãsmigrationis Iechoniæ ipse est annus 13. regni Nabuchodonosor, primo mense in die mensis 4. anno postquam percussa est ciuitas. In hac ipsa die facta est manus domini super Ezechielem, & adduxit eum in spiritu in terram Israel, & ostendit ei descriptionem ciuitatis & templi. Comest. in Ezech. c. 6.
b. Notandum sane imprimis quis,à quo,vel quomodo, vnde vel vbi ductus sit qui hæc vidit & scripsit nobisque legenda reliquit. Facta est,inquit,super me manus domini, & adduxit me illuc. In visionibus dei adduxit me in terram Israel. Prophetæ sane domini erat qui ista videbat. A quo tamen ductus est,nisi per manum domini, vel quomodo quæso nisi quomodo scriptum est,in visionibus dei? Adductus autem est in terram promissionis, haud dubium quod de terra Babylonis: de terra ad terram tot terrarum spaciis interiectam. Quem quæso nõ moueat,quem iure mouere non debeat,quòd talis à tali,tali,taliter tãmque longe adductus est, vt videret & audiret quæ postea scriberet posteris legenda relinqueret? Quis nisi insensatus negligenter studiat, vel negligere audeat quod scriptura facta tot circunstantiis commendat? sed nec ipsum tempus quidem in quo hæc vidit prophetæ, tacitè præterire voluit. Richardus de S. Victor. Explanatio templi Ezech. ca 3.
[c. Tantum est enim spacium à tecto thalami primi existentis ex vna parte portæ vsque ad tectum thalami primi existẽtis ex altera parte portæ ita quodaper tura portę tenet decem cubitos. Et spacium ex vna parte portæ inter apeturam & thalamum septem cubitos cum dimidio,& tantum ex altera parte portæ simul iuncti sunt 25. cubitu. De Lyra.
1. Sexaginta cubitorum.
2. Atrii.
3. A lato in angustum tendẽtes.

in thalamis & in frontibus eorum, quæ erant intra portam vndique per circuitum. Similiter autem erant & in veſtibulis feneſtræ per gyrum intrinſecus, & ante fron-tes pictura palmarum cælata. Et eduxit me ad atriũ exterius, & ecce [d] gazophylacia] & pauimentum ſtratum lapide in atrio per circuitum. Triginta gazophylacia in cir-cuitu pauimenti, & pauimentum [e] in fronte] portarum ſecundum longitudinem portarum erat inferius. Et menſus eſt latitudinem à facie portæ inferioris vſque ad frontem atrii interioris extrinſecus. centum cubitos ad orientem & ad aquilonem. [f] Portam verò quæ reſpiciebat viam aquilonis atrii exterioris menſus eſt tam in lon-gitudine quàm in latitudine, & thalamos eius tres hinc & tres inde, [g] & frontem eius & veſtibulum eius ſecundum menſuram portæ prioris quinquaginta cubitorum lon-gitudinem eius, & latitudinem viginti quinque cubitorum. Feneſtræ autem eius & [h] veſtibulum] & ſculpturæ ſecundum menſuram portæ quæ reſpiciebat ad orien-tem, & ſeptem graduum erat aſcenſus eius. Et veſtibulum ante eam, & porta atrii in-terioris contra portam aquilonis & orientalem. Et menſus eſt à porta vſque ad por-tam centum cubitos. Et eduxit me ad viam auſtralem, & ecce porta quæ reſpiciebat ad auſtrum. Et menſus eſt frontem eius & veſtibulum eius iuxta menſuras ſuperio-res, & feneſtras eius & veſtibula in circuitu ſicut feneſtras cæteras, quinquaginta cu-bitorum longitudine, & latitudine viginti quinque cubitorum, & in gradibus ſe-ptem aſcendebatur ad eam. [f] Et veſtibulum ante fores eius, & cælatę palmæ erant, vna hinc & altera inde in fronte eius, & porta atrii interioris in via auſtrali. Et menſus eſt à porta vſque ad portam in via auſtrali, centum cubitos. [g] Et introduxit me in atrium interius ad portam auſtralem, & menſus eſt portam iuxta menſuras ſuperiores, tha-lamum eius, & frontem eius, & veſtibulum eius iiſdem menſuris, & feneſtras eius & veſtibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis viginti-quinque cubitos, [g] & veſtibulum per gyrum longitudine vigintiquinque cubitorum, & latitudine quinque cubitorum. Et veſtibulum eius ad atrium exterius, & palmas e-ius in fronte, & octo gradus erant quibus aſcendebatur per eam. Et introduxit me in atrium interius per viam orientalem, & menſus eſt portam ſecundum menſuras ſu-periores, thalamum eius & frontem eius & veſtibulum eius ſicut ſupra, & feneſtras eius & veſtibula in circuitu longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine vi-ginti quinque cubitorum, & veſtibulum eius, id eſt, atrii exterioris, [h] & palmæ cæla-tæ in fronte eius hinc & inde, & in octo gradibus aſcenſus Eius. [i] Et introduxit me ad portam quæ reſpiciebat ad aquilonem. [f] Et menſus eſt ſecundum menſuras ſuperio-res thalamum eius, & frontem eius, & veſtibulum eius, & feneſtras eius per circuitum, [j] longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine viginti quinque cubitorum, & veſtibulum eius reſpiciebat ad atrium exterius, & cælatura palmarum in fronte e-ius hinc & inde, & in octo gradibus aſcenſus eius: & per ſingula gazophylacia oſtium in frontibus portarum. Ibi [7] lauabunt] holocauſtum. [k] Et in veſtibulo portæ duæ menſæ hinc & duæ menſæ inde, vt immoletur ſuper eas holocauſtum, & pro peccato & pro delicto. Et ad latus exterius quod aſcendit ad oſtium portæ quæ per git ad aquilonem, duæ menſæ, & ad latus alterum ante veſtibulum portæ, duæ men-ſæ. Quatuor menſæ hinc, & quatuor menſæ inde: per latera portæ octo menſæ erant ſuper quas immolabunt. Quatuor autem menſæ ad holocauſtum de lapidibus qua-dris exſtructę longitudine cubiti vnius & dimidii, & latitudine cubiti vnius & dimi-dii, & altitudine cubiti vnius, ſuper quas ponent [8] vaſa in] quibus immolatur holo-cauſtum & victima. [f] Et [9] labia earum palmi vnius reflexa] intrinſecus per circuitum. Super menſas autem carnes oblationis. [l] Et extra portam interiorem gazophylacia centorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ reſpicientis ad aquilonem, & facies eorum contra viam auſtralem, vna ex latere portæ orientalis, quę reſpiciebat ad viam aquilonis. Et dixit ad me: Hoc gazophylacium quod reſpicit viam meri-dianam eſt ſacerdotum, qui excubant in cuſtodiis templi: porrò gazophylacium quod reſpicit ad viam aquilonis, ſacerdotum erit, qui excubãt ad miniſterium altaris.

Iſti

[d] Gazophylacia ſecundũ Gregorium doctorum cuncta, ſapientiæ & ſcientiæ diuitiis plena.

Ductus autem prophetæ ad atrium exterius gazophylacium foris vidit, vnde alia eſt contemplatio quæ quantum videt dicere non valet. Alia vero ſcientia atque doctrina quæ tantum videt quantum per linguam exprimere poteſt. Gloſa ord. ibidem.]

4 Cameræ, vel cubicula, & infra 5. A latere.

e. Menſus eſt autem vir cuius funiculus in manu erat, portam quoque Aquilonis atrii exterioris, ſiue introduxit prophetam per portam Aquilonis ad atriũ exterius. In quo conſiderandum quod primũ introducatur per portam Aquilonis, ſecundo per portam Auſtri, tertio per portã Orientalem. Ab Aquilone enim exardeſcunt mala ſuper habitatores terræ. Pulchréque qui habitator terræ eſt, & non aduena atque peregrinus, patet iaculis eius qui venit ab Aquilone: cuius ignita ſunt iacula, quæ iuxta Apoſtolum ſcuto fidei reſtinguntur. Et ad Aquilonem exterius atrium nominatur: ad meridiem verò, hoc eſt, ad Auſtrũ, non exterius ſed intetius. Hier. ibidem.

6. Fornices, ſiue teſtudines, & infra.

[f. Hic veſtibulum eſt, & hic atrium primitiua eccleſia temerè non baptizauit: confeſſionem enim non ſolum ſed & obedientię periculum baptiſmo præmiſit. Holocauſtum poſt ſummum hæc locum habet & pro peccato & pro delicto. Verè ineffabile eſt euchariſtiæ oblatio. Miſſæ commoditates tantę ſunt, vt eas citius mente conceperis quã fando expreſſeris. Summa per eam peccata commiſſa dimittuntur, & gratia per eam peccata remiſſa dimittentur, & gratia per eã confertur, quo vites non facta. Ibi Lorie. ibidem.]

g. Vnumquodque igitur horum veſtibulorum ſeu porticuũ multipliciter diuiſum erat. Vnde & ſcriptura ſæpe vnam ædémque porticũ modo ſingulariter pro toto, veſtibulum: modo pluraliter pro partib⁹, veſtibula vocat. Principaliter tamẽ vna quæque porticus in tria diuidebatur. Vnde & in ſequentibus vna illarum triplex nominatur. Richardus de S. Victo. vbi pridem. cap. 4

h. Hoc eſt, in frontibus portæ quæ habuit duas frontes, ad quamlibet latus vnam, & in qua libet fuit vna palma exlata, ornata ac picta. Dion. ibid.

[i. Hæc eſt tertia pars in qua deſcribitur Aquilonaris porta interioris atrii, vt pater ex littera præcedenti. De Lyra ibidem.] 7. Lauabellabant.

k. In quibus verbis magna caligo dubietatis oritur, vtrum de vna porta qualibet, an de duabus, an de ſingulis portis dicatur. Sed dum quaternæ menſæ per latera deſcribuntur, ac poſtmodum in concluſione dicitur: Octo menſæ erãt ſuper quas immolabant. Patet quia hoc ſpiritus non de ſingulis portis, quas ſuperius deſcripſerat, dicat. Gregorius in Ezech. hom. 11.

8. Inſtrumenta.

9. Tripodes palmi vnius parati erant, vel vncini ferrei.

l. Mirum eſt quod dicitur: in atrio interiori, quod erat in latere portæ reſpicientis ad Aquilonem. Atrium namque interius non erat in latere huius portæ, ſed potius ante ipſum: ſtruit quia inter tres portas interiores medium iacuit. Sedcum dicitur atrium interius vel atrium exterius, non vniformiter hoc ſemper accipere debemus. Dictum eſt atrium interius quod centũ cubitorum quadua verſum in medio locatur, & atrium exterius quo interius atrium exornari parietes ingrebatur. Rich. de S. Victo. ca. 11.

Isti sunt filii Sadoch, qui accedunt de filiis Leui ad dominum, vt ministrent ei. Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum per quadrum, & altare ante faciem templi. Et introduxit me in vestibulum templi, & mensus est vestibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & latitudinem portę trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde: longitudinem autem vestibuli viginti cubitorum, & latitudinem vndecim cubitorum. Et octo gradibus ascendebatur ad eum, & columnæ erant in frontibus, vna hinc & altera inde.

[f. Hoc dicitur, quia Salomon 3. reg. 2. abiecto Abiathar de fumo sacerdotio, instituit Sadoch loco eius, & sic summum sacerdotium fuit reductum ad progeniam Eleazari filii Aaron, sicut plenius dictum fuit ibidem. Consequenter ponitur mensura atrii interioris, cum dicitur: Et mensus est atrium. De Lyr. ibi.]

## *Mensura templi iuxta partes suas, & quæ eisdem pertinent.* XLI.

A [a] ET introduxit me in templum, & mensus est frontes, sex cubitos latitudinis hinc, & sex cubitos latitudinis inde, latitudinem tabernaculi. Et latitudo portæ decem cubitorum erat, & latera portæ quinque cubitis hinc, & quinque inde. Et mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum. Et introgressus intrinsecus mensus est in fronte portæ duos cubitos, & portam sex cubitorum, & latitudinem portæ septem cubitorum. [b] Et mensus est longitudinem eius viginti cubitorum. & latitudinem viginti cubitorum ante faciem templi. Et dixit ad me: Hoc est sanctum sanctorum. Et mensus est parietem domus sex cubitorum, & latitudinem [1] lateris ] quatuor cubitorum, vndique per circuitum domus. [2] Latera autem latus ad latus bis trigintaria. ] Et erant eminentia quæ ingrederentur per parietem domus [3] in lateribus ] per circuitum, vt continerent, & non attingerent parietem templi. [4] [c] Et [4] platea erat in rotun
B dum, ascendens sursum ] per cochleam, & in cœnaculum templi deferebat per gyrum. Idcirco latius erat templum in superioribus: & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora, [5] & in ] medium. Et vidi in domo altitudinem per circuitum [6] fundata latera ] ad mensuram calami sex cubitorum spatio, & latitudinem per parietem [7] lateris ] forinsecus quinque cubitorum. Et erat interior domus in lateribus domus. Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum in circuitu domus vndique. Et ostium [8] lateris ad orationem, ] ostium vnum ad viam aquilonis, & ostium vnum ad viam australem, & latitudinem loci [9] ad orationem ] quinque cubitorum in circuitu. [d] Et ædificium quod erat [10] separatum, ] versumque ad viam respicientem ad mare latitudinis septuaginta cubitorum: paries autem ædificii quinque cubitorum latitudinis per circuitum, & longitudo eius nonaginta cubitorum. [5] Et mensus est domus longitudinem centum cubitorum, & quod se-
C paratum erat ædificium & parietes eius longitudinis centum cubitorum. Latitudo autem ante faciem domus, & eius quod erat separatum contra orientem, centum cubitorum. Et mensus est longitudinem ædificii contra faciem eius quod erat separatum ad dorsum [11] ethecas ] ex vtraque parte centum cubitorum, & templum interius, & vestibula atrii, limina & fenestras [12] obliquas: ] ethecas in circuitu per tres partes contra vniuscuiusque limen, stratúmque ligno per gyrum in circuitu. Terra autem vsque ad fenestras, & fenestræ clausæ [13] super ostia, & ] vsque ad domum interiorem & forinsecus, & omnem parietem in circuitu intrinsecus & forinsecus ad mensuram, & fabrefacti Cherubim & palmæ. [e] Et pama inter Che-
D rub & Cherub. [5] Duásque facies habebat Cherub, faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte expressam. Per omnem domum in circuitu, de terra vsque ad superiorem partem Cherubim & palmæ cęlatæ erant in pariete templi. Limen quadrangulum, & facies sanctuarii aspectus, [14] contra aspectum. Altaris lignei ] trium cubitorum altitudo, & longitudo eius duorum cubitorum, & anguli eius & longitudo eius & parietes eius lignei. Et locutus est ad me: Hæc est mensa coram domino. [f] Et duo ostia erant in templo & in sanctuario, & in duobus ostiis ex vtraque parte bina erant ostiola: quæ in se inuicem plicabantur. Bina enim ostia erant ex vtraque parte ostiorum. Et cælata erant

a. Sancti patres ac orthodoxi doctores concorditer astruũt quòd per ædificium templi propheticè ostensum, significata est spiritalis ædificatio ecclesiæ in sacramentis, fide & moribus: per ciuitatem vero ac terræ diuisionẽ, de quibus infra dicetur, status ac regimẽ eius in temporalibus ac terrenis. Diony. ibidem.

[b. Quia ante faciem templi & in ipso introitu eius præteriti laboris atque certaminis, nobis mensura semper occurrit, quam enim orationem in singulis numeris duplex possidet, duæ decades habent eãdem. Glosa or.]

1. Camerę, vel thalami.

2. Camerę autem erant camera super cameram triginta triũ pedum.

3. In cameris.

[c. Hæc est tertia pars in qua describit cochleas templi, cum dicitur: Et platea erat in rotundum, i. quædam vacuitas rotunda intra quadraturam murorum in qua tamen ponuntur gradus eiusdem latitudinis ascendendo, quæ Galli cẽ vocatur vne viz. Et in cœnaculum templi, i. in primum solarium & secundum: Nam hoc templum ponitur habere tres mansiones, sicut & templum Salomonis. De Lyra.]

4. Dilatabatur spatium sursum ascendendo ad camerας.

5. Per.

6. Fundamenta camerarum.

7. Camerę.

8. Camerę erat iuxta spaciũ vacuum.

9. Vacui derelicti.

d. Vt post labores & pericula & seculi istius fluctus atque naufragia, & annos septuaginta de quibus Ieremias scribit, & Daniel, & Zacharias. Verum vt legitimum decadarum sabbatum consequamur, vt sit nobis æterna requies: & per quinque cubitorum latitudinem veniam[9] ad longitudinem nonaginta cubitorum: qua ætate de repromissione filium Sara genuerunt: quę nonaginta annorum, id est nouem decadarum pepetit Isaac. Iuncta Abrahæ centenario, id est, decem decadarum habenti mysterium. Hiero. ibidẽ.

10. Ante faciem loci intercisi à domo.

11. Thalamos, & infra.

12. Extrinsecus latas. & intrinsecus angustas.

13. A superiori parte ostii.

[e. Denique item intra templũ continebantur duo Cherub. Omnia hæc templi: hoc est ecclesiæ catholicæ vnitatem & maiestatem designãt. Duo vero Cherub scientiæ habent significationem. Vides ergo hæreles omnes esse vanas, & nihil scientiæ habere Dei. Et quo se plus de scientia iactant, hoc certius est, eius minus illis esse. Apparentiam scientiæ qua se mundo adeo vẽdicant per simplicissimum catholicum plus fidei & sanctimoniæ quàm eruditionis & facundiæ habẽtem Deus optimus maximus confundet, Lori.

14. Sicut aspectus postis templi. Altaris lignei erat.

f. Dicunt quidam quòd in quolibet horum locorum fuit tantum vnum ostium, sicut & vna apertura, sed dicũtur in eis duo ostia, quia vtrumque ostium duas habuit portiones. de quibus exponunt quod subditur: Et in duobus ostiis. Dion. ibid.

in ipſis oſtiis templi Cherubim & ſculptura palmarum, ſicut in parietibus quoque expreſſa erant. Quamobrem & [g] groſſiora erant ligna in veſtibuli fronte forinſecus, ſuper quæ feneſtræ obliquæ, & ſimimilitudo palmarum hinc atque inde in [15] humeruſ lis] veſtibuli, ſecundum latera domus [16] latitudinémque parietum.]

*Gazophylaciorum dimenſio, cæterorúmque vſui ſacrorum vtilium, reparatio.* XLII.

ET eduxit me in atrium exterius per viam ducentem ad aquilonem.[a] Et introduxit me in [1] Gazophylacium] quod erat contra ſeparatum ædificiũ, & contra ædem vergentem ad aquilonem, in facie longitudinis centum cubitos oſtii aquilonis, & latitudinis quinquaginta cubitos contra viginti cubitos atrii interioris: & contra pauimentum [2] ſtratum lapide] atrii exterioris, vbi erat porticus iuncta porticui triplici. Et ante gazophylacia deambulatio decem cubitorum latitudinis, ad interiora reſpiciens viæ cubiti vnius. Et oſtia eorum ad aquilonem, vbi erant gazophylacia in ſuperioribus humiliora, quia ſupportabant porticus quæ ex illis eminebant de inferioribus & de mediis ędificii. [3] Triſtega]enim erant, & nõ habebant columnas ſicut erant columnæ atriorum. [b] Propterea [4] eminebant] de inferioribus & de mediis à terra ⊢ cubitis quinquaginta.] Et [5] peribolus]exterior ſecundum gazophylacia quæ erant in via atrii exterioris ante gazophylacia. Lõgitudo eius quinquaginta cubitorum, quia longitudo erat gazophylaciorum atrii exterioris quinquaginta cubitorum, & longitudo ante faciem templi centum cubitorum. Et erat ſubter gazophylacia hæc introitus ab oriente [6] ingredientium] in ea de atrio exteriori in latitudine periboli atrii, quod erat contra viam orientalem in faciem ædificii ſeparati. Et erant ante ædificium gazophylacia, & via ante faciem eorum iuxta ſimilitudinem gazophylaciorum quæ erant in via aquilonis. Secundum longitudinem eorum ſic & latitudo eorum, & omnis introitus eorum & ſimilitudines [b] & oſtia eorum ſecundum oſtia gazophylaciorum, quæ erant in via reſpiciẽte ad auſtrum. [c] Oſtium in capite vię quæ erat ante veſtibulum ſeparatum per viam orientalem ingredientibus. [c] Et dixit ad me: Gazophylacia aquilonis & gazophylacia auſtri, quæ ſunt ante ædificium ſeparatum. Hæc ſunt gazophylacia ſancta, in quibus veſcuntur ſacerdotes qui appropinquãt ad dominum in ſancta ſanctorum. Ibi ponent ſancta ſanctorum, & oblationem pro peccato & pro delicto. Locus enim ſanctus eſt. Cum autem ingreſſi fuerint ſacerdotes, non egredientur de ſanctis in atrium exterius. Et ibi reponent veſtimenta ſua in quibus miniſtrant, quia ſancta ſunt, veſtientúrque veſtimentis aliis, & ſic procedent ad populum. [d] Cúmque compleſſet menſuras domus interioris, eduxit me per viam portæ quæ reſpiciebat ad viam orientalem, & menſus eſt eam vndique per circuitum. Menſus eſt autem contra ventum orientalem calamo menſuræ, quingentos calamos in calamo menſuræ per circuitum. [d] Et menſus eſt contra ventum aquilonis quingentos calamos in calamo menſuræ per gyrum. Et ad ventum auſtralem menſus eſt quingentos calamos, in calomo menſuræ per circuitum. Et ad ventum occidentalem menſus eſt quingentos calamos, in calamo menſuræ. Per quatuor ventos menſus eſt [e] murum eius vndique per circuitum, longitudinem quingentorum cubitorum, & latitudinem quingentorum cubitorum. Et murus diuidit inter [7] ſanctuarium & vulgi locum.]

*Maieſtas domini prophetæ apparens, docet eum ſacrificia eligenda, & portam ſanctuarii perpetuo claudendam, & nulli aperiendam.* XLIII.

Et dixit

[g.] Vt firmitatem haberent. & celaturam poſſent recipere. Iox 22 intelligẽtiam ſpiritualem firmitora & celata iunt oſtia vt firmitatem haberant & pulchritudinem ſculpturæ ordinatæ.]
15. Lateribus.
16. Et trabes.

a. Palàm eſſe puto quomodo hoc gazophylacium contra ædificium ſeparatum erat, vel quomodo in facie interſtitii cẽtum cubitorum lõgitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, erat. Quod templum & Aquilonare ædificium interiacebat, ſi hoc gazophylacium vſque ad viceſimum cubitum atrii interioris ſe extendebat. Palam nihilominus quomodo cõtra ædem vergentem ad aquilonẽ erat, ſi à decimo cubito poſt illius ædis porticum incipiebat. Sed illud modo oportet conſiderare quod contra pauimẽtum atrii exterioris dicitur eſſe, & ne aliud quam Aquilonare pauimentum atrii exterioris intelligere poſſimus, literæ illius adiectione cõſtringimur, in eo quod legimus, vbi erat porticus iuncta porticui triplici. Nam apud Orientalem regionem nuſquam inuenimus porticum iunctam porticui. Sed Aquilonaris porticus atrii interioris ab oriẽte habebat gazophylacia canterum, ab Auſtro, interius atrium, ab Aquilone, hoc de quo modo loquimur, pauimentum Richa de S. Victo. cap. 15.
1. Cubiculum, & infra.
2. Quod erat.
3 Triplicata.
4. In arctum aſſurgebant.
5. Parier, & infra.
6. Cum quis egrederetur.
[b. Dicendum quod hæc ſimili tudo eſt mutua & ad exprimendum loquitur hicde oſtiis gazophylaciorum aquilonarium aſſimilando ea oſtiis gazophylaciorum auſtralium. De Lyra ibid.]
c. Vir ille qui ductor prophetæ fuit, poſtquam eum duxit in atrium exterius, & monſtrauit omnia quæ præterirus ſermo narrauit: gazophilacia quoque ſiue exedras in quibus diutiſsimè cõmoratus eſt, dixit ad eum: Hæc ſunt gazophylacia, &c.
Ex quibus diſcimus multas ciborum eſſe diuerſitates, quibus veſci ſacerdotibus licet, vel non licet: & de his ipſis quos licet in cibos ſumere, non in omnibus ſumũtur locis, nec ab omnibus, nec omni tempore Gazophylacia Aquilonis & Auſtri puto eſſe. vel hiſtoriæ contineant ſimplicitatem, vel ſpiritualis intelligentiæ ſacramenta, vt per Aquilonem veniamus ad meridiem. Hieron. ibidem
[d. Primũ enim calamo ſuo mẽſurio permenſus eſt latus ipſius orientale quod calamos tenebat quingentos. Hinc Aquilonare latus menſus eſt, quod quingentos quoque tenebat calamos. Ex démque menſura lateris auſtralis erat atque etiam occidentalis. Tuſarrius ibidem.
[e. Murum hic exteriorem plenius proſequitur. Murus quoque ſignificat munimen contra hæreticos, qui cum in murũ eũ arſerãt, ſua ipſorum nõminuũt capita. eccleſiæ nihil nocituri. Lotichius ibidem.]
7. Sanctum & profanum.

A ET[a] duxit me ad portam quæ reſpiciebat ad viam orientalem. Et ecce gloria dei Iſrael ingrediebatur per viam orientalem, & vox erat ei quaſi vox aquarum multarum, & terra ſplendebat [1]à maieſtate] eius. Et vidi viſionem † ſecundum ſpeciem, quam videram quando venit vt diſperderet ciuitatem, & ſpecies ſecundum aſpectum† quem videram iuxta fluuium Chobar. Et cécidi ſuper faciem meam. Et maieſtas domini ingreſſa eſt templũ: per viam portæ quæ reſpiciebat ad orientem. Et eleuauit me ſpiritus, & introduxit me in atrium interius. Et ecce repleta erat gloria domini domus. ❡ Et audiui loquentem ad me de domo: [b] & vir qui ſtabat iuxta me, dixit ad me: Fili hominis, locus ſolij mei, & locus veſtigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filioum Iſrael in æternum. Et non polluent vltrà domus Iſrael nomen ſanctum meum, ipſi & reges eorum fornicationibus ſuis, & in [2]ruinis] Regum ſuorum, & in excelſis: qui fabricati ſunt limen ſuum iuxta limen meum, & poſtes ſuos iuxta poſtes meos, & murus erat inter me & eos. Et polluerũt nomen ſanctum meum in abominationibus quas fecerunt, propter quod c conſumpſi eos in ira mea. ❡ Nunc ergo repellant procul fornicationem ſuam & [3]ruinas] regum ſuorum à me, & habitabo in medio eorum ſemper. Tu ergo fili hominis oſtende domui Iſrael templum, & confundantur ab iniquitatibus ſuis, & metiantur [4]fabricam,] & erubeſcant ex omnibus quæ fecerũt. Figuram domus & fabricæ eius, exitus & introitus, & omnem deſcriptionem eius & vniuerſa præcepta eius, cunctúmque ordinem eius, & omnes leges eius oſtende eis, & ſcribes in oculis eorum, vt cuſtodiant omnes deſcriptiones eius, & præcepta illius, & faciant ea. Iſta eſt lex domus in D ſummitate montis. Omnes fines eius in circuitu, ſanctum ſanctorum eſt. ❡ Hæc eſt ergo lex domus. Iſtæ autem menſuræ altaris in cubito veriſſimo, qui habebat cubitum & palmum. In ſinu eius erat cubitus, & cubitus in latitudine, & definitio eius vſque ad labium eius, & in circuitu palmus vnus. [c]Hæc quoque erat [5]foſſa] altaris. Et de ſinu terræ vſque ad crepidinem nouiſſimam duo cubiti, & latitudo cubiti vnius, & à crepidine minore vſque ad crepidinem maiorem quatuor cubiti, & latitudo cubiti vnius. E [d]Ipſe autem Ariel quatuor cubitorum, & ab Ariel vſque ſurſum cornua quatuor. ❡ Et Ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis, quadrangulatum æquis lateribus. Et crepîdo quatuordecim cubitorum longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius, & corona in circuitu eius dimidij cubiti, & ſinus eius vnius cubiti per circuitũ. Gradus autem eius verſi ad oriẽtem. Et dixit ad me: Fili hominis, hæc dicit dominus deus: Hi ſunt ritus altaris, in quacunque die fuerit fabricatum, vt offeratur ſuper illud holocauſtum, & effundatur ſanF guis. ❡ Et dabis ſacerdotibus & Leuitis qui ſunt de ſemine Sadoch, qui accedũt ad me, ait dominus deus: vt offerant mihi vitulum de armento pro peccato. Et aſſumens de ſanguine eius pones ſũper quatuor cornua eius, & ſuper quatuor angulos crepidinis, & ſuper coronam in circuitu, & mundabis illud & expiabis. Et tolles vitulum qui oblatus fuerit pro peccato, & combures eum [6]in ſeparato] loco domus extra ſanctuarium. Et in die ſecunda offeres hircum caprarum [7]immaculatum] pro peccato, & exG piabunt altare ſicut expiauerunt in vitulo. ❡ Cúmque compleueris expians illud, offeres [e]vitulum de armento immaculatum, & arietem de grege immaculatum, & offeres eos in conſpectu domini. Et mittent ſacerdotes ſuper eos ſal, & offerent eos in holocauſtum domino. Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie, & vitulum de armento, & arietem de pecoribus immaculatos offerent. Septem diebus expiabunt altare, & mundabunt illud, & implebunt manum eius. Expletis autem ſeptem diebus, in die octaua & vltrà facient ſacerdotes ſuper altare holocauſta veſtra, & quæ pro pace offerunt, & placatus ero vobis, ait dominus deus.

*Quibus templi aditus ingreßúſque ſit conceſſus, & altaris miniſterium.* XLIIII.

a. Nunc poſt ædificioſi templi deſcriptam menſurationem, deſcribitur reuelatio atque cõmiſſio diuinitus facta prophetę. Ad orientalem enim portam atrij interioris ductus eſt propheta à porta orientali atrij exteriotis. Et hic præclara dei ſpecies illi apparuit, non in re, ſed imaginaria viſione ſiue oſtenſione: de qua ſcriptũ eſt in primo capite huius libri, vtpote ſimilitudo ſuper caput animalium firmamenti, &c. Dion. ibid.

1. A gloria.

b. Vir autẽ qui ſtabat iuxta propheram, dixit ad eum, quẽ perſpicuè dominum intelligimus. Cui enim alij poterit conuenire quod loquitur: filij hominis locus ſolij mei, & locus veſtigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum Iſrael in æternum: niſi illi qui habitat in eccleſia in medio filiorũ Iſrael cernentium deum: & habitat in perpetuũ non ſecũdum templũ Salomonis ad tempus? Et locus eius eſt ille, de quo ſcriptũ eſt: Et factus eſt in pace locus eius, quæ exuperat omnem ſenſum, & locus veſtigiorũ pedũ illius, Apoſtolis dicentibus: Adoremus in loco vbi ſtetérũt pedes eius. Et pulchrè dicit, ſtetérũt. In eccleſia enim ſiũt pedes dñi, in ſynagoga ambulant & præteréũt. Vt autem ſciamus hoc dici de eccleſia, imaginem: Et nõ polluẽt vltrà domus Iſrael nomen ſanctum meum: quod proprię ad eos pertinet, qui ſanctæ conuerſationis in eccleſia commorantur. Hierony. ibid.

2. Cadaueribus.

3. Cadauera.

4. Exemplar domus.

[c. Sciendũ quod dictio Hebraica hic poſita aliquando accipitur pro foſſa vel profunditate, aliquando pro eleuatione ſurſum, ſicut in latino hæc dictio altitudo, licet communiter accipiatur pro eleuatione ſurſum, tamen aliquando accipitur pro profundirate per oppoſita, vt pſa. 68. Veni in altitudinem maris, &c. De Lyra.

5 Summitas.

d. Ariel dicit ipſum corpus altaris, quod quatuor cubitorum altitudinis erat, qui dicta illa ſuperius cręturæ, eminebat. Quod ideo forſitan Ariel quod eſt leo fortis, nominauit: quia leonis more populi victimas per illud iam dictũ foramẽ deuorauit & abſorbuit. Et ab Ariel ſurſum cornua p quatuor videlicet angulos altaris. Et Ariel 12. cubitorum in lõgitudine per 12. cubitos latitudinis quadrangulũ æquis lateribus. Hoc dictum eſt de corpore altaris. Et crepido quatuordecim cubitorum longitudinis, per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius. Et corona in circuitu eius dimidij cubiti, ſcilicet altitudinis. Et ſinus eius vnius cubiti per circuitũ. Richardus de S. Victore. Explanatio tẽpli Ezechie. cap. 19.

6. Conſtituto.

7. Integrum, & infra.

[e. Rab. Moyſes & Elias videntur in mõte cum domino, i. lex & prophetæ, qui annunciabant ei quę paſſurus eſſet in Ieruſalẽ. Poſtquã altare & menſuræ eius, in vertice montis demonſtrata ſunt, & conſecratio & expiatio poſt vnum vitulum immaculatum & hircum ſiue duos hœdos ſecundum 70. interp. quorum vitulus ad Chriſtum, ſequentes ad Apoſtolos miniſtrõſque pertinent. Gloſa ordi. ibid.]

ET conuertit me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quę reſpiciebat ad orien- A
tem,[a] & erat clauſa. Et dixit dominus ad me: [b]Porta hęc clauſa erit, & non a-
perietur, & vir non tranſibit per eam, quoniam dominus deus Iſrael ingreſ-
ſus eſt per eam, erítque clauſa[1] principi. Princeps ipſe] ſedebit in ea, vt comedat pa-
nem coram domino. Per viam portæ veſtibuli ingredietur, & per viam eius egre-
dietur. Et adduxit me per viam portæ aquilonis in conſpectu domus, & vidi, & ecce
impleuit gloria domini domum domini. Et cecidi in faciem meam: & dixit ad me do
minus: Fili hominis, pone cor tuũ, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia quæ
ego loquor ad te, de vniuerſis cæremoniis domus domini, & de cunctis legibus eius.
& Et pones cor tuum in viis templi per omnes exitus ſanctuarij, & dices ad[2] exaſpe- 2
rantem me] domum Iſrael: Hæc dicit dominus deus: Sufficiant vobis omnia ſcelera
veſtra domus Iſrael, eo quòd inducitis filios alienos incircunciſos corde & incircun-
ciſos carne, vt ſint in ſanctuario meo, & polluant domũ meam, & offertis panes mos,
adipem & ſanguinem, & diſſoluiſtis pactum meum in omnibus ſceleribus veſtris, &
non ſeruaſtis præcepta ſanctuarij mei, & poſuiſtis cuſtodes obſeruationum mearum
in ſanctuario meo vobiſmetipſis. Hęc dicit dominus deus: [c]Omnis alienigena incir-
cunciſus corde & incircunciſus carne non ingredietur ſanctuarium meum, omnis fi-
lius alienus qui eſt in medio filiorum Iſrael. & Sed & Leuitæ qui longè receſſerunt à c
me in errore filiorum Iſrael, & errauerunt à me poſt idôla ſua, & portauerunt iniqui-
tatem ſuam, erunt in ſanctuario meo[3] æditui] & ianitores portarum domus, & mini-
ſtri domus. Ipſi mactabunt holocauſta & victimas populi, & ipſi ſtabunt in conſpe-
ctu eorum, vt miniſtrent eis. Pro eo quòd miniſtrauerunt illis in conſpectu idolôrum
ſuorum, & facti ſunt domui Iſrael in offendiculum iniquitatis, idcirco leuaui manum
meam ſuper eos, ait dominus deus, & portauerũt iniquitatem ſuam. & Et non appro- D
pinquabunt ad me vt ſacerdotio fungantur mihi, neque accedent ad omne ſanctua-
rium meum iuxta ſancta ſanctorum, ſed portabunt confuſionem ſuam & ſcelera ſua
quæ fecerunt. Et dabo eos ianitores domus & in omni miniſterio eius, & vniuerſis
fient in ea. Sacerdotes autem & Leuitæ filij Sadoch qui cuſtodierunt[4] cæremonias]
ſanctuarij mei, cùm errarent filij Iſrael à me, ipſi accedent ad me vt miniſtrent mihi,
& ſtabunt in conſpectu meo, vt offerant mihi adipem & ſanguinẽ, ait dominus deus.
Ipſi ingredientur ſanctuarium meũ, & ipſi accedent ad menſam meam, vt miniſtrent
mihi, & cuſtodiant cæremonias meas. & Cúmque ingredientur portas atrij interioris, E
veſtibus lineis induentur, nec aſcendet ſuper eos quidquam laneum, quando mini-
ſtrant in portis atrij interioris & intrinſecus. [d]Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, &
fœminalia linea erunt in lumbis eorum, & non accingentur in ſudore. Cúmque egre-
dientur atrium exterius ad populum, exuent ſe veſtimentis ſuis in quibus miniſtraue-
rant, & reponent ea in gazophilatio ſanctuarij, & veſtient ſe veſtimentis aliis, & non
ſanctificabũt populum in veſtibus ſuis. Caput autem ſuũ non radent, neque comam
nutrient, ſed tondentes attondent capita ſua. & [e]Et vinum non bibet omnis ſacerdos F
quando ingreſſurus eſt atriũ interius. † Et viduam & repudiatam non accipient vxo- † Leuit.
res, ſed virgines de ſemine domus Iſrael. Sed & viduam quæ fuerit vidua à ſacerdote
accipient: & populum meum docebunt quid ſit inter ſanctum & pollutum, & inter
mundum & immundum oſtendent eis. Et cùm fuerit controuerſia, ſtabunt[5] in iudi-
ciis meis, & iudicabunt. Leges meas & præcepta mea in omnibus ſolennitatibus meis
cuſtodient, [f] & ſabbata mea ſanctificabunt. Et ad mortuũ hominem non ingredien-
tur, ne polluantur, niſi ad patrem & matrem, & filium & filiam, & fratrem & ſororem
quæ alterum vitum non habuerit, in quibus contaminabuntur. & Et poſtquam fue- G
rit emundatus, ſeptem dies numerabunnuntur ei, & in die introitus ſui in ſanctuarium ad
atrium interius, vt miniſtrent mihi in ſanctuario, offeret pro peccato ſuo ait dominus
deus. † [6]Non erit autem eis hæreditas. ] Ego hæreditas eorum: & poſſeſſionem non
dabitis eis in Iſrael. Ego enim poſſeſſio eorum. Victimam & pro peccato & pro deli- † Deut. 18.
cto ipſi comedent, & omne votum in Iſrael ipſorum erit. † Et primitiua omnium pri- Num. 18.
Exod. 22.

mo-

a Eadem nunc potentia mundi illius ianuam per partum inuiolatæ matris intrauit, quã poſtmodũ ad diſcipulos clauſis ianuis penetrauit. Euſebius Emiſſenus de natiuit. do homi. 2.

b. De potentia dei, quia de virgine natus ſit, & tamen ipſa virgo fuerit poſt partũ, vt legimus in Ezechiele, Porta hæc, &c. Chryſoſt. de Ioan. Baptiſta ho. Quæ eſt autem illa porta ſanctuarium, illa exterior ad orientem, quæ manet clauſa! & nemo, inquit, pertrãſibit per eam niſi ſolus deus Iſrael. Nónne eſt hæc porta Maria, per quam in hunc mundum intrauit? Amb. Epiſt. 81. Quid tam euidens dici de conſecratione virginis potuit? Clauſa fuit in ea virginitatis porta. Per ipſam introiuit dominus deus Iſrael, & per ipſam greſſus eſt, & in æternum porta virginis clauſa ſeruata virginitate permanſit. Cyp. de Symbolo Apoſt. Non enim illi impoſsibile erat per clauſam portam tranſire, & illius non lædere ſignacula. Mater igitur & poſt partum virgo manet, & ſemper virgo. Damaſcenus lib. 4. cap. 15

1. Principis erit, princeps ipſe.

2. Rebellem.

c. Omnis Alienigena inciſe cunciſus corde & carne, non ingredietur ſanctuariũ meum, licet cũ populo Iſrael eſſe videatur. Leuitæ autem, hoc eſt ſacerdotalis gradus, qui longe receſſerunt à me in errore filiorum Iſrael, & ſecuti ſunt idôla, portabunt iniquitatẽ ſuam, eo quòd fuerint in ſanctuario meo miniſtrantes in officio portarum domus, & miniſtri eius. Ipſi enim offerebant holocauſtum, & victimas populi, & ipſi ſtabant in conſpectu eorum vt miniſtrarẽt pro eis. Quia ergo miniſtrauerunt pro illis in conſpectu idolôrum ſuorũ, & fuerunt domui Iſrael offendiculum iniquitatis: propterea leuaui manum meã ſuper eos, dicit dominus deus, & portauerunt iniquitatẽ ſuã, & non appropinquabũt ad me, vt ſacerdotio fungantur mihi, neque accedent ad omne ſanctuarium meũ iuxta ſancta ſanctorum, ſed portabũt confuſionem ſuam & ſcelera ſua quę fecerunt. Hieronym. ibid.

3. Miniſtri.

4 Obſeruantiam, & infra.

[d. In ſanctis capita operiunt ſacerdotes: quia non iuſtificatur in conſpectu domini omnis viuens. Et ab infantia cor hominis appoſitum eſt ad malitiam. Et fœminalia linea erunt in lũbis eorum, ne in conſpectu domini vlla pollutæ conſcientiæ, & operis nuptialis appareat turpitudo. Glo. ordi. ibid.]

e. Quod ſi ſobrietas ad ſacerdotes legales extremus pertinebat, nónne grauiſſima dãnatio imminet ſacerdotibus euangelicæ legis, qui vino & cæteris potib⁹ vacant: cùm tanto moderatius ac ſpiritalius conuerſari deberent ſacerdotes nouæ legis quã veteris, quanto ſacerdotiũ Chriſti præſtantius eſt & ſpiritualius ſacerdotio legali. Dion. ibid.

5. vt ſententiam ferant, ſecundũ iudicia mea iudicabunt eam.

f. In quibus obſeruandum eſt quòd non dixerit abſolutè: & ſabbata ſanctificabunt, vel iuxta Iſaiam: Neomenias & ſabbata veſtra odit anima mea: ſed cũ diſtinctione, ſabbata mea. Vnde in euangelio ſcriptum eſt: Sacerdotes in templo ſabbatum violant, & abſque culpa ſunt: non ſabbatum dei, ſed ſabbatũ literæ, ſabbatum Iudęorũ: quod rectè violãt qui ſunt genus electum, regale, ſacerdotale. Hier. ibid.

6. Et erit illis ſacerdotiũ in hæreditatem.

mogenitorum,[g] & omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur, sacerdotum erunt. Et primitiua[7] ciborum vestrorum] dabitis sacerdoti, vt reponat benedictionem domui suæ.† Omne morticinium & captum à bestia de auibus & de pecoribus, non comedent sacerdotes.

†Leuit.22.b

[g. Hic approbat, & multis modis cohonestat sacerdotes bonos. Primo speciali cultu, deinde conuersatione singulari, tertio auctoritate docendi & iudicandi doctrinae, quarto immunitate, quinto victus prouidentia. hæreticis omnia tollunt sacerdotium impetio prophano subiiciunt, & iudicãdi doctrinarum ius, cuius potius idiotæ quàm sacerdotibus deferendo. Lorichius ibid.]
7. Pastarum vestrarum.

*Terra sorte sacerdotibus, Leuitis, ciuitati, & principibus certa mensura diuisa, iubet dominus æquitatem in mensuris, ponderibus, & primitiis seruari, & tria præcipua festa celebrari.* XLV.

A [a] Vmque cœperitis terram diuidere sortito, separate primitias domino, sanctificatum de terra longitudine vigintiquinque milia: & latitudine decem milia. Sanctificatum erit in omni termino eius per circuitum. Et erit ex omni parte sanctificatum quingentos per quingentos,[1] quadrifariam] per circuitum, & quinquaginta cubitis in suburbana eius per gyrum.[b] Et à mensura ista mẽsurabis longitudinem vigintiquinque milium, & latitudinem decem milium. Et in
B ipso erit templum, sonctúmque sanctorum: [f] sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarij, qui accedunt ad ministerium domini. Et erit eis locus in domos & in sanctuarium sanctitatis. [c] Vigintiquinque autem milia longitudinis & decem milia latitudinis erunt Leuitis qui ministrant domui. Ipsi possidebunt vigintiti[2] gazophylacia.] Et possessionem ciuitatis dabitis quinque milia latitudinis, & longitudinis vigintiquinque milia, secundum separationem sanctuarij omni domui Israel. Principi quoque hinc & inde in separationem sanctuarij & in possessionem ciuitatis contra faciem separationis sanctuarij, & contra faciem possessionis vrbis à latere maris
C vsque ad mare, & à latere orientis vsque ad orientem. [g] Longitudinis autem iuxta vnamquanque partem à termino occidentali vsque ad terminum orientalem, de terra erit ei possessio in Israel. Et non depopulabuntur vltrà principes populum meum, sed terram dabunt domui Israel secundum tribus eorum. Hæc dicit dominus deus: Sufficiat vobis principes Israel, iniquitatem & rapinas intermittite, & iudicium & iustitiam facite[3] Separate confinia vestra] à populo meo, ait dominus deus. Statera iusta & ephi iustum & batus iustus erit vobis. Ephi & batus æqualia & vnius mẽsuræ erunt
D vt capiat decimam partem cori batus, & decimam partem cori ephi. [g] Iuxta mensuram cori erit æqua libratio eorum. [d]† Siclus autem viginti obolos habet. Porrò viginti sicli & vigintiquinque sicli & quindecim sicli minã faciunt. Et hæ sunt primitię quas tolletis, sextam partem ephi de coro frumenti, & sextam partem ephi de coro hordei.

†Exod.30.b

†Leuit.27.c Num.3.g De decimis. cap.1.

†Mensura quoque olei. Batus olei decima pars cori est, quia decem bati implent corum. [e] Et arietem vnum de grege ducentorum, de iis quæ[4] nutriuit] Israel in sacrifi-
E cium, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandũ pro eis, ait dominus deus. [g] Omnis populus terræ tenebitur primitiis his principi in Israel. Et super principem erunt holocausta & sacrificium & libamina in solennitatibus & in Kalendis & in sabbatis, & in vniuersis solennitatibus domus Israel. Ipse faciet pro peccato sacrificium & holocaustum & pacifica, ad expiandum pro domo Israel. Hæc dicit dominus deus: In primo mense vna mensis sumes vitulum de armento immaculatum, & expiabis sanctuarium.[f] & tollet sacerdos de sanguine quod erit pro peccato, & ponet in postibus domus, & in quatuor angulis crepidinis altaris, & in postibus portæ atrij interioris. Et sic facies in septima mensis pro vnoquoque qui ignorauit & errore deceptus est, &
F expiabis [5] pro domo.] [g] [g] In primo mense quartadecima die mensis erit vobis paschæ solennitas. Septem diebus azyma comedentur. Et faciet princeps in die illa pro se & pro vniuerso populo terrę vitulum pro peccato. Et in septem dierum solennitate faciet holocaustum domino, septem vitulos & septem arietes immaculatos quotidie septem diebus, & pro peccato hircum caprarum, & sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem faciet: & olei hin per singula ephi. Septimo mense quintadecima die mensis solennitate faciet, sicut supra dicta sunt per septẽ dies, tam pro peccato quàm pro holocausto, & in sacrificio & in oleo.

a. Cùm enim deus sit hæreditas eorũ atque possessio, hoc quod eis deputatur, deo specialiter immolatur. Has autem primitias vocat sanctificatum de terra, id est, portionem de terra sanctificatam, atque ad dei honorem singulariter ordinatam, cuius mensura subiungitur, lõgitudinem 25000. & latitudo 10000. Dionysius ibidem.
1. Quadratum.
b. Quod dicit à mẽsura ista mẽsurabis, non est referendum ad proximum tantum, sed ad totũ quod superioribus versibus est est comprehensum. Quod modo mensurari iubetur, est illud quod post paululum dicitur debere esse Leuitarum. Richardus de S. Vict. vbi supra cap. 2.
c. Vnde ad præsens tempus, & ad ecclesiã quæ laborat in mundo, & ad cœlestia ire festinat, referenda sunt omnia, vt de vniuerso mundo eligantur, alij in possessionem dei qui sanctum possideant, alij qui ad maiora profecerint, teneant sancta sanctorum. In ministris quoque ordo diuersus est sacerdotũ & Leuitarum, quorum alij orationibus suis atque virtutibus quotidie sacrificia offerunt deo, alij in secũdo & minori gradu sunt vt eis ministrent, & per eos qui ad virtutum culmina conscenderunt, & ad extremum sit dux siue princeps, qui tantum possit vt contra vnam tribũ possessionem accipiat: vniúsque meritũ compenset merita plurimorum. Hieron. ibid.
2. Cubicula.
3. Auferte exactiones vestras.
[d. In quo signatur minima portiuncula. vnde: Eius qui fidelis est totus mundus diuitiarũ est. Illius autem qui infidelis est, neque obolus, i. nihil in mundo possider, etiam minimã portione indiget. De qua Mat. 5. d. Nõ exies inde, donec reddas nouissimis quadrantem. Glosa ordi.]
e. Hoc est, Ad hoc vt sacerdos de his quę offerat deo sacrificiũ vna pars ad dei honorem comburitur, alia autem à sacerdotibus manducatur. Et holocaustum quod totum ad dei reuerentiam consumitur igne, & in pacifica hostia autem pacificorum pars vna ad honorem dei comburebatur, alia à sacerdotibus edebatur, tertia ab offerentibus. Quæ omnia offeruntur pro expiatione populi Israel, vt deo reconcilietur. Dio. ibid.
4. Nutriunt.
[f. Et tollet sacerdos de sanguine animalis oblati pro peccato, & ponet in postibus domus, i. templi in quatuor angulis, quæ sunt loca superius designata. De Lyra ibid.
5. Domum.
g. Scito igitur quare pascha perficias. Ne fermentes azyma, ne hæretica malitia permiscueris, habe pura azyma, in azymis enim synceritatis & veritatis festa celebramus. Festa autem nõ intellige relaxationẽ solam. Sit & ieiunium bene sensatę animę festum, sint & afflictiones & castigationes festa. Chry. De Iob & Abraham. Serm. tomo. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Sacrificia Sabbati & Neomeniæ, ingressus populi & principum in templum, & quid ab eis offerendum, & tandem eorum egressus.* XLVI.

HÆc dicit dominus deus: [a] Porta atrij interioris quæ respicit ad orientem, A
erit clausa sex diebus, in quibus opus fit: die autem sabbati aperietur. Sed &
in die Kalendarum aperietur, & intrabit princeps per viam vestibuli portæ
déforis, & stabit in limine portę. Et facient sacerdotes holocaustū eius & pa
cifica eius, & adorabit super limen portæ, & egredietur. Porta autē non claudetur vs-
que ad vesperam. Et adorabit populus terrę ad ostium portę illius in sabbatis & in Ka
lendis coram domino. [b]* Holocaustum autē hoc offeret princeps domino in die sab- B
bati, sex agnos immaculatos, & arietē immaculatū, & sacrificium ephi per arietem. In
agnis autē sacrificium quod dederit manus eius, & olei hin per singula ephi. [c] In die
autē Kalendarum vitulū de armento immaculatum offeret, & sex agni & arietes im-
maculati erunt, & ephi per vitulū, ephi quoque per arietem faciet sacrificium. De a-
gnis autē sicut inuenerit manus eius, & olei hin per singula ephi. [d] Cúmque ingressu- C
rus est princeps, per viam vestibuli portæ ingrediatur, & per eandem viam exeat. [e]* Et
cum intrabit populus terræ in conspectu domini in solennitatibus, qui ingreditur per
portam aquilonis vt adoret, egrediatur per viam portæ meridianæ. Porrò qui ngredi-
tur per viam portę meridianæ, egrediatur per viam portę aquilonis. Non reuertetur
per viam portę per quā ingressus est, sed è regione illius egredietur. [e] Princeps autem
in medio eorum cum ingredientibus ingredietur, & cum egredientibus egredie-
tur. Et [1] in nundinis, ] & solennitatibus erit sacrificium ephi per vitulum, & ephi
per arietem: in agnis autem erit sacrificium sicut inuenerit manus eius, & olei hin per
singula ePhi. [f]* Cum autē fecerit princeps spontaneum holocaustū, aut pacifica volū- D
taria domino, aperietur ei porta quę respicit ad orientem, & faciet holocaustū suum
& pacifica sua, sicut fieri solet in die sabbati, & egredietur, claudetúrque porta postquā
exierit. Et agnum eiusdē anni immaculatum faciet holocaustum quotidie domino.
[2]Semper] mane faciet illud. Et faciet sacrificium super eo [3] catà mane, ] mane sextam
partē ephi, & de oleo tertiam partem hin, vt misceatur similæ: [g] Sacrificium domino
legitimum, iuge atque perpetuum. [4]* Faciet agnum & sactificium & oleum catà ma- E
ne, mane holocaustū sempiternum. Hæc dicit dominus deus: Si dederit princeps do-
mum alicui de filiis suis, hæreditas eius filiorū suorum erit, possidebunt eam hęredita-
riè. Si autem dederit legatum de hęreditate sua vni seruorum suorum, erit illius vsque
ad annum remissionis, & reuertetur ad principem. Hæreditas autē eius filiis eius erit. F
[5]* Et non accipiet princeps de hęreditate populi per violentiam, & de possessione eo-
rum, sed de possessione sua hęreditatem dabit filiis suis, vt non dispergatur populus
meus vnusquisque à possessione sua. Et introduxit me per ingressum qui erat ex late-
re portæ in gazophylacia sanctuarij ad sacerdotes, quę respiciebant ad aquilonem: &
[h] erat ibi locus* vergens ad occidentem, & dixit ad me: Iste est locus vbi coquent sacer
dotes pro peccato & pro delicto, vbi coquent sacrificium, vt non efferant in atrium
exterius, & sanctificetur populus. [6]* Et eduxit me in atrium exterius, & circunduxit me G
per quatuor angulos atrij. Et ecce atriolum erat in angulo atri, atriola singula Per an-
gulos atrij. In quatuor angulis atrij atriola disposita quadraginta cubitorū per longū:
& triginta per latum. Mensuræ vnius quatuor erant. Et paries per circuitum ambiens
quatuor atriola, & culinæ fabricatę erant subter porticus per gyrum. Et dixit ad me:
hæc est domus culinarum in qua coquent ministri domus domini victimas populi.

*Aquæ multæ è templo manantes, gratiam baptismi præsagiunt: terra verò sancta iuxta tribus suas mensuratur & partibus diuiditur.* XLVII.

ET conuertit me ad portam domus, & ecce [a] aquæ egrediebantur subter li- A
men domus ad orientem. Facies enim domus respiciebat ad oriętem. Aquæ
autem descendebant in latus templi dextrum, ad meridem altaris. Et edu-

xit me

a. Hæc est porta operiens in se, vel ex se proferens sancta sanctorum, per quam sol iustitiæ & pōtifex noster secūdum ordinem Melchisedech ingreditur & egreditur. Respōdeat mihi quomodo sesur ingressus est clausus ostitit, cum palpandas manus, & latus cōsiderandum, & ossa carnémque mōstrauerit, ne veritas corporis phantasma putaretur. Hier. Apologia aduer. Iouinia.

[b. Obserua hic principē in diuinis cæremoniis subesse sacerdotio. Neque enim solū principi negatū fuit officium sacerdotij, verum huic officio principē oportuit esse subiectum. Lotichius ibid.]

c. Oblatio quæ fieri debeat in principio mensium, siue in die Kalendarum, differt ab ea quæ die sabbato fiebat: qr hic iubetur offerri vitulus, illic non, hic quoque arieter, ibi aries. Dion. ibidem.

d. Princeps ille de quo supra, & intrabit princeps per viam vestibuli portæ de foris, per eandem portam ingrediatur & per eandem egrediatur. Liberi enim arbitrij est, & potestatē habet ponendi animam suam, & rursum resumendi eam. tāmque ad nos veniens, quàm ad cœlestia conscendens, eadem maiestatis suæ vtitur libertate. Hieron. ibid.

[e. An ignoratis quoniam Christus in vobis est. 2. Cor. 13. Si autem in ignorantibus, quāto magis in scientibus, sed cùm interficérem steterit corpus mortuū fiet propter peccata, spiritus veniet propter iustitiam. Glosa ordi ibid.]

1. In festiuitatibus.

[f. Hic describitur oblatio principit voluntaria: Et faciet holocaustum suum, i. offeret, non tamen per se, sed per manus sacerdotum, ad quorum spectat officium sicut fieri solet in die sabbati. De Lyra.]

2. Quoliber.

3. Singulo mane, & infra.

g. His verbis resumit quod dixit, vt diligētius instruat. Illud autem de quo nunc agit sacrificium, non est nisi semel in die, videlicet mane offerendum eō scribitur, iuge autē sacrificium mane & vesperi: nō ergo est hic mentio de iugi sacrificio legis: nec literaliter nec principaliter nunc tractatur de oblatione legali, sed spiritali quę fit in ecclesiis Christi, vt innotescit ex perinditis. Diony. ibid.

h. Ille vir quē sæpe commemorat, eduxit eum de loco sacerdotum, qui vergebat ad Aquilonē siue qui erat separatus, vbi coquunt sacerdotes pro delicto, & pro peccato, vel ignorantia: eduxit autem in atrium exterius. Ex quo intelligimus illud atriū de quo egressus est, fuisse interius: & multa esse atria in scripturis sanctis, de quibus legimus: Qui statis in domo domini in atriis domus dei nostri. Hieron. ibid.

*In lateribus.

a. Quidam per has aquas sacræ fluenta scripturæ intelligunt, & riuos salutaris scientiæ, hoc est, salutaris doctrinam, quæ de ecclesia copiosè profluxit, & subter limen domus effluxit, puta de fundamento ecclesiæ, quod est Christus. De quibus aquis, earūmque origine loquitur Isaias: Hauritis aquas in gaudio de fontib* saluatoris. Aquæ istę descendunt: quia de corda humilium veniunt. Descendunt quoque in latus templi dextrū: scilicet ad electos, & eos qui in die iudicij ponentur ad dexteram. Ad meridiem verò altaris, quod est mēs deuota, cuius meridies est feruor amoris. Alij verò per aquas has baptismi fōrem intelligunt, qui in Christi ecclesia ortum habuit: & ab ipso dño saluatore institutū est baptismatis sacramētū. Dion. ibi.

xit me per viam portæ aquilonis,[b] & conuertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quæ respiciebat ad orientem. Et ecce aquæ redundantes à latere dextro, cum egrederetur vir ad orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos: & transduxit me per aquam vsque ad talos. Rursumque mensus est mille, & transduxit me per aquam vsque ad genua. Et mensus est mille, & transduxit me per aquam vsque ad renes. Et mensus est mille, torrentem quē non potui pertransire, quo-
B niam intumuerant aquæ [1 profundi] torrentis, qui non potest transuadari. [g] Et dixit ad me: Certe vidisti fili hominis. Et eduxit me & conuertit ad rapinā torrentis. Cúmque me conuertissem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraque parte. Et ait ad me: Aquæ istæ quæ egrediuntur [2] ad tumulos sabuli orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare & exibunt, & sanabuntur aquæ.[c] Et omnis anima viuēs quæ serpit quocunque venerit torrens, viuet: & erunt pisces multi satis, postquam venerint illuc aquæ istę. Et sanabuntur & viuent omnia ad quæ venerit torrens, & stabunt super illa piscatores. Ab Engaddi vsque ad Engallim siccatio sagenarum erit.
[d] Plurimæ species erunt piscium eius, sicut pisces maris magni multitudinis nimiæ.[3] In
†Psal.1.b littoribus autem eius & in palustribus] non sanabuntur, quia in salinas dabuntur.† Et
C super torrentem orietur in ripis eius ex vtraque parte[4] omne lignū pomiferum.] [5] Nō defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius. Per singulos menses[5] afferet primitiua,] quia aquę eius de sanctuario egredientur. Et erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. Hæc dicit dominus deus: [e] Hic est terminus in quo possidebitis terram in duodecim tribubus Israel, quia Ioseph duplicem funiculum habet. Possidé-
†Gene.48.b bitis autem eam singuli æquè vt frater suus, † super quam leuaui manū meam, vt darem patribus vestris. Et cadet terra hæc vobis in possessionem. Hic est autem terminus terrę ad plagam septemtrionalem, à mari magno via Hethalon venientibus Sedâda, Emath, Berotha, Sabarim, quę est inter terminum Damasci & confinium Emath, [6] domus Thicon,] quę est iuxta terminum Hauran: & erit terminus à mari [7] vsque ad atrium] Enon terminus Damasci, & ab aquilone ad aquilonem terminus Emath, pla-
D ga septentrionalis. [f] Porrò plaga orientalis de medio Hauran & de medio Damasci, & de medio Galaad, & de medio terræ Israel, Iordanis determinans: ad mare orientale metiemini plagam orientalem. Plaga autem australis meridiana à Thamar vsque ad aquas contradictionis Cades, & torrens vsque ad mare magnum, & hæc est plaga ad meridiem australis. Et plaga maris, mare magnum à confinio per directum donec venias Emath, hęc est plaga maris. [f] Et diuidetis terram istam vobis per tribus Israel, & mittetis eam in hęreditatem vobis & aduenis qui accesserint ad vos, qui genuerint filios in medio vestrum, & erunt vobis sicut indigenę inter filios Israel. Vobiscum diuident possessionem in medio tribuum Israel. In tribu autem quacunque fuerit aduena, ibi dabitis possessionem illi, ait dominus deus.

[b. Significat q̄ statim ad portam orientalem peruenire non possimus nisi per viam portæ aquilonis longo circuitu perueniamus ad eam. Nisi enim vētū frigidissimum calore fidei vicerimus, secūdum illud Rom.16. Deus aūt pacis conteret satanā sub pedib⁹ vestreis velociter portam per quam egrediūtur aquę, & sunt à latere dextro ingredi non possumus. Glo.ordi.ibid.]
1.Aquæ natabiles.

2.Ad regionem orientalem.

[c. Serpere dicuntur animalia quæ mouentur sine pedibus, inter quæ sunt pisces. Hic ponenda est figura repræsentans simul totum ædificium, quod per partes superius est figuratum. De Lyra ibid.

d. Plurima species, imo genera piscium erāt in mari quondam mortuo. Quidam pisces ad dextram partē iubente domino extraxit Petrus, & erant 153. ita vt præ multitudine eorum retia rumperentur. Dicit quidā poeta doctissimus, Oppianus Cilix centum quinquaginta tria esse genera piscium, quæ omnia capta sunt ab Apostolis, & nihil remansit inexaptum, dum & nobiles & ignobiles, diuites & pauperes, & omne genus hominum de mari huius seculi extrahitur ad salutem. Hierony. ibid
3.Paludes autē eius, & laci eius.
4.Omnis arbor esculenta.
5.Maturescet.

e. Notandum q̄ diuisio terræ Israel in tribus locis sacræ scripturæ describitur. Primò à Moyse in lib. Numerorum, ca.12. Secūdo à Iosue in libro suo: & tamē filij Israel nunquam possederūt vniuersam terram ibidem descriptam, essque promissam: nō ex defectu veritatis protestatisque dei, sed propter eorū ingratitudinem, inobedientiam, & peccata quamplurima. Tertio in loco præsenti. Dion ibid.
6.Hazer antichō.
7.Hazar.

[f. Hic cōsequenter describitur modus diuidendi terram. Hic verò vult vt aduenis primo sua pars detur. Præludit vocationi gentium, in qua vltimi sunt primi. Cæterū, etiam aduenis quisque comitatem debet, & humanitatem. Lorichius ibid.]

*Diuisio terræ in duodecim tribus, & duodecim portæ ciuitatis iuxta tribus suas.* XLVIII.

A [a] T hæc nomina tribuum. [1] A finibus aquilonis iuxta viam Hethalon pergentibus Emath, [1] atrium] Enon, terminus Damasci ab aquilone iuxta viā Emath. Et erit ei plaga orientalis mare, Dan vna, & à termino Dan à plaga orientali vsque ad plagam maris, Asser vna. Et [2] super] terminum Asser à plaga orientali vsque ad plagam maris, Neptalim vna. Et super terminum Neptalim à plaga orientali vsque ad plagam maris, Manasse vna. Et super terminum Manasse à plaga orientali vsque ad plagam maris, Effráim vna. Et super terminum Effráim à plaga orientali vsque ad plagam maris, Ruben vna. Et super terminum Ruben à plaga orientali vsque ad plagam maris, Iuda vna. Et super terminum Iuda à plaga orientali vsque ad plagam maris, erunt primitiæ quas separabitis[b] vigintiquinque milibus latitudinis & longitudinis, sicuti singulæ partes à plaga orientali vsque ad plagam maris. Et erit sanctuarium in medio eius. Primitiæ quas separabitis domino, lōgitudo vigin-

a. Descripta terræ sanctæ possessione, tam iuxta præsentem Ezechielis prophetiam, quam iuxta Numerorū librum, nunc singularum tribuum à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem, id est, in aris possessio describitur. Et primum fines accipiunt ab Aquilone iuxta viam Hethalon pergentibus Hemath atrium siue Hazer Enon terminum Damasci ad Aquilonem iuxta Hemath. Incipit autē primum tribus Dan, secūda Azer, tertia Neptalim, quarta Manasse, quinta Ephraim, sexta Rubē septima Iudæ. Hieron. ibid.
1.Hazar.
2.Iuxta.

[b. Tres enim portiones dictæ simul iunctę faciunt spaciū quadratum æquilaterū, cuius quodlibet latus est 25000. calamorū. De Lyra.]

tiquinque milibus, & latitudo decem milibus. [c] Hæ autem erunt primitiæ ſanctuarij ſacerdotum ad aquilonem, longitudinis vigintiquinque milia, & ad mare latitudinis decem milia. [d] Sed & ad orientem latitudinis decem milia, [d] & ad meridiem viginti- [e]
quinque milia. Et erit ſanctuarium domini in medio eius. Sacerdotibus ſanctuarium erit de filiis Sadoch, qui cuſtodierunt [3] cæremonias meas,] & non errauerunt cum errarent filij Iſrael, ſicut errauerunt & Leuitæ. Et erunt eis primitię de primitiuis terræ ſanctum ſanctorum, iuxta terminum Leuitarum. Sed & Leuitis ſimiliter iuxta fines ſacerdotum vigintiquinque milia longitudinis, & latitudinis decem milia. Omnis longitudo viginti & quinque milium, & latitudo decem milium. Et non venundabunt ex eo neque mutabunt, neque transferentur primitię terræ, quia ſanctificatę ſunt domino. Quinque milia autem quæ ſuperſunt in latitudine per vigintiquinque milia, profana erunt vrbis in habitaculum & in ſuburbana. Et erit ciuitas in medio eius, & hæ menſurę eius ad plagam ſeptentrionalem quingenta & quatuor milia, & ad plagam meridianam quingenta & quatuor milia, & ad plagam orientalem quingenta & quatuor milia, & ad plagam occidentalem quingenta & quatuor milia. Erunt autem ſuburbana ciuitatis ad aquilonem ducenta quinquaginta, & ad meridiem ducenta quinquaginta, & ad orientem ducenta quinquaginta, & ad mare ducenta quinquaginta. [d e] Quod autem reliquum fuerit in longitudine [4] ſecundum primi- [c]
tias] ſanctuarij, decem milia in orientem, & decem milia in occidentem, erunt ſicut primitiæ ſantuarij. Et erunt fruges eius in panes ijs qui ſeruiunt ciuitati. Seruientes autem ciuitati operabuntur ex omnibus tribubus Iſrael. Omnes [5] primitiæ] vigintiquinque milium per vigintiquinque milia in quadrum, ſeparabuntur [6] in primitias] ſanctuarij, & in poſſeſſionem ciuitatis. Quod autem reliquum fuerit, principis erit ex omni parte primitiarum ſanctuarij & poſſeſſionis ciuitatis, è regione vigintiquinque milium primitiarum vſque ad terminum orientalem, ſed & à mari è regione vigintiquinque milium vſque ad terminum maris ſimiliter in partibus principis erit. Et erũt primitiæ ſanctuarij, & ſanctuarium templi in medio eius. De poſſeſſione autem Leuitarum & de poſſeſſione ciuitatis in medio partium principis, erit in terminum Iuda & in terminum Beniamin, & ad principem pertinebit. [f] Et reliquis tribubus à plaga orientali vſque ad plagam occidentalem, Beniamin vna. Et [7] contra] terminum Beniamin à plaga orientali vſque ad plagam occidentalem, Simeon vna. [g] Et [8] ſuper terminum Simeonis à plaga orientali vſque ad plagam occidentalem, Iſachar vna. Et [D]
ſuper terminum Iſachar à plaga orientali vſque ad plagam occidentalem, Zabulon vna. Et ſuper terminum Zabulon à plaga orientali vſque ad plagam maris, Gad vna. Et ſuper terminum Gad ad plagã Auſtri in meridiem, & erit finis [g] de Thamar vſque ad aquas contradictionis Cades, hęreditas contra mare magnum. Hęc eſt terra quam mittetis in ſortem tribubus Iſrael, & hæ partitiones earum, ait dominus deus. [h] Et hi egreſſus ciuitatis: A plaga ſeptemtrionali quingenta & quatuor milia menſurabis: & portæ ciuitatis omnibus tribubus Iſrael. [i] Portæ tres à ſeptentrione: Porta Reben, vna porta Iuda, vna: porta Leui, vna. Et ad plagam orientalem quingẽta & quatuor milia & portę tres. Porta Ioſeph, vna: porta Beniamin vna: porta Dan, vna. Et ad plagã meridianam quingentaquatuor milia metieris. Et portę tres: Porta Simeonis, vna: porta Iſachar, vna: porta Zabulon, vna. Et ad plagam occidentalem quingenta & quatuor milia: portę eorum tres: Porta Gad, vna: porta Aſſer, vna: porta Neptalim, vna. Per circuitum decem & octo milia: & nomen ciuitatis ex illa die, dominus ibidem.

## INCIPIT PROLOGVS IN DANIELEM. Prophetam.

*Danielem Prophetam, iuxta ſeptuaginta interpretes, domini ſaluatoris eccleſiæ non legunt, vtentes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit, neſcio. Siue enim] quia ſermo Chaldaicus eſt, & quibuſdam proprietatibus à noſtro eloquio diſcrepat, nolucrunt ſeptuaginta interpretes eaſdem liguæ lineas in tranſlatione ſeruare: ſiue ſub nomine eorum*

a. Deſcriptio iſta prophetica in rrieata eſt plurimum, & dũ breuitati ſtuduit, obſcuritatem induxit, & non vtique ſine rationabiliſſima cauſa: liquidẽ quę conſtat, dicẽdę ac motum à ſpiritu Dei. Itaque quantum ad ſuperficiẽ literæ, his verbis prædictæ plagæ nec plene, nec vniformiter deſcribũtur, ſed plaga Aquilonaris ac meridiana quãtum ad longitudinẽ deſcribuntur per 25000. calamorum. Plaga autem orientalis & occidentalis quantum ad latitudinẽ deſcribũtur per 10000. calamorũ. Ita q; de latitudine primarum duarum plagarum, & de longitudine aliarũ duarum, nihil hic dicitur. Dion. ibid.

b. Menſurat enim longitudinẽ huius portionis, & idem eſt de latere meridionali, quod ex oppoſito ſimiliter menſurat ſecundum longitudinem. Latus autẽ occidentale, quod eſt verſus mare, eſt tantum decem milium calamorum, & ſimiliter orientale quod mẽſurat ex oppoſito. latitudinẽ huius portionis. Lyra. ib.

3. Obſeruantiam meam.

c. Poſt vrbis ſanctæ deſcriptionem & ſuburbanorum eius, reliquam partem primitiarũ ſanctuarij decem milia calamorũ in orientem, & alia decem milia ad occidentem tendentium delegati his qui opera ciuitatis exercent, ad varios vſus & quibuſcunque vrbi indigentia vt ſeliceet ſeruentur, & frugibus qui in hoc terræ naſcuntur ſpatio, veſcantur operarij: qui vel mœnia vrbis extruunt, vel interrupta & ruinoſa reſtituunt: vt habeat ciuitas cultum ſuum: & ſartatecta cum poposcerit neceſſitas, inſtaurentur. Hieron. ibid.

4. E regione ſeparationis, & infra.

5 Separationes.

6. Pro ſeparatione.

d. Conſequenter deſcribitur diſtributio ſortium reliquarum quinque tribuum, à parte terræ huius auſtrali partiendo verſus auſtrum, vna ſcu prima ſors ſiue poſſeſſio vel hæreditas, erit tribus Beniamin, cuius ſortis lõgitudo eſt iuxta portionẽ principis & ciuitatis. Iuxta illam autem lateraliter progradiẽdo ad auſtrum à plaga orientali vſque ad plagã occidentalem erit ſors ſecunda Simeonis. & ſic conſequenter de aliis. Dion. ibid.

7. Iuxta.

8. Iuxta.

e. Thamar nomen eſt ciuitatis exiſtẽtis in termino auſtrali terræ, inter terminos terræ orientalis & occidentalis. De Lyra.

f. De ambitu ciuitatis quod per latera ſingula in quadrum quatuor milia quingentos calamos habuerit, prætermittus ſermo narrauit, qui faciũt 18000. calamorũ, id eſt, quadragintaquatuor milia paſſuum, & trecentos quadraginta paſſus: nunc ſcribitur per ſingula latera, hoc eſt, per vndecim milia paſſuum, & octogintaquiſque paſſus, ternas fuiſſe portas. Hieron. ibid.

g. Primum plagę Aquilonis ponuntur tres portæ &c. quorũ primogenitus Ruben, Iudas regiæ ſtirpis auctor, & Leui ſacerdotis. Super cuius nomine in tabernaculi & caſtrorum deſcriptione nihil dictum eſt, vt primogenita poſſidentes quaſi genus regale & ſacerdotale Aquilonis frigora contemnamus. Gloſa ordi. ibid.]

Universidad de Deusto Biblioteca

rum ab alio,nescio quo,non satis Chaldæam linguã sciente,editus est liber: siue aliud quid causæ extiterit ignorans,hoc vnum affirmare possum, quòd multum à veritate discordet,& recto iudicio repudiatus sit. Sciendum quippe Danielem maxime & Esdram Hebraicis quidẽ literis, sed Chaldeo sermone conscriptos,& vnam Ieremiæ pericopen,Iob quoque cum Arabica lingua plurimã habere societatem. Denique & ego adolescentulus post Quintiliani & Tullij lectionem,ac flores rhetoricos cum meminisse huius pistrinum reclusissem:& multo sudore,multóque tempore vix cæpissem anhelantia stridentiáque verba resonare:& quasi per cryptam ambulans,rarum desuper lumen aspicerem,impegi nouissimè in Danielem:& tãto tædio affectus sum,vt desperatione subita,omnem laborem veterem voluerim cõtemnere. Verùm adhortante me quodam Hebræo,& illud mihi crebrius in sua lingua ingerẽte,labor improbus omnia vincit:qui mihi videbar sciolus inter Hebræos,cæpi rursus discipulus esse Chaldaicus. Et vt verum fatear,vsque ad præsentẽ diem magis possum sermonem Chaldaicum legere & intelligere,quàm sonare. Hæc idcirco refero, vt difficultatem vobis Danielis ostenderem:qui apud Hebræos nec Susannæ habet historiam,nec hymnum trium puerorum,nec Belis draconisque fabulas,quas nos,quia in toto orbe dispersæ sunt, veru anteposito eásque iugulante subiecimus,ne videremur apud imperitos magnam partem voluminis detruncasse. Audiui ego quẽdam de præceptoribus Iudæorum,cum Susannæ derideret historiam:& à Græco, nescio quo diceret esse confictam,illud opponere, quod Origeni quoque Africanus opposuit,etymologias has ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίνος, καὶ ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίνος de Græco sermone descẽdere. Cuius rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare: vt verbi gratia,dicamus,de arbore ilice dixisse eum,ilico pereas:& à lentisco, in lentem te comminuat angelus: vel non lente pereas,aut lentus,id est,flexibilis ducaris ad mortẽ:siue aliud quid ad arboris nomen cõueniens. Deinde tantũ fuisse otij tribus pueris cauillabatur, vt in camino æstuãtis incendij metro luderent, & per ordinem ad laudem dei omnia elementa prouocarent. Aut quod miraculum diuinæq; aspirationis indicium, vel draconem interfectum offa picis, vel sacerdotũ Bellis machinas deprehensas:quæ magis prudentia solertis viri,quàm prophetali essent spiritu perpetrata? Cum verò ad Habacuch veniret, & de Iudæa in Chaldæam raptum discophorum lectitaret,quærebat exemplum,vbi legissemus in toto veteri testamento quenquam sanctorum graui volasse corpore, & in puncto horæ tanta terrarum spatia trãsisse,Cui cum quidam è nostris satis ad loquendũ promptulus,Ezechielem adduxisset in medium:& diceret eum de Chaldæa in Iudæam fuisse translatũ, derisit hominem:& ex ipso volumine demonstrauit Ezechielem in spiritu se vidisse transpositũ. Denique & Apostolum nostrum, videlicet vt eruditum virum,& qui legem ab Hebræis didicisset, nõ fuisse ausum affirmare se raptum in corpore,sed dixisse siue in corpore,siue extra corpus, nescio, deus scit. His & talibus argumentis apocryphas in libro Ecclesiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquens,illud admoneo,nõ haberi Danielem apud Hebræos inter prophetas, sed inter eos qui hagiographa conscripserũt. In tres siquidem partes omnis ab eis scriptura diuiditur: in legem,in Prophetas,& in hagiographa,id est,in quinque,& octo,& vndecim libros:de quo nõ est huius temporis disserere. Quæ autem ex hoc Propheta,imò cõtra hunc librum Porphyrius obiiciat,testes sunt Methodius,Eusebius,Apollinaris,qui multis versuũ milibus eius vesaniæ respõdentes nescio an curioso lectori satisfecerint. Vnde obsecro vos,ô Paula & Eustachium,fundatis pro me ad dominum preces,vt quandiu in hoc corpusculo sum,scribam aliquid gratũ vobis, vtile Ecclesiæ,dignũ posteris. Præsentium quippe iudiciis oblatrantium non satis moueor,qui in vtranque partẽ aut amore labuntur,aut odio.

## VITA DANIELIS.

DAniel de tribu Iuda,genere nobilis,princeps omnium Chaldæorum sacerdotum,regúmque prosapia,& florens patriæ nobilitate. Hic sub Ioachin rege Iuda filio Iosiæ, post primum excidium Ierusalem cum tribus pueris admodum puer in Babylonem translatus est. Vir gloriosus,& aspectu decorus,mente humilis,corpore castus, perfectus in fide, egregius in opere, in virtute summus,in prodigiis clarus,insignis cognitor secretorum cœlestium,præscius futurorum,visionum interpres. Qui continuatis ieiuniis,& orationis instantia,futura prænoscere meruit sacramẽta. His virtutum portentis,atque signis effulsit principium, sceleratorum seminis iudicia reprehendens,castitatem fœminæ reuelauit. Tribus hebdomadibus dierum exorans pro populo ieiunauit. Si-

Universidad de Deusto
Biblioteca



*mulachrum Bel diuinæ aſpirationis argumentis eliſit: draconem Babyloniæ numen eiuſdem geniti offa, pice, adipe capillorum confecta, diuinæ mentis inſtinctu incredibili admiratione diſrupit. Et in lacum miſſus, rabiem mitigauit ferarum, atque virtute animæ fortis, inter frementes ſecurus epulatur leones. Hunc Darius Medus poſtquam cum Cyro Babylonium ſubuertit imperium, honore maximo habitum ſecum tulit, & in Mediam abduxit. Iſido. de vita & morte quorundam ſanctorum, Cap. 40. Vixit autem vſque ad tempus Darij regis perſarum, annis 110. Sepultúſque eſt iam ſenex in ſpelunca regia ſolus in captiuitate cum gloria. Idem ibidem.*

# Incipit Danielis Prophetia.

*Quatuor pueri Hebræorum Chaldæos ſapientia & forma præcellentes eliguntur à Nabuchodonoſor, vt Chaldæis literis erudiantur.* *Cap. I.*

a. Ioachim enim Nabuchodonoſor tributarium fecit 8. anno vſque ad vndecimum annum regni eius, quando vinctus catenis ductus eſt in Babylonem, vt 2. Paralip. vlti. & Daniel ac ſocij eius cum eo. Hieron. ibid. Nechao rex Aegypti cum exercitu copioſo poſt tres mẽſes ex quo Ioſias occiſus eſt, Ieruſalem reuertitur. Vnde inconſulto ordinatus rex Ioachaz Ioſiæ filius iuuentus, Ioachim fratre ſuo in loco eius cõſtituto, catenis vinctus in Aegyptum ſecum trahebatur. Sed mortuo Nechaone, Ianno Ioachim regis Iuda, qui huicuſque Nechaoni adhæſerat, Nabuchodonoſor rex Babyloniis per exercitũ Ieruſalem veluti Aegypti coloniam obſidebat. Cui ſe Ioachim ſpõte tradẽs datis obſidibus, Daniele videlicet Anania, Azaria, & Miſaele, & parte vaſorum templi domini, adhuc in regno ſuo teſtquitur, donec grauiſſimæ ſeruitutis onere depreſſus, ad Aegyptiorũ regem diuertens, miſſo rurſum de Babylone exercitu, comprehenſus & tractus, priuſquam ad vrbem veniret, in campo Babylonis vndecimo anno regni ſui interficitur. Et interim dũ hæc agũtur, in eius locum Ioachim qui & dicitur Ieconias, filius eius pro patre ſuo à populo in Ieruſalem rex conſtituitur. Cuius regni tertio menſe Chaldæorũ reuerſo exercitu, & ciuitatẽ Ieruſalem obſidente, mouente Ieremia propheta ne ciuitas combureretur, rex Ioachim cũ Noeſcha matre eius, Chaldæorũ populo ſe tradidit, qui illum cum omni generatione ſua in Babylonem deduxit. Poſt quem conſtitutus eſt à Chaldæis Sedechias patruus ſuus Ioſiæ filius. Augu. de Mirabi. ſacræ ſcripturæ lib. 2. cap. 29.

* suorum.

2. Principum.

2. Prædatos.

* Et in quibus eſſet virtus.

b. Qui de menſa regis & de vino potus eius non vult comedere ne polluatur, ſcientiam Babyloniorum non ſpernit diſcere. Hieron. ibid.

3. Audiuitque eos in hac re, &c.

c. Quod alij videbant in phantaſmate, hoc Daniel oculis cordis aſpiciebat. Hieron.

[d. Ad literam vides ſtudium ſapientię multa requirere, nec parua tẽpora poſſe perfici. Daniel trium annorũ ſpatio ſapientiã quidem ſummã conſecutus eſt, ſed profundo hoc myſterio. Sãctæ Trinitatis, & ſpeciali diſpẽſatione. Differunt artes liberales & mechanicæ, illæ multo & labore & impẽſis modicis poſſunt addiſci. Lorichius ibid.]

A Nno[a] tertio regni Ioachim regis Iuda, venit Nabuchodonoſor Rex Babylonis Ieruſalem, & obſedit eam, & tradidit dominus in manu eius Ioachim Regem Iudę, & partem vaſorum domus dei, & aſportauit ea in terram Sennaar in domum dei ſui, & vaſa intulit in domũ theſauri dei ſui. Et ait rex Aſphenez præpoſito eunuchorum,* vt introduceret de filiis Iſrael & de ſemine regio & [1 tyrannorum] pueros, in quibus nulla eſſet macula, decoros forma & eruditos omni ſapiẽtia, [2 cautos] ſcientia, & doctos diſciplina,* & qui poſſent ſtare in palatio regis, vt doceret eos literas & linguam Chaldæorum. Et cõſtituit eis Rex annonam per ſingulos dies de cibis ſuis, & vino vnde bibebat ipſe, vt enutriti tribus annis, poſtea ſtarent in conſpectu Regis. [*] Fuerunt ergo inter eos de [3] filiis Iudæ, Daniel, Ananias, Miſael, & Azarias. Et impoſuit eis præpoſitus eunuchorum nomina, Danieli, Balthaſar: Ananiæ, Sidrac: Miſaeli, Miſac: & Azariæ, Abdenago. [†] Propoſuit autem Daniel in corde ſuo,[b] ne pollueretur de menſa Regis, neque de vino potus eius, & rogauit eunuchorum præpoſitum ne cõtaminaretur. Dedit autem deus Danieli gratiam & miſericordiam in conſpectu principis Eunuchorum. Et ait princeps eunuchorum ad Danielem: Timeo ego dominum meum regem, qui conſtituit vobis cibum & potum, qui ſi viderit vultus veſtros macilentiores præ cæteris adoleſcentibus coæuis veſtris, condemnabitis caput meum regi. [c] Et dixit Daniel ad Malaſar quem conſtituerat princeps eunuchorum ſuper Danielem, Ananiam, Miſaelem, & Azariam: Tenta nos obſecro ſeruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad veſcendum, & aqua ad bibendum, & contemplare vultus noſtros, & vultus puerorum qui veſcuntur cibo regio, & ſicut videris, facies cum ſeruis tuis. [3] Qui audito ſermone huiuſcemodi, tentauit eos diebus decem. Poſt dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores & corpulentiores præ omnibus pueris qui veſcebantur cibo regio. Porrò Malaſar tollebat cibaria & vinum potus eorum, dabátque eis legumina. [d] [c] Pueris autem his dedit deus ſcientiam & diſciplinam in omni libro & ſapientia, Danieli autem intelligentiam omnium viſionum & ſomniorum. [d] Completis itaque diebus poſt quos dixerat Rex, vt introducerentur, introduxit eos præpoſitus eunuchorum in conſpectu Nabuchodoſor. Cúmque eis locutus fuiſſet Rex, non ſunt inuenti tales de vniuerſis, vt Daniel, Ananias, Miſael, & Azarias. Et ſteterunt in conſpectu regis, & omne verbum ſapientiæ & intellectus quod ſciſcitatus eſt ab eis Rex, inuenit in eis decuplum ſuper cunctos hariolos & magos qui erant in vniuerſo regno eius. [†] Fuit autem Daniel vſque ad annum primum Cyri Regis.

*Som-*

*Somnium Nabuchodonosor non Chaldæi sapientes, sed Daniel solus potuit interpretari.* 11.

Anni ante Christū.616. Anni mundi 3357. Iudæo.12.

A IN anno [a] secūdo regni Nabuchodonosor vidit Nabuchodonosor somnium,& conterritus est spiritus eius,& [1] somnium ]eius fugit ab eo. [b] Præcepit ergo rex, vt conuocarentur harioli & Magi & malefici & Chaldæi, vt indicarent regi somnia sua. Qui cum venissent,steterunt coram rege,& dixit ad eos Rex: Vidi somnium, & mente confusus ignoro quid viderim.Respondérúntque Chaldæi regi [c] Syriacè: † Rex in sempiternum viue. Dic somnium seruis tuis,& interpretationem eius indicabimus.Et respondens rex,ait Chaldæis: Sermo recessit à me.Nisi indicaueritis mihi somnium & coniecturam eius,[2] peribitis vos, & domus vestrę publicabuntur.] Si autem somnium, & coniecturam eius narraueritis,prędmia & dona & honorem multum accipietis à me. Somnium igitur & interpretationem eius indicate mihi. Responderunt secundò, atque dixerunt: [d] Rex somnium dicat seruis suis,& interpretationem eius indicabimus.Respondítque rex,& ait:
B Certè noui quòd tempus redemitis,scientes quòd recesserit à me sermo.[3] Si ergo somnium non indicaueritis mihi,[e] vna est de vobis sententia,quòd interpretationem quoque fallacem & deceptione plenam composueritis, vt loquamini mihi donec tempus pertranseat. Somnium itaque dicite mihi, vt sciam quòd inrerpretationem quoque eius veram loquamini.Respondentes ergo Chaldęi coram rege,dixerunt: [f] Non est homo super terram, qui sermonem tuum rex possit [3] implere, sed neque regum quisquam magnus & potens verbum huiuscemodi scisciatur ab omni hariolo & Mago & Chaldęo. Sermo enim quem tu quęris rex, grauis est, nec reperietur quisquam qui indicet illum in conspectu regis,exceptis diis, quorum non est conuersatio cum hominibus. Quo audito, rex in furore & in ira magna prędcepit, vt perirent omnes sapientes Babylonis. Et egressa * sententia, sapientes interficiebantur, quęrebantúrque Daniel & socii eius vt perirent. [g] Tunc Daniel requisiuit de lege atque sententia ab Arioch principe militię regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes
c Babylonis. [4] Et interrogauit eum qui à rege potestatem acceperat, quam ob causam tam crudelis sententia à facie regis esset egressa.Cum ergo rem indicasset Arioch Danieli,Daniel ingressus rogauit regem vt tempus daret sibi ad solutionem indicādam regi.Et ingressus est domū suam: Ananięque & Misaeli & Azarię sociis suis indicauit negotium, vt quęrerent misericordiam à facie dei cœli super [4] sacramento ] isto, & non perirent Daniel & socij eius cum cęteris sapientibus Babylonis. [h] Tunc Danieli
† Psal.112.a & 113.d. [5] mysterium per visionem nocte reuelatum est. Et Daniel benedixit deo cœli, & locutus,ait: † Sit nomen domini benedictum à seculo & vsque in seculum,quia sapientia & fortitudo eius sunt,& ipse mutat tempora & ętates. Transfert regna atque constituit,dat sapientiam sapientibus, & scientiam [6] intelligentibus disciplinam.] Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est.Tibi deus patrum nostrorum confiteor, téque laudo,quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi, & nunc ostendisti mihi quę rogauimus te, quia sermonem regis aperuisti
D nobis. [5] Post hęc Daniel ingressus ad Arioch, quem constituerat Rex vt perderet sapientes Babylonis, sic ei locutus est: Sapientes Babylonis ne perdas. Introduc me in conspectu Regis, & solutionem regi narrabo. Tunc Arioch festinus introduxit Danielem ad regem, & dixit ei: [i] Inueni hominem de filiis transmigrationis Iudę, qui solutionem regi annuntiet. Respondit rex,& dixit Danieli,cuius nomen erat Baltasar: Putásne verè potes mihi indicare somnium quod vidi, & interpretationem eius? Et respondens Daniel coram rege, ait [k] Mysterium quod rex interrogat, sapientes, Magi, & harioli, & aruspices nequeunt indicare regi, sed est deus in cœlo reuelans mysteria, qui indicabit tibi rex Nabuchodonosor, quę ventura sunt in nouissimis temporibus. Somniū tuum & visiones capitis tui in cubili tuo huiuscemodi sunt:
[1] Tu Rex cogitare cœpisti in stratu tuo quid esset futurum post hęc, & qui reuelat

Dd

a. Post victoriam Ægyptiorum & cæterarum gentium & partā monarchiam, anno tamen 23. regni eius. Hiero. ibid. Ioseph. 1. Somnus.

[b. Præcepit autem rex vt cōuocarentur arioli,qui in hostiis de animalibus immolatis diuināt & magi qui arcanis incantationibus vtuntur,& malefici, qui annectunt humanos sensus per dicta & facta. De Lyra. ibid.]

c. Ab hoc loco vsque ad visionem anni tertii regis Balthasar, quam Daniel vidit in Susis, Hebraicis quidem literis, sed lingua scribuntur Chaldaica, quā vocat hic Syriacam. Hiero. ibi.

2. In frustra efficiemini, & domus vestræ in sterquilinium ponentur.

d. In hoc quòd petierunt somnium sibi notificari, rationabiliter sunt locuti, præsumptuosè vero in eo quod addunt: Interpretationem indicabimus eius. Non enim omnia somnia poterant interpretari. Dio ibi.

e. Minatur pœnā, proponit præmia, vt si posset somnium dicere, cuius non poterat recordari, crederet etiam somnij expositionem, aliter interpretatio eorum non haberet fidem. Glosa ordi.]

f. Confitentur magi, confitetur harioli, confitetur & omnis scientia secularis literaturæ præscientiam futurorum non esse hominum, sed dei. Ex quo probatur prophetas dei spiritu locutos, qui futura cecinerunt. Hiero. ibidem.

3. Differere.

* A rege.

g. Cum Nabuchodonosor rex somnium vidisset, euigilāsque etiā ex parte aliqua somnii memoriā in illo remaneret, Deus Danieli non solum somniū ipsum, sed etiam somnii ipsam occasionem, quæ esset antequam rex dormiret, indicauerat. Hoc vero factum est, vt regi Daniel summi creatoris notitiam insinuaret, & plebs in seruitute, & in captiuitate posita, aliquod, quamuis paruum auxilium & solatium haberet. Augu. de mirabilib. sac. scrip. lib. 2. ca. 30.

4. Arcano, & infra.

h. Solus Daniel deo fidens quid ad demerendam dei gratiam faceret, spatium triduī postulat, cum sua fraternitate ieiunat, atque ita orationibus commēdatis, & ordinatis, & significationē somnii per omnia instruitur, tyranni sophistis parcitur, Deus glorificatur, Daniel honoratur, non minoremdei gratiam ei postea quoque relaturus. Tertul. contra Psychicos.

5. Arcanum.

6. His qui possent intelligentiā.

i. Nota quòd de filiis Iuda sit Daniel, non sacerdos, sicut in fine Belis fabula continet. Hier. ibidem.

k. Mysterium vocans ordinem somnij reuelati, ostendit quicquid occultum est, & ab hominibus ignoratur, posse misteriū nuncupari. Hiero. ibid.

l. Nisi aliquando somnia à cogitatione simul & reuelatione procederent, nequaquam Daniel prophera Nabuchodonosor visionem differens, à radice cogitationis inchoatset, dicens: Tu rex cogitare cœpisti, &c. Daniel itaque dum somnium & implē dum reuerenter, & ex qua ortū sit, cogitatione manifestat, paretér ostenditur quia hoc plerūque ex cogitatione simul & reuelatione generetur. Sed nimirum cum somnia tot terā qualitatibus alternent, tanto eis difficilius credi debet, quanto & ex quo impulsu veniant facilius non elucet. Raban. in 3 4. Eccl.

[m. Quasi nō queat futurorum notitiam humana solertia non posse comprehendi. Sapientes Babyloniæ excusat, & inuidiam cuitat, ne putet num quo dictum est, ex propria habuisse sapientia. Glos. ordi.]

[n. Statua illa magna, caput eius aureum, pectus & brachia argētea, venter & femora ærea, tybiæ, ferreæ, pes alter ferrens, alter fictilis. Lapis è monte sine manibus abscissus est Christus ex virgine progenies Dauidis natus, à prophetis prædictus is omnia huius mundi, regna suo subiugabit imperio. Loric. ibidem.]

7. Facta sūt veluti palea de horreo æstiuo.

o. Vacuatis enim omnibus regnis, regnum Christi domini exurget, quod nulli alteri populo relinquetur, quoniam permanebit in æternum. Prosp.

p. Regnum Babylonicum. Orientis.

q. Macedonicum Septētrionis.

r. Regnum Punicum meridiei.

s. Regnum quartum, Romanū occidentis: hæc Orosius.

* Forte.

[t. Quomodo ferrum domat omnia, ita regnum Romanorum subiugauit tibi ōnia regna prædicta: & hoc ex tribut per quæ Romani deuicerunt totum orbem: scilicet sapientia exercitio armorum, & bono regimine. De Lyra. ibid.]

v. Hoc significatū est per prædicta, quod imperium istud pro parte erit robustum, præsertim in suo processu, non lōgè à principio, & postea debile: ita quod vna pars populi vincetur ab alia. Dion. ibidem.

x. Hic lapis est Christus virgo de virgine sine humano opere natus, & contritis omnibus regnis, factus est mons magnus & impleuit vniuersam terram. Hiero. ibid.

[y. Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam. Quod tunc rex fecit figura fuit adorationis eius, qua totus mundus adrenunciat suo principi sathanæ cum omnibus pompis eius adorans crucifixum filium Dei Lorichius. ibidem.

8. Arcanum.

x. In hoc calumniator ecclesiæ, inimicúsque Christi Porphyrius reprehēdit huius libri authorem, cur propheta munera ista acceperit. Cui respondendū est, quod Daniel munera non ex cupiditate acceperit, sed ad consolationem populi sui captiui. Diony. ibid.

my steria ostendit tibi quæ ventura sunt. [m] Mihi quoque non in sapientia quæ est in [a] me plusquam in cunctis viuentibus, sacramentum hoc reuelatum est, sed vt interpretatio regi manifesta fieret, & cogitationes mentis tuæ scires: Tu rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis: [n] Statua illa magna, & statura sublimis stabat contra te, & introitus eius erat terribilis. Huius statuæ caput ex auro optimo erat, pectus autē & brachia de argento, porrò venter & fœmora ex ære, tibiæ autem ferreæ: pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis. Videbas ita, donec abscisus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, [7] & redacta quasi in sauillam æstiuę ærę,] quę rapta sunt vento, nullúsque locus inuentus est eis. Lapis autem qui percusserat statuam factus est [o] mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Hoc est somnium, interpretationem quoque eius dicemus coram te rex. [p] Tu rex [p] regum es, & deus cœli regnum & fortitudinem & imperium & gloriam dedit tibi, & omnia in quibus habitant filii hominum & bestiæ agri, volucres quoque cœli dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa constituit. Tu es ergo [P] caput aureum. Et post te consurget [q] regnum aliud minus te ⊱ argenteum,] & [r] regnum tertium aliud æreum quod imperabit vniuersę terrę, & [s] regnum quartum erit [*] velut ferreum. [t] Quomodo ferrum comminuit & domat omnia, sic cominuet et conteret omnia hæc. Porrò quia vidisti pedum & digitorum partem testeam figuli, & partem ferreā, regnum diuisum erit, quod tamen de plantario ferri orietur. Secundum quòd vidisti ferrum mixtum testæ ex luto, & digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles, [u] ex parte regnum erit solidum. & ex parte contritum. Quòd autem vidisti ferrum mixtum testæ ex luto, cōmiscebuntur quidem humano semini, sed non adhærebunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testę. [8] In diebus autem regnorum illorum suscitabit deus cœli regnum, [o] quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur. Cōminuet autem & consumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum. Secundum quod vidisti quòd de monte abscisus est [x] lapis sine manibus, & comminuit testam & ferrum & æs & argentum & aurum, deus magnus ostendit regi quæ ventura sunt postea, & verum est somnium, & fidelis interpretatio eius. [y] Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Danielem adorauit, & hostias & incensum præcepit vt sacrificarent ei. Loquens ergo rex, ait Danieli: Verè deus vester, deus deorum est, & dominus regum, reuelans mysteria, quoniam tu potuisti aperire hoc [8] sacramentum.] [z] Tunc rex Danielem in sublime extulit, & munera multa & magna dedit ei. † Et constituit eum principem super omnes prouincias Babylonis, & præfectum & magistrum super cunctos sapientes Babylonis. Daniel autem postulauit à rege, & constituit super opera prouinciæ Babylonis, Sidrac, Misac, & Abdenago. Ipse autem Daniel erat in foribus regis.

† Genes. 41.

*Tres pueri Hebræorum statuam auream cæteris adorantibus adorare negantes in fornacem missi sunt, à qua exire meruerunt illæsi.* III.

a. Rex ille Nabuchodonosor ita in dei obliuionem animo erectus incidit, vt statuam aureā nimiæ magnitudinis in campo Duran prouinciæ Babylonis erigens, proprio nomine cōsecrari diuino cultu præcepit. In cuius statuæ dedicationem, omnes vndique prouinciarum populorúmque præpositi conuocati communi decreto ipsam imaginem vellent nollent coacti sunt adorare, proposita præsente pœna recusantibus, quòd nō parua fornacis flamma vrēdum quisque agere nolens semetipsū præciperet. August. de mira. sac. scrip. lib. 2. cap. 31.

b. Omnem scripturam sanctam mente percurrens, nequaquam reperio quòd sanctorū quisquā deū cadens adorauerit, sed qui cunque idola & dæmones & res illicitas adorauerit, cadens dicitur adorare, vt hic. Hieronimus ibidem.

[A] Abuchodonosor Rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex: & statuit eam in campo Duran prouincię Babylonis. Itaque Nabuchodonosor rex misit ad congregandos Satrapas, Magistratus, & Iudices, Duces, & Tyrannos, & præfectos, omnésque principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ quam erexerat Nabuchodonosor rex. Tunc congregati sunt Satrapę, Magistratus, & Iudices, Duces, & Tyranni, & optimates, qui erant in potestatibus constituti, & vniuersi principes regionū, vt conuenirent ad dedicationem statuæ quam erexerat Nabuchodonosor rex. Stabāt autem in conspectu statuæ quam posuerat Nabuchodonosor rex, & præco clamabat valēter: Vobis dicitur populis, tribubus & linguis, in hora qua audieritis sonitum tubæ & fistulæ & citharę, sambucæ & psalterii & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, [b] cadentes adorate statuam auream, quam constituit Nabuchodonosor rex.

A Anno Christi 3446.

Si-

[c] Si quis autem non proſtatus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Poſt hæc igitur ſtatim vt audierunt omnes populi ſonitum tubæ, fiſtulæ & citharæ, ſambucæ & pſalterii, ſymphoniæ, & omnis generis muſicorum, cadentes omnes populi, tribus & linguæ, adorauerunt ſtatuam auream quam conſtituerat Nabuchodonoſor rex. Statímque in ipſo tempore accedentes viri Chaldæi, accuſauerũt Iudæos: dixerúntque Nabuchodonoſor regi: [†] rex in æternum viue. [d] Tu rex poſuiſti decretum, vt omnis homo qui audierit ſonitum tubæ, fiſtulæ & citharæ, ſambucæ & pſalterii, & ſymphoniæ, & vniuerſi generis muſicorum, proſternat ſe & adoret ſtatuam auream: ſi quis autem non procidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. [e] Sunt ergo viri Iudæi quos conſtituiſti ſuper opera regionis Babyloniæ, Sidrac, Miſac, & Abdenago, viri iſti contempſerunt (rex) decretum tuum. [f] Deos tuos nõ colunt, & ſtatuam auream quam erexiſti, non adorant. Tunc Nabuchodonoſor in furore & ira præcepit, vt adducerentur Sidrac, Miſac, & Abdenago. Qui confeſtim adducti ſunt in conſpectu regis, pronuntiánſque Nabuchodonoſor rex, ait eis: Veréne Sidrac, Miſac, & Abdenago, deos meos non colitis, & ſtatuam auream quam conſtitui, non adoratis? Nunc ergo ſi eſtis parati, quacunque hora audieritis ſonitum tubæ, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, & pſalterii, & ſymphoniæ, omníſque generis muſicorum, proſternite vos & adorate ſtatuam quam feci, quòd ſi non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis. [g] Et quis eſt deus qui eripiet vos de manu mea? Reſpondentes, Sidrac, Miſac, & Abdenago, dixerunt regi: Nabuchodonoſor rex, [g] non oportet nos de hac re reſpondere tibi. Ecce enim deus noſter quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis ô rex liberare. Quòd ſi noluerit, [h] notum ſit tibi rex, quia deos tuos non colimus, & ſtatuam auream quam erexiſti, non adoramus. Tunc Nabuchodonoſor repletus eſt furore, & aſpectus faciei illius immutatus eſt ſuper Sidrac, Miſac, & Abdenago: & præcepit, vt ſuccenderetur fornax ſeptuplum quàm ſuccendi conſueuerat, & viris fortiſſimis de exercitu ſuo iuſſit, vt ligatis pedibus Sidrach, Miſac, & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confeſtim viri illi vincti cum braccis ſuis & [i] tiaris & [i] calceamentis ] & veſtibus, miſſi ſunt in medium fornacis ignis ardentis. Nam iuſſio regis vrgebat. Fornax autem ſuccenſa erat nimis. [g] Porrò viros illos qui miſerant Sidrac, Miſac, & Abdenago interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres, id eſt, Sidrac, Miſac, & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati. [k] *Quæ ſequuntur in Hebræis voluminibus non reperi.* ⊱ Et ambulabant in medio flammæ, laudantes deum & benedicentes domino. Stans autem Azarias orauit ſic, aperiénſque os ſuum in medio ignis, ait: [l] Benedictus es domine deus patrum noſtrorum, & laudabile & glorioſum nomen tuum in ſecula, quia iuſtus es in omnibus quæ feciſti nobis, & vniuerſa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera. Iudicia enim vera feciſti iuxta omnia quæ induxiſti ſuper nos, & ſuper ciuitatem ſanctam patrum noſtrorum Ieruſalem, quia in veritate & in iudicio induxiſti omnia hæc propter peccata noſtra. [†m] Peccauimus enim, & iniquè egimus recedentes à te, & deliquimus in omnibus, & præcepta tua non audiuimus, nec obſeruauimus, nec fecimus ſicut præceperas nobis, vt bene nobis eſſet. Omnia ergo quæ induxiſti ſuper nos, & vniuerſa quæ feciſti nobis, in vero iudicio feciſti, [n] & tradidiſti nos in manibus inimicorum noſtrorum iniquorum, & peſſimorum præuaricatorúmque, & regi iniuſto & peſſimo vltra omnem terram. [o] Et nunc non poſſumus aperire os. Confuſio & opprobrium facti ſumus ſeruis tuis, & his qui colunt te, Ne quæſumus tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne diſſipes teſtamentum tuum, neque auferas miſericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Iſaac ſeruum tuum, [p] & Iſrael ſanctum tuum, quibus locutus es pollicens quòd multiplicares ſemen eorum ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam quæ eſt in littore maris, [q] quia domine imminuti ſumus pluſquam omnes gẽtes, ſumúſque humiles in vniuerſa terra hodie propter peccata noſtra. Et non eſt in tempore hoc princeps & dux & propheta, neque holocauſtum, neque ſacrificium, neque



[c] Huic edicto ſimul omnes parere neceſſum eſt. Nempe vt quam primum audieritis ſonũ cornu, concitum tybiæ citharæ, ſambucæ, nabli, ſymphoniæ, & quotumuis inſtrumẽtorum muſicorum, continuo proſtrati in genua adorabitis hanc ſtatuam auream, quam Nabuchodonoſor rex hic curauit erigendam. Toſtatus ibidem.]

[d] O Rex, quidam ſunt viri Iudæi quos de tua licẽtia Daniel præfecit publicis operibus prouinciarũ Babyloniæ, qui tibi ſũt ingrati reddentes mala pro bonis, iniuriam & contẽptum pro honore à te illis impenſo. Capti uos populi tui principes feciſti, & tamen rebelles tibi ſunt. Nouerunt enim Chaldæi quòd viri iſti non niſi deum Iſrael coluerunt, ideo illos læſæ maieſtatis accuſant. Diony. ibid.

[e] Patet quod alii ſunt dii Nabuchodonoſor. Aliud ſtatua quàm in cultum ſui iuſſit erigi. Alii dicunt ſacræ ſcripturæ eſſe conſuetudinem, vt vnum Idolum pluraliter appelleꝛ. Vnde Exo. 32. a. Iſti ſunt dii tui Iſrael, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Et 3 reg. 12 g. Ecce dii tui Iſrael, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Gloſa ordin. ibidem.]

[f. Hîc fuit mira exceꝑtio, quia ipſum deum Hebrꝑorum omnipotentem vocauerat in precedẽ. cap. Quia ſuperbia mirabiliter exæcat hominem. De Lyr.]

[g. Cum ſe crederent & pro fide ſua ſcirent poſſe etiam de præſenti ſupplicio liberari, actare hoc tamen & vindicare ſibi noluerunt, docentes quòd non eis minor eſſet confeſſionis virtus ſine teſtimonio paſſionis, addiderunt poſſe omnia deum facere, ſe tamen non in hoc fidere vt liberari in præſenti vellent, ſed illam libertatis & ſecuritatis æternæ gloriam cogitarent. Cypria. Epiſt. lib. 4. epiſt. 1.

[h] Non verbis deſpicere regẽ atque inhonorare voluerunt, ſed ſuam tantummodo erga deum monſtrare pietatem. Chryſ. in 1 ca. Matt. hom. 4.

[i] Tiara verbum Græcum eſt, & vſu verſum in Latinum: & eſt genus pileoli Perſarũ & Chaldæorum. Hiero. ibidem.

[i] Pallijs.

[k] Hucuſque Hebræi legũt: media quæ ſequuntur vſque ad finẽ cantici trium puerorum, in Hebraico non habentur. Hieron. ibidem.

[l] Dicitur autem deus benedictus, tanquam fons omnia benedictionis, & omni dicto bono dicendus, ſeu appellandus, vtpote omni præclara nominatione prædignus, cui omne bonũ eſt adſcribendum Dio. ibidem.

[m] Quoniam cum iuſti eſſent, ſe ipſos humiliabant, acceperunt ſpiritum humilitatis, donũ humilitatis. Chryſ. de ſpiritu ſancto, homil. 6.

[n] Quia quandoque punit Deꝰ bonos per malos. Vnde & dæmones ſunt executores diuinæ iuſtitiæ in inferno. De Lyra. ibi.]

[o] Vis orationis vim ignis extinxit, leones cohibuit, bella cõpoſuit, prælia remouit, tempeſtates ſuſtulit, dæmonia expulit cœli fores aperuit, vincula mortis diſrupit, languores eiecit, nſenſas repreſſit, vrbes terræ motu nutantes firmauit, plagas cœlitus irrutas, inſidias hominũ, mala denique omnia deleuit oratio. Chryſ. de incomprehen. dei nat. homil. 5.

[p] Id eſt Iacob, qui dicitur hic ſanctus ſpecialiter, quia ſpeciali cultu ſe vouit colere Deum, vt dicitur. Gen. 28. Erit mihi Dominus in Deum. De Lyra. ibidem.

oblatio,neque incensum, [q] neque locus primitiarum coram te, vt possimus inuenire misericordiam tuam: sed in animo contrito & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum & taurorum, & sicut in milibus agnorum pinguium, [r] sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie,vt placeat tibi, quoniam non est confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus [s] faciem tuam. Ne confundas nos, sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiæ tuæ: & erue nos in mirabilibus tuis,& da gloriam nomini tuo domine, & confundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala. [t] Confundantur in omni potentia tua,& robur eorum conteratur,& sciant quia tu es dominus deus solus, & gloriosus super orbem terrarum. Et non cessabant, qui miserant eos ministri regis succendere fornacem, [u] naphtha & stuppa & pice & malleolis: & effundebatur flamma super fornacem cubitis quadragintanouem, & erupit & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. Angelus autem domini descendit [x] cum Azaria & sociis eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quicquam molestiæ intulit. [y] Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant & glorificabant & benedicebant deum in fornace, dicentes: Benedictus es domine deus patrum nostrorum, & laudabilis & gloriosus & superexaltatus in secula. [z] Et benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum,& laudabile, & superexaltatum in [a] omnibus seculis. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ, & superlaudabilis & supergloriosus in secula. Benedictus es in throno regni tui, & superlaudabilis &superexaltatus in secula.Benedictus es qui intueris abyssos,& sedes super Cherubim, & laudabilis & superexaltatus in secula. Benedictus es in firmamento cœli,& laudabilis & gloriosus in secula. [a] Benedicite omnia opera domini domino, laudate & superexaltate eum in secula. † Benedicite angeli domini domino,laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite cœli domino,laudate & superexaltate eum in secula. [a] Benedicite aquæ omnes quæ super cœlos sunt domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite omnes virtutes domini domino, laudate & superexaltate eum in secula.Benedicite sol & luna domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite stellæ cœli domino, laudate &|superexaltate eum in secula. [b] Benedicite imber & ros domino,laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite omnis spiritus dei domino,laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite ignis & æstus domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite frigus & æstas domino,laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite rores & pruina domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite gelu & frigus domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite glacies & niues domino, laudate & superexaltate eum in secula. [c] Benedicite noctes & dies domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite lux & tenebræ domino, laudate & superexaltate eum in secula. [d] Benedicite fulgura & nubes domino,laudate & superexaltate eum in secula. [d]Benedicat terra dominum, laudet & superexaltet eum in secula. Benedicite montes & colles domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite vniuersa germinantia in terra domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite fontes domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite maria & flumina domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite omnes volucres [e] cœli domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite omnes bestiæ & pecora domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite filii hominum domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicat Israel dominum, laudet & superexaltet eum in secula.Benedicite sacerdotes domini domino, laudate & superexaltate eum in secula: Benedicite serui domini domino,laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite spiritus & animæ iustorum domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite sancti & [f] humiles corde domino, laudate & superexaltate

eum

q. Quia omnia quæ à lege statu erant impedita, ideo dixit, non erit locus. Chrysaduer. Get. Quod Christus sit deus,

r. Cessat enim vinum legis, in qua non Leuita, non templum videtur, in qua nullum ibi sacrificium celebratur. Esaiæ. Emiss. Epiphan. homi. 2.

s. Facies dei in scripturis accipitur interdum pro gratiosa præsentia,seu pro eius aspectu,quandoque pro eius sapientia seu notitia,interdum pro eius beatifico intuitu. Dionys. ibidem

t. Et loquitur hic de confusione per pœnitentiam, qua homo confunditur coram deo de peccato perpetrato. De Lyra. ibi.]

u. Naphtha genus ignis apud Persas, quo maxime nutritur incendia. Hieron. ibidem.

x. Nanque dei angelus cum in fornacem mihis eadé hora pariter in ignem condescendit, qui foras ignis ardores & flammas de fornace excussit. August. de mira. sac. scri. li. 2. c. 31.

y. Loquebantur quasi ex vno ore, & nondum illos Christus orare docuerat: & idcirco orantibus fuit impetrabilis & efficax sermo,quia promerebatur dominum pacifica & simplex,& spiritalis oratio. Sic & Apostolos cū discipulis post ascensionem domini inuenimus orasse: Erant, inquit, perseuerantes omnes v. nanimes in oratione cum mulieribus & Maria,&c. Cyp. ser. 6.

z. Omnem creaturam laudare dominum oportere per partes singulas & horatur,& si nō voce, saltem opere. Hiero. ibi.

a. Hoc loco apertissimè dicūtur aquæ,consistere super cœlos, & consonat illud Genes 1. Fiat firmamentum in medio aquarū, & dividat aquas ab aquis. Quæ licet prima facie videantur fortasan naturali rationi, & dictis philosophorum contraria,tamē vt scribit Aug. super Gene. Maior est scripturæ illius Gen. authoritas,quàm omnis humani intellectus perspicacitas siue ea pariris. Dion. ibidem.

[b Hic inuitant ea quæ pertinēt ad elementa: & primo inuitant ipsa elementa, secundo ea quæ faciunt ad ornatum elementorum, considerandum autem in omnibus istis quòd ista inanimata,& ratione carentia dicuntur benedicere Deum,& laudare per quandam similitudinem in quantū perficiunt ea ad quæ ordinantur à Deo. Et iterum inquantum ex consideratione talium creaturæ rationales assurgunt ad benedicendum & laudandum Deum.]

c. Omnis igitur creatura irrationalis,& si non voce,opere tamen laudat dominum: quia ex creaturis consequenter creator intelligitur,& in singulis operibus atque effectibus dei magnificentia demonstratur. Hieron. ibidem.

[d. Hic inuitant elementa inferiora,scilicet,terram & aquam, & ea quæ ex eis germinantur,& adhærent eis,propter quod pertinet ad ornatum terræ. De Lyra. ibidem.]

e. Consuetudo etiam diuinæ scripturæ est, aerem cœlum vocare,ab eo quod est sursum videri: Benedicite eum, inquit, omnes volucres cœli, aerem intelligens,nam aer volatiliū iter est,& non cœlum. Damasce. lib. 2. cap. 6.

f. humiles corde sunt,de quibus dicitur, Beati pauperes spiritu: & illud: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris: vt non exigamur superbis, nec ficta gloriam humilitate quæramus,sed toto corde inclinemur Hieron. ibidem.

eum in secula. [f] Benedicite Anania, Azaria, Misael domino: laudate & superexaltate eum in secula, [g] Quia eruit nos de inferno & saluos fecit de manu mortis, & liberauit de medio ardentis flammæ & de medio ignis eruit nos. Confitemini domino quoniã bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Benedicite omnes religiosi domino deo deorum, laudate & confitemini ei, quia in omnia secula misericordia eius.]

*Hucusque in Hebræo non habetur, & quæ posuimus, de Theodotionis editione translata sunt.*

[h] Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit properè, & ait optimatibus suis: c Nonne tres viros misimus in medium ignis compeditos? [k] Qui respondentes regi, dixerunt: Verè rex. Respondit rex, & ait: Ecce ego video viros quatuor solutos & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio dei. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait: Sidrac, Misac, & Abdenago [i] serui dei excelsi viui, egredimini & venite. [k] Statimque egressi sunt Sidrac, Misac & Abdenago de medio ignis. Et congregati Satrapæ & Magistratus & Iudices & potentes regis, cõtemplabantur viros illos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus, & [l] sarabalա eorum non fuissent immutata, & odor ignis non transisset per eos. Et erumpens Nabuchodonosor, ait: [m] Benedictus deus eorũ, Sidrac videlicet, Misac, & Abdenago, qui misit angelum suum & eruit seruos suos qui crediderunt in eum, & verbum regis immutauerunt, & tradiderunt corpora sua, ne seruirent, & ne adorarent omnem deum, excepto deo suo. A me [n] ergo positum est hoc decretum, † vt omnis populus, & tribus & lingua quæcunque locuta fuerit blasphemiam contra deum Sidrac, Misac, & Abdenago, dispereat, & domus eius [2] vastetur.] Neque enim est alius deus, qui possit ita saluare. Tunc rex [3] promouit] Sidrac, Misac, & Abdenago in prouincia Babylonis. Nabuchodonosor rex omnibus populis, gentibus & linguis qui habitant in vniuersa terra, pax vobis multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare signa eius, quia magna sunt: & mirabilia eius, quia fortia: & regnum eius, regnum sempiternum: † & potestas eius in generationem & generationem.

f. Et hoc est quia specialem rationem laudandi habebãt, quæ tangitur: cum subditur: Quia eruit eos de inferno. De [yra.]

[g.] Si enim moretentur quantum boni essent ad inferos descenderent, nisi præseruati fuissent de incendio ignis virtute diuina. Glosa ord. ibid.

h. Vnde Nabuchodonosor rex, caminum intuspiciens, ait: Ecce ego quatuor viros video expeditos in medio flammæ, sed quartus ceteris excellit eminẽtia formæ. Augu. de mirab. sacræ scrip. lib. 2. cap. 31.

i. Seruis dei omnia sunt possibilia. Chrys. in Gene. ho. 51.

K. Nõne tres pueri virginitatẽ colentes igne superiores euasere per virginitatem corporibus ab ignis expugnabilibus factis. Damasce. lib. 4. ca. 25.

l. Saraballa lingua Chaldeorũ, cutis hominum vocantur & tibiæ, & braccæ, eorum quibus cutis teguntur, & tibiæ. Hiero. ibidem.

m Sic Nabuchodonosor postquã pueros in fornacem iecerat, & se ipsa comprobauerat captiuorum adolescentium virtutem, tunc prædicare eos cœpit, & vbique lingua sua fecit eos illustres Chrysost. in Gene. cap. 26. homil 51.

n. Si ergo Nabuchodonosor rex laudauit & prædicauit, & gloriam dedit deo, quia liberauit de igne tres pueros, & tantã gloriam dedit, vt decretum mitteret per regnum suum. Quicũque dixerint blasphemiam in deum Sidrac, Misae, & Abdemago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem. Augu. in Euan. Ioan. tract. 11.

2. Ponatur in latrinam.

3. In fœliciorem statũ restituit.

*Somnium Nabuchodonosor super magna arbore præcisa Daniel interpretatur, vnde Rex pellitur regno, cum bestiis comedit, donec ad se reuersus peccata sua deo confiteretur.* *1111.*

Anni ante Christ. 593. Anni mundi 3569. Iudæo. 22.

[a] Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, & florens in palatio A meo, somnium vidi quod perterruit me, & cogitationes meæ in stratu meo, [b] & visiones capitis mei conturbauerunt me. Et per me propositum est decretum, vt introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis, & vt solutionem somnii indicarent mihi. Tunc ingrediebantur harioli, magi, Chaldæi, & aruspices, & somnium narraui in conspectu eorum, & solutionem eius non indicauerunt mihi, donec [1] collega ] ingressus est in conspectu meo Daniel, cuius nomen Balthasar secundum nomen dei mei, qui habet spiritum deorum sanctorum in semetipso. & somnium coram ipso locutus sum. Balthasar princeps hariolorum, quoniam ego scio quòd spiritum deorum sanctorum habeas in te, & omne sacramentum non est impossibile tibi, visiones somniorum meorum quas vidi, & solutionem B earum narra. [c] Visio capitis mei in cubili meo: Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia. Magna arbor & fortis, & proceritas eius contingens cœlum Aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ, [2] folia eius pulcherrima, ] & fructus eius nimius, & esca vniuersorum in ea. Subter eam habitabant animalia & bestiæ & in ramis eius conuersabantur volucres cœli: & ex ea vescebatur omnis caro. Videbam in visione capitis mei super stratum meũ, & ecce vigil & sanctus de cœlo descẽdit, clamauit fortiter, & sic ait: Succidite arborem & præcidite ramos eius, excutite [3] folia ] eius, & dispergite fructus eius, fugiãt bestiæ quæ subter eã sunt, & volucres cœli de ramis eius. Veruntamẽ germẽ radicum eius in terra finite, & alligetur vinculo ferreo

a. Sequitur tertia visio Danielis quam non scripsit Daniel, sed est epistola regis, quam scripsit vniuerso regno suo postquam de bestia restituntus est in hominem, & in regnum. In qua prædicauit mirabilia quæ fecerat apud eum deus excelsus. Forma igitur epistolæ hæc est, quam interseruit Daniel operi tuo: Ego Nabuchodonosor florens & elatus in superbiam, &c. Comest. hist. Danie. cap. 4.

b. Cur autem pluraliter dicit: visiones capitis mei, cum non nisi vna visio, & vnum somnium fuerit? Fuit quippe vna visio integralis, quæ ob suas partes pluraliter visiones, vocatur. Et cur visiones dicat capitis fuit? Si quidem visio ista imaginaria fuit, & in vi imaginatiua, quæ in capite situatur, in quo etiam spiritus animales & naturales, qui vehunt formas seu similitudines reuelationis patientes, & lucidiores sunt secundum Albertum, secũdum quem somnium istud insinuatur, partim prouenisse ex præuiis cogitationibus regis, qui cœpit vigilando, in se ẽo cogitare de sibi ac regno suo futuris: quãuis principaliter hoc somnium fuerit diuinitus inditum. Dio. ibidem.

1. Nouissimus.

2 Rami eius erant pulchri.

3. Fronder.

& æreo,in herbis [4] quæ foris sunt,] & rore cœli tingatur, & cum feris pars eius in herba terræ. [f] [c] Cor eius ab humano commutetur,& cor feræ detur ei,& septem tempora c
mutentur super eum. [5] In sententia vigilum decretum est,& sermo sanctorum &petitio, donec ] cognoscant viuentes quoniam dominatur excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit dabit illud, & humillimum hominem constituet super eum. Hoc somnium vidi ego Nabuchodonosor Rex. Tu ergo Balthasar interpretationem narra festinus, quia omnes sapientes regni mei non queunt solutionem edicere mihi. Tu autem potes,quia spiritus deorum sanctorum in te est. Tunc Daniel cuius nomen Balthasar,cœpit intra semetipsum tacitus cogitare quasi vna hora,&cogitationes eius conturbabant eum. Respondens autem rex ait:Balthasar somnium & interpretatio eius non conturbent te. [f] Respondit Balthasar,& dixit: [d] Domine mi,somnium iis qui d
te oderunt,& interpretatio eius hostibus tuis sit. Arborem quam vidisti sublimem atque robustam,cuius altitudo pertingit ad cœlum,& aspectus illius in omnem terram, & rami eius pulcherrimi,& fructus eius nimius,& esca omnium in ea,subter eam habitantes bestiæ agri,& in ramis eius commorantes aues cœli, [e] tu es rex,qui magnificatus es & inualuisti, & magnitudo tua creuit & peruênit vsque ad cœlum, & potestas tua in terminos vniuersæ terræ. Quòd autem vidit rex vigilem & sanctum descendere de cœlo,& dicere:succidite arborem & dissipate illam,attamen germen radicum eius in terra dimittite,& vinciatur ferro & ære in herbis [6] foris,] & rore cœli conspergatur, & cum feris [7] sit pabulum eius,] donec septem tempora commutẽtur super eum:hæc est interpretatio [8] sententiæ ] altissimi, quæ peruênit super dominum meum Regem: [f] Eiiciẽt te ab hominibus,& cum bestiis ferísque erit habitatio tua, [†] & fœnum vt bos E
comedes, & rore cœli infundêris. Septem quoque tempora mutabuntur super te,donec scias quòd dominetur excelsus super regnum hominum, [g] & cuicunque voluerit det illud. Quòd autem præcepit vt relinqueretur germen radicum eius,id est arboris, regnum tuum tibi manebit postquam cognoueris potestatem esse cœlestẽ. † Quamobrem Rex consilium meum placeat tibi,& [g] † peccata tua eleemosynis redime,& iniquitates tuas misericordiis pauperum, [9] forsitan ignoscet deus delictis tuis: ] Omnia hæc venerunt super Nabuchodonosor Regem. Post finem mensium duodecim in aula Babylonis deambulabat. Respondítque Rex,& ait: [f] [h] Nonne hæc est Babylon ciui F
tas magna quam ego ædificaui in domum regni,in robore fortitudinis meæ,&in gloria decoris mei? [i] Cumque sermo adhuc esset in ore regis,vox de cœlo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: Regnum tuum transibit à te,& ab hominibus eiiciẽt te,& cum bestiis [10] & feris] erit habitatio tua:fœnum quasi bos comedes,& septem tẽpora mutabuntur super te,donec scias quòd dominetur excelsus in regno hominum,& cuicunque voluerit det illud. [k] Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, [†] & ex hominibus abiectus est,& fœnum vt bos comedit, & rore cœli corpus eius infectũ est, donec capilli eius in similitudinẽ aquilarum crescerent,& vngues eius quasi auium. [l] Igitur post finem dierum, ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlum leuaui,& sensus meus redditus est mihi,& altissimo benedixi,& viuentem in sempiternum laudaui & glorificaui,† [g] quia potestas eius,potestas sempiterna,& regnum eius G
in generationem & generationem, & omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt. [m] Iuxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus cœli quàm in habitatoribus terræ, & non est qui resistat manui eius,& dicat ei: † quare fecisti? In ipso tempore, [11] sensus meus reuersus est ad me, ] & [n] ad honorem regni mei decorémque peruêni,& figura mea reuersa est ad me, & optimates mei & Magistratus mei requisierunt me,& in regno meo restitutus sum, & magnificentia mea amplior addita est mihi. [o] Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo & magnifico & glorifico regem cœli, quia omnia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.

*Expli-*

4. Campi.
[f] Cor humanum ei eripitur, pro quo ei substituatur bestiale,ira vt rationis expers nihil aliud quàm bestia sit. Idque donec septem illi compleantur anni. Et ad hunc modum iubente Deo, transierant ita super ipso angeli. Quod quam ob causam fiat,si requirant sancti,id eam ob causam tacitum sciant, vt cognoscant viuentes quòd in regno hominum dominetur altissimus,dans illud cui ipse volet, vel infimæ sortis hominem ad regnum euehens. Tostatus ibidem ]
5. In decreto vigilum erit verbum, & in verbo sanctorum postulatio,vt.
d. Videns ergo Nabuchodonosor eum metuere, ne siniſtrum quid atque contrarium contra regem diceret videretur, cohortatur eum vt simpliciter & verè loquatur quod intelligit, nec quicquã mentiat. Vnde absque regis iniuria explerat veritatem vt non eum superbiæ,sed potẽtiæ videatur arguere. Hieron. ibidem.
[e. Vigil & sanctus è cœlo descendens & clamans, succidite arborem,veritas & virtus est diuina,ea iubente, eiicieris ab hominibus, & cum bestiis erit habitatio tua septem temporibus, id est septem annis.
6. Agri.
7. Agri erit pars eius.
8. O rex,& decretum.
[f. Subest enim ei cum voluerit posse. Ideo secundum Dei voluntẽ quisque ad prudentiã est vocandus,vt ait Gregorius,nec debet se quisquam ingerere,neque valpinis vti cautelis sed rẽ dispositioni diuinæ committere. Diony. Carthu. ibi. ]
g. Si ergo ille Rex idolorũ cultor,potetat eleemosynis peccata redimere,cui non prosunt eleemosynæ? Chrysost. in 10. ca. Matt. homil. 26.
9. Id enim fuisse erit pro errore tuo.
h. Quia elatione cogitationis se super homines extulit,ipsũ quẽ cum hominibus commune habuit,sensum amisit. Grego. Moral. lib. 3. c. 6.
[i. Ve ei ostenderet Deus quod propter superbiam suam punitus est: ideo ipso loquente superbè subditur inflictio pœnæ cũ dicitur: Vox de cœlo ruit, quasi quoddam pondus deiiciẽs eius superbiam. De Lyra. ibid. ]
10. Agri.
k. Danieli rex non obtemperãs, aduersa quæ viderat, & infesta perpessus est,quæ euadere & vitare potuisset, si peccata sua eleemosynis redemisset. Cyp. de eleemosyna. Set. 1.
l. Sic ille rex Babylonius offenso domino cum squalore & pudore septenni ab humana forma exulasset,immolata patiẽtia corporis sui,& regnum recuperauit,& quod optabilius homini est,satis deo facit. Tertul. de patien.
[m. In hoc sicut homo loquitur tanquam non secundum iustitiam agat,sed secundum voluntatem: & dum potentiam Dei prædicat iustitiam eius videtur arguere quasi immerito pœnas sustinuerit. Glosa ordinaria ]
11. Cognitio mea mihi reddita est.
n. Sic præsumptores cæduntur, sic castigãtur superbi ab eo qui potat in lachrymis in mensura. Prosp.
[o. Hic ponitur conclusio, cum dicitur. Nunc igitur. Ego Nabuch. o. laudo &c.
Quia omnia opera eius vera, quia procedunt secũdum regulam suæ sapientiæ, quæ non potest errare. De Lyra. ibidem. ]

*Explicat Daniel Regi visionem manus in pariete scribentis, quæ Regem pellendum & eadem nocte occidendum, & Darium Medum sufficiendum signabat. V.*

Anni ante Christū. 545. Anni mundi 3417. Ioel 3.12.

BAlthasar Rex [a] fecit grande conuiuium optimatibus suis mille, & [1] vnusquisque secundum suam bibebat ætatem.] Præcepit ergo [2] iam temulentus] vt afferrentur vasa aurea & argentea: quæ asportauerat Nabuchodonosor [b] pater eius de templo quod fuit in Ierusalem, vt biberent in eis rex & optimates eius, vxoresque eius & concubinæ. Tunc allata sunt vasa aurea quæ asportauerat de templo quod fuerat in Ierusalem, & biberunt in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ illius. Bibebant vinum, & laudabant deos suos aureos, & argenteos, & æreos, ferreos, ligneósque, & lapideos. [c] In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum, in superficie parietis aulæ regiæ. & Et rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum, & [3] compages] renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebātur. Exclamauit itaque rex fortiter, vt introducerent [d] Magos, Chaldæos, & aruspices. [e] Et proloquens rex, ait sapientibus Babylonis: Quicunque legerit scripturam hanc, & interpretationem eius manifestam mihi fecerit, purpura vestietur, & torquem auream habebit in collo, & tertius in regno meo erit. Tunc ingressi omnes sapientes regis non potuerunt nec scripturam legere, nec interpretationem eius indicare regi. Vnde rex Balthasar satis conturbatus est, & vultus illius immutatus est. & Sed & optimates eius turbabantur. Regina autem pro re quæ acciderat regi & optimatibus eius, domum conuiuii ingressa est, & proloquens ait: † Rex in æternum viue: non te conturbent cogitationes tuæ, neque facies tua immutetur. Est vir in regno tuo, qui spiritum deorum sanctorum habet in se, & in diebus patris tui scientia & sapientia inuentæ sunt in eo. Nam & rex Nabuchodonosor pater tuus principem Magorum, incantatorum Chaldæorum, & aruspicum constituit eum. Pater, inquam, tuus ô rex, quia spiritus amplior & prudentia intelligētiáque & interpretatio somniorum, & ostensio secretorum, ac solutio ligatorum inuentæ sunt in eo, hoc est in Daniele, cui rex posuit nomen Balthasar. & Nunc itaque Daniel vocetur, & interpretationem narrabit. Igitur introductus est Daniel coram rege. Ad quem præfatus rex ait: Tu es Daniel de filiis captiuitatis Iudæ, quam adduxerat pater meus rex de Iudæa? Audiui de te quoniam spiritum deorum habeas, & scientia intelligentiáque ac sapientia ampliores inuentæ sunt in te. Et nunc introgressi sunt in conspectu meo sapientes Magi, vt scripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi, & nequiuerunt sensum huius sermonis edicere. Porrò ego audiui de te quòd possis obscura interpretari, & ligata dissoluere. Si ergo vales scripturam legere, & interpretationem eius iudicare mihi, purpura vestiêris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo princeps eris. & Ad quæ respondens Daniel, ait coram rege: [f] Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ altari da, scripturam autem legam tibi Rex, & interpretationem eius ostendam tibi. O Rex, [g] deus altissimus regnum & magnificentiam, gloriam & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo, & propter magnificentiam quam dederat ei, vniuersi populi, tribus & linguæ tremebant & metuebant eum: quos volebat, interficiebat: quos volebat, percutiebat: quos volebat, exaltabat: & quos volebat, humiliabat. Quando autem eleuatum est cor eius & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est, & à filiis hominum eiectus est. Sed & cor eius cum bestiis positum est, & cum onagris erat habitatio eius. † & Fœnum quoque vt bos comedebat, & rore cœli corpus eius infectum est, donec cognosceret quòd potestatem haberet altissimus in regno hominum, & quencunque voluerit, suscitabit super illud. Tu quoque filius eius Balthasar non humiliasti cor tuum, cum scires hęc omnia, sed aduersum dominatorem cœli eleuatus es. [h] Et vasa domus eius allata sunt coram te, & tu & optimates tui, & vxores tuę, & concubinę tuę vinum bibistis in eis. Deos quoque

4 Sup. 2. a & 3. Infra. 6. b

1 Sup. 4. e & f.

a. Imminente obsidione, fidens viribus, & vrbi.
1. Coram mille vinum bibebat.
2. Balthasar in sopore vini.

b. Non quidē genitor, sed proauus eius: post Nabuchodonosor enim regnauit filius eius Euilmerodach: post quem Regassar filius eius, & post eum Labasatdarch filius eius, post quem Balthasar eiusdem filius. Hiero. ib.

c. Vidit rex Balthasar articulos manus scribentis in pariete, cōtinuóque per corporis sensum imago rei corporaliter factæ spiritui eius impressa est, atque ipso viso facto ac præterito illa in cogitatione permansit: videbatur in spiritu & nondum intelligebatur, nec tunc intellectum erat hoc signum cum corporaliter fieret, atque oculis corporalibus appareret, tam tamen signum esse intelligebatur, id habens ex mentis officio. Et quia requirebatur quid significaret, etiam ipsam inquisitionem vtique mens agebat. Quod nō comperto Daniel accessit, & spiritu prophetico mēte illustrata, perturbato regi quid illo signo portendebatur, aperuit, ipse potius prophetæ per hoc genus visionis, quod mentis eli proprium, quām ille qui & signum corporaliter factum viderat, & transacti eius imaginem in spiritu cogitando cernebat, nec aliquid intellectu poterat nisi notis signum esse, & quid significaret inquirere. Augu. de Genes. ad literam, lib. 12. ca. 11.
3. Ligamina.

d. Oblitus eorū quæ Nabuchodonosor acciderant, antiquum & inolitum suæ gentis sequitur errorem, vt non dei prophetam, sed Magos, & Chaldæos, & aruspices vocet. Hier. ibid.

e. Hac visione territus Balthasar, conuocauit Magos & Chaldæos, & eorum hoc genus quod apud barbaros prodigiorum & somniorum interpretationem profiteretur: postulans vt sibi narrarēt id quod erat scriptum. Magis autem negantibus se eius intellectum inuenire, Rex ob rei nouitatem mœstus ac solicitus præconis voce per totam suam dicionem publicauit: quicunque mentem earum literarum interpretari posset, datum se ei tot quem aureum, & purpureæ vestis vsum, quali Chaldæorū reges vtuntur, atque insuper tertiam regni sui partem. Post hoc præconium maior etiam fit magorum concursus, certatim sensum literarum scrutantibus: nihil tamen proficientibus. Videns autem tristem hac de causa regem eius auia, solari eum cœpit dicens quendam esse captiuum Iudæum per Nabuchodonosorem vastatis Ierosolimis adductum, virum sapientem, qui possit obscura & soli deo nota perquirere. Ioseph. lib. 10. cap. 12. Antiq.

f. Absque pretio profert veritatem, iam illo tempore præceptā secutus euangelicum. Gratis accepistis, gratis date. Hie. ibid.

g. Omnis enim potestas à deo est, & omne bonum naturæ ac fortunæ datur atque dispēsatur ab ipso qui bonis & malis, gratis & ingratis ista communicat occulto quidem iudicio, diuersisque modis. Diony. ibidem.

h. Balthasar ille rex qui in vasis domini, quæ de templo Ierosolymis fuerant à patre eius ablata, bibere cum suis amicis & cōcubinis vsurpauit, ipsa nocte ā geli manu percussus, crudeli morte punitus est. Amb. ad virginem lapsam, cap. ii.

argenteos,& aureos, & æreos,ferreos, ligneósque, & lapideos, qui non vident neque audiunt neque sentiunt,laudasti:[i]porrò deum qui habet flatum tuum in manu sua,& omnes vias tuas,non glorificasti.[†] [&] Idcirco ab eo missus est articulus manus,quę scripsit hoc quod exaratum est. Hæc est autem scriptura quæ digesta est: Mane * thecel[Q] Phares.Et hæc interpretatio sermonis.[k] Mane:numerauit deus regnum tuum,& compleuit illud.Thecel,appensus es in statera:& inuentus es minus habẽs.Phares,diuisum est regnum tuum,& datum est Medis & persis.Tunc iubẽte Rege, indutus est Daniel purpura,& circundata est torquis aurea collo eius,& prędicatum est de eo quòd haberet potestatem tertius in regno.Eadem nocte [l] interfectus est Balthasar rex Chaldęus, & Darius Medus successit in regnum,annos natus sexagintaduos.

i. Deũ cœli qui habet flatũ tuũ, id est, spiritum tuum vel virtutem aspiciendi, vel respiciendi,in quo vita conseruatur in manu tua habet non glorificasti. De Lyra,ibidem.]

k. Mane.

l. Hic interpretatione accepta rex non poterat non vehementer tristari,attamen Danieli suã munificentiam non subtraxit tanquam malorum præmunio, sed dona quæ pollicitus est, exhibuit,sic cogitans, quòd non bona audierit, sui fati culpam esse,nõ prophetæ Ioseph.antiq. Iudaic.lib.10.cap.11.

l. A Dario & Cyro vrbe Babylone capta & destructa, regnoque ad Persas & Medos traducto.Euseb.

*Daniel læsæ maiestatis accusatus in lacum leonum mittitur: à quo extractus & eius accusatores immissi sunt subitò dilaniandi, vnde Darius deum Danielis prædicat solum adorandum.* VI.

Placuit Dario,[a] & constituit supra regnum Satrapas centum viginti,vt essent in toto regno suo,&[A] super eos principes tres,ex quibus Daniel vnus erat,vt Satrapę illis redderent rationem,& Rex non sustineret molestiam. Igitur Daniel [b] superabat] omnes principes & Satrapas,quia spiritus dei amplior erat in illo.Porrò Rex cogitabat constituere eum super omne regnum.Vnde principes & Satrapæ quærebant occasionem vt inuenirent [z] Danieli ex latere Regis,] nullámque causam & suspicionem reperire potuerunt,eo quòd fidelis esset, & omnis [3] culpa & suspicio ] non inueniretur in eo. [&] Dixerunt ergo viri illi: Non inueniemus[z] Danieli huic aliquam occasionem, nisi fortè in lege dei sui. Tunc principes & Satrapæ [4] surripuerunt Regi,] & sic locuti sunt ei: Dari [†] rex in æternum viue.[c] Consilium inierunt cuncti principes regni tui,Magistratus & Satrapæ,Senatores & Iudices,vt decretum imperatorium exeat, & edictum, vt omnis qui petierit aliquam petitionem à quocunque deo & homine vsque ad triginta dies,nisi à te rex, mittatur in lacum leonum. Nunc itaque rex confirma sententiam, & scribe decretum, vt non immutetur quod statutum est [d] à Medis & Persis, nec præuaricari cuiquam liceat. Porro rex Darius proposuit edictum,& statuit. [&] Quod cum Daniel comperisset, id est, constitu-[c] tam legem,ingressus est domum suam, & fenestris apertis in cœnaculo suo contra Ierusalem [c] tribus temporibus in die flectebat genua sua & adorabat, confitebatúrque coram deo suo, sicut & antè facere consueuerat. [f] Viri ergo illi curiosius inquirentes, inuenerunt Danielem orantem &obsecrantem deum suum,& accedentes locuti sunt regi super edicto: Rex, nunquid non constituisti vt omnis homo qui rogaret quenquam de diis & hominibus vsque ad dies triginta nisi te Rex,mitteretur in lacum leonum? Ad quod respõdens Rex,ait: Verus est sermo iuxta decretum Medorum atque Persarum, [g] quod præuaricari non licet. [&] Tunc respondentes dixerunt coram rege:[D] Daniel de filiis captiuitatis Iudæ non curauit de lege tua, & de edicto quod constituisti,sed tribus temporibus per diem orat obsecratione sua. Quod verbum cum audisset rex,satis contristatus est, * & pro Daniele posuit cor vt liberaret eum, & vsque ad occasum solis laborabat vt erueret illum.Viri autem illi [5] intelligentes] Regem, dixerunt ei Scito rex,quia lex Medorum est atque Persarum,vt omne decretum quod cõstituerit Rex,non liceat immutari. Tunc Rex prȩcepit & [h] adduxerunt Danielem, & miserunt eum in lacum leonum,Dixítque rex Danieli: Deus tuus quem colis semper, ipse liberabit te.[&] Allatúsque est lapis vnus,& positus est super os laci,quem obsigna-[E] uit rex annulo suo,& annulo optimatum suorum, ne [6] quid fieret contra ] Danielem. & abiit rex in domum suam,& [7] dormiuit incœnatus:] cibíque non sunt allati coram eo,insuper & somnus recessit ab eo. Tunc Rex [i] primo diluculo consurgens, festinus ad lacum leonum perrexit, appropinquánsque lacui, Danielem voce lachrymabili inclamauit,& affatus est eum: Daniel serue dei viuentis,deus tuus cui tu seruis semper, putásne valuit te liberare à leonibus? Et Daniel regi respondens, ait Rex in æternum viue.

a. Darius iste cum extingueret Babyloniorum imperium,adiutus à Cyro suo cognato annum agebat sexagesimum secũdum, qui fuit Astiagis fili*,apud Græcos vocatus alio nomine. Hic etiam Danielem prophetam assumptum secum duxit in Mediam, eúmque in maximo honore apud se habuit.Erat enim vn* ex tribus Satrapis summis, qui sub se alios habebant 360. Satrapæ tot enim à Dario constituti sunt.Ioseph.antiq.Iuda. lib.10.cap.13.

z. b.Sublimatus est super, Dari* destructo regno babyloniorum tulit secum ad Medos Danielẽ in eodem honore, quo Balthasar prouectum acceperat. Hier. ibi dem.

z. Contra Danielem ex parte regni.

3. Error & corruptela.

4. Conuenerunt coram Rege.

c. Non immerito simulatores & callidi prouocant iram dei, dũ mala sub specie boni,imò & pessima sub optimorum proponũt colore.Dion.ibidem.

d. Perspicuum est vnum regnũ fuisse sub Dario & Cyro,Medorum atque Persarum.Hie.ibid.

e. Tria sunt tempora quib* deo flectanda sunt genua:tertiã horam,sextam, & nonam ecclesiastica intelligit traditio. Hiero. ibidem.

[f. Hic tertio quærunt occasionem contra Danielem circa cõtemptum regalem, inquirentes eum quidam curiosiũ, cũ magna sollicitudine per occultas viãs & modos occultosque tandem inuenerunt contra edictũ regis orantem De Lyra ibidẽ.]

g. Quod vtique falsum est,quia obedire oportet deo magis quã hominibus. Sed tanta æstimationis fuerunt Medi & Persæ apud ipsos,quod verba sua putabant omnimodè obseruãda. Qua occasione accepta. Danielem præuaricationis accusant: qui tanquam vnus de numero captiuitatis Iudæorum in contemptum regis, & legis suæ fecisset.Dio.ibidem.

* Intra se.

5. Conuenientes ad.

[h. Videns ergo rex quod non poterat liberare Danielem nisi frangendo decretum, quæ fractio erat sibi periculosa, & toti communitati tatione prædicta: ideo tanquam minus malũ secundum æstimationem suã elegit eis tradere Danielem,& maxime quia firmiter credebat q* Deus eum liberaret, sicut audierat de tribus sortis suis liberatis de camino. De Lyra. ibidẽ.]

6. Voluntas eius mutaretur.

7. Pernoctauit ieiunus.

i. Festinus primo diluculo pergit ad lacum credens eum viuere.Hieron.ibidem.

†1.Mac.2.f

F viue.† [f] Deus meus misit angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi,[i] quia coram eo iustitia inuenta est in me. Sed & coram te rex delictum non feci. Tunc vehementer rex gauisus est super eo, & Danielem præcepit educi de lacu. Eductúsque est Daniel de lacu, & nulla læsio inuenta est in eo, quia credidit deo suo. Iubēte autem rege, adducti sunt viri illi qui accusauerunt Danielem,[k] & in lacum leonum missi sunt, ipsi & filij & vxores eorum, & non peruenerunt vsque ad pauimentum la-

G ci, donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorum comminuerunt. [g] [l] Tunc Darius [m] rex scripsit vniuersis populis, tribubus & linguis habitantibus in vniuersa terra. Pax vobis multipliciter. A me ergo cōstitutum est decretum, vt in vniuerso imperio & regno meo tremiscant, & paueant deum Danielis. Ipse enim est deus viuens & æternus

†Sup.1.d in secula, & regnum eius non dissipabitur,† & potestas eius vsque in æternum. Ipse liberator atque Saluator, faciens signa & mirabilia in cœlo, & in terra, qui liberauit Da-

†Sup.1.d nielem de[8] lacu] leonum.† Porrò Daniel [9] perseuerauit vsque ad regnum] Darij,[10] regnúmque] Cyri Persæ.

*Visio quatuor bestiarum Danieli ostensarum partim explicatur de antiquo dierum, de auditu filij hominis, de Antichristo, & iudicio futuro.* VII.

Anni ante Christū, 549. Anni mundi 3425.

A ANno[a] primo Balthasar regis Babylonis Daniel somnium vidit. Visio autem capitis eius in cubili suo. Et somnium scribens, breui sermone comprehendit, summatímque perstringens, ait: [b] Videbam in visione mea nocte, & ecce quatuor venti cœli pugnabant in mari magno, & quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari, diuersæ inter se. Prima quasi leœna, & alas habebat[1] aquilæ. Aspiciebam donec euulsę sunt alę eius, & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei. Et ecce bestia alia similis vrso in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebāt

B ei. [g] Surge, comede carnes plurimas. Post hęc aspiciebam, & ecce alia quasi pardus, & alas habebat, quasi auis quatuor [2] super se.] Et quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei. Post hæc aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis & fortis nimis. Dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans. Dissimilis autem erat cæteris bestiis quas videram ante eam, & habebat cornua decem. Considerabam cornua, & ec-

C ce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum, & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius. [g] Ecce oculi eius quasi oculi hominis in cornu isto, & os loquens ingentia.[c] Aspiciebā donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flammæ ignis, rotę eius ignis accensus, & fluuius ignis rapidúsque egrediebatur à facie eius.[d] †

†Apoc.5.d Milia milium ministrabant ei, & decies — milies] centena milia assistebant

†Matt.24.b bant ei. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. † Aspiciebam propter vocem sermonum

D grandium quos cornu illud loquebatur. [g] Et vidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, & traditum esset ad comburendum igni, aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas, & [3] tempora vitæ constituta essent eis] vsque ad tempus & tempus.[e] Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem & honorem & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruient.† Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius

†Luc.1.e Mich.4.e Sup.3.§.4.§ quod non corrumpetur. Horruit spiritus meus. Ego Daniel territus sum [5] in his,] & visiones capitis mei conturbauerunt me. [ff]

E Accessi ad vnum de assistentibus, & veritatem quęrebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, & docuit me. Hæ quatuor bestiæ magnæ, quatuor sunt regna quæ consurgent de terra. Suscipient autem regnum [4] sancti dei altissimi,] & obtinebunt regnum vsque in seculum & in seculum seculorum. Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta. quæ erat dissimilis valde ab omnibus & terribilis nimis. Dentes [5] & vngues eius

i. Nónne Daniel corpori virginitate solidato ferarum dentes infigi non potuerunt? Damascenus lib. 4. cap. 25.

k. Quoniam qui fodit foueam proximo, incidet in eam. Eccle. 27. d.

l. Sex vocati nomine Darij fuerunt apud Persas. Primus Darius Cyaxares, filius Astyagis, cuius filiam Cyrus duxit in vxorem: ideo illum apud Medos regnare permisit. Secūdus Darius Hystaspis filius Persarum rex, & pater Xerxis. Tertius Darius Arta, xerxes Lōgimanus Zerxis filius. Quartus Darius Notus. Quintus Darius Artaxerxes Ochus. Sextus Darius Codomanus, quē Alexander Magnus occidit. Ab initio primi ad finem sexti sunt 228. anni, durationis regni Persarum.

m. Cùm igitur ad hūc modū insidiatores perissent, Darius rex per totum suū imperium nuncios dimisit qui Danielis deum prædicarent hunc esse solum verum deum omnipotentē asserēdo, ipsum deinde vatem in maiore etiam quàm antè honore habuit primum inter amicos locum ei tribuēs: qui quū ab omnibus deo charus existimaretur & propter hanc de se opinionē esset illustrissimus, ædificauit apud Ecbatana Medię turrim, opus pulcherrimum, & singulari admiratione dignum, quod in hodiernum vsque diem durat. Ioseph. lib. 10. cap. 14. Antiqui.

8. Potestate

9. Prosperè egit in regno.

10. Ac in regno.

a. Duo postrema capitula vltimo regis Balthasaris anno, factū continent, imò die vltimo eius eorum prius, posterius verò post mortem eius, dicuntúrque per præoccupationem, & ordinem, præposterū, quod statim historiam historiæ copulauit. Hiero. ibidem.

b. Per visionē intelligitur hic res in somno apparens, cuius significationem Daniel vt instā habetur, intellexit. In hac visione Daniel vidit formaliter, quia visio est ratio formalis, ob quam & per quem vidit. Dion. ibid.

1. Super dorsum suum.

c. Si ergo Danieli & patet dans regnum, & filius accipient apparuerunt in specie corporali, quo modo isti dicunt patrem nunquam visum esse prophetis? & ideo solum debere intelligi inuisibilem, quem nemo hominū vidit, nec videre potest. August. de Trinit. lib. 2. cap. 18.

d. Hi administrant deo qui ad nos nuntiando exeunt, assistūt verò qui sic contemplatione intima pertruūtur, vt ad explenda foras opera minimè mittātur. Greg. hom. 34. in Euang.

2. Longitudo vitę cōstituta est eis.

e Quomodo igitur Iudæi & cōfitentur & sperant Christū dei? qui hunc ideirco reprobauerūt, quia ex homine natus est. Nam eum ita sit à deo constitutum vt idem Christus his veniat in terram, semel vt vnum deū gentibus nuntiet, deinde rursus vt regnet, quomodo in secundum eius aduentum credunt, qui in primum non crediderunt? Lactan. lib. 4. cap. 12.

3 Intra corpus.

[f. Accessi ad vnum de assistentibus scilicet angelis, qui assistebant iudici: iste tamen accessus fuit in imaginaria visione. De Lyra. ibid.]

4. Sanctorum altissimorum.

5. Erant ferrei, & vngues eius ærei.

ferrei,] comedebat & comminuebat,& reliqua pedibus ſuis conculcabat.[g] Et de cornibus decem quæ habebat in capite,& de alio quod ortum fuerat ante quod ceciderant tria cornua,[g] & de cornu illo quod habebat oculos, & os loquens grandia, & [6]maius erat cæteris.] Aſpiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellum aduerſus ſanctos,& prævalebat eis,donec venit antiquus dierum,& iudicium[7] dedit ſanctis excelſi,] & tempus aduenit,& regnum obtinuerunt ſancti. Et ſic ait: Beſtia quarta, regnũ quartum erit in terra,quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuerſam terrã, & [8]conculcabit] & comminuet eam. Porrò decem cornua ipſius regni, decem reges erunt,[h] & alius conſurget poſt eos,& ipſe potentior erit prioribus,& tres reges humiliabit.[g] Et ſermones[9] contra excelſum] loquetur,& ſanctos altiſſimi conteret. Et putabit quòd poſſit[i] mutare tempora & leges,& tradentur in manu eius vſque ad tempus,& tempora,& dimidium temporis. Et iudicium ſedebit, vt auferatur potentia & conteratur & diſpereat vſque in finem:[†] regnum autem & poteſtas & magnitudo regni quæ eſt ſubter omne cœlum,detur populo ſanctorum altiſſimi,cuius regnum,regnum ſempiternum eſt,& omnes reges ſeruient ei & obedient. Hucuſque finis verbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis cõturbabar,& facies mea mutata eſt in me, verba autem in corde meo conſeruaui.

[g. Exponitur interpretatio viſionis in ſpeciali de quarta beſtia,& de paruulo cornu eius,id eſt de Antichriſto, quod habebat oculos quos ſignat nimiã eius aſtutiam,& os loquens grãdia,id eſt blaſphemias cõtra deũ 6.maius erat cæteris,quia regnũ Antichriſti erat maximum ſecundum extenſionem, licet ſit paruum ſecundum durationẽ. De Lyra ibid.]
6. Aſpectus erat maior ſociis ſuis.
7 Datum eſt ſanctis altiſſimis.
8. Turbabit.
h. Scilicet Antichriſtus, qui cæteros reges à deo deprimet,vt ſe ſupra omnes hominet, imò ſupra deũ extollat:vt putet ſe curſum ac temporis ordinem ſeu feſta Chriſti & ſanctorum in ſolennitates ſuas cõuertere poſſe: legesquoque ſeu cæremonias ac præcepta religionis præſertim Chriſtianæ pro virili demolietur,& in ſuas leges commutare niterur. Dion. ibid.
9. Ex parte altiſſimi.
[i. Tempora mutare,eſt omnes pias conſuetudines,& traditiones ſolennitatũ & cæremoniarũ diſciplinarumque eccleſiç velle commutare. Lorychius ibid.]

## *Viſionis arietis & hirci interpretatio & figura,& regnum Antichriſti.* VIII.

[a] In anno tertio regni Balthaſar regis, viſio apparuit mihi: Ego Daniel poſt id quod videram in principio,vidi in viſione mea cũ eſſem in Suſis caſtro, quod eſt in Helam regione: vidi autem in viſione eſſe me ſuper [1]portam] Vlai,& leuaui oculos meos & vidi. Et ecce aries vnus ſtabat ante paludem, habens cornua [*]excelſa,& vnum excelſius altero atque [2] ſuccreſcens.] Poſtea vidi [b]arietem cornibus ventilantem contra occidentem, & contra aquilonem, & contra meridiem, & omnes beſtiæ non poterant reſiſtere ei,neque liberari de manu eius,feciſque ſecundum voluntatem ſuam,& magnificatus eſt.[c] [g] Et ego intelligebam. Ecce autem hircus caprarum veniebat ab occidente ſuper faciem totius terræ, & non tangebat terram. Porrò hircus habebat cornu inſigne inter oculos ſuos [d] & venit vſque ad arietem illum cornutum quem videram ſtantem [3] ante portam,] & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis ſuæ. Cúmque appropinquaſſet prope arietem eſſeratus eſt in eum,& percuſſit arietem,& comminuit duo cornua eius,& non poterat aries reſiſtere ei.[g] Cúmque eum miſiſſet in terram, conculcauit, & nemo quibat liberare arietem de manu eius.[c] Hircus autem caprarum, & [4] magnus factus eſt] nimis. Cúmque creuiſſet,fractum eſt cornu magnum,& orta ſunt quatuor cornua ſubter illud per quatuor ventos cœli. De vno autem ex eis egreſſum eſt cornu vnum modicum, & factum eſt grande contra meridiem, & contra orientem, & [5] contra fortitudinem. Et magnificatum eſt vſque ad fortitudinem] cœli,[f] & deiecit de fortitudine & de ſtellis, & conculcauit eas & vſque ad principem fortitudinis magnificatum eſt. Et ab eo tulit iuge ſacrificium, & deiecit locum ſanctificationis eius.[g] [6] Robur] autem datum eſt ei contra iuge ſacrificium propter peccata, & proſternetur veritas in terra, & proſperabitur & faciet. Et audiui vnum de ſanctis loquentem,& dixit vnus ſanctus alteri neſcio cui loquenti: Vſquequo viſio & iuge ſacrificium & [7] peccatum deſolationis quæ facta eſt, & ſanctuarium & fortitudo] conculcabitur? Et dixit [8]ei:] Vſque ad veſperam & mane dies duo milia trecenti, & mundabitur ſanctuarium. Factum eſt autem cùm viderem ego Daniel viſionem,& quærerem intelligentiam,ecce ſtetit in conſpectu meo[g] quaſi ſpecies viri. Et audiui vocem viri inter Vlai, & clamauit,& ait:[†] [g] Gabriel fac intelligere iſtam viſionem. Et venit, & ſtetit iuxta vbi ego ſtabam. Cúmque veniſſet,pauens corrui in faciem meam. Et ait ad me: Intellige fili hominis, quoniam [9] in tempore finis complebitur viſio.] Cúmque loqueretur ad me,[10] collapſus ſum pronus] in terram. Et tetigit me & ſtatuit me [11] in gradu] meo,

a Hęc eſt quinta viſio in ordine Hebraicè ſcripta in Danielis libro, cæterã verò præcedentes Chaldaicè. Comeſt. in Dan. c. 7.
1. Flumen.
*Et cornua.
2. Excelſius retrò aſcendebat.
b. Arietis vocabulo Darium regem Perſarũ deſignat, hirci verò Græcorum regem, videlicet Alexandrum Macedonẽ. Chry. aduer. Iud. orat. 2.
[c. Intelligebã ex ſuperioribus viſionibus in quibus ſecũdum regnum per argentũ ſignificatũ eſt, etiam nõ intelligitur quòd Medorũ & Perſarũ corruat imperium. Glo. ordi.]
d. Per hunc hircũ Alexãder Macedo primus Monarcha Græcorum ſignatur, qui ab occidẽtali plaga reſpectu Mediæ & Perſidis, venit vſque Suſas, vbi Darij ſexcus regiam tenebat, cum quo Alexander cõgreſſus ſuperauit. Et ſic regnum Medorum & Perſarum finẽ fecit tegnandi. Dion. ibid.
3 Iuxta flumen.
[e. Quia magnitudo Alexandri & eius fama creuit ſupra modũ, ſubiugati ſibi tota Aſia, & Aphrica pro magna parte. De Lyra ibid.]
4. Operatus eſt magnifica.
5. Verſus locũ amœnũ, & creuit vſque ad exercitum.
f. Hſc Daniel ſub Antiochi ſpecie contra hanc draconis caudã loquitur, dicens: Deiecit de fortitudine, & de ſtellis deiecit, cũ nõnullos & luce iuſtitiæ reſplẽdentes, & virtute operis robuſtos fregit. Qui vſque ad principem fortitudinis magnificatur, quia contra ipſum autorem virtutis extollitur. Iuge verò ſacrificium tollit, quia ſtudium conuerſationis eccleſiæ in eis quos ceperit, interrumpit. Greg. Moral. lib. 32. cap. 14.
6. Certum tempus.
7. Permittetur graſſari iniquitas, & ſanctuarium atque exercitus.
8 Ad me.
[g. Non enim ſunt angeli viri, ſed videntur ſicut Abraham ad quercum. Membre tres viri viſi ſunt, qui vtique non erant è quibus vnus adoratur vt Dñs deus Gen. 18. a. Vnde Abraham vidit diem meum & gauiſus eſt Io. 8. g. Gloſa ordinaria. ibidem.]
9. Ad tempus finit erit viſionis.
10 Stupore oppreſſus cecidi ſuper faciem meam.
11. In loco.

meo,dixítque mihi:Ego oſtendam tibi quæ futura ſint in nouiſſimo maledictionis,
F quoniam habet tẽpus finem ſuũ. ✠ [h] Aries quem vidiſti habere cornua,rex Medorum
eſt atque Perſarum.Porrò hircus caprarum,rex Græcorum eſt,&[i] cornu grande quod
erat inter oculos eius,ipſe eſt rex primus,quòd autem fracto illo ſurrexerunt quatuor
pro eo,quatuor reges de gente eius conſurgent,ſed non in fortitudine eius. Et poſt
regnum eorum cum creuerint iniquitates,conſurget rex[12] impudens] facie,& intelli-
G gens[13] propoſitiones,] & roborabitur fortitudo eius, ſed non in viribus ſuis, & ſupra
quàm credi poteſt, vniuerſa vaſtabit,& proſperabitur, & faciet. ✠ Et interficiet robu-
ſtos,& populum ſanctorum ſecundum voluntatem ſuam, & dirigetur dolus[k] in ma-
nu eius: & cor ſuum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos. Et
contra principem principum conſurget, & ſine manu conteretur. Et viſio veſpere &
mane quæ dicta eſt, vera eſt. Tu ergo viſionem ſigna, quia poſt multos dies erit. Et
ego Daniel[14] langui]& egrotaui per dies.Cúmque ſurrexiſſem faciebam opera regis
* & ſtupebam ad viſionem,& non erat qui interpretaretur.

h. Poſtris quibuſdam præãbulis ad expoſitionem viſionis,hic Gabriel incipit viſionem exponere inquantum tangit regem Medorum & Perſarũ De Lyra.]
i. Cornu autem grande, ipſe eſt rex primus Alexander, qui 32. ætatis ſuæ anno mortuus eſt in Babylone Pro quo ſurrexerunt quatuor duces eius qui ſibi Imperium diuiſerunt. Aegyptum enim Ptolemæus Lagi filius tenuit:Macedoniam Philippus,qui & Arideus,Alexandri frater,Syriam,Babyloném, & omnia regna orientis Seleuchus Nichanor:Aſiæ Antigonus. Hieron.
12.Seueruſ, id eſt,Antichriſtus.
13.Aenigmata.
k. In manu quippe Antichriſti dolus dirigitur: quia hoc cõtra bonos propoſuerit, implere tẽporaliter nulla aduerſitate præditur. Grego.Moral. libr.26. cap.15.
14.Deſtitutus ſum,ſub. viribus

*Oranti Danieli oſtenduntur ab angelo ſeptuaginta hebdomades vſque ad vnctionem ſancti ſanctorum,ad mortem eius & Iudæorum eiectionem.* IX.

†Iere.25.c 29.c. Anni ante Chriſtũ. 559. Anni mundi 3464. Depræd.i.t. e.Dixerat.

A [a] IN anno primo† Dari filij Aſſueri de ſemine Medorum, qui imperauit
ſuper regnum Chaldæorum, anno vno regni eius, ego Daniel intellexi
in libris numerum annorum, de quo factus eſt ſermo domini ad Ie-
remiam prophetam,vt complerentur deſolationis Ieruſalem ſeptuaginta
anni.Et poſui faciem meam ad dominum deum meum [1] rogare & deprecari] in ieiu-
†2.Eſdr.1 b Infra eod, niis,ſacco & cinere,& oraui dominum deum meum,& confeſſus ſum, & dixi:[b]† Ob-
†Baruch.1.c ſecro domine deus magne & terribilis,cuſtodiens pactum & miſericordiam diligen-
B tibus te,& cuſtodientibus mandata tua.† [c] Peccauimus,iniquitatem fecimus,impiè e-
gimus, & receſsimus & declinauimus à mandatis tuis ac iudiciis. ✠ Non obediuimus
ſeruis tuis Prophetis, qui locuti ſunt in nomine tuo, regibus noſtris, principibus no-
ſtris,patribus noſtris,omníque populo terræ. Tibi domine iuſtitia,nobis autem confu
ſio faciei, ſicut eſt hodie viro Iuda & habitatoribus Ieruſalem & omni Iſrael, iis qui
prope ſunt & iis qui procul in vniuerſis terris, ad quas eieciſti eos propter iniquitates
eorũ in quibus peccauerunt in te domine.Nobis confuſio faciei,regibus noſtris,prin-
cipibus noſtris, & in patribus noſtris qui [2] peccauerunt.]Tibi autem domino deo no
ſtro miſericordia & propitiatio, quia receſsimus à te, & non audiuimus vocem do-
mini dei noſtri,vt ambularemus in lege eius quam poſuit nobis per ſeruos ſuos Pro-
C phetas,✠ & omnis Iſrael præuaricati ſunt legem tuam, & declinauerunt ne audirent
†Deut.27.c vocem tuam, & ſtillauit ſuper nos maledictio &[3] deteſtatio,] † quæ ſcripta eſt in li-
bro Moyſi ſerui dei,quia peccauimus ei. [d] Et [4] ſtatuit]ſermones ſuos quos locutus eſt
ſuper nos,& ſuper principes noſtros qui iudicauerunt nos, vt ſuperinducerent in nos
magnum malum, quale nunquam fuit ſub omni cœlo, ſecundum quod factum eſt
in Ieruſalem,ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſi. Omne hoc malum venit ſuper nos, &
non rogauimus faciem tuam domine deus noſter, vt reuerteremur ab iniquitatibus
noſtris,& cogitaremus veritatem tuam.[e] Et vigilauit dominus ſuper malitiam, & ad-
duxit eam ſuper nos. Iuſtus * dominus deus noſter in omnibus operibus ſuis quæ fe-
†Parm.2.c Exod.15.e D cit.✠ Non enim audiuimus vocem eius. † Et nunc domiue deus noſter, qui eduxiſti
populum tuum de terra Ægypti in manu forti, & feciſti tibi nomen ſecundum diem
hanc, peccauimus,iniquitatem fecimus domine [5] in omnem iuſtitiam tuam.] Auer-
tatur obſecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ieruſalem, & à monte ſancto tuo:
propter peccata enim noſtra & iniquitates patrum noſtrorum, [f] Ieruſalem & popu-
lus tuus in opprobrium ſunt omnibus per circuitum noſtrum. Nunc ergo exaudi
deus noſter orationem ſerui tui, & præces eius, & [6] oſtende] faciem tuam ſuper ſan-
E ctuarium tuum quod deſertum eſt:✠ Propter temetipſum inclina deus meus aurem

a. Hic eſt Darius Medus,qui eſt Cyro Chaldæos Babyloniosque ſuperauit: ne putemus illũ Darium ſub quo ædificatum eſt templum,vel vnum de ſequẽtibus. Hic primus de ſemine Medorum ſubuertit regnum Chaldæorum filius Aſſueri, qui alio nomine dicebatur Aſtyages. Hieronym.ibid.
1.Vt rogarem eum oratione, obſecrationibus.
b. Daniel poſt fidei atque innocẽtiæ ſuæ multiplicem gratiam poſt dignationem domini circa virtutes ac laudes ſuas ſæpe repetitam,ieiuniis adhuc deum promereri nititur,in ſacco & in cinere volutatur, exomologeſin faciens dolenter, & dicens: Domine deus magnus & fortis, & metuendus. Cyp.de lapſis Ser.5. c. Cur Daniel ſciens tẽpus liberationis diuinitus promiſſum iam imminere,& quaſi in proximo adeſſe,orauit pro populi ſui liberatione? Reſpondet Hieronymus,& hac re magis Danielem prouocauit ad rogandum, vt quod deus promiſit per ſuã clemẽtiam, per hotum impleat precer,ne negligẽtia & ſuperbia pariant offenſam. In cinere igitur & ſacco poſtulat impleri qđ promiſerat deus:non ꝙ eſſet incredulus futurorũ, ſed ne ſecuritas negligentiam,& negligentia pareret offenſam. Hier.ibid.
2. Peccauimus in te,vel tibi.
3 Execratio.
[d. Stabilem fecit ſermones ſuos in punitione noſtra iuſta:vt ſuperiudicaret in nos magnũ malum, &c. Figura hyperbole eſt ad deſignandum magnitudinẽ ſuæ tribulationis. Vel ſecundũ virtutem hiſtoriæ poteſt hoc exponi de templi combuſtione. De Lyra. ibidem.
4. Suſcitauit.
e. Quando propter peccata corripimur vigilat ſuper nos Deus quando hoc non facit dormit. Vnde in Pſalte. ſurrexit tanquã dormiens dominus, tanquam potens crapulatus à vino. Gloſa ordinaria ibidem.]
* Enim.
5. Secundum omnes Iuſtitias tuas.
f. Filij ſæpe propter delicta parentum corporalibus pœnis affligi dicuntur, quia ſecundum corpus ſunt aliquid parentum, & deſcenderunt ab eis, & ipſiſſime patrẽ ſequitur ſua proles. Ideo orat Daniel has punitiones à Iudæis ceſſare,vrbẽque & templum ædificari petetur. Dion. ibidem.
6. Illuſtra.

tuam & audi,aperi oculos tuos & vide desolationem nostram,& ciuitatem super quã
inuocatum est nomen tuum, neque enim in iustificationibus nostris prosternimus
preces ante faciem tuam,sed in miserationibus tuis multis. [g] Exaudi domine, placare
domine, attende,& fac,ne moreris propter temetipsum deus meus, quia nomen
tuum inuocatum est super ciuitatem & super populum tuum. [h] Cúmque adhuc lo-
querer & orarem,& confiterer peccata mea & peccata populi mei Israel, vt prosterne-
rem preces meas in conspectu dei mei,pro monte sancto dei mei, [g] adhuc loquẽte
me in oratione mea, ecce vir Gabriel † quem videram in visione à principio, cito vo-
lans tetigit me in tempore sacrificij vespertini, & docuit me & locutus est mihi: Di-
xítque: Daniel,nunc egressus sum vt docerem te,& intelligeres. Ab exordio precum
tuarum egressus est sermo. Ego autem veni vt indicarem tibi,quia vir desideriorum
es. Tu ergo animaduerte sermonem, & intellige visionem. † Septuaginta hebdoma-
des[7] abbreuiatæ] sunt super populum tuum,& super vrbem sanctam tuam, [i] vt con-
summetur præuaricatio,& finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & addu-
catur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sancto-
rum. [f] Scito ergo & animaduerte ab exitu sermonis, [g k] vt iterum ædificetur] Ieruśa-
lem vsque ad Christum ducem, hebdomades septem,& hebdomades sexagintaduæ
erunt, & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum. Et post hebdo-
mades sexagintaduas occidetur Christus,& non erit eius [—] populus qui eum negatu-
rus est.] Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus[9] cum duce venturo,] & finis
eius vastitas,& post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis
hebdomada vna, & in medio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium,&[10] †erit in
templo abominatio desolationis,] & vsque ad consummationem & [11] finem perse-
uerabit desolatio.]

g. Hic describitur orantis instãtia, cum dicitur: Exaudi domine, preces benigne audiendo, placare, offentam remittendo. Attende & fac nobis consolationem perfectam tribuendo, ne moreris quia tempus instat. In quo promisisti consolationẽ tuis nobis. De Lyra.ibidem.

h. Cum Iudaicæ gentis septuagenaria apud Babylonios seruitus iam ad finem tenderet. Danieli oranti vnus ex sanctis, dei ministris visus Gabriel archangelus renouationem vrbis Ierusalem primo quoque tempore, & sine mora futuram canit: & tempus vsque ad eam renouationem numero annorum determinat, prædicitque vt post definitũ illud temporis spatiũ, rursus eueretur. Euseb.de demonstra.Euang.lib.8.cap.2.

7. Determinatæ.

i. Vide quomodo concordent sententiæ. Propheta dixit: vt consummetur peccatum & finẽ habeat. Christus dixit: impletę mensuram patrum vestrorum. Chrys.aduer. Iudæos,orat.2.

8. k. De reparanda & reædificanda,scilicet, à Nehemia misso ab Artaxerxe. anno.20. regni eius ad reædificandam ciuitatẽ constructo iamdudum templo. Quòd si illum Artaxerxem, Darium Hystaspis filium dicas, tunc ab anno 32. imperij eius, quo anno consummata est ciuitas, ad Christi natalem supputantur 490. id.ex 70.hebdomadibus constituti. Si Artaxerxem Longimanum credas tunc ad Christi passionem ab anno eius 11. quo creditur Nehemias facultatem ædificandæ vrbis impetrasse,& suũ discessũ 9.annis distulisse,vt Philoni & Chryso.placet.numerabis 487. annos ex 69. hebdomadis cum dimidia constitutos, vt in medio victimæ Christus moriatur.

9. Ducis venturi.

10. Propter exitionem abominationum erit desolatio.

11. Determinatæ exterminationem effundetur super populum desolationi obnoxium.

a. In fine primæ visionis legimus quia fuit Daniel vsque ad annũ primũ Cyri regis: quod sic accipiendum est, quod fuerit apud Chaldæos in pristina dignitate vsque ad annum primum Cyri regis, & post in Medos translatus: vbi anno primo Cyri regis 70. hebdomadarum sacramenta arguit. Nunc autem tertio Cyri anno hæc vidisse narratur. Clo.ordi.

1. Tempus definitũ magnum.

2. Illi fuit.

b. Luctus ille præcessit visionẽ istam,& dispositus fuit ad eã. Nam vt ex littera trahitur, per tria, puta luctum, orationẽ, ieiunium disposuit, & aptauit se ad obtinendam hanc visionem. Dionys.ibid.

3. Tharsis.

4. Pedes.

[c. Hic consequenter ponitur videntium terror. Dicit ergo: Vidi ego Daniel solus visionem pericũlẽ scilicet quia non solũ vidit angelum apparentem, sed etiam audiuit eum loquentem, & intellexit. Alij enim viri qui erant cum Daniele,viderunt solum angelum apparentem, ex cuius visione territi fuerunt, & ideo dicuntur hic vidisse visionem,quia angelum loquentem non audierunt,nec intellexerũt ea quæ fuerũt revelata Danieli: Et hoc est quod dicitur, Porrò viri qui erant mecum,&c. Simile Paulus in actibus apostolicis passus est,vt cæteris non videntib⁹ visionẽ solus aspiceret, alij sonũ audierũt,sed vim vocis nõ intellexerũt. De Lyra cũ Gl.or.]

5. Virtus.

d. Certa angelorũ ministeria dispẽsandi singulis quibusque gẽtibus sunt prælata,cũ subiectarũ mores aduersari conspiciunt,sibi inuicem aduersari dicuntur. Grego. Moral.lib.17.ca.7.

## *Apparet Danieli vir lineis indutus vestibus, Principis Persarum & Græcorum nuntians discrimina.* X.

[a] Anno tertio [—] regni] Cyri regis Persarum, verbum reuelatum est Danie- A Anno Christi 534. Anni mundi 3470.
li, cognomento Balthasar, & verbum verum & [1] fortitudo magna,] intel-
lexítque sermonem. Intelligentia enim [2] est opus] in visione. [b] In diebus
illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem deside-
rabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum. Sed neque vn-
guento vnctus sum,donec complerentur trium hebdomadarum dies. Die autem vi-
cesima & quarta mensis primi,eram iuxtà fluuium magum, qui est Tygris, & leuaui
oculos meos, & vidi. Et ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro ob-
rizo,& corpus eius quasi [3] chrysolytus,] & facies eius velut species fulguris, & oculi
eius vt lampas ardens,& brachia eius & [4] quæ deorsum sunt vsque ad pedes] quasi spe
cies æris cãdentis,& vox sermonum eius vt vox multitudinis. [c] [d] Vidi autem ego Da- B
niel solus visionem,porrò viri qui erant mecum non viderunt,sed terror nimius irruit
super eos,& fugerunt in absconditum. Ego autem relictus solus vidi visionem gran-
dem hanc,& non remansit in me fortitudo,sed & [5] species] mea immutata est in me,
& emarcui,nec habui quicquam virium. Et audiui vocem sermonum eius,& audiens
iacebam consternatus super faciem meam,& vultus meus hærebat terræ. Et ecce ma-
nus tetigit me, & erexit me super genua mea & super articulos manuum mearum.
Et dixit ad me: † Daniel vir desideriorum, intellige verba quæ ego loquor ad te, & 45.ca.6. Innocen.
sta in gradu tuo. Nunc enim sum missus ad te. Cúmque dixisset mihi sermonem istũ,
steti tremens,& ait ad me: [d] Noli metuere Daniel, quia ex die primo quo posuisti cor c
tuum ad intelligendum vt te affligeres in conspectu dei tui, exaudita sunt verba tua,
& ego veni propter sermones tuos. [d] Princeps autem regni Persarum restitit mihi vi-
ginti & vno diebus, & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium
meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Veni autem vt docerem te quæ

ventura

ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus, quoniam adhuc visio in dies. [c] Cúmq; loqueretur mihi huiuscemodi verbis, deieci vultũ meum ad terram, & tacui. Et ecce quasi similitudo filij hominis tetigit labia mea, & aperiens os meum locutus sum, & dixi ad eum qui stabat contra me: Domine mi in visione tua [6] dissolutæ sunt compa-
D ges meæ, ] & nihil in me remansit virium: [ß] Et quomodo poterit seruus * domini mei loqui cum * domino meo? Nihil enim in me remansit virium, sed & halitus meus [7] intercluditur.] Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis & confortauit me, & dixit: [f] Noli timere vir desideriorum, pax tibi, confortare & esto robustus. Cúmque loqueretur mecum, conualui, & dixi: Loquere domine mi, quia confortasti me. Et ait: [ß] Nũquid scis quare venerim ad te? Et nunc reuertar vt prelier aduersum principem Persarum. Cùm enim egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens. Veruntamen annuntiabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis, & nemo est [8] adiutor meus] in omnibus his, nisi Michael princeps vester.

*Post varios reges reuelabitur filius iniquitatis, se contra deum erigens.* XI.

Anni ante Christũ, 559. Annus mundi 3503.

A EGo autem à primo anno Darij Medi, stabam: vt confortaretur, & roboraretur. Et nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce adhuc [a] tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimiis super omnes, & cùm inualuerit diuitiis suis, concitabit omnes aduersum regnum Græciæ. Surget verò rex fortis, & dominabitur potestate multa, & faciet quod placuerit ei. Et cùm steterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in [b] quatuor ventos cœli, sed nõ in posteros eius, neque secundũ potentiam illius qua dominatus est. Lacerabitur enim regnũ eius etiam [1] in externos, exceptis iis.] Et confortabitur rex austri, & de Principibus eius * prævalebit super eum. Et dominabitur [2] ditione, multa enim dominatio eius.] Et post finem annorum fœderabuntur. Filiáque regis austri veniet ad regem aquilonis [3] facere amicitiam, ] & non obtinebit fortitudinem brachij, nec stabit * semen eius: & tradetur ipsa, & qui adduxerunt eam [4] adolescentes eius, ] & qui confortabant
B eam in temporibus. [ß] Et stabit de germine radicum eius [5] plantatio.] Et veniet cum exercitu, & ingredietur [6] prouinciam] regis aquilonis, & [7] abutetur eis, & obtinebit.] Insuper & deos eorum & sculptilia, vasa quoque pretiosa auri & argenti captiua ducet in Ægyptum. Ipse [8] prævalebit] aduersus regem aquilonis. Et intrabit in regnum rex austri, & reuertetur ad terram suam. [c] Filij autem eius prouocabuntur, & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum. Et veniet properans & inundans, * & reuertetur & concitabitur, [9] & congredietur cum robore eius.] Et prouocatus rex austri egredietur & pugnabit aduersus regem aquilonis, & præparabit multitudinem nimiam, & dabitur multitudo in manus eius, & [10] capiet multitudinem] & exaltabitur cor eius, & deiiciet [11] multa] milia, sed non prævalebit. Conuertetur enim rex a-
C.11.9.a. C quilonis, & præparabit multitudinem multo maiorem quàm prius. [ß] Et in fine temporum annorúmque veniet, properans cum exercitu magno & opibus nimiis. † In temporibus illis multi consurgent aduersus regem austri. [d] Filij quoque prævaricatorum populi tui extollentur, vt impleant visionem, & corruent. Et veniet [e] rex Aquilonis & comportabit aggerem, & capiet vrbes munitissimas, & brachia austri nõ sustinebunt. Et [12] consurgent electi eius ] ad resistendum, ⸗ & non erit fortitudo.] Et faciet veniens super eum iuxta placitum suum, & non erit qui stet contra faciem eius. Et stabit in terra inclyta, & consumetur in manus eius, & ponet faciem suã, vt veniat ad tenendum vniuersum regnum eius, & recta faciet cum eo. Et filiam fœminarum dabit ei vt euertat illud, & non stabit, nec illius erit. Et conuertet faciem suã ad insulas, & capiet multas & cessare faciet [13] principem opprobrij sui. Et opprobrium eius conuertetur in eum.] Et conuertet faciem suam [14] ad imperium ] terræ suæ, & impinget & corruet, & non inuenietur. [ß] Et stabit in loco eius [15] vilissimus &
D indignus decore regio, ] & in paucis diebus conteretur, non in furore nec in prælio.

[c. Hic ponitur consolatio perfecta ipsius Danielis est quo sic loquebatur Angelus, tunc deiecit vultum suũ in terram, quasi non potens sustinere aspectum fulgoris Angeli apparentis. Et hoc tactũ est vt Daniel cognosceret fragilitatem hominis respectu virtutis angelorum. De Lyra ibid.]

6. Conuersi sunt in me dolores mei.

*Huius.

*Illo.

7. Non fuit in me relictus.

[f. Et iubens timorem omnem me ponere vir deo dilecte ac grate, bene sit tibi, inquit, q̃ mortẽ metuis, nihil est, sed fortem te præbe bono ac imperterrito sis animo. Tostatus ibidem.]

g. te uera magna sacramẽta dei. Laxato enim populo de captiuitate Iudæorum, Persarũ regnũ atque Medorum interfecto Dario, subuertit Alexander rex Macedonum, & princeps Græcorũ vicit principem Persarum. Hieron. ibid.

8. Qui mecum viriliter agat.

a. Imò 14. sequentur à Cyro ad Alexandrũ magnũ. At non fuit curæ spiritui prophetali historiæ ordinem sequi, sed præclara quæque perstringere. Quatuor autẽ quos Daniel post Cyrũ vidit futuros super Persas regnare, fuere Cãbyses, Smerdes, Darius & Xerxes magnus. Hiero. ibid.

[b. Orientẽ scilicet & occidentẽ meridiem & septentrionem. In Aegypto enim quæ est ad meridie, primus regnauit Ptolemeus Lagi filius, f Macedonia, Philippus qui & Arideus frater Alexandri, quæ est ad occidentem Syriæ & Babylonis, & superioribus locis quæ sunt ad orientem. Seleuchus Nicanor imperauit Asiæ & Ponthо & cæteris in eadem plaga prouinciis Antigonus, id est, ad septentrionem. Et hoc secundum totius orbis plagas dicimus. Qui autẽ in Iudæa est, ad aquilonẽ Syriam, ad meridiem Aegyptum habet. Glosa ordi. ibid.

1. Aliis quàm istis.

* Et.

2. Et dominatio multa erit, & dominium eius potentissimum.

3. Vt faciat æquitatem.

*Ille &.

4. Et qui genuit eam.

5 Basis eius.

6. Habitaculum.

7. Faciet in eis, & cõfortabitur.

8. Per annos stabit.

[c. Hic consequenter agit de regno Antiochi magni, qui fuit filius Seleuchi Galerici regis Syriæ. Vnde considerandũ q̃ mortuo Seleuco Galerico rege Syriæ duo filij eius qui tunc erãt pauuli, creuerũt scilicet Seleucus Ceramus, qui erat primogenit⁹, & Antiochus magnus, qui erat secundus natus. Mortuo autem Ptolemæo Energete, qui patrẽ eorum interfecerat & matrem, regnante Ptolemeo Philopatore in Aegypto loco patris sui Ptholemei Energetis, duo fratres prædicti mouerunt contra eum prælium ad vindicandum mortem patrẽ: sed infra breue tempus Seleucus Ceramus mortuus est. De Lyra.]

*Transibit.

9. Vsque ad munitionem eius.

10. Eleuabitur multitudo illa.

11. Decem.

d. Rectè prævaricator dicitur, qui discedit à domino. Denique Græcè à discedendo apostata nominatur. Vnde & illud Ecclesiastes 19. Vinum & mulieres apostatare faciũt sapientes. Amb. in Psal. 118. Sermo. 15.

e. Rex aquilonis, Antioch⁹ rex Syriæ, repetet vrbes munitissimas, quas rex Aegypti abstulerat recuperabit, & regno suo tutissum adiiciet. Dion. ibid.

12. Populo electorum eius non erit virtus.

13. Princeps opprobrium suum, ne opprobrium suum, in se conuertat.

14. Ad munitiones.

15. Seductor & tyrannus in honore regni.

Et ſtabit in loco eius deſpectus,& non tribuetur ei honor regius: Et veniet [16] clàm] & obtinebit regnum [17] in fraudulentia,] & brachia [18] pugnantis expugnabuntur]à facie eius, & conterentur. [f] Inſuper & dux fœderis. Et poſt amicitias cum eo faciet dolum, & aſcendet & ſuperabit in modico populo, abundantes & vberes vrbes ingredietur. Et faciet quæ non fecerunt patres eius,& patres patrum eius.Rapinas & prædam & diuitias eorum diſſipabit, & [19] contra firmiſſimas cogitationes inibit, ] & hoc vſque ad tempus. Et concitabitur fortitudo eius, & cor eius aduerſum regem auſtri in exercitu magno. Et rex auſtri prouocabitur ad bellum multis auxiliis & fortibus nimis, & non ſtabunt, quia inibunt aduerſus eum conſilia. [g] Et comedentes panem cum eo conterent illum, exercitúſque eius opprimetur, & cadent interfecti plurimi. [g]Duorum quoque regum cor erit vt male faciant, & ad menſam vnam loquentur [a] mendacium & non proficient, quia adhuc finis in aliud tempus. Et reuertetur in terram ſuam cum opibus multis, & cor eius aduerſus teſtamentum ſanctum, & faciet & reuertetur in terram ſuam. Statuto tempore reuertetur, & veniet ad auſtrum, & non erit priori ſimile nouiſſimum. Et venient ſuper eum [20] trieres & Romani, ] & percutietur, & reuertetur. Et indignabitur contra [21] teſtamentum ] ſanctuarij,& faciet reuertetúrque & cogitabit aduerſum eos qui dereliquerunt teſtamentum ſanctuarij. Et brachia ex eo ſtabunt, & polluent ſanctuarium fortitudinis, & auferent iuge ſacrificium, & dabunt abominationem in deſolationem. [b] Et [22] impij in teſtamentum ſimulabunt fraudulenter: ] populus autem ſciens deum ſuum, obtinebit & faciet. Et docti in populo docebunt plurimos, & ruent in gladio & in flamma & in captiuitate & in rapina [23] dierũ.] [§] Cúmque corruerint, ſubleuabuntur auxilio paruulo, & applicabuntur eis plurimi fraudulenter. Et de eruditis ruent vt [24] conflentur & eligantur, ] & dealbentur vſque ad tempus præfinitum, quia adhuc aliud tempus erit. [i] Et faciet iuxta voluntatem ſuam rex, & eleuabitur & magnificabitur aduerſus omnem deum. Et aduerſus deum deorum loquetur magnifica & dirigetur, donec compleatur iracundia. Perpetrata quippe eſt definitio. Et deum patrum ſuorum non reputabit, [25] & erit in ] concupiſcentiis fœminarum, nec quenquam deorum curabit, quia aduerſum vniuerſa conſurget. [k] Deum auem Maozim in loco ſuo venerabitur, & deum quem ignorauerunt patres eius colet auro & argento, & lapide pretioſo, rebúſque pretioſis. Et faciet vt muniat Maozim cum deo alieno quem cognouit & multiplicabit gloriam, & dabit eis poteſtatem in multis, & terram diuidet [26] gratuito. ] [§] Et in tempore [27] præfinito ] præliabitur aduerſus eum rex auſtri, [c] & quaſi tempeſtas veniet contra illum Rex aquilonis in curribus & in equitibus & in claſſe magna, & ingredietur terras, & conteret & pertranſiet. [l] Et introibit in terram glorioſam, & multi corruent. Hæ autem ſolæ ſaluabuntur de manu eius. Edom & Moab, & principes filiorum Ammon. Et mittet manum ſuam in terras, & terra Ægypti non effugiet. Et dominabitur theſaurorum auri & argenti, & in omnibus pretioſis Ægypti. [m] Per Libyam quoque & Æthiopiam tranſibit, & fama turbabit eum ab oriente & ab aquilone,& veniet in multitudine magna vt conterat & interficiat plurimos. Et figet tabernaculum [28] ſuum Apadno ] inter duo maria ſuper montem inclytum & ſanctum,& veniet vſque ad ſummitatem eius, & nemo auxiliabitur ei.

*Bonorum & malorum varia reſurrectio, occultúmque dei iudicium cum libro clauſo, occultíſque ſermonibus.* XII.

IN tempore autem illo conſurget Michael princeps magnus qui ſtat pro [a] filiis populi tui,& [a] veniet tempus *quale non fuit ab eo ex quo gentes eſſe cœperunt, vſque ad tempus illud. Et in tempore illo ſaluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. Et multi de iis qui [b] dormiunt in terræ puluere,euigilabunt,† alij in vitam æternam,& alij in opprobriũ, [1] vt vi-

16.In dolo.
17.In blanditiis.
18 Inundatione perfundentur.
f.Habuit enim Daniel cõplures viſiones,& propheticas protulit denuntiationes,quas primò nõ intellexit, ſed eorũ intelligentiam poſtea ab angelo edoctus eſt: & tamen prophetici nominis rationem ſimul & denominationem proinde nõ perdidit. Cyril.in Ioh.lib.8.cap.3.
19.In æternum munitiones verſabit in cogitationibus eius.

g. Antiochus enim Epiphanes dedit ſororem ſuam vxorem Epiphanio regi Aegypti in dolũ: qui ſuſcepit ex ea duos filios. Tunc Antiochus ingreſſus eſt Aegyptum tanquã vltimus ſororem & nepotes:ſed inter epulas fecit occidi virum ſororis,& voluit obtinere Aegyptũ, ſed Aegyptij vtiliter reſiſtentes eiecerunt eum. Poſt biennium autẽ reuerſus obſedit Alexandriam, & ecce legati Romanorũ miſſi ſunt ad Aegyptios libertandos, quibus fœderati erant: & receſſit ab Aegypto. Comeſt.hiſto. Danie.cap.12.
20.Naues Cittim.
21.Fœdus,& infra.
22.Qui impiè agent in teſtamẽtum,hi ſeducent blanditiis.
[h. Quia aliqui peſſimi de Iudæis ſimulãter ſe zelare pro cultu dei,populum Iudæorum deceperũt,ſicut de Alchimo & ſuis ſociis dicitur.1. Ma.7.Homo ſacerdos de ſemine Aaron venit, non decipiet nos, & tamen ſtatum rupit iuramẽtum, vt ibidẽ dicitur. De Lyra.]
23.Diebus multis.
24.Examinentur & mundẽtur.
i.Quod de eodem Antiocho Epiphanio creditur dictum,licet Iudæi de Antichriſto coniciãt. Et hæc mala illi accidiſſe dicũtur,quia in ſanctos dei multam exercuerit crudelitatem,& polluerit templum eius.Non enim pro eo q̃ conatus eſt facere, & acta pœnitẽtia deſiit adimplere:ſed pro eo quod fecit punitꝰ eſſe credendus eſt.Hieron.ibi.
25 Nec de.
[k.Diabolum ſcilicet in ſeipſo vel vbicunque fuerit,vel in mẽbris ſuis.Omnium enim malorũ caput eſt diabolus,ſicut Chriſtus bonorum. Glo.ordi.ibid.]
26.Pretio.
27.Finalis.

l.Hoc eſt,in Iudæam ſiue in eccleſiam introibit Antichriſtus: vbi deus mirabilia operãdo gloriam ſuam declarauit. Antichriſtus autem ingredietur Ieruſalem,& in Iudæa ſolium figet,cuius typus olim in Antiocho præfuit. Diony.ibid.
[m.Quia iſta duo regna ſimiliter ſubiiciẽtur Antichriſto,hoc autem non poteſt dici de Antiocho: quia iſtas terras non legitur intraſſe. De Lyra ibid.]
28.Palatij ſui.

a. Huic ſententiæ euangelicus locus eſt ſimillimus de reſurrectione mortuorum corporum. Ioan.5. Quia venit hora in qua omnes qui in monumẽtis ſunt, audient vocem filij dei,& procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ:qui verò mala,in reſurrectionẽ iudicij. Auguſt. de ciuit.dei,lib.20.cap.23.
*Tribulationis.
b. Bene itaque dormientium dixit quietem,vt intelligas mortẽ non eſſe perpetuam,quæ ſomni vice initur ad tẽpus & ad tẽpus excluditur: melioremque profectum vitæ eius oſtendit quæ futura poſt mortẽ eſt, quã eius quæ ante mortẽ mœrore atque dolore tranſigitur. Siquidem illa ſtellis comparatur, hæc arenæ addicitur. Ambr.de fide reſurrect.Oratio.

a [1]vt videant semper.] [c]Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Tu autem Daniel claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum. Plurimi pertransibunt, & [2] multiplex erit] scientia. Et vidi ego Daniel, & ecce ⊱ quasi] duo alij stabant, vnus hinc super ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixi viro qui erat indutus lineis, qui stabat super aquas fluminis: [d] Vsquequo finis horum mirabilium? Et audiui virum qui indutus erat lineis: [d] qui stabat super aquas fluminis, † cùm eleuasset dexteram & sinistram suam in cœlum, & iurasset per viuentem in æternum, quia in tempus & tempora, & dimidium temporis. Et cùm completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur vniuersa hæc. Et ego audiui & non intellexi. Et dixi: Domine mi quid erit post hæc? Et ait: Vade Daniel, quia clausi sunt signatique sermones vsque ad præfinitum tempus. [3] [e] Eligentur] & dealbabuntur, & ⊱ quasi ignis] portabuntur multi. Et impiè agent impij, neque intelligent omnes impij. Porrò docti intelligent, [e] & à tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Tu autem Daniel vade [4] ad præfinitum,] & requiesces & stabis in sorte tua in fine dierum.

a. Apoc.10.a
c
d
p
Sup.12.f

1. In abiectionē sempiternam.
c. Doctor ergo ecclesiasticus verba dei scribendo & docendo, nō solū sibi laborat, sed & aliis, quia sibi laborat pro æterna mercede & quiete, aliis autem pro vera salute & perpetua requie. Vnde in Daniele scriptū est. Qui docti fuerint, fulgebūt sicut splendor firmamenti, &c. Raba. in. 24. cap. Eccle.
2. Multiplicabitur.
d. Ad designandum quod potestas terrena est finaliter conculcanda. Aquæ enim populos significant, secundum quod dicitur Apoc. 17. Aquæ multæ populi multi. Vsquequo finis horum mirabilium, id est, quanta erit duratio persecutionis Antichristi prædictæ. De Lyra ibid.
3. Repurgabuntur.
e. Vnde patet hos tres & semis annos de Antichristi dici temporibus, qui tribus, & semis annis, i. mille ducentis nonaginta diebus sanctos persecuturus est: & postea corruiturus in monte inclyto & sancto. Hieron. ibid.
4. Ad finem.

*Hucusque Danielem in Hebraico volumine legimus, cætera quæ sequuntur vsque ad finem libri, de Theodotionis editione translata sunt.*

*Castissimam Susannam veteres presbyteri adulterij accusantes, & mortis ream, lege talionis à Daniele iudicati sunt.* XIII.

A [2]⊱ [†]T erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioachim, & accepit vxorem nomine Susannam filiam Helchiæ, pulchram nimis & timentem deum. [b] Parentes enim illius cum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem Moysi. Erat autem Ioachim dives valde, & erat ei [1] pomarium vicinum] domui suæ, & ad ipsum confluebant Iudæi, eo quòd esset honorabilior [2] omnium.] Et constituti sunt duo senes iudices in illo anno, de quibus locutus est dominus, quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, [c] qui videbantur regere populum. Isti [3] frequentabant domum] Ioachim, & veniebant ad eos omnes [4] qui habebant iudicia.] Cùm autem populus reuertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna & deambulat in pomario viri sui. Et videbant eam senes quotidie ingredientem & deambulantem, & exarserunt in concupiscentiam eius. Et [d] euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos vt non [5] viderent] cœ-
B lum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. [f] Erant ergo ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum. Erubescebant enim indicare sibi concupiscentiam suam, volentes [6] concubere cum ea.] Et obseruabant quotidie sollicitius videre eam. Dixítque alter ad alterum: eamus domum, quia hora prandij est. Et egressi recesserunt à se. Cúmque reuertissent, venerunt in vnum, & sciscitantes ab inuicem causam, confessi sunt concupiscentiam suam. Et tunc in commune statuerunt tempus quando eam possent inuenire solam. Et factum est autem cùm obseruarent diem aptum, ingressa est [7] aliquando ] sicut heri & nudiustertius cum duabus solis puellis, voluítque lauari in [8] pomario. ] Æstus quippe erat, & non erat ibi quisquam præter duos senes absconditos, & contemplantes eam. Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum & smigmata, & ostia pomarij claudite, vt lauer. Et fecerunt sicu præceperat, clauserúntque ostia pomarij, & egressę sunt [9] per posticum,] vt afferrent quæ iusserat. [10]
C Nesciebátque senes intus esse absconditos. [f] Cùm autem] egressæ essent puellæ, [c] surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt: Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt, & in concupiscentia tui sumus. Quamobrem assentire

A. 1. q. 1. cap. Quod deo.

2. Apparet autem hoc factū esse adhuc recenti captiuitate: quia Daniel adhuc iuuenis erat. Porrō Susanna vxor Ioachim pulchra erat nimis, ideo exarserūt in eam duo senes iudices illius anni. Comest. hist. Dan. cap. 13.
b. Hoc vtendū est testimonio ad exortationem parentum, vt doceant iuxta legem dei, sermonémque diuinum, non solum filios, sed & filias suas. Hieronym. ibidem. ex Origene
1. Hortus vicinus, & infra.
2. omnibus.
c. Pulchrè ait: qui videbantur regere populum, non qui regebant. Bene enim præsidentes populo verè hunc regunt, qui autem tantum nomen habent iudicum seu pastorum, aut præsidētium atque iniustè populo præsunt videntur populum regere magis quàm regant. Quibus illud Zacha. 11. O pastor & idolum derelinquens gregem. Dion. ibid.
3. Expectabant in domo.
4. Litigantes.
d. Sed vt in animis eorum iaceret fundamentum, & cogitatēs desiderata complere, ipsi euerterunt sensum suum: quo subuerso, oculi eorū inclinati sunt, vt cœlestia non viderent, nec recordarentur iudiciorum iustorum siue Dei, siue honestatis, siue naturæ quæ omnibus ad bonū insita est. Hier. ibid.
5. Respicerent in.
6. Commiscerī illi.
7. Susanna.
8. Horto.
9. Portas obliquas. & infra.
10. Et non viderunt seniores, quia erant absconditi. Et factū est cum.
e. Nec ætas vos eorum, nec auctoritas fallat, qui ad duorum presbyterorum veterem nequitiam respondentes; sicut illi Susannam pudicam corrumpere & violare conati sūt, sic & hi prauis doctrinis ecclesiæ pudicitiam corrumpere, & veritatem euangelicam vitiare conantur. Cyprian. Epist. lib. 1. epist. 8.

nobis,& commiſcere nobiſcum.[f] Quod ſi nolueris,dicemus contra te teſtimonium, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc cauſam emiſeris puellas à te. Ingemuit Suſanna,& ait: [g] Anguſtiæ ſunt mihi vndique.Si enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras. [†] Sed melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras,quàm peccare in conſpectu domini. Et exclamauit voce magna Suſanna, exclamauerunt autem & ſenes aduerſus eam. Et cucurrit vnus ad oſtia pomarij, & aperuit. Cùm ergo audiſſent clamorem famuli domus in pomario, irruerunt per poſticum, vt viderent quidnam eſſet. * Poſtquam autem ſenes locuti ſunt, [h]erubuerunt ſerui vehementer, quia nunquam dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſanna.[11] Et facta eſt dies craſtina. Cúmque veniſſet ] populus ad Ioachim virum eius,venerunt & duo preſbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam vt interficerent eam.[ſ] Et dixerunt coram populo: Mittite ad Suſannam filiam Helchię vxorem Ioachim. Et ſtatim miſerunt. Et venit cum parentibus & filiis & vniuerſis cognatis ſuis. [i] Porrò Suſanna erat delicata nimis & pulchra ſpecie. At iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperiretur, erat enim cooperta,vt vel ſic ſatiarentur decore eius. Flebant igitur ſui, & omnes qui nouerant eam. Conſurgentes autem duo preſbyteri in medio populi poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius. Quæ flens ſuſpexit ad cœlum: Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerunt preſbyteri: Cùm deambularemus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hæc cum duabus puellis, & clauſit oſtia pomarij,& dimiſit à ſe puellas.Venítque ad eam adoleſcens qui erat abſconditus,& concubuit cum ea. Porrò nos cùm eſſemus in angulo pomarij videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos,& vidimus eos pariter commiſceri. Et illum quidem non quiuimus cõprehendere,quia fortior nobis erat, & aperto oſtio exiliuit.[ſ] Hãc autem cùm apprehendiſſemus, interrogauimus quiſnam eſſet adoleſcens, noluit indicare nobis. Huius rei teſtes ſumus. Credidit eis multitudo quaſi ſenibus & iudicibus populi,& condemnauerunt eam ad mortem.[k] Exclamauit autem voce magna Suſanna, & dixit: [†] Deus æternæ qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant,tu ſcis quoniam [12] falſum teſtimonium tulerunt ] contra me, & ecce morior,cùm nihil horum fecerim,quæ iſti [13] malitioſe compoſuerunt ] aduerſum me. Exaudiuit autem dominus vocem eius. Cúmque duceretur ad mortem, ſuſcitauit dominus ſpiritum ſanctum pueri iunioris,cuius nomen Daniel, & exclamauit voce magna: [l] Mundus ego ſum à ſanguine huius,& conuerſus omnis populus ad eum,dixit: Quis eſt iſte ſermo quem tu locutus es? Quj cùm ſtaret in medio horum,ait: [m] ſic fatui filij Iſrael,nõ iudicantes neque quod verum eſt cognoſcentes condemnaſtis filiam Iſrael? Reuertimini ad iudicium, quia falſum teſtimonium locuti ſunt aduerſus eam.[ſ] Reuerſus eſt ergo populus cum feſtinatione. Et dixerunt ei ſenes: Veni, & ſede in medio noſtrum & indica nobis, quia tibi deus dedit honorẽ ſenectutis.Et dixit ad eos Daniel, Separatæ illos abinuicem procul, & diiudicabo eos. Cùm ergo diuiſi eſſent alter ab altero,vocauit vnum de eis,& dixit ad eum: [n] inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua quę operabaris prius,iudicans iudicia iniuſta,innocẽtes opprimẽs, & dimittens noxios,[†] dicente domino: Innocentem & iniuſtum non interficies.Núc ergo ſi vidiſti eam,dic qua ſub arbore videris eos [14] colloquentes ſibi.] Qui ait: Sub ſchino. Dixit autem Daniel. Rectè mentitus es in caput tuum. Ecce enim angelus dei accepta ſententia ab eo ſcindet te medium. Et amoto eo iuſſit venire alium, & dixit ei: Semen Chanáan & non Iuda, ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus Iſrael, & illæ timentes [15] loquebantur ] vobis, ſed filia Iuda non ſuſtinuit iniquitatem veſtram.[ſ] Nunc ergo dic mihi ſub qua arbore [o] comprehenderis eos [16] loquentes ſibi. ] Qui ait: Sub prino. Dixit autem ei Daniel: Rectè mentitus es & tu in caput tuum. Manet enim angelus dei gladium habens vt ſecet te medium, & interficiat vos. [o] Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt deum qui ſaluat ſperantes in ſe. Et conſurrexerunt aduerſus duos presbyteros. Conuicerat enim eos Daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimonium.

Fecerúntque

f. Duo ſenes minantur illi mortẽ, niſi cõſentiat, dicẽdo: Quod ſi nolueris. In hac autem tentatione ponitur Suſannæ virtuoſa electio: quia magis elegit mori quàm dei mandatum prætergredi. Vnde ingemuit ex dolore cordis propter periculum imminens. De Lyra ibid.]

g. Cõtemnebat quod audiebat, quia timebat eum qui nihil latebat. Chry.

*Quod acciderat ei.

h. Ideo erubuerunt, quia hucuſque ſemper bonum de domina ſua teſtimonium præſtiterunt, & eam magnificè laudauerunt. Diony. ibid.

11. Et factum eſt vt die craſtina conueniret.

i. Aedificatur pudicitia cõiugalis,& tam firmo fundamẽto initiatur, muróque valletur, vt & inſidiantes repellat,& falſos teſtes conuincat. Remanſerat caſta mulier moritura, niſi adeſſet qui videbat, quod iudicantes latebat. Cõtemnebat Suſanna qđ audiebat, quia timebat eũ, quẽ nihil latebat. Sed expectabat eũ qui ſaluam faceret à puſillanimi tempeſtate falſorũ teſtium, tanquam vĕtum malorũ. Chry. de Suſanna homi. tu. 1.

k. Sancta itaque Suſanna denũtiato falſi terrore, cum hinc ſe videret vrgeri periculo, inde opprobrio, maluit honeſta morte vitare opprobrium, q̃ ſtudio ſalutis turpem vitam iubire ac ſuſtinere. Itaque dum honeſtati intendit, etiam vitã reſeruauit: quæ ſi id quod ſibi videbatur, ad vitam vtile prĕoptauiſſet, nõ tãtam rapportaſſet gloriam, imò etiam, id quod non ſolũ inutile ſed etiã periculoſum fuiſet, pœnam criminis fortitan non euaſiſſet. Ambr. Offic. lib. 3. ca. 14.

12. Mendaciter teſtificati ſunt.

13. Malignati ſunt.

l. Cognito igitur Daniel Suſannæ negotio, cum eam falſis accuſationibus vellet plebs imperita damnare, ait idem: Mũdus ego ſum à ſanguine huius. Quo dicto peccantis populi reuocauit errorem. Hac ergo voce circa Suſannam Daniel vtitur, qua circa dominum vſus eſt & Pilatus. Sed Daniel melius quàm Pilatus. Ambr. Ser. 49.

m. Id eſt, vera ſapientia in hoc proceſſu cæteri, & inconſultè agentes: vnde nõ ex cõtemptu: ſed zelo veritatis ex charitate pet amatoriam reprehẽſionem nominat eos ſtultos: Sicut Galatas dicit Apoſt. O inſenſati Galatæ. Ideo nec peccauerunt in hoc, ſed bene egerunt prophetæ atque Apoſtolus Diony. ibid.

n. Ex hoc patet quòd teſtes falſi ſunt increpandi, & terrendi vt eorum magis appareat fraudulentia, ſed etiam de circunſtantiis interrogandi, quia per hoc apprehẽditur eorum falſitas & contradictio. Lyra ibid.

14. Conuerſantes inuicem.

15. Conuerſabantur.

16. Conuerſantes inuicem.

o. Apparuit falſitas. Suſanna, ergo religioſa mulier, & pudica coniunx, erat vtique quãdoque moritura. Et ſi tunc mortua eſſet, pudicitiæ quid obeſſet, dum casto conderetur ſepulchro, & caſtitas redderetur deo? Putaſtis eñ fratres tanquam ad magnum meritũ pertinere, ſi falſi teſtes non prævaleãt ſuper innocentem. Non eſt magnũ meritũ ſi nõ prævaleat falſum teſtimonium aduerſus innocentem, ſi aduerſus dominum non prævaleret. Chry. de Suſanna, ho. 10. 1.

Fecerúntque eis ſicut male egerant aduerſus proximam, vt facerent † ſecũdum legem Moyſi,[p] & interfecerũt eos. Et ſaluatus eſt ſanguis innoxius in die illa. Helchias autem & vxor eius laudauerunt deum pro filia ſua Suſanna cum Ioachim marito eius, & cognatis omnibus, quia non eſt inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus eſt magnus in conſpectu populi à die illa & deinceps. Et rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos, & ſuſcepit Cyrus Perſes regnum eius.

† Deut. 19. d

[p. Interfecerunt eos ſicut dignos morte regi tradiderunt, qui habebat alram iuſtitiam, & ipſe fecit eos combuti ſecũdum modum illius terræ, vt dicitur Ier. 29. Vel aliter, interfecerunt. Quia de voluntate regis ſpeciali permiſſum eſt Iudæis vt eos interficerent ſecundum legem Moyſi, & ſic fuerunt lapidati. De Lyra, ibidem.

*Daniel ſacerdotibus Belis cum familia ſua interfectis, Bel deſtruxit & draconem eius interfecit: in lacum leonum miſſus ab Habacuc paſtus eſt & inde extractus, æmulis ſuis in lacum miſsis ſubito deuorandis.* XIIII.

Ante ante Chriſtũ. 559. Anni mundi 3493.

A [a] ERat autem Daniel conuiua regis, & [1] honoratus] ſuper omnes amicos eius. [b] Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel, & impendebantur in eo per dies ſingulos ſimilæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, viníque * amphoræ] ſex. Rex quoque colebat eum, & ibat per ſingulos dies adorare eum. Porrò Daniel adorabat deum ſuum. Dixítque ei rex: Quare non adoras Bel? Qui reſpondens, ait ei: quia non colo idôla manu facta, ſed viuentem deum, qui creauit cœlum & terram, & habet poteſtatem omnis carnis. Et dixit rex ad eum: Non videtur tibi eſſe Bel viuens deus? An non vides quanta comêdat & bi-

B bat quotidie [c] Et ait Daniel arridens: Ne erres rex. † & Iſte eſt enim intrinſecus luteus, forinſecus æreus, neque comêdit * aliquando. Et iratus rex vocauit ſacerdotes eius, & ait eis: Niſi dixeritis mihi quis eſt qui comêdat impenſas has, moriemini. Si autem oſtenderitis quòd Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blaſphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat iuxta verbum tuum. Erant autem ſacerdotes Bel ſeptuaginta, exceptis vxoribus ⊱ & paruulis] & filiis. Et venit rex cum Daniele in templum Belis. Et dixerunt [d] ſacerdotes Belis: Ecce nos egrediemur foras, & tu rex pone eſcas & vinum miſce, & claude oſtium, & ſigna annulo tuo. Et cum ingreſſus fueris, mane niſi inueneris omnia comeſta à Bel. morte moriemur, vel Daniel qui mentitus eſt

C aduerſum nos, [e] [3] Confidebant] autem quia fecerant ſub menſa abſconditum introitum, & per illum ingrediebantur ſemper, & deuorabant ea. Factum eſt igitur poſtquam egreſſi ſunt illi, & rex poſuit cibos ante Bel, præcepit Daniel pueris ſuis, & attulerunt cinerem. Et [4] cribrauit per] totum templum coram rege, & egreſſi clauſerunt oſtium, & ſignantes annulo regis, abierunt. Sacerdotes autem ingreſſi ſunt nocte iuxta conſuetudinem ſuam, & vxores & filij eorum, & comederunt omnia & [5] biberunt.] Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo. Et ait rex: Saluá ne ſunt ſignacula Daniel? qui reſpondit: Salua rex, [f] ſtatímque cum aperuiſſet oſtium intuitus rex menſam, exclamauit voce magna: Magnus es Bel, & non eſt apud te do-

D lus quiſquam. Et riſit Daniel, & tenuit regem ne ingrederetur intrò, & dixit: [g] Ecce pauimentum, animaduerte cuius veſtigia ſunt hæc. Et dixit rex: Video veſtigia virorum & mulierum & infantium. Et iratus eſt rex. [f] Tunc apprehendit rex ſacerdotes & vxores & filios eorum, & oſtenderunt ei abſcondita oſtiola per quæ ingrediebantur & conſumebant quæ erant ſuper menſam. Occîdit ergo illos rex, & Bel tradidit in poteſtatem Danielis, qui ſubuertit eum & templum eius. Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonij, Et dixit rex Danieli: * Ecce nunc non potes dicere: quia iſte non ſit deus viuens. Adora ergo eum. Dixítque Daniel regi: Dominum deum meum adoro, quia ipſe eſt deus viuens. ⊱ Iſte autem non eſt deus viuens.] [5] Tu autem rex da mihi poteſtatem, & interficiam draconem abſque gladio & fuſte. [g] Et ait rex: Do tibi. [h] Tulit ergo Daniel picem & adipem & pilos & co-

E xit pariter, fecítque maſſas & dedit in os draconis, & diruptus eſt draco, Et dixit Daniel: Ecce quem colebatis. Quod cum audiſſent Babylonij, indignati ſunt vehementer, & congregati aduerſum regem, dizerunt: Iudæus factus eſt rex. † Bel deſtruxit, draconem interfecit, & ſacerdotes occidit. Et dixerunt cum veniſſent ad regem. Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te & domum tuam. Vidit ergo rex quòd

† Sap. 6. a

a. Dubium eſt cuius regis Babylonij Daniel cõuiua eſſet. Certum eſt enim quod nec Darii Medi qui eum duxit in Mediã poſt Babylonis excidium, qui nec Babylonis rex fuit, ſicut nec Cyrus. Ergo vel Balthaſar, vel ſub Euilmerodach, qui propter eius ſapientiam illum in præcipuo habuit honore, vt eum cõmenſalem ſecum faceret. Dion. ibidem.
1. Glorioſus.
b. Primi enim Babylonij deum vocauerunt ſigmentum. Beli cuiuſdam, quondã hominis mortui, qui principatum in eos dicitur primus egiſſe. Coluerunt & ſerpentem in colatentem, quem Daniel occidit. Ambr. in 1. cap. epiſt. Rom.
2. Metretæ
c. Quia intrinſecus luteus, per conſequens non habens vitam nec viſcera, nec huiuſmodi mẽbra cibum recipientia. Et ſic patet erroris accuſatio per Danielem facta. Lyra. ibidem.
* Neque bibit.
d. Sacerdotes iſti de illorum fuerunt numero impiorum, de quibus Sapiens ſcribit: Aſſimauerunt luſum eſſe vitam noſtram, & cõuerſationem vitæ ad lucra compoſitam, & oportere vndique acquirere. Hi autem ingreſſi ſunt templum Belis per quoſdam ſubterraneos, cuniculos, & comederunt & biberunt quæcunque Beli appoſita erãt. Quorum veſtigia intuitus rex, illos interfici fecit, & templum, ſum idolũque ſubuerti, ne cæteri poſtea illuderentur. Dion. ibidẽ.
3. Contemnebant.
4. Strauerunt.
5. Egreſsi ſunt.
[e. Intuitus rex menſam ad videndum ſi cibaria eſſent comeſta. Exclamauit voce magna ad laudandum deum ſuum. Magnus es Bel in virtute qui tanta comediſti. Vidit enim menſam vacuam, & quod totum comediſſet. De Lyra. ibidem.
[f. Tunc apprehendit rex ſacerdotes vxores & filios eorũ, &c. Mundus periit & concupiſcẽtia eius. Vitia ſibiipſis ſunt pœna. Nocet empta dolore voluptas. Pœnitere maximi ſemper emitur Archita Tarentinus dicebat: Nullam capitaliorem peſtẽ quam voluptatem corporis hominibus à natura datam. Lotic. ibidem.]
* Nunquid & hunc dices, quia æreus eſt? ecce viuit, & comedit & bibit.
[g. Hic ponitur ipſius draconis inuaſio, propterea da mihi rex talem licentiam qua nullus me impediat, & interficiam draconem abſque gladio & fuſte, & videtur impoſsibile. De Lyra ibidem.]
h. Daniel horrendum draconẽ, id eſt, qui ſpiritum diaboli præ ſe ferebat, ſolidioris cibi virtute conficit, faciens de pice & adipe, de duabus ſubſtantiis vnã oſſam: qua aſſumpta, quod putabatur cibus, interiit ſuit. In pice homo intelligitur, deus adipe demonſtratur: qui totius puritatis candor & pinguedo eſt bonitatis. Euſeb. Emiſ. de Paſcha. homil. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca



[6] irruerent in] eum vehementer, & neceſſitate cõpulſus tradidit eis Danielem. [i] Qui miſerunt eum in lacum leonum,& erat ibi diebus ſex. [&] Porrò in lacu erant leones ſeptem,& dabantur eis duo corpora quotidie & duæ oues: & tunc non data ſunt eis, vt deuorarent Danielem.Erat autem Habacuc Propheta in Iudæa,&ipſe coxerat pulmẽtum,& intriuerat panes[7] in alueolo.]&ibat in campum vt ferret meſſoribus.Dixítque angelus domini ad Habacuc:[k] Fer prandium quod habes,in Babylonem Danieli,qui eſt lacu leonum. Et dixit Habacuc: Domine Babylonem non vidi, & locum neſcio. † Et apprehendit eum angelus domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis ſui,poſuítque eum in Babylonem ſuper lacum in impetu ſpiritus ſui,† Et clamauit Habacuc dicens:Daniel [8] ſerue dei, [g] tolle prandium quod miſit tibi deus.[&] Et ait Daniel:Recordatus es mei deus,& non dereliquiſti diligentes] te.Surgénſque Daniel comẽdit. † Porrò angelus domini reſtituit Habacuc confeſtim in loco ſuo. Venit ergo rex die ſeptimo vt lugeret Danielem, & venit ad lacum & introſpexit, & ecce Daniel ſedens in medio leonum. Et exclamauit voce magna rex, dicens: Magnus es domine deus Danielis. *[h] Et extraxit eum de lacu leonum. Porrò illos qui perditionis eius cauſa fuerant,intromiſit in lacum, & deuorati ſunt in momento coram eo. ⁊ Tunc rex ait: Paueant habitantes vniuerſam terram deum Danielis, quia ipſe eſt ſaluator & liberator, faciens ſigna & mirabilia in cœlo & in terra, qui liberauit Danielem de lacu leonum.]

6.Vrgerent.
[i.Cum ieiunio Daniel in lacũ leonum ingreſſus eſt, & eorum odio ultra conſuetudinem ſenſit, vt ſimplicitatem ouium arbitraretur:Nam beſtiæ in illa feralis ardoris rabie,furoris ſui natura lenita ablato ſibi cibo parcebãt. Et aliquanto tempore fame defectæ, præparatam ſatietatis copiam reſpuerunt. Chryſ. de Iona.homil.
7.In peluim.
K. Fer prandium quod habes in Babylonem Danieli,Qui reſpondit,ne Babilonem vidi nec lacum ſcio. Et ideo dato quod iam eſſem in Babylone,nec lacum Babylonis, nec Danielem ſeirem inuenire.Da Lyra. ibidem.]
8.Daniel.
g.Nam cum ſint dei omnia,habenti dominum nihil deeſt, ſi deo ipſe non deſit. Sic Danieli in leonũ lacu iuſſu regis incluſo, prandium diuinitus procuratur,& inter feras eſurientes& parentes homo dei paſcitur.Cyptia.Ser.6.
9.Exquirentes.
*.Et non eſt alius præter te.
h.Daniel quoque cultor dei,amator iuſtitię,veritatis defẽſor, dum in aſſerendo deo regis edicta contemnit,de inimicis triũphauit. Chryſ. de martyr.Ser.7. tom.5.

## INCIPIT PROLOGVS IN LIBRVM duodecim Prophetarum.

*NOn idem ordo eſt duodecim Prophetarum apud Hebræos qui eſt apud nos. Vnde ſecundum id quod ibi legitur, hic quoque diſpoſiti ſunt, Hoſee commaticus eſt, & quaſi per ſententias loquens.Ioel planus in principiis,in fine obſcurior: & vſque ad Malachiam habent ſinguli proprietates ſuas,quem Eſdram ſcribam,legiſque doctorem Hebræi autumant.Et quia longum eſt nunc de omnibus dicere,hoc tantum vos ô Paula & Euſtochium admonitos volo,vnum librum eſſe duodecim Prophetarum,& Hoſee ſynchronon Iſaiæ,Malachiam vero Haggæi & Zachariæ fuiſſe temporibus.In quibus autem tempus non præfertur in titulo,ſub illis eos regibus prophetaſſe,ſub quibus & ij qui ante eos habent titulos prophetauerunt.*

## ITEM ALIVS PROLOGVS,

*TEmporibus Oziæ & Ioathæ,Achaz,& Ezechiæ regum Iuda,& Ieroboam filij Ioathæ regis Hoſee filius Beeri ad prophetiam dicendam ſpiritu ſancto repletus eſt.De memorato itaque numero regum,Achaz rex Iuda,& Ieroboam ex Iſrael dominum derelinqnentes, vt hiſtoriæ regum & Paralipomenon indicant, etiam Iſrael idololatriæ crimen imperio ac poteſtate ſua admittere coegerunt. Propter quod deus ad Hoſee hæc locutus eſt, dicens: Accipe tibi vxorem fornicariam ſiue fornicationum, & fac tibi filios fornicationis.Fornicariam itaque non elocati corporis meretricem, ſed gentilem, deum ignorantem appellat, quæ dei creatoris ſui amore contempto, ſimulachrorum ſe ſubiecit deſideriis. Sed cum dei præcepto Propheta in hac re paruiſſet, conceptum ex ea filium Iezrael præcepit nominare, deo pollicente poſt breue tempus ſanguinem Iezrael in domo Iehu vindicare. Cuius promiſsionis hæc cauſa eſt, Iehu per Eliſæum in regem inuncto,ad defendendum ſanguinem Naboth ciuis Iezrael, quæ tunc temporis metropolis erat, quem Iezabel Achab regis Iſrael vxor interemerat, ſicut regum hiſtoria exponit. Is cum grauiter iuxta diuinum præceptum vindicandi ſanguinis cauſa, in omnem memorati domum deſæuiſſet, hoc peracto dominum dereliquiſſe inuenitur, cuius pronepote Ieroboam, qui lectione comprehenſus eſt, originis ſuæ facta imitante, ac contra dei præcepta & religionem cum populo Iſrael agente, ſanguis Naboth, qui in loco certe Iezrael fuerat profuſus, in domo Iehu patris memorati Ieroboam pro peccato redundaturus ſignificatur. Hinc factum eſt, vt ira deiin populo Iſrael, per denuntiationem Prophetæ proceſſura [1] diceretur] domui autem*

2.Deberetur.

*autem Iudæ misericordia lectione comprehensa ob hoc promissa est: quia Ezechias rex Iuda filius Achaz, sublatis idolis, quæ tam pater eius quàm cæteri reges consecrauerant, templum dei purgasse & purificasse monstratur.*

## VITA HOSEE.

*HOseas de tribu Isachar ortus in Bethlemoth. Hic prænuntiauit, signúmque dedit: Veniet dominus, cum quercus quæ est in Silo, ex semetipsa in duodecim fuerit diuisa partes, totidemque quercus effecerit, & accidit ita. Hic in terra sua sepultus placida pace quieuit. Isidorus de vita & morte quorundam sanctorum.*

# Incipit liber Hosee Prophetæ.

*Propheta fornicariam ducere vxorem iussus duos filios & vnam filiam ex ea generans, currit in Ierusalem, & sit vnum ouile & vnus est pastor.* Cap. I.

A Verbum domini quod factum est ad Hosee filium Beeri [a] in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel. Principium [1] loquẽdi domino in] Hosee. Et dicit dominus ad Hosee: † Vade, sume tibi [b] vxorem fornicationum, & ⊢ fac tibi] filios fornicationis, quia fornicans fornicabitur terra à domino. § Et abiit, & accepit Gomer filiam Debeláim, & concepit & peperit ei filium. Et dixit dominus ad eum: Voca nomen eius Iezrael: Quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrael super domum Iehu, & quiescere faciam regnum domus Israel. Et * in illa die, cõteram arcum Israel, in valle [c] Iezrael. § Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et dixit ei: Voca nomen eius [2] absque misericordia:] Quia non addam vltrà misereri domui Israel, sed [3] [d] obliuione obliuiscar eorum.] Et [e] domui Iuda miserebor, & saluabo eos in domino deo suo, & non saluabo eos in arcu & gladio & in bello, & in equis & in equitibus. Et ablactauit eam quæ erat absque misericordia. Et concepit & peperit filium. Et dixit ei. § Voca nomen eius, non populus meus: Quia vos non populus meus, & ego non ero vester deus. Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris quæ sine mensura est, & non numerabitur. † Et erit in loco vbi dicetur eis, nõ populus meus vos: dicetur eis, filij dei viuentis. Et cõgregabuntur filij Iuda & filij Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum, & ascendent de terra, quia magnus dies Iezrael.

a. Ex quibus constat Hosee, Isaiam, Ioel, Amos, Abdiam, Ionã, & Michæam contemporaneos fuisse, & regnum Israel finitum. Hiero. ibidem.

1. Quo locutus est dominus cũ. b. Hosee nõ libidinis causa hoc fecit, sed vt dei pateret imperio vt quod in isto carnaliter legimus, in deo factum spiritaliter probaremus qui suscepit synagogam Iudæorum fornicationi idolorum seruientem. Hieron. ibidem.

[c. Iezrael locus est vbi Naboth sceleratè & indignè saxis lapidatione facta necatus fuit, Iehu vero diuino consilio huius mortis vindex factus est. Cui Dominus ab ea quæ in Iezabel effecisset, vsque adquartam generationem regnum illius permansurum confirmauit. Theodoretus ibidem.]

* Erit.

2. Non misericordiam consecuta, & infra.

3. Vastando vastabo eos.

d. In hoc, dei indignatio cõsideranda, quòd nequaquam domui Israel se dicat vltrà misereri, sed eos de memoria sua æterna delere, quia vsquehodie Persarum regibus seruiunt. Hier. ibidem.

e. Domui Iuda misertus est dominus post 70. annos captiuitatis. Hieron. ibidem.

*Respuit deus populum impium vt maritus vxorem adulteram, quam nec lauacbro dignatur.* II.

A [a] Dicite fratribus vestris, populus meus: & sorori vestræ, misericordiá consecuta. [1] Iudicate matrem vestram, iudicate,] quoniã ipsa non vxor mea, & ego non vir eius. Auferat fornicationes suas à facie sua, [b] & adulteria sua de medio vberum suorum, ne forte expoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ: & ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam velut terram inuiam, & interficiam eam siti, & filiorum illius non miserebor, quoniam filij fornicationum sunt, quia fornicata est mater eorum. Confusa est] [2] quæ concepit eos,] quia dixit: Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & lineum meum, oleum meũ. & potũ meũ. Propter hoc ecce ego [c] sepiam viã tuã spinis, & sepiam eã maceria. † § Et semitas suas nõ inueniet, B & sequetur amatores suos, & nõ apprehẽdet eos, & quæret eos, & non inueniet. Et dicet: Vadã & reuertar ad virũ meũ priorem, quia bene mihi erat tũc magis quàm nunc. Et hæc nescisti, [d] quia ego dedi ei frumentũ, & vinũ, & oleũ, & argẽtum multiplicaui ei & aurum, quæ fecerunt Baal. Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum in

a. Hic propheta alloquitur prædicatores primitiuæ ecclesiæ natione Iudæos, puta Apostolos aliósque discipulos, vt gentibus gratiam dei annuntient. Dion. ibidem.

1. Contendite cum matre vestra, contendite.

b. Cor autem designat sub vberibus situm, ex quo proficiscuntur cogitata mala, inuidiæ, homicidia, adulteria, & his similia. Theodo. ibidem.

2. Genitrix eorum.

c. Vias nostras spinis sepimus, quando in hoc quod male cupimus, dolorum punctiones inuenimus. Greg. hom. 36.

d. His ipsis creaturis quæ extra nos sunt, quæ à foris adiacent, quæ bonæ factæ sunt, malus malè vtitur. Argento & auro appetitur veritas, expugnatur integritas, iustitia vincitur, innocentia proditur, pietas fidesque vio latur. ac de rebus ad præsentia subsidia concessis detrimenta vitæ æternæ nequitia mortalis operatur. Euseb. Emis. de Epipha. homil. 4.

tempore ſuo, & vinum meum in tempore ſuo, & [3] liberabo ]lanam meam & linum meum,quæ operiebant ignominiam eius.Et nunc reuelabo [4] ſtultitiam ]eius in oculis amatorum eius,[5] & vir non ]eruet eam de manu mea. Et [6] ceſſare faciam omne gaudium eius,ſolennitatem eius,neomeniam eius,ſabbatum eius,& omnia feſta tempora eius. [g] Et corrumpam vineam eius & ficum eius, de quibus dixit : Mercedes hæmeæ ſunt,quas dederunt mihi amatores mei.Et ponam eam in ſaltum, & comedet eam beſtia agri. [f] Et viſitabo ſuper eam dies Báalim quibus accendebat incenſum,&ornabatur in aure ſua & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos, & mei obliuiſcebatur, dicit dominus : propter hoc ecce ego [6] lactabo eam,& ducam ]eam in ſolitudinem.Et loquar ad cor eius,& dabo ei [8] vinitores eius, ex eodem loco, & vallem Achor [7] ad aperiendam ſpem. ]Et canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ,& iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra Ægypti. Et erit in die illo,ait dominus, vocabit me vir meus,& non vocabit me vltra Baalim. [h] Et auferam nomina Báalim de ore eius,&non recordabitur vltrà nominis eorum. [8] Et percutiam eum eis fœdus in die illà cum beſtia agri & cum volucre cœli,& cum reptili terræ. Et arcum & gladium & bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducialiter. [i] Et ſponſabo te mihi in ſempiternum , & ſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio & in miſericordia & miſerationibus. Et ſponſabo te mihi in fide,& [8] ſcies quia ego dominus.] Et erit in die illa, exaudiam, dicit dominus : Exaudiam cœlos, & illi exaudient terram,& terra exaudiet triticum & vinum & oleum,& hæc exaudient Iezrael.Et ſeminabo eam mihi in terram,[†] & miſerebor eius, quæ fuit abſque miſericordia. † Et dicam non populo meo, populus meus es tu, & ipſe dicet, deus meus es tu.

3. Rapiam.
4. Turpitudinem.
5. Nec quiſquam.
6 Facit deus ceſſare lętitiam iniquorum vel inducendo aduerſa , vel auferendo eos celeriter de præſenti hac vita, vel proiiciendo eos in tormẽta, tartatia, vt in Iob ſcriptum eſt: Laus impiorum breuis eſt, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Dion.ibidem.
[f. Hoc eſt , dies in quibus ſeruiuit Baalim,debitè punitudo. De Lyra.ibidẽ.]
6. Perſuadendo illi educam.
g. Vineam intelligi Iſrael, omnis & veteris inſtrumenti & noui ſcriptura teſtatur. Vinea domus ſabbaoth domus Iſrael eſt, & vineam de Ægypto tranſtuliſti,& c. Hie.ibidem.
7. Pro ianua ſpei.
[h. Sicut patet impletum tẽpore Apoſtolorum, per ſuam prædicationem & aliorum credentium, quando ceſſauit Idololatria,quà ſi per totum mundum. De Lyra ibidẽ.]
i. Hoc enim deus in nobis ſaluauit,quod pro nobis accepit . Et illam deus dei filius naturâ fecit participem ſalutis æternæ, quam ſibi coniunxit in vnitate perſonæ. Illam in cœleſte palatium introduxit,cum qua ſponſus de thalamo veteri virginalis exiuit. Quis autem moliatur dicere verbis dei ſponſam carnem fuiſſe non animam, cui animæ iamptidem dictum eſt ab ipſo domino per prophetam. Et deſponſabo te mihi in ſempiternum,&c. Fulgen. ad Traſi, mundum.lib.1.
8. Cognoſces dominum.

*Sinagoga à deo dilecta non reddidit deo vicem , ideo abiecta eſt Meſſiam diutius expectatura.* III.

2. Prænuntiatur verbis & facto Iudæorum vltima ac longiſſima derelictio,atque eorum circa finem mundi finalis conuerſio. Dion.ibidem.
1. Lagenas.
b. Conducẽdam ei meretricem dominus præceperat. In ſuperioribꝰ itaque manifeſtũ eſt, quòd conduxit eam, qui etiam mercedis quantitatem expreſſit Quindecim autem argentei ex ſeptẽ & octo conſtant. hebdomadam itaque & octauam ſignificant. Duorum igitur teſtamentorũ, i. plenæ fidei pretio prophetia, cõſummationem accepit fides, eccleſia plenitudinem . Primo enim teſtamento Iſrael acquiſitus eſt populus,ſecundo nationum & gentium. Fide ergo plena conducitur meretrix , vel ex gentibus copulam ſui quærens, vel ex adultero Iudæorum populo,qui dominum ſuum & authorem virginalis fidei dereliquerat, conuentus ſuos totꝰ orbis ſpatio diffundens. Ambro. Epiſt.39.
2. Comparaui.
3. Manebis apud me.
4. Non ingrediar ad te.
1. Sed maledicere & mentiri, & occidere,& furari , & mœchari inualuerunt.
2. Exterminabitur.
3. Conſumentur.
4. Nemo alterum iudicet,nemo corripiat.
5. Tecum nocte,& conpeſcam.
6. Succiſus eſt.
a. Indignari ſe dicit deus & iraſci, eo quòd agnitio dei non ſit in terris, & deus non agnoſcatur nec timetur. Deliãta mendaciorum & libidinum, fraudiũ, crudelitatis & blaſphemiarum, impietatis & furoris deus increpat & incuſat, & ad innocentiſ nemo conuertitur. Cyprian. contra Demetrianum tract.1.
7. Reprobaui.
b. Oblationes populi pro peccato.
8. Inualeſcent.
9. Omiſerunt obſeruare.

IT dixit dominus ad me: [a] Adhuc vade, [†] & dilige mulierem dilectam amico & adulteram,ſicut diligit dominus filios Iſrael, & ipſi reſpectant ad deos alienos,& diligunt [1] vinacia ]ruatum. [† b] Et [2] fodi ]eam mihi quindecim argenteis , & coro hordei,& dimidio coro hordei , & dixi ad eam: Dies multos [3] expectabis me:] non fornicaberis,& non eris viro,ſed & ego [4] expectabo te.] [§] Quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege & ſine principe,& ſine ſacrificio,& ſine altari,& ſine Ephod,& ſine Theraphim. Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent dominum deum ſuum, & Dauid regem ſuum, & pauebunt ad dominum & ad bonum eius in nouiſſimo dierum.

*Ob multa Iſraelis ſcelera terra eius deſolatur,Iſrael abiicitur,ſacerdotes increpantur, & admonetur Iudas,ne Iſraelis vitia ſequatur.* IIII.

AVdite verbum domini filij Iſrael,quia iudicium domino cum habitatoribus terræ.Non eſt enim veritas,& non eſt miſericordia,& non eſt ſcientia dei in terra. [1] Maledictum & mẽdacium & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt,] & ſanguis ſanguinem tetigit.Propter hoc lugebit terra,& [2] infirmabitur ]omnis qui habitat in ea. In beſtia agri & in volucre cœli, ſed & piſces maris [3] congregabuntur. ] Veruntamen [4] vnuſquiſque non iudicet, & non arguatur vir. ] Populus enim tuus ſicut ij qui contradicunt ſacerdoti . Et corrues hodie,& corruet etiam Propheta [5] tecum. [§] Nocte tacere feci] matrem tuam. [6] Conticuit ]populus meus,eo quòd [a] non habuerit ſcientiam: [†] quia tu ſcientiam repuliſti, [7] repellam ]te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego. Secundum multitudinem eorum ſic peccauerunt mihi, gloriam eorum in ignominiã commutabo. [† b] Peccata populi mei comedent,& ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum.† Et erit ſicut populus ſic ſacerdos. Et viſitabo ſuper eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei. Et comedent, & non ſaturabuntur. [§] Fornicati ſunt, & non [8] ceſſauerunt,] quoniam dominum [9] reliquerũt in non cuſtodiendo.]

diendo.] [c] Fornicatio & vinum &[10] ebrietas]auferunt cor.Populus meus in ligno suo interrogauit,& baculus eius annuntiauit ei.Spiritus enim fornicationū [11] decepit] eos, & fornicati sunt à deo suo.[d] Super capita montium sacrificabant,& super colles accendebant thymiama,subtus quercum & populum & therebinthum,quia bona erat vmbra eius.† Ideò fornicabuntur filiæ vestræ,& sponsæ vestræ adulteræ erunt: ✠ Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ,& super sponsas vestras,cum adulteraverint,quoniam ipsi cum meretricibus[12] conuersabantur,]& [c]cum effœminatis sacrificabant.Et populus non intelligens,[13] vapulabit.] Si fornicaris tu Israel,non delinquat saltem Iuda.Et nolite ingredi in Galgala,& ne ascenderitis in Betháuen, neque iuraueritis,viuit dominus.Quoniam sicut vacca[14] lasciuiens] declinauit Israel: [f] Nunc pascet eos dominus quasi agnum in latitudine. Particeps idolôrum Ephráim, dimitte eū. [15] Separatum est conuiuium] eorum, fornicatione fornicati sunt,dilexerunt afferre ignominiam protectores eius.Ligauit eum spiritus in alis suis,& confundentur à sacrificiis suis.

†25.quæ.2.c. Quapropter. D

c. Fornicatio tã corporalis quã spiritalis actum rationis impediunt iudiciumque peruertunt & hominem. Bestiis assimilant Dion.ibidem.
10. Mustum.
11. Errare fecit.
d. Hoc est quod legimus de singulis regibus. Verumtamen excelsa non abstulit:adhuc populus immolabat & sacrificabat in excelsis.Hiero.ibidē.
12. Diuisi sunt,sub.à propriis vxoribus.
[c. Effeminati sunt sacerdotes in antris nō deorum sed dæmonum qui Galli dicuntur, quia de hac gente captos Romam effeminabant vt qui Romanæ perant hæc ignominia ferizētur Glosa ordina. ibidē.]
15. Corfuet.
14. Rebellis.
[f. Quãdo enim agnus debet occidi lautius pascitur, & per hoc designatur quod decem tribus cito essent gladio tradendæ. Dō Lyra. ibidem.]
15. Fœtidum est factum vinum.

*Israelem increpans carnalium sacrificia subsannat, & cui dominus aduersatur, humanum frustra quærit auxilium.* V.

†2.quæ.7.c Paulus dicit. A

[†] Vdite hoc sacerdotes & attendite domus Israel, & domus regis auscultate,quia vobis iudicium est.Quoniam laqueus facti estis [a] speculationi,] & sicut rete expansum super Thabor,&[2] victimas]declinastis in profundum. Et ego[3] eruditor] omnium eorum. [b] Ego scio Ephráim, & Israel non est absconditus à me,quia nunc fornicatus est Ephráim,contaminatus est Israel.✠ [4] Non dabunt cogitationes suas] vt reuertantur ad deum suum,quia spiritus fornicationum in medio eorum,& dominum non cognouerunt.Et respondebit arrogantia Israel in facie eius,& Israel & Ephráim ruent in iniquitate sua.Ruet etiam Iudas cum eis.In gregibus suis & in armentis suis vadent ad quærendum dominum,& non inuenient.[5] Ablatus est] ab eis.In domino præuaricati sunt,quia filios alienos genuerunt. Nunc deuorabit eos mensis cum patribus suis.✠ [c]Clangite buccina in Gabaa,tuba in Rama:[6] vlulare] in Betháuen,post tergum tuum Beniamin.Ephráim in desolatione erit.In die correptionis in tribubus Israel ostendi[7] fidem.] Facti sunt principes Iuda quasi [8] assumentes] terminum,super eos effundam quasi aquam iram meam.Calumniam patiens est Ephráim fractus iudicio,quoniam cœpit abire post[9] sordes.]Et ego quasi tinea Ephráim:& quasi putredo domui Iuda.✠ Et vidit Ephráim languorem suū:& Iudas [10] vinculum] suum.Et abiit Ephráim ad Assur,& misit ad regem vltorem.[d] Et ipse non poterit sanare vos,nec [11] soluere poterit à vobis vinculum:] quoniam ego quasi leæna Ephráim,& quasi catulus leonis domui Iuda.Ego ego capiam & vadam,tollam,& non est qui eruat. Vadens reuertar ad locū meum donec deficiatis, & quæratis facié meam.

a. Speculationem prophetarum collegium & concilium vocat. Ezechieli dixit: Speculatorem dedi te domui Israel. Eam ob rē dicit Ephraim & Israel, id est, omni populo correctionem afferam. Theodoretus ibidem.
1. Ad speculandum.
2. Victimando.
3. Corrector.
b. Hoc est,noui cognitiones,intentiones,verba & opera regis, & populi eius. Vnde Eccle.33. Oculi domini lucidiores sunt super solem,circumspicientes omnes vias hominum,& Hebræ. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo. Albertus ibidem.
4. Non dant studia sua.
5. Subtraxit se.
c. Gabaa & Rama duæ sunt in tribu. Beniamin ciuitates sibi mutuo vicinæ,id est, Gabaa in qua natꝰ est Saul,& Rama quæ est iuxta Gabaa,in septimo lapide ab Ierosolymis sita, & quam Baasa rex Israel occupare conatus est, vt exitum & introitum clauderet tribui Iudæ. 3. Reg. 17.c. Hiero. ibidem.
6. Clangite.
7. Rei veritatem.
8. Transferentes.
9. Mandatum,sub Ieroboam.
10. Dolorem.
d. Non enim potuerunt Aegyptii liberare regnum Iudæ de manu Chaldæorum. Dio. ibid.
11. Sanabit à vobis vulnus.
1. Inuestigabunt me.
2. Non enim arabitu temporis indiget,sed multiplicem sanitatem affert. Per hæc designat post tres dies factam consecutoris resurrectionem: quæ publicam resurrectionem cōcilianit:omnibúsque nobis spem immortalitatis dedit ingeneratam ex dei cognitione. In tertio,inquit,die resurgemus,& viuemꝰ coram eo.& cognoscemꝰ. Theodoretus ibidem.
2. Rapuit.
3. Succidi prophetas.
b. Vt cognoscamꝰ igitur deum misericordiæ magis indulgēte esse quàm seueritatis tenacem, ipse ait: quia misericordiam malo quàm sacrificium. Quomodo igitur vestrum potest acceptum esse sacrificium deo, qui negatis misericordiam, cum ipse dicat nolle se mortem peccatoris sed correptionem? Amb de pœ. lib 1. ca. 2.
4. Iniquitatem.
5. Sicut expectant virum latrones, sic consiliabulum sacerdotum in via consentiebant vno consensu: quia audent facere quod nefas est.

*Dominus percutiens & sanans queritur quòd Israel plagis non emendetur,verum à maioribus ad minores oritur iniquitas.* VI.

†Cor.15.a A

[I]N tribulatione sua mane[1] consurgent ad me.] Venite & reuertamur ad dominum,quia[a] ipse [2] cepit] & sanabit nos,percutiet & curabit nos.† Viuificabit nos post duos dies,in die tertia suscitabit nos,& viuemus in conspectu eius,sciemus sequemúrque vt cognoscamus dominum: quasi diluculum præparatus est egressus eius,& veniet quasi imber nobis téporaneus & seroti nus terræ.✠ Quid faciam tibi Ephráim,qui faciam tibi Iuda?Misericordia vestra quasi nubes matutina,& quasi ros mane pertransiens.Propter hoc[3] dolaui in Prophetis,]& occîdi eos in verbis oris mei,& iudicia tua quasi lux matutina egredientur:quia †[b] misericordiam volui & non sacrificium,& † scientiam dei plus quàm holocausta.Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi præuaricati sunt in me.✠ Galaad ciuitas operantium[4] idôlum] supplantata sanguine, &[5] quasi fauces virorum latronum.

B

†10.dist.ca. Ponderet. †Matth.9.b 12.2. Eccle.4.d 1.Reg.15.c

1. Inuestigabunt me.
2. Rapuit.
3. Succidi prophetas.
b. Vt cognoscamꝰ igitur deum misericordiæ magis indulgēte esse quàm seueritatis tenacem, ipse ait: quia misericordiam malo quàm sacrificium. Quomodo igitur vestrum potest acceptum esse sacrificium deo, qui negatis misericordiam, cum ipse dicat nolle se mortem peccatoris sed correptionem? Amb de pœ. lib 1. ca. 2.
4. Iniquitatem.
5. Sicut expectant virum latrones, sic consiliabulum sacerdotum in via consentiebant vno consensu: quia audent facere quod nefas est.

[c] Particeps sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem, quia scelus operati sunt.] In domo Israel vidi horrendum, ibi fornicationes Ephráim, cõtaminatus est Israel. Sed & Iuda [6] pone] messem tibi, cum [7] conuertero] captiuitatem populi mei.

c. In Hebræo habetur. Societas iacet dotum, id est, malorum, como do loquendi quo dicitur 2. reg. 8. filij autem Dauid sacerdotes erant. De Lyra. ibidem.)
6. Iuda.
7. Conuertere.

*Israel ob plurima scelera non ex toto corde ad deum conuersus à creaturis quærit auxilium.* VII.

GVm sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephráim & malitia Samarię, qui operati sunt [a] mendacium. Et fur ingressus est, spolians latrunculus foris. [A]
[†] [d] Et ne fortè dicant] in cordibus suis omnem malitiam eorum me recordatum. Nunc circundederunt eos adinuentiones suæ, coram facie mea factæ sunt. In malitia sua lætificauerunt regem, & in mendaciis suis principes. Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente. [b] Quieuit paululum ciuitas] à commixtione fermenti, [†] donec [3] fermentaretur totum. [e] Dies regis nostri: cœperunt principes furere à vino.] Extendit manum suam cum illusoribus, quia applicauerunt quasi clibanum cor suum cum insidiaretur eis. Tota nocte dormiuit [4] coquens eos,] mane ipse succensus quasi ignis flammæ. [b] Omnes calefacti sunt quasi clibanus, & deuorauerunt iudices suos. Omnes reges eorum ceciderunt, non est qui clamet in eis ad me. Ephráim in populis ipse commiscebatur. Ephráim factus est [5] subcinericius panis,] qui non reuersatur. [f] [c] Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit. Sed & cani effusi sunt in eo, [c]
& ipse ignorauit. Et humiliabitur superbia Israel in facie eius. Nec reuersi sunt ad dominum deum suũ, & non quæsierunt eum in omnibus his. Et factus est Ephráim quasi columba seducta, [6] non habens cor.] Ægyptum inuocabant, ad Assyrios abierunt. Et cum profecti fuerint, expandam super eos rete meum, & quasi volucrem cœli detrahã eos. Cædam eos secundum [7] auditionem] cœtus eorum. Væ eis quoniam recesserunt
à me, [†] [d] Vastabuntur quia præuaricati sunt in me. [f] Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt [D]
contra me mendacia. Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis. Super triticum & vinum [8] ruminabant, & recesserunt à me.] Et ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam. Reuersi sunt [9] vt essent absque iugo,] facti sunt quasi arcus dolosus. Cadent in gladio principes eorum, à furore linguæ suæ. Ista subsannatio eorum in terra Ægypti.

a. Hoc est, idolum, quod teste Apostolo nihil est. Rectè enim idolum appellatur mendacium: quoniam sicut verum opponitur falso, ita idolum deo qui est veritas. Denique idolũ dicitur nihil vel non ens, non ex parte materiæ aut formæ artificialis superductæ, sed quantum ad id quod esse aut significare putatur. Dion. ibidem.
2. Nec dicunt.
3. Quiescet ex ciuitate.
3. Illa fermentetur. In die illa regis nostri ægrotare fecerũt principes regem nostrum lagenula vini.
4. Pistor eorum.
b. Omnes, inquit, perditi & dissoluti animi incendio flagrãtes similes sunt ignito, ac incenso clibano, prompto ad excipiẽdũ fermentum, paratum ad panis confectionem. Theodoretus. ibidem.
5. Placenta.
c. Exteriorem quippe superficiẽ intuens, salua sibi omnia suspicabitur, non sentiens vermẽ occultum, qui interiora corrodit. Manet tonsura, vestis necdum mutata est, seniorum regula custoditur, flaturis psallitur horis, sed cor longe est à me, dicit dominus. Bernard. in capite ieiunij. Sermo 2.
6. Absque intellectu.
7. Rumorem.
d Vastabuntur igitur & miseri erunt, & semper timentes ac formidãtes, quia præuaricati sunt in deum, adorantes vitulos aureos, & relinquentes eum qui redemit eos de Aegyptia seruitute: & eduxit eos in excelso brachio, ipsi verò locuti sunt cõtra dominum mendacia. Hieron. ibidem.
8. Congregati sunt, & aduersati sunt mihi.
9. Non ad altissimum.

*Israelitæ vitulum in Samaria in malum suum erigentes, destruendi sunt per Assyrios, & Iudæ vrbes concremandæ.* VIII.

IN gutture tuo sit tuba quasi [a] aquila super domum domini, pro eo quòd [A]
transgressi sunt fœdus meum, & legem meam præuaricati sunt. [1] Me inuocabunt deus meus, & cognouimus te Israel. Proiecit Israel bonum, inimicus persequetur eum. [†] [b] Ipsi [2] regnauerunt] & non ex me, [3] principes exstiterunt,] & non cognoui. Aurum suum & argentum suum fecerunt sibi idôla vt interirent. [f] Proiectus est vitulus tuus Samaria. Iratus est furor meus in eis. Vsque- [B]
quo non poterunt [4] emundari? ] quia ex Israel & [c] ipse est. Artifex fecit illum, & non est deus. Quoniam [5] in aranearum telas erit] vitulus Samariæ, quia ventum seminabunt & turbinem metent. Culmus stans, non est in eo germen, non faciet farinam. Quod & si fecerit, alieni comedent eam. [f] Deuoratus est Israel, nunc factus est in na- [c]
tionibus quasi vas [6] immundum, quia ipsi ascenderunt ad Assur. Onager solitarius sibi Ephraim. [7] Munera dederunt amatoribus suis,] sed & cum mercede conduxerunt nationes. Nunc congregabo eos, & [8] quiescent paulisper ab onere regis & principum:] quia multiplicauit Ephráim altaria ad peccandum, factæ sunt ei aræ in delectũ. [†] [g] Scribam ei [9] multiplices leges meas,] quæ velut alienæ computatæ sunt. [10] Ho- [D]
stias offerent, immolabunt carnes & comedent,] & dominus non suscipiet eas. Nunc recordabitur iniquitates eorum, & visitabit peccata eorum. Ipsi in Ægyptum conuertentur, & oblitus est Israel factoris sui, & ædificauit delubra, & Iudas multiplicauit
vrbes

a. Quod autem hostium regem vocauerit aquilam. Ezechielis prophetia idẽ attestatur. Aquila inquit, grandis magnarum alarum. Theodoretus ibidem.
1. Ad me clamabunt Israelitæ.
b. Væ vobis qui clauem tollitis, non scientiæ solum, sed autoritatis: nec ipsi introitis, & multipliciter impeditis quos introducere debuistis. Tollitis enim, & non accipitis claues. De quibus prophetat: Ipsi regnauerunt, & nõ ex me, &c. Vnde tantus prælationis ardor, unde ambitionis impudentia tanta, unde vesãnia tanta præsumptionis humanæ audeãt ne aliquis vestrum terreni cuiuslibet reguli, non præcipiente aut etiam prohibẽte deo occupare ministeria, præripere beneficia, negotia dispensare? Bernard. de conuersio. ad clericos. Ser. 27.
2. Reges constituerunt.
3. Dominari fecerunt.
4. Innocentiam, sub. seruare.
c Vitulus Ieroboam.
5. Fragmenta fiet ipse.
6. In quo non est affectus.
7. Mercedẽ conduxerant amatores.
8. Dolebunt parũ propter onus, tam rex, quàm principes.
9. Magnalia legis meæ.
10. Sacrificia oblationum mearum sacrificauerunt carnem, & comederunt.

vrbes munitas. Et mittam ignem in ciuitates eius,& deuorabit ædes illius.

*Samariæ fames, sterilitas & captiuitas annuntiantur, quia filij à parentibus suis degenerant.* IX.

A [a]Noli lætari Israel,[1] noli exultare] sicut populi, quia fornicatus es à deo tuo, dilexisti mercedem super omnes areas tritici. Area & torcular non pascet eos,& vinum mentietur eis. Non habitabunt in terra domini: Reuersus est Ephráim in Ægyptum,& [2] in Assyriis pollutum comêdit.] Non libabunt

41.q.1.ca.Si quis inquit, &c.Domin⁹. 24.quæ. 1.ca. Iudicimus. B domino vinum,& non placebunt ei,† [b] Sacrificia eorum, quasi panis lugentium. Omnes qui comedent eum contaminabuntur, quia panis eorum [3] animæ ipsorum, non intrabit] in domum domini. [&] Quid facietis in die solenni, in die festiuitatis domini? Ecce enim profecti sunt à vastitate. Ægyptus congregabit eos, Memphis sepeliet eos. Desiderabile argentum eorum vrtica hęreditabit, lappa in tabernaculis eorum. Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis.[4] Scitote] Israel stultum prophetam, insanum, virum [c] spiritalem. Propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudo [5] amentiæ,] Speculator Ephráim cum deo meo, Propheta laqueus [6] ruinæ] factus est super omnes vias eius. [&] [7] Insania] in domo dei eius, profundè peccauerunt, † * sicut [d] in

†1.Reg.8.a C diebus Gabaa: recordabitur iniquitatis eorum,& visitabit peccata eorum. Quasi vuas in deserto inueni Israel, quasi prima poma ficulneæ,[8] in cacumine] eius vidi patres eorum. Ipsi autem intrauerunt ad Beelphegor,& abalienati sunt in confusionem,& facti sunt abominales [9] sicut ea quæ dilexerunt.] Ephráim quasi auis auolauit. Gloria eorũ à partu,& ab vtero & à conceptu, quod &si enutrierint filios suos,[10] absque liberis eos faciam in hominibus.] Sed & væ eis cum recessero ab eis. Ephráim, [11] vt vidi, Tyrus]

D erat fundata in pulchritudine. [&] Et Ephráim educet ad interfectorem filios suos, da eis domine, quid dabis eis? Da eis vuluam sine liberis, & vbera arentia. Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exosos habui eos. Propter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eiiciam eos. Non addam vt diligam eos. Omnes principes eorum [12] recedentes.] Percussus est Ephráim, radix eorum exiccata est, fructum nequaquam faciẽt: [e] quòd &si genuerint, interficiam amantissima vteri eorum. Abiiciet eos dominus deus meus, quia non audierunt eum,& erunt vagi in nationibus.

2. Dicitur & ad hæreticos ne exultent atque lætentur,& putẽt se similes cæteratum nationũ. Illæ enim non crediderunt in deum, isti vero sub nomine dei idola colunt, & fornicantur à deo suo, & plures sibi areas, & torcularia multiplicant. Hiero. ibidem.
1. Ad exultationem.
2. Assyriam,& immunda comedent.
b. Plena diligentia & exploratione syncera oportet eos ad sacerdotiũ dei deligi, quos à deo constet auditi. Nec sibi plebs blandiatur quasi immunis à cõtagione esse delicti possit, cum sacerdote peccatore communicans,& ad iniustum atque illicitum præpositi sui episcopatum consensum suum commodans, cum per Hoseam propheta cõminetur, & dicat censura diuina. Sacrificia eorum,&c. Cypri. li.1. Epist. epist.4.
3. Pro anima eorũ non intrabit.
4. Scient.
c. Ventosum & iactabundum.
5. Iniquitatis.
6. Aucupis.
7. Inimicitia.
* Corruperunt se vel corrupti sunt.
d. Penianitæ pro adulterio in Gabaa facto, de quibus Iudi. 19
8. In principio.
9. Secũdum dilectionem suam.
10. Exterminabo eos ãtequam sint homines.
11. Vt video, Tyriis est, vel tyro similis.
12. Præuaricatores sunt.
[e. Sensus est, qui nati sunt interimẽtur & fœcunditatem auferam ne multiplicetur gens ea execrabilis. Secuerunt Priapo tẽtiginis deo. Rectè ideo feriuntur hac animaduersione. Denique & præcipua illorum gloria est à partu ab vtero, & à conceptu. Lorichius ibidem.]

*Ingratitudo Israelis propter idola interitum populo & terræ vastationem afferet, cui maior promittitur afflictio, nisi redeat ad cor.* X.

A [a]Itis [1] frondosa Israel, fructus adæquatus est ei.] Secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terræ suæ [2] exuberauit simulachris, diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Ipse confringet simulachra eorum, depopulabitur aras eorum, quia nunc dicent: non est rex nobis. Non enim timemus deum. Et rex quid faciet nobis?[3] Loquimini verba visionis inutilis,& ferietis fœdus cũ mendacio,] & germinabit quasi [4] amaritudo] iudicium super sulcos agri.[5] Vaccas Betháuen coluerũt] habitatores Samariæ. [&] Quia luxit super

B eum populus eius,& [6] æditui] eius super eũ exultauerunt in gloria eius, quia migrauit ab eo. Siquidem & ipse in Assur delatus est, munus regi vltori. Confusio Ephráim capiet,& confundetur Israel [7] in voluntate sua, transire fecit Samaria regem suum, quasi spumam] super faciem aquæ. Et disperdentur excelsa [8] idôli,] peccatum Israel. Lappa & tribulus ascendent super aras eorum.† Et dicent montibus, operite nos: & collibus,

†Isa.2.d Iudic.10.a Iuc.23.d Apoc.9.b †1.Reg.8.a C cadite super nos. [&] † Ex diebus Gabaa [9] peccauit] Israel, ibi steterũt. Non cõprehendet eos in Gabaa præliũ, super filiis iniquitatis. Iuxta desiderium meũ corripiam eos. Congregabũtur super eos populi cum corripientur propter duas iniquitates suas. Ephráim vitula docta diligere triturã,& ego transiui super pulchritudinem colli eius.[10] Ascẽdam super] Ephráim. Arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob. † [b] Seminate vobis

†Iere.4.a D in iustitia, & metite [11] in ore misericordiæ,] innouate vobis nouale, [&] Tempus autem



a. Hoc loco vitẽ frondosum vocat Israel & fructum abundantem, non propter eius pietatem aliasve virtutes, sed propter procreatorum multitudinem, id quod facit, eum ait: Secundum multitudinem fructus, multitudine cumulatatius aucti, passim idolis altaria locauerunt. Theodoret. ibidem.
1. Inanis Israel ponit sibi fructũ
2. Bene fecerunt statuas.
3. Locuti sunt verba deierando in vanũ,& percutiendo fœdus.
4. Absinthium.
5. Ad vitulas Bethauen pauebunt.
6. Sacerdotes.
7. A consilio suo. Succisus est Samariæ rex eius, quasi spuma.
8. Auen, hoc est, Bethauen, vbi Israel fecit idolum.
9. Peccasti.
10. Equitare faciam.
b. Esto spiritalis agricola, sere quod tibi prosit. Bona satio in corde viduarum. Si tetra tibi reddit fructus vberiores quàm accepit, quãto magis misericordiæ remunerario reddet multipliciora quæ dederint Amb. de Nabuetho. cap.7.
11. Secundum misericordiam.

requirendi dominum,qui cum venerit docebit vos iustitiã. [c] Arastis impietatem,iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacii quia confisus es in viis tuis, & in multitudine fortium tuorum. Consurget tumultus in populo tuo, & omnes munitiones tuæ vastabuntur, sicut [12] vastatus est Salmana à domo eius † qui vindicauit Baal ] in die prælij, matre super filios allisa. Sic fecit vobis Bethel, à facie malitiæ nequitiarum vestrarum.

c. Hoc est, disposuistis vos ad male agendum,sic exponunt aliqui continuando ad litteram precedentem / sed quia in fine concluditur. Sic fecit vobis Bethel in qua adolabatur vitulus, quæ erat in regno Israel,& non Iuda. Patet quod hæc litera non continuatur precedenti,sed dirigitur ad populum decem tribuum propter quod sciendum quid hic Arastis, &c. Incipit alia pars in qua post correctionẽ duarum tribuum ad prędictam reuertitur propheta,ad ostendendum obstinationẽ in malo decem tribuum. De Lyra.]

12. Vastauit Salmana domum Arbeel.

*Deus ingratis etiam Iudæis benefaciens,beneficia improperat,sed quia ingrati sunt, captiuantur tandem liberandi.* XI.

[1] Icut mane transit,pertransit] rex Israel: [a] quia puer Israel & dilexi eum, & † ex Ægypto vocaui filium meum. Vocauerunt eos:sic abierunt à facie eorum.Baalim immolabant:& simulachris sacrificabant.Et ego [2] quasi nutritius Ephráim portabã] eos in brachiis [3] meis,] & nescierunt quòd curarem eos.In funiculis Adam traham eos,in vinculis charitatis.[§] Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum,& [4] declinaui ad eum vt vesceretur. ]Non reuertetur in terram Ægypti, & Assur ipse rex eius, quoniam noluerunt conuerti. [5] Cœpit gladius in ciuitatibus eius,] & consumet [6] electos eius, & comedet capita ]eorum. Et populus meus pendebit [7] ad reditum meũ.[§] Iugum autem imponetur eis simul,quod non auferetur. ] Quomodo dabo te Ephráim, [8] protegam] te Israel ? Quomodo dabo te ? † [b] Sicut Adama ponam te,vt Seboim? Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea. Non faciam furorem iræ meæ. Non conuertar vt disperdam Ephráim,quoniam deus ego [c] & nõ homo.[§] In medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem: post dominum ambulabunt:quasi leo rugiet, quia ipse rugiet & formidabunt filij maris:& auolabunt quasi auis ex Ægypto,& quasi columba de terra Assyriorum,& collocabo eos in domibus suis,dicit dominus.Circundedit me Ephráim in negotiatione, & in dolo domus Israel. Iudas autem testis descendit cum deo & cum sanctis [9] fidelibus.]

1. In aurora optimendo optressus est.

a. Pulchrè puerum domini appellat Israel,qui ab eo fit ad saluandum suscepturs, obedientem videlicet & humilẽ,iuxta quod Hosee dicit: Quia puer Israel,& dilexi eum. Nam qui contẽnit humiliari,non potest vtique saluari, nec dicere cum propheta; Ecce enim deus adiuuat me, & c. Beda in festo annuntia.

2. Pædagogum dederam Ephráim qui portaret.

3. Suis.

4. Segregaui ei cibum.

5. Irruet gladius in ciuitates eius.

6. Bases ieus,& cõteret propter consilia.

7. Propter auersionẽ. Ad deum autem altissimum vocauerunt eum prophetæ simul, nullus ex altabit eum.

8. Tradam.

b. Sed continuo qui dixerat: Sicut Adama ponã te,vt Seboim: quæ duæ vrbes ex vicinia Sodomorum patilia excidii traxere consortium. Amb. de pœniten. lib. 1. c. 4.

c. Hæc & alia his similia deus verbum homo factus ad eos dicit,qui vitum quidem ipsũ sanctum,non autem deum esse cõfitentur. Deus ego sum inquit, & non homo in te sanctus,deum de vbi deum seipsum dicit, dominum ad deum & patrem suũ iudicat,adiungens: Post dominum ambulabunt,&c. Euseb. de demonstra. lib. 5. cap. 22.

9. Fidelis est.

*Israelitas beneficiorum patris sui Iacob immemores reuocat dominus ab idololatria, impietatem eorum & pœnam repetens.* XII.

[1] Phráim [1] pascit ventum,] & sequitur [2] æstum. ] Tota die mendacium & vastitatem multiplicat. Et fœdus cum Assyriis iniit,& oleum in Ægyptũ ferebat.Iudicium ergo domini cum Iuda, & visitatio super Iacob. Iuxta vias eius & iuxta adinuentiones eius,reddet ei.† [a] In vtero supplantauit fratrem suum,† & in fortitudine sua [3] directus est cum angelo.[§] Et inualuit ad angelum, & confortatus est.] Fleuit, & rogauit eum: † In Bethel inuenit eum, & ibi locutus est nobiscum.Et dominus deus exercituum,dominus:memoriale eius.Et tu ad dominum deum tuum conuertêris.Misericordiam & iudicium custodi,& spera in deo tuo semper.Chanaan in manu eius statera dolosa,† calumniam ]dilexit.[§] Et dixit Ephráim:verumtamen diues effectus sum, inueni [5] idôlum mihi. ] † Omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatẽ quam peccaui,& ego dominus deus tuus ex terra Ægypti. Adhuc sedere faciam in tabernaculis,sicut in diebus festiuitatis.Et locutus sum super Prophetas,[b] & ego visionem multiplicaui,&[6] in manu prophetarum assimilatus sum.]Si in Galaad [7] idôlum,ergo frustra erant] in Galgal bobus immolantes.[§] Nam & altaria eorum quasi acerui super sulcos agri.† Fugit Iacob in regionem Syriæ,& seruiuit Israel [8] in vxorem:& in vxorem seruiuit ]† In Propheta autem eduxit dominus Israel de Ægypto, & in Propheta seruatus est: ad iracundiam me prouocauit Ephráim in amaritudinibus suis, & sanguis eius super eum veniet, & opprobrium eius restituet ei dominus deus suus.

1. Ventum orientalem.

a. Tria dei beneficia à quibus illa populus sequens ventum se semper auertit. Primum cõfortationis Iacob contra fratrem, contra auunculum, contra angelum.

2. Eductionis de Aegypto,communicationis legis & prophetarum.3. constitutionis dom[s] per vxores & diuitias. Alber. ibid.

3. Certauit cum deo,atque luctatus est cũ angelo,& preualuit.

4. Vim inferre.

5. Mihi opes.

b. Quando autem dignatus est dominus humanam formã suscipere,& primitias nostras recipere,neque putatis me apparentem tantum carnem, sed veram induit. Et quapropter per omnia nostra transire,& ex muliere nasci,& infans fieri,& panniculis inuolui, & lacte pasci, aliáque omnia ferre,vt dispensationis veritas credibilius esset, & hæreticorum ora diffuerent. Propterea & dormit in naui & ita facit,& fatigatur, & omnia humana sustinet: vt per ea ipsa certiusque argumentis persuadeat. Propter hoc etiam tribunali assistit,& crucifigitur, & mortem sustinet ignominiosissimam,& in sepulchro ponitur, vt sua incarnatio per omnia fiat manifesta. Chry. in Ge. hom. 58

6. Per manum prophetarum de di similitudinet.

7. Vanitas, vtique vani facti sunt.

8. Propter vxorem,& propter vxorem custos,sub-gregis.

*Deus zelotes alium deum non fert, Israeli exitium ob ingratitudinem minatur, victoriam mortis & inferni per Christum pollicetur.* XIII.

A [1]Oquente Ephraim, horror[1] inuasit] Israel, & deliquit in Baal, & mortuus est. Et nunc addiderunt ad peccandum, fecerúntque sibi conflatile de argento suo[2] quasi similitudinem idolorum. Factura artificum totū est, his ipsi dicunt: Immolate homines, vitulos adorātes,] idcirco erūt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteries. Sicut puluis turbine raptus ex area,
†Osee.13.b B & sicut fumus[3] de fumario.] † ♁ [b] Ego autem dominus deus tuus ex terra Ægypti, & deum absque me nescies, & saluator non est præter me. Ego cognoui te in deserto, in
†Deu.7.6.b terra[4] solitudinis.] † Iuxta pascua sua adimpleti sunt, & saturati sunt. Et eleuauerūt cor suum, & obliti sunt mei. Et ego ero eis quasi leæna, sicut pardus in via [5] Assyriorum.]
C Occurram eis quasi vrsa[6] raptis catulis,] & dirumpam interiora [7] iecoris] eorum. ♁ Et consumam eos ibi quasi leo, bestia agri scindet eos: perditio tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum. * vbi est rex tuus? maximè nunc saluet te in omnibus vrbibus
†1.Reg.8.a tuis. [c] Et iudices tui de quibus dixisti: † da mihi regem & principes. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Colligata est iniquitas Ephraim, abscō-
D ditum peccatum eius. Dolores parturientis venient ei. Ipse filius non sapiens. ♁ Nunc enim non stabit [8] in contritione filiorum, de manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. †[d] Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne. Consolatio abscondita
†1.Cor.15.g †Heb.2.d †Ezec.13.d est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuidet. † [9] Adducet vrentem ventum dominus de deserto ascendentem,] & siccabit venas eius, & [10] desolabit] fontem eius, & ipse deripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis.

*Samariæ interitus adesse monstratur, plurima autem bona conuersis promittuntur, modo non redeant ad peccatum.* XIIII.

A [1]Pereat] Samaria, quoniam [2] ad amaritudinem concitauit] deum suum. In gladio pereant. Paruuli eorum elidantur, & fœtæ eius scindantur. [a] Conuertere Israel ad dominum deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba, & cōuertimini ad dominum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Assur
B non saluabit nos. ♁ Super equum non ascendemus, nec dicemus vltrà: dij nostri opera manuum nostrarum, quia [3] eius qui in te est misereberis pupilli.] Sanabo [4] contritiones eorum, diligam eos spontanee, quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros, Israel
†De pœ.d.2. c Si agamus. germinabit sicut lilium, & [5] erumpet radix eius vt Libani.] † Ibūt rami eius, & erit quasi
C oliua gloria eius, & odor eius vt Libani. † Conuertentur sedentes in vmbra eius, viuent
†Tit.um.3.b tritico. ♁ Et germinabunt quasi vinea, memoriale eius sicut vinum Libani. Ephraim quid mihi vltrà [6] idôla?] Ego [7] exaudiam & dirigam eum, ego vt abietem virentem,] ex me fructus tuus inuentus est. † Quis sapiens, & intelliget ista: intelligēs, & sciet hæc?
†Iere.9.d Quia rectæ viæ domini, & iusti ambulabunt in eis: [b] præuaricatores verò corruent in eis.

## INCIPIT PROLOGVS IN IOEL PROPHETAM.

*Sanctus Ioel apud Hebræos post Hosee ponitur, & sicut ibi sub nomine Ephraim ad decem tribus confertur vaticinium, quæ vel Samaria vel Israel sæpe memorantur: sic in hunc Prophetam omne quod dicitur, ad tribum Iuda, & ad Ierusalem pertinere credendum est: & nullam omnino Israelis, id est, decem tribuum, in hoc fieri mentionem. Tepora quoque quibus prophetauit, eadem debemus accipere, quæ in Hosee legimus, In diebus Oziæ, Ioathan, & Achaz, & Ezechiæ Regum Iuda: & in diebus Ieroboā filij Ioas Regis Israel. Porrò factum esse sermonem domini, ad meritum eius refertur cui fit, non ad conditionem illius qui fieri dicitur, vt alibi legimus: Dominus factus est mihi in salutem. Auditus autem in scripturis sanctis nō est*



[2. In hoc capite rursus beneficia sua deus populo exprobrans ido malitiam populi recēset. Loquēte Ephraim, id est Ieroboā. Israel hic mortuus dicitur, scilicet morte culpæ & infidelitatis. Lorichius ibid.]
1. Decepit.
2. Iuxta adinuentionem intellectus sui idola fecerunt opere artificum. Propter quæ ipsi dicūt his qui sacrificāt ex hominibus osculamini vitulos.
3. De fenestra.
[b. Hæreticos duxit dominus de tenebris infidelitatis, vbi prius deseruiebant Pharaoni & ducibus eius, & præcepit ne in ecclesia alium deum scirēt nisi eum qui creat & saluat. Et ipse sic pascit eos vt possint dicere: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit. Et dat eis panem qui de cœlo descendit quem in Aegypto non comederant. Et aquas de Christo petra. Glosa ordi. ibi.]
4. Arida siti.
5. Grassatus.
6. Orbata.
7. Cordis.
* Ego ero, sub. in perpetuum, & me deraliquisti, verumtamē vbi est rex tuus quem mihi præculiſtil
c. Huius populi rex & iudices fuerunt principes peruersorum dogmatum, qui eos tempore necessitatis & angustiæ liberare non poterunt: qui dati sunt in furore, & auferētur in indignatione. Nō quòd dominus tales eos voluerit habere reges, sed q̄ dimiserit eos voluntatibus suis, vt comedentes & ingrassati carnibus, nauseārent & euomerent per nares suas, & odisse inciperent eos quos tanto studio sequebantur. Hieron. ibid.
8. In portu.
d. Ac sic mortis iniquitas, quę se tanquam hominem vicisse gaudebat, expauit subito prædā suā & in suo regno à suo vt putabat debitore constricta est, à suo cō dēnata reo, à suo subiugata est capriuo. Ideō suis laqueis illigata, & irretita perditio: dum decipere, supplātata est, dum interficere, extincta est: dum deuorare absumpta est. Euseb. Emise. de pasch. ho. 6.
9. Venier ventus orientalis, dominus à deserto ascender.
10. Siccabit.
1. Desolabitur.
2. Exacerbauit.
a. Deus enī finis est nostet summus & vltimus, ideirco ad eum debet esse tota nostra miseris cōuersio: atque ad ipsum tāquam ad finem ordināda sunt omnia, vt nihil ametur aut fiat, nisi in ipso & propter ipsum. Dio. ibi.
3 In te misericordia fiat pupillo
4. Auersionem.
5. Percutiet radices suas sicut Libanus.
6. Cum idolis!
7. Respondi, & respexi eum ego vt abies virens.
b. Præuaricator autem Latinè & transgressor vocatur, eo quòd à lege domini transeat ad errorem, & transgrediatur mandata cœlestia, cui dictum est vt adhæreat domino deo suo. Ambr. in psal. 118. Sermo. 15.

*iſte qui in aure ſonat,ſed in corde percipitur,iuxta illud quod dominus loquitur in euangelio: Qui habet aures audiendi audiat. Quòd autem dicitur Hebraicè haazenu, Græcè ἐνωτίσασθε, Latinè ſonat,auribus percipite:proprie nõ aure,ſed corde percipitur. Qui ſenes ſunt & cæleſtes,audiunt ſpiritualiter: qui autem habitant in terra,appellantúrque terreni, auribus percipiunt. Vbicunque autem hæc duo verba coniuncta ponuntur,non ad ſimplicem tantum verborum ſonum, ſed ad reconditam quoque dictorum intelligentiam pertinere intelligẽdum eſt. In Geneſi Lamech loquitur ad vxores ſuas Ada & Sella: Audite verba mea vxores Lamech,auribus percipite ſermones meos,quia virum occidi in vulnus meum,& iuuenem in liuorem meum. Et Iſaias: Audite cæli,& auribus percipite terra.*

## ITEM ALIVS PROLOGVS.

*IOel filius Phatuel deſcribit terram duodecim tribuum, eruca, brucho,locuſta, rubigine vaſtante conſumptam,& poſt euerſionem prioris populi effuſum iri ſpiritum ſanctum ſuper ſeruos dei & ancillas,id eſt,ſuper centum viginti credẽtium nomina,& effuſum iri in cœnaculo Sion,qui cẽtum viginti ab vno vſque ad quindecim paulatim & per incrementa ſurgentes quindecim graduum numerum efficiunt,qui in pſalterio myſticè cõtinentur. Ex tribus igitur generibus rhetorum hæc ſumuntur principia,& tres ſunt argumentorũ partes,ex quibus incipere ſolet omnis orator. Aut enim dociles,aut beneuolos,aut attentos auditores debet efficere. Hic ergo propheta rectè à magnitudine cladis ſumens principium,eóſque qui aduituri erant,volẽs ad pœnitentiam prouocare,reddit attentos,admirans futurorum malorum,vt conſiderãtes futuræ cladis aſperitatem ocyus pœnitentiam arriperẽt. In hoc Propheta idcirco nec reges,nec tempora ſunt prænotata,quia iiſdem temporibus ac regibus,quibus Hoſee prophetauerat,& ipſe prophetauit. Ioel interpretatur incipiens,aut domini deſcenſus. Phatuel verò aut latitudo aut oſtium dei tropologicè,hoc eſt,qui oſtium dei & ſcientiam dei habuerit apertam,rectè incipit prophetare. Natus eſt autẽ de tribu Ruben in agro Bethoron,vbi in pace mortuus eſt,& ſepultus.*

## VITA IOELIS PROPHETÆ.

*IOel filius Phatuel de tribu Ruben,natus in agro Bethoron: permulta ſuper Ieruſalem prophetauit,& de conſummatione gentium. Eſtq; cum honore & gloria mortuus & humatus in dicto agro Bethoron. Iſidorus de vita & morte quorundam ſanctorum, poſt Epiphanium.*

# Incipit Ioelis Prophetia.

*Imminentibus quatuor plagis excitantur populi, & præcipuè ſacerdotes ad orationem,ieiunium,& planctum.* *Cap. I.*

VErbum domini quod factũ eſt ad Ioel filium Phatuel. [a] Audite hęc ſenes,& auribus percipite omnes habitatores terrę. Si factum eſt iſtud in diebus veſtris,aut in diebus patrũ veſtrorũ. Super hoc filiis veſtris narrate,& filij veſtri filiis ſuis, & filij eorum generationi alteræ. [b] Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduũ locuſtæ comedit bruchus, & reſiduũ bruchi comedit rubigo. [c] Expergiſcimini ebrij,flete & vlulate omnes qui bibitis vinum [1] in dulcedine,quoniam] periit ab ore veſtro. Gens enim aſcendet ſuper terram meam fortis & innumerabilis. [d] Dentes eius vt dentes leonis, molares eius vt [2] catuli] leonis. Poſuit vineam meam in deſertum, & ficum meam decorticauit. Nudans ſpoliauit eam & proiecit,albi facti ſunt rami eius. Plange quaſi virgo accincta ſacco,ſuper virum pubertatis ſuæ. [d] Periit ſacrificium & libatio de domo domini,& luxerunt ſacerdotes miniſtri domini. Depopulata eſt regio, luxit humus, quoniam

A Anno ante Chriſti Anno 3419

B

a. Auditus eñ in ſcripturis ſanctis non eſt iſte qui in aure reſonat,ſed qui in eorde pręcipitur: iuxta illud quod dñs loquitur in euangelio: Qui habet aures audiendi audiat. Hieron. ibid. b. Eruca luxuriam,locuſta inanem gloriã, bruchus ingluuiẽ, & rubigo iram deſignant, quæ ſibi inuicem ſuccedunt. Gregu. Moral.lib.34.cap.19.

c. Sõno depreſſos vocat, qui delectatione peccati in obſequiis dei immobiles facti ſunt. Ionæ 1. Quid tu ſopore deprimeris? Epheſi.5. Surge qui dormis,& exurge à mortuis. Hos etiam vocat ebrios: quia per peccatum rationem ligatã habent. Alb. ibi.

1. Super nouum vinum quod.

2. Molares.

[d. Quod futura vel pręterita dicat,hoc proprium eſt prophetię vſus: verò eſt hac ratione nõ ſolũ ob tranſlationẽ verborũ & linguis in linguã, ſed etiã propter ætitudinẽ. Theodoretus ibi.]

Universidad de Deusto Biblioteca

niam[4] deuastatum est triticum. Confusum est vinum, elanguit oleum. [3] Confusi sunt agricolæ, vlulauerunt] vinitores super frumento, & vino] & hordeo, quia periit messis agri. [3] Vinea[4] confusa est,] & ficus elanguit. Malogranatum & palma & malum, C & omnia ligna agri aruerunt, [5] quia confusum est] gaudium à filiis hominum. Accingite vos & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris. Ingredimini, cubate in sacco ministri dei mei, quoniam interiit de domo dei vestri sacrificium & libatio. [6 c] † Sanctificate] ieiunium, vocate cœtum, congregate senes, omnes habitatores terræ in domum dei vestri: & clamate ad dominum. Ah ah ah dici: quia prope est dies domini, & quasi D vastitas[7] à potente] veniet. [f] Nunquid non coram oculis vestris alimenta perierũt de domo dei nostri lætitia & exultatio? [f] Computruerunt [8] iumenta in stercore suo,] demolita sunt horrea, dissipatę sunt apothecæ, quoniam confusum est triticum. Qui ingemuit animal, mugierunt greges armenti? Quia non est pascua eis. Sed & greges pecorum disperierunt. Ad te clamabo domine, quia ignis comẽdit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis. Sed & bestiæ agri—quasi area sitiens imbrẽ,] [9] suspexerunt] ad te, quoniam exiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti.

d. Huius infœcunditatis tantæ causa est iniquitas hominũ propter quam gaudia cessãtis mœrores animi importati sunt, & inducti: Quisobrẽ, inquit, vos sacerdotes vestem lugubrem recipite. Theodo. ibid.
3 Erubescite agricolæ, vlulate.
4. Exaruit.
5. Vt arescat.
6. c. Indicite, ieiunium sanctificate, est adiunctis aliis bonis digna deo abstinentia carnis ostendere. Greg. Pastoral. 3. par. admonitio. 20.
7. Ab omnipotente.
f. Cõputrescere, est carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire, de quibus Isa. 3. Et erit pro suaui odore fœtor, pro zona funiculus. Quia nimirum hi praui operis fœtorem emittũt, qui abiecto cingulo castitatis, funiculum intexunt lasciuiæ. Greg. in 7. psal. poeni. psal. 50.
8. Grana sub pulueribus suis, hoc est, semina terræ demandata putrescunt, & non erumpunt in frugem.
9. Clamabunt.

*Terribilis propter hostium crudelitatem dies domini populum excitat ad cessandum à peccatis, quandoquidem dominus orbem renouans spiritum suum mittet in terram. II.*

Isa. eodem. A [1] Anite] tuba in Sion, [2] vlulate] in monte sancto meo. Conturbentur omnes habitatores terræ, quia venit[3] dies domini, quia prope est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & [3] turbinis: quasi mane expansum] super montes, populus multus & fortis. Similis ei non fuit à principio, & post eum non erit vsque in annos generationis & generationis. Ante faciem eius ignis vorans, & post eum [4] exurens] flamma. Quasi hortus [5] voluptatis] terra coram eo, & post eum solitudo deserti, neque est qui fugiat eum: quasi aspectus equorum aspectus B eorum, & quasi equites sic current. [f] Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient, sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipulam, velut populus fortis præparatus ad prælium. A facie eius[6] cruciabuntur] populi, omnes vultus [7] redigentur in ollam.] Sicut fortes current, quasi viri bellatores ascendent murum. Viri in viis suis gradientur, & non[8] declinabunt à] semitis suis. Vnusquisque fratrem suum non coartabit, singuli in calle suo ambulabunt. Sed & [9] per fenestras cadent, & non demolientur. Vrbem ingredientur,] in muro current: domos conscendent, per fenestras in- † Matt. 13. c C trabunt quasi fur. † A facie eius contremuit terra, moti sunt cœli. [f b] Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. Et dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui, quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia & facientia verbum eius. Magnus enim dies domini & terribilis valde. Et quis sustinebit eum? Nunc ergo dicit dominus: [c] Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & in planctu, & [d] scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Et conuertimini ad dominum deum vestrum, † quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericor- † Marc. 13. c Luc. 21. c Ezech. 32. b Isa. 13. b Ier. 50. b Amos. 5. a Soph. 1. d De pœn. d. c. Hos. idem. † Ioan. 4. a Psa. 85. a † Ioan. 3. d Sup. eodem. Sup. c. D diæ, & [10] præstabilis super malitia.] † Quis scit, si conuertatur & [11] ignoscat,] & relinquat post se benedictionem? [f] Sacrificium & libamen domino deo vestro. † Canite tuba in Sion, [e] sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum, sanctificate Ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos, & sugẽtes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare [12] plorabunt] sacerdotes ministri domini, & [13] dicent:] Parce domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi est deus eorum? [f] Zelatus est dominus terram suam, & pepercit populo suo. E Et respondit dominus, & dixit populo suo: [f g] Ecce ego mittam vobis frumentum & vinum & oleum, & replebimini in eis, & non dabo vos vltrà opprobrium in gentibus. Et eum qui ab aquilone est, procul faciam à vobis, & expellam eum in terram inuiam & desertam, faciem eius contra mare orientale, & extremum eius vsque ad ma-

1. Clangite, & infra.
2. Clangite.
3. Hæc dies plena miseriis dicitur, propterea terribilium rerũ nominibus exprimitur. In hac enim die intensiores erant tenebræ in cordibus Iudæorum, & caligo tribulationis seu aduersitatis exterius. Diony. ibid.
3. Obscuritatis quasi aurora expansa.
4. Exardescet.
5. Eden est.
6. Dolebunt.
7. Nigrescent vt olla.
8. Tardabunt in.
9. Cum in gladium ceciderint non vulnerabuntur. Per ciuitatem ambulabunt.
b. Sol & luna tegũturquãdo nulla claritas gaudij in maioribus vel minoribus inuenitur. Albertus ibidem.
c. Sicut scriptum'est Sap. 1, Deus non fecit mortem, nec delectatur in perditione viuorum. Vsque qui neminẽ vult perire, cupit peccatores pœnitentiam agere, & per pœnitẽtiam denuo ad vitam redire. Ideo & per Ioel propheram clamat: Conuertimini ad me in toto corde vestro. Cypr. Epist. lib. 4. epist 2.
d. Corda scindam[9], vt si qua dolosa herba, & improba cogitatio nobis inest, radicitus eam euellamus, & puras pietatis seminibus terras exhibeamus. Chryso. ad popu. Antioch. ho. 4.
10. Pœnitens super malum.
11. Pœniteat eum mali.
e. Nam & Ioel exclamauit: Sanctificate ieiunium & orationẽ, prospiciens iam tunc & alios apostolos & prophetas sancituros ieiuniũ, & prædicaturos officia curantia deum. Tertul. de ieiunio aduersus Psychicos.
12. Plorent.
13. Dicant.
f. Iudicem sapientem nominem melius quàm dominum Christum possumus intelligere: qui contra vniuersos hostes populũ suũ tuetur. De quo per prophetã dicitur: Zelatus est dominus terram suam, &c. Raba. in 10. ca put Eccl.
g. Conuenienter eorum precibus respondit. Non permittam vos in miseriis constitutos ludibrio & voluptati finitimis vestris, sed vos curabo & tuebor, vt illi cogniturí sint ex meis in vos beneficijs dei vestri robur & potentiam. Theodo. ibid.

re nouiſſimum : [b] & aſcendet fœtor eius. Et aſcendet putredo eius, quia ſuperbè egit. Noli timere terra,exulta & lætare,quoniam magnificauit dominus vt faceret. Nolite timere animalia regionis,quia germinauerũt ſpecioſa deſerti. Quia lignum attulit fructum ſuum,ficus & vinea dederunt virtutem ſuam. ♱ [1] Et filij Sion exultate & lætamini in domino deo veſtro, quia dedit vobis doctorem iuſtitiæ,& deſcendere faciet dominus ad vos imbrem matutinum & ſerotinum [14] ſicut in principio.] Et implebuntur areæ frumento,& redundabunt torcularia vino & oleo. Et reddam vobis annos quos comêdit locuſta,bruchus, & rubigo,& eruca : fortitudo mea magna quã miſi in vos. Et comedetis veſcentes,& ſaturabimini,& laudabitis nomen domini dei veſtri qui fecit mirabilia vobiſcum. Et non confundetur populus meus in ſempiternum,& ſcietis quia in medio Iſrael ego ſum. Et ego dominus deus veſter,& non eſt amplius,& non confundetur populus meus in æternum. ♱ Et erit poſt hæc,† effundam[k] ſpiritum meũ ſuper omnem carnem,& prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ. Senes veſtri ſomnia ſomniabunt,& iuuenes veſtri viſiones videbunt. Sed & ſuper ſeruos meos & ancillas in diebus illis effundam ſpiritum meum,& dabo prodigia in cœlo, & in terra ſanguinem,& ignem & [15] vaporem] fumi. † Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem,antequam veniat dies domini magnus & horribilis. †[l] Et erit, omnis qui inuocauerit nomen domini,ſaluus erit,quia in monte Sion & in Ieruſalem erit ſaluatio,ſicut dixit dominus,& in reſiduis quos dominus vocauerit.

*Iudicaturus orbem terræ dominus in valle Ioſaphat,viuos & mortuos vocat ad iudicium, verbum dei annuntiatur,baptiſmo dei eccleſia continuatur.* III.

[a] Via ecce in diebus illis & in tempore illo, cum conuertero captiuitatem Iuda & Ieruſalem,congregabo omnes gentes,& deducam eas in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo, & hæreditate mea Iſrael,[b] quos diſperſerunt in nationibus,& terram meam diuiſerunt,& ſuper populum meum miſerunt ſortem. Et poſuerũt puerum [1] in proſtibulum,] & puellam vendiderunt pro vino vt biberent. Verum quid mihi & vobis Tyrus & Sidon & omnis terminus Palæſtinorum ? Nunquid [2] vltionem] vos reddetis mihi ? Et ſi [3] vlciſcemini vos contra me, cito velociter reddam viciſſitudinem vobis ſuper] caput veſtrum. ♱ Argentum enim meum & aurum tuliſtis, & deſiderabilia mea & [4] pulcherrima] intuliſtis in delubra veſtra. Et filios Iuda & filios Ieruſalem vendidiſtis filiis Græcorum, vt longe faceretis eos de finibus ſuis. Ecce ego ſuſcitabo eos de loco in quo vendidiſtis eos,& conuertam retributionem veſtram in caput veſtrum. Et vendam filios veſtros & filias veſtras in manibus filiorum Iuda,& venundabunt eos Sabæis,genti longinquæ,quia dominus locutus eſt: [c] Clamate hæc in gentibus, [5] ſanctificate] bellum,ſuſcitate robuſtos. Aſcendant,accendant omnes viri bellatores. Cõcidite [6] aratra veſtra] in gladios, & ligones veſtros in lanceas. Infirmus dicat, quia ego fortis ſum. [7] Erumpite,] venite omnes gentes de circuitu,& congregamini. ♱ Ibi occumbere faciet dominus robuſtos tuos. Conſurgant & aſcendant gentes in vallem Ioſaphat,quia ibi ſedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu. † Mittite falces, quoniam maturauit meſſis. Venite & deſcendite,quia plenum eſt torcular. Exuberãt torcularia,quia multiplicata eſt malitia eorum. Populi populi in valle conciſionis, quia iuxta eſt dies domini in valle conciſionis. † Sol & luna obtenebrati ſunt & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. † Et dominus de Sion rugiet,& de Ieruſalem dabit vocem ſuam. Et mouebuntur cœli & terra,& dominus ſpes populi ſui,& fortitudo filiorum Iſrael. ♱ Et ſcietis quia ego dominus deus veſter,habitans in Sion in monte ſancto meo. Et erit Ieruſalem ſancta & alieni non tranſibunt per eam amplius. † [d] Et erit in die illa, ſtillabunt montes [8] dulcedinem,] & colles fluent lacte. Et per omnes riuos Iuda ibunt aquæ, & fons de domo domini egredietur, & irrigabit [9] torrentem ſpinarum.] Ægyptus in deſolatione erit & Idumæa in deſertum perditionis,pro eo quòd iniquè egerint in filios Iuda,& effuderint ſanguinem innocentem in terra ſua. Et Iudæa in æternum habita-

a. Quia quando animalia moriuntur in magna multitudine de putredine ſurgit magnus fœtor, & aeris corruptio, ſicut dicit Hiero. Ie vidiſſe in illa terra. De Lyra ibid.]

1. Adhuc quoque Sion ſpecialiter loquitur, vt exultẽt & gaudeant, non in quacumque re leni, ſed in domino deo ſuo, qui dedit eis alimenta iuſtitiæ ſuæ, & imbrem temporaneũ & ſerotinum, vt comedant atque lætẽtur, & laudẽt nomẽ domini dei ſui, qui fecit cum eis mirabilia: & nequaquam confundantur. Hierony. ibid.

14. In primo, ſub. menſe.

k. Et vt ſciamus plenius virtutẽ eſſe ſpiritum, ſcire debemus ipſum eſſe promiſſum, quando dixit dominus: Effundam de ſpiritu meo, &c. Ille enim qui promiſſus eſt nobis, ipſe eſt virtus, ſicut etiam in euangelio idẽ dei filius declarauit, dicens: Et ego mittam promiſſa patris mei in vos, &c. Luc. 24. Ambro. de ſpiritu ſancto. lib. 2. cap. 2.

15. Columnæ.

l. Nõ vtique ſalute corporis quã multi habent, & qui non inuocant nomen domini, ſed illa ſalute de qua ipſe dicit: Non eſt opus ſanis medicus, ſed ægrotãtibus. Augu. Epiſtol. 89.

a. Totũ tempus à Chriſti aduentu ad finem mundi eſt vltima ætas, de qua 1. Ioh. 2. Nouiſſima hora eſt. Sic quod dominus ait: In diebus illis & in tẽpore illo. referendum eſt ad tempus gratiæ, vltimúmque mundi ætatẽ. Diony. ibid.

b. Congregat dominus malos, & poſtea diſceptat cum eis. Primo quo ad omiſſionem, de qua Matth. 25. Eſurijui, & non dediſtis mihi manducare, &c. quantum verò ad iniuriã illatã proximo, Iſa. 3 Stat ad iudicandum dominus, & ſtat ad iudicandos populos: vos depaſti eſtis vineã meam, & rapina pauperis in domo veſtra. Albert. ibid.

1. Pro ſcorto, hoc eſt, pro pretio meretricis.

2. Retributionem.

3. Vos retribuitis mihi leue eſt, velociter reddam retributionẽ veſtram in.

4. Meliora.

c. Promittunt ergo ſibi Iudæi, imo ſomniant, quòd in vltimo tempore congregentur à domino, & reducantur in Ieruſalem. Nec hac fœlicitate contenti, ipſum deum ſuis manibus Romanorum filios & filias aſſerũt traditurum, vt vendant eos Iudæi Perſis & Aethiopibus, & cęteris nationibus quæ vicinæ ſunt, ſed & Sabæis gẽti longiſſimæ: quia dominus locutus ſit, & populi ſui vlciſcatur iniuriam. Nos autem dicamus ęp & ſuſcitauit dominus poſt aduentum ſuum, & quotidie ſuſcitat, & ſuſcitatur eſt eos quos varius error eduxerat de finibus ſuis. Hiero. ibid.

5. Indicite.

6. Vomeres veſtros.

7. Congregamini.

d. Alia ſpecies erit qua pleraque figuratè porrenduntur per ænigmata & allegorias & parabolas, aliter intelligẽda quàm ſcripta ſunt. Nam & montes legimus diſtillaturos dulcedinem: non tamen vt ſapam de petris, aut de ſtrutum de rupibus ſperes. Tertul. aduerſus Marcio. lib 3.

8. Muſtum.

9. Vallem Sittim.

tabitur,& Ieruſalem in generationem & generationem.Et mundabo ſanguinem eorum quos non mundaueram,& dominus commorabitur in Sion.

## INCIPIT PROLOGVS IN AMOS Prophetam.

*OZias Rex cum dei religionem ſolicitè æmularetur,nimio religionis amore prouocatus, contra præceptum legis Moyſi arrepto thuribulo, vt in hiſtoria libri ſecundi Paralipomenon oſtenditur, ſacerdotale officium præſumere conatus eſt. Ob eam rem terræ motum in templo dei exortum conſtat, cuius etiam Zacharias Prepheta meminit. Ante hunc itaque terræ motum, Amos Propheta temporibus prædicti Regis & temporibus Ieroboam filij Ioas regis Iſrael,in eas gentes, quæ electione comprehenſæ ſunt, iram dei ob eas cauſas, quas memorauit, aſſuturam denuntiat.Et quia idem Propheta in ſequentibus ait: Super tribus impietatibus,& ſuper quatuor non conuertam eum:tertio peccatorum indulgentiam dare deum poſſe ſignificat: quem quarto eadem peccata admittentibus, nec pœnitentiam,nec indulgentiam daturum enuntiat. Nam per ignis ſimilitudinem, quem in prædictas gentes immitendum prædixit, grauem atque irreuocabilem dei iram, ad euerſionem earundem ciuitatum proceſſuram voluit demonſtrare.*

## ITEM ALIVS PROLOGVS.

*AMos Propheta paſtor & ruſticus & ruborum mores diſtinguens, paucis verbis explicari non poteſt. Quis enim dignè exprimat tria & quatuor ſcelera Damaſci, Gazæ, Tyri,& Idumææ,filiorum Ammon & Moab,ſeptimo,octauóque gradibus Iudæ & Iſrael? Hic loquitur ad vaccas pingues,quæ ſunt in monte Samariæ,& ruituram domum maiorem minorémque teſtatur.Ipſe cernit[1] ſictorem] locuſtæ,& ſtantem dominum ſuper murum litum, vel adamantinum,& vncinum pomorum attrahentem, ſupplicium peccatoribus & famem in terra, non famem panis,neque ſitim aquæ:ſed aũdiendi verbum domini.Non dixit verba,ſed verbum. Amos verò interpretatur onuſtus.Hic Amos ſpiritualis gratiæ plenus,prophetauit inter cæteros Prophetas. Non enim ipſe ſolus erat Prophetes, ſed etiam & alij.Eſſe quippe non poterat Prophetes, niſi paſtor antè fuiſſet.Qui etiam tuba ſua clangit per ſingulos dies,erudiens & docens in Eccleſia.In veritate enim omnium vox Prophetarum tanquam tuba ſpiritualis eſt,prædicans in Eccleſia ſecundum quod ſcriptum eſt: Aſcende in montem excelſum tu qui euangelizas Sion,& exalta vocem tuam qui prædicas Ieruſalem*

1.Victorem.

## INCIPIT TERTIVS PROLOGVS.

*HIc Amos Propheta & paſtor non fuit pater Iſaiæ Prophetæ, quanquam & ille Propheta,extiterit.[a] Nam aliis literis iſte,aliis ille apud Hebræos ſcribitur:quæ differentia literarum apud Latinos non habetur.Et ille fortis vel robuſtus, hic verò auulſus interpretatur,quia locutus eſt contra decem tribus,quæ per idololatriam à cultu dei vel etiam à regno Dauid erant auulſæ.Fuit autem cognatio eius ex oppido Thecue,quod ſex miliaribus diſtat à Bethleem,curam gerẽs pecorum in latitudine camporum,qui ſunt proximi oppido Thecue,in quibus humi aridæ atque arenoſæ,nihil omnino frugum gignitur,ſed vberrimis paſcuis abundant:& ideo cuncta ſunt paſtoribus plena,& ſterilitas[1] frugum] compenſatur pecorum multitudine.Ex hoc numero paſtorum fuit Amos,imperitus ſermone,ſed plenus ſcientia.Prophetauit autem eiſdem tẽporibus quibus Ioel,Nahum,Ionas,Hoſee,Iſaias.Sed aliquantulum exorſus eſt prophetare antequam Iſaias, maxime autem cõtra decem tribus locutus eſt, pauca de duabus interſerens. Hunc ablatum de numero paſtorum miſit dominus,vt in Samaria prophetaret, quem Amaſias[2] ſacerdos] frequenter plagis afflixit:tandem filius eius Ozias vecte per tempora transfixit.Poſthæc ſemiuiuus in terrã ſuam euectus,poſt aliquot dies dolore vulneris expirauit,ſepultúſque eſt cum patribus ſuis.*

a.Ille enim Amos ſcribitur per primam & vltimam nominis ſui literam Aleph & zadech, & interpretatur fortis & robuſtus: hic verò Amos per Ain & Samec, & interpretatur populus auulſus:eundem tamen ſonum & prolationem habere videtur, Hieron.

1.Terræ.

2.Rex.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## VITA AMOS.

*AMos pastor & rusticus ex oppido Thecue in terra Zabulon, quod distat ad Australē plagam sex milibus contra Bethlehem, non, vt credit epiphanius, parens fuit Isaiæ prophetæ. Hunc dominus ablatum inde misit ad populum Israel, præcipiens ei vt Samariam pergeret, & ibi quæ ventura erant, prophetaret. Quem Amasias rex sæpe plagis affecit. Nouissimè Ozias filius eius vecte per tempora transfixo crudeli morte necauit. Tamen semiuiuus in terram suam euectus, post aliquot dies dolore nimio vulneris animam cunctanctem efflauit: sepultúsque est cum patribus suis. Isidorus de vita & morte quorundam sanctorum.*

# Incipit Amos Prophetia.

*Vltio domini in decem tribus Israel, in Damascum, Philistæos, Tyrum, Idumæam, & Ammon, ac regum earum.* *Caput I.*

[a] Erba Amos, qui fuit [1] in pastoralibus] Thecue, quæ vidit A
super Israel in diebus Oziæ Regis Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas Regis Israel, † ante duos annos terræ motus.
Et dixit: † Dominus de Sion rugiet, & de Ieruſalē dabit vocem suam. Et [2] luxerunt speciosa] pastorum, & exiccatus est vertex Carmeli. Hęc dicit dominus deus: † Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum, eo quòd triturauerint in plaustris ferreis Galaad. [b] Et mittam B
ignem in domum Hazael, & deuorabit domos Benadab.
Et conteram vectem Damasci, & disperdam habitatorem de [3] campo idôli,] & tenentem sceptrum de domo [4] voluptatis,] & transferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit dominus. Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus Gazæ, & super quatuor non conuertam eum, eo quòd trāstulerit [b] captiuitatem perfectam, vt concluderent eam in Idumæa. [c] Et mittam ignem in murum Gazæ, & deuorabit C
ædes eius, & disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone, & conuertam manum meam super Accaron, & peribunt reliquiæ Philistinorum, dicit dominus deus. Hæc dicit dominus: [c] Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non conuertam eum, eo quòd concluserint captiuitatem perfectā in Idumæa, & non sunt recordati fœderis fratrum. Et mittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius. [d] Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus Edom, & sūper quatuor non cōuer- D
tam eum, eo quòd persecutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit [5] misericordiam eius,] & tenuerit [6] vltrà] furorem suum, & indignationem suam seruauerit vsque in finem. [d] Mittam ignem in Themam, & deuarabit ædes Bosræ. Hęc dicit dominus: Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor nō conuertam eum, eo quòd dissecuerit pręgnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. Et succendam ignem in muro Rabba, & deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, & in turbine in die commotionis. Et ibit [7] Melchom] in captiuitatē ipse & principes eius simul, dicit dominus deus.

*Vltio domini in Moab pro crudelitate in mortuos, in Iudam & Israelem, qui pro singulis beneficiis semper fuere rebelles & ingrati, ideo merito delendi.* *II.*

[a] Hæc dicit dominus: [a] Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non A
conuertam eum, eo quòd incenderit ossa Regis Idumææ vsque ad cinerem. Et mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Carioth, & morietur
in sonitu Moab in clangore * tubæ, & disperdam iudicem de medio eius, Num. 21.
& omnes principes eius interficiam cum eo, dicit dominus. Hęc dicit dominus: Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam eum, eo quòd abiecerit le-

1. Quidam non diligēter rationem temporū attendentes, hūc terræ motum opinati sunt factū fuisse, cū Isaias magnus post Oziæ interitum vidit dominum sedentem in solio excelso, & elato, cum commota sunt super liminaria cardinū à voce clamantis. Ego verò cum tempora disquisissem, hoc falsum esse deprehendi. Siquidem post Oziæ interitum terræ motus extitit: nā duobus ante annis quàm prophetiam mirificus Amos incepisset quinquagesimus annus agebatur regni Oziæ, duos enim & quinquaginta annos regnauit. At Ieroboam hoc tempore non superstes erat: nam huius vicesimo septimo regni anno, Ozias gubernacula regni sui suscepit. Theodo. ibid.
2. Inter pastores, sub maior.
3. Valle Auen.
4. Eden.
b. Hoc est, transmigrationem vniuersam populi Iudaici post Israelem.
c. Grauissimum crimen & impietati deputandum, quòd quis post peccati cōmissum nō vult pœnitere nec peccata eleemosynis redimere: sed addit peccata peccatis, & mala multiplicat in sceleribus plurimis: & desperāt semetipsū nullo modo sibi subuenire per pœnitentię lamentū. Hinc & per prophetā dominus ait: Super tribus sceleribus Tyri, &c. Raba. in 12. cap. Eccls.
5. Misericordias suas.
6. In seculum.
d. Quidam per Theman intelligūt metropolin Idumæ, & per Bosram aliam Idumæ ciuitatem: verūm Hieron. asserit vtrāque significare Idumæ prouinciam. Proprie tamen Theman ciuitas est montium Seir, regia principum Edom Gabalenę regionis, procul à Petra vrbe nostri passi. Illic positum fuerat olim præsidium Romanorum. Bosra verò nō longe distat ab ea. Dionys. cum Zieglero. in Palæstina.
7. Rex eorum.

a. Moabitę frequēter infesti fuerunt filiis Israel. Nam pergentibus ad destinatam terram promissionis, proterue nimis obstiterunt, ne liceret illi per terminos eorum transire. Quod quia armata manu perficere nō præsumebant, exemplo territi Chananæorum, ac Amorrhęorū, quos superauerāt filij Israel, vt Nu. 21. pretio conduxit Balae filius Sephor rex Moab, Balaam filium Beor hariolū, qui populo Israel malediceret, &c. Albert. ibid.
* In hac voce.

Universidad de Deusto



B legem domini, & mandata eius non custodierit. ✠ Deceperunt enim eos[1] idôla] sua, post quę abierunt patres eorum. [b]Et mittam ignem in Iudam,& deuorabit ædes Ierusalem. Hęc dicit dominus: [c] Super tribus sceleribus Israel,& super quatuor nō conuertam eum,pro eo quòd vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calceamētis. Qui [2] conterunt] super puluerem terrę capita pauperum, & viam humilium [3] declinant:] & filius ac pater eius ierunt ad puellam,vt violarent nomen sanctum meum,& super vestimentis pigneratis accubuerunt iuxta omne altare, & vinum damnatorum

Nume.21.e Deut.2.f. C bibebant in domo dei sui. †✠ Ego autem exterminaui Amorrhęum à facie eorum,cuius altitudo cedrorum altitudo eius,& fortis ipse quasi quercus. Et contriui fructum eius désuper,& radices eius subter. † Ego sum qui ascendere vos feci de terra Ægypti, & eduxi vos in desertum quadraginta annis,vt possideretis terram Amorrhæi, & suscitaui de filiis vestris in prophetas,& de iuuenibus vestris Nazaræos. Nunquid nō ita est filij Israel,dicit dominus? Et propinabatis Nazaręis vinum & prophetis mandaba-

Deut.2.d. Iosue.11.a. D tis,dicentes:ne prophetetis. †✠d Ecce ego[4] stridebo subter vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno.] Et peribit fuga à veloce,& fortis nō obtinebit virtutem suam,& robustus non saluabit animam suam. Et tenens arcum non stabit, & velox pedibus suis non saluabitur, & ascensor equi non saluabit animam suam, & robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die,dicit dominus.

1. Mendacia.
[b. Hoc fuit impletū quādo Nabuzardan succendit domū domini,& domum regis & domos Ierusalem per circuitum. 4. Reg. viii. De Lyra.]
c. Hi ad solū quæstum intuētes, vendiderūt iustum,sordidóque lucro asseruiētes,ne calceos quidem pauperum lucrifacere recusarunt, qui extremum hominibus vsum præbent,iniuria affectos deseruerunt, pauperes verberationibus vexarunt, contumelioſe acceptorum iustam eius fam non admiserunt, ac bestiarum more inuicem alij eum aliorum vxoribus coitu sese commiscuerunt,vt ne filius quidem pellicepatri deuota abstinuerit, neque pater vxorē filij integrā esse permiserit. Itaque inde naturæ iura confusa sunt, ac denique obscura cognationis nomina Theodo. ibid.
2. Conculcabant.
3. Peruertunt.
d. Hoc est,ad tantam vos perrha ham calamitatem ac tormenta, vt velut currus fœno vel manipulis grauatus altos miserabilésque clamores emittatis,cū in manus Assyriorum incideritis. Diony. ibid.
4. Angustiam suscitā in loco vestro sicut plaustrū angustiatur manipulis onustum.

*Soli Iudæi olim populus dei electus, sed ingratus, ideo pro idôlis & voluptatibus vastandus.* III.

A Vdite verbum quod locutus est dominus super vos filij Israel, super omnem cognationem quam eduxi de terra Ægypti,dicens: [a] Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ, idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis? † Nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam? Nunquid dabit catu-

Psal.6.a B lus leonis vocem de cubili suo,nisi aliquid apprehenderit? ✠ Nunquid cadet auis in laqueum terrę absque aucupe? Nunquid auferetur laqueus de terra antequam quid ceperit? Sic clanget tuba in ciuitate, & populus non expaueſcet? [b] † Si erit malum in ciuitate quod dominus non fecit? Quia non faciet dominus deus verbum,nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos Prophetas. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus deus locutus est,quis non prophetabit? Auditum facite in ædibus Azoti,& in ædi-

4.Reg.15.b. 6.q.1.c. Sunt plurimi. 24.quæſt.3.c. Quidam. 26.q.5.c.Nec mirum. c bus terræ Ægypti,& dicite: ✠ Congregamini super montes Samariæ, & videte[1] insanias in medio eius multas,] & calumniam patientes in penetralibus eius. Et nescierunt facere rectum,dicit dominus,thesaurizantes [2] iniquitatem & rapinas] in ædibus suis. Propterea hæc dicit dominus deus: [3] Tribulabitur & circuietur terra,] & detrahetur ex te fortitudo tua, & deripientur ædes tuæ. Hæc dicit dominus: Quomodo si

D eruat pastor de ore leonis dura crura,aut extremum auriculæ,✠ sic eruentur filij Israel qui habitant in Samaria[4] in plaga] lectuli,& in Damasci grabáto. Audite & contestaminii in domo Iacob,dicit* dominus deus exercituum,quia in die cum visitare cœpero pręuaricationes Israel,super eum visitabo:& super altharia Bethel, & ambulabuntur cornua altaris,& cadent in terram. Et percutiam domum hyemalem cum domo æstiua,& peribunt domus eburneę: & dissipabuntur ædes multæ,dicit dominus.

a. Ex omnibus tribubus terræ dominus Iudæos cognouit, dicente Apostolo: Nunc autem cognoscentes deum,magis autē cogniti à deo. Gal. 4.b. & 1.Cor. 14.g. Qui ignorat, ignorabitur. Nō ergo omnes cognoscit deus, sed eos qui eius cognitione sūt digni, loquens in Euangelio. Lu.13.f. Recedite à me operarij iniquitatis nescio vos. In eo cui q; operarij iniquitatis sūt, ignotatur à deo. Idcirco,inquit,quia solos vos cognoui, & meos habui, visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Hiero. ibid.
b. Non auaritiam significat aut rapinas, nec eorum quicquam aliud omnino, sed eas profectò plagas, quæ diuinitus inferuntur. De quibus rursus loquitur per Isaiam prophetam,ca.45.b. Qui facio pacem & creo mala. Neque enim hic malitiam voluit intelligi,sed pestilentias,profecto, & famem, cæteraque huiusmodi, quæ mala esse putātur à plurimis. Chry. in 6.cap. Matthom.23. De his ergo profitetur malis creator,quæ cōgruunt iudici. Quæ quidē illis malā sunt quibus rependuntur, cæterum suo nomine bona qua iusta, & bonorum defensoria,& delictorum inimica, atque in hoc ordine deo digna. Tertull. aduersus Marc. lib. 2.
1. Tumulē plurimos in medio eius.
2. Ex populatione & rapina.
3. Tribulatio erit, sed in circuitu terræ.
4. In angulo.
*Dominator.

*Sub typo vaccarum pinguium iuuehitur deus in primates Samariæ, quorum duritiam & scelera multis modis vlciscitur, reuocans ad pœnitentiam.* IIII.

A [a] Vdite verbum hoc vaccę [1] pingues ] quę estis in monte Samariæ, quę calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes. Quę dicitis dominis vestris, afferte & bibemus. Iurauit dominus deus in sancto suo, quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos [2] in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus.] Et per aperturas exibitis altera cōtra alteram,& proiiciemini in Armon,dicit dominus: Venite ad Bethel & impiè agite, ad Galgalam, & multiplicate

a. Arguit peccata lasciuiæ,crudelitatis,tyrannidis, oppressionis fiuæ rapinæ ac ebrietatis siue ingluuiei: vnde vocat eos vaccas pingues, vaccas ꝓpter lasciuiā, pingues propter ingluuiem, vt Hosee 10. Vaccas Bethauen coluerunt habitatores Samariæ, hoc est,lasciuias inutiles. Quia bethauen domus inutilis interpretatur. Albertus ibid.
1. Basan.
2. In spinis,& posteritatem vestram in hamis piscatoriis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



b De fermento laudem immolat qui deo sacrificium de rapina parat. Gregor. ho. 22.
1. Munditiam.

præuaricationē. Et offerte mane victimas vestras, tribus diebus decimas vestras. [b] [β] Et sacrificate de fermentato laudem, & vocate voluntarias oblationes & annuntiate. Sic enim voluistis filij Israel, dicit dominus deus. Vnde & ego dedi vobis[1] stuporem] dentium in cunctis vrbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus locis vestris, & nō estis reuersi ad me, dicit dominus. Ego quoque prohibui à vobis imbrem cum adhuc tres menses supererent vsque ad messem, & [c] plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui. Pars vna compluta est, & pars super quam non plui, aruit. [d] [β] Et venerunt duę & tres ciuitates ad vnam ciuitatem vt biberent aquam, & nō sunt satiatæ, & non rediſtis ad me, dicit dominus. Percussi vos in vento vrente, & in aurigine multitudinem hortorum vestrorum & vinearum vestrarum, oliueta vestra & ficeta uestra comēdit eruca, & non rediſtis ad me, dicit dominus. Misi in vos[4] mortem,] in via Ægypti, percussi in gladio iuuenes vestros vsque ad captiuitatem equorum vestrorum, & ascendere feci[5] putredinem] castrorum vestrorum in nares vestras, & non rediſtis ad me, dicit dominus. [β] Subuerti vos sicut[†] subuertit deus Sodomam & Gomorram, & facti estis quasi torris raptus ab incendio, & nō rediſtis ad me, dicit dominus. Quapropter hęc faciam tibi Israel. Postquam autem hęc fecero tibi, præparare in occursum dei tui Israel. Quia ecce formans montes & creans ventum & annuntians homini[6] eloquium suum,] faciens[7] matutinam nebulam,] & gradiens super excelsa terrę dominus deus exercituuum nomen eius.

c. Cum mens sanctę exhortationis verba alia suscipit, alia suscipere recusat. Gregor. super Ezec. homil. 10.
d. Indignatur dominus & irascitur, & quòd ad deum non cōuertamini comminatur, & tu imitaris aut quereris in hac obstinatione & contemptu vestro, si rara desuper pluuia descendat, si terra situ pulueris squaleat, si vix ieiunas, & pallidas herbas sterilis gleba producat, si vineam grando debilitet cadens, si oleum detruncet turbo subuertens, si fonte siccitas staruat, aerem pestilens aura corrūpat, homines morbida valetudo cōsumat, cum omnia ista peccatis prouocantibus veniant, & plus exacerbetur deus, quando nihil talia & tanta proficiant? Cypr. contra Demetrianum, tracta. 1.
4. Pestem.
5. Fœtorem.
6. Quæ sit medio eius.
7. Auroram & caliginem.

*Perpetua Israelis captiuitas ob idōla, ob odium in Prophetas, ob pauperum oppressionem plangitur, & eius festa & sacrificia abiiciuntur.* V.

a. Ad Iudæos extremam apportat denuntiationem, dum lamētationē Iudaicæ adiungit, quæ ad ipsos statim puenit, post natiuitatem aduentus saluatorem nostrum Iesum Christū scelus. Ex illo enim vel ad hunc vsque diē domus Israel cecidit, & visionē semel deus ac denuntiationem protulit de casura illorū domo in Ierusalem, aduersus omnem illorum multitudinem, veluti eorum qui non amplius erigendi sunt, eo q̄ non adsit qui eos erigat. Euseb. de demon. lib. 4.
b. Deū vel sero cognoscite, quia Christus aduenies hoc admonet docētque dicens: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Cypria. contra Demetria. tracta. 1.
1. In nihilum.
2. Erūpat quasi ignis in domū.
c. Diem nocte obscurat arum.
3. Roborat vastatorem.
4. Depopulatorem super potentem introducet.
5. Recta.
6. Onus frumenti.
7. Grauia.
d. In manu ergo dei sumus vt quæramus bonum, illud bonū incorruptibile atque incommutabile, de quo hic dicit Amos: Vbi ergo bonus deus, ibi bona sunt quæ desiderauit videre Dauid, & visurum se credidit, sicut ipse ait: Credo videre bona domini in terra viuentium. Amb. de fuga seculi, cap. 6.
e. Mos apud veteres fuit, vt ad portam senes sederent, qui certantium iurgia discernerent, ne discordet verbum, in qua pax debet esse perpetua, vsquam intrarent. Greg. Moral. 11. 14.
8. Vicis.
f. Ex hoc enim ipso quòd diem domini desyderant, & non pertimescunt, digni supplicio iudicātur: quia nullus hominum absque peccato est, vt Iob. 25. b Astra immunda sunt coram eo, Et Galat. 3. d. Conclusit omnia sub peccato, vt omnium misereretur. Cum igitur nemo possit de dei iudicare iudicio, & de otioso quoque verbo reddituri simus rationē, & Iob pro filiis suis quotidie offerebat hostias, ne quid forte peruersum cōtra dominum cogitarēt, quæ temeritas est audire eum Corinthios? Sine nobis regnatis, atque vtinā regnaretis, vt & nos vobiscum regnaremus. Hiero. ibid.
9. Abominatus sum.

Audite verbum istud, quod ego leuo super vos planctum.[a] Domus Israel [α] cecidit, & non adiiciet vt resurgat. Virgo Israel proiecta est in terram suā & non est qui suscitet eam. Quia hæc dicit dominus deus: Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum, & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Israel, quia hæc dicit dominus deus domui Israel. [b] Quęrite me & viuetis, & nolite quęrere Bethel. [β] In Galgalam nolite in- [β]
trare, & in Berſabee non transibitis, quia Galgala captiua ducetur, & Bethel erit[1] inutilis.] Quærite dominum & viuite, ne fortè[2] comburatur vt ignis domus] Ioseph, & deuorabit, & non erit qui extinguat Bethel. Qui conuertitis in absinthium iudicium, & iustitiam in terra relinquitis, facientem arcturum & orionem, & conuertentem in mane tenebras, & [c] diem nocte mutantem. [†] [β] Qui vocat aquas maris & effundit eas [c]
super faciem terræ, dominus nomen est eius. Qui[3] subridet vastitatem] super robustum, & [4] depopulationem super potentem affert.] Odio habuerunt corripientem in porta & loquentem[f] perfectè] abominati sunt. Idcirco pro eo quòd diripiebatis pauperem & [6] prędam electam] tollebatis ab eo, [†] domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis. [β] Vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum ea- [D]
rum, quia cognoui multa scelera vestra, & [7] fortia] peccata vestra. Hostes iusti, accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta. Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est.[d] Quærite bonum & non malum, vt viuatis, & erit dominus deus exercituum vobiscum, sicut dixistis. [†] Odite malum & diligite bonum, & [e] constituite in porta iudicium, si fortè misereatur dominus deus exercituum reliquiis Ioseph. [β] Propterea hęc dicit dominus deus exercituum dominator: In omnibus pla- [E]
teis plāctus, & in cunctis[8] quæ foris sunt,] dicetur væ væ. Et vocabunt agricolem ad luctum, & ad planctum eos qui sciunt plangere. Et in omnibus viis erit planctus, quia pertransibo in medio tui, dicit dominus: [†] [f] Vę desiderantibus diem domini. At quid eam vobis? Dies domini ista tenebræ, & non lux. [β] Quomodo si fugiat vir à facie leo- [F]
nis, & occurrat ei vrsus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietē, & mordeat eum coluber. Nunquid non tenebrę dies domini & non lux, & caligo, & non splendor in ea? [†] Odi & [9] proieci] festiuitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum. Quod si obtuleritis mihi holocaustomata & munera vestra, non

suscipiam,& vota pinguium vestrorum non respiciam.[g] Aufer à me tumultum carmi
Ado.7.e G num tuorum,& cantica lyræ tuæ non audiam:[†] [f] Et reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrens fortis. Nunquid hostias & sacrificium obtuliſtis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel? Et [10] portastis tabernaculum Moloch [– deo] vestro,& imaginem idolôrum vestrorum,sydus dei vestri Rempha,figuras quas feciſtis vobis adorare eas.] Et migrare vos faciam trans Damascum,dicit dominus, deus exercituum nomen eius.

[g. Tumultus sonus confusus qualis in foro solet audiri: cantica autem quæ Dauid composuit,& quibus ad laudandũ deũ Leuitæ iolebant uti, despectim tumultum vocat, quia eadem idolis offerre consueuerant. Glosa ordin.

10. Exaltastis Sicuth Regẽ vestrum, & Ciuth imaginem vestram stellam deorum vestrorũ, quos feciſtis vobis.

*Quàm horrenda voluptuosos pœna manet,in quos dominus se impleturum iurat quod proposuit.* VI.

Isa.6.d. A [†] Æ vobis qui [1] opulẽti] estis in Sion,& confiditis in monte Samariæ,[2] optimates capita populorum,ingredientes pompaticè domum Israel.] Transite in Chalanne & videte,& ite inde in Emath magnam,& descendite in Geth Palæstinorum,[3] & ad optima quæque regna horum] si latior terminus eorum termino vestro est. Qui [4] separati estis in diem malum,& appropinquatis solio iniquitatis.] [a] Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. [f] Qui comeditis agnum de grege,& vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem psalterij. Sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici, bibentes in phialis vinum, & optimo vnguento delibuti, & [b] nihil patiebantur super contritione Ioseph. Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium,& [5] auferetur factio lasciuientium.] [†] Iu-
4 Ier.51.b Ioan.8.b C rauit dominus deus in anima sua,dicit dominus deus exercituum. [f] Detestor ego superbiam Iacob,& domos eius odi,& tradam ciuitatẽ [6] cum habitatoribus suis.] Quòd si reliqui fuerint decẽ viri in domo vna,& ipsi morientur. Et tollet eum [7] propinquus suus & comburet eum,] vt efferat ossa de domo,& dicit ei qui in penetralibus domus est: Nunquid adhuc est [8] penes te?] Et respondebit: Finis est. Et dicet ei: Tace,& nõ re-
D corderis nominis domini,quia ecce dominus mandauit,[c] [f] & percutiet domum maiorem ruinis,& domum minorem scissionibus. Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis? Quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiæ in absinthium,qui lætamini in nihili,qui dicitis: Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Ecce enim suscitabo super vos domus Israel, dicit dominus deus exercituum, gentem, & conteret vos ab introitu Emath vsque ad torrentem deserti.

1. Tranquilli.

2. Qui nominati sunt apud primas gentes, veneruntque ad eos domus Israel.

3. An non meliora sunt regnis istius

4. Longe putatis diem malum, proximum autem solum facitis iniquitatis.

[a. Notans eos de nimia cutiositate & luxuria,& similiter de gula,cum dicit. Qui comeditis agnum de grege & de inepta lætitia,cum dicit: qui canitis,&c. De Lyra ibidem.]

b. Neque miseris sic oportet nos simul dolere cum his qui puniuntur,quamuis deus puniat. Quod regulares feminæ viris cohabitent. Chry. Sermo.

5. Adueniet luctus in deliciis ostentatis.

6. Et plenitudinem eius.

7. Patruus suus, & auunculus suus.

8. Aliquis tecum.

c. Equi in petris currere nõ possunt, neque hostes contra vos proficiscentur, priorem vestram celsitudinem ob flagitia veſtra attenuati, quemadmodum equi ad equas, quas prospexerunt, hinniunt. Sic hostes expeditissimo impetu in vos vtentur quoniam iuueteis iracũdiam in vos concitastis, acerbámque & iustam sententiam ferre coegistis. Theodo. ibid.

*Placaret propheta iram domini nisi populus contradiceret,populi captiuitas prænuntiatur,aduersante Amasia sacerdote.* VII.

A [a] Æc ostendit mihi dominus deus. Et ecce fictor locustæ in principio germinantium serotini imbris,& ecce serotinus post tonsionem gregis. Et factum est cum cõsummasset comedere herbam terræ,dixit: Domine deus propitius esto obsecro. Qui suscitabit Iacob,quia paruulus est? Misertus est dominus super hoc: Non erit, dicit dominus deus. Hæc ostendit mihi dominus deus. Et ecce [b] vocabat iudicium ad ignem dominus deus,& deuorauit abyssum mul-
B tam,& comedit simul partem. [f] Et dixi: Domine deus quiesce obsecro, quis suscitabit Iacob,quia paruulus est? Misertus est dominus super hoc. Sed & istud non erit, dixit dominus deus.* Et ecce dominus stans super murum [1] litum,] & in manu eius [2] trullã cæmentarij.] Et dixit dominus ad me: quid tu vides Amos? Et dixi: Trullam cæmentarij. Et dixit dominus: Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israel. Non adiciam vltrà superinducere eũ, & demolientur excelsa [3] idôli,] & sanctificationes Israel
C desolabunturr,& consurgam super domũ Ieroboam in gladio. [c] [f] Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Ieroboam Regem Israel,dicens: [4] Rebellauit] contra te Amos in medio domus Israel. Non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. Hæc enim dicit Amos: In gladio morietur Ieroboam, & Israel captiuus migrabit de terra sua. Et dixit Amasias ad Amos. Qui vides,gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem,&

a. Tria manifestauit illi dominus,pœnæ comminationem,locustorum intercessionem, & pœnæ suspensionem,qui solus nouit futurorum dispositionem. Psal. 50. Incerta & occulta sapiẽtiæ tuæ manifestasti mihi. Albert. ibidem.

b. Cum iustitiæ sententia ad pœnam iam æternæ concertationis ostenditur. Gre. Moral. 33. 9.

* Hæc ostendit mihi dominus deus.

1. Ad regulam, sub.ædificatum.

2. Perpendiculum,& infra.

3. Idem.

c. Hic Amasias sacerdos idôli quod erexerat Ieroboam in Bethel,cupidus lucri & oblationũ quæ vitulis immolabãtur, fozam malitiam dissimulat de iniuria regi oblata principaliter dolere se fingens,& regem ad persequẽdum prophetam prouocare desyderans, quoniam non audebat per se manus iniicere in eũ, propter populum ad eum cõfugientem. Dion. ibidem.

4. Conspirauit.

prophetabis ibi,&in Bethel non adiicies vltrà vt prophetes,quia [f] ſanctificatio]Regis eſt,& domus regni eſt.Reſpondítque Amos,& dixit ad Amaſiam: [d] Non ſum pro- D
pheta,& non ſum filius prophetæ,ſed armẽtarius ego ſum vellicãs ſycomoros. Et tulit me dominus deus cũ ſequerer gregem,& dixit dominus ad me: Vade propheta ad populum meum Iſrael.Et nunc audi verbum domini.Tu dicis:non prophetabis ſuper Iſrael,& non ſtillabis ſuper domum [e] idôli.]Propter hoc hæc dicit dominus:Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur.Et tu in terra polluta morieris,& Iſrael captiuus migrabit de terra ſua.

f. Sanctuarium.

d. Quia qua hora requiſitus eſt, prophetiæ ſpiritum ſibi deeſſe ſenſit,ait: Non ſum Propheta. Vel non ſolum,inquit,non ſum propheta,siue non eram,quorũ alterum humilitatis,alterũ veritatis eſſimẽ filius prophetę nec de propheta[e] ſtirpe deſcendẽs: ſed cum eſſem armentarius, & ruborum mora deſtringens,tulit me dominus,ſequentem greges.Hiero,ibidem.

e. Iſaac.

*Per furorem domini in Iudæos & eorum calamitatem ob pauperum oppreſsionem & populi auaritiam,domini paſsio & verbi eius penuria figuratur.* VIII.

[a. Officium ſuum non intermittit propter minas reproborum. Redit enim ad correptionem,& pœnę denunciationem, vtrunque primo & perfunctoriè & ſuccinctè facit.Lorichius ibidem.]

1. Caniſtrum fructuum æſtiuorum,& infra.

2. Vlulabunt cantica,hoc eſt,in vlulatum conuertentur cantica templi.

3. Multiplex cadauer erit.

4. Deglutitis.

5. Ceſſare facitis pauperes de terra.

[b. Id eſt abundantię tempus,vt ſic tempore caritiæ blada vendamus cariùs. De Lyr.ibidem.]

6. Acquiramus.

7. In magnificentiam,ſub.quã Iacob ægrouit.

8. Operietur quaſi fluuio.

c. Contumeliam & ſuperbiam & inſolentiam aduerſus ſaluatorem noſtrum,quam in illũ exercuerunt Iudæi,& in illorum teſtimonium eclipſim diurnam hęc prophetia prædixit, & quæ digna luctu mala perpeſſa ſit eorũ terra cum habitatoribus ſuis. Euſeb.

d. At quemadmodum fames audiendi verbum dei omnes illos innaſcerit,propterea quòd à ſeipſis dei verbum exegerint,quũ illud vno animo negauerunt, & ab eo negati ſunt.Euſeb.

[e. Quam ideo immiſit iuſtus iudex, quòd perſpiceret eorum mentem verorum dogmatum penuria macreſcere, exterminum vero hominem ſupra modum pingueſcere & obeſum fieri Baſil.magn[o] oratione 2. de ieiunio.

[a] Hæc oſtendit mihi dominus deus: Et ecce [1] vncinus pomorum.] Et dixit: A
[†] Quid tu vides Amos?Et dixi: Vncinum pomorum.Et dixit dominus ad me: Venit finis ſuper populum meum Iſrael.Non adiiciam vltrà vt pertrãſeam eum. Et [2] ſtridebunt cardines]templi in die illa, dicit dominus deus.[3] Multi morientur,] in omni loco proiicietur ſilentium. Audite hoc qui [4] cõteritis]pauperem,& [5] deficere facitis egenos terræ,] dicentes:[& b] Quãdo trãſibit meſſis, & venũ- B
dabimus merces & ſabbatum, & aperiemus frumentum vt imminuamus menſuram & augeamus ſiclum,& ſupponamus ſtatéras doloſas,vt [6] poſſideamus] in argẽto egenos,& pauperes pro calceamẽtis,& quiſquilias frumenti vendamus? Iurauit dominus [7] in ſuperbiam] Iacob,ſi oblitus fuero vſque ad finem omnia opera eorum. Nunquid ſuper iſto non commouebitur terra,&lugebit omnis habitator eius?[&] Et aſcẽdet quaſi C
fluuius vniuerſus,& eiicietur:& [8] defluet quaſi riuus] Ægypti? Et erit in die illa, dicit dominus,[c] occidet ſol in meridie,& tenebreſcere faciam terram in die luminis.[†] Et cõuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cãtica veſtra in planctum.Et inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum, & ſuper omne caput caluitium. Et ponam eam quaſi luctum vnigeniti, & nouiſſima eius quaſi diem amarum. [† &] Ecce dies veniunt, D
dicit dominus,&[d] emittam famem in terram,non famem panis neque ſitim aquę,ſed audiendi verbum domini.Et commouebuntur à mari vſque ad mare, & ab aquilone vſque ad orientem circuibunt,quærentes verbum domini:[e] & non inuenient. [†] In die illa deficient virgines pulchræ,& adoleſcentes in ſiti,qui iurant in delicto Samariæ,& dicunt: Viuit deus tuus Dan,& viuit via Berſabee.Et cadent,& non reſurgent vltrà.

1. Officium ſuum non intermittit propter minas reproborum. Redit enim ad correptionem,& pœnę denunciationem, vtrunque primo & perfunctoriè & ſuccinctè facit.Lorichius ibidem.]

1. Caniſtrum fructuum æſtiuorum,& infra.

2. Vlulabunt cantica,hoc eſt,in vlulatum conuertentur cantica templi.

3. Multiplex cadauer erit.

4. Deglutitis.

5. Ceſſare facitis pauperes de terra.

[b. Id eſt abundantię tempus,vt ſic tempore caritiæ blada vendamus cariùs. De Lyr.ibidem.]

6. Acquiramus.

7. In magnificentiam,ſub.quã Iacob ægrouit.

8. Operietur quaſi fluuio.

c. Contumeliam & ſuperbiam & inſolentiam aduerſus ſaluatorem noſtrum,quam in illũ exercuerunt Iudæi,& in illorum teſtimonium eclipſim diurnam hęc prophetia prædixit, & quæ digna luctu mala perpeſſa ſit eorũ terra cum habitatoribus ſuis. Euſeb.

d. At quemadmodum fames audiendi verbum dei omnes illos innaſcerit,propterea quòd à ſeipſis dei verbum exegerint,quũ illud vno animo negauerunt, & ab eo negati ſunt.Euſeb.

[e. Quam ideo immiſit iuſtus iudex, quòd perſpiceret eorum mentem verorum dogmatum penuria macreſcere, exterminum vero hominem ſupra modum pingueſcere & obeſum fieri Baſil.magn[o] oratione 2. de ieiunio.

*Impij non poterunt ab oculis dei euadere:ſed dominus propter principum auaritiam euertet templum & vrbem,tandem verò per prædicatores ædificabitur eccleſia.* IX.

2. Superliminare.&commouebitur poſtes,ſuccide autem eos in capite,omnes,inquam,illos.

2. Effugiet ex eis fugiuntus, & non ſaluabitur ex eis qui euadere cupit.

Vidi dominum ſtantem ſuper altare.Et dixit: Percute [1] cardinem: & commoueantur ſuperliminaria. Auaritia enim in capite omnium,] & nouiſſimum eorum in gladio interficiam. Non [2] erit fuga eis. Fugient, & non ſaluabitur ex eis qui fugerit.] [†] Si deſcenderint vſque ad infernum, inde manus mea educet eos: & ſi aſcenderint vſque in cœlum,inde detraham eos.Et ſi abſconditi fuerint in vertice Carmeli, inde ſcrutans auferam eos, & ſi [a] celauerint ſe ab oculis meis in profundum maris, ibi mandabo ſerpenti & mordebit eos.[b &] Et ſi abie- B
rint in captiuitatem coram inimicis ſuis, ibi mandabo gladio & occidet eos: [†] & ponam oculos meos ſuper eos in malum & non in bonum.Et dominus deus exercituum qui tangit terram & tabeſcit,& lugebunt omnes habitantes in ea. Et aſcendet ſicut riuus omnis,&[3] defluet ſicut fluuius] Ægypti.[c] Qui ædificat in cœlo aſcenſionem ſuã, & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit. Qui vocat aquas maris,& effundit eas ſuper faciem terræ.Dominus nomen eius.Nunquid non vt filij Æthiopum vos eſtis mihi filij Iſrael,ait dominus?[&] Nunquid non Iſrael aſcendere feci de terra Ægypti,& Pa- C
læſtinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene? Ecce oculi domini dei ſuper regnum

2. Celati in profundo maris,eſt in profundo delitescete deſperationis.Gre.in 7.pſal.pſal.141.

[b. Etſi abierint in captiuitatẽ, ibi enim tanquam viles perſonæ & abiectæ occidebantur promodica cauſa. Quoniam Dominus inducet ſuper eos malum pœnæ. De Lyra ibi.]

3. Operietur quaſi à fluuio.

c. Sed eſt & porta quę recipit,& quæ perducit, ſtrata iam à Chriſto,de quo Amos: Qui ædificat in cœlum aſcenſum ſuum: vtique non filii ſoli,ſed & ſuis qui eum illo erunt. Tertul.aduerſ. Marcionem lib 2.in fi.

pec

peccans, & conteram illud à facie terræ. [d] Veruntamen conterens non conteram domum Iacob, dicit dominus. [e] Ecce enim mandabo ego, & [4] concutiam ]in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro, & non cadet lapillus super terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei qui dicunt, non appropinquabit, & non veniet super nos malum. † [f] In die illa suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant, instaurabo. [g] Et reædificabo eum sicut in diebus antiquis, vt possideant reliquias Idumææ & omnes nationes, eo quòd inuocatum sit nomen meum super eos, dicit dominus faciens hæc. Ecce dies venient, dicit dominus, & [5] comprehendet arator messorem, & calcator vuæ mittentem semen. ]† Et stillabunt montes [6] dulcedinem, ] & omnes colles [7] culti erunt. ]† Et conuertam captiuitatem populi mei Israel, [8] & ædificabunt ciuitates desertas, & inhabitabunt, & plantabunt vineas, & bibent vinum earum, & facient hortos, & comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam, & non euellam eos vltrà de terra sua quam dedi eis, dicit dominus deus tuus.

† Act. 15. c

† Ioel. 3. d

† De pœ. di. 2. c. Sitagam*.

[d. Quanuis persecutores in malo conterat Dominus, illos qui supplantant vitia, & vincunt in certamine non occidet. Glosa ordin. ibidem.]

[e. Sicut concutitur triticum in cribro: Ad hoc enim concutitur granum in cribro vt purgetur. Sic enim pœnæ à Deo inflictæ sunt peccatorũ purgatiuæ quãdo patienter tolerantur. De Lyra.

4. Vagari faciam.

f. His & aliis testimoniis scripturarum non dubiè demõstratur istam ditissimam, potentissimã, benignissimam gratiam, qua in nouissimo mundi tempore omnes gentes in regnum Christi vocãtur, prioribus seculis in occulto dei absconditam fuisse cõfilio. Amb. de vocatio. gent. lib. 2. cap. 7.

5. Applicabitur arator messori, & calcator vuarum mittenti semen.

6. Mustum.

7. Liquescent.

[g. Per hæc intelliguntur vniuersi status Ecclesiæ, per ciuitates status cõiugatorum, in quo requiritur consensus animorũ. Vnde & ciuitas dicitur ciuium vnitas: per vineas vero status prælatorum & doctorum. Per hortos status religiosorum qui sunt clausi sub doctrina regulari. De Lyra. ibidem.]

## INCIPIT PROLOGVS ABDIÆ Prophetæ.

*IAcob patriarcha fratrem habuit Esau, qui ob ruborem corporis sui Edom Hebræa lingua appellatus est, quod Latinè sanguineus dicitur. Is memoratum fratrem suum, qui Israel nomen acceperat, graui odio commotus, interimere conatus est: qua de causa omnes qui populum Israel, hoc est, filios Patriarchæ Iacob, prædicti Esau odium imitati, persecuti sunt, Esau & Edom appellati sunt. Et quia populus Israel de captiuitate Chaldæorũ per Cyrum Regem Persarum nutu dei reuocatus in Ierusalem, ab alio regno grauiter afflictus atque oppressus est: ideo hoc regnum quod more Esau prædictum populum persecutum est, per denuntiationem Abdiæ Prophetæ increpatur, quòd non dei indignatione, sed sua virtute populum superatum gloriabatur: de quo regno olim per Dauid in Psalmo centesimotricesimosexto dictum est: Memorare domine filiorum Edom in die Ierusalem. Nam reliqua lectione comprehensa, futurum in gentes iudicium, ob causas lectione comprehensas, regnúmque dei in populo Israel significat. Hebræi hunc dicũt esse, qui sub rege Samariæ Achab, & impiissima Iezabel pauit centum Prophetas in speluncis, vel specubus, qui non curuauerunt genua sua ante Baal, & de septem milibus erant, quos Elias arguitur ignorasse. Sepulchrum quoque eius vsque hodie, cum mausoleo Elisæi Prophetæ & Baptistæ Ioãnis, in Sebaste veneration habetur, quæ olim Samaria dicebatur. Hanc Herodes rex Iudææ Antipatri filius in honorem Augusti Cæsaris Græco nomine vocauit Sebasten. id est, Augustam. Hic igitur quia centum Prophetas pauerat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus fit dux Ecclesiæ. Tunc in Samaria paruum gregem pauerat, nũc in toto orbe Christi pascit Ecclesias, & sicut Stephanus coronam meruit passionis, sic hic de seruitutis dei cum Paulo Apostolo, nomine gloriatur, quia Abdias, seruus domini in nostro sonat eloquio.*

## VITA ABDIÆ.

*ABdias de terra Sichem ortus in agro Bethacaron. Is est qui sub Achaz rege Samariæ centum pauit prophetas, iste est tertius ille dux cui pepercit Elias, qui postmodum relicto Oziæ regis ministerio, Eliæ factus discipulus prophetauit. Quique morte naturali obiit sepultus in Sebaste, quæ prius Samaria dicebatur. Isido. de vita sanctorum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Incipit Abdiæ Prophetia.

*Ob tyrannidem Edom in fratrem ſuum Iſrael vaticinatur Abdias exitium eius, & captiuitatem ab Aſſyriis, Iudæorum vero reſurrectionem, & populorum ſubiectionem. Ca. I.*

VIſio Abdiæ. Hæc dicit dominus deus ad Edom: [a] † Auditũ audiuimus à domino, & legatum ad gẽtes miſit. Surgite, & cõſurgamus aduerſus eum in prælium. Ecce paruulum dedi te in gentibus. Cõtemptibilis tu es valde: [b] Superbia cordis tui [1] extulit ] te habitantem in ſciſſuris petrarum, [2] exaltantem ſolium tuum. ] Qui dicis in corde tuo: Quis detrahet me in terram? † Si exaltatus fueris vt aquila. & ſi inter ſydera poſueris nidum tuum, inde detrahã te, dicit dominus. [d] [c] Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctẽ, [3] quomodo cõticuiſſes? ] Nónne furati eſſent ſufficientia ſibi? Si vindemiatores introiſſent ad te, nunquid ſaltem racemum reliquiſſent tibi? Quomodo ſcrutati ſunt Eſau? Inueſtigauerunt abſcondita eius. Vſque ad terminum emiſerunt te, omnes viri fœderis tui illuſerunt tibi. Inualuerunt aduerſum te viri pacis tuæ, qui comedunt tecum, ponent [4] inſidias ] ſubter te. [d] Non eſt prudentia in eo: † Nunquid non in die illa, dicit dominus, perdam ſapientes de Idumæa, & prudentiam de mõte Eſau? Et [5] timebunt fortes tui à metidie, ] vt intereat vir de monte Eſau? [d] Propter interfectionem & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confuſio, & peribis inæternum. In die cum ſtares aduerſus eum, quãdo capiebant alieni [6] exercitum ] eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & ſuper Ieruſalem mittebant ſortem, tu quoque eras quaſi vnus ex eis. [d] Et non [7] deſpicies ] in die fratris tui, in die [8] peregrinationis eius. Et non lætabetis ] ſuper filios Iuda in die perditionis eorum, & non magnificabis os tuum in die anguſtiæ. Neque ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorũ, neque deſpicies & tu in malis eius in die vaſtitatis illius. [e] Et non emittẽris aduerſus exercitum eius in die vaſtitatis illius, neque [9] ſtabis in exitibus, vt interficias ] eos qui fugerint. [d] Et non cõcludes reliquos eius in die tribulationis, quoniam iuxta eſt dies domini ſuper omnes gentes. Sicut feciſti, fiet tibi, retributionem tuam conuertet in caput tuum. Quomodo enim bibiſtis ſuper montem ſanctum meum, bibent omnes gentes iugiter, & bibent, & abſorbebunt, & erunt quaſi non ſint. [d] Et in monte Sion erit ſaluatio, & erit ſanctus. Et [10] poſſidebit domus Iacob eos qui ſe poſſederant. ] Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioſeph flamma, & domus Eſau ſtipula. Et ſuccendentur in eis, & deuorabunt eos, & non erunt reliquiæ domus Eſau, quia dominus locutus eſt. [d] Et hæreditabunt ij qui ad auſtrum ſunt, mõtem Eſau, & qui in campeſtribus Philiſtiim, & poſſidebunt regionem Ephráim, & regionem Samariæ. Et Beniamin poſſidebit Galaad: & tranſmigratio exercitus huius filiorum Iſrael omnia loca ] Chananæorum, vſque [11] [f] ad Saréptam, & tranſmigratio Ieruſalem quæ in [12] Boſphoro ] eſt, poſſidebit ciuitates auſtri. Et aſcendent ſaluatores in montem Sion, iudicare montem Eſau, & erit domino regnum.

a. Auditum de[o] auditum audiuit à domino. Is vero auditus fuit de gentium vocatione. Euſeb. de demonſtra. lib. 5. cap. 24.

b. Altiſſimis montium faſtigiis Idumæa vndiquaque munita erat. Hæc conſcendentes eum ab hoſtibus impetebantur, ſæpe hoc modo ex multis inſidiis euaſerunt: quoniam his confidẽs inſuleſcit, & elato animo, quòd ſit inexpugnabilis: expugnabilẽ te, & hoſtibus facilem capiu efficiam, nec ex manib[o] hoſtium effugies. Theodo. ibidem.

1. Seduxit.
2. Excelſum ſolio tuo.
c. Quod dicit, hoc eſt. Si fures & latrones qui de nocte domos ſuffodere conſueuerunt, & rapere quæ in domibus ſunt, introiſſent ad te, & abſcõdit tenebris eiteniſſent dom[os] tuæ angulos, vtique hoc tuliſſent, quod ſibi putaſſent poſſe ſufficere, & aliquid in ædibus tuis, vel per ſanctitatem, vel per ignorantiam reliquiſſẽt. Sic de vindemiatoribus, non ſic tamen de hoſtib[us] Babylonis. Hiero. ibidẽ.
3. Quomodo oppreſſus eſt
4. Vinculum.
5. Viribus deſtituentur fortes tui Theman.
d. Contra æquitatem naturę eſt perſequi fratrem, pſal. 76. Super omnes inimicos meos factus ſũ opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis. Vnde inter ea in quibus beneplacitum eſt deo, & ſunt probata coram deo & hominibus, eſt concordia fratrum & amor proximorum. Eccle. 25. Albert. ibidem.
6. Subſtantiam.
7. Debebas aſpicere.
8. Alienationis ſuæ, vel quo alienatus eſt. Nec lætari debueras.
e. Ex quo ſequitur quòd Idumæi interfuerunt deſtructioni Ieruſalem tempore Nabuchodonoſor, ſicut poſtea puniti ſint. Quod vtique canonicis ſcripturis ſatis conſonat, in Iſaia, Ieremia & Ezechiele. Vnde inquit, Quomodo bibiſti, & hoc eſt, de Ieruſalem & templi in monte Sion ſiti deſtructione gauiſus & epulatus es, atque de ſpoliis Iudæorum potaſti. Dion. ibi.
9. Stare debebas in biuio vt interficeres.
10. Poſſidebunt domus Iacob poſſeſſiones ſuas.
11 f. Ad Zarphat) quòd iiſdem ſcribitur characteribus. Eſt autem Zarphat Gallia. Chriſti autem ſalus à Chananæis per Galliã vſque ad Hiſpanos promulgata eſt, & Germanos.
12. Sepharad, hoc eſt, Hiſpania.

a Auditum Chriſti vt Auditum 3934 † Ieremi.

† Ieremi. 49.

b † Ieremi. 2. Chron.

c

d

e

## INCIPIT PROLOGVS IONÆ PROPHETÆ.

*SAnctum Ionam Hebræi affirmant filium fuiſſe mulieris viduæ Sareptanæ, quẽ Elias Propheta mortuũ ſuſcitauit, matre poſtea dicẽte ad eũ: Nunc cognoui quia vir dei es tu, & verbũ dei in ore tuo eſt veritas. Ob hanc cauſam etiã ipſum puerũ ſic vocauit Amathi. Amathi enim in noſtra lingua veritatẽ ſonat. Et ex eo quòd verũ Elias locutus eſt, ille qui ſuſcitatus eſt, filius dicitur eſſe veritatis. Ideo de veritate columba naſcitur, quia Ionas columbam ſonat. In condemnationem autem Iſrael Ionas ad gentem mittitur, quòd Niniue agente pœnitẽtiam, illi in malitia perſeuerant. Tẽporibus quippe Ieroboæ Regis Iſrael, qui deo derelicto cum populo ſuo in Samaria idõlis ſacrificauit, Ionam Prophetam fuiſſe quartus liber Regum indicat. Is cũ prophe-*

*phetia illuminante peccatores ciuitatis Niniue misericordiam dei consecuturos videret, ne falsa videretur prædicare, ad denuntiandum interitum eiusdem ciuitatis ire nolebat. Nam sicut deus ad Abraham de impietate Sodomorum & Gomorrhæorum locutus est: Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum peruenit ad me, Ita & de Niniue dicitur, eo quòd ascenderit clamor malitiæ eius ad eum. Et quia sententia dei de Sodomis facta minimè reuocata est, ita & Ionas aduersum Niniuen prolatam sententiam reuocari nolebat, diuinæ dispensationis ignarus, qui salutem hominum ad se conuertentium magis vult quàm interitum. Hoc illi acciderat quod & sancto Elisæo, qui filium Sunamitidis mulieris mortuum ignorauit. Ideo à conspectu dei Ionas fugere se putabat, humanum aliquid passus, dicente Dauid. Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam?*

## ITEM ALIVS PROLOGVS,

*IOnas columba & dolens, filius Amathi, qui fuit de Geth, quæ est in Ophir, ad gentiũ præconium mittitur, missus contemnit, contemnens fugit, fugiens dormit: propter quẽ periclitatur nauis, sed sors latentem reperit, cætus abiectum deuorauit, & orantem euomuit: reiectus prædicauit subuersionem, sed contristatur in pœnitentia de his, & saluti gentium inuidet, gaudet etiam hederæ virentis vmbraculo, & dolet subito arescentis. Cuius sepulchrum in quadam vrbium Geth, in viculo demõstratur, qui est in secundo miliario Sephorum, itinere quo pergitur Tyberiaden.*

# Incipit Ionæ Prophetia.

*Ionas missus in Niniuen ad prædicandum fugit in Tharsis, orta autem tempestate mittitur in mare, & tempestas cessauit.* *Cap. I.*

Anni ante Christũ. 836. Anni mundi 796.

A [a] ET factum est verbum domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge & vade in Niniuen ciuitatem grandem, & prædica in ea, quia ascendit malitia eius coram me. Et surrexit Ionas, vt [b] fugeret in Tharsis à facie domini. Et descẽdit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharsis. Et dedit [1] naulum] eius, & descendit in eam, vt iret cum eis in Tharsis à facie domini. Dominus autem [2] misit] ventum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari, & nauis [3] periclitabatur] conteri. ℣ Et timuerunt nautæ, & clamauerunt [4] uiri] ad deũ

B suum, & miserunt vasa quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis. Et Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui. Et accessit ad eum gubernator, * & dixit ei: [5] Quid tu sopore deprimeris? ] Surge inuoca deũ tuum, si fortè [6] recogitet deus de] nobis, & non pereamus. Et dixit [7] vir ad collegam] suum: Venite, & mittamus sortes, & sciamus quare hoc malum sit nobis. [c] † Et miserũt

‡ 2.q.4.c.Ecclesia. 26.q.2.c.1.& c.Non exemplo, &c. Non statim.

sortes, & cecidit sors super Ionam. Et dixerũt ad eum: Indica nobis cuius causa malum istud sit nobis. ℣ Quod est opus tuum, * quæ terra tua, ⊱ & quò vadis, ] vel ex quo

C populo es tu? Et dixit ad eos: Hebræus ego sum, & dominum deum cœli ego timeo, qui fecit mare & aridam. Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum: Quid hoc feciſti? Cognouerunt enim viri quòd à facie domini fugeret, quia indicauerat eis. Et dixerunt ad eum: [d] Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? quia mare ibat & intumescebat super eos. Et dixit ad eos: Tollite me & mittite in mare, & cessabit mare à vobis. Scio enim ego, quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos.

D ℣ Et remigabant viri vt reuerterentur ad aridam, & non valebant, quia mare ibat & in

†Deut.21.b

tumescebat super eos. † Et clamauerunt ad dominum, & dixerunt: Quæsumus domine, ne pereamus [8] in anima] viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem, quia tu domine sicut voluisti, feciſti. Et tulerunt Ionan, & miserunt in mare, & stetit mare à feruore suo. Et timuerunt viri timore magno dominum, & immolauerunt hostias domino, & vouerunt vota,

a. Ionas mirificè propheta alias dedit prophetias, quæ in hoc libro non continẽtur: eas autem ex quarto Regum cognouimus. Scriptura enim de Ieroboã pronepote Iehu, qui decem tribubus regnauit, istiusmodi docet. Ipse restituit terminos Israel ab Emath vsque ad mare, quod vergit ad occidentem, iuxta sermonem domini dei Israel quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amathi prophetæ. Theodo ibidem.

b. Fugitiuum dei tempestas inuenit, sors ligat, mare suscipit, belua includit: & quia authori suo obedire recusat, ad locum quo missus fuerat, suo reus carcere portatur. Greg. Mora. 6. 13. 1. Mercedem.

2. Leuauit.

3. Putabatur.

4. Singuli.

* Superior.

5. Quid est tibi sopore oppressus?

6. Deus bene velit.

7. Vnusquisque ad proximum.

c. In Ionæ prophetæ laboribus & amnis Christi passio & resurrectio præfiguratur. Hic Ionas quod fidei vestræ arbitramur incognitum, typum domini gessisse præscribitur. Ipse enim dominus dicit. Mat. 12. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in ventre terræ tribus diebus & tribus noctibus. Euseb. Emis. homil. 2. de Pascha.

* Vnde venis.

d Quem sors indicauerat cogũt voce propria confiteri cur tanta tempestas sit, vel quarecontra eos dei ira desæuiat: indica nobis inquiunt, cuius causa malũ istud sit super nos: quid operis agas. de qua terra, de quo populo proficiscaris, quo abire festines? Et notanda breuitas quam admirari in Virgilio solebam. Iuuenes, quæ causa subegit ignotas tentare vias, quo tenditis, inquit. Qui genus vnde domo, pacem ne huc fertis, an armat? Interrogatur persona, regio, iter, ciuitas, vt ex his cognoscatur & causa discriminis. Hieto. ibidem.

8. Propter animam.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Absorptus Ionas à cæto inuocando dominum exauditur, & in aridam euomitur.* II.

a. Nauis itaque exorta tempestate turbatur, Ionas sorte ductus deprehenditur, & faucibus cæti piscis demersus excipitur: sed pisce illæsum cruciatæ depositum, tertia die terris refunditur. Videre dominum etiam in veteri testamento in setui persona mirabiliter apparuisse. Eusseb. Emis. hom 2. de Pascha.

b. Ventrem inferni aluum cæti vocauit, cum fera hæc mortifera sit, lege viuctium. Ionas mortuus erat: it sola gratia viuebat. Alioqui, vt repræsentaret dominum Iesum Christum, qui tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ fuit, accommodatè ipsum in vtero fuisse dicit. Hoc vero multo maxime omniũ mirabile est, quòd hic, qui se ipsa, & veritate mortem gustauit, in corde terræ dixit se fore tribus diebus & tribus noctibus. Theodo. ibidem.

1. Adiciam vt videam.
2. Carectum alligatum est capiti meo.
3. Ascendere fecisti in perditione.
4. Salus enim domini est.
c. Nisi Ionas perditũ deuor, naufraga nauis periculum non sedarut: sic & non liberatur ecclesia, nisi Christi morte saluetur. Eusseb. Emis. hom. 2. de Pascha.

[A] ET præparauit dominus piscem grandem, vt deglutiret Ionam. † Et erat Ionas in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad dominum deum suum de ventre piscis. Et dixit: † Clamaui de tribulatione mea ad dominum, & exaudiuit me. [&] [b] De ventre inferi clamaui, & [B] audisti vocem meam. Et proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circũdedit me. Omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt. Et ego dixi: Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum. [&] Veruntamen [1] rursus videbo] templum sanctũ [c] tuum. † Circundederunt me aquæ vsque ad animam, abyssus vallauit me, [2] pelagus operuit caput meum.] Ad extrema mõtium descendi, terræ vectes concluserunt me in æternum, & [3] subleuabis de corruptione] vitam meam, domine deus meus. Cum angustiaretur in me anima mea, domini recordatus sum, vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum. [&] Qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam [D] derelinquunt. Ego autem in voce laudis immolabo tibi, quæcunque voui reddam [4] pro salute mea domino.] [c] Et dixit dominus pisci, & euomuit Ionam in aridam.

† Matth. 12. & 16. Luc. 11. 1. Cor. 15. † Psal. 30.

*Niniuitas hortatur Ionas ad pœnitentiam, ad cuius prædicationem populus conuertitur, & dominus illius miseretur, ac sententiam reuocauit.* III.

a. Statim prophetam de vocabulo ciuitatis hortatur: & vrbem laudando, prædicit futuram veniam. Nam ipsius prædicationis hæc verba significant. Cuienim futura prædicit atque denũtiat, nisi vt prædicta non faciat? Chryso. de Iona. ho. 10. 1.
* Deo.

b. Sed & Niniuitæ per abstinẽtiam iræ desuper imminẽtis sustenderunt ruinam, & paruuli ac pecora pariter abstinentes egressam à domino plagã atque sententiam iam cadentem, (vt sic dixerim) retorserunt: tã manifestum iudicantes affectionis remedium, vt sibi & animalib. crederent prodesse ieiunium. Emis. de quadrag.
* Eorum.
c. Sapiẽs ergo rex qui sciret quẽ admodum aduersa sibi superare deberet: hostes enim virtute superabat, deum autem humilitate vincebat. Sapiens planè rex qui intelligeret quib⁹ armis vteretur pro temporis qualitate. Cum enim insidiantur illi homini, apprehendit arma bellica, cum trahitur ei deus, corripit arma iustitiæ. Sapiẽs inquã, rex qui pro salute ciuium pecca totem se magis confitetur esse, quàm regem. Amb. Ser. 40.
1. Proclamare fecit & dicere per Niniuen ex decreto.
2. Vnusquisque.
3. A rapacitate.
4. Pœniteat deum.

[A] ET factum est verbum domini ad Ionam secundò, dicens: [a] Surge. & vade in Niniuen ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicationem quam ego loquor ad te. Et surrexit Ionas, & abiit in Niniuen iuxta verbum domini: & Niniue erat ciuitas magna * itinere trium dierum. Et cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnius: & clamauit, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. [†&] [b] Et crediderunt viri Niniuitæ in dominum: & prædicauerunt [B] ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore * vsque ad minorem. Et peruẽnit verbum ad regem Niniue: [c] surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & indutus est [C] sacco, & sedit in cinere. [&] [1] Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore] regis & principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquam: nec pascantur, & aquam non bibant. Et operiantur saccis homines & iumenta, & clament ad deum in fortitudine: & conuertatur [2] vir] à via sua mala & [3] ab iniquitate] quæ est in manibus eorum. [†&] Quis scit si conuertatur, & [4] ignoscat deus:] & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? Et vidit deus opera eorum quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est deus super malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

† Matth. 12. Luc. 11. [D] Hier. 18. Ioel. 2. 2. Reg. 12. Amos 5. Sophon. 2. Iona. 3. Psal. 105. Vers.

*Ionas humanum quid passus dolet super arefacta hedera, quo probat ei dominus quia debuit amplius pro Niniue condolere.* IIII.

[A] ET [1] afflictus est Ionas afflictione] magna & iratus est: & orauit ad dominum, & dixit: Obsecro domine, nunquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupaui vt fugerem in Tharsis, † scio enim quia tu deus [a] clemens & misericors es, patiens & multæ miserationis, & ignoscens super malitia: †[b] Et nunc domine tolle quæso animam meam à me: quia melior est mihi mors quàm vita. [&] Et dixit dominus: Putasne bene irasceris tu? Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra orientem ciuitatis: & fecit sibimet vmbraculum ibi, & sedebat subter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati. Et præparauit dominus deus [2] hæderam,] & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius, [3] & protegeret eum. laborauerat enim:] & lætatus est Ionas super hædera, lætitia magna. [&] Et parauit deus vermem [4] ascensu diluculi] in crastinum: & percussit hæderam, & exaruit. Et cum ortus fuisset sol, præcepit dominus vento calido & [C] vrenti: & percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat: & petiuit animæ suæ vt morere

† Psal. 130. Ioel. 2. 3. Reg. 19.

1. Afflictus est Ionas afflictione.
2. Bene igitur quod præmisit optimi dei titulum, pietatissimi super malos, abundantissimi misericordiæ & miserationis super agnoscentes & deplangentes delicta sua. Tertul. aduer. Marcio. lib. 2.
b. Dicat hoc rebus dominus nosset Iesus Christus, quia melior est mihi mors quàm vita, id est, viuens vnam Iudæorum gentẽ vtpote incredulam, saluare non potui, moriar, vt vniuersus mũdus vna morte saluetur. Eusseb. Emis. homi 2. de Pascha.
2. Cucurbitam, & infra.
3. Eriperet eum à malo suo.
4. Cum ascenderet aurora.

reretur,& dixit: [b] Melius est mihi mori,quàm viuere.Et dixit deus ad Ionam: Putásne bene irascéris tu super hæderam? Et dixit:Bene irascor ego vsque ad mortem. [§] Et dixit dominus:Tu doles super hæderam,in qua non laborasti, neque fecisti vt cresceret, quæ sub vna nocte nata est,& sub vna nocte periit: & ego non parcam Niniuæ ciuitati magnæ,in qua sunt plusquam centum viginti milia hominum,qui nescíunt quid sit inter dexteram & sinistram suam,& iumenta multa?

b. Quanuis viris sanctis aliquomodo melius sit mori in Christo,quàm viuere in carne, quẽadmodum Paulus optauit dissolui & esse cum Christo. Nec mirũ si Ionas iam postulet mori,quando aucta est afflictio eius ad arefactionem hæderæ & solis æstuationem qui paulo antè quærebat mortem præ dolore,quòd verbum suum videbat cassatum & irritum. Dio.ibidẽ.

## INCIPIT PROLOGVS IN MICHÆAM Prophetam.

*IN temporibus Ioathæ, & Achaz, & Ezechiæ Regum Iuda, Michæam Prophetam ad hanc prophetiam spiritu sancto repletum fuisse,lectio ipsa demonstrat. Sed de supradicto numero Regum,Ioathan & Ezechiam deo ob religionem placuisse,historia quarti libri Regum & secundi Paralipomenon indicat. Achaz vero relicto deo,idôla Samariæ, quibus etiam filios suos in sacrificium igni concremandos obtulerat, coluisse constat. Quamobrem deus Samariam,quæ Reges Israel & Iuda memoratorum simulachrorum superstitione fefellerat,increpans,indignationem suam in eam processuram cõminatus est.Populo autem præuaricatori & principibus eius,qui eundem populum fallaci suasione ad colenda idôla* [1] *compulerant,] verbis insequentibus captiuitatem & interitum affuturam denuntiauit.*

1. Impulerant.

# Incipit Michęæ Prophetia.

*Comminatio domini in Samariam,Ierusalem,& Philistæos propter idôla. Cap. I.*

A

Anni ante Christũ. 229. Anni mundi 3040. Ysa. 26. d

[a] VErbum domini quod factum est ad Michęam Morastiten in diebus Ioathan, Achaz & Ezechię Regum Iuda,quod vidit super Samariam & Ierusalem. [b] † Audite populi omnes, & attendat terra & plenitudo eius, & sit dominus deus vobis in testem, dominus de templo sancto suo. Quia ecce dominus egredietur de loco suo,& descẽdet & calcabit super excelsa terræ.Et [1] consumentur] montes subtus eum,& valles scindentur sicut cera à facie ignis,sicut aquæ quæ decurrunt in præceps. [2] In scelere] Iacob omne istud,& in peccatis

Infra. 3. d B

domus Israel. [§] Quod scelus Iacob? Nónne Samaria? Et quæ excelsa Iudæ? Nónne Ierusalem? Et ponam Samariam quasi aceruum [3] lapidum in agro cum plantatur vinea,] & detraham in vallem lapides eius.Et fundamenta eius reuelabo,& omnia sculptilia eius concidentur.Et omnes mercedes eius igne comburentur, &omnia idôla eius ponam in perditionem, [c] quia de mercedibus meretricis congregata sunt,& vsque ad mercedem meretricis reuertentur.Super hoc plangam & vlulabo, vadam spoliatus & nudus. Faciam planctum velut draconum, & luctum quasi struthionum,quia desperata est plaga eius,quia venit vsque ad Iudam, tetigit portam po-

C puli mei vsque ad Ierusalem. [§] In Geth nolite annuntiare lachrymis ne ploretis.In domo [4] pulueris] puluere vos conspergite,& transite, [5] vobis habitatio pulchra, confusa ignominia.] Non est egressa [6] quæ habitat in exitu. Planctum domus vicinæ accipiet ex vobis quæ stetit sibimet,] quia infirmata est in bonum [7] quæ habitat in amaritudinibus. ] Quia descendit malum à domino in portam Ierusalem: [8] tumultus quadrigæ

D stuporis habitanti Lachis. ] [§] Principium peccati est filiæ Sion,quia in te inuenta sunt scelera Israel. Propterea dabit [9] emissarios super hæreditatem Geth, domus mendacij in deceptionem] regibus Israel. Adhuc hæredem adducam tibi, quæ habitas in Maresa,vsque ad Odollam veniet gloria Israel. [d] Decaluare & tondere super filios delitiarũ tuarum,dilata caluitium tuum sicut aquila,quoniam captiui ducti sunt ex te.

[a. Titulus oraculi ostendit prophetam vocatum per verbũ sibi factum.Quadrat nomẽ prophetæ.Michæas interpretatur humiliter Lorichius.ibidẽ.]

b. Nunc quoque apertè dominꝰ deus de cœlo descendens,déque loco suo egrediens, in his quæ proposita sunt nũtiatur.Erit autem hoc dei verbum quod in his quæ prius dicta sunt, cũ genitum sit, eum esse deum ac dominum, & omnia sub se habentem demonstrauimus. Locum autem eius, non aberres si cœleste regnum esse dicas, gloriosíque diuinitatis eius sedem: quam theologicè extollẽs propheta dicebat: Sedes tua deꝰ in seculum seculi,super qua ipsum sedere,tanquam vnicum filium iussit pater illis verbis: Sede à dextris meis. Euseb. de demonst. lib. 6. cap. 13. lib. 8. cap. 3.

1. Liquefient.
2. Propter iniquitatem.
3. Agri in plantationem vineæ.
c. Facta sunt,inquit, abs te contrariã quàm soleant mulieres tibi similes facere: quòd omnis meretrix mercedem accipit, tu vero mercedẽ dedisti tuis amatoribus. Accommodatè autem per hæc mulieres in scortatione versantes designantur,quæ sibi dinis mercedem accipientes,inde decimas dæmoni falsissimo attulerunt. Theodoretus ibidem.
4. Aphra.
5. Habitatrix Saphir nuda vsque ad confusionem.
6. Saanan propeter luctum Bethezel accipiet vestra, hostis, propter obsidionem suam.
7 Habitatrix Maroth.
8 Liga quadrigas ad equos velocissimos o habitatrix Lachis.
9 Munera ipsi Moreseth,Gath, & domus Achzib erant in mẽdacium.
d. Possunt hæc accipi de euersione Iudæorum per Romanos. O Iudæa quæ quondam apud Deum floruisti, sed modo clamasti,crucifige, crucifige eum, depone comã gloriæ tuæ, quia non habens prophetas, nec præsidia angelorum,nec legisdoctores.Glosa ordin.ibidem.]

*Peccata populi quæ dominum ad vltionem prouocant, reuertentibus tamen promittit saluatorem, qui cernentibus illis in cælum ascendet.* II.

VÆ qui cogitatis[1a] inutile:] & operamini malum in cubilibus vestris. In luce matutina faciunt illud, quoniam [2] contra dominum est manus eorum.] [b] Et concupierunt agros, & violenter tulerunt & rapuerunt domos, & [3] calumniabantur] virum & domum eius, virum & hæreditatem eius, idcirco hæc dicit dominus: Ecce ego cogito super familiam istam malum, vnde non auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. [§] In die illa sumetur super vos parabola, & [4] cantabitur canticum cum suauitate, dicentium:] Depopulatione vastati sumus. Pars populi mei commutata est. Quomodo [5] recedet à me, cũ reuertatur qui regiones nostras] diuidat? Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu domini ô Israel. Ne [6] loquamini loquentes.] Non stillabit super istos, nõ comprehendet confusio, [7] dicit domus Iacob. [§] Nunquid] abbreuiatus est spiritus domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nónne verba mea bona sunt cũ eo qui rectè graditur? Et [8] econtrario] populus meus in aduersarium consurrexit. Désuper tunicã pallium sustulistis, & eos qui transibant [9] simpliciter, cõuertistis in bellum.] [c] Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum, à paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum. Surgite & ite, quia non habetis hic requiem, propter immunditiam eius corrumpetur [10] putredine pessima. [§] Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer.] Stillabo tibi [11] in vinum & in ebrietatem, & erit super quem stillatur populus iste.] [d] Congregatione congregabo Iacob totum te, in vnum conducam reliquias Israel.] Pariter ponam illum quasi gregem [12] in ouili,] quasi pecus in medio caularum. Tumultuabuntur à multitudine hominum. [13] Ascendet enim pandens iter] ante eos. [14] Diuident & transibunt] portam, & egredientur per eam. Et transibit Rex eorum coram eis, & dominus in capite eorum.

1. Vanitatem.
a. Inutile vocat nocium, hoc est peccatum. Roma. 6. Quę fructum habuistis tunc, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Et Psal. 4. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Isa. 1. Auferte malum cogitationum vestrarũ ab oculis meis. Albertus ibid.
2. Est potentia in manu eorum.
b. In quo patet auaritia eorum, cum dominus iusserit Leuit. 26 Non concupisces rem proximi tui, non agrum, nó seruum, &c. imõ etiam violentes auferunt, tãquam raptores, & inferiorum oppressores. Dion. ibid.
3. Oppresserunt.
4. Planget planctu lugubri dicent.
5 Remouet à me, & agros nobis restituendos.
6. Stilletis, stillabunt, sub. pseudoprophetæ, decipiendo eos.
7. O vocata domus Iacob nunquid.
8. Heri.
9. Confidenter, quasi qui reuerterentur à prælio.
[c. Mulieres populi mei eiecistis, &c. Interficiendo vitos earum, cum quibus delectabiliter viuebant De Lyra ibid.]
10 Corruptione execrabili. Si fuerit vir ambulans spiritu vanitatis, & mendacium mentiẽs dicens.
11. Pro vino & sicera, hic erit propheta populi huius.
[d. Et ne putetis me esse vatem solummodo captiuitatis, quàm per spiritum Dei prædico, scias me esse etiam vatem illorũ bonorum quæ per Christũ in primo vel secundo aduentu euẽtura sunt, qui in me vobis loquitur natus de virgine. Glosa ordinaria, & c.
12. Bozra.
13. Ascendit enim diuisor.
14. Diuiserunt & transierunt.

*Propter principum tyrannidem, pseudoprophetarum fallaciam, & iudicum crudelitatem comminatur dominus Ierosolymæ deletionem.* III.

ET dixit:[a] Audite principes Iacob, & duces domus Israel. Nunquid nõ vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum désuper eis, & carnem eorum désuper ossibus eorum? Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum désuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt, & conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ. [§ b] Tunc † clamabunt ad dominum, & non exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinuẽtionibus suis. Hæc dicit dominus, [c] super Prophetas qui seducunt populum meum, qui mordẽt dentibus suis, & prædicant pacem. Et si quis non dederit in ore eorum quippiam, [1] sanctificant super eum] prælium. [d] Propterea nox vobis pro visione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione. Et occumbet sol super Prophetas, & obtenebrabitur super eos dies. [§] Et confundentur qui vident visiones, & confundẽtur diuini. Et operient vultus suos omnes, quia non est responsum dei. † Veruntamen ego repletus sum fortitudine spiritus domini, iudicio & virtute, vt annuntiem Iacob scelus suum, & Israel peccatũ suum. [e] Audite hoc principes domus Iacob, & iudices domus Israel, qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Ierusalem in iniquitate. † [§] Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant. Et prophetæ eius in pecunia diuinabant, & super dominum requiescebant, dicentes: Nunquid non dominus in medio nostrum: Non venient super nos mala. † Propter hoc causa vestri Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem † quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum.

Tem-

2. Sub metaphora leonum siue latronum et idelitas principum Israel describitur, quòd spoliauerint pauperes, & interfecerint eos, & carnes eorum offàque eórum triturint, & quasi in medio olæ, sic in vrbe Ierusalem miserabiles in plebem afflixerint: & propter hęc miseratur eis postea supplicium in die captiuitatis, vel à Nabuchodonosor vel à Vespasiano & Tito. Hiero. ibid.
[b. Tunc clamabunt ad Dominum, cum ab assyriis affligẽtur, & non exaudiet eos in diciũ enim sine misericordia fiet ei qui non miseretur. De Lyr. ibi.
c. Videtur tangere eos qui nostris temporibus se fingunt visiones videre, & diuinant seducendo populum Hiero. 14. Visionem mendacem & diuinationem fraudulentam, & seductionem cordis sui prophetant vobis. Albert. ibid.
1. Præparant in eum.
[d. Vbi putatis visionem esse, & vbi iactatis vaticinium prophetale, ibi iuguntur spiritus immundi, nec habet lumen, sed tenebras & errorem. Item dæmones non habebunt potestatem, vt eas sua fraude decipiant, muta erũt oracula, tacebit spiritus immundus, & illudere non audebit. Glosa ordi.]
e. Quibus iudicandi munus mãdatum fuit, ne iuris libra vlla inclinatione lancis in alterutrã partem propenderet, non accurauistis: ac potiùs iuris rationem nullam duxistis, iniuria vt ius videretur elaborauistis, atque istiusmodi animi sententia præditi, sanguine innocentium Ierusalem compleuistis. Theodo. ibidem.

† Prou. 1. d
† Ezech. 22. f Sophon. 3. d
2. q. 1. c. Iudices.
35. di. c. Ecclesiæ.
Sup. 1. d. 25. q. 1. c. Nulli. c. Omnes.
† Iere. 36. f
3 Sup. 1. b

*Tempore Messiæ exibit verbum domini & pax magna ab Ierusalem, quibus vocabuntur, & ecclesia confirmabitur.* IIII.

†Isa.2.a

A Et[a†] erit in nouissimo dierum mons domus domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles. Et fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ, & dicent: Venite ascendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob. Et docebit nos de viis suis, & ibimus in semitis eius.[b] Quia de Sion egredietur lex, & verbum domini de Ierusalem. Et iudica-
B bit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vsque in longinquum.[&] Et concident gladios suos in vomeres, & [1] hastas suas in ligones,] non sumet gens aduersum gentem gladium, & non discent vltrà [2] belligerare.] Et sedebit [3] vir] subtus vineam suam & subtus ficum suam, non erit qui deterreat, quia os domini exercituum locutum est. Quia omnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine dei sui, nos autem ambulabimus in nomine domini dei nostri in æternum & vltrà. † In die illa dicit dominus, congregabo claudicantem, & eam quam eieceram, colligam: & quam af-
C flixeram, consolabor. [&] Et ponam claudicantem in reliquias, & [4] eam quæ laborauerat,] in gentem robustam. † Et regnabit dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & vsque in æternum. [c] Et tu turris gregis [5] nebulosa filia] Sion, vsque ad te veniet, & veniet potestas prima, regnum filiæ Ierusalem. Nunc quare [6] mœrore contraheris?] Nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit? quia comprehendit te dolor sicut parturientem? Dole & [7] satage] filia Sion quasi parturiens, quia nunc egre-
D dieris de ciuitate, & habitabis [8] in regione,] & [d] venies vsque ad Babylonem. [&] Ibi liberaberis, ibi redimet te dominus de manu inimicorum tuorum. Et nunc congregatę sunt super te gentes multæ, quę dicunt, [9] lapidetur,] aspiciat in Sion oculus noster. Ipsi autem non cognouerunt cogitationes domini, & non intellexerunt consilium
†Apoc.1.b eius, † quia congregauit eos quasi [10] fœnum areæ] Surge & tritura filia Sion, quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuos ponam æreas. [e] Et comminues populos multos, & interficies domino rapinas eorum, [11] & fortitudinem] eorum domino vniuersę terræ.

a. Nam qui ore praua loqui patet, & mysteria cœlestia verbo ritè auditoribus suis exponit, per dei adiutorium pium laborem explens, ad montem fortitudinis, de quo per prophetam scriptum est: Erit mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur super omnes colles, bonis actibus ascendens, fœliciter perueniet. Rab. in 45.c. Eccl.

b. Micheas nouam legem daturum deum denũtiauit, hoc modo: De Sion egredietur lex, &c. Illa enim prior lex, quæ per Moysen data est, non in monte Sion, sed in mõte Horeb data est, quę per nouam soluta est. Lactan. li. 4. ca. 17. de vera sapientia.

1. Lanceas suas in falces.
2. Prælium.
3. Vnusquisque.
4. Eiectam.

c. Audiebat angelicas virtutes, quæ sunt filiæ supernæ ciuitatis apparuisse pastoribus in loco qui à conuctu pecorum antiquitus turris gregis vocabatur: & est vno miliario ad orientem Bethlehem: vbi etiam nunc tria pastorum illorum monumenta in ecclesia monstrãtur. Beda in aurora Natalis domini.

5. Propugnaculum filiæ.
6. Ingemisci & eiulasl
7. Ingemisce.
8. In agro.

d. Peccator ob scelera confusus diuina virtute liberatur. Grego.

9. Polluetur.
10. Manipulum in horreum.

e. Quid autem significet in eo quod ait: Et comminues populos multos, &c. legamus Numeros & Iesum Naue, & primum regnorum librum, & videbimus quomodo de subiectis gẽtibus cum vniuersa peterint in ore gladij aurum & argentũ, & tam de hominibus quàm de iumentis certus præda numerus domino consecratus sit. Hieron. ibi.

11. Et substantiam.

*Bethlehem ortu Messiæ insignita, ac Ierusalem eius morte vastata fuit, Israelis autem reliquiæ exaltatæ, & verbum domini prædicatum est.* V.

Mat.2.a
Ioh.7.f

A Nunc[1] vastaberis filia latronis.] Obsidionem posuerunt super nos, in virga percutient maxillam iudicis Israel. † Et tu Bethlehem Ephrátа[a] paruulus es in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Propter hoc dabit eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet. Reliquię fratrum eius conuertentur ad filios Israel. Et dabit & pascet in fortitudine domini: in sublimitate nominis domi-
B ni dei sui. [&] Et conuertentur, quia nunc magnificabitur vsque ad terminos terræ. Et erit iste pax, cum Assyrius venerit in terram nostram, & quando calcauerit in domibus nostris. [b] Et suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates homines. Et [2] pascent] terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius. Et liberabit ab Assur cùm venerit in terram nostram, & cùm calcauerit in finibus nostris. Et erunt reliquię Iacob in medio populorum multorum quasi ros à domino, & quasi stillæ
C super herbam quę non expectat virum, & nõ pręstollatur filios hominum. [&] Et erunt reliquię Iacob in gentibus in medio populorum multorum quasi leo [3] in iumentis] syluarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum. Qui cum transierit & cõculcauerit & ceperit, non est qui irruat. Et exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt. [c] Et erit in die illa, dicit dominus: [4] auferam] equos
D tuos de medio tui, & disperdam quadrigas tuas. [&] Et perdam ciuitatem terrę tuę: & destruam omnes munitiones tuas. Et auferam maleficia de manu tua, & [5] diuinatio-

1. Accingeris ad prælium filia exercitus.

a. Nemo est alius præter Christum claram illam fecit, nobilémque regionem. Post illum siquidem institutum admirandumque patrum ab extremis vsque finibus mundi veniunt ad visendũ illum tugurij ac præsepij locum. Chry.

b. Tũc enim plena pax est fideli populo ab omnibus tentationibus & vanitatibus absoluto, cũ mundi huius vanitatem exclusérint de cordibus nostris pax & gratia. Pax veteris, grátia noui testamenti. Septem pastores, præcepta legis sunt, quibus grex adhuc quasi irrationabilis, in virga Moysi per desertũ ductus & gubernatus est. Octo primates, mandata euangelij, & dominici oris alloquia. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autẽ confessio fit ad salutem. Ambro. Epist. 29.

2. Vastabunt.
3. Inter animalia.

c. Respondeat hoc loco carneus Israel, vtrum facta dicat hæc, an futura? Si facta, doceat cunctas gentes & Assyrium Israeli quõdam fuisse subiectũ. Si autem sub vana spe ludens futurum putat esse quod dicitur: quãdo Christus venerit, quæ tunc de Israel idola auferentur, quæ modo nõ colit? qui succidẽtur luci, quos non habet? quæ vrbes subruentur, quæ olim subrutæ sunt? &c.

4. Exterminabo.
5. Augures.

Universidad de Deusto Biblioteca

[d. In lege præcipitur ne nobis sculptile faciamus, & ne vitulos in terra nostra ponamus. Stultus homo fert dogmata esse composita de suo sensu quasi idolum, & pro deo adorat opus manuũ hominum. Glosa ord. ibidem.]

nes] non erunt in te.[d] Et perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui. Et non adorabis vltrà opera manuum tuarum, & euellam lucos tuos de medio tui. Et conteram ciuitates tuas, & faciam in furore & indignatione vltionẽ in omnibus gentibus quæ non audierunt.

*Disceptat dominus cum ingratis, sua illis exprobrans beneficia quæ expectat sacrificia, insinuat, & ob impietates populum grauiter affligit.* VI.

2 Quasi diceret: Hæc enim debetis audire, quia dominus audiẽdus est. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Albertus ibidem.
*Quæso. vel nunc.
1. Disceptabit.
b. Singula in conspectu tuo locat beneficia sua, vt tãquam de his iudices, quæ seruare debuerãs. quo magis reus fias, qui diuinis non potueris stare beneficiis: Quid feci, inquit, tibi? tãquam reum se constituit, & te iudicem. Aut quid contristaui te? Offensi vultus non abnuit crimen, si tu deo es contristatus autore. Ambr. Apolog. Dauid. cap. 10.
2. In quo præueniam dominũ.
3. Beneplacitum est domino.
4. Decem milibus torrentium pinguium!
[c. Quasi diceret, hoc non valet quia mors innocentis deo non placet. Vnde & Abraham non præcepit deus immolare filium suum. Gẽ. 22. vt sic impleretur, sed obedientia Abrahæ manifestaretur. De Lyra.
5. Humilem.
6. Vir salutis timebit nomen tuum.
7. Virgã, & eũ qui cõstituit eã.
8. Huius vrbis diuites repleti sunt rapina.

Ausdite* quæ dominus loquitur, Surge, contende iudicio aduersum montes, & audiant colles vocem tuam. Audiant montes iudicium domini, & fortia fundamenta terræ, quia iudicium domini cum populo suo, & cum Israel[1] disiudicabitur.] [b] populo meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? Responde mihi: quia† eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruientium liberaui te, & misi ante faciem tuam Moysen & Aaron, & Mariam.† Populo meus memento quæso† quid cogitauerit contra te Balach rex Moab, & quid responderit ei Baalam filius Beor de Sethim vsque ad Galgalam, vt cognosceres iustitias domini.[2] Quid dignum offeram domino?] Curuabo genu de excelso? Nunquid offeram ei holocaustomata & vitulos anniculos? Nunquid[3] placari potest dominus] in milibus arietum, aut in[4] multis milibus hircorum pinguium?] [c] Núquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animę meæ? Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, & quid dominus requirat à te: Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & [5]solicitum] ambulare cum deo tuo. Vox domini ad ciuitatem clamat, &[6] salus erit timentibus nomen eius.] Audite[7] tribus. Et quis approbabit illud?] Adhuc ignis in domo impij, thesauri iniquitatis, & mẽsura minor iræ plena. Nunquid iustificabo stateram impiam, & facelli põdera dolosa?[8] In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate,] & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum. [d] Et ego ergo cœpi percutere te[9] perditione,] super peccatis tuis.† Tu comedes & & non saturaberis, & humiliatio tua in medio tui. Et apprehendes, & non saluabis: & quos saluaueris, in gladium dabo. Tu seminabis & non metes, tu calcabis oliuam, & non vngêris oleo: & mustum, & non bibes vinum. [e] Et custodisti præcepta Amri, & omne opus domus Achab, & ambulasti in voluptatibus eorum, vt darem te in perditionem, & habitantes in ea in sibilum, & opprobrium populi mei portabitis.

d. Et hoc totum patiẽtur vt intelligant errorem suum, quòd omnium gentium multorumque populorum opprobria, & peccata portauerint. Scio quosdam ad ecclesiam retulisse, quæ nos super hæresibus interpretati sumus. Hieron. ibid.
9. Et disperdere.
e. Amri pater fuit Achab, & impiissimus: & præcepta eius dicuntur opera eius, quæ populus sicut præcepta custodiebat, malorum enim magisterium facile dicitur: sicut & Achab & Iezabel, quos facile populus est imitatus. Albertus ibid.

*Impiorum luget multitudinem, & piorum paucitatem, quoniam non in homine quamuis proximo, sed en solo Deo confidendum, quibus firmitatem ecclesiæ promittit æternam.* VII.

1. Collectiones pomorũ & quasi racemi.
2. Primitiua eius, vel præcoquas
3. Sanguini.
4. Reti.
5. Perditionem.
6. Ipse & qui conturbant eam.
7. Speculatorum tuorum.
8. In fratre.
9. Cuiuscunque.
a. Nec immerito, quoniam qui lapsu alieno gaudet, diaboli gaudet victoria. Et ideo dolemus magis cũ audimus perisse hominẽ, pro quo Christus mortuus est, qui nec in messe stipulam negligit. Ambr. de pœ. lib. 2. cap. 8.
b. Quicunque se peccasse animaduerterint, illum imitari debent qui dixit. Iram domini portabo, quoniã peccaui ei, necnon vitæ suę praua studia emendare & dignos pœnitentiæ fructus edere, & verborũ domini meminisse. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Basil. Regul. fusius disputat interro. 55.

Væ mihi, quia factus sum sicut[1] qui colligit in autumno racemos] vindemiæ. Non est botrus ad comedendum,[2] præcoques ficus] desiderauit anima mea. Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. Omnes[3] in sanguine] insidiantur, vir fratrem suum[4] ad mortem] venatur. Malum manuum suarum dicunt bonum. Princeps postulat, & iudex in reddendo est. Et magnus locutus est[5] desiderium] animæ suæ, [6] & conturbauerunt eam.] Qui optimus in eis est quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe. Dies[7] speculationis tuæ,] visitatio tua venit. Nunc erit vastitas eorum. Nolite credere amico, & nolite confidere[8] in duce: ] Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui, quia filius cõtumeliam facit patri, & † filia consurget aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam, & inimici[9] hominis] domestici eius. Ego autem ad dominum aspiciam, expectabo deum saluatorem meum. Audiet me deus meus. [a] Ne læteris inimica mea super me, quia cécidi. Consurgam. Cum sedero in tenebris, dominus lux mea est. [b] Iram domini portabo, quoniam peccaui ei, donec causam meã iudicet, & faciat iudicium meum.

Et educet

Et educet me in lucem, videbo iustitiam eius. [c] Et aspiciet inimica mea, & operietur
c confusione, quæ dicit ad me: [d] Vbi est dominus deus tuus? Oculi mei videbunt eam.
Nunc erit in conculcatione, vt lutum platearum. Dies, vt ædificentur maceriæ tuæ. In
die illa lóge fiet lex. [d] In die illa & vsque ad te veniet[10] Assur, & vsque ad ciuitates mu-
nitas, & a ciuitatibus munitis] vsque ad flumen, & ad mare de mari, & ad montem de
monte. Et terra erit in desolationem propter habitatores suos, & propter fructum co
gitationum eorum. [e] pasce populum tuum in virga tua: gregem hæreditatis tuæ[11] ha-
D bitantes solos in saltu. In medio Carmeli pascentur] Basan & Galaad, iuxta dies anti-
quos: secundum dies egressionis tuæ de terra Ægypti. Ostendam ei mirabilia. [f] Vide-
bunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua. Pones manum super os: au-
res eorum surdæ erunt. Lingent puluerem sicut serpentes, velut reptilia terræ protur-
babuntur de ædibus suis. * Dominum deum nostrum [12] desiderabunt, ] & timebunt
1 Reg. 10. g te. † Quis deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transfers peccatum reliquiarum
hæreditatis tuæ? Non immittet vltrà furorem suum, quoniam volens misericordiam
est. [f] Reuertetur & miserebitur nostri. [13] Deponet iniquitates nostras, & proiiciet in
profundum maris omnia peccata nostra, dabis veritatem Iacob, misericordiam Abra
ham, quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis.

[c. Aspiciet inimica mea, id est, Babylonia, & operietur confusione, id est, erit vndique confusa, quę dixit ad me irrisorie: Vbi est deus tuus, q.d. non potest te ex captiuitate liberare. De Lyra ibid.]

[d. Dicūt Iudæi: In die illa, quādo à Christo eorum ædificabūtur mœceriæ Ierusalē. Lex & prophetæ quæ à nobis modo tenentur, tollentur de manibus nostris, & tradētur populis Iudæorum, Glo. ordi. ibidem.]

10. Ab Assur & ciuitatibus munitis, à munitione.

[e. Verba patris ad filium pastorem bonum, pedū pastorale est verbum euangelicum. Lingent puluerem sicut serpentes velut reptilia terræ, perturbabuntur de ædibus suis hoc tam de Iudæis intelligitur q̄ de Ethnicis. Illi de ciuitate & templo deturbati, hi de phanis suis & delubris cōfusi, Christum colere incipient sinceriter & ardenter. Lorichius ibid.

11. Qui solus manet in sylua. In medio carmeli pascantur in.

* Ante.

12. Pauebunt.

f. Hoc certè admirabile, & non solū ignoscit, sed etiam memoria sua pellit peccata, & tanquā in profundum in oblionem tradit. Quemadmodū enim id quod in profundum maris abiicitur, penitus non extat: sic peccata nostra funditus obliuio obruet, propter factas cum patrib⁹ nostris pactiones. Theodoretus ibidem.

13. Calcabit.

## INCIPIT PROLOGVS IN NAHVM Prophetam.

*Nahum Prophetam ante aduentum regis Assyriorum, qui populum Israel captiuum in suas regiones transtulerat, fuisse Hebræorum traditio confirmat. Siquidem in fine huius lectionis, prædicti regis aduentum idem Propheta annuntiare monstratur. Sed cum inhabitatores Niniue, Iona interitum ciuitatis prædicante, ne diuina ira denuntiatum interitum sustinerent, peccatorum & impietatis pœnitentiam egissent, accepta dei misericordia, grauioribus se criminibus implicuerunt. Qua de causa memoratus Propheta spiritu sancto plenus, iudicium dei annuntians, ita locutus est. Deus zelans, & vlciscens dominus est, & cætera. Iam enim decem tribus ab Assyriis ductæ fuerant in captiuitatem sub Ezechia rege Iuda, sub quo etiam nunc in consolatione populi transmigrati, aduersus Niniuen visio cernitur, nec erat parua consolatio, tam iis qui iam Assyrius seruiebant, quàm reliquis qui sub Ezechia de tribu Iuda & Beniamin, ab eisdem hostibus obsidebantur, vt audirent Assyrios quoque in Chaldæis esse capiendos, sicut in sequentibus libri huius demonstrabitur. Sciendum autem est quòd Niniue in nostra lingua de Hebræo, speciosam sonat. Speciosus autem, hic mundus dicitur. Vnde & apud Græcos κόσμος ab ornatu nomen accepit. Et quod nunc aduersum Niniuen dicitur, de mundo figuraliter prædicari sentiamus. Quam oh causam & assumptio quam septuaginta interpretantur λῆμμα, & Aquila ἆρμα interpretatus est: apud Hebræos Massa ponitur, id est graue onus, eo quòd eam aduersus quam videtur, premat, nec sinat eleuare ceruicem. Simúlque hoc attẽdendum, quòd hæc ipsa vel assumptio, vel onus vel pondus prophetæ, visio sit. Non enim loquitur Propheta in ἐκτάσει, vt Montanus & Prisca, Maxilláque delirãt: sed quod prophetat, liber est visionis intelligentis vniuersa quæ loquitur: & pondas hostium facientis suo populo visionem. De consummatione itaque mundi secundum ἀναγωγὴν ὁ Paula & Eustochiũ, in consolationem sanctorum prophetia texitur: vt quæcunque in mundo vident, quasi prætereuntia & caduca contemnant, & præparent se ad iudicij diem, vbi vltor aduersum viros Assyrios affuturus est dominus.*

## INCIPIT ARGVMENTVM.

*Nahum consolator orbis interpretatur. Increpat ciuitatem sanguinum, & post euersionem illius loquitur: Ecce super montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



## VITA NAHVM.

*NAhum Propheta natus in Elckesi trans Iordanem fluuium, versus Begabar, de tribu Simeon. Hic est Propheta ille qui post Ionam ostentum dedit super Niniuen, quòd ab aquis dulcibus ignéque terreno olim vastaretur: id quod tandem factum est. Quippe eam terræ motu igne vndique ambiente, mox etiam aqua de eremo superueniens sublimiores etiam omnes vrbis locos seu partes occupauit. Expirauit verò Nahum in pace, & in Begabar sepultus est. Epiphanius de vita Prophetarum.*

# Incipit Nahum Prophetia.

*Vltio domini in Niniuem & Assyrios, & miseratio super Iudæorum captiuitatem, & confusio super Sennacherib captiuantem.* Cap. I.

a. Cum enim ad prædicationem Ionæ Niniuitæ ad tempus pœnituissent, post aliquántulum temporis ad vomitum redierũt: idcirco per Nahum prædixit eos spiritus sanctus perituros. Dion. ibid.
z. Vltionem reseruans.
2. Innocentem non faciet innocẽtem. 70. vel desolatum nõ desolabit. Hab. vel, nocentem non faciet innocentem. Hiero. ibid.
5. A re facit.

b. Cũ quidam eum solũ Iudæorum deũ esse opinarentur, non abs re prophetæ docet montes & colles, & omnẽ terrã vnà cum ipsis incolentibus solo nutu dei concuti posse: Theodo. ibid.
4. Consistet ab.

5 Fortitudo.
c. Diluuium vocat generalẽ tribulationem, qua tex Assyriorũ afflixit omnes gentes. Albertus ibidem.
6. Altera vice. Heb. Non vindicabit bis in idipsum in tribulatione, Græci quod tu in te seuerus agnoscis, ego ppitius ignoscam: quod tu tristis accusas, ego lætus absoluam: quod tu recordaris in publicum, ego obliuiscar in æternum: & quia per pœnitentiam tuã pequenisti sententiam meã, recondam gladiũ meum, ac me tibi ad remunerationum tempora reseruabo. Eu seb. Emis. de pœ. Niniuit. hom.
7. Vsque ad spinas complexæ venient, & tanquam potatione suã inebriati deuorabuntur.
8. Consul impietatis.
9. Iugum eius à te.
d. Votum cum à deo acceptatũ est, legem in posterum facit per autoritatẽ acceptatoris. Exinde enim faciendum mãdauit, qui factum comprobauit. Tertulli. contra Psychicos.
10. Impius qui à vniuersum deletus est.

1. Dissipator.
2. Hoc non vt quidam dicũt ad Assyrium loquitur, sed adhuc ad Iudam verba facit, & iubet eum contemplari vias, & nuntios expectare, & ab illis allatos bonos nuntios suscipere, & propriori seruitute robur recipere. Theodo. ibid.
2. Rubricatus est.
3. Cocco colorati sunt, & quasi ignis lampadarum.
4. Ablegna lanceæ consopitæ sunt.
5. Insaniunt currus, & horrendè splendent in platẽis.

4. Palatium.
7. Regia inexpugnabilis discoperta atque excisa est.

[1] NUs Niniue: Liber visionis Nahum Helchesæi: [†] Deus æmulator & vlciscens dominus, vlciscens dominus & habens furorem, vlciscens dominus in hostes suos, & [1] irascens ipse] inimicis suis. Dominus patiens & magnus fortitudine, & [2] mundus non faciet innocentem.] Dominus in tempestate & turbine viæ eius, & nebulæ puluis pedum eius. Increpans mare & exiccans illud, & omnia flumina [3] ad desertum deducens.] [ℊ] Infirmatus est Basan & Carmelus, & flos Libani elanguit. [b] Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt. Et contremuit terra à facie eius, & orbis & omnes habitantes in eo. Ante faciem indignationis eius quis stabit? & quis [4] resistet in ]ira furoris eius? Indignatio eius effusa est vt ignis, & petræ dissolutæ sunt ab eo. Bonus dominus & [5] confortans ]in die tribulationis, & sciens sperãtes in se. [ℊc] Et in diluuio prætereunte consummationem faciet loci eius: & inimicos eius persequẽtur tenebræ. Quid cogitatis contra dominum? Consummationem ipse faciet. [†] Non consurget [6] duplex] tribulatio, quia [7] sicut spinæ se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potentium. Consumentur] quasi stipula ariditate plena. Ex te enim exibit cogitans contra dominum malitiam, [8] mente pertractans præuaricationem.] Hęc dicit dominus: Si perfecti fuerint & ita plures, sic quoque attondentur & pertransibit. [ℊ] Afflixi te, & non affligam te vltrà. Et nunc conteram [9] virgam eius in dorso tuo,] & vincula tua dirumpam. Et præcipiet super te dominus: Non seminabitur ex nomine tuo amplius. De domo dei tui interficiam. Sculptile & conflatile ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es. [†] Ecce super montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem. Celebra Iuda festiuitates tuas, & [d] redde vota tua, quia non adiiciet vltrà vt pertranseat in te [10] Belial, vniuersus interiit.]

*Obsidio Niniue, & eius à Chaldæis depopulatio, atque superbiæ eius deiectio.* II.

[1] AScendit qui dispergat ] coram te, qui custodiat obsidionem. [2] Contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde: Quia reddidit dominus superbiam Iacob, sicut superbiam Israel. Quia vastatores dissipauerunt eos, & propagines eorum corruperunt. Clypeus fortium eius [2] ignitus,] viri exercitus [3] in coccineis. Igneæ habenæ ] currus in die præparationis eius, & [4] agitatores eius consopiti sunt.] [ℊ] In itineribus [5] conturbati sunt, quadrigæ collisæ sunt in platéis.] Aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. Recordabitur fortium suorum, ruent in itineribus suis. Velociter ascendent muros eius, & præparabitur vmbraculum. Portæ fluuiorum apertæ sunt, & [6] templum] ad solum dirutum. Et [7] miles captiuus abductus est, ] & ancillæ eius minabantur gementes vt columbæ,

A Anni ante Christ. 1184.
† Deus æmulator & vlciscens dominus. 1. Nahum
B Isaiæ 21
Romæ
† 24. Quid cogitatis contra dominum? Deus ipse faciet. Non consurget duplex tribulatio. Sunt qui hæc aliter distinguunt. Pintus. 23. 42. 10. Quia sicut spinæ se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potentium. Consumentur quasi stipula ariditate plena. Ex te enim exibit cogitans contra dominum malitiam.
C
D Dominica Palmis
† Isaiæ 52. 8
Romæ

c columbæ,[8] murmurantes in cordibus ſuis.] ℣ Et Niniue,quaſi piſcina aquarum[9] aquæ eius,]ipſi verò fugerunt.State, ſtate & non eſt qui[10] reuertatur.[b] ] Diripite argentum, diripite aurum,& non eſt finis diuitiarum ex omnibus vaſis deſiderabilibus.Diſſipata eſt & ſciſſa,& dilacerata,& cor tabeſcens & diſſolutio geniculorũ, & defectio in cunctis renibus,& facies omnium eorum ſicut nigredo ollæ.† Vbi eſt habitaculum leo- †Iſa.13.b
num & paſcua catulorum leonum ? Ad quam iuit leo[11] vt ingrederetur illuc,]catulus
D leonis:& non eſt qui exterreat.℣ Leo cœpit ſufficiẽter catulis ſuis,& necauit leęnis ſuis. Et impleuit prędа ſpelũcas ſuas,& cubile ſuum rapina. Ecce ego ad te,[c] dicit dominus exercituum,& ſuccendam vſque ad fumum quadrigas tuas, & leunculos tuos comedet gladius.Et exterminabo de terra prędam tuam,& non audietur vltrà vox nuntiorum tuorum.

8. Percutientes pectora ſua.
9. A diebus antiquis fuit.
10. Reſpiciat,vel retroſpiciat.
[b. Exceptæ ciuitatis prædæ deſcribit. Exprobrat peccatũ auaritiæ,& voluptatis,& tyrãnidis, & denique inſultat vitiis. Facies omnium ſicut nigredo ollæ voluptuoſos ſignificat. Vbi eſt habitaculum leonum &c. tyrãnidem exprimit ad quam iuit leo id eſt Nabuchodonoſor. Lorichius ibid.]
11. Leæna &.

c. Cuius infinita eſt potentia, & immutabilia ſunt verba,qui determinat quid faciẽdum ſit per exercitum bonorum angelorũ & malorum. Albertus ibidem.

*Niniue vrbs ſanguinum vaſtabitur ſub nomine adulteræ,& populus eius occidetur.* *III.*

†Naum.2.c A [a]† Æ ciuitas ſanguinum, vniuerſa[1] mendacij dilaceratione] plena. Non recedet à te rapina. Vox flagelli, & vox impetus rotæ,& equi frementis, & quadrigæ[2] ferventis,] & equitis aſcendentis,& micantis gladij,& fulgurantis haſtæ, & multitudinis interfectæ,& [3] grauis ruinæ, ] nec eſt finis cadauerum. Et corruent[4] in corporibus ſuis ] propter multitudinem fornicationum meretricis ſpecioſę & gratę & habentis maleficia, quę vendidit gentes in fornicationibus ſuis,& familias in maleficiis ſuis.† Ecce ego ad te, dicit dominus exercituum,& †Iſa.47.c
reuelabo[5] pudenda tua] in facie tua,& oſtendam in gentibus[6] nuditatem] tuam,& re-
B gnis ignominiam tuam.℣ Et proiiciam ſuper te abominationes,& contumeliis te afficiam,& ponam te[7] in exemplum.]Et erit,omnis qui viderit te,reſiliet à te,& dicet: Vaſtata eſt Niniue. Quis[8] commouebit ſuper te caput?]Vnde quæram conſolatorem tibi?Nunquid melior es[b] Alexandria populorum, quæ habitat in fluminibus? Aquę in circuitu eius,cuius[9] diuitię mare, aquę ] muri eius. Æthiopia fortitudo eius,& Ægyptus,& non eſt finis. Aphrica & Libyes fuerunt in auxilio tuo, ſed & ipſa in tranſmigratione ducta eſt in captiuitatem. Paruuli eius eliſi ſunt in capite omnium viarum,& ſuper inclytos eius miſerunt ſortem,& omnes optimates eius confixi ſunt in compe-
c dibus.℣ Et tu ergo inebriaberis, & eris[10] deſpecta,] & quęres tu auxilium ab inimico. Omnes munitiones tuæ ſicut ficus cum groſſis ſuis, ſi concuſſæ fuerint cadent in os comedentis.[c] Ecce populus tuus, mulieres in medio tui. Inimicis tuis[11] ad apertionem pandentur] portę terrę tuæ,deuorabit ignis vectes tuos. Aquam propter obſidionem hauri tibi,[12] extrue] munitiones tuas. Intra in lutum & calca,* ſubigens tene [13]laterem.] Ibi comedet te ignis, peribis gladio,deuorabit te vt bruchus. Congregare
D ergo vt bruchus,multiplicare vt locuſta.℣ Plures feciſti negotiationes tuas,quàm ſtellæ ſint cœli.Bruchus expanſus eſt,& auolauit.[14] Cuſtodes] tui quaſi locuſtæ, [15] paruuli] tui quaſi locuſtę locuſtarum,[d] quę confidunt in ſepibus in die frigoris.Sol ortus eſt & auolauerunt, & non eſt cognitus locus earum vbi fuerint. Dormitauerunt paſtores tui rex Aſſur,[16] ſepelientur principes tui.Latitauit ] populus tuus in montibus, & non eſt qui congreget. Non eſt [17] obſcura ] contritio tua, [18] peſſima] eſt plaga tua. De pœ. di. 4. c. Nahum. Omnes qui audierũt[19] auditionem tuam, compreſſerunt] manũ tuam ſuper te. Quia ſuper quem non tranſiit malitia tua ſemper?

a. Deſcribitur potentia Niniue, & ſub lamentatione crudelitatis arguitur: Væ ciuitas ſanguinum in qua nulla veritas,ſed omne mendacium,plena rapina, & laceratione prædarum. Vox flagelli crudelis ſemper & ſquiẽtis imperij,& vox impetus rotę. Hierony. ibid.
1. Mendacio & deceptione.
2. Saltantis.
3. Copiæ cadauerum.
4. Cadaueribus eorum hoſtes.

5. Fimbrias tuas.
6. Turpitudinem.
7. Tanquam inquinamentum.
8. Compatietur eil
b. Alexãdria ciuitas magna Aegypti,ſic dicta,plurimum populoſa, quæ olim vocabatur Noſed cum à Chaldęis deſtructam diu poſtmodum reædificaſſet Alexander magnus, nominauit eam Alexandriam : quæ ſita eſt inter flumina. Eſt enim inter Nilum ex vna parte, & mare ex altera,& lacũ Mareoticum. Dion. ibidem.
9. Antemurale,mare, & à mari.
10. Abſcondita.
[c. Niniue quę ſpecioſa dicitur, animam notat, naturã pulchrã quæ voluptatibus hæretis effœminatur,& portas ſenſuum aperit vitiis & dæmonibus. Si quis enim eſt amator voluptatũ potius quàm dei, portas terræ ſuæ aperit inimicis, & vectes huius Babyloniæ igne conſumentur. Glo. ordi. ibid.]
11. Aperiendo aperientur.
12. Inſtaura.
*Cæmentum.
13. Laterificium.
14. Principes.
15. Duces.
[d. Modus eſt enim locuſtarum aduenięte frigore ſe in ſepibus congregare, & ibi ſe occultare quantum poſſunt cõtra frigus, ſed ſi ſuperueniat ortus ſolis antequam ſint mortuæ,ſtatim euolant inde. De Lyra ibidem.]

16. Iacent magnifici tui,diſperſus eſt.
17. Curata.
18. Aegra.
19. Famam tuam, comploſerũt.

## INCIPIT PROLOGVS. IN Habacuc Prophetam.

*QVatuor prophetæ in duodecim Prophetarum volumine ſunt,è quibus tres in principio* λῆμμα,*id eſt,pondus,titulum habent. Nahum, Habacuc,& Malachias. Porrò Zacharias in medio & circa finem duos huiuſcemodi ponit titulos: ex quibus vnus eſt, Onus verbi domini in terra Adrach, & Damaſci requiei eius : alter, in fine ſcilicet, Onus*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*verbi domini ſuper Iſrael. De Nahum orationibus tuis iam liber vnus editus eſt, de Zacharia & Malachia ſi vita comes fuerit, deferetur. Nunc Habacuc habemus in manibus, qui vel ex eo quòd amabilis deo eſt, vocatur amplexatio, vel quòd in certamen & luctam, & (vt ita dicam) amplexum cum deo congreditur, amplexantis, id iſt, luctantis, ſortitus eſt nomen. Nullus enim tam audaci voce auſus eſt deum ad diſceptationem iuſtitiæ prouocare, & dicere ei: Cur in rebus humanis, & mundi iſtius pompa tanta rerum verſatur iniquitas? Vociferabor ad te vim patiens, & non ſaluabis? quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem videre? Lacerata eſt lex, & non peruenit vſque ad finem rectum iudicium, quia impius prævalet aduerſus iuſtum, ideo egreditur ad iudicium peruerſum. Vide quàm temeraria vox ſit, & quodamodo blaſphemantis creatorem ſuum ad iudicium prouocare, & vas fragile aduerſus figulum cur tale vel tale factum ſit diſputare. Necnon & hoc animaduertendum quòd aſſumptio vel pondus, quæ grauia iam eſſe diximus, Prophetæ viſio eſt, & aduerſum Montani dogma peruerſum intelligit quod videt, nec vt amens loquitur, nec more inſanientium fœminarum dat ſine mente ſonum. Vnde & Apoſtolus iubet, vt ſi prophetãtibus aliis alij fuerit reuelatum, taceant qui prius loquebantur. Et ſtatim ſubiunxit: Non eſt, inquit, diſſentionis deus, ſed pacis. Ex quo intelligitur cum quis ex voluntate reticet, & alij locum dat ad loquendum, poſſe & loqui & tacere cũ velit. Qui iam in ecſtaſi, id eſt, inuitus loquitur, nec tacere nec loqui in ſua poteſtate habet. Illud quoque diſce, quia ſemel à me violenter exigis, vt quaſi gradus quoſdam & ſcalas ad altiora nitenti, hiſtoriam tibi interpreter, prophetiam eſſe contra Babylonem & Nabuchodonoſor regem Chaldæorum, vt quomodo prior Propheta Nahum quem Habacuc ſequitur, vaticinium habuit contra Niniuen & Aſſyrios, qui vaſtauerunt decem tribus quæ vocantur Iſrael, ita Habacuc prophetiam habeat aduerſus Babylonem & Nabuchodonoſor, à quibus Iudas & Ieruſalem templúmque ſubuerſa ſunt. Et vt ſcias eo tẽpore fuiſſe Habacuc, quo iam duæ tribus quæ vocabãtur Iuda, ductæ erant in captiuitatẽ, Daniel docere te potuit: ad quem in lacum leonum Habacuc cum prãdio mittitur, quanquam apud Hebræos hæc ipſa non legatur hiſtoria. Igitur ſiue quis recipiat ſcripturam illam, ſiue non recipiat, vtrunque pro nobis eſt. Aut enim iam recipit, & poſt factam rem liber Habacuc texitur, aut ſi non recipit. & quaſi Propheta ſcribit quæ ventura cognoſcit, Interim ſecundum literam cauſatur aduerſus deum Propheta, cur Nabuchodonoſor templum dei vaſtet & Iudam, cur Ieruſalem quondam vrbs domini deſtruatur. Quare clamet populus, & non audiatur, vociferetur ad dominum oppreſſus à Chaldæis, & non ſaluetur: quare etiam ipſe Propheta vel populus ex cuius perſona loquitur, ad hoc vixerit, & hucuſque perductus ſit, vt iniquitatem hoſtium & ſuum viderit laborem, cur iniuſtitia prævaleat aduerſus ſe, & hoc dicit præ mentis angustia, ſciens aurum in igne conflari. & tres pueros de camino puriores exiſſe quàm intrauerant. Sed & hoc generaliter accipere poſſumus, quòd ex perſona humanæ impatientiæ loquatur, vt in querulam vocem & plenam doloris erumpat, dicens: Quare reſpicis contemptores & taces, conculcante impio iuſtiorem ſe? Hæc autem loquitur neſciens iudicia dei inueſtigabilia, & profundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ eius, quod non ita videt deus vt videt homo, homo tantum præſentia reſpicit, deus futura & æterna cognoſcit. Et quomodo ſi ægrotans & æſtuans febribus aquam frigidam poſtulet, & dicat ad medicum: vim patior, crucior, vror, exanimor, vſquequo medice clamabo & non exaudies? & reſpondeat ei ſapientiſſimus & clementiſſimus medicus: Scio quo tempore debeam quod poſtulas dare, non miſereor modo, quia miſericordia iſta crudelitas eſt, & voluntas tua contra te petit. Ita & dominus noſter ſciens clementiæ ſuæ pondera atque menſuras, interdum non exaudit clamantem, vt eum comprobet, & magis me prouocet ad rogandum: & quaſi ignem excoctũ iuſtiorem & puriorem faciat, quod intelligens Apoſtolus ſecundum id quod miſericordiam eſt conſecutus eſt à domino, ait: Sed non deficimus, & benedicimus deum in omni tempore: & ſcit quia qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, & gloriatur in labore & dolore, & cum Ieremia dicit: Tribulationem & miſeriam inuocabo: vt quomodo alius inuocat deum, ſic ſanctus vir & bellator inuictus ad exercendum ſe & probandum, tribulationem & miſeriam inuenire deſiderat.*

## VITA HABACVC.

*Habacuc de tribu Simeonis, in agro Bethacat ortus eſt. Cum ante expugnationem proſpiceret captiuitatem Ieroſolymæ, eam ſuper ciuitatem quàm ſuper populum, maximè luxit. Appropinquante autem Nabuchodonoſor, fugit in Oſtracinam, donec Chaldæi reuerterẽtur ad*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*tur ad propria,& reliquiæ Iudæorum fugerent in Aegyptum. Vnde reuersus parans messoribus trãslatus in Babylonem prandium tulit Danieli in lacũ leonum. Hic de aduentu domini nõ pauca vaticinatus est: atque ante biennium quàm populus à Babylone rediisset, in agro suo Sabarta vita decessit. Ex Epiphanio & Isidoro de vita & morte sanctorum.*

# Incipit Habacuc Prophetia.

*Conqueruntur sancti, cur iustos mali persequantur, vnde Assyrios in Iudæos armat dominus, sed eos tandem affligit.* *Cap. I.*

Anni ante Christũ 707. Anni mundi 3513

A

ONus quod vidit Habacuc Propheta. Vsquequo domine clamabo, & non exaudies? Vociferabor ad te[1] vim patiens, ] & non saluabis? Quare ostãdisti mihi iniquitatem [2] & laborẽ, videre prędam & iustitiam ] contra me? ⸗ † Quare respicis contemptores & taces, conculcante impio iustiorem se? Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem. ] Et [3] factũ est iudicium: & contradictio potentior. ] Propter hoc [4a] lacerata est lex, & non peruenit ] vsque ad ⸗ finem ] iudicium. [5] Quia impius [5] prævalet aduersus iustum, ] propterea egreditur iudicium peruersum. † Aspicite in gentibus & videte & admiramini, & obstupescite, quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet, cum narrabitur. Quia ecce ego suscitabo Chaldæos gentem amaram & velocem, ambulantem super latitudinem tertæ, vt possideat tabernacula non sua. Horribilis & terribilis est, ex semetipsa iudicium & onus eius egredietur. Leuiores pardis equi eius, &[6] velociores ] lupis vespertinis, & diffundentur equites eius. Equites nanque eius de longe venient, volabunt quasi aquila festinans ad

c comedendum. [7] Omnes ad prędam venient, facies eorum ventus [7] vrens. ] Et congregabit quasi arenam captiuitatem, & ipse de regibus [8] triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt. Ipse super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam. Tunc mutabitur spiritus, & [9] pertransibit & corruet. ] Hęc est fortitudo eius dei sui. Nunquid non tu à principio domine deus meus, sancte meus, & non moriemur? Domine in iudicium posuisti eum, & fortem vt corriperes fundasti eum. [b] Mundi sunt

D oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. [c] Quare non respicis super iniqua agentes, & taces, deuorante impio iustiorẽ se? Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem. Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagena sua, & congregauit in rete suum. Super hoc lætabitur & exultabit, propterea immolabit sagenę suæ, & sacrificabit reti suo. Quia in ipsis incrassata est pars eius, & cibus eius electus. [10] Propter hoc ergo expandit sagenam suam, & semper interficere gentes non cessat. ]

1. Ob violentiam.
2. Et laborem videre fecisti, sed & vastitatem & violentiam.
3. Est qui contentionem & rixã fetat contra me.
4. Dissoluitur lex, & non egreditur.
5. Communis ad deum querela sanctorum est, quare contra eos iudicia fiat, & innoxium in persecutionibus sanguinem fundant: ac si quãdo ante tribunal steterint iudicũ secularium, iudex acceptis muneribus eõdem net insontem, & reum liberet. Quod quidem non solum de iudicibus seculi, sed interdum de ecclesiarum quoque principib⁹ dici potest, quod propter munera lacerent legem, & non perducant vsque ad finem iudicii, & impius pręualeat aduersus iustum, & magis in iudicio pecuniam diuitis quàm pauperis veritas defendatur. Hierony. ibid.
6. Acriores.
7. Orientalis.
8. Ridebit.
9. Prævaricabitur & delinquet.
b. Vbi dicit Psal. Vultus autem domini super faciẽtes mala, nõ prætereũdæ locus nascitur quæstionis, sicut in eo quod Salomon dicit Prouer. 15. a. In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. & propheta dicit ad dominum. Mundi sunt oculi tui ne videas malũ? Quodamodo videt omnia deus, & quodammodo quædam nõ videt deus, sicut quodammodo vbique totus est, & quodãmodo alicubi non est, nõ quia substantialiter alicubi deest. Per potentiam eñ qua cũcta deus implet & continet, per ipsam videt omnia. Per gratiam verò illud videre dicitur, quod ipse largitur, & quod à suis fidelibus operatur. Fulgen. ad Trasimundum regem. lib. 2.
10. Nonne propter hoc euacuat sagenam suã, & assiduus est ad occidendum gentes, & neminẽ parcendum?

*Superbia impios vertit, auaritia confundit auaros, ebrietas adducit ignominiam, & idololatria exilium.* *II.*

a. Etiam hoc loco palã eum qui venit de quo prophetæ loquuntur, ventorũ canit. Sed quis tandem is sit, nisi qui supra innotuit, in illis verbis: Benedictus qui venit in nomine domini. Euseb. de demonstr. lib. 6. c. 14.
a. Visio erit ad promissum tempus, quæ loquetur in finem.
b. Ille à via veritatis oberrauerit, qui fidẽ & Charitatem perdiderit, quę sapientia derelinquit: quoniam indignũ sua inhabitatione indicabitur: sicut per prophetã dominus ait: Iustus autẽ meus ex fide mea viuit, &c. Raba. in 4. cap. Eccl. Eius ergo dei erit fides, in qua viuet iustus, cuius & lex, in qua non iustificatur operarius. Proinde si in lege maledictio est, in fide verò benedictio, vtrunque habes propositum apud creatorem. Deut. 11. d. Ecce posui ãte te maledictionem & benedictionem. Tertul. aduer. Marcio. li. 5.
2. Viri contentiosi non est.
3. Vtique propter vinum, prævaricatur vir, & fit stupidus.

A

SVper custodiam meam stabo, & figam gradum super munitione. Et contemplabor vt videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Et respõdit mihi dominus, & dixit: [a] Scribe visum & explana eũ super tabulas, vt percurrat qui legerit eum. Quia adhuc [1] visus procul, & apparebit in finem, ] & non mentietur. Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit. † [b] Ecce [2] qui incredulus est, non erit ] recta anima eius in semetipso. † Iustus autem in fide sua viuet. Et [3] quomodo vinum potantem decipit, sic erit vir superbus, ] & non decorabitur. Qui dilatauit quasi infernus animam suam, &

†Ibi. 11. e
†Ibi. 21. a
Iob 3. d
Roma. 1. b
Heb. 10. g
Galat. 3. b
24. q. 1. cap. Quæ dignior
De pœn. di. 4. c. In domo.
De sac. vnct. c. vnico.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ipſe quaſi mors,& nõ adimpletur.[§c] Et cõgregauit ad ſe omnes gentes,& coaceruauit B
ad ſe omnes populos. Nunquid non omnes iſti ſuper eum parabolam ſument, &[4] lo-
quelam ænigmatum eius?] Et dicetur: Væ ei qui multiplicat nõ ſua. Vſquequo & ag-
grauat contra ſe denſum lutum? Nunquid non repente conſurgent qui mordeant te?
Et ſuſcitabuntur[5] lacerantes te,] & eris in rapinam eis. Quia tu ſpoliaſti gẽtes multas,
ſpoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis, propter ſanguinem hominis &
[6]iniquitatem] terræ, ciuitatis & omnium habitantium in ea. [d] Vę qui cõgregant auari-
tiam malam domui ſuæ: vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali. C
[§7] Cogitaſti] confuſionem domui tuæ, conſcidiſti populos multos, & peccauit anima
tua. Quia lapis de pariete clamabit, &[8] lignum quod inter iuncturas ædificiorũ eſt,] † Sonet ad
reſpondebit. [†e] Vę qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, &[9] pręparat] vrbem in ini- Nahum 3.
quitate. Nunquid non hęc ſunt à domino exercituum? laborabunt enim populi in
multo igni, & gentes in vacuum, & deficient. Quia replebitur terra vt cognoſcãt glo
riam domini, quaſi aquæ operientes mare. Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel
ſuum, & inebrians, vt[10] aſpiciat] nuditatem eius. Repletus[11] eſt ignominia pro] gloria. D
Bibe tu quoque & [12] conſopire. [§] Circũdabit te] calix dexteræ domini, & vomitus
ignominię ſuper gloriam tuam. Quia[13] iniquitas] Libani operiet te, & vaſtitas anima-
lium deterrebit[14] eos, de ſanguinibus hominis, & iniquitate] terrę & ciuitatis, & om-
nium habitantium in ea. Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus,[15] con-
flatile & imaginem falſam,] quia ſperauit in figmento fictor eius, vt faceret ſimula-
chra muta? Vę qui dicit ligno: expergiſcere, ſurge, lapidi tacenti. Nunquid ipſe doce-
re poterit? Ecce iſte coopertus eſt auro & argento, & omnis ſpiritus non eſt in viſce- † Pro in.
ribus eius. [†f] Dominus autem in templo ſancto ſuo, ſileat à facie eius omnis terra.

*Oratio Habacuc Prophetæ pro ignorationibus.* III.

[a] Omine audiui auditionem tuam, & timui. Domine opus tuum, in me- A
dio annorum viuifica illud. In medio annorum notum facies,[1] cum ira-
tus fueris,] miſericordiæ recordaberis. Deus[2 b] ab auſtro veniet,] & ſan-
ctus de monte Pharam. [*c] Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena
eſt terra. Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius. Ibi abſcondita eſt fortitu-
do eius, ante faciem eius ibit mors. Egredietur[3] diabolus] ante pedes eius, ſtetit & men
ſus eſt terram. Aſpexit & diſſoluit gentes, & contriti ſunt montes ſeculi. [§] Incuruati B
ſunt colles[4] mundi,] ab itineribus æternitatis eius. Pro iniquitate vidi tentoria[5] Æ-
thiopiæ] turbabuntur pelles terrę Madian. Nunquid[6] in fluminibus] iratus es domi-
ne, aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua? Qui aſcendes ſuper equos
tuos, & quadrigę tuæ ſaluatio. Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum, iuramenta tribubus
quæ locutus es.* Fluuios ſcindens terræ: viderunt te & doluerunt montes,[7] gurges]
aquarum tranſiit. Dedit abyſſus vocem ſuam, altitudo manus ſuas leuauit. [d] Sol &
luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore ful-
gurantis haſtæ tuæ. [§] In fremitu conculcabis terram, & in furore[8] obſtupefacies] gen- C
tes. Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo. Percuſſiſti caput de
domo impij, denudaſti fundamentum eius vſque ad collum.* [9] Maledixiſti ſceptris
eius, capiti bellatorum eius, venientibus] vt turbo ad diſpergẽdum me. Exultatio eo-
rum, ſicut eius qui deuorat pauperem in abſcondito.[10] Viam feciſti in mari equis tuis,
in luto] aquarum multarum. [e] Audiui & conturbatus eſt venter meus, à voce contre-
muerunt labia mea. [§] Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me[11] ſcateat. Vt D
requieſquam] in die tribulationis, vt[12] aſcendam ad populum accinctum noſtrum. [f]]
Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis. Mentietur opus oliuæ, & arua
non afferent cibum. Abſcindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præſepibus.
Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in deo Ieſu meo. Deus dominus fortitu-
do mea, & ponet pedes meos quaſi ceruorum. Et ſuper excelſa mea deducet me vi-
ctor,[13] in Pſalmis canentem.

INCI-

1 e. Hic ponitur ſecundum vitiũ quod eſt violentia, qua rex Babyloniç ſubiecit ſibi alia regna. Et hoc fuit maxime tẽpore Nabuchodonoſor: de quo dicitur, Et congregauit ad ſe omnes gẽtes, eas ſibi violenter ſubiiciendo. De Lyra ibid.]
4. Interpretationem ænigmatũ propter eum.
5. Qui te commouebunt.
6. Direptionem.
[d. Ad diabolum vel Antichriſtum, vel hæreticum ſermo dirigitur. Eſt bona auaritia doctoris eccleſiaſtici, qui ſtudioſo labore plures ſibi ſemper cupit facere diſcipulos. Sed væ illi qui auarè cõgregat domui ſuæ peruerſa conuenticula, qui & pollicetur ſectatoribus ſuis ſecũ poſſeſſuros regna cœlorum, nec ſenſuros incendia gehennæ. Gloſa ordina.]
7. Confuſuiſti.
8. Laqueat ex tabulato.
e. Lamentis certè & luctibus dignus eſt, qui ex iniuſtis exordiis regnum tuum auxeris, & nõ intellexeris q̃ deus omnipotens abs te repoſcet rationes vitæ iniquè tranſactę. Theodo. ibidem.
9. Inſtaurat.
10. Aſpicias.
11. Et potiùs ignominia quàm.
12. Turpis fies, vertabitur ſuper te.
13. Tyrannis quàm feciſti.
14. Ea propter ſanguinem humanum & rapinam.
15. Vt eſſet conflatile, & annunciaret mendacium, & tamen.
f. Idola quidem muta & ſurda exiſtunt, & vniuerſis viribus deſtituta: noſter verò dominus tãquam templum quoddam cœlum habet, atque in terris etiam ſibi conſecratum locum habet Ieruſalem, quare æquum & iuſtum eſt, vt ab omnibus creaturis ſummâ religione obſeruetur. Theod. ibid.

2. Terruit me cũ appropinquaret traditor Iudas vt imminueret paſſionis hora, quod dixiſti ad patrem: Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Et triſtẽ te vſque ad mortem præ nimia anxietate ſanguineo ſudore profuſus coram Apoſtolis es profeſſus. Cypr. de paſſio. Chriſti.
2. In ira.
a. b. Themã venit, vt pater Deum.
*c. Sela, hoc eſt, Amen, vel in perpetuum. Per quæ verba ſirũ loci ipſius Bethelehem amœnitatẽmque deſignat. Chry.
3 Peſtis.
4. Antiqui.
5. Chuſan.
6. Contra flumina.
*Sela, vt ſupra.
7. Impetus, ſiue inundatio.
d. Hoc eſt, Si velocis fulgurare contra Babylonios, ſicut in præterito feciſti, cum Moyſe & Ioſue, tunc profrientes ibunt Cyrus & Darius, ſic conculcabis regnum Babyloniorum, & ipſos Babylonios conteres. Alber. ibidem.
8. Triturabis.
*Sela.
9. Perforaſti vertib⁹ eius caput exercituum eius, venerunt.
10. Incedere feciſti per mare equos tuos, per molem.
[e. Hic conſequenter prophetа approbat iudicium diuinũ de captiuatione populi ſui ad purgationem peccatorum, dicens: Audiui, &c. ſcilicet populũ in fictum murmurantem contra tuũ iudicium de eius captiuatione. De Lyra ibid.]
11. Expaueſcam, qui me quieſcere putabam.
12. Aſcendat hoſtis cõtra populum, vt fuccidat eum.
[f. Eoſdem autem Iudæos & vineas & ficum appellauit. Ficum eo q̃ aliquãdo dulcet ficus tulerint, & vineas, veluti qui olim dederint doctrinę vinum, quod lætificat cor hominis. Eutby.]
13. In muſicis inſtrumẽtis meis victorem.

# INCIPIT PROLOGVS IN SOPHONIAM Prophetam.

*RAdunt Hebræi, cuiuscunque Prophetæ pater, aut auus ponatur in titulo, ipsos quoque prophetas fuisse. Vnde & Amos vnus de duodecim Prophetis, qui dixit: Non sum Propheta nec filius Prophetæ: sed pastor caprarum, vellicãs Sicomoros, patris nomen in titulo non habet. Hoc si verum est, Sophonias Propheta, qui nomine (vt ita dicam) prophetico, & glorioſa maiorum ſuorum ſtirpe generatus eſt. Habuit enim patrem Chuſi, auum Godoliam, proauum Amariam, atauum Ezechiam, & talem quadrigam ipſe velut extremus auriga compleuit. Nomen Sophoniæ, alij ſpeculam, alij arcanum domini tranſtulerunt. Siue igitur ſpecula, ſiue arcanum domini interpretetur, vtrunque Prophetæ conuenit. Dicitur enim ad Ezechielem: Fili hominis ſpeculatorem domui Iſrael te poſui. Iſte ergo Propheta qui erat in ſpecula & in ſublimibus conſtitutus, & nouerat miſteria domini, filius erat Chuſi, qui interpretatur humilitas: habebat quoque auum Godoliam, qui dicitur magnitudo domini, & proauum Amariam, qui & ipſe vertitur in ſermonem domini, & atauum Ezechiam, qui ſonat fortitudo domini. De fortitudine itaque domini natus eſt ſermo domini, & de ſermone domini nata eſt magnitudo domini, & de magnitudine domini nata eſt humilitas, vt cum peruenerit aliquis ad perfectum, dicat: quia non ſum dignus vocari Apoſtolus, & illud in Pſalmo, Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei. Ioſiam regem Iudæ, cuius temporibus Sophonias prophetaſſe inuenitur, deo præ omnibus regibus Iudæ placuiſſe, hiſtoria quarti libri Regum, & ſecundi Paralipomenon demonſtrat. Ioſias ſimulachra quæ pater ſuus Ammon, vel auus Manaſſes in templo dei collocauerat, deiecta comminuiſſe monſtratur. In quibus etiam ſerpentem æneum à Moyſe factum, quem errori inductus populus ſuperſtitione idôlorum detentus, admiſerat. Idem cuſtodiſſe paſcha, & intermiſſis temporibus multis ſolus celebraſſe monſtratur. Ideo deus per Prophetam temporibus memorati regis quæ prouentura erant, oſtendens gentibus quidem lectione comprehenſis affuturum iudicium, Populo vero Iſrael ſalutem, & ciuitati Ieruſalem reſtaurationem tunc temporis tribuendam, textu lectionis denunciauit.*

## VITA SOPHONIÆ.

*SOphonias Propheta de tribu Simeonis in agro Saraba ortus, & glorioſa maiorum ſuorum ſtirpe progenitus, de Ieroſolyma prophetauit. Nempequòd multo foret ſatius ſi in longum latúmque ædificaretur. Super conſummatione etiam gẽtium, necnon & ſuper confuſione impiorum, déque aduentu domini. Mortuus tandem in agro ſuo ſolitarius ſepultus eſt. Ex Iſidoro & Epipha. de vita & morte ſanctorum.*

# Incipit Sophoniæ Prophetia.

*Seuerum domini in impios iudicium: vnde Ieruſalem propter Idôla & mundus propter ſcelera venit iudicandus.* *Ca. I.*

Anni ante Chriſti. 645. Anni mundi 3317.

A VErbũ domini quod [a] factum eſt ad Sophoniã filiũ Chuſi, filij Godolię, filij Amariæ, filij Ezechiæ: in diebus Ioſiæ filij Amon regis Iuda: [b] [1] Congregãs congregabo] omnia à facie terræ, dicit dominus, [2] cõgregans] hominem & pecus, congregans volatilia cœli & piſces maris. Et ruinæ impiorũ erũt, & diſperdam homines à facie terrę, dicit dominus. Et extendam manum meam ſuper Iudam, & ſuper omnes habitãtes Ieruſalem: & diſperdam de loco hoc reliquias Baal,
B & nomina ædituorum cum ſacerdotibus, [3] & eos qui adorant ſuper tecta malitiam cœli, & adorant & iurant in do-

a. Virtutem verbi reuelati notat. Verbum enim domini in facto plus eſt quàm in dicto: & ad factum plus refertur, quàm ad auditum. Albert. ibidem.

b. Quia igitur populus poterat ſe excuſare in regibus malis, & dicere: nos volumus deo ſeruire, ſed prohibemur à regibus. Datur rex iuſtus, quo zelãte zelum domini, & populo nihilominus in idolorum cultu perſeuerante iuſta iræ cauſa profertur à domino, & prophetatur de euerſione Ieruſalem, de captiuitate Iudæ, & victoria Nabuchodonoſor. Dixitque dominus per prophetam: Nequaquam vltra tribuam pœnitentiam, ſed à facie terræ vniuerſa conſumam. Non homo, non iumentum, nõ volatile, non piſces maris remanebunt. Hiero. ibidem.

1. Exterminans exterminabo.

2. Exterminabo, & infra.

mino, & iurant [3] in Melchon,] & qui [4] auertuntur de poſt tergum domini,] & qui non quæſierunt dominum, nec inueſtigauerunt eum. Silete à facie domini dei, quia iuxta eſt dies domini, quia præparauit dominus hoſtiam, ſanctificauit vocatos ſuos.

c Et erit in die hoſtiæ domini viſitabo ſuper Principes,& ſuper filios regis,& ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina:Et viſitabo ſuper omnem qui arroganter ingreditur ſuper limen in die illa,qui complent domum [5] domini dei ſui] iniquitate & dolo.Et erit in die illa, dicit dominus,vox clamoris à porta piſcium, & vlulatus à ſecunda,& contritio magna à collibus.[e] Vlulate habitatores [6] pilæ: Conticuit] omnis popu c lus Chanaan, diſperierunt omnes [7] inuoluti argento.] Et erit in tempore illo,[d] ſcrutabor Ieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis, qui dicunt in cordibus ſuis: Non faciet bene dominus, & non faciet male. Et erit [8] fortitudo] eorum in direptionem, & domus eorum in deſertum. † Et ædificabunt domos, & †Amos.5 non habitabunt, & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. [e] Iuxta eſt dies domini magnus, iuxta eſt & velox nimis.[f] Vox diei domini amara: [9] tribu- D labitur] ibi fortis. † Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ †Sophon.1 & Amos.5 & clangoris ſuper ciuitates [f] munitas, & ſuper [10] angulos excelſos.] Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt. Et effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorum ſicut ſtercora. Sed & † argentum eorum, & †Ezech.7 aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ domini. † In igne zeli eius deuora- †Ibid. bitur omnis terra,quia conſummationem [11] cum feſtinatione] faciet cunctis habitantibus terram.

3 Per regem ſuum.
4. Retroceſſerunt à domino.
c. Cum in diebꝰ ioſiæ regis pij, punitionis iudicium conſtitueretur,& exerceretur, & Rex nullo obnoctius eſſet crimini, & illum filij, qui in feſtiuitatibus verſabantur [illegible] pœnas dediſſent eorum quæ admiſiſſent,propterea non dixit:vlciſcar in regem,ſed in principes. Theodo.ibid.
5. Dominorum ſuorum.
6. Machathes,eliminatus eſt.
7. Qui attulerunt argentum.
d. Sed neminẽ in ea vel qui mũdaretur,vel qui acceſeretur,vel qui illuminaretur inuenit,ideo eam in tenebris dereliquit. Ambro.in Pſal.118.Ser.18.
8. Subſtantia.
e. Quid ergo facturi erunt qui viàs deſeruerunt rectas,& ſe implicuerũt iniquis operibus,quãdo iam iudicij aderit tempus,& nullus datur locus pœnitentiæ. Quando iuxta Sophoniam,dies domini magnus venier,dies ire, dies tribulationis,&c. Raba.in 3.cap.Eccli.
9. Clamabit.
f. Quid enim per ciuitates mutas exprimitur niſi ſuſpectæ mẽtes,& tallaci ſemper defenſione circundatæ:quæ quoties earum culpa corripitur, veritatis ad ſæcula non admittunt. Grego. Paſtoral.3.Par.admonitio 13
10. Turres excelſas.
11. Sed terribilem.

[1] [a] Onuenite, congregamini] gens non amabilis, priuſquam pariat iuſ- a ſio, quaſi puluerem tranſeuntem diem, antequam veniat ſuper vos ira furoris domini, antequam veniat ſuper vos ira indignationis domini. Quærite dominum omnes manſueti terræ, qui iudicium eius eſtis operati. Quærite [2] iuſtum,] quærite [3] manſuetum,] ſi quo modo abſcondamini in die furoris domini: Quia Gaza deſtructa erit, & Aſcalon in deſertum. Azotum in meridie eiicient, & Accaron eradicabitur. Væ qui habitatis [4] funiculum] maris, gens [5] perditorum.] [b] Verbum domini ſuper vos Chanáan terra Philiſtino- b rum, & diſperdam te, ita vt non ſit inhabitator. Et erit funiculus maris [6] requies] paſtorum, & caulæ pecorum. Et erit funiculus eius qui remanſerit de domo Iuda. Ibi paſcentur, in domibus Aſcalonis ad veſperam requieſcent. [b] Quia viſitabit eos dominus deus eorum, & auertet captiuitatem eorum. Audiui opprobrium Moab, & blaſphemias filiorum Ammon, quæ exprobrauerunt populo meo, [7] & magnificati ſunt] ſuper terminos eorum, propterea viuo ego, dicit dominus exercituum deus Iſrael:[c] Quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon quaſi Gomorra, [8] ſiccitas ſpinarum & acerui] ſalis, & deſertum vſque in æternum. Reliquiæ populi mei diripient illos, reſidui gentis meæ poſſidebunt illos. Hoc enim eis ſuperueniet pro ſuperbia ſua, qua blaſphemauerunt & magnificati ſunt ſuper populum domini exercituum. Horribilis dominus ſuper eos, & attenuabit omnes deos terræ. Et adorabunt eum viri de loco ſuo, omnes inſulæ gentium. Sed & vos Æthiopes interfecti gladio meo eritis.[d] Et extendet manum ſuam ſuper aquilonem, & perdet Aſſur. D Et ponet [9] ſpecioſam] in ſolitudinem & in inuium, & quaſi deſertum. † Et accu- †Ezech.32 babunt in medio eius greges omnes beſtiæ gentium, & onocrotalus, & hericius in liminibus eius morabuntur. Vox cantantis in feneſtra, [10] coruus] in ſuperliminari, quoniam [11] attenuabo robur eius.] [b] Hæc eſt ciuitas glorioſa habitans in confidentia,quæ dicebat in corde ſuo: Ego ſum,& extra me non eſt alia amplius. Quomodo facta

4. Scrutamini vosipſos,& ſcrutamini,ſub.alios.
[a. Principio vocat ad pœnitentiam. Obſerua hic bona opera ciuilia ethnicorum etiam prodeſſe multitudini. Quærite ait, manſueti terræ,qui iudicium eius eſtis operati:q.d. quærite vt per veſtram interceſſionem alius parcatur. Lorichius.ibid.]
2. Iuſtitiam.
3. Humilitatem.
4 Oram,& infra.
5. Cerethim.
6. Habitaculum.
b. Interrogemus ergo Iudæos quare has potiſſimum gentes Moab,filios Ammon, & Aegyptum,& Philiſtiim,& Idumæã, deus puniat,&non totum orbẽ, in quo Iudæi longẽ latéque diſperſi ſunt?Si enim Moab meretur corripi Iudæis inſultans, & filij Ammon, & reliquæ gentes in circuitu,quare Gallia nõ corripiturlquare Britannias in cõminatione non ponit? cur Hiſpaniæ ea pœna aliena ſunt? quã ob cauſam de Italia nihil dicitur?de Aphrica cur tacetur? Et vt ſemel dicam,cum totus orbis Iudæos captiuos teneat,quid ſolæ gentes tantum commiſere flagitij, quæ in circuitu eius ſunt, vt ſolæ potiſſimum nominentur? Hæc contra Iudæos, & generalem in omnibus prophetis vbicunque aduerſum gẽtes aliqua prophetia dicitur,explanationem. Hiero.ibid.
7. Seipſos magnificantes,& inf.
8. Exitus vtticæ,& fodinæ.
9. Niniuen.
10. Deſolatio.
11. Cedrum eius nudauit.
c. Prophetæ diuinæ iuſtitiæ ſe conformant,& zelo iuſtitiæ percunctis ciuitati Niniue inſultans, ſubiungit:Hæc eſt ciuitas cuius populus de ſua fortitudine & vrbis firmitate nimis præſumpſit, quare deſerta manebit paſſa ruinam. Dion.ibidem.

facta est in desertum, cubile bestiæ? Omnis qui transit per eam sibilauit, & mouebit manum suam.

*Increpat dominus Ieruſalem, duces eius, principes, iudices & ſacerdotes, quòd ad prophetarum vocem non pœnituerint.* 111.

A [a] Væ [1] prouocatrix & redempta ciuitas, columba.] Non audiuit vocem, & non ſuſcepit diſciplinam. In domino non eſt confiſa, ad deum, ſuum non appropinquauit. [7] Principes eius in medio eius, quaſi leones rugientes. Iudices eius lupi veſpere, non relinquebant * in mane. Prophetæ eius veſani, viri infideles. † Sacerdotes eius polluerunt ſanctum iniuſtè egerunt contra legem. Dominus iuſtus in medio eius, non faciet iniquitatem. [2] Mane mane] iudicium ſuum dabit in luce, & non [3] abſcondetur. Neſciuit] autem iniquus confuſionem. Diſperdidi gentes, & diſſipati ſunt anguli earum. Deſertas feci vias eorum, [4] dum non eſt] qui tráſeat. Deſolatæ ſunt ciuitates eorum, non remanente viro neque vllo habitatore.

B [b] Dixi: Attamen timebis me, ſuſcipies diſciplinam. Et non peribit habitaculum eius, [5] propter omnia in quibus viſitaui eam.] Veruntamen diluculo ſurgentes, corruperũt omnes cogitationes ſuas. [b] Quapropter expecta me, dicit dominus, in die reſurrectionis meæ [6] in futurum,] quia iudicium meum vt congregem gentes, & colligam regna. Et effundam ſuper eos indignationem meam, omnem iram furoris mei. † In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. Quia tunc [7] reddam populis] labium electum, vt inuocent omnes nomen domini, & ſeruiant ei humero vno. Vltra flumina Æthio-

c piæ, [8] inde ſupplices mei filij] diſperſorum meorum deferent munus mihi. [c] In die illa non confundêris ſuper cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me. Quia tunc auferam de medio tui [9] magniloquos ſuperbiæ tuæ,] & non adiicies exaltari amplius in monte ſancto meo. Et derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum, & ſperabunt in nomine domini. Reliquiæ Iſrael non facient iniquitatem, nec loquentur mẽdacium, & non inuenietur in ore eorum lingua doloſa. [d] Quoniam

D ipſi paſcentur, & accubabunt, & non erit qui exterreat. Lauda filia Sion, iubila Iſrael. Lætare & exulta in omni corde filia Ieruſalem. Abſtulit dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos. Rex Iſrael dominus in medio tui, non timebis malum vltra. [e] In die illa dicetur Ieruſalem: Noli timere Sion, non diſſoluantur manus tuæ. Dominus deus tuus in medio tui fortis, ipſe ſaluabit: Gaudebit ſuper te in lætitia, ſilebit in dilectione tua, & exultabit ſuper te in laude. [10] Nugas quæ à lege receſſerant, congregabo,] quia ex te erant, [11] vt non vltrà habeas ſuper eis] opprobrium. [e] Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tempore illo, & ſaluabo claudicantem, & eam quæ eiecta fuerat, congregabo. Et ponam eos in laudem & in nomen, in omni terra confuſionis eorum, in tempore illo quo adducam vos, & in tempore quo cõgregabo vos. Dabo enim vos in nomen & in laudem omnibus populis terrę, cum conuertero captiuitatem veſtram coram oculis veſtris, dicit dominus.

† Ezech. 22. f Mich. 3. d

† 11. diſt. ca. Oportet, & 3. q. 1. c. Sacerdotes.

† ſup. 1. b

1. Lamentis certe & lachrymis digna vrbs, quæ cum diuitiis redundaret, præclara & percelebris fuit, quæ ſæpe à deo omnipotente ſalutem conſecuta fuit & ſpiritualibus donis diffluxit. Aut enim hoc per columbam propheram deſignare arbitror, aut vrbis ornatum & pulchritudinem. Etenim animal hoc formoſum eſt. Theo. ibid.
1. Sordidæ & inquinatæ ciuitati prædatrici.
* Oſſa.
2. Quotidie.
3. Prohibebitur, non cognoſcit.
4. Vt non ſit.
5. Nec omne quod decreui aduerſus eam.

b. Expectate me iuber dominꝰ, & futuræ vltionis diem forti patientia ſuſtinete, qui & in Apocalypſi loquitur, dicens: Ne ſignaueris verba prophetiæ libri huius, quia tam tempus in proximo eſt: vt & hi qui perſeuerant nocere, noceant. Cyp. de lapſis.
6. Ad prædam.
7. Conuertam ad populos.
8. Erunt mihi ſupplicantes, filia ſcilicet eccleſia fidelium.
c In his item relicturum ſibi populum miſſuerum, & humilem dominus pollicitus eſt, non aliũ vtique ſignificans, quàm eũ qui de circumciſione in Chriſtum ipſius ſit crediturus. Et rurſũ eos qui reliqui fuerint ex Iſrael, ſolos ſaluos futuros, cum reliquatum gentium vocatione, quam initio prophetiæ ſignificauit. Euſeb. de demonſtrat. Euang. lib 2. artic. 52.
9. Eos qui exultant in ſuperbia tua.
d. Hæc de primo aduentu intelliguntur: ſed Iudæi fingunt ſe in fine habitaturos Ieruſalem, & more pecorum herbis virentibus paſcendos, & cunctis gentibus deletis, & ſibi ſubiectis, non poſſe eſſe qui eos exterreat. Gloſa ordin.
10 Mœrore affectos ob tẽpus eõgregaui.
11. Qui propter eã ſuſtinuerũt.
e. Et hoc ſynagóga quæ nõ claudicat, ſed vtroque crure ſana eſt pede, pollicetur ſibi in aduentu Chriſti ſui, quem ſperat eſſe vẽturum, & putat omnes gentes interficiendas à domino, quę afflixerunt Iſrael, & ſaluandam ſynagogam. Hæc & multa alia ſibi repromittit, & propterea nõ agit pœnitentiam: & dum ſperat incerta, perdit certam ſalutem. Hiero. ibidem.

## INCIPIT PROLOGVS IN HAGGÆVM Prophetam.

*Ieremias Propheta ob cauſam periurij Sedechiæ regis (vt in hiſtoria libri ſecundi Paralipomenon indicatur) qui fidem promiſſam Nabuchodonoſor regi Chaldæorum non ſeruauerat, populum Iſrael refert, cum memorato rege Ieruſalem expugnata Ieruſalem, captiuum in Babylonem fuiſſe perductum. Sed cum memoratus populus multis temporibus idôlis ſeruiendo, etiam effuſione ſanguinis innocentum ſe grauiter impiaſſet, volens ergo deus generationem vniuerſam eiuſdem populi ob cauſas memoratas pœnitus deperire, ſeptuaginta annorum captiuitatem eundem populum in terra Chaldæorum ſtatuit ſuſtinere, hac ratione, vt cõpleto numero annorum, nouus populus immunis à memoratis peccatis ad renouationem*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Ierusalem peruenireț,sexagesimo itaque secundo anno,regno Chaldæorum subuerso, cui adhuc octo anni ad regnandum restabant,quod etiam sexta visio Danielis ostendit, cum propter causam sacrilegij quæ in eadem visione continetur,fuisset extinctum. Darius qui Medis imperabat,vt septima visio Danielis ostendit,memoratorum regno successit.Cuius primo anno regni vt decima visio Danielis manifestat, Daniel supputatis annis videns appropinquare tẽpus reuersionis quæ per Ieremiam fuerat promissa,orans tam pro se quàm pro populo,eandem promissionem à deo postulabat impleri.Cui per Gabrielem archangelum in eadem visione iuxta preces eiusdem, vniuersa esse completa deus edixit. Nam moriente supradicto Dario rege Medorum, & succedente in regno Cyro rege Persarum, promissione dei completa,per eundem Regem populum Israel in Ierusalem reductum, historia libri secundi Paralipomenon, & initium Esdræ prophetæ confirmant.Cúmque à populo Israel & senioribus templum dei ædificari cæpisset,mortuo Cyro rege,ac regnante Dario rege Persarum, qui memorato Cyro successerat,vicinæ gentes ciuitatis Ierusalem (vt idem Esdras refert) restaurationem templi & ciuitatis resistendo impedire cæperunt:qua ratione deterritus populus Israel,restaurationem supradicti templi domini, necdum iuxta promissionem concessam esse credebat. Propter quod in secundo anno regni memorati Darij regis Persarum Haggæus propbeta à deo missus ad Zorobabel, qui de tribu Iuda erat,qui potestatem regni susceptur erat, & Iesum filium Iosedech summum sacerdotem admonet,vt credãt completo numero annorum,tempus restaurationis Ierusalem adueniſſe, hoc etiam addito, ne incredulitatem populi vellent imitari,de quo deus dixit per eum: Populus hic dicit: Nondum venit tempus vt reædificetur domus dei. Omnia autem quæ textu huius prophetiæ continentur,reuersionem populi, reædificationem templi,renouationem ciuitatis, obseruationem sacerdotalem,& interitum regnorum gentium exterarum significant.*

## VITA HAGGÆI.

*HAggæus natus in Babylonia,iuuenis admodum ex Babylone profectus est Ierosolymam, & ingenuè de reditu populi vaticinatus est:structurã templi ex bona parte conspexit. Hic primus omnium cecinit Alleluia.Ibidem igitur prope sacerdotes cum honore & gloria sepultus quieſcit.Proinde etiam hodie psallimus Alleluia,qui hymnus Haggæi & Zachariæ perhibetur.Ex Isidoro & Epiphanio de vita & morte sanctorum.*

# Incipit Haggæi Prophetia.

*Incitantur principes & populus ad templi reædificationem,quòd illo neglecto propria curabant: vnde Zorobabel & Iesus opus aggrediuntur. Cap. I.*

†[a] IN anno secundo Darij regis, in mense sexto, in die vna A Anno ante Christum Arminum 1447. Iul. 3411.
mensis, factum est verbum domini in manu Haggæi Prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda,& ad Iesum filium Iosedech sacerdotem magnum, dicens: Hæc ait dominus exercituum, dicens: Populus iste dicit: Nondum * venit tempus domus domini ædificandæ.Et factum est verbum domini in manu Haggæi Prophetæ, dicens: Nunquid tempus vobis est, [b] vt habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta? [g] Et nũc hæc dicit dominus exercituum:Po- B 4 Dem. 1. 1. Mich. 4. 2. De pæ. d. c. De pæt.
nite corda vestra super vias vestras:†[c] Seminastis multum,& intulistis parum.Comedistis,& non estis satiati.Bibistis, & non estis inebriati. Operuistis vos, & non estis calefacti. [d] Et qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. Hæc dicit dominus exercituum : Ponite corda vestra super vias vestras. Ascẽdite in mõtem,portate ligna,& ædificate domum, & acceptabilis mihi erit, & glorificabor,dicit dominus. Respexistis ad amplius,& ecce factũ est minus.Et intulistis in domum

a. Ante captiuitatem tempora Regum atque Israel ascribebat prophetæ:post vero captiuitatẽ, quod Iudæi sine regibus suis remansissent, Persarum regis mirabilis Haggæus tempus adscribit:ac vero non anni modo,sed mensis, diei quoque meminit: volens non solum compẽdium demonstrare ædificationis, sed etiam benedictionis ab omnipotenti deo concessæ. Theodo. ibidem.

* Tempus.

b. Quòd si illius templi neglectus excitauit irã numinis,multo magis huius templi neglectus ad iracundiam prouocabit dominum. Chrys de Hanna & Samuel.edue.

c. Seminat multum & parum colligit,qui de diuinis mandatis, vel audiendo, vel legendo multa cognoscit,sed pauca negligenter operanda fructificare facit. Greg.super Ezech. homil 10.

d. In sæculo quippe pertuso videtur quãdo pecunia mittitur, sed quando amittitur non videtur. Qui ergo quanta largiũtur aspiciunt, sed quanta rapiunt non perpendunt,in pertuso sæculo mercedes mittũt,quia profectò has in spem suæ fiduciæ intuentes congerunt, sed non intuentes perdunt. Raba.in 34. Eccle.

domum,& exufflaui illud.ᵉ Quam ob cauſam dicit dominus exercituum? Quia do-
C mus mea deſerta eſt,& vos feſtinatis vnuſquiſque in domum ſuam.ᵉ Propter hoc ſu-
per vos prohibiti ſunt cœli ne darent rorem,& terra prohibita eſt ne daret germen ſu-
um. Et vocaui ſiccitatem ſuper terram & ſuper montes, & ſuper triticum & ſuper vi-
num & ſuper oleum,& quæcunque profert humus,& ſuper homines,& ſuper iumen-
D ta,& ſuper omnem laborem manuum. Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus
filius Ioſedech ſacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi vocem dei ſui, ᵍ & verba
Haggæi Prophetæ ſicut miſit eum dominus deus eorum ad eos,ᶠ & timuit omnis po-
pulus à facie domini.Et dixit Haggæus nuncius domini,[1] de nunciis domini populo,]
dicens:Ego vobiſcum ſum dicit dominus. Et ſuſcitauit deus ſpiritum Zorobabel filij
Salathiel ducis Iuda, & ſpiritum Ieſu filij Ioſedech ſacerdotis magni, & ſpiritum reli-
quorum de omni populo, & ingreſſi ſunt, & faciebant opus in domo domini exerci-
tuum dei ſui.

ſe. Super vos prohibiti ſunt cœli, ne darent rorem ſufficiẽtem ad terræ fœcundationem: & per conſequens impedita ſunt terrenaſcentia, & per conſequens homines & iumenta ſufficiens nutrimentũ non habẽtia quod requiritur ad multiplicationẽ hominum & iumentorum: quia ſemen eorum eſt de ſuperfluo alimenti. Virtus enim nutritiua materiam miniſtrat generatiue. 2. de Anima. De Lyra.]

f. Hoc eſt, ſola multitudo quæ necdum in vnum & perfectum virum venerat, nec ſpiritui copulatus id eſſe meruit quod ſpiritus. Timuit autem populus à facie domini, ſciens quod facies domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Hiero. ibidem.

1. In legatione domini ad populum.

*Maior gloria nouiſſimæ domus quàm prioris ſperatur propter Chriſti aduentum, qui ſua præſentia illam glorificabit actis & miraculis.* 11.

A [2]IN die viceſima & quarta menſis,in ſexto menſe: in anno ſecundo Darij
regis in ſeptimo menſe,viceſima & prima menſis,factum eſt verbum do
mini in manu Haggæi prophetæ, dicens: Loquere ad Zorobabel filium
Salathiel ducem Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedech ſacerdotem magnũ,
& ad reliquos populi, dicens: Quis in vobis eſt derelictus qui vidit domum iſtam in
gloria ſua prima? ᵇ Et [1] quid] vos videtis hanc nunc? Nunquid non ita eſt, quaſi
non ſit in oculis veſtris? Et nunc confortare Zorobabel, dicit dominus, & confor-
tare Ieſu fili Ioſedech ſacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit do-
minus exercituum, & facite (quoniam ego vobiſcum ſum, dicit dominus exerci-
tuum) verbum quod pepigi vobiſcum, cum egrederemini de terra Ægypti, & ſpi-
B ritus meus [2] erit] in medio veſtrum. ᵍ Nolite timere, quia hæc dicit dominus exerci-
tuum. †ᶜ Adhuc vnum modicum eſt, & ego commouebo cœlum & terram, &
mare & aridam. Et mouebo omnes gentes, & veniet [3] deſideratus] cunctis gentibus.
Et implebo domum iſtam gloria, dicit dominus exercituum. ᵈ Meum eſt argentum
& meum eſt aurum, dicit dominus exercituum. Magna erit gloria domus iſtius
nouiſſimæ pluſquam primæ, dicit dominus exercituum. Et in loco iſto dabo pa-
cem, dicit dominus exercituum. In viceſima & quarta noni menſis in anno ſecun-
do Darij regis, factum eſt verbum domini ad Haggæum Prophetam, dicens: Hæc
dicit dominus exercituum: Interroga ſacerdotes legem, dicens. ᵉ Si tulerit homo
carnem ſanctificatam in ora veſtimenti ſui, & tetigerit de ſummitate eius panem
aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum, nunquid ſanctifica-
C bitur? Reſpondentes autem ſacerdotes dixerunt:Non. ᵍ Et dixit Haggæus: Si tetige-
rit pollutus in anima ex omnibus his,nunquid non contaminabitur? Et reſponderunt
ſacerdotes, & dixerunt: Contaminabitur. Et reſpondit Haggæus, & dixit: Sic popu-
lus iſte,& ſic gens iſta ante faciem meam, dicit dominus, & ſic omne opus manuum
eorum, & omnia quæ obtulerunt ibi contaminata erunt. Et nunc ponite corda ve-
ſtra à die hac, & ſupra, antequam poneretur lapis ſuper lapidem in templo domini,
[4] cum accederetis ad aceruum viginti modiorum & fierent decem,] & intraretis
ad torcular vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti. † ᶠ Percuſſi vos
vento vrente & aurugine, & grandine omnia opera manuum veſtrarum, & non fuit
in vobis qui reuerteretur ad me,dicit dominus. Ponite corda veſtra ex die iſta, & [5] in
futurum,] à die viceſima & quarta noni menſis, à die qua fundamenta iacta ſunt
D tẽpli domini,ponite ſuper cor veſtrũ. ᵍ Nunquid iam ſemen [6] in germine] eſt? Et ad-
huc vinea,& ficus,& malogranatũ,& lignum oliuę non floruit.Ex die iſta benedicam.
Et factũ eſt verbũ domini ſecundò ad Haggæum in viceſima & quarta menſis,dicẽs:

2. Et nota quod licet biblia cõmuniter hic incipiant capitulũ, tamen ſecundum Hieron. & gloſ. legendum eſt iſtud cum fine præcedentis capituli, & ſic pũctandum eſt: Et ingreſſi ſunt, & faciebant opus in domo domini exercituum dei ſui in die viceſimaquarta menſis, in ſeptimo menſe, & poſtea incipit capitulum. In anno ſecundo Darij regis in ſeptimo menſe, &c. Albertus ibidem.

b. Quidam enim illorum qui primum templum viderãt, illis adhuc diebus vixerunt: Siquidẽ primo lib. Eſdræ habetur quòd plures de ſacerdotibus ac Leuitis, & principes patrum, qui viderant templum primum, fleuerunt viſis fundamentis ſecundi. Diony. ibidem.

1. Qualem.
2. Perſeuerabit.

c. In Chriſti aduentu commoti ſunt cœli & terra, propter varia & inaudita eius miracula: quæ cum virtute diuina cœleſti hærent, ab hominibus terræ exaltabantur. Chryſ. in 12. ca. Heb. homi. 12.

3. Deſiderabilis.

d. Cum plerique Iudæorum prophetis non credetent templum poſſe inſtar prioris inſtaurari, Haggæus ex perſona dei in hæc verba prorupit: Quid timetis? quid dubitatis? meum eſt argẽtum, meum aurum: non habeo neceſſe aliundè mutuaris ornare templum. Chryſ. in 1. Cor. 13. hom. 34.

[e. Carnes oblatæ in altari, aliàs ſacerdotes in abditis templi comedebant, aliàs propinqui eorũ domi, aliàs qui de ſacerdotibus videbantur maculati, aliàs Iſraelitæ qui nullam habebant immunditiam. Gloſa ord.]

4. Ante hæc venit quiſpiam ad aceruum viginti, & contractus eſt in decem.

f. Ex hac die qua fundamenta feciſtis cum in præteritum vos ſterilitate & fame & grandine, & ſiccitate punierim, & nõ fuerit qui ad me per has plagas reuerteretur è vobis: ponite ergo corda veſtra in futurum & dein ceps, & videte quia omnia vobis proſpere curſu fluant. Hoc autem vobis eueniet quia templũ meum ædificare cœpiſtis iuxta quem ſenſum breuiter poſſum? dicere fruſtra aliquos munera offerre deo, & eleemoſinis atque oblationibus putare ſeum poſſe placari: eum ipſi in ſe non extruxerint templum ſpiritui ſancto. Hiero. ibidem.

5. Supra.
6. In horreo.

Universidad de Deusto
Biblioteca



[8]Loquere ad Zorobabel ducem Iuda,dicens:Ego mouebo cœlum pariter & terram, & subuertam solium regnorum,& conteram fortitudinem regni gentium.Et subuertam quadrigam & ascensorem eius,& descendent equi & ascensores eorum,[7] vir] in gladio fratris sui.† In die illo dicit dominus exercituum,assumam te Zorobabel fili Salathiel serue meus,dicit dominus,& ponam te quasi signaculum,quia te elegi,dicit dominus exercituum. † Eccle.49.

8. De vtroque aduentu hæc possunt dici. Quia regnauit Christus cum venit,& regnabit cum venerit. Si de fine mundi voluerimus accipere dicemus destructum omnem principatum,& omnem potestatem & virtutem, vt sit Deus omnia in omnibus, quia mysticũ est quod dicitur, & ad finem rerum pertinet.Glosa ordinaria ibidem.]
7. Vnusquisque.

## INCIPIT PROLOGVS IN ZACHARIAM Prophetam.

*ANno secundo Darij regis Medorum Haggæum & Zachariam prophetasse, lectiones eorum declarant. Sed hac de causa Haggæus Zachariæ in ordine Prophetarum prælatus videtur, quòd eum duobus mensibus (vt prædictæ lectiones ostendunt) in prophetia præcessisse inuenitur. Ad restaurationem etiam templi præcepto domini populum animasse, vt Esdras refert, dicens: in secundo anno Darij regis Persarum prophetauerunt Haggæus & Zacharias filius Addo Prophetæ super Iudæos,qui erant in Iudæa & in Ierusalem super Israel in nomine dei super eos.Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech,& principes eius,inchoauerunt ædificare domum dei, quæ est in Ierusalem. Quibus cum [1] audissent] Prophetæ,exhortatione sua adiuuerunt eos,nam & populum Israel ab imitatione paternorum delictorum per suam commonitionem idem Propheta cupiens reuocare verbis lectione comprehensis vsus est.Vidi nocte,& ecce vir ascenderat super equum rubeum,&c.Vidit propheta virum equo rubeo sedentem, & stantem in medio myrteti vmbrosi.Cuius visionis hæc solutio est secundum Hebræorum traditionem:Vir ascendens super equum rubeum,licet angelus intelligatur,tamen quia prædicti coloris equum conscendere visus est,vindictam sanguinis in eam gentem significat proferendam, quæ populum Israel in captiuitatem redegerat. Nam & Isaias Propheta per ruborem vestimentorum inter gentes, vindictam cum sanguine à deo proferendam demonstrans, iis verbis vsus est,dicens: Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Stantem vero in medio myrteti vmbrosi,quod dixit, lætitiam populi affuturam, per myrteti significationem voluit significare vel designare.Eius ligni Moyses in libro Leuitico cum faceret mentionem,ait: Accipietis die primo fructus ligni speciosi,vt lætitiam populi per bene olentis ligni & speciosi vmbraculum,demonstraret.Sed hãc visionem quæ liberationem populi, & vindictam de aduersariis futuram demonstrat, ob hoc noctu Propheta se vidisse memorauit,quia populum Israel in prima liberatione de terra Aegypti,noctu discessisse constabat. Cuius exempli quia præsens populus aliquam partem in se retinere videbatur, liberatio eiusdem ac reditus captiuitatis de terra Chaldæorum per noctem Prophetæ est reuelata,*

1. Adesse me.

## VITA ZACHARIÆ.

*ZAcharias Propheta natus è Barachia à terra Chaldæorum soluit,& inter proficiscẽdum permulta populo vaticinatus est,demonstrationis causa,siue adostentationem. Plurima quoque designauit miracula. Hic est qui in os annuntiauit Iosedech:Nascetur ex te filius, qui sacris initiatus Ierosolymis sacrificabit domino. Hic etiam benedixit Salathiel in filio,dicens:Procreabit filium,& indet illi nomen Zorobabel,&c.Decessit in vltima senectute in Iudæa,proximè cum Haggæo propheta inhumatus est.Epiphanius de vita Prophetarum.*

Incipit

# Incipit Zachariæ Prophetia.

*Hortatur propheta populum ad resipiscentiam, ne patres suos prophetas persequentes imitentur, pro quibus promittitur Saluator, & in populos animadsio.* *Cap. I,*

Anni ante Christū. 520. Anni mundi 3442.

A IN mẽse octauo, in anno secundo Darij regis, factum est verbum domini ad Zachariam filiũ Barachiæ filij [a] Addo Prophetam, dicens: Iratus est dominus super patres vestros iracũdia. Et dices ad eos: Hæc dicit dominus exercituum: † [b] Conuertimini ad me, ait dominus exercituum. Et conuertar ad vos, dicit dominus exercituum, ne sitis sicut patres vestri, † ad quos clamabant Prophetæ priores, dicentes: hæc dicit dominus exercituum, † cõuertimini de viis vestris malis, & de [1] cogitationibus] vestris pessimis, & non audierunt neque attenderunt ad me, dicit dominus. [c] Patres vestri vbi sunt & Pro-

† Malach. 3. a

† Isa. 21. c. 31. c. 45. d. Iere. 3. e Ezech. 18. g 20. a. 33. c † Hosee. 14. a Ioel. 2. a

B phetæ? Nunquid in sempiternum viuent? [d] Veruntamen verba mea & [2] legitima] mea quæ mandaui seruis meis Prophetis, nunquid non comprehenderunt patres vestros? Et conuersi sunt, & dixerunt: Sicut cogitauit dominus exercituum facere nobis secundum vias nostras, & secundum adinuentiones nostras fecit nobis. In die vicesima & quarta vndecimi mensis Sabbath, in anno secundo Darij, factum est verbum domini ad Zachariam filium Barachię filij Addo Prophetam, dicens: Vidi per noctem, [d] & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta quæ erant in profundo, & post eum equi rufi, varij & albi. Et dixi: Qui sunt isti, domine mi? [e] Et dixit ad me

C angelus domini qui loquebatur in me: Ego ostendam tibi quid sint hæc. [f] Et respõdit vir qui stabat inter myrteta, & dixit: Isti sunt quos misit dominus, vt perambulent terram. Et responderunt angelo domini qui stabat inter myrteta, & dixerunt: Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & quiescit. Et respondit angelus domini, & dixit: [f] Domine exercituum, vsquequo tu non misereberis Ierusalem, & vrbium Iuda, quibus iratus [3] es? Iste iam septuagesimus annus est.] Et respondit dominus angelo qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria, Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me: † Clama, dicẽs: Hæc dicit dominus exercituum: zelatus sum Ierusalem & Sion zelo magno. Et ira magna ego irascor super gentes [4] opulentas,] quia ego ira-

† Inf. 8. a

D tus sum parum, ipsi verò adiurauerunt in malum. [g] [5] Propterea hæc dicit dominus. Reuertar ad Ierusalem in misericordiis, & domus mea ædificabitur in ea, ait dominus exercituum, & perpendiculum extendetur super Ierusalem. Adhuc clama, dicens: Hæc dicit dominus exercituum. Adhuc [5] affluent ciuitates meæ] bonis, & consolabitur adhuc dominus Sion, & eliget adhuc Ierusalem. † Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid sunt hæc? Et dixit ad me: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam & Israel & Ierusalem. Et ostendit mihi dominus [h] quatuor fabros. Et dixi: Quid isti veniũt facere? qui ait, dicens: Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam [6] per singulos viros,] & nemo illorum leuauit caput suum. Et venerunt isti deterrere [6] ea] vt deiiciant cornua gentium quæ leuauerũt cornua super terram Iuda, vt dispergerent eam.

† Inf. 2. a. 5 2. 6. a.

*Instauratio Ierusalem, & inhabitatio eius promittur dispersis propter Saluatoris aduentum, & gentium in ecclesiam ingressum.* *II.*

† Infra 5. a

A ET leuaui oculos meos & vidi, & ecce vir, & in manu eius funiculus [a] mensorum. Et dixi: Quò tu vadis? Et dixit ad me: Vt metiar Ierusalem & videam quanta sit latitudo eius, & quanta longitudo eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & [b] alius angelus egrediebatur in

B occursum eius, & dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum, dicens: [g] Absque



a. Qui missus est ad Ieroboam in Bethel, sub quo altare diruptum est, & manꝰ regis aruit, restitutaque ad preces illius restituta est. Hiero. ibid. quod difficile mihi videtur, cum à tempore Ieroboam ad hunc Zachariam, sunt plus minus. 444. anni.

b. Sed quia conuerti ad eũ sine ipso nõ possimus, ideo quotidie cum propheta clamamus. Conuerte nos deus salutaris noster. Greg. in 7. Psal. pœnit. Psal. 142.

1. Studijs, vel operibus.

c. Patres vestri idololatræ & pseudoprophetæ quibus crediderunt, cum eos cõfortarent in malo, vbi sunt nisi (q. d. in quanta miseria sunt) Iere. 1. Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibꝰ suis, & populus meus dilexit talia. Nunquid viuent vita æterna (q. d. non, quinimo in æternũ morientur, ita quod nunquam permorientur. Albert. ibid.

2. Decreta.

[d. Sequantes ordinem literę virum qui ascendit super æquum rufum & cęteros qui sequuntur quatuor regna interpretantur. Primum & secundum sanguinarium Assyrios & Chaldæos, quorum primi contribus suis Salmanasar duxere captiuos. Secundi, Iudam & Beniamin incęsa Ierusalem & templo subuerso. Tertios & quartos varios & albos, Medos & Persas. Glosa ordinaria ibidem.]

e. Ostẽdit quod angelus qui ad ipsum verba faceret, per corpoream speciem extra non esset. Greg. Moral. li. 28 c. 6.

f. Angelus etiam apud Zachariam à deo quęrebat, dicens: Domine exercituum vsquequo, &c. Et expectabat quousque verba consolatoria audiret. Hi omnes sunt serui & creaturæ meditatione indigentes verbi, rogabant consilium patris ab eo discere: filius vero cum ipse sit verbum patris & voluntas subsistẽs, doceri non quærit. Cyril. cõtra hæret. lib. 5. ca. 1.

3. Fuisti. Iam septuaginta annis.

4. Quietas.

g. His bonis post sæuissimæ persecutionis incendia. quæ & à gẽtibus & ab hæreticis Arrianis ecclesiæ domini pertulerunt: pace reddita videmus domini ecclesias affluere, & consulatam Sion, & electam Ierusalem, quæ dudum abiecerat. Hoc ipsum & de templo domini, & de vnoquoque credentium intelligere possumus. Hiero. ibidẽ.

5. Diuidentur ciuitates meæ in bonis.

h. Cum autem quatuor dicit, nõ gentium quatũdam numerum explicat, sed quatuor orbis partes designat: orientem, occidentem, meridiem, & septentrionẽ: quoniam hinc Assyrij & Babylonij, illinc Allophyli & Aegyptij, aliunde Idumæi & Moabitæ, & Ammonitæ inualissent. Theodo. ibidem

6. Eos.

a. Mensura primũ formale est, ad quod refertur totum ædificium, & significat charitatem ex tribus complexam, vt diligamus ex toto corde dulciter, ex tota mente sapienter, & ex totis viribus fortiter. Albert. ibidem.

b Dum angelus ad angelum dicit: curre & loquere: non dubiũ est quin angelus angelum mittat. Minora vero sunt quæ mittũtur, maiora vero quæ mittũt. Greg. in Euang. homil. 34.

Universidad de Deusto

t. Muris.
[c. Iuxta situm Ierusalem Assyrij & Babylonij qui Dei populũ vastauerunt, in terra. Aquilonis habitabitur. Angelus qui loquebatur ad angelum prophetem in Zacharia, nunc loquitur ad illos qui habitabãt in Babylone, vt à quatuor ventis in quos fuerant toto orbe dispersi reuerterentur in Sion, & à Sion, quæ nunc habitas in Babylone, reuertere ad pristinam sedem. Glosa ordi. ibidem.]
2 Saluare.
d. Ad exprimendam teneritudinem pietatis suæ, tenerrimam partem humani corporis nominauit, vt apertissime intelligere m^r eam tam parua sanctorum suorum contumelia lædi, quam patuli verberis tactu humani visus acies læderetur. Saluia. lib. 8.
e. In Christi aduentu multæ gẽtes ad eum configiunt, ex quibus dominus populum constituit.
f. In medio enim ecclesiæ deum habitare credimus, quemadmodum ipse pollicitus est, cum dixit Matth. vlt. Ecce ego vobiscũ sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Et vbi sunt duo aut tres congregati in nomine meo, in medio eorũ sum, &c. Euseb. de demonstra. lib. 5. cap. 26. lib. 5. 17.
a. Locutus est de Iesu filio dei, vt ostenderet eum primo in humanitate & carne esse vêterum. Hæc est enim vestis sordida, vt pararet templum deo, & sicut tunc igni combureretur, id est, ab hominibus cruciamenta perferret, & ad vltimum extingueretur. Lactantius lib. 4. cap. 14.
b. Sordidis vestibus Iesus indutus erat, quia quãuis alienus ab omni peccato esset, tamen in similitudine carnis peccati venit Greg. Moral. lib. 20. ca 20.
e. Corpus ex genere peccatorum accepit. Chrys. ex variis in Matthæum locis. ho. 5.

1. Viar inter istas stantes.
2. Portenti vel mirabiles.
3. Germen.
d. Hoc est, super Christum vniuersitas scientiæ spiritalis inhabitat. Cuius Apostolus Petrus meminit, dicens: Ad quem accedentes lapidem viuum, & ipsi tãquam lapides viui superædificamini. Bed. Dominica 2. post Epipha.
4. Aperiam.
a. Quotiens cunque humana fragilitas relinquitur imbecillitati, dei à nobis & angelorum eius auxilium abite credendum est. Ego & prophetes stupore magnæ visionis attonitus tota mente torpebar, & clarum veritatis lumen videre non poterat. Vnde à visione præterita suscitatur ad aliam visionẽ, quasi de somno euigilet, vt videat quod clausis oculis non videbat. Hieron. ibidem.
1. Lenticula eius.
b. Non incongruè cãdelabrum ad doctorem vel prælatum refertur. De quibus dicitur Luc. 12. Ec lucernæ ardentes in manibus vestris. Et tunc septem infusoria septem sunt sacræ scripturæ studia. Primũ Literale, scilicet adueritatem 2. Allegoricum ad fidem. 3. Tropologicum, ad mores. 4. Anagogicum ad spẽ, quæ est de æternis. 5. Disputatiuum ad exteriores conuincendos. Tit. 1. Amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit in doctrina sana exhortari, & cõtradicentes reuincere. 6. Exhortatiuum, ad bonos vt proficiat. 7. Increpatiuum, ad duros & obstinatos, ne nocent. 2. Timot. 4. argue, increpa, obsecra in omni patientia & doctrina. Albertus. ibidem.
2. Lenticula.
3 Imprecabantur illi gratiam & gratiam.

muro ] habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum & iumentorum in medio eius. Et ego ero ei, ait dominus, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. [c] O. o. o. fugite de terra aquilonis, dicit dominus, quoniam in quatuor ventos cœli [C] dispersi vos, dicit dominus. O Sion [2] fuge ] quæ habitas apud filiam Babylonis, quia hæc dicit dominus exercituum: [B] Post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliauerunt vos. † [d] Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei: Quia ecce ego leuo manum meam super eos, & eruet prædæ iis qui seruiebant sibi, & cognoscetis quia dominus exercituum misit me. [e] Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego venio & habitabo [f] in medio tui, ait dominus. [B] Et applicabuntur gentes multæ ad dominum in die [D] illa, & erunt mihi in populum. Et habitabo in medio tui, & scies quia dominus exercituum misit me ad te. Et possidebit dominus Iudam & partẽ suam in terra sanctificata, & eliget Ierusalem. Sileat omnis caro à facie domini, quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

† 2. que. 1. Accusatio 8. q. 2. cũ vor sequ. 96. distinctio imperatores. 6. quæst. 1. Quæ.

*Ignominia in Christum, & gloria sub typo Iesu sacerdotis super vxore alienigena accusati, & vestium mutatione.* III.

[2] T ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram [A] angelo domini, & Sathan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. Et dixit dominus ad Sathan: Increpet dominus in te Sathan, & increpet dominus in te qui eligit Ierusalem. Nunquid non iste torris est erutus de igne? Et [b] Iesus erat indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciem angeli. [B] Qui respondit, & ait ad eos qui stabant coram se, dicens: [c] Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatoriis. Et dixit: Ponite cydarim mundam super caput eius. Et posuerunt cydarim super caput eius mundam, & induerunt eum vestibus. Et angelus domini stabat, & contestabatur angelus domini Iesum, dicens: [B] Hæc dicit dominus exercituum: Si in viis meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris, tu quoque iudicabis domum meam, [C] & custodies atria mea, & dabo tibi [1] ambulantes de iis qui nunc hic assistunt: ] Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui qui habitant coram te, quia viri [2] portendentes ] sunt. [B] Ecce enim † ego adducam seruum meum [3] orientem, ] quia ecce lapis [D] quem dedi coram Iesu, [d] super lapidem vnum septem oculi sunt. Et ecce ego [4] cælabo ] sculpturam eius, ait dominus exercituum: & auferam iniquitatem terræ illius in die vna. In die illa dicit dominus exercituum, vocabit vir amicum suum subter vineam & subter ficum.

† 30. dist. Iesus. De pœn. d. 2. Si cui.

† Loca. g

*Candelabrum aureum & duæ oliuæ Christum & ecclesiam præsagiunt.* IIII.

[2] T reuersus est angelus qui loquebatur in me, & suscitauit me quasi vi- [A] rum qui suscitatur de somno suo. Et dixit ad me: † Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & [1] lampas eius ] super caput ipsius. [b] & septem lucernæ eius super illud, & septem infusoria lucernis quæ erant super caput eius, & duæ oliuæ super illud, vna à dextris [2] lampadis, ] & vna à sinistris eius. Et respondi, & aio ad angelum qui loquebatur in me, dicẽs: [B] Quid [B] sunt hæc domine mi? Et respondit angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me: Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: Non domine mi. Et respondit, & ait ad me, dicens: Hoc est verbum domini ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo, dicit dominus exercituum. Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum? [B] Et educet lapidem primarium, & [3] exæquabit gratiam gratiæ eius. ] Et fa- [C] ctum est verbum domini ad me, dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam, & scietis quia dominus exercituum misit me ad vos. Quis enim despexit dies paruos? Et lætabuntur, & videbunt lapidem stanneum

Infra. 5.

in

in manu Zorobabel. [c] Septem sunt isti oculi domini, qui discurrunt in vniuersam terram. D [d] Et respondi, & dixi ad eum: Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram candelabri & ad sinistram eius? Et respondi secundo, & dixi ad eum: Quid sunt duæ spicæ oliuarum quæ sunt iuxta duo [4] rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro? ] Et ait ad me dicens: Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: Non domine mi. Et dixit: Isti sunt duo filij olei qui assistunt dominatori vniuersæ terræ.

Sup. eodem.

[c. Id est, vniuersitas Angelorũ designata per septenarium, eo modo loquendi quo dixit Raphael Angelus Tobiæ 12. Ego sum vnus ex septem, qui stamus ante dominum. Omnes enim angeli assistunt coram deo, inquantum faciem eius clarè vident, & ideo mittuntur in ministerium secũdum quod dicitur Heb. 1. Omnes ad ministratorij spiritus sunt, &c. inquantum voluntatem eius exequuntur. De Lyra ibid.]

4. Canalia aurea, quæ effundũt à se aurum.

*Liber volans & mulier amphoræ insidens populum in captiuitatem ducendum significat.* V.

Sup. 2. d. 2. 2. Iuſtæ. 6. a

A ITa conuersus sum, † & leuaui oculos meos & vidi, & ecce volumen volans. Et dixit ad me: quid tu vides? Et dixi: [a] Ecce ego video volumen volans, longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me: [b] Hęc est maledictio quę egredietur super faciem omnis terrę: quia omnis fur, sicut ibi
B scriptum est, [1] iudicabitur, & omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur. [e] Educam illud dicit dominus exercituum, & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & cõsumet eam, & ligna eius & lapides eius. [c] Et egressus est angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me: Leua
Sup. eod. C oculos tuos & vide. Quid est hoc quod egreditur? Et dixi: Quĩdnã est? Et ait: [f] Hæc est [2] amphora ] egrediens. Et dixit: Hęc est oculus eorum in vniuersa terra. Et ecce talentũ plumbi portabatur, [d] & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ. Et dixit: Hęc est impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os eius.
D [g] Et leuaui oculos meos & vidi, & ecce duę mulieres egredientes, & spiritus in alis earum. Et habebant alas quasi alas milui, & leuauerunt amphoram inter terram & cœlum. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quò istæ deferunt amphoram? Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra Sennáar, & stabiliatur & ponatur ibi super basem suam.

a. Volumen volãs sacra scriptura est, quę dum de cœlestibus loquitur, ad superiora leuat intẽtionem. Gregor. Moral. li. 15. c. 6.

b. Hæc maledictio propter peccata Iudæorum simul cum Iudæis expelletur de terra promissionis ad diuersas mũdi prouincias, in quibus captiui abducti sunt Iudæi. Diony. ibidem.

1. Punitur, & infra.

[e. Angelus qui loquebatur in prophęta est egressus de eo, & quasi cominus loquens præcipitur vt leuatis oculis videat peccata plurium mensuram excedere uatam. Perfecta & impleta delicta eunctorum hęc amphora est oculus, i. offensio peccatorum. Glo. ordi. ibid.]

2. Epha, vel ephi, id est, modius & infra.

d. Parua est omnis iniquitas & malitia in comparatione idololatriæ & hæreticæ prauitatis, quia in his non per fragilitatẽ carnis peccatur, sed per superbiam mẽtis. Omne enim quod in eis agitur, in eõremptum dei fit, & ideo impietas dicitur, quã alio nomine negationẽ dei possumus appellare: quę incorrecta non habet veniam, sed pœnam sempiternam. Ideo in Zacharia prophęta mulieri sedẽti in medio amphorę, massa plũbea proiicitur in os eius, & defertur in Babylonem: quia impietas quæ sedebat super peccata Israel, & in suo scelere gloriabatur, postea mittitur in medium Babylonis, & captiuitatis malo premitur, vt obduratum os habeat & vltra se iactare non possit. Rab. in 25. cap. Eccli.

a. Quatuor mundi regna significantes, & de quatuor mundi partibus egredientes. Ab aquilone enim egressum est regnũ Chaldæorum, à meridie regnũ Græcorum, ab oriente regnum Medorum, ab occidẽte regnum Romanorum Albertus ibid.

b. Vidit 4. quadrigas, in quarũ prima equi rufi erant, cruenti & sanguinarij, & babylonia crudelitate terribiles. In quadriga secunda erant equi nigri, regnum Medorũ atque Persarũ. In quadriga tertia equi albi, Macedones, sub quorum rege Anthiocho Machabæorum historiam legimus. In quadriga quarta equi varij fortes, regnũ Romanorum. Hieronym. ibid.

c. Sanctam ecclesiam ipsa veritas suo dogmate semper irrigat & inebriat, vt fructũ partus spiritalis quotidie proferat, in doctrina videlicet catholica, & sanctis virtutibus, & merito, quia illuminata à vera luce, quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum, à sole iustitiæ ipsóque oriente, de quo scriptum est: Visitauit nos oriẽs ex alto: & alibi, Ecce vir oriens nomen eius. Raban. in 24. cap. Eccli.

1. Germen.

2. Germinabit.

d. Quod si is dominus qui mittit, est omnipotens dominus, & si qui dicit se missum, est itidẽ, quo igitur sunt. Euseb. de demonstra. lib. 5. cap. 25.

*Quatuor quadrigæ quatuor regnorum successiones indicant sub typo regni Christi & sacerdotij eius.* VI.

† Sup. 1. d. & 2. 2. A ITa conuersus sum, † & leuaui oculos meos & vidi: & ecce [a] quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes, mõtes ærei. In quadriga prima equi rufi, in quadriga secunda equi nigri, in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varij & fortes. Et respondi, & dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid sunt hæc domine mi? Et respondit angelus, & ait ad me: Isti sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur vt stent coram dominatore omnis terræ.
B [b] In qua erant equi nigri, egrediebantur in terram aquilonis, & albi egressi sunt post eos, & varij egressi sunt ad terram austri. Qui autem erant robustissimi, exierunt & quærebant ire & discurrere per omnem terram. Et dixit: Ite, & perambulate terram, & perambulauerunt terram. Et vocauit me, & locutus est ad me, dicens: Ecce qui egrediuntur in terram aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra aquilonis.
C [c] Et factum est verbum domini ad me, dicens: Sume à transmigratione ab Holdai & à Thobia & ab Idaia, & venies tu in die illa, & intrabis domum Iosiæ filij Sophoniæ, qui venerunt de Babylone, & sumes aurum & argentum, & facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedech sacerdotis magni, & loquêris ad eum, dicens: Hæc ait dominus exercituum, dicens: † [c] Ecce vir, [1] oriens ] nomen eius. Et subter eum [2] orietur, ]
† Hæc. 1. g. iudi. c. Eccle. sustificatum. D & ædificabit templum domino, & ipse extruet templum domino. [d] Et ipse portabit gloriam: & sedebit, & dominabitur super solio suo. Et erit sacerdos super solio suo, & consilium pacis erit inter illos duos. Et coronæ erunt Helem & Thobiæ & Idaiæ & Heu filio Sophoniæ: memoriale in templo domini. Et qui procul sunt, venient & ædificabunt in templo domini. [d] Et scietis quia dominus exercituum misit me ad vos, erit autem hoc, si auditu audieritis vocem domini dei vestri.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Ieiunia absque operibus misericordiæ parum aut nihil vtilia sunt, dispergentur autem Iudæi propter contemptum diuinorum mandatorũ: quorum dominus miseretur si resipuerint.* VII.

ET factum est in[a] anno quarto Darij Regis, factum est verbum domini ad Zachariam in quarta mensis noni qui est Casleu. Et miserunt ad domum dei Serasar & Rogomelech,& viri qui erant cum eis,[b] ad deprecandum faciem domini, vt dicerent sacerdotibus domus domini exercituum & prophetis,loquentes. Nunquid flendum est mihi in quinto mense, vel[1] sanctificare me] debeo sicut feci iam multis annis? Et factum est verbum domini exercituum ad me, dicens: Loquere ad omnem populum terræ,&ad sacerdotes,dicens. [c]Cum ieiunaretis & plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos, nunquid ieiuniũ ieiunastis mihi?Et cum comedistis & bibistis: nunquid non vobis comedistis & vobismetipsis bibistis? Nunquid non hæc sunt verba quæ locutus est dominus †in manu prophetarum priorum cum adhuc Ierusalem habitaretur, & esset[2] opulenta,] ipsa & vrbes in circuitu eius,&[3] ad austrum & in campestribus habitaretur?] Et factum est verbum domi ad Zachariam, dicens: Hæc ait dominus exercituum,dicens: †[d] iudicium verum iudicate,& misericordiam & miserationes facite vnusquisque cum fratre suo.†Et viduam & pupillum,& aduenam, & pauperem, nolite calumniari,& malum[4] vir] fratri suo non cogitet in corde suo,& noluerunt attendere,& auerterunt scapulam[5] recedentes,] & aures suas aggrauauerunt ne audirent, & cor suum posuerũt vt adamantem ne audirent legem, & verba quę misit dominus exercituum in spiritu suo sancto per manum Prophetarum priorum.Et facta est indignatio magna à domino exercituum. Et factum est,sicut locutus sum, & non audierunt, sic clamabunt & non exaudiam,dicit dominus exercituum. Et dispersi eos[6] per omnia regna quę nesciunt,]& terra desolata est[7] ab eis,] eo quòd non esset transiens & reuertens, & posuerunt terram desiderabilem in desertum.

A Anno Christi, ex Anno mundi 3444.

B

C †Iſa.58.

†Leuit.19.

†Exod.20. Iſaiæ 10.c.

D

a. In Ano 4. ex quo cœpit regnare Darius filius Histaspis,qui satis fuit clemens Iudæis,& quarta die mensis noni, qui est Casleu,apud nos autem November si à Marcio annum accipiant: sin verò ab Aprili,nostro respõdet Decembri. Albertus ibid.

[b. Quia in omni bono negotio præmittenda est oratio,vt doceret sacerdotibus,qui debent respondere de lege, & de aliis diebus. De Lyra.]

1. Abstinere à cibis.

c. Non deo sed sibi quisque ieiunat, si ea quæ ventri ad cõpus subtrahit,nec egenis tribuit: sed ventri offerẽda custodit. Greg. Pastoral.3.part.admonit.20.

2. Quieta.

3. Pars meridiana,& campestria habitarentur.

d. Vestris,inquit, patribus dixi, in iudicando æquam & iustam sententiã ferrent,proximi misericordia commouerentur,sustinentes grauæ viduitatis põdus & parentibus orbatos ne potentia opprimerent, ne ex infirmitate pauperum opportunitates rei augendæ ducerent. Præterea iniuriarum memoriam delerẽt, &ne vleiscerentur lacessiti iniuria. Equidem ergo dixi,illi verò nihil audire voluerunt, sed ad plagas quas acceperunt,induerũt Theodo.ibid.

4. vnusquisque.

5. Rebellem.

6. In omnes gentes quas nõ nouerunt.

7. Post eos.

*Exilij Iudaici misertus dominus populum reuocat in Ierusalem,multa promittens si præcepta sua illæsa seruarint,cum quibus gentes ad Christum tandem conuenient.* VIII.

ET factum est verbum domini exercituum,dicens: †Hæc dicit dominus exercituum: [a]Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam. Hæc dicit dominus exercituum: Reuersus sum ad Sion,& habitabo in medio Ierusalem.Et vocabitur Ierusalẽ ciuitas veritatis,& mons domini exercituum, mons sanctificatus. Hæc dicit dominus exercituum: [b] Adhuc habitabunt senes & anus in platéis Ierusalem,& viri baculus in manus eius præ multitudine dierum.Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus,& puellis ludentibus in plateis eius. Hęc dicit dominus exercituum:Si videbitur difficile in oculis reliquiarũ populi huius in diebus illis,nunquid in oculis meis difficile erit,dicit dominus exercituum? Hæc dicit dominus exercituum: Ecce ego saluabo populum meum de terra orientis, & de terra occasus solis,& adducam eos,& habitabunt in medio Ierusalem, & erunt mihi in populum,& ego ero eis in deum in veritate & in iustitia. Hęc dicit dominus exercituum. [c]Confortentur manus vestræ qui auditis in his diebus sermones istos per os Propheta rum, in die qua fundata est domus domini exercituum vt templum ædificaretur. Siquidem ante dies illos merces hominum non erat,nec merces iumentorum erat, neque introeunti & exeunti erat pax præ tribulatione, & dimisi omnes homines vnumquenque contra proximum suum. Nunc autem non iuxta dies priores ego faciam reliquis populi huius,dicit dominus exercituum,sed semen pacis erit. Vinea dabit fructum suum,& terra dabit germen suum. Et cœli dabunt rorem suum, & possidere faciam reliquias populi huius vniuersa hęc. Et erit,sicut eratis maledictio in gentibus domus Iuda & domus Israel,sic saluabo vos,& eritis benedictio. Nolite timere, Confor-

A †Supra.1.c

a. Populum Israel qui hic nomine Sion designatur, despõsauit sibi deus, & quasi in coniugem sibi assumpsit, dum ei in deserto legem tradidit,ne de extero mento fornicaretur cum idolis gentium. Vnde Ierem.2. Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam,& charitatẽ desponsationis, quando secuta es me in deserto. Diony.ibid.

b. Hoc autem fieri quando securitas & profunda pax vrbium est, vt gaudium cuntatum,lusibus,& choreis, ætas lasciua concelebret. Quod si referimus ad ecclesiam,de qua dicitur: Gloriosa dicta sũt de te ciuitas dei. Quis poterit ambigere plateas ecclesiæ esse virtutes, in quibus sapientia agit fiducialiter, & in mutorum ciuitatibus prædicatur. Vnde & ad dominum psalmista clamat psal.118. Latus mãdatum tuum nimis. Hieron. ibidem.

[Cum Haggæus & Zacharias ad exhortati fuissent populũ ad ędificandum,nunc tam secundũ admonitionem eorũ extructo templo hortantur,nunc iterum & docet & populum vt experti veritatẽ in his quæ prius audierant,nunc etiam accommodent fidem his quæ modo promittũtur:nec timeant impetum Medorum, nec insidias nationum per circuitum impedire volentium,sed cõfortẽtur per os prophetarum ex die quo iam facta sunt fundamenta templi vsque ad diem qua superædificatum est templum. Glosa. ordi.]

B

C

fortentur manus veſtræ,quia hęc dicit dominus exercituum :[d] Sicut cogitaui vt affligerem vos cum ad iracundiam prouocaſſent patres veſtri me, dicit dominus,& non ſum miſertus,ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis vt benefaciam[e] domui Iuda & Ieruſalem.Nolite timere. Hęc ſunt ergo verba quæ facietis. † Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo: Veritatem & iudicium pacis iudicate in portis veſtris, & vnuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris, † & iuramentum mendax ne diligatis.Omnia enim hæc ſunt quæ odi,dicit dominus.[f] Et factum eſt verbum domini exercituum ad me, dicens:Hęc dicit dominus exercituum: †Ieiunium quarti,& ieiunium quinti,& ieiunium ſeptimi,& ieiunium decimi,erit domui Iudæ in gaudium & lætitiam, & in ſolonnitates pręclaras. Veritatem tantum & pacem diligite.Hęc dicit dominus exercituum: [1] Vſquequo veniant populi & habitent in ciuitatibus multis, & vadant habitatores vnus ad alterum, ] dicentes: Eamus *& deprecemur faciem domini,& quæramus dominnm exercituum.[f] Vadam etiam ego.Et venient populi multi & gentes robuſtę ad quęrendum dominum exercituum in Ieruſalem,& deprecandam faciem domini.Hęc dicit dominus exercituum:In diebus illis in quibus apprehendent[g] decem homines ex omnibus linguis gentium,& apprehendent fimbriam viri Iudæi,dicentes:ibimus vobiſcum. Audiuimus enim quoniam deus vobiſcum eſt.

†Ephe.4.f

†12.q.4 cap. Actione.

†76. diſt. ca. Ieiunium.

*Humilis Chriſti aduentus ſuper aſinam gentes ad ſe conuertet,& in eccleſiam introducet,multa patietur,ac inferno ſpoliato reſurget.* IX.

A [2]Nus verbi domini in terra Hadrac & Damaſci requiei eius, quia [1] dominus eſt oculus hominis ]&omnium tribuum Iſrael.Emath quoque in terminis eius,& Tyrus & Sidon.[2] Aſſumpſerunt quippe ſibi ſapientiam ]valde.Et ædificauit Tyrus munitionem ſuam,& coaceruauit argentum quaſi[3] humum, ]& aurum vt lutum platearum. Et ecce dominus poſſidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius,& hęc igni deuorabitur. Videbit Aſcalon & timebit,
B & Gaza & dolebit nimis,& accaron, quoniam confuſa eſt ſpes eius.[4] Et peribit Rex de Gaza,& Aſcalon non habitabitur.[b] Et ſedebit [4] ſeparator ]in Azoto,&diſperdam ſuperbiam Philiſtinorum.Et auferam ſanguinem eius de ore eius, & abominationes eius de medio dentium eius.Et relinquetur etiam ipſe deo noſtro, & erit quaſi dux in Iuda,& Accaron quaſi Iebuſæus. Et [5] circundabo domum meam ex iis qui militant mihi euntes & reuertentes, ] & non tranſibit ſuper eos vltrà exactor, quia nunc vidi in oculis meis.[c] Exulta ſatis filia Sion,iubila filia Ieruſalem. † Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus & Saluator,[6] ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium a-
C ſinæ.[d] Et diſperdam quadrigam ex Ephráim, & equum de Ieruſalem, & diſſipabitur arcus belli.Et loquetur pacem gentibus,& poteſtas eius à mari vſque ad mare,& à fluminibus vſque ad fines terræ. [d] Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui [7] emiſiſti vinctos tuos de lacu,in quo non eſt aqua.Conuertimini ad munitionem vincti ſpei.Hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi,quoniam extendi mihi Iudam quaſi arcum,impleui terram Ephráim. Et ſuſcitabo filios tuos Sion ſuper filios tuos Græcia, & ponam te quaſi gladium fortium. Et dominus deus ſuper eos videbitur, & exibit
D vt fulgur iaculum eius.[d] Et dominus deus in tuba canet, & vadet in turbine auſtri. Dominus exercituum proteget eos & deuorabunt, [e] & ſubiicient lapidibus fundę. Et bibentes[8] inebriabuntur quaſi à vino,]& replebuntur vt phialæ,& quaſi cornua altaris.Et ſaluabit eos dominus deus eorum in die illa vt gregem populi ſui, quia lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram eius.[9] Quid enim bonum eius eſt,& quid pulchrum eius,niſi frumentum electorum & vinum germinans virgines?

†Matt.21.a Ioa.6.d

*Incitatur populus veritatis doctrinam à domino petere,huic dominus ſe promittit domum Iuda,& domum Iſrael viſitaturum.* X.

[d.Iratus dominus 12. tribubus tradidit eas captiuitati:conuerſus autem ad miſericordiam,relicto Iſrael in captiuitate benefacit Ieruſalem,& domui Iuda. Gloſa ordina.]

e.Hoc eſt,duarum tribuum populo à Chaldæa reuerſo. Loquitur enim deus affectu & more humano, vt melius capiatur: quanquã imperturbabili atque inuariabili deo nulla prouocatio ſit ad iram,neque conuerſio mutationẽ ponens in ipſo.Qualiter verò iſta illis cõueniant dicit Ieremias,ca.29.c Ego enim ſcio cogitationes quas cogito ſuper vos,ait dominus, cogitationes pacis & non afflictionis: vt dem vobis finem & patientiam Diony.ibid.

1.Adhuc erit,& venient populi, & habitatores ciuitatum multarum, & ibunt habitatores vnius ad alteram.

*Euntes.

[f.Quia deus in humana natura aſſumpta venit in Ieruſalem,vbi oblatus fuit in templo, vbi frequenter orauit & prædicauit populum exhortando. De Lyra ibidem.]

g.Qui bene vtũtur quinque geminatis ſenſibus. Quinque ením ſunt ſenſus exteriores,viſus, auditus,oliactus,guſtus,& tactus: & quinque interiores:ientus cõmunis,imaginatio,phantaſia,æſtimatiua,& memoria.Qui ergo ſenſibus exterioribus nihil illicitum haurit, & ſenſibus interioribus nihil illicitum cordi repræſentat,bene vtitur ſenſibꝰ, & eſt decem hominꝫ.Albertus ibidem.

2. Prædicit has vrbes quondam impiè viuẽtes,Hadrach,Damaſcum & Emath ex priore errore expiatas, ſacra deo facturas eſſe.Omnes enim reſpicient homines, nõ ſolas tribus Iſrael ꝓcurabit. Hadrath autẽ vrbs eſt Arabiæ, Emath nunc Epiphaniam appellatam facta ſcriptura vocat magnam Emiſam,aliàs Authiochiam & Syriæ partẽ. Theodoretus ibidem.

1. Ad dominum oculus hominis eſt.

2.Quia ſapiens fuit.

3.Puluerem.

[b.Et dicitur hic ſeparator Alexander, qui bona terræ ſeparauit & diuiſit ſuis bellatoribus. De Lyra ibid.

4.Alienigena.

5.Ero lancea domui meæ aduerſus exercitum tranſeuntem & reuertentem.

[c.Hoc impletum eſt quãdo exierunt obuiam Chriſto cum ramis palmarum,clamãdo: Benedictus qui venit in nomine domini, Oſanna in excelſis Sion & Ieruſalem eadẽ ciuitas, quia Sion arx eſt in Ieruſalem.Gloſa ordinaria ibidem.]

6. Humilis & ſedens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium vnius aſinarum.

d. Sedebat angelus in reſurrectione domini ſuper reuolutũ lapidẽ quo oſtium monumenti claudebatur,vt clauſtra inferorum ſua Chriſtum virtute deleciſſe ac ſuperaſſe doceret:quare nos omnes quos ibi ſuos inueniſſet,ad paradiſi lucẽ requiẽque ſubleuaret,iuxta illud prophetæ:Tu quoque in ſanguine teſtamenti,&c. Beda homi.1.de tempore æſtiuali.

7.Emiſi vinctos tuos.

e. Perſecutiones eis prædicat,& paſſiones venturas,in martyriũ vtique & in ſalutẽ: Vt Zach.9.

d.Dominus omnipotens proteget eos,&c. Tertul. aduer. Marcionem lib.4.

8.Tumultuabunt quaſi vinum.

9.Quãta enim eſt bonitas eius, & quãta pulchritudo eius! Frumentum iuuenes,& vinum virgines fructificare faciet.

Universidad de Deusto
Biblioteca



[a] Petite pluuiam à domino in tempore serotino,& dominus faciet[1] niues] & A
pluuiam imbris,& dabit eis singulis herbam in agro,quia simulachra locuta sunt inutile,& diuini viderunt mendacium, & [2] somniatores locuti sunt
frustrà,] & vanè consolabantur. Idcirco adducti sunt quasi grex,affligẽtur
quia non est pastor eis.Super pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo.
Quia visitauit dominus exercituum gregem suum domum Iuda,& posuit eos quasi
equum gloriæ suę in bello.[d] Ex ipso angulus,& ex ipso paxillus,ex ipso arcus pręlij, & B
ex ipso egredietur omnis exactor simul.Et erunt quasi fortes,conculcantes lutum via-
rum in prælio.[b] Et bellabunt,quia dominus cum eis,& cõfundentur ascensores equo-
rum.Et confortabo domum Iuda,& domum Ioseph saluabo.Et conuertam eos,quia
miserebor eorum,& erunt sicut fuerunt quando non proieceram eos.[e] Ego enim do- C
minus deus eorum,& exaudiam eos. Et erunt quasi fortes Ephráim, & lætabitur cor
eorum quasi à vino, & filij eorum videbunt & lætabuntur & exultabit cor eorum
in domino.[c] Sibilabo eis & congregabo illos,quia redemi eos.Et multiplicabo eos si-
cut antè fuerant multiplicati,& seminabo eos in populis. Et de longe recordabuntur D
mei,& viuent cum filiis suis & reuertẽtur.[f] Et reducam eos de terra Ægypti,& de As-
syriis congregabo eos. Et ad terram Galaad & Libani adducam eos,& [3] non inuenie-
tur] eis locus. Et transiet [4] in maris freto,] & percutiet in mari fluctus, & confunden-
tur omnia profunda fluminis,& humiliabitur superbia Assur,& sceptrum Ægypti re-
cedet:Confortabo eos in domino,& in nomine eius ambulabunt, dicit dominus.

1. Quia iam extremum tempus est propheratum, & mundus declinat ad finem, & omnia quæ prædicta sunt, sui terminũ præstolantur,petite à domino vt det vobis pluuiam serotinã: vt Christus qui promissis est, veniat & tribuat vobis rores & niues. Dominus ergo qui facturus est niues,& siccaturus omnis terræ,euangelicæ prædicationis irrigaturus est pluuias:ipse dabit imbrem credentibus,& vbertate omnia complebũtur: vt postquã in Christo crediderint nationes intelligant vana esse quæ colunt. Hieron. ibid.
a. Nubes.
2. Somnia vana locuti sunt.
b. Nonne sancti in primitiua ecclesia fortissimè contra hoc seculum nequam,contra diabolũ & proprium corpus pugnauerunt,cum dicat Apostolus? Nõ coronabitur nisi qui legitimè certauerit. Et item: Si secundũ hominem ad bestias pugnaui Epheſi. Fuit autem Christus cũ eis per gratiam singularem,qui dixit:Sine me nihil potestis facere. Diony. ibid.
[c. Reformatione facta, iterum reuocat spiritus domini dispersas & palãtes niues. Denique Assur & sceptrũ Aegypti, hoc est, omnis tyrannus & ambitio è medio auferetur. Emissi de lacu in quo non erat aqua,omnes dei gratiæ memores erunt,missa cordes bonis infidiabunt operibus. Lorichius ibib.]
3 Non sufficiet.
4. In mare tribulatio.

[a] Peri Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlula abies, quia A
cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt. Vlulate quercus Basan,
quoniam succisus est saltus munitus. Vox vlulatus pastorum, quia vastata
est magnificẽtia eorum.[b] Vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Iordanis.Hęc dicit dominus deus meus: Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant, occidebant,& [1] non dolebant,] & vendebant ea,dicentes: Benedictus dominus, diuites facti sumus. Et pastores eorum non parcebant eis, & ego non parcam B
vltrà super habitantes terram,dicit dominus.[c] Ecce ego tradam homines, vnumquẽque in manu proximi sui,& in manu Regis sui, & concident terram,& non eruam de manu eorum,& pascam pecus occisionis propter hoc ô pauperes gregis. Et assumpsi mihi duas virgas,vnam vocaui [2] decôrem,] & alteram vocaui [3] funiculum,] & paui
gregem.[c] Et succidi tres pastores in mense vno, & [4] contracta est] anima mea in eis. †Ierem.15.c
Siquidem & anima eorum variauit in me.[†] Et dixi:Non pascam vos. Quod moritur,
moriatur:& quod succiditur,succidatur: & reliqui deuorent vnusquisque carnẽ pro- C
ximi sui.[d] Et tuli[d] virgam meam quæ vocabatur decus,& abscidi eam,vt irritum facerem fœdus meum [e] quod percussi cum omnibus populis, & in irritum deductum est
in die illa. Et cognouerunt sic pauperes gregis qui [5] custodiunt mihi, quia verbum do
mini est. Et dixi ad eos: Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam: & si †Mat.27.c
non,quiescite.[†] Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit dominus ad me: Proiice illud ad [6] statuarium.][f] Decôrem pretium, quo appretiatus sum D
ab eis. Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in domo domini ad statuarium. [g] Et
præcidi virgam meam secundam quæ appellabatur funiculus, [g] vt dissoluerem germanitatem inter Iudã & Israel.Et dixit dominus ad me: Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra qui [7] derelicta] non visitabit, [8] dispersum] non quæret,& contritum non sanabit, & id quod stat non enutriet,& carnes pinguium comedet,& vngulas eorum dissoluet. [9] O pastor & idôlum,derelinquẽs
gregem:] gladius super brachium eius,& super oculum dextrum eius.Brachium eius
ariditate siccabitur,& oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

a. O Libane, hoc est,templũ Ierosolymitanũ, exaltatum vt Libanus & ex lignis Libani ædificatum,species velis nolis portas tuas aduenientibus Romanis, vt ipsi libere ingrediantur. Victa enim ciuitate in templum ingressi sunt,& templum succẽderunt. Albertus ibid.
[b. Sicut altitudinem templi iuxta situm Iudææ terræ altitudini Libani comparauit: quia Libano in terra promissionis nihil est excelsius,aut nemorosius,sic Iordani qui maximus est in Iudea iuxta morantur leones,fremitum iungit leonum propter ardorem sitis,vel ob deseri vicinium. Vnde dicitur: Ascẽdit leo de Iordane,id est, Nabuchodonosor contra Ierusalem de sedibus suis tanquam leo de cubili suo. Glo. ordi. ibid.]
1. Peccare non putabant.
2. Vel elegantiam,& infra,id est, Mosaicam adorationem.
3 Dissipãtes,& infra,id est,quæ ad vniuersam gentem pertinẽt Iudæorum. Euseb.
c. Arbitror sic tres ordines eorũ significari,qui olim populo dei præerant, regum, pontificum, & prophetarum. Euseb.
4. Nauseam passa est.
d. Hoc est, Moysi adorationem.
[e. Quod scilicet non nominarentur Iudæis quãdiu Iudæi seruirent fideliter mihi, & per talem modum loquendi dicitur Hosee 2. Et percutiam eis fœdus meum in die illa cum bestia agri, & cum volucre cœli, &c. scilicet quod non noceant populo meo. De Lyra ibid.]
5. Obseruant me.
6. Figulum, Heb. fornacẽ, Græ. & infra.
f. Hæc suum finẽ cõsecuta sunt, quum Iudas abiit ad principes sacerdotum,vt Christum traderet, & ipsi gauisi promiserunt ei 30. argenteos. Euseb.
g. Ex illo enim illa gentis multitudo abiecta est præsul ab illa dei tutela, quæ prius illos conseruabat. Euseb.
7. Succisa.
8. Nouellum agnum.
9. Væ pastori inutili,qui derelinquit gregem.

*Vasta-*

*Vastato templo Ierusalem exaltabitur: in cuius filios spiritus sanctus effundetur, & eos ad Christum conuertet.* XII.

A [a]Nus verbi domini super Israel. Dixit dominus extendens cœlum & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo. Ecce ego ponam Ierusalem [1]super liminare crapulæ] omnibus populis in circuitu, sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem. Et erit, in die illa ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis. Omnes qui eleuabunt eum, [2]concisione] lacerabuntur, & colligentur aduersus eam omnia regna terræ. In die illa dicit dominus: [b] percutiam
B omnem æquum in stupore, & ascensorem eius in amentia. ✠ Et super domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam cęcitate. Et dicent Duces Iuda in corde suo, [3] confortentur mihi habitatores] Ierusalem in domino exercituum deo eorum. In die illa, ponam Duces Iuda sicut caminum ignis in lignis, & sicut facem ignis [4] in fœno,] & deuorabunt ad dexteram & ad sinistram omnes populos in circuitu. Et habitabitur Ierusalē rursus in loco suo in Ierusalem: & saluabit dominus tabernacula Iuda sicut in principio, [5] vt non magnificè glorietur] domus Dauid, &
C gloria habitantium Ierusalem contra Iudam. ✠ In die illo proteget dominus habitatores Ierusalem. Et erit qui [6] offenderit ex eis] in die illa quasi Dauid, & domus Dauid quasi dei, sicut angelus domini in conspectu [7] eius.] [c] Et erit in die illa, quęram conterere omnes gentes quæ veniunt contra Ierusalem, & effundam super domum Dauid
[Zach.12.g] & super habitatores Ierusalem spiritum gratię & precum. †[d] Et aspicient ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebūt super eum
D vt dolere solet in morte primogeniti. ✠ In die illa magnus erit planctus in Ierusalem, [2.Para.35.d] sicut planctus Adadrēmon in campo Mageddon. † Et planget terra, familiæ & familię seorsum. [e] Familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres eius seorsum. Familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum. Familiæ domus Leui seorsum, & mulieres eorum seorsum. Familię Semei seorsum, & mulieres eorum seorsum. Omnes familiæ reliquæ, familiæ & familiæ seorsum, & mulieres eorum seorsum.

a. Nō ergo, inquit Propheta, vōbis hæc enarro, sed omnium factor & opifex, qui corpora adhuc in aluis conclusa fingit, & vnà cum his animas creat, ille per me loquitur, dicēs: Vt Ierusalem ab omnibus gentibus facile expugnari, & capi possit, asficiam. Theodo. ibid.
1. Calicem ebrietatis.
2. Lacerando.
b. Vt enim in historiis habetur, Pompeius Ierusalem cepit, & templum irreuerenter ingressus est. Ex quo tempore ipse cum suis deficere & perire incœpit, nec amplius vt ante prosperauit. Diony. ibid.
3. Robur est mihi & habitatoribus.
4. In manipulo, vel inter manipulum.
5. Propterea nō magnificabitur gloria.
6. Infirmus fuerit inter eos.
7. Eorum.
c. Hæc dies misericordiæ, quæ nobis de aduentu redemptoris nostri promissa est. Grego. in Ezech. ho. 21.
d. Et tunc cognoscent in quem pupugerunt, & cædent pectora sua tribus ad tribum, vtique qui retro non cognouerunt eum in humilitate condirionis humanæ constitutum. Tertul. aduersus Iudæos. In fine.
e. In Dauid tribus regia accipitur, hoc est, tribus Iuda. In Nathan propheralis ordo describitur. Leui refertur ad sacerdotes, ex quo ortum est sacerdotium. In Semei doctores accipiuntur. Reliquas tribus tacuit, quæ nō habent aliquod priuilegium dignitatis. Hieron. ibid.

*Adueniente Christo baptisma instituetur, idololatria & Pseudoprophetia auferetur, Christus autem patiens probabit electos.* XIII.

A [a]In illa die erit fons patens domui Dauid & habitantibus Ierusalem: [1] in ablutionem peccatoris & menstruatæ.] † Et erit in die illa dicit dominus exercituum, disperdam nomina idôlorum de terra, & non memorabuntur vltrà. Et prophetas & spiritum immundum auferam de terra. Et erit cum prophetauerit quispiam vltra, dicent ei pater eius, & mater eius qui genuerunt eum:
B ✠ Nō viues, quia mendacium locutus es in nomine domini. Et configent eum pater eius, & mater eius, genitores eius cum prophetauerit. Et erit, in die illa confundentur Prophetæ vnusquisque ex visione sua cum prophetauerint, [b] nec cooperientur pallio [2]saccino] vt mentientur. Sed dicet, non sum Propheta: homo agricola ego sum, quo-
c niam [3] Adam exemplum meum] ab adolescentia mea. ✠ Et dicetur ei: [c] Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Framea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi, dicit dominus exercituum: † [d] percute pastorem, & dispergentur oues. Et con-
D uertam manum meam ad paruulos, & erunt in omni terra, dicit dominus. ✠ Partes duę in ea dispergentur & deficient, & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem, & [4] vram eos sicut vritur] argentum, & probabo eos sicut probatur aurum. † Ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Et dicam: populus meus es, & ipse dicet: dominus deus meus.

[Ezec.30.d]
[Matt.26.e Matt.24.e 22.dist.c.& ca.2.q.1.ca. Verum. & ca. Ex merito. De consc. dist.c. Celebrantem.]
[† Psal.90.d]

a. Fons quippe occultus est vnigenitus patris inuisibilis deus. Fons verò patens est idem deus incarnatus. Qui fons patens recte domus Dauid dicitur: quia ex Dauid genere, noster ad nos redemptor processit. Ierusalem autem visio pacis interpretatur. Hi ergo Ierusalem habitāt qui in visione pacis intimæ mentem figunt. Gregor. in Ezec. ho. 20.
1. Propter veritatem & immunditiam.
[b. Mos erat prophetis indui sacco quando populum ad pœnitentiā prouocabāt. Vnde Isaiæ præcipitur vt auferat saccū de lumbis, & nudus incedat. Glosa ordi. ibid.]
2. Pilosō.
3. Homo me fecit pastorem.
c. Figuras deinde clauorū monstrante Christo, angeli rursus rogant: Quid sunt istæ plagæ, &c. Dilecta enim domus Israel erat, quæ dominum suum clauis & lancea petiit. Cyril. in Ioan. lib. 12. cap. 58.
d. Dominus secūdum fidem & meritum tribuit, & remunerationis obsequium: omnes enim sicut legimus, in passione Christi discipuli trepidarunt. Omnes enim penè cùm traderetur reliquerunt, factū est sicut scriptum est: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Ambro. Sermo. 45.
4. Conflabo eos sicut conflatur.

*Pugnabit Christus pro Ierusalem, & ibi mirabilia faciet: ecclesiam dilatabit, hostes afflliget, impiósque ab ecclesia expellet.* XIIII.

[a] Cce dies domini veniunt, dicit dominus, & diuidentur ſpolia tua in medio tui. Et congregabo omnes gentes ad Ieruſalem in prælium, & capietur ciuitas, & vaſtabuntur domus, & mulieres violabuntur. Et egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi non auferetur ex vrbe. Et egredietur dominus, & præliabitur contra gentes illas, ſicut pręliatus eſt in die certaminis. Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuper montem oliuarum, qui eſt contra Ieruſalem ad orientem. Et ſcindetur mons oliuarum ex media parte ſui ad orientem & ad occidentem [1]prærupto] grandi valde. Et ſeparabitur medium montis ad aquilonem, & medium eius ad meridiem, & fugietis ad vallem montium eorum: quoniam coniungetur vallis montium vſque [2]ad proximum.] [d] Et fugietis ſicut fugiſtis à facie terræmotus[†] in diebus Oſiæ Regis Iuda. [b] Et veniet dominus deus meus, omnéſque ſancti cum eo. Et erit, [c] in die illa non erit lux, [3] ſed frigus & gelu.] Et erit dies vna quæ nota eſt domino, non dies neque nox, & in tempore veſperi erit lux. Et erit, in die illa exibunt aquæ viuæ de Ieruſalem. Medium earum ad mare orientale, & medium earum ad mare nouiſſimum. In æſtate & in hyeme erunt, & erit dominus Rex ſuper omnem terram. In die illa erit dominus vnus, & erit nomen eius vnum. Et [4]reuertetur omnis terra vſq; ad deſertũ, de colle] Rẽmon ad auſtrũ Ieruſalẽ. Et [d] exaltabitur & habitabitur in loco ſuo à porta Beniamin vſque ad locum portæ prioris, & vſque ad portã angulorum, & à turre Ananehel vſque ad torcularia Regis, & habitabunt in ea, & [5]anathema] non erit amplius. [e] Sed ſedebit Ieruſalem ſecura, [c] & hæc erit plaga qua percutiet dominus omnes gentes, quæ pugnauerunt aduerſus Ieruſalem. Tabeſcet caro vnuſquiſque [6]ſtantis] ſuper pedes ſuos, & oculi eius contabeſcent in foraminibus ſuis, & lingua eorum contabeſcet in ore ſuo. In die illa erit tumultus domini magnus in eis, & apprehendet vir manum proximi ſui, & conſeretur manus eius ſuper manum proximi ſui. Sed & Iudas pugnabit aduerſus Ieruſalem. Et congregabuntur diuitię omnium gentium in circuitu, aurum & argentum & veſtes multæ ſatis. Et ſic erit ruina equi & muli & cameli & aſini, & omnium iumentorum quæ fuerint in caſtris illis, ſicut ruina hæc. [f] Et omnes qui reliqui fuerint de vniuerſis gentibus quæ venerunt contra Ieruſalem, aſcendent ab anno in annum, vt adorent Regem dominum exercituum, & celebrent feſtiuitatem tabernaculorum. [g] Et erit qui non aſcenderint de familiis terræ ad Ieruſalem, vt adorent Regem dominum exercituum, non erit ſuper eos imber. Quòd & ſi familia Ægypti non aſcenderit, & non venerit, nec ſuper eos erit. Sed erit ruina qua percutiet dominus omnes gentes, quæ non aſcenderint ad celebrandam feſtiuitatem tabernaculorum. Hoc erit peccatum Ægypti, & hoc peccatum omnium gentium, quæ non aſcenderint ad celebrandam feſtiuitatem tabernaculorum. [g] In die illa erit quod ſuper frænum eſt equi ſanctum domino, & erunt lebetes in domo domini quaſi [7]phialæ] coram altari. Et erit omnis lebes in Ieruſalem, & in Iuda ſanctificatus domino exercituum. Et venient omnes immolantes & ſument ex eis, & coquent in eis. Et non erit [h] mercator vltrà in domo domini exercituum in die illo.

a. Cõſentanea ſunt hæc his quæ propoſita ſunt de interitu vniuerſæ nationis Iudæorũ, qui ab illas poſt Chriſti aduẽtum peruenit. Hæc enim Zacharias poſt traditum de Babylone vaticinatur, cæterã extremam illam populi vaſtationem, quæ à Romanis inferenda erat in qua cũ tota gens Iudaica in hoſtium poteſtatem ventura eſſet, ſolos eos dicit, qui de populo reliqui fuerint ſaluos fore, ſic ſanè apoſtolos ſaluatoris noſtri apertiſsimè ſignificans. Euſeb. de demonſtr. Euang. lib. 2. Arric. 33. li. 6. c. 18.

1. Vel valle.

2. Ad Azal.

b. Hæc in aduẽtu ſaluatoris noſtri completa ſunt, quando cum angelis venit in terram, & cum apoſtolis conuerſatus eſt.

c. Nam ſaluatore noſtro altius ſublato in ipſa diei luce nox ab hora ſexta id quod circum terram eſt, obtinuit vſque ad horã nonam, poſtquam rurſus deſinentibus tenebris dies & lux tenuerſã eſt. Euſeb.

3. Pretioſa & coagulata, id eſt, dici & noctis.

4. Redigetur omnis terra quaſi planities à Geba vſque ad.

[d. Scilicet eccleſia quæ fuerat ab Antichriſto & ſuis depreſſa, vt ſuprà dictũ eſt. Poteſt etiam intelligi de Ieruſalem ad literã, quæ capietur & deprimetur ab Antichriſto, vt ſupra dictũ eſt, & poſt mortẽ eius exaltabitur.]

5. Exterminium.

[e. Hic propter rei atrocitatem repliçat Antichriſti ſtultitiam, & pœnam, quã dominus ſumet de omnibus eius cornualibus. Confuſè vtrumque agit. q. d. Sæuit ille, vnde ſauiet & hic, ſic erit ruina equi & muli & cætera. Intelligit de impiiſsimis complicibus Antichriſti. Impij ſũt ſicut equus & mulus &c. Pſal. 31. Lorichius ibid.]

6. Et ipſe ſtabit.

f. Hæc vocationẽ omnium gentium continent, ſi ſenſum duntaxat ſpectemus eorum, quæ de Ieruſalem & celebritate tabernaculorum dicta ſunt, quæ quidem ſuo tempore aptam interpretationem habitatura ſunt. Euſeb. de demon. Euang. lib. 2. cap. 1. Nam quanuis multi vocati ſint, pauci tamen admodum in ſupernam Ieruſalem aſcendunt. Pauci enim electi ſunt, vt ait ſaluator. Cyril. in Ioan. li. 4. cap. 35.

[g. Quia mortuo Antichriſto talis erit pax quòd non erit neceſſarius vſus armorum & equorũ: & ideo aurum & argentũ quod antè ponebatur in frenis offerebatur ad cultũ diuinũ. De Lyra.]

7. Pelues.

h. Mercator dicitur vel hypocrita, qui pro laude vẽdit, vel ſimoniacus, vel ad literam negotiator. De quibus omnibus ſoh. 2. Auferte iſta hinc, & nolite facere domum patris mei, domũ negotiationis. Albertus ibid.

## INCIPIT PROLOGVS IN MALACHIAM Prophetam.

*Deus per Moyſen populo Iſraeli præceperat, ſacerdotes tabernaculi ſui omni corporali vitio liberos, hoſtias omni vitio vacuas ſibi offerre: quibus legem ſuam ad regendum populum ob hoc dederat, vt per ſacrificiorũ oblationem internuntij dei & hominum facti, populum præceptis cæleſtibus facerent obedire. Vnde ſacerdotes angelos dei eſſe, hoc in loco ſcriptura teſtatur. Sed quia tanti muneris gratiam contemnentes, ſupradictus populus ac ſacerdotes ſacrificia vitio deturpata ipſi criminibus atque impietatibus maculat, ideo offerre cæperunt. Ideo per Malachiam Prophetã deus populum ſuum Iſrael increpans, ait: Dilexi vos, dicit dominus, & dixiſtis: In quo dilexiſti nos? Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit dominus: & dilexi Iacob, Eſau autem*

*autem odio habui. Esau autem fratrem Iacob non iniqua aut spontanea voluntate odio habitum à deo, vel sine meriti gratia Iacob dilectum manifestum est, cum secundum præscientiam suam Esau qui idem effusione sanguinis fraterni concupiscere, Iacob autem in sui cognitione obseruandam legem desiderare cognosceret. Cuius rei gratia, supradicto vsus est exemplo, dicens: Dilexi Iacob, Esau autem odio habui, quanuis ex operibus memoratorum, quorũ liber Geneseos meminit, in quo vnusquisque eorum futurus erat proposito, manifestè constat, vt scriptum est: Creuerunt pueri, & erat Esau homo agrestis sciens venari: Iacob autem homo simplex manens in tabernaculo. Nam reliqua quæ lectione comprehensa sunt, præuaricationem populi Israel in obseruandis sacrificiis dei, increpationémque in eundem quòd deos alienos coluerit, significant.*

## VITA MALACHIÆ.

*Malachias propheta è tribu Zabulon emicuit. Hic post reditũ populi de Babylone natus perhibetur in Sopha, in terra nempe Zabulon. Is ab ineunte ætate vitã inculpatam egisse fertur. Super aduentu domini, déque vita functorum iudicio nonnulla ab eo vaticinata sunt. Quódque ritus cum legibus Moysi terminabuntur, seu emendabuntur. Cæterum cum populus illum non minus sanctimonia quàm mansuetudine præditum coleret, indiderunt illi nomen Malachil: quod angelum sonat. Quæcunque enim in prophetia dixit, visus est angelus. Is tandem adhuc iuuenis fato concessit iuxta maiores suos in proprio agello sepultus. Epiphanius de vita Prophet.*

# Incipit Malachiæ Prophetia.

*Approbato Iacob, & reprobato Esau, conqueritur dominus suo honore & timore tuo, & super sacrificio indebito & doloso.* Cap. I.

A ONus verbi domini ad Israel[a] in manu Malachię.—Prophetæ:] Dilexi vos, dicit dominus. Et dixistis: In quo dilexisti nos? Nónne frater erat Esau Iacob, dicit dominus? † Et dilexi Iacob. [b] Esau autem odio habui. † Et posui—Seir] montes eius in solitudinem & hereditatem eius in dracones deserti. † Quòd si dixerit Idumæa: [d] destructi] sumus, sed reuertentes ædificabimus quę destructa sunt, hęc dicit dominus exercituum: Isti ædificabunt, & ego destruam. Et vocabũtur termini iniquitatis, & populus cui iratus est dominus vsque
E in æternum. [e] Et oculi vestri videbunt, & vos dicetis: Magnificetur dominus super terminum Israel. Filius honorat patrem, & seruus dominũ suũ. [c] Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si dominus ego sum, vbi est timor meus, dicit dominus exercituum? † Ad vos ô sacerdotes, qui despicitis nomen meum. Et dixistis: In quo despeximus nomen tuum? [d] Offertis super altare meum panem pollutum. Et dicitis: In quo polluimus te? In eo quod dicitis: mensa domini despecta est.
C Si offeratis cæcum ad immolandum, nónne malum est? † Et si offeratis claudum & languidum, nónne malum est? [f] Offer illud duci tuo si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit dominus exercituum. Et nunc deprecamini vultum dei vt misereatur vestri, (de manu enim vestra factum est hoc,) [2] si quo modo ] suscipiat facies vestras, dicit dominus exercituum. † Quis est in vobis qui claudat ostia, [3] & incendat altare meum gratuito? ] [c] Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. † Ab ortu enim solis vsque ad occasum, *magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco [4] sacrificatur, & ] [f] offertur nomini meo* oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit
D dominus exercituum. [f] Et vos poluistis illud in eo quòd dicitis: mensa domini con-

Anl ante Christ. 516. Anni mundi 3446
† Rom. 9.c
† 47. dist. ca. Quamuis ber.
† 1. q. 4. ca. Ecclesia.
† 61. dist. cap. Oportet.
† 49. dist. ca. Sacerdotes.
† 1. q. 1. c. 1. Infra. 2. c
† Psal. 49. a 115. a

a. Quod autem dicit in manu Malachię, manum pro operibus accipite, vt in manu Haggæi, in manu Ieremiæ, & i manu Moysi factus est sermo dei. Hieronym. ibidem.

b. Est autem creator deus & corporis & animi: neutrum malũ, & neutrum odit deus, nec odit in homine nisi peccatũ. Est autem peccatum hominis inordinatio atque peruersitas. Nó igitur deus odit Esau hominẽ, sed Esau peccatorẽ. Aug. ad Simpli. lib 1. quæst. 2.

c. Attenuati, vel pauperes facti.

c. Hoc est, si filius es, exhibe patri pietatis affectum, si seruus es redde domino timoris obsequium. Tu autem gratias non agis, deum nec vereris nec diligis. Vnde aut contumax seruus aut superbus es filius. Ingrati ergo qui deum nec quasi filij honorificant vt patrẽ, nec quasi serui metuunt vt dominũ. Ambro. Sermo. 43.

d. Manifestissimè significat per hæc, quoniam prior populus cessabit offerre deo omni autẽ loco sacrificium offertur ei altaris & hoc purum ex quo nomen eius glorificatur in gẽtibus. Irenæus lib. 4. c. 32.

2. Et putatis quòd.

3. Nũquid, incẽditis altare meũ gratis?

e. Recusatio gentis Iudaicæ & corporalis ex lege Moysi adorationis reiectio, adiecta gentium vera per Christum adoratione. Eusseb.

★ Eius.

4. Sacrificium.

f. Nã si Iesus Christus dominus & deus noster ipse est sacerdos dei patris, & sacrificium deo patri primus obtulit, ei fieri in sui cõmemorationem præcepit, vtique ille sacerdos vice Christi vere fungitur, qui id quod Christus fecit, imitatur. Et sacrificiũ verum & plenum tunc offert in ecclesia deo patri, si sic incipiat offerre, secundum quod ipsum Christum videat obtulisse. Cypria Epist. lib. 2. epist. 3.

★ Atque.

taminata est,& [5] quod superponitur contemptibile est cum igne qui illud deuorat.Et dixistis:[8]Ecce [6]de labore,]&exufflastis illud dicit dominus exercituum, & intulistis de rapinis,claudum & languidum,& intulistis munus.†Nunquid suscipiam illud de manu vestra,dicit dominus? Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum,&votum faciens immolat debile domino. Quia Rex magnus ego, dicit dominus exercituum,& nomen meum horribile in gentibus.

5. Verbum eius contemptibile est & cibus eius.
[8. Dixistis de captiuitate reuertimur, prædę hostibus fuimus,labore vię & peregrinatione attriti sumus,qualiacunque habemus offerimus: & hoc dicendo exufflastis,id est per exufflationem indignus vestra fecistis sacrificia, & ideo non suscipiam. Glosa ordi. ibid.]
6. Fatigatio.

†Amos.5.

*Sacerdotes legis dei contemptores,& proximos affligentes increpat dominus,& eorum reprobat sacrificia,& violatum ab eis fructum.* II.

[a. Correptionem ingeminat vtranque ictum primò sacerdotes castigat. Primò verò prophęta dicit se hoc facere iussum,interim etiam illis dira minatur, Lorichius ibid.]
a. Maledictionem.
2. Sicut etiã maledixi,& scilicet benedictioni vestræ hactenus.
3. Perdo vobis semen.
*Stercus.
b. Ea de causa vitæ & pacis hoc testamentum appellauit, quod obtemperantibus vitam & pacem conciliet. Theodo. ibid.
4. Eas illi ad.
5. Ipse contritus est.
[c. Quod enim Aaron fecit virtutum conflatilem fuit ex timore mortis, nec ipse nec alij Leuitæ credidérũt quòd in vitulo esset aliquid numinis, quod patet ex hoc quod tota tribus Leui iunxit se Moysi, ad interficiendum illos qui peccauerant in idololatria vituli. Exod.32. De Lyra ibid.]
6. Abiectos coram.
d. Neque propterea creati sumus vt ederemus & biberemus, vestéque regeremur, sed vt placeremus deo, & bonis potiremur futuris. Chrysost. De libello repudij.
7. Circunuenitur vnusquisque à fratre suo.
e. Populus Iudæ à Babylone reuersus legem dei non custodiuit in templi ædificatione, sacrificiorum oblatione,sabbati obseruatione,& alienigenarum vxorum acceptione,in quibus nimis negligentes fuerunt. Et hęc patet in lib. Esdræ,& Nehemię. Diony. ibid.
8. Excitantem & respõdentem.
9. Operiunt,sub. vxores vestræ.
10. Nec vnus quidem fecit, & excellentia spiritus illi erat
11. Fecit,quærebat.
f. Et legendum est dicit mihi, Scriptum est: Cum odio habuerit eam,dimitte, dicit dominus deus Israel. Statim respondit, Hoc in lege permissum est,sed propter duritiam cordis vestri. Hieron. ibid.
[g. Id est, vestimentum viri. Sic enim suonat litera Hebraica,quę non potest referri nisi ad masculum, & non ad fœminam secundum modum loquẽdi Hebraicum. De Lyra ibid.]

a Ipse enim deus omnipotens, dominum ait venturum in templum suum, interim de alio loquens: significat potrò deũ verbum quem postea angelum testaméti vocat: quémque etiam ipse dominus omnipotens docet se mittere ante faciem suã, dicens: Ecce ego mitto angelum meum. Euseb. de demonst. lib. 5. cap. 28.
2. Expurgabit.
b. Ex his non solum edocemur de aduentu & iudicio,sed & de potestate eius & regno, quia potestas eius æterna sit,& sine correptionis fine sit regnum,vt in euangelio dicitur, & regni eius non erit finis. Cyp. in Symbolo Apostolorum.
2. Sustinere.
3. Stare poterit cum ille apparuerit.
4. Borith.
5. Conflabit.
6. In diebus seculi, & sicut in annis antiquis.

TAnunc ad vos mandatum hoc ô sacerdotes:†Si nolueritis audire,& si nolueritis ponere super cor, vt detis gloriam nomini meo, ait dominus exercituum,mittam in vos [1] egestatem,] † & maledicam benedictionibus vestris, [2] & maledicam illis,] quoniam non posuistis super cor. Ecce ego [3]proiiciam vobis brachium,] & dispergam* super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum,& assumet vos secum.Et scietis,quia misi ad vos mandatum istud, vt esset pactum meum cum Leui,dicit dominus exercituum. [b] Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis,& dedi [4] ei] timorem,& timuit me,[5] & à facie nominis mei pauebat.] [d]Lex veritatis fuit in ore eius, [c]& iniquitas non est inuenta in labiis eius.In pace & in æquitate ambulauit mecum,& multos auertit ab iniquitate. † Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituũ est. Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege. Irritum feciſtis pactum Leui,dicit dominus exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles & [6] humiles] omnibus populis,sicut non seruastis vias meas,& accepistis faciem in lege. † Nunquid non pater vnus omnium nostrum? Nunquid non deus vnus [d] creauit nos? Quare ergo [7] despicit vnusquisque nostrum fratrem suum,]violans pactum patrum nostrorum? [e]Transgressus est Iuda,& abominatio facta est in Israel, & in Ierusalem, quia contaminauit Iudas sanctificationem domini quam dilexit,& habuit filiam dei alieni.† Disperdat dominus virum qui fecerit hoc, [8] magistrum & discipulũ] de tabernaculo Iacob,& offerentem munus domino exercituum.Et hoc rursum fecistis.[9] Operiebatis] lachrymis altare domini fletu & mugitu,ita vt non respiciam vltrà ad sacrificium,nec accipiam placabile quid de manu vestra. Et dixistis: Quam ob causam? quia dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ, quam tu despexisti.Et hæc particeps tua,& vxor fœderis tui.[10] [f]Nónne vnus fecit, & residuum spiritus eius est?] Et quid vnus [11] quærit,nisi] semen dei? Custodite ergo spiritum vestrũ, & vxorem adolescẽtiæ tuę noli despicere.[f] Cum odio habueris eam dimitte,dicit dominus deus Israel.[g] Operiet autem iniquitas vestimentum eius,dicit dominus exercituum.Custodite spiritum vestrum,& nolite despicere.Laborare fecistis dominum in sermonibus vestris.Et dixistis: In quo eum fecimus laborare? in eo quòd dicitis: omnis qui facit malum, bonus est in conspectu domini,& tales ei placent, aut certe vbi est deus iudicij?

A

†Hier.25.b Deut.28.b Isai.8 †Malach. 2.c Si qui filij pœnitere. 1.q.1.c. Nihil dicam &c. Matth. Hieron. ibid.

*Aduenientę domini præcursore Christus in impios animaduertet, blasphemantes in eum suppliciis afficiet,& iustos mercede donabit.* III.

[a]Ecce† ego mittam angelum meum,&[1] prępparabit]viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suũ dominator quem vos quæritis, & angelus testamenti quem vos vultis.[b] Ecce venit,dicit dominus exercituum. Et quis poterit [2] cogitare] diem aduentus eius? Et quis [3] stabit ad videndum eum? ] Ipse enim quasi ignis conflans,& quasi [4] herba] fullonum. Et sedebit conflans & emundans argentum,† & purgabit filios Leui.Et [5] colabit] eos quasi aurum & quasi argentum, & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificium Iuda & Ierusalem sicut [6] dies seculi, & sicut anni antiqui.] [g]Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris & periuris, & qui calumniantur mercedem mercena-

A

†Matt.11.b Marc.1.a Luc.1.b.& 7.d Psal.95.d.

†30.dist.cap. Purgabit

B

mercenarij,& humiliant viduas & pupillos,& opprimunt peregrinum,nec timuerunt me,dicit dominus exercituum. Ego enim dominus [c] & non mutor,& vos filij Iacob non estis consumpti. A diebus enim patrum vestrorum recessistis à legitimis meis,& nō custodistis.† Reuertimini ad me & ego reuertar ad vos,dicit dominus exercituum. Et dixistis:In quo reuertemur?[7] Si affigit homo deum,[d] quia vos configitis me.] Et dixistis:In quo [8] configimus te:] In decimis & in primitiis. Et [9] in penuria] vos maledicti estis, & [10] me vos configitis] gens tota.[e] Inferte omnem decimam in [11] horreum meum,] & sit cibus in domo mea,& probate me super hoc,dicit dominus. * Si non aperuero vobis catharactas cœli,& effudero vobis benedictionem [12] vsque ad abundātiam.] Et increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ, nec erit sterilis vinea in agro,dicit dominus exercituum. Et beatos vos dicent omnes gentes.Eritis enim vos terra desiderabilis,dicit dominus exercituum.† Inualuerunt super me verba vestra,dicit dominus.Et dixistis:Quid locuti sumus contra te? Dixistis: † Vanus est qui seruit deo.Et quod emolumentum,quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram domino exercituum?[f] Ergo nunc beatos dicimus arrogantes.Siquidem ædificati sunt facientes impietates,& tentauerunt deum,& salui facti sunt.[e] Tunc locuti sunt timentes deum,vnusquisque cum proximo suo.Et attendit dominus & audiuit, & scriptus est liber monumenti coram eo timentibus dominum,& cogitantibus nomen eius.Et erunt mihi ait dominus exercituum in die qua ego faciam in peculium,& parcam eis sicut parcit vir filio suo seruienti sibi. Et conuertimini & videbitis quid sit inter iustum & impium,& inter seruientem deo & non seruientem ei.

†Zacha. 1.a 16.q.1.c. Reuertimini. 7.quæst.1.c Omnes. De deci. cap. 122.a

†Iob.11.b

†Iob.21.b

c. Nam licet in eo verbo illud dictum sit Apostoli:quia factus est homo, non tamen mutatus est, sed sicut dixit Apostolus Hebr. 13.b. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula. Tripart. histo. lib.1.cap.13.

7. Nunquid homo vim faciet deo, quia mihi vim facitis?

d. Vt sit sensus,si fraudat homo deum quia vos fraudastis me. Et reuera secūdum historiæ ordinem, quia decimas & primitias Leuitis populus nō reddebat, seipsum fraudem dicit dominus sustinere:cuius ministri fame coacti & penuria, templū deseruerint.Si enim deus per alios visitatur in carcere, & ægrotus suscipitur,& esuriēs sitiēsque cibum accipit atque potatur,cur non in ministris suis ipse decimas accipiat?Hiero.ibid.

8. Vim tibi facimus.

9. In maledictione.

10. Mea vos rapitis.

11. Domum thesauri.

*Exercituum.

12. Vt sufficientiæ non sit finis.

e. Sensus est. Didicerūt melius loqui. Et attendit Dominus, & audiuit,hoc est, labores pauperum considerat, & gemitus eorum audit: Dominus demum proteget pios, & rependet illis, gloriam pro laboribus suis & contumeliis:Tyrannos quoque maximis tormentis vnde gloriosus appareat,reseruit. Cōuertimini ergo ad Dominum,sustinete,videbitis auxilium Domini super vos.Loric.ibid.]

*In aduentum Christi veniet Ioannes baptista in spiritu Eliæ venturi. 1111.*

A

†Luc.1.g 24.q.1.cap. Quoniā vero. De consecra. di.4.c.Nec eorumquam. †Exod.20.a †Mathi.17.b Marc.9.c Luc.1.b

[a] Ecce enim dies veniet succensa quasi [1] caminus,] & erunt omnes superbi,& omnes facientes impietatem stipula. Et inflāmabit eos dies veniens, dicit dominus exercituum:quæ non derelinquet eis radicem & [2] germē.]

B † [b] Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ,& sanitas in pēnis eius.Et egrediemini &[3] salietis sicut vituli de armento,] & calcabitis impios cū fuerint cinis sub planta pedum vestrorum,in die qua ego facio,dicit dominus exercituū.

† [c] Mementote legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnem Israel, præcepta & iudicia.† Ecce ego [4] [c] mittam] vobis Eliam prophetam: antequam veniat dies domini magnus & horribilis. [d] Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum,ne fortè veniam & percutiam terram anathemate.

a. Succendi & cremati alienigenas præcinit dominus,id est, alienos à diuino genere & profanos,spiritualiter non renatos, nec dei filios factos.Euadere enim cor solos posse qui renati de signo Christi signati fuerūt. Cypria. contra Demetrianum. Tracta 1.

1. Clibanus.

2 Ramum.

b Qui sæpe nominatus est, & dominus & deus & angelus, & princeps imperatorum,& Christus, & sacerdos, & verbum, & sapientia dei, & imago: nunc idem Sol iustitiæ dicitur, &c. Euseb.de demonst lib.5 ca.29.

3. Pinguescetis sicut viruli saginati.

4. c Mitto ) Quoniam propter ministerij similitudinem Ioannes quoque poterat Elias nominari,ne confusio fiat,patriam ascripsit. Eliam Thesbitem appellans.Chryso.

d. Vnum igitur atque idem vtriusque opus est,Ioannis scilicet & Eliæ,fidem scilicet atque intellectū, quæ habuere patres, filiorum mentibus prædicando infundere. Bed.in vigilia.Ioannis Bap.

## INCIPIT PROLOGVS BEATI HIERONYMI PRESbyteri in libros Machabæorum.

*MAchabæorum libri duo prænotant prælia inter Hebræorum Duces gentémque Persarum: pugnam quoque sabbatorum,& nobiles Machabæi ducis triumphos: ex cuius nomine & libri iidem sunt nuncupati.Hæc quoque historia continet etiam inclyta illa gesta Machabæorum fratrum: qui sub Antiocho Rege pro sacris legibus dira tormenta perpessi sunt.Quos mater pia,dum diuersis supplicis vrgerentur,non solum non fleuit,sed & gaudens hortabatur ad gloriam passionis.*

## ITEM ALIVS PROLOGVS.

*MAchabæorum libri licet non habeantur in canone Hebræorum: tamen ab ecclesia inter diuinorum voluminum annotātur historias.Prænotant autem prælia inter Hebræorū Duces,gentésque Persarū,pugnā quoque sabbatorū & nobiles Machabæi triūphos:fœdus quoque amicitiarū cū Romanorū ducibus atque legationū. Machabæi septē fratres*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*ab vna matre Machabæa nomine genti custodientes legem, patris traditionem, non manducantes carnem porcinam, ob hoc ab Antiocho Rege sæuissimo in Antiochia martyrij gloria coronati sunt cum matre sua, atque sepulti cum magna veneratione ibi quiescunt.*

## ARGVMENTVM.

*MAchabæorum libri, quos non Iudæi, sed ecclesia pro canonicis habet, propter quorundam martyrum passiones vehementes atque mirabiles. Qui antequam Christus venisset in carnem, vsque ad mortem pro lege dei certauerũt, & mala grauissima atque horribilia pertulerunt. Aug. de ciuitate dei, lib. 18. cap. 36.*

# Incipit liber primus Machabæorum.

*Mortuo Alexandro succedens Antiochus prophanauit Ierusalem, quam spoliata Aegypto spoliauit, & inde percussit leges, idololatriæ Iudæos sequi præcepit, ac renitentes misere trucidauit.* *Cap. I.*

ET factum est postquam percussit Alexander Philippi Macedo qui ⁊ primus regnauit in Græcia, ] egressus de terra Cethim, [a] Darium Regem Persarum & Medorum, * constituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit Reges terræ. Et pertransiit vsque ad fines terrę, & accepit spolia multitudinis gentium, & siluit terra in conspectu eius. Et congregauit virtutem & exrcitum fortem nimis, & exaltatum est & eleuatum cor eius, & obtinuit regiones gentium & [1] tyrannos ] & facti sunt illi in tributum. [b] Et post hæc decidit in lectum, & cognouit quia moreretur. Et vocauit pueros suos nobiles qui secum erant nutriti à iuuentute sua, & diuisit illis regnum suum cum adhuc viueret. Et regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus est, & obtinuerunt pueri eius regnum, vnusquisque in loco suo, & imposuerunt omnes sibi diademata post mortem eius, & filij eorum post eos annis multis, † & [2] multiplicata sunt ] mala in terra. [3] Et ex eis radix peccati Antiochus illustris filius Antiochi Regis, qui fuerat Romæ obses, & regnauit [c] in anno centesimo tricesimo & septimo regni Græcorum. In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui, & suaserunt multis, dicentes: Eamus & disponamus [3] testamentum ] cum gentibus quæ circa nos sunt, quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus visus est sermo in oculis eorum. Et destinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad Regem, & dedit illis potestatem: vt facerent iustitiam gentium. Et ædificauerunt gymnasium in Ierosolymis secundum leges nationum, & fecerunt sibi præputia, & recesserunt à testamento sancto, & iuncti sunt nationibus, & venundati sunt vt facerent malum. Et paratum est regnum in conspectu Antiochi, & cœpit regnare in terra Ægypti, vt regnaret super duo regna. [d] Et intrauit in Ægyptum in multitudine graui, in curribus & elephantis, & equitibus, & copiosa nauium multitudine. [4] Et constituit bellum aduersus Ptolomæum Regem Ægypti, & veritus est Ptolomæus à facie eius & fugit, & ceciderunt vulnerati multi. Et comprehendit ciuitates munitas in terra Ægypti, & accepit spolia terræ Ægypti. Et [4] conuertit ] Antiochus postquam percussit Ægyptum in centesimo & quadragesimo & tertio anno, & ascendit ad Israel, & ascendit Ierosolymam in multitudine graui. Et intrauit [5] in sanctificationem ] cum superbia, [e] & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuersa vasa eius, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentum aureum, quod in facie templi erat, & comminuit omnia. Et accepit aurum & argentum & vasa concupiscibilia, & accepit thesauros occultos quos inuenit, & sublatis omni-

Anni ante Christũ 331. Anni mũdi 3619.

Ioſ. 22. 6 1. 3. Reg. 22. 4

Anni ante Christũ 164. Anni mundi 3788.

Anni ante Christũ 168. Anni mundi 3794 Ioſ. 12. 7.

a Darius sextus, & vltimus Persarum & Medorũ rex spe pacis cũ Alexandro amissa. 400000. pedituin. 100000. equitum Alexandro ab Aegypto reuertenti apud Tharsum bello se opposuit. Nec pugnæ mora omnes in ferrum ruunt. Macedones totiens à se victis hostibus animosi, Persæ nisi vincant, mori præoptantes. Raro in nullo prælio tantum sanguinis fusum est. Sed Darius cum vinci suos videret, moti in bello paratur persuasu suorum fugere compulsus est, qui tamen fugiens multis vulneribus confossus animam exhalauit. Oroſius lib. 3. ca. 16.

* Hic regnauit pro eo prius in Græcia, &.

1. Tyrannides.

b. Reuersus Alexander Babyloniam multis diebus otio deditis, intermissum olim conuiuiũ solennitet instituit, totúsque in lætitiam fusus, cum diei nocte coniunxisset pernigilem, iam è cõuiuio medicus Thessalus instaurata comessatione, & ipsum & sodales eius inuitat. Accepto poculo medii potione repente veluti telo Alexander confixus ingemuit. Elatúsque è cõuiuio semianimis tãto dolore cruciatus est, vt ferrũ in remedia posceret, tactúque hominum velut vulnera indoleſceret. Sexta tandem die decessit mẽse vno, annos tres & triginta natus, imperij veto sui duodecimo anno Iustinus lib. 12. in fine.

Mortuus est Alexander.

2. Multiplicauerunt.

c. Numerando scilicet, à principio regni Syriæ, 12. annos postquam Alexander occidit. Hic enim Syrorum Regum sola gesta narrantur in Iudæos.

3. Pactum.

d. Profectus Antiochus cũ magno exercitu Pelusium, alio ex cunuento Philometore, Aegyptum occupat, & redacta prius in potestatem Mẽphi, locisque circunuicinis ad Alexandriam ducit vrbem, & regem subiugaturus. Ioseph. Antiq. li. 12. c. 6.

4. Reuersus est.

5. In sanctuarium, & infra.

e. Post annos fere trecẽtos quadraginta ab instaurata Ierusalẽ per Esdram & Nehemiam rex Græcorum nefandissimus Antiochus fraude capta Ierusalem templũ sordibus idolorũ prophanauit, auferens inde & confringens altare domini aureũ, mensam propositionis, candelabrũ luminis, & cætera templi vasa aurea, quæ inuenire potuit. Beda in dedicatione ecclesiæ. ho. 1

omnibus abiit in terram ſuam. Et fecit cædē hominum, & locutus eſt in ſuperbia magna. Et factus eſt planctus magnus in Iſrael, & in omni loco eorum. [f] Et ingemuerunt Principes & Seniores, & iuuenes & virgines infirmati ſunt, & ſpecioſitas mulierū immutata eſt. Omnis maritus ſumpſit lamentum, & quæ ſedebant in thoro maritali, lugebant, & commota eſt terra ſuper habitantes in ea, & vniuerſa domus Iacob induit confuſionem. [g] Et poſt duos annos dierum miſit rex principem tributorum in ciuitates Iuda, & venit Ieruſalem cum turba magna. Et locutus eſt ad eos verba pacifica in dolo, & crediderūt ei. Et irruit ſuper ciuitatem repente, & percuſſit eam plaga magna, & perdidit populum multum ex Iſrael. Et accepit ſpolia ciuitatis, & ſuccēdit eam igni. Et deſtruxit domos eius, & muros eius in circuitu. [h] Et captiuas duxerunt mulieres & natos, & pecora poſſederunt. Et ædificauerunt ciuitatem Dauid muro magno & firmo, & turribus firmis, & facta eſt illis in arcem. Et poſuerunt illic gentem peccatricem, viros iniquos, & conualuerunt in ea. Et poſuerunt arma & eſcas, & cōgregauerunt ſpolia Ieruſalem, & repoſuerūt illic, & facti ſunt in laqueum magnum. [i] Et factum eſt hoc ad inſidias ſanctificationi, & [6] in diabolum] malū in Iſrael. * Et effuderunt ſanguinem innocentem per circuitum ſanctificationis, & contaminauerunt ſanctificationem, & fugerunt habitatores Ieruſalem propter eos, & facta eſt habitatio exterorum, & facta eſt extera ſemini ſuo, & nati eius reliquerunt eam. [i] Sanctificatio eius deſolata eſt ſicut ſolitudo, † dies feſti eius conuerſi ſunt in luctum, ſabbata eius in opprobrium, honores eius in nihilum. Secundum gloriam eius multiplicata eſt ignominia eius, & ſublimitas eius conuerſa eſt in luctum. [k] Et ſcripſit Rex Antiochus omni regno ſuo, vt eſſet omnis populus vnus. Et [7] reliquerunt] vnuſquiſque legem ſuam, & conſenſerunt omnes gentes ſecundum verbum Regis Antiochi. Et multi ex Iſrael conſenſerunt [8] ei ] & ſacrificauerunt idôlis, & coinquinauerunt ſabbatum. Et miſit Rex Antiochus libros per manus nuntiorum in Ieruſalem & in omnes ciuitates Iudæ, vt ſequerentur leges gentium terræ, & prohiberent holocauſta & ſacrificia & [9] placationes fieri in templo dei, & prohiberent celebrari ſabbatum] & dies ſolennes. [l] Et iuſſit coinquinari ſancta, & ſanctum populum Iſrael. [l] Et iuſsit ædificari aras & [10] templa ] & idôla, & immolari carnes ſuillas & pecora communia, & relinquere filios ſuos incircunciſos, & coinquinari animas eorum in omnibus immunditiis & abominationibus, ita vt obliuiſcerentur legem, & immutarent omnes iuſtificationes dei. [m] Et quicunque non feciſſent ſecundum verbum Regis Antiochi, morerētur. Secundum omnia verba hæc ſcripſit omni regno ſuo, & præpoſuit Principes [11] populo qui hæc fieri cogerent. ] Et iuſſerunt ciuitatibus Iudæ ſacrificare. * Et congregati ſunt multi de populo ad eos qui derelique rant legem domini, & fecerunt mala ſuper terram, & [12] effugauerunt populum ] Iſrael in abditis & in abſconditis fugitiuorum locis. Die quintadecima menſis Caſleu, quinto & quadrageſimo & centeſimo anno, [13] ædificauit Rex Antiochus [n] abominandum idôlum deſolationis ſuper altare dei, ] [o] & per vniuerſas ciuitates Iudæ in circuitu ædificauerunt aras, & ante ianuas domorum, & in platéis incendebant thura & ſacrificabant. [o] Et libros legis dei combuſſerunt igni, ſcindentes eos, & apud quemcunque inueniebantur libri teſtamenti domini, & quicunque obſeruabat legem domini, ſecundum edictum Regis trucidabant eum. In virtute ſua faciebant hæc populo Iſrael, qui inueniebatur in omni menſe in ciuitatibus. Et quinta & viceſima die menſis ſacrificabant ſuper aram quæ erat contra altare, & mulieres quæ circuncidebant filios ſuos, trucidabantur ſecundum iuſſum Regis Antiochi. Et ſuſpendebant pueros [14] à ceruicibus ] per vniuerſas domos eorum, & eos qui circunciderant, illos trucidabant. [p] Et multi de populo Iſrael [15] definierunt apud ſe, ] vt non manducarent immunda, & elegerūt magis mori quàm cibis coinquinari immundis, & noluerunt infringere legē dei ſanctam, & trucidati ſunt. Et facta eſt ira magna ſuper populum Iſrael valde.

Anni ante Chriſtū. 166. Anni mundi 3796.

Anni ante Chriſtū. 166 Anni mundi 3796.

f. Quæ à 78 pſalmo acceſimus, completa ſunt in Antiochi temporibus, qui vocat⁹ eſt illuſtris, qui cum in Syria regnaret, irruit quidem in vrbem Ieroſolymam, fœdauit vero templum, & ſanctuarium euertit. Euſeb. de demonſt. Euang. lib. 10. ca. 1.

[g. Diximus ſuperius quod Antioch⁹ teneret typum Antichriſti: ſimiliter idem perditionis filius, hoc in loco princeps tributorum accipi poteſt: quem princeps huius mundi, & rector tenebrarum diabolus, ad hoc incitat. Gloſa ordin.]

h. Daniel has Iudæorum præuidens calamitates cap. 8. repetit hanc eādem quæ ſub Antiocho illuſtri facta eſt captiuitatem, excidiumque atque deſolationem templi, etiam ipſum tempus addidit. Exinde inferent in ipſum abominationem, & eos qui violant teſtamentum, hoc eſt, præuaricantes Iudæos, abducent in ruinas, ſecum habebunt ac trāſferent, & populus cognoſcens deum ſuum præualebit, Machabæorum res ſignificans quæ acciderūt ſub Iuda, & Symone, & Ioanne Chryſ. aduerſus Iudæos oratione 2.

6. Calumniatorem.

* Sempet.

[i. In loco enim templi creuerūt arboriſta, vt dicitur infra cap. 4 De Lyra.]

[k. Scriptura & epiſtola ſpiritualis Antiochi philoſophi ſunt gētiliū & hæreticorum atque ſchiſmaticorum Chriſtianorum qui veritatē legis Chriſti atque ſtatum catholicæ fidei ſubuertere cupiūt, quibus dolor eſt cultus diuin⁹, & religio Chriſtiana, ſed quo magis per errorem ſtudent illi homines, adhuare eo magis faciūt illos ab inuicem diſcordare, quia nec ipſi inter ſe inuicē concordant, ſed variis ſectis diſſentientes diſcrepant. Glo. ordi.

7. Relinqueret.

8. Seruituti eius.

9. Libationem ex ſanctuario, & coinquinarent ſabbata.

l. In templo quoque ara poſita porcos mactauit, ſacrificium ære ligione Iudæorum alieniſſimū, & cogebat omnes abrogato veri dei cultu, ipſius venerari numina, & oppidatim extructis tēplis, atque altaribus, porcinas in eis quotidie iugulare victimas. Ioſep. Antiq. lib. 12. cap. 6.

10. Lucos.

[m. Horreſco eius exemplum inter Chriſtianos videns. Exēplum certum ac manifeſtum eſt, principes hæreticorum patronos, catholicos ſacerdotes à catholica doctrina, ad nouas hæreſeon opiniones cogere, ſacramenta eccleſiæ abolere, noua officia Miſſæ catholico clero obtrudere, & id genus alia facinora ſacrilega cōmittere. Lyra ibi.]

11. Super omnem populum.

* Per vrbem & vrbem.

12. Poſuerunt.

13. Aedificauerunt abominationem deſolationis, ſuper altare.

n. Sed & in templo dei ſimulachrum Iouis ſtatuens, populumque tormentis ad ſacrificādum idolis cogens. Beda in dedica. eccle. hom. 1.

o. Et dum Antiochus Iudæos Græcorum moribus viuere cogit, quamplurimos eorum tam mares q̄ fœminas, qui neque propriis legibus neque patriā pietatem deſerere volebant, variis priùs vexatos ſupplicīis interfecit. Euſeb. de demonſtra. Euangelica lib. 10. cap. 1.

14. Ex collis eorum.

[p. Nulla perſecutio, nullāque tribulatio ſanctos dei qui prædeſtinati ſunt, & vocati ſecundum præſcientiam Dei patris à fide Chriſti nunquam euellere potuit ſed in veritate perſiſtentes, nec idolotita manducantes, nec immunditia peccatorū coinquinari conſentiebant, nec etiam legem dei ſanctam hæreticā prauitate infringere, atque corrumpere patiebāt: ſed magis eligebant pro nomine Chriſti mori quàm conſentire impietati. Gloſa ordinaria ibidem.]

15. Fortificati ſunt, & confirmati in ſe.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Matathias legis dei zelator Antiochi leges contemnens fugit in montem cum filiis & amicis suis : vbi tandem moriens iubet filios suos exemplo patrum suorum legem dei tueri.* I I.

IN diebus illis surrexit Matathias filius Ioannis filij Simeonis sacerdos ex A Iosu.7
filiis Ioarim ab Ierusalem,& consedit in monte Modin.Et habebat filios quinque, Ioannem qui cognominabatur Gaddis, & Simônem qui cognominabatur Thasi, & Iudam qui vocabatur Machabæus, & Eleazarum qui cognominabatur Abaron, & Ionathan qui cognominabatur Apphus. [1] Hi viderunt mala ] quæ fiebant in populo Iuda & in Ierusalem[a], & dixit Matathias: Væ mihi. Vt quid natus sum videre contritionem populi mei & contritionem ciuitatis sanctæ,& sedere illic cum datur in manibus inimicorum? [2] Sancta in manu extraneorum facta sunt,] templum eius sicut homo ignobilis.[b] Vasa gloriæ eius captiua abducta sunt,trucidati sunt[3] senes] eius in platéis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum. Quæ gens non hæreditauit regnum eius,& non obtinuit spolia eius ? Omnis compositio eius ablata est. Quæ erat libera,facta est ancilla. Et ecce sancta nostra, & pulchritudo nostra,& claritas nostra,desolata est: & coinquinauerunt eam gentes.
& Quo ergo nobis adhuc viuere ? Et scidit vestimenta sua Matathias, & filij eius, & B
operuerunt se ciliciis,& planxerunt valde.Et venerunt illuc qui missi erant à Rege Antiocho,vt cogerent eos qui confugerent in ciuitatem [c] Modin,immolare &accendere thura, & à lege dei discedere. ] Et multi de populo Israel consentientes accesserunt ad eos,sed Matathias & filij eius [4] constanter steterũt,] & respondentes qui missi erant ab Antiocho, dixerunt Matathiæ: Princeps & clarissimus & magnus es in hac ciuitate, & ornatus filiis & fratribus. Ergo accede prior, & fac iussum Regis sicut fecerunt omnes gentes & viri Iuda,& qui remanserunt in Ierusalem,& eris tu & filij tui inter amicos Regis,& [5] amplificatus] auro & argento & muneribus multis. Et respondit Matathias, & dixit magna voce: Et si omnes gentes * Regi Antiocho obediunt, vt discedant vnusquisque à seruitute legis patrum suorum, & consentiant mandatis eius, ego & filij mei, & fratres mei [6] obediemus legi ] patrum nostrorum. & Propi- C
tius sit nobis deus, non est nobis vtile relinquere legem & iustitias dei. Non audiemus verba Regis Antiochi,[7] nec sacrificabimus transgredientes legis nostræ mandata, vt eamus altera via. ] Et vt cessauit loqui verba hæc, accessit quidam Iudæus in omnium oculis sacrificare idôlis super aram in ciuitate Modin secundum iussum Regis.Et vidit Matathias,& doluit,& contremuerunt renes eius. † Et accensus est furor eius secundum iudicium legis, [d] & insiliens trucidauit eum super aram. Sed & virum quem Rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occîdit in ipso tempore, & aram destruxit, & zelatus est legem † sicut fecit Phinées Zambri filio Salomi. †Num.25
Et exclamauit Matathias voce magna in ciuitate, dicens: Omnis qui zelum habet legis statuens testamentum, exeat post me, & fugit ipse & filij eius in montes, & reliquerunt quæcunque habebant in ciuitate. Tunc descenderunt multi quærentes iudicium & iustitiam in desertum, & sederunt ibi ipsi & filij eius, & mulieres eorum & pecora eorum,quoniam inundauerunt super eos mala.[e] Et renunciatum est viris Re- D
gis, & exercitui qui erant in Ierusalem ciuitate Dauid, quoniam discessissent viri quidam qui dissipauerunt mandatum Regis in loca occulta in deserto, & abissent post illos multi. Et statim perrexerunt ad eos,& constituerunt aduersus eos prælium in die sabbatorum.Et dixerunt ad eos: [8] Resistis & nunc adhuc ? Exite,& ] facite secundum verbum Regis Antiochi,& viuetis.Et dixerunt. [f] Non exibimus, neque faciemus verbum Regis,vt polluamus diem sabbatorum. Et concitauerunt aduersus eos prælium & non responderunt illis, nec lapidem miserunt in eos, nec oppilauerunt loca occulta,dicentes: † [f] Moriamur omnes in simplicitate nostra, & testes erunt super nos cœ- †21.q.5.ca. Si multa.
lum & terra, quòd iniustè perditis nos. Et intulerunt illis bellum sabbatis, & mortui sunt ipsi & vxores eorum, & filij eorum & pecora eorum, vsque ad mille animas hominum.

a. Tunc multi Iudæorum sponte quidem timore regis iussa secuti sunt,probati vero patriis legibus adhæserunt. Erat autem vir de Modin modico Iudæ vico sacerdos,nomine Matathias filius Ioannis,filij Simonis, filij Asmonai,de vice Ioachim, id est,vnus illorum 24. quos Dauid elegit,& in eũdem modum dictus est Zacharias pater Ioannis baptist.de vice Abia.Erántque ei filij puinque Ioannes,Simon,Iudas, Eleazarus, & Ionathas:quorum quilque suo cognomine censebatur.Comest.Iusto. Machab.c.1.

2. Et vidit blasphemias.

3. Sanctuarium in manu alienorum factum est.

b. Vasa gloriæ eius adducta sunt. Nam Antiochus ea asportauerat,vt dictum est cap.præced. At quę gens non hæreditauit regnum eius quod dicitur, eo quod in exercitu Antiochi erant multi de diuersis nationibus collecti.

3. Infantes.

c. Modin ciuitas propter Machabæos celebris in tribus Beniamin finibus, super montem Bahala sita : super torrente qui apud Seeronam effunditur, patria Machabæorum,vbi est eorũ memorabilis sepultura, septem pyramides exquadrata mole sũt gentes.

4. Congregati sunt.

5. Tu & filij tui glorificabimini. * Quæ sunt in familia regni.

6. Ambulabimus in testamẽto.

7. Vt præterceamus seruitutẽ nostram dextra vel sinistra.

d. Cuius præcepti diuini & vigoris memor Matathias interfecit eum qui ad aram sacrificaturus accesserat.Quod si ante aduentum Christi circa deum colendum,& idola spernẽda hæc præcepta seruata sunt, quãto magis pòst aduentum Christi seruanda sunt:cum ille veniens nõ verbis tantum nos hortatus est,sed & factis, post omnes iniurias & contumelias passus quoque & crucifixus, vt nos pati & mori suo exemplo doceret, vt nulla sit homini excusatio pro se non patienti, cum passus sit ille pro nobis, & cum ille passus sit pro alienis peccatis, multo magis pro suis peccatis vnumquemque debere.Cypria.Exhorta.martyr. ca.4.

8. Vsque nunc egressi.

e. Quid de Machabæis . Sed de populo dicam patrum,qui cum parati essent ad repugnandum pro templo dei,& pro legitimis suis, dolo hostium die lacessiti sabbati maluerunt vulneribus offerre nuda corpora quàm repugnare,ne violarẽt sabbatum. Itaque omnes se obtulerũt morti. Sed Machabæi considerãtes, quod hoc exemplo gens omnis posset perire, sabbato etiam cũ ipsi in bellum prouocarẽtur,vlti sunt innocentium necem fratrum suorum Amb.offic. lib.1. cap.40.

f. Sine dubio istud processit ex quadã simplici deuotione:quia licitum erat eis in die sabbati se defendere Vnde & Ios.6. dicitur quod cuncti bellatores de voluntate domini circumierũt vrbem Iericho semel in die, & hoc septẽ diebus,in quibus dies sabbati erat inclusus.Lyra.

minum. Et cognouit Matathias & amici eius,& luctum habuerunt super eos valde.
E 6 Et dixit vir proximo suo:[g] Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt,& nō pugnauerimus aduersus gentes pro animabus nostris, & iustificationibus nostris, citius disperdent nos à terra. Et cogitauerunt in die illa, dicentes: Omnis homo quicunque venerit ad nos in bello die sabbatorum,pugnemus aduersus eum, & non moriemur omnes,sicut mortui sunt fratres nostri in occultis.[h] Tunc congregata est ad eos Synagoga' Iudæorum,fortis viribus ex Israel,omnis voluntarius in lege, & omnes qui fugiebant à malis additi sunt ad eos, & facti sunt illis ad firmamentum. Et collegerunt exercitum,& percusserunt peccatores in ira sua, & viros[10] iniquos] in indignatione sua,& cæteri fugerunt ad nationes,vt euaderent.Et circuiit Matathias & amici eius, & destruxerunt aras,& circunciderunt pueros incircuncisos,quotquot inuenerunt in finibus Israel in fortitudine.Et persecuti sunt filios superbiæ, & prosperatum est opus in manibus eorum. Et obtinuerunt legem de manibus gentium,& de manibus Regum, & non dederunt cornu peccatori.[i] Et appropinquauerunt dies Matathiæ moriendi,& dixit filiis suis:[k] Nunc confortata est superbia,& castigatio, & tempus euersionis, & ira indignationis. Nunc ergo ô filij æmulatores estote legis,& date animas vestras pro testamento patrum.Et mementote operum patrum quæ fecerūt in generationibus suis,& accipietis gloriam magnam & nomem æternum.† Abraham nónne in tentatione inuentus est fidelis,& reputatum est ei ad iustitiam? † Ioseph in tempore angustiæ suæ custodiuit mandatum,& factus est dominus Ægypti.† Phinees pater noster zelando zelum dei,accepit testamentum sacerdotij æterni. † Iesus dum impleuit verbum, factus est dux in Israel. † Caleph dum testificatur, in Ecclesia accepit hæreditatem. † Dauid in sua misericordia consecutus est sedem regni in secula. † Elias dum zelat zelum legis,receptus est in cœlum.† Hananias, Azarias, & Misahel credentes,liberati sunt de flamma, † Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum. Et ita cogitate per generationem & generationem, quia omnes qui sperant in eum,
G non infirmantur. [k] Et à verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius[11] stercus & vermis est. Hodie extollitur,] & cras non inuenietur: quia conuersus est in terram suam,& cogitatio eius periit. Vos ergo filij cōfortamini,& viriliter agite in lege, quia ⸗cum feceritis quæ vobis præcepta sunt in lege à domino deo vestro,] in ipsa glorioſi eritis. Et ecce Simon frater vester scio quòd vir consilij est. Ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater. Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute sua,sit vobis princeps militiæ, &[12] ipse aget bellum populi.] Et adducetis ad vos omnes factores legis,& vindicate vindictam populi vestri.[k] Retribuite retributionem gentibus,& intendite in præceptum legis. Et benedixit eos,& appositus est ad patres suos. Et defunctus est cēteſimo & quadrageſimosexto anno,& sepultus est à filiis suis in sepulchris patrum suorum in Modin,& planxerunt eum omnis Israel planctu magno.

†Gene.22.e & 25.f †Gene.41.e †Eccli. 45.d Ios.1.d †Num.14.d †Ios.14.d †1.Re.24.d 3.Reg.2.f †4. Reg.2.d †Danie.3.g †Et 6.f

Ios.12.8. Anni ante Christū 275. Anni mūdi. 3797.

[g Valde igitur,detestatur boni ociositatem,quæ inimica est animæ, & ideo potius eligunt contra inimicos spirituales quotidie virtutibus confligere,quā desidia inerti ociosè torpere, maximè cū spem victoriæ non à se sed per auxilium præsumāt habere diuinum:nec sibi securitatem in præsenti,sed in futuro promittunt.Glosa ordina.]
h. Septem dies vndecunque initium acceperint, sabbati diem secum concludant necesse est, quo die non tantum sacerdotes sunt operati, sed in ore gladij præda facta sit ciuitas ab omni populo Israel. Nec dubium est opus seruile eos esse operator, cum prædas belli agerent ex dei præcepto.Nam & temporibus Machabæorum sabbatis pugnando fortiter fecerunt,& hostes Allophylos expugnauerūt, & legem paternam ad pristinū vitæ statum pugnādo sabbatis reuocauerunt. Nec purem aliā legē eos defendisse, nisi in qua de die sabbatorū meminerant esse præscriptū. Tertulli.aduersus Iudæos.
9. Afideorum.
10. Sine lege.
i. Exacto autem anno post principatum morbo correptus Matathias cōuocatis ad se liberis: Equidem,inquit,filij,iam fatalem viam ingredior, interim commendo vobis meum propositum, & rogo ne per ignauiam cessetis id exequi:sed potius memores paternæ voluntatis seruate ritus patrios,& rempublicam tantum non collapsam restituite,neque illis accedite,qui aut sponte aut vi eam prodiderūt hostibus.Prima autem cura sit concordiæ,& quibus quisque præcellit artibus, his vtatur reliquis concedentibus:Simonémque fratrem eximia prudentia virum parentis loco habete,obtemperātes eius consiliis: Machabæum autem propter fortitudinem exercitui præficite. Hic enim vlisceetur suæ gentis iniurias repulsis hostibus. Ad hoc autē negotium adhibete quotquot vsquā sunt iusti & pij, & hoc pacto vires vestras augebitis. Hæc locutus filiis,precatúsque deum adesse illorum conatibus, & populo pristinum viuendi morem restituere,non multo post moritur,& in Modin sepelitur. Iosephus lib.12.cap.8.
11 In stercus & in vermetis hodie extolletur.
12. Bellabitis bellum populorū.
k. Retribuite retributionē gentibus,quæ vexauerūt vos,& punite pro malis illatis fidelibus. Per hoc dedit exemplum principibus & prælatis,vt faciāt testamentum de obseruantia fidei & morum posteris suis & amicis. De Lyra.]

*Iudas Machabæus Iudæis præfectus Apollonium & Seron principes occidit, Lysiæ præfecto Syriæ missо ad delendam Iudæam occurrit, viriliter ordines instituens.* III.

A [2] ET surrexit Iudas,qui vocabatur Machabæus filius eius pro eo, & adiuuabant eum omnes fratres eius,& vniuersi qui se coniunxerant patri eius, & præliabantur prælium Israel cum lætitia. Et dilatauit gloriam populo suo, & induit le loricam sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua[1] in præliis: & protegebat] castra gladio suo, similis factus est leoni in operibus suis,& sicut catulus leonis rugiens in venatione.[b] Et persecutus est iniquos perscrutans eos,& qui conturbabant populū suum,eos succēdit flammis, & repulsi sunt inimici eius præ timore
Ios.12.9. eius. Et omnes operarij iniquitatis conturbati sunt,& directa est salus in manu eius. Et exacerbabat reges multos,& lætificabat Iacob in operibus suis,& in seculum memoria eius in benedictione. Et perambulabat ciuitates Iuda,& perdidit impios ex eis, & auertit iram ab Israel. Et nominatus est vsque ad nouissimum terræ, & congregauit

a. Et surrexit pro patre Iudas Machabæus, & factus est quasi leo defendēs Israel clypeo suo. Comestor historia Machabæo. lib.1.cap.2.

1. Constituit prælia protegens.
b. Iudam Machabæum præcessērūt 11. duces de domo Dauid, per annos 163. Ioseph primus annis 7. Abner Semei ann 11. Esyh. Matathias ann. 12. Asar Maat 9.Nagid Arioxat 10. Agai Helly 8.Mallot Nahum 7. Amos Syrach 14. Matathias Siloa 10. Iosephus Iunior Arses 60. Iannæus vel Ianna secūdus Hircanus,vltimus princeps Iudæorū de tribu Dauid,an.16. Hunc sequitur Iudas Machabæus Asmonæorū primus ann. 6. Philo Iudæus lib.2. Breuiarij

pereuntes. [c] Et congregauit Apollonius gentes,& à Samaria virtutem multam & magnam ad bellandum contra Israel. [d] Et cognouit Iudas, & exiit obuiam illi, & percussit & occidit illum, & ceciderunt vulnerati multi, & reliqui fugerunt, & accepit spolia eorum. Et gladium Apollonij abstulit Iudas, & erat pugnans in eo omnibus diebus. [d] Et audiuit Seron princeps exercitus Syriæ, quòd congregauit Iudas congregationem fidelium & Ecclesiam secum.* Et ait: Faciam mihi nomen,& glorificabor in regno, & debellabo Iudam, & eos qui cum ipso sunt, qui spernebant verbum Regis. Et præparauit se, & ascenderunt cum eo castra impiorum [2] fortes auxiliarij, ] vt facerent vindictam in filios Israel. Et appropinquauerunt vsque Bethoron, & exiuit Iudas obuiam illis cum paucis. Vt autem viderunt exercitum venientem sibi obuiam,dixerunt Iudæ:Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem tantam & tam fortem? Et nos [c] fatigati sumus ieiunio hodie? Et ait Iudas: Facile est concludi multos in manu paucorum, & non est differentia in conspectu dei cœli liberare in multis & in paucis, quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est. [f] Ipsi veniunt ad nos in multitudine contumaci & superbia,vt disperdant nos & vxores nostras, & filios nostros, & vt spolient nos. Nos verò pugnabimus pro animabus nostris & legibus nostris, & ipse dominus conteret eos ante faciem nostram. Vos autem ne timueritis eos. Vt cessauit autem loqui,insiluit in eos subito,& contritus est Seron & exercitus eius in conspectu ipsius, & persecutus est eum in descensu Bethoron vsque in campum. Et ceciderunt ex eis octingenti viri,reliqui autem fugerunt in terram Philistiim. Et [3] cecidit ] timor Iudæ ac fratrum eius, & formido * super omnes gentes in circuitu eorum, & peruenit ad regem nomen eius, & de præliis Iudæ narrabant omnes gentes. [f] Vt audiuit autem Rex Antiochus sermones istos,iratus est animo, & misit, & congregauit exercitum vniuersi regni sui,castra fortia valde. Et aperuit ærarium suum, & dedit stipendia exercitui in annum,& mandauit illis * vt essent parati ad omnia. [g] Et vidit quòd defecit pecunia de thesauris suis, & tributa regionis modica, propter dissensionem & plagam quam fecit in terra, vt tolleret legitima quæ erant à primis diebus. Et timuit ne non haberet, & semel & bis in sumptus, & donaria quæ dederat antè larga manu, & abundauerat super Reges qui ante eum fuerant.* Et consternatus erat animo valde,&cogitauit ire in Persidem, & accipere tributa regionum, & congregare argentum multum. Et reliquit Lysiam. hominem nobilem de genere regali, super negotia regia, à flumine Euphrate vsque [4] ad flumen ] Ægypti, & vt nutriret Antiochum filium suum donec rediret. Et tradidit ei medium exercitum, & elephantos, & mandauit ei de omnibus quæ volebat,& de inhabitantibus Iudæam & Ierusalem,& vt mitteret ad eos exercitum ad cõterendam & extirpandam virtutem Israel, & reliquias Ierusalem, & auferendam memoriam eorum de loco, & vt constitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum,& sorte distribueret terram eorum. [g] [5] Et rex assumpsit partem exercitus residui, ] & exiit ab Antiochia ciuitate regni sui anno centesimo & quadragesimoseptimo, & transfretauit Euphráten flumen,& perambulabat superiores regiones. [h] Et elegit Lysias Ptolomæum filium Dorimini, & Nicanorem,& Gorgiam viros potentes ex amicis regis, & misit cum eis quadraginta milia virorum, & septem milia equitum, vt venirent in terram Iuda, & disperderent eam secundum verbum Regis. Et processerunt vt irent cum vniuersa virtute sua,& venerunt, & applicuerunt [6] Ammaum ] in terra campestri. Et audierunt mercatores regionum nomen eorum,& acceperunt argentum & aurum multum valde, & pueros, & venerunt in castra vt acciperent filios Israel in seruos. Et additi sunt ad eos exercitus Syriæ,& terræ alienigenarum. [i] Et vidit Iudas & fratres eius quia multiplicata sunt mala, & exercitus applicabat ad fines eorum, & cognouerunt verba Regis quæ mandauit populo facere in interitum & consummationem,& dixerunt vnusquisque ad proximum suum: [g] Erigamus deiectionem populi nostri, & pugnemus pro populo nostro & sanctis nostris. Et congregatus est conuentus vt essent parati in prælium,& vt orarent & peterent misericordiã & mi-

Iosue. 9

Anno Christi. Ante. 379.

Iosue. 9.

[c] Hic audiuit Apollonius præfectus Samariæ tertiũ contra Iudam duxit exercitum. Nec in Iuda mora fuit, sed obuiam ei factus prælio victum cum aliis multis interfecit, gladio etiam eius potitus velut opimo spolio,plurimis etiam hostium vulneratis, & castris eorum direptis, omnis præda rediit. Ioseph. lib.12.cap.10.

[d] Cõsequenter describitur bellum Iudę cũ Seron duce Syrię. Circa quod primo ponitur ipsius Seron apparatus. Secundo Iudæorum metus,ibi. Et exiuit Iudas obuiam illis cum paucis ideo timuerãt scilicet multitudinem fortem contra se veniẽtẽ. Tertio ponitur per verba Iudæ ipsius populi consolationem. De Lyra.]

* Et egredientium in bellum.

2. Fortia ad adiuuandum eum.

e. Quantum apud priscos celebratum fuerit ieiunium, ostendit Hierony. aduersus Iouinianum: Patres veteris testamenti in afflictione constituti semper per ieiunia misericordiam & consolationem inuenerunt. In Exodo aduersus Amalech oratione Moysi & torius populi, vsque ad vesperam dimicatum est. Iesus filius Naue stationem impetrauit Solis & Lunæ,& ne diam plusquam vnius diei victoris exercitus protelauit. Saul maledixit qui ante victoriam sumeret cibum. Elias 40. diebũ ieiunio vidit deum in Horeb. Congregatum Samuel populũ in Maspha it indicto ieiunio roborauit,& fecit hostibus sortiotem. Daniel, Machabæi, Iudith & Esther ieiunio de hostibus triumpharunt. Et item Achab impiissimus,vt sententiam dei subterfugeret,& euersio domus eius differretur in posteros,ieiunio impetrauit & sacco, &c. Hier. aduer. Iouinia. lib. 2.

3. Incepit.

* Incidere.

f. Audiens hæc Antiochus congregauit omnem propriam virtutem,& multos ab insulis mercede conduxit. Cumque militibus stipẽdia distribueret, vidit thesauros deficere. Non enim illi omnia tributa reddebantur propter seditiones gentium, deliberauit ire in Persidem,& accipere tributa regionum. Et reliquit Lysiam de genere regali super negotia regni ab Euphrate vsque ad fines Asiæ inferioris,& vt nutriret Antiochum filium eius donec rediret. Et tradidit ei medietatem exercitus & elephantes,præcipiens vt vastaret Iudæam,& euerteret Ierusalem, & genus Iudæorum extirparet Comestor. 1. Machab. j.

* in annum.

* Liberali manu.

4 Ad terminos.

[g. Hic consequenter ponitur ordinationis regit executio,& primo ex parte regis, cùm dicitur hic exiuit ab Antiochia ciuitate regni sui metropoli. De Lyra.]

5. Dimidium exercitum residuum.

[h. Quid per Lysiam nisi fastus mundanus designatur, qui per tres viros hoc est per tres ordines persecutorum bellũ Christi ecclesiæ ingerit,hoc est per paganos,per hæreticos,& per falsos Christianos. quibus subroganntur quadraginta milia virorum,& septem milia equitũ, vt disperdant Iudam secõdum verbum regis. Glosa ordinaria. Ibidem.]

6. Emmanaum.

i. Iudas animaduersa hostium multitudine, horratus est suos milites,vt forti essent animo,& in deo collocarent omnem fiduciam,decretis supplicationibus,quibus more patrio in magnis periculis induti sacris solent orare veniam: vt deus ad misetationem flexus vires contra hostem eis adderet. Ioseph. Antiquit. Iudaic. lib. 12. c. 11.

& miſerationes.[k] Et Ieruſalem non habitabatur,ſed erat ſicut deſertum. Non erat qui ingrederetur & egrederetur de natis eius,& ſanctum cõculcabatur.Et filij alienigenarum erant in arce,ibi erat habitatio gentium. Et ablata eſt voluptas à Iacob, & defecit ibi tibia & cithara.[l] Et congregati ſunt,& venerunt in Maſphat contra Ieruſalem,quia locus orationis erat in Maſphat ante in Iſrael.Et ieiunauerunt illa die,& induerunt ſeciliciis,& cinerem impoſuerunt capiti ſuo,&[7] diſſuerunt] veſtimenta ſua.Et expanderunt libros legis de quibus ſcrutabantur gentes* ſimilitudinem [m] ſimulachrorum ſuorum,& attulerunt ornamenta ſacerdotalia, & primitias, & decimas, & ſuſcitauerunt Nazaræos qui impleuerant dies. [n] Et clamauerunt voce magna in cœlum, dicentes: Quid faciemus iſtis,& quo eo ducemus?[o] Et ſancta tua conculcata ſunt, & contaminata ſunt,& ſacerdotes tui facti ſunt in luctum & in humilitatem.Et ecce nationes cõuenerunt aduerſum nos,vt nos diſperdant.[o] Tu ſcis quæ cogitant in nos.Quomodo poterimus ſubſiſtere ante faciem eorũ,niſi tu deus adiuues nos? Et tubis exclamauerunt voce magna. Et poſt hæc cõſtituit Iudas duces populi.Tribunos & Centuriones, & Pentacontarchos,& Decuriones [†] Et dixit his qui ædificabant domos,& ſponſabãt vxores,& plantabant vineas,& formidoloſis, vt redirent vnuſquiſque in domũ ſuam ſecundum legem.Et mouerunt caſtra,& collocauerunt ad auſtrum Ammaum. Et ait Iudas [p] Accingimini,& eſtote filij potentes,& eſtote parati in mane,vt pugnetis aduerſus nationes has quæ conuenerunt diſperdere nos, & ſancta noſtra,quoniam melius eſt nos mori in bello,quàm videre mala gentis noſtræ & ſanctorum. Sicut autem fuerit voluntas in cœlo,ſic fiat.

†Deut.20.b Iudith.7.a

*Iudas Gorgiam inſidiantem & Lyſiam inuadentem fugat, templum altari erecto purificat & eius dedicationem celebrat. 1111.*

A [a] ET aſſumpſit Gorgias quinque milia virorum,& mille equites electos.Et mouerunt caſtra nocte, vt applicarent ad caſtra Iudæorum, & percuterent eos ſubito. Et filij qui erant ex arce,erant illis duces. [b] Et audiuit Iudas,& ſurrexit ipſe & potentes percutere virtutem exercituum Regis,quę erat in Ammaum. Adhuc enim diſperſus erat exercitus à caſtris. Et venit Gorgias in caſtra Iudæ noctu, & neminem inuenit. Et quærebat eos in montibus, quoniam dixit: fugiunt hi à nobis. Et cum dies factus eſſet, apparuit Iudas in campo cum tribus milibus virorum tantum, qui tegumenta & gladios non habebant. Et viderunt caſtra gentium valida, & loricatos, & æquitatus in circuitu eorum, & hi docti ad prælium. Et ait Iudas viris qui ſecum erant. Ne timueritis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidetis. † Mementote qualiter ſalui facti ſunt patres noſtri in

†Exod.14.g

B mari Rubro, cum ſequeretur eos Pharao cum exercitu multo.[p] [c] Et nunc clamemus in cœlum, & miſerebitur noſtri dominus, & memor erit teſtamenti patrum noſtrorum, & conteret exercitum iſtum ante faciem noſtram hodie, & ſcient omnes gentes quia eſt deus qui redimat & liberet Iſrael. †[d] Et leuauerunt alienigenæ oculos ſuos, & viderunt eos venientes ex aduerſo. Et exierunt de caſtris in prælium, & tuba cecinerunt ij qui erant cum Iuda. Et congreſſi ſunt & contritæ ſunt gentes, & fugerunt in campum. Nouiſſimi autem ceciderunt in gladio, & perſecuti ſunt eos vſque Gezeron, & vſque in campos Idumææ, & Azoti, & Iamniæ, & ceciderunt ex illis vſque ad tria milia virorum. Et reuerſus eſt Iudas, & exercitus eius ſequens eum. Dixítque ad populum : Non concupiſcatis ſpolia, quia bellum contra nos eſt, & Gorgias & exercitus eius prope nos in montibus: ſed ſtate nunc contra inimicos no-

†Iſaiæ.9.b

c ſtros, & expugnate eos, & ſumetis poſtea ſpolia ſecuri.[e] Et adhuc loquente Iuda hæc, ecce apparuit pars quædam proſpiciens de monte. Et vidit Gorgias, quòd in fugam conuerſi ſunt ſui, & ſuccenderunt caſtra. Fumus enim qui videbatur,declarabat quod factum eſt. Quibus illi conſpectis timuerunt valde, aſpicientes ſimul & Iudam, & exercitum in campo paratum ad prælium. Et fugerunt omnes in campo alienigenarum, & Iudas reuerſus eſt ad ſpolias caſtrorum, & acceperunt aurum mul-



[k.Hoc interponitur ad reddẽdum eauſam quare non iuerint in Ieruſalem ad orandum cum eſſet ibi locus diuini cultus. De Lyra.]

[l.Illi qui ad dimicandum contra hoſtes congregati fuerant, venerunt in Maſphat contra Ieruſalem. Et quid per Maſphat (qui iudicij interpretatur) niſi vetus teſtamẽtum ſignificetur? Locꝰ orationis erat in Maſphat, quod proſpicit ſemper ad nouũ teſtamentum, & teſtimonium præbet euangelio Chriſti. Gloſa ordinaria.]

7.Sciderunt.

* Inſcribere in ipſis.

m.Videlicet,vt more diuinæ legis exhiberent ſimulachris ſuis ritum, vel ordinem ſacrificiorũ Rupertus in 10.cap.Geneſ.

[n. Clamauerunt ad impetrandam dei miſericordiam dicentes:Quid faciemus iſtis?nam extra Ieruſalem non erat locus ſacrificij:Nazaræi vero tenebantur offerre ſacrificia in expletione voti ſui.De Lyr.ibi.]

o. Nihil enim fortius hominꝭ legitimè orante.Nam ſi ſæuum principem quẽdam qui neque deum timebat, nec hominem reuerebatur,placare potuit mulier,multo magis deum allicier qui ei iugiter aſsiſtit,vincit ventrem,& malitias eliminat. Si vero corpꝰ tuum infirmum eſt ad ieiunandum,non tamen eſt infirmum adorandum,nec ad ventris deſpectum imbecille.Chry. ad popu.Antioch.ho. 71.

[p. Poſt orationem Iudas etiam expeditionem &apparatum belli cum accuratè inſtruxit idem & principes noſtri facerent.Sed nos cõſultamus & diſputamus, Turcis & Lutheranis ac ecclęſię hoſtibus reſiſtẽdum ſeruiet neꝰ Quæ eccleſiæ & Dei gloriæ ſunt non curamus.Lorich.]

a. Inde ſtimulatus rex Antiochꝰ eum bellum accenderet per duces ſuos, Lyſiam, Nicanorem, Gorgiam:item cumoriẽtalibus ſuis & Aſſyriis armatus eſt copijs,vt quadraginta & octo milia in medio capi à tribus millibus proſternerentur. Amb.offi. lib.1 cap.40.

b.Sed Iudas Machabæus eũ de genere eſſet ſacerdotali, collecto exercituiuſtorum aduerſus Antiochi ducis arma attipiens, eóſque de Iudæa expellens perſecutioni grauiſsimæ finem impoſuit,ac templum ab imaginibus emundans,noua rurſus altaria,& cætera vaſa vel ornamenta faciens,atquein templum imponẽs, dedicauit ea ſimul cum templo Bed. in dedicatio.eccl. hom.1.

c. Clamemus in cœlum,quia ſub cœlo omnia, labor & dolor vanitas & afflictio ſpiritus. Hieron.In pſal.Qui habitat Ser.16.

d. His Iudas ſuos hortatur, haud ignarus quantum momenti in celeritate eſſet, noctu ad hoſtiũ caſtra occultis itineribus ducit. Ita ſane accidit, vt eodem tempore Gorgias vir impiger cum cohorte vna & mille equitibus ſpeculatum miſsis ad Machabæi caſtra,& Iudas cum ſuis,diuerſis itineribus ad hoſtem peruenerit.Cæterum Gorgias, vbi omnia deſerta vidit, ratꝰ hoſtes metu in deuios montes abiiſſe, aliquandiu deliberabundus ſtetit,pergeret ne illos ſequi,an retro ad ſuos rediret. Iudas interea hoſtiũ munitiones ex improuiſo adortus, tantum terroris ad primum clamorem hoſtibus iniecit,vt ſine prælio aliove maiore conatu caſtra irruperit, ignémque tabernaculis iniecerit. Tum vero ferro & flamma latè graſſantibus fuga facta eſt, multi mortales intra extráque munitiones cæſi, cædéſque Gazaram vſque diſtracta, ad tria milia hominum cæſa dicuntur. Superuenit Gorgias ſuorum clade qui procul ardentia intuitꝰ caſtra ſubſtitit,inde vbi res perditas vidit, neutentato quidem prælio fugam capeſsit. Sabellicus Ennead.5 lib.8.

tum & argentum & hyacinthum, & purpuram marinam,& opes magnas,[c] &cõuersi hymnum canebant, & benedicebant deum in cœlum quoniam bonus est, quoniam in seculum misericordia eius.Et facta est salus magna in Israel in die illa. Quicunque autem alienigenarum euaserunt,venerunt, & nuntiauerunt Lysiæ vniuersa quæ acciderant. Quibus ille auditis,consternatus animo deficiebat, quòd non qualia voluit, talia contigerunt in Israel, & qualia mandauit Rex. [d] Et sequenti anno congregauit Lysias virorum electorum sexaginta milia, & equitum quinque milia, vt debellaret eos.Et venerunt in[1] Iudæam,] & castra posuerunt in Bethoron,& occurrit illis Iudas cum decem milibus viris.Et viderunt exercitum fortem,& orauit,& dixit:Benedictus es Saluator Israel,[†] qui contriuisti impetum potentis in manu serui tui Dauid,[f] †& tradidisti castra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul, & armigeri eius. Conclude exercitum istum in manu populi tui Israel,& confundantur in exercitu suo & equitibus.Da illis formidinem,& tabefac audaciam virtutis eorum,& commoueantur contritione sua. Deiice illos gladio diligentium te, & collaudent te omnes qui nouerunt nomen tuum in hymnis. Et commiserunt prælium, & ceciderunt de exercitu Lysiæ quinque milia virorum. [g] * Videns autem Lysias suorum fugam, [2] & Iudæorum audaciam ] & quòd parati sunt aut viuere aut mori fortiter, abiit Antiochiam & elegit milites,[3] vt multiplicati rursus venirent ] in Iudæam. [d] Dixit autem Iudas & fratres eius : Ecce contriti sunt inimici nostri, ascendamus nunc mundare sancta & renouare. Et congregatus est omnis exercitus, & ascenderunt in montem Sion. Et viderunt sanctificationem desertam,& altare profanatum,& portas exustas, & in atriis virgulta nata sicut in saltu, vel in montibus,[h] & pastophoria diruta. Et sciderunt vestimenta sua , & planxerunt planctu magno , & imposuerunt cinerem super caput suum, & ceciderunt in faciem super terram , & exclamauerunt tubis signorum , & clamauerunt in cœlum. Tunc[4] ordinauit Iudas viros, vt pugnarent aduersus eos ] qui erant in arce,donec emundarent sancta. Et elegit sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege dei,& mundauerunt sancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum. [i] Et cogitauit de altari holocaustorum quod profanatum erat, quid de eo faceret. [g] Et incidit illi consilium bonum, vt destrueret illud , ne fortè illis esset in opprobrium , quia contaminauerunt illud gentes, & demoliti sunt illud.Et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto , quoadusque veniret Propheta & responderet de eis.[k] Et acceperunt lapides integros secundum legem,& ædificauerunt altare nouum secundum illud quod fuit prius,& ædificauerunt sancta,& quæ intra domum erant ⸗ intrinsecus & ædem,]& atria sanctificauerunt.Et fecerunt vasa sancta noua, & intulerunt candelabrum,& altare,* incensorum & mensam in templum. Et incensum posuerunt super altare, & accenderunt lucernas quæ super candelabrum erant, & lucebant in templo. Et posuerunt super mensam panes, & appenderunt velamina , & consummauerunt omnia opera quæ fecerant. [l] Et [5] ante matutinum surrexerunt ] quinta & vicesima die mensis noni , hic est mensis Casleu centesimiquadragesimi octaui anni , & obtulerunt sacrificium secundum legem super altare holocaustorum nouum quod fecerunt . [g] Secundum tempus & secundum diem in qua contaminauerunt illud gentes, in ipsa renouatum est in canticis , & citharis , & cinaris, & cymbalis.Et cécidit omnis populus in faciem,& adorauerunt,& benedixerunt in cœlum eum qui prosperauit eis , & fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocausta cum lætitia & [6] salutaria laudis. ] † Et ornauerunt faciem templi coronis aureis & scutulis,& dedicauerunt portas & pastophoria, & imposuerunt eis ianuas.[m] Et facta est lætitia in populo magna valde ,& auersum est opprobrium gentium.† Et statuit Iudas & fratres eius,& vniuersa Ecclesia Israel, vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis,ab anno in annum per dies octo, à quinta & vicesima die mensis Casleu cum lætitia & gaudio . Et ædificauerunt in tempore illo montem Sion, & per circuitum muros altos & turres firmas, ne quando venirent gentes, & conculcarent eum sicut antea fecerunt. Et collocauit illic exercitum vt seruarent eum,

[c. Salus magna est in Israel quãdo numerus electorum multiplicatur in domino populorum qui saluatorem agnoscunt fide, confitentur ore, atque in bona gloriãbantur operatione. Alias non fuit in Israel tam salus magna quando in ecclesia Christi aduertitur erit nulla. Et signanter additum est in illa die. In die vtique resurrectionis quando sponsa nobilissima in ecclesti regno superno iungetur spõso.quia quandoomnes sancti in conspectu dei non solum de animarum requie suarum, sed etiam dei corporum gaudebunt immortalitate.Glosa ordi.ibi.]

[d. Et tradidisti castra, &c. 1. Reg.14.Tertio ponitur victoriaque conflictus,cum dicitur. Et commiserunt prælium. De Lyra ibidem.]

[g. Bene dicitur quòd Iudas cõtritis hostibus atque sopitis ad tempus bellis,hortatur suos vt mundarent sancta ac renouarent,quia maximum studiũ habent doctores , vt in quibuscũque locis ab hostib⁹ subuersa fuerit ecclesia, ad pristinum statum sanctæ conuersationis iterum restauretur. Glosa ordin.]

* Et ceciderunt ex aduersis eorum.

2. Excrcitur autem Iudæ factã audaciam.

3. Et multiplicauit factum exercituum,& cogitabat iterum factum venire.

h. Pastophorium thalamus est. vbi pallia seruari solebant,inde pastophori dicebantur qui pallia ferebant,vt fepe fit in processionibus publicis.Et propriè pastophori appellandi sunt sacerdotes custodes palliorum.

4. Præcepit Iudas viris oppugnare eos.

i. Non est igitur res noua templa habere ornata,& altaria deo consecrare. Dic enim oro, si rex tibi præcipisset domum extruere,vt illic habitet,nonne omnia faceres? Nunc igitur regia est Christi ecclesiæ constructio, ne sumptum spectes, sed fructum computa.Chrys.in Act.Apost. ca.8.ho.18.

[k. Hic consequenter describitur templi purificati renouatio: Et primo quãtum ad altare holocaustorum,cũm dicitur,&acceperunt lapides integros secũdum legem quæ habetur. Exo. 20. & leuit. 17. & ædificauerũt altare nouum secundum illum quod fuit.]

* Holocaustorum &.

l. Vicesima quinta die mẽsis Nouembris facta fuit tertia dedicatio templi Ierosolimitani, de qua Iob.10. Facta sunt encænia Ierosolymis,& hyems erat. Prima enim de qua 2.Paralipo. 7. fuit tempore autumni.Secunda de qua 1.Esdr.6. tempore veris. Hæc autem tempora hyemis. Prima à Salomone 2. à Zorobabel 3.à Iuda Machabæo 1.10. Septembris 2.3.die Februarij,hæc autem 25. die Nouembris. Cyril.in Iob.lib.7.ca.9.

5. Mane surrexerunt prima lure

6. Sacrificauerunt sacrificiũ salutationis & laudis.

m. Iudas Machabæus multis & ipse inclytus victoriis,cum frequenter exultanti populo pacẽ fortiter pugnãdo tribuisset, nõ quid gloriam quandoque partus est alicui? Denique & facta est,inquit, non gloria, sed lætitia magna in populo.Quid minus ab his omnibus fecit condi tor omnium, quomirus & ipse debeat gloriari singulariter. Bernar.super cantic.Ser.10.13.

cum,& muniuit eum ad cuſtodiendam Bethſuram,vt haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

*Iudas auxiliantibus fratribus gentes inimicas percutit,Timotheum & filios Eſau expugnat,& gentium idôla ſuccendit.* V.

A IT[a] factum eſt vt audierunt gentes in circuitu,quia ædificatum eſt altare &* ſanctuarium ſicut prius,iratæ ſunt valde,& cogitabant tollere genus Iacob, qui erant inter eos, & cœperunt occidere de populo & perſequi. Et debellabat Iudas filios Eſau in Idumæa,& eos qui erant in[1] Acrabathane,] quia circunſedebant Iſraelitas, & percuſſit eos plaga magna.* Et recordatus eſt malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum,[b] & in ſcandalum, inſidiantes ei in via. Et concluſi ſunt ab eo in turribus,& applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incendit turres eorum igni cum omnibus qui in eis erant. Et tranſiuit ad filios Ammon, & inuenit manum fortem & populum copioſum, & Timótheum ducem ipſorum.[c] Et commiſit cum eis prælia multa, & contriti ſunt in conſpectu eorum,& percuſſit eos,& cœpit[2] Iazer]ciuitatem & filias eius,& reuerſus eſt in Iudæam.Et cõgregatæ ſunt gentes[3]—quæ ſunt ] in Galaad aduerſus Iſraelitas, qui erant in finibus eorum, vt tollerent eos, & fugerunt in[d] Datheman munitionem, & miſerunt literas ad Iudam & fratres eius,dicentes: Congregatæ ſunt aduerſum nos gentes[3] per circuitum,] vt nos auferant, & parant venire & occupare munitionem in quam confu-
B gimus, & Timótheus eſt dux exercitus eorum.[e]* Nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorum,quia cecidit multitudo de nobis.Et omnes fratres noſtri qui erant in locis Tubin interfecti ſunt, & captiuas duxerunt vxores eorum, & natos, & [4] ſpolia,] & peremerunt illic ferè mille uiros. Et adhuc epiſtolæ legebantur. Et ecce alij nuncij venerunt de Galilæa conſciſſis tunicis, nuntiantes ſecundum verba hæc, dicentes conueniſſe aduerſum ſe à Ptolomaide, & Tyro,& Sidône, & repleta eſt omnis Galilæa alienigenis,vt nos cõſumant. Vt audiuit autem Iudas & populus ſermones iſtos, conuenit Eccleſia magna, cogitare quid facerent fratribus ſuis qui in tribulatione erant, & expugnabantur ab eis. Dixítque Iudas Simôni fratri ſuo:[f] Elige tibi viros, & vade & libera fratres tuos in Galilæa, ego autem & frater meus Ionathas ibimus in Galaaditim. Et reliquit Ioſephum filium Zachariæ,& Azariam duces populi cum reſiduo exercitu in Iudæa ad cuſtodiam, & præcepit illis, dicens: Præeſtote populo huic,& nolite bellum committere aduerſum gentes donec reuertamur. Et dati ſunt Simôni viri tria milia, vt iret in Galileam, Iudę autem octo milia in Galaaditim.
c Et abiit Simon in Galilæam, & commiſit prælia multa cum gentibus.[g]* Et contritæ ſunt gentes à facie eius,& perſecutus eſt eos vſque ad portam[g] Ptolemaïdis. Et ceciderunt de gentibus[5] ferè ] tria milia virorum, & accepit ſpolia eorum. Et aſſumpſit eos qui erant in Galilæa & in Arbatis cum vxoribus & natis, & omnibus quæ erant illis, & adduxit in Iudæam cum lætitia magna. Et Iudas Machabęus & Ionathas & fratres eius tranſierunt Iordanem, & abierunt viam trium dierum in deſertum. Et occurrerunt eis Nabuthęi,& ſuſceperunt eos pacificè, & narrauerunt eis omnia quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide, & quia multi ex eis comprehenſi ſunt in Baraſa, & Boſor, & in Alimis, & in Caſphor,& Mageth, & Carnaim. Hę omnes ciuitates munitę & magnę. Sed & in cæteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur comprehenſi. Et in craſtinum conſtituerunt admouere exercitum ciuitatibus his, & comprehendere & tollere eos in vna die.[h] Et conuertit Iudas & exercitus eius viam in deſertum Boſor repente, & occîdit omnem maſculum in ore gladij, & accepit omnia ſpolia eorum, & ſuccendit eam igni. Et [6] ſurrexerunt inde ]
Ioſue.12. D nocte,& ibant vſque ad munitionem.[i]* Et factum eſt diluculo, cum eleuaſſent oculos ſuos, & ecce populus multus cuius non erat numerus, portantes ſcalas & machinas,vt cõprehenderent munitionem & expugnarent eos.Et vidit Iudas quia[7] cœpit ]

Hh v

a. Portò gentes finitimæ reparationem Ieruſalẽ,& robur Iudęorum,ægrę ferebant & perſequebantur eos.Quos Iudas virilitèr debellabat,& penſitit Idumæos plaga magna:& pugnauit cõtra Timothæum ducẽ filiorũ Ammon. Comeſt.lib.10.Mach.c.4.
*Dedicatum eſt.
1. Acrabatine.
*Et compreſſit eos, & accepit ſpolia eorum.
b. Scandalũ ni fallor non bonæ rei,ſed malæ exemplũ eſt,ædificans ad delictũ. Bonæ res neminem ſcandalizãt,niſi malã mentem. Teſtu. de virginib. velãdis. [e. Filij autem Ammon moleſti ſemper fuerunt Iudæis,quantis debuiſſẽt illis eſſe benevoli, eo q̃ deſcenderant de Loth nepote Abrahæ. Et cepit Iazer ciuitatem & filias eius. De Lyra.]
2. Gazer.
d. Dethemã munitio eſt in mõte Galaad Iudæorũ. Et videtur vicinia Maſphat, vt legitur in Matha. Et conuertit Iudas ad munitionem Datheman in Maſphat.
3. Quæ in circuitu noſtro ſunt.
e. Sed quamprimũ finitimæ gentes ſenſere eius abitũ,contractis copiis in Galaaditica regione finitimos Iudæos adorti ſunt, at illi refugiẽtes in caſtrũ Datheman,ſignificabant Iudæ per nũncios & literas, q̃ oppugnãdi eſſent à Timothęo,rogantes vt ſe hoc periculo eriperet. Et interim dum legit has literas ſuperuenerũt Galilæorũ nuncij quærẽtes ſe infeſtari à Ptolemaide, Tyro, Sidone, & aliis finitimis populis. Ioſeph. Antiq. Iudaic. lib. 12. cap. 12.
4. Supellectilem.
[f. Sicut diuerſæ ſunt eccleſiæ impugnationes ab hoſtibus,ſic & diſtincta eſſe debent prælia ſpiritualiũ bellatorũ. Dirigitur Simon in Galilæam cum tribus milibus viris, ſicut in ſequentibus oſtẽditur, vt liberet fratres ſuos. Iudas autem & Ionathas eunt in Galaaditim cum octo milibus. Et quod per Simonem qui in Galilæam, hoc eſt totam mittitur,niſi prædicatores in gẽtes directi inſinuãtur. Gl. ord. ]
g. Ptolemais ciuitas eſt maritima Phœniciæ ad Belum fluuiũ poſt Carmelum montem,quem à meridie habet in finibus Aſſer. Diſtat à Tyro milliaria Italica.32. nunc Accon dicta.
5. Contra eos qui captiuos Iudæos in Galaaditide tenuerunt, Iudas, Machabæus & frater eius Ionathas cũ comitibus ſuis directi tranſierũt Iordanem, & abierunt viam trium dierũ per deſertum. Glo. ordi. ibid.
h. Iudas verò & Ionathas poſtq̃ tranſierunt Iordanem, ambulauerunt viam trium dierum per deſertum: & occurrerũt eis Nabuthæi,& ſuſceperunt eos pacificè,& narrauerunt eis quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide,& quomodo in munitione tenerentur comprehenſi. Iudas autem prius ſpoliauit Boſor,& incendit. Et ſurgens nocte cũ diluculo veniſſet ad munitionem, vidit portantes ſcalas & machinas, vt cõprehenderent munitionem. Et venit poſt eos tribus ordinibus,& inſomnit turbas: & ceſſira Timothæi cognouerunt, quia Machabæus eſſet, & fugerũt ab eo, & ceciderũt ex eis ferè octo milia: & vaſtauit Iudas ciuitates gentium in Galaaditide. Comeſt. 1. Mach. 4.
6. Diſceſſit.
7. Incœperunt.

bellum,& clamor belli aſcendit ad cœlũ ſicut tuba,& clamor magnus de ciuitate.[i] Et dixit exercitui ſuo:Pugnate hodie pro fratribus veſtris. Et venit tribus ordinibus poſt eos,& exclamauerunt tubis,& clamauerunt in oratione.[k] Et cognouerunt caſtra Timóthei,quia Machabęus eſt,& refugerunt à facie eius. Et percuſſerunt eos plaga magna, & ceciderunt ex eis in die illa[s] ferè] octo milia virorum. Et diuertit Iudas in Maſpha, & expugnauit & cepit eam, & occîdit omnem maſculum eius,& ſumpſit ſpolia eius,& ſuccendit eam igni. Inde perrexit & cepit Caſbon,& Maged,& Boſor, & reliquas ciuitates Galaaditidis.[l] Poſt hæc autem verba congregauit Timótheus exercitum alium,& caſtra poſuit contra Raphon trans torrentem. Et miſit Iudas ſpeculari exercitum,& renuntiauerunt ei, dicentes: quia conuenerunt ad eum omnes gentes quæ in circuitu noſtro ſunt, & exercitus multus nimis. Et Arabas conduxerũt in auxilium ſibi,& caſtra poſuerunt trans torrentem, parati ad te venire in prælium. E
[f] Et abiit Iudas obuiam illis,& ait Timótheus principibus exercitus ſui: Cum appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad torrentẽ aquæ,ſi tranſierit ad nos prior,non poterimus ſuſtinere eum, quia potens poterit aduerſum nos. Si verò timuerit tranſire, & poſuerit caſtra[o] extra] flumen,transfretemus ad eos, & poterimus aduerſus illum. Vt autem appropinquauit Iudas ad torrentem aquæ ſtatuit ſcribas populi ſecus torrentem,& mandauit ei dicens:Neminem hominum reliqueritis,* ſed veniant omnes in prælium. Et transfretauit ad illos prior, & omnis populus poſt eum.[m] Et contritæ ſunt omnes gentes à facie eorum, & proiecerunt arma ſua, & fugerunt[10] ad fanum quod erat] in Carnaim, & occupauit ipſam ciuitatem, & fanum ſuccendit igni cum omnibus quę erant in ipſo. Et oppreſſa eſt Carnaim, & non potuit ſuſtinere contra faciem Iudæ. Et congregauit Iudas vniuerſos Iſraelitas qui erant in Galaaditide à minimo vſque ad maximum,& vxores eorum & natos,* & exercitum magnum valde, vt venirent in terram Iudæ. Et venerunt vſque[n] Ephron, & hęc ciuitas magna in ingreſſu poſita munita valde,& non erat declinare ab ea dextra vel ſiniſtra, ſed per mediam iter erat.[g] Et incluſerunt ſe qui erant in ciuitate, & obſtruxerunt portas lapidi- F
bus.[p] & miſit ad eos Iudas verbis pacificis,dicens:[†] Tranſeamus per terram veſtram, †Numer.20
vt eamus in terram noſtram, & nemo vobis nocebit, tantum pedibus tranſibimus. Et nolebant eis aperire:& pręcepit Iudas prędicari in caſtris, vt applicarent vnuſquiſque in quo erat loco. Et applicuerunt ſe viri virtutis, & oppugnauit ciuitatem illam tota die & tota nocte, & tradita eſt ciuitas in manu eius: & premerunt omnem maſculum in ore gladij, & eradicauit eam & accepit ſpolia eius,& tranſiuit per totam ciuitatem ſuper interfectos. Et tranſgreſſi ſuut Iordanem in campo magno contra faciem Bethſân. Et erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populum per totam viam, donec venirent in terram Iuda.Et aſcenderunt in montem Sion cum lętitia & gaudio: obtulerunt holocauſta, quòd nemo ex eis cecidiſſet, donec reuerterẽtur in pace.Et in diebus quibus erat Iudas & Ionatas in terra Galaad, & Simon frater eius in[p] Galilæa contra faciem Ptolemaïdis,audiuit Ioſephus Iachariæ filius, & Azarias princeps virtutis res bene geſtas,& prędia quę facta ſunt,& dixit: Faciamus & ipſi nobis nomen, & eamus pugnare aduerſus gentes quæ in circuitu noſtro ſunt.[q] Et G
pręcepit his qui erant in exercitu ſuo, & abierunt Ianniam.Et exiuit Gorgias de ciuitate,& viri eius obuiam illis in pugnam.Et fugati ſunt Ioſephus & Azarias vſque in fines Iudææ,& ceciderunt illa die de populo Iſrael ad duo milia viri. Et facta[11] plaga] magna in populo, quia non audierunt Iudam & fratres eius, exiſtimantes fortiter ſe facturos. Ipſi autem non erant de ſemine virorum illorum, per quos ſalus facta eſt in Iſrael. Et[12] viri Iuda magnificati ſunt valde in conſpectu omnis Iſrael & gentium omnium, vbi audiebatur nomen eorum. Et conuenerunt ad eos fauſta acclamantes. Et exiuit Iudas & fratres eius,& expugnabant filios Eſau in terra quæ ad auſtrum eſt, & percuſſit Chebron & filias eius,& muros eius,* & turres eius ſuccendit igni in circuitu. Et mouit caſtra, vt iret in terram alienigenarum,& perambulabat Samariam. Ioſue.21.
In die illa ceciderunt ſacerdotes[13] in bello] dum volunt fortiter facere, dum ſine

conſilio

[i. Vidit Iudas quia cepit bellũ ad capiendam dictam munitionem & venit in tribus ordinibus poſt eos. Diuiſit enim exercitũ ſuum in tres partes, irruens ſuper aduerſarios à tergo. Lyra.]
[k. Et cum Timotheũ cognito Machabęo, fugerũt à facie eius: quia hęretici cognita virtute & veritate Dñi noſtri Ieſu Chriſti perterriti fuglunt & percutiuntur plaga magna.]
s. Ad.
l. Aliquanto poſt Timotheus contractis numeroſis copiis, & inter cæteros auxiliares conductis manu arabum,trans torrentem caſtra poſuit contra oppidum Rafaim. Ibi hortatus eſt ſuos militeret ſtrenuè pugnarẽt arcerẽtque Iudæos à torrentis tranſitu, in hoc enim ſtram victoriam,Iudæis futuris ſuperioribus ſi trãſire potuerint. Iudas autẽ audito q̃ Timotheus parat⁹ eſſet ad prælium,properè cõtra eum duxit exercitum,traiectóque torrente adortus hoſtes, partim reſiſtẽtes proſtrauit,partim in fugam compulit, armis etiam paſſim abiectis. Horum nonnulli celeritate pedũ ſalutẽ conſecuti ſunt:quidam verò in fanum, quod Carnaim dicunt refugientes,tutos ſe ibi fore ſperauerunt. At Iudas & oppidum id occupauit,& incenſo templo hoſtium alios flammis,alios ferro perdidit. Ioſeph. antiq. Iud. lib.12 cap.12.
o. Vltra.
*Caſtrametari.
[m. Et vt expeditius fugerent proiecerunt arma, deo ſuo auxilium petentes in delubris eius. Vbi deluſi pro bona parte cum delubro ſuo occiſi ſũt. De Lyra.
10. In locum,& infra.
*Et ſarcinas.

n. Ephron ciuitas valida ſuper Iordanem & orientales partes, quaſi contra Scythiopolim, vltra tamen Iordanem.
[o. Diuerſa gentium prælia varia vitiorum atque errorũ ſigni ficant bella. Diximus q̃ gentes illæ quę fuerũt in terra Galaad, & Iſraelitas capiuare contẽdebant,ſignificarent hæreticos atque Iudæos. Sed modo his oppreſſis qui fuerunt in Carnaim, reſtat illi qui fuerũt in Ephron, reſiſtere Iudæ & ſocijs eius moliũtur:quia obtritis diuerſis hęreticis, adhuc illi qui literam ſequuntur veteris teſtamenti, adhuc ſpiritalis intellectus aperire nolunt. Glo. ordina.]
p. Dux ſunt Galilææ, quæ ſuperior & inferior appellantur:eáſque Phœnice & Syria cingunt. Diſcernit verò ab occidẽte Ptolomais territorij ſui finibus, & quondam Galilęorum,nunc autem Tyriorum mõs Carmelus, cui coniuncta eſt Gabaa equitũ ciuitas, quæ ſic appellatur,eo q̃ equites ab Herode dimiſſi,colono eo deducebantur. A meridie autem Samaritis & Scythopolis vſque ad flumen Iordanem. Ab oriente verò Hippene & Gadaritis,ſed & Gaulanitis deſinit,qui etiam regni Agrippę fines ſunt. Septentrionalis eius tractus Tyro, itémque Tyrorum finibus terminatur. Interioris quidem Galilææ longitudo à Tyberiade vſque ad Zabulon, cui vicina eſt in locis maritimis Ptolemais,protẽditur. Latitudine autem patet à vico Xaloth, qui in magno cõpotitus eſt, vſque ad Berſabẽ: vnde etiam ſuperioris Galilææ latitudo incipit vſque ad Bacca vicũ, qui terram dirimit Tyriorum. Lõgitudo verò eius à Thela vico Iordanis proximo vſque ad Meroth extenditur. Ioſeph. de bel. Iud. lib. 3. cap. 2.
11. Fuga.
12. Vir Iudas & fratres eius.
*Deſtruxit.
13. Verbium.

consilio exeunt in prælium. Et declinauit Iudas in Azotum in terram alienigenarum, & diruit aras eorum, & spolia deorum suorum succendit igni, & cepit spolia ciuitatũ, & reuersus est in terram Iuda.

[q. Quidã de sua virtute præsumentes contra Iudę mandatum ad præliandum contra gentes exierunt sibi nomen facturi, sed ambitionis eius pœnas statim hosti dederunt. Lorichius ibi.]

*Antiochus patri in obsidione Elimaidis mortuo succedens venit Ierusalem, & cum pacem iurasset fregit iusiurãdum, & reuersus Anthiochiam inuenit Philippum ciuitati dominantem.*

VI.

Anni ante Christũ. 165. Anni mundi 3799. Iol.11.10.

A [a]ET Rex Antiochus perambulauit superiores regiones. Et audiuit esse ciuitatem Elimaïdem in Perside nobilissimam & copiosam in argento & auro, templúmque in ea locuples valde. Et illic velamina aurea, & loricæ, & scuta quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo, qui regnauit primus in Græcia. Et venit, & quærebat capere ciuitatem, & deprædari eam, & non potuit, quoniam innotuit sermo his qui erant in ciuitate. Et insurrexerunt in prælium, & fugit inde, & abiit cum tristitia magna, & reuersus est in Babyloniam. Et venit qui nuntiaret ei in Perside, quia fugata sunt castra quæ erant in terra Iuda, & quia abiit Lysias cum virture forti in primis, & fugatus est à facie Iudæorum, & inualuerunt armis, & viribus, & spoliis multis, quæ ceperunt de castris, quę exciderunt. [b] Et quia diruerunt abominationem quam ædificauerant super altare quod erat in Ierusalem, & sanctificationem, sicut prius circundederunt muris excelsis, sed & [c] Bethsuram ciuitatem. Et factum est, vt audiuit Rex sermones istos, expauit, & commotus est valde, & *decidit* in lectũ, & incidit in languorem præ tristitia, quia non est factum sicut
B cogitabat. [d] Et erat illic per dies multos, quia renouata est in eo tristitia magna, [d] & arbitratus est se mori. Et vocauit omnes amicos suos, & dixit illis: Recessit somnus ab oculis meis, [⊢ & concidi] & corrui corde præ solicitudine. Et dixi in corde meo: In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiæ in qua nunc sum, qui [1] iucundus] eram, & dilectus in potestate mea. [e] Nunc verò reminiscor malorum quæ feci in Ierusalem: vnde & abstuli omnia spolia aurea & argentea quæ erant in ea, & misi auferre habitantes Iudæam sine causa. Cognoui ergo, quia propterea inuenerunt me mala ista, & ecce pereo tristitia magna in terra aliena. Et vocauit Philippum vnum de amicis suis, & præposuit eum super vniuersum regnum suum. Et dedit ei diadema, & [2] stolam] suam & annulum, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum vt regnaret: & [f] mortuus est illic Antiochus rex anno centesimo quadragesimo nono. Et cognouit Lysias quoniam mortuus est Rex, & constituit regnare Antiochum filium eius quem nutriuit adolescentem, & vocauit nomen eius Eu-
C patorem. [g] Et ij qui erant in arce concluserant Israel in circuitu sanctorum, & quærebant eis mala semper ad firmamentum gentium. [g] Et cogitauit Iudas disperdere eos, & conuocauit vniuersum populum, vt obsiderent eos. Et conuenerunt simul, & obsederunt eos anno centesimoquinquagesimo: & fecerunt * balistas & machinas. Et exierunt quidam ex eis qui obsidebantur, & adiunxerunt se illis aliqui impij ex Israel, & abierunt ad regem, & dixerunt: Quousque non facis iudicium, [3] & vindicas] fratres nostros? Nos decreuimus seruire patri tuo, & ambulare in præceptis eius, & obsequi edictis eius, & filij populi nostri propter hęc alienabant se à nobis. Et quicunque inueniebantur ex nobis interficiebantur, & hęreditates nostræ diripiebantur. Et non ad nos tantum extenderunt manum, sed & in omnes fines nostros. Et ecce applicuerunt hodie ad arcem in Ierusalem occupare eam, * munitionem in Bethsura munierunt. Et nisi præueneris eos velocius, maiora quàm hæc facient, & non poteris obtinere eos. [h] Et iratus est rex vt hęc audiuit, & conuocauit omnes amicos suos, & prin-
D cipes exercitus sui, & eos qui super equites erant. [g] Sed & de regnis aliis, & de insulis maritimis venerunt ad eum exercitus conductitij. Et erat numerus exercitus eius centum milia peditum, & viginti milia equitum, & elephanti triginta duo, docti ad prælium. Et venerunt per Idumæam [4], & applicauerunt ad Bethsuram, & pugnauerunt dies multos, & fecerunt machinas: & exierunt, & succenderunt eas igni, & pugnaue-

a. Per id tempus Antiochus quę in Persidem profectũ diximus, cum aliquandiu ad Elimaidem vrbem consedisset, expugnandę studio: vt Dianæ templum quod ibi fuit multarum gentium donariis opulentum diriperet, demum ignominiosè inde repulsus, cum Babylonem veniret, accepto nuntio de his quæ in Galilæa facta erant, nimia animi ęgritudine in morbum incidit, paucisque diebus vita decessit. Priusquã expiaret, identidẽ inter suos testatus, se immaturæ morte extingui, & Ierosolymitanũ templũ impiè profanasse. Sabellic. Ennead. 5. lib. 8.

[b. Diuerunt abominationem, id est, idolum Iouis, quod ædificauerat Antiochus super altare domini, sicut suprà dictum est cap. 1. De Lyra ibid.]

c. Bethsura præsidium vrbis Ierusalẽ impositum claustris mõtium ad Raphaim vallem super publica via quæ ad Ierusalem Gazam ducit procul. 5. stadiis. Hinc & Dessoron vocat Iosephus. [d. Et arbitratus est se mori desperans de infirmitate posse sanari. Tunc vocatis omnibus amicis reuelauit eis quid animo cogitaret, & quantis doloribus premeretur. De Lyra ibid.]

1. Probus.

e. Huius pœnitentiæ similis Iudæ pœnitentia est, qui postquã peccauit, aiit peccaui tradẽs sanguinem iustũ, cum verò peccaret, ait: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradã? Ex hac re dilectissimi fratres edoceamur, quòd negligentibus ac desidiosis facile admonitio prodesse non poterit: studiosis autem etiam admonitione cessãte multum commoditatis accidit. Nã & Iudas quando magister admonebat, nõ dilectabatur: & quãdo nullus admonuit, excitata conscientia, ictus cognouit admissum, sic & ille Antiochus. Chry. de prodi. Iudæ, homil. 2. Vestem.

f. Mors Antiochi Epiphanis seu illustris, qui tot Ierusalem mala intulerat, vt suprà: & mortuus est primo anno Eupatoris, postquã, 11. an. perfectos regnauerat.

g. Tunc cogitauit Iudas vt obsideret eos qui erant in arce præsidij, & fecit balistas & machinas, & cõfortauit aggerẽ. Tunc egressi sunt quidam de obsessis & adiunxerunt se illis aliqui ex impiis Israel, & venerũt ad regem & dixerunt: Quousque nõ vindicas nos, qui decreuimus seruire patri tuo & tibi? Ascende & libera obsessos tuos, & red de nobis hęreditates nostras. Et iratus est rex vehementer, & collegit exercitum, sed & de regnis alius venerunt ad eum conductitij. Et erãt 100000. peditum, & 1000. equitum, & elephantes 32. Comest. ibid.

* Contra eos.

3. Vindicabit.

* Et sanctum.

[h. Congregat typus Antiochus exercitum nõ solum à proprijs, sed etiam de extraneis, quia fœtidia persecutorum non contenta est seditione inferta, sed etiã foris infecus seruis Christi immania excitat bella. Gio. ordi. ibi.]

Universidad de Deusto Biblioteca

runt viriliter. Et recessit Iudas ab arce, & mouit castra ad [1] Bethzacharan contra castra regis.[k] Et surrexit rex ante lucem,& concitauit exercitus in impetum cõtra viam Bethzacharan.Et comparauerunt se exercitus in prælium,& tubis cecinerunt. Et elephantis ostenderunt sanguinem vuæ, & mori ad acuendos eos in prælium, & diuiserunt bestias per legiones,& astiterunt singulis elephantis mille viri in loricis cõcatenatis, & galeę æreæ in capitibus eorum, & quingenti equites ordinati vnicuique bestiæ electi erant.[l] Hi ante tempus vbicunque erat bestia, ibi erant:& quocunque ibat, ibant: & non discedebant ab ea.Sed & turres ligneæ super eos firmæ protegentes, super singulas bestias, & super eas machinę. [g] Et super singulas viri virtutis trigintaduo E qui pugnabãt désuper,& [4] intus magister bestiæ.] Et residuum equitatum hinc & inde statuit in duas partes,tubis exercitum commouere, & perurgere constipatos in legionibus eius.Et vt refulsit sol in clypeos aureos & æreos, resplenduerunt montes ab eis, & resplenduerũt sicut lampades ignis. Et distincta est pars exercitus regis per mõtes excelsos,& [5] alij per] loca humilia,& ibant cautè & ordinatè.Et commouebantur omnes [—] inhabitantes terram] à voce multitudinis eorum, & incessu tubæ, & collisione armorum. Erat enim exercitus magnus valde & fortis. Et appropiauit Iudas & exercitus eius in prelium,& ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri. [m] Et vidit Eleazar filius Saura vnam de bestiis loricatam loricis regis, & erat eminens super cæteras bestias. Et visum est ei quòd in ea esset rex, & dedit se vt liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen æternum.[6] Et cucurrit ad] eam audacter in medio legionis interficiens à dextris & à sinistris,& cadebant ab eo huc atque illuc.Et iuit sub pedes elephantis,& suppositus se ei, & occîdit eum, & cecidit in terram super ipsum: & [n] mortuus est illic.[o] Et videntes virtutem regis & impetum exercitus eius: diuerterunt se ab F eis. Castra regis autem ascenderunt contra eos in Ierusalem, & applicuerũt castra regis ad Iudæam & mõtem Sion. Et fecit pacem cum his qui erant in Bethsura, & exierunt de ciuitate,quia non erant eis ibi alimenta ẽcluſis, quia [o] sabbata erant terræ. Et comprehendit rex Bethsuram,& constituit ibi custodiam seruare eam,& conuertit castra [7] ad locum sanctificationis] dies multos. Et statuit illic balistas,& machinas, & ignis iacula,& tormenta ad lapides iactandos,[—] & spicula,] scorpios ad mittendas sagittas,& fundibula. Fecerunt autem & ipsi machinas aduersus machinas eorum, & pugnauerunt dies multos.[p] Escæ autem non erant in ciuitate, eo quòd septimus annus esset,& qui remanserant in Iudæa de gentibus,consumpserant reliquias eorũ quę repositæ fuerant. Et remanserũt in sanctis viri pauci,quoniam obtinuerat eos fames, & dispersi sunt vnusquisque in locum suum. [q] Et audiuit Lysias quòd Philippus,quẽ G constituerat rex Antiochus cum adhuc viueret, vt nutriret Antiochum filium suum, & regnaret, reuersus est à Perside & media, & exercitus qui abierat cum ipso, & quia quærebat susceipere regni negotia.Et festinauit ire,& dicere ad regẽ & duces exercitus: Deficimus quotidie, & esca nobis modica est, & locus quem obsidemus est munitus, & incumbit nobis ordinare de regno. Nunc itaque demus dextras hominibus istis,& faciamus cum illis pacem,& cum omni gente eorum,& constituamus illis vt ambulẽt in legitimis suis sicut prius.Propter legitima enim ipsorum quę despeximus,irati sunt, & fecerunt omnia hæc. Et placuit sermo in conspectu regis & principum, & misit ad eos pacem facere,& receperunt illam,& iurauit illis rex & principes,& exierunt de munitione. Et intrauit rex montem Sion,& vidit munitionem loci,& rupit citius iuramẽtum quod iurauit,& mandauit destruere murum in gyro. Et discessit festinanter,& reuersus est Antiochiam,& inuenit Philippum dominantem ciuitati,& pugnauit aduersus eum,& occupauit ciuitatem.

Ann. mu. Christi 161. Anni mundi 3830. Ioseph. 12.

*Demetrius occisis Antiocho & Lysia regnat : per Bacchidem verò & Alcimum filios Israel affligit, quibus Nicanor superueniens à Iuda interfectus est.* VII.

Anno

1. Bethzachara siue iuxta Iosephum Bethzacharia, locus quidam angustus prælium Iudæ Machabæi contra Antiochum: distans ab hostibus 20. milibus stadiorum, siue 2½ stadiis Iosephus antiq. Iudaic. lib. 12. c. 14.

[k] Succedenter describit bellum in cãpo. Circa quod primò ponitur belli præparatio. Secundo belli congressio: ibi, Et appropinquauit Iudas & exercitus eius. Tertiò populi liberatio. ibi. Et audiuit Lysias: Circa primum dicit: Quia surrexit rex summo mane vt iret ad pugnã dum contra Iudam.]

[l. Nec Iudas descendit in tam terribili hostiũ apparatu omissa arcis obsidione cum suis copiis venienti regi occurrit, cus. Antiochus Bethsura relicta, ad fauces quas Iudas inciderat, duceit exercitum. Iudæi locorũ natura freti sub primum congressum aliquot ex regiis ferociùs inuectos obtrũcant eſque aduersus beluas dimicatio, quarũ vna ab Eleazaro Iudæ fratre eõ fossa in vulnus corruẽs sua mole percussorem oppressit. Sabellicus. Enne. 5. li. 8.]

4. Intus eius.

5. Pars ad.

m. Virtutem ducis Iudę Machabęi de vno eius milite considerate. Nanque Eleazarus cum superminentem cæteris elephantem lorica vestirũ regia aduerteret, arbitratꝰ quòd in eo esset rex, cursu cõcito in medium legionis se proripuit, & abiecto clypeo vtraque manu interficiebat bestiam, atque intrauit sub eam, & subiecto gladio interemit eam. Itaque cadens bestia oppressit Eleazarum, atque ita mortuus est. Ambro. Offi. lib. 1. cap. 40.

6. Et irruit in.

n. Quasi sub hoste quem profligauit moritur, qui de culpa quam superat eleuatur. Grego. Moral. 29. 17.

o. Septimus quisque annus terræ sabbatum erat. Ab initio esu Ingressionis in terram sanctam sabbata terræ expetunt. Vide anno 7. primum sabbatũ terræ ac remissionis celebratum est: quo neque serere neque metere licebat, sed anno 6. terra proferre duplos fructus, imo trium annorum, qui sufficerent vsque ad annum nonũ. Vt Leuit. 25. a. nõq; prohiberẽtur vesci fructibus quos terra sponte sua ferebat. Tenebantur etiam septimo quoque anno remittere seruos Hebræos, sed & pauperibus remittere debitum præstitum. Vt Deut. 15. Sed nec sabbatum terræ incipiebat prima die primi mensis Nisan, qui nostro reponder Martio vel Aprili, sed 10. die septimi mensis quo primo terrã promissionis fuit ingressi. Propterea hic annus creditur esse 1187. sabbatum terræ ab ingressu terræ promissionis.

7. Ad sanctuarium.

p. Tantum laborabatur vitæ penuria, q; fruges veteres absumpserant, & annus inciderat septimus, per quem fructus nõ colliguntur, q; eum cessare ab agri cultura lex nostra iubeat, nec permittat tum arare terram, vel serere: quo factum est vt multi se clam subducerẽt propter inopiam, vt penes paucos templi tutela remanserit. Cæterum rex & Lysias Imperator cognito q; Philippus vsurpato sibi regno, aduentaret ex Perside, decreuerunt soluta obsidione illi occurrere, cælantes tamen, quantum fieri poterat, id consilium, tam militem quàm duces reliquos. Ioseph. lib. 12. ca. 14. Antiquit.

Anno ante Christū. 161. Anni mundi 3822. Iud.12.15.

A ANno centesimo quinquagesimo & primo exiuit Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, & ascendit cum paucis viris in ciuitatem maritimam, & regnauit illic. Et factum est vt ingressus est domum regni patrum suorum, comprehendit exercitus Antiochum & Lysiam, vt adducerēt eos ad eum, & res ei innotuit, & ait: Nolite mihi ostendere faciem eorum. Et occidit eos exercitus. Et sedit Demetrius super sedem regni sui[b], & venerunt ad eum viri iniqui & impij ex Israel, & Alcimus dux eorum, qui volebat fieri sacerdos. Et accusauerunt populum apud regem, dicentes: Perdidit Iudas & fratres eius omnes amicos tuos, & nos dispersidit de terra nostra. Nunc ergo mitte virum cui credis vt eat & videat exterminium omne, quod fecit nobis in regionibus regis: & puniat * omnes ⟨ amicos
B eius & ] a diutores eorum. § Et elegit Rex ex amicis suis Bacchidem, qui dominabatur trans flumen magnum in regno, & fidelem Regi, & misit eum ⟨ vt videret exterminium, quod fecit Iudas. [c] Sed ] & Alcimum impium constituit in sacerdotium, & mandauit ei facere vltionem in filios Israel. Et surrexerunt, & venerunt cum exercitu magno in terram Iuda, & miserunt nuntios, ⟨ & locuti sunt ] ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis in dolo, & non intenderunt sermonibus eorum. Viderunt enim quia venerunt cum exercitu magno, [d] & conuenerūt ad Alchimum & Bacchidē congregatio scribarum requirere quæ iusta sunt. Et primi Assidęi qui erant in filiis Israel, & exquirebant ab eis pacem. Dixerunt enim: Homo sacerdos de semine Aaron venit, * non decipiet nos. Et locutus est cum eis verba pacifica, & iurauit illis, dicens: Non inferemus vobis malum, neque amicis vestris. §
C Et crediderunt ei, & comprehendit ex eis sexaginta viros, & occidit eos in vna die secūdum verbum quod scriptum est: † Carnes sanctorum tuorum, & sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret. Et incubuit timor & tremor in omnem populum, quia dixerunt: Non est veritas & iudicium in eis. Transgressi sunt enim constitutum, & iusiurandum quod iurauerunt. Et mouit Bacchides castra ab Ierusalem, & applicuit in [e] Bethzecha, & misit & comprehendit multos eis qui à se refugerant, & quosdam de populo mactauit & in puteum magnum proiecit. [f] Et commisit regionem Alchimo, & reliquit cum eo auxilium in adiutorium ipsi: Et abiit Bacchides ad Regem, & satis agebat Alcimus pro principatu sacerdotij sui. Et conuenerunt ad eum omnes qui perturbabant populum suum, & obtinuerunt terram Iuda, & fecerunt
D plagam magnam [i] in Israel. § ] § Et vidit Iudas omnia mala quæ fecit Alcimus, & qui cum eo erant filiis Israel multo plus quàm gentes, & exiit in omnes fines Iudææ in circuitu, & fecit vindictam in viros desertores, & cessauerunt vltrà exire in regionem. Vidit autem Alcimus quòd prævaluit Iudas & qui cum eo erant, & cognouit quia nō potest sustinere eos, & regressus est ad Regem, & accusauit eos multis criminibus.

Ia.Mac.14.b † Et misit Rex Nicanorem vnum ex principibus suis nobilioribus, qui erat inimicitias exercens contra Israel, & mandauit ei euertere populum. Et venit Nicanor in Ierusalem cum exercitu magno, & misit ad Iudam & ad fratres eius cum dolo verbis pacificis, dicens: Non sit pugna inter me & vos. Veniam cum viris paucis, vt videam facies vestras cum pace. § Et venit ad Iudam, & salutauerunt se inuicem pacificè, &
E hostes parati erant rapere Iudam. Et innotuit sermo Iudæ, quoniam cum dolo venerat ad eum, & conterritus est ab eo, & amplius noluit videre faciem eius. Et cognouit Nicanor quoniam denudatum est cōsilium eius, & exiuit obuiam Iudæ in pugnam iuxta [h] Capharsalama. Et ceciderunt de Nicanoris exercitu [2] ferè quinque milia ] viri, & fugerunt in ciuitatem Dauid. [i] Et post hęc verba ascendit Nicanor in montem Sion, & exierunt de sacerdotibus [3] populi salutare eum in pace, & demonstrare ] ei holocaustomata quæ offerebantur pro Rege. Et irridens spreuit eos, & polluit, & locutus
F est superbè, & iurauit cum ira, dicens: Nisi traditus fuerit Iudas & exercitus eius in manus meas, continuò cum regressus fuero in pace, succendam domum istam. § Et exiit cum ira magna, & intrauerunt sacerdotes, & steterunt ante faciem altaris & templi & flentes dixerunt: Tu domine elegisti domum istam ad inuocandum nomen tuum

a. Eodem tempore Demetrius Seleuci filius à Roma profugus Tripolim occupat in Syria, assumptóque diademate, & contractis quotquot potuit militū mercenariis regnum inuadit. Cumque certatim ad eū populi desicerent excipientes eum obuiis manibus, etiam Antiochū regē & Lysiam comprehēsos vinctos ad eū perduxerūt: qui mox iussu Demetrij necati sunt, post exactum regni Antiochi annū alterum. Ioseph. Antiq. libr. 12. cap. 15.

[b. Alchimus cum pessimis quibusdam à synagoga ad Demetrium victorem fugit. Pontificatum à Demetrio sperans posse consequi. Sic nouus hostis contigit synagogæ. Vide nocētiores hostes non esse quàm sunt falsi fratres. In quos cōuenit prouerbium: Hostes non hostes. Lorichius ibid.]

*Eos &.

c. Nō multo post Alchimus quidam per ambitionem cum à genere sacerdotali esset alienus, quod nefas erat, pontifex est factus. Augu. de ciuit. dei lib. 18. cap. 45.

d. Conuenerunt igitur ad Iacimum siue Alchimū, & Bacchidē congregatio scribarum requirentium quæ iusta sunt. Et deinceps adiungit, & iurauit illis, dicens: Non interemus vobis malum, neque amicis vestris, & crediderunt ei: & comprehēdit ex his sexaginta viros, & occidit eos in vno die, secundum verbū Alaph quod scripsit: Dederunt morticina seruorum tuorū escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorū bestiis terræ: sanguinémque eorum effuderunt in circuitu Ierusalē, & non erat qui sepeliret. Euseb. de demonstra Euangel. lib. 10. cap. 1.

* Cum exercitibus & iniuria.

e. Bethzecha ciuitas est Gaulonitis, propinqua Thebbath & Abelmeula, in tribu Manasse.

[f. Et cōmisit regionem Iudææ Alcimo regendam, & reliquit cum eo auxiliū, id est, viros bellatores. Et satis agebat Alcimus quia quantum poterat nitebatur pro principatu sacerdotij sui. De Lyra ibid.]

i. In Ierusalem.

g. Quid est quod Iudas victionē in præuaricatoribus facit, nisi quod redemptor noster vindicet electos suos, nec quemquam suorum in vacuum petite permittit. Sed duobus malis vindicta in his quæ meruerunt expectet. Glo. ordi.

h. Capharsalama ipsa est Antipatrida in optimo Iudææ campo, & dimitti arboribus & fluminibus, sita inter dioſpolim & Cæsaream, procul ab Ioppe. 150. stadiis, cōtra orientalem plagam.

2. Quingenti.

i. Iudas & ipse celeri fuga agmē repetens, hosti infensior factus, prælium ferociter iniit. Pugnatum est ad vicū Capharsalama, ibique Iudas Machabæus victus in proximam aream compellitur. Nec ita multò post cū mille duntaxat circa Adasin vicū, qui minus quatuor milibus passuum à Bethoro procul abest, iterum cum hoste est cōgressus. Nicanore cadente ita Demetrius nos afflixit, vt ex nouem milibus hominum nemo ferè superfuerit: cum mille interim nec amplius Iudæ adessent. Dies in qua Iudas tam feliciter in Nicanorē dimicauit, solennis manet apud Iudæos. Quicunque exinde res eius gentis nonnihil ab externis armis. Sabellic. Ennea. 5. lib. 8.

3. Ex sanctis, & à senioribus populi, vt salutarent eum pacificè, & demonstrarent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ea, vt esset domus orationis & obsecrationis populo tuo. Fac vindictam in homine isto & exercitu eius, & cadāt in gladio: Memēto blasphemias eorū, & ne dederis eis vt permaneāt. [k] Et exiit Nicanor ab Ierusalem, & castra applicuit ad Bethoron, & occurrit illi exercitus Syriæ. Et Iudas applicuit in Adarsa cū tribus milibus viris. Et orauit Iudas, & dixit: † Qui missi erant à rege Sennacherib domine, quia blasphemauerunt te, exiit angelus & percussit ex eis centum octogintaquinque milia, sic cōtere exercitum istum in conspectu nostro hodie, & scient cæteri quia male locutus est super sancta tua, & iudica illum secundum malitiam illius. [l] [8] Et commiserunt exercitus prælium G tertiadecima die mensis Adar, & contrita sunt castra Nicanoris, & cecidit ipse primus in prælio. Vt autem vidit exercitus eius, quia cecidisset Nicanor, proiecerunt arma sua, & fugerunt, & persecuti sunt eos viam vnius diei, ab Adazar vsquequo veniatur in Gazara, & tubis cecinerunt post eos cum significationibus. Et exierunt de omnibus castellis Iudææ in circuitu, & [4] ventilabant eos cornibus, ] & conuertebantur iterum ad eos. Et ceciderunt omnes gladio, & non est relictus ex eis nec vnus. Et acceperunt spolia eorum in prædam, & caput Nicanoris amputauerunt, & dexteram eius quam extenderat superbè, & attulerunt & suspenderunt contra Ierusalem. Et lætatus est populus valde, & egerunt diem illam [5] in lætitia magna. ] Et constituit agi omnibus annis diem istam tertiadecima die mensis Adar, & siluit terra Iuda dies paucos.

† 4. Reg. 19. Tobiæ 2. Eccles. 48. Isaiæ 37. Iosuæ 10.

k. Per Nicanorem istum, qui in alio loco præpositum elephantorū fuisse legimus, falsos apostolos seu pseudoprophetas, qui ex Iudæis superbiæ suę functionem intendentes ad ecclesiam gentium veniebant, possumus intelligere. [D per simulationem introducere molientes fugebant se esse parisios, sed vt in fine apparebit hostes tzuistissimi. De quibus Ioh. Apo. in Apocalipsi sua scribens ait: Qui dicunt se Iudæos esse & non sunt, sed sunt synagoga satanæ. Quos magister gentium Paulus in sua epistola 1. ad Cor. ca. 11. Pseudoprophetas nominat operarios subdolos trāsfigurantes se in Apostolos Christi: & non mirum cū ipse satanas trāsfiguret se quasi angelum lucis. Glo. ordi. ibid. ]

l. Rex Nicanor contra Iudam misit, Iudas inuocato nomine domini, manum cum Nicanore cōseruit, & ipsum statim primo congressu confecit. Vides hæreses & simonicos ad gladium secularem cōfugere. Sed etiam si submergatur nauicula Petri, emergit tamen. Hæreticis male seriatis vi resistēdū. Latichius. ]

4. Persequebantur eos.

5. Diem lætitiæ magnæ.

## *Iudas audita Romanorum fama cum illis fœdus percutit: ad quem Romani suum fœderis rescriptum mittunt.* VIII.

A Anno ante Christū. 159. Anno mundi 3805. Iubilæi 7.

[a] Iudas cum multa audisset de Romana potentia, & deuictis Gallis & Hispania ac Carthagine ipsis, Græciam quoque subegerint: & reges Persæum, Philippū magnūmque Antiochum perdomuerint, decreuit conciliare sibi eorū amicitiam. Misit igitur in hoc Romam duobus ex amicorum numero, Eupolemo Iohannis, & Iasone Eleazari filio, rogauit vt in societatem & amicitiam reciperentur: & vt Demetrio scriberēt, ne posthac Iudæos bello lacesseret. Iosephus Antiquit. lib. 12. cap. 17.

a. Iudas cum multa audisset de Romana potentia, &c. deuictis Gallis & Hispania ac Carthagine ipsis, Græciam quoque subegerint: & reges Persæum, Philippū magnūmque Antiochum perdomuerint, decreuit conciliare sibi eorū amicitiam. Misit igitur in hoc Romam duobus ex amicorum numero, Eupolemo Iohannis, & Iasone Eleazari filio, rogauit vt in societatem & amicitiam reciperentur: & vt Demetrio scriberēt, ne posthac Iudæos bello lacesseret. Iosephus Antiquit. lib. 12. cap. 17.

1. Vt obtinerent.

b. Tolerando patisset laborem, qui est in exercitio armorum. Lyra ibid.

[c. Ioseph. dicit Cetheorū reges ita & vterque erat rex in diuersis tamen partibus terræ illius, sicut aliquando in Gallia fuerunt plures reges, & ideo videtur quòd hoc ponatur singulare pro plurali, scilicet regem p reges, sicut frequenter fit in scripturis. Vnde Exodi 8. Venit musca grauissima, i. multitudo muscarum. De Lyra ibid. ]

★ Et.

d. Romani sua bellica prudēria vicerunt pluta ꝫ fortitudine. Vnde Vegetius in libro suo de re militari: quod in nullo legūtur Romani orbem terræ sibi subiecisse, nisi prudēria bellica & armorum exercitio. Græci enim erant illis astutiores, Hispani ferociores, Theutonici corpore maiores & fortiores, Galli autem plures. Hæc ille.

2. Captiuauerunt multos.

[e. Consequenter punitur fama Romanorum ex infidelitate amicitiarum, eō dicitur: Cum amicis autē suis, &c. De Lyra ibid. ]

f. A principio enim vrbis cōditæ fuerunt reges Romæ vsque ad Tarquinium superbum, quo deiecto propter eius superbiam & tyrannidem, populus cōsules præfecit regimini reipublicæ, deinde tribunos plebis, & dictatores, rursus consules tempublicam gubernauerunt vsque ad Iulium Cæsarem, qui primus arripuit imperium singulare: Fuit igitur ꝙ tēpore Machabæorum consules præerant reipublicæ: vnde nullus vtebatur insignis regalibus. Lyranus ibid.

3. Gubernent eos.

[E] [a] T audiuit Iudas nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus, & acquiescunt ad omnia quę postulantur ab eis, & quicunque accesserunt ad eos, statuerunt cum eis amicitias, & quia sunt potentes viribus. Et audierunt prælia eorum & virtutes bonas quas fecerunt in Galatia, quia obtinuerunt eos & duxerunt sub tributum. Et quanta fecerunt in regione Hispaniæ, & [1] quòd in potestatem redegerunt ] metalla argenti & auri quę illic sunt, & possederunt omnem locum [b] consilio suo & patientia, loca quæ longè erant valde ab eis, & reges qui superuenerant eis ab extremis terræ contriuerunt, & percusserunt eos plaga magna. Cæteri autem dant eis tributum omnibus annis. [c] Et Philippum * Persen Cethæorum regem, & cæteros qui aduersus eos arma tulerant, contriuerunt in bello, & obtinuerunt eos. Et Antiochum magnum Regem Asiæ, qui eis pugnam intulerat, habens centumuiginti elephantes, & equitatum, & currus, & exercitum magnum valde contritum ab eis: & quia ceperunt eum viuum, & statuerunt ei vt daret ipse & qui regnarent post ipsum, tributum magnum, & daret obsides & constitutum. [8] [d] Et regionem Indorum, & Medos, & Lydos de optimis regionibus eorum, & acceB ptas eas ab eis dederūt Eumeni regi. Et quia qui erant apud Helladam, voluerunt ire & tollere eos, & innotuit sermo his & miserunt ad eos ducem vnum, & pugnauerunt contra illos, & ceciderunt ex eis multi, & [2] captiuas duxerunt ] vxores eorum & filios, & diripuerunt eos, & terram eorum possederunt, & destruxerunt muros eorum, & in seruitutem illos redegerunt vsque in hunc diem. Et residua regna & insulas quæ aliquando restiterant illis, exterminauerunt, & in potestatem redegerunt. [e] Cum amicis autem suis, & qui in ipsis requiem habebant, conseruauerunt amicitiam, & obtinuerunt regna quæ erant proxima, & quæ erant longè, quia quicunque audiebant nomen eorum, timebant eos. Quibus vero vellent auxilio esse, vt regnarent, regnabant: quos autem vellent regno deturbabāt, & exaltati sunt valde. [f] Et in omnibus istis nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, vt magnificaretur in ea. [8] Et C quia Curiam fecerunt sibi, & quotidie consulebant trecentos viginti, consilium agentes semper de multitudine, vt [3] quæ digna sunt, gerant. ] Et committunt vni homini magistratum suum per singulos annos dominari vniuersæ terræ suæ, & omnes obediunt vni, & non est inuidia neque zelus inter eos. Et elegit Iudas Eupolemum filium

1. Tolerando patisset laborem, qui est in exercitio armorum. Lyra ibid.

[c. Ioseph. dicit Cetheorū reges ita & vterque erat rex in diuersis tamen partibus terræ illius, sicut aliquando in Gallia fuerunt plures reges, & ideo videtur quòd hoc ponatur singulare pro plurali, scilicet regem p reges, sicut frequenter fit in scripturis. Vnde Exodi 8. Venit musca grauissima, i. multitudo muscarum. De Lyra ibid. ]

★ Et.

d. Romani sua bellica prudēria vicerunt pluta ꝫ fortitudine. Vnde Vegetius in libro suo de re militari: quod in nullo legūtur Romani orbem terræ sibi subiecisse, nisi prudēria bellica & armorum exercitio. Græci enim erant illis astutiores, Hispani ferociores, Theutonici corpore maiores & fortiores, Galli autem plures. Hæc ille.

2. Captiuauerunt multos.

[e. Consequenter punitur fama Romanorum ex infidelitate amicitiarum, eō dicitur: Cum amicis autē suis, &c. De Lyra ibid. ]

f. A principio enim vrbis cōditæ fuerunt reges Romæ vsque ad Tarquinium superbum, quo deiecto propter eius superbiam & tyrannidem, populus cōsules præfecit regimini reipublicæ, deinde tribunos plebis, & dictatores, rursus consules tempublicam gubernauerunt vsque ad Iulium Cæsarem, qui primus arripuit imperium singulare: Fuit igitur ꝙ tēpore Machabæorum consules præerant reipublicæ: vnde nullus vtebatur insignis regalibus. Lyranus ibid.

3. Gubernent eos.

filium Iohannis,filij Iacob,& Iasonem filium Eleazari,[g] & misit eos Romam constituere cum illis amicitiam & societatem, & vt auferrent ab eis iugum Grecorum,quia viderunt quòd in seruitutem premerent regnum Israel. Et abierunt Romam viam multam valde,& introierunt[4] Curiam,& dixerunt:] Iudas Machabæus & fratres eius, & populus Iudæorum miserunt nos ad vos statuere vobiscum societatem & pacem, & conscribere nos socios & amicos vestros.Et placuit sermo in conspectu eorum.[†] Et hoc rescriptum quod rescripserunt in tabulis æreis, & miserunt in Ierusalem, vt esset apud eos ibi memoriale pacis & societatis: Bene sit Romanis & genti Iudæorũ in ma-
D ri & in terra in æternum, gladiúsque & hostis procul sit ab eis. [‡b] Quòd si institerit bellum Romanis prius,aut omnibus sociis eorum in omni dominatione eorum,auxilium feret gens Iudæorum,prout tempus dictauerit corde pleno.Et præliantibus non dabunt neque subministrabunt triticum,arma,pecuniam,naues,sicut placuit Romanis,& custodient mandata eorum,nihil ab eis accipientes. Similiter autem & si genti Iudęorum prius acciderit bellum,adiuuabũt Romani ex animo prout eis tempus permiserit,& adiuuantibus non dabitur triticum,arma, pecunia, naues,sicut placuit Romanis,& custodient mandata eorum absque dolo. Secundum hæc verba constituerunt Romani populo Iudæorum.[i] Quòd si post hæc verba hi aut illi addere aut demere ad hæc aliquid voluerint,facient[5] ex proposito suo:] & quæcunque addiderint, vel dempserint,rata erunt.Sed & de malis quæ Demetrius rex fecit in eos, scripsimus ei,dicentes: quare grauasti iugum tuũ super amicos nostros & socios Iudæos? Si ergo iterum adierint nos aduersum te,faciemus illis iudicium,& pugnabimus tecum mari terráque.

[g. Iudæ qui mittit legatos ad Romanos constituere cum illis amicitiam & societatem, significat redemptorem nostrũ per prædicatores sanctos euangeliũ pacis gentibus offerre,& conuocare eos ad fidem suam: quibus illi rescripserũt in tabulis æreis, quòd postulati fuerant & miserunt in Ierusalem,vt esset apud eos ibi memoriale pacis & societatis:quia gentes ad crudelitatem Christi conuersæ, firmum fidei suę statuunt pactum,quod signat longo tempore duraturum,& veræ confessionis monumentum tradunt in ecclesia catholica,vt ibi sit memoriale societatis eorum in perpetuum. Glosa ordi.ibid.]

4.In senatum & respondersũt.

h. Placuit sermo Romanis, & scripserunt fœderis formam in hunc modũ:Bene sit Romanis, & genti Iudæorum in mari & in terra:& pax in æternũ.Quòd si institerit bellũ Romanis, auxilium feret gens Iudæorũ,nulla accipiens stipendia à Romanis.Idipsum faciẽt Romani Iudæis.Tunc etiam scripserũt Romani ad Demetriũ: Quare grauasti iugũ tuũ super amicos nostros & socios Iudæos? Si ergo iterum adierint nos aduersum te,faciemus illis iudicium, pugnabimus eccũ terra marique. Comest. ibid.cap.7.

[i. Hi Romani vel Iudæi post hæc verba non cõsenserunt,sed aliquid addere vel demere voluerint vltra quę scripta sunt,ex cõmuni consensu vtrorumque extra synagogam fiant. De Lyra ibid.]

5.Ad libitum suum.

*Iuda à Bacchide & Alcimo missis à Demetrio in bello occiso Ionathas frater sufficitur. Alcimo autem paralysi dissoluto reuersus Bacchides contra Ionathan vincitur,& fœdus cum Ionatha inire cogitur.* IX.

A [a] Nterea vt audiuit Demetrius[1] quia cecidit] Nicanor & exercitus eius[1] in prælio,] apposuit & Bacchidem & Alcimum rursum mittere in Iudęam, & dextrum cornu cum illis.Et abierunt viam quę ducit in Galgala,& castra posuerunt in Masaloth,quę est in Arbellis, & occupauerunt eam, & peremerunt animas hominum multas.In mense primo anni centesimi& quinquagesimi & secundi applicuerunt exercitũ ad Ierusalem, & surrexerũt & abierunt in Berean viginti milia virorum,& duo milia equitum.[b] Et Iudas posuerat castra in Laïsa,& tria milia viri electi cũ eo.Et viderũt multitudinẽ exercitus quia multi sunt, & timuerunt valde, & multi subtraxerunt se de castris,& non remanserunt ex eis nisi octingenti viri.[c] Et vidit Iudas quòd defluxit exercitus suus, & bellum perurgebat eum,& confractus est corde,quia non habebat tempus congregandi eos, & dissolutus est. Et dixit his qui residui erant: Surgamus & eamus ad aduersarios nostros, si poterimus pugnare aduersus eos. Et auertebant eum, dicentes; Non poterimus, sed liberemus animas nostras[3] modo, & reuertamur ad fratres nostros,] & tunc pugnabimus aduersus eos. Nos autem pauci sumus. Et ait Iudas: Absit istam rem facere, vt
B fugiamus ab eis. [d] Et si appropiauit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros, & non[4] inferamus] crimen gloriæ nostræ. Et mouit exercitus de castris, & steterunt illis obuiam. Et diuisi sunt equites in duas partes, & fundibularij & sagittarij præibant exercitum, & primi certaminis omnes potentes. Bacchides autem erat in dextro cornu, & proximauit legio ex duabus partibus, & clamabant tubis.[†] Exclamauerunt autem & ij qui erant ex parte Iudæ etiam ipsi, & commota est terra à voce exercituum,[d] & commissum est prælium à mane vsque ad vesperam. Et vidit Iudas, quòd firmior est pars exercitus Bacchidis in dextris, & conuenerunt cum ipso omnes constantes corde, & contrita est dextera pars ab eis, & persecutus est eos vsque ad montem Azoti. Et qui in sinistro cornu erant, viderunt quòd contritum est

a. Iudas hoc fœdere impetrato, multo audacior factus, nouum Demetrij exercitum, Bacchidis ductu Iudęam ingressum, fortiter excepit. Erantque Iudæ duo milia armatorũ. His ille fusisque fœlicitate fretus ad Barziton castra fecit. Audito deinceps hostium accessu, cæteris metu dilapsis,cum octingẽtis relictus,nullis suorum precibus flecti potuit. Sabel. vbi suprà.

1.Quod fecit.

2.Bellum.

[b. hic consequenter ponitur Iudæ apparatus ad bellum ex parte Iudæorum,quando cõstituerat castra in Laïsa cum multa & electa copia secũ. De Lyra ibi.]

c. Verum quia fortitudo non solum secundis rebus,sed etiã aduersis probatur,spectemus Iudę Machabæi exitum.It enim post victum Nicanorem regis Demetrij ducem,secutus aduersus viginti milia exercitus regis,cum non gentis viris bellum adorsus volẽtibus his cedere, ne multitudine opprimerentur, gloriosam magis mortem, quàm turpem fugam fuasit. Ne crimen, inquit,nostræ relinquamus gloriæ. Itaque commisso prælio, cum à primo ortu diei in vesperam dimicaretur, dextrum cornu in quo validissimam manũ aduertit hostium, aggressus facile auertit. Sed dum fugientes sequitur,à tergo vulneri locum præbuit.Ita gloriosiorem mortem triumphis inuenit. Ambr. Offi.1.cap.41.

3.Nunc reuertere: Et fratres nostri deflexerunt.

4 Relinquamus.

[d. Tantus enim erat strepitus clamoris & ictuum & collisionis armorum, quod terra videbatur commoueri,nihilominus commissum est prælium à mane vsque ad vesperã. De Lyra.]

Anno ante Christũ. 159. Anni mundi 3853.

[1] Mac.18.

[2] Sup.4.b Ios.12.18.

Universidad de Deusto Biblioteca

dextrum cornu, & secuti sunt post Iudam, & eos qui cum ipso erant à tergo. [e] Et ingrauatum est prælium, & ceciderunt vulnerati multi ex his & ex illis. Et Iudas cecidit, & cæteri fugerunt. [f] Et Ionathas & Simon tulerunt Iudam fratrem suum, & sepelierunt eum in sepulchro patrum suorum in ciuitate Modim. [g] Et fleuerunt eum omnis populus Israel planctu magno, & lugebant dies multos, & dixerunt: Quomodo cecidit potens, qui saluum faciebat populum Israel? [g] Et cętera [5] verba] bellorum Iudę [c] & virtutũ quas fecit, & magnitudinis eius, non sunt descripta. Multa enim erant valde. Et factum est post obitum Iudæ emerserunt iniqui in omnibus finibus Israel, & exorti sunt omnes qui operabantur iniquitatem. In diebus illis facta est fames magna valde, & [6] tradidit se Baccihidi]omnis regio eorum cum ipsis. Et elegit Bacchides viros impios, & constituit eos dominos regionis, & exquirebant & perscrutabantur amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bacchidem, & vindicabat in illos, & illudebat. *Et facta est tribulatio magna in Israel, qualis non fuit ex die qua non est visus Propheta in Israel. Et congregati sunt omnes amici Iudæ, & dixerunt Ionathæ: Ex quo frater tuus Iudas defunctus est, vir similis ei non est, qui exeat contra inimicos, Bacchidem & eos qui inimici sunt gentis nostræ. Nunc itaque te hodie eligimus esse pro eo nobis in principem & ducem, ad belladum bellum nostrum. [h] Et suscepit Ionathas tempore illo principatum, & surrexit loco Iudę fratris sui. Et cognouit Bacchides, & quærebat eum occidere. Et cognouit Ionathas & Simon frater eius, & omnes qui cum eo erant, & fugerunt in desertum Thecue, & confederunt ad aquam lacus Asphar. [i] Et cognouit Bacchides, & die sabbatorum venit ipse & omnis exercitus eius trans Iordanem. [g] Et Ionathas misit fratrem suum ducem populi, & rogauit Nabutheos amicos suos, vt commodarent illis apparatum suum, qui erat copiosus. Et exierunt filij Iambri ex Madaba, & comprehenderunt Iohannem, & omnia quæ habebat, & abierunt habentes ea. Post hæc verba renuntiatum est Ionathæ & Simôni fratri eius, quia filij Iambri faciunt nuptias magnas, & ducunt sponsam ex [k] Madaba filiam vnius de magnis principibus Chanáan cum ambitione magna. Et recordati sunt sanguinis Iohannis fratris sui, & ascenderunt & absconderunt se sub tegumento mõtis. Et eleuauerunt oculos suos, & viderunt, [l] & ecce tumultus & apparatus multus, & sponsus processit & amici eius, & fratres eius obuiam illis cum tympanis, & musicis, & armis multis. Et surrexerunt ad eos ex insidiis, & occiderunt eos, & ceciderunt vulnerati multi, & residui fugerunt in montes. Et acceperunt omnia spolia eorum, & conuersæ sunt nuptiæ in luctum, & vox musicorum ipsorum in lamentum. Et vindicauerunt vindictũ sanguinis fratris sui, & reuersi sunt ad ripam Iordanis. [m] Et audiuit Bacchides, & venit die sabbatorum vsque ad oram Iordanis, in virtute magna. Et dixit ad suos Ionathas: † Surgamus, & pugnemus [7] contra inimicos nostros.] Non est enim hodie sicut heri, & nudiustertius. [g] Ecce enim bellum ex aduerso: * aqua verò Iordanis hinc & inde, & ripæ, & paludes, & saltus, & non est locus diuertendi. Nunc ergo clamate in cœlum, vt liberemini de manu inimicorum vestrorum. Et commissum est bellum, & extendit Ionathas manum suam percutere Bacchidem, & diuertit ab eo retro. Et dissiliit Ionathas, & qui cum eo erant in Iordanem, & transnatauerunt * ad eos Iordanem. Et ceciderunt de parte Bacchidis die illa mille viri, [n] & reuersi sunt in Ierusalem, & ædificauerunt ciuitates munitas in Iudæa, munitionem quæ erat in Iericho, ⊢ & in Ammaum, & in Bethoron, & Bethel, & Thannatha, & Phara, & Thopo, muris excelsis, & portis, & seris. Et posuit custodiam in eis, vt inimicitias exercerent in Israel. Et muniuit ciuitatem Bethsuram, & Gazaram, & arcem, & posuit in eis auxilia & apparatum escarum, & accepit filios principum regionis obsides, & posuit eos in arce in Ierusalem in custodiam. Et anno centesimo quinquagesimotertio, mense secundo præcepit Alcimus destrui [o] muros domus sanctæ interioris, & destrui opera Prophetarum. Et cœpit destruere. In tempore illo percussus est Alcimus & impedita sunt opera illius, & occlusum est os eius, & dissolutus est ⊢ paralysi,] nec vltrà potuit loqui verbum, & mandare de domo sua. [g] Et mortuus est [r]

Alcimus

[e. Iudas hic vndique hostibus septus, cùm nulla in tãta hostiũ multitudine eruptio fieri posset, Iudas in orbẽ dimicans diu multumque in terra Demetrianorum cæde versatus pluribus confossus vulneribus concidit. Sabellicus Enne. 5. lib 8.]

f. Simon autem & Ionathas fratres inducis factis, recepto, aliis redempto Iudæ cadauere, delatum in Modim vi cum magnifico funere intulerunt monumento patrio: & publico luctu per aliquam multos dies honorauerunt eius memoriam. Ioseph. vbi prius. cap. 18.

g. Nec est igitur noua hæc lex exequiarũ nostri temporis quã ita exhorrent hæretici, quam à veteribus habet ecclesia. Defuncti verò propinquis sanctæ propinquitate morũmque similitudine, ipsum qui talis est prædicẽs, quod ad operatũ peruenerit victorię finem: autorique victorię laudes cum gratiarum actione persoluũt: seipsos quoque orantes ad similem requiem admitti. Sumentes autẽ ipsum ad pontificem ducũt, quasi coronis donandum sacris. Hunc ille libenter suscipit eãque pagit, quæ diuino instituto sup. sanctẽ quiescentibus fiunt. S. Diony. Eccle. hierar. cap. 7.

5. Verborum &.

6. Rebellauit.

*Eor.

[h. Fugit Ionathas imminente bello cum suis in desertũ Thecue: quia exardescente hostium persecutione doctores sancti cũ suis sequacib⁹ cœlestis aulę precibus penetrant secretum, vt ibi inuocando omnipotentis dei inueniant auxilium. Quem tota intentione cordis venire sibi postulauit in adiutoriũ. Glo. ord.]

[i. Hic consequẽter describitur insurgens aduersitas, sed primò persecutio Ionathę proponitur. Secundò mors Iohannis fratris sui interponitur, & tertiò ad principium reuertitur. Et audiuit Bacchides, & cognouit institutionem Ionathæ. De Lyra.]

k. Madaba, vel Medaba ciuitas est Rubentinicæ tribus trans Iordanem, quondam Moabitarũ, & postea Ammorrhæorũ, à quo illi & gladio tulerant, & muris cinxerunt. Sita est in planitie, cui & nomen dedit, non procul ab Ebelon, vt ait Hieronym. in eius ætatem vsque hoc nomẽ retinuit.

l. Et ecce tumultus ex multitudine venientium, & sponsus præcessit, & amici eius. Et fratres eius obuiam illis qui adducebãt sponsam cum tympanis & pluribus musicis instrumentis ac pleriſque armis. De Lyra.]

m. Audiuit Bacchides, & venit de sabbatorũ in virtute magna. Et dixit Ionathas ad suos. Ecce bellũ ex aduerso, aqua verò Iordanis hinc & inde, & paludes, & saltus, & non est locus diuertendi. Clamate ergo in cœlum & pugnemus. Et commissum est bellũ. Et ceciderunt ex parte Bacchidis mille viri, & versus est Bacchides in fugã, & reuersus est in Ierusalem: & ædificauit in Iudæa ciuitates munitas, & posuit custodiã in eis. Et accepit filios principum regionis obsides, & posuit eos in arce Ierusalem in custodia. Comestor ibid. cap. 9.

7. Nunc pro animabus vestris.

*Nostrum, & post nos.

*Ad vlteriorem partem, & nõ transierunt.

n. Reuersi sunt in Ierusalẽ, scilicet Bacchides & sui. Et ædificauerunt plurimas ciuitates hic nominatas, & muniuit eas, & accepit filias principũ, id est, principatũ Iudęorum. De Lyra ibi.]

o. Hi muri circundabant sancta sanctorũ interiori parte domus templi. Opera verò Prophetarũ erant secundum templũ de quo loquitur, quod ædificatum fuit per exhortationem & adiutoriũ Haggæi & Zachariæ prophetarum, vt patet 1. Esd. 6. Lyra ibi.

Anni 153. Christi. Anni 1304.

Alcimus in tempore illo cum tormento magno. Et vidit Bacchides quoniam mortuus est Alcimus, & reuersus est ad regem, & siluit terra annis duobus. [p] Et cogitauerunt omnes iniqui, dicentes: Ecce Ionathas & qui cum eo sunt, in silentio habitant confidenter: Nunc ergo adducamus Bacchidem, & comprehendet eos omnes vna nocte. Et abierunt, & consilium ei dederunt. Et surrexit vt veniret cum exercitu multo. Et misit occulte epistolas sociis suis qui erant in Iudæa, vt comprehenderent Ionathan, & eos qui cum eo erant, sed non potuerunt, quia innotuit eis consilium eorum. Et apprehendit de viris regionis, qui principes erant [8] militiæ] quinquaginta viros, & occidit eos. [q] Et secessit Ionathas & Simon, & qui cum eo erant in Bethbessem, quæ est in deserto & extruxit diruta eius, & firmauerunt eam. Et cognouit Bacchides, & congregauit vniuersam multitudinem suam, & his qui de Iudæa erant, denuntiauit. Et venit, & castra posuit desuper Bethbessen, & oppugnauit eam dies multos, & fecit machinas. [9] Et reliquit Ionathas Simônem fratrem suum in ciuitate, & exiuit in regionem, & venit cum numero, & percussit Odaren & fratres eius, & filios Phaseron in tabernaculis ipsorum, & cœpit cædere & [9] crescere in virtutibus.] Simon verò, & qui cum ipso erant exierunt de ciuitate, & succenderunt machinas, & pugnauerunt contra Bacchidem, & contritus est ab eis. Et afflixerunt eum valde quoniam consilium eius & congressus eius erat inanis. Et iratus contra viros iniquos, qui ei consilium dederant vt veniret in regionem ipsorum, multos ex eis occîdit. Ipse autem cogitauit cum reliquis abire in regionem [10] suam,] & cognouit Ionathas, & misit ad eum legatos] componere pacem cum ipso, & [11] reddere ei captiuitatem.] Et libenter accepit, & fecit secundum verba eius, & iurauit se nihil facturum ei mali omnibus diebus viræ eius. Et reddidit ei captiuitatem, quam prius erat prædatus de terra Iuda. [r] Et conuersus abiit in terram suam, & non opposuit amplius venire in fines eius. Et cessauit gladius ex Israel. Et habitauit Ionathas in Machmas: & cœpit Ionathas ibi iudicare populum, & exterminauit impios ex Israel.

[p. Inuident hostes vniuersi pacis & quietis ecclesiæ dei. Vnde extorti successu fœlicis bonorũ quærunt ad necandum auxilia prauorum. Quod designat epistula Bacchidis occultè missa sociis suis qui erant in Iudæa, vt comprehenderent Ionatham, & eos qui cum eo erant in Iudæa, quia cum persecutores sæui extrinsecus non prævalent tormentis subuertere confessores Christi, cõstruunt dolos intrinsecus per falsos fratres qui videtur in ecclesia commanere vt quos illi non potuerũt gladio hos illi decipiant dolo. Glosa ord. ibi.]
8. Malitiæ.
q. Ionathas autem cum fratre & suorum manu, metu secessit in vicum Bethbessem, quem Iosephus vocat Bathalagam, qui in deserto situs est, cumque munuit mœnibus & turribus, vt torum haberet receptaculũ. Quo audito Bacchides cum totis suis copiis, adiunctisque Iudæorum suæ factionis auxiliis, contra eũ profectus est, & aggressus oppugnare munitiones per aliquot dies in eo conatu perstitit. At ille nihil territus, acriter restitit: relictóque ad oppidi tutelam Simone fratre, clã egressus, & collectis in vicina regione suæ factionis hominibus, noctu in Bacchidis castra irruit: & multis trucidatis effecit vt frater aduentum suum cognosceret. Ioseph. lib. 13. cap. 1.
9. Et ascendit cum exercitibus.
10. Eorum.
11. Redderet illis captiuos.
[r. Cessantibus turbinibus belli Ionathas in Machmas ingreditur ibique inhabitãs iudicat populum, & exterminat impios ex Israel, quia sopitis prauorũ bellis, prædicatores sacri hoc quod prius de mortalitate subditorũ propter imminentes tempestates prælioru minebatur restaurare contendunt, & iustæ seruitutis pensũ bonis moribus creatori suo reddere omni modo satagunt Glosa ord. ibidẽ.]
a. Nobilitas quadruplex: Prima est quam ex superni hausimus, qua omnes æqualiter nobiles sumus: quoniam secundum dei imaginem omnes facti sumus. Secunda, à carne exordium sumit, quamuis haud sciam, num quis eo nobilis esse possit, rũ sit corruptioni subiectus. Tertia, quæ à prauitate vel virtute initiũ sumit, de qua plus aut minus participamus, secundum quod vt arbitror, plus imaginem puram custodimus aut corrumpimus. Hãc nobilitatem vnusquisque vere sapiens, & philosophus amabit. Quarta, quæ per literas fit & editta, tum pretio dignum censebo, eum & pulchritudinẽ, quę in coloribus est, suscipiam: simúlque venerabor, cum leo esse iubebitur. Greg. Nazian. Ora. 26.
b. Ionathas acceptis literis à Demetrio venit Ierusalem: & cœpit innouare ciuitatem, & muniuit montem Sion in circuitu: & fugerunt custodes quos posuerat Bacchides in Iudæa: in Bethsura tamen aliquot remãserunt quę erat illis in refugium. Comest. ibidem.
c. Alexander tot regum auxiliis fretus, ferociter bellum Demetrio infert. Ille tantam belli molem asperrimam, vt Iudæam pacatiorem haberet, Ierosolymã misit, qui obsidibus Ionathæ relictis, custodiebantur hi in arce, quæ templo imminebat, ipsum hortarentur, vt ex tota gente, auxilia ad bellum cõtraheret: quo contigit, vt summa totius rei Demetrij fauore adnum Ionathã velut principem gentis, sit ex insperato deuoluta. Alexãder quoque ad Ionathan scribit, vt iniuriarum quas à Demetrio acceperat, memor in partibus esse mallet. Summum ad hæc sacerdotium ei tradidit, misit & dignitatis insigne purpuream stolam, & cum ea auream coronã. Sabel. vbi prius.

*Demetrius cum Alexandro super fœdere Iudæorum contendens, Ab Alexandro occiditur, Apollonius autem cum Ionatha congressus vincitur, Ionathas verò ab Alexandro multis muneribus donatur.* X.

A Anni ante Christũ 151. Anni mundi 3811. Iosi. 13.

ET anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander Antiochi filius, qui cognominatus est [a] Nobilis, & occupauit Ptolemaïda, & receperunt eum, & regnauit illic. Et audiuit Demetrius rex, & congregauit exercitum copiosum valde, & exiuit obuiam illi in prælium. Et misit Demetrius epistolam ad Ionatham verbis pacificis, vt magnificaret eum. Dixit enim: Anticipemus facere pacem cum eo, priusquam faciat cum Alexandro aduersum nos. Recordabitur enim omnium malorum quæ fecimus in eum, & in fratrem eius, & in gentem eius. Et dedit ei potestatem congregandi exercitum, & fabricare arma, & esse ipsum socium eius, & obsides qui erant in arce iussit tradi ei. Et venit Ionathas in Ierusalem, & legit epistolas in auditu omnis populi, & eorum qui in arce erant. Et timuerunt timore magno, quoniam audierunt quòd dedit ei rex potestatem congregandi exercitum. Et traditi sunt Ionathæ obsides, & reddidit eos parentibus suis. B [b] Et habitauit Ionathas in Ierusalem: & cœpit ædificare, & innouare ciuitatem. Et dixit facientibus opera, vt extruerent muros & montem Sion, in circuitu lapidibus quadratis ad munitionem, & ita fecerunt. Et fugerunt alienigenæ qui erant in munitionibus quas Bacchides ædificauerat, & reliquit vnusquisque locum suum, & abiit in terram suam, tantum in Bethsura remanserunt aliqui ex iis qui reliquerant legem & præcepta dei. Erat enim hæc eis ad refugium. Et [c] audiuit Alexander rex promissa quæ promisit Demetrius Ionathæ, & narrauerunt ei prælia & virtutes quas ipse fecit & fratres eius, & labores quos laborauerunt. [d] Et ait: Nunquid inueniemus aliquem virum talem? Et nunc faciemus eum amicum & socium nostrum. Et scripsit

epiſtolam,& miſit ei ſecundum hæc verba,dicens:[d] rex Alexander fratri Ionathę [1] ſalutem:] Audiuimus de te,quòd vir potens ſis viribus,& aptus es vt ſis amicus noſter. Et nunc conſtituimus te hodie ſummum ſacerdotem gentis tuæ, & vt amicus voceris regis. (Et miſit ei purpuram & coronam auream) vt quæ noſtra ſunt ſentias nobiſcum,& conſerues amicitias ad nos.Et induit ſe Ionathas ſtola ſancta ſeptimo menſe, anno centeſimoſexageſimo, & in die ſolenni Scenopegiæ. Et congregauit exercitum,& fecit arma copioſa. Et audiuit Demetrius verba iſta, & contriſtatus eſt nimis. Et ait: Quid hoc fecimus, quòd præoccupauit nos Alexander apprehendere amicitiam Iudæorum ad munimen ſui? Scribam & ego illi verba [2] deprecatoria & dignitates & dona,] vt ſit mecum in adiutorium.Et ſcripſit ei in hæc verba: [c] rex Demetrius genti Iudæorum [3] ſalutem.] Quoniam ſeruaſtis ad nos pactum, & manſiſtis in amicitia noſtra, & non acceſſiſtis ad inimicos noſtros, audiuimus, & gauiſi ſumus. Et nunc perſeuerate adhuc conſeruare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona pro iis quæ feciſtis nobiſcum, & remittemus vobis [4] præſtationes] multas, & dabimus vobis donationes. Et nunc abſoluo vos, & * omnes Iudæos à tributis, & pretia ſalis indulgeo, & coronas remitto, tertias ſeminis, & dimidiam partem fructus ligni, quod eſt portionis meæ relinquo vobis ex hodierno die & deinceps, ne accipiatur à terra Iuda, & à tribus ciuitatibus quæ additæ ſunt illi ex Samaria & Galilæa, ex hodierna die,& in totum tempus. Et Ieruſalem ſit ſancta & libera cum finibus ſuis, & decimæ & tributa ipſius ſint.[§] Remitto etiam poteſtatem arcis quæ eſt in Ieruſalem, & do eā c ſummo ſacerdoti, vt conſtituat in ea viros quoſcunque ipſe elegerit, qui cuſtodiant eam. Et omnem animam Iudæorum, quæ captiua eſt à terra Iuda in omni regno meo, relinquo liberam gratis, vt omnes à tributis ſoluantur etiam pecorum ſuorum. [f] Et omnes dies ſolennes, & ſabbata,& neomeniæ,& dies decreti, tres dies ante diem ſolennem, & tres dies poſt diem ſolennem ſint omnes immunitatis & remiſſionis omnibus Iudæis qui ſunt in regno meo. Et nemo habebit poteſtatem agere aliquid, & mouere negotia aduerſus aliquem illorum in omni cauſa. Et vt aſcribantur ex Iudæis in exercitu regis, ad triginta milia virorum. Et dabuntur illis copiæ vt oportet omnibus exercitibus regis, & ex eis ordinabuntur qui ſint in munitionibus regis [5] magni.] Et ex iis conſtituentur ſuper negotia regni quæ aguntur ex fide,& * principes ſint ex eis, & ambulent in legibus ſuis, ſicut præcepit rex in terra Iuda. Et tres ciuitates quæ additæ ſunt Iudææ ex regione Samariæ [6] cum Iudæa reputentur] vt ſint ſub vno, & non obediant alienæ poteſtati, niſi ſummo ſacerdoti. Ptolemaïda & confines eius, quas dedi donum ſanctis qui ſunt in Ieruſalem ad neceſſarios ſumptus ſanctorum. Et ego dabo ſingulis annis quindecim milia ſiclorum argenti de rationibus regis, [7] quæ me contingunt,] & omne quod reliquum fuerit, quod non reddiderant qui ſuper negotia erant annis prioribus, [8] ex hoc] dabunt in opera domus. [6] Et ſuper hæc quinque milia ſiclorum argenti quæ accipiebant de [9] ſanctorum ra- d tione per ſingulos annos, & hæc] ad ſacerdotes pertineāt,qui miniſterio fungũtur. Et [g] quicunque confugerint in templum,quod eſt Ieroſolymis,& in omnibus finibus eius, obnoxij regi in omni negocio dimittantur, & vniuerſa quæ ſunt eis in regno meo & libera habeant.] Et ad ædificanda vel reſtauranda opera ſanctorum ſumptus dabuntur de ratione regis, & ad extruendos muros in Ieruſalem, & communiendos in circuitu, ſumptus dabuntur de ratione regis, & ad conſtruendos muros in Iudæa. Vt audiuit autem Ionathas & populus ſermones iſtos, non crediderunt eis, nec receperunt eos, quia recordati ſunt malitiæ magnæ quam fecerat in Iſrael, & tribulauerat eos valde. Et complacuit eis in Alexandrum, quia ipſe fuerat eis princeps ſermonum pacis, & ipſi auxilium ferebant omnibus diebus. Et congregauit rex Alexander exercitum magnum,& admouit caſtra contra Demetrium.Et commiſerunt prælium duo reges, & fugit exercitus Demetrij, & inſecutus eſt eum Alexander, & incubuit ſuper eos. Et inualuit prælium nimis donec occidit ſol, & cecidit Demetrius in die illa. Et miſit Alexander ad Ptolemæum regem Ægypti legatos

ſecun-

Ioſeph. Anno ante Chriſti 151. Anni mundi 3811.

[d] Alexander quoque ad Ionatham ſcribit, vt iniuriarũ quas à Demetrio acceperat, memor in partibus eſſe malet. Summũ ſacerdotium ei tradidit: miſit & dignitatis inſigne, purpuream ſtolam, & cum ea aureã coronam. Sic. Quadriennio poſt Iudæ interfectum cum nemo in eius locũ ſurrogatus eſſet, Ionathas intermiſſam dignitatẽ recepit. Quod vbi Demetrius audiuit, merũ perculſus, ad Ionatham & omnem Iudæorum gentem ſcripſit. Sabellicus Enne. 3. lib. 8.

1. Gaudere.

2. Exhortationis & altitudinis & donorum.

e. His literis acceptis Ionathas pontificiam ſtolam induit in ipſo Scenopegiæ feſto poſt quadriennium exactum à Iudæ fratris obitu, cum vacaſſet interim ſacerdotium, móxque contraxit exercitum, & fabricauit magnũ armorum numerum. Demetrius verò hoc cognito multum doluit, damnans ſuam cunctationem, quod non prævenĕrit æmulum eblandiri ſit Ionathæ ſæderi, ſed alibi ſibi hanc occaſionem, & ab Alexandro corripi paſſus ſit. Scripſit tamen & ipſe populo in hanc ſententiam: rex Demetrius Ionathæ & genti Iudæorum ſalutem: Quoniam ſeruaſtis noſtra tædera, & ſolicitãtibus vos inimicis noſtris nó ac ceſſiſtis, equidem laudo veſtrã fidem: hortórque vt conſtantes ſitis in ea, dignam percepturi à nobis gratiam. Remittam enim vobis maximam tributorũ partem, &c. Ioſeph. Antiq. Iudaic. lib. 13. ca. 3.

3. Gaudere.

4. Remiſſiones.

*Remitto.

[f] Omnes dies ſolennes qui celebrantur ſemel in anno, vt Paſcha & Pentecoſtes & huiuſmodi, & ſabbata, qualibet hebdomada, & Neomeniæ quilibet menſis. Et dies decreti ad ſolemnizãdum. Sicut dies victoriæ de interfectione Holophernis & ſui exercitus, vt habetur Iudith vltimo. de interfectione Amã, vt Eſther. 9. De Lyra ibidem.]

5. Magnis.

*Qui ſuper ea,&.

6. Addet Iudææ ad computationem.

7. A locis à te inuentis.

8. Ex nunc.

9. Negotiis, vt in primis annis ſancti de ratione ſingulis annis, & hæc remittuntur, quia.

g. Si templum tanta tunc gaudet et immunitate, quanta nunc gaudẽt eccleſiæ in honorẽ Chriſti conſecratæ. Num opus eſt vt vnuſquiſque ædificet eccleſiam? Fora quidem ac balnea faciunt multi, eccleſias verò nõ item, & omnia magis quàm has. Ideo oro ac ſupplico, & gratiam peto, imò & legem pono, vt nullus qui habet villam, appareat carere eccleſia. Ne mihi dixeris, prope eſt, in vicinia eſt, magnus eſt ſumptus, non magnum eſt commodum. Si quid habes inſumẽdum in pauperes, illuc inſume, melius illic quam ibi, educa magiſtrum, educa diaconum, & ſacerdotalẽ ordinem. Venerabilis eſt & presbyter poſtea, & ad ſecutitatẽ agri conducet. Preces illic perpetuæ propter te, laudes & ſynaxes propter te, oblatio per ſingulos dies dominicos. Quid magis mirandũ quòd alij extruunt clara ſepulchra, vt poſteri audiant quòd ille extruxit, an quòd in eccleſias excitaſt? Cogita quod vſque ad Chriſti aduẽtum mercedem habiturus ſis, qui altare dei excitaturus es. Chryſ. in Act. Apoſt. cap. 8. ho. 19.

secundum hæc verba, dicens: Quoniam regressus sum in regnum meum, & sedi in sede patrum meorum,& obtinui principatum, & contriui Demetrium,& possedi regionem nostram ,& commisi pugnam cum eo ,& contritus est ipse & castra eius à nobis,& sedemus in sede regni eius, & nunc statuamus adinuicem amicitiam , & da
E mihi filiam tuam vxorem,& ero gener tuus,& dabo tibi dona, & ipsi dignitatem. & Et respondit rex Ptolemæus, dicens: [h] Fœlix dies in qua reuersus es ad terram patrum tuorum,& sedisti in sede regni eorum.Et nunc faciam tibi quod scripsisti,sed occurre mihi Ptolemaïdam,vt videamus inuicem nos,& [10] spondeam tibi,] sicut dixisti.Et exiuit Ptolemæus de Ægypto ipse & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaïdam anno centesimo sexagesimo secundo. Et occurrit ei Alexander rex. [i] Et dedit ei Cleopatram filiam suam, & fecit nuptias eius Ptolemaïdæ, sicut reges in magna gloria.Et scripsit Alexander rex Ionathæ, vt veniret obuiam sibi, Et abiit cum gloria Ptolemaïdam, & occurrit ibi duobus regibus, & dedit illis argentum multum & aurum
* & dona,& inuenit gratiam in conspectu eorum. Et conuenerunt aduersus eum viri pestilentes ex Israel,viri iniqui interpellantes aduersus eum, & non intendit ad eos Rex.Et iussit [11] spoliari] Ionathan vestibus suis, & [12] indui] eum purpura.Et ita fecerunt. Et collocauit eum rex sedere secum, dixitque principibus suis: [k] Exite cum eo in medium ciuitatis, & prædicate vt nemo aduersus eum interpellet de vllo negotio,nec quisquam ei molestus sit de vlla ratione. Et factum est vt viderunt qui interpellabant gloriam eius quæ prædicabatur, & opertum eum purpura, fugerunt omnes. Et magnificauit eum Rex, & scripsit eum inter primos amicos, & posuit eum ducem & participem principatus. Et reuersus est Ionathas in Ierusalem, cum pace &
F lætitia. & In anno centesimo sexagesimo quinto, venit Demetrius filius Demetrij à Creta in terram patrum suorum. [l] Et audiuit Alexander rex, & contristatus est valde, & reuersus est Antiochiam. Et constituit Demetrius rex Apollonium ducem qui præerat Cœlesyriæ: & congregauit exercitum magnum, & [13] accessit ad Iamniam, & misit ad Ionathan summum sacerdotem, dicens: Tu solus [14] resistis nobis? ] Ego autem factus sum in derisum & in opprobrium, [15] propterea quia] tu potestatem aduersum nos exerces in montibus. Nunc ergo si confidis in [16] virtutibus ] tuis, descende ad nos in campum, & comparemus illic inuicem, quia mecum est [17] virtus bellorum. ] Interroga & disce quis sum ego, & cæteri qui auxilio sunt mihi, qui & dicunt: quia non potest stare pes vester ante faciem nostram, quia bis in fugam conuersi sunt patres tui in terram suam. Et nunc quomodo poteris sustinere equitatum & exercitum tantum in campo vbi non est lapis neque saxum, neque locus fugiendi? Vt audiuit autem Ionathas sermones Apollonij, motus est animo. Et elegit decem milia virorum, & exiit ab Ierusalem, & occurrit ei Simon frater eius in adiutorium. Et applicuerunt castra in Ioppen. Et exclusit eum à ciuitate, quia custodia Apollonij Ioppe erat, & oppugnauit eam. Et exterriti qui erant in ciuitate aperuerunt ei, & obtinuit Ionathas Ioppen. Et audiuit Appollonius, & admouit tria milia equitum,& exercitum multum. Et abiit in Azotum tanquam iter faciens,& statim exiit in campum, [m] eo quòd haberet multitudinem equitum,& confideret in eis. & Et insecutus est eum Ionathas in Azotum, & commiserunt prælium.
G Et reliquit Apollonius in castris mille equites post eos occultè. Et cognouit Ionathas quoniam insidiæ sunt post se, & circuierunt castra eius, & iecerunt iacula in populum à mane vsque ad vesperam. Populus autem stabat sicut præceperat Ionathas, & laborauerunt equi eorum. Et eiecit Simon exercitum suum, & commisit contra legionem. Equites enim fatigati erant. Et contriti sunt ab eo,& fugerunt. Et qui dispersi sunt per campum, fugerunt in Azotum, & intrauerunt in Bethdagon idôlum suum,vt ibi seliberarent. Et succendit Ionathas Azotum, & ciuitates quæ erant in circuitu eius,& accepit spolia eorum,& templum Dagon, & omnes qui fugerunt in illud,succendit igni.Et fuerunt qui ceciderunt gladio cum iisqui succensi sunt, ferè octo milia virorum. Et mouit inde Ionathas castra, & applicuit ea [n] Ascalonem,

Anni ante Christū. 159. Anni mundi 3123.

Anni ante Christū. 164 Anni mundi 3128.

[h.Ptolemæus rex Aegypti Alexandro congratulatur,atque ei Cleopatram filiam suam despō dit. Vocatur Ionathas ad nuptias.Sunt ibi pestilentes viri qui Ionatham atrocarbone apud regem detulerunt.Lorich.]
10.Ero tibi socer.

i. Alexander Demetrio sublato,Ptolemæi filiam sibi vxorem popposcit:nuptiæque regio apparatu sunt Ptolemaidæ celebratæ vbi magno mortalium cōuē tu Ionathas est purpurea veste ab Alexandro donatus, & amicorum princeps est appellatus, Sabel.vbi supra.
*Ex amicis eorum.

11.Rex,& spoliauerunt.
12.Induerunt.
k.Mandauitque Alexander dū cibus suis vt in medium vrbis eo producto, præconis voce ediicerent,nemini licere accusationem contra hominem instituere,aut vlla in re exhibere ei negotium. Quo facto cum manifestum esset,quanti rex eum faceret,aduersarij qui ad accusandum parati venerant,subduxerunt se,veriti ne ipsis potius mali aliquid accideret.Ioseph. Antiq.Iu.lib.13. ca.5.

l. Initio belli Alexandri in Demetrium hic Demetrius duos filios apud hospitem suum Gnidium cum magno auri pondere demandauerat,vt belli periculis eximerentur: & si ita sors tulisset, vltioni paternæ seruarētur.Ex his maior Demetrius ānos pubertatis egressus,audita Alexandri luxuria:quem insperatæ opes,& alienæ felicitatis ornamenta velut captiuum inter scortorum greges desidem in regia retinebant,auxiliantibus Cretensibus fecurum,ac nihil hostile metuentem aggreditur.Antiochenses quoque veterem patris offensam nouis meritis cōrecturi se eitradunt.Sed &milites paterni fauore iuuenis accēsi priotis sacramentiteligionem noui regis superbiæ præferētes, signa ad Demetriū transferunt. Atque ita Alexander non minori impetu fortunæ desertus,quā elatus primo prælio victus interficitur.Deditque pœnas & Demetrio quem occiderat,& Antiocho cuius mentitus originē fuerat.Iust.lib.35.

13.Posuit castra in Iamnia.
14.Extolleris contra nos.
15.Propterea,eo quōd.
16.Exercitibus.
17.Exercitus vrbium.

[m.Eo quod haberet multitudinem,&prælium commiserant, non tamen statim, sed postea & subditur causa. Et reliquit Apollonius in castris mille equites post eos,id est,post recessum suum de castris.De Ly.ibidem.
n.Ascalon seu Ascalona,ciuitas maritima Azoto ad austrum.& tertia ex quinque principibus Philistæorum distat à Ierosolyma secūdum Iosephum stadiis. 720.antiqua & potens, magna nō admodum, sed muris cincta validissimis,quos & hodie retinet: ob id Saracenorum robur existit.Mirum autem toties destructam,exustam,&tamen nō funditus eradicatā,id quod prophetæ omnes fetè prædixerunt, veterum ruinarum potuisse seruare reliquias.

Universidad de Deusto
Biblioteca



& exierunt de ciuitate obuiam illi in magna gloria. [F] Et reuersus est Ionathas in Ierusalem cum suis habentibus spolia multa. Et factum est vt audiuit Alexander rex sermones istos, addidit adhuc glorificare Ionathan. Et misit ei fibulam auream, sicut consuetudo est dari cognatis regum. Et dedit ei Accharon, & omnes fines eius in possessionem.

[F] Reuersus est cũ spoliis multis in Ierusalem, quia cum doctores noui testamenti prædicarent verbum Dei gentibus, se dignos fide credentium cõspiciunt, dum et ipsi defendat Deo gratias in ecclesiam Christi redeunt, vt ei laudes dignas referant, cuius gratia donum hoc acceperunt. De quo gaudio ripudio exultet. Gloss. ord. ibidem.]

*Ptolemæo mortuo succedens gener eius Alexander cum Ionatha fœdus iniit, & Iudæam liberam reddidit, Demetrius autem à Ionatha liberatur, ictum fœdus violat, quo depulso regnat Antiochus.* XI.

[a] Interea egressus est rex Aegypti socer Alexandri in virtute magna, quærens ubtinere regnum Alexandri in dolo, & aperiebantur ei ciuitates, & occurrebant ei: sic enim mandauit Alexander. Et transiens in singulis ciuitatibus, relinquebat custodias. Vt autem appropinquabat Azoto, ostenderunt ei templum Dagon succensum, & cætera demolita, & eorum tumulos qui occisi fuerant, & dicebant: Sic fecit Ionathas, vt inuidiam faceret ei, & tacuit rex. Et occurrit Ionathas Ptolemæo in Ioppen, & salutauerunt se: et abiit Ionathas cum rege vsque ad flumen Eleutherum, & rediit in Ierusalem.
Comest. ibi. cap. 11.
a. Qui de ciuitatibus.
2. Ciuitates Ptolemaidis.
3 Suburbia.
4. Combustos quos combusserit in bello. Fecerant enim tumulos eorum in via eius.
[b Ptolemæum à periculo liberatum, existimans Alexandrũ genetum huius periculi fuisse causã Cleopatram filiam ademptam Demetrio iuniori Demetrij filio, ideo cum eo aduersus Alexandrum fœdere iocauit. Atque ita Antiocheni Annuomo præfecto Alexandri interfecto à Ptolemæo sollicitari cœpti sunt vt ab Alexandro deficerent, nec vt id fieret maiore vlla persuasione opus fuit. Sabel. vbi sup.]

[A] Et [a] rex Ægypti congregauit exercitum sicut arenam quæ est circa oram maris, & naues multas, & quærebat obtinere regnum Alexandri dolo, & addere illud regno suo. Et exiit in Syriam verbis pacificis, & aperiebantur ei [1] ciuitates, ] & occurrebant ei, quia mandauerat Alexander rex exire ei obuiam, eo quòd socer suus esset. [†] Cum autem introiret [2] ciuitatem Ptolemæus, ] †Sup. 10.2
ponebat custodias militum in singulis ciuitatibus. Et vt appropiauit Azato, ostenderunt ei templum Dagon succensum igni, & Azoton & [3] cætera ] eius demolita, & corpora proiecta, & [4] eorum qui cæsi erant in bello tumulos, quos fecerant secus viam. ] Et narrauerunt regi, quia hæc fecit Ionathas, vt inuidiam facerent ei. Et tacuit rex. [†] Et occurrit Ionathas regi in Ioppen cum gloria, & inuicem se salutauerunt, & dormierunt illic. Et abiit Ionathas cum rege vsque ad fluuium qui vocabatur Eleutherus, & reuersus est in Ierusalem. [b] Rex autem Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatum vsque Seleuciam maritimam, & cogitabat in Alexandrum consilia mala. Et misit legatos ad Demetrium, dicens: Veni componamus inter nos pactum, & dabo tibi filiam meam quam habet Alexander, & regnabis in regno patris tui. Pœnitet enim me, quòd dederim illi filiam meam. Quæsiuit enim me occidere. [B] Et vituperauit B
eum, propterea quòd concupierat regnum eius. Et abstulit filiam suam, & dedit eam Demetrio, & alienauit se ab Alexandro, & manifestatæ sunt inimicitiæ eius. Et intrauit Ptolemæus Antiochiam, & imposuit duo diademata capiti suo, Ægypti & Asiæ. Alexander autem rex erat in Cilicia illis temporibus, quia rebellabant, qui erant in locis illis. Et [c] audiuit Alexander, & venit ad eum in bellum. Et produxit Ptolemæus rex exercitum, & occurrit ei in manu valida, & fugauit eum. Et fugit Alexander in Arabiam, vt ibi protegeretur. * Rex autem Ptolemæus exaltatus est, & abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & misit Ptolemæo. Et rex Ptolemæus mortuus est in die tertia, & qui erant in munitionibus perierunt ab iis qui erant intra castra. Et regnauit Demetrius anno centesimo sexagesimo septimo. In diebus illis congregauit Ionathas eos qui erant in Iudæa, vt expugnarent arcem quæ est in Ierusalem, & fecerunt contra eam machinas multas. Et abierunt quidam qui oderant gentem suam viri iniqui ad regem Demetrium, & renuntiauerunt ei quòd Ionathas obsideret arcem. Et vt audiuit iratus est, [6] & statim ] venit Ptolemaidem, & scripsit Ionathæ ne obsideret arcem, sed occurreret sibi ad colloquium festinato. Vt audiuit autem Ionathas, iussit obsideri. [&] Et elegit de senioribus Israel, & de sacerdo- c
tibus, & dedit se periculo. Et accepit aurum & argentum & vestem, & alia [7] encænia ] multa, & abiit ad regem Ptolemaidem, & inuenit gratiam in conspectu eius. Et interpellabant aduersus eum quidam iniqui ex gente sua. Et fecit ei rex sicut fecerant ei qui ante eum fuerant. Et exaltauit eum in conspectu omnium amicorum suorum, & statuit ei principatum sacerdotij, & quæcunque alia habuit prius pretiosa, & fecit eum principem amicorum. Et postulauit Ionathas à rege vt immunem * faceret Iudæam, & tres Toparchias, [8] id est, Samariam ] & confines eius, & promisit ei talenta trecenta. Et consensit rex, & scripsit Ionathæ epistolas de his omnibus, hunc modum continentes: rex Demetrius fratri Ionathæ [9] salutem ] & genti Iudæorum. Exemplum epistolæ quam scripsimus [10] Lastheni parenti nostro ] de vobis, misimus ad vos, vt sciretis. Rex Demetrius Lastheni parenti [11] salutem. ] Genti Iudæorum

Anni ante Christũ 161. Anni eiusd. 3818.

amicis

c. Cæterum cùm Alexander duceus validum exercitum è Cilicia inuasisset Syriam, & Antiochenum ag tum vastare rapinis atque incendiis, occurrit ei Ptolemæus vnà cũ genero suo Demetrio, cui dederat filiam ab Alexandro ablatam, iam enim cõfectæ erant nuptiæ, & victus Alexander, compulsus est fugere in Arabiam: sed secundum sustinũ interficitur. Fortè accidit in eo prælio, vt equus Ptolemæi in eo prælio conflemans barritu elephanti eam exeruerit, prostrãmque aggressi hostes, vulneribus in caput inflictis, in periculum extremum adducerent, ni ereptus esset interuentu satellitum. Attamen per integri quatriduum sopitis sensibus, nec loqui potuit, nec loquentes intelligere. Alexandri verò caput Zabdiel, qui & hic Zabdiel dicitur, Arabũ Dynasta, recisum misit ad Ptolemæum: qui die quinta demum respirans à vulnere, & ad se reuersus iucundissimo sibi rumore simul & spectaculo capitis ac mortis Alexandri, pauit animum ac oculos. Nec ita multo post exhilaratus gaudio percepto ex inimici interitu, & ipse vitam finiuit. Ioseph. Anti. Iudaic. li. 13. c. 7.
* Ipse.
6. Vt autem audit, statim cũ iter fecisset.
7. Xenia.
* Tributorum.
8. Samaritin.
9. Gaudere.

10 Aastheni cognato nostro, & infra.
11. Gaudere, & infra.

Universidad de Deusto
Biblioteca



amicis nostris,& conseruantibus quæ iusta sunt,apud nos decreuimus benefacere propter benignitatem ipsorum quam erga nos habent. [c] Statuimus ergo illis omnes fines Iudææ, & tres ciuitates * Lydam & Ramathæ quæ additæ sunt Iudææ [12] ex Samaria,] & omnes confines earum sequestrari omnibus sacrificantibus in Ierosolymis, pro iis quæ ab eis prius rex accipiebat per singulos annos, & pro fructibus terræ [13] & pomorum.] [d] Et alia quæ ad nos pertinebant decimarum & tributorum, ex hoc tempore remittimus eis,& [14] areas salinarum,& coronas quæ nobis deferebantur,]omnia ipsis concedimus,& nihil horum irritū erit [15] ex hoc & ]in omne tempus. Nunc ergo curate facere horum exemplum, & detur Ionathæ & ponatur in monte sancto, & in loco * celebri. Et videns Demetrius rex quòd siluit terra in conspectu suo, & nihil ei restitit, dimisit totum exercitum suum, vnumquenque in locum suum,excepto peregrino exercitu quem traxit ab insulis gentium,[d] & inimici erant ei omnes exercitus patrum eius. [e] Triphon autem erat quidam partium Alexādri prius,& vidit quoniam omnis exercitus murmurauit contra Demetriū,& iuit ad Emalchuel Abrabē qui nutriebat Antiochum filium Alexandri,& assidebat ei,vt traderet eum ipsi: vt regnaret in loco patris sui. Et enuntiauit ei quanta fecit Demetrius, & inimicitias exercituum eius aduersus illum. Et mansit ibi diebus multis. [f] Et misit Ionathas ad Demetrium regem vt eiiceret eos qui in arce erant in Ierusalem, & qui in præsidiis erant, quia impugnabant Israel. Et misit Demetrius ad Ionathan,dicens: Non hoc tantum faciam tibi & genti tuæ, sed gloria illustrabo te & gentem tuam, cum fuerit opportunum. [g] Nunc ergo rectè feceris, si miseris in auxilium mihi viros, quia discessit omnis exercitus meus. [g] Et misit ei Ionathas tria milia virorum fortium Antiochiam. Et venerunt ad regem: & delectatus est rex in aduentu eorum. Et conuenerunt qui erant in ciuitate,centum viginti milia virorum, & volebant interficere regem. Et fugit rex in aulam, & occupauerunt qui erant de ciuitate itinera ciuitatis, & cœperunt pugnare. Et vocauit rex Iudæos in auxilium, & conuenerunt omnes simul ad eum. Et dispersi sunt omnes per ciuitatem, & occiderunt in illa die centum milia hominum. Et succenderunt ciuitatem,& ceperunt spolia multa in illa die,& liberauerunt regem. Et viderunt qui erant de ciuitate quòd obtinuissent Iudæi ciuitatem sicut volebant, & infirmati sunt mente sua, & clamauerunt ad regem cum precibus, dicentes: Da nobis dextras,& cessent Iudæi oppugnare nos,& ciuitatem. Et proiecerunt arma sua, & fecerunt pacem. Et glorificati sunt Iudæi in conspectu regis, & in conspectu omnium qui erant in regno eius, [h] & nominati sunt in regno. ] Et regressi sunt in Ierusalem, habentes spolia multa. Et sedit Demetrius rex in sede regni sui, & siluit terra in conspectu eius. Et mentitus est omnia quæcunque dixit, & abalienauit se à Ionatha, & non retribuit ei secundum beneficia quæ sibi tribuerat, & vexabat eum valde. [i] Post hæc autem reuersus est Triphon & Antiochus cum eo puer adolescens, & regnauit & imposuit sibi diadema. Et congregati sunt ad eum omnes exercitus quos dispersérat Demetrius,& pugnauerunt contra eum,& fugit & terga vertit.Et accepit Triphō bestias, & obtinuit Antiochiam. Et scripsit [k] Antiochus adolescens Ionathæ, dicens: Constituo tibi sacerdotium,& constituo te super quatuor ciuitates,vt sis de amicis regis.Et misit illi vasa aurea in ministerium,& dedit ei potestatem bibendi in auro, & esse in purpura,& habere fibulam auream. Et Simônem frattem eius constituit ducem [16] à terminis ]Tyri,vsque ad fines Ægypti.Et exiit Ionathas,& perābulabat trans flumen [17] ciuitates,] & congregatus est ad eum omnis exercitus Syriæ in auxilium. Et venit Ascalonem, & occurrerunt ei honorificè de ciuitate. Et abiit inde Gazan, & concluserunt se qui erant Gazæ, & obsedit eam, & succendit [18] quæ erant in circuitu ciuitatis,] & prædatus est eam.Et rogauerunt Gazenses Ionathan, [l] & dedit illis dextram, & accepit filios eorum obsides, & misit illos in Ierusalem, & perambulauit regionem vsque Damascum. [m] Et audiuit Ionathas quòd [19] prænaricati sunt] principes Demetrij in cades quæ est in Galilæa,cum exercitu multo volētes eum remouere [20] à negotio regni,] & occurrit illis,fratrem autem suum Simônē reliquit intra prouinciā.

[c. Ciuitates quas ex Samariā distractas Demetrius addidit Iudeæ. Lyda enim ciuitas est Palestinæ in littore maris magni sita,& Ramatha vrbs est Samuelis de qua libro Regum narratur iure ergo amicitiæ rex Demetrius Ionathæ concedens immunitatem Iudææ addidit ciuitates prædictas. Remittens decimarum & tributorum census,& areas saliuarum, in quibus salis confectio reipublicæ debebatur,necnon & alia debita quæ illi regio fisco deferebantur iuxta confessionem cū Ionatha habitam omnia condonauit. Glosa ordinaria ibid.
* A Phetema,&.
12. A Samaritide.
13. Et de fructibus arborum.
14. Salis stagna & pertinentes ad nos coronas.
15. Ex nunc,
* Vtili.
d Inimici erant ei qui erāt de regno Syriæ. Nā à regnis præcedētibus consueuerant annonā accipere,nō solū tēpore belli,sed etiā pacis:vt sic essent parati pugnare pro rege tempore necessitatis. Lyranus ibidem.

e Triphon autem qui prius erat partiū Alexādri, videns omnem exercitū cōtra Demetriū murmurare, iuit in Arabiā vt inde reduceret Antiochum filium Alexandri in terram patris sui. Eo tēpore dum Demetrius erat offensus suis,misit ad Ionathā vt eiiceret eos qui erāt in arce in Ierusalem, & qui in præsidiis erant, quia impugnabant Israel. Comest. ibid.
f Interea Ionathas pōtifex volens tollere Ierosolymitanæ arcis præsidium, & impios transfugas reliquosque qui arces tenebant in ea regione legationem cum muneribus misit ad Demetriū. Iosi. li.13 ca. 9. Anti.
g Id nihil grauatē Ionathas fi-timtetriāque Iudæorū milia ad regē misit,quibus ille vsus Antiochēnos, quorum defectione fuerat in arcem cōpulsus, igni ex ipsa regia in priuatas domus iecto,factoque à præsidiariis in eiues incendio cōsternatos impetu,regiam ciuitatē ad officia retraxit. Sed tantū abfuit vt eo nomine fi: Demetrius Ionathæ & Iudæis gratificatus, q multo minaci[s] quam antea tributū exigere sit adortus:exegitque,vt si quando alias acerbissimē,ita Diodorus,qui & Triphon,interea regem ipsum maiore negotio occupassēt: quippe qui diademate puerū in mediū prolato, cōcitisque ad arma militib[us] cum valido exercitu ad Demetriū expugnandū est profectus victusque prælio in Seleuciam compulit. Vnde ille postea cū Parthorum bellum molit[us] Sabel. Ennea.5. lib.9.
h Erat enī rex nouus, & adhuc vnā bonā partē regni tenebat Demetri[us], propterea indigebat Ionathæ cōfœderatiōe. Lyr. ib.
16. Ab ascensu.
17. In vrbibus.
18. Suburbia eius igne.
i. Tum Gazæi videntes præsentem calamitatem ab hoste, nec vllū interim auxilium à Demetrio, & spem quoque incertam propter locorū dilationem, latius existimauerunt ipso omissa necessitati suæ cōsulere & missis ad Ionathā nuntiis, recepti sunt in societatem atque amicitiam. Aliquādo enim homines non nisi suo malo docti intelligunt quid sit vtile:eū deberent sapere ante acceptū incommodum, & vltro potius quàm coacti imperata facere. Ionathas verò acceptis obsidibus,& missis Ierosolymam,digressus inde totam regionem vsque Damascum obibat. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 13. cap. 8.
19. Aderant.
20. A regione.

Universidad de Deusto



[k. Quid per Bethsuram nisi lectio sanctarum scripturarū deprauatur. Quia Bethsura domus robustorum interpretatur. Et bene sacra scriptura domus robustorum dici potest: quia ibi quinque fortes & robusti viri semper discendo & bene operãdo inhabitant: quia cum Psalmista, in lege domini meditantur die ac nocte. In hac enim domo aliquando hæretici falso in habitare videntur, cum scripturas legere, sed non intelligere omnino probantur. Vnde dicitur quod Simon expugnauerit Bethsuram diebus multis, & ceperit ciuitatem, & ejecerit prauos habitatores inde, posuerit que ibi præsidium quia doctores sancti hoc maxime habent in conatu, vt hæreticos expugnent, falsam eorum doctrinam destruentes. Glosa ordin. ibid.]

21. Surrexerunt in campo Nasor.
22. Ipsi autem occurrerunt.
23. Principes.
24. Fugerunt.
25. Castra posuerunt ibi.

[k] Et applicuit Simon ad Bethsuram, & expugnabat eam diebus multis, & cõclusit eos. Et postulauerunt ab eo dextras accipere, & dedit illis. Et eiecit eos inde, & cepit ciuitatem, & posuit in ea præsidium. Et Ionathas & castra eius applicuerunt ad aquam Genesar, & ante lucem [21] vigilauerunt in campo Asor.] Et ecce castra alienigenarum occurrebant in campo, & tendebant ei insidias in montibus, [22] ipse autem occurrit] ex aduerso. Insidiæ verò exurrexerunt de locis suis, & commiserunt prælium. Et fugerunt qui erant ex parte Ionathæ omnes, & nemo relictus est ex eis, nisi Matathias filius Absolomi, & Iudas filius Calphi, [23] princeps] militiæ exercitus. Et scidit Ionathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & orauit. Et reuersus est Ionathas ad eos in prælium, & conuertit eos in fugam, & [24] pugnauerunt.] Et viderunt qui fugiebant partis illius, & reuersi sunt ad eum, & insequebantur cum eo omnes vsque Cades ad castra sua, & [25] peruenerunt vsque illuc.] Et ceciderunt de alienigenis in die illa, tria milia virorum, & reuersus est Ionathas in Ierusalem.

*Ionathas cum Romanis fœdus renouans, & cum Spartiatis, sed tandem apud Ptolemaidem à Triphone dolo captus est, & omnes qui cum eo erant interfecti sunt.* XII.

a. Et misit Ionathas Romam renouare cum eis amicitiam. Spartiatis quoque scripsit quos supra Lacedæmonios diximus, dicens: Pridem scripsit nobis Darius rex vester sub Onia sumo sacerdote Iudæorum: Quia de genere Abrahæ estis & fratres nostri, & scimus vobiscum fraternitatem. Ex tũc memores fumus vestri in sacrificiis & obseerationibus nostris, sicut decet nos meminisse fratrum: & nunc misimus ad vos, vt innouemus fraternitatem. Et rescripserunt Spartiatæ. Pecora nostra & possessio nostra vestra sint, & vestra nostra. Et innouata est fraternitas. Comest. ibid. cap. 11.

1. Senatum.

b. Spartiatæ à Sparta regione, quæ postea Lacedæmõ dicta est, à Lacedæmone quodam heroa nuncupata. Pausanias quo nemo alius de ea re diligẽtius scripsit, Lelegen in Laconia regione regnasse prodidit: ab eoque primum Lelegendictos fuisse Lacedæmonios. Huic quintus in ordine Lacedæmõ in imperio successit, qui ducta in vxorem Sparta, Eurotæ fluminis filia regionem à se Lacedæmona, vrbem quam in ea condiderat, ab vxore Spartam nominauit.

2. Gaudete.

c. Hic quæritur ratio quare non scripserant Spartiatis tẽpore tribulationis & bellorum quæ acciderent Iudæis, cũm dicitur: Nos autem, &c. De Lyra. ibidem.]

* Adiuuant nos.
* Ab inimicis nostris.

3. Quas misit Onias rex Spartiatarum Oniæ sacerdoti magno gaudete.

d. Demetriani duces qui ad Cedessam ab Ionatha victi fuerãt, vt aliquando ignominiam ibi acceptam sibi demerent, citato agmine Iudæam inuadere constituunt: & iam domo profecti cursum in hostem inteaderant, cũ Ionathas subitis nunciis excitus ad Amathidem illis occurrit: & iuxta castra ad quinquaginta stadia inter se propinquauerãt. cum hostes sint viribus diffisi: nam & miles paucis antè diebus victus ad fugam potius quã ad pugnam spectabat, noctu vasa colligunt, incendique & vastata quæcunque irent, regione in pacatum cõcessere. Ionathas ad hostium castra progressus, vbi ea deserta vidit, conuersis in Nabathæo cursu quos hic vocant Zabadæos, omnem gẽrem in deditionẽ recepit. Sabel. vbi prius.

4. Transactum.

[a] Et vidit Ionathas quia tempus eum iuuat, & elegit viros, & misit eos Romam, statuere & renouare cum eis amicitiam. Et ad Spartiatas, & ad alia loca misit epistolas secundum eandem formam. Et abierunt Romam, & intrauerunt [1] Curiam,] & dixerunt: Ionathas summus sacerdos, & gens Iudæorum miserunt nos, vt renouemus amicitiam & societatem secundum priſtinum. Et dederunt illis epistolas ad ipsos per loca, vt deducerent eos in terram Iuda cum pace. Et hoc est exemplum epistolarum, quas scripsit Ionathas [b] Spartiatis: Ionathas summus sacerdos, & seniores gentis & sacerdotes, & reliquus populus Iudæorum Spartiatis fratribus, [2] salutem.] Iam pridem missæ erant epistolæ ad Oniam summum sacerdotem à Dario, qui regnabat apud vos, quoniam estis fratres nostri, sicut scriptum continet quod subiectum est. Et suscepit Onias virum qui missus fuerat cum honore, & accepit epistolas in quibus significabatur de societate & de amicitia. [&] Nos enim [B] cùm nullo horum indigeremus, habentes solatio sanctos libros qui sunt in manibus nostris, maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem & amicitiam, ne fortè alieni efficiamur à vobis. Multa enim tempora transierunt, ex quo misistis ad nos. Nos ergo in omni tempore sine intermissione in diebus solennibus & cæteris quibus oportet, memores sumus vestri in sacrificiis quæ offerimus, & in obseruationibus, sicut fas est & decet meminisse fratrum. Lætamur itaque de gloria vestra. [c] Nos autem circundederunt multæ tribulationes & multa prælia, & impugnauerunt nos reges qui sunt in circuitu nostro. Noluimus ergo vobis molesti esse, neque cæteris sociis & amicis nostris in his præliis. Habuimus enim de cœlo auxilium, * liberati sumus nos, * & humiliati sunt inimici nostri. Elegimus itaque Numenium Antiochi filium, & Antipatrem Iasonis filium, & misimus ad Romanos renouare cum eis amicitiam & societatem priſtinam. [&] Mandauimus itaque eis, vt veniant etiam ad vos, salutent vos, & [C] reddant vobis epistolas nostras de innouatione fraternitatis nostræ. Et nunc benefacietis, respondentes nobis ad hæc. Et hoc rescriptum epistolarum [3] quod misit Onias: rex Spartiatarum Onias, Ionathæ sacerdoti magno salutem.] Inuentum est in scriptura de Spartiatis & Iudæis, quoniam sunt fratres, & quia sunt de genere Abraham. Et nunc ex quo hæc cognouimus, benefacitis scribentes nobis de pace vestra. Sed & nos rescripsimus vobis. Pecora nostra & possessiones nostræ vestræ sunt, & vestræ nostræ. Mandauimus itaque hæc nuntiari vobis. [d] Et audiuit Ionathas, quoniam regressi sunt principes Demetrij cum exercitu multo supra [4] quàm prius] pugnare aduersus eum, & exiit ab Ierusalem, & occurrit eis in Amathite regione. [&] Non [D] enim dederat eis spatium vt ingrederentur regionem eius. Et misit speculatores in castra eorũ, & reuersi renuntiauerunt quòd constituerunt superuenire illuc nocte. Cum occidisset

1.Mac.13.8.

occidisset autem sol,[c] præcepit Ionathas suis vigilare,&esse in armis paratos ad pugnã tota nocte. Et posuit custodes per circuitum castrorum. Et audierunt aduersarij,quòd paratus est Ionathas cum suis in bello,& timuerunt & formidauerunt in corde suo,& accenderunt focos in castris suis. Ionathas autem & qui cum eo erant, non cognouerunt vsque mane. Videbant autem lumina ardentia,& secutus est eos Ionathas,&non comprehendit eos. Transierunt enim flumen Eleutherum. Et diuertit Ionathas ad Arabes,qui vocabantur Zabadæi,& percussit eos,& accepit spolia eorum. Et [d] iũxit,&
E venit Damascum,& perambulabat omnem regionem illam. [e] Simon autem exiit,& venit vsque Ascalonem,& ad proxima præsidia,& declinauit in Ioppen,& occupauit eam. Audiuit enim quod vellent præsidium tradere partibus Demetrij, & posuit ibi custodes,vt custodirent eam. Et reuersus est Ionathas,& conuocauit Seniores populi, & cogitauit cum eis ædificare præsidia in Iudæa,& ædificare muros in Ierusalem,& ex altare altitudine magna inter medium arcis & ciuitatis,vt separet eam à ciuitate,vt esset ipsa singulariter, & neque vendant,neque emant. Et conuenerunt vt ædificarent ciuitatem,& [f] cecidit murus qui erat super torrentem] ab ortu solis,& reparauit eum qui vocatur Caphetheta. Et Simon ædificauit Adiada in [g] Sephela,& muniuit eam,&
F impositit portas & seras. [h] Et cum cogitasset Triphon regnare Asiæ, & assumere diadema,&extendere manum in Antiochum regem,timens ne fortè non permitteret eũ Ionathas, sed pugnaret aduersus eum, quærebat comprehendere eum & occidere. Et exurgẽs abiit in Bethsan:& exiit Ionathas obuiam cum quadraginta milibus virorum electorum in prælium,& venit Bethsan: [i] Et vidit Triphon quia venit Ionathas cum exercitu multo,vt extenderet in eum manus,&timuit. Et excepit eum cum honore,& commendauit eum omnibus amicis suis,& dedit ei munera. Et præcepit exercitibus suis,vt obedirent ei sicut sibi. Et dixit Ionathæ: Vt quid vexasti vniuersum populum, cum bellum nobis non sit? Et nunc remitte eos in domos suas. Elige autem viros paucos qui tecum sint,& veni mecum Ptolemaïdam,& tradam eam tibi,&reliqua præsidia,& exercitum,& vniuersos præpositos negocij,& cõuersus abibo. Propterea enim veni. [k] Et credidit ei,& fecit,sicut dixit,& dimisit exercitum,& abierũt in terram Iuda.
G [l] Retinuit autem secum tria milia virorum,ex quibus remisit in Galilæam duo milia, mille autem venerunt cum eo. Vt autem intrauit Ptolemaïdam Ionathas, clauserunt portas ciuitatis Ptolemenses,& comprehenderunt eum,&omnes qui cum eo intrauerunt, gladio interfecerunt. [m] Et misit Triphon exercitum & equites in Galilæam & in
Iosias 9. campum magnum,vt perderẽt omnes socios Ionathæ. At illi cum cognouissent, quia comprehensus est Ionathas,& periit,& omnes qui cum eo erant,hortati sunt semetipsos,& exierunt parati in prælium. Et videntes ij qui insecuti fuerant, quia pro anima res est illis,reuersi sunt. Illi autem venerunt omnes cum pace in terram Iuda. Et planxerunt Ionathan,& eos qui cum ipso erant, * valde. Et luxit Israel luctu magno. Et quæsierunt omnes gentes quæ erant in circuitu eorum conterere eos. Dixerũt enim: Non habent principem & adiuuantem, nunc ergo expugnemus illos,& tollamus de hominibus memoriam eorum.

[c. Illi enim nocte parare venire qui cæco corde opera meditãtur tenebrarum agere,at contra Ionathas suos vigilare,& esse in armis paratos ad pugnam iubet tota nocte,quia proprium est electorum magistrorum vt pernigiles ac cautos doceãt esse subditos suos omni tempore istius vitæ,quo in incerto degentes ad certum finem tendant. Glosa ordinaria.]

5. Mouens castra.

[f. Hic consequenter desetibitur conflictus Simonis cum aduersatiis,cum dicitur, Simõ autem quoniam exiit de Ierusalẽ vbi remanserat ad terræ custodiam. Et venit vsque Ascalonẽ, & ad proxima præsidia, in quibus erant homines Demetrij ea tenentes: Et inde declinauit in Ioppen. De Lyra ibidẽ.]

6. Appropinquauit muro torrentis.

g. Sephela quæ & Rephaim, vallis est iuxta Eleutheropolim inter septentrionem & occidentẽ, latius patens austrum, in tribu Iuda,vbi Simon Ionathæ frater Adiadam vrbem condidit.

h. Triphon autem cognita calamitate Demetrij, non amplius fidus erat Antiocho,sed cogitabat quonam pacto eo sublato, regnum posset ipse inuadere & occupare. Nec aliud videbatur magis obstare eius cupiditati, quam Ionathas amicus Antiocho. Itaque decreuit eum prius de medio tollere, atque ita demum adolescentem aggredi. Quamobrem ad Bethsan profectus quæ Græcis nominatur Scythopolis, inuenit ibi Ionatham cum quadraginta milibus electissimorum militum, paratum obsistere si quis vim inferre conaretur. Iosep. antiq. lib. 13. cap. 9.

i. Hic patet Ionathæ nimia credulitas,quia hic Triphon principalior erat in domo Antiochi regis, cui Ionathas magis erat fœderatus & amicus, sed ignorabat machinationes ipsius Triphonis in mortem Antiochi. Lyra. ibidem.

[k. Cogitauit Triphõ occidere Antiochũ,sed timuit Ionathan, cui præcipuè insidias nexuit; Credulus Ionathas incidit in eius casses præda cupita,& ab eo captiuus est detentus. Ambitio quid possit,hic vides: Dominus suis non parcet: prælatissimis viris præcipuè inuidet,&insidiatur. Nulla ergo fides ambitioni habenda. Ionathas hac in re,quminus cautus fuit,miserè petiit Lorichius. ibidem.]

* Et timuerunt.

*Simon ad fratris Ionathæ redemptionem multam pecuniam, & filios eius misit Triphoni, qui accepta pecunia patrem cum filiis occidit,& inde Antiochum regem. Simon autem Demetrio fœderatus Gazam & Sion occupat,& Ioannem belli ducem constituit.* XIII.

A [a] TAudiuit Simon quòd congregauit Triphon exercitũ copiosum,vt veniret in terram Iuda, & attereret eam, videns quia in [b] tremore] populus
Ios. 13. est & in timore, ascendit Ierusalem, & congregauit populum, & adhortans,dixit: Vos scitis quanta ego & fratres mei & domus patris mei fecimus pro legibus & pro sanctis prælia, & angustias quales vidimus: Horum gratia perierunt fratres mei omnes propter Israel, & relictus sum ego solus. Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis. Non enim melior

a. Elegit prius occidere Ionathan quàm Anthiochũ. Videnſque quod non posset eum occidere,honorauit eum dans ei munera, & præcipiens exercitibus suis,vt illi sicut sibi obedirent. Et ait Ionathæ: quare vexasti populum? Paucos ex his elige,& veni mecum Ptolemaidam, & tradam eam tibi,& reliqua præsidia,& exercitum, & vniuersos ministros regni, & redibo. Et credidit ei Ionathas,& tandem cũ duobus filiis occisus est. Et congregauit Triphõ exercitum vt veniret in terram Iuda,& attereret eam. Timéusque populus ascendit in Ierusalem,& ait Simoni: Tu es dux noster loco Iudæ & Ionathæ fratris tui. Comest. ibid. cap. 12.

b. Timore.

Universidad de Deusto Biblioteca

sum fratribus meis. Vindicabo itaque gentem meam & sancta, natos quoque nostros & vxores, quia congregatæ sunt vniuersæ gentes conterere nos inimicitiæ gratia. Et accensus est spiritus populi simul vt audiuit sermones istos, & responderunt voce magna, dicentes: tu es dux noster loco Iudæ, & Ionathæ fratris tui: [f] Pugna prælium nostrum, & omnia quæcunque dixeris nobis, faciemus. Et congregans omnes viros bellatores, accelerauit consummare vniuersos muros Ierusalem, & munuit eam in gyro. [b] Et misit Ionatham filium Absolomi, & cum eo exercitum nouum in Ioppen, & eiectis iis qui erant in arce, remansit illic ipse. Et mouit Triphon à Ptolomaida cum exercitu multo vt veniret in terram Iuda, & Ionathas cum eo in custodia. Simon autem applicuit in Addus contra faciem campi. Et vt cognouit Triphon, quia surrexit Simon loco fratris sui Ionathæ, & quia commissurus esset cum eo prælium, misit ad eum legatos, dicens: [c] Pro argento quod debebat frater tuus Ionathas in ratione regis propter negocia quæ habuit, detinuimus eum. Et nunc mitte argenti talenta centum, & duos filios eius obsides, vt non dimissus fugiat à nobis, & remittemus eum. Et cognouit Simon, quia cum dolo loqueretur secum. [g] Iussit tamen dari argentum & pueros, ne inimicitiam magnam sumeret ad populum Israel, dicentem: quia non misit ei argentum & pueros, propterea periit. Et misit pueros & centum talenta. Et mentitus est, & non dimisit Ionathan. Et post hæc venit Triphon [2] in regionem vt] contereret eam, & gyrauerunt per viam quæ ducit Ador. [d] Et Simon & castra eius [3] ambulabant ] in omnem locum quocunque ibant. Qui autem in arce erant, miserunt ad Triphonem legatos, [4] vt festinaret venire ] per desertum, & mitteret illis alimonias. Et parauit Triphon omnem equitatum, vt veniret illa nocte: Erat autem nix multa valde, [5] & non venit ] in Galadithim. Et cum appropinquasset Bescaman, occîdit Ionathan [6] & filios eius illic. ] Et conuertit Triphon, & abiit in terram suam. Et misit Simon, & accepit ossa Ionathæ fratris sui, & sepeliuit ea in Modin ciuitate patrum eius. [e] * Et planxerunt eum omnis Israel planctu magno, & luxerunt eum dies multos. Et ædificauit Simon super sepulchrum patris sui & fratrum suorum ædificium altum visu, lapide polito retro & antè, & statuit septem pyramidas, vnam contra vnam patri & matri, & quatuor fratribus. Et iis * circumposuit columnas magnas, & super columnas arma, ad memoriam æternam, & iuxta arma naues sculptas, quæ viderentur ab hominibus nauigantibus mare. Hoc est sepulchrum quod fecit in Modin vsque in hunc diem. [f] Triphon autem cum iter faceret * cum Antiocho rege adolescente, dolo occîdit eum, & regnauit in loco eius. Et imposuit sibi diadema Asiæ, & fecit plagam magnam in terra. Et ædificauit Simon præsidia Iudææ: muniens ea turribus excelsis, & muris magnis & portis & seris, & posuit alimenta in munitionibus. [g] [8] Et elegit Simon viros, & misit ad Demetrium regem, vt faceret remissionem regioni, quia actus omnes Triphonis [7] per direptionem fuerant gesti. ] Et Demetrius rex ad verba ista respondit ei, & scripsit epistolam talem: rex Demetrius Simoni summo sacerdoti & amico regum, & senioribus & genti Iudæorum, salutem. Coronam auream, & [8] Bahen ] quam misistis suscepimus, & parati sumus facere vobiscum pacem magnam, & scribere [9] præpositis regis remittere vobis quæ indulsimus. ] Quæcunque enim constituimus, vobis constant. Munitiones quas ædificastis vobis sint. Remittimus quoque ignorantias & peccata vsque in hodiernum diem, & coronam quam debebatis. Et si quid aliud erat tributarium in Ierusalem, iam non fit tributarium. Et si qui ex vobis apti sunt conscribi inter [10] nos, ] conscribantur, & sit inter nos pax. [h] Anno centesimo septuagesimo ablatum est iugum gentium ab Israel. Et cœpit populus Israel scribere in tabulis & gestis publicis: anno primo sub Simône summo sacerdote, magno duce, & principe Iudæorum. [h] In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, & circúndedit eam castris, & fecit machinas, & applicuit ad ciuitatem, & percussit turrem vnam, & comprehendit eam. Et [11] qui eruperant, erant intra machinam & ciuitatem, & factus est motus magnus in ciuitate. Et ascenderunt qui erant in ciuitate cũ vxoribus & filiis supra murum scissis tunicis suis, & clamauerunt voce magna postulantes à Simône dextras

b. Mittuntur qui & Ioppẽ ex improuiso occuparet, ne oppidani audito Ionathæ casu, Diodorũ, hoc est Triphonẽ in vrbẽ acciperẽt. Ille paucis diebus quibus hæc acta sunt, cũ valido exercitu, & Ionatha vinculo Iudææ insilliit, Ierosolymã iter intẽdit: cui Simon Simõ cũ exercitu in treuiis occursurus, nouafraude etsi prius animaduersa, petitus est Sabel. vbi sup.

c. Triphon igitur cognito quòd Simõ Iudæorũ princeps sit constitutus, misit ad eũ nuncios, & hominem dolo circũuenire cupiens: mandabátque vt si veller dimitti frater Ionathan, centum argẽti talenta persolueret; & cum eis duos Ionathæ filios mitteret ad se obsides futuros. Ios. lib. 13. cap. 11. Antiq.

2. Vt ascẽderet in regionem &.

d. Simon cõtraueniebat Triphoni & cæteris eius, vt obuiaret illi in prælium antequam Iudæam vastarent. Lyra. ibid.

3. Contraueniebant.

4. Qui vigerent eum vt veniret ad eos.

5. Et non venit propter niuem, sed abiit, & venit.

6. Et sepultus est ibi.

e. Nec igitur nouum sepeliendi funus nec recẽs inuẽtũ, vt etiam Hier. de funere Paulæ. Trãslata, inquit, Paula episcoporũ manib⁹, & cerulee feretro subiiciẽtibus, cũ alij põtifices lãpadas candelasque præferent, alij chorus psallẽtiũ ducerẽt, in media eccle sia spelũcæ saluatoris est posita. Tota ad funus eius Palæstinarũ vrbium turba conuenit. Hie. de Epitaphio Paulæ, in fi.

* Fecit machinamenta, &.

f. Diodorus seu Tripho Antiochũ. 10. an. natum sustulit corruptis medicis, qui ad populũ mẽtiti dicerent eum calculi dolore consumi, secandóque puero ad libitũ, dum curare videri volũt, in Diodori gratiam necauerũt. Quo sublato Diodor⁹ homo nequam ab exercitu pecunia corrupto, rex Syriæ constituitur Sabelle. vbi prudens.

* Fraude.

g. Recuperato regno Demetri⁹ & ipse rerum successu corrupt⁹ vitiis adolescẽtiæ in segnitiem labitur, tantúmque contẽptus apud oẽs inertiæ, quãtũ odium ex superbia pater habuerat, contraxit. Itaque cũ ab imperio ei⁹ passim ciuitates deficerent, ad abolendã segnitiei maculã bellum Parthis inferre statuit. Ad postremũ tamẽ paris simulatione decept⁹ capitur, traductúsque per oras ciuitatũ populis qui deserant in ludibriũ fauoris ostẽditur. Missus deide in Hircaniã, benignẽ & iuxta cultũ pristinæ fortunæ habetur. Iustinus lib. 35 Verum Antiocho in Parthia cũ exercitu deleto, frater eius Demetrius obsidione Parthorum liberatus, accelsitutus in regnũ, cum omnis Syria in luctu propter amissum exercitum esset: quasi Parthica ipsius & fratris bella, quibus alter captus, alter occisus erat prosperè gessissent, ita Aegypto bellum inferre statuit. Ide. li. 39. Interea Simon ad Demetriũ pro libertatis restitutione nuntios mittit. Lyr. ibidẽ.

7. Erant rapinæ. 8. Bainem.

9. Iis qui sunt super negotia vt remittant vobis remissionem.

10. Nostros.

h. Tũc defecẽdit Simõ in Gazã, & obsedit eam, & eiecit idololatras & idola de ciuitate, & mundauit ædes, & collocauit in ea viros qui legem facerent, & munuit eã, & fecit sibi habitationem, & obsedit eos qui erant in arce Ierusalem. Et clamauerunt ad Simonem vt acciperent dextras, & dedit illis: & eiecit eos inde, & mundauit arcem à contaminationibus, & intrauit eam cũ musicis instrumẽtis, & hymnis, & ramis palmarum: statuens vt omnibus annis ageretur hæc dies cũ lætitia. Contest. ibi. c. 13.

11. Eruperunt qui erant in machina, in vrbem.

Anni 170 Christi. 171. Anni mundi 3811.

tras sibi dari, & dixerunt: Non nobis reddas secundum malitias nostras, sed secundum misericordias tuas, &—& seruiemus tibi.] [i] Et flexus Simon non debellauit eos, eiecit tamen eos de ciuitate, & emundauit ædes in quibus fuerant simulachra, & tunc intrauit
G in eam cum hymnis benedicens dominũ. [g] Et eiecta ab ea omni immunditia, collocauit in ea viros qui legem facerent, & muniuit eam, & fecit sibi habitationem. Qui autem erant in arce Ierusalem prohibebantur egredi & ingredi regionem, & emere ac vendere, & esurierunt valde, & multi ex eis fame perierunt. Et clamauerunt ad Simônem vt dextras acciperent, & dedit illis. Et eiecit eos inde, & mundauit arcem à cõtaminationibus. Et intrauerunt in eam tertia & vicesima die secundi mensis, anno centesimo septuagesimo primo, cum laude & ramis palmarum, &—& citharis] & cinaris & cymbalis & nablis & hymnis & canticis: [k] quia contritus est inimicus magnus ex Israel: Et constituit vt omnibus annis agerentur dies hi cum lætitia. Et minuit montem templi qui erat secus arcem, & habitauit ibi ipse & qui cum eo erant. Et vidit Simon Iohannem filium suum quòd fortis prælij vir esset, & posuit eum ducem virtutum vniuersarum, & habitauit in Gazaris.

Anni ante Christũ. 140. Anni mundi 3822.

i. Tunc etiam quãdo errores ejecti sunt gentilium, cum laudibus dei doctores sancti in cõuenticula intrabãt gentilium. Tunc quoque viros qui legem faciunt ibidem ponunt, qui veros cultores Christi pius predicationibus esse faciunt ibi & muniunt eam, faciũnteque sibi eam habitationem, cùm per euangelium vndique fidei numine ecclesiam firmantes in eius domicilio ipsi magistri commorãdo, pro labore pio, præmia æterna quæ pro confessione ipsorum impenderãt à iudice viuorum ac mortuorum in fine sibi retribuenda expectant. Glo. or.]

k. Populus magnus qui erat in arce & multum grauabat populum, & impediebat cultum diuinum. Lyra ibid.

*Demetrio ab Arsace deuicto Simon in Israel magna pace fruitur, cum Romanis & Spartiatis fœdus renouat, inscriptum æreis tabulis affigit.* XLIII.

Anni ante Christũ. 139. Anni mundi 3823.

A ANno centesimo septuagesimo secundo [a] congregauit Rex Demetrius exercitum suum, & abiit in Mediam ad contrahenda sibi auxilia, vt expugnaret Triphonem. Et audiuit Arsaces Rex Persidis & Mediæ, quia intrauit Demetrius cõfines suos, & misit vnum de principibus suis vt comprehenderet eum viuum, &—& adduceret eum ad se.] Et abiit & percussit castra Demetrij, & comprehendit eum, & duxit eum ad Arsacem, & posuit eum in custodiam. [b] Et siluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simônis, & quæsiuit bona genti suę, & placuit illis potestas eius, & gloria eius omnibus diebus. Et cum omni gloria sua accepit Ioppen in portum, & fecit introitum in insulis maris. Et dilatauit fines gentis suæ, & obtinuit regionem. Et congregauit captiuitatem multam, & dominatus est [c] Gaza-
B ræ, & Bethsuræ, & arci, & abstulit immunditias ex ea, & non erat qui resisteret ei. [d] Et vnusquisque colebat terram suam cum pace, & terra Iuda dabat fructus suos, & ligna camporum fructum suum. Seniores in platéis sedebant omnes, & de bonis [1] terrę tractabant,] & iuuenes induebant se gloriam & stolas belli. Et ciuitatibus tribuebat alimonias, & cõstituebat eas vt essent vasa munitionis, quoadusque nominatum est nomen glorię eius vsque ad extremum terræ. [e] Fecit pacem super terram, & lætatus est Israel lætitia magna. Et sedit vnusquisque sub vite sua, & sub ficulnea sua, & nõ erat qui eos terreret. Defecit impugnans eos super terram. Reges contriti sunt in diebus illis. Et cõfirmauit omnes humiles populi sui, & legem exquisiuit, & abstulit omnem iniquum & malum. Sancta glorificauit, & multiplicauit vasa sanctorum. [f] Et auditum est Romæ, quia defunctus esset Ionathas, & vsque in Spartiatas, & cõtristati sunt valde. [f] Vt audierunt autem quòd Simon frater eius factus esset summus sacerdos loco eius, & ipse obtineret omnem regionem, & ciuitates in ea, scripserunt ad eum tabulis æreis, vt renouarent amicitias & societatem, quam fecerant cum Iuda & cum Io-
c natha fratribus eius. [g] Et lectæ sunt in conspectu Ecclesiæ in Ierusalem. Et hoc exemplum epistolarum quas Spartiatę miserunt. Spartianorum principes & ciuitates, Simôni sacerdoti magno, & senioribus & sacerdotibus & reliquo populo Iudæorum fratribus [2] salutem.] Legati qui missi sunt ad populum nostrum [3], nuntiauerunt nobis de vestra gloria, & honore, & lętitia: & gauisi sumus in introitu eorum. Et scripsimus quę ab eis erant dicta in consiliis populi sic: Numenius Antiochi & Antipater Iasonis filius, legati Iudęorum venerunt ad nos, renouantes nobiscum amicitiam pristinam. [g] Et placuit populo excipere viros gloriosè, & ponere exemplum sermonum eorum [3] in segregatis] populi libris, vt sit ad memoriam populo Spartiatarum. Exemplum autem horum scripsimus Simoni magno sacerdoti. [g] Post hoc autem misit Si-

a. Tunc congregauit rex Demetrius exercitum, & intrauit Mediam ad contrahenda sibi auxilia, vt expugnaret Triphonem. Sed Arsaces rex Persidis & Mediæ misit vnum de principibus suis, qui percussit castra Demetrij, & comprehẽdit eum viuum, & posuit eum Arsaces in custodiam. Comest. ibid. ca. 14.

[b. Hic ponitur præambulũ secundum, scilicet pacificatio Iudææ sub Simonis regimine, cũ dicitur: Et siluit, scilicet à prælijs nociuis. Et quæsiuit bona genti suæ principalius quàm sibi: quia bonum quanto cõmuni[o], tanto melius & diuinius. De Lyra.]

c. Gazara siue Gazeta aliter dicitur Gazi, apud Philistæos olim celebris, de qua Iudic. 1. d. Eiusdem nominis est Gazer in sorte tribus Ephraim vbi separata Leuitis, quam & ipsam expugnauit Iosue, rege eius interfecto. Aedificata est autem postea à Salomone. nũc Gazara villa dicitur, f quarto miliario Nicopoleos cõtra septentrionem. Verumtamen sciẽdum, quòd alienigenes ex ea Ephraim nõ potuit expellere. Hieron. de locis Hebr.

1. Consultabant in communi.

[d. Talẽ fecit legem Simon noster, & abstulit omnem iniquũ & malũ, cùm modo per sanctos doctores excommunicat hæreticos atque schismaticos & omnes impios. Glo. ordi.]

e. Et misit Simon ad Spartiatas ad innouandã fraternitatẽ. Romanis quoque misit clypeũ aureum minarũ mille, & statuerũt ei Romani libertatẽ, & scripserunt in tabulis æreis fœdus: quę posita sunt in titulis in monte Sion. Comest. ibid. cap. 13.

[f. Quòd Simone sacerdotiũ accipiente, diuersæ gentes ad eum legatos mittunt, rogãtes ea quę pacis sunt, significat quod Apostolis atque doctoribus noui testamenti post passionem Christi & resurrectionẽ atque ascensionem ad cœlos, euãgelium in mundo prædicantibus, multitudo gentium ad fidem confluxerit, & pacem magno opere cum ecclesia habere postulauerit, mittentes epistolas, hoc est, secreta cordis sui per cõfessionem illis patefacientes. Glo. ordi. ibid.]

2. Gaudere.

g. Romani benignè Iudæorum legatos excipientes super amicitiæ renouatione cũ Iudæis quã primò fecerant Iuda supra ca. 7. & cum Ionatha cap. 12. decretis firmant singulas literis permanentibus. Lyran. ibid.

3. In patentibus.

mon Numenium Romam habentem clypeum magnum aureum pondo minarum mille,ad ſtatuendam cum eis ſocietatem.Cum autem audiſſet populus Romanus ſermones iſtos,dixerunt: [h] Quam gratiarum actionem reddemus Simôni & filiis eius? [4]Reſtituit enim ipſe fratres ſuos,] & expugnauit inimicos Iſrael ab eis. Et ſtatuerunt ei libertatem,&deſcripſerunt in tabulis æreis,& poſuerunt [5] in titulis]in mõtem Sion. Et hoc eſt exemplum ſcripturę.[i] Octauadecima die menſis Elul, anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo,anno tertio ſub Simône ſacerdote magno in Aſſaramel in conuentu magno ſacerdotum & populi & principum & gentis & ſeniorum regionis nota facta ſunt hęc: * Quoniam frequenter facta ſunt prælia in regione noſtra. Simon autem Matathię filius ex filiis Iarib,& fratres eius dederunt ſe periculo, & reſtiterunt aduerſariis gentis ſuæ,vt ſtarent ſancta ipſorum & lex,& gloria magna glorificauerũt [*] gentem ſuam.[6] Et congregauit Ionathas gentem ſuam,& factus eſt illis [6]ſacerdos ma[*]gnus,] & appoſitus eſt ad populum ſuum. Et voluerunt inimici eorum [7] calcare ſancta,& atterere] regionem ipſorum,& [8] extendere] manus in ſancta ſanctorum.[k] Tũc [9]reſtitit] Simon,& pugnauit pro gente ſua,& erogauit pecunias multas,& armauit viros virtutis gentis ſuæ,& dedit illis ſtipẽdia.Et muniuit ciuitates Iudęæ, & Bethſuram quę erat in finibus Iudęæ,vbi erant arma hoſtium antea,&poſuit illic prælidium viros Iudęos.[l] Et Ioppen muniuit quę erat ad mare,&Gazaram quę eſt in finibus Azoti,in qua hoſtes antea habitabant. Et collocauit illic Iudęos, & quęcunque apta erant ad correptionem eorum poſuit in eis. Et vidit populus [10] actum ] Simônis, & gloriam quam cogitabat facere genti ſuæ,& poſuerunt eum ducem ſuum & principem ſacerdotum,eo quòd ipſe fecerit hęc omnia, & iuſtitiam & fidem quam conſeruauit genti ſuæ:& exquiſiuit omni modo exaltare populum ſuum.[6] Et in diebus eius proſperatum eſt in manibus eius,vt tollerentur gentes de regione ipſorum, & quę in ciuitate Dauid erant in Ieruſalem [11] in arce,]de qua procedebãt & contaminabant omnia quę in circuitu ſanctorum ſunt, & inferebant plagam magnam caſtitati. Et collocauit in ea viros Iudęos* ad tutamentum regionis &ciuitatis,& exaltauit muros in Ieruſalem. [m]Et rex Demetrius ſtatuit illi ſummum ſacerdotium. Secundum hæc fecit eum amicum ſuum,& glorificauit eum gloria magna. Audiuit enim quòd appellati ſunt Iudęi à Romanis amici,& ſocij [1] & fratres,] & quia ſuſceperũt legatos Simônis gloriosè,& quia Iudęi & Sacerdotes eorum conſenſerunt eum eſſe ducem ſuum & ſummum ſacerdotem in æternum,donec ſurgat Propheta fidelis, & vt ſit ſuper eos dux, & vt cura eſſet illi pro ſanctis,[6] & vt conſtitueret prępoſitos ſuper opera eorum,& ſu[G]per regionem, & ſuper arma, & ſuper prælidia, & cura ſit illi de ſanctis, & vt audiatur ab omnibus,& ſcribantur in nomine eius omnes conſcriptiones in regione, & vt operiatur purpura & [12] auro,] & ne liceat vlli ex populo & ex ſacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere iis quę ab eo dicuntur,aut conuocare cõuentum in regione ſine ipſo,& veſtiri purpura,vt vti fibula aurea. Qui autem fecerit contra hęc,aut irritum fecerit aliquid horum,reus erit. Et complacuit omni populo ſtatuere Simônem,& facere ſecundum verba iſta. Et ſuſcepit Simon, & placuit ei vt ſummo ſacerdotio fungeretur, & eſſet Dux & princeps gentis Iudæorum & ſacerdotum, & prælſet omnibus. Et ſcripturam iſtam dixerunt ponere in tabulis æreis,& ponere eas in [n] peribolo ſanctorum in loco celebri. Exemplum autem eorum ponere in ærario, vt habeat Simon & filij eius.

*Antiochus Simoni fœderatus Triphonem perſequitur: Romani Iudæos cæteris nationibus commendant: Antiochus miſſum à Simone auxilium recuſans, in eum mittit Cendebæum dum perſequitur Triphonem.* XV.

[a] ET miſit Rex Antiochus filius Demetrij epiſtolas ab inſulis maris Simôni ſacerdoti,& principi gentis Iudæorum,& vniuerſæ genti, & erant continentes hunc modum,Rex Antiochus Simôni ſacerdoti magno,& genti Iudæorum [1]ſalutem.] Quoniam quidam peſtilentes obtinuerunt regnum patrum noſtrorum [A] 1o.Cap.11.

volo

h. Quod non ſolum ſibi ſunt reddendæ gratiæ & honores pro abiectis,quæ nobis requiſiuit, & propter ſemetipſum notabile,qd ad nos miſit: ſed etiam propter eius probitatem quibus aduerſarios populi ſui viriliter expugnauit. Idem ibidem.
4. Fecit enim ipſe & fratres eius,& domus patris eius.
5. Incolumnis.
i. Sic patet quòd huiuſmodi inſtitutiõis vel decreti deſcriptio facta eſt ſolenniter, ſcilicet per tempora regum & pontificum: ſicut deſcribitur beati Ioannis Baptiſtæ prælicatio,vt patet Luc 3. Lyr. ibid.
* Nobis.

6. Princeps ſacerdotum.
7. Aſcendere in regionem eorũ vt contererent.
8 Extendere.
[k. Tunc reſtitit Simon vt amplius patuit prœcedenti cap. Sed & erogauit pecunias multas de ſubſtantia ſua pro ſua gẽte defenſanda. De Lyra.]
9. Surrexit.
l Ioppe, Iepho, ſeu Iapha, oppidum Paleſtinæ tribus Manaſſe, quanquam Hieronymus Dauidicæ coniungat: videtur tamen terminus eius, ab eo qui Ioppe reſpicit connumerari, toto orbe eſt antiquiſſimum. Inde nõnulli à Iapher Noe filio conditum & appellatum cõtendunt: vel ab Ioppe Aeoli filia vxore Cephei. Situm eſt autẽ ad mare nõ procul à Lydda, in littore ſaxoſo atque arduo, adeõque vt inde Ieroſolyma videri poſſit. Hoc portu vſi ſunt Iudæi frequẽtiſſimè, quo ligna, cæteraque ad templi ſtructurã neceſſaria, ſæpius miſſa ſunt. Inque eum hodie nauæ noſtri primum applicãt, Zaphã ſeu Iapham appellãtes: licet importuoſiſſimus, ob id ad excurſus pyraticos cõmodior. In quẽ vſum Machabæorum ætate frequenter occupatũ eſt. Olim potens, nunc viculus exiguus, non niſi caſulis quibuſdam habitatus, nihilque niſi ruinas veteris nobilitatis oſtendens.
10. Fidem.
11. Qui fecerant ſibi arcem.
* Et munluit eam.
Im. Reperit quod ſuprà capite præcedenti dictum eſt, repetit autem ad inſtituendi ratificandum. Inſtimit oſtendere Simonem citra meritum ad pontificalem dignitatem, & ad ducatum non exaltatum, ſed ex induſtria & clementia, cæteriſque virtutibus præcipuis, atque adeò põtificalibus Subdit ergo etiam rationem humanam velle teſtes honorati viros. Hic locus ex ſcriptura aliqua authentica eſt depromptus, vnde ſupra dixit: Et hoc eſt exemplũ ſcripturæ, &c. Loricius ibid.
12. Aurum ferat.

n. Peribolus dicitur murus atrij domus domini, qui totum templum per quadrũ ambiebat in circuitu. Græcè περίβολος à περιβάλλω ambio, circundo, cingo, amplector. Glo. vtdi.

a. Hic Antiochꝰ ſecũdus Demetrij frater minor natu, per Aſſyrios incertis erroribus vagabatur: quẽ Cleopatra Demetrij vxor exercitu ſubnixa ad ſuas nuptias & regnum capeſſendum inuitat: quam inſperatã occaſionem ille complexus, Seleuciam venit. Hue Diodorus quẽ ſæpius Triphonem diximus cũ valido exercitu occurrit. Sabel. Vbi prius.
1. Gaudere, & infra.

Universidad de Deusto
Biblioteca



[b] volo autem vendicare regnum, & restituere illud sicut erat antea, & electam [2] feci multitudinem ] exercitus, & [3] feci ] naues bellicas. Volo autem procedere per regionem, vt vlciscar in eos qui corruperunt regionem nostram, & qui desolauerunt ciuitates multas in regno meo. Nunc ergo statuo tibi omnes [4] oblationes ] quas remiserunt tibi ante me omnes Reges, & quæcunque alia dona remiserunt tibi, & [5] permit-
B to ] tibi facere percussuram proprij numismatis in regione tua. ♱ Ierusalem autem [6] sanctam esse & liberam, ] & omnia arma quæ fabricata sunt & præsidia quæ construxisti quæ tenes, maneant tibi. Et omne debitum regis, & quæ futura sunt regi, ex hoc & in totum tempus remittuntur tibi. [c] Cum autem obtinuerimus regnum nostrum, glorificabimus te & gentem tuam, & templum gloria magna, ita vt manifestetur gloria vestra in vniuersa terra. Anno centesimo septuagesimo quarto exiit Antio-
Anni ante Christi. 137. Anni mundi 3829 chus in terram patrum suorum, & [d] conuenerunt ad eum omnes exercitus, ita vt pauci relicti essent cum Triphone. Et insecutus est eum Antiochus Rex, & venit Doram fugiens per maritimam. Sciebat enim quòd congregata sunt mala in eum, & reliquit
C eum exercitus. ♱ Et applicuit Antiochus super [e] Doram cum centum viginti milibus virorum belligeratorũ, & octo milibus equitũ. Et circuiuit ciuitatem, & naues à mari accesserunt, & vexabant ciuitatem à terra & mari, & neminem sinebant ingredi vel egredi. Venit autem Numenius, & qui cum eo fuerant ab vrbe Roma, habentes epistolas regibus & regionibus scriptas, in quibus continebantur hæc: Lucius consul Romanorum, Ptolemæo Regi salutem. Legati Iudæorum venerunt ad nos amici nostri *renouantes pristinam amicitiam & societatem, missi à Simône principe sacerdotum
D & populo Iudæorum. Attulerunt autem clypeum aureum minarum mille. ♱ Placuit itaque nobis scribere regibus & regionibus, vt non inferant illis mala, neque impugnent eos & ciuitates eorum, & regiones eorum, & vt non ferant auxilium pugnantibus aduersus eos. Visum autem est nobis accipere ab eis clypeum. Si qui ergo pestilentes fugerint de regione ipsorum ad vos, tradite eos Simôni principi sacerdotum, vt vindicet in eos secundum legem suam. [f] Hæc eadem scripta sunt Demetrio regi, & Attalo, & Arabe, & Arsaci, & in omnes regiones: Sampsamæ, & Spartanis, & Delo, & Mido, & Sitioni, & Cariæ, & in Samnum, & Pamphyliam, & Eicyam, & Alicarnasum, & Rhodum, & Phaselida, & Coo, & Siden, & Arado, & Cortynam, & Cnydum, &
E Cyprum, & Cyrenem. ♱ Exemplum autem eorum scripserunt Simôni principi sacerdotum, &— & populo Iudæorum. ] Antiochus autem Rex applicuit castra in Doram secundo, admouens ei semper manus & machinas faciens: & concluſit Triphonem ne procederet. Et misit ad eum Simon duo milia virorum electorum in auxilium, & argentum & aurum & vasa copiosa, & noluit ea accipere, sed rupit omnia quæ pactus est cum eo antea, & alienauit se ab eo. [g] Et misit ad eum Athenobium vnum de amicis suis, vt tractaret cum ipso, dicens: Vos tenetis Ioppem & Gazaram & arcem quæ est in Ierusalem ciuitates regni mei, fines earum desolastis & fecistis plagam magnam
F in terra, & dominati estis per loca multa in regno meo. [h] ♱ Nunc ergo tradite ciuitates quas occupastis, & tributa locorum in quibus dominati estis extra fines Iudææ. Sinautem, date pro illis quingenta talenta argenti, & exterminij quod exterminastis, & tributorum ciuitatum alia talenta quingenta. Sinautem, veniemus & expugnabimus vos. Et venit Athenobius amicus Regis in Ierusalem, & vidit gloriam Simônis & [7] claritatem in auro & argento, ] & apparatum copiosum, & obstupuit, & retulit ei verba Regis. Et respondit ei Simon, & dixit ei: Neque alienam terram sumpsimus, neque alienam detinemus, sed hæreditatem patrum nostrorum, quæ iniustè ab inimicis nostris aliquo tempore possessa est. Nos verò [8] tempus ] habentes vindicamus hæredita-
G tem patrum nostrorum. ♱ Nam de Ioppe, & Gazara quæ expostulas, ipsi faciebant in populo plagam magnam, & in regione nostra, horum domus talenta centum. Et non respondit ei Athenobius verbum. [i] Reuersus autem cum ira ad Regem, renuntiauit ei verba ista, & gloriam Simônis & vniuersa quæ vidit, & iratus est Rex ira magna. Triphon autem fugit naui in Orthosaida. Et constituit Rex Cendebæum ducem mariti-

[b. Antiochus hic qui Assidetes cognominatus est, filius fuit Demetrij Sotheris, fratris autẽ Demetrij minoris, qui post Alexãdrum Philobatem regem in Syria regnauit. Demetrius autem Sother post Antiochũ Eupatorem filiũ Antiochi Epiphanis, vt Cronicon Eusebij & Hieronymi testatur: & regnauit annis 12. Post quẽ Alexander Philopatus annis regnauit 10. Post hunc Demetrius filius demetrij annos tres, qui captus à Parthis in Hucania ab Arsaride rege retruditur. Post quem Antiochus Assidetes frater eiusdem Demetrij tenuit regnũ annis 14. Glo. ordina. ibid.]

2. Collegi multitudinem.
3. Paraui.
4. Oblationes.
5. Permiserunt.
6. Et sancta esse libera.

c. Hic fit promissio de futuro, quæ tamen nõ fuit impleta, vt infra patebit. Nã obtẽto regno alienauit se à Simone. Et ideo tales promissiones videbantur simulatoriæ, quousque esset in regni possessione. Lyra ibid.

d Cæterum à veterano exercitu qui Triphõis molestias ægrẽ ferens ad Cleopatrã subitã defectione se cõtulerat, victus ex superiore Syria in Phœnicẽ fugã intendit. Antiochus fugientem secutus, aliquãdiu in Dora Phœnices obsedit: vnde Diodorus Apameã fugere conatus, in hostium manus incidit: captúsque interficitur tertio sui regni anno. Sabellicus ibidem.

e. Dora in 11. miliario Cæsaræ Stratonis, in Hebræo dicta Naphath. Dor ciuitas regia, de qua loquens Hieronymus de Paula matrona, scribit: Mirata ruinas Dor vrbis quondã potẽtissimę. fuit enim illustris adeò, q̃ ætate Machabæorũ Antiochus rex eã obsedit. 120000. peditũ. 8000. equitum exercitu. Idem de locis Hebraicis Damaphet, qđ Symmachus trãstulit Dor maritima. Hæc est Dora in nono miliario Cæsaræ Palæstinæ pergẽtibus Tyrum, nunc deserta. Quæ cum cecidisset in sortem tribus Manasse, eam possidere nõ potuit, quia in ea pristini habitatores remanserunt.

*Et socij

[f. Hæc eadem scripta sunt per recapitulationem. Nã hoc contigit Demetrio patre Antiochi adhuc regnãte. Hinc enim patet per illud quod habetur ca. præcedenti, scilicet quod rex Demetrius fecit Simonẽ amicũ suum & glorificauit eum. Et subditur adhuc vna ratio, cum dicitur: Audiuit enim quia appellati sunt Iudæi à Romanis amici, &c. Ex quo patet q̃ iam receperit literas ipsas de renouatione amicitiæ inter Romanos & Iudæos. De Lyra.]

g. Hæc est ruptio fœderis Antiochi quod tãtũ desiderabat, quia remisit muneribus solemne misit numisma ad reperendũ ciuitates plures, & tributa per suos antecessores imposita. Lyra ibi.

[h. Quod Antiochus per possessas per prælia ciuitates à Simone repetit, significat antiquum hostem semper sanctorum virtutibus inuidere, & iniusto seruitio sibi eos subiugare velle: sed eas Simon spiritalis sibi vendicando sui iuris esse dixit, ac patrum suorum hæreditatem, nec vllum sibi hostẽ habere debere communionem, quia possessio virtutum proprię electorum est, nõ reproborũ. Glo. ord.]

7. Abacum cum vasis aureis & argenteis.
8. Opportunitatem.

i. Simon autem regendis fortiter rebus intentus Zara quidẽ & Ioppem & Iamniam ceperat. Euertit autem & Accaron subactis præsidiis: aduersúsque Tryphonem Antiocho auxiliũ præbuit, qui Dorã ante expeditionẽ quã in Medos fecit, obsidebat: sed regis auiditatem satiare nõ potuit, quãuis neci Triphonis suã quoque operã adhibuisset. Ioseph. de bello Iud. li. 1. c. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca



mum,& exercitum peditum & equitum dedit illi.[k] Et mandauit illi mouere castra cõ tra faciem Iudęæ,& mandauit ei ædificare Cedronem,&[9] obstruere ] portas ciuitatis, & debellare populum. Rex autem persequebatur Triphonem. Et peruenit Cendebæus Iamniam,& cœpit irritare plebem,& [10] conculcare Iudęam, & captiuare populum,& interficere,& ædificare Cedronem. Et collocauit illic equites & exercitum,vt egressi perambularent viam Iudęæ,sicut constituit ei Rex.

[k. Solent qui ab amicis volunt discedere occasionem quærere. Apologia de Iuno ad caput fluuij bubaci, & conquerente de eo,quòd ipsa aquam turbarit, huc quadrat. Iratus enim Rex, Cendebęum contra Iudam mittit. Videamus regem ad explendam impietatẽ suam ministros iustitiæ semper in prõpru habere. Lorichius ibid.]
9. Munire.
10. Intrare.

*Cendebæo à filiis Simônis percusso, Ptolemæus Simônem socerum suum cum duobus filiis suis in conuiuio dolosè percußit, cui Ioannes filius in sacerdotio succeßit.* XVI.

[a] Et ascendit Ioannes de Gazaris, & nuntiauit Simôni patri suo quæ fecit Cendebæus ⟩– in populo ipsorum. ] Et vocauit Simon duos filios suos seniores Iudam & Ioannem, & ait illis: Ego & fratres mei & domus patris mei expugnauimus hostes Israel ab adolescentia vsque in hunc diem & prosperatum est in manibus nostris liberare Israel aliquotiens. Nunc autem senui, *sed estote loco meo & fratris mei,& egressi pugnate pro gẽte nostra. Auxilium verò de cœlo vobiscum sit. Et elegit de regione viginti milia virorum belligeratorum & equites,& profecti sunt ad Cendebæum,& dormierunt in Modin. Et surrexerũt mane,& abierũt in campum. Et ecce exercitus copiosus in obuiam illis peditum & equitum,& fluuius torrens erat inter medium ipsorum.[b] Et admouit castra cõtra faciem eorum ipse & populus eius,& vidit populum trepidantem ad transfretandum torrentem,& transfretauit primus. Et viderunt eum viri,& transierunt post eum. Et diuisit populum,& equites in medio peditum. Erat autem equitatus aduersariorum copiosus nimis. Et exclamauerunt sacris tubis, & in fugam conuersus est Cendebæus & castra eius,& ceciderunt ex eis multi vulnerati,residui autem in munitionem fugerunt. Tunc vulneratus est Iudas frater Ioannis, Ioannes autem insecutus est eos donec venit [c] Cedronem quam ædificauit,& fugerunt vsque ad turres quę erant in agris Azoti,& succendit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo milia virorum, & reuersus est in Iudæam in pace. [d] Et Ptolæmeus filius Abobi constitutus erat dux in campo Iericho,& habebat argentum & aurum multum. Erat enim gener summi sacerdotis. Et exaltatum est cor eius, & volebat obtinere regionem & cogitabat dolum aduersus Simônem & filios eius vt tolleret eos. [d] Simon autem perambulans ciuitates quæ erant in regione Iudęæ,& solicitudinem gerens earum,descendit in Iericho,ipse & Matathias filius eius, & Iudas anno centesimo septuagesimo septimo,mense vndecimo. Hic est mensis Sabath. Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam quæ vocatur Doch, cum dolo,quam ædificauit, & fecit eis conuiuium magnum, & abscondit illic viros. Et cum inebriatus esset Simon & filij eius, surrexit Ptolemæus cum suis,& sumpserũt arma sua,& intrauerunt in conuiuium,]& occiderunt eum & duos filios eius,& quosdam pueros eius. [e] Et fecit deceptionem magnam in Israel, & reddidit mala pro bonis. Et scripsit hæc Ptolemęus & misit Regi, vt mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem & ciuitates⟩– eorum & tributa. ]Et [e] misit alios in Gazaram tollere Ioannem,& tribunis misit epistolas vt venirent ad se,& daret eis argentum & aurum & dona. Et alios misit occupare Ierusalem,& montem templi. Et pręcurrens quidam nuntiauit Ioanni in Gazara,quia periit pater eius, & frater eius, & quia misit te quoque interfici. Vt audiuit autem, vehementer expauit,& comprehendit viros qui venerant perdere eum,& occîdit eos. Cognouit enim quia quærebant eum perdere. Et cætera sermonum Ioannis,& bellorum eius, & bonarum virtutum quibus fortiter gessit,& ædificij murorum quos extruxit, & rerum gestarũ eius, ecce hęc scripta sunt in libro dierum* sacerdotij eius, ex quo factus est princeps sacerdotum post patrem suum.

A Iosias.
B
C
D

Anno ante Christ. 130.

Mortuus

[a. Antiochus Triphonem persequens cõstituerat Cendebæum ducem maritimum, & reliquit ei exercitum vt Iudæam expugnaret: interea ædificauit Cedronem, collocans illic milites, qui vastarẽt Iudæam. Quod cum accepisset Simon, vocauit duos filios suos seniores, Iudam & Ioannem, & ait illis: Ego & fratres mei expugnauim⁹ hostes Israel ab adolescentia vsque in hunc diem. Nunc autem senui, sed estote loco mei: & pugnate pro gente vestra, auxilium verò de cœlo vobiscum sit. Et dedit illis 20000 pugnatorum & equites. Et profecti sunt aduersus Cendebæum. Comestor.
*Vos autẽ in misericordia sufficientes estis in annis.
[b. Quòd dux ipse cum videret populum trepidantem ad transfretandum torrentem, transfretauit primus: Ostẽdit q̃ illi qui magistrorum loco, & doctoris officio in ecclesia funguntur, ti miditatem subiectorum suæ fidei atque constantiæ exemplo confortare debent, ac sacris tubis, hoc est, dogmatibus diuinis in aream contra hostes exacuere. Sicque Cendebæus spiritaliter & castra eius fugantur & cadũt ex eis multi vulnerati: quia diuinæ maiestatis virtutem tandẽ sentiunt timore concussi. Glosa ordinaria ibid.]
c. Cedron seu Gedor, vicus præ grandis in 10. miliario Diospolis ad Eleuteropolin, qui apud historiam Machabæorum scribitur Cedre, quẽ ædificauit Cẽdebæus dux Anthiochi aduersus Iudæos.
d. Simon autem penes quem erat rerũ omniũ summa, etsi iam grauis annis, filiorũ tamẽ præsidio fultus, exercitũ aduersus hostẽ haud contẽptibilẽ instruxit. Tũ arte viribus adhibita, præfectum regij exercitus in montiũ angustiis adortus, cũ multa strage fugauit: eratque per hæc pacẽ adeptus, satisque sibi ab omni externa ui tutus videbatur, cũ domestica est fraude oppressus, fuitque Ptolemæus generis eius huius necis author, cuius Simõ venenũ in conuiuio imprudẽs hausit. Eius vxorem & liberos in vincula coniecit, præter vnũ Iohannem, quem hircanũ vocabant, quẽ Ptolemæus capere nõ potuit. Sabellic. Ennead. 6. li. 1.
e. Irruerunt in Simonem in conuiuio.
e. Ptolemæus occiso socero & fœtu cum duobus filiis conclusis, certos misit vt Ioannem tertium (cui Hyrcanus nomẽ fuit) interficerent. Cognito autẽ impetu qui parabatur, adolescens ad ciuitatem properabat multo populo fretus, & propter memoriam paternæ virtutis, & quod iniquitas Ptolemęi cunctis esset inuisa. Voluit autẽ Ptolemæus alia porta ingredi ciuitatẽ, sed à populo reiectus est, qui maturi* Hyrcanum susceperat: & is quidem statim recessit in quoddã iuxta Ierichõta castellum, quod Dagon vocatur. Iosaph. de bello Iudaic. lib. 1. cap. 2.
*Principatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Liber secundus Machabæorum.

*Iudæi ab Ierosolymis Iudæis in Aegypto scribunt mortem Antiochi & exercitus eius apud Persas: ignem sacrificij in puteo absconditum & tandem repertum. Cap. I.*

A [a]Ratribus qui sunt per Ægyptum Iudæis, salutem dicunt fratres qui sunt in Ierosolymis Iudæi, & qui in regione Iudæa,& pacem bonam. [b]Benefaciat vobis deus,& meminerit testamenti sui,quod locutus est ad Abraham,& Isaac,& Iacob,seruorũ suorum fidelium, & det vobis cor omnibus vt colatis eum, & faciatis eius voluntatẽ corde magno & animo volenti. [c]Adaperiat cor vestrum in lege sua & in prꝛceptis suis,& faciat pacem.Exaudiat orationes vestras,& recõcilietur vobis,nec vos deserat in tempore malo.Et nunc hîc sumus orantes pro vobis. [d] ℣Regnante Demetrio anno centesimo sexagesimonono, [e] nos Iudꝛi scripsimus vobis in tribulatione,& impetu qui superuênit nobis in istis annis,ex quo recessit Iason à sancta terra,& à regno.Portam succenderunt,& effuderunt sanguinem innocentem.Et orauimus ad dominum & exauditi sumus,& obtulimus sacrificium & similaginem, & accendimus lucernas & proposuimus panes.Et nunc frequentate dies Scenopegiæ mensis [f] Casleu. Anno centesimo octogesimooctauo, populus qui est Ierosolymis & in Iudꝛa, Senatúsque & Iudas,Aristobolo magistro Ptolomæi Regis qui est de genere Christorum sacerdotum
c & iis qui in Ægypto sunt Iudæis, [1] salutem & sanitatem.] ℣ De magnis periculis à deo liberati,magnificè gratias agimus ipsi, vtpote qui aduersus talem Regem dimicauimus. Ipse enim ebullire fecit ⟨– de Persida ⟩ eos qui pugnauerunt contra nos,& sanctam ciuitatem. Nam cum in Persida esset dux ipse,& cum ipso immensus exercitus, cécidit in templo Naneæ, [2] consilio deceptus sacerdotum Naneæ.] Etenim in ea habitaturus venit ad locum Antiochus & amici eius,& vt acciperet pecunias multas dotis nomine.Cúmque proposuissent eas sacerdotes Naneæ, & ipse cum paucis ingressus esset intra ambitum phani,clauserunt templum.Cùm autem intrasset Antiochus, [3] apertóque occulto aditu templi ] mittentes lapides percusserunt ducem, & eos qui cum eo erant,& diuiserunt membratim,& capitibus amputatis [4] foras] proiecerunt.
D ℣ Per omnia benedictus deus, qui tradidit impios. [g] Facturi igitur quinta & vicesima die mensis Casleu purificationem templi, necessarium duximus significare vobis, vt & vos quoque agatis diem Scenopegiæ, & diem ignis ⟨– qui datus est ] quando Nehemias ædificato templo & altari obtulit sacrificia. [h] Nam cùm in Persidem ducerentur patres nostri,sacerdotes qui tunc cultores dei erant,acceptum ignem de altari occultè absconderunt [5] in valle, vbi erat puteus altus & siccus, & in eo contutati sunt eum,] ita vt omnibus ignotus esset locus.Cum autem præteriissent anni multi,& placuit deo,
E ℣ vt mitteretur Nehemias à Rege Persidis, nepotes sacerdotum illorum qui [i] absconderant,misit ad requirendum ignem,& sicut narrauerunt nobis,non inuenerunt ignem,sed aquam crassam. Et iussit eos haurire, & afferre sibi, & sacrificia quæ imposita erant iussit sacerdos Nehemias aspergi ipsa aqua, & ligna & quę erant superposita.Vtque hoc factum est,& tempus affuit quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo,accensus est ignis magnus ita vt omnes mirarentur.Orationem autem faciebant omnes sacerdotes dum consummaretur sacrificium Ionatha inchoante, cæteris autem respõdentibus.
F [k] Et Nehemiæ erat oratio hunc habens modũ: ℣ Domine deus omnium creator,terribilis & fortis,iustus & misericors,qui solus es bonus Rex,solus prꝛstans,solus iustus,& omnipotẽs & æternus,qui liberas Israel de omni malo, qui fecisti patres electos, & sanctificasti eos, accipe sacrificiũ pro vniuerso populo tuo Israel, & custodi partem tuam & sanctifica.Congrega dispersionem nostrã, libera eos qui seruiunt gentibus,& contemptos & abominatos respice,vt sciant gentes quia tu es deus

Anni ante Christũ. 142. Anni mundi 3820.

Anni ante Christũ. 121. Anni mundi 3839.

† 1. q. 1. Sicut eunuchus. De celebra. missa. c. fin.

a. Huius secundi libri historia sub prioris gestis cum temporibus comprehenditur.

b. Liber iste secundus Machabæorum quædam abbreuiatio est cuiusdam magnivoluminis, à Iasone Cyrenæo cõscripti,cõtinentis quinque libros partiales,in quibus gesta Iudę Machabæi & sociorum eius continentur diffusius, in hoc autẽ libro succinctè & quasi sub compendio,vt patet in fine cap.1. Lyranus ibidem.

[c. Vnde statim in capite libri ponitur epistola qua se Iudæi mutuo sunt consolati. In epistola qua liber hic incipitur,primò optatur benevolẽtia eorum ad quos mittitur. Lorichius ibid.]

d. Verum cum esset in Hircania captiuus, & loco eius Antiochꝰ Sedetes regnum administraret per 9 annos, post quos iterum regno restituturus.4. annos regnauit.

[e. Quia idem populus fuit tẽpore Iudæ & Simonis, & cum hoc etiam eedem personæ numero in multis,vt patet de Iuda & Simone qui fuerunt fratres &contemporanei,vt patet 2.ca. 1.libri. De Lyra.ibid.]

f. Hebræorum sicut Latinorum 12.sunt menses sibi correspondenter, licet variis temporibus annum incipiant.Latini enim à Ianuario,cui correspõdet Schebat. Februario, Adar. Martio, Nisan Aprili.Iiar.Maio,Siuan. Iunio, Tamuz.Iulio,Ab.Augusto,Elul.Septembri, Tisri.Octobri,Marsuen. Nouẽbri Casleu. Decembri, Thebet. Egressus ex Aegypto fuit in mense Nisan, ideo primum dicebant. Ingressus autem in terrã sanctam fuit in mense Tisri, vnde ab eodem nunc annum nouũ Hebræi incipiunt.

1. Gaudere & saluere.

2. Deceptione vtentibus iis qui circa Naneam sacerdotibus.

3. Aperientes laquearia puteam occultam.

4. His qui foris erant.

g. Concludunt Iudæi scribẽtes iis qui exules erant in Aegypto tempore Demetrij,vt eos inducant ad celebrationem purificationis & dedicationis templi. Lyranus vbi supra.

[h. Hæc quippe quæ Ierosolymitani Iudæi scribẽtes ad eos qui per Aegyptum fuerunt,Iudæos de igne repetto in puteo in similitudinem aquæ crassæ conuerso, neque in Esdræ neque in Nehemiæ scriptis aut dictis repetire potuimus.Glosa ordi.]

5. In concauitate pueri ordinem habentis siccum, in quo tutati sunt.

i. Erat illic velut paterna puteus aquæ secessu infrequens, nec populari vsui patens,ignoto & ab arbitris remoto loco,ibi obsignauerant iudicio facto pariter ac silẽtio ignem reconditũ. Non illis fuit studio aurum defodere, argentum abscondere, quod seruarent posteritati:sed inter extrema sua honestatis eius tam habentes sacrum ignẽ seruandum putarunt, ne eum vel immundi communicarent,vel defunctorum sanguis extingueret vel deformium ruinarum sordibus aboleret. Ambr.offic.lib.3. cap.14.

k. Hic attendas orationis vires & cõditiones. Nã illa potissima est deprecatio, quum ab intimis vocis ferũtur,hoc præcipuè mẽtis est exercitata,nõ mentione vocis, sed animi feruore precationem absoluere.Sic orauit & Moyses:qui cum nihil voce resonaret,deus tamẽ,quid inquit, clamas ad me. Chryso.super oratione Annæ.homil.

Universidad de Deusto
Biblioteca



noſter. Afflige opprimentes nos,& contumeliam facientes in ſuperbia.†Conſtitue po †Deut.32.a
pulum tuum in loco ſancto tuo,ſicut dixit Moyſes.[1]Sacerdotes autē pſallebant hymnos,vſque quo conſumptum eſſet ſacrificium. Cum autem conſumptum fuiſſet ſacrificium,ex reſidua aqua Nehemias iuſſit lapides maiores perfundi. ✱ Quod vt factum G
eſt,ex eis flamma accenſa eſt,ſed ex lumine quod refulſit ab altari conſumpta eſt. Vt verò manifeſtata eſt res,renuntiatum eſt Regi Perſarum quòd in loco in quo ignem abſconderant ij qui tranſlati fuerant ſacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias & qui cum eo erant,purificauerunt ſacrificia.[6] Conſiderans autem Rex,& rem diligēter examinans fecit ei templum:vt probaret quod factum erat. Et cum probaſſet,ſacerdotibus donauit multa bona,& alia atque alia munera:[m] & accipiēs manu ſua tribuebat eis.]† Appellauit autem Nehemias hunc locum Nephthar,quod interpretatur pu †q.2.mach. cur Eupat.
rificatio. Vocatur autem apud plures Nephi.

1.Quatuor autē genera orationum Apoſtolus eſſe ſignificat ad Timotheum ſcribens, quæ complectitur hæc oratio.Exoro igitur primū fieri precationes, orationes,poſtulationes,gratiarum actiones. Humilitatis noſtræ eſt deprecari,magnificētiæ dei eſt orari, fidei eſt poſtulare, confeſſionis & laudis eſt gratulari.Hilarius in Pſal.140.
6.Circunſpiciens autem rex templum fecit vt probaret rem,& quibus gratificabatur Rex multa diuertā accipiebat & dabat.
[m.Id eſt,non ſolum per prædictum ducem dedit eis munera, ſed etiam in perſona propria, quod tripliciter poteſt intelligi vno modo veniendo in Ieruſalem ex deuotione,alio modo p ſemetipſum diſponēdo in Perſide dona ſacerdotibus in Ieruſalem tranſmittenda:tertio modo,quia ciuitate reædificata Nehemias ſacerdos rediit ad regē &cum eo aliqui ſacerdotes,quibus manu propria dona dedit. De Lyra ibid.]

*Compendium eorum qui à Babylonica captiuitate geſta ſunt, quo pacto Ieremias tabernaculum,arcam & altare abſcondit,& quinque libri Iaſonis in vnum redacti ſunt.* II.

[a]Nuenitur autem in deſcriptionibus Ieremiæ Prophetæ, quòd iuſſit eos A
ignem accipere qui tranſmigrabantur vt ſignificatum eſt, & vt mandauit tranſmigratis. † Et ✱ dedit illis legem ne obliuiſcerentur præcepta do- †Deut.32.a
mini,& vt non exerrarent mentibus videntes ſimulachra aurea & argentea,& ornamenta eorum, & alia huiuſmodi dicens hortabatur ne legem amouerent à corde ſuo. Erat autem in ipſa ſcriptura, quomodo tabernaculū & arcam iuſſit propheta diuino reſponſo ad ſe facto comitari ſecum, vſque quo exiuit in montem,† in †Deut.34.
quo Moyſes aſcendit, & vidit dei hæreditatem. ✱ Et veniens ibi Ieremias inuenit lo- B
cum ſpeluncæ,& tabernaculum & arcam & altare incenſi intulit illuc, & oſtium obſtruxit. Et acceſſerunt quidam ſimul qui ſequebantur, vt notarent ſibi locum,& non potuerunt inuenire. Vt autem cognouit Ieremias, culpans illos dixit, quòd [b] ignotus erit locus donec congreget deus congregationem populi, & propitius fiat. Et tunc dominus oſtendet hęc,& apparebit maieſtas domini, & nubes erit † ſicut & Moyſi ma- † Exod.40.d
niſeſtabatur,† & ſicut cùm Salomon petiit vt locus ſanctificaretur magno deo mani- †3.Reg.8.c
feſtabat hęc.[c] Magnificè etenim ſapientiam tractabat,] & vt ſapientiā habens obtu 2.Para.6.c
lit ſacrificium dedicationis & conſummationis templi.†✱ Sicut & Moyſes orabat ad c †Leuit.9.d
dominum,& deſcendit ignis de cœlo & conſumpſit holocauſtum,† & dixit Moyſes †Leuit.10.d
eo quòd non ſit comeſtum quod erat pro peccato,& conſumptum eſt.†Similiter & †2.Para.7.a
Salomon octo diebus celebrauit dedicationem. Inſerebantur autem in deſcriptionibus & commentariis Nehemię hęc eadem,& qualiter conſtruens bibliothecam congregauit [1] de regionibus libros,] & Prophetarum & Dauid,& epiſtolas Regum & de donariis.Similiter autem & Iudas ea quæ didicerat per bellum quod nobis acciderat, congregauit omnia, & ſunt apud nos. Si ergo deſideratis hæc, mittite qui perferant vobis.✱[d] Acturi itaque purificationem ſcripſimus vobis.Bene ergo facietis, ſi egeritis D
hos dies.Deus autem qui liberauit populum ſuum,& reddidit hęreditatem omnibus, & regnum & ſacerdotium & ſanctificationē,†ſicut promiſit in lege,ſperamus✱ quòd †Deut.30.a
cito noſtri miſerebitur,& congregabit de ſub cœlo in locum ſanctum. Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgauit. [e] De Iuda verò Machabæo & de fratribus eius,& de templi magni purificatione,& de areæ dedicatione,ſed & de pręliis quę pertinent ad Antiochum nobilem, & filium eius Eupatorem, ✱ & de illuminationi- E
bus quę de cœlo factę ſunt ad eos qui pro Iudæis fortiter fecerunt, ita vt vniuerſam regionem cum pauci eſſent,[2] vindicarent,] & barbaram multitudinem fugarent, & famoſiſſimum toto orbe templum [3] recuperarent, ] & ciuitatem liberarent, vt leges quæ[4]abolendę] erant, reſtituerentur domino cum omni tranquillitate propitio facto illis: itémque ab Iaſone Cyrenæo quinque libris comprehenſa tentauimus nos vno volumine breuiare.[f] Conſiderantes enim multitudinem librorum, & difficultatem,

a.In hoc autem loco huius epiſtolę legitur Ieremias abſcōdiſſe non tantū ignē, ſed & arcam & altare incēſi in ſpeluncā mōtis in quem Moyſes aſcendit,& vidit dei hæreditatem,vt videre eſt Deuter.34.a. Et acceſſerunt quidam qui ſequebantur Ieremiam,vt notarent ſibi locum & non potuerunt inuenire. Quos culpans Ieremias dixit: Ignotus erit locus donec cōgreget deus congregationē populi, & propitius fiat:& tunc oſtendet dominus hæc, & apparebit maieſtas domini, & nubes ſicut diebus Moyſi,& ſicut cum Salomon fecit vt locus ſanctificaretur magno deo. Comeſt.in prætatione ad 2 Machab.
✱Prophetæ.
b. Hanc autem cōgregationem & propitiationem expectāt Iudæi futuram in aduētu Meſſiæ: & nos intelligimus eſſe factam in aduentu Chriſti, ſecundum quod dicitur Ioh.11. Caiphas eū eſſet pōtifex anni illius prophetauit quia Ieſus erat moriturus pro gente, & non tantum pro gente,ſed vt filios dei qui erant diſperſi congregaret in vnum. Lyra ibid.
[c. Nihil errauit Salomon qui templum conſecrauit,& dedicationis feſtum celebrauit. Fecit hoc exemplo Moyſi,& aliorum patrum. Quomodo ergo errent eccleſia huiuſmodi exempla ritè ſequendo? Lorichius ibid.]
2.Ea quæ de regibus.
d. Inſinuauerūt eis duas à ſe ſolēnitates nouiter inſtituras,hortantes vt eas ſuſciperēt:& quotannis ſolennizarent. Vnam de purificatione templi, quam fecerant 25. die mēſis Caſleu poſteres annos pollutionis ab Antiocho. Alteram quam inſtituerāt 23.die menſis Adar,pro incredibili victoria, quam habuerunt interfectō Nicanore, cuius caput & manum extra templum ſuſpenderūt. Nihilominus hortantur vt ſolennē agerent diem Scenopegiæ, & diem ignis qui datus eſt de craſſa aqua,quādo Nehemias obtulit ſacrificia. Comeſtor ibid.
✱Enim in deo.
e. Præmiſſa inuitatione ad obſeruantiam duplicis feſti, hic compendioſè ponitur proceſſus huius libri ſecundi: vbi ſatis breuiter tangitur materia libri abbreuiandi cauſa, & ſcribendi forma. Quod autem ponitur de inuitatione ad duorum feſtorū obſeruantiam,non propriè pertinet ad huius libri prefationē. ſed magis eſt aliquid adiunctū vt perambulō. Lyran. ibidem.
2.Popularentur.
3.Reſtaurarent.
4.Abolitæ.

E Item volentibus aggredi narrationes hiſtoriarum,propter multitudinem rerum,[f] cu rauimus volentibus quidem legere vt eſſet animi oblectatio, ſtudioſis verò vt facilè poſſint memoriæ commendare,omnibus autem legentibus vtilitas conferatur.Et no bis quidem ipſis qui hoc opus breuiandi cauſa ſuſcepimus,non facilem laborem,imò verò negotium plenum vigiliarum & ſudoris aſſumpſimus. Sicut ij qui præparant conuiuium,& quærunt aliorum voluntati parêre,*propter multorum gratiam liben ter laborem ſuſtinemus,veritatem quidem de ſingulis autoribus cõcedentes,[g]ipſi au-
G tem ſecundum datam formam breuitati ſtudentes.[4]Sicut enim nouæ domus architecto de vniuerſa ſtructura curandum eſt, ei verò qui pingere curat quæ apta ſunt ad ornatum exquirenda ſunt,ita æſtimandum eſt & in nobis. Etenim intellectum colligere & ordinare ſermonem, & curioſius partes ſingulas quaſque diſquirere, hiſtoriæ congruit autori,breuitatem verò dictionis ſectari,[5]executiones rerum vitare breuiãti concedendum eſt. Hinc ergo narrationem incipiemus,[6]de præfatione tantum dixiſſe ſufficiat.] Stultum etenim eſt ante hiſtoriam effluere,in ipſa autẽ hiſtoria ſuccingi.

[f. Hic cõſequenter deſcribitur ſcribentium motiua ratio, quæ eſt vtilitas legentium qui gaudent breuitate,&ideo deſcripta breuiter legunt libẽtius, & memoriæ cõmendant melius. Propter quod iſti ſi plures fuerint laborem abbreuiandi ſumpſerunt. Et idem fuit motiuum,ſi vnus tãtũ abbreuiauit.De Ly.]

*Non facilè tamen.

[g.Hodie quoque ſimilis labor in eccleſia probandus, hoc eſt, pro rudium captu, patrum monumenta vel contrahere in cõpendia,vel commentariis declarare. Diabolicum eſt ſtudium, opiniones quibus aut obſcuretur,aut tollẽtur patrũ elucubrationes,in lucẽ edere. Lorichius ibidem.]

5.Curioſitatem negocij omittere.

6.Prędictis tantum adiungẽtes.

*Simon templi theſauros prodit,ad quos rapiendos miſſus Heliodorus à deo percuſſus Oniæ ſacerdotis precibus liberatur.* III.

A [1]Gitur cum ſancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges autem adhuc optimè cuſtodirentur propter Oniæ Pontificis diſpoſitionem & pietatem, & animos odio habentes mala, fiebat vt & ipſi reges & principes] locum ſummo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illuſtrarent,ita vt Seleucus Aſiæ Rex de redditibus ſuis præſtaret omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinentes. Simon autem de tribu Beniamin Prępoſitus templi conſtitutus, contendebat[1] obſiſtente ſibi principe ſacerdotum, iniquum aliquid in ciuitate moliri.] Sed cùm vincere Oniam nõ poſſet, venit ad Apollonium Tharſeæ filium,qui illo tempore erat Dux Cœleſyrię & Phœnicis,&[b]nuntiauit ei pe-
B cuniis innumerabilibus plenum eſſe ærarium Ieroſolymis,[2] & communes copias immenſas eſſe quę non pertinent] ad rationem ſacrificiorum, eſſe autem poſſibile ſub poteſtate regis cadere vniuerſa. Cúmque retuliſſet ad Regem Apollonius de pecuniis quę delatæ erant, illę accitum Heliodorum, qui erat ſuper negocia eius,miſit cum mandatis vt prędictam pecuniam tranſportaret. Statímque Heliodorus iter eſt aggreſſus,ſpecie quidem quaſi per Cœleſyriam & Phœnicem ciuitates eſſet peragraturus,re autem vera Regis propoſitum perfecturus. Sed cum veniſſet Ieroſolymam, & benignè à ſummo ſacerdote in ciuitate eſſet exceptus, narrauit de dato indicio pecuniarum,& cuius rei gratia adeſſet aperuit.Interrogabat autem,ſi verè hęc ita eſſent. Tunc ſummus ſacerdos oſtendit depoſita eſſe hæc & victualia viduarum & pupillorum, quędam verò eſſe Hyrcani Thobię viri valde eminentis,[3] in iis quæ detulerat]
C impius Simon,vniuerſa autem argenti talenta eſſe quadringenta,& auri ducẽta:[3]decipi verò eos qui credidiſſent loco & templo, quod per vniuerſum mundum honoratur,pro ſui veneratione & ſanctitate,omnino impoſſibile eſſe.At ille pro iis quę habebat in mandatis à rege, dicebat[4] omni genere regi] ea eſſe deferenda. Conſtituta autem die intrabat de iis Heliodorus ordinaturus. [c] Non modica verò per vniuerſam ciuitatem erat trepidatio. Sacerdotes autem ante altare cum ſtolis ſacerdotalibus iactauerunt ſe,& inuocabant de cœlo eum qui de depoſitis legem poſuit, vt iis qui depoſuerant ea ſalua cuſtodiret.Iam verò qui videbat ſummi ſacerdotis vultum,mente vulnerabatur.Facies enim & color immutatus, declarabat internum animi dolorem.
Circũfuſa enim erat mœſtitia quędam viro,& horror corporis, per quem manifeſtus
D aſpicientibus dolor cordis eius afficiebatur.[8] Alij etiam gregatim de domibus confluebant publica ſupplicatione obſecrantes, pro eo quòd in contemptum locus eſſet venturus.Accinctæque mulieres ciliciis pectus per platéas confluebant,ſed &[d] virgines quę concluſæ erant,[5] procurrebant ad Oniam,] aliæ autem ad muros, quædam verò per feneſtras aſpiciebant,vniuerſę autem protendentes manus in cœlum,depre-

a Vbique pacem petimus. Nihil eſt illi adaquari poteſt. In eccleſiis pacem,in precationibus, in ſupplicationibus,in præfationibus, & ſimel atque iterũ,& tertio,& ſæpe eandem qui eccleſiæ præeſt,imperrit, dicens: Pax vobis. Quamobrem? Quoniam ipſa mater eſt bonorum omnium ipſa cauſa eſt,&materia gaudij. Tantũ bonũ eſt pax, vt filij dei vocentur,qui ipſam efficiunt. Chryſoſt.ad Coloſſen.hom.4.

1.Cum principe ſacerdotum de ea quæ in vrbe erat ædilitate.

b. Nam cum indicium factum eſſet pecuniarum quas in tẽplo Ieroſolymis maximas reperiri poſſe Simon nefarius Antiocho regi prodidit,miſſus in Ieruſalẽ Heliodorus ad templum venit, & ſummo ſacerdoti aperuit indicij inuidiam & aduentus ſui cauſam. Tũc ſacerdos dixit depoſita eſſe viduarũ victualia & pupillorum:quædã autem Hyrcani Tobiæ viri ſancti,eáque demóſtrauit.Argenti talenta quadringẽta erant,auri verò ducẽta.Quæ cùm Heliodorus ereptũ ire vellet, & regis vindicare cõmodis, ſacerdotes ante altare iactauerũt ſe, induti ſacerdotales ſtolas,& deum viuum,qui depoſitis legem dederat,flentes inuocabant cuſtodem ſe præceptorũ præſtare ſuorum. Vultus verò & color ſummi ſacerdotis immutatus declarabat dolorem animi,& mentis intentæ ſollicitudinem. Flebant omnes quòd in contemptũ locus vẽturus eſſet, ſi nec in dei tẽplo tuta fidei ſeruaretur cuſtodia: accinctæque mulieres pectus,& clauſæ virgines pulſabant ianuas, ad muros alij currebant,per feneſtras alij proſpectabant omnes ad cœlum tendebant manus,orãtes vt ſuis dominus adeſſet legibus.Heliodorus autẽ nec his territ⁹,quod intenderat,vrgebat, & ſatellitibus ſuis ærarium ſepſerat, &c. Ambro.offic.lib.2.cap.29.

2. Adeo quòd multitudo diuerſorũ innumerabilis eſſet,& non pertinerent ea.

3. Non vt calumniatus fuerat.

4. Omnino in regium.

c. Ne igitur contemptui inferretur dei templo, non immerito adeſt populi maxima trepidatio. Ad quem emendum ſubdjtur communis ad deũ precatio, & primò ſacerdotũ,deinde plebis. Lyra ibid.

d. Aliqui exponunt hoc, dicentes quòd aliquæ virgines nobiles prope templum cuſtodiebãtur incluſæ, vſquequo nuptui traderentur.Lyra.ibid.

5.Aliæ concurrebant ad ianuã.

cabantur. [e]Erat enim misera cõmixtæ multitudinis, & magni sacerdotis in agone cõstituti expectatio. Et hi quidem inuocabant omnipotentem deum, vt credita sibi iis qui crediderant, cum omni integritate conseruarentur. [f]Heliodorus autem quod decreuerat, perficiebat eodem loco ipse cum satellitibus circa ærarium præsens. [g] Sed spiritus omnipotentis dei magnam fecit suę ostensionis euidentiam, ita vt omnes qui ausi fuerant parêre ei, [5] ruentes dei virtute ] in dissolutionem & formidinem conuerterentur. [6]Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem optimis adornatus. Isque cum impetu Heliodoro priores[7] calces] elisit. Qui autem ei sedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decôri, optimi gloria, specioso quę amictu, qui circunsteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes. Subito autem Heliodorus cõcidit in terram, eúmque multa caligine circunfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt. Et iis qui cum multis cursoribus & satellitibus prædictum ingressus est ærarium, portabatur nullo sibi auxilium ferente, manifesta dei cognita virtute. [g] Et ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni spe & salute priuatus. [h]Hi autem dominum benedicebant, quia magnificabat locum suum, templum] quod paulò ante timore ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente domino, gaudio & lætitia impletum est. Tunc verò ex amicis Heliodori quidam rogabant confestim Oniam vt inuocaret altissimum, vt vitam donaret ei, qui in supremo spiritu erat constitutus. [i]Considerans autem summus sacerdos ne fortè Rex suspicaretur malitiam aliquam ex Iudæis circa Heliodorum consummatam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem. Cumq; summus sacerdos exoraret, iidem iuuenes eisdẽ vestibus amicti, astantes Heliodoro, dixerunt: Oniæ sacerdoti gratias age. [g] Nam propter eum dominus tibi vitam donauit. Tu autem [8] à deo] flagellatus, nuntia omnibus magnalia dei & potestatem. Et his dictis non comparuerunt. Heliodorus autem hostia deo oblata, & votis magnis promissis ei qui viuere illi concessit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu repedabat ad Regem. Testabatur autem omnibus ea quę sub oculis suis viderat opera magni dei: [k] Cum autem Rex interrogasset Heliodorum, quis esset aptus adhuc semel Ierosalymam mitti, ait: Si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit, eo quòd in loco sit verè dei quædam virtus. Nam ipse qui habet in cœlis habitationem, visitator & adiutor est loci illius, & venientes ad malefaciendum percutit, ac perdit. Igitur de Heliodoro & ærarij custodia ita res se habet.

[e. Erat enim Iudæorum cuiuscunque status, sexus, & magni sacerdotis in agone cõstituti, & in anxietate metus. De Lyra ib.]
[f. Hic cõsequenter describitur Heliodori persultio. Apparuit Heliodoro & eius satellitio regio equus terribilẽ habẽs sessorem, arma aurea gestãtẽ. Equus verò Heliodoro priores elisit calces. Lotichius ibid.]
6. Admirantes dei virtutem.
g. Hic itaque equus in figura Christus scilicet & ante est demõstratus tempore Machabæorum, quẽ supersedebat dux illæ militiæ cælestis auteis armis refulgens, qui Heliodorum depeculatorem illum depositi vidualis, cæterorúmque quę sacrę fuerant commendata custodiæ, & straui & perculit, & prostratũ Oniæ sacerdotis precibus, vitali vsui reformauit. Vnde vere in eo arma aurea refulserunt, quia solus hunc equum sedit, & vicit in quo nullus culpæ immunis euasit. Ambr. in psal. 40.
7. Vngulas.
[h. Oniæ quidem intercessione saluatus est. Scimus enim quòd peccatores Deus non exaudit. Hæretici qui omni merito exciderũt, gloriam sanctorum egrè audiunt. Obloquũtur itidẽ hæretici catholicis iuxta exemplar sui traducis Simõnis, de quo loquitur caput seq. Lotich ibid.]
i. Seleucus de reditibus suis mittere solebat sumptus ad ministerium sacrificiorum, sed ad suggestionẽ Simõnis de tribu Beniamin, qui erat præpositus tẽpli, & inuidebat Oniæ summo sacerdoti, misit Heliodorũ ad spoliandum cõmune ærarium: qũ dixit non pertinere ad rationẽ sacrificiorum. Erat quidem hęc congregata ad victualia viduarum & pupillorum: & pleraque erant depositi diuitum. Frustra autem Heliodorus contra dei prouidẽtiam innixus, iram dei persensit. Comestor ibid.
8. De cœlo.
k. Ironicè à Rege interrogatus, ironicè respondet: Si quem hostem habes de quo cautè te velis expedire, mitte eum illuc, & experietur quæ ego ipse sum expertus, si tamen mortem euaserit. Hoc autem addidit, quia fr miter tenebat se mortem non euasisse nisi per preces Oniæ. Lyranus ibidem.

## *Iason sacerdotium ambiens omnem dei cultum peruertit, quo pulso Menelaus sacerdotium occupat, à quo deturbatur succedente Lysimacho. Menelai suasu Andronicus Oniam dolo occidit, qui iussu Antiochi occiditur Lysimacho à populo oppresso. Menelaus verò apud Regem accusatus multa pecunia mediante absoluitur.* IIII.

SImon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator, male loquebatur [A] de Onia, tanquam ipse [a] Heliodorum instigasset ad hæc, & ipse fuisset incentor malorum, prouisorémque ciuitatis ac defensorem gentis suæ, & æmulatorem legis dei, audebat insidiatorem regni dicere. Sed cum inimicitię in tantum procederent, vt etiam per [1] quosdam Simõnis necessarios] homicidia fierent, considerans Onias periculum contentionis, & Apollonium insanire, vtpote Ducem Cœlesyriæ, & Phœnicis, ad augendam malitiam Simõnis, ad Regem se contulit, non vt ciuium accusator, sed communem vtilitatem apud semetipsum vniuersę multitudinis considerans. Videbat enim sine regali prouidentia impossibile esse pacem rebus dari, nec Simõnem posse cessare à stultitia sua. Sed post Seleuci vitæ excessum, cum suscepisset regnum Antiochus, qui nobilis appellabatur, † ambiebat [b] Iason frater Oniæ summum sacerdotium, adito rege, promittens ei argenti talenta trecensexaginta, & ex reditibus aliis talenta octoginta. [B] Super hoc promittebat & alia [B] centum quinquaginta, si potestati eius concederetur gymnasium, & ephebiam sibi constitue-

a Hunc Heliodorum putat Iosephus dictũ Apolonium, in libro de Machabæis, qui tanta passus statim regi cuncta festinans nuntiare festinauit. At Seleuco iam mortuo, in eius loco Antiochum reperit imperantẽ, qui sœuis moribus & veterano quodã naturæ odio Oniã prosequens sacerdotem, Iasonem fratrem eius, promissis ab eo trib[9] millibus sexcentis sexaginta argenti talẽtis per singulos annos dandis, pontificem creat. Iosep. de Mach.
1. Quendam ex his qui à Simone probati erant.

b. Iesus & Onias filij Simonis pontificis, quos mortuo patre Antiochus successiue donauit sacerdotio: & Iesum appellauit Iasonem, Oniam verò Menelaum nominibus gentilium. Iosephus 12. 6. Antiq.

† e q. x Sic emendo

constituere, & eos qui in Ierosolymis erant Antiochenos scribere. [c] Quod cum rex annuisset,& obtinuisset principatum,statim ad gentilem ritum contribules suos transferre cœpit, & amotis iis quæ humanitatis causa Iudæis à regibus fuerant constituta, per Iohannem patrem Eupolemi,qui apud Romanos de amicitia & societate functus est legatione legitima,eiuium iura destituens, praua instituta sanciebat. Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere,& optimos quosque epheborum [2] in lupanaribus ponere.] Erat autem [3] hoc non initium, sed incrementum quoddam,]& profectus gentilis,& alienigenæ conuersationis,propter impij & non sacerdotis Iasonis nefarium & inauditum scelus, ita vt sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo & sacrificiis neglectis,[d] festinarēt participes fieri palæstræ,[e] & C præbitionis eius iniustæ & in exercitiis disci, & patrios quidem honores nihil habētes, Græcas glorias optimas arbitrabantur.Quarum gratia periculosa eos contentio habebat,& eorum instituta æmulabantur,ac per omnia iis consimiles esse cupiebant,quos hostes & peremptores habuerant.In leges enim diuinas impiè agere,impune nō cedit, sed hoc tempus sequens declarabit.[f]Cum autem quinquennalis agon Tyro celebraretur, & Rex præsens esset,misit Iason [4] facinorosus ab Ierosolymis viros peccatores,] portantes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Herculis,quas postulauerunt ij qui asportauerant,ne in sacrificiis erogarentur,[5] quia non oporteret,sed in alios sumptus eas deputari.Sed hæc oblata sunt quidem ab eo qui miserat in sacrificium Herculis,] propter præsētes autem datæ sunt in fabricam nauium triremium.[f] Misso autem in Ægyptum Apollonio Mnesthei filio propter primates Ptolemæi Philometoris Regis: cum cognouisset Antiochus alienum se à negotiis regni effectum, propriis vtilitatibus consulens,profectus inde venit Ioppen, & inde Ierosolymam.[g] Et magnificè D ab Iasone & ciuitate susceptus, cum facularum luminibus & laudibus ingressus est, & inde in Phœnicem exercitum conuertit.Et post triennij tempus misit Iason Menelaum supradicti Simônis fratrem portantem pecunias Regi, & de negotiis necessariis [5] responsa] perlaturum.At ille commendatus Regi,cum magnificasset faciem potestatis eius, in semetipsum retorsit summum sacerdotium, supponens Iasoni talenta argenti trecenta.Acceptísque à Rege mandatis venit,nihil quidem habens dignum sacerdotio,animos verò crudelis tyranni,& feræ [6] beluæ] iram gerens. Et Iason quidem qui proprium fratrem [7] captiuauerat,] ipse deceptus, profugus in Ammanitem expulsus est regionem.[5] Menelaus autem principatum quidem obtinuit,De pecuniis verò Regi promissis nihil agebat, cū exactionem faceret Sostratus, qui arci erat prępo- F situs.[6] Nam ad hunc exactio vectigaliū pertinebat,quam ob causam vtrique ad Regem sunt euocati.Et Menelaus [8] amotus est à sacerdotio, succedēte Lysimacho fratre suo.Sostratus autem prælatus est Cypriis.] Et cum hęc agerentur,contigit Tharsenses & Mallotas seditionem mouere, eo quòd [9] Antiochi Regis concubinæ dono essent dati.] Festinanter itaque Rex venit sedare illos, relicto suffecto vno ex comitibus suis Andronico.Ratus autem Menelaus accepisse se tempus opportunum,aurea quædam vasa è templo furatus,donauit Andronico,& alia vendiderat Tyro &per vicinas ciuitates.Quod cum certissimè cognouisset Onias, arguebat eum:ipse in loco tuto se continens Antiochię secus Daphnem. Vnde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat vt Oniam interficeret.Qui cum venisset ad Oniam, * & datis dextris cum iureiurādo,quāuis esset ei suspectus,& suasisset de asylo procedere,[10] statim eum perēmit,] F non veritus iustitiam.[6] Ob quam causam non solum Iudęi, sed etiam aliæ quoque nationes indignabantur,& molestè ferebant de nece tanti viri iniusta. Sed regressum Regem de Cilicię locis [11] adierunt Iudęi apud Antiochiam, simul & Gręci, conquerentes de iniqua nece Onię.] Contristatus itaque animo Antiochus propter Oniam, & flexus ad misericordiam,lachrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatem & modestiam.[h] Accensisque animis Andronicum [12] purpura exutum] per totam ciuitatem iubet circunduci, & in eodem loco in quo in Oniam impietatem commiserat, sacrilegum vita priuari,domino illi condignam rettribuente pœnam.[i] Multis autem

Kk

c. Iason breui postea in domesticam seditionem incidit Menelaus eius frater inuidia motus,cum Tobiæ filiis, qui Iasonem infensè oderant, secessione ab Antiochum facta,patrias se leges abnegare testati sunt. Ià inde Græcorum ritu & lege omnia facturi,locóque à rege ad ædificādum impetrato,sibi gymnasium construxerunt: in quo cū postea exercerentur,ne quid à Græcis viderentur differre,vetenda summo studio texere.Sabel.Enne.5.lib.8.

2. Sub velum ducere.

3. Sic oratio quædam.

[d. Est autem palestra locus vbi exercetur luctа, sicut & gymnasium,& vtrumque trahitur ad signandum scholam,eo quod ibi disputant studentes adinuicem: & idem signatur hoc nomine palestræ quod supra nomine gymnasij De Lyra.ibid.]

[e. Regnante apud Iudæam Ozia,qui & Azarias,rege leproso apud Israel Phacea,apud Athenienses quoque Esehilo,& apud latinos Aemuelio secūdo anno Esehili iudicis Athenienſium, prima Olympias acta, in qua Chorebus Heliensis victor extitit.Glosa ord.ibidē.]

4. Scelestus sacrorum procuratores, vt ab Ierosolymis Antiochenses.

f. Ptolemæus enim Philometor cum adhuc esset puer successit patri in regno Aegypti: Et quia erat nepos Antiochi Epiphanis; vtpote suæ sororis filius, ideo Antiochus accepit aliquas ciuitates de Regno Aegypti, quasi curam gerens de regno nepotis sui, sed cum postea nollet eas reddere,principes Aegypti mouerunt contra eum bellum, zelantes pro rege suo:& sic alienatus à negotiis nepotis sui.Quā obrem mittit Apollonij in Aegyptum ad principes Aegypti, cur nollēt Antiochum se intromittere de negociis nepotis sui. De hoc enim audierat Antiochus rumores, ideo voluit per hunc Apollonium scire veritatem.Lyra.ibidem.

5. Commonitioner.

6. Barbaræ.

7. Circunuenerat.

[g. Menelaus autem principatū sacerdotij obtinuit,ad mortem Oniæ procurandam in regis absentia per Andromeum cupidū. Et pecuniis autem regis promissis,vt supra dictum est,nihil agebat.De Lyra.]

8 Reliquit sūmi sacerdotij successorem Lysimachum fratrem suum. Sostratus verò Crateten eum qui super Cyprios erat.

9. Antiochidi concubinæ in dono darentur.

* Et persuasus eum dolo,& acceptus eum iuramentis.

10. Quem & statim concluſit.

11. Occurrerunt ciuitatis Iudæi simul scelus abominantibus & Græcis, propterea quòd sine causa Onias interfectus fuerat.

h. Iratus rex pro morte iusti,Andronicum exuit purpura,& flagellatum per ciuitatem in eodē loco fecit eum interfici,vbi ille occiderat Oniam, parpari teddens.Comest.histo. Esther cap. 11.& vltimo.

12. Purpuram auferens,& vestes scindens.

i. Lysimachus multa pretiosa à templo abstulit,& præcipuè aurea vasa. Menelai tamen consilio,vt de his præcipuè,partē haberet & vt populum contra Lysimachum concitaret,& ab ipso tādem sacerdotium sibi ab Antiocho ablatum recuperaret, sicut & factum interius fuisse patebit. Nam Ptolemæo pro Menelao apud Antiochum agente,Lysimachus iuxta ædificiū interfectus est. Menelaus autem in pristinum officium restitutus.Lyra.ibidem.

sacrilegiis in templo à Lysimacho commissis Menelai consilio diuulgata fama,[k] congregata est multitudo aduersum Lysimachum,[15] multo iam auro exportato.[l]] Turbis autem insurgentibus & animis ira repletis, Lysimachus armatis ferè tribus milibus iniquis manibus vti cœpit, duce quodam [14] tyranno ætate pariter & dementia] prouecto. Sed vt intellexerunt conatum Lysimachi, alij lapides, alij fustes validos arripuêre, quidam verò cinerem in Lysimachum iecêre.[g] Et multi quidem vulnerati, quidã autem & prostrati, omnes verò in fugam conuersi sunt. Ipsum etiam sacrilegum secus ærarium interfecerũt. De his ergo cœpit iudicium aduersus Menelaum agitari. Et cum venisset Rex Tyrum, ad ipsum negotium detulerũt missi tres viri à senioribus. Et cum superaretur Menelaus, promisit Ptolemæo multas pecunias dare ad suadendum Regi. Itaque * Ptolemæus in quodam atrio positum quasi refrigerandi gratia Regem adiit, & deduxit à sententia: & Menelaum quidem vniuersæ malitiæ reum criminibus absoluit, miseros autem qui etiam si apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit.[m] Cito ergo iniustam pœnam dederũt, qui pro ciuitate & populo & sacris vasis causam prosecuti sunt. Quamobrem Tyrij quoque indignati, erga sepulturam eorum liberalissimi extiterunt. Menelaus autem propter eorum qui in potentia erant auaritiam, permanebat in potestate, crescens in malitia [15] ad insidias ciuium.]

*Signa cœlestia visa Ierosolymis Antiochum templum dei spoliantem mortuo Iasone portendunt: Antiochus discedens tyrannos reliquit Ierosolymis Iudæos persequẽtes, Iuda Machabæo more ferarum in deserto agente.* V.

A EOdem tempore Antiochus secundam profectionem parauit in Ægyptum. Contigit autem per vniuersam Ierosolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes & hastas, quasi cohortes armatas,* & cursus equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cominus,* & scutorum motus & galeatorum multitudinem gladiis districtis, & telorum iactus, & aureorum armorum splendorem, omnísque generis loricarum.[b] Quapropter omnes rogabant in bonum monstra conuerti. Sed cum falsus rumor exisset, tãquam vita excessisset Antiochus, assumptis Iason non minus mille viris aggressus est ciuitatem repentè, & ciuibus ad murum conuolantibus, ad vltimum apprehensa ciuitate, Menelaus fugit in arcem. Iason verò non parcebat in cæde ciuibus suis, nec cogitabat prosperitatem aduersum cognatos malum esse maximum, arbitrans hostium & non ciuium se trophæa capturum.[§] Et principatum quidem non obtinuit, finem verò insidiarum suarum confusionem accepit, & profugus iterum abiit in Ammaniten. Ad vltimum [1] in exitium sui conclusus ab Aretha Arabum tyranno, fugiens de ciuitate in ciuitatem* omnibus odiosus, vt refuga legum & execrabilis, vt patriæ & ciuium hostis in Ægyptum extrusus est,& [2] qui multos de patria sua expulerat,] peregre periit, Lacedæmonas profectus, quasi pro cognatione ibi refugium habiturus. Et qui in sepultos multos abiecerat, ipse & illamentatus & [3] insepultus abiicitur, sepultura neque peregrina vsus,] neque patrio sepulchro participans.[c] His itaque gestis suspicatus est Rex societatem deserturos Iudæos, & ob hoc profectus ex Ægypto efferatis animis, ciuitatem quidem armis cepit. Iussit autem militibus interficere,* nec parcere occurrantibus,] & per domos ascendentes trucidare. Fiebant ergo cædes iuuenum, ac seniorum,* mulierum & natorum exterminia, virginúmque & paruulorum neces. Erant autem toto triduo octoginta milia interfecti, quadraginta milia vincti, non minus autem * venundati.[§] Sed nec[c] ista sufficiunt. Ausus est etiam intrare templum vniuersa terra sanctius Menelao ductore, qui legum & patriæ fuit proditor.[†] Et sceleſtis manibus sumẽs sancta vasa quæ ab aliis Regibus & ciuitatibus erant posita ad ornatum loci & gloriam, contrectabat [5] indignè & contaminabat.] Ita alienatus mente Antiochus, non considerabat quod propter peccata habitantium ciuitatem modicum deus fuerat iratus, propter

quod

Anni ante Christ. 171 Anni mundi 3794

[k. Multitudinem contra se eò motam interimit ipse per iniquos quos armauerat. De Lyr. ibidẽ.]
[l. Vasis aureis multis iam exportatis.
[1. Menelaus fratris sui Lysimachi, qui cum sacerdotio fungebatur multa sacrilegia profectò, in causa fuit vt secus ærariũ interficeretur frater. Ipse præsentissima pestis reipublicæ propter eorum qui in potestate erãt, patrocinia, permansit in dignitate, crescens in malitia ad exitium ciuium. Ethicum. Pontifex auarus, præsentissima est pernities reipublicæ Christianæ. Ambitio clericorum, sacerdotij exitium certissimum post se trahit. Exemplum sunt filij Heli & Samuelis. Lorich. ibid.]
14. Aurano ætate, nihil autẽ minus & mente.
*Accipiens.
[m. Cito, hoc est, præcipitanter & male, iniustam pœnam eis debitam dederunt qui pro ciuitate Ierusalem, & populo, ac sacris vasis profecuti sunt. De Lyra. ibidem.]
15. Magnos ciuiũ insidiator consecutus.

a. Iason in exilio agens audiuit Antiochum vita excessisse: vnde bella rursum in Iudæos mouet, eorum leges abrogans, plurimos esse iniquos compulit, & à religione seduxit, ita vt pro cõstructione thermarũ ipsam tuitionem templi fabricámque turbarẽt, & doctores omnes in perfidiæ parte cõgruerent. Quę res indignationem diuinam protinus cõcitauit, nec irato deo hostis quæritur alienus est. Ioseph. de Machabæis.
*Et gladiorum eductiones.
*Incursiones vtrorumque.
[b. Portenta ergo aliquãdo portendunt prospera, aliquando verò præfigurant aduersa. sed semper iuxta id quod summus arbiter singulis rebus ac temporibus conuenire diiudicat. Nec mirum quòd in Machabæorũ temporibus equites auratas stolas habentes, & hastis armatæ cohortes per aerem discurrere viſi, ac armorum aureorum splẽdor fulgens aduersitatẽ præmunciare futuram, & cladem Iudæis venturam. Glosa ordi. ibid.]
2. Igitur malam reuersionem cõsecutus conclusus est.
* Ab omnibus persecutionem passus.
2. Vt puluis patriæ peregrinus.
3. Sepultura nulla.
c. Porro cum Antioch[s] percussisset Aegyptum, in dolo ascendit in Ierusalem, & pro dissentione ciuium ad libitum fecit in ea, & percussit multos in Ierusalem, & lugebat omnis terra. Cumque rediisset in Aegyptũ, & esset repulsus per nũtios Romanorum, post biẽnium rediit in Ierusalem in furore. Et aperuerunt ei portas fauẽtes illi, & interemit contrarias sentientes: & expoliauit templũ Menelao ductore: tollẽs vasa & lucernas, mensam & sacrariam, & vas aureum, à velis quoque non abstinuit. Et posuit in templum idolum Iouis Olympici. Oblationes Mosaicas fieri prohibuit, altare æreum amouens, & carnem suillam edere, & idolo immolare coegit Iudæos. Comest. hist. Esther. cap. vlt.
4. Crudeliter occurrentes.
*Vtrorumque.
*Iugulatorum.
5. Profanis manibus.

[f] Et

quod & accidit circa locum deſpectio. [d] Alioquin niſi contigiſſet eos multis peccatis
†Sup.3.c eſſe inuolutos, † ſicut Heliodorus qui miſſus eſt à Seleuco Rege [e] ad expoliandum]
ærarium, etiam hic ſtatim aduenies flagellatus & repulſus vtique ſuiſſet ab audacia.
[e] Verùm non propter locum gentem, ſed propter gentem locum deus elegit. Ideóque
& ipſe locus particeps factus eſt populi malorum, *poſtea autem fiet ſocius bonorum:
& qui derelictus in ira dei omnipotentis eſt, iterum in magni domini reconciliatione
cum ſumma gloria exaltabitur. Igitur Antiochus mille octingentis ablatis de templo
talentis, velociter Antiochiam regreſſus eſt, exiſtimans ſe præ ſuperbia terram ad
nauigandum, pelagus verò ad iter agendum deducturum propter mentis elatio-
D nem. [& f] Reliquit autem & præpoſitos ad affligendam gentem, Ieroſolymis quidem
Philippum genere Phrygem, moribus crudeliorem eo ipſo à quo conſtitutus eſt: In
Gariſim autem Andronicum [g *] & Menelaum, qui grauius quám cæteri [7] immine-
bant ciuibus.] Cúmque adpoſitus eſſet contra Iudæos, miſit odioſum principem
Apollonium cum exercitu viginti & duobus milibus, præcipiens ei omnes perfectæ
ætatis interficere, mulieres, ac iuuenes vendere. Qui cum veniſſet Ieroſolymam, pa-
cem ſimulans, quieuit vſque ad diem ſanctum ſabbati, & tunc [8] feriatis Iudæis, arma
capere ſuis] præcepit. Omnéſque ſimul qui ad ſpectaculum proceſſerant trucidauit,
& ciuitatem cum armatis diſcurrens ingentem multitudinem peremit. Iudas autem
Machabæus qui [h] decimus fuerat, ſeceſſerat in deſertum locum, ibíque inter feras vi-
tam in montibus cum ſuis agebat, & fœni cibo veſcentes, demorabantur ne partici-
pes eſſent coinquinationis.

[d. Alioquin alt, niſi contigiſſet eos multis peccatis fuiſſe inuolutos, etiam Antiochum ſtatim in templo fuiſſe flagellatū ſicut fuit ipſe Heliodorus. Lorichius ibidem.]
6. Ad viſitandum.
e. Veriſimile eſt Heliodori flagellationem ad aures peruenifſe Antiochi: ſed dominus propter peccata populi permittebat locum contemni, quem tamen propter populum prīs elegerat. Lyra.
*Quæ venerunt.
[f. Primo ponitur receſſus Antiochi de Iudæa ſpoliato tamen prius templo Ieroſolymitano, æſtimans præ animi ſuperbia magnitudinem feciſſe. De Lyra.]
g. Nec meliore conditione eſſe qui in vrbe relicti ſunt, multa indigna & nefaria paſſi ab his qui ad Ieroſolymorum præſidiū relicti fuerant. In minore erant luctu & mœrore conſtituti, quo longius ab ea malorum facie aberant procúlque ab omni ſenſu eorum qui Ieroſolymis in cō temptum religionis, contráque leges & patrium morem ſicbāt. Sabel. Ennea. 5 lib. 8.
*Ad hæc autem.
7. Superbiebat in ciues.
8. Accipiens otioſos Iudæos qui erant ſub ſe arma capere.
e. Iudas decimus fuit ſummus ſacerdos à tempore regni Seleuci primi regis Syriæ, vt patet ex Philone, & ex Raba poſt eum.

*Iudæis à lege dei arcentur, templum violatur & profanatur, monentur Iudæi cuſtodire legem, ob quam plures mortem intrepidi ſubierunt. VI.*

A [a] Sed non poſt multum temporis, miſit Rex ſenem quendam [1] Antiochenum, ] qui compelleret Iudæos, vt ſe transferrent à patriis & dei legibus,
* contaminaret etiam quod in Ieroſolymis erat templum, & cognominaret Iouis Olympij, [b] & in Garizim prout erant ij qui locum inhabitabant, Iouis Hoſpitalis. [2] Peſſima autem & vniuerſis grauis erat malorum incurſio.]
[c] Nam templum luxuria & comeſſationibus * erat plenum, & ſcortantium cum meretricibus, ſacratíſque ædibus [3] mulieres ſe vltrò ingerebant,] intrò ferentes ea quæ nō licebant. Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. Neque autem ſabbata cuſtodiebantur, neque dies ſolennes patrij ſeruabantur, nec ſimpliciter
B ſe quiſquam Iudæum confitebatur. [& d] Ducebantur autem cum amara neceſſitate in die natalis Regis * ad ſacrificia, & cum Liberi ſacra celebrarentur, cogebantur hædera coronati Libero circumire. Decretum autem exiuit in proximas ciuitates [4] gentilium,] ſuggerentibus Ptolemæis, vt pari modo & ipſi aduerſus Iudæos agerent, vt ſacrificarent, eos autem qui nollent tranſire ad inſtituta gentilium, interficerent. Erat ergo videre * miſeriam. Duæ enim mulieres delatæ ſunt natos ſuos circuncidiſſe, quas ad vbera infantibus ſuſpenſis cum publicè per ciuitatem circunduxiſſent, per mu-
C ros præcipitauerunt. [& e] Alij verò ad proximas coeuntes ſpeluncas, & latenter ſabbati diem celebrantes, cum indicati eſſent Philippo, flammis ſuccenſi ſunt, [d] eo quòd verebantur propter religionem & obſeruationem manu ſibimet auxilium ferre. [e] Obſecro autem eos qui hunc librum lecturi ſunt, ne abhorreſcant propter aduerſos caſus, ſed reputent ea quæ acciderunt non ad interitum, ſed ad correptionem eſſe generis noſtri. Et enim multo tempore non ſinere [5] peccatoribus ] ſ– ex ſententia agere, ] ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt indicium. Non enim ſicut in aliis natio-
D nibus dominus patienter expectat, [& 6] vt eas cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat,] ita & in nobis ſtatuit, vt peccatis noſtris * in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet: propter quod nunquam quidem à nobis miſericordiam ſuam amouet, corripiens verò in aduerſis populum ſuum non derelinquit. Sed hæc

[a. Poſtquam vrbis ſanctæ & rei publicæ deuaſtationem deſcripſit, nunc etiam legis ipſius abolitionem enarrat. Templum luxuria & comeſſationibus gentium dicitur fuiſſe plenum, denique & ſcortatione identidem polluebatur. Quidhorum hodie non ſit in templo Dei? Lorich.]
1. Athenienſem.
*Non gubernarentur.
b. Garizim mons eſt altus valde iuxta Iericho. Sunt enim iuxta Iericho duo montes inter ſe vicini, contra ſe inuicem reſpicientes, Gebal & Gariſi, ſupra quos erant hi qui maledicta tempore Moyſi reſonabant iuxta montem Galgal. Hiero. de locis Hebraicis de quibus Deuter. 27. b per amplius dictum eſt.
2. Difficile autem & graue erat turbis præceptum nequitiæ.
c. Manaſſes ſacerdos frater Iaddi ſummi pontificis diligebat filiam Sanaballat gētilis, propterea repellebatur ab altari, ad quē Sanaballat reſpondit ſe non ſacerdotium tantum, ſed & ſummum pontificatum pararurum, & totius ſuæ prouinciæ principē eum facturum, modo Nicaſo filiam ſuam vxorem retineat: ædificaturúmque templum Ieroſolymitano ſimile in monte Gariſim. Ioſeph. Antiq. Iudaica. lib. 12. cap. 7.
*. Gentium.
3. Cum mulieribus ſeſe miſcentibus.
*Singulis menſibus.
4. Græcorum, & infra.
* Præſentem.
[d. Propter quod per Matathiā & alios ſapientes fuit ſuperius declaratū. 1. lib. cap. 2 quod licitum erat eis ſe defendere in diebus ſabbatorum. De Lyra. ibi.]
[e. Hic conſequēter remouetur opinio falſa, 92. poſſet aliquis credere quod Deus permitteret Iudæis talia cōrigiſſe ex eius odio contra eos. Ad quod remouendum dicitur quòd talia nō ſunt ſignum odij Dei, ſed dilectionis, ſicut pius patet proprium filium quem diligit pro defectibus ſuis per flagella corripit, non autem alienum quem negligit. Idem qui prius.]
5. Peccatores.
6. Vſquequo aduenīat eos ad plenitudinem peccatorum venire.
* Non.

Universidad de Deusto

nobis ad cõmotionem legentium dicta ſint paucis. Iam autem veniendum eſt ad narrationem.[f] Igitur Eleazarus vnus de primoribus ſcribarũ, vir ætate prouectus, & vultu decôrus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare. At ille glorioſiſſimam mortem magis quàm odibilem vitam complectẽs, voluntariè præibat ad ſupplicium.[g] Intuens autem quomodo oporteret accedere patienter ſuſtinens, deſtinauit non admittere illicita, propter vitæ amorem. Ij autem [7] qui aſtabant, iniqua miſeratione commoti,] proprer antiquam viri amicitiam, tollentes eum ſecretò rogabant afferri carnes * quibus veſci ei licebat, vt ſimularetur manducaſſe, ſicut Rex imperauerat, de ſacrificij carnibus, vt hoc facto à morte liberaretur, & propter veterem viri amicitiam,[8] hanc in eo faciebant humanitatem. ] At ille cogitare cœpit ætatis ac ſenectutis ſuæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis caniciem, atque à puero optimæ conuerſationis actus,[g] & ſecundum ſanctæ & à deo conditæ legis conſtituta, reſpondit cito, dicens: præmitti ſe velle in infernum: Non enim ætati noſtræ dignum eſt, inquit, fingere, vt multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum, & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiãtur,* & per hoc maculam atque execrationem meæ ſenectuti cõquiram. Nam & ſi in præſenti tempore ſuppliciis hominum eripiar, ſed manum omnipotentis nec viuus nec defunctus effugiam. Quamobrem fortiter [9] vitam excedendo] ſenectute quidem dignus apparebo,[g] adoleſcentibus autem exemplum forte relinquam, ſi prompto animo ac fortiter pro grauiſſimis ac ſanctiſſimis legibus honeſta morte perfungar. His dictis confeſtim ad ſupplicium trahebatur. Ij autem qui eum ducebant, & paulo antè fuerant mitiores, in iram conuerſi ſunt propter ſermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur. Sed cum plagis perimeretur, ingemuit, & dixit:[§] Domine qui habes ſanctam ſcientiam, manifeſtè tu ſcis, quia cum à morte poſſem liberari, duros corporis ſuſtineo dolores,* ſecundum animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior. Et iſte quidem hoc modo vita deceſſit, non ſolum iuuenibus, ſed & vniuerſæ gẽti memoriam mortis ſuæ ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens.

Anni ante Chriſtum 167. Anni mundi 3791.

f. Nec Eleazarus tacendus eſt qui cum ſibi à miniſtris regis offerretur facultas vt acceptis carnibus quas liceret ſibi veſci ab eis cũ venia, simularet ſe edere quæ de ſacrificiis & illicitis Ethnicis erant, conſenti re ad hanc fallaciam noluit, dicens: Nec ætati ſuæ, nec nobilitati cõuenire, id fingere, quo cæteri ſcandalizarentur, exiſtimantes & Eleazarum nonaginta annos natum ad morem alienigenarum relicta & prodita dei lege tranſiſſe, nec tanti eſſe lucrari breuia vitæ momẽta, vt offenſo deo incurreret æterna ſuppliciа. Atque illic exercitatus diu, & in extremo iam conſtitutus, cum inter verbera & tormenta moreretur, ingemiſcens ait Domine, qui ſanctam habes ſcientiam, manifeſtè tu ſcis quia cũ poſſim à morte liberari, duriſſimos dolores corporis tolero, flagellis vapulans, animo autẽ propter tui ipſius metum libenter hoc patior. Syncerapotius fides & virtus integra, ac ſatis pura, non regem Antiochum cogitaſſe, ſed deum iudicem, & ſciſſe proficere ſibi ad ſalutem nõ poſſe, ſi hominem derideret ac falleret: cum deus qui conſcientiæ noſtræ iudex eſt, & ſolus timendus eſt, nec deridari poſſit omnino nec falli. Cyp. de exhor. Martyrij. cap. 11

7. Ad ſceleſtum ſacrificium parati erant.

* Ab eo paratas.

8. Aſſequeretur benignitatem.

* Propter me.

9. Nunc vitam commutans.

[g. Eleazari exemplum ſenes catholicos admonet conſtantia, vt ſpecimen grauitatis adoleſcentiæ relinquant in catholica fide immobiliter conſiſtendi. Nam ſi primo aliis atque aliis vẽtilatio ſtrinarum loco moueri nos ſuſtinuerimus, tandem perueniemus eo facilitatis vt Chriſtum ipſum permutemus. Lotich.]

* Flagellatus.

## *Septem fratrum matriſque eorum ob legem dei tuendam indigna ſupplicia.* VII.

[a] Contigit autem ſeptem fratres vna cum matre apprehenſos compelli à Rege edere contra fas carnes porcinas, flagris & taureis cruciatos. Vnus autem ex illis qui erat primus,* ſic ait: Quid quæris? & quid vis diſcere à nobis? Parati ſumus mori magis, quàm patrias & dei leges præuaricari. Iratus itaque Rex iuſſit ſartagines & ollas æneas ſuccendi, quibus ſtatim ſuccenſis, iuſſit ei qui prior fuerat locutus, amputari linguam, & [1] cute capitis abſtracta, ſummas quoque manus & pedes ei præcidi,] cæteris eius fratribus & matre inſpicentibus. Et cum iam per omnia inutilis factus eſſet, iuſſit ignem admoueri, & adhuc ſpirantem torreri in ſartagine, in qua cum diu cruciaretur, [b] cæteri vnà cum matre inuicem ſe hortabantur mori fortiter, dicentes: Dominus deus aſpiciet veritatem, & conſolabitur in nobis, quemadmodum in proteſtatione cantici declarauit Moyſes: † & in ſeruis ſuis conſolabitur.[§] Mortuo itaque illo primo hoc modo, ſequentem deducebant ad illudendum, & cute capitis eius cum capillis abſtracta, interrogabant ſi manducaret priuſquàm toto corpore per ſingula membra puniretur. At ille reſpondens patria voce, dixit: Non faciam. Propter quod & iſte ſequenti loco primi tormenta ſuſcepit: & in vltimo ſpiritu conſtitutus, ſic ait: Tu quidem ſceleſtiſſime in præſenti vita nos perdis, ſed Rex mundi defunctos nos pro ſuis legibus æternæ vitæ reſurrectione ſuſcitabit. Poſt hunc tertius illuditur, & linguam poſtulatus cito protulit, & manus conſtanter extendit, & cum fiducia ait: E cœlo iſta poſſideo, ſed propter dei leges nunc hæc ipſa deſpicio, quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero. Ita vt Rex & qui cum ipſo erant, mirarentur adoleſcentis animum, quòd tan-

A Anni ante Chriſtum 167. Anni mundi 3791.

† Deut. 32.

B

a. Et ne longius euagemur, non minorẽ de ſuperbo rege Antiocho Machabæi pueri reuexerũt triumphum, quàm parentes proprij. Siquidem illi armati, ſcilicet Iudas cum ſociis, iſti ſine armis vicerunt. Stetit inuicta ſeptem puerorũ cohors regiis cuncta legionibus, deſecerunt ſupplicia, ceſſerunt tortores, non defecerunt martyres. Alius cotidiè capitis exutus, ſpeciem mutauerat, virtutem auxerat. Alius linguam iuſſus amputãdam promere, reſpondit: Non ſolos dominus audit loquentes, qui audiebat Moyſen tacentem. Plus audit taciras cogitationes ſuorum, quàm voces omnium. Linguæ flagellum times, flagellum ſanguinis vocem nõ times? Haber & ſanguit vocem ſuam, qua clamat ad deum, ſicut clamauit in Abel. Quid de matre loquar, quæ ſpectabat læta filiorũ quot funera, tot trophæa: & morientium vocibus tanquam pſallentium cantibus delectabatur, pulcherrimam vẽtris ſui citharam in filiis cernẽs, & pietatis harmoniam omni lyræ numero dulciorem? Ambroſius. cap. 41. lib. 1.

* Factus concionator.

1. Excoriantes extremas partes abſcindere.

b. Quid in Machabæis beatorũ martyrum grauia tormenta, & multiformes ſeptem fratrũ pœnæ, & cõſortans ſuos liberos mater in pœnis, & moriẽs ipſa quoque cum liberis? Nõne magnę virtutis & fidei documenta teſtantur, & not ad martyrij triũphum ſuis paſſionibus adhortati? Cyp. Epiſt. lib. 4. Epiſt. 6.

C tanquam nihil duceret cruciatus.& c Et hoc ita defuncto,quartum vexabant, similiter torquentes.Et cum iam esset ad mortem,sic ait: Potius est ab hominibus morti datos spem expectare à deo, iterum ab ipso resuscitandos. Tibi enim resurrectio ad vitam non erit.Et cum admouissent quintum, vexabant eum:at ille respiciens in eum,dixit: Potestatem inter homines habens cum sis corruptibilis,facis quod vis.Noli autem putare genus nostrum à deo esse derelictum.Tu autem patienter sustine, & videbis magnam potestatem ipsius,qualiter te & semen tuum torquebit.Post hunc ducebant sextum,&is morii incipiens,sic ait:Noli frustra errare.Nos enim propter nosmetipsos hoc
D patimur,peccantes in deum nostrum, & digna admiratione facta sunt in nobis.& Tu autem ne existimes tibi impunè futurum,quòd contra deum pugnare tentaueris.d Supra modum autem mater mirabilis & bonorum memoria digna,quæ pereuntes septé filios sub vnius diei tempore conspiciens,e bono animo ferebat propter spem quam in deum habebat,singulos autem illorum hortabatur voce patria fortiter,repleta sapientia,& fœmineæ cogitationi masculinum animum inferens,dixit ad eos: Nescio qualiter in vtero meo apparuistis.Neque enim ego spiritum & animam donaui vobis & vitam, & singulorum * membra] non ego ipsa compegi. Sed enim mundi creator qui formauit hominis natiuitatem, quique omnium inuenit originem,& spiritum vobis iterum cum misericordia reddet & vitam, sicut nunc vosmetipsos despicitis propter
E leges eius.& Antiochus autem contemni se arbitratus, simul & exprobrantis voce despecta,cum adhuc adolescentior supereesset,non solum verbis hortabatur,sed & cũ iuramento affirmabat diuitem se & beatum facturum,& translatum à patriis legibus amicum habiturum,& res necessarias ei præbiturum.Sed ad hæc cum adolescẽs nequaquam inclinaretur,vocauit Rex matrem,& suadebat ei vt adolescenti fieret * in salutem.Cum autem multis eam verbis esset hortatus,promisit suasurum se filio suo. Itaque inclinata ad illum irridens crudelem tyrannum, ait patria voce: Fili mi miserere mei,quæ te in vtero nouem mensibus portaui,& lac triennio dedi &alui,& in ætatem
F istam perduxi.& * Peto nate,vt aspicias ad cœlum & terrã,& ad omnia quæ in eis sunt, & intelligas quia ex nihilo fecit illa deus &hominum genus,ita fiet vt non timeas carnificem istum,sed dignus fratribus tuis effectus particeps,suscipe mortem,vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam.f Cum hæc illa adhuc diceret, ait adolescens: Quem sustinetis?Non obedio præcepto Regis,sed præcepto legis, quæ data est[3] nobis] per Moysen.Tu verò qui inuentor omnis malitiæ factus es in Hebræos,non effugies manum dei.Nos enim pro peccatis nostris hæc patimur. Et si nobis propter increpationem & correptionem dominus deus noster modicum iratus est,sed iterum recõciliabitur seruis suis. Tu autem ô sceleste & omnium hominum flagitiosissime, noli
G frustra extolli vanis spebus,in seruos[4] eius inflammatus.] & Nondum enim omnipotentis dei & omnia inspicientis iudicium effugisti.Nam fratres mei modico nunc dolore sustentato, sub testamento æternæ vitæ effecti sunt,tu verò iudicio dei iustas superbiæ tuæ pœnas exolues. Ego autem sicut & fratres mei animam & corpus meum trado pro patriis legibus,inuocans deum maturius gẽti nostræ propicium fieri, téque cum tormentis & verberibus confiteri,quòd ipse est deus solus.[5] In me verò & in fratribus meis desinet omnipotentis ira, quæ super omne genus nostrum iustè superducta est. Tunc Rex accensus ira,in hunc super omnes crudelius desæuit,indignè ferens
[5] se derisum.] Et hic itaque mundus obiit,per omnia in domino confidens.h Nouissimè autem post filios & mater consumpta est. Igitur de sacrificiis & de nimiis crudelitatibus satis dictum est.

De pæ. di. 3. ca. Auctoritas.

*Iudas in Nicanorem armat exercitum,quem cum copiis suis prosternit,cúmque fugeret ad Antiochum Iudæi deo gratias agunt.* VIII.

c. Habemus & nos ignem quo persecutores puniamus.Existimas tibi certamen esse cum gẽtibus ac ciuitatibus?necnon & regib⁹ effœminatissimis,ex quibus hi quidem vicent, illi autem fortassis superabũtur.Quid autem Machabæi horum enim præstiterunt qui licet minus honorentur à plerisque quòd non Christi certarunt gratia, omnibus tamen veneratione sunt digni,quòd ob legem patrias sortitos egerint.Cũ enim ante Christi passiones martyriũ sustinuere,quid facturi erant si post Christum persecutionem pertulissent.Gregor. Nazianzen⁹.

d. Antiochus statuens Iouis simulachrum in templum domini,tormentis populum ad sacrificandum idolis cogebat. Quæ persecutione multi de populo pro diuinæ legis custodia truci dati sunt:inter quos & mater illa septem filiorum merito tamo sa nobilissimam pro dominocũ sobole martyrij metuit coronã. Beda in dedicat.ecclesiæ,ho.1.

e. Mater ibi erat animosa & generosa, puerorum simul ac dei amatrix: cuius materna viscera vltra naturæ dilaniabantur rationem: non quia eam filiorum miseraretur cruciatus,sed quòd timore angeretur ne paterétur. Neque magis desiderabat abeũtes, quàm optabat vt residui adiis adiicerentur,& horum quidem rationem habebat maiorẽ quàm eorũ qui iam decesserant. Nam horum certamen anceps erat,at illorum dissolutio secura,& non quidem tam deo conciliauerat, illos autem vt deus acciperet curabat. O anima virilis in corpore muliebri.O spectamen admirandum & magnanimum.O sacrificij illius Abrahamici,nisi forte maiꝰ quid audendum sit.Gregor. Nazianze. oratione. 20.

2. Conglutinationem.
★Conciliatrix.
★ Et molestias educationis sustinui.

f. Ne ergo hoc cõsideres,quòd illa sibi tormenta tolerabat,sed illud magis contemplare,quòd mater per singulos eorũ dulciores sustinebat dolores. Si vnius filij cuipiam matri nuntiata est ægritudo, auditu solo viscera materna turbantur. Hic autem non vnum filiorum tãtum, sed chorum vno tempore pariter interfici videns mater, nec absens per auditum suscipiens passiones eorũ,sed præsens oculis hauriens vulnera omnium quos pererat, quid non patiebatur? Quomodo non excidit mẽte vnumquemque horum spectans horribilius, & diuersis pœnarũ ingeniis exercuiari? Chryso.de Machab.10. 1.in fine.

3. Patribus nostris.
4. Cœlestes eleuans manum.
g. Itaque Machabæi septem fratres in fide stabiles, in spe fortes,diuinæ legis constantissimi obseruatores,inter tormenta acerbissima patientes,ab Antiocho rege pro lege dei cum matre eorum atrociter interempti, coronas martyrij meruerunt. Isidorus. De vita & morte quorundam sancto. cap.65.

5. Ob subsannationem.
h. Horum autem septẽ Machabæorum mater Solomona dicebatur.Primus eius filius,Machabæus 2.Aber.3.Machir.4.Iudas 5.Achaz.6.Arech.7.Iacob. Ex Ioseph.de Machab.

Universidad de Deusto Biblioteca

Anni ante Christ. 164. Anni mundi 3738.

IVdas verò Machabæus & qui cum illo erant, introibant latenter in caſtella, & [1] conuocantes ] cognatos ⁊ & amicos, ] & eos qui permanſerant in Iudaiſmo aſſumentes, eduxerunt ad ſe ſex milia virorum. Et inuocabant dominum vt reſpiceret in populum qui ab omnibus calcabatur,& miſereretur templo quod contaminabatur ab impiis. Miſereretur etiam exterminio ciuitatis, quæ eſſet ilico complananda, & vocem ſanguinis ad ſe clamantis audiret, memoraretur quoque iniquiſſimas mortes paruulorum innocentium[f], & blaſphemias nomini ſuo illatas, & [2] indignaretur ſuper his. ] At Machabæus congregata multitudine, intolerabilis gentibus efficiebatur. Ira enim domini in miſericordiam conuerſa eſt. Et ſuperueniens caſtellis & ciuitatibus improuiſus, ſuccendebat eas, & opportuna loca occupans, non paucas hoſtium ſtrages dabat. ⁋ Maxime autem [3] noctibus ad huiuſcemodi excurſus ferebatur, ] & fama virtutis eius vbique diffundebatur. [b] Videns autem Philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequentius res ei cedere proſperè, ad Ptolemæum ducem Cœleſyriæ & Phœnicis ſcripſit, vt auxilium ferret Regis negotiis. At ille velociter miſit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum, datis ei de permixtis gentibus, armatis non minus viginti milibus, vt vniuerſum Iudæorum genus deleret,adiuncto ei & Gorgia viro militari, & in bellicis rebus experientiſſimo. [c] Conſtituit autem Nicanor vt Regi tributum quod Romanis erat dandum, duo milia talentorum de captiuitate Iudæorum ſuppleret. Statímque ad maritimas ciuitates miſit conuocans ad coemptionem Iudaicorum mancipiorum, promittens ſe nonaginta mancipia talento diſtracturum, non reſpiciens ad vindictam, quæ eum ab omnipotente eſſet conſecutura. ⁋ Iudas autem vbi comperit, * indicauit iis qui ſecum erant Iudæis [4] Nicanoris ] aduentum. Ex quibus quidam formidantes,& non credentes dei iuſtitiæ,in fugam vertebantur, * alij verò ſi quid eis ſupererat [d] veniebant, ſimúlque dominum deprecabantur vt eriperet eos de impio Nicanore, qui eos priuſquam cominus veniret, vendiderat. Et ſi non propter eos, propter teſtamentum tamen quod erat ad patres eorum , & propter inuocationem ſancti & magnifici nominis eius ſuper ipſos. [e] Conuocatis autem Machabæus ſeptem milibus qui cum ipſo erant, rogabat ne hoſtibus [5] reconciliarentur, ] neque metuerent iniquè venientium aduerſum ſe hoſtium multitudinem, ſed fortiter contenderent ante oculos habentes contumeliam , ⁋ quæ loco ſancto ab his iniuſtè eſſet illata, itémque & ludibrio habitæ ciuitatis iniuriam, adhuc etiam veterum [6] inſtituta conuulſa. ] Nam illi quidem armis confidunt,ait, ſimul & audacia, nos autem in omnipotente domino, qui poteſt & venientes aduerſum nos, & vniuerſum mundum vno nutu delere, confidimus. [f] Admonuit autem eos & de auxiliis dei, quæ facta ſunt erga parentes,† & quòd ſub Sennacherib centum octoginta quinque milia perierunt, & de prælio quod eis aduerſus Galatas fuit in Babylonia, vt omnes vbi ad rem ventum eſt, * Macedonibus ſociis hæſitantibus, ipſi [7] ſex milia] ſoli peremerunt centum viginti milia propter auxilium illis datum de cœlo,& beneficia pro his plurima conſecuti ſunt. His verbis conſtantes effecti ſunt, & pro legibus & patria mori parati. ⁋ * [8] Conſtituit itaque fratres ſuos duces vtrique ordini, Simônem & Ioſephum & Ionathan, ſubiectis vnicuique millenis & quingentenis, [8] ad hoc etiam ab Eſdra ] lecto illi ſancto libro, & dato ſigno adiutori dei, in prima acie ipſe dux commiſit cum Nicanore. Et facto ſibi adiutore omnipotente, interfecerunt ſuper [h] nouem milia [9] hominum,] maiorem autem partem exercitus Nicanoris [10] vulneribus debilem factam ] fugere compulerunt.Pecuniis verò eorum qui ad emptionem ipſorum venerant,ſublatis,ipſos vſquequaque perſecuti ſunt,ſed reuerſi ſunt hora concluſi.Nam erat ante ſabbatum, quam ob cauſam non perſeuerauerunt inſequentes. Arma autem ipſorum [11] & ſpolia congregantes,] ſabbatum agebant,benedicentes dominum,qui liberauit eos in iſto die,miſericordiæ initiũ ſtillans in eos. ⁋ Poſt ſabbatum verò debilibus & orphanis & viduis diuiſerunt ſpolia,& reſidua ipſi cum ſuis habuêre.His itaque geſtis, & communiter ab omnibus facta

†Infra cap. 1. Mach. 4. 4. Reg. 19. Tuxta Hiſtoriã Ioſeph.

1. Muleis Iudæ ſunt hortati dũ cogitat de futuro prælio, certo indice comperit Gorgiam miſſum cum mille equitibus,peditum quinque milibus,vt ductu profugatum noctu ſe inopium inuideret: decreuitque ipſe eadem nocte in hoſtium caſtra impetum facere,maximè quòd abeſſet bona pars illorum exercitus. Itaque confecta cœna relictiſque in caſtris multis ignibus,tota nocte iter fecit ad montis propinqua caſtra hoſtium. Itaque Gorgias nemine in caſtris Iudæorum inuento, tatus metu ceſſiſſe,& occultari alicubi in montibus,ſtatuit vbi nã eſſent quærere. Iudas autem ſub diluculum venit ad caſtra hoſtium, ducens tria virorum milia,non ſatis inſtructa armis propter inopiam, vidĕſque hoſtem armatum egregiè & caſtra ex arte diſpoſita, hortatus primum ſuos vt non dubitarent vel nudis ſi ita opus eſſet corporibus in pugnam ruere: quandoquidĕ deus delectetur tali fortitudine eámque ſuo præſidio contra armatos fulciat,iubet ſigna canere. Ioſeph. Antiq. lib. 12. ca. 11.

2. Horrabantur.

3. Sceleſtos abhominaretur.

4. Noctes ad huiuſmodi inſidias aduitrices accipiebat.

b. Quem ſcilicet rex Antiochus reliquerat Ieroſolymis ad affligendum populum Iudæorũ vt ſupra ca. 5. de Lyſ. ibi.

[c. Hoc eſt ſuperiori libro breuiter commemoratum, tantum quod mercatores conuenerunt eum auro & argento,vt eo emerent filios Iſrael ſibi in ſeruos. Hoc autem manifeſtius narratur quod ab Nichanore qui regi promiſit de mancipiis Iudæorum ſoluere tributum Romanis dandum: Inuitati ſunt ipſi mercatores ad coemptionẽ Iudaicorum mancipiorum. Gloſa ordina. ibid. ]

*Nicanoris aduentum.

4. Exercitus.

*Et à loco recedebant.

d. Id eſt,vendebant.

e. Diluculo apparuit in caſtris Iudæ cum tribus milibus ſufficienter armatis, cæteris autem mediocriter,vt refert Lyr. ex 1. Macha. 4. plus vel minus vtcunque propter paucitatem. Cũque hoſtes inopinatos inuaderet, multos occidit, reliquos perſecutus eſt vſque Gezeron & campos Idumææ & Azoti,& ceciderunt ex eis tria milia. Iudæos verò dicebat ſuis prædam cõtemnere, dum adhuc pugna circa Gorgiam eſſet. Com. 1. Mach. 2.

5 Abſterrerentur.

6. Inſtitutorum diſſolutionem.

[f. Hic autem Iudas conſequenter ſuos animat exemplis cũ dicitur. Admonuit autem eos,& c. In exitu Iſrael de Aegypto. Exo. 14 Et quod ſub Sennacherib,ab angelo dei percuſſa ſunt. 185000. Aſſyriorum vt patet. 4. Reg. 19. De Lyra. ibi.

* Octo milia cũ Macedonibus quatuor millibus.

7 Octo milia.

*Quadripartitũ exercitũ fecit.

g. Diſtributis deinde more antiquo gentis,in tribunos & centuriones ordinibus, & ablegatis nouis maritis,quive agros recẽti ſibi comparauerant,ne diſtracti talibus cupiditatibus pugnarẽt ſegnius, verbis etiam aggreſſus eſt hortati ſuos ad rem gerẽdã ſtrennuè. Ioſeph. Antiq. lib. 12. cap. 12.

8 Adhuc autem & Eleazarum.

h. In 1. lib. ca. 4. dicuntur tantũ tria milia. Dicendum quòd illa 3000. ceciderunt in primo cõgreſſu belliin perſecutione autem fugientium reliqui ceciderũt: ita quòd in vniuerſũ 9000. & ãplius interfecti ſunt. Ly. ibi.

9. Ex hoſtibus.

10. Vulneratos & membris mutilos fecerunt,omnes autem.

11. Colligentes,& ſpolia eximentes inimicorum.

Universidad de Deusto

eta obsecratione, misericordem dominum postulabant, vt in finem seruis suis reconciliaretur.[i] Et ex iis qui cum Timótheo & Bacchide erant contra se contendentes super viginti milia interfecerunt, & munitiones excelsas obtinuerunt, & plures prædas diuiserunt æquam portionem debilibus, pupillis & viduis, sed & senioribus facientes. Et cum arma eorum diligenter collegissent omnia composuerunt in locis opportunis.[k] Residua verò spolia Ierosolymam detulerunt, & Philarchen qui cum Timótheo G erat, interfecerunt virum scelestum, qui in multis Iudæos afflixerat.[d] Et cum[l] Epinicia agerent in Ierosolymis, eos qui sacras ianuas incenderunt, id est, Calisthenem, cum in quoddam domicilium refugissent, incenderunt, digna eis mercede pro impietatibus suis reddita.[m] Facinorosissimus autem Nicanor qui mille negotiantes ad Iudęorum venditionem adduxerat, humiliatus auxilio domini ab iis quos nullos existimauerat, deposita veste gloriæ per mediterraneam fugiens solus venit Antiochiam, summam infœlicitatem de interitu sui exercitus consecutus. Et qui promiserat Romanis se tributum restituere de captiuitate Ierosolymorum, prędicabat nunc protectorem deum habere Iudęos, & ob ipsum inuulnerabiles esse, eo quòd sequerentur leges ab ipso constitutas.

[i. Consequenter interponitur de conflictu cum Timotheo & Bacchide, qui plenius habetur, lib. 1. ca. 5. Videtur tamen quòd iste Bacchides sit alius ab illo quem misit Demetrius cum Alchimo contra Iudæos vt lib. 1. cap. 7. De Lyra ibidem.]

k. Lysias bello infœliciter reparato secundum eam cladem Antiochiam concessit: post cuius discessum Iudas hostium metu liberatus, cum sociorum manu Ierosolymam ingressus, primò templum inuisit, vbi omnia desolata & horroris plena intuit[b], non potuit lachrymis temperare. Sabel. vbi prius.

l. Epinicium celebritas est, prohabita victoria deo gratias agêm. Nicanor sua spe fall[b] præ nimia cõfusione discessit. Is enim mille & amplius mercatores ad duxerat qui emerent captiuos, quibus potius opus fuit seipsos redimere. Lyra. ibid.

*Antiochus Persepolin spoliare cupiens, victus & fugatus est, cum verò Iudæos persequeretur à deo misèrè percussus merita morte occubuit.* IX.

Anni ante Christũ. 161. Anni mundi 3793. A

[a] Eodem tempore Antiochus inhonestè reuertebatur de Perside, Intrauerat enim in eam quæ dicitur Persepolis, & tentauit expoliare templum, & ciuitatem[1] opprimere: sed multitudine ad arma concurrente, in fugam versi sunt: & ita contigit vt Antiochus[2] post fugam] turpiter rediret. Et cum venisset circa Ecbatanam, vt recognouit quę erga Nicanorẽ & Timótheum gesta sunt. Elatus autem in ira, arbitrabatur se iniuriam illorum qui se fugauerant posse in Iudęos retorquere, ideóque iussit agitari currum suum sine intermissione agens iter,[b] cœlesti eum iudicio perurgente, eo quòd ita superbè locutus est se venturum Ie- †2. Par. 25. c rosolymam, & congeriem sepulchri Iudęorum eam facturum. † Sed qui vniuersa conspicit dominus deus Israel, percussit eum insanabili & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipsum sermonem, [c] apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta. Et quidem satis iustè, quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera, licet ille nullo modo à sua malitia cessaret.[d] Super hoc autem su- B perbia repletus, ignem spirans animo in Iudæos, & prępcipiens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de curru cadere, & graui corporis collisione membra vexari. Isque qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, manifestam dei virtutem in semetipso contestans, ita vt de corpore impij vermes scaturirent, ac[3] viuentes] in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius & fœtore* exercitus grauaretur. Et qui paulo ante sydera cœli contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare. Hinc igitur cœpit ex graui superbia ductus, ad agnitionem sui venire, diuina admonitus plaga, per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus. Et cum nec ipse iam fœtorem suum ferre posset, ita ait: Iustum est subditum esse deo, & mortalem non paria deo sentire. Orabat autem hic scelestus dominum,[d] à quo non esset misericordiam consecuturus, * ciuitatem ad quam festinans veniebat, vt C eam ad solum deduceret, ac sepulchrum congestorum faceret,[d] nunc optat liberam reddere, & Iudęos quos nec sepultura quidem se dignos habiturum, sed auibus ac feris diripiendos traditurum, & cum paruulis exterminaturum dixerat, ęquales nunc Athenienſibus facturum pollicetur: templum etiam sanctum, quod prius expoliauerat, optimis donis ornaturum, & sancta vasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus de reditibus suis pręstaturum. Super hęc & Iudęum se futurum, & omnem

a. Per id tẽpus Antiochus, quõ in Persidem profectum dixim[b], audiuit Elimaidem ciuitatem opulentissimam, quæ hic vocatur Persepolis quasi Persarum polis, id est, ciuitas ditissima, & tot[b] Persidis metropolis: in eaque esse templum locuples admodum, in quo erant velamina aurea, & loricæ & scuta, quæ reliquerat Alexander, & quærebat prædari eam, sed non potuit. Nã Elimaidæ fugauerũt eum ignominiosè. Et nuntiatum est ei in via, quomodo fracti erant principes eius in Iudæa. Sed versus in furorem iussit agitari currũ suum sine intermissione, superbè intonans se venturum Ierosolymam, & facturum eam polyandrum Iudæorum. Comest. 2. Machab. ca. 5.

1. Obtinere.

2. In fugã versus ab indigenis.

b. An cœlesti iudicio Antioch[b] ad vindictam vigeretur, cõ deus ad malum nunquam cooperetur? Ad cuius intelligentiã sciẽdum quòd in hac festinatione duo erant, scilicet intentio Antiochi peruersa ad populi Iudęorum deletionem, & ciuitatis subuertionem: & hoc nõ erat à deo impellente qui nunquam est auctor mali culpæ, sed erat ab Antiochi malitia. Aliud erat velocitas motionis, ad quam secut[a] fuit casus Antiochi, & eius cassatio grauis, & hæc fuit à deo impellente, qui est auctor mali pœnæ, de quo dicitur Amos 3. Nõ est malum in ciuitate quod nõ fecerit dominus. Lyra. ibidem.

c. Accedente igitur alia super aliam cura, imparem sollicitudini morbum sibi contraxit: quo magis ac magis inualescente, intelligens adesse fatale tempus, amicos conuocat, eisque & vim morbi & causam indicat: nimirum quod pœnas ob afflictã Iudæorum gẽtem luerat: atque ob spoliatum, sacrilegio templum & contemptum cœlestis numinis. Atque his dictis exhalauit animam. Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 12. ca 13.

3. Viuentis.

* Ob putredinem.

d. Cur autem non sit misericordiam consecutus, qui defleret admissa, & satisfacere promitteret? Respondet. Aug. Ideóque nemo dignè pœnitere potest, quę non sustineat vnitat ecclesiæ. Ideóque non petat sacerdotes per aliquam culpam ab vnitate ecclesiæ diuisos. Iudas enim pœnitẽs iuit ad Pharisæos, reliquit Apostolos: nihil inuenit auxilij, sed augmentum desperationis. Dixerunt enim: Quid ad nos, tu videris. Si peccasti, tibi sit, non tibi succurrimus. Aug. De vera & falsa pœnitentia. ca 12. & de pœ. di. 6. c. Qui vult.

* Sic dicens.

locum terræ perambulaturum,& prædicaturum dei poteſtatem. [e] Sed non ceſſantibus doloribus (ſuperuenerat enim in eum iuſtum dei iudicium) deſperans ſcripſit ad Iudæos in hunc modum deprecationis epiſtolam hæc continentem:Optimis ciuibus Iudæis plurimam ſalutem,& bene valere, & eſſe fœlices, Rex & princeps Antiochus. Si bene valetis,& filij [4] veſtri,] & ex ſententia vobis [5] cuncta ſunt,maximas agimus gratias. [f] Et ego in infirmitate conſtitutus,veſtri autem memor benignè]reuerſus de Perſidis locis, & infirmitate graui apprehenſus, neceſſarium duxi pro communi vtilitate curam habere,non deſperans memetipſum,ſed ſpem multam habens effugiendi infirmitatem. [g] Reſpiciens autem quòd & pater meus quibus temporibus in locis ſuperioribus ducebat exercitum,oſtendit qui poſt ſe ſuſciperet principatum,vt ſi quid cõtrarium accideret,aut difficile nuntiaretur,ſcientes hi qui in regionibus erant, cui eſſet rerum ſumma derelicta, non turbarentur: [g] ad hæc conſiderans de proximo potentes quoſque & vicinos temporibus inſidiantes,& euentum expectantes,deſignaui filium meum Antiochum Regem, quem ſæpe recurrens in ſuperiora regna multis veſtrum * commendabam, & ſcripſi ad eum quæ ſubiecta ſunt. [h] Oro itaque vos & peto memores beneficiorum publicè & priuatim,vt vnuſquiſque conſeruet fidem ad me & ad filium meum.Confido enim eum modeſtè & humanè acturum,& ſequentem propoſitum meum & communem vobis fore.Igitur homicida & blaſphemus peſſimè percuſſus,& vt ipſe alios tractauerat, peregre in montibus miſerabili obitu [i] vita functus eſt.Transferebat autem corpus Philippus collactaneus eius,qui metuens filium Antiochi ad Ptolemæum & Philometorem in Ægyptum abiit.

[e. Hic conſequenter deſcribitur ei⁹ humiliatio coram homi nibus ſcilicet Iudæis,quos ante ſupra modum cõtemſerat, ſcribens eis epiſtolam deprecatoriã De Lyra ibidem.]
4. Ex propria.
5. Eſt in cœlo ſpem habẽs veſtri honoris & beneuolentiæ recordatio[ne] ſuũ benignè.
[f. Hinc igitur cœpit ex grauidæ ductus ſuperbia ad agnitionem ſui venire,diuinã admonit⁹ plagã.Vexatio dat intellectum auditui.Qui tangit vos tangit pupillam oculi mei. Tyranni non vident ſe calcitrare ſtimulo miſeros perſequentes,ſed perditio eorum non dormitat.Lorichi⁹. ibidem.]
[g. Atque Antiochus Epiphanes in hunc modum petiit,filio Antiocho ſub Philippi vnius purpuratorũ tutelo relicto Eupator eſt puer cognominat⁹.Sabellicus vbi prius.
*Deponebam,&.
[h. Petit Iudæos memores eſſe beneficiorũ,tamen ex ſuperioribus non apparet aliquod beneficium ab eo Iudæis præſtitum,niſi vnũ, ſcilicet de vindicta mortis Oniæ.De Lyra.]
i. Hoc multo verius eſt, quàm quod Polybius prodidit id illi accidiſſe, quia Dianiæ templum violaſſet,quum ſi verum eſt Ioſephus,ne violatit quidem, non quia noluerit, ſed quia non potuerit.Sabel.vbi ſupra.

*Iudas recepta ciuitate templum purgat,cum ſolẽnitate.Eupator Antiocho patri ſuccedẽs Ptolemæum veneno interemit,Gorgiam in Iudæos miſit:Timotheus vero nouas ducẽs copias à Iudæis victus eſt,quinque viris cælitus auxiliantibus.* X.

MAchabæus autem & qui cum eo erant domino ſe protegente templum quidem & ciuitatem recepit: aras autẽ quas alienigenæ per platéas extruxerant,itémque delubra demolitus eſt.Et purgato templo aliud altare fecerunt, & de ignitis lapidibus igne concepto ſacrificia obtulerunt [a] poſt biennium,& incenſum,& lucernas, & panes propoſitionis poſuerunt. Quibus geſtis rogabant dominum proſtrati in terram,ne amplius talibus malis inciderent.Sed& ſiquando peccaſſent, vt ab ipſo mitius corriperentur, & non Barbaris ac blaſphemis hominibus traderentur. [b] Qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purificationem fieri viceſima & quinta menſis, qui fuit Caſleu. [c] Et cum lætitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum, recordantes quòd ante modicum temporis diem ſolennem tabernaculorum in montibus & in ſpeluncis more beſtiarum egerant:propter quod thyrſos & ramos [1] virides & palmas præferebant] ei, qui proſperauit mundare locum ſuum. Et decreuerunt communi præcepto & decreto, vniuerſæ genti Iudæorum omnibus annis agere dies * iſtos. Et Antiochi quidem (qui appellatus eſt nobilis)vitæ exceſſus ita ſe habuit.Nunc autem de Eupatore Antiochi impij filio quæ geſta ſunt narrabimus, breuiantes * mala quæ in bellis geſta ſunt. Hic enim ſuſcepto regno conſtituit ſuper negotia regni Lyſiam quendam [2] Phœnicis & Syriæ militiæ principem.] [d] Nam [c] Ptolemæus qui dicebatur Macer, iuſti tenax erga Iudæos eſſe conſtituit, & præcipuè propter iniquitatem quæ facta erat in eos, [3] & pacificè] agere cum eis. Sed ob hoc accuſatus ab amicis apud Eupatorem, cum frequenter proditor audiret, eo quòd Cyprum creditam ſibi à Philometore deſeruiſſet,& ad Antiochum Nobilem tranſlatus etiam ab eo receſſiſſet * veneno vitam finiuit.Gorgias autem cum eſſet dux locorum,aſſumptis aduenis frequẽter Iudæos debellabat. [4] Iudæi verò qui tenebant opportunas munitiones,] fugatos ab Ieroſolymis ſuſcipiebant, & bellare tentabant. Hi verò qui erant cum Machabæo per orationes dominum rogantes, vt eſſet ſibi adiutor, impetum fecerunt in muni-

A
Anni ante Chriſtũ 167. Anni mundi 3799.
B
c
Anni ante Chriſtũ 161. Anni mundi 3800.

a. Hoc eſt,tertio anno à polſutione eius,eadem die quafuerat ante pollutum,vt ſupra. 1. Machab. 4. Et ſic hoc fuit in cõpletione tertij anni, ſed non poſt triennium.Vel incipiendo à bellis Iudæ Machabæi poſt regis diſceſſum.Lyra.ibidem.
b. Celebrauit autem Iudas recepti templi feſtiuitatem per dies octo ſacrificans, in quibus nullum honeſtæ voluptatis genus omiſſum eſt: ſed populo quidẽ ſumptuoſum ac ſplendidum epulum eſt exhibitum,in dei verò laudẽ,hymnis & canticis perſonabant omnia,tanta vero lætitia ob reductos ritus patrios, & priſcam religionem occupauit gentis eius animos, maximè q̃ ea fœlicitas ex inſperato obtigerat , vt lex lata ſit ad poſteros, quæ iuberet quotannis hoc feſtum reparati cum cæremoniis templi per octo dies celebrari: & ex eo tempore mos hic apud noſtros obtinuit: vocamuſque hanc feſtiuitatem luminum, opinor ideo,quia ex inſperato nobis illuxerit tanta fœlicitas.Ioſeph. Antiq.Iudaic.lib.12.ca.11. 1.Pulebros,item &palmas habẽtes hymnos referebant.
*Feſtos.
*Continua.
2 Cœleſyriæ & Phœniciæ ducẽ primarium.
c.Iſte enim videtur fuiſſe in eodem officio, ſed depoſitus fuit duplici ratione. Prima eſt,quia erga Iudæos ſe habebat modeſtè contra intentionem Antiochi Epiphanis.Secundaeſt,quia notabitur apud regem de proditione, quòd cùm primo eſſet cũ rege Aegypti relinquendo Cyprum ſibi datam ad cuſtodiam, & poſtea tranſiens ad Antiochũ regem non fideliter ſe habuiſſet,& ſic dato ſibi veneno periit: & loco eius Lyſanias inſtitutus fuit.Lyra.ibid.
3.Tentabat res.
*Neque nobilem poteſtatẽ genetoſe adminiſtrans.
4.Simul verò cum hoc & Idumæi compotes opportunarum munitionum exiſtentes exercebant Iudæos,&.

D munitiones Idumæorum, multáque vt insistentes loca obtinuerunt, * occurrentes interem erũt, & omnes simul non minus viginti quinque milibus trucidauerũt. [d] Quidam autem * cum confugissent in duas turres valde munitas, omnem apparatum ad repugnandum habentes, Machabæus ad eorum expugnationem relicto Simône & Iosepho, itemque Zachæo, eísque qui cũ ipsis erant satis multis, [5] ipse ad eas quæ amplius perurgebant pugnas conuersus est. ] Hi verò qui cum Simône erant cupiditate ducti, à quibusdam qui in turribus erant, suasi sunt pecunia, & septuaginta milibus didrachmis acceptis, dimiserunt quosdam effugere. Cùm autem Machabęo nuntiatum esset quod factum est, principibus populi congregatis, accusauit quòd pecunia
E fratres vendidissent, aduersariis eorum dimissis. [e] Hos igitur proditores factos interfecit, & confestim duas turres occupauit. Armis autem ac manibus omnia prosperè agendo in duabus munitionibus plusquàm viginti milia peremit. [c] Et Timótheus qui prius à Iudæis fuerat superatus, conuocato exercitu peregrinæ multitudinis, & cõgregato equitatu Asiano aduenit, quasi armis Iudæam capturus. Machabæus autem & qui cum ipso erant appropinquante illo, deprecabantur dominum, caput terra aspergentes, lumbósque ciliciis præcincti, ad altaris crepidinem prouoluti, vt sibi propicius, inimicis autem eorum esset inimicus, & aduersariis aduersaretur, sicut lex dicit. Et ita post orationem sumptis armis, longius de ciuitate procedentes, & proximi ho-
F stibus effecti resederunt. [f] Primo autem solis ortu vtrique commiserunt, [f] isti quidem victoriæ & prosperitatis sponsorem cum virtute dominum habentes, illi autem ducem belli animum habebãt. [g] Sed cum vehemens pugna esset, apparuerunt aduersariis de cœlo viri quinque in equis, frænis aureis decõri, ducatum Iudæis præstantes: ex quibus duo Machabęorum medium habentes armis suis circumseptum incolumem conseruabant, in aduersarios autem tela & fulmina iaciebant, ex quo & cæcitate confusi, & repleti perturbatione, cadebant. Interfecti sunt autem vigintimilia quingenti peditum, & equites sexcenti. [h] Timótheus verò cõfugit in Gazaram præsidium munitum, cui præerat Chereas. Machabæus autem & qui cum eo erant, lætantes obse-
G derunt præsidium diebus quatuor. * [i] At hi qui intus erant, loci firmitate confisi, supra modum [6] maledicebant, ] & sermones nefandos iactabant: sed cùm dies quinta * illucesceret, viginti iuuenes ex his qui cum Machabæo erant, accensi animis propter blasphemiam, viriliter accesserũt ad murum, & feroci animo [7] incedentes turres ascẽdebant, sed & alij similiter ascendentes turres, portásque succendere aggressi sunt, atque ipsos maledicos viuos concremare. Per continuum autem biduum præsidio vastato, ] Timótheum occultantem se in quodam repertum [8] loco ] peremerũt, & fratrẽ illius Cheream & Appollophanem occiderunt. Quibus gestis in hymnis & cõfessionibus benedicebant dominum, qui magna fecit in Israel, & victoriam dedit illis.

*Omnésque qui in muro pugnabant viri sunt.

[d. Machabæo spirituale dimicãte compulsi hostes in duas turres confugiunt. Cum his qui fidem Christi expugnare nitebãtur, licet nullo modo veritati euangelij resistere valentes, tamẽ saluabiles credentes, nesciendo nec iudicium domini futurum pertimescẽtes, magis eligunt in superbiæ atque idolatriæ turres effugere, quàm pœnitentiæ dolorib⁹ cõpuncti errores suos relinquere. Contra quos Iudas cum Simone & Iosepho milites mittit: Sed pecuniarum amore aliqui eorum decreti bellũ commissum peragere neglexerunt. Glosa ordi. ibid.]

* Non minus nouem millibus.

5. Ad horum obsidionem ipse secessit.

e. Nec longo interiecto tempore Timótheus cũ aliquanto maiore exercitu in aperto castra fecit. Cæterũ pari cuentu ad Rophum vrbem prælio victus est, ac castris exutus, Rophus simul expugnata, quò multi ex fuga se receperant, magnáque hic hostium cædes edita. Iudas post rẽ in Ammonitas præclarè gestam copias Ierosolymã reducturus, Iudæos qui in Galaadite erant ne præsse essent finitimis, cum liberis & vxoribus, omnique supellectile in Iudæam traduxit. Sabellicus Ennead. 5. lib. 8.

[f. Iudæi confidebant de virtute diuina, gẽtiles verò de ducis sui animositate, & sic de sola potestate humana. De Lyra ibid.]

[g. Solabitur nos visio qua etiã aduersarij Iudæorum viderunt viros quinque in equis frenis aureis decoris ducatum Iudæis præstãtes. Obserua etiam si nos ipsi videamur nobis derelicti, nobis dominum proximè adesse. Si enim dominus nobis vnius momento sui detraxerit gratiam, hostis nos continuò deuoraret. Quinque viri sunt typus virtutis quinque vulnerũ Christi. Lorichus ibid.]

[h. Quid est quod Timotheus Iudam superatus in Gazarę præsidium munitum cum suis confugiens Iudę maledictiones cõfusus loci firmitate iactabat in populum? nisi quòd hæretici ab vnitate rectæ fidei diuisi ac separati, errorum suorum latibulis se committentes cõfidendo vetustiæ munitioniue, maledictionis verba iactant contra catholicos. Glosa ordina.]

* Et viginti.

6. Blasphemabant.

* Et vicesima.

7. Eum qui occurrebat fetiebãt. Alij autem portas fregerũt. Intromittentes autem reliquum exercitum occupauerunt ciuitatem, &c.

8. Lacu.

*Lysias in Iudæos armatus superno victus auxilio eorum amicitiam quærit. Lysiæ Antiochi, & Romanorum epistolæ ad Iudæos, & item Antiochi ad Lysiam.* XI.

A [a] SEd paruo pòst tempore, Lysias procurator regis & propinquus ac negotiorum prępositus grauiter ferens de his quæ acciderant, congregatis octoginta milibus & equitatu vniuerso, veniebat aduersum Iudęos, existimans se ciuitatem quidem captam [1] gentibus ] habitaculum facturum, templum verò in pecunię quęstum, sicut cætera delubra gentium habitaturum, & per singulos annos vænale sacerdotium, nusquam recogitans dei potestatem, sed mente effrenatus [2] in multitudine ] peditum & in milibus equitum & in octoginta elephantis confidebat. Ingressus autem Iudęam, & appropians Bethuræ, quę erat in angusto loco ab Ierosolyma interuallo quinque stadiorum illud prędium expugna-
B bat. [b] Vt autem Machabęus & qui cum eo erant, cognouerunt expugnari præsidia, cum fletu & lachrymis rogabant dominum, & omnis turba simul, vt bonum ange-

a. His auditis Antiochus pudefactus est, accersitisque amicis & ducibus iussit eos mercenarium parare militem: & per totam suam dictionẽ delectus habere, ita vt breui confectus sit exercitus peditum circiter centum millium, equitum verò viginti millia: atque insuper duo & triginta elephanti. Cum his copiis egressus est Antiochiam commissa Lysiæ administratione vniuersi exercitus: & progressus vsque Idumæam, indè ascẽdit vsque ad oppidũ Bethsura bene munitũ, & expugnatu non facile. Ioseph. Antiq. lib. 12. cap. 14.

1. Græcis.

2. Decem miliaribus.

Universidad de Deusto Biblioteca

lum mitteret ad salutẽ Israel.[b] Et ipse primus Machabæus sumptis armis, cęteros adho rtatus est simul secum periculum subire, & ferre auxilium fratribus suis. Cúmque pariter prompto animo procederent Ierosolymis, apparuit præcedens eos eques in veste candida, armis aureis, hastā vibrans. Tunc omnes simul benedixerũt misericordem dominum, & conualuerunt animis, non solum homines, sed & bestias ferocissimas & [c] muros ferreos parati penetrare. [#] Ibant igitur prompti de cœlo habentes adiuto rem, & miserantem super eos dominum. Leonum autem more impetu irruẽtes in hostes, prostrauerunt ex eis vndecim milia peditum, & equitum mille sexcentos, vniuersos autem in fugam verterunt, plures autem ex eis vulnerati nudi euaserunt. Sed & ipse Lysias turpiter fugiens euasit. [d] Et quia non insensatus erat, secum ipse rep utans factam erga se diminutionem, & intelligens inuictos esse Hebræos omnipotentis d ei auxilio innitentes, misit eos, promisitque se consensurum omnibus quæ iusta sunt, & regem compulsurum amicum fieri. Annuit autem Machabęus precibus Lysiæ, in omnibus vtilitati consulens. Et quæcunque Machabęus scripsit Lysiæ de Iudæis, ea rex concessit. [#] Nam erant scriptæ Iudęis epistolæ, à Lysia siquidem, hũc modum continentes: Lysias populo Iudęorum salutem Ioannes & Abessalon qui missi fuerant à vobis tradentes [3] scripta] postulabant, vt ea quę per illos significabantur, implerem. Quæcunque igitur regi potuerunt perferri, exposui: & quæ res permittebat [4] concessi.] Si igitur in negotiis fidem conseruaueritis, & deinceps bonorum vobis causa esse tentabo. De cæteris autem per singula verba mandaui & istis & his qui à me missi sunt, colloqui vobiscum. Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octauo [5] mensis Dioscori,] die vicesima & quarta. Regis autem epistola ista continebat. Rex Antiochus, Lysiæ fratri salutem. [e #] Patre nostro inter deos translato, nos volentes eos qui sunt in regno nostro sine tumultu agere, & rebus suis adhibere diligentiam, au diuimus Iudæos non consensisse patri meo, vt transferrentur ad ritum Græcorum, sed tenêre velle suum institutum, ac propterea postulare à nobis concedi sibi legitima sua. Volentes igitur hanc quoque gentem quietam esse, statuentes iudicauimus templum restitui illis, vt agerent secundũ suorum maiorum cõsuetudinem. Bene igitur feceris, si miseris ad eos & dexteram dederis, vt cognita nostra voluntate, bono animo sint, & vtilitatibus propriis deseruiant. [f #] Ad Iudæos verò regis epistola talis erat: [f] rex Antiochus, Senatui Iudęorum, & cęteris Iudæis salutem. Si valetis, sic estis vt volumus, sed & ipsi bene valemus. Adiit nos Menelaus dicens, velle nos descédere ad vestros qui sunt apud nos. His qui igitur commeant vsque ad diem tricesimũ mensis Xanthici, damus dextras securitatis, vel Iudaicis vtantur cibis & legibus suis, sicut & prius, & nemo eorum vllo modo molestiam patiatur de his quę per ignorantiam gesta sunt. Misimus autem & Menelaum, [6] qui vos alloquatur.] Valete. Anno cẽtesimoquadragesimo octauo, [g] Xantici mensis quintadecima die. [#] Miserunt autem etiam Romani epistolam ita se habentem: Quintus Memmius & Titus Manilius Legati Romanorum, populo Iudęorum salutem. De his quæ Lysias cognatus regis concessit vobis, & nos concessimus. De quibus autem ad regem iudicauit referendum, confestim aliquem mittite diligentius inter vos conferentes, vt decernamus sicut cõgruit vobis. Nos enim Antiochiam accedimus. Ideóque festinate [7] scribere,] vt nos quoque sciamus cuius estis voluntatis. Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octauo, quintadecima die mensis Xantici.

*Iudas armatus in Ioppitas, Arabes, Timótheum & Gorgiam, pro Iudæis ibidem occisis oblationem obtulit, spem resurrectionis protestatus.* XII.

HIs factis pactionibus, Lysias pergebat ad regem. Iudæi autem agriculturæ operā dabant. [a] Sed hi qui resederant Timótheus & Apollonius Gennæ filius, sed & Hieronymus & Demophon, [1] super hos] & Nicanor Cypriarches, non sinebant eos in silentio agere & quiete. [b] Ioppitæ verò tale quod-

b. Cum egrederetur Iudas à Ierosolyma vt dimicaret aduersus Lysiam, apparuit præcedens eos eques in veste candida, armis aureis, hastam vibrans, desiderans ei victoriam affuturam. Cuneus. Macha cap. 1.

c. Hyperbole est ad exprimendũ magnitudinem constantiæ, quã conceperunt ex dicta apparitione, quasi nihil videretur illis impossibile. Lyranus ibid.

d. Cæterum rex & Lysias imperator cognito q̃ Philippus vitã pato sibi regno adnĕtaret è Perside, decreuerũt soluta obsidione illi occurrere, celantes tamen quantum id potĕrat fieri, consilium tam militem quàm duces reliquos. Quapropter dissimulato aduentu Philippi iussit rex Lysiam vt alloqueretur duces & milites, dicens oppugnationem eam non esse modici temporis, quòd locus esset munitissimus, & commeatus eos nõ deficerĕt, & auocarent multa regni negotia quæ opus esset regem cõponere. Itaque præstare fœdus, & amicitiam cum hac gente facere, & sinere eos patriis vti legibus, quibus se priuari non sustinentes, rebellauerunt, atque ita redituros esse in suam quęque patriam. Quæ sententia apud exercitum exposita per Lysiam cõmuni omnium suffragio comprobata est. Tum rex misso eductore pacem Iudæ & cæteris obsessis denuntiat, libertatémque viuĕdi propriis legibus Ioseph. Antiquit. lib. 11. cap. 14. & 15.

3. Subscripterum responsum.

4. Concessit.

5. Iouis Gortynij.

[e. Erat enim opinio gentilium quòd patres eorũ in morte transferebantur in consortium deorum, sicut de bonis Christianis dicimus quod transferantur ad consortium angelorum. De Lyra ibid.]

[f. Prætignatio est vocationis gentium quæ rãdem in sanguinis Christi effusione ratificata est. Fœdus enim nomen à fœriĕdo accipit. Lorichius ibid.]

6. Vos hortaturum.

g. Xanthicus vel Xandicus mensis est quibus Macedonici cur. Mẽses autem Macedonici sic correspondent Latinis. Primus, Apuleus, Decembri. 2. Sydumæus, Ianuario, 3. Pyritius. Februario. 4. Distrus. Martio. 5. Xandicus, Aprili. 6. Artemisius, Maio. 7. Dioscorus, Iunio. 8. Panemus, Iulio. 9. Dorus, Augusto. 10. Gorpiæus, Septembri. 11. Hyperboreus, Octobri. 12. Diu, Nouembri.

7. Mitte aliquos.

a. Frequenter enim insultus faciebant populo in extremitatibus Iudææ agĕti in absentia Lysiæ propter quod Iudas decreuit debellare ipsos: vtpote qui fregerint inducias. Lyra ibid.

1. Superbus.

b. Ioppitæ rogauerũt Iudæos secum habitantes ascendere scaphas, i. paruas nauiculas, quas parauerant in die festo ad collo dendũ. Cúmque in altũ processissent, immerserunt ex eis non minus ducentos. Quapropter Iudas in nocte superueniens, portum succendit & scaphas, & refugos ab igne gladio peremit. Iamnitis quoque nocte superuenit, & portum cum nauibus succendit, ita vt lumen ignis appareret Ierosolymis, stadiis 240. Comestor. 2. Macha. 1.

Anni ante Christi. 163. Anni mundi 3795.

Anni ante Christi. 163. Anni mundi 3795.

quoddam flagitium perpetrarunt: [c]Rogauerunt Iudæos cum quibus habitabant, ascendere scaphas quas parauerant cum vxoribus & filiis, quasi nullis inimicitiis inter eos subiacentibus. Secundum commune itaque decretum ciuitatis, & ipsis acquiescentibus, pacisque causa nihil suspectum habẽtibus, cum in altum processissent, submerserunt non minus ducentos. Quam crudelitatem Iudas in suæ gentis homines factam vt cognouit, præcepit viris qui erant cum ipso, & inuocato iusto iudice deo, venit aduersus interfectores fratrum, & portum quidem nocte succendit, scaphas exussit, eos autem qui ab igne refugerant, gladio peremit. [e] Et cum hæc ita egisset,] discessit quasi iterum reuersurus, & vniuersos Ioppitas eradicaturus. [d]Sed cum cognouisset & eos qui erant Iamniæ, velle pari modo facere habitantibus secum Iudeis, Iamnitis quoque nocte superuenit, & portum cum nauibus succendit, ita vt lumen ignis appareret Ierosolymis ab stadiis ducẽtis quadraginta. Inde cum iam abiissent nouem stadiis, & iter facerent ad Timótheum, commiserunt cum eo Arabes quinque milia viri, & equites quingenti. Cúmque pugna valida fieret, & [3]auxilio dei prosperè cessisset, residui victi Arabes] petebant à Iuda dextras sibi dari, [c] promittẽtes se pascua daturos, & in cæteris profuturos. Iudas autem arbitratus verè in multis eos vtiles, promisit pacem, * dextrísque acceptis, discessêre ad tabernacula sua. Aggressus est autem & ciuitatem quandam firmam pontibus murísque circunseptam, quæ à turbis habitabatur gentium promiscuarum, cui nomen [f] Casphin. [g] Hi verò qui intus erant confidentes in stabilitate murorum, & apparatu alimoniarum, remissius agebant, maledictis lacessentes Iudam ac blasphemates, & loquentes quę fas non est. [B] Machabæus autem inuocato magno mundi principe, qui sine arietibus & machinis † temporibus Iesu prȩcipitauit Iericho, irruit ferociter muris, & capta ciuitate per domini voluntatem innumerabiles cædes fecit, ita vt adiacens stagnum stadiorum duorum latitudinis sanguine interfectorum fluere videretur. * Inde discesserunt stadia septingenta quinquaginta, & venerunt in [h] Characha ad eos qui dicuntur [4] Tibianei Iudęos,] & Timótheum quidem in illis locis non comprehenderunt, nullóque negotio perfecto regressus est, relicto in quodam loco firmissimo præsidio. Dositheus autem & Sosipater qui erant duces cum Machabæo, peremerunt à Timótheo relictos in præsidio, [5]decem milia viros.] [g] At Machabæus [6] ordinatis circum se sex milibus, & constitutis per cohortes,] aduersus Timótheum processit, habentem secum centum viginti milia peditum, equitúmque duo milia quingentos. Cognito autem Iudę aduentu Timótheus prȩmisit mulieres & filios & reliquum apparatum in præsidium quod Carniom dicitur. Erat enim inexpugnabile, & accessu difficile, propter locorum angustias. Cúmque cohors Iudę prima apparuisset, timor hostibus incussus ex prȩsentia dei qui vniuersa conspicit: & in fugam versi sunt alius ab alio, ita vt magis à suis deiicerentur, & gladiorum suorum [7] ictibus debilitarentur.] Iudas autem vehementer instabat puniens profanos, & prostrauit ex eis triginta milia virorum. Ipse verò [1] Timótheus incidit in partes Dosithei & Sosipatris, & multis precibus postulabat vt viuus dimitteretur, eo quòd multorum ex Iudæis parentes haberet ac fratres, quos morte eius decipi eueniret. [g] Et cum fidem dedisset restituturum se eos secundũ constitutum, illȩsum eum dimiserunt propter fratrum salutem. Iudas autem [8] regressus est à Carniom interfectis vigintiquinque milibus.] [k] Post horum fugam & necem mouit exercitum ad Effron ciuitatem munitam, in qua multitudo diuersarum gentium habitabat, & robusti iuuenes pro muris consistentes fortiter repugnabant. In hac autem machinę multæ, & telorum erat apparatus. Sed cum omnipotentem inuocassent, qui potestate sua vires hostium confringit, ceperunt ciuitatem, * & ex eis qui intus erant, vigintiquinque milia prostrauerunt. Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt, quę ab Ierosolymis sexcentis stadiis aberat. Contestantibus autem his qui apud Scythopolitas erant Iudęis, quòd benignè ab eis haberentur, etiam temporibus infœlicitatis, quòd modestè secum egerint, gratias agentes eis, & exhortati etiam de cętero erga genus suum benignos esse, venerunt Ierosolymam die solemni septima-

floß. 6. e

c. Hic consequenter ponitur dilatio cõstituta Iudæ cum Timotheo propter quãdam insurgentia in quibus Iudas fuit occupatus. Et primum fuit flagitium gẽtilium in Ioppe habitãtium, cum quibus habitabant multi Iudęi, quorũ Ioppitę plures sub metu fecerunt proditione facientes eos ascẽdere nauiculas sub specie pacis & amicitiæ ad videndum ludum quem debebant in mari exercere, quod flagitium voluit Iudas ante omnia vindicare. De Lyra.]

a. Ipsa autem villa concluſa.

[d. Per Iamniam quæ interpretatur Mare scismaticorum conciliabulum, qui semper in tempestate sunt, intelligi potest. Scisma ergo vt quidam volunt ab scissura animorum est vocatum. Hinc diuisionem ecclesiæ schisma dicimus, non scisma vt quidam proferunt.]

3. His qui citra Iudam à deo auxilium prosperatis victa pastorales Arabes.

[a. Terra enim illorũ erat multum pascualis, & Iudæi propter illam terram habitantes habebant plura animalia: & sic pax cum illis erat multum vtilis Iudæis. De Lyra ibid.]

*Se acturum erga eos.

f. Casphin ciuitas pontibus & muris munita, habet adiacens stagnum duorũ stadiorum latitudinis. Videtur 9. plus minus stadiis distare à Iabnia seu Iamnia, contra orientalem plagam. Et est sita in sorte tribus Iudæ.

[g. Ciuitas hęc sub cuius munitione plurimæ turbæ diuersarũ gentium conuenientes habitauerũt, nihil melius quàm istius mundi potentatum significare arbitror, sub cuius dominatione diuersæ adierunt gentes, vt sub earum defensione corporaliter tuerentur. Glosa ordi. ibi.]

*Impletum.

h. Characha aliàs Tharacha seu Tarach, locus qui memoratur in Tubianæis Arabibus, qui etiam dicũtur Nabathæi, qui supra 1. Mac. 5 vocatur Nabuthęi: Et Iudas, inquit, & fratres eius transierunt Iordanem, & abierunt viam trium dierum in desertum, & occurrerunt eis Nabuthæi: & susceperunt eos pacifice, & narrauerũt eis omnia quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide.

4. Tubiæni Iudæi.

5. Plures decem mille vitit.

6. Ordinans suum exercitũ per cohortes, constituit eos in turmas, &.

7. Mucronibus transfigerẽtur.

1. Timotheus non ille qui sup. ca. 10. legitur occisus. Multi enim duces & similites eiusdem nominis erãt. Hic autem multis precibus suam liberationem postulabat, quod multos Iudæos liberasset. Lyranus ibid.

8. Egrediens in Carnion, & Atergateum iugulauit vigintiquinque milia corporum.

k. His rebus fœliciter gestis, & contractis è tota regione Galæa ditica Iudæis, vna cum vxoribus & liberis ac facultatibus in Iudæam eos traducebat. In eo itinere cum venisset ad Ephronẽ oppidum, per quod necessario transeundũ erat, nisi retrorsum reuerti mallet, misit ad oppidanos rogans vt patefacerent sibi transitum: nam obstructis portis, viam intercluserãt. Quod cũ ab Ephronitis impetrare nõ posset, cohortatus suos, corona oppugnauit mœnia, & diem ac noctem ibi remoratus, vi cepit oppidum occisisque omnibus maribus per incensi cinetes traduxit exercitum. Tantus autem erat occisorum numerus vt in transeundo caleanda essent cadauera. Ioseph. Antiqui. lib. 12. cap. 12.

*Subditam.

narum instante. ᵍ Et post Pentecosten abierunt contra Gorgiam præpositum Idumęæ. Exiuit autem cum peditibus tribus milibus, & equitibus quadringentis. Quibus congressis contigit paucos ruere Iudęorum. Dositheus verò quidam de Bachinoris eques vir fortis Gorgiam ² tenebat: ] & cum vellet illum capere viuum eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerúmque eius amputauit, atque ita Gorgias effugit in Maresa. At illis qui cum Hesdrin erāt diutius pugnantibus & fatigatis, inuocauit dominum Iudas adiutorem* & ducem belli fieri, incipiens voce patria, & cum hymnis clamorem extollens, ¹⁰ fugam Gorgiæ militibus incussit. ] Iudas autem collecto exercitu venit in ciuitatem Odollam. Et cum septima dies superueniret, secundum consuetudinem purificati, in eodem loco sabbatum egerunt. Et sequenti die venit cum suis Iudas, vt corpora prostratorum tolleret, & cum parentibus poneret in sepulchris paternis. ᵍ Inuenerunt autem sub tunicis interfectorum ¹¹ de donariis idolorum quæ apud Iamniam fuerunt, ]† à quibus lex prohibet Iudæos. ¹ Omnibus ergo manifestum factum est, ob hanc causam eos corruisse. Omnes itaque benedixerunt iustum iudicium domini, qui occulta fecerat manifesta. Atque ita ad preces cōuersi, rogauerunt vt id quod factum erat delictum, obliuioni traderetur. At verò fortissimus Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato, sub oculis videntes quæ facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt. ¹² Et facta collatione, duodecim milia drachmas argenti ] misit Ierosolymam ᵐ offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene & religiosè de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat quòd hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio ¹³ pro defunctis exorare, ] vt à peccatis soluantur.

G

† Deut. 7. d

*Iudas in Antiochum Iudæam inuadentem irruens Menelaum transfugam occidit. Antiochi exercitum profligat, cum quo Antiochus inire fœdus cogitur reddens illi Ptolemaidem.* XIII.

A ᵃ Nno centesimo quadragesimonono cognouit Iudas Antiochum Eupatorem venire cum multitudine aduersus Iudæam, & cum eo Lysiam procuratorem & præpositum negotiorum, ¹ secum hebetem ] peditum centum decem milia, & equitum quinque milia* & elephantes vigintiduos, currus cum falcibus trecentos. Commiscuit autem se illis & Menelaus, & cum multa fallacia deprecabatur Antiochū, non pro patriæ salute, sed sperans se constitui in principatum. Sed Rex regum suscitauit animos Antiochi in peccatorem, ᵍ & supperente Lysia hunc esse causam omnium malorum, iussit vt eis est consuetudo apprehensum in eodem loco necari.* Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, ² aggestum vndique habens cineris. ] Hæc ³ prospectum habebat in præceps. Inde in cinerem deiici iussit sacrilegum, omnibus eum propellentibus ] ad interitū. Et tali lege pręuaricatorem legis cōtigit mori, nec terrę dari Menelaum. Et quidem satis iustè. Nam quia multa erga aram dei delicta commisit, cuius ignis & cinis erat sanctus, ipse in cineris morte damnatus est. ᵍ Sed rex mente effrenatus veniebat, neB

C quiorem se patre suo Iudæis ostensurus. ᵇ Quibus Iudas cognitis præcepit populo, vt die ac nocte dominum inuocarent, quo sicut semper & nunc adiuuaret eos: quippe qui lege & patria sanctóque templo priuari vererentur, ac populum qui nuper paululum respirasset, ne sineret blasphemis rursus nationibus subdi. Omnibus itaque simul id facientibus, & petentibus à domino misericordiam cum fletu & ᶜ ieiuniis per triduum continuum prostratis, hortatus est eos Iudas vt se præpararent. ᵍ Ipse verò

D cum senioribus cogitauit priusquam rex admoueret exercitum ad Iudæam, & obtineret ciuitatem, exire, & domini iudicio committere exitum rei. Dans itaque ⁴ potestatem omnium deo mundi creatori, & hortatus suos vt fortiter dimicarent, &

A Anni ante Christū. 161. Anni mundi 3800.

vsque

9. Apprehēdit, & tenens ipsum chlamyde duxit cum fortiter. * Apparuit.
10. Hesdrin. Inspērarē eos qui sitā Gorgiam fugam eorum fecit.
11. Sacra eorum quæ de Iamnia idolorum.
l. Sed dū in Galaaditide Iudas bellaret, & Simon in Galilæa, Ioseppus Zachariæ filius ad Iudęę præsidium relictus, etsi ab initio audax fuerat nihil extra prouinciam mouere, gloriæ tamen cupidus non parua manu ad Iamniam cum Gorgia regis præfecto cōflixit, amissisque duobus milibus hominū, trepide in pacatum refugit. Sabellicus vbi sup.
12. Faciēsque præparationem secundum virorum collectionem ad argēti drachmas duo millem. In Machabæorum libris legimus oblatū pro mortuis sacrificium. Sed & si nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, nō parua est vniuersæ ecclesiæ, quæ in hac cōsuetudine claret autoritas, vbi in precibus sacerdotis, quæ dño deo ad eius altare funduntur, locum suū habet etiam cōmendatio mortuorum. August. de cura pro mortuis gerenda, cap. 4.
13. Vnde pro defunctis propitiationem fecit.

2. Sciendum q̄ istic belli apparatus & conflictus diffusius ponitur 1. lib. ca. 6. tamen hic aliqua ponuntur quæ videntur dictis ibidem dissonare. Primò quod dicitur hic. 110000. peditum, & equitum. 5000, & elephāter. 22. Ibi verò 100000. peditum tātū 20000. equitum, & 32 elephantes. Potest dici q̄ erant tantum 100000. peditum, quibus fuerūt decem milia: sed erant 5000. equitū, quibus accesserūt 15000. quorum electi numerantur, cæteri tacentur. de elephantis pariter dici potest quòd erāt 22. cæteris fortiores, qui soli hi numerantur. Lyra ibid.
a. Vnumquenque habentem exercitum Græcum.
* Trecentos.
* Ducentes in Beream.
2. Plena cineris.
3. Instrumentum habebat rotūdum vndique præceps in cinerem. Hic sacrilegij reum, vel etiam quorundam aliorum malorum summitatem factum omnes propellunt.
b. Iudas exercitū primò orationibus parat deuotis, quibus magis quàm armis confidebat. Secūdò exhortatione ad populū, exinde ieiunio & afflictione, & tandem armis. Lyranus ibid.
c. Igitur ieiunium micate, prosuisque mēribus suscipe: quoniā quidem & in camino fuit opē, atque in leonū custodit lacu, dę monētique fugat, & dei reuocat sententiam, vitiorūmque furorem supprimit & ad ipsam reducit libertatē, plurimūque in nostris cogitationibus quietē instituit. Magis autem si rem diligentius volueris frueri, & sanitatis bonæque habitudinis patrem inuenies. Atque si meis ipse sermonibus derogas fidem, de his filios medicorum percunctare, ipsique eadem tibi manifestius explicabunt, qui abstinētiam matrem sanitatis appellāt. Pestem verò dolores, & grauedinem capitis, vomitum, apostema, & hydropisin, & phlegmata multiplicesque morborum aliorū torrentes à delicatis cibis crapulisque prouenire dicunt: quasi à pessimo quodam fonte prauos riuulos, & bonam corporis habitudinem, & animæ sanum intellectum non tā lædēs quàm depopulantes. Chrysost. De pœniten. homil. 1.
4. Procurationem.

vsque ad mortem pro legibus,templo,ciuitate, patria, & [5] ciuibus starent,] circa Modim exercitum cõstituit. [d] Et dato signo suis dei victoriæ, iuuenibus fortissimis electis nocte aggressus a ulam regiam in castris interfecit viros [6] quatuordecim milia,& E maximum elephanto rum cum his qui superpositi fuerant. [e] Summóque metu ac perturbatione hostium castra replentes, rebúsque prosperè gestis abierunt. Hoc autem factum est die illucescente,adiuuante eum domini protectione. Sed rex accepto gustu audaciæ Iudæorum, [7] arte difficultatem locorum ] tentabat, & Bethsuræ quod erat Iudæorum præsidium munitum,castra admouebat,sed fugabatur,impingebatur, minorabatur.His autem qui intus erant Iudas necessaria mittebat. Enuntiauit autem mysteria hostibus Rodochus quidam de Iudaico exercitu, qui requisitus comprehensus F est,& conclusus. [e] Iterum rex sermonem habuit ad eos qui erant in Bethsuris, dextram dedit,accepit,abiit, commisit cum Iuda, superatus est. [e] Vt autem cognouit rebellasse Philippum Antiochiæ qui relictus erat super negotia, mente consternatus Iudæos deprecans, subditúsque eis iurat de omnibus quibus iustum visum est, [f] & reG conciliatus obtulit sacrificium,honorauit templum,& munera posuit: [g] Machabæum amplexatus est, & fecit eum à Ptolemaïde vsque ad Gerrenos ducem & principem. Vt autem venit Ptolemaïdem,grauiter ferebant Ptolemenses amicitiæ conuentionẽ, indignantes ne forte fœdus irrumperent.Tunc ascendit Lysias tribunal,& [8] exposuit rationem,& populum sedauit] reuersúsque est Antiochiam, & hoc modo regis profectio & reditus processit.

5. Republica.
[d. Hic consequẽter ponitur cõflictus,ad cuius intellectũ sciendum q⁹ Iudas eum rege habuit in campo duplicem cõflictum, vnum circa finẽ noctis, de quo tacetur in primo libro,aliumde clara die & sole refulgente in clypeos aureos & æreos: qui diffusè scribitur primo libro ca. 6. Hic autem de vtroque cõflictu breuiter & commixtim fit mentio,vt supra dictum est ca. 2. Igitur de primo conflictu dicitur. Et dato signo suis dei victoriæ, id est,victoriæ à deo consequendæ. Quòd autẽ fuerit hoc signũ nõ dicitur hic,sed videtur fuisse quædam reuelatio facta Iudæ quæ nõ explicatur propter breuitatem sectandam. De Lyra.
6. Duo mille.
7. Per compendiosa loca.
e. Ex his patet hoc idem esse bellum de quo 1. Macha. 6. Quædã tamen hic tacẽtur,quæ illic scribuntur & contra,vt conferendo patebit. Lyra ibid.
[f. Vides etiam corda regum in manu dei esse. Manus enim nõ semper accipitur in bonum,pro custodia, sed & in malum, pro potestate. Sic in manu dei est cor Antiochi & Philippi,vt gladiatorio animo diffideant, requiẽque populo dei relinquãt. Lorichius ibid.]
8. Defendit possibiliter,persuasit,sedauit,benignos fecit.

*Nicanor à Demetrio in Iudæos missus Alcimo suggerente cum Iudæis iniit amicitiam,quam rege cogente soluens Rasiam magnanimum iussit comprehendi.* XIIII.

Anni ante Christũ 162. Anni mundi 3390.

SEd post triennij tempus cognouit Iudas & qui cum eo erant,Demetriũ Seleuci cum multitudine valida & nauibus per portum [2] Tripolis [1] ascẽdisse ad loca opportuna, ] & tenuisse regiones [2] aduersus] Antiochum & eius ducem Lysiam. Alcimus autem quidam qui [b] summus sacerdos fuerat,sed voluntariè coinquinatus est temporibus commixtionis,considerans nullo modo sibi esse salutem neque accessum ad altare, [c] venit ad regem Demetrium centesimo quinquagesimo * anno, offerens ei coronam auream & palmam, super hæc [3] & talos qui templi esse videbantur.] Et ipsa quidem die siluit,tempus autem opportunum dementiæ sue nactus,conuocatus à Demetrio ad consilium, & interrogatus, quibus rebus & consiliis Iudæi niterentur,respondit:Ipsi qui dicuntur Assidei Iudæorum quibus præest Iudas Machabæus, bella nutriunt, & seditiones mouent, nec paB tiuntur regnum esse quietum. [g] Nam & ego defraudatus parentum gloria, dico autem summo sacerdotio, huc * veni: primò quidem vtilitatibus regis fidem seruans, secundò autem etiam ciuibus consulens. Nam illorum prauitate vniuersum genus nostrum non minime vexatur. Sed oro his singulis ô Rex cognitis, & regioni & generi secundum humanitatem tuam promulgatam omnibus prospice. Nam quamdiu supereſt Iudas, impossibile est pacem esse negotiis. Talibus autem ab hoc dictis, & cæteri amici hostiliter se habentes aduersus Iudam, inflammauerunt Demetrium. Qui statim Nicanorem præpositum elephantorum ducem misit in Iudæam, [4] datis mandatis vt ipsum quidem Iudam [5] caperet viuum, eos verò qui cum illo erant, dispergeret,& constitueret Alcimum maximi templi summum sacerdotem.Tunc gentes quæ de Iudæa fugerant Iudam, [6] congregatim ] se Nicanori miscebant,miserias & c clades Iudæorum, prosperitates rerum suarum existimantes. [g] Audito itaque Iudæi Nicanoris aduentu, & conuentu nationum, conspersi terra rogabant eum qui [d] populum suum constituit, in æternum custodiret, quíque suam portionem signis euidentibus protegit.Imperante autem duce, statim inde mouerunt, conueneruntque ad castellum Dessau. Simon verò frater Iudæ commiserat cum Nicanore,

2. Tripolis sita in Chironeso,sed quòque habitata:habet enim stato hac opificet supra 4000. qui sericum texunt. Ager adiacet vrbi longitudine duum milium passuum,latitudine mille, incõparabilis fœcunditatis. Fõs oritur ad radices Lybani, procul ab vrbe 6000. passuum, qui breui spario auctus totam planitiem Tripolitanam rigat.
1. Nauigantem.
2. Postquam occidit.
b. Summus fuerat sacerdos non iure, sed de facto intrusus: primò per Antiocum Epiphanem: qui licet esset de genere Aaron, tamen non descenderat ab eo per lineam sacerdotalem. vt 1. Macha. 7. patuit. Lyra ibid.
c. Ad nouum regem confluxerũt multi Iudæorum ob impietatem profugi,& cum eis Alchimus põtifex,accusabántque totam gentem, præcipuè Iudam cum fratribus,quòd post interfectos omnes amicos & fautores regis, se quoque eiecissent è patria, metu coactos solum vertere: postulabántque vt ex amicis quépiã eò mitteret,qui cognosceret quanta per Iudam patrata fuerint. At ille iratus mittit eò Bacchidem amicũ regis Antiochi Epiphanis, virũ strenuũ, cui tum Mesopotamiæ præfectura credita fuerat: & commẽdato ipsi alchimo, traditóque exercitu,iubet vt Iudam & eum sequentes internecione deleat. Ioseph. Antiquit. Iudaic. lib. 12. cap. 15.
*Et primo.
3. Ex legitimis ramis templi.
*Nunc.
4. Dans epistolas.
5. Occideret.
6. Segregarim.
d. Populum enim suũ cõstituit in æternum duraturũ. Nam lex vetus nõ est amota per Christũ sed magis perfecta. Matth. 5. Nõ veni soluere legẽ, sed adimplere, nec per consequens populus est amotus, sed perfectior factus. Lyra.

sed conterritus est repentino aduentu aduersariorum. Nicanor tamen audiens virtutem comitum Iudæ, & animi magnitudinem quam pro patriæ certaminibus * habebant sanguine iudicium facere metuebat. [c] Quamobrem præmisit Possidonium & Theodotium, & Matthiam, vt darent dextras atque acciperent. Cùm diu de his consilium ageretur, & ipse dux ad multitudinem retulisset, omnium vna fuit sententia amicitiis annuere. Itaque diem constituerunt qua secreto inter se agerent, & singulis sellæ prolatæ sunt & positæ. [d] Præcepit autem Iudas armatos esse locis opportunis, ne [D] fortè ab hostibus repentè mali aliquid oriretur. Et congruum colloquium fecerunt. Morabatur autem Nicanor Ierosolymis, nihilque iniquè agebat, gregésque turbarum quæ congregatæ fuerant, dimisit. Habebat autem Iudam semper charum ex animo, & erat viro inclinatus. Rogauitq; eum ducere vxorem, filiósque procreare. Nuptias fecit, quietè egit, communitérque viuebant. Alcimus autem videns charitatem illorum adinuicem, & conuentiones, venit ad Demetrium & dicebat Nicanorem rebus alienis assentire, [f] Iudámque regni insidiatorem successorem sibi destinasse. Itaque rex exasperatus & pessimis huius criminationibus irritatus, scripsit Nicanori, dicens: grauiter quidem se ferre de amicitiæ conuentione, iubere tamen Machabæum citius vinctum mittere Antiochiam. [e] Quibus cognitis Nicanor consternebatur, & [E] grauiter ferebat, si ea quæ conuenerant, irrita gereret, nihil læsus à vero: sed quia Regi resistere non poterat, opportunitatem obseruabat, qua præceptum perficeret. At Machabæus videns secum austerius agere Nicanorem, & consuetum occursum ferocius exhibentem, intelligens non ex bono esse austeritatem istam, paucis suorum cõgregatis [g] occultauit se à Nicanore. Quod cùm ille cognouit fortiter se à viro præuentum, venit ad maximum & sanctissimum templum, & sacerdotibus solitas hostias offerentibus, [h] iussit sibi tradi virum. Quibus cum iuramento dicentibus nescire se vbi esset, qui quærebatur, extendens manum ad templum iurauit, dicens: Nisi Iudam mihi vinctum tradideritis, istud dei fanũ in planitiem deducam, & altare effodiam, & templum hoc Libero patri consecrabo. Et his dictis abiit. [d] Sacerdotes autem [F] protendentes manus in cœlum, inuocabant deum qui semper propugnator esset gentis ipsorum, hæc dicentes: Tu domine vniuersorum qui nullius indiges, [7] voluisti] tẽplum habitationis tuæ fieri in nobis. Et nunc sancte sanctorum omnium domine, conserua in æternum impollutam domum istam quæ nuper mundata est. [i] Razias autem quidam de senioribus * ab Ierosolymis delatus est Nicanori, vir amator ciuitatis & bene audiens, qui pro affectu pater Iudæorum appellabatur. Hic multis tẽporibus continentiæ propositum tenuit in Iudaismo, corpúsque & animam tradere contentus pro perseuerantia. Volens autem Nicanor manifestare odium quod habebat in Iudęos, misit milites quingentos vt eum comprehenderent. Putabat enim si illum decepisset, sese cladem Iudęis maximam illaturum. [d] [8] Turbis autem irruere [G] domum eius, & ianuam disrumpere, ] atque ignem admouere cupientibus, * cum iam cõprehenderetur [9] gladio se petiit, eligens ] nobiliter mori potius quàm subditus fieri peccatoribus, & [10] contra natales suos iniuriis indignis agi. ] Sed cùm per festinationem non certo ictu plagam dedisset, & turbæ in ostia irrumperent, recurrens audacter ad murum, præcipitauit semetipsum viriliter in turbas, quibus velociter locum dantibus casus eius venit [11] per mediam ceruicem. ] [k] Et cùm adhuc spiraret, accensus animo surrexit, & cùm sanguis eius magno fluxu defluueret, & grauissimis vulneribus esset saucius, cursu turbam pertransiit, & stans supra quandam petram præruptam, & iam exanguis effectus, [12] complexus intestina sua ] vtrisque manibus proiecit super turbas, inuocans dominatorem vitæ ac spiritus, vt hęc illi iterum redderet, atque ita vita defunctus est.

*Prosperitatem.*

c. Iudas decessu hostis ferocior factus, multos præuaricatorum insidiis exceptos interfecit: latéque per Iudæam exagitatus, immeritam suorũ cladem impiorũ cede vlciscitur. Cuius rei fama ad Demetrium delata, Nicanorem cũ numeroso exercitu misit in Iudæam. Fuitque illi imprimis mandatũ, vt Iudam & qui eũ eo in patria lege tuenda perseueraret, ad vnum ferro extingueret. Nicanor prouinciam pace ingressus, vbi Ierosolymã adequitauit, pacis studium præ se ferens, regia fide sufque iureiurando interposita componẽdæ pacis prætextu Iudã ad colloquium traxit, quem dato militibus signo frustra capere conatus, vbi irritũ id cõsiliũ cessit, vt siti arma expediant, edicit Iudas & ipse celeri fuga agmen repetens, hosti infensior factus prælium ferociter iniit. Sabell. Ennead. 5. lib. 8.

[f. Qua de causa Alcimus Iudã asserebat regni insidiatorem nõ facile videtur, sed falsò eum notans crimine asserebat & successorẽ sibi regni destinasse, quod similiter erat falsum. Sed Machabæus fœderis violati accusatur manifestè his signis. Videns secum austerius agere Nicanorem, quia dispositio cordis vix potest extari quin appareat in exterioribus signis, vt in vultu, gestu, & aspectu. De Lyra ibid.]

g. Iudas Nicanoris insidias cognoscens, occultauit se paruum per ab eo, ne subito caperetur ab ipso, & ad Demetrium duceretur. Lyra ibid.

h. At Macedone à vitiis quidem in deũ temperans, minatus est nisi populus Iudam sibi traderet, breui se reuersurũ, & in templum ipsum sæuiturum. Ita vt ad solum vsque id diruat, atque eum hic minis reliquit Ierosolymã. Ios. lib. 12. c. 17. Antiq.]

7. Probasti.

i. Non fuit iste vir eligẽdæ mortis sapiens, sed ferendæ humilitatis impatiẽs. Scripsit quòd voluerit nobiliter & vtiliter mori, sed nunquid ideo sapienter? Nobiliter icilicet, ne libertatem suí generis captiuus amitteret. Vtiliter autem, qr tantas animi vires haberet, quibus idoneus esset, vt se ipse perimeret. Magna sunt hæc, nec tamen bona. Non enim bonum est omne quod magnũ est: quoniam magna sunt etiã mala. Deus dixit, innocentem & iustum nõ occides. Si ergo iste innocens & iustus non fuit, cur ponitur imitandus? Si autem innocens & iustus fuit, quare interfector innocentis & iusti fuit putatur ideo esse laudandus. Augu. epi. 61.

*Presbyterii.

8. At multitudinibus futuris turrem occupare, & aulicam ianuam aggredientibus.

*Et portas incendere.

9. Gladium sibi supposuit.

10. Propria nobilitate indignè contumeliam pati.

11. Medium in lacus.

[k. Nos acquiescentes iudicio ecclesiæ, Raziam beatum prædicamus, sed non probamus eos qui sibi manus inferunt desperabundi & animi impotentes. Iniqui ergo sunt, qui seipsos interimunt, ligibus obnoxij, ne tali bono exemplo plectantur. Cæteri desperabundi Iudam Scariothem habent caput, nullum sanctorum patrum. Lorichius ibidem.]

12. Proferens intestina sua, & accipiens.

*Iudas contra Nicanoris sæuitiam cum suis nocturno visu roboratur, quem cum vicisset caput eius iussit ascindi, & linguam eius propter blasphemias in deum auibus exponi.* XV.

[a] Nicanor

A [2] Icanor autem vt comperit Iudam esse in locis Samariæ, cogitauit cum omni impetu die sabbati committere bellum. Iudæis verò qui illum per necessitatem sequebantur dicẽtibus, ne ita ferociter & barbarè [1] feceris,] sed honorem tribue diei sanctificationis,& honora eum qui vniuersa cõspicit. At ille [2] infœlix] interrogauit,si est potens in cœlo qui imperauit agi diem sabbatorum? & respondentibus illis: est dominus viuus ipse in cœlo potens qui iussit agi septimam diem. At ille ait: Et ego potens sum super terram, qui impero sumi arma, & negotia regis impleri. Tamen non obtinuit, vt consilium perficeret. Et Nicanor quidem cum summa superbia erectus, cogitauerat commune trophæum statuere de
B Iuda.[b&f] Machabæus autem semper confidebat cum omni spe auxilium sibi à domino affuturum,& hortabatur suos ne formidarent ad aduentũ nationum, sed in mente haberent adiutoria sibi facta de cœlo, & nunc sperarent ab omnipotente sibi affuturam victoriam. Et allocutus eos de lege & Prophetis, admonens etiam certamina quæ fecerant prius, promptiores constituit eos. Et ita animis eorum erectis,simul ostendebat gentium fallaciam & iuramentorum præuaricationem. Singulos autem illorum armauit non clypei & hastę munitione, sed sermonibus optimis & exhortationibus,expositio digno fide somnio,per quod vniuersos lętificauit.[c] Erat autem huiusmodi visus: Oniam qui fuerat summus sacerdos, virum bonum & benignum, verecundum visu, modestum moribus, & eloquio decôrum, & qui à puero in virtuti-
C bus exercitatus sit,manus protendentem, orare pro omni populo Iudæorum.[&] Post hoc apparuisse & alium virum ætate & gloria mirabilem, & magni decôris habitudinem circa illum. Respondentem verò Oniam dixisse: Hic est fratrum amator & populi Israel: [d] hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate Ieremias Propheta dei.[e] Extendisse autem Ieremiam dextram, & dedisse Iudæ gladium aureum,* dicentem: Accipe sanctum gladium munus à deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel. Exhortati itaque Iudæ sermonibus bonis valde,[3] de quibus extolli posset impetus,& animi iuuenum confortari, statuerunt dimicare & ] confli-
D gere fortiter, vt virtus de negotiis iudicaret: eo quòd ciuitas sancta & templum periclitarentur.[&] Erat enim pro vxoribus & filiis, itémque pro fratribus & cognatis minor sollicitudo, maximus verò & primus pro sanctitate timor erat templi: sed & eos qui in ciuitate erant, non minima sollicitudo habebat pro his qui congressuri erant. Et cùm iam omnes sperarent iudicium futurum, hostésque adessent atque exercitus erat ordinatus, bestiæ equitésque opportuno in loco compositi,* considerans Machabęus aduentum multitudinis, & apparatum varium armorum, ac ferocitatem bestiarum, extendens manus in cœlum, prodigia facientem dominum inuocauit, qui non secundum armorum potentiam,sed prout ipsi placet dat dignis victoriam. Dixit autem inuocans hoc modo: [&] † Tu domine qui misisti angelum tuum
4.Reg.19.g Tob.5.d Eccle.48.d 10.37.f Anni ante Christũ.160. Anni mundi 3802. E sub Ezechia rege Iudæ, & interfeciſti de castris Sennacherib centum octogintaquinque milia, & nunc dominator cœlorum mitte angelum tuum bonum ante nos in timore & tremore magnitudinis brachij tui: [4] vt metuant ] qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populum tuum.[f] Et hic quidem ita perorauit. Nicanor autem & qui cum ipso erant, cum tubis & canticis admouebant. Iudas verò & qui cum eo erant: inuocato deo per orationes congressi sunt,manu quidem pugnantes, sed & dominum cordibus orantes, prostrauerunt non minus trigintaquinque milia, præsentia dei magnificè delectati. Cúmque cessassent,* & cum gaudio redirent, cognouerunt Nicanorem ruisse cum armis suis.[&] Facto itaque clamore & perturbatio-
F ne susćitata,patria voce omnipotentem dominum benedicebant.Præcepit autem Iudas qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat,* caput Nicanoris,& manum cum humero abscissam Ieroſolymam perferri. Quò cùm peruenisset, conuocatis contribulibus & sacerdotibus ad altare accersiit & eos qui in arce erant. Et ostenso capite Nicanoris & manu [5] nefaria] quam extenderat contra domum sanctam omnipotentis dei, magnificè gloriatus est. Linguam etiam impij Nicanoris

2. Nicanor scelleratissimus cum persequeretur Iudã post fœdus cum eo initum & postea fractũ, cõperit eũ esse in locis Samariæ: & disposuit bellũ cõmittere cũ eo sabbati. Iudæi verò qui sequebãtur Nicanorem per necessitatem dixerunt ei, vt honorem daret diei sanctificationis, & deo qui vniuersa conspicit. At ille quæsiuit ab eis, si potens est cœlo qui imperauit eis die sabbatorum? Et dixerunt: Est deus vnus in cœlo potens, qui iussit agi diem septimum. At ille ait: Et ego potens sum super terram qui impero sumi arma, & negotia regis impleri. Cemesto. 2. Macha. cap. 1.

2. Scelestissimus.

[b. Hic autem ponitur apparatus ex parte Iudæ, & primò per bonam exhortationem. Secundò, per deuotam orationem. Ipse enim confidebat cum omni spe, scilicet victoriæ affuturæ, non virtute humana, sed potius diuina, vnde subditur: Et hortabatur suos, ne formidarent, allegãs quod maius auxilium haberent scilicet diuinum. De Lyra ibi.]

[c. Si quis autem quæsierit vtrũ hæc visio ad mysteriũ aliquod referri possit? hoc (ni fallor) in ea sentire potest quod Onias sacerdos sacerdotalem significaret ordinem, & Ieremias propheta, qui interpretatur excelsus dominj, ipsum dominum & caput exprimat prophetarum. De quo Moyses dicit: Prophetam suscitabit vobis dominus de fratribus vestris, ipsum tanquam me audietis. Glosa ordi. ibid.]

d. Sancti itaque in cœlis pro vivis orant. vnde Nazianzen. de Basilio: Et nunc in cœlis degit ibique pro nobis, vt credo, sanctificia offert, ac pro populo orat. Licet enim nos reliquerit, non tamen omnino reliquit. Gregor. Nazian. ora. 8. in funere Basil. in fine.

e. Videbatur enim Iudæ quod Ieremias traderet sibi gladium, promittẽs q̃ aduersarios deuinceret per ipsum. Et per istam visionem intellexit Iudas offutturam sibi victoriam. Et sic exposuit bellatoribus suis. Expositio digna fide somnio, i. reuelatione diuina in somnis facta secutus arma sumit. Quod tacetur 1. Macha. 7. vbi describitur hoc bellum. Lyra ibid.

* Et cum daret.

3. Et potẽtibus ad virtutem incitare, & animos iuuenum viriles facere, & non castra metati statuerunt, sed.

* Atque equitatu per cornua dispositio.

4. Perterreantur.

f. Nicanor egressus Ieroſolymã castris locum optauit apud vicum Bethoron: vbi se cum eo coniunxit alia manus recens tũ è Syria venient. Iudas quoque castra posuit ad alium vicum nomine Adasa, triginta modo stadiis distantem ab hostibus, habens circa se non plus mille militum. Hoc cohortans ne terreantur hostium multitudine, néue cogitent cum quam multis decernerent; sed quales ipsi & pro qualibus præmiis contenderent, iussit forti animo hostẽ aggredi, & pugnam capessere. Itaque edito acri certamine multi ceciderunt ex hostibus, & inter cæteros Nicanor & ducis & militis perfunctus officio; quo iacente ne cætera quidem acies subsistit amplius: sed amisso duce verterunt terga, arma iactantes, quo expeditius fugerẽt, Ioseph. Iudaï. lib. 12. cap. 27.

* A necessitate.

* Aeratis benevolentiam erga contribules conseruans.

5. Blasphemi.

[f. Narrat liber Esther quod Aman Agite suadente, rex Assuerus iussit omnes Iudæos in regno suo interfici: & ad hanc necem conficiendam decreta fuit dies 13 mensis 12 qui vocatur Adar, bonaque eorum diripi. Sed domini metu eadem sententia conuersa est in percussores eorum. Glosa ordina. ibid.]

6. Exiliter & modicè.

7. Solum.

Colliges itaque ex libris Hebræis & Latinis veteris testamenti annos, ex Pentateucho scilicet 2492. & inde ad templi cõstructionem 440. ad eius verò destructionẽ, 415. & hinc ad vrbis reparationem, 225 & totidem biblia nostra tenent, vnde ad Christum 490. ex aliis chronographis & Machabæorum historia iuxta 70. Danielis hebdomades restant, qui in summam 3962. ascendunt.

præciſam iuſſit particulatim auibus dari, manum autem dementis contra templum ſuſpendi. [f] Omnes igitur cœli benedixerunt dominum, dicentes: Benedictus qui locum ſuum incontaminatum ſeruauit. Suſpendit autem Nicanoris caput in ſumma arce, vt euidens eſſet & manifeſtum ſignum auxilij dei. [g] Itaque omnes communi cõſilio decreuerunt nullo modo diem iſtum abſque celebritate præterire, habere autem celebritatem tertiadecima die menſis Adar, quæ dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi die. Igitur his erga Nicanorem geſtis, & ex illis temporibus ab Hebræis ciuitate poſſeſſa, ego quoque in his faciam finem ſermonis. Et ſi quidem bene & vt hiſtoriæ competit, hoc & ipſe velim: ſi autem [6] minus dignè,] concedendum eſt mihi. Sicut enim vinum [7] ſemper bibere, aut ſemper aquam, contrarium eſt, alternis autem vti delectabile: ita legentibus ſi ſemper exactus ſit ſermo, non erit gratus: hic ergo erit conſummatus. G

VETERIS TESTAMENTI
finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Liber tertius Machabæorum.

## CAPVT PRIMVM.

Dan.11.b.

CVM Philopator è reuersis intellexisset etepta sibi esse ab Antiocho loca quæ tenebat, excitis omnibus copiis tam pedestribus suis quàm equestribus, assumptáq; secum Arsione sorore, ¶1.vel,contendit. 'excurrit' ad vicinas vsque Raphiæ regiones, vbi castra habebant copiæ Antiochi. Theodotus autem quidam rem insidiis peragere cogitans, cum assumpsisset è commissis sibi à Ptolemæo armatis validissimos, contulit se ad tabernaculum Ptolemæi noctu, vt eum interficeret incautum, eóq; pacto finem bello imponeret. Ad Dositheus filius Drymili dictus, natione Iudæus, postea verò facta à lege transitione, à patriis sanctionibus abalienatus, cum hunc subduxisset, ignobilem quendam suppositit in tabernaculo, quem pro illo multari contigit. Porrò commisso acri prælio, cùm fortius pugnaretur ab Antiocho, Arsinoe sedulò copias obambulans, capillis solutis cum lachrymis orabat miserabiliter, ferrent opem audacter sibi, liberis & vxoribus, binas victoribus auri minas daturam singulis pollicens. Ita hostes pugna confici, multósque capi contigit. Tum superatis insidiis vicinas obeundo [2] ciuitates, ¶2.πόλεις.vel,κώμας. 'sermone putauit confirmandas: quod vbi fecit, delubráque impertiuit donariis, ani
B mos subiectorum erexit. Cùm autem Iudæi misissent è senatu senes ad Philopatorem, qui salutarent eum, ferentes munera, déque rebus gestis ei [3] gratularentur, 'accidit vt eũ ¶3.συγχαιρουσόμενοι cupiditas maior caperet se quamprimùm ad eos conferendi. [4] Venit itaque 'Hierosolymam, maximóque Deo sacrificauit: & gratulatione facta, [5] quæ fas erat loco præstitit. ¶4.παραγενόμενος ℔. ¶5.ἂν ἔξεστι τῷ πάσχα. Deinde in locum ingressus præ elaborato industria ornatu obstupuit, [6] & concinnam ¶6. ἐν τῷ παραδείσῳ templi 'structuram miratus: in [7] adytum 'quoque intrare cupidè cogitabat. Illis autem non est in emendatioribus. negantibus hoc esse fas, quòd ne indigenis quidem liceret [8] ingredi, 'adeóque nec sacer ¶7.הוכל ¶8. εἰσίναι. Exod.10.b. dotibus, præterquam vni primo omnium pontifici, † idque semel in anno tantum: ni-
Leuit.16.g. Heb.9.a. C hil tamen permoueri se patiebatur. Cúmque lex ei recitaretur, non cessabat porrò inferre se, ingredi oportere se dictitãs. Quod si negatus esset illis hic honos, at sibi non item esse oportere: rogitabátque quare tandem se in quæcunque delubra ingredientem nemo præsentium prohibuisset. Cúmque improuidè quidam respondisset, male hoc ipsum [9] fuisse factum: 'at facto, aiebat, hoc, quanam de causa tandem minus velint nolint ¶9. φράτ'ς δεω. C emendatiores γραπτέον. esset ingressurus. † Itaque sacerdotibus cum omni vestitu se prosternentibus, & maxi-
1.Mach.3.c. mũm Deum orantibus, vt subueniret vrgenti necessitati, & vim mala molientis auerteret, templúmque clamore & comploratione replentibus, qui reliqui in vrbe erant perturbati, & quid accidisset ignari exilierunt. Conclusæ quoque thalamis virgines cum puerperis procurrere, capitibus puluere, cineréque conspersis, & vicos implere luctu lamentísque. Quæ verò vexilla modo ad obuiam itionem adornata concinnarant, condecentis se pudoris oblitæ perturbato cursu ferebantur per vrbem, infantibúsque liberis relictis, matres simul & nutrices [10] alio atque aliò 'hæ per domos, per vi- ¶10.ἄλλαι ἀ ἄλλαι. cos aliæ licenter concurrebant in summum templum: variáque erat collectorum in hoc
D comprecatio, aduersus ea quæ ille nefariè moliebatur. Ad hæc commoti audacia ciues non patiebantur eum prorsus irrumpere, propositum suum exequi conantem: sed ad arma capessenda, & ad mortem audacter pro lege patria oppetendam conclamãtes magnam excitarunt eo loci exasperationem: sed tamen demoti à [11] sacerdotibus ac senio- ¶11. ἱερέων.vel,γερεσίων. ribus, 'ad pristinum orationis locum rediere. Atque vulgus quidẽ interim, vt cœperat, intentum precibus erat: senes verò regem circunstantes, multifariam tentabant superbum eius animum à concepto consilio dimouere. At ille peruicaciter contemptis omnibus, nihilominus ingressum moliebatur, quod semel dixisset se putans perfecturum. Quod etiam ij qui ab eo stabant cernentes, conuersi ad eum, penes quem omnis potestas est, vnà cũ nostris inuocabãt eum, vt opem ferret rebus præsentibus, nec facinus nefarium ac superbum dissimularet: adeóque præ crebris & anxia turba collectis vocibus

Universidad de Deusto
Biblioteca



clamor quidam erat incomparabilis. Videbantur enim non ſolum homines, ſed parietes quoque cum toto pauimento perſonare, vrpote omnibus mortem tum prę optantibus potius, quàm illius loci profanationem. CAP. II.

¶ 1. Pro hac tota periodo vſque ad precationem, quædam exemplaria tantum habent, ἡ εἶπον ὁμοθυμαδεί.

SImon quidem certe ſummus pontifex genibus ex aduerſum adyto flexis, aptéque protentis manibus huiuſmodi præcationem fecit, 'Domine domine rex cælorum, & dominator rerũ creatarũ omniũ, in ſanctis ſanctiſsime, monarcha omnipotens, reſpice nos, qui ab impio & impuro, audacia & potentia ſuperbo opprimimur. Tu enim es qui creaſti omnia, iuſtus princeps, qui cuncta obtines, tu iudex es violenter & ſuperbè agẽtium, † tu priſcos iniuſtitię operatos, inter quos & robore audaciáque freti gigantes erant, inducto immenſo diluuio deleuiſti: † tu ſuperbiæ deditos Sodomitas, flagitiiſque nobilitatos exemplum poſteris ſtatuens igni & ſulphure concremauiſti. † tu cõtumaci Pharaoni, 'qui ſeruitute premebat ſanctum populũ tuum Iſraeliticũ, oſtendiſti potentiam tuam variis multíſque (quibus potentia ingens tua inclaruit,) ſuppliciis exercito: † & cum curribus multáque turba tuos perſequentẽ profundo mari demerſiſti: te verò rerum omnium principe fretos traduxiſti ſaluos, † qui hæc omnia manu tua geſta agnoſcentes, te omnipotentẽ laudauerunt. Tu rex conditor infinitæ & immenſæ terræ, elegiſti vrbem hanc, & locum hunc ad celebritatem tibi, quãuis nullius omniũ indigo, conſecraſti, viſóque illuſtraſti magnifico, cõmendatione ⁴ ipſi' ad gloriã magni & auguſti nominis tui conciliata. Amore quoque domus Iſraeliticæ pollicitus es, vbi quid à nobis deliratũ eſſet, quãobrem nos circũueniſſent anguſtiæ, quas locũ hũc ingreſſi deprecaremur, te preces noſtras exauditurũ. Fidelis autẽ es vtique & verax. † Quoniã verò oppreſsis maioribus noſtris ſæpe opẽ tuliſti in afflictione, magníſque eos liberaſti periculis, & nũc etiã ecce rex ſancte, nos propter multa magnáque peccata noſtra premimur, hoſtibúſque noſtris ſubiecti viriũ inopia deficimus in calamitate noſtra: iſte autẽ contumax & impurus meditatur temerare ſanctũ, nominíque glorioſo tuo dedicatũ in terra locũ, (alioqui enim domiciliũ tuũ cælũ cælorũ eſt, locus hominibus inacceſſus,) quoniam inquã gloriam tuã populo tuo, cõſecrando locũ, hunc beneuolè impertiuiſti: ne imputes nobis impuritatẽ iſtorũ, aut caſtiges nos ob profanationẽ, vt ne ² gloriẽtur animis nefarij, * neque iactantia linguæ ſuæ elati dicant, ſe ædem religioſam peſſundediſſe, ſicut inuiſa tibi delubra cõculcatur. Dele peccata noſtra, delictáque diſcute, & hoc tempore miſericordiam tuã oſtende. Fac quàm primũ nobis obtingat miſeratio tua, & ora collapſorum, atque confractorũ animis, imbue laudibus pacẽ nobis cõficiendo. ³ Ibi tum ille inſpector omniũ, & inter omnia' ſancta ſanctiſsimus Deus, legitima cõprecatione exaudita, illũ violẽtia magnáque cõtumacia elatũ hinc atque illinc percellẽs, vt arundinẽ ventus, ita flagellauit, vt iã humi iaceret inutilis, mẽbríſque ſolutus, & iuſto ſupplicio implicatus, vocẽ mittere non poſſet. Quocirca amici eius & ſtipatores corporis ſubitã & repentinã, qua oppreſſus eſſet, caſtigationem conſpicati, metuentes ne eum vita quoque deficeret, ingenti protinus pauore perculſi eũ extraxere. Poſtea verò cũ ſe recollegiſſet, quamuis caſtigatus, nulla tamen pœnitẽtia ductus eſt, ſed diſceſsit minitãs atrocia. Vt igitur peruenit in Ægyptũ, tã ſuis flagitiorũ incremẽtis, quã opera † ſupradictorũ adiutorũca ſociorũ, qui ab omni iuſtitia receſſerãt, nõ ſolũ ſe innumeris effudit libidinibus, ſed eò quoq; euaſit temeritatis, vt maledicta paſsim ſereret, multíq; amicorũ, ſpectata regis ſentẽtia, ipſi quoq; voluntatẽ eius ſequerẽtur. Cũq; decreuiſſet rex gentẽ Iudaicã notare publicã ignominia, in colũna, quã impoſita ad regiã turri erexerat, literis curauit inſculpendũ, Ne quis ſacrificare nolẽs, ingrederetur in tẽpla Ægyptiorũ, vtq; Iudæi omnes cẽſu habito, ad ſeruilẽ ſortẽ redigerẽtur: cui rei ſi qui cõtradixiſſent, vi abrepti tollerentur è vita: ſin qui nomina in cenſu fuiſſent profeſsi, eorũ corporibus pro ſtigmate inſigne Bacchi foliũ hederaceũ inureretur. Atq; hos quidem ⁴ in iam dictã ſanctionẽ ſegregauit.' Cæterũ ne omnibus infenſus eſſe videretur, ſubſcripſit, quod ſi qui inter eos qui ſolennibus ſacris initiarẽtur, verſari maluiſſent, vt pari cum Alexandrinis ciuibus iure vterentur. Quidã igitur ⁵ in ciuitatibus' gradus vrbanæ religionis exoſi facilè ſeipſos dedere, quaſi magnam conſecuturi eſſent ex futura ⁶ cum rege cõmunicatione' gloriam:

plæríque

Gen. 7. d.

Gen. 19. a.

Exo. 7. f. 9. 10. 11.

Exo 12. 3. a. b. c. d. Exod. 14.

Exod. 15. a.

Iudic. paſſim.

Supra. 2. a.

¶ 2. κατὰ πάντα.

¶ 3. ἐπιβλεπτὴ πάντων ἐπόπτης θεὸς, ἁγία παρὰ πᾶσιν.

¶ 4. αὐτῆς, non ἑαυτῆς.

¶ 4. i. voluit nomina profeſsos iam dicta ſanctione vti, vt ſerui eſſent, & non interficerentur.
ὃς ἐν τοῖς προγεγραμμένοις εἰς τὴν προκειμένην ἀσφάλειαν.
Al. ὃς ἐν τοῖς προγεγραμμένοις εἰς τὴν προκειμένην ἀσφάλειαν.

¶ 5. ἐπὶ πόλεων. al. ἐπὶ πόλεως.

¶ 6. religione regia.

plærique verò fortitudinem animi obtinentes à pietate non receſſerunt, ſed vitam pecunia redimentes intrepidè ſeipſos, ne nomina profiterentur, conabantur liberare, bona ſpe freti, fore vt auxilium adipiſcerentur: eos autem qui deficiebant à ſe, execrabantur, & pro hoſtibus gentis ſuæ habebant, communíque excludebant commmercio & vſu.

CAP. III.

HIS intellectis impius ille tātopere iratus eſt, vt nō ſolū Alexādriæ exerceret irā ſuam, ſed etiā reliquā regionē incolētibus grauioré ſe exhiberet inimicū, omneſq; eodē quāprimū cōgregatos peſſimo ſupplicio è vita toli iuberet. Dū hęc gerebatur, inimica gēti [Iudaicę] fama percrebuit, occaſione hominibus ad lædendū conſentientibus data, vt ita ſe gererent, quaſi illa quo minus leges apud ſe ſeruarentur, impediret. Cæterū Iudæi ſuam erga reges beneuolentiā & fidem immotā cōſeruabant: verum quia Deum colebant, eiúſque viuebant legibus, excludebant quoſdam, & à ſe [1] relegabant: quam ob cauſam quibuſdam inimici videbantur, cum iuſtè rectéque factis communem vitam ornantes, omnibus hominibus eſſent commendabiles. Benefactorū itaque ſparſam vbique de gente famam [2] alienigenæ [3] ſe nullo loco numerabant: in adorationibus autem & moribus diſſenſionem exagitabant ſermonibus, dicentes, neque regi, neque poteſtatibus amicos eſſe homines, ſed hoſtes, publicíſque commodis admodum aduerſos. Atque illi quidem non vulgaria criminabantur: at qui in vrbe erant Græci, nulla affecti iniuria, videntes tumultum aduerſus homines inopinatum, concurſúſque improuiſos fieri, cum opem ferre non valerent, quòd tyrannicus rerum eſſet ſtatus, indignabundi conſolabantur eos, & commutationem horum ſperabāt: non
B enim ita ſtare poſſe talem [4] factionem vllam temerariam. Iam verò & vicini quidam & amici, commerciíſque conſociati, clam quibuſdam adſcitis, fidem dabant ſe coniuncturos auxilia, & omnem contentionem ad ſuccurrendum allaturos. Porrò ille præſenti proſperitate [5] elatus, nec potentiam maximi Dei conſiderans, ſed exiſtimans eodem ſe perpetuo perfruiturum conſilio, hanc contra Iudæos ſcripſit epiſtolam, Rex Ptolemæus Philopator ducibus ac militibus qui ſunt in Ægypto, ſinguliſque locis, ſalutem & ſanitatem: nam ego quidem ſaluus ſum, ſimul & res noſtræ. Nos poſtquam ſuſcepimus expeditionē in Aſiam, vt ipſimet [6] ſcitis, eáque dato nobis à diis inoffenſo auxilio, noſtríſque viribus ex ſententia noſtra quàm optimè confecta eſt, putauimus non armorum violentia, ſed comitate multáque humanitate lactandas, quæ Cœleſyriam & Phœniciam habitant gentes, beneficiíſque vltrò afficiendas: cúmque templis vrbium reditus quamplurimos contuliſſemus, adducti ſumus, vt Hieroſolimam quoque aſcenderemus ad templum peſtiferorum, qui inſanire nunquam deſinunt, honorandum. At illi verbis aduētui noſtro gratulati, reipſa inſyncerè affecti, cū cuperemus adytū eorū ingredi, idque eximiis ac pulcherrimis condecorare donariis, antiquo faſtu permoti, nos in-
C greſſu prohibuerūt, ignari potentiæ noſtræ, propter eam quam omnibus hominibus exhibemus [7] humanitatem. Atque inimico ſuo in nos animo palàm declarato, quaſi ſoli ſint gentium, nihil legitimum ferre voluerunt, præ ſuperba in reges & de ſe bene meritos contumacia. Nos tamen horum acti inſania, poſtquam reportata victoria peruenimus in Ægyptum, comitate vtendo erga omnes gentes, quòd decuit fecimus: atque in tali re congeneribus eorum omnibus iniuriarum obliuione promulgata, tam ob ſocietatem, quàm ob concredita [8] ipſis ab initio per ſimplicitatem infinita negotia, auſi ſortem eorum mutare, & eos ciuitate Alexandrinorum dignari voluimus, atque in conſortium perpetui ſacerdotij recipere. At illi rem contra interpretantes, & bono congenita ſibi prauitate repudiato, in malum aſſiduè procliues, non ſolùm recuſarunt contemptam ignominioſè ciuitatem, ſed etiam verbis & re paucos ex ipſis ſynceriter erga nos animatos abominātur, ſemper ſperātes nos breui per ignominioſiſſimā vitā ſucceſſuum finem conſecuturos. Quapropter coniecturis perſuaſum optimè habentes, hos omnibus modis erga nos male eſſe animatos, & proſpicientes ne quando repentino poſthac exorto tumultu, in tergo nobis habeamus impios iſtos proditores & attroces

¶ 1. vel, fortunis euertebāt, χωρισμὸν ἔνιοι καὶ πτῶσιν ἢ καταστροφάς.

¶ 2. i. alieno à Iudaica religione animo.
¶ 3. vel, nuſquam commemorabant. τρόπων lego.

¶ 4. vel, concurſum, aut ſeditionem. μὴ γὰρ ἂν τὸν παρόντα σῶσαι παλιντὸν σύστημα μηδὲν ὑγιαινές. al. παρόντα σῶσαι, & ὑγιαινόν vt videatur hæc eſſe ſententia, Non enim neglecturū talē ſeditionem vllam eum qui videt omnia: quamuis hoc pacto ſolœciſmus ſit in Græco.
¶ 5. μεγαυχοῦντος, καὶ ἀπροθύμως.
¶ 6. ſupra.

¶ 7. φιλαθρωπίαν al. φιλίαν.

¶ 8. αὐτοῖς ἀρχῆθεν μεγάλα πράγματα. Supra. 2. d.

Universidad de Deusto
Biblioteca



hostes,mandandum putauimus, vt simul atque primùm hæc reddita fuerit epistola,
¶ 9. αὐθήμερον τοὺς ἔνοχους μᾶλλον μέσους, αἱ αὐθωρὶ τοὺς ἐντεμωμένους.
9 eodem illo die qui indicati fuerint,vnà cum vxoribus & liberis,cum violentis [10]vexa- D
¶ 10. σὺν γυναιξὶν.
¶ 11. ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἐμφ.
tionibus,ferreis vndique vinculis constricti mittantur ad nos,ad ineuitabilem calamitatem,& ad infamem cædem,hostibúsque congruentem.[11]Nam simul atque in hos fuerit animaduersum, putamus fore vt in posterum res nostræ stabili & optimo loco,ac statu constituantur.Quod si quis Iudæum quempiam à natu maximo ad minimum, etiam ad lactentes vsque,tutatus fuerit, is cum omni familia fœdissimis tormentis excruciabitur:qui verò nomen cuiuspiam deferre voluerit,is præterquàm quòd consequetur bona damnati,& de regia pecunia drachmarum argenti duo millia, libertatis quoque corona donabitur.Omnis autem locus in quo deprehensus omnino fuerit Iudæus receptatus,is desolatus igni tradatur, omníque mortalium generi per omnia reddatur, ad perpetuum tempus inutilis. Atque eius quidem epistolæ ita scriptum erat exemplar.

CAP. IIII.

OVocunque autem edictum hoc perlatum fuisset, publicum agitabatur à gentibus cum iubilis & gaudio conuiuium: vt pote indurato iam olim in animis eorum odio per licentiam tum se proferente. Iudæi autem in [1]acerbissimo' lu-
¶ 1. ἀνήκεστος, al. ἄλυτος.
ctu erant, perquàm lamentabiles comploratione voces edentes, gemitibus vndique æstuante corde eorum,inexpectatum,repentináque sententia irrogatum sibi interitum deflentium.Quæ præfectura,aut vrbs,aut quis omnino locus habitatus, quæ viæ plan-
¶ 2. μετὰ πικρᾶς καὶ ἀνιάτου.
ctu eorum,luctibusque non fuerunt impletæ? Adeo enim vna omnium [2]acerba & immiti' vrbanorum præfectorum sententia ablegabantur, vt propter[3]inuisitata' supplicia,
¶ 3. ἐξ ἄλλοις.
quidam etiam hostium,communem miseriam ponentes sibi oculos, & animo suo incertam vitæ commutationem repræsentantes,deflerent miserrimam eorum ablegationem.[4]Ducebatur'enim senun multitudo canis opertorum, & præ senectute curuorum
¶ 4. ἦγετο al. ἠγεῖτο.
¶ 5. ἀπειλῆς. al. ἀπασις.
pedum tarditate,propter concitatam cum violentis sine pudore[5]minis' increpitationẽ, ad celeritatem itineris abutentium. Quæ autem nuper ad coniugalem vitæ societatem B
thalamum intrauerant puellæ,luctus percipiebant pro iucunditate:& delibuta vnguentis coma,iam conspersa puluere,retectæ ducebantur,lamentationem pro hymenęisvnà ordientes:vt quæ vexationibus alienigenarum laceræ, vinctæque publicè' vsque ad nauis ingressum vi traherentur. Harum quoque coniuges, ceruicibus laqueis coronarum loco reuinctis,in vigente ac iuuenili ætate, pro conuiuio atque otio iuuentutis,reliquos nuptiarum dies in luctibus trahebant, ante pedes iam excubantem Orcum videntes. Auehebantur autem ferarum instar,ferreorum vinculorum vi tracti, alij iugis nauium affixi ceruicibus, alij pedibus constricti pedicis indissolubilibus, densa quoque supernè tabula incumbente,qua oculis vndique obtenebratis, insidiatorum more tractarentur, per omnem nauigationem.Hos ita addictum nauigium perductos,rex nauigatione iux
¶ 6 ἀσυλίαν.
ta mandatum ipsius confecta,iussit eos collocari in tentoriis,in eo quod est ante vrbem C
patens[6]in immensum' hippodromi spatio ad exemplum supplicij omnibus in vrbem se conferentibus,eadémque se in agros peregre efferentibus,quàm opportunissimo,ne-
¶ 7. Vel,consortio.
que copiarum suarum[7] communicatione' eos,neque omnino murorum ambitu dignatus.Hoc vbi factum est,cùm audisset ex vrbe clàm congeneres quosdam egressos, crebrius ignominiosam fratrum miseriam deplorare, iratus iussit eos quoque,eodem quo illos modo,cautè tractari, supplicio illorum nulla ex parte diminuto,atque adeo totum
¶ 8. προδιδομένων, al. προδιδομένων.
genus describi nominatim.Non enim iam se illos[8] promulgata paulo ante laboriosa o-
¶ 9. Vel certis.
perum seruitute,sed[9] exquisitis' tormentis excruciatos,ad extremum vna die confecturum. Celebrata est itaque descriptio horum acerbo cum studio, assessionéque ab ortu solis ad occasum vsque continenti,quadragesimo die nondum ad finem perducta.Inte- D
rim rex magno ac continuo gaudio plenus, conuiuia ad omnia simulachra celebrabat, deuia procul à veritate mente, oréque nefario laudans muta, & sermonis opísque vacua,in maximum autem Deum quæ minime fas est,effutiens. Porrò post supradictum temporis spatium, cùm scribæ ad regem renuntiassent, se descriptioni Iudæorum non sufficere amplius,propter immensam eorum multitudinem, vt quorum plurimi adhuc

essent

Universidad de Deusto Biblioteca

essent per regionem,alij domesticatim adhuc, alij certis locis congregati,adeo vt res esset omnibus per Ægyptum prę fectis impossibilis:rex eis durius minatus est,quasi donis ad effugium illis moliendum corruptis. Accidit tamen,vt res ei planè persuaderetur, cũ argumentis euidentibus confirmarẽt, & chartam iam sibi,& calamos,quibus vterẽtur, defecisse. hoc autem erat efficax opus inuictæ eius, qui opem de cælo ferebat Iudæis, prouidentiæ.

CAP. V.

TVM accersito Hermone præfecto curæ elephãtorum,ira graui & indignatione per omnia implacabili plenus,† iussit vt proxima die thus largis manipulis cum vino mero plurimo,potui daretur elphantis omnibus numero quingentis,vt potu affatim præbito efferati,ad mortẽ Iudæis offerendam introducerentur. Atq; ille quidem cum hæc iussisset,conuocatis amicorum & exercitus sui præcipuis,hostiliter in Iudæos animatis,cõuertit se ad cõuiuium. Magister autẽ elephantorum Hermõ iussa scitè exequebãtur:horúmque ministri sub vesperam egressi manus obligabant miserorum, reliquáque circa ipsos cauenda accurabant,putantes sub crepusculum gentẽ vno esse exitio interituram. At qui omni defensione destituti videbantur esse gentibus Iudæi,propter vndique constringentem eos vinculorum necessitatem,Dominum omnipotentem,& omni potestate superiorem misericordem Deum suum & patrem, continenti voce omnes inuocabãt cũ lachrymis,orantes vt impiũ cõtra se consiliũ auerteret,
B & magnifico interuẽtu ex instãti ante pedes fato eriperet. Atq; horũ quidem assidua in cælũ ferebatur supplicatio. Hermõ autẽ,qui sæuos elephãtos iã replerat potu vini largè præbito, thuréq; saturauerat,mane aderat ad regiã, vt rẽ regi nũtiaret. At illud ab æuo condito pulchrum nocte ac die opificium, quæ immittitur ab eo, qui largitur omnibus quibuscúnque voluerit ipse, pars somni ad regem missa est,quo ni Domini perquam suaui ac profundo detineretur,nefarióque proposito multũ deceptus,'implacabili' sententia magnopere frustraretur. Iudæi ergo cùm præfinitum tempus superauissent,laudabant sanctum Deum suum, & placabilem orabant denuo, vt potentiam validissimæ manus suæ gentibus superbis ostenderet. Media verò iã fermè hora decima,vocator frequentes adesse inuitatos videns accedit,regem exitat,vixque expergefacto,conuiuii tempus iam cedere nuntiat, [2] de his verba faciens: quibus rex admonitus,cum se in locum illũ contulisset,iussit eos,qui ad conuiuiũ venerant,ex aduerso sibi discumbere:quod cũ illi fecissent,hortatus est vt epulis indulgentes[3]præsens'conuiuij tempus impentẽ cohonestando hilaritati darent. Porrò cùm res sermonibus extraheretur diutius,rex accersitũ
C Hermonem acerbè minacitérque interrogauit, quánam de causa Iudæi permissi essent ea adhuc die viuere superstites. Illo autem declarante se ea nocte iussa executum fuisse, amicíque[4]eius'idẽ testantibus crudelitate quàm Phalaris atrociori præditus,Hodierno somno gratiã habeant,inquit,illi:cæterùm tu citra cunctationem,elephantos in diẽ crastinum eodem modo præpara,ad nefariorum Iudæorum exitium. Hoc regis imperium cùm læti[5]qui'aderant,omnes collaudassent,domum quisque suam discessere: vbi tempus noctis non tam somno impenderunt,quàm ad omnigenas miseris, vt putabantur, excogitãdas illusiones. Vt ergo primũ gallus mane cecinit,Hermon armatas in ampla porticu mouere belluas,totáque vrbe ad miserrimum spectaculum confluere multitudo cupidè expectans diluculum. At Iudæi continuo illo[6]tempore,[7] trahentes animam,' lachrymosis precibus cum canticis flebilibus, manus in cœlum tendendo,Deum maxi-
D mum orabãt vt rursum eis atq; breui succurreret. Nondũ autem diffusis solis radiis, cùm rex amicos exciperet,Hermon stans vocabat ad exitum, significans paratam esse regis voluntatem:quod cùm ille audisset, nefario illo exitu stupefactus, vt quem omniũ cepisset obliuio, sciscitabatur quidnam esset cur hoc ab ipso tanto studio ageretur. † Cæterùm efficax erat hoc opus Dei dominatoris omnium, qui menti eius obliuionem eorum quæ cogitarat antea, immiserat. Cùm verò diceret Hermon, & omnes amici, Belluæ & excercitus, ô rex, secundum vehementem tuam voluntatem parati sunt:

¶ 2. τὸν περὶ τούτων λόγον.
¶ 3 τὸν ἐν.
¶ 4. αὐτοῦ.
¶ 5. οἱ παρόντες.
¶ 6. χρόνον.
¶ 7. Vel trahentes suspiria.

1 Mach. 6. d Iosephi. contra Appion. lib. 2. ab initio.

Deut. 28. c.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ille ob hæc dicta repletus ira graui, quod diuina prouidentia memoriam omnẽ horum amisisset, aspectu rigido ac minitabundus, dixit, Quotcunque parentes adsunt, aut prognati liberis, qui largum hoc sæuis belluis pabulum parauerunt, vicem sustineant insontium Iudæorum, qui suam erga me & maiores meos integram ac stabilem fidem eximiè declarauerunt: tametsi nemo ob fauorem sociæ educationis & officij vita pro his [8] est priuatus.' Ita Hermon inopinatas simul ac periculosas minas pertulit, & aspectu vultúque inhorruit: amici verò sigillatim dilapsi tristes, eos qui conuenerant dimisere ad priuata sua quemque negotia. Iudæi autem iis quæ rex dixisset intellectis, laudabant celebratissimum Dominum Deum regem regum, à quo hanc opem fuissent consecuti. Porrò cùm rex eadem consuetudine conuiuium rursum instituisset, vt hilaritati se dederent hortatus, accersito Hermone minitabundus, Quoties ibi videtur, inquit, idem præcipiendum miserrime? vel nunc tandem para elephantos in crastinum diem ad perimendum Iudæos. Tum qui vnà accumbebant cognati inconstantem mirati mentem eius, hæc prolocuti sunt. Quandiu, ô rex, quasi amentes nos pertentas, qui tertiò iam præcipias deleri illos, rursúmque in re gerunda mutatus, quæ constitueris irrita facias? Ciuitas certe hac de causa suspensa tumultuatur, plenáque iam coitionibus, secessionis crebro minatur periculum. Quapropter alter per omnia Phalaris rex plenus amentia, factis in se ad Iudæorum conseruationem mutationibus animi pro nihilo habitis, [9] impotentissimo' iureiurando firmiter asseuerauit, se hos abiecta omni cunctatione, genibus & pedibus belluarum fœdatos, Orco demissurum: deinde expeditione suscepta in Iudæam, igni ferróque breui vastaturum illam, & ibi † inaccessum sibi Iudæorum sacrarium, deiectum igni traditurum quamprimum illis qui hostias illic perpetuò immolarent. Tum læti amici, ac cognati, vt digressi sunt, exercitui opportunissima quæque loca vrbis designauerunt fideliter ad custodiam. Præfectus autem elephantorum belluas ad insanam fermè, vt ita dicam, affectionem perduxit potibus odoratissimis, vinóque thure temperato, terribilique apparatu adornauit. Iámque circa auroram vrbe secundum hippodromum repleta innumera multitudine, regiam ingressus, regem ad rem propositam excitauit. Tum ille impio animo, iráque graui pleno, tota vi cum belluis se protulit, immiti animo, pupillísque oculorum ærumnosum ac miserum supradictorum exitium spectare cupiens. Vt autem Iudæi circa portam egredientium elephantorum, sequentisque armati exercitus, & pedum turbæ puluerem viderunt, horrisonúmque tumultum audierunt, vltimum sibi vitæ momentum illud, finémque miserrimæ expectationis esse existimantes, ad commiserationem sui luctúmque conuersi, osculabantur se inuicem amplexi, & coniiciebant se in colla cognatis, patres filiis, & matres filiabus, & aliæ nuper natos infantes lac vltimum tracturos adhibebant vberibus. Rursum autem eorum quæ antea sibi lata fuissent de cœlo auxiliorum memores, pronos vnanimiter se prosternentes, infantibus ab vberibus remotis, perquàm magna voce clamabant, Omnipotenti supplicantes, vt interuentu suo misereretur ipsorum, qui iam ad Orci fores perueniissent.

[8] ἐστράθη al. ἐστράθησ.

[9] vel minime perficiendo.

CAP. VI.

ELeazarus autem quidam vir insignis, vnus è sacerdotibus eius regionis, senectã iam ætatem assecutus, & omni vitæ virtute ornatus, sedatis circum se senibus, sanctum Deum inuocando, hæc orauit. Rex præpotens, & altissime Deus omnipotens, qui creata cuncta clementer gubernas, respice semẽ Abrahami, sanctíq; Iacob progeniem, populũ obuentionis tibi consecratæ in alienigena terra peregrinũ, iniustéq; pereũtem, ô pater. † Tu Pharaonẽ curribus abundantẽ, olim huius Ægypti principem, immiti contumacia, iactantiáque linguæ elatũ, cum superbo exercitu mari demersum perdidisti, luce misericordiæ illustrando genus Israeliticum. † Tum innumeris exultãtem copiis Sennacherib grauem Assyriorum regem, qui ferro iam totam terram ditioni suæ subiecerat, aduersus sanctam ciuitatem tuam elatum, diráque fastu & audacia lo-

Sap. 2.

Exod. 14.

Esa. 37.

Universidad de Deusto Biblioteca

B cia loquentem fregisti Domine,multis gentibus palàm ostendens tuam potentiã. † Tu
Dan.3.d. tres illos in babylonia amicos,qui alacres vitam igni,ne vana colerent, tradiderãt,arden
Dan.6.d. tem fornacẽ irrorando,ad capillos vsque illæsos seruasti,flamma in omnes inimicos im-
missa.† Tu plenis inuidiæ criminibus ad leones sub terrã deiectũ,vt à feris deuoraretur,
Ionæ.2.a. Danielem,in lucẽ reduxisti incolumẽ:† inque ventre alumni maris ceti maceratũ abun-
dè Ionã saluum denuò suis ostendisti, ô pater. Nunc quoq; ne cũcteris clemẽtissime o-
mnium inspector,quo minus te quãprimùm ostẽdas Israelitico generi quod à detestan
dis atque nefariis gẽtibus iniustè tractatur. Quòd si cõtraxit impietatẽ peregre vita no-
stra,ereptos è manu inimicorũ,quocunque volueris,ô Domine,exitio perde nos,ne qui
vana cogitant,vanis gratulẽtur de interitu eorũ quos charos habueris,ac dicãt,Ne Deus
quidem ipsorũ liberauit eos. Quamobrẽ tu qui summo robore,summáque potẽtia prę-
ditus es,æterne,respice nũc & miserare nos,qui per iniustam nefariorũ vim, insidiatorũ
in modũ è vita tollimur. Fac stupeãt gentes inuictã tuam potentiã hodie, & robur quo
C polles ad salutem generis Iacob ¶ exerceas.'Tibi supplicat omnis infantiũ multitudo, & ¶ 1.ἔντεινε al.ἔντεμε.
eorundẽ parentes cum lachrymis.Palàm fiat omnibus gentibus te nobis adesse Domi-
ne,nec faciẽ tuã à nobis auertisse:sed vt locutus es,† quòd ne in hostili quidẽ terra tuos
Deut.28. neglexeris,ita rem ô Domine perfice.Hæc orãdi cũ Eleazarus iam finẽ faceret, rex cum
belluis omníque copiarũ strepidu ad hippodromum aderat:quod vbi viderũt Iudæi,in-
gentem in cælum clamorẽ extulere,adeo vt adiacentes valles resonãdo,largos toti exer
citui fletus excuterent. Tũ perquàm glorioſus,omnipotens,& verus Deus sanctã faciẽ
suã ostendens,cælestes portas aperuit,è quibus decori duo ac terribiles † angeli descẽdere
2.Mach.3.d 10.c.31.b. Ioseph.con tra Appio. libr. 2. ab initio hæc attingit. Prou.16.a. re,omnibus præterquàm Iudæis conspicui.† Hi obsistendo copias hostiles perturbatio
ne ac pauore repleuerunt,& præ quibus se mouere non possent cõpedibus cõstrinxere.
Tum corpus regis inhorruit,& iracundã eius audaciam cepit obliuio.Belluæ quoque in
consequẽtes armatas copias cõuersæ obterebant eas,& perimebant. † Ergo rex irã vertit
ad commiserationem,& ad ea quæ antea molitus fuerat, deploranda.Audito enim cla
more,postquàm prostratos ad interitum omnes vidit,lachrymans,& iracundè increpi-
D tans amicos,Rege abutimini,inquit,& tyrannos crudelitate superatis,mihiqúe adeo ip-
si de vobis benemerito imperium & spiritum iam adimere conamini,clàm ea quæ re-
gno minime prosunt machinantes. Quis hos qui ditionis nostræ munitiones fideliter ¶ 2.τῆ δικείας al.δικίας.
obtinebant,¶ sedibus suis euersos singulos huc congregauit immeritos? Quis eos qui
iam inde ab initio beneuolentia erga nos gentes omnes per omnia anteceſſerunt, pessi-
máque sæpe rerum humanarum subiere pericula,tam nefariis suppliciis implicuit?Sol-
uite iniusta vincula,soluite,& hos ad sua remittendo saluos antefacta deprecamini:di-
mittite filios omnipotentis,cælestis ac viui dei,qui à temporibns maiorum nostrorum
vsque adhuc statum rebus nostris præbet imperturbatũ. Atque hic quidẽ hæc dicebat:
illi verò continuo soluti cum modo mortẽ effugissent, sanctum Deum seruatorẽ suum
prædicabant. Pòst deinde rex in vrbẽ reuersus,accersitum redituũ dispensatorẽ,vina re-
E liquaq; ad conuiuiũ pertinẽtia Iudæis per dies septẽ subministrare iussit,decreto,vt quo
in loco mortem sibi subeundã putauissent,in eo salutiferam diẽ celebrarẽt.Tum illi con
tumeliis appetiti antea, mortiq; vicini, imò iam mortẽ ingressi,pro acerbo & luctuoso
letho salutare conuiuiũ instrumẽtes,pleni lætitiæ,locũ ruinæ suæ sepulchróque destina-
tum designabãt sedilibus,missoq; flebilissimo lamentationis carmine,seruatorẽ ac miri
Psal.95.a. ficum Deũ laudãdo† patrium ordiebãtur canticum,omniq; comploratione & eiulatio-
ne remota, choreas indicio pacificæ lætitiæ instituebant. Similiter autem rex quo-
que super his ingens conuiuiũ celebrãs,laudes in cælũ indesinẽter ac magnificè,propter
inopinatam salutem datam extollebat.Qui verò antehac ad interitum,auibúsque deuo
randos destinabant illos,& addicebant cum gaudio, ij susceptа in se ignominia, atque
F ardenti audacia ingloriè extincta,gemebant. Iudæi ergo, vt iam diximus, supradictæ ¶3.χορόν.al.χρόνον.
Ioseph. con tra Appio. lib. 2. ab initio. ¶ saltationi † & conuiuio dediti, in lætis gratulationibus & canticis erant, † communi-
que sancita de his lege per omnem suam peregrinitatem ad posteros, supradi-
dictos lætitiæ dies agendos constituerunt, non compotationis gratia aut commessa-

Universidad de Deusto
Biblioteca



Supr. 4. c d.

¶ 4. Al. Abib.

tionis,ſed propter datam ſibi à Deo ſalutem:deinde rege adito, vt ad ſua dimitterentur, poſtularunt.† Cæterũ deſcriptio eorum celebrata fuit à viceſima quinta Pachonis die, vſque ad quartam Epih. per dies quadraginta: perdendis autem eis opera nauata eſt, à quinta die ⁴ Epiph.' vſque ad ſeptimam eiuſdem tribus diebus,quibus miſericordiã ſuã magnificè oſtendens, dominator omnium illæſos ſimul omnes conſeruauit: conuiuia verò agitarunt,ſubminiſtratis à rege ſibi rebus omnibus, vſque ad quartamdecimã diẽ, qua die illum de ſe dimittendis adierunt.Quibus rex collaudatis,ad præfectos, ſingularum ciuitatum ſubiectam ſcripſit epiſtolam, magnificam animi vehementiam continentem.

CAP. VII.

REX Ptolemæus Philopator ſparſis per Ægyptum præfectis,omnibúſque rerum adminiſtrationi præpoſitis,ſalutem & ſanitatem: nam nos quidẽ cum liberis noſtris valemus.Cum magnus Deus nobis ſucceſſum rerũ pro voto dediſſet, quidam amicorum moroſitate crebrius inſtando nobis perſuaſerunt, vt ſubiectos regno Iudæos vno loco cõgregatos, vt perduelles inuſitatis ſuppliciis afficeremus: quod dicerent res noſtras nunquam in tranquillo fore, propter odium quod hi gererent in omnes gentes,donec hoc perfectũ fuiſſet.Cúmque adeo vinctos eos huc deportaſſent cum vexationibus,vt mancipia,imò vt inſidiatores, citra omnem quæſtionem cauſæque dictionem perimere conati ſunt, crudelitate more Scythico feriore ¹ prædiți.' Nos autem his propterea acerbius increpatis,quæ noſtra eſt erga omnes homines ² benignitas,'poſtquam eos gratia noſtra vix in vita retinuimus, & cæleſtem Deum Iudæos B eſſe tutatum,& tanquam patrem filiis opitulatum per omnia certò cognouimus, tum etiam perpendimus amicitiæ qua firma proſequuntur nos(vt maiores noſtros)beneuolentiam,meritò eos omni qualicunque crimine abſoluimus, mandauimúſque ſingulis vt ad ſua dimittantur omni in loco, ne quiſquam eos omnino lædat,aut quicquam eorum quæ iniuſtè perpeſſi ſunt,exprobret. † Etenim ſcitote nos, ſi quid mali aduerſum Ieremi. Zacha. 1.b eos malitioſè moliti fuerimus,aut etiam eos omnino contriſtauerimus,non hominem, ſed dominatorem omnis potentiæ Deum altiſſimum,vltione factorum infeſtum habituros,per omnia,ſemper,& ineuitabiliter. Valete. Hac tamẽ epiſtola accepta,non protinus feſtinarunt abſedere,ſed regem hoc quoque popoſcerunt, † vt qui ex Iudæorum 2. Mach. 1. d gente ſanctum Deum ac legem eius vltrò violaſſent, merito ſupplicio ab ipſis afficerẽtur:quòd dicerent eos qui ventris cauſa diuina mandata tranſiſſent,ne regis quidẽ imperiis vnquam fidos eſſe futuros.Hæc ille ab his vera dici deputans, collaudatis poteſtatẽ dedit, eos qui legẽ Dei violaſſent,in omni regni ſui loco,perimẽdi liberè,citra omnẽ C interceſſionem regiæ poteſtatis,aut inquiſitionẽ Tum regi gratiis,vt par erat, actis,ſacerdotes horum vnáque omnis multitudo Alleluia clamantes,cum gaudio diſceſſere: atq; ita obuium quenque impiatorum ſuæ gentis intereundum multabant,exempláque ſtatuendo perimebant:atque adeo illa die ſupra trecentos viros interfecerunt, gaudiáque celebrauerunt læti impios trucidantes. Qui autem Deo ad mortem vſque adhæſerant, plenum ſalutis fructum conſecuti ex vrbe profecti ſunt, odoratiſsimis omnis generis floribus coronati,cum lętitia & clamore,per laudes hymnorúmque ſuauiſsimum concentum,Deo patrum ſuorum ſancto Iſraelis ſeruatori gratulãtes.Cúmque peruenissent Ptolemaidem Rodophoron,propter naturam loci,cognominatam, vbi claſsis eos expectabat,ex cõmuni conſilio conuiuiũ illic per ſeptem dies celebrarunt, rege ipſis propenſo animo cuncta ad profectionẽ neceſſaria cuí ꝑ,donec domum ſuã peruenisſet,ſuppeditante.Ita abſcedentes ſalui cũ meritis gratulationibus, ſimiliter illic quoq; ſtatuerũt illos dies lætos tẽpore peregrinitatis ſuæ agendos:iiſq; in cõuiuali precationis loco poſita colũna dedicatis,profecti ſunt terra,mari fluuióq; incolumes,liberi ac læti:ſaluíq; mãdato regis domũ quiſq; ſuam reſtituti ſunt,ampliorẽ quàm antea in hoſtes ſuos,cũ gloria & terrore adepti poteſtatẽ,nec omnino à quoquam bonis ſuis depulſi.Omnes enim omnia ſua ex celebrata deſcriptione receperunt, ita vt quicunq; aliquid eorũ haberent, cum ſummo timore redderent eis,ſummo Deo factis magnificis ſalutẽ eorum cõſummante.Prædicandus eſt liberator Iſraëlis ad tempora ſempiterna.

¶ 1. ἐμπαροξυνόμενοι
¶ 2. vel,æquitas.

TERTII LIBRI MACHABAEORVM FINIS.

# EPISTOLA DIVI HIERONYMI
## AD DAMASVM PAPAM, QVÆ ET præfatio est in quatuor Euangelistas.

NOVVM *opus me facere cogis ex veteri, vt post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam, & quia inter se variant, quæ sint illa quæ cum Græca consentiant veritate, decernam. Pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris ipsum ab omnibus iudicandum, senis mutare linguam & canescentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cùm in manus volumen assumpserit, & à saliua quam semel imbibit viderit discrepare quod lectitat, nõ statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamitans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur, quod & tu qui summus sacerdos es, fieri iubes, & verum non esse quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeant, quibus: tot enim sunt exemplaria penè quot codices. Si autem veritas est quærenda de pluribus, cur non ad Græcam originem reuertentes, ea quæ vel à vitiosis interpretibus male reddita, vel à præsumptoribus imperitis emendata peruersius, vel à librariis dormitantibus aut addita sunt aut mutata corrigimus? Neque verò ego de veteri disputo instrumento, quod à Septuaginta Senioribus in Græcam linguam versum tertio gradu ad nos vsque peruenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus sapiant, quare Theodotium inter nouos & veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio, quam Apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testamento, quod Græcum non dubium est, excepto Apostolo Matthæo, qui primus in Iudæa Euangelium Christi Hebraicis literis edidit, hoc certè cum in nostro sermone discordat, & in diuersos riuulorum tramites ducit, vno de fonte quærendum est. Prætermitto eos codices quos à Luciano & Hesychio nuncupatos paucorum hominũ asserit peruersa contentio, quibus vtique nec in toto veteri testamento post Septuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in nouo profuit emendasse, cum multarum gentium linguis scriptura ante trãslata, doceat falsa esse quæ addita sunt. Igitur hæc præsens præfatiũcula pollicetur, quatuor tantum euangelia, quorũ ordo est iste: Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes, codicũ Græcorũ emendata collatione, sed & veterum nec quæ multum à lectionis Latinæ consuetudine discreparẽt. Ita calamo temperauimus vel his tantùm quæ sensum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur vt fuerãt. Canones quoque quos Eusebius Cæsariẽsis episcopus Alexãdrinus secutus Ammonium, in decem numeros ordinauit, sicut in Græco habentur, expressimus. Quòd si quis de curiosis voluerit nosse quæ in euangeliis vel eadẽ, vel vicina, vel sola sint, eorũ distinctione cognoscet. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inoleuit, dum quod in eadem re alius euangelista plus dixit, in alio quia minus putauerint, addiderunt. Vel dum eundem sensum alius aliter expressit, ille qui vnũ è quatuor primum legerat, ad eius exemplũ cæteros quoque existimauerit emendandos. Vnde accidit vt apud nos mixta sint omnia, & in Marco plura Lucæ atque Matthæi: Rursum in Matthæo plura Ioannis & Marci, & in cæteris reliquorum quæ aliis propria sunt, inueniãtur. Cum itaque canones legeris qui subiecti sunt, confusionis errore sublato, & similia omnium scies, & singulis sua quæque restitues. In canone primo concordant quatuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes. In secundo tres, Matthæus, Marcus Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Ioannes. In quarto tres, Matthæus Marcus, Ioannes. In quinto duo, Matthæus, Lucas. In sexto duo, Matthæus, Marcus. In septimo duo Matthæus, Ioannes. In octauo duo, Lucas, Marcus, In nono duo, Lucas, Ioannes. In decimo propria quique quæ non habentur in aliis, ediderunt. Singulis verò euangeliis ab vno incipiens vsque ad finẽ librorum, dispar numerus accrescit. Hic nigro colore præscriptus, sub se habet alium ex nimio discolorem numerum, qui ad decem vsque procedens, indicat prior numerus in quo sit canone requirẽdus. Cum ergo aperto codice, verbi gratia, illud siue illud capitulũ scire volueris cuius canonis sit, statim ex subiecto numero doceberis, & recurrens ad principia, in quibus canonũ est distincta cõgeries, eodemq; statim canone ex titulo frontis inuento, illũ quem quærebas numerum, eiusdem euangelistæ qui &*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*ipſe ex inſcriptione ſignatur, inuenies, atq; è vicino cæterorum tramitibus inſpectis, quos numeros è regione habeant, annotabis, cùm ſcieris recurres ad volumina ſingulorũ, & ſine mora repertis numeris quos ante ſignaueras, reperies & loca in quibus vel eadem vel vicina dixerunt. Sciendũ tamẽ, ne quis ignarũ ex ſimilitudine numerorũ error inuoluat, quòd ſicubi in ſubnotatione canonũ diſtinctorum in canone quolibet tres euangeliſtæ bis, ter vel quater, aut etiam amplius eundẽ numerũ per ordinem habuerint annotatũ, & quartus è contrario, diſcrepantes, quod id tres illi in eo loco ſemel dixerint, quartus toties in corpore voluminis ſui ponat, quoties diuerſi numeri in eius canone poſiti ſtãt cõtra prædictorum numerorũ continuatas ſimilitudines. Item ſi in vno quolibet eorum aut etiã duobus idẽ in canone numerus bis, ter, & quater, aut eo amplius reperiatur in ordine collocatus, & diſpares inueniantur in cæteris: dubiũ non erit, quin id quod illius illorúmve canonis numerus bis térq; repetitũ ab his in volumine ſemel dictũ eſſe oſtendit, alter alteríve eorũ toties vno atque eodem ſenſu loquantur, quoties prætulerint in numerũ annotatione diſtantiam. Et hoc in omnium nouẽ canonũ collatione ſeruabitur. Cæterùm in decimo (quoniã propria ſingulorũ tantummodo continentur) nõ poteſt cõtra id cõparatio eſſe quod ſolũ eſt. Opto vt in Chriſto valeas, & memineris mei Papa beatiſſme.*

## DIVI HIERONYMI IN Matthæum Præfatio.

*PLures fuiſſe qui euangelia ſcripſerunt, & Lucas Euangeliſta teſtatur, dicẽs: Quoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem rerum, quæ in nobis completæ ſunt, ſicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi viderunt ſermonem, & miniſtraueriũt ei, & per ſeuerantia, vſque in præſens tempus monimenta declarãt, quæ à diuerſis autoribus edita, diuerſarum hæreſeõn fuere principia, vt eſt illud iuxta Aegyptios, & Thomam, & Matthiam, & Bartholomæum, duodecímque apoſtolorum & Baſilidis, atque Apellis ac reliquorũ, quos enumerare longiſſimum eſt, cum hoc tantum in præſentiarum neceſſe ſit dicere, extitiſſe quoſdam qui ſine ſpiritu & gratia dei conati ſunt magis ordinare narrationẽ, quàm hiſtoriæ texere veritatẽ. Quibus iure poteſt illud propheticum coaptari: Væ qui prophetant de corde ſuo, qui ambulant poſt ſpiritum ſuũ, qui dicunt: Dicit dominus, & dominus non miſit eos. De quibus & ſaluator in Euãgelio Ioannis loquitur: Omnes qui ante me venerunt, fures & latrones fuerunt. Qui venerunt, non qui miſſi ſunt. Ipſe enim ait: Veniebant, & ego non mittebã eos. In venientibus enim præſumptio temeritatis, in miſſis obſequium ſeruitutis eſt. Eccleſia autem quæ ſupra petram domini voce fundata eſt, quam introduxit rex in cubiculum ſuum, & ad quam per foramen deſcenſionis occultè miſit manũ ſuam, ſimilis damulæ hinnulóque ceruorum, quatuor flumina paradiſi inſtar eructãs, quatuor angulos & anulos habet, per quos quaſi arca teſtamẽti & cuſtos legis domini lignis immobilibus vehitur. Primus omnium Matthæus eſt publicanus, cognomento Leui, qui Euangeliũ in Iudæa Hebræo ſermone edidit, ob eorum vel maximè cauſam qui in Ieſum crediderãt ex Iudæis, & nequaquam legis vmbrã ſuccedente Euangelij veritate ſeruabant. Secundus Marcus interpres apoſtoli Petri, & Alexãdrinæ eccleſiæ primus epiſcopus, qui dominũ quidem ſaluatorẽ ipſe non vidit, ſed ea quæ magiſtrum audierãt prædicantẽ, iuxta fidem magis geſtorũ narrauit quàm ordinem. Tertius Lucas medicus, natione Syrus Antiochẽſis, cuius laus in Euangelio, qui & ipſe diſcipulus apoſtoli Pauli in Achaiæ Bæotiæq; partibus volumen condidit, quædam altius repetens, & vt ipſe in proœmio confitetur, audita magis quàm viſa deſcribens. Vltimus Ioãnes Apoſtolus & Euangeliſta, quem Ieſus amauit plurimũ, qui ſupra pectus domini recumbẽs, puriſſima doctrinarum fluenta potauit: & qui ſolus de cruce meruit audire: Ecce mater tua. Is cum eſſet in Aſia, & iam tunc hæreticorum ſemina pullularent, Cerinthi, Hebionis, & cæterorum qui negant Chriſtum in carne veniſſe, quos & ipſe in epiſtola ſua Antichriſtos vocat, & apoſtolus Paulus frequenter percutit, coactus eſt ab omnibus penè tunc Aſiæ epiſcopis, & multarum eccleſiarum legationibus, de diuinitate ſaluatoris altius ſcribere, & ad ipſum (vt ita dicam) dei verbum, non tam audaci quàm fœlici temeritate prorumpere. Vnde & Eccleſiaſtica narrat hiſtoria, cùm à fratribus cogeretur vt ſcriberet, ita facturum ſe reſpõdiſſe, ſi indicto ieiunio in commune omnes deum deprecarentur. Quo expleto reuelatione ſaturatus: illud proœmium è cælo veniens eructauit: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum. Hæc igitur quatuor Euangelia multo ante prædicta, Ezechielis quoque*

*volumeu*

Universidad de Deusto Biblioteca

*volumen probat, in quo prima visio ita contexitur: Et in medio sicut similitudo quatuor animalium & vultus eorum, facies hominis, & facies leonis, & facies vituli, & facies aquilæ. Prima hominis facies, Matthæum significat, qui quasi de homine exorsus est scribere: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Secunda Marcum, in qua vox leonis in eremo rugientis auditur: Vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius. Tertia vituli, quæ Euangelistam Lucam à Zacharia sacerdote sumpsisse initiũ præfigurat. Quarta Ioannẽ Euangelistam, qui assumptis pennis aquilæ, & ad altiora festinans, de verbo dei disputat. Cætera quæ sequuntur in eundem sensum proficiunt. Crura eorũ recta & pennati pedes: & quocunque ibat spiritus, ibant & non reuertebantur, & dorsa eorum plena oculis, & scintillæ ac lampades in medio discurrentes, & rota in rota, & in singulis quatuor facies. Vnde & Apocalypsis Ioãnis post expositionẽ viginti quatuor seniorũ, qui tenentes cytharas & phialas adorant agnũ dei, introducit fulgura atque tonitrua, & septẽ spiritus discurrẽtes, & mare vitreum, & quatuor animalia plena oculis, dicens: Animal primum simile leoni, & secundum, simile vitulo, & tertium simile homini, & quartum simile aquilæ volanti. Et post paululũ: Plena, inquit, erant oculis, & requiem nõ habebant die ac nocte dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est. Quibus cunctis perspicuè ostenditur, quatuor debere tantum Euangelia suscipi, & omnes apocryphorum nænias mortuis magis hæreticis quàm ecclesiasticis viuis canendas.*

## VITA SANCTI MATTHÆI PER Diuum Hieronymum.

*Matthæus qui & Leui, ex publicano Apostolus, primus in Iudæa, propter eos qui ex circuncisione crediderant, Euangeliũ Christi Hebraicis literis verbisq; composuit. Quod quis postea in Græcum transtulerit, non satis certũ est. Porrò ipsum Hebraicum habetur vsque hodie in Cæsariensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissimè cõfecit. Mihi quoque à Nazaræis, qui in Betæa vrbe Syriæ hoc volumine vtuntur, describendi facultas fuit. In quo animaduertendum, quod vbicunque Euangelista siue ex persona sua, siue ex persona domini saluatoris, veteris scripturæ testimoniis vtitur, non sequatur septuaginta translatorum autoritatem, sed hebraicam, è quibus illa duo sunt: Ex Aegypto vocaui filium meũ. Et: Quoniam Nazaræus vocabitur.*

## PROLOGVS IN MATTHÆVM Euangelistam.

*Matthæus cum primò predicasset Euangeliũ in Iudæa, volens transire ad gentes, primus Euangelium scripsit Hebraicè, quod fratribus à quibus ibat, ad memoriam reliquit. Sicut enim necesse fuit ad confirmationem fidei Euangelium prædicare, sic & contra hæreticos scribi. Cum autem plures Euangelium scripserint, qutauor tantum habent autoritatis testimonium, quia per quatuor mundi partes fidem nuntiant trinitatis, & sunt quasi quatuor rotæ in quadriga domini, quæ vehit eum, per predicationem Euangelij, & genus humanũ qua drifida morte peremptum, eorum erat predicatione viuificandum, vnde & aliorum Euangelia deciderunt, nec recepta sunt, quia nolebant præfinitum numerum cassari propter virtutem sacramenti. Designãtur etiam Euangelistæ quatuor figuris, quæ non sunt deceptoriæ, sed iucundi mysterij sibi cõsciæ. Matthæus in homine intelligitur, quia circa humanitatem Christi principaliter immoratur. Marcus in leone, quia agit de resurrectione. Lucas in vitulo, agens de sacerdotio. Ioannes in aquila, scribens sacramẽta diuinitatis. Christus verò quem describunt, homo fuit de virgine natus, vitulus in, immolatione, leo in resurrectione, aquila in ascensione. Vel in homine humanitas, in vitulo sacerdotiũ in leone regnum, in aquila exprimitur diuinitatis sacramentum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

# INCIPIT EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.

*Temporalis Christi generatio per quadraginta duas generationes processit ex Maria desponsata Ioseph, qui angelo nuntianti factus est certior.* Cap. I.

LIBER [a] † generationis] Iesu Christi [b] filij Dauid, filij Abraham. † Abraham genuit Isaac. † Isaac autem genuit Iacob. † Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. † Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autē genuit Esron. Esron autem genuit [a] Aram.] Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autē genuit Salmum. † Salmon autem genuit [3] Booz] de Raab. Booz autem genuit Obeth ex Ruth. Obeth autē genuit [4] Iesse.] Iesse autē genuit Dauid Regem. † Dauid autem Rex genuit Salomonem, ex eaque fuit Vrię. Salomon autē genuit Roboam.

B Roboam autem genuit Abiam. & Abia autem genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit [c] Oziam. Ozias autē genuit [5] Ioathan.] Ioathan autem genuit Achaz. Achaz autē genuit Ezechiam. Ezechias autē genuit Manassen. Manasses autem genuit Amon. Amon autē genuit Iosiam. † Iosias autem genuit * [d] Ieconiam & fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis Ieconias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit [e] Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autē genuit Eliachim. Eliachim autē genuit Azor. Azor autem genuit Sadoch. Sadoch autem genuit Achim. Achim autē genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. † & Iacob autem genuit Ioseph virū Mariæ, de qua [f] natus est Iesus, qui vocatur [g] Christus. Omnes itaque generationes ab Abraham vsq; ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vsq; ad transmigrationē Babylonis, generationes quatuordecim: & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, [h] generationes quatuordecim. * Christi autem generatio sic erat: Cùm esset desponsata mater [6] Iesu] Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est [7] in vtero habēs,] de spiritu sancto. † Ioseph autem vir eius cùm esset iustus, & nollet eam [8] traducere,] voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitāte, ecce angelus domini apparuit in somnis [9] Ioseph,]

D dicēs: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. & Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Pariet autē filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est à domino per Prophetam dicētem: † Ecce virgo [10] in vtero habebit, & ] pariet filium, & [11] vocabitur] nomen eius Emmanuel, ⁊ quod est interpretatum, nobiscum deus.] Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus domini, & accepit coniugem suam. † Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum [i] primogenitum, & vocauit nomen eius Iesum.

*Christus à Magis stella duce adoratus in Aegyptum angelo duce secessit, Herode in pueros sæuiente: quo mortuo Christus ad propria rediit.* II.

A CVm ergo natus esset Iesus in Bethléhem Iudæ, in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab oriente vénerunt Ierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, & [a] vénimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus [b] nascceretur. At illi dixerunt ei: In Bethléhem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetam: † Et tu Bethléhem terra Iuda, nequaquam minima es [c] in principibus Iuda. Ex te [1] enim] exiet dux qui [2] regat] populum meum Israel.



1.1. Generationū. Hebrai genētarjones in plurali dicūt & propagationē & eius euentū significare, vt in plerisque veteris instrumenti locis, & sic in hoc loco si pluraliter dicatur, & Christi natiuitatem, & eius actiones designaret. Vnde dubitare quispiā potuisset, eo q̄ liber non solum contineat Christi natiuitatem, sed & omnem eius cōuersationem, ac viuendi rationem. Hæc dubitatio dissoluitur, quia conuersationis & modi viuendi ratio, ac præcipua radix nostræ salutis, fuit eius natiuitas. Euthymius ibid.

b. Idcirco Iesu Christi filij Dauid, ait, cum prior sit Abrahā, quia specialiter Christus dicitur filius Dauid propter regnū: vt sicut deus de deo, ita & rex de rege ortum caperet secundum carnem: sicut dictum est ad Dauid: De fructu ventris tui ponā super sedem tuam. Aug. q. ex nouo testamento par 2. cap. 3.

2. Ram & infra. 3. Booz & infra. 4. Iosai.

c. Hic omittuntur tres reges, Ochosias filius Ioram, Ioas & Amasias. Hierony.

5. Ioathan.

* Iozachim. Ioachim aūt genuit.

d. Fiunt oēs generationes 42. Vnus quippe ex his progenitoribus hic numeratur, id est Iechonias, à quo facta est in extraneas gentes deflexio. Aug. de cō sensū. lib. 2. cap. 1.

e. Aliter est Zorobabel iste filius Salathiel ab eo de quo 1. Paral. 3. qui fuit filius Phadaiæ filij Iechoniæ, Matthæus cū Luca conuenit vsque ad Zorobabel, sed quoniā ipse duos habuit filios, Resa & Abiud, ideo Lucas per Resa vsque ad patrem virginis prosequitur lineam Nathan, & Matthæus per Abiud eandem lineam prosequitur vsque ad patrem Ioseph coniugis virginis Mariæ. Itaque per Resa nata est Maria, & per Abiud natus est Ioseph. Philo.

f. Die scilicet dominica. Nā ex die dixit: Fiat lux, facta est lux, & visitauit nos oriens ex alto. Comestor ibid.

g. Christus, Græcum, Messia, vel Meschiag, Hebræum, Vnctus Latinum.

h. Sic ergo Iam non 42. generationes, quot faciūt ter quatuordecim, sed propter vnum bis numeratum 41. fiunt si & ipsum Christum annumeremus: qui huic regendæ viæ nostræ tēporali ac terrenæ, tanquam numero quadragenario regulariter præsidet. Quem ad istam mortalitatem nobiscum participandam, quia descendentem voluit significare Matth. ideo & ipsas generationes ab Abrahā vsque ad Ioseph, & vsque ad ipsū Christi natiuitatē descendendo commemorauit Aug. vbi su.

* Iesu. 6. Eius. 7. Grauida. 8. Tradere. 9. Ei.

10. Imprægnata.

11. Vocabitur.

i. Si nihil in eum de se transfulit mater, nō peperit proprium, sed profudit alienum. Sed non ita est. Nam sicut totus deus ex deo, ita totū corpus hominis ex homine, de carne Mariæ coagulatus, de eius formatus visceribus, de eius substantia consummatus: & sanguinem etiam quē pro matre obtulit, ex sanguine matris accepit. Eusebius Emisenus de natiuitate do. ho. 1.

a. Venimus, iuxta Græcū præteritum est, ac si diceret: Ad hoc venimus, vt adoraremus eum.

b. Non vbi natus esset, sed vbi per prophetias nasci debebat.

c Inter tribuum principes. Hoc verò dicens Ierusalē quoque patriter comprehēdit. Nam omnis orbis Bethlehem confluit, vbi natus positus est: & nobilis factus est locus ille, nō alia de causa quàm hac sola. Chryso. aduersus Gentil. Quod Christus est deus.

1. Mihi.

2. Reges.

[d.Herodes etiam reges vocat,vt interroget studiosius,& ipsi clàdestinè iccuriusad inquisita respondeãt. Et quæritur ab eis tempus quo stella eis apparuerat, apprehendere satagens nati regis ætatem, vt cognosceretur quid sibi pro perfidia, quid verò pro patria esset agendum. Non autem hoc animo sibi & patriæ prouidebat. De Cassia lib.1. Sermo.13.

3.Cognouit.

4.Oraculo,vel reuelatione.

e.Illud quoque ip per aliam viã regressi sunt, intelligamus vtilitati ac saluti nostræ peculiariter conuenire. Viæ enim immutatio, vitæ intelligitur emẽdatio. Nos quoque per alias interdim⁹ vias, quando veterẽ abnegamus hominem, quando superbiam suscepta humilitate deponim⁹: quando ad patientiam ab iracundia mentẽ deflectimus: quãdo veteres voluptates & cõsuetudines pristinas ac desideria antiqua dãnamus. Euseb. Emis. hom.1.de Epiph.

5.Surgens.

f.Quis nouit quid istis paruulis in secreto iudiciorum suorum bonæ conuersationis referuet deus? Quoniam quamquam nihil recte fecerint, tamẽ nec peccãtes aliquid iustè perpessi fũt. Non enim frustra etiam infantes illos, qui cum dominus Iesus Christus necandus ab Herode quæreretur, occisi sunt, in honorem martyrum receptos commendat ecclesia. Augu. de libe. arbit. lib.3.

g.Crudelitatẽ Herodis in Christum & cœquæuos eius diuina statim vltio secuta est. Euseb.

6. Lamentum fletu amaritudinum.

7.Apparet.

h. In Herodis locum filius eius Archelaus ab Augusto substituitur, & Tetrarchiæ fiunt quatuor fratres, Herodes, Antipater, Lysias, & Philippus. Euseb.

*Oraculo.

[d]Tunc Herodes clàm vocatis Magis, diligenter[3] didicit] ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis,& mittens illos in Bethléhem, dixit:[§] Ite,& interrogate diligenter de puero, & cùm inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Qui cùm audissent Regem, abierunt. Et ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerũt puerum cum Maria matre eius, & procidentes† adorauerunt eum, & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et[4] responso] accepto in somnis ne redirent ad Herodem,[e] per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Qui cùm recessissent, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicens:[§†] Surge,& accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum: & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui[5] consurgens,] accepit puerum & matrem eius nocte,& secessit in Ægyptum. Et erat ibi vsque ad obitum Herodis, vt adimpleretur quod dictum est à domino per prophetam, dicentem. † Ex Ægypto vocaui filium meum. Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens[f] occidit omnes[6] pueros qui erant in Bethléhem & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, secundum tempus quod exquisierat à Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Ieremiam Prophetã, dicentem:[†§] Vox in Rama audita est,[6] ploratus & vlulatus multus,] Rachel plorans filios suos,& noluit consolari, quia nõ sunt. Defuncto autem Herode, ecce angelus domini[7] apparuit] in somnis Ioseph in Ægypto, dicens: Surge,& accipe puerum & matrem eius,& vade in terram Israel. Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius,& vênit in terram Israel. Audiens autem quod[h] Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire: & [*]admonitus in somnis secessit in partes Galilææ. Et veniens habitauit in ciuitate quę vocatur Nazareth, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: quoniam Nazaræus vocabitur.

*Ioannes Baptista in deserto pœnitentiam prædicans Christum & turbas baptizat, super quem trinitatis signa conspicit.* III.

1. In diebus quos Lucæ 3. cap. dicit esse 15.an.imperij Tyberij Cæsaris: qui fuit 30.annus à natiuitate Christi, omissis aliis annis.

1.Appropinquauit.

2. Qui dictus est.

b. Zonæ præcinctio efficax in omne opus bonum est apparatus, vt ad omne ministerium Christi voluntatis cingulo simus accincti. Hilarius ibid.

c.Sicut ẽim viperarũ proles cum patiũtur, suos occidunt matres exeso eatum ventre: ita sanè & Iudæi suos patres spirituales, puta prophetas occiderant. Euthymius ibid.

3.Potest.

4.Arborum.

5.Suum,in horreum.

d. Tũc Christus baptizatus est, & euangelium vitæ prædicare inchoauit an.natiuitatis 31.ætatis verò 30. Annus quippe aut vertens, ex 12. scilicet mense aut emergens, ex cuiuslibet rei euentu, vtpote ex imperatorum aut regum primordiis, vnde annos Christi duplices dicimus, Natiuitatis, inquam, & ætatis, ex anno enim natiuitatis 7. tantum dies habuit natus in fine anni vertentis, & 42. Octauiani. Ita vt annus eius vertens, annum natiuitatis emergentem excederet anno vno, 7. diebus exceptis.

e. Vide quia omnis iustitia in baptismate cõstituta est. Ambr. de sacramen. lib.1.c.5.

†[a]N diebus autẽ illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens:† Pœnitentiam agite. [1] Appropinquabit] enim regnum cœlorum. Hic est enim [2] de quo dictum est] per Isaiam Prophetã, dicentem: † Vox clamãtis in deserto: parate viam domini, rectas facite semitas eius. Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum,& zonam[b] pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat, locustæ, & mel syluestre. †[§] Tunc exibat ad eum Ierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem. Et baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. Videns autem multos Pharisæorum & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: †[c] Progenies viperarum, quis monstrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.† Et ne velitis dicere intra vos: patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniã[3] potens est] deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.† Iam enim securis ad radicem [4]arboris] posita est. [§] Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidétur, & in ignem mittetur. † Ego quide baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum [5] in horreum suum,] paleas autem comburet igni inextinguibili.[§d] Tunc venit Iesus à Galilęa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Ioannes autẽ prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autẽ Iesus, dixit ei: Sine modo.[e] Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autẽ Iesus confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cœli, & vidit spiritũ dei descẽdentem sicut columbam, & ve-

Universidad de Deusto Biblioteca

& venientem ſuper [6] ſe,] † † Ecce vox de cœlis, dicens: Hic eſt filius meus dilectus in quo [7] mihi complacui.]

6. Eum.
7. Beneplacitũ eſt animæ meæ. [f. in columba ſuper dominũ ſpiritus apparuit: quia venit vt nos per manſuetudinem colligere. Super diſcipulos in igne quos ad conſumendam rubiginem peccati contra ſeipſos venichat accendere. Gloſa ord. ibid.]

*Poſt ieiunium Chriſtus vincit diabolum ſuper panis, præcipitij, & adorationis tentatione, pœnitentiam prædicat, piſcatores vocat, & varios languores curat.* *IIII.*

† [a] VNc Ieſus ductus eſt in deſertum à ſpiritu, vt tẽtaretur à diabolo: & cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Qui reſpondens, dixit: Scriptum eſt: † Non in ſolo pane [1] viuit] homo, ſed in omni verbo quod [2] procedit de ore dei.] Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctam ciuitatem, & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius dei es, [b] mitte te deorſum. Scriptum eſt enim: † quia angelis ſuis [3] mandauit] de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Ieſus rurſum: Scriptũ eſt: † [c] Non tentabis dominum deum tuum. ¶ Iterum aſſumpſit eum diabolus in mõtem excelſum valde, & oſtendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, & dicit ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi [d] cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Ieſus: Vade retro ſathana. Scriptum eſt enim: † Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. [e] † Cum autem audiſſet Ieſus quòd Ioannes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilæam, & relicta ciuitate Nazareth, † vênit & habitauit [4] in ciuitate Capharnaum maritima,] in finibus Zabûlon & Neptalim, vt adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam prophetam: [f] Terra Zabûlon & terra Neptalim, via maris trans Iordanam Galilææ gentium: populus [5] qui ambulabat] in tenebris vidit lucem magnam, & ſedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. Exinde cœpit Ieſus predicare & dicere: Pœnitentiam agite. [6] Appropinquabit] enim regnum cœlorum. [f] Ambulans autem Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simônem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes, rete in mare. Erant enim piſcatores. Et ait illis: [g] Venite poſt me, & faciam vos ⟨— fieri] piſcatores hominum. At illi continuò relictis retibus ſecuti ſunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacôbum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius [8] in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia ſua, & vocauit eos. Illi autem ſtatim relictis retibus & patre, ſecuti ſunt eum. Et circuibat Ieſus totam Galilæam, docens in Synagógis eorũ, & predicans Euangelium regni, & ſanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo. Et abiit [7] opinio] eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes variis languoribus & [8] tormentis] comprehenſos, & qui dæmonia habebant, & [g] lunaticos & paralyticos, & curauit eos: & ſecutæ ſunt eũ turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Ieroſolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem.

[a. Chriſtus poſt aquas abiit in deſertum à ſpiritu ſancto ductus, vt & à propria voluntate, quæ ſpiritum vehens hominem eſt, incipit innoteſcere qui manſerat in virtute occultus. De Caſſ. lib. 4. cap. 4.]
1. Viuet.
2. Egreditur os domini. Hebr. vel per os dei. Græ.
b. Laborat tentatione dominũ de excelſis ad inferiora deducere, & poſitum in templi ſummo, i. ſupra leges & Prophetas eminentem in humilibus, continere. Hilarius ibidem.
3. Mandabit.
[c. Tentare enim Deum, eſt quærere experimentum de Dei virtute, abſque inuitabili neceſſitate, & hoc eſt peccatum. De Lyra ibidem.]
d. Omnem ſcripturam ſanctã mente percurrens, nequaquam reperio quòd ſanctorum quiſquam deum cadẽs adorauerit, ſed quicunque idola & dæmones, & res illicitas adorauerit, cadens dicitur adorare. Hier.
4. In Capharnaum maritima.
[e. Hic ſicut Marcus & Lucas prætermittit primum aduentũ Domini in Galilæam poſtquã baptizatus eſt, vbi aquam mutauit in vinum, & cum matre & diſcipulis Capharnaum manſit à quã aſcendit Ieruſalem propter Paſcha: Inde venit in Iudæam, & baptizabat cum Ioãne in Ennon iuxta Salim. Poſt. quam verò traditus fuit Ioannes iterum abiit in Galilæam. Gloſa ordinaria ibidem.]
5. Sedes, Græc. vel ambulantium in tenebris viderũt. Hieb.
6. Appropinquauit.
f. Iſti primi vocati ſunt vt dominum ſequerentur piſcatores & illiterati mittuntur ad prædicandum, ne fides credentium non virtute Dei, ſed eloquentia atque doctrina fieri putaretur. Hiero. ibid.
7. Fama & rumor.
8. Vlceribus.
g. Lunatici tenentur affectione corruptorum humorum. Quia enim luna cum ad plenum lumen deuenerit naturam habet per ſplendorem ſuum attractiuam humorum, qui in corporibus ſunt, fit vt hi tunc turbentur. Frequẽs etenim ac primus vapor ab ipſis eleuatus cerebrum dilaniat, hominẽmque contorquet: cũmque hæc à luna pariantur lunatici appellantur. Euthymius ibidem.

*Octo beatitudines, diuina mandata, conſilia atque euangelicas perfectiones innocat Chriſtus in monte.* *V.*

VIdens autem Ieſus turbas, aſcendit in montem: & cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & aperiens os ſuum docebat eos, dicens: † [a] Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. † Beati mittes, quoniam ipſi 1 poſſidebunt] terram. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. † Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mundo corde, quoniam ipſi deum [b] videbunt. † Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. † Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. † [c] Beati eſtis cum maledixerint vobis ⟨— homines,] & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum *: aduerſum vos, mentientes propter me. ¶ Gaudete & exultate,

a. Nullus profecto ſpiritu pauper niſi humilis. Quis enim humilis niſi patiens, quia nemo ſubiicere ſeſe poteſt, ſine patientia prima ipſius ſubiectionis. Tertul. de patientia
1. Hæreditabunt.
b. Deus videtur mente nõ corpore, ſpiritu, non carne. Vnde & angeli qui ſunt ſpiritus vident deum. Homines ergo donec homines ſunt, deum videre non poſſunt. Clemens Recognitio. lib. 3.
c. Ad apoſtolos qui aderant ſermonem dirigit, oſtendens doctoribus propterea eſſe probris affici. Ne autẽ ſuſpicetis quòd ſimpliciter verbis mali impetiſ ſit beatum: ideireo addit quæ planè diſtinctionem faciunt: videlicet vt quæ dicuntur, mendacia ſint, & propter Chriſtum ea dicantur. Euthymius ibid.
* Verbum.

quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fueruut ante vos. † Vos estis sal terræ. † Quòd si sal [z] euanuerit] in quo salietur? Ad nihilum valet vltrà, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. [d] Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, † neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, † vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est [e]. Nolite putare, quoniam veni soluere legem aut prophetas. † Non veni soluere, sed adimplere. [f] Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlum & terra, iota vnum aut vnus apex non preteribit à lege, donec omnia fiant. † Qui ergo soluerit vnum [f] de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Dico [3] autem] vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. [g] Audistis quia dictũ est antiquis: † non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. † Qui autem dixerit fratri suo: [4] racha,] reus erit concilio. † [f] Qui autem dixerit, fatue reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius [5] reconciliari] fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuũ. † [h] Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in via cum eo, ne fortè tradat te aduersarius iudici & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris † Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Audistis quia dictum est antiquis: † non mœchaberis. Ego autem dico vobis: † quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eã, iam mœchatus est in corde suo. Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. [f] Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, [6] quàm totum] corpus tuum mittatur in gehennam [7]— ignis.] Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te: Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, [7] quàm totum] corpus tuum eat in gehennam. Dictum est autem: † Quicunque dimiserit vxorem suam [i], det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem suam, [k] excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Iterum audistis quia dictum est antiquis: † non periurabis, reddes autem domino iuramenta tua. [f] Ego autem dico vobis, [k] non iurare omnino: [l] neque per cœlum, quia thronus dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Ierosolymam, quia ciuitas est regis magni. Neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester, est est, non non: [m] quod autem his abundantius est â malo est. Audistis quia dictum est † oculum pro oculo, dentem pro dente. † Ego autem dico vobis: non resistere malo, sed si quis te percusserit * in dextram maxillam, præbe illi & alteram: & ei qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium: & quicunque te [8] angariauerit mille passus,] vade cum illo [9]— & alia duo. [f] Qui petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris. Audistis quia dictum est: diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: † [10] diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & [9] calumniantibus] vos, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est, [o] qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem [10] habebitis?] Nònne & publicani hoc faciunt? E si salutaueritis fratres vestros tantum: quid amplius facitis? Nònne & Ethnici hoc faciunt? † Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester [11] cœlestis] perfectus est.

*Eleemosynæ, orationes, atque ieiunij diuini & obsequij formulæ sine tristitia, cupiditate & sollicitudine fiant.* VI.

A * tten-

z. Insulsus fuerit. Hebr. vel infatuatus fuerit. Græc.

d. Christus est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum ex cuius lumine illuminata ecclesia etiam ipsa lux mundi efficitur, illuminans eos qui in tenebris sunt, sic hic testatur discipulis suis, dicẽs: Vos estis lux mundi. Origen. in 1. cap. Gen.

e. Christus itaque non abrogator legis, sed absoluter. Lex quoque non est abrogata, nisi quatenꝰ fuit infirma, Spiritus dilectionis abolet timorem. Lyrichius ibidem.]

f. Quod si nec minima de mandatis dominicis licet soluere, quanto magis tam magna, tam grandia, tam ad ipsum dominicæ passionis, & nostræ redemptionis sacramentum pertinentia fas non est infringere, aut in aliud immutare? Cyprianus.

3. Enim.

[g. Prius descripsit virtutes contemplatiuorum & præstantium in quibus consistit iustitia abundans. Hic consequenter describit virtutes actiuorum in quibus consistit iustitia ad salutem sufficiens. De Lyra ibid.]

4. Racha.

5. Reconciliare.

h. Quotidie cũ aduersario iter agis cuius comitatum effugere nõ potes. Paulus te instruit, dicens: Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur. Gal. 5. e. Resistat spiritus carni spe fultus expectata, comparans concupiscentiam mundi, & regnum cœlorum. Chrys. ad populum Antioch. homil. 22.

6. Et non totum.

7. Et non totum.

i. Vsqueadeo fœdus illud initũ nuptiale cuiusdam sacramenta res est, vt nec ipsa separatione irritum fiat. August. de bono coniug. cap. 7.

K. Quod quidem mihi propter ea dictum videtur: non quia verum iurate peccatum est, sed quia peierare immane peccatũ. August. Epist. 254.

l. Hoc est, Cum iurat per cœlum aut terram, non te arbitreris nõ debere domino iusiurandum tuum, quia per eum iurare conuinceris, cuius cœ um thronus est, & cuius scabellum terra est. Aug. de serm. domini in mõte, lib. 1. cap. 21.

m. Hoc est, Si iurare cogeris scias de necessitate venire infirmitatis eorum quibus aliquid suades. Itaque non dixit: quod amplius est, malum est. Tu autem non maledicis, qui bene vteris iuratione. August. vbi supra cap 30.

x Alpha.

8. Coegerit ad vnum miliare.

n. Cogita obsecro dilecte, quanta sit virtutis magnitudo: & disce vel ex præmiis, quæ propter illam vel vnluerti dominus promisit. Nam cum dixisset: diligite inimicos vestros, &c. quia sublimia sunt præcepta, summumque verticem tangentia, inquit, vt efficiamini similes patri vestro qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. Chrys. in Gene homilia. 27.

9. Offendentibus

o. Neque enim expectat donec à nobis admoneatur, sed & nõ petẽtibus nobis largitur ea quæ ad vitam pertinent. Oriri enim facit solem super bonos & malos, &c. Idem homil. 44

10. Habetis.

11. Qui in cœlis est.

† Leuit. 26. † Matt. 5. & Luc. 6.

† Luc. 6. & 11.

† Matt. 5. Quidam.

† Exod. 20. Deut. 5. † 2. quæst. 1. euangelium. † De iure. Cum ex. in iudic. Leuit. 22. Eccles. 34. Deut. 10. Malachi. 2.

† Iacob. 5.

† Iosue. 1.

† Deut. 22. Iosue. 19. Matt. 20. Luc. 19. d. De consens. coniuge. Et publico.

† De iurat. Et si Christ. 22. q. 5. cap. 11. quis putet. tex. 22. q. 2. c. 1. c. Non est. Ista ergo. Iacob. 5. c.

† Exod. 21. Deut. 19. Leuit. 24. 25. Quæsum.

† Luc. 6. d. Roman. 12. † 2. q. 3. 29. Sexdecimtie. 33. q. 4. hos autem.

† Luc. 6. c. De iurat. trinit. c. Dominus.

A ATtendite ne [1] iustitiam ]vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non [2] habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli ante te tuba canere, sicut hypocritæ faciunt in Synagógis & in vicis, vt honorificentur ab homini
†De pœ. di. 3. c. Cauendũ nobis. 24. q. 3. cap. Audi.
bus. Amen dico vobis,† receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynã, [b] nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in Synagógis & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. [c] Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. * Orantes autem [3] nolite multum loqui, ] sicut ethB nici ⊱ faciunt. ] Putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. [§] Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum. Sic ergo vos orabitis: †
†De pœ. di. 1. c. De quotidiana. Iustin. 2 Reg. 8. d Isa. 26. d †Mat. 11. d Ezech. 8. a
[d] Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomẽ tuũ. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. [e] Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo, * Amen. † Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. [f] Cum autem ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminãt enim facies suas, vt [4] pareant ] hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperũt mercedem
†De sacra vn. c. 1.
suam. [§] Tu autem cum ieiunas, † vnge caput tuum, & faciem tuã laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in [5] abscoso, ] & pater tuus qui videt in abscõ
†Luc. 12. d
c so, reddet tibi. †§ * Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effudiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. † Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuũ tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ
†Luc. 16. e
sunt, ipse tenebræ quantæ erunt? † [h] Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim
†Luc. 12. e 1. Pet. 5. b Pal. 54. d
vnum odio habebit & alterum diliget, aut [6] vnum sustinebit ] & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mammonæ. Ideo dico vobis: † ne solliciti sitis animæ vestræ quid [7] mãducetis, ] neque corpori vestro quid induamini. Nònne anima plus est
D quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum? [§] Respicite volatilia cœli, [8] quæ ] non serunt neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester cœlestis pascit illa. Nónne vos [9] magis pluris estis ] illis? Quis autem vestrũm [10] cogitans, potest ] adiicere ad staturam suam cubitum vnum? Et [11] de vestimentis ] quid solliciti estis? † [i] Con
†Luc. 12. d
siderate lilia agri quomodo crescunt. Non laborant neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si enim fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, deus sic vestit, quanto magis
†Luc. 12. d
vos modicæ fidei? [k] † Nolite ergo solliciti esse, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, * quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum dei & iustitiam eius,
†Ibidem.
& hæc omnia adiicientur vobis. † Nolite ergo solliciti esse in crastinum: Crastinus enim dies sollicitus erit sibiipsi. Sufficit diei [l] malitia sua.

1. Omnem curam rerum præsentium amouet, & attentos rãtum esse in spem futuri iubet, neque sectari vel hominum fauorẽ ostentatione bonitatis, vel iactãtiam religionis orationis publicæ copia, sed intra cõscientiam fidei fructum boni operis continendum: quia humanæ laudis consectatio, eam tantum quã ab hominibus expectet, mercedem sit recepturа. Hilar. ibidem.
1. Eleemosynam.
2. Habetis.
b. Admonet in bonis operibus, quæ dei dona sunt, non esse in homine, sed in domino gloriandum: ne quod humilis accipit, superbus amittat. Prosp. de promiss. cap. 32.
3. Quid igitur, in ecclesia nõ orabo? Omnino, sed recto animo, & citra ostentationem. Locus enim non nocet, sed modus & intentio. Multi enim etiã in abscondito orantes, hoc vt hominibus placeãt faciunt. Theophi. ibidem.]
4. In manifesto.
5. Ne sitis multiloqui.
6. Non in cœlis velut situatus in loco, sed per omnia superexaltatus à nobis. Sed ex nomine cœlorum nil altius potuit monstrari hominibus. Dc Cass. lib. 10. cap. 27.]
c. Taliter indulgeamus eis qui in nos peccauerunt, qualiter volumus vt nobis indulgeat deus quotiens in illum peccamus. Aug. Ser. 82. de tempore.
* Quia tuum est regnum & potentia & gloria in secula seculorum, Tam Hebræa quàm Græca habent, & plurima vetusta Latina.
f. Præstituit enim ieiuniis legẽ sine tristitia transigendis. Tertul. contra Psychicos.
4. Appareant.
g. Accepit enim laudes suas, à quib⁹ vt glorificetur quærit, & se priuare illis quas dominꝰ promisit, vtpote maioris faciẽs momentaneam hominum laudem quàm dei omnium conditoris: id quòd Christus de precibus, eleemosynis, & ieiuniis ãtea docuit, sic dicens: Cum ieiunas vnge caput tuum, &c. Chry. hom. 31. in Gene.
5. Vel abscondito, & infra.
* In manifesto.
h. Simpliciter enim & absque nomine primum duos dicit dominos, vt auditores dicti veritatem cogat confiteri. Deinde nominatim illos ponit de quibus erat sermo. Duos vero dominos dicit contraria iubentes, deum & diuitias. Euthymi⁹. ibi.
6. Vni adhærebit.
7. Comedatis, & quid bibatis.
8. Quoniam.
9. Præstatis, vel excellentiores estis.
10. Cogitat quomodo posuit.
11. Vestimento.
[i. Quomodo crescunt sine solicitudine eorum, & secundũ quãtitatem suam à Deo vestiuntur. Vnde non laborant ad ornandũ se, neque nent, ad faciendum sibi vestimentum, & tamen optimè vestiuntur. De Tyr. ibidem.
k. De præsentibus ergo confessi sit debere esse sollicitos, qui futura prohibet cogitare. Vnde & Apost. 1. Thessal. 2. b. Nocte & die, inquit, manibus nostris operantes, ne quem vestrum grauaremus. Hieron. ibidẽ.
* Qui in cœlis est.
l. Hic malitiam nõ contrariam virtuti posuit, sed laborem & afflictionem & angustias seculi: sufficit ergo nobis præsentis tẽporis cogitatio: futurorum curam, quæ incerta est, relinquamus. Idem ibidem.

*Iudicij mensuram à se prius iudex ex festuca & margarito mensuret, quemlibet ex opere iudicet, & operanti verba condonet.* VII.

†q. 1. cap. Deus omnipotent. Luc. 6. f Ro. 14. a 2. a 1. Cor. 4. a Iacob. 4. e †Marc. 4. c Luc. 6. f

A [N] †Olite iudicare, [1] & non iudicabimini: ] [a] ⊱ nolite condemnare, & non condemnabimini. ] In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: † & in qua mensura mensi fueritis, [2] remetietur ] vobis. Quid autem vides festucam in

1. Vt non iudicemini. Græ.
a. Hanc sententiam Hebræa habent, Græca non habẽt, nec plura vetusta Latina.
2. Mensurabitur.

oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo [3] dicis] fratri tuo: ⊢ frater,] sine † eiiciam [b] festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui. †[c] Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos: ne fortè conculcent eas pedibus suis, & canes conuersi dirumpant vos. † Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. [§] Aut quis est ex vobis homo quem si B petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit, nũquid serpentem porriget ei? Si ergo vos [d] cum sitis mali, nostis bona [4] data] dare filiis vestris, quanto magis pater vester qui in cœlis est, dabit bona petentibus [5] se?] † Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex & Prophetæ. † Intrate per angustam portam, quia lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quàm angusta porta & arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. [6] Attendite] à falsis Prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. † A fructibus eorum cognoscetis eos. [§] Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribu- c lis ficus? † Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non potest autem arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorũ cognoscetis eos. [f] Non omnis qui dicit mihi: domine domine, intrabit in regnum cœlorum, † sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. [§] † Multi dicent mihi in illa die: domine domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. † Discedite à me ⊢ omnes] qui operamini iniquitatem. [§] [h] Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super D petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat super petram. † Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arænam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. † Et factum est cum consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ ⊢ eorum & Pharisæi.]

*Iesus mundato in descensu montis leproso Centurionis puerum à paralysi, & Petri socrum à febre curat, à somno excitatus discipulos increpat, ac legionem in porcos mittit.* VIII.

† Vm autem [1] descẽdisset] Iesus de monte, secutæ sunt eum turbę multæ, & ecce leprosus veniens adorabat eum dicens: Domine, [a] si vis potes me A mundare. Et extẽdens manum Iesus tetigit eum dicens: Volo. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus: Vide nemini dixeris, [b] sed vade, † ostende te sacerdoti, & offer munus tuum, quod præcepit Moyses in testimonium, illis. † Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus: Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait: † Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic [2] verbo,] & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit: & [3] alio,] veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. [§c] Audiẽs B autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quòd † multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacod in regno cœlorum, filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni: Vade,

a. Dices.
b. Corrige ergo te, & tunc potes fratrem tuum corrigere. Leuiora obiicis, & grauiora committis. Festucam vides, &c. Hoc autem dixit dominꝰ propter homines qui eum odio corripiunt, irascẽtem corripis, & odio contabescis. Aug. Domi. s.
c. Canes sunt infideles, porci autem porcinam vitã agentes. Mysteria igitur incredulis non sunt prodenda, neque clari & margaritis similes sermones de theologia immundis communicandi. Porci enim conculcant quæ dicuntur, canes autem conuersi laterant vos. Theoph.]
d. Nemo vult malũ hoc ipsum audire malum, quippe quod suũ est natura complectitur: etsi quidem contraria potius vitro fulgetur, haud igitur illud dixerimus, hic natura bonus, hic natura malus. Nam si quis natura bonus fuisset, certè nunquã malus effici potuisset: contra verò si natura malus, nunquam profecto bonus. Chrys. de virtutib⁹ & vitiis. Ser. 9.
4 Dona.
5. Ase.
6. Cauete vobis.
e. Vestimenta verborum & mã suetudinis simulatione admonet fructu operationis expendi oportere, vt non qualem quis verbis referat, sed qualem se rebus efficiat spectemus. Quia in multis vestitu ouium rabies lupina contegitur. Hilar. ibidem.
f. Nec inde sequitur propter solum deum operandum. Opera enim in spe fiunt retributionis & coronarum. Chrys. de fide, lege naturæ, & spiritu sancto.
[g. Maximè autem cauendũ est ab his, qui propter nomẽ Christi, etiam miracula habent, quæ cum propter infideles dominus fecerit, monuit tamen ne à talibus decipiamur, putantes ibi inesse diuinitatem esse per sapientiã vbi est visibile miraculum. Glo. ord.]
h. Cum ergo non dixit: qui audit verba mea tantum, sed addidit: Qui audit verba mea hæc, facit, vt arbitror, significauit hæc verba quæ in monte locutus est, tam perfectè instituere vitam eorum, qui voluerunt secundũ ea viuere, vt merito comparentur ædificanti supra petram. Supra petram autem dixit, vt appareat istum sermonem omnibus præceptis quib⁹ Christiana vita informatur, esse perfectum Aug. de Ser. do. in monte li. 1. c. 1.]

1. Descenderet.
2. Quia autem voluntas patris, ni si vt veniret Iesus in hunc mundum, & nos mundaret à vitijs? Audi leprosum dicentem, Si vis potes me mundare. Respondit Iesus, Volo, mundare. Et statim secutus est effectus sanitatis. Vides quia filius arbiter suæ voluntatis est, & Christi voluntas eadem quæ paterna est. Ambro. de fide lib. 2. cã 3.
b. Argumenta enim figurata vtpote prophetæ legis, adhuc in suis imaginibus turbatur, quæ significabant hominem quodã peccatorem verbo mox dei emundatũ offerre munus deo apud templum, orationem scilicet & actionem gratiarum apud ecclesiã, per Christum Iesum catholicum patris sacerdotem. Tertul. aduersus Marcio. lib. 4.
2. Verbum.
3. Alteri, vel alij.
c. Quod enim mirabatur dominus noster, nobis mirandũ esse significat, quibus adhuc est opꝰ sic moueri. Omnes ergo tales motus eius non perturbati animi sunt signa, sed docentis magistri. Sic sunt & verba veteris testamenti, quia non deum instituunt docent, sed nostræ infirmitati blandiuntur. Auguſt. ex li. 1. Gene contra Manich. cap. 8.

Universidad de Deusto Biblioteca

[a] Vade,& ſicut credidiſti,fiat tibi.Et ſanatus eſt puer [4] ex illa hora.† Et cum veniſſet Ieſus in domum Petri,vidit ſocrum eius iacentem [5] & febricitantem,]& tetigit manum eius & dimiſit eam febris, & ſurrexit & miniſtrabat eis. Veſpere autem facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes,& eiiciebat ſpiritus verbo,& omnes malè habentes curauit,vt adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam prophetam,dicentem: † Ipſe infirmitates noſtras accepit,& ægrotationes noſtras portauit.[c] [6] Videns autem Ieſus turbas multas circum ſe, iuſſit diſcipulos ire trans fretum. Et accedens vnus Scriba,ait illi: Magiſter ſequar te quocunque ieris.Et dicit ei Ieſus:Vulpes foueas habent,& volucres cœli nidos,[f] filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Alius autem de diſcipulis eius ait illi:Domine,permitte me primum ire,& ſepelire patrem meum.Ieſus autem ait illi:Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. † Et aſcendente eo in nauiculam,ſecuti ſunt eum diſcipuli eius,& ecce motus magnus factus eſt in mari,ita vt nauicula operiretur fluctibus.Ipſe verò dormiebat.Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius,& ſuſcitauerunt eum,dicentes:Domine,ſalua nos,perimus.Et dicit eis Ieſus: Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tunc ſurgens [g] imperauit ventis & mari, & facta eſt [D] tranquillitas magna.[h] Porrò homines mirati ſunt,dicentes: Qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei? † Et cum veniſſet Ieſus trans fretum in regionem Geraſenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia,de monumentis exeuntes,ſæui nimis,ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam.Et ecce clamauerunt,dicentes:[h] Quid nobis & tibi Ieſu fili dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos.Erat autem non longè ab illis grex multorum porcorum paſcens.Dæmones autem rogabant eum,dicentes: Si eiicis nos hinc,mitte nos in gregem porcorum.Et ait illis,Ite.At illi exeuntes abierunt in porcos. Et ecce magno impetu abiit totus grex per præceps in mare, & mortui ſunt in aquis. Paſtores autem fugerunt,& venientes in ciuitatem nuntiauerunt hæc omnia, & de iis qui dæmonia habuerant.† Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Ieſu,& viſo eo,[i] rogabāt eum vt tranſiret à finibus eorum.

*In ciuitate ſua paralyticū curat,murmurantes erudit, archiſynagogi filiam ſuſcitaturus hæmorrhoiſſin ſanat,duos cæcos & mutum,& plures alios curat,ac diſcipulos in moribus & doctrina confirmat.* IX.

[A] Et aſcendens Ieſus in nauiculam trāsfretauit, & venit in [a] ciuitatem ſuam. † Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Ieſus fidem illorum,dixit paralytico: Confide fili.[b] Remittūtur tibi peccata tua. Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra ſe:Hic blaſphemat.Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere: dimittuntur tibi peccata tua,an dicere: ſurge, & ambula? † Vt autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata in terra, tunc ait paralytico:Surge,tolle lectum tuum,& vade in domum tuam. Et ſurrexit, & abiit in domum ſuam. Videntes autem turbæ [1] timuerunt,] & glorificauerunt deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus.Et cum tranſiret inde Ieſus,† vidit hominem ſedentem in telónio,[c] Matthæū nomine.Et ait illi:[d] Sequere me. Et ſurgens,ſecutus eſt eum. Et factum eſt diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes [B] diſcumbebant cum Ieſu,& diſcipulis eius.[e] Et videntes Phariſæi, dicebant diſcipulis eius. † Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter? At Ieſus audiens,ait.† Non eſt opus valentibus [2] medicus,]ſed malè habentibus.Euntes autem diſcite quid eſt:† miſericordiam volo,& non ſacrificium.Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. * Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis,dicentes:† Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequenter,diſcipuli autem tui non ieiunant?Et ait illis Ieſus:Nunquid poſſunt [e] filij ſponſi lugere quamdiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis ſponſus,& tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus. Tollit enim plenitudinem eius à veſtimento,

[d. Perfecta quidem eſt in puto ſecundum credētis fidem veritas ſanitatis,ſed præſentiū effi cientia etiam futurorum imagini proficere monſtratur,quādo & tribuno credente,& puero ſaluato, nec talis fides in Iſrael reperta eſt, & regni cœlorum conſortium cum Abraham gentib⁹ deſtinatur.Hilar.in Matth. cano.7.]

4.In.

5 Propter febrem.

[ e. Manifeſtum eſt alium eſſe diem quo iuſſit ire trans freū, non eum qui ſequitur illum in quo ſocrus Petri ſanata eſt,quo die Marc⁹ Lucāſque eum in deſertum exiiſſe affirmant. Gloſa ordinaria.]

f.Hic igitur filius dei dominus noſter exiſtens verbum patris& filius hominis, quoniam ex Maria quæ ex hominibus habebat genus,quæ & ipſa erat homo habuit ſecundum hominem generationem:factus eſt filius hominis.Iren.lib.3.ca.21.

g. Et ex hoc loco intelligimus quòd omnes creaturæ ſentiant creatorem. Quæ enim increpauit,& quibus imperauit, ſentiūt imperantem,non errore hæreticorum,qui omnia putāt animāria:ſed maieſtate cōditoris quæ apud nos inſenſibilia, illi ſenſibilia Hier.ibidem.

h.Quid dicis non expectandam futuram reſurrectionem &iudicium? Dæmones hæc confitentur,& tu confiteri erubeſcis?Veniſti,inquiunt,ante tempus torquere nos.Qui furorum cruciātum dicunt,& iudicium & examen,& ſupplicium futurum intelligunt.Chryſ.in 6.ca. Iohan. Homil. 44.

i Vt infirmiores oculi lucem refugiunt,ita mens inualida ſapiētiæ fulgorem non ſuſtinet. Tales erant Geraſeni, qui rogabāt vt tranſiret de finib⁹ eorum dominus Ieſus.Amb.de Abraham lib.2.cap.4.

a.Ciuitatem eius non aliam intelligimus quām Nazareth,vnde & Nazaræus appellatus eſt. Hieron.ibidem.

b.Audiuit veniam,& tacet paralyticus, nec ad illam reſpondit gratiam: quia plus ad corporis quām animæ tēdebat curam, & tēporales ærumnas reſolutæ corporis compage ſic deflebat,vt æternas pœnas reſolutionis animæ non defleret,grauiorem ſibi præſentem vitam iudicās quàm futuram.Chryſ.ex variis in matthæum locis.Homi.14.

1.Admiratæ ſunt.

c.Hic enim idem euāgelii iſti⁹ ſcriptor eſt,& de peccati ſui domo exiens dominum ipſe ſuſcepit,interiore eius habitatione illuminatus. Hil.ibid.

d. Nec noſtro miniſterio indigens iuſſit vt eum ſequeremur, ſed nobis ipſis attribueret ſalutem.Sequi enim ſaluatorem eſt participare ſalutem. ſicut ſequi lumen eſt participare lumen. Irenæus.lib.4.cap.28. Potuit nempe plenius,luculentius,veti⁹ explicari quæ merita hominū Chriſtus inuenerit, & quos ſibi mores ſubiecerit, quæ ad ſe corda conuerterit,quando venerit mederi non ſanis,ſed malè habentibus,non vocare iuſtos,ſed peccatores.Amb.de vocatio.gentiū. lib.2.cap.5. 2.Medico.

*Ad pœnitentiam. Ex Luca additum Matthæo à Græcis.

e.Sponſus Chriſtus ſpōſa eccleſia de hoc ſancto ſpirituali connubio Apoſtoli ſunt pauefacti, qui lugere non poſſunt quādiu ſponſam in thalamo vident, & ſciunt ſponſum eſſe cum ſpōſa. Quando verò trāſierint nuptiæ, & paſſionis ac reſurrectionis ſpus aduenerit,tunc ſpōſi filij ieiunabunt.Nonnulli putāt dicit eo poſt dies 40.paſſionis ieiunia debere committi. Eccleſiæ autē conſuetudo ad paſſionē dominī & reſurrectionem per humilitatem carnis venit:vt ſpirituali ſagina ieiunio corporis præpārēmur.Hieron.ibid.

& peior scissura fit.[f] Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres. Alioquin rũpuntur vtres,& vinum effunditur,& vtres pereunt.Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt,& ambo conseruantur.[gg] Hæc illo loquẽte ad eos,ecce princeps vnus accessit & adorabat eum,dicẽs:Domine filia mea modo defuncta est,sed veni impone manum tuam super eam, & viuet.Et surgens Iesus sequebatur eum & discipuli eius. † Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro:& tetigit fimbriam vestimenti eius. † Dicebat enim intra se.Si tetigero tantum vestimentum eius: salua ero.At Iesus conuersus & videns eam,dixit: [h] Confide filia:† fides tua te saluam fecit.Et salua facta est mulier ex illa hora.† Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite, non est enim mortua puella,sed dormit.Et deridebant eum.Et cum ejecta esset turba, intrauit, & tenuit manum eius,[i] & dixit puella surge.] Et surrexit puella, & exiit fama hæc in vniuersam terram illam. Et transeunte inde Iesu,secuti sunt eum duo cæci clamantes, & dicentes: Miserere nostri filij Dauid. Cum autem venisset domum accesserunt ad eum cæci,& dicit eis Iesus:Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei:[gg] Vtique domine.Tunc tetigit oculos eorum,dicens: [i] Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est eis Iesus dicens.Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes,diffamauerunt eum in tota terra illa.† Egressis autem illis,ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem,& ejecto dæmonio locutus est mutus & miratæ sunt turbæ,dicentes:Nunquam apparuit sic in Israel.Pharisæi autem dicebant: In principe dæmoniorum ejicit dæmones. Et circuibat Iesus omnes ciuitates & castella,docens in Synagógis eorum,& predicans Euangelium regni,& curans omnem languorem & omnem infirmitatem.[*k] Videns autẽ turbas,misertus est eis,quia erant vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem.Tunc dicit discipulis suis: †Messis quidem multa operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis,vt[3] mittat] operarios in messem suam.

*Discipulos mittens corporis occisores timere prohibet,verbi annuntiationem iubet, ac cuncta deo postponenda demonstrat.* X.

ET † conuocatis duodecim discipulis suis,[a] dedit illis potestatem [l] spirituum immundorum,] vt eiicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.Duodecim autem [2]discipulorum] nomina sunt hæc:Primus Simon,qui dicitur Petrus,& Andreas frater eius,Philippus & Bartholomæus,Iacõbus Zebedæi,& Ioannes frater eius,Thomas & Matthæus publicanus,& Iacobus Alphæi,&[*] Thaddæus,Simon Chananæus,& Iudas[3] Scariotis,]qui & tradidit eum.Hos duodecim misit Iesus,præcipiens eis,& dicens: [b] In viam gẽtium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel.Euntes autem prædicate, dicentes,quia [4] appropinquabit] regnum cœlorum. † Infirmos curatæ,mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eiicite: †[c] grátis accepistis,grátis date.† Nolite possidere aurum neque argentum,neque pecuniam in zonis vestris. Non peram in via,neque duas tunicas, neque calceamenta,neque virgam.Dignus est enim operarius cibo suo.[d] In quancunque autem ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis. † Intrantes autem in domum,salutate eam,dicentes:Pax huic domui.Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam : si autem non fuerit digna,pax vestra reuertetur ad vos.† Et quicúque non receperit vos,neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo vel ciuitate,excutite puluerem de pedibus vestris. † Amen dico vobis,tollerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij quàm illi ciuitati.Ecce ego mitto vos sicut oues [5] in medio luporũ.]† Estote ergo prudentes sicut serpentes,& simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus.† Tradent enim vos in conciliis & in Synagógis suis flagellabunt vos,& ad Reges

f. Quia tunc est in ebullitione. Ex his vult concludere quod ea quæ sunt perfectionis magnæ, non sunt imponenda hominibus donec spoliati fuerint veteri vita. Ora. ibidem.]
g. Videtur ille fidem habere, quamuis non magnam. Obsecrat enim Iesum, non vt solum verbum dicat, sed & vt veniat & manum imponat. Defuncta autẽ dicit filiam,quamuis apud Lucam dicatur nondum defuncta. Dicet autem vel vt coniectans, eo quod reliquerat eam iam exhalantem extremum spiritum, vel vt augens calamitatẽ quo ad misericordiam prouocaret Christum Theophilactus in Matth.cap.9.
h. Mulier verò nisi Christus fidem suum manifestasset, tam magnis laudibus extulisset. Ideo eam in medium produxit,factũ illius prædicauit,metum eicit, (trement enim arcessit) consolari iussit, & ad reparationem sanitatis alia quoque præbuit quietis viatica. Chrys. ibidem.
i. Semper consilium datur eis continere bonum, quod perficitur ex ea quæ est ad deũ obedientia: & non tantum in operibus,sed in fide liberum,& suæ potestatis arbitrium homini seruauit dominus. Irenæus libr. 4. cap.72.
* Eorum, Heb.vel in populo. Græc.
K. Verborum virtutes non minus oportet introspicere quàm rerũ:quia diximus, partia in dictis atque in factis significationũ momẽta consistũt. Turbarũ dominus misereatur vexatarum & iacentium, tanquam gregis sine pastore dispersi. Hilar. ibidem.
l. Eiiciat.
a. Sicut ipse curauerat omnem languorem & omnẽ infirmitatem. Apostolis quoque suis tribuit potestatem vt curarẽt omnem languorem & omnem infirmitatem in plebe. Hieron. ib.
1 In spiritus immundos,vel super.
2. Apostolorum.
* Lebbæus qui cognominatus est.
3. Iscariotes.
b. Magni autem & innarrabilis sacramenti mysterium est, quòd prædicatoribus, quibus dictum est: ite in orbẽ vniuersum, & prædicate euangelium vniuersæ creaturæ,iisdem prius dictum fuerat: in viam gentiũ ne abieritis: & non tamen dissensionum suarum potestatem abstulerat, vt aliter quàm occulto iussoque iudicio statuerat,consilij sui ordo decurreret. Ambrosius de voca. gent. lib 2. cap.1.
4. Appropinquat.
c. Giezi puer prophetæ, qui secutus Naaman Syrum composito mendacio vendere voluit, quod propheta gratis dederat, ea lepræ percussus macula, qua ille mundatus fuerat hæreticorum figuram ostendit. Prosp. de promiss. c. 1. 3. Nec omnia propterea omnibus gratis communicanda, quandoquidẽ hoc de gratia dei tantum exponunt doctores. Vnde Chrys. in Marcum homil 15. Gratia enim dei non venditur,sed donatur. Nõ tantum ille in culpa est qui vẽdit,sed & qui emit. Infœlix est qui emit. Gratia enim Christi auro nõ potest comparari. Cõmunicatio autem eorum temporalium nullo iure gratis cõmunicanda extra suprematã necessitatem. Vnde Augu. de verbis Apostoli Serm. 26. Certe quãdo pro tuis necessitatibus procedis ad publicũ, das nummos, & emis tibi panem,aut vinum, aut oleum, aut lignum, aut aliquam suppellectilem: das & accipis, aliquid amittis,& aliquid acquiris,& hoc est emere. Hæc ille.
5. Inter lupos.

† Matth.16.f Luc.10.d 1.q.1.c. Quisquid.
† Matth. Luc. 8.f † Luc.7.g 18.g † Matth.9.f
† Luc.11
† Matth.10 1. Prin. Rom.11. Matth.3 Dist.36.Quicunque. † 14.1. Quisquid. 1. Pet.4.A † Mat.6.b Luc.9.d † Marc.6.b Luc.9.d † 23.q.1.c. Ecclesiam. † Luc.22.b
† 1.q.1.ca. Nonne Solemitas. † Dist. 36.ca. Qui ecclesiasticos. † Iohn.6.d Philip.4.d

ges & ad præsides ducemini propter me in testimonium illis & gentibus.[d]† Cum autē tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient: & eritis odio omnibus hominibus
c propter nomen meum. †ǂ Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. †Cùm autem persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis. † Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum.[e] Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius, & seruo sicut dominus eius. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. † Nihil enim opertum quod non[6] reueletur, & occultum quod non sciatur.]† Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. †[f] & nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum,[1] qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.[g] Nónne duo passeres asse veneũt? Et vnus ex illis nō cadet super terram sine patre vestro. Vestri autē & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos.[h]† Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre
D meo qui in cœlis est.ǂ Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est.[i] Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram. Nō veni pacem mittere, sed gladium.† Veni enim[7] separare hominem aduersus patrem suum, ] & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius.† Qui amat patrem aut matrem plusquàm me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. † Qui inuenit animā suam, perdet illam: & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. † Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet.[k] Et qui accipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.† [l] Et quicunque potum dederit vni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

[d. Ne dicat quomodo persistere poterimus idiotæ sapientia præditos iuber bene sperare, & solicitudinem deponere. Nā cum inter fideles loquendum, dignum est vt præmeditentur, & parati esse ad defensionem, vt Petrus admonet. Inter turbas autem & reges insanientes suū promittit robur, ne timeamus. Nostrū est enim cōfiteri, sapiēter autem respondere dei. Et ne suspicaris naturalem esse in defendendo idoneitatem, inquit: Nō vos loquimini, sed spiritus. Theophylactus ibid.]

e. Satis est vobis discipulis ad consolationem, vt contumelia afficiamini, sicut & ego qui sum magister vester. Idque magnum est, vt etiam in talib⁹ mihi similes sitis. Euthy.

6. Reuelabitur, & occultum qđ non scietur.

f. Per mortem autē istam anima liberatur, dum à mortis contubernio secernitur, & inuoluctis perturbationis exuitur. Ambr. de bono mortis. c. 5.

g. Hæc dicit ostendens quia nihil fieret eo nescient, sed spectante quidem cuncta, nō tamē cuncta faciente. Chry. in Mat. hom. 9.

[h. Offenso quod debent tribulationes sustinere constanter, hic hortatur eos ad confitendū nomen Christi confidenter, dicens: Omnis ergo qui confitebitur me. De Lyra ibid.]

i. Quòd si dicit aliquis: quomodo iustum videtur separati à parentibus? Audi quomodo. Quia si eū ipsi in errore permaneant, neque illis proderunt, & ipsi pariter cum illis interibunt. Iustū igitur & valde iustum est, separari eum qui saluari vult ab eo qui non vult. Clemens lib. 9. Recognitionum.

7. Vt separem hominem à patre, &c.

k. Tāta enim apud deum hospitalitatis gratia, vt ne potus quidem aquæ frigidæ à præmijs remunerationis immunis sit. Ambro. Offi. lib 2. cap. 21.

l. Sed quis erit qui se possit excusare, cū etiam pro calice aquę frigidæ mercedem se dominus redditurum promiserit? Et quare frigidæ dixit? ne fortè se possit aliquis pauper de lignorum penuria excusare: aut certe direre se valculum vbi aquam calefaceret, non habere. Augu. Serm. de tempore. 62.

*Ioannis præconia discipulis eius enuntiat, ciuitates quæ visis virtutibus pœnitentiam negligunt, increpat: & pœnitentes ad quietem inuitat.* XI.

A ET factum est cum consummasset Iesus, præcipiens duodecim discipulis suis transit inde vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum.[a] Ioannes autem cùm audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: † Tu es[1] qui venturus es, ] an alium expectamus? Et respondens Iesus, ait illis: Euntes renuntiate Ioanni, quæ[2] audistis & vidistis.[b] Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur, & beatus est qui nō fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertū videre? Arundinē vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominē mollibus vestitum? † Ecce qui mollibus vestiūtur, in domibus regum sunt.ǂ Sed quid existis videre? Prophetā? Etiam dico vobis
B [3 & plusquàm ] Prophetā. Hic est enim de quo scriptum est: † Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam, ante te. Amen dico vobis,[c] non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo.† A diebus autem Ioannis Baptistæ vsque nunc regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. † [d] Omnes enim Prophetæ & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt, & si vultis recipere, † ipse est Elias qui venturus est. Qui habet aures audiendi, audiat. Cui autem similem æstimabo generationem istam?

a. Tali igitur Ioannes exemplo non suæ sed discipulorum ignorantiæ cōsuluit: ipse enim venturum in remissionem peccatorū prædicauit: sed vt scirent non alium à se prædicatum, ad opera eius instruēda discipulos suos misit, vt autoritatem dictis suis illius opera conferrent: neque Christus alius expectaretur quā cui testimonium opera præstitissent. Hilarius ibid.

1. Ille venturus, scilicet Messias.

2. Auditis & videtis.

b. Quæcunque enim passus est Christus nō fuerunt inania, sed habuerunt figuram, sed significationem magnam, sicut etiam diuina illa opera quæ fecit. Lactantius lib. 4. cap. 24.

3. Præstantiorem.

c. Iam enim rumores fuerūt nō natura hominum, sed de natura angelorum Baptistam fuisse, ignorantes nomen angeli nimi sterium magis quàm substantiam significare. Cyril. in Ioan. li. 1. cap. 7.

d. Quoniam igitur à Moyse lex incohauit, consequēter in Ioanne desiuit, ad implerionem eius aduenerat Christus, & propter hoc lex & prophetæ apud eos vsque ad Ioannem. Et iccirco itaque incohans à Dauide, & adimplens tempora sua legis dationis finem oportuit habere manifestato nouo testamento. Irenæus lib. 4. cap. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Similis est pueris sedentibus in foro,qui clamantes coæqualibus,*dicunt:[c]Cecinimus vobis,& non saltastis:lamentauimus,& non planxistis.[†§] Vênit enim Ioannes neque c manducans,neque bibens,& dicunt:dæmonium habet.[†]Vênit* filius hominis manducans & bibens,& dicunt:ecce homo[4]vorax,] & potator vini,publicanorum & peccatorum amicus.Et iustificata est sapientia à filiis suis.Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus factę sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam.Væ tibi Corozáim,væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidône factæ essent virtutes quę factæ sunt in vobis,olim[5] in cilicio & cinere] pœnitentiam egissent.Veruntamen dico vobis,Tyro & Sidôni remissius erit in die iudicij quàm vobis.[f] Et tu Capharnaũ, [6]nunquid vsque in cœlum exaltaberis?]Vsque in infernum descendes.[§] Quia si in So d domis factæ fuissent virtutes quæ factę sunt in te,fortè mãsissent vsque in hanc diem. Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij quàm tibi.In illo tempore,respondens Iesus,dixit:[†]Confitebor tibi pater domine cœli & terræ,quia abscondisti hæc à sapientibus & prudẽtibus,& reuelasti ea paruulis.Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te.Omnia mihi tradita sunt à patre meo.[§]Et nemo nouit filium nisi pater,neque patrem quis nouit nisi filius,[h] & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis,& ego reficiam vos.Tollite iugum meum super vos,& [†] discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.[†] Iugum enim meum suaue est,& onus meum leue.

*Suis.
[c] Sic Ioãnes prædicabat lamentia pœnitentiæ,Christus exultationem misericordiæ, sed generatio Iudaica nec plorat cũ Ioanne plorante,nec gaudet cum Christo gaudente. Comparatur autem hic nõ personæ personis, quasi sic per pueros clamantes intelligerentur Christus & Ioannes,per negligentes autem vtique audientes & non facientes, sed eorum negotium toti negotio. Nicolaus Gorran.
*Autem.
4. Edax.
5. In sacco & puluere.
f. Et est duplex intelligẽtia,vel ideo ad inferna descendes,quia contra prædicationẽ meam superbissimè restitisti. Vel ideo quia exaltata vsque ad cœlum meo hospitio & meis signis atque virtutibus tantum habens priuilegium, maioribus plecteris supplicijs, quòd his quoque credere noluisti. Hieronym. ibid.
6. Quæ vsque ad cœlos exaltata es.
g. Sine dubio excluſit cæteros à discutienda notitia, qui ad vasa solum patrum scientiam filij reuocauit. Euseb. Eccle. hi. li. 1. c. 1. h. Loquendum ergo non aliter de deo est,quàm vt ipse ad intelligentiam nostram de se locutus est. Hila. de trinit. lib. 5.

a. Quod autem spicas segetum manibus cõfricarent, & inediam consolantur,vitæ austerioris indicium est, nõ præparatas epulas,sed cibos simplices quærentium.
b. Dat dominus duplex accusationis exemplum, vnum regiæ potestatis de Dauid, alterum sacerdotalis, de his qui per ministerium templi sabbatum violant: vt multo minus ad ipsum euulsarum sabbato spicarũ crimen pertineat, qui verus rex, & verus sacerdos est,& ideo dominus sabbati. Aug. qua. ex Matt. q. 10.
i Quando.
c. Neque enim si nõ licebat sicut, Dauid creditus fuit fecisse sine crimine,neque sacerdotes sine crimine sabbatum violasse. In quo per Apostolicam doctrinam populo legis infideliter obuiante salus gentili datur: quia maior ipse sit sabbato & absque violatæ legis culpa Euangelica fides operatur in Christo. Hila. ibid.
d. Et est sensus. Si misericordiã comprobastis Archimelech eo q̃ fame periclitantem refocillauerit Dauid & pueros eius, quare discipulos meos condemnatis, qui nihil tale fecerunt?
*Erat.
e. Suspicantes q̃ rursus quasi curaturus esset, interrogatione eum anticipant,vt cum respondisset licitum esse,sumerent occasionem illum iam accusandi tanquam transgressorem,& ita prohiberent, & illũne curaret, & alios qui propter sanitates fuissent credituri. Malebant cẽ sux gentis homines morbis cor rumpi quàm Christum glorificari. Euthymius ibid.
f. O pestiferam dæmonis astutiam: vtrasque viam occupauit atque obstruxit quibus erat ille creditur us,visum scilicet,atque auditum,quas tamẽ ambas vias Christus reseranit. Chrysost. in Matth. hom. 41.
g. Hoc dicens ex eorum confessione volebat intelligi, q̃ in eũ non credendo in regno diaboli esse delegissent,quod vtique aduersum se diuisum stare non potest. Eligant ergo Pharisæi quod voluerint. Si Sathanas Sathanam nõ potest eiicere, nihil contra dominum quod dicerẽt inuenire potuerunt. Si autẽ potest,multomagis sibi prospiciãt & recedant de regno eius: quòd aduersum se diuisum stare non potest. Aug. Sermo. 11. ex verbis domini in euangelio secũdum Matth.

*Similitudinem dominus sabbati ostendit, quæ in die sabbati fieri debeant, quæ non debeant. Ambros. in Luc. lib. 5.

*Sabbatum.

*Sabbatum.

*Sabbatum

D stabit. ♱ Et si Sathanas Sathanam eiicit, aduersus se diuisus est. Quomodo ergo stabit regnum eius? [h] Et si ego in Beelzebub eiicio dæmones, filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. [i] Si autem ego in spiritu dei eiicio dæmones, igitur peruênit [2] in ]vos regnum dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem? Et tunc domum illius diripiet. Qui nõ est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit. Ideo dico vobis, † omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem [3 k] blasphemiæ, ] non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei: [l] qui autem dixerit contra spiritum sanctum, neque remittetur ei: neque in hoc seculo, neque E in futuro. ♱ Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborẽ malam, & fructum eius malum. Siquidem ex fructu arbor cognoscitur, † Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. † Bonus homo de bono thesauro profert bona; & malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis, † [m] quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Tunc responderunt ei quidam de Scribis & Pharisæis, dicentes: [n] Magister, volumus à te signum videre. Qui respondens, ait illis: F † ♱ Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ. † Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. † Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt [4] in prædicatione ]Ionæ. Et ecce plusquàm [o] Ionas hic. †[p] Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plusquàm Salomon hic. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit. Tũc dicit: † Reuertar in domum meam vnde exiui. ♱ Et veniens inuenit eam [5] vacantem, ] G scopis mundatam & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi, † & fiũt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ. † Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: [q] Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes te. * At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror & mater * est.

[h. Si expulsio dæmonum à filijs vestris, Deo non dæmonibus deputatur, quare in me idem op⁹ eandem nõ habet causam. Glo. ſ. ordinaria.]
[i. Quod si in diuina virtute ego eiicio dæmonia, ergo ego sum filius Dei & aduenit propter vos, vt afficiamini beneficijs, atque ita peruenit in vos meus aduentus. Hic enim est regnum Dei. Quid igitur aduentum meũ, qui propter vos est, accusatis? Theophylactus ibidem.]
2. Ad.
3 k. Blasphemia (vt spiritus sit genitiuus, & blasphemia nominatiuus) hoc est blasphemia in spiritum sanctum.
[l. Triplex est modus exponendi. Quidam exponũt ad literam, quia ipsi videbant eum miracula facientẽ, & opera spiritus sancti, & dicebant eum habere spiritum immundũ: ideo blasphemabant in spiritum sanctum. Et in hoc diuersa est expositio.
Quidam dicũt quod vtrumque debet referri ad personam filij, sed in filio duplex est natura diuina & humana, secundum diuinam, & spiritus est, & sanct⁹ est. Sanctus Thomas ibid.]
m. Otiosum est verbũ, quod nulla de re profertur, quod mendacio inquinat, quod ad calũniam dicitur. Quidam autem otiosa etiam afferunt verba, quæ vana sunt, vt quæ profusum mouent risum, aut turpia, impudica, illiberalia Chrys. in 12. cap. Mat. homil. 43.
[n. Sciendum quod dicitur Lu. 11. Aliqui volẽtes experiri Christi potestatem petebant sibi signa fieri in corporibus cœlestib⁹, quod petebant non ex deuotione, sed magis ex curiositate, & calumniatione. De Lyra. ibidem.]
4. Ad prædicationem.
o. Vnus autem & idem domin⁹ qui plusquam templum est, & plusquam Salomon, & plusquã Ionas, donat hominibus id est, suam præsentiam & resurrectionem à mortuis. Iren. li. 4. ca. 20.
p. Non quia ipsa sua virtute ac potentia condemnabit, sed quia in eius comparatione condemnabuntur qui deuotionem eius scirẽt, cum multa facilius possent, sapientiæ curam dissimulabãt habere. Hie. super 21. c. Pro. 5. Vacuam.
q. Est autem etiam in eo typica ratio seruata, vt mater eius & fratres foris starent, cum vtique ingrediendi ad eum haberent (vt cæteri) potestate m. Sed quia in sua venit, & sui eum non receperunt: in matre eius in fratribus synagoga & Israelitæ præfigurãtur, ingressu ei⁹ atque aditu abstinentes. Hilarius. ibidem.
* Alloqui. * Mea.

*Regnum dei sub quadruplicis seminis zizaniorum, grani sinapis, fermenti in pasta, thesauri in agro, & margaritæ figura docet.* XIII.

IN illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. † Et congregatæ sunt A ad eum [a] turbæ multæ, ita vt in nauiculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in littore, & locutus est eis multa in parabolis, dicens: Ecce, exiit [1] qui seminat seminare [b] ⊱ semen suum. ] Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cœli & comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terram multam, & continuò exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ. Sole autem orto [c] æstuauerunt, ] & quia non habebant radicem, aruerunt. † Alia autem ceciderunt in spinas, & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, [2] aliud centesimum, ] aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Qui habet aures [3] audiendi, ] audiat. † Et accedentes discipuli, dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Qui respon- B dens, ait illis: ♱ Quia vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, [d] illis autem non est datum. † [e] Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & au-

a. Turba non vnius sententiæ est, sed diuersarum in singulis voluntatum. Vnde loquitur ad eã in multis parabolis: vt iuxta varias voluntates diuersas reciperent disciplinas. Hiero. ibidem.
1 Seminator ad seminãdum vel vt seminaret.
b. Desumptum est, semen suum, ex Luca.
c. Hoc est, exiccata sunt.
2. Vnum centuplum.
3. Ad audiendum.
d Hoc autem dixit non necessitatem quampiam ostendens, nec certam ad aliquos doctrinæ attributionem à casu, & vt contigit illatam: sed vt in ipsis omnium causam esse ac gratiam superius esse malorum significaret, ac apetiret donum quod dã hoc esse, ac gratiã infusam, quæ nullo pacto libertatem humanę tollit naturæ. Chrys. ibid. Vnde reprobos nulla adigit necessitas post contemptum euangelium, quin illud recipere possit.
e. Quid dabitur? adiectio fidei vel intellectus, vel salus ipsa. Quid auferetur? Vtique quod dabitur. A quo dabitur & auferetur. à creatore. Tertu. aduers. Marcio. lib. 4.

dientes non audiunt,neque intelligunt,vt adimpleatur ] in eis prophetia Isaiæ,dicentis:†[f] Auditu] audietis,& non intelligetis,& videntes videbitis,& non videbitis.† Incrassatum est enim cor populi huius,& auribus grauiter audierunt,& oculos suos clauserunt,] nequando videant oculis,& auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur,& sanem eos.† Vestri autem beati oculi, quia vident: & aures vestræ,quia audiunt.† Amen quippe dico vobis,[g]quia multi Prophetæ & iusti cupierunt videre quę videtis,& non viderunt: & audire quæ auditis,& non audierunt. Vos ergo audite parabolam seminantis.†[g] Omnis qui audit verbum regni,& non intelligit,venit malus, c & rapit quod seminatum est in corde eius, hic est qui secus viam seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est,hic est qui verbum audit,& continuò cum gaudio accipit illud:[h] Non habet autem in se radicem,sed[7] est temporalis.] Facta autem tribulatione & persecutione propter verbum, continuò scandalizatur. Qui autem seminatus est in spinis,hic est qui verbum dei audit,[i] & solicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat verbum,& sine fructu efficitur. Qui verò in terram bonam seminatus est,hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum,aliud autem sexagesimum, aliud verò tricesimum. Aliam parabolam proposuit illis,dicens:[k]† Simile factum est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici,& abiit. [g] Cum autem creuisset herba, & d fructum fecisset,tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patrisfamiliâs, dixerunt ei: Domine,nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis,[8] imus & colligemus] ea? Et ait: Non. Ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum.† Sinite vtraque crescere vsque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus:[l] Colligite primum zizania,& alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum. Aliam parabolam proposuit eis, dicens:†[m] Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo, quod minimum quidem est omnibus seminibus. Cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus,& fit arbor,ita vt volucres cœli veniant,& [9] habitent ] in ramis eius.[g] Aliam parabolam locutus est eis:† Simile est regnum cœlorum fermen- E to,quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas,& sine parabolis non loquebatur eis,vt impleretur quod dictum erat per Prophetam,dicentem:† Aperiam in parabolis os meum,eructabo [10] abscondita] à constitutione mundi. Tunc dimissis turbis vénit in domum,& accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens,ait: Qui seminat bonum semen, est filius hominis. Ager autem,est mundus. Bonum verò semen, ij sunt filij regni. Zizania autem,filij sunt [11] nequam.] Inimicus autem qui seminauit ea,est diabolus.† Messis verò consummatio seculi est. Messores autem angeli sunt.[g] Sicut ergo colliguntur zizania,& igni comburuntur,sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos,& colligent de regno eius omnia scandala,& eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium.† Tunc iusti fulgebunt sicut sol in [n] regno patris eorum. Qui habet aures [12] audiendi,] audiat.° Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuênit homo abscondit,& præ gaudio illius vadit & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori,quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita,abiit & vendidit omnia quæ habuit,& emit eam. Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere [13]— piscium ] congreganti. Quam cum impleta esset [13] educentes, & secus littus ] sedentes, elegerunt bonos in vasa sua,malos autem foras miserunt. [g] Sic erit in consummatio- G ne seculi. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis.† Ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei:

Etiam.

f. Audiebat.
[f Dicimus enim ad illos cum Deo,quod Deus faciat omnes intelligere natura quantum opus est. Omnem enim hominẽ illuminat venientem in hunc mũdum,voluntas autem nostra obtenebrat nos. Hoc igitur & in illo loco manifestatur. Dicit autem,quod videntes natura,hoc est à deo facti, vt natura intelligere possint non vident voluntarie. Et audientes,hoc est,naturaliter ita à Deo facti vt audire, & intelligere queant nõ audiũt neque intelligunt propter voluntatem. Theoph. ibid.]
g. Impingua cor populi huius & aures eius aggraua, atque oculos eius oblime.
g. Quemadmodũ concupierunt & audire & videre, nisi præscissent futurum eius aduentum? Quomodo autem præscire potuerunt, nisi ab ipso præscientiã ante accepissent? Irenæus lib. 4. cap. 4.
[h. Nõ habet in se radicem, sed est temporalis, id est, ad modicũ tempus stans. De Lyr. ibidem.]
7. Ad horam manet.
i Et bene spinis comparauit solicitudinem huius seculi. Sicut enim spinæ non sinunt semẽ emicare, sed dẽsitate sua seminatum supprimuntita & curæ tẽporales spirituale semẽ quod in anima seminatur, non sinũt fructum afferre, sed adurunt, & suffocant sicut spinæ profectũ eius retardantes. Chtys. super 33. cap. Genes. homil. 59.
[k. Quasi diues paterfamilias in ultatos diuersis reficit cibis, vt vnusquisque secundum naturã stomachi tui varia alimenta suscipere, vnde & dixit aliam parabolam, & non alteram, vt plures sequi intelligantur. Hæc parabola domi proponitur dimissis turbis, & rogantibus discipulis exponitur. Et docet hic bonam voluntatem, & cautellam, & patientiam, & discretionem, & longanimitatem, & sustinẽ. Glosa ordin. ibide n.]
8. Ne vt eamus & colligamus.
l. Metite falce mortis inuenta tunc zizania. Quare autem primum? Ne etiam tunc viuctes orthodoxi simul cũ hæreticis mixtim demessi prauam concipiãt spem. Euthy. ibidem.
m. Sicut enim granũ sinapis partum perfert in exteriori specie quantitatem, sed magnam dum conteritur, profert de sui cõtritione virtutem, & quod plus est, magis intra se vim suam possidet ita & dominus noster Iesus Christus exiguꝰ putatur esse, dũ ex homine procreatur: sed cum deo totus impletur, dum per vi tæ huius labores tribulationum afflictione conteritur, fortior inuenitur. Viuendo eruditionem protulit, moriendo patientiam, potentiam resurgendo, & per infirmitatem susceptæ carnis fortis quasi minimus & despectus apparuit, sed vigorem diuinitatis intus abscondit. Euseb. Emisenus de natiui. domi. homil. 1.
9. Nidificent, vel nidos faciant.
10. Aenigmata. 11. Bellat.
n. Quod enim patris est per maiestatis proprietatem, id etiam filij est per eiusdem claritudinis vnitatem: Ergo & patris regnũ scriptura dicit & filij Ambr. de fide. lib. 3. cap. 6.
12. Ad audiendum.
o. Sermo enim diuinus in agro huius mundanæ conuersationis absconditꝰ est per typos & figuras & parabolas scripturarũ occultatur: de quibꝰ Iere. 30. d In nouissimo dierũ intelligetis ea. Omnis prophetia priusquã habeat efficaciã ænigmata & ambiguitates sunt hominibus. Cũ autẽ venerit tempꝰ, & euenerit quod prophetatũ est, tunc prophetiæ habent liquidã & certã expositionem. Quod cum Iudæis legitur lex in hoc tempore fabulæ similis est, Christianis vero thesaurus absconditus in agro, cruce Christi reuelatus & explanatur. Irenæus lib. 4. cap. 43.
13. Extrahentes in lit. maris, &.

Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Et factum est cum cõsummasset Iesus parabolas istas, transiit inde. † P Et veniens in patriam suam docebat eos in Synagogis eorum, ita vt mirarentur, & dicerent: Vnde huic sapientia hæc & virtutes? Nónne hic est fabri filius? Nónne mater eius dicitur Maria, & fratres ei⁹ Iacôbus & Ioseph, & Simon & Iudas? & sorores eius nónne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? † Et scandalizabantur in eo. Iesus autem dixit eis: † q Non est Propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua. † Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum.

*Ioanne occiso Christus in deserto quinque hominum milia satiat, super aquas ambulans Petrum mergentem erigit, atque in terra Genezareth plurimos etiam fimbriæ tactu sanat.* XIIII.

A IN illo tempore, † a audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu, & ait [1 pueris] suis: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideò virtutes operantur in eo. † Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum, & posuit in carcerem propter Herodiadem vxorem* fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam. Et volens illum occidere timuit populum, † quia sicut Prophetam eum habebant. Die autem natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit [2 Herodi.] † b Vnde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcunque postulasset ab eo. At illa præmonita à matre sua: Da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contristatus est Rex, propter iusiurandum autem, & propter eos qui pariter recumbebant, iussit dari. Misitque & decollauit Ioannem in carcere. Et allatum

B est caput eius in disco, & datum est puellæ, & illa attulit matri suæ. ✠ Et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud, † c & venientes nuntiauerunt Iesu. d Quod cum audisset Iesus, secessit inde [3 in nauiculam] in locum desertũ seorsum. Et cum audissent turbæ, secutæ sunt eum pedestres de ciuitatibus. † Et exiens vidit turbam multam, & misertus est eis, & curauit languidos eorum. [4 Vespere autem facto,] accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: † Desertus est locus, & hora iam præteriit, dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas. Iesus autem dixit eis: Non habent necesse ire: date illis vos manducare. Respondent ei: Non habemus hic [5 nisi] quin-

C que panes & duos pisces. Qui ait eis: Afferte mihi illos huc. ✠ Et cum iussisset [6 turbam] discumbere super fœnum, acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens in cœlum, † benedixit & fregit, & dedit discipulis suis panes, discipuli autem dederunt turbis. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim caphinos fragmentorum plenos. e Manducantium autem fuit numerus * quinque milia virorum, exceptis mulieribus & paruulis. † Et statim [7 iussit] discipulos ascẽdere in nauiculam, & præcedere eum transfretum, donec dimitteret turbas. † Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto, solus erat ibi. Nauicula autem * in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis vênit ad eos ambulans super mare. f Et videntes eum * super mare ambu-

D lantẽ, turbati sunt dicentes: quia phantasma est. ✠ Et præ timore clamauerunt. Statímque Iesus locutus est eis, dicens: Habete fiduciam, ego sum, nolite timere. Respondens autem Petrus, dixit: Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. Et ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, vt veniret ad Iesum. Vidẽs verò ventum validum timuit. Et cum cœpisset mergi, clamauit, dicens: Domine, saluũ me fac. Et continuò Iesus extendens manum, apprehendit eum, & ait illi: g Modicæ fidei quare dubitasti? Et cum ascendissent in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes: Verè filius dei es. † Et cũ transfretassent, venerunt in terram [8 Genesar.] † Et cum cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes, & rogabant eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et [9 quicunque] tetigerunt sal ui facti sunt.



Ip. Patria sua aliquando dicitur Nazareth, vbi nutritus est, & ibi fecit pauca miracula. Aliquando Bethlehem vbi natus est, Aliquando Capharnaum, vbi plura fecit miracula. Vnde mirabãtur, vnde illi tantę virtutes essẽt S. Thomas ibidem.

q. Solemus enim homines familiares contemnere, & externos in admiratione habere. Quod autem adiicit in domo sua, ideo fecit, quia oderant eũ & fratres sui domestici. Tu autẽ intellige quòd & hodie Iesus in patria sua, hoc est apud Iudæos, ignominiosus est: nos autem exteri illum veneramur, Theoph. ibidem.

a. Tu autem etiam hic animaduerte quàm ingentes virtus habeat vires. Nam hic Herodes adeo Ioannem perhorruit, vt à nimia formidine vel de resurrectione philosopharetur. Videt nimium ipsum timuisse nec etiam hæc verba ad alienos efferre auder, sed vernas suos alloquitur. Chrys. in Matt. 14. ca. homi. 49. 1. Famulis.

*Philippi.

2. Oculis Herodis.

b. Herodes saltatrici præmium turpiter promisit, crudeliter soluit. Turpe quòd regnũ pro saltatione promittitur, crudele quòd mors prophetæ pro iurisiurandi religione donatur. Ambro. Officio lib. 3. ca. 12.

c. Finitis igitur legis tẽporibus, & cum Ioanne consepultis, discipuli eius res ita gestas domino nuntiant, ad euangelica scilicet, ex lege venientes. Hilarius ibidem.

d. Ergo dei verbum lege finita nauem conscendens. Ecclesiam adit, & in desertum cõcedit. Relicta quippe cõuersatione Israelis in vacua diuinæ cognitionis pectora transit. Turba hæc audiens dominum de ciuitate pedes sequitur in desertum, de synagoga videlicet ad ecclesiam concedit, quam videns misertus est, & omnem languorem eius infirmitatémque curat. Idem.

3. Per nauim.

4. Vespera autem facta.

5. Plures quàm.

6. Vt turbę facerent.

* Fere.

e. Pro quinque sensibus corporis hi sunt qui in seculari habitu exteriori habitui nouerunt. Hi quinque panibus i. legalib⁹ præceptis adhuc necesse est vt instituantur. Nam qui mundo integrè renunciant, quatuor milia sunt & septem panibus, i. euangelica perfectione sublimes, & spirituali gratia reficiũtur. Glosa ordinaria. ibidem.

7. Compulit. *Iam.

f. Turbati in freto Apostoli, licet adhuc non credentes corde, vbi primum sub pedibus domini ludere æquas, & inquieto maris æstu deambulantis domini super aquas intrepida videre vestigia, subitóque naui quæ fluctibus turbaretur, vbi eam tamẽ Christus ascendit, placida æquora, & elementa famulantia conspexere, verum dei filium credi derunt, dicentes: vere dei filius est. Ambro. de fide lib. 1. ca. 7.

*Discipuli.

g. Cur hæsitasti, siue quare primum fiduciam habens, postmodum timuisti? id enim appellauit hæsitationem. Nam qui contra fluctus te fortem reddebat, vtique & contra ventum te fortem reddidisset. Euthy. ibidem.

8. Genezareth.

9. Quotquot.

*Phariſeorum traditiones diuinis aduerſas reprobat. Chananæa filia à dæmonio & pleriſque aliis liberatis, quatuor hominum milia cibat.* XV.

TVnc †acceſſerunt ad eũ ab Ieroſolymis Scribæ & Phariſæi, dicentes: [a] Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur [1] traditiones] ſeniorum? Non enim lauant manus ſuas cum panem manducant. Ipſe autem reſpondens, ait illis: Quare & vos tranſgredimini mãdatum dei propter traditionem veſtram? Nam deus dixit: † Honora patrem & matrem: † & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: quicunque dixerit patri vel matri: [b] munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem ſuum aut matrem ſuam, & irritum feciſtis mandatum dei [c] propter traditionem veſtrã. Hypocrytæ, bene prophetauit de vobis Iſaias, dicens. † Populus hic* labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Et conuocatis ad ſe turbis, dixit eis: Audite & intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem. [g] Tunc accedentes diſcipuli eius dixerũt ei: Scis quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt? At ille reſpondens, ait: † [d] Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Sinite illos, cæci ſunt, & ] duces cœcorum. † Cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in [e] foueam cadunt. Reſpondens autem Petrus, dixit ei: [f] Ediſſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit: Adhuc & vos [2] ſine intellectu eſtis? ] Non intelligitis, quia omne qnod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur? Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. † [g] De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, farnicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hæc ſunt quæ coinquinant hominem. [h] Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem. † Et egreſſus inde Ieſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sydonis. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa, clamauit, dicens ei: [i] Miſerere mei domine, fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur. Qui non reſpõdit ei verbum. Et accedentes diſcipuli eius, rogabant eum dicentes: Dimitte eam quia clamat poſt nos. Ipſe autem reſpondens, ait: [3] Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt [3] domus ] Iſrael. At illa venit & adorauit eum, dicens: Domine, adiuua me. Qui reſpondens, ait: † [k] Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mitere canibus. At illa dixit: Etiam domine. [4] Nam & ] catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Tunc reſpondens Ieſus, ait illi: O mulier, mágna eſt fides tua, fiat tibi ſicut [5] vis. ] Et ſanata eſt filia eius ex illa hora. Et cum tranſiſſet inde Ieſus, venit ſecus mare Galilææ, & aſcendens in montem ſedebat ibi. † Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ habentes ſecum mutos, cœcos, claudos, debiles & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius [l] & curauit eos, ita vt turbæ mirarentur, videntes mutos loquẽtes,* claudos ambulantes, cæcos videntes, & magnificabant deum Iſrael. [f] Ieſus autem conuocatis diſcipulis ſuis, dixit: † Miſereor turbæ, quia triduo iam perſeuerant mecum, & non habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo, ne* deficiant in via. Et dicunt ei diſcipuli: Vnde ergo nobis in deſerto panes tantos, vt ſaturemus turbam tantam? Et ait illis Ieſus: Quot panes habetis? * At illi dixerunt: Septem, & paucos piſciculos. † Et præcepit turbæ vt [m] diſcunberent ſuper terram. Et accipiens ſeptem panes & piſces, & gratias agens, fregit, & dedit diſcipulis, & diſcipuli dederunt populo. Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt. Et quod ſuperfuit de fragmentis, tulerunt ſeptem ſportas plenas. Erant autem qui manducauerunt quatuor milia hominum, [6] extra] paruulos & mulieres. Et dimiſſa turba aſcendit in nauiculam, & vênit in fines Magedam.

a. Quanquam in omnibus locis erant Scribæ & Phariſæi, magis tamen erant venerabiles Ieroſolymitani: idem illi magis inuidebant, vt pote inanis gloriæ magis appetentes. Morem autem habebat Iudæi non comedere illotis manibus, idque ex patrum traditione. Has igitur traditiones vt vidiſſent nõ obſeruari à diſcipulis, putauerunt illos contẽnere ſeniores. Theophylactus ibidem.

1. Traditionem.

b. Quicquid deuoui deo tuo cedat vtilitati, & ſic tuæ non ſuccurram pietati.

c. Non per Moyſen datam legem dicit præcepta hominum, ſed traditiones presbyterorum, quæ inſerant, quas vindicantes fruſtrabatur legem dei. Ireneus lib. 4. ca. 26.

x Ore ſuo mihi appropinquat, &c.

d. Quis homo niſi malæ voluntatis fuerit, bonam in ſe non amat voluntatem, quæ ſuperni agricolæ prima plantatio eſt? quicquid enim non eſt eradicandum, manifeſtum eſt à patre eſſe plantatum. Ambroſ. de vocat. gent. ca. 2. lib. 1.

e. Quæ eſt dura captiuitas animæ impœnitenti: de qua dicitur Apoc. 2. f. Dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & pœnitere non vult.

f. Interpretare.

2. Nihil intelligitis?

g. Procedat qui in corde ſuo hæc non eſſe teſtetur, & plenam in corpore iſto mortali iuſtitiã confitebor. Hier. aduerſus Pelagianos lib. 3.

h. Spiritualia dicta prophetarum, de cordis & corporis caſtigatione, vt hæc lauamini mundi eſtote. Phariſæi carnaliter de ſolo corpore accipiebant, quod vanum eſt fieri. Gloſa ord. ibid.

i. Vnde intelligere te conuenit, quia miſſus non id ſignificat quod alieno ſit coactus imperio, ſed quod voluntariò ſit coactus aduitatu: alioquin contemptum oſtendit patris. Ambro. de fide lib. 2. cap. 4.

3. In domo.

k. Nõdum iactabat canibus panem filiorum, nondum in viam gentiũ vel nationum ire mãdabat. Siquidẽ in fine præcepit vt viderẽt ad docendas & tingẽdas nationes, conſecuturi mox Spiritum ſanctum paracletum: qui illos deducturus eſſet in omnem veritatem. Tertull. de præſcriptio. aduer. hære.

4. Verumtamen etiam.

5. Petis.

l. Repente curauit illos, non quòd maiori ſint merito quàm Chananæa, ſed quod Iudæi ſint: vt ingratorum obturet ora Iudæorum: demonſtrans illos maiori dignos ſupplicio, in gratus enim quàm maioribus pluribuſ quis affectus beneficiis, tanto ad maiorẽ pœnam luendam eſt obnoxius. Euthymius ibidem.

* Debiles ſanos.

* Fortè.

* Apud vos.

m. Supra in refectione quinque panum turba ſuper fœnum viride diſcumbebat, nunc vbi ſeptem panibus reficienda eſt, ſupra terram diſcumbere præcipitur: quia per ſcripturam legis carnis deſideria calcare & comprimere iubemur. Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. In nouo autem teſtamẽto ipſam quoque terram ac facultates temporales derelinquere præcipimur. Beda do. 7. poſt trinit.

6. Vltra.

*Cæleſti ſigno Phariſæis negato illorum fermento cauendum: diſcipulis autem poſt opinionem Chriſti confeſſam ſuam prædicit paſsionem.* XVI.

Et †ac-

A † T Accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes,& [1 a] rogauerunt ] eũ vt signum de cœlo ostenderet eis. At ille respondens, ait illis: Facto vespere dicitis, serenum erit, rubicundum est enim cœlum: Et mane,hodie tempestas, [2] tutilat ] enim triste cœlum. * Faciem ergo cœli diiudicare nostis, signa autem temporum non potestis scire. † Generatio mala & adultera signum quærit,& signum non dabitur ei , † nisi signum Ionæ prophetæ. Et relictis illis , abiit. Et cum venissent discipuli eius trans fretum,obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis: † [b] Intuemini & cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum. At illi cogitabant inter se,dicentes: Quia panes non accepimus. Sciens autem Iesus,dixit: † Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes [3] non habetis? ] [f] Nondum intelligitis , neque recordamini quinque panum & quinque milium hominum,& quot cophinos sumpsistis? Neque septem panum & quatuor milium hominum,& quot sportas sumpsistis? Quare non intelligitis , quia non de pane dixi vobis ? * cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum. Tunc intellexerunt,quia non dixerit cauendum à fermento panum,sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorum. † Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogabat discipulos suos,dicens: Quem [4 ←] me ] dicunt homines esse filium hominis ? At illi dixerunt : Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam , alij verò Ieremiam,aut vnum ex Prophetis. Dicit illis Iesus : Vos autem quem me esse dicitis?
c Respondens Simon Petrus, dixit : † [c] Tu es Christus filius dei viui. [f] Respondens autem Iesus,dixit ei: † Beatus es Simon Bar-Iona,quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est.Et ego dico tibi:quia tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. † [d] Et tibi dabo claues regni cœlorum. † Et quodcunque ligaueris super terram , erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram , erit solutum & in cœlis. [e] Tunc præcepit discipulis suis : [4] vt nemini dicerent, quia ipse esset Iesus Christus. Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis , quia oporteret eum ire Ierosolymam, & * multa pati à senioribus,& Scribis, & Principibus sacerdotum , & occidi & tertia die resurgere. Et assumens eum Petrus cœpit increpare illum, dicens: Absit à te domine,non erit tibi
D hoc. [f] Qui conuersus,dixit. † [5] Vade post me sathana,scandalum es mihi:quia non sapis ea quæ dei sunt,sed ea quæ sunt hominum.Tunc Iesus dixit discipulis suis: † Si quis vult post me venire,abneget semetipsum,& tollat crucem suam & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere,perdet eam.Qui autem perdiderit animam suam propter me,inueniet eam. † Quid enim prodest homini,si mundum vniuersum lucretur,animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo [f] commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Amen dico vobis, † sunt quidam de hic stantibus,qui non gustabunt mortem ,donec videant filium hominis venientem in regno suo.

1.Rogantes.
a.Non enim vt crederent, quærebant,sed facultatem reprehendi inuestigabant. Nã si quasi crediturí ipsum adiissent certè qui Chananæa dixit: Non est bonum panem filiorum canib⁹ mittere : & tamen præbuit ei quod quærebat, multomagis istis petentibus præstitisset: deinde eo etiam hypocritas appellauit, quia aliud ore proferebat,aliud mente tegebant. Chrys.in Matth. ho.nil.54.
2.Rubescit.
* Hypocritæ.
b.Quemadmodum fermentum amarum est & vetus,ita & Pharisæorum & Sadducæorum doctrina mordet animas, amara existens,& veteres seniorum traditiones introducens . Et sicut fermentum temperatura est aquæ & farinæ, sic & doctrina Phatisæorum mixta est ex sermone& vita corrupta. Nõ dixit illis manifestè: Cauete à doctrina, sed à fermento. Theophyl.
3.Non accepistis?
*Quando dixi.

*Transfiguratus Christus lunaticum liberat, discipulósque miraculi impotentes informat, ac Cæsari tributum dari imperat.* XVII.

A † T [a] post dies sex assumpsit Iesus Petrum,& Iacobũ,& Ioãnem fratrẽ eius, & duxit illos in montẽ excelsum seorsum,& transfiguratus est ante eos.Et resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autẽ eius facta sunt alba sicut nix.Et ecce [1] apparuerunt ] illis Moyses & Elias cũ eo loquentes. [b] Respondens autem Petrus,dixit ad Iesum:Domine bonum est nos hîc esse,si vis faciamus hîc tria tabernacula tibi vnum, & Moysi vnum,& Eliæ vnum. Adhuc eo loquente, † ecce nubes lucida obũbrauit eos.Et ecce vox de nube,dicens:Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui,ipsum audite . Et audientes discipuli , ceciderunt in faciem suam,& timuerunt valde. [c] Et accessit Iesus,& tetigit eos,dixítque eis:Surgite,&
B nolite timere. [f] [d] Leuantes autẽ oculos suos,neminem viderunt,nisi solum Iesum. † Et

1.Visi sunt.
b. Petrus in monte Moysen & Eliam cum filio dei vidit : nec errauit in natura,nec errauit in gloria.Denique quid facere deberet non illos,sed Christum interrogauit. Nam etsi tribus parabat obsequium, vnius tamen expectabat imperium.Sed quoniam vel tabernaculorum numerum deferendum tribus simpliciter existimauit, emendatur dei patris authoritate dicentis. Hic est filius meus, &c. Id est, quid cum seruos tuos cum domino sociastis ? Hic est filius: non Moyses,filius,non Elias: filius,sed hic filius. Ambr. de fide, lib.1.cap 5.
c. Sensit emendationem Apostolus, procidit in faciem consternatus voce patris,& filij claritate,sed eleuatur à filio, qui iacentes erigere consueuit. Ambr. de fide lib.1.c.5.
d. Vident ergo Iesum stantem ablata nube:& Moysen & Eliam euanuisse : quia postquam legis & propheratum vmbra dilecsit, quæ velamento suo apostolos, texerat vtrumque in euangelio repetitur. Hiero. ibidem.

descendentibus illis de monte, præcepit * Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. Et interrogauerunt eũ discipuli, dicẽtes: † Quid ergo scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primùm venire? At ille respondens, ait eis: f Elias quidem venturus est, * & restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias iam vẽnit, & non cognouerunt eum, sed feceruntin eo quæcunque voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis. † Et cum venisset ad turbam, accessit ad eum homo [z] genibus prouolutus ] ante eũ, dicens: Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur. [g] Nam sæpe cadit [c] in ignem, & crebrò in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis, & nõ potuerunt curare eũ. [g] Respondens autem Iesus, dixit: O generatio incredula & peruersa, quousque ero vobiscum? Vsquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum Iesus, & exiit ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secretò, & dixerunt: † Quare nos non potuimus eiicere [3] illum? ] Dixit illis Iesus: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis: si habueritis fidem sicut granum sinâpis: dicetis monti huic: transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. [h] Hoc autem genus non eiicitur, nisi per orationem & ieiunium. † Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus: [g] Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehemẽter. Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachmam accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrachmam? Ait: Etiam. Et cũ intrasset in domum præuênit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum? à filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scãdalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle & aperto ore eius inuenies stateram, illum sumens da eis pro me & te.

[c. Denunciauit ne cui dicerent visionem eam gloriosam, donec à mortuis resurrexerit. Rex gloriæ ante mortem suam noluit laudari, exemplum & documentum nobis relinquens, ne quem in vita sua laudemus. Beatificadi (scil. Iacobo) qui sustinuerũt. Corsetus.]

* Fit.

f. Elias prior siue Thesbites nõdum venit, venit autem circa secundum meum aduentum, & restituet omnem qui ei credidit: hoc est, conuertet cor patris ad filium, vt ait prophera Malachias 4. h. Dico autem vobis q Elias secundus siue Baptista iã venit circa primum meum aduentum, vt dicunt scripturæ, & non cognouerunt scribæ quòd etiam hic esset Elias tanquam præcursor. Euthy. ibidem.

* Prius.

z. Genua sua flectens.

[g. Vides hominem delictũ suæ incredulitatis discipulis impingentẽ, quod infirmiores sint vt sanent. Igitur. Do confundit eũ quod accusarit discipulos, & dicit: O generatio incredula, hoc est, non est tantum infirmitatis illorum, quantum tuæ incredulitatis delictum. Theoph. ibidẽ.

3. Illud, scilicet dæmonium.

h. Cur enim triste, quod saluatore docuit etiam aduersus diriores dæmonia ieiuniis prosternit. Quid enim mirum, si cadẽ operatione spiritus iniquus eiicitur, qua sanctus inuitatur? Tertul. aduersus Psychicos. Vnde vide quid commodi ieiunium circa propriam operetur salutẽ, quòd alio ieiunante interdum etiam ad alienam pertinet sanitatem: vt homo per abstinentiã angelicam possit expugnare naturam. Ex hoc quantum in ea insit vtilitatis intellige. Foris exterioribus virtus augetur, corpus affligitur, & diabolus effugatur. Euseb. Emis. homilia 1. de initio quadragesimæ.

*Hilitatem sectari & scandalum vitare quantum debeamus docet per membrorum abscisionem, fratris correptionem, perditæ ouis inuentionem, clauis solutionem, & indigni serui repetitionem.* XVIII.

In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: [a] Quis putas maior est in regno cœlorum? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: [b] Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Et qui susceperit vnũ paruulum talem in nomine meo, me suscepit. Qui autem scãdalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. [c] Væ mundo ab scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala. † Veruntamen væ homini per quem scandalũ venit. † Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eũ, & proiice abs te. Bonũ tibi est ad vitam ingredi [1] debilẽ, ] vel claudũ, * quàm duas manus vel duos pedes habentẽ mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proiice abs te. [g] Bonum [2] tibi est [B] vnum oculũ habentem in ] vitã intrare, quàm duos oculos habentẽ mitti in gehẽnam ignis. † Videte ne contẽnatis vnũ ex his pusillis. Dico enim vobis, quia [d] angeli eorum in cœlis semper vident faciẽ patris mei qui in cœlis est. † Venit enim filius hominis saluare quod perierat. † Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centũ oues, & errauerit vna ex eis, nónne relinquit nonaginta nouẽ in [3] mõtibus, ] & vadit quærere eam quæ errauit? Et si contigerit vt inueniat eã, amẽ dico vobis, quia gaudebit super eã magis quàm super nonaginta nouẽ quæ non errauerunt. Sic non est volũtas ante patrem vestrum, qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis. † [e] Si autẽ peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solũ. Si te audierit, lucratus eris fratrẽ tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, † vt in ore duorũ vel trium

[a. Quia viderant à Christo Petrum honoratum; honoratus enim hic erat dando statera pro Christo & pro se) & propterea humanum quid passi, inuidique incessit, oblique accedunt interrogantes dominũ quis maximus esset? Theoph. ibidem.

b. Curiosè, inquit, scrutamini vos, quis vestrum maior sit, & de primatu contenditis: ego autem si quis humiliorem se cæteris non effecerit, ipso ingressu cælesti omnino indignum esse. Chrys. in Mat. hom. 59.

[c. Hic docet vitare scandalum generaliter. Vbi primò comminatur non vitantibus. Secundò respondet duabus tacitis quæstionibus: dicit ergo: Væ mũdo, id est, inundanis peccatoribus à scandalis. 2. pro scandalis, quæ non cauent. Ideo 1. Cor. 8. Si esca scandalizat fratrem meũ non manducabo carnes in æternum. Nico. Gorran.]

1. Mutilum, vel mancum.

* Potius.

2. Est tibi eum vno oculo ad.

d. Deus optimus ne absque certis principibus ac præfectis instar iumẽtorum irrationalium esset, qui in terra versabantur homines, tutores illis & curatores diuinos angelos dedit. Eus. 3. Demonst.

e. Peccantem fratrem iubet corripi, quod qui nõ fecerit, vtique deliquit, aut ex odio volens fratrem perseuerare in delicto, aut ex acceptione personæ parcens ei, habens Leuiticum: Non oderis fratrem tuũ in corde tuo, sed publicè argue eum, ne habeas super illo peccatum. Tertul. aduersus Marcion lib. 4.

testium

testium [4] omne verbum. Quòd si non audierit eos, [f] dic Ecclesiæ. † & Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcũque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Iterum dico vobis, ⊢ quia] † si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quancunque petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, [g] ibi sum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: [h] Domine, quotiens peccabit in me frater meus, & dimittam ei † vsque septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. [i] Ideo assimilatum est regnum cœlorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus qui debebat ei decem milia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus eius venundari, & vxorem eius & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. * Prôcidens autem seruus ille [5] rogabat] eum dicens: * Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. & [k] Misertus autem dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. Et procidens conseruus eius rogabat eum, dicens: * Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. [l] Ille autem noluit, sed abiit & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quæ fiebant contristati sunt valde, & venerunt & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant. † Tunc vocauit illum dominus suus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nònne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, † quoadusque redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. *

4. Consistat.
f. Hoc est præsulibus & præsidentibus Chryso. ibid. Homil. 61. nec ideo sufficit dicere cœtui & congregationi publicæ: sed magis ecclesiæ, vbi mysteria sua sunt, ibi dignatur suam impertiri præsentiam. Ambros. de iis qui mysteriis initiantur. c. 4.
g. Acquiescendo bonæ voluntati eorum & petitioni. Dum tamen illi habeant conditiones conuenientes, quæ ad hoc requiruntur. De Lyra ibidem]
h. Neque enim naturæ nostræ vitia indulgentiam merebantur. Ergo venia omnis ex eo est, cũ etiam ea quæ in se sint peccata post reditum confessionis indulgeant. Hilarius ibidem.
[i. Ideo assimilatum est &c. Vt sciatis dimittendum esse conseruis, ostendam per similitudinem: quia si ille rex & dominus dimisit seruo, multomagis homo cõseruis suis. Glosa ord. ibidem.]
* Debitum.
5. Orabat.
* Sustine domine &.
k. Vide pœnitentiæ vires ac domini humanitatem. Pœnitentia siquidem fecit sanum à malitia cadere. Stans enim firmus in prauitate, nõ poterat remissionem accipere. Dei vero humanitas siue benignitas omnino ignouit & as alienum remisit. Atqui seruus non omnimodam remissionem, sed longanimitatem ac protelationẽ quærebat. Discе ergo deum conferre plura quàm nos postulemus tanta est dei benignitas & humanitas, etiam eum durior videtur. Euthymius ibidem.
* Sustine, &.
l. Ille qui decem milia talentorum accepit, & centum exegit denarios: non propter hoc tantum puniebatur quòd exigeret: verum & quoniã ex beneficio non est melior factus: nec incipiẽtem dominum secutus est. Chryso. ad populum Antioche. homil. 53.
* Delicta eorum.

*Cum libelli repudij rationem tentantibus reddidisset, triplices esse docuit eunuchos, ac diuites reiiciens paruulos complectitur, & pauperes æterna vita donat.* XIX.

a. Iterum versatur in Iudæa vt nihil prætexere possint qui nõ credebant in Iudæa quòd non frequentius apud ipsos versaretur, sed apud Galilæos. Iterum igitur post doctrinam, & consummatis sermonibus sequuntur miracula. Theophyl. ibid.
b. Dicendo autem masculu, & fœminam ostendit, secunda vitanda coniugia. Non enim aiti masculum & fœminas, quod ex priorum repudio quærebantur, sed masculum & fœminam, vt vnius coniugis consortia necterentur Hicrony.
1. In carnem vnam
* Eam.
c. Ipsi dixerant quod Moyses mandauit, sed non mandauit, sed permisit. De duritia eorum habetur Act. 7. Dura cervice, & incircuncisi cordibus & auribus vos semper Spiritui sancto restitistis & S. Thomas ibidem d. Non est ergo quòd exhortemur eos qui reconciliari timẽt cõiugibus adulteris pœnitẽdo. sanatis, nisi ad custodiendam continentiam. Quoniam mulier alligata quamdiu, siue mœchus, siue castus vir eius viuit, mœchatur si alteri nupserit: & vir alligatus, quamdiu, siue mœcha siue casta vxor eius viuit, mœchatur si alteram duxerit. Hæc namque alligatio quandoquidem non soluitur etiam si per repudium coniunx casto corpore separetur multo minus separetur, si non separata mœchatur. Ac per hoc nõ ea soluit nisi mors coniugis, non in adulterium corruentis, sed de corpore exeuntis. Aug. de adulterinis coniugiis. cap. 13. lib. 2.
2. Contrahere matrimonium.
3. Nemo bonus nisi vnus deus, hic bonus est.
e. Virtutes corporis saluandas admonet. Ambr. de Abraham lib. 2. cap. 10.

ET † Factum est cum consummasset Iesus sermones istos, [a] migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudeæ, trans Iordanam, & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa? Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia † qui fecit ⊢ hominem] ab initio, [b] masculum & fœminem fecit eos? Et dixit: † Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adherabit vxori suæ †, & erunt duo [1] in carne vna:] Itaque iam nõ sunt duo, sed vna caro. † Quod ergo deus coniunxit, homo non separet, Dicunt illi: Quid ergo Moyses mãdauit dari libellum repudij & dimittere? * Ait illis: Quoniam Moyses [c] ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio autẽ non fuit sic. & † Dico autem vobis, quia quicũque dimiserit vxorem suam [d] nisi ob fornicationem, & aliã duxerit mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit [2] nubere.] Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbũ istud, sed quibus datum est. Sũt enim eunúchi qui de matris vtero sic nati sunt, & sunt eunúchi qui facti sunt ab hominibus, & sunt eunúchi qui se ipsos castrauerunt propter regnum cœlorũ. Qui potest capere capiat. † Túc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret Discipuli autem increpabant eos Iesus verò ait eis: † Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire, talium est enim regnum cœlorũ. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde. † & Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Qui dixit: Quid me interrogas de bono? [3] Vnus est bonus deus.] Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata. Dixit illi: Quæ? Iesus autem dixit: [e] Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices: honora patrem tuum & matrem, diliges pro-

ximum tuum ſicut teipſum. Dicit illi adoleſcens: Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deeſt? Ait illi Ieſus: [e] Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni, ſequere me. † Cum audiſſet autem adoleſcens verbum, abiit triſtis. Erat enim habens multas poſſeſſiones. Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis: Amē dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnū cœlorum. [f] Et iterum dico vobis: Facilius eſt camēlum per foramen acus tranſire, quā D diuitem intrare in regnum cœlorum. Auditis autem his diſcipuli mirabantur valde, dicentes. Quis ergo poterit ſaluus eſſe? Aſpiciens autem Ieſus, dixit illis: Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud deum autem omnia poſſibilia ſunt. Tunc reſpondēs Petrus, dixit ei: † Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quòd vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. † [f] Et omnis qui reliquerit domum vel fratres aut ſorores, aut patrem aut matrem, aut vxorem aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. † Multi autem erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.

*Aequale in vinea domini operantibus datur præmium, ac matri filiorum Zebedæi negata petitione, duos cæcos in Iericho Chriſtus Illuminat.* XX.

SImile eſt [a] regnum cœlorum homini patrifamiliâs, qui exiit primo [1] ma- A ne] conducere operarios in vineam ſuam. Conuētione autem facta cum operariis ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam. Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro otioſos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & [2] quod] iuſtum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa ſextam & nonam horam, & fecit ſimiliter. [b] Circa vndecimam verò * exiit, & inuenit alios ſtantes, * & dicit illis: Quid hic ſtatis toto die otioſi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dixit illis: Ite & vos in vineam meam. * Cum ſero autem factum eſſet, dicit dominus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis vſque ad primos. [g] Cum veniſſent ergo qui circa vnde- B cimam horam venerant, acceperunt [3] ſingulos denarios.] Venientes autem & primi, arbitrati ſunt quòd plus eſſent accepturi, acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios. Et accipientes murmurabant aduerſus patremfamiliâs, dicentes: Hi nouiſſimi vna hora [4] fecerunt,] & pares illos nobis feciſti qui portauimus pondus diei & æſtus? At ille reſpondens vni eorum dixit: [c] Amice, non facio tibi iniuriam. Nónne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt & vade. Volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. [5] Aut] non licet mihi quod volo facere? * [d] An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? † Sic erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi: multi enim ſunt vocati, pauci verò electi. Et aſcendens Ieſus Ieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecretò, & ait illis: † [f] Ecce aſcendimus Ieroſoly- C mam, & filius hominis tradetur Principibus ſacerdotum & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad [6] illudendum,] & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die reſurget. † Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpondens autem Ieſus, dixit: Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? * Dicunt ei: Poſſumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, * [e] ſedere autem ad dexteram meam vel ad ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo. † Et audientes decem indignati ſunt [7] de duobus fratribus.] Ieſus autem vocauit eos ad ſe, & ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt poteſtatem exercent [8] inter eos.] [f] Non D ita erit inter vos, † Sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter.

Et qui

a. Sed in eo quod bona ſua venderet, & illata pauperibus iubetur, conſiderium legis relinquere admonetur, & eam fœlici cōmercio mutare: & vt meminerit vmbram in ea veritatis eſſe, quæ deinceps pauperibus, id eſt, gentibus, ſit ſub ipſius veritatis corpore diuidenda. Hæc autem neminem poſſe efficere, niſi qui ſequi cœperit Chriſtum. Hilarius ibidem.

f. Nemo eſt qui relinquat domum, aut parentes, aut vxorem, aut filios propter regnum dei, & non recipiat ſepties tātum in hoc tempore, in ſeculo autē venturo vitam æternam poſſidebit. Nónne incrementa bonorū accidentium cum animæ corporiſ que remuneratione promittit? Amb. de Abraham. lib. 2. ca. 10.

a. Chriſtus eſt Rex regni cœlorum, qui aſſimilatur homini ſecundum quod humanam accepit formam: paterfamilias autē, quia dominus eſt domꝰ, hoc eſt eccleſiæ. Hic igitur Chriſtus exiit à finibus paternis, & coduxit operarios in vineam vel ſcripturas, vel mandata. Vnumquēque conduxit, vt operetur vineam, id eſt, animam ſuam. Theophylactus ibidem.

1. In ipſo diluculo.

2. Quodcunque.

b. Qui enim huiuſmodi operarios in vineam ſuam conduxerat, in vndecima hora eos vocauit. Quos ego profectō nō alios quàm eos qui in Chriſtum crediderant nominauerim. Quos cum interrogaſſet, Quid hic ſtatis tota die otioſi? Aperte confeſſi ſunt quia nemo nos conduxit. Nemo enim gentes ante ſaluatoris aduentum in dei cognitionem vocauit. Cyril. in Geneſim lib. 3.

* Horam.

* Otioſus.

* Et quod iuſtum fuerit, accipietis.

3. Singuli denarium, & infra.

4. Operati ſunt, vel laborauerūt.

c. Vnde ſi & nos aduerſum patremfamilias murmuremus, eo quòd nouiſſimi vocati totius diei operatiis cōquerentur, nec amplius multa opera quàm pene nulla metantur, dicetur nobis, quòd vni eorum reſpōſum eſt. Amice, non facio tibi iniuriam. Ambro. de vocatio. gentiū lib. 1. cap. 5. Merces quidem ex dono nulla eſt, quia debetur ex opere: ſed gratuitam deus omnibus ex fidei iuſtificatione donauit. Hilarius ibidem.

5. An.

* In rebus meis?

d. Certè huic calumniatori iniuſta videbatur hæc largitas, & quid eruditionis recepit? quid rationis accepit? Non eſt ei diſpenſationis huius reuelata iuſtitia, nec ad inſpectionem ſecreti latentis admiſſus eſt: ſed vt à diſcutiendis dei iudiciis abſtineret, oppoſita eſt ei bonitas miſerantis, & volentis poteſtas, quaſi illi & ab Apoſtolo diceretur: Tu quis es qui reſpondeas deo? Nū quid dicit figmentum ei qui ſe finxit, quare me feciſti ſic? Ro. 9. Amb. de vocatio gentium. li. 1. cap. 5.

6. Deludendum.

* Et baptizari baptiſmo, quo ego baptizabor?

* Et baptizabimini baptiſmo, quo ego baptizabor.

e. Iure igitur reprehenditur, mulier, quæ & impoſſibilia & ſpeciali quodam priuilegio ab eo domino poſtulauit: quia ea quæ ſanctis iudicauit eſſe donanda, non duobus apoſtolis, ſed omnibus diſcipulis etiam ſine cuiuſquam ptecatione voluntaria ſui largitate contulerit. Ambr. de fide lib. 5. cap. 5.

7. Contra duos fratres.

8. In eos.

Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit [9] ministrari, sed ministrare,] & dare animam suam redemptionem pro multis. †[f] Et egredientibus illis ab Ierico, secuta est eum turba multa. † Et ecce duo cæci sedentes secus viam audierunt quia Iesus transiret, & clamauerunt, dicentes: Domine, miserere nostri fili Dauid. Turba autem increpabat eos vt tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miserere nostri fili Dauid. Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait: [g] Quid vultis vt faciam vobis? Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi nostri. † Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum, & confestim viderunt, & secuti sunt eum.

*Christus super asinam Ierusalem ingressus negotiatores à templo eiicit, multis sanitatem præstat, solo eius verbo ficulnea aruit, Iudæis sub vineæ agricolis locatæ parabola suã denegat potestatem.* XXI.

A [a] ET † cum appropinquassent Ierosolymis, & venissent Bethphage ad mõtem [1] Oliueti,] tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cũ ea, soluite & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam, dicentem: † Dicite filiæ Sion: ecce rex tuus venit tibi [2] mansuetus,]* sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. † Euntes autem discipuli, fecerunt sicut [3] præcepit] illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, [b] & cum désuper sedere fecerunt. † Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. † Turbæ autem quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant, dicentes: [4] [c] Osanna] filio Dauid: benedictus qui venit in nomine domini, osanna in altissimis. Et cum intrasset Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ. † Et intrauit Iesus in templum dei, & † [d] eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum & cathedras vendentium columbas euertit, & dixit eis: B & Scriptum est: † domus mea domus orationis vocabitur, † vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotũ & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Osanna filio Dauid, indignati sunt, & dixerũt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtique. Nunquam legistis: quia † ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibíque mansit. [e] † Mane autem reuertens in ciuitatem, esuriit. Et videns fici arborem vnam secus viam, venit ad eam, & nihil inuênit in ea nisi folia tantum, & ait illi [f] Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuò ficulnea. Et videntes discipuli, † mirati sunt, dicentes: Quomodo continuò aruit? Respondens autem Iesus, ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, tolle te & iacta te in mare, fiet. † Et omnia quæcunque petieritis in oratione [5] credentes, accipietis. Et cum venisset in templum, accesserunt ad eum docentem, principes sacerdotum & seniores populi, dicentes: [g] † In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem? Respondens autem Iesus, dixit eis: Interrogabo vos & ego vnum sermonem, quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio. C & Baptismus Ioannis vnde erat, è cœlo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicentes: Si dixerimus è cœlo, [h] dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus, timemus turbam. † Omnes enim habebant Ioannem sicut Prophetam. Et respondentes Iesu, dixerunt: Nescimus. Ait illis & ipse. Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Quid autem vobis videtur? Homo quidẽ habebat [i] duos filios, & accedens ad primũ, dixit: Fili, vade hodie operari in vineam meam. Ille autẽ respondens, ait: Nolo. Postea

9. Vt sibi ministraretur, sed vt ipse ministret.
[f. Fama cognouerunt cæci Dominum, & obseruabant tempus, cum audissent quod prætereret. Crediderunt autem quod Iesus qui ex semine Dauid secũdum carnem posset curare illos, & plane multum feruebant fide, neque dum tacere iubebãtur, silebant, sed longè amplius clamabant. Vnde non interrogauit illos an fidem haberent, sed quid vellent, ne quis existimet, quod alia det alijs volentibus. Theop. ibidem.]
g. Et interrogat non ignorans quid velint, sed vt ex responsione cæcorum manifesta debilitas pateat, & virtus ex remedio cognoscatur. Vnde misertus corrũgit oculos, & præstat artifex quod natura non dederat: aut certè quod debilitas tulerat, donat misericordia. Statimque viderunt, & secuti sunt eum, non tam pedibus quàm virtutibus. Hieron. ibidem.
2. Frequenter quidem Iesus venit in Ierusalem, sicut Ioannes testatur, nunquam tamẽ sibi adhibuit ministeria iumentorum, nec ramorum virentia ceteris ornamenta cõstituit, nec ad terribilem laudem suæ diuinitatis animos populi excitauit, nisi modo, quando vt patefieret ascendit. Ideo ergo cum tanta gloria ingressus est vt amplius illorum aduersum se excitaret inuidiam quia iam tempus passionis eius instabat, & non mors eum vrgebat, sed ipse magis aduersum se compellebat mortem. Chrys. ex variis in Mat. locis. Homil. 21.
1. Oliuarum.
2. Pauper.
* Et.
3. Præceperat.
b. Vnde non otiosè in sancto miramur euangelio quod pullum asinæ insederit dominus Iesus: quia populus gentilis cœpit esse Christi hostia, qui secundum legem habebatur immũdus. Ambro. de Cain & Abel lib. 2. cap. 3.
4. Hosanna, & infra.
c. Hosanna, & non Hosiahna, vel Osianna, vt quidam putauerũt; hoc est saluum fac quæso. vt Psal. 117.
d. Etenim veritas erat ipse qui loquebatur, & verè vindicabat suam domum, proijciens ex ea nummularios, vt ostenderet trãsgressores legis paternæ. Neque enim domum increpabat, neque legem reprehendebat, qui venerat adimplere, sed eos qui non bene vtebantur bono, & eos qui legem trãsgredichãtur, arguebat. Irenæus lib. 4. cap. 5.
e. Si autem quasi homo esuriisset, nunquam mane esuriisset, sed quasi deus salutem humanam desiderat, & non quasi indigens. Chrys. ex variis in Mat. locis homil. 23.
f. Tu in arbore hac homo dei terreris, tu instructis, tu salubriter admoneris, tibi procuratur exemplo, tibi causę aperitur, propter te istius arboris argumẽta traduntur. Chrys. ibidem.
5. Et fide.

g. In qua potestate hæc facis, prohibens quę non prohibem[3]: & quis tibi dedit potestatẽ hãc, cui nullus templi principatus commissus est? Atqui bonum opus fuerat operatus repurgato templo, verum inuidia etiã bona calumniari solet. Euthym[s]. ibidem.]
[h. Quare non receperant baptisma Iohannis, sed magis spreuerant, similiter & testimonium Iohannis de Christo, quod ipsi audierant per nuncios ad Iohãnem missos. De Lyra. ibid.]
i. Primus & maior filius erat populus Gentium, minor autẽ populus Iudæorum: quoniam Gẽtes ex Noe patre erant, Iudæi ex Abraham.

autem pœnitentia motus,abiit. Accedens autem ad alterum,dixit similiter. At ille respondens, ait: [6] Eo] domine: Et non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis Iesus: Amen dico vobis, quia publicani & meretrices [7] præcedent vos in regno] dei. [i] Venit autem ad vos Ioannes in via iustitiæ,& non credidistis ei. Publicani autem & meretrices crediderunt ei, vos autem videntes nec pœnitentiam habuistis postea, vt crederetis ei. Aliam parabolam audite. † Homo erat paterfamiliâs, qui plantauit vineam,& sepem circúndedit ei,& fodit in ea torcular,& ædificauit turrim,& [k] locauit eam agricolis,& peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. [§] Et [D] agricolæ apprehensis seruis eius, alium cæciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus,& fecerunt illis similiter. Nouissimè autem misit ad eos [l] filium suum, dicens: verebuntur,& forte] filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se: [m] Hic est hæres, † venite, occidamus eũ, & [8] habebimus] hæreditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam,& occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos male perdet,& vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus: Nunquam legistis in scripturis: † Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A domino factum est istud,& est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum dei,& dabitur gẽti facienti fructus eius. Et [n] qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quẽ verò ceciderit, conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. † Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut Prophetam eum habebant.

6. Ego, Gitt.
7. Precedunt vos in regnum.
i. Et ideo reiẽderunt primum voluntatem patris fecisse, proprio se condemnant iudicio: ideo iustus erit eos, & contestatur quod ex duobus filiis ille obediens fuit qui fecerit voluntatem patris. Postea vbi confessi sunt, subdit venisse Ioannem per viam iustitiæ, hoc est in vita irreprehẽsibili: cui etiam meretrices obedierunt, vos autem non. Theophylactus.
k. Quid sunt agricolæ quibus vineam locat dominus excolendam, nisi sacerdotes? Ad gloriã quidem, si diligenter vineã dei, id est, populum eius tractauerint: ad periculum autem, si negligenter. Chrys. in Matth. homil. 40.
l. Et vide quòd ante seruos, postea filium dominauit: vt scias quod dei filius vnigenitus secũdum diuinitatis potentiam nec nomen habet, nec consortium commune cum seruis. Remittitur, non cum timulis reuerendus, & bene addidit missi vt non vnus de multis, nec degeneris naturæ, aut minoris alicuius potestatis: sed verus à vero, paternæ imago veniat: substantiæ creatorem. Amb. de fide lib. 3. cap. 11.
m. Ex omnibus operibus eius cognouerunt eum esse filium dei. Chrys. ex Mat. Homil. 40.
8. Occupemus, vel, vt nostra sit hæreditas eius.
n. Si quis Christianus Christum offenderit, non eũ Christus corrumpit, sed ipse se corrumpit. Christiani igitur in Christum peccantes cadunt super eum. Ipse verò cadit in Iudæos & Gentes qui non crediderunt in eũ. Chrys. hom. 40. in Matth.

*Reprobatis nuptiarum contemptoribus,& Cæsarei census exploratoribus, mortuorum resurrectionem & præceptum primum affirmat,& se Dauid filium approbat.* XXII.

ET respondens Iesus, [1] dixit] iterum in parabolis eis, dicens: † Simile factum [A] est regnum cœlorum homini [a] Regi, qui fecit nuptias filio suo. [b] Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias,& nolebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis. Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt,& omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem [2] neglexerunt, & ] abierunt, alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam. † Reliqui verò tenuerunt seruos eius,& contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est: & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos,& ciuitatem illorum succendit. * Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidẽ paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerũt digni. Ite ergo ad exitus viarũ,& [3] quoscunque] inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos & impletæ sunt nuptiæ [4] discumbentium.] [§] Intrauit autem Rex vt videret discumbentes, [B] & vidit ibi hominem non [c] vestitum [d] veste nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: † Ligatis manibus & pedibus eius, [5] mittite] eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Multi autem sunt vocati, pauci verò electi. [e] Tunc abeuntes Pharisęi cõsilium inierunt, vt caperent eum in sermone. † Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister scimus quia verax es,& viam dei in veritate doces,& non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominũ. Dic ergo nobis quid tibi videtur: Licet censum dari Cæsari, an non? Cognita autẽ Iesus nequitia eorũ, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denariũ. Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: † Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari,& quæ sunt dei deo. Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt. [§] In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse [c] resurrectionem: & interrogauerunt eum dicentes: Magister, Moyses dixit, † Si quis

mortuus

1. Locutus est.
a. Vbi Rex nuptias facit, & nuptias filio tuo, quid mirum hac copulatione fieri posse? Chrys. 1. Corinth. 5. homil. 15.
b. Serui missi qui inuitatos vocarent ad nuptias, Christi & ecclesiæ sunt Apostoli. Eorum enim erat proprium cuiusque facere eos quos inuitauerat prophetæ. Qui verò iterum cũ præceptorum conditione mittuntur, Apostolici sunt successores Apostolorum. Hila. ibidem.
2. Negligentes.
* Igni.
3. Quotcunque.
4. Discumbentibus.
c. Non de vestibus nobis sermo est, sed de operibus immundis. Chrys. in Matth. ho.
d. Vestis nuptialis charitas non fides. Si enim vestem nuptialẽ baptisma vel fidẽ dicimus, quis sine baptismate & fide has nuptias intrauit? Eo enim ipso foris erit quia necdum credidit. Quid ergo debemus intelligere vestẽ nuptialem, nisi charitatem? Qui ergo per charitatẽ venit ad homines, eãdem charitatem innotuit vestem esse nuptialẽ. Greg. Hom. 38. Item Chrys. Nolimus igitur, nõlimus, inquam, dilectissimi, fidem nobis ad salutẽ sufficere existimare. Nam nisi vitam pœnam exhibuerimus, & hãc excelsi vocationis dignã non induerimus vestimenta, cum illo misero excludemur. Chrys. in Io. homil. 56.
5. Eiicite.
e. Non ad prudentes abeunt ad consilium petendum, sed ad serenitatis & diabolicis sui similes vitas, vt tale sit consilium, quales ea sibi amores. Quoniam qui in diaboli inquinamentis ambulat, diaboli adiutorium necessarium habet. Chrysost. ex var. in Matth. locis homil. 22.

mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. † Erāt autem apud nos ſeptem fratres, & primus vxore ducta defunctus eſt, & non habens ſemen reliquit vxorem ſuam fratri ſuo, ſimiliter ſecundus & tertius, vſque ad ſeptimum. Nouiſſimè autē omnium & mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergo cuius erit de ſeptem, * vxor? Omnes enim habuerunt eam. Reſpondēs autem Ieſus, ait illis: Erratis, neſcientes ſcripturas, neque virtutem dei. In reſurrectione enim [g] neque nubent neque nubentur, ſed [6] erunt] ſicut angeli dei in cœlo. De reſurrectione autem mortuorum non legiſtis quod dictum eſt à deo dicente vobis: † Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac, & deus Iacob? Non eſt * deus [h] mortuorum, ſed viuentium.

D Et audientes turbæ mirabantur in doctrina eius. [§] Phariſæi autem audientes quòd ſilentium impoſuiſſet Sadducæis, conuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex eis legiſdoctor tentans eum: † * Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi Ieſus: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic: † Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis, [i] vniuerſa lex pendet & Prophetæ. Congregatis autem Phariſæis interrogauit eos Ieſus, dicens: Quid vobis videtur de Chriſto? Cuius filius eſt? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: [k] Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum dominum, * dicēs: † Dixit dominus domino meo ſedeà dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat reſpondere ei verbum, neque auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare.

*Probata Scribarum & Phariſæorum doctrina, eorum opera reprobat multis maledictis, & tandem finale illis comminatur exitium.* XXIII.

A † Vnc Ieſus locutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos ſuos, dicens: † [a] ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcūque [1] dixerint vobis, ] ſeruate & facite, ſecundum opera verò eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. † [2] Alligant [3] autem ] onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Omnia verò opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus. Dilatant enim [b] phylacteria ſua, & magnificant fimbrias. * Amant autem primos recubitus in cœnis, † & primas cathedras in Synagógis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. † Vos autem nolite vocari Rabbi. Vnus eſt enim [4] magiſter ] veſter, * omnes autem vos fratres eſtis. [c] Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram. † Vnus enim pater veſter qui in cœlis eſt. Nec vocemini magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrum, [5] erit ] miniſter veſter. † Qui autem ſe exaltauerit humiliabitur, & qui ſe humiliauerit exaltabitur. † Væ autem vobis Scribæ & Phariſęi hypocritæ, [6] quia ] clauditis regnum cœlorum ante homines. Vos enim nō intratis, nec introeuntes ſinitis intrare. [§] Væ vobis Scribę & Phariſæi hypocritæ, † quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium.

B Væ vobis Scribę & Phariſęi hypocritæ, quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnū [d] proſelytum, & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehennæ * duplo quàm vos. Væ vobis duces cęci, [e] qui dicitis: quicunque iurauerit per templum nihil eſt, qui autem iurauerit in auro templi, [7] debitor eſt. ] Stulti & cęci, quid enim maius eſt, aurum an templum quod ſanctificat aurum? Et quicunque iurauerit in altari, nihil eſt. Quicunque autem iurauerit in domo quod eſt ſuper illud, debet. Cæci, quid enim maius eſt: donum, an altare quod ſanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus quę ſuper illud ſunt. Et quicūque iurauerit in tēplo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipſo. Et qui iurat in cœlo, iurat in throno dei, & in eo qui ſedet ſuper eum.

Vę autem vobis Scribę & Phariſęi hypocritæ, † qui decimatis mentem & [8] anethum ] & [f] cyminum, & reliquiſtis quę grauiora ſunt legis, iudicium, & miſericordiam, & [9] fi-

[f] Confutatis Phariſæis eſt Herodianis, iterū Sadducæi temtat eum. Hæreſis autem illorum erat talis. Neque reſurrectionē, neque ſpiritum, neque angelos credebāt, diuerſa Phariſæis ſentiebant. Rem fingunt, quę nunquam contingit, aut quomodo, cum tertius non bene ominatus fuit, ſed renuit nuptias, peti culis præcedētium admonitus? Theophylactus ibidem.)

*Illi.

g. Nemo ergo miretur ſi angeli cōparentur, quæ angelorum domino copulantur. Quis igitur neget hanc vitam fluxiſſe de cælo, quā non facile inuenimus in terris? Amb. de virginib. li. 1. 6. Sunt.

*Autem ille.

h. Manifeſtauit ſe eſſe deū patrū, hoc eſt viuentiū deū. Quis eſt enim viuorum deus, niſi qui eſt ſuper omnia deus, & ſuper quem alius nō eſt deus? Irenæus lib. 4. c. 11.

*Et dicens.

i. Hæc omnium virtutum ſumma, hoc fundamentum. Simul enim cum charitate in deum ingreditur dilectio proximi. Chryſoſt. in 19. ca. Gene. ho. 55.

[k. habetur in lege quòd pater eſt maior filio, non ergo filius dēi eſt pater, ergo vel Chriſtus nō eſt filius Dauid, vel in eo eſt aliquid maius Dauid, cum vocet eum dominum? Poſſumus autem tria videre in authoritate iſta Pſalmi. Primò præeminentiam ad ſanctos, æqualitatē ad patrem, & dominium ſuper rebelles. S. Thomas ibid.

*Suum, & infra.

a Dominus noſter Ieſus Chriſtus Rex & Iudex & deus noſter vſque ad paſſionis diem ſeruauit honorem pontificibus & ſacerdotibus, quamuis illi nec timorem dei nec agnitionē Chriſti ſeruauerint. illos autem redarguebat quod quædam verba legis annuntiarent, eſſent autem ſine dilectione, & propterea iniuſti in deum & proximum. Ireneus lib. 4. cap. 20.

1. Iuſſerint vos ſeruare.

2. Ligant.

3. Enim.

b. Phylacterium Græcum eſt, Latinè conſeruatorium: quod in eo legis memoria ſeruetur inſcripta.

*Palliorum ſuorum.

4. Princeps.

*Chriſtus.

c. Non vt neminem patrem vocent, ſed ne ignorent quē principaliter patrem vocare oporteat. Nam quemadmodum nemo principaliter magiſter eſt, ſic nec pater præter illū qui tam magiſtrorum quàm patrū omnium cauſa eſt. Chryſo. in 23. c. Matth. hom. 73. Nec igitur obſtat quin à patribus noſtris patrimoniū ſperemus iuxta illud 2. Corinth. 12. Non enim debēt filij parentibus theſaurizare, ſed parentes filiis.

5. Sit.

6. Qui.

d. Latinis aduena dicitur, vtpote quæ ex aliena gente in alteram aſſumitur.

*Magis.

e. Atque ideo Phariſæi ſic docebant, vt ſi quis iuraſſet per aureum vas, vel bouem vel ouem oblatam in ſacrificium, & deinde peieraſſet, ſimilia perſolueret: ſi per templum vel altare, nihil. Theophyl.

7. Debet vel reus eſt.

8. Rutam.

f. Idem quod cuminum herba eſt ſatiua & ſylueſtris.

9. Veritatem.

dem.]* Hæc oportuit facere, & illa non omittere. [g] Duces cæci, excolantes culicem, camelum autē glutientes. Vę vobis Scribę & Phariſęi hypocritæ, quia mūdatis quod de foris eſt calicis & paropſidis, intùs autem pleni eſtis rapina & immunditia. † Phariſæe cęce, munda prius quod intùs eſt calicis & paropſidis, vt fiat & id quod de foris eſt mundum. Væ vobis Scribæ & Phariſęi hypocritæ, [h] quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quę à foris parent hominibus ſpecioſa, intùs verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia. Sic & vos foris quidem paretis hominibus iuſti, intùs autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Væ vobis Scribæ & Phariſęi hypocritæ, quia ædificatis ſepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum, & dicitis: Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non [10] eſſemus] ſocij eorum in ſanguine Prophetarum. Itaque [11] teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, ] quia filij eſtis eorum qui Prophetas occiderunt. Et vos [i] implete menſuram patrum veſtrorum. †* Serpentes, ſ- & ] genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio Gehennæ? Ideo ſ- dico vobis: ] [k] † Ecce ego mitto ad vos Prophetas & ſapientes & Scribas, & † ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in Synagógis veſtris, & perſequimini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine Abel iuſti, † vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hęc omnia ſuper generationem iſtam. [l] Ieruſalem Ieruſalem quę occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, † [m] quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cōgregat pullos ſuos ſub alas, * & noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico enim vobis, non me videbitis ámodo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine domini.

g. Senſus eſt, minima obſeruatis maxima contemnitis. Ex hac enim peruerſitate etiam illud eis accidit quod poſſint hęc in allegationem referre, vt dimitterent Barrabā, quia ipſe videlicet nō ſoluerat ſabbatū, quod magna diligentia carnaliter obſeruabant. Augu. quæ. euangel. lib. 1. cap. 55 p.

h. Cum à foris enim rectè offerre putentur, ſimilē zelum Cain habebant in ſemetipſis, propter quod occiderunt iuſtum præter mittentes conſilium verbi, quēadmodum & Cain. Irenæus lib. 4. cap. 14.

10. Fuiſſemus.

11. Teſtes eſtis contra voſmetipſos.

i. Patres veſtri ſeruos occiderūt, & vos filium occidetis hetilem. prophetas occiderunt, & vos dominum occidendo peccati illorum menſuram cōſummabitis. Chryſoſt.

[k. Quia in diſcipulis Chriſti multi habuerunt prophetieum ſpiritum, ſicut Ioannes euangeliſta, vt patet in Apocalipſi, & Agab, & multi alij, vt patet in Actibus Apoſto. Aliqui etiam fuerunt ſcribæ, ſicut Euangeliſtæ, qui ſcripſerunt euangelia. De Lyra.

l. Propter has illorum impietates abdicauit eos in perpetuū: itaque deſiit prophetas mittere ad eos. Lactan. lib. 4. cap. 11.

m. hoc legē veteré libertatis hominis manifeſtauit: quia liberū eum deus fecit ab initio habētem ſuam poteſtatem, ſicut & ſuam animam ad vtendū ſcientia dei voluntariè & non coactū à deo. Vis enim à deo non fit, ſed bona ſentētia adeſt illi ſemper. Irenæus lib. 4. cap. 71.

*Suar.

## *Diſcipulis ſciſcitantibus à Chriſto ſignum aduentus eius & finis ſeculi, multa cauenda præcipit, & varia futura prodigia prædicit.* XXIIII.

ET † egreſſus Ieſus de templo [1] ibat.] Et [2] acceſſerunt diſcipuli eius, vt oſtenderent ei ædificationes templi. [b] Ipſe autem reſpondens dixit illis: * Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hîc lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. Sedente autem eo ſuper montem Oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius ſecretò, dicentes: Dic nobis quando hęc erunt, & quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſeculi? Et reſpōdens Ieſus, dixit eis: † Videte ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent. Audituri enim eſtis prælia & [2] opiniones ] præliorum, videte ne turbemini. Oportet enim hęc fieri, ſed nondum eſt finis. [c] Conſurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt peſtilentię & fames, & terræmotus per loca. Hęc autem omnia initia ſunt dolorum. † Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc ſcandalizabuntur multi, & * inuicem tradent, * & odio habebunt inuicem. * Et multi Pſeudoprophetę ſurgent, & ſeducent multos, & quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. † [f d] Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerſo orbe [e] in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet conſummatio. Cum ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt † à Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit, intelligat. Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, non deſcendat [3] tollere aliquid] de domo ſua: & qui in agro, non reuertatur tollere [4] tunicam ſuam. ] † [f] Væ autē prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. † Orate autem vt non fiat fuga veſtra in hyeme vel ſabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modo, neque fiet. Et niſi breuitati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro, ſed propter electos breuiabuntur dies illi. † Tunc ſi quis vobis dixerit: ecce hîc eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere. † Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, [g] & dabunt ſigna magna & prodigia: ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi,

1. Abiit.

a. Cum audiſſent Apoſtoli, Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta, admirabātur ſi tale tēplum deſolandum eſſet. Et ideo acceſſerunt vt oſtenderent ei ſtructuras templi tanquam admirandas. Euthy. ibid.

b. Superius ingreſſus eſt dominus templum, quærens ſanctitatem templi. ſed cum in templo nihil inueniret proprium templi, egreſſus de tēplo ibat: quia ædificium quidem ſtabat, quod erexerunt homines: ſanctitas verò ceciderat, quam conſtituerat deus. Chry. in Matt. hom. 47.

*Nónne.

2. Rumores.

[c. Regnum ſurget in regnum, & peſtilentia eorum quorū ſermo vt cancer ſerpit. Et fames verbi dei, commotio terræ, & à fide ſeparatio. Glo. ordi. ibid. ]

*Se.

*Quiſque proximum ſuum.

*Quiſque fratrem ſuum.

d. Nimirum virtus boni operis perſeuerātia eſt. Et præcepto legis cauda hoſtiæ in ſacrificio iubetur offerri. In cauda quippe finis eſt corporis, & ille bene immolat qui ſacrificium boni operis vſque ad finē debitæ perduxit actionis. Greg. ho. 25.

e. Hoc eſt, in accuſationem & redargutionem eorum, qui euāgelio credere noluerunt. Chry.

3. Vt tollat quicquam.

4. Vt tollat veſtimenta ſua.

f. Prægnans eſt, qui res alienas concupiſcit: nutriēs eſt qui iam rapuit quod concupierat. Aug. de verbis domini in euang. ſecundum Matth. Ser. 20.

g. Confuſis ſcilicet indiciis ſignorum perturbari neceſſe eſt, etiam eos qui in diſcernendis ſpiritibus, ac diſtinguendis virtutibus videntur eruditi. Clemens lib. 3. Recogn.

electi. [h] Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis: ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim [5] fulgur] exit ab oriente, & paret vsque in occidentem, ita erit & aduentus filij hominis, † [6] Vbicunque fuerit [6 i] corpus, illuc] congregabuntur & aquilæ. Statim autem post tribulationem dierũ illorum † sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtures cœlorũ commouebuntur: & tunc parebit signum filij hominis in cœlo. † Et tunc plangent omnes tribus terræ. Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli [7] cũ virtute multa & maiestate.] [k] Et mittet angelos suos [8] cum tuba & voce magna,] & congregabunt electos eius à quatuor vẽtis à summis cœlorum vsque ad terminos eorum. † Ab arbore autem fici discite [9] parabolã:] cum iam ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis qui prope est æstas. Ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia propè est in ianuis. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc donec omnia [*] fiant. † Cœlum & terra transibunt, verba verò mea non præteribunt. [10] De die autem illa & hora] nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi pater [*] [l] solus. † Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibẽtes, nubentes & nuptui tradentes, vsque ad eum diem quo intrauit in arcã [m] Noe, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes, ita erit & aduentus filij hominis. † Tunc duo erunt in agro, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Duæ [n] molentes in mola, vna assumetur, & vna relinquetur. Duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur. † Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret pater familiâs quo hora fur [11] venturus esset,] vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. † Ideo & vos estote parati, quia nescitis qua hora filius hominis venturus est. ° Quisputas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus quem cum venerit dominus eius inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere conseruos suos, manducet autẽ & bibat cum ebriosis, veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partémque eius ponet cum hypocrytis. † Illic erit fletus & stridor dentium.

[h. Ad hæc ista prædico nunc vt caueatis pro tunc quia minus iacula ferunt quæ præuidentur. Vt dicit beatus Gregor. De Lyra ibidem.]
5. Fulgor.
6 à. Cadauer illic) Cadauer dominicum corpus propter mortẽ, nisi enim ille cecidisset, nos non resurrexissemus. Aquilas autem appellat, vt ostendat ad alta eũ oportere cõtendere qui ad hoc corpus accedit. Chryl. 1. Cor. 10. homil. 24.
7. Cum potestate magna & gloria.
[K. Ne quis putaret à quatuor plagis terræ, & non à cunctis finibus simul & mediterraneis regionibus electos esse congregandos, vnde dicit à summo terræ vsque ad summum cœli, i. ab extremis terræ finibus per directum vsque ad vltimos termi nos scilicet, vbi longè aspicientibus circulus cœli terræ videtur incidere. Glosa ord. ibid.]
8. Cum magna voce tubæ.
9. Similitudinem.
* Hæc.
10. Diem autem illam & horã.
* Meus.
l. Dictio, solus, in ordine ad creaturas intelligitur, non ad filium. Euthymius ibidem.

m. Assumetur ecclesia, relinquetur synagoga, vel mens bona assumitur, improba derelinquitur. Amb. de Cain & Abel lib. 1. cap. 8.
n. Mola pauperes inopésque demonstrat: lectus, diuites & quietos ostendit, significans quia tam de pauperibus quàm de divitibus quidem liberantur, & quidem pereunt. Chryslost. de ascensione dom. Sermo.
11. Veniret.
o. Quanquam in commune nos ad indefessam vigilantiæ curã adhortetur spectalem, tamen populi principibus, i. episcopis in expectatione aduẽtúque suo solicitudinem mandat. Hunc enim seruum fidelem atque prudentem præpositum familiæ significat commoda atque vtilitates commissi sibi populi curantem. Hilarius ibidem.

*Futuri iudicij seueritas per parabolas decem virginum & decem talentorum arguitur, ac iustorum & iniustorum per opera discrimen & situs ordinatur.* XXV.

TVnc simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso & sponsæ.] † Quinque autem ex eis erant [a] fatuæ, & quinque prudentes. Sed [1] quinque] fatuæ acceptis lampadibus non sumpserunt [b] oleum secum. † Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguntur. Responderunt prudentes, dicentes: * Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emitte vobis. Dum autem irent emere, vênit sponsus, & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes. † Domine, domine, aperi nobis. At ille respondens, ait. Amen dico vobis, nescio vos. † Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam *. Sicut enim homo peregre proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. [c] Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique [c] secundum propriã virtutẽ, & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram & abscõ-

a. Fatuis virginibus non infidelitatis aut peruersæ fidei crimen inuritur, sed olei tantum defectus: quia scilicet misericordiam non exercuerant, neque eleemosynas fecerant. Virgines erant, sed castum cor nõ habebant: castitas discordiæ nõ conuenit nec aliis vitiis Chrys. in 6. cap. Zacha. in hæc verba: Ecce vir oriens nomen eius.
1. Quæ erant.
b. Oleum illud misericordia est, si de substantia nostra aliis largiamur substantiam nostrã: oleũ facimus, tunc super quod habemus adijcietur nobis: & in illo tempore non dicemus: Date nobis de oleo vestro. Chrys. in 12. cap. Heb. homil. 28.
* Non.
* In qua filius hominis venturus est.
c. Id est secundum propriam & naturalẽ possibilitatem, non autem secundũ meritum proprius proprium, quia aliud est posse operari aliud operati: & aliud est posse habere charitatem, aliud habere charitatẽ: & aliud est capacem esse continentiæ, iustitiæ, sapientiæ, aliud verò esse continentem, iustum atque sapientem. Ambr. de voca. gen. lib. 2. cap. 2.

dit pecuniam domini ſui. Poſt multum verò temporis[1] venit ] dominus ſeruorũ illorum, & poſuit rationem cum eis. Et accedens[d] qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuper lucratus ſum. Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui. Acceſſit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidiſti mihi, ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi dominus eius: † Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui. [e] Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: [f] Domine[3] ſcio quia homo durus [c] es, metis vbi non ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti, & timens abij & abſcondi talentum tuum in terra. Ecce habes quod tuum eſt. Reſpõdens autem dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, ſciebas quia meto vbi non [4] ſemino, ]& congrego vbi non ſparſi. [f] oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis, & veniens ego recepiſſem vtique quod meum eſt cum vſura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. † [g] Omni enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Et inutilem ſeruum eiicite in tenebras exteriores, illic erit fletus & ſtridor dentium. Cum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, † & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit [5] eos ] abinuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et ſtatuet oues quidem à dextris ſuis, hœdos autẽ à ſiniſtris. Tunc dicet Rex iis qui à dextris eius erũt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. [h] † Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare. Sitiui, & dediſtis mihi bibere. [6] † Hoſpes ] eram, & collegiſtis me. Nudus, & operuiſtis me. † Infirmus, & viſitaſtis me. In carcere eram, & veniſtis ad me. [ſ] Tunc [D] reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quando te vidimus eſurientem & pauimus, *ſitientem & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus[7] hoſpitem ] & collegimus te, aut nudum & cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & vénimus ad te? Et reſpondens Rex dicet illis: Amen dico vobis: [8] quandiu ] feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet [*] & iis qui à ſiniſtris erunt: † Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare. Sitiui, & non dediſtis mihi potum. [9] Hoſpes ] eram, & non collegiſtis me. Nudus, & non operuiſtis me. Infirmus & in carcere, & non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei & ipſi dicentes. Domine: quãdo te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut[10] hoſpitem, ] aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis: quandiu non feciſtis vni[11] de minoribus his, ]nec mihi feciſtis. † Et ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam.

†Luc.19.c

†Ioan.5.c

*Christus cœna facta in cœnaculo & precatione in horto à Iuda traditur, à Iudæis capitur, ducitur & accuſatur, atque à Petro negatur.* XXVI

ET † factum eſt cum conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis: [a] Scitis quia poſt biduũ paſcha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum, * & ſeniores populi in atrium principis ſacerdotum, qui dicebatur [b] Caiphas, & conſilium fecerunt vt Ieſum dolo [1] tenerent ]& occiderent. Dicebant autem: non in die feſto. Ne fortè tumultus fieret in populo. † Cum autem eſſet Ieſus in Bethania in domo Simõnis leproſi, acceſſit ad eum mulier habẽs alabaſtrũ vnguenti pretioſi, & effudit ſuper caput ipſius, recumbẽtis. Videtes autẽ diſcipuli indignati ſunt, dicentes: [2] Vt quid ]perditio hæc? Potuit enim iſtud * venundari multò, & dari pauperibus. Sciens autẽ Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus enim bonum operata eſt in me. Nã ſemper pauperes habetis vobiſcũ, me autem non ſemper habebitis. [c] Mittens enim hęc vnguẽtum hoc in corpus

A Anno 69. †Matt.14.c Luc.22.a Ioan.11.a

†Matt.14.a Ioan.12.a Luc.7.d

†Pſalm.44 Supra.7.a Luc.19.f

†Ioan.5.c

a. Rediit.

d. Ille cui fuerant talenta quinque commiſſa, ille eſt qui docẽdi aliis ſtudium impendit: ille verò cui vnum eſt datum, diſcipuli videtur geſtare perſonam, cui non minus periculi imminet ſi negligat audita à præceptore, quàm præceptori docere negligenti. Chry. in 12. ca. Heb. hom. 30.

e. Verè quod ſcriptum eſt ad excuſandas excuſationes in peccatis, etiam huic ſeruo contigit, vt ad pigritiam & ad negligentiã, ſuperbiæ quoque crimen accederet. Qui enim ſimpliciter debuit: inertiam confiteri, & orare patremfamiliæ, econtrariò calumniatur, & dicit ſe prudenti feciſſe conſilio dum lucra pecuniæ quæreret, etiam de ſorte periclitaretur. Hierony. ibid.

3. Noui.

4. Seminaui.

f. Sicut ille qui duo acceperat, imitatus eſt illum cui quinque data erãt, ſic & te decebat æmulari illum cui fuerant duo talẽta commiſſa. Chryſoſto. ibid.

g. Virtutum quippe munera otioſa eſſe nõ poſſunt. Quoniam ſicut veritas ait: Omni habenti dabitur, &c. Non igitur ad hoc datur continentia vt concupiſcentiis nõ repugnet, nec cuiq; tribuitur ſapiẽtia & intellectus, vt non de die ac nocte in domini lege meditetur. Quid agit donum dilectionis, ſi benevolẽtiæ ſolicitudo non vigilat! Quis fructus eſt patientiæ, ſi non habet fortitudo quod toleret? Ambr. de voc. gen. lib. 2. cap. 10.

5. Eas.

h. Vide autem quos tibi det gratia debitores. Facit tibi patrem debitorem deum, qui pro munere quo pauper adiuꝝ eſt, fœnus exoluet, quaſi boni debitor creditoris. Facit tibi debitorem filium dei, qui ait: Eſuriui, & dediſtis mihi mãducare, &c. Quod enim vnicuique minimorum collatum fuerit, ſibi dicit eſſe collatum. Ambro. de Nabothe Iezraelita. cap. 14.

6. Peregrinus.

*Te.

7. Peregrinum.

8. Quatenus, & infra.

*Rex.

9. Peregrinus.

10. Peregrinum.

11. Ex his minimis.

a. Dixit autem hæc ſignificans propinquam eſſe mortem ſuã. Nam ipſo legalis paſchæ tempore paſſurus erat & ipſe. Non autem ſimpliciter dixit, tradetur, ſed additive crucifigatur. Euthymius ibid.

*Et ſcribæ.

b. Ab Anna põtifice ad Caiphã mediarunt tres pontifices, quorum nõ meminit euangelium. Iſmael filius Iabi, Eleazarus filius Annæ, & Simon filius Camithi, ſinguli per annum, quibus ſucceſſit Caiphas anno quo Chriſtus paſſus eſt. Euſeb. poſt Ioſeph. lib. Antiq. 18. cap. 8

1. Caperent.

2. Ad quid.

*Vnguentum.

c. Docet nos quòd mulier hæc iuxta diuinam diſpẽſationem hoc fecerit præſignans mortẽ illius, & corporis ſepulturam. Non enim tuliſſet Chriſtus vnguento vngi, niſi myſterium quoddam ſubeſſet. Theophylact. ibid.

in corpus meum,ad ſepeliendum me fecit.[d] Amen dico vobis, vbicunque prædicatũ fuerit hoc Euangelium in toto mundo,dicetur, & quòd hęc fecit in memoriam eius.

B †[e] Tunc abiit vnus de duodecim qui dicebatur Iudas [3] Scarioth,] ad principes ſacerdotũ,& ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi conſtituerũt ei triginta argenteos. Et exinde quęrebat opportunitatem vt eum traderet. Prima autem die azymorũ acceſſerũt diſcipuli ad Ieſum, dicentes? Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? At Ieſus dixit: Ite in ciuitatem ad quẽdam,& dicite ei: Magiſter dicit: Tẽpus meum prope eſt,apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis. Et fecerũt diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus,& parauerũt Paſcha. Veſpere autẽ facto diſcumbebat cũ duodecim diſcipulis ſuis. Et edentibus illis,dixit: † Amen dico vobis, quia vnus veſtrũm me traditurus eſt. Et contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere: Nunquid ego ſum domine? At ipſe reſpondens, ait: Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit,ſicut ſcriptum eſt de illo: væ autem homini illi per

C quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei,ſi natus non fuiſſet homo ille. [§] Reſpondens autem Iudas qui tradidit eum,dixit: Nunquid ego ſum Rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. †[f] Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem & benedixit,ac fregit,dedítque diſcipulis ſuis,& ait: Accipite & comedite,[§] hoc eſt corpus meum. † Et accipiés calicem gratias egit,& dedit illis,dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti,qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam ámodo de hoc genimine vitis vſque in diem illum,cùm illud bibam vobiſcum nouum in [h] regno patris mei. † Et hymno dicto, exierunt in montem Olieti. Tunc dixit illis Ieſus: Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte. Scriptum eſt enim: †[4] Percutiam ]paſtorem,& diſpergentur oues gregis. Poſtquam autem reſurrexero, †[i] præcedam vos in Galilæam. Reſpondens autem Petrus,ait illi: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. Ait illi Ieſus: [i] Amen di-

D co tibi,quia in hac nocte antequam gallus cãtet,ter me negabis. [§] Ait illi Petrus: Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes diſcipuli dixerunt. †Tunc venit Ieſus cum illis in [5] villam quæ dicitur ] Gethſemani. Et dixit diſcipulis ſuis: Sedete hic,donec vadam illuc & orem. Et aſſumpto Petro & duobus filiis Zebedæi: cœpit contriſtari & mœſtus eſſe. Tunc ait illis: † Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. [6] Suſtinete] hic, & vigilate mecum. Et progreſſus puſillum, prócidit in faciem ſuam orans,& dicens: †[k] Pater mi,ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte. Verũtamen non ſicut ego volo,ſed ſicut tu. Et venit ad diſcipulos ſuos,& inuenit eos dormientes,& dicit Petro: Sic non potuiſtis vna hora vigilare mecum? [l] Vigilate & orate,vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt,caro autem infirma. Iterum ſecundò abiit,& orauit,dicens: Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire* niſi bibam illum,fiat voluntas tua. Et venit iterum,& inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abiit & orauit tertiò eundem ſermonem,

E dicens. [§] Tunc venit ad diſcipulos ſuos,& dicit illis: † Dormite iam & requieſcite. Ecce [7] appropinquabit] hora,& filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet. †[m] Adhuc ipſo loquẽte,ecce Iudas vnus de duodecim venit,& cum eo turba multa cum gladiis & fuſtibus,miſſi à principibus ſacerdotum & ſenioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis ſignum, dicens: Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt,tenete eum. Et confeſtim accedens ad Ieſum dixit: Aue Rabbi. Et oſculatus eſt eum. Dixítque illi Ieſus: Amice,ad quid veniſti? Tũc acceſſerunt & manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum. † Et ecce vnus ex iis qui erant cum Ieſu,extendens manum exemit gladium ſuum,& percutiens ſeruum principis ſacerdotum amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Ieſus: † Conuerte gladium tuum in locũ ſuum. †[n] Omnes enim qui acceperint gladium,gladio peribunt. An putas quia non poſſum* rogare patrem meum: & exhibebit mihi [8] modò ] pluſquàm

F [o] duodecim legiones angelorum? [§] Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ? Quia ſic oportet fieri. In illa hora dixit Ieſus turbis: Tanquam ad latronem exiſtis cum gla-

[d. Multi voluerunt diuulgari Euangelium Chriſti per vniuerſum mundum,& delera eſt memoria eorum, factũ tamen non eſt delerum. S. Thomas.]

[e. Cũ aliena mulier meretrix tantũ exhiberet honorẽ, tunc diſcipulus abiit proditurus illũ: nõ enim fruſtra adiicitur: Tunc abiit. Sed vt oſtẽdatur impudẽtia Iudæ. Addidit autem Iſcarioth, vt notiorẽ cum redderet. Erat enim & alius Iudas qui Labbæus dicebatur, hic verò proditor erat à pago qui dicebatur Iſcara. Theophylact.

3. Iſcariotes.

f. Nam inuiſibilis ſacerdos viſibiles creaturas in ſubſtantiã eorporis & ſanguinis ſui verbo ſuo ſecreta potẽtate conuertit, ita dicẽs: Accipite & comedite, &c. & ſanctificatione repetita, Accipite & bibite, &c. Euſeb. Emiſe. homil. 5. de Paſcha.

g. Liquet igitur præter naturæ ordinem, virgo gẽrauit, & hoc quod cõficimus corpus ex virgine eſt. Quid naturæ igitur quæris ordinẽ in Chriſti corpore, cum præter naturam ſit ipſe dñs Ieſus partus ex virgine? Vera vtique caro Chriſti, quæ crucifixa eſt, quæ ſepulta eſt, vere ergo carnis illius ſacramentũ eſt. Ipſe clamat dominus Ieſus, Hoc eſt corpus meum. Ante benedictionem verborum cœleſtium alia ſpecies nominatur, poſt cõſecrationẽ corpus Chriſti ſignificatur. Ipſe dicit ſanguinẽ ſuũ. Ante conſecrationem aliud dicitur, poſt conſecrationem ſanguis nuncupatur. Ambro. de iis qui initiantur myſteriis, cap. 9.

h. Hoc eſt in ſtatu reſurrectionis prope imminẽtis, in quo cũ nouo modo comedit, ſcilicet immortalis factus, & in gloriã tranſlatus.

4. Percute.

i. Magnum profecto hoc dogma hinc diſcimus, quia videlicet nullo modo hominis voluntas ſufficit, niſi auxilio ſuperioris roboretur. Et quia nihil poterimus lucrari ſuperiori patrocinio, ſi voluntas noſtra repugnarquorum alterum Petrum, alterum Iudam confirmat. Chry. in Matth. hom. 83.

5. Prædium cui nomen.

6. Manete.

k. Non ad ſpiritus ſancti compaſſionem, ſed ad rationabilis aſſumptionem animæ, & naturæ humanæ refertur affectũ. Ambroſius de incarna. dom. ſacra. cap. 7.

l. Certe ſolennes orationes cum gratiarum actione ſunt deferẽdæ, cùm è ſomno ſurgimus, eũ prodimus, cum cibum paramus ſumere, cum ſumpſerimus, & hora incenſi, cum denique cubitũ pergimus. Sed etiam in ipſo cubiculo volo Pſalmos cum oratione dominica frequenti conexas vice, vel cum euigilaueris, vel antequam ſopor corpus irriget: vt re in ipſo quietis exordio rerum ſecularium cura liberam diuina meditantem ſomnus inueniat. Ambro. de virginib. lib. 3.

*A me.

7. Appropinquat, & infra.

m. In hiſ omnibus paſſionis eſt ordo, ſed ſolicito Iudæ fraudulentia, vt doceremur inimicos omnes, eóſque quos ſciremus deſœuituros in nos eſſe, diligere. Oſculũ enim eius dominus nõ reſpuit. Hilarius ibidem.

n. Priuati quique qui nullo iure vti gladio permittuntur, ſecus de magiſtratibus, qui iuſſa dei perficiunt, & talionem de nocentibus ſumunt. ad Roma. 13.a

*Modo.

o. Non indigeo duodecim Apoſtolorum auxilio, etiam ſi omnes me defenderent, qui poſſum habere duodecim legiones angelici exercitus. Vna legio apud veteres ſex milibus complebatur hominum. Hieron. ibidem.

diis & fustibus comprehendere me:[f] Quotidie apud vos sedebam docens in templo & non me tenuistis. Hoc autem totum factum est, vt implerētur scripturæ Prophetarum: Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. † At illi tenentes Iesum duxerunt ad Caipham[g] principem sacerdot,] vbi scribæ & seniores conuenerāt. [q] Petrus autem sequebatur eum à longè, vsque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intrò sedebat cum ministris vt videret finem. Principes autem sacerdotum & omne concilium quærebant[r] falsum testimoniū contra Iesum, vt eum morti traderent: & non inuenerunt cum multi falsi testes accessissent. Nouissimè autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit: † Possum destruere templum dei, & [s] post triduum] reædificare illud. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuro te per deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius dei. [t] Dicit illi Iesus: Tu dixisti: Verumtamen dico vobis[t] àmodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis dei, † & venientem in nubibus cœli. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiā *. Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis. † Tunc expuerūt in faciem eius, & colaphis eum cæciderunt. Alij autē palmas in faciem eius dederunt, dicentes: Prophetiza nobis Christe, Quis est qui te percussit? Petrus verò sedebat foris in atrio, & accessit ad eum vna ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus, dicens: nescio quid dicis. Exeunte autem illo [10] ianuam,] vidit eum alia ancilla, & ait iis qui erant ibi. Et hic erat cum Iesu Nazareno. [u] Et iterum negauit cum iuramento, quia non noui hominem. Et post pusilum accesserunt qui stabant & dixerunt Petro: Verè & tu ex illis es. Nam & loquela tua manifestum te facit. Tunc cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominem. Et continuò gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat illi: priusquam gallus cantet, ter me negabis. † Et egressus foras fleuit amarè.

*Christus apud Pilatum vexatus, Iuda suspenso & Barraba dimisso, damnatur, ad mortem trahitur, crucifigitur, & irridetur, moritur, à cruce demissus sepelitur. XXVII.*

† [a] Mane autem facto consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato Præsidi. [b] Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quòd damnatus esset: † [c] pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicēs: Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in templo recessit, & abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in [1] corbanam,] quia pretium sanguinis est. Concilio autem inito, † emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorū: propter hoc vocatus est, ager ille [2] Acheldemach,] hoc est ager sanguinis, vsque in hodiernū diem. Tunc impletum est quod dictum est [d] per Ieremiam Prophetam, dicentem: [3] Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati quem appretiauerunt à filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. † Iesus autem stetit ante præsidem, & interrogauit eum præses, dicens: † Tu es Rex Iudæorum. Dicit illi Iesus: [e] Tu dicis. Et cum accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur præses vehementer. † Per diem autem solennem consueuerat præses populo dimittere vnum vinctū quem voluissent. Habebat autem tunc vnum victum insignem, * qui dicebatur [f] Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis, Barabbam an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum. [3] Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicēs: [3] Nihil tibi & iusto illi.] Multa enim passa sum hodie

[p. Stulti estis enim gladiis & fustibus quærere eum qui vltro se tradit, & in nocte per prodigium? Quotidie palam in templo docebat: Sed in tenebris cōgregamini, quia potestas vestra in tenebris est. Glosa ord. ibid. 8 Summum sacerdotem, & infra.

[.q Petrus sequebatur à longè, quia timebat ne perciperetur esse eius discipulus. De Lyra. ibidem

r. Falsum quidem testimonium, vt illis videbatur, verum erat testimonium: vt autem rei veritas erat, falsum testimonium. Vel etiam cum scirent quod aduersus innocentem verum testimonium non inuenirent, iam falsum quoque requirebant testimonium. Euthymius ibidem.

s. In triduo vel tribus diebus.

[f. Hoc est, Quem nunc parui pendentis, videbitis statim per totum orbem prædicari patri æqualem, & in dextra eius sedēre, sed & in fine seculi videbitis eum adesse iudicem vestrū & cæterorum.

[t. Eius.

[t. Quando condemnatus est, tunc ignominiosa multa contra eum fecerunt, & expuerunt in eum, obtegentes (vt alius euangelista inquit) faciem eius. Nam vt prophetam eum habebant, ideo ita expuerunt in eum. Theophylactus ibidem.

10. In vestibulum

u. Bene fortis in die Petri [3], nocte turbatur, & ante galli cantum labitur, & labitur etiam rectiò: vt sciat non inconsulta effusione sermonis esse prolapsum, sed mentis quoque mutatione turbatum. Idem tamen post galli cantum fit fortior, & iam dignus quem Christus aspiciat: quia oculi domini super iustos. Amb. Exameron lib. 5 cap. 24.

a. In superiori capite ostendit quomodo Christi passio sit per Iudæos inchoata, in præsenti describitur vt per Ethnicos sit consummata. Lorichius.

b. De quo scriptum erat Ierem. 17. quod Iudæ peccatum scriptū erat stylo ferreo & vngue adamantino, & propterea indelebile, cum quo desperans abiuit. Euseb. de demonstratione libro cap. 4.

c. Et hæc pœnitentia non fuit verā pœnitentia. Habuit tamen aliquid pœnitentiæ, quia pœnitentia debet esse media inter spem & timorem. Iudas autem timorem & dolorem quidem habuit, quia de peccato præterito doluit, sed spem non habuit, & talis est pœnitentia impiorum. S. Thomas ibidē.

1. Corbam.

2. Haeal damah.

d. Vbi diligenter considerabit, cum hæc non habeantur apud Ieremiam prophetam, num arbitrari oporteat ea per quandā malitiam sublata esse, an verò librarij errato fuisse, vt pro Zacharia posuerit Ieremiam. Euseb. de demonstrat. lib. 10. cap. 4

e. Sic respondit vt & verum diceret, & sermo eius calumniæ non pateret. Et attende quòd Pilato qui promebat sententiā inuitus, aliqua ex parte respondet, sacerdotibus autē & principibus respondere noluerit indignos suo sermone iudicans. Hieron. ibid.

[ Nebulonem.

f. Barabbas cum simplicit & duplici, b. à Bar. filius, & abba pater. q. filius patris sui cum duplici r, à hac & Rabbi magister, q. filius magistri.

3. Nihil tibi sit negotij cum iusto illo.

hodie[4] per visum] propter eum. [g]Principes autem sacerdotũ & seniores persuaserunt populis vt peterent Barabbam, Iesum verò perderent. Respondens autem præses ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barabbam. †Dixit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes: † Crucifigatur. Ait illis præses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus coram populo, dicens: [h]Innocens ego sum à sanguine huius iusti, vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit: †[i] Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbam, Iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. [5] Tunc milites præsidis suscipientes Iesum [5]in prætorio,] congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: & exeuntes eum chlamydem coccineam circundederunt ei: & plectentes [6] coronam de spinis] posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius, [k]& genu flexo ante eum illudebant ei, dicentes: †Aue rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamydem, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent. † Exeuntes autem inuenerũt hominem Cyrenæum nomine Simônem, hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum qui dicitur [7]Golgotha,] quod est Caluariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. †Et cum gustasset, noluit bibere. [l] †Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes, vt impleretur quod dictũ est per Prophetam, dicentem: †Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, & sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est *Rex Iudæorũ. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, [m]vnus à dextris & vnus à sinistris. †Prætereuntes autem blasphemabant eum mouentes capita sua, & dicentes: † Vah qui destruis templum dei, & in triduo illud reædificas. Salua temetipsum. Si filius dei es, descende de cruce. †[n] Similiter & principes sacerdotum illudentes cum Scribis & senioribus, dicebant: †Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluum facere. Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Confidit in deo, liberet eum nunc si vult. Dixit enim: quia filius dei sum. Idipsum autẽ & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. †[o] A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: [8] Eli, Eli, lamasabactani.] Hoc est, † [p]Deus meus, deus meus vt quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes & audientes, dicebant: Eliam vocat iste. †Et continuò currens vnus ex eis acceptam spõgiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cæteri verò dicebant: Sine, videamus an veniat Elias liberans eum. † Iesus autem iterum clamans voce magna, [q]emisit spiritum. † Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsque deorsum. † Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerant. [r] Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. †[s] Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræ motu, & [9] iis quæ fiebant, ] timuerunt valde, dicentes: Verè filius dei erat iste. [t] Erant autem ibi mulieres multæ à longè, * quæ secutæ erant Iesum à Galilæa ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacôbi, & Ioseph mater: & mater filiorum Zebedæi. † Cum autem sero factum esset, vênit quidam homo diues [10] ab Aritmathia] nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. [u]Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sidone munda, & posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit. [s][u] Erant autem ibi Maria Magdalenæ, & altera Maria, sedentes contra sepulchrum. Altera autem die quæ est post Parascẽuen, conuenerunt principes sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgã. Iube ergo custodiri sepulchrum

4. In somnis.
g. Quia igitur Barrabbas patris filius interpretatur, iam arcanũ futuræ infidelitatis ostenditur Christo patris filium præferendo, Antichristum scilicet hominem peccati & Zabuli filiũ, potiũque adhortantibus principibus tuis, eligunt damnationi reseruatum, quàm salutis autorẽ. Hilarius ibid.
h. Declarata Christi innocẽtia, vt visum est, hic ponitur ipsius innocentis iniusta condemnatio, quæ processit ex patris iudicis, ex timore, ne fidimitteret eũ contra clamorẽ populi, accusaretur postea ad Cæsarem. De Lyra ibid.]
i. Occiderũt enim omnium dominum atque præ nimia scelestitate auis sunt dicere: Sanguis eius super nos, &c. At sanguis Abel contra duntaxat homicidã suum redundauit, Christi verò sanguis pretiosissimus, Iudæorum immanitatem ingratitudinẽque arguit, mundum tamen peccato redemit, cuius gratia effusus est. Cyril. in Gen. lib. 2.
5. In prætorio.
6 Spinas in coronam.
k. Hoc loco impletur dictum Dauidis: Opprobrium insipienti dedisti me. Milites enim cum insipientes essent, se digna faciebant. Theoph. iuxd.
7. Golgotha.
l. Extendit in passione manus suas, orbemque dimensus est, vt iam tunc ostenderet ab ortu solis vsque ad occasum magnum populum ex omnibus linguis & tribubus congregatum sub alas suas esse ventuturum: & signũ illud maximum atque sublime frontibus suis susceperunt. Lactan. lib. 4. cap. 26.
* Iesus.
m. Vnus à dextris, per quẽ significatur mortificatio carnis pro cœlesti gloria, & vnus à sinistris per quem iterum significatur mortificatio carnis pro aliqua mundi cauta. Glosa ordina.]
n. Similiter propter blasphemiam dicit. Nam & hi quoque blasphemiis eum apperabant, etsi aliis verbis. Dixerũt autem: Alios saluos fecit, mira quia eius calũniantes, tanquam præstigiis facta fuerint. Eutymius ibid.
o. Cũ Iudæis salutare lumen illuxisset, ipsique potius tenebras quàm lumẽ amplexi essent, hoc quod ab ipsis electum est, ipsorũ terram inualit. Euseb. vt supra.
8. Eli, Eli, lamasabactani.
[p. In quo ostendit quantũ ipsi ferre debent qui peccant. Ne miretis verborum humilitatem, & cæremoniæ delicti cum formam serui fatens scandalũ crucis videas: Glosa ordi. ibid.]
q. Completis 33. annis, & mensibus tribus à natiuitate, ab incarnatione verò 34. annis integris.
r. Regrediẽs ergo dominus post tertiam diem, tractus secum tridui spatium peregrinationis viuentibus reportauit, & vt omnes eũ de inferis regredi crederent, reliquit secum ad superos, & præcones subactæ mortis exhibuit. Euseb. Emis. hom. 6. de Pascha.
9. Quæ facta fuerant.
s Discipuli enim fugiunt, illæ permanent, soror matris eius hanc enim Iacobi appellat, & cæteræ. Chrysost. ibid.
* Prospicientes.
10. De Arithmathea.
t. Ioseph apostolorũ habet speciem: & ideircò quanquàm in duodecim apostolorum numero non fuerit, discipulus domini nuncupatur. Hilarius ibid.
[u. Maria autem Magdalena, & altera Maria, hoc est, deiparæ, quæ supra dixerat Ioseph & Iacobi matrem, ambæ assederunt ad sepulchrum, itaver cum furor Iudæorum cessaret, abirent, & ablucrent corpus, ac inungerẽt. Theophylactus ibid.]

vsque in diem tertium,[x] ne fortè veniant discipuli eius & furentur eum, & dicant ple- c
bi: surrexit à mortuis,& erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus:Habetis cu
stodiam.Ite,custodite sicut scitis.Illi autem abeuntes,[y] munierunt sepulchrū,† signan †Matth.
tes lapidem cum custodibus.

*Christus resurgens custodes perterruit, suam resurrectionem per angelos mulieribus, & per mulieres discipulis patefecit, Iudæi verò data custodibus pecunia illam celare non potuerunt.* XXVIII.

VEspere autem sabbati, quæ lucescit[a] in prima sabbati,†vênit Maria Mag- A †Marc.16.
dalene & altera Maria videre sepulchrum. Et ecce terræmotus factus est magnus.[b] Angelus enim domini descendit de cœlo,& accedens reuoluit lapidem,* & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & [1] vestimentum] eius sicut nix.Præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos.Scio enim quòd Iesum,qui crucifixus est,quæritis. †Non est hic,surrexit enim,si- †Marc.16.
cut dixit.[4] Venite & videte locum, vbi positus erat dominus. Et cito [2] euntes,] dicite B
discipulis eius, quia surrexit, & ecce[3] præcedet] vos in Galilæam. Ibi eum videbitis, ecce,prædixi vobis. †Et exierunt cito de monumento cum timore,& gaudio magno †Matth.
currentes nuntiare discipulis eius.Et*ecce Iesus occurrit illis, dicens:*[4] Auete.] Illæ autem accesserūt,& tenuerūt pedes eius,& adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus:Nolite timere.Ite nuntiate fratribus meis vt eant in Galilæam,*ibi me videbunt.[4] Quæ cum C
abiissent,[c] ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite quia discipuli eius nocte venerunt,& furati sunt eum nobis dormientibus.Et si hoc auditum fuerit à præside,nos suadebimus ei,& securos vos faciemus.At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos, vsque in hodiernū diem.[4] Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam in montem, vbi constituerat D
illis Iesus.Et videntes eum adorauerunt,quidā autem dubitauerunt.Et accedens Iesus locutus est eis,dicens: †Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. †Euntes ergo †Supra. †Marc. Supra. †Luc. 24.44. docete omnes gentes,baptizantes eos[d] in nomine patris & filij & spiritus sancti,docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. Et[e] ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

[x. Et in hoc prophetauerunt, ideo magis peccauerunt, quia mirabilia viderunt,& tamen nō crediderūt posse resurgere: quibus respondit Pilatus, in vobis est vt custodiatis eum. S. Thomas.]

y. Quid mirum si dominus ad discipulos glorificatum corpus cæleste stupētibus intromisit, qui illæso materni pudoris signaculo tantam huius mundi intrauit,cuius ortum natura ne sciuit:non dubites si potētiam exercere videas triumphantem, quem tam stupenda perspicis egisse naicentem. Quæ cum ita sint,quomodo eū repellere potuit obiectus repagulū,quem nō coercuerat pondus sepulchri? Euseb.Emise.ho.9.de Pascha.

a. Quia enim sabbati tunc appellabatur dies qui nunc dominicus appellatur,quod in euangeliis apertius inuenitur. Nam dies resurrectionis domini prima sabbati à Matthæo,à cæteris autem tribus vna sabbati dicitur: quoniam constat eum esse qui dominicus postea appellatus est.August.epist.86.

b. Angelus autē domini de cœlo descendens,& lapidem reuoluens,& sepulchro assidens, misericordię dei partis insigne est, resurgenti filio ab inferis virtutum cœlestium mysteria mittēti. Atque ideo prior ipse resurrectionis est index, vt quodam fabulario paternæ voluntatis resurrectio nuntiaretur. Hilarius ibidem.

*Ab hostio.

1. Vestimenta.

2. Ite,&.

3. Præcedit.

*Cum abiissent vt annuntiarēt discipuli eius.

4. Pax vobis.

*Quoniam.

c. Custodes miraculum confitētur, ad vrbem conciti redeunt, nuntiant principibus sacerdotū quæ viderunt,quæ facta conspexerint. Illi qui debuerant conuerti ad pœnitentiam,& Iesum quærere resurgentem, perseuerant in malitia, & pecuniā quæ ad vsus templi data fuerat,vertunt in redemptionem mendacij:sicut antea triginta argēteos dederant Iudæ proditori. Hieronymus.ibid.

d. Deinde illud legunt quia dixit in nomine patris & filij & spiritus sancti, & nō intelligūt quid ante præmiserit,'in nomine,inquit,tres personas quidem significauit,sed vnum trinitatis numen asserunt. Vnus itaque deus,vnum nomen,vna diuinitas, vna maiestas. Ambro.institutio virginis,cap.10.

e. Id est, cùm sicut ouer intrepidis in medium luporum,nolite de vestra infirmitate trepidare, sed de mea potestate confidite, qui vos vsque ad consummationem seculi in hoc opere non derelinquam, non ad hoc vt nihil patiamini, sed quod multo maius est,præstiturus vinulla sæuitium crudelitate superemini.Ambro.de vocatione gentium,lib.1.cap.1.

## VITA SANCTI MARCI PER Diuum Hieronymum.

*MArcus discipulus & interpres Petri,iuxta quod Petrum referentem audierat,rogatus Romæ à fratribus, breue scripsit euangelium. Quod cùm Petrus audisset, probauit, & Ecclesiæ legendum sua autoritate edidit, sicut Clemens in sexto ὑποτυπώσεων libro scribit. Et Papias Hierosolymitanus episcopus meminit huius Marci, & Petrus in epistola prima,sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans: Salutat vos quæ in Babylone cum electa,& Marcus filius meus. Assumpto itaque euangelio, quod ipse confecerat, perrexit Aegyptum,& primus Alexandriæ Christum annuntians,constituit ecclesiam tantæ doctrinæ & vitæ cōtinentia,vt omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret.Denique Philo disertissimus Iudæorum,videns Alexandriæ primam Ecclesiam adhuc Iudaizantem,quasi in laudem gētis suæ librum super eorum conuersatione scripsit,& quomodo Lucas narrat Hierosolymæ credentes omnia habuisse communia,sic ille quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat,memoriæ tradidit.Mortuus est autem octauo Neronis anno,& sepultus Alexandriæ,succedente sibi Aniano.*

INCI-

## INCIPIT PROLOGVS IN EVANgelium ſecundum Marcum.

*MArcus Euangeliſta dei electus,& Petri in baptiſmate filius,atque in diuino ſermone diſcipulus,ſacerdotium in Iſrael agens,ſecundum carnem Leuita,ad fidem Chriſti conuerſus, Euangelium in Italia ſcripſit,oſtendens in eo quid & generi ſuo deberet & Chriſto. Nam initium principij in voce propheticæ exclamationis inſtituens, ordinem Leuiticæ electionis oſtendit: vt prædicans prædeſtinatum Ioannem filium Zachariæ in voce angeli annũtiantis emiſſum:non ſolùm verbum carnem factum,ſed & corpus domini in omnia per verbum diuinæ vocis animatum,in initio Euangelicæ prædicationis oſtenderet:vt quiuis hæc legẽs ſciret cui initium carnis in domino,& Ieſu aduenientis habitaculum caro deberet agnoſcere:atque in ſe verbum vocis, quod in conſonantibus perdiderat,inueniret.Denique & perfecti Euangelij opus intrans,& à baptiſmo domini prædicare deum inchoans,non laborauit natiuitatem carnis, quam in prioribus viderat,dicere:ſed totius exprimens expoſitionem deſerti,numerum ieiunij,tentationem diaboli,congregationem beſtiarum,& miniſterium protulit angelorum:vt inſtituens nos ad intelligendum,ſingula in breui compingens:nec autoritatem factæ rei demeret,& perficiendi operis plenitudinem non negaret.Denique amputaſſe,ſibi poſt fidem pollicem dicitur,vt ſacerdotio reprobus haberetur:ſed tantum conſentiens fidei prædeſtinata potuit electio,vt nec ſic in opere verbi perderet, quod prius meruerat in genere.Nam Alexandriæ Epiſcopus fuit. Cuius per ſingula opus fuit ſcire & Euangelij in ſe dicta diſponere,& diſciplinam legis in ſe agnoſcere,& diuinam in carne domini intelligere naturam. Quæ & nos primum requiri,dehinc inquiſita volumus agnoſci, habentes mercedem exhortationis: quoniam qui plantat,& qui rigat,vnum ſunt:qui autem incrementuum præſtat,deus eſt.*

# Incipit Euangelium ſecundum Marcum.

*Ioannes pœnitentiæ baptiſmum prædicans,Chriſtum cum turbis baptizat,qui poſt ieiunium tentatorem deuincit,ac Ioanne in vincula coniecto diſcipulos vocat,dæmoniacum,Petri ſocrum,& leproſum mundat. Cap. I.*

A
Anno do.30.

†Mat.3.a.b
Luc.3.a.7.d
Malac.3.a
†Iſa.40.a
Ioan.1.c
Mat.3.a
Luc.3.a

†Ioan.3.c
Mat.3.a
Luc.3.c

B

†Ioan.1.d
Mat.3.c
Luc.3.d
†Ioan.1.d

†Act.19.a
Mat.3.f

C

†Ib.4.a.a
Mat.4.g.7.b
Luc.3.c
2.Pet.1.d
†Mat.4.a
Luc.3.g
Ioan.1.g
Anno do.33.
†Mat.4.c.d
Luc.4.c
†Ioan.4.f

[1]Initium Euangelij Ieſu Chriſti filij dei, ſicut ſcriptum eſt in [b] Iſaia] Propheta: † Ecce * mitto angelum meum ante faciem tuam,qui præparabit viam tuam ante te.† [c] Vox clamantis in deſerto: Parate viam domini,rectas facite ſemitas eius.Fuit in deſerto Ioannes baptizans, & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.†Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Ieroſolymitæ ⟜ vniuerſi,] & baptizabantur * ab illo in [f] Iordanis] flumine,confitentes peccata ſua. Et erat Ioãnes veſtitus pilis [2] camelorũ] & zona pellicea circa lumbos eius, & locuſtas & mel ſylueſtre edebat,& prædicabat,dicens:[3] Veniet]fortior me poſt me,† cuius nõ ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calciamentorum eius. † Ego [4] baptizaui] vos aqua, ille verò baptizabit vos ſpiritu ſancto. Et factum eſt in diebus illis,[d] vênit Ieſus à Nazareth Galilææ,& baptizatus eſt à Ioanne in Iordane.Et ſtatim aſcendens de aqua,vidit cœlos apertos,† & [e] ſpiritum ſanctum tanquam columbam deſcendentem,& manentem [5] in ipſo. ] Et vox facta eſt de cœlis: [6] Tu es filius meus dilectus,in te complacui,]† Et ſtatim ſpiritus expulit eum in deſertum. Et erat in deſerto quadraginta diebus & quadraginta noctibus,& tentabatur à ſathana.Erátque cũ beſtiis: & angeli miniſtrabant ei.† [f] Poſtquam autem traditus eſt Ioannes,venit Ieſus in Galilæam,prædicans Euangelium regni dei,& dicens:Quoniam impletum eſt tempus,& [7] appropinquabit] regnum dei.Pœnitemini,& credite Euangelio.† Et præteriens ſecus mare Ga-

a. Initium Euangelij, finis legis eſt.

b. Nunquam in Iſaia propheta ſcriptũ eſſe reperire potui quod ponitur.Ecce ego mitto: ſed in Malachiæ fine ſcriptũ eſt.Chryſoſt.ex variis in Mat. locis homil.1.

* Ego.

c. Hoc eſt dicere: Non ſum ego verbum quod erat in principio apud deum,ſed vox potiũ,i.miniſter ſum verbi, vt per me ad auditus hominum ſenſũmque perueniat.Euſeb.Emiſ.de Ioã. Bapt.homil.1.

*Omnes. 1.Iordane.
2.Cameli. 3.Venit.
4.Baptizo.

d. Deſcendit Chriſtus, deſcẽdit & ſpiritus ſanctus: ſed Chriſtus in veritate carnis,ſpiritus ſanctus in ſpecie,& non veritate columbæ,ergo deſcendit in aquã Chriſtus & ſpiritus ſanctus ſicut columba deſcendit, pater quoque è cœlo locutus eſt.Habet præſẽtiam trinitatis. Ambr. de ſacramen.lib.1.cap.5.

e. Spiritus ſanctus non libenter habitat vbi turbæ,& frequẽtia, & diſſentiones,& rixæ ſunt, ſed propriè ſedem habet ſolitudinem.Chryſoſt.vbi ſup.hom.3.

5.Super ipſum.
6.Beneplacitum eſt mihi.

f Venit Ieſus quia Ioannes traditus eſt in carcerem. Clauſa eſt enim lex quam Ioãnes deſignat & iam præteritam non habet liberarem,ſed de legetrãſiuimus ad euangelium Chryſ.homi.4.

7.Appropinquauit, vel appropinquat.

lilæ æ,[g] vidit Simônem,& Andream fratrem eius,mittentes retia in mare.(Erant enim piſcatores.) Et dixit ei Ieſus: Venite poſt me,& faciam vos fieri piſcatores hominum. Et protinus relictis retibus ſecuti ſunt eum.† Et progreſſus inde puſillum,vidit Iacôbũ Zebedæi & Ioannem fratrem eius,& ipſos [s] componentes] retia in naui,& ſtatim vocauit illos.Et relicto patrẽ ſuo Zebedæo in naui cum mercenariis,ſecuti ſunt eum.† Et ingrediuntur [h] Capharnaum,& ſtatim ſabbatis ingreſſus in Synagogam docebat eos. † Et ſtupebant ſuper doctrina eius. ✱ † Erat enim docens eos [9] quaſi ] poteſtatem habens,& non ſicut Scribæ.† Et erat in Synagoga eorum homo in ſpiritu immundo,& exclamauit,dicens:Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene?Veniſti ⟜ ante tempus]perdere nos.Scio [10] quòd] ſis ſanctus dei.Et comminatus eſt ei Ieſus,dicens: Obmuteſce, & exi de homine.Et diſcerpens eum ſpiritus immundus,& exclamans voce magna,exiit ab eo.Et mirati ſunt omnes,ita vt conquirerent inter ſe,dicentes: Quid nam eſt hoc? [i] Quæ nam doctrina hæc noua? Quia in poteſtate * ſpiritibus immundis imperat, & obediũt ei.Et proceſſit rumor eius ſtatim in omnem regionem Galilææ.† Et protinus egredientes de Synagoga,venerunt in domum Simônis & Andreæ cũ Iacôbo & Ioanne.[11] Decumbebat] autem ſocrus Simônis febricitans,& ſtatim dicunt ei de illa.Et accedens eleuauit eam apprehenſa manu eius,& continuò dimiſit eam febris, & miniſtrabat eis.[k] † Veſpere autem facto,cum occidiſſet ſol,afferebant ad eum omnes malè habentes,& dæmonia habentes,& erat omnis ciuitas congregata ad ianuam. ✱ Et curauit multos qui vexabantur variis languoribus, & dæmonia multa eiiciebat, & non ſinebat ea loqui,quoniam ſciebant eum.* Et diluculo valde ſurgens,egreſſus [l] abiit in deſertum locum,ibíque orabat.Et proſecutus eſt eum Simon , & qui cum illo erant. Et cum inueniſſent eum,dixerunt ei:quia omnes quærunt te.Et ait illis: Eamus in proximos vicos & ciuitates,vt & ibi prædicem. Ad hoc enim véni.Et erat prædicãs in Synagogis eorum,& in omni Galilęa,& dæmonia eiiciens.† Et venit ad eum leproſus deprecans eum,& genu flexo,dixit:[m] Si vis potes me mũdare.Ieſus autem miſertus eius, extendit manum ſuam:& tangens eum,ait illi:Volo.Mundare.Et cum dixiſſet,ſtatim diſceſſit ab eo lepra,& mundatus eſt. Et comminatus eſt ei:ſtatímque eiecit illum , & dicit ei:Vide nemini dixeris,† ſed vade,[n] oſtende te Principi ſacerdotum, & offer pro emundatione tua† quæ præcepit Moyſes in teſtimonium illis. † [12] Et ]egreſſus cœpit prædicare & [13] diffamare] ſermonem,ita vt iam non poſſet manifeſtè introire in ciuitatem,ſed foris in deſertis locis eſſe,& conueniebant ad eum vndique.

[g. Secundò enim iſta vocatio eſt. Vide autem quomodo iſti iuſtis laboribus ſeſe enutriant, & non ex iniuſtis. Tales enim digni erant qui primi fierẽt diſcipuli Chriſti. Relictis igitur ſtatim his quæ in manibus erãt, ſecuti ſunt eum. Theop. ibidẽ.]

&.Relictis.

h. Capharnaũ,non Capernaum, vt quidam neoterici, ne dicam nouitij,Hebraiſmi ignari:à Caphar,non Caper, quod eſt villa, ager,vel vicus:& naum,conſolatio. Ciuitas eſt Galilææ prima, in amœniori & feraciori loco Galilææ ſita à forte eiuſdem nominis dicta.Chryſ.homil.5.

9.Tanquam.

10.Quia vel quòd.

i. Quid quæſo nouũ docuerat, quid nouum dixerat?Eadem loquebatur per ſe,quæ locut⁹ fuerat per prophetas. Sed ideo ſtupebant, quia erat doctrina eius, quaſi poteſtatem habentis,&nõ ſicut Scribæ.Nõ loquebatur vt magiſter,ſed vt dominus: non loquebatur autoritatem referẽs ad maiorẽ, ſed ipſe quod ſuum erat loquebatur. Chry. in Marc. hom.5. ✱ Et.

11.Recumbebat.

[k. Occaſione enim huius ſanationis illi qui habebãt infirmos in illa vrbe adduxerunt eos ad Chriſtum quærentes remediũ. De Lyra.]

✱Eſſe Chriſtum.

l. Abiit in deſertum locum, vt nos doceret: quòd ſi quando ad miratione digna fecerimus,laudem ab hominibus fugiamus, & ab aliis ſegregari,deo qui nobis beneficium contulit,gratias agamus:ac deprecemur vt illud in poſterum confirmet. Vnde locus deſertus orationi conueniẽs eſt, eo quòd diſtractionem non afferat.Euthy.ibid.

[m. In voluntate tribuit poteſtatem, nec dubitat vt incredulus de voluntate Domini,ſed collusionis ſuæ conſcius non præſumit. Gloſa ordin.ibid.]

n. Miſit autem illum ad ſacerdotem eo quòd lex præceperat nõ licere leproſum ciuitatem ingredi,niſi à ſacerdote mundus eſſet declaratus. Proinde & donum quod ſolebant purificati offerre iuſſit:quo teſtaretur ſe nõ eſſe aduerſatium legis,ſed adeò amicum vt & leproſo, ea quæ legis ſunt,præciperet.Theop.ibi.

12.At ille.

13.Diuulgare.

*Veſtibulum quod erat ad ianuam,i.iuxta ianuam.

a. Iamque in paralytico gentiũ vniuerſitas offertur medenda,& curationis ipſius verba contuẽda. Non dicitur paralytico ſanus eſto:non dicitur: Surge & ãbula:ſed dicitur: Conſtans eſto fili,remiſſa ſũt tibi peccata tua. In Adam vno peccata vniuerſis gentibus remittuntur. Hilar.in Mat.9.cap.

1.Loquitur blaſphemias?

b. An debilis videbatur cum paralytico præcipiens: Tolle grabatum tuum & ambula ſanitatis iam mãdabat officium, cum adhuc remedium ille debilitatis oraret? Ambro.de fide.lib.4. cap.3.

c. Nuſquam adhuc profeſſus eſt ſe filium hominis, quàm in iſto loco:primum: in quo primum peccata dimiſit,in quo primum indicauit dum abſoluit, vt ſcandalo iſto diſcuſſo per ſcripturæ recordationem,facilius eum agnoſcerent ipſum eſſe filium hominis ex ipſa peccatorum remiſſione.Tertul.lib.4.aduer. Mar. 10.

2.Obſtupeſcerent omnes,& glorificarent.

*Veſtibulum quod erat ad ianuam,i.iuxta ianuam.

a. Iamque in paralytico gentiũ vniuerſitas offertur medenda,& curationis ipſius verba contuẽda. Non dicitur paralytico ſanus eſto:non dicitur: Surge & ãbula:ſed dicitur: Conſtans eſto fili,remiſſa ſũt tibi peccata tua. In Adam vno peccata vniuerſis gentibus remittuntur. Hilar.in Mat.9.cap.

1.Loquitur blaſphemias?

b. An debilis videbatur cum paralytico præcipiens: Tolle grabatum tuum & ambula ſanitatis iam mãdabat officium, cum adhuc remedium ille debilitatis oraret? Ambro.de fide.lib.4. cap.3.

c. Nuſquam adhuc profeſſus eſt ſe filium hominis, quàm in iſto loco:primum: in quo primum peccata dimiſit,in quo primum indicauit dum abſoluit, vt ſcandalo iſto diſcuſſo per ſcripturæ recordationem,facilius eum agnoſcerent ipſum eſſe filium hominis ex ipſa peccatorum remiſſione.Tertul.lib.4.aduer. Mar. 10.

2.Obſtupeſcerent omnes,& glorificarent.

*Veſtibulum quod erat ad ianuam,i.iuxta ianuam.

a. Iamque in paralytico gentiũ vniuerſitas offertur medenda,& curationis ipſius verba contuẽda. Non dicitur paralytico ſanus eſto:non dicitur: Surge & ãbula:ſed dicitur: Conſtans eſto fili,remiſſa ſũt tibi peccata tua. In Adam vno peccata vniuerſis gentibus remittuntur. Hilar.in Mat.9.cap.

1.Loquitur blaſphemias?

b. An debilis videbatur cum paralytico præcipiens: Tolle grabatum tuum & ambula ſanitatis iam mãdabat officium, cum adhuc remedium ille debilitatis oraret? Ambro.de fide.lib.4. cap.3.

c. Nuſquam adhuc profeſſus eſt ſe filium hominis, quàm in iſto loco:primum: in quo primum peccata dimiſit,in quo primum indicauit dum abſoluit, vt ſcandalo iſto diſcuſſo per ſcripturæ recordationem,facilius eum agnoſcerent ipſum eſſe filium hominis ex ipſa peccatorum remiſſione.Tertul.lib.4.aduer. Mar. 10.

2.Obſtupeſcerent omnes,& glorificarent.

*Christus curato paralytico Matthæum vocat, ſuam cum peccatoribus conuerſationem excuſat, ac diſcipulos ſuos non ieiunantes, ſed ſpicas ſabbato euellẽtes à Phariſæis accuſatos defendit. II.

ET † iterum intrauit Capharnaum poſt dies ⟜ octo,] &auditum eſt quòd in domo eſſet,& cõuenerunt multi,ita vt nõ caperet neque * ad ianuam, [A] & loquebatur eis verbum . Et venerunt ad eum ferentes [a] paralyticum, qui à quatuor portabatur,& cum non poſſent offerre eum illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat,& patefacientes ſubmiſerunt grabatum, in quo paralyticus iacebat . Cum autem vidiſſet Ieſus fidem illorum, ait paralytico: † Fili,dimittuntur tibi peccata tua.Erant autem illic quidam de Scribis ſedentes,& cogitantes in cordibus ſuis:Quid hic ſic [1] loquitur? Blaſphemat.] † Quis poteſt dimittere peccata,niſi ſolus deus? Quo ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo, quia ſic cogitarent intra ſe, dicit illis: Quid iſta cogitatis in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere paralytico:dimittuntur tibi peccata ⟜ tua,] an dicere: ✱ [b] Surge,tolle grabãtum tuum & ambula? † [c] Vt [B] autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico: ) Tibi dico ſurge,tolle grabãtum tuum , & vade in domum tuam.Et ſtatim ſurrexit ille, & ſublato grabãto abiit inde coram omnibus,ita vt [2] mirarentur omnes, & honorificarent] deum, dicentes:quia nunquam ſic vidimus.† Et egreſſus eſt rurſus ad mare,

admare omnísque turba veniebat ad eum, & docebat eos. [d] Et cum præteriret, vidit Leui Alphæi sedentem ad telonium,& ait illi:Sequere me.Et surgens secutus est eum.
† Et factum est cum accumberet in domo illius,multi publicani & peccatores simul discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Erant enim multi qui & sequebantur eum.
† Et scribæ & Pharisæi videntes, quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, C [3] dixerunt] discipuli eius: [e] Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester? Hoc audito, Iesus ait illis: Non [4] necesse] habent sani medico,sed qui malè habent. † [e] Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. * Et erant discipuli Ioannis & [5] Pharisæorum] ieiunantes,& veniunt & dicunt illi: Quare discipuli Ioannis & Pharisæorum ieiunant,tui autem discipuli non ieiunant? Et ait illis Iesus: Nunquid possunt filij nuptiarum quandiu spōsus est cum illis,ieiunare? Quanto tempore habent secum sponsum non possunt ieiunare. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. [f] Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri. Alioquin aufert supplementum nouum à veteri,& maior scissura D fit. [g] Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres, alioquin dirumpet vinum vtres, & vinum effundetur,& vtres peribunt.Sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet.
† Et factum est iterum cum * sabbatis ambularet per sata, & discipuli eius cœperunt [6] progredi] & [g] vellere spicas. Pharisæi autem dicebant ei: Ecce,quid faciunt [7] discipuli tui] sabbatis,quod non licet? Et ait illis: † Nunquam legistis quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit & esuriit ipse, & qui cum eo erant? quomodo introiuit in domum dei sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis manducauit,quos non licebat manducare nisi [8] solis] sacerdotibus,& dedit eis [9] &] qui cum eo erant? Et dicebat eis: Sabbatum ptopter hominem factum est,& non homo propter sabbatum. † Itaque dominus est filius hominis,etiam sabbati.

[d. Alia species æmulationis Iudæorum orta ex superbia, qua sibi miseri de sanctimonia sua adeò placuerunt vt peccatores fastidirent, videt hypocrisin pessimum esse facinus, vnde non minus quàm per hæresin pax auferatur ecclesiæ. Crediderim ego nullam hodie esse in ecclesia hæresim nisi exundans ea atque execrabilis hypocrisis huic malo animam dedidisset. Lorichius ibidem.
3. Dicebant.
4. Opus.
e. De propheta Osee. 6. b. proferens testimonium sigillat Scribas & Pharisæos, qui iustos se æstimantes: peccatorum & publicanorum consortia declinabant. Hieron. in Matt. cap. 9
* Ad pœnitentiam.
5. Pharisæi.

f. Si concedimus in istam separationem legis veteris à noua per reformationem, per amplitudinem, per prophetum, sicut fructus separatur à semine, vt fructus semine, sic euangelium separatur à lege, dum prouenit ex lege aliud ab illa, sed non alienum: diuersum, sed non cōtrarium. Tertul. lib. 4. aduersus Marcionem.
* Dominus.
6. Progredi.
g. Sed & esurientes accipere sabbatis escas ex his quæ adiacebant non vetabat lex: meteru autem & colligere in horreum vetabat. Quia igitur discipuli sacerdotes erant, pars Leuitica illorum erat. Ipsis igitur Leuiticam substantiam habentibus, licebat eis esurientibus à seminibus accipere escam. Irenæus lib. 4. cap. 20.

2. Vide quomodo illos hoc exemplo concluserit: ostendens possessionum potius amatores esse, quàm hominum: & quod iumentis parcentes, hominum non miserentur. Obserua etiā quo pacto diuersas varijs in locis dederit de sabbati solutione rationes, prout res expetebat vt rationabiliter legem solueret, nec tamen Iudæos perturbaret. Euthym. super Mat. cap. 12.
* Eum.
1. Occidere.
2. Eius sana vt altera.
b. Herodiani, vel milites Herodis, Vel hæresis quedam nuper admodum orta, quæ docebat Herodem ipsum esse Christū, eo quòd in illo Iudaicorum regum successio finem habuisset. Ita enim exponebant prophetiam Iacob. Quando defectura essent ex Iudæa principes, tunc venturum Christum. Theophyl. ibidem.
3. Nauicula sibi inseruiret.
4. c. Bene regor, hoc est filij tonitrui, vel secundum Hieron. benereem, quod non vt plerique putant, Boanerges, sed cmē datius legitur Benereem, hæc Hier. super Danielem.
5. Iscariotem.
6. Posset.
d. Quoniam audierunt eum talia prædicare, nec à prædicatione cessare nec corporalia commoda curare, opinati sūt quòd esset in furorem cōuersus. Quēadmodum Fæstus ait ad Paulum: Multæ literæ ad insaniam te conuertunt. Voluerunt ergo Iesum tenere ne ex insania sibi ipsi vel aliis nocumentum inferret. Dionys. ibidem.

*Arida restituta manu Pharisæos cum Herodianis insidiātes confutat, discipulos instituit, suam virtutem non à Beelzebub manare conuincit, & parentes suos manifestat.* 111.

ET † introiuit iterum in Synagogam, & erat ibi homo habens manum aridam. [a] Et obseruabant eum si sabbatis curaret,* vt accusarent illum. Et ait homini habenti manū aridam: Surge in medium.Et dixit eis:† Licet sabbatis benefacere an malè, animam saluam facere an [1] perdere?] At illi tacebant. Et circunspiciens illos cum ira,contristatus super cæcitate cordis eorum,dicit homini: Extende manū tuam. Et extendit,& restituta est manus [2] illi.] † Exeuntes autem Pharisæi statim cum [b] Herodianis,consilium faciebant aduersus eum,quomodo eum perderent. † Iesus autē cum discipulis suis secessit ad mare, & multa turba à Galilæa & Iudæa secuta est eum,& ab Ierosolymis, & ab Idumæa,& trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidônem, multitudo magna, audientes quæ faciebat venerunt ad B eum. [c] Et dixit Iesus discipulis suis,vt [3] in nauicula sibi deseruirent] propter turbam, ne comprimerent eum. Multos enim sanabat,ita vt irruerent in eum, vt illum tangerent quotquot habebant plagas. † Et spiritus immundi cum illum videbant, procidebant ei, & clamabant, dicentes: Tu es filius dei. Et vehementer comminabatur eis,ne manifestarent illum. † Et ascendens in montem,vocauit ad se quos voluit ipse,& venerunt ad eum.Et fecit vt essent duodecim cum illo,& vt mitteret eos prædicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eiiciendi dæmonia. † Et imposuit Simóni nomen Petrus, & Iacôbum Zebedæi & Ioannem fratrem Iacôbi, & imposuit eis nomina [4] [c] Boanerges,] † quod est filij tonitrui, & Andream & Philippum & Bartholomæum & Matthæum, & Thomam & Iacôbum Alphæi, & Thaddæum & Simônem C Chananæum,& Iudam [5] Scarioth] qui tradidit illum. [d] Et veniunt ad domum. Et conuenit iterum turba, ita vt non [6] possent] neque panem manducare. Et cum audissent sui, exierunt tenere eum. † [d] Dicebant enim quoniam in furorem versus est. Et Scribæ

qui ab Ieroſolymis deſcenderant,dicebant:quoniam Beelzebub habet:&quia in principe dæmoniorũ eiicit dæmonia.Et conuocatis eis,in parabolis dicebat illis: †[e] Quomodo poteſt ſathanas ſathanam eiicere? Et ſi regnum in ſe diuidatur, non poteſt regnum illud ſtare.Et ſi domus ſuper ſemetipſam diſpartiatur,nõ poteſt domus illa ſtare.Et ſi ſathanas conſurrexerit in ſemetipſum,diſpertitus eſt, & non poterit ſtare,ſed finem habet.[f] † Nemo poteſt vaſa fortis ingreſſus in domum * diripere,niſi prius forD tem alliget,& tunc domum eius diripiet.Amen dico vobis,quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata & blaſphemiæ quibus blaſphemauerint. † Qui autẽ blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum,non [7] habebit] remiſſionem in æternum,ſed reus erit æterni [8] delicti:] quoniam dicebat:ſpiritum immundum habet. Et veniunt mater eius & fratres,& foris ſtantes miſerunt ad eum,vocantes eum.Et ſedebat circa eũ turba,& dicunt ei:† Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et reſpondens eis, ait: Quæ eſt mater mea,& fratres mei?Et circunſpiciens eos qui in circuitu eius ſedebant, ait:Ecce mater mea,& fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem dei, hic frater meus & ſoror mea & mater eſt.

*Regno cælorum ſub variorum ſeminum & grani ſinapis parabola annuntiato mare traiiciens dormit, excitatus autem verbo tempeſtatem cunctis mirantibus ſedat.* IIII.

ET † iterum cœpit docere [1] ad mare,] & congregata eſt ad eum turba multa,ita vt in nauim aſcẽdens ſederet in mari, & omnis turba circa mare ſuA per terram erat: [2] & docebat eos in parabolis multa,& dicebat illis in doctrina ſua:Audite:† Ecce,exiit [2] ſeminans] ad ſeminandum.Et * dum ſeminat,aliud cecidit circa viam,& venerunt volucres cœli,& comederunt illud. Aliud verò cecidit ſuper petroſa,vbi non habuit terram multam,& ſtatim exortum eſt,quoniam non habebat altitudinem terræ,& quãdo exortus eſt,ſol exæſtuauit,& eo quòd non [3] habebat] radicem,exaruit.Et aliud cecidit in ſpinas,& aſcenderũt ſpinæ & ſuffocauerunt illud,& fructum non dedit.[b] Et aliud cecidit in terram bonam,& dabat fructum aſcendentem & creſcentem, & afferebat vnum [4] triginta,& vnum ſexaginta,& vnum cẽtum.]Et dicebat:Qui habet aures audiendi,audiat.Et cum eſſet [5] ſingularis,] interrogauerunt eum ij qui cum eo erant duodecim,parabolam.[c] Et dicebat eis:† VoB bis datum eſt noſſe myſterium regni dei,illis autem qui foris ſunt,in parabolis omnia fiunt:vt [c] videntes videant,& nõ videant:& audientes audiant,& non intelligant: nequando conuertantur,& dimittãtur eis peccata.Et ait illis: Neſcitis parabolam hanc? Et quomodo omnes parabolas cognoſcetis? † Qui ſeminat,verbum ſeminat. Hi autem ſunt qui [d] circa viam vbi ſeminatur verbum, & cum audierint, confeſtim venit ſathanas,& aufert verbum quod ſeminatum eſt in [6] cordibus] eorum.Et hi ſunt ſimiliter qui ſuper petroſa ſeminantur,qui cum audierint verbum,ſtatim cum gaudio accipiunt illud,& non habent radicem in ſe, ſed [7] temporales] ſunt:deinde orta tribulatione & perſecutione propter verbum, confeſtim ſcandalizantur.[e] Et alij ſunt qui in ſpinis ſeminantur. Hi ſunt qui verbum audiunt,& ærumnæ ſeculi * & deceptio diuitiarum,& circa reliqua concupiſcentiæ introeuntes ſuffocant verbum, & ſine fructu efficitur.[f] Et hi ſunt qui ſuper terram bonam ſeminati ſunt, qui audiunt verbum & c ſuſcipiunt, & fructificant vnum triginta, vnum ſexaginta, & vnum centum. Et dicebat illis:† Nunquid venit lucerna vt ſub modio ponatur aut ſub lecto? Nónne vt ſuper candelabrum ponatur? † Non eſt enim aliquid abſconditum,quod non manifeſtetur:nec factum eſt occultum,[8] quod non veniat in palam.] Si quis habet aures audiẽdi,audiat.Et dicebat illis:Videte quid audiatis.† In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis [9]— & adiicietur vobis. ][f] Qui enim habet dabitur illi, & qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo.Et dicebat: † Sic eſt regnum dei, quemadmodum ſi homo iaciat ſementem in terram,& dormiat,& exurgat nocte & die, & ſemen germinet,& [9] increſcat] dum neſcit ille. Vltrò enim terra fructificat, primum herbam, deinde

a. Quod autem dicit dominus: Quomodo poteſt ſathanas ſathanam eiicere,ne forte quiſquam veteris nominibus aliis quàm infirmarum poteſtatum eum dæmonium exeuſſerit, falſam putet eſſe dicam domini ſententiã, ad hoc intelligat dictum, quia hoc modo Sathanas etiã ſi corpori aut corporis ſenſibus parcit,ideo parcit, vt ipſius hominis voluntati per impietatis errorem triumpho maiore dominetur.Hoc autem modo non exit ſathanas, ſed potius in intima ingreditur, vt in eo ſic operetur, quemadmodum dicit Apoſtolus: Secundum principem poteſtatis aeris huius,qui nunc operatur in filiis diffidentiæ. Aug.lib.83 quæ.79.
* Eius.
7.Haber.
8.Iudicij.

1.Iuxta mare.
2.Et notandum quòd non omnia locutus ſit eis in parabolis, ſed multa.Si enim omnia dixiſſet in parabolis, abſque emolumento populi recedſiſſent, perſpicua miſcet obſcuris,vt per ea quæ intelligunt prouocentur ad eorum notitiam quæ non intelligunt.Hier.in 13.cap.Mat.
2.Seminator.
* Factum eſt.
3.Haberet.
b. Vide quàm rara ſunt bona, quámque pauci ſunt qui ſaluẽtur.Ecce enim ſola quarta ſemini pars fructificat,tres autẽ pereunt:qui ſunt ſegnes, puſillanimes & ſeculi curis occupati, ſimul & diuitiarum fallaciæ ſeruientes.Euthy.Mat.13.ea.
4. Triceſimum vel trigecuplũ, & vnum ſexageſimum,vel ſexagecuplum, & vnum cẽteſimum vel centuplum.
5.Solus.
c.Nunquid igitur per ſegregationem & naturale fatum aliis quidẽ datum eſt,aliis vero non? Abſit, Sed aliis quidem datum eſt,qui inquirunt,quærite enim inquit,& dabitur vobis,cæteros autem excæcauit deus, ne ſit illis in maiorem condemnationẽ, ſi intelligant,& non faciant. Theoph.ibidem.
d.Via dicitur,qui ſegnis eſt,qui verbum quidem doctrinæ audi tu recipit,verùm illud in corde ſuo præ ſegnitie non abſcondit, ſed quaſi via cõculcata,ideòque dura,ipſum fert leuiter impoſitum. 6.Corde.
7.Temporarij.
e. Hinc eſt quòd ſunt quatuor genera hominum verbum dei audientium,& quatuor differẽtiæ ſeminis:quorum quartũ genus duntaxat ſaluatur. Nã pauci electi: & quarta pars ſeminis ſolùm fructificat.Vnde ſemẽ diuini verbi quadripartitum,& tamen in tribus partibus perditũ: nec propterea à prædicatione ceſſandum. Dio.in 13.cap.Mat.
*Huius.
8. Sed vt in palàm veniat, vel quod in propatuiũ non veniet.
f Regni myſteria fides percipit. Hæc in quibus fuerit proficiet, & incrementis profectus ſui abundabit: in quibus verò non fuerit,etiam quod habent auferetur ab eis. Damnum ſcilicet legis ex fidei inopia declarat:quã fidem Iudæi non habentes,legẽ quoque quam habuerant,perdiderunt,& ideo perfectum lex euangelica habet donum: quia ſuſcepta nouis fructibus diuat, repudiata verò etiã veteris ſubſtantiæ opes detrahit. Hilar.in Mat. 3.cap.
9. Pullulet.

†Mat. 12.c Luc.11.b

†Matthæi 9 Luc.5.e Ioan.8.f

†Matthæi 12 Luc.8.b Ioan.12.f Iſa. 6.c Act.28.f Roma.9

†Matthæ Luc.8.b

†Matthæi 13 Luc.8.a

†Matthæi 5 Luc.11.a

†Matthæi 13 Luc.8.a

†Matthæi 10 Luc.8.a

†Matthæi 5 Luc.8.c & 16.d Deperditi Dum ſemi

deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica. Et cum ex ſe produxerit fructus, ſtatim mittit falcem quoniam adeſt meſſis. Et dicebat: [g] Cui aſſimilabimus regnũ dei, aut cui parabolæ comparabimus illud? † [g] Sicut granum ſinâpis, quod cum ſeminatũ fuerit in terra, minus eſt omnibus ſeminibus, quæ ſunt in terra: & cum natum fuerit, aſcendit ⁊ in arborem,] & fit maius in omnibus oleribus: & facit ramos magnos, ita vt poſſint ſub vmbra eius aues cœli [10] habitare.] Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum prout poterant audire: ſine parabola autem non loquebatur eis. Seorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia. † Et ait illis in illa die, cum ſerò eſſet factũ: Tranſeamus [11] contrà. Et dimittentes turbam aſſumunt eum ita vt erat in naui, & aliæ naues erant cum illo. Et facta eſt procella magna venti, & fluctus [12] mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. [h] Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens, & excitant eum, & dicunt illi: Magiſter, non ad te pertinet, quia perimus? Et exurgens comminatus eſt vento, & dixi mari: Tace, obmuteſce. Et ceſſauit ventus, & facta eſt trãquillitas magna. Et ait illis: Quid timidi eſtis? [13] Necdum] habetis fidem? Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: † Quis putas eſt iſte, quia & ventus & mare obediunt ei?

[g. In parte iſta proponitur parabola hominis, quæ pertinet ad ſtatum eccleſiæ finalem. Et dicũtur tria. Primum eſt ſicut ad excitandum attentionem. Secundum eſt ædificatio parabolæ ad inſtructionem. Tertium eſt collatio ad oſtendendã Chriſti conuenientem prædicationem. Vnde regnum dei iuxta hanc eſt prædicatio euangelij, quæ ducit ad regnum dei. Vt Sap. 5. Accipient regnum decoris de manu Dei. Nicolaus Gorram. ibidem.

10. Nidificare.

11. In vlteriorem ripam.

12. Irruebant.

h. Aliter dicitur dormire deus, cũ fides eius inter proſpera huius mundi in quorundam fidelium corde non vigilat, ſed dormit. Hanc dormitionem ſaluator noſter in ſe ſignificauit, cũ in naui inter fluctus dormiuit. Vel certe dormire dei, eſt electis ſuis in tribulationibus huius mũdi poſitis, tardius ſubuenire. Auguſt. de ciuit. diuinit.

13. Quomodo non.

*Eiecta in porcos à dæmoniaco legione Chriſtus Iairi filiam hæmorrhoiſſa curata ſuſcitat.* V.

ET † venerunt trans fretum maris in regionem [a] Geraſenorum. Et exeunti ei de naui, ſtatim occurrit de monumẽtis homo in ſpiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis. Et neque catenis iam quiſquam poterat eum ligare, quoniam ſæpe compedibus & catenis vinctus, dirupiſſet catenas & compedes comminuiſſet, & nemo poterat eum domare. Et ſemper die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamans & concîdens ſe lapidibus. Videns autem Ieſum à longe cucurrit, & adorauit eum, & clamans voce magna, dixit: [b] Quid mihi & tibi Ieſu fili dei altiſſimi? Adiuro te per deum ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi ſpiritus immunde ab homine iſto. Et interrogabat eum: Quod tibi nomẽ eſt? Et dicit ei: † Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus. Et deprecabatur eum multùm, ne ſe expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus, paſcens ⁊ in agris.] Et deprecabantur eum ſpiritus, dicentes: [c] Mitte nos in porcos vt in eos introeamus. Et conceſſit eis ſtatim Ieſus. [d] Et exeuntes ſpiritus, immundi, introierunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare ad duo milia, & ſuffocati ſunt in mari. Qui autem paſcebant eos, fugerunt & nuntiauerunt in ciuitatem, & in agros. Et egreſſi ſunt videre quid eſſet [1] facti,] & venerunt ad Ieſum, & vident illum qui à dæmonio vexabatur ſedentem veſtitum, & ſanæ mentis, * & timuerunt. Et narrauerunt illis qui viderant qualiter factum eſſet ei qui dæmonium habuerat, & de porcis. Et rogare cœperunt eum, vt diſcederet de finibus eorum. Cúmque aſcenderet nauim, cœpit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat, vt eſſet cum illo, [d] & non admiſit eum, ſed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi dominus fecerit, & miſertus ſit tui. Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi feciſſet Ieſus, & omnes mirabantur. † Et cum tranſcendiſſet Ieſus in nauim rurſum trans fretum, conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare. Et venit quidam de Archiſynagogis nomine [e] Iairus, & videns eum procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multùm, dicens: quoniam filia mea in extremis eſt. [c] † [d] Veni, impone [2] manum tuam] ſuper eam, vt ſalua ſit, & viuat. Et abiit cum illo, & ſequebatur eum turba multa: & comprimebat eum. Et mulier quæ erat in profluuio ſanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpeſſa à compluribus medicis, & erogauerat omnia ſua, nec quicquam profecerat, ſed magis deterius habebat: cum audiſſet de Ieſu, vênit in turba retrò, & tetigit veſtimentũ eius. Dicebat enim: quia ſi vel veſtimentũ eius tetigero, ſalua ero. [f] Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis eius, & ſenſit corpore, quia ſanata eſſet à plaga. Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcens virtutem

a. Geraſa, quæ & Gadara, vel Gergeſa, ciuitas eſt tribꝰ Simeonis trans Iordanem in deſerto, vbi Abſalon patrem perſequens diminui ſenſit vltionem. Propterea nihil refert an dicas Geraſenorum à Geraſa vel Gadarenorum à Gadara, vel Gergeſeorum à Gergeſa: quia his tribus nominibus appellatur ab euãgeliſtis.

b. Non voluntatis iſta cõfeſſio eſt, quam præmium ſequitur cõfitentis, ſed neceſſitatis extorſio quæ cogit inuitos. Velut ſi ſeruũ fugitiuũ poſt multum temporis dominum ſuum videant, nihil aliud niſi de verberibus deprecantur. Sic & dæmones cernẽtes dominum in tertis repente verſari ad iudicãdum ſe veniſſe credebant. Præſentia enim ſaluatoris tormenta ſunt dæmonum. Hieron. in Mat. cap. 8.

c. Videntes igitur dæmones ſibi iam locum in gentibus derelinqui, vt patiatur eos habitare in hæreticis deprecantur: quibus occupatis totus in mare impetu rapido per præceps grex coactus eſt, in cupiditatem ſcilicet ſeculatium, dæmonum præcipitatur inſtinctu in aquis multis, i. cum reliquiarum gentiliũ infidelitate morituri. Hilarius in Mat. cap. 8.

1. Factum.

*Eum qui habuerat legionem. d. Hoc eſt, non recepit eum ad apoſtolatum vel diſcipulatum, propter horrorem præcedentis paſſionis. Item ne aſcriberetur dæmoni quod iſte faceret ſi eſſet diſcipulus Chriſti. De Lyra.

e. Nomẽ autem ipſius exprimit propter Iudæos, qui ſciebant id quod factum fuerat, dimidiatã autem fidem habebat vir ille. Fidelis enim erat eo quòd procidebat ad pedes Ieſu: ſed quia & obſecrabat vt veniat, non quantam oportebat præ ſe fidem ferebat. Theoph. ibidẽ.

2. Manus.

f. Tangitur à fœmina quæ ſanguine fluirabat, & neſciuit à qua: Quis me, inquit, tetigit? Etiam excuſatibus diſcipulis, per ſeuerat ignorantiæ voce. Quid dicit hæreticus? Sciebat ne perſonam? Et cur quaſi ignorãs loquebatur? vt confeſſionem certè pronocaret, vt timorem probaret. Tertul. aduerſ. Marcio, lib. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quæ exierat[3] de illo,]conuersus ad turbam,aiebat:† [f] Quis tetigit vestimenta mea?Et dicebant ei discipuli sui: Vides turbam comprimentem te,& dicis, quis me tetigit? Et circunspiciebat videre eam,quæ hoc fecerat. Mulier verò timens & tremens, sciens quod factum esset in se, venit & procidit ante eum,& dixit ei[g] omnem veritatem.Ille autem dixit ei:Filia, fides tua te saluã fecit,vade in pace,& esto sana à plaga tua.[& h] Adhuc eo loquente veniunt ⊱ nuntij ad Archisynagogum,dicentes: quia filia tua mortua est. Quid vltrà vexas magistrũ?Iesus autem audito verbo quod dicebatur, ait Archisynagogo: Noli timere, tantummodo crede. Et non admisit quenquam se sequi, nisi Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem Iacobi.† Et[4] veniunt ]in domum, Archisynagogi.Et[5] vidit] tumultum & flentes & eiulantes multùm, & ingressus,ait illis. Quid [6] turbamini] & ploratis?[i] Puella nõ est mortua,sed dormit. Et irridebant eum. Ipse verò eiectis omnibus,assumit patrem & matrẽ puellæ, & qui secum erant, & ingrediũtur vbi puella erat iacens[k] & tenens manũ puellæ, ait illi:† [7] Thabitha cumi.] quod est interpretatum,puella( dico tibi) surge.Et confestim surrexit puella,&ambulabat.Erat autem annorum duodecim. Et obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis vehementer, vt nemo id sciret, & iussit dare illi manducare.

1. A seipso.
i. Dominus quasi sciens interrogat vt iudicet factum. Si nõ interrogasset & dixisset: Quis me tetigit, nemo sciuisset factum esse signum. Chryso. homil.26.in Marc.
g. Christus est veritas, & quia sanata est à veritate confitetur veritatem.
[h. Sanata à profluuio sanguinis muliere, mox filia Archisynagogi mortua nũciatur: quia dum ecclesia à vitiorum labe, & ob fidei meritum filia est cognominata, continuò synagoga perfidiæ simul & inuidiæ luctu soluta est. Beda ibidem.
4. Venit,scilicet,Iesus.
5. Videt.
6. Tumultuamini.
i. Non est mortua,quod ad me, quamuis naturali ordine mortua sit: sed dormit mihi, qui eã valeo citius suscitare à morte, quàm vos dormientem à somno. Itaque non est mortua,i. irreparabiliter destituta à vita. Diony.in Matth. cap.9.
K. Vt ostenderet quòd sanctissima caro eius mortuos viuificaret. Euthym.ibidem.
7. Thalitha cumi, id est, puella surge.

*Christus in patria docens non edit virtutes, binos misit discipulos traiecto mari, quinque hominum millia cibat, super aquas reuertens tempestatem sedat, & multos sanat.* VI.

ET† egressus inde[a] abiit in patriam suam, & sequebantur eum discipuli sui. Et facto sabbato cœpit in Synagoga docere, & multi audientes [1] admiraban[A]tur] ⊱ in doctrina eius,]dicentes:[b] Vnde huic hæc ⊱ omnia?] Et quæ est sapientia quæ data est illi,&virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Nonne hic est faber, filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simônis? Nònne & sorores eius hic [2] nobiscum] sunt? Et scandalizabantur in illo.Et dicebat illis Iesus: † quia non est propheta [3] sine honore ]nisi in patria sua,& in domo sua,& in cognatione sua.Et non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatẽ eorum, & circuibat castella in circuitu,docens.† [c] Et conuocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem [4] spirituũ immundorum.][d] Et præcepit eis ne quid tollerent in via, nisi virgam tantùm,[B] non peram, non panem, neque in zona æs, sed calceatos sandaliis, & ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat eis: Quocunque introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde,& quicunque non receperint vos,nec audierint vos[C]† exeuntes inde excutite puluerem de pedibus vestris in testimonium illis. * Et exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent,& dæmonia multa eiiciebant,† & vngebant oleo multos ægros, & [5] sanabantur. ] At audiuit Rex Herodes (manifestum enim factum est nomen eius)& dicebat: Quia Ioannes Baptista resurrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in illo. Alij autem dicebant, quia Elias est: alij verò dicebant, quia Propheta est, quasi vnus ex Prophetis. † Quo audito Herodes ait: Quem ego decollaui Ioannem, hic * à mortuis resurrexit.[e] Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem propter [d] Herodiadam vxorem Philippi, fratris sui, [c] quia duxerat eam. † Dicebat enim Ioannes Herodi: [e] Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi,& volebat occidere eum,nec poterat. Herodes autẽ metuebat Ioannem,† sciens eum virum iustum & sanctum,& custodiebat eum,& audito eo multa faciebat,& libenter eũ audiebat.Et cum dies opportunus accidisset,[6] Herodes natali sui † cœnã fecit Principibus & Tribunis & primis Galilææ Cúmque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi,simúlque recumbentibus, Rex ait puellæ: Pete à me quod vis: & dabo tibi. Et iurauit illi, quia quicquid petieris,dabo tibi,[7] licet] dimidium regni mei. Quæ cum exisset,dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit:Caput Ioannis Baptistæ.Cúmque introisset statim cum festina-

a. Ascendit ad patriam non ignorans se contemptum iri, sed ne in posterũ dicere queant: Si venisset credidisse nutem. Theophyl. ibidem.
1. Obstupuerunt.
b. Vides in Nazareth ista dicta fuisse: Nonne fratres eius, inquiunt, ille atque ille sunt? Quid hoc sibi vult? Hinc enim magis in fidem inducí deberetis. Sed pessima certè res inuidia est & sibi ipsi sæpe repugnat. Nam quæ inaudita & mirabilia erant,ac sufficientia ipsos ad Iesum attrahere, ea illos magis scandalizabãt. Chry. Mat.13 homil.49.
2. Apud nos.
3. Contemptus.
c. Benignus & clemens dominus, & magister non inuidet ferulis atque discipulis virtutes suas. Hier. Mat.10.cap.
4. In spiritus immundos.

x Amen dico vobis,tolerabilius erit Sodomis & Gomorrhis in die iudicij quàm ciuitati illi Græ.
5. Sanabat, scilicet oleum, quo ad sanandum vtebantur apostoli.
x Est, ipse.
d. Bellum inter Arethen, regẽ Arabiæ patrem vxoris Herodis, quam repudiauerat propter Herodiadem tanquam ob ignominiam filiæ vindicandam,& Herodem exercitus extinctus est, quod fatum ei accidisse propter piaculum quod in necem Ioannis admisit. Euseb. Eccles. hist.lib.1.cap.13.
e. Quid autem aliud Ioannes nisi honestatem consideranit vt in honestas nuptias etiam in rege non posset perpeti † dicens: Nõ licet tibi illam vxorem habere. Potuit tacere,nisi indecorum sibi iudicasset mortis metu,verum non dicere inclinati regi, propheticam autoritatem adulatione subtexere. Sciebat vtique moriturum se esse, quia regi aduersabatur, sed honestatem salutí prætulit. Amb Offi. lib.13.cap.12.
6 Quando Herodes in natali die suis cœnam faciebat prima ibat.
7. Vsque ad.

D ſaltatione,ad Regem,petiuit,dicens:[f] Volo vt protinus des mihi in diſco caput Ioã nis Baptiſtæ.† [f] Et contriſtatus eſt Rex propter iuſiurandum, & propter ſimul diſcũbentes,noluit eam contriſtare,ſed miſſo ſpiculatore, præcepit afferri caput eius in diſco:* & decollauit eum in carcere.Et attulit caput eius in diſco,& dedit illud puellæ, & [g] puella dedit matri ſuæ.Quo audito,diſcipuli eius venerunt,& tulerũt corpus eius,& poſuerunt illud in monumento.Et conuenientes Apoſtoli ad Ieſum, renuntiauerunt ei omnia,quæ egerant & docuerant.Et ait illis:Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum.Erant enim qui veniebant & redibant,multi:& nec ſpatium mã E ducandi habebant.Et aſcendentes in nauim,abierunt in deſertũ locum ſeorſum. [g] Et viderunt eos abeuntes,& cognouerunt multi,& pedeſtres de omnibus ciuitatibus cucurrerunt illuc,& præuenerunt eos.† Et exiens vidit turbam multam Ieſus,& miſertus eſt ſuper eos,quia erant ſicut oues non habentes paſtorem,& cœpit illos docere multa.Et cum iam hora multa fieret,acceſſerunt * diſcipuli eius,dicentes:† Deſertus eſt locus hic,& iam hora præteriit,Dimitte illos,vt euntes in proximas villas & vicos, emãt ſibi cibos [8] quos manducent.] Et reſpondens ait illis : Date illis vos manducare.Et dixerunt ei:Euntes emamus ducentis denariis panes, & dabimus illis manducare. Et dicit eis:Quot panes habetis?Ite & videte,& cum cognouiſſent,dicũt:Quinque & duos piſces.[h] Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes, [9] ſecundum contubernia ] ſu- F per viride fœnum.[g] Et diſcubuerunt[10] in partes,] per centenos & quinquagenos.† Et acceptis quinque panibus & duobus piſcibus, intuens in cœlum [i] benedixit, & fregit panes,& dedit diſcipulis ſuis vt ponerent ante eos, & duos piſces diuiſit omnibus. Et manducauerunt omnes,& ſaturati ſunt. Et ſuſtulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos,& de piſcibus. Erant autem qui manducauerunt, * quinque millia virorum.Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcendere nauim,vt pręcederent eum trans fretum[k] ad Bethſaidam , dum ipſe dimitteret populum. Et cum dimiſiſſet eos, † abiit in montem orare.Et cum ſero eſſet,erat nauis in medio mari,& ipſe ſolus in terra. Et videns eos laborantes in remigando ( erat enim ventus contrarius eis: ) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos [l] ambulans ſuper mare,& volebat præterire eos. G † [g] At illi vt viderunt eum ambulantem ſuper mare,putauerunt phantaſma eſſe,& exclamauerunt.Omnes enim viderunt eum,& conturbati ſunt. Et ſtatim locutus eſt cũ eis,& dixit eis:confidite.Ego ſum,nolite timere.Et aſcendit ad illos in nauim,& ceſſauit ventus.Et [11] plus magis ] intra ſe ſtupebant.Non enim intellexerũt de panibus:Erat enim cor eorum obcæcatum.Et cum transfretaſſent,venerũt in terram [m] Geneſareth, & applicuerunt. † Cúmque egreſſi eſſent de naui,continuò agnouerunt eum, & per currentes vniuerſam regionem illam, cœperunt in grabatis eos qui ſe malè habebant, circunferre,vbi audiebant eum eſſe. Et quocunque introibat in vicos vel in villas aut ciuitates , in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent,& quotquot tangebant eum,ſalui fiebant.

f. Contriſtatus eſt Herodes propter iuramentum incautum & propter conuiuas ſuos: Fecerat enim cœnam principibus,& tribunis,& primis Galilææ. Itaque ne in tantorum virorũ præſentia videretur periurus & mẽdax, vel ne ipſi turbarentur, iuſſit dari caput Ioannis puellæ nequiſſimæ. Dion. in Mat. 14. cap.

* Ille autem abiit.

g. Propter Herodiadem Ariſtobuli fratris Herodis filiã & Philippi vxorem legitimã dicit Ioſephus, Ioannem ſuper omnes iuſtiſſimum ab Herode capite cæſum: propter quam etiam regno commemoratum depulſum, atque in exilium in Vienam Galliæ vrbem truſum. Euſeb. Eccli. hiſt. lib. 2. cap. 13.

* Ad eum.

8. Quid enim manducent non habent.

h. Ieſus ipſe perfectio puta in eremo quinque panib⁹ quinque millia paſcere ſciuit. Septẽ & rurſus ſeptem milia quatuor & ſatietatis quidem reliquiæ, ibi cophini duodecim, illic verò ſportæ ſeptem, neutrum vt arbitror, abſque ratione, ſeu ſpiritu indignum. Gregor. Nazianze. in ſanctam Pentecoſt. oratio.

9. Diſtinctos in conuiuia.

10. Catenatim.

i. Benedixit & fregit patri agẽs gratias poſt tẽpora legit ac prophetarum ſe in euangelicum ritum verti ſignificans. Hilar. in Matth. cap. 14.

* Panes fermẽ.

k. Bethſaida ciuitas in fine lac⁹ Genezar verſus ſeptentrionem, in cuius ſede à Philippo Herodis fratre ædificata eſt Iulias in deſerto Aulonit, iuxta Magdalon, à quo dicta eſt Magdalena.

l. Magnum autem miraculum erat ambulare ſuper mare,& reuera diuinum, & enim eſſet tanta tempeſtas, tãmque contrarius ventus miraculi incrementum erat. Themph. ibidem.

11. Amplius.

m. Geneſareth. Hebræi dicunt Cenereth: Græci mare Chenereth. Lacus ad Carmeli radices: quem fundit Iordanis. Longitudine 8. leucarum, & latitudine trium, in ſacris bibliis miraculis multis celebratus.

*Hominum traditiones diuinis aduerſas Chriſtus reprobat. Chananææ filiam à dæmonio liberat: & ſurdum impeditæ linguæ reſtaurat.* VII.

ET † [1] conuenerunt] ad eum Phariſæi & quidã de Scribis venientes ab Ieroſolymis.[2] Et cum vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius cõmunibus manibus,id eſt,non lotis manducare panes, vituperauerunt. Phariſæi enim & omnes Iudæi niſi crebro lauerint manus,non manducant, tenentes traditionem ſeniorũ.Et à foro ⊢ venientes] niſi [2] baptizentur,] nõ comedũt.Et alia multa ſunt quæ tradita ſunt illis [3] ſeruare,baptiſmata] calicũ, & vrceorũ, & æramẽtorum,& lectorũ. Et interrogabant eum Phariſæi & Scribæ: [b] Quare diſcipuli tui non ambulãt iuxta traditionẽ ſeniorum,ſed communibus manibus mãducant panẽ? At ille reſpondens,dixit eis:† Bene prophetauit Iſaias de vobis hypocritis, ſicut ſcriptũ eſt: Populus hic labiis me honorat,cor autem [4] eorum longè eſt ] à me.In vanum autem me colũt,

1.2. Lauabant enim Iudæi ex decreto ſeniorum pocula, vrceos æramenta & lectos, exiſtimantes ea hoc modo ſanctificari. Atſque multa huiuſmodi tradebãt obſeruanda, legem quidem transgredientes, hæc autem ridiculi obſeruantes. Euthy.

2. Lauentur.

3. Obſeruanda, ablutiones.

b. Diſcipuli verò frequenter illotis manibus edebant non ſectantes iſta. Quomodo id enim facere poterant, cum nunquam tale quippiam obſeruaſſent, ſed ſolius virtutis curam haberent corporales conſuetudines deſpicientes, eo quòd earum tranſgreſſio nullum animæ poſſet afferre nocumentum. Idem Euthymius in Matth.

4. Suum elongauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



docentes doctrinas ⟨ & ] præcepta hominum.[g] Relinquentes enim mandatum dei, [B]
tenetis traditiones hominum,baptiſmata vrceorum & calicum,& alia ſimilia his faci
tis multa.Et dicebat illis:Bene irritũ [5] feciſtis] præceptum dei,vt traditionem veſtram
ſeruetis.Moyſes enim dixit:† Honora patrem tuum & matrem tuam,† & qui maledi-
xerit patri vel matri,morte moriatur,Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri aut ma-
tri Corban,quod eſt,donum,quodcunque ex me,tibi profuerit:& vltrà non dimittitis
eum quicquam facere patri ſuo aut matri,reſcindentes verbum dei per traditionẽ ve-
ſtram quam tradidiſtis.Et ſimilia huiuſmodi multa facitis. † [c] Et aduocans iterũ [6] tur-
bam,] dicebat illis:Audite me omnes,&intelligite:Nihil eſt extra hominem introiens
in eum quod poſſit eum coinquinare,ſed quæ de homine procedunt,illa ſunt quæ co-
inquinant hominem.Si quis habet aures audiẽdi audiat. Et cum introiſſet in domum
à turba,interrogabant eum diſcipuli eius [7] parabolam.] Et ait illis: Sic & vos [8] impru-
dentes] eſtis?[g] Non intelligitis.quia omne extrinſecus introiens in hominem,non po [C]
teſt eum coinquinare? quia non intrat in cor eius,ſed in ventrem vadit, & in ſeceſſum
exit,purgans omnes eſcas? † Dicebat autem:quoniam illa quæ de homine exeunt,illa
coinquinant hominem.† [d] Abintus enim de corde hominum malæ cogitationes pro
cedunt,adulteria,fornicationes,homicidia, furta,auaritiæ, nequitiæ, dolus,impudici-
tiæ,oculus malus,blaſphemia,ſuperbia,ſtultitia. Omnia hæc mala abintus procedunt,
& coinquinant hominem.† Et inde ſurgens,abiit in fines Tyri & Sidonis,& ingreſſus
domum neminem voluit ſcire,& non potuit latere.Mulier enim ſtatim vt audiuit de
eo,cuius filia habebat ſpiritum immundum,intrauit.Et procidit ad pedes eius.Erat e-
nim mulier gentilis Syrophœniſſa genere. Et rogabat eum vt dæmonium eiiceret de
filia eius.Qui dixit illi:Sine prius ſaturari filios.Non eſt enim bonum ſumere panem fi
liorum,& mittere canibus.[g] At illa reſpondit,& dixit illi:Vtique domine. Nam & ca- [D]
telli comedunt ſub menſa de micis puerorum.Et ait illi:⟨ Propter hunc ſermonem va-
de,exiit dæmonium de filia tua.Et cum abiiſſet domum,inuenit puellam iacentem ſu
pra lectum,& dæmonium exiiſſe.† Et iterum exiẽs de finibus Tyri,venit per Sidonem
ad mare Galilææ inter medios fines [f] Decapoleos. Et adducunt ei ſurdum & mutum.
Et deprecabantur eum vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba ſeor-
ſum,miſit digitos ſuos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius, & ſuſpiciens
in cœlum ingemuit,& ait illi:[9] Epheta,] quod eſt, adaperire.Et ſtatim apertæ ſunt au-
res eius,& ſolutum eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Et præcepit illis ne
cui dicerent.† Quantò autem eis [10] præcipiebat,tantò magis plus] prædicabant,& eo
amplius admirabantur, dicentes: † Bene omnia fecit,& ſurdos fecit audire, & mutos
loqui.

*Quatuor hominum milibus ſaturatis Phariſæis ſignum negat,cæcum illuminat,ac diſcipulis ſuper ſui opinione requiſitis ſuam annuntiat paſſionem, & ſequacibus ſuis promittit mercedem.* *VIII.*

† IN diebus illis,iterum cum turba multa eſſet ⟨ cum Ieſu, ] nec haberẽt, [A]
quod manducarent, conuocatis diſcipulis,ait illis: † [a] Miſereor ſuper tur-
bam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducẽt, &
ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam,deficiẽt in via.Quidam enim ex
eis de longè venerunt. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui: Vnde iſtos quis poterit hic ſa-
turare panibus in ſolitudine?Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt:
Septem.Et præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram.[b] Et accipiens ſeptem panes, gra-
tias agens fregit, & dabat diſcipulis ſuis,vt apponerent: & appoſuerunt turbæ. Et ha-
bebant piſciculos paucos, & ipſos benedixit, & iuſſit apponi. Et manducauerunt &
ſaturati ſunt,& ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis ſeptem ſportas.Erant au-
tem qui manducauerant quaſi quatuor milia,& dimiſit eos.† Et ſtatim aſcendens na-
uim cum diſcipulis ſuis,venit in partes [c] Dalmanutha.[g] Et exierunt Phariſæi,& cœpe- [B]
runt conquirere cum eo, quærentes ab illo ſignum de cœlo, tentantes eum. Et inge-
miſcens

5. Facitis.

6. Turbas.
7. De parabola.
8. Sine intelligentia.

9. Hephetáh.

10. Prohibebat,tantò amplius.

c. Nec ſolum aduocando eos, ſeruitutem verbi attentiores facit,dicens: Intelligite,i.attendite atque aures erigite.Si enim iſtis auscultaſtis ſtatuta ſua tradentibus, multo magis par eſt me audire,qui ad veram vos opportunè prophetiam induco. Chryſoſt.in Matth.hom.51.

d. Vna ſententia duo quædam hominis ora complexus eſt:vnũ corporis,alterum cordis. Nam vtique vnde illi hominem putarunt inquinari in os intrat corporis.Vnde autem dominus dixit inquinari hominem,de cordis ore procedit. Aug. de trinit.lib.15.cap.10.

e. Ipſa quidem curatione iſ non eget,quia Chriſtum & dominũ & Dauid filium confitetur, ſed filiæ ſuæ, plebi videlicet gentiũ dominatu immundorum ſpirituum occupatæ opem poſcit.Hilar.in Matth.cap.15.

f. Decapolis regio eſt Galilææ Iordani finitima,à numero ciuitatum dicta,cis Iordanem ſita.

a. Vide domini humanitatem. Nam ſciẽs naturam humanam cibo indigere, prouidet ei etiã nõ requiſitus,cibũmque præbet. Communicat autem cum diſcipulis, vt recordati miraculi quiſque panũ offerãt ei panes quos habent,& dicant: multiplica etiam hos, ſed non intellexerunt illi cauſam interrogationis, ideo rurſus indigentiã obiiciũt. Euthy.in Mat.15.cap.

b. Panes igitur ſeptem offeruntur. Nulla enim ex lege & prophetis gentibus ſalus ſumitur, ſed per gratiam ſpiritus viuunt, cuius ſeptiformæ,vt per Iſaiam traditum,munus eſt. Indefinitæ piſcium numerus diuerſorum donorum & chariſmatum partitiones miniſtrationeſque ſignificat:quibus fides gentium gratiarum diuerſitate ſaturatur.Ariul. in Mat.16.cap.

c. Quæ & Magdalum,de qua in hiſtoria euangelica,ſita eſt inter locum Genezar,& Tabor montem.

miſcens ſpiritu ait: Quid generatio iſta ſignum quęrit? Amen dico vobis: ſi dabitur generationi iſti ſignum, †& dimittens eos aſcendit iterum nauim, & abiit trans fretum,& obliti ſunt panem ſumere,& niſi vnum panem non habebant ſecum in naui, & prȩcipiebat eis,dicens: Videte, & cauete [d] à fermento Phariſæorum & fermento Herodis.Et [1] cogitabant ad alterutrum] dicentes,quia panes non habemus. Quo cognito,ait illis Ieſus: [c] Quid cogitatis, quia panes non habetis?Nondum cognoſcitis, nec intelligitis? Adhuc cæcatum habetis cor veſtrum? Oculos habentes non videtis, & aures habentes non auditis? † Nec recordamini quando quinque panes fregi in quinque milia, & quot cophinos fragmentorum plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei: Duodecim. Quando & ſeptem panes in quatuor milia, quot ſportas fragmentorum tuliſtis?Et dicunt ei :Septem. [f] Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis?Et veniunt [f] Bethſaidam, & adducunt ei cȩcum : & rogabant eum vt illum tangeret. Et apprehẽſa manu cȩci,eduxit eum extra vicum, & expuens in oculos eius, impoſitis manibus ſuis interrogauit eum,ſi quid videret. Et aſpiciens,ait : Video homines velut arbores ambulantes : Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos eius,& [2] cœpit] videre,& reſtitutus eſt,ita vt clarè videret omnia.Et miſit illum in domum ſuam, dicens: ⸗Va de in domum tuam,] & ſi in vicum introieris,nemini dixeris. †Et [3] ingreſſus] eſt Ieſus & diſcipuli eius *caſtella [g] Cæſareę Philippi,& in via interrogabat diſcipulos ſuos, dicens eis: Quem me dicunt eſſe homines? Qui reſponderunt illi, dicentes : Alij Ioannem Baptiſtam,alij Eliam,alij verò quaſi vnum de Prophetis. Tunc dicit illis: Vos verò quem me eſſe dicitis?Reſpondens Petrus,ait ei : Tu es Chriſtus.Et comminatus eſt eis,ne cui dicerent de illo. †[h] Et cœpit docere eos quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari à ſenioribus & à ſummis ſacerdotibus & Scribis, & occidi , & poſt tres dies reſurgere.Et palàm verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum.Qui conuerſus,& videns diſcipulos ſuos, comminatus eſt Petro dicens: [h] Vade retro me ſathana,quoniam non ſapis quę dei ſunt,ſed quæ ſunt hominum.Et conuocata turba cum diſcipulis ſuis,dixit eis : † Si quis vult me ſequi [4] deneget] ſemetipſum,& tollat crucem ſuam,& ſequatur me. [5] Qui] enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam : qui autem perdiderit animam ſuam propter me & euangelium,ſaluam faciet eam. †Quid enim proderit homini,ſi lucretur mundum totum,& detrimentum animæ ſuæ faciat? Aut quid homo commutationis dabit pro anima ſua? † Qui enim me [6] confeſſus fuerit, ] & verba mea in generatione iſta adultera & peccatrice, & filius hominis [7] confitebitur] eum, cùm venerit in gloria patris ſui cum angelis ſanctis.

d. Hoc eſt, à ſimulata religione.

1. Diſputabant inter ſe.

e. Fermentum Phariſæorum & Sadducæorum non corporalem panem, ſed traditiones peruerſas,& hæreticæ ſignificat dogmata: quare & cibi,quibus eſt nutritus populus dei, non verum doctrinam integrámque ſignificent.Hieron.in Matth.c.15.

f. Bethſaida vicus erat Petri & Andreæ, Iacobi & Ioannis euangeliſtæ.Chryſo.ibid.

2. Fecit eum.

3. Egreſſus.

*In.

g. Cæſareæ duæ in bibliis cõmemoratæ: Prima Philippi cognomẽ Herodis fratris accepit,quæ prius Dan.à Danitis dicta erat. Qui cum exterres poſſeſsionẽ quærerent, huius populũ otioſum &vrbem eorum igne ferrõque vaſtarunt : & nouam ædificantes vrbem vocauerunt Dan, quæ prius Lais dicebatur,vt Iudic.18.plenius inuenies. Altera eſt Cæſarea Paleſtina, de qua Act.8. vbi Centurio fidem à Petro accepit.

h. Quæ beatus Petrus minus cauta incurrit,dum prædicẽte domino paſsionem ſuam ignoraũs eam per legem atque prophetas promiſſam fuiſſe,Abſit à te domine.Et dominus : Vade retro Sathana, &c. Quod peccatum ignorantiæ,& ſcientiæ negationis ſimul & iuuẽtutis,reſpectuatque compunctus omnia flendo deleuit. Docuitque in his peccatorum atque prȩſumptorẽ dicere: Auerti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. Sana animam meam, quia peccaui tibi.Proſper.de promiſ.part.2.cap.5.

4. Abneget.

5. Quicunque.

6. Confuſus fuerit, vel erubuerit.

7. Confundetur vel erubeſcet.

*Transfiguratus Ieſus Eliæ ſub Ioannis nomine præſignat aduentum.Lunaticum curat, humilitatem inſinuat,& ſcandalo prohibito ignem & ſalem accommodat.* IX.

ET dicebat illis: Amen dico vobis, [a] † quia ſunt quidam de hîc ſtantibus qui non guſtabunt mortem, donec videant regnum dei veniens in virtute. † Et poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem, & ducit illos in montem excelſum * ſolos, & transfiguratus eſt coram ipſis. Et veſtimenta eius facta ſunt ſplendentia & candida nimis velut nix,qualia fullo non poteſt ſuper terram candida facere. Et apparuit illis Elias cum Moyſe, & erant loquentes cum Ieſu.Et reſpondens Petrus ait Ieſu:Rabbi,bonum eſt nos hic eſſe, faciamus tria tabernacula,tibi vnũ,& Moyſi vnum,& Eliȩ vnum . Non enim ſciebat quid diceret.Erant enim timore exterriti.Et facta eſt [b] nubes obumbrans eos,& venit vox de nube,dicens : Hic eſt filius meus chariſſimus, audite illum. [B] Et ſtatim circunſpicientes, neminem amplius viderunt niſi Ieſum tantùm ſecum. † [c] Et deſcendentibus illis de monte,præcepit illis ne cuiquam [1] quod] vidiſſent,narrarent,niſi cùm filius hominis à mortuis reſurrexit. Et verbum continuerunt apud ſe, conquirentes quid eſſet,cum à mortuis reſurrexerit. †Et interrogabant eum, dicentes: Quid ergo dicunt

2. Quia autem de gloria ſua dicebat, volẽs eis declarare quòd non hoc per arrogantiã loqueretur, dicit quod ſunt quidam de hic ſtantibus,nempe Petrus, Iacobus & Ioannes,qui nõ morientur donec oſtendero eis in transfiguratione, quanta cum gloria venturus ſim in ſecundo aduentu.Theo.

*Seorſum.

b. Iumẽ erat diuinitas illa, quæ in monte diſcipulis oſtendit,ac illos viſus tantillum præuauit. Greg. Nazianze.in ſanctum Iuuenem,orat.

c. Silentium enim rerum geſtarum quas viderant, imperat, donec à mortuis reſurgeret. Hoc enim fidei prȩmium reſeruabatur, vt honor redderetur his apud quos nõ leuis ſola prȩceptorum autoritas reperiretur.Hila.in 17.cap.Matthæi.

1. Quæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

d. Ipse qui venturus est in secundo saluatoris aduentu iuxta cor poris fidem, nunc per Ioannem venit in virtute & spiritu. Hieron. in 17. cap. Matth.

e. Id est, reliquum quod deprehendet, ex Israel ad cognitionem dei reuocabit. Sed in virtute & spiritu Eliæ Ioannem venisse significat, in quo grauia quæque atque aspera exercuisset, vt domini aduentum prænuntians, passionē quoque præcurreret, & iniuriæ & vexationis exemplō. Hilar. in 17. cap. Mat. 2. De filio.

f. Mutum dicit spiritum, vtpote impedientem filij sui loquelam: nec id tantū, sed & auditū eius, & hunc Matth. lunaticum dicit: quòd dæmonum quidam secedentes aduersus quosdam hominet tempus certum lunæ obseruabant, & tunc insultum in illos faciebant, vt dum luna mali causa videretur, eius creator calumniæ exponeretur. Euthy. ibid. & Matth. 17.

*Discerpsit &.

3. Prolapsus in terra.

*Hoc.

g. Timebant discipuli ne fortè amisissent gratiam, quā eis dederat dominus, & propterea nō potuissent eiicere dæmonium. Omne enim dæmoniorum genus nō egreditur alio quodam modo, nisi precatione & ieiunio. Oportet enim ieiunare eū qui dæmonem patitur & qui fa natutus est: & verisque necessarium est ieiunium, magis autē illius qui dæmonem patitur, ieiunium exigit sermo. Theoph. ibid.

4. Esset.

*(Inter vos.)

5. Disputabatis.

*Quia non sequitur nobiscū. h. Quare ergo calicem aquæ frigidæ in medium duxit? Sine impensa eleemosynam dixit. Nā si frigida, aquā neque ligna cōsumis: vbi verò sine impēsa datum tanto beneficio repēditur. Chriso. de pœnitent. hom. 5.

*Frigidæ.

i. Si igitur iuxta dei verbum in gehennam scandalis trahimur, rectè profectò vt gehennam vitare possimus, etiā manibus nostris oculisque multamur: non quòd membris suis quis se priuare debeat, sed quia tam necessariæ nobis sunt quædā domesticorum obsequiorum necessitudines, vt his quasi oculis, interdum autē manibus vtamur, rectè nobis præsentium ministeriorum officia subtrahimus, ne æterni ignis torméta patiamur. Saluianus lib. 3.

6. Mutilum.

†Matth. 3. Luc. 3. Ioan. 1.

†Matth. 3. Luc. 3.

†Matth. 3. Luc. 3.

†Matth. 3. Luc. 3

*Repudium prohibens, paruulos admittit, diuitum & pauperum discrimen afferens matrem filiorum Zebedæi remittit, & Iericho præteriens cæcum illuminat.* X.

Anno do.34. A ET[a] inde exurgens venit in fines Iudææ * vltra Iordanem, & conueniunt iterum turbæ ad eum, & sicut consueuerat, iterum docebat illos. Et accedentes Pharisæi interrogabant eum, † si licet viro vxorem dimittere? tentantes eum. At ille respondens, dixit eis: [b] Quid vobis præcepit Moyses? Qui dixerunt: † Moyses permisit libellum repudij scribere, & dimittere. Quibus respondens Iesus, ait: [c] Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud. Ab initio autem [creaturæ,] † masculum & feminam fecit eos deus. † Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit ad vxorem suam, & erunt duo [2] in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. † Quod ergo deus coniunxit, homo non B separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum. ‡ Et ait illis: † Quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit [3] super] eam. Et si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur. †[d] Et offerebãt illi paruulos vt tangeret illos, discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cum videret Iesus, indignè tulit. Et ait illis: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos. Talium enim est regnum dei. Amen dico vobis, † quisquis non receperit regnum dei velut paruulus, non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. † Et cum egressus esset in viam, procurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eum dicens: [e] Magister bone, quid faciam vt vitã æternam percipiam? Iesus autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi vnus C deus. ‡ Præcepta nosti, † [f] ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne falsum testimonium dixeris, ne fraudem feceris, honora patrem tuum & matrem. At ille respondens ait illi: Magister, hæc omnia obseruaui à iuuentute mea. Iesus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei: Vnum tibi deest: † Vade, quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me. Qui contristatus in verbo, abiit mœrens. Erat enim habens multas possessiones. Et circunspiciens Iesus ait discipulis suis: † Quam difficile qui pecunias habent, in regnum dei introibunt. Discipuli autem obstupescebant in verbis eius. At Iesus rursus respondens, ait illis: Filioli, quàm D difficile est confidentes in pecuniis in regnum dei introire. † ‡ Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum dei. Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos: Et quis potest saluus fieri? Et intuens Iesus illos, ait illis: Apud homines impossibile est, sed non apud deum. Omnia enim possibilia sunt apud deum. Et cœpit ei Petrus dicere. † [g] Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Respondens Iesus ait: † Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, * aut filios, aut agros, propter me, & propter euangelium, qui non accipiat centies, tantum nunc in tempore hoc domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus, & in seculo futuro vitam æternam. † Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Erant autem in via ascendentes Ierosolymam: & præcedebat illos Iesus. Et stupebãt: & sequẽtes timebant. E ‡ Et assumens iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ essent ei ventura. † Quia ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur Principibus sacerdotum & Scribis & senioribus, & damnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabũt eum, & interficient eum, & tertia die resurget. [h] Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes: Magister, volumus vt quodcunque petierimus, facias nobis. At ille dixit eis: Quid vultis vt faciam vobis? Et dixerunt: Da nobis, vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuã sedeamus in gloria tua. Iesus autem ait eis: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibo, aut baptismo quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerunt ei: Possumus. Iesus au- F tem ait eis: † ‡ Calicem quidem quem ego bibo bibetis, & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini: [i] sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram nõ est meum

a. Sæpenumero reliquit dẽs Iudæos propter inuidiam illorũ: nunc autem in eorum regionẽ transit, sed non in Ierosolymã nunc accẽdit, sed in fines Iudææ vt populo simplici prodesset: Ierosolymitæ enim omnis malitiæ officina erant propter Pharisæorum malitiã. Theophilact. ibi.]

*Per regionem, quæ est.

b. Dominus suam infert sententiam, & id subintulit quòd nõ licet vxorem dimittere: modóque persuasibili ostendens præter naturam, ac præter legem esse diuortium. Præter naturam quidem: Nam vna caro diuiditur: præter legem verò, cum ea vnum deus esse iusserit, distrahuntur. Euthy. in 7. cap. Mat.

c. Non temere vxorem reiiciat, aut ab ea separetur, incertum est quòdnam periclietur, num id quod depellitur, seu depellitur. Tu igitur nunc haud quaquã fluuius fias alienus, neque alijs magis quàm vxori tuæ placere velis. Quòd si aliò rapetit, cur membrum tuum ob impudicitiam lege notari? & sic saluator. Greg. Nazian. orat. 30.

[Creationis.

2. In carnem vnam.

3. Aduersus.

d. Recipit autem pueros, significans se recipere simplices, ac decens oportere fastum, qui à sublimitate procedit, conculcare: & se suscipere despicabiles. Nõ dixit autem: Horum est regnũ cælorũ, sed talium, imitãtium, videlicet horum simplicitatem. Euthy. in 19. cap. Matth.

e. Is enim cui necesse sit impia & iniqua punire, bonitatis nomine abstinuit, soli hoc nomen patri reiecruant, qui se inuicem dando officio seueritatis exuerit: non quòd bonus & ipse nõ esset. Hilarius in 19. Matth.

f. Præceptum etenim ibi est, vbi est pœna peccati. At verò cum se præcepta legis memorasset impleuisse, consilium ei datur vt vendat omnia, & sequatur dominum. Hæc enim non præcepto imperãtur, sed pro consilio deferuntur. Duplex nãque forma mandati est, vna præceptiua, altera voluntaria. Vade & dominus in alia dixit: Non occides, vbi præcepit: in alia: Si vis perfectus esse, vende omnia tua. Ergo hic liber est à præcepto, cuius defertur arbitrio. Ambro. de viduis.

g. Quoniam possibile fuit deo saluare Iudaicum populũ multas in lege diuitias possidẽtem, credentium Iudæorum multitudo testatur siue per ipsum Christũ, siue per apostolos eius: vt bonitatis illius inuestigabile pelagus humana æstimatio non apprehendat, sed victa miretur: tamẽ quia dixit dominus: Apud homines impossibile hoc est, quærum ad naturam, apud deũ possibile est. Ecce subito excitatur Petrus vnus ex populo illo diuite, & differit ex persona Iudæorum credentium, & clamat quasi testis dei potentiæ factus & confirmatus Christi promissionem, dixit: Ecce nos dimisimus omnia. Chryso. ex variis in Matth. locis, homil. 60.

*Aut vxorem.

[h. Nesciunt quid petant qui sedem gloriæ à domino quã nondum merebantur, inquirũt. Iam enim delectabat eos culmen honoris, sed prius habebant viam exercere laboris. Beda ibid.]

i. Dominus gloriæ, secundũ formam tamen serui tanquam hominibus discipulis de glorificatione sua, respondit: Sedere autem ad dexteram vel ad sinistrã, &c. Quod autem paratum est à patre eius, & ab ipso paratum est: quia ipse & pater vnum sunt. Augustin. de trini lib. 1, cap. 12.

dare vobis,ſed quibus paratum eſt.Et audientes decem, [4] indignati ſunt de Iacobo & Ioanne.[k]] Ieſus autem vocans eos,ait illis: † Scitis quia hi qui videntur principari gentibus, dominantur eis: & principes eorum poteſtatem habent ipſorum. Non ita eſt autem in vobis,ſed quicunque voluerit fieri maior,erit veſter miniſter: & quicunque voluerit in vobis primus eſſe[l], erit omnium ſeruus. Nam & filius hominis non venit vt miniſtraretur ei,ſed vt miniſtraret,& daret animam ſuam redemptionem pro multis.[f] † Et veniunt [l] Iericho, & proficiſcente eo de Iericho,& diſcipulis eius,& plurima multitudine: filius Timæi Bartimæus cæcus ſedebat iuxta viam mendicans, qui cum audiſſet quia Ieſus Nazarenus eſt, cœpit clamare & dicere: Ieſu fili Dauid miſerere mei. Et comminabantur illi multi vt taceret.[m] At ille multomagis clamabat,fili Dauid miſerere mei. Et ſtans Ieſus præcepit illum vocari. Et vocant cæcum,dicentes ei: Animæquior eſto. Surge,vocat te. Qui proiecto veſtimento ſuo,exiliens venit ad eum. Et reſpondens Ieſus, dixit illi: † Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei: Rabboni,vt videam.]] Ieſus autem ait illi. Vade: Fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit, & ſequebatur eum in via.

*Ieſus ſuper pullum aſinæ Ieroſolymam & templum ingreſſus, rediit Bethaniam, poſtridie reuertens maledicit ficum, negotiatores à templo eiicit, & qua hæc faciat auctoritate Iudæis non aperit.* XI.

† [a] T cum appropinquarent Ieroſolymæ [1] & Bethaniæ ad]] montem Oliuarum, mittit duos ex diſcipulis ſuis,& ait illis: Ite in caſtellum quod contra vos eſt, & ſtatim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatum, ſuper quem nemo adhuc hominum ſedit. Soluite illum, & adducite. Et ſi quis vobis dixerit: quid facitis? dicite: quia [2] domino neceſſarius eſt,]] & continuò illum dimittet huc. † Et abeuntes inuenerunt [b] pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, & ſoluunt eum. Et quidam de illic ſtantibus, dicebant illis: Quid facitis ſoluentes pullum? Qui dixerunt eis, ſicut præceperat illis Ieſus: & dimiſerunt eis. Et duxerunt pullum ad Ieſum, † & imponunt illi veſtimenta ſua, & ſedit ſuper eum. Multi autem veſtimenta ſua ſtrauerunt in via. [c] Alij autem frondes cædebant de arboribus, & ſternebant in via. Et qui præibant, & qui ſequebantur, clamabant, dicentes: [3] Hoſanna, benedictus qui venit in nomine domini: benedictum quod venit regnum patris noſtri Dauid, Hoſanna in excelſis. † Et introiuit Ieroſolymam in templum, & circunſpectis omnibus cum iam veſpera eſſet hora, exiit in Bethaniam cum duodecim. Et alia die cum exirent à Bethania, eſuriit. † Cúmque vidiſſet à longe ficum habentem folia, venit ſiquid fortè inueniret in ea. Et cum veniſſet ad eam, nihil inuenit præter folia. Non enim erat tempus ficorum. Et reſpondens, * dixit ei: [3] Iam non amplius]] in æternum ex te quiſquam fructum manducet. Et audiebant diſcipuli eius,& veniunt [4]–iterum]] Ieroſolymam. † Et cum introiſſet in templum, [d] cœpit eiicere vendentes & ementes in templo, & menſas nummulariorum & cathedras vendentium columbas euertit. Et non ſinebat vt quiſquam transferret vas per templum,& docebat,dicēs eis: [e] Nónne ſcriptum eſt, † quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Quo audito, Principes ſacerdotum & Scribæ quærebant [4] quomodo eum perderent.]] Timebant enim eum, quoniam vniuerſa turba admirabatur ſupra doctrina eius. Et cum veſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate. † Et cum mane tranſirent, [c] viderunt ficum aridam factam à radicibus. Et recordatus Petrus dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixiſti, aruit. Et reſpondens Ieſus, ait illis: Habete fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti, tollere & mittere in mare,& non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcunque dixerit, fiat, fiet ei. † Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis. Et cum ſtabitis ad orandum, dimittite ſiquid habetis aduerſus aliquem, vt & pater veſter qui in cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. † [f] Quòd ſi vos non dimiſeritis, nec pater veſter qui in cœlis eſt, dimittet vobis pec-

† Cœperunt indignari in Iacobum & Ioannem.
[k] Humilis magiſter & pius & mitis, nec cupiditatis immodicæ duos arguit, nec decem indignationis incepit & liuoris: ſed docet maiorem eſſe, qui minor ſit, & dominum qui ſeruus ſit. Fruſtra igitur, aut illa ad maiora ſuſpirat, aut hi ſuper deſiderio eorum dolet, cum ad ſummitatem virtutum non poſſit, ſed humilitas ducat. Glo. Ordinaria.]
l. Ciuitas eſt fortis Beniamin, ad latus ſeptentrionale, diſtans ab Ieroſolymis 9. leucis, ab Iordane tribus cum ſemis: hanc deſtruxerat Ioſue, quam reædificauit Ahiel de Bethel, & illam rurſum deſtruxit Veſpaſianus, Hadrianus reſtauranit.
[f m. Periit quæ digna eſt exaudiri à Deo debet eſſe ex fide recta ſine hæſitatione vt Iacobi 1. Poſtulet in fide nihil hæſitans. Ideo oſtēditur huius cæci petitio procedere ex duplici rei fide, quā credebat Chriſto ineſſe, videlicet ex fide pietatis, & ex fide poteſtatis. Nicol. Gorron. ibidem.]

a. Quàm modeſtè tamen hanc ipſam gloriā videtur ſuſcepiſſe ad triumphalē occurſum in aſino venient, non in curribus aut in equis. Sed dicebat: Si quis vobis aliquid dixerit, dicite: quia dominus his opus habet. Opus magnum, opus ſalutis. Nempe homines & iumenta ſaluos facere venerat, multiplicans miſericordiam ſuam deus. Ber. Do. in ramis palm. Ser. 13.
1. A Bethphage & Bethania iuxta.
2. Dominus his opus habet.
b. Hic pullus multos habet dominos, à quibus tollitur, & ad vnum dominū adducitur. Ante portam quidem erat, paratus ad fidem, ſed ſine Apoſtolis intrare non poterat, quia quid ſequeretur, non habebat. Chryſ. ibidem.
c. Rami enim incedentem impedirent, & implicitum iter facerent properantis ingreſſui: vetū explicatur omnis ratio prophetiæ, & futuri forma ſecuritur. Igitur infructuoſarum arborū rami, id eſt, infidelium quōdam gentium fructus per Apoſtolos itineri domini ſuo ſternuntur, & ſalutaris inſtificatur ingreſſu, & per eos incedit, & gratiſſimum tit incedēti deo ex ramis infæcundæ tridicis officiū. Hilarius in Matth. cap. 21.
*Ieſus.
3. Nec poſthac.
d. Hæc eſt tertia electio vēdentium de templo ſecundū Oſiandrum. Nimirum quia prima fuit anno Chriſti de qua Ioannis 2. altera de qua Matth. 21. in die ingreſſus ſui in vrbē ſuper aſinam & pullū. tertia, die ſequēti cum rediret à Bethania, & maledixiſſet ficui: vt hoc loco.

4. Eum perdere.

e. Tametſi Matthæus dixerit quòd ſtatim exaruit ficus, & videntes diſcipuli admirati ſunt, nihil mouetis audiēnōe Marcum dicentē quòd ſequenti die viderint exaruiſſe ficū. Sic enim intelligere debet id apud Matthæum: Et ſtatim exaruit ficus: quo dicto, ſubſiſte, & dein die: Et cum vidiſſent diſcipuli admirati ſunt. Quando? Quum vidiſſent non ſtatim, ſed ſequenti die: proinde ſic intelligēti nihil occurrit difficile. Theophyl. ibid.

peccata vestra. Et veniunt rursus Ieroſolymã. Et cum ambularet in templo[f], accedunt ad eum ſummi ſacerdotes, & Scribæ, & ſeniores, & dicunt ei: † In qua poteſtate hæc facis, & quis tibi dedit hanc poteſtatem, vt iſta facias? Ieſus autem reſpondens, ait illis: [g] interrogabo vos & ego vnum verbum, & reſpondete mihi, & dicam vobis in qua poteſtate hæc faciam. Baptiſmus Ioannis de cœlo erat, an ex hominibus? Reſpondete mihi. At illi cogitabant ſecum, dicentes: Si dixerimus: de cœlo dicet nobis: Quare D ergo nõ credidiſtis ei? [g] Si dixerimus: ex hominibus, timemus populum. Omnes enim habebant Ioannem, quia verè Propheta eſſet. Et reſpondẽtes dicunt Ieſu: Neſcimus: Et reſpondens Ieſus, ait illis. [h] Neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc faciam.

[f. Diuerſis modis eandem quã ſupra calumniã ſtruunt, quando dixerũt In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Quando enim dicẽt in qua poteſtate hæc facis? de Dei dubitãt poteſtate & ſubinteligi volunt diaboli eſſe quæ faciat. Beda Ibidem.]

g. Poterat dominus aperta reſpõſione tentatorũ calumniam confutare, ſed prudenter interrogat vt ſuo ipſi vel ſilentio vel ſententia condemnentur. Hoc eſt quod vulgo dicitur: Malo arboris nodo malus clauus aut cuneus infigendus eſt. Hie. in Matth. 21. cap. vel breuius, malo nodo malus cuneus.

[h. Non dixit, neque ego ſcio quid dicam: ſed neque ego dico, hoc eſt, quia maleuoli eſtis, nõ dignabor vos reſpõſo. Theophylactus ibidem.

*Iudæos ex vinea agricolis locata reprobat, cenſum Cæſaris approbat, reſurrectionem & primum mandatum probat, & mulierculam duo æra mittentem cæteris præficit ditioribus.*

XII.

ET cœpit illis in parabolis loqui: [a] † Vineam [1] paſtinauit ] homo, & circundedit ſepem, & fodit lacum & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis & peregre profectus eſt. Et miſit ad agricolas in tempore ſeruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ. Qui apprehenſum eum ceciderunt, & dimiſerunt vacuum. Et iterum miſit ad illos alium ſeruum, & illum * in capite vulnerauerunt & contumeliis [2] affecerunt. ] Et rurſum alium miſit, & illum occiderunt, & plures alios, quoſdam cædẽtes, alios verò occidentes. † Adhuc ergo vnum habens filium chariſſimum, & illum miſit ad eos nouiſſimum, dicens: quia reuerebuntur filium meum. Coloni autem dixerunt ad inuicem: † [b] Hic eſt hæres. Venite occidamus eum, & noſtra erit hæreditas. Et apprehendentes eum occiderunt, & eiecerunt extra vineam. Quid ergo faciet dominus vineæ? Veniet & perdet colonos, & dabit vineam aliis. Nec ſcripturam hanc legiſtis? † lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, à domino factum eſt iſtud & eſt mirabile in oculis noſtris? † Et quærebant eum tenere, & timuerunt turbam. Cognouerunt enim, quoniam ad B eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo abierunt. [g] † Et [c] mittunt ad eum quoſdam ex Phariſæis & Herodianis, vt eum caperent in verbo. Qui venientes dicunt ei. Magiſter, ſcimus quia verax es, & non curas quenquam. Nec enim vides in faciem hominum, ſed in veritate viam dei doces: licet dare tributum Cæſari, an non dabimus? Qui ſciens verſutiam illorum, ait illis: Quid me tẽtatis? Afferte mihi denarium vt videam. At illi [3] obtulerunt ] ei. Et ait illis: Cuius eſt [d] imago hæc & inſcriptio? Dicunt ei: Cæſaris. Reſpondens autem Ieſus, dixit illis: † Reddite igitur quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt dei, deo. Et mirabantur ſuper eo, † [e] Et venerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt reſurrectionem non eſſe, & interrogabant eum, dicentes: Magiſter, Moyſes nobis ſcripſit, † vt ſi cuius frater mortuus fuerit, & dimiſerit vxorem, & filios non reliquerit, accipiat frater eius vxorem ipſius, & reſuſcitet ſemen fratri ſuo. Septem ergo fratres erant, & primus accepit vxorem, & mortuus eſt non relicto ſemine. Et ſecundus accepit eam, & mortus eſt, & nec iſte reliquit ſemen. Et tertius ſimiliter. Et acceperunt eam ſimiliter ſeptem, & non reliquerunt ſemen. Nouiſſima omnium defuncta eſt & mulier. In reſurrectione ergo cum reſurrexerint, cuius de his erit vxor? [g] Septem enim habuerunt eam vxorem. Et reſpondens Ieſus, ait illis [f]: Nónne ideo erratis non ſcientes ſcripturas, neque virtutem dei? Cum enim à mortuis reſurrexerint, neque nubent neque nubẽtur, ſed ſunt ſicut angeli dei in cœlis. De mortuis autem quòd reſurgant, non legiſtis in libro Moyſi [4] ſuper rubum, ] quomodo dixerit illis deus inquiẽs, † Ego ſum deus Abraham & deus Iſaac & deus Iacob? Non eſt deus mortuorum, ſed viuorum. Vos ergo multum erratis. Et acceſsit vnus de Scribis, qui audierat illos conquirentes, & videns quoniam bene illis reſponderit, interrogauit eum quod eſſet primum omnium mandatum. Ieſus autem reſpondit ei: quia primum omnium mandatum eſt: † Audi Iſrael, dominus deus [5] tuus, deus ] vnus eſt, & [g] diliges domi-

a. Plantata eſt vinea lege data in cordibus Iudæorũ: miſſi ſunt Prophetæ quærentes fructum, bonam vitam eorum. Prophetæ ab eis contumeliis affecti, & occiſi ſunt. Miſſus eſt Chriſtus vnicus filius patrisfamilias, & ipſum occiderunt hæredem, & ideo perdiderunt hæreditatem, in contrarium eis vertit malũ conſilium. Vt poſſiderent occiderunt, & quia occiderunt perdiderunt. Auguſt. de verbis domini Sermo. 59.

1. Plantauit.

* Lapidantes.

2. Affectum remiſerunt.

b. Conſidera quãm diligenter prædicit quæ vẽtura erant. Atqui non occiderunt hunc tanquam dei filium. Non occiderunt eum vt dei filium, ſed occiderunt tanquam vineæ hæredemiſue tanquam regem Iſrael: Occidamus eum, inquit Matheus, & noſtra erit hæreditas. Nihil autem de eo quod in poſterum ſuccederet ſuſpicabantur. Etenim vnũs arguebat eos & exprobrabat illis, non tamen ei fides habebatur. Euthymius in Matth. 21. cap.

c. Nec per ſeipſos interrogare volebant, ne forte quaſi ſuſpecti circunuenire eum non poſſent. Nam inimicus manifeſtus melior quàm amicus fictus. Chryſoſt. in Matth. hom. 42.

3. Attulerunt.

d. Imago dei non eſt in auro, ſed in homine. Numiſma Cæſaris, eſt aurum, numiſma Dei eſt homo. Ideo diuitias veſtras Cæſari date, deo autem conſcientiæ veſtræ ſolam innocentiã reſeruate, vbi deus videtur. Chryſoſt. ibidem.

e. Sadducæi extra fidem reſurrectionis ſunt, & quia eam dominus prædicatet, calumniam diuinis rebus ex efficiendi voluntate proponunt: ſeptem videlicet fratrum eandem coniugem, cuiuſnam in reſurrectione futurum eſſe reſpondeat. Sed dominus ait: Erratis neſcientes ſcripturas, neque virtutem dei. Ergo ſcriptum eſt, & ceſſare debet ambiguitas, quam autoritas tanta condemnat. Hilarius in Matth. 12. cap.

[f. Hæretici apud Iudæos erant Sadducæi dicentes non eſſe reſurrectionem, neque angelum neque ſpiritum. Obliquè autẽ vt doloſi aggreſſi fingunt narrationem quandam qua ſubuertatur reſurrectio, contexto argumento quod nunquã euenit, neque fortè eueniet Theophylactus ibidem.]

4. In Rubo.

5. Noſter dominus.

g. Non dicit timebis, quia maius eſt diligere quàm timere in choatio enim culturæ dei habet timorem, perfectio charitatem: vt dicit Ioannes: Perfecta charitas foras mittit timorem. Chryſoſt. ibidem.

num deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex tota mente tua,& ex to B
ta virtute tua.Hoc est primum mandatum. Secundum autem [h] simile est illi: † Dili-
ges proximum tuum tanquam teipsum. Maius horum aliud mandatum non est. Et
ait illi Scriba:Bene magister in veritate dixisti,quia vnus est deus,& non est alius præ-
ter eum.Et vt diligatur ex toto corde,& ex toto intellectu,& ex tota anima, & ex tota
fortitudine,& diligere proximum tanquam seipsum,maius est omnibus holocausto- D
matibus & sacrificiis.[g] Iesus autem videns quòd sapienter respondisset, dixit illi: Non
es longe à regno dei.Et nemo iam audebat eum interrogare. Et respondens Iesus, di-
cebat docens in templo: [i] Quomodo dicunt Scribæ Christum filium esse Dauid? Ip-
se enim Dauid dicit in spiritu sancto: † Dixit dominus domino meo, sede à dextris
meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo Dauid dicit
eum dominum,& vnde est filius eius?Et multa turba eum libenter audiuit.Et dicebat
eis in doctrina sua † [k] Cauete à Scribis,qui volunt in stolis ambulare,& salutari in fo-
ro,& in primis cathedris sedere in Synagogis, & primos discubitus in cœnis. Qui de-
uorant domos viduarum [e] sub obtentu ] prolixæ orationis, ij accipient prolixius iu-
dicium. † Et sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebatquomodo turba iactaret
æs in gazophylacium, & multi diuites iactabant multa. Cum venisset autem vidua
vna pauper,[l] misit duo minuta, quod est quadrans. Et conuocans discipulos suos,ait
illis:[m] Amen dico vobis,quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit,qui miserunt
in gazophylacium.Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miserunt: hæc verò de
penuria sua omnia quæ habuit, misit totum victum suum.

*Christus à Ierosolymis discedens inquisitus super suo aduentu & fine seculi,multa ca-*
*uenda futura,& multa imitanda prædicit.* XIII.

ET † cum egrederetur de templo, ait illi vnus ex discipulis suis: [a]Magister A
aspice quales lapides & quales structuræ. Et respondens Iesus, ait illi: Vi-
des has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapi-
dem, qui non destruatur. Et cum sederet in monte oliuarum [1] contra
templum, ]interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus & Ioannes & Andreas:
Dic nobis quando ista fient,& quod signum erit,quando hæc omnia [2] incipient con-
summari?]Et respondens Iesus cœpit dicere illis: † Videte ne quis vos seducat. [b] Multi
enim venient in nomine meo,dicentes: quia ego sum, & multos seducent.Cum au-
dieritis autem bella,& [3] opiniones]bellorum, ne timueritis. Oportet enim hæc fieri,
sed nondum finis.Exurget enim gens contra gentem, & regnum super regnum, &
erunt terræmotus per loca & fames.Initium dolorum hæc. [4] Videte autem vosmetip
sos,][g] [c] [b]Tradent enim vos inconciliis,& in Synagogis vapulabitis,& ante præsides & B
reges stabitis propter me in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet
prædicari Euangelium.† Et cum duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid lo-
quamini,* sed quod datum vobis fuerit in illa hora,id loquimini.Non enim vos estis
loquentes,sed spiritus sanctus. † Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater fi-
lium, & consurgent filij in parentes,& morte afficiēt eos.Et eritis odio omnibus pro-
pter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem, hic saluus erit.† Cum autem vi-
deritis abominationem [d] desolationis * stantem vbi non debet, qui legit intelligat.
Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes, & qui super tectum, ne descendat in do-
mum, nec introeat vt tollat quid de domo sua: & qui in agro erit, non reuertatur re-
tro tollere vestimentum suum. † Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis die-
bus.[g] Orare verò [e] vt hyeme non [5] fiant.]Erunt enim dies illi tribulationis tales, qua- C
les non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit deus vsque nunc,neque fient.Et nisi
breuiasset dominus dies, non fuisset salua omnis caro. Sed propter electos quos ele-
git,breuiauit dies.† Et tunc si quis vobis dixerit:Ecce hic est Christus, ecce illic,ne cre-
dideritis. Exurgent enim Pseudochristi & Pseudoprophetæ, & dabunt signa & por-
tenta

[h. Quomodo simile sit? Eo quòd mutui inter se connexa sunt. Qui enim diligit deum, diligit & rationem eius: homo autem maxime propria factu ratione ita qui diligit deum, diligit etiam omnes homines: & dum proximū diligit, multo magis deum diligit. Nam si homines diligit qui multas sæpe scandalorum occasiones & odia fouent,quantò magis deū qui semper benefacit? Theophylact. ibidem.

i. Non dixit. Non est filius eius? sed quomodo est filius eius? Quomodo eum dicit, verbum quærentis est,non negantis: tanquam si hoc eis diceret: Nec quidem dicitis Christum filium Dauid, sed ipse Dauid eū dominū dicit. Quem dicit ille dominum, quomodo est filius? Aug. Ser. 234. de tempore.

[k. Ambulare in stolis cultioribꝰ vestimētis indutos ad publicū procedere significat, in quo inter cætera diuas ille qui epulabatur quotidē splendidē epulasse describitur. Beda ibidē.]

6. Prætextu.

l. Christus hic dignitatis eā æstimationē & gradum nō arguit, sed ambitionem. Scribis enim nostratibus suum honorē non inuidemus. Lorichius. ibidem.

m. Dominus noster non quanta dentur consuescit attendere, sed voluntatis largitatē, & ob hoc etiam parua magna facit,& magna sæpe attenuat,quando non fidei promptitudine quæ fiūt assumuntur. Chrys. in Genes. hom. 42. Quod ita noster princeps sacerdotum instituit, accepturumque præ omnibus esse mandauit, vt vsque ad duo minuta, calicemque aquæ frigidæ mercedem huius perduxerat sacrificij, pacem promittens etsi hæc desint, hominibus bonæ voluntatis. Prosper. de promissio. parte. 2. ca. 7.

a. Post comminationem desolandæ Ierusalem tanquam commouendus ambitione templi esset, magnificentiæ lex structuræ offeritur, qui ait destruenda omnia esse, & dispersis totius subsistentiōnis lapidibus dirruenda. Templum enim æternum ad habitationem sancti spiritus consecrabatur, homo scilicet per agnitionem filij & confessionem patris. Hilarius. Matt. 24.

1. E regione templi.

2. Consummenda sint.

[b. Nō insurgebat quidem gēs, & non reddebat tributa. Romani autem irati eos infestarunt & continuis insidiis a clarioribus afficerunt,sed nondum finis Ierusalem. Romani enim misericorditer erant. Non solum autem bella erant, sed etiam altæ clades à Deo immissæ, vt fames & terræmotus &c. Theophylactus ibidem.]

3. Rumores.

4. Cruere vobisipsis

c. In meo enim potestate prædicabitis & per me fiet, vt inter contradicentes, inter furentes Abrahæ filij de lapidibus suscitentur. Ego insinuabo quod docui, ego faciam quod promisi. Tradent enim vos in concilijs & in Synagogis vapulabitis,&c Ambro. de vocatione gentium lib 2. cap. 1.

* Neque meditemini.

d. De qua desolatione dicitur Luc. 21. d. Cum videritis circūdari ab exercitu Ierusalem, tūc scitote quia appropinquat desolatio eius. Chryso ibidem.

* Quæ dicta est per Danielem prophetam.

e. Necesse est enim fugientem in hyeme perire. Fuga enim vestem portare non finit, domum intrare non permittit, ignem accendere non concedit. Similiter nec in sabbato, in quo non licebat nisi certum spatium viæ ambulare. Chryso, ibidem.

5. Fiat fuga vestra.

tenta ad ſeducendos ſi fieri poteſt, etiam electos. Vos ergo videte. Ecce prædixi vobis omnia. † [c] Sed in illis diebus poſt tribulationem illam, ſol cõtenebrabitur: & luna non dabit ſplendorem ſuum. Et ſtellæ cœli erunt decidentes, & virtutes quæ ſunt in cœlis [6] mouebuntur.] Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa & gloria. [f] Et tunc mittet angelos ſuos, & congregabit electos ſuos à quatuor ventis, à ſummo terræ vſque ad ſummum cœli. † [g] A ficu autem diſcite [7] parabolam.] Cum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoſcitis quia in proximo ſit æſtas. Sic & vos cum videritis hæc fieri, ſcitote quòd in proximo ſit in oſtiis. Amen dico vobis, quoniã non tranſibit generatio hæc, donec omnia iſta fiant. † Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. De die autem illo vel hora nemo ſcit, neque angeli in cœlo [8] neque filius, niſi pater. Videte, vigilate: & orate. Neſcitis enim quando tempus ſit. † Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem [a] cuiuſque operis,] & ianitori præcepit vt vigilet. † Vigilate ergo. Neſcitis enim quando dominus domus veniat, ſero, an media nocte, an gallicantu, an mane: ne cum venerit repente, inueniat vos dormiẽtes. Quod autem vobis dico, omnibus dico: vigilate.

*Iudæis in Chriſtum conſpirantibus à muliere diſcipulis murmurantibus vngitur: paſcha manducat, in monte orat, à Iudæis Iuda tradente vincitur, apud Caipham accuſatur, & à Petro negatur.* XIIII.

† [a] Erat autem Paſcha & azyma poſt biduum, & quærebant ſummi ſacerdotes & Scribæ quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant enim: Non in die feſto, ne forte tumultus [1] fieret in populo.] Et cum eſſet Bethaniæ in domo Simonis [b] leproſi, & recumberet, venit mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi [2] [c] ſpicati pretioſi,] & fracto alabaſtro effudit ſuper caput eius. † Erant autem quidam indignè ferentes intra ſemetipſos, & dicentes: [3] Vt] quid perditio iſta vnguenti facta eſt? Poterat enim vnguentum iſtud venundari pluſquam trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. Ieſus autem dixit: Sinite eam. † Quid illi moleſti eſtis? Bonum opus operata eſt in me. [d] Semper enim pauperes [4] habetis] vobiſcum, & cum volueritis, poteſtis illis bene facere, me autem non ſemper habebitis. Quod habuit hæc fecit, præuenit * vngere corpus meum in ſepulturam. Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium iſtud in vniuerſo mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius. [e] Et Iudas [5] Scarioth] vnus de duodecim abiit ad ſummos ſacerdotes, vt [6] proderet] eum illis. Qui audientes gauiſi ſunt, † & promiſerunt ei pecuniam ſe daturos. Et quærebat quomodo illum opportunè traderet. † [e] Et primo die azymorum quando paſcha immolabant, dicunt ei diſcipuli: Quò vis eamus, & paremus tibi vt manduces Paſcha? Et mittit duos ex diſcipulis ſuis, & dicit eis: Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo [7] lagenam] aquæ baiulans. Sequimini eum, & quocunque introierit, dicite domino domus: quia magiſter dicit: Vbi eſt [8] refectio mea,] vbi paſcha cum diſcipulis meis manducem? Et ipſe vobis demonſtrabit cœnaculum grande, ſtratum, & illic parate nobis. Et abierunt diſcipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & inuenerunt ſicut dixerat illis, & parauerunt Paſcha. † [f] Veſpere autem facto, venit cum duodecim. Et diſcumbentibus eis & manducantibus, ait Ieſus: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum. † At illi cœperunt contriſtari & dicere ei ſingillatim: Nunquid ego? Qui ait illis: Vnus ex duodecim qui intingit mecum [9] manum] in catino. Et filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de eo. [g] Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, ſi non eſſet natus homo ille. Et manducantibus illis, accepit Ieſus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, [g] hoc eſt corpus meum. Et accepto calice, gratias agens, dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis: Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis, quòd iam

c. Sydera in iudicio videbũtur obſcura non lucis ſuæ diminutione, ſed ſuperueniente veri luminis claritate, id eſt, ſummi iudicis. Beda ibid.]

6. Vel commouebuntur.

f. Et nota quòd tuba mortuos excitabit, excitatos autem congregabunt angeli, congregatos verò rapient nubes, ſicut dixit Paulus, 1. Theſſalo. 4. in occurſum domini in aera. Enthym. Matth. 24.

7. Similitudinem.

g. Primum veteres non habent codices Græci, quod nec filius ſcit, ſed non mirum, ſi hoc falſarunt, quia ſcripturas interpolauere diuinas. Pone tamen ab euangeliſtis ſcriptum, medium itaque nomen eſt filij. Nam & filius hominis dicitur, vt ſecundum imprudẽtiam aſſumptionis noſtræ diẽ futuri iudicij neſciiſſe videatur. Ambro. de fide lib. 5. cap. 8. Inde & hoc intelligi poteſt ſubtilius: quia incarnatus vnigenitus factúſque pro nobis homo perfectus, in natura quidẽ humanitatis nouit diẽ & horam iudicij, ſed tamẽ hũc non ex natura humanitatis nouit. Quod ergo in ipſa nouit, non ex ipſa nouit. Gregor. lib. 8. Epiſt. cap. 42. Item. An potius omnibus manifeſtum eſt, quod nouit quidẽ vt deus, ignorare autem ſe dicit vt homo. Greg. Nazian. de The. lib. 4.

8. Vnicuique opus ſuum.

a. Feria quarta conſiliũ conuenit, & propterea ieiunamus eriã quartis feriis. Illi quidẽ conſultabant ſolennitatis tempus prætermittere: at nõ permiſſum eſt eis, ſed ipſe ſibiipſi tempus paſſionis ſtatuens in paſcha crucifigi voluit. Ipſe enim erat paſcha vetum, vnde virtutem eius admirari licet. Theophyl. ibid.

1. Fiat populi.

b. Leproſus dicitur, quòd tunc eſſet, & antequã ſuſciperet dominum, poſtea verò quàm ſuſceperit dominum, lepra fugit, nomen tamẽ manet priſtinum. Chryſoſt.

2. Piſticæ pretioſæ.

c. Piſtis enim fides, piſticus fidelis, quaſi nardi fidelis, & probatæ, non ſophiſticæ.

3. Ad.

d. Præuenit vt vngeret corpus meum ad ſepulturam. Moris enim erat cum vnguentis ſepelire corpora, vt diutius incorrupta perdurarent. Euthy. ibid.

4. Habebitis.

*Enim vnguento.

5. Iſcariotes.

6. Traderet.

e. Prima azymorum quartadecima dies mẽſis primi eſt, quando agnus immolatur, & luna plenissima eſt, & fermentum abiicitur Hiero. in Matt. 26.

7. Hidriam.

8. Diuerſorium.

f. Rurſus paſchæ ſacra eũ diſcipulis in cœnaculo ac poſt cœnã, diéque vnica ante paſſionẽ celebrat: at nos verò ea in orationis domibus & ante cœnam, & poſt reſurrectionẽ peragimus. Surrexit die tertia, nos poſt longum tempus. Greg. Nazianzen. in ſanctum lauacrum.

g. Antequam conſecretur, panis eſt, vbi autem verba acceſſerint Chriſti, corpus eſt Chriſti. Deinde audi dicẽtem: hoc eſt corpus meum. Ante verba Chriſti, calix eſt vini & aquæ plenus, vbi verba Chriſti operata fuerint, ibi ſanguis efficitur, qui plebẽ redemit. Ergo vilere quãcis generibus potens eſt ſermo Chriſti valuerſa conuertere Ambro. de ſacrament. lib. 4. cap. 5. Nam ſacramentum iſtud quod accipit, Chriſti ſermone conficitur. Quod ſi tantum valuit ſermo Eliæ vt ignem de cœlo deponeret, non valebit Chriſti ſermo vt ſpecies mutet elementorum? Idem de iis qui myſteriis initiantur cap. 9. & ſeq.

non bibam de—hoc] genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno dei.[h] Et hymno dicto exierunt in montem oliuarum. Et ait eis Iesus: Omnes scandalizabimini*in nocte ista,quia scriptum est: †percutiam pastorem,&dispergentur oues. Sed posteaquam resurrexero,præcedam vos in Galilæam. [i]Petrus autem ait illi:† Et si omnes scandalizati fuerint, * sed non ego. Et ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priusquam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur: [p] Et] si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. & Similiter autem & omnes dicebant. † Et veniunt in prædium cui nomen [k] Gethsemani,& ait discipulis suis:Sedete hic donec orem. Et assumit Petrum & Iacobum & Ioannem secum,& cœpit pauere & tædere.Et ait illis: [l]Tristis est anima mea vsque ad mortem.[10] Sustinete] hic & vigilate.Et cum processisset paululum,procidit super terram,& orabat vt si fieri posset,transiret ab eo hora,& dixit:† [m] Abba pater,omnia tibi possibilia sunt,transfer calicem hunc à me.Sed non [11] quod ego volo,sed quod tu.]Et venit & inuenit eos dormientes. Et ait Petro:Simon dormis?Nō potuisti vna hora vigilare? [n] Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro verò infirma. Et iterum abiens, orauit eundem sermonem, dicens. Et reuersus denuo, inuenit eos dormientes. † Erant enim oculi eorum grauati, & ignorabant quid responderent ei. Et venit tertiò,& ait illis: Dormite iam, & requiescite. Sufficit. Venit hora, ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus. & Ecce qui me tradet,prope est. Et * adhuc eo loquente,venit Iudas [12]Scarioth]vnus de duodecim, & cum eo turba multa, cum gladiis & lignis missi à summis sacerdotibus & Scribis & senioribus. Dederat autem traditor * eis signum,dicens: † Quencunque osculatus fuero,ipse est,tenete eum, [o] & ducite cautè.Et cum venisset,statim accedēs ad eum,ait:—Aue] Rabbi: Et osculatus est eum. † At illi manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. † Vnus autem quidam de circunstantibus educens gladium percussit seruum summi sacerdotis,& amputauit illi auriculam. Et respondens Iesus, ait illis: Tanquam ad latronem existis cum gladiis & lignis comprehendere me. Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed vt impleantur scripturæ. † Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. [p] Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone,nudus profugit ab eis.Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem, & conuenerunt [13] omnes sacerdotes] & Scribæ & seniores.† & Petrus autem à longe secutus est eum vsque intrò in atrium summi sacerdotis, & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. [q] Summi verò sacerdotes & omne concilium quærebant aduersus Iesum testimonium,vt eum morti traderent,nec inueniebant.† Multi autem testimonium falsum dicebant aduersus eum, & conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes,falsum testimonium ferebant aduersus eum,dicentes: Quoniam nos audiuimus eum dicentem: † Ego dissoluam templum hoc manu factum,& & [14] post] triduum aliud non manu factum ædificabo. Et non erat conueniens testimonium illorum. Exurgens autem summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens: Non respondes quicquam [15] ad ea quæ tibi obiiciuntur ab his? ] [r] Ille autem tacebat, & nihil respōdit.Rursum summus sacerdos interrogabat eum,& dixit ei: Tu es Christus filius—dei] benedicti? † Iesus autem dixit illi: Ego sum.Et videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis—dei,] & venientem cum nubibus cœli. Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait: Quid adhuc [16] desideramus testes?]Audistis blasphemiam. & Quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerūt eum esse reum mortis. † Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciam eius,& colaphis eum cædere, & dicere ei: prophetiza. † Et ministri alapis eum cædebant. Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis, & cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum,ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras. [s] At ille negauit, dicens: Neque scio,neque noui quid dicas. Et exiit foras [17] ante atrium, & gallus cantauit. † Rursus autem cum vidisset illum ancilla, cœpit dicere circunstantibus: quia hic

[h. Egredietis verò in montē Oliuarum, vt solitarij adorientur, & desinerent ne tantum tumultum faciāt. Nam si in ciuitate ipsum inuasissent, fortasis oborta fuisset turba, & inimici occasione quapiā quæ iusta videri potuisset apprehensa, visi fuissent ipsum iniustè vt seditiosum interficere. Theo. ibidem.]
* In me.
[i. Auis sine pennis in altū volare nititur, sed corpus aggrauat alā, vt timore humanæ mortis, timor Domini superetur. Glosa Ordina. post Hieronymū ibidem.]
* In te.
p. Imo.
k. Gesemani dicendū esset, non Gethsemani: Ge enim vallem, seman pinguedinem: est enim vallis pinguedinis ad radicem montis oliuarum.
[l. Non propter mortem tristis est, quia eum conditio corporalis affectus non formido mentis offendit. Nam qui corpus suscepit, omnia debuit subire quę sunt corporis, vt esurire, vt sitire, angeretur & tristaretur. Diuinitas autem nescit cōmutari per hos affectus. Beda in Glosa Ordin.]
10. Manete.
m. Abba Syriacum est: Hebræi enim Ab, patrem dicunt.
11. Quid ego velim, sed quid tu.
n. Vbi si de vigilando tantum, non etiam de orādo discipulos admoneret, solas libari arbitrij vires videretur horratus. Sed cū adiudicat & orate, satis docuit supernū futurum munerit, vt eos etiam vigilātes tētationis procella nō vinceret. Ambr. de vocā. gent. lib. 2. cap. 9.
* Statim.
12. Iscariotes.
* Eius.
o. Misere Iudæ, & tamē nulli miserabilis, cadē infidelitate qua magistrū & dominum tradidit, putabat signa quæ saluatorem videbat facientē non maleficiare diuina, sed magicis artibus facta. Et quia eum forte audierat in monte transfiguratum, timebat ne similli transformatione elaberetur e manibus eorū ministrorū. Hiero. in Mat. cap. 26.
p. Quidam itaque aiūt à domo illa fuisse adolescentulū in qua Christus pascha māducauerat. Alij autem hunc fuisse dicunt Iacobum fratrem domini, qui etiam tota vita sua vnica veste vtebatur. Circumamictus autē erat sindone super nudū, videlicet corpus. Euthy. super Matth. cap. 26.
13. Ad illum omnes principes sacerdotum.
[q. Omnes istos ostendit criminis participes Eccles. 15. In synagoga peccantiū ardebit ignis, & in gēte incredula exardescet ira, &c. quærebāt. i. procurabāt, ac subornabāt aduersus Iesum testimoniū. Ecce iniustus processus. A falso enim testimonio incepit Christi condemnatio. Quod fuit detestabile peccatū. Prou. 5. Sex sunt quæ ait Dominus, proferentem mendacia, testem fallacē, &c. Nico. Gorra.]
14. Per.
15. Quid isti contra testimoniū dicunt?
r. Christus primo tacebat, vt in suis studiis & patientiæ daret exemplum. Secūdo, quoniā accusationes inductæ falsæ & responso indignæ fuerunt. Tertio, quia cognouit quòd quicquid respōderet illi calumniarentur. Diony. in Matt. 26. cap. 16. Opus nobis est testibus.
s. Sub ipso passionis tēpore ab ancilla interrogatus est vnus ex discipulis beatus Petrus peculiarius Christo cognitus, ità respōdit: Non noui hominem istum, & ille latro qui ante non nouerat, exclamat: Memēto mei domine dū veneris in regnō tuū. Quàm singularis, & quàm stupenda deuotio! Sub illo tēpore credidit reus, quo negauit electus. Eusebius Emisenus de beato latrone.
17. In vestibulum.

hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillũ rursus qui astabãt, dicebant Petro: Vere ex illis es, nã & Galilæus es. [f] Ille autẽ cœpit anatematizare & iurare, quia nescio hominem istũ quẽ dicitis. Et statim gallus iterũ cantauit. Et recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus: priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. † Et cœpit flere.

*Pilato sistitur, dimisso Barabba morti adiudicatur, crucifigitur, ridetur, expirat atque à cruce demissus cum honore sepelitur.* XV.

ET † confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus & scribis & vniuerso consilio, vincientes Iesum, [a] duxerunt & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus. [b] Tu es rex Iudæorum? At ille respondens, ait illi: Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. † Pilatus autem rursum interrogauit eum, dicens: Non respondes quicquam? [1] Vide in quantis te accusant.] Iesus autem amplius nihil respondit, ita vt miraretur Pilatus. † Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis quemcũque petissent. Erat autem qui dicebatur [c] Barabbas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis, & dixit: † Vultis dimittam vobis regem Iudæorum? [d] Sciebat enim quòd [2] per] inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barraban dimitteret eis: Pilatus autem iterum respondens, ait illis: † [e] Quid ergo vultis faciam Regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt: Crucifige eum. Pilatus verò dicebat illis: Quid enim mali fecit? [f] At illi magis clamabant: Crucifige eum. Pilatus autem volens populo satisfacere † dimisit illis Barabban, & tradidit Iesum flagellis cæsum, vt crucifigeretur. † Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem, & induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineã coronam, & cœperunt salutare eum: Aue rex Iudæorum. [g] Et percutiebant caput eius arundine, & conspuebant eum, & ponentes genua, adorabant eum. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum vestimentis suis, & educunt illum, vt crucifigerent eum. † Et angariauerunt prætereuntem quempiam, Simõnem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri & Ruffi, [g] vt tolleret crucem eius. † Et perducunt illum in [3] Golgotha] locum quod est interpretatum, caluariæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum, & non accepit. Et crucifigentes eum, diuiserunt sibi vestimenta eius mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat autem [h] hora tertia, & crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ eius inscriptus: Rex Iudæorum. [g] Et cum eo crucifigũt duos latrones, vnum à dextris & alium à sinistris eius. Et impleta est scriptura quæ dicit: † Et cum iniquis reputatus est. Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicẽtes: Vah qui [4] destruis templum dei,] & in tribus diebus [5] reædificas.] Saluum fac temetipsum descendens de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudentes ad alterutrum cum Scribis, dicebant. † [i] Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Christus Rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabãtur ei. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram vsque in horam nonam. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens: † [k] Heloy, Heloy Lammasabactani. Quod est interpretatũ, Deus meus, Deus meus: vt quid dereliquisti me? Et quidam de circunstantibus audientes dicebant: Ecce Heliam vocat. Currens autem vnus, & implens spongiam aceto, circumponénsque calamo, potum dabat ei, dicens: Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendum eum. † Iesus autem emissa voce magna expirauit. [l] Et velum templi scissum est in duo, à summo vsque deorsum. [g] Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: verè homo hic filius dei erat. † Erant autem & mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdaléne, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salóme. Et cum esset in Galilæa sequebantur eum & ministrabant ei: & aliæ multæ quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymam. † Et cum iam sero esset factum,

[f. Cœpit anatematizare i. male dicere sibiipsi si cognouisset Iesum. Vnde anathematizatio significat iurationem quæ est per execrationem, scilicet quando aliquis imprecatur sibimetipsi malum pœnæ, si ita sit sicut imponitur ei. De Lyra ibid.]
* Et loquela tua conuenit.

a. Traditur deinde Pilato gentium iudici. Non enim iudicari reus poterat ex lege, ipse sine dolo atque peccato. Hilarius in Mat. ca. 26.
b. Pilato nihil aliud interrogãte criminis, nisi vtrum rex Iudæorum sit, arguuntur impietatis Iudæi, quòd ne falsũ quidem inuenire potuerint quod obiicerent saluatori. Hiero. in Mat. 27. ca.
1. Ecce quanta aduersus te testantur.
c. Barrabas cum simplici r. & duplici b. filius patris interpretatur. Hiero. sup. Mat. 27.

d. Sciebat hoc & sperabat quòd nequaquam præponeret ei homicidam Barrabã. Propter hoc ergo sumpta fiducia interrogat: Quem vultis absoluam vobis? Euthy. in Mat. 27.
2. Propter.
e. Vide autem sanguinarias Iudæorum mentes, & Pilati mõdestiam: quamuis etiam ipse cõdemnatione mereatur, eo quòd non primũ iussum defenderit. Nam illi clamabant vt crucifigeretur, ille autẽ, licet mollius, tentabat eripere à condemnatione Iesum: propterea iterum rogat: Quid faciam de Iesu? Theophyla. ibid.
[f. Caput Christi Deus est. Caput ergo Christi percutiũt qui eum denegant esse Deum: & qui scripturæ authoritate errorem suum defendũt. Quia scriptura arundine solet fieri q. arũdine caput eius ferunt, Glosa ordinaria.
g. Non quod Christo propriam crucem baiularit, ac laisso compatereturus: sed ex nimia crudelitate, timẽtes ne Iesus sub onere crucis succumberet, & ante, quã crucifigeretur, obiret. Dionys. ibidem.
3. Golgotha.
h. Quomodo igitur hora sexta iuxta cæteros? Quoniam hora tertia iudicatus est mortui: & ideo quasi mortuus in hac hora dicitur, hora autem sexta crucifixus est, & nona expirauit.

4. Destruit templum.
5. Aedificat.

i. O insani scelestique homines. An prophetæ non erant prophetæ, & iusti quos occidistis, iusti nõ erant, quoniã deus à periculis non eripuit? Imo verò erant: etiam si à vobis iniuria vexabantur. Quid igitur huic amentiæ vestræ æquale excogitari potest? Chrys. in Mat. 27. ca.
[K. Nec mireris verborum humilitatem, querimonias derelicti cum formã serui sciens scandalum crucis videas. Beda ibid.
l. Equidem tẽporis illius multa exstitere miracula. Deus crucifixus, sol obscuratus, & rursus illuminatus: oportebat enim creaturas creatori compati. Velum scissum, sanguis & aqua ex latere profluens. Hoc tanquã hominis, illud verò tanquam vltra hominem, terra cõmota, petræ scissæ, mortui resurgentes in fidem nouissimæ & communis resurrectionis. Gregorius Nazianzenus in sanctum lauacrum.

quia erat Paraſcéue (quod eſt ante ſabbatum) [m] venit Ioſeph [6] ab Arimathia] nobilis Decurio, qui & ipſe erat expectans regnum dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu. Pilatus autem mirabatur ſi iam obiiſſet. Et accerſito Centurione, interrogauit eum ſi iam mortuus eſſet. Et cum cognouiſſet à Centurione, donauit corpus Ioſeph. † [n] Ioſeph autem mercatus ſindonem, & deponens eum inuoluit ſindone, & poſuit eum in monumento quod erat excîſum de petra, & aduoluit lapidem ad oſtium monumenti. Maria autem Magdaléne & Maria Ioſeph aſpiciebant vbi poneretur.

*Mulieribus ad monumentum cum aromatibus mane venientibus angelus reſurrexiſſe Chriſtum nuntiat, qui poſt multas apparitiones ipſis cernentibus in cælos aſcendit.* XVI.

RT † cum tranſiſſet ſabbatum, [a] Maria Magdaléne & Maria Iacóbi & Salóme emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum. Et valde mane vna ſabbatorum, veniunt ad monumentum, orto iam ſole. Et dicebant adinuicem: [b] Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Et reſpicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. † Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem ſedentem in dextris [1] coopertum] ſtola candida, & obſtupuerũt. Qui dicit illis: Nolite expaueſcere. Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum: ſurrexit, non eſt hîc. ‡ Ecce locus vbi poſuerunt eum. Sed ite, dicite diſcipulis eius & [c] Petro, quia [2] præcedet] vos in Galilæam. Ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis. At illæ exeuntes fugerunt de monumẽto. Inuaſerat enim eas tremor & pauor, & nemini quicquam dixerunt. Timebant enim. † [d] Surgens autem Ieſus mane prima ſabbati apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem dæmonia. Illa vadens nuntiauit iis qui cum eo fuerant lugentibus & flentibus, & illi audientes quia viueret & viſus eſſet ab ea, non crediderunt. ‡ Poſt hæc autem duobus ex iis ambulantibus oſtenſus eſt in alia effigie euntibus in villam, & illi euntes nuntiauerunt cæteris, nec illis crediderunt. † Nouiſſimè autem recumbentibus illis vndecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia iis qui viderant eum reſurrexiſſe non crediderunt. Et dixit eis: † [e] Euntes in mundum vniuerſum prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. ‡ Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, ſerpẽtes tollent. Et ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. † Et dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris dei. † Illi autem profecti prædicauerunt vbique, domino cooperante & ſermonem confirmante, [3] ſequentibus ſignis. ]

[m. Ioſeph venit ſero paraſceue ab Arimathia, quæ interpretatur deponens, ad deponendum corpus Chriſti in monumento. Nobilis decurio expectans redẽptionem Dei. Introuit ad Pilatum, & petiit corp⁹ Ieſu. Ioſeph inuoluit ſindone, &c. Gloſa ordinaria poſt Hiero.]

6. De Arimathea.

n. Ioſeph apoſtolorũ habet ſpeciem, & ideirco quanquam in duodecim Apoſtolorum numero non fuerit, diſcipulus domini nuncupatur. Hic mundã ſindone inuoluit, & quidem in hoc eodem linteo reperimus de cœlo ad Petrum vniuerſorum animantium genera eſſe miſſa. Ex quo forte non ſuperflue intelligetur ſub linteo huius nomina conſepeliri Chriſto eccleſiam: quæ tum in eo, vt in confuſione eccleſiæ mundorũ atque immundorum animalium fuerit cõgeſta diuerſitas. Hilar. in Mat. 27. cap. 9.

a. Quod diuerſa tempora iſtarũ mulierum in euangeliis deſcribuntur, non mendacij ſignum eſt, vt impij obiiciunt, ſed ſedulæ viſitationis officium, dũ crebro abeunt ac recurrunt, & non patiuntur à ſepulchro domini diu abeſſe, vel longius. Hieron. in Mat. 28. cap.

[b. Quomodo lapis per angelũ reuolutus ſit, Matthæus ſatiſcienter exponit, ſed reuolutio lapidis aryticheſ referatio ſacramẽtorum Chriſti quæ velamine ſacræ litteræ legalis tegebantur, inſinuat. Lex enim in lapide ſcripta eſt, cuius ablato regimine gloria reſurrectionis oſtenſa, & abolitio mortis antiquæ, & vita nobis ſperanda perpetua toto cœpit orbe prædicari. Beda. ibid.]

1. Amictum.

c. Marcus ſuper cæteros euangeliſtas addit & Petro, quem angelus ſpecialiter expetiit, ne propter trinam abnegationem diffideret, vel inter diſcipulos compatere non auderet: ſed à ſtatu paululum ceſſans cõſolationem adminiſtraret, quia ſurrexit. Dion. ibidem. 2. Præcedit.

[d. Non enim ſurrexit mane. Quis enim vidit quando ſurrexit? ſed apparuit mane dominica die, quæ eſt prima ſabbati, hoc eſt hebdomadis, quam ſupra vocauit vnam ſabbatorum. Mariæ Magdalenæ à qua eiecerat ſeptẽ dæmonia, hoc eſt, multa. Solet enim ſcriptura ſeptenarium numerum pro multitudine accipere. Theoph. ibidem.]

e. Numquid hæc præceptione vllarum nationum, vilorũmue hominum facta diſcretio eſt? Neminem merito excepit, neminẽ ſeparauit genere, neminem conditione diſtinxit. Ad omnes prorſus homines miſſum eſt euangelium Chriſti: & ne prædicantiũ miniſteria humano tantum viderentur operæ perigenda, ecce, inquit, vobiſcum ſum, &c. Ambro. de vocat. gentium li. 2. ca. 1.

3. Per ſubſequentia ſigna.

## VITA DIVI LVCÆ PER D. HIERONYMUM.

*LVcas medicus Antiochenſis, vt eius ſcripta indicãt, Græci ſermonis non ignarus fuit, ſectator apoſtoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes: ſcripſit euangelium, de quo idem Paulus: Miſimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. Et ad Coloſſenſes: Salutat vos Lucas medicus chariſſimus. Et ad Timotheum: Lucas eſt mecum ſolus. Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo, πράξεις ἀποστόλων prænotatur, cuius hiſtoria vſque ad biennium Romæ commorantis Pauli peruenit, id eſt, vſque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem vrbe librum eſſe compoſitum. Igitur περίοδους Pauli & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas ſcripturas computamus. Quale enim eſt, vt individuus comes Apoſtoli, inter cæteras eius res, hoc ſolum ignorauerit? Sed & Tertullianus vicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Aſia περιῳδεύσαντα apoſtoli Pauli, conuictum apud Ioannem, quòd autor eſſet libri, & confeſſum ſe hoc Pauli amo-*

*amore feciſſe,& ob id excidiſſe. Quidam ſuſpicantur,quotieſcunque in epiſtolis ſuis Paulus dicit,iuxta euangelium meum,de Lucæ ſignificare volumine. Et Lucam non ſolum ab apoſtolo Paulo didiciſſe euangelium,qui cum domino in carne nõ fuerat,ſed à cæteris apoſtolis. Quod ipſe quoque in principio ſui voluminis declarat, dicens: Sicut tradiderunt nobis qui à principio ipſi viderunt,& miniſtri fuerunt ſermonis. Igitur euangelium,ſicut audierat,ſcripſit. Acta vero apoſtolorum,ſicut viderat, compoſuit. Vixit octoginta & quatuor annos,vxorẽ non habens. Sepultus eſt Conſtantinopoli,ad quã vrbem viceſimo Conſtantij anno oſſa eius cum reliquiis Andreæ apoſtoli tranſlata ſunt de Achaia.*

## INCIPIT PRÆFATIO BEATI HIERONYMI PRESbyterii in Euangelium ſecundum Lucam.

*LVcas Syrus,natione Antiochenſis,arte medicus,diſcipulus Apoſtolorum,poſtea Paulum ſecutus,vſque ad conſummationem eius ſeruiens domino ſine crimine. Nam neque vxorem vnquam habuit,neque filios: [1 ſeptuaginta] & quatuor annorum obiit in Bithynia,plenus ſpiritu ſancto. Qui,cum iam ſcripta eſſent Euangelia per Matthæum quidem in Iudæa,per Marcum autem in Italia,ſancto inſtigante ſpiritu,in Achaiæ partibus hoc ſcripſit Euangelium: ſignificans etiam ipſe in principio,ante ſuum alia eſſe deſcripta. Cui extra ea quæ ordo Euangelicæ diſpoſitionis expoſcit,ea maximè neceſsitas laboris fuit, vt primum Græcis fidelibus omni prophetatione venturi in carnem dei Chriſti manifeſtata humanitate,ne Iudaicis fabulis attenti in ſolo legis deſiderio tenerentur, vel ne hæreticis fabulis & ſtultis ſolicitationibus ſeducti exciderent à veritate,elaboraret: dehinc vt in principio Euangelij Ioannis natiuitate præſumpta, cui Euangelium ſcriberet,& in quo electus ſcriberet,indicaret, conteſtans in ſe completa eſſe, quæ eſſent ab alijs inchoata. Cui ideo poſt baptiſmum filij dei à perfectione generationis in Chriſto impletæ,repetendæ à principio natiuitatis humanæ poteſtas permiſſa eſt,vt requirentibus demonſtraret,in quo apprehendens erat per Nathan filium Dauid introitu recurrentis in deum generationis admiſſo,indiſparabilis dei,vt prædicans in hominibus Chriſtum ſuum,perfecti opus hominis redire in ſe per filium faceret,qui per Dauid patrem venientibus iter præbebat in Chriſto. Cui Lucæ non immeritò etiam ſcribendorum actuum Apoſtolorum poteſtas in miniſterio datur, vt deo in deum pleno,& filio perditionis extincto,oratione ab apoſtolis facta,ſorte domini electionis numerus compleretur. Sicque Paulus conſummationem Apoſtolicis actibus daret,quem diu contra ſtimulum recalcitrantem dominus elegiſſet. Quod & legentibus ac requirentibus deũ,etſi per ſingula expediri à nobis vtilè fuerat,ſciens tamen quòd operantem agricolam oporteat primum de ſuis fructibus edere,vitauimus publicam curioſitatem,ne non tam volentibus deum,demonſtrare videremur,quàm faſtidientibus prodidiſſe.*

1. Octoginta.

## PROOEMIVM IPSIVS BEATI LVCÆ in Euangelium ſuum.

*QVoniam quidem multi conati ſunt ordinare [1 narrationes, quæ in nobis completæ ſunt, rerum,] ſicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi viderunt,& miniſtri fuerunt ſermonis, viſum eſt & mihi aſſecuto omnia à principio [2 diligenter] ex ordine tibi ſcribere optime Theophile,vt cognoſcas eorum verborum de quibus eruditus es,[3 veritatem.]*

1. Narrationem peractarum in nobis rerum.
2. Exactè.
3. Certitudinem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Incipit Euangelium ſecundum Lucam.

*Eliſabeth Ioanne concepto à Maria prægnante viſitata filium parit, Zacharia patre prius muto prophetante.* Caput. I.

EVit in diebus Herodis Regis Iudææ, ſacerdos quidam nomine Zacharias † de [a] vice Abia, [b] & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Eliſábeth. Erant autem iuſti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini [1] ſine querela.] Et non erat illis filius, eo quòd eſſet Eliſábeth ſterilis, [c] & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis.† Factum eſt autem cum ſacerdotio fungeretur Zacharias, in ordine vicis ſuæ ante deum, † ſecundum conſuetudinem ſacerdotij, ſorte exiit vt incenſum poneret, ingreſſus in templum domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incenſi. †Apparuit autem illi angelus domini ſtans à dextris [d] altaris incenſi. Et Zacharias turbatus eſt videns, & timor irruit ſuper eum. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua. [e] Et vxor tua Eliſábeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius [f] Ioannem: & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in eius natiuitate gaudebunt. Erit enim magnus coram domino, & vinum & ſiceram non bibet. [f] Et ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ, † & multos filiorum Iſrael conuertet ad dominum deum ipſorum. Et ipſe præcedet ante ipſum in ſpiritu & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios, & [2] incredulos] ad prudentiam iuſtorum, parare domino plebem [3] perfectam.] Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc ſciam? †Ego enim ſum ſenex, & vxor mea proceſſit in diebus ſuis. Et reſpondens angelus, dixit ei: Ego ſum Gabriel qui aſto ante deum, & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. [g] Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vſque in diē quo hæc fiant, ⸗ † pro] eo quòd non credidiſti verbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo. [h] Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur quòd tardaret ipſe in templo. [i] Egreſſus autem non poterat loqui ad illos. Et cognouerunt [c] quòd viſionem vidiſſet in templo. Et ipſe erat innuens illis, & permanſit mutus. Et factum eſt vt impleti ſunt dies officij eius, abiit in domum ſuam. Poſt hos autem dies concepit Elizábeth vxor eius, & occultabat ſe menſibus quinque dicens: Quia ſic fecit mihi dominus, in diebus quibus reſpexit auferre opprobrium meum inter homines. † In menſe autem ſexto, miſſus eſt angelus Gabriel à deo in ciuitatem Galilææ cui nomen [j] Nazareth, ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Et ingreſſus angelus ad eam, dixit: Aue [4] gratia plena,] dominus tecum, benedicta tu [5] in mulieribus.] Quæ cum [6] audiſſet,] turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud deum. †[k] Ecce concipies in vtero, & paries filium, † & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. [e] [k] Et dabit [D] illi dominus deus ſedem Dauid patris eius, † & regnabit [7] in domo] Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autē Maria ad angelum. †[l] Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens angelus, dixit ei: † Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideóque & quod naſcetur ⸗ ex te] ſanctū, vocabitur filius dei. Et ecce Eliſábeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi quæ vocatur ſterilis, quia non erit impoſſibile apud deū omne verbum. Dixit autem Maria: [m] Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecūdum verbum tuum. Et diſceſſit ab illa angelus. Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum feſtinatione in ciuitatē Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſábeth. Et factū eſt vt audiuit ſalutationē Mariæ Eliſábeth, [8] exultauit] infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpiritu ſancto Eliſábeth, & exclamauit voce magna, & dixit: †[e] Benedicta tu [E]

a. Viginti quatuor ſortibus in miniſterium templi diſtributi fuerant ſacerdotes, vt in ordine vicis ſuæ quiſquis ſacerdotali fungeretur officio, in hoc ergo octauam ſortem Abia habuit: de qua vice Zacharias ſacerdos fuit. Euchetius.

b. Non ſolum igitur à parentibus, ſed & etiā à maioribus ſancti Ioannis nobilitas propagatur, non ſeculari poteſtate ſubli mis ſed religionis ſucceſsione venerabilis. Ambr. ibid.

c. Irreprehenſibiles.

e. Iuſtorum mulieres & iuſtæ ſæpe ſteriles fuerunt: vt diſcas legem nō exigere corporalium filiorum procreationem, ſed ſpiritualium. Prouectæ ætatis erant tam corpore quàm anima. Theophylactus ibidem.

d. Intus erat altare thymiamatis ſiue incenſi, extra verò altare ſuper quod offerebantur animalia & oblationes, à dextris autē ſtetit vt qui proſpera & bona nūtiaturus venerat. Euth. ibidem.

e. Duo ſunt in nouo teſtamento, quibus nomina antequā naſcerentur impoſita ſunt, Ieſus & Ioannes. In veteri autē quatuor Iſmael, Iſaac, Salomon, & Ioſias.

f. Fœlix qui venturus in huius mundi labores, prius ſuſcipere gratiam quàm vt eam prius benedictione meruit hauriee quā locem. Euſeb. Emiſ. ho. 1. de S. Ioan. Baptiſt.

2. Inobedientes.

3. Inſtructam.

g. Geſta autem ſunt hęc ante primum annum imperij Tyberij Cæſaris, menſe Septembri, octauo Calend. Octob. incipiēte luna vndecima, quando oportebat Iudæos ieiunium ſcenopegiæ celebrare. Chryſo. de natiuitate S. Ioan. Baptiſt.

h. Vides quomodo Iudæi expectabant & permanebant donec exiret ſummus ſacerdos. At nos Chriſtiani niſi mox vt ingreſſi fuerimus in templum iterum egrediamur, exiſtimamur malè nobiſcum agi. Iminebat autem populo Zacharias fortè roganti ſilētij cauſam. Quia enim loqui non poterat per nutum ſignificabat Theoph. ibidem.]

i. Miraris quòd Nazareth parua ciuitas & tanti regis nuntio illuſtretur & tantos? ſed magnus latet in hac ciuitate theſaurus: latet, inquam, homines, non deū Bernar. Ser. 3. in Annuntia. do.

4 Gratioſa.

5. Inter mulieres.

6. Vidiſſet.

k. Regnum potius ei ſpirituale deſignatur, in quo expulſo mūdi principe in animis fidelium per totum mūdi ambitum erat regnaturus. Cyril. ſup. Ioan. cap. 7. lib. 7.

7. Super domum.

l. Maria cum vidiſſet ab angelo quòd virgo eſſet paritura filium, reſpondit: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoui? Et iure reſpondit. Hoc eſt, cum id quod naturæ eſt, non ſupperat, quia non ſolet patere virgo quæ viro non fuerit copulata: quæro quomodo præter inſtituta naturæ poſſim generare? Amb. de Abraham li. 2. ca. 8.

m. Sicut Heua inobediens facta eſt ſibi & vniuerſo generi humano cauſa mortis, ſic Maria obediēs facta eſt & ſibi & vniuerſo generi humano cauſa ſalutis. Iren. lib. 3. ca. 22. aduer. Valent.

8. Subſilijt.

dicta tu

dicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.[n] Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, [o] exultauit in gaudio infans in vtero meo.[p] Et beata quæ[q] credidisti,] quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim[10] ex hoc] beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius. Et misericordia eius[11] à progenie in progenies,] timentibus eum. Fecit potentiam † in brachio suo, dispersit superbos mẽte cordis sui.] Deposuit potentes[12] de sede] & exaltauit humiles.[q] Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. † Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula. & Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam: † Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius: quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo venerunt circuncidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius, dixit:[r] Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius[13] quem] vellet vocari eum. Et postulans [14] pugillarem] scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem ilico os eius & lingua eius, & loquebatur benedicens deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum,[15] [s] super omnia montana] Iudææ diuulgabantur omnia verba hec: & posuerunt omnes qui audierent in corde suo, dicentes: † Quisputas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et Zacharias pater
G eius impletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicens:[t] Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem[16] plebis] suæ. Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. † Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo[17] sunt Prophetarum eius:] [u] Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos: Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & [18] memorari] testamenti sui sancti: † Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati,[x] seruiamus illi: In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus[19] nostris.] Et tu puer Propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem domini parare vias eius: † Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum; Per viscera misericordiæ dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto.[20] Illuminare] iis qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. † Puer autem crescebat & confortabatur spiritu, & erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel.

*Christus in Bethlehem natus à pastoribus visitatur octaua circunciditur die, in templum delatus à Simeone & Hanna cognoscitur, & duodecimo ætatis anno à parentibus reperitur.* II.

A FActum est autem in diebus illis, exiit edictum à Cæsare Augusto,[a] vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à Præsidę Syriæ Cyrino. Et ibant omnes vt profiterẽtur, singuli in suam ciuitatẽ. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam, * ciuitatem Dauid, quæ vocatur [b] Bethlehem, eo quòd esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnente. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. † Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, [c] & reclinauit eum in præsepio, quia non erat [1] ei] locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem [2] vigilantes, & custodientes vigilias] noctis super
B gregem suum. & Ecce angelus domini stetit iuxta illos, & † [3] claritas dei] circunfulsit illos, & timuerũt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere: Ecce enim euan-



[n. Quibus meritis accidit mihi sterili & seni, & secundẽ reputationẽ hominũ maledictæ, vt veniat ad me mater domini mei virgo fœcunda & benedicta ad mulierem corruptam. Nicol. de Gorran.]

o. Eleuauit Ioannem in vtero constitutũ, qui ad vocem eius exiliuit, & infans exultauit in gaudio, prius sensu deuotionis quàm spiritus infusione vitalis animatus. Amb. institut. virginis. cap. 13.

p. Filius virgini ab angelo promittitur, à spiritu sancto donatur, & quasi verè deus credendo concipitur. Euseb. Emis. de natiuit. do. ho 1.

9. Credidit.

10. Abhinc.

11. In progenies progeniẽrum, vel in progeniem, & progenie.

12. E solio.

q. Igitur sicut esurientes dicere licet, eosdem Gentiles, vt puta non habentes vel scripturas vel legem, vel mandata, quos impleuit bonis scripturarum, ita & Iudæos diuites & in lege ac mãdatis: quos etiam emisit extra terrenam & cœlestem Ierusalem inanes. Nihil enim habent Iudæi, etiam si quid habere videantur. Theoph. ibidem.

r. Zacharias mutus intimare vocabulum filij nequiuit vxori, sed per prophetiam Elisabeth didicit quod non didicerat à marito: Ioãnes est, inquit, nomẽ eius. Hoc est, non ei nomen imponimus, qui iam à deo nomen accepit. Ambro. super Luc. lib. 2. cap. 1.

13. Quidnam.

14. Tabellam.

15. In vniuersis montanis.

[s. Ecce enim vnum Zachariæ silentium non ipsi tantum eum datur ad pœnam incredulitatis, & signum credendi producit: sed & eum auferrur, omnes vicinos eius miraculo ac timore stupefacit. Theophylact. ibid.]

16. Plebi.

17. Fuerunt, prophetarum suorum.

t. Ecce loquella quæ sola ablata est diffidenti, cum spiritu prophetiæ reddita est credenti. Beda ibidem.

u. Erexit autem hoc cornu salutem & redemptionem ab inimicis nostris visibilibus & inuisibilibus. Euthym. ibidem.

18. Memorandum.

x. Si quis hominem qui verè sapit interroget cuius rei gratia natus sit, respondebit intrepidus ac paratus colendi, se dei gratia natum: qui nos ideo genuerauit, vt ei seruiamus. Seruire autem deo nihil aliud est, quàm bonis operibus tueri & conseruare iustitiam. Lactant. de falsa sapient. lib. 3. cap. 9.

19. Vitæ nostræ.

20. Vt illucesceat.

a. Propterea fit descriptio, vt cũ omnes in suas patrias irent, ascenderet & virgo in Bethlehem quæ eius patria erat, nasceretúrque dominus sic in Bethlehem, ac impleretur prophetia. Theophylactus ibidem.

* In.

b. Bethlehem ciuitas est sortis Iudæ distans à Ierusalem sex mille passib. ab Ioppe mille quadraginta sex. Hieron. quæ & Ephrata dicitur. Et etiam altera huius nominis in Galilæa sortis Zabulon.

c. Quare in præsepio? Vt compleretur vaticinium Isaiæ prophetæ. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Chrysost. de natiuitat. do. homil.

1. Eis.

2. Incumbentes in agro, & obseruantes custodias.

3. Gloria domini.

gelizo vobis gaudium magnum,quod erit omni populo,quia natus est vobis [d] hodie Saluator qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum,& positum in præsepio. † Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium deum, & dicentium: Gloria in altissimis deo,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis.Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in cœlum, pastores loquebantur adinuicem: Transeamus vsque Bethléhem,[e] & videamus hoc verbum quod factum est, quod fecit dominus & ostendit nobis.[f] Et C venerunt festinantes,& inuenerunt Mariam & Ioseph,& infantem positum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui [4] audierant ] mirati sunt, ⊱ & ] de iis quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes deum [5] in ] omnibus quæ audierant & viderant,sicut dictum est ad illos.[f] Et postquam consummati sunt dies octo, † vt circuncideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus. Quod vocatum est ab angelo priusquàm in vtero conciperetur. † Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi,tulerunt illum in Ierusalem, vt sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini.[g] Quia omne masculinum ad aperiens vuluam, sanctum do D mino vocabitur. † Et vt darent hostiam, secundum quod dictum est in lege domini [g] par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Ierusalem cui nomen Simeon. Et homo iste iustus & [6] timoratus,] expectans consolationem Israel, & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à spiritu sancto,non visurum se mortem,nisi prius videret Christum domini. Et vênit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo,& ipse accepit eum in vlnas suas,& benedixit deum,& dixit: Nunc dimittis seruum tuum domine,secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei, [h] salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum: lumen ad reuelationem gentium,& gloriam plebis tuæ Israel.[f] Et erant pater eius & mater eius mirantes su- E per iis quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon,& dixit ad Mariam matrem eius: † Ecce positus est hic [i] in ruinam,& in resurrectionem multorum in Israel,& in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat [k] Hanna prophetissa filia Phanúel de tribu Asser, hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua [7] vsque ad annos] octoginta quãtuor, quæ non discedebat de templo,ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Et hæc ipsa hora superueniens * confitebatur domino, & loquebatur de ipso omnibus qui expectabant redemptionem [8] Israel.][f] Et vt perfecerunt omnia secundum legem domini, [l] reuersi sunt in Ga- F lilæam in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat & confortabatur, * plenus sapientia,& gratia dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem, in die solenni Paschæ. † Et cum factus esset annorum duodecim,ascendẽtibus illis Ierosolymam,secundum consuetudinem diei festi, cõsummatísque diebus cũ redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem,& non cognouerunt parentes eius. [m] Existimãtes autem illum esse in comitatu,venerunt iter diei,& requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes eum: regressi sunt in Ierusalem,requirentes eum.[f] Et factũ est G post triduum, † inuenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos,& interrogantem eos. (Stupebant autem omnes qui eum audiebant,super prudẽtia & responsis eius.) Et vidẽtes * admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili,quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quòd me quærebatis? Nesciebatis quia in iis quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis,& vênit Nazareth,& erat subditus illis. Et mater eius cõseruabat [n] omnia verba hæc in corde suo. † ° Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud deum & homines.

*Ioan-*

[d] Cum nox esset non ait,hac nocte, sed hodie, quia scilicet gaudium venerat nunciare. Vbi enim tristia geruntur,noctis mẽtio solet fieri, vt scandalum patiemini in meinoctem istam: vel quia nox illa ex claritate diuina præillustrata fuit. Psal. 138. Et nox sicut dies, illuminabitur. Glosa ordin. cum Lyrano. ibid.]

e. Nam & vocatur nomen eius verbum dei,nec immeritò: Erudiuit inquit,verbum bonũ cor meum: quod verbum regis nomine consequenter appellauit inferendo: dico ego opera mea regi. Per ipsum enim omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Tertul. de trinit.

4. Audierunt. 5. Super.

f. Iste est annus 42. Octauiani Cæsaris, in cuius fine natus est Christus. Idcirco duplex annus domini numeratur: vnus natiuitatis,de quo septem tãtum dies habuit, vtpote qui in fine anni fit natus. Alter ætatis,ex 12. mẽsibus constat: inde est,iuxta natiuitatis annum numerando, secundum annum in die circuncisionis incepit, qui primus anni dies erat.

g. Eo quod in columba spiritalis sit,in turture incorruptæ generationis natura, vel immaculati corporis castimonia. Amb. de Abraham lib. 2. cap. 8.

6. Pius.

h. Salutare dei esse Christum legãr in euangelio, dicente Simeone sene, quando cognouit eum in manibus matris, carne minimum,spiritu maximum,acceptóque in manus suas, ait: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum. Aug. contra aduersã. legis & prophetã. lib. 1. cap. 11.

i. In ruinam, non credẽtium ei, quibus & maiorem damnationem quàm Sodomorum & Gomorrum in iudicio comminatus est. In resurrectionem autẽ credentium,& facientium voluntatem patris eius, qui in cælis est. Irenæus lib. 4.

k. Docet enim Hanna qualem deceat esse viduam, quæ immaturo mariti sui obitu destituta maturè tamen à deo remunerationem laudis inuenit, non minus religionis officio, quàm studio castitatis insita. Amb. de viduis.

7. Annorum ferè.

*Vicissim.

8. Ierusalem.

l. Non continuò vt natus est, in ciuitatẽ suam venit, sed in Bethlehem quadraginta est remoratus diebus: vt his qui diligẽtius vellent de ipso cuncta rimari, occasionem inquisitionis ingereret. Chrys. ex. 2. ca. Mat. ho. 7.

*Spiritu.

m. Vnum quidem diem cõsumpserunt quando venerunt itinere diei: & requirebant eum inter cognatos & notos: alterum quando non inuento eo reuersi sunt in Ierusalem quærentes illum: tertiũ verò tertium diem inuenerunt illum. In templo inuenitur Christus, siue in sacro loco,& in sacro negotio, ac in sacro homine. Euthy. ibid.

* Eum.

n. Inde tot sequentibus signis cum sterilis pareret, virgo conciperet, loqueretur mutus, adoraret Magus, expectaret Simeon, sidera nuntiarent, Maria mobilis ad introitum, immobilis ad miraculum, conseruabat hæc omnia in corde suo. Amb. de virginibus lib. 2.

o. Ille proficiebat, non quod incrementum aliquod susciperet. Quid enim ex perfectis à principio perfectius fuit? sed quia hæc paulatim deregebantur, & apparebant. Gregorius Nazianze. oratio. 8.

*Ioannes pœnitentiam prædicans Christum cum turbis baptizat, quem dei filium signo cœlesti agnoscit, & cuius genealogia per matrem texitur.* III.

A ANno autem quintodecimo Imperij [a] Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galilææ Herôde, Philippo autem fratre eius Tetrarcha [b] Iturææ & Traconitidis regionis, & Lysania Abilenæ Tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, [c] factum est verbum domini super Ioannem Zachariæ filium, in deserto. † Et vênit in omnem regionẽ [d] Iordanis, ] prædicans [d] baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ: † * Vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mõs
B & collis humiliabitur. ✠ Et erunt [2] praua in directa, ] & aspera in vias planas, & videbit omnis caro salutare dei. Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptizarentur ab ipso: † Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ: & ne cœperitis dicere: * patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est deus [e] de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: † [f] Iam enim securis ad radicem [3] arboris ] posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid
C ergo faciemus? Respondens autem, dicebat illis: ✠ Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt autem & publicani, vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad illos: Nihil amplius quàm quod constitutum est vobis, [4] faciatis. ] † Interrogabant autem eum & milites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis: [g] Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne fortè ipse esset Christus, respondit Ioan-
D nes, dicens omnibus. † ✠ Ego quidem aqua baptizo vos, veniet autem fortior me, * cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius, † Ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igni. † [h] Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.
† Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. Herodes autem Tetrarcha cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui, * & de omnibus malis quæ
E fecit Heródes, adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcerem. ✠ Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante, apertum est cœlum, † & descendit spiritus sanctus corporali specie, [i] sicut columba in ipsum, & vox de cœlo facta est: * Tu es filius meus dilectus, in te [5] complacuit ] mihi. Et ipse Iesus erat incipiens, [k] quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph: qui fuit Hesli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Iamne, qui fuit Ioseph, qui fuit
Mathatiæ, qui fuit Amos, qui fuit Nahum. qui fuit Hesli, qui fuit Naggæ, qui fuit
Maath, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Io-
F hanna, ✠ qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit
Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Helmadan, qui fuit Her, qui fuit Iesu,
qui fuit Eliézer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthath, qui fuit Leui, qui fuit Simeõ, qui fuit
Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Heliachim, qui fuit Melcha, qui fuit Mẽna,
qui fuit Mathata, [l] qui fuit [m] Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obeth, qui
G fuit Booz, qui fuit Salmõ, qui fuit Nahason, qui fuit Aminadab, qui fuit Arã, ✠ qui fuit
Esrom, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui
fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit [6] Sarucæ, ] qui fuit Ragau, qui fuit Phalech, qui
fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Chaynan, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem, qui fuit
Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusale, qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit Ma-
lalehel, qui fuit Caynan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.



a. Tyberius Cæsar Augusto impera. successit anno Christi. 16. Vides itaque diu ante Christum natum, cessasse Iudæorum Regnum, ablatum sceptrum. Lorichius.

b. Ituræa & Traconitis regiones Syriæ Arabiam versus.

[c Factum est verbum, vt discas illum non temerè, neque citra vocationem ad testificandũ Christum prosiluisse, sed diuino motum spiritu. Theoph. ibidem.]

d. Iordani finitimam.

d. Effectus ergo baptismi Ioannis, quod tacitè operabatur sine interrogatione, non tamen sine saluatoris mentione, vt firmum esset quod agebat, trinitatis donum est, quod dignatio saluatoris ostendit, dãs formam trium nominum, quæ à primordio subvnius dei nomine vel persona vnum opus & indifferens operata sunt. Aug. quæst. 29. ex nouo testamento.

* Dicentis.

2. Obliqua in rectum, vel quod curuum est, erit rectum.

* Intra vosipsos.

e. De gentilibus designatis per lapides quos adorabant.

f. Intelligitur autem & per radicem, Abrahæ cognatio. Itaque rami illo indigni excidũtur ab eius cognatione. Iuxta Apostolum Roma. 6. 3. Arborum.

4. Exigatis.

[g. Hoc autem dixit, quia collectores talium solent esse proni ad plus colligendum quàm sit eis mandatum, vt quod est amplius ei remaneat. De Lyra.]

* Post me. Iren. li. 4. c. 9.

[h. Iusto moderamine eos promouet, ne ab eis calumniando prædam requirant, quibus militando prodesse debuerant, docens ideirco stipendia constituta militiæ, nec dũ sumptus quæritur prædo grassetur. Glosa ordinaria post Bedã.] * Philippi.

i. Non alius ergo est qui frumẽtum fecit, & alius qui paleas: sed vnus & idem separans ea. Sed frumentum quidem & palea, & animalia irrationabilia existentia naturaliter talia facta sunt, homo verò rationabilis, & secũdum hoc similis deo, liber in arbitrio factus est & suæ potestatis: ipse sibi causa est, vt aliquando frumentum, aliquando palea fiat.

* Dicens.

5. Cõplacui vel cõplacitum est. k. Quare sicut columba? Vt incredduli vocarentur ad fidem. In principio signum debuit esse, in posterioribus debet esse perfectio. Amb. de facta lib. 2. cap. 5.

l. Tunc enim 29. annos compleuerat eum 13. diebus anni, 30. & ideo 30. annum incipiebat. Sed Christus inquis eum tricesimũ agetetannum baptizatur, & hoc cum deus esset, & tu me ad baptisma festinare iubes. Cæterum cum deum nominas quæstionẽ dissoluisti. Ille etenim purgatio ipsa erat, nec purgatione aliqua indigebat, verum tibi purgatio, quemadmodum & propter te carnem induit, cum carne exteretur nec illi periculum imminebat si baptisma protelaret. Greg. Nazianze. de sancto lauacro.

[m. De isto Nathan dicunt aliqui quod fuit filius Dauid naturalis de Bethsabee, vt dici videtur 1. para. 3. Sed hoc videtur esse contra illud quod dicit Salomon para. 4. Ego fui vnigenitus, & tenellus coram matre mea. De Lyra. ibidem.]

6. Serug.

Universidad de Deusto Biblioteca

*Iesus in deserto ieiunans tentatur & vincit, reuersus autem Nazareth in synagoga docet, vnde fugatus in Capharnaum dæmoniacum, socrum Petri, & plerósque alios curat.* IIII.

a. Ieiunauit Christus parum ante tentationem: nos verò ante pascha: & ieiunium quidem est vnum, sed non parium inter vtrumque temporis interstitiū. Christus quidem contra tentationes suum obiicit ieiunium, nostrum verò vt Christo cómoriamur, operatur. Et hic quidē dies ieiunauit quadraginta, nā deus erat: at nos diebus nostris hoc commensuramus. Greg. Nazianze. in sanctum lauacrum.

*Postea.

b. Docuit te certè dominus Iesus quemadmodū aduersus huiusmodi tentationes resistas. Tendebat diabolus primum laqueum gulæ dicens: Si filius dei es, dic huic lapidi vt panis fiat. Respondit dominus: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo dei. Ambro. de Cain & Abel lib. 1. cap. 5.

1. Viuet.

c. Mētitur in hoc diabolus. Cuius enim iussu homines nascuntur, huius iussu & teges constituuntur apti his qui in illo tempore constituuntur. Iren. lib. 5.

*Abi post me satana.

d. Itaque cū posset sine vllo petriculo mittere se dominus Iesus, cui supperederent spiritales volatus, tamen ne iactantiæ genus esset, respondit diabolo: Nō tentabis dominum deum tuum. Simul docuit nos cauere ne faciamus voluntatem diaboli. Amb. de Cain & Abel lib. 1. ca. 5.

2. Sabbatorum.

e. Tunc ergo dominus operibus suis & gloria & honore sui tempore coronauit aduentus. Tot enim ille annus conuersationis eius in hoc mundo diuersarum habuit certamina passionum, vt est Herodem paruulus, de quo in passione infātium triumphauit. Esuriuit, sitiuit, pro nobis contumeliarum indigna tolerauit, crucem ascēdit, mortuus est pro nobis. Amb. de institut. virginis cap. 15.

3. Omnino.

f. Ostendit hoc signo quod indigni sint signorum propter insensatam illorum incredulitatē. Quemadmodum enim & Elias cum multæ essent apud Israelitas vidux, ad nullam illarū missus est à Deo, quod indignè essent, vt ad eas accederet. Euth.]

g. Sacrilegia Iudæorū quæ multo ante dominus præmuniuerat per prophetas, & psalmi versiculo declarauerat quæ passūr* esset in corpore constitutus, dicens: Retribuebant mihi mala pro bonis: in euangelio docet esse completa. Amb. Luc. 4. li. 4.

[h. Hic describitur doctrinæ Christi confirmatio per miracula Christi. Fides catholica sic erat confirmanda contra hæreses à quarum authores vsque adeo virtute defecerunt sunt superna, vt non posset vel suis ipsorū imperare affectibus. Lorichius.]

4. Spiritum dæmonis immūdi. 5. Eia. 6. Quia.

[i. Quid autem sit in mediū proici, disce. Oportet hominem nō omnino iracundum esse, & amarum: crudelis enim hoc & truculentæ bestiæ fuerit, neque omnino ira carentem: nam hoc insensati fuerit: sed mediam incedere viam & furorem seruare cōtra malitiam. Cum igitur in medium quis à malo spiritu proicitur, relinquitur ab eo. Theophylactus ibidem.

g. Rogauerunt pro illa, & tu habes proximos, qui deo pro te supplicent: Habes Apostolos proximos, habes martyres proximos, si ipsa martyribus deuotionis solicitate misericordiæ quæque muneribus appropinquet. Ambro. de viduis.

7. Increpauit febrem.

8. Quicunque.

A Esus autem plenus spiritu sancto regressus est à Iordane: & † [2] agebatur [A] in spiritu in desertum diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis, & consummatis illis, * esuriit. Dixit autem illi diabolus: Si filius dei es, dic lapidi huic vt panis fiat. Et respondit ad illum Iesus: [b] Scriptum est, quia † non in pane solo [1] viuit ] homo, sed in omni verbo dei. Et duxit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis, & ait illi: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam & gloriam illorum, [c] quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa. ℣ Tu ergo ⟜ procidens ] si adoraueris coram me, erunt tua omnia. Et respondens Iesus, dixit illi: * Scriptum est: † Dominum deum tuum adorabis: & illi soli seruies. Et duxit illum in Ierusalem, & statuit eum super pinnam templi, & dixit illi: Si filius dei es, mitte te hinc deorsum. Scriptum est enim: † quòd angelis suis mandauit de te, vt conseruent te, & quia in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Iesus, ait illi: Dictum est: [d] † Non tentabis dominum deum tuum. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. ℣ Et † regressus est Iesus in virtute spiritus in Galilæam, & fama exiit per vniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in Synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. † Et vênit Nazareth vbi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die [2] sabbati ] in Synagogam, & surrexit legere. † Et traditus est illi liber Isaiæ Prophetæ. Et vt reuoluit librum inuênit locum vbi scriptum erat: ‡ Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, [e] prædicare annum domini acceptum, & diem retributionis. ℣ Et cum plicuisset librum, reddidit ministro & sedit. Et omnium [D] in Synagóga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad eos: quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant. Nónne hic est filius Ioseph? Et ait illis: [3] Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura teipsum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem: † Amen dico vobis: quia nemo Propheta acceptus est in patria sua. [f] In veritate dico vobis, † multæ viduæ erant in Israel in diebus Eliæ, ℣ † quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra, & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ ad mulierem viduam. † Et multi leprosi erant in Israel sub Elisæo Propheta, & nemo eorum mundatus est nisi Naamam Syrus. Et repleti sunt omnes in Synagóga ira hæc audientes. [g] Et surrexerunt & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. † Ipse autem transiens per medium illorum ibat. † Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibíque docebat illos sabbatis. † Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius. [h] Et in Synagoga erat homo habens [4] dæmonium immundum, ] & exclamauit voce magna, dicens: ℣ [5] Sine, ] quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos? [F] Scio te, [6] qui ] sis, sanctus dei. Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Et cum [i] proiecisset illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihílque illum nocuit. Et factus est pauor in omnibus, & colloquebantur adinuicem, dicentes: Quod est verbum, quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. † Surgens autem Iesus de Synagoga, introiuit in domum Simónis. Socrus autem Simónis tenebatur magnis febribus, [k] & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam [7] imperauit febri, ] & dimisit illam, & continuò surgens ministrabat illis. ℣ Cum sol autem occidisset, omnes [G] [8] qui ] habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum: at ille singulis

manus

manus imponens, curabat eos. [1] † Exibant autem dæmonia à multis clamantia & dicentia: quia tu es *filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. † Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum & venerunt vsque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: † Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo missus sum, & erat prædicans in Synagogis Galilææ.

[1. Implicatur obedientia dæmonum sed coacta, quia exibãt clamantes, & inde cõfessio eorum sed extorta, quia dicebãt: Tu es filius Dei. Exibant inquam, nõ sponte, sed Christi imperio, & virtute. Exibant igitur clamantia, quia tu es filius Dei. Per scripturas nanque nouerant Deum incarnandum. Isa. 7. Vocabitur nomẽ eius Emmanuel. i. nobiscum deus. & 9. Et filius datus est nobis. Nicol. de Gorran.]
*Christus.

*Christi iussu magna piscium capta multitudine leprosum ipse curat & paraliticum, Matthæum vocat, Iudæósque super peccatorum conuersatione, discipulorum reprehensione confutat.* V.

A Anno do. 32. † Matt. 4. c Mar. 1. b

Factum est autem cum turbæ irruerent in eum, vt audirent verbum [a] dei, & ipse stabat secus stagnum Genezareth, & vidit duas naues stantes secus stagnum, piscatores autem descenderant * & lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim quæ erat Simônis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. [b] Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simônem: † Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi: [c] Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete: & cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. [d] Rumpebatur autem rete eorum, & annuerunt sociis qui erant in alia naui, vt venirent, & adiuuarent eos, & venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt ⟨penè⟩ mergerentur. Quod cum videret Simon Petrus procidit ad genua Iesu, dicens: 'Exi à me domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperant. Similiter autem Iacôbum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simônis. [e] Et ait ad Simônem Iesus: [f] Noli timere, † [1] ex hoc iam ] homines eris capiens: & subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt illum. † Et factum est cum esset in vna ciuitatum, & ecce vir plenus lepra, & videns Iesum, & procidens in faciam ⟨suam,⟩ rogauit eum dicẽs: Domine, si vis potes me mundare, & extendens manum, [g] tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo, & ipse præcepit illi, vt nemini diceret, sed † vade ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses in testimonium illis. † Perambulabat autem magis sermo de illo, & conueniebant turbæ multæ vt audirent & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in desertum, & orabat. † Et factum est in vna dierum, & ipse sedebat docens. Et erant Pharisæi sedentes, & legis doctores qui venerant ex omni castello Galilææ & Iudææ & Ieruſalem, & virtus domini erat ad sanandum eos. † [h] Et ecce viri portantes in le-
C cto hominem qui erat paralyticus, & quærebant eũ inferre, & ponere ante eum. † [i] Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, & per tegulas [2] summiserunt eum ] cum lecto in medium ante Iesum. Quorum fidem vt vidit, dixit: [i] Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare Scribæ & Pharisæi, dicentes: Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus deus? † Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos: Quid cogitatis ⟨mala ⟩ in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata, an dicere, surge & ambula? † [k] Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico surge, tolle lectum tuum & vade in domum tuam. Et confestim consurgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat, & abiit in domum suam [3] magnificans ] Deum. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes, quia vidimus [4] mirabilia ] hodie. † Et post hæc exiit, & vidit publicanum nomine Leui sedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua, & erat turba multa pu-
D blicanorum, & aliorum, qui cum illis erant discumbentes. [g] Et murmurabant Phari-

† Matth. 4. g Marc 3. b Ioan. 6. a
† Matt. 4. e Mar. 6. a Ioan. 6. b
† Matth. 3. a Marc. 1. a Ioan. 5. b Infra 7. g
† Matt. 8. a Marc. 2. b
† Matth. 8. a Marc. 1. c
† Matth. 8. b Marc. 1. d Luc. 14. a
† Matth. 4. g Marc 3. b Ioan. 6. a
† Matt. 4. e Mar. 6. a Ioan. 6. b
† Matth. 3. a Marc. 1. a Ioan. 5. b Infra 7. g
† Matt. 8. a Marc. 2. b
† Mat. 9. a Marc. 2. b
† Matth. 9. b Marc. 2. c Ioan. 5. b
† Matth. 9. b Marc. 2. d

[a. Fugit dominus gloriam, quæ eum ob hoc magis sequebatur. Igitur vrgente turba nauim ingreditur, vtvel à naue doceat in littore stãtes, omnibus è regione comparẽtibus, & nullo à tergo veniente. Theo. ibid.
*lix illis.
[b. Sciens quod tota nocte nihil ceperant, adhortabatur vt nunc laxarent retia, quæ cognita eius potentia, maiorẽ de eo fidẽ conciperent, relictáque deinceps capturæ magnitudine continuò eum sequerẽtur. Euthy. ibid.]
c. Noctem habebat Petrus antequam Christum videret: nondũ enim venerat dies, quia veram nõ viderat lucẽ. Synagoga nox est, dies ecclesia est. Ambro. de virginibus lib. 3.
[d. Ex quo patet duplex miraculum: quia non solùm ceperãt magnam multitudinem piscium supra modum solitum, & possibilem per viam humanam, sed etiam illa multitudo tenebatur in reti rupto. De lyra.]
e. Vir enim sapiens & grauis, in quo esset ecclesiæ firmamẽtum, & magisterij disciplinæ, nihil vtilius sibi esse prospexit, quàm ne secundãris operis extolleretur euentu. Ideo exi, inquit, à me domine. Non rogat vt deferatur, sed ne infletur. Ambr. de virginib. lib. 3.
f. Hoc enim dicto intellectũ illis suggerebat adimpletæ prophetiæ. Se enim esse qui per Ieremiã pronũtiauerat. Ecce ego mittã piscatores multos, & piscabũntur illos, scilicet homines. Tertul. aduersus Marcio. lib. 4.
1. Ab hinc.
[g. At Iesus tangit illum, nec sine causa, sed quia immũdus habebatur iuxta legem qui leprosum tangebat: volens ostendere quod non tenetur ad obseruãda rã exigua legis dicta, & quod ipse sit dominus legis, & quod mundus non coinquinetur ex eo quod videtur immundũ, sed animarum sit quæ inquinat, & ideo tangit. Theophyl. ibid.]
h. Primum omnium vnusquisque æger petendæ precatores salutis debet adhibere, per quos vitæ nostræ compago resoluta, actuũmque nostrorũ clausa vestigia, verbi cœlestis remedio reformentur. Sint igitur aliqui monitores mentis, qui animum hominis quãuis exterioris corporis debilitate torpentem, ad superiora erigant. Ambro. lib. 5. Luc. cap. 5.
2. Dimiserunt eum vna.
[i. Curatio paralitici huius, animæ post diuturnã illecebræ carnalis inertiam ad Christum suspirantis indicat saluationem. Beda ibid.]
k. Vt cognoscatis quoniam qui apparet vobis homo, potestatẽ habeat tanquam deus respicite. Quia remittere peccata latentẽ habebat demonstrationem: ad erigendum autem sua authoritate paralyticũ, manifesta opus erat demõstratione, facit quod manifestum est in signum eius quod erat occultum, & per hoc & per illud plenã facit fidem, q hoc possit, & illud. Euthym.
3. Glorificans.
4. Incredibilia.

Universidad de Deusto Biblioteca

fæi & Scribæ eorum, dicentes ad discipulos eius: [1]† Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? Et respondens Iesus, dixit ad illos: Non egent qui sani sunt medico, sed qui malè habent. [m]Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum, tui autem edunt & bibunt? Quibus ipse ait: † Nunquid potestis filios [1 sponsi] dum cum illis est sponsus, facere ieiunare? Venient autem dies, & cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem & similitudinem ad illos: † Quia nemo commissuram à nouo vestimento immittit in vestimentum vetus, alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commissura à nouo. Et nemo mittit vinum in vtres veteres, alioquin rumpit vinum nouum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt. [n] Sed vinum nouum in vtres nouos mittendū est, & vtraque conseruantur. Et nemo bibens vetus statim vult nouum, dicit enim: vetus melius est.

1. Cur hæc criminaris quòd ex publicanis & apud publicanos manducauit, publicanósque instruit, vt & ipse quid lucrificaret: quidnam tandem? peccatorum salutem. Nam quis ideo medicum accusat, quoniam ad morbos se demittit, fœtorē sustinet, & ægrotantibus sanitatē restituit? Greg. Nazian. in sanctum laua.

m. Omnibus venerat, quomodo ergo non se iustis venisse dicit? Erant ergo quibus necesse non erat vt veniret? Sed nemo ex lege iustus est. Ostendit ergo inanem iustitiæ esse iactantiam: quia sacrificiis in summ ad salutem misericordia erat vniuersis in lege positis necessaria. Hilar. in Matt. cap. 9.

5. Thalami.

[n. Fragilitas humanæ conditionis aperitur cum corpora nostra exuuiis defunctorum animalium compactatur. Sed renouatis vtribus noua vina cōduntur, cum sacramēta quæ accepimus, immolata seruamus. Hos vtres si pleni sunt, gratia seruat: si vacui, tinea & ærugo consumit. Glos. ordin.]

*Christus discipulos spicas sabbato vellentes contra Iudæos excusat, arida manu sanata discipulos in monte vocat, & inde descendens illos beatitudines in loco campestri docet.* VI.

† Actum est autem in [a] sabbato secundo primo, cum transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus. Quidam autem Pharisæorum dicebant illis: Quid facitis quod non licet * in sabbatis? Et respondens Iesus ad eos, dixit: nec hoc legistis quod fecit Dauid, cum [1 esuriret] ipse & qui cum illo erant, † quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit & manducauit, & dedit * iis qui cum ipso erant, quos non licet manducare nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis: quia dominus est filius hominis etiam sabbati. Factum est autem & in alio sabbato, vt intraret in Synagogam, & doceret: Et erat ibi homo, & manus eius dextra erat arida. [b]† Obseruabant autem Scribæ & Pharisæi si in sabbato curaret, vt inuenirent vnde accusarent eum. [β]† Ipse verò sciebat cogitationes eorum & ait homini qui habebat manū aridam: Surge, & sta in medium. Et surgens stetit. Ait autem ad illos Iesus: [2 Interrogo] vos, si licet sabbatis benefacere an malè? animam saluam facere an perdere? Et circunspectis omnibus, dixit homini: † Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus eius. * Ipsi autem repleti sunt [3 insipientia], & colloquebantur adinuicem, quidnam facerent [-de] Iesu. † Factum est autem in illis diebus exiit in montem orare, [c] & erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos, † & elegit duodecim ex ipsis quos & Apostolos nominauit, † Simônem quem [4 cognominauit] Petrum, & Andream fratrem eius, Iacôbum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomam, Iacôbum Alphæi & Simônem qui vocatur zelôtes, & Iudam Iacôbi, & Iudam [5 Scarioth] qui fuit proditor. [d&] † Et descendens [c] cum illis [-de monte] stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ob omni Iudæa & Ierusalem & maritima & Tyri & Sidônis, qui † venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis * curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: † [e] Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. [f] Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum, propter filium hominis. † Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vestra multa est in cœlo. [ϑ] Secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum. † Verumtamen væ vobis diuitibus, [6 qui habetis] consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis: quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. Væ cum bene vobis dixerint omnes homines. Secundum hæc enim faciebant [7 Prophetis] patres

a. Iudæi omne festum sabbatū nominabant. Sabbatum enim quies dicitur. Sæpe igitur occurrebat festum in parasceue, & vocabant parasceuen sabbatū propter festum. Deinde quod propriè est sabbatum, nominabant secundo primū, eo quòd sequatur festum, & sabbatum, quod præcesserat. Contigit tunc igitur aliquid tale, & sabbatum illud vocabatur secundo primū. Theophyl. ibid.

* Facere.

1. Esuriisset.

* Etiam.

b. Suspicantes quòd rursus sabbatis quoddam curaturus esset obseruabant vt sumerent occasionem iam accusandi tāquam transgressorem, & ita prohibirent eum ne curaret & alios qui propter sanitates fuissent rediturī. Euthy. in Matth. 12. cap.

2. Interrogabo.

* Sana vt alteram.

3. Amentia.

c. Pernoctabat dominus in oratione, non vt sibimet prodesset, sed vt nos doceret: frequēs enim oratio quandam operatur disciplinam orādi: quia ipse visus docibiles dei facit, indocibiles negligentia. Bona igitur exercitatio. Ambr. de Cain & Abel li. 2. cap. 6.

4. Et nominauit.

5. Iscariotem.

[d. Aliæ sunt beatitudines ab his quæ suprascriptæ sunt in euangelio iuxta Matthæū. Illas siquidem dixit vbi in montem conscendisset ac resedisset. has verò cum descendisset, steritsétque in loco cāpestri. Et ibi quidem pauperes spiritu, siue animo humiles beatos dixit. Hic autem simpliciter pauperes, eos videlicet qui diuitiarum amore non tenentur, eos qui voluntariè pauperes sunt. Euthy. ibi.]

* Etiam.

e. Nullū ergo adminiculū præstant diuitiæ ad viam beatam. Quod euidenter dominus in euangelio demonstrauit, dicens: Beati pauperes spiritu, quia vestrum est regnum dei. Ambro. offi. lib. 2. cap. 4.

f. Itaque paupertatē, famen, dolorem, quæ putantur mala, non solùm impedimento non sunt ad vitam beatam, sed etiam adiumento euidentissimo pronūtiatum est. Ambro. offic. lib. 2. cap. 4.

6. Quia recipitis.

7. Pseudoprophetis.

† Mat. 9.a Marc. 2.d
† Mat. 9.c Marc. 2.
† Mat. 9.d Marc. 2.
A
† Mat. 12.a Marc. 2.g
B
† Marc. 3.a Matt. 12.a
† Mat. 5.a Marc. 3.a
† Mat. 10.a Marc. 3.a
† Marc. 6.g 14.c
† Mat. 14.a Matth. 3.d Act. 1.b Ann. de n.
† Mat. 4.f Mar. 3.b Ioan. 6.a
C
† Luc. 6.a Ioan.
† Mat. 5.a Iacob. 4.c Mar. 4.a 1. Pet. 4.c
† Mat. 11.a Marc. 2.a
† Marc. 13.a Marc. 3.a Initio.
D
† Mat. 11.a Quod Christus.
† Amos. 6.a Eccle. 31.a Ioa. 16.c
† Mat. 11.a Mat. 5.a
† Mat. 11.a

tres eorum. Sed vobis dico qui auditis: † [g] diligite inimicos vestros, benefacite iis qui vos oderunt. Benedicite maledicentibus vobis, orate pro calumniantibus vos. † Et qui te percutit in maxillam, præbe ei & alteram & ab eo qui aufert tibi [8] vestimentũ,] etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue, & qui aufert quæ tua sũt, ne repetas: † Et prout vultis vt faciãt vobis homines, & vos facite illis similiter. [h] † Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? Nam & peccatores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis iis qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. † Et si mutuũ dederitis iis à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nã & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. Verumtamẽ diligite inimicos vestros, benefacite, & mutuum date nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos. † Estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est. [i] Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimitte & dimittemini. Date & dabitur vobis. Mensuram bonam [9] & confertam, & coagitatam] & superfluentem dabunt in sinum vestrum. [k] Eadem verò mensura qua mensi fueritis, remitietur vobis. Dicebat autem illis & similitudinem: † Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Nónne ambo in foueam [10] cadunt?] † Non est discipulus super magistrum: Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. † [k] Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo est non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non vides? hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. † Non est enim arbor bona quæ facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructum bonum. [l] Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. [k] Neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant vuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro * profert malum. Ex abundantia cordis os loquitur. Quid autem vocatis me domine domine, & non facitis quæ dico? † [m] Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram, inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere. Fundata enim erat supra petram. Qui autem audit & non facit, similis homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento, in quã illisus est fluuius, & continuò cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

g. Ad quod tenemur in generali, vt scilicet non excludamus eos ab oratione amicorum & conuiuium, secus in particulari. In hoc enim est consilium, in illo autem præceptum. Nulla enim ratione ducimur ad inimicorum dilectionem, quàm propter deum, amicorum verò per naturam aut beneficiũ. Vel diligamus inimicos vt quorum execramur iniquitatem, optemus salutem. Prosper, de promissionibus.

8. Pallium

[h. Postea & alia necessitas nos vrget. Si diligitis eos qui vobis benefaciunt, similes estis peccatoribus & gentibus: Si diligitis eos qui vobis malefaciunt, similes estis deo, qui est bonus ingratis & malis. Vtrũ igitur Deo vel peccatoribus similes fieri vultis? Theophylactus ibidem.]

i. Omnem morbum difficilem ab animabus nostris amouet dominus, radicem dico superbiæ. Nam qui se ipsum non considerat, & solum attendit res proximi, illisque taxare vult, certum est quòd superbia capitur & obliuiscitur sui. Omnino enim de se quòd non peccet sentit & propterea alios peccantes reprehendit. Theoph. ibidem.

9. Pressam & concussam.

10. Cadent.

[K. Vere peccans peccantem castigare non valet, quia qui superbia vel odio, vel alio vitio præuenti, leuia hæc vel nulla iudicantes grauiter increpant illos quos a statu mentis vident, vel ira vel aliquo leui peccato perturbatos. Hi tales amant magis vituperare & condemnare quàm corrigere & emendare. Glosa ordina. ibid.

l. Arborem se in corpore positum significat, quia per interiorem suæ virtutis fœcunditatem exeat vbertas omnis in fructus, igitur aut arbor bona faciendo cum bonis fructibus est, aut mala constituenda cum malis fructibus: quia ex fructibus suis de se arbor ipsa testabitur. Hilarius in Matth. 12. cap.

* Cordis sui.

[m. Multa dominus supra de apertè bonis, malisue, multa de verè ac simulatè bonis disputãs, quibus tribus personis omne opinor hominum genus cõprehendi totum suum sermonẽ terribili simul & amabili parabola concludit: quia alios verbi auditores diabolo, alios Christo assimulet, qui vtrique suam in hominum subiectione domum per totum huius seculi tempus ædificare non desinit. Beda.

a. Si iuxta Lucam misertt Centurio seniores ad Iesum, vt sanaret puerum suum, quomodo ergo secundum Matthæum accessit ad eum rogans, & dicens Puer meus iacet in domo paralyticus & malè torquetur? Hoc ergo intelligitur. Matthæum breuiter sententiam ipsam veram integrámque complexũ, dicente in quòd Centurio accessit ad Iesum, & non dicentem vtrum per seipsum accessetit, an per alios: & quod ei de posto suo illud dixerit, non exprimentem, vtrum per seipsum dixerit, an per alios. Aug. contra Faustum. lib. 33. cap. 7.

1. Vel animam agebat.

2. Sanaret.

3. Studiosè.

b. Erat enim iste Centurio in mysterio Gentium futurarum, quæ neque legem aut prophetas legerent de Christo, neque Christum mirabilia facientem viderant: sed iustitiam legis quam in libris non legerant, in corde senserunt: & Christũ quem oculis non viderãt, mente viderunt. Chrysost. in Mat. cap. 18.

4. Alteri.

5. Quem cum audisset.

* Eum.

*Centurionis seruo Capharnaum sanato, Naim pergens, filium viduæ suscitat, dubitantes Ioannis discipulos confirmat, Ioannem commendat, ac Pharisæos baptismum spernentes confutat, apud Pharisæum conuiua à muliere peccatrice vngitur.* VII.

A Cum autem implesset omnia verba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum. [a] † Centurionis autem cuiusdam seruus malè habens [1] erat moriturus,] qui illi erat pretiosus. Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum vt veniret, & [2] saluaret] seruum eius. At illi cum venissent ad Iesum rogabant eum [3] solicitè,] dicentes ei: quia dignus est, vt hoc illi præstes. Diligit enim gentem nostram, & Synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longè esset à domo, misit ad eum Centurio amicos dicens: † Domine, noli vexari. † [b] Non enim sum dignus vt sub tectum meum intres, propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus, vt venirem ad te, sed dic verbo & sanabitur puer meus. [k] Nam & ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit: [4] alio,] veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. [5] Quo audito] Iesus miratus est, * & conuersus sequentibus se turbis, dixit: † Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni. Et reuer-

† Mat. 5. f. Rom. 12. d. † Mat. 5. f. 1. Cor. 6. b.

† Mat. 7. e. † 4. Tob. 4. c. Mat. 5. f.

† Exod. 22. d. Deut. 15. d. De vsur. Cõsulit.

† De reg. iur. in 6. Estote. † Mat. 7. a. Mat. 4. e.

† Mat. 6. c. † 6. q. 1. c. Sacerdotes. Mat. 10. e. Ioã. 13. d. 15. f. † Mat. 7. a. Ioan. 13. c.

† Mat. 12. e.

† Rom. 2. b. Mat. 7. g. Iacob. 2. d.

Anno. do. 32. † Mat. 8. a. Ioan. 4. g.

† Mat. 8. b. † 33. q. 4. Noli. De cons. dist. 2. Quotidie.

Mat. 8. c.

si qui missi fuerant domum, inuenerunt seruum qui languerat, sanum. Et factum est deinceps, ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur [c] Naim, & ibant cum eo discipuli eius * & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius [5] vnicus matris ] suæ. Et hæc vidua erat & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: [d] Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Ij autem qui portabant, steterunt. Et ait: † Adolescens, tibi dico surge. [§] Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ. c Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes: † Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. Et exiit hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & [7] omnem circa ] regionem. Et nuntiauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus iis. † Et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes, & misit ad Iesum, dicens: [8] Tu es qui venturus es, ] an alium expectamus? Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: [e] Tu es qui venturus est, an alium expectamus? [f] In ipsa autem hora multos curauit à languoribus suis & plagis & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum. [g] Et respondens dixit illis: Euntes, renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis. [§] Quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est quicunque non fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuntij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas: † Quid existis in desertum videre? Arundinem vento [9] agitatam? ] Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretiosa sunt & deliciis, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Vtique dico vobis, & plusquam Prophetam. Hic est de quo scriptum est. † [h] Ecce * mitto angelum meum ante faciē tuam, qui præparauit viam tuam ante te. Dico autem vobis: [i] maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista nemo est. Qui autem minor est in regno Dei, maior est illo. [§] Et omnis populus audiens & publicani, iustificauerunt Deum, baptizati baptismo E Ioannis. Pharisæi autem & legisperiti consilium dei spreuerunt [10] in semetipsos, ] non baptizati ab eo. Ait autem dominus: † Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & [11] loquentibus ] adinuicem, & dicentibus: Cantauimus vobis tibiis, & non saltastis: lamentauimus, & non ploraſtis. Vēnit autem Ioannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis: Dæmonium habet. Vēnit filius hominis manducans & bibens, & dicitis: Ecce homo [12] deuorator, & bibens vinum, ] amicus publicanorum & peccatorum. [k] Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis. [§] Rogabat autem illum quidam F de Pharisæis vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi, discubuit. † Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit [13] quòd Iesus accubuit ] in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti, & stans retro [14] secus pedes eius, ] lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat: & [l] osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister dic. [m] Duo debitores erant cuidam [15] fœneratori, ] vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. G [16] Quis ergo ] eum plus diligit? Respondens Simon, dixit: [17] Æstimo, ] quia is cui plus donauit. At ille dixit ei: Rectè iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simōni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti. Hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis [18] suis tersit. ] Osculum mihi nō dedisti, hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū non vnxisti, hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: † Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Cui autē minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebāt, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: † Fides tua te saluam fecit. Vade in pace.

*Christus*

c. Naim ciuitas est Galilææ in secundo militario mōtis Thabor contra meridiem, iuxta Endor, quam torrens Cison alluit.
* Plurimi.
6. Vnigenitus matri.
d. Neque enim otiosè vel in actibus Apostolorum Thabitam mortuam flentes viduæ describuntur: vel in euangelio mota lachrymis viduæ proleques turba tumus adolescētis inducitur, cui resurrectio debebatur: illam tamen Thabitam viduæ, hunc tota ciuitas fleuit. Nō ergo dubium est vestris lachrymis apostolorum patrocinium comparari: non, inquam, dubium est Christum misericordia motum cum vos flentes videret. Ambr. de obitu fratris.
7. In omnem finitimam.
8. Et tu venturus ille, & infra.
e. Id est, an alius est, quem expectamus? si non tu es quem expectamus. Tertull. aduersus Marcion. lib. 4.
[f. Et per hoc respōdit quæstioni Ioannis ostendens quod ipse esset verus Christus, per miracula soli diuinæ virtuti possibilia. Delyra. ibid.]
[g. Scient Iesus neminem sine euangelio plenè posse credere, quia sicut fides à veteri incipit testamento, ita impletur in nouo, interrogatus de se, nō verbo aliquo, sed factis se esse signauit. non respondēs ad ea quæ interrogabantur, sed ad scandalum nunciorum. Glosa ord.]
9. Moueri.
h. Angelum quidem meum dixit ob magnitudinem virtutū quas erat editurus, & ob officiū prophetæ nuntiantis diuinā voluntatem. Tertul. aduersus Marcio lib.].
* Ego.
i. Quid est quod dominus Ioannem Baptistā principi Apostolorum Petro, quod Ioāni Apostolo, qui supra pectus domini recumbebat anteponēdum esse iudicauit? Noa ita est. Nam dicens inter natos mulierum non est maior, &c. non cum summis priorem, sed primis pronuntiauit æqualem. Cōparauit itaque perfectis, tali laudatione non prætulit. Euseb. Emise. de S. Ioanne Bapt.
10. In semetipsis.
11. Conclamantibus.
12. Edax & vini potor.
[k. id est, dei dispensatio atque doctrina, quæ superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, iustè fecisse à fidelibus suis cōprobata est. Beda. ibid.]
13. Quòd accubuisset Iesus.
14. Ad pedes eius flens.
l. Osculatur Maria pedes Christi frequentibus osculis, & oculis inundantibus vestigia redēptoris infundit, tergit crinib⁹, odoriferis illinit, & irrorat vnguentis. Bernar. in festo b. Mariæ Magdal.
m. Qui sunt isti debitores duo: nisi populi duo, vnus ex Iudæis, alter ex gētibus, fœneratori illi thesauri cœlestis obnoxij! Vn⁹, inquit, debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. Nō mediocris est iste denarius in quo regis imago formatur, qui trophæū habet expressum. Non materialē fœneratori huic debemus pecuniam, sed meritorū examina, æra virtutum, quarum meritum grauitatis pōdere, iustitiæ specie, sono confessionis expenditur. Ambro. lib. 6. Luc. cap. 7.
15. Creditori.
16. Vter igitur horum die.
17. Existimo.
18. Capitis sui extersit.

*Christus positam varij seminis parabolam interpretatur, matrem & fratres qui sint docet, mare trāsiciens excitatus ventum sedat, legionem ab homine mittit in porcos, regressus Iairi filiam curata hæmorrhoissa suscitat.* VIII.

A ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per * [a] ciuitates & castella, prædicans & euangelizans regnum Dei, & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus: † Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna vxor Chuzæ procuratoris Herôdis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Cum autem turba plurima conueniret, & de * ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem: † [b] Exiit [1] qui seminat seminare ] semen suum: [2] dum seminat, ] alius cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit super petram, & natum aruit, quia non habebat humorē. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat: Qui
B habet aures audiendi, audiat. § Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse [3] mysterium ] regni Dei, cæteris autem in parabolis, † vt videntes non videant, & audientes non intelligant. [c] Est autem hæc parabola: Semen est verbum Dei. Qui autem secus viam, ij sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam qui super petram, hi sunt qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autē in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à solicitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram, ij sunt qui in corde bono & optimo audientes, verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. [d] † Nemo autem lucernam accendens operit eam vase, aut subtus le-
C ctum ponit, sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen. § † Non est enim occultum, quod non manifestetur, nec absconditum quod non cognoscatur, & [4] in palàm ] veniat. [e] Videte ergo [5] quid audiatis. ] † Qui enim habet, dabitur illi: & quicunque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. † Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire ad eum præ turba. Et nuntiatum est illi: Mater tua & fratres tui stant foris, volentes te videre. Qui respondens, dixit ad eos: [f] Mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum dei audiunt & faciunt. Factum est autē in vna dierum, † & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius, & ait ad illos: Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt. Et nauigantibus illis obdormiuit, & descendit procella venti in stagnum, & [6] compellebantur. Accedentes autem suscitauerunt eum dicentes: Præceptor, perimus. At ille [7] surgens ] increpauit ventum & tempestatem aquæ, & cessauit, & facta est tranquillitas. Dixit autem illis: Vbi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt adinuicem, dicentes: Quis putas hic est? Quia & vētis & ma
D ri imperat, & obediunt ei. § † Et nauigauerunt ad regionē Gerasenorum, quæ est contra Galilæam. Et cum de naui egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam * qui habebat dæmonium iam * temporibus multis, [g] & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. † Is vt vidit Iesum procidit ante illum, & exclamans voce magna, dixit: Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei altissimi? Obsecro te, ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui immundo vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis & compedibus custoditus, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in [8] deserta. ] Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio. Quia intrauerant dæmonia multa in eum.
E § † Et rogabant illum ne imperaret illis vt in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte, & rogabant eum vt permitteret eis in illos ingredi. § Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos, & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. † Quod vt vide-

* Singulas.
a. Trāsit itaque per singulas ciuitates & castella, duodecimque discipulos cohibuit ne docerēt vel prædicarent, sed vt discerent à se, & posset prædicare, & docerent, tam ea quæ docuerat, q̄ ea quæ fecerat. Theoph. ibid.

* Singulis.

b. Quid enim pertimuit seminator q̄ aliud cecidit in via, aliud in petroso loco, aliud inter spinas? Si istas difficiles terras timeret, ad terram bonam non peruenire t. Quid ad nos? quid nobis est iam de Iudæis disputare, & loqui de palea? hoc solū ad nos ne via simus, ne saxū, ne spinæ, sed terra bona. Augustin. Serm. 42. de Sanct.
1. Seminator ad seminandum.
2. Factum est dum seminaret.
3. Mysteria.
c. Quemadmodū hi qui pereūt, ita rursus differūt hi qui saluantur. Tres siquidem eorum qui pereūt enumerauit ordines, puta segnes, pusillanimes, & seculi curis occupatos, simul & diuitiarū fallacia seruientes. Et rursum tres constituit ordines eorum qui saluātur, dico sane ferentium fructum centuplum & sexagecuplum & trigecuplum. Per centenarium enim significauit perfectam virtutis fructificationem, per sexagecuplū mediam, & per trigecuplum minorem. Euthym. Matt. 13. cap.
[d. Per lucernā saluator hic intelligit doctrinam euangelicā, quæ non est occultanda: nec in latebris tantum docenda, sicut doctrinæ suspectæ & malæ, sed iū palam coram omnibus. Delyra. ibid.]
4. In publicum.
[e. Attendite quomodo his quę à me dicuntur animum aduertatis. Oportet enim diligenter, & cū studio hæc audire cū allegorica sint ac sublimia, & nō temerè aut casu dicta. Euth. ibi.]
5. Quomodo auditis.
f. Ne putet aliquis offendiculū esse pietatis, vbi mandatum legis impletur. Si enim relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, recte [et eram] etum hoc in Christo seruatur & ecclesia. Et ideo parentes corpori proprio non oportuit anteferri. Ergo hic non (vt quidam hæretici tenduculas aucupātur) mater negatur, quæ etiam de cruce agnoscitur. Ambro. in Luc. 8. cap lib. 6.
6. Complebantur.
7. Expergefactus.
* E ciuitate.
* A.
[g. Disce & quiddam sublimioris anagogiæ. Quisquis habet intra se dæmones, hoc est, opera dæmoniaca, veste nō induitur: caret enim scola quā in baptismate accepit, & in domo non manet, hoc est, in ecclesia: indignus enim est qui ingrediatur ecclesiam, sed in monumentum, hoc est, in mortuorum operum receptacula, vt in prostibula & telonia, & alias scelerum officinas, & monumenta. Theophy.]
8. Deserto.
b. Sed qui docebat voluptates de montorum non esse faciendas, præcepit illis vt irent in porcos. Porci autē se in stagnum aquarum præcipitarunt, vt quod recusabant dæmonia, non euaderent, sed digno præcipitio demergerentur. Ambro. super 1. cap. Genesis.

Anno do. 32.
† De par. dist. 2. Sic plures. Mat. 16. b
† Mat. 13. a Mar. 4. a De verb. significat. 6. Exiit qui seminat.
† Isa. 6. e Act. 28. d Matth. 13. b Mar. 4. b Ioan. 12. f Act. 20. f Rom. 11. b
† Iesa. 11. b. e Matt. 5. b Mar. 4. c & Matth. 10. c Mar. 4. c
† Mat. 1. b 5. c Mar. 4. c Iustin. 1. 9. d & Matth. 11. g Marc. 3. g
† Matt. 8. e Mar. 4. d
† Matth. 8. d Marc. 5. a
† Marc. 8. f Marc. 5. b
† Ibidem.

runt factum qui pascebant,fugerunt,& nuntiauerunt in ciuitatem & in villas.[i]Exierũt autem videre quod factum est,& venerunt ad Iesum,& inuenerunt hominem sedentem à quo dæmonia exierant vestitum, ac sana mente ad pedes eius, & timuerunt. Nuntiauerunt autem illis & qui viderant, quomodo sanus factus esset à [9] legione.] Et [k] rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum, vt discederet ab ipsis, quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens nauim, reuersus est. Et rogabat illum vir, à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit deus. Et abiit per vniuersam ciuitatem prædicans, quanta illi fecisset Iesus. † Factum est autem cum rediisset Iesus, excepit illum turba. Erat autem omnes expectantes eum. [l] Ecce vênit vir cui nomen Iairus,& ipse princeps Synagogę erat:& cécidit ad pedes Iesu rogãs eum vt intraret in domum eius,quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim,& hæc moriebatur. † Et contigit dum iret à turbis comprimebatur: & mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim,quæ in medicos [10] erogauerat] omnem substantiam suam:nec ab vllo potuit curari. [m] Accessit retrò,& tetigit fimbriam vestimenti eius,& cõfestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait Iesus: Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus dixit Petrus & qui cum illo erant:Præceptor turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis quis me tetigit? Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis. Nam & ego noui virtutem de me exisse. † Videns autem mulier quia non latuit, tremens vênit, & prócidit ante pedes eius,& ob quam causam tetigerit eum indicauit coram omni populo,& quemadmodum confestim sanata sit. [l] At ipse dixit ei: Filia, fides tua saluam te fecit. Vade in pace. Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem Synagogæ, dicens ei, quia [n] mortua est filia tua, noli vexare illum. Iesus autem audito hoc verbo,respondit patri puellæ: Noli timere. Crede tantùm,& salua erit. Et cum venisset ad domum,non permisit intrare secum quenquam, † nisi Petrum & Iacôbum & Ioannem, & patrem, & matrem puellæ. Flebant autem omnes & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere. Non est mortua puella,sed dormit. Et deridebant eum,sciẽtes quia mortua esset. Ipse autem * tenens manum eius clamauit, dicens: †Puella surge. [o] Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuò. Et iussit illi dare manducare. Et stupuerunt parentes ei quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

*Discipulos binos mittit, quibus reuersis in desertum secedens quinque hominum milia satiat,transfiguratus in monte curat lunaticum,atque discipulorum sub præsulatu dissidium sedat.* IX.

[p] †Onuocatis autem Iesus duodecim Apostolis,[a] dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. Et ait ad illos: † Nihil tuleritis [1] in via,] neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniã, neque duas tunicas habeatis. Et in quancunque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. † Et quicunque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem [2] pedum vestrorum] excutite, in testimonium supra illos. Egressi autem circuibant per castella, euangelizantes & curantes vbique. Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæsitabat, eo quòd diceretur à quibusdam, quia Ioannes surrexit à mortuis, à quibusdam verò, quia Elias apparuit, ab aliis autem, quia Propheta vnus de antiquis surrexit. Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui. Quis est autem iste de quo talia audio? Et quærebat videre eum. † [b] Et reuersi Apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerunt, & assumptis illis, secessit seorsum in locum desertum [3] qui est Bethsaidæ.] [b] Quod cum cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos,& loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebant, sanabat. Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim, dixerunt illi: † Dimitte turbas,vt euntes in castella,villásque quæ circa sunt,diuertant & inueniãt escas, quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos: Vos date illis mãducare. [c] At illi dixerunt:

[i] Significat multitudinem sua venutta vitæ delectatam honorare quidem,sed nolle pati religionem Christianam dũ dicũt quod eam implere nũ possint. Illuminatur & fidelem populum à priscina aduersatione sanatum, & sedere ad pedes Domini.i.sano mentis examine vestigia salutoris quæ sequatur intueri,& vestitum studii virtutum, quæ deceptus amiserat. Glosa ordin. ibid.]

9. Dæmoniis agitatus.

[k] Rogauerũt vt ab eis discederet, vel quia eius præsentia se considerauãt indignos, vel quia similia aut maiora dãna timebãt, si diutius apud eos moraretur, vel plures curaret. Sed miseri isti & imbeciles fontem salutis à se deprecabantur abire, cuius institutione eatenus indigebãt, qui vera in spiritualibus discretione carebãt. Diony. ibi.

[l] Priori lectioni qua de abiectiõe synagogę fideque ecclesię: atque iteru initiatione synagogæ fumus interpretati, conse quẽter archisynagogi filia morienti subiungitur, quam dum suscitare properat,præoccupat emorrhoissa mulier præripit sanitatem. Beda.ibid.]

10. Expenderat.

[m] Vis dicã tibi quæ est anima quæ tetigit mũdum, & facta est mundæ? illa quæ profluuiũ sanguinis passa est, & erogauit omnem substantiam suã in medicos, nec aliquid proficere potuit: per immunditiam peccati in hoc deuolura est. Tetigerat enim peccatum,& ideo flagellũ carnis acceperat: sed postea ꝙ fide plenã tetigit fimbriam Iesu,sterit fluxus sanguinis, & repentè facta est munda, quæ ante per tantum tempus vixit immunda. Cyril. in Leuit. lib. 3.

[n] Non expectauit Christus, vt princeps synagogę sibi loqueretur, sed præuenit eum, ne forte archisynagogus diceret: nõ opꝰ habeo te. Iam enim malũ factũ est. Mortua enim est quam sperabamus à te sanandam. Igitur ne quid tale diceret,incredulus enim erat & ludæus, præuenies illum Christus dicit: ne timeas, tantum crede. Theophy. ibid.]

* Cum eiecisset omnes foras.

[o] Redit igitur spiritus puellæ, non aurẽ aliam animam induxit,sed eam quæ à corpore auolarat,iterum in ipsum redire fecit. Præcepit autem vt ei cibum darent,quo confirmaretur fides & veritas, quod illa resurrexisset. Theophyl. ibid.

[p] Concessa primùm potestate signorum misit Christus apostolos ad prædicandũ regnũ Dei, vt promissorum magnitudini attestaretur etiam magnitudo factorum, fidémque verbis daret virtus ostensa, & noua facerent,qui noua prædicarent. Beda ibidem. Duplex enim gratia Dei est. Vna quidem per quam ipse homo deo cõiungitur,quæ vocatur gratia gratum faciens. Altera verò per quam vnus homo cooperatur alteri ad hoc quod ad deum reducatur. Hoc autem donũ dicitur gratia gratis data: quia supra facultatem naturæ, & supra personæ meritum homini cõceditur. S. Tho. 1.2.111.artic.1.

1. In viam.

2. Vel è pedibus vestris.

3. Ciuitatis dictæ Bethsaida.

[b] Quæ ratio est quod eũ in posteriotibus Ioãnis passio describitur, hic iam verbis Herodis ostenditur? Ne fortè illa quia post legis defectum euãgelicus cib⁹ incipit iejuna pascere corda populorum? Ambro. ibidem lib. 6. cap. 9.

[c] Igitur Apostoli ante passionẽ saluatoris & coruscationẽ euangelij fulgurantis non habebant nisi quinque panes & duos pisciculos: qui in salsis aquis & in amaris ructibus versabãtur. Hieron. in Matt. cap. 15.

A Anno 3. †Matt. 10. Marc. 6.

† Matt. 9. Marc. 5. Luc. 8.

† Matt. 9. Marc. 5.

† Matt. 9. Marc. 5.

B † Matt. 14. Marc. 6.

† Ioan. 6.

xerunt : Non ſunt nobis pluſquã quinque panes & duo piſces, niſi fortè nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam eſcas. Erant autem ferè viri quinque milia. Ait autem ad diſcipulos ſuos : Facite illos diſcumbere [4] per conuiuia] quinquagenos, & ita fecerunt, & [5] diſcubuerunt] omnes. † Acceptis autem quinque panibus & duobus piſcibus, ſuſpexit in cœlum, & benedixit illis & fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante turbas. [g] Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. [d] Et ſublatũ eſt quod ſuperfuit illis fragmentorum cophini duodecim. † Et factum eſt cum ſolus eſſet orans, erant cum illo & diſcipuli, & interrogauit illos, dicens: [e] Quem me dicunt eſſe turbæ? At illi reſponderunt, & dixerunt: Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij verò quia vnus Propheta de prioribus ſurrexit. Dixit autem illis: Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus, dixit: Chriſtum dei. At ille [6] increpans illos, præcepit] ne cui dicerent hoc, dicens: † quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus & principibus ſacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertia die reſurgere. Dicebat autem ad omnes: †[f] Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam [7]—quotidie,] & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet illam. Nam qui perdiderit animam ſuam propter me, ſaluam faciet illam. † Quid enim proficit homini ſi lucretur vniuerſum mundum, ſe autem ipſum perdat, & detrimentum ſui faciat? [g] Nam qui me erubuerit & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet cum venerit in [7] maieſtate] ſua, & patris & ſanctorum angelorum. † Dico autem vobis verè, ſunt aliqui hic ſtantes, qui non guſtabunt mortem donec videant regnum dei. † Factum eſt autem poſt hæc verba ferè dies octo, & aſſumpſit Petrum & Iacôbum & Ioannem, & aſcendit in montem vt oraret. [8] Et facta eſt dum oraret, ſpecies vultus eius altera, & veſtitus eius albus & fulgens. Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyſes & Elias viſi in maieſtate, & dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem. Petrus verò & qui cum illo, grauati erant ſomno. Et euigilantes viderunt maieſtatem eius, & duos viros qui ſtabant cum illo. Et factum eſt cum diſcederent ab illo, ait Petrus ad Ieſum: Præceptor, bonũ eſt nos hic eſſe: & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moyſi, & vnũ Eliæ. Neſciens quid diceret. Hæc autẽ illo loquente, facta eſt nubes, & obumbrauit eos, & timuerunt intrantibus illis in nubem, & vox facta eſt de nube, dicens: [g] † Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite. Et dum fieret vox, [h] inuentus eſt Ieſus ſolus: & ipſi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex iis quæ viderant. † Factum eſt autem in ſequenti die, deſcendentibus illis de monte, occurrit illis turba multa. [i] Et ecce vir de turba exclamauit, dicẽs: Magiſter obſecro te reſpice in filium meũ, quia vnicus eſt mihi. Et ecce ſpiritus apprehendit eum, & ſubito clamat, [—] & elidit, ] & diſſipat eum cum ſpuma, & vix diſcedit* dilanians eum, & rogaui diſcipulos tuos vt eiicerent illum, & non potuerunt. Reſpondens autem Ieſus, dixit: † O generatio infidelis & peruerſa, vſquequo ero apud vos, & patiar vos? Adduc huc filium tuum. Et cum accederet, eliſit illum dæmonium, & diſſipauit, & increpauit Ieſus ſpiritum immundum, & ſanauit puerum, & reddidit illum patri eius. Stupebant autem omnes in magnitudine dei, omnibúſque mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad diſcipulos ſuos: Ponite vos in cordibus veſtris ſermones iſtos. [g] Filius enim hominis, futurum eſt vt tradatur in manus hominum. [k] At illi ignorabant verbum iſtud, & erat velatum ante eos, vt non ſentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo. † Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior eſſet. At Ieſus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerũ, & ſtatuit illum ſecus ſe, & ait illis: Quicunque ſuſceperit puerum iſtum in nomine meo, me recipit. Et quicunque me receperit, recipit eum qui me miſit. Nam qui minor eſt inter omnes vos, hic [8] maior eſt.] Reſpondens autem Ioannes, dixit: † Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum. Et ait [9] ad illos] Ieſus: Nolite prohibere. Qui enim non eſt aduerſum [10] vos, pro vobis] eſt. Factum eſt autem dum complerentur dies aſſumptionis eius, & ipſe faciem ſuam firmauit vt iret Hieruſalem. Et miſit

4. Catetuatim.
5. Fecerunt diſcumbere.

d. Superat autem omnem naturam virtus operantis, & supergreditur facti intelligentiã ratio virtutis, & sola relinquitur admiratio potestatis. Hilarius Mat.

e. Lucas non exprimit vbi facta fuerit quæstio ista, nec tamen immediatè facta est post turbæ refectionem, vt ex Matthæo & Marco patefecit. Vnus autem euangelista quædam omittit quæ alij ponunt. Dionysius.

6. Commonitus illis, denunciauit.

f. Illud autem, Si quis vult post me venire, abneget semetipsũ: quomodo vnquam consequi poterunt qui rebus se istiusmodi distentas sibi quidẽ oportet vt nos ipsos primùm abnegemus, & crucem sustollamus, ac tum demum illum sequamur. Nihil est autem aliud sui ipsius abnegatio, nisi summa omnium rerum vitæ superioris obliuio, atque à suis voluptatibus recessio, quam in vita communi assequi longè est difficillimum. Basil. lib. regul. interroga. 6.

7. Gloria.

g. Transfiguratus dominus nõ substantiã veræ carnis amisit, sed gloriam vel suæ vel nostræ resurrectionis ostendit, non in re, sed in simili claritate. Vnde non assumptit dotem claritatis, sed similitudinem dotis. Et bene, dum oraret, facta est altera species vultus eius. Feruor enim & deuotio orationis dispositio est ad transfigurationẽ & extasim mentis. Vestitus enim albus significat gloriam futuræ resurrectionis propter quã angelus dominicæ resurrectionis amictus in veste alba apparuit Marc. 16. Nic. de Gerran.

h. Vnum vidit Petrus, solum vidit dei filium. Recesserunt enim seruuli, vt solus dominus qui solus designabatur, filius videretur. Ambr. de fide lib. 1. cap. 5.

i. Valde incredulus erat vir ille, propterea enim hoc dæmonium non egressum est à puero nisi quia vincebat infidelitas eius apostolorum virtutem: insuper & ostenditur eius incredulitas, & peruicacia, quod coram omnibus accesit, & accusat discipulos. E propterea dominus ostendens incredulitatem eius in causa fuisse, quia non fuerit sanatus filius eius, coram omnibus exprobat ei & aliis omnibus Iudæis incredulitatem, dicens: O generatio infidelis &c. Theoph. ibidem

* Ab eo.

k. Hæc ignorantia non tam de tarditate quàm de amore nascitur: quia adhuc carnales, & mysterij crucis ignari, quem deum cognouerunt, moriturum credere nequeunt, sed sicut per figuras loquentem audire solebant. Glosa ordinaria ibid.] m. Intelligens dominus apostolorum contentiones super primatu, ait illis: Vos quidem de primatu in regno cœlorum interrogatis, ego autem dico vobis quòd nisi conuersi fueritis à prauitate ad synceritatem, & efficiamini innocentes vt pueri in illud omnino non ingredicmini. Euthymius. Mat. 18. cap.

8. Magnus erit.
9. Ad illum, scilicet, Ioannem.
10. Nos pro nobis.

nuntios ante conſpectum ſuum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt parerent illi. § Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis Ieruſalem. Cum vidiſſent autem diſcipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt: † [11] Domine, vis dicamus vt ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos? * Et conuerſus increpauit illos, dicens: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare, & abierunt in aliud caſtellum. Factum eſt autem ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te quocunque ieris. Dixit illi Ieſus: † Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ⟨ſuum⟩ reclinet. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: ° Domine, permitte mihi primùm ire, & ſepelire patrem meum. Dixítque ei Ieſus: Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos, tu autem vade, & annuntia regnum Dei. Et alter ait: Sequar te domine, ſed permitte mihi primùm [11] renuntiare] iis qui domi ſunt. Ait ad illum Ieſus: † Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.

n. Diſcipuli autem recipi intra Samariam gestiebãt, ſed dominus quos dignatur vocat, & quẽ vult, religiosum facit. Nec diſcipuli peccant qui legẽ ſequũtes. Scribẽt enim & Phinees repulſarum ad iuſtitiam, quia ſacrilegos interemerat: & ad preces Eliæ ignẽ deſcendiſſe de cœlo, vt prophetæ vindicaretur iniuria. Sed vindicetur qui timet vindictam, non quærit qui non timet. Ambro. ibid.

* Quẽadmodum & Elias fecit.

[o. Aliũ qui non rogauerat, permittit ſequi, & cum peteret, vt abire ei liceret, & ſepelire patrẽ ſuum non permiſit, dicens: Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos: quo inſinuat incredulum fuiſſe patrem illius: & propterea indignum cuius curam ageret filius qui crediderat. Theophyl.]

11. Vale dicere.

*Designatis interea septuaginta duobus aliis discipulis, proximum nostrum sub parabola incidentis in latrones designat, à Martha excipitur, & à Maria ad pedes sedente auditur.* X.

a. Qui præfiguratierunt presbyterus ſicut Apoſtoli ſancti epiſcopos, & bene 72. mittuntur, quia totidem mundi gentibus fuerat euãgelium prædicandũ, quẽadmodum ordinati ac miſſi ſunt duodecim apoſtoli, quia 12. tribubus Iſrael, vt pote aliquibus de 12. tribubus fuerant primò prædicaturi. Diony. ibi. poſt Bedam.

[b. Hoc interdicto iubet vt de neceſſarijs corporis ſpem in illũ habeant, qui ipſos emiſit. Cum autem iubet ne ſacculum ferãt, ab auaritia euocat dicẽs, neque peram, dehortatur à recondẽdo cibo, cum verò addit, neque calciamenta, ad exercitiũ ipſos erudit, & neminẽ per viam ſalutaueritis: hoc iuſſit non inhumanos eos fieri volẽs aut moribus aſperos, quos nemo poſſit compellare, ſed impedimẽto carentes. Solet enim ſalutatio per vim vehementiæ ſtudij vt plurimũ obſtare. Euthy. ibid.]

* Non.

1. appropinquauit.

* Ad vos.

c. Si Sodomitas minus dicit eſſe damnabiles, quàm eunctos euangelia negligentes, certiſſima ergo ratio eſt, qua & nos qui in plurimis euangelia negligimus, pœnas aliquãdo timere debeamus: præſertim cum vſitatis iam & quaſi facilioribus malis eſſe cõtenti nolumus. Saluianus li. 4.

2. Tolerabilius & infra.

3. Sacco.

4. Deptimeris.

d. Non fulgur, inquit, ſed ſicut fulgur, quia ſuum lumẽ amiſit, quòd habebat antequã tibi tuũ lumen vellet auferre.

e. Vt quemadmodum dominatus eſt homini per apoſtaſiã, ſic iterum per hominẽ recurrẽtem ad deum euacuetur apoſtaſia. Irenæus lib. 5.

5. Do.

* Ieſus.

6. Confitebor.

* Seorſum.

f. Quæ fuerant à Chriſto prædicata, abſcondita erãt à prophetis, vt abſconderentur à ſapiẽtibus & à prudentibus ſeculi. In euangelio veritatis legis doctor dominũ aggreſſus: Quid faciẽs, inquit, vitam æternam conſequar? In hæretico vita ſolũmodo poſita eſt ſine vitæ æternæ mentione, vt doctor de ea vita videatur conſuluiſſe, quæ in lege promittitur à creatore longeua: & dominus ideo illi ſecũdum legem reſponſum dediſſe: Diliges dominum deum tuũ, &c. Tertull. aduerſus Marcion. lib. 4.

Post hæc autem designauit dominus & alios [a] septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse venturus, & dicebat illis: † Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. † Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. [b] Nolite ergo portare sacculum, neque peram, neque calciamenta, † & neminem per viam salutaueritis. In quancunque domum intraueritis, primùm dicite: pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, * ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. § † Dignus enim est operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quancunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis, & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis: appropinquabit in vos regnum Dei. † In quancunque autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite: Etiam puluerem qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos. Tamen hoc scitote, quia [1] appropinquabit] * regnum Dei. Dico vobis, [c] quia Sodomis in die illa [2] remissius] erit quàm illi ciuitati. † § Væ tibi Corozáin. Væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidône factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in [3] cilicio] & cinere sedentes, pœniterent. Veruntamen Tyro & Sidôni remissius erit in iudicio, quàm vobis. Et tu Capharnaum vsque ad cœlum exaltata, vsque ad infernum [4] demergêris.] Qui vos audit, me audit: & † qui vos spernit me spernit: Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: † Videbam sathanam [d] sicut fulgur de cœlo cadentem. [e] Ecce [5] dedi] vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. § Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiiciũtur: Gaudete autẽ, quòd nomina vestra scripta sunt in cœlis. In ipsa hora exultauit * in spiritu ⟨sancto⟩ & dixit: [6] † Confiteor] tibi domine pater cœli & terræ, quòd abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam pater, quoniam sic placuit ante te. † Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo scit quis sit filius, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et conuersus ad discipulos suos, * dixit: † Beati oculi qui vidẽt quę vos videtis. [f] Dico enim vobis, quòd multi Prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ vos auditis, & non audierunt. § Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum, & dicens: † Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens dixit: † Diliges dominum

minum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, † & proximum tuum sicut teipsum. [g] Dixítque illi: Rectè respondisti. Hoc fac, & viues. Ille autem volens iustificare seipsum dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? [7] Suspiciens] autem Iesus dixit: Homo quidam descendebat ab Ieruſalem in Ierico, & incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum, & plagis impositis abierunt, [8] semiuiuo] relicto. [f] Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via, & viso illo, præteriuit. Similiter & Leuita cum [9] esset secus locum,] & videret eum, pertransiit. [h] Samaritanus autem quidam iter faciens, vênit secus eum, & videns eum misericordia motus est. † Et approprians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in [10] stabulum,] & [i] curam eius egit. Et altera die * protulit duos denarios, & dedit [11] stabulario,] & ait: Curam illius habe, & quodcunque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. [g] Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter. [k] Factum est autem dum irent, & ipse intrauit in [12] quoddam castellum,] & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine Maria. Quæ etiam sedens secus pedes domini audiebat verbum illius. † Martha autem [13] satagebat] circa frequens ministerium. Quæ stetit, & ait: Domine non est tibi curæ quòd soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illic vt me adiuuet. Et respondens, dixit illi dominus: Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

[g. Perfectum itet vitæ cœlestis ostendit dum legisperito de dilectione dei & proximi scripta proponenti respondit. Rectè respondisti: hoc fac & viues. Et finita parabola adiecit. Vade, & tu fac similiter. In quo ostendit quod per solam dilectionem venitur ad vitam æternam: sed ille proximum non habebat, qui nũquã fortasse misericordiam fecerat, & ideo ignorabat. Glosa ordinaria. ibidem.]
7. Suscipiens.
8. Semimortuo.
9. Iret circa locum, & cum accessisset.
[h. Samaritanus qui interpretatur custos, dominum significat, cui rectissimè propheta ne hos latrones, posset incurrere significat. Beda. ibidem.]
10. Diuersorium.
i. Quæ est enim maior aut melior cura præpositorum, quàm diligenti sollicitudine & medela salubri fouẽdis & conseruandis euibus prouideret? Cum dominus loquatur & dicat: Ezec. 34. Quod infirmum fuit non cõsolidastis, &c. Cyp. epist. 13. lib. 2.
*Egrediens.
11. Hospiti.
k. Etenim Martha quidem hospitio dominum suscipit ad eius verò pedes assidet Maria. Laudãdum sanè in vtráque sorore studium. Cæterum tu res distingue to. Nam Martha ipsa in ministerio occupata, ea parabat quæ hospitis corpori futura erant necessaria: contrà Maria, cum ad pedes illius assideret audiendis quæ ab eo dicebantur, vacabat. Sic altera domini partem illam quæ tangi aspectu poterat, reficiebat, altera parti illi, quæ occulta cerni non potest, consulebat. Basil. constitu. mona. cap. 2.
12. Quẽdam pagum vel vicum.
13 Distrahebatur.

[a. Discipulus hic erat ex septuaginta. Nam duodecim docuerat quinto capite iuxta Matth. Cum videret enim præceptorem nouum vitæ institutum, & exercere & admonere, nouam quoque orationẽ quæsiuit vitæ studio conuenientẽ. Euth. ibidem.
b. Quando nos Christiani oramus: Pater noster dicimus, quia noster esse cœpit, & Iudæorum qui eum reliquerunt, esse desiit. Quanta citra nos dignationis Christi & bonitatis vbertas, qui sic nos voluerit orationem celebrare in conspectu dei, vt deum patrem vocemus: & vt est Christus dei filius, sic & nos dei filij nuncupemur. Cypr. Ser. 6. de orat. dominica.
*Sicut in cœlo, ita & in terra.
1. Quotidie.
*Sed libera nos à malo.
[c. Ostium quæ Paulus petit sibi aperiri ad loquendum mysterium Christi, & quod Iohannes sibi apertum vidit, intelligentia est diuini sermonis, quod est clausum tẽpore famis verbi Dei cum intelligentia non datur. Glosa ordinaria. ibidem.
2. Impudentiam.
d. Non vult deus noster bona sua nimia inueniendi facilitate vilescere: pretiosa & concupiscibilis merces cupidum amatorem & auidum negotiatorem requirit. Ergo tantorum munerum repromissor, non vult in opere suo tepidum, despicit fastidiosum, recusat coactum, respuit inuolutum. Euseb. Emise. hom 3 ad monachos.
*Filius. 3. Dona.
4. Sanctum.
[e. Post prædicationis verba etiã & miracula operatur, vt qui prædicationi non credunt, miraculis credant. Cõuenienter autem post documentum orationis, ponit miraculum expulsionis dæmonis: quia hic est effectus vnus orationis. Mar. 9. Hoc genus dæmoniorum in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Nico. de Gorran.]

*Discipulos sub parabola tres panes mutuo petentis docet orare, dæmonij eiectionem Pharisæos Beelzebub tribuentes confutat, & eorum reprobationem sub multis maledictis reuelat.* XI.

A Anno do. 34. ET factum est cum esset in quodam loco orans, vt cessauit, [a] dixit vnus ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit Ioannes discipulos suos. Et ait illis: Cum oratis, dicite: † [b] Pater, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua, * panem nostrum quotidianum da nobis [1] hodie,] † & dimitte nobis peccata nostra, siquidem & nos dimittimus omni debenti nobis, & ne nos inducas in tentationem. * Et ait ad illos: Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus vênit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum: & ille déintus respondens dicat: noli mihi molestus esse, [c] iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi? Et ille si perseuerauerit pulsans, dico vobis, & si non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit, propter [2] improbitatem] tamen eius surget, & B dabit illi quotquot habet necessarios. [d] † Et ego dico vobis: [d] Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. † Quis autem ex vobis * patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona [3] data] dare filiis vestris, quanto magis pater vester cœlestis ⊱ de cœlo] dabit spiritum [4] bonum] petentibus se? † [e] Et erat eiiciens dæmonium, & illud erat mutum: & cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. † Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et alij tentantes, signum de cæC lo quærebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis: † [f] Om-

† Rom. 13. c Iac. 2. b Iustin. 16. d

† Mat. 6. b Rom. 8. d

† Depæ. dist. 1. Tres sunt.

† 35. dist. Disciplina.

† De tenent. Nisi cum pru dem.

† Matth. 9. a 7. & 12. a Mar. 3. c

† Mat. 12. c Mar. 3. c

† 24. q. 2. Si ea.

EE

[f. Perfectum itet vitæ cœlestis ostendit dum legisperito de dilectione dei & proximi scripta proponenti respondit. Rectè respondisti: hoc fac & viues. Et finita parabola adiecit. Vade, & tu fac similiter. In quo ostendit quod per solam dilectionem venitur ad vitam æternam: sed ille proximum non habebat, qui nũquã fortasse misericordiam fecerat, & ideo ignorabat. Glosa ordinaria. ibidem.]
7. Suscipiens.
8. Semimortuo.
9. Iret circa locum, & cum accessisset.
[h. Samaritanus qui interpretatur custos, dominum significat, cui rectissimè propheta ne hos latrones, posset incurrere significat. Beda. ibidem.]
10. Diuersorium.
i. Quæ est enim maior aut melior cura præpositorum, quàm diligenti sollicitudine & medela salubri fouẽdis & conseruandis euibus prouideret? Cum dominus loquatur & dicat: Ezec. 34. Quod infirmum fuit non cõsolidastis, &c. Cyp. epist. 13. lib. 2.
*Egrediens.
11. Hospiti.
k. Etenim Martha quidem hospitio dominum suscipit ad eius verò pedes assidet Maria. Laudãdum sanè in vtráque sorore studium. Cæterum tu res distingue to. Nam Martha ipsa in ministerio occupata, ea parabat quæ hospitis corpori futura erant necessaria: contrà Maria, cum ad pedes illius assideret audiendis quæ ab eo dicebantur, vacabat. Sic altera domini partem illam quæ tangi aspectu poterat, reficiebat, altera parti illi, quæ occulta cerni non potest, consulebat. Basil. constitu. mona. cap. 2.
12. Quẽdam pagum vel vicum.
13 Distrahebatur.

[a. Discipulus hic erat ex septuaginta. Nam duodecim docuerat quinto capite iuxta Matth. Cum videret enim præceptorem nouum vitæ institutum, & exercere & admonere, nouam quoque orationẽ quæsiuit vitæ studio conuenientẽ. Euth. ibidem.
b. Quando nos Christiani oramus: Pater noster dicimus, quia noster esse cœpit, & Iudæorum qui eum reliquerunt, esse desiit. Quanta citra nos dignationis Christi & bonitatis vbertas, qui sic nos voluerit orationem celebrare in conspectu dei, vt deum patrem vocemus: & vt est Christus dei filius, sic & nos dei filij nuncupemur. Cypr. Ser. 6. de orat. dominica.
*Sicut in cœlo, ita & in terra.
1. Quotidie.
*Sed libera nos à malo.
[c. Ostium quæ Paulus petit sibi aperiri ad loquendum mysterium Christi, & quod Iohannes sibi apertum vidit, intelligentia est diuini sermonis, quod est clausum tẽpore famis verbi Dei cum intelligentia non datur. Glosa ordinaria. ibidem.
2. Impudentiam.
d. Non vult deus noster bona sua nimia inueniendi facilitate vilescere: pretiosa & concupiscibilis merces cupidum amatorem & auidum negotiatorem requirit. Ergo tantorum munerum repromissor, non vult in opere suo tepidum, despicit fastidiosum, recusat coactum, respuit inuolutum. Euseb. Emise. hom 3 ad monachos.
*Filius. 3. Dona.
4. Sanctum.
[e. Post prædicationis verba etiã & miracula operatur, vt qui prædicationi non credunt, miraculis credant. Cõuenienter autem post documentum orationis, ponit miraculum expulsionis dæmonis: quia hic est effectus vnus orationis. Mar. 9. Hoc genus dæmoniorum in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Nico. de Gorran.]

Universidad de Deusto
Biblioteca



ne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & sathanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eiicere dæmonia. [f] † Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porrò si in digito dei eiicio dæmonia, profectò peruênit in vos regnum dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. [g] Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. † Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. [h] Cum immundus spiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquosa quærens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam. * [i] Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. † Factum est autem cum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimò [i] beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Turbis autem concurrentibus cœpit dicere: † Generatio hæc, generatio nequam est: signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ. * † Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit filius homini generationi isti. [k] † Regina austri surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos quia vênit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plus quàm Salomon hic. † Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, quia pœnitentiam egerunt [l] in prædicatione ] Ionæ. [m] Et ecce plusquam Ionas hîc. † Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. † [6] Si ] oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem [7] tenebrarum, ] erit lucidum totum. [8] Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. ] Et cum loqueretur, [l] rogauit illum quidam Pharisæus vt prandaret apud se. Iesus autem ingressus recubuit. Pharisæus autem [9] cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ] ante prandium. Et ait dominus ad illum: † Nunc vos Pharisæi quod [m] déforis est calicis, & catini mundatis, quod autem intus est vestrum plenum est rapina & [10] iniquitate. ] [n] Stulti, nónne qui fecit quod déforis est, etiam id quod deintus est, fecit? † [11] Veruntamen [11] quod superest, ] date eleemosinam, & ecce omnia munda sunt vobis. Sed væ vobis Pharisæis, qui decimatis mentham & rutam & omne olus, & præteritis iudicium & charitatem dei. Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. † Væ vobis Pharisæis, quia diligitis primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro. Væ vobis * [12] quia ] estis vt monumenta quæ non [13] parent, ] & homines ambulantes suprà, nesciunt. Respondens autem quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis. At ille ait: [o] Et vobis legisperitis væ, quia oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas. † Væ vobis qui ædificatis monumenta Prophetarum, patres autem vestri occiderunt illos. [p] Sed profectò testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum, quoniam quidem ipsi eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra. Propterea & sapientia dei dixit: † Mittam ad illos Prophetas & Apostolos, & ex illis occident & persequentur, vt [14] inquiratur ] sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi, à generatione ista, à sanguine † Abel vsque ad sanguinem † Zachariæ, qui periit inter altare & ædem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. [p] Væ vobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis. Cum autem hæc ad illos diceret, † cœperunt Pharisæi & legisperiti grauí-

[f. De his vtique expressum videmus qui dominum secum in Beelzebub eiicere dæmonia iaquebantur: quibus sic respondit dominus, quòd sathanæ hæreditas in duos esset, qui sathanæ compatriotæ, falsatorem omnium, & in regno diaboli constituerent gratium. Amb. lib. 2. de pœnitē. cap. 4.

g. Neque enim à minori, neque ab æquali fortis vinci potest, sed ab eo qui plus potest. Plus autē potest super omnia verbum dei. Ireneus lib. 5.

[h. Quis nunc simpliciter intelligi potest dominum hæc ad distinctionem suorum & satanæ operum adiunxisse quòd scilicet ipse semper pollutæ mūdare, satanas verò mundata grauioribus festinet attaminare sordibus: tamen & de hæretico quolibet vel schismatico, vel etiā malo catholico potest non inconuenienter accipi. Beda. ibidem.

*Et ornatam.

i. Vultis nosse quàm beati? Primum quidem ionāt in auribus animæ vox diuina cōturbat, terret, diiudicātque: sed cominùs si bene aduerteris, viuificat, liquefacit, calefacit, illuminat, mūdat. Denique & cibus noster est & gladius, & medicina & cōfirmatio, & requies, resurrectio quoque & cōsummatio nostra. Bernar. De multiplici vtilitate verbi dei. Ser.

*Prophetæ.

[k. Intelligas quoque obsecro per reginam Austri omnem animam quæ in bono valida est & perseuerat. Et vt tale quid dicā, Aquilo in scriptura infamatur tanquam aduersarij regio. Gelida enim est & regida, ac mortua facit. Auster verò laudatur vt ventus calidus, & viuificans, & stupida membra cōfouens: ideo & in cantico sponsus Aquilonē fugans, dicit: Surge Aquilo, & veni Auster. Et iterum propheta dicit: Et cum qui ab Aquilone est, exterminabit Dominus, satanā scilicet, &c. Theop. ibi.]

5. Ad prædicationem.

6. Quando igitur.

7. Tenebrarum.

8. Sicut cum lucerna fulgore illuminat te.

[l. Verum autem ex deuotione sine simulatione ipsū inuitauerit, hic non dicitur, viderit tamen ex fine huius cap. quod malitiosè eum inuitauerit. De Ly.]

9. Cum vidisset admiratus est quòd non lauisset.

m. Vt significaret vasculorum mundicias hominum esse intelligendas apud deum. Ideo exteriora inquit calicis lauatis, id est carnem mittentes, interiora autem vestra, animam non emundatis. Tertul. aduer. Mar. lib. 4.

10. Malitia.

[n. Totus enim hic locus ad hoc dirigitur, vt nos ad studiū simplicitatis inuiter, & superflua luxuriorum & terrena condemnet, qui secundum corpus intelligēdo legem vitto & catino propter fragilitatem comparātur: in quo & si grauiter peccant, ipsis tamen ablutio peccati promittitur, misericordiam facere iubentur. Glosa ordin.]

11. Quæ supersunt.

* Scribæ & Pharisæi hypocritæ.

12. Qui.

13. Vel apparent.

o. Legisperiti Scribæ erant & doctores qui soluebant quæstiones legis. Onerabant itaque homines grauibus & intollerabilibus mandatis, quæ in lege erāt difficilia, & ipsi neque digito attingebant, hoc est, nihil ipsi ex his quæ imperabant, faciebant. Nā quando decens ferit quæ docet, alleuiat onera, exemplóque suo consolationem affert discipulis. Quando autem nihil horum facit quæ docet, grauiora onera videtur discipulis, rāquam quæ ne à doctore quidē perfici queāt. Theoph. ibidem.

14. Requiratur.

[p. Clauem scientiæ nominauit Dominus doctrinam & legis manuductionem, quæ volebat adducere ad Christum. Lex enim omnino ad Christum nos manuducit. Theophylactus. ibidem.]

riti grauiter insistere,& [15] os eius opprimere] de multis,insidiantes ei,& quærentes ali quid capere de ore eius,vt accusarent eum. 15.Captiosè interrogare.

*Christus,sub Pharisæorum fermento,mortis securitate,hæreditatis diuisione,horreorum replatione,auium prouisione,liliorum ornatu,sollicita domini expectatione,& fideli dispensatione aduersus Antichristum discipulos roborat.* XII.

Anno do.34. A [M]Vltis autem turbis [1] concurrentibus] ita vt se inuicem conculcarent,cœpit dicere ad discipulos suos: [2 a] † Attendite] à fermento Pharisæorum †Mat.16.a Mar.8.b †Mat.10.c Mar.4.c & 12.c quod est hypocrisis. † Nihil enim opertum est quod non reueletur, neque absconditum quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine [3] dicentur:] & quod in aure locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis.Dico autem vobis amicis meis,[b] ne terreamini ab iis qui occidunt corpus,& post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ità dico vobis, hunc timete. † Nónne quinque passeres væneunt [4] dipendio,] & vnus ex illis non est in obliuione coram deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. †Mat.10.f B Nolite ergo timere, multis passeribus [5] pluris estis ⊱ vos.] † & Dico autem vobis: [c] omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis dei. † Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis Dei. † Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in spiritum sanctum blasphemauerit,non remittetur.† Cum autem inducent vos in Synagogas, & ad magistratus & potestates, nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos dicere. Ait autem ei quidam de turba: Magister,dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos? Dixítque ad illos: Videte,& cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex iis quæ possidet. Dixit autem similitudinem ad illos, dicens. † & Hominis cuiusdam diuitis vberes fru- †2.Tim.1.b Mat.12.c †Mat.10.b Mar.13.d †Exod.20.c Act.7.b †Eccli.11.e 27.di ex.Sicut hi qui. C ctus ager attulit,& cogitabat intra se, dicens: [d] Quid faciam, quòd non habeo quò congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, [6] epulare.] Dixit autem illi deus: Stulte,hac nocte animam tuam repetunt à te. Quæ autem parasti, cuius erunt? † Sic est qui sibi thesaurizat,& non est in deum †Psal.54.b diues. [e] Dixítque ad discipulos suos: Ideo dico vobis:† Nolite solliciti esse animæ vestræ quid mauducetis, neque corpori quid induamini. Anima plus est quàm esca, †Mat.6.e Rom.12.e 1.Pet.5.c & corpus plus quàm vestimentum. [f] Considerate coruos, quia non seminant neque D metunt, quibus non est cellarium neque horreum, & deus pascit illos. [g] Quantò magis vos pluris estis illis? Quis autem vestrum * cogitando potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum? Si ergo neque quod minimum est potestis,quid de cæteris solliciti estis? [8] † Considerate lilia quomodo crescunt: Non laborant, neque nent. †Mat.6.d Dico autem vobis, quia nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si autem [7] fœnum] quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, deus sic vestit, quantò magis vos pusillæ fidei? Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in sublime tolli. Hæc autem omnia gentes mundi quærunt.Pater autem vester scit quoniam his indigetis. † Veruntamen quærite ⊱ pri- †Mat.6.d mùm] regnum dei ⊱ & iustitiam eius,] & hæc omnia adiicientur vobis. Nolite timere [8] pusillus] grex,quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.† Vendite quæ †Mat.19.e Mar.10.e possidetis, & date eleemosynam. [h] Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis. Quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit, †Mat.6.d †Dep.d.1. Qui fanctus. E † Vbi enim thesaurus vester est,ibi & cor vestrum erit.† [h] Sint lumbi vestri præcincti,

1.Circunstantibus.
2.Cauete vobisipsis.
a.Meritò itaque non placebat illi hypocrisis Pharisæorum, labiis scilicet amantium deũ,non corde.In eum prohibebat illud admitti, in quem admittebant Pharisæi.Tertul.aduer.Marcio. lib.4. 3.Audientur.
b. Quoniam gemma est causa perditæ:quia aut inolita malitia,aut ex accidenti metu nascitur,ne quis metu potestatis territus,deum quem corde cognouit negare cogatur,pulchrè addidit animæ tantum formidabile esse supplicium: pœnam corporis non esse metuẽdam.Mors enim naturæ finis est, non pœna est. Et ideo mortem supplicij corporalis esse defectum, pœnam verò animæ esse perpetuã. Ambro.Luc.12.lib.7.
4.Duobus nummis.
5.Præstatis.

[c.Non tantùm crediderit corde,sed confessus fuerit simul & ore.Vnde Chrysost.Si sufficeret fides cordis, tantummodo tibi cor creasset, nunc autem & os creauit & quinque sensus, ergo non sufficit corde credere, sed oportet ore confiteri,secundum illud Roma.10. Corde creditur ad iustitiam,ore autem confessio fit ad salutẽ. Denique oportet & ore confiteri,contra quod faciunt illi, de quibus Titi.1. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Inde Glosa. Negat Christum qui præceptis eius non obedit.Nicol.de Gor.]

d.Ille quasi egens dicebat:Quid faciam? &c.cum scire non posset vtrum sequenti nocte anima sua ab eodem repeteretur. Nesciebat quid faceret quasi alimẽta deessent,hærebat ambiguo. Non capiebant horrea annonã, & ille se egere credebat. Ambr. Offic.lib.3.cap.6. Idem de Nabuthe Iezraelita.cap.6.
6.Lætare.

[e.Saluator dissuadet discipulis suis quarum distrahens à fide, quod est cura nimia & superflua respectu necessariorum,vt patet Matth.6.De Lyra.ibid.]
f. In quo primum profundum dei consilium debemus aduertere,quòd etiam minima quæque non negligat sicut in euangelio sapientia dei dicit:Considerate coruos,&c. Cum enim illi paicuntur dei gratia, nemo sibi debet de sua industria & virtute blandiri. Ambro.Hexaemeron. lib.3.cap.7.
*Sollicitè.
g. Lilia hoc loco flores omnes nominauit,quod ex eo manifestum est,quòd dixit sicut vnum horum. Cum autem esset sermo de indumento, quomodo facit mentionem de crementò? quia dictionem illam,crescunt propter folia dixit eorum quæ horũ vnicuique sum indumentum. Euthy.in Mat.6.
7.Gramen.
8.Pusille.
h.Hoc est:Expediti esse debem* ab impedimentis lasciuiosæ vitæ & implicitæ. Item,lucernas ardẽtes habere,id est, mentes à fide accensas,& operibus veritatis resplendentes,atque ita expectare dominum, id est Christum. Tertul.aduer.Marc.lib.4.

[4] & lucernæ ardentes ⟨– in manibus vestris,] & vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptiis, vt cum venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. † Beati serui illi, quos cum venerit dominus inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quòd præcinget se & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. † Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamiliás qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora nõ putatis, filius hominis veniet. [k] Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an & ad omnes? Dixit autem dominus: † Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quẽ constituit dominus supra familiam suam, vt det illis in tempore [9] tritici mensuram?] [8] Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus inuenerit ita facientem. Verè dico vobis, quoniam supra omnia quæ possidet, constituet illum. [l] Quòd si dixerit seruus ille in corde suo, moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere & bibere & inebriari, veniẽt dominus serui illius in die qua nõ sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum partémque eius cum infidelibus ponet. † [m] Ille autem seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis: qui autem non cognouit & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Ignem veni [10] mittere] in terram, & quid volo [11] nisi vt accendatur? ] Baptismo autem habeo baptizari, & quomodo coartor vsque dum perficiatur? & † Putatis, quia pacem veni mittere in terram? Non dico vobis, sed separationem. † Erunt enim ex hoc quinque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres diuidentur, pater in filium, & filius in patrem suum, mater in filiam, & filia in matrem, socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam. † Dicebat autem ad turbas: Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: [12] nimbus] venit, & ita fit: & cum austrum flantem, dicitis: quia æstus erit, & fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & à vobisipsis non iudicatis quod iustum est? [n] † Cum autem vadis cum aduersario tuo ad principem in via, da operam liberari ab illo, ne fortè trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas.

*Dominus audiens Galilæos à Pilato occisos, populum hortatur ad pœnitentiam, contractam curat mulierem, sub parabola sinapis, fermenti, & angustæ portæ viam paradisi docet.* XIII.

ADerant autem quidam ipso in tempore nuntiantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. Et respondens * dixit illis: [a] Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, [1] quia ] talia passi sunt? Non, dico vobis, sed nisi pœnitentiam [2] habueritis, ] omnes similiter peribitis, [3] sicut, ] illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Silôe, & occidit eos. Putatis quia & ipsi debitores fuerint [4] præter omnes homines habitantes ] in Ierusalem? Non, dico vobis, † sed si non pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. & Dicebat autem & hanc similitudinem: [b] Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & nõ inuênit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam. Vt quid etiam terram occupat? At ille respondens, dixit illi: Domine dimitte illam & hoc anno vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora. Et siquidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam. Erat autem docens in Synagoga eorum sabbatis. & Et ecce [c] mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat [5] inclinata, ] nec omnino poterat [6] sursum respicere. ] Quam cum videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait:

[a] Luc. 13.

[b] Matth. 21. Marc. 11. Luc. 20.

[c] Luc. 13.

[d] Matth. 12. Marc. 3. Luc. 6. 13. 14.

[e] Luc. 13.

[f] Matth. 24. Marc. 13. Luc. 12. 17. 21.

[g] Matth. 10. Marc. 13. Luc. 12.

[h] Matth. 16. Luc. 12.

[i] Matth. 5. Luc. 12.

[k] Interrogauit Petrus ceu curã omnium habens, & pro auditoribus sollicitus, tanquam fratrũ amator, & cui iam concredita ecclesia: num ad omnes parabolam dicat. Dominus verò nõ manifestè ad interrogationem respondet, sed occulto quodã modo indicat quòd dicta parabola communis sit, & ad omnes perti neat fideles. Theoph. ibid.

9. De mensum cibum.

[l] Non cogitando de aduentu Domini in morte, & pro hoc malis operib⁹ se occupauerit, quæ sunt causa ruinæ subditis. De Lyra.]

[m] Non ergo miremur, quòd multis cædimur, quia non in scientia, sed rebellione peccamus. Scientes enim bona nõ bene agimus & discretionem praui ac recti intelligentes, prauã sectamur: legem legimus, & legitima calcamus: & ad hoc tantum præceptorum sacrorum scita cognoscimus, vt grauius peccemus. Deũ colere discimus nos, & diabolo obtemperamus. Et post hæc volumus vt bona à deo accipiamus, cum mala semper malis addamus: fieri voluntatẽ nostram à deo cupimus cum dei nos facere nolimus, quasi nos superiores deo essemus, agimus. Volamus vt voluntati nostræ deus iugiter pareat, cum omnes nos voluntati eius iugiter repugnemus. Salui anus. lib. 5.

10. Missurus.

1. Si iam accensus esset

12. Imber.

[n] Quis est aduersarius vniuscuiusque nostrum, quomodòue cum eo consentientes erimus? Præcisè hoc in loco dominꝰ aduersarium illum appellat, qui aliquid nobis conatur adimere eorum quæ ad nostrum ius pertinent. Porrò illi consentientes sumus, si præceptum domini illud seruamus. Qui vult tecũ iudicio contendere, & tunicã tuã tollere, dimitte ei & pallium. Basil. Reg. 222. Regulæ breuiores.

* Iesus.

2. Cum profecti ad Christũ quidam mortem illorum qui sub turre occubuerant, Pilatique vesaniam annuntiassent, quam in his qui mortui fuerant ostẽdit, sacrificiis illorum sanguinẽ miscendo, ait: Putatis quòd hi Galilæi, &c. Hæc dilationis ratio, hæc causa est, idcirco nõ omnes qui eisdem supplicijs sunt digni, vnà punire consuevit, vt reliqui eorum casib⁹ admoniti, meliores fiant. Chry. de prouid. dei lib. 1. 1. Qui.

2. Pœnitentiã. 3. Aut.

4. Præ cunctis hominibus habitantibus.

[b] Hic altioris sensus aliquod quæramus arcanum. Ficus in vinea est. Erat autem vinea domini sabaoth, quam dedit in rapinam gentium. Itaque qui vineã suam diripi fecit, hic etiam ficũ iussit excidi. Area autem Synagoga arboris istius comparatio est. Ambr. in Luc. 13.

5. Contracta, vel curua.

6. Sese erigere.

Universidad de Deusto Biblioteca

[e & ait illi:Mulier,dimissa es ab infirmitate tua.Et imposuit illi manus,& confestim erecta est,& glorificabat deum. Respondens autem Archisynagogus indignans, quia sabbato curasset Iesus,dicebat turbæ:Sex dies sunt in quibus oportet operari.In his ergo venite & curamini,& non in die sabbati.Respondens autem ad illum dominus,dixit:[7 d Hypocritæ,] † vnusquisque vestrum sabbato non soluit bouem suum aut asi-
4 Mat.12.b Marc.3.d D num à præsepio,& ducit adaquare? [8 Hanc autem filiam Abrahæ quam alligauit sathanas,ecce decem & octo annis non oportuit solui à vinculo isto die sabbati? Et cum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius,& omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriosè fiebant ad eo.Dicebat ergo:Cui simile est regnum dei,& cui simile æstimabo illud? † Simile est grano sinâpis, quod acceptum homo misit in hortum
† Mat.13.d Mar.4.f † Mat.13.d E suum & creuit,& factum est in arborem magnam,& volucres cœli requieuerunt in ramis eius.Et iterum dixit:Cui simile æstimabo regnum dei? † Simile est fermẽto,[c quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fermentaretur totum. [8 Et ibat per ciuitates & castella docens,& iter faciens in Ierusalem.Ait autem illi quidam:Do-
† Mat.7.e Ioan.7.e † Mat.7.f 25.g Mat.8.e mine,si pauci sunt qui saluantur?Ipse autem dixit ad illos:† Contendite intrare per angustam portam:quia multi (dico vobis) quærent intrare & non poterunt. † Cum autem intrauerit paterfamiliâs & clauserit ostiũ, & incipietis foris stare, & pulsare ostiũ, dicentes:domine,aperi nobis: & respondens,dicet vobis: Nescio vos vnde sitis.Tunc incipietis dicere: [f Manducauimus coram te & bibimus,& in platéis nostris docuisti.
† Psal. 6.e Mat.7.d. 25.d † Mat.19.g 20.b Mat.20.e † Mat.19.g & 20.b Mat.20.e F Et dicet vobis:Nescio vos vnde sitis. † [8 Discedite à me omnes operarij iniquitatis.† Ibi erit fletus & stridor dentium, cum videritis Abraham & Isaac & Iacob, & omnes Prophetas in regno dei,vos autem expelli foras. Et venient ab oriente & occidente & aquilone & austro,& accumbent in regno dei.† Et ecce sunt nouissimi qui [8 erũt] primi, & sunt primi qui [9 erunt] nouissimi. [8 In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorũ,
G dicentes illi:Exi,& vade hinc,quia Herodes vult te occidere.Et ait illis:Ite,& dicite vulpi illi:[8 Ecce eiicio dæmonia,& sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor.Veruntamen oportet me hodie & cras & sequenti die ambulare, quia [10 non capit] Prophetam perire extra Ierusalem.† [h Ierusalem, Ierusalem quæ occîdis Prophe
† Mat.23.g tas,& lapidas eos,qui mittuntur ad te.Quotiens volui congregare filios tuos,quemadmodum auis nidum suum sub pẽnis,& noluisti?Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis,quia non videbitis me,donec veniat cum dicetis: benedictus qui venit in nomine domini.

[e.Vidit prædestinando per gratiam,vocauit illustrando per doctrinam imposuit manus spiritualibus donis adiuuando, etc xit ad glorificandum Deum in operibus bonis vsque in tũdẽ firmam prouehendo. Beda.ibid.]
7.Hypocrita.
d. Non enim prohibebat lex curare homines sabbatis, quæ & circuncidebat eos hac die,& pro populo iubebat ministeria facere dotibus petficere: sed & mutorum animalium curationem nõ prohibebat, & Siloa etiam tæpẽ sabbatis curauit:& propter hoc multi affluebant ei die sabbato rum.Continere enim se iubebat lex ab omni opere seruili,i. ab omni auaritia,quæ per negotiationem, & reliqua terrena actu agitatur Ieron.lib.4.cap.19.
[e.Mulier est ecclesia,cuius farina fumus quotquot timoris & spei exercitio, quasi mola superiore & inferiore conterimur, vt vn⁹ panis multi sum⁹ in Christo.Abscondit ergo ecclesia fermẽtum dilectionis in farinæ sata tria: quia præcipit vt diligamus deum toto corde,tota anima,& tota virtute.Vel farinæ sata tria,vt spiritus,anima,& corpus, in vnum redacta, non discrepent inter se.Glosa ordina.]
f.Iudæi enim legalem perficientes cultum,& offerẽtes deo etuẽta sacrificia,comederunt & lætati sunt:audiebãt autem diuinos libros in synagogis. Omnino enim & per prophetas dominus docuit. Neque enim prophetæ sua ipsorum dicta proferebant, sed diuina prædicabant:quapropter & dicebant:Hæc dicit dominus.Theoph.ibid.
8.Erant. 9 Erant.
[g. Inuidia rabescebant malefici Iudæi, & Dominum terrere nituntur,& minantem ei faciũt Herodem. Nolebant enim cum videre facientem miracula, ne multitudine miraculorum turbas sibi conciliaret.Theop.ibi.]
10.Non fas est,vel non est possibile,vel non licet.
h.Ierusalem non saxa & ædificia ciuitatis,sed habitatores vocati quam patrisaffectu(sicut & Luc. 9.legimus)quòd videns eam fleuerit. In eo autem quod dicit: Quotiens volui congregare filios tuos, omnes retro prophetas,à se missos testatur. Hieron. in Mat.23.g.

*Hydropicum sabbato curat,& sub magnæ cœnæ parabola docet humilitatem,atque sub parentes relinquente,& turrim ædificante,& bello prouidente docet religionem. XIIII.*

[1 ET factum est cum introisset] Iesus in domum cuiusdam principis Pha-
A risæorum sabbato manducare panem,& ipsi obseruabant eum.[a Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Iesus, dixit ad le-
Anno do.34. gisperitos & Pharisæos,dicens:† Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt.
6 Mat.12.b Mar.3.a Sup.6.b Sup.13.c Ipse verò apprehensum sanauit eum,ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die sabbati?
B Et non poterant ad hæc respondere illi. [8 Dicebat autem & ad inuitatos parabolam,
† Mat.23.b Mar.12.g † Prou.25.a [b intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: [b Cùm inuitatus fueris * ad nuptias, † non discumbas in primo loco, ne fortè honoratior te sit inuitatus ab illo,& veniens is qui te & illum vocauit,dicat tibi: da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco, vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus, quia † omnis qui se exaltat,
6 Mat.23.b Iacob.4.c Iacob.4.c C humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur. [8 Dicebat autem & ei qui se inuitauerat: [c Cum facis prãdium aut cœnã,noli vocare amicos tuos,neque fratres tuos, neque cognatos,neque vicinos,& neque] diuites,ne fortè & ipsi te reĩuitẽt,& fiat tibi retributio.



a.Intraret.
a.Erat stans, nec audebat petere curationem propter sabbatum & Pharisæos, qui etiã ibi simul erant inuitati: etiam alibi simile quid interrogati obmutuerunt. Neque enim dicere poterant quòd prohibuisset lex benefacere in sabbato.Quod si irrationale animal à periculo extrahi non prohibebat in sabbato,multo magis rationale,cuius commodo viuebat irrationale. Euthymius.ibidem.
b.Iustius rutiũque profecto iuxta ipsius veritatis consilium nouissimũ nobis locum eligimus, de quo postmodum cum honore superius aduocamur, quã præsumimus altiorem,vnde cadere mox oporteat cum rubore. Nõ est ergo periculum quantũcunque te humiles, quantũcunque reputes minorem,quem sis, hoc est, quem te veritas habeat. Bernar.super cant.Ser.27.
*Ab aliquo.
[c Fratres amicos, & diuites alterutrum cõuiuia celebrare,nõ quasi scelus interdicit,sed sicut cætera necessitatis humanæ cõmertia vbi & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiãt æqualia ad promerẽda vitæ cœlestis premia nihil valere. Beda ibidem.]

Sed cum facis conuiuium, † voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, [d] & beatus eris. quia non [a] habent] retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. †Tob.4.b Prou.19.b
Hæc cum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: † Beatus qui manducabit panem in regno dei. At ipse dixit ei: [g] [c] Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis, [3] vt venirent,] quia iã parata sunt omnia. Et cœperunt [4] simul] omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Iugaboum emi quinque, & eo probare illa. Rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Et reuersus seruus, * nuntiauit hæc domino suo. [f] Tũc iratus paterfamiliãs, dixit seruo suo: Exi citò in platéas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc. [g] Et ait seruus: Domine factum est vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: † Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. [g] Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam. Ibant autem turbæ multæ cum eo, & cõuersus dixit ad illos: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & vxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. [g] † Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, nónne prius sedens cõputat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum, ne postquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit cõsummare? [h] Aut quis Rex iturus committere bellum aduersus alium regem, [g] non sedens prius [5] cogitat, ] si possit cum decem milibus occurrere ei, qui cum viginti milibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens rogat ea quæ pacis sunt. [i] Sic ergo omnis ex vobis qui non renũtiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. † Bonum est sal. Si autem sal [6] euanuerit, ] in quo condietur? Neque in terram neque in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat. †Mar.4.b Luc.8.b †Mat.5.b Marc.9.c

[d Quia deus retribuet tibi. Pietas enim ad omnia vtilis est promissionẽ habẽs vitæ quæ nũc est & futuræ. 1. Timot. 4. ideo subditur. Retribuetur enim tibi in retributione iustorum. De Lyra ibidem.]
a. Possint.
e. Quis est iste homo nisi mediator dei & hominũ homo Christus Iesus? Misit vt venirent inuitati, quia iam hora erat vt venirent. Qui sunt isti inuitati nisi per præmissos vocati prophetas? Quia olim ex quo mittuntur prophetæ, & inuitant ad cœnam Christi. Mittuntur ergo ad populum Israel. Sæpe missi sunt sæpe vocauerunt, vt ad horã cœnæ venirent. Augustin. de ver. do. ser. 33. 3. Venite.
4. Vnanimiter.
* Ille.
[f. Qui recusauerãt, erant Pontifices & scribæ & Pharisæi, & quique honorationes populi. hi verò qui loco illorum introducti sunt, communes & abiecti plebis Euthym. ibidem.]
g. Deus enim vt est indulgens, ita est præceptorum suorum exactor, & quidem diligens: & sicut ad conuiuium vocat, sic habitum nuptiarum non habentẽ ligauit manibus & pedibus extra cœtum sanctorum foras iactat, vt Mat. 22. Parauit cœlum, sed parauit & tartarum: parauit refrigeria, sed parauit etiam æterna supplicia. Parauit inaccessibilem lucem, sed parauit etiã perpetuæ noctis vastã æternámque caliginem. Cyprian. Epist. li. 2. Epist. 7.
h Quippe dæmones sunt milites peccati, qui censetur viginti milia contra nostra decem milia. Nam incorporea sunt, & pugnant contra nos qui in corpore sumus: vnde & maiorem virtutem habere videntur. Theophylactus ibidem.
5. Consultat.
[i. Ex hac conclusione patet quod ista parabola & præcedens vadunt ad istam intentionem. De Lyra. ibidem.]
6. Infatuatum fuerit.

*Pœnitentiæ fructus sub perditæ ouis, & drachmæ inuentione, sub prodigi filij reuersione angelos lætificat.* XV.

[a] Rant autem appropinquantes ei * publicani & peccatores, vt audirent illum. Et † murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicentes: quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens: † Quis ex vobis homo qui habet [b] centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nónne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum, conuocat amicos & vicinos, dicens illis: [1] Congratulamini mihi,] quia inueni ouem meam quæ perierat. † [g] Dico vobis, quòd ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm supra nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. [c] Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam, nónne accendit lucernam & [2] euertit] domum, & quærit diligenter, donec inueniat [3] eam? ] Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Ait autem: [g] Homo quidam habuit duos filios, & dixit [d] adolescentior ex illis, patri: Pater da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. ] Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies, congregatis omnibus adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriosè. Et postquam omnia [4] consummasset, ] facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere. Et abiit & adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. † [g] Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat. In se autem reuersus, dixit: [5] Quanti] mercenarij in domo †Matth.9.b Marc.2.d †Mat.18.b †Luc.15.b

A Anno dñi.
B
C
D
E
F †Mat.11 Sup.3.c
G †Matth. Marc.9.c

a. Itaque non otiosè sanctus Lucas ex ordine tres parabolas posuit ouis quæ perierat, & inuenta est, drachmæ quæ perierat, & inuenta est, filij qui erat mortuus & reuixit, vt triplici remedio prouocati, vulnera nostra curemus. Amb. in Lu. lib. 7. cap. 15.
* Omnes.
[b. Quia centenarius numerus perfectus est, deus centum oues i. perfectum numerum habuit, cum angelorum & hominũ substantiam creauit, sed vna periit, quando homo pascua vitæ peccando dereliquit. Glosa ord. ibi.]
2. Congaudete mecum, & infra.
c. Quia lucernam accendit, carnem quidem propriam, domum que verrit, mundum à peccato mundauitque drachmam quæsiuit, imaginem nempe tegiam vitijs confusam. Et ob drachmæ inuentionem, amicas sibi cõuocat virtutes, ac lætitiæ participes facit, quas & domesticæ conuersationis effecerat ministras. Quia & lucernæ præcursatrici lumen quoque succedit splendidissimum. Greg. Nazian. in natalem saluatoris oratio.
2. Euertit.
d. Adolescentiorem nominauit peccatorem, vt qui puerliter sapit, facileque fallitur, qui etiam substantiæ partem quæ illi obueniebat, petiuit: hoc est liberum arbitrium, quod & ex natura debebatur. Quisquis enim puerili ter sapit, liberum percipit arbitrium. Aut obtingentem substantiæ partem dicit sibi tam ex baptismo gratiam Euthy. ibidem.
3. Debitam.
4. Dissipauit vel impendit.
5. Quot.

domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. [c] Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in cœlum & coram te, [6] iam non sum ] dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe [7] esset: ] vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. ✠ Dixítque ei filius: [f] Pater, peccaui in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos: † Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manus eius, & calceamenta in pedes eius. Et adducite vitulum saginatum & occidite, & manducemus & [8] epulemur, ] quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cũ veniret & appropinquaret domui, audiuit [9] symphoniam & chorum, ] & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quæ hęc essent. ✠ Isque dixit illi: Frater tuus venit, & occîdit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. [g] Indignatus est autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illum. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot annis seruio tibi, & nũquam mandatum tuum præteriui, & nunquam dedisti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer. ✠ Sed postquam filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, vênit, occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. [h] Epulari autem & gaudere oportebat, † quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

4 De pæ. dist. 2. Quomodo.

† 23. q. 7. cap. Quẽadmodũ

c. Nec mirũ si fame peribat qui diuino alimento egebat, quique desiderio compulsus: Surgam, inquit, & ibo ad patrem meum, & dicam illi: Pater, peccaui in cœlum, &c. Chrysost.
6. Et non sum ampliùs, & infra.
7. Distarct.
f. Hæc est prima confessio apud autorem naturæ, præsulem misericordiæ, arbitrũ culpæ. Sed etsi deus nouit omnia, vocem tamẽ tuæ confessionis expectat. Ote enim confessio fit ad salutem, quia alleuat pondus erroris quisquis se ipse onerat, & accusationis excludit inuidiam, qui accusatorem præuenit confitendo. Amb. ibidem.
8. Saturemur vel lætemur.
9. Concentum & choros.
g. Nullus ergo grauatim dei iudicia ferat, sed gratum sit ei, si peccatores fœliciter agant, & saluentur. Qui enim scis quem tu peccatorem censes, pœnitẽtiam agens gratior fiat? Quid item si occultas habet virtutes & propterea à deo benignè respicitur? Theoph. ibidem.
[h. Ostendit necessariam fuisse lætitiam & gaudiũ. Quis enim cum mortuum viderit, reuixisse nõ lætatur & quis vbi id quod perierat inuenerit, non gaudet? Euthy. ibidem.]

*Quónam pacto sit deo seruiendum sub callidi villici parabola, vxorem repudiantis, diuitis epulonis, & pauperis Lazari designatur.* XVI.

A Anno. do. 34. 4 De eccles. Quoties. Mat. 25 ✠

DIcebat autẽ & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues qui habebat [1] villicum, ] & hic [2] diffamatus ] est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? [3] † Redde rationem [3] villicationis ] tuæ. Iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, mẽdicare erubesco. Scio

B quid faciam, vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. ✠ Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum [b] cados olei. Dixítque illi: Accipe [4] cautionem ] tuam, & sede, citò & scribe quinquaginta. Deinde [5] alio ] dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribæ octoginta. [c] Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi

C 14. q. 4. Qui habetis. prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. ✠ Et ego vobis dico: † Facite vobis amicos de [d] mammóna iniquitatis, vt cum defeceritis, [e] recipiant vos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est, & qui in modico iniquus est, & in [6] maiori ] iniquus est. Si ergo in iniquo mammóna fideles non fuistis, quod vérum est, quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis

4 De pæ. dist. 2. Quomodo. Mat. 6. D dabit vobis? † Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odiet, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet, ✠ Non potestis deo seruire & mammónæ. Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis: [f] Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, deus autem nouit corda vestra. Quia quod hominibus altum est, abominatio est ante deum. † Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, [7] ex eo ] regnum dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. † Facilius est autem cœlum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere. † Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam

4 Mat. 5 b Mat. 3 g 7 Mat. 5 e 14. b Mat. 10 b De eo qui 1. 55. 6. cum sing. Diuortium mul.

E à viro ducit, mœchatur. ✠ [g] Homo quidam erat diues, [8] qui ] induebatur purpura & byssо, & epulabatur quotidie splendidè. Et erat quidã mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis: ⸗ & nemo illi dabat. ] Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. [h] Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinũ Abrahæ.

1. Dispensatorem.
2. Accusatus vel delatus.
3. Hoc est, ad reddendum te præpara, & quomodo reddere possis examinanámque dum tempus merendi superest, coram deo tu pone, & quasi ante eius tribunal adductus, à teipso exige rationẽ dispẽsationis tibi credite & qualiter vsus sis beneficiis dei. Dionysius ibidem.
3. Dispensationis.
h. Cadus Græ. Batus Heb. mensura est liquidorum, capiés sexarios septuaginta duos.
4. Schedulam, vel syngraphum, vel codicillum.
5. Alteti.
[c. Non de fraude laudauit, sed de prudentia, sic diuites huius mundi non sunt laudabiles de consumptione bonorum in illicitis actibus, sed quod prudenter se conuertant ad distribuendum bonum piis operibus: vt per hoc prouideant sibi in vita futura. De Lyra. ibidem.]
d. Mammona apud diuum Hieron. nomen Punicum est, & diuitias auaritia congestas significat.
e. Verum est quicquid defertur paupери, huius amicitia inuidia vacat. Quid amicitia pretiosius, quæ angelis communis est & hominibus? Vnde dominus Iesus dicit: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui recipiunt vos, &c. Ambro. Offic. lib. 3. cap. 16. 6. Multo.
f. Execrabiles & detestabiles dicit esse qui sibi placent, qui rumidi & inflati aliquid sibi arroganter assumunt. Cypria, Epist. lib. 3 epist. 13.
7. Ab eo tempore.
g. Diues ille post delicias æternis traditur flammis, Lazarus post esuriem beatitudinis gremio angelorum infertur obsequiis. Et propter hoc loquitur ad vtrumque sermo diuinus Ita seb Emil. de initio quadra. ho. 1.
8. Et.
h. Portauit iugum graue à iuuẽtute sua Lazarus pauper, ideo singulariter in sinu Abrahæ requieuit diuinæ testimonio lectionis. Amb. de obitu Theod.

[f] i. De mãlicemũ dixit quod sepultus sit, eò quod vile esset pauperis sepulchrum: de diuite verò maximè propter preciositatem sepulchri eius. Euthy. ibidem.]
g. Atque in inferno attollens.
k. Non quia haberet digitum & alter linguam, vt aqua egeret ad refrigerandam sitim, sed hæc omnia secundum eos affectus dicuntur, quos aliquando pro corporis gesserat necessitate. Eucherius.
l. Sed nec apud inferos ieiunij admonitus cessauit. De diuite epulone quidem conuiuia conciliantur, in paupere verò ieiunia recensentur habentia præceptores Moysen & prophetas. Tertul. contra Psychicos.
10. Super hæc omnia.
m. Hoc est decem mandata legis quæ in decalogo Moysi data sunt seruanda: ac prophetas sapientiam prophetarum, quæ satis ostenduntquæ viranda & quæ imitanda sunt. August. Ser. 86. de tempore.

[i] Mortuus est autem diues, & sepultus est [9] in inferno. Eleuans autem] oculos suos, [f] cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarũ in sinu eius, & ipse clamãs, dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum [k] digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: [l] Fili recordare, † quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. † Deut. 32. Cassiod.
Nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. [g] Et [10] in his omnibus] inter nos & vos G chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc trãsire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent [m] Moysen & Prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitẽtiam agent. Ait autem illi: Si Moysen & Prophetas non audiũt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credẽt.

*Cauendum à scandalo, fratri condonandum, fides habenda, & vtiliter seruiendum, decem mundatis leprosis diem iudicij monet expectandum.* XVII.

2. Propter hoc dicunt quidam, si impossibile est vt non veniant, necesse est vt veniant scandala, vt sic necesse est vt fiant peccata. 1. Quòd si necesse est vt fiãt peccata, iniustè pœnas luunt peccatores. Nam quod necessitate fit, culpa caret. Quibus dicimus, quòd necesse est vt veniant offendicula, propter necessitatem dæmonum, non autem virtuti deditorum, cum liberum habeant arbitrium. Euthym. Mat. 8.
1. Cauete vobismetipsis.
b. Hoc de propriis iniuriis accipiendum est, quas septies, i. quoties admittuntur, dimittere debemus, ne audiamus illud à domino: Serue nequàm omne debitum dimisi tibi quia rogasti me, nonne ergo oportuit & te misereri serui tui! Ruper. super 4 cap. Gene.
2. Sycamino.
* Hi.
e. Itaque qui præceptum impleuerint, possunt dicere: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Hoc virgo non dixit. Non dicit qui bona sua vendidit, sed quasi repositæ expectat præmia. Amb. de viduis.
* Et ipse.

[A] Ait autem ad discipulos suos: [2] Impossibile est vt non veniant scandala. † Væ autem illi per quem veniunt. Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius & proiiciatur in mare, quàm vt scandalizet vnum de pusillis istis. [1] Attendite vobis:] † Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. † [b] Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: pœnitet me, dimitte illi. [f] Et dixerunt [B] Apostoli domino: Adauge nobis fidem. Dixit autem dominus: † Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic [2] arbori moro:] eradicare, & transplantare in mare, & obediet vobis. Quis autem vestrûm habens seruum arantem aut pascentem [3] boues,] qui regresso de agro, dicat illi statim, transi, recumbe, & non dicit: [*] para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. [f] [c] Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: serui inutiles sumus. Quod debuimus facere, fecimus. Et factum est dum iret in Ierusalem, [*] transibat per mediam Samariam & Galilæam, & cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt à longè, & leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri. Quos vt vidit, dixit: Ite, † ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent, mundati sunt. [f] Vnus autem [D] ex illis vt vidit quia mundatus est, [d] regressus est cum magna voce [3] magnificans] deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus dixit: † Nónne decem mundati sunt? Et nouem vbi sunt? Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te saluum fecit. Interrogatus autem à Pharisæis, quando venit regnum dei, [4] respondens eis,] dixit: [f] Non veniet regnum dei cum obseruatione, neque dicent, ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim [e] regnum dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos: Venient dies quando desideretis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis, & dicent vobis: † Ecce hîc, ecce illic. Nolite ire neque sectemini. Nam sicut fulgur coruscans [5] de sub cœlo in ea quæ sub cœlo sunt,] fulget, ita erit filius hominis in die sua. Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. [f] [f] Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in diebus filij hominis. [E] Edebant & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias vsque in diem † qua intrauit Noe in arcam, & venit diluuium & perdidit omnes. † Similiter sicut factum est in diebus Loth. Edebant & bibebant, emebant, & vendebant, plantabant & ædificabant: qua in die autem exiit Loth à Sodomis pluit ignem & sulphur de cœlo, & omnes perdidit. [g] Secundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter

d. Si hucusque lepra, de formi nempe improbitate scaturiebas, nunc verò prauæ cicatrix obducta est saluámque recepisti imaginem, mihi sacerdoti ostende ruam purgationem, vt cognoscam quantum illa legali sit prestantior, ne ilas ex nouem ingratis vnus: sed decimum imitare: etenim quamuis Samaritanus erat, alios tamen animi gratitudine exuperabat. Greg. Nazian. ze. in sanctum lauacrum.
3. Glorificans.
4. Respondit eis. &.
e. In vnoquoque pro bonorum malorumque actuum discrepantia, aut deus regnat aut diabolus: quia necesse est, vt cuius voluntatem opere curat, eius imperio videatur esse subiectus. Itaque si iusti sunt, deus regnat, diabolus si iniusti, dicendus est. Eucherius.
5. Ex vna regione sub cœlo, in aliam regionem quæ sub cœlo est.
[f]. Etsi tunc homines in omnibus delitiis, sicut temporibus Noe, & nil graue formidabunt, sed neque credẽt, si quis illis de quibusdam aduersis euenturis diceret, sicut & hi qui temporibus Noe & Loth fuerunt. Theoph. ibidem.]
g. Quando autẽ veniret noluit dicere, sed dixit iudicij diẽ esse venturum, vt terrorem omnibus iudicij imminentis incuteret, nec securitatem dilationis afferret. Amb. in Luc. lib. 8. cap. 17.

militer non redeat retro. † Memores estote vxoris Loth. † h Quicunque quæsierit animam suam saluam facere, perdet illam. Et quicunque perdiderit illam, viuificabit eam. † Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur. Duæ erunt molentes in vnum, vna assumetur, & altera relinquetur. ⟨—Duo in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur.⟩ Respondentes dicunt illi: Vbi domine? Qui dixit illis: † Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

*Continuam sub Phariſæi & publicani atque iudicis tyranni parabolis docet orationem, ſub paruulorum ſimplicitate humilitatem, & ſub principe petente quid faciendum, eleemoſynam, at cæcum illuminans prædicit ſuam paſſionem.* XVIII.

Anno dñi 34. A † Eccles. 18. c 1. Thess. 5. d

[a] Dicebat autem & parabolam ad illos, [1] quoniam † oportet] ſemper orare, & non [2] deficere, ] dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum dicens: Vindica me de aduerſario meo. Et nolebat [3] per multum tempus. ] Poſt hæc autem dixit intra ſe: Et ſi Deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua vindicabo illam, ne [4] in nouiſſimo ] veniens ſugillet me. Ait autem dominus: audite B quid iudex iniquitatis dicit. ⁂ Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, [5] & patientiam habebit in illis? ] Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? Dixit autem & ad quoſdam qui [6] in ſe confidebant tanquam ] iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabolam iſtam, dicens: Duo [b] homines aſcendebant in templum vt orarent, vnus Phariſęus & alter publicanus. Phariſæus ſtãs hęc apud ſe orabat: Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, velut C etiam hic publicanus. Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæ poſſideo. ⁂ Et publicanus à longè ſtans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Amen dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam [7] ab illo, ] quia † omnis [c] qui ſe exaltat humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. † Afferebant autem ad illum & infantes, vt eos tangeret. Quod cum viderent diſcipuli, increpabant illos. Ieſus autem conuocans illos dixit: † Sinite [8] pueros ] venire ad me, & nolite vetare eos. Talium eſt enim regnum Dei. Amen dico vobis, quicunque non acceperit regnum Dei ſicut puer, non intrabit in illud. † ⁂ Et interrogauit eum quidam princeps, dicens: [d] Magiſter bone, quid faciens vitam æternam poſſidebo? Dixit autem ei Ieſus: Quid me dicis bonum? [e] Nemo bonus niſi ſolus Deus. Mandata noſti: † Non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non falſum teſtimonium dices, honora patrem tuum & matrem: Qui ait: Hęc omnia cuſtodiui à iuuentute mea. Quo audito, Ieſus ait ei: Adhuc vnum tibi deeſt. † [f] Omnia quæcunque habes vende, & [9] da ] pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni, ſequere me. His ille auditis contriſtatus eſt, quia diues erat valde. Videns autem Ieſus E illum triſtem factum dixit: ⁂ Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. † [g] Facilius eſt enim camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum dei. Et dixerũt qui audiebant: Et quis poteſt ſaluus fieri? Ait illis: Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deum. Ait autem Petrus: Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te. [f] Qui dixit eis: Amen dico vobis, nemo eſt qui reliquit domum aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios, propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore: & in ſeculo vẽturo vitam æternam. F † ⁂ Aſſumpſit autem Ieſus duodecim, & ait illis: Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Praphetas de filio hominis. [h] Tradetur enim gentibus & illudetur, & flagellabitur, & [10] conſpuetur, ] & poſtquam flagellauerint, occident eum, & die tertia reſurget. Et ipſi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum iſtud abſconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. † Factum eſt autem cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans

[M. Duobus modis hæc ſententia rectè poteſt intelligi, ſed ad vnũ omnino finem vterque intellectus refertur, vt videlicet aduerſa pro Chriſto pati, imò ipſam mortem non timeamus obire. Qui enim minante morte perſecutore ſi non negauerit Chriſtum, magis eligit ad tẽpus ſaluare animam ſuam negando, æternæ hanc proculdubio petitioni præparat. Beda. ibid.]

a. Quæ ad orandum maior hortatio, quàm vt nobis de iudice iniquo proponitur ſimilitudo? Iudex enim iniquus nec deum timent, nec hominem reuerens audiuit tamẽ viduam interpellantem ſe, victus tædio, non pietate inclinatus. Si ergo exaudiuit qui uderat quod erogabatur, quomodo non exaudit qui vt rogemus hortatur? Cũ ergo nobis iſta è contraria comparatione dominus ſuaderet, quia oporter ſemper orare & nõ deficere, adiecit & ait: Verũtamen cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Si fides deficit, oratio petit. Augu. De verb. do. in Luc. ſerm. 36.
1. Ad hoc quòd oporteat.
2. Fatigari.
3. Aliquandiu.
4. Tandem.
5. Etiam ſi patiens ſit ſuper illis.
6. Sibiipſis cõfidebant q̃ eſſent.
b. Duos adoratores diuerſi mẽte deſcribit, Phariſeũ in ſuperbia, Publicanum in humilitate. Ideóque alterum reprobatum, alterum iuſtificatũ deſcendiſſe: vtique docendo qua diſciplina ſit orandum. Tertull. aduerſus Marcio. lib. 4.
7. Potius quàm ille.
c. Omnis enim qui ſe exaltat, humiliabitur, deo illũ cõdemnante: qui autem ſe condemnãdo humiliat, exaltabitur à deo iuſtificante. Dic igitur tu prior, inquit, peccata, vt tu iuſtificeris Matt. 19. Theoph. ibid.
8. Paruulos.
[d. Quia bonum magiſtrum dixit, non Deum, vel Dei filium confeſſus eſt, dicit quẽuis ſanctus hominem comparatione Dei bonum non eſſe. Chriſtus autem non renuit teſtimonium bonitatis, ſed magiſtri abſque Deo excludit bonitatem. Gloſa. ordin.]
e. Si enim non dubitatur quia deus filius, deus autem bonus, vtique non dubitatur, quia bonus filius deus. Ambr. de virgi. lib. 3.
f. Tu verò prompte etiam quæ iuſtè poſſides, abiice: & pauperibus denuderis, vt expedit crucem tollas, & eas cõſequaris diuitias, quæ cerni nequeũt. Grego. Nazian. in ſanctum lauacrũ oratio.
9. Diſtribue.
g. Et bene camelus pro gentili figurat eſt populo, quia ſuperſtitionis deformitate degeneres priuſquam credetet populus nationum, beſtiæ ſpeciem fœditatis, abſurda veſtigia ocs turpia perfectebat. Facilius igitur iſte peccator, per viam intrauit anguſtam, quæ eſt via Chriſti, qui propriy corporis paſſione mortis penetrans viã velut acu redintegrauit ſciſſa quæ ſua noſtræ veſtimenta naturæ, q̃ populus Iudæorũ diues in lege, egenus in fide, præceps in furore, ebrioſus in crimine. Amb. Luc. 18. lib. 8.
[h. Prædicit eis ſuam paſſionẽ propter duo illa. Vnũ, vt oſtendat quo non inuitus, neq; vt purus homo mortem ignorans, crucifigatur: ſed & præuideat, & voluntario patiatur. Secundũ vt doceat eos leniter ferre quæ euentura, vtpote qui antea audiuerint, & non repentè in illa inciderint. Theophy. ibid.]
10 Contumeliis afficietur.

Universidad de Deusto Biblioteca

(i. Est vna exeitas quæ corpus, altera quę mentem obtenebrat: vna satis, altera potius. vna defectum præstendit naturæ, altera gratiæ. Vna se obiicit ne creaturæ corporeæ, altera ne creatorem & eius bona inuisibilia speculemur. De Caina. lib. 3. cap. 32.)

10. Appropinquaret.

k. Interrogauit eum ne quis putaret quòd aliud accipere voleti, aliud daret. Non expetiuit autem ab eo fidem, nã fidei erat perseuerans clamor. Fidem quidem habebat saltẽ quòd se sanare posset. Euthym. ibid.

a. Zachæus impetrauerat quod volebat, vt Christum videret, & amplius impetrauerat vt videretur & vocaretur à Christo: festinans descendit, & accepit illũ gaudens. Et ideo probauit dominus eius affectum, & eũ celeti remuneratione donauit, dicens: quia hodie huic domui salus facta est. Ambru. de Cain & Abel. lib. 1. cap. 8.

1. Illac.

b. Gaudens non solùm quòd eũ vidisset vt optauerat, sed quòd etiã ab illo vocatus esset, quòdque ipsum suscepisset. Euthym. ibidem

a. Ingressus esset hospitaturus. c. Nõ probatur largitas si quod alteri largitur, alteri quis extorqueat: si iniustè quærat, & iniustè dispensandũ putet, nisi fortè vt ille Zachæus, reddas quadruplum prius ei quẽ fraudauerit, & gentilitatis vitia fidei studio & credentis operatione cõpenses. Ambro. lib. 1. Offic. cap. 30.

d. Venit enim vt peccatũ mundi tolleret, vulnera nostra curaret. Sed quia non omnes medicinam expetũt, sed plerique refugiunt ne medicamentis compungatur vis vlceris: ideo volẽtes curat, nõ adstringit inuitos. Accipiunt igitur sanitatem, qui medicinam expetunt: illi autẽ qui refutant medicum, nec requirunt bonitatem medici, quã non experiũtur, sentire nõ possunt. Amb. de interpel. li. 3. ca. 2.

e. Latini interponunt, i, dicẽtes minas, hoc est libras: genus ponderis est. 60. cielos habens, qui faciunt obulos mille ducentos. Budæus de asse.

3. Donec veniam.

* Sibi.

[f. Quia à prælatis ecclesiæ non solùm requiritur bona in persona propria, sed in subditis eorum quos tenentur inducere ad bonum, vt patuit plenius. Matt. 25. Delyra ibid.]

g. Mensam qua danda erat pecunia, professionem ipsam religionis accipimus, quæ tãquam publicè ponitur ad vsum necessarium saluti. Inimicos ergo suos quos iubet ante se interfici, significat impietas Iudæorũ, qui ad eum conuerti noluerũt. Aug. quæst. euãg. lib. 2. cap. 46.

[h. Bethphage viculus sacerdotum in monte Oliueti: Et interpretatur domus buccæ. Bethania villa vel ciuitas in latere eiusdem mõtis: & dicitur domus obedientiæ. Hæc domus Ierosolymam venturus præsentia sublimauit: quia multos ante passionem suam docendo piæ confessionis donis & obedientię spiritualis implenit. Glosa. ordin.]

4. E regione vestri est.

i. Ergo in castello erat, & ligata erat pullus cum asina, nõ poterat solui nisi iussu domini. Soluit eum manus apostolica, talis actus, talis vita, talis gratia. Esto talis & tu, vt possis ligatos soluere. Nunc consideremus qui fuerint illi, qui errore detecto de paradiso eiecti, in castellum sint tulegati. Et vides quemadmodum quos mors expulerat, vita reuocauerit. Ambr. in Luc. 19 lib 9.

5. Opus eo habet.

[g] Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt au- G
tem ei quòd Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit dicens: † Iesu fili Dauid miserere †Matt. 20. Luc. 18. Marc. 10
mei. Et qui præibant, increpabant eum, vt taceret. Ipse verò multomagis clamabat, fili Dauid miserere mei. Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum [10] appropinquasset ] interrogauit illum, dicens: [k] Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, vt videam. Et Iesus dixit ei: Respice. Fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

*Christus ingressus Iericho ad Zachæum diuertit, iudicij timorem sub decem minarum commissione incutit, super pullum asinæ Ierosolymam ingressus à templo negotiatores eiicit.*

XIX.

ET ingressus perambulabat Iericho. [a] Et ecce vir nomine Zachæus, & hic A
princeps erat publicanorum, & ipse diues. Et quærebat videre Iesum quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum, quia [1] inde ] erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: [b] & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quòd ad hominem peccatorem [2] diuertisset.] [g] Stans autem Zachæus dixit ad Iesum: [c] Ecce B
dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quòd & ipse filius sit Abrahæ: † [d] Vênit enim filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. Hæc illis audientibus, adiiciens dixit parabolam, eo quòd esset prope Ierusalem, & quia existimarent, quòd confestim regnum Dei manifestaretur. Dixit ergo: † Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, †Matt. 25. Luc. 19
& reuerti. Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem [e] mnas, & ait ad illos: [f] Ne- C
gotiamini [3] dum venio.] Ciues autem eius oderant eum, & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est vt rediret accepto regno, & iussit vocari * seruos, quibus dedit pecuniam, vt sciret quantum quisque negotiatus esset. Vênit autem primus, dicens: Domine mna tua decem mnas acquisiuit. † Et ait illi: Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens su- †Matt. 25.
pra decem ciuitates. Et alter vênit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter vênit, dicẽs: Domine, ecce mna tua quam habui repositã in sudario. [f] Timui ênim te, quia homo austêrus es, [f] tollis quod D
non posuisti, & metis quod nõ seminasti. Dixit ei: De ore tuo te iudico serue nequam. Sciebas quòd ego homo austêrus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui. Et quare non dedisti pecuniam meam [g] ad mensam, & ego veniens cum vsuris vtique exegissem illam? Et astantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis, † quia omni habenti dabitur & [h]—abundabit,]ab eo autem qui nõ habet, & quod †Matt. 13. Marc. 4. Luc. 8.
habet auferetur ab eo. [g] Veruntamen inimicos meos, illos qui noluerunt me regnare E
super se, adducite huc, & interficite ante me. Et his dictis, præcedebat ascendens Ierosolymam. † Et factum est cum appropinquasset [h] ad Bethphage & Bethaniam, ad mõ- †Matt. 21. Marc. 11. Luc. 19. Ioan. 12.
tem qui vocatur Oliueti, misit duos discipulos suos, dicẽs: Ite in castellum quod [4] contra vos est. ] Id quod introeuntes inuenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo vnquam hominum sedit. [i] Soluite illum, & adducite. Et si quis vos interrogauerit, quare soluitis? sic dicetis ei: Quia dominus [5] operam eius desiderat.] Abierunt autem qui missi erant, & inuenerunt sicut dixit illis, stantem pullum. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos: Quid soluitis pullum? [g] At illi dixerunt: Quia do- F
minus eum necessarium habet. † Et duxerunt illum ad Iesum. Et iactantes vestimenta †Luc. 19.
sua super pullum, imposuerunt Iesum. Eunte autem illo substernebant vestimenta sua in via. Et cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, cœperunt omnes

turbæ

turbæ descendentium] gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus quas viderant virtutibus, dicentes: † [k] Benedictus qui venit Rex in nomine domini, pax in cœlo, & gloria in excelsis. Et quidem Pharisæorum de turbis dixerunt ad illum: Magister increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait: Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides
G clamabunt. Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens: † [l] Quia si cognouisses & tu. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis: † Quia veniēt dies in te, & circūdabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & [l] coangustabunt te vndique, & [7] ad terram prosternent te,] & filios tuos, qui in te sunt. Et non relinquant in te lapidem super lapidem, eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. † Et ingressus in templum, cœpit eiicere vendentes
* & ementes, dicens illis: Scriptum est: [m] † quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum & Scribæ & principes plebis quærebant illum perdere, & non
inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus [8] suspensus erat] audiens illum.

*Potestatem suam Iudæis celat, illos sub vineæ agricolis locatæ parabola reprobos indicat, censum Cæsari debitum, resurrectionem expectandam, & se dei filium probat. X X.*

Anno do. 34. A + Mat. 21. d Mare. 11. f

ET † factum est in vna dierum * docente illo populum in templo & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum & Scribæ cum senioribus, & aiunt, dicentes ad illum: Dic nobis, [a] in qua potestate hæc facis? Aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Respondēs autem Iesus, dixit ad illos: Interrogabo vos & ego vnum verbum. Respondete mihi: Baptismus Ioannis de cœlo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se, dicentes: Quia si dixerimus de cœlo, dicet: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus, plebs
B vniuersa lapidabit nos. [1] Certi sunt enim] Ioannem Prophetam esse. & Et responderunt se nescire vnde esset. Et Iesus ait illis: Neque ego dico vobis, in qua potestate hæc facio. † Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc. † [b] Homo quidam plantauit vineam, & locauit eam colonis, & ipse peregrè fuit multis temporibus. Et in tempore illo misit ad cultores seruum, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem. Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes, & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. Et addidit tertium mittere, qui & illum vulnerantes eiecerunt. Dixit autem dominus vineæ: Quid faciam? Mittam filium meum dilectum, forsitan cum hunc viderint, verebuntur. Quem cum vidissent
C coloni, cogitauerunt intra se, dicentes: & Hic est hæres. * † Occidamus illum, vt nostra fiat hæreditas. [c] Et eiectum illum extra vineam, occiderunt. † Quid ergo faciet illis dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis. Quo audito, dixerunt illi: Absit. Ille autem aspiciens eos, ait: Quid est ergo hoc quod scriptum est: † Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Omnis qui ceciderit supra illum lapidem, conquassabitur: supra quem autem ceciderit, comminuet illum. Et quærebant Principes sacerdotum & Scribæ mittere in illum manus illa
E hora, & timuerunt populum. & Cognouerunt enim quòd ad ipsos dixerit similitudinem hanc. † Et obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone: & traderent illum principatui & potestati Præsidis. Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, scimus quia rectè dicis & doces, & non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces: Licet nobis dare tributum Cæsari, an non? Considerans autem [2] dolum] illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium. [d] Cuius habet imaginem & inscriptionem? Respondentes dixerunt: Cæsaris.
F & Et ait illis: † [e] Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt dei deo. Et non potuerunt verbum eius reprehēdere coram plebe, & mirati in responso eius, tacuerunt. Accesserunt autem quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis, † si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic sine [3] liberis fuerit,] vt accipiat eam frater eius vxorem,

6. Discipulorum.
k. In nomine domini, hoc est à domino. Benedictus qui venit à deo. Benedictus qui missus est à deo. Marcus autē addidit: Benedictum quod venit regnū in nomine patris nostri Dauid: vnde dicebant: Benedictū quod redit regnum patris nostri Dauid, quod venit in nomine domini, hoc est à deo. Euthym. in Matth.

[l. Coangustabunt te in circuitu quod præ angustia tantis inuētę sunt mulieres filios proprios comedisse, secundum quod refert Iosephus de bello Iudaico. Et causa tantæ destructionis subditur. Eo quod non cognouerit tempus visitationis tuæ, scilicet prædicationē Christi. De Lyr.]

7. Solo æquabunt te.

* In illo.

m. Cum Iudæi à captiuitate reuersi priores essent ad priuatarum ædium, quàm dei templi exornatum, comminatur illis Haggæus propheta: Vos quidē in domibus vndique habetis mansiones, domus autem mea deserta est. Quòd si illius templi neglectus tantam excitauit iram numinis, multo magis huius templi neglectus ad iracundiam prouocabit dominū. Si quidem hoc templum est illo honoratius, quo pluta habet sanctimoniæ symbola. Caue igitur committas vt templum dei fiat spelunca latronum. Chryso. de Anna & educa. Samue. hom.

8. Ab eo pendebat.

* Illarum.

a. Quando dicunt ei in qua potestate hæc facis? dubitant de dei potestate, & subintelligi volunt diaboli esse quod facit. Addētes quoque. Qui tibi dedit hāc potestatem? manifestissimè dei filium negant, quem putant nō suis viribus, sed alienis signa facere. Hiero. Matt. 21.

1. Persuasa enim est.

b. Plerique varias significationes de vineæ appellatione deriuant. Sed euidenter Isaias vineā domini sabaoth domum Israel esse memorauit. Hanc vineam quis alius nisi deus cōdidit? Hic est ergo qui locauit, & peregrè profectus est: non quia ex loco ad locū profectus est dominus, qui vbique semper præsens est: sed quia præsentior est diligentibus, negligentibus abest. Multis autem temporibus abfuit, ne præpropera videretur exactio. Nā quo indulgētior liberalitas, eo inexcusabilior petulacia. Ambr. in Luc. cap. 20.

* Venite.

[c. Nonnulli per vineam intellexerunt scripturam. Extra scripturā enim passus est dominus. Illi enim qui non crediderunt Moysi occiderunt eum. Nam si credidissent Moysi scripturis, & eas secutati fuissent, Dominum scripturarum vtique non occidissent. His dictis protulit & sententiam in eos ferendā, quod vinea locāda sit aliis vineæ cultoribus, hoc est, aliis dabit hoc beneficium, vt dicatur populus meus. Videamus autem quod hi, qui dicunt scripturam vineam esse, magis assequi sensum videtur, vt hic manifestū. Collocata est enim nobis scriptura ab Hebræis sublata. Theoph. ibid.]

a. Verfutiam.

[d. Alia imago Dei, alia mūdi. Si ergo Christus nō habuit imaginem Cæsaris, cur censum dedit? Non de suo dedit, sed mundo reddidit quæ erant mundi. Gloss. ordin.]

e. Hoc est imaginē Cæsaris Cæsari, quæ in nummo est, & imaginem dei deo, quæ in homine est: vt Cæsari quidem pecuniā, reddas, deo temetipsum. Tertul. de idolat.

3. Filiis mortuis.

& ſuſcitet ſemen fratri ſuo. [d] Septem ergo fratres erant, & primus accipit vxorem & mortuus eſt ſine filiis. Et ſequens accepit illam: & ipſe mortuus eſt ſine filio. Et tertius accepit illam, ſimiliter & omnes ſeptem, & non reliquerunt ſemen, & mortui ſunt. [4] Nouiſſimè] omnium mortua eſt & mulier. In reſurrectione ergo cuius eorum erit vxor? Siquidem ſeptem habuerunt eam vxorem. Et ait illis Ieſus: Filij huius ſeculi [5] nubunt, & traduntur ad nuptias.] Illi verò qui digni habebuntur ſeculo illo, & reſurrectione ex mortuis, neque [6] nubent, neque ducent] vxores: neque enim vltrà mori poterũt. † Æquales enim angelis ſunt, & filij ſunt dei, cum ſint filij reſurrectionis. [7] Quòd verò reſurgãt] mortui & Moyſes oſtendit ſecus rubum, [8] ſicut] dicit dominum deum Abraham, & deum Iſaac, & deum Iacob. Deus autem non eſt mortuorum, ſed viuorum. Omnes enim viuunt ei. [e] Reſpondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei: Magiſter, bene dixiſti. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare. Dixit autem ad illos: [f] Quomodo dicunt Chriſtum filium eſſe Dauid, & ipſe Dauid dicit in libro Pſalmorũ: † Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Duid ergo dominum illum vocat, & quomodo filius eius eſt? Audiente autẽ omni populo dixit diſcipulis ſuis: † Attendite à Scribis qui volunt ambulare in ſtolis, & amant ſalutationes in foro, & [f] primas cathedras in Synagogis, & primos diſcubitus in [9] conuiuiis.] Qui deuorant domos viduarum, ſimulantes longam orationem. Hi accipient damnationem maiorem.

d. Septem eos ſupponũt, vt magis videatur intricatum problema. Intentũ autẽ Sadducæorum erat, vt ſiue vnius, ſiue omnium reſponderetur, ſtatim opponerẽt, quod cum iterum totuæ eſſent nuptiæ, certe eſſent & puerperia, & nutritio infantum, quæ ſtus peſſimarum, iudicia, bella, & grauedines, rurſumque mortes, & omnia quæ in præſenti vita habentur, & ita vita illa nõ erit alia ab iſta. Quod ſi eadem erit, ad quid futura eſt reſurrectio? Itaque non erit reſurrectio. Reſpondit Chriſtus: Erratis nõ intelligentes ſcripturas propheticas. Euthy. Matth. 22.

4. Nouiſſima.

5. Matrimonia contrahunt, & nuptui dantur.

6. Nubunt neque ducunt.

7. Quia verò reſurgent.

8. Quam.

e. Ad paſſionẽ acceſſurus propediem, ſuam prædicat diuinitatem: idque nõ admodũ apertè nec iactanter, ſed modeſtè. Interrogat enim illos, & perplexos reddit: ſinitque ratiocinari quid cõſectaneum. Dauid enim inquit, dominum vocat, & quomodo filius eius eſt puruit. Theophyl. ibid.

f. Monſtruoſa res gradus ſummus, & animus infimus: ſedes prima & vita ima, lingua magniloqua, & manus otioſa: ſermo multus, & fructus null⁹, vultus grauis, & actus leuis: ingens authoritas, & nutans ſtabilitas. Bernar. de cõſide. li. 2. 9. Cœnis.

*Viduam in gazophylacium mittentem cæteris præfert, templum prædicit euertendum, & ciuitatem ſolo æquãdam cum ciuium ſumma miſeria, & ſigna indicium præcedentia interim futura.* XXI.

[a] Gazophylacium interdũ dicitur arca ad reponendas oblationes, interdũ locus illius arcæ, vt Ioan. 8. interdum domus ſacerdotum & Leuitarum iuxta templum, vt Iere. 41. Ezech. 40. 44. & 3 Eid. 8.

* Illuc.

b. Denique duo æra viduę illius diuitum muneribus, prætulit: quia totũ illa quod habuit, contulit: illi autẽ ex abundãti partẽ exiguam contulerunt. Affectus igitur diuitem collationem aut pauperem facit, & pretiũ rebus imponit, & operi tuo. Ambroſ. Offic. lib. 1. cap. 30.

1. Penuria ſua.

2. Ex his.

3. Diruatur.

4. Hæc futura ſunt.

c. Imprimis æſtimo hoc prætermitti non oportere, vt conſideremus quid interrogant apoſtoli, & ſic melius intelligemus quid Chriſtus reſpondit. Interrogãt enim hæc duo apoſtoli: Quod ſignum erit deſtructionis Ieruſalem, & quod ſignum cõſummationis mundi. In cõſummatione enim gentis Iudææ Ieruſalem deſtructa eſt, quæ tamen videbatur eſſe Ieruſalem & non erat. Chryſoſt.

* Ergo.

d. In quo quidem & credẽtium magna fiducia eſt, & culpa grauiſſima perfidorum: nec credere ei qui ſe opem ſuam daturũ confitẽtibus pollicetur, nec rurſus eum timere qui æternã pœnam negantibus comminatur. Cyprian. Epiſt. lib. 3. epiſt. 25.

5. Præmeditandam eſſe defenſionem.

e. Times ergo ne pereat, cuius capillus nõ peribit: ſed & in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Non enim eſſet patientia tua, ſi non ibi eſſet & voluntas tua, in veſtra patientia, ſed vnde veſtra? Noſtrum eſt quod à nobis habetur: noſtrum eſt & qđ nobis donatur. Quomodo enim aliquid donas, niſi vt eius ſit cui donas? Auguſtin. lib. 50. homil. homil. 14.

[†] Eſpiciens autem vidit eos qui mittebãt munera ſua in [a] gazophylacium diuites. Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentẽ * [b] æra minuta duo. Et dixit: Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper pluſquã omnes miſit. Nam omnes hi ex abundanti ſibi miſerũt in munera dei, hæc autem ex [1] eo quod deeſt illi] omnem victũ ſuum quem habuit, miſit. Et quibuſdam dicẽtibus de templo quòd bonis lapidibus & donis ornatum eſſet, dixit: † [2] Hæc] quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non [3] deſtruatur.] [g] Interrogauerunt autem illum dicentes: Præceptor, quando hæc erunt, & quod ſignũ cum [4] fieri incipient?] Qui dixit: † [c] Videte ne ſeducamini. Multi enim veniẽt in nomine meo, dicentes: quia ego ſum, & tempus appropinquauit. Nolite * ire poſt eos. Cùm autem audieritis prælia & ſeditiones, nolite terreri. Oportet primũ hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gẽtem, & regnum aduerſus regnum, & terræmotus magni erunt per loca, & peſtilentiæ & fames, terroréſque de cœlo & ſigna magna erunt. [d] Sed ante hæc omnia, † iniicient vobis manus ſuas, & perſequentur, tradentes in Synagogas & cuſtodias, trahentes ad reges & Præſides propter nomen meum. Continget autem vobis in teſtimonium. [d] Ponite ergo in cordibus veſtris non [5] præmeditari quemadmodum reſpondeatis.] Ego enim dabo vobis os & ſapientiam, cui non potetunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij veſtri. Trademini autem à parentibus, & fratribus & cognatis & amicis, & morte afficiẽt ex vobis. [e] Et eritis odio omnibus hominibus propter nomẽ meum. Et capillus de capite veſtro non peribit. [e] In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. † Cum autem videritis circundari ab exercitu Ieruſalem, tunc ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius. Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes, & qui in medio eius, diſcedant: & qui in regionibus, non intrent in eam: quia dies vltionis hi ſunt, vt impleantur omnia quæ ſcripta ſunt. Væ autem prægnantibus & nutriẽtibus in illis diebus. [f] Erit enim preſſura magna ſuper terram, & ira populo huic. Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes. Et Ieruſalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempo-

pora nationum.] ✝ Et erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis,& in terris [7] preſſura ]gentium [8] præ confuſione ſonitus maris & fluctuũ, ] areſcentibus hominibus præ timore & expectatione [*] quæ ſuperuenient vniuerſo orbi.Nam virtutes cœlorum mouebuntur.Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate. F [9] His autem fieri incipientibus, reſpicite,& leuate capita veſtra ✝ quoniam appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem: Videte ficulneam & omnes arbores, cum producunt iam [9] ex ſe fructum, ] ſcitis quoniam propè eſt æſtas.Ita & vos cum videritis hæc fieri,ſcitote quoniam propè eſt regnũ Dei. ✝ Amen dico vobis,quia non præteribit generatio hæc,donec omnia fiãt. [g] Cœlum & terra trãſibunt, G verba autem mea non tranſibunt. ✝ [10] [g] Attendite autem vobis,ne fortè ]grauẽtur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & ſuperueniat in vos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim ſuperueniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. ✝ Vigilate ergo omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis. Erat autem diebus docens in templo, noctibus verò exiens morabatur in monte, qui vocatur Oliueti. Et omnis populus [11] manicabat ] ad eum in templo, audire eum.

6. Gentium.
f. Sol obſcurabitur, non è medio tolletur, ſed Chriſti venientis luce ſuperatus. Luna autem non dabit ſplendorem ſuum,& ſtellæ cadent tanquã nulli viui amplius futuræ. Nulla enim tũc erit nox. Preſſuram gentiũ ſiue anxietatem, vocat turbationẽ. Nam abſque ventis reſonabit præter naturam mare & fluctus eius. Areſcentiũ verò dicit mortem. Euthy.in Matt.24.
7. Anxietate.
8. In meatis inopia, reſonante mari & fluctu.
* Eorum.
9. Gemmat, vel horret.
g. Cœlum & terra quòd ad generationes ceſſabunt, & mutabũtur, fides autem nõ deficiet. Apparet autem hoc loco quòd eccleſiam omni creaturę præferat. Eccleſia enim eius & verbũ ac euangelium nequaquam peribunt. Theoph.ibid.
10. Cauete autẽ vobis nequãdo.

11. Diluculo veniebat.

*Iudas cum Iudæis ſuper Ieſu traditione paciſcitur, Chriſtus cœna facta à Iuda poſt orationem in monte Iudæis traditur, ad Caipham ductus à Petro negatur, & facie velatus colaphis cæditur.* XXII.

A ✝ Ppropinquabat dies feſtus azymorum qui dicitur Paſcha.Et quærebãt ✝Principes ſacerdotum & ſcribæ quomodo eum interficerent : timebãt verò plebem. ✝ [a] Intrauit autẽ Sathanas in Iudam qui cognominabatur [1] Scarioth, ] vnũ de duodecim, & abiit & locutus eſt cum Principibus ſacerdotum & magiſtratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gauiſi ſunt, ✝ & pacti ſunt pecuniam illi dare,& ſpopõdit. Et quærebat opportunitatem vt traderet illum ſine turbis. ✝ Vẽnit autem dies azymorum in qua [2] neceſſe erat occidi ] Paſcha.Et miſit Petrum & Ioannem,dicens:Euntes parate nobis Paſcha,vt manducemus.At illi dixerunt:Vbi vis paremus?Et dixit ad eos:Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo [3] amphoram ] aquæ portans: ſequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patrisfamilias domus: Dicit tibi magiſter:Vbi eſt diuerſoriũ, [b] vbi Paſcha cum diſcipulis meis manducem ? B [4] Et ipſe oſtendet vobis cœnaculum magnum ſtratum,& ibi parate.Euntes autem inuenerunt ſicut dixit illis, & parauerunt Paſcha. ✝ Et cum facta eſſet hora,diſcubuit,& duodecim Apoſtoli cum eo.Et ãit illis:Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. Dico autem vobis, [4] quia ex hoc non manducabo illud, ] donec impleatur in regno Dei. ✝ Et accepto calice gratias egit,& dixit: Accipite, [*] & diuidite inter vos. Dico enim vobis:quòd non bibam de [5] generatione vitis,donec regnum Dei veniat. Et accepto pane gratias egit & fregit,& dedit eis, dicens: [c] Hoc eſt corpus meum,quod pro vobis datur. ✝ Hoc facite in meam commemorationem.Similiter & calicem poſtquam cœnauit, dicens: Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur. Veruntamen ✝ ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa. Et quidem filius hominis ſecundum quod definitum eſt, vadit. C [4] Veruntamen væ homini illi per quem tradetur. Et ipſi cœperunt quærere inter ſe,quis eſſet ex eis, qui hoc facturus eſſet. Facta eſt autem & contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior. Dixit autem eis: ✝ Reges gentium dominantur [6] eorum, ] & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Vos autem non ſic. Sed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor : & qui præceſſor eſt,ſicut miniſtrator.Nam quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? Nonne qui recumbit ? ✝ Ego autem in medio veſtrũm ſum ſicut qui miniſtrat. Vos autem eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo : & ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Iſrael.Ait autem dominus Simõ-

a. Ecce ibi oſtenditur quòd iam intrauerat Sathanas in Iudam. Prius ergo intrauerat immittẽdo in cor eius cogitationẽ qua traderet Chriſtum: talis enim iã venerat ad comandum. Nũc autem poſt panem intrauit in eũ, non ad hoc vt alienum tẽtaret, ſed vt proprium poſſideret : nõ autem vt putant quidam negligenter legentes, tunc Iudas corpus accepit : intelligendum eſt enim, quòd iã omnibus eis diſtribuerat dominus ſacramentum corporis & ſanguinis ſui, vbi & ipſe Iudas erat: ſicut ſanctus Lucas ſuidẽtiſſimè narrat: ac deinde ad hoc ventũ eſt, vbi ſecundum narrationem Ioãnis apertiſſimè dominus per buccellam tinctam atque porrectã ſuum exprimit traditorem. Auguſt.tract.62.in euang.Ioannis.
1. Iſcariotes.
2. Oportebat immolari.
3. Hydriam.
b. Quia corpus aſſumptũ ablaturus erat ex oculis noſtris, & ſyderibus illaturus, neceſſariũ erat, vt nobis in hac die ſacramentum corporis & ſanguinis ſui conſecraret: vt coleretur iugiter per myſteriũ quod ſemel offerebatur in pretium: vt quia quotidiana & indefeſſa currebat pro hominũ ſalute redemptio, perpetua eſſet etiã redemptionis oblatio, & perennis illa victima viueret in memoria, vt ſemper eſſet præſens in gratia. Euſeb.Emiſ. hom.5.de Paſcha.
4. Quòd poſthac nõ comedam ex eo.
* Hoc.
5. Fructu.
c. Si operatus eſt ſermo cœleſtis in fonte terreno, & in aliis rebꝰ, non operatur in cœleſtibus ſacramentis? Ergo didiciſti quòd ex pane corpus fiat Chriſti, & quòd vinum & aqua in calicem mittitur, ſed ſit ſanguis cõſecratione verbi cœleſtis. Sed fortè dicis: Speciem ſanguinis nõ video. Sed habet ſimilitudinem. Sicut enim mortis ſimilitudinẽ ſumpſiſti, ita etiã ſimilitudinẽ pretioſi ſanguinis bibis, vt nullus horror cruoris ſit, & pretiũ tamen operetur redemptionis. Didiciſti ergo quia quod accipis eſt corpus Chriſti. Ambr.de ſacra. lib.4.cap.4.
6. Earum.

ni: † [d] Simon ecce sathanas expetiuit vos,vt cribraret sicut triticum. † Ego autem rogaui pro te,vt nō deficiat fides tua. [§] Et tu aliquando conuersus,confirma fratres tuos. [D] Qui dixit ei: Domine,tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Et ille dixit: Dico tibi Petre, † non cantabit hodie gallus,donec ter abneges nosse me. Et dixit eis: [e] Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis:Sed nunc qui habet sacculum tollat,similiter & peram. Et qui non habet,vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim vobis, quoniā adhuc hoc quod scriptū est, oportet impleri in me:† Et cum [7] iniquis] deputatus est.Etenim ea quæ sunt de me,finem habent. At illi dixerunt:Domine,† ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est.† Et egressus ibat secundum cōsuetudinem in montem Oliuarum.Secuti sunt autem illum & discipuli. Et cum peruenisset ad locum,dixit illis:Orate,ne intretis in tentationem. [§] Et ipse auulsus est ab eis [8] quantum [E] iactus est] lapidis,& positis genibus orabat,dicens:Pater,si vis,transfer calicem istum à me. [§] Veruntamen non mea volūtas, sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de cœlo confortans eum. Et factus in agonia, prolixus orabat. † Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis [9] decurrētis] in terram.Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos,inuenit eos dormientes præ tristitia.Et ait illis: Quid dormitis?Surgite,orate,ne intretis in tentationem.† Adhuc eo loquente, ecce turba, & qui vocabatur Iudas,vnus de duodecim antecedebat eos, & appropinquauit Iesu vt oscularetur eum. † Iesus autem dixit illi: Iuda, [h] osculo filium hominis tradis? Videntes autem ij qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si [10] percutimus in] gladio? † Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus, ait: [i] Sinite. Vsque huc. [§] Et cum tetigisset auriculam eius,sanauit eum. [F] Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum & magistratus templi & seniores. † Quasi ad latronem existis cum gladiis & fustibus: † Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me. Sed hæc est ora vestra, [k] & potestas tenebrarum. Comprehendentes autem eum,duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus verò sequebatur eum à longè. Accenso autem igne in medio atrij, & circunsedentibus illis, [11] erat] Petrus in medio eorum. Quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita,dixit: Et hic cum illo erat. At ille negauit eum,dicens:Mulier, non noui illum. Et post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus verò ait:O homo non sum. Et interuallo facto quasi horæ vnius, alius quidam affirmabat, dicens: Verè & hic cum illo erat,nam & Galilæus est.Et ait Petrus:Homo nescio quid dicis. [§] Et con- [G] tinuò adhuc illo loquente,cantauit gallus. †[l] Et conuersus dominus respexit Petrum. † Et recordatus est Petrus verbi domini,[12] sicut] dixerat,quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amarè, † & viri qui tenebant illum,illudebāt ei cædentes, & velauerunt eum, & percutiebant faciem eius, & [13] interrogauerunt] eum,dicentes,Prophetiza, quis es qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies,conuenerunt seniores plebis & Principes sacerdotum & Scribæ, & duxerunt illum in consilium suum, dicentes: † Si tu es Christus, dic nobis.Et ait illis: [m] Si vobis dixero, non credetis mihi: si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei.Dixerunt autem omnes:Tu ergo es filius Dei? Qui ait:Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc [14] desideramus testimonium? ] Ipsi enim audiuimus de ore eius.

*Pilato manè præsentatus & interrogatus innocens reperitur, attamen Barabba dimisso crucifigendus traditur, crucifixus ridetur, moritur, deponitur, & sepelitur.*

XXIII.

d. Quo ostenditur vtrunque apud deum esse, & excussionem fidei,& protectionem,cū vtrunque ab eo petitur, concussio à diabolo, & protectio à filio. Et vtique cū huius dei protectione fidem habet,in cuius potestate, quā à patre postulat. Tertul. de fuga in persecutione.

e. Hic ostendit quid forte apostolis licitum tempore persecutionis. Quia cū Christus primo misit eos ad prædicādum, dedit eis formam incedendi, vt sine pecunia & prouisione alia necessariorum incederēt, vt dictū fuit supra 10. cap. Et ideo forte crederent quod tempore persecutionis,quæ eis immineret,nō liceret eis talia portare. quod remouet, dicens: Sed nunc qui habet sacculum tollat. Dei.yra. ibidem.]

7. Sceleratis.

f. Dicentibus Apostolis, Ecce duo gladij hic, non respōdisset dominus, satis est,sed nimis est. Vterque ergo ecclesiæ & spiritualis scilicet gladius, & materialis, sed is quidem pro ecclesia,ille verò & ab ecclesia excecendus est. Ille sacerdotis, is militis manu, sed sanè ad nutū sacerdotis, & iussum imperatoris. Bernar. de consid. lib. 4.

8. Formè ad iactum.

[g. Appropinquans dominus passioni, infirmantium vocem & timorem vt abstraheret in se suscepit: & rursus per obedientiam fortitudinem mētis ostendit: vt eū nobis imminet quod fieri nolumus, sic per infirmitatem petimus ne fiat, vt tamē per fortitudinem parati simus ad implendam conditoris volūtatem potius quàm nostram. Glosa ordin.]

9. Defluentes.

h. Hoc est, Charitatis insigne cōuertis ad signum pditionis, & infidelitatis indicium, pacis pignore veteris ad officium crudelitatis. Ambro. Exaemeron. lib.6 cap.9.

10. Percutiemus ne?

i. Quis latro detestabilior, qui persecutor qui venerat vt Christum occideret? Sed noluit se Christus persecutorum defendi vulnere,qui voluit suo vulnere omnes sanare. Ambros. Offic. lib.3.cap.4.

k. Tenebras hic vocat diabolū: accepit enim & ipse tunc potestatem aduersus eum: similiter autem & Pilatus,cui dixit: Non haberes potestatē aduersum me vllam, nisi tibi datum esset de supernis. Tunc autem simul omnes vim ac potestatē acceperunt ipsum afflictionibus, & morti subiiciēdi, vt impleretur dispēsatio salutaris incarnationis. Euthym. ibid.

11. Sedebat.

l. Bonæ lachrymæ quæ culpam lauant. Denique quos Iesus respicit,plorant delictum. Negauit primò Petrus, & non fleuit, quia nō respexit dominus. Negauit secundò,& nō fleuit,quia adhuc non respexerat eū dominus. Negauit & tertiò, & respexit Iesus, & ille amarissimè fleuit. Aug. contra Pelagiū & Celestium,lib.1. ca.45. Post Amb. in Luc.lib.10.

12. Quod.

13. Interrogabant.

m. Etenim despiciebat insaniā eorū, & intrepidè sic loquebatur. Hinc autem manifestum & inobedientes nullam vtilitatē percipiunt cum eis reuelantur mysteria, sed maiorem cōdemnationem accipiunt, ideo illis occultanda sunt: nam hoc maioris est misericordiæ. Theoph. ibidem.

14. Opus habemus testimonio.

Universidad de Deusto Biblioteca

ET surgens omnis multitudo eorum,duxerunt illum ad Pilatum.[a] Cœperunt autem accusare illum, dicẽtes: Hunc inuénimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum Regem esse.† Pilatus autem interrogauit eum, dicens: [b] Tu es Rex Iudæorum? At ille respondens,ait: Tu dicis. Ait autem Pilatus ad Principes sacerdotum & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes: Commouit populum docens per vniuersam Iudæam,[1] incipiens] à Galilæa vsque huc. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit,quòd de Herodis [2] potestate] esset,remisit eum ad Herodem,qui & ipse Ierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Iesu,gauisus est valde.§ [c] Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quòd audiret multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus, at ipse nihil illi respondebat.† Stabant autem Principes sacerdotum & Scribæ constanter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo,& illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum.Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die, *nam antea inimici erant adinuicem. † Pilatus autem conuocatis Principibus sacerdotum, & Magistratibus, & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, † nullam causam [3] inuenio] in homine isto ex iis in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes.§ Nam remisi vos ad illum,& ecce nihil dignum morte actum est ei.Emendatum ergo illum dimittam. †Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba,dicens: Tolle hunc,& dimitte nobis Barabbam. Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos,volens dimittere Iesum. At illi succlamabant, dicentes:[d]Crucifige,crucifige eum.Ille autem tertiò dixit ad illos:Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum, & dimittam. At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur, & inualescebant voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.§ Dimisit autem illis eum,qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem,quem pẽtebant: Iesum verò tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eum,†apprehenderunt Simônem quendam Cyrenensem venientem [4] de villa,] & imposuerunt illi crucem [5]portare] post Iesum. Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum, quæ plangebãt & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Iesus,dixit:[e]Filię Ierusalem,nolite flere super me,sed supervosipsas flete,& super filios vestros.Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: † Beatæ steriles,& ventres qui non genuerunt,& vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere mõtibus: cadite super nos,& collibus:operite nos:§ Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Ducebantur autem & alij duo [6] nequam] cum eo, vt interficerentur.†Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum, & latrones, vnum à dextris, & alterum à sinistris.Iesus autem dicebat:† Pater,dimitte illis.[f] Non enim sciunt quid faciunt.† Diuidentes verò vestimenta eius,miserunt sortes. Et stabat populus [7] expectans,] & deridebant eum Principes cum eis, dicentes: Alios saluos fecit, se saluum faciat,si hic est Christus dei electus.[g] Illudebant autem ei & milites accedentes,& acetum offerentes ei,*dicentes: Si tu es Rex Iudæorum,saluum te fac.Erat autem & superscriptio scripta super eum literis Græcis,& Latinis,& Hebraicis:hic est Rex Iudæorum.Vnus autem de iis qui pendebant latronibus blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac teipsum & nos.§Respondẽs autem alter increpabat eum,dicens:Neque tu times deum,[8] qui] in eadem damnatione es. Et nos quidem iustè, nam digna factis recipimus: Hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: † Domine,memento mei cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: [h] Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. † Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam. Et obscuratus est sol,& velum templi scissum est medium. Et clamans voce

a. Vide dolum ac malitiam.Volentes enim Pilati ira exacuere aduersus Christum, & abducere quo eum citius occideret,defectionis ac tyrannidis crimen huic affingunt. Simul etiam vt timent Cæsarem Pilatus, etiam si vellet hũc à morte eripere,nõ posset.Euthym.in Matt.27.c

b. Videtur autẽ mihi ista interrogatione qui facit erga Christum,videre Iudæorum calumniam. Rem enim ipsam subintelligat,dicẽs; Tu es Rex Iudæorũ? Quasi sic dicat: Tu qui tã pauper,tam vilis,tam destitutus auxilio, tã nudus es, accusaris regnum ambire? Hoc autem deridentis est eos, qui in his accusabant Iesum:quod fingentes talem attentari ab homine tã nudo,& tam vili, ad quam tot diuitiis atque præsidiis opus est. Theophyl.ibid.

1. Exortus.

2. Ditione.

c. Herode autẽ cupiente aliqua mirabilia ei⁹ videre,ipse tacuit, & nihil fecit:quia nec illius crudelitas meretur videre diuina,& dominus iacẽtiam declinabat. Et fortasse typicè in Herode omnes impij significatur qui si legi nõ credideriẽt & prophetis, mirabilia Christi opera in euangelio quoque videre nõ possunt. Ad Herodem mittitur, ad Pilatũ remittitur. Et si vtique reum nõ pronuntiant, alienę tamẽ crudelitatis studiis obsequuntur. Laue enim Pilatus manus,sed facta non diluit. Iudex enim nec inuidiæ cedere debuit, nec timori, vt sanguine innocẽtis morti addiceret.Ambro.in Luc.23.

★ Inter se.

3. Inueni.

[d.Quanta perfidorum crudelitas, qui non solùm occidere innocentem,sed & pessimo genere mortis occidere, hoc est crucifigere desiderant. Pendentes enim in ligno crucifixi clauis ad lignũ pedibus manibusque confixi, producta morte necabantur. Beda.ibid.]

4. Ex agro.

5. Vt portaret.

e. Ex hoc loco non defendam Christi mortem hæretici cõtendunt. Contra quos Theophylus ibi. mandat Christus deplorantibus eum in futura mala prospectum inrendere,& super illis flere. Quasi diceret: Non tã super me flete,quàm super vos,quia ratione malorum vobis imminentium, habetis lõgè ampliorem flendi materiam & occasionem,quàm super meis tormentis, quæ deuicta morte citò finiuntur.Hæc ille.

6. Malefactores.

f. Sed non excusantur qui nesciũt,cum scire nolũt, quod debuerint cognoscere Ambro. de interpel.lib.1.cap.5.

7. Spectans.

g. Illa quoque præcipua fuit causa cur deus crucẽ maluerit, quòd illa eum exaltari fuit necesse, & omnibus gentibus passionem dei innotescere. Nam quoniam is qui patibulo suspenditur,& cõspicuus est omnibus & ceteris altior,crux potius electa est,quæ significaret illũ tam conspicuum,tãmque sublimem futurum,vt ad eum cognoscendum pariter & colendum cũctę nationes ex omni orbe cõcurrerent.Lactan.li.4. cap.20. de vera sapient.

★ Et.

8. Quòd.

h. Qui ab hominibus quęrit,habet mercedem suam:qui autem à deo, habet vitã æternam. quã præstare non potest,nisi author æternitatis, iuxta illud: Amen dico tibi,hodie mecũ eris in paradiso.Ambr.Offic.lib.2.cap..

magna Iesus,ait: [i] Pater,in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, expirauit. Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit deum,dicens: Verè hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul [j]aderāt] ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, [k] percutientes pectora sua reuertebantur. [*] Stabant autem omnes noti eius à longè, & mulieres quæ secutæ eum erant à Galilæa hæc videntes. † Et ecce vir nomine Ioseph qui erat Decurio, vir bonus & iustus, hic non consenserat consilio & actibus eorum, ab Arimathia ciuitate Iudææ,qui expectabat & ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum,& petiit corpus Iesu,& depositum inuoluit in sindone, & posuit eum in monumento excisо, in quo nondum quisquam positus fuerat. [l] Et dies erat Parascêues,& sabbatum illucescebat. Subsecutæ autem mulieres quę cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius,& [10] reuertentes] parauerunt aromata & vnguenta, & sabbato quidem [11] siluerunt] secundum mandatum.

*Mulieres monumentum cum aromatibus visitantes Christum audiunt ab angelis iam suscitatum,quod audiens Petrus ipse visitans non inuenit. Iesus autem peregrinantibus in Emaús se sociat, & postea in medio vndecim palàm comedit, & tandem ipsis cernentibus in cælum ascendit.* XXIIII.

† NA autem sabbati [1][a]valde] diluculo venerunt ad monumētum portantes quę parauerát aromata, [*] & inuenerunt lapidem reuolutum à monumento,& ingressę non inuenerūt corpus domini Iesu. Et factum est dum mente consternatæ essent de isto,ecce duo viri steterūt secus illas in veste fulgenti. † Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis? viuentem cum mortuis? Non est hic,sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis cum adhuc in Galilæa esset, dicens: † Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum,& crucifigi, [b]& die tertia resurgere. †Et recordatæ sunt verborum eius, & regressæ à monumento nuntiauerunt hæc omnia illis vndecim,& cæteris omnibus. [*] Erat autem Maria Magdaléne, & Ioanna, & Maria Iacôbi,& cæteræ quæ cum eis erant,quæ dicebant ad Apostolos hæc. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba [2] ista, ] & non crediderunt illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, & [3] procumbens] vidit linteamina sola posita, & abiit secum mirans quod factum fuerat. Et ecce † duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine [4][c] Emaús, ]& ipsi loquebantur adinuicem de iis omnibus quę acciderant. Et factum est dum fabularentur,& [5] secum quęrerent, ] & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: [*] Qui sunt ij sermones quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus cui nomen Cléophas, dixit ei: [d] Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram deo & omni populo: Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus,quia ipse esset redemptурus Israel. [6] Et nunc] super hæc omnia tertia dies est hodie, quòd hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ [7] ante lucem fuerunt] ad monumentum,& non inuento corpore eius, venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. [*] Et abierūt quidam ex nostris ad monumentū,& ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt,ipsum verò non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quę locuti sunt prophetę. Nónne hęc oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam suam? [e] Et incipiēs à Moyse & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quò ibát & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum dicētes: Mane nobiscum domine,quoniam adueſperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. [*] Et factum est dum recum-

[i] Patrem inuocant se filiū dei declarat. Spiritum cōmendant, non delectum virtutis, sed cōdēctam eiusdem cum patre potestatis insinuat. Amat enim dare gloriam patri, in quo nos informat vt gloriam demus creatori. Glota in din.]

[j] Accesserant.

[k] Quia multi etiam se propter hæc facta cedebāt, & pectus percutiebant, hoc summopere Iudæorum ante oculos ponit crudelitatē: quibus enim cæteri flebant amarè, his illi gloriabātur. Nam etsi magna ira dei, imò verò furore ea signa forent, tenebræ scilicet, dirupti lapides, scissum velum, motus terræ, nec timore tamen vllo repressi, nec misericordia flexi sunt. Chryſ. in Matth. homil. 89.

[l] Erat dies Parascues. i. feria sexta, quæ dicitur Parascues. i. præparatio, quia tunc præparabantur, & coquebantur illa quę debebāt comedi in sabbato, secundum quod præcipitur. Exo. 16. cap. Delyra. ibid.]

[10] Reuersæ.

[11] Quieuerunt.

[1] Profundo.

[a] Quod alius euangelista dicit valde manè. Diluculū est inter tenebras noctis & diei claritatē, in quo solus humano generi apparuit, soliti vicinitate declaranda more solis, qui proxima luce cōsurgens, roseam præmittit auroram, vt gratia præclari splēdoris præparatis oculis possit intueri. quādo dominicæ resurrectionis eluxit: vt tunc laudes Christi tota caneret secundum exemplum harū fœminarum ecclesia: quando genus humanum exēplo suæ resurrectionis animauit, quando vitā præstitit, & lumen exsidelitatis infudit. Hieron. in Matt. 16. c.

[*] Et nonnullæ cum illis.

[b] Surrexit igitur dominus triduanus, quomodo autem tres dies? Sexta hora parascues crucifixus est, ab illa vsque ad nonā fuerunt tenebræ. Per has nūi noctem intelligas. Iteram à nona, lux, id est, dies: ecce diem, & noctem. Iterum nox parascues & dies sabbati, ecce secūdo diē & noctem. Nox quoque sabbati & diluculum dominicæ, iuxta Matthæum dicentemque illucescebat in vna sabbatorum. A diluculo enim & dies totus numeratur. Ecce tertio diē & noctem. Theoph. ibid.

[2] Illarum.

[3] Cum se inclinasset.

[4] c. Emmaus vel secundum Iosephum, Ammaus, vrbs est Palæstinæ, quę pòst dicta est Nicopolis.

[5] Disputarent.

[d] Apparuit & ipsis, fact⁹ est tertius viator, miscuit cū eis amicā colloquia, oculi eorum tenebantur, ne agnoscerent eū. Oportebat enim vt melius cor instrueretur. Cognitio differtur, quærit ab eis quid inter se loquerētur, vt quod ipse sciebat, illi faterentur. Et, quod audistis: mirari cœperūt. quis de re clara & tam manifesta velut à nescientе interrogabantur. Tu solus (inquiunt) peregrinus es in Ierusalē, & nescis quę in ea facta sunt! At ille dixit: Quæ! De Iesu Nazareno, &c. Augusti. Serm. 144. de tempore.

[6] Atqui.

[7] Diluculo profectæ.

[e] Vnde & à Moyse & ab omnibus prophetis interpretatur eis: nempe mysterium sacrificij Abrahæ, quando dimisso Isaac aries immolatus est. hęc enim res dominicas præfigurabāt. Theophil. ibid.]

recumberet cum eis,accepit panem,& benedixit ac fregit,& porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum,[k] & cognouerunt eum,& ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt adinuicem:Nónne cor nostrum ardens erat in nobis,dum loqueretur * in via,& aperiret nobis scripturas:Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem,& inuenerunt congregatos vndecim,& eos qui cum illis erant,dicentes,quòd surrexit dominus verè,& apparuit Simóni.[l] Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via,& quomodo [8] cognouerunt eum] in fractione panis. † [m] Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus in medio
r eorum,& dixit eis: Pax vobis,& ego sum,nolite timere.] [&] Conturbati verò & conterriti existimabant se spiritum videre. Et dixit eis: Quid turbati estis,& cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes, * quia ego ipse sum. Palpate & videte,quia spiritus carnem & ossa nō habet,sicut me videtis habere. Et cum [9] hoc] dixisset,ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus præ gaudio,dixit: Habetis hic aliquid [10] quod manducetur? ] At illi obtulerunt ei partem piscis assi,& fauum mellis. Et cum manducasset coram eis,sumens reliquias [11] dedit eis.] Et dixit ad eos:Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum,quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & Prophe-
o tis & Psalmis de me.[n] [&] Tunc aperuit [12] illis sensum] vt intelligerent scripturas, & dixit eis:† Quoniam sic scriptum est,& sic oportebat Christum pati,& resurgere à mortuis tertia die, & [13] prædicare ] in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes:incipientibus ab Ierosolyma. Vos autem testes estis horum.† [o] Et ego mittam promissum patris mei in vos,vos autem sedete in ciuitate,quoadusque induamini virtute ex alto. † Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis,recessit ab eis,& ferebatur in cœlum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno,& erant semper in templo laudantes & benedicentes deum. Amen.

k. Nos definimus deum natura cognoscendum, deinde doctrina recognoscendum. Natura ex operibus, doctrina ex prædicationibus. Tertul. aduersus Marcio. lib. 2.

* Nobis.

[l. Ipsi narrabant apparitionem eis factam prout descripta est per ordinem. Tamen nec ipsis nec alijs Thomas credidit, sed per aliquod spacium ab alijs discessit. De Lyra ibidem.]

8. Cognitus fuisset ipsis.

m. Non ergo per incorpoream naturam, sed per resurrectionis corpoream qualitatem impertuita visu clausa penetrauit. Nā quod tangitur corpus est: in corpore autem resurgemus. Seminatur enim corpus animale, surgit corpus spirituale. Sedillud subtilius, hoc crassius: vtpote adhuc terrenæ labis qualitate concretum. Nam quomodo non corpus, in quo manebant insignia vulnerum, vestigia cicatricum, quæ dominus palpanda obtulit: Ambro. ibidem.

* Meos.

9. Hæc.

10. Edulij.

11. Accepit atque in conspectu eorum comedit.

[n. Post visum, post contactum, post commemoratam legem, aperuit sensum, vt quod vident & legunt, intelligant. Deinde post sui corporis commendatā veritatem, commendat ecclesiæ vnitatem, & prædicari in nomine eius pœnitentiam in omnes gentes. Glosa ordin.]

12. Eorum mentem.

13. Prædicari.

o. Conuersamini simul Ierosolymis, non separati, propter imbecillitatem quā adhuc tenemini, & timorem vestrum quoadusque induamini in modum armaturæ virtute ex alto cœlo, vel alta diuinitate per prædictī spiritus sancti descensionem. Euthymius. ibidem.

## VITA SANCTI IOANNIS PER DIuum Hieronymum.

IOannes apostolus,quem Iesus amauit plurimum,filius Zebedæi,frater Iacobi apostoli,quem Herodes post passionem domini decollauerat,nouissimus omnium scripsit Euangelium,rogans ab Asiæ episcopis aduersus Cerinthum,aliósque hæreticos,& maxime tunc Ebionitarum dogma consurgēs,qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Vnde & compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere Sed & aliam causam huius scripturæ ferunt,quod cum legisset Matthæi, Marci,& Lucæ volumina,probauerit quidem textum historiæ, & vera eos dixisse firmauerit, sed vnius tantùm anni in quo & passus est post carcerem Ioannis,historiam texuisse. Prætermisso itaque anno,cuius acta à tribus exposita fuerant,superioris temporis antequam Ioannes clauderetur in carcerem,gesta narrauit:sicut manifestum esse poterit iis,qui diligenter quatuor Euāgeliorum volumina legerint. Quæ res etiam διαφωνίαν,quæ videtur Ioannis esse cum cæteris,tollit. Scripsit autem & vnam epistolam,cuius exordiū est: Quod fuit ab initio,quod audiuimus & vidimus oculis nostris,quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ:quæ ab vniuersis ecclesiasticis & eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ,quarū principium est: Senior electæ dominæ & natis eius,& sequentis: Senior Caio charissimo,quem ego diligo in veritate,Ioannis presbyteri asseruntur,cuius & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur,& nonnulli putant duas memorias eiusdem Ioannis Euangelistæ esse,super qua re cum per ordinem ad Papiam auditorem eius ventum fuerit,disseremus. Quarto decimo igitur anno,secundā post Neronem persecutionē mouēte Domitiano,in Patmos insulam relegatus,scripsit Apocalypsin, quam interpretantur Iustinus martyr,& Irenæus. Interfecto autem Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem à senatu rescissis,sub Pertinace principe redit Ephesum,ibíque vsque ad Traianū principem perseuerāns,totas Asiæ fundauit rexítque ecclesias, & cōfractus senio,sexagesimo octauo post passionem domini anno mortuus iuxta eandem vrbem sepultus est.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## INCIPIT PROLOGVS IN EVANgelium Ioannis.

*Hic est Ioannes Euangelista, vnus ex discipulis domini, qui virgo à deo electus est, quem de nuptiis volentem nubere vocauit deus. Cui virginitatis in hoc duplex testimonium datur in Euangelio: quòd & præcæteris à deo dilectus dicitur, & huic matrem suam pendens in cruce commendauit dominus, vt virginem virgo seruaret. Denique manifestans in Euangelio, quòd erat ipse incorruptibilis verbi opus inchoans, solus verbum carnem factum esse, nec lumen à tenebris comprehensum fuisse testatur. Primum signum ponens, quod in nuptiis fecit dominus, ostendens quòd ipse erat: vt legentibus demonstraret, quòd vbi dominus inuitatus sit, deficere nuptiarum vinum debeat, & veteribus immutatis, noua omnia quæ à Christo instituũtur, appareant. Hoc autem Euangelium scripsit in Asia, posteaquam in Patmos insula Apocalypsin scripserat: vt cui in principio canonis incorruptibile principium prænotatur in Genesi, ei etiam incorruptibilis finis per virginem, in Apocalypsi redderetur, dicente Christo: Ego sum Alpha & ω. Et hic est Ioannes, qui sciens superuenisse diem recessus sui, conuocatis discipulis suis in Epheso, per multa signorum experimenta promens Christum, descendens in defossum sepulturæ suæ locum, facta oratione positus est ad patres suos, tam extraneus à dolore mortis quàm à corruptione carnis inuenitur alienus. Tamen post omnes Euangelium scripsit, & hoc virgini debebatur. Quorum tamen vel scriptorum temporis dispositio, vel librorum ordinatio, ideo à nobis per singula non exponitur, vt sciendi desiderio collato, & quærentibus fructus laboris, & deo magisterij doctrina seruetur.*

# Incipit Euangelium secundum Ioannem.

*Christus ab æterno deus, & ex tempore homo, Ioannis Baptistæ etiam testimonio perhibetur, & quosdam discipulos vocat.* Caput. I.

a. Omnes autem hæreses hoc capitulo breui piscator noster exclusit. Quod enim erat in principio non includitur tempore, non principio præuenitur. Ergo Arrius conticescat. Quod autem erat apud deum, non commixtione confunditur, sed manẽtis verbi apud patrem solida perfectione distinguitur, vt Sabellius obmutescat. Et deus erat verbũ. Non ergo in prolatione sermonis hoc verbum est, sed in illa cœlestis designatione virtutis, vt confitetur Fotinus, &c. Amb. de fide, lib. 1. ca. 5.

b. Vnde mirari me fateor hoc ita sentiti potuisse quasi nos ꝓpriam personam verbi, quod est filius, negaremus, quemtot locis verum filium de vero patre natum, non factum ingessimus. Nemo verborenus nominat, quem verè esse in persona sua sæpius profitetur. Greg. Nazianzenus de fide.

1. Luce, & infra.

c. Cum autem Christus huius testimonio non egeret, subiungit et etiam causa testimonij, addit enim: Vt omnes crederẽt per illum. Quis madmodũ enim carne vestitus est, ne nuda diuinitate apposita omnes perderet: ita quoque testimonio vsus est, vt Iudæi cognati Ioannis vocem audientes per eam crederent filium in eum de quo testificabatur. Euthy. ibidem.

d. Filius dupliciter intelligitur, alius quidem secundum naturam, eò quòd natus sit filius: alius autem secundum id quod factus est, reputatur filius. Secundum igitur naturam quæ est seruũ conditionem, omnes filij dei sumus: secundum verò obedientiam, & doctrinam non omnes filij dei sunt, sed qui credunt & faciunt eius voluntatem. Qui autem non credunt, & non faciunt eius voluntatem, filij & angeli sunt diaboli, secundum id quod opera diaboli faciant. Ireneus. lib. 4 c. 79.

2. Tanquam, vel sicut.

e. Ex ipsa vestra locutione cognoscitis quia prius vox sonat, vt verbum postmodum possit audiri: Ioannem ergo vocem esse asserit, quia verbum præcedit. Albinus in Ioan.

[a] N principio erat Verbum, & Verbum erat apud deum, & deus erat Verbũ. Hoc erat in principio apud deum. † [b] Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil quod factũ est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominũ, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cõprehenderunt. † Fuit homo missus à deo, cui nomen erat Ioannes. Hic vênit in testimonium vt testimonium perhiberet de [1] lumine, ] [c] vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. † Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. [d] In propria vênit, & sui eum non receperunt. † Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem [d] filios dei fieri, iis qui credunt in nomine eius. † Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. † Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriam [2] quasi ] vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. † Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat quem dixi, qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. 4 Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. † Deum nemo vidit vnquam, [d] vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum: Tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et confessus est, quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? & dixit: Non sum. Propheta es tu? & respondit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, vt responsum demus iis qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait: † Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam domini, sicut dixit Isaias Propheta. Et qui missi fuerant, erant

A † 56. quæ. c. Epilogi.

† Matt. 3. Marc. 1. Luc. 3. Infra 3. De hoc. Cum ea. 20.

† Dilige. Clem.

B † De cel. 4. Hæc ita. rum. ‡ Decem. 2. 2. Quæ. sum. † Matt. 2. Luc. 1. † Ab. de. ja.

† 1. Tim. 6. 1. 21. Ioan. 4. 2. Tim. 4. Iudæ 5.

C † Is. 40. 2. Matt. 3. Marc. 1. Luc. 3.

D erant ex Phariſæis. Et interrogauerunt eum,& dixerunt ei.§f Quid ergo baptizas,ſi tu non es Chriſtus,neque Elias neque propheta?Reſpondit eis Ioannes,dicens: Ego baptizo in aqua, medius autem veſtrum ſtetit quem vos neſcitis. † Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt,qui ante me factus eſt, g cuius ego non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calceamenti. Hæc in Bethabara facta ſunt trãs Iordanem,vbi erat Ioãnes baptizans.3 Altera die vidit] Ioannes Ieſum venientem ad ſe,& ait:Ecce agnus dei,⊱ ecce] qui tollit 4 peccata] mundi.Hic eſt de quo dixi:Poſt me venit vir,h qui ante me factus eſt,quia prior me erat,& ego neſciebam eum. Sed vt manifeſtetur in Iſrael, propterea
E veni ego in aqua baptizans.§ Et teſtimonium perhibuit Ioannes, dicens: † Quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi i columbam de cœlo:& manſit ſuper eum. Et ego k neſciebam] eum:ſed qui miſit me baptizare in aqua,ille mihi dixit: l Super quem videris ſpiritum deſcendentem,& manẽtem ſuper eum,† hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto.Et ego vidi,& teſtimonium perhibui,quia hic eſt filius dei.6 Altera] die iterum ſtabat.Ioannes, & ex diſcipulis eius duo.Et reſpiciens Ieſum ambulantem, dixit: † Ecce agnus dei.Et audierunt eum duo diſcipuli loquentem,& ſequuti ſunt Ieſum.l Conuerſus autem Ieſus,& videns eos ſequentes ſe,dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei:
F §Rabbi,quod dicitur interpretatum magiſter,vbi habitas?Dicit eis: Venite & videte. Venerunt,& viderunt vbi maneret,& apud eum manſerunt die illo.Hora autem erat quaſi decima. Erat autem Andreas frater Simônis Petri, vnus ex duobus qui 7 audierat] à Ioanne,& ſecuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem ſuum Simônem, & dicit ei:Inuenimus Meſſiam,quod eſt interpretatum Chriſtus. Et adduxit eum ad Ieſum.m Intuitus autem eum Ieſus,dixit: Tu es Simon filius 8 Iohanna, ] tu vocaberis Cephas,quod interpretatur Petrus.9 In craſtinum]voluit * exire in Galilæam,& inue
G nit Philippum.Et dicit ei Ieſus:Sequere me.§ Erat autem Philippus à Bethſaida ciuitate Andreæ & Petri.Inuenit Philippus Nathanael,& dixit ei. † Quem ſcripſit Moyſes in lege,& Prophetæ,inuenim9 Ieſum filium Ioſeph à Nazareth.Et dixit ei Nathanael: A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?Dicit ei Philippus:Veni,& vide.Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe,& dicit de eo:Ecce verè Iſraelita,in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanael:Vnde me noſti?Reſpondit Ieſus,& dixit ei:Prius quàm te Philippus vocaret,cum eſſes ſub ficu,vidi te.Reſpondit ei Nathanael,& ait:Rabbi,tu es filius dei,tu es Rex Iſrael.Reſpõdit Ieſus,& dixit ei:Quia dixi tibi,vidi te ſub ficu,credis: 10 maius] his videbis.Et dicit ei:Amen amen dico vobis, * videbitis cœlum apertum,& † angelos dei aſcendentes & deſcendentes ſupra filium hominis.

[f.Cum perficere nó potuiſſent quod intendebant,accuſatione nituntur hunc attrahere, vt vel timore cogeretur dicere quod non erat.Euthy.ibid.]
g. Id eſt,non ſum dignus incarnationis myſterium comprehendere auguſtiis mentis humanæ, atque inopis vilitate ſermonis abſoluere. Ambr.de inſtitutio.virginis.ca.4.
3.Poſtero die videt.
4.Peccatum.
h. Hoc eſt,factum eſt vt ante me eſſet,vt præponeretur mihi, qui prior me erat.Aug. ſuper Numer.ca.51.
i. Quare ſpiritus ſicut columba deſcendit,niſi vt tu videres, niſi vt tu agnoſceres columbam etiam illam,quam Noe iuſtus emiſit ex arca,iſtius columbę ſpeciem tuiſſe, vt typum agnoſceres ſacramẽti? Et forteſſe dicas: cum illa vera colũba fuerit, hic quaſi columba deſcẽderit, quo illic ſpeciem dicimus,hic veritatem? Sed quid tam verũ quàm diuinitas,quæ manet ſẽper,creatura autem non poteſt veritas, ſed ſpecies eſſe:quare facilè ſoluitur atque mutatur. Ambr.de iis qui myſteriis initiãtur,ca.4.
5 Non noueram.
k. In eo manebat quẽ nulla corruptelæ carnalis impedimenta reuocabant,quominus incorrupta & impermixta ordinem diſciplinæ teneret:cuius caro non vidit corruptionem.Ambro.de Noe & arca,cap.3.
6.Poſtero.
l.Hinc admoneri poſſumus deũ ſuis in nos beneficiis noſtras nõ præuenire voluntates,ſed à nobis incipiendum eſſe: ſed cum nos prumpto paratoque animo ad ſuſcipiendam gratiam exhibemus,tunc multas affert nobis ſalutis occaſiones. Chryſoſt.ibidem,homil.17.
7.Audierant.
m.Reſpicit vt deũ decet,qui corda & renes ſcrutatur, videtque qui nihil ignorat, ad quãtam & fidem & virtutẽ diſcipulus peruenturus ſit:& antea quàm aliquid de eo quæſiuiſſet, tam ipſum quàm patrem eius nomine appellat, & hac re diſcipulũ inſtruit eum ſe eſſe, qui cuncta etiam antequam fiant,nouit.Cyr.ibidem.
8.Ioua,vel Ionæ.
9.Poſtero die.
*Ieſus. 10.Maiora.
*A modo.

*Christus in nuptiis ex aqua vinum facit,inde Ieroſolymam aſcendens negotiatores à templo eiicit.* 11.

Anno do.31. A ET die tertia,nuptiæ factæ ſunt in Chana Galilææ: & erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autem & Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias.Et deficiente vino, dicit mater Ieſu ad eum:Vinum non habent. Et dicit ei Ieſus: Quid mihi & tibi eſt mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius miniſtris: Quodcunque dixerit vobis,facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ b metrétas binas vel ternas. Dicit eis Ieſus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vſque ad ſummum.Et dicit eis Ieſus: Haurite nunc,& ferte c Architriclino. Et tulerunt. § Vt autem guſtauit Architriclinus aquam vinum factam,& non ſciebat vnde eſſet, (miniſtri autem ſciebant,qui hauſerant aquam,) vocat ſponſum Architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius eſt. Tu autem ſeruaſti bonũ vinum d vſque adhuc.] Hoc fecit d initium ſignorũ Ieſus in Chana Galilææ:& manifeſtauit gloriam ſuam,& crediderunt in eũ diſcipuli eius.† Poſt hæc deſcendit Capharnaũ ipſe & mater eius, & fratres eius, diſcipuli eius,& ibi manſerunt
C non multis diebus.§ Et propè erat e Paſcha Iudeorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam

a.Quidam dicunt dominũ poſt ieiunium aperte prædicaſſe, diſcipulos congregaſſe,ac ſermonem domini in mõte feciſſe ante vini miraculum: quia legunt dominum cum diſcipulis inuitatum ad nuptias. Alij verò dicunt poſt ieiunium occultè prædicaſſe,& paucos diſcipulos cõgregaſſe per annum, & tunc cũ illis paucis ad nuptias vocatum poſt annum:quod verius putamus,cum primum ſupra 30. attingeret annum.Comeſt.
b.Metreta menſura eſt congiorum decẽ. Budæus lib.de Aſſe.
c.Architriclinus, qui præfectus eſt apparando conuiuio.
1.Hucuſque.
d.Publicum & manifeſtũ,quãdoquidem prius ſigna ediderat de virgine naſcẽdo, Magos ſtella ducendo.40.dieb.& totidem noctibus ſine cibo ieiunando & plura nobis ignota quæ nõ ſunt ſcripta in libro hoc.
e.Secundum Paſcha à baptiſmate Chriſti, quod fuit anno eius 31.quum eſſet 29.an.& tres mẽſes natus,ſecundum Comeſt. at ſecundum Chryſ.30.annus eius erat cum 3.mẽſib.31.anni quod mihi verius videtur quum miraculum vini feciſſe dicatur eodem quo fuerat die baptizatus, quum inciperet 30.annum, anno reuoluto.

Universidad de Deusto
Biblioteca



[f. Et quare illos è templo eiicit non immerito. Quia in sabbato sanctus erat, & soluitur legem, vt ne videatur cõtrarius Deo, corrigit hoc loco opinionem illam. Neque tantum zelũ propter domum offendens spretui esset Deum dominum domus. Non enim simpliciter eiicit, sed & flagello plexo percutit, sed subuertit mẽsas & lucrum, hoc est, pecuniam nummulatiorum effundit. Theophyl. ibidem.]
2. Mercatus.
g. Sub secundo enim Darij anno inceptum est, & per 46. an. constructum, suo tandem decimo Xerxis anno cõsummatũ est. Prosp. Et verius anno Cyri. 24. inceptũ esse compertum habemus, vsque ad 10. an. Darij filij Hidaspis: ad quem sunt anni 46. à quo ad Christum natum sunt. 490. an. ex 70. hebdomadib⁹ emergẽtes.
[h. Non enim sic credebant in eum, vt digni essent Christũ habitare in eis, quorum fides catechumenis cõparatur, qui credunt in Christum, sed Christ⁹ non credit seipsum eis, quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Beda. ibidẽ.]

& inuênit in templo vendentes oues & boues, & columbas, & nummularios sedentes. Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, [f] omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & nummulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit. Et iis qui columbas vendebant, dixit: Auferte iſta hinc. † & nolite facere domum patris mei, domum [2] negotiationis.] Recordati ſunt verò diſcipuli eius, quia ſcriptum eſt: Zelus domus tuæ comẽdit me. Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod ſignum oſtẽdis nobis quia hæc facis? Reſpondit Ieſus, & dixit eis: † Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. [g] Dixerunt ergo Iudæi: [5] Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis ſui. Cum ergo reſurrexiſſet à mortuis, † recordati ſunt diſcipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt ſcripturæ: & ſermoni quem dixit Ieſus. Cum autem eſſet Ieroſolymis in Paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomine eius videntes ſigna eius quæ faciebat. [h] Ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis, eò quòd ipſe noſſet omnes, & quia opus ei non erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine. Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

*Nicodemum ſuper regeneratione inſtruit: Iudæam luſtrando baptizat, vnde Ioannis diſcipulos æmulantes Ioannes ipſe arguit.* III.

[a. Cum esset magister in Israel & inter magnates vnus, palam discere erubuit, & ideo nocte venit.
[b. Timebat enim palam accedere propter Iudæorum suspitionem qui auersum erant accedentes ad eum. Euthy. ibidem.]
1. Natus. 2. Renasci.
c. Vtique nullum excipit, non infantem, non aliqua præuentũ necessitate. Ambr. de Abraham, lib. 2. ca. 11.
d. Nec putes quod etiam si omnem pietatem colas, omnémque iustitiam, baptismum verò non accipias, spem possis habere apud deum. Imo potius maiore pœna dignus erit qui bona opera non bene operatur. Deus autem iubet omnem colentem se baptismo consignari. Clemens, lib. 6. Recognitionum.
3. Credidistis.
e. Ac si dicat. Ne arbitreris ita me magistrum esse, vt multi prophetarum, qui à terra sunt: quoniam ex cœlo venio, quo nemo prophetarum ascendit, ego illic habito, & non solum, sed & vbique. Chrys. Vel eum Christus sit caput, sancti autem membra, ne cesse est vt sequantur membra, quò caput præcedit: vt sit in cœlo corporis Christi plenitudo. Eucherius.
4. Dederit. 5. Mala.
f. Ecce hic opera hominis in deo facta legimus, & ad substantiam tamen diuinam referre nõ possumus. Sed aut per ipsum facta cognoscimus, vt est illud Apostolicum, quòd omnia per ipsum sint, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Ambro. de fide. lib. 3. cap. 3.
6. Quod.

[g. Ennon in 8. lar ide Scythopolis, quæ & Bethsan dicta: in quo Philistæi Saulis & natorum cadauera capitibus truncata, in Iudæorum contumeliam suspendebant, vt 1. Reg. vltimo, dissitque à Ieroſolymis 37. leucis cũ semisse. Est & alia Ennon quæ & Gehennon in suburbiis Ieroſolymæ, ad radices mõtis Moriæ, vbi erat idolum Molech æneũ, cuius facies vitũli, pars reliqua hominis porrectis manibus ad recipiendum pueros immolandos paratis: vnde Gehenna locus tormentorum, & sæpius pro inferno, ab illa valle Gehennon dicta.

A [1] Erat autem homo ex Phariſæis Nicodêmus nomine, princeps Iudæorum. [a] Hic vênit ad Ieſum [b] nocte, & dixit ei: † Rabbi, ſcimus quia à deo veniſti magiſter. Nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit deus cum eo. Reſpondit Ieſus, & dixit ei. Amẽ amen dico tibi, † niſi quis [1] renatus] fuerit denuo, non poteſt videre regnum dei. Dicit ad eum Nicodêmus: Quomodo poteſt homo [2] naſci] cum ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrem matris ſuæ iterato introire, & renaſci? Reſpondit Ieſus: Amen amen dico tibi, [c] † niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, [d] non poteſt introire in regnum dei. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Non mireris quia dixi tibi, oportet vos naſci denuo. † Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quò vadat. Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. [e] Reſpondit Nicodêmus, & B dixit ei: Quomodo poſſunt hæc fieri? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, [3] quia] quod ſcimus, loquimur, & quod vidimus teſtamur, & teſtimonium noſtrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non [3] creditis,] quomodo ſi dixero vobis cœleſtia credetis? † Et nemo aſcendit in cœlũ, niſi qui deſcendit de cœlo, [c] filius hominis qui eſt in cœlo. † Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipſo, nõ pereat, ſed habeat vitam æternam. † Sic enim deus dilexit mũdum, vt filium ſuũ vnigenitum [4] daret,] vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Non enim miſit deus filium ſuũ in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum. † Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine vnigeniti filij dei. [f] Hoc eſt autem iudicium, quia C † lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Erant enim eorum mala opera. † Omnis enim qui [5] malè] agit, odit lucem, & non venit ad lucem: vt non arguantur opera eius. [f] Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius: [6] quia] in deo ſunt facta. Poſt hæc vênit Ieſus & diſcipuli eius in Iudæam terram, & illic morabatur cum eis, † & baptizabat. † Erat autem & Ioannes baptizans in [g] Ennon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic, & veniebant & baptizabantur. Nondum enim miſſus fuerat Ioannes in carcerem. Facta eſt autem quæſtio ex diſcipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione. Et venerunt ad Ioannem, & dixerũt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Reſpondit Ioannes, & dixit: Nõ poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cœlo. [g] Ipſi vos mihi teſtimonium perhibetis quòd D

dixe-

dixerim,non ſum ego Chriſtus,ſed quia miſſus ſum ante illum.[h] Qui habet ſponſam, ſponſus eſt:amicus autem ſponſi qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi.Hoc ergo gaudium meum impletum eſt. [i] Illum oportet creſcere, me autem minui.Qui de ſurſum venit,ſuper omnes eſt.Qui eſt de terra de terra eſt,&de terra loquitur:qui de cœlo venit,ſuper omnes eſt. Et quod vîdit,& audiuit,hoc teſtatur,& teſtimonium eius nemo accipit.Qui autem acceperit eius teſtimonium,† ſignauit, quia deus verax eſt.Quem enim miſit deus,verba dei loquitur. Non enim ad mẽſuram dat deus ſpiritum. Pater diligit filium, † [k] & omnia dedit in manu eius. ‡ Qui credit in filium,habet vitam æternam:† qui autem incredulus eſt filio,non videbit vitam,ſed ira dei manet ſuper eum.

[h.Id eſt,habet officium ſponſi, quod eſt generare filios:& ideo officium Chriſti eſt baptizare per quod regenerantur filij de ſponſa Chriſti, quæ eſt eccleſia. De Lyra,ibidem.]

[i. Vide vocis ſonum penetrantem,& verbi gloriam permanẽtem : illũ oportet creſcere:quia cum homo putaretur,deus erat: Ioannem autem minui,quia cũ deus crederetur,homo erat : & quia per omnem mundũ Chriſti euangelium dilatatur,& Ioannis prophetia finitur.Euſeb. Emiſ.de S.Ioan.homil.1.

[k. Omnia dedit in manu filij iuxta humanitatem,Si autem & ſecundũ diuinitatem,quid hoc? Dedit pater omnia filio ratione naturæ,ſed nõ gratiæ:quoniam & eſſe à patre habet, meritõ & omnia à patre dicitur habere. Theoph.ibidem.]

*Ieſus itinere fatigatus cum Samaritana loquitur,in Chana Galilææ Reguli puerum ſanat.* 1111.

VT [a] ergo cognouit Ieſus,quia audierũt Phariſæi, quòd Ieſusplures diſcipulos facit, † & baptizat quàm Ioannes, (quanquam Ieſus * non baptizaret,ſed diſcipuli eius,)reliquit Iudæam,& abiit iterum in Galilæam.Oportebat autem eum tranſire per ⟨ mediam] Samariam.Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur [b] Sichar, † iuxta prædium quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo.Erat autem ibi fons Iacob.Ieſus autem fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem.Hora autem erat quaſi ſexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Ieſus:Da mihi bibere.Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatem,vt cibos emerent.Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? ⁂ Non enim [1] coutuntur] Iudæi * Samaritanis. Reſpondit Ieſus,& dixit ei:Si ſcires donum dei,& quis eſt qui dicit tibi,da mihi bibere, tu forſitan petiſſes ab eo,& dediſſet tibi [c] aquam viuam.Dicit ei mulier : Domine, neque in quo haurias habes,& puteus altus eſt. Vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Reſpondit Ieſus,& dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac,ſitiet iterum. † [d] Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum : ſed aqua quam ego dabo ei,fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, vt non ſitiam, neque veniam huc haurire. ⁂ Dicit ei Ieſus: vade voca virum tuum, & veni huc. Reſpondit mulier,& dixit Non habeo virum. Dicit ei Ieſus: Bene dixiſti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuiſti, & nunc quem habes,non eſt tuus vir. Hoc verè dixiſti. Dicit ei mulier: Domine,video quia Propheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis,quia Ieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet.Dicit ei Ieſus: Mulier, crede mihi: † quia venit hora quando [e] neque in monte hoc, neque in Ieroſolymis adorabitis patrem. † Vos adoratis quod neſcitis, [f] nos adoramus quod ſcimus,quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit hora & nunc eſt,quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Nam & pater tales quærit,qui adorent eum. ⁂ † Spiritus eſt deus, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier : Scio quia Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus. Cum ergo venerit: ille nobis annuntiabit omnia. Dicit ei Ieſus: Ego ſum qui loquor tecum. Et [2] continuò] venerunt diſcipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loquebatur.Nemo tamen dixit, quid quæris, aut quid loqueris cum ea? [g] Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abiit in ciuitatem,& dicit illis hominibus: Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci. Nunquid ipſe eſt Chriſtus? Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum. Interea rogabant eum diſcipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare quem vos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli adinuicem: ⁂ Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Ieſus: [h] † Meus cibus eſt,vt faciam voluntatem eius qui miſit me,vt perficiam opus eius.Nónne hos dicitis,quòd adhuc quatuor menſes ſunt,& meſſis venit? Ecce dico vobis, † leuate oculos veſtros,

[a.Sciebat Ieſus ſcientiam cordũ & inuidiam,quod non ideo didicerant ex eo vt cum ſequerẽtur ſed perſequerentur, & ideo fugit:docens ſuos cedere malis, non timens vel euadere eos impotens. Gloſa ord.ibid.]

*Ipſe.

b. Quæ prius Sichem à filio Emor in ea pro ſtupro Dinæ filiæ Iacob occiſo,quæ antea dicebatur Salem, & inde dicta eſt Sicina,& Sicinia, nunc autem dicitur Neapolis, non procul ab ea ſepulchrũ, quo oſſa Ioſeph humata leguntur.Ioſue vl.

1.Commercium habent.

*Cum.

c. De qua Zacha.14. Et erit in die illâ, exibunt aquæ viuæ de Ieruſalem,hoc eſt, Euangelicæ doctrinæ ſermo:qui quum profectus ſit de Iudæa & Ieruſalem diſſeminatur poſteaeſt in omnẽ terram.Euſeb.

d.Quo & ipſum baptiſma ſalutaris aquæ ſignificatur,quod ſemel ſcilicet fumitur, nec rurſus iteratur.Cyp.epiſt.lib.2 epiſt.3.

e.Quonam pacto neſciebant Samaritani quod adorarent? Quoniam in certo & circunſcripto loco eſſe, & quaſi diuidi poſſet deum arbitrabantur,ita cum colebant.Chryſ.ibid.hom.32.

f. Ex perſona quidem Iudæorũ dictum eſt, ſed non omnium Iudæorum:non reproborũ Iudæorum,ſed de qualibus fuerunt apoſtoli, quales fuerunt prophetæ, quales fuerũt omnes ſancti, qui omnia ſua vendiderunt, & pretia rerum ſuarum ad pedes Apoſtolorum poſuerunt. Nõ repulit enim deus, plebem ſuam quam præſciuit.Alb.ibid.

2.Interim.

g. Non ergo imitandus eſt ille ſeruus,qui talentum obruit,ſed multiplicanda ſunt quæ accepimꝰ, quod probè nobilis illa mulier fecit,quę Samaritanis omnibꝰ quod accepit,propoſuit,quæ non aquam à terreſtri hauſit fõte, nec terreſtrem hydriam domum reportauit,ſed cœleſti ſaluatoris gratia & doctrina plena ad docendos alios profecta eſt. Cyril.ibidem.

h. Quis autem iucundior cibus quàm facere voluntatem dei? Quem cibum ſibi ſolum dominus abundare memorabat,ſicut ſcriptum eſt in euangelio:meus cibus eſt,&c. Ambr. offic.lib.1. cap.31. Et eſt cibus mentis quo epulatur anima, de quo ait dominus:Meus cibus eſt,&c. Hic cibus angelorum eſt,vt diuino famulentur imperio. Nulla illis cura menſarum, nullus conuiuiorum vſus, nullæ repoſitæ epulæ,nullus vini potus aut ſiceræ,nulla diſtenſio corporis,nulla ventris offenſio. Idem de Elia & ieiunio,ca.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



& videte regiones,quia [1] albæ sunt ]iam ad messem.[1] Et qui metit mercedem accipit,& congregat fructum in vitam æternam,vt & qui seminat simul gaudeat & qui metit.In hoc enim est verbum verum,quia alius est qui seminat,& alius est qui metit.Ego misi vos metere,quod vos non laborastis.Alij laborauerunt,&vos in labores eorum introistis.Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter verbum mulieris testimonium perhibentis,quia dixit mihi omnia quæcunque feci.[g] Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunr eum vt [4] ibi ] maneret. [k] Et mansit ibi duos dies.Et multos plures crediderunt [ in eum ]propter sermonem eius.Et mulieri dicebant:quia iam non propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiuimus & scimus,quia hic est verè saluator mundi.* Post duos autem dies exiit inde,& abiit in Galilæam.† Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, [l] quia propheta in sua patria honorem non habet.Cum ergo venisset in Galilæam, [†] excepерūt eum Galilæi,cum omnia vidissent quæ fecerat Ierosolymis in die festo.Et ipsi enim venerant ad diem festū. Vênit ergo iterum * in Chana Galilææ,vbi fecit aquam vinum. [m] Et erat quidam Regulus,cuius filius infirmabatur Capharnaum.Hic cum audisset,quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam,abiit ad eum,& rogabat eum vt descenderet & sanaret filium eius. [5 g] Incipiebat enim mori.] Dixit ergo Iesus ad eum: [n] Nisi signa & prodigia videritis, [o] non creditis.Dicit ad eum Regulus:Domine,descende priusquā moriatur filius meus. Dicit ei Iesus:Vade,filius tuus viuit.Credidit homo sermoni,quem dixit ei Iesus,& ibat.Iam autem eo descendente serui occurrerunt ei,& nuntiauerunt,dicentes,quia filius eius viueret.Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerat. Et dixerunt ei,quia heri hora septima reliquit eum febris. [o] Cognouit ergo pater quia illa hora erat,in qua dixit ei Iesus,filius tuus viuit:& credidit ipse, & domus eius tota. Hoc iterū secundum signum fecit Iesus,cùm venisset à Iudæa in Galilæam.

1. Albescunt.
[ I. Hic hortatur discipulos ad opus prædicationis ex merito sequentis præmij. Sicut enim Samaritani iam erant dispositi ad credendum per prædicationem Christi, sic etiam Christus videbat multitudinem gentium per totum mundum sibi congregandam in hortеū ecclesiæ per prædicationem apostolorum , ex qua prædicatione metuerunt præmium vitæ æternæ. De Ly.]
4. Apud ipsos.
k. Ideo & fidem operibus commonstrantes obsecrabant illum vt perpetuò apud ipsos esset. Manere enim hoc, significat perpetuum domicilium apud illos habere.Verùm ille in hoc non obtemperat, sed ad duos tantum dies manet: vnde & multo plures crediderunt propter doctrinam eius.Theoph.ibid.
*Christus.
[ l.Patria Christi est populus Iudæorum,vbi sine honore est,quod pauci de his credunt : quod de Galilæis ciuib⁹ Christi dicitur. Glosa ordinaria ] *Iesus.
m Siue quòd regio esset generose,siue quòd alia principatus dignitate fungeretur,regulus appellabatur.Chry.ibid.hom. 34.
5. Erat enim moriturus.
n. Arguit hominem in fide tepidum,& frigidum, aut omnino nullius fidei,sed tentare cupientem de sanitate filij sui , qualis esset Christus, quis esset,& quantum posset.Verba enim rogantis audiuimus , cor diffidentis non videmus: sed ille pronunciauit, qui & verba audiuit, & cor inspexit Aug ibi. Tract.16. [o.Vt ergo didicit à seruis horā in qua puer vegetius se habuisset,& in meliorem transisset valetudinem, planè credidit Domino Prior enim fides eius imperfecta erat.Theoph.ibidem.]

*Languidus ad piscinam sanatus , Iudæis hoc se à Christo consequutum fuisse nuntiat, quod Christus se à patre habere probat.* V.

[A] POst hæc erat dies festus Iudæorum,& ascendit Iesus Ierosolymam.Est autem Ierosolymis [1] in Probatica ] piscina, quæ cognominatur Hebraicè [2.a] Bethsaida,] quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum , aridorum,expectantium aquæ motum.Angelus autem domini descendebat secundum tempus in piscinam, &[3] mouebatur aqua.] Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ,sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate.[b] Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens [4] in infirmitate sua.] Hunc cum vidisset Iesus iacentem,& cognouisset quia iam multum tempus haberet,dicit ei : [f] Vis sanus fieri ? Respondit ei languidus: [B] Domine, [c] hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua,mittat me in piscinam. Dum venio enim ego,alius ante me descendit. Dicit ei Iesus : † Surge, tolle grabâtum tuum,& ambula. Et statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatum suum,& ambulabat.Erat autem sabbatum in die illo.Dicebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est , non licet tibi tollere grabâtum tuum, Respondit eis : Qui me sanum fecit,ille mihi dixit:tolle grabâtum tuum,& ambula. Interrogauerūt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi : tolle grabâtum tuum,& ambula ? Is autem qui sanus fuerat effectus,nesciebat quis esset.Iesus enim declinauit à turba constituta in loco. [C] [g] Postea inuenit eum Iesus in templo,& dixit illi: † Ecce sanus factus es , iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo , & nuntiauit Iudæis quia Iesus esset , qui fecit eum sanum. Propterea persequebantur Iudæi Iesum, *quia hæc faciebat in sabbato. Iesus autem respondit eis : [e] Pater meus vsque modò operatur,& ego operor.Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum , æqualem se faciens deo . Respondit itaque Iesus : & dixit eis : Amen amen dico vobis , non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quæcunque enim ille

1. Ad probaticam,vel super probaticam.Hieron.
2. a. Bethsaida,hoc est domus effusionis,siue decursus aquarum fluentium à templo post immolatorum ablutionem.Probatica autem,id est,ouina, macellum erat venalium ouium,iuxta templum,prope quod erat illa piscina.August.ibidem.
3. Turbabat aquam.
b. Heri in lecto decumbebas,derelictus & neglectus, nec habebas hominē, qui cùm aqua turbata esset,te in piscinam mitteret,hodie inuenisti hominē qui dem & deum, seu potius deum hominem. Grego. Nazianze.in sanctum lauac. 4. In languore. Vide vbi baptizatis, vnde sic baptisma nisi de cruce Christi, de morte Christi, ibi est omne mysterium , quia pro te passus est,in ipso redimeris,in ipso saluaberis: Hominem,inquit,non habeo,quia perhominem mors, & per hominē resurrectio mortuorum.Non poterat descendere,non poterat saluari, qui non credebat quòd dominus Iesus carnem susceptisset ex virgine Amb de sacramēt.lib.2.cap.2.
d. Operatur vsque nunc:quia omnia ex his generibus prius factis illis sex diebus mysticis fecit.Euche.Gene.2.ca.
*Et quærebant eum interficere.
[e. Operatur pater,operatur & filius,vt naturarum diuersitas permaneat,quæ in prima conditione mundi conditæ sunt. Ideo dictum est in Psalmis. 32. Qui finxit sigillatim corda eorum. Non incognita animarum genera,sed eiusdem substantiæ animas,quæ in primo homine condita est. reformat, quapropter psalmista cum non solum primordialem mundi creationem, sed & quotidianā creaturæ gubernationem ad laudem creatoris referret,ait inter cætera.Omnia in sapiētia fecisti. Beda ibi.]

D ille fecerit,hæc & filius similiter facit. ᵍ Pater enim diligit filium, & omnia demõstrat ei quæ ipse facit,& maiora his demõstrabit ei opera,vt vos miremini.ᶠ Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat,sic & filius quos vult,viuificat.Neque enim pater iudicat quenquam,sed omne iudicium dedit filio,vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum.ᵍ Amen amẽ dico vobis,quia qui verbum meum audit,& credit ei qui misit me, habet vitam æternam.Et in iudicium non ⁵ venit,]sed ⁶ transiet] à morte in vitam.Amen amen dico vobis,quia venit hora &nunc est,quando mortui audient vocem filij
E dei,& qui audierint,viuent.ᵍ Sicut enim pater habet vitam in semetipso,sic dedit & filio habere vitam in semetipso.† ʰ Et potestatẽ dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.Nolite mirari hoc,quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt,audient vocem filij dei,& † procedent qui bona fecerunt,in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. † Non possum ego à meipso facere quicquam.Sicut audio iudico, & iudicium meum iustum est, † quia non quæro voluntatẽ meam,sed voluntatem eius qui misit me. * Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum.ⁱ † Alius est qui testimonium perhibet de me, &
F scio quia verum est testimonium eius,quod perhibet de me.ᵍ † Vos misistis ad Ioannem,& testimonium perhibuit veritati.Ego autem non ab homine testimonium accipio,sed hæc dico,vt vos salui sitis.ᵏ Ille erat lucerna ardens & lucens.Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius ⁷ Ioanne.]
†ˡ Opera enim quæ dedit mihi pater vt perficiam ea, ipsa opera quæ ego facio testimonium perhibent de me,quia pater misit me.† Et qui misit me pater,† ipse testimonium perhibuit de me.Neque vocem eius vnquam audistis,neque speciem eius vidistis.Et verbum eius non habetis in vobis manens, quia quem misit me,huic vos non
G creditis.Scrutamini scripturas,quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere.ᵍ Et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me,& nõ vultis venire ad me vt vitam habeatis.Claritatem ab hominibus non accipio,sed cognoui vos,quia dilectionem dei non habetis in vobis.ᵐ Ego veni in nomine patris mei,& nõ ⁸ accepistis]me.Si alius venerit in nomine suo,illum accipietis. Quomodo vos potestis credere qui gloriam abinuicem accipitis,† & gloriam quæ à solo deo est,non quæritis? Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud patrem. Est qui accusat vos Moyses,in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi,crederetis forsitan & mihi.† De me enim ille scripsit.Si autem illius literis non creditis,quomodo verbis meis credetis?

†De pæ. di. 2.Charitas.

†Mat. 25.c Infra 8.d Infra 6.d Mat.3.d Sup.1.c †Deconsec. di.3.c. fi. †Infra 6.a †Infra.8.c †Mat.3.d Sup.1.c

†Infra 14.c

†Infra 8.c †Mat.3.d 27.a

†1.Cor.4.a

†Gene.3.c 22.d.49.b Deut.8.a

*Quinque hominum milibus satiatis Christus in montem oraturus turbas fugit,super aquas orta tempestate ambulans Capharnaum restitutus veri panis mysterium explicat.* VI.

A Anno.32. †3.Ill.ca.1. Mat.4.g Marc.1.b Luc.4.b Mat.14.b Marc.6.a Luc.9.b †Mat.14.d Marc. 6.a Luc. 9.b

Post hæc abiit Iesus trans mare Galilææ,quod est Tyberiadis.† Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant * signa quæ faciebat super iis qui infirmabantur. † Subiit ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis.Erat autem proximum ᵇ Pascha,dies festus Iudæorũ. Cum sublevasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum,dicit ad Philippum:Vnde ememus panes vt manducent hi?Hoc autem dicebat tentans eũ. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non ¹ sufficiunt ]eis, vt vnusquisque * modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simõnis Petri: Est puer vnus hìc, qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces.Sed hæc quid sunt inter tantos? Dicit ergo Iesus:
†Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia. † Accepit ergo Iesus panes, ᶜ & cum gratias egisset, distribuit * discumbentibus. ᵍ Similiter & ex piscibus quantum volebant.
B Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: † Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum

†Mat.14.d Marc.6.a Luc.9.b † Mat.14.d 15.f Marc.6.f.8.a Luc.9.b †Di.36.Qui ecclesiasticis.

f. Dic ergo quos viuificauerit filius, & patet viuificare noluisse? Cum autem filius quos vult viuificet, & operatio vna sit, videt quia non solum filius voluntatem patris,sed etiam pater filij faciat voluntatem. Ambro. de fide lib.2.ca.3.

[g. Iudicium ait datum esse filio, vt omnes honorificent filiũ sicut & patrem . Honor patris quis alius est, quàm obseruatio eius mandatorum? Reiicit eos qui ore sibi sãctè appropinquãt. Iudicij item vocabulum nos admonet bonorum operum,& nõ solius fidei. Lorich. ibidem.]

5. Veniet.

6. Transit,vel transiit.

h. Puto nihil esse manifestius. Nam quia filius dei est, æqualis est patri, non accepit hanc potestatem iudicium faciendi : sed habet illam cum patre in occulto. Accepit autem illam,vt boni & mali eum videant iudicantẽ, quia filius hominis est . Visio quippe filij hominis exhibetur & malis. Nam visio formæ dei non nisi mũdis corde, quia ipsi deum videbunt. Albi. ibidem.

*Patris.

[i. Alius scilicet Ioannes Baptista, & scio quia verum est testimonium eius:quia pater ei⁹ Zacharias per spiritum sanctũ prophetauit ipsum præire ante faciem Domini. De Lyra.]

k. Magnum testimonium fratres mei. Magnus est enim cui perhibetur, sed maior est ipse qui perhibet. Illi inquit,erat lucerna ardens & lucens. Est enim tantum lucere vanum, tantum ardere parum, ardere & lucere perfectum. Bernar. in natiuit. b. Ioan. Bap. Ser.

7. Quàm Ioannis,(sub. testimonium.)

l. Siquidem Ioannis testimonio poterat quispiam calumniari,tã quam ad gratiam factum, quam quam hoc verè dici non poterat aduersus virum qui omni cum diligentia suo fungebatur munere. Verum opera Christi omni suspicione libera cunctorum ora contentiosa obturabant. Euthymius ibidem.

m. Ad illud autem quod Christus dixit : Ego veni in nomine patris mei , hoc scire oportet, quòd hoc ideo dixerit, vt principium ac causam sui patrẽ esse demonstraret. Ex eo verò quod dictum est: Euntes baptizate in nomine patris & filij & spiritus sancti,non est putandum vnum traditum esse nomen. Basil. Epistola. 64. 8. Accipitis.

n. Quænam ista sunt de quibus dixit post hæc? Mirabilis igitur medicus dominus in Ierosolymis visus est,qui triginta octo annorum ægrotum nulla medicina,nullo remedio,sed solo verbo,vt Deus potestate, nutu atque imperio suo curauit. Surge nanque dixit, & tolle lectulum tuum,& vade in domum tuam. Verum quoniam sabbatum erat molestè tulerunt Iudæi, qui ruditati nimium literali hærebant qui magis peccati, quàm ægrotus ille morbi vinculis stringebantur. Post hæc igitur omnia gesta simul & dicta, necessario ab Ierosolymis abiit. Cyril. ibi.

*fiunt.

b Scilicet tertium à Christi baptismo.

1. Sufficerent. *Illorum.

c. Quamobrem cum solus faciat signa, nihil eiusmodi dicit,præsente autẽ multitudine ne deo & patri aduersari putaretur, gratias agendo omnem penitus aufert suspicionem,& dedit discũbentibus,& impleti sunt Ecce inter dominum & seruum differentia. Illi enim ad mensuram habentes gratiam, dimensa faciebant miracula, deos autẽ absoluta potestate,per quam abũde operatur. Chryso. in Ioan. homil. 41.

*Discipulis, discipuli verò.

ex quinque panibus hordeaceis?—& duobus piſcibus,] quæ ſuperfuerunt iis qui manducauerant. [d] Illi ergo homines cum vidiſſent quod Ieſus fecerat ſignum, dicebant: Quia hic eſt verè Propheta, qui venturus eſt in mundum. † Ieſus ergo cum cognouiſſet quia venturi eſſent vt raperent eum,& facerent eum Regem,fugit iterum in montem ipſe ſolus. Vt autem ſero factum eſt,deſcenderunt diſcipuli eius ad mare. Et cum aſcendiſſent nauim,venerunt trãs mare in Capharnaum. Et tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Ieſus.† Mare autem,vento magno flante,exurgebat. Cum remigaſſent ergo quaſi ſtadia vigintiquinque aut triginta, [c] vident Ieſum ambulantem ſupra mare,& [2] proximum naui fieri,] & timuerunt. Ille autem dicit eis: Ego ſum,nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in nauim, & ſtatim nauis fuit ad terram * quam ibant. [d] Altera die turba quæ ſtabat trans mare, vidit quia nauicula alia non c
erat ibi,niſi vna:* & quia non introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſus in nauim,ſed ſoli diſcipuli eius abiiſſent. Aliæ verò ſuperuenerunt naues à Tyberiade iuxta locum vbi manducauerant panem,gratias [3] agẽtes deo.]Cum ergo vidiſſet turba quia Ieſus non eſſet ibi,neque diſcipuli eius aſcenderunt in nauiculas, & venerũt Capharnaum quærentes Ieſum. Et cum inueniſſent eum trans mare,dixerunt ei:Rabbi,quando huc veniſti? Reſpondit eis Ieſus,& dixit:Amen amen dico vobis,[f] quæritis me,non quia vidiſtis ſigna,ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis. Operamini non cibum qui perit,ſed qui permanet in vitam æternam,quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater ſignauit deus. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus,vt operemur opera dei? Reſpondit Ieſus,& dixit eis: Hoc eſt opus dei, vt credatis in eum quem miſit ille. Dixerunt ergo ei: [d] Quod ergo tu facis ſignum, vt videamus & credamus tibi? D
Quid operaris? Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt: Panem de cœlo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Ieſus: † Amen amen dico vobis, [g] non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed pater meus dat vobis panem de cœlo verum. [h] Panis enim verus eſt qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum:[i] Domine,ſemper da nobis panem hunc. Dixit autem eis Ieſus: Ego ſum panis vitæ. † Qui venit ad me, non eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet * vnquam.] Sed dixi vobis, quia & vidiſtis me, & non credidiſtis. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eiiciam foras: quia deſcendi de cœlo, non vt faciã voluntatem meam,ſed voluntatem eius qui miſit me. Hæc eſt enim voluntas eius qui miſit me patris, [k] vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die. [d] Hæc eſt enim voluntas patris mei qui miſit me, E
vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Murmurabant ergo Iudæi die illo, quia dixiſſet: Ego ſum panis [—] viuus,] qui de cœlo deſcendi. Et dicebant: † Nónne hic eſt * filius Ioſeph,cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic,quia de cœlo deſcendi? Reſpondit ergo Ieſus, & dixit eis: Nolite murmurare in inuicem. [l] † Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eum, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. † Eſt ſcriptum in Prophetis: * Erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit à patre,& didicit,venit ad me. Non quia patrem [5] vidit]quiſquam, niſi is qui eſt à deo,hic vidit patrem. Amen amen dico vobis,qui credit in me,habet vitam æternam. [m] Ego ſum panis vitæ. † Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt. Hic eſt panis de cœlo deſcendens, vt [6] ſi quis ex ipſo manducauerit, ] non moriatur. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. [d] Si quis manducauerit ex hoc F
pane, viuet in æternum. † Et panis quem ego dabo, caro mea eſt, * pro mundi vita. Litigabant ergo Iudæi [7] adinuicem, ] dicentes: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Ieſus: † Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. † Caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui manducat meam carnem & bibit

meum

f. Vos quidem,inquit, quæritis me propter panes,quia cibum illum deſideratis. Oportet autem vos non omnino deditos eſſe vẽtri,ſed maximè ſpiritualem agere curam, & non omnem ſolicitudinem in corporalem cibum inſumere. Nam illum cibum vocat qui perit. Theoph. ibid.

g. Sed tamen panem illum qui manducauerunt omnes in deſerto mortui ſunt. Iſta autem eſca quam accipis, iſte panis viuus qui de cœlo deſcendit, vitæ æternę ſubſtantiam ſubminiſtrat,& quicunque hunc panem manducauerit,nõ morietur in æternum, & corpus eſt Chriſti. Ambro. de iis qui myſteriis initiãtur. ca. 8.

h. Sed caro non deſcendit è cœlo,hoc eſt, carnem aſſumpſit in terris ex virgine,quomodo ergo deſcendit panis è cœlo,& panis viuus? Quia idem dominus noſter Ieſus Chriſtus cõſors eſt & diuinitatis & corporis,& tu qui accipis panem,diuina eius ſubſtantiæ in illo participaris alimẽto. Ambro. de ſacramento. lib. 6. cap. 1.

i. Hunc panem dedit Apoſtolis, vt diuiderent populo credẽtiũ, hodieque dat nobis eum,quem ipſe quotidie ſacerdos cõſecrat ſuis verbis. Hic ergo panis factꝰ eſt eſca ſanctorum. Amb. de benedictio. patriarcharum,ca. 6.

k. Totum videlicet hominem, quem totum naſcendo ſuſceperat. Tũc ouis quæ perierat,& in inferioribus obertabat, humeris ſaluatoris tota portabitur,& quæ peccatis languida fuit, elementis iudicis ſuſtentabitur. Tunc videbunt illum qui compunxerunt. Hieron. ad Pammachium. *Ieſus.

l. Sed hoc ideo dictum eſt,vt illã fidem ſine qua nemo ad Chriſtum venit,ex patris haberi munere nouerimus, ſecundum illud: Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cœlis. Ambr. de voc. gent. lib. 2. cap. 9. *Et.

m. Aduertimus igitur maioris eſſe virtutis gratiam quàm naturam, & adhuc tamen propheticæ benedictionis numeramus gratiam. Quòd ſi tantum humana valuit benedictio vt naturã conuerteret, quid dicimus de ipſa cõſecratione diuina, vbi verba ipſa domini ſaluatoris operãtur? Nam ſacramentum illud quod accipis, Chriſti ſermone conficitur. Quòd ſi tantum, valuit ſermo Eliæ,vt ignem de cœlo deponeret,non valebit Chriſti ſermo vt ſpeciem mutet elemẽtorum? Ambr. de iis qui myſteriis initiant. ca. 9.

1. Videlicet.
2. Iuxta ſe.
3. Agentes domino.
4. In æternum.
5. Videcit.
6. Quis ex ipſo manducet, &.
7. Inter ſe.
*Quam ego dabo.

meum ſanguinem,in me manet,& ego in illo. [n] Sicut miſit me viuens pater,& ego viuo propter patrem:& qui manducat me,& ipſe viuet propter me.Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit. Non ſicut manducauerũt patres veſtri manna,& mortui ſunt .[o] Qui manducat hunc panẽ,viuet in æternum. † Hęc dixit in Synagoga, docens in Capharnaum. Multi ergo audiẽtes ex diſcipulis eius,dixerunt: † Durus eſt hic ſermo.[§] Et quis poteſt eum audire? Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum , quia murmurarent de hoc diſcipuli eius,dixit eis: Hoc vos ſcandalizat? Si ergo videritis filium hominis aſcẽdentem † vbi erat prius? Spiritus eſt qui viuificat,[p] caro non prodeſt quicquam. Verba quæ ego locutus ſum vobis,ſpiritus & vita ſunt.Sed ſunt quidam ex vobis qui nõ credunt. Sciebat enim ab initio Ieſus qui eſſent [q]—non ] credentes , & qui traditurus eſſet eum. Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à patre meo.[q] Ex [8] hoc] multi diſcipulorum eius [9] abierunt retro, ] & iam nõ cum illo ambulabant. Dixit ergo Ieſus ad duodecim:Nunquid & vos vultis abire ? Reſpondit ergo ei Simon Petrus: Domine,ad quem ibimus? † Verba vitæ æternæ habes. Et nos credimus,& cognouimus,quia tu es Chriſtus filius Dei.[10] Reſpondit ei Ieſus : Nónne ego vos duodecim elegi,& ex vobis vnus diabolus eſt? Dicebat autem de Iuda Simõnis [11] Scarióthis.] Hic enim erat traditurus eum,cum eſſet vnus ex duodecim.

*Chriſtus Iudæorum furorem declinans verſatur in Galilæa , occultè autem diſcipulos ad diem feſtum ſecutus, palàm in templo mirantibus cunctis prædicat. VII.*

Anno do. 33. A POſt hęc autem [1] ambulabat] Ieſus in [2] Galilæam. ] Non enim volebat in [3] Iudæam ] ambulare,quia quærebãt eum Iudæi interficere.Erat autem in proximo dies feſtus Iudęorum [4 a] † Scenophegia.] Dixerũt autem ad eũ fratres eius : Tranſi hinc,& vade in Iudęam,vt & diſcipuli tui videant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occultò quid facit,& quærit ipſe in palàm eſſe.Si hæc facis, manifeſta te ipſum mundo.Neque enim fratres eius credebant in eum.Dicit ergo eis Ieſus: Tempus meum nondum áduenit , tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum. Non poſt mundus odiſſe vos. Me autem odit, quia ego teſtimonium B perhibeo de illo ,[5] quia ] opera eius mala ſunt. [§] Vos aſcendite ad diem feſtum hunc. Ego enim [6] non aſcendam ] ad diem feſtum iſtum, quia meum tempus nondum impletum eſt.Hæc cum dixiſſet, [7] ipſe] manſit in Galilæa. Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum , non manifeſtè, ſed quaſi in occulto. † Iudæi ergo quęrebant eum in die feſto , & dicebant: Vbi eſt ille ? Et murmur [8] multus ] de eo erat in turba. Quidam enim dicebant,quia bonus eſt: alij autem dicebant,non, ſed ſeducit turbas. Nemo tamen palàm loquebatur de illo propter metũ Iudæorum. Iam autem die feſto [9] mediante, ] aſcendit Ieſus in templum & docebat. Et mirabantur Iudæi,dicentes: Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? Reſpondit eis Ieſus, C & dixit: [b] Mea doctrina non eſt mea,ſed eius qui miſit me. [§] Si quis voluerit voluntatem eius facere,cognoſcet de doctrina,vtrum ex deo ſit,an ego à meipſo loquar. Qui à ſemetipſo loquitur,gloriam propriam quærit . Qui autem quærit gloriam eius qui miſit eum,hic verax eſt,& iniuſtitia in illo nõ eſt: † Nónne Moyſes dedit vobis legem? Et nemo ex vobis facit legem. † Quid me quæritis interficere? Reſpondit turba,& dixit: [c] Dęmoniũ habes. Quis te quærit interficere? Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Vnũ opus feci,& omnes miramini.Propterea † Moyſes dedit vobis circunciſionẽ, non quia ex Moyſe eſt,ſed ex patribus . Et in ſabbato circunciditis hominem . † Si circunciſionẽ accipit homo in ſabbato,vt nõ ſoluatur lex Moyſi, mihi cur indignamini,quia toD tum hominem ſanũ feci in ſabbato? [d] [§] Nolite iudicare ſecundũ faciem, † ſed iuſtum iudicium iudicate.Dicebant ergo quidam ex [10] Ieroſolymis:] Nónne hic eſt quẽ quęrunt interficere? Ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt.Nunquid verè cognouerunt principes, [11] quia hic eſt ] Chriſtus? Sed hunc ſcimus vnde ſit.Chriſtus autem cum venerit, nemo ſcit vnde ſit.Clamabat ergo Ieſus in templo docens , & dicens:Et me ſcitis, & vnde ſcim ſcitis, & à meipſo non veni, ſed eſt verus qui miſit me, quem vos ne-



† 33.4.cap. Nabuchodonoſor. Mar. 16.d
† De con. di. 11. Primo.
† Sup. 3.b
† De con. di. 2. Forte.
† Leui. 23.a
† 23.q. 1. cap. Ideo † Hieron.
† Deu. 1.a
§ Sup. 6.c
1. Exo. 20.a
† Sup. 5.c
† Leui. 12.a
§ Deu. 1.a

[n. Me æqualem ſibi miſit.i. hominem fecit,& inde eſt vt ad eũ referam vitam meam quaſi ad maiorem. Vt viuã ex patre mea inanitio facit,vt homo viuat ex me participatio facit quæ manducat me. Gloſa. ordina. ibid.]

o. Huc eſt,non de cęporali vita, nec de morte iſtius vitæ: tamen ſi panem meum acceperit,viuet in æternum . Ille enim accipit, qui ſe probat, qui autem ſic accipit , non morietur peccatoris morte : quia panis hic remiſſio peccatorum eſt. Ambr. de benedictio. patriarcha. cap. 9.

[p. Hæretici hoc Chriſti verbũ caro non prodeſt quicquam de ſacroſancto & viuifico corpore & ſanguine Chriſti intelligũt. Carnẽ Chriſtus hic iuxta Gloſ. & Theophylactũ intelligit ſenſum carnalem, quo ſibi tantopere placẽt hæretici. Lotichius. ibidem.]

q. Illa non increpuit recedentes aut grauiter cõminatus eſt: ſed magis conuerſus ad apoſtolos ſuos dixit: Nunquid & vos vultis abire? ſciuans ſcilicet legem quã homo libertati ſuę reliquit, & in arbitrio proprio cõſtituit, ſibimetipſi vel mortem appetit, vel ſalutem. Petrus tamen ſuper quem ædificata ab eodem domino fuerat eccleſia , vnus pro omnibus loquẽs,& eccleſiæ voce reſpondens, ait : domine, ad quem ibimus, &c. & nos credimus & cognouimus quoniã tu es filius dei viui . Significãs ſcilicet & oſtẽdens eos qui à Chriſto receſſerint, culpa ſua perire, eccleſiam tamen quę in Chriſtũ credat,& quæ ſemel id quod cognouerit teneat, nũquam ab eo miſereatur & eos eſſe eccleſiam qui in domo dei permanẽt. Cyprian lib. 1. Epiſto. epiſt. 3.

8. Ex tempore.
9. Deſciuere retrorſum.
10. Viri.
11. Iudices.
1. Verſabatur,& infra.
2. Galilæa.
3. Iudæa.
4.a. Scenopegia.] Reſpuit enim aſpiratione apud Græcos dicta à fugendis tabernaculis: erat enim feſtum apud Hebræos in memoriam habitationis patrũ ſuorum in deſerto per 40. an. & à 15. die Septẽbris vſque ad 21. celebratur, vt patet Leuit. 23.
5. Quòd.
6. Nondum aſcendo.
7. illis.
8. Multum.
9. Medio, hoc eſt, quum iã medium feſti eſſet , vt puta 18. die Septembris.
b. Itaque Iudæi cum doctrinam eius ſecundum hominem quærerent & diceret : Quomodo hic literas nouit, cum non didicerit? reſpondit Ieſus , & dixit: Mea doctrina nõ eſt mea. Nam cum ſine eruditione literarum docet,non quaſi homo, ſed vt deus videatur docere, qui doctrinam non didicerit , ſed inuenerit. Adinuenit enim omnẽ etiam diſciplinæ,&c. Baruch. 3. Ambr. de fide,lib. 2. cap. 4.
c. Hæc dicit turba volens rem grauem præſtare magiſtratui: ſic eum qui omnẽ excedit hominem, miuria afficiunt, in gratiã principũ qui iniuria digni ſint. Negant autem ſe illi procurare cædem propter ſceleris grauitatem,& vt inſaniẽ demonis ambulans traderetur mũdiatoribus. Euthym. ibi.
d. Non enim ſibi diuina lex in contrariis eſſe poteſt,ſed intellectum ſobrium quærit in converſatione humana, dilectiſſimi fratres,ſunt aliqua quæ rationabiliter reprehenduntur : ſunt verò quædam quę non ſine peccato iudicantur. Aperta enim mala & iudicari & argui debẽt: illa verò quæ ignoramus & vtrũ bono an malo animo fiant ſcire non poſſumus,iudicare penitus nõ debemus. Augu. Serm. 201. de tempore.
10. Ieroſolymitanis.
11. Quòd hic ſit verè.

scitis. † Ego scio eum: e— & si dixero, quia nescio eum, ero similis vobis mendax. f Sed scio eum,] quia ab ipso sum, & ipse me misit. † Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. g De turba autem multi crediderunt in eum. Et dicebant: Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet, quàm quę hic facit? Audierunt Pharisęi turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt Principes * & pharisæi ministros, vt apprehenderent Iesum. Dixit ergo eis Iesus: g Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum qui me misit. † Quæretis me, & non inuenietis, & vbi ego sum, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quò hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionē gentium iturus est, & docturus gentes? g Quis est hic sermo quem dixit? quęretis me, & non inuenietis, & vbi sum ego, vos non potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis, stabat Iesus & clamabat, dicens: † Si quis sitit veniat ad me, & bibat. Qui credit in me (sicut dixit scriptura) † h flumina de ventre eius fluent aquę viuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. i nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Ex illa ergo turba cū audissent hos sermones eius, dicebant: Hic est verè Propheta. Alij dicebant: Hic est Christus. Quidam autem dicebāt: Nunquid à Galilęa venit Christus? Nónne scriptura dicit: † quia ex semine Dauid, & de Bethléem castello vbi erat Dauid, venit Christus? Dissensio itaque facta est in turba ptopter eum. g Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum, sed nemo misit super eum manus. Venerunt ergo ministri ad Pōtifices & Pharisęos, & dixerunt eis illi: Quare nō adduxistis eum? Responderunt ministri: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic [13] homo.] Respondērūt ergo eis Pharisęi: Nunquid & vos seducti estis? Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisęis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt. † Dixit Nicodēmus ad eos, ille qui vēnit ad eū nocte, qui vnus erat ex ipsis: k Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, † & cognouerit quid faciat? Respondērunt, & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? † Scrutare scripturas,] & vide, quia à Galilæa Propheta [13] non surgit.] Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.

e. Hæc clausula sumpta est ex fine 7. cap. seq.
* Sacerdotum.
[f. Quia in quantum deus filius, habet eandem scientiam cū patre, & sic eum comprehēdit: secundum etiam quod homo, eū clarè vidit a principio. Et causa ipsius notitiæ subditur, cū dicit, quia ab ipso sum, & ipse me misit. De Lyra ibid.]
g. Quod modo vultis facere, facturi estis, sed non modò, quia modo nolo. Quare ad huc modo nolo? quia adhuc modicum tempus vobiscum sum, & tunc vado ad eum qui misit me. Implere debeo dispensationē meā, & sic peruenire ad passionem meam. Albinus ibidem.
h. Atque vt magis posit esse manifestum, quia nō de calice, sed de baptismo illic loquitur dominus, addidit, scriptura dicens. Hoc autē dixit de spiritu, &c. Cypria. Epist. lib. 2. epist. 3.
i. Non quòd non esset spiritus sanctus dicente domino saluatore: Si autē ego in spiritu sancto eicio dęmonia, filij vestri in quo eiciunt? sed quia erat in domino, nec dum in Apostolis totus manabatur. Quamobrem terrentur ad passionem eius, & negant, & Christum se nescire iurant. Postquam autem baptizātur in spiritu sancto, & infunditur in eos spiritus sancti gratia, tūc liberè loquūtur ad principes Iudæorum: Obedire deo magis oportet, qui hominibus: mortuos suscitant, inter flagella lætantur, fundūt sanguinem pro Christo, & supplicis coronantur. Hier. Hedibię quæst. 9. 12. Loquitur.
[k. Quis illi peruersi nolebant prius esse damnatores, quàm cognitores, ipse verò putabat qđ si patienter eum præsentem audirent, forsitā similes essent ministris qui maluerunt credere, q̄ tenere. Auctoritate ergo legis vult eos inducere, vt eum prius velit audire. Glosa. ordi. ibid.]

13. Non surrexit.

*Christus adulteræ ignoscit, se lucem & principium asserit, & sine peccato Abraham præcessisse manifestat.* VIII.

IEsus autem perrexit in montem Oliūeti, & dilucìdo iterum vēnit in templum, & omnis [a] populus vēnit ad eum, & sedens docebat eos. [b] Adducunt autem Scribæ & Pharisæi * mulierem deprehensam in adulterio, & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, hęc mulier modò deprehēsa est [1] in adulterio.] † In lege autē Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tētantes eum, vt possent accusare eum. † Iesus autem inclinans se déorsum, digito scribebat in terram. Cum ergo perseuerarent interrogantes, * erexit se, & dixit eis: † Qui sine peccato est vestrūm, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terram. Audientes autem hæc, vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus, & [2] remansit] solus Iesus, & mulier in medio stans. Erigēs autem se Iesus, * dixit ei: g Mulier, vbi sunt qui te accusabant? † Nemo te cōdemnauit? Quæ dixit: Nemo domine. Dixit autē Iesus: † Nec ego te [3] cōdemnabo.] Vade, & iam amplius noli peccare. Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens: † [c] Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non [4] ambulat] in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Dixerūt ergo ei Pharisæi: Tu de teipso testimoniū perhibes, testimoniū tuum non est verū. Respōdit Iesus, & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quò vado. Vos autem nescitis vnde venio, aut quò vado. [d] Vos secundum carnem iudicatis, ego nō iudico quenquam. Et si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. g Et in lege vestra scriptum est: quia duorū hominum testimonium verū est. † Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet

a. Populum hic appellat eos qui dicebant: hic est verè propheta. Itémque eos qui dicebant: Hic est Christus. Quod nō ferentes Iudæi, vide quid malignantur. Euthym. ibid.
b. Quoniam Moyses talem lapidare mandauerat. Vt si hanc lapidandā decernerat, deriderent eum quasi misericordiæ quam semper docebat, oblitum. Si lapidari vetaret, stridērent dentibus suis in eum, & quasi fautorem scelerū legisque contrariū, velut meritò damnarent. Albinus ibidem.
* Ad eum.
1. In ipso facto adulterium cōmittens.
* Eum.
2. Relictus est.
* Quum neminem videret præter mulierem.
3. Condemno.
c. Quia mulierē à peccatis absolutē, & liberam abire permittens ne quispiam ipsum blasphemare obloqueretur, aut quod solius dei est, sibi impudenter vindicare, diuinitatis iuę sacramentū hic aperit ostendens, qua virtute, qua authoritate, qua potestate reā à peccato absoluerit. Cyrillus in Ioan. cap. 18.
4. Ambulabit.
[d. Ego quidem inquit, eū deus sim, & è superius venerim, vos autem solū spectatis ad hoc qđ apparet: & quia in carne sum, carnem contemptam esse suspicamini, & nō deum & à deo venisse, secūdum carnē iudicatis, hoc est periculosē. Theophilactus ibidem.]

perhibet de me qui misit me, pater. Dicebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit Iesus: † Neque me scitis, neque patrem meum. Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo. † Et nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius. Dixit ergo iterum eis Iesus: † [f] Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quò ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudęi: Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, quò ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis: Vos [5] de deorsum] estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. [6] Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in [6] peccato vestro.] Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dicit eis Iesus: [h] Principium, qui
D & loquor vobis. [g] Multa habeo de vobis loqui & iudicare, sed qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. † Et non cognouerunt, [7] quia patrem eius dicebat deum.] Dixit ergo eis Iesus: † [i] Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor. Et qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum, quia ego quę placita sunt ei facio semper. [k] Hęc illo loquente, multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei Iudæos: † Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Respóderunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam. Quomodo tu dicis, liberi eritis? Respondit eis Iesus: Amen amen dico vobis, [l] quia omnis † qui facit peccatum, seruus est peccati. [g] Seruus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. [m] Si ergo vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Scio quia [8] filij] Abrahę estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus [9] non capit] in vobis. Ego quod vidi apud patrem * loquor, & vos * quæ vidistis apud patrem vestrum, facitis. Respónderunt, & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: † Si filij Abrahæ [10] estis,] opera Abrahę [11] facite.] Nunc autē quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à deo. Hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus nati. Vnum patrem habemus deum. Dixit ergo eis Iesus: [n] Si deus pater vester esset, diligeretis vtiq; me. Ego enim ex deo processi,
E & veni. Neque enim à meipso veni, sed ille me misit. [g] Quare loquelā meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum. † [o] Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. † Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius. Ego autem [12] si] veritatem dico, non creditis mihi. † [p] Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare non creditis mihi? † Qui ex deo est, verba dei audit. Propterea vos nō auditis, quia ex deo non estis. Respondérūt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nónne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, † & dæmonium habes? Respondit Iesus: Ego dæmonium nō habeo, sed honorifico patrem meum, & vos [13] inhonorastis] me. Ego autem nō quæro gloriam meam. Est qui quærat & iudicet. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem
G non videbit in æternum. [g] Dixerunt ergo ei Iudæi: Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & Prophetę, & tu dicis: si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortē in æternum. [q] Nùquid tu maior es, patre nostro Abraham, qui mortuus est? Et Prophetę mortui sunt. Quem teipsum facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis, quia deus noster est, & nō cognouistis eum. † Ego autem noui eum. Et si dixero, quia non scio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: [r] vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudęi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus: Amen amen dico vobis, [s] antequam Abraham fieret, ego sum. † Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiit de templo. *

† Detestimonium. † Matt. 11. g Luc. 10. g

† Sup. 7. g

† Rom. 2. a

† Sap. 3. c 2. Ioan. 3. a

† De pœnit. dist. 4. c. Si ex bono.

† Rom. 6. e 2. Pet. 2. d 2. q. 7. c. Seruti sunt.

† De pœnit. dist. 2. c. Reuelatū.

† 1. Ioan. 3. b.

† De hære. Cum ex iniuncto.

† 1. Ioan. 4. a

† Sup. 4. e

† Sup. 7. d

† 7. q. 1. c. Adsumus.

e. Qui enim negat ex patre filiū, neque patrem ex quo est filius, nouit: neque filium nouit qui patrem nescit. Ambro. de fide, lib. 1. cap. 9.

f. Hoc frequenter repetit, vt eorum animos commoueat atque perterreat. Considera quārum terroris incutiat: cum enim vellent eum interficere, quærit tamen quò vadat, tantā de eo opinionem conceperant. Chrysost. ibid. homil. 52.

5. Ab infernis.

g. Nihil enim possunt Iudei intelligere de scripturis nisi crediderint in Christū: apud Isaiā 7. b. Nisi credideritis non intelligetis. Cyprian. lib. 1. aduersus Iudæos.

6. Peccatis vestris.

h. Nam verè in hoc principio creauit cœlum & terram deus, quia p ipsum omnia facta sunt. Ruper. super 1. c. Geneseos.

7. Quòd de patre eis dixisset.

i. Postquam multa eis signa fecit & non attraxit illos: nunc de cruce cum eis loquitur. Theophil. ibidem.

k. Fides est credere quod non vides, veritas est videre quòd credidisti. Nō cognoscimus vt credamus, sed credimus vt cognoscamus. Ideo Christus humo in terra fidem iacit: postea, fe videndum dabit, quod est merces fidei. Glosa ordin. ibid.)

l. Seruilis enī est omnis pœna, quoniam qui facit peccatū, seruus est peccati, & quod pei⁹ est, multorū seruus est, qui subiect⁹ est vitiis, multis se dominis addixit, vt seruitio ei exire vix liceat. Ambr. de Iacob. lib. 2. ca. 3. m. Id ipsum est autem ac si diceret. Si vos filius saluos fecerit, tūc verè salui eritis. Inde quippe liberator, vnde saluator. August. de ciuit. Dei, lib. 14. cap. 11.

8. Semen.

9. Non habet locum.

* Meum.

* Ergo.

10. Filetis.

11. Faceretis.

[m] Quia sicut signū filiationis humanæ est imitatio operū, ita signum filiationis diuinę est dilectio: imò vt verius loquar, in hoc cōsistit hæc filiatio quæ est per adoptionē. De Lyra. ibid.

o. Quod si rectè intelligere velimus nūquam Christum prauissimi dæmonis meminisse existimabim⁹, sed Iudæis potius, qui contra eum furebant, Cain qui primus inter homines homicida patratorque mēdacij extitit, patrem attribuit. Cyrill. in Genesin lib. 1.

12. Quia.

p. Quod autem dixerunt: Nos ex fornicatione non sumus nati, nónne multi ex fornicatione nascebantur? tamē hoc omisso illic insistit. Postquā autem nō ex Deo, sed ex diabolo eos esse ostendit, q̄ interficere diabolicum est, & mendacium diceret quæ vtraque illi faciebant, tam contra ostendit amorē, q̄ quis dei sit argumentum. Chrysost. ibid. homil. 53.

13. Dehonestatis.

q. Insipientes illi cum non intelligerēt de qua morte Dominus diceret, quæ credentes in se æstura non esset, loquuntur ad eum stultissima quædam & insipientissima verba. Theophyl. ibidem.)

r. Prophetæ videtes appellabantur, ideo q̄ sancti spiritus munere ea quæ cęteris erāt clausa, quasi conscij futurorum videbant, inter quos Abrahā Christum vidit in spiritu. Eucher⁹.

s. Ante eum dixit, non se intra aliquem, sed omnia intra se dicit. Sic enim mortis est æternitatem dei scripturis significare diuinis. Ambr. de fide, li. 3. cap. 1.

* Pertransiens per medium illorum, & sic prætermit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Cæcus natus visu à Christo donatus à Iudæis interrogatur cum parentibus, & factum palàm à Christo fuisse fatetur.* IX.

ET prẽteriens Iesus vidit hominem cæcũ à natiuitate, & interrogauerunt eum discipuli eius:† * Rabbi, quis peccauit? hic, aut parentes eius, vt cęcus nasceretur? Respondit Iesus: [a] Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari.† Quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Hoc cum dixisset, expuit in terram, † & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei: Vade, laua [1] in natatoria] Silôe, quod interpretatur, missus. Abiit ergo, & lauit, & venit vidẽs.[g] Itaque vicini & qui viderant eum prius (quia mendicus erat,) dicebant: Nónne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est: alij autem, nequaquam, sed] similis est eius. Ille verò dicebat, quia ego sum. Dicebãt ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: * Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoriam Silôe, & laua. [2] Et abij, & laui, & video.] Et dixerunt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducunt eum ad Pharisęos qui dudum cæcus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutũ fecit Iesus, & aperuit oculos eius.[g] Iterum ergo interrogabant eum Pharisęi quomodo [3] vidisset.] Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video. Dicebant ergo ex Pharisęis quidam: Non est hic homo à deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant: [b] Quomodo potest homo peccator hęc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo cęco iterum: Tu quid dicis de eo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, quia propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset & vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderat, & interrogauerunt eos, dicentes:[g] Hic est filius vester quẽ vos dicitis, quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? [c] Responderunt eis parẽtes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est. Quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus. Ipsum interrogate.† Ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, [d] quoniam timebant Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eum cõfiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia ætatem habet, ipsum interrogate.[g] Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: † Da gloriam deo. [e] Nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio, vnum scio, quia cęcus cum essem, modò video. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respõdit eis: Dixi vobis iam, & audistis. Quid iterum vultis audire? Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? [4] Maledixerunt] ergo ei & dixerunt: Tu discipulus illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est deus, [f] hunc autem nescimus vnde sit.[g] Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos. Scimus autem quia peccatores deus non audit, sed siquis dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cęci nati.[g] Nisi esset hic à deo non poterat facere quicquam. Respondunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eum, dixit ei:[g] Tu credis in filium Dei? Respondit ille, & dixit: Quis est Domine, vt credam in eum? Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: [h] Credo Domine. Et prócidens adorauit eum. Et dixit ei Iesus: In iudicium ego in hunc mundum veni, [i] vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Et audierunt quidam ex Pharisæis qui cum ipso erant. Et dixerunt ei: Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nunc verò [5] dicitis quia] videmus, peccatum * vestrum manet.

A Aaron 3. 19. 1 Reg. 1. 40.

† Dicentes.
a. Quid est quod dixit? Si nullus homo sine peccato, nũquid parentes huius cæci sine peccato erant? Nunquid ipse & sine originali peccato natus erat? vel viuendo nihil addiderat? An quia clausos oculos habebat, concupiscentiæ minimè vigilabant? Quanta mala cõmittunt cæci, à quo malo abstinẽt? Mẽs mala etiam clausis oculis nõ poterat videre, sed nouerat cogitare, & fortè concupiscere aliquid quod cæcus nõ posset implere: sed in corde iudicari à cordis perscrutatore. Si ergo & parentes eius habuerunt peccatum, & ille habuit peccatum, quare dominus dicit: neque hic peccauit, neque parentes eius, nisi ad rem respõdit de qua interrogatur, vt cæcus nasceretur? Habebant enim peccatũ parentes eius, sed nõ ipso peccato factum est vt cæcus nasceretur. August. in Ioan. tract. 44.
1. Piscina, & infra.
* Ille, & dixit.
2. Quum autem abiissem, & lauissem, visum recepi.
3. Visum recepisset, & infra.
[b. Vides qualiter vrgeant? vide autem & malitiam eorum, qui criminantur, non enim dicunt: hic non est ex Deo, quia in sabbato sanat, sed quia sabbatũ nõ seruat: sursum deorsũmque non beneficium, sed diei violationẽ pronunciantes. Annota autem & hoc, quomodo principes seniores sint quã turba in bono. Nam turba quidem prius diuisa erat sententijs, & nõ omnes dura loquebãtur propter Christum. Principes autẽ posterius in hanc laudabilem dissentionẽ venerunt. Theophyl. ibid.]
c. Cũ de tribus interrogati fuissent, vtrum hic esset filius eorũ, vtrum cæcus natus esset, & quomodo nunc videret, de duobus confitentur, quomodo autẽ nũc videat, ignorare se dicũt, timẽtes Iudæos, sicut in progressu manifestabitur. Euthym. ibid.
d. Hac formidine perculsi, parẽtes cæci non ausi sunt quod cognoscebant, palam cõfiteri: sed id à filio interrogati debere respondẽre, qui cũ maturæ esset ætatis, de se loqui facilè posset. Cyrill. ibidem.
[e. Quasi. d. diuina virtute non fecit. Et subdirut ipsius cæci cõstantia: quia inter aduersatios existens fortius, quàm ante veritatem cõfiteretur, dicens: Si peccator est, nescio, hoc non dicit dubitans de sanctitate Christi, sed irridendo eorum malitiam: q. d. vos dicitis quia scitis eum esse peccatorem, & ego hoc non dico, imò cõtrarium quod probatur per factum, quia ẽi cæcus essem nunc video. De Ly. ibid.]
4. Conuitiati.
f. Christus dicebat illis: Nõ veni nisi ad oues quæ perierũt domus Israel, & illi dicebant: nescimus vnde sit. Ille curabat eos & illi negabant eum. Ambr. de benediction. patriarch. cap. 11.
[g. Spreta eorum ira libere veritatem confitetur. Hæc enim nã nisi à Domino, nec à discipulis fierent, nisi deus in eis. Cũ clausis oculis, quod dicunt esse pro peccatis parentum, sed Christus totum sanat: extra oculos cor intus aperit. Cloſa. ordin. ibid.]
h. Et propter hoc totus venit videns, & vt suum cognosceret plasmatorem, & disceret homo eum qui donauit ei vitam. Irenæus lib. 5.
i. Hoc est, vt hi qui se nõ videre confitentur, & qui medicum quærunt, videant. Hi verò qui se putant videre, & medicum non requirunt, in sua cæcitate permaneant. Eucherius.
5. Qui dicitis.
* Igitur.

† Dicentes. dist. 44. Cl. pro parua.

† Deus.

*Christus inter se & alios pastores ponens discrimen, à Iudæis insanire proclamatur, quos ex suis operibus conuincens multos ad fidem conuertit.* X.

Anno do. 33. †19.1.c. Ordinationes.

A AMen amen dico vobis, †[a] qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim, & educit eas. [b] Et cum proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non [1] sequuntur, sed fugiunt] ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt [2] quid ] loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen amen dico vobis: quia ego sum ostium ouium. [c] Omnes quotquot venerunt, * fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat. [d] Ego veni vt vitá habeant, & abun-

B dantius habeant. Ego sum pastor bonus. †§ [e] Bonus pastor animá suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues. † Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & [3] non pertinet ad eum ] de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas: & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, † & animá meá pono pro ouibus meis. † Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet [4] vnum ouile] & vnus pastor. Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meam, [5] & ] iterum summá eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eá è meipso. †[f] Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à patre meo. Dissensio iterum * facta est inter Iudæos, propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet & insanit.

C [g] Quid eum auditis? Alij dicebant: Hæc verba non sunt [6] dæmonium habentis. ] Nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire? † [g] Facta sunt autem Encænia in Ierosolymis, & hyems erat. Et ambulabat Iesus in tẽplo in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? [h] Si tu es Christus, dic nobis palàm. Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. * Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquá de manu mea. † Pater meus [7] quod dedit mihi, maius ] omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. [i] † Ego & pater vnum sumus.

D Sustulerunt * lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Respondit eis Iesus: [k] Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cum sis, facis teipsum deum. Respondit eis Iesus: Nónne scriptum est in lege vestra, quia † ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, filius dei sum? [k] Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non [8] vultis credere, ] operibus credite, vt cognoscatis & credatis quia [l] pater in me est, & ego in patre. † Quærebant [9] ergo ] eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum. [m] Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primùm, & mansit illic. Et multi venerũt ad eum, & dicebant, quia Ioannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de hoc, vera erant, & multi * crediderunt in eum.

*Ex Lazari suscitatione Iudæi irritati consilium aduersus Iesum ineunt, in quo Cäiphas prophetat, sed Christus in desertum secedit ad tempus.* XI.

a. Loquente domino Iesu non intellexerũt Scribæ & Pharisæi, qui audierũt, incrassatum enim habuerunt cor, & grauiter audierũt: nominat ostium, nominat ouile, nominat oues. Albinus in Ioan.

b. Vadit autem ante eas, & tanquam is qui primus conuersationis viam calcauit, & sicut qui ea fecit, quæ docet. Euthy. ibid.

1. Sequentur, sed effugient.

2. Quæ essent quæ.

[c. Fur est qui per simoniã, vel aliquo alio modo contra Christum intrat, & postquàm intrauerit, malo exemplo occidit, & sic apertè latro, nec talis est dicendus mercenarius. Ideo lupo veniente non refugit, sed pro mercede cedit. Glosa. ordinar. ibidem.]

* Ante me.

d. C. in autem de discretione omnium hominum quæstio ventilatur, & ab omnibus hominibus paruuli nequeant separati, similique de totius ætatis hominibus veritas dixerit: filius hominis venit quærere & saluare quod perierat, frustra profunditatem inscrutabilis gratiæ per liberum arbitrium conantur aperire, qui causam electionis in eorum constituunt meritis, qui eliguntur. Ambro. de vocation. gentium, lib. 1. cap. 7.

e. Posuit planè animam suã, vt nostram leuaret. Ambr. de fide, lib. 2. cap. 1.

3. Non est illi cura.

4. Vnus grex.

5. Vt.

f. Vides igitur quia non moritur cum corpore, quæ & ponitur & resumitur, & in manu dei patris commendatur? Idem de bono mortis cap. 10.

* Iterum.

6. Dæmoniari.

g. Factus est dies dedicationis templi per Antiochum prophanati, quod renouauit Iudas Machabæus per 8. dies, vt 2. Macha. 4. f.

[h. Non quærunt, si tu es filius dei, quia de hoc nõ curasset Pilatus, qui erat gẽtilis, apud quẽ intendebant cum accusare, sed quærunt, si tu es Christus. i. vnctus, quę vnctus debebatur regibus: & per consequens si respõdisset se esse Christũ, statim accepissent eum præsidi, vt rebellare volentem contra Imperatorem Romanum, cui subditi erant tunc Iudæi, & aspirare ad regnum. De Lyra. ibid.]

* Sicut dixi vobis.

7. Qui dedit mihi maior.

i. Vnum dixit, ne fieri discretio posset. Sumus, addidit, vt patrem filiumque cognosceat: quo perfectus pater perfectũ filium genuisse credatur, & pater & filius vnum sint, non confusione, sed vnitate naturæ. Ambr. de fide, lib. 1. cap. 7. Vnum dicit quia ad vnitatem diuinitatis reiecti sumus, autẽ personis assignatæ Grego. Nazianzen. de fide.

* Ergo iterum.

[k. Vultis (inquit) scire æqualitatem cũ patre, à substantia non potestis scire. Impossibile est enim scire substantiam Dei, sed accipite ex operum æqualitate & identitate iudicium identitatis secũdum virtutem. Theophylact. ibid.]

8. Creditis.

l. Et hic aduertimus quòd vnitatem diuinitatis per vnitatem operum designauerit. Ambr. de fide, lib. 2. cap. 2.

9. Iterum.

m. Nõ absque causa se illuc cõtulit, sed in memoriam reduxit multa quę illic facta sunt, & dicta à Ioanne de se. Theoph. ibi.

* Illic.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ERat autem quidam [1]languens ] Lazarus à Bethania, de caſtello Mariæ & Marthæ [2] ſororum eius.] Maria autem erat † quę vnxit dominum vnguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miſerunt ergo ſorores eius ad eum, dicentes: † Domine, ecce quem amas infirmatur. [b] Audiens autem Ieſus, dixit eis: Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem Ieſus Martham, & ſororem eius Mariam, & Lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem manſit in eodem * loco duobus diebus. Deinde poſt hæc dicit diſcipulis ſuis. Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei diſcipuli: Rabbi, tunc quęrebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Reſpondit Ieſus: Nónne duodecim ſunt horæ diei? [c] Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non eſt in eo. Hæc ait: & poſt hęc dicit eis: Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado vt à ſomno [3]exuſcitem ] eum. Dixerũt ergo diſcipuli eius: Domine, ſi dormit, ſaluus erit. Dixerat autem Ieſus de morte eius, illi autem putauerunt quia de dormitione ſomni diceret. Tunc ergo Ieſus dixit eis manifeſtè: [d] Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam nõ eram ibi. Sed eamus ad eũ. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus ad condiſcipulos: Eamus & nos, [4] & ] moriamur cum eo. Venit itaque Ieſus, & inuênit eũ quatuor dies iam in monumento habentem. [e] Erat autem Bethania iuxta Ieroſolymã, quaſi ſtadiis quindecim. Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt cõſolarentur eas de fratre ſuo. Martha ergo vt audiuit quia Ieſus venit, occurrit illi. Maria autem domi ſedebat. Dixit ergo Martha ad Ieſum: [f] Domine ſi fuiſſes hîc, frater meus non fuiſſet mortuus. Sed & nunc ſcio, quia quæcũque popoſceris à deo, dabit tibi deus. Dicit illi Ieſus: Reſurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio, quia † reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Dicit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio & vita. † Qui credit in me, etiã ſi mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Vtique domine. Ego credidi, quia tu es Chriſtus filius dei [5] viui, ] qui in hunc mundum [6] veniſti.] [g] Et cum hæc dixiſſet, abiit, & vocauit Mariam ſororẽ ſuam [f] [7] ſilentio, ] dicens: Magiſter adeſt, & vocat te. Illa vt audiuit, [8] ſurrexit citò & venit ad eum. Nondum enim venerat Ieſus in caſtellum, ſed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Iudęi ergo qui erant cum ea in domo, & conſolabantur eam, cum vidiſſent Mariam, quia citò ſurrexit & exiit, ſecuti ſunt eam, dicẽtes: Quia vadit ad monumentum vt ploret ibi. Maria ergo cum veniſſet vbi erat Ieſus, videns eum cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine, ſi fuiſſes hîc, frater meus non fuiſſet mortuus. Ieſus ergo vt vidit eam plorãtem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum, & dixit: [h] Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vide. Et lachrymatus eſt Ieſus. [g] Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eũ. Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non poterat hic † qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur? Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumentum. Erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait Ieſus: [i] Tollite lapidem. Dicit ei Martha ſoror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam fœtet: quatriduanus enim eſt. Dixit ei Ieſus: † Nónne dixi tibi, quoniam ſi credideris, videbis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidem. * Ieſus autem eleuatis ſurſum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi, quoniam audiſti me. Ego autem ſciebã quia ſemper me audis, ſed propter populum qui circunſtat, dixi, vt credant quia tu me miſiſti. Hæc cùm dixiſſet, voce magna clamauit: † Lazare, [k] veni foras. [g] Et ſtatim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes [7] inſtitis, ] & facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus: Soluite eum, & ſinite abire. Multi ergo ex Iudęis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quę fecit Ieſus, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipſis abierunt ad Phariſæos, & dixerunt eis quæ fecit Ieſus: [l] Collegerũt ergo [8] Pontifices ] & Phariſæi concilium, & dicebant: Quid facimus? Quia hic homo multa ſigna facit. Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum. Et venient Romani, & tollent locum noſtrum & gentem. Vnus autem

a. Inter omnia miracula, quæ dei filius, vt ſuam pãderet diuinitatem operatus eſt, ſuperemi-nat hoc, & quaſi quendam obtinet principatum, quod circa Lazarum fecit. Et quidem ſingula opera ei' admiratione digniſſima ſunt. Cyrillus. ibid.

1. Ægrotãs, vel qui ęgrotabat.

2. Sororis eius, ſcilicet Mariæ.

[b. Ecce quare pmiſit infirmari quem amabat: quia nõ ad mortem æternam, ſed ad probationem virtutis, ad examinationẽ bonitatis. Vt etiã in malis quæ patimur dei gloria relucelcat: multis nos tentari variis tentationibus ſinit. Simon de Caſſ.]

* Quo erat.

c. Id eſt, qui Chriſtũ in omnib' ſequitur, pet eius veſtigia vſque ad æternę lucis ſolium eráſmeabit, ſicut ipſe patrem pro nobis adhuc in corpore conſtitutus orat, dicẽs: pater volo vt vbi ego ſum, ibi ſint & hi qui in me crediderint. Ambro. de myſterio Paſchæ cap. 5.

3. Excitem.

d. Videt adhuc imbecilliores, & adhuc eius poteſtatis ignaros fuiſſe diſcipulos, quod metu accidebat, quo perturbabantur & cum dormire eum dixiſſet addidit: Vado vt ex citẽ eum. Nó enim verbis prædicere volebat, quod re erat confirmaturus. Sæpe enim nos admonet, vt inanem gloriã caueamus, & nihil de nobis temerè promittamus. Chryſoſt. in Ioan. homil. 61.

4. Vt.

[e. Quia voluiſſet & potuiſſes libertate eum, ſed & nunc potes reſuſcitare, ſed & nũc ſcio quia potes, ſi vis facit, vtrum autem faciet tui iudicij eſt, non meæ præſumptionis: non fuit auſa petere tam magnũ quid, ne pateretur repulſam, ſed ſuam fidẽ exprimendo inſinuauit ſuũ deſiderium, & quia ſolum in nomine eius. Nicol. de Gorram. ibidem.]

5. Venturus erat.

6. Clanculum.

f. Aduertẽdum eſt quemadmodũ ſuppreſſam vocem filętium nuncupauit. Nam quomodo ſiluit quã dixit, Magiſter adeſt, & vocat te? Albinus. ibid.

[g. Quamprimũ audiuit adeſſe Ieſum, non ſegnis fuit Maria, ſed ſurgit & ad eum venit. Vnde manifeſtum, quòd nõ pręueniſſet illã Martha, neque priùs ſiquidẽ cognouiſſet iſta Ieſum ventutum. Nondum autẽ Ieſus venit in caſtellũ. Tardius enim ibat, ne videretur ad miraculũ properare, ſed precibus illarum exoratus hoc facere. Theophy. ibidem.]

h. Hoc eſt, in quo reũ ſtatu eſt? in quo pœnitentiũ ordine? Videam quem fletis vt lachrymis ſuis ipſe me moueat: Videam ſi iam peccato ei cuius venia poſcitur, defunctus eſt. Ambro. de pœni. lib. 2 cap. 7.

i. Suſcitaturus Lazarum dominus iuſſit vt Iudæi remouerent lapidem de ſepulchro, vt mortuũ vidẽres poſtea reſſuſcitatum crederent. Deinde vocauit Lazarũ, & reſurrexit, & ligatis manibus & pedibus exiit foras. Ambr. Exameron lib. 1. cap. 7.

* Vbi mortuus ille poſitus erat.

k. Hoc eſt, Quid iaces in tenebris conſcientiæ, & delictorum tuorum ſordibus quodam reorum carcere? Exi foras, delictũ proprium prode, vt iuſtificetis. Ore confeſſio fit ad ſalutem. Ambro de pœnit. lib. 2 cap. 7.

7. Faſciis ſepulchralibus.

[l. Nec tamen dicebant, credamus. Plus enim perditi homines cogitabant quomodo nocerent vt perderẽt, quàm quomodo ſibi conſulerent ne perirent, & tamen timebant, & quaſi cõſulebant. Beda. ibid.]

8. Principes ſacerdotum.

autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, [m] quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & G non tota gens pereat. † & Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit, [9] quia] † Iesus moriturus erat pro gente. Et non tantùm pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum. † Ab illo ergo die [10] cogitauerunt] vt interficerẽt eum. [n] Iesus ergo iam non in palàm ambulabat apud Iudæos sed abiit * in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. † Proximum autem erat Pascha Iudæorum, & ascenderũt multi Ierosolymã de regione ante °Pascha, vt [11] sanctificarent] seipsos. Quærebãt ergo Iesum, & colloquebantur adinuicem in templo stantes: Quid [12] putatis quia] non vênit ad diem festum? —istum?] Dederant autem Pontifices & Pharisæi mãdatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.

m. Quantum ad ipsa verba, si in eis voluntatem dicentis attendas, quibus agebat vt Iesus iniustè necaret, vtique mala erant tamen magnum bonũ illo nesciente significabant. Augustin. contra Faustum. lib. 22.
9. Quod.
10. Consulebant inuicem.
[n. Nondum enim erat tempus passionis Christi à Deo præordinatũ, & Iudei quærebant occidere eum, vt visum est. Ideo recessit ad tempus. Iuxta quod dicit: Iesus ergo, &c. Quanuis enim inter eos existẽs, posset eorum impetum refrenare, tamen voluit ad tẽpus latere & se occultare, secũdum quod dictum est sup. cap. 8. De Lyra. ibid.]
* illine.
o. Quartum à baptismate Christi. scilicet 34. an.
11. Purificarent.
12. Videtur vobis quòd.

*1.q.1.c. Dictum est.
†De pœ. dist. 4. c. Si ex bono. Hanc iocunditatem.
†Matt. 2.b Marc. 3.b

†Matt. 26.a Marc. 14.a Luc. 19.a

*Erat, qui.
* A mortuis.
1. Pistica pretiosæ.
b. Ostendens magnitudinẽ quã eum prosequebatur, reuerentiæ & fidei. Euthym. ibidem.
[e. Iudas & si malus, tamen inter Apostolos numeratur, vt doceamur malos tolerare, nec corpus Christi diuidamus, & malos bonis non obesse. Glosa. ordinaria.]
2. Iscarioth.
3. Curaret, vel cuta illi esset.
4. Confetebantur.
d. Sed nihil horum fetum & insanicrem animũ flexit proditoris, licet his multo plura & diceret & faceret, & ad mẽtem secum adhibuisset: quod & latronum animus mulcere assolet, & alia verba locutus est, quibus etiam lapides molliri potuissẽt: nec multò ante, sed eadem die, vt minimè obliuioni mandare potuerit: sed aduersus omnia perstitit immobilis. Grauis nãque morbus est auaritia, grauis inquam, qui & oculos cæcat, & aures obstruit, & fera seuiores reddit: non conscientiam, non amicitiam, non consuetudinẽ, non propriæ animæ salutem cognoscere sinit, sed semel ab omnibus discedẽs, in seruitutem sibi quos cepit, more sæuissimi tyranni vindicat. Chrysostom. ibid. homil. 64.
5. Sulcitauerat.
6. Consultauerant.
7. Postero die.
8. Eadem fecissent.
[e. Propter pulchritudinẽ templi, & ea quæ de Iudæis dicebãtur, multi etiam Græcorũ ascenderunt adoraturi. Hi autẽ propè fuerunt, eo quod & proselyti fiebant, hoc est, accesserũt ad Iudaismum. Igitur fama cõmunicata de Iesu, accedunt ad Philippum, & rogauerunt eũ vt viderent Iesum. Hoc est petierunt. Theophyl. ibid.]
9. Græci.
f. Qui itaque, cum in terrã velut granũ cecidisset, qua spica fertilissima erupit, quæ humanũ genus ad pristinam illam imaginem Adæ restituit. Cyrill. ibid.
Manifestum est, & totus mũdus confitetur quod de seipso dixerit, hoc est, de corpore carnis sũctæ, quam de Maria accepit, & de tota sua incarnatione. Cadere autem in terram & mori de triduana corporis sui dormitione intelligitur. Epiphan. hæres. 64. Hæresim.
10. Custodiet.
[g. In illa enim turba aliqui erãt magis rudes, qui tantũ sonũ vocis perceperant, nõ significationem & quãtum ad illos dicebatur. Turba ergo quæ stabat, dicebat tonitruum factum esse, De Lyra.]

Anno do. 34. A †Matt. 26.a Marc. 14.a Luc. 7.f

†Matt. 21.a Marc. 11.a Luc. 19.d

B

†De pœ. dist. 2. Quantumlibet.

†Matt. 21.a Marc. 11.a Luc. 19.a

†Matt. 21.a Marc. 14.a †Isa. 62.d Zacha. 9.b †Psal. 117.d †Psal. 109.b 116.a Isa. 40.e Ezech. 17.g Ephe. 5.b

C

†De consec. dist. 3. c. fina.

†De decimis Cũ non sit in homine. †Matt. 10.g 16.f Marc. 8.g

D

†De consec. dist. 3. c. fina.

E

[1] † Esus ergo [2] ante sex dies Paschæ vênit Bethaniam, vbi Lazarus * fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. * Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat. Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguẽti nardi [1] pistici pretiosi,] & [b] vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore vnguẽti. [c] Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas [2] Scarióthis] qui erat eum traditurus: † Quare hoc vnguentũ non væniit trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis [3] pertinebat ad eum,] sed quia fur erat, & loculos habẽs, ea quæ [4] mittebantur,] portabat. Dixit ergo Iesus: Sine illã, vt in diẽ sepulturæ meæ seruet illud. [d] & Pauperes enim semper habebitis vobiscum, [d] me autem non semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est, & venerunt, non propter Iesum tantùm, sed vt Lazarum viderent, quem [5] suscitauit] à mortuis. † [6] Cogitauerunt] autem Principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibãt ex Iudæis, & credebant in Iesum. [7] In crastinum] autem turba multa quæ venerant ad diem festum, cum audissent, quia venit Iesus Ierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant: Hosanna. † Benedictus qui venit in nomine domini Rex Israel. † Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptũ est: † Noli timere filia Sion, ecce Rex tuus venit, sedens super pullum asinæ. † & Hęc nõ cognouerunt discipuli eius primùm, sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia hæc erant scripta de eo, & hæc [8] fecerunt] ei. Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis, quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eũ abiit. [e] Erãt autem quidã [9] gentiles] ex iis qui ascẽderant, vt adorarẽt in die festo. Ij ergo accesserunt ad Philippũ, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Iesum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rursum & Philippus, dixerunt Iesu. [f] & Iesus autem respondit eis, dicens: Venit hora vt clarificetur filius hominis. † Amen amen dico vobis, [f] nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert: † Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animam suã in hoc mũdo, in vitam æternam [10] custodit] eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea vẽni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Vênit ergo vox de cœlo, dicens: † & clarificaui, & iterum clarificabo. [g] & Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij autẽ dicebant: Angelus ei locutus est. Respondit Iesus, & dixit: Non propter me hęc vox vênit, sed propter vos. Nunc iudicium est

## *Ex Iesu à Maria vncto Iudas indignatur. Christus super asellum sedens Ierusalem multis occurrentibus vadit, & gentes à Iudæis triticeo grano discernit.* XII.

mundi.* Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.[h] † Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. Hoc autẽ dicebat, significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba: [i] Nos audiuimus ex lege,† quia Christus manet in æternũ. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus: Adhuc [11] modicum] lumen in vobis est. [k] Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. & Et qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. F Dum lucem habetis, credite in lucem, † vt filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus, [12] & abiit & ] abscondit se ab eis. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo Isaiæ prophetæ impleretur quem dixit: † Domine [l] quis credidit [13] auditui nostro: ] & brachium domini cui reuelatum est? Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: † Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & intelligant corde, & cõuertantur, & sanem eos. Hęc dicit Isaias quando † vidit gloriam eius, & locutus est de eo. Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisęos non confitebantur, vt de Synagoga non eicerentur. Dilexerũt enim gloriam hominum magis quàm gloriam dei. Iesus autem clamauit, & dixit: & Qui credit in me, nõ credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui vi- G det me, videt eum qui misit me. [m] † Ego lux in mundũ veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea, & non [14] custodierit, ] ego non iudico eum. Non enim veni vt iudicẽ mundum, sed vt saluificem mũdum. Qui spernit me, non accipit verba mea, habet qui iudicet eum. † Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. [n] Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar, & scio quia mandatum eius, vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.

*Christus parata cœna discipulorum pedes in exemplum lauat, buccella Iudam designat, & discipulorum fugam prædicit.* XIII.

† Ante diem * festum Paschæ, sciens Iesus [quia vênit] hora eius, vt [1] transeat] ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erãt in mundo, [2] in finem dilexit eos. Et cœna [3] facta] cum diabolus iam misisset in cor [4] vt traderet eum Iudas Simônis Scariothis ] sciens quia † omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad deum vadit, surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & cum accepisset linteum, præcinxit se. [a] Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simônem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: † [b] Si non lauero te, non [5] habebis partẽ mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine non tantùm pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: † [c] Qui lotus est, non [6] indiget ] nisi vt pedes lauet, [7] sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. Propterea dixit, non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, [7] accepit vestimenta sua, & cum recubuisset, ] iterum dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me [8] magister & domine, ] & bene dicitis: Sum etenim. [e] Si ergo ego lui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen amen dico vobis, † non est seruus maior domino suo, neque apostolus maior est eo qui misit illum. Si hæc scitis, beati [9] eritis ] si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico: Ego scio quos elegerim. Sed vt adimpleatur scriptura: † Qui mãducat mecũ panem, [10] leuabit ] contra me calcaneum suum. A modo dico vobis, priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis quia ego sum. & Amen amen dico vobis, qui accipit si quem misero, me accipit. Qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Cum hæc dixisset Iesus, [d] turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen amen dico vobis, † quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo adinuicem discipuli, hæsitantes de quo

* Hesus.
h. Nõne valuit eorum vitetur præmissa cõmunio? Ambro. de sacra. gest. lib. 1. cap. 3.
i. Hoc enim eum dixisse putabant, quod vere cogitabant filium hominis, quia hoc memoriter tenebant: quod sæpe dixerat, se filium hominis. Glos. ordinaria ibid. ]
11. Modico tempore.
k. Lucem habemus si currimus, si gressum fidei promouemus, in tenebris residemus, si promouere cessamus. Paratos nos inueniat extrema necessitas, quæ sæpe præuenit imparatos. Eusseb. Emise. homil. 1. ad Monachos.
12. Ac digressus.
l. Quis pro raritate posuit: quia quod sancti prophetæ à deo audierũt & populo prædicauerũt, pauciss imi crediderunt in eo, quod ait, Brachium domini cui reuelatum est? Vbi satis ostẽdit brachium domini, ipsum dei filium nuncupatum: non q deus pater figura determinetur carnis humanę, eique filius tanquã membrum corporis hæreat, sed quia omnia p ipsum facta sunt: ideo brachium domini dictus est. Albinus. ibidem.
13. Prædicationi nostræ.
[m. Adeo profecta est sapientia, quia à fonte vitæ processit veritatis doctrina, cui ritè competit laus, virtus, & gloria, vnde Eccle. 15. Sapientiæ enim dei aspirabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator illabit eam illi. Raba in Eccle. cap. 15. ]
14. Credidetit.
n. Ideo se dicit non locutum ex seipso, quia non est ex seipso. Quo verò loquitur verbo, cum ipse sit filius vnigenitũ verbũ? Nunquid per angelum, cũ per ipsum creati sunt angeli? Nunquid per nubem, quæ quando fuerat ad filium, nõ propter seipsum fuerat, quod alibi dicit etiã ipse, sed propter alios quos oportebat ita audire. Non propter sonum labiis emissum, qui non habet corpus? Augustin. tract. 44. in Ioan.
* Vero.
1. Quòd veniisset.
2. Transiret.
* Vsque.
3. Parata.
4. Iudæ Simonis Iscariotæ, vt eum traderet.
a. Hæc deo exprobrat, quia linteo præcingitur, pedesque discipulorũ lauat, optimámque vitã sublimitatis, humilitatẽ esse demonstrat, quia propter animam humi cumbentem humiliatur, vt erigeret quod ob peccatum deorsum vergebat. Grego. Nazian. in sanctum lauacrum.
b. Non aduertit mysterium, & idem ministerium recusauit, qd grauari humilitatem serui crederet, si sibi obsequium domini patienter admitteret. Ambr. de iis qui mysteriis initiantur. cap. 6.
5. Habet.
6. Opus habet.
7. Et acceptis vestimentis suis recubuit.
8. Magistrum & dominum.
e. Attamen & doctores videmus pueris literas elegantiores præscribere, vt ad imitationẽ, quibus à longè veniam. Nec ciarò autem Apostolos admoner de his, quoniam in honore erant futuri, alij maiore, alij minore, vt ne inter se dissiderent, & superbirẽt, sed vt omnib ipsorum mentes purgaremur. Theophy.
9. Essis.
10. Leuauit.
d. Spiritum dicit affectũ mœroris & turbationis, quo mouebatur ob perditoris proditionem. Nam præmissa cõpassione turbabatur. Vehementer enim super eo dolebat. Euthym. ibidẽ.

quo diceret. Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis est de quo dicit? Itaque cum recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei. Domine quis est? Respondit Iesus: Ille est cui ego [11] intinctum panem ] porrexero. † Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simônis [12] Scariothis. ] Et post buccellam introuit in eum Sathanas. Et dicit ei Iesus: [c] Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, † quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus: eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis vt aliquid daret. [g] Cum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuò. Erat autem nox. Cum ergo exisset, dixit Iesus: Nunc [13] clarificatus ] est filius hominis, & deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo, & deus clarificabit eum in semetipso, & continuò clarificabit eum. Filioli, adhuc modicûm vobiscum sum. † Quæritis me, & sicut dixit Iudæis, quò ego vado, vos non potestis venire. Et vobis dico modo: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. [f] In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò vadis? Respondit Iesus: Quò ego vado non potes me modo sequi, sequêris autem postea. Dicit ei Petrus: * Quare non possum te sequi modo? † [g] Animam meam pro te ponam. Respondit ei Iesus: Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.

*Christus à discipulis timorem excutiens ex via, veritate & vita, & eadem cum patre essentia præcepta sua seruari præcipit.* XIIII.

A ET ait discipulis suis: Non turbetur cor vestrum. Creditis in deum? & in me credite. † [a] In domo patris mei mansiones multæ sunt. [1] Si quo minus, ] dixissem vobis, quia vado parare vobis locum. Et si abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Et quò ego vado, scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas: Domine nescimus quò vadis. Et quomodo possumus viam scire? Dicit ei Iesus: † [b] Ego sum via, veritas, & via. Nemo venit ad patrem nisi per me. Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis. Et à modo [2] cognoscetis ] eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit eis Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, [c] qui [3] videt me, videt ]
B & patrem. * [d] Quomodo tu dicis: ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non [4] creditis, ] quia ego in patre, & pater in me est? † Alioquin propter opera ipsa credite. * Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Quia ego ad patrem vado, † & quodcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur pater in filio. † Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & [4] alium paraclêtum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. [g] Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Adhuc modicùm, & mundus me iam non videt. † Vos autem videtis me, quia ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis, [e] quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. † [f] Qui autem diligit me, diligetur à patre meo. Et ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Dicit ei Iudas, non ille [5] Scariotis: ] Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis te ipsum, & non mundo? Respondit Iesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, [f] & ad eum veniemus, & mansionem apud
D eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. [g] Et [6] sermonem quem audistis, ] non est meus, sed eius qui misit me patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos

GG

1. Intinctam buccellam.
12. Iscariotæ.
c Quid illud? vt quia introierat in illum Sathanas, ipse abiret à Christo. Eiicitur itaque & excluditur, eo quòd iam cum domino Iesu esse non posset: quia coeperat esse cum diabolo. Nulla enim communicatio Christi ad Belial. Vnde statim imperio expulsus abscessit. Ambros. de Cain & Abel. lib. 2. cap. 4.
13. Glorificatus & infra.
f. Omnes pene Romani se mutuo perquirunt, Quis enim ciuis non inuidet ciui? Quis enim plenè vicino exhibet charitatem? Omnes quippe à se, & si loco non absunt, affectu absunt. Salui. lib. 5.
* Domine.
g. Petrus dixit: Animam meam pro te ponam: & Christus dixit: Anima mea turbatur. Vtrumque verè est, & plenum vtrúque rationis, quia & ille qui est inferior, non timet, & ille qui superior est, gerit timentis affectú. Ille enim quasi homo vim mortis ignorat, iste quasi deus in corpore constitutus fragilitatem carnis exponit, vt eorum qui sacramentú incarnationis abiurant, excluderetur impietas. Ambr. de fide. lib. 2. cap. 3.
a. Singularum virtutum vna quandam salutis est via, quæ plane ad mensionem quandam æternam & beatá perducit. Quoniam sicut virtutes sunt vitæ electiones, ita & multæ apud deú mansiones, quæ secundum dignitatem vnicuique diuidentur & distribuuntur. & hic quidem hanc excolit virtutem, alius verò aliam, quidem etiam plures, nónulli quoque omnes. Greg. Nazianz. orat. 16.
1 Quod si secus esset.
b. Via ergo superna est dei virtus. Christus enim nobis via est, & bona via, quæ credentibus cæli regna patefecit. Ambr. de fide lib. 3 ca. 4.
2. Cognoscitis.
c. Videt enim in imagine patrẽ, qui videt in filio. Vides quam imaginem dicat. Imago ista veritas est, imago ista iustitia est, imago ista dei virtus est: non mutabilis, quia verbum est: non insensibilis, quia sapientia est: nõ inanis, quia virtus est: non vacua, quia vita est: non mortua, quia resurrectio est. Ambr. de fide, lib. 1. cap. 4.
3. Vidit me, vidit
* Er. 4. Credis.
* Mihi.
d. Hic est enim qui ipsorum animos mentésque firmauit, qui euangelica sacramenta distinxit, qui in ipsis rerum diuinarũ illuminator filii: quo confirmati pro nomine domini nec carceres, nec vincula timuerunt: quinimo ipsas seculi potestates & tormenta calcauerunt: armati iam scilicet per ipsum atque firmati, habentes in se dona quæ hic idem spiritus ecclesiæ Christi sponsæ quasi quædã ornamenta distribuit, & dirigit. Tertul. de Trinit.
e. Filius dei nullis conditionũ necessitatibus obstrictus, sed libera diuinitatis potestate, ita quæ nostra sunt mirabili pietate assũpsit, vt à suis quæ diuina sunt, omnino nõ desisterit: quia diuinitas nec augmentum admittit, nec patitur detrimentũ. Hist. Victo. de persecut. Vandal. lib. 2. cap. 1.
5. Iscariotes.
f. Promissio illa tanquam abundans, quòd perpetuo vnà nobiscum cõuersaturus, & simul permansurus esset: siue nunc, cum his qui in tempore isto digni sunt, siue postea, cum illis qui in venturo seculo digni erunt: si eum nostra saltem conuersatione integrum conseruabimus & non assidui peccatis repellamus. Greg. Nazianz. in sanctã Pentecost. orat. 5.
6. Sermo quem audistis.

Universidad de Deusto Biblioteca

manẽs. § Paraclêtus autem ſpiritus ſanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque [7] dixero] vobis. † Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Nõ turbetur cor veſtrum, neque formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis, [h] vado & [8] venio] ad vos. Si diligeritis me, gauderetis vtique, [9] quia] vado ad patrem, quia pater [i] maior me eſt. Et nunc dixi vobis priuſquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiſcum. † Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed vt cognoſcat mundus, quia diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Surgite, eamus hinc.

fg. Conſolari cum ſit opus trinitatis, ad perſonam tamen ſpiritus ſancti maximè pertinet quia in ſcriptura nomine bonitatis ſpiritus ſanctus deſignatur. Per bonitatẽ ergo deus nos conſolatur, per eam nobis omnia iuſta bona tribuit. Gloſa. ordina. Ibid.]

7. Dixi vel dixerim.

h. Quomodo vadit niſi per mortem & venit niſi per reſurrectionem? Amb. de fide, lib. 2. cap. 4.

8. Veniam.

9. Quòd dixerim.

i. Si pater filio maior, quomodo pater & filius vnum ſunt? Hoc ſecundum diuinitatem, illud ſecundum humanitatem intelligendum eſt.

*Sub fructus vitis ſimilitudine Chriſtus diſcipulis ſua præcepta commendat, ac ipſos ab odio mundi confirmat.* XV.

a. Hoc dixit vt agnoſceret ſecũdum id patrem eſſe maiorem: quia ſicut agricola vitis, ita pater dominicæ carnis eſt cultor, quæ & augeri potuit per pietatem, & per paſſionem recidi: vt omne genus ab æſtu ſeculariũ noxio voluptatum diffuſæ latitatibus bracchis crucis vmbra velaret. Ambr. de fide, lib. 4. cap. 7.

1. Tollit.

2. Purgat.

b. Omnis enim fructus boni operis ab illa radice quæ eſt in Chriſto, procedit: quia nos ſua gratia liberauit: & ſuo auxilio prouehit, vt fructum plus afferre valeamus. Albinus ibidem. Nec eſt propterea vt credant aliqui nulla eſſe ſine fide. Opera intelligimus etiam gẽtilium & philoſophorum bonam vitam recipere dominum: & aliter habere eos qui iuſtè, aliter, qui iniuſtè agunt: & ad comparationem eius qui naturali legi ſeruiat, condamnari eos qui ſcriptam legem negligunt. Hieron. Mat. 25.

3. Mittunt & ardent.

4. Glorificatus.

c. Dedit formã amicitiæ quam ſequamur, vt faciamus amici voluntatem, vt aperiamus ſecreta noſtra amico, quæcunque in pectore habemus, & nos illius arcana non ignoremus. Offendamus nos illi pectus noſtrum, & ille nobis aperiat ſuum. Ideo inquit: Vos autem dixi amicos, &c. Nihil ergo occultat amicus ſi verus eſt, effundit animum ſuum, ſicut effundebat myſteria patris dominus Ieſus. Ergo qui facit mandatum dei eius amicus eſt, & hoc honorabitur nomine. Ambr. Offi. lib. 3. cap. 16.

5. Non ampliùs.

6. Vel, prius quàm vos.

d. Non dixit ſimpliciter: Et locutus non fuiſſem, ſed addidit, eis. Offendent ſine dubio non ante cenſari inexcuſabiles de contemptu quàm ad ipſorum vſque nutitiam iuſſio peruenirct. Bernar. epiſt. 77.

e. Hunc eundem paracletum & à patre eſſe mittendum ſupra poſuit, dicens: Paracletus autem ſpiritus ſanctus, &c. Vide veritatem: quia quem deus pater mittit, mittit & filius: & quem mittit pater, mittit & ſpiritus. Ambro. de fide, lib. 2. c. 4.

f. Id quoniam illinc procedit, non eſt creatura: quia verò non eſt genitum, nõ eſt filius, at quoniam geniti & ingeniti medius eſt, deus erit. Greg. Nazianz. de Theolo. lib. 5.

7. Perhiberis.

1. A Synagoga excludent.

a. Propter hoc Iudæi exceſſerũt à deo, verorum dei non recipientes, ſed putantes per ſeipſum patrem ſine verbo, id eſt ſine filio poſſe cognoſcere deum. Irenæus, lib. 4. cap. 17.

[A] EGo ſum vitis vera, & pater agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum [1] tollet] eum: & omnem qui fert fructum [2] purgabit] eũ: vt fructum plùs afferat. † Iam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis. Manete in me, & ego in vobis. [b] Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo niſi manſerit in vite, ſic nec vos niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me nõ manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eũ, & in ignem [3] mittẽt, & ardet.] Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, † quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis. § In hoc [4] clarificatus] eſt pater meus, vt fructum plurimũ afferatis, & efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus ſum vobis, vt gaudium meum in vobis ſit, & gaudium veſtrum impleatur. † Hoc eſt præceptũ meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, [5] quàm] vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis. [c] Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. [6] Iam non] dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. § Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos, vt eatis: & fructum afferatis, & fructus veſter maneat, vt quodcũque petieritis patrem in nomine meo, det vobis. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit, ſcitote quia me [6] priorem vobis] odio habuit. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret. Quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mũdo, propterea odit vos mundus. Mementote ſermonis mei, quem ego dixi vobis: † Non eſt ſeruus maior domino ſuo. † Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Si ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt. § Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, † quia neſciunt eum quia miſit me. [d] Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent. Nunc autem excuſationem non habẽt de peccato ſuo. Qui me odit, & patrem meum odit. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & patrem meum. Sed vt adimpleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt: quia † odio habuerunt me gratis. [e] Cum autem venerit paraclêtus, quem ego mittã vobis à patre, ſpiritum veritatis [f] qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. Et vos teſtimonium [7] perhibebitis,] quia ab initio mecum eſtis.

*Conſolatur ſuos Chriſtus iam abiturus, pro quibus patrem orat, & à mundo multa paſſuros annuntiat.* XVI.

[1] HÆc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. [1] Abſque Synagogis facient] vos. Sed vênit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare deo. Et hæc facient vobis, [a] quia non nouerunt patrem neque me. Sed hæc locutus ſum vobis, vt cum venerit hora eorum remini-

reminiſcamini, quia ego dixi vobis. [b]Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcum eram. Et nunc vado ad eum qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me: quo vadis? Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, [c]paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum venerit, ille arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iuſtitia verò, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. [d] De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. † Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, [2]docebit vos ]omnem veritatem. Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque [3]audiet, ]loquetur, & quæ ventura ſunt, annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. † [e]Omnia quæcunque habet pater, mea ſunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet, [f] & annuntiabit vobis. Modicum & ⊱iam ]non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex diſcipulis eius adinuicem: Quid eſt hoc quod dicit nobis, modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, & quia vado ad patrem? Dicebant ergo: Quid eſt hoc quod dicit ⊱nobis, ]modicum? Neſcimus quid loquitur.

c [g] Cognouit autem Ieſus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi: modicum & non videbitis me, & iterū modicum & videbitis me. Amen amen dico vobis, [g] quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Vos autem cōſtriſtabimini, † ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudiū. Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum, iam nō meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Et in illo die me non [4] rogabitis ]quicquam. Amen amen dico vobis, † [5] ſi quid ]petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. [6] Vſque modò ] non petiſtis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis, [7] vt gaudium veſtrum ſit plenum. [h] Hæc in prouerbiis locutus ſum vobis. [g] Venit hora cum [7] iam non in proverbiis ]loquar vobis, ſed palàm de patre annuntiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipſe enim pater amat vos, quia vos amaſtis, & credidiſtis, quia [*1] à deo exiui. Exiui à patre & veni in mūdum, iterum relinquo mundum & vado ad patrem. Dicunt ei diſcipuli eius. Ecce nunc [8] palā ]loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc ſcimus quia ſcis omnia, & non opus eſt eſt tibi vt quis te interroget. In hoc credimus, quia à deo exiſti. Reſpondit eis Ieſus. Modò creditis? † Ecce venit hora, & iam venit, vt diſpergamini vnuſquiſquis in propria, & me ſolum relinquatis. Et [*] non ſum ſolus, quia pater mecū eſt. Hæc locutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo [9] preſſuram ]habebitis, ſed confidite, ego vici mundum.

[b. Subdit ſui dicti rationem vi deliret quare tunc iſta dixerit eis, & non à principio vocationis ipſorum, dicens: Hæc autem vobis ab initio non dixi, hoc eſt iſta verba ad conſolationem veſtram cōtra futuram tribulationem De Lyra.]

c. Hic eſt ille qui charitates nectit, affectiones conſtringit, ſectas repellit, regulam veritatis expedit hæreticos reuincit, improbos foras exuit, euangelia ſtodit. Terul. de trinit.

[d. Quia ſi damnatum illum ſequuntur, cum eo damnantur: & ne ſibi credant parci terrentur ſupplicio illius ſuperbi. Gloſa ordinaria. ibidem.]

2. Ducet vos in.

3. Audierit.

e. Quæ ſunt omnia? Non vtique locutus eſt de creatis, hæc enim omnia facta ſunt per filium: ſed ea quæ pater habet, in æternitatem, maieſtatem, diuinitatem, que naſcendo poſsidet. Ergo eſt qui omnia habet quæ pater habet, omnipotentem eſſe dubitare non poſſumus. Amb. de fide, lib. 2. cap. 3.

f. Vides quia cum ſpiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam dilatatur. Itaque ante deſcenſionem ſpiritus ſancti vſque ad negationem apoſtoli deterrentur, poſt viſitationem verò ad martyrium contemptu ſalutis armantur. Euſeb. Emiſ. in die Pentecoſt.

g. Si cum ſeculo gaudemus, verendum eſt ne cum ſeculo & lugeamus. Seculo autem gaudente lugeamus, & ſeculo poſtea lugente gaudebimus. Sic Eleazar, alias, Lazarus apud inferos in ſinu Abrahæ refrigerium cōſecutus, contrà diues in tormētis ignis cōſtitutus alternas bonorum & malorum vices æmula retributione compenſant. Tertul. de idololatria.

4. Interrogabitis.

5. Quæcunque.

6. Hactenus.

[h. Quia igitur Dominus multa eis occultè dixerat, & parabolam narrarat de muliere ac partu. Hæc per paroemias inquit, nunc locutus ſum vobis: ſed venit hora, quando non vltra in parabolis loquar, ſed liberè de patre meo annunciabo vobis. Theoph. ibidem.]

7. Non amplius per prouerbia.

* Ego.

1. Qui à deo proceſsit, & è deo exiuit, nihil aliud poteſt habere niſi quod deus eſt. Vnde non ſolum deus, ſed & verus deus. Verus è vero, & à deo verus, vt & ipſe ſit veritas. Itaque ſi nomen quærimus, veritas eſt. Si maieſtatem quærimus naturalem, eò vſque filius dei verus eſt, vt & proprius. Amb. de fide, lib. 1. cap. 7.

8. Apertè. *Tamen.

9. Anxietatem.

*Oratio Chriſti ad patrem pro ſui nominis clarificatione, operum ſuorum exaltatione, diſcipulorum & per eos credentium confirmatione, ſanctificatione & conſummatione.* XVII.

HÆc locutus eſt Ieſus, & ſubleuatis oculis [*] in cœlum, dixit: Pater, vênit hora, [1a] clarifica] filium tuum, vt filius tuus clarificet te. † Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt omne quod dediſti ei det eis vitam æternam. [b] Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ego te clarificaui ſuper terram, opus conſummaui quod dediſti mihi, vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipſum claritate quam habui priuſquam mundus fieret apud te. Manifeſtaui nomen tuum hominibus quos dediſti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dediſti, & ſermonem tuum ſeruauerunt. [g] Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt:

* Suis.

1. Glorifica, & infra.

2. Vtique eum & horam veniſſe commemoret, & clarificari petat, quomodo niſi ſecundū carnis aſſumptionem locutum eū conuenit æſtimari? Nam nec vlla ſibi tēporum præſcripta momenta diuinitas habet, nec clarificatione indiget lumen æternū. Amb. de fide, lib. 5. cap. 2.

b Scriptura autem diuinā vitam beatam poſuit in cognitione diuinitatis, & fructu bonæ operationis Amb. Offic. lib. 2. ca. 2. Ipſe quoque Chriſtus & dictis & factis ad credendum primò hortatus eſt, quos ad ſalutem vocauit. Sed poſtea quàm de ipſo domino loqueretur quod erat, daturus credentibus, non dixit: Hæc eſt vita æterna vt credant, ſed, hæc eſt vita æterna vt cognoſcāt te: &c. Aug. de lib. arbi. lib. 2.

Quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti. [c] † Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro iis quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. † Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, [d] vt sint vnum sicut & nos. Cum essem cum eis, * ego seruabã eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis periit, † nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur. [e] Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeãt gaudium meum impletum in semetipsis. [c] Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in [z] veritate.] Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mũdum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati [3] in veritate.] [f] Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint, sicut & tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnũ sint, vt credat mundus, quia tu me misisti. [f] Et ego claritatem quam tu dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnum, & * cognoscat [g] mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. † Pater iuste, mundus te non cognouit. Ego autem te cognoui, & hi cognouerunt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

[c. Mundum vult modo intelligi, qui viuunt secundum cõuersationem mundi, & non sunt in ea sorte gratiæ, vt ab illo eligantur ex mundo: non itaque pro mundo, sed pro eis quos pater ei dedit rogare se dicit. Beda ibidem.]

d. Vt sint vniti in vnum, fide, confessione, & gratia, qui & pie ate dei patris & domini ac saluatoris nostri benignitate, ac amore vnum esse possint. Eccle siasticæ historiæ Theodoriti, lib. 2. cap. 8.

* In mundo.

[e. Orans patrem vt iuuaret Apostolos, dicit & causam propter quam digni sint, vt multã à patre consequãtur curam. Nã propter sermonem tuũ inquit, quem dedi eis, odio fuerunt: & ita digni erunt, vt tuum sentiãt auxilium: propter exosi ab his qui mundana sapiunt. Theophylactus ibidem.]

z. Per veritatem tuam.

3. Per veritatem.

f. Vnum igitur nos vult esse dominus, vt supra mũdũ simus omnes, vt vna sit castitas, vna voluntas, vna bonitas, vna gratia. His enim alitur & augetur animæ volatus. Ambro. de virginibus lib. 3.

* Vt.

g Duobus modis mũdus intelligitur, aliter in peccatoribus, aliter in sanctis. Hic nominat mũdũ eos, qui credituri erant, vel qui tunc credebant Christum filium dei esse, ad salutem humani generis missum esse à patre in mundũ. Albinus ibid.

[Æc cum dixisset Iesus, † egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat [a] hortus, in quẽ introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. † Iudas ergo cum accepisset cohortem & à Pontificibus & Pharisæis ministros, venit illuc cum laternis & facibus & armis. Iesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super se, processit, & dixit eis: [b] Quẽ quæritis? Respondérunt ei: Iesum Nazarenũ. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autẽ & Iudas qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis: ego sum, [c] abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. [g] Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi vobis, [d] quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Vt impleretur sermo quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam. † Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis seruum, & abscidit eius auriculam dexteram. Erat autem nomẽ seruo Malchus. Dicit ergo Iesus Petro: [e] Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi pater, non [—] vis vt ] bibam illum? † Cohors ergo & Tribunus & ministri Iudæorum cõprehenderunt Iesum, [f] & ligauerũt eum, & adduxerunt eum ad Annam primũm. [g] Erat autem socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autẽ Caiphas qui cõsilium dederat Iudæis, quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesũ Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium Pontificis. Petrus autẽ stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrũ. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: [g] Nõ sum. Stabant autẽ serui & ministri ad prunas quia frigus erat, & calefaciebãt se. [g] Erat autẽ cũ eis & Petrus stans, & [h] calefaciẽs se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respõdit ei Iesus: Ego palàm locutus sum mũdo. Ego semper docui in

*Egressus Iesus in hortum à Iuda Iudæis traditur, ad Annam ductus interrogatur, & cæditur, & à Petro negatur. A Pilato innocens repertus, Barabba dimisso retinetur.* XVIII.

a. Igitur in horto delitiarum, id est, in paradiso primus humani generis peccauit, & inde ejectus est in hanc vallem lachrymarum. Ideo Christus secundus Adam se in horto comprehẽdi voluit, vt peccatum quod in horto paradisi primus homo commisit, deleret. Albinus ibidem.

b. Iudæi audierunt alicubi vocem eum egredientem cum facibus & Lampadibus ad comprehendendum eum. Putabant enim sese hominem purum adoriri. Chrysosto. de conuer. Pauli

c. Meritò retro reuertebantur, qui in terrenam labem ab illa cœlesti gratia dicedebant. Ambro. de Ioseph. cap. 11.

[d. Iustus enim verbum dixerat Iesus non tantum de salute spirituali suorum discipulorũ, sed etiam de salute corporali eorũ, quod patet ex hoc quod inde excepit Iudam qui perditus est etiam spiritualiter & corporaliter. De Lyra.]

e. Tuus ergo & ipse, tuo fortitam nutu, etsi non tua manu enaginandus. Alioquin si ad te nullo modo pertineret & is dicẽtibus apostolis: Ecce duo gladij hic, non respõdisset dominus: Satis est, sed nimiũ est. Bernar de considera. lib 4.

f. Tenetur quidem & ligatur secundum corporis veritatem, sed væ illis qui ligant verbum. Verbum enim ligant qui tantũmodo Christũ hominem putant. Ligant qui præsciam non putãt, qui omnipotentem non confitentur. Ambr. Luc. 22. ca lib. 10.

[g. Non solum negat Christũ, qui dicit cum nõ esse Christũ, sed qui etiam negat se esse Christianũ, & ita hic impletur quod Dominus dixerat me negabis. Glosa ordin. post Aug. ibidem.

h. Quia patiebatur frigus, non solum temporis, sed fidei. Fliet.

docui in Synagogâ & in templo quò omnes Iudæi conueniunt,[h] & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt, quid locutus sum ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego. † Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorũ dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes Pontifici? Respondit ei Iesus: † [i] Si malè locutus E sum, testimoniũ perhibe de malo. Si autem bene, quid me cædis? ✠ Et † misit eũ Annas ligatum ad Caipham Pontificem. Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixerũt ergo ei? † Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille & dixit: Non sum. Dicit ei vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: Nónne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus, & statim gallus cantauit. † Addu cunt ergo Iesum [k] à Caipha in prætorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in prætoriũ vt non cõtaminarentur, sed mãducarent Pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos fo F ras, & dixit: [l] ✠ Quam accusationem affertis aduersus hominẽ hunc? Respõderũt & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eũ. Dicit ergo eis Pilatus: † Accipite eum vos, & secũdum legẽ vestram iudicate eũ. Dixerũt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quẽquam. † Vt sermo Iesu impleretur quẽ dixit, significãs qua morte esset moriturus. † Introiuit ergo iterũ in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es Rex Iudæorum? Respondit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & [l] Pontifices] tra- G diderũt te mihi. Quid feci sti? Respondit Iesus: ✠ Regnũ meum nõ est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnũ meum, ministri mei vtique [2] decertarent vt nõ] traderer Iudæis. [m] Nunc autem regnũ meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meá. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterũ exiuit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam inuenio causam. [n] Est autê consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Pascha. Vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum? Clamauerũt ergo rursum omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

*Christus flagellatus coronatur, morti addictus inter duos crucifigitur: diuisis vestimentis matrem Ioanni commendat, potatus spiritum emittit, & aperto latere depositus sepelitur.* XIX.

Anno do.34 A 4 Mat.27.a Mar.15.c Luc.23.a

TVnc ergo apprehendit Pilatus Iesum, † [a] & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circundederunt eũ, ⟵ Et veniebant ad eum,] & dicebant: Aue rex Iudæorũ. Et dabant ei alapas. Exiuit ergo iterũ Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam. Exiuit ergo Iesus portãs * spineam coronam, & [1] purpureum vestimentum, & dicit eis: Ecce homo. Cum ergo vidissent eum Pontifices & ministri, clamabant, dicentes: [b] Crucifige, crucifige eũ. Dicit eis Pilatus: Accipite eũ vos & crucifigite. Ego enim nõ inuenio in eo causam. RespondeB runt ei Iudæi: ✠ Nos legẽ habemus, & secũdum legem debet mori, [c] quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit: † Et ingressus est in prætorium iterum, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. Mihi non lóqueris? Nescis quia potestatem habeo [2] crucifigere] te, & potestatem habeo [3] dimittere] te? Respondit Iesus: † Non haberes potestatẽ aduersum me vllam, [d] nisi datum esset tibi [4] désuper.] † Propterea qui me tradidit tibi, mai9 peccatum habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autẽ clamabant, dicentes: Si hunc [5] dimittis,] non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, conc tradicit Cæsari. ✠ Pilatus autẽ cum audisset hos sermones adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco qui dicitur [e] Lithóstrotos, Hebraicè autẽ Gabbata. Erat autem Parasceúe Paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudæis: Ecce Rex vester. Illi autem clamabãt: Tolle, tolle, crucifige eũ. Dicit eis Pilatus: Regẽ vestrũ crucifigã? Respondêrunt [6] Pontifices:] Non habemus regẽ nisi Cæsarẽ. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur.



[h. Non quod occulta esset intelligentia, sed quia coram tot hominibus dixerat. Ea etiam quæ paucis dixerat, nõ sunt ĵn occulto: quia ad hoc dixerat, vt prædicarentur super tecta, non vt tacerentur. Glosa ordinar. ibidem.]

[i. Cùm tempore passionis alapã accepisset à seruo sacerdotis, cũque ei dixisset: Sic respondes põtifici? aduersus pontificem dominus contumeliosè nihil dixit, nec quicquam de sacerdotij honore detraxit: sed innocentiã suam magis asserẽs & ostẽdens: Si malè, inquit, locutus sum, &c. Cyp. lib. 1. epi. 3. epi.

K. ἀπὸ τοῦ καιάφα εἰς τὸ πραιτώριον. Hoc est, à Caipha in prætorium, & non ad Caipham, vt alij putant.

[l. Porrò Pilatus aliquãto humanior ipse egreditur, & quidnam vidit vinctum, non existimauit, hoc loco causam habere contra Christum, sed interrogat de causa vinculorum. At hi cum nihil possent dicere nisi hic esset malefactor (aiunt) non tradidissemus eum. Vides eos omni loco declinare accusationes. Theoph. ibidem.

1. Principes sacerdotum.

2. Decertassent ne.

m. Cum à principio interrogasset Pilatus: Tu es Rex Iudæorũ? ac respondisset dominus: Regnum meum non est ex hoc mundo, & seipsum regem ostendisset, quanquam non terrenũ: rursum interrogauit Pilatus: Nunquid ergo rex es tu? ac deinceps se iterum esse ostẽdit. Euthymius ibidem.

[n. Quia in pascha à seruitute liberati sunt, ideo in pascha hæc consuetudo dimittendi fuit illis. Nicolaus de Gorran. ibid.]

2. Flagellatus autem iniuria vt à vulneribus, quæ nos peccatis nostris perpessi sumus, nos liberaret. Alapis cæsus & illusus est, vt illusori fathanæ nos illudere possimus, & præuaricationis pœnam fugiamus. Omnia enim propter nos & pro nobis Christus suscepit, quæ repulsiuus vires habuerunt. Cyril. ibid.

★ Foras.

1. Purpuream vestem.

[b. Quasi dicerent, hæc pœna nõ sufficit nobis, sed petimus quod moriantur: dicit eis Pilatus derisoriè & indignanter, quia non habebant potestatem iudicandi aliquem. De Lyra. ibid.]

c. Tum Pilatus cum audiret se dei filium faceret, ne id verũ esset, & contra legem facere putaretur, formidauit. Iudæi cum id re & verbis intelligerent, nõ sunt perterriti, sed interimunt quem adorare debuissent. Chrysost. ibid. homil. 83.

2. Crucifigendi.

3. Dimittendi.

4. E superuis.

[d. Scilicet à Deo: quia non est potestas nisi à Deo, sed tamen tibi data est, vt sis sub alterius potestate, & ideo maius peccatum est ei qui tradidit me tibi. Glosa ordi. ibidem.]

5. Dimiseris.

e. Lithostrotos Græcè dicitur, tribunal Latinè, & Gabbata Heb. Hoc est lapideum stratum, vbi præses sedebat, & non lycostratos: esset enim stratum lupinii, quasi iuuices rapaces essẽt, vt lupi in tribunali sedentes, & nephas est dicere.

6. Principes sacerdotum.

† Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt eum. Et baiulans sibi crucem,exiuit in eũ, (qui dicitur [7] Caluariæ,])locum, Hebraicè [8 f] Golgotha. ] Vbi crucifixerunt eum,& cum eo alios duos hinc & hinc,medium autem Iesum.Scripsit autem &titulum Pilatus,& posuit super crucem. [6] Erat autem scriptum:Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. [p] Hunc ergo titulum multi legerũt Iudæorum,quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus. [5] Et erat scriptum Hebraicè Græcè & Latinè. Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum:Noli scribere:Rex Iudæorũ:sed quia ipse dixit,Rex sum Iudęorum:Respondit Pilatus : [h] Quod scripsi,scripsi.Milites ergo cum crucifixissent eum, [i] acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis,[9] desuper contexta] per totum. Dixerunt ergo ad inuicem:Non scindamus eam,sed sortiamur de illa cuius sit.Vt scriptura impleretur,dicens:† [4] Partiti sunt vestimenta mea sibi,& in vestem meam miserunt sortem. [E] Et milites quidem hæc fecerunt.Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius,Maria Cleophæ,& Maria Magdalene.Cum vidisset ergo Iesus matrem & discipulum [10] stantem] quem diligebat,dicit matri suæ:[k] Mulier,ecce filius tuus.Deinde discipulo:Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. [l] Postea sciens Iesus,quia omnia * consummata sunt, vt consummaretur scriptura,dicit : Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenum.† Illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes,obtulerunt ori eius.Cum ergo accepisset Iesus acetũ,dicit: Consummatum est.[3] Et inclinato capite tradidit spiritum. [F] Iudæi ergo quoniam parasceue erat,vt non remanerent in cruce corpora sabbato ( erat enim magnus dies ille sabbati ) rogauerunt Pilatum,vt frangerentur eorum crura,& tollerentur. Venerunt ergo milites,& primi quidem fregerunt crura,& alterius qui crucifixus est cum eo.† [m] Ad Iesum autẽ cum venissent,vt viderunt eum iam mortuum,non fregerunt eius crura,sed vnus militum lancea latus eius [11] aperuit,] & † [n] continuò exiuit sanguis & aqua . Et qui vidit, testimonium perhibuit,& verum est testimonium eius Et ille scit quia vera dicit,vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc:vt scriptura impleretur: † Os non comminuetis ex eo.[4] Et iterum alia scriptura dicit:Videbunt in quem [12] trãsfixerunt. ] Post hæc autem [G] rogauit Pilatum Ioseph [13] ab Arimathia,]eò quòd esset discipulus Iesu, occultus autẽ propter metum Iudæorum, vt tolleret corpus Iesu.Et permisit Pilatus. & Vênit ergo, & tulit corpus Iesu.]† Venit autẽ & Nicodêmus qui venerat ad Iesum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt eum linteis cum aromatibus, [o] sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum,in quo nondum quisquam positus fuerat. [14] Ibi ] ergo propter Parascẽuen Iudæorum, quia iuxtà erat monumentum,posuerunt Iesum.

*Maria sublato lapide discipulis nuntiat corpus fuisse sublatum,cui Petrus & Ioannes viso monumento credunt,vnde Maria plorans ab angelo,& Christo confortatur,inde Christus discipulis absente Thoma,& post octo dies præsente apparet.* X X.

[a] † Na autem sabbati Maria Magdaléne venit mane cum adhuc tenebræ [A] essent,ad monumentum,& vidit lapidem sublatum à monumento.Cucurrit ergo & venit ad Simônem Petrum,& ad alium discipulum quem amabat Iesus,& dicit illis. Tulerunt dominum de monumẽto,& nescimus vbi posuerunt eũ.Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus,& [1] venerunt] ad monumẽtum. Currebant autẽ [2] duo] simul,& ille alius discipulus præcurrit citius Petro,& vênit [3] primus] ad monumentum.[b] Et cum se inclinasset,vidit posita linteamina,non tamen introiuit.[3] Venit ergo Simon Petrus sequens eum,& introiuit in monumẽtum. Et vidit [B] linteamina posita,& sudarium quod fuerat super caput eius,non cũ linteaminibus positũ,sed separatim inuolutũ in vnum locũ. Tunc ergo introiuit & ille * discipulus qui venerat primus ad monumentũ,& vidit & credidit. [c] Nõdum enim sciebãt scripturã, quia [4] oportuit] eum à mortuis resurgere.Abierũt ergo iterũ discipuli ad semetipsos.

†Maria

---

7.Caluaria.
8 f. Golgotha (potius Chaldaicum,vel Syrum,quàm Hebraei) Locꝰ est iuxta Ierusalem in quo caluaries hominum vel suspendium,vel alio mortis genere occisorum, passim atque circa patibula iacebant. Hier. Mar. 5.
[g. Hæres linguæ cæteris eminebant,Hebræa propter Iudæos in lege Dei gloriantes. Græca, propter gentium sapientes. Latina propter Romanos tunc penè omnibus gentibus imperantes. Glosa ordin. ibidem.]
h. Id est, non ea scripsi quæ vobis placerent,sed quæ ætas futura cognosceret. Non vobis scripsi,sed posteritati. Amb. de obitu. Theo. ora.
[i Quasi enim omnes euangelistæ quatuor huius rei meminerint,cæteri tamẽ breuius qui Ioannes,qui apertissimè,& quatuor partes de vestimentis eius fecerunt,dixit,id est,quatuor,vt singulas tolleret. Vnde apparet quatuor milites fuisse , qui eo crucifigendo præsidi paruerunt. Beda ibidem.]
9. A summo contextu.
10. Astantem.
k De mulieris nomine quid moueamur ad sexum retulit. Non enim corruptelæ,sed sexui vocabulum est. Vulgi vsus non præiudicat veritati quo nomine primo Eua mulier adhuc virgo vocata est. Amb. de institu. vir. c. 5.
[l. Cum vidisset Iesus,quòd omnia consummata essent,id est,nihil intermisisset quod suæ dispensationis erat. Ita enim mors eius libera erat:non enim mors prius corpus eius inuasit quàm ipse voluit. Theoph. ibid.]
* Iam.
m. Necessitium carnifices non putauerunt ossa Christi iã mortui suffringere, ( sicut mos eorũ ferebat) sed tantummodo latus eius perforauerunt. Sic integrũ corpus patibulo detractum est, & sepulchro diligẽter inclusum Lactan. lib. 4. cap. 20.
11 Fodit.
n. Exiuit sanguis ad pretium,aqua ad lauacrum. Aqua nos abluit,sanguis nos redemit. Ambro. de benedict. patriarcharum cap. 4.
12. Pupugerunt.
13 Ab Arimathea:vel de Arimathæa,quæ & Ramatha patria Samuelis,de qua 1. Reg. 1. & Mat. 27. f
o. Non mihi videtur euangelista frustra dicere voluisse, sicut mos est Iudæis sepelire. Ita quippe,nisi fallor, admonuit in huiusmodi officiis , quæ mortuis exhibentur , morem cuiusque gentis esse seruãdum. August. ibid. tract. 120.
14. Illuc.

2. Vna sabbati dies dominica intelligenda est: quia omnis hebdomada in sabbatum,& in primam & secundam,& tertiam & quartam,& quintam, & sextam sabbati diuiditur: quam ethnici idolorum & elementorum nominibus appellant. Hier. Hedibiæ q. 4.
1. Venichant. 2. Ambo.
3. Prior,& infra.
b. Vide hic quàm alienus sit euangelista à fastu,quomodo tegerat diligentiam Petri in seruando. Nam cum ipse præuenisset,& vidisset iacentia linteа,nõ vltra curiosè quærit , sed expectat illum. Theoph. ibi.
* Alius.
[c. Vt cum ab ipso Domino diceretur aperiè,propter cõsuetudinem ab eo audiendi parabolas non intelligerent. Glosa ordinaria ibidem.]
4. Oportebat.

†Mat.28.a Mar.16.b

C †[d] Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans. ✠ Dum ergo fleret, inclinauit ſe,— & proſpexit] in monumentum. Et [5] vidit] duos angelos in albis ſedentes, vnum ad caput & vnum ad pedes, vbi [6] poſitum erat] corpus Ieſu. * Dicunt ei illi: [e] Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt dominum meum, & neſcio vbi poſuerunt eum. Hæc cum dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem, & non ſciebat [7] quia Ieſus eſt. ]Dicit ei Ieſus: [f] Mulier quid ploras? Quem quæris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet, dicit ei: ✠ Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi [8] poſuiſti] eum, & ego eum tollam. Dicit ei Ieſus: Maria. Conuerſa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicitur magiſter. Dicit ei Ieſus: Noli me tangere. Nondum enim aſcendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: [g] Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum, deũ meum & deum veſtrum. Venit Maria Magdaléne annuntians diſcipulis, quia vidi dominum, & hæc dixit mihi. ✠ [h] † Cum ergo [9] ſero ] eſſet die illo [10] vna ſabbatorum, ] & fores eſſent clauſæ vbi erant diſcipuli congregati, propter metum Iudæorum: venit Ieſus, & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et cum hæc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli, viſo domino. Dixit ergo eis iterũ: Pax vobis. Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixiſſet, inſufflauit & dicit eis: [i] Accipite ſpiritum ſanctum. †[11] Quorum ]remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. ✠ Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cũ eis, quando venit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli: Vidimus dominum. Ille autem dixit eis: Niſi videro in manibus eius [12] fixuram ] clauorum, & mittam digitum meum in [13] locum ] clauorum, & mittam manum meam in latus eius, nõ credam. Et poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. ✠ Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuũ huc, & vide manus meas, & affer manum tuam & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas & dixit ei: [k] Dominus meus, & deus meus. Dixit ei Ieſus: Quia vidiſti me Thoma credidiſti: beati qui non viderunt & crediderunt. † Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt vt credatis, quia Ieſus eſt * filius dei, vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

†Mat.28.a 1.Cor.15.a Luc.24.f

†Mat.16.e 18.d 9.q.1.Remiſſionem. Vt euidentur. 24.q.1.Auditum⁹. Loquitur. Decon.diſt. 4.Quomodo

†Iaſa.9.g

*Manifeſtatus rurſum ad mare Tyberiadis diſcipulos piſcantes reperit. Petro oues commendat, & Ioannis ſuper cæteros excellentiam deſignat.* XXI.

Anno do.34. A

POſtea manifeſtauit ſe iterum Ieſus * ad mare Tyberiadis. Manifeſtauit autem ſic: [a] Erant ſimul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ: & filij Zebedæi, & alij ex diſcipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado [1] piſcari. ]Dicunt ei. Venimus

†Luc.5.a

& nos tecum. † Et exierunt & aſcenderunt in nauim, * & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem iam facto, ſtetit Ieſus in littore, non tamen cognouerunt diſcipuli quia Ieſus eſt. Dicit ergo eis Ieſus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Reſponderunt ei: Non. Dicit eis: Mittite [2] in dexteram ] nauigij rete, & inuenietis. Miſerunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piſcium. [b] Dixit ergo diſci-

B

pulus ille quem diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt. ✠ Simon * Petrus cum audiſſet quia dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe, (erat enim nudus,) & miſit ſe in mare. Alij autem

Luc.24.f

diſcipuli nauigio venerunt. Non enim longe [3] erant ] à terra, ſed [4] quaſi cubitis ducentis ] trahentes rete piſcium. Vt ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas: & piſcem ſuperpoſitum & panem. Dicit eis Ieſus: Afferte de piſcibus quos prendiſtis nunc. Aſcendit Simon Petrus & traxit rete in terram plenum magnis piſcibus, centum quinquagintatribus. Et cum [5] tanti ] eſſent, non eſt ſciſſum rete. Dicit eis Ieſus: [c] Venite, prandete. Et nemo audebat [6] diſcumbentium ] interrogare eum, tu quis

†Luc.24.f

es, ſcientes quia dominus eſt. † Et vénit Ieſus, & accepit panem & dabat eis, & piſcem ſimiliter. ✠ Hoc iam tertiò manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis, cum reſurrexiſſet à mortuis. Cum ergo prandiſſent, dixit Simõni Petro Ieſus: Simon Ioannis, diligis

C



[d] Quia nõ habebat Ieſum, vel locum videt in quo fuerat poſitum deſyderabile corp⁹, ex hoc ſolo conſolationem inueniens, vnde & maiorem meretur viſionem quàm diſcipuli. Theophylactus. ibidem.]
5. Videt.
6. Poſuerant. ★Et.
e. Hoc angeli dicunt, & dominꝰ poſtea iiidem verbis repetiuit, vt ſciatis quia angelorum verba mandata ſunt domini. Amb. de virgin. lib. 3.
7. Quòd Ieſus eſſet.
f. Hoc eſt, tu tibi cauſa es plorãdi, tu tibi es autor flendi, quę ex Chriſti incredula. Ploras quia non vides Chriſtum: crede, & videbis. Adeſt Chriſtus, nec vnquã iis à quibus quæritur deeſt. Ambro. de virginibus lib. 3.
8. Poſueris.
g. Patrem meum, dicendo, à creatoris ſe filius dei ſeparauit: patrem veſtrum dicendo adoptionis ſpiritalis gratiam deſignauit. Ita & deum meum dicendo, myſterium ſuæ incarnationis oſtendit: vt quem patrem naturalem habet, deum ſuum appellet propter ſuſcepti corporis ſacramentum. Deum quoque veſtrũ cum dicit, profectum in nobis ſuæ operationis oſtendit. Amb. vbi ſupra.
h. Caue igitur ne à recta digrediaris fide, ſed potius quia ianuis clauſis ingreſſus eſt, deum eſſe natura crede, non aliũ quàm illum qui ante paſſionem cum diſcipulis vt homo conuerſabatur. Cyril. ibidem.
9. Veſpere.
10. Primo ſabbati.
i. Hic autem ſpiritum ſanctum dominus Chriſtus modo paracletum appellat, modo ſpiritum veritatis eſſe pronuntiat, qui nõ eſt in euangelio nouus, ſed nec nouè datus. Nam hic & ipſe in prophetis populum accuſauit, & in apoſtolis aduocationẽ gẽtibus præſtitit. Tertul. de trinit.
11. Quotuncunque, & infra.
12. Figuram vel veſtigium.
13. Figuram, vel veſtigium.
K. Miſit manum qui non credebat, & dominum te & deum reperit. Amb. de fug. ſe. c. 4.
★Chriſtus.

★Diſcipulis.
a. Cur reperit Petrus quod dereliquit? Si virtus diſcretionis inſpicitur, citius videtur, qui nimirum negotium quod ante conuerſionem ſine peccato extitit, hoc etiam poſt conuerſionẽ culpa repetere non fuit. Nam piſcatorem Petrum, Matthæum verò telonearium ſcimus & poſt cõuerſionem ſuam ad piſcationẽ Petrus redijt: Matthæus verò ad telonei negotium non rediit: quia aliud eſt victum per piſcationem quærere, aliud telonei lucris exercitia augere. Alb. ibi.
1. Piſcatum.
★Stratim.
2. In dexteras partes.
b. Perſpicacior quidẽ erat Ioannes magnitudine puritatis. Petrus verò feruentior vehementia amoris. Ideo agnoſcit eum Joannes ante Petrum, ſed egreditur ad eum Petrus ante Ioannem. Euthymius.
★Ergo.
3. Aberant, vel diſtabant.
4. Circiter cubitos ducentos.
5. Tot.

c. Vnde ſignificatur quia poſt multos labores, quibus vocati xehementer ſudabunt, tandem cum domino recumbent, ſpirituali cibo ſibi propoſito, qui mẽtem ac rationem excedit humanæ naturæ. Cyril. ibidem.
6. Diſcipulorum.

me [7 d] pl⁹ his?] Dicit ei: Etiam, domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum, † Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam, domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei ⊱ iterum:] [8] Pasce agnos meos. Dicit ei tertiò. Simon Ioannis amas me? Contristatus est Petrus, [e] quia dixit ei tertiò amas me, & dicit ei: Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Dicit ei: † Pasce oues meas. Amen amen dico tibi, [f] cum esses iunior cingebas te, & ambulabas [9] vbi] volebas. Cum autem senueris, extendes manus tuas & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. [g] Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset deum. Et cum hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, † qui & recubuit in cœna super pectus eius & dixit: Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit Iesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: [10 g] Sic] eum volo manere, donec veniam. Quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non [11] moritur.] Et non dixit ei Iesus, non moritur, sed sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Et scimus quia verum est testimonium eius. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui [12] scribendi sunt,] libros.

7. Plusquam hit
[d. Tantum debet excedere actionē populi vita præsidis, quàm dilitat gregē vita pastoris, & ideo videtur quod ille qui eligit aliquem ad tale officium, teneatur semper eligere melioté. De Lyra. ibidem. post beatum Gregorium.]
8. Rege oues meas.
e. Itaque pascendo bene cibo fidei gregem Christi, culpam lapsus prioris aboleuit. Et ideo tertiò admonetur vt pascat, tertio verum dominum diligat interrogatur, vt quem tertiò ante crucem negauerat, tertio fatetur Amb. de fide. 5. cap. 1. Gloria siquidem est non discipuli tantùm qui moritur, sed & dei pro quo moritur. Euthy.
f. Commonefacit autem eū prioris vitæ, ostendens quòd vniuersa spiritalia carnalibus respondeant. In corporalibus enim iuuenis est virilis, senex inutilis. In spiritalibus autem vbi senectus accesserit, tunc splendidior est virtus. Theoph.
9. Quo.
10. Si, & infra.
g. Hoc est volo eū viuere vsque ad excidium Ierusalem per Romanum exercitū. Etenim huic prorogatum est tempus huius vitæ vsque ad captiuitatē Ierosolymorum, & paulo vltra illud tempus. Quodquedomini aduertus hic & in propheta euertionem Ierusalem præsignet testatur Ioan. Chrysost. in quadam sua enarratione, hoc idem dictū donec veniam, explicans: Hoc, inquit, significare vult omnimodam euersionem Ierusalem. Oecumenius in 5. cap. Iacobi.
11. Moreretur.
12. Scriberentur.

## INCIPIT PRÆFATIO SANCTI HIERONYMI in omnes epistolas sancti Pauli.

*PRimum quæritur: quare post Euangelia quæ supplementum legis sunt, & in quibus nobis exempla, & præcepta viuendi plenissimè digesta sunt, voluerit Apostolus has epistolas ad singulas Ecclesias destinare? Hac autem causa factum videtur, vt scilicet initia nascentis Ecclesiæ nouis causis existentibus præueniret: & vt præsentia atque orientia resecaret vitia, & pòst futuras excluderet quæstiones exemplo Prophetarum, qui post editam legē Moysi, in qua omnia dei mandata legebantur, nihilominus tamen doctrina sua rediuiua semper populi compressere peccata: & propter exemplum viuendi libros ad nostram etiam memoriam transmiserunt. Deinde quæritur: cur non amplius quàm decem epistolas ad Ecclesias scripserit? Decē sunt enim cum ea quæ dicitur ad Hebræos: nā reliquæ quatuor ad discipulos specialiter sunt porrectæ. Vt ostenderet nouum non discrepare à veteri testamento, & se contra legem non facere Moysi, ad numerum primorum decalogi mandatorum suas epistolas destinauit: & quot ille præceptis à Pharaone instituit liberatos, totidem hic epistolis à diaboli & Idololatriæ seruitute edocet acquisitos. Nam & duas tabulas lapideas, duorum testamentorum figuram habuisse viri eruditissimi tradiderunt. Epistolam sanè quæ ad Hebræos scribitur, quidam Pauli non esse [1] affirmant,] eo quòd non sit eius nomine titulata, & propter sermonis stylique distantiam: sed aut Barnabæ iuxta Tertullianum, aut Lucæ, iuxta quosdam, vel certè Clemētis discipuli Apostolorum, & Episcopi Romanæ Ecclesiæ post Apostolos ordinati. Quibus respondendum est: si propterea Pauli non erit, quia eius non habet nomen, ergo nec alicuius erit, quia nullius nomine titulatur. Quòd si inconueniens absurdúmque est, ipsius magis esse credenda est, quæ tanto doctrinæ suæ fulget eloquio. Sed quoniam apud Hebræorum Ecclesias quasi destructor legis falsa suspicione habebatur, voluit tacito nomine de figuris legis & veritate Christi reddere rationem: ne odium nominis in fronte prætitulati, vtilitatem excluderet lectionis. Non est sanè mirum si eloquentior videatur in proprio, id est Hebræo, quàm in peregrino, id est in Græco: quo cæteræ epistolæ sunt scriptæ sermone. Mouet etiam quosdam, quare Romanorum epistola in primo sit posita, cum eam non primo scriptam ratio manifestet? Nam hanc se profecturum Ierosolymam scripsisse testatur, cum Corinthios & alios iam ante, vt ministerium quod secum portaturus erat, colligerent, literis adhortatus sit. [2] Sed inde] intelligi quidam volunt, ita omnes epistolas ordinatas, vt prima poneretur, quanuis posterior fuerit destinata: vt per singulas epistolas gradibus ad perfectiora veniretur. Romanorum nanque plerique tam rudes erant, vt non intelligerent dei se gratia & non suis meritis esse saluatos: & ob hoc duo inter se populi conflictarent. Idcirco illos indigere asserit corrige: vitia gentilitatis priora commemorans. Corinthiis autem iam dicit scientiæ gratiam esse concessam, & non tam omnes increpat, quàm cur peccantes non [3] increpauerunt,] reprehen-*

1. Contendunt.
2. Vnde &.
3. Increpauerit.

2.Cor.5.a

*reprehendit,ſicut ait: Auditur inter vos fornicatio. Et iterum:Congregatis vobis cũ meo ſpiritu,tradere huiuſmodi Sathanæ.In ſecũda verò laudãtur:& vt magis ac magis proficiãt,cõmonentur.Galatæ verò iã nullius criminis arguũtur,niſi hoc tantũ,quòd callidiſſimis Pſeudoapoſtolis crediderunt.*

1.Theſſ.1.a

*Epheſii ſanè nulla reprehẽſione,ſed multa laude ſunt digni,quia fidem Apoſtolicam ſeruauerũt.Philippẽſes etiam multomagis collaudantur,qui nec audire quidem falſos Apoſtolos voluerunt.Theſſalonicenſes nihilo minus in duabus epiſtolis omni laude proſequitur, eo quòd nõ ſolùm fidem inconcuſſam ſeruauerint veritatis,ſed etiã in perſecutione ciuium fuerint conſtãtes imuẽti.Coloſſenſes autem*

Coloſſ.2.a

*tales erãt,vt cum ab Apoſtolo viſi corporaliter non fuiſſent,hac laude digni haberẽtur: Etſi corpore, inquit,abſens ſum,ſed ſpiritu vobiſcum ſum gaudens,& videns ordinem veſtrũ.De Hebræis verò quid dicendum eſt, quorũ Theſſalonicenſes, qui plurimum laudati ſunt, imitatores facti eſſe dicun-*

1.Theſſ.1.a

*tur? Sicut ipſe ait: Et vos fratres imitatores facti eſtis eccleſiarũ Dei,quæ ſunt in Iudæa:eadem enim*

Heb.10.f

*paſſi eſtis & vos à cõtribulibus veſtris,quæ & illi à Iudæis. Apud ipſos quoque Hebræos eadẽ commemorat,dicens:Nam & vinctis compaſſi eſtis,& rapinã bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem & manentem ſubſtantiam.*

## INCIPIT PROLOGVS SPECIALIS IN Epiſtolam ad Romanos.

*ROmani ſunt qui ex Iudæis & gentibus crediderunt.Hi ſuperba contentione volebãt ſe alterutrum ſuper ponere.Nã Iudæi dicebant: Nos ſumus populus Dei,quos ab initio dilexit & fouit:nos circunciſi ex genere Abraham,ſancta deſcendimus ex ſtirpe:& notus retrò apud Iudæam tantum deus.Nos de AEgypto ſignis dei & virtutibus liberati,mare ſicco pertranſiuimus pede,cũ inimicos noſtros grauiſſimi fluctus inuoluerent.Nobis pluit mãna dominus in deſerto,*

Matth.15.a

*& quaſi filiis ſuis cæleſtẽ pabulũ miniſtrauit.Nos die noctúq; in columna nubis igniſque præceſſit,vt nobis in inuio iter oſtẽderet.Atque vt cætera eius circa nos immẽſa beneficia taceamus, nos ſoli digni fuimus dei legem accipere,& vocẽ dei loquẽtis audire,eiúſque cognoſcere voluntatẽ. In qua lege nobis promiſſus eſt Chriſtus,ad quos etiã ipſe veniſſe teſtatus eſt,dicẽs: Nõ veni niſi ad oues quæ perierãt*

Exod.14.a

*domus Iſrael:cũ vos canes potius quàm homines appellauerit. Aequúmne ergo eſt vt idola hodie deſerentes,quibus ab initio ſeruiſtis,nobis cõparemini, & non potius in Proſelytorũ locũ ex legis autoritate & cõſuetudine deputemini? Et hoc ipſum nõ merebamini,niſi quia larga ſemper dei clementia voluit vos ad noſtrã imitationem admittere Gentes etiam econtrario reſpõdebant: Quantò enim maiora erga vos dei beneficia narraueritis,tantò maioris vos criminis reos eſſe mõſtrabitis.Semper e-*

Num.14.

*enim his omnibus extitiſtis ingrati. Nam ipſis pedibus quibus aridũ mare tranſiſtis, ludebatis ante idola quæ feciſtis:& ipſo ore quo paulò antè ob necem aduerſariorũ domino cãtaueratis,ſimulachra vobis fieri popoſciſtis: illis oculis quibus venerando deum in nube vel igne conſpicere ſolebatis ,ſimulachra intuebamini.Manna quoque vobis faſtidio fuit,& ſemper in deſerto cõtra dominũ murmuraſtis,ad AEgyptum vnde vos manu valida eiecerat,redire cupientes. Quid plura? Ita patres veſtri crebra prouocatione dominũ irritauerunt,vt omnes in eremo morerẽtur:nec plures ex ſenioribus eorum quàm duo homines terram repromiſſionis intrarẽt. Sed quid antiqua replicamus? cum etiamſi illa minimè feciſſetis, de hoc ſolo nemo vos dignos venia iudicaret quòd dominum Chriſtum Prophetarũ ſemper vobis vocibus repromiſſum,non ſolùm ſuſcipere noluiſtis,ſed etiam morte peſſima peremiſtis. Quem vt nos cognouimus,ſtatim credidimus, cum nobis de eo antea non fuerit prædicatum. Vnde probatur quòd idolis ſeruiuimus, non obſtinationi mentis ,ſed ignorantiæ deputandum . Qui enim cognitum ilico ſequimur,olim vtique ſequeremur,ſi antea cognouiſſemus. Sic autem vos de generis nobilitate iactatis ,quaſi non morum imitatio magis quàm carnalis natiuitas filios vos faciat eſſe ſanctorũ. Denique Eſau & Iſmael cum de ſtirpe ſint Abrahæ, minimè tamen in filios reputantur. His taliter altercantibus , Apoſtolus ſe medium interponens , ita partium dirimit quæſtiones,vt neutrum eorum ſua iuſtitia ſalutem meruiſſe cõfirmet: ambos verò populos & ſcienter & grauiter deliquiſſe,Iudæos quòd per præuaricationem legis deum inhonorauerint, gẽtes verò,quòd cum cognitum de creatura creatorem,vt deum debuerint venerari,gloriam eius in manu facta mutauerint ſimulachra,vtroſque etiam ſimiliter veniam conſecutos, æquales eſſe veraciſſima ratione demonſtrat: præſertim cum in eadem lege prædictum ſit,& Iudæos & gentes ad Chriſti fidem vocãdos eſſe oſtendat. Quamobrem viciſſim eos humilians,ad pacem & concordiam cohortatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



## INCIPIT ARGVMENTVM.

*ROmani sunt partis Italiæ. Hi præuenti sunt à falsis Apostolis, & sub nomine domini nostri Iesu Christi in legem & Prophetas erant inducti. Hos reuocat Apostolus ad veram & Euangelicam fidem, scribens eis à Corintho.*

# Incipit Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

*Ex charitate Pauli ad Romanos, Euangelium ostendit dei virtutem in salutem, vitia autem in quæ ceciderint ex ignorantia, sua desideria sectantes arguit.* Cap. I.

2. Prima itaque nobis quæstio de nomine ipsius Pauli videtur exurgere. Cur is qui Saulus dictus est in Actibus Apostol. nūc Paulus dicatur. Inuenimus in scripturis diuinis quorundā veterū immutata vocabula, vt ex Abram vocatus Abraham, &c. nusquam verò erga Paulum inuenimus tale aliquid gestum. Sedul. ibid.

b. Hæc enim seruitus gloriosa est in qua gloriatur Apostolus. An non summa gloria est, quando tali pretio æstimati sumus, vt sanguine domini redimeremur? Ambro. ad virgines exhortatio.

1. Per potentiam.

c. Siquidem cum ait: Per quem accepimus gratiam & apostolatum significat bonorū submini-strationem ab illo profectam. Basil. de spiritu sanct. ca. 8.

2. Inter quas.

3. Estis.

d. Gratia quæ nō ex merito retributa, sed ex donante cōcessa est. Pax verò qua reconciliati deo sumus, habentes propitiatorem dominum nostrū Iesum Christum. Hieron. Damaso. de fil. prodi. & frugi.

4. Nostro, & domino.

e. Merito deum in testē adduxit, cū vellet persuadere hominibus, quibus difficilē esset persuadere. Oecumen. ibid.

f. Amabat quidē illos, ad quos & solicitè festinabat, sed tamen etiam si amaret præter dei voluntatem, videre eos volebat: quæ ipsa deorum germana est charitas. Chrysost. ibid.

5. Prosperer per voluntatem.

6. Per mutuam.

7. Quòd.

* Etiam.

8. Quantum in me est, paratus sum.

* Christi.

g. In quo igitur iustitia dei reuelatur, nisi in eo qui credidit & conformis est imaginis dei? Ambro. de fug. sæc. cap. 3.

h. Iam illud videamus quod exoriendum est à cordibus religiosis, ne mala securitate salutē suam perdant, si ad eā obtinendam sufficere solam fidem putauerint. August. de fide & operibus. cap. 4.

9. Viuet.

10. Inter illos.

11. Creatione.

i. Hoc est, sempiterna virtus ei⁹ & diuinitas operibus eius cognoscitur: hæc est operatoria virtus. Ambro. de fuga sæc. ca. 3.

12. Potentia.

13. Putantes.

k. Quasi qui inuenissent quomodo inuisibilis deus per simulachrum visibile coleretur. Hieron. ibid. Vnde stulti facti sunt: stultū est enim creaturam deificare. Epiphan. cōtra Arrianos.

l Reprehēdebam quando adorabas imaginem hominis, quid tibi faciam quādo adoras imaginem canis, imaginē colubri, imaginem crocodili? August. ser. 143. de temp.

14. Vel reptilium.

15. Concupiscentias.

16. In semetipsos.

17. Qui.

18. Ignominiosas.

19. Alter in alterum.

Paulus [b] seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, [†] segregatus in Euangelium Dei, (quod antè promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis) de filio suo, (qui factus est ⟨– ei] ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei [i] in virtute,] secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri, [c] per quē accepimus gratiam, & Apostolatum ad obediēdum fidei in omnibus gētibus pro nomine eius, [2] in quibus] estis & vos vocati Iesu Christi:) omnibus qui [3] sunt] Romæ dilectis dei, vocatis sanctis: [d] Gratia vobis & pax à deo patre [4] & domino nostro] Iesu Christo. Primum quidem [†] gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. [e] Testis enim mihi est deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio filij eius, & quòd sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis, [f] obsecrans si quo modo tandem aliquando [5] prosperum iter habeam in voluntate] dei, veniendi ad vos: desidero enim videre vos, vt aliquid impartiar vobis gratiæ spiritalis, ad confirmandos vos, id est, simul consolari in vobis per [6] eam quæ inuicem est,] fidem vestram atque meam. Nolo autem vos ignorare fratres, [7] quia] sæpe proposui venire ad vos, (& prohibitus sum vsque adhuc,) vt aliquem fructum habeam [*] in vobis, sicut & in cæteris gentibus. Græcis ac Barbaris, sapiētibus & insipientibus debitor sum, ita [8] quod in me promptum est,] & vobis qui Romæ estis, euangelizare. Nō enim erubesco Euangelium. [*] Virtus enim dei est, in salutem omni credēti, Iudæo primùm & Græco Iustitia enim dei [g] in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est. [†] [h] Iustus autem ex fide [9] viuit.] Reuelatur enim ira dei de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui veritatem ⟨– dei] in iniustitia detinent: quia quod notum est dei, manifestum est [10] in illis.] [g] Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius, à [11] creatura] mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, [i] sempiterna quoque eius, [12] virtus [*] & diuinitas: ⟨– ita] vt sint inexcusabiles. [†] Quia cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerūt in cogitationibus suis, & obscuratū est insipiens cor eorum. [†] [13] [k] Dicentes] enim se esse sapiētes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, [l] & volucrum, & quadrupedum, & [14] serpentium.] [†] (Propter quod tradidit illos deus in [15] desideria] cordis eorum, in immunditiam: vt contumeliis afficiant corpora sua [16] in semetipsis.]) [17] Quia] commutauerunt veritatem dei in mendacium, & coluerunt, & seruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in secula, amen. Propterea tradidit illos deus in passiones [18] ignominiæ.] [†] [g] Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsum, in eum vsum qui est contra naturam. Similiter autem & masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desideriis suis [19] in inuicem,] masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercē-

A † Aduc.

† 2. Tim. Dilectis creatis. De imm. Eccl. Chri.

B

C † 1. Cor. Ephes.

† 1. Reg. 2. Pa. cremia.

† † 1. Reg. 6. Lucha. in 1. Pa. Rimmon.

D † 1. Reg. 7. Vic.

mercedem (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes.[m] Et sicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus [20] in reprobum sensum,] vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, [21] homicidiis,] contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, [22] deo odibiles,] contumelioſos, [23] superbos,] elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. Qui cum iustitiam dei cognouissent, non intellexerunt, [n] quoniam qui talia agunt, † digni sunt morte, non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

†27.q.1.Vidua.

m. Paulus verò Apost. cumeos qui nondum omnino essent deprauati, ad permouendos dei iudicia vellet inducere, pœnæ loco hoc multari asserit illos, qui veram dei cognitionem neglexerint. Basil de iudicio dei.
20. Reprobam mentem.
21. Homicidio, vel, cæde.
22. Dei oſores.
23. Glorioſos.

n. Sunt quidam qui se reos non putant, si nõ operetur quæ mala sunt, assentiunt autẽ facientibus. Assentire autem facientibus est, si cum quis possit reprehendere, taceat: & ita est vt qui fomitem præbent delictis eorum, dignum est vt pari crimine rei habeantur. Sũt item alij qui nõ solùm faciunt mala, sed etiam consentiunt malefacientibus. Duplex ergo eorũ nequitia est. Illi enim nõ tam mali sunt qui faciunt, & facientibus contradicunt. Sedul. ibidem.

*Iudæos in multis minus gentibus excusabiles, in quos deus tanta contulerit beneficia, ad pœnitentiam vocat.* II.

†Matt.7.a 22.q.5.Nihil.

A PRopter quod inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas. [1] In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas. Eadem enim agis [2] quæ ] iudicas. [a] Scimus enim, quoniam iudicium dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc ô homo,* qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis [3] contemnis? [b] Ignoras ]quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor thesauriſas tibi iram [4] in die] iræ & reuelationis iusti iudicij dei, † qui reddet vnicuique secundum opera [5] eius. ] Iis quidem qui secundum patientiam boni operis,* gloriam & honorem & incorruB ptionem [6] quærentibus ] vitam æternam.* Iis autem qui sunt [7] ex contentione,] & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & angustias in omnem animam hominis operãtis malum: Iudęi primùm & Gręci. [c] Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum: Iudæo primùm & Græco. † Non enim est acceptio personarum apud deum. [d] Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. † Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. † Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, eiusmodi, legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus C suis: [e] testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem [c] cogitationum accusantium, aut etiam [8] defendentium,] in die cum iudicabit deus occulta hominum, secundum Euangelium meum, per Iesum Christum. [9] Si] autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora, instructus per legem: confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, [f] habentem formam scientiæ & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipsum non doces. Qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, [g] mœcharis. Qui D abominaris idôla, sacrilegium facis. [g] Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis deum in honoras. † Nomen enim dei [10] per vos blasphematur] inter gentes, (sicut scriptum est:) Circũcisio quidem prodest, si legem obserues: † si autem præuaricator legis sis, circumcisio tua [11] præputium facta est. ] Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nónne præputium illius in circumcisionem reputabitur? [h] Et iudicabit ] id] quod ex natura est præputiũ, [12] (legẽ consummans)] te qui per literam & circumcisionem præuaricator es legis. Non enim qui in manifesto, Iudæus est,* neque quę in manifesto in carne est circumcisio,* sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est.

†Matth.16.d

†De pœn. dist. 4. Si vnus. Deut.10.d 2.Par.1.c Coloſſ.3.d Ephe.6.b Actu.10.c Iacc.2.b ℣Iob 37.b Matt.7.d Iacob.1.d †3.q.1.Duę sunt.

†Ifa.52.b Ezech.36.e 122.quæſt.2. Quæritur.

1. Hoc ipso enim quòd.
2. Qui.

a. Itaque qui veritatem dei cognouit & iustitiam, non debet ea agere quæ morte digna sunt. Ambr. de fug. sec. cap. 3.
* Omnis.
3. Contemnis ignorans.
b. ad est, debet te adducere, prouocare, vt quia bonus est deus, sperare possis tuorum peccatorum indulgentiam. Non vult enim vindicare, qui est paratus ignoscere. Ambro. vbi supra.
4. In diem.
5. Sua.
* in.
6. Quærunt.
7. Contentioſi.
c. Obserua igitur gloriam, honorem, & pacem operanti bonũ promitti. Quid gloriã? quid honor? quid incorruptio & pax? Nónne hæc iustificatio dei propriè accipienda? [Lorichi⁹. ibi.] d. Lex autem gemina est naturalis & scripta: Naturalis in corde, scripta in tabulis. Omnes ergo sub lege, sed naturali, sed nõ est omnium vt vnusquisque sibi sit lex. Ille autem tibi lex est, qui facit sponte quæ legis sunt, & in corde suo scriptum opus legis offendit. Ambro. de fuga sæc. cap. 3.

c. Quia non omnes qui lege carent bene operantur, imò sunt etiam qui delinquunt, ostendit hos neque futuros impunitos, quasquam enim legem non habeant accusantem, nihilominus pœnas dabunt cogitationibus inter se accusantibus. Oecumenius ibidem.
8. Excusantium.
9. Ecce.
[f. Vt alijs exemplum scientiæ legis sis, & veritatis. Quidam enim scientiam & intellectũ alicuius libri habent, & ita sentiũt sicut auctor ipse sentit, non tamen habent inde veritatẽ, quia nesciunt quomodo sit vtũ, nec etiam esse verum.]
g. Non est rãtum vna mœchia. Nã omne quod deo debet anima, si alicui præterquã deo reddiderit, mœchatur. Sacrilegium verò propriè est quod in deum committitur, quasi sacrosancti violatio. Hieron. ibid.
10. Propter vos malè audit.
11. In præputium conuersa est.
h. Credens gentilis duce natura in Christum, cõdemnat Iudæũ, cui lex promiserat Christum, & aduenienti ei credere noluit. Ambr. ibid.
12. Si legem seruauerit.
* Iudæus est.
* Circumcisio est.

*Cùm gentibus non sint Iudæi propter dei eloquia sibi commissa excellentiores, non minus quàm gentes dei gratia egent.* III.

1. Excellentiæ, vel abundantiæ.
a. Prodest enim Iudaismus: ex hoc enim viam salutis didicerunt, legem ducem ad ea quæ agenda erant, acceperunt. Quòd si non seruatunt, sibiipsis iudicentur. Oecumenius ibid.
2. Oracula.
3. Euacuabit.
b. Sermones dei pleni veritatis sunt, atque iustitiæ, ideóque vera sunt quæcunque locutus est homin⁹ de fragilitate humana. At quia inclinatum est cor meũ ad nequitiam, propèdit ad fraudem, & quia diffiniuit, eo quòd non sit homo qui non peccet. Ambro. apolog. Dauid. cap. 10.
4. Iniustitia.
5. Per meum mendacium.
6. Conuitiamur.
c. Quapropter homo iustè condemnabitur, quoniam rationabilis factus amisit veram rationem: & irrationabiliter viuens aduersus est iustitiæ dei, tradèns se omni terreno spiritui, & omnibus seruilibus voluptatib⁹. Quemadmodum propheta dicit: Homo cum in honore esset, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ireneæ lib. 4. cap. 9.
7. Præcausati, hoc est, prius causam reddidimus.

8. Quòd.

d. Lex non potuit auferre, sed potius auxit peccatum, quod aufert gratia. August. contra 2. epist. Pelag. lib. 1. ca. 8.
e. Nõ dicit iustitia hominis, vel iustitia propriæ voluntatis, sed dei: non qua iustus est, sed qua induit hominem, cum iustificat impium. Augusti. de spiri. & lit. cap. 10.
9. Iustificantur autem.

10. Propitiationem.

11. Quæ deus tolerauit.

12. Operum.

f. Abuntur quidam hoc loco ad destructionem operũ iustitiæ, solam fidem posse iustificare affirmantes: cũ tamen alibi dicat Apost. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferã, charitatem autem nõ habeam, nihil mihi prodest. Hiero. ibid.
13 Imò.
a. Cũ nostri supercilij & iactantiæ summa sit in Abraham, qui pater noster est secundum carnem: loquitur enim ad Iudæos, consideremus quidnam dicere possimus illum inuenisse, & ait ipse in sequentibus quòd etiam iustitiam inuenerit, hoc est, iustificatus fuerit. Oecume. ibid.
1. Quod glorietur.
b. Quia non per circunciſionem & ſabbatum iuſtificabitur homo, ſed in ſigno ſunt data populo, oſtẽdit quòd ipſe Abraham ſine circunciſione & ſine obſeruatione ſabbatorum credidit deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei vocatus eſt. Iren. lib. 4. ca. 30.
2. Credit.
3. Imputabit.
4. In circunciſionem.
5. In præputium.
c. Vtique ſignum non ipſa res, ſed alterius rei eſt: hoc eſt, non veritas, ſed iudicium veritatis. Vnde expreſsit ſignũ, & expoſuit, dicens: Et ſignũ accepit circunciſionis ſignaculum iuſtitiæ & fidei. Vnde non incõgruè intelligimus, quia circũciſio corporalis ſignum eſt circunciſionis ſpiritalis. Ergo ſignũ manſit donec veniret veritas. Ambr. de Abraham, lib. 1. cap. 4.

QVid ergo [1] amplius] Iudęo eſt? aut quę vtilitas circunciſionis? [a] Multum A
per omnem modum. Primùm quidem: quia credita ſunt illis [2] eloquia] dei. Quid enim, ſi quidam illorum non crediderunt? † Nunquid incredulitas illorum fidem dei [3] euacuauit?] Abſit. † Eſt autem deus verax, † omnis autem homo mendax, ſicut ſcriptum eſt, [b] † vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Si autem [4] iniquitas] noſtra iuſtitiam dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus eſt deus qui infert iram? (Secundum hominem dico.) Abſit. Alioquin quomodo iudicabit deus? — hunc] mundum? Si enim veritas dei [5] in meo mendacio] abundauit in gloriam ipſius: quid adhuc & ego tãquam peccator iudicor, [d] & non (ſicut [6] blaſphemamur:] & ſicut aiunt quidam nos dicere:) fa- B
ciamus mala, vt veniant bona? Quorum [c] damnatio iuſta eſt. Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaquam. [7] Cauſati] enim ſumus Iudæos & Græcos, omnes ſub peccato eſſe, ſicut ſcriptum eſt: † Quia non eſt iuſtus quiſquam: non eſt intelligens: non eſt requirens deum. † Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant, venenum aſpidum ſub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt, veloces pedes eorum ad effundẽdum ſanguinem. Contritio & infœlicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt, non eſt timor dei ante oculos eorum. [d] Scimus autem [8] quoniam] quæcunque lex loquitur, iis qui in lege ſunt, C
loquitur. Vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus deo, † [d] quia ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem [e] iuſtitia dei ſine lege manifeſtata eſt: teſtificata eſt à lege & Prophetis: iuſtitia autem dei per fidem Ieſu Chriſti, in omnes & ſuper omnes qui credunt — in eum.] Non enim eſt diſtinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. [d] [9] Iu- D
ſtificati gratis per gratiam ipſius, per redẽptionem quę eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit deus [10] propitiatorem,] per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuę propter remiſſionem præcedentium delictorum, [11] in ſuſtentatione dei] ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore: vt ſit ipſe iuſtus & iuſtificans eum qui ex fide eſt Ieſu Chriſti. Vbi eſt ergo gloriatio? — tua?] Excluſa eſt. Per quam legem? [12] Factorum?] Non. Sed per legem fidei. [f] Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis. An Iudęorum deus tantum? Nónne & gentium? Imò & gentium. Quoniam quidem vnus eſt deus, qui iuſtificat circunciſionem ex fide, & præputium per fidem. Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit. [13] Sed] legem ſtatuimus.

*Nec Iudæos ſuper gentes gloriari oportet ex circunciſione data Abrahæ, & aliis operibus legis, quoniam per fidei opera Abraham ante circunciſionem deo placuerat.* IIII.

QVid [2] ergo dicemus inueniſſe Abraham patrem noſtrum ſecundum car- A
nem? Si enim Abraham ex operibus legis iuſtificatus eſt: habet [1] gloriam,] ſed nõ apud deum. Quid enim dicit ſcriptura? † [b] Credidit Abraham deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Ei verò qui non operatur: [2] credenti] autem in eum qui iuſtificat impium: reputatur fides eius ad iuſtitiam — ſecundum propoſitum gratię dei:] ſicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus: † [d] Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quo- B
rum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non [3] imputauit] dominus peccatum. Beatitudo ergo hæc [4] in circunciſione tantum] — manet,] an etiam [5] in præputio?] Dicimus enim quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam. Quomodo ergo reputata eſt? In circunciſione, an in præputio? Non in circunciſione, ſed in præputio. † [c] Et ſignum accepit circunciſionis, ſignaculum iuſtitię fidei, quæ eſt in præputio, vt ſit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iuſtitiam. Et ſit pater circunciſionis, non iis tantùm qui ſunt ex circunciſione, ſed & iis qui ſectantur veſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ. [d] Non enim per legem promiſſio Abrahæ, aut C

ſemini

Universidad de Deusto Biblioteca

ſemini eius, vt hæres eſſet mundi: ſed per iuſtitiam fidei. Si enim qui ex lege, hæredes ſunt, exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio. [d] Lex enim iram operatur. [e] Vbi enim nō eſt lex, nec præuaricatio. Ideo ex fide, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini. Non ei qui ex lege eſt ſolum, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ, qui pater eſt omnium noſtrum: ſicut ſcriptum eſt: † Quia patrem multarum gentium poſui te ante deum, cui credidiſti, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ nō ſunt, [6] tanquam ea quæ ſunt.] Qui contra ſpem in ſpem credidit, [7] vt fieret pater] multarum gentium: ſecundum quod dictum eſt ei: † Sic erit ſemen tuum, ⟜ ſicut ſtellæ cœli & arena maris.]

† Gene. 17. a & 18. e

† Gene. 15. d 15. b Gene. 22. c

D & Et non infirmatus eſt in fide: nec conſiderauit corpus ſuum * emortuum, cum iam ferè centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ. [8] In repromiſſione] etiam dei non hęſitauit diffidentia: ſed confortatus eſt fide, dās gloriam deo, [9] pleniſſimè ſciens quia] quęcunque promiſit deus, potens eſt & facere. [f] Ideò & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Non eſt autem ſcriptum tantùm propter ipſum, quia reputatum eſt illi ad iuſtitiam: [g] ſed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum dominum noſtrum à mortuis, qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.

d. Vt reos faceret delinquentes, non efficiens cauſa, ſed nō adiuuante gratia vel vt reos faceret tēporalibus pœnis nil operatur. Gloſa. ordin.]

e. Hoc eſt, ſublatis reis de poteſtate legis data venia, prœuaricatio nulla eſt. Iuſtificati enim ſunt, qui per præuaricationem legis fuerant peccatores. Ceſſat enim lex factorum, id eſt, obſeruatio ſabbatorum, neomeniarum, circuncifionis, eſcarum diſcretio, animalis mortui ſanguinis nutrielæ obſeruatio. Sedulius ibid.

6. Ac ſi eſſent.

7. Se fore patrem.

* Iam.

8. Ad promiſſionem.

9. Certior factus quòd.

[f. Concludit quòd fides Abrahæ nō ſolùm valuit ſibi, ſed etiā nobis, qui iumus imitatores fidei ipſius: & hoc eſt quod dicit: ideo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. De Lyra. ibid.]

g. Tanta eſt enim noſtra nobilitas, vt illius fides noſtræ fidei typus exiſtat. Nec dictū, ſin autem illi imputatum eſt, veriſimile eſt fore, vt & nobis quoque imputetur. Chryſoſt. ibid. homil. 9.

*Per gratiam Chriſti ſpem firmam dono ſpiritus ſancti & morte Chriſti conſecuti, ab originalis culpæ & mortis ſeruitute ex primis parentibus & lege orta liberamur.* V.

A [a] VStificati ergo ex fide, pacem [1] habeamus] ad deum per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: per quē habemus acceſſum per fidē in gratiam iſtam, † in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum dei. Nō ſolùm autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, † ſciētes, [b] quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem. Spes autem non confundit: † quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum [c] qui datus eſt nobis. [2] Vt quid enim Chriſtus, ] cum adhuc infirmi eſſemus, ſe-

† Epheſ. 2. d

† Iaco. 1. a

† Hebr. 9. d 1. Pet. 1. d

B cundum tempus pro impiis mortuus eſt? Vix enim pro iuſto quis moritur. [d] Nam pro bono forſitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem ſuam deus [3] in nobis: ] [d] quoniam ſi cum adhuc peccatores eſſemus, ⟜ ſecundum tempus] Chriſtus pro nobis mortuus eſt: multò igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum. [e] Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mortem filij eius: multò magis reconciliati, ſalui erimus [4] in vita] ipſius. Non ſolùm autem, ſed & gloriamur in deo per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem nūc reconciliationem accepimus. † Propterea [f] ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mūdum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertran-

† De pœ. di. 4. Placuit.

C ſiit, in quo omnes peccauerunt. [f] Vſque ad legem enim peccatum erat in mūdo. Peccatum autem non [5] imputabatur, cum lex non eſſet: ] ſed regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſem, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem prævaricationis Adæ: † qui eſt forma futuri. Sed non ſicut delictum, ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui ſunt: multo magis gratia dei & donum, in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et nō ſicut per vnum peccatum, ita & donum. Nam iudicium ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iuſtificatio-

† De ſum. tr. In Cle. 2.

D nem. [g] Si enim * vnius delicto mors regnauit per vnum: multò magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obeditionem, iuſti conſtituentur multi. Lex autem ſubintrauit vt abundaret delictum. [g] Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia: vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.

a. Quomodo autem habere poterit quiſpiā pacem erga deum, ſi ſequatur præcepta eius? Quēadmodū ſanē is qui peccat, ſeu pugnare dicitur: hoc præterea modo offendit iudęos qui ſeditioſē mouebantur aduerſus fidem, nec recipiebant dominum Ieſum Chriſtum. Oecume. ibi.

1. Habemus.

b. Vide quot certamina, & vna corona. Ambro. Offi. li 1. ca. 36.

c. Sed vide quemadmodum hic locus multas hęreſes extinguit. Puer natus eſt nobis, nō Iudęis: nobis, non Manichęis: nobis, nō Marcionitis: nobis, hoc eſt, credentibus, & nō incredulis. Ambro. de fide, lib. 3. cap. 4.

2. Chriſtus enim.

3. Erga nos.

d. Notandum quòd plerunque Apoſtolus credentes iā in Chriſto fuiſſe peccatores dicēs: iam non eſſe ſignificat: vt qualiter ſe exhibere debeant, recognoſcant: quoniam ſi peccatores iam dilexit, quāto magis cuſtodiet iuſtos? Hieron. ibid.

e. Quis enim dubitat daturum amicis vitam ſuam, qui pro inimicis dedit mortem ſuam? Auguſt. de trini. lib. 13. cap. 16.

4. Per vitam.

f. Hanc pœnam peccati, quam radix humani generis Adā pro ſententia excepit, ac ſuis poſteris, tanquam ramis transfudit. Per vnum hominē, dicit Apoſtolus peccatū intraſſe in mundum, & ita in omnes homines pertranſiſſe, in quo omnes peccauerūt. Humus enim quę creatoris imperio fertiles ſalubréſque ex ſe herbas ſine vlla cultura homini antē produxit, poſt arūnis ſentēbúque relata eſt vt in ſudore ac labore ex ea omnem hominem edere panem oporteat, denec recurrat in mortem. Proſper. de promiſſ. & prędeſt. parte 1. cap. 5.

5. Imputatur quando lex nō eſt.

* In.

g. Non enim peccantis meritò potuit ſuperabūdare gratia, ſi ſubuenientis auxilio, vt videret homo non tantùm doctorem ſibi eſſe neceſſariū, verumetiam adiutorem deum, à quo eius itinera dirigantur: ne dominetur ei omnis iniquitas & confugiēdo ad opem diuinæ miſericordiæ ſanetur. Auguſtin. lib. 84. quæſt. q. 66.

*Ex Christi gratia potestatem habemus præteriti peccati delendi, & cauendi futuri: debeque seruiendi, prioris vitæ mutata consuetudine.* VI.

QVid ergo dicemus? [1] Permanebimus] in peccato vt gratia abundet? Abſit. [2] Si] enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres: quia [b] † quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, [3] in morte] ipſius baptizati ſumus? † Cõſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, † ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul & reſurrectionis erimus. Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt [4] deſtruatur] corpus peccati, vt vltrà non ſeruiamus peccato. [c] Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. Si autẽ mortui ſumus cum Chriſto: credimus quia ſimul etiam viuemus cum [5] Chriſto:] ſcientes quòd † Chriſtus reſurgens ex mortuis, [6] iam non] moritur, mors illi vltrà non dominabitur. Quòd enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quòd autem viuit, viuit deo. [d] Ita & vos exiſtimate vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem deo in Chriſto Ieſu.† * Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis [7] concupiſcentiis eius.] [e] Sed neque exhibeatis mẽbra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos deo, tanquam ex mortuis viuentes: & membra veſtra, arma iuſtitiæ deo. [e] Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Quid ergo? Peccabimus, quoniam non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia? Abſit. † An neſcitis, quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui [8] obediſtis:] ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam? [9] Gratias] autem deo quòd fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ [10] in qua] traditi eſtis. [f] Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. † Humanum dico, propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ [11] in] ſanctificationem. † Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. † Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, [12] [f] in] quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. Nunc verò liberati à peccato, ſerui autem facti deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam. Stipendia enim peccati mors: gratia autem Dei vita æterna, [13] in Chriſto Ieſu domino noſtro.]

[1. Hinc oſtendit de præteritis peccatis factum eſſe vt donarẽtur, & in eo ſuperabũdaſſe gratiã, vt præcepta peccata dimitterentur. Ergo quiſquis adhuc quærit augmenta peccati, vt augmentum gratiæ ſentiat, nõ intelligit ſe agere vt nihil in eo gratia operetur. Auguſt. to. 4 in Expoſitione propo. ad Roma.]
1. Permanebimus.
2. Qui.
b. Quid eſt in morte? vt quo modo Chriſtus mortuus eſt, ſic & tu mortem deguſtes. Quomodo Chriſtus mortuus eſt peccato, & deo viuit, ita & tu ſuperioribus illecebris peccatorum mortuus ſis & baptiſmatis ſacramentum & ſurrexeris per gratiam Chriſti. Mors ergo eſt, ſed nõ in mortis corporalis veritate, ſed in ſimilitudine. Ambr. de ſacrament. lib. 2. cap. 7.
3. In mortem.
4. Aboleretur.
[c. Qui enim mortuus eſt, id eſt, configuratus morti Chriſti per baptiſmũ, iuſtificatus eſt à peccato. Quia baptiſmus delet pœnam & culpam. De Lyra. ibid.]
5. In illo.
6. Non ampliur.
[d. Infert concluſionem intentam vt cõformemur vitæ Chriſti reſurgentis, & quantũ ad hoc quod mortuꝰ eſt peccato, id eſt, mortali vita quæ habet ſimilitudinem peccati, nunquam ad eam rediturus. S. Thom. ibi.]
* Domino noſtro.
7. Illi per concupiſcentias eius.
e. Quod eſt autẽ peccatũ quod non dominabitur? Illud videlicet quod præceſſit baptiſma, & à Chriſti gratia deletur. Hoc autem lex facere nõ potuit. Nõ ergo, inquit, eſtis ſub lege quæ liberare non poterat, ſed pœnas magis inferebat. Oecumenius ibidem. Vnde ſub lege eſſe non eſt damnari ſententia legis in conſcientia, ſed ſub lege eſſe, eſt timore ſupplicij quod lex minatur, non amore iuſtitiæ abſtinere ab opere peccati: & qui talis eſt, nõdum liber eſt, nec alienus à voluntate peccandi. Auguſt. de nat. & grat. contra Pelag. cap. 27.
8. Obediti.
9. Vel, gratia.
10. In quam.
11. Ad.
12. De.
[f. Eſt enim quædam temporalis confuſio, ſcilicet perturbatio animi reſpicientis peccata ſua, & reſpectione horroris, & horrore erubeſcentis, & erubeſcẽdo corrigentis. Gloſa. ordina. poſt Auguſt. ibid.]
13. Per Chriſtum Ieſum dominum noſtrum.

*Per Chriſti gratiam vtilem nacti ſumus à legis ſeruitute liberationem, licet lex ipſa bona ac rationi conſona, peccati dederit notitiam.* VII.

AN ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor:) quia lex in homine dominatur quanto tẽpore viuit? [a] † Nam quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi. Si autẽ mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt à lege viri. Igitur viuente viro, vocabitur adultera, ſi [1] fuerit cum alio] viro: ſi autẽ mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri: vt non ſit adultera, ſi [2] fuerit cum alio] viro. Itaque fratres mei, & vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, vt ſitis alterius, qui ex mortuis reſurrexit: vt [3] fructificetis] deo. Cum enim eſſemus in carne, paſſiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris noſtris, vt fructificarent morti. [b] Nunc autem ſoluti ſumus à lege mortis, in qua detinebamur: [ita] vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate literæ. Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui, niſi per legem. Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret: † Non concupiſces. [b] Occaſione autem accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam ſine lege aliquando. Sed cum veniſſet mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus ſum, & inuentum eſt [4] mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc] eſſe ad mortem. [c] Nam peccatum occaſione accepta per mandatum ſeduxit me: & per illud occcidit. † Itaque lex quidem ſancta: & mandatũ ſan-

[a. Vbi nunc ſunt qui legẽ calũniantes ſuggillant? Audiãt illi, vt Paulus vel in neceſſariũ incidens locum, illius dignitatẽ nõ deiciat, ſed magnificẽ etiam de illius poteſtate loquatur. Siquidem ea ſuperſtite vinctus eſt Iudæus, & adulteri audiunt qui illam prætergrediuntur, ac viuẽtem relinquunt. Sin autẽ mortuam dimiſerunt, nihil id mirũ fuerit. Chryſoſt. ibid. homil. 12.]
1. Commiſceatur alteri.
2. Commixta ſit alteri.
3. Fructificemus.
b. Quomodo medicina non eſt cauſa mortis ſi oſtendat venena mortifera, licet his mali homines abutãtur ad mortem: & vel ſe interficiant, vel infidientur inimicis: ſic lex data eſt vt peccatorum venena mõſtret, & hominem malè libertate ſua abutentem, qui prius ferebatur improuidus, & per præcipitia labebatur, fræno legis retineat, & cõpoſitis doceat incedere greſſibus. Hieron. Algaſiæ, q. 8.
4. Mandatũ, quod erat mihi ad vitam, mihi.

ſanctum,& iuſtũ,& bonum.[c] Quod ergo bonum eſt,mihi factũ eſt mors? Abſit. Sed peccatum,vt appareat peccatum, per bonum operatum eſt mihi mortem, vt fiat ſupra modum [5] peccans ] peccatum per mandatum. Scimus enim [6] quia ] lex ſpiritalis eſt. Ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato. Quod enim operor non intelligo. Non enim quod volo ⟨bonum,⟩ hoc ago: ſed quod odi ⟨malum,⟩ illud facio. Si autem quod nolo,illud facio, conſentio legi, quoniam bona eſt. Nunc autem iam non operor illud,ſed quod habitat in me,peccatum.[d] Scio enim,quia non habitat
D in me, hoc eſt, in carne mea, bonum. [*] Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum,non inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo illud facio, iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me,peccatum. Inuenio igitur * legem volenti mihi facere bonum,quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei ſecundum interiorem hominem. † [e] Video autem aliam legem in membris meis,repugnantem legi mentis meæ,& captiuantem me in lege peccati,quæ eſt in membris meis. † [f] Infœlix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? [7] Gratia dei,per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi dei, carne autem legi peccati.

*Gratia Chriſti eos à damnatione liberat qui per fidem & charitatem illi adhærent, & non qui ſecundũ carnis prudentiam ambulant, quos in vitam ſine periculo dirigit. VIII.*

A [8] Nihil ergo nunc damnationis eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu: qui nõ ſecundum carnem ambulant. * Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, liberauit me à lege peccati & mortis. Nam quod impoſſibile erat legi, [1] in quo infirmabatur,per carnem, deus filium ſuum mittens [b] in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum [2] in carne: ] vt iuſtificatio legis impleretur in nobis: qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum. Qui enim [3] ſecundum carnem ] ſunt, quæ carnis ſunt ſapiũt: qui verò [4] ſecundum ſpiritum ]
B ſunt,quæ ſunt ſpiritus ſentiunt. [*] Nam prudẽtia carnis mors eſt: prudentia autem ſpiritus vita & pax. Quoniam ſapientia carnis [5] inimica eſt deo. ] Legi enim dei non eſt ſubiecta: nec enim poteſt. † [c] Qui autem in carne ſunt, deo placere non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus dei habitat in vobis. † Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet: hic nõ eſt eius. Si autem Chriſtus in vobis eſt: corpus quidem mortuum eſt propter peccatum: ſpiritus verò viuit propter iuſtificationem. Quòd ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis: qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabi-
C tantem ſpiritum eius in vobis. [*] [d] Ergo fratres, debitores ſumus: non carni, vt ſecũdum carnem viuamus. Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. † [e] Quicunque enim ſpiritu dei aguntur, ij ſunt filij dei. † Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore: † ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis ⟨filiorum dei,⟩ in quo clamamus: abba pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit [6] ſpiritui ] noſtro, quòd ſumus filij dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur. † [*] [f] Exiſtimo enim quòd non ſunt condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. † Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt non volens, ſed propter eum qui ſubiecit eam [7] in ſpe: ] quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Scimus enim,quòd omnis creatura ingemiſcit & parturit vſque adhuc. Non ſolùm autem illa: ſed & noſipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei, expectantes redemptionem corpo-
E ris noſtri. [*] [g] Spe enim ſalui facti ſumus. Spes autem quę videtur, nõ eſt ſpes. Nam quod videt quis, quid ſperat? Si autem quod non videmus, ſperamus: per patientiam expectamus. Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram. Nam quid oremus

ſc. Primo facit obiectionẽ. Poſſet enim aliquis dicere. Licet lex ſit bonum ſecundũ ſe & abſolutè, tamẽ mala eſt etiam per ſe homini lapſo, in quo eſt carnis ad ſpiritum rebellio, quæ per legem excitatur vt dictũ eſt: quia ſicut licet vinum ſit abſolutè bonum, tamen malũ eſt febricitanti. Et hoc eſt, quod dicitur. Quod ergo bonum eſt mihi ſcilicet lex, mihi factum eſt mors. De Lyra.]

5. Gratius.

6. Quod.

d. Quantumliber in hoc corpore manente profecerit, errat ſi vitia pura emortua, & non magis ſuppreſſa, velit nolis intra fines tuos habitare lebuſæus. Subiugari poteſt, ſed non exterminare: Scio, inquit, quia nõ habitat in me bonum. Parum eſt niſi & malum eſſe fateatur. Bern. ſer. 48. ſuper Cantica.

* Per.

e. Omnes impugnamur, omnes ſentimus, ſed non omnes liberamur. Et ideo infœlix ego homo nõ remedium quæram? Sed quod remedium? Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Habemus medicum, ſequamur remedium. Ambro. de fide reſurrectio. oratio.

f. Sedare hanc pugnam ipſe nequiuerat, & ideo ad Chriſtũ refugit, dicẽs: Infœlix ego homo, &c. hoc eſt, ne delectationi carnis adhæream, &c. Ambro. de Abra. lib. 2. cap. 6.

7. Gratias ago deo.

[8. Quia per gratiam baptiſmatis & lauacrum regenerationis ſolutus eſt & ipſe reatus eũ quo eras natus, & quicquid ante cõmiſiſti. Glo. ſi. ordina. ibid.]

* Sed ſecundum ſpiritum.

1. In eo quo imbecillis erat.

b. Non ſimilitudinẽ carnis ait, quia Chriſtus ſuſcepit veritatẽ carnis humanæ. Non ſimilitudinem, neque in ſimilitudine peccati ait, quia peccatum non fecit, ſed peccatum pro nobis factus eſt: ſed venit in ſimilitudine carnis peccati, hoc eſt ſuſcepit ſimilitudinem carnis peccatricis. Ambr. de pœn. li. 1. ca. 2.

2. Per carnem.

3. Carnales.

4. Spiritales.

5 Inimicitia eſt in deum.

c. Mos ſcripturæ carnalia ſapientes, & nihil ſublime cogitantes, carnis nomine appellare. Nec de his dixit qui carne circũdari ſunt, ſed de his qui nullam virtutis rationem habent, & nihil niſi carnale ſapientes, carnis voluptates ſectantes, & nullã animæ incorporeæ rationẽ habentes. Chryſo. Gen. 6.

[d. Hic concludit intentum, ſcilicet quod fideles debent obedire ſpiritui & noli carni, & hoc eſt, quod dicit: Ergo fratres. De Lyra. ibidem.]

e. Denique ſi ad ipſa mũdi exordia recurramus, inueniemus omnium ſanctorum, qui diluuiũ præceſſerũt, dei ſpiritum fuiſſe rectorem, propter quod filij dei nominati ſunt. Quoniam, ſicut ait Apoſt. qui ſpiritu dei aguntur, hi filij dei ſunt. Ambro. de vo. gen. lib. 2. cap. 3.

6. Cum ſpiritu.

f. Nam quos per cruciſimum perſecutionẽ humiliauerat diabolus, exaltauit deus: quos ille damnauit, iſte glorificauit: ille opprobriis adimpleuit, hic præmiis. Ille affecit flammis, refrigeriis hic refecit: ille induxit in mortem, hic ad vitam de morte perduxit: ille interfecit gladio, hic dignos fecit coronis. Ideo vox eſt Apoſto. martyrum ſuſpirantis: Non ſunt condignæ paſſiones, &c. Euſeb. Emiſe. de Epiphan. homil. 4.

7. In ſpem.

[g. Saluos nos fecit, tanquã ſalua ipſa iam data ſit, quẽadmodum intelligendum ſit, illic exponit, vbi ait. Spes enim quæ videt nõ eſt ſpes. Quod enim videt quis, quid ſperat? Si autẽ quod nõ videmus ſperamus, per patientiã expectam⁹. Aug. epi. 57. To. 2.]

sicut oportet, nescimus, [h] sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autē scrutatur corda, scit quid desideret spiritus: quia secundum deū postulat pro sanctis. Scimus autem quoniam diligentibus deum, [i] omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti. † [k] Nam quos pręscivit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autē prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & [8] glorificauit. ] Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio *non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis [9] donauit? ] Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat? Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis? [l] Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Sicut scriptum est: † Quia propter te [10] mortificamur ] tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus, [11] propter ] eum qui dilexit nos. [l] Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instātia, neque futura, neque fortitudo, ] neque altitudo neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

*Gentiles ad Iudæorum spiritualem assumpti dignitatem, non ex operibus legis, sed vocantis gratia diuinis mancipantur obsequiis.* IX.

[a] † Eritatem dico in Christo Iesu, non mētior testimonium mihi perhibente conscientia mea [1] in spiritu sancto: ] quoniam tristitia mihi est magna, & continuus dolor cordi meo. [2 b] Optabam ] enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt [Israelitæ: quorum adoptio est — filiorum, ] & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa: quorum patres ex quibus est Christus secundum carnem, [c] qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen. [d] Non autem quòd excciderit verbum Dei. Non enim omnes qui — ex circuncisione sunt ] Israel, ij sunt Israelitæ: neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij Abrahæ: † Sed [3] in ] Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filij carnis, ij filij Dei: sed qui filij sunt promissionis, ęstimantur in semine. Promissionis enim verbum hoc est: [4] † Secundum hoc tempus ] veniam, & erit Saræ filius. [e] Non solùm autem illa, sed & Rebecca ex vno [f] concubitu habens Isaac patris nostri. ] Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, vt secundum electionem propositum dei maneret: non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, [d] † quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Absit. [g] Moysi enim dicit: † Miserebor [6] cui misertus sum, ] & misericordiam præstabo, cui miserebor. [e] † Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni: † Quia in hocipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra. † Ergo cuius vult miseretur, & quem vult, indurat. [7] Dicis ] itaque mihi: Quid adhuc quæritur? Voluntati eius quis [8] resistit? ] [g] O homo, tu quis es qui * respondeas Deo? † Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit: quid me fecisti sic? An nō habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in [9] contumeliam? ] Quòd si deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ [10] in ] vasa misericordiæ quæ præparauit in gloriā? Quos & vocauit, nos, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus: sicut in Hosee dicit: [f] † Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam: — & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. ] [g] † Et erit in loco, vbi dictum est eis: non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij dei viui.

[h. Facit autem spiritus sanctus nos postulare inquirendo in nobis desideria cauſat. Nā postulatio est quædam desideriorum explicatio. Desideria autem rectā ex amore charitatis proueniunt, vt sup. cap. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. S. Tho. ibid.]
i. Et quæ cōtristant, & quæ non contristant, deus in bonum mutat. Chrys. super 50. cap. Genes. Omnia, inquit, etiā mala, siquidem hæc quoque deus conuertit in bona. Nam ad eorum qui patiuntur gloriam conuertuntur. Oecumenius.
k. Quos pręscivit, & prędestinauit, ut bonus tantum dicitur, ceteros verò non prævidit, sed nescisse dicitur deus. Nouit enim deus qui sunt eius. Nō quòd alicui potest illam naturam quæ vbique est, subterfugere: sed quia omne quod malum est, scientia eius, vel prævidentia habetur indignum. Sedul. ibid.
8. Magnificauit.
* Suo.
9. Donabit?
10. Morti tradimur.
11. Per.
l. Hæc sunt omnia quæ ad abductionem nostram à diabolo inferuntur: quæ ideirco memorat vt muniat nos: vt si aduenerint, confidentes de spe & auxilio Christi, armati, fide aduersus hæc repugnemus. Ambro. ibidem.
[a. Dolet Paulus genus suū beneficio Christi priuari. Optabat ait, non opto, quia scit se talem non posse à Christo separari: tamē affectum circa illos ostēdit, de quibus præconia multa enumerat: vt omnibus pro eis dolorem incutiat. Glosa. ordin. ibi.]
1. Per spiritum sanctum.
2. Optaui.
b. Optabam aliquando, cū persequerer Christum, non modò optarem. Scieba quòd ipsorum essent hæc omnia, sed postquā cognoui veritatē, dereliqui eos, quos talitèr diligebam, & ipsi non conuertuntur. Hiero. ibid.
[c. Plenissima fide commendat quod Deum nostrum secūdum susceptionem carnis filiū hominis confitemur, & secundū æternitatem & verbum in principio Deum benedictū super omnes in secula. Huius autem cōfessionis Iudæi quoniam partem tenuerunt, retelluntur à domino. Nam cum eos interrogasset cuius filium dicerent esse Christum, responderūt, Dauid. Hoc autem secūdum carnem est. De diuinitate verò eius quod Dei est, nihil respondetur. August. in expositionem propositio. ad Roman.]
3. Per.
4. Tempore isto.
5. Cōceperat parte nostro Isaac.
d. Propterea sacrificiis Iudæorū explosis sacrificium mundū offertur nomini eius, omnis nunc populus Christianus agnoscit, qui per gratiā Iudęo & primatū & benedictionem abstulit. Prosper de promissio. & prædestin. parte 1. cap. 21.
6. Cui misereor, (Et miserebor cuius misertus fuero: & clemēs ero cui clemēs fuero. 70. interp. Et miserebor cui miserebor: & propiciabor cui propiciatus fuero. Habt. Exod. 33. d. vnde hæc desumpta fuerunt.
e. Talē te ergo præbe bonis studiis, & prompta fide, vt deus tui misereatur, & vocet te sicut ecclesiam vocauit dicens: Palam factus sum quærentibus me, apparui iis qui me non interrogabant. Ambr. de Abraham, lib. 2. cap. 10.
7. Dices.
8. Restitit?
* Ex aduerso.
9. Ignominiam?
10. Erga.
f. Hæc partim ex fine primi cap. Hos. & partim ex fine secundi, sed confusus q̄ hic asseruntur.

Universidad de Deusto

viui. Isaias autem clamat pro Israel.[g] † Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. Verbum enim consummans & abbreuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet dominus super terram. Et sicut prædixit Isaias: † nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus.[g] Quid ergo dicemus?[h] Quòd gentes quæ non sectabãtur iustitiam, apprehenderunt iustitiam: iustitiam autem quæ ex fide est. Israel verò sectando legem iustitiæ, "in]legem iustitiæ non peruênit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est. † Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petram scandali: & omnis qui credit in eum, non confundetur.

g. Hoc est, etiã si multitudo nõ crediderit, tamen pauci credẽt. Verbũ enim in se consummatũ atque abbreuiatum in sua deus æquitate liberauit, vt humilitate & incarnatione Christi eos saluos faceret qui in eum credere voluissent. Hieron. in 12. quæst. q. 10.

[h. Ab authoritate vtriusque prophetæ infert, quod gentes quæ neque per hostias neque per bona opera iustitiæ studuerunt, ipsam apprehenderũt credentes in eum qui iustificat impiũ. Lorichius ibidem post Anselmum.]

11. Ad.

*Iudæi diuinam ignorantes iustitiam (quæ ex fide est) à gratia dei volentes exciderunt, nec propter legis & prophetarum notitiam redduntur excusabiles.* X.

A [a]Fratres,* voluntas quidem cordis mei & obsecratio ad deum fit pro ' illis in salutem. † Testimonium enim perhibeo illis quòd æmulationem [quidem] dei habent, sed non secundum scientiam. [b]Ignorãtes enim iustitiam dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. [c] † Finis enim legis, Christus, ad iustitiam omni credenti. † Moyses enim scripsit: quoniam iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo, viuet in ea. Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit:
B † Ne dixeris in corde tuo: [d] quis ascendet in cœlum? id est Christum deducere: aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum à mortuis reuocare. Sed quid dicit? [scriptura?] Prope est verbum in ore tuo & in corde tuo. Hoc est verbum fidei, quod prædicamus: quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris quòd deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. † [d]Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura: † Omnis qui credit in illum, non cõ-
C fundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci. [e] Nam idem dominus omnium, dues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim [2] quiconque] inuocauerit nomen domini, saluus erit. † [e]Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante?
D Quomodo verò prædicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est: † Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona? Sed non omnes obediunt Euangelio. Isaias enim dicit: † Domine, quis credidit auditui nostro? [f] ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico: [f] Nunquid non audierunt? Et quidem † in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed dico. Nunquid Israel non cognouit? Primus Moyses dicit: † [g]Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem: in iram vos mittam. Isaias autem audet & dicit: † Inuentus sum à non quærentibus me: palam apparui iis qui me non interrogabant. [3] Ad] Israel autem dicit: † Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentem [mihi.]

a Obiurgaturus Iudæos sermonis benevolentiam præmittit, ne ab odio, sed à cura & studio procedere videantur obiurgationis verba. Dicit autem: Desiderio admodum & precor, vt ipsi salui fiant. Oecum. ibid.

* Bona.

1. Israel.

b. Ignorare dei iustitiam, & suã velle constituere, hoc est, ab inuicem gloriã expectare, & gloriam quæ à solo deo est non requirere, hoc est fermentũ Pharisæorum. August. de verbis do. Sermo. 45.

c. Et quomodo finis legis Christus si non initium eius fuisset? Qui enim finem intulit, hic & initium operatus est. Irenæus lib. 4 cap. 26.

[d. Corde creditur, id est, volũtate. Nam & cætera quæ ad Dei cultum pertinent exteriorem, potest homo nolens, sed credere non potest nisi volens: intellectus enim credentis non determinatur ad assentiẽdum veritati ex necessitate rationis, sicut intellectus scientis, sed ex voluntate, & ideo scire nõ pertinet ad iustitiam hominis quæ est in voluntate, sed credere. S. Thomas ibidem.]

2. Qui.

e. Verbum fidei prædicandum est, vt audiens credat, credens intelligat, & intelligens bonũ opus perseuerantes exerceat: quia nec opera sine fide, nec sola fides sine operibus iustificat. Prosper de vita contempla. lib. 1. cap. 19.

[f. Et si deus intus doceat, tamẽ præco exterius annunciat, per verbum i. per gratiam Christi doctores verbi euangelici, nobis mittẽtis. Glossa ord. ibidẽ.]

g. Cum ergo gentes ad fidẽ accessisse videretis, & adhuc venire, vos autem ipsos abiici, oportuit sanè etiam causam cognoscere. Magis autem vltroneã adeò manifesta ignorastis vaticinia. Oecum. ib.

3 Aduersus.

*Nec deus omnes Iudæos, sicut nec tempore Eliæ repulit irreparabiliter, vnde gloriantur gentes contra Iudæos diuina cognoscentes iudicia humana ratione incomprehensibilia.* XI.

A [a]Dico ergo: [2] Nunquid deus repulit populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum, ex semine Abraham, de tribu Beniamin. Non repulit deus plebem suam quam præscIuit. An nescitis ' in] Elia quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat deum aduersum Israel? * † Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, [b] & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? † Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curuauerunt genua [ante] Baal. Sic ergo & in hoc tempore, [c] reliquiæ secundum electionem gratiæ * saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam nõ est gratia. * Quid ergo? Quod quærebat Israel hoc non est consecutus, electio autẽ consecuta est: cæteri verò excæcati sunt, sicut scriptum est:

a Plebs ergo præscita, plebs nõ repulsa, hi sunt qui in Christo iustificati sunt: & quod de omni Israele dici videtur, in iis tantum quos sibi gratiæ electio reliquos fecit, offenditur: sicut sequentia apostolici sermonis enarrant. Ambr. de vocat. gent. lib. 1. cap. 3.

1. De.

* Dicens.

b. Omnes prophetæ illa tantum modo sciebãt, quæ illis fuissent à domino reuelata. Elias ergo hoc loco præter se alios qui deũ colerent, ignorauit. Hieronym. ibidem.

c. Hanc autem electionem non præcedentium in bonis meritorum, sed electionem gratiæ demonstrat. August. de patientia. cap. 20.

* Dei.

* Si verò ex operibus, iam non est gratia. Alioquin opus iam non esset opus.

[d. Malam cõunctionem hic signat, quia sæpe fit, vt ceu bonum hominum sit molestum, vt Pharisæis doctrina Christi, & sic spiritum compunctionis appellat mentè inuidèrem, qua inuidentur doctrinæ Christi. Glosa sed.]

a. Siquidem Iudæi ita impegerunt, vt & caderent & iacerent: & nec sibi nec aliis alicuius cõmodi causa fierent: deus autem lapsu illorum & ad gẽtium salutem vtitur, & ad ipsorum erectionem à lapsu. Itaque non sic impingerũt deo hæc disponente vt caderent, sed impegerunt vt corrigerentur. Oecum. ibidem.

2. Per lapsum illorum, salus contigit.

3 Glorifico,

4. Decima, vel primitiæ.

5. Vel fermentum.

f. Sic autem & Moyser Aethiopissam accipiebat vxorem quã ipse Israelitidem fecit, præsigni hoc quoniam oleaster inseritur in oliuam, & participans pinguedinis eius erat. Vnde per nuptias Moysi, nuptiæ verbi ostendebantur: & per Aethiopissam coniugem, ea quæ ex gentibus est ecclesia manifestabatur. Cui qui detrahunt, & incusant, & deridentes ea, non erunt mundi. Ireneus lib. 4. c. 37.

6. Ne glorieris.

7. Dices.

[g. Quia ramus naturalis maiorem habet aptitudinem vt inseratur cæteris paribus, quã extraneus à radice propria. De Lyra ibidem.]

x Sunt.

8. Superbi.

h. Sed quia mysterium oportebat impleri, vt cõcluderet deus omnia in incredulitate, id est, redargueret atque conuinceret (eum enim duo cõtendunt, sed vnus superior fit, dicitur cõclusisse ille alterum) ideo per suam misericordiam vt subditus fieret deo mundus regressus quidem in hæreditatem, sed ceteri errori traditus est, vt deum non crederet occultorum esse præscium. Ambros. de interpel. lib. 3. cap. 6.

9. Contigit.

[i. Concluxit enim deus omnia in infidelitate, vt de amaritudine infidelitatis suæ pœnitendo confusi ad dulcedinem misericordiæ Dei credendo conuersi humiliores permanerent, vt & gratia muneris esset gratissima & clamaret quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Glosa ord. ibidem.

10. Inscrutabilia.

K. Nam & impetu eius omnia vt ex ipso sint, & verbo eius digesta, vt per ipsum sint: & in iudicium eius recedunt vniuersa, vt dum in ipso expectat libertatem corruptione depositis in ipsum videtur esse reuocata. Tertul. de trinit.

* Honor &.

a. Concedit quidẽ deus nuptias cõcedit bigamiam, sed non qui corpora nostra debemus exhibere hostiam viuam, sanctam, placentem deo, rationabile obsequium nostrum, non quid cõcedat deus, sed quid velit, consideremus. Hier. contra Iouin. lib. 1.

1. Rationabilem cultum.

2. Quid bonum, quod acceptũ, & quid perfectum.

b. Paulus apostolus hanc ipsam fidem secundum mensuram ita vt pro arbitrio largientis ita prædicat: Dico enim per gratiam, &c. Amb. de vocatio. gentium lib. 1. ca. 8.

3 Sibi placere & infra.

c. Quando ergo vnum caput nostrum vnum sumus inque inuicem membra, cur à concordia ipsam abscindimus? Quid erubescimus de fratre? Quem quidem eum illi eorum membrum est, ita & tu vicissim illius. Est autem & ob hanc rem multa benum æqualitas. Chrysost. ibid. hom. 21.

4. In administratione.

5. In exhortatione.

†d Dedit illis deus spiritum compunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant, vsque in hodiernum diem. Et Dauid dicit: † f Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis. Obscurẽtur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Dico ergo. e Nunquid sic offenderunt, vt caderent? Absit. Sed z illorum delicto, salus est] gentibus: vt illos æmulentur. Quòd si delictum eorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium, quantò magis plenitudo eorum? Vobis enim dico gentibus: Quandiu quidem ego sum gentium Apostolus, ministerium meum 1 honorificabo,] si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi: quæ assumptio nisi vita ex mortuis? Quòd si 4 delibatio] sancta est, & 5 massa.] Et si radix sancta, & rami. Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, f tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis: & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, 6 noli gloriari] aduersus ramos. Quòd si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. g 7 Dicis] ergo: Fracti sunt rami vt ego inserar. Bene, propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas. Noli altum sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit: ne fortè nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderũt, seueritatem, in te autem bonitatem dei, si permanseris in bonitate. Alioquin & tu excideris. E Sed & illi, si non permãserint in incredulitate, inserentur. Potens est enim deus iterum inserere illos. Nam & si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis ij qui* secundum naturam, inserentur suæ oliuæ? Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc (vt non sitis vobismetipsis 8 sapientes:]) quia h cæcitas ex parte 9 contingit] in Israel, donec plenitudo gẽtium intraret: & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est: i Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob. Et hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum. g Secundum Euangelium quidem inimici propter vos: secundum electionem autem charissimi propter patres. † Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio dei. Sicut enim aliquando & vos non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum: ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam: vt & ipsi misericordiam consequantur. †k Concluxit enim deus omnia in incredulitate: vt omniũ misereatur. † O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei: quàm 10 incomprehensibilia] sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! † Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? k Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi* gloria in secula seculorum. Amen.

*Homo ex gratia ad deum se habet anima & corpore ex corporis mystici ad naturale & partes eius similitudine, donis eius sine vindicta fruendo.* XII.

OBsecro itaque vos fratres per misericordiam dei, a † vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, 1 rationabile obsequiũ] vestrum. Et nolite cõformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri, † vt probetis quæ sit voluntas dei 2 bona, & bene placens, & perfecta.] b Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: † non plus 3 sapere] quàm oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem: & † vnicuique sicut deus diuisit mensuram fidei. g † Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: c ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra: habentes autem donationes secundum gratiam quæ data est nobis, differentes. Siue propheriam, secundum rationem fidei, siue ministerium, 4 in ministrando.] Siue qui docet, in doctrina. Qui exhortatur, 5 in exhortando.] Qui tribuit in simplicitate. Qui præest, in solicitudine. Qui miseretur, in hilaritate. Dilectio sine simulatione. g † Odientes malum, adhærentes bono. † Charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem prævenientes. † Solicitudine

dine non pigri,ſpiritu feruẽtes,[d] domino ſeruientes.Spe gaudentes,in tribulatione patientes,orationi inſtantes. Neceſſitatibus ſanctorum communicantes, † hoſpitalitatem ſectantes. †Benedicite perſequentibus vos.Benedicite,& nolite maledicere.Gaudere cum gaudẽtibus,[e] flere cum flentibus.[f] Idipſum inuicem]ſentientes. Non alia ſapientes,ſed humilibus conſentientes.Nolite eſſe[7] prudẽtes]apud voſmetipſos.[g] †Nulli malum pro malo reddentes,prouidentes bona ⟩— non tantum coram deo, ſed etiam] coram omnibus hominibus.† Si fieri poteſt quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipſos [8] defendentes ] chariſſimi: [f] ſed date locum iræ.Scriptum eſt enim:[g] † Mihi [9] vindictam,]& ego retribuam, dicit dominus. † Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum:ſi ſitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius.Noli vinci à malo,ſed vince in bono malum.

*Homo ad ſuperiores ſubiectione,ad omnes dilectione,ad ſe morum ſe habeat honeſtate.* XIII.

† Mnis[a] anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nõ eſt enim poteſtas niſi à deo.Quæ autem [1] ſunt à deo,ordinata ſunt.] Itaque qui reſiſtit poteſtati,dei ordinationi reſiſtit.Qui autem reſiſtunt,ipſi ſibi damnationem acquirunt.Nam principes non ſunt timori boni operis,ſed mali.Vis autem non timere poteſtatem?Bonum fac:& habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in honum.[b] Si autem malum feceris,time.[g] Non enim ſine cauſa gladium portat.Dei enim miniſter eſt:[c] vindex in iram ei qui malum agit. Ideóque[2] neceſſitati] ſubditi eſtote:non ſolum propter iram,ſed etiam propter conſcientiam.Ideo enim & tributa præſtatis. Miniſtri enim dei ſunt,in hoc ipſum ſeruientes. †Reddite ergo omnibus debita: cui tributum,tributum:cui vectigal,vectigal:cui timorem,timorem:cui honorem,honorem. Nemini quicquam debeatis: niſi vt inuicem diligatis. †[g] Qui enim diligit proximum,legem impleuit.† Nam,non adulterabis, non occîdes, non furaberis,non falſum teſtimonium dices,non concupiſces , & ſi quod eſt aliud mandatum,in hoc verbo inſtauratur:† diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo legis eſt dilectio. Et hoc ſcientes tempus, quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.[g] Nunc enim propior eſt noſtra ſalus , quàm cum credidimus.[d] Nox præceſſit,dies autem[3] appropinquauit.] Abiiciamus ergo opera tenebrarum,& induamur arma lucis: [4] ſic vt] in die honeſtè ambulemus. † Non in comeſſationibus,& ebrietatibus,non in cubilibus,& impudicitiis,non in contentione & æmulatione,ſed induimini dominum Ieſum Chriſtum , & carnis curam ne feceritis in deſideriis.

*Perfectus in fide imperfectorum vitet offendiculum quo ad falſa iudicia & ſcandala circa munda vel immunda.* XIIII.

[a] Nfirmum autem in fide aſſumite:non in diſceptationibus cogitationũ.] Alius enim credit manducare ſe omnia. Qui autem infirmus eſt, [2] olus manducet.]Is qui manducat, non manducantem nõ ſpernat: & qui non manducat,manducantem non iudicet.Deus enim illum aſſumpſit. †Tu quis es qui iudicas alienũ ſeruum? domino ſuo ſtat aut cadit. Stabit autem.Potens eſt enim deus ſtatuere illum. [b] Nam alius iudicat diem inter diem, alius autem * iudicat omnem diem.†Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet.Qui ſapit diẽ,domino ſapit:* [c] & qui manducat, domino manducat.[g] Gratias enim agit deo. Et qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit deo. Nemo enim noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur. Siue enim viuimus, domino viuimus: ſiue morimur, domino morimur. Siue ergo viuimus, ſiue morimur, domini ſumus. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt,& reſurrexit:* vt & viuorum & mortuorũ dominetur. † Tu autem quid iudicas fratrẽ tuum?aut tu quare ſpernis fratrem tuũ? † Omnes enim ſtabimus ante tribunal dei.Scriptum eſt enim: † Viuo ego dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu:& omnis lingua confitebitur deo.Itaque vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem



[d. Quanuis ſeruientes , non tamen paſſim & importune verba dei ingerãtis, ſed tempori,i. opportunitati ſeruientes . Gloſa ord.ibidem.]
e.In calamitatibus enim cum proximo dolere,multam nobis apud deum fiduciam præbet. Mœrentium enim ſocietas grauem triſtitiæ vehementiam auferre conſueuit . Sicut enim in onere ſiquis ponderis partẽ ſuſceperit, ſoli ferenti ſarcinam leuauit, ſic & in omnibus aliis. Chryſ. ad populum Antioch. 60.67.
6.Idem alij in alios.
7.Superbi.
8.Vlciſcentes.
f.Hoc eſt, declinemus eam , ne nos illa corripiat . Ambroſ de Ioſeph.cap.13.
g.Clarum eſt quia non per nos, ſed pro nobis accidunt cuncta iſta quæ de dei indignatione deſcendunt. Pœnam de aduerſis ille ſentit , cui & lætitia & gloria omnis in mundo eſt.Cyprian.contra Demetrianum.
9.Vindictã.
a. Ita non in occaſione fruſtrandi martyrij iubet te ſubiici poteſtatibus , ſed in prouocatione bene viuendi etiã ſub illorũ reſpectu, quaſi adiutricũ iuſtitiæ, quaſi miniſtrarum diuini iudicij, hic etiam de nocẽtibus præiudicandis . Tertu. Scorpiaco. aduerſus Gnoſticos.
1.Exiſtunt poteſtates , à deo ordinatæ ſunt.
b. Puniuntur peccata etiam per populos,ſicut legimus, quia ſæpe alienigenis dei iuſſu excitatis propter diuinæ maieſtatis offenſam ſubiectus eſt populus Iudæorum . Ambr.de Cain & Abel,lib.2.cap.4.
c. Propter hoc & ipſi magiſtratus indumentum iuſtitiæ legea habentes , quæcunque iuſtè & legitimè fecerint,de his non interrogabũtur, neque pœnas dabunt.Quæcunque autẽ ad euerſionem iuſti iniquè & impiè cõtrà legem & more tyrannico exercuerint , in his & petibunt iuſto dei iudicio ad omnes æqualiter peruenientes, & in nullo deficiente.Irenæus lib.5.
2.Neceſſitati.
d.Synagoga nox eſt, dies eccleſia eſt, vnde & Paulus dicit: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Bona lux quæ perfidiæ excuſſit caliginem , fidei diem fecit. Ambroſ.de virginibus lib.3.
3.Appropinquabit.
4. Sicut,vel tanquam.
a.Infirmum eſſe dicit qui propterea quòd Iudæi prohibiti ſunt, timet edere . Hunc ergo remittit iudicio ſuo, ne ſcandalũ paſſus à charitate quæ quaſi mater eſt animarum,recedat cũ mentis perturbatione, cũ Chriſtiani pacifici debeant eſſe & quieti Ambroſ.ibidem.
1. Ad diiudicationes diſceptationum.
2.Olera manducat.
b. Rectè feſta eccleſiæ colunt, qui ſe eccleſiæ filios eſſe recognoſcunt. Aug. Sermo. 253. de tempore.
* Idem.
* Et qui non ſapit diem, domino non ſapit.
c.Cum autem humano arbitrio vitet controuerſiam fieri,quanto magis diuino. Ira ſciebat quoſdam caſtigatores, & interdictores victus incutere , qui ex faſtidio , non qui ex officio abſtinerent : probare verò qui in honorem , non qui in conuitiũ creatoris.Et ſi claues macelli tibi tradidit permittens eſui omnia ad conſtituendum idolothytorum exceptionem,non tamẽ in macello regnũ dei includit : Nec enim, inquit, eſus aut potus eſt regnum dei, & eſca nos deo non commendat : non vt de arida dictum putes, ſed poti[9] de vnda & adcurata.Tertull. de ieiunio cõtra pſychicos
* Et reuixit

reddet deo.[d]Non ergo amplius[3]inuicem ]iudicemus. Sed hoc iudicate magis,ne po- c
natis offendiculum fratri vel scandalum. Scio, & confido in domino Iesu, quia nihil
commune per ipsum: nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. Si e-
nim propter cibum frater tuus contristatur: iam non secundum charitatem ambulas.
† [e]Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum[4]nostrum.]Non est enim regnum dei esca & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto.[g]Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus d
est hominibus. Itaque quæ pacis sunt sectemur: & quæ ædificationis sunt,in inuicem
custodiamus.[5]Noli propter escam destruere]opus dei.† Omnia quidem sunt munda:
sed malum est homini qui per offendiculum manducat. †f Bonum est non manducare carnem & non bibere vinum, neque*in quo frater tuus offenditur,aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem*habes penes temetipsum, habe coram deo. Beatus qui
non iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernit, si manducauerit
damnatus est,quia[f]non*ex fide.†Omne autem quod non est ex fide,peccatum est.

*Maiores minorum tolerent infirmitates exemplo Christi Iudæos & gentes suscipientis: Paulus tandem se excusat circa præsumptionem suam Romanos arguendo & eos tarde visitando.*

*XV.*

[a]Debemus autem nos firmiores,[1]imbecilitates infirmorum sustinere,]& non a
nobis placere. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad
ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit: sed sicut scriptum est,
† Improperia improperantium tibi, ceciderunt super me. [b] Quæcunque e-
nim scripta sunt,ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum,spem habeamus. Deus autem patientiæ & solatij, † det vobis id-
ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum: [g] vt vnanimes, vno ore ho- g
norificetis deum & patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem:sicut & Christus suscepit vos in honorem dei.Dico enim Christum Iesum,ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum:gentes autem super misericordia honorare deum,sicut scriptum est:† Propterea † 2.Reg. Psal. Rom. confitebor tibi in gentibus domine,& nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Lætamini
gentes cum plebe eius.Et iterum:[g] † Laudate omnes gentes dominum, & magnifica- g † Psal.
te eum omnes populi. Et rursus Isaias ait: † Erit radix Iesse, & qui exurget regere gen- † Isai.
tes, in eum gentes sperabunt. [c] Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt abundetis in spe & virtute spiritus sancti. Certus sum autem frates mei
& ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis [2] dilectione, ] repleti omni scientia,
ita vt possitis alterutrum monere. Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte,tan
quam in memoriam vos reducens,propter gratiam quæ data est mihi à deo, [g] vt sim- d
minister Christi Iesu in gentibus,[3]sanctificans]Euangelium dei:vt fiat obligatio gentium accepta & sanctificata [4]in spiritu sancto.]Habeo igitur gloriam [d] in Christo Iesu ad deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non[5] efficit]Christus
in obedientiam gentium, verbo & factis in virtute signorum & prodigiorum, in virtute spiritus sancti: ita vt ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim
Euangelium Christi. [g] Sic autem prædicaui Euangelium hoc, non vbi nominatus est e
Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem: sed sicut scriptum est: † quo- † Esai.
niam quibus non est annunciatum de eo,videbunt:& qui nõ audierunt de eo,intelligent.Propter quod & impediebar plurimũ venire ad vos:[e] ⟨— & prohibitus sum vsque
adhuc.]Nunc verò vlterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem
habens veniendi ad vos ex multis iam ⟨— præcedentibus ]annis,† [6] cum in Hispaniam † Rom.
proficisci cœpero,]spero quòd præterieus videam vos,& à vobis deducar illuc,si vobis primùm ex parte fruitus fuero. Nunc igitur proficiscor in Ierusalem ministrare
[f]sanctis. [g] Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in f g
pauperes sanctorum,qui sunt in Ierusalem.Placuit enim eis: & debitores sunt eorum.

†Nam

[d].Non vsurpemus nobis quod ad nos non pertinet. Non reprehendamus ea quæ nescimus quo animo fiant vel etiam si aperte non ita reprehẽdamus vt de charitate desperemus. Vnde dicunt Luc.6. Nolite iudicare & non iudicabimini. Glosa or. ibidem.]

3. Alius aliam.

e Bonum est in cibo eum gratiarũ actione sumere quicquid deus edendũ præcepit. Abstinere autem ab aliquibus nõ quasi à malis, sed quasi non necessariis,non est malum. Moderari verò carnium vsum pro necessitate & tempore, propriè Christianum est. Et paulo post: Sacratæ virginitati nuptias coæquare: aut pro amore castigandi corporis abstinentibus à vino vel carnibus nil credere meriti accrescere, non hoc Christiani,sed Iouiniani est. Aug. de definitionibus orthodoxæ fidei.

4. Vestrum.

5. Ne propter cibum destruas,
* Quicquam.
* Quam.

f.Non ex fide,quæ per charitatem operatur. Quicquid ergo alium destruit, ex fide non est, & idcirco peccatum,Hier.ibid.
* Manducat.

a.Si portare vel sustinere & errare,secundum id quod scriptũ est: Languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, non quod in se hæc ille susceperat,sed quod eos in quibus hæc erant curauerit. Etiam hoc in loco pœnitentiæ modus, & tario conueniet, per quam rationem qui infirmiores sunt, à valentioribus adhibita diligentia curabuntur. Basil. regulæ breuiores interrogatione.177.

1. Infirmitates impotentiũ portare.

b. Si quis ad nostram admonitionem vel doctrinam de omnibus disserit,attendamus sicut conuenit attendere. Suorum quisque vulnerum remedia ex diuinis scripturis eligat:& si nõ totum curat,partem altera hodie,partem cras, deinde totum abluetis: Quin & de pœnitentia, de confessione, & de eleemosyna & de iustitia & de continentia, & de omnibus inueniet multa exempla. Chrys. in 13. ca. Act. Apost.

[e.Deus spei in quo sperandum est, repleat vos omni gaudio, scilicet spirituali id est, de deo. Nehem. 8. Gaudium enim Domini est fortitudo vestra, per quã homo in seipso, & ad Deũ & ad proximum est pacatus. Psal. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum in credendo. q. d. verum hoc quod creditis etiã pacem & gaudiũ habeatis: quæ quidem sunt charitatis effectus S. Thomas.]

2. Bonitate.

3. Administrans.

4. et spiritum sanctum.

d.Quid ergo [Tibi ne concedita est Gentium oblatio? Vtique, inquit, & gloriari possum de his quæ in illis operatus sũ. Gloriatio verò mea non est in me,hoc est in viribus & potentia mea, sed in Christo Iesu. Etenim si quid dixero, aut gloriatus fuero,nihil aliud audebo dicere quàm ea quæ per me Christus effecit. Oecumenius ibidem.

5.Effecit.

e. Hæc propagatio ex cap.1.superiori allata est per quendam glassatorem.

6. Vt si proficiscerin Hispaniam veniam ad vos.

f. Sancti erãt in Ierusalem qui omnibus suis distractis, & ante pedes apostolorum depositis, orationi,contemplationi,ac doctrinæ vacabant. Sedulius ibid.

1.Cor.9.b

§ Nam si spiritalium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis. Hoc igitur cum consumauero, & assignauero eis fructum hunc, per hos
c proficiscar in Hispaniam. §h Scio autem quoniam veniens ad vos in abundantiam benedictionis * Christi veniam. Obsecro ergo vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti spiritus, vt adiuuetis me in orationibus ad deum, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequij mei oblatio accepta fiat in Ieru salem sanctis, vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei, vt refrigerer vobiscum. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

[g. Quia prædicatio euangelij exiuit ab Ierusalem, vt supra dictum est, debent ea carnalibus i. necessariis ad vitam corporalē ministrari. De Lyra.]
h. Scien» Apostolus quoniam propter prædicationem Christi Romam vinctus ducendus erat, in abundantia benedictionis prædicat se esse venturum. Vel certè quoniam sibi cōscius erat nihilominus se habere gratiam ab aliis apostolis. Hieron. ibidem.
* Euangelij.

*Commendat apostolus quosdam Romanorum ob quasdam eorum excellentias nominatim salutandos, quosdam verò vitandos hortatur.* XVI.

A COmmēdo autem vobis [a] Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cēchreis: vt eam suscipiatis in [1] domino dignè sanctis:] & assistatis ei in quocunque negotio vestri indiguerit. Etenim ipsa
† Act.18.a quoque astitit multis, & mihi ipsi. † Salutate [b] Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu: (qui pro anima mea suas ceruices suppossuerunt, quibus non solus ego gratias ago, sed & cunctæ Ecclesiæ gentium:) & domesticam Ecclesiam eorum. Salutate * Ephenetum] dilectum mihi: qui est primitiuus [2] Ecclesiæ [3] Asiæ] in Christo Iesu. [c] Salutate Mariam, quæ multum laborauit [4] in vobis.] Salutate Andronicum & [5] Iuliam] cognatos & concaptiuos meos, qui sunt nobiles [6] in Apostolis,] qui &
B ante me fuerunt in Christo. § Salutate [7] Ampliatum] dilectissimum mihi in domino. Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachim dilectum meum. Salutate Appellem probum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo. Salutate Herodiōnem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in domino. [d] Salutate Triphenam & Triphōsam, quæ laborant in domino. Salutate Persidam charissimam, quæ multùm laborauit in domino. Salutate Rufum electum in domino, & matrem eius & meam. Salutate Asyncritum, Phlegontam, Her-
c mam, Patrobam, [8] Hermam:] & qui cum eis sunt fratres. § Salutate Philologum, & Iuliam, Nereum & sororem eius, & [9] Olympiadem:] & omnes qui cum eis sunt, sanctos. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi. * Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinam,
† Philip.3.d quam vos didicistis, faciunt: & declinate ab illis. † Huiuscemodi enim Christo domino nostro non seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia, [10] in omni loco] diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis, sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Deus autem
D pacis conterat Sathanam sub pedibus vestris velociter. § Gratia domini nostri Iesu
† Act.16.a Christi vobiscum. † Salutat vos Timótheus adiutor meus: & Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam in domino. Salutat vos Caius hospes meus, & [11] vniuersa Ecclesia.] Salutat vos Erastus [12] Archarius ciuitatis,] & Quartus frater, Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.
Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta Euangelium meum, & prædicationem Iesu Christi secundum reuelationem [f] mysterij temporibus æternis taciti (quod nunc patefactum est per scripturas Prophetarum secundum præceptum æterni dei ad obeditionem fidei) in cunctis gentibus cogniti, soli sapienti deo per Iesum Christum, cui [honor &] gloria in secula [seculorum] amen. *

2. Vide quantum illam honoret. Nam illam & ante reliquos omnes commemorat, & sororem vocat. Non est autem modici mométi Pauli sororem vocari. Dignitatē quoque adiicit ministram illam vocans. Chrys. ibidem.
1. Christo, ita vt decet sanctos.
b. Hi ex Iudæis fuerunt, qui credentes facti sunt socij laboris apostoli: quia rectè crediderāt, vt etiam ipsi exhortarentur cæteros ad fidem rectam. Ambro. ibidem.
2. Epænetum.
3. Achaiæ.
c. Docet etiam in hoc fœminas debere pro ecclesiis dei laborare. Nam & laborant cum docēt adolescentulas sobrias esse, diligere virot suos, filios enutrire, pudicas esse, castas, domum benè regentes, benignas, subditas viris suis, hospitio recipere, sanctorum pedes lauare. Sedulius ibidem.
4. In nobis, vel erga nos.
5. Iuniam.
6. Inter apostolos.
7. Ampliam.
[d. Ponit exempla operationis bonæ, & primò in administratione bonorum temporalium & corporaliū. Et nominat tres matronas, quæ talia exercebant: erat enim consuetudo apud matronas deuotas hoc facere. Verumtamē quia tertia aliàs duas in hoc opere præcellebat, ideo de ea dicitur: quæ multum laborauit in amore domini. De Lyra ibidem.]
8. Hermen.
9. Olympam.
e. Ex hoc loco trahere quidam putauerunt vitandas traditiones humanas aduersus quos sacri insistunt doctores. Imprimis Hier. Traditiones inquit, ecclesiasticæ, præsertim quæ fidei nō officiunt, ita obseruandæ sunt: vt à maioribus sūt traditæ. Nec alienum vt priscorum consuetudinem, aliorum contrario more sunt subuertendæ.
Hier. ad Lucinium Bethicum. Item Auguſt. ad Ianuarium: Si quid per orbem frequentat ecclesia, quin ita faciendum sit disputare insolentissimæ insaniæ est. Idem ibidem.
10. In omnem locum.
11. Totius ecclesiæ
12. Aerarius quæstor.

f. Mysterium de vocatione vniuersarum Gentium in lege diu fuerat occultū: quod nunc per Paulum euidenter patefactum est euangelium in Christo per testimonia prophetarum. Quia quanuis de gentibus multa ante dixisset, tamen quomodo & in Christo vnum fierent & Iudæi nemo tam apertè cognouerat. Hier. ibidem.
* Ad Romanos.
Missa fuit à Corintho per Phœben ministram Cenchreensis ecclesiæ.

## INCIPIT PROLOGVS IN EPISTOLAM ad Corinthios.

*CORinthij sunt Achaici, & ij similiter ab Apostolo audierunt verbum veritatis, & subuersi sunt multipharie à falsis Apostolis. Quidam à Philosophiæ verbosa eloquentia, alij secta legis Iudaicæ inducti sunt. Hos reuocat Apostolus ad veram fidem, & euangelicam sapientiam, scribens eis ab Epheso per Timotheum, discipulum sum.*

# Incipit Epistola ad Corinthios prima.

*Corinthiorum sectas ex baptismo & doctrina increpans apostolus, ad Christi gloriam & Christianæ doctrinæ electionem illos hortatur.* Cap. I.

Paulus vocatus[a] Apostolus Iesu Christi, per voluntatē dei, & Sosthenes frater, Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, & sanctificatis in Christo Iesu, ]vocatis sanctis: cū omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostro. Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo.[b] † Gratias ago deo meo semper pro vobis,[z] in] gratia dei quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia, (sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis) ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsque in finē sine crimine, in die ✠ aduentus ]domini nostri Iesu Christi.[c] † Fidelis deus: per quem vocati estis in societatem filii eius Iesu Christi domini nostri. Obsecro autem vos fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata.[d] † Sitis autem[3] perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. ]Significatum est enim mihi de vobis fratres mei,[4] ab iis qui sunt] Chloes, quia contētiones sunt inter vos. Hoc autem dico, quod vnusquisque vestrum dicit: † Ego quidem sum Pauli, ego autem Appollo, ego verò Cephæ, ego autem Christi. *Diuisus est Christus? [c] Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut † in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago deo meo quòd neminem vestrum baptizaui, nisi Crispū & Caium: ne quis dicat, quòd in nomine meo [5] baptizati estis.] [e] Baptizaui autem & Stephanæ domum, cæterùm nescio si quem alium vestrum baptizauerim. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare, † non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. Verbum enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est: [f] iis autem qui salui fiunt, id est nobis] dei virtus est. Scripum est enim: † Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.[g] † Vbi sapiens? vbi Scriba? vbi inquisitor huius seculi? Nónne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapiētiam deum: placuit deo per stultitiam prædicationis, saluos facere credentes. Quoniam & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiā quærunt: Nos autem prædicamus Christum crucifixum: [h] [g] Iudæis quidem scandalum, [6] gentibus ]autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis [i] † Christum dei virtutem, & dei sapientiam. Quia quod stultum est dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est dei, fortius est hominibus.[7] † Videte ]enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi eligit deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus, & ea quæ [8] non sunt,] vt ea quæ sunt destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à deo & iustitia & sanctificatio & redemptio: vt quemadmodum scriptum est: † qui gloriatur, in domino glorietur.

*Christianæ doctrinæ congruum modum secutus Paulus fucum vitat & elegantiam, sapientiam vero cæteras præcellentem inter perfectos illius capaces loquitur.* II.

Et ego cum venissem ad vos fratres,[a] veni nō in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Christi. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. † Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fuit apud vos: & sermo meus, &

a. Vt enim iudices huius seculi, qui nobiliores esse videntur ex regibus quibus seruiunt, & ex dignitate qui intumescunt, vocantia fortiuntur: ita & Apostolus, grandem inter Christianos sibi vindicans dignitatem Apostolum se Christi titulo prænotauit: vt & ipsa lectura nominis autoritate terreret, inducēs omnes qui in Christo crederent, debere sibi esse subiectos. Sedulius ibid.

1. Per Christum Iesum, & infra.

b. Monet vt ab orationibus semper incipiamus, & ante omnia deo gratias agamus, cui nihil gratius nihi acceptius est quā & sibi & alijs gratum esse beneficiorū. Quamobrem in omni ferè epistola hoc vtitur principio. Chrysost. ibid.

2. De, & infra.

[c. Per quem vocati estis ad fidē, & sic nō deficiet vobis in auxiliando, vt peruenīatis ad gloriam; Sed potest hic quæri quomodo potest apostolus de Corinthijs tanta præconia dicere: cum posset subdat tanta inesse inter eos schismata: Ad quod dicendum, quod illa schismata non erant vniuersalia. De Lyra ibidem.]

d. Hoc est & sermonibus, & operibus, & sententia, & sensu istis conformes. Et ne inficiari eant testes eos produxit, qui tūc Chloæ erant nam etsi manifestū inquit, sit peccatum vestrū, fratres tamen mei estis. Oecumenius ibid.

3. Eadem mente & eadem sententia.

4. A familiaribus.

* Nunquid.

[e. Ostendit prædictum inconueniens sequi ex eorum errore, qui id diuersum baptisma esse æstimabant, secundum differētiam baptistarū: hoc enim esset si à baptistis baptismus efficaciam haberet quod quidem solius est Christi. Quod ostendit dupliciter. Primō ex parte passionis Christi in cuius virtute baptismur operatur: secundum illud Rom. 6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus. Ideo dicit: Nūquid Paulus pro vobis crucifixus est. S. Thomas ibidem.]

5. Baptizauerim.

f. Nobis autem qui saluamur.

g. Rusticus noster cum sicus inferret inuenit quod philosophus ignorauit. Ambr. de fide, lib. 6. cap. 2.

h. Nunquid ipsis Christus virtus quibus scandalum, aut ipsis sapientia quibus stultitia? Sed quoniam quidem ex eisdem iustificabuntur fide, quidem autē sua impietate obdurabuntur: vnum credentium & non credentium genus sub vocatorū appellatione diferenit, vt quos à fide significabat alienos, eos quamuis audissent euangelium, ostēderet vocationis extraneos. Ambros. de vocat. gentium. lib. 1. cap. 1.

6. Græcis.

i. Ergo si Christus dei virtus, quia virtus dei sempiterna, sempiterna igitur est Christus. Ambros. de fide, lib. 1. cap. 5.

7. Videris.

8. Contempta sunt.

a. Non igitur in verborū splendore, sed in operum virtute totum prædicandi fiduciam ponat, non vocibus delectetur populi acclamentis sibi, sed fletibus: nec plausum à populo studeat exspectare, sed gemitum. Prosper.

& prædicatio mea † non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & † virtutis: ]vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute dei
B ❡ [b] Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam verò non huius seculi neque principum huius seculi, qui destruuntur: [c] sed loquimur dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit deus ante secula in gloriam nostram,
C quam nemo principum huius seculi cognouit. [d] Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. ❡ Sed sicut scriptum est: † quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis † ascendit, ]quæ præparauit deus iis qui diligunt illum. Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda dei. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui
D in ipso est? Ita & quæ dei sunt, nemo cognouit nisi spiritus dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est: ❡ vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis: † quæ & loquimur [c] non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, * spiritalibus spiritalia comparantes. † Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Stultitia enim [3] est ]illi, & non potest intelligere: quia spiritaliter † examinatur. ]Spiritalis autem iudicat omnia: & ipse à nemine iudicatur, sicut scriptum est: † Quis enim cognouit [5] sensum ]domini? aut quis instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus.

1. Potestatis.
b. Quos autem perfectos voluerit hoc loco intelligi, subiecit, atque ait: Qui per habitū exercitatos habent sensus ad separandum bonum à malo. Aug. super Ioannem, Tract. 98.
c. Vbi mysterium passionis exprimitur, non vtique generationis æternæ species declaratur. Ambr. de fide lib. 3. cap. 3.
d. Si cognouissent pontifices & Pharisæi quòd à cruce tanta gentibus futura esset salus, nequaquam ad hoc peruenissent, vt eum crucifigerent: eligentes potius inuidiæ cabescere quàm vt gentes saluæ fierent, & ipsis electis illæ eorum loco substituerentur. Oecumenius ibid.
2. Ascenderunt.
e. Adsit licet secularis doctrinæ elaborata institutio, adsit vitæ innocentia, hæc quidem proficient ad conscientiæ gratulationem, non tamen cognitionem consequentur. Hilarius de Trinitat. lib. 5.
❡ Sancti.
3. Sunt.
4. Examinantur.
5. Mentem, & infra.

*Corinthij quibusdam ecclesiæ ministris plus æquo tribuentes errabant, quoniam mercedis discrimen ex laborum diuersitate venit sumendum.* III.

A ET ego fratres non potui vobis loqui [1] quasi ]spiritalibus, sed quasi carnalibus. Tanquam paruulis in Christo † [a] lac vobis potum dedi, non escam.
Nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. Adhuc enim carnales estis. Cum enim sit inter vos zelus & contentio, * nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat: ego quidem sum Pau
B li, alius autem: ego Apollo, nónne [2] homines ]estis? [3] Quid ]igitur est Apollo? Quid verò Paulus? [b] * Ministri [4] eius cui ]credidistis, & vnicuique sicut dominus dedit. † ❡ Ego plantaui, Apollo rigauit: sed deus incrementum dedit. Itaque † neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Qui autem plantat & qui rigat, vnum sunt. [c] Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundū suum laborem. Dei enim sumus [5] adiutores. ] [d] Dei agricultura estis, dei ædificatio estis. Secundum gratiam dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superædificat. Vnusquisque autem videat quomodo superædificet. † Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positū est, quod est Chri-
C stus Iesus. ❡ Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc, † [e] aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulā: vniuscuiusque opus manifestū erit. Dies enim domini declarabit, [6] quia in igne reuelabitur, ] & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: [f] ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. † Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Si quis autem templū dei violauerit, disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est, quod
D estis vos. † ❡ Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiēs. Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud deum. Scriptum est enim: [7] † Comprehendam sapientes in astutia eorum. ] Et iterum: † [8] Deus nouit cogitationes sapientium: ] quoniam vanæ sunt. Nemo itaque glorietur in hominibus. Omnia enim vestra sunt: siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura. Omnia enim vestra sunt, vos autē Christi, Christus autem Dei.

1. Vt vel tanquam.
a. Id est eam quidem adventū domini quem secundum hominem didicistis, nondum autem patris spiritus requieuisse super vos, propter vestram infirmitatem, cum sitis adhuc propter vestram infirmitatem carnales. Irenæ. lib. 4. cap. 75.
* Et factiones.
2. Carnales.
3. Quia, & infra.
[b. Homo exterius minister quasi seruus, non vt aliquid de eo speretur. Deus incrementum dat, qui iustificando informat, & rigando fecundat, homo loquitur, deus docet intus. Psal. 93. Beatus homo quem tu erudieris Domine. Glosa ordina. ibidem. post Augustinum.
* Nisi.
4. Per quos.
c. Dator ergo vnicuique suo merito vnde tradat ad meritū, & datur ante vilum laborem vnde quisque mercedem accipiat secundum laborem suum. Ambros. de vocat. gent. lib. 2. cap. 2.
5. Vel cooperatores.
d. Agriculturæ ergo huius atque ædificationis intrantū quisque adiutor, & operarius ac minister est, inquantum vnicuique dominus dederit. Amb. de vocat. gent. lib. 2. cap. 2
e. In ecclesia tria sunt genera bonorum. Est bonum, melius, optimum. Tria sunt è cōtrario genera malorum, malū, peius, pessimum: prima auro, argento & lapidi pretioso: secūda lignis, fœno & stipulæ comparantur. Hier. ibidem.
6. Quod in igne reuelatur.
f. Ostendit illum saluum quidē futurum, sed pœnas ignis passum, vt per ignem purgatus fiat saluus, & non sicut perfidi æterno igne in perpetuum torqueatur. Ambros. ibidem. Nam prius purgandus est igne purgationis qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis. Hic autem ignis & si æternus non sit, miro tamen modo est grauis: excedit enim omnem pœnam quam vnquam passus est aliquis in hac vita. Studeat ergo delicta sic corrigere, vt post mortem non oporteat talē pœnam tolerare. August. de verb. & falla pœniten.
7. Qui aprehendit sapientes in astutia eorum.
8. Dominus scit cogitationes hominum.

*Secundum exteriora alterum temere iudicans, vel præsumptuosè contemnens potius ridendus est quàm vituperandus, verum & correctione monendus.* IIII.

†Ic nos estimet homo vt ministros Christi, & dispensatores [1] ministe- A
riorum] dei. [2] Hic iam] quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inue-
niatur? † Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano
die. [a] Sed neque meipsum iudico. [b] † Nihil enim mihi conscius sum: sed
non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est. † Itaque nolite
ante tempus iudicare: quoadusque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita te-
nebrarum, & manifestabit consilia cordium: tunc laus erit vnicuique à deo. ℣ Hæc B
autem fratres transfiguraui in me, & Apollo, propter vos: vt [3] in vobis discatis,] ne
[4] supra quàm scriptum est,] vnus aduersus alterum [5] infletur pro alio.] Quis enim te
discernit? † [c] Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloria-
ris quasi non acceperis? Iam saturati estis, iam diuites facti estis. Sine nobis regnatis: &
vtinam [6] regnetis,] vt & nos vobiscum [7] regnemus.] Puto enim quòd deus nos Apo-
stolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus
mundo & angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes
[8] in Christo.] ℣ Nos infirmi, vos autem fortes. Vos nobiles, nos autem ingnobiles. [d] Vs- C
que in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & in-
stabiles sumus, † & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedi-
cimus. Persecutionem patimur, & sustinemus. Blasphemamur, & obsecramus. Tan-
quam [9] purgamenta] huius mundi facti sumus, omnium [10] peripsêma] vsque adhuc.
[e] † Non vt confundam vos hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo. Nam si
decem milia pædagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Chri-
sto Iesu per Euangelium ego vos genui. ℣ [11] † Rogo] ergo vos, imitatores mei estote, D
ꝛ sicut & ego Christi.] Ideo misi ad vos Timótheum, qui est filius meus charissimus,
& fidelis in domino, qui [12] vos commonefaciat] vias meas quæ sunt in Christo Iesu,
sicut vbique in omni Ecclesia doceo. [f] Tanquam non venturus sim ad vos, ꝛ sic] in-
flati sunt quidam. Veniam autem ad vos citò, si dominus voluerit, & cognoscam
non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem: † non enim in sermone est re-
gnum dei, sed in virtute. Quid vultis? [13] in] virga veniam ad vos, an in charitate &
spiritu mansuetudinis?

*Tam fornicarios, quàm illos tolerantes tandem sua pœna sequetur: ab aliis igitur expurgandi.* V.

†Mnino auditur [a] inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter A
gentes: vt vxorem patris sui aliquis habeat. [b] Et vos inflati estis, & non
magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fe-
cit. † Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam [1] iudicaui]
vt præsens, cum qui sic operatus est, ℣ in nomine domini nostri Iesu Christi, congre- B
gatis vobis, & meo spiritu, cum virtute domini Iesu, * † [c] tradere ꝛ huiusmodi homi-
nem] Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.
Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum, totam [2] massam
corrumpit?] expurgate * vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azimi.
℣ Etenim Pascha nostrum * immolatus est Christus. † Itaque epulemur, non in ferme- C
to veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, [d] sed in azymis sinceritatis & verita-
tis. Scripsi vobis [3] in epistola,] ne commisceamini fornicariis. Non vtique fornicariis
huius mundi, aut auaris, au rapacibus, aut idólis seruientibus: alioquin debueratis de
hoc mundo exisse. ℣ Nunc autem scripsi vobis non commisceri. † Si is qui frater no- D
minatur inter vos, & est fornicator, aut auarus, aut idólis seruiens, aut [4] maledicus,]
aut ebriosus, aut rapax: † cum huiusmodi nec [5] cibum sumere.] † Quid enim mihi [6] de
iis qui] foris sunt iudicare? Nónne de iis qui intus sunt, vos iudicatis? Nam eos qui fo-
ris sunt, deus iudicabit. † Auferte * malum ex vobis ipsis.

*Perfi-*

1. Mysteriorum.
2. Quod autem reliquum est.
[a. Periculum est vobis de igno
tis cordis mei vel alinorum iudi
care. Quanta enim profunditas
credêda est esse in homine, quæ
lateat etiam ipsum hominem
in quo est: Vt in Petro profun-
ditas infirmitati latebat cum se
domino commoriturum pro-
mittebat. Glosa ord. ibidem.]
b. Ne dicatis: Non peccauimus
Dixit S. Paulus: Et si nihil mihi
conscius sum: addidit tamẽ: sed
non in hoc iustificatus sum. Et
vos etiam si nihil estis conscij,
cõfiteamini tamen domino, ne
quid sit quod vos prætereat.
Ambros. de Nabuthe. Iezrael.
cap. 16.
3. In nobis discretis.
4. Qui supra id quod scriptum
est sentiretis, nec.
5. Vicissim inflemini.
c. Magnas agit deo gratias qui
per libertatem arbitrij rebellis
in deum est, quam nos libenter
amplectamur, ita duntaxat vt
agamus semper gratias largito-
ri, setamúsque nos nihil esse, ni-
si quod donauit in nobis ipse
seruauerit, Hier. aduersus Pela-
gianos ad Ctesiphontem.
6. Regnaretis.
7. Regnaremus.
8. Per Christum.
d. Ad eos qui deliciis affluebãt
dicitur, colaphis cædimur: ad
eos qui intumescebant, incertis
vagamur sedibus, hoc est ob per
secutionem certum non habe-
mus consistendi locum. Oecu-
menius ibidem.
9. Excrementa.
10. Purgamentum (quod scilli-
cet scopa everritur à domo.
e. Non quæro confusionem ve-
strã, sed emendationem vestri,
quia reputo vos filios meos cha
rissimos: quia fundamentum fi-
dei illis annunciauit: alij verò
instruxerunt eos de quibusdam
minoribus, propter quod vocat
eos pædagogos, se autem patrẽ
eorum. De Lyra ibidem.
11. Hortor.
12. Vobis in memoriam redu-
cat.
f. Iam apparet hic eum loqui de
vindicta, quia virgam nominat.
Nunquid tamen & virga sine
charitate est? Sed quod sequitur
spiritu mãsuetudinis, admonet
intelligi, quia & virga charitatẽ
habet. Sed aliud est charitas ve-
ritatis, aliud charitas mansue
tudinis. Vna quidem charitas
est, sed diuersẽ in diuersis ope-
ratur. August. contra epist. Par-
menia. lib. 3. cap. 1.
13. Cum: & infra.
a. Communem facit omnibus
accusationem, ne segnes red-
dantur tanquam alieni à deli
cto. Inter vos qui fideles estis ta
táque accepistis beneficia. Oe-
cumenius ibidem.
b. Quia vana scientia inflami-
ni & curam de his quæ perest
non habetis: vt autcorrigantur,
aut ab ecclesia separẽtur. Sedu-
lius ibidem.
1. Decreui.
* Christi.
c. Nec solum in baptismate, sed
etiam in pœnitentia fit carnis
interitus ad profectum spiritus,
sicut Apostolica docemur auto
ritate dicente Paulo, Iudicaui
vt præsens, eum qui sic operatus
est tradere huiusmodi Sathanæ
interitum carnis, &c.
Ambr. officio. lib. 3. cap. 14.
2. Conspersionem fermentati
* Igitur.
* Pro nobis.
d. Amara est veritas, & qui eam
prædicant, replentur amaritu-
dine. In azymis enim sinceritā-
tis & veritatis domini Pascha
celebratur, & cum amaritudi-
nibus comeditur. Hier. aduers.
Iouinia. lib. 2.
3. Per epistolam (scilicet tertiã)
quam non habemus etiamsi de-
fideratam.
4. Conuitiator.
5 Commiscere.
6 Eos qui.
* Istum.

*Perfidos iudices fideles non eligant, sed sanctos, vtrique tamen quod licitum est & rectum iudicent, in fornicationis autem vitium grauiter animaduertentes. VI.*

A [a] Audet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? † An nescitis [1] quoniam ] sancti [2] de hoc mundo] iudicabunt? Et si [3] in vobis iudicabitur] mundus indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? Quantomagis [4] secularia? ] † Secularia igitur iudicia si habueritis: contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum.] [b] Ad verecūdiam vestram dico. Si non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem
B suum? * sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles? † ❡ Iam quidē omnino delictum est in vobis, [c] quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam [5] accipitis? ] Quare non magis [6] fraudem ] patimini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis: & hoc fratribus. † An nescitis quia iniqui regnum dei non possidebūt? [d] Nolite errare: neque fornicari, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles,
C neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque [7] maledici, ] neque rapaces, regnum dei possidebunt. ❡ Et hæc quidem fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis [8] in nomine domini Iesu Christi, & [9] in spiritu ] dei nostri. Omnia mihi licent: † sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca ventri & venter escis: deus autem & hunc & [10] hanc] destruet. Corpus autem non fornicationi, sed domino, & dominus corpori. Deus verò & dominum suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suam. [e] Nescitis quoniam corpora vestra, membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi,
D faciam membra meretricis? Absit. ❡ An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? † Erunt enim (inquit) duo in carne vna. † Qui autem adhæret domino vnus spiritus est. [f] Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, [g] in corpus suum peccat. † An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à deo: & non estis vestri? † Empti enim estis pretio magno, ] glorificate & [11] portate] deum in corpore vestro.*

1. Auder, inquit, quispiā huiusmodi rem operari, vt cū habeat iudicari cum fratre non iudicetur sub sanctis, sed sub Græcis. Oecumen. ibid.
1. Quod.
2. Mundum.
3. Per vos iudicatur.
4. Vel, temporalia (quæ videlicet ad vlum vitæ pertinent.
[b. Quasi d. ex facto vestro videtur quod non sit aliquis inter vos fidelis sufficiens ad iudicandū, quod deberet esse vobis verecundū, sed illud Apostoli dictum videtur esse contra illud 1. Petri 2. Subiecti estote omni creaturę humanę propter deū, &c. De Lyra. ibid.]
* Et fratrem?
c. Peccatum esse significat, quia frater cū fratre litigat, cū dauda opera sit vt concordes sint quasi germani, maximè cū fidei nostra paci studeat. Quīquē enim Christianus litigare nō debeat, tamē si graue fuerit & quod cōtemni non possit, cautam ad ecclesiam deferat, ne & damnū ad præsens & offensionem fortè incurrat. Ambro. ibidem.
5. Patimini.
6. Damnum.
d. Nolite errare putantes vobis solam fidem sufficere ad salutē: cum omne peccatum permanēs excludat à regno. Sicut ad Galatas ait: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, &c. Hieron. ibidem.
7. Conuitiatores.
8. Per nomen.
9. Per spiritum.
10. Has.
[e. Sicut mēbra omnia quæ vna eademque anima reguntur vnū corpus sunt, ita omnes qui vno spiritu sancto viuificantur, vnū in Christo corpus efficiuntur. Glos. ordin. post Augast. ibid.]
f. Reliqua vitia deo auxiliante debemus in præsenti expugnare, libidinem verò fugiendo superare. Aug. serm. 250. de temp.
g. Cum dicit in corpus suū, tamen in Christum eum peccare, demōstrat. Nam subiungit: Nō estis vestri. Empti enim estis pretio magno, &c. Ambr. ad virginem lapsam, cap. 5.
11. Iam.
* Et in spiritu vestro, quæ dei sunt.

*Matrimonio iuncti, nec matrimonium fraudent, nec à matrimonio etiam in dispari cultu discedant, virgines sub arbitrio maneant, singulis castitatem etiā viduæ seruent. VII.*

A DE quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini [1] mulierem non tangere.] † Propter fornicationem autē vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquæque suum virum habeat. Vxori vir [2] debitum ] reddat, similiter autem & vxor viro. † Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, † nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis * orationi: & iterum reuertimini [3] in idipsum] ne tentet vos Sathanas propter incontinentiam vestram. Hoc
B autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. ❡ [a] Volo [4] autem] omnes vos] homines esse sicut meipsum. Sed vnusquisque proprium donum habet ex deo, alius quidem sic, alius verò sic. Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permanserint sicut & ego. Quòd si non se continent, [5] nubant. [b] Melius est enim nubere, quàm vri. Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, [c] præcipio, non ego, sed dominus: ✠ vxorem à viro non discedere. Quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat. † Nam cæteris ego dico, non dominus: Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo,
C non dimittat illam. ❡ Et si qua mulier fidelis] habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Alioquin filij ve-

1. Vel, mulieri non iungi, vt vxori.
2. Debitam benevolentiam.
* Ieiunio, &.
3. In vnum.
a. Eos enim qui sacrati sunt, atque in Dei ministrio cultúque occupati, continere deinceps seipsos à commercio vxoris decet. Euseb.
4. Enim.
5. Matrimonium contrahāt, nubere enim propriè mulierū est, ducere virorum.
b. Nā vtique pro remedio nuptias tuasit, vt peritura sanetur, nō pro electione præscripsit, casta & continens quid sequatur. Aliud est enim subuenire labēti, aliud suadere virtuti. Ambr. de viduis.
c. Multū enim interest inter dei præceptum & consilium hominis. Præceptum dei inquit, non habeo, sed consilium do, quasi misericordiam consecutus fidelis esset. Quoniā neque in euangelio, neque ipsius Pauli epistolis ex præcepto dei inuenias permissam matrimonij separationem. Vnde vnum habendū confirmatur: quia quod à domino permissum non inuenitur, id agnoscitur interdictum. Tertul. Exhortatio. ad Castitatem.

stri immundi essent, nunc autẽ sancti sunt.† [d] Quòd si infidelis discedit, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater aut soror in eiusmodi. In pace autem vocauit [e] nos] deus. Vnde enim scis mulier si virum saluum facies? aut vnde scis vir, si mulierem saluam facies? Nisi vnicuique sicut diuisit dominus. Vnumquenque sicut vocauit Deus, ita ambulet, & sicut in omnibus Ecclesiis [7] doceo.] [f] Circuncisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est? non circuncidatur. Circuncisio nihil est, & præputium nihil est: sed obseruatio mandatorum Dei. † Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, [8] in ea] permaneat. [g] Seruus vocatus es? non sit tibi curæ. Sed & si potes fieri liber, magis vtere. Qui enim in domino vocatus est seruus, libertus est domini. Similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. † Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum. Vnusquisque ergo in quo vocatus est [8] frater, ] in hoc permaneat apud deum. † [F] De virginibus autẽ præceptum domini nõ habeo: cõsilium autẽ do, tanquam misericordiã consecutus à deo vt fidelis. [g] Existimo ergo hoc bonũ esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. [g] † Alligatus es vxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccasti: & si nupserit virgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico fratres: Tempus breue est. † Reliquum est, vt & qui habent vxores, tanquam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudẽtes, & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. [g] Præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine solicitudine esse. [F] Qui sine vxore est, solicitus est quę domini sunt, quomodo placeat deo. † Qui autem cum vxore est, solicitus est quę sunt mundi, quomodo placeat vxori. [9] Et diuisus est. Et mulier innupta & virgo ] cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo [h] placeat viro. † Porrò hoc ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod [10] facultatem præbeat, sine impedimento dominum obsecrandi. ] [g] Si quis autem turpem se videri existimat super virginem suã, quòd sit super adulta, & ita oportet fieri, quod vult faciat. Non peccat si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc [11] iudicauit ] in corde suo, seruare virginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, [i] bene facit: & qui non iungit, melius facit. † Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit. † Quòd si dormierit vir eius, liberata est à lege. Cui autem vult nubat, tantùm in domino. † Beatior autem erit, si sic permanserit secundum [12] meum consilium.] Puto autem quòd & ego spiritum dei habeam.

[d. Quòd si infidelis discedit in odiũ fidei Christianæ, discedat, q. d. liberatus est fidelis à cõiunctione eius, & potest alteri contrahere. De Lyra ibid.]
6. Vos.
7. Ordino.

e. Qui enim vocatus est in domino seruus, libertus est domini: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi: plus putatur Apostolo. dedisse ei qui seruus, q̃ ei qui liber vocatus est. Ambro. ad virgi.
8. Fratres.
f. Si doctor gentium nõ habuit, habere quis potuit? Et præceptũ quidem non habuit, sed habuit exemplum. Non enim imperari potest virginitas, sed optari. Nã quæ supra nos sunt, in voto magis, q̃ in magisterio sunt. Ambro. de virgin. lib. 1. Item præceptum in subditos fertur, consilium amicis datur. Vbi præceptum est, ibi lex, vbi consilium, ibi gratia est. Præceptum vt ad naturam reuocet, consilium vt ad gratiam prouocet. Idem de viduis.
g. Quia nõ licet tibi vxore viuẽte vxorem ducere. Nam & aliã quærere, cum habeas tuam, crimen est adulterij: hoc grauius quòd putas peccato tuo autoritatem lege tenẽdam. Tolerabilior est si lateat culpa, quàm si culpæ vsurpetur autoritas. Ambro. de Abraham, lib. 1. cap. 7.
9. Diuisa est mulier, & virgo innupta.
h. Vos solis maritis vestris placere debetis, intantũ autem placebitis eis, inquantũ alteris placere non curauerint. Tertul. de cultu fœminarum.
10. Et decorum sequamini, & adhæretis domino absque vlla distractione.
11. Decreuit.
i. Ille bene facit propter laqueũ, hic melius facit propter vtilitatem. Illud pro remẽdio, istud p̃ præmio. Beatior autem erit quę sic manserit secundum meum consilium. Ambro. ad virgines exhortatio. Item bonæ sunt nuptiæ, sed nequaquam dicere habeo quòd virginitate sint sublimiores: nihil enim magnũ quid esset virginitas, si non pulchro pulchri[tudi]nem foret. Nolite ægrè ferre quæ iugo subditæ estis. Oportet deo magis obedire, q̃ hominibus. Greg. Nazianz. oratio.
30. Sedul. ibid.
12. Meam sententiam.

† Rom. 7. † Hanc. Quòd si discesserit, maneat. † De fem. nuptiis loquitur illa.

*Etsi idolis immolatorum esus sit licitus, pro vitando tamen infirmorum scandalo vitandus.* VIII.

DE iis autem quæ idólis immolantur, scimus [1] quia ] omnem scientiam habemus. [a] † Scientia inflat, charitas verò ædificat. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire. Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. De escis [2] autem ] quæ idólis immolantur, scimus quia nihil est idôlum, in mundo, & quòd nullus deus, nisi vnus. [g] Nam etsi sunt qui dicantur dij, siue in cœlo siue in terra, (siquidem sunt dij multi & domini multi) nobis tamen vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo: & [b] vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Sed non in omnibus est scientia. Quidam autem cum conscientia, [3] vsque nunc idóli, quasi] idolothytum manducant, & conscientia ipsorum cum sit infirma, polluitur. [g] Esca autem nos non commendat deo. Neque enim si manducauerimus, abundabimus: neque si non manducauerimus, deficiemus. Videte autem ne fortè hic licentia [4] nostra ] offendiculum fiat infirmis. Siquis enim viderit [c] cum qui habet scientiam in [5] idolio] recumbentem, nónne conscientia eius cum sit infirma, ædifi-

† Deum. Nihil. pdem.

1. Quòd.
a. Illa scientia inflat quæ ex sensu proprio & humano defœdit & quæ eõiecturis magis vtitur, quàm exemplis. Charitas verò non quærit quæ sua sunt, sed quæ ædificant.
2. Igitur.
b. Vnus est, quia vnigenitus dei filius, vnus est, quia solus. Hic ergo non est secundus, quia primus est, non est secundus, quia vnus est. Ambro. de institutione virgi. cap. 10.
3. Idoli vsque ad hoc tẽpus tanquam.
4. Vestra.
c. Cum res adeò formidabilis sit in iis quæ in nostra potestate posita sunt, fratrem scandalizare, quid de iis dicẽdum erit qui rebus vetitis faciendis loquendisve scandalizent? & maximè quando vel scientia quadã maiore præditus videatur qui scãdalizat, vel in facto aliquo gradu eminentiæ? qui eum cæteris tãquam regula exemplúmve esse propositus debeat, si vel minimum quid neglexerit eorũ quę scripta sunt. Basil. Regulæ breuiores. Interroga. 64.
5. Idolothyto, hoc est, epulo idolis immolato.

†Rom. 4.d

ma, ædificabitur ad manducandum idolothyta? † & Et peribit infirmus in tua [6] conscientia] frater propter quem Christus mortuus est. [d] Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter † si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne frattem meum scandalizem.

6. Scientia.
[d. Vides etiam hic animæ conquinatæ quod per os intrat, temeritatem putà illi qua scandalum non cauetur. Quomodo ergo animam nó prophanet inobedientia & contemptus? Lorichius. ibidem.]

†De consecra. Nisi cum petidem. 23.q.1.c.1.§. Item sicut legitur.

*Licet prædicanti Christum, victus debeatur, nec Paulus acciperet, licitè tamen petere potuit & accipere.* IX.

A NOn sum liber? Non sum [a] Apostolus? Nónne Christum Iesum dominum nostrum vidi? Nónne opus meum vos estis in domino? Et si aliis non sum Apostolus, sed tamen vobis sum. [b] Nam [1] signaculum] Apostolatus mei vos estis in domino. Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est: Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? † Nunquid non habemus potestatem [2] mulierem] sororem circunducendi: sicut & cæteri apostoli & fratres domini, & Cephas? Aut ego solus [3] aut] Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? † [c] Quis militat suis stipendiis vnquam? Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundum hominem hæc dico? An & lex non dicit? Scriptum est enim in lege Moy-

a. Suum illis exemplum replicat, quòd cum omnia habuerit in potestate, noluit ille facere qd illi licebat, propter aliorum salutem. Sedul. ibid.
[b. Ni forma apostolatus Christi per me vobis est impressa, sicut per alios apostolos impressa est illis, quibus prædicauerunt. Inde mea defensio, id est, apostolatus mei probatio apud eos est qui me interrogant tãquam dubitantes de apostolatu meo. De Lyra. ibid. d.]
1. Sigillum.
2. Mulierculam.
3. Et.
c. Fecit itaque secutum casum euangelistam, non ad hoc euangelizantem, vt venderet euangelium, sed tamè huic vitæ necessaria suis sibi exhibere manibus non valentem, vt intelligeret quod necessariò sibi sumebat ab eis, quibus tanquam prouincialibus militabat, & quos tanquam vineam cultura exercebat, vel tanquam gregem pascebat: non esse mendicitatem, sed potestatem. Augu. de opere Monachor. cap. 25.

B si: † Non alligabis os boui trituranti. & Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos vtique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat, arare: & qui triturat in spe [4] fructus percipiendi.] † Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Si alij potestatis vestræ participes sunt, quare non potius nos? Sed non vsi sumus hac potestate. Sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi. † Nescitis, [d] quoniam qui [5] in sacratio] operantur, [6] quæ de sacrario sunt,] edunt? Et qui altario deseruiunt, cum altario participant? ita & dominus ordinauit iis qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere. Ego autem nullo horum vsus sum. Non autem scripsi hæc, vt ita fiant

†Deut. 25.a 1. Tim. 5.e

†12.q.1. Ecclesias. De præscrip. Cũ ex officij. Rom. 15.f 3.q.2. Sacerdos.

4. Spei suę particeps esse debet.
d. Nec enim ordinauit deus his qui euangelio seruiunt, de euãgelio quærere aut habere delitias, aut ornatum: sed viuere (ait Paulus) ex eo: vt videlicet sint contenti alimenta corporis, nõ irritamenta gulæ, aut incentiua libidinis, & quibus regãtur, nõ quib⁹ ornẽtur accipere. Bernar. De verbis domini, Declamatio.
5. Sacra.
6. Sacra.
e. Hoc est, reddat inanem.

†Deut. 9.a 26.q.1. doctus Deyere. Cum secundum. Exurpanda.

C in me. † & Bonum est enim mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis [e] euacuet. Nam & si euangelizauero, non est mihi gloria. Necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est si non euangelizauero. † Si enim volens hæc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. [f] Quæ est ergo merces mea? Vt Euãgelium prædicans sine sumptu ponam Euangelium, * vt nòn abutar potestate mea in Euangelio. † [g] Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucri facerem. † Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer. Iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, (cum ipse non essem sub lege,) vt eos qui sub lege erant,

†1.q.1. Sacerdos in fi.

†23.q.6.ca. Iam verò.

[f. Merces mea ex bono superogationis, & prædicatione euangelij. Respõdet vt euangeliũm prædicem mihil accipiendo. De Lyra. ibidem.]
* Christi in hoc.
g. Fit enim quisque tanquã ille cui vult subuenire, quando tãta misericordia subuenit, quanta sibi subueniri vellet, si esset ipse in eadem miseria constitutus. Augu. cõtra mendacium, ca. 12.

D lucrifacerem. & Iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (cum sine lege dei non essem: sed in lege essem Christi) vt lucrifacerẽ eos qui sine lege erãt. [h] Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerẽ. Omnibus omnia factus sum, vt [7] omnes] facerem saluos. Omnia autem facio propter Euangelium, vt particeps eius afficiar. [i] Nescitis quòd ij qui in stadio currunt, † omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? Sic currite vt comprehendatis. Omnis autem qui in agône contendit, [8] ab omnibus se abstinet,] & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans. † [k] Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne fortè cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

[h. Non eũ mentiendo, sed compatiendo feciſſe rectè intelligitur: vt tanta charitate eum eis liberandis ageret, ac si ipse in eo malo esset à quo illos sanare cupiebat. August.]
7. Omnino quosdam.
i. Hoc loco inter eos qui in stadio currunt, vnum accipientem palmam significat omnẽ rectè fidem tenẽtem, & præcepta seruantem. Hieronym. ibid.
8. Omnia sustinet.
k. Si enim caro etiam iusti animæ subdita est (sicut scriptum est) castigo corpus meum, & seruituti redigo: quãto magis subiecta est diuinitati, de qua dicitur: Quoniam omnia seruiunt ei? Ambro. de fide, lib. 5. cap. 4.

†2.q.1. Si Paulus.

*Iudæi in deserto se idololatris miscentes pœnas in exemplum nostrum dederunt, ne similia agentes, similia patiamur.* X.

De consec. dis. 1. Nec quisquam. Num. 9.d Exod. 1.d 12.e †Exod. 13.d 14.e De cõsec. dis. 2. Inquit Apostolus. †Exod. 16.e 17.b Num. 20.g

A † NOlo enim vos ignorare fratres, † quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari. † [a] Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. † Bibebant [1] au-

a. In illo sacramento Christus est, quia corpus est Christi: non ergo corporalis esca, sed spiritalis est. Vnde & Apostolus de typo eius ait: Quia patres nostri eandem escam spiritalem manducauerunt, &c. Corpus enim Dei, corpus spiritale est: Corpus Christi, corpus est diuini spiritus, quia spiritus Christi. Ambro. de iis qui mysterijs initiantur. cap. 9.
1. Enim de spiritali petra sequente.

tem de spirituali, consequente eos petra:] [b] petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorũ beneplacitum est deo. Nam prostrati sunt in deserto. [§] Hęc autẽ in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum, † sicut & illi cõcupierunt. Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est: † [c] Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, neque fornicemur: † sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria milia. Neque tentemus Christum, † sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. † [§] Neque murmuraueritis: sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. [d] Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines [e] seculorum deuenerunt. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. † [f] Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt possitis sustinere. [§] Propter quod charissimi mihi fugite ab idolorum cultura. Vt prudentibus loquor, vosipsi iudicate quod dico. Calix benedictionis cui benedicimus: nónne communicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est? Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi sumus, omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. Videte Israel secundum carnem: † Nónne qui edunt hostias, participes sunt altaris? [§] Quid ergo? Dico quòd idólis immolatum, sit aliquid: aut quod idôlum sit aliquid? * Sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, & non Deo. † Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum. † Non potestis calicem domini bibere, [g] & calicem dæmoniorum: non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. [i] An emulamur] dominum? Nunquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. † [§] Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. [h] Nemo quod suum est, quærat, sed quod alterius. Omne quod in macello venit, manducate: nihil interrogantes propter conscientiam. † Domini est terra & plenitudo eius. † Si quis vocat vos infidelium, * & vultis ire omne quod vobis apponitur manducate: nihil interrogantes propter conscientiam. † Si quis autem dixerit: hoc immolatum est idólis: nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conscientiam. [§] * Conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si ergo cum gratia participo: quid [i] blasphêmor pro eo quòd gratias ago? † Siue ego manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, [k] omnia in gloriam Dei facite. Sine offensione estote Iudæis & gentibus, & Ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quæreus quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant.

*Corinthij circa Eucharistiæ ritum habitu, conuentu, & conuictu eius dignitatem quo ad institutorem, institutionem & eius effectum non attendentes, grauiter errabant.* XI.

IMitatores mei estote, sicut & ego Christi. Laudo autem vos fratres, quòd per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Volo autem vos scire, † [a] quòd omnis viri caput Christus est: caput autem mulieris vir. Caput Christi verò Deus. Omnis vir orans aut prophetans velato capite, [l] deturpat] caput suum. † Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum. Vnum enim est, ac si [2] decaluetur.] Nam si non velatur mulier, tondeatur. Si verò turpe est mulieri tonderi aut [3] decaluari,] velet caput suum. Vir quidem non debet velare caput suum: quoniam [b] imago & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est. Non enim vir ex muliere est, † sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem: sed mulier propter virum. [§] Ideo debet mulier velamen habere supra caput suum, & propter angelos. Verumtamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in domino. Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem. Omnia autem ex Deo. Vosipsi iudicate: decet mulierem non velatam

[b. Petra erat Christus non per substantiam, sed per significationem in figuris diuersis eadem fuit, sed illa ventura nos venisse credimus, ibi Christus nobis petra. Quod in altari ponitur est Christus, si speciem visibilẽ attendas, aliud est, si intelligibilẽ significationem, eúdem potum spiritalem biberunt. Glosa ord. post August ibid.]

[c. Bibebant de spirituali petra, quæ dicitur spiritalis propter effectum miraculosum, propter futuri signum petra cõsequẽte eos: hoc est, satisfaciente voluntati eorum. S. Thom. ibid.]

d. Per typos ergo discebãt timere deum & perseuerare in obsequiis eius. Itaque lex & disciplina erat illis, & prophetia futurorum. Irenæus lib. 4. cap. 28.

e. Sex ætatum præteritarum ad diluuium ad Abrahã, ad Moysen, ad Dauid, ad trãsmigrationem, ad Christum.

f. Tentatio duplex: aliquando enim quasi fideles, aliquando quasi diffidentes tẽtamur: vt fidelium tẽtatio humana sit, qua nos homines tentant, si possint à fide abducere. Propter diffidentiam autem tẽtantur, vt angustiati pœnitentes redeant in viam: sicut factũ est Iudæis. Cũ enim diffiderent de prouidẽtia Dei, tentati sunt à serpẽtibus, vt dolore correpti emendarentur. Ac per hoc diuina tẽtatio mortalis est, humana verò salutaris. Augu. quæst. vete. & nou. testamẽt. quæst. 99.

* Non

[g. Aliquo dictorum modorũ, in quibus est mortale peccatũ nos separans à Deo. Inde subditur. Non potestis mensæ domini participes esse, per augmentũ gratiæ, quod est effectus sacramenti eucharistiæ. De Lyr. ibi.]

2. An prouocamus.

h. Hoc est, Nemo commodum suum quærat, sed alterius: nemo honorem suum quærat, sed alterius, nemo etiam suam gratiam quærat, nemo suum laudem, sed alterius. Ambro. offi 3 cap. 2.

* Ad cœnam.

* Domini enim est terra & plenitudo eius.

i. Quare meutro notã blasphemiæ deo gratias agendo.

k. Cum scriptum sit nobis, vt omnia faciamus in gloriam dei, nos è diuerso cuncta in dei faciemus iniuriã. Cũque ipse saluator noster ad nos quotidie clamet: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videãt opera vestra bona: & glorificent patrẽ vestrum qui in cœlis est, nos ita viuimus è contrario, vt filij hominũ videant opera nostra mala, & blasphement patrem, qui est in cœlis. Saluianus, lib. 4.

a. Benedixit caput Christi Deũ, vt & diuinitatem Christi significaret, & carnem, hoc est, incarnationẽ in Christi nomine, in deo autem vnitatẽ diuinitatis, & magnitudinẽ potestatis. Eo utique autẽ caput Christi Deus secũdum incarnationem dictũ est, vt & caput viri Christus secundum incarnationem verbi dictum sit. Ambro. de fide, lib. 4. cap. 2.

1. Dedecorat & infra.

2. Rasa esset.

3. Radi.

b. Non dixit ad imaginem, sed imago. Quæ tamen imago cum alibi dicitur ad imaginem non quasi ad filiũ dicitur, quæ imago æqualis est patri: alioquin nõ diceret, ad imaginem nostram. Quomodo enim nostram, cum filius soli⁹ patris imago sit? Sed propter imparem, vt diximus, similitudinẽ dictum est homo ad imaginem: & ideo nostram, vt imago trinitatis esset homo, nõ trinitati æqualis, sicut filius patri, sed accedens vt dictum est, quadã similitudine, sicut in dictantibus significatur quædam vicinitas, nõ loci, sed cuiusdam imitationis. August. de trinita. lib. 7. cap. 6.

non velatam orare deum? [c] Nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comã nutriat, ignominia est illi: mulier verò si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt? Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque [4] Ecclesia] Dei. Hoc autem præcipio non laudans, quòd non in melius, sed in deterius conuenitis. Primùm quidem conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio [5] scissuras] esse inter vos, & ex parte credo. † [d] Nam oportet *hæreses esse: vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. † Conuenientibus ergo vobis in [6] vnum] [e] iam] non est dominicam cœnam manducare. [f] Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? Aut ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis: quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit & dixit: † Accipite & manducate. [c] Hoc est corpus meum quod pro vobis [7] tradetur.] † Hoc facite in meam commemorationem. † [f] Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescunque bibetis, in meam commemorationem. [g] [8] Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis, donec veniat. † Itaque quicunque manducauerit panem * & biberit calicem domini indignè: reus erit corporis & sanguinis domini. † Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. † Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quòd si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique diiudicaremur. Dum iudicamur autem, à domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. † Itaque fratres mei, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet: vt non in [8] iudicium] conueniatis. Cætera autem cum venero, disponam.

[c. Quia eius traditionem non seruauerunt quod ei succenser, iam nõ ex auctoritate traditionis suadet, sed ex natura nõ docet, quia si vir comam nutriat, Ignominia est illi. Ideo gloria mulieri, quia naturaliter habet pro velamine. Coma enim velamitalis indicium est, vt naturæ vsũtas addatur. Et ideo vir non naturaliter comatus, quia non est velãdus, & lex prohibet virum esse comatum. Glosa ordina. ibidem.]
4. Ecclesiæ.
5. Dissidia.
d. Non q̃ hæreses Deo placeãt, sed quòd per eas fideles exerceantur: vt qui Deo noti sunt, hominibus manifestentur. Sedulius. ibidem.
* Inter vos.
6. Eundem locum.
[e. Cœna enim domini est cõmunis toti familiæ, vnusquisque autem vestrum sumit eam non quasi communem, sed quasi propriam, dum sibi vult vendicare quod deo obtulit. Et hoc est quod subdit: Vnusquisque præsumet, &c. S. Tho. ibid.]
7. Frangitur.
f. Vides ergo quàm operatorius sit sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone Christi, vt inciperent esse quæ non erãt, quãtomagis operatorius est vt sint quæ erant, & in aliud cõmutentur? Sic non erat corpus Christi ante consecrationem, sed post consecrationem, dico tibi quòd iam est corpus Christi. Ipse dixit & factum est. Ambro. de sacrament. lib. 4. cap. 4.
g. Ergo quotiescunque accipimus, mortem domini annũtiamus. Quòd si mortem domini annuntiamus, annuntiamus remissionem peccatorum: si quotiescunque effunditur sanguis, in remissionem peccatorũ funditur, debeo illum semper accipere, vt semper mihi peccata dimittantur. Qui semper pecco, debeo semp habere medicinã. Ambr. lib. 4. cap. 6. de Sacram.
* Hunc.
8. Condemnationem.

*Gratiæ gratis datæ à spiritu sancto ad dona, ad ministrationes & operationes profectæ non sunt ignorandæ, quæ ad corporis naturalis instar commodè ordinantur.* XII.

A [1] DE † spiritalibus autem, nolo vos ignorare fratres. Scitis autem [1] quoniam cum gentes essetis,] ad simulachra muta prout ducebamini, [2] euntes.] Ideo notum vobis facio, † quòd nemo in spiritu Dei loquens dicit anáthema [3] Iesu.] Et nemo potest dicere: † dominus Iesus nisi [5] [a] in spiritu sancto.] Diuisiones verò gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt, idẽ autem dominus. Et diuisiones operationũ sunt, idem verò Deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus, ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ, secundum eundem spiritum. Alteri fides [6] in eodem spiritu,] alij gratia sanitatum, in
B vno spiritu. [g] Alij [7] operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarũ, alij interpretatio sermonum. † Hęc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis [b] prout vult. Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis, cum sint multa, vnum tamen corpus sunt: ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes in vno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore?
C [c] Si totum corpus oculus, vbi auditus? [g] Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra vnumquodque eorum * in corpore, sicut voluit. Quòd si essent

1. Quod cum gentes fuissitis.
2. Abducti fuissitis.
3. Iesum.
4. Dominum Iesum.
5. Per spiritum sanctum.
a. Hic est enim spiritus qui prophetas in ecclesia cõstituit, magistros erudit, linguas dirigit, virtutes & sanitates facit, opera mirabilia getit, discretiones spirituum porrigit, gubernationes cõtribuit, cõsilia suggerit, quæque alia sint charismatum dona cõponit & digerit. Ideo ecclesiam domini vndique & in omnibus perfectam & cõsummatam facit. Tertul. de trini.
6. Per eundẽ spiritum, & infra.
7. Operationes potestatum.
b. Hoc est liberæ voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio. Et diuidit spiritus non mediocria, sed quæ deus cõsueuit operari, gratiam curationũ, & operationem virtutum. Ergo diuidit spiritus, put vult, filius Dei non liberat, quẽ vult. Ambro. de fide, lib. 2. cap. 3.
c. Vnde pulchrè dicit Apostol⁹: Si totum corpus oculus, vbi auditus? si totum auditus, vbi odoratus? Omnes ergo vnũ corpus sumus, & diuersa membra, sed omnia corpori necessaria. Non enim potest membrum mẽbro dicere, non es mihi necessariũ: quinetiam ipsa quæ videtur infirmiora mẽbra esse, multomagis necessaria sunt, & maiorem pietatuque tuendi se requirunt sollicitudinem, & si quid dolet membrum vnum, cõpatiuntur ei membra omnia. Vnde quàm graue est vt detrahatur⁹ aliquid ei cui nos compati oportet, & cum debemus consortium ministerij, ei fraudi & noxæ simus? Ambro. Offic. lib. 3. cap. 3.
* Sigillatim.

omnia vnum membrum, vbi corpus? [d] Nunc autem multa quidem mẽbra, vnum autem corpus. Non potest autem dicere oculus manui, opera tua nõ indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij. [8] Sed multomagis ] quæ videntur [e] membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt. Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, iis honorẽ abundantiorem circũdamus. Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent. Honesta autem nostra nullius egent. Sed deus * temperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem: vt non sit schisma in corpore: sed [9] in idipsum proinuicem solicita sint membra. ] † ✠ Et si quid patitur D † Rom. 12. vnum membrum, compatiuntur omnia membra, siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. † Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia: primùm Apostolos, secundò Prophẽtas, tertiò doctores, deinde [10] virtutes, ] exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarũ, interpretationes sermonum. [f] Nũquid omnes Apostoli? Nunquid omnes Prophẽtæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes gratiam habent curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur? † Æmulamini autem charismata meliora. [g] Et † 1. Cor. 14. adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

*Charitas virtutes & gratias supereminet omnes, sine qua nullum donum sufficit, & cum qua cuncta virtutum opera hic & in cælo complentur.* XIII.

[a] Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non ha- A
beam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero
prophetiam, & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam: † & si ha- † 1. Cor. 13.
buero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autẽ non habuero, nihil sum. Et si distribuero ⟩ in cibos pauperum ] omnes facultates meas, † ✠ & B † Deut. 15. 4. Reg. 4. Dan. 4. c. Thom. quæst. 114.
si tradidero corpus meum ⟩ ita ] [1] vt ardeam, ] charitatem autem non habuero, nihil
mihi prodest. [b] Charitas patiens est, benigna est. Charitas non [2] æmulatur, ] † non [3] agit perperam, ] non inflatur, non est ambitiosa, † non quærit quæ sua sunt. Non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, cõgaudet autem veritati. ✠ Om- C † Iudic. 2. nia sustinet, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. [c] † Charitas nunquam excidit. † Deut. 3. c. Thom. quæst. 114. Siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est. ✠ Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapie- D
bam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quãdo autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. [d] Videmus nũc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc. Maior autem [4] horum ] est charitas.

*Donum linguarum dono prophetiæ minus, ipso tamen cum interpretatione maius: à quo tamen arcet mulieres.* XIIII.

Sectamini charitatem, æmulamini spiritalia, magis autem vt [2] prophetetis. A
Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo. Nemo enim
audit. [1] Spiritus ] autem loquitur mysteria. Nam qui prophẽtat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & cõsolationem. † [b] Qui † 1. Cor. 8. 1.
loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autẽ prophẽtat, Ecclesiam Dei ædificat. Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis: nisi fortè interpretetur, vt Ecclesia ædificationem accipiat. ✠ Nunc autem fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, B
nisi vobis loquar aut [2] in reuelatione, ] aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen quæ sine anima sunt, vocem dantia, siue tibia, siue cithara: nisi distinctionem sonituum dederint, quomodo scietur id, quod * canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam vocem dederit tuba, quis parabit se ad bellum? Ita & vos

per

[d. Singulis dati dona ad vnius corporis Christi cõmoditatem. Diuersitas illa non facit schisma, vt arbitrẽtur hæretici, ordines ecclesiasticos sectas vocãtes. Lorichius ibidem.]

8. Imo potius.

e. Apostolus docet alia membra esse honestiora, alia verecũdiora: & quæ verecũdiora sunt, maiori honestate circundari, quæ verò per se honesta, nostri non indigere solicitudine. Eiusdem ne ordinis arbitraris & meritis & aluum, oculos & meatus per quos simus egeritur & vrinam? Vnde & stultè asserere voluisti omnia membra æqualiter nos diligere: nec oculum præponere digito, nec manum auriculæ, sed in singulorum amissione membrorum dolorẽ esse communem. Hictony. aduersus Iouinia. lib. 2.

✠ Simul.

9. Inuicem alia pro aliis eãdem solicitudinem membra gerant.

10. Potestates & infra.

[f. Consequenter manifestat dictam distinctionẽ, per hoc quòd tunc nõ omnes administrationes istæ concedebantur omnibus, sed diuersis, sicut distincta distinctis membris corporis. De Lyra.]

g. Et verè ipsa charitas est via, quæ ducit per se ambulantes ad patriam: quia sicut sine via peruenit nullus quò tendit, ita sine charitate quæ dicta est via, non ambulare putant homines, sed errare. Prosper de vita cõtemplatiua, cap. 13.

a. Apostolus manifestè nobis dilectionis bonum commẽdat: cum quod decernit cõsummatissimus legit esse dilectionẽ, tum quòd dilectionis bonum omnibus reliquis virtutibus præponit, vbi dicit: Si linguis hominũ loquar & angelorum, charitatẽ verò non habeam, &c. Basilius epistola. 75.

1. Vt comburas.

b. Enarrat charitatis insignia, quibus dignosci potest: ostendens quòd non solùm eas quæ germinant affectiones extirpat. Oecumenius ibidem.

✠ Inuidet.

3. Est procax.

[c. Quod quidam malè intelligentes in errorem ceciderũt dicentes, quod charitas semel habita nũquam potest amitti, cui videtur cõsonare quod dicitur 1. Ioh. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatũ non facit, quoniã semen ipsius in eo manet: sed huius dicti primo quidem sententiã falsa est. Vnde sensus est, quod sicut Charitas est in statu viæ, ita remanet in statu patriæ. S. Tho. ibid.]

d. Tunc reuelata facie gloriam Dei speculari licebit, quãdiu nunc animæ corporis huius cõcretis visceribus inuolutæ, ex quibusdam carnis huius maculis & colluuionibus obumbratę, syncerè videre non possunt. Ambro. de bono mortis, cap. 11.

4. His.

a. Hoc est vt prædicetis. Ideo autem prædicatio prophetia dicitur. Sicut enim prophetia in tribus temporibus continetur: ita & prædicatio in præsenti corrigit, & præteritas laudorum passiones in memoriam reuocat, & de pœnis similisque futuris terret & consolatur. Sedul. ibidem.

1. Spiritu.

b. Per id enim quod fortè solus scit quod loquitur, se solũ ædificat. Nã qui prophetat, omnem plebem ædificat, dum intelligitur ab omnibus quid loquatur. Prophetas dicit interpretes scripturarum. Sicut enim prophetæ futura prædicit, quæ nescitur, ita & hic dum scripturarũ sensum, qui multis occultus est, manifestat, dicitur prophetare. Ambro. ibidem.

2. Per reuelationem, & sic de sequen.

✠ Tibia.

per linguam nisi manifestum sermonem dederitis: quomodo scietur id quod dicitur? Eritis enim in aëra loquentes. [c] Tam multa, vt puta, genera linguarum sunt in hoc
c mundo, & nihil sine voce est. ✠ Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar barbarus, & qui loquitur mihi barbarus. Sic & vos, quoniam æmulatores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ, quærite vt [3] abundetis. ] Et ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. [d] Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, * orabo & mente. Psallam spiritu, psallam & mente. Cæterùm si benedixeris spiritu, quis supplet locum idiótæ? Quomodo dicet:
D amen, super tuam benedictionem? ✠ Quoniam quid dicas, nescit. Nam tu quidem bene gratias agis: sed alter non ædificatur. Gratias ago Deo meo, quod [4] omnium vestrûm lingua ] loquor. Sed in ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruam: * quàm decem milia verborum in lingua. Fratres, [e] nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote: sensibus autem paruuli estote. In lege enim scriptum
E est: † Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic: & nec sic exaudient me, dicit dominus. ✠ [f] Itaque linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autem, non infidelibus, sed fidelibus. Si ergo conueniat vniuersa Ecclesia in vnum: & omnes linguis loquantur, intrent autem idiótæ aut infideles, nónne dicent [5] quòd insanitis? ] Si autem omnes prophetẽt, intret autẽ quis infidelis vel idióta, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. Occulta enim cordis eius manifesta
F fiunt, & ita cadens in faciem adorabit [6] deum, ] pronuntians quòd verè Deus in vobis sit. [g] Quid ergo est fratres? ✠ Cum conuenitis, vnusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, [7] apocalypsim ] habet, linguã habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant. Siue lingua quis loquitur, * secundum duos, aut [8] vt multum ] tres, [9] & per partes, ] & vnus interpretetur. Si autem non fuerit interpres, taceat in Ecclesia, sibi autem loquatur & deo. Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri diiudicent. Quòd si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes
G per singulos prophetare: vt omnes discant, & omnes exhortentur. ✠ Et spiritus prophetarum, prophetis [10] subiectus est. ] Non enim dissensionis * est Deus, sed pacis: sicut & in omnibus Ecclesiis sanctorum ⟩ doceo. ] † [h] Mulieres * in Ecclesiis taceant. Non enim permittitur eis loqui, † sed subditas esse, sicut & lex dicit. † Si quid autẽ volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri, loqui in Ecclesia. An à vobis verbũ dei processit, aut in vos solos peruenit? Si quis videtur propheta esse, aut spiritalis, cognoscat quæ scribo: [i] quia domini sunt mandata. † Si quis autem ignorat, ignorabitur. Itaque fratres, æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem honestè, & secundum ordinem fiant ⟩ in vobis. ]

fr. Ideo in aëra, quia tã multa vt sunt genera linguarũ, quod est, tantum valet hæc locutio ac si omnibus linguis loqueremini, quas nullus vnquam intelligeret, & de omnibus rebus in vnaquaque lingua, quia nulla res est sine sua voce in vnaquaque lingua. Glos. ordi. ibid. ]
3. Excellatis.
d. Quicunque enim iis qui adsunt ignota sunt verba orationis, tunc sine controuersia oratio mẽs sine fructu est: quippe cum inde nemo fructum capiat. Cõtrà autem, quandocunque qui adsunt, orationẽ intelligunt, quæ audientes possit iuuare, tunc sine dubio, qui orat, fructum habet quòd meliores sunt qui iuuantur. Basil. Regulæ breuiores interro. 278.
* Sed.
4. Quòd magis quàm vos omnes linguis.
* Potius.
e. Et idem neque in veteri, neque in nouo testamẽto tales admittuntur ad numerum. August. lib. 83. quæst. q. 61.
[f. Linguarum donum datũ est in signum infidelibus, & nõ ad ædificationem fidelibus necessariam. Ex hac auctoritate conficit Apostolus hoc verbũ, prophetias non prodesse infidelib⁹, sed fidelibus. Obserua etiã hoc loco quid potissimum sit denũtiandum in ecclesia, nẽpe verbũ Domini. Tela illa verbi dominici acutissima, eo potissimum sunt libranda atque mittenda, quo iubet Dominus apud propheram Isa. 58. a. Annuncia populo meo scelera eorum. Lorichius ibidem. ]
5. Vos insanire.
6. Eum.
g. Quid igitur, inquit, faciẽdum est vobis? Ecce enim auditis domorum differentias. Et cõsequenter dicit: Quisque vestrũ siue psalmum habeat, (nam ex dono quodã etiam psalmos seu cantiqua conficiebant) siue doctrinam habeat, hoc est, siue possit docere, & vtilitatem adferre &c. Oecumenius ibidem.
7. Reuelationem.
* Fiat.
8. Ad summum.
9. Idque vicissim.
10. Subiiciuntur
* Autor.
h. Nam si mulieres etiam de rebus diuinis in ecclesia iubentur tacere, domi viros suos interrogare, de virginibus, quid cautũ putamus, in quibus pudor ornat ætatem, taciturnitas cõmendat pudorem! Ambro. de virginibus lib. 3.
* Vestræ.
i. Hos docet cognoscere domini esse mandatum: quia non est seditionis deus, sed pacis. Aug. epist. 102.

*Christi resurrectio mortuorum arguit resurrectionem futuram, quo ad modum & quò ad qualitatem.* XV.

A [†] [a] Notum autem vobis facio fratres, Euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini, qua ratione prædicauerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, quoniam † Christus mortuus est pro peccatis nostris [b] secundum scripturas: † & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die, secundum scripturas: & † quia visus est Cephæ, & post hoc vndecim. † Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent vsque adhuc: quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacóbo: deinde Apostolis omnibus. † Nouissimè autem omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi. † Ego enim sum minimus Apostolorum: [c] qui non sum dignus vocari Apostolus, ✠ quoniam persecutus
B sum Ecclesiam Dei. ✠ Gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia eius * in me vacua non fuit, sed abundantiùs illis omnibus laboraui. Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Siue [1] enim ] ego, siue illi, sic prædicauimus, & sic credidistis. Si autem Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis, [d] quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam

a. Quidam Corinthiorum erãt resurrectionem carnis ausi fuerant ex veteris scientiæ præsumptione negare, qui hinc ab apostolo arguuntur. Hiero. ibid.
b. Veram volens ostẽdere mortem, & nõ phantasticam, vt quibusdam videtur hæreticis, addidit secundum scripturas, vt nihil noui actum sit, quod prædictum & præfiguratum non fuerat, sed & quòd verè mortuus, quia sepultura mortis cõfirmatio est. Oecumen. ibid.
c. Quare ergo Apostol⁹ est? Gratia Dei sum id quod sum. Non sum idoneus, sed gratia dei sum id quod sum. & propterea gratia Dei in me vacua non fuit, Augu. de verbo Sermo. 13.
* Quæ profecta est.
1. Igitur.
d. Manifestat vtique nõ omnes esse tales: veruntamen & tales non extrà, sed in eis fuisse testatur, à quibus ne illi seducerentur, & qui non ità sentiebant, paulò post munuit dicens: Nolite seduci. Augu. Epist. 48.

resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorū non est:neque Christus resurrexit. [e] Si autem Christus nō resurrexit,inanis est prædicatio nostra,inanis est & fides vestra. Inuenimur autem & falsi testes Dei: quoniam [2] testimonium diximus aduersus deum,] quòd suscitauerit Christum: quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. Nam si mortui non resurgunt,neque Christus resurrexit. [f] Quòd si Christus [c] non resurrexit, vana est fides vestra. Adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Christo,perierunt. [f] Si in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurtexit à mortuis,primitiæ dormientium: † quoniam quidem per hominem mors,& per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur:ita & in Christo omnes viuificabūtur. Vnusquisque autem in suo ordine, primitiæ Christus:deinde ij qui sunt [3] Christi,qui in aduētum eius crediderunt.] Deinde finis,cum tradiderit regnum Deo & patri, cum euacuauerit omnē principatum & potestatem & virtutē. [g] Oportet autem illum regnare: † donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. [4] Nouissimè] autem inimica destruetur mors. † [f] Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem [d] dicat:omnia subiecta sunt ei,sine dubio pręter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit illi,qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui non resurgunt, vt quid & baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora? † [h] Quotidie morior [5] propter vestram gloriam] fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro. Si secūdum hominē ad bestias pugnaui Ephesi: quid mihi prodest,si mortui non resurgunt? † Manducemus & bibamus,cras enim moriemur. Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti, & nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habent. Ad [6] reuerentiam] vobis loquor. [f] Sed [7] dicit] aliquis: Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore [e] venient? Insipiens, tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Et [8] quid seminas?Non]corpus quod futurum est seminas,sed nudum granum,vt puta tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut vult:& vnicuique seminum proprium corpus. Non omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. Et corpora cœlestia,& corpora terrestria. Sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium. Alia [9] claritas ]solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. [i] Stella enim à stella differt in claritate,sic & resurrectio mortuorum. † Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate,surget in gloria. [f] Seminatur in infirmitate,surget in virtute. Seminatur corpus [f] animale,surget corpus spiritale. Si est corpus, animale est, & spiritale, sicut scriptum est: † Factus est primus homo Adam in animam viuentem: nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Sed non prius quod spiritale est,sed quod animale: deinde quod spiritale. [k] Primus homo de terra terrenus, secundus homo * de cœlo ⟜ cœlestis.] Qualis terrenus,tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis. Hoc autem dico fratres, † quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt: neque corruptio incorruptelam possidebit. Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem [10] resurgemus, sed non omnes]immutabimur. [f] In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba: (Canet [c] enim tuba:) & mortui resurgent incorrupti,& nō immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionē: & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem * mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo,qui scriptus est: † Absorpta est mors in victoria. Vbi est [11] mors] victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est. Virtus verò peccati,lex. † Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles: [l] abundantes in opere domini semper,scientes quòd labor vester non est inanis in domino.

*Non solum*

[e] Quod si Christus nō resurrexit, inanis esset prædicatio nostra, quod est impossibile cum operibus diuinis totiens cōfirmata sit. Secundō inconueniens est, quod fides Corinthiorū esset falsa. Ideo subditur, inanis est fides vestra, quod est impossibile eadem ratione qua & primum. De Lyra. ibid.]

2. Testificati sumus de deo.

[f] Manifestum est quia & in hac præsenti vita & in futura speramus in Christo. Nec enim hic deserit seruos suos: sed dat illis gratiā, & in futuro erūt in gloria æterna. Si autem futuræ vitæ spes nō esset, omnibus hominibus, quod dixit, miserabiliores essemus. Vt quid enim ieiunia, vigiliæ, exitus, munda vita, iustitia, misericordia, mors,si prohis nulla merces erit in futuro? Ambro. ibid.

3. In aduentu eius.

[g] Oportet autē illū regnare. i. regnū eius interim manifestari, donec omnes inimici eum regnare fateātur, quo amplius nō erit manifestius, etsi amplius duret. Ita etiā oculi nostri ad dominum nostrū, donec misereatur nostri. Non vt tūc auertantur, sed vt nihil amplius requirant: Et ita dicendo donec, maiorem excludit manifestationē regni, non ampliorē permanentium. Glos. ordin. ibid.]

4. Nouissima.

[h] Atqui in hac vita nostra posita est, quotidie morior per gloriationem vestram quam habeo in Christo: gloriationē, fœlicitatē & augmētum dicit. Nā cum multa pericula esse ostendisset, ne velut deplorāda illa cōmemorare videretur, nō solūm non doleo, inquit, sed gloriose etiam, ista pro vobis ferēs. Bifariam vero gloriatur, & ꝙ propter ipsos pericletur, & quòd videat pulchrē crescentes. Sed qui moritur in dei studio, voluntate, & ꝙ promptus ad eandem rem sit. Chrysost. ibid.

5. Per nostram gloriationem.

6. Pudorem.

7. Dicet.

8. Quod seminas,non.

9. Gloria & infra.

[i] Quomodo alij pro cōfessione martyrij, alij pro integritate virginali, alij pro cōtinentia viduali, alij pro pudicitia coniugali diuersis honoribus, sine inuidia fulgeant, impij non videbunt. Prosp. de gloria & regno sanctorum, cap. 5.

[k] Legimus planè: Primus homo de terra limus, secundus homo de cœlo: Non tamen ad materiæ differentiam spectat, sed tantum terrenæ retrò substātiæ carnis primi hominis, i. Adę, cœlestem de spiritu substantiā opponit secundi hominis, i. Christi. Et ideo ad spiritum, non ad carnem cœlestem hominem referri vt quos sic comparat, confitear, in hac carne terrena cœlestes fieri, spiritu scilicet. Quòd si secūdum carnem cœlestis Christus, nō comparatentur illi non secūdum carnem cœlestes. Tertul. de carne Christi.

* Ipse dominus.

10. Non dormiemus, sed omnes (vtrāque lectionem apud codices Græcos inueniri dicit Hieron. in epistola ad Minerium.

* Corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, &c.

11. Inferne.

[l] Cum aut delatum à deo sibi munus multiplicat iuuandis, & ad virtutē promouēdis iis quibus benignè facit vel quandocūque maiore studio persequitur opus domini, quàm ea quæ vulgò in studio sunt apud homines. Basil. Regula breuiores interrogat. 190.

*Non ſolum præſentibus, ſed & abſentibus benefaciendum, ac peregrinis, & ſpiritualibus & Dei miniſtris.* XVI.

A DE collectis autem quæ fiunt in [a] ſanctos, ſicut ordinaui Eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite [1] per vnam ſabbati. Vnuſquiſque ] veſtrûm apud ſe [2] ſeponat, ]recordens quod ei bene placuerit: vt non cum venero, tunc collectæ fiant. Cum autem præſens fuero, quos probaueritis per epiſtolas, hos mittam perferre gratiam veſtram in Ieruſalem. [b] Quòd ſi dignum fuerit vt ego eam, mecum ibunt. † Veniam autem ad vos, cum Macedoniã pertranſiero, nam Macedoniam pertranſibo. Apud vos autem forſitan manebo, vel etiam hyemabo: vt
B vos me ducatis quocunque iero. § [c] Nolo enim vos modo in tranſitu videre. Spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos: ſi dominus permiſerit. Permanebo autem Epheſi vſque ad Pentecoſten. Oſtium enim mihi apertum eſt magnum & euidens, & aduerſarij multi. Si autem venerit Timótheus, videte vt [d] ſine timore ſit apud vos. Opus enim domini operatur, ſicut & ego. Ne quis ergo illum ſpernat. Deduc
C cite autem illum in pace, vt veniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus. § De Apollo autem fratre ⁊ vobis notum facio: quoniam ] multum rogaui eum, vt veniret ad vos cum fratribus: & vtique non fuit voluntas eius vt nunc veniret. [e] Veniet autem cum ei [3] vacuum ]fuerit. Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini, [f] omnia veſtra in charitate fiant. Obſecro autem vos fratres, noſtis domum Stéphanæ ⁊ & Fortunati, & Achaici [4] quoniam ſunt primitiæ ] Achaiæ, & in miniſterium ſanctorum ordinauerunt ſeipſos: vt & vos ſubditi ſitis eiuſmodi, & omni cooperanti & la-
D boranti. § Gaudeo autem [5] in præſentia ] Stéphanæ & Fortunati, & Achaici, quoniam id quod [6] vobis deerat ] ipſi ſuppleuerunt. Refecerunt enim & meum ſpiritum & veſtrum. Cognoſcite ergo qui eiuſmodi ſunt. § Salutant vos omnes Eccleſiæ Aſiæ. Salutant vos in domino multum, Aquila & Priſcilla cum domeſtica ſua Eccleſia, ⁊ apud quos & hoſpitor. Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema: [h] maranatha. † Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Charitas mea, cum omnibus vobis in Chriſto Ieſu. Amen.

† 22. q. 2. ca. Animaduertendum eſt.

† 21. q. Guiſlariut. 24. q. 2. Cum ergo. §. Item. vers. In alia.

a. Sancti autẽ pauperes hi erant in Ieruſalem, qui primùm in Chriſtum crediderant de Iudæis, & proiecti à parentibus & cognatis atque affinibus ſuis, tã poſſeſſiones, quàm vniuerſam ſupelectilem ſacerdotibus templi ac populo vaſtante perdiderant. Hier. ſuper Michæã cap. 4.

1. In vna ſabbatorum vnuſquiſque.

2. Reponat.

b. Hoc eſt: Si talis fuerit oblatio veſtra, quæ mea quoque meretur proſecutione deferri. Sedulius ibidem.

[c. Excuſat dilationem ſuæ præſentiæ: primò, quia Corinthij poſſent dicere, non eſt neceſſe quòd tantum differas venire, & quod primò vadas in Macedoniam. Secundò quia oportebat diu manere apud Epheſum, qui eſt in Aſia. S. Thomas ibidem.]

d. Non propterea dicit: Sine timore, ne quis ipſi inſidietur diuitum aut ſapientia confidentium, de quibus citra initia dixit quòd abſtraherent diſcipulos, Timocheus omnia ſuſtinere paratus erat, ſed ne inſidiatores nocerent. Oecume. ibidem.

[e. Veniet cum vacuũ, i. opportunum fuerit, inde conſequenter illos inſtituit qualiter ſe debeant inuicem habere, & primò in communi, vnde dicit. Vigilate in feruore orationis &c. De Lyra ibidem.]

3. Otium.

f. Satis oſtendit etiam ipſas correptiones quas aſperas & amaras ſentiunt qui corripiuntur, cum charitate eſſe faciendas. Aug. de gratia & libe. arb. c. 17.

4. Iſtæ primitiæ.

5. De aduentu.

6. Mihi deerat veſtri.

[g. More recepto claudit Epiſtolam: Sed & hic obſetua Apoſtoli humilitatem aliorum ſalutationem ſuæ præmittentis. Salutat & ipſe, ibi. Salutatio mea manu Pauli. Manum propriam obſetua & doctoris, aut ſcribẽdi officia exonera, aut illis collegã à manu ſocia. Charitas mea cũ omnibus vobis: Amen. Lutich. ibidem.]

h. Hoc eſt, dominus noſter venit ad Corinthios prior miſſa fuit à Philippis per Stephanam & Fortunatum, Achaicum, & Timotheum.

## INCIPIT PROLOGVS IN SECVNDAM Epiſtolam ad Corinthios.

*POſt actam à Corinthiis pœnitentiam, conſolatoriam ſcribit eis epiſtolam Apoſtolus à Troade per Titum: & collaudans eos, hortatur ad meliora: contriſtatos quidem eos, ſed emendatos oſtendans.*

# Incipit epiſtola ad Corinthios ſecunda.

*Deus ſuorum miniſtrorum conſolator & liberator, in aliorum ſalutem & commodum moram vertit eorum.* Caput I.

A PAulus Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, & Timótheus frater: Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, cum omnibus ſanctis qui ſunt in vniuerſa Achaia. Gratia vobis & pax à deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto. † [b] Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, [c] pater miſericordiarum, & deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt, [1] per exhortationem qua exhortamur ]& ipſi à deo: quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſola-
B tio noſtra. § Siue autem tribulamur, pro veſtra [2] exhortatione ] & ſalute: ſiue con-

† Epheſ. 1. & 1. Petri. 1.

a. Primum nomen ſuum ponit ex auctoritate Apoſtolici ordinis: quia minoribus ſcripſit, vt etiam ſeculi iudices ſolent ad eos quos regunt ſcribere. Hier. ibidem.

b. Benedictus qui propter nimiam charitatem ſuam, quã dilexit nos, filium ſuum dilectum, in quo ei bene complacuit, miſit, per quem reconciliati pacem habeamus ad eum, & idem ſit nobis reconciliationis huius & mediator & obſes. Bernardus in natali domini, Serm. 5.

c. A quo eſt omnis miſericordia. Multas autẽ dicit miſericordias, quia multæ ſunt humanæ miſeriæ. Sedulius ibidem.

1. Per conſolationem qua conſolamur.

2. Conſolatione.

solamur,pro vestra cõsolatione & salute:﴾ [d]siue exhortamur,pro vestra exhortatione & salute,] quæ operatur tolerantiam earundem passionum quas & nos patimur: vt spes nostra firma sit pro vobis:scientes quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. [e]Non enim volumus ignorare vos fratres, de tribulatione nostra quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra[3] virtutem,]ita vt [4]tæderet nos etiam viuere.] Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis,sed in deo,qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit &[5]eruit,]in quem speramus, quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex[6] multarum personis facierum, eius quæ in nobis est donationis] per multos gratiæ agantur pro nobis.[§ † f] Nam gloria nostra hæc est c
testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate﴾ cordis] & synceritate Dei, & non in sapientia carnali,sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo:abundãtius autem[7] ad vos.] Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ[8] legistis & cognouistis.] Spero autem quòd vsque in finem cognoscetis: sicut & cognouistis nos ex parte, quia gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die domini nostri Iesu Christi. [g]Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secundam gratiam haberitis: & per vos [9]transirem] in Macedoniam, & iterum à Macedonia venirem ad vos, & à vobis deduci in Iudæam. Cum ergo hoc voluissem, nunquid leuitate vsus sum? [§] Aut quæ d
cogito, secundum carnem cogito, [h] vt sit apud me, est & non? Fidelis autem deus, quia sermo noster qui fuit apud vos,non est in illo,est & non,sed est in illo est. Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me & Syluanum & Timótheum, non fuit in illo est & non: sed est in illo fuit. Quotquot enim promissiones dei sunt, in illo est: Ideo & per ipsum dicimus amen, deo ad gloriam nostram. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos deus: & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem deum inuoco in animam meam,quòd parcens vobis, [10] non veni vltrà] Corinthum, non quia dominamur [11]fidei vestræ,]sed adiutores sumus gaudij vestri.Nam fide statis.

[d.Siue exhortamur à Deo per internam reuelationem,pro vestra exhortatione, & salute, ex hoc enim magis vos instruimus & ad opera salutis instruimus & inducimus. De Lyra ibid.]
e. Desperauimus, nec nos victuros esse sperabamus, sed apud nosipsos existimauimus quod omnino moreremur. Nam hoc significat, ipsi in nobisipsis responsum mortis acceperamus: id nobis periculà respondebãt: quòd omnino moreremur. Oecumenius ibidem.
3. Vires.
4. Desperaremus etiam de vita.
5. Eripit.
6. Multis personis pro beneficio in vos collato.
f. Est ergo testimoniũ conscientiæ in quo gloriatur Apostolus non quod prohibeat conscientiã, sed quod loquitur spiritus veritatis in ipsa, testimoniũ perhibens spiritui nostro quòd filij dei sumus. Est enim testimoniũ conscientiæ non perhibẽtis, sed percipientis. Bernardus in festo omniũ sanctorum,serm.2.
7. Erga vos.
8. Legitis & cognoscitis.
[g. Quia vita munda vel emendata quorũdam erat, voluit videre quos ante indignum erat videre. Glosa ordinaria.]
9. Transire.
h. Quantum ad idoneos prædicatores pertinet, hoc debet esse vt sic apud illos est est, non nõ, vt non aliud faciãt quàm sciũt vtile. Quia enim frequenter volumus aliud quàm sit vtile, ne voluntas vincat vtilitatẽ: ideo Apostolus voluntati suæ vtilitatẽ præposuit, ne iret ad illos. In Christo enim Iesu non fuit est & nõ, sed est in illo fuit:quia numquam aliud voluit quam quod est vtile. Semper enim voluntas eius cũ vtilitate est: nec immutatus est vt faceret inutile,sicut homo quod est vtile, aut vt ambigeret de aliquibus, & mutatet voluntatem. Ambr. ibidem.
10. Nondum veni.
11. Vobis nomine fidei.

*Dilatio visitationis Corinthiorum à Paulo partim in eorum cedit commodum,partim in aliorum vtilitatem.* 11.

[a]Si enim ego contristo vos, & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis: vt non cum venero, tristitiam ﴾super tristitiam] habeam, de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus vobis: quia meum gaudium, omnium vestrum est. [b] Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: non vt contristemini, sed vt sciatis quam charitatem habeam abundantius in vobis. [§] Si quis B
autem contristauit me, non me contristauit: sed ex parte, vt non onerem omnes vos. Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio hæc quæ fit à pluribus: ita vt econtrario magis [1]donetis & consolemini, ne fortè] abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos vt confirmetis in illum charitatem. Ideo enim & scripsi vobis, vt cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis. † Cui autem aliquid donastis, & ego. [§] Nam & ego quod donaui, si- c
quid donaui, propter vos in persona Christi, vt non circunueniamur à Sathana. Non enim ignoramus cogitationes eius. [c] Cum venissem autem Troadem propter Euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset [2]in domino:] non habui requiem spiritui meo, eo quòd non inuenerim Titum fratrem meum: sed valefaciens eis profectus sum in Macedoniam. [§] Deo autem gratias, qui semper triumD
phat* nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: ‡[d]quia Christi bonus odor sumus deo,in iis qui salui fiunt,& in iis qui pereũt. Aliis quidem odor mortis in mortem,aliis autẽ odor vitæ in vitã. Et ad hæc quis tam idoneus?

[a.Nolui ad vos venire, ne amplius vos contristarẽ,increpans, indignãs,auersans:deinde quoniam & hoc ipsum erat vehementius, & illorum continebat accusationẽ,si sic res habebant, vt Paulus si venisset contristandus esset, correctione vsus ait: Nam si ego contristo vos, quis est qui me lætificet? nisi is qui contristatur ex me? Chrysostо. ibidem.
[b. Angustia verò propriè est in mente,ex qua redundat tribulatio carnis in corpore,&vtrumque contigerat Apostolo ex Corinthiorũ peccato, inde subdit: Scripsi vobis reuocans vos ad pœnitentiam. De Lyra ibid.]
1. Donare debeatis & consolari quomodo fiat,vt.

c. Narrat Corinthiis quæ fecerit, quæ passus sit, & quomodo in cunctis deo agat gratias, vt suis exemplo sui illos prouocet ad certandum. Hiero. ad Hedibiam.q.11.
2. Per dominum.
* Per.
d. Hoc est: Christo accepti sumus. At quomodo Christi bonũ odor quis efficitur videam?. Peccatum res est fœtida: denique peccatores porcis comparãtur,qui in peccatis velut in stercore fœtido volutantur. Si quis ergo vestrum est, in quo odor peccati iam nullus est, sed odor iustitiæ, suauitas misericordiæ Christi bonus odor est. Origenes super Genesim hom.11.

Non

Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex synceritate sicut ex deo, coram deo [3] in Christo ]loquimur.

3. Per Christum.

*Non eget commendatione Paulus, qui cæteros Dei commendat ministros, quos deus sub sse gloriæ ex officij dignitate & cognitionis excellentia consequendæ fecit idoneos. III.*

A [N]Eipiemus iterum nosipsos commendare? [a] Aut nunquid egemus (sicut quidam) commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris: quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus, manifestati quoniam epistola estis Christi ministrata à nobis, [b] & scripta: non atramento, sed spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis
B cordis [1] carnalibus. ] Fiduciam autem talem habemus per Christum ad deum, [c] non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed [2] sufficientia nostra ] ex deo est: [†] qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, [3] non litera, sed spiritu. ] [d] Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Quòd si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est, mul-
C to magis abundat [4] ministerium ] iustitiæ in gloria. [e] Nam nec glorificatum est quod [5] claruit ] in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur, [6] per gloriam ] est: multo magis quod manet, in gloria est. Habentes igitur talem spem, multa [7] fiducia vtimur, ] † Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent filij Israel in faciem eius, quod euacuatur: sed [8] obtusi ] sunt sen-
D sus eorum. [f] Vsque in hodiernum enim diem, idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum (quoniam in Christo euacuatur) sed vsque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Cum autem [9] conuersi fuerint ] ad deum, auferetur velamen. † Dominus autem spiritus est. † Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Nos verò omnes reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem trasformamur [10] à claritate in claritatem, ]tanquam à domini spiritu.

a. Vtrũ nobis opus est aut à vobis ad alios, aut ab aliis ad vos cõmẽdatitiis epistolis, siue quæ nos proponant, & exhibeãt? Per hoc autem pseudoapostolas designat. Oecumenius ibidem.
[b. Quo loco videtur mihi apostolus transfiguraſſe in se hominem sub lege positum, cuius verbis ex persona sua loquitur. Aug. ad Simplic. lib. 1. q. 1]
1. Carneis.
c. Ex quo intelligimus non nostræ solum esse potestatis facere quod velimus, sed etiã dei clementiæ si nostram adiuuet voluntatem. Hiero. aduersus Pelagianos, lib. 2.
2. Si ad aliquid sumus idonei, hoc.
3. Non literæ, sed spiritus.
[d. Apostolus hic loquitur de litera legis. Neque legis litera, nisi quando spiritu vacua est, occidit. Euangelij etiam litera, est vita. Euangelium enim spiritus est administratio, non literæ. Lorichius ibidem.]
4. Ministratio.
e. In comparatione euangelicæ gloriæ vmbratur gloria legis, sicut orto sole obtunditur lunæ lumen, cum tamẽ suo tempore magnum habeat fulgorem. Sedulius ibidem.
5. Glorificatum est.
6. In gloria.
7. Vramur libertate.
8. Obcæcati.
f. Hoc ipsum nõ possunt intelligere quòd cessauit lex, eo q̃ non credunt Christo. Nam si p̃ Christum cessauit, sicut re vera cessauit, & ipsa lex hoc occupãs prædixit, qui fieri potest vt qui Christũ non recipiunt, per quẽ lex antiquata est, eam videant legem antiquatam? Hoc autem cum videre non sustineant, perspicuum est eos etiam ipsius legis hæc dicentis vim & vniuersam gloriam ignorare. Chrys. ibidem.
9. Conuersus fuerit.
10. A gloria in gloriam.

*Euangelici ministerij vsus non solum mala vitare, sed & bona agere docet, ac ad malorum tolerantiam cum certa gloriæ expectatione mentem erigit. IIII.*

A [I]Deo habentes hanc administrationem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non [1] deficimus, sed abdicamus ] occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, [a] neque [2] adulterantes ] verbum Dei, sed ⟨— in] manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo. [b] Quòd si etiam opertum est Euangelium nostrum, in iis qui pereunt, est opertum: in quibus deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat * illuminatio Euangelij gloriæ Christi, qui est imago inuisibilis
B dei. [c] Non enim nosmetipsos prædicamus: sed Iesum Christum dominum nostrum. Nos autem seruos vestros [3] per ] Iesum: quoniam deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis dei, in facie Iesu Christi. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis dei, & non ex nobis. [c] In omnibus tribulationem patimur, sed non an-
C gustiamur: aporiamur, sed non destituimur: [d] persecutionem patimur, sed non derelinquimur: humiliamur, sed non confundimur: deiicimur, sed non perimus: semper mortificationem * Iesu in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autẽ in vobis. Habentes autem eũdem spiritum fidei sicut scriptum est: † Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur, scientes quoniam qui suscitauit * Iesum, & nos [4] cum Iesu ]suscitabit, & constituet vobiscũ,

1. Negligimus, sed occultauimꝰ
2. Tales presbyteros nutrit ecclesia, de quibus propheta ait, Dabo principes tuos in pace & episcopos tuos in iustitia. Isaiæ 60. Irenæus lib. 4. cap. 44.
2. Dolosẽ tradentes.
[b. Exeludit obiectionem quæ fieri posset contra dicta. Dixit enim se docere in manifestatione veritatis, posset aliquis obiicere in contrarium, eõ quòd multi contradicebant sibi, & sic non erat in dictis eius veritas manifestata. Ad hoc respondet Apostolus quòd hoc non prouenichat ex parte suæ prædicationis, sed ex malitia contradicentium, qui impediebant eos cognoscere veritatem. Sap. 1. in maliuolã animam nõ introibit sapientia &c. De Lyra.]
* In illis.
3. Propter.
c. Quod enim ad humanã prudentiã attinet, in omnibus tribulationem patimur, inquit, q̃ verò ad fiduciam in deum, sed non angustiamur. Item quòd spectat ad fortitudinem humanam: Aporiamur, inquit, id est, summis circunuenimur difficultatibus. Quòd verò ad fiduciam in deum, non destituimur penitus. Basilius interrogationc 270. Regulæ breuiores.
* Domini.

* Dominum.
4. Per Iesum.

Universidad de Deusto Biblioteca

§ c Omnia enim propter vos, vt gratia abundans, per multos in gratiarum actione abundet in gloriam dei. Propter quod non deficimus: sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim [5] quod in præsenti est momentaneum & leue,] tribulationis nostræ, supra modum [6] in sublimitate] æternum gloriæ pondus [7] operatur in] nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem nō videntur, æterna sunt.

5. A munere suo deus nullum voluit esse alienum. Et quia nō omnes capiunt verbū fidei, Apostol⁹ dei voluntatē sciēs, persecutiones & pericula pati non timuit, dummodo omnibus fidelib⁹ prædicaret, vt plures possent credere. Ambr. ibidem.
5. Momentaneū leuitas, vel quod transitoriè est leue.
6. Excellenter.
7. Parit.

*Ministerij euangelici præmium cum desiderio placendi deo, proficiendi proximo, & carnalem à se affectum abdicando præparandum est.* V.

[a] Scimus enim: quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis [4] dissoluatur, quòd ædificationem ex deo habemus, domum non manufactam, & sed] æternam in cœlis. [b] Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cœlo est † superindui cupientes: si tamen vesti- † ti, & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, [1] ingemiscimus] grauati: eò quòd nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est, à vita. [c] Qui autem efficit nos in hoc ipsum, deus, qui dedit nobis pignus spiritus. [2] § Audentes igitur semper & scientes, quoniam dum ]sumus in hoc corpore, per- [3] egrinamur à domino: (per fidem enim ambulamus, & non per speciem:) [3] audemus] autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad dominum, & ideo contendimus, siue absentes, siue præsentes, placere illi. † Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisque propria [4] corporis, prout] gessit, siue bonum siue malum. [d] Scientes ergo timorem domini, hominibus suademus: deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientiis vestris manifestos nos esse. § Non iterum commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis: vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde. Siue enim [5] mente excedimus, deo: siue sobrij sumus, vobis. ] Charitas enim Christi vrget nos æstimantes hoc, † [c] quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus: vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaque nos, ex hoc *neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum: sed nunc iam non nouimus. § Si [6] qua ] ergo in Christo noua creatura est: † ve- [d] tera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. [7] Omnia autem ex deo, qui nos reconciliauit sibi per * Christum, & dedit nobis ministerium recōciliationis. Quoniam quidem deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, nec reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur tanquam deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. † Eum enim qui non nouerat peccatum, pro nobis [8] peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei [7] in ipso.]

2. Non simpliciter dicit: Scio, sed scimus: nec enim simpliciter tabernaculum corpus vocauit: sed indicat nobis vitā hanc nostram tēporalem, & declarat quomodo sit mutanda in meliorem. Chrysost. de resurrect. hom. 1.
[b. Ingemiscimus ex dilatione desyderij, quod non faceremus, nisi certè in cuius rei figura, Axa filia Caleb, petiit irriguum superius, & irriguum inferius, vt nos lachrymas effundamus, non solum pro præsentis incolatus miseria, sed pro dilatione supernæ gloriæ. Glosa ordinar. ibidem.]
1. Gemimus.
c. Ostēdit autem hoc modo nō recentem esse de hoc opinionē, sed nos ad immortalitatē quidem creatos esse. Porrò quoniā diabolo inuidia mors in orbem ingressa est, rursum alteram nobis vitā deus inuenit ad immortalitatem Occum. ibidem.
2. Itaque bono animo sumus semper, & scimus q̄ cum domi.
3. Confidimus.
4. Quæ per corpus fiunt, & quæ. Id. Præparatio secunda ad præmium, quæ est sollicitudo de salute proximorū. Vnde dicit: Scientes ergo timorem Domini, id est, quod valde timendus est dominus, qui omnes est iudicaturus. De Lyra.
5. Insanimus, deo insanimus: siue sani sumus, vobis sani sum⁹.
6. Hoc est, nullum omnino habens peccatū, vt qui per remissionem peccatorum viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro omnibus mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Augustin. de ciuitate dei lib. 20. cap. 6.
* Nunc.
6 Quis.
[f. Cōmemorat autem duplex beneficium per Christum collatum. Vnum commune, aliud speciale. Commune quidem toti mundo scilicet reconciliationis ad deum, secundum quod dicit: Qui scilicet deus pater reconciliauit, i. pacificauit nos sibi, & hoc per Christū incarnatum. S. Thomas ibidem.]
* Iesum.
§. Quasi peccatorem condemnari permisit, & quasi maledictum moti. Chrysost. ibidem.
7. Per ipsum.

*Dei ministri sese ad cæteros exteriori conuersatione exhibeant, ad deum autem interiori deuotione, & ad seipsos malorum vitatione.* VI.

[1] Diuuantes autem exhortamur, ] ne in vacuum gratiam Dei reci- [A] piatis. (Ait enim: † Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. [a] Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.) † Nemini dantes vllam offensionem, † vt non vituperetur ministerium nostrum. † Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, § in castitate, in scientia, in longa- [B] nimitate, in suauitate, [b] in spiritu sancto. In charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei. † Per arma iustitiæ, à dextris & à sinistris. Per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam. Vt seductores, & veraces: sicut qui ignoti & cogniti.

1. Cooperantes autem obsecramus.
a. Neque enim in vno quolibet sex dierum cœlum factū est vel syderibus illustratum, & terra est separata ab aquis, atque arboribus ac herbis consita: sed more sibi solito diem pro tempore posuit: vt hic Apost. Ecce nunc tempus acceptabile, &c. Nō vnum specialiter diem, sed totū significat tempus hoc, quo in præsenti vita pro æterna salute laboramus. Rabanus super 2. cap. Geneseos.
b. Vide quomodo omnia faciētem, ordinantem, & viuificantē in medio bonorum, sicut cor in medio corporis, constituit spiritum sanctum. Bernar. de vita solitaria.

Quasi

c [c]Quasi morientes & ecce viuimus,vt castigati & non mortificati.[f]Quasi tristes,semper autem gaudentes:sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes & omnia possidentes. Os nostrum patet ad vos ô Corintij, [d]cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in viscera vestris. Eandem autem habentes remunerationem (tanquam filiis dico) dilatemini & vos.

†Exod.23.c Gal.5.a Ad.25.a †De pœn.dist.1. D c.Reuiscatur. Dist.2.c.Si enim. †1.Cor.3.c 6.d †Leui.26.c Ezec.38.a †Ia.52.a Ier.31.a

†[2]Nolite iugum ducere]cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate?aut quæ societas luci ad tenebras?†[g]Quæ autem[3]cõuentio]Christi ad Belial?Aut quæ pars fideli cum infideli? Quis autem consensus templo dei cum idolis? Vos enim estis templum dei viui,sicut dicit Deus,[†]quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo[e]inter eos,]& ero illorum deus:& ipsi erunt mihi populus.†[f]Propter quod exite de medio eorum,& separamini, dicit dominus: & immundum ne tetigeritis,[†] & ego recipiam vos,& ero vobis in patrem:& vos eritis mihi in filios & filias,dicit dominus omnipotens.

[c. Hic ponit consequenter ea quæ pertinent ad concupiscentiam carnis. Et sunt tria,primũ est vita quæ maximè concupiscitur,vnde dicit. Quasi morientes,periculis mortis expositi: Et ecce viuim⁹ deo per fidẽ,& gratiam iustificati. Secundum est inconuinitas vitæ,vnde dicit: vt castigati,& nõ mortificati. Tertium quod concupiscitur à vita præsenti est iocunditas. Vnde dicit. Quasi tristes,semper autẽ gaudentes. De Lyra ibidem.]

d. Vnde dilatatũ est cor,nisi per charitatẽ spiritalem? Iuxta Psal. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Augustin.in dialogo ad Orosium cap.25.

2. Ne sitis eodem iugo iuncti.

3. Consensus.

e. Cũ vbique deus sit, temen in illis propriè habitare se dicit, qui eius gratiã perfruuntur. Sedulius ibidem.

[f. Vtitur hic verbis Isaiæ quasi suis. Hoc ad litteram dictũ est de Iudæis habitantibus in Babylone, ne communicarent Babylonijs, inter quos habitabãt: quod ad nos Apostolus spiritualiter refert. Glosa ordin.ibid.]

a. Inquinamentũ carnis forsasse illud sit:si quis se commiscear cũ iis, qui res à lege vetitas ipsi faciunt: spiritus verò inquinamentũ, si quis aduersus hos qui res huiusmodi vel sentiunt vel faciũt: perinde ac si nihil referret,ita se gerunt. Basil.regul.breui.interrog.53.

★ Vobis.

[b. Multam mihi dedistis fiduciam loquendi quia in omnib⁹ obedistis,siue quia multum me à vobis diligi,nõ ignoro. Hier. ibidem.]

c. Profectò non tantum inimicorũ insidias formidabat Paulus,quàm domesticas,& quæ intra ecclesiam contingebant ruinas,& transgressiones. Chryso. de resurrect.homil.1.

1. In omnibus tribulatio.

[d. Dixerat Apostolus se fuisse consolatum, hic ponit consolationis materiam. Materia tuæ cõsolationis est duplex.Vna aduentus Titi ad ipsum, qui erat illi gratissimus. Et hanc tangit dicens: sed qui consolatur humiles,i.afflictus. Alia fuit vera pœnitentia Corinthiorum, quã sibi retulerat Titus. De Lyr. ibidem.]

2. Vel,vestrum zelum.

3. Tametsi pœnituerat. Video namque.

e. Quare autem mortem operatur? Quia solet nimia tristitia aut ad dubitationem, aut periculosam perducere ad blasphemiam. Augustin.de consolat.mortuo.lib.1.cap.5.

f Ecce,inquit, quod vos secundum deum contristati fuistis quãtam genuit solicitudinem? Non solũ enim ad id venistis, vt vos omnino pœniteret fuisse contristatos,sed magis solicitos reddidit. Oecumenius ibidem.

4. Læsus.

5. Ex consolatione vestra.

★ Autem.

g. Quasi de vtróque,i.de correctione vestra,& de gaudio Titi. Sed magis abundantius de gaudio Titi sum⁹ gauisi:quia gaudebat non solum de correctis, sed etiã de aliis quos sperabat corrigendos. Glosa ordinaria.]

6. Non me pudet.

h. Animũ & affectum Titi dicit esse in eis,quia vidit profectũ illorũ. Sãcti enim animus in omni bono est. Ambr.ibidem.

a. Ad collectas & eleemosynas exẽplo Macedonũ prouocat: vt nõ putẽt sibi graue & pauperiores videat iam fecisse. Hier.ibi.

1. Profunda.

b. Multũ quidẽ pauperes sunt in terrena facultate: sed in magna simplicitate sunt diuites,cupiẽtes plus dare quam & habeant: ac propterea deus magis probat animũ,quàm & porrigitur dextera. Qui enim quantũ potest facit,totum facit: quoniã prouitibus verbis præposteris hoc dixit. Sedul.ibid.

*Triſtitia ſecundum deum ſecum habet conſolationem,quam Corinthij pro ſuis in cæteros ſenſerunt beneficiis.* VII.

A HAs ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni [a]inquinamento carnis & spiritus,perficientes sanctificationem in timore dei. Capite nos. Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circunuenimus.Non ad condemnationem vestrã dico. Prædiximus enim*quòd in cordibus nostris estis ad commoriendum & ad conuiuendum.[b] Multa mihi fiducia est apud vos:multa mihi gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione: superabundo gaudio in omni tribulatione vestra.[c]Nam & cum venissemus in Macedoniã, nullam requiam habuit caro nostra,sed[1]omnem tribulationem passi]sumus: foris pu-
B gnæ,intus timores.[d] Sed qui consolatur humiles,consolatus est nos deus in aduentu Titi.Non solũ autẽ in aduentu eius, sed etiã in consolatione qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum,[2] vestram æmulationem] pro me,ita vt magis gauderem. Quoniam etsi contristaui vos in epistola,non me pœnitet.[3] Etsi pœniteret,videns]quòd epistola illa(etsi ad horam)vos contristauit: nunc gaudeo,non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contri-
C stati enim estis secundum deum,vt in illo detrimentum patiamini ex nobis.[e]† Quæ enim secundum deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur, seculi autem tristitia mortem operatur.†[f] Ecce enim hoc ipsum secundum deum contristari vos, quantam in vobis operatur solicitudinem, sed defensionem, sed indignationem,sed timorem,sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio. Igitur etsi scripsi vobis,nõ propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui [4]passus] est: sed ad manifestandam solicitu-
D dinem nostram, quam habemus pro vobis coram deo.[g] Ideo consolati sumus.[5] In consolatione autem nostra,][g] abundantius* magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus eius ab omnibus vobis. Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum,[6]non sum confusus:] sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra quæ fuit ad Titum, veritas facta est.[h] Et viscera eius abundantius in vobis sunt, reminiscentis omnium vestrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepistis illum.Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis,

*Eleemoſynæ ſunt pauperibus & præcipuè euangelicis miniſtris erogandæ,qui maximè in euangelio laborauerunt.* VIII.

A' NOtam[a] autem facimus vobis fratres gratiam Dei quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ, [&] quòd in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorum fuit, & [1]altissima] paupertas eorum abundauit in[b] diuitias simplicitatis eorum. Quia secundum virtutem (testi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



monium illis reddo) & ſuppra [2] virtutem ] voluntarij fuerunt, cum multa [3] exhortatione] obſecrantes nos, * gratiam & communicationem miniſterij quod fit in ſanctos. [c] Et non ſicut ſperauimus, ſed ſemetipſos dederunt, primùm domino, deinde nobis per voluntatem Dei, ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodum cœpit, ita perficiat in vobis etiam gratiam iſtam. [4] Sed ſicut in omnibus abundatis fide & ſermone & ſcientia, & omni ſolicitudine, [4] inſuper & charitate veſtra in nos: * vt & in hac gratia abundetis. [d] Non ſ— quaſi ] imperans dico, ſed per aliorum ſolicitudinem, etiam veſtræ charitatis [5] ingenium bonum ] comprobans. Scitis enim gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, [e] quoniam propter vos egenus factus eſt, † cum eſſet diues: vt illius inopia, vos diuites eſſetis. Et conſilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile eſt, qui non ſolùm facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno [6] priore.] Nunc verò [7] & facto] perficite: vt quemadmodum promptus eſt animus voluntatis, ita ſit & perficiendi ex eo quod [8] habetis.] [f] Si enim * voluntas prompta eſt ſecundum id quod habet, accepta eſt non ſecundum id quod non habet. † [g] Non enim vt aliis ſit remiſſio, vobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate in præſenti tempore, veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt: [18] Qui multum ſ— habuit, ] non abundauit: & qui modicum, non minorauit. [9] Gratias autem ago] deo, qui dedit eandem ſolicitudinem pro vobis [h] in corde Titi, quoniam exhortationem quidem ſuſcepit: ſed cum ſolicitior eſſet [10] ſua volũtate] profectus eſt ad vos. [i] Miſimus etiam cum illo [k] fratrem ſ— noſtrum, ] cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias. [g] Non ſolum autem, ſed & ordinatus eſt ab Eccleſiis comes peregrinationis noſtræ, [11] in hanc gratiam] quæ miniſtratur à nobis ad domini gloriam, & [12] deſtinatam voluntatem noſtram:] deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine quæ miniſtratur à nobis in domini gloriam. † Prouidemus enim bona, non ſolum coram Deo: ſed etiam coram hominibus. [l] Miſimus autẽ cum illis & fratrem noſtrum, quem probauimus in multis ſæpe [13] ſolicitum ] eſſe: nunc autem multò ſolicitiorem, confidentia multa in vos ſiue pro Tito qui eſt ſocius meus, & in vobis adiutor, ſiue * fratres noſtri Apoſtoli Eccleſiarum [14] gloriæ ] Chriſti. Oſtenſionem ergo ſ— quæ eſt ] charitatis veſtræ & noſtræ gloriæ pro vobis, in illos oſtendite in facie Eccleſiarum. Nam de [15] miniſterio quod ] fit in ſanctos: [16] ex abundanti ] eſt mihi ſcribere vobis.

1. Vires.
2. Obteſtationes.
* Vt ſuſciperemus.
[c. Amplius quàm ſperabamus fecerunt, non contenti ſua dare, ſed ſeipſos primo Domino tradiderũt: deinde nobis, hoc eſt, Deus videt voluntatem eorum, nos effectum. Hier. ibidem.]
4. Et ea quæ ex vobis erga nos eſt dilectione.
* Facite.
[d. Vel non ſolum rogaui Titũ, ſed ego ipſe dico imperans, vt abundetis. Quaſi imperãs, i. quaſi pœnitentiã iniungendo: quia ſic quaſi ex voto tenerẽtur. Gloſa ord. ibidem.]
5. Ingenuitatem.
e. Cuius inopia ditat, ſanat ſim, beta, fames ſatiat, mors viuificat, ſepultura reſuſcitat. Hic ergo diues eſt theſaurus, huius pinguis panis: quem qui manducauerit, eſurire non poterit. Amb. de Benedict. patriarch. cap. 9.
6. Superiore.
7. Et quod facere cœpiſtis.
8. Poteſtis.
[f. Circa prædicta remouet duplicem exceſſationẽ: prima eſt: quia poſſet aliquis dicere, quod non poſſet dare miſericordiam, & ſic nullius aut modici meriti eſſet apud Deũ. De Lyra. ibid.]
* Prius.
g. Hoc intelligendum in collectione mannæ.
9. Gratia autem deo.
h. Gratia quidem exhortationis & voluntate propria feſtinauit, vt mercedem haberet non inuitus, quaſi ſit ei credita diſpenſatio. Hier. ibid.
10. Sua ſponte.
i. Creditur fuiſſe Lucas euangeliſta.
[k. Miſimus cum Tito fratrem noſtrũ Apollo, quem probauimus ſæpe eſſe ſollicitum, de ſalute veſtra, nunc autem multo ſollicitiorem. S. Thomas ibid.]
11. Cum hac gratia.
12. Animi veſtri promptitudinem.
l. Per Titi autem relationem referentis bonam voluntatem Corinthiorum & exterorũ miſſorum, quos Apoſtolor eccleſiarũ gloriæ Chriſti appellat, ſolicitiorem ſe factum oſtendit videndi illos, & exhortãdi ad miniſterium ſanctorum. Fiduciam enim accepit audiens meliores eſſe factos Corinthios. Ambro. ibidem.
13. Diligentem.
* Aliorum qui ſunt.
14. Gloria.
15. Miniſtratione quæ.
16. Superfluum.

[9] Eleemoſynæ promptè, abundanter & hilariter conferantur, vt ex his merces dantibus multiplicetur.

IX.

SCio enim promptum animum veſtrum, pro quo de vobis glorior apud Macedones, quoniam & [a] Achaia parata eſt ab anno præterito, & veſtra æmulatio prouocauit plurimos. Miſimus autem fratres: vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt (quemadmodum dixi) parati ſitis, [1] ne cum ] venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubeſcamus nos, vt non dicamus vos in hac ſubſtantia. [g] [b] * Neceſſariũ ergo exiſtimaui rogare fratres, vt præueniãt ad vos, & præparent repromiſſam benedictionem, * hanc paratã eſſe: ſic quaſi benedictionẽ, non quaſi auaritiam. Hoc autem dico: † [c] Qui parcè ſeminat, parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, [2] de ] benedictionibus & metet. Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſ— ſuo: ] non ex triſtitia aut ex neceſſitate. † Hilarem enim datorem diligit deus. Potens eſt autem deus omnem gratiã abundare facere in vobis: vt in omnibus ſ— ſemper ] omnem ſufficiẽtiam habentes, abundetis in omne opus bonum, ſicut ſcriptum eſt: † [g] Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panẽ ad manducãdum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ: [3] vt in omnibus locupletati, abundetis ] in omnem ſimplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem deo. [g] Quoniam [4] miniſterium huius officij ] nõ ſolum ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed etiam abundat [5] per multas gratiarũ actiones in domino, ]

a. Achaia Græciæ regio in qua Sycioniorum regnũ ceperit anno 74. vitæ Nachor, vt refert Euſeb. Cæſarien. in quo primus regnauit Aegialeus. Vnde regio dicta eſt Aegialea, deinde Danaa, & tandem Achaia, cuius caput eſt Corinthus.
1. Ne quo pacto fiat, vt ſi.
b. Hoc ergo agit cum his, vt in promiſſione ſua fideles ſint, & ſe ideo cõmouere propter exiſtimationem illorum non cõmnuenire, ſed vt tantum offerant, quantum non pœniteat. Ambr. ibidem.
* Glorationis.
* Veſtram.
c. Contra Iouinianum etiã hic locus facit, vbi meritorum gradus eſſe monſtrantur. Et qui ſeminat in benedictionib⁹, de benedictionibus & metet. E contrario ergo in maledictione ſeminãs, i. male, & metet ſicut ſcriptum eſt. Eccle. 7. a Non ſeminet mala in ſulcis iniuriæ, & nõ metet ea ſeptuplum. Hiero. ibidem.
2. In.
3. Qui in omnibus locupletati eſſit.
4. Miniſtratio huius miniſterij.
5. Per hoc quòd multi gratias agunt deo.

domino,][d] per probationem ministerij huius, glorificantes deum in obedientia confessionis vestræ in Euangelio Christi, & simplicitate cõmunicationis vestræ in illos, & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. Gratias ago deo super inenarrabili dono eius.

[d. Per hoc ministerium esse probamini Christiani, magnificantes deum per operum confessionem sicut econtrario alij factis negare dicuntur. Aliter: perfectè docetis, & ostenditis diuinum esse in quo deum per obedientiam magnificatis. Hier. ibidem.]

*Nemo iuxta corporis imbecillitatem iudicandus est, quantumuis à malis accusatus & vituperatus.* X.

A IPse autem ego Paulus obsecro vos per [a] mansuetudinem & [1] modestiam] Christi, qui [2] in facie] quidem humilis sum inter vos, absens autem confido [3] in vobis.] [b] Rogo autem vos, ne præsens audeam per eam cõfidentiam qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. [c] Nam arma militiæ nostræ non carnalia: sed potentia deo ad destructionem
B munitionum, [4] consilia] destruentes, ♱ & omnem altitudinem extollentem se aduersus [5] scientiam] dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, ♱ [d] & in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. Quæ secundum faciem sunt [6] videte. Si quis confidit sibi, Christi se esse: hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos. Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis dominus in æ-
c dificationem, & non in destructionem vestram, non erubescam. ♱ [7] Vt autem non] existimet tanquam terrere vos per epistolas: (quoniã quidem epistolæ) inquiunt (graues sunt & fortes, præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis,) hoc [8] cogitet] qui eiusmodi est, [e] quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto. non enim audemus inserere aut comparare nos quibusdam qui seipsos commendant: sed ipsi [9] in nobis nometipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis.] [f] Nos autem non in immensum gloriabimur: ♱ sed secundum mensuram regulæ, qua [10] mensus] est nobis deus, mensuram pertingendi vsque ad vos.
D ♱ [g] Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos. Vsque ad vos enim peruénimus in Euangelio Christi: non in immensum glorientes in alienis laboribus. Spem autem habentes crescẽtis fidei vestræ in vobis, magnificari secundum regulam nostram in abundantia, etiam in illa quæ vltrà vos sunt euangelizare, non in aliena regula, [11] in his quæ præparata sunt gloriari.] ♱ [g] Qui autem gloriatur, in domino glorietur. Non enim qui seipsum cõmendat, ille probatus est: sed quem deus cõmendat.

Ephe. 4. post. 21. c

1. Cor. 2. d 10. 5. d

*Paulus in honorem Christi se etiam coactus commendat ex suis operibus, & malis sponte perpessis.* XI.

A VTinam [1] sustineretis modicum quid insipientiæ meæ: sed & supportate me.] [a] Aemulor enim vos Dei æmulatione: † despondi enim vos vni viro, [2] virginem castam exhibere] Christo. † Timeo autem ne sicut serpens Heuam seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri, ⟜ & excidant] a simplicitate quæ est in Christo. * Nam si is qui venit, alium Christũ prædicat quem non prædicauimus, aut alium spiritũ, accipitis quẽ non accepistis, aut aliud Euange-
B lium, quod non recepistis, rectè pateremini. ♱ Existimo enim nihil me minus [3] fecisse] à magnis Apostolis. Nam etsi [b] imperitus sermone, sed nõ scientia. In omnibus autem manifestus sum vobis. ⟜ Aut] nunquid peccatum feci, meipsum humilians, vt vos exaltemini? Quoniã gratis Euangeliũ dei euangelizaui vobis? alias Ecclesias expoliaui, accipiens stipendia ad ministerium vestrum, & cum essem apud vos, & egerem, nulli onerosus fui. Nã quod mihi deerat, suppleuerunt fratres, qui venerunt à Macedonia,
C & in omnibus sine onere me vobis seruaui, & seruabo. ♱ [c] Est veritas Christi in me, [4] quoniam,] hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quare? quia non diligo vos? Deus scit. Quod autem facio, & faciam, vt amputem occasionẽ eorũ, qui volunt occasionem: vt in quo gloriantur, inueniantur, sicut & nos. Nam eiusmodi

1. Sustinuissetis me modicũ in insipientia mea, imò sustinetis, vel iustinete.
a. Nõ dixit: Amo vos, sed quod maius est, zelotypus sum erga vos. Hoc est, ardẽter amo. Deinde ne existiment quòd propter humana, nempe pecunias, aut gloriam ita ipsos amet, subiungit, zelo dei, vt vobis prosim. Oecumenius ibidem.
2. Vt virginem castam exhibeteris, vel exhibeam.
* Iesu.
3. Habuisse.
b. Plebeius (& non ornato & cõcinnato sermone, (vt erãt pseudoapostoli.) Vnde datur intelligi quod non se debeat ecclesiæ doctor de accurati sermonis ostẽtatione iactare, ne videatur ecclesiam dei non velle ædificare, sed magis se quantæ sit eruditionis ostendere. Prosper, de vita contempla. cap. 23. lib 1.
[c. Sicut Christus semel statuit, nec negauit, necesse est vt aliquando non mentitus, ita faciam, quoniã hæc gloriatio nõ infringetur in me. Gloriationẽ propter Deum concessum contemnit præcipuè si inopiam patiatur. Hieron. ibidem.]
4. Quòd.

Pseudoapostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Et non mirum:† [c] Ipse enim Sathanas transfigurat se in angelum lucis. & Non est ergo magnum si *ministri eius transfigurantur velut ministri iustitiæ:quorum finis erit secundum opera ipsorum.Iterum dico, (ne quis me putet insipientem: alioquin velut insipientem accipite me,vt & ego modicum quid glorier.) Quod loquor,non loquor secundum deum,sed quasi in insipientia,in hac substantia gloriæ. Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes.& Sustinetis enim,si quis vos in seruitutem redigit,siquis deuorat,siquis accipit,siquis extollitur,si quis in faciem vos cædit.Secundum [5]ignobilitatem]dico,quasi nos infirmi fuerimus[5]—in hac parte.]In quo quis audet, (in insipientia dico:) audeo & ego. Hebræi sunt, & ego. Israelitæ sunt,& ego. Semen Abrahæ sunt, & ego. †Ministri Christi sunt,[5]— & ego:] vt minus sapiens dico, [6] plus] ego.In laboribus plurimis,in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter.& A Iudæis [d] quinquies quadragenas vna minus accepi, † ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum , ter naufragium feci, nocte & die [7] in profundum ] maris fui,in itineribus sæpe,periculis fluminum , periculis latronum , periculis ex genere , periculis ex gentibus , periculis in ciuitate , periculis in solitudine, † periculis in mari, periculis in falsis fratribus. † In labore & ærumna , in vigiliis [8] multis, ]in fame & siti, [e] in ieiuniis multis. In frigore & nuditate, præter illa quæ extrinsecus sunt, [9] instantia ] mea quotidiana, solicitudo omnium Ecclesiarum.† & Quis infirmatur & ego non infirmor ? Quis scandalizatur , & ego non vror ? Si gloriari oportet,* quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit, qui est benedictus in secula,quòd non mentior. † Damasci præpositus gentis Arethæ Regis custodiebat ciuitatem Damascenorum , vt me comprehenderet : & per fenestram in sporta dimissus sum per murum,& sic effugi manus eius.

*Paulus ex humilitate quæ ad suam gloriam pertinent bona narrare cogitur, vt Corinthios trahat ad humilitatem.* XII.

[1] Si gloriari oportet,non expedit quidem.] Veniam autem ad visiones & A
reuelationes domini. † Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim,siue in corpore, siue extra corpus,nescio, deus scit,raptum huiusmodi vsque ad [a] tertium cœlum. Et scio huiusmodi hominẽ,siue in corpore,siue extra corpus,nescio,deus scit, quoniã raptus est in paradisum, & audiuit arcana verba,quæ nõ licet homini loqui.Pro huiusmodi gloriabor,pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis.Nam & si voluero gloriari,non ero insipiens. Veritatem enim dicam .Parco autẽ,ne quis me existimet supra id quod videt in me:[5]— aut aliquid audit ex me.]& [b] Et ne [2] magnitudo]reuelationum extollat me , datus est mihi stimulus carnis[5]— meæ,]angelus [3] Sathanæ]qui me colaphizet. *Propter quod ter dominum rogaui, vt discederet à me: & dixit mihi : Sufficit tibi gratia mea . Nam [4] virtus ] in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor * in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Propter quod placeo[5]— mihi ]in infirmitatibus meis, in contumeliis,in necessitatibus , in persecutionibus, in angustiis pro Christo.† [c] Cum enim infirmor,tunc potens sum.Factus sum insipiens,* vos me coegistis. Ego enim à vobis debui commendari . Nihil enim minus [5] feci ]ab iis qui sunt supra modum Apostoli. [d] Tametsi nihil sum,signa tamen Apostolatus mei facta sunt supra vos in omni patiẽtia,in signis,& prodigiis,& virtutibus.& Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris Ecclesiis,nisi quòd ego ipse non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam. Ecce, tertio [5]— hoc ] paratus sum venire ad vos, & non ero grauis vobis. Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos.† Nec enim debent filij parentibus thesaurisare, sed parentes filiis.[e] Ego autem libentissimè impendam,& [6] superimpendar ]ipse pro animabus vestris,licet plus vos diligens,minus diligar. Sed esto, ego vos nõ grauaui,sed cum essem astutus , dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos misi ad vos, circumueni

vos?

e. Discretio sanè difficillima est,cum spiritus malignus quasi tranquillus agit,ac sine aliqua vexatione corporis assumpto humano spiritu dicit quod potest,quando etiam vera dicit & utilia prædicat, transfigurãs se, sicut scriptum est, velut in angelum lucis .ad hoc vt cum in manifestis sibi creditum fuerit, seducat ad sua. Auguſt.de Gen. ad literam.lib.12.cap.13.
* Et.
5. Contumeliam (quòd scilicet pseudoapostoli Corinthiis improperarent idololatriã & ignobilitatem gentilem, quòd scilicet nõ descendissent à patre Abraham.
6. excellentius,

d. Hoc est per singulas quinque vices.39. plagas, quem numerũ excedere non licuit, vt Deuteronom.25.
7. In profundo.
8. Sæpe.
e. Paulus inter labores suos , & pericula & incommoda, post famen & sitim , ieiunia quoque plurima enumerat. Principalis hæc species in castigatione victus. Potest iam de inferioribus abstinentiæ operationibus præiudicare, vt & ipsis pro modo vtilibus aut necessariis . Nã exceptis eduliorum quorundã portionale ieiunium est. Tertu. contra Psichycos.
9. Cura.
* De his.

1. Gloriari siquidem non expedit mihi.
a. Itaque nos non solum secundum, sed etiam tertium cœlum esse negare non possumus, cum Apostolus raptum se ad tertiũ cœlum scriptorũ suorum testificatione confirmet. Dauid eriã cœlos cœlorum, in illo laudantium dominum constituit choro. Ambro. Hexaemeron.lib.2. cap.2.
b. Manifestissimè autem Apostolus ostendit, quoniam traditus est suæ infirmitati homo, ne elatus aliquando excideret à veritate. Irenæ.lib.5.
2. Excellentia.
3. Sathan.
* Ne supra modum extolleret.
4. Potentia mea.
* Magis.
c. Infirmitas corporis sobrietas mentis est. Vnde ait Apostolus: Cum infirmor, tunc potẽs sum. Itaque non in virtutibus,sed in infirmitatibus gloriabatur. Responsum quoque diuinum retulit oraculo salutati , quia virtus in infirmitate consummatur . Ambro . Hexaemeron. lib.1.cap.
* Gloriam.
5 Habui.
d. Tanquam magnum aliquid dixerit quod suas excedat vires corrigit illud. Nõ dixit autem, abiectus sum : sed quod multò infestus est,nihil sum:Tu verò, inquit,ne intuearis hoc, si nihil sum:sed hoc aduerte, ânne omnia perfecerim quæcunque Apostolorum designant & insigniunt.Oecum. ibidem.
e. Cõsidera igitur quot gradus commemorat.Licebat accipere, ipse autem nõ accipiebat . Ecce primum opus bonum, & quanus inopia premeretur : ecce secundum,& illi prædicãs,en tertium , & impendit, ecce quartũ: & non simpliciter adiicit,sed & cum incremẽto , ecce quartum: & non solum pecuniam , sed & seipsum,en sextũ & his qui non valde diligebant ipsum , ecce septimum,& his qui valde diligebantur,ecce octauum . Chrysost. ibidem.
6. Expendar.

vos?[f] Rogaui Titum,& misi cum illo fratrem.Nunquid Titus vos circũuenit? [g] Nónne eodem spiritu ambulauimus? Nónne eisdem vestigiis? [7] Olim] putatis quòd excusemus nos apud vos?Coram deo [8] in Christo loquimur. Omnia autẽ charissimi propter ædificationem vestram. Timeo enim ne fortè cum venero, non quales volo inueniam vos,& ego inueniar à vobis qualẽ non vultis,† [h] ne fortè contentiones, æmulationes,[8] animositates,] dissentiones,detractiones,susurrationes,inflationes,seditiones, sint inter vos. Ne iterum cum venero humiliet me Deus * apud vos & lugeam multos ex iis qui antè peccauerunt,& non egerunt pœnitentiam super immunditia,& fornicatione,& impudicitia quam gesserunt.

†Gala.5.d

[f. Rogaui Titũ, vt iret ad vos pro salute vestra, & misi cũ illo fratrem,scilicet Apollo,Lucam vel Barnabam.]
7. Rursum.
[g. Id est, in persona Christi, ideo mendacium nõ loquimur, & ego inueniar à vobis qualem non vultis,vel seuerus in vindicta: hic autem blanditiis minæ iunguntur.Sednl.ibid.]
[h. Propter hæc se dicebat seuerissimè vindicare. Quid faceret si nostris tẽporibus adueniret, quibus ad comparationẽ aliorum criminum, illa ne putatur quidẽ esse peccata!Hiero.ibid.]
8. Iræ.
* Meus.

*A pseudoprophetis seducti vituperandi sunt, in doctrina autem Christi persistentes laudandi.* XIII.

[1] Ecce tertiò hoc] venio ad vos, [&-vt] † in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. [2] Prædixi enim & prædico, vt præsens vobis, & nunc absens iis qui antè peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniam si venero iterum,non parcam. † An experimẽtum quæritis [2] eius, qui in me loquitur,Christus?] Qui [3] in vobis] non infirmatur,sed potens est in vobis.[4] Nam etsi crucifixus est ex infirmitate,sed viuit ex virtute dei.[b] Nam & nos infirmi sumus in illo, sed [4] viuimus] cum eo ex virtute dei in vobis. † Vosmetipsos tẽtate,si estis in fide,ipsi vos probate. An nõ cognoscitis vosmetipsos,[5] quia] Christus Iesus in vobis est? Nisi fortè reprobi estis. Spero autem quòd cognoscitis,] quia nos non sumus reprobi.[6] [c] Oramus autem deum,vt nihil mali faciatis,nõ vt nos probati pareamus,] sed vt vos quod bonum est,faciatis.[d] Nos autem vt reprobi simus.Non possumus enim aliquid aduersus veritatem: sed pro veritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus: vos autem potentes estis.Hoc & oramus,vestram consummationem. Ideò hæc absens scribo,vt non præsens durius agam secundum potestatem, quam dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem.[d] [d] De cætero fratres gaudete,† perfecti estote,[7] exhortamini,] [8] idipsum sapite.] Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. [e] Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

†Deut.17.b Matt.18.c Heb.10.d Ioan.8.c 2.ad.13.& c.Fluent.

†28.q.1.Si enim.

†1.Cor.10.

†Matt.5.2

1. Ac tertia vice.
2. Qui post documẽta priorum peccauerint, non ipsis parcam, quia antecedentium ruina sequentes debet facere cautores. Hieron. ibid.
2. Loquentis in me Christi?
3. Erga vos,& infra.
[b. Viuit & si prius infirmus. Nã & nos multò minores, licet infirmi in illo, id est, licet ad imitationem eius multa patimur à perfidis, tamẽ viuemus, id est, potestatem habemus per eũ in vobis iudicandis. Glos.ordin.]
4. Viuemus.
5. Quòd.
6. Opto autem apud deum,
c. Neque enim dicturus es nihil eum mali facere qui non credit in Christum, aut qui tũdẽ defecit Christi. Sattique non est illi præcipere, sed confiteatur se deũ rogare ne fiant, scicns hominis voluntatem ab ipso corrigi & dirigi,vt ista non faciat. August. epistol. 107.
[d. Ad virtuosum enim pertinet de virtutum operibus gaudere: perfecti estote, i.ad perfectionem consequendam tendite, quia sicut nauis in flumen posita per aquæ motum descendit nisi remigetur in contrarium, sic anima ex corruptione carnis à perfectione decidẽdit, nisi conetur in contrarium.De Lyra.]
7. Consolationem habete.
8. Idem sentite, siue vnanimes estote.
e. Hæc est pfecta trinitas in vnitate consistens,quã scilicet vni[s] substãtiæ profitemur. Nõ enim non secundum sum corporum cõditionem diuisionem in deo facimus,sed secũdum diuinæ naturæ potẽtiam, quæ in materia nõ est, & nominum personas verè constare credimus, & vnitatem diuinitatis esse testamur. Nec extensionem partis alicuius ex parte (vt quidã putauerunt) dei filium dicimus, nec verbum sine re,velut sonum vocis accipim[s]: sed tria nomina & tres personas vnius esse essentiæ, vnius maiestatis, atque potẽtiæ credimus. Et ideo vnum deum cõfitemur, quiã vnitas maiestatis, plurium vocabulo deos prohibet appellari. Grego. Nazianz. de fide.

## INCIPIT PROLOGVS IN EPISTOlam ad Galatas.

*Galatæ sunt Græci.Ii verbum veritatis primùm ab Apostolo acceperũt:sed post discessum eius tentati sunt à falsis Apostolis,vt in legem & circumcisionem verterentur. Hos Apostolus reuocat ad fidem veritatis,scribens eis ab Epheso.*

# Incipit Epistola ad Galatas.

*Nimia leuitas est abduci à veritate,quam doctor non ab homine in conuersione,ante conuersionem & post conuersionem,sed à solo Christo acceperit.* Cap. I.

[1] Paulus Apostolus [a] nõ ab hominibus,neque per hominem, sed per Iesum Christum, & deum patrẽ, qui suscitauit eum à mortuis:& qui mecum sunt omnes fratres:Ecclesiis Galatiæ.Gratia vobis & pax à deo patre [1] nostro & domino] Iesu Christo,qui dedit semetipsum pro peccatis nostris,vt eriperet nos de præsenti seculo nequam, secundum voluntatem dei & patris nostri:cui est gloria in secula seculorum,amen.Miror quòd[2]—sic] tam citò [2] transferimini] ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi,in aliud Euangelium: quod non est aliud,nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi.[e] † Sed licet nos,aut angelus de cœlo euangelizet vo-

7.q.1.c.Si quis. 24.q.1.cap. Cum ergo.

a. Qui ab hominibus mittitur, mendax est: qui per hominem mittitur, potest esse verax: quia & deus verax potest per hominem mittere. Qui ergo neque ab hominibus,neque per hominem, sed per deum mittitur ab illo verax est, qui etiam per hominẽ missos veraces facit. Priores ergo Apostoli veraces qui nõ ab hominibus,sed à deo per hominem missi sunt,per Iesum Christum scilicet adhuc mortalem. Verax etiam nouissimus Apostolus,qui per Iesum Christum totũ iã deum post resurrectionem eius missus est. Augustin. ibidem.
1. Et domino nostro.
2. Transferamini.

Universidad de Deusto
Biblioteca



bis[3] præterquàm] quod euangelizauimus vobis, anáthema ſit. Sicut prædiximus,& nunc iterum dico, ſi quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anáthema ſit. Modo enim hominibus ſuadeo,an deo? An quæro hominibus placere? † [b] Si* adhuc hominibus placerẽ,Chriſti ſeruus nõ eſſem.Notũ enim vobis facio fratres Euangelium quod euangelizatum eſt à me,[4] quia] non eſt ſecundum hominem.† Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. [c] † Audiſtis enim conuerſationem meam aliquando in Iudaiſmo, quoniam ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei,† & expugnabã illam, & proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo,abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit[5] ei,] qui me ſegregauit de vtero matris meæ,& vocauit per gratiam ſuam,vt reuelaret filium ſuum [6] in] me,vt euãgelizarem illum in gentibus,continuò non [7] acquieui carni & ſanguini.] Neque [8] veni] Ieroſolymam ad anteceſſores meos Apoſtolos: † ſed abij in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum. † [d] Deinde poſt [d] annos tres veni Ieroſolymam videre Petrum:& manſi apud eum diebus quindecim. Alium autem Apoſtolorum vidi neminem: niſi Iacôbum fratrem domini. [e] Quæ autem ſcribo vobis, ecce corã deo [9] quia] non mentior. Deinde veni in partes Syriæ,& Ciliciæ. [f] Eram autẽ ignotus facie Eccleſiis Iudææ, quæ erant in Chriſto. Tantùm autem auditum habebãt: quoniam qui perſequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem,quam aliquando expugnabat, & in me [10] clarificabant] Deum.

3. Præter id.
[b. Magnũ eſt de honoribus & laudibus hominum non lætari, ſed omnem põpam inanẽ præcidere,ſed & ſi quid inde neceſſarium continetur, id totum ad vtilitatẽ honorãtium, ſalutẽque conferre. Non enim fruſtra dictum eſt: Deus cõtringet oſſa hominum placere volentium. Auguſt.epiſto.64.To.2.]
* Enim.
4. Quod.
c. Oſtẽdere vult quàm firmiter tenuerit Iudaiſmum, & quã fideliter pro traditionibus partũ expugnarit eccleſiam: vt intelligamus eum non potuiſſe inde humano conſilio niſi reuelatione ſeparati diuina. Hiero.ibid.
5. Deo.
6. Per.
7. Communicaui cum carne & ſanguine, vel non contuli.
8. Redij. (ſcilicet à Damaſco) poſt meam conuertionem.

d. Scilicet à conuerſione mea.
[Id eſt, poſtquam tribus annis prædicaueram, & ſic non habui noticiam euangelij à Petro, ſed à Deo per reuelationẽ. De Lyr.]
e. Vides quantũ pro hoc decertet ſermone? Periculum enim erat ne fide dignus non eſſet ad prædicationem, quaſi hominum & non Chriſti diſcipulus fuiſſet. Oecume.ibid.
9. Quòd.
[f. Hoc ideo dicit, ne quis putaret eum ab illis Euangelium didiciſſe. Sedul.ibid.]
10. Glorificabant.

*Doctrina euangelica à Paulo & aliis Apoſtolis prædicata legis ceremonias ſatis excludebat, licet aliis Apoſtolis alienum videretur, quam tamen ipſi antè confirmauerant.* II.

[a] DEinde poſt annos quatuordecim, [a] iterum aſcendi Ieroſolymam cum Barnaba,aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecundum reuelationem, & contuli cum illis Euangelium quod prædico in gentibus. Seorſum autem iis qui[1] videbantur] ⟨ aliquid eſſe,] ne[2] fortè] in vacuum currerem aut cucurriſſem. Sed neque Titus qui mecum erat,cum eſſet[3] gentilis,] compulſus eſt circuncidi: ⟩ ſed] propter ſubintroductos falſos fratres, qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram, quam habemus in Chriſto Ieſu,vt nos in ſeruitutem redigerent. Quibus neque ad horam ceſſimus ſubiectioni: vt veritas Euangelij permaneat apud vos. Ab iis autem qui videbantur eſſe aliquid (quales aliquãdo fuerint,nihil mea intereſt. † [b] [f] Deus enim perſonam hominis non accipit.) Mihi enim qui[4] videbantur] ⟨ eſſe aliquid,] nihil contulerunt. Sed econtra, cum vidiſſent quòd creditum eſt mihi Euangelium præputij, ſicut & Petro circunciſionis: (qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatum circuncciſionis, operatus eſt & mihi[5] inter] gentes:) & cum cognouiſſent gratiam quæ data eſt mihi, Iacôbus & Cephas & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis, vt nos in gentes, ipſi autem in circunciſionem: tantum vt pauperum memores eſſemus. Quod etiam [6] ſolicitus] fui hoc ipſum facere. † [c] Cum autem veniſſet Cephas Antiochiam, [7] in faciem] ei reſtiti, quia [8] reprehenſibilis erat.] [f] Prius enim quàm venirent quidam à Iacóbo, cum gentibus edebat. Cum autem veniſſent, ſubtrahebat, & ſegregabat ſe, * timens eos qui in circunciſione erant. Et ſimulationi eius conſenſerunt cæteri Iudæi, ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationem. Sed cum vidiſſem quòd non rectè ambularent ad veritatem Euangelij, † dixi Cephæ coram omnibus: Si tu, cum Iudæus ſis, gentiliter viuis,& non Iudaicè,[9] quomodo] gentes cogis Iudaizare? Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores: ſcientes ⟩ autem] quòd non iuſtificatur homo [d] ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti: & nos in Chriſto Ieſu [10] credimus,] vt iuſtificemur ex fide Chriſti & non ex operibus legis: [f] † [11] Propter] quod ex operibus legis [e] non iuſtificabitur omnis caro. Quòd ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores: nunquid Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit. Si enim

a. A Iudæis autẽ cauſa legis mala illi fiebat opinio, quaſi diſcordaret à prædicatione cæterorum Apoſtolorũ, & hinc fiebat multus ſcrupulus, ita vt gentes poſſent perturbari, ne in aliud inducerentur ab eo, quàm tradebant Apoſtoli, qui cũ domino fuerant. Nã ipſa occaſione ſubuerſi ſunt Galatæ à Iudæis, dicentibus quia aliud tradebat Paulus, q̃ Petrus. Hinc factum eſt vt admonit[9] reuelatione domini, aſcenderet Ieroſolymam cum teſtibus prædicationis ſuæ: id eſt, Barnaba & Tito, vno Iudæo & altero gentili: vt ſi quod de eo haberent ſcandalum, horum teſtimonio tolleretur, adaperiens illis ſenſum prædicationis ſuæ. Ambro.ibid.
1. Exiſtimabantur.
2. Quo pacto.
3. Græcus.
b. Nõ ſit tibi aliqua ſolicitudo de laici habitus perſona. Similiter enim mãdata dei ſeruantibus laicis cœleſte palatiũ patet, veluti clericis, & ſanctimoniali habitu præditis. Auguſt. de ſalu.doco.cap.38.
4. Exiſtimabantur.
5. In.
6. Diligens.
c. Nam quis eorum auderet Petro primo apoſtolo, cui claues regni cœlorum dominus dedit, reſiſtere, niſi aliũ talis, qui fiducia electionis ſuæ ſciens ſe non impãrem, conſtanter improbaret quod ille ſine conſilio fecerat? Ambr.ibid.
7. Palam.
[f. Reprehenſus fuerat.
* Ab illis.
9. Quare.
d. Opera legis circũciſio & ſabbatum, dies feſti, &c. quæ non propter iuſtitiam, ſed ad edomandam populi duritiam ſunt mandata. Hieron.ibid.
10. Credidimus.
11. Propterea.
e. Quæ neceſſaria ſunt in lege, etiã natura docuit, puta decem præcepta decalogi: de ſabbato autem, circuncciſione, &c. nihil natura docuit. Hæc ergo dicit legis præcepta, quorum trãgreſſio peccatum erat, cuſtodia verò non efficiebat perfectam iuſtitiam. Oecumen.ibid.

enim quæ deſtruxi, iterum hæc reædifico: præuaricatorem me conſtituo. Ego enim per legem legi mortuus ſum, vt deo viuam, Chriſto crucifixus ſum cruci. [f] Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Chriſtus. Quòd autem nunc viuo in carne: in fide viuo filij dei qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Nó abiicio gratiam dei. Si enim per legem iuſtitia, ergo [12] gratis] Chriſtus mortuus eſt.

f. Vita noſtra tanquam noſtra. Ideo de voluntate propria noſtra, nõ erit niſi mala, peccatrix iniqua. Vita verò bona de deo in nobis eſt, non à nobis. Auguſ. ſuper Ioan. tract. 2.
12. Fruſtrà.

*Legis ceremoniæ ex earum defectu & inſufficientia non erant cum euangelio obſeruandæ, quæ nec iuſtificabant, nec à legis maledicto eripiebant, à quo nos Chriſtus eripuit.*

*III.*

A [a] Inſenſati Galatæ: quis vos faſcinauit nõ [1] obedire] veritati? Ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, & in vobis crucifixus? Hoc ſolum à vobis volo diſcere. Ex operibus legis ſpiritũ accepiſtis, an ex auditu fidei? Sic ſtulti eſtis? vt] cùm ſpiritu cœperitis, nũc carne conſummamini? Tan- [a] paſſi eſtis? [2] ſine cauſa?] ſi tamen ſine cauſa. [3] Qui ergo tribuit vobis ſpiritum: & operatur virtutes] in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut? ſcriptum

a. Vbi demõſtrauit ſeipſum nõ ab hominibus, ſed à domino fuiſſe edoctum, maiori nũc authoritate docet comparationé fidei ac legis faciẽs. Stultos autẽ vocat ipſos. Verè enim ſtultum eſt à Chriſto diſcedere, legique adhærere. Occumen. ibid.
1. Credere.
2. Fruſtra, & infra.
3. Qui ergo ſuppeditabat vobis ſpiritũ, & operabatur potẽtias?

+Gene.15.b Roma.4.a Iaco.2.d

eſt:] † Abraham credidit deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. [4] Cognoſcite] ergo quia qui ex fide ſunt, ij ſunt filij Abrahæ. [5] Prouidens] autem ſcriptura quia ex fide iuſtificat gentes Deus: † prænuntiauit Abrahæ: quia benedicentur in te omnes gentes.

4. Vel, Cognoſcitis.
5. Præuidens.

+Gene.22.d Eccle.44.d

B [6] Igitur qui ex fide ſunt, [6] benedicentur] cum fideli Abraham. [7] Quicunque] enim ex operibus legis ſunt: [b] ſub [8] maledicto] ſunt. Scriptum eſt enim: † Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iuſtificatur apud deum, manifeſtum eſt: † quia iuſtificatus ex fi- de [9] viuit.] Lex autem non ex fide: ſed qui fecerit ea, [*] viuet in illis. Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia ſcriptum eſt, [c] maledictus omnis qui pendet in ligno:) vt & in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu, vt pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidem. Fratres, ſecundum hominem dico: † tamen hominis confirmatum teſtamentum nemo ſpernit, aut ſuperordinat.

6. benedicuntur.
7. Quotquot.
b. Quia ita prævaluit conſuetudo peccandi, vt nemo iam perficiat legẽ, ſicut Petrus apoſtolus ait Act. 15. Quod neque nos neque patres noſtri portare potuimus. Si qui verò iuſti non erant maledicti, nõ ex operibus legis, ſed fidei gratia ſaluati ſũt. Sedulius ibidem.
8. Maledictione, & infra.
9. Viuet.
* Homo.

+Habet.9.d

C [d] Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Non dicit & ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, [d] qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico, teſtamentũ confirmatum à Deo [*] quę poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex, non irritum facit, ad euacuandam promiſſionem. Nam ſi ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione. Abrahæ autẽ per [10] repromiſſionem] donauit Deus. [e] Quid igitur lex? Propter [11] tranſgreſſionem poſita] eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem, vnius non eſt: deus autem vnus eſt. Lex ergo aduerſus promiſſa dei? Abſit. Si enim data eſſet lex quæ poſſet viuificare, verè ex

ſc. Q. ſatis ad pœnam ſit, quòd ſuſpenſus moritur reus, & quod illic eſt vſque ad veſperã, vt tũc deponatur, & ſepeliatur, nec ſi ibi ſit diutius, maius ſit opprobrium & macula generi eius. Maledict⁹, id eſt mortuus, quia mors ex maledicto: & maledictum eſt omne peccatũ, vel ipſum quod fit, vt ſequatur ſupplicium. Gloſa ordin. ibid.]
d. Oſtendens per ipſum nobis ſanctum ſacramentum, per ipſum nobis tutum auxilium fore. Ambro. in 24. cap. Gene.
* Erga Chriſtum.
10. Promiſſionem.
e. A latere venientem quæſtionem ſibi proponit. Quare ergo data eſt lex, dum non illa promiſſio eſt, nec implet promiſſionem, nemóque per eam ſaluatur? Ad quod reſpondet: Lex propter tranſgreſſionem poſita eſt, & mortis pœnam fuit, donec veniret ſemen. Sedulius.
11. Tranſgreſſiones addita.
12. In Chriſtum.

†Rom.3.b

D lege eſſet iuſtitia. † [f] Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Prius autem quàm veniret fides ſub lege cuſtodiebamur, concluſi in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaque lex pædagôgus noſter fuit [12] in Chriſto,] vt ex fide iuſtificemur. At vbi venit fides: iã non ſumus ſub pædagógo. Omnes enim filij Dei eſtis per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu. [f] † Quicunque enim? in Chriſto] baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non eſt Iudæus neque Græcus, non eſt ſeruus neque liber, non eſt maſculus neque fœmina. Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu. Si autem vos Chriſti, ergo ſemen Abrahæ eſtis, ſecũdum promiſſionem hæredes.

f. Sint hæc de his qui baptiſmũ expetere poſſunt, quid verò de infantibus ais? qui neque quid gratia, quidve ſit pœna cognoſcunt, non & illos baptizemus? maximè quidem, ſi periculum aliquod imminet. Melius eſt enim nondum rationis cõpotes ſanctificari, quàm non ſignatos & initiatos vita excedere. Idque nobis deſignat poſt octauã diẽ circũciſio illa, quæ figurale fuit ſignaculum, ac propter irrationales adhuc introducta. Grego. Nazianz. in ſanct. lauac. oratio.
1. Diſpenſatoribus.
2. Filium, inquit, ſuũ, nõ vnum de multis, non communem, ſed ſuum. Suum cum dicit, generationis æternæ proprietate ſignauit. Hunc poſtea factum ex muliere aſſeruit, vt factura non diuinitati, ſed aſſumptioni corporis aſcriberetur. Factum ex muliere per carnis ſuſceptionem, factum ſub lege per obſeruantiam legis. Generatio autẽ illa cœleſtis ante legem, iſta poſt legem. Ambr. de hde, lib. 1. cap. 5.

*Gratiæ & hæreditatis filiorum Dei beneficium Iudæis ipſis promiſſum, non ſolùm illis, ſed & Gentibus in myſterio quoad matres & filios exhibitum eſt.* *IIII.*

†Rom.8.e A [g] Dico autem: † Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cũ ſit dominus omnium, ſed ſub tutoribus, & [1] actoribus] eſt vſque ad præfinitum tempus à patre, † ita & nos, cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi huius eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo temporis, [2] miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redi-

†14.quæſt.3. c.Quidam. 1.Tim.1.b

meret, vt adoptionem ⟨–filiorum] reciperemus. [b] Quoniam autem estis filij ⟨–Dei,] misit deus spiritum filij sui in corda vestra, clamantem, Abba, pater. Itaque iam non [2] est] seruus, sed filius. Quòd si filius, & hæres [3] per Deum.] Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non sunt dij seruiebatis. [*] Nunc autem cum cognoueri- a
tis Deum, imò cogniti sitis à Deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuò * seruire vultis? Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. † Timeo [4] vos, ne fortè sine causa] laborauerim in vobis. [c] Estote sicut ego,
quia & ego sicut vos: Fratres obsecro vos, nihil me læsistis. Scitis autem, quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iam pridem, & tentationem [5] vestram] in carne mea nõ spreuistis, neque respuistis, sed sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum. Vbi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. [d] Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis? Aemulantur vos non bene, sed [6] excludere] vos volunt, vt illos æmulemini. [*] Bonum autem [7] æmulamini] in bono semper: & non tantùm c
cum præsens sum apud vos. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Vellem autem esse apud vos modò, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis, dicite mihi qui sub lege vultis esse: Legem non [8] legistis?] Scriptum est enim: quoniam Abraham [e] duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera. † Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem. Quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta. Vnum quidem [9] in monte] Sina in seruitutem generans: quæ est Agar. [*] (Sina ⟨–enim,] [D]
mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Ierusalem) & seruit cum filiis suis. Illa autem quæ sursum est Ierusalem, libera est: quæ est mater [10] nostra.] Scriptum est enim: † Lætare sterilis, quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filij desertæ, [f] magis quàm eius quæ habet virum. Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sumus. † Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat, [g] persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? † Eiice ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ, [11] qua libertate Christus nos liberauit.]

*Cum Galatæ per legem gratiæ multa mala euaserint, & multa sint bona consecuti, ingratè tamen ferunt legem, per quam etiam in spiritu sancto à seruitute legis liberantur.* V.

† Tate & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vo- A
bis quoniam [a] si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circuncidenti se, [1] quoniam] debitor est vniuersæ legis faciendæ. Euacuati estis à Christo. [2] Qui in lege] iustificamini, à gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide, spem iustitiæ expectamus. Nam in Christo Iesu, neque circuncisio aliquid valet, neque præputium: sed fides, quæ per charitatem operatur. Currebatis bene: Quis vos [3] impediuit] veritati non [4] obedire?] ⟨–Nemini consenseritis.] [*] Persuasio hæc, non est ex eo qui vocauit vos. Modicum fermentum B
totam massam [5] corrumpit.] Ego confido in vobis in domino, quòd nihil aliud sapietis. Qui autem conturbat vos portabit iudicium, quicunque est ille. Ego autẽ fratres, si circuncisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. [b] Vtinam & abscindantur qui vos [6] conturbant.] Vos enim in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem ⟨–spiritus] seruite inuicem. [*] Omnis enim lex in vno sermo- c
ne impletur, † Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quòd si inuicem [c] mordetis & [7] comedetis,] videte ne abinuicem consumamini. Dico autem ⟨–in Christo:] Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum:

[b. Beneficium adoptionis filiorum Dei non solùm pertinet ad eos qui sub lege erãt, sed etiam ad Gentiles. Et ideo dicit. Quoniam estis filij Dei. 1. quod sitis filij Dei, illa de causa factũ est, quia nõ solùm Iudæi, sed etiam omnes alij qui in Christum dei filium credunt, adoptantur in filios. Ioh. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius, &c. Sanct. Thom. ibidem.]
2. Es.
3. Dei per Christum.
* Ab initio.
4. Vobis, ne frustra vel, è sursũ.
c. Hoc est, me imitamini gentiliter viuentem, quia ego gentiliter viuo, Iudaica obseruatione deposita, sicut Apost. in hac eadem epistola Petro apostolo dicit: Si tu cum Iudæus sis, gentiliter viuis, &c. Hieron. ibidẽ.
5. Meam.
[d. Ego inimicus vobis factus sum, arguendo de malis. q. d. nõ deberis me ex hoc minus diligere, sed magis, & quia inducebantur ad hoc per falsos apostolos, simulãtes hoc facere ex Galatarum dilectione. Ideo subdit: Aemulantur vos. Id est, vos diligunt. Aemulantur enim, qui nõ cupiunt eos esse meliores, quàm ipsos volunt facere peiores, & retrorsum trahere æmulatione peruersa. De Lyra. cũ Glosa ordina.]
6. Includere.
7. Est æmulari.
8. Audistis!
e. Duos populos ostendens de Abrahæ generatione manare, vnum Iudæorum, qui legis syllabis seruiat, eo quòd de ancilla in seruitutem videatur esse generatus: alterum Christianum, qui ad remissionem peccatorũ cœlestis gratiæ libertatem acceperit. Ambro. de Abraham, lib. 1. cap. 4.
9. A monte.
10. Omnium nostrum.
f. Hoc est, legẽ vel Regem, quẽ accepit primus populus Israel: quando nec legem nec regem populus Christianorum acceperat. Ex quibus tamen Gentibus longè fertiliot, & numerosior sanctorum multitudo prouenit. August. de consen. euãg. lib. 1. cap. 31.
[g. Persequebatur eum scilicet Isaac, secundum spiritum. i. secundum promissionem & virtutem spiritus. Ita & nunc, hoc est, ista & isti seruos sibi similes vos facere niruntur. Sedul. ibi.]
11. Libertate igitur qua Christus nos liberauit Itate. (Vt finit iũgatur principio.)
a. Cum dictum fuerit Abrahæ Gene. 17. Et ponã pactũ meum in carne vestra in fœdus ęternũ, Iudæi carnis circuncisionẽ defendere contendunt, tanquam si diceretur: Exercendæ circuncisionis ritũ seruabitis in ęternum: non attendentes quod supra dictum fuerit: non fœdus esse circuncisionem, sed fœderis esse signum. Et cuius fœderis! Nempe expectandi seminis ex stirpe Abrahã, in quo omnes gentes benedicerentur. Cũ ergo illud semen iam venerit, quisquis adhuc circũciditur, venisse negat eum, quem tali signo venturum se expectare pronunciat. Ruper. super 17. cap. Gene.
1. Quod, & infra.
2. Quicunque per legem.
3. Fascinauit.
4. Crederet
5. Fermentat.
[b. Non carnaliter abscindãtur, sed vim generandi perdant in vobis, vt in aliis nihil proficiãt, non solùm circuncisi, sed abscisi, vt nullam omnino generãdi habeant potentiam. Glosa ordina. ibidem.]
6. A statu deturbant.
c. Nam qui mordet quod appetebat, iram expleuit: cæterũ qui deuorat, extremæ feritatis & immanitatis specimen dedit. Chrysost. ibid.
7. Deuoratis.

tum: ſpiritus autem aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur: vt non
D quæcunque vultis, illa faciatis. † Quòd ſi ſpiritu ducimini: non eſtis ſub lege. † & [d] Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt * fornicatio, immunditia, impudicitia, ⟨–luxuria,] idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, [8] diſſenſiones, ] ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia: † quæ prædico vobis, ſicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum dei non conſequentur. † * Fructus autem ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax, ⟨–patientia,] benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Aduerſus huiuſmodi non eſt lex. † [e] Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt [9] cum vitiis ] & concupiſcentiis.

d. Ipſa autem opera manifeſta quæ dicit carnalia, manifeſtius prædicit quod eſt. Caro & ſanguis regnum dei poſſidere non poſſunt. Qui enim illa agunt, verè ſecundū carnem ambulantes, viuere deo non poſſunt. Et iterum ſpirituales actus intulit hominem viuificantes, id eſt, infertionē ſpiritus. Irenæ. lib. 5.
* Adulterium.
8. Seditiones.
* Contra.
[e. Quaſi cōtra malos poſita eſt lex: bonis autem poſita eſt crux. Gloſa ordin. ibid.]
9. Cum affectibus.

*Qui ſub lege diuina militare cupiunt, inuicem pacificè viuant, inferiores ſuperioribus ſubiecti, ſuperiores inferioribus fauentes, & coæquales vnà iuuantes, ſinguli autem hæreticos & peruerſos abducentes.* VI.

A [a] Si ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus. Nō efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres, † [b] & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpiritales eſtis, huiuſmodi [1] inſtruite ] in ſpiritu lenitatis: conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & ſic adimplebitis legem Chriſti. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliB quid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. & Opus autem ſuum probet vnuſquiſque: [2] & ſic ] in ſemetipſo ⟨–tantùm] gloriam habebit & non in altero. [c] † Vnuſquiſque enim onus ſuum portabit. † Communicet autem is qui [d] cathechizatur verbo, ei qui ſe cathechizat, in omnibus bonis. Nolite errare, [c] Deus non irridetur. † Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corC ruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. & Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim ſuo metemus non deficientes. [f] Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei. Videte [3] qualibus literis ] ſcripſi vobis mea manu. Quicunque ⟨–enim ] volunt placere in carne, ij cogunt vos circuncidi, tantum vt [4] crucis ] Chriſti perſecutionem non patiantur. Neque enim qui circunciduntur, legem cuſtodiunt: ſed volunt vos circD cuncidi, vt in carne veſtra glorientur. & [5] Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quē mihi mundus crucifixus eſt, & ego mūdo. † In Chriſto enim Ieſu, neque circunciſio aliquid valet, neque præputium: ſed noua creatura. Et quicunque [5] hanc regulam ſecuti fuerint, ] pax ſuper illos, & miſericordia, & ſuper Iſrael dei. [h] De cętero nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata domini Ieſu in corpore meo porto. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro, fratres. Amen.

[a. Si pro quia accipitur. i. quia ſpiritus eſt qui viuificat, caro autem non prodeſt quicquam. De Lyra.]
b. Colligitur, quòd ille delinquit qui bonum derelinquit, & relinquendo à bono cadit, quia negligit. Poteſt etiam illud videri eſſe delictum, quod imprudenter, id eſt, ignorantes illud peccatum, quod ab ſcięte committitur. Augu. quæſt. 20. ſuper Leuitic.
1. Reparate.
2. Et tunc.
[c. Contra negligentes qui nullum curant corrigere, ſecuri qđ alienis nō contaminentur peccatis, dicit inuicem onera portate. Onera infirmitatis inuicē portamus, dum lenitate irā alterius ſuſtinemus, & dū ei qui læſit ſi petit, indulgemus. Gloſa ordina. ibidem.]
d. Eruditur in fide.
e. Deridere & circunueniri deus nō poteſt, nec aſtutia aliqua fallente deludi. Cyprian. de lapſis, ſerm. 100.
f. Vltimum ſementis hoc tempus eſt. Feſtinemus ergo cāpos omnes ferere, ſed magis eos qui ſunt vberrimi, repleamus, ne incipiam[3] tēpore meſſis alios abūdantibus eſurire. Hieron. ibid.
3. Quàm epiſtola, vel quàm magnis literis.
4. Cruce, vel per crucem.
g. Cuius ergo omnis ſpes in Chriſto eſt, hic gloriatur in cruce eius, huic & mundus crucifixus eſt, certus amorem crucis Chriſti vitā eſſe, mundi verò amorem parere mortem. Ambr. ibidem.
5. Hāc regula inceſſerint.
[h. Poteſt referri ad pſeudo. qui moleſti erant Apoſtolo, mouendo quæſtiones, & murmurando de obſeruandis legalibus. San. Thom. ibidem.]
Miſſa fuit è Roma.

## INCIPIT ARGVMENTVM IN EPISTOLAM ad Epheſios.

*Epheſii ſunt Aſiani, ij accepto verbo veritatis, perſliterunt in fide. Hos collaudat Apoſtolus, ſcribens eis à Roma, de carcere per Tychicum Diaconum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Incipit Epistola ad Ephesios.

*Humanum genus sex beneficiis Christus instaurans, apostolis gratiæ contulit abundantiam, & Ephesiis in verbo & conuersione iustificationem. Vnde ipse exaltationem consecutus est.* Cap. I.

PAulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, [2] omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu. Gratia vobis, & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. † [b] Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali, in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & [1] immaculati] in conspectu eius, in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionem [—] filiorum,] per Iesum Christum, in ipsum, secundum [2] propositum] voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, [d] in qua gratificauit nos [3] in dilecto filio suo,] [c] in quo habemus redemptionem per sanguinem eius [d] (remissionem peccatorum) secundum diuitias gratię eius, [4] quę superabundauit in nobis,] in omni sapientia & prudentia, vt notum faceret nobis [5] sacramentum] volũtatis suæ, secundum beneplacitũ eius quod proposuit [6] in eo,] in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia [7] in Christo,] quæ in cœlis, & quæ in terra sunt [8] in ipso.] In quo etiam nos sorte vocati sumus, prædestinati secũdum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ: vt simus in laudem gloriæ eius, nos qui ante sperauimus in Christo. [e] In quo & vos cum audissetis verbum veritatis, (Euangelium salutis vestræ:) in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Christo Iesu, [c] & dilectionem in omnes sanctos, nõ cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, vt Deus domini nostri Iesu Christi, pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis, in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri, [f] vt sciatis quę sit spes vocationis eius, & quæ [f] diuitię gloriæ hæreditatis eius in sanctis, & quę sit supereminens magnitudo [9] virtutis,] eius in nos, qui credimus secundum operationem potentiæ [10] virtutis,] quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis: & [11] constituens] ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro: † & omnia subiecit sub pedibus eius. [g] Et ipsum dedit caput [12] supra omnem Ecclesiam,] quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus [13] adimpletur.]

2. Non solùm fidelibus scribit, sed & sanctis. vt tunc verè fideles sint, si fuerint sancti in Christo Iesu. Bona enim vita tunc prodest, ac creditur sancta, si sub nomine Christi habeatur: alioquin contaminatio erit, quia ad iniuriam proficit creatoris. Ambro. ibidem.
[b. Benedictus Deus eius qui assumptus est hominis, & pater eius qui in principio apud Deũ erat: qui benedixit nos in omni abundantia & gratia, nõ in vna, sed in cunctis benedictionibus. Sedul. ibidem.]
1. Irreprehensibiles.
2. Beneplacitum.
3. Per dilectum.
c. Nunc autem per eam quæ est ad se communicationem, reconciliauit dominus hominẽ deo patri, reconcilians nos sibi per corpus carnis suæ, & sanguine suo redimens nos. Irenæ. lib. 3.
d. Remissio autem peccatorum quomodo obtineretur, ipse alio loco ostendit, dicens: Frãge esurienti panem tuũ, & egenos vagósque induc in domũ tuam. Si videris nudũ, operi eum, &c. misericordiæ opera, per quæ essi fide & charitate, non per Iesum solum obtinetur remissio peccatorum. Augu. q. 2. ex vete. & nou. testam.
4. Quã nobis impertiuit abũdè.
5. Arcanum.
6. In seipso.
7. Per Christum, &.
8. Per ipsum.
e. Hoc est, ndem operibus comprobatis, & omnes bonos sine exceptione, personæ vel notitiæ diligitis. Cauere autem à pseudoprophetis, & non omni spiritui credere, & non ante probationem nobis iudicare præcipitur. Hiero. ibidem.
f. Hoc est, diues & ineffabilis gloria. Quæ enim oratio gloriã illam exprimere queat, cuius tum cõsortes futuri sunt omnes sanctiẽ Chryso. ibid.
9. Potentiæ.
10. Fortitudinis.
11. Sedere fecit.
g. Postquã Christum caput dixit credentium, postquam credentes corpus dixit ipsius, & complementum eius, multãque benignitatis ac dispensationis erga nos beneficia, subiungit etiam diuinitatis illius, & immortalis substantię exemplum. Oecumen. ibid.
12. Super omnia ecclesiæ.
13. Adimplet.

*Ephesii Iudæis non inferiores, à peccato liberati, ab infidelibus selecti, & deo iuncti ad gratiarum Christo tenentur actiones.* II.

† T vos* cum essetis mortui delictis, & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum [a] principem potestatis aëris huius, spiritus qui nunc operatur in filios [1] diffidentiæ, in quibus] & nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes [2] voluntatem] carnis & cogitationum, & † eramus natura filij iræ, sicut & cæteri: Deus autem qui diues est in misericordia, propter [3] nimiam] charitatem suam qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo: [b] (cuius gratia estis saluati,) & conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu: vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ, [4] in bonitate] super nos [5] in Christo Iesu.] Gratia enim estis saluati per fidem, [b] & hoc non ex vobis. [c] (Dei [—] enim] donum est:) non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipsius

★ Conuiuificauit.
a. Satanam in intima ingredientem hominis vt in eo operetur. Non enim sensus corporis eorũ turbabat, atque torquebat, aut eorum corpora cõtundebat: sed in eorum voluntate, vel potius cupiditate regnabat. Augu. lib. 83. q quæst. 79.
1. Contumaces inter quos.
2. Voluntates.
3. Multam.
4. In benignitate.
5. Per Christum Iesum.
b. Deus ergo his quos eligit sine meritis, dat vnde ornetur & meritis. Ambro. de voca. gent. lib 2 cap. 6.
c. Neque enim vsquequaque sufficiebat fides vt fieres saluus. Cæterùm, vt ne operis vacuos, néve marcentes ignauia credentes ad salutem pertingere, talẽ à nobis deus requirit fidem, quæ nõ sit vacua boni operis. Chrysosto. ibidem.

sius enim sumus factura, creati in Christo Iesu [6] in operibus bonis,] quæ præparauit deus, vt in illis ambulemus. [d] Propter quod memores estote, quòd aliquando vos * e-
C ratis gentes in carne, [&] qui dicebamini pręputiũ, ab ea quæ dicitur circuncisio in carne, manufacta: qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine deo in [hoc] mundo. Nunc autem in Chisto Iesu vos, qui aliquando eratis longè, facti estis propè, [7] in sanguine] Christi: ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & [e] medium parietem maceriæ soluens, inimicitas [8] in carne sua,] legem mandatorum * decretis euacuans, vt duos cõdat in semetipsum in [9] vnum nouum hominem,] faciens pacem:
D [&] vt reconciliet ambos in vno corpore deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso: & veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis, & [pacem] iis qui propè: † quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu, ad patrem. Ergo iam non estis hospites & aduenæ, sed estis [10] ciues] sanctorum & domestici dei: superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. In quo & vos coædificamini in habitaculũ Dei [11] in spiritu sancto.]

6. Ad opera bona.
[d. Gentiles dicebantur extranei triplici ratione, scilicet, quia à Deo etant separati per idololatriam, secũdò à populo Israel per cõmunicationem, qui erat cultor vnius Dei: & tertiò à spe promissionum Abrahæ factarũ & semini eius. Per vocationem autem ad fidẽ Christi sunt istis tribus incorporati. Et hoc est quod dicit Apostolus. Propter quod memores estote. De Lyra ibidem.]
* Qui, vel quòd.
7. Per sanguinem.
e. Duplex nãque simultas erat, & duplex interstitium, imò potius etiam triplex: quandoquidem etiã aduersus angelos bellum humana natura gerebat: nunc tamen de duabus interim dixerit, puta quam habebãt inter se mutuo qui ex Iudęis erãt, & qui ex gẽtibus: & quam vtrique habebant aduersus deum vniuersorum: sed vtranque simultatem, & vtrunque interstitium soluit Christus deus noster. Occumenius ibid.
8. Per carnem suam.
* In.
9. In vno nouo homine.
10. Conciues.
11. Per spiritum sanctum.

*Gratia Paulo collata est ad diuersorum collationem mysteriorum, executionem & effectum eorum, vt illius gentes fierent participes.* III.

A HVius rei gratia ego Paulus [a] vinctus Christi Iesu pro vobis gentibus, si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi in vobis, quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est [1] sacramentum,] sicut supra scripsi [2] in breui,] prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in ministerio Christi, quod aliis generationibus non est agnitũ filiis hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & Prophetis [3] in spiritu, esse] gentes cohæredes & concorporales & comparticipes promissionis eius in Christo
B Iesu per euangelium, [&] † cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ dei, quæ data est mihi secũdum operationem virtutis eius. [b] Mihi enim omnium sanctorum minimo, data est gratia hęc, [c] in Gẽtibus euãgelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quæ sit dispensatio [4] sacramenti] abscõditi à seculis in Deo, qui omnia creauit, * vt innotescat principatibus & potestatibus in cœlestibus per ec-
c clesiam, multiformis sapientia Dei secundum præfinitionem seculorum, [&] quam fecit in Christo Iesu domino nostro, [5] in quo] habemus [6] fiduciam] & accessum in confidentia per fidem eius. † Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ virtutem corroborari per spiritum eius in interiori ho-
D mine Christum habitare per fidẽ in cordibus vestris: [&] in charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, [d] quę sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum. Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt adimpleamini in omnem plenitudinem Dei. † Ei autem qui potens est omnia facere [7] superabundanter quàm] petimus aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis, ipsi gloria in Ecclesia [8] & in Christo Iesu] in omnes generationes seculi seculorum. Amen.

a. Vinctum Iesu Christi Paulũ esse pro Gentibus, patet & de martyrio intelligi, quòd Romæ in vincula coniectus hanc epistolam miserit, eo tempore quo ad Philemonem, & ad Colossenses, & ad Philippenses. Vel certè quia in plurimis locis lectum est vinculum animæ corpus hoc dici, quo quasi clausa teneatur in carcere. Hieron. aduersus Ruffi.
1. Misterium.
2. Paucis.
3. Per spiritum sanctum, vt sint.
[b. Non puto Apostolum cum mentis suæ concordasse secreto vt verè omnibus sanctis minimum se esse dixerit. Verbi gratia, hit qui erant in Epheso, Corinthio, Thessalonia, vel in toto orbe. Sedulius ibidem, & ampliora.]
c. Manifestum est quia nemo egregium & munus maximum per indignum mittit personã. Ostẽdens ergo quantum à Deo mereatur, humiliat tamen se, vt meritũ eius crescat. Ambr. ibid.
4. Mysterij.
* Per Iesum Christum.
* Nunc in pluribus locis.
5. Per quem.
6. Audaciam loquendi.

*Ecclesia humano corpori collata, & membrorum distinctione formata, vnitati, & morum honestati studeat.* IIII.

A † [1] BSecro] itaque vos ego vinctus in domino, vt [a] dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate, soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. † Vnum corpus, & vnus spiritus: sicut & vocati estis in vna spe vocationis vestræ: † vnus dominus, vna fides, [b] vnum baptisma. Vnus deus

d. Hoc est, crucem dominĩ, cuius latitudo dicitur in transuerso ligno, quo extenduntur manus. Lõgitudo à terra vsque ad ipsam latitudinem, quo à manibus & infra totum corpus affigitur. Altitudo à latudine sursum vsque ad summũ, quo adhæret caput. Profundum verò quod terræ infixum absconditur. Augusti. de gratia noui testam. cap. 26.
7. Supra omnia quæ.
8. Per Christum Iesum.
1. Hortor.
a. Dignè vocatione ambulare credendus est, qui ingreditur per eum qui dicit: Ego sum via, & nõ declinat neque ad dexteram neque ad sinistrã. Hieron. ibid.
b. Dicimus figuram præcessisse in Iordane, quando Naamã leprosus ille mundatus est. Ergo habes vnũ baptisma. Aliud in diluuio. Habes terrium genus quando in matri rubro baptizati sunt patres. Habes quartum genus in piscina quãdo mouebatur aqua. Nunc te consulo vtrũ credere debeas, quia habes præsentiam trinitatis in hoc baptismate, quo baptizatur in ecclesia. Ambr. de fide. lib. 2. ca. 3.

& pater omnium, qui super omnes & [2] per omnia,] & in omnibus nobis.† Vnicui-
que autem nostrum [c] data est gratia secũdum mensuram donationis Christi. Propter
quod dicit: † Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona homini-
bus. (Quòd autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores par-
tes terræ? ❡ Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret
omnia.) †[d] Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas,
alios verò Euangelistas, alios autem pastores, & doctores ad [3] consummationem]
sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec [4] occurra-
mus ] omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensu-
ram ætatis plenitudinis Christi: † vt iam non simus paruuli, fluctuantes, & circunfe-
ramur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circũuentionem er-
roris. Veritatem autem [5] facientes ] in charitate, [6] crescamus in illo per omnia,] qui
est caput Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iun-
cturam subministrationis corporis secundum operationem in mensuram vniuscu-
iusque [7] membri] augmẽtum corporis facit, in ędificationẽ sui * in charitate.† ❡ [e] Hoc
igitur dico & testificor in domino, vt iam non ambuletis sicut & gentes ambulant in
vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita dei [8] per]
[f] ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum: qui desperantes se-
metipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, [9] in auaritiã.]
Vos autem non ita didicistis Christum: si tamen illum audistis & in ipso edocti estis
(sicut est veritas in Christo Iesu) deponite vos, secundum pristinam conuersationem
veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. [10] Renouamini au-
tem spiritu mentis vestræ, & [11] induite nouum hominem, qui secundum deum crea-
tus est in iustitia & sanctitate veritatis. ❡ † Propter quod deponentes mendacium, lo-
quimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem mem-
bra. † ❡ Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. No-
lite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, ope-
rando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.
Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus est ad ædificatio-
nem fidei, vt det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum Dei: in
quo signati estis [12] in die] redemptionis. Omnis amaritudo, * & ira & indignatio, &
clamor, & blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitia. Estote autem inuicem be-
nigni, misericordes, donantes inuicem sicut & Deus [13] in Christo] donauit vobis.

*Christi gratiam desiderantes carnis vitia gulæ & luxuriæ & earum causas fugiant: & inde coniuges sibi conueniant.* V.

ESTote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi: † & ambulate in dilectio- a
ne, sicut & Christus dilexit nos: & [a] tradidit semetipsum pro nobis obla-
tionem, & hostiam Deo in odorem suauitatis. Fornicatio autẽ & omnis
immunditia, aut auaritia, nec nominetur [1] in vobis, ] sicut decet sanctos:
aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem [2] non pertinet:] sed ma-
gis gratiarum actio. ❡ † Hoc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut b
immundus, [b] aut auarus ([3] quod est idolôrum seruitus]) non habet hęreditatem in re-
gno Christi & Dei. † Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim vênit ira
dei in filios [4] diffidentiæ.] Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando
tenebræ: nũc autem lux in domino: vt filij lucis ambulate. (Fructus enim [5] lucis] est in
omni bonitate, & iustitia, & veritate.) ❡ Probãtes quid sit beneplacitum deo, & [c] noli- c
te communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem * redarguite. Quæ
enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia autem quæ [6] arguuntur, ] à
lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur, lumen est. Propter quod di-
cit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & [7] illuminabit te] Christus. ❡ † Videte ita- d
que [illegible] fratres] quomodo cautè ambuletis: non quasi insipientes, sed vt sapientes, redi-
men-

[illegible] Per omnes.
[c] Id est prout voluit dare, & ipse & omnes secundum ordinem dispositionis suæ. Christo enim datus est spiritus non secundum mensuram. Ioh. 3. Cæteris autem datur in mensura. Propter quod dicit scriptura. Psal. 67. Ascendens in altũ, &c. De Lyra.]
d. Nec verò putãdum est, quòd sicut in superioribus tribus, aliis dicit Apostolos, alios prophetas, alios euangelistas, ita & in pastoribus, & in magistris officia diuersa posuerit. Nõ enim ait: alios autem pastores, & alios magistros, sed alios pastores & magistros: vt qui pastor est, esse debeat & magister. Nec in ecclesiis quãuis sanctus sit, pastoris sibi nomen assumere debet, nisi possit docere quos pascit. Hieron. ibid.
3. Instaurationem.
4. Perueniamus.
5. Sectantes.
6. Augeamus in illo omnia, scilicet membra Christi.
7. Partis.
* Ipsius, scilicet totius.
[e. Quos superiùs rogauerat, hic domini obtestatione constringit. Hoc ergo dico vobis, qui oc cursuri estis in mensura ætatis plenitudinis Christi, ne ambuletis sicut gentes ambulant.]
8. Propter.
f. Si igitur ignorant, licet quispiam, & si excusari sunt reprehendi non merentur, nec puniri, sed magis doceri. Verùm aduerte quomodo veniam ab eis auferat: Qui, inquit, vbi dolere desierũt, semetipsos tradiderũt luxuriæ ad patrandum omnem immunditiam. Ostendit nãque quòd ignorantiæ ac cæcitatis causa ipsis fuerit vita. Porrò vita ex propria segnitie prouenit, & indolẽtia sine stupore. Oecume. ibidem.
9. In auiditate.
10. Renouari.
11. Induere.
g. In hoc existimo ego Apostolum dominum fuisse imitatũ. Quemadmodum enim in euangelio dominus eũ antè dixisset: Dictũ est antiquis hoc & hoc, postea adiungit, Ego autẽ dico vobis hoc. Sic etiam Apostolus, hoc in loco mentione facta veteris præcepti, quod veteribus illis olim datum fuerat: irascimini & nolite peccare, subiunxit paulopost nobis conuenientia subiicit, videlicet: Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor tollatur à vobis. Basil. interroga. 243.
12. In diem.
* Tumor.
13. Per Christum.

2. Si ergo traditus est à patre, Rom. 8. Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis tradidit illum, & ipse se tradidit, apparet vnã esse operationem vnã essã patris & filij voluntatem. Ambro. de fide, lib. 1. cap. 7.
1. Inter vos.
2. Non sunt conuenientia.
b. Sin verò auar[illegible] ille accipitur, qui pecuniam vtcũque conquirens, nũmos per fas & nefas habere desiderat, & pleno sæculo delectatur, iste idololatres in eo est, quia sculpturam ipsius nũmi colit, & idola in eis cælata veneratur. Hieron. ibidem.
3. (Qui est idolorum cultor.)
4. Inobedientes.
5. Spiritus.
c. Non communicare est non consentire quòd propter ecclesiæ disciplinam parum est, nisi etiam redarguantur, vt corrigi possint. Sed hæc salua pace faciendæ sunt, & quantum admittit officium conseruandæ vnitatis, ne simul eradicetur & triticum. Augu. contrà epist. Parmenia. cap. 20.
* Et.
6. Redarguuntur.
7. Illucescet tibi.

mentes tempus quoniam dies mali sunt. † Propterea [d] nolite [8] fieri ] imprudentes, sed
intelligentes quæ sit voluntas Dei. † Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed im-
pleamini spiritu [9] sancto,] loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis & canticis spi-
E ritalibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino: [d] gratias agentes semper
pro omnibus, in nomine domini nostri Iesu Christi deo & patri. Subiecti inuicem
[9] in ] timore Christi. [10] † Mulieres viris suis subditæ sint ] sicut domino, quoniam vir
caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ, ipse saluator corporis eius. Sed si-
F cut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. [d] Viri, diligite
vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam
sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ [11] in verbo ] [12] vitæ,] vt [13] exhiberet ] ipse si-
bi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi,
sed vt sit sancta [13] immaculata. ] † Ita & viri debent diligere vxores suas, vt corpora
G sua. Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit. [d] Nemo enim vnquam carnem suam
odio habuit, sed nutrit, & fouet eam sicut & Christus Ecclesiam: quia membra sumus
corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. † Propter hoc relinquet homo patrem
& matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. [e] [14] Sacramẽtum ]
hoc magnum est, [f] Ego autem dico in [15] Christo & in Ecclesia. ] Veruntamen & vos sin
guli, vnusquisque vxorem suam sicut seipsum diligat: vxor autẽ timeat virum suum.

*Parentibus filij obediant, sed & parentes filiis modestius conuersentur: serui dominis obsequantur, & domini seruis minas remittant, ne in tentationes varias incidant.* VI.

FIlij, obedite parentibus vestris in domino. Hoc enim iustum est. Honora
patrem tuum & matrem tuam (quod est mandatum [a] primum in promis-
sione) vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram. Et vos patres, nolite ad
iracundiam prouocare filios vestros: sed educate illos in [1] disciplina & cor-
rectione ] domini. Serui obedite dominis carnalibus cũ timore & tremore, [2] in ] sim-
plicitate cordis vestri [b] sicut Christo: non ad oculum seruientes, quasi hominibus pla-
centes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei: ex animo cum bona voluntate
B seruientes, [3] sicut ] domino & non hominibus, [d] scientes quoniã vnusquisque quod-
cunque fecerit bonum, hoc recipiet à domino, siue seruus, siue liber. Et vos domini
eadem facite illis, remittentes minas: scientes quia & illorum & vester dominus est in
cœlis: & † personarum acceptio non est apud deum. [3] [c] De cætero ] fratres, * confor-
tamini in domino: & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam Dei vt possitis sta
re aduersus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem &
sanguinem: sed aduersus [d] principes & potestates, aduersus mundi * rectores tenebra-
rum harum, [4] contra ] spiritualia nequitiæ, in cœlestibus. [d] Propterea accipite armatu-
C ram Dei, vt possitis resistere in die à [e] malo, & [5] in omnibus perfecti ] stare. State ergo
[6] succincti ] lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & [f] calceati pedes
in præparationem Euangelij pacis: † In omnibus sumentes scutum fidei, in quo pos-
sitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: † & galeam [7] salutis ] assumite, & gladiũ
spiritus (quod est verbum Dei) per omnem orationem & obsecrationem orantes om-
D ni tempore in spiritu, & in ipso † vigilantes in omni [8] instantia, ] [d] & obsecratione pro
omnibus sanctis, & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, no
tum facere mysterium Euangelij, * pro quo legatione fungor in catena, [9] ita ] vt in
ipso audeam, prout oportet me loqui. Vt autem & vos sciatis quæ circa me sunt, quid
agam, omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater & fidelis minister in do-
mino, quam misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscatis quæ circa nos sunt: & console-
tur corda vestra. [5] Pax fratribus & charitas cum fide à deo patre [9] nostro, ] & domi-
no Iesu Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Iesum Chri-
stum [9] in incorruptione. ] Amen.

d. Vnumquodque præceptum propriam adiunctam regulam habet. Illi enim quod est: Nolite fieri imprudentes, statim adiungitur: Sed intelligentes quæ sit voluntas dei. Et verò quod est: Ne sis prudens apud temetipsum: illud, Time dominum. Ex quo intelligitur imprudentem illum esse, qui voluntatem domini non intelligit: prudentem verò apud semetipsum, qui sulipsius consiliis nititur, neque secundũ fidem ambulat in verbis dei. Basil. interrog. 260. Reguleu.
8. Esse.
9. Cum.
10. Vxores propriis viris esto te subditæ.
11. Per verbum.
12. Adiungeret.
13. Irreprehensibilis.
e. Sacramentum igitur magnũ quod promissum iperauit Adã, sibi coniunctam vidit, quæ credidit coniugem, nobis per eãdem viuorum signauit futuram ecclesiam matrem appellatione omnium viuorum. Prosper de promiss. & prædest. cap. 2.
14. Mysterium.
[f. Secundum hoc ergo quod in Christo & ecclesia accipitur ipsum est: Non iam duo, sed vna caro sunt: & quomodo sponsus & sponsa dicuntur, sic caput & corpus, siue ergo dicatur caput & corpus, siue sponsus & sponsa, vnum intelligite. Glosa ord. ibidem.]
15. Christum & ecclesiam.

a. Quomodo tamen hoc primũ mandatum dixit, cum constet primum mandatum ita contineri: Non sint tibi alij dij præter me, &c. Hæc de causa ergo dixit, quod est mandatum primum in promissione, vt discerneret inter mandata quæ ad deum, & inter ea quæ ad hominem pertinent, quorum primũ est ad patrem. Ambrosius. Ib.
1. Eruditione & admonitione.
2. Cum.
b. Pulchrè addidit sicut Christo, vt scilicet nõ audiat seruus carnalem dominum, si contraria præceptis dei voluerit imperare Sedulius ibidem.
3. Cæterum.
[c. Ex quo radicati estis in fide Christi debetis cõfidere in ipso. Nam assistit fidelibus suis in tẽtationibus & pressuris. De Lyra ibidem.]
* Mei.
d. Dæmonibus dicit, quos nobilissimi constituimus principes vltro ipsis subiecti. Neque enim sortiti erant vt dominarentur nobis. Oecume. ibidem.
* Dominus.
4. Aduersus.
e. Hoc est periculoso.
5. Omnibus perfectis.
6. Præcincti.
f. Qui sic euangelicã fidem tenet vt & ipsi prosit, & ecclesiæ prodesse non renuat, bene intelligitur vtroque pede calceatus. Qui autem sibi putat quia credidit satis esse consultum, curam verò lucrandorum refugit aliorum, dealceati illius non figuratum significauit, sed in se impletum portabit opprobrium. Aug. contra Faustũ. lib. 32. c. 10.
7. Salutaris.
8. Sedulitate.
* Mei.
[g. Tria dicit, pax, charitas, fides. A fine cœpit, ad initiũ terminauit. Ipsa enim est fides, finis in pace. Quia enim credimus, ipsa est fides, sed fides debet esse Christianorum nõ dæmoniorum. Nam sicut dicit Iacobus Apostolus, Dæmones credunt & contremiscunt. Aug. in serm. hom. 17. tom. 10.
9. Cum synceritate.

Ad Ephesios. Scripta Romæ, missa per Tychicum. Anno do. 59.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## INCIPIT ARGVMENTVM IN EPISTOLAM AD Philippenses.

Philippis Macedoniæ ciuitas, vbi natus est Alexander Magnus. In qua Paulus scripsit epistolam ad Galatas secundam desiderată, & item duas ad Corinthios.

*PHilippenses sunt Macedones, ij accepto verbo veritatis persliterunt in fide, nec receperunt falsos Apostolos. Hos collaudat Apostolus, scribens eis à Roma de carcere per Epaphroditum.*

# Incipit Epistola ad Philippenses.

*Licet Pauli prædicatio fuerit Philippensibus propter hostes difficilis, sibi tamen & ipsis fuit cum gaudio vtilis.* Cap. 1.

a. Hic episcopos presbyteros intelligit. Non enim in vna vrbe plures Episcopi esse potuissent: sed etiam hoc in Apostolo actu habetur. Hier. ibidem.
b. Quoties, inquit, recordor vestri, glorifico deum. Hoc autem ideo facit, quòd sciret illis adesse multa bona: & glorificet, inquit, & oret. Haud tamē posteaquam profecistis ad virtutem: desino pro vobis orare. Chryso. ibidem.
c. In omni oratione mea.
c. In fide autem & in operibus bonis proficere, ac perseuerare vsque in finem, muneris atque auxilij esse diuini sanctarū scripturarum cōfirmat authoritas. Etenim scribens Paulus Apost. Philippensibus ait: Confidens hoc ipsum, &c. Ambr. de vocat. gentium lib. 1. cap. 9.
2 Gratiæ meæ.
d. Non tanquam fide dignus nō esset, testem deum inuocat, sed quòd maximē verum sit quod dicit: & quòd vehementer omnes diligat, omnes enim probi erant. Oecum. ibid.
* Esse.
* Adhuc.
* Qui est.
e. Plures ergo ex fratribus syncera quidem, sed diuersa voluntate Christum annuntiabant. Alij enim bona voluntate hoc agebant ad gloriam dei solius, alij verò charitate incitati apostoli, certi de tuitione dei. Sic iterum contra alia duo genera ponit, quæ non syncero animo prædicabant. Quidem enim inuidentes Apostolo contentione hoc agebant: alij verò astutia simulationis Christum annūtiabant, vt possent seditiones excitare Apostolo, quasi autori huius sectæ. Ambr. ibidem.
3. In defensionem.
4. Afferre.
f. Christus autem veritas est, & tamen non veritate annuntiari veritas potest, id est, vt à prauo & fallaci corde quæ vera & recta sunt prædicentur. Sic quippe annuntiatur Iesus Christus ab eis qui sua quærunt, non quæ Iesu Christi. Augustin. de doctri. Christi lib. 4.
5. Libertate.
6. Si autem.
7. Hoc. * Magis.

g. Hæc igitur omnia diligenter secuate memoriā, vt eos qui simpliciter ac remote scripturis, ac cum periculo proximi vruntur, omni cum sapientia corrigere possitis. Potestimus autem & dictorum meminisse & alios corrigere, si ad preces semper confugiamus, & oremus deum, vt det sermonum sapientiæ & auditus certāmque & indeprehensibilem huius depositi custodiā. Chrysost. ibidem.
8. Quidem ostensio.
9. Auditis in.

† Aulus & Timótheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum [a] Episcopis & Diaconis. Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. [b] Gratias ago deo meo in omni memoria vestri (semper [1] in cunctis orationibus meis] pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens) super communicationem vestram in Euangelio ⟨ Christi] à primo die vsque nunc [c] confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu. Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis: eo quòd habeam vos in corde & in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione Euangelij, socios [2] gaudij mei] omnes vos esse. [d] Testis enim mihi est deus quomodo cupiam omnes vos * in visceribus Iesu Christi. [e] Et hoc oro, vt charitas vestra * magis ac magis abundet in omni scientia & in omni sensu: vt probetis potiora, vt sitis synceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ * per Iesum Christum, in laudem & gloriam Dei. Scire autem volo vos fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt Euangelij, ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo, in omni prætorio & ⟨ in] cæteris omnibus, vt plures è fratribus in domino, confidentes in vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum ⟨ Dei] loqui. † [e] Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant. Quidam ex charitate, scientes quoniam [3] in defensione] Euangelij positus sum. [f] Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non syncerè: existimantes pressuram se [4] suscitare] vinculis meis. Quid enim? [f] Dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuntietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem, per vestram orationem & subministrationem spiritus Iesu Christi: secundum expectationem & spem meam, quia in vllo confundar, sed in omni [5] fiducia] sicut semper & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. † Mihi enim viuere Christus est: & mori lucrum. [6] Quòd si] viuere in carne, [7] hic] mihi fructus operis est, & quid eligam ignoro: † coarctor autem è duobus, desiderium habens, dissolui & esse cum Christo, multomagis melius: † permanere autem in carne, * necessarium propter vos. [g] [g] Et hoc confidens scio quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum & gaudium fidei: vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad vos. Tantum dignè Euāgelio Christi conuersamini, vt siue cum venero & videro vos, siue absens, audiam de vobis, quia statis in vno spiritu, vnanimes, collaborantes fidei Euangelij: & in nullo terreamini ab aduersariis, quæ est illis [8] causa] perditionis, vobis autem salutis. Et hoc à deo. Quia vobis donatum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes quale & videstis in me, & nunc [9] audistis de] me.

*Proxi-*

*Proximorum commodis in fidei & charitatis vnitate, vera Chriſti humilitate, & ſanctitate ſtudendum eſt ſine murmure & querela.* II.

A [1] Si qua ergo conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis: ]implete gaudium meum, vt idem ſapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes, [2] idipſum ]ſentientes. Nihil per contentionem [3] neque ]per inanem gloriam: ſed in humilitate, [4] ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes: ]non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed [5] ea quæ ]aliorum. Hoc enim [6] ſentite ]in vobis, quod & in Chriſto Ieſu. Qui cum in forma Dei eſſet, [b] non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & [7] habitu ]inuentus vt homo: † humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem: mortem autem crucis. ❡ Propter
B quod & deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, † vt in nomine Ieſu omne genu [8] flectatur ]cœleſtium, * terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia dominus Ieſus Chriſtus [9] in gloria ]eſt Dei patris. Itaque chariſſimi mei (ſicut ſemper obediſtis) non in præſentia mei tantum, ſed multò magis nunc in abſentia mea cum metu & tremore, veſtram ſalutem operamini. [c] Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & [10] perficere ] [d] pro bona voluntate. † Omnia autem facite ſine murmurationibus & [11] hæſitationibus, ]vt ſitis ſine querela, & [12] ſimplices ]filij Dei † ſine reprehenſione in medio nationis prauæ & peruerſæ, † inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die
C Chriſti, quia nō in vacuū cucurri, neque in vacuum laboraui. ❡ Sed & ſi [13] immolor, ſupra ſacrificium & obſequiuum ]fidei veſtræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. [14] Idipſum ]autē & vos gaudete, & congratulamini mihi. Spero autem in domino Ieſu, † Timótheum me citò mittere ad vos, vt & ego bono animo ſim cognitis quæ circa vos ſunt. Neminem enim habeo tam vnanimem, qui ſyncera affectione pro vobis ſolicitus ſit. † [e] Omnes enim quæ ſua ſunt, quærunt: non quæ ſunt Ieſu Chriſti. Ex-
D perimentum autem eius cognoſcite: quia ſicut patri filius mecum ſeruiuit in Euangelio. Hunc igitur ſpero me mittere ad vos, mox vt videro quæ circa me ſunt. Confido autem in domino, quoniam & ipſe [15] veniam ]ad vos citò. ❡ Neceſſarium autem exiſtimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meum, veſtrum autem Apoſtolum, & miniſtrum neceſſitatis meæ, mittere ad vos, quoniam quidem omnes vos deſiderabat, & mœſtus erat, [f] propterea quòd audieratis illum infirmatū. Nam & infirmatus eſt [16] vſque ad ]mortem, ſed deus miſertus eſt eius. Non ſolum autem eius, verumetiam & mei, ne triſtitiam ſuper triſtitiam haberem. Feſtinantius ergo miſi illum, vt viſo eo, iterum gaudeatis, & ego ſine triſtitia ſim. [g] Excipite itaque illum cum omni gaudio in domino, & eiuſmodi cum honore habetote: quoniam propter opus Chriſti vſque ad mortem acceſſit: [17] tradens animam ſuam, ]vt impleret id quod ex vobis deerat erga meum obſequium.

1. Rogo vos hoc mihi præſtare vt gaudium meum imitari dilectione ſuppleatis. Si qua eſt conſolatio in Chriſto, id eſt, cōſolamini me membra Chriſti pro vobis paſſima, ſi vos conſolatur eſt Chriſtus. Sedulius ibidem.
1. Quis viſcera & miſerationes.
2. Idem.
3. Aut.
4. Alij alios ſibiipſi ſuperiores exiſtimantes.
5. Et quiſque quæ.
6. Sentiat, ſcilicet quiſque.
b. Quod enim quia non habet, rapere conatur. Ergo non quaſi rapinam habebat æqualitatem cum patre, quam in natura ſui tanquam deus & dominus poſſidebat. Vnde addidit: Formam ſerui accepit. Contrarius vtique ſeruus æquali. Acqualis ergo in dei forma, minor in ſuſceptione carnis, & hominis paſſione. Ambr. de fide lib. 2. cap. 4.
7. Figura.
8. Flectat.
* Et.
9. In gloriam.
c. Pro qua voluntate, niſi quam in ipſis operat* eſt deus vt quod donauerat velle, donatet & perficere. Proſper contra Collatorem.
10. Operari.
d. Gratiæ iam eſt quam fides impetrat, vt poſſint eſſe hominis opera bona, quæ operatur fides per dilectionem. Aug. de ſpiritu & lite. cap. 33.
11. Diſceptationibus.
12. Synceri.
13. Immolor ſuper oblatione & ſacrificio.
14. Idem.

e. Quid eſt ſua quærentes? non Chriſtum gratis diligentes, non deum propter deum quærentes, temporalia commoda ſectātes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur à præpoſito, & propter hæc ſeruitur deo, quiquis eſt talis, mercenarius eſt, inter ſi lios ſe non computet. Aug. ſuper Ioan. tract. 46.
15. Veniat.
f. Triſtitiæ veſtræ cauſa mœſt* fuerat non eſſe contriſtandum de mortuis Apoſtol* ſignificat. Nam deſperantium eſt contriſtari, & ipſe, inquit, de Epaphrodito. Infirmus fuit prope mortem, ſed deus miſertus eſt illius, ſed & mei, ne triſtitiā ſuper triſtitiam haberē. Sedulius.]
16. Prope.
g. Hoc eſt ſpiritualiter, eō multa diligentia, imò veò cum dei voluntate dignè ſanctos ſuſcipiatis, quemadmodum decet ſanctos cū omni gaudio. Chryſoſt. ibidem.
17. Non habita ratione vitæ

*Qui legalia prædicant Euangelio præferenda vitandi ſunt, ſicut & Paulus ipſe vt Chriſtum & gratiam eius lucraretur, vitauit.* III.

A [1] DE cætero ]fratres mei, gaudete in domino. Eadē vobis ſcribere mihi quidem non pigrum, vobis autem neceſſarium. [2] [a] Videte ]canes, videte malos operarios, videte conciſionem. Nos enim ſumus circunciſio, qui ſpiritu ſeruimus [3] [b] deo: ] & gloriamur in Chriſto Ieſu, & non in carne fiduciam habentes, quanquam & ego habeam confidentiam in carne. Si quis alius videtur cōfidere in carne: ego magis, circunciſus octaua die, ex genere Iſrael, de tribu Ben
† Act. 13. a iamin, Hebræus ex Hebræis, & † ſecundum legem Phariſæus, ſecūdum æmulationem perſequens Eccleſiam Dei, ſecundum iuſtitiam quæ in lege eſt [4] cōuerſatus ]ſine que-
B rela. ❡ Sed quæ mihi fuerunt lucra, [c] hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimēta. Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiā Chriſti

1. Deinceps.
2. Cauete & infra.
a. Erant qui non facilè cognoſci poterant, ideo dixit: Videte id eſt, cauete, & voſmetipſos ſecuate. Erant enim nōnulli ex Iudæis, nēpe credentes, qui vnà eū fide Iudaiſmum etiam commiſcebant & prædicationem corrumpebāt, quos canes appellat. Canes verò dicebantur interdum ethnici, eo quòd deū ignorarent. Oecum. ibidem.
b. 3. Dei, (hoc eſt, ſpiritu dei ſeruimus. 4. Factus.
c. Detrimenta vel damna ſua dixit, & inter damna ſua commutat, quòd in iuſtitia quæ eſt in lege, fuerit ſine querela. Auguſt. de verb. Apoſt. Sermo 15.

Universidad de Deusto Biblioteca

Phil.

(c) Quasi nó tantum detrimẽta bonoru, sed quæ inquinant tam obiectantem. Et hoc ideo, vt in futuro Christum habeam præmium, & hic sim in illo membrum, quod aliter nequit fieri nisi illa æstimem vt stercora. Glosa ord. ibidem.]

6. Iustitiam.

c. Hoc est si tanta pati potero, si potero ipsum imitari, si potero conformis ipsi fieri, vt pote multa passus est Christus, alapis percussus est, flagellatus, postremo passus est. Quæ quidem passus est, illud est medium, per omnia ista ad resurrectionem eius pertingere oportet quæuis certamina ferentes. Chry. ibid.

7. Nondum.

8. Quotquot.

[f. Id est quicunque in statu perfectionis iustitiæ cuiusmodi erat Paulus, & cæteri Apostoli & doctores, & curati. De Lyra ibid.]

9. Incedere.

g. Neque enim hic diuinus vir solis docebat sermonibus, sed & pro exemplari ipsis proponebatur in operibus. Occum. ibid.

10. Considerate.

h. Conuersatio morum, conuersatio factorum, conuersatio fidei. Ambr. de virgin. lib. 3.

11. Enim.

12. Transfigurabit.

i. Corpus humilitatis est caro quæ humiliatur cadens in terram: transfiguratio autem eius, quoniam cum sit mortalis & corruptibilis, immortalis fit & incorruptibilis, non secundum propriam substantiam, sed secũdum domini operationem, qui potest mortale immortalitate, & corruptibile circũdare incorruptibilitatem. Irenæus lib. 5.

13. Conforme.

domini mei: propter quem omnia detrimẽtum feci, & arbitror[d] vt ]stercora, vt Christum lucrifaciam: vt & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Iesu: quæ ex deo est, [6] iustitia ] in fide ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionum illius:[c] configuratus morti eius, si quo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis, non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim. [f] Sequor autem, si quo modo comprehendam in quo & comprehensus sum à Christo Iesu. Fratres, ego me [7] non ] arbitror comprehendisse.† Vnum autem: quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernę vocationis Dei in Christo Iesu. [8] [f] Quicunque ] ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliud sapitis, & hoc vobis deus reuelauit. Veruntamen ad quod peruénimus, vt idem sapiamus, & in eadem [9] permaneamus ]regula. † [g] Imitatores mei estote fratres: & [10] obseruate ] eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitus,† quorum deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. [h] Nostra [11] autem ] conuersatio in cœlis est. Vnde etiam saluatorem expectamus, dominum nostrum Iesum Christum, qui [12] reformabit ] [i] corpus humilitatis nostræ [13] configuratum ] corpori claritatis suæ secundum operationem virtutis suæ, qua etiam possit subiicere sibi omnia.

*In fide & charitate fundati pietatis opera in futurum sicut à principio conuersionis sectentur.* 1111.

[a. Hæ mulieres scientes erant legis, quas similiter vt istos eadem sentire commonet & hortatur. Sedulius ibidem.]

1 Euodiam.

2. Idem sentire.

3. Certauerunt.

b. Nemo in hoc seculo gaudere potest & in domino. Multum inter se hæc duo gaudia differunt, imoque omnino contraria. Quando enim gaudetur in seculo, non gaudetur in domino, nec e contra. Aug. de verbo. domini. Serm. 37.

c. Si supra omnem sensum pax Christi est, quemadmodum nõ est supra omnem sensum tanta generatione eius? Ambr. de fide lib. 1. cap. 5.

4. Mentem custodiet.

d. Mentem custodiet, vt in eo quod dicit omnem mentẽ vel intellectum, nec ipse intellectus sanctorum angelorum esse possit exceptus, sed dei solius. Aug. in Enchirid. ad Laurent. ca. 65.

5. Per Christum Iesum.

6. Pura.

e. Satiari & esurire nouit, qui & corpus moderatè reficit, & ad immoderatam ciborum perceptionem suggerenti gulæ vitio consensit. Greg. super Ezech. homil. 9.

7. Per Christum.

8. Iterum.

9. Recipio.

f. Oportet enim nos oblationẽ deo facere, & in omnibus gratos inueniri fabricatori deo in sententia pura, & fide sine hypocrisi, in spe firma, in dilectione feruenti, primitias eorum quæ sunt eius creaturarum offerentes, & hanc oblationem ecclesia sola puram offert fabricatori, offerens ei cum gratiarũ actione ex creatura eius. Irenæus lib. 4. cap. 34.

10. Impleбit.

11. Per Christum Iesum.

12. Omnibus vobis.

Ad Philippẽses. Scripta Rome. missa per Epaphroditum. Anno domini 58.

TAque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & coro[a] na mea: sic state in domino charissimi. [a] [1] Euchodiam ] rogo & Syntichẽ deprecor [2] idipsum sapere ] in domino. Etiam rogo & te germane compar, adiuua illas quæ mecum [3] laborauerunt ] in Euangelio cum clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ. [b] Gaudete in domino semper, iterum dico: gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Do[b] minus [c] enim ] prope est. † Nihil soliciti sitis, sed in omni oratione, & obsecratione cum gratiarum actione, petitiones vestræ innotescant apud deum. [f] [c] Et pax Dei quæ[c] exuperat omnem [4] [d] sensum, custodiat ]corda vestra & intelligentias vestras[5] in Christo Iesu. ]De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque [6] sancta, ]quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ: hæc cogitate, quę & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me. Hæc agite, & deus pacis erit vobiscum. Gauisus sum autem in domino vehemẽter, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis. Occupati autem eratis. Non quasi propter penuriã dico. [e] Ego enim didici, in quibus sum,[c] sufficiens esse.† Scio & humiliari, scio & abundare. ( Vbique & in omnibus institutus sum) [e] & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum [7] in eo ] qui me confortat. Veruntamen bene fecistis communicantes tribulationi meæ. Scitis autem & vos Philippenses, quòd in principio Euangelij quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi vos soli: quia & Thessalonicam, semel & [8] bis ]in vsum mihi misistis. Non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. [g] [9] Habeo ]autem omnia, & abundo.[d] Repletus sum acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, in odorem suauitatis hostiam acceptam, [f] placentem deo. † Deus autem meus [10] impleat ]omne desiderium vestrum secundum diuitias suas, in gloria, [11] in Christo Iesu. ]Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum. Amẽ. Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres. Salutant vos omnes sancti, maximè autem qui de Cæsaris domo sunt. Gratia domini nostri Iesu Christi cum [12] spiritu vestro ]Amen.

Inci-

## INCIPIT ARGVMENTVM IN EPISTOLAM Ad Colossenses.

*COlossenses,& hi sicut & Laodicenses,sunt Asiani:& ipsi præuenti erant à Pseudoapostolis.Nec ad hoc accessit ipse Apostolus,sed & hos per epistolam corrigit. Audierãt enim verbum ab Archippo, qui & ministerium in eos accepit . Ergo Apostolus iam ligatus, scribit eis ab Epheso,per Tychicum Diaconum & Onesimum Acolythum.*

# Incipit epistola ad Colossenses.

*Euangelicæ authoritati firmiter adhærentes,fidem,spem & charitatem adepti gratias deo agamus oportet.* Cap. 1.

A PAulus Apostolus Iesu Christi per voluntatẽ Dei,& Timótheus frater,iis qui sunt[a] Colossis, sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu.Gratia vobis & Pax à deo patre nostro. * Gratias agimus deo & patri domini nostri Iesu Christi semper pro vobis, orantes:[1] audientes ] fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes,propter spem quæ reposita est vobis in cœlis, quã * audistis in verbo veritatis Euangelij,quod peruenit ad vos sicut & in vniuerso mundo ⌐est,] [b] & fructificat,& crescit, sicut in vobis ex ea die qua audistis & cognouistis gratiam Dei in veritate: sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi⌐Iesu:]qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram
B in spiritu.[c] [2]Ideo & nos ex qua die audiuimus,non cessamus pro vobis orantes & postulantes,vt impleamini agnitione voluntatis eius,in omni sapientia & intellectu spiritali:vt ambuletis dignè[2] deo per omnia placentes,]in omni opere bono fructificantes,& crescentes in scientia Dei,in omni virtute confortati,secundum potentiam charitatis eius,in omni patientia & longanimitate,cum gaudio,[d] gratias agẽtes deo patri,
† Ephe.1.b † qui[3] dignos ]nos fecit in partem sortis sanctorum, in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum,& transtulit in regnum filij[4] dilectionis suæ,]in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum:* [e] Qui est imago Dei inuisibilis, primo-
d Ioan.1.a genitus omnis creaturæ:quoniam † in ipso condita sunt vniuersa,*in cœlis &*in terra,
C visibilia & inuisibilia.[f] Siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates:omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Et ipse est ante[5] omnes,] & omnia in ipso constant.[f] Et ipse est caput corporis Ecclesiæ,qui est principium:† primogenitus ex
1 Cor.15.e mortuis : vt sit in omnibus ipse primatum tenens . Quia in ipso complacuit omnem
2 Cor.1.e plenitudinem * inhabitare,& per eum recõciliari omnia in ipso,pacificans per sangui-
Apoc.1.b nem crucis eius,siue quæ in terris,siue quæ in cœlis sunt.[g] Et vos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu, in operibus malis : nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem , exhibere vos sanctos & immaculatos & irreprehẽsibiles coram
D ipso:si tamẽ permaneatis in fide fundati & stabiles, & immobiles à spe Euãgelij quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura , quæ sub cœlo est,[h] cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis,[h] & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius , quod est Ecclesia: Cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi[6] in vobis,]vt impleam verbum Dei,mysterium quod absconditum fuit à seculis,& generationibus,nunc autem manifestatum est sanctis eius,quibus voluit deus[7] notas facere diuitias ]gloriæ sacramenti huius in gentibus,quod est Christus,in vobis, spes gloriæ,quem nos annuntiamus,[8] corripientes ]omnem hominem & docentes * in omni sapientia:vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu, [9] in quo ] & laboro certando secundum operationem eius quam operatur in me,in virtute.

a. Colossæ vrbs est Asiæ minoris iuxta Laodiceã & Ierapolim, quæ tempore Neronis terremotu conciderunt. Euseb.in Chronica . Sunt autem aliæ duæ huius nominis vrbes . Vna est in Cypro inter Paphum & Limissam, à Rhodiis olim occupata, & nomine suæ vrbis appellata. Rhodos enim Colossis dicta est ab imagine Solis ærea decies septenum cubitorum alta ibidem erecta.

* Ei domino Iesu Christo.

1. Quando audiuimus.

* Ante.

b. Exemplum cæterarum gentium crescere , & fructum vitalem facere, alacri sermone prosequitur,vt ex eo quòd dei gratiam perceperunt , proficeret & numero & opere adiungentes fidei suæ, qui fierent fratres eorum in Christo . Amb.ibidem.

[c. Hic consequenter Apostol⁹ ostendit se benevolam Collossensibus orando pro eorum fœlici cõsummatione, dicẽs: Ideo & nos ex qua die audiuimus vestrum bonũ principium, non cessamus &c. De Lyra ibidem.]

2. In omnẽ placentiam domini.

d. Dignatus est nos per similiũ tolerantiam parte ac sorte sanctorum,& gratuito donauit : vt idonei efficeremur & patiendi & assequendi sortem illorum. Oecumenius.

3. Idoneos.

4. Sibi dilecti.

* Per sanguinem ipsius.

e. Primogenitus,inquit, nõ primocreatus,vt & genitus pro natura,& primus pro perpetuitate credatur. Amb.de fide lib.1.c.4

* Quæ.

* Quæ.

5. Omnia.

f. Liquet igitur & de incarnatione dictum esse principium viarum suarum, quod ad sacra mẽtum suscepti corporis videtur esse referendum. Ambr . cap.4. lib.3.de fide.

* Diuinitatis.

g. Denique Apostol. in epistola sua ad Colossen. volens corpus Christi carneum & non spirituale,aereum tenue demonstrare, significanter locutus est dicens : Et vos eum aliquando essetis alienati à Christo,&c.recõciliauit in corpore carnis eius per mortem . Hier.aduersus error.Ioan. Ierosolymitani.

h. Patitur enim Christus in suis mẽbris,ea quæ desunt passionũ Christi . Omnia enim quæ potuit adimplere in vita passionũ Christũ assecut⁹ est:adhuc tamẽ mori restabat, ad quod paratus erat. Sedulius ibidem.

6. In vos.

7. Notũ facere quæ sint diuitiæ.

8. Admonentes.

* Omnem hominem.

[i. Laboro in virtute, q. labori meo Deus adiungit miracula, ad laborum meorum confirmationem. Glosa ord.ibidem.]

9. Ad quem.

*Conuersi ad fidem hæreticos vitent & fallaces, ne & ipsos trahant in hæreses & legalia per Christum sufficienter impleta.* II.

VOlo enim vos scire qualem solicitudinem habeam pro vobis, & pro his A
qui sunt Laodiceæ, & [1a] quicunque ] non viderunt faciem meam in carne: vt consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus in [2] agnitione] mysterij Dei [3] patris Christi Iesu,] † in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. † Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. † Nam etsi corpore absens sum: sed spiritu vobiscum sum gaudens, & videns ordinem vestrum, & firmamẽtum eius quæ in Christo est, fidei vestræ. ℣ Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominũ nostrum, B
in ipso ambulate, [4] radicati & superædificati in ipso, & confirmati] in fide, sicut & didicistis, abundantes [5] in illo] in gratiarum actione. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum. [b] Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis. In quo & circuncisi estis circuncisione non manu facta in expoliatione corporis * carnis, sed in circuncisione Iesu Christi, consepulti & in baptismo in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum à mortuis. † ℣ Et vos cũ mortui essetis [6] in delictis & præputio] carnis vestræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, [c] delens quod aduersus nos erat, chirographum [7] decreti, quod erat C
contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio, [d] affigens illud cruci: & expolians principatus & potestates traduxit confidenter palàm, triumphans illos [8] in semetipso.] Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte [e] diei festi, aut Neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi. † Nemo vos seducat volens in humilitate & [9] religione] angelorum, quæ non vidit ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ: ℣ & non tenens caput ex quo totum corpus per nexus & coniun- D
ctiones subministratum & constructum, crescit in augmentum dei. [f] Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid ⊱ adhuc ] tanquam viuentes in mundo decernitis? [10] Ne tetigeritis,] neque gustaueritis, neque contrectaueritis: quæ sunt omnia in interitu ipso vsu secundum [g] præcepta & doctrinas hominũ: quæ rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione & humilitate, & nõ ad parcendum corpore, non in honore aliquo ad [11] saturitatem] carnis.

1a. Quotquot.
2. Quique me vidissent, & charitatem meã erga se, & diuitias mysterij plenius cognouissent maiorem præstitissent affectũ, & abundantiam rationis à me, quam ab ipso Christo didici, docerentur, & per hoc consolationem fuissent cõsecuti. Hier. ibidem.
2. Agnitionem.
3. Et patris & Christi.
4. Radicamini & superædificamini in ipso, & confirmamini.
5. In illa, scilicet fide.
b. Si enim iuxta Apost. plenitudo omnis corporaliter diuinitatis in Christo est, aut vnius diuinitatis patrem & filium sarebuntur, aut si patris & filij diuinitatem cupiunt separare, cũ omnium plenitudinem diuinitatis, illius corporaliter habeat: quid est quod patri æstimant amplius adscribendum, cũ amplius nihil sit plenitudine, & plenitudo perfectio sit? Ergo vna diuinitas. Amb. de fide lib. 3 cap. 6. in fine.
* Peccatorum.
6. Per delicta & per præputium.
c. Deleuit sanguine suo atramẽtum Heuæ, deleuit obligationẽ hæreditatis obnoxiæ. Fides igitur peccatum minuit. Et ideo dominus dimittens peccata dicebat: Fiat tibi secundum fidẽ tuam. Amb. apologia Dauid. cap. 13.
7. Decretis.
d. Vt quemadmodum per lignũ facti sumus debitores deo, per lignum accipiamus nostri debiti remissionem, per quam deleuit chyrographũ. Irenæ. lib. 5.
8. Per semetipsum.
e. Cum sacramenti alicuius causa cõuenimus: aut veritatis martyribus festa instauramus, vt cum eorum certamina veneramur, eorum quoque pietatem imitemur. Greg. Nazianzenus oratione 16.
9. Superstitione.
f. Disputatio est aduersus Iudæos factos Christianos, qui propriis contendebant meritis esse inhærendum. Sedul. ibid.
10. Neque tetigeris, &c.
g. Præcepta & doctrinas hominum dicit, quia ipsa præcepta carnaliter intelligunt, præcipientes in lege prohibita manducare, quæ licet à deo fuissent instituta, vsque tamen ad veritatẽ discernenda. Euche.
11. Satietatem.

III. *In fide radicati nouum viuendi modum induant, ac peruersos mores & carnales exuant, bonos acquirant, & cum sapientia charitatem in omni statu conseruent.*

SIgitur si consurrexistis cum Christo, quæ [1] sursum ] sunt quærite, vbi Chri- A
stus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, nõ quę super terram. Mortui enim estis, & vita vestra [a] abscondita est cum Christo in deo. Cum autem Christus apparuerit, vita [2] vestra, ] tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, † & auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus, † propter quæ venit ira dei super filios incredulitatis, in quibus ambulastis aliquando cum viueretis in illis. † ℣ Nunc autem deponite & vos omnia: iram, B
indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri inuicem: † [3] [b] expoliantes vos ] veterem hominem cum actibus suis, & [4] induentes ] nouum ⊱ eum ] qui renouatur in agnitionem Dei, secundum imaginem eius qui creauit eum: vbi non est ⊱ masculus & fœmina ] gentilis & Iudæus, circuncisio & præputium, Barbarus & Scytha, seruus & liber: sed omnia & in omnibus Christus. † Induite vos ergo sicut electi dei, sancti, & dilecti viscera [5] misericordiæ, ] benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiã, supportantes inuicẽ: & donantes vobismetipsis, ℣ si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut & dominus donauit vobis, C
ita &

1. Vel, supra, & infra.
a. Vir iustus ita peccatum declinat, quasi celare non possit, nec personam suam induit anuli, sed vitam suam indutus Christum abscondat, sicut Apostolo. Quia vita nostra ãbscondita est cum Christo in deo. Nemo ergo hic fulgere quærat, nemo sibi arroget nemose iactet. Nolebat se Christus hic cognosci, nolebat prædicari in euangelio nomen suum cum in tertis versaretur, venit vt lateret seculum hoc. Ergo & nos simili modo abscondamus vitam nostram Christi exemplo, fugiamus iactantiam, prædicari non expetamus. Melius est hic esse in humilitate, ibi in gloria. Inde concludit. Cum autem apparuerit Christus, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Ambr. off. lib. 2. cap. 5.
2. Nostra.
3. Cum exueritis.
b. Non substantiam contemnit carnis, sed spoliationem pristinæ nostræ conuersationis, manifestat eam quæ veterascit & corrumpitur, &c. Irenæ. lib. 5.
4. Indueritis.
5. Miserationum.

ita & vos. [c]Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis: & pax [e]Chriſti exultet] in cordibus veſtris: in qua & vocati eſtis in vno corpore, & grati eſtote. Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia docentes & commonentes voſmetipſos in pſalmis, hymnis & canticis ſpiritalibus, in gratia cantantes in [f] cordibus veſtris deo.] † [d] Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes deo & patri per ipſum. † [8] Mulieres,] ſubditæ eſtote viris, ſicut oportet in domino. [g] [e] Viri, diligite vxores veſtras: & nolite amari eſſe [9] ad illas.] † Filij, obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum eſt [–in] domino. Patres, nolite [– ad iracundiam] prouocare filios veſtros, [10] vt non puſillo animo fiant.] † Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis timentes deum. Quodcunque facitis, ex animo operamini ſicut domino, & non hominibus, ſcientes quòd à domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino *Chriſto ſeruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod iniquè geſſit: † [f] & non eſt perſonarum acceptio apud deum.

[c] Inducit ad principales virtutes perficientes alias: & principalior eſt charitas inter virtutes, ſapiẽtia verò inter dona. Charitas quidem informat omnes virtutes, ſapientia verò dirigit. Primò inducit ad charitatem habendam 2. ad charitatis effectus. Dicit ergo. Super omnia induatis charitatem, quæ omnibus prædictis maior eſt. S. Thomas ibidem.]
6. Dei palmam obtineat.
7. Corde veſtro domino.
d. Omnia ergo dicta noſtra factáque referamus ad Chriſtum, qui vitam fecit ex morte, lucem creauit ex tenebris. Ambro. de virginibus lib. 3.
8. Vxores.
e. Eos nanque qui obedientiam fouere debent, præcipit vt diligant vxores, liberos, ſeruos, quẽque ponẽs iuxta obedientiæ proportionem. Oecum.
9. Ergà illas.
10. Ne triſtitia animo contrahãt.
* Enim.
f. Nam deus vt perſonam non accipit, ſic nec ætatem: cum ſe omnibus ad cœleſtis gratiæ conſecutionem æqualitate libata præbeat patrem. Cyprianus.

*Fideles orationibus vacent, cum infidelibus autem ſapienter ambulent.* IIII.

[a] Omini quod iuſtum eſt & æquum, ſeruis præſtate, ſcientes quòd & vos dominum habetis in cœlo. † Orationi inſtate, vigilantes in ea [1] in] gratiarum actione, orantes ſimul & pro nobis: [b] vt deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſterium Chriſti: (propter quod etiam vinctus ſum) vt manifeſtem illud, ita vt oportet me loqui. † In ſapientia ambulate ad eos qui foris ſunt, [c] tempus redimentes: [g] † Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus, vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere. [d] Quæ circa me ſunt omnia, vobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter, & conſeruus in domino: quem miſi ad vos ad hoc ipſum, vt cognoſcat quæ circa vos ſunt, & conſoletur corda veſtra, cum Oneſimo chariſſimo & fideli fratre qui [2] ex vobis] eſt: qui omnia quæ hic aguntur, nota facient vobis. Salutat vos Ariſtarchus concaptiuus meus, † & Marcus conſobrinus Barnabæ: (de quo accepiſtis mandata. [g] Si venerit ad vos, ſuſcipite illum.) Et Ieſus qui dicitur iuſtus: qui ſunt ex circunciſione. Hi ſoli ſunt [3] adiutores mei] [e] in regno dei, qui mihi fuerunt ſolatio. Salutat vos Epaphras qui ex vobis eſt, ſeruus Chriſti Ieſu, ſemper ſolicitus pro vobis in orationibus, vt [4] ſtetis] perfecti, & pleni in omni voluntate Dei. Teſtimonium enim illi perhibeo quòd habet multum laborem pro vobis: & pro iis qui ſunt Laodiceæ, & qui Ierapoli, [g] † Salutat vos Lucas medicus chariſſimus, & Demas. Salutate fratres qui ſunt Laodiceæ, & Nympham, & [5] quæ in domo eius eſt, ] Eccleſiam. Et cum lecta fuerit apud vos epiſtola [– hæc,] facite vt & in Laodicenſium Eccleſia legatur: & [6] ea quæ Laodicenſium eſt vobis legatur.] Et dicite Archippo: Vide miniſterium quod accepiſti in domino, vt illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores eſtote vinculorum meorum. Gratia domini [–noſtri Ieſu Chriſti] vobiſcum. Amen.

[a] Boni qui imperant, ſeruiunt quia non cupiditate dominandi imperant, ſed offitio conſulendi, & beneficia prouidendi. Gloſa ordinaria ibidem.]
1. Cum.
b. Paulus electus ad euangelij prædicationem, rectè ſibi oſtiũ verbi obtabat aperiri, quia de ore eius exibat ſalus gentiũ, de ore eius prodibat vita populorum. Amb. de Cain & Abel. lib. 1. cap. 9.
c. Redimere tẽpus, hoc eſt, quando aliquit tibi infert litem, perde aliquid vt deo vaces, non litibus perde. Ergo ex eo quod perdes pretium eſt temporis. Aug. de verb. Apoſt. Serm. 26.
[d. Sciendum quod Apoſtolus miſit hanc epiſtolam per certos nuncios ad certificandum Coloſſenſes quòd eſſet ſua epiſtola & ad plenius eis dicendum ſtatum Apoſtoli: vt confirmarent eos in fide, & conſolarentur in tribulationibus quæ eos ſuperuenerant, vt dictũ eſt prius primo cap. De Lyra ibidem.]
2. Veſtras.
3. Cooperatores.
e. Hoc eſt, in nouo teſtamento, per quod intratur regnum dei: ſicut Sathanas mors dicitur, quia eſt cauſa mortis. Hieronym. ibidem.
4. Sitis.
[f Ex quo habetur quod ſcripſit alias epiſtolas: quia iſta de qua fit hic mentio ſcilicet Laodicẽſium: & vnam aliam ad Corinthios præter primam & ſecundam: quia in prima cap. 5. dixit Scripſi vobis in epiſtola, ne cõmiſceamini fornicariis &c. Sed ratio quia non conſtabat de earum auctoritate, vel quia non continebãt aliud quàm iſta. S. Thomas ibidem.]
5. Domeſticam eius.
6. Eam quæ ex Laodicea eſt, vos quoque legatis.

Ad Coloſſenſes. Scripta Romæ, miſſa per Tychicum & Oneſimum. Anno do. 59.

## INCIPIT ARGVMENTVM IN EPISTOLAM ad Theſſalonicenſes primam.

*Theſſalonicenſes ſunt Macedones: qui accepto verbo veritatis, perſiterunt in fide: etiam in perſecutione ciuium ſuorum. Præterea nec receperunt falſos Apoſtolos, nec ea quæ à falſis Apoſtolis dicebantur. Hos collaudat Apoſtolus, ſcribens eis ab Athenis, per Tychicum Diaconum, & Oneſimum Acolythum.*

a. Theſſalonica nunc Salonica, metropolis eſt Philippenſium in regno Macedoniæ ſeu Emathiæ, nunc Turciæ regiunculæ. Ad cuius populum ſcripſit. S. Paulus duas Epiſtolas, priorem ab Athenis, poſteriorem à Laodicea quæ eſt metropolis Phrygiæ Pacacianæ, vbi etiam prædicauit.

# Incipit Epistola ad Thessalonicenses.

## PRIMA.

*Thessalonicenses ad Pauli prædicationem facilè inter tribulationes conuersi meritò laudandi, cæteris etiam ipsi prædicauerunt.* *Caput. I.*

PAulus & Syluanus & Timótheus Ecclesiæ Thessalonicensium in deo patre nostro & domino Iesu Christo: gratia vobis & pax. * Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestræ & laboris, & charitatis, & sustinentiæ spei domini nostri Iesu Christi: ante deum & patrem nostrum.] Scientes fratres dilecti à deo, electionem vestram, quia Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantùm, sed & in virtute, & in spiritu sancto, & in plenitudine multa, * sicut scitis quales fuerimus in vobis] propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis, & domini: excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio spiritus sancti, ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo domini: non solum in Macedonia & in Achaia, sed & in omnem locum fides vestra quæ est ad deum profecta est, ita vt non sit nobis necesse quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo conuersi estis ad deum à simulachris, seruire deo viuo, & vero, & expectare filium eius de cœlis (quem suscitauit ex mortuis) Iesum: qui eripuit] nos ab ira ventura.

*Qualis Thessalonicensibus Paulus prædicando conuixit, tales fuerunt ipsi in conuersione, & forti inter tribulationes constantia.* *II.*

NAm ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos, quia] non inanis fuit, sed antè passi — multa,] & contumeliis affecti (sicut scitis) in Philippis, fiduciam habuimus in deo nostro, loqui ad vos Euangelium Dei in multa solicitudine.] Exhortatio enim nostra nō de errore, neque de immunditia, neque in dolo: sed sicut probati sumus à deo vt crederetur nobis Euangelium, ita loquimur: non quasi hominibus placentes, sed deo qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione auaritiæ, deus testis est: nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis neque ab aliis, cum possemus vobis onere esse vt Christi Apostoli. Sed facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos, ita desiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis. Memores enim facti estis fratres, laboris nostri & fatigationis, nocte * & die operantes, ne quem vestrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium Dei. Vos testes estis & deus, quàm sanctè & iustè & sine querela vobis, qui credidistis] affuimus sicut scitis, qualiter vnumquenque vestrum (sicut pater filios suos) deprecantes vos & consolantes, testificati sumus vt ambularetis dignè deo, qui * vocauit] vos in suum regnum & gloriam. Ideo & nos gratias agimus deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei, qui * operatur in vobis qui credidistis. Vos enim imitatores facti estis fratres, Ecclesiarum Dei quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu: quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & dominum occiderunt Iesum, & * Prophetas, & nos persecuti sunt, & deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur: prohibentes nos gentibus loqui, vt saluæ fiant, vt imple-

A Act. 16.

B

C

D

† Alias

† Alias

a. Nihil hic adiicit nomini quo supra cæteros declaretur eminere. Non iam Apostolus, non item seruus. Apparet id consulto factum in eorum gratiã, qui nuper essent instructi fidei rudimentis, qui nullum adhuc cepissent Paulinæ sapientiæ experimentum. Chryl. ibidem.

* A deo patre nostro & domino Iesu Christo

b. Qui perfectæ charitatis est, sustinet omnia patienter propter spem futuram. Hier. ibid.

1. Coram deo & patre nostro.

c. Humiles se fuisse inter illos significant, vt illis formam darent mansuetudinis: non quòd defuerint quæ ad fidem illos hortarentur magnalia, quia doctrinæ euangelicæ robur virtus præstabat signorum & prodigiorum in spiritu sancto, id est, non in phantasia, sed in veritate plenitudinis, vt nulli necessitati deesset auxilium, sed superabundans gratia videretur & in doctrina, & in conuersatione & in ægris curandis: vt perfectum opus spiritus sancti appareret in Thessalonicen. ecclesia. Amb. ibid.

* Certitudinis.

2. Inter vos.

3. Eripit.

1. Quòd.

a. Præsuram quam hic commemorat, passus est propter spiritũ Pythonem quem à puella ejecerat. Act. 16. Ambros. Quia aliquanti eorũ viderunt illos hæc Philipis passos, nec expauisse persecutionem, nec tamen prædicare cessasse. Sedulius ibidem.

2. In multo certamine.

b. Quod nisi ipse operetur in nobis vitare nequimus. Quæ enim vires nocendi habeat humanæ gloriæ amor, non sentit nisi qui bellũ ei indixerit: qui si cuiquã facilè est laudem non cupere dum negatur, difficile tamẽ est ea non delectari dum offertur. August. in lib sententiarũ. Prosperi.

[c. Id est, fuimus humiliantes nos, nec debitum quærẽtes honorem: humiliãs se in omnibus paruulo se coæquat, vt illos ad maiora sua imitatione perducat. Sedulius ibidem.]

d. Apud illos & Corinthios & Ephesios laborauit: quibus occasionem auferre cupiebat, vel docendi, vel de se aliquid suspicandi. Hier. ibidem.

* Enim.

3. Credetis.

[e. Ponit puritatem suæ conuersationis, & primò quomodo sancta quo ad vitã 2. quomodo sollicita quo ad doctrinam. Scitis ergo quomodo sanctè, quo ad deum, iustè, quo ad proximum sine querela quo ad omnes S. Thomas.]

4. Vocat.

f. Deo gratias referunt, qui aperuit sensus illorum ad recipiendum Euangelium suum. Gloria enim prædicantium est quando audientes facilè credunt. Tanta enim deuotione receperunt verbum, vt probarent se intellexisse dei sine doctrinam. Ambros. ibidem.

* Et.

[g. In Ierusalem enim primò in capit ecclesia prout distinguitur contra synagogam. Et inde derluata est ad alia Iudææ loca: & illa ecclesiæ constanter sustinuerunt persecutiones à Iudæis qui Christum occiderãt & prophetas: & in hac ecclesia Thessalonicensium erãt conformis, quæ persecutiones sustinuerat à ciuibus suis, quod debebat eis materia esse consolationis. De Lyra.]

* Propter.

impleant peccata sua semper. & Præuenit enim ira Dei super illos vsque in finē. Nos autem fratres, [3] desolati à vobis] ad tempus horæ, aspectu, non corde: abūdantius [6] festinauimus] faciem vestram videre cum multo desiderio: quoniam voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus & semel & iterum, [i] sed impediuit nos Sathanas. Quæ est enim nostra spes aut gaudium, aut corona gloriæ? Nónne vos ante dominum nostrum Iesum Christum estis in aduētu eius? Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

[h. Quadraginta annos post passionē dedit Deus Iudæis ad pœnitentiam, illis transactis cū nollent credere, completa sunt peccata eorum. Vnde dominus, Matt. 23. Implete menturā patrum vestrorum. Glosa ordina. ibidem.]
3. Orbati vobis.
6. Studuimus.
i. Nunquid alicuius sancti propositū impedire Sathanas possit? Responsio. Eorū quæ in domino sunt rectè factorum, alia sola voluntate ac deliberatione animi efficiūtur, alia ad hoc vt efficiantur, indigent etiā opera corporis, adhibendis videlicet vel studio vel tolerātia. Ac quęcunque sunt eius generis quæ in sola animi voluntate posita sunt, hæc nullo modo impedire Sathanas potest. Quæ verò sunt ad quæ consequenda necessaria est etiam opera corporis, in his plerunque deus nasci impedimenta permittit, vel probandi vel detegendi causa illius qui impediatur. Basil. interrog. 275. Regul. breuio.

*Paulus per nuntium Thessalonicensibus missum super illorum conuersatione certior factus multiplicem illis optat gloriam & fœlicitatem.* III.

A PRopter quod non sustinētes amplius, placuit nobis remanere Athenis [1] solis,] [a] & misimus Timótheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in Euangelio Christi, ad confirmandos vos & exhortandos pro fide vestra: vt nemo moueatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis quòd in hoc positi
B sumus. Nam & cum apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut & factum est, & scitis. & Propterea & ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram: [b] ne fortè tentauerit vos is qui tentat, & inanis fiat labor noster. [2] Nunc autem veniente Timótheo] ad nos à vobis, & annūtiante nobis fidem & charitatem vestram, & [3] quia] memoriam nostri habetis bonam semper, desideran-
C tes nos videre, sicut & nos quoque vos: & ideo consolati sumus fratres, in vobis, in omni necessitate & tribulatione nostra per fidem vestram: quoniam nunc viuimus, si vos statis in domino. Quam enim gratiarum actionem possumus deo tribuere pro vobis, in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum, nocte ac die abundantius orantes, vt videamus faciem vestram, & compleamus ea quæ desunt fi-
D dei vestrę? [c] & Ipse autē deus & pater noster, & dominus * Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos. Vos autem dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem vestram in inuicem, [d] & in omnes: quemadmodum & nos [4] in vobis] ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate ante Deum, & patrem nostrum in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

a. Hiuiusmodi est istius sancti ratio docendi, vt cum per afflictiones ac vim quæ sequitur, nō possit ad aliquos discipulorum proficisci, alios mittit, & per ipsos medios conuenit illos, & cū eis conuersatur. Hoc ad Philippenses facit, hoc ad Corinthios misso eodem Timotheo, & per ipsum medium cum eis cōuersatur eósque alloquitur. Occumenius ibid.
b. Deus tētat vt doceat, diabolus tētat vt decipiat. Cui tamen nisi ille qui tentatur dederit locum, inanis & irridendus repellitur. Augu. serm. 72. de tēpore.
1. Soli.
2. Nuper autem cum venisset Timotheus.
3. Quòd.
c. Docet ex Deo esse principiū & pfectū cōsummationémque virtutū, dicens: Ipse autē Deus, &c. Ambro. de vocat. gentium. lib. 1. ca. 9. Et patrē loquitur, & filium loquitur, sed vnitas directionis est, quia vnitas potestatis est. Idem de fide, lib. 2. ca. 4.
* Nosler.
d. Hoc verè diuina dilectio est, si omnes complectatur. Si verò aliū quidem diligit, aliū autem non item, humana erit amicitia. Chrysost. ibidem.
4. In vos.

*In fide firmati futuro studeant profectui, & sibi à carnalibus vitiis & inordinata tristitia caueant.* IIII.

A DE cætero ergo fratres, rogamus vos & [1] obsecramus] in domino Iesu: vt [a] quemadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, & sic & ambuletis] vt abundetis magis. [b] Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per dominum Iesum. † Hæc est autem voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore: non in passione desiderij, si-
B cut & gentes quæ ignorant Deum. & Et ne quis supergrediatur, neque circunueniat in negotio fratrem suum, quoniam vindex est dominus de iis omnibus, sicut * prædiximus vobis & testificati sumus. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. [c] De charitate autem fraternitatis non necesse [2] habuimus scribere] vobis. † Ipsi enim vos à Deo didicistis, vt diligatis * inuicem.
C Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Macedonia. & Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis, & operam detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis: & vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt: & nullius aliquid desideretis. † [d] Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent.
D & Si enim credimus quòd Iesus mortuus est & resurrexit: ita & deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, † quia nos qui viuimus, qui residui sumus [3] in aduentu] domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu & in voce Archágeli & in tuba Dei descen-

†Rom. 12.a Ephe. 5.c 22.9.4. Vnusquisque.
†Ioan. 13.d 1.Cor. 4.d Ephe. 5.a Philip. 3.c 1.Ioan. 4.c
†1.9.2. Vbicunque & in. †Qui habēt, &c. Diuina.
†Cor. 15.d

1. Adhortamur.
a. Quia cum ætate fidei debent augere profectū & mores, sicut accessu carnalis ętatis, & corpus crescit & studiū. Sedul. ibidem.
b. Sanctificatio ab omni incontinentia reuocat Christianum: cui incontinenti non expedit sanctū Christi corpus attingere; maximè cū Moyses Iudęos sanctificare volēt, populum totum ab omni fœmina se continere præcepit, vt Dei potiri præsentia mererentur. Hieron. ibid.
* Et.
c. Tanquam sit certissimum indicium qd à deo didiceritis, si id quod didiceritis, feceritis. Qui autem nouit quid fieri debeat, & non facit, nondum à deo didicit secundum gratiam, sed secundum legem, non secundum spiritum, sed secundū literam. Augus. de gratia, contra Pelagiā. lib. 1. cap. 13.
2. Habetis vt scribamus.
* Vos.
d. Ne illa quidem impatientiæ species excusatur in amissione nostrorum, vbi aliqua doloris patrocinatur adfertio. Et meritò. Credentes enim resurrectionem Christi, in nostrā quoque credimus, propter quos ille & resurrexit. Tertullianus de patientia. Dignum enim esse iudicauit dominus, vt germani corporis animęque substātia cum Christo simul regnent in cœlis, qui Christo seruierūt in terris. Eusebius Emisenus. Homil. 9. de Pascha.
3. In aduentum.

det de cœlo:& mortui qui in Christo sunt,resurgent primi.[c] Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

[c. In aduentu domini qui viui fuerint inuenti, obuiã capientur domino in aera, mortem quasi somnũ passi. In ipso enim raptu mortem & resurrectionẽ habebunt: dumque anima ipsa in ipso raptu exierit à corpore, corpus terra remanebit, sed tã breue spatiũ tenebit ipsa mors, vt nec cogitari nec perpẽdi possit. Glos.ordin.post Ambrosiũ. ibidem.]

*Ad iudicium futurum omnes se præparent æquales consolando,maiores reuerendo,inferiores corrigendo,ac deum & dona eius benedicendo.* V.

DE temporibus autem & momentis fratres, non indigetis vt scribamus A vobis. † Ipsi enim [1] diligenter ] scitis quia dies domini, [2] sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint: pax & securitas, tunc repentinus eis [2] superueniet] interitus, sicut dolor *in vtero [3] habentis,] & non effugiẽt. Vos autem fratres non estis in tenebris, vt vos dies ille tanquam fur comprehendat. *Omnes enim] vos, filij lucis estis, & filij diei. Non sumus noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut & cæteri:sed vigilemus & sobrij simus. ‡ Qui enim B dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos autem qui diei sumus,sobrij sumus, † induti loricam fidei & charitatis, & galeam spem salutis, quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus siue dormiamus,simul cum illo viuamus. Propter quod consolamini *inuicem: & ædificate alterutrum,sicut & facitis. ‡ Rogamus autem vos fratres, vt noueritis eos qui laborant C inter vos, & præsunt vobis in domino, & monent vos: vt habeatis illos abundantius [4] in charitate] propter opus illorum: &] pacem habete cum eis. Rogamus autem vos fratres, [5] corripite inquietos,] consolamini pusillanimes, [6] suscipite ] infirmos, patientes estote ad omnes. † Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini in inuicem, & in omnes. Semper gaudete, [b] sine in- [1]
termissione orate, in omnibus gratias agite. Hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. † ‡ Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. D † Omnia autem probate, quod bonum est tenete, † ab omni specie mala abstinete vos.] Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: *[c] vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela, in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. † Fidelis est qui [7] vocauit] vos: qui etiam faciet. Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos per dominum vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

1. Exactè.
2. Quare vt fur? Quia per hoc designat & occultus sit ac repẽtinus. Et dicimus & hoc multis modis vsue fit. Primũ quidem, nam si quis postremum sciret diem, nulla illi virtutis cura esset, sed innumera perpetrando mala extremũ spiritu ad baptismum accederet. Secundò, quia multa mala tantu mortis amputantur, quæ intrepidè committerentur. Tertiò, quia si sciret quisquã quòd omnino tali tẽpore moriturus esset,in cõtinua viueret animi tristitia:nũc autẽ ob incertitudinem continuò in bona spe nutrimur. Quartò, quia neque ob id sancti præmiũ haberẽt, & semetipsos in incertã præcipitent pericula. Si enim manifestũ esset quòd post tres annos consummatio vẽtura esset, omnes sanè pericula despicerent, tanquã nihil nocumẽti essent accepturi. Oecume.ibid.
2. Instat.
* Partus.
3. Habenti.
* Noctis.
* Vos.
4. Per charitatem.
5. Admonete inordinatos.
6. Subleuate.
b. Sine intermissione orate, quid est aliud, q̃ beatam vitam quæ nulla nisi æterna est, ab eo qui eam solus dare potest, sine intermissione desiderare? Dignior enim sequetur effectus, quẽ feruentior præcedit affect⁹. August. de orando deo. cap. 9.
* Perfectos.
c. Neque enim plasmatio carnis ipsa secundum se homo perfectus est, sed corpus hominis & pars hominis. Neque enim & anima ipsã secundum se homo, sed anima hominis. Neque spiritus homo,spiritus enim & nõ homo vocatur. Commixtio autem & vnitio horum omnium perfectum hominẽ efficit. Iren. lib.5. aduersus Valentinum.
7. Vocat.

Ad Thessalonicenses 1. scripta fuit Athenis. Anno do.50.

## INCIPIT ARGVMENTVM IN SECVNDAM Epistolam ad Thessalonicenses.

*AD Thessalonicenses secũdam scribit epistolam Apostolus: & notum facit eis de temporibus nouissimis, & de aduersarij deiectione. Scribit hanc epistolam ab Athenis per Titum Diaconum & Onesimum Acolytum.*

Incipit

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Incipit Epistola ad Thessalonicenses SECVNDA.

*Præparentur omnes ad iudicium in fide charitate & patientia, vbi mali pœnis tradentur, boni autem præmiis donabuntur.*

*Caput I.*

Anno do. 51

A PAulus & Syluanus & Timótheus, Ecclesiæ Thessalonicẽsium in Deo patre nostro & domino Iesu Christo: gratia vobis & pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo.
b Gratias agere debemus semper Deo pro vobis fratres, ⟨–ita] vt dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, &
B abundat charitas vniuscuiusque* vestrum in inuicem: & ita vt & nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei, pro patiẽtia vestra & fide, ⟨–&] in omnibus persecutionibus vestris & tribulationibus, c quas sustinetis ⟨–in] exẽplum iusti iudicij Dei, vt digni habeamini ⟨–in] regno Dei, pro quo &
c patimini, d si tamen iustum est apud Deum retribuere [1 retributionem] iis qui vos tribulant, e & vobis qui tribulamini requiem nobiscum, in reuelatione domini Iesu de cælo cum angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam iis qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio domini nostri Iesu Christi. Qui [2 pœnas dabunt in interitu æternas] à facie domini & à gloria virtutis eius, c cum venerit glorifi-
D cari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: e quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. [3 In quo] etiam oramus semper pro vobis, vt dignetur pro vocatione ⟨–sua] Deus, * & impleat omnem voluntatem bonitatis suæ, ] & opus fidei in virtute, vt [4 clarificetur] nomen domini nostri Iesu Christi [5 in vobis, & vos in illo,] secundum gratiam Dei nostri & domini Iesu Christi.

a. Solemnibus verbis scribit ad eos. Solito enim more sermonũ caput cõcinetur epistolæ, & idẽ ipsi tres sunt, quorum nomine scribitur sicut & prima epistola. Ambro. ibidem.
b. Duo ipsos docet, & quòd afflictiones quæ in ipsos inciderunt, nõ luctum, sed gratiarum actionem mereantur, & quòd pro his quæ ipsi patiuntur ac sustinent, Deo iam referendæ gratiæ. Oecumen. ibid.
* Omnium.
c. Per hoc enim apparebit iustum iudicium Dei esse iustum patientiam vestram præuidio, ideo subditur. Vt digni habeamini persecutores vestros puniendo. Ideo subditur. Si tamen iustum est. De Lyra.]
d. Hoc est, si deo rerum cura est, si quid curat & æstimat deus & non hoc ex sua sententia, sed ex confessis & indubitatis ponit, veluti diceret: Si deus odit reprobos, vt illos fateri cogar, qđ odiat. Sunt enim perspicuũ tales sententiæ minimè ambiguæ, ita vt ipsi aduersarij sciãt iustũ hoc esse. Si enim apud homines iustum est, multò magis apud Deum. Chrysosto. ibid.
1. Tribulationem.
2. Pœnam dabunt, interitum æternum.
e. Ipse in sanctis glorificandus est membris, quæ solis splendore fulgebunt. Sed & mirabuntur impij, & irrisores humilitatis, in subitatione salutis inspectæ iustorum. Hieron. ibid.
3. In quod.
* Nostræ.
4. Glorificetur.
5. Per vos, & vos per illum.

*Ecclesia tandem grauibus subiacebit periculis per Antichristum & ministros eius, qui meritas luet pœnas cum suis qui eum in doctorem receperunt.* *II*

A. [2 ROgamus autem vos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi, & [1 nostræ congregationis] in ipsum: vt non citò moueamini à vestro sensu, neque [2 terreamini,] neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tãquam per nos missam, quasi instet dies domini. † Ne quis vos seducat vllo modo. † Quoniam nisi venerit [b 3 discessio] primũ, & reuelatus fue-
B rit homo peccati, c filius perditionis, f qui aduersatur & extollitur supra [4 omne quod] dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se [5 tanquam] sit Deus. Non [6 retinetis] quòd cum adhuc essem apud vos, hęc dicebam vobis? Et nũc quid detineat scitis: vt reueletur * in suo tempore. (Nam mysterium iam operatur iniquitas, tantum vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat.) Et nunc reuelabitur
C illeiniquus, † quem dominus ⟨– Iesus] interficiet spiritu oris sui: f & destruet [7 illustratione] aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem Sathanæ, in omni virtute & signis & prodigiis [8 mendacibus, & in omni seductione iniquitatis * iis qui pereunt, eo quòd charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent. * Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Nos autem debemus gratias a-
D gere Deo semper pro vobis fratres dilecti à Deo, quòd elegerit [9 nos Deus primitias] in salutem, f in sanctificatione spiritus, & in fide veritatis: [10 in quam] & vocauit vos per Euãgelium nostrum, in acquisitione gloriæ domini nostri Iesu Christi. Itaque fratres state: & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. d Ipse autem dominus noster Iesus Christus & Deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia [11 exhortetur,] corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

a. O laus eximia sanctorum. Ostendit enim quòd & ipsi cum Christo congregabuntur, etiam ipsi cũ eo appareãt, & vna cum eo conueniant. Oecum. ibid.
1. Nostram congregationem.
2. Turbemini.
b. 3. Apostasia: Hoc est, rebellio ab obedientia, statu, & professione. Nulli enim dubiũ eum de Antichristo ista dixisse, dicẽque iudicij. Augustl. de ciuitat. dei lib. 20. cap. 19.
c. Ipsa namque scripturæ cõsuetudo peiores à peccato magis censere, quàm à patribus solet: meliores verò filios ex aliqua insigni, & eis conueniente virtute. Quamobrem diabulũ vel si mauis Antichristum Apostolus perditionis filium appellat. Nisi enim, inquit, reuelatus fuerit iniquus ille filius perditionis. Et ludam dominus in Euãgelio filium perditionis vocauit. Basil. in Psal. 7.
4. Omnem qui.
5. Quod.
6. Meminisiis.
* Ille.
7. Apparitione.
8. Mendacij.
* In.
* Et.
9. Vt deus ab initio.
10. In quod.
d. Omnia bona nostra, siue in operando, siue in loquendo, & in eis perseuerantia dona sunt Dei. Vnde ita prædicat dicens: Ipse autẽ dominus noster, &c. Ambros. de vocat. gent. lib. 1. cap. 9.
11. Consoletur.

*Fideles pro seipsis inuicem orent tam boni quàm mali, & otia vitare semper laborent.* III.

[a] DE cætero fratres, † orate pro nobis, vt sermo Dei currat & [1] clarificetur,] [A] sicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium est fides. † Fidelis autem dominus est, qui confirmabit vos, & custodiet à malo. Confidimus autem de vobis fratres [2] in domino,] quoniam quæ præcipimus * & facitis, & facietis. Dominus autem dirigat corda vestra [3] in charitate Dei, & patientia] Christi. [4] ✠ † [b] Denũtiamus] autem vobis fratres, in nomine domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem [5] manducauimus] ab aliquo, † sed in labore & in fatigatione nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. ✠ [c] Non [6] quasi] non habueri- [C] mus potestatem: sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam & cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet. [7] Audiuimus] enim inter vos quosdam ambulantes [8] inquietè,] nihil operantes, sed curiosè agentes, iis autem qui eiusmodi sunt denuntiamus, & obsecramus [9] in domino Iesu Christo,] vt cum silentio [d] operantes, suum * panem manducent. † ✠ Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Quòd si quis non obe- [D] dit verbo nostro per epistolam, hunc [10] notate: ] & non commisceamini cum illo, vt confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare, sed [11] corripite] vt fratrem. Ipse autem deus pacis det vobis pacem [12] sempiternam in omni loco.] Dominus cum omnibus vobis. Salutatio, mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola. Ita scribo. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

a. Dat humilitatis exemplum, & occasionem charitatis, vt pro alterutro audacius exoremus. Simul notãdum in quibus causis orare posset Apostolus. Vt sermo dei currat, & clarificetur: currat inquam, affluentia, clarificetur verò auditorium profectu. Hieron. ibid.
1. Glorificetur.
2. Per dominum.
* Vobis.
3. In charitatem dei & expectationem.
4. Præcipimus & infra.
b. Nõ monet nos Apostolus, sed præcipit à talibus vt recedatur: quoniam nulla societas fidei & perfidiæ potest esse. Cyprian.
5. Accepimus.
c. Hoc dicit, vt qui non habent hanc potestatem quam ille habebat, tantummodo spiritaliter operantes, manducent panem à corporali labore gratuitũ. Aug. de opere Monachorum, cap. j.
6. Quod.
7. Audimus.
8. Inordinatè.
9. Per dominũ Iesum Christũ.
d. Neque verò his quæ hoc loco à nobis dicuntur, Apostoli verba illa aduersati quisquam existimet, vt operantes panẽ suum manducent. Siquidem hoc ad ordinis & laboris detractores dictum est, perinde ac si ipsis diceret, præstabilius esse vnũquemque necessaria sibi saltẽ ad victũ præsidia parare, neque aliis grauem esse, quàm vitam in otio traducere. Basil. interroga. 42. Regularũ fusius disputatarum.
* Ipsorum.
10. Indicate.
11. Admonete.
12. Semper omni modo.
Ad Thessalonicenses 2. scripta Athenis. Anno domini 53.

## INCIPIT ARGVMENTVM IN EPISTOLAM AD TIMOTHEUM PRIMAM.

*Timotheum instruit & docet de ordinatione Episcopatus & Diaconij, & omnis Ecclesiasticæ disciplinæ, scribens ei à Laodicea per Tychicum diaconum.*

# Incipit epistola ad Timotheum prima.

*Prælati est noxia quæque resecare, & seminare vtilia & necessaria in veritate & misericordia.* Caput I.

PAulus Apostolus Iesu Christi secundum imperium [a] dei saluatoris nostri & Christi Iesu spei nostræ: † [2] Timótheo [1] dilecto] filio in fide, gratia ⟨& ⟩ misericordia, ⟨& ⟩ pax à deo patre, & [2] Christo Iesu] domino nostro. [b] Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi, cum irem in Macedoniam, vt [3] denuntiares] quibusdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis: quę quæstiones præstãt magis quàm ædificationẽ dei quæ est in fide. [c] Finis autem præcepti est charitas, de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. ✠ A quibus quidam aberran- [a] tes, conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligẽtes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. † Scimus autẽ quia bona est lex, si quis ea legitimè vtatur: scientes hoc, † [d] quia lex iusto nõ est posita, sed iniustis & non subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, & periuris, & siquid aliud sanæ [e] doctrinæ aduersatur, ⟨ quæ est] secundum Euãgelium gloriæ beati Dei, quod

a. Hic Timotheus adhuc iuuenis Paulo iunctus est, & ab illo circũcisus. Deinde Ephesi Episcopus est ordinatus. De quo Apocalyp. 2.
1. Germano.
2. Domino Iesu Christo.
b. Notãdum quod Apostolus ordinauit Timotheum Episcopum Ephesinũ. Ideo in hac epistola instruit eum de his quæ pertinent ad episcopi officium. De Lyra. ibidem.]
3. Præciperet.
c. Si charitatẽ deo exhibeamus, & proximo de corde puro, conscientia bona & fide non ficta, facilè peccato resistimus, bonis omnibus abũdamus, seculi blãdimenta contemnimus, & omnia quæ sunt humanæ fragilitati difficilia, vel aspera etiam cũ delectatione perficimus. Prosper.
d. Quis iustus legẽ habet mẽtis suæ, & æquitatis ac iustitiæ suæ normam, ideóque non terrore pœnæ reuocatur à culpa, sed honestatis regula. Ambro. de offic. lib. 3. cap. 5.
e. Defensio nostræ doctrinæ cõsistit, secundum scripturam, secundum naturam, secundũ disciplinam. Tertul.

c quod creditum est mihi. ℣ 4 Gratias ago ei qui me confortauit in ] Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me existimauit ponens in ministerio. † Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & [5] contumeliosus: ] sed * misericordiam dei consecutus sum, [c] quia ignorans feci in incredulitate. Superabūdauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione, quæ est [6] in Christo Iesu. ] † Fidelis sermo & omni acceptione dignus: † quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primò ostende-
D ret Christus Iesus omnem patientiam, ℣ ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam. Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli * Deo honor & gloria in secula seculorum. Amen. Hoc præceptum commēdo tibi fili Timóthee, secundum præcedentes in te prophetias: vt milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam. [7] Quam quidam repellentes] circa fidem naufragauerunt: ex quibus est Hymenæus, & Alexander, † quos tradidi Sathanæ, vt discant non blasphemare.

*Prælati cæteros hortentur ad orationes & gratiarum actiones domino, qui vult omnes saluos fieri, viros inquam, & mulieres, vtrinque seruata honestate.* II.

A † [2] Bsecro igitur primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt: vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & [1] castitate.] Hoc enim bonum est & acceptum coram Saluatore nostro Deo: qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. † ℣ Vnus enim Deus, vnus & mediator dei & hominū, homo Christus Iesus: qui dedit redēptionem semetipsum pro omnibus nobis: ⊱ Cuius ] testimonium temporibus suis ⊱ confirmatum est: ] † [2] in quo ] positus sum ego [3] prædicator] & Apostolus. (Veritatem dico, * non mentior:) doctor gentium in fide & veritate. Volo
c ergo viros orare in omni loco: leuantes puras manus, sine ira & disceptatione. ℣ † Similiter & mulieres, [4] in habitu ornato: ] cum verecundia & sobrietate ornantes se, & nō in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste [5] pretiosa, ] sed quod decet mulieres: [6] promittentes ] pietatem per opera bona. † Mulier in silentio discat, cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque [7] dominari ] in virum: sed
D esse in silentio. ℣ † Adam enim primus formatus est, deinde Heua: † & [b] Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit: saluabitur autem per filiorum generationē, si [8] permāserit ] in fide & dilectione & sanctificatione cū sobrietate.

*Episcopi mores, & virtutes ad ecclesiam & familiam: & Diaconorum ministeria, ad domum, vxores & filios.* III.

A [2] Idelis sermo. † Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.
† Oportet [1] enim ] Episcopum irreprehensibilem esse, † vnius vxoris virū,
B [2] sobrium, ] † ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, * sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed suæ domui bene [3] præpositum, ] † filios habētem subditos cum omni [4] castitate. ] ℣ Si quis autem domui suæ bene præesse nescit, quomodo Ecclesiæ dei diligentiam habebit? † Non [5] neophytum, ] ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. † Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat & in laqueum diaboli. [b] Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes: habentes mysterium fidei in conscientia pura. ℣ Et hi [6] autem ] probentur primum: & sic ministrent,
c † nullum crimen habentes. [7] Mulieres ] similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. [c] Diaconi sint vnius vxoris viri, qui filiis suis bene præsint, & suis domibus. Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi [8] acquirent ] & multam [9] fiduciam ] in fide quæ est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo ⊱ fili Timóthee: ] sperans

4. Gratiam habeo ei qui me fecit potentem.
5. Violentus.
* Et.
6. Illa vsque Pauli seruitia cum secūdum æmulationē paternarum traditionū persequebatur Ecclesiam, putās officiū se deo facere, tanquā syluestre erat vitiū, sed magnæ teracitatis indicium. Augu. lib. 22. cōtra Faust. Manic.
6. Per Christum Iesum.
* Sapienti.
7. Quæ quidam repulsa.
a. Præcepit itaque Apostolus, imò p Apostolū dominꝰ qui loquebatur in Apostolo, fieri obsecrationes, &c. Quā legē supplicationis ita omniū sacerdotum & omniū fidelīū deuotus concorditer tenet, vt nulla pars mundi sit, in aqua huiusmodi orationes non celebrentur à populis Christianis. Supplicat ergo vbique ecclesia deo, nō solū pro sanctis, & in Christo iā regeneratis, sed etiā pro omnibus infidelibus, & inimicis crucis Christi, vt relictis erroribus suis conuertantur ad deū, accipiant fidem, accipiant charitatē, pro quibus omnibus sibi vult dominus supplicari: vnde subdit: Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Ambro. de vocat. gent. lib. 1. cap. 4.
1. Honestate.
2. In quod.
3. Vel præco.
* In Christo.
4. In amictu modesto.
5. Sumptuosa.
6. Professentes.
7. Autoritatem habere.
b. Nō enī frustra dixit Apostolus, Adā nō est seductus, &c. nisi quia illa q̄ ei serpens locutus est, tanquam verū esset accepit: ille autem ab vnico noluit consortio dirimi, nec in cōmunione peccati, nec ideo minus reus, si sciens prudēnsque peccauit. Augu. de ciuit. dei, cap. 22.
8. Permanserint, scilicet, ipsa & vir.

a. Ac si diceret: De quo locutus sum, veraciter loquor, ne quis me existimet fuisse mentitum. Subiunxit: Si quis episcopatum desiderat, bonū opus desiderat. Hoc est, Si episcopus esse desiderat, magnum est quod esse cupit, sed si & opus bonum simul amplectaris. Nam si aliter esse cupis, episcopus esse non poteris, quia sequitur: Oportet enim episcopum irreprehensibilē esse, vnius vxoris virum. Si ad superficiem tamen tantum litteræ respiciamus, prohibet bigamū episcopum ordinari. Si verò ad altiorem sensum conscendimus, inhibet episcopum duas viuere ecclesias. Ambr. de dignit. sacerdot. cap. 4.
1. Igitur.
2. Vigilem.
* Non turpilucrem.
3. Præsidentem.
4. Reuerentia.
5. Nouitium (scilicet in scientia & ministerio ecclesiastico.
b. Aduertimus quanta in nobis requiratur, vt abstinens sit à vino minister domini, vt testimonio bono fulciatur, non solùm fidelium, sed etiam ab his qui foris sunt: vt qui videt ministrum altaris cōgruis ornatum virtutibus, auctorem prædicet, & dominum veneretur, qui tales seruulos habeat. Ambr. Offic. lib. 1. cap. 50.
6. Quidem.
7. Vxores.
c. Si plebeis hominibus orationis causa ad tempus se abstinere præcipit Paulus, vt vacēt orationi, quātomagis Leuitis & sacerdotibus, quos die noctúque pro plebe sibi cōmissa oportet orare? Mundiores ergo debent esse cæteris, quia actores dei sūt. Ambro. ibidem.
8. Acquirunt.
9. Libertatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



me ad te venire citò. ✠ Si autem tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo D
Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, [d] columna & [10] firmamentum ] veritatis.
Et manifestè magnum est pietatis [11] sacramentum quod manifestum est] in carne, iu-
stificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatũ est gentibus, creditum est in mun-
do, assumptum est in gloria.

d. Id est, in qua nunc sola veritas stat firmata, quę antè in lege erat posita. Sedul. ibid.
10. Firmamentum.
11. Mysterium, deus manifestatus est, &c.

*Prælatus populum doceat falsam vitare doctrinam nouissimis temporibus futuram, atque ineptas fabulas: ad pietatis verò doctrinam verbo & exemplo moneat.* IIII.

SPiritus autem manifestè dicit: † quia in nouissimis temporibus discedent A
quidam à fide, attendentes spiritibus [1] erroris ] & doctrinis dęmoniorum,
[2] in hypocrisi loquentium mendacium, ] † & cauteriatam habentium
suam conscientiam, [a] prohibentium nubere, [b] abstinere à cibis quos deus
creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt
veritatem. † ✠ Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gra- B
tiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei, & [3] orationem. Hæc
proponens fratribus, ] bonus eris minister Christi Iesu, [4] enutritus ] verbis fidei & bo-
næ doctrinæ quam assecutus es. † [5] Ineptas ] autem & aniles fabulas deuita. ✠ [c] Exerce C
autem teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio, ad modicum vtilis est: Pietas
autem, ad omnia vtilis est: [6] promissionem ] habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Fi-
delis sermo: & omni acceptione dignus. In hoc enim * laboramus, & maledicimur:
quia speramus in Deum viuum, qui est saluator omnium hominum, maximè fideliũ.
Præcipe hæc & doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fi-
delium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. ✠ Dum venio † at- D
tende lectioni, exhortationi, doctrinæ. † Noli negligere gratiam quæ in te est, [d] quæ
data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij. Hæc [7] medita-
re, ] in his esto, vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende enim tibi & doctri-
næ: [8] insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

1. Erroneis.
2. In simulatione falsiloquorũ.
a. Quid ergo, an nõ & Christiani prohibent contrahere matrimonium? Nequaquam. Honorabile est enim coniugiũ & cubile impollutum. Sed eos qui contrahere nolunt hortatur ad virginitatem: qui autem cõtrahere prohibent, tanquã à re impura arcent. Oecum. ibid.
b. Hinc quoque hæreticos se probantes, non sanè quia abstinent, sed quia hæreticè abstinent. Nam & ego interdũ abstineo, sed abstinẽtia mea satisfactio est pro peccatis, non superstitio, p impietate, &c. Bernard. Serm. 66. super Cantic.
3. Intercessionem. Hæc admonent fratres.
4. Enutriens.
5. Prophanas.
c. Exerceat ergo te pietas ad iustitiam, cõtinentiam, mansuetudinẽ, vt fugias iuuenilia opera, cõfirmatus & radicatus in gratia, bonũ fidei habeas certamen, non te implices negotiis secularibus, quoniam deo militas. Ambro. offic. lib. 1. cap. 36.
6. Promissiones.
✠ Et.
d. Gratiam tamen dari ordinatos significat per prophetiam, & manũ impositionem. Prophetia est qua eligitur quasi doctor futurus idoneus: manus verò impositiones verba sunt mystica, quibus cõfirmatur ad opꝰ electus, accipiens authoritatem teste conscientia sua, vt audeat vice domini sacrificium deo offerre. Ambro. ibid.
7. Exerce.
8. Persiste.

*Quisque pro statu suo à prælato tractandus est: sed & pro morum honestate eligendus, honorandus, & corripiendus.* V.

SEniorem ne increpaueris, sed [1] obsecra ] vt patrem: iuuenes, vt fratres: A
anus, vt matres: iuuenculas, vt sorores in omni castitate. † [b] Viduas hono-
ra, quæ verè viduæ sunt. Si qua autẽ vidua filios aut nepotes habet: [2] discat ]
primùm domum suam regere, & mutuã vicem reddere parentibus. † Hoc
enim * acceptum est corã deo. Quæ autem verè vidua est & desolata: [3] speret in deũ,
& instet ] obsecrationibus & orationibus nocte ac die. [c] Nam quæ in deliciis est, vi-
uens mortua est. Et hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint. † [d] Si quis autem suorum, &
maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.
† ✠ Vidua eligatur nõ minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, in operi- B
bus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pe-
des lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsecu-
ta est. [4] Adolescentiores ] autem viduas deuita. † Cũ enim luxuriatę fuerint ‹in› Chri-
sto, nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Si-
mul autem & otiosæ, discunt circuire domos, non solùm * otiosæ, sed & [5] verbo- C
sæ ] & curiosæ, loquentes quæ non oportet. ✠ † Volo autem iuniores nubere, filios
procreare, [6] matresfamilias esse: ] nullam occasionem dare aduersario maledicti
gratia. † Iam enim quædam [7] conuersæ sunt retro ] post Sathanam. Si quis fidelis
* habet viduas, subministret illis, [8] vt ] non grauetur Ecclesia: vt iis qui verè viduę sunt,
sufficiat. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui
laborant in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura: † [9] Non alligabis ] os boui triturãti. † Et dignus est operarius mercede sua. † Aduersus presbyterum accusationem [10] no-
li recipere: ] nisi sub duobus aut tribus testibus. † ✠ Peccantes, coram omnibus argue: D
vt &

a. Hæc regula eius tunc est obseruanda, cũ culpa senioris suo exẽplo non trahit ad interitum corda iuniorũ. Vbi autẽ senior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi districta increpatione feriendus est. Gregor. ad Iannarium episcopũ, 2. q. 7. cap. Paulus.
1. Adhortare.
b. Vnde aduertitur vtrũque pietatis affectum viduæ inesse debere, vt filios diligat, parẽtibus deferat: ita dũ parentibus obsequiũ rependit, magisteriũ exercet in filios, suõque ipsa remuneratur officio, cũ id quod aliis defert, sibi præstat. Amb. de viduis.
2. Discant. ✠ Bonum &.
3. Speranit in deo & perstitit.
c. Agnoscamus quid incõmodi nutriant oblectamenta carnalia, tunc plãè vera mors est, qũ homo anima præmoriente, deteriore sibi parte hominis sit superstes. Eusab. Emis. de initio quadrag. homil. 1.
d. Ab Apostolo dictum est iis qui in communi & vulgari genere vitæ versabantur, qui diuites erant, & propinquorum inopiæ poterant subuenire. Hæc enim dicta sunt viuis & nõ mortuis, hoc est, secularibus & non religiosis. Basilius, Constitutio monasticæ.
4. Iuniores.
✠ Autem.
5. Nugaces.
6. Familiam administrare.
7. Defluxerunt post.
✠ Aut si qua fidelis.
8. Et.
9. Non infrenabis.
10. Non admitte.

vt &

vt & cæteri timorem habeant. [c] Testor coram Deo & * Christo Iesu & electis angelis eius, vt hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. Manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Teipsum castum custodi. † Noli adhuc aquam bibere, [f] sed modico vino vtere propter stomachum tuum & frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: [11]quorundam autem subsequuntur. Similiter & facta bona, manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

c. Quia iudex ecclesiasticus maximè gerit in iudicando personam Dei, ideo per Deum attestandus est quod iuste iudicet. Sic enim debet arguere coram omnibus, quod nō despiciat iudicium Dei. S. Tho. ibid.]
* Domino.
f. Sicut enim isto bibendi moderamine vinum nō infirmitati est, sed salutis atque omnem infirmitatem alleuat corporis: ita etiam ebrietas illa præclara omnem infirmitatem illam excludit. De qua scriptum est: Et calix meus inebrians quàm præclarus est. Psal. 22. Ambr. de Noe & arca, cap. 29.
11. Quosdam.

*Prælati est cuiuslibet status prouidere conuersationi, pauperum ad diuites, seruorum ad dominos, & seipsum in cæterorum exemplum præbere.* VI.

A [1] Vicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur: † ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, ne contemnant quia fratres sunt, sed magis seruiant quia fideles sunt & dilecti, quia beneficij participes sunt. Hęc doce, & exhortare. Si quis aliter docet, & nō [1] acquieſcit] sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & ei qui secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed [2] languens] circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blas-
B phemiæ, suspiciones malæ, [d] * conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.* Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia. † Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium [3] quia] nec auferre quid possumus. † [b] Habentes autem alimenta & quibus tegamur, iis contenti simus. Nam qui volūt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli,] & desideria multa, [4] inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. † [c] Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appe-
C tentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. [d] Tu autem ô homo Dei, hæc fuge. † Sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, [5] in qua] vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Præcipio tibi coram deo, qui viuificat omnia: & Christo Iesu, † qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato [6] bonam confessionem,] vt serues mandatum, [7] sine macula irreprehensibile,] vsque [8] in aduentum] domini nostri Iesu Christi: quem suis temporibus ostēdet † beatus & solus [9] potens,] Rex [10] Regum] & dominus dominantium, [d] qui solus habet immor-
D talitatem, [e] & lucem inhabitat inaccessibilem, † [e] quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest, cui est gloria & honor & imperium sempiternum. Amen. Diuitibus huius seculi præcipe, [11] non sublime sapere,] † neque sperare in [12] incerto diuitiarum,] sed in deo viuo † (qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum:) bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, * communicare, thesaurizare sibi fundamentū bonum in futurum, vt apprehendant [13] veram] vitam. O Timóthee, depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

a. Nō enim quia fidelis et liberum te esse putes: hoc enim libertatis documentum est, seruire magis. Quippe infidelis si viderit fidei causa illos superbire, blasphemabit dogma nostrum, tanquam seditionis causam: cū verò obtemperantes attēderit, citius credet, ac facilius quæ discūtur admittet: alioqui & deus, & prædicatio ipsa blasphemabitur. Chryso. ibid.
1. Accedit.
2. Infatuens.

* Superuacaneæ.

* Seiungere ab his qui huiusmodi sunt.

3. Quòd.
b. Quicquid præter necessarium victum ac simplicem vestitū de altario retines, tuum nō est, rapina est, sacrilegium. Bernard. Epist. 2.
4. Stulta, vel irrationabilia.
c. Vnde Apostolus nō dixit: Autum vel argentum radix est omnium malorum, sed magis cupiditas diuitiarū, & non tolùm diuites, sed qui volunt diuites fieri. Cupiditas imprimis hoc malum habet, quòd dum ingerit trāsitoria, abscondit æterna: & dum affluit posita contpicit, intra se latentia nō introspicit: & dū aliena quærit, factori suo se reddit alienum. Euseb. Emis. in die Pentecost.
5. In quam.
6. Bonæ confessionis.
7. Immaculatus, irreprehensibilis.
8. In apparitionem.
9. Princeps.
10. Regnantium.
d. Quomodo enim immortalitatem non habet, qui vitam habet in semetipso? Habet vtique in natura, habet in substantia, & habet non per gratiā temporalem, sed per sempiternam diuinitatem: habet non ex dono quasi seruus, sed ex generationis proprietate quasi filius coæternus. Et habet sicut pater. Ambro. de fide, lib. 5. cap. 2.
e. Videri trinitas nullo modo potest humano visu, sed ex visu videtur, quoniam qui videt, nō homines, sed vltra homines sunt. Augu. de trini. lib. 1. ca. 6.
11. Ne elato sint animo.
12. Incertis diuitiis.
* Libenter.
13. Aeternam.

Ad Timotheum 1. Scripta Laodiceæ.

## INCIPIT ARGVMENTVM IN SECVNDAM Epistolam ad Timotheum.

ITem *Timotheo scribit de exhortatione martyrij, & omnis regulæ veritatis: & quid futurum sit temporibus nouissimis, & de sua passione scribens à Roma.*

# Incipit Epistola ad Timotheum secunda.

*Gratuitis bonis à Deo donatus, in proximorum vtatur commodum, & maximè prædicatione, superiorum exempla sectando, & diligenter exequendo. Caput I.*

[a] Aulus Apostolus Iesu Christi per volũtatem Dei, secun- A
dum promissionẽ vitæ quæ est in Christo Iesu, Timótheo
charissimo filio, [b] gratia, ⟨– &] misericordia ⟨– &] pax à
Deo patre ⟨– nostro,] & Christo Iesu domino nostro.
† [1] Gratias ago] Deo ⟨– meo,] cui seruio à progenitoribus
⟨– meis] in conscientia pura, quòd sine intermissione ha-
beam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die de-
siderans te videre, memor [c] lachrymarum tuarum, vt gau-
dio implear, recordationẽ accipiens eius fidei [d] quæ est in
te non ficta, [e] quæ & habitauit primùm in auia tua Loide, B
& matre tua Eunice, certus sum autem q; & in te. Propter quam causam admoneo te,
vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te [c] per impositionem manuum mearum. † Non
enim deus dedit nobis spiritum timoris: sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. [f]
† [2] No
li itaque erubescere] testimonium domini nostri, neque me vinctum eius, sed colla-
bora Euangelio secundũ virtutẽ dei, qui nos [3] liberauit ] [g] & vocauit vocatione ⟨– sua] C
sancta, † non secũdum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam quæ
data est nobis [4] in Christo Iesu] ante tempora [5] secularia. ] Manifestata ⟨– est] autem
nunc [6] per illuminationẽ] saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortẽ,
illuminauit autem vitam, & incorruptionem per Euangelium: † [7] in quo] positus sum
ego [8] prædicator, ] & Apostolus & magister gentium. Ob quam causam etiã hæc pa-
tior: sed non cõfundor. [g] Scio enim [9] cui credidi, & certus sum quia] potẽs est [g] depo- D
situm meum seruare in illum diem. Formam habe sanorum verborum, quæ à me au-
disti in fide & in dilectione in Christo Iesu. Bonum depositum custodi, per spiritum
sanctũ, qui habitat in nobis. Scis ⟨– enim] hoc, quod [10] auersi sunt à] me omnes qui in
Asia sunt, [h] ex quibus est [11] Phygellus] & Hermogenes. Det misericordiam dominus
Onesiphori domui: quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam nõ erubuit, sed cum
Romam venisset, [i] solicitè me quæsiuit, & inuenit. Det illi dominus, inuenire miseri-
cordiam à Deo in illa die. Et quanta Epheſi ministrauit mihi, tu melius nosti.

*Prælatus pro fide & salute fidelium semper sit paratus martyrium infidelibus resistendo, prophana vitando, & mercedem expectando, constanter subire. 11.*

[a] V ergo fili mi confortare in gratia quæ est [1] in Christo Iesu: ] & quæ au- A
disti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui ido-
nei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. † [b] Nemo
militans ⟨– deo] implicat se negotiis secularibus: vt ei placeat, [2] cui se pro-
bauit. ] Nam & qui certat in agõne, non [3] [c] coronabitur ] nisi legitimè certauerit. La-
borantem agricolam oportet primùm de fructibus [4] accipere. ] Intellige quæ dico:
[5] dabit] enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memor esto, ] ⟨– dominum] Ie-
sum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine [d] Dauid, † secundum Euangelium B
meum in quo laboro vsque ad vincula, quasi [6] malè operans: ] sed verbũ dei nõ est al-
ligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: vt & ipsi salutem consequantur, quę est
in Christo Iesu, cum gloria [7] cœlesti. ] Fidelis sermo. Nam si commortui sumus, &
conuiuemus: si [8] sustinebimus, ] & [d] conregnabimus: † si [9] negauerimus, ] & ille ne-
gabit nos: † si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Hæc
autem commone, testificans coram [10] Deo. Noli contendere verbis, ad nihil enim
vtile est, nisi ad subuersionem ] audientium. [11] Solicitè autem cura ] teipsum proba-
bilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè [12] tractantem ] verbũ veritatis.

[e] [13] Pro-

a. Quoniã Paulus dixerat: Spero celeriùs venire ad te, frustratus ille fuerat spe & expectatione sua, consolatur eum literis eorpetalis præsentiæ vice: forsitan is ob hoc ipsum mœrentem: & q̃ tã gutternationis subitũ ſſet on⁹. Chrysostom. ibidem.

b. Gratiam huic patris in misericordia exoptat, vt assit ei, & Christi IESV domini nostri: quia deus gratiã suam per Christum largitur, vt vna gratia sit vtriusque. Ambro. ibidem.

a. Gratiam habeo.

c. Quis me abeunte à te fudisti: vnde & me ad tristitiam prono eisti, quam tua opto præsentia releuari. Sedul. ibid.

[d. Quæ fides firma & non ficta, quę habitauit primo i auia tua, q. d. non est dubitandũ quin sit in te firma fides, ex quo fuit in auia & matre tua, quæ tamen erãt fragilis sexus. De Lyr. ibi.]

e. Simul enim vt Paulus illi manus imposuit ordinans ipsum episcopũ, donum quoque in eũ superuenit ad signorum operationem, ad doctrinã, & ad prædendum ecclesiæ. Oecum.

[f. Constantiam habendã docet, nec erubescendum esse in professione. Non est enim vt erubescatur in eo quasi homo visus est Christus, gestis tamen apparuit Deus, & si crucifixus est, resurrexit tamẽ à mortuis, & multis videntibus suscipiente eum nube in cœlum ascendit: vbi ergo puratur infirmitas, ibi apparet potentia. Glos. ordin.]

a. Non igitur erubescas.

3. Saluos fecit.

4. Per Christum Iesum.

5. Aeterna.

6. Apparitionem.

7. In quod.

8. Vel præco.

9. Et certꝰ sum, q̃ is cui credidi.

g. Depositũ quoque idẽ docuit quod esset dicens: Bonũ depositum custodi per spiritum sanctum qui habitauit in nobis. Ambr. de Tobia. cap. 20.

10. Aspernati sunt.

[h. Isti enim duo simulatè se iuxtabant Paulo, vt inuenirent vnde illi calumniam facerent, sed percipienter quod eorũ malitia esset Paulo manifesta, recesserũt ab eo. De Lyra.

11. Phileti.

i. Ideirco inuenit, quia sollicitè quæsiuit. Vnde & ostenditur, quia ideirco nõ omnes quærentes inueniunt, quia negligenter inquirunt. Hieron. ibid.

a. Meritò sanè ita facio, q̃n ex his plus roboris accipio, q̃ si nihil passus fuissem. Nã si Paulus ego ista patior, multò magis ea pati tu debes: si magister, longè discipulus magis. Chryso. ibid.

2. Per Christum Iesum.

b. Miles nõ domos ędificat, non comparandis agrorũ possessionibus vacat, non variis se quæstuosarum mercaturarũ generibus immiscet. Basil. præfa. in sua Ascetica.

2. Qui in militiã illã adscripsit.

3 Coronatur.

c. Quis vnquã fratres mei præmiũ non pugnanti dat, aut quæ corona non dimicanti, aut quæ sine cõflictu victoriã? Augu. de arbore scientiæ boni & mali.

4. Percipere.

5. Det.

6. Maleficus.

7. Aeterna.

8. Sustinemus.

d. Quod explcuit Christus illi non valet, q̃ id quod remansit passionum eius non adimplet: iuxta illud Colo. 1. Adimpleo quæ desunt passionum eius in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia. Greg.

9. Negamus.

10. Domino, ne pugnẽt verbis, ad nihil vtile, ad subuersionem.

11. Stude.

12. Sectantem.

C [13] Prophana autem & inaniloquia ]deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem: & ſermo eorum [a] vt cancer ſerpit. Ex quibus eſt Hymeneus & Philêtus: qui à veritate [14] exciderunt,] dicentes reſurrectionem eſſe iam factam, & ſubuerterunt quorundam fidem. Sed firmum fundamentũ [15] dei ſtat,]habens ſignaculũ hoc. Cognouit dominus qui ſunt eius,& [16] diſcedit ]ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. In magna autem domo non ſolũ ſunt [f] vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia: & quædam
D quidem in honorẽ, quædam autem in contumeliam. [g] Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis: erit vas in honorem ſanctificatũ, & vtile domino ad omne opus bonum paratũ.
4 Tim.4.2.6.c † Tit.1 † Iuuenialia autem deſideria fuge: ſectare verò iuſtitiam, fidem, ſpem & charitatem, & pacem, cum iis qui inuocant dominũ de corde puro. † Stultas autem & ſine diſciplina
† 2.q.7. Sicut facerdos, quæſtiones deuita: ſciens quia generant lites. † Seruum autem domini non oportet litigare: ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilẽ, patientem, cum modeſtia corripiẽtem eos qui reſiſtunt veritati: nequando deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem.

*Nouiſſimorum dierum pericula epiſcopus præuideat, vitet & diſcernat, ſemper tales paratus ſubire perſecutiones, ſanctis quidem communes, malis verò pernitioſas.* III.

1 Tim.4.a 2 Pet.3.a Iude.1.f
A [1] Hoc autem ſcito, † quia] [a] in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa: [2] & ]erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine [3] pace, ]criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, [4] proterui, ] tumidi, cæci, & voluptatum amatores magis quàm Dei, † habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. [b] Et hos deuita. [g] Ex iis enim ſunt qui
† De conſid. 4. Quamuis De hæreti. c. Excommunicamus, penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, [5] quæ] ducuntur variis deſideriis: † ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis [6] peruenientes. ]Quemadmodum autem Iamnes & [7] Mambres ]reſtiterunt Moyſi: ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, ſed [8] vltrà non ]proficient.
C Inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit. [g] Tu autem aſſecutus es meam doctrinam, inſtitutionem, propoſitum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, perſecutiones, paſſiones, [9] qualia mihi facta] ſunt [c] Antiochiæ, [10] Iconio, ] Lyſtris, quales perſecutiones ſuſtinui, & ex omnibus eripuit me do-
D minus. [g] Et omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patiẽtur. Mali autem homines & ſeductores proficient in peius: errantes & in errorem mittentes. Tu verò permane in iis quæ didiciſti, & credita ſunt tibi, ſciens à quo didiceris, & quia ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt [11] inſtruere ] ad ſalutem, per fidem
2.Pet.1.d quæ eſt in Chriſto Ieſu. † [d] Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata, * vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.

*Epiſcopus doctrinæ contra futura pericula diligenter inſtet, & propter ſe, & propter audientes à malis facile ſeducendos.* IIII.

Dist.45. Sit doctor. A [a] † Eſtificor coram deo & * Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, & per aduentum ipſius & regnum eius: prædica verbum, inſta opportunè, importunè, † argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt: † ſed ad ſua
45.dist. Qui autem. 26.q.5.cap. ac iterum, Auguſtin. deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros, [b] prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. [g] Tu verò vigila, & in omnibus labora,
B opus fac euangeliſtæ, miniſterium tuum imple: & ſobrius eſto. ]Ego enim iam [c] delibor, ] & tempus reſolutionis meæ inſtat. Bonũ certamen certaui, curſum conſummaui, fidẽ ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quã reddet mihi dominus [c] in illa
D die, iuſtus iudex. Non ſolũ autem mihi, ſed & * iis qui diligunt aduẽtum eius. [2] Feſtina] ad me venire citò. Demas enim me reliquit, diligens hoc ſeculũ, & abiit Theſſalonîcã,

13. Prophanas vocum nouitates.
e. Cãcer dicitur vulnus quod in mammillis naſcitur fœminarũ, cui niſi citò ſubuentum fuerit, cũ virus ad cor ſerpendo ſuperuenerit, nullum remedium eſt. Hier. ibidem.
14. Aberrauerunt.
15. Chriſti ſtetit.
16. Diſcedat.
f. Huiuſcemodi enim materiis voluntas eiuſque cõparatur. Nam vas aureum, is eſt qui mẽte moribũque ſimplex ac ſine dolo eſt. Argẽteum item, qui illo paulo eſt inferior dignitatis ac prerij æſtimatione. Teſtaceũ eſt ac figulinũ qui terreſtria ſapit, ac frãgi cõtemptique ſit aptus. Lignetum qui per peccatũ facilẽ ſordet, & igni æterno materiam præbet. Sit etiam iræ vas eſt, qui omnem in ſe diaboli operationem quaſi vas quoddam ſuſcepit, & propter fœtorem quẽ habet ex corruptione, ad nullum vſum aptari poteſt, ſed dignus eſt qui pereat. Baſil. homil. 9. Deus non eſt autor malorum. 1. Quòd & infra.
a. Adimplentur hæc appropinquante ſeculi fine, hominum pariter & temporũ quæ venerunt. Magis ac magis aduerſatio ſæuiente errore fallit, extollit ſuperbia, liuor incendit, cupiditas excæcat, depranat impietas, ſuperbia inflat, diſcordia exaſperat, ira præcipitat. Cyprian. Item nouiſſimi dies dicti ſunt & ipſi primis Apoſtolorum diebus, vt Act. 2. Petrus prædicans in die Pentecoſtes ait: Erit in nouiſſimis diebus, dicit dominus. Effũdã de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnem. Auguſt. Epiſt. 80.
2. Nam. 3. Fœdere.
4. Præcipites.
b. Mirum ſi tales homines aliquãdo defuerũt. Denique quia & tunc erant, adiungit ac dicit: Ex hoc deuita. Ex his enim ſunt qui penetrant domos. Non ait, penetrabunt: ſed tanquam quid futurum prænuntians. Nec ramẽ fruſtra dixit, in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa: & hinc ea periculoſa demõſtrãs, tales homines futuros eſſe prædixit, niſi quia tanto plures erunt, magiſque abundabunt, quanto magis propinquabunt ad finem. Auguſt. epiſt. 80.
5. Qui. 6. Venire potentes.
7. Iambres.
8. Non amplius.
9. Quales factæ ſunt mihi.
c. Antiochiæ, Pyſidiæ non Syriæ, de qua. Act. 13. c.
10. Iconij.
11. Sapientiam docere.
d. Docere conuenit de his quæ agi debent, arguere verò peccatores: corrigere verò pœnitẽtes, erudire, adducere hominem ad iuſtitiam. Sedul. ibidem.
* Et.
a. Conteſtatur illum per vniuerſa quæ credit religio Chriſtiana, vt verbum dei inſtanter annuntiet. Qui iudicaturus eſt viuos & mortuos. Quia viuos inuenies, ſuſcitabit mortuos. Hieronym. ibidem.
* Domino.
b. Pruriens nominatiui caſus Græc. κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν. hoc eſt qui ſcalpũt vel frictæ audiunt, ſcilicet illi qui ſanã doctrinam non ſuſtinẽt præ nimio auriũ pruritu, & curioſitate audiendi delectabilia magis quã vtilia.
1. Immolor.
c. In die iudicij ſupremi, non hic Ilie autem in laboribus, in periculis, in naufragiis quaſi athleta bonus decertabat, quia ſciebat quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Ergo nõ poteſt quis præmium accipere, niſi legitimè certauerit, nec eſt gloriosa victoria, niſi vbi fuerint gloriosa certamina. Amb. offic. lib. 1. cap. 15.
* Omnibus.
2. Stude.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Crescens in Galátiam, Titus in Dalmátiam,[d] Lucas est mecum solus.† Marcũ assume, & adduc tecum, est enim mihi vtilis in ministerio. Tychicum autem misi Ephesum. & Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer ⊱ tecum, ] & libros: c maximè autem membranas.[e] Alexander * ærarius multa mala mihi ostendit:[3]reddet] illi dominus secundum opera eius,quem & tu deuita. Valde enim [4] resistit]verbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis reputetur. Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes quia liberatus sum de[f] ore leonis. [5] Liberauit] D me dominus de omni opere malo: & saluum faciet in regnum suum cœleste, cui gloria in secula seculorum. Amẽ. Saluta[6] Priscillam ]& Aquilam,†& [g] Onesiphori domũ. Erastus remansit Corinthi: Trophimum autem reliqui infirmũ Mileti. Festina ante hyemem venire. Salutant te[7] Eubolus] & Pudens & Linus & Claudia,& fratres omnes. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

d. Ipse est Lucas euãgelista qui fuit comes indiuiduus peregrinationis Pauli, vt dicit Hieronymus in libro illustrium virorum, & satis patet in actibus Apostolorum. De Lyra ibidem.]
e. Ipse est quem supra dixit reuersum ad apostasiam qui fabricabat ædes Dianæ apud Athenas, & omnes contra Apostolũ commouit. Glosa ordin. ibid.]
* Faber.
3. Reddat.
4. Restitit.
f. Neronem significans in leone pro crudelitate. Euseb.
5. Et liberabit.
6. Priscam.
[g. Sed quare non eum sed domum eius? quia forte mortuus erat, & ideo salutat familiam. Vel forte quia cum eo erat Romæ. S. Thomas ibidem.]
7. Eubulus.
Ad Timotheum 2. Scripta Romæ quum secundo præsentatus est Paulus Neroni imperat. Romanorum.

## INCIPIT ARGVMENTVM IN EPIstolam ad Titum.

*TItum commonefacit & instruit de constitutione presbyterij, & de spiritali conuersatione, & hæreticis vitandis, qui traditionibus Iudaicis credunt: scribens ei à Nicopoli.*

# Incipit Epistola ad Titum.

*Prælatus per ciuitates prædicatores bonorum morum, & sanæ doctrinæ aduersus hæreticos instituat, qui corrigendos corrigant, vt tandem sani euadant.* *Caput I.*



Aulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi[a] secun- A
dum fidem electorum Dei,& agnitionem veritatis,quę secundum pietatem est in spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur deus,[b] ante tempora [1] secularia,] manifestauit autem temporibus suis verbum suum[2] in prædicatione,] quæ credita est mihi secundum [3] præceptum ] Saluatoris nostri dei: Tito dilecto filio secundum communem fidem,gratia,* & pax à deo patre, & * Christo Iesu Saluatore nostro.† & [c] Huius rei gratia reliqui te [4] Cretæ, ] vt ea quæ B
desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi, si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ,aut[5] non subditos.]† [d] Oportet enim Episcopum sine crimine esse,sicut dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum,sanctum, continentem,& amplectentem eum qui secundum doctrinam est,[6] fi- c
delem sermonem,]† vt potens sit exhortari[7] in doctrina sana, ] & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui,& *seductores, maximè qui de circuncisione sunt:[8] quos oportet redargui: ]qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit[e] quidam ex illis, proprius ipsorum Propheta, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ,[9] ventris ] pigri. & Testimonium D
hoc verum est. Quam ob causam increpa illos durè, vt sani sint in fide: non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominũ auertentium [10] se à veritate. ]† F Omnia mũda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum & mens,& conscientia. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint [11] abominati & incredibiles,]& ad omne opus bonum reprobi.

a. Non ex rectè factis neque ex laboribus ac sudoribus hãc cepit dignitatem, sed totum eius qui mihi hæc crediderit, beneficij est. Chrysost.
b. Cum autem retrorsum tempora a cõstitutione mundi habere videantur initium, quomodo sunt æterna? nisi quia æterna dixit, quæ ante se non habẽt vllum tempus. August. cõtra Priscillianist. & Origenistas, cap. 6.
1. Æterna.
2. Per prædicationem.
3. Iniunctionem.
* Misericordia.
* Domino.
c. Quæ desunt recto ordine corrige, & tũc demum presbyteros poteris ordinare, cũ omnes in ecclesia fuerint recti. Hier. ibid.
4. In Creta.
5. Protervos.
d. Inculpatum esse generale est. Siquidem inculpati esse, omnia quæ enumeranda sunt complectitur: hoc est in quem nullum possis crimẽ impingere. Et præcipue vt potẽs sit exhortari. Hoc autem & à prudẽtia continget, & à cognitione scripturarum. Sana autem doctrina est, quæ & vera dogmata & rectam vitam docet. Oecum. ibidem.
6. Fidelis sermonis.
7. Per doctrinam sanam.
* Mentium.
8 Quibus oportet obturat os.
e. Epimenides poeta Græcus.
9. Ventres.
10. Veritatem.
f. Qui nimis sibi mundi videntur, quia illa membra tanquam immunda auertuntur, aut auertari se fingunt, in eas infidelitatis & erroris immunditias incidernnt. Aug. contra Faustũ lib. 6. cap. 3.
11. Abominabiles & increduli.

*Omnes*

*Omnes ecclesiæ ſtatus prælatus conſiderans ſuam cuique ætati viuendi normam procuret, exemplum ſe præbens in doctrina & conuerſatione, & gratiæ conſecutione.* II.

A TV autem loquere quæ decent ſanam doctrinam.[a] Senes vt ſobrij ſint,[1] pudici,prudentes,]ſani in fide,in dilectione,in patientia. Anus ſimiliter,in habitu ſancto, non criminatrices, [b] non multo vino ſeruientes, bene docentes,vt[2] prudentiam doceant.† Adoleſcentulas ] vt viros ſuos ament, filios
B ſuos diligant,prudentes,caſtas,ſobrias, domus curam habentes, benignas,ſubditas viris ſuis,vt non blaſphemetur verbum Dei.& Iuuenes ſimiliter hortare vt ſobrij ſint.In omnibus teipſum[3] præbe ] exemplum bonorum operum,in doctrina, in integritate, in grauitate. Verbum ſanum, irreprehenſibile: vt is qui ex aduerſo eſt vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. † Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus pla-
C centes,non contradicentes, non fraudentes,& ſed in omnibus fidem bonam oſtendẽtes,† vt doctrinam ſaluatoris noſtri dei ornent in omnibus.[c] Apparuit enim gratia dei [4]& ſaluatoris noſtri]omnibus hominibus, erudiens nos:[d] vt abnegantes impietatem
D &[5] ſecularia ] deſideria, ſobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo,& † expectantes beatam ſpem & [6] aduentum ] gloriæ magni dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum[7] acceptabilem,]ſectatorem bonorum operum. Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio,nemo te contemnat.

a. Habet ſenectus vitia quædam propria & morbos quibus iuuentus caret: & ipſa quidé ſenectus morbus eſt,ineſt illi tamen præterea ſegnities quædam, & rarditas obliuio profunda, & obtuſio ſenſuum atque iracundia. Chryſo. ibidem.
1. Graues, modeſti, & infra.
b. A vini ergo nimio potu anus prohibeatur, quoniam quod in adoleſcentibus libido, hoc in ſenibus obtectas eſt. Aut quomodo poteſt anus adoleſcentulas docere caſtitatem, cum ſi obtectatem vetulæ mulieris adoſcentula fuerit imitata, pudica eſſe non poſſit? Hier. ibidem.
2. Poſſit modeſtus reddere adoleſcentulas.
3. Præbens.
[c. Hic ponitur dictæ inſtructionis ratio, quæ accipitur ex ſaluatoris exemplo, qui dedit ſeipſum pro nobis, & ſubiecit ſe ſeruituti, vt nos redimeret à ſeruitute diaboli: Vnde dicit. Apparuit enim gratia Dei &c. De Lyra ibidem.]
4. Saluifera.
d. Vbi ſunt qui hæc faciãt propter quæ veniſſe Chriſtũ Apoſtolus dicit? Vbi ſunt qui non deſideria ſeculi faciant: vbi qui piè ac iuſtè vitã agant: vbi qui ſperare ſe ſpem beatam bonis operibus oſtendant? Et immaculatam vitam agẽtes, hoc ipſo ſe perhibent regnum dei expectare, quia merentur accipere. Saluianus lib. 6.
5. Mundana.
6. Apparitio.
7. Peculiarem.

*Prælatus ſubditos conuerſationem inter ſe doceat, vt per charitatem dei gratis exhibitam ſalutem conſequantur, & hæreticos cum ſua doctrina vitent.* III.

A ADmone illos[1] [a] principibus] & poteſtatibus ſubditos eſſe,[2] dicto obedire,] ad omne opus bonum paratos eſſe, neminem blaſphemare, † non litigioſos eſſe,ſed modeſtos:omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines.[b] Eramus enim aliquando & nos inſipientes, increduli,errantes,ſeruientes deſideriis,& voluptatibus variis,in malitia & inuidia agentes, odibiles, odien-
B tes inuicem.& [c] Cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei: † non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauachrũ regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum: vt iuſtificati gratia ip-
C ſius,hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ.& Fidelis ſermo eſt: & de iis volo te confirmare:vt curent bonis operibus præeſſe, qui credunt deo. Hæc ſunt bona & vtilia hominibus. † Stultas autem quæſtiones &[d] genealógias,& contentiones,& pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & vanæ.† [e] Hæreticum hominem poſt vnam & ſecũdam[3] correptionem ] deuita: ſciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt, & delinquit
D cum ſit proprio iudicio condemnatus.& Cum miſero ad te Arteman aut Tychicum, feſtina ad me venire [f] Nicopolin. Ibi enim ſtatui hyemare. Zenam legiſperitum & Apollo ſolicitè præmitte, vt nihil illis deſit. Diſcant autem & noſtris bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſarios,vt non ſint infructuoſi. Salutãt te qui mecum ſunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omnibus vobis. Amen.

1. Principatibus.
2. In Græco enim eſt ἀρχαῖς, quod magis principatus quàm principes ſignificat, & ipſam poteſtatem, non eos qui in poteſtate ſunt homines. Hier. ibid.
2. Magiſtratibus.
[b. Conſidera te qualis fueris, & ideo contra iram optimũ remedium eſt recogitatio fragilitatis propriæ. Et ideo ponit primò ſtatum eorum præteritum. Secundò oſtendit vnde venerunt ad ſtatum perfectionis. S. Thomas ibidem.]
c. Hoc bonũ quod in Chriſtianis florere videtur, de radice pietatis diuinæ oritur. Deus enim miſericordia ſua ſaluos nos fecit per Chriſtum, cuius gratia renati ſpiritum ſanctum accepimus abundè, vt bonis operibus inniti poſſimus, ipſo nos in omnibus adiuuante, vt per hæc hereditatem regni cœlorum aſſequi poſſimus. Ambro. ibidẽ.
[d. Id eſt falſas p quas pſeudo-Apoſtoli nitebantur oſtendere Ieſum Nazarenum de Dauid non deſcendiſſe, ſicut dictum eſt ſupra. 1. ad Timothæũ. 1. de De Lyra.
e. Qui ſemel biſque correptus audito errore ſuo non vult corrigi, errare exiſtimat corrigentem: & econtrario ſe ad pugnas & iurgia verborum parat, eũ vult lucrifacere à quo docetur. Hier. ibidem.
3 Admonitionem.
f. Nicopolis autem Thraciæ ciuitas eſt. Imo pars eius propinqua Macedoniæ. Manifeſtũ ergo eſt quòd eo tempore ſcripſerit epiſtolam quo in Macedonia & Achaia verſabatur. Occumenius ibidem.

Ad Titum eccleſiæ Cretenſium primum delectum epiſcopum, ſcripta ex Nicopoli Macedoniæ.

## INCIPIT ARGVMENTVM IN EPISTOlam ad Philemonem.

*PHilemoni familiares literas facit pro Oneſimo ſeruo eius, ſcribens eis ab vrbe Roma de carcere per ſupraſcriptum Oneſimum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Incipit epistola ad Philemonem.

*Paulus Philemoni suum seruum Onesimum remittit, quem illi commendat non vt seruum, sed vt charum in Christo tractandum.* Caput I.

PAulus [a] vinctus Christi Iesu, & Timótheus frater, Philémoni dilecto* adiutori nostro, & Appiæ sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & Ecclesiæ quæ in domo tua est. Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo [b] semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem, quam habes [1] in domino Iesu, ] & in omnes sanctos: vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis ⊱ operis ] boni* in Iesu Christo. [2] Gaudium enim magnum habui ] & consolationem in charitate tua, quia viscera sanctorum requieuerunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens [c] in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatem magis obsecro, cum [3] sis ] talis vt Paulus senex, nunc autem & vinctus Iesu Christi, obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis* Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi vtilis, quem remisi tibi. [4] Tu autem illum vt mea viscera suscipe. Quem ego volueram mecum detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis Euangelij. Sine consilio autem tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Forsitan enim ideo [d] discessit ad horam à te, vt in æternum illum reciperes: iam non vt seruum, sed [4] pro seruo ] charissimum fratrem, maximè mihi. Quantò autem magis tibi, & in carne & in domino? Si ergo habes me [5] socium, ] suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. [5] Ego Paulus scripsi mea manu. Ego reddam: vt non dicam tibi quòd & teipsum mihi debes. Ita frater, [e] ego te fruar in domino, refice viscera mea in Christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super id quod dico, facies. Simul autem & para mihi hospitium. Nam spero per orationes vestras donari me vobis. Salutat te [f] Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas adiutores mei, Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro, Amen.

a. Sicut enim peccati causa vinciri opprobrium est, ita econtra pro Christo custodiæ vincula inferre, maxima gloria est. Eo enim tempore quo hanc epistolam misit, in custodia erat. Quãuis clericus nõ fuerit Philemõ, tamẽ intererat ecclesiasticis necessitatibus causa deuotionis, vnde participem hunc dicit laborum. Ambro. ibidem.

* Et.

b. Ambiguè verò dictum vtrũ gratias agat deo tuo semper, an memoriam faciat in orationibus suis semper. Et Vtrũque intelligi potest. Qui enim præcipit aliis vt in omnibus gratias agant deo, nullis angustiis potuit contrari, vt gratias semper deo ipse non referat. Hier. ibid.

1. In dominum Iesum.

* Quod est in vobis.

2. Gratiã enim habemus multã. 3. Sim.

* Meis.

[c. Id est, cum cognitione boni æterni, vt illud expectetur in præmium. Hoc enim orat Apostolus, vt operatio eius cum cognitione fiat bonitatis, i. vt rationabiliter operetur, vt in futurum inde expectet præmium Iesum Christum, non retributionem temporalium. Glosa ord. ibid.]

d. Æternum ergo ministrũ dei dixit, scribens ad Philemonem, cuius fidem in agnitionem omnis boni quod in sanctis est, in Christum Iesum euidentiorem fieri postulabat. Ambro. de bono mortis. cap. 12.

4. Supra seruum.

5. Consortem.

e Quod si non addidisset in domino, & te fruar, tantum dixisset, in eo constituisset spem beatitudinis suæ: quanquam & vicinissimè dicitur frui, cum delectatione vti. August. de doctrina Christiana, lib. 1. cap. 33.

f. Colossensis, & doctor Colossensium, qui & propter Christũ cum Paulo captiuus erat.

## INCIPIT ARGVMENTVM IN EPISTOlam ad Hebræos.

*IN primis dicendum est, cur Apostolus Paulus in hac epistola scribenda non seruauerit morem suum, vt vel vocabulum nominis sui, vel ordinis describeret dignitatẽ. Hæc causa est, quòd ad eos scribens qui ex circuncisione crediderant, quasi gentium Apostolus & non Hebræorum, sciens quoque eorum superbiam, suámque humilitatem ipse demonstrans, meritum officij sui noluit anteferre. Nam simili modo etiam Ioannes Apostolus propter humilitatem in epistola sua nomen suum eadem ratione non prætulit. Hanc ergo epistolam fertur Apostolus ad Hebræos conscriptam Hebraica lingua misisse, cuius sensum & ordinem retinens Lucas Euangelista post excessum Apostoli Pauli, græco sermone composuit.*

Incipit

# Incipit epistola ad Hebræos.

*Tantum veteri testamento per angelos dato nouum per Christum datum præfertur, quantũ Christus angelis dignior, quos origine, dominio, operatione, & honore præcellit. Cap. I.*

A [1a]VLtifarie] multísque modis olim deus [2]loquens] patribus in prophetis: nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, [b] quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula. Qui cum sit [c] splendor gloriæ, † & figura substãtiæ eius, portánsque omnia verbo virtutis suæ purgationem *peccatorum * faciens, † sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: ‡ tantò melior angelis effectus, quantò differentius præ
B illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum, † filius meus es tu, ego hodie genuite? Et rursum: † Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Et cum iterum
C introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: † ‡ Et adorent eum omnes angeli Dei. Et ad angelos quidem dicit: † Qui facit angelos suos spiritus: & ministros suos, flammam ignis. Ad filium autem: † Thronus tuus deus in seculum seculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea [d] vnxit te deus,
D deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. † Et: Tu in principio domine, terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli. ‡ Ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictum [3] mutabis] eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Ad quem autem angelorum dixit aliquando: † sede à dextris meis: quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? [e] Nónne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem [4] capiunt] salutis?

*Ex eo nouum testamentum veteri præstat, quòd Christi præcepta vtiliora sint quàm angelorum, licet in passione angelis minor pro salute fidelium fuerit iussu patris effectus. II.*

A PRopterea [a] abundantius oportet obseruare nos ea quæ audiuimus: ne fortè pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus, si tãtam neglexerimus salutem? Quæ cum [1] initium accepisset enarrandi] per dominum: ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante deo signis, & portentis, & variis [2] virtutibus, ] & spiritus
B sancti distributionibus secundum suam voluntatem. [g] Non enim angelis subiecit deus orbem terræ futurum, de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quis dicens: † Quid est homo quòd memor es eius: aut filius hominis, quoniam visitas eum? [b] Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. † Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quòd omnia ei subiecit: nihil dimisit non subiectum ei. [c] Nunc
C autem necdum videmus omnia subiecta ei. † ‡ [d] Eum autem qui modico quàm angeli, minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum: vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum propter quem omnia, & [e] per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum, per passionem [3] consummari.] Qui enim sanctificat & qui sanctificantur, [f] ex vno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, di-
D cens: † Nunciabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ laudabo te. Et iterum: † Ego ero fidens in eum. Et iterum: † Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi deus. ‡ Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem: [g] † vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperiũ, id est diabolum: & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erãt seruituti.



1. Multifariam.
2. In epistola ad Hebræos propterea Paulum solita consuetudine, nec nomen suum nec apostoli vocabulũ præposuisse: quia de Christo erat dicturus. Habẽtes ergo principem sacerdotum & Apostolum nostræ confessionis Iesum, nec fuit congruum vt vbi Christus Apostolus dicẽdus erat, ibi etiam Paulus Apostolus poneretur. Hier. Galat. 1. 2. Loquutus.
b. Nunquid aliud sonat forma sentẽtiæ quàm omnes homines in Christi hæreditate à patre esse transcriptos secundum prophetiam Dauid dicentis: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c. Ambrosius de vocat. gentium, lib. 1. cap. 3
c. In quo euidentius & cœternus patri & inseparabilis à patre, & vnius esse cum eo substãtiæ perdocetur: dum luci splendor est semper cœternus: dum splendor à luce nunquam separatus est: dum splendor à luce natura substantiæ nunquam potest esse diuersus. Qui enim splẽdor lucis est, idem & dei patris virtus est. Histo. victo. de persecutio. Vandalo. lib. 2. cap. 1.
* Nostrorum.
* Per seipsum.
d. Propter carnem dixit tuus, Vngitur nanque humanitas à spiritu sancto. Non operatur autem eo modo quo in nudis hominibus: nẽpe prophetis ac patriarchis: vnctio tamen est, hoc est tota vnguẽtis præsentia. Oecumenius ibidem.
3. Volues, vel inuolues.
e. Dicuntur enim angeli orationes & vota nostra offerre deo, non quia deum doceant, quia omnia antequam fiant, sicut & postquam facta sunt, nouit: sed quia eius voluntatem super his consuluunt, & quòd deo iubẽte completum esse cognouerunt, hoc nobis euidenter vel latẽter reportant. Augustin. lib. 2. medit. cap. 3.
4. Capient.
a. Hortatur eo diligentius his intendere quæ per dei filium audierunt: quàm eis quæ per angelos dicta sunt. Ambro. ibidem. Quoniã maior est autoritas nostræ legis quàm autoritas angelorum ministrantium vetẽtem legem. Sedul. ibidem.
1. Enarrari cœpisset.
2. Potentiis.
[b. Hic apostolus confirmat dictam consequantiam, scilicet qp magis obediendum est legi nouæ datæ à Christo, quã legi veteri data per angelos, quia dominium Christi maius est quã dominium angelorum. Igitur circa hoc duo facit: quia primò ostendit dominium Christi esse maius dominio angelorũ per scripturam. De Lyra ibidem.]
c. Non solum ergo à patre, sed etiã ab angelis minor filius dei factus est. Ambro. de fide, lib. 2. cap. 4.
d. Modico siue paululum, ob id dicit, quod tribus diebus fuerit apud inferos. Oecum. ibidem.
e. Per quem omnia creata sunt, & propter cuius gloriam facta sunt omnia. Sedul ibidem.
3. Vel consummare.
f. Vnum habemus patrem deũ, Christus quasi proprius filius sanctificat, nos sicut adoptiui sanctificamur. Ambro. ibidem.
g. Quis est ergo qui nos passuri per suæ voluit esse carnis & sanguinis? Vtique dei filius. Quomodo nisi per carnẽ particeps factus est noster, aut per quam, nisi per corporis mortem mortis vincula dissoluit? Ambros. de fide lib. 3. cap. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

g. Puto quòd hæc verba sic ad caput 3 referenda sunt, vt corpori penitus aptari nõ possint. Deverbo vtique dei dictum est, quod non angelos apprehẽdit: hoc est, non in vnam sibi personam assumpsit, sed semen Abrahæ. Neque enim legitur, Verbum angelus factũ est, sed verbum caro factum est. Bernard. de gradibus humilitatis.
* in his quæ sorent.

g Nusquam enim angelos apprehendit: sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus similari: vt misericors fieret & fidelis põtifex * ad deum, vt repropiciaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur, auxiliari.

*Quanto architecto domus quàm incolæ eius maior debetur gloria, tanto legislatori Christo quàm promulgatori Moysi magis obediendum.* III.

a. Vbi ad dispensationem peruenit, omnia deinceps humilia intrepidè eloquitur. Apostolũ autem sine lege rũ dicit ipsum, quia nullus est à patre tanquam homo. Confessionis verò fidei quod fidelis sit, fidem, inquit, seruauit beneplacentem patri, idémque cum eo seculis defecturando populo. Oecum. ibid.
1. Principem sacerdotum.
2. In tota.
3. Amplioti enim gloria.
4. Domo.
5. Cuius.
b. Per fiduciam fides, per gloriã spei spes, per fidẽ charitas intelligitur, vt finis percepti sit charitas. In his duobus supradicta continetur: quia fides fundamẽtum est, spes verò paries, charitas culmen eminet. Sedulius ibidem.
[c. Auctoritas verborum est ex hoc, quod non sunt prolata humana adinuentione, sed à spiritu sancto, vnde dicit: Quapropter sicut dicit spiritus sanctus. Ipse autem verba veteris testamenti allegat pro nouo, ne credatur quod tantum sint referẽda ad vetus testamentum, imò etiam ad nouum. S. Thomas.]
* Me.
d. Tres itaque requies Apostolus memorat in hâc epistola. Vnam sabbati, qua dominus requieuit ab operibus suis. Secũdi in Palæstina, in qua ingressi israelitæ requieuit sunt ex miseria multa & laboribus. Tertium quæ vera est requies, hæc est regnum cælorum, ad quam quos peruenire contigerit, eos ra requiescũt à laboribus & difficultatibus suis. Ambr. ibid.
6. Vos inuicem.
7. Vocatur.
e. Vnũ, inquit, facti sumus nos & Christus, quoniã ipse caput nostrum esse dignatus est, nosque membra sua efficere. Oecumenius ibidem.

A Nde fratres sancti vocationis cœlestis participes considerate [a] Apostolum & [1] Pontificem] confessionis nostræ Iesum Christum: qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut & Moyses [2] in omni] domo eius. [3] Amplioris enim gloriæ] istæ præ Moyse dignus est habitus, quantò ampliorem honorem habet [4] domus] qui fabricauit illam. Omnis nanque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit, deus est. † § Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant: Christus verò tanquam filius in domo sua. [5] Quæ] domus sumus nos: si fiduciam [b] & gloriam spei vsque ad finem firmam retineamus. [c] Quapropter sicut dicit spiritus sanctus: † hodie si vocem eius audieritis, nolite oburare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto. Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt * & viderunt opera mea quadraginta annis. § Propter quod infensus fui generationi huic, & dixi: semper ⟨hi] errant corde. Ipsi autem non cognouerunt vias meas: quibus iuraui in ira mea, si introibunt [d] in requiem meam. Videte fratres, ne fortè sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi à deo viuo. Sed adhortamini [6] vosmetipsos] per singolos dies, donec hodie [7] cognominatur,] vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. [e] Participes enim Christi effecti sumus: si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus, dum dicitur: § hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes, exacerbauerunt: sed non vniuersi qui profecti sunt ab Ægypto per Moysen. Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nónne illis qui peccauerunt, † quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiẽ ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt? Et videmus quia non potuerunt introire ⟨in requiem ipsius] propter incredulitatem.

A
B
C
D
† Num. 14.
† Psal. 94.

*Cum Christus Moysen & prophetas excellat, soliciti sint Christiani ingredi requiem, per nouum testamentum oblatum propter Christi diuinitatem & humanitatem, quam Iudei noluerunt introire.* IIII.

a. Festinat ostendere aliam esse requiem ad quã vocati sumus, id est regnum cœlorũ. Nec nos qui credidim[8] dicit intraturos in illam quæ Palæstina est, illos vero nõ intratutos propter obdurationem cordis sui, nec in Palestinam, nec in requiem cœlestem. Ambro. ibidem.
1. Fuisse frustratus, vel postpositus.
2. Admixtis.
b. Omnino necesse est, vt aliqui ingrediantur in requiem dei, ne vanè ac temerè sit promissa. Quoniam ergo isti non sunt ingressi, (iurauit enim ipsos non ingressuros) necesse est vt nos, modo velimus, ingrediamur: at non iam in figuratiuam requiẽ, sed in verum regnum cœlorũ. Oecum. ibid.
3 Hæc.
4. Idem.
c. Verbum hoc nostrum vtique prolatiuum est, syllabæ sunt, sonus est, & tamen à sensu nostro & mente non discrepat, & quæ interiori tenemus affectu, ea tãquam operantis verbi testificatione signamus. Sed non sermo noster operatur, solum est verbum dei, quod nec prolatiuum est, nec ἐνδιάθετον dicunt, sed quod operatur, & viuit, & sanat. Vnde dicit: Viuum est dei verbum, & efficax, &c. Ambr. de fide lib. 4. cap. 3.
5. Bicipiti.

T Imeamus ergo, ne fortè relicta pollicitatione [a] introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis [1] deesse.] Etenim & nobis nuntiatum est, quemadmodum & illis: sed non profuit illis sermo auditus non [2] admixtus] fidei ⟨ex] iis quæ audierunt. [b] Ingrediemur enim in requiem eius qui credidimus, quemadmodum dixit: † Sicut iuraui in ira mea: si introibunt in requiem meam. Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis. dixit enim quodã loco de die septima sic: † § Et requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursũ: Si introibũt in requiem meã. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & ij quibus prioribus annuntiatũ est, non introierunt propter incredulitatem: iterum terminat diem quendã, hodie, in Dauid dicendo: post tãtum temporis sicut supra dictũ est: † hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Nam si is Iesus requiem præstitisset, nunquam de alia loqueretur post [3] hac] die. § Itaque relinquitur sabbatismus populo dei. Qui enim ingressus est in requiẽ eius, etiã ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiẽ: vt ne in [4] idipsũ] quis incidat incredulitatis exemplum. [c] Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio [5] ancipiti,] & pertingẽs vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationũ & intentionum cordis.

A
B
C
† Psal. 94.
† Gen. 2.
† Psal. 94.

† § Et

Universidad de Deusto

+Eccle.15.d
Nal.31.c
Infra.8.a
Rom.8.b
† 2.q.1. Deus omnipotens.
1.Cor.12.b
2.Cor.3.c
Ephe.2.b

D † ♁ [d] Et non est vlla creatura [6]inuisiblis] in conspectu eius, † omnia autē nuda & perta sunt oculis eius, ad quē nobis [7]sermo.] Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit cælos, Iesum filiū dei, teneamus ♁ spei nostræ] confessionē. [e]Nō enim habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus [8]in auxilio opportuno.]

[d. Et quia nō solum videt res in superficie sicut cum nos videmus hominem vestitum, nō videmus ea quæ latent sub veste: sed ipse videt omnia in profundo, ideo subditur. Omnia autē nuda & aperta sunt &c. De Lyra ibidem.]
e. Quasi teneamus, & tenere debemus, quia cum sit potens, est etiā misericors nostrā expertus infirmitatē. Qui nō possit compati. Impossibile est scire afflictiones afflictorum homini qui experimentum afflictionis non habuit, & sensibiliter omnia nō sustinuit: Quia Christus scit nō solum per hoc quod deus, secūdum quod omnia nouit, sed per hoc quod homo & similia sustinuit. Glosa ordinaria ibidē.]
6. Latens.
7. Ratio.
8. In auxilium opportunum.

*Christi sacerdotium tanto cæterorum præ se fert conditiones, quanto excellentiorem habuit originem.* V.

† 21.dist.c.fi. ♁ Quibus.

A † [a] Mnis nanque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui [1]condolere possit iis qui ignorant & errant:] quoniam & ipse circundatus est infirmitate: & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita

† 2.q.1.c.In scripturis. De elect. Qualiter.

B etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. † ♁ Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur à deo, tanquam * Aaron. Sic & Christus non semetipsum [2] clarificauit] vt Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: † [b] Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit: † Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisédech. Qui in diebus carnis suæ, preces, supplicationésque ad eum qui possit illum [1]saluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens,

C exauditus est pro ♁ sua] reuerentia. ♁ Equidem cum esset filius ♁ Dei,] didicit ex iis quæ passus est, obedientiam, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus à deo [3]Pontifex] iuxta ordinem Melchisédech. De quo nobis grandis sermo & [4] ininterpretabilis] ad dicendum: quoniā imbecilles facti

D estis ad audiendum. ♁ [c] Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis vt vos [5] doceamini,] quæ sint elementa exordij sermonum Dei: & facti estis quibus [d]lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ. Paruulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus: eorum qui pro [6]ipsa consuetudine] exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

a. Duplex debet esse assumptio eorum qui præficiuntur, scilicet vt intus per gratiam primū assumātur ad virtutis excellentiā, & foris per electionem & auctoritatem ad gradum dignitatis. Hugo de S. Victore.
1. Modestè ferre possit ignorantes & errantes.
* Et.
2. Glorificauit.
b. Apud deum nunquam crastinus, nūquam hesternus dies est, sed semper hodie: non mensiū circulis soluitur annus, non succedentibus ac descendentibus transigitur mensis diebus, non horæ mutantur, non variantur tempora, vel momenta vbi deus est: nec termino includitur nec initio inchoatur. Aug. de quinque hæresibus.
3. Princeps sacerdotum.
4. Ininterpretabilis, vel, difficilis interpretatu.
[c. Hoc autem dicit Apostolus, quia ipsi à iuuentute instructi sunt in lege & prophetis. De Lyra ibidem]
5. Doceamur.
d. Lac infirma cōparatiæ dispensationis, solidum cibum ardua perpetuæ maiestatis appellans. Beda ibidem
6. Ipso habitu.

*Iustus semel confirmatus difficile cadit: lapsus verò à fide non nisi per Christum redire potest.* VI.

† De pœ.dist. 4.ca. Intermittentes.

A † Vapropter [1] intermittentes] inchoationis Christi sermonem, ad [2] perfectionem] feramur: non rursum iacientes fundamentum [a] pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad deum baptismatū doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. [b] Et hoc faciemus, siquidem permiserit deus. [c] † Impossibile enim est eos qui semel sunt illumi-

† Infr.10.d 1.Pet.2.d De pœ. dist.2. c.Si enim. Cōsen.

B nati, gustauerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt spiritus sancti: gustauerunt nihilominus bonum dei verbum, [3] virtutésque] seculi venturi, & prolapsi sunt: rursus renouari ad pœnitentiam, ♁ rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, [4] & ostētui habentes.] Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, & germinans herbam opportunam illis [5] à quibus] colitur, accepit benedictionem à Deo: proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, & maledictio proxima: cuius consummatio in cōbustionem: † Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora saluti: tametsi ita loquimur. Non enim iniustus deus, vt obliuiscatur operis vestri * & dilectio-

† De pœ.dist. Non est.

C nis quam ostendistis [6] in nomine] ipsius, qui ministrastis sanctis & ministratis. ♁ Cupimus autem vnumquēque vestrum eandem ostentare solicitudinem, ad expletionem] spei vsque in finem, vt non segnes efficiamini, verùm imitatores eorum qui fide & [7] patientia hæreditabunt] promissiones. [d] † Abrahæ nanque promittens deus, quo-

† Gen.22.c De iureiur. Etsi Christus

niam neminem habuit per quem iuraret maiorem: iurauit per semetipsum, dicens. [8] Nisi] benedicens benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo te: & sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem. Homines enim per maiorem sui iurant: ♁ &

D *omnes controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum. In quo abun

1. Omittentes.
2. Perfectiora.
a. Quid est autē à mortuis operibus pœnitēria, nisi ab his quæ oportet mortificari, vt viuam? Aug. de fide & operibus. cap. 21.
b. Non potest enim sine fauore dei aliquis esse perfectus. Ambr. de pœnit. lib. 2. cap. 2.
c. Impossibile est renouari ad pœnitentiam per baptismum, hoc est rebaptizari, quia hoc esset iterum crucifigere Christū non in carne sua, sed in carne rebaptizari. Etenim quia de remittenda prædicauit pœnitentia, debuit & de iis qui iterandum putent baptismum non silere, & prius solicitudinem nobis auferri oportuit, vt scirem? etiam post baptismū si qui peccarent, donari eis posse peccatū, ne spe veniæ destitutos iterandi baptismatis opinio vana peruerteret. Ambr. de pœnit. lib. 2. cap. 2.
3. Potentiásque.
4. Diffamantes.
5. Propter quos.
* Laboris.
6. In nomen.
7. Longanimitate hæreditant.
d. Cum igitur vides Christū dicentē: Amen, amen dico tibi, intellige quòd cum per nullū maiorem iurare possit, iurat Amē, non quiescam nūc filius iuret ipsi Abrahæ. Verbum enim iurat. Oecumenius ibidem.
8. Etiam.
* Illis.

dantius volens deus ostendere pollicitationis hæredibus [e] immobilitatem cõsilij sui, interposuit iusiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri deum, [f] fortissimum solatium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiit Iesus secundum ordinẽ Melchisédech [9] Pontifex] factus in æternum.

*Cum Melchisedech sacerdotium ex decimarum acceptione & benedictione Leuiticum excelleret, Christi sacerdotium secundum ordinem Melchisedech institutum, & iuramento firmatum ipsum præcellit Leuiticum, & ipsum euacuat.* VII.

[†] Ic [a] enim Melchisédech, Rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ [1] regresso] à cæde Regum, & benedixit ei: cui & decimas omnium diuisit Abraham: primùm quidem qui interpretatur Rex iustitiæ, deinde autem & Rex Salem, quod est Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum neque finem vitæ habens, assimilatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Intuemini autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de [2] præcipuis] Abraham patriarcha. † Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem, id est, à fratribus suis: [b] quanquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Cuius autem generatio nõ annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones benedixit. [3] ♯ Sine vlla autem contradictione,] † quod minus est, à meliore benedicitur. Et hîc quidem decimas morientes homines accipiunt: ibi autem contestatur, quia viuit. Et (vt ita dictum sit) per Abraham, & Leui qui decimas accepit, decimatus est. Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchisédech. [c] Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat: (populus enim sub ipso legem accepit,) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisédech, alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dici? † Translato enim sacerdotio, necesse est vt & legis translatio fiat. In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit. [d] ♯ Manifestum est enim quòd ex Iuda ortus sit dominus noster, in qua tribu nihil [4] de sacerdotibus] Moyses locutus est. * Et amplius adhuc manifestum est, † si secundum similitudinem Melchisédech exurgat alius sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis. Contestatur enim quoniam † tu es sacerdos in æternum, [e] secundum ordinem Melchisédech. Reprobatio quidem fit præcedentis mandatis propter infirmitatem eius & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad deum, & quantum est non sine iureiurando. (Alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt: hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum: † Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum.) ♯ * In tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes secundum legem, idcirco quòd morte prohiberentur permanere: hic autem eo quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotiũ. Vnde & saluare in perpetuum potest [5] accedens per semetipsum] ad deum: semper viuens ad interpellandum [6] pro nobis.] Talis enim decebat vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, [f] & excelsior cœlis factus. [g] Qui non habet necessitatem quotidie (quemadmodum sacerdotes) † prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel, se offerendo. Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes, sermo autem iusiurandi qui post legem est, filium in æternum perfectum.

*Excellentia sacerdotij Christi ex hoc conuincitur supra Leuiticum, quòd ipse sit iudex in cœlis, & maiorum minister sacramentorum quàm veteris legis.* VIII.

Capitu-

[e. Per hoc ex abundanti eam immobilem ostẽdit: Erat enim firma ex hoc quod procedebat ex diuino consilio: & ideo iuramentum additum firmauit eã ex abundanti, quando promissioni prius factæ ipsi Abrahæ fuit additum, vt Genes. 22. De Lyra.]

f. Nisi ergo fortis qui se in dolore aliquando consolatur. Et reuera iure ea fortitudo vocatur, quando vnusquisque seipsum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque infectum, non aduersis perturbatur non extollitur secundis, & quasi vento quodam variatum ferũ circumfertur mutatione. Ambr. offic lib. 1. cap. 36.

9. Princeps sacerdotum.

a. Non agnoscis quis sit iste? Potest homo esse rex iustitiæ cum vix iustus sit? Potest esse rex pacis, cũ vix possit esse pacificus? Sine matre secundum diuinitatem, quia ex patre deo genitus est, vnius substantiæ cum patre. Sine patre secundum incarnationẽ, qui natus ex virgine est, initium & finem non habens, quia ipse est initiũ & finis omnium primus & nouissimus. Ambr. de iis qui mysteriis initiantur. cap. 8.

1. Regredienti.

2. Primitiis frugum.

b. Secundum rationem quippe illam seminalem in lumbis, Abrahæ fuit Leui, qua ratione per concubitum venturus erat in matrem, secundum quam rationem non ibi erat Christi caro: quamuis secundum ipsam ibi tuerit Mariæ caro. Augusti. de Gene. ad lite. lib. 10. cap. 19.

3. Atque omni autem cõtrouersia.

c. Itaque necesse erat vt vetus sacerdotium cessaret, & nouus sacerdos veniret, qui in æternum futurus esset secundum ordinẽ Melchisedech & 1. Reg. 2. Et suscitabo mihi sacerdotem, qui iuxta cor meũ & animam meã faciet, & ædificabo ei domum fidelem, &c. Cyprian. lib. 2. aduersus Iudæos.

[d. De tribu ad tribum translatum est sacerdotiũ, de sacerdotali ad regalem, vt eadem sit sacerdotalis & regalis. Et intuere mysteriũ. Primũ fuit regalis, postea facta est sacerdotalis, sic Christus rex erat semper, sacerdos autem factus est quãdo carnem suscepit, quando sacrificiũ obtulit. Glosa ordinaria.]

4. De sacerdotio.

* Quod ad hanc tribum pertineat.

e. Ordinem Melchisedech multimodis interpretatur, quòd solus rex fuerit & sacerdos, & ante circumcisionem functus sacerdotio, vt non gentes ex Iudæis, sed Iudæi à gentibus sacerdotium acceperint: neque vnctus oleo sacerdotali, vt Moysi præcepta constituunt, sed oleo exultationis, & fidei puritate. Et quòd sit rex iustitiæ & rex pacis sine patre & sine matre, &c. non quòd absque patre & matre fuerit, sed quòd introducatur occurrisse Abraham à cæde hostium reuertenti: & nec antè, nec postea eius nomen feratur adscriptum. Hier. Euagrio.

* Secundum ordinem Melchisedech.

5. Accedentes per ipsum.

6. Pro ipsis.

f. Nemo excelsior factus dicitur, nisi qui in aliquo fuerit humilior. In eo igitur excellẽtior factus est sedendo ad dexteram patris, in quo se minor angelis factus obtulit passioni. Ambro. de fide lib. 3. cap. 5.

[g. Id est promitatem ad peccandum, & sic peccabant aliquando sicut alij homines, non sic autem Christus. De Lyra ibid.]

†Sup.4.b

A ITapitulum autem ſuper ea] quæ dicuntur: †Talem habemus [2] Pōtificem,] qui conſedit in dextera ſedis [3] magnitudinis ] in cœlis, [4] ſanctorum miniſter,& tabernaculi veri,quod fixit Deus,& non homo.Omnis enim Pontifex ad offerendum munera & hoſtias cōſtituitur . Vnde neceſſe eſt & hūc habere aliquid quod offerat. Si [4] ergo] eſſet ſuper terram, nec eſſet ſacerdos, cū eſſent
B qui offerrent ſecundum legem munera, & qui exemplari & vmbræ deſeruiunt cœ-
†Exod.25.d Actio.7.c leſtium,ſicut reſpoſum eſt Moyſi, cum [5] cōſummaret] tabernaculum: † Vide (inquit) omnia facito ſecundum exemplar, quod tibi oſtenſum eſt in monte. [b] Nunc autem melius ſortitus eſt [6] miniſterium, ] quantò & melioris teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt. Nam ſi illud [7] prius culpa vacaſſet: ]nō
†Ierem.31.f C vtique ſecundi locus inquireretur. Vituperans enim eos dicit: & † Ecce dies venient, dicit dominus: & cōſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Ægypti, quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamēto meo, & ego neglexi eos dicit dominus: Quia hoc eſt [c] teſta-
Trp.quæſt.2. c.Duæ ſunt. D mentū quod diſponā domui Iſrael poſt dies illos,dicit dominus: † & dando leges meas in mentes eorum,& in corda eorum ſuperſcribam eas,& ero eis in deum,& ipſi erunt mihi in populum. [d] Et nō docebit vnuſquiſque proximum ſuum,& vnuſquiſque fratrem ſuum, [8] dicens:] cognoſce dominum, quoniam omnes ſcient me à minore * vſque ad maiorem,quia propitius ero iniquitatibus eorum : & peccatorū eorum * iam
†Apoc.21.b Ierem.31.f non memorabor. † Dicendo autem nouum,veterauit prius. Quod autem antiquatur & ſeneſcit, propè interitum eſt.

1. Summa eorum.
2. Principē ſacerdotū, & infra.
3. Maieſtatis.
4. Siue ſanctorū hominū ſecundum ſuam miſericordiam, ſiue miniſter eorum quæ ſancta ſanctorum dicuntur: vnde ſubdit: & tabernaculi veri. Spiritus animarum ſanctarum templique multiformis eccleſiæ, in quo deus inhabitat. Sedul.ibid.
4. Enim.
5. Conſummaturus eſſet.
6. Tranſiens à loco & à ſacerdote,& à ſacrificio, tūc demum & teſtamenti differentiam ponit, per quod appropinquam⁹ deo. Hic autem ad cœlos nos eleuat, & oſtendens quia pro templo cœlū habemus,& ꝙ vetera exēplaria erunt noſtrorum:& celebrationem noſtram iſtis rebus ſublimans,& meritò iam ſacerdotium attollit. Chryſoſt. ibid.
6. Sacerdotum.
7. Primū fuiſſet irreprehēſibile.
[c. Hoc eſt Euāgelium,& legem gratiæ,hoc eſt,vt quicunque ex omnibus gētibus in Chriſto crediderint, niſi Abrahæ ſecūdum ſpiritualem generationem verē ſint. Quod feci patribus eorum quadrageſimo poſt paſcha die in monte Sina.Sedul.ibid.]
d. Doctrinam appellat hoc loco plenam laboris exhortationem. Ecce enim videmus, nec multis quidem opus eſſe ſermonibus apud illos qui ſani ſunt mente ad perſuadendum, vt credāt in Chriſtum. Siquidem omnes homines ſunt à deo edocti: nam Chriſtus in cordib⁹ noſtris ſcripſit leges ſuas. Oecum. ibid.
8. Dicentes.
* Inter eos.
* Et iniquitatum eorum.

*Etſi veteris tabernaculi expiationes & ſacrificia quandam afferrent iuſtificationem, tamen noui tabernaculi ſacrificia ex maiori oblatione quæ eſt Chriſtus ſemel oblatus, maiorem habent efficaciam.* IX.

†Exod.26.a & a

A † [a] Abuit quidem * & prius,iuſtificationes culturæ,& ſanctū ſeculare. Tabernaculum enim factum eſt primum, in quo erant candelabra, & menſa,& propoſitio panum, quæ dicitur ſancta : poſt velamentum autem ſecundum erat tabernaculum,quod dicitur ſancta ſanctorum: aureum habens thuribulum, [b] & arcam teſtamenti circuntectam ex omni parte auro, in qua vrExod.25.b 3.Reg.8.b 2.Par.5.b na aurea habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, † & tabulæ teſtamenti,
B & ſupérque eam Cherūbin gloriæ obumbrantia propitiatorium, de quibus non eſt modo dicendum per ſingula. His verò ita compoſitis in priori quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes,ſacrificiorum officia conſummantes: in ſecūdo autem,
Exod.30.b † ſemel in anno ſolus [1] Pontifex] non ſine ſanguine, quem [2] offerret pro ſua, & populi ignorantia, ] hoc ſignificante ſpiritu ſancto, nondum propalatam eſſe ſanctorum
C viam,adhuc priore tabernaculo habente ſtatum. & Quæ parabola eſt temporis inſtantis: iuxta quam munera & hoſtiæ offeruntur,quæ non poſſunt iuxta cōſcientiam perfectum facere ſeruientem: ſolummodo in cibis,& in potibus, & in variis baptiſmatibus, & iuſtitiis carnis, vſque ad tempus correctionis impoſitis. Chriſtus autem [3] aſsiſtens Pontifex ] futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id eſt, non huius [4] creationis, ] neque per ſanguinem hircorum, [5] aut] vitulorum, ſed per [c] proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redem-
Leuit.16.c 1.Ioan.1.d Ioan.1.b Rom.5.b Hebr.9.e & celebr. ad Cum Eutha. D ptione inuenta. † & Si enim ſanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationē carnis, † quantomagis ſanguis Chriſti,qui per ſpiritum [6] ſanctum] [d] ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam [7] noſtram] ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti?Et ideò noui teſtaColoſ.3.b & celebr. ad Cum Eutha. menti mediator eſt, vt morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum,quæ erant ſub priori teſtamēto,repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æterE næ hæreditatis. † & Vbi enim teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis [e] confirmatum eſt. Alioquin nondum valet,dum vi-

a. Hoc eſt, fuerūt in tabernaculo vaſa dei,quod apud homines magnum ac admirabile videri ſed tamen illa oſa vmbræ erant futurorū bonorum. Sedul.ibi.
* Igitur.
b. Omnia hæc erāt in area, quæ ingratitudinem cōuincerēt Iudæorum.Virga quidem propter ſeditionem in ordinatione Aaron:tabulæ verò,eo quòd Iudæi nec ratio foiſſent cui primum eas frangerentur. Manna autem eo quòd edentes illud murmuraſſent. Oportuit igitur vt hæc ad nepotes quoque tranſmitterentur. Oecumen.ibid.

1. Princeps ſacerdotum.
2. Offert pro ſe,& populi ignorantiis.

3. Accedens princeps ſacerdotū.
4. Structuræ.
5. Et.
c. Quoniā ſemel Chriſtus oblatus eſt,vt multorū peccata portaret. Proſper.
6. Aeternum.
d. Quod tūc Pontifex ille ſignificabat, qui cū ſanguine in ſancta ſanctorum per annos ſingulos introibat. Ille igitur eſt,qui in ſe vno totum exhibuit,quod eſſe neceſſarium ad redēptionis noſtræ ſciebat effectum : idem ſcilicet & ſacerdos & ſacrificiū: idem deus & templum . Aug. de fide ad Petrum,cap.2.
7. Veſtram.
e. Hoc modo firmū factum eſt teſtamentum,intātum fuit peccatum noſtrū, vt ſaluari nō potuiſſemus aliquādo, niſi vnigenitus filius Dei pro nobis moreretur. Quod verò ait: Alioquin nondum valet dum viuit qui teſtatus eſt. Hoc enim ſignificat,quòd quandiu viuit teſtator,poteſt immutare ſententiā, & alios,atque alios hæredes adducere in hæreditatem ſuam. Ambr.ibid.

uit: qui testatus est. [f] Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo: accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hissópo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersit, dicens: † Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus. ♯ Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerij, sanguine similiter aspersit. Et omnia penè in sanguine secundum legem mundātur: & sine sanguinis effusione non fit remissio. Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium, his mundari: ipsa autem cœlestia melioribus hostiis quàm istis. [g] Non enim in manufacta sancta Iesus introiit exemplaria verorum: sed in ipsum cœlum, vt appareat nūc vultui dei pro nobis. ♯ Neque vt sæpe offerat semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos [8] in sanguine alieno.] Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummatione seculorum, ad destitutionem peccati, per [9] hostiam suam] apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: † sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, secundò sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutē*.

[f. Hoc probat per legem diuinam, in qua probatione primò ponit nouū testamenti conuenientiam cum veteri, secūdò eorum differētiam ibi. Necesse est ergo. Circa primum sciendum est, quod vetus testamētū quod fuit in figura noui, fuit confirmatum per aspersionē sanguinis, vt habetur. Exod. 24. Et sic patet per legem diuinam, quod testamentum nouum per effusionem sanguinis debuit cōfirmari, vt figuratum correspondēret figuræ. Et hoc est quod dicitur. Vnde nec primū quidē, &c. De Lyra.]

[g. Probat quod Christus mundauit cœlestia, hoc est, hominē suo sanguine mūdatos fecit cœlestes, cœlestium participes. Nā iste per hostiam suam intrauit in cœlum pro nobis: & ita constat quod sequamur in cœlum. Nā non in manu factis. Cur nō? quia illa non sunt vera sancta: sed sunt exemplaria, id est, figuræ verorū: & vetus sacerdos nō in vmbratilia, sed in vera intrare debuit. Glos. ordin. ibid.]

8. Per sanguinem alienum.
9. Immolationem suiipsius.
* Per fidem, vel pro fide.

*Tantò nouum testamentum veteri præstat, quantum imagini vmbra, & oblatio Christi oblationi pecorum: cui per fidem, spem & charitatem inhærendum est.* X.

† [a] Mbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum: per singulos annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt indesinenter, † nunquam potest accedentes perfectos facere. Alioquin cessassent offerri, ideò quòd nullam haberent vltrà conscientiam peccati, [1] cultores] semel mundati. [b] Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile enim est, sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideò ingrediens mundum dicit: † Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi. ♯ Holocaustomata & pro peccato, non tibi [2] placuerunt.] † Tunc dixi: Ecce venio: [c] (In capite libri scriptum est de me:) vt faciam Deus voluntatem tuam. Superius dicens: quia hostias & oblationes, & holocaustomata, & pro peccato noluisti: nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur, tunc [3] dixi: ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam, aufert primum, vt [4] sequens] statuat. In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel. * [d] Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ nunquam possunt aufferre peccata. ♯ Hic autem, vnam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum † sedet in dextera Dei, de cætero expectans donec ponātur inimici eius scabellum pedum eius. Vna enim oblatione, consummauit in sempiternum sanctificatos. [e] ♯ Contestatur autem nos] & spiritus sanctus. Postquam enim dixit: † Hoc autem testamentum quod testabor ad illos post dies illos, dicit dominus: † [6] dando] leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribam eas: & peccatorum, & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. ♯ Vbi autem horum remissio: iam non est oblatio pro peccato. [f] Habētes itaque fratres, [7] fiduciam in introitu sanctorū in sanguine] [8] Christi, quam] initiauit nobis viam nouam, & viuētem, per velamen, id est, carnem suam: & sacerdotem magnum super domum dei: accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi [9] corda à] conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei—nostræ] confessionem indeclinabilem. (Fidelis enim est qui repromisit.) [g] Et consideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum: non deserentes collectionem nostram, * sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, * & tantò magis, quantò videritis appropinquantem diem. † ♯ Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis [10] æmulatio,] quæ consumptura est aduersarios. † Irritam quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur: quantò magis putatis [h] deteriora [11] mereri] supplicia: qui fi-

a. Hoc est, speciem veritatis, nō veritatem ipsam. Si enim flores ipsos quis colorum intingit, & impoluerit super lineamenta, tunc imago efficitur: tale quiddam erat lex vmbra veritatis. Ambr. ibid.
1. Qui sacrificassent, ac essent.
b. In ipsis, inquit, hostiis fit dūtaxat cōmemoratio & redarguitio peccatorū, non autem etiam remissio. Porrò q nō fit remissio signum est, q nunquā durēt hostiæ. Neque etiam ob sequētia tantum peccata offeruntur, inquit, hostiæ, sed potius propter omnia, tanquam nondum remissa sint hostiis quæ factæ sunt. Oecum. ibid.
2. Approbasti.
c. Hoc est, in principio Geneseos. Et in Euāgelio: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Hieron. super 1. cap. Genes.
3. Dixit, scilicet Messias.
4. Secundum.
* Peractam.
[d. Hic comparat sacerdotē noui testamenti & ve. test. adinuicem: vnde considerandum est, quod in lege erat duplex sacrificium solemne. Vnū erat sacrificium expiationis, alterum, iuge sacrificium. De Lyr. ibid.]
e. Per Ieremiam. q. d. Spiritus sanctus testificatur q consummauit in ęternum sanctificatos: sed & quòd in nouo testamēto non recordabitur deus peccatorum. Sedul. ibid.
5. Testificatur autem nobis.
6. Dando, vel dans.
f. Hic ostendit distantiam pontificis & sacerdotis, & hostiarū & tabernaculi, & testamenti & repromissionis. Siquidem illa fuerunt temporalia, hæc autem aterna: illa formæ, hæc veritas. Ambro. ibidem.
7. Libertatem introeūdi sancta per sanguinem Iesu.
8. Iesu quem.
9. Cordibus, & deposita.
g. Tāto, inquit, nobis magis opē est charitatē ac bona opera desiderare & adipisci, quātomagis appropinquat dies iudicij. Hoc autē etiam ad consolationē ipsis erat, nēpe defatigatis ppter afflictionē. Oecumen. ibidem.
* Mutuam.
* Inuicem.
10. Vehementia.
h. Maiori igitur supplicio hic obnoxius: verūtamen etiā huic pœnitentiæ portas aperuit, & multas abluendi vias præbuit. Chryso. super Ioan. hom. 27.
11. Merebitur.

qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti [12] pollutum ] duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? † Scimus enim eum qui dixit: † [i] Mihi [13] vindictam: ] ego retribuam. Et iterum: Quia iudicabit dominus populum ſuum. Horrendū eſt incidere in manus dei viuentis. [k] Rememoramini autem priſtinos dies, in quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſsionum, & in altero quidem opprobriis & tribulationibus ſpectaculum facti, in altero autem ſocij taliter conuerſantium effecti. Nam & [14] vinctis ] compaſſi eſtis: & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem & manentem * ſubc ſtantiam. [l] [15] Nolite itaque amittere ] [1] confidentiam veſtram: quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem dei facientes, reportetis promiſsionem. Adhuc enim modicùm [16] aliquantulúmque ] qui venturus eſt veniet, & non tardabit: † iuſtus autem meus ex fide [17] viuit. ] Quòd ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ. Nos autem non ſimus ſubtractionis filij in perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ.

12. Prophanum.
[i. Si ioli deo ſeruatur vindicta, quare iudices vindicati? Ad hoc reſpondet Apoſtolus Rom. 13. Iudex eſt miniſter dei. Vnde nō iudicat propria auctoritate, ſed Dei. S. Thomas ibidem.]
13. Vindicta.
[k. Sicut optimi medicorum eū alios ſecuerint, & per inciſionē doloris augmentū fecerint, ioſlatium maioris medicamēti & remedium afferunt illi loco vbi dolor inſtit, & perturbatam refouent animam. Sic Apoſtolus facit. Gloſa ordin.]
14. Vinculis meis.
* In cœlis.
15. Ne itaque abiiciatis.
l. Quoniam neque bonum noſtrum iam videmus, vnde oportet vt credendo quæramus, neque ipſum recte viuere ex nobis eſt, niſi credentes adiuuet & orāter, qui & ipſam fidē dedit, quamus ab illo adiuuandos eſſe credamus. Aug. de ciui. li. 19. ca. 4.
16. Tempus.
17. Viuet.

*Fidei magnifica in patribus ante diluuium: ante legem, & ſub lege: ante terræ promiſſæ ingreſſum, in ingreſſu, & poſt ingreſſum, per quam membra Chriſti capiti vniuntur.*

XI.

A [2] Est autem fides, ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. [1] In hac ] enim teſtimonium conſecuti ſunt ſenes. † Fide, intelligimus aptata eſſe ſecula verbo dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. † Fide, [2] plurimam ] hoſtiam Abel quàm Cain obtulit deo, per quam teſtimonium conſecutus eſt eſſe iuſtus, teſtimonium perhibente * muneribus eius deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. † Fide, Enoch tranſlatus eſt ne videret mortē, & non inueniebatur, quia tranſtulit illum dominus. Ante tranſlationem * enim teſtimonium B habuit placuiſſe Deo. † Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo. [b] Credere enim oportet accedentem ad deum [3] quia eſt, ] & inquirentibus ſe remunerator ſit. † [c] Fide, Noe reſponſo accepto de iis quæ adhuc non videbantur, metuens, aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ, per quam damnauit mundum: & iuſtitiæ quæ per fidem eſt, hæres eſt inſtitutus. † Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem acceC pturus erat in hæreditatem, & exiit neſciens quò iret. Fide, demoratus eſt in terra repromiſſionis tanquam in aliena, in [4] caſulis ] habitando cum Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor, Deus. [d] † Fide, & ipſa Sara ſterilis ] virtutem [5] in conceptione ſeminis ] accepit, etiam præter tempus ætatis, * quoniam fidelem credidit eſſe eum, qui repromiſerat. Propter quod & ab vno orti ſunt: (& hoc emortuo) tanquam ſydera cœli in multitudinem: & ſicut arena quæ eſt ad oram maris, innumerabilis. [e] Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, [6] non acceptis repromiſſionibus, ] ſed à longè eas aſpicientes * & ſalutantes, & confitentes, quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram. Qui enim hoc dicunt, ſignificāt ſe patriam inquirere. Et ſi quidem ipſius meminiſſent, de qua exierunt, habebant vtique tempus reuertendi. Nunc autem melioD rem appetunt, id eſt, cœleſtem: ideò non [7] confunditur ] Deus vocari Deus eorum. [f] † Parauit enim illis ciuitatem. † Fide, obtulit Abraham Iſaac, cum tentaretur, & vnigenitum offerebat, [8] in quo ] ſuſceperat repromiſſiones, (ad quem dictum eſt: quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen) arbitrans quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus. Vnde eum & [9] in parabolam ] accepit. † Fide, & de futuris: benedixit Iſaac Iacob, & Eſau. † Fide, Iacob moriens ſingulos filiorum Ioſeph benedixit, & [10] [f] adorauit * faſtigium virgæ eius. ] † Fide, Ioſeph moriens [11] de profectione ] filiorum Iſrael memoratus eſt, & de oſſibus ſuis mandauit. † [g] Fide, Moyſes natus, occultatus eſt menſibus tribus à parentibus ſuis, eo quòd vidiſſent elegantem infantem, & non timuerunt Regis E edictum. † [h] Fide, Moyſes grandis factus, [12] negauit ſe eſſe filium ] filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo dei, quàm [13] temporalis ] peccati habere iucunditatem,

2. Et eſt bona ſubſtantia, in qua ſpei noſtræ eſt patrimonium. Ambr. de pœ. lib. 2. cap. 3. Vnde enim ſunt iſta quæ vides, niſi ex illo quod non vides? Vtique vides aliquid vt credas aliquid, & ex eo quod vides, credas quod nō vides. Ne ſis ingratus ei qui te fecit videre, vnde poſſis credere quod nōdum poteſt videre. Auguſt. homil. 32.
1. Per hanc.
2. Vberiorem.
* De. * Suam.
b. Nō enim ſi inquiramus quid ſit, ſed ſi illum confitemur eſſe, ſalutem nobis præparat. Baſil. lib. 2. contra Eunomium.
3. Quòd deus ſit.
c. Fide admonitus Noe, adiunge ei quod ſequitur, metuens: vt ſit hic ſenſus: Admonitus oraculo Noe ea quæ nondum videbantur per fidem, metuens aptauit arcam. Oecum. ibidem.
4. Tentoriis, vel tabernaculis.
d. Duplex enim erat præcluſio: vna ex tempore ſenuerat quippe iam, altera verò ex natura ſterilis enim erat. Chryſ. ibidem.
5. Ad concupiſcendum & ſemē retinendum.
* Peperit.
e. Duo hoc loco quærūtur: quomodo cū ſuperius dixerit quòd tranſtulit Enoch deus, ne videret mortem, dicat nunc iuxta fidē mortui ſunt hi omnes. Rurſūmque dicit: non acceptis promiſſionibus: atque dixit in ſuperioribus, quod acceperint præmiū fidei. Sol. Mortui ſunt omnes præter Enoch. Illis autē non ſola terra promiſſa erat, ſed etiam cœleſtis. Oecum. ibidem.
6. Non accipientes promiſſiones.
* Et credentes.
7. Erubeſcit.
8. Qui.
9. In ſimilitudinem.
10. Incuruauit ſe ad caput lecti Hebr.
f. Videſ quòd iſtuc ipſum faciebat præuidens futurum, quod regij generis futur⁹ eſſet is qui ex ſemine illius natus eſſet. Chryſoſt. Gene. 47.
* Contra.
11. De exitu.
g. Vbi viros probos ac virtuti deditos recenſuiſſet, qui omnia per fidem effecerant: Dicit etiā de Moyſi parentibus obſcuris quibuſdam hominibus, exhortans eos ac propemodum dicēs: Illi adeò obſcuri fidem habuerunt, vos autem fluctuatis. Quare autem occultarunt menſes tres, idque cum regiū eſſet edictum, vt maſculi protinus interimerētur? Crediderunt ipſum ſeruandum eſſe. Oecum. ibid.
12. Renuit dicere, filius ſum, vel vocari filius.
13. Temporalem.

maiores diuitias æstimans,[14] thesauro] Ægyptiorum improperium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem. † Fide, reliquit Ægyptum: [h] non veritus animositatem Regis. Inuisibilem enim tanquam videns sustinuit. † Fide, celebrauit Pascha, & sanguinis effusionem: ne qui vastabat primitiua, tangeret eos. † Fide, transierunt mare Rubrum tanquam per aridam terram: quod [15] experti] Ægyptij deuorati sunt. † Fide, de, muri Iericho corruerunt, circuitu dierum septem. † Fide, Rahab meretrix non periit cum incredulis: excipiens exploratores cum pace. Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Sampson, † Iepte, Dauid, Samúel, & Prophetis, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis. [i] [16] Effugarunt] aciem gladij: conualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. [g] Alij autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. [k] Alij verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, secti, sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in [l] melótis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, † in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, deo [17] pro] nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur.

14. Thesaurit.
h. Quòd fugerat in terrã Madian, non fuit metus, sed fides, quòd credebat se à Deo liberari. Nolúit ibi manere, ne effecta causa iactantiæ sua aperiret periculũ se præcipitaret, & tentaret deum, quod diabolicũ est. Sancti enim quandiu habent, quid faciant non debent tẽtare deũ, vt & dominus locum dedit Iudæis, qui & suis præcepit. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã. Matt. 10. Glos. ordin. posit Chrysost.]
15. Experientes.
i. Qui non comitatu & legionibus fuerãt cincti communem cum multis victoriam, sed nuda virtute animi singularem de perfidis retulerunt triumphũ. Ambro. offic. 1. lib. cap. 35.
16. Effugerunt.
k. Diuerso itaque cruciatus genere, hic verberibus dilaniatur, hic candenti craticula sacrificij more torretur, hic abscisũ capite æterno capiti iungitur: hic defecta lingua inuiolabilem fidem melius loquitur & Christum dominum in silẽtio oris, clamore vulnetis cõfitetur. Euseb. Emis. De Epiph. homil. 4.
l. In pellibus ouinis: melota enim Græcũ est, & significat pellem cum lana ab oue detractã.
17. De.

*Priscorum fides ad passiones tolerandas exemplo Christi & ipsorum monere debet, atque ad mala culpæ omissionis & commissionis vitanda.* XII.

Itaque [a] Deóque & nos tantam habentes [1] impositam] nubem testium: † deponentes omne pondus & circunstans nos peccatum, [b] per patientiam curramus [2]—ad] propositum nobis certamen, aspicientes in autorẽ fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione cõtempta, atque in dextera sedis dei sedet. [c] Recogitate enim eum: qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem: vt ne fatigemini animis vestris deficientes. [d] Nondum [3]— enim] vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes: & obliti estis consolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens: † Fili mi noli negligere [2] disciplinam] domini: neque fatigẽris dum ab eo argúeris. [d] Quem enim diligit dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. [3] In disciplina perseuerate.] Tanquam filiis, vobis offert se Deus. Quis enim filius, quem non corripit pater? Quòd si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo [4] adulteri,] & non filij estis. Deinde patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, & reuerebamur eos. [d] Non multòmagis obtemperabimus patri spirituum, & viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundum voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod vtile est, in recipiendo sanctificationem eius. Omnis autem [e] disciplina in præsenti quidem videtur nõ esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam, reddet iustitiæ. † Propter quod remissas manus & soluta genua erigite: & gressus rectos facite pedibus vestris: [5] vt non claudicans quis erret,] magis autem sanetur. † [d] Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam: sine qua nemo videbit deum. Contẽplantes ne quis [6] desit gratiæ] Dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illã inquinentur multi. [f] Ne quis fornicator aut prophanus vt Esau: † qui propter vnam escam vendidit [7] primitiua] sua. Scitote enim quoniam & postea † cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est. Non enim inuênit pœnitentiæ locum, quamquam cum lachrymis inquisisset eam. † [d] Non [8]— enim] accessistis ad tractabilem * & [8] accesibilem] ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt [9] excusauerunt se, ne eis fieret verbum.] (Non enim portabant quod dicebatur, † & si bestia tetigerit montem, lapidabitur *. Et ita terribile erat, quod videbatur. Moyses dixit: Exterritus sum & tremebundus) [d] [g] Sed accessi-

a. Hucusque de fide locut[us] est: nunc de prædicatione incipit. Sedul. ibid.
1. Circumpositam.
b. Neque enim alio modo abiicit quispiam pondus rerum secularium, quam per tolerantiã. Considera quòd nó dixerit pugnis decertemus, aut bellemus, sed quod leuius erat, curramus in certamine. Oecum. ibid.
c. Huius enim recogitationis ratio est, quia in quacũque tribulatione inuenitur eius ad remedium in cruce. Ibi enim est obedientia ad Deum. Philip. 2. Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem. S. Thom ibid.]
2. Castigationem & infra.
d. Castigat enim quos castigandos putat, patitur quos putat esse patiendos. Vtrũque ad vnam rem vult proficere, vt & castigatio in catholicis peccãdi retrçnet libidinẽ, & quandoque hæreticos patientia dei faciat plenam fidei noscere veritatẽ: maximè cum sciat eos forsitan catholica non indignos fide, quos videat catholicis vitæ comparatione præstare. Salui. lib. 3.
3. Si castigationem sustinetis.
4. Spurij, vel adulterini.
e. Disciplina, quę Græcè pedia, est eruditio per molestias, quãdo p peccatis suis quis patitur, vt corrigatur, quę hic intelligitur. Est & disciplina, quæ scientia dicitur, & à discẽdo nomen accepit, & Græcè epistemon dicitur. Glos. ordin.]
5. Ne quod claudũ est aberret.
6. Deficiatur gratia.
f. Quamobrem diuus Paulus eũ qui tam turpem vitam elegerit, fornicatorem scelestúmque optimo iure appellat & eos qui in libidinem prolabuntur, cum Esau meritò comparat. Cyril. in Gene. lib. 9.
7. Primogenitã.
* Montem.
8. Accensum.
9. Petierunt ne sibi adderetur verbum.
* Aut iaculo configetur.
g. Quatuor ordines fecit, montis Sion, ciuitatis Ierusalem, celebritatis angelorum, & ecclesiarum primitiuarum. Tulit ergo dominus Deus de medio populi Israel Leuitas, quia nó humanarum eos consortes voluit esse curarũ, sed diuinæ religionis ministros. Ambro. de Cain & Abel lib. 2. cap. 2.

accessistis ad Sion mõtem, & ciuitatem dei viuentis,[h] Ierusalem cœlestem,& multorum milium angelorum frequentiam,& Ecclesiam [10] primitiuorum, ] qui conscripti sunt in cœlis, & iudicem omnium deum, & spiritus iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum,& [11] sanguinis aspersionem ] melius loquẽtem quàm
G [i] Abel. Videte ne recusetis loquentem. ✠ Si enim illi non effugerunt, recusantes eum qui super terram [12] loquebatur: ] multòmagis nos, qui de cœlis ⟩— loquentem nobis ]
†Aggei 2.b [13] auertimus: ] cuius vox mouit terram tunc: nunc autẽ repromittit,dicens: † Adhuc semel:⟩—& ] ego mouebo non solum terram [k] sed & cœlum. Quod autem adhuc semel dicit: declarat mobilium translationem tanquam factorum, vt maneant ea quæ
†Deut.4.d sunt immobilia. Itaque regnum immobile suscipientes, habemns gratiam: per quam [14] seruiamus ] placentes deo,cum metu & reuerentia. ✠ Etenim deus noster ignis consumens est.

[h. Ierusalem enim interpretatur visio pacis. Consilit ergo gloria in societate iocunda, quantũ ad decoris complementum. Et quantum ad hoc dicitur. Multorum milium angelorum,&c. De Lyra.]
10. Primogenitorum.
11. Sanguinem aspersionis.
i. Siquidẽ sanguis Abel clamãs de terra loquebatur vindictam. At Christi sanguis de cruce clamans,pacem loquitur ac reconciliationem. Cyprianus.
12. Oracula reddebat.
13. Auertamur.
[k. Cœlum quod scilicet interius est aereum, vnde dicuntur; aues cœli. Totus autẽ penè aer iste ventosus, quem, cœlum vel cœlos scriptura vocat istos vtique imos non illos supremos, vbi sol & luna,& sidera constituta sunt,dicit hic scriptura mouendos, & alibi perituros propter magnam sui cõmutationẽ. Glosa ordin.ibid.]
14. Seruiamus.

*Non solum vita & mores priscorum, sed & doctrina imitanda est, in fide mortuorum manendo, & viuentibus obediendo.*

XIII.

†Rom.12.c
1.Pet.4.c
†Gene.18.a
19.a
A Haritas fraternitatis maneat⟩—in vobis, &] † hospitalitatem nolite obliuisci. [a] † Per hanc enim placuerunt quidam [1] angelis hospitio receptis. ] Mementote vinctorum, tanquam simul vincti, & [2] laborantium, ] tanquam & ipsi in corpore morantes. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. [b] Fornicatores [3] enim ] & adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaritia: contenti præsentibus. Ipse enim dixit: † Non te deseram, neque derelinquam, ita vt confidenter dicamus: † Dominus mihi adiutor est: non timebo quid
†Hoss.1.a
Gene.28.c
†Psal.117.b
B faciat mihi homo. Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum dei: quorum intuentes exitum conuersationis,imitamini fidem. [c] ✠ Iesus Chri-
†Diffin.11.c.
Nolite.
stus heri & hodie,ipse & in secula. † Doctrinis variis & peregrinis [4] nolite abduci. ] Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare:de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiũt.
†Nume.19.a † Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suũ sanguinem populum,extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra:im-
†Mich.2.c
† De celebra. missã. cap.1. In Clemen.
C properiũ eius portantes. ✠ † Non enim habemus hîc manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. † [d] Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est,fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostiis promeretur Deus. Obedite præpositis vestris, & subiacete⟩—eis. ] Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animalibus vestris reddituri,[e] vt cum gaudio hoc faciant,& non gementes. Hoc enim non expedit vobis. Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus: in omnibus bene
D volentes conuersari. ✠ Amplius autem deprecor,⟩—vos ] hoc facere, quò celerius restituar vobis. [f] Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti æterni,dominum nostrum Iesum Christum, [5] aptet ] vos in omni * bono, vt faciatis eius voluntatem: faciens [6] in vobis ] quod placeat coram se per Iesum Christum, cui est gloria in secula seculorum, Amen. Rogo autem vos fratres, vt sufferatis verbum [7] solatij. ] Etenim perpaucis scripsi vobis. Cognoscite fratrem [8] vestrum ] Timótheum dimissum,cum quo (si celerius venerit) videbo vos. Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos [9] de Italia fratres. ] Gratia cum omnibus vobis, Amen.

[a. Adeo, inquit, magna est hospitalitas vt Abrahæ & Lot fuerit occasio,q̃ angelos exciperẽt. Latebat enim eos,atqui ignorantes q̃ angeli essent, ita benignè exceperunt hospitio. Ideo quoque ipsis magna fuit merces,quòd si nouissent,iam nihil magni fecissent. Oecum.ibidẽ.
1. Angelos hospitio recipiẽtes.
2. Afflictorum.
b. Quicquid enim de iure connubij mulieribus non licet, nec viris omnino licet. Nã qui ante nuptias legitimas habere cõcubinas præsumit, ob hoc dignus est à consortio fidelium separari. Aug. de rectitudine catholicæ conuersationis.
3. Autem.
c. Heri dicit propter mortalitatem, hodie propter æternitatẽ. Aug.Ser. 9. natali. Item hesternum quidẽ ab initio seculi vsque ad dominicam ascensionẽ, hodiernum verum diem, exinde vsque ad seculi consummationem: æternum intellige post communem omnium resurrectionem. Bernard.
4. Ne circunferamini.
[d. Hic ponit secundam cõclusionem: dictum est enim quod sacrificia veteris legis nõ erant deo accepta, quia erãt carnalia. Ideo cõcludit quod deo est offerẽdum spirituale sacrificium per Iesum Christum qui est sacerdos noster. De Lyra. ibid. ]
e. Cũ gaudio sacerdotes arguũr, quando correpti proficiunt: & tristes hoc faciunt, quando se nihil proficere in suis contemptoribus ingemiscunt. Prosper.
[f. Proprius enim effectus dei est facere pacẽ. Non enim est deus dissensionis,sed pacis. 2. Cor.13. Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiscũ. Pax enim nihil aliud est, nisi vnitas affectuũ: quos vnire solius dei est proprium:quia per charitatẽ quæ à solo deo est, vniũtur corda. Deus etiam nouit colligere & vnire: quia deus est charitas, quæ est vinculum perfectionis. Vnde & ipse facit habitare vnanimes in domo. S. Thomas.]
5. Perficiat.
* Opere.
6. In nobis.
7. Exhortationis.
8. Nostrum.
9. Itali.
Missa ab Italia per Timotheũ.

## INCIPIT PROLOGVS IN ACTVS APOSTOLORUM beati Hieronymi presbyteri.

†Psal.83.b. *Canit Psalmista: Ambulabunt de virtutibus in virtutes. Post Apostoli Pauli epistolas dudum vno vobis volumine trãslatas, Dominion & Rogatiane charissimi, actus Apostolorum compellitis vt transferam in Latinum: quem librum nulli dubium est à Luca An-*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*tiocheno, arte medico, qui postea inseruiens Paulo Apostolo, Christi factus est discipulus, fuisse editum. Ceruices premit imposita sæpius oneris magnitudo: quia studia inuidorum, reprehensione digna putãt ea quæ scribimus. Illorum nunquam odio & detractione, iuuante Christo, meum silebit eloquium. Actus Apostolorum nudam quidem videntur sonare historiam, & nascentis ecclesiæ infantiam texere: sed si nouerimus scriptorum eorum Lucam esse medicum, cuius laus est in euangelio, animaduertimus pariter omnia verba illius animæ languentis esse medicinam.*

## ACTVS APOSTOLORVM ALIVS PROLOGVS.

*LVcas igitur Antiochensis natione Syrus (cuius laus in Euangelio canitur) apud Antiochiam medicinæ artis egregius, & Apostolorum Christi discipulus fuit: postea vsque ad confessionem, Paulum secutus Apostolum, sine crimine in virginitate permanens, Deo maluit seruire. Qui* [1] *octoginta] & quatuor annos ætatis agẽs, in Bithynia obiit, plenus spiritu sancto: quo instigante, in Achaiæ partibus Euangelium scribens, Græcis fidelibus incarnationem domini fideli narratione ostendit, eundémque ex stirpe Dauid descendisse monstrauit. Cui nõ immeritò scribendorum Actuum Apostolorum potestas in ministerio datur: vt deo in deum pleno, & filio perditionis extincto, oratione ab Apostolis facta, sorte dominicæ electionis numerus compleretur, sicq; Paulus consummationem apostolicis actibus daret, quandiu cõtra stimulum calcitrantem dominus elegisset. Quod legentibus & requirentibus deum, breui potius volui ostendere sermone, quàm prolixius aliquid fastidientibus prodidisse: sciens quòd operantem agricolam oportet primùm de suis fructibus edere. Quem ita diuina subsecuta est gratia: vt non solùm corporibus, sed etiam animabus eius proficeret medicina.*

1. Septuaginta.

# Incipit liber Actuum Apostolorum beati LVCÆ EVANGELISTÆ.

*Post quadraginta dies & varias apparitiones à resurrectione Christus videntibus discipulis ascendit in cœlum, inde verò in vrbem regressi Mathiam Iudæ suffecerunt.* Cap. I.

Hũc librum scripsit Lucas cum Euangelio in Claudiopoli (quæ nunc Bithynium) ciuitate Ponti nunc Mydoneæ, id est, maioris Phrygiæ.

a. Videtur Ioanni Euangelistæ repugnare, qui dicit mundum capere nõ posse libros qui scriberentur de gestis Christi. Dicendum: Quod hic se nihil prætermisisse ait eorũ quæ cohęrẽt ac vergẽt, in quibus diuinitas ac veritas prædicationis comprehenditur. Etenim ipse quoque Ioannes de his omnibus distulit. Nõ enim quippiam eorum reliquerunt, per quę vel dispensatio verbi iuxta carnem creditur & cognoscitur, vel magnitudo ipsius iuxta diuinitatẽ relucet & manifestat. Oecum. ibi.

1. Elegerat.
2. Illi igitur congregati.
3. Num
4. Restituis regnum Israelit
b. Vestrum dixit, non meũ. Iam enim non secundum perfectionem, sed secundum profectum humani corporis ac nostræ animæ loquebatur. Cum autem dicit, tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate, vtique nõ potest esse exors scientiæ paternæ, cuius nequaquam exors est potestatis, cuius potestas ex sapiẽtia & virtute gignitur, quod vtrũque Christus est. Ambro. de fide, lib. 5. cap. 8.
c. Dum audis eleuatũ, agnosce militiæ cœlestis obsequiũ, vnde hodierna ascensionis festiuitas hominis nobis & dei sacramenta manifestat. In eo qui eleuat diuinam potentiam, in eo autẽ qui eleuatur, humanam cognoscit substantiam. Euseb. Emiss. de ascen. dom. hom. 2.
5. Subduxit.
6 Manebant.
* Et obsecratione.

PRimum quidem sermonem feci [a] de omnibus, ô A Theophile, † quæ cœpit Iesus facere & docere, vsque in diem qua præcipiens Apostolis per spiritum sanctum, quos 'elegit] assumptus est. Quibus & præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. † Et conuescens, præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, quã audistis, inquit, per os meum: quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autẽ baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. [2] Igitur qui conuenerant,] interrogabant eum, dicẽtes: Domine, [3] si] in tempore hoc [4] restitues regnum Israel?] [b] Dixit autem eis: Non est vestrũ nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate: † sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos, † & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa & Samária, & vsque ad vltimũ terræ. † [c] Et cũ hęc dixisset, vidẽtibus illis eleuatus est: & nubes [5] suscepit] eum ab oculis eorum. Cúmque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri astiterũt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quẽadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Tunc reuersi sunt Ierosolymam à mõte qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Ierusalem, sabbati habens iter. [c] Et cum introissent in cœnaculum, ascenderunt vbi [6] manebat] † Petrus, & Ioannes, & Iacôbus, & Andreas, Philippus, & Thomas. Bartholomęus, & Matthęus, Iacôbus Alphæi, & Simon Zelótes, & Iudas Iacôbi. Hi omnes erant perseuerãtes vnanimiter in oratione * cum mulieribus & Maria ma-

matre Iesu,& fratribus eius.In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrũ,dixit:(Erat autem turba [7] hominum] simul ferè [d] centumuiginti:) Viri fratres,[8] oportet] impleri scripturam * quam prædixit spiritus sanctus per os Dauid, de Iuda, † qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum:qui connumeratus erat in nobis,& sortitus est sortem ministerij huius. [e] † Et hic quidē possedit agrum de mercede iniquitatis, [f] & suspensus crepuit medius, & [9] diffusa] sunt omnia viscera eius. [g] Et notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem, ita vt appellaretur ager ille lingua eorum [10] Achelde-mach,] hoc est ager sanguinis.Scriptum est enim in libro Psalmorum:† Fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo [11] ex iis viris qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore] quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus,incipiens à baptismate Ioannis vsque in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos, Ioseph qui vocabatur Barsabas, [12] qui cognominatus est iustus, & Matthiam. Et orantes dixerunt: Tu domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris, ex his duobus vnum,[13] accipere locum ] ministerij huius & apostolatus,[14] de quo ]præuaricatus est Iudas,vt abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis: † Et cecidit sors super Matthiam,& [15] annumeratus est cum] vndecim Apostolis.

*Apostoli accepto spiritu sancto & donis eius,admirationi facti sunt, sed & Petrus constanter mirantibus Iudæis cunctos palàm ad fidem & baptismum inuitat.* II.

A ET dum [1] complerentur] † dies pentecostes, erant omnes [2] pariter ]in eodem loco: [a] Et † factus est repentè de cœlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispartitæ linguæ [3] tanquam ignis,] † sedítque supra singulos eorum. † Et repleti sunt omnes spiritu sancto,& cœperunt loqui variis linguis, pro vt spiritus [4]— sanctus] dabat eloqui illis. Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi viri religiosi,ex omni natione quæ sub cœlo est.Facta autem hac voce conuenit multitudo,& [5]—mente] confusa est, [b] quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos lo-
B quentes. Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes: [6] Nónne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomodo nos [4] audiuimus ] vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam,Iudæam, & Cappadociam,Pontum,& Asiam,Phrygiam, & Pāphiliam, Ægyptum,& partes Libyæ, quæ est circa Cyrénem, & aduenæ Romani, Iudæi quoque & Proselyti,Cretes & Arabes,audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei.Stupebant autem omnes,& mirabantur ad inuicem dicētes: Quídnam vult hoc esse? Alij autem [5] irridentes, ] dicebant: [c] quia musto pleni sunt isti. Stans autem Petrus cum vndecim, leuauit vocem suam, & locutus est [6] cum eis:] viri Iudæi & qui habitatis Ie-
C rusalem vniuersi,hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. [d] Non enim,sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia. Sed hoc est quod dictum est per Prophetam Ioel: † Et erit in nouissimis diebus, dicit dominus:effundam de spiritu meo super omnem [d] carnem.Et prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ,& iuuenes vestri visiones videbunt,& seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos &* ancillias meas in diebus illis,† effundam de spiritu meo, & prophetabunt.Et dabo prodigia in cœlo [7] sursum, ] & signa in terra [8] deorsum, ] sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. † Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies domini magnus & manifestus. † Et erit, omnis quicunque inuocauerit no-
D men domini, saluus erit. [e] † Viri Israelitæ,audite verba hæc: Iesum Nazarenum virum [9] approbatum ] à deo [10] in vobis ] virtutibus & prodigiis & signis quæ fecit deus per illum in medio vestri sicut & vos scitis: definito consilio & præscientia dei [11] traditum,] per manus iniquorum [12] affigentes] interemistis. † Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illum [13] ab eo.] Dauid enim dicit in eum: † Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris

7. Nominum.
[d. Hic numerus 120. congruit erati Moysi,vt sicut sub hoc numero Moyse defuncto Iesus successit, qui populũ in terrã promissionis introduxit, sic veteri legi in ecclesia principat⁹ Christi succesit, ducens verũ Israel ad regnum cœli. Gloria ordinat. post Rabanum.ibid.]
8. Oportebat.
* Hanc.
e. Crepuit enim Arrius,sicut de Iuda Petrus Apostolus dixit, quia possedit agrum de mercede iniquitatis. Non est fortuita mors, vbi in sacrilegio pari pœnæ parile processit exemplum, vt idē subirent supplicium, qui eundem dominum negauerūt, & qui eũdem dominum prodiderunt. Ambr.de fide,li.1.ca.9.
f. Pulchrē omnino Petrus Apostolus filium perditionis in locum suum abisse restatus est: q̃ in aere crepuerit medius aeriarum collega potestatum,vtpote quē veri dei & veri pariter hominis,qui de cœlo venisset operatus salutem in medio terræ huius inquam proditorem, nec cœlum reciperet,nec terra sustineret. Bernard in Psal. Qui habitat,ver. 8.
9. Effusa.
10. Hacal dama,id est,ager sanguinis.
11. Ex congregatis nobis per totum tempus.
12. Cognomento Iustum.
13. Vt accipiat sortem.
14. Vnde.
15. Suffragijs additus est.
1. Compleretur.
2. Vnanimiter.
a. Quid hoc significat, nisi descensum spiritus sancti, qui se voluit incredulis etiam corporaliter demõstrare? Hoc est corporaliter per signum, spiritaliter per sacramentum. Ergo manifestum testimonium eius aduentus, nobis autem iam fidei prærogatiua defertur: quia in principio signa incredulis fiebant, nobis iam in plenitudine ecclesiæ: nõ signa, sed fide veritas colligenda est. Ambr. de sacramen. lib.2.cap.5.
3. Velut ignea.
[b. Quis tale miraculum nunquam fuerat visum vel auditũ. Et patet litera:In qua denominantur habitatores diuersarum nationum & regionum,in quibus sunt diuisa idiomata totaliter,sicut in Iudæa & Roma,& pluribus alijs,vel in parte, sicut lingua Picardica & Gallica distinguntur: & sic erat in Mesopotamia, quæ est pars Syriæ, & Iudæa,quarũ linguæ sunt propinquæ,vt supra dictum est. De Lyra. ibidem.]
4. Audiuimus,& infra.
5. Subsannantes.
c. Denique sic vaporabatur singulorum animus, vt musto repleti esse æstimarentur, qui acceperant linguarum diuersitatem. Quid ergo sibi vult quòd ignis aqua factus est, & aqua ignem excitauit? nisi quia spiritalis gratia per ignē exorit, per aquam mundat peccata nostra? Eluitur enim peccatum & exuritur. Ambr.offic.lib.1 cap.14.
6. Illis.
d. Diuina scriptura solo carnis vocabulo integrũ (vt ita dicã) & totum hominem significat. Vbi nisi vna ex parte totum homine intelligas, ridiculosè inanimatæ carnis spiritus dari videbitur. Cyril.in Ioan.lib.1.ca.
15. Carnem,inquam,scilicet credentem, quin spiritum postea filius glorificauit, quemadmodum & patrem,ab eo glorificatus est quemadmodum à patre. Grego.Nazianz. in sanctã Pentecost. orat. 5.
* Super.
7. Supernè. 8. Infernè.
9. Demonstratum.
10. Erga vos.
11. Expositum eum accepissetis.
12. Crucifixum.
13. Ab ea (scilicet morte.

Universidad de Deusto
Biblioteca



est mihi ne commouear. Propter hoc lætatum est cor meum & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. † [d] Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. [g] Notas mihi fecisti vias vitæ, & replebis me iucunditate cum facie tua. Viri fratres liceat [14] audacter] dicere ad vos de Patriarcha Dauid, † quoniam defunctus est, & sepultus est, & sepulchrum eius est apud nos, vsque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset, & sciret quia † iureiurando iurasset illi Deus, de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, prouidens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionem. Hunc Iesum resuscitauit deus, cuius omnes nos testes sumus. Dextera igitur dei exaltatus, & promissione spiritus sancti accepta à patre, effudit hûc quem vos videtis & auditis. Non enim Dauid ascendit in cœlum. [g] Dicit autem ipse: † Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Certissimè sciat ergo [15] omnis] domus Israel, quia & dominum eum & Christum [e] fecit deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis. His autem auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus viri fratres? Petrus autem ad illos: [16] [f] † Pœnitentiam (inquit) agite, ] & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum & accipietis donum spiritus sancti. [17] Vobis ] enim est repromissio, & filiis vestris, & omnibus qui longe sunt, quoscunque aduocauerit dominus deus noster. Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens: [18] [g] Saluamini] à generatione ista praua. [g] Qui ergo receperunt sermonem eius baptizati sunt, & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia. Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, * & communicatione [19] fractionis] panis, & orationibus. Fiebat autem omni animæ timor. Multa quoque prodigia & signa per Apostolos in Ierusalem fiebant, & metus erat magnus in vniuersis. † Omnes etiam qui credebant, erant [20] pariter, ] & habebant omnia communia. Possessiones & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. [h] Quotidie quoque [21] perdurantes] vnanimiter in templo & frangentes [22] circa] domos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis, collaudantes deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie [23] in idipsum.]

d. Neque enim in ipso die passionis in cœlo futurus erat homo Christus Iesus, sed in inferno secundum animam, in sepulchro autem secundum carnem. Item Et de carne quidem quòd eo die in sepulchro sit posita, manifestissimum est euangelio. Quòd verò illa anima in infernum descenderit, Apostolica doctrina prædicat. Quandoquidem beatus Petrus ad hanc rem testimonium de Psalmis adhibet, vbi de ipso prædictum esse demonstrat: Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuũ videre corruptionem. Illud de anima dictum est, quia non est derelicta, vnde tã cirò reuocauit illud de corpore. Aug. epist. 57.
14. Vel liberè.
15. Tota.
e. Ideo dicit Fecit deus hunc Iesum, vt significet domini incarnationẽ. Ex hoc enim quòd dicit: hunc Iesum, quem crucifixistis, manifestum est quòd de carne dicit: quam crucifixerũt carnem enim crucifixerunt. Epiphanius contra Arrianos.
16. Resipiscite, inquit.
f. Ibi est enim veteris vitæ expoliatio, vt noua induatur qui baptizantur. August. de fide & operib. cap. 8.
17. Vestra.
18. Saluemini.
g. Vel eripite vos ab hoc seculo praua. Verbis autem pluribꝰ vt hoc fieret testificatur Petrus: in his verbis erat mortuorum operum condemnatio, quæ nequitiæ agunt huius seculi dilectores, & commendatio vitæ quam teneant atque sectentur, qui se ab hoc seculo praua eripiunt. Aug. ibid.
* Vnanimiter.
19. Et fractione.
20. Communi.
h. Ex hoc enim manifestum est, quòd non vno vel duobus diebus, sed multis docuerint: vtpote illos in aliam vitam transferentes. Chry. ibidem.
21. Perseuerantes.
22. Per singulas.
23. Ecclesiæ, vel congregationi.

## *Petrus claudo sanato ad pœnitentiam cunctos hortatur, Christi resurrectionem prædicans & glorificationem.* III.

[a] Petrus autem & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Et † quidam vir qui erat claudus ex vtero matris suæ, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur [b] Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset Petrum & Ioannem incipientes introire in templum, rogabat vt eleemosynam acciperet. [1] Intuens autem] in eum Petrus cum Ioanne, dixit: Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit: Argẽtum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. [c] In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehensa manu eius dextera, [2] alleuauit ] eum, & protinus [3] consolidatæ sunt bases eius, & plantæ. ] [g] Et exiliens stetit, & ambulabat: & intrauit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum. Et vidit omnis populus ambulantem, & laudantem Deum. Cognoscebant autem illum quòd ipse erat, qui ad eleemosynam * sedebat ad speciosam portam templi. Et impleti sunt stupore & extasi in eo quod contigerat illi. Cum [4] viderent autem] Petrum & Ioannem, cucurrit omnis populus ad eos ad [5] porticum quæ] appellatur Salomonis, stupentes. Videns autem Petrus, respondit ad populum: Viri Israelitæ quid miramini [6] in hoc? ] aut nos quid intuemini: [d] quasi nostra virtute aut pietate fecerimus [7] hunc ambulare? ] Deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum,

a. Magna est horum duorum vnanimitas & amicitia. Nã huic innuit Petrus (passione domini vt præceptorem interrogaret. Rursumque ad sepulchrum simul currunt. Et item de hoc ait Petrus Christo: Hic autem quid? Ascendebant item simul in templum Oecumenius.
b. Hanc ædificauit Ioathan filius Oziæ Rex Iuda, sublimissimam. Omnes siquidem portæ templi in terra fuerunt, exceptâ speciosa, quæ pendebat: quæ ab Hebræis porta vocabatur Ioathan.
1. Vt autem inspexisset.
c. Itaque pecuniam non dedit, sanitatem dedit. Quãtò melius est salutem habere sine pecunia, quàm pecuniam sine salute! Surrexit claudus, quod non sperabat: pecuniam non accepit, quam sperabat. Amb. Offi. lib. 2. ca. 25.
2. Erexit.
3. Confirmatæ sunt plantæ eius ac tali.
* Accipiendam.
4. Samaritæ autem teneret.
5. Vestibulum quod.
6. Super his!
d. Quasi diceret: Neque hoc nostrum est, inquit: non enim quasi digni simus, conciliamur nobis diuinum fauorem. Chry. ibidem.
7. Vt hic ambularet.

sum,[c] quem vos quidem tradidistis & negastis ante faciem Pilati, [8] iudicante illo, di-
c mitti.] † & Vos autem sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam do-
nari vobis: [9] authorem ] verò vitæ interfecistis,quem deus suscitauit à mortuis,cuius
nos testes sumus:in & fide nominis eius hunc quem vos videtis,& nostis,confirmauit
nomen eius:& fides quæ per eum est, dedit [10] integram sanitatem istam in conspectu
omnium vestrum.] Et nunc fratres, scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & princi-
pes vestri. Deus autem [11] qui ] prænuntiauit per os omnium suorum prophetarum,
[12] pati ] Christum suum,sic impleuit. † [13] Pœnitemini] igitur & conuertimini, vt dele-
antur peccata vestra: vt cum venerint tempora refrigerij à conspectu domini,& mise-
rit eum qui prædicatus est vobis Iesum Christum, quem oportet quidem cœlum re-
D cipere vsque in tempora restitutionis omnium, & quæ locutus est deus per os sancto-
rum suorum,à seculo prohetarum. Moyses quidem * dixit:— Quoniam ] † [f] Prophe-
tam suscitabit vobis dominus deus vester de fratribus vestris [14] tanquam me,] ipsum
audietis iuxta omnia quæcunque locutus fuerit vobis. Erit autem, omnis anima quæ
non audierit Propheram illum, exterminabitur de plebe. Et omnes prophetæ à Sa-
muel,& deinceps [15] qui] locuti sunt, annuntiauerunt dies istos. Vos estis filij Prophe-
tarum,& testamẽti,quod disposuit deus ad patres nostros,dicens ad Abraham: † Et in
semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Vobis primum deus suscitans filium
suum,* misit eum benedicentem vobis: vt conuertat se vnusquisque à nequitia sua.

*Magistratus in apostolos concitati eos foras eiiciunt: apostoli autem vnà conuersati deo gratias agentes omnia habebant communia.* IIII.

A LOquentibus autem illis ad populum, superuenerunt sacerdotes & ma-
gistratus templi & [a] Sadducæi [1] dolentes, ] quòd docerent populum, &
annuntiarent [2] in Iesum resurrectionem ex mortuis: ] † & iniecerunt in
eos manus,& posuerunt eos in custodiam in crastinum. Erat autem iam
vespera. Multi autem eorum qui audierant verbum, crediderunt. Et factus est nume-
rus [3] eorum ] quinque milia. Factum est autem in crastinum vt congregarentur prin-
cipes eorum, & seniores & Scribæ in Ierusalem, & Annas princeps sacerdotum, &
B Caiphas,& Ioannes,& Alexander,& quotquot erant de genere [4] sacerdotali.] [§] Et sta-
tuentes eos in medio interrogabant: [b] In qua virtute aut in quo nomine feciſtis hoc
vos? Tunc repletus spiritu sancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi & seniores Is-
rael audite: si nos hodie [5] diiudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste ] sal-
uus factus est, notum sit omnibus vobis & omni plebi Israel, [6] quia ] in nomine do-
mini nostri Iesu Christi Nazareni quem vos crucifixistis, quem deus suscitauit à mor-
tuis, [7] in hoc ] iste astat coram vobis sanus. [c] † Hic est lapis qui reprobatus est à vobis
C ædificantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in alio aliquo salus. § [d] Nec e-
nim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus,in quo oporteat [8] nos ] saluos fieri.
Videntes autem Petri [9] constantiam] & Ioannis, comperto quòd homines essent sine
literis & [e] idiótæ,admirabantur,& cognoscebant eos quoniam cum Iesu fuerant. Ho-
minem quoque videntes stantem cum eis qui curatus fuerat, nihil poterant contra-
dicere. Iusserunt autem eos [10] foras extra concilium ] secedere: & conferebant [11] adin-
uicem,] dicentes: Quid faciemus hominibus istis? Quoniam quidem notum signum
factum est per eos, omnibus habitantibus Ierusalem: manifestum est, & non possu-
D mus negare. § Sed ne amplius diuulgetur in populum, comminemur eis ne vltrà lo-
quantur in nomine hoc vlli hominum. Et vocantes eos, denuntiauerunt ne omnino
loquerentur, neque docerent in nomine Iesu. † Petrus verò & Ioannes respondentes
dixerunt ad eos: Si iustum est in conspectu dei, vos potius audire quàm deum, iudica-
te. Non enim possumus quæ vidimus & audiuimus non loqui. At illi comminãtes di-
miserunt eos: non inuenientes [12] quomodo ] punirent eos propter populum: quia
omnes clarificabant id quod factum erat in eo quod acciderat. Annorum enim erat
E amplius quadraginta homo: in quo factum fuerat signum istud sanitatis. § [f] Dimissi



c. Duæ ponuntur accusationes: siquidem Pilato ast eædem tradiderunt, dicentes: Nobis non licet interficere quenquam. Negauerunt autem clamanter: Nõ habemus regem nisi Cæsarem. Atqui sanè cum etiam Pilatus gentilis, qui neque signa à Christo viderat, neque prophetas de Christo audierat, vellet tamen ipsũ absoluere: ipsũ qui & Christum miracula edentem conspexerat, & notitiam habebat prophetarum in his quæ illi de ipso dixerant, non tamen ad eum adducti sunt. Oecum. ibid.
8. Quum iudicaret illum absoluendum.
9. Principem.
10. Ei integritatem coram omnibus vobis.
11. Quæ.
12. Passurum.
13. Resipiscite.
* Ad patres.
f. Vides quomodo humilia iuxta sublimia seminat? humile enim & excelsum est, non si adscensurus in cœlos similis sit Moysi, veruntamen tunc magnũ erat. Nunquid nõ est similis Moysi, quòd quisquis non audiet illũ exterminetur de populo? Innumera & alia dixerit quis, in quibus euidenter mõstratur quod ei mansit similis Moyses, atque adeò magnum quoddam testimonium attigit. Deus illum, inquit, suscitabit ex fratribus vestris. Chrys. ibidem.
14. Mei similem.
15. Quotquot.
* Iesum.
a. Tres Hebræorũ præcipuæ fuerunt ante Christi aduentum hæreses. Essæorum, qui genti Hebræorum erant minuo inter se amore coniunctissimi. Pharisæorum, id est diuisorum, in multis istis cæremoniis & traditionibus ab aliis differebant. Sadducæorum, id est, qui nec angelum, nec spiritum iustorum, nec resurrectionem corporum confitentes animarum quoque interitum prædicabant. Hieron. super Mat. cap. 2.
1. Molestè ferentes.
2. Sub nomine Iesu resurrectionem mortuorum.
3. Virorum quasi, vel circiter.
4. Pontificiu.
b. Q. d. Patet manifestè quod hæc fecistis artibus magicis: vnde ille curatus fuerat cũ eis detentus, vt malefici particeps. De Lyra ebidem.)
5. Examinamur de eo quòd bene fecerimus homini infirmo: quomodo ille.
6. Quòd.
7. Per hunc.
c. Hic respondens ad interrogata de Christo prædicat, & maximè de Dauid, qui vt Patriarchæ suo præ cæteris credidérat. Glosa ordin. post Rabanũ ibid.
d. In vno autem nomine baptizari nos oportet, hoc est, in nomine patris, & filij & spiritus sancti noli mirari quia dixi vnum nomen vbi est vna substantia, vna diuinitas, vna maiestas. Hoc est, nomen de quo dictum est, in quo oporter omnes saluos fieri. In hoc nomine omnes saluati estis, redditi estis ad gratiam vitæ. Amb. de sacra lib. 2. cap. 7.
8. Vos.
9. Libertatem.
e. Idiotæ qui propria tantũ lingua naturalique scientia contenti literarum studia nescierãt. Illiterati igitur mittuntur ad prædicandum, ne fides credentium non dei virtute, sed eloquentia fieri putaretur. Iuxta istud: Nõ in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. Beda ibid.
10. E concilio.
11. Inter se.
12. Qua ratione.
f. Vide quàm absoluta sit iuxtaque tẽporum occasiones, horum precatio. Siquidem quando dignum ad apostolatum demonstrari sibi cupiebant, precantes dicebant. Oecum. ibidẽ.

autem venerunt ad suos, & annuntiauerunt eis [13] quanta ] ad eos principes sacerdo- [i]
tum & seniores dixissent. Qui cum audissent, [g] vnanimiter leuauerũt vocem ad deum
& dixerunt: Domine, tu * qui fecisti cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt,
qui [14] spiritu sancto per os patris nostri ] Dauid pueri tui dixisti: † Quare fremuerunt †Psal.
gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, [h] & principes conuene-
runt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius: conuenerunt enim ve-
rè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti, Heródes, &
Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Israel, facere quæ manus tua & consilium
tuum decreuerunt fieri. [ɸ i] Et nunc domine respice in minas eorum, & da seruis tuis [k]
[15] cum omni fiducia ] loqui verbum tuum in eo quòd manum tuam extendas ad sa-
nitates, & signa & prodigia fieri per nomen sancti filij tui Iesu. [k] Et cum orassent, mo-
tus est locus in quo erant congregati: & repleti sunt omnes spiritu sancto, & loque-
bantur verbum Dei cum [16] fiducia. ] † Multitudinis autem credentium erat cor vnum
& anima vna: nec quisquam, eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed
erant illis omnia communia. [ɸ] Et virtute magna [l] reddebant Apostoli testimonium [l]
resurrectionis Iesu Christi domini nostri, & gratia magna erat in omnibus illis. † Ne-
que enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut
domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant an-
te pedes Apostolorum. † Diuidebatur autem singulis pro vt cuique opus erat. [17] Io-
seph ] autem qui cognominatus est [18] Barsabas ] ab Apostolis, [19] ( quod est interpreta-
tum ] filius consolationis: ) [m] Leuites Cyprius genere, cum haberet agrum vendidit
eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum.

*Ananias cum Saphira vxore agri pretium fraudantes, palàm occidunt cum terrore multorum, vnde Apostoli carceri mancipantur, sed angelo liberantur.* V.

† [a] Ir autem quidam nomine Ananias cum Sapphira vxore sua, vendidit [A]
agrum, & fraudauit de pretio agri, conscia vxore sua: & afferens partem
quandam, ad pedes Apostolorum posuit. Dixit autem Petrus ⊱ ad Ana-
niam: ] Anania, cur [1] tentauit ] Sathanas cor tuum mentiri te spiritui san-
cto, [b] & fraudare de pretio agri? Nónne manens tibi manebat, & venúndatum in tua
erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus,
sed deo. [c] Audiens autem Ananias ⊱ hæc verba, ] [d] cécidit & expirauit. Et factus est ti-
mor magnus super omnes qui audierunt. * Surgentes autem iuuenes amouerunt
eum, & efferentes sepelierunt. [ɸ] Factum est autem quasi horarum trium [2] spatium, [B]
& ] vxor ipsius, nesciens quod factum fuerat, introiuit. Dixit autem ei Petrus: Dic mi-
hi ⊱ mulier ] si tanti agrum vendidistis? At illa dixit: [e] Etiam tanti. Petrus autem ait
ad eam: † Quid [3] vtique conuenit vobis ] tentare spiritum domini? Ecce, pedes eorum
qui sepelierunt virum tuum ad ostium, & efferent te. Confestim cécidit ante pedes
eius, & expirauit. Intrantes autem iuuenes, inuenerunt illam mortuam, & extule-
runt, & sepelierunt ad virum suum. [f] Et factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia,
& in omnes qui audierunt hæc. † Per manus autem Apostolorum fiebant signa &
prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. [ɸ] Cætero- [C]
rum autem nemo audebat coniungere se illis, sed magnificabat eos populus. Ma-
gis autem [4] augebatur credentium in domino ] multitudo virorum ac mulierum: ita
vt in platéas eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabátis, vt [5] veniente Petro,
saltem ] [g] vmbra illius obumbraret quenquam illorum, ⊱ & liberarentur omnes
ab infirmitatibus suis. ] Concurrebat autem & multitudo vicinatum ciuitatum Ie-
rusalem, afferentes ægros & vexatos à spiritibus immundis, qui curabantur omnes
† Exurgens autem princeps sacerdotum & omnes qui cum illo erant, ( quæ est hæ- [D]
resis Sadducæorum ) repleti sunt zelo, † & iniecerunt manus * in Apostolos, & posue-
runt eos in custodia publica. [ɸ] Angelus autem domini per noctẽ aperiens ianuas car- [D]
ceris & educens eos, dixit: Ite, & stantes loquimini in tẽplo plebi omnia verba [h] [6] vitæ ]

huius.

13. Quicunque.
[g. Corde & ore deprecantes, & oratione tuam fundant: primò super dei potentiã dicentes: Domine, tu qui fecisti cœlũ & terram &c. Secundò super eius gratiam cum dicitur: Qui spiritu sancto &c. dixisti de Christo Psal. 2. Quare fremuerunt gentes &c. Qui intelligitur ad literam de Christo. De Lyra ibid.]
* Es deus.
14. Per os.
h Conuenerunt verè in ciuitate ista aduersus sanctum filium tuum Iesum quem vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel, facere quæ manus tua & consilium decreuerunt fieri. Ambr. de vocat. gentium lib. 2. cap. 3.
i. Vides philosophiam, & quomodo his non imprecentur mala. Non posuerũt autem minas spectatini, sed solum dicunt ꝙ minati sunt. Chrys. ibidem.
15. Liberè.
[k. Magna virtus orationis fidelium, hoc autem ad suscitandas mentes factũ est. Potest in hoc loco moto intelligi timor eorũ, qui credendo subintrandi erant Apostolis qui terrenitate discussa resurgere, cum Christo, & cœlestia sapere didicerunt. Glosa ord. ibidem.]
16. Libertate.
l. Dicitur reddebant, tanquam aliquid fuerit eis conteritum significat: & hoc veluti de debito dicit. Nam per diuina signa, diuinam ostendebant potentiam eius qui à mortuis surrexisset. Oecum. ibidem.
17. Ioses.
18. Barnabas.
19. Quod si interpretetis. est.
m. Hic velim obsecues, quomodo ostẽdat legem solui. Et quomodo, inquit, cum esset Leuites Cyprius erat: quia postea etiam quàm migrassent, Leuitæ appellabantur. Chrys. ibidem.
a Quid euidentius eo quod Ananias defraudauit de pretio agri sui, quem ipse vẽdiderat, & portionem pretij tanquam summæ totius numerum ante pedes posuit apostolorũ, sicut reus fraudis interim? Amb. off. li. 3. cap. 11.
1. Impleuit.
[h. Retinere enim sibi soli ꝙ est commune, & occultè est communitatem defraudare. De Lyra ibidem.]
c. Numquid Petrus ita indignatione efferuit, vt Ananiam extingui vellet, vel vxorẽ eius? Sed exemplo eorũ noluit petere exteros. Ambr. off. lib. 1. cap. 30.
d. Licuit ei vtique nihil offerre & hoc sine fraude fecisset. Sed quia fraudem admisit, nõ liberalitatis gratiam reportauit, sed fallaciæ pœnam exoluit. Idẽ lib 3. cap. 11.
* Hæc.
2. Spatio etiam.
e. Cogitate quæ pœna digni fũt qui iurant ac peierant. Chrys. ibidem.
3. Conspiratum est inter vos.
f. Idcòque prius Ananias & Sapphira in conspectu Ecclesiæ cito mortui sunt, vt apostolica auctoritas quanta esset ostenderetur: & quàm magnum peccatũ esset quod oblatum est, iterum ab Ecclesia retrahere monstraretur, & cæteri huius exẽplo castigarentur. Aug. de mirabilib. sacræ scripturæ lib. 3. in fine.
4. Apponebantur etedentes.
5. Venienti Petri vel.
g. Tunc Petrus vmbra corporis sui inuisibiliter alleuiabat infirmos, nunc inuisibili suæ intercessionis vmbraculo fideles infirmos roborat. Beda ibidem.
* Suas.

h. Christianæ vel æternæ, quod ideo nõ additur, quia iã famosa erat secta Christianorum, pro qua traditi sunt carceri. Rabanus ibidem.
6. Vitæ.

huius. Qui cum audissent, intrauerunt diluculo in templum, & docebant. Aduenies autem princeps sacerdotum & qui cum eo erant, [i] conuocauerunt concilium, & omnes seniores filiorum Israel, & miserunt ad carcerem vt adducerentur. † Cum autem venissent ministri, & apetto carcere non inuenissent illos, reuersi nuntiauerunt, dicentes: Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni diligentia, & custodes stantes ante ianuas, aperientes autem neminem intus inuenimus. † Vt autem audierunt hos sermones magistratus templi & principes sacerdotum, ambigebant de illis quidnam fieret. § [k] Aduenies autem quidam nuntiauit eis, quia ecce viri quos posuistis in carcerem, sunt in templo stantes, & docentes populum. Tunc abiit magistratus cum ministris, & adduxit illos sine vi. Timebant enim populum, ne lapidarentur. Et cum adduxissent illos, statuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum, dicens * [l] Præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto, & ecce replestis Ierusalem doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius. † Respondens autem Petrus & Apostoli, dixerunt: [m] † Obedire oportet deo magis, quàm hominibus. Deus patrum nostrorũ [n] suscitauit Iesum, quem vos interemistis, suspendentes in ligno. § Hunc principem & Saluatorem deus exaltauit dextera sua, ad dandam pœnitentiam Israeli, & remissionem peccatorum, & nos sumus testes horum [7] verborum, ] & spiritus sanctus quem dedit deus omnibus obedientibus sibi. Hæc autem cum audissent, dissecabantur, & cogitabant interficere illos. † Surgens autem quidam in concilio Pharisæus nomine Gamaliel legis doctor, [8] honorabilis vniuersæ plebi, ] † iussit [9] foras ad breue homines fieri. ] Dixítque ad illos: Viri Israelitæ, attendite vobis super hominibus istis quid acturi sitis. Ante hos enim dies extitit [o] Theudas, dicens se esse aliquem, cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occisus est, & omnes qui credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum. § Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit populum post se. Et ipse periit, & omnes quotquot consenserunt ei, dispersi sunt. Et nunc itaque dico vobis, discedite ab hominibus istis: & sinite illos. Quoniam si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur: si verò ex deo est, non poteritis dissoluere, ne fortè & deo repugnare [10] videamini. [p] Cõsenserunt ] autem illi & conuocantes Apostolos, cæsis denuntiauerunt ne omnino loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos. † Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Omni autem die non cessabant in templo & circa domos docentes, & euangelizantes Christum Iesum.

† Infra 22.a 16.c.

§ Infra 16.c

† Sup.4.b

†11.q.3.Si dominus. 24.q.6.Iurat° De iudicen. ex cõ.ca.Relatũ

† Infra 21.a

† Sup.4.f

23.q.3.c.1. 24.q.4.cap. Quod Christus.

93. dist. ca. Legimus.

24.quæst.3. Quidam. Nicolaj. dist.c.1. dist. ca. 18.a.

i. Angeli namque è carcere educto Apostolis quidem ad consolationem, Iudæis verò ad vtilitatem exhibita est. Ignorarũt autem Iudæi diuinam esse potentiam, vt primum in agendorum perplexitate cõstituti, si vel lent comprehenderentur & ipsi ac docerentur. Illi verò adeo exacerbati sunt, vt neque auderent vi à templo abstrahere apostolos, quos tamen maximè abominabantur. Oecum. ibidem.

[k. Sequitur dictæ liberationis admiratio, cum dicitur: Aduenies autem inde miserũt principes ad carcerem vt adducerẽtur. Ad hoc enim positi sunt in carcere, vt in crastino inde traherentur ad iudicium, & condemnarẽtur. De Lyra ibidem.]

* Nõne.

[l. In Græco præcipiendo præcepim⁹ vobis, nam sic loqui magis interroganti conuenit. Glosa ord. ibidem.]

m. Magna cum sapientia ostendit, quòd illi cum deo pugnẽt. Chrysost. ibidem.

n. Deinde etiam quòd is quem ipsi nudum hominem appellauerant, & saluator erat, & deus tantam illius curam habuerat, vt à mortuis ipsum suscitaret. Nam dicere illum propria surrexisse virtute interim nondũ tutum erat, ne apud hunc existimaretur deo contrarius. Oecume. ibidem.

7. Quæ diximus.

8. In præsio habitus apud totũ populum.

9. Apostolos paulisper foras secedere.

o. Theudas & Iudas Galilæus de quibus hic agitur, circa annum domini sextum seditiones in Iudæa fecerunt, varij tamen sunt ab illis quos occidit Fadus missus à Claudio Imperat. post mortem Agrippæ in Iudæam, circa annum do. 46. de quibus Ioseph. lib. Antiquit. 20. cap. 4. & 5. quos tamen nostri interpretes confundunt.

10. Reperiamini persuasi sunt.

[p Ponitur excusatorũ dimissio. cum dicitur consenserũt autem. Tum quia legis doctor erat honorabilis, tum quia eius persuasio erat rationabilis. Licet enim consenserint ei de dimissione Apostolorũ, non tamen de modo dimittendi, quia consuluerat simpliciter eos dimitti, & ipsi prius fuerũt cæsi & prohibiti prædicare nomen Christi. De Lyra ibidem.]

*Stephanus ex septem diaconis ad ministrandum cæteris, electus apud Iudæos accusatur.* VI.

A IN diebus autem illis crescente numero discipulorum, [a] factum est murmur [b] Græcorum aduersus Hebræos, eo quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum. Conuocãtes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: † Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres viros ex vobis [1] boni testimonij ] septem, plenos spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc [2] opus. ] Nos B verò orationi & ministerio verbi instantes erimus. § Et placuit sermo coram omni multitudine. † Et elegerũt Stephanũ virum plenum fide & spiritu sancto, & Philippũ, & Prochorum, & Nicánorem, & Timônem, & Parmenam, & Nicolaum [3] aduenam ] Antiochenum. † Hos statuerunt ante conspectũ Apostolorum: & orantes imposuerunt eis manus. Et verbũ [4] domini ] crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde. Multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei. [c] Stephanus C autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. § Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ [5] appellabatur ] [d] Libertinorum & [e] Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano: & non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur: — propter

a. Causa murmuris erat, quia Hebræi viduas suas tanquam eruditiores in ministerio alienigenis præferebãt. Beda ibidem.

b. Siue aduenarum gentilium in ciuitate conuersantium: siue Iudæorum genere, qui inter Græcos nati fuerunt & nutriti, qui murmurabant: & quia despiciebantur, aut quia ad ministerium viduæ eorum non admittebantur: aut quia præ cæteris quotidiano ministerio grauabantur. Rabanus ibidem.

1. Spectatæ nobilitatis.

2. Ministerium.

3. Proselytum.

4. Dei.

c. Qui enim ante electionẽ prodigia nõ faciebat, vt qui nec satis cognitus erat, vbi per electionem cognitus est, tunc etiã donũ quod per electionem consecutum erat, demonstrabatur. Oecum. ibidem.

5. Appellatur.

d. Libertini qui à Romanis libertate donati erant.

e. Cyrenæ vrbs Lybiæ, metropolis Cyrenaicæ prouinciæ quæ & Pentapolis dicitur.

quod redarguerentur ab eo cum omni fiducia.] [f] Tunc [6] submiserunt] viros qui dicerent se audisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen & deum. [g] Commouerunt itaque [7] plebem & seniores] & scribas: & [8] concurrentes] rapuerunt eum, & adduxerunt in concilium,& statuerunt falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui verba * aduersus * locum sanctum & legem. Audiuimus enim eum dicentem, quoniam Iesus Nazarenus hic destruet locum istum, & mutabit [9] traditiones quas tradidit nobis] Moyses. Et intuentes eum omnes qui sedebant in consilio, [§] viderunt faciem eius tanquam faciem angeli. Dixit autem princeps sacerdotum, [10] si hæc ita se haberent?] Qui ait.

*Stephanus post longam mysteriorum veterum narrationem, à Iudæis extra vrbem iectus, lapidatur.* VII.

Viri fratres & patres, audite:† Deus [a] gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, [b] cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charran, & dixit ad illum: † Exi de terra tua & de cognatione tua,& veni in terram quam monstrauero tibi. Tunc exiit de terra Chaldæorum, & habitauit in Charran. Et inde postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis,& non dedit illi hæreditatem in ea,nec [1] passum] pedis, sed repromisit dare illi eam in possessionem & semini eius post ipsum, cum nõ haberet filium. Locutus est autem [2—ei] deus:† Quia erit semen eius [3] accola] in terra aliena, & seruituti eos subiiciens,& malè tractabunt eos annis quadringentis triginta, & gentem cui seruierint, iudicabo ego, dicit dominus. Et post hæc exibunt,& deseruient mihi in loco isto. Et dedit illi testamentum circũcisionis,& sic genuit Isaac, † & circuncidit eum die octauo,& Isaac Iacob, & Iacob duodecim Patriarchas. [§] Et † Patriarchæ æmulantes Ioseph vendiderunt in Ægyptum,& erat deus cum eo. † Et eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius,& dedit ei gratiam & sapientiam in conspectu Pharaonis Regis [3] Ægyptiorum,] & constituit eum præpositum super Ægyptum & super omnem domum suam. [c] † Venit autem fames in vniuersam Ægyptum & Chanáan, & tribulatio magna,* & non inueniebant cibos patres nostri. Cum audisset autem Iacob esse frumentum in Ægypto, misit patres nostos primùm: & in secundo cognitus est Ioseph à fratribus suis, & manifestatum est Pharaoni genus eius. † Mittens autem Ioseph accersiuit Iacob patrem suum, & omnem cognationem suam [d] in animabus septuagintaquinque. † Et descẽdit Iacob in Ægyptum, † & defunctus est ipse & patres nostri. Et trãslati sunt in Sichem,& positi sunt in sepulchro quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor filij Sichem. [e] Cum autem appropinquaret tempus promissionis, [4] quam cõfessus erat] deus Abrahæ, † creuit populus & multiplicatus est in Ægypto, quoadusque surrexit alius Rex in Ægypto, qui non sciebat Ioseph. † [§] Hic circunueniens genus nostrum, afflixit patres nostros, vt exponerent infantes suos ne viuificarentur. Eodem tempore natus est Moyses, & fuit gratus deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris sui. [f] † [5] Exposito autem illo sustulit eum] filia Pharaonis,& nutriuit eum sibi [6] in filium.] † Et eruditus est Moyses omni sapientia Ægyptiorum,& erat potens in verbis & in operibus [—] suis.] Cum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius, vt visitaret fratres suos filios Israel. Et cum vidisset quendam [7] iniuriam patientem, vindicauit illum, & fecit vltionem ei qui iniuriam sustinebat,] percusso Ægyptio. Existimabat autem intelligere fratres, * quoniam deus per manum ipsius daret salutem illis. At illi non intellexerunt. † Sequenti verò die apparuit illis litigantibus,& reconciliabat eos in pace, dicẽs: Viri fratres estis. Vt quid nocetis alterutrum? Qui autem iniuriam faciebat proximo repulit eum, dicens:† [§] Quis te constituit principem & iudicem super nos? [§] Nunquid interficere me tu vis, quẽadmodum interfecisti heri Ægyptium? Fugit autem Moyses in verbo isto, & factus est aduena in terra Madian, vbi generauit filios duos. Et expletis annis quadraginta, † apparuit illi in deserto montis Sina [h] angelus * in [8] igne flammæ] rubi:

[f]. Consequenter ponitur oriẽs persecutio vt qui rationeuel scriptura Stephano nõ poterant resistere, violẽtia superiores apparerent. Et primò ponitur ipsius Stephani persecutio singularis, secundò, ecclesiæ generalis. Submiserunt igitur viros & fraudulenter de testimonio contra Stephanum ferendo. De Lyra ibi.]

6. Suppositi, vel subornati.

7. Presbyteros. 8. Inuadentes.

* Blasphema. * Hunc.

9. Mores quos tradidit vobis.

[g]. Qui sic magnificat mortuũ, putas quomodo decorabit æternum? Abundantia cordis transit in decus corporis: in exteriotis gloria eandor interiori exundat: & abscondita pectoris ornamenta speculum frontis irradiant, habens intra se spiritum sanctum, vt præ se gestat angelicũ. Euseb. Emis. de s. Stephano.

10. An ita hæc se habent?

a. Vide quomodo ipsos à tẽporalibus abducit, & interim à loco, gloriam deo non loco attribuẽs. Ipse enim gloriæ fons est, non egens gloria, quæ per templum a nobis est. Orecum. ibidẽ.

b. Intelligẽdum est igitur locutum deum fuisse cum Abrahã, cum esset in Mesopotamia priusquam habitaret in Charran: sed cum in Charran peruenisset cum patre, retẽto præcepto dei apud se: & inde exisse septuagesimo & quinto suo, patris autẽ sui centesimo quadragesimo quinto anno. Collocationẽ verò eius in terra Chanaan nõ profectionem de Charra post mortem patris eius factã esse dixit: quia iam mortuus erat pater eius, quando emit terram, cuius ibi iam sux rei cœpit esse possessor. Quòd autem iam in Mesopotamia constituto, hoc est, iam egresso de terra Chaldæorum, dixit ei deus: Exi de terra tua, &c. non vt inde corpus eiiceret, quod iam fecerat, sed vt animã euelleret dicitur. August. de ciuitate dei. lib. 16. cap. 15.

1. Vestigium.

2. Peregrinum. 3. Aegypti.

[c] Descenderunt emptum, & illius opera vti coacti sunt. Quid igitur illesnõ solum misericordiam declarauit, sed etiam Pharaoni notos fecit, & illos deduxit: & immouit Pharaoni genus Ioseph. Chrys. hom. 16. in Act. Apost.]

d. Hoc secundam. 70. interpretum editionem dicitur: in Hebræo enim tantum 70. reperiũtur ingressi Aegyptum: quibus si Ioseph filios & nepotes addideris 75 facilè reperies, quod annotauimus Gen. 46.

[e]. Recitatur historia pro tempore seruitutis filiorũ Israel in Aegypto. Primò ponitur huius seruitutis occasio. Cum dicitur: Cum appropinquaret tempus &c. promittens ei quod semen eius seruiret ei in terra Iudææ. Gen. 15. De Lyra ibidem.]

4. De qua iurauerat.

[f]. Moyses aquaticus quia de aqua est assumptus, vel timens, quia inuentus est in fiscella bituminẽ lita. Moyse typus est Saluatoris qui percusso diabolo genũ suũ liberauit: tribꝰ tẽporibus occultatꝰ est in Israel ab Abrahæ vsque ad Dauid. A Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, & inde vsque ad natiuitatẽ Christi. Glosa ordinar. post Rabanum ibidem.)

5. Expositũ autem illũ sustulit.

6. Pro filio.

7. Iniustè affligi vltus est, & fecit vindictam pro eo qui affligebatur. * Suos.

[g]. Eadem mente & contra Christum videntur dicere: Non habemus regẽ nisi Cæsarem. Hi mos semper fuit Iudæis cũ beneficia acciperent. Chrys. ibid.

h. Exod. 3 dicitur: Apparuit illi deus. Verum quia angelus deũ repræsentabat, & in persona loquebatur, quandoque deus, quandoque angelus nominatur. Gregorius.

* Domini.

8. In flammeo incendio.

rubi: Moyses autem videns admiratus est visum. Et accedente illo vt[9] consideraret,] facta est ad eum vox domini,⁊ dicens:] † [h] Ego sum deus patrum tuorum, deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob. † Tremefactus autem Moyses non audebat[10] considerare.] Dixit autem illi deus: Solue calceamentum pedum tuorum. Locus enim in quo stas, terra sancta est. Videns vidi afflictionem populi mei qui est in Ægypto, & gemitum eorum audiui, [i] & descendi [11] liberare] eos. † Et nunc veni, & mittam te in Ægyptum. Hunc Moysen quem negauerunt, dicentes: Quis te constituit Principem & Iudicem? * hunc deus principem & redemptorem misit cum manu angeli, qui apparuit illi in rubo. † * Hic eduxit illos, faciens prodigia & signa in terra Ægypti & in rubro mari, & in deserto annis quadraginta. Hic est Moyses qui dixit filiis Israel: † Prophetam [12] suscitabit] vobis deus de fratribus vestris, tanquam me, ipsum audietis. Hic est qui fuit in Ecclesia in solitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus nostris, qui accepit[k] verba vitæ [13] dare nobis.] † Cui noluerunt obedire, patres nostri, sed repulerunt, & auersi sunt cordibus suis in Ægyptum, dicētes ad Aaron: † Fac nobis deos qui præcedant nos. Moysi enim huic, qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid [14] factum sit] ⁊ ei.] Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerūt [15] hostiam simulachro,] & lætabantur in operibus manuum suarum. Conuertit * autem deus, & tradidit eos seruire militiæ cœli, [l] sicut scriptum est in libro Prophetarum: † Nunquid victimas aut hostias obtulistis mihi annis quadraginta in F deserto domus Israel? * Et suscepistis tabernaculū Moloch, & sydus dei vestri [m] Rempham, figuras quas feciſtis [16] adorare] eas, & transferam vos trans Babylonem. Tabernaculum testimonij fuit cum patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis deus † loquens ad Moysen: vt faceret illud secundum formam quam viderat. † Quod & induxerunt [17] suscipientes] patres nostri cum Iesu in possessionem gentium: quas expulit deus à facie patrum nostrorum † vsque [18] in diebus] Dauid. Qui inuenit gratiā ante deum: & petiit vt inueniret tabernaculum deo Iacob. † Salomon autem ædificauit illi domum. Sed [19] excelsus non in] manu factis habitat: sicut [20] per prophetam] dicit: † [n] Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit domus, aut quis locus requietionis meæ est? Nónne manus mea fecit hæc omnia? Dura ceruice & incircuncisi [21] cordibus] & auribus, G vos semper spiritui sancto [22] restitistis,] sicut patres vestri ita & vos. * Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prænunciabant de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis, qui accepistis legem [23] indispositione] angelorum, & non custodistis. † Audientes autem hæc dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Cum autem esset plenus spiritu sancto, [24] intendens in cœlum,] vidit gloriam Dei, † [o] & Iesum stantem à dextris Dei. Et ait: [p] Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris ⁊ virtutis] Dei. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et [25] eiicientes] eum extra ciuitatem lapidabant, † & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stéphanum inuocantem & dicentem: Domine Iesu suscipe spiritum meum. Positis autem genibus clamauit voce magna, dicens: [q] Domine ne statuas illis hoc peccatū. Et cum hoc dixisset obdormiuit ⁊ in domino.]

*Post variam discipulorum persecutionem Philippus Simonem magnum & eunuchum Candacis Reginæ ad fidem adduxit. Quare Petrus & Ioannes ad Samariam mittuntur ad gentes.* VIII.

A Saulus autem erat consentiēs neci eius. [a] Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia quæ erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos. Curauerunt autem Stéphanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum † Saulus autem deuastabat Ecclesiam, per * domos intrans, & trahens viros ac mulie-



† Exod.3.d 32.4.cap. Recurrat., † Exod.3.a

† Ioel.3.b

† Exo.7.8.9. E 10.11.14.16.a † Deut.18.d Exod.19.a

† Exod.32.a

† Ibidem.

† Amos.5.a

† Exod.25.d Heb.8.d † Ioel.3.c.d

† 1.Re.16.e Psal.131.a 2.Para.16.a † 3.Reg.6.a Infra:7.f † Isa.66.a

† Sap.6.d

† Mat.16.g

† 50.dist.c.Si post. 78 di.Presbyter. Anno.do.33.

† Infr.9.a

9. Attenderet.
[h. Sum proprium dei verbū est secundū illud. Exod.3. Ego sum qui sum, & qui est, misit me ad vos. Serpentes non sunt timēdi vbi deus præsens loquitur. Glosa ordin.]
10. Attendere.
i. Angelus autem hæc proferens verè localiterque descendit. Deo autem eum incircūscriptibilis immutabilisque consistat, non competit localiter descendere, nec moueri secundum se, sed ratione sui effectus. Hæc atque similia ei attribuuntur. Nā quāmus vbique sit, ibi tamē specialiter est dicitur, vbi specialiter operatur. Dionys. ibidem.
11. Vt eripiam.
* super nos.
12. Excitabit.
k. Duas tabulas cum decalogo & mandata cæteta de quibus dicitur. Qui fecerit ea: viuet in eis. Raban[o] ibidem, vel prophetia, vel ea quorum fines monstrabātur, quibus acceptis noluerunt patres vestri obedire. Chry. ibi.
13. Vt daret vobis.
14. Acciderit.
15. Sacrificia idolo.
* Se.
l. Sed & prophetæ tāquam de re b[a] nō necessāriis, ita de his pronūtiauit: Quo autem pacto nūc Moysē vos vlciſci fingitis, quē & repulerunt & patres vestri & vos vtique vno vetbo dicam, tota concione videre est quām sapienter & modestē & acutē illorum accusatio dissoluatur. Oecum ibidem.
m. Remphā, sydus est quod Luciferum vocant, quod & Venus dicitur, tertius septem planetarū. Cuius cultui Sarraceni erant mancipati, & quos Iudæi imitabantur. Beda ibidem.
16. Vt adorarētis.
17. Qui succesſerunt.
18. Ad dies.
19. Summus ille nō in templis.
20. Prophera.
n. Quid ergo mirū si bona throni sui spiritaliter sibi seruientibus, & bona scabelli pedū suorum dat carnaliter sibi seruientibus: cum spiritus superior sit & cato interior: sicut superiora sunt cœlestia, & interiora terrestria? Augusſ. contra Adiman. Manichæum. cap. 18.
21. Corde.
22. Resistitis.
23. Per dispositiones.
24. Intentis in cœlum oculis.
o. Iustē incunctanter offert sanguinem suū, qui præ oculis habet regem suum, simul & fratrum suū. Euseb. Emiſe. de S. Stephano.
p. Qui cœlos apertos habet, Iesū ad dexterā dei cernit: qui clausos habet oculos mentis, Iesum ad dexteram dei non videt. Cōfiteamur ergo Iesum ad dexterā vt cœlū & nobis aperiatur. Claudunt sibi cœlum, qui aliter confitentur. Ambro. de fide lib. 5. cap. 7.
25. Electum.
q. Cuius precationis effectū in Apostolo videmus. Paul[s] enim qui lapidātium Stephanum vestimenta seruabat, non multo postea per gratiā Christi factus apostol[s] ei, qui fuerat antè persecutor. Ambro. de pœni. lib. 1. cap. 9. Lapidatur Stephanus, & veniam hostibus suis postulat. Tertul. de patientia.
a. Interea persecutio prima aduersus ecclesiam dei quæ est Ierosolymis facta sub primo martyro Stephano, omnes discipulos exceptis duodecim, per vniuersam Iudæam Samariámque dispersit, seu potius vt ista scriptura indicat, disseminauit. Ex quibus nonnulli vsque ad Phœnicen, & vsque ad Cyprum atque Antiochiam deuenerunt. Qui gentibus quidē credere mysterium fidei nondum audebāt, Iudæis tamen prædicabant. Euseb. hist. Eccle. lib. 2. c. 2.
* Singulas.

res,tradebat in custodiam.Igitur qui dispersi erant,pertransibant[1] euangelizantes verbum Dei.][b] Philippus autem descendens in ciuitatem Samariæ,prædicabat illis Christum. Intendebant autem turbæ iis quæ à Philippo dicebantur vnanimiter audientes & videntes signa quæ faciebat. ℣[2] Multi enim eorum qui habebant spiritus immundos,][2] clamantes voce magna exibāt. Multi autem paralytici & claudi curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate.[c] Vir autem quidam nomine Simon, qui antè fuerat in ciuitate Magus, * seducens gentem Samariæ, dicens se esse aliquem magnum,cui auscultabant omnes à minimo vsque ad maximum,dicentes:hic est virtus dei,quæ vocatur magna. Attendebant autem eum propterea quòd multo tempore Magicis suis dementasset eos. Cum verò credidissent Philippo euangelizanti de regno dei,[3] in ] nomine Iesu Christi baptizabantur viri ac mulieres. ℣[d] Tunc Simon & ipse credidit, & cum baptizatus esset, adhærebat Philippo. Videns etiam signa & virtutes maximas fieri,stupens admirabatur. † Cum autem audissent Apostoli qui erant in Ierosolymis,[4] quia ]recepisset Samaria verbum dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum[5] venissent, ]orauerunt pro ipsis: vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu Christi. † Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum.[e] Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus Apostolorum daretur spiritus sanctus,obtulit eis pecuniam,dicens: ℣ Date & mihi hanc potestatem, vt cuicunque imposuero manus, accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum:Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum dei existimasti pecunia possideri.Nō est tibi pars neque sors in sermone isto. Cor enim tuum non est rectum coram deo.[6] Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua,] & roga deum, si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse. Respondens autem Simon dixit:[f] Precamini vos pro me ad dominum, vt nihil veniat super me horum quæ dixistis. ℣ Et illi quidem testificati & locuti verbum domini, redibant Ierosolymam, & multis[7] regionibus ] Samaritanorum euangelizabant. Angelus autem domini locutus est ad Philippum, dicens: Surge, & vade[8] contra meridianum, ]ad viam quæ descendit ab Ierusalem in[g] Gazam: hæc est deserta.† Et surgens abiit. Et ecce vir Æthiops eunûchus ]potens[9] Candacis] Reginæ Æthiopum, qui erat super omnes gazas eius, venerat adorare in Ierusalem, & reuertebatur sedens supra currum suum, legénsque Isaiam Prophetam. Dixit autem spiritus Philippo: Accede, & [10] adiunge te ad currum istum. ] Accurrens autem Philippus, ℣ audiuit eum legentem Isaiam Prophetam, & dixit:Putásne intelligis quæ legis? Qui ait:Et quomodo possum,si non aliquis * ostenderit mihi?Rogauítque Philippum vt ascenderet,& sederet secum.[11] Locus ] autem scripturæ quam legebat, erat [12] hic:] † Tanquam ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se [13] sine voce,] sic non aperuit os suum.In humilitate*iudicium eius sublatum est.[h] Generationem * eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius. Respondens autem eunûchus Philippo, dixit: Obsecro te de quo Propheta dicit hoc? De se, an de alio aliquo? ℣ Aperiens autem Philippus os suum: & incipiens à scriptura ista,euangelizauit illi Iesum, Et dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam. Et ait Eunûchus:Ecce aqua,[14] quis ] prohibet me baptizari?Dixit autem Philippus:Si credis ex toto corde,licet.Et respondens,ait: Credo filium dei esse Iesum Christum. Et iussit stare currum.Et descenderunt vterque in aquā,Philippus & Eunûchus, & baptizauit eum. Cum autem ascendissent de aqua, spiritus domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum eunûchus.Ibat autem per viam suam gaudens.Philippus enim inuentus est in Azoto,& pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis,donec veniret Cæsaream.

*Paulus Christum persequens conuersus & baptizatus Christum annuntiat,Iudæorum euadit insidias, & à Barnaba ducitur ad apostolos, Petrus autem Liddæ Aeneam curauit,& Ioppe Tabitham suscitauit.*

IX.

†Saulus

1. Annuntiantes sermonem.
b. Philippus qui erat vnus ex septem cū Stephano diaconus ordinatus, descendit Samariā virtute dei repletus: & prædicabat primus verbū dei Samaritanæ genti. Idem ibidem.
2. Spiritus enim immundi multis qui ab illis tenebantur, &c. Dicitur communiter à doctoribus, quod iste fuerit Simō Magus,qui postea multū restitebat Petro & Paulo Romæ prædicantibus, & ideo dixi quod eius cōuersio fuit ficta,quia si & ad horam vera fuit, tamen ad vomitum rediit. De Lyra.
* Et.
3. Et de.
d. Vel beati Philippi verbis & virtute victi veraciter domino credidit, vel vt magis credibile est,credere se coadusque baptisma susciperet,simulauit: vt quoniam laudis erat auiditissimus, ita vt Christum se credi vellet, sicut historiæ narrant, artes ab eo quibus miracula faceret, edisceret. Beda ibid.
4. Quod.
5. Descendissent.
e. Nam cum Philippus diaconus esset, non habebat potestatem imponēdi manus, vt per hoc daret spiritum sanctum. Cum autem Simon non haberet rectum cor, nec intentionē rectam, sed turpi lucro ac studio pecuniarū intētus esset, offerebat pecuniam Petro apostolo vt daret sibi potestatem exhibendi spiritū sanctū per manuum impositionē: ita ratione secū inita, quod dare vellet multis pro modica pecunia: atque si per exhibitionē spiritus sancti multas pecunias cumulare ac lucrari posset. Epipha. contra Simonem.
6. Resipisce igitur à tanta malitia.
f. Vbi autem nō potuit latere apostolos accessit, sed magis timore ductus quàm amore, nec pro se audet deum orare,qui nō credit se exaudiendum. Chrys. cum Glosa ordin. Frustra ergo gratiam spiritus emere tentat, qui se mente coruina non curauit exuere. Beda ibidem.
7. Oppidis.
8. Versus meridiem.
g. Gaza, quam Iudæi, עזה dicunt:nunc Gazera, Palestinæ ciuitas iuxta Aegyptum Chananæorum limes, olim in tribu Iuda fuit. Quæ & duplex est, vetus & noua. Vetus à mari 7. stadiis distat: cuius portas cum postibus Samson media nocte humeris imponens in montis vertice statuit. Hanc Alexander Macedo post bimestrem obsidionem occupans in sempiternū vertit tumulum: ob id deserta hic appellatur. Noua posita in Gaza portu stadiis prope. 20. à veteri distans, tempore Constantini imperatoris ædificatur, in cui⁹ honorem Cōstantia appellata est. Postea sub Iuliano pristinū nomen recepit.
9. Candaces.
10. Adhere huic currui.
* Viam.
11. Continentia.
12. Hæc.
13. Mutus.
* Ipsius.
h. Aut de diuinitate eius accipiendum est, quòd impossibile sit diuinæ natiuitatis nosse mysteria,de qua pater loquitur: Ante luciferū genui te. Aut de partu virginis, qd difficulter possit exponi. Beda. Hoc enim sciendum solum patrē nosse quemadmodum filiū generauerit, & rursus filium quomodo ipse de patre sit genitus. Tripar. lib. 5. c. 8. Ideo eius generatio inenarrabilis est vtraque. Prima enim, quia de patre sine matre, secunda, quia de matre sine patre. Fulgen. ad Trasimum lib. 2.
* Autem.
14. Quid.

Anno.do.35. † Gala.1.c Infr.22.a sup.8.a

A † Saulus autem adhuc spirans [a] [1] minarum & cædis ] in discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum, & petiit ab eo epistolas in Damascum ad Synagógas: vt si quos inuenisset huius viæ viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem. [b] Et cum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco. Et subito [2] circunfulsit ] eum lux de cœlo: & cadens in terram, audiuit

† 21.q.4.c Displicet. † Infr.22.b 1.Cor.15.b 2.Cor.12.a Galat.1.c

vocem dicentem sibi: † [c] Saule, Saule quid me persequeris? Qui dixit: Quis es domine? [3] Et ille: ] Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens, dixit: Domine, quid me vis facere? Et dominus ad eum: Surge & ingredere ciuitatem, & ⊱ ibi ] dicetur tibi, quid te oporteat

B facere. ℣ Viri autem illi qui [4] comitabantur cum eo, ] stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis [5] nihil ] videbant. [6] Ad manus autem illum trahentes, ] introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus [d] non videns, & non manducauit, neque bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias. Et dixit ad illum in visu dominus: Anania. At ille ait: Ecce ego domine. Et dominus ad eum: [e] Surge, & vade in vicum, qui vocatur Rectus, & quære in domo Iudæ Saulum nomine Tarsensem: Ecce enim orat. Et vidit ⊱ per visum ] virum Ananiam nomine introeuntem,

C & imponentem sibi manus, [f] vt visum recipiat. ℣ Respondit autem Ananias: Domine audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem. Et hic habet potestatem à Principibus sacerdotum, alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dominus: † Vade, quoniam [g] vas electionis est mihi

† 21.distinct. Quidam. 22.dist.c.2. in princip.

iste, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus, & filiis Israel. Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abiit Ananias, & introiuit in domum, & imponens ei manus dixit: Saule frater, dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas, & implearis spiritu sancto. Et con-

D festim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & [7] visum recepit. ] ℣ Et surgens baptizatus est, & cum accepisset cibum, [h] confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci per dies [8] aliquot, ] & continuò [9] ingressus in Synagogas ] prædicabat Iesum, quoniam hic est filius Dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, & dicebant: Nónne hic est qui expugnabat in Ierusalem [10] eos qui inuocabant nomen istud? ] Et huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad Principes sacerdotum. Saulus autem multò magis conualescebat, & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci, [11] affirmans quoniam ] hic est Christus. Cum autem implerentur dies multi, consilium fecerunt in vnum Iudæi, vt eum interficerent. Notæ autem factæ sunt Saulo insidiæ eorum. Custodiebant autem & portas die ac nocte vt

† 2.Cor.11.g 7.q.1.c.Aduersitas. 2.Cor.2.d Anno do.38.

E eum interficerent. ℣ † Accipientes autem eum discipuli eius nocte, per murum demiserunt eum, submittentes in sporta. [i] Cum autem venisset in Ierusalem, tentabat se iungere discipulis, & omnes timebant eum, non credentes quòd esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad Apostolos, & narrauit illis quomodo in via vidisset dominum, & quia locutus est ei, & quomodo in Damasco [12] fiducialiter ] egerit in nomine Iesu. Et erat cum illis intrans & exiens in Ierusalem, [13] fiducialiter agens ] in nomine domini. Loquebatur ⊱ quoque gentibus, ] & disputabat cum Græcis, illi autem quærebant occidere eum. Quod cum cognouissent fratres

F deduxerunt eum Cæsaream, & dimiserunt [k] Tarsum. ℣ [14] Ecclesia ] quidem per totam Iudæam & Galilæam & Samariam [15] habebat pacem, & ædificabatur ambulans ] in timore domini, & consolatione sancti spiritus [16] replebatur. ] Factum est autem, vt Petrus dum pertransiret vniuersos, deueniret ad sanctos, qui habitabant [17] Liddæ. ]

† Sup.3.a

† Inuênit autem ibi hominem quendam nomine Æneam ab annis octo iacentem in grabáto, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus: Ænea, sanet te dominus Iesus Christus. Surge, & sterne tibi: & continuò surrexit, & viderunt illum omnes qui habitabant [18] [l] Liddæ & Saronæ, ] qui conuersi sunt ad dominum. In Ioppe autem fuit quædam discipula, nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena



a. Qui minas & cædes spirabat, quam nō bene æmulabatur ecclesiam, non solum affligebat, sed etiam augebat. Gregor.
1. Minas & cædem.
[b Opportunè hic de zelo Pauli differit, vt ostendat quod medio zelo vehebatur, nondū satiatus cæde Stephani, neque persecutione ecclesiæ impletus ac dispersione, accedit ad principē sacerdotum. Io. Chrysost. ibid.
2. Circunfulgurauit.
c. Non dixit: Quid persequeris seruos meos? nec hoc dixit: Quid persequeris membra mea? sed hoc dixit: Quid me persequeris? iam quasi pede calcato, lingua clamat, Calcasti me, cū vtique lingua calcari nō possit, sed per concordiam charitatis caput pro omnibus membris clamat. Augustin. serm. de S. Paulo.
3. Dominus autem dixit.
4. Ei comites erant itineris.
5. Neminem.
6. Sed manu ducentes illum.
d. Tanta fuit in eo elevatio mētis in deum, quòd vires sensitiuæ ac vegetatiuæ à suis actibus fuerint suspensæ. Dionys. ibid.
[e. Non continuò quæ essent facienda monstrauit, sed in ciuitate postmodum audienda præmonuit, vt tanto post in bonis solidius staret quanto prius fūditus euulsus à pristino errore eccidisset. Beda.]
f. Et cum ipse reddere posset visum videndi, eum tamen ad Ananiam discipulum suum misit vt eius benedictione Saulo resumerentur oculi quos amiserat. Ambr. de pœ. lib. 1. cap. 7.
g. Saulus ob superbiā de fede doctrinæ legalis depositus est: sed mox ob humiliatis subiectionem ad euangelizandam Christi fidem leuatus est. Beda. Cur autē vas electionis dicitur? Nēpe quia legis & sanctarum scripturarum armarium. Hier. Paulino.
7. Et vidit statim.
h. Creatus quippe prostratúsque in via captiuus dei dum fieret, reddito lumine qui fuerat persecutor, factus est prædicator. Prosper. de promiss. cap. 31.
8. Tres.
9. In synagogis.
10. Inuocantes in nomine isto
11. Conuincens quòd.
i. Venit autem post tres annos à conuersione sua primo Ierusalem. Cōuersus enim Damasci & baptizatus, abiit in Arabiam prædicaturus verbum dei, deinde reuersus Damascū cuasi nūntius Arethæ regis: & inde abiit Ierusalem. Chrys. ibidem.
12. Liberè, & infra.
13. Liberè loquens.
k. Tarsus vrbs clara Cilicię à Perseo Iouis & Danaes filio olim condita. Hanc præterfluit Cidnus fluuius admodum frigidus, vt Alexander præ calore in hunc se proiiciens, grauissimū incurrerit morbum. Tarsenses olim Athenienses & Alexandrinos studiis philosophiæ superarūt. Ab ea Paulus est dictus Tarsensis.
14. Ecclesiæ.
15. Habebant pacem, & ædificabantur & ambulabant.
16. Replebantur.
17. Liddam.
18. Liddam & Assaronem.
l. Lidda ciuitas Palæstinæ, nunc Diospolis dicta, vna ex decē toparchiis, & ordine tertia, nō procul ab Ioppe, à Cæsarea autem quasi mille passus distans. Ioppe autem quæ nūc Iappha vel Iappho aut Zappho oppidum etiā Palæstinæ in tribu Manassæ, toto orbe antiquissimum, vt Solino placet, à Iapheth filio Noe cōditū, vel vt alij volunt, ab Ioppe Aeoli filia vxore Cephæi prophanis scriptoribus ab Andromeda beluæ marinæ exposita, & à Perseo liberata celebratur. Altera est Phœniciæ, quam Traianus nomine Vespasiani cepit & vastauit.

fiat. Sancti cum per fragilitatem naturæ delinquũt, quasi in diebus bonorum operũ subita infirmitate occumbunt. Sed cum mox lachrymis insistunt, spem recuperandæ sanitatis ac virtutis ascendunt: sanctorum auxilia inuocant & bona intermissa recogitant, faciunt quod sequitur, quasi eum sanassent &c. quæ de Petri vocatione, & eleemosynarũ Doreadis ostẽsione narrantur. Glosa ordinaria ibi.]

19. Grauaretur venire vsque ad eos.

* Cum esset eum.

n. Cum iam omnibus & operationis & vitæ renuntiasset officiis, flentes accurrũt viduæ pauperes aggregãtur, tunicas & vestes quas faciebat illis Dorcas cælo ostẽdente cõueniunt deũ, testimonia meritorum clamãt, defuncta operatrice vox operũ bona quæ in seculo gesserat cõsequuntur & reuoluuntur, reditque de loco mortis ad vitam præsentem. Euseb. Emis. de initio quadrag. homil. 1.

* Suos.

20. In dominum.

a. Cum igitur iam passim per omnes etiam gentilium populos profusius effunderetur diuina dignatio, primus Cornelius apud Cæsaream Palestinę vrbem maximam cũ omni domo sua ad fidem Christi Petro ministrante perducitur. Euseb. Eccl. hist. lib. 2. cap. 3.

b. Cæsarea hæc Palestina dicitur, olim turris Stratonis, ab Herode in honorẽ Cæsaris instaurata, sita inter Ioppe & Param ad mare, sexcentis stadiis ab Ierusalem distans. Altera est Cæsarea Philippi, à Philippo Herodis fratre instaurata, de qua Iudic. 18. per totum.

[c. Hic continuo describitur vocatio Petri, dicens. Et cum discessisset angelus disparẽdo ab eo. Nam sicut in potestate angeli est formare corpus vt appareat, ita dissoluere vt non appareat, vel citò transferre in alterum locum vt non appareat. De Lyra.]

1. Ae vellet gustare cibum.

d. Apertio cœli reuelatio est sacramentorum cœlestium proximo futura gentibus. Designatur enim in hoc cœlos gentibus esse apertos. Beda ibid.

* Ad se.

* Alligatum.

2. Terræ, bestiæque & reptilia.

e. Cum ergo illum discum videret alienatus à corporeis sensibus, & illas voces, macta & manduca, & quæ deus mundauit, tu communia ne dixeris in spiritu audiebat. Redditus autem corporis sensibus, idipsum quod visum atque auditũ memoria tenuerat, in eodem spiritu cogitãdo cernebat. Quæ omnia non corporalia, sed corporaliũ imagines erant, siue cum ipsa alienatione visæ sunt, siue cum postea recordatæ atque cogitatæ. August. de Genesi ad literã lib. 12. cap. 11.

3. Quicquam.

f. Hoc dicitur de his quæ lex cõmunia dicebat & immũda. Sed quanquam de gentium vocatione subobscurus sermo fuerit, ne eos qui in præputio fuerant, cõmunes aut immũdos esse diceret. Petri autem sermo hominem non designabat, sed ea quæ in lege interdicta erant. Oecu. ibidem.

4. Quæ deus purificauit, tu communia.

5. Rursum.

g. Quia ergo humiliari sibi plus quam debuit proximum vidit, ne vltra humanitatis metas mens intumesceret, se hominẽ esse recognouit, quatenus illati sibi honoris elationem frangeret, ex cõsiderata æqualitate cõditionis. Gregor. moral. lib. 21. cap. 11.

* Nam.

6. Quòd nefas est.

7. Adhærere alienigenæ.

8. Vel nullum.

9. Indubitato.

operibus bonis & eleemosynis quas faciebat. [m] Factum est autẽ in diebus illis, vt infirmata moreretur. Quam cum lauissent, posuerũt eam in cœnaculo. [o] Cum autem propè esset Lidda ab Ioppe, discipuli audientes quia Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes, ne [19] pigriteris venire vsque ad nos.] Exurgens autem Petrus, venit cum illis. Et cum aduenisset, duxerunt illum in cœnaculum, & circunsteterunt illum omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas & vestes quas faciebat * illis Dorcas. Eiectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua orauit: & conuersus ad corpus dixit: Tabitha surge. † [n] At illa aperuit oculos, * & viso Petro resedit. Dans autem illi manum erexit eam, & cum vocasset sanctos & viduas assignauit eam viuam. Notum autem factum est per vniuersam Ioppen, & crediderunt multi [20] in domino.] Factum est autem vt dies multos moraretur in Ioppe apud Simônem quendam coriarium.

*Cornelius apud Cæsaream super vocatione sua certior factus Petrum accersit, qui post visionem à cælo accedens, ipsum cum familia longum post sermonem baptizauit.* X.

[a] Vir autem quidam erat in [b] Cæsaréa nomine Cornelius, Centurio cohortis quæ dicitur Italica, religiosus ac timens deum, cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecãs deum semper. Is vidit in visu manifestè, quasi hora diei nona, angelum dei introeuntem ad se, & dicentem: sibi: Cornéli. At ille intuens eum, timore correptus dixit: Quis es domine? Dixit autem illi: † Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu domini. † Et nunc mitte viros in Ioppen, & accerse Simônem ⟨– quendam,⟩ qui cognominatur Petrus. Hic hospitatur apud Simônem quendam coriarium, cuius est domus iuxta mare. Hic dicet tibi, quid te oporteat facere. [c] Et cum discessisset angelus qui loquebatur illi, vocauit duos domesticos suos, & militem timentem dominum ex iis qui illi parebant. [d] Quibus cum narrasset omnia, misit illos in Ioppen. Postera autem die iter illis facientibus & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora, vt oraret, circa horam sextam. Et cum esuriret, [1] voluit gustare.] † Parantibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus. Et vidit cœlum [d] apertum, & descendens * vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis * submitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia [2] & serpentia terræ,] & volatilia cœli. [e] Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide & manduca. Ait autem Petrus: Absit domine, quia nunquam manducaui [3] omne] [f] commune & immundum. Et vox iterum secundò ad eum: [4] Quod deus purificauit, tu commune] ne dixeris. Hoc autem factum est ⟨– per] ter. [g] Et [5] statim] receptum est vas in cœlum. Et dum intra se hæsitaret Petrus [c] quidnam esset visio quam vidisset, ecce viri qui missi erant à Cornelio inquirentes domum Simônis, adstiterunt ad ianuam. Et cum vocassent, interrogabant, si Simon qui cognominatur Petrus illic haberet hospitium. Petro autem cogitante de visione, dixit spiritus ei: Ecce, viri tres quærunt te. Surge itaque & descende, & vade cum eis, nihil dubitans, quia ego misi illos. Descendens autem Petrus ad viros, dixit: Ecce, ego sum quem quæritis. Quæ causa est propter quam venistis? Qui dixerunt: † Cornelius Centurio, vir iustus, & timens deum, & testimonium habens ab vniuersa gente Iudæorum, responsum accepit ab angelo sancto, accersiri te in domum suam, & audire verba abs te. [h] Introducens ergo eos recepit hospitio. Sequenti autem die surgẽs, profectus est cum illis, & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum. Altera autem die introiuit Cæsaréam. Cornelius verò expectabat illos, conuocatis cognatis suis & necessariis amicis. Et factum est cum introisset Petrus, obuius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes eius, adorauit eum. [g] Petrus verò eleuauit eum, dicens: Surge, * & ego ipse homo sum. Et loquens cum illo intrauit, & inuenit multos, qui cõuenerant, dixitque ad illos: Vos scitis [6] quomodo abominatum sit] viro Iudæo [7] coniungi aut accedere ad alienigenam.] Sed mihi ostendit deus [8] neminem] communẽ aut immundum dicere hominem, propter quod [9] sine dubitatione] veni accersitus. Interrogo ergo

quam

E quam ob causam accersisti me.ℊ Et Cornelius ait: h Anudiusquarta die vsque ad hanc horam 10 orans etiam hora nona ] in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste cãdida, & ait Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu dei. Mitte ergo in Ioppen & accersi Simonem qui cognominatur Petrus, hic hospitatur in domo Simônis coriarij iuxta mare. * Confestim ergo misi ad te,& tu bene feceristi veniendo. Nunc ergo omnes 11 in conspectu tuo] assumus,audire omnia quæcunque tibi præcepta sunt à domino.i Aperiens autem Petrus os suum dixit: In veritate comperi, † quia non est personarum acceptor deus, sed in omni gente F qui timet eum & operatur iustitiam,k acceptus est illi.ℊ Verbum misit deus filiis Israel annuntians pacem per Iesum Christum, hic est omnium dominus. Vos scitis quod factum est verbum per vniuersam Iudæam.Incipiens enim à Galilæa post baptismum quod prædicauit Ioãnes,Iesum à Nazareth quomodo † l vnxit eum deus spiritu sancto & virtute, qui pertransiit benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam deus erat cum illo. † Et nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iudæorum & Ierusalem quem occiderunt 12 suspendentes] in ligno. † Hunc deus suscitauit tertia die,& dedit eum manifestum fieri,m non omni populo,sed testibus præordinatis à deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo postquam resurrexit à G mortuis.ℊ Et præcepit nobis prædicare populo & testificari,quia ipse est qui constitutus est à deo, iudex viuorum & mortuorum. † Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super eos qui audiebant verbum. Et obstupuerunt * ex circumcisione fideles 13 qui ] venerant cum Petro, n quia & in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes deum. Tunc respondit Petrus:Nunquid aquam quis ptohibere potest vt non baptizentur ij qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? † Et iussit eos baptizari in nomine domini Iesu Christi. Tunc rogauerunt eum, vt maneret apud eos aliquot diebus.

h. Multum decebat illum exaudiri,qui instantiam deprecandi tribus horis continuans,à sexta pertrahebat ad nonam. Quo tẽpore dñs ipse quẽ rogabat, pro totius mundi salute extensis in cruce manib⁹ orabat. Beda.ibi.
10. Iram ieiunans, & nona hora orans.
* Qui vbi aduenerit loquetur tibi.
11. Coram deo.
[i. Hic describitur Cornelij cõuersio, & corũ qui cum eo erãt. Quæ facta est per prædicationẽ Petri,ideo dicitur: Aperiẽs Petrus os suum, incipiẽs à iustitia & bonitate diuina. De Lyra.]
k. Hoc est,dignus est vt assumatur & acceptetur. Oportet igitur & ante opera lucere fidem, & fidei pedissequa esse opera: & ne quis fidem propter sterilitatem, & neque operã propter incredulitatẽ vituperet. Chryso.
l. Non vtique oleo visibili, sed dono gratię,quod visibili significatur vnguento, quo baptizatos vngit ecclesia. Nec tamen tunc vnctus est, quando super eum baptizatum velut colũba descendit, sed quando verbum caro factũ est,id est,quando humana natura sine vllis præcedẽtibus bonorum operũ meritis dei verbo est in vtero virginis copulata. Augusti. de trini. lib. 15. cap.26.
12. Suspensum.
m. Hoc eũ opus ordinatissim⁹ æternæ sapientiæ dei processus, vt supernaturalia non omnibus immediatè reuelentur, sed primò quibusdã electis, atque maioribus,& per illos cæteris. Dionys. ibidem.
* Qui erant.
13. Quotquot.
n. Diuinitas non est effusa, sed gratia domini eius:propter hoc vt demonstrarentur quòd hoc quod effunditur, nõ sit spiritus dei gratia. Vnde dicebat Dauid: Diffusa est gratia in labiis tuis. Chryso.ibidem.

*Disputantibus Iudæis conuersis aduersus Petrum quòd diuerterentur discipuli ad gentes, narrauit Petrus visionem: Agabus tunc propheta futuram famam vniuersam prædicit.*

XI.

A AVdierunt autem Apostoli & fratres qui erant in Iudæa, quoniam & gentes receperunt verbum dei.a Cum autem ascendisset Petrus Ierosolymam, disceptabant aduersus illum qui erant ex circumcisione,dicentes: † Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis? Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens: † Ego eram in ciuitate Ioppe orans,& b vidi in excessu mentis ⊱ meæ ] visionem, descendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis 1 submitti] de cœlo,& venit vsque ad me. In quod 2 intuens] considerabam,& vidi quadrupedia terræ & bestias & reptilia & volatilia cœli.c Audiui autem & vocem dicentem mihi: † Surge Petre, occîde & manduca. Dixi autem: Nequaquam domine,quia * commune aut immundũ nunquam introiuit in os meũ. B ℊ Respondit autem * vox secundò de cœlo. Quæ deus mũdauit,tu ne 3commune ]dixeris. Hoc autem factum est 4 per ter,]& recepta sunt omnia rursum in cœlum.Et ecce viri tres confestim astiterunt in domo in qua eram, missi à Cæsaréa ad me. Dixit autem spiritus mihi, vt irem cũm illis, nihil hæsitans. Venerunt autem mecum & sex fratres isti,& ingressi sumus in domum viri. Narrauit autem nobis quomodo vidisset angelum in domo sua 5 stantem,]& dicentem sibi: Mitte in Ioppen,* & accersi Simônem qui cognominatur Petrus, qui loquetur tibi verba 6 in quibus ] saluus eris tu & vniuersa domus tua.d Cum autem cœpissem loqui, cecidit spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio. Recordatus sum autem verbi domini,7 sicut dicebat, ] † Ioan- C nes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto.ℊ Si ergo eãdem gratiam dedit illis deus, sicut & nobis qui credidimus in dominum Iesum Christum,

a. Petrus à Iudæis arguitur, eut cum Gentibus communicasset, & cum illis manducasset, quasi contra legẽ fecisset, quibus singula ordinatè exponit, sequa excusando reuelauit eis qualem habuisset visionẽ in Ioppe, per quam deus sibi mõstrauit vt faceret ita, & ꝙ angelus idipsum admonuisset. Diony. ibid.
b. Satis apparet visionem corporalẽ referri ad spiritalẽ, eámque spiritalẽ referri ad intellectualem. Aug. de Genesi ad literam, lib.12. cap.11.
1. Demittit.
2. Intentis oculis.
c. Narrat quæ necessaria essent ad excusationem, alia verò obticet, rationẽ verò omnem reddit:nec vult doctoris autoritate vti: sciebat enim quia quò modestius loqueretur, hoc magis eis prodesset. Chrysost. ibidem.
* Omne.
* Mihi.
3. Communia.
4. Tertiò.
5. Missum.
* Vitos.
6. Per quæ.
d. Deus rem omnẽ effecit,deus batizauit, non ego. Nam dum adhuc loquerer, illapsus est in illos spiritus sanctus, & loquebantur linguis,& magnificabãt deum. Oecum. ibid.
7. Quod dixit.

Universidad de Deusto Biblioteca

[e. Glorificauerunt Deum,gratias agẽdo de hoc quod gratiã suam extendérat ad Gẽtiles, dicẽtes: Ergo & Gentibus dedit tẽpus & locum pœnitentiæ. De Lyra ibidem.]

8. Mota propter Stephanum.

f. Phœnice vel Phœnicia, regio maioris Asiæ, & pars Syriæ propinqua Iudææ. Cuius partes sunt Samaria, Galilæa, & aliæ complures.

g. Cyprus insula in Carpathio, vel Cilicio mari Syriæ, & Ciliciæ opposita.

h. Antiochia ciuitas Cœlo Syriæ, in qua Paulus & Barnabas ordinati sunt. Est autem altera Antiochia in Pisidia.

9. Qui credidit.

10. Emiserunt Barnabã vt irẽt.

i. Per discipulos autem sub persecutione Stephani dispersos apud Antiochiam florẽtissima cõgregatur ecclesia, in qua erãt etiam prophetici ordinis viri quamplurimi, cum quibus & Barnabas & Paulus ibi primum discipuli, velut perenni fonte sumpto vocabulo appellati fũt Christiani. Euseb. histo. eccle. lib. 2. cap. 3.

* Factum est vt ipsi.

* Cæsare (quarto videlicet eius anno: qui fuit annus do. 46.

11. Quisquis.

[k. Sciebant in Iudæa, & maximè Ierosolymis famem acriùs sonitura, vbi erant pauperes sanctorum, qui rebus fuis domib⁹ & agris venditis precia Apostolis detulerant. Glos. ordin. ibid. post Bedam.]

a. Is enim qui obtulerat eũ iudici ad martyrium, morus etiã ipse, cõfessus est se esse Christianum. Ducti sunt autẽ ambo ad supplicium, & eũ ducerẽtur in via, rogauit Iacobum sibi dare remissionẽ. At ille, Pax, inquit, tibi, & osculatus est eum. Et ita ambo simul capite plexi sunt. Euseb. Eccle. histo. ca. 9. lib. 2.

2. Adiecit vt apprehenderet.

b. Quòd si Petro oratio Ecclesiæ profuit, & columnam illam ac stabilimẽ nostræ religionis carcere liberauit, cur eius vim ru contemnis ac negligis! Chrys. ibidem.

2. Prolixa.

c. Dicit autem lumen refulsisse, vt & videret & audiret Petrus, nec phantasma esse existimaret. Quòd verò ait: Velociter, nõ tumultuantis est, sed suadẽtis cunctandum non esse. Vide autem qualia operentur Iudæi in diebus Azymorum. Oecum. ibid.

3. Subliga fandalia tua.

4. Verum esse.

[d. Fortitudo enim carceris & diligens custodia fecerunt sibi imaginationem de euadẽdi impotentia, propter quod rem gestam summum existimabat. De Lyra.]

5. Vel visionem.

e. Non tunc quando in carcere erãt. Reuera enim stupor erat illi cũ in carcere esset, nec sciebat quid ageret. Chryso. ibidẽ.

6. Ostium vestibuli.

f. In omnibus vritur Petrus stylo ornato & eleganti, & frequenter difficili sempérque sententia pleno. Diony.

7. Vestibulum, & infra.

g. Quòd vnusquisque nostrum habeat angelum & in libro pastoris, & in multis sacræ scripturæ locis inuenitur. Nam & dominus de paruulis, Angeli, inquit, eorum semper vidét faciẽ patris mei. Et Iacob de se loquitur, Angel⁹ qui eruit me de cũctis malis. Et hic discipuli angelum Apostoli Petri venisse credebant. Beda ibid.

h. Herodes autem debebat ex istis diuinam admirari potẽtiã, quæ Petrum etiã ex mediis eripuit periculis: adorarẽque eum qui tãta potuisset. Chrys. ibid.

ego quis eram, qui possem prohibere deum? [e] His auditis tacuerunt, & glorificauerunt deum, dicentes: Ergo & gentibus pœnitẽtiam dedit deus ad vitam. Et illi quidem qui dispersi fuerant à tribulatione [8] quæ facta fuerat sub Stéphano, ] perambulauerũt vsque [f] Phœnicen & [g] Cyprum & [h] Antiochiam, nemini loquentes verbum, nisi solis Iudæis. Erant autem quidam ex eis viris Cyprij & Cyrenei, qui cum introissent Antiochiam, loquebantur [—] & ] ad Græcos annuntiantes dominum Iesum. Et erat manus domini cum eis, multúsque numerus [9] credentium ] conuersus est ad dominum. Peruênit autem sermo ad aures Ecclesiæ quæ erat Ierosolymis super istis, & [10] miserunt Barnabam vsque ad ] Antiochiam. [i] Qui cum peruenisset & vidisset gratiam dei gauisus est, & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in domino, quia erat vir bonus & plenus spiritu sancto & fide, & apposita est multa turba domino. Profectus est autem Tharsum, vt quæreret Saulum, quem cum inuenisset, perduxit Antiochiam. * Et annum totum conuersati sunt ibi in Ecclesia: & docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primùm Antiochiæ discipuli, Christiani. † In his autem diebus superuenerunt à Ierosolymis Prophetæ Antiochiam, & surgens vnus ex eis nomine Agabus significabat per spiritum famam magnam futuram in vniuerso orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio. * Discipuli autem prout [11] quis ] habebat, proposuerunt in ministerium mittere [k] habitantibus in Iudæa fratribus, quod & fecerũt mittentes ad seniores per manus Barnabæ & Sauli.

*Herodes in Apostolos sæuiens Iacobum occidit, & Petrum carceri mancipauit, qui ab angelo eductus & societati redditus est: Herodes autem Cæsareæ agens ab angelo percussus occubuit.* XII.

EOdem autem tempore misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem [a] Iacôbum fratrem Ioannis gladio, videns autem quia placeret Iudæis, [1] apposuit apprehendere ] & Petrum. Erant autẽ dies azymorum. Quem cum apprehendisset, misit in carcerem, tradénsque quatuor quaternionibus militum ad custodiendum, volens post pascha producere eum populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere: [b] † oratio autẽ fiebat [2] sine intermissione ] ab Ecclesia ad deum pro eo. Cum autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus, † & custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini adstitit, [c] & lumen refulsit in habitaculo, percussóque latere Petri excitauit eum, dicens: [d] Surge velociter. Et ceciderũt catenæ de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum: Præcingere, & [3] calcea te calligas tuas. ] Et fecit sic. Et dixit illi: circunda tibi vestimentũ tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat [4] quia verum est ] quod fiebat per angelum. [d] Existimabat autem se [5] visum ] videre. Transeuntes autem primã & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad ciuitatem, quæ vltrò aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum vnum: & continuò discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit: [e] Nũc scio verè, quia misit dominus angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. [d] Consideránsque, venit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus, vbi erant multi congregati & orantes. Pulsante autem eo [6] ad ostium ianuæ, ] processit puella ad videndum, nomine Rhode. [f] Et vt cognouit vocẽ Petri, præ gaudio non aperuit [7] ianuam, ] sed intro currens nuntiauit stare Petrum ante ianuam. At illi dixerunt ad eam: † Insanis. Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant: [g] Angelus eius est. Petrus autem perseuerabat pulsans. Cum autem aperuissent ostium viderunt eum, & obstupuerunt. Annuens autem eis manu vt tacerent, narrauit quomodo dominus eduxisset eum de carcere. Dixítque: Nuntiate Iacóbo & fratribus hæc. Et egressus, abiit in alium locum. Facta autem die, erat non parua turbatio inter milites quídnam factum esset de Petro. [d] [h] Herodes autem cum requisisset eum, & non inuenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci: descendénsque à Iudæa in Cæsaream,

Universidad de Deusto

saream, ibi commoratus est. Erat autem iratus Tyriis & Sidoniis. At illi vnanimes venerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui [8] erat super cubiculum] Regis, postulabant pacem, eo quòd alerentur regiones eorum [9] ad illo.] [h] Statuto autem die Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, & cōcionabatur ad eos. Populus autem acclamabat [10] dei voces,] & non hominis. Confestim autem percussit eum angelus domini, Ann. do. 46. eo quòd non dedisset [11] honorem] deo: & [12] consumptus] à vermibus, [i] expirauit. Verbum autē domini crescebat & multiplicabatur. Barnabas autē & Saulus reuersi sunt à Ierosolymis * expleto ministerio, assumpto Ioanne qui cognominatus est Marcus.

8. Præerat cubiculo.
9. A regia.
h. Hoc est, die secūda celebritatis, processit mane in theatrum amictus veste tota ex argēto mirabili opere contexta, quę radiis exoriētis solis percussa, & diuinū quendam fulgorē emittens, veneratione cū honore incutiebat spectantibus: mōxque adulatores pernicioſi alius aliūde acclamantes deum consultabāt, &c. Ioseph. Antiq. Iudai. li. 19. ca. 8.
10. Vox dei. 11. Gloriam.
12. Erosus.
i. Anno 7. sui regni, relinquens filium Agrippam, & Drusillam, Herennicē & Mariannem filias.
* In Antiochiam.

*Paulus & Barnabas à deo ad gentes vocati, in Cypro & Antiochia assiduè Christum annuntiant, vnde Iudæi aduersus eos persecutionem concitauerunt.* XIII.

A ERant autem in Ecclesia quæ erat Antiochiæ, Prophetæ & doctores, in quibus [a] Barnabas & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus. Ministrantibus autem illis domino, & ieiunantibus, dixit [illis] spiritus sanctus: † Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod [1] assumpsi] eos. Tunc ieiunantes & orantes, imponentésque eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi à spiritu sancto, abierunt Seleucîam, [b] & inde nauigauerunt Cyprum. Et cum venissent Salamînam, prædicabant verbum dei in Synagogis Iudæorum. Habebant autem & Ioānem in ministerio. Et cum perambulassent vniuersam insulam vsque [c] Paphū, inuenerunt quendam virum magum Pseudoprophetam, Iudæum, cui nomen erat B [2] Bariu,] qui erat cum Proconsule Sergio Paulo viro prudente. ℣ Hic accersitis Barnaba & Paulo, desiderabat audire verbum dei. † Resistebat autem illis Elymas Magus, (sic enim interpretatur nomen eius:) quærens auertere Proconsulem à fide. Saulus autem qui & Paulus: [d] repletus spiritu sancto intuens in eum, dixit: O plene omni dolo, & omni [3] fallacia,] fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias domini rectas? Et nunc ecce manus domini super te, & eris cæcus, non videns solem vsque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo & tenebræ, & circuiens quęrebat qui [4] ei manum daret.] Tunc Proconsul cum vidisset factum credidit admirans super doctrina domini. [5] Et cum à Papho nauigassent Paulus & ] qui cum [6] eo] erant, venerunt Pergen Pamphiliæ. Ioannes autem discendens ab eis, reuersus est Ierosolymam. Illi verò [7] pertranseuntes Pergen,] venerunt [e] Antiochiam Pisidiæ, & ingressi C Synagógam die sabbatorum, sederunt. ℣ Post lectionem autem legis & prophetarum, miserunt principes Synagogæ ad eos, dicentes: Viri fratres, siquis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus, & [8] manu silentium indicens,] ait: Viri Israelitæ, & qui timetis deum, audite. Deus [9] plebis Israel] elegit patres nostros, & plebem exaltauit ✝ cum essent [10] incolæ] in terra Ægypti, † & in brachio excelso eduxit eos ex ea, † & per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto. † Et destruens gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorū, [11] f quasi post quadringentos & quinquaginta annos † & post hæc] dedit iudices vsque ad Samúel Prophetam. † Et inde postulauerunt Regem: † & dedit illis Saul filium D Cis, virum de tribu Beniamin, annis [g] quadraginta. † ℣ Et amoto illo suscitauit illis Dauid Regem: cui testimonium perhibens dixit: † [h] Inueni Dauid filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Huius deus ex semine, ✝ secūdum promissionem, eduxit Israeli Saluatorem Iesum, † prædicante Ioanne ante faciē aduentus eius baptismum pœnitētiæ omni populo Israel. Cum impleret autem * cursum suum, dicebat: Quem me arbitramini esse, non sum ego, † sed ecce venit post me, cuius non sum dignus calceamenta pedum soluere. Viri fratres, filij generis Abrahā, & qui in vobis timent deum, vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitabant Ierusalem & principes eius hunc [12] ignorantes,] [i] & voces Prophetarum quæ per omne sabbatum leguntur, iudicantes impleuerunt. Et nullam causam mortis inE uenientes in eo. † petierunt à Pilato, vt interficerent eum. ℣ Cúmque consummassent

a. Barnabas Cyprius genere, qui & Ioseph Leuites, cū Paulo gētiū Apostolus ordinatus, vnam ad ecclesiæ ędificationem cōposuit epistolā, quā inter apocryphas scripturas legunt. Hieron. in vita scripto ecclesiast.
1. Vocaui.
b. Seleucia à Seleuco Nicanore rege Syriæ cū Laodicea, Antiochia & Apamia condita, Syriæ ciuitas ab Antiochia 15. milliaribus distans, in promōtorio sita, ad quā vsque peruenit Daphne nemus, agrū etiā habet optimū.
c. Paphus vltima est ciuitas Cypri ad occidētem, sicut Salamina postrema ad orientem: vt intelligas Paulum totam Cyprū insulam peragrasse.
2. Bariesus, vel Barieſu.
d. Præmisit quoque dicens, Plenus spiritu sancto, quo ostenderet Pauli verba non ex ira esse, quæ ad Elymam magū locutus est. Neque enim punientis verba hæc erant, sed conuertere nitentis. Nam si punieris fuissent, fecisset eum semper esse cæcū, nunc autem non hoc facit, sed vsque ad tempus, vt Proconsulem in suam sententiam adduceret. Oecum. ibid.
3. Versutia.
4. Eum manu ducerent.
5. Deducti autem à Papho.
6. Paulo.
7. Transeuntes à Perge.
e. Antiochia duplex, vt supra ca. 11. Altera in Syria siue Cœlesyria, in qua discipuli primo appellati sunt Christiani, quæ prius Reblata dicebatur. Altera de qua nunc meminit, quæ & Antiochia Pisidiæ metropolis est: & est Pisidia regio Asiæ minoris, cuius populi olim dicti sunt Solymi. Plin. lib. 5.
8. Manu cōcutiēs vel annuens.
9. Populi huius.
10. Peregrini.
11. f. Et post hæc quasi quadringētis quinquaginta annis, (qui à natiuitate Isaac supputandi sunt,) vsque ad 9. annū Iosue, in quo deletis regibus, terrā Chanaan filiis Israel distribuit.
g. Hoc autem intelligendū est, tam ipse solus, q̄ cum Samuele & Dauide.
h. Cum ergo præsciret deus eū peccaturū, & peccata sua pia humilitate & syncera pœnitentia deleturum, cur nō diceret: Inueni Dauid secundum cor meum! cui non erat imputaturus peccatum tam multa bona facienti, & cum tanta pietate viuēti, & ipsa pietate pro peccatis suis sacrificium cōtriti spiritus offerēti! Propter hæc omnia verissimè dictum est: Inueni Dauid secundum cor meum. Quia licet secundum cor dei non esset quod ille peccauit, tamen secundum cor dei fuit, quòd pro peccatis suis congrua pœnitentia satisfecit. Augu. de 8. quęst. Dulcitij, quæst. 5.
* Ioannes.
12. Ignorauerunt.
i. At quomodo ignorare potuerunt, cum Ioannes illis dixerit? Quid mirum, cum prophetæ illis ignorantibus perpetuò clament! Chrys. ibid.

† 75. dist. Quod dic.

† 21. q. 4. ca. Quod Christus.

† Psal. 94. c
† Exod. 13. d
† Exod. 16. a

† Ios. 14. a

† Iudic. 3. b

† 1. Reg. 8. a
† 1. Reg. 9. c 10. a
† Psal. 88. b
† 1. Reg. 16. c

† Isa. 11. a
† Matt. 3. a Mar. 1. a Luc. 3. a Ioh. 1. c
† Mar. 1. b Ioan. 1. d

† Matt. 27. c Marc. 15. b Luc. 23. c Ioan. 19. c Sup. 3. c

Universidad de Deusto
Biblioteca



omnia quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. † [k] Deus autem suscitauit eum à mortuis tertia die: qui visus est per dies multos, iis qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Ierusalem, qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annuntiamus [13] eam quæ ad patres nostros repromissio facta est:] quoniam hanc deus adimpleuit filiis [14] vestris,] resuscitans Iesum, sicut & in Psalmo secundo scriptum est: † Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod autem suscitauit eũ à mortuis, amplius iam nõ reuersurum in corruptionem, ita dixit: † Quia dabo vobis sancta Dauid fidelia. Ideóque & aliàs dicit: [l] † Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Dauid enim in sua generatione cum administrasset volũtati dei, † dormiuit, & appositus est ad patres suos, & vidit corruptionẽ. [6] Quem verò [p] deus suscitauit à mortuis, non vidit corruptionem. Notum igitur sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moysi iustificari. In hoc omnis, qui credit, iustificatur. Videte ergo ne superueniat vobis quod dictum est [m] in Prophetis. † Videte contemptores & admiramini & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris, ⁊– opus ] quod non [15] creditis,] si quis enarrauerit vobis. Exeuntibus autem illis rogabant vt sequenti sabbato loquerentur sibi verba hæc. Cúmque dimissa esset Synagoga, secuti sunt multi Iudæorum, & colentium deum aduenarum Paulum & Barnabá: qui loquentes [n] suadebant eis vt permanerent in gratia dei. Sequenti verò sabbato penè vniuersa ciuitas conuênit audire verbum dei. Videntes autem turbas Iudæi repleti sunt zelo, & contradicebant iis quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes. [6] Tunc constanter Paulus & [q] Barnabas dixerunt: † [o] Vobis oportebat primùm loqui verbum dei: sed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis [16] æternæ vitæ, ] ecce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis præcepit dominus: † Posui te in lucem gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. Audientes autem gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Disseminabatur autem verbum domini per vniuersam regionem. Iudæi autem concitauerunt mulieres religiosas & honestas & primos ciuitatis, & excitauerunt [17] persecutionem ] in Paulum & Barnabam: & eiecerunt eos de finibus suis. † [p] At illi excusso puluere pedum in eos, venerunt Iconium. Discipuli quoque replebantur gaudio & spiritu sancto.

k. Nihil absurdum est quòd Iesus dicatur à deo excitatus. Siquidem Iesus non alius est quã verbum incarnatũ: hoc autem est potentia patris, per quod omnia facta sunt, secundũ quod Christus qui dei potentia est, ipse seipsum excitasse intelligetur. Oecume. ibidem.
13. Promissionẽ ad patres factã.
14. Illorum, (scilicet nobis, qui hæc vobis annuntiamus.
l. Non patieris corpus meũ sanctificatum iterum corruptione moueri iteratq; crucis & mortis, quoniam à dextris est mihi dominus ne cõmouear. Beda. Vel non permittes corpus Christi sancti sanctorum in sepulchro resolui, aut incinerari. Et quod de Christo non de Dauid intelligatur, probat consequenter. Dionysius.
m. Hoc est, in lib. 12. prophetarum, vtpote Habacuc 1. b. iuxtà 70. Interpretes, quos Lucas imitatur. Videte, inquit, contẽptores, &c. Iuxtà Hebræos verò: Aspicite in gentibus, & videte, & admiramini, & obstupescite: quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet cum narrabitur.
15. Crederis, etiam.
[n. Sed & firmiter starent in fide Christi ad quam erant vocati per gratiam dei. De Lyr. ibi.]
o. Hoc est, dicere: Quia Christũ repulistis, & dignum locũ non præparastis in quo altare domini præpararetur: in terra gentiũ, id est, in cordibus populorũ altare domini collocabimus. Et inde est quod nobis idem Apostolus clamat: Téplum dei sanctum est, quod estis vos. Augu. serm. 198. de temp.
16. Aeterna vita.
17. Seditionem.
p. Neque enim dominus discipulos vult habere puluerem pedibus adhçrẽtem è terra impiorum hominum auferẽtes, vt per hoc ostenderẽt se nihil auferre ab incredulis. Est autem puluis indicium laboris quem propter ipsos passi sunt. Oecum. ibidẽ.

*Paulus & Barnabas multis in Iconio conuersis, à Iudæis Lystram pelluntur, ex qua annuntiato verbo, & claudo sanato post adorationem suam lapidibus fugantur ad alias ciuitates prædicaturi.* XIIII.

FActum est autem [1] in [a] Iconio] vt simul introirẽt Synagogam Iudæorum, [A] & loquerentur: ita vt crederet [b] Iudęorum & Gręcorum copiosa multitudo. Qui verò increduli fuerunt Iudæi: † [2] suscitauerunt & ad iracundiam concitauerunt animas ] gentium aduersus fratres. Multo igitur tempore demorati sunt, fiducialiter [3] agentes in domino, testimonium perhibente] verbo gratiæ suæ, dante signa & prodigia fieri per manus eorum. Diuisa est autem multitudo ciuitatis: & quidam quidem erant cum Iudæis, quidam verò cum Apostolis. Cum autem factus esset impetus Gentilium & Iudæorum cum principibus suis, vt contumeliis afficerent & lapidarent eos, intelligentes [c] confugerunt [4] ad ] ciuitates [d] Lycaoniæ Lystram & Derben, & vniuersam in circuitu regionem, & ibi [e] euangelizantes erant. [6] ⁊– Et commota est omnis multitudo in doctrina eorum. Paulus autem & Barnabas [B] morabantur Lystris.] † Et quidã vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex vtero matris suæ, qui nunquam ambulauerat. Hic audiuit Paulum loquentem. Qui intuitus eum, & videns quia fidem haberet vt saluus fieret, dixit magna voce: Surge super pedes tuos rectus. Et exiliuit, & ambulabat. Turbæ autem cum vidissent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem suam, Lycaonicè dicentes: Dij similes facti hominibus, descenderunt ad nos. Et vocabant Barnabam Iouem, Paulum verò Mercurium, quoniam ipse erat dux verbi. Sacerdos quoque Iouis qui erat ante * ciuitatem, tauros

1. Iconij.
a. Iconium ciuitas est Lycaoniæ celeberrima ad mõtem Taurũ, de qua hic loquitur. Altera autem Ciliciæ.
b. Hoc est, gentilium quorũdã, fortè proselytorũ, seu Iudæorũ ex Gręcia copiosa multitudo, in quo fructus prædicationis hui⁹ ostẽditur, quæ variis miraculis diuinitus confirmatur. Dion. ibi.
2. Concitauerunt, & corruperũt animos.
3. Loquentes per dominum, qui testimonium dabat.
c. Notãdum hoc loco nõ oportere nos in pericula semper cõicere, sed si opus sit, etiam ad tempus fugere, cũ ecclesię duces hoc fecerint, tanquam volentes prædicationem cõmodè exercendere, magis quàm persecutionibus augeri. Oecumen. ibid.
4. In eos quæ in circuitu sunt.
d. Lycaonia ciuitas est Arcadiæ à Lycaone illius rege dicta. Altera autem est in Phrygia eiusdem nominis.
e. Hoc autem est euangelizare Christum, non tantùm dicere quæ credenda sunt de Christo, sed etiã quæ obseruanda ei qui accedit ad compagem corporis Christi. Augustin. de fide & operibus, cap. 9.
* Illorum.

tauros & coronas ante ianuas afferens, cum populis volebat sacrificare. Quod vbi audierunt Apostoli, Barnabas & Paulus, concisis tunicis suis, [f] exilierunt in turbas, clamantes & dicentes: [#] Viri, [g] quid hæc facitis? Et nos mortales sumus similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, † qui fecit cœlum, & terram & mare & omnia quæ in eis sunt, qui in præteritis generationibus † dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Et quidem nō sine testimonio semetipsum [h] reliquit, [5] benefaciens, de cœlo dans] pluuias & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda [6] eorum.] Et hæc dicentes, vix sedauerunt turbas ne sibi immolarent. Superuenerunt autem quidam ab Antiochîa & Iconio Iudæi: [7] & persuasis turbis † lapidâtes] Paulum, traxerunt * extra ciuitatem, existimantes eum mortuum esse. Circundantibus autem eum discipulis, [i] surgens intrauit in ciuitatem, & postera die profectus est cum Barnaba in Derben. [#] Cúmque euangelizassent ciuitati illi, & docuissent multos, reuersi sunt Lystram & Iconium, & Antiochîam, confirmâtes animas discipulorum, exhortantésque vt permanerent in fide: & [8] [k] quoniam ] † per multas tribulationes oportet [l] nos ] intrare in regnum dei. Et cum constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos [l] domino in quē crediderunt. Transeuntésque Pisidiam venerunt in Pamphiliam, & loquentes verbū domini in Pergen, descenderunt [9] in Attaliam,] † & inde nauigauerunt Antiochîam, vnde erant traditi gratiæ dei in opus quod compleuerunt. Cum autem venissent, & congregassent Ecclesiam, retulerunt quanta fecisset deus cum illis: & quia aperuisset gentibus ostium fidei. Morati sunt * autem tempus non modicum cum discipulis.

f. Vide illos vbique à glorię studio mundos: non solum nō desiderabant, sed & cū daretur repellebant. Chryso. ibid.
g. Verè enim luc[a] fuisset si hoc secutum fuisset, vt dij existimarentur, ac id ololatriam inducerent, ad quam venerant dissoluendam. Oecum ibid.
(h. Se reliquit. f. ostendere se esse verum deum, omnium gentium: sed ostendit hoc testificās per multiplicem effectum. De Lyra. ibidem.)
5. Beneficia de cœlo dans.
6. Nostra, vel vestra.
7. Qui cum persuasissent turbis, & lapidassent.
* Eum.
(i. Prius anticipādo dixerat, fugerat ad ciuitates Lycaoniæ, Listris, & Derben. & postea p partes narrauit. Primò quod factū est in Listris, Modo quod in Derben Glosa ordin.)
8. Quod.
(k. Atque ita tam discipuli, q̄ Apostoli operam dant, vt discāt statim ab initio prædicationis virtutem, & quod etiam ipsos oporteat talia pati, & vt generosè stent nō solùm signa stupentes, sed multomagis tētationes. Ioan. Chrysost. ibid.)
l. Quoniā dominus solus est custos & principalis conseruator, cui præcipuè ecclesię credita est cura & custodia. Diony. ibidē.
9. Attalia Græcè ἀτταλεία penu. produc. ciuitas est Pamphiliæ maritima, autore Hieron. cuius nominis altera est in Lydia. Siquidem procul aberāt ab Italia.
* Illic.

*Dissensione ob legalia & ceremonias orta concilium Ierosolymis celebratur, in quo eorum abrogatio definitur, Barnabas autem à Paulo seiunctus Marco adhæret, & Paulus Silæ.* XV.

A ET [a] quidam descendentes de Iudæa docebant fratres, † quia nisi circuncidamini secundum morem Moysi, non potestis [1] saluari.] Facta ergo seditione * non minima Paulo & Barnabæ aduersus illos, [b] statuerunt vt ascēderent Paulus & Barnabas, & quidam alij [2] ex aliis ] ad Apostolos & presbyteros in Ierusalem, super hac quæstione. Illi ergo deducti ab Ecclesia, pertransibant Phœnicen & Samarîam, narrantes conuersionem gentium: & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus. Cum autem venissent Ierosolymā, susceptí sunt ab Ecclesia & ab Apostolis & senioribus, annuntiantes quanta deus fecisset cum illis. [#] Surrexerunt autem quidam de hæresi Pharisęorum, qui crediderunt, dicentes: quia oportet circuncidi eos, præcipere quoque seruare legem Moysi. Conuenerúntque Apostoli & seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: † Viri fratres, vos scitis quoniā ab antiquis diebus [3] in nobis ] [c] elegit deus, per os meum [4] audire ] gentes verbū Euangelij, & [5] credere.] Et qui nouit corda deus testimonium perhibuit, † dans illis spiritum sanctum, sicut & nobis, & nihil [6] discreuit ] inter nos & illos, [d] fide purificās corda eorum. [#] Nunc ergo quid tentatis deū, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Sed per gratiam domini Iesu credimus saluari, [e] quemadmodum & illi. Tacuit autem omnis multitudo: & audiebant Barnabam & Paulum narrantes quanta deus fecisset signa & prodigia in gentibus per eos. Et postquam tacuerunt, respondit Iacôbus, dicens: Viri fratres, audite me. Simon narrauit, quemadmodum primùm deus visitauit sumere ex gentibus populū nomini suo, & huic concordant verba Prophetarum, sicut scriptum est: † Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid quod decidit, & diruta eius reædificabo: [#] & erigam illud, vt requirant cæteri hominum dominum, & omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum, dicit dominus faciens hæc. * Notum à seculo est domino opus suum. Propter quod ego iudico, non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad deum, sed scribere ad eos, [f] vt abstineant se à contaminationibus simulachrorum, & fornicatione, & suffo-

a. Vide vbique transitū ad gentes necessarium initiū à Iudæis habuisse, quia hi qui ex Iudæis erant ad zelum prouocabātur, nec tamen docebat simpliciter circuncisionem, sed sine illa saluari non posse, cuius errorem docebant apostoli. Chrys. ibid.
1. Salui fieri.
* Et disputatione.
b. Hoc est, Seditione inter apostolos & Iudæos aduenientes ortā, conuenerunt vnā ascendere Ierosolymam ad cæteros apostolos hanc discordiam terminaturi. Rabanus ibidē. De hac ascensione sua Paulus ipse scribit ad Galatas, dicens: Deinde post annos quatuordecim ascēdi Ierosolymam cum Barnaba assumpto Tito, & contuli cum eis euangelium quod prædico in gentibus. Diony. ibid.
2. Ex illis.
3. In vobis.
(c. Non ipse ad prędicandū Cornelio, & aliis gentibus existētibus cum eo propria voluntate, sed ex diuina missiōe, vt patuit sup. cap. 10. De Lyra. ibidem.)
4. Vt audiant.
5. Credant.
6. Diiudicat.
(d. Non ergo circuncisione cæteris illos mundari opus est, quorum tanta fides corda purificat, vt etiam ante baptisma spiritū accipere mereantur, sed per gratiam Christi credimus saluari sicut & illi. Glos. ordina. ibid.)
e. Si ergo & illi, id est patres post tale iugum legis, veretis nō valentes, per gratiam domini Iesu saluos se fieri crediderunt, manifestum est, q̄ hęc gratia etiam antiquos iustos viuere fecit ex fide. Iustus enim ex fide viuit. Lex autē subintrauit vt superabūdaret gratia, per quam sanaretur delicti abundantia. Augu. Epistol. 57.
* Omnia.
f. Præceptum est ab Apostolis vt abstinerent gentes tantum à fornicatione, & immolatis, & sanguine, id est, ne ederent carnem cuius sanguis non esset effusus. Quod alij non sic intelligunt, sed à sanguine præceptū esse abstinēdum, ne quis homicidio se contaminaret. Augustin. contra Faustum, lib. 32. cap. 13.

[g. Etsi præceptorũ nunc æternitate nõ grauetur à nobis, præcedente tamen tempore dũ frequẽtant ad lectionem legis prophetarũque cõueniunt, paulatim vitæ institutã, & euandæ inuicem dilectionis iura suscipient. Primitiuã adhuc Iudaizantem ecclesiam hæc sabbatis celebrasse præceptũ est. Beda.]

7. Electos ex illis viros.

8. Cum hæc scripsissent per manum eorum.

[h. Volẽtes vobis imponere importabile onus legis: euertentes animas vestras à veritate euãgelij. De Lyra. ibid.]

* Dicentes, vt circuncidamini & seruetis legem.

i. Quia de communi sensu acta sunt hæc, imò & de Christi inspiratione, qui dixit: Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Diony.

k. Propterea ego secũdum me iudico non molestari eos qui ex gentibus conuertuntur ad deũ, sed præcipiendum eis, vt abstineant à vanitatibus idolorum, & à fornicatione, & à sanguine, & quæcunque nolunt sibi fieri, aliis ne faciãt. Iren. lib. 3. cap. 12. [l. Quam etenim licitã esse putatis, & ideo abstinẽdum est ab eamon solũm propter amicabilem societatem cum Iudæis, sed propter necessitatem salutis. De Lyra. ibidem.]

9. Apostolor.

[m. Visum est, Materia est futuri sermonis, solus autem Iudas abiit in Ierusalem. Glos. ordinaria. ibidem.]

n. His diebus impletũ est quod Apostolus Paulus ait: Cum venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti. Beda ibidem.

10. Age, conuertamur, &c.

o. Barnabas autem Ioannem assumere volebat, qui affinitate sibi coniunctus erat. Legunt enim fuisse consobrini. Idẽ ibidem. Paulus verò volebat, vt is qui ab illis defecerat à Pamphilia, & non ierat cum illis simul ad opus, ne simul assumeretur. Chrysosto. ibidem.

p. Hæc autem dissensio in neutro malum fuit, si contenti salutis gẽtibus ausilii sunt alter ab altero, sed etiam magnũ bonũ: quoniam nisi hoc fuisset, haud facilẽ relicturus fuisset alter alterum. Idem ibidem.

11. Ecclesiis.

12. Cuiusdam Iudææ & melius, ex hoc quòd dicit ex patre Gentili. Glos.

13. Græco qui testimonium habebat à fratribus.

[b. Non quod figuræ legis post veritatem euangelij aliquid vtilitatis afferrent, sed ne per occasionem gentium Iudæi à fide recederent, quibus vmbra vetus paulatim tollẽda erat, sicut gentibus idololatria: legales verò vmbræ, quia à domino institutæ, interdum ab Apostolis illo tempore sunt vsurpatæ pro delinanda Iudæorum perfidia, gentilis autem institutio à Sathanã reperta, à sanctis nũquam est recepta. Glosa ordin. ibidẽ.]

14. Græcus.

c. Posteriore verò tempore eum iam dominus Iesus in dei patris gloriã consideret, & prædicatores verbo suscepto negotio deseruirent, volẽtes Apostoli euãgelizare verbũ in Asia, prohibiti sunt à spiritu sancto: & disponẽtes ire in Bithyniã prohibiti sunt à spiritu Iesu, nõ vtique negata illis populis gratia, sed quantũ apparuit retardata Ambr. 2. de voca. gent. lib. 2. cap. 7.

d. Scilicet minore, vndique mari cincta, præter eã partem quæ spectat orientẽ. Ea autem cõplectitur Phrygiam, Pamphiliam, Lieaoniam, Ciliciã, Galatiam, & Pisidiam regiones præcipuas: nonnullasque minores, Mysiã, Troadam, Cattiam.

4. Ciuitas. 5. Cõmorantes.

6. Putabatur.

7. Purpurarum venditrix.

catis, & sanguine. [5] Moyses enim à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum prædicent in Synagógis, vbi per omne sabbatum legitur. Tunc placuit Apostolis & senioribus cum omni ecclesia, [†7] eligere viros ex eis,] & mittere Antiochiã cum Paulo & Barnaba, Iudam qui cognominabatur Barsabas, & Silam, viros primos in fratribus, [8] scribentes per manus eorum:] Apostoli & seniores fratres, iis qui sunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex gentibus, salutem. Quoniam audiuimus quia quidam ex nobis exeuntes [h] turbauerunt vos verbis euertentes animas vestras, * quibus non mandauimus: placuit nobis collectis [i] in vnum, eligere viros, & mittere ad vos cum charissimis nostris Barnaba & Paulo, hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi. Misimus ergo Iudam & Silam, qui & ipsi vobis verbis referent eadem. [k] Visum est enim spiritui sancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris quàm hæc necessaria: [9] vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine suffocato, [l] & fornicatione: à quibus custodientes vos bene agetis. Valete. Illi ergo dimissi descenderunt Antiochiam: & congregata multitudine tradiderunt epistolam. Quam cum legissent, gauisi sunt super consolatione. Iudas autem & Silas & ipsi cum essent Prophetæ, verbo plurimo consolati sunt fratres, & confirmauerunt. Facto autem ibi aliquanto tempore, dimissi sunt cum pace à fratribus ad [9] eos qui miserant illos. [m]] Visum est autem Silæ ibi remanere: ⊱ Iudas autẽ solus abiit Ierusalem.] [n] Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochiæ, docentes & euangelizantes cum aliis pluribus verbum domini. [o] Post aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus: [10] reuertentes] visitemus fratres per vniuersas ciuitates in quibus prædicauimus verbum domini, quomodo se habeant. [o] Barnabas autem volebat secum assumere & Ioannem, qui cognominabatur Marcus. Paulus autem rogabat eum: (vt qui discessisset ab eis de Pamphylia & non isset cum eis in opus) non debere recipi. [p] Facta est autem dissensio, ita vt discederent ab inuicem, & Barnabas quidem assumpto Marco nauigaret Cyprum: Paulus autem electo Sila profectus est, traditus gratiæ Dei à fratribus. Perambulabant autem Syriam & Ciliciam, confirmans [11] Ecclesiam,] præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum. Peruênit autem in Derben & Lystram.

*Paulus cum Sila Derben & Lystram perueniens Timotheum circuncidit peragratis autem prædicando multis ciuitatibus, Philippis sanata Pitonissa virgis cæsus & in carcerem coniectus liberatur.* XVI.

ET ecce discipulus quidã erat ibi nomini Timótheus, filius mulieris [12] viduæ] fidelis, patre [13] gentili. Huic testimonium bonum reddebant qui] in Lystris erant, & Iconio fratres. Hunc voluit Paulus secum proficisci: & assumens [b] circũcidit eum propter Iudæos, qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes, quòd pater eius erat [14] gentilis.] Cum autem pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erant Ierosolymis. Et ecclesiæ quidem confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie. [c] Transeuntes autem Phrygiam & Galátiæ regionem, vetati sunt à spiritu sancto loqui verbum Dei in [d] Asia. [6] Cum venissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam: & non permisit eos spiritus Iesu. Cum autem pertransissent Mysiã, descenderunt Troadem: & visio per noctem Paulo ostensa est. Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, & dicens: Transiens in Macedoniam adiuua nos. Vt autem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti quòd vocasset nos deus euangelizare eis. Nauigãtes autem à Troade, recto cursu venimus Samothraciam, & sequẽti die Neapolim, & inde Philippos, quæ est prima partis Macedoniæ [4] ciuitatis] colonia. Eramus autem in hac vrbe diebus aliquot [5] conferentes.] Die autem sabbatorum egressi sumus foras portam iuxta flumen, vbi [6] videbatur] oratio esse, [7] & sedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant: & quædam mulier nomine Lydia [7] purpuraria] ciuitatis Thiatirenorum, colens deum, audiuit: cuius dominus

minus aperuit cor intendere iis quæ dicebantur à Paulo. [d] Cum autem baptizata esset & domus eius, deprecata est, dicens: Si iudicastis me fidelem domino esse, introite in domum meam, & manete. Et coegit nos. Factum est autem euntibus nobis ad orationem, puellam quãdam habentem spiritum [e] Pythônem obuiare nobis: quę quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando. Hæc subsecuta Paulum & nos clamabat, dicens: [f] Isti homines, serui dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis. Hoc autem faciebat multis diebus. [g] Dolens ] autem Paulus, & conuersus spiritui dixit: † Præcipio tibi [9] in nomine ] Iesu Christi exire ab ea. Et exiit eadem hora. Videntes autem domini eius, quia [10] exiuit spes ] quæstus eorũ, [f] apprehendentes Paulum & Silam perduxerunt in forum ad principes, & offerentes eos magistratibus, dixerunt: Hi homines conturbãt ciuitatem nostram, cum sint Iudæi: & annuntiãt [11] morem, quẽ ] non licet nobis suscipere, neque facere, cum simus Romani. Et cucurrit plebs aduersus eos, & magistratus scissis tunicis eorum, † iusserunt eos virgis cædi. [g] Et cum multas plagas eis imposuissent, miserunt eos in carcerem, præcipientes custodi, * vt diligenter custodiret eos. Qui cum tale præceptum accepisset, misit eos in interiorẽ carcerem, & pedes eorum strinxit ligno. [g] Media autem nocte Paulus & Silas [12] adorantes ] laudabant deum: & audiebant eos qui in custodia erant. [h] Subito verò terræ motus factus est magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia, & vniuersorum vincula soluta sunt: Experge factus autem custos carceris, & videns ianuas apertas carceris, euaginato gladio volebat se interficere, existimãs fugisse vinctos. Clamauit autem Paulus voce magna, dicens: Nihil feceris tibi mali. [g] Vniuersi enim hic sumus. Petitóque lumine introgressus est, & tremefactus procidit [13] Paulo & Silæ ad pedes, ] & producens eos foras, ait: Domini [i] quid me oportet facere, vt saluus fiam? At illi dixerunt: Crede in dominũ Iesum, & saluus eris tu, & domus tua. Et locuti sunt ei verbum domini cum omnibus qui erant in domo eius. Et tollens eos *in illa hora noctis*, [k] lauit plagas eorũ, & baptizatus est ipse, & omnis domus eius continuò. [l] Cúmque perduxisset eos in domum suam, appositis eis mensam, & lætatus est cum omni domo sua, credens deo. Et cum dies factus esset, miserunt magistratus lictores, dicentes: [m] Dimitte homines illos. [g] Nũtiauit autem custos carceris verba hæc Paulo, quia miserunt magistratus vt dimittamini. Nunc igitur exeuntes ite in pace. Paulus autem dixit eis: † [n] Cæsos nos publicè, [14] indemnatos, ] homines Romanos miserunt in carcerem, & nunc occultè nos eiiciunt? Non ita, sed veniant, & ipsi nos eiiciant. Nuntiauerunt autem magistratibus lictores verba hæc. Timuerúntque, audito quòd Romani essent, & venientes deprecati sunt eos, & educentes rogabant, vt egrederentur de vrbe. Exeuntes autem de carcere, introierunt [o] ad Lydiam: & visis fratribus, consolati sunt eos, & profecti sunt.

[d. Domus eius. i. familia quæ erat magna. Ideo subditur: Introite in domum meam, vt ibi requiescatis, & reficiamini, non tantùm vna die, sed pluribus: hoc tantum importat missio, & sic patet eam diuitem fuisse, & etiã valde deotã. De Ly. ibid.]
e. Pytho nomen erat draconis, quem iaculis suis Apollo ferrut confodisse. Deinde spiritus illi quo afflati prædicebant futura, Pytho vocari cœptus est. Vnde Pythonici, quos impropriè Phythonicos vocant, qui se iactant prædicere futura.
8. Molestè ferens.
9. Per nomen.
10. Actum esse de spe.
[f. Barieum qui fidei impugnator erat, & artis infirmitate & oculorum amissione cæcuit. Hãc verò quę puella licet mente, vera tamen loquebatur, arte solũmodo nepharia, priuare curauit. Quia enim indignũ erat vt verbum euãgelij spiritus immundus annuntiaret, abscedere hunc & silere præcepit: quia dæmonia cum tremore debẽt dominum confiteri, non autẽ laudare cum gaudio. Beda. ibid.]
11. Mores, quos.
* Carcerist.
g. Spectã doctorẽ orbis scatcere cõperditum vnã cũ Sila orãtẽ tota nocte, neque dolore, neque vinculis prohiberi, sed eò magis ingentẽ feruidũque amorẽ erga dominũ declarare. Chrys. ibid.
12. Orantes.
h. Terræmotus factus est tãtus, vt carcerem custodem expergefaceret, ostia verò aperta sunt, vt facti admiratetur & crederet. Neque enim hæc ad ostentationem facta sunt, sed ad salutem. Hæc autem nõ viderũt qui vincti erant: nam ita certè omnes fugissent. Oecum. ibid.
13. Ante pedes Pauli & Silæ.
[i. q.d. Quid me oportet facere vt saluus fiam. q.d. Paratus sum viam salutis audire, & fideliter obedire. De Lyra ibid.]
k. Pulchra rerũ varietas. Quibus plagas vulnerum lauit, per eos ipse plagas criminis amisit. Beda ibidem.
[l. Optimum vtriusque exẽplũ, ingressus domus, & mensæ appositio. Glosa ordin ibid.]
[m. Transeunte enim passionis impetu aduerterũt magistratus, quod Paulus & Silas iniustè tuerunt verberati & incarcerati. Ideo volebant eos liberare. De Lyra ibidem.]
n. Triplex apud magistratũ crimẽ erat, q̃ Romanos, & q̃ indicta causa, & cæsos publicè cõiecerant in carcerẽ. Chryso. ibidẽ.
14. Indicta causa.
o. Nã fœmina hæc purpuraria de Apostolorum iniusta persecutione tristis erat plurimũ, qũ Paulus perpendens ad eam consolationis gratia accessit. & quę illi contigerant mirabilia insinuans, in fide illam cõfirmauit. Diony. ibidem.

*Paulus Thessalonicæ prædicans Beroen pellitur, & hic Sila & Timotheo remanentibus Athenas profectus Athenienſium superstitiones confutat, plures ad fidem conuertens.* XVII.

A Vm autem perambulassent [a] Amphipolin & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, vbi erat Synagoga Iudæorum. Secundum consuetudinem autem Paulus introiuit ad eos, & per sabbata tria disserebat eis de scripturis, adaperiens & insinuãs, † quia Christum oportuit pati, & resurgere à mortuis, & quia hic est Iesus Christus quem ego annuntio vobis. Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo & Silæ, [1] & de colentibus gentilibus ] multitudo magna, & [b] mulieres nobiles non paucæ. Zelantes autem Iudæi, * assumentésque [2] de vulgo ] viros quosdam malos, & turba facta concitauerunt ciuitatem: & assistentes domui Iásonis, quærebant eos producere in populum. [g] Et cum non inuenissent eos, trahebant Iásonem & quosdam fratres ad Principes ciuitatis, clamantes: quoniam ij qui [3] vrbem concitant, ] & huc venerunt, quos suscepit * Iason, † & hi omnes [c] contra decreta Cæsaris faciunt, Regem alium dicentes esse Iesum. Concitauerũt autem plebem,

a. Amphipolis & Apollonia ciuitates sunt Macedoniæ, sicut Thessalonica: quãquam sit altera Amphipolis in Syria, & item altera Apollonia in Aphrica: quæ & Pentapolis dicta est.
1. Et religiosorum Græcorum.
b. Quæ & si propagine nobiles extiterunt, credẽdo in Christũ, atque cœlestem regenerationẽ sumendo, multo nobiliores effectæ sunt mente, virtutum præclarissima dignitate. Diony.
* Incredoli.
2. Forenses.
3. Orbem terrarum cõcitarunt.
* Clam.
c. Quod certè cõtra Cæsaris decretum erat. Vnde in euãgelio: Omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari: Apostoli verò contradicebant dicentes Christum esse regem Iudæorum, id est, confitẽtium. Vnde & Iudæi ipsum Christum accusabãt. Rabanus ibidem.

& principes ciuitatis audiẽtes hæc, [d] & accepta ſatisfactione à Iáſone & á cæteris, dimiſerunt eos. Fratres verò confeſtim per noctem dimiſerunt Paulum & Silam in [4] Beroam. ] Qui cum veniſſent, in Synagogam Iudæorum introierunt. [e] Ij autem erant nobiliores eorum qui ſunt Theſſalonîcæ, qui ſuſceperunt verbum cum omni auiditate, quoditie ſcrutantes ſcripturas, ſi hæc ita ſe haberent. Et multi quidem crediderũt ex eis, & mulierum [5] gentilium ] honeſtarum, & viri non pauci. Cum autem cognouiſſent in Teſſalonica Iudæi, quia Beroæ prædicatum eſt à Paulo verbum Dei, venerunt [6] & illuc, commouentes & turbantes multitudinem. ] Statímque tunc Paulum dimiſerunt fratres, vt iret vſque ad mare. Silas autem & Timótheus remanſerunt ibi. Qui autem deducebant Paulum perduxerũt eum vſque ad [f] Athenas: & accepto mãdato ab eo, ad Silam & Timótheum, vt quàm celeriter venirẽt ad illum, profecti ſunt. [g] Paulus autem cum Athenis eos expectaret, incitabatur ſpiritus eius in ipſo, videns [D] idololatriæ deditam ciuitatem. Diſputabat igitur in Synagóga cum Iudæis, & [7] colẽtibus ] & in foro, per omnes dies [8] ad eos qui audierant. ] Quidam autem [E] Epicurêi & Stoici philoſophi diſſerebant cum eo: & quidam dicebant: † Quid vult [9] ſeminiuerbius ] hic dicere? Alij verò: Nouorum dæmoniorum videtur annũtiator eſſe: quia Ieſum & reſurrectionem annuntiabat eis. Et apprehenſum eum, ad Ariópagum duxerunt, dicentes: Poſſumus ſcire, quæ eſt hæc noua, quæ à te dicitur, doctrina? Noua enim quædam infers auribus noſtris. [g] Volumus ergo ſcire quidnam velint hæc eſſe. [h] Athenienſes autem omnes, & aduenæ hoſpites, ad nihil aliud vocabant, niſi aut dicere, aut audire aliquid noui. Stans autem Paulus in medio Ariópagi, ait: [h] Viri Atheniẽſes, per omnia quaſi [10] ſuperſtitioſos ] vos video. Præteriens enim & [11] videns ſimulachra veſtra, ] inueni & aram in qua ſcriptũ erat: Ignoto deo. [12] Quod ] ergo ignorantes * colitis, [13] hoc ] ego annũtio vobis. † Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo ſunt: hic cœli & terræ cum ſit dominus, non in manufactis templis inhabitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, [g] cum ipſe det omnibus vitam & inſpiratio- [I] nem & omnia: fecítque ex vno * omne genus hominum, [14] inhabitare ] ſuper vniuerſam faciem terræ: definiens ſtatuta tempora & * terminos habitationis eorum, [15] quærere ] Deum, ſi fortè attrectent eum aut inueniant: quanuis non longè ſit ab vnoquoque noſtrum. † In ipſo enim [i] viuimus, & mouemur, & ſumus, ſicut & [k] quidam veſtrorum pœtarum dixerunt. Ipſius enim & genus ſumus. † Genus ergo cum ſimus dei, non debemus exiſtimare auro & argẽto, aut lapidi, ſculpturæ artis & [16] cogitationis hominis diuinum eſſe ſimile. ] [g] Et tempora quidem huius ignorantiæ [17] deſpi- [G] ciens ] deus, nunc annuntiat hominibus, [18] vt omnes vbique pœnitentiam agant, ] eo quòd ſtatuit diem in quo iudicaturus eſt orbem in æquitate, in viro [19] in quo ſtatuit, ] fidem præbens omnibus, ſuſcitans eum à mortuis. Cum audiſſent autem reſurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt: Audiemus te [20] de hoc ] iterum. Sic Paulus exiuit de medio eorum. Quidam verò viri adhærentes ei, crediderunt: in quibus & [l] Dionyſius Ariopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.

*Paulus in Corintho, Achaia & Epheſo Chriſti negotium agens, plures cum detrimento ſui Chriſto acquiſiuit.* XVIII.

[A] POſt hæc egreſſus ab Athénis, venit Corinthum, & inueniens quendam Iudæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priſcillam vxorem eius, (eo quòd [b] præcepiſſet Claudius diſcedere omnes Iudæos à Roma) acceſſit ad eos, [1] & quia eiuſdem erat ] artis, manebat apud eos, & operabatur. [2] Erant autem ſcenofactoriæ artis. ] † Et diſputabat in Synagoga per omne ſabbatum, ſ-interponens nomen domini Ieſu, ] ſuadebátque Iudæis & Græcis. [g] Cum veniſſent autem de Macedonia Silas & Timótheus, [3] inſtabat ver- [B] bo ] Paulus, teſtificans Iudæis eſſe Chriſtum Ieſum. Cõtradicentibus autem eis & blaſphemantibus, excutiens veſtimenta ſua, dixit ad eos: Sanguis veſter ſuper caput veſtrum.

[d. Accepta ſatisfactione à Iaſone per rationabilem excuſationem, vel emendæ ſolutionem, vel alio conueniẽti modo, quia non habetur in textu modus huius ſatisfactionis. De Lyra. ibidem.]
4. Beræam, & infra.
e. Hi verò non tanquam increduli indagabant, ſiue ſcrutabãtur ſcripturas (iam enim crediderant) ſed tanquã expertes traditionis veterum prophetarum: & propterea fide robuſtiores effecti ſunt, cũ ſcrutarentur ſcripturas, an inuenirent veterũ ſermonibus cõſona eſſe opera diſpenſationis domini in carne. Oecum ibidem.
5. Græcarum.
6. Et illic concitauerũt turbas.
f. Vide quòd maiores tentationes habet apud Iudæos quàm apud gentes. Athenis enim nihil tale patitur: nihil enim præter riſum paſſus eſt, apud Iudæos autem multas difficultates. Chryſoſt. ibidem.
7. Religioſis.
8. Cum his qui eum fortè adierant, vel adiiſſent.
g. Epicurei ab Epicuro Philoſopho voluptario. Hinc Epicureorum ſecta, qui ſummum bonum in voluptate reponebant.
9. Vel, verbiſator.
h. Cum rectè deum colere arbitrarentur, longè à veritate aberrarunt. Aram enim conſtructã ignoto deo, hoc eſt, illi dæmoni qui nondum cognitus erat, dedicarunt. Quod cum veram de deo rectámque opinionem habere putarent, Paulus eos argutè capit, aſturéque eos ad ſuam voluntatem perduxit: & quem illi ignorãdo venerebãtur, Chriſtum ipſe eſſe affirmat. Cyril. in Gen. lib. 11.
10. Superſtitioſiores.
11. Cõtemplans culturas veſtras.
12. Quem.
* Bene.
13. Hunc.
* Sanguine.
14. Quod habitat.
* Præfigens.
15. Vt quærerent.
i. Mouemur quaſi in via, ſumus quaſi in veritate, & viuimꝰ quaſi in via æterna. Ambro. de bono mortis cap. 12. Itẽ, plus abſque dubio quàm gubernator eſt vitæ, in quo motus ipſe inuentus eſt. Nõ enim dixit, ab ipſo nos, ſed in ipſo moueri, docens: ſcilicet inſiſti intra virtutes ſacras omnium noſtrum eſſe ſubſtantiam: quia in ipſo profecto viuimus, à quo hoc ipſũ ducimus quod ſumus. Saluianus lib. 2.
k. Aratus poeta Græcus, & aſtrologus.
16. Inuento humano deum eſſe ſimilem.
17. Cũ hactenus diſſimulauerit.
18. Omnibus vbique vt reſipiſcant.
19. Cui decreuit.
20. Super hac re.
l. Sed & Dionyſius Ariopagita apud Athenas credidit, quẽ Lucas deſcripſit primũ Paulo prædicãte credidiſſe, & inter ſocios eius fuiſſe: & eccleſiæ Atheniẽſis, conſtat ſacerdotium ſuſcepiſſe. Euſe. Eccleſ. hiſt. li 3. ca. 4.

a. Meritò in Corinthũ à ſpiritu ſancto ducitur, in qua manere oportebat. Athenienſes enim quanuis nouæ doctrinæ amatores eſſent, attamen non attendebant. Neque enim hoc curabãt, ſed vt ſemper haberẽt noui aliquid, quod fabularentur, ſtudebant. Chryſo. ibid.
b. Claudiꝰ nuper omnes Iudæos ab vrbe Roma abegit, Ann. do. 51. quia cũ vxore ſua Agrippina familiaritatem contraxerant.
1 Eo quòd eiuſdem eſſent.
2. Erat autem ars eorum texere tabernacula.
3. Vrgebatur ſpiritu.

strum. Mundus ego ex hoc ad gentes vadam. Et migrans inde intrauit in domum cuiusdam nomine [c] Titi] Iusti, colentis deum, ♱ cuius domus erat coniuncta Synagogæ. Crispus autem Archisynagogus credidit domino cum omni domo sua, & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur. Dixit autem dominus [d] nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas, propterea quòd ego sum tecum, & nemo [4] apponetur tibi vt noceat te: ] quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate. Sedit autem ibi annum & sex menses, docens [5] apud eos ] verbum Dei.

D ♱ Gallióne autem Proconsule Achaiæ, insurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal, dicentes: quia contra legem hic persuadet hominibus colere deum. Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudæos: Si [6] quidem esset iniquum aliquid, ] aut facinus pessimum ô viri Iudęi, rectè vos sustinerem, si verò quæstiones sunt de verbo & nominibus [7] legis vestræ, ] vos ipsi videritis. Iudex ego horum nolo esse.

E ♱ Et [8] minauit ] eos à tribunali. Apprehendentes autem omnes [c] Sosthenem principem Synagogæ, percutiebant eum ante tribunal, & nihil eorum Gallióni curæ erat. Paulus verò cum adhuc sustinuisset dies multos, fratribus vale faciens, nauigauit in Syriam (& cum eo Priscilla & Aquila,) † qui sibi totonderat in [f] Cenchreis caput. Habebat enim votum. Deuenítque Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse verò in-

F gressus Synagogam, disputabat cum Iudæis. ♱ Rogantibus autem eis, vt ampliori tempore maneret, non consensit, sed vale faciens, & dicens, * iterum reuertar ad vos, deo volente: profectus est ab Epheso. Et descendens [g] Cæsaream, ascendit & salutauit Ecclesiam, & descendit Antiochiam. Et facto ibi aliquanto tempore, profectus est, perambulans ex ordine Galatiam regionem, & Phrygiam, confirmans omnes discipulos.

Iudæus autem quidam Apollo nomine, Alexandrinus natione, vir eloquens, dêuenit

6 Ephesum, potens in scripturis. ♱ Hic erat edoctus viam domini: & feruens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu, sciēs tantum baptisma Ioannis. Hic ergo cœpit fiducialiter [9] agere ] in Synagoga. Quem cum audissent Priscilla & Aquila, assumpserunt eum, & diligentius exposuerunt ei viam domini. Cum autem vellet ire Achaiam, exhortati fratres, scripserunt discipulis vt susciperent eum. Qui cum venisset, [h] contulit multum iis qui crediderunt. * Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè, ostendens per scripturas esse Christum Iesum.

*Paulus strenuè apud Ephesum prædicans & signa faciens, cum Ierosolymam redire curaret, Demetrius in eum concitauit tumultum.* XIX.

A ♱ Actum est autem cum Apollo esset Corinthi, vt Paulus peragratus superioribus partibus veniret Ephesum, & inueniret quosdam discipulos. Dixítque ad eos: [a] Si spiritum sanctum accepistis credētes: At illi dixerunt ad eum. Sed neque si spiritus sanctus est, audiuimus. Ille verò ait: In quo ergo

♱ Sup. 1.2.2.b 1.c Matt.3.e Marc.1.a Luc.3.c Ioh.1.d

baptizati estis? Qui dixerunt: [b] in Ioannis baptismate. Dixit autem Paulus: † Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum, dicens * in eum qui venturus esset post ipsum ≻ vt ] crederent: hoc est in * Iesum. His auditis, baptizati sunt in nomine domini Iesu. † * Et cum inposuisset illis manus Paulus: venit spiritus sanctus super eos,

† De conf. d. 4. A quodl. sup. 2.2.4.d

B & loquebantur linguis, & prophetabant. ♱ Erant autem omnes viri ferè duodecim. Introgressus autem Synagogam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans & suadens de regno Dei. Cum autem quidam indurarentur, & non crederent [1] maledicentes [c] viam ] domini coram multitudine, discedens ab eis, segregauit discipulos quotidie disputans in schola tyranni cuiusdam. Hoc autem factum est per biennium ita vt qui habitabant in Asia, audirent verbum domini, * Iudæi atque [2] gentiles. ] Virtutésque non ≻ modicas ] quaslibet faciebat deus per manum Pauli: ita vt etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria & semicinctia, & recedebant ab eis

c languores, & spiritus nequam egrediebantur. ♱ Tentauerunt autem quidam ≻ & ] de circumeuntibus Iudæis, [d] exorcistis, inuocare super eos qui habebant spiritus malos nomen domini Iesu, dicentes: Adiuro vos per Iesum quem Paulus prædicat. Erant



c. Nō fuit hic Titus discipulus, cui epistolam scripsit, & Cretæ episcopū ordinauit: cum quo & Barnaba ascendens Ierosolymā contulit euangelium cum Apostolis. Beda ibid.

d. Notandū quod viderit Paulus dominum Iesum per somnium, propter quod etiam ipse dicebat: Nónne Iesum Christū dominum nostrum vidi. 1. Cor. 9. Siue autem per somniū siue vigilans Iesum viderit nulla est differentia, attamen in die etiam ipsi apparuit. Oecu. ibid.

4. Te aggredietur, vt te affligat.

5. Inter illos.

6. Qua esset iniuria.

7. Et lege vestrate.

8. Abegit.

c. Qui coram consule à Paulo victus, & à consule repulsā passus, eiicitur contusus.

f. Cenchreis trissylabū, ab hoc quod est Cenchreæ Athenæ: Et est portus Corinthiorum, vbi nauem Paulus ascēsurus caput ex voto totondit. Beda ibid.

★ Oportet me omnino festum quod instat, agere in Ierusalē.

g. Cæsarea hæc metropolis est Cappadociæ, quæ & Maza dicta est, siue Mazaca sub Argeo monte omnium altissimo sitæ quam Cappadoces omnium vrbium matrem habuere: quæ etiam interdum Eusebia nuncupata est, & magna Cæsarea. Pius papa. Est & altera in Ponto, quę & Smyrdiana, prętet eas quę sūt in Palestina.

9. Euangelizare.

h. Alia translatio habet: profuit multum credētibus per gratiā. Hoc est ergo quod eisdem Achaicis Apostolus scribit, Ego plantaui, Apollo rigauit. Bed. ib.

★ Per gratiam.

a. Forsitis antea profecti erant Ierosolyma, & Ioannem accesserant, ac baptizati erāt, neque Iesum nouerant. Ideōque non dicit eis: Creditis in Iesum, sed, Num spiritum, accepistis? idque cum sciret eos non habere: sed vult ipsos hoc dicere, vt vbi cognouerint quibus careāt, statim ex expetant. Oecume. ibid.

b. De baptismo Ioannis agebatur, à quo baptizatos quosdā, si baptizauit Apostolus, non vtique Ioannis baptismum habentibus, iterum Ioannis baptismum dedit: sed Christi baptismum non habentes. baptizati iussit in Christo: ac per hoc neutrum destruxit, sed vtrumque distinxit. Aug. de vnico baptis. cōtra Petilianum. ca. 7.

★ Vt.

★ Christum.

★ Christi.

1. Male loquentes de via.

c. Viam domini prædicationem meritò vocabant: verè enim via est quæ ducit ? regnum cœlorum. Chryso. ibid.

★ Iesu.

2. Græci.

d. Hæc dictio ostendit quod nōtanquā exorcistæ in Iesum credentes, impuros spiritus adiurabant in nomine domini, sed tentantes: propter quod etiam cum fideles non essent, sicut impurus spiritus dicit, suę temeritatis breui pœnas dederunt. Cōfutauit enim illos, ac fraudem eorum apertam omnino fecit commotus ira spiritus: veluti si quis positus in extremis periculis ab aliquo inimico arguatur, omnemque in illum effundere velit furorem. Oecume. ibid.

autem cuiusdam Sceuæ Iudæi, Principis sacerdutum [e] septem filii, qui hoc faciebant. Respondens autem spiritus nequam, dixit eis: Iesum noui, & Paulum scio: Vos autem qui estis? Et insiliēs homo in eos in quo erat dæmonium pessimum, & [f] dominatus amborum ] inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem notum factū est omnibus Iudæis atque gentilibus qui habitabāt Ephesi: & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen domini Iesu, [†] multíque credentium veniebant confitentes & annuntiantes actus suos. [g] Multi autem ex eis qui D fuerant curiosa sectati contulerunt libros & combusserunt omnes coram omnibus, & cumputatis preciis illorum inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta milium. Ita fortiter crescebat verbū Dei & confirmabatur. His autem expletis proposuit Paulus in spiritu, transita Macedonia & Achaia ire [f] Ierosolymam, dicens: quoniam postquam fuero ibi oportet me & Romā videre. Mittens autem in [g] Macedoniā duos ex ministrantibus sibi, Timótheum & Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia. Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via [3] domini. ] Demetrius enim quidam nomine [*] argentarius, [h] faciens ædes argenteas Dianæ, [g] præstabat artificibus E non modicū quæstum, quos conuocans & eos qui eiusmodi erant opifices, dixit: Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio: & videtis, & auditis quia non solum Ephesi, sed penè totius Asiæ Paulus hic suadens auertit multam turbā, dicens: quoniā non sunt dij qui manibus fiunt. [i] Non solum autem hæc [4] periclitabitur nobis pars in redargutionē venire, ] sed & magnæ Dianæ templum in nihilū reputabitur, & destrui incipiet maiestas eius quam tota Asia & orbis colit. His auditis repleti sunt ira, & exclamauerunt dicentes. [k] Magna Diana Ephesiorū. Et impleta est ciuitas confusione, & impetū fecerunt vno animo in theatrum, rapto Gaio & Aristarcho Macedonibus comitibus Pauli. [g] [*] Paulo autem volente intrare in populū, non permiserūt discipuli. F Quidam autem & de Asiæ principibus qui erant amici eius, miserūt ad eum, rogātes ne se daret in theatrum. Alij autē aliud clamabant. Erat enim ecclesia confusa, & plures nesciebant qua ex causa conuenissent. De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis: Alexander autē manu silentio postulato, volebat rationē reddere populo. Quē vt cognouerūt Iudæū esse, vox facta est vna omnium quasi per horas duas clamantium: Magna Diana Ephesiorum. Et cum sedasset Scriba turbas dixit: [g] Viri Ephesij, quis enim est hominū, qui nesciat Ephesiorum ciuitatem [l] cultricem G esse magnæ Dianæ Iouísque prolis? Cum ergo his contradici non possit, oportet vos sedatos esse, & nihil temere agere. Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos [m] neque blasphemantes deam vestrā. Quod si demetrius & qui cū eo sunt artifices habent aduersus aliquem causam, conuentus forenses aguntur, & Proconsules sunt, accusēt inuicem. Si quid autem alterius reī quęritis [n], in legitima Ecclesia poterit absolui. Nam & periclitamur argui seditionis hodiernæ, cum [5] nullus obnoxius sit, ] de quo possimus reddere rationem concursus istius. Et cum hæc dixisset, dimisit Ecclesiam.

*Ephesi sedato in Paulum tumultus, Paulus per multa Græciæ loca prædicans Ierosolymam multis comitantibus tendit.* XX.

POstquam autem cessauit [a] tumultus, vocatis [*] Paulus discipulis, [1] & exhor- A tatus eos vale dixit ], & profectus est, vt iret in Macedoniam. Cum autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, [b] venit ad Græciam, vbi cum fuisset menses tres, factæ sunt illi insidię à Iudæis nauigaturo in Syriam, habuítque consilium, vt [c] reuerteretur per Macedoniam. Comitatus est autem eum [2] Sosipater ] ⊢ Pyrri, ] Beræensis. Thessalonicensium verò Aristarchus, & Secundus, & Caius Derbæus, & Timótheus. Asiani verò Tychicus & Trophimus. Hic cum præcessissent, sustinuerunt nos [d] Troade: [g] nos verò nauigauimus post dies azymorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem in diebus quinque, vbi demorati sumus diebus septem, [e] [3] Vna autem sabbati cum conuenissemus ] ad frangendum panē, Paulus disputabat cum eis profecturus in crastinum, protraxítque sermonem

[e] Quoniam Sathanas trāsfiguraz se in angelum lucis. 2. Cor. 11. c. ministros etiam suos cadē simulatione colorat. Vnde quia per septenariū gratia spiritus sancti designatur, in qua figura Christus post resurrectionem cum 7. discipulis est epulatus. Filij Sceuæ quasi spiritus malos expulsuri septenario censentur, qui quia non credendo, sed tērando Christi & Apostolorum nomen inuocant, non tantum à Deo, sed etiam à demonibus subdolæ falsitatis meritò condamnantur. Glosa ordinaria. post Beda.]

[f] 1. Ob loci reuerentiam, sanctorūmque locorum, & primitiuæ ecclesiæ, præsertim sancti Iacobi visitationem. Diony. ibid.

[g] Macedonia aut Aemathia, modo Turcia, regio est Europæ proxima Thraciæ ad occidētem ac meridiem coniungitur, quæ inter duo maria protenditur, Aegeum & Hadriaticum.

[3] Illa.

[*] Faber.

[h] Et quomodo possibile erat facere delubra argētea? Fortassis ædiculas & corpercula quæ Ciboria vocant. Magnus enim erat honor illius in Epheso, vbi etiam templum illorum succensum ita contristauit eos, vt eū qui succendisset oe nominari quidem vellent. Ioh. Chrysostomo. ibidem.]

[i] Hoc est, non solum opera nostra vana, nec mercede digna redarguentur, verum & religio nostra dehonestabitur, si Pauli doctrina præualuerit idola deos nō esse. Et mira gentilium stultitia, qui illos colere non erubescunt quos ab homine constrúi vel destrui posse cognoscunt. Beda ibid.

[4] Pars nobis in periculum venit, ne reprobetur.

[k] Obtēdit historiographus magnam Ephesiorum rudis superstitionem, tum in ornādo Dianæ templo, tum in honorando eius simulachro, quod & cœlo delapsum dicebant. Aiunt: Se enim dirutur veluti quod à Ioue decidit. Oecume. ibid.

[*] Traxerunt illos.

[l] Quia volebat excusare Paulum, sed non habuit auditum, sed maiorem clamoris tumultum. Delyra ibid.]

[m] Hoc primum furorem illorū restinguit, quasi non sit manifesta res quod Diana ex Ioue tacta illa deiapsa sit, & non ab homine facta. Chryso. ibid.

[n] Quomodo verum est hoc? Nōne idololatriam reprobabat? Ita respondēdum quod vtique, sed modus forte latuit scribam, vel fauorabiliter loquebatur pro illis, violenter adductis, vt seditionem sedaret. Diony. ibid.

[5] Nulla sit causa.

[a] Ab hoc tumultu multa consolatione opus erat. Hoc fane & facit, vt consoletur discipulos, vadit in Macedoniam: deinde in Græciā. Chryso. ibid.

[*] Ad se.

[1] Complexúsque illos.

[b] Hoc est, ad Achaiam: quia sic proposuerat capite præcedenti, vt post Macedoniam trāsitam, transiret & Achaiam, bonam Græcię partem. Beda ibid.

[c] Ad vitādas insidias, & ne spoliaretur eleemosynis, seu collectis, quas iccum vertus Ierusalē deferebat. Diony. ibid.

[2] Sopater.

[d] Troas quæ & Alexandria dicitur, in Asia propriè dicta iuxta Ilium, quæ & Troia prius dicebatur.

[e] Abijt vt hoc sic accipiatur, tanquam solerent Apostoli dominico die solenniter ieiunare. Quia vna enim sabbati tunc appellabatur dies, qui nunc dominicus appellatur. Quod in euangelijs apertius inuenitur. Augustin. Epistola. 86.

[3] In die autem sabbatorum cū conuenissemus.

sermonem vsque in mediam noctem. Erant autem lampades copiosæ in cœnaculo, vbi eramus congregati. [f] Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus super fenestram, cum mergeretur somno graui, disputante diu Paulo, [4] [g] ductus somno] cecidit de tertio cœnaculo deorsum: & sublatus est mortuus. Ad quem cum descendisset Paulus, † incubuit super eum, & cõplexus dixit: Nolite turbari: [h] Anima enim ipsius
† 3. Reg. 17. d. 4. Reg. 4. f.
c in ipso est. [g] Ascendens autẽ frangénsque panẽ & gustans, satísque allocutus est vsque [5] in lucem,] & sic profectus est. Adduxerunt autem puerũ viuentem, & consolati sunt non minimè. Nos autem ascendentes nauem nauigauimus in [i] Asson, [6] inde suscepturi] Paulũ. Sic enim disposuerat ipse per terram iter facturus. Cũ autem conuenisset in Asson, assumpto eo venimus [k] Mytilénem. Et inde nauigantes sequenti die venimus contra Chium, & alia die applicuimus Samũ: & sequenti die venimus [l] Milẽtum. Proposuerat enim Paulus transmigrare Ephesum, ne [7] qua mora illi fieret] in Asia. Festi-
D nabat enim, si possibile sibi esset, vt diem Pentecosten faceret Ierosolymis. [g] A Mileto autem mittens Ephesum, vocauit [m] maiores natu Ecclesiæ: qui cũ venissent ad eũ, ⊱ & simul essent,] dixit eis: Vos scitis à prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tẽpus fuerim, seruiens domino cum omni humilitate, & lachrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Iudæorum: quomodo nihil subtraxerim vobis vtiliũ, quo minus annuntiarem vobis, & docerem vos publicè & per * domos, testificans Iudæis [8] atque gentilibus] in deum pœnitentiã, & fidem in dominum
16. q. 1. Presbiteri.
E nostrum Iesum Christũ. [g] Et nunc ecce ego alligatus spiritu, vado in Ierusalẽ quæ in ea ventura sint mihi ignorãs: nisi quòd spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, dicens: quoniã vincula & tribulationes ⊱ Ierosolymis] me manent. Sed nihil horũ vereor, [n] nec facio animam meam pretiosiorem quàm me, dummodo consummem cursum meum, * & ministeriũ verbi quod accepi à domino Iesu, testificari Euãgelium gratiæ dei. Et nunc ecce, ego scio, quia amplius non videbitis faciem meã, vos omnes per quos transiui prædicans regnũ dei. Quapropter contestor vos hodierna
3. dist. Ephes. Reg. 3. f. Isaiæ. 13. e. 3. dist. Legitur. 84. dist. Ecce ego. q. 1. Suggestum. 16. q. Presbiter. 1. Cor. 4. c. 1. Thess. 2. b. 1. Thes. 3. b. De cons. mis. Cõmunhę. De cõsec. dist. 3. Nunquam. 16. q. 1. cap. Prædicator.
F die, † °quia mundus sum à sanguine omnium. [g] Non enim subterfugi, quominus anũtiarem omne consiliũ dei vobis. † Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos regere [p] Ecclesiam Dei: quã acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi [9] rapaces] in vos non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducãt discipulos post se. Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte & die non cessaui cũ lachrymis monens vnumquenque vestrũm. † Et nunc cõmendo vos deo & verbo gratiæ ipsius, qui potẽs est ædificare, & dare hæreditatẽ [10] in sanctificatis omni-
G bus.] [g] Argentum & aurũ, aut vestem nullius concupiui, (sicut ipsi scitis:) † quoniã ad ea quæ mihi opus erant & iis qui mecũ sunt ministrauerũt manus istę. † Omnia ostẽdi vobis, quoniã sic laborantes oportet susci pere infirmos ac meminisse verbi domini Iesu: (quoniã ipse dixit:) † [q] Beatius est magis dare quàm accipere. Et cũ hęc dixisset, positis genibus suis orauit cũ omnibus illis. Magnus autẽ fletus factus est omniũ: & procumbentes super collũ Pauli osculabantur eum, dolentes, maximè in verbo quod dixerat: quoniam amplius faciẽ eius non essent visuri. Et deducebant eum ad nauem.

*Paulus itinere multo Tyrum appulit, & inde Cæsareã: vbi à Philippo receptus à Propheta Agabo prædicitur Ierosolymis capiendus & ligandus, quod ita accidit.* XXI.

A VIm autem factum esset, vt nauigaremus abstracti ab eis, recto cursu venimus [a] Coum, & sequenti die [b] Rhodum, & inde [c] Pataram. Et cum inuenissemus nauem transfretantẽ in Phœnicen, ascẽdentes nauigauimus. Cũ [1] apparuissemus autem Cypro,] relinquentes eam, ad sinistram nauigauimus in Syriam, & venimus Tyrũ. Ibi enim nauis exposítura erat onus. Inuctis autem discipulis, mansimus ibi diebus septem: Qui Paulo dicebant per spiritum, ne ascenderet Ierosolymam. Et expletis diebus profecti ibamus, ducentibus nos omnibus cum vxoribus & filiis vsque foras ciuitatem: & positis genibus in littore, orauimus. Et cum



[f. Profecturus in crastinum, vt verba quæ recedẽs dicebat, arctius in cordibus audientium impressa remanerent. Delyra ibidem.]
4. Magis depressus somno.
[g. Non mireris: non enim ab ignauia dormitauit, sed à necessitate naturæ. Chryso. ibid.
[h. Non ex toto discessit vel rediit, hoc propter incredulos dixit: vt non est mortua puella, sed dormit, sic enim desperatio tollitur. Glosa. ordinaria post Raba.]
5. Vsque ad diluculum.
i. Assos ciuitas est Asiæ minoris, quę & Apollonia dicitur. Hieron.
6. Illic expectaturi.
k. Hæc Mytilene in Asia propè Ephesum longè distat ab ea, de qua infra vltimo.
l. Miletus ciuitas est Asiæ minoris maritima decem stadiis ab ostio Męandri fluminis secreta, vbi Paulus Ephesiorum maiores alloquitur.
7. Tempus tereret.
m. Maiores autem natu, nunc seniores dicuntur, nunc presbyteri. hoc loco potius honorem indicat quàm ætatem. Quoniã multi loquendi modum ignorant, maximè noui testamenti, quo episcopi nominantur presbyteri, ac presbyteri episcopi: Hoc tum hinc animaduerti potest, tum ex epistola ad Titum, & ex ea quæ est ad Philippenses, ptoteque ad Timotheum. Ex hoc itaque Actorum loco de ea re potest haberi certa persuasio. Oecume. ibid.
* Omnes.
8. Ac Græcis.
n. Optimus æstimator rerũ, qui nihil suorũ sibi præferẽdũ existimet. Quàm multi saluti propriæ modicam vilissimámque pecuniã prætulerunt! Bernard. super Cantic. Sermo. 50.
* Cum gaudio.
[o. Eo te à proximorum sanguine mũdum credidit, quo seriẽdis eorum viribus non pepercit. Beda ibidem.]
p. In Ecclesia enim non solũ Episcopos, sed Apostolos, Prophetas, doctores, & vniuersam reliquam operationem spiritus, cuius non sunt participes omnes qui non conueniunt ad ecclesiam, sed semetipsos fraudant à vita per sententiam malam & operationem pessimam. Vbi enim ecclesia, ibi & spiritus dei, & vbi spiritus dei, ibi & ecclesia, & omnis gratia. Spiritus autem veritas. Irenæus lib 3. cap. 40.
9. Graues, vel molesti.
10. Inter omnes sanctificatos.
q. Quia dando placet homo, quærendo vel accipiendo displicet. Versus: Temporibus nostris quicunque placere laborat Det, capiat, quærat plurima, pauca, nihil. Item. Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare, melius est pro intentione sequendi dominum insimul donare, & absolutum solicitudine, cum Christo egere. August. de Ecclesiasticis dogmatibus. cap. 71.
a. Cous vel melius Cos, insula est in Aegeo mari, & vna Cycladum, vbi optimum crescebat vinum.
b. Rhodus Cycladum insularũ nobilissima: quæ nonagentorũ ac viginti stadiorum ambitu patet, inter Asiaticas insulas tertia, prius Ophiusa dicta in mari Carpathio Lyciæ, vel Cariæ, & Aegypto opposita. Hęc proh dolor, nostro quo ab impiis Turcis expugnata & possessa.
c. Patara vrbs Lyciæ vel Lycaoniæ, natiuitate diui Nicolai præclara. A qua ad Myrren fuit mare in sublimi colle viginti stadia patent, pontificatu eiusdem insignem.
1. Apparet autẽ nobis Cypr°.

vale feciſſemus inuicem, aſcendimus nauem, illi autem redierũt in ſua. [f] Nos verò a nauigatione [a] explicita ] à Tyro, deſcendimus [d] Ptolemaidam, & ſalutatis fratribus, manſimus die vna apud illos. Alia autem die profecti, venimus Cæſaream. Et intrantes in domum Philippi Euangeliſtæ, † qui erat vnus de ſeptem, manſimus apud eum. Huic autem erant [e] quatuor filiæ virgines prophetantes. † Et cum moraremur per dies [3] aliquot, ] ſuperuenit quidam vir à Iudæa Propheta, nomine Agabus. Is cum veniſſet ad nos, tulit zonam Pauli, & alligans ſibi pedes & manus, dixit: Hæc dicit ſpiritus ſanctus: [f] Virũ cuius eſt zona hęc, ſic alligabunt in Ieruſalem Iudæi: & tradẽt in manus gentium. Quod cum audiſſemus rogabamus nos, & qui loci illius erant, ne aſcenderet Ieroſolymam. [f] Tunc reſpondit Paulus, & dixit: Quid facitis flentes & affligentes cor meum? Ego autem non ſolum alligari, ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum propter nomen domini Ieſu. Et cum ei ſuadere non poſſemus, quieuimus, dicentes: Domini voluntas fiat. [g] Poſt dies autem iſtos præparati aſcendebamus in Ieruſalem. Venerunt autem quidam ex diſcipulis à Cæſarêa nobiſcum, adducentes ſecum (apud quem hoſpitaremur) [4] Iáſonem ] quendam Cyprium, antiquum diſcipulum. Et cum veniſſemus Ieroſolymam, libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autem die introibat Paulus nobiſcum ad Iacôbum, omnéſque collecti ſunt ſeniores. Quos cum ſalutaſſet, narrabat per ſingula, quæ deus feciſſet in gentibus per miniſterium [5] illius. ] [g] At illi cũ audiſſent, magnificabant deũ, dixerúntque ei: [h] Vides frater quot milia ſunt in Iudæis qui crediderunt, & omnes æmulatores ſunt legis. Audierunt autem de te, quia diſceſſionem doceas à Moyſe ~ eorum, ] qui per gentes ſunt Iudæorum, dicens non debere eos circuncidere filios ſuos, neque [6] ſecundum cõſuetudinem ingredi. ] Quid ergo eſt? Vtique oportet conuenire multitudinem. Audiẽt enim te ſuperueniſſe. Hoc ergo fac, quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quatuor, votum habentes ſuper ſe. His aſſumptis [7] ſanctifica ]te cum illis, & impende in illis vt † radant capita: & ſcient omnes quia quæ de te audierunt, [8] falſa ] ſunt: ſed [9] ambulans ] & ipſe cuſtodiens legem. [g] De iis autem qui crediderunt ex gentibus nos ſcripſimus, [10] iudicantes, ] † vt abſtineant ſe ab idólis immolato & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione. Tunc Paulus aſſumptis viris, poſtera die purificatus cũ illis intrauit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio. Cum autem ſeptem dies conſummarentur, ij qui de Aſia erant Iudæi, cum vidiſſent eum in templo, concitauerunt omnem populum, & iniecerunt ei manus, clamantes: Viri Iſraelitæ, adiuuate. [i] Hic eſt homo qui aduerſus populum, & legem, & locum hunc, omnes vbique docens, inſuper & [11] gentiles ] induxit in templum, & [12] violauit ] ſanctũ locum iſtum. [g] ( Viderant enim Trophimum Epheſium in ciuitate cum ipſo, quem æſtimauerunt [13] quoniam ] in templum introduxiſſet Paulus. ) Commotáque eſt ciuitas tota, & facta eſt concurſio populi. [k] Et apprehendentes Paulum trahebant eum extra templum: & ſtatim clauſę ſunt ianuę. † Quærentibus autem eum occidere, nuntiatum eſt Tribuno cohortis: [14] quia tota confunditur Ieruſalem. ] Qui ſtatim aſſumptis militibus & Centurionibus decurrit ad illos. Qui cum vidiſſent Tribunum & milites ceſſauerunt percutere Paulum. Tunc accedens Tribunus apprehendit eum, & iuſſit eum alligari catenis duabus, & interrogabat quis eſſet, & quid feciſſet. Alij autem aliud clamabant in turba. [g] Et cum non poſſet certum cognoſcere præ tumultu, iuſſit duci eum in caſtra. Et cum veniſſet ad gradus, contigit vt portaretur à militibus propter vim populi. Sequebatur enim eum multitudo populi clamans: [l] Tolle eum. Et cum cœpiſſet induci in caſtra Paulus, dicit Tribuno: [15] Si ] licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit ei: Græcè noſti? Nónne tu es [m] Ægyptius, qui ante hos dies tumultum concitaſti, & eduxiſti in deſertum quatuor milia virorum ſicariorum? Et dixit ad eum Paulus: Ego homo ſum quidem Iudęus à Tharſo Cilicię, non ignotę ciuitatis municeps. Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum. Et cum ille permiſiſſet, Paulus ſtans in gradibus, annuit manu ad plebem: & magno ſilentio facto, allocutus eſt. lingua Hebręa, dicens.

a. Expleta.
d. Ptolemais vel Ptolemaida, quæ modo Accon dicitur, ciuitas maritima Phœniciæ, ad Belum fluuium, poſt Carmelum montem, quem à meridie habet, diſtans à Tyro 32. miliaribus, in tribu Aſſer à Ptolemeo rege Aegypti ſic dicta, qui Alexandrum Antiochi filium abeà expulit, vt 1. Machab. 10.
e. Poſt hæc autem prophetiſſæ quatuor fuerunt Philippi filiæ. Cuius ſepulchrum extat apud Hierapolin Aſiæ vrbem vna cũ filiabus ſuis. Euſeb. Eccle. hiſt. lib. 3. cap. 31.
3. Plurimos.
[f. Prophetas veteres imitatur, qui dicere ſolebant: Hæc dicit Do. Deus: quia ſpiritus ſanctus æquè vt pater & filius Dominus & Deus eſt, nec eorum operatio ſeparari poteſt, quorum natura & voluntas vna eſt. Gloſa ordina. poſt Bedam.]
g. Vide Pauli diligentiam ad vincula propter Chriſtum toleranda. Poſt azyma in Troade venerunt diebus quinque, deinde ibi fecerunt dies 7. & habet dies 12. Deinde in Aſſum, in Mytilenen, contra Chium, in Trogilum, in Samum, in Myletum, & erunt 18. dies. Poſtea in Coum, in Rhodum, in Patatam, en 21. dies. Deinde illinc per dies quinque in Tyrum, & ſunt dies 26. Mox illic morantes diebus 7. colligũtur 33. dies. Poſtea in Ptolemaidem vno die perueniunt, & ſiũt 34. dies. Deinde Cæſaream manet pluribus aliis diebus, & tunc inde eos adducit propheta, & ſic complentur dies Pentecoſtes, & ibi illa facit. Chry. ibid. hic. 45.
4. Mnaſonem.
5. Suum.
h. Non vt opinor obſcurum eſt, & Iacobum hoc ideo monuiſſe, vt ſcirent falſa eſſe quæ de illo audierant hi qui cum Chriſtum ex Iudæis credidiſſent, tamen æmulatores erant legis, ne per doctrinam Chriſti velut ſacrilegam, nec deo mandante conſcriptam, damnati putarentur quæ per Moyſen patribus fuerat miniſtrata. Aug. Epi. 19. 6. His ritibus incedere.
7. Purifica.
8. Nihil.
9. Ambulas.
10. Decernentes, nequid huiuſmodi obſeruent illi, niſi.
[i. Hoc dicebant, quia Paulus præferet gentiles verbum Dei deuotè recipientes Iudæis ipſũ repellentibus: vt patet ſupra in pluribus locis: & quia legem nouam præferebat veteri: & quia docebat verum ſacrificium ſcilicet Euchariſtiam, vbique offerri poſſe & non ſolum in Ieruſalem: vbi tantummodo licebat offerri ſacrificia Iudęorũ Delyra. Ibidem.]
11 Græcos.
12. Prophanauit.
13. Quod.
[k. Volebant enim illum occidere, & propterea extrahebant quo cum maiore audacia hoc faciant. Quærentibus autem illis occidere eũ, aſcendit rumor ad tribunum cohortis, quod tota Ieruſalem cõturbata eſſet, qui ex illa aſſumptis militibus ac centurionibus decurrit ad illos. At illi cum vidiſſent tribunum & milites ceſſauerunt percutere Paulum. Ioh. Chryſ.
14. Quod tota Ieruſalem turbata eſſet.
l. Hanc vocem moris erat Iudæis dicere aduerſ⁹ iuſtos, quemadmodum etiam contra dominum, Tolle tolle, hoc eſt, auferatur è viuis. Alij verò dicũt hoc eſſe quod Romana conſuetudine apud nos dicunt: inter ſigna cum iniice. Occu. ibid.
15. Num.
m. Homo magn⁹, qui arte magica ad 30000. virorum cõgregans, per deſertum ductãs, peruenit ad montem Oliueti, paratus inde irruere in Ieroſolymam, niſi Felix occurriſſet. Euſeb Eccle. hiſto. lib. 2. c. 21.

*Captus à Iudæis Paulus rationem suæ doctrinæ, & suam apud eos conuersationem, & inde conuersionem testatus, se tandem Romanum asserit.* XXII.

A VIri fratres & patres, [1] audite quam ad vos nunc reddo [a] rationem. ] ( Cum audissent autem quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, magis præstitérunt silentium. Et dixit:) Ego sum vir Iudæus, [b] natus Tharso Ciliciæ, nutritus autem in ista ciuitate secus pedes Gamalielis, eruditus [2] iuxta veri-

† Sup.8.a.9.a tatem paternæ legis, ]æmulator [3] legis ] sicut & vos omnes estis hodie: † qui hanc viam persecutus sum vsque ad mortem, alligans & tradens in custodias viros ac mulieres,

B † Sup.9.a 1 Cor.15.b Galat.1.c sicut princeps sacerdotum mihi testimonium reddit, & [4] omnes maiores natu: ] ❡ † à quibus & epistolas accipiés ad fratres Damascum pergebam, vt adducerem inde vinctos in Ierusalem, vt punirétur. [c] Factum est autem eunte me, & appropinquante Damasco media die, subitò de cœlo [5] circunfulsit ] me lux copiosa: & decidens in terram, audiui vocem dicentem mihi: Saule Saule, quid me persequeris? Ego autem respondi: Quis es domine? Dixit ad me: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, * [d] vocem autem non audierunt

C eius qui loquebatur mecum. ❡ Et dixi: Quid faciam domine? Dominus autem dixit ad me: Surgens vade Damascum, & ibi tibi dicetur de omnibus quæ te oporteat facere. Et cum non viderem præ claritate luminis illius, ad manum deductus à comitibus, * veni Damascum. Ananias autem quidam, vir * secundum legem, testimonium habens ab omnibus cohabitantibus Iudæis, veniens ad me, & [6] stans ] dixit mihi: Sau-

D le frater, respice. Et ego eadem hora respexi in eum. At ille dixit: [e] ❡ Deus patrum nostrorum præordinauit te, vt cognosceres voluntatem eius: vt videres iustum, & audires vocem ex ore eius, quia eris testis illius ad omnes homines, eorum quæ vidisti & audisti. Et nunc quid moraris? Exurge & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine ipsius. Factum est autem reuertenti mihi in Ierusalem, & oranti in templo, fieri me in [7] stupore mentis, ] [f] & videre illum, dicentem mihi: Festina, & exi veloci-

E ter ex Ierusalem: quoniam non recipient testimonium tuum de me. ❡ Et ego dixi: Domine, ipsi sciunt, † [8] quia ] ego eram concludens in carcerem, & cædens per Synagogas eos qui credebant in te: † Et cum funderetur sanguis Stéphani testis tui, ego [9] stabam ] & consentiebam, * & custodiebam vestimenta interficientium illum. Et dixit ad me: Vade, quoniam ego [10] in nationes ] longè mittam te. Audiebant autem eum vsque ad hoc verbum, & leuauerunt vocem suam, dicentes: Tolle de terra * huiusmodi. Non

F enim fas est eum viuere. [g] ❡ Vociferantibus autem eis, & proiicientibus vestimenta sua, & pulucrem iactantibus in aërem, iussit Tribunus induci eum in castra, [11] & flagellis cædi, ] & torqueri eum, vt sciret propter quam causam sic acclamarēt ei. Et cum astrinxissent eum loris, dixit astanti sibi Centurioni Paulus: [h] [12] † Si ] hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare? Quo audito, Centurio accessit ad Tribunum, & nunciauit ei, dicens: Quid acturus es? Hic enim homo, ciuis Romanus est. Ac-

G cedens autem Tribunus dixit illi: ❡ Die mihi si tu Romanus es? At ille dixit: Etiam. Et respondit Tribunus: Ego multa summa ciuilitatem hanc consecutus sum. Et Paulus ait: [i] Ego autem & natus sum. Protinus ergo discesserunt ab illo qui eum [13] torturi ] erant. Tribunus quoque timuit postquam resciuit quia ciuis Romanus esset, & quia alligasset eum. Postera autem die volens scire diligentius qua ex causa accusaretur à Iudæis, soluit eum, & iussit [14] sacerdotes ] conuenire, & omne consilium, & producens Paulum, statuit inter illos.

1. Meam ad vos nunc apologiā, vel defensionem, seu purgationem.
a. Non dixit, audite meam doctrinam, vel meam concionē, sed meam defensionem sicque humiliter orant. Chryso. ibid.
b. Imo natus in oppido Galilææ Giscali nomine fuit Paulus, à quo captus à Romanis cū parentibus suis Tharsum Ciliciæ migrauit. Ob studium autem legis Ierosolymam veniēs, à Gamaliele est eruditus. Beda ibidem.
2. Accuratè in paterna lege.
3. Dei.
4. Totus presbyterorum ordo.
c. Hæc autem loquitur ad illos, non solum vt se defendat, verumetiam vt ostendat non humano more, sed diuina virtute ad prædicationem adductum. Non enim sic eruditus statim factus esset, nisi fuisset eximius quidam. Chryso ibid.
5. Circonfulgurauit.
* Et exterriti sunt.
d. Quomodo igitur dictum est superius. 9. vocem quidem audientes, neminem autem videntes? Superius quidem intelligēdum est ipsos comites vocem quandā audiuisse tanquam sonum illius, verū significationē non intellexisse. Eucherius.
* Qui erant mecum.
* Plus. 6. Astans.
e. Conueniens ordo. Primo præordinatus in præscientia dei, deinde cognoscit veritatem, videt iustum, audit ex ore ipsius: postea fit testis eorum quæ audiuit, vidit & cognouit. Rabanus ibid. 7. Ecstasi.
f. Visio ista fuit in spiritu, & imaginaria erat angelico famulatu exhibita, sicut & illa quam sibi in Apocalypsi factam describit sanctus Ioannes. Diony. ibidem.
8. Quòd.
9. Astabam.
* Cæli eius.
10. Ad gentes.
* Hominem.
g. In passione Christi solus sacerdos de throno exiliēs vestimenta scidit: quia tunc sacerdotium vetus erat immutandum: nunc verò quia tota gens gloria regni spoliāda erat, omnes indumenta proiiciunt, & clamorem puluere mixtum ad cælum tollūt: iuxta quod Psalmista ait: Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Beda ibidem.
11. Dicens eum flagelis examinandum.
h. Romanas leges implorare minime dubitauit, ciuem Romanū se esse proclamans: quos tunc verberibus affligi non licebat. Aug. de mendacio, ca. 15.
12. An.
i. Quomodo Romanæ ciuitatis ius habens natus est, si Romæ natus non est? Quia cum pater suus hunc honorem comparasset, & per eum venerandus ac gloriosus fuisset, ipse in eo natus est. Quòd itaque ait: Ego autē & natus sum, tantundē est ac si dicat: Tu quidē recentem habes honorē, quem ipse comparasti: ego verò paternam habeo gloriā, & quæ mihi congenita est: propterea dicit: Ego autem & natus sum. Oecu. ibid.
13. Examinaturi.
14. Principes sacerdotum.
a. Paulus pontificis iussu palma percussus, contumeliosè visus est dicere, percutiet te deus paries dealbate. Quod mirū intelligentibus cōuitium sonat, intelligēribus verò prophetia est, paries quippe dealbatus, hypocrysis est, id est, simulatio sacerdotalem præferens dignitatem, & sub hoc nomine tanquam candido regumine interiorem, quasi luteam turpitudinem occultans. Aug. de Serm. do. in monte. lib. 1.

*Dissensione autem propter Paulum inter Pharisæos & Sadducæos orta, nouæ in eum parantur insidiæ, quibus per nepotem suum detectis, mittitur Cæsaream.* XXIII.

A INtendens autem in concilium Paulus ait: Viri fratres, ego omni conscientia bona conuersatus sum ante deum, vsque in hodiernum diem. Princeps autem sacerdotum Ananias, præcepit astantibus sibi percutere os eius. Tunc Paulus dixit ad eum: † [a] Percutiet te deus paries dealbate. Et

tu ſedens iudicas me ſecundum legem, & contra legem iubes me percuti? Et quia-
ſtabant dixerunt: Summum ſacerdotem dei maledicis? Dixit autem Paulus: [b] Neſcie-
bam fratres, [1] quia princeps eſt ſacerdotum.] Scriptum eſt enim: † Principem populi
tui non maledices. Sciens autem Paulus quia vna pars eſſet Sadducæorum, & altera
Phariſæorum: exclamauit in concilio: † & Viri fratres, ego Phariſæus ſum filius [2] Pha- B
riſæorum.] [c] De ſpe & de reſurrectione mortuorum ego iudicor. Et cum hæc dixiſ-
ſet, facta eſt diſſenſio inter Phariſæos & Sadducæos, & ſoluta eſt multitudo. Sadducæi
autem dicunt nō eſſe reſurrectionem mortuorum, neque angelum, neque ſpiritum:
Phariſæi autem vtraque confitentur. Factus eſt autem clamor magnus, & [3] exurgen-
tes quidam] Phariſæorum, pugnabant, dicētes: Nihil mali inuenimus in homine iſto.
[d] Quid ſi ſpiritus locutus eſt ei, aut angelus? * Et cum magna diſſēſio facta eſſet, timēs
Tribunus ne diſcerperetur Paulus ab ipſis, iuſſit milites deſcendere & rapere eum de
medio eorum, ac deducere eum in caſtra. & Sequenti autem nocte aſſiſtens ei domi- c
nus ait: † Conſtans eſto. * Sicut enim teſtificatus es de me in Ieruſalem, ſic te oportet
& Romæ teſtificari. Facta autem die collegerunt ſe quidam ex Iudæis, & [e] deuouerūt
ſe dicentes: [f] neque manducaturos neque bibituros, donec occiderent Paulum. Erant
autem pluſquam quadraginta viri, qui hanc coniurationem fecerant: qui acceſſerunt
ad principes ſacerdotum & ſeniores, & dixerunt: Deuotione deuouimus nos nihil gu-
ſtaturos, donec occidamus Paulum. Nunc ergo vos notum facite Tribuno cum con-
cilio, vt * producat illum ad vos, tanquam aliquid certius cognituri de eo. & Nos verò D
priuſquam appropiet parati ſumus interficere illum. Quod cum audiſſet filius ſororis
Pauli inſidias, venit, & intrauit in caſtra, nuntiauítque Paulo. [g] Vocans autem Paulus
ad ſe vnum ex Centurionibus ait: Adoleſcentem hunc perduc ad Tribunum. Habet
enim aliquid indicare illi. Et ille quidem aſſumens eum, duxit ad Tribunum, & ait:
Vinctus Paulus rogauit me hunc adoleſcentem perducere ad te, habentem aliquid
loqui tibi. [h] Apprehendens autem Tribunus manum illius, ſeceſſit cum eo ſeorſum, &
interrogauit illum: Quid eſt quod habes indicare mihi? Ille autem dixit: † & [i] [4] Iudæis E
conuēnit] rogare te, vt craſtina die producas Paulum in concilio, quaſi aliquid certius
inquiſituri ſint de illo, tu verò ne credideris illis. Inſidiantur enim ei ex eis viri amplius
quàm quadraginta, * qui ſe deuouerunt non manducare neque bibere, donec inter-
ficiant eum: & nunc parati ſunt expectantes [l] promiſſum tuum. Tribunus igitur dimi-
ſit adoleſcentem, præcipiens ei ne cui loqueretur, quoniam hæc [5] nota ſibi feciſſet.]
Et vocatis duobus Centurionibus dixit illis: Parate milites ducētos, vt eant vſque [m] Cæ-
ſarēam, & equites ſeptuaginta & lanceatios ducentos, à tertia hora noctis, & iumenta
præparate. & Vt imponentes Paulum, ſaluū perducerent [n] ad Felicem Præſidem. Ti-
muit enim ne fortè raperent eum Iudæi, & occiderent, & ipſe poſtea calumniam ſu-
ſtineret, tanquam accepturus pecuniam,] ſcribens ei epiſtolam continentē hæc: Clau-
dius Lyſias optimo Præſidi Felici ſalutem. Virum hunc comprehenſum à Iudæis, [7] &
incipientem interfici] ab eis, ſuperueniens cū exercitu [o] eripui, cognito quia Romanus
eſt, volénſque ſcire cauſam, quam obiiciebant illi, deduxi eum in concilium eorum.
Quem inueni accuſari de quæſtionibus legis ipſorum, nihil verò dignum morte, aut
vinculis habentem crimen. & Et cum mihi perlatū eſſet de inſidiis quas parauerant illi, G
miſi eum ad te, denuntians & accuſatoribus, vt * dicant apud te. Vale. Milites verò, ſe-
cundum præceptum ſibi, aſſumentes Paulum, duxerunt per noctem in [p] Antipatridē:
& poſtera die dimiſſis equitibus, vt cum eo irent, reuerſi ſunt ad caſtra. Qui cum ve-
niſſent Cæſarēam, & tradidiſſent epiſtolam Præſidi, ſtatuerunt ante illum & Paulum.
Cum legiſſet autem & interrogaſſet de qua prouincia eſſet: & cognoſcens quia de Ci-
licia: Audiam te, inquit, cum accuſatores tui venerint. Iuſsítque in prætorio Herōdis
cuſtodiri eum.

*Paulus apud Felicem à Iudæis accuſatus ſuam viriliter in omnibus cauſam tuetur.* XXIIII.

Poſt

b. Tanquam ſi diceret: Ego alium ſcirē principē ſacerdotū, pro cuius nomine iſta ſuſtineo, cui maledicere fas non eſt, & qui vos maledicitis, cum in me nihil aliud quàm eius auditis numen. Auguſt. vbi ſupra.
1. Quòd eſſet ſummus ſacerdos.
2. Phariſæi.
c. Qua voce percuſſi protinus contra ſeſe viciſim audientiū turba diſſiluit. Eripiuntur ergo iuſti dum diuiduntur iniuſti, & electorum vota ad perfectum perueniunt, dum reproborum agmina per diſcordiam cōfunduntur. Greg. Moral. li. 34. c. 3.
3. Surgentes Scribæ de ſecta.
* Ne repugnemus deo.
[d. q. d. Nihil eſt mirandum, quia vtrūque legit ſ libris Moyſi, quos recipiebant Sadducæi. Ni. De⁹ legitur locutus cū Abraham, & etiam angelus in plurib⁹ locis in Gen. & in hoc arguebāt contra Sadducæos ex ſcriptura ab ipſis recepta. Delyra.]
* Paule.
e. Si deuouerunt, & votum ſuū non impleuerunt, igitur ſemper ſunt obligati, quia Paulum non occiderunt, tametſi vehementes, & vltionis in malitia cupidi eſſent. Chryſo. ibid.
[f. Cum Dominus dicat. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiā. Illi contrà eſuriunt iniquitatem, ſanguinem ſitiunt, adeo vt etiam cibus abdicetur, donec morte iuſti ſatientur. Sed nō eſt ſapientia, non eſt prudentia vel conſilium contra Deum. Eripitur enim Paulus ab eorum inſidiis, vt ſeruatus Romæ teſtimonium reddat. Chryſo. Gloſa ordinaria.]
* Cras.
g. Neque enim & Apoſtolus Paulus vitæ ſuæ tranſitoriæ cōſulebat, ſed eccleſiæ dei, quando contra illos qui eum occidere conſpirauerant, conſilium eorum Tribuno vt proderetur effecit. Aug. de mendacio, ca. 15.
h. Non eſt ſapientia, nō eſt prudentia, non eſt conſilium contra deum. Beda ibid.
[i. Id eſt, Iudæi facerūt conuētionem derogando te vt craſtina die, producas Paulum volentes proditoriè occidere eum. Delyra. ibid.]
4. Iudæi conſpirauerūt.
k. Siue ergo promiſsione fruſtrarentur, ſicut etiam fruſtrati ſunt, anathema erant: ſiue etiā contigiſſet illis vt occiderent, rurſus aut ipſi tanquā homicidæ anathema ſeſe efficiebant, aut deus ipſe quamquam pontifices diſſimulatent. Oecumen. ibi.
l. Quō pollicitus ei illis te rurſum ad eos miſſurum Paulum examinandum. Beda ibid.
5. Ad me retuleris.
m. Hæc Cæſarea eſt Palæſtinæ, de qua pluries ſupra.
n. Hic Felix paſſantis frater à Claudio imperatore miſſus eſt ad Iudæos, qui & eorum prouinciam cum Samaria & Galilea curauit. Ioſeph. de bello Iudaic. lib. 2. c. 11.
7. Quū iā interficiendus eſſet.
[o. Hoc dixit ad acquirendum præſidis, benevolentiam, qua ſi habens magnū zelū de ciuibus Romanis: quia quando eripuit eū De manibus Iudæorū, non cognouit quod eſſet ciuis Romanus, ſed poſtea cognouit cuīdo eum queſtionari voluit. Delyra ibid.]
* Quæ habent aduerſus eum.
p. Antipatris vel Antipatrida vrbs eſt Palæſtinæ in tribu Manaſſe, quæ olim dicta eſt Caphartalama, vt. 1. Machab. 7. c. Exiuit Nichanor in pugnam obuiam Iudam iuxta Caphartalama. Et verò ſita eſt in optimo Iudææ campo, & diuitis arboribus, & fluminibus, inter Dioſpolin quæ & Lidda, & Cæſaream Palæſtinæ: procul ab Ioppe. 150. ſtadiis contra orientalem plagam.

A POst quinque autem dies descendit princeps sacerdotum Ananias, cum senioribus quibusdam, & Tertullo quodam oratore, qui adierunt Præsidem aduersus Paulum. Et citato Paulo cœpit accusare [b] Tertullus, dicens: [Cum in multa pace agamus per te, & multa [c] corrigantur] per tuam prouidentiam semper & vbique, suscipimus optime Felix, cum omni gratiarum actione.
B Ne diutius autem te protraham, oro breuiter vt audias nos pro tua clementia. ✠ Inuenimus hunc hominem pestiferum & concitantem seditionem omnibus Iudæis in vniuerso orbe, & autorem seditionis sectæ [c] Nazarenorum, qui etiam templum [a] violare] conatus est, quem & apprehensum voluimus secundum legem nostram iudicare. Superueniens autem Tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris, iubens accusatores eius ad te venire, à quo poteris ipse iudicans, de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum. Adiecerunt autem & Iudæi, dicentes hæc
C ita se habere. ✠ Respondit autem Paulus: (annuente sibi præside dicere:) [d] Ex multis annis te esse iudicem genti huic sciens, bono animo pro me satisfaciam. Potes enim cognoscere, quia non plus sunt mihi dies quàm duodecim, ex quo ascendi adorare in Ierusalem, & neque in templo inuenerunt me cũ aliquo disputantem, aut concursum facientẽ turbæ, neque in Synagogis neque in ciuitate, neque probare possunt tibi de
D quibus nunc me accusant. ✠ Cõfiteor autem hoc tibi, quòd secundum [e] sectam, quam dicunt hæresin, ] sic deseruio patrio deo meo, credens omnibus quæ in lege & Prophetis scripta sunt: spem habens in deum, quam & hi ipsi [a] expectant, ] resurrectionem futuram iustorum & iniquorum. In hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiam
E habere ad deum, & ad homines semper. ✠ Post annos autem plures, eleemosynas facturus in gentem meam veni, & oblationes, ⊱ & vota]: in quibus [f] inuenerunt me purificatum in templo, non cum turba neque cum tumultu. ⊱ Et apprehenderunt me
[f] Sup.22.c clamãtes, & dicẽtes: Tolle inimicum nostrum.] Quidam autem ex Asia Iudæi, * quos oportebat apud te præsto esse, & accusare si quid haberent aduersum me: aut hi ipsi dicant, si quid inuenerunt in me iniquitatis, cum stem in concilio, [g] nisi de vna hac solummodo voce, qua clamaui inter eos stans, quoniam [f] de resurrectione mortuorum
[f] Sup.23.b F ego iudicor hodie à vobis. [g] ✠ Distulit autem illos Felix, certissimè sciens de via hac, dicens: Cum Tribunus Lysias descenderit, audiam vos. Iussitque Centurioni custodire eum, & [h] habere requiem: ] nec quenquam de suis prohibere ministrare ei. Post aliquot autem dies veniens Felix cum [h] Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa, vocauit Paulum, &
G audiuit ab eo fidem, quæ est in Christum Iesum. ✠ Disputante autem illo de iustitia & castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix, respondit: [i] Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accersam te: simul & sperans quòd pecunia ei daretur à Paulo: * propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo. Biennio autem expleto, accepit successorem Felix, [k] Portium Festum. Volens autem gratiã præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

[a. Descriptis quæ passus est Paulus Solymis, nunc quoque addit Lucas ea qua Cæsaræ pertulit. Obserua filios diaboli satis in sua perfidia esse indurat'os. Tertullum oratorem sibi adsciscunt. Arte loquitur ille, sed qui tiũent vinci, tales sibi causidicos quærunt. Lorichius ibid.]
b. Tertullus pro more boni oratoris, iudicis benevolentiam captat, iudicem laudibus præoccupans, verum an verè vel falsè oret, parum considerãs, qui à principio seditiosum, & rerum vocat innouatorem. Chrysost. ibidem.
1. Rectè gerantur.
c. Illo tempore pro opprobrio Nazareni vocabantur: vnde inter Iudæos orta est secta, quæ dicta est Hæresis Nazarenorũ, qui Christum dei filium de Maria natum credunt, passum etiam & resurrexisse, omnia legis mãdata custodientes. Sed dum volunt Iudæi & Christiani esse, neutrum sunt. Beda ibid.
2. Prophanare.
[d. Per hoc manifestè patet bonitas tui regiminis, quòd tãdiu habuisti regimen huius gentis. Et hoc ego sciens bono animo pro me satisfaciam, cõfidẽs de tua iustitia, & mea innocentia. Consequenter respondet ad obiecta & primò ad concitationẽ seditionum Ierusalem. de. Lyra ibidem.]
e. Dicens se deum patrium colere post factam vocationem vt essent Apostoli, ostendit eundẽ esse deum veteris ac noui testamenti, quem lex & prophetæ annuntiauerunt, quem Paulus prædicabat, dicens se vniuersis credere quæ in lege ac prophetis scripta sunt: latenter autem Christum etiam hic induxit: Sed interim in sermone de resurrectione versatur, quem hi ab exordio oppugnabant. Hoc enim ostenso facilè etiam quæ de Christo sunt, superinduceret, nempe quòd ipse resurrexit. Oecume. ibid.
3. Viam quam dicunt sectam.
4. Amplexantur.
* Me compererunt.
[f. Hoc per antiphrasim. Sciebat enim hoc eis placere: q.d. Nihil commisi, nisi quia prædicaui quod ipsi credunt. Glosa ordina. post Rabanũ. Ibid.]
[g. Hoc est, dedita opera distulit non opus habens vt discat, sed volens repellere Iudæos, noluit dimittere propter illos. Chrysostо.]
5. Sineret relaxari.
h. Filia Herodis Agrippæ de quo supra. 12. ca. & soror Agrippæ & Bernicæ, vel potius Bernicæ, de quâ infra sequẽti. cap.
[i. Tunc enim liberauit eum à clausura carceris, dans ei libertatem eundi per ciuitatem. Ita tamen quod rediret ad mandatum Ipsius. Delyra, Ibid.]
* Vt solueret ipsum.
k Claudio imperatore defuncto Nero suscepit principatum. A quo Festus mittitur in Iudæam succedere Felici, apud quem causa dicta Paulus vinctus mittitur Romam Aristarcho se comitante. Euseb. Ecclesia. histo. 2. cap. 22.

*Accusatus in multis Paulus apud Festum, etsi in omnibus excusatus, damnatur, sed Romam appellat.* XXV.

An. do. 56. A FEstus ergo cum venisset in [a] prouinciam, post triduum ascendit Ierosolymam à Cæsarêa. Audierũntque eum principes sacerdotum, & primi Iudæorum aduersus Paulum: & rogabant eum postulantes gratiam aduersus eum, vt iuberet perduci eum in Ierusalem, insidias tendentes, vt interficerent eum in via. Festus autem respondit, seruari quidem Paulum in Cæsarêa, se autem maturius profecturum: Qui ergo [1] in vobis, ] ait, potentes sunt, [2] descendentes si-
B mul, ] si quod est in viro crimen, accusent eum. ✠ Demoratus autem inter eos [3] dies non amplus quàm octo aut decem, ] descendit Cæsarêam, & altera die sedit pro tribunali [b] & iussit Paulum adduci. Qui cum perductus esset, circunsteterunt eum qui ab Ierosolyma descenderant Iudæi, multas & graues causas [4] obiicientes, ] quas non poterãt probare, Paulo rationem reddente: quoniam neque in legem Iudæorum, neque in

[a. In prouinciam Palæstinæ siue Palæstinæ præsides, alij sæpe aliis succedentes à Romanis mittebãtur imperatoribus. Rabanus ibid. Cæterum postquam Felici successor Portius Festus à Nerone missus est, primores Iudæorũ Cæsaream incolentium Romam profecti sũt Felicẽ accusaturi: dedisseque omnino pœnas iniuriarũ quibus Iudæos afficerat, nisi Nero eum donasset Pallantis fratris precibus, qui tum in pretio erat apud principem. Ioseph antiquit. Iudai lib. 20. cap. 13.
1. Inter vos.
2. descendant nobiscum, &c.
3. Diebus amplius quàm octo.
b. In quo ostendit se velle gratificari Iudæis: Vnde & in Paulum humanis vtens armis fœuire festinat. Chryso ibid.
4. Intendentes in Paulum.

templum,neque in [c] Cæsarêm quicquam [s]peccaui.][*] Festus autẽ volẽs gratiam præsta- [c]
re Iudæis, respondens Paulo, dixit: Vis Ierosolymam ascendere, & ibi de his iudicari
apud me? Dixit autem Paulus:[d] Ad tribunal Cæsaris sto,[e] ibi ]me oportet iudicari. Iu-
dæis non nocui, sicut tu melius nosti. Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci,
non recuso mori. Si verò nihil est eorum [7] quæ ]hi accusant me, nemo potest me illis
donare. [e]Cæsarem appello. Tunc Festus cum consilio locutus, respondit: Cæsarem ap-
pellasti? ad Cæsarem ibis.[*] Et cum dies aliquot transacti essent, [f] Agrippa Rex & [8] Be- [d]
renice ]descenderunt Cæsarêam ad salutandum Festum. Et cum dies plures ibi mora-
rentur, Festus Regi indicauit de Paulo, dicens: Vir quidam est derelictus à Felice vin-
ctus: de quo cum essem Ierosolymis, [9] adierunt me ]principes sacerdotum & seniores
Iudæorum, postulantes aduersus illum[10] damnationem.] Ad quos respondi: quia nõ
est Romanis consuetudo donare aliquem hominem * priusquá is qui accusatur, præ-
sentes habeat accusatores, locúmque defendendi accipiat ad abluenda crimina quæ
ei obiiciunt.[*] Cum ergo huc conuenissent, sine vlla dilatione, in sequenti die sedens [e]
pro tribunali, iussit adduci virum. De quo cum stetissent accusatores, nullã causam
deferebãt, de quibus ego suspicabar malum: quæstiones verò quasdam de sua super-
stitione habebant aduersus eum, & de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Pau-
lus viuere. Hæsitans autem ego de huiusmodi quæstione, dicebam: si vllet ire Ieroso-
lymam, & ibi iudicari de istis. Paulo autem appellante vt seruaretur Augusti cogniti-
oni, iussi seruari eum, donec mittam eum ad Cæsarem.[*] Agrippa autem dixit ad Fe- [*]
stum: Volebam & ipse hominem audire. Cras, inquit, audies eum. Altera autem die
cum venissent Agrippa & Berenice cũ [11] multa ambitione, ][g] & introissent in audito-
rium cum Tribunis & viris principalibus ciuitatis, iubente Festo, adductus est Paulus.
Et dixit Festus:[h] Agrippa Rex, & omnes qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc
hominem, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me Ierosolymis,* & pe-
tentes & ]acclamantes,[*] non oportere eum viuere amplius. Ego verò comperi, nihil [f]
dignum morte eum admisisse. Ipso autem hoc appellãte ad Augustum, iudicaui mit-
tere. De quo quid certum scribam domino, nõ habeo, propter quod [12] perduxi ] eum
ad vos, & maximè ad te Rex Agrippa, vt interrogatione facta habeam quod scribam.
[13] Sine ratione ]enim mihi videtur mittere vinctum, & [14] causas eius ]non significare.

*Apud Agrippam & Festum Paulus suam probans innocentiam, & ab eis talis in-*
*uentus dimissus fuisset, nisi Romam appellasset.* XXVI.

AGrippa verò ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temetipso.[a] Tunc [a]
Paulus extenta manu, cœpit rationem reddere: De omnibus quibus ac-
cusor à Iudæis Rex Agrippa, æstimo me beatum [1] apud te, cum sim de-
fensurus me ]hodie, maxime te sciente [2] omnia ] quæ apud Iudæos sunt,
consuetudines & quæstiones, propter quod obsecro patienter me audias. Et quidem
vitam meam [3] à iuuentute, ] quæ ab initio fuit in gente mea in Ierosolymis, nouerunt
omnes Iudæi, præscientes me ab initio (si velint testimonium perhibere) [4] quoniam ]
secundum certissimam [b] sectam nostræ religionis vixi Pharisæus.[*] Et nunc in spe quę [3]
ad patres nostros repromissionis facta est à deo, sto iudicio subiectus, [5] in qua ] duo-
decim tribus nostræ nocte & die deseruientes, sperant deuenire. De qua spe accusor à
Iudæis, Rex. [c] Quid incredibile iudicatur apud vos si deus mortuos suscitat? & ego
quidem æstimaueram me aduersus nomen Iesũ Nazareni debere multa contraria a-
gere: † quod & feci Ierosolymis. Et multos sanctorum ego in carceribus inclusi, & à † Supl.
principibus sacerdotum ] potestate accepta, & cum occiderentur, detuli sententiam.
[*] Et per omnes Synagógas frequenter puniens eos, compellebã blasphemare, & am- [c]
plius insaniens in eos persequebar vsque in exteras ciuitates. In quibus dum irem Da-
mascum cum potestate & permissu principũ sacerdotum, die media, in via vidi, Rex,
de cœlo supra splendorem solis circunfulsisse me lumen, & eos qui mecum simul
erant: omnésque nos cum decidissemus in terram, audiui vocẽ loquentem mihi * He-

braica

---

c. Nomẽ Cæsar, Romana lingua regem seu imperatorem significat, adeo vt communi nomine omnes imperatores Romanorum Cæsaris nomine vocentur, tanquam dicat reges vel imperatores. Oecum. ibidem.
d. Peccaui.
e. Quod Cæsarẽ appellat, quod Romam ire festinat, ideo facit, vt diutius inuitẽto prædicationi multis credentibus coronatus eat ad Christum. Beda ibid.
6. Vbi.
7. De quibus.
e. Paulus ne Iudæis eum interimere cupientibus traderetur, Cæsaris popposcit auxiliam Romani quidem principis, sed nõ Christiani ecclesiæ potius, quã vitæ propriæ consulens. Augu. de mendacio, cap. 15.
f Hic Agrippa filius Herodis Agrippæ, cuius sup. 12. ca. meminimus. Superstites enim ei fuerunt filius quidem vnus Agrippa ille annum agens decimum septimũ, filiæ vero tres, ex quibus Berenice nupta erat Herodi patruo, iam annos sedecim, reliquæ duæ tum etiam virgines erant, Mariãne & Drusilla, hæc septennis à patre desponsata Iulio Archelao Chelliæ filio, illa decennis Epiphani filio Cõagenutum Regis Antiochi. Iosepn. antiquit. Iudaic. lib. 19. cap. 9.
8. Bernice, & infra.
9. Significauerunt mihi.
10 Sententiam.
* Vt pereat.
11. Multo apparatu.
g. Vide quale auditorium congregatur Paulo cum vitis præcipuis ciuitatis. Princeps enim & Rex ltipatoribus suis omnibus congregatis occurrunt, & cum ipsis tribuni & primi ciuitatis affluunt. Chrysost. ibid.
h. Aut regis nomine descenderat Agrippa in prouincias, & propterea rex appellabatur, aut fortassis ipse quoque rex erat partium orientalium, cum Nero occidentalibus imperaret, & Romæ resideret. Oecum. ibid.
* Ie hic.
12. Produxi.
13. Iniquum.
14. Crimina de quibus accusatur.

a. Paulus nunc magna libertate loquitur non allentans, sed propter hoc beatum se esse dicens quòd loquatur ei qui omnia sciat. Chrysost. inde.
1. Qui coram te sum rationem redditurus.
2. Omnes.
3. Quem ego ab adolescentia.
4. Quod.
b Secta Phariseorum famosa, atque notissima fuit. Vnde cõnumerat Apostolus se Iudæis dicendo: nostræ religionis, scilicet Iudaicæ, seu veteris testamẽti, loquens de se pro tempore iuuentutis suæ. Diony. ibidem.
5. Ad quam.
c. Duas ponit circa resurrectionem ratiocinationes, vnam quidem a prophetis, nec tamen adducit prophetam, sed ipsam Iudæorum opinionem. Alteram verò tertiorem quæ est ab ipsis rebus: quoniam probatũ est ab eo quòd Christus resurrexit à mortuis: & hanc quoque rationibus confirmat. Prima ratio. Quid incredibile est quod deus mortuos suscitet? Item alia. An ne huiusmodi doctrina erat, eaque dogmata in quibus educati erant? Quo autem modo suscepit sermonem quem in medio addaxit? Super hoc inquit, decerto tanquam de hæresi accusor eum apud eos nihil hac opinione antiquius habeatur: propter hanc gloriantur, ob hanc deum colunt vt eam consequatur. Et hanc ego annuntio. Oecumen. ibid.
* Ac dicentem.

braica lingua: † Saule, Saule quid me persequeris? [d] Durum est tibi contra stimulum
D calcitrare. ✱ Ego autem dixi: Quis es domine? Dominus autem dixit: Ego sum Iesus,
quem tu persequeris. Sed exurge, & sta supra pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi, vt
[e] constituam te ministrum & testem, * eorum quæ vidisti: & eorum in quibus appare-
bo tibi, eripiens te de populis & gentibus [6] in ] quas nunc ego mitto te, aperire ocu-
los eorum vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de potestate sathanæ ad deum, vt
accipiãt remissionem peccatorum, & sortem inter [7] sanctos ] per fidem quæ est in me.
E ✱ Vnde Rex Agrippa, non fui [8] incredulus ] cœlesti visioni: † sed iis qui sunt Damasci
primùm, & Ierosolymis, & in omnem regionem Iudææ, & gentibus [f] annuntiabã: vt
pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad deum, digna pœnitentiæ opera facientes.
Hac ex causa me Iudæi, cum essem in templo, † comprehensum tentabant interficere. Auxilio autem adiutus dei vsque in hodiernum diem sto, testificans minori atque
F maiori, nihil extra dicens, quàm quæ prophetæ locuti sunt, futura esse, ✱ & Moyses, si
passibilis Christus, [g] si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est
populo & gentibus. Hæc loquente eo & rationem reddente, Festus magna voce dixit:
† Insanis Paule. Multæ te literæ ad insaniam conuertunt. Et Paulus: Non insanio, inquit, optime Feste, sed veritatis & sobrietatis verba loquor. Scit enim de his Rex, ad
quem & constanter loquor. Latêre enim eum nihil horum arbitror. Neque enim in
G angulo quicquam horum gestum est. ✱ Credis Rex Agrippa, prophetis? Scio quia credis. Agrippa autem ad Paulum: [h] In modico suades me Christianum fieri. Et Paulus:
Opto apud deum & in modico & in magno, non tantum te, sed etiam omnes qui audiunt hodie, fieri tales, qualis & ego sum, [i] exceptis vinculis his. Et exsurrexit Rex &
Præses & Berenice & qui assidebant eis. Et cum secessissent, loquebantur adinuicem
dicentes: quia nihil morte aut vinculis dignum quid fecit homo iste. Agrippa autem
Festo dixit: Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

d. Hue vsque sine stimulo restitisti, sed nunc si resistit, contra stimulũ calcitrabit, quod satis durũ est, stimulus est ipsa correctio. Rabanus ibidem.
[e. Vt constituam te ministrum eorum quæ vidisti & audisti. Istud enim est efficax testimoniũ. f. p visum & auditũ. Et eorum in quibus apparebo tibi, sicut in hoc libro legũtur plures apparitiones diuinæ, & reuelationes Paulo postea factę, vt cõuertantur à tenebris errorũ ad lucem fidei. De Lyra.]
✱ Et.
6. Ad.
7. Eos qui sanctificati sunt.
8. Inobediens.
[f. Annuntiabam vt pœnitentiã agerent, & conuerterentur ad Deum digna pœnitentiæ opera facientes. Dicant nobis noui euangelistæ, an Apostolus hęc ex animo locutus sit, nec ne? Si ex animo, quid nobis aliud euangelium obtrudũt solius fidei sine operibus? Quid pœnitẽtiam ex sola fide æstimantes, satisfactionem segregant atque reiiciunt. Lorichius ibid.]
g. Moyses dixit ꝙ passurus esset Christus primus ex resurrectione. Primus quidem hic resurrexit, qui amplius nõ moreretur. Quum enim per eũ aut per discipulos, similiter & per ꝓphetas, alij quidã resurrexerant rursum mortui fũt, expectãtes vniuersalẽ resurrectionẽ. Oecum. ibi.
h. Tales enim sanctorũ animæ, cum in pericula ceciderũt, non quomodo periculis liberentur considerãt, sed quò perfequentes lucrentur, omnia faciunt. Cryfost. ibid.
i. Non ideo dixit quòd vinctũ esse pro Christo rem putarit execrandã esse. Absit. Nam si hoc sensisset, non alibi scribens dixisset, Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Idem in epistol. ad Ephes. cap. 4. Homi. 9.

## *Paulus Romam nauigans multa pericula & tandem naufragium passus, cum suis ad terram sanus euasit.* XXVII.

† [a] T autem iudicatum est nauigare [1] eum ] in Italiam, & tradi Paulum [2] cũ
reliquis custodiis ] Centurioni nomine Iulio, cohortis Augustæ, † ascendentes nauem [3] Adrumetinam incipientem ] nauigare, circa Asiæ loca sustulimus, perseuerante nobiscum Aristarcho Macédone Thessalonicense. Sequenti autem die venimus Sidônem. Humanè autem tractans Iulius Paulum permisit ad amicos ire, & curá sui agere. Et inde cum sustulissemus, subnauigauimus
* Cyprum: propterea quòd essent venti contrarij. Et pelagus [4] Ciliciæ & Pamphyliæ ]
nauigantes, venimus [5] Lystram, ] quæ est Lyciæ: & ibi inueniens Centurio nauem A-
B lexandrinam nauigantem in Italiam, transposuit nos in eam. ✱ Et cum multis diebus
tardè nauigaremus, & vix deuenissemus contra Gnydum prohibente nos vento, adnauigauimus Cretę iuxta Salmónem. Et vix iuxtà nauigãtes, venimus in locum quendam qui vocatur [b] Boniportus, cui iuxtà erat ciuitas [6] Thalassa. ] Multo autem tempore peracto, & cum iam non esset tuta nauigatio, eo quòd [7] ieiunium iam præteriisset, ]
consolabatur eos Paulus, dicens eis: Viri, video [8] quoniã ] cum iniuria & multo damno non solùm oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum [9] incipit esse ] nauigatio. [c] Centurio autem gubernatori & naucléro magis credebat, quàm iis quæ à Paulo
c dicebantur. ✱ Et cum aptus portus non esset ad hyemandum, plurimi statuerunt consilium nauigare inde, si quo modo possent deuenientes Phœnicem * hyemare [10] portum Cretæ respicientem ] ad Aphricum & ad Chorum. Aspirante autem austro æstimantes propositum se tenere, cum sustulissent de Asson, legebant Cretam. Non post multùm autem misit se contra ipsam ventus Typhonycus, qui vocatur Euroaquilo.
Cúmque arrepta esset nauis, & non posset conari in ventum, data naue flatibus, ferebamur. In insulam autem quandam decurrentes, quæ vocatur, [11] Cauda, ] potuimus
vix obtinere scapham. Qua sublata, adiutoriis vtebantur, accingentes nauem, timen-

k. Hadramitenam incipientes.
✱ Iuxta.
4. Quod est inter Ciliciam, & Pamphyliam.
5. Myram.
[b. Non tamen sic dictus à bonitate, vnde infra dicitur, quod non erat aptus ad hyemandum, sicut aliquando aliqua villa dicitur bona villa, quæ multũ est defectiua. De Lyra ibid.]
6. Lasæa.
7. Inedia vires defecissent, vel ieiunio.
8. Quòd.
9. Periculosa sit futura.
c. Non adhibet animum Centurio his quæ à Paulo dicebantur, credens eis qui artis nauigandi periti essent, magis quàm vectori inexperto rei nauticæ, & ex hoc docet quòd mentis: potius error esset quàm fortunæ. Cum enim naturale cuique sit vitare pericula, docet ipsa experientia, ne seipsum quispiam præcipiter, cum res apertum affert periculum, & fortuna ac fatum ad id quod præuisum est, obdormiat. Oecum. ibidem.
✱ Illic.
10. Is est portus Cretæ spectans.
11. Clauda.
[d. Cauda sita est haud longè à promũtorio, quod cõtra Phœnicem Aphricæ promõtorium spectare dicitur.]

tes ne in [c] Syrtim inciderent, summisso [12] vase ] sic ferebantur. [f] Valida autem nobis[g] tempestate iactatis, sequenti die iactum fecerunt, & tertia die [13] suis ] manibus armamenta nauis [14] proiecerunt. ] Neque autem sole, neque syderibus apparentibus per plures dies, & tempestate non exigua imminente, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ. Et cum multa ieiunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum dixit: [f] Oportebat quidem ô viri audito me non egredi à Creta, [15] lucríque facere ] iniuriam hanc & iacturam. Et nunc suadeo vobis bono animo esse. Amissio enim nullius animæ erit ex [16] nobis, ] præterquam nauis. [† g] Astitit enim mihi hac nocte angelus dei, cuius sum ego, & cui deseruio, dicens: Ne timeas Paule: Cæsari te oportet assistere. [f] Et ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum, propter quod bono animo[g] estote viri. Credo enim deo, quia sic erit, quemadmodum dictum est mihi. In insulam autem quandam oportet nos deuenire. Sed posteaquã quartadecima nox superuênit, nauigantibus nobis in [h] Hadria circa mediam noctem, supicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem. Qui & summittentes bolidem, inuenerũt passus viginti: & pusillum inde separati, [*] inuenerunt passus quindecim. Timentes autem ne in aspera loca incideremus, de puppi mittentes anchoras quatuor, optabant diem fieri. Nautis verò [i] quærẽtibus fugere de naui, cum misissent scapham in mare, sub obtentu quasi inciperent à prora anchoras extendere, [f] dixit Paulus Centurioni, & militibus: Nisi hi[f] in naui manserint, vos salui fieri non potestis. Tunc abscciderunt milites funes scaphæ, & passi sunt eam excidere. Et cum lux inciperet fieri, [17] rogabat ] Paulus omnes sumere cibum, dicens: [k] Quartadecima die hodie expectãtes ieiuni permanetis, nihil accipientes, propter quod rogo vos [l] accipere cibum pro salute vestra: quia nullius vestrum capillus de capite peribit. Et cum hæc dixisset, sumens panem gratias egit deo in conspectu omnium, & cum fregisset cœpit manducare. Animæquiores autem facti omnes, & ipsi sumpserunt cibum. Eramus autem vniuersæ animæ in naui ducentæ septuagintasex. Et satiati cibo alleuiabant nauem, iactantes triticum in mare. [f m] Cũ au-[e] tem dies factus esset, terram non agnoscebant: sinum verò quendam considerabant habentem littus, in quem cogitabãt, si possent, eiicere nauem. Et cum anchoras sustulissent, committebant se mari, simul laxantes iuncturas gubernaculorum, & leuato artémone secundum auræ flatum tendebant ad littus. Et cum incidissemus in locum [18] bithalassum ] impegerunt nauem: & prora quidem fixa, manebat immobilis, puppis verò soluebatur à vi maris. Militum autem consilium fuit, vt [19] custodias ] [n] occiderent ne quis cum enatasset, effugeret. Centurio autem volens seruare Paulum, prohibuit fieri: iussítque eos qui possent natare, emittere se primos, & euadere & ad terram exire, & cæteros alios in tabulis ferebant: quosdam super ea quæ de naui [*] erant. Et sic factum est, [†] vt omnes [—animæ] euaderent ad terram.

[e. Alia translatio, timentes ne in Syrtes inciderent, laxãtes autem naue ita ferebantur. Est autem Syrtis secũdum Rabanum angustia, siue tribulatio, siue locus periculosus ex arena. In quẽ timebãt scidere ex nimio nauis impetu. De Lyra cum Glos. ord.]
11. Velo.
13. Nostris.
14. Proiecimus.
f. Oportebat me audire dũ vos prius hortaret, non debere nos egredi à Creta: & dum me non audistis, hanc iacturam fecistis. Rabanus ibidem.
15. Nec accersere nobis.
16. Vobis.
g Nec ista dicit iactando, sed ad fidem illos prouocando. Nã & ideo mare turbatum est: & per quod auditus non fuit prius in Creta, vt per id quod à domino audit[9] est, specialis gratia in eo appareret. Beda ibidem.
h. Hadria nomen matis contra Rauennam, quod per ostia Padi fluuij intrat vrbine Hadriaticũ mare, ab Hadria Tuscorum ciuitate vetustissima, quæ in eius littore olim fuit, sortitum est nomen.
* Rursũmque demissa bolide.
[i. Nautis verò quærentibus fugere è nauí cum dimisissent scapham in mare, sub prætextu velut è prora anchoras extensuri, dixit Paulus Centurioni ac militibus: Nisi hi in naui manserint, vos salui fieri non potestis. Ioan. Chrysost. ibid.]
17. Hortabatur.
k. Nõ est verisimile quòd in 14. diebus nihil comederint, sed quod parum est: pro nihilo reputatur. Diuny. ibid.
l. Neque enim illis cibi cura erat, vtpote non suente periculo occupari circa res vulgares. Vnde autem manifestus factus est numerus eorum qui simul nauigabant: verisimile est eos causam interrogasse cur nauigarẽt, & ita ossa didicisse. Oecum. ibi.
[m. Consequenter describitur naufragij perpetsio, cũ dicitur, Terram non agnoscebant, scilicet in littore matis. De Lyra ibi.
18. Limarem.
19. Vinctos.
n. Iterum tentat diabolus obsistere prophetię, & volebãt quosdam interficere, sed non permisit Centurio, vt Paulum seruet, adeò eũ familiariter diligebat. Chrysosto. ibid.
* Fragmenta.

1. Euasissent, tunc cognouerunt quòd Melite.
a. Melite autem vel Malita in mari est Hadriatico, vbi sunt passi naufragium post varia discrimina à Creta. Fuerãt enim à Cæsarea Romam per Cretam recta via est. At cũ Melita Pachmo Siciliæ promontorio adiacet versus meridiẽ, & post naufragium nauigatum sit Syracusas, patet hanc dici Melitam.
2. Vulgarem.
b. Paulum momordit vipera, & putabãt eum quasi peccatorem vix de naufragio seruatum, veneno esse morituum: sed posteaquam inuiolabilis permansit, excussa in ignẽ vipera, plus apti intuentes venerationis inuenit. Ambr. Exaemeron. lib. 6. cap. 6.
3. Protepens.
4. Quem saluatum in mari vltio non sinit.
5. Expectabant vt incideret, aut cõcideret subitò morruus.
c. Hoc itaque inuiti barbari eũ quoque qui certam mortẽ euasserat, deum esse dicebãt, vt quibus muris erat omnẽ qui gloriosum aliquod opus præstaret. Deum existimare: quemadmodum etiam veteres deos nominabant, aut eos qui aliquid operarentur, quod vitæ ipsorũ suorũmque cœtuum excederet. Oecum. ibid.
6. Tractant hospitio.

*Paulus post naufragium Melite applicitus multa edidit miracula, & inde Romam perueniens cum omnium gaudio & lætitia suscipitur.* XXVIII.

[1] ET cum [a] euasissemus, tunc cognouimus quia [a] Mitylene ] insula vocaba-[a] tur. Barbari verò præstabant non [2] modicam ] humanitatem nobis. Accensa enim pyra reficiebant nos omnes, propter imbrem qui imminebat, & frigus. [b] Cum congregasset autem Paulus sarmentorum [—aliquantam ] multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera à calore [3] cum processisset, ] inuasit manum eius. Vt verò viderunt barbari pendentem bestiam de manu eius, adinuicem dicebant: vtique homicida est homo hic, [†] qui cum euasit de mari, vltio non sinit eum ] viuere. [f] Et ille quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est. [5] At illi [5] existimabant eum in tumorem conuertendum, & subitò casurum & mori. ] Diu autem illis expectantibus & videntibus nihil mali in eo fieri, [c] conuertentes se dicebant eum esse deum. In locis autem illis erant prædia principis insulæ, nomine Publij, qui nos susciplens triduo benignè [6] exhibuit. ] Contigit autem patrem Publij,

febri-

febribus & dysenteria vexatũ iacere.[d] Ad quem Paulus intrauit, & cum orasset,& imposuisset ei manus,saluauit eum. Quo facto & omnes qui in insula habebant infirmi-
C tates,accedebant,& curabantur.[g] Qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, &
7 nauigantibus ]impossuerunt quæ necessaria erant. Post menses autem tres, nauigauimus in naui Alexandrina quæ in insula hyemauerat, cui erat insigne[e] Castorum. Et cum venissemus [f] Syracũsas, mansimus ibi triduo. Inde circumlegentes deuenimus [g] Rhegium, & post vnum diem flante austro secunda die venimus Puteolos, vbi in-
D uentis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem, & sic venimus Romam. Et inde cum audissent fratres, *occurrerũt nobis vsque ad Appij forum & [8]Tribus tabernis.] [g] Quos cum vidisset Paulus,gratias agens deo accepit fiduciam.Cum autem venissemus Romam, permissum est Paulo [9] permanere sibimet ] cum custodiente se milite.Post tertiũ autem diem cõuocauit primos Iudęorum.[h] Cumque conuenissent, dicebat eis: Ego viri fratres, nihil aduersus plebem faciens, [10] aut morem paternum,] vinctus ab Ierosolymis traditus sum in manus Romanorum, qui cum interrogationem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eo quòd nulla esset causa mortis in
E me.[g] Contradicentibus autem Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi [11] gentem meam habens aliquid accusare.] Propter hanc igitur causam [12] rogaui vos videre & alloqui.] Propter spem enim Israel,catena hic circundatus sum. At illi dixerunt ad eum: [i] Nos neque literas accepimus de te à Iudęa, neque aduenięs aliquis fratrum nuntiauit aut locutus est quid de te malum. Rogamus autem à te audire quæ
F sentis.[k] Nam de secta hac notum est nobis, quia vbique ei contradicitur.[g] Cum constituissent autem illi diem,venerunt ad eum in hospitium plurimi:quibus exponebat, testificans regnum Dei, suadénsque eis de Iesu ex [13] lege Moysi ] & prophetis, à mane vsque ad vesperam. Et quidam credebant iis,quæ dicebantur,quidam verò non credebant.Cúmque inuicem non essent consentientes,discedebant dicente Paulo vnum verbum: Quia bene spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetam ad patres nostros, dicens: Vade ad populum istum,& dic:† Aure audietis,& non intelligetis,& vi-
G dentes, videbitis, & non perspicietis.[g] Incrassatum est enim cor populi huius,& auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne fortè videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertant se & sanem eos. Notum ergo sit vobis, quoniam gentibus missum est hoc salutare dei,& ipsi audient.[l] Et cum hęc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter se quæstionem. Mansit autem biennio toto in suo conducto, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de domino Iesu Christo cum omni fiducia, [14] sine prohibitione.]

†Isa.6.e Matt.13.b Marc.4.b Luc.8.b Ioan.12.f Roma.11.b

[d. Cur infidelem infirmũ precesaluar, qui Timotheũ, Trophimúmque infirmos fideles, vnũ curat,alterũ relinquit, nisi quia ille per miraculum foris sanandus erat, qui interius non viuebat, hoc autem non indigebant qui intus salubriter viuebant. Glosa ordina.]

7. Soluentibus.

e. Castoris & Pollucis, (Græca est litera est Διόσκουροι à Ζεύς, id est, Iouis, & κόρη, filij.

f. Syracusæ ciuitas Siciliæ sub Pachino monte.

g. Rhegium metropolis Calabriæ, viginti millibus à Peloro Siciliæ promõtorio distãs, olim cum Sicilia coniuncta, nũc fretum quinque millibus passuum latum intercurrit.

* De nobis.

8. Tres tabernæ.

9. Vt permaneret solus.

[h. Constituto autem ei die venerunt ad illum in hospitium complures, quibus exposuit testificatus regnum Dei, suadénsque eis de Iesu ex Moyse & prophetis. Et alij quidem credebãt his quæ dicebãtur, alij verò nõ credebant. Ioan. Chrysost.

10. Institutis maiorum.

11. Habeam de quo genẽ meam accusem.

12. Aduocaui vos vt videam & alloquar.

i. Hoc est, Iudæi neque per literas, neque per homines significarũt aliquid mali de te. Verũtamẽ volum⁹ audire de re quid de hac secta sentias. Chrysosto.

k. Ptiusquã Paulus Romam accederet,admoniti erãt Iudæi,ne prædicationẽ de Christo susciperent:nec ipsi soli, sed vbicunque terrarum dispersi erãt. Vnde autem id manifestũ esse poterit? Nãq; sumus inter veterũ cõmentaria: quoniã pacto sacerdotes qui Ierosolymam inhabitabãt, vnà cum scribis ac senioribus literas exarauerint, quas in omnes gentes ad Iudæos transmiserint vbicunque dispersi essent. Oecum. ibid.

13. Moyse.

l. Vnde non eo tẽpore quo Paulus actus in vrbe Roma conclusit Lucas, martyrio perfunctus est Paulus. Potuit enim fieri vt in initiis adhuc lector esset Nero, & detensionẽ Pauli pro nostro dogmate non aspernantes acciperet:processu verò temporis cũ cæteris malis aucta sit eius etiã in Apostolos sæuitiæ rabies. Euseb. Eccles. histo. lib. 2. cap. 22.

14. Nemine prohibente. Amen.

## INCIPIT PROLOGVS IN SEPTEM EPISTOLAS canonicas.

*NOn ita est ordo apud Græcos, qui integrè sapiunt, sidémque rectam sectantur, epistolarum septem, quæ canonicæ nuncupantur, sicut in Latinis codicibus inuenitur. Vt quia Petrus est primus in ordine Apostolorum, primæ sint etiam eius epistolæ in ordine cæterarum. Sed sicut Euangelistas dudũ ad veritatis lineam correximus, ita has proprio ordini deo iuuante reddidimus. Est enim vna earum prima Iacobi, duæ Petri, tres Ioannis, & Iudæ vna. Quæ si sic vt ab eis digestæ sunt, ita quoque ab interpretibus fideliter in Latinũ verterentur eloquium, nec ambiguitatem legentibus facerẽt, nec sermonum sese varietas impugnaret, illo præcipuè loco vbi de vnitate trinitatis in prima Ioannis epistola positum legimus. In qua etiam ab infidelibus translatoribus multum erratum esse à fidei veritate comperimus, trium tãtummodo vocabula, hoc est, aquæ, sanguinis, & spiritus, in ipsa sua editione ponẽtibus, & patris verbique ac spiritus testimonium omittentibus, in quo maximè & fides catholica roboratur, & patris & filij & spiritus sancti vna diuinitatis substantia cõprobatur. In cæteris verò epistolis, quantum à nostra aliorum distet editio, lectoris prudentiæ derelinquo. Sed tu virgo Christi Eustochiũ, dum à me impensius scripturæ ve-*

*ritatem inquiris, meam quodammodo senectutem inuidorum dentibus corrodẽdam exponis: qui me falsarium corruptorémque sanctarum pronuntiant scripturarum. Sed ego in tali opere nec æmulorum meorum inuidentiam pertimesco, nec sanctæ scripturæ veritatem poscentibus denegabo.*

## VITA SANCTI IACOBI PER DIVVM Hieronymum.

*IAcobus, qui appellatur frater domini, cognomento Iustus: vt nonnulli existimant, Ioseph ex alia vxore, vt autem mihi videtur, Mariæ sororis matris domini, cuius Ioannes in libro suo meminit, filius: post passionem domini statim ab Apostolis Ierosolymorum episcopus ordinatus, vnam tantum scripsit epistolam, quæ de septem catholicis est: quæ & ipsa ab alio quodam sub nomine eius edita asseritur, licet paulatim tempore procedẽte obtinuerit autoritatem. Hegesippus vicinus apostolicorum temporum, in quinto Commẽtariorum libro de Iacobo narrans, ait: Suscepit Ecclesiam Ierosolymæ, post Apostolos frater domini Iacobus cognomẽto Iustus. Multi siquidem Iacobi vocabantur. Hic de vtero matris sanctus fuit, vinum & siceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquam attonsus est, nec vnctus vnguento, nec vsus balneo. Huic soli licitum erat ingredi sancta sanctorum. Siquidem vestibus laneis non vtebatur, sed lineis, solúsque ingrediebatur templum, & flexis genibus pro populo deprecabatur, in tantũ vt camelorum duritiam traxisse eius genua crederentur. Dicit & alia multa, quæ enumerare longum est. Sed & Iosephus in vicesimo libro antiquitatum refert, & Clemẽs in septimo ὑποτυπώσεων, mortuo Festo, qui Iudæam regebat, missum à Nerone esse successorem eius Albinum, qui cum necdum ad prouinciam peruenisset, Ananus, inquit, pontifex adolescẽs Anani filius de genere sacerdotali, accepta occasione, ἀναρχίας concilium congregauit, & compellens publicè Iacobum, vt Christum filium Dei denegaret, contradicentem lapidari iussit. Qui cum præcipitatus de pinna templi, confractis cruribus adhuc semiuiuus tendens ad cœlum manus, diceret: Domine, ignosce eis, quod enim faciunt, nesciũt, fullonis fuste, quo rudia vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interiit. Tradit item Iosephus tantæ eum sanctitatis fuisse & celebritatis in populo, vt propter eius necem creditum sit subuersam esse Ierosolymam. Hic est de quo Paulus apostolus scribit ad Galatas: Alium autem apostolorum vidi neminẽ, nisi Iacobum fratrem domini. Et apostolorum super hoc crebrius acta testãtur. Euangelium quoque quod appellatur secundum Hebræos, & à me nuper in Græcum Latinúmque sermonem translatũ est, quo & Origenes sæpe vtitur, post resurrectionem saluatoris refert: Dominus autem cum dedisset sindonem seruo sacerdotis, iuit ad Iacobum & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus, se non comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem domini, donec videret eum resurgentem à mortuis. Rursúsque post paululum: Afferte, ait dominus, mensam & panem. Statímque additur: Tulit panem & benedixit, ac fregit, & dedit Iacobo Iusto, & dixit ei: Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit filius hominis à dormientibus. Triginta itaque annos Ierosolymis rexit Ecclesiam, id est, vsque ad septimum Neronis annum, & iuxta templum, vbi & præcipitatus fuerat, sepultus est. Titulum vsque ad obsidionem Titi & vltimam Hadriani notissimum habuit. Quidam è nostris in monte Oliueti eum putauerunt conditum, sed falsa eorum opinio est.*

## INCIPIT ARGVMENTVM IN EPISTOLAM Canonicam beati Iacobi Apostoli.

*IAcobus Apostolus sanctum instruit clerum de cultura cælestium præceptorum, & regula catholicæ obseruantiæ, & de inuictæ patientiæ maiestate, & de reuelatione plurimorum, & de mendacio magistrorum.*

Incipit

# Incipit Epistola canonica beati Iacobi APOSTOLI.

*Post varium in tentationes bellum & partam victoriam, vnusquisque facilè acquiret sapientiam, humilitatem, patientiam, mansuetudinem & religionem.* Cap. I.

A [a] Acobus Dei & domini nostri Iesu Christi seruus, [b] duodecim tribubus quæ sunt in dispersione, salutem. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis: † scientes quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habeat: vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. [1] Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat ] omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei. † Postulet autem in fide, nihil hæsitans. Qui enim [2] hæsitat, ] similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circunfertur. Non er-
B go existimet homo ille quòd accipiat aliquid à domino. [c] ✠ Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Glorietur autem frater humilis, [3] in exaltatione ] sua: dines autem in humilitate sua, † quoniam sicut flos fœni transibit. Exortus enim est sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit. Ita & dines in itineribus suis marcescet. † Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Nemo cum tentatur dicat, [4] quoniam à Deo tentatur. ] [d] Deus enim intentator malorum est. Ipse autem neminem tentat. Vnusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, peccatum ve
c rò cum consummatum fuerit, generat mortem. ✠ Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. † [5] [e] Omne datum optimum, ] & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminum, [f] apud quem non est transmutatio, [6] nec vicissitudinis ] obumbratio. Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt simus [7] initium aliquod creaturæ ] eius. [8] Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem ] omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, † & tardus ad iram. Ira enim viri, iustitiam dei non operatur. † Propter quod abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas ve-
D stras. † ✠ Estote autem factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos: quia si quis auditor est verbi, & non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ [g] in speculo. Cõsiderauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. † Siquis autem putat se religiosum * esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio munda & immaculata apud deum & patrem, hæc est: visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire [9] ab hoc seculo. ]

a. Iacobus qui frater domini dicebatur, tantæ sanctitatis, tantæque iustitiæ & perpetuæ virginitatis fuit, vt Iosephus quoque historicus Iudæorũ, propter huius necem Ierosolymã subuersam referat. Hic primus episcopus ex Iudæis Ierusalymæ credentis ecclesiæ ad quem Paulus cum Tito Barnabáque pgebat visurus, de quo Gala. 1. Hieron. aduersus Iouinianum lib. 1.

b. Quoniam pacto 12. scripsit tribubus, quatũ decem etiam vltra mõtes Caspios remotę sunt? Dicendum aliquos illarum tribuum in Iudæa remansisse, & quosdam eũ tribu Iuda, & Beniamin & Leuitica rediisse Chaldæa. Dionys. ibid. Vel dispersis illis Iudæis per Iudæam & Samariam propter persecutionem post mortem Stephani, vt Act. 8. 2. Beda ibid.

1. Si cui vestrum deficit sapientia, postulet ab eo qui dat, Deo.
2. Diffidat.
c. Duplici animo virum appellat instabilem, & non firmũ, qui neque ad futura solidè, neque ad præsentia securè firmus est, sed huc atque illuc ducitur ac circũfertur, & interim quidem futura, quãdoque verò præsentia amplectitur. Oecum. ibid.
3. Sublimitate.
4. Quòd à deo tentor.
d. Tẽtatio domini probatio est, tentatio dæmonis vel carnis delectio est. A passionibus ergo & concupiscentiis illa tẽtatio est, cum humiliati deiicimur, à domino autem comprobati glorificamur: & ideo dominus intentator malorum est. Eucherius quæst. difficil.
5. Omnis donatio bona.
e. Omnis autem boni deum esse autorem: cuius dona incerta sunt, nec mutabilia, sed ex æterna voluntate venientia. Iacobus apostolus ita loquitur: Nolite errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimũ, &c. Ambro. de vocat. gent. lib. 1. cap. 9.
f. Ipsa enim mutabilitas vmbra est, quę quasi obscuraret lucem, si hanc per aliquas vicissitudines permutaret. Sed quia in deo mutabilitas nõ venit, nulla eius lumen vmbra vicissitudinis intercidit. Greg. li. 22. c. 17. Moral.
6. Aut conuersionis.
7. Primitiæ quędã creaturarum.
8. Itaque fratres mei dilecti, fir.
g. Quia imago in speculo habet debile esse, & intẽtionale potius q̃ reale, ideo debilẽ facit impressionem. Quia verò modus agẽdi sequitur modũ essendi, & quia debilem facit impressionem in oculo, ideo ex tali impressione sequitur debilis memoria, & labilis f mẽte cognitio. Dion. ibi.
* Inter vos.
9. A mundo.

*Personarum acceptio perniciosa, opera misericordiæ exercenda, fidei sine operibus non est nimis confidendum.* II.

A [a] Fratres mei, † nolite in personarũ acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in cõuentum vestrum vir aureum annulum habẽs, in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu, & intẽdatis in eum qui indutus est veste præclara, & dixeritis: tu sede hîc bene: pauperi autem dicatis: tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, nónne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum ini-

a. Considera quomodo penè æqualiter remuneratur cum qui minus obtulit, & eum qui amplius. Si enim acceptor personarum fuisset, vtique non tantùm in denda gratia, quàm in reddẽda mercede esset æqualis ambobus. Chryst in Matth. cap. 25.

quarum? Audite fratres * dilectissimi: [b] Nónne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide,& hæredes regni,quod repromisit deus diligentibus se? Vos autem exhonorastis pauperem, [§ c] Nónne diuites per potentiam opprimunt vos: & ipsi tra- B hunt vos ad [1] iudicia? ] Nónne ipsi blasphemant bonum nomen quod inuocatum est super vos? Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas, † diliges proximum tuum sicut teipsum: bene facitis: si autem personam accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege, [2] quasi] transgressores. Quicunque autem totam legem seruauerit, [d] offendat autem in vno, factus est omnium reus. Qui enim dixit: non mœchaberis, dixit & non occîdes. Quòd si non mœchaberis, occîdes autem, factus es transgressor legis. Sic loquimini & sic facite, sicut per legem libertatis [3] incipientes iudicari.] † [e] Iudicium enim sine misericordia illi,qui non [4] facit] misericordiam. [§ f] Su- C perexaltat autem misericordia ] iudicium. Quid proderit fratres mei, [f] si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? Si autem frater aut soror † nudi sint,& indigeant victu quotidiano: dicat autem aliquis ex vobis, illis: ite in pace, calefacimini & saturamini: non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? † Sic & fides si non habeat opera, mortua est [6] in semetipsa.] Sed [7] dicit] aliquis: Tu fidem habes, & ego opera habeo. Ostende mihi fidem tuam [8] sine operibus,] & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. [§ g] Tu credis quoniam vnus est deus, bene facis. Et dæmones credunt, & contremiscunt. [§] Vis D autem scire ô homo inanis, quoniam fides sine operibus [9] otiosa ] est? Abraham pater noster nónne ex operibus iustificatus est, † offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam † fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est? Et [10] suppleta] est scriptura, dicens: † Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam,& amicus Dei appellatus est. [h] Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo,& non ex fide tantùm? † Similiter & Rahab meretrix, nónne ex operibus iustificata est,suscipiens nũtios,& alia via eiiciens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est: ita & fides sine operibus mortua est.

*Ex linguæ vitio prodeant multiloquium immunditia, maledicentia, dißidium, & contentio: sapientia verò cælestis omnia illa pessundat.* 111.

† [a] Olite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudi- A cium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. [1] Potest etiam] fræno circunducere totum corpus. Si autem equis fræna in ora mittimus [2] ad consentiendum nobis,] omne corpus illorum circunferimus. Et ecce naues cum magnæ sint, & à ventis validis minentur, circunferuntur [—] autem ] à modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna [3] exaltat. ] [§ b] Ec- B ce [4] quantus ] ignis quàm magnam syluam incendit. Et lingua, ignis est, [5] vniuersitas iniquitatis. Lingua ] constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus,& inflammat rotam natiuitatis [—] nostræ, ] inflammata à gehenna. Omnis enim natura bestiarum & volucrum & serpentium [6] etiam & cæterorum domantur,]& domita sunt à natura humana: linguam autem nullus hominum dómare potest. [7] Inquietum ] malum, plena [b] veneno mortifero. [§] In ipsa benedicimus deum & patrem, & C in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem & similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Nõ oportet fratres mei hæc ita fieri. Nunquid [8] fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam?] [c] Nunquid potest fratres mei, † ficus [9] vuas] facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa, dulcem potest facere aquam. Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. [d] [§] Quòd si zelum amarum habetis,& D contentiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. Non est enim ista sapientia desursum descendens à patre luminum: sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus

pra-

* Mei.
b. Eligendi ergo sunt diuites in fide, ieut hæredes regni. Recte quippe in eis hoc eligere dicit, quod vt in eis faciat, eos elegit. Aug. de prædest. sanct. li. 1. c. 17.
c. Nam cum pauperes non distrahantur circa res mundi vbi accesserint ad fidem magis strenui redduntur, ac operi magis insistentes, quàm diuites. Ideo enim dominus tales elegit discipulos, quos etiam regni hęredes declarauit. Oecum. ibid.
1. Tribunalia.
2. Tanquam.
[d. Verè qui in vno offendit, est transgressor totius legis, quia qui peccat contra auctorem legis, facit quæ in tota lege negligit, & contra charitatem, quæ est causa & mater totius legis. Glo. ordina. ibidem.]
3. Iudicandi.
e. Nõ igitur Christus iudicabit nos tantũ pro sua misericordia, sed pro sceleribus nostris. Nam sine misericordia iudicabitur ille, qui eam facere posset, non fecit misericordiam antequam iudicaretur. Beda ibid.
4. Fecerit.
5. Gloriatur autẽ misericordia aduersus.
f. Legimus solam fidem sufficere, sed respectu legis Mosaicæ, non Euangelicæ. Eoleb.
6. Per se. 7. Dicet.
8. Ex operibus tuis.
g. Nũquid erauit Apostolus vt hominis Christiani fidẽ dæmoni compararet? Non vtique, sed ostẽdere aliud volens, quia sine operibus bonis nihil sibi p fidei supercilio deueret. Idcirco autẽ à dæmonibus deum credi, scilicet vt sicut dæmones cum deum credunt, tamẽ in querelate perdurant, ita qui à malo opere nõ cessant. Salu. lib. 4.
9. Mortua. 10. Impleta.
h. Quæ ratio est, vt ipsi nos falsa opinione fallamur, existimantes scilicet quia Christiani esse dicamur, q̃ oportuerit nobis inter mala quæ agimus nomẽ bonum ponere: cũ spiritus sanctus nec fidem quidẽ dicat hominibus Christianis sine operib⁹ bona posse p fidei esse & vtique multo plus est habere fidem, q̃ nomen: quia nomen est vocabulũ hominis, fides autem fructus est mentis: & tamen hunc ipsum fidei fructum infructuosum apostolus sine bonis operibus mortuum esse restatur. Salaia. li. 4.
a. Cũ in superioribus diuisset ac docuisset fideles vt fidẽ possiderent, non vacuã bonis operibus, ad aliud transit præceptũ huic germanũ. Etenim quida docere conantur quæ nec ipsi practicãt, & ait q̃ maiores erit eorum iudiciũ, quidoquidẽ nihil fueri attulerunt. Nam qui docet ea quę nõ habet tanquam illa habens, condemnatus est tanquam sua lingua lapsus. Oecum. ibid.
1. Potens.
2. Vt nobis pareant.
3. Iactat. 4. Exiguus.
5. Mundus iniustitiæ.
Sic lingua.
6. Et marinorum domatur.
7. Incoercibile.
b. Quo pacto quis igitur peccat, per id quod vitare non potest? Nempe quia cum magna difficultate, vel si quasdã linguę culpas vitat, non omnes tamen vitare potest. Diony. ibidem.
8. Fons saltem & dulcem potest facere aquã ex eodem foramine manantem?
c. Ex fructibus ergo animæ, quibus innocentiam ad ruinã trahunt, rapacibus lupis comparantur. Hieron. in Matt. cap. 7.
9. Oleas.
[d. Distinguit sapientiã in mũdanam & diuinã. Vnde sapiẽtia humana dicit, quæ per cautelas & mẽdacia tendit ad finem indebitũ, & hoc procedit ex passionib⁹ inordinatis, & maximè inuidiæ & odij. Et hoc est qđ dicit: Quòd si zelũ amarũ. i. inuidiã, habetis inuicẽ. De Lyr. ibi.]

prauum.[d] Quæ autem desursum est sapientia,primùm quidem pudica est,deinde pacifica,modesta [10] suadibilis,] bonis consentiens, plena misericordiæ, & fructibus bonis, [11] iudicans sine simulatione.] Fructus autem iustitiæ, in pace seminatur, facientibus pacem.

*Contentiones fugiendo,& affectibus non indulgendo, à mundo & diabolo facilè recedemus,ad deum accedemus,& proximo coniungemur.* IIII.

A VNde bella & lites in vobis? Nónne ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris? Concupiscitis,& non habetis:occiditis,& zelatis, & non potestis adipisci. Litigatis & belligeratis, non habetis propterea quòd non postulatis. [a] Petitis,& non accipitis,eo quòd malè petatis:vt [1] in concupiscentiis] vestris insumatis. † Adulteri,* nescitis quia amicitia huius mũdi,[2] inimica] est dei? Quicunque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei constituitur. [b] An putatis quia inaniter scriptura dicat: ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat in vobis? Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit: † [b] Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. † [c] Subditi ergo estote deo: resistite autem diabolo, & fugiet à vobis. [3] Appropiate] Deo: & appropinquabit vobis. Emundate manus,peccatores:& purificate corda,duplices animo: [4] † Miseri estote,&] lugete,& plorate: † risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. † Humiliamini in conspectu domini,& exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri,aut qui iudicat fratrem suum,detrahit legi, & iudicat legem. [d] Si autem iudicas legem,non es factor legis,sed iudex. Vnus est enim legislator,& iudex qui potest perdere & [5] liberare.] † Tu autem quis es qui iudicas proximum tuum? [6] Ecce nunc qui dicitis, hodie aut [6] crastino] ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus: (qui ignoratis quid erit in crastino. [c] Quæ est enim vita vestra? Vapor est ad modicum parẽs, & deinceps exterminabitur) pro eo vt dicatis, si dominus voluerit, & si vixerimus: faciemus hoc, aut illud. Nunc autem exultatis in superbiis vestris. Omnis [7] exultatio] talis,maligna est. † Scienti igitur bonum facere,& non facienti: peccatum est illi.

d. Sola quæ ex deo est sapientia salutaris est,quę secundum beati Iacobi definitionẽ, primùm pudica, deinde pacifica est. Nã sapientia carnis voluptuosa est, non pudica. Sapientia mũdi tumultuosa est,nõ pacifica. Sapiẽtia verò quæ ex deo est,primum pudica est,non quærens quę sua sunt,sed quæ Iesu Christi:vt nõ suã quisque faciat voluntatem, sed consideret quæ sit voluntas dei. Deinde pacifica non abundãs suo sensu, sed alieno magis acquiescẽs consilio vel iudicio. Bernar. in die nata.dom. Ser.1.

10. Suasibilis.

11. Nihil diiudicãs & nihil dissimulans.

a. Malè namque petunt,qui persecutantes in peccatis,pro eisdẽ peccatis quæ minimè dimittũt, vt sibi à domino dimittantur impudenter exorant,qualis ipse per Isaiam reprobat, dicens: Et cũ extẽderitis manus vestras,auertam oculos meos à vobis. Beda.

1. In voluptatibus.

* Et adulteræ.

2. Inimicitia.

b. Contraria compensat cõtrariis, qui ex vniuersis iustè metitur. Nazianz.

c. Ostendit quomodo resistere debeamus diabolo,si vtique subditi deo, eiúsque faciẽdo voluntatem vt diuinam etiã mereamur gratiam: facilius noquã spiritui auxilio sancti spiritus resistamus. Hieron. de virgi. ad Demetriadem.

3. Vel, Appropinquate.

4. Affligite vos.

d. Ille iudicat legẽ,qui dicit aliquid non iuste præceptum, & ignorantiam nõ habere peccatum: & frustra offerri victimas pro errore, quod peccati nõ habet conscientiam. Neque enim in lege ratio quæritur,sed auctoritas. Hier. aduersũ Pelagia. lib. 2.

5. Seruare.

6. Cras.

[e. Non cõsentit illis qui dicũt pessimum mortem nihil esse, & mortem ipsam nihil esse. Sed vt doceat quia vita prauorum breuis est in præsenti, quam tamen in futuro mors æterna sequitur. Glosa ordin. ibid.]

7. Gloriatio.

†Gene. 6.a 8.d 1.Pet.5.b 5.9.a c.Hæc autem

†1.Pet.1.b

†Ephes. 2.f Ephe.4.d 1.Pet.5.c Iere.31.c

†Iosu.16.e Prouer. 14.b †1.Pet.3.c

†Rom. 2.a 4.a

De pœ. dist. Si enim.

[1] Gite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris, quæ aduenient vobis. [b] Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt,& vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & mãducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis [2] iram] in nouissimis diebus. Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones vestras,quæ fraudata est à vobis,clamat,& [1] clamor] eorum in aures domini sabaoth [2] introiuit.] Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra. In die occisionis [3] addixistis] & occidistis iustũ, & non restitit vobis. [c] [4] Patientes igitur estote fratres, vsque ad aduentum domini. Ecce, agricola expectat pretiosum fructum terræ: [d] patienter ferens donec accipiat [4] temporaneum & serotinum.] Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam aduentus domini appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum: vt non iudicemini. Ecce, iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite fratres, [5] exitus mali & longanimitatis,&] laboris & patientiæ Prophetas:qui locuti sunt in nomine domini. Ecce [5] beatificamus] eos qui sustinuerunt. [6] [e] Sufferentiam] Iob audistis: & finem domini vidistis: quoniam * misericors est dominus & miserator. † Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramen-

a. Id est,Vitam corrigite, pœnitentiam facite:cum dicat saluator: Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et Paulus: Dum ergo tempus habemus operemur bonũ ad omnes. Dion. ibi.

b. Putrefactio,inquit, diuitiarũ & vestimentorum corrosio siue exesio à tineis, & ærugo auri fetet aduersus vos testimonium, arguens tenacitatem vestram. Occum. ibid.

1. Clamores.

2. Introierunt.

3. Condemnastis.

[c. Consolatur iustos ne in tribulationibus deficiãt, & primò inducit eos ad patientiam. 2. ad reuerentiam Dei. De Lyra.]

d. Hoc est, vsque ad aduentum iudicij vestri particularis statim post mortem vestram, vel generalis,quando iusta retributio tã corporis,q̃ animæ fiet. Dion. ib.

4. Pluuiam tempestiuam & serotinam.

5. Beatos dicimus.

6. Patientiam.

[e. Non dicit finem Iob,cui temporalia sunt restituta,sed patiẽtiam Iob: Et finẽ domini: quia ad patiendum exemplo Iob inuitat,& tamen non vt temporalia recipiat, sicut Iob verus homo, sed æterna vt Christus notus homo. Glosa ordin. ibid.]

* Valde.

2.q.1.c.1. Iniurias. Et Christus. Iac.5.f Cor.7.c Pet.2.c

Universidad de Deusto
Biblioteca



tum. Sit autem sermo vester, [7] est est,] non non, vt non sub iudicio decidatis. * Tristatur] autem aliquis vestrum? oret. Æquo animo est? psallat. † [d] Infirmatur quis in vobis? [9] inducat] presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, † vngentes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eum dominus: & si in peccatis sit, dimittentur ei. & † [e] Confitemini ergo alterutrum peccata vestra: & orate pro * inuicem, vt [10] saluemini.] Multum enim valet deprecatio iusti assidua. † Elias, homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt non plueret super terram, & nõ pluit annos tres & menses sex: & rursum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. † Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum, scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & [11] operit] multitudinem peccatorum.

7. Etiam, etiam.
8. Affligitur.
d. Nec prætermittendum est illud Apostoli Iacobi præceptũ: Infirmatur quis in vobis, &c. Ergo sic roges de te & pro te fiet, sicut dixit Apostolus Iacobus, imo per Apostolũ suũ dominus, ipsa videlicet olei sacri delibatio, intelligitur spiritus sanctitypica vnctio. August. de visitatio. infirmo. lib. 2.
9. Accersat.
e. Quòd si forte alicuius vel cor, vel linor, vel infidelitas, vel aliquod malum latẽter irrepserit, non erubescat (qui animæ suæ curam gerit) confiteri hæc huic qui præest, vt ab ipso per verbũ Dei & consilium salubre curetur, quod possit integra fide & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ præmia peruenire. Clemẽs epistio. 1. ad Iacobum. Itẽ. Strepitus sit peccatorum tuorũ recordatio, super quibus persistet in aure sacerdotis humillima tua confessio, iuxta illlud Apostoli Iacobi: Cõfitemini alterutrum peccata vestra. Augu. de visitatio. infirmo. lib. 1. cap. 2.
* Vobis.
10. Sanemini.
11. Operiet.

## INCIPIT ARGVMENTVM IN EPISTOLAM Canonicam beati Petri Apostoli primam.

*Discipulos Saluatoris inuicti, toto orbe diffusos & peregrinos in hoc seculo monstrat, & præteritæ vitæ pœnitere suadet, & in nouam vitam proficere, tota cum solicitudine exhortatur Simon Petrus filius Ioannis prouinciæ Galileæ, vico Bethsaida, frater Andreæ Apostoli.*

a. Petrus habebat Mareũ interpretem, cuius euãgelium Petro narrante, & illo scribente cõpositum est. Denique & duæ epistolæ, quæ feruntur Petri, stylo inter se & charactere discrepant, structuráque verborum. Ex quo intelligimus pro necessitate rerum diuersis eũ vsum fuisse interpretibus. Hiero. q. 11. ad Hedibiam.
b. Vsus est autem ex particula, secundum præscientiam dei, ad significãdum quòd in nullo sit prophetis posterior, qui & ipsi missi fuerãt nisi tempore. Quod autem missi fuerint prophetæ, dicit Isaias: Ad annunciandum pauperibus lætum nũcium misit me. Isa. 61. Occu. ibid.
c. Vbi incorrupta prædicat hæreditas, & immaculata, & immarcessibilis, & præparata in cœlis, & in tempus nouissimũ reseruata, & spei vitæ æternæ, quando non nubent neque nubentur, ibi alius verbis virginitatis priuilegia deliberuntur, in quibus quid de vocatione gentium sentiat, contemplemur. Hiero. aduersus Iouinian. lib. 1.
7. In vos.
d. Quis autẽ dei virtus rectè dicitur, nisi qui à corruptione nos redemit dei filius, & in incorruptionem nos reduxit? Cyril. li. 1. cap. 5. contra hæreses.
e. 2. Exultate, vel exultatis, ἀγαλλιᾶσθε indicatiuè & imperatiuè significat, præsenti & non futuro.
f. Sicut enim aurum in fornace clausum ignibus examinatur, prolatũ verò furat, cuius sit fulgoris apparebit, ita fidelitũ constantia inter infidelium pressuras contẽptibilis videtur ac fluxa, sed vbi tempus retributionis finito certamine tribulationũ affuerit, tunc quantę fuerit gloriæ, quantum flammis passionũ profecerit eorum virtus, ostẽditur. Beda ibidem.
* Perditur & tamen.
3. Per reuelationem.
4. In vos.
5. In quæ (scilicet verbi incarnati mysteria.
g. Si angeli in eum cupiũt prospicere, quantò magis nos homines mortales despicere non debemus, nec fortè & nobis diceatur sicut dictum est Iudæis: vos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri. Histo. Victoris de persecutio. Vãdalo. lib. 20. cap. 2.

# Incipit Epistola canonica beati Petri APOSTOLI PRIMA.

*Animarum salus non negligenda, perfectio & sanctitas perquirenda, castitas & vitæ munditia prosequenda, & charitas fraterna amplexanda.* Cap. I.

[a] Petrus Apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, [b] secũdum præscientiam Dei patris, in sanctificationem spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi, gratia vobis & pax multiplicetur. [c] † Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionẽ Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem, conseruatam in cœlis, [1] in vobis] qui [d] in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo. [e] [f] In quo [2] exultabitis,] modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus, vt probatio vestrę fidei multo [f] pretiosior sit auro, (quod * per ignem probatur:) inueniatur in laudem & gloriam & honorem [3] in reuelatione] Iesu Christi: quem cum non videritis, diligitis. In quem nunc quoque non videntes creditis: credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum. De qua salute exquisierũt atque scrutati sunt Prophetæ, qui de [4] futura] in vobis] gratia prophetauerunt: scrutantes in quod vel quale tẽpus significaret in eis spiritus Christi, prænũtians eas quę in Christo sunt passiones & posteriores glorias, quibus reuelatum est, [g] quia non sibimetipsis, nobis autem ministrabant ea quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis, spiritu sancto misso de cœlo: [5] [g] in quem] desiderant angeli prospicere. Propter quod succincti lumbos mentis vestræ sobrij, perfecti sperate in eam quæ offertur vobis gratiam in reuelationem Iesu Christi: quasi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis: sed secundum eum qui vocauit vos, sanctum: vt & ipsi in omni conuersatione sancti sitis, quoniam

niam scriptum est: † sancti [6] eritis, ] quoniam ego sanctus sum. Et si patrem inuocatis
eum † [b] qui sine acceptione personarum iudicat secundum vniuscuiusque opus, in ti-
more, incolatus vestri tempore conuersamini: scientes quòd non corruptibilibus au-
ro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione [7] paternæ traditionis. ]
D † [c] sed [8] pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati, præco-
gniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus
propter vos, qui per ipsum fideles estis in deo qui suscitauit eum à mortuis, & dedit
ei gloriam, vt fides vestra & spes esset in deo. [d] Animas vestras castificantes in obe-
dientia charitatis, ]in fraternitatis amore simplici, ex corde inuicem diligite attentius,
renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei viui & perma-
nentis in æternum: † quia omnis caro vt fœnum: & omnis gloria [9] eius ]tanquam flos
fœni. Exaruit fœnum, & flos eius decidit: verbum autem domini manet in æternum.
Hoc est autem verbum quod euangelizatum est [10] vobis.]

6. Estote.
[b. Non vt carnalis pater qui filiis peccantibus indulgentius quàm seruis parcere consueuit. Sed deus pater & seruos obedientes imo & hostes manum sibi dantes in filios sibi adoptat: & qui filiorum nomine videbantur honorabiliores, pro inobedientia hæreditatis reddit exortes. Glosa. ordinaria. ibid.]
7. A patribus tradita.
c. Sanguine enim pretioso redempti sumus, sed quasi homo dominus nos redemit, idéque quasi deus peccata donauit. Ambr. de fide lib. 3. ca. 3
8. Qui animas vestras castificastis per obedientiam veritatis.
d. Cœpiscere nephas est, quod fieri crimen est. Quòd si nullã Petrus cõstuprationem animæ nosset, nec castificari eam desideraret. Hiero. de. virginitate.
9. Hominis.
10. Apud vos, vel in vos, seu vobis.

*Regenerati in fide per charitatem in illa nutriantur, ac cæteros verbo & exemplo, atque subiectione nutriant.* 11.

A † [a] Eponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulatio-
nes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes, [1] ratio-
nabiles] & sine dolo, lac concupiscite, vt in eo crescatis ⊱ in salutem, ] si
tamen gustastis, [2] quoniam dulcis ] est dominus. Ad quem accedentes la-
pidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, à deo autem electum, & [3] honori-
ficatum: ] & ipsi tanquam lapides viui superædificamini [4] domus spiritales ] in sacer-
dotium sanctum, [5] offerentes ]spiritales hostias, acceptabiles deo per Iesum Christum.
Propter quod continet scriptura. † Ecce pono in Sion lapidem summum angularem,
B ⊱ probatum, ] electum, pretiosum. Et qui crediderit in eum, non confundetur. [e] Vo-
bis igitur honor [6] credentibus: ]non credentibus autem, † lapis quem reprobauerunt
ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali, iis qui
[7] offendunt verbo, ] nec credunt in quo & positi sunt. † [b] Vos autem genus electum,
regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuntietis eius qui
de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. † [c] Qui aliquando non populus
dei, nunc autem populus dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem miseri-
cordiam consecuti. Charissimi obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, [d] absti-
nere vos à carnalibus desideriis quæ militant aduersus animam, conuersationem ve-
stram inter gentes habentes [8] bonam, ]vt in eo quod detractant de vobis tanquam de
[9] malefactoribus, ] ex bonis operibus vos considerantes, glorificent deum in die visi-
C tationis. [e] † Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter deum: Siue Regi,
quasi præcellenti: siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum,
laudem verò bonorum: Quia sic est voluntas dei, vt benefacientes obtumescere fa-
ciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi, & non quasi velamen ha-
bentes malitiæ libertatem, sed sicut serui dei. † Omnes honorate, fraternitatem diligi-
te, Deum timete, Regem honorificate. † Serui subditi estote in omni timore dominis,
non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Hæc est enim gratia, si propter dei
D conscientiam sustinet quis [10] tristitiam, ] patiens iniustè. [f] Quæ enim est [11] gratia, ] si
peccantes & colaphizati suffertis? Sed si benefacientes patienter sustinetis, hęc est gra-
tia apud deum. In hoc enim vocati estis, quia & † Christus passus est pro nobis, vobis
relinquens exemplum, [f] vt sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec in-
uentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat: cum patere-
tur, non comminabatur: Tradebat autem iudicanti se [12] [g] iniustè. ] † Qui peccata no-
stra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iustitiæ viuamus: cu-
ius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pasto-
rem & Episcopum animarum vestrarum.

a. Agite itaque ad sanctæ istæ admoniti infantiæ, deponite malitiam, dolum, adulationem, & inuidiam, & detractionem: hanc innocentiam sic tenere debetis, vt eam crescendo nõ amittatis. Quid est malitia, nisi nocendi amor? Quid est dolus, nisi aliud agere, & simulare? Quid est adulatio, nisi falaci laude seductio? Quid est inuidia, nisi odium fœlicitatis alienæ? Quid est detractio, nisi mordacior quàm veracior reprehensio? Malitia malo delectatur alieno, inuidentia bono cruciatur alieno: Dolus duplicat cor, adulatio duplicat linguam, detractio vulnerat fãmã. Augu. li. 50. homil. hom. 20
1. Rationabile.
2. Quòd benignus.
3. Pretiosum.
4. Domus spiritalis.
5. Ad offerendum.
6. Qui credidistis.
7. Impingunt in verbum (scilicet filium dei.
b. Vnusquisque vngitur in sacerdotium, vngitur in regnũ. Sed spiritale regnum est, & sacerdotium spirituale. Ambr. de sacra. lib. 4. ca. 1.
c. Hoc itaque ex illius benignitate habetis, quandoquidem quod ad vos attinet, populus estis, qui quondam eratis non populus, & misericordiam cõsecuti, qui quondam non eratis misericordiam consecuti. Oecumenius ibidem.
d. Aptè autem liberos docet à carnalibus abstinere desideriis, quia solet libertas vitæ remissioris maiora illecebrarum titillantium tolerare pericula. Beda ibid.
8. Honestam.
9. Maleficis.
e. Humanam creaturam intelligit dignitates & principatus vices dei gerentes. illis ergo se debet omnis inferior subiicere propter deum, inquantum eius personam representant, seu ei[9] vicarij sunt in terra, & quoniã id deus exigit, atque vt bonum æternum consequamur finaliter, & vt eum in ministris suis honoremur.
10. Molestiam.
11. Gloria.
f. Sequenda sunt vestigia Christi, præstando beneficia ingratis, non rettribuendo secundum merita sua maleuolis, orando pro inimicis, amando bonos, miserando peruersis, inuitando aduersor, suscipiendo in charitate conuersor, & æquanimiter pati subdolos ac superbos. Prosper.
12. g. Iustè (scilicet deo patri, qui iustè iudicat) commisit causam suam.

*Coniuges inuicem conuersentur, omnes vnanimes egenis bona conferant, mala tolerent, & sic domino fide coniungentur.* III.

SImiliter & [1] mulieres subditæ sint viris suis,] [2] vt & si qui non credunt A verbo per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant, considerantes in timore [2] castam] conuersationem vestram. † Quarum sit non extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu dei locuples. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in deo, ornabant se subiectæ propriis viris: † sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans: cuius estis filiæ, benefacientes, & non pertimentes vllam perturbationem. ℣ Viri similiter, cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori B vasculo muliebri impartientes honorem tanquam & cohæredibus gratiæ vitæ: vt nõ impediantur orationes vestræ.[3] [b] In fide] autem, omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, ℣ humiles,] † non reddentes malum pro malo, † [c] nec maledictum pro maledicto: sed econtrario, benedicentes, † quia in hoc vocati estis vt benedictionem hæreditate possideatis. † Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. [d] Declinet autem à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & persequatur eam: quia oculi domini super iustos, & ores eius in preces eorum, vultus autem domini super facientes mala. ℣ Et quis est, qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? † Sed C & si quid patimini propter iustitiam, beati. [4] Timorem] autem eorum ne timueritis, vt non conturbemini. [e] Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris, † parati semper [5] ad satisfactionem] omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est spe, ℣ & fide] sed cum modestia & [6] timore] conscientiam habentes bonam, vt in eo quòd detrahunt de vobis, confundantur qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem. [f] Melius est enim vt benefacientes (si voluntas Dei velit) pati, quàm malefacientes: ℣ quia & † Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, D iustus pro iniustis: vt nos offerret deo, [7] mortificatos] quidẽ carne, [8] viuificatos] autem spiritu. In quo & iis [g] qui incarcere erant, [9] spiritualiter] veniẽs prædicauit qui increduli fuerant aliquando: † quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca: in qua pauci, id est octo animæ, saluæ factæ sunt per aquam. † [10] Quod vos & nunc similis formæ saluos facit baptisma: ] non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in deum per resurrectionem Iesu Christi à mortuis, qui est in dextera dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur, profectus in cœlum subiectis sibi angelis & potestatibus & virtutibus.

1. Vxores sitis subditæ viris vestris.
a. Mulieris gratia plurimum valet vt viri eius conuertatur affectus per vxoris suæ bonam conuersationem, & incredulus se conuertat ad gratiam Christi. Hoc valet mulieris grauitas & pudicitia & eius bona conuersatio, vt virum suum vocet ad fidẽ & deuotionem, quod prudentis viri sermo frequenter operatur. Ergo mulier, inquit, non in ornatu capillorũ, non in tortis crinibus ornamẽtum suum habeat, sed oratione & corde puro, vbi est absconditus cordis homo, qui semper est apud deum locuples. Ambro de sacramentis, lib. 6. ca. 5.
2. Puram.
3. In summa.
[b. Fides vno modo accipitur vt est virtus theologa, & sic inducit ad vnitatem ecclesiæ, vt nõ sint inter fideles schismata: alio modo vt est virt⁹ moralis, & est idem quod fidelitas, & sic inducit ad vnitatem fidelitates mutuæ. Delyra. ibid.]
c. Maledicenti benedictio respondeat, nunquam ipse male dicat, nec malum procedat ex ore hominis qui colit verbum bonum. Quinetiam caueat diligenter, ne quando inimicum sua culpa faciat. Lact. 5. li. 6. c. 18.
[d. Sermo enim vt, sapientes dixerũt, via quædam est ad actiones: ac deinde ab ipsis etiam prauis auertit operibus, dicens: declina à malo, & consequenter sublatis impedimentis nos ad bene operandum adducit, dicens, fac bonum & hæc via sunt ad querendam pacem, & persequendam eã. Euthymius in psal. 33.]
4. Terrorem.
e. Quid est dominum sanctificare in cordibus nostris, nisi sanctitatem eius quam incomprehensibilis gloriæ sit intimo cordis affectu intueri? Bed. ibi.
5. Ad responsionem.
6. Reuerentia.
[f. Ita deberis calũniatores pati, & confundere, quia tutius est vobis pati pro bene factis, quàm pro malefactis. Hic illos arguit qui pro culpis arguũtur à reatribus, vel etiam pœnis coercentur, patienter tolerant. Glos. ordina. ibid.]
7. Mortificatus.
8. Viuificatus.
g. Illa quippe res gesta forma fuerat futurorum, vt hi qui modo non credunt euangelio, dum in omnibus gentibus ædificatur ecclesia, illis intelligantur esse similes qui tunc non crediderunt cum fabricaretur arca: Illi autem qui crediderunt & per baptismum salui fiunt, illis comparantur qui tunc in eadem arca salui facti sunt per aquam. Augu. epist. 99.
9. Spiritu, vel spiritibus.
10. Cui nunc simile baptisma saluos quoque nos facit.

*Ordinatur quis ad seipsum carnem spiritui subiiciendo, finem suum considerando, pœnas absque erubescentia, imò cum gloria tolerando.* IIII.

CHristo igitur passo * in carne, & vos eadem cogitatione armamini: quia A qui passus est in carne desiit à peccatis, vt non iam desideriis hominum, sed voluntati Dei quod reliquum est in carne viuat temporis. † Sufficit enim * præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam, [1] iis qui ambulauerunt] in luxuriis, desideriis, vinolentiis, comessationibus, potationibus, ℣ ebrietatibus,] & [2] illicitis] idolorum cultibus. [b] In quo [3] admirantur] non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem, blasphemantes: † qui reddent rationẽ ei, ℣ qui paratus est iudicare viuos & mortuos. † Propter hoc] enim & mortuis B euangelizatum est, vt iudicentur quidẽ secundum homines ℣ in] carne, viuãt autẽ secundum deũ ℣ in] spiritu. Omniũ autem finis [4] appropinquabit.] Estote itaque [5] prudẽtes, & vigilate] in orationibus: ante omnia autem mutuã [6] in vobis metipsis] charitatem [8] continuam] habentes: † quia charitas [9] operit] multitudinẽ peccatorũ. † Hospitales inui-

a. Mulieres.
b. Abominatio est enim peccatori diuinus cultus. Hi nanque neque impune ferẽt huiusmodi calumniam, sed reddent rationem vniuersorum iudici, qui ad hoc ipsum immutabiliter ac firmiter sedet, vt iudicet viuos & mortuos. Oecumenius ibidem.
c. Patiuntur.
* Pro nobis.
* Nobis.
1. Cum versati fuerimus.
2. Nephariis.
3. Peregrinantur.
4. In hoc.
5. Appropinquauit.
6. Subrij & vigilantes.
7. Inter vos.
8. Feruentem.
9. Operiet.

inuicem sine murmuratione. † Vnusquisque sicut accepit gratiam, [10] in alterutrum] illam administrantes: sicut boni dispensatores [c] multiformis gratiæ Dei.† [§] Siquis loquitur: quasi sermones Dei. Si quis ministrat: tanquam ex virtute, quam administrat deus: vt in omnibus honorificetur deus per Iesum Christum, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen. Charissimi [d] nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem vobis sit, quasi noui aliquid vobis contingat, sed [11] communicantes] Christi passionibus gaudete, vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati ⊱ eritis:] quoniam quod est ⊱ honoris] gloriæ, & [12] virtutis Dei, & qui est eius spiritus super vos requiescet.] [§] Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut [13] maledicus,] aut alienorum apetitor. Si autem vt Christianus: non erubescat, glorificet autem deum [14] in isto nomine,] quoniam tempus est vt incipiat iudicium à domo dei. Si autem primùm à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei euangelio? † [e] Et si iustus quidem vix saluabitur, impius & peccator vbi [15] parebunt?] Itaque & ij qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli creatori cõmendent animas suas in benefactis.

10. In vos inuicem.
c. Tunc enim multiformis dei gratia bene dispensatur, quando acceptum donũ & eius qui hoc non habet, creditur, quando propter eum cui impenditur sibi datum putatur. Greg.
d. Nec se quis ideo peregrinum & extraneum à Christi membris existimare debet, quia præsentis seculi feriatur aduersis, cum & domini exitus mortis & in eius ecclesia nunquam cessabit persecutio. Beda ibid.
11. In hoc quod communicatis.
12. Spiritus dei super vos requiescit.
13. Maleficus.
14. In hac parte.
e. Quæris causam quare vix iustus in dei iudicio saluus esse possit? nisi quia dei iustitiam tantam esse certum est vt interdum quæ videntur in hominibus nostro iudicio esse iusta, iudicio dei inueniuntur iniusta: iuxta illud. 1. Reg. 16. b. Homo videt in facie, deus autem intuetur cor. Augu.
15. Comparebit?

*Seniores iunioribus doctrinam & exemplum præstent, iuniores autem senioribus reuerentiam in humilitate & obedientiam.* V.

[1] † Eniores ergo qui in vobis] sunt, obsecro [2] consenior] & testis Christi passionum: qui & eius quæ in futuro reuelanda est, gloriæ communicator. † [a] Pascite qui in vobis est gregem [3] Dei,] prouidentes non coactè sed spontanecè, secundum deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntariè: † neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo: & cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam. [§] Similiter adolescentes subditi estote [4] senioribus.] * Omnes enim inuicem humilitatem insinuate: quia dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. † Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis: † omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. [§] Sobrij estote & vigilate: † quia [b] aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens [5] quem deuoret.] Cui resistite fortes in fide: scientes [6] eandem passionem] ei quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu modicum passos, ipse perficiet,* confirmabit, solidabítque. [§] Ipsi gloria, & imperium, in secula seculorum. Amen. Per Syluanum fidelem fratrem vobis, vt arbitror, breuiter scripsi: [7] obsecrans] & contestans hanc esse veram gratiam Dei, in qua & statis. Salutat vos Ecclesia, quæ est [c] in Babylone [8] collecta,] & Marcus filius meus. Salutate inuicem in osculo [9] sancto.] Gratia vobis omnibus qui estis in Christo Iesu. Amen.

1. Presbyteros qui inter vos.
2. Compresbyter.
a. Hoc est, vnusquisque plebem sibi commissam diligenter spiritalibus alimoniis nutriat: vt pote sapientia, quæ est cognitio diuinorum: & scientia, quæ notitia rerum creatarum, vel morali peritia. Pascenda quoque est plebs virtutum exemplis, fama laudabili, oratione assidua, prædicatione cõtinua, ecclesiasticis sacramentis, de quibus loquitur dominus per Iere. 3. d. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Diony. ibi.
3. Christi.
4. Presbyteris.
* Sic vt omnes, alius alij subiiciamini.
b. Non inueniat in te aduersarius imaginem suam, non rabiem, nõ furorem: in his enim imago nequitiæ est. Non inueniat auri cupiditatem, non argenti aceruos, non vitiorum simulachra, ne auferat tibi vocem libertatis. Vox enim libertatis illa est, vt dicas: Veniet enim princeps mundi huius, & in me non inueniet quicquã. Ambr. Offic. li. 1. ca. 49.
5. Aliquem deuorare.
6. Easdem passiones.
* Fulciet.
7. Adhortans.
c. In vrbe Roma in qua tot erãt Idolorum confusiones, vt Babylon dici mereretur.
8. Cœlecta.
9. Charitatis.

## INCIPIT ARGVMENTVM IN EPISTOLAM secundam beati Petri Apostoli.

*Simon Petrus per fidem huic mundo sapientes mortuos esse declarat: eisdémque pietatis quanta sit magnitudo, luce ipsa clarius manifestat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Incipit Epistola secunda beati Petri Apostoli.

*Ad meliora semper anhelandum est, fidei veritatem ex doctoris certitudine firmiter tenendo.* *Cap. I.*

SImon Petrus, seruus Apostolus Iesu Christi, iis qui [1] [2] coæqualem] nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia dei nostri & Saluatoris Iesu Christi. Gratia vobis & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Christi Iesu domini nostri: [2] quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ, quæ ad vitam & pietatem donata sunt, per cognitionem] eius qui vocauit nos propria gloria & virtute, [3] per quem] [b] maxima & pretiosa nobis promissa donauit: vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem. [&] Vos autem curam omnem subinferentes, [c] ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem [4] fraternitatis] charitatem. Hæc enim si vobiscum assint, & superent, non vacuos nec sine fructu vos constituent in domini nostri Iesu Christi cognitione. Cui enim non præstò sunt hæc, cæcus est, & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. Quapropter fratres magis [5] satagite] vt [d] per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. [&] Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum domini nostri & Saluatoris Iesu Christi. Propter quod vos [6] incipiam] semper commonere de his & quidem scientes & confirmatos vos in præsenti veritate. Iustum autem arbitror quandiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione, certus quòd velox est depositio [e] tabernaculi mei, secundum quod & † dominus noster Iesus Christus significauit mihi. Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum omnium memoriam faciatis. † Non enim [7] indoctas] fabulas secuti notam fecimus vobis domini nostri Iesu Christi [8] virtutem & præscientiam: ]sed speculatores facti [f] illius magnitudinis. [&] [9] Accipiens] enim à deo patre honorem & gloriã, voce delapsa ad eum huiuscemodi à magnifica gloria: † hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ⊢ ipsum audite.] Et hanc vocem nos audiuimus de cœlo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto. [g] Et habemus firmiorem propeticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucerne lucenti in caliginoso loco, [h] donec dies eluceſcat, & lucifer oriatur in cordibus vestris: † hoc primum intelligẽtes, quòd omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed [10] spiritu sancto inspirati,] locuti sunt sancti Dei homines.

1. Atquè pretiosam.
2. Quos coæquales sibi cognoscit, non quia circumcisionem ex lege acceperant, quam ipse vt natura Iudæus habebat: sed quia eandem quã ipse illustrãte Christi gratia acceperat, sortiti sunt fidem. Beda ibid.
2. Vt eius diuina virtus omnia nobis largita est, quæ ad vitam ac pietatem pertinẽt per agnitionem.
3. Per quæ (scilicet dona præfata.
[b. Id est, vitam æternam, quã per eius cognitionem consequuntur, vel quæ promisit nobis de conuersione aliorum per nos, vel aduentu spiritus sancti, vel de potentia miraculorũ donauit. Glosa ordina. ibid.
c. Deesse quippe abstinentibus patientiam præuidit, quæ eis vt adesset, admonuit. Rursum nisi cogitationes abstinentium aliquando superbiæ culpa transfigeret, Paulus minimè dixisset: Qui non manducat, manducatem non iudicet. Grego in Pasto. part. 3 admonit. 20
4. Fraterno.
5. Operam date.
d. Hoc enim suo modo agnoscitur, si quis creatori suo seruiat diligenter, peccata abhorreat, deo semper placere intendat, & conetur ac perseueret in bonis. Ita quòd eo modo quo per quotidiana opera bona certi efficiamur, certitudine quidem morali, quod fumus de facto, vel imprætientiarum [gratia ita perseuerando in eis certificamur de nostra electione. Diony. ibid.
6. Non negligam.
e. Tabernaculo solent homines in itinere aut in prælio vti: idcirco quandiu fideles suo [corpore peregrinantur à domino & contra vetitatis aduersarios certant, in tabernaculis se esse testantur. Beda.
7. Fallaces.
8. Porẽtiam & aduentum.
f. Illius Christi.
9. Accepit.
g. Certiorem vel firmiorem dixit, non meliorem, non vetiorem. Tam enim vetus ille sermo de cœlo, quàm sermo propheticus, tam bonus, tam vtilis Aug. de verb. Apost. ser. 29.
h. Donec ipse dies qui venturus est, clarescat in cordibus credentium. Porfyr. Dimidiũ temporis ca. 12.
10. A spiritu sancto acti.
a. Ante omnia scire nos conuenit, & ipsum Christum & legatos eius prædixisse, quod plurimæ sectæ & hæreses haberent existere, quę concordiam sancti corporis rumperent: ac monuisse summa prudentia cauetemus nequando in laqueos & fraudes illius aduersarij nostri cum quo luctari deus nos voluit, incideremus. Tum dedisse certa mandata, quæ in perpetuũ custodire deberemus. Quorum plerique immemores ac certo itinere cœlesti vias sibi deuias per anfractus & præcipitia condiderunt, per quam partẽ plebem incautam & simplicem ad tenebras mortemque deduxerent. Lactan. lib. 4. ca. penult.
1. Dominum negantes
2. Exitia.
3. Qui peccauerant.
4. Catenis caliginis præcipitatos.

*Prisci pseudoprophetæ hæreticorum figuram gerentes deo pœnas dederunt, nec illis lenores sui sequaces expectant.* *II.*

[a] VErunt verò & Pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum qui emit eos, [1] deum negant:] superducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum [2] luxurias,] per quos via veritatis blasphemabitur: & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. Quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat. † Si enim deus angelis [3] peccantibus] non pepercit, sed [4] rudentibus inferni detractos] in tartarũ tradidit cruciendos, in iudicium reseruari: & [3] origi-

originali ] mundo non pepercit, † [b] sed octauum Noe iustitiæ præconem custodiuit,
B diluuium mundo impiorum inducens: [f] & † ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euersione damnauit, exemplum eorum qui impiè acturi sunt ponens: † & iustum Loth oppressum à nephandorum ⁊ iniuria ac ] luxuriosa conuersatione eripuit. [c] Aspectu enim & auditu iustus [6] erat: habitans apud eos qui de die in diem ] animam iustam iniquis operibus [7] cruciabant: ] † Nouit [8] deus ] pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reseruare cruciandos: [9] Magis autem ] eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationémque contemnunt, audaces, sibi placentes: sectas non metuunt introducere blasphemantes. Vbi angeli, fortitudine & virtute cum sint maiores, non portant aduersum se
c * execrabile iudicium. [d] [f] Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & in perniciem, in iis quæ ignorant blasphemantes [10] in corruptione ] sua peribunt, percipientes mercedem iniustitiæ, voluptatem existimantes diei delicias [11] coinquinationis, ] & maculæ: deliciis affluentes, in conuiuiis suis luxurientes vobiscum oculos habentes plenos adulterij, & [e] incessabilis delicti [12] pellicientes ] animas instabiles, [f] cor exercitatum in auaritia habentes, maledictionis filij: derelinquẽtes rectam viam errauerunt, † secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem verò habuit suæ vesaniæ. Subiugale mutum animal, ⁊ in ] hominis voce loquens, prohibuit Prophetæ insipientiam. † Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbi-
D nibus exagitatæ: quibus caligo tenebrarum [13] reseruatur. ] [g] [f] Superbia enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ, eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur: libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. † [h] A quo enim quis superatus est, [14] huius & seruus ] est. † Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione domini nostri & Saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non [15] cognoscere ] viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim eis illud veri prouerbij. † Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti.

*Cauenda sunt secundi aduentus Christi pericula: quoniam deus iustus Iudex & fidelis retributor.* III.

A [a] Anc [1] ecce ] vobis charissimi secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commotionem, sinceram mentem: vt memores sitis eorum quæ [2] prædixit ] verborum à sanctis Prophetis, & Apostolorum [3] [b] vestrorum præceptorum ] domini Saluatoris. † Hoc primùm scientes: quòd venient in nouissimis diebus ⁊ in deceptione ] illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes: † Vbi est promissio aut aduentus eius? Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio [4] creaturæ. ] [f] Latet enim eos hoc volen-
B tes, [c] quòd cœli erant prius, & terra de aqua & per aquam [5] consistens ] Dei verbo, per quæ ille tunc mundus aqua inundatus periit. Cœli autem qui sunt nunc & terra, eodem verbo repositi sunt, [d] igni reseruati in diem iudicij, & perditionis impiorum hominum. Vnum verò hoc non lateat vos charissimi, † quia vnus dies apud dominum sicut mille anni: & mille anni sicut dies vnus. Non tardet dominus promissionẽ suam sicut quidam existimant: sed [6] patienter agit propter vos, ] nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam [7] reuerti. ] † Aduenict autem dies domini * vt fur, [e] in quo cœ-
C li magno impetu transient, elementa verò calore soluentur. [f] Terra autẽ & quæ in ipsa sunt opera, exurentur. Cũ hęc igitur omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentũ die domini, per quem cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent? † Nouos verò cœlos & nouam terram [8] & promissa ] ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Propter quod charissimi hæc expectantes, satagite immaculati & [9] inuiolati ]

5. Antiquo.
[b. Iustitiæ preconem, quia prædicauit hominibus illius temporis pœnitẽtiam, vt dictum est supra epistola 1. cap. 3. Diluuiũ mundo, quia tunc omnis caro corruperat viam suam. Gen. 6. cap. Delyra ibid.]
c. Aspectu & auditu iustus dicitur, quia iniquorum vita nõ delectando iusti aures atque oculos, sed feriendo tangebat. Qui nimirum cruciari nõ posset, nisi prauæ propĩquorum opera & audiret & cerneret. Gre. 1. moral. c. 1.
6. Habitãs inter illos, quotidie.
7. Cruciabat.
8. Dominus.
9. Maximè verò.
* Apud dominum.
[d. Sicut irrationalibus animãtibus naturale est causa pabuli sepius in captionem & pernicies ignoranter incidere: ita hæretici comparati iumentis insipientibus propter appetitũ suę corruptionis explendum scorruptam catholicæ ecclesiæ doctrinam blasphemantes, & vitam suam, ibi perditionis laqueos nectunt. Glosa ordi.
10. In pernicie.
11. Coinquinationes.
e. Qui non cessant peccare, vel peccato.
12. Inescantes.
f. Cor nanque ipsorum ad nihil aliud quàm ad cupiditatem exercitatum est, siue impudicitiæ, siue etiam possessionum, propter quæ ambo derelinquẽtes viam, quæ eos ad salutem dirigeret, ab hac aberrauerant. Oecume. ibid.
13. In æuum seruata est.
[g. Hos versiculos sanctus Hieronymus in libro contra Iouinianũ ponens ita explanit. Nõne tibi videtur pinxisse Apostolus nouã imperitię factionem? Aperiunt enim quasi fontes sapientiam: quia quem non habent doctrinarum promittũt imbrẽ, velut nubes prophetiæ ad quas peruenias veritas Dei, & turbinibus exagitantur demonum atque vitiorum. Beda ibid.
h. Quid prodest quòd quisliber est in natura, qui seruus est in conscientia? Videmus nos extrinsecus generis claritate sublimes, intrinsecus mentis infirmitate degeneres, innocentum dominos, & criminum seruos. Iste obtemperat iniustitiæ, ille iræ: iste superbiæ, ille seuitiæ: iste malitiæ, ille iracundiæ: iste auaritiæ, ille luxurię. Nescio quomodo se inter hæc ingenuũ dicere audeat, quem tot domini in partes suas distrahũt. Eusseb. Emise de Pascha. homil. 3.
14. Hinc etiam seruus factus.
15. Cognouisse.
[a. Apostolus prosua erga ecclesiam charitate exhortatur & obtestatur per hanc epistolam, quasi per auctoranentum superioris vt hęreticorum viteꝝ contagia. Lotichius ibid.
1. Iam.
2. Prędicta sunt.
3 b. Nostrorum mandatorum. Hoc est, Sitis memores nostrorum mandatorum oppositiuũ apostolorum, id est, qui sumus apostoli domini Saluatoris.
4. Creationis.
c. Significat enim aerem istum humidum atque turbidũ, quę cœlum scriptura appellare cõsuenit. Vnde scriptũ est Iere. 8. Miluus in cœlo cognouit tẽpus suum. Rup. super 1. ca. Ge.
5. Consistentes.
d. Quocunque autem aqua diluuij quæ tantum quindecim cubitis montiũ cacumina transcendit, peruenire potuit eo nimirum iuxta præfatam beati Petri sententiam ignis iudicij perueniet. Beda ibid.
6. Longanimis est erga nos.
7. Recipere.
* In nocte.
e. Possunt illi cœli intelligi perituri, quos dicit repositos igni reseruandos, & ea elementa quę

cipi arsura, quæ in hac mundi parte subsistunt procellosa & turbulenta, in qua eosdem cœlos dicit esse repositos siluos illis superioribus & in sua integritate manentibus, in quorum firmamento sunt sydera constitua. Augu. de ciuit. dei lib. 2. ca. 24. 8. Iuxta promissum. 9. Irreprehensibiles.

ei inueniri in pace,† & domini nostri longanimitatem, salutem arbitramini: ᵍsicut D
& charissimus frater noster ᵉ Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis: † Rom. 2. Hebr. 9.
sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de iis, in quibus sunt quædam difficilia intellectu,ᶠ quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur fratres præscientes custodite, ne¹⁰ insipientium]errore trans ducti excidatis à propria firmitate. Crescite verò in gratia & in cognitione domini nostri & saluatoris Iesu Christi. Ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis, Amen.

[e. Hic ponitur doctrinę Pauli approbatio, cui pseudoapostoli detrahebant, dicentes: quod non erat Apostolus eo quòd nó erat cum Christo sicut alij, & ideo dicebant doctrinam eius non esse recipiendam. Delyra.]

f. Hęretici, inquam, qui cum neque ingenio neque doctrina defendere ac refutare talia difficilia possent, (nec enim vim rationemque penitus perfuidebant) deprauati sunt ab itinere recto, & cœlestes literas corruperunt, vt nouam sibi doctrinã sine vlla radice ac stabilitate componerẽt. Lactã lib. 4. ca. vlt. 10. Nefariorum.

INCIPIT ARGVMENTVM IN EPISTOLAM beati Ioannis Apostoli primam.

*RAtionem verbi, & quòd deus ipse sit charitas manifestat, & susurrones fratrũ, nec deum scire, nec pios fieri posse, eo vsque differtat, vt esse comprobet homicidas, eo quòd odium sit interfectionis occasio.*

# Incipit Epistola beati Ioannis Apostoli prima.

*Diuini verbi incarnatio fideles sibi coniungit & peccatores disiũgit, quos à peccato tamen per confessionem reddit immunes.* *Cap. 1.*

a. Cùm nemo deum verum videre aut tractare possit manib⁹, nisi per sacramentum sibi vniti hominis, constat nimirum illã vnionem tam miram esse, vt à nullo discerni queat. Hieto. de assumptio. virginis Mariç.
1. Erat.
b. Erat Christus & verbum vitę & vita ab initio, sed non manifestata hominibus, manifestata autẽ angelis vidẽtibus, & tãquã pane suo cibantibus. Vnde dicit scriptura: Panem angelorũ manducauit homo August. ibid.
c. Deinde etiam Græcorum nugas contemnens, & ostendens quòd non in verbis sit nostra salus, sed in operibus, & in his nos magis attentos efficiens: ne ibidem statim repertrẽtes quòd proponitur, negligentiores fi mus. Oecume. ibid.
2. Quòd, & infra.
d. Lux cordis non est istorum qui in carne sunt oculorũ, nec omnino talis qualis huius lucis visibilis phantasia cogitatur, quamquam, & ibi est videre, sed longe aliter. August. de gratia n⁹, cap. 22.
e. Innumerabilia enim sunt quę cogitando, loquendo, videndo gustando, audiendo, & operãdo committimus. Gregorius.

[a]Vod [1 fuit]ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, (& [b] vita manifestata est: & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrẽ, & apparuit nobis.) ᵍ[c]Quod vidimus & audiuimus, & annuntiamus vobis, vt & vos societatẽ habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum patre & cum filio eius Iesu Christo. Et hæc scribimus vobis vt ⟨– gaudeatis, & ]†gaudium vestrum sit plenum. Et hæc est annuntiatio, † Ioan. 15. quam audiuimus ab eo, & annũtiamus vobis, [2 quoniam] deus [d] lux est: & tenebræ in eo non sunt vllæ. ᵍ Si dixerimus quoniã societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus: mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce: societatem habemus adinuicẽ, † & sanguis Iesu filij eius emundat nos ab omni peccato. † ᵍ* Si dixerimus quoniam peccatum nõ habemus: ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra: fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus: mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis.

*Beatitudinem mereri cupientes diuinis assuescant operibus, & sibi diligenter à cupiditate, mundi dilectione & hæresi caueant.* *II.*

a. Propter dispensationem dictum est assumptæ humanitatis, cuius cũ triumphum patris offendit oculis, pro nostra infirmitate propitius intercuenit. Beda ibidem.
b. Hoc autem dixit, aut quòd ad Iudæos scriberet, vtique non pro solis illis profuturam resipiscentiam concluderet, sed hanc quoque ad gentes extenderet, aut quòd non illis dumtaxat fieret promissio, qui illo tẽpore fuerunt, verumetiam adomnes qui post modum futuri essent. Oecu. ibid.
1. Ipso, vel illo.

Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis, † Sed & si quis peccauerit, [a] aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: [b] non pro nostris autem tãtum: sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus quoniã cognouimus eum, si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse deum, & mandata eius non custodit: mendax est, & in eo veritas non est. Qui autem seruat verbũ eius: verè in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus quoniã in ipso sumus. Qui dicit se in [1 Christo ]manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Charissimi, non mandatum nouum scribo vobis, sed manda-

mandatum vetus quod habuistis ab initio. Mandatum vetus est verbum quod audistis. † [f] [c] Iterum mandatum nouum scribo vobis, quod verum est [– &] in ipso,* & in vobis, quia tenebræ [2] transierunt,] & verum lumen iam lucet. † Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit: in tenebris est vsque adhuc. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. † [d] Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat: quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. [e] Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius. [3] Scribo ]vobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. Scribo vobis infantes, quia cognouistis patrem. Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes estis, & verbum dei manet in vobis, & vicistis [4] malignum.] [f] Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mũ- [e] dum, non est charitas patris in eo. [f] [5] Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculórum, & superbia vitæ, quæ non est ex patre, sed ex mundo est. † Et mundus transit & concupiscentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. Filioli, nouissima hora est. Et sicut audistis quia Antichristus [5] venit: ] nunc Antichristi multi facti sunt. Vnde scimus quia nouissima hora est. † Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permãsissent vtique nobiscum. Sed vt manifesti sint, quoniam non sunt omnes ex nobis: † Sed vos vnctionem habetis à sancto, & nostis omnia. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam: [h] & quoniam omne mendacium ex veritate non est. Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus non est Christus? [D] [f] Hic est Antichristus, qui negat patrem & filium. Omnis qui negat filiũ, nec patrem habet: [– qui confitetur filium, & patrem habet.] Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: quia si in vobis permanserit, quod audistis ab initio, & vos in filio & patre manebitis. [i] Et hæc est repromissio, quam ipse pollicitus est in nobis vitam æternam. Hæc scripsi vobis de iis qui seducunt vos. Et vos [6] vnctionem quam ] accepistis ab eo, [7] maneat ]in vobis. Et non necesse habetis, vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio [8] eius ] docet vos de omnibus. Et verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc filioli manete in eo: vt cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. Si scitis quoniam iustus est, scitote quoniam & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

† Ioh.13.15.b
† De pœ.di. 2. Si enim.
† Infr.4.d Ioan.12.b Leuit.19.e Infr.3.c
† 1.3.4.c. Ecclesia.
† 2.3.4. Nabuchodonosor. De pœ.dist. 4.c. In domo. Si ex buno. De cõs.dist. 4. Solet. † De sa.vnc. c.vnico.

[c. Quia idem præceptum de dilectione renouatum est in euãgelio quod dicitur lex amoris. Quod verum est, secundum quod promisi per obseruationẽ mandatorum Dei: ad ipsius cognitionem, & dilectionem peruenire. Declara cum Glosa. ordinaria. ibid.]
1. Idem verum est.
2. Transeunt.
d. Vadit enim nescius in gehẽnam, ignarus & cæcus præcipitatur in pœnam, recedens scilicet à Christi lumine. Cyprian.
e. Omnes auditores suos quos ipse à Christo præcesserat, filiorum nomine glorificat: quia videlicet renati ex aqua & spiritu remissionem acceperant peccatorum. Beda. ibid.
3. Scripsi, & infra.
4. Malum (scilicet diabolum.
f. Non nos vllo modo ab amore Christi separet huius seculi miserabilis dulcedo, neque excusatio vxoris, aut filiorũ gratia, sed nec multa auri argentique congestio, & possessionum delectatio. August. de salut. doceu. ca. 12.
g. Concupiscentia carnis à primis parẽtibus impleta est, quòd de ligno vitæ gustauerunt concupiscentia oculorum, quòd sibi oculos aperiri cupierunt: & superbia vitæ vel ambitio seculi, quòd se fieri posse quod deus est, crediderunt. Prosper.
5. Venturus sit, vel venit in præsenti.
[h. Dixerat omne mendacium nõ est ex veritate, sed quia multa sunt genera mendaciorum inter sedisparia, nunc singulare ponit mẽdacium negationis, in cuius comparatione cætera aut parua aut nulla videantur. Hoc proprium est Iudæorum, vt dicant Iesus non est Christus: sed & omnium qui Christi mandatis obtemperare contemnunt. Glosa. ordinaria ibid.]
i. Nemo vos seducat ad mortẽ, promissionem vitæ æternæ desiderate. Quid potest mundus promittere? Quicquid libet promittat, fortasis in crastino morituro promittit. Sed quid minatur mihi potens homo, vt aliquid mali faciam? catenas, ignes, torméta, bestias, nunquid ignem æternum? Exhorresce quod minatur omnipotens, ama quod pollicetur omnipotens, & vilescit omnis mundus, siue promittens, siue terrens. Augu. ibidem.
6. Vnctio quam vos.
7. Manet.
8. Ipsa.

*Ad supernam accedentes felicitatem & beatorum societatem mentis puritati studeant, & fraternæ charitati.* III.

A Videte qualem charitatem dedit nobis pater, [a] vt filij Dei nominemur – & simus.] Propter hoc mundus non nouit [1] nos,] quia non nouit eum. Charissimi, nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, [2] sanctificat ]se, sicut & ille sanctus est. † Omnis [b] qui facit peccatum, & iniquitatem facit: Et peccatum est iniquitas. † Et scitis quia ille apparuit, vt peccata tolleret: & peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat non vidit eum, nec cognouit eum. [f] Filioli, † nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est. † Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, [c] vt dissoluat opera diaboli. † [d] Omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij dei, & filij diaboli. Omnis qui non est iustus, non est ex deo, & qui non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, † vt [3] diligamus alterutrum.] † Non sicut Cain, qui ex maligno erat: & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniã opera eius maligna erant: fratris autem eius, iusta. † [f] Nolite mirari fratres, * si odit vos mundus. Nos scimus quoniã translati sumus

B
C

De pœ.dist. c.Ille tex tũ ait. 1.Pet.2.d fa.53.b
Mat.24.a Luc.13.b ue 21.b phe.5.b. Cor.2.d Tolos.2.d poc.22.c Ioan.8.c De pœ.di. c.Vt agnoscat. & seq. Ioan.12.d b Gene.4.b
Ioan.15.c

2. Quòd si eos qui sunt in mũdo hoc lateat, puta nos esse dei filios, ne hoc admiteminimam propter hoc mundus nõ nouit nos: quoniam neque eum nouit qui nos adoptauit in filios. Oecu. ibid.
1. Vos.
2. Purificat.
b. Quia in peccato ipso iniquitas est: tamen vt nobis videtur omne peccatum est iniquitas: iniquitas autem operatrix est culpæ & delicti. Plus est ergo, vt ipsa iniquitas deleatur, excidatur radix, & seminarium peccatorum. Ambr. Apolo. David. ca. 13.
c. Et sicut rumpit vincula captiui, sic vestit nuditatem spoliati, sic sanat vulnera sauciatis vt quod in ipso agit, etiam per ipsum geratur. Ambr. de vocat. gent. ca. 3. lib. 2.
d. Quid est nasci de Deo, nisi cognitã in sanctis scripturis eius voluntatem diligere? Et quid nõ peccare, nisi in luce iustitiæ semper consistere? Grego. in 1. Reg. c 14.
3. Diligatis inuicem.
* Mei.

de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. † Qui non diligit, manet in morte. † Omnis [e] qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. † In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. [f] Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? [g] Filioli mei, [D] non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus: & in conspectu eius suadebimus [4] corda nostra.] [h] Quoniam si [5] reprehenderit] nos cor nostrum: maior est deus corde nostro, & nouit omnia. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mandatum eius, vt [6] credamus in nomine filij eius Iesu Christi: † & diligamus [6] alterutrum,] sicut dedit mandatum ⊢ nobis.] † Et qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo. † Et in hoc scimus quoniam manet in nobis, de spiritu quem dedit nobis.

*In hoc spirituales & mundani differunt, quòd hi mundum & ea quæ in mundo sunt diligunt, illi deum & proximum charitate prosequuntur.* 1111.

CHarissimi, [2] nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sint: [A] quoniam multi Pseudoprophetæ exierunt in mundum. In hoc [1] cognoscitur spiritus ] Dei. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex deo est: Et omnis spiritus qui [2] soluit Iesum, ]ex deo non est, & hic est [3] Antichristus ]de quo audistis quoniam venit, & [b] nunc iam in mundo est. Vos ex deo estis filioli, & vicistis [4] eum,] quoniã maior est qui in vobis est, quàm qui in mundo. Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex deo sumus. † Qui nouit deum, audit nos: qui non est ex deo, non audit nos. [B] [5] In ]hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum erroris. Charissimi, [c] diligamus nos inuicem, quia charitas ex deo est, † Et omnis qui diligit, ex deo natus est, & cognoscit deum. Qui non diligit, non nouit deum: † quoniam deus charitas est. † In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas: non [6] quasi ] nos dilexerimus deum, † sed quoniam ipse ⊢ prior ]dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si * deus dilexit nos: & nos debemus [7] alterutrum ] diligere. [d] [C] Deum nemo [c] vidit vnquam. Si diligamus inuicem, deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. [8] In hoc ] cognoscimus quoniam in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de spiritu ⊢ sancto ] suo dedit nobis. Et nos vidimus, & testificamur quoniam pater misit filium suum Saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, [9] quoniam ]Iesus est filius Dei, deus in eo manet, & ipse in deo. Et nos cognouimus, & credidimus [10] charitati ]quam habet deus in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. [D] In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. † [e] Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, nõ est perfectus in charitate. Nos [11] ergo diligamus ]deum, quoniam [12] deus ]prior dilexit nos. † Si quis dixerit, quoniam diligo deum, & fratrem suum oderit: mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem [13] videt, ]deum quem non videt, quomodo potest diligere? † Et hoc mandatum habemus à deo: vt qui diligit deum, diligat & frattem suum.

*Fides incarnationis de mundo triumphat, de deo testimonium perhibet, & quia in deum fiduciam eleuat, petita impetrat.* V.

e. Intelligere ergo possumus multos esse homicidas, qui se innoxios putant: quia vt videmus homicidium non tantum occideris manu, sed etiam odientis animo perpetratur. Salui. lib. 3.

f. Si enim deus eleemosynis fœneratur pauperũ, & cũ datur minimis Christo datur, non est quòd quis terrena cœlestibus præferat, nec diuinis humana præponat. Cyprianus.

4. Cordibus nostris.

g. Et hoc magnũ est: quod per dilectionem ita mundat habemus cogitationes, quod Deo eas volumus ostendere, quia etiam si cõscientia accusaret nos intus & vellet latere Deũ, quia non bono animo bona nostra facerem[9], tamen deo latere non possimus: quia maior est corde nostro, & nouit omnia, valet ergo dilectio, quæ nos cõmendat illi quem latere non possumus. Glola ordinaria ibid.]

5. Condemnet, & infra.

h. Quia fides sine charitate imperfecta est: ambæ verò simul iunctæ & in vnitate factæ hominem dei constituunt. Ignatius, Polycarpo.

6. Inuicem.

A. Quisquis ergo ista præcepta contempserit, & omni spiritui credendum putauerit, necesse est incurrat in Pseudoprophetas, & quod pelus est blasphemet veros prophetas. Aug. de verb. apost. sermo. 31.

1. Cognoscite spiritum.

2. Non confitetur Iesum in carne venisse.

3. Antichristi.

b. In mundo ait, iam esse Antichristum, non corporaliter, sed propter eorum præsentiam qui viam illi præparant: nẽpe pseudoprophetas, pseudapostolos, & hæreticos. Hic autem Antichristus homo erit, qui Sathanam circumferet elatus adueetus omnẽ qui dicitur deus aut numen. Oecu. ibid.

4. Eos, videlicet Pseudoprophetas.

5. Per.

c. Proximos diligimus sicut & nos, si non propter aliquas vtilitates nostras, non propter affinitates vel consanguinitates, sed propter hoc tantum quòd sunt naturæ nostræ participes, diligamus. Prosper, de vita cõtempla. ca. 15. lib. 3.

6. Quod.

* Sic.

7. Inuicem.

d. Quæ à prophetis videbantur, erant similitudines claritatis domini, & prophetiæ futurorũ: quoniam pater quidem inuisibilis (de quo dominus dixit) Nemo deum vidit vnquã. Verbum autem eius quemadmodũ volebat ipse, & ad vtilitatem videntium claritatem demonstrabat patris, & dispositiones exponebat. Iren. li. 4. cap. 6.

8. Ex hoc.

9. Quòd.

10. Charitatem.

e. Charitatis venenum est spes adipiscẽdorum aut retinendorum temporalium. Nutrimentum enim eius est diminutio cupiditatis. Signum profectus est imminutio timoris. Signum perfectionis eius nullus timor: quia consummata charitas foras mittit timorem. Aug. li. 83. quæst. q. 6.

11. Diligimus.

12. Ipse.

13. Vidit, & infra.

† Deus charitas est. † In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit deus in mundum, vt viuamus per eum. † Deus charitas est. † In hoc apparuit charitas

A [2] Mnis qui credit [1] quoniam] Ieſus eſt Chriſtus,ex deo natus eſt. Et omnis qui diligit eum qui genuit,diligit & eum qui natus eſt ex eo.In hoc cognoſcimus quoniam diligimus natos dei: cum deum diligamus, & mandata eius faciamus.Hęc eſt enim charitas dei,vt mãdata eius cuſtodiamus:† [b] & mandata eius grauia non ſunt. Quoniam omne quod natum eſt ex deo, vincit mundum: & hæc eſt victoria quæ vincit mundũ,fides noſtra. † Quis eſt autem qui vincit mundum, niſi qui credit quoniam Ieſus eſt filius Dei? Hic eſt qui vênit per aquam & ſanguinem Ieſus Chriſtus. Non in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine. Et ſpiritus eſt
B qui teſtificatur quoniam [2] Chriſtus] eſt veritas.† ✠ [c] Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo: pater,verbum,& ſpiritus ſanctus:& hi tres,vnum ſunt.Et tres ſunt [3] qui teſtimonium dant] in terra:ſpiritus,aqua,& ſanguis,& hi tres vnum ſunt.Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium dei maius eſt. Quoniam hoc eſt teſtimonium dei—quod maius eſt,] [4] quoniam] teſtificatus eſt de filio ſuo.† [d] Qui credit in filium—dei,] habet teſtimonium dei in ſe. † Qui non credit [5] filio,] mendacem facit eum: quia non credit—in] teſtimonium, quod teſtificatus eſt deus de filio ſuo.Et hoc eſt teſtimonium quoniam vitam æternam dedit nobis deus, & hæc vita in filio
c eius eſt. ✠ Qui habet filium dei,habet vitam: qui non habet filium dei, vitam non habet. Hæc ſcribo vobis: * vt ſciatis quoniam vitam habetis æternam,qui creditis in nomine filij dei. Et hæc eſt fiducia quam habemus ad deum, quia [6] quodcunque] petierimus ſecundum voluntatem eius,audit nos. Et * ſcimus quia audit nos,quicquid petierimus. Scimus quoniam habemus petitiones quas poſtulamus ab eo. [7] Qui ſcit] fratrem ſuum peccare peccatũ non ad mortẽ,petat:& dabitur ei vita,peccãti nõ ad mor-
D tem.† ✠ [e] Eſt peccatum ad mortem,non pro illo dico vt [8] roget quis.] Omnis iniquitas peccatum eſt,& eſt peccatum * ad mortem. Scimus quia omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat,ſed [9] generatio dei] conſeruat eum,& malignus non tanget eum.† Scimus quoniam ex deo ſumus,& [f] mundus totus in maligno poſitus eſt. Et ſcimus quoniam filius dei venit,† & dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus verum deum:& ſimus in vero filio eius.* Hic eſt verus deus,& vita æterna. Filioli,[10] cuſtodite vos] à ſimulachris.

†Matt.11.d

†1.Cor.15.d

†De ſum.tri. Damnamus. De eccl.mi. In quadam.

†Ioan.3.f

†Ioan.3.d

†De pœ.di. 3.c. Si ſacerdos. Importunis.

†De pœ.di.3. Iſte Rex tantus.

†De pœ.di. 2. Si enim in principio.

a. Si præceptũ à magiſtro accepimus de nobis mutuò diligẽdi, vtique ſi credimus q̃ magiſter ac præceptor noſter Ieſus ſit Chriſtus: qui eo Chriſti[9] eſt quo deus & homo eſt,ſeruabimus etiam præcepta eius tãquam magiſtri & tanquã dei. Porrò credentes ipſum eſſe deum, filij ei[9] appellamur,quemadmodum in euangelio eius. Quotquot autẽ receperunt eum,dedit poteſtatẽ filios dei fieri. Oecum.ibid.
1.Quod,& infra.
b. Omnia ſũt facilia charitati, cui vni Chriſti ſarcina leuis eſt, aut ea vna eſt ſarcina ipſa quæ leuis eſt.Aug.de natu.& gratia. cap.69.
2.Spiritus.
c. Magnũ profectò habituri ſũt teſtimonium, quos in cœlo pater ſuſceperit tanquam filios & hæredes, filius aſciuerit tãquam fratres & cohęredes, ſpiritus[9] ſanctus adhærentes deo vnum ſpiritum facit eſſe cum eo. Bed. in octa. Paſchæ.Serm.1.
3.Teſtificantes,vel teſtantes.
4.Quo.
d. Secundum hanc rationem & ſuum proprium oſtendens dominus, & ſui arbitrij ac ſuæ poteſtatis hominẽ ſignificans, dicebat ad Ieruſalem:Quotiẽs volui congregare filios tuos, &c. Iren.lib.4.cap.72.
5.Deo.
* Qui creditis in noſe filij Dei.
6.Quicquid,vel ſi quid.
* Si.
7.Si quis viderit.
e. Siue de finali impœnitentia, ſiue de quocũquemortali vſque ad mortem continuato, & per contritionem non deleto,intelligatur, certum eſt q̃ pro defũcto in tali facinore non ſit orandum. Diony. ibid.
8.Roget.
* Non, (quia non eſt ex genere ſuo ad mortẽ,niſi quatenus importat propoſitum perſeuerãdi vſque ad mortem.
9.Qui genitus eſt deo.
f. Meritò enim totum mũdum in maligno eſſe dicit, vbi boni locum habere non poſſunt. Siquidem ita totus iniquitatibus plenus eſt, vt aut mali ſint qui ſunt in illo, aut qui boni ſunt, multorũ perſecutione crucientur. Saluia.lib.4.
* Ieſu Chriſto.
10. Cauete vobis.

## INCIPIT ARGVMENTVM IN EPISTOLAM ſecundam beati Ioannis Apoſtoli.

*VSqueadeò ad ſanctam fœminam ſcribit, vt eandem dominam non dubitet litteris appellare, eiuſdémque filiis teſtimonium quòd ambulent in veritate,perhibeat.*

# Incipit epiſtola beati Ioannis apoſtoli ſecunda.

*Cuilibet fideli bonum proſequendum & malum fugiendum,atque in charitate & doctrina Chriſti permanendum.* *Caput I.*

†Di.9.Legimus.

A [a] †Enior,electæ dominæ,& natis eius,quos ego diligo in veritate, & non ego ſolus, [b] ſed & omnes qui cognouerũt veritatem,propter veritatem quæ permanet [1] in vobis,& vobiſcum] erit in æternum.Sit vobiſcum gratia,miſericordia,
B pax à deo patre, & à Chriſto Ieſu filio patris in veritate & charitate.Gauiſus ſum valde quoniã inueni de filiis tuis ambulãtes in veritate,ſicut mandatum accepimus à patre.✠ Et nunc rogo te domina,non tanquã mandatum nouum ſcribẽs tibi,ſed quod habuimus ab initio,† vt diligamus [2] alterutrum.] Et hęc eſt charitas,vt ambulemus ſecũdum [3] mandata] eius. Hoc enim eſt mandatum, vt quemadmodum audiſtis ab initio, in eo ambuletis, quoniam multi ſeductores [4] exierunt] in mundum,[c] qui non confitentur Ie-

†Ioh.15.b

a. Solum autẽ voluit ſe appellare presbyterum, ſiue quod iam ſenior eſſet, dum has ſcriberet, (nã id ſignificat presbyter) aut etiam epiſcopum vocans ſeipſum nomine presbyteri, cũ illo tempore nomen presbyteri ſolitum eſſet etiam de epiſcopis dici. Oecum. ibid.
b. Reuera eſt omnes per orbem catholici vnã veritatis regulam ſequuntur:non autẽ omnes hæretici & infideles vnanimo errori cõſentiunt, verũ nõ minus ſemet alterutrũ quã ipſam veritatis viã impugnant. Beda ibi.
1.Nobis,& nobiſcum.
2.Nos mutuò.
3.Mandatum.
4.Introierunt.
c. Aliam ſignificationem habet Ieſus, aliã habet Chriſtus ſaluator noſter. Ieſus tamen nomen proprium eſt illi, quo Moyſes proprio nomine appellatus eſt, quomodo Elias, quomodo Abraham. Sic tãquam proprium nomen habet dominus noſter Ieſus. Chriſtus autẽ ſacramenti nomen eſt, quomodo ſi dicatur propheta ſacerdos. Augu. ſuper epiſt. Ioan. tract. 5.

sum Christum [1] venisse] in carne. [g] Hic est seductor & Antichristus. Videte vosmet-c ipsos, [4] ne perdatis quæ operati estis, ] sed vt mercedem plenam [7] accipiatis. ] Omnis qui [8] recedit, ] & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet. Qui permanet in doctrina, hic patrem & filium habet. [d] Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. † [g] Qui enim dixit illi aue: D communicat operibus eius malignis. ⊱ Ecce prædixi vobis, vt in die domini non confundamini. ] Plura habens vobis scribere, nolui per chartam & atramentum. Spero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui, † vt gaudium vestrum plenum sit. Salutant te filij sororis tuæ electæ. Gratia tecum, Amen.

5. Venturum, scilicet in secũdo aduentu.
6. Ne perdamus quæ operati sumus.
7. Recipiamus.
8. Transgreditur.
d. Si quis absque hac cõfessione fidei & doctrinæ Christi ad vos veniat, nõ solùm protectionem à vobis non consequatur, sed neque salutis precationem à vobis accipiat: meritò & cautè hæc dicens: quasi hæc salutis precatio solis illis debeatur qui conueniũt moribus & fide nobiscum. Cui enim precamur salutem, nisi his qui similiũ sunt morum ac fidei? Oecum. ibid.

## INCIPIT ARGVMENTVM IN EPISTOLAM tertiam beati Ioannis Apostoli.

*Gaium pietatis causa extollit, atque vt in ipsa pietate maneat exhortatur: Diotrephen impietatis & superbiæ causa obiurgat: Demetrio autem bonum testimonium perhibet, cum fratribus vniuersis.*

# Incipit epistola beati Ioannis apostoli tertia.

*Qui in multis proximo profuit, in pietate permaneat, vt à malo deuiet.* **Cap. I.**

† Enior, [a] Caio charissimo, quem ego diligo in veritate. Cha- A
rissime de omnibus orationem facio prosperè te ingredi & valere, sicut prosperè agit anima tua. Gauisus sum enim valde venientibus fratribus, & testimonium perhibẽtibus veritati tuæ, [b] sicut tu in veritate ambulas. [1] Maiorem horum non habeo gratiam, ] quam vt audiam filios meos in veritate [2] ambulantes. ] Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu ecclesiæ: quos bene facies deducens digne deo. [g] Pro nomine enim eius profecti a sunt, nihil accipientes à gentilibus. [c] Nos ergo debemus suscipere huiusmodi: vt cooperatores simus veritatis. [3] Scripsissem forsitan ] Ecclesiæ: † sed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes non recipit nos. [d] [g] Propter hoc si venero, [4] commonebo ] eius c
opera quæ facit: verbis malignis garriens in nos. Et quasi non ei ista sufficiant, neque ipse suscipit fratres: & eos qui suscipiunt, prohibet, & de Ecclesia eiicit. Charissime, noli [5] imitari ] malum: sed quod bonum est. Qui bene facit, ex deo est: qui malè facit non videt deum. [g] [e] Demetrio testimonium redditur ab omnibus, & ab ipsa veritate, sed D
& nos testimonium perhibemus, & nosti quoniam testimonium nostrum verum est. Multa habui tibi scribere: sed nolui per atramentum & calamum scribere tibi. Spero autem protinus te videre: & os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta tu amicos nominatim.

a. Caius iste, cui scribit Ioannes, creditur fuisse vir ille Corinthius, de quo ad Roma. loquitur Paulus: Salutat vos Caius hospes meus. Et 1. Cor. 1. Neminem vestrũ baptizaui, nisi Crispum & Caium. Diony. ibid.
b. Filius dei qui semper in patre veritas & vita est, assumẽdo hominẽ factus est via: quia non habebamus quà iremus ad patrem. Si enim via esse noluisset, semper erraremus. Ipse igitur via, veritas, & vita ad te venit, surge & ambula, ambula moribus & nõ pedibus, & peruenies ad deum. August. de verb. do. sermo. 55.
1. Maius his nõ habeo gaudiũ.
2. Ambulare.
[c. Nos ergo debemus suscipere cum expẽsis nostris. Hoc autem dicit Ioannes, non quia haberet diuitias, sed quia de consilio eius diuites talia faciebãt, & quia bona ecclesiæ data pro pauperibus ipse dispensabat in Epheso, sicut Apostoli alij in Ierusalem, vt habetur Act. 4. De Tyro ibidem.]
3. Scripsi.
[d. Commonebam. i. in omnium notitiam manifestius arguẽdo producã, quorum exẽplar nusquam habet, sed facit ea, & nouia inuenit, garriens falsis ratiocinibus vtens in nos, confutãdos: & sic ad vos à fide retrahendos. Glosa ordin. ibid.]
4. Iudicabo.
5. Aemulari.
e. Sunt enim quidã quibus virtus perhibet testimonium, sed frustratur ob sermonem ineffi-cacem, siue operibus carentem. Oecumen. ibid.

## INCIPIT ARGVMENTVM IN EPISTOLAM beati Iudæ Apostoli.

*Iudas Apostolus fratres de corruptoribus viæ veritatis ita informat, vt illicitum esse dissereret de subiugo semel erutos seruitutis, denuò operam suam officiis nauare seruilibus.*

Incipit

# Incipit epistola beati Iudæ Apostoli.

*Fidelis hæreticorum fallacias vitet, qui cupiditate ducti aduersantur Euangelio, & quorum figuram Pseudoprophetæ gesserunt.* *Caput I.*

A [a] IVdas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi: iis qui sunt in deo patre [1] dilectis, ] & Christo Iesu conseruatis, ⊢ & ] vocatis. Misericordia vobis, & pax, & charitas [2] adimpleatur. ] Charissimi, omnem sollicitudinem faciens scribendi vobis [b] de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis: deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei. [c] Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudicium) impij [3] domini ] nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum dominatorem, & dominum nostrum Iesum Christum negantes. Commonere autem vos volo, scientes semel [4] omnia, quoniam Iesus ] populum de terra Ægypti

†Num.14.f B saluans, † secundò eos qui non crediderunt, perdidit. [d] Angelos verò qui non seruauerunt [5] suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, ] in iudicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reseruauit. † Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram, [6] facti ] sunt [d] exemplum ignis æterni pœnam sustinentes. Similiter & hi * quidem carnē maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphémant. † Cum Michael Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit: [7] Imperet tibi deus. ] [e] Hi autem quæcunque quidem ignorant, blasphémant: quæcunque autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in iis corrumpuntur. Væ illis [8] qui ] † in via Cain abierunt, † & erro-

†Gene.4.b †Num.16.a ‖ d.26.b 1.Pet.2.d

c re Balaam [9] mercede ] effusi sunt, & in contradictione Chore abierunt. [f] Hi sunt [10] in epulis suis, ] maculæ conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes: nubes sine aqua, quæ à ventis circunferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sydera errantia: quibus [11] f procella tenebrarū ] seruata est in æternū. †Prophetauit autē & de his septimus ab Adam, Enoch, dicens: Ecce venit dominus in sanctis milibus suis facere iudicium cōtra omnes, & arguere omnes [g] impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt: de omnibus duris quæ locuti sunt contra deū peccatores impij. Hi sunt mur-

†Apoc.1.b

†Psal.16.d muratores, querulosi, secūdum desideria sua ambulantes, † & os eorū loquitur superbiam, mirantes personas quæstus causa. Vos autem charissimi, † memores estote verborum quæ prædicta sunt ab Apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis: quoniam in nouissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua am-

†1.Tim.4.a 2.Tim.3.a 2.Pet.3.a

†24.q.3.De illis. D bulantes in impietatibus: † [f g h] Hi sunt qui segregant ⊢ semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem charissimi, superædificantes vosmetipsos, sanctissimæ nostræ fidei: in spiritu sancto orantes ipsos vos in dilectione dei seruate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in vitam æternam, & hos quidem [12] arguite iudicatos, illos verò saluate, de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore, odiētes, ] & eam quæ carnalis est, maculatam tunicam. [i] Ei autem qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione ⊢ in aduentu domini nostri Iesu Christi ] soli * Deo saluatori nostro ⊢ per Iesum Christum dominum nostrum ] gloria & magnificentia, imperium & potestas ante omne seculum, & nunc & in omnia secula seculorum, Amen.

Epistolæ beati Iudæ Apostoli finis.

a. Iudas qui & Taddæus, filius Alphæi & Mariæ Cleophę sororis virginis Mariæ frater Iacobi minoris, Simonis & Ioseph iusti, eodem spiritu quo Petrus & Ioānes in fidei corruptores animaduertit, fideles exhortans vt ab ipsis pseudoprophetis sibi caueant.

1. Sanctificatis.

2. Multiplicetur.

b. De cōmuni eorum salute dicit, de illa salute quæ ipsi & illis erat communis: omnium namque electorum vna & communis est salus, fides & dilectio Christi. Beda ibid.

c. Quidam verò non satis cœlestibus literis eruditi cū veritatis accusatoribus respondere non possent obiicientibus vel impossibile, vel incongruens esse, vt deus in vterū mulieris se includeret: nec cœlestem illā maiestatem ad tātam infirmitatem potuisse deduci, vt hominibus contemptui, derisui, contumeliæ, & ludibrio esset. Postremò etiam cruciamēta perferret atque inexecrabili patibulo figeretur. Lactant. lib. 4. cap. 30.

3. Dei.

4. Hoc, quod dominus.

5. Suam originem.

6. Factæ, vel expositæ.

d. Hoc est, typus facti sunt perpetuæ damnationis, ac infernalis incēdij, quæ per illorum punitionē sunt præfigurata. Dionys. ibidem.

* Somniantes.

7. Increpet te dominus.

e. Et vt breuissimē pateat qualis sit natura humana sine gratia, dicat Iudas apostolus quid agat vel ignorātia imperitorū, vel doctrina sapientium. Hi, autem, inquit, quæcūque quidem ignorant, blasphemant, &c. Ambr. de voca. gent. lib. 1. ca. 6.

8. Quia.

9. Mercedis.

10. Inter dilectiones vestras.

11. Caligo.

f. Non itaque promittitur pœna ignis transitoria turpiter sceleratisque viuētibus, quia viam iustitiæ cognouerunt, quibus melius erat nō cognoscere. August. de fide & operibus, cap. 25.

g. Impius à peccatore differt, in eo q̄ impius peccatū habet citra deum, peccator verò citra ea quæ aguntur in vitæ conuersatione à iustitiæ scopo aberrat. Oecum. ibid.

h. Visete animā hominis quēadmodū vniuersa corporis mēbra viuificet cohærentia sibi: separa ergo quodum à structura cæterorū, & vide an de cætero viuificet. Sic & omnis qui ab vnitate diuiditur, ne dubites quin ab eo recesserit spiritus vitę. Dignè igitur contentiosos, & qui separāt semetipsos, apostoli carnales vocant, & animales, spiritum non habentes. Bernard. in fest. sancti Michą. Sermo. 1.

12. Commiseramini dum diiudicamini, illos verò in timore seruate, ex incendio rapientes, odio prosequentes.

i. Quo testimonio videtur hominem posse esse sine peccato, & maculā non habere. Sed hoc non sic capiendum vt proponitur. Neque enim homo potest esse sine peccato, sed poterit si deus voluerit hominem seruare sine peccato, & immaculatū suæ misericordiæ custodire. Hoc & ego dico quod deo cuncta possibilia sunt, homini autem non quicquid voluerit possibile est. Hier. aduersus Pelagian. lib. 1.

* Sapienti.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## INCIPIT PROLOGVS IN APOCALYPSIN beati Ioannis Apostoli.

1. Militia.

† Omnes qui piè volunt viuere in Christo, (sicut ait Apostolus) persecutionem patientur, iuxta illud: † Fili accedēs ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. † ¹ Tentatio ] nanque est vita hominis super terram. Ne autem fideles deficiant in iis, consolatur eos dominus atque confirmat dicēs: † Vobiscum sum vsque ad consummationem seculi, & † nolite timere pusillus grex. Propterea videns deus pater tribulationes quas passura erat Ecclesia ab Apostolis fundata supra petram Christum, vt minus timeantur, disposuit vnà cum filio & spiritu sancto eas reuelare. Reuelauit autem tota trinitas Christo secundum humanitatem, Christus verò Ioanni per angelum, Ioannes Ecclesiæ, de qua reuelatione hunc librum composuit. Vnde & liber iste Apocalypsis dicitur, id est, reuelatio, quia hic continentur quæ deus reuelauit Ioanni, & Ioannes Ecclesiæ, quanta scilicet Ecclesia passa sit in tēpore primitiuo, & nunc patiatur, & in nouissimis temporibus Antichristi passura sit, quando tanta erit tribulatio, vt si fieri potest etiam moueantur electi. Et quæ pro iis & nunc, & in futuro præmia sit susceptura, vt quos denuntiata supplicia terrent, promissa præmia lætificent. Ideo iste liber inter reliquas scripturas noui testamenti prophetiæ nomine censetur, quæ aliis est excellentior prophetiis: sicut enim nouū testamentum præstat veteri, Euangelium legi: ita hæc prophetia prophetiis veteris testamenti, quia de Christo & Ecclesia magna ex parte iam adimpleta sacramēta denunciat. Vel etiam ideo, quia cum aliis vnifaria, isti trifaria data est prophetia simul, scilicet de præterito & præsenti & futuro. Ad cuius confirmandam auctoritatem, occurrit etiam autoritas mittentis, deferentis, & accipiētis. Mittentis, scilicet trinitatis: & deferentis, scilicet angeli: & accipientis scilicet Ioannis. Cum autem Ioanni hæc in visione fuerunt reuelata, & sint tria genera visionum, sub quo genere contineatur, videndum est. Visio enim alia corporalis, quando videlicet corporalibus oculis aliquid videmus: Alia spiritualis seu imaginaria, cum videlicet dormientes vel etiam vigilantes imagines rerum cernimus, quibus aliquid significatur, sicut vidit Pharao spicas, & Moyses rubum ardere: ille dormiens: iste vigilans. Alia intellectualis, quando videlicet spiritu sancto reuelante intellectui mētis veritatem mysteriorum, sicut est, capimus, quomodo vidit Ioannes quæ in hoc libro referūtur: Non enim figuras tantùm spiritu vidit, sed & earum significata mente intellexit. Vidit autē Ioannes, & scripsit in Pathmos insula relegatus in exilium à Domitiano Principe impiissimo, hac eum ad scribendum cōpellente causa: quia dum exul teneretur à Domitiano in Pathmos insula, in Ecclesiis quibus præerat, multa pullularunt atque inoleuerunt vitia, atque diuersæ hæreses. Erant enim quidam hæretici ibi, dicentes Christum non fuisse ante Mariam, quia tēporaliter de ea natus erat, quos Ioannes in principio Euangelij sui redarguit, dicens: † In principio erat verbum. Et in hoc libro cum dicit, α, & ω, id est principium & finis. Dicebant etiam quidam Ecclesiam pondere tribulationum ante finem seculi desiturā, & pro labore non præmium æternum suscepturam. Horum ergo errores volens destruere Ioannes, ostendit Christum principium esse & finem. Vnde Isaias: † Ante me non est formatus deus, & post me non erit. Et Ecclesiam per exercitium tribulationum non desinere, sed proficere, & pro iis brauiū æternum recipere. Scribit autem Ioannes septem Ecclesiis Asiæ, & earum septem episcopis de prædictis instruens, & in eis per eam totam generalem Ecclesiam docens. Est itaque materia Ioannis in hoc opere status specialiter Asianæ Ecclesiæ, necnon & totius videlicet, quæ in præsenti patiatur, & in futuro recepturа sit. Intentio verò eius est monere ad patientiam quæ seruanda est, † tum quia breuis labor, tum quia præmium magnum. Modus tractandi talis, primo præmittit prologum & salutationem, vbi reddit auditores benignos & attētos, quo præmisso accedit ad narrationem. Ante narrationem verò ostendit Christum esse ab æterno, sine principio & sine: Inducens ipsum loquentem: † Ego sum alpha, & ω, id est, principium & finis. Postea accedens ad narrationem, distinguit septem visiones, quibus terminatis iste liber consummatur. Præmittit autem prologum, dicens: Apocalypsis Iesu Christi, subaudis, hoc est, sicut in aliis, visio Isaiæ hæc est, & parabolæ Salomonis, hæc sunt.

## ITEM ALTER PROLOGVS IN APOCALYPSIN.

IOannes Apostolus & Euangelista à Christo electus atque dilectus in tanto amore dilectionis vberior habitus est, †vt in cœna supra pectus eius recumberet, & †ad crucem astanti soli matrem propriam commendasset, †vt quem nubere volentem ad amplexum virginitatis asciuerat, ipsi etiam ad custodiendam virginem tradidisset. Hic itaque cum propter verbū dei & testimonium Iesu Christi in Pathmos insulam sortiretur exilium, illic ab eodem Apocalypsis præostēsa describitur, vt sicut in principio canonis, id est, libri geneseos, incorruptibile principium prænotatur: ita etiam incorruptibilis finis per virginē in Apocalypsi redderetur, dicētis: †Ego sum alpha & ω, initium & finis. Hic est Ioānes, qui sciēs superuenisse ibi diem egressionis de corpore, conuocatis in Epheso discipulis, descendit in defossum sepulturæ suæ locum, orationéque cōpleta reddidit spiritum, tam à dolore mortis factus extraneus, quàm à corruptione carnis noscitur alienus. Cuius tamē scripturæ dispositio vel libri ordinatio, ideo à nobis per singula non exponitur, vt nesciētibus inquirendi desiderium collocetur, & quærētibus laboris fructus, & deo magisterij doctrina seruetur.

†Ioan.13.f
†19.e
†Ioan.21.a

†Apoc.1.b
22.a

## ARGVMENTVM IN APOCALYPSIN beati Ioannis Apostoli.

APocalypsis Ioannis tot habet sacramēta quot verba. Parum dixi, & pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ.

# Incipit liber Apocalypsis beati Ioannis apostoli.

*Ioannes in Pathmos insula exulans septem Asiæ ecclesiis per septem candelabra designatis, quas vidit visiones recitauit.* *Caput I.*

A



Pocalypsis Iesu Christi quam dedit illis Deus, [1] palàm facere ] seruis suis quæ oportet fieri citò: & significauit, mittens per angelum suum seruo suo Ioanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcunque vidit. † [b] Beatus qui legit & qui audit verba prophetiæ huius: & seruat ea quæ in ea scripta sunt. † Tempus enim propè est. † Ioannes septem Ecclesiis quæ sunt in Asia. Gratia vobis & pax ab eo † qui est, & qui erat, & qui venturus est, & à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo qui est testis fidelis, † primogenitus mortuorum: & princeps Regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, B & & fecit nos [2] regnum ] & sacerdotes Deo & patri suo, ipsi gloria & imperiū in secula seculorum, Amē. † [c] Ecce venit cū nubibus, † & videbit eum omnis oculus, & qui eum [3] pupugerunt. ] Et tunc plangent se super eum omnes tribus terræ, etiam, Amen. [d] Ego sum alpha & ω: principium & finis, dicit dominus deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est, omnipotens. Ego Ioannes frater vester & particeps in tribulatione, & regno & patientia in Christo Iesu: fui in insula, quæ appellatur Pathmos propter verbum dei & testimonium Iesu Christi. † Fui in spiritu in dominica die, & audiui post me vocē C magnam tanquam tubæ, dicentis: & * Quod vides, scribe in libro: & mitte [e] septē Ecclesiis Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Tyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ. Et conuersus sum, vt viderem vocem quæ loquebatur mecum. † Et conuersus vidi septem candelabra aurea: & in medio septem candelabrorum aureorum similē filio hominis, vestitum podére, & præcinctum ad mamillas zona aurea. Caput autem eius & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix. † Et oculi eius tanquam flamma ignis, & pedes eius similes aurichalco, sicut in camino [4] ardenti. ] Et vox D illius tanquam vox aquarum multarum: & habebat in dextera sua stellas septem. & † Et de ore eius [f] gladius vtraque parte acutus exibat, † & facies eius, sicut sol lucet in vir-

†Infr.22.b
†Infr.22.c
†29. dist.c. Necesse.
†Exod.3.d
†Heb.9.c
1.Ioan.1.b
†Luc.24.c
†Isa.3.e
Iudæ 1.e
Infr.21.b
22.c
‡Infr.4.a
†91.d. Diacon.
†Infr.2.c
19.c
† De precib. Ex oratione.
Infr.19.c
†Matt.17.a
Isa.54.a
Infr.22.c

a. Apocalypsin beati Ioannis Apostoli secundū anagogem hoc domino largiente explanare curauimus, qa reuelatio Iesu Christi nostris auribus panditur, vt arcana cœlestia nostris cordibus manifestētur. Aug. ibidem. Nisi iuxta literam accipimus Iudaizādum est, si spiritualiter vt scripta est, multorum opinionibus videbimur contraire. Hier. in prœmio in 18. commenta. in Isaiam.

1. Vt palàm faceret.

b. Nec qui solum legunt, sed & qui audiunt, efficaci quidem & operatiuo auditu beatos dicit, qui videlicet parati sunt ad obseruandum tāquam diuinas leges ea quæ dicta sunt: qui etiam compositi sunt ad spiritualiter viuendum, non sicut animales homines, siue qui iuxta sensualitatem eligūt viuere, quemadmodum animalia sermone carentia. Aretha. Cæsarien. ibidē.

2. Regem.

c. Quem igitur compunxerunt & quē speramus esse venturum nisi filium dei. Ergo omnipotēs dominus & deus etiā Christus est. Ambro. lib. 2. de fide, cap. 3.

3. Confixerunt.

d. a prima est litera Græcorum, ω, verò vltima. Istis itaque literis se eōparat seu exprimit Christus, vt innuat se esse vniuersorū primum principium, ac vltimū finem. Omnia enim propter seipsum operatus est dominus. Dionys. ibidem.

* Ego sum alpha & ω, primus & nouissimus.

e. Ecclesias septem ponit, vt seruetur septenarius numerus: vē dies septem quibus dñs mundū fecit, vt angeli septem qui assistunt ante faciem dei, & lucerna septiformis in tabernaculo testimonij, & spiritus septem, & candelabra septem, & columnæ septē super quas ædificauit domum sapientia. Cyprian.

Prima visio.

4. Ardentes.

f. Apostolus Ioannes ensem describit bis acutū, quem intelligi oportet sermonē diuinū bis acutū duobus testamentis legis & euangelij: acutum sapientia, infestum diabolo, armātem nos aduersus hostes spirituales nequitiæ, & concupiscētiæ omnis. Tertul. lib. 3. aduersus Marcion.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tute ſua. Et cum vidiſſem eum, cécidi ad pedes eius tanquam mortuus. Et poſuit dexteram ſuã ſuper me, dicens: [g] Noli timere. † Ego ſum primus & nouiſſimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſecula ſeculorum, † & habeo claues mortis & inferni. Scribe ergo quæ vidiſti, & quæ ſunt, & quæ oportet fieri poſt hæc. Sacramẽtum ſeptem ſtellarum quas vidiſti in dextera mea, & ſeptem cãdelabra aurea: ſeptem ſtellæ, angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum: & candelabra ſeptem, ſeptem Eccleſiæ ſunt.

[g. Noli timere. Quia ego ſum primus & nouiſſimus: per hoc idem ſignatur quod ſupradicitur, ego ſum alpha & ω, &c. Similiter exponatur q. d. potens ſum te ſaluare. Ideo non debes timere. De Lyr. ibi.]

*Quid Eccleſiis Epheſi, Smyrnæ, Pergami, & Tyatiræ deus futurum nouerit cum diſcrimine malorum à bonis Ioannes præuidet.* II.

[a] ⊢T ] angelo [1] Epheſi ] Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua, qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum: † Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes ſuſtinere malos. Et tentaſti eos qui ſe dicunt apoſtolos eſſe, & non ſunt, & inueniſti eos mendaces. * Et patientiam habes: & ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti. Sed habeo aduerſum te ⊢ pauca, ] quòd charitatem tuam primam reliquiſti. † Memor eſto itaque vnde excideris: & age [b] pœnitentiam, & prima opera fac. ℣ Sin autem [2] venio tibi, ] & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, † niſi pœnitentiam egeris. Sed hoc habes, quia † [3] odiſti ] facta [c] Nicolaitarũ, quæ & ego [4] odi.] Qui habet aurem audiat, quid ſpiritus dicat Eccleſiis. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in [5] paradiſo ] dei mei. Et angelo Smyrnæ Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit primus & nouiſſimus, qui fuit mortuus & viuit. Scio * tribulationem tuam & paupertatem tuam, ſed diues es, & [6] blaſphemaris ab iis ] qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & nõ ſunt, ſed ſunt Synagóga Sathanæ. ℣ Nihil horum timeas quæ paſſurus es. † Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Qui habet aurem, audiat, quid ſpiritus dicat Eccleſiis. Qui vicerit, non lædetur à morte ſecunda. Et angelo Pergami Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit qui habet romphæam ex vtraque parte acutam. Scio * vbi habitas, vbi ſedes eſt Sathanæ, & tenes nomen meum, & non negaſti fidem meam. ℣ Et in diebus [7] illis ] [d] Antiphas teſtis meus fidelis qui occiſus eſt apud vos, vbi Sathanas habitat. Sed habeo aduerſus te pauca: quia habes illic tenentes † doctrinam Balaam, qui docebat Balac, mittere ſcandalum coram filiis Iſrael, edere * & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. * [e] Similiter pœnitentiam age, ſi quo minus, veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei. Qui habet aurem, audiat, quid ſpiritus dicat eccleſiis. Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi [f] calculum candidum, & in calculo nomen nouum ſcriptum: quod nemo ſcit, niſi qui accipit. ℣ Et angelo [8] Tyatiræ Eccleſiæ ſcribæ: Hæc dicit filius dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius ſimiles aurichalco. † Noui opera tua, & fidem, & charitatem ⊢ tuam, ] & miniſterium, & patientiam tuam, & opera tua nouiſſima plura prioribus. Sed habeo aduerſus te pauca: quia permittis [h] mulierem Iezabel, quæ ſe dicit Prophetam, docere, & ſeducere ſeruos meos, fornicari & manducare de idolothytis. † Et dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione ſua. ℣ Ecce ego mitto eam in lectum: & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, niſi pœnitentiam ab operibus ſuis egerint, & filios eius interficiam in mortem, & ſcient omnes Eccleſiæ quia † ego ſum ſcrutans renes & corda, & dabo vnicuique veſtrûm ſecundum opera [8] veſtra: ] Vobis autem dico, & cæteris qui Tyatiræ eſtis, quicunque non habent doctrinam hanc, & qui non cognouerunt [9] altitudinem ] Sathanæ, ℣ quemadmodum dicunt: non mittam ſuper vos aliud pondus: tamen id quod habetis tenete, donec veniam. [i] Et qui vicerit & cuſtodierit vſque in finem opera mea, † dobo illi poteſtatem ſuper gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, ſicut & ego accepi à patre meo, & dabo illi ſtellam matutinam. Qui habet aurem, audiat, quid ſpiritus dicat Eccleſiis.

a. Hoc eſt, paſtori & præſuli. Cui ideireo primò ſcribitur, quia in Aſia minori Epheſus fuit metropolis. Sicque epiſcopus eius, tanquam metropolytanus autoritate & dignitate exititit maior. Vnde ſicut eius defectus aliis nocuit, ſic emendatio eius aliis ædificatoria fuit. Dio. ibid.
1. Epheſinæ.
* Et ſupportaſti.
b. Sed tamen quia ſinguli quique cœtus hæreticorum ſe potiſſimũ Chriſtianos & ſuã eſſe catholicam eccleſiam putant, ſciẽdum eſt illam eſſe veram in qua eſt religio, cõfeſſio, & pœnitentia: quæ peccata & vulnera, quibus eſt ſubiecta imbecillitas carnis, ſalubriter curat. Lactant. lib. 4. cap. 30.
2. Veniam tibi citò.
3. Odio habet.
c. Alter hæreticus Nicolaus emerſit: hic de ſeptem diaconis qui in Actibus Apoſtolorũ electi ſunt, fuit. Hic dicit tenebras in concupiſcentia luminis & quidẽ fœda & obſcœna fuiſſe: ex hac pmixtione pudor eſt dicere quæ fœtida & immũda. Sunt & cætera obſcœna. Omnes enim refert quoſdã turpitudinis natos, & complexus & permixtiones execrabiles. Tertull. de præſcript. aduerſus hæretic.
4. Odio habeo.
5. Medio paradiſi.
* Opera tua.
6. Blaſphemiam eorum.
* Opera tua.
7. Meis.
[d. Ille martyr ſpecialiter nominatur, quia verbo ſuo & exẽplo alios ad martyrium animauit. De Lyra ibidem.]
* Ex iis quæ idolis immolarentur.
* Quod.
e. Videt quod deus qui pœnitẽtiam exigit, veniã pollicetur! Ambr. de pœnitent. lib. 1 cap. 9.
f. Calculum candidum dicit euangelium clarum, & tantũ illuſtratum, in quo eſt nomẽ nouum Ieſu Chriſti veri dei, de quo ſcribitur: In principio erat verbum. Hiero. ſuper Iſa. ca. 65.
g. Tyatira vrbs Aſiæ minoris in Lydia prouincia non longè diſtans à Pergamo: templo quondã Aſclepiadij famoſa. De qua erat illa puella Lydia purpuraria, de qua Actor. 16. cap.
h. Hanc autem mulierem tropicè ſignificat. Nicolaitarum hæreſim per nomen Iezabel, quæ regi Achab nupſerat. Huic etiã cõparans Nicolai ſequaces propter libidinem ac impietatem. Indignatur itaque quod non perſequantur ipſam & expellãt, confundentes ipſam impudenter blaſphemãrẽ, ſed ſuſtineant, vt hi qui ſolo nomine Chriſtiani ſunt ſecum participent. Aretha Cæſarien. ibid.
8. Sua.
9. Altitudines. i. profunditates.
[i. Qui vicerit tentationes mundi, carnis, & diaboli, & cuſtodierit vſque ad mortem opera mea, quia Ieſus cœpit facere, & poſtea docere. Act. 1. Dabo illi poteſtatem ſuper gentes in finali iudicio: in quo perfecti iudicabunt cum Chriſto: & ſic habebunt poteſtatem ſuper gẽtes iudicantes. De Lyra ibid.]

*Quid deus futurum nouerit Ecclesiis Sardis, Philadelphiæ, & Laodiceæ, vt à præteritis malis resipiscant, & futuris caueant.* *III.*

A ET angelo Ecclesiæ *[a] Sardis, scribe: Hæc dicit qui habet septem spiritus dei, & septem stellas. † Scio opera tua: quia nomen habes quòd viuas, & mortuus es. Esto vigilans, & confirma cętera quæ moritura erant. Non enim [1] inuenio] opera tua plena coram Deo meo. [b] In mente ergo habe, qualiter accepetis & audieris, & serua, & pœnitentiam age. † Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. † Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua: & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, † & non delebo nomẽ eius
B de libro vitæ, & cõfitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius. [g] Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis. Et angelo [c] Philadelphię Ecclesiæ scribe: † Hęc dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Scio opera tua. [d] Ecce dedi corã te ostium apertum quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, & seruasti verbũ meum, & non negasti nomen meum. Ecce, dabo de Synagóga Sathanę, qui dicunt se Iudęos esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce, faciã illos vt veniant, & adorẽt ante pedes tuos: & sciẽt quia ego dilexi te. Quoniam seruasti verbum patiẽtiæ meę, & ego seruabo te ab hora
C tentationis quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitãtes in terra. [g] Ecce venio citò: [e] Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit, faciã illum [f] columnam in templo dei mei: & foras non egredietur amplius: & scribam super eum nomen dei mei, & nomen ciuitatis dei mei nouæ Ierusalem, quæ descendit de cœlo à deo meo, & nomẽ meum nouũ. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis. Et angelo Laodiceæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit, † amen, testis fidelis & verus, qui est principium creaturæ dei. Scio opera tua, quia neque frigidus es neque calidus. [g] Vtinã frigidus esses, aut calidus. Sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te
D euomere ex ore meo: [g] quia dicis, quòd diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum [2] ignitum, probatum,] vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt nõ appareat confusio nuditatis tuæ, † & collyrio iunge oculos tuos, vt videas. † Ego quos amo arguo & castigo. Æmulare ergo, & pœnitentiam age: [h] Ecce sto ad ostiũ & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit [—mihi] ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Qui vicerit, [i] dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici & sedi cum patre meo in throno eius. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis.

* In.
a. Sardis pluraliter vrbs Lydiæ caput, regia Cręsi: apud quam Aliacis tumulus super excelsa erepidine, cuius maximã partẽ ancillæ perfecerunt, quę (vt Herodotus ait) omnes meretricabantur. Huius ciuitatis episcopus fuit Melito vir celebertim⁹, & doctor insignis, cuius multa extant passim vulgata opera.
1. Inueni.
b. Vtique ei dicit qui credidit, & baptizatus est, & stans quondam corruit per delictum. Hieron. aduersus Iouinia. lib. 2.
c. Philadelphia vrbs quondam Mysiæ terræmotibus concussa: iuxta quã orientẽ versus exusta regio patet stadiis lõga quingẽtis, quadringentis lata. Cypria.
[d. Merito dedi, quia apertè nõ poteras habere per te, quia modicam habes virtutem, ostium, corda hominum prius dura, vel scripturas obscuras, vel męipsũ qui sum verum ostium ad vitam: vnde discipuli prohibiti loqui, & casi dixerunt. Non possumus quæ vidimus nõ eloqui. Glosa ordin. ibid.]
e. Admonet in bonis operibus, quæ Dei dona sunt, non esse in homine, sed in domino gloriãdum: ne quod humilis accipit, superbus amittat. Prosper. de promissio. 22.
[f. Id est, fortem & potentem in fide non solùm pro se, sed etiã pro aliis cõfortandis & sustentandis. Secundum hunc modũ Petrus & Ioãnes & Iacobus columnæ dicuntur. De Lyr.]
g. Hoc est dicere: Vtinã aut exlorem, aut fidem habetes bonorum Christianorũ, aut certè frigus, & ignorantiam paganorũ. Aut enim fides te calida deo insinuaret, aut certè ad præsẽs adhuc legis ignorantia te excusaret. Nunc autem quia Christum iam agnouisti, & negligis quem agnouisti qui susceptus es quasi intra os dei per fidei agnitionẽ, proiicietis per teporem. Saluia. lib. 4. in fine.
2. Igne examinatum.
[h Ostium quidem cordis tui exhortationis dextera pulso, quam si libenter receperis me in habitatore & cohęrede dignus habebere. Beda ibidem.]
i. Sedere iudicare in illis in quibus sedeo & iudico: hęc de prælatis, & per prælatos in subditis. Glosa ordinaria ibidem.

*Aperto in cœlo ostio Ioannes videt vigintiquatuor seniores circa thronum sedentes, & quatuor animalia sedenti in throno assiduè gloriam dare.* *IIII.*

A POst hæc vidi, & ecce [a] ostium apertum in cœlo, & vox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum, dicens: [b] Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet [1] fieri citò. Post hæc statim] † fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectui lapi-
B dis iaspidis, & sardinis: & iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinę. [g] Et in circuitu sedis, sedilia vigintiquatuor: & super thronos, vigintiquatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ. Et de throno procidebant fulgura & voces & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus dei. † Et in conspectu sedis tãquam mare vitreum simile crystallo: & in medio sedis & in circuitu sedis [c] quatuor animalia plena oculis ante &
C retro. [g] Et animal primum, simile leoni, & secundum, * simile vitulo: & tertium animal, habens faciem quasi hominis: & quartũ animal simile aquilæ volenti. Et quatuor animalia, singula eorum, habebant alas senas, & in circuitu, & intus plena sunt oculis.
[d] Et requiẽ non habebãt die ac nocte, dicẽtia: † sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus

Secunda visio.

a. Ostium apertũ Christum dicit, quia ianua est: Cælũ ecclesiã dicit, vbi cœlestia geruntur. August. ibidem.
b. Non dicit vt hinc ascendat, sed vt mentẽ à pedestribus etigat & humanis. Verum hi potissimum qui mentem purificãt à maculis quæ in hac materiali vita contrahũtur, has & huiusmodi dignas de deo visiones assequuntur. Aretha.
1. Fieri post hæc. Et statim.
c. Qualis igitur dispositio filij dei, talis & animaliũ forma, talis & character euangelij. Quadriformia autem animalia, & quadriformẽ euangeliũ, & quadriformis dispositio domini. Iren. li. 3. ca. 11. aduersus Valent.
* Animal.
d. Pro eo vt diceret: Non cessabant hæc semper decantare. Nã maxima & vnica est sanctis requies in cœlo laudẽ summæ trinitatis, quæ deus est, indefessa voce dicere. August. de Genesi ad literam. lib. 4.

omnipotens,qui erat,& qui eſt,& qui venturus eſt. ℣ Et cum darẽt illa animalia glo- b
riam & honorem & benedictionem ſedenti ſuper thronum, viuenti in ſecula ſeculo-
rum,procidebant vigintiquatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant vi-
uentem in ſecula ſeculorum,& mittebant [f] coronas ſuas ante thronum,dicentes: Di-
gnus es domine *deus noſter accipere gloriam,& honorem,& virtutem:quia tu crea-
ſti omnia,& propter voluntatem tuam [z] erant,] & creata ſunt.

*Flente Ioanne librum ſeptem ſigillis obſignatum occiſus agnus aperit, quod vigintiqua-
tuor ſeniores cum innumera angelorum multitudine probant.* V.

ET †vidi in dextera ſedentis ſuper thronum, [a]librum ſcriptum intus & fo- A
ris, ſignatum ſigillis ſeptem. Et vidi angelum fortem [—&] prædicantem
voce magna: Quis es dignus aperire librum, & ſoluere ſignacula eius?
Et [b] nemo poterat neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terram a-
perire librum: neque reſpicere illum. Et ego flebam multum: quoniam nemo dignus
inuentus eſt aperire *librum,nec videre eum:& vnus de ſenioribus dixit mihi: Ne fle-
ueris. ℣ [c] Ecce vicit leo de tribu Iuda,radix Dauid,aperire librum,& ſoluere ſeptem ſi- B
gnacula eius. Et vidi, & ecce, in medio throni & quatuor animalium, & in medio ſe-
niorum agnum ſtantem, tanquam occiſum habentem cornua ſeptem & oculos ſe-
ptem,qui ſunt ſeptem ſpiritus dei miſſi in omnem terram. Et venit, & accepit de dex-
tera ſedentis in throno librum. † Et cum aperuiſſet librum, quatuor animalia & vigin-
tiquatuor ſeniores ceciderunt coram agno, habentes ſinguli [d] citharas, & phialas au-
reas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum: & cantabant canticum
nouum, dicentes: ℣ Dignus es [—domine] accipere librum, & aperire ſignacula eius, c
† quoniam occiſus es, & redemiſti nos deo in ſanguine tuo ex omni tribu & lingua
& populo & natione,& feciſti nos deo noſtro [1]regnum] & ſacerdotes:Et regnabimus
ſuper terram.Et vidi, & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, & a-
nimalium & ſeniorum:& erat numerus eorum † milia milium, dicentium voce ma-
gna: ℣ Dignus eſt agnus,qui occiſus eſt accipere virtutem,& diuinitatem,& ſapientiã, o
& fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. [e] Et omnem creaturam
quæ in cœlo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, & quæ ſunt in mari & quæ in eo omnes
audiui dicentes ſedenti in throno,& agno: Benedictio,& honor,& gloria, & poteſtas,
in ſecula ſeculorum. Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et vigintiquatuor ſenio-
res ceciderunt in facies ſuas,& adorauerunt viuentem in ſecula ſeculorum.

*Apertis quinque ſigillis varij ſequuntur affectus, aperto autem ſexto extremum deſi-
gnatur iudicium.* VI.

ET vidi quòd [2] aperuiſſet agnus vnum de ſeptem ſigillis, & audiui vnum A
de quatuor animalibus, dicens, tanquam vocem tonitrui: [b] Veni & vide.
Et vidi: & ecce [c] equus albus, & qui ſedebat ſuper illum habebat arcum,
& data eſt ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret. Et cum aperuiſſet ſi-
gillum ſecundum, audiui ſecundum animal,dicens: Veni & vide. Et exi-
uit alius equus rufus: & qui ſedebat ſuper illum, datum eſt ei vt [1] ſumeret] pacem de
terra,& vt inuicem ſe interficiant, & datus eſt ei gladius magnus. † ℣ Et cum aperuiſ- B
ſet ſigillum tertium, audiui tertium animal, dicens: Veni & vide,& ecce equus niger:
& qui ſedebat ſuper illum, habebat ſtatêram in manu ſua. Et audiui tanquam vocem
in medio quatuor animalium [2] dicentium: ]Bilibris tritici denario vno, & tres bili-
bres hordei denario vno,& vinũ & oleum ne læſeris. Et cum aperuiſſet ſigillum quar-
tum, audiui vocem quarti animalis dicentis: Veni & vide:& ecce equus pallidus,&
qui ſedebat ſuper eum,nomen illi mors:& infernus ſequebatur eum. Et data eſt illi po
teſtas ſuper quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & beſtiis terræ.
℣ Et cum aperuiſſet ſigillum quintum: vidi ſubtus altare [d] animas interfectorum pro- c
pter verbum dei, & propter teſtimonium quod habebant. Et clamabant voce ma-

gna

f. Consequẽter describitur obſequium laudis quantũ ad alias cathedrales ecclesias per orbem constitutas,quæ in diuinis offi-
cijs celebrandis sequi debẽt ordinationem quatuor ecclesiarũ patriarchalium:cum ecclesia ta-
men Romana, quæ principalis & caput est omnium. De Lyr.]
f. Coronas nãque suas ante thro
num domini mittere, est certa-
minum suorum victorias nõ si-
bi tribuere,sed autori: vt ad illũ
referant victoriam laudis,à quo
se sciũt vires accepisse certami-
nis. Gregor. Mora. lib. 22. cap. 10.
* Et.
z. Sunt.
a. Vtrunque testamẽtum intelli-
ge. A foris vetus,ab intus no-
uum, quod intra vetus latebat,
& omni mysteriorum plenitu-
dine obscuratum. Augustin ibid.
b. Quia neque in cœlo angelus,
neque in terra homo viuens in
corpore,neque subtus terrã ani-
mæ exutæ corpore præter Chri-
stum sufficiebat aperire librũ.
Gregor. dial. 4. ca. 42.
* Et legere.
c. Hoc est, dãs Iesus Christus,
qui soluit signacula libri. non
vnius propriè, vt multi putant,
psalmorũ Dauid, sed omnium
scripturarum, quę vno sunt scri
ptæ spiritu sancto. Hieronym.
in Isaiam, cap. 29.
d. Citharas quippe aureas habẽt
electi: quia omnis eorũ sermo,
omne quod de illorum actibus
ad notitiam proximorum fama
vulgãte personuerit puræ dile-
ctionis rutilum apparet. Phialas
quoque habẽt aureas, quę sunt
vasa patula amplitudine diffu-
sa: quia corda tua quo vertus fo
lo eiusdem dilectionis sentiunt
igne splendescere, eo latius hæc
diuinis gaudent pandere con-
spectibus. Beda ibid.
1. Reges.
e. His quoque ostẽditur vnum
ouile angelorũ & hominũ per
Christũ perfectum, sub vno pa-
store Christo agens, vnãque ec-
clesia per Christũ, qui interfli-
tium macerią diruit, quod pri-
mi parentis Adæ inobedientia
conitruxerat. Aretha Cæsar. ibi.

a. Dominus patiens & resurgẽs
finem se esse legis edocuit, ascẽ-
dens autẽ in cœlum spiritu san-
cto misso secretioris arcani mu-
nere firmauit ecclesiã. Tũc ergo
librum aperuit, & tunc eius si-
gnacula solut, quę statũ eius ad
finẽ vsque designarẽt. Beb. ibid.
b. Referendum est autẽ Veni,
ad insinuãdum præfiguratione
visionis, cũ ita conspexerit apo-
stolus visionem. Primũ verò a-
nimal quod est leo, significare
mihi videtur regiam apostolo-
rum aduersus dæmones cõstan-
tiam. Ideo dictũ est: Reges ter-
ræ congregati sunt, & cõstitues
eos principes super omnẽ terrã.
Aretha Cæsar. ibid.
c. Equus albus ecclesia est, ses-
sor Christus. Equus rufus, ma-
lus populus, sessor diabolus. E-
quus niger, populꝰ siniſter dia-
bolo contentiens. Equus palli-
dus mali homines qui persecu-
tiones excitare nõ desinunt. Isti
tres equi vnum sunt, qui exte-
rũ poſt album & contra albũ,
& sessorem habent diabolũ qui
est mors. Tres ergo equi fames,
& bella & pestis intelliguntur,
quod etiã in suo euangelio do-
minus prædixit, quæ etiam fiũt,
& imminẽte die iudicij ampli⁹
futura sunt. Augustin. ibid.
1. Tolleret.
2. Dicentem.
d. Animas occisorũ martyrum
testatur se vidisse Apostolus, ne
quis eũ de muneribus disputa-
re cœperimus, post resurrectio-
nem dicat tribuẽda martyribus
quæ adhuc animis docetur in-
dulta, præsertim cum istud ad-
stipuletur nobis quod de mora
iudicij conqueruntur, Hieron.
de vito perfecto.

gna dicentes: † [e] Vsquequo domine,(sanctus & verus)nõ iudicas & non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec [3] compleantur] conserui eorum,& fratres eorum qui interficiendi sunt,sicut & illi. [f] Et vidi,cum aperuisset
D sigillum sextum,† & ecce terræmotus magnus factus est. [g] [g] Et sol factus est niger tanquam saccus cilicinus,& luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ de cœlo ceciderunt super terra,sicut ficus emittit grossos suos: cum à vento magno mouetur. Et cœlũ recessit sicut liber inuolutus:& omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt. [h] Et reges terræ & Principes & Tribuni & diuites & fortes & omnis seruus & liber,absconderũt se in speluncis & in petris montium,& dicunt montibus & petris,† cadite super nos,& abscondite nos à facie sedentis super thronum,& ab ira agni:quoniam vênit dies magnus iræ [4] ipsorum.] Et quis poterit stare?

[e. Desiderant maius gaudiũ & consortium sanctorum, & iustitiæ Dei consentiunt in damnatione impiorum, & non iudicas faciendo discretionem bonorũ & malorum. Glosa ordina ibid.
3. Complerentur.
[f. Describitur status ecclesiæ sub Diocletiano qui decimã persecutionem mouit contra ecclesiam cum collega suo Maximiano. Delyra ibid.
g. Aliquando in sacro eloquio solis nomine prædicatorum claritas designatur. In extremo igitur tempore sol quasi cilicinus ostenditur, quia fulgẽs vita prædicantium ante reproborum oculos, aspera,& despecta mõstratur. Greg. Moral. lib. 9. c. 3.
[h. Secundum diuersos honores seculi quos nolentes perdere defetẽt fidẽ & diuites quicquid male volunt implentes, fortes in subuertẽdis aliis. Glosa. ordina. ibidem.
4. Ipsius.

*Per sex aperta sigilla signantur electi dei quos reget agnus, & omnem ab eis fletum absterget,nec cum impiis pereant.* VII.

A [a] POst hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ tenentes quatuor ventos terræ ne [1] flarent] super terram, neque super mare, neque in vllam arborem. [b] Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis:habentem [2] signum ] dei viui: & clamauit voce maga quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens: † Noli nocere terræ [3] & ] mari, neque arboribus,quoadusque signemus seruos dei nostri in frontibus corũ. † Et audiui numerum signatorum, centumquadragintaquatuor milia signati ex omni tribu fi-
B liorum Israel. [c] [c] Ex tribu Iuda, duodecim milia signati. Ex tribu Ruben, duodecim milia signati. Ex tribu Gad, duodecim milia signati. Ex tribu Aser, duodecim milia signati. Ex tribu Neptalim, duodecim milia signati. Ex tribu Manasse,duodecim milia signati. Et tribu Simeon, duodecim milia signati. Ex tribu Leui, duodecim milia signati. Ex tribu Isachar, duodecim milia signati. Ex tribu Zabûlon, duodecim milia signati. Ex tribu Ioseph,duodecim milia signati. Ex tribu Beniamin,duodecim milia signati. Post hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus,& tribubus,& populis,& linguis,stantes ante thonum, & in conspectu agni,
C amicti stolis albis, [d] & palmæ in manibus eorum. [e] Et clamabant voce magna dicentes:Salus deo nostro,qui sedet super thronum,& agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni & seniorum, & quatuor animalium: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas,& adorauerunt deum, dicentes, Amen. Benedictio,& claritas,& sapientia,& gratiarum actio, honor,& virtus, & fortitudo deo nostro, in secula seculorum, Amen. Et respondit vnus de senioribus, & dixit mihi: Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde venerunt? Et dixi illi: Domine mi, tu scis. Et dixit mihi: [e] Hi
D sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, † [e] & dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius:& qui sedet in throno, habitabit super illos. † Non esurient neque sitient amplius, neque cadet super illos sol neque vllus æstus: quoniam agnus qui in medio throni est, reget illos: & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, † & absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

1. Quę subsequuntur offensa sunt beato Ioanni statim post ea quæ dicta sunt præcedenti capite tãquam simul adimplẽda, dum complebuntur ea quę sexti sigilli apertionem cõcernunt.
1. Flaret ventus.
b. Diuinum angelum ab ortu solis, & non ab occasu & hespero venire, præclarum facinus designare videtur ac beneficium. quod contemplans in spiritu domini progenitor: Signatũ est inquit, super nos lumẽ vultus tui domine. Areth. Cesariens. ibid.
2. Sigillum.
3. Neque.
c. Dan qui natus fuit filius Israel, relinquitur in hac enumeratione, & Manasses qui adoptatus fuit,assumitur: Itemque Ruben qui natus est, licet paruus numero assumitur,& Ephraim adoptatus quamuis multiplex, relinquitur: ad insinuãdum videlicet: quod ad consequendam hæreditatem pro qua signamur in frontibus nostris signaculo dei viui: neque soli nati, neque soli adoptati filij Israel, id est, neque soli qui ex Iudæis, neque soli qui ex Græcis sed cõmuniter tã ex his quã ex illis assumuntur vel reprobantur: quos vel fides commẽdauerit, vel infidelitas reprobabiles fecerit. Ruper. super 49. Gene.
d. De his qui f certamine martyrij antiquũ hostem vicerant, & iam in patria gaudebãt, scriptum est: Et palmæ in manibus eorum, id est, victoriam in operatione tenent. Palmas enim in manibus tenere, est victorias in operatione tenuisse. Grego. in Ezechiel. homil. 17.
e. Dealbauerunt & candidas eas fecerunt prorsus in sanguine agni, quia exiuit cum eo aqua dealbans in sacro baptismate, & testimonium perhibet qui vidit. Bern. in die Paschæ, Sermo. 1.
a. Cœlum ecclesia vocatur electorum, quę ad æternã contemplationem sublimatur, surgentesque ab infimis cogitationũ tumultus premit: atque intra se deo quoddam silentium facit. Quod quidem silentium contẽplationis, quia in hac vita non potest esse perfectum factum, dimidia hora dicitur. Grego. Moral. lib. 30. c. 24.

*Quatuor angelis tuba canentibus, & accenso altari maximæ partis vniuersi fit excidium.* VIII.

## Tertia visio.

A [a] ET cum apparuisset sigillũ septimum, [a] factum est silentium in cœlo quasi media hora. Et vidi septem angelos stantes in conspectu dei: & datę sunt illis septẽ tubæ. Et alius angelus venit, & stetit ante altare, habẽs thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorũ omnium supra altare aureum, quod est ante thronum ⊱ Dei.] Et [b] ascendit
B fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli, coram deo. [e] Et ac-

b. Ministrant angeli, sed de alieno, offerentes deo opera nostra bona, nobis eius gratiam referentes. Nostros enim sudores non suos, nostras non suas lachrymas nõ offerunt deo. Nobis quoque eius munera referunt nõ sua. Bern. in fest. S. Micha. sermo. 1.

cepit angelus thuribulum[a] aureum]& impleuit illud de igne altaris,& [c]misit in terrā, & facta sunt tonitrua & voces & fulgura & terræmotus magnus:& septem angeli qui habebant septem tubas præparauerunt se, vt tuba canerēt.Et primus angelus tuba cecinit.[d] Et facta est grando & ignis:mixta in sanguine,& missum est in terrā.]Et tertia pars terræ combusta est:]& tertia pars arborum concremata est,& omne fœnū viride combustū est.[e] Et secundus angelus tuba cecinit : & tanquam mons magnus igne ardens missus est in mare. Et facta est tertia pars maris sanguis, & mortua est tertia pars creaturæ eorum quæ habebant animas in mari, & tertia pars nauiū interiit.[c] Et tertius angelus tuba cecinit : & cécidit de cœlo stella magna ardens tanquam facula. Et cécidit in tertiam partē fluminum,& in fontes aquarum,& nomē stellæ dicitur absinthiū. [e] Et facta est tertia pars aquarum in absinthium : & multi hominum mortui sunt de aquis,quia amaræ factæ sunt.Et quartus angelus*cecinit : & percussa est tertia pars solis,& tertia pars lunæ,& tertia pars stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum,& diei non luceret pars tertia,& noctis similiter. Et vidi, & audiui [1] vocem vnius aquilæ volentis per medium cœli dicentis] voce magna,[f] væ,væ,væ,habitantibus in terra:de cæteris vocibus tubæ trium angelorum,qui erant tuba[2]canituri.]

*Cantum quinti angeli lapsus stellæ à cœlo, locustarum pernicies & maledictiones sequuntur:at sexti angeli cantu angeli in Euphrate ligati soluuntur.* IX.

ET quintus angelus tuba cecinit : &[†] vidi[a] stellam de cœlo cecidisse in terram,& data est ei clauis putei abyssi : & aperuit puteum abyssi:[†] & ascendit fumus putei,sicut fum[9] fornacis magnę:& obscuratus est sol, & aër de fumo putei.[†] Et de fumo putei exierunt locustæ in terram:& data est illis potestas,sicut habent potestatem scorpiones terræ. Et præceptum est illis ne læderent fœnum terræ,neque omne viride,neque omnem arborem : nisi tantum homines qui non habent signum dei in frontibus suis. [1]Et dictum]est eis ne occiderent eos: sed vt [2]cruciarent]mensibus quinque.Et cruciatus eorum,vt cruciatus scorpij, cum percutit hominem.[†] [e] Et in diebus illis [b] quærent homines mortē, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Et similitudines locustarum, similes equis paratis ad prælium, & super capita earum tanquam coronæ similes auro : & facies earum tanquam facies hominum.Et habebāt capillos,sicut capillos mulierum,& [c] dentes earum,sicut dentes leonum erant. Et habebant loricas sicut loricas ferreas: & vox alarum earū,sicut vox curruum equorum multorum currentium in bellū. Et habebāt caudas similes scorpionum,& aculei erant in caudis earum, & potestas earum nocere hominibus mensibus quinque.Et habebant super se Regē angelum abyssi,[d]cui nomē Hebraicè Abaddon,Græcè autem Apollyon,& Latinè habens nomen, Exterminans. [e] Væ vnū abiit,& ecce,veniunt adhuc duo vę post hęc.Et sextus angelus tuba cecinit: & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos dei,dicentem sexto angelo qui habebat tubam . Solue quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphráte. Et soluti sunt quatuor angeli qui parati erant in horam & diem, & mensem, & annum, vt occiderent tertiam partem hominum. Et numerus equestris exercitus, vicies milies dena milia, & audiui numerum eorum, [e] & ita vidi equos in visione.Et qui sedebant super eos,habebant loricas igneas, & hyacinthinas & sulphureas,& capita equorum erant tanquam capita leonum,& de ore eorum procedebat ignis, & fumus,& sulphur. [e] Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum,de igne,& de fumo,& sulphure,quæ procedebant ex ore ipsorū.[f] Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum . Nam caudæ eorum similes serpentibus,habentes capita:& in his nocent.[g] Et cæteri homines qui non sunt occisi in his plagis,neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum, vt non adorarent dæmonia & simulachra aurea & argentea & ærea & lapidea & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare, & non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis,neque à veneficiis suis,neque à fornicatione sua,neque à furtis suis.

*Loquente*

[c.Quia ex feruore charitatis a Deo accepto, induxit ad feruorem deuotionis habitatores terræ. Et facta sunt tonitrua sanctæ prædicationis, & voces diuinę laudis. Delyra ibid.]

[d.Manifestum est quod per hęc grandinis ac ignis liquine mixti supplicia non designet præsens reuelatio vltionem quæ in nouissimo die peccatoribus exposita est, sed eam quæ ante extremum diem per afflictiones fiet. Neque enim tertia pars pecatorum, sed omnes simul absque vllo remedio abscientur. Aretha Cęsarien. ibid.

[e.Tertius angelus ordine narrationis Et quia istud post illa duo contigit. postquam enim diabolus omnes Iudæos & gentiles exęcare non potuit, immisit eis hæreticos & quoddā subuertit.]

* Tuba.

1. Vnum angelum volantem per medium cœli dicentem.

f. Non vtique omnes homines comprehendit, qui tunc vitæ huius cursum conficerent(sunt enim & in terris positi, quorum conuersatio in cœlis est,) sed eos quos terrenæ conuersationis affectus, ac huius seculi vicerit gratia. Ergo non habitatores, sed accolæ sumus terrę huius. Accola enim temporalis diuersorij spē gerit, habitator autē spē omnē atque vsū sumillic substātiæ locare videtur vbi biabitādum putauerit. Itaque qui est terræ accola, habitator cœli est, qui autem habitator terræ, possessor est mortis. Ambr. de Abra. lib. 2. cap. 7.

2. Canturi.

a. Flammam hęreticorum, quā quo fomite antiquus hostis adoleuerit, continuo exponit. Hunc enī dominus vidit quasi fulgur de cœlo cadentem, qui blasphemo dogmate corda suo tum aperuit, eóque quasi fumum alta petere, iniquitatem in excelsum loqui perdocuit. Beda ibidem.

1. Datum.

a Cruciarentur.

b Quærere mortem nihil aliud dat intelligere, nisi intolerabilitatem cruciatus, tanquā mors omnem ablegat dolorem: ideo quoque mors dicta est requies. Arethæ Cæsarien. ibid.

c. Quia per locustas hæreticos intelligit, per eorum coronas auteas dicit eos imitari ecclesiā. Quòd autem capillos habebāt mulierum, in capillis non solū sexum effœminatum, sed etiā vtcunque sexum ostendit. In caudis earum quæ erant tanquam scorpij, duces vel principes hæreticorum intelliguntur vt Isa. 9. Prophera docens mēdacium, ipse est cauda. Habebant Regem abyssi, id est, diabolum qui malis dominatur. Augst. ibid.

d. Ponitur nomen diaboli in tribus linguis præcipuis, per quas cæteræ dantur intelligi: quia hæc scripta sunt ad totius profectum ecclesiæ ex variis linguis collectæ. Diony. ibid.

e. Spiritus maligni quorū cordibus præsident, eorum sunt pœnis amicti. Legimus enim adorantes bestiam igne & sulphure, & fumum tormentorū earum in secula seculorum ascendere. Nota quòd in plaga locustarum nō se dixit equites sed equos tantum vidisse. Beda ibidem.

f. In ore namque doctorū scientia, in cauda verò seculorum potentia figuratur. Per caudam enim quæ terra est, huius seculi pusl ponenda temporalitas designatur. Greg. Moral. 33. ca. 29.

[g. Qui nō sunt occisi pro fide Christi, sunt occisi corporali morte æterna, & hicest modus loquendi apud Hebræos. Delyra ibidem.

*Loquente alio angelo vario loquuntur septem tonitrua, sed & angelus tempus voce septimi angeli consummandum iurans librum dedit Ioanni deuorandum.* X.

A ET vidi alium [a] angelum fortem descendentem de cœlo amictum nube, & iris in capite eius. [b] Et facies eius erat vt sol, & pedes eius tanquam [1] columna] ignis. Et habebat in manu sua libellum apertum, & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram: & clamauit voce magna, quemadmodum cum leo rugit. † Et cum clamasset, locuta sunt septem

†95. dDiacon. in princi.

B tonitrua voces suas. ❡ Et cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, ⟩— & ] ego scripturus eram. Et audiui vocem de cœlo dicentem mihi: [c] Signa quæ locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere. † Et angelus quem vidi stantem super mare & super terram, leuauit manum suam ad cœlum, & iurauit per viuentem in secula seculorum, qui creauit cœlum & ea quæ in eo sunt, & terram & ea quæ in ea sunt, & mare &

†Dan.12.c De iureiur. Et si Christ⁹

C ea quæ in eo sunt, ❡ quia tempus non erit amplius, sed in diebus vocis septimi angeli cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium dei: sicut euangelizauit per seruos suos Prophetas. Et audiui vocem de cœlo iterum loquentem mecum, & dicentem: Vade & accipe [d] librum apertum de manu angeli stantis super mare & super ter-

†Ezech.3.a 23.dist.cap. Fraterist. & ca. Lector.

D ram. ❡ Et abij ad angelum dicens ei: vt daret mihi librum, & dixit mihi: † Accipe librū, & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit [2] dulce] tanquam mel. Et accepi librum de manu angeli, & deuoraui illum: & erat in ore meo tanquam mel dulce. Et cum deuoracem eum, amaricatus est venter meus. Et dixit mihi: Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & Regibus multis.

a. Angelus fortis nube amictus, est Christi ecclesia comptus. De quo scriptum est: Qui sunt isti qui vt nubes volant? Aug.

b. Porro faciei ad solem assimilatio quid aliud significat quã candorem in modum solis: & quod vbicunque fuerint qui ordinationem diuinam operũ fecerint ab inaccessa & supersubstãtiali luce illustrabuntur? Aretha Cæsarien. ibid.

1. Columnæ.

c. Mysteria fidei Christianæ nec passim cunctis ostenta, ne vilescant, nec probis claude ne latorum lateant. Quod inferius audiuit, his verbis: Ne signaueris verba prophetiæ huius. Quod apud Danielem vno versiculo comprehenditur, cui per angelum dicitur: signa librum & claude sermonem vsque ad tẽpus staturum. Beda ibid.

d. Hic liber euangelium ꝟ Ioannem intitulatur: quod nõ solum male sentientibus amarum est, verũ etiam indisciplinatis, qui nolunt corripi, vt in pœnis proficiant: imò omnia diuina volumina amara sunt, sed perfidis atque carnalibus. Aug. de quæst. veter. & noui testamenti quæst. 78.

2. Dulcis.

*Ioannes templum metiens duos testes vidit prædicaturos, quos bestia à mari ascendens occidit, & tunc septimus angelus tuba cecinit.* XI.

A ET datus est mihi [a] calamus similis virgæ, & dictum est mihi: Surge & metire templum dei, & altare, & adorantes in eo: [b] Atrium verò quod est [1] foris ] templum, eiice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum est gentibus. Et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadragintaduobus. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus milleducentis sexaginta amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra in conspectu domini terræ [2] stantes. ] [c] Et

a. Si quis calamum quem sibi datum ait euangelista, cognitionem appellare velit rerum intelligibilium, iuxta quod & Dauid gloriatur linguam suã nactã esse calamum scribæ velocis, nequaquam errabit. Aretha Cæsarien. ibid.

b. Atrium latitudo est vitæ præsentis, & restè extra templum est: quia extra has mensuras tẽpli sunt reprobi, intra has omnes electi. Greg. Moral. 28. c. 9.

1. Intra.

2. Stantia.

c. Ecce & hic tripartita testium diuisio contra Pharaonem duo testes dei missi sunt, Moyses & Aaron quibus restiterunt Iannes & Manbres: Contra Neronẽ duo, Petrus & Paulus, quibus restitit Simon magnus. Et contra Antichristum duo, Enoch & Elias, quibus tres Antichristi pseudoprophetæ resistẽt. Prosper.

3. Percutiendi.

d. Id est, Antichrist⁹ irrationabilissimus blasphemus & ferox de quo Danic. 7. qui ascendet de hoc mũdo tenebroso & nequam, de calliditate & hypocrisi, quia nascetur de populo Israel excæcato, & ascẽdet ad perfectam tyrannidem vsurpatũmque regnum. Sed & abundantia impietatis & diabolicæ operationis caligo abyssus sũt, vnde hæc bestia ascendet. Dionys. ibid.

4. Noster. 5. Occisa.

B si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occîdi. ❡ Hi habent potestatem claudendi cœlum ne pluat diebus prophetiæ illorum, & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & [3] percutere] terram omni plaga quotiensçunque voluerint. Et cum finierint testimonium suum, [d] bestia quæ ascendit de abysso, faciet aduersus eos bellum, & vincet illos, & occîdet eos. Et corpora eorum iacebunt in platéis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus: vbi & dominus [4] eorum ] crucifixus est. Et videbunt de tribubus & de populis & linguis & gentibus, & iacebunt corpora eorum per tres dies & dimidiũ: & corpora eorum non sinent poni in

†Ezech.37.c C monumentis. ❡ † Et inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iocundabuntur & munera mittent inuicem, quoniam hi duo Prophetæ cruciauerunt eos, qui inhabitabant super terrã. Et post dies tres & dimidium, spiritus vitæ à deo intrabit in eos. † Et

†Actu.1.b Luc.24.g

steterunt super pedes suos, & timor magnus cécidit super eos qui viderunt eos. Et audierunt vocẽ magnam de cœlo, dicentem eis: Ascendite huc. Et ascenderunt in cœlũ in nube, & viderunt illos inimici eorum. Et in illa hora factus est terræmotus magnus, & decima pars ciuitatis cécidit: Et [5] occisi ] sunt in terrçmotu nomina hominũ [6] septẽ

D milia, & reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam deo cœli. ❡ Væ secundum abiit, & ecce væ tertium veniet citò. [f] Et septimus angelus tuba cecinit: & factæ sunt voces magnæ in cœlo, dicentes: Factum est regnum huius mundi domini nostri & Christi eius: & regnabit in secula seculorum, Amen. Et vigintiquatuor seniores, qui in conspectu dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt deum di-

e. Denarius & septenarius perfectus est numerus. Quod si nõ esset, à parte totum intelligendum erat. Duo sunt enim ædificia in ecclesia, vnum supra petram, alterum supra arenam. Quod supra arenam est, dicitur cecidisse. Aug. ibidem.

f. Sex tubæ priores seculi præsentis ætatibus comparatæ, varios bellorum Ecclesiç denunciauere concursus. Septima verò sabbati æterni nuncia, victoriam tantum & imperium veri regis indicat. Beda ibid.

centes.[g] Gratias agimus tibi domine deus [noſter] omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es, quia accepiſti virtutem tuam magnam: & regnaſti. Et iratæ ſunt gentes, & aduênit ira tua,[h] & tempus mortuorũ, iudicari, & reddere mercedem ſeruis tuis Prophetis & ſanctis, & timentibus nomen tuum, puſillis & magnis: & exterminandi eos qui corruperunt terram.

[g. Gratias agimus tibi delibe-ratione ecclesiæ, ad quos ru-mor huius facti deuenit. Delyra ibidem.]

[h. Tempus autem mortuorum dicit tempus vniuersalis resur-rectionis in quo vnicuique cõ-gruentia dabũtur præmia. Per prophetas autem & sanctos ac timentes deum, intelligit tres ordines illorum 144000, qui deo fructum afferunt. Aretha Cæsarien. ibid.

*Cum mulier filium cernente dracone peperiſſet, raptus eſt ab ea filius eius: tunc verò facto in cælo prælio lapſus draco mulieris ſemini nocere cœpit.* XII.

## Quarta viſio.

ET apertum eſt templum Dei in [a] cœlo: & viſa eſt arca teſtamenti eius in templo eius. Et facta ſunt [b] fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmotus & grando magna. Et ſignum magnum apparuit in cœlo: [c] Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in [d] capite eius corona ſtellarum duodecim. Et in vtero habens [& clamabat] parturiens, & cruciatur: vt pariat. Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo: Et ecce draco magnus rufus, habens capita ſeptem & cornua decem, & in capitibus eius ſeptem diademata, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram. [§] Et draco ſtetit ante mulierẽ quæ erat paritura, vt cum peperiſſet, filium eius deuoraret. Et peperit filium maſculum, qui rectu-rus erat omnes gentes in virga ferrea: Et raptus eſt filius eius ad deum, & ad thronum eius, & mulier fugit in ſolitudinem vbi habebat locum paratum à deo, vt ibi [z] paſcat] eam diebus mille ducentis ſexaginta. Et factum eſt prælium magnum in cœlo, Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & angeli eius, & non valuerunt neque locus inuentus eſt eorum amplius in cœlo. † Et proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocabatur diabolus & Sathanas, qui ſeducit vniuerſum orbem: & proiectus eſt in terrã, & angeli eius cum illo miſſi ſunt. [§] Et audiui vocem magnam in cœlo, dicentem: Nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum [*] qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte: & ipſi vicerunt eum propter ſanguinem agni, & propter verbum teſtimonij ſui: & non dilexerunt animas ſuas vſque ad mortẽ. Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ [*] terræ & mari: quia deſcendit diabolus ad vos habens iram magnam, ſciens quòd modicum tempus habet. [§ f] Et poſtquã vidit draco quòd proiectus eſſet in terrã, perſecutus eſt mulierem quæ peperit maſculũ. Et datæ ſunt mulieri [§] alæ duæ aquilæ magnę, vt volaret in deſertũ in locum ſuum, vbi alitur per tempus & tẽpora & dimidiũ temporis à facie ſerpentis. [h] Et miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aquam tanquam flumẽ, vt eam faceret trahi à flumine. Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os ſuum, & abſorbuit flumen quod miſit draco de ore ſuo. Et iratus eſt draco in mulierem: & abiit facere prælium cum reliquis de ſemine eius, qui cuſtodiunt madata dei, & habent teſtimonium Ieſu Chriſti. Et ſtetit ſuper arenam maris.

[a. Id est, in ecclesia incarna-tionis Christi mysteria patefacta sunt, vnde ostenditur ecclesia cœlum esse. Aug. ibid.
b. Id est, præclara miracula quę instar fulgurum timorem in-cutiunt, ad virtutis splendorẽ deducunt, & cauſant ſtuporem Diony. ibid.
c Sancta eccleſia, quia ſuperni luminis ſplendore protegitur, quaſi ſole veſtitur: quia verò cuncta temporalia deſpicit, lu-nam ſub pedibus premit. Gre. gg. Matal. lib. 34. cap. 7.
d Vehementer quidem nobis dilectiſſimi vir vnus & mulier vna nocuere, ſed gratias deo: per vnum nihilominus virum & mulierem vnam omnia re-ſtaurentur, nec ſine magno fe-nore gratiarũ, & ſequitur. Di-gnum plane ſtellis coronari ca-put, quod & ipſis longe clarius micans, oruet eas potius quàm ornetur ab eis. Quidni coronẽt ſydera quam ſol veſtit? Sicut dies verni circumdabant eam florez roſarum & lilia conual-lium. Bernar. De virgine Ma-ria. quod ſcripſit, Signũ magnũ.
z. Clamat.
z. Paſcant.
e In die & nocte accuſare non ceſſat, quia modo nos in proſ-peris, modo in aduerſis accuſa-biles oſtendere contendit. In die enim accuſat cum proſperis male nos vti inſinuat, in nocte accuſat, cum in aduerſis nos nõ habere patientiam demonſtrat Gregor. lib. 2. Moral. ca. 9.
* Habitatoribus.
[f. Cum vidit diabolus ſe per-occultã fraudem nõ poſſe pro-ficere, aperta tribulatione agre-ditur expugnare. Gloſa ordi.
g. Duæ alæ magnæ, duo ſunt te-ſtamenta eccleſiæ quæ accipit, quibus ſerpentem euaderet in eremum fugiẽs. Aug. ibid. Ser-mo. 10.
[h. Impetum perſecutorum a-qua ſignificat. vnde dicitur. For-tiorem velut aqua abſorbuiſſet nos. Eccleſia ergo non ſolum verbo Dei ſubleuata, ſed etiã vt perſecutionum populi feſtinat euolare de mundo. Beda. ibidem.]

*Beſtia cum ſeptem capitibus, decem cornibus, & decem diadematibus à mari aſcendens deum blaſphemare, & in ſanctos bellare cœpit: & inde altera aſcendens, altera cum duobus cornibus & pari poteſtate alteri ſauens toti orbi nocere cœpit.* XIII.

ET vidi de mari [a] beſtiam aſcendentem, habentem capita ſeptem, & cornua decem: & ſuper cornua eius decem diademata, & ſuper capita eius nomina blaſphemiæ. [b] Et beſtia quam vidi, ſimilis erat pardo, & pedes eius ſicut pedes vrſi, & os eius ſicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem ſuam, [*] & poteſtatem magnam. Et vidi vnum de capitibus ſuis quaſi occiſum in mortem: & plaga mortis eius cura eſt. Et admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiã. Et adorauerunt draconem qui dedit poteſtatem beſtiæ: & adorauerunt beſtiam, dicẽtes: Quis ſimilis beſtiæ, & quis poterit pugnare cum illa? [§] Et datum eſt ei os loquens magna & [1] blaſphemiam,] & data eſt ei poteſtas facere menſes quadraginta duos. Et aperuit os ſuum in blaſphemias ad deum, blaſphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cœlo

a. Varias habet beſtia pro ratio-tione locorum intelligentias. Hic ergo corpus diaboli de po-pulo naſcens impiorum ſignifi-cat. Hoc etenim mare quod ſupra byſſus intelligitur, vnde & draco rex dicitur omnium quæ in aquis ſunt, & cuius in mari ſecundum Dauid cõtrin-guntur capita. Beda ibid.
b. Simul in principatu blaſphe-miæ alium ſequi ſignificat, hoc eſt Antichriſtum, ipſe enim e-rit Antichriſtus qui viſus eſt ab exordio Græcis principibus & ſane his qui poſt Conſtanti-num Magnũ fuere. Inter quos Iulianus & Valens, quique poſt eum ſecuti ſunt hæretici impe-ratores Romani, tunc & ipſe aſſurget, diuiſo paulo ante ip-ſius aduentum Romano impe-rio in decẽ principatus, vbi ſi innumeras pertulerit fides Chri-ſtiana blaſphemias. Aretha i-bidem.
* Et ſedem ſuam.
1. Blaſphemias.

cœlo habitant. Et datum est illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum,]& populum,& linguam,& gentem,& adorauerunt eum omnes qui [1] inhabitabant] terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni,qui occisus est ab origine mundi.Si quis habet aurem,audiat. † [d]Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem[3] vadet: ] † qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. [e] Hic est patientia & fides sanctorum . Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra : & habebat cornua duo similia agni, [c] & loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius: & fecit terram & habitantes in ea,adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominum. Et [4] seduxit] habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra vt [f] faciant imaginẽ bestiæ, qui habet plagã gladij, & vixit.
D [g] Et datũ est illi vt daret spiritũ imagini bestiæ,& vt loquatur imago bestiæ:& [5] faciet] vt quicunque nõ adorauerint imaginẽ bestiæ, occidantur. Et faciet omnes pusillos & magos,& diuites,& pauperes, & liberos, & seruos habere charactêrẽ in manu dextra, aut in frontibus suis,vt ne quis possit emere aut vẽdere,nisi qui habeat charactêrẽ, aut nomẽ bestiæ aut numerũ nominis eius. Hic sapiẽtia est. Qui habet intellectũ, cõputet numerũ [g] bestiæ. Numerus enim hominis est,& numerus eius sexcentisexaginta sex.

+Iaſa.20.d Hier.4.a +Mat.26.a Geno.9.a

c.Hic etiam martyria Christi domini refulgent, vt sicut primus eius aduentus milia infantium, ita secundus electorum suppleat numerus. Prosper. Dimidium temporis cap.10.
2.Inhabitant.
[d.Qui captiuat homines nunc insidie,easdem à salute sua Antichristus vel ipse diabolus. Antichristus enim & sui occidunt gladio materiali, & persuasionis, & peribunt gladio eterni iudicij.Glosa ordina.
3.Vadit.
e.Hæc est illa quæ sub nomine Christiano agnum præfert, vt draconis venena latenter infũdat:hæc est hæretica ecclesia. Agni enim similitudinem non imitaretur, si apertè loqueretur.Nunc Christi anitatem fingit quo securius incautos decipiat. Propterea dominus dicit: Attẽdite à falsis prophetis. Augustin.ibid.
4.Seducit.
f.Non abhorret à fide vt bestia ipsa impia ciuitas, id est congregatio vel conspiratio hominum impiorum intelligatur: imago verò eius simulatio & hypocrisis est iisdem hominibus qui velut fidem catholicã profitentur,& infideliter viuũt. Augustin.ibidem.
5.Faciat.
[g. Id est Machometi qui meritò bestia dicitur,vt supiã multipliciter dictum est. Delyra ibidem.]

*Innocentes cum agno cantantes ambulant,angelis euangelium nuntiantibus, & Babylonis lapsum prædicantibus.* XIIII.

A ET vidi,& ecce agnus stabat supra montem sion,[a] & cum eo[b] centum quadraginta quatuor milia [1] habentes] nomen eius, & nomẽ patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de cœlo, tanquam vocem aquarum multarum,& tanquam vocem tonitrui magni: & vocem quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor milia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. [c] Hi sequuntur agnum quocunque ierit.Hi empti sunt ex omnibus primitiæ deo & agno: & in ore eorum non est inuentũ mendacium. [d] Sine macula enim sunt ante thronum dei. Et vidi
B alterum angelum volantem per medium cœlum, habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum & linguam, & populum, dicens maga voce: † Timete dominum, & date illi honorem: quia venit hora iudicij eius, & adorate eum † qui fecit cœlum & terram, mare & fontes aquarum. Et alius angelus secutus est dicens: † [d] Cécidit cécidit Babylon illa magna, quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes. Et tertius angelus secutus est illos, dicens voce magna : Si quis adorauerit [c] bestiam & imaginem eius, & acceperit charactêrem in fronte sua, aut in manu sua : hic bibet de vino iræ Dei: quod mixtum est mero in calice iræ ipsius. Et cruciabitur igne & sulphure in conspe-
c ctu angelorum sanctorum, & ante conspectum agni. † [e] Et fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum : Nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam & imaginem eius, & si quis acceperit charactêrem nominis eius. Hîc patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata dei, & fidem Iesu. Et audiui vocem de celo, dicentem mihi: [f] Scribe: Beati mortui, qui in domino moriuntur. A modo [2] iam ]dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. Et vidi, & ecce nubem candidam : & supra nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua[g] falcem acutam. Et alius
D angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem: † [g] Mitte falcem tuam & mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubem, facem suam in terram, & demessuit eam. Et alius angelus exiuit de templo:quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutam. Et alius angelus

a. In monte esse cum agno dicuntur, qui per meritum incorruptionis quo à terrenis & carnalibus delectationibus se diuidunt,in supernã redemptoris gratia sublimantur.Grego.
b. Numerus hic finitus pro infinito debet intelligi, & secreti significatione mysterij virginali aptus examini, quod deũ ex toto corde, totâ animâ, totâque mente diligens, corporis quoque quod ex quatuor qualitatibus constitit, illi est integritate ueratum. Beda ibid.
1.Habentia.
c. Magnus quidem pudicitiæ labor, sed maius præmium temporalis custodia, sed remuneratio eterna est. De his beatus Ioannes apostolus loquitur. Hi sequuntur agnum quocunque ierit. Hoc est. Nullum eis locũ in cœlesti aula claudendum, & cuncta eis diuinarum mansionũ habitacula reserandã. Hier. de laude virginitatis.
[d.Ciuitatem diaboli ruinosã iam ceeidisse dicit. Sine more scripturę, quæ solet præteritũ ponere,quod nouit ineuitabiliter adimplendum. Beda.]
e. Antichristum & imitatores eius, & acceperit cultũ & professionem eius & confessionẽ in operibus. Dionysius. Adorare verò bestiam & imaginem eius, & signum eius accipere, est existimare Antichristum esse deum, verbóque & opere quæ huic grata sunt,prædicare. Arecha ibid.
f. Vnde & Ioannes scribere iubetur in Apocalypsi,Beati mortui, qui in domino moriuntur, Quare beati ? Amodo enim ait dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Et de operibus habemus ibidem : opera enim illorũ sequũtur illos. Ad quid verò sequuntur nisi vt laudent eos in portis. Ad quid sequuntur nisi vt multiplicentur à fructu eorum? Bernar. in festo omnium sanctorum ser.2.
2.Etiam.
g Ista falx separat catholicos ab hæreticis, sanctos à peccatoribus, sicut dicit dominus de messoribus. Forte non male ſẽtitur si istos tres angelos,qui exierunt, triformam scripturam intelligamus,iuxta historiã moralem,& spiritalem, falcem verò discrepationem. Aug. ibid.

exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem: & exclamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, [g] dicēs. Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ sunt vuæ eius. Et misit angelus falcē suam acutam in terram: & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ dei magnum: Et calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.

g. Per messem terre & vuas vineæ eorumdem malorum dānario intelligitur: sed tamē per vineam illos determinatius habemus qui maiori studio mala operabātur, sicut vineæ vt fructificet maior cura quàm terræ adhibetur. Glosa ordina. ibid.

*Septem angelis dantur plagæ septem nouissimæ, cum septem phialis ira dei plenis.* XV.

ET vidit aliud signum in cœlo magnum, & mirabile: [a] angelos septem, habentes plagas [b] septem nouissimas: quoniam in illis consummata est ira Dei. Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne, & eos qui vicerunt bestiam & imaginem eius, & numerum nominis eius stantes supra mare vitreum, habentes citharas Dei: [f] & cantates canticum Moysi serui dei, & canticum agni, dicentes: Magna & mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens: iustæ & veræ sunt viæ tuæ ⟩— domine ]Rex [c] sanctorum. † Quis non timebit te domine, & magnificabit nomen tuum? Quia solus pius, es quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt. [f] Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cœlo: Et exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo, vestiti [d] lapide ] mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Et vnum de quatuor animalibus, [f] dedit septum angelis septem phialas aureas, [d] plenas iracundiæ dei viuentis in secula seculorum. Et impletum est templum ⟩— Dei ]fumo à maiestate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.

a. Vniuersum prædicatorū ecclesiæ ordinem annunciāte reprobis plagas septē, id est vniuersam pœnarum vindictam secundum diuinæ rigorē iustitiæ in ipsos reprobos. Dionys. ibid.

Quinta visio.

b. An non magnum est quod vniuersaliē designat subuersionem? an non admirandum est mundum esse consummandū ab angelis, qui eodem sunt numero cum diebus hebdomadæ à quibus habuit initium: & in eumdem finire numerum cum angelis qui id muneris sortiti sunt, vt ipsum perdant: & ad perdendum habent plagis? Aretha Cæsarien. ibidem.

c. Quidā Græci codicis habent ἁγίων. i. sanctorū. Alij ἐθνῶν, id est, nationum.

d. Istæ sunt phialæ aureæ quas cum odore fuderunt seniores & animalia, quæ sunt ecclesia, qui & septem angeli: & quod sunt odoramenta, hoc ira dei, hoc & verbum dei: Sed & hæc omnia bonis dant vitam, malis verò mortē, vt est illud: Aliis odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem. Augu. ibid.

*Ad septem phialarum in terram, in mare, fontes, solem, bestiæ sedem, Euphratem & aerem effusionem, multæ in terra plagæ oriuntur.* XVI.

ET audiui vocem magnam de templo, dicentem septem angelis: ite, [a] & effundite septem phialas iræ Dei in terram. Et abiit primus angelus, & effudit phialam suam in terram, & factum est [b] vulnus sæuum & [1] pessimum ] in homines, qui habebant characterem bestiæ, & in eos qui adorauerunt ⟩— bestiam & ]imaginem eius. [c] Et secundus angelus effundit phialam suam in mare: & factus est sanguis tanquam mortui, & omnis anima viuens mortua est in mari. Et tertius effudit phialam suam super flumina, & super fontes aquarum: & factus est sanguis. Et audiui angelum aquarum dicentem: Iustus es domine qui es, & qui eras sanctus, qui [2] hoc ]iudicasti, quia sanguinem sanctorum & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere. [f] Digni enim sunt. Et audiui alterum dicentem: Etiam domine deus omnipotens, vera & iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit phialam suam in solem: & datum est illi æstu affligere homines, & igni. Et æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiam: vt darent illi gloriam. Et quintus angelus effundit phialam suam super sedem bestiæ: & factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore: & blasphemauerunt deum cœli præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis. [f] Et sextus angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphrātan: & siccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu solis. [d] Et vidi de ore draconis, & ore bestiæ, & de ore Pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos in modum ranarum. Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, & procedunt ad Reges totius terræ congregare illos in prælium: ad diem magnum omnipotentis dei. † Ecce venio sicut fur. [f] Beatus qui vigilat, & custodit [e] vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Et congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraicè Armageddon. [f] Et septimus angelus effudit phialam suam in aërem, & exiuit vox magna de [3] templo ] ā throno, dicens: Factum est. Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmotus

a. Data est potestas ecclesiæ iudicium irrogare damnandi: & absolutionem misericorditer dare cōuertis. Et omnibus quidem angelis in terram fundere mandatum est. Beda ibid.

b. Omnes istæ plagæ spirituales sunt, & in anima impiorū fiūt, voluntaria inquā atque mortalia peccata: quia impij hoc tēpore, non merebuntur in hoc seculo flagellari. Aug. ibid.

1. Nocuum.

c. Mare autem præsentis seculi instabilitatem significare vult, eo quod tunc gēs bellicè insurget gentem: vnde si mare prēdictis naualibus, & terra & flumina eorum qui occiduntur sanguine rubescant, nihil mirum erit. Siue forte quod diuina virtute à sanctis prophetis Enoch & Elia fiet tūc fortassis mutatio aquarum in sanguinem, ad redargutionem eorum qui seducti sunt. Aretha Cæs. ibid.

2. Hicc.

d. Spiritus diaboli & Antichristi, & præpositorum corporis eius, qui pro numero partium vnius corporis triphariam dicitur, ranis assimilatur, animātibus scilicet, loco, visu, molestóque sitepitu horrētibus. Beda. ibid.

e. Vestimentum tuum fides tua est: vestimentum tuum operatio tua est. Custodi ergo ne diripiant alieni laborem tuum, ne denuderis, & appareat ignominia tua. Grego. in. 4. psalmū pœnitentialem.

f. Septimus ordo prædicantium ac annuntiantium futuram æriatum potestatū & Antichristi damnationem, & ministrorum eius, iuxta illud Isa. 24. In die illa visitabit dominus super militia cœli in excelso, & super reges terræ & congregabuntur congregatione vnius fasciæ in lacum, & claudentur in carcere. Beda ibidem.

3. Cœlo.

motus factus est magnus,[g] qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, talis terræmotus sic magnus. Et facta est ciuitas magna in tres partes: & ciuitates gentium ceciderunt. Et Babylon magna venit in memoriam ante deum, dare illi calicem vini indignationis iræ eius. Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. Et grando magna sicut talentum, descendit de cœlo in homines, & [h] blasphemauerunt homines deum propter plagam grandinis, quoniam magna facta est* vehementer.

[g. Cū in fine seculi talis fuerit tribulatio, qualis nō fuit ab initio, signa pariter maxima claebūt: sed vtrum à parte bonorū, an à parte malorum, an ex vtraque parte sibi alterutrum cocāt, non hic satis elucet. Beda.]

[h. i. in inferno positi, quauis sciant se meritò puniri, dolebunt tamen quod deus tantam potentiam habet quod plagas eis inferat: & hoc est blasphemia. Glosa ordin. ibid.]

* Plaga eius.

## Sexta visio.

*Mulier variis induta ornamentis & sanguine sanctorum & martyrum ebria, cum poculo super bestiam sedet, & vtraque mira operatur in terra.* XVII.

A ET venit vnus de septem angelis qui habebant septem phialas, & locutus est mecum, dicens: * Veni &] ostendam tibi [a] damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas cum qua fornicati sunt Reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius. [b] Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem & cornua decem. Et mulier erat circúndata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua plenum [1] abominatione] & im-
B munditia fornicationis eius. & Et in fronte eius nomen scriptum, mysterium Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ. Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Et miratus sum cum viderem illam, admiratione magna. Et dixit mihi angelus: Quare miraris? [c] Ego dicā tibi sacramentum mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem & cornua decem. Bestia quam vidisti fuit, & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit, & mirabuntur inhabitantes terram (quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ à
c constitutione mundi) videntes bestiam quæ erat, & non est. & Et hic est sensus, qui habet sapientiam. Septem capita, septem montes sunt, supra quos mulier sedet & septem Reges. Quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit. Et cum venerit, oportet illum breue tempus manere. Et bestia quæ erat & non est, & ipsa octaua est, & de septem est. Et in interitum vadit. Et decem cornua quæ vidisti, [d] decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam Reges vna hora accipient [2] post bestiam.] Hi vnum consilium habent & virtutem, & potestatem suam bestiæ
4 Infr. 19.e 1.Tim.6.d D tradent. & [e] Hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet illos, † quoniam dominus dominorum est, & Rex Regum: & qui cum illo sunt, vocati, & electi, & fideles. Et dixit mihi: Aquæ quas vidisti vbi meretrix sedet populi sunt, & gentes, & linguæ: & decem cornua quæ vidisti in bestia, hi odient fornicariam, & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt. [f] Deus enim dedit in corda eorum vt faciant quod placitum est illi, * vt dent regnum suum bestiæ donec consummentur verba dei. Et mulier quam vidisti est ciuitas magna, quæ habet regnum super Reges terræ.

* Mihi.

a. Recapitulat specialiter impiorum pœnas, quas generaliter & confusè supra posuerat, ita vt in bestia omnis populus malus intelligatur: in muliere corruptela, in deserto impios à deo desertos, & in anima mortuos: quia nō nisi in spiritu potest talis videri desertio. Augu. ibidē.

b. Illam desolationem contemplatio designat quæ futura est i spiritualibus, quā se vidisse ait tanquam mulierem, nempe effœminatam & veluti meretricē, ac parum virilē, nullūmque continentiæ signum habentē. Porrò qđ spiritu sublatus sit, quid aliud significare potest, nisi qđ hæc non existimētur digna quę realiter & ipso actu videantur, sed in cōtēplatione? Arethas ibi.

1. Abominationibus.

[c. Ego dicā tibi sacramentū. i. significationem bestiæ & mulieris. Bestia regnū Aegypti significāt. Bestia quam vidistis & nō est: Nam AEgyptij primò occupauerunt dominium Ierusalem & Iudææ, & postea perdiderūt. Turcis terram illam occupantib°, vt sup. Et inde dicitur quod bestia fuit prius dominans in Iudæa, sed nō est, quia inde per turcas est eiecta. De Lyr. ibid.]

d. Omnes reges Antichristo adhærentes quos ipse sublimabit suo tempore, quem & ipsi imitabuntur aduersus Christum & Christianos, legem eius pro vtili tollēdo, & eius membra infestando. Diony. ibid.

2. Cum bestia.

e. Nō fœuitiā hostis antiqui humana timeret infirmitas, sepricipitem describit bestiam seculatis regni cornibus armatam, Christo triumphante deuincī quem in suis triumphare designans adiecit. Beda ibid.

[f. Deus iustus iudex & fortis, & cui iustitia semper placita est, talia permisit impiis pro pœna peccati prioris operari, pro quibus meritò finem totius imponeret orbis, sicut in Sodomis & diluuio factum esse euāgelia testantur. Beda ibid.]

* Vt vnam faciant voluntatem.

*Babylonis iudicium, lapsum: & eiusdem luctum, exultatio cœli super eandem statim sequetur.* XVIII.

A ET [a] post hæc vidi alium angelum descendentem de cœlo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius. Et clamauit in fortitudine* dicens: † Cécidit cécidit] [b] Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ, & [1] odibilis:] quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes: & Reges terræ cum illa fornicati sunt, [c] & mercatores terræ de virtute
B deliciarum eius diuites facti sunt. & Et audiui aliam vocem de cœlo, dicentem: Exite

4 Sup. 14.b Ier. 51.a Ila. 21.c

[a. Omnes visiones vnā factę sūt i die dominica sine alicui? diei interuallo teste Haymone. Lorichius ibidem.]

* Voce.

b. Babylon, ciuitas est diaboli toto orbe terrarum diffusa: in qua omnis immundicia in hominibus malis per totū orbem commoratur. Augusti ibid.

1. Inuisæ.

c. Diuites peccatis dicit eos quī pro abundantia temporali suas infœlici mercatu animas cōmutant. Nā nimiceas luxuriæ pauperes potius quàm diuites facit. Beda ibid.

de illa populus meus, & ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. [d] Quoniam peruenerunt peccata eius vſque ad cœlum,& recordatus eſt dominus iniquitatum eius. [e]Reddite illi ſicut & ipſa reddidit vobis:& duplicate duplicia ſecundum opera eius. In poculo quo miſcuit vobis, miſcete illi duplum. [f] Quantum glorificauit ſe,& in deliciis fuit: tantum date illi tormentum & luctum: quia in [g] corde ſuo dicit: † Sedeo Regina,& vidua non ſum, & luctum non videbo. [*] Ideo in vna c †Isaiæ 47
die venient plagæ eius, mors, & luctus & fames, & igni comburetur: quia fortis eſt *deus qui iudicabit illam. Et flebunt,* & plangent ſe ſuper illam Reges terræ, qui cum illa fornicati ſunt, & in deliciis vixerunt, cum viderint fumum incendij eius: longè ſtantes propter timorem tormentorum eius,dicentes: † Væ,væ ciuitas illa magna Ba- †Isaiæ 21
bylon, & ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium. * Et negociatores terræ flebunt ſuper illam & lugebunt, quoniam merces eorum nemo emet amplius: [*] mercem auri & argenti & lapidis pretioſi, & margaritæ,& byſſi, & purpuræ,& ſeri- D
ci,& coccini, & omne lignum thinum, & omnia vaſa eboris, & omnia vaſa de [2]lapide]pretioſo & æramento,& ferro,﴾& marmore:] Et cinamomum & ﴿amomum,] & odoramentorum,& vnguenti,& thuris,& vini,& olei,& ſimile,& tritici,& iumentorum, & ouium, & equorum, & rhedarum, [h] & mancipiorum, & animarum hominum. Et poma deſiderij animæ tuæ diſceſſerunt à te:& omnia pinguia & præclara perierunt à te: & amplius illa iam non inuenient: mercatores horum qui diuites facti ſunt, ab ea longè ſtabunt propter timorem tormentorum eius:flentes, ac lugentes,& dicentes: [*] [i] Væ,væ ciuitas illa magna,quæ amicta erat abyſſo, & purpura,& cocco,& E
deaurata erat auro,& lapide pretioſo,& margaritis: quoniam vna hora deſtitutæ ſunt tantæ diuitiæ. [k] Et omnis gubernator, & omnes qui in [3]lacum ]nauigant, & nautæ, & qui in mari operantur, longè ſteterunt, & clamauerunt videntes [4] locum]incendij eius,dicentes: Quæ ſimilis ciuitati huic magnæ? [*] Et miſerunt puluerem ſuper ca- F
pita ſua: & clamauerunt flentes,& lugentes, dicentes: [l] † Væ, væ ciuitas illa magna, in †Apoc. 18
qua diuites facti ſunt omnes qui habebant naues in mari de preciis eius: quoniam vna hora deſolata eſt. Exulta ſuper eam cœlum,& ſancti Apoſtoli,& Prophetæ: quoniam iudicauit deus iudicium veſtrum de illa. Et ſuſtulit vnus angelus fortis lapidem quaſi [m] molarem magnum, & miſit in mare, dicens: † Hoc impetu mittetur Babylon ciui- †Ierem. 51
tas illa magna:& vltrà iam non inuenietur. [*] Et vox citharœdorum, & muſicorum,& G
tibia canentium,& tuba,non audietur in te amplius: [n] & omnis artifex, omníſque ars non inuenietur in te amplius,& vox molæ non audietur in te amplius. Et lux lucernæ non lucebit in te amplius,& vox ſponſi & ſponſæ non audietur adhuc in te:quia mercatores tui erant principes terræ,quia in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes. Et in ea ſanguis Prophetarum & ſanctorum inuentus eſt, & omnium qui interfecti ſunt in terra.

*Lætantibus ſanctis in nuptiis agni ſuper iudicio beſtiæ,exiit iudex ſuper equum album ſedens,pluribus aliis comitantibus, & apprehendens beſtiam miſit eam in ſtagnum ignis ardentis.* XIX.

POſt hęc audiui quaſi vocem [1]magnam tubarum multarum ]in cœlo dicen- A
tium: [a] Alleluia: Laus,& gloria,& virtus deo noſtro eſt,quia vera & iuſta iudicia ſunt eius, qui iudicauit de meretrice magna: † [b] quæ corrupit terram †Apoc. 19
in proſtitutione ſua, & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius. Et iterum dixerunt: Alleluia. † Et fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorum. Et †Apoc. 4
ceciderunt ſeniores vigintiquatuor,& quatuor animalia, & adorauerũt deum ſedentem ſuper thronum, dicentes: Amen, Alleluia. Et vox de throno exiuit dicens: Laudem dicite deo noſtro omnes ſancti eius, & qui timetis deum, puſilli & magni. [*] Et B
audiui quaſi vocem [2] tubæ magnæ,] & ſicut vocem aquarum multarum, & ſicut vocem tonitruorum magnorum dicentium: Alleluia,quoniam regnauit dominus deus noſter

[d. Peccata peruenisſe vſque ad contemptum dei per impœnitentiam. Glo. ordin. ibid.]
[e. De eccleſia enim exeunt in mundum plagæ viſibiles & inuiſibiles. Beda ibid.]
f. Cum de corpore delitiis reſoluto anima damnanda trãſierit, audi quid de ea dominus dicat: Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit, tantũ date illi tormẽtum & luctum. Euſeb. Emiſ. de initio quadrag. homil. 1.
g. Cor appellat obdurationẽ eorum qui ſibi viram complebũt, quos etiam ſioxit cum muliere adulterium patrare. Quia verò dicit, in vna die venient plagæ eius, in expectatum ac repetitũ tempus ſignificat quo hęc contingent. Poſtquam enim inimici ipſius obtinuerint illam, poterunt vel vnico die omne ſupplicium in eã indicta quæ deuicta fuerit: cũ poſſit domin⁹ quãdmodum proſpera diſtribuere his qui ſibi grati ſunt, ita & peccatores irremediabili modo punire. Arethas Cęſarien. ibi.
* Dominus.
* Illam.
* Tuum.
2. Ligno.
[h. Diſtinguit, quia quidã fiunt ſerui tãtum corpore, vt Ioſeph: quidam etiam animo, vt ſi Ægyptius vẽditus Iudæo ritu eorum circuncidatur, vel paganorum idola colat. Glo. ord. ibi.]
i. Hoc eſt, damnatio tibi æterna eſt, Ciuitas diaboli tã in corpore quàm in anima cũ negotiationibus tuis, & negotiationibus omnium diuitiarũ tuarum. Dionyſ. ibid.
[k. Deſcribitur lamẽratio nautarum: Nã in terra à ſarracenis occupata erãt multi portus magni & boni, in quibus applicabant nautæ apportãtes ex terris alienis bona venalia, & inde reportãtes alia, & ſic lucra duplicia reportabant. De Lyr. ibid.]
3. Naui.
4. Fumum.
l. Nunquid ſola ciuitas Babylonia in omni mũdo perſequitur, aut perſecuta eſt dei ſeruos, vt ipſa extincta vniuerſi vindicentur? In toto enim mũdo eſt Babylonia in malis hominibus, & in toto mundo perſequitur bonos. Auguſt. ibid.
m. Ciuitas ſeculi pro peccatorũ pondere & errore inſtabili mole coparatur. In circuitu enim impij ambulant. Quæ iure fluctibus vitiorũ abſorbetur, quia eius ſeruitũ fluctibus oppreſſit infidelitatis. Beda ibid.
[n. Omnia quæ ad vſum vel iocunditatem humanæ vitę pertinent, tollantur ab impijs, & adiecit cauſam, dicens: Quoniam mercatores tui, &c. i. quoniam in vita tua percepiſti bona, & in ea ſanguis prophetarum, &cet. Beda ibidem.]

r. Turbæ multæ magnam.
a. Alleluia exprimitur laudate dominũ. Et componitur ex verbo Hebræo plurali הַלְלוּ allelu, laudate, à verbo הָלַל lel, laudauit, & יָהּ a, vnum de decem dei nominibus. Hieron. Marcellæ.
b. Duo meretricis facta commemorat, quæ ſe videlicet malis corrupерat, & bonos perſecuta ſit: quibus duobus cuncta reor prauorum crimina comprehendi. Beda ibid.
2. Turbæ multæ.

noſter omnipotens. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt
c nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe. Et datum eſt illi vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido. Byſſinum enim, iuſtificationes ſunt ſanctorum. Et dixit mihi: Scribe: † d Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt. Et dixit mihi: Hæc verba dei vera ſunt. Et cecidi [3] ad ] pedes eius, vt adorarem eum. Et dixit mihi: † Vide ne feceris:
c Conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu. [f] Deum adora. Teſtimonium enim Ieſu, eſt ſpiritus prophetiæ. Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, [c] & qui ſedebat ſuper eum vocabatur fidelis & verax, & [4] cum ]iuſtitia iudicat & pugnat. † Oculi autẽ eius ſicut flamma ignis: & in capite eius diademata multa, habẽs nomen ſcriptũ, quod nemo nouit niſi ipſe. † Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine: & [5] vocabatur ] nomen eius, verbũ dei. Et exercitus qui ſunt in cœlo, ſequebantur eum in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo, † & de ore eius procedebat gladius ex vtraque parte acutus: vt in ipſo percutiat gentes, † Et ipſe reget eas in virga ferrea: & calcat torcular vini furoris iræ dei omnipotentis. [f] Et habet in veſtimento & in femore ſuo* ſcriptum: † Rex Regum & dominus dominantium. Et vidi vnum angelum ſtantem in ſole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quæ volabant
D per medium cœli: [g] Venite, & congregamini ad cœnam [6] magnam dei: ] [g] vt manducetis carnes regum, & carnes Tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & ſedentium in ipſis, & carnes omnium liberorum, & ſeruorum, & puſillorum, & magnorum. Et vidi beſtiam & Reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui ſedebat in equo, & cum exercitu eius. [h] Et apprehenſa eſt beſtia, & cum ea Pſeudopropheta, ⊱ & ] qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit eos qui acceperunt [i] charactêrem beſtiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis & [7] ſulphuris: ] & cæteri occiſi ſunt in gladio ſedentis ſuper equum, qui procedit de ore ipſius, & omnes aues ſaturatæ ſunt carnibus eorum.

c. Spirituales domini nuptiæ in præſenti vita ſunt ob deſponſationem cum eccleſia & ita perfecta nuptiæ. Atque hoc innuit diuus apoſtolus 2. Cor. 11. Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Aretha Cæſar. ibid.

d. Idcirco enim non ad prædicti, ſed ad cœnam vocatos narrat, quia in fine diei conuiuiũ cœnacit. Qui ergo finito vitæ præſentis tẽpore ad refectionẽ ſuperne contemplationis veniunt, non ad agni prandium, ſed ad cœnã vocantur. Gregor. homil. 24.

3. Ante.

e. Chriſtus ſedebat equo raſo, quando aſſumpſit naturam humanam: albo verò quando poſt reſurrectionem immortale corpus aſſumpſit. Hier. ſ Iſa. ca. 66.

4. In.

5. Vocatur.

f. Per veſtimentum Chriſti iam ſignificata eſt eius humanitas, ſeu caro verbo vnita. Per femur verò Chriſti fœcunditas, quia multos in fide generauit ſeu cõtexit. Diony. ibid.

* Nomen.

6. Magni dei.

g. Omnes gentes quando in Chriſto credẽtes eccleſiæ incorporantur, ſpiritaliter ab eccleſia cumeduntur. Auguſt. ibid.

[h. Id eſt, tex Ægypti & falſi prophetæ qui in aſturia ſua fuerunt comprehenſi. Nam cõtra rium eius quod cogitauerant, euenit. De Lyra ibid.]

i. Character in fronte, & in manu hic eſt, nõ tantùm facta diaboli imitari quantum & gloriari in eius malis optibus, vt ſub figura Chriſti, Antichriſti facta exerceant. Proſper.

7. Sulphure.

*Ligat angelus draconem poſt mille annos ſoluendum, & ſancti cum Chriſto regnant malis in ignem præcipitatis.* XX.

A ET vidi [a] angelum deſcendentem de cœlo, habentem clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua. † Et apprehendit draconem ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus & Sathanas, [b] & ligauit eum per annos mille, & miſit eum in abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illum, vt non ſeducat amplius gentes, donec conſummentur mille anni, & poſt hoc oportet illum ſolui modico tempore. Et vidi ſedes, & ſederunt ſuper eas, & iudicium datum eſt illis. Et a-
B nimas decollatorum propter teſtimonium Ieſu, & propter verbum Dei, [g] & qui non adorauerunt beſtiam neque imaginem eius, nec acceperũt charactérem eius in frontibus* aut in manibus ſuis, [c] & vixerunt & regnauerunt cum Chriſto mille annis. Cæteri verò mortuorum non vixerunt, donec conſummentur mille anni. Hæc eſt reſurrectio prima. Beatus & ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima. In his ſecunda mors non habet poteſtatem: ſed erunt ſacerdotes dei & Chriſti eius, & regnabunt cum illo mille annis. [d] † Et cum conſummati fuerint mille anni, ſoluetur Sathanas de carcere ſuo, & exibit, & ſeducet gentes quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ, Gog
c & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus eſt ſicut arena maris. [g] Et aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, & circuierunt caſtra ſanctorum & ciuitatem dilectam. Et deſcendit ignis à deo de cœlo, & deuorauit eos: & diabolus qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, vbi & beſtia & Pſeudoprophetæ cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum. Et vidi [e] thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eum à cuius aſpectu fugit terra & cœlum, & locus non eſt inuentus ab
D eis. [g] Et vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu [1] throni, ] & libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ. Et iudicati ſunt mortui ex iis quæ ſcripta

a. Dominus ergo paterna prædictus poteſtate deicẽdit in carnẽ cum principe mundi bella geſturus, atque illo ligato vaſa eius erepturus. Beda ibid.

b. Hoc eſt, eius poteſtatẽ ab eis ſeducendis & poſſidendis, qui fuerant liberandi cohibuit atque frænauit per mille annos, id eſt, omnes huius ſeculi annos reſiduos. Millenarius enim numerus denarij numeri quadratum ſolidũ reddit. Decẽ quippe decies ducta fiunt centũ, & decies cẽtum mille, quæ iam figura quadrata eſt, ſed plana. Aug. de ciuit. dei lib. 10. cap. 7.

* Suis.

c. Viuere omnes dicit & regnare cum Chriſto, nõ tantum qui occiſi fuerũt, & quique in fidei ſuæ firmitate, & dei timore perſtantes, imaginem beſtiæ non adorauerunt, neque ad funeſta eius & ſacrilega edicta conſenſerunt. Cyprian.

[d. Deſcribitur perſecutio Antichriſti, de qua ſacra ſcriptura, & ſancti loquuntur in pluribus locis: Cum dicitur, & cum conſummati fuerint mille anni, id eſt, tempus eccleſiæ vſque ad tẽpus Antichriſti. De Lyr. ibid.]

e. Cãdidus quidem eſt thronus quoniam pura eſt à nigredine peccatorũ quæ in tenebris petaguntur, omnis operatio ſanctorum, in quibus ſedet deus, magnus verò, quia talis quoque eſt qui in eo ſedet, de quo etiam canebat Dauid: Magnus dominus noſter, & magna virtus eius. Aretha ibidem.

1. Dei.

erant in libris, ſecundum opera ipſorum. Et dedit mare mortuos ſuos, qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos ſuos qui in ipſis erant,[f] & iudicatum eſt de ſingulis ſecundum opera ipſorum. Et infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Hæc eſt mors ſecunda. Et qui non inuentus eſt in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.

*Renouatis cœlis & terra, noua ciuitas, & noua ſponſa ſociabitur agno, & tunc ciuitas pretioſis ædificabitur lapidibus, ab incolis mundis habitanda.* XXI.

ET † vidi[a] cœlum nouũ, & terram nouã. † Primum enim cœlum, & prima terra abiit, & mare iam non eſt.[b] Et ego Ioannes vidi ſanctã ciuitatem Ieruſalem, nouam, deſcendentem de cœlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum dei cum hominibus: & habitabit cum eis. Et ipſi populus eius erunt, & ipſe deus cum eis, erit eorum deus. † Et abſterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum:[c] & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, [i] quæ ] prima abierunt. ℣ Et dixit qui ſedebat in throno. † Ecce noua facio omnia. Et[b] dixit mihi: Scribe, quia hæc verba fideliſſima ſunt & vera. Et dixit mihi: Factum eſt: † Ego ſum alpha & ω, initium & finis. Ego ſitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. [d] Qui vicerit, poſſidebit hæc*. † Et ero illi deus, & ille erit mihi filius. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda. ℣ Et venit ad me vnus de ſeptem angelis habentibus phialas plenas ſeptem plagis nouiſſimis, & locutus eſt mecum, dicens: Veni, & oſtendam tibi ſponſam vxorem agni. Et ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum & altum: & oſtendit mihi ciuitatem * ſanctam Ieruſalem deſcendentem de cœlo, * habentem claritatem dei. † Et lumen eius ſimile lapidi pretioſo tanquam lapidi iaſpidi, ſicut cryſtallum. ℣ [c] Et habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim: & in portis, angelos duodecim: & nomina inſcripta, quæ ſunt nomina duodecim tribuum filiorum Iſrael. Ab oriente, portæ tres: & ab aquilonæ, portæ tres: & ab auſtro, portæ tres: & ab occaſu portæ tres. [e] Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis, duodecim nomina duodecim apoſtolorum, & agni. Et qui loquebatur mecum, habebat menſuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem & portas eius & murum. ℣ Et[a] ciuitas in quadro poſita eſt, & longitudo eius tanta eſt quanta & latitudo. ℣ Et menſus eſt ciuitatem de arundine aurea per ſtadia duodecim milia: & longitudo & altitudo & latitudo eius æqualia ſunt. Et menſus eſt muros eius centum quadragintaquatuor cubitorum, menſura hominis quæ eſt angeli. Et erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide, ipſa verò ciuitas aurum[h] mundum, ſimile vitro mundo, & fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioſo ornata. ℣ Et fundamentum primum, iaſpis: ſecundum,[f] ſapphyrus: tertium calcedonius: quartus, ſmaragdus: quintum, ſardonix: ſextum, ſardius: ſeptimum, chryſolytus: octauum beryllus: nonum, thopazius: decimum, cryſopaſſus: vndecimũ, hyacinthus: duodecimũ, amethiſtus.[i] Et duodecim portæ, duodecim margaritæ, ſunt per ſingulas. Et ſingulæ portæ, erant ex ſingulis margaritis: & plateæ ciuitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum. Et templum non vidi in ea. ℣ Dominus enim deus omnipotens templum illius eſt & agnus. [k] † Et ciuitas non[b] eget ſole neque luna, vt luceant in ea. Nam claritas dei[a] illuminabit ] eam, & lucerna eius eſt agnus. Et ambulabunt gentes * in lumine eius, & Reges terræ afferent gloriam ſuam, ⊱ & honorem ]in illam. † Et portæ eius non claudentur per diem. Nox[b] enim non erit illic. ⊰ Et afferent gloriam & honorem gentium in illam: ][l] nec intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium: niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni.

*Fluuius*

[f. Hoc procul dubio factum eſt priuſ quàm eſſent mortui iudicati: ideo recapitulauit quod fuerat præmiſſum, & exequitur ordinẽ, dicens: & iudicatum eſt: Significat aut corpora de terra, & animas de ſuis locis eſſe congregãdas. Beda ibid.]

a. Cœlum nouũ generaliter accipitur pro tota cœleſtium corporũ regione. Omnes enim orbes cœleſtes, planetæ, & ſtellæ in fine ſeculi electorum corporib⁹ glorificatis pariter innouabuntur, & plus ſolito ornabuntur. Dionyſ. ibid.

## Septima viſio.

b. Illa eſt ergo ciuitas Ieruſalẽ, quę in cœlo eſt, intra quam iam quaſi peccta & immaculata ſeruatis. Non enim intrat in eam omne commune. Ambr. de virgini. lib. 3.

c. Si ergo mors non erit, lapſum ſentire nõ poterit in illa requie conſtitutus: ſed placebit deo in regione viuorum. Amb. de obitu Theodoſij.

i. Quòd, vel quia.

d. In reſurrectione enim iuſtorum, lætitia iugis erit & gratia, cum illud bonũ cœperit eſſe cũ ſuis, quando requieſcẽt in ſinu Abrahæ, poſiti in eius tabernaculo: quod inter domum vel ſermonem dei & gratiam fixum eſt: ſignificans innocentiã fideliũ agere gratias autori ſuo: qui non habent vnde eos pœniteat in hoc mundo fuiſſe. Idem de Abraham. lib. 2. cap. 5.

* Omnia.

* Magnam.

* A deo.

b. Propterea dicit murũ magnũ & altũ. Neque enim altiſſimo gratum eſt in humilibus & abiectis locis habitare, ſed in his quibus ſublimes ſunt ſenſus, & cœleſtem habẽtes ſanctimoniã. Arethæ Cæſarien. ibid.

f. Quod ſunt portæ, hoc fundamenta. Quod ciuitas, hoc murus. Poſſunt autẽ & patriarchæ fundamentorum vocabulo deſignari, qui nomina in ſe apoſto lorum, id eſt, figuram tenuerũt. Beda ibidem.

[g. Hic exequitur propoſitum. Et primò quantum ad ciuitatis ſpacium, quod menſus eſt p ſtadia duodecim milia, quę tamen non totum continent ſpacium ciuitatis præciſè. Nam illud ſpaciũ oportet eſſe quadratũ æquilaterum, duodecim autem non eſt numerus quadratus, vt patet ex atithmetica. De Lyr. ibid.]

h. Quia ſancti omnes ſumma in ea beatitudinis claritate fulgebũt, inſtructa auro ea ciuitas dicitur. Aurum namque ex quo illa ciuitas conſtat, ſimile vitro dicitur, vt & per aurum clara, & p vitrum perſpicua deſignetur. Gregor. Moral. 34. cap. 8.

[i. Quaſi dixi duodecim eſſe portas, & cum ita ſint duodecim illæ portæ. i. prophetæ introducẽtes ad fidem trinitatis ex 4. mũdi partibus per ſingulas .i. p inſtructionẽ ſingulorũ ſunt margaritæ. i. mutatores eorum qui de quacunque mundi parte ad fidem trinitatis vocentur, ſunt ſplẽdidi virtutibus. Gloſ. ordinaria ibid.]

k. Quid hac vita beatius vbi lucis ſplendor, non vt eſt ille qui nunc eſt Sol, ſed tantò clarior quãtò felicior, vbi ſancti fulgebũt ſicut ſtellæ in ꝓpetuas æternitates. Quapropter nox ibi nulla, nullæ tenebræ, concurſus nubium nullus. Augu. in Enchir. 2. Illuminauit.

* Quæ ſeruatæ fuerunt.

[l. Nec intrabit aliquid coinquinatum vitio carnis, aut abominationem faciẽs. i. peccatum contra naturam: & mendaciũ. i. hypocriſim, quæ eſt mẽdacium in facto, niſi qui ſcripti ſunt in diuina prædeſtinatione introire poſſunt. De Lyr. ibid.]

*Fluuius adeò ferax nouam illam irrigabit ciuitatem, vt nullius rei egeat: nullum maledictum, & nullæ tenebræ sint deinceps futuræ.* XXII.

ET ostendit mihi * [a] fluuium aquæ viuæ, splendidum tãquam crystallum, procedentem de sede dei & agni. † In medio plateæ eius, [b] & ex vtraque parte fluminis lignum vitę, † afferens fructus duodecim, per mẽses singulos reddens fructũ suum, & folia ligni ad sanitatem gẽtium. Et omne maledictum non erit amplius, sed sedes dei & agni in illa erunt, & serui eius seruient illi. Et videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum. † Et nox vltrà non erit, & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam dominus deus illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorũ. § Et dixit mihi: [c] † Hęc verba fidelissima sunt & vera. Et dominus deus [1] spiritum ] Prophetarum misit angelum suum ostẽdere seruis suis, quæ oportet fieri citò. Ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius. Et ego Ioannes qui audiui, & vidi hæc: † Et postquam audissem & vidissem, cécidi vt adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat. Et dixit mihi: [d] Vide ne feceris. Cõseruus enim tuus sum, & fratrum tuorũ Prophetarum, & eorum qui seruant verba prophetię libri huius. Deum adora. Et dixit mihi: Ne signaueris verba prophetiæ libri huius. § Tempus enim propè est. Qui nocet, noceat adhuc: & † qui in sordibus est, sordescat adhuc. Et qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. Ecce, venio citò, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secũdum opera sua. † Ego sum alpha & ω, primus & nouissimus, principium & finis. Beati qui [2] lauant stolas suas in sanguine agni: ] vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent ciuitatem. [e] Foris autẽ canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idólis seruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium. Ego Iesus misi angelum meum testificari vobis hæc in Ecclesiis. [f] § Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina. Et spiritus & sponsa dicũt: veni. † Et qui audit, dicat: veni. Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitę gratis. Contestor enim omni audienti verba prophetię libri huius: [g] Si quis apposuerit ad hæc, apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto: & siquis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta: & de iis quæ scripta sunt in libro isto: Dicit qui testimonium perhibet istorum: Etiam. Venio citò, Amen. Veni domine Iesu. [h] Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis, Amen.

A
B
C
D

† Ezec. 47. c
† Galat. 5. d
† Ib. 60. d
† Sup. 21. b
† Sup. 19. b
† 17. di. Quis tumlibet. 2. Ioan. 3. b
† Ib. 41. & 44. 2 Sup. 1. d. & 21. d
† Isa. 55. a

* Purum.

a. In medio plateæ eius fontem baptismi ostendit, in medio ecclesiæ venientem à deo & Christo. August. ibid.

b. Lignum vitæ circa fontẽ cernitur, quod sine virtute sanctæ crucis, siue dominũ Christum interpretatis, is & ante baptisma reuelatũ in veteri testamento, & nũc baptismatis claretẽte mysterio cœlesti fructu sanctos imbuit. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus in quo nos oporteat saluos fieri. Beda ibid.

[c. Non de Ioannis diffidentia dubitabat, sed veram visionem omni ecclesiæ, in qua & pusillos futuros nouerat, commendabat. Beda ibid.]

1. Sanctorum.

d. Rectè itaque scribitur hominum ab angelo prohibitũ ne se adoraret, sed vnum deum, sub quo ei esset & ille cõseruus. Qui autem nos inuitant vt sibi seruiamus, & tanquam deos colamus, similes sunt superbis hominibus, quibus si liceat, similiter coli volunt, sed istos homines perpeti minus, illos verò colere magis periculosum est. August. de vera religione.

2. Seruant mandata illius.

e. [Non solùm apertos infideles, sed & scortatores arcet propter illorũ impuditicitiam & impuritatem. Arethæ Cęsarien. ibid.

[f. Id est, de radice Iesse, sicut Dauid est de genere eius quantum ad humanitatem, vt ib. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius, &c. qui flos est Christus secundum sensum literalem. De Lyr. ibid.]

g. Quando rectus sensus sacræ scripturæ alium exitum nõ potest inuenire nisi additione alicuius, addendum aliquid est, vt intelligatur. August. de ciuita. dei, lib. 14. cap. 8.

[h. Eant pelagiani, & sua virtute fidentes domini se gratia priuent. Apostolo autẽ Paulo præsidiũ quærente ac dicente. Quis me liberabit de corpore mortis huius: Respondeat Ioannes nominis sui memor, & dicat: Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Beda ibid.]

VETERIS ET NOVI TESTAMENTI FINIS.

*Excudebat Floricus Preuost, anno domini* 1564.

*Die verò vltima Maij.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

# Hebræa, Chaldęa, Greęca & Latina nomina virorum, MVLIERVM, POPVLORVM, IDOLORVM, VRBIVM, FLVVIORVM, MONTIVM, CÆTERORVMQVE LOCORVM QVÆ IN Bibliis leguntur, reſtituta, propriis characteribus inſignita, Hebræa inquã Hebræis, & Græca Græcis, & inde Latinis: quòd ſi vnico nomine, in illo noſtra cum peregrina conſonat æditio: ſin duobus, prius peregrinum, alterum iuxta Latinam interpretationem, quam vulgatam dicunt, erit: vt facilius coniicias quàm variè noſter interpres nomina propria tranſtulerit. At ſi interpretationem ſequatur litera G, hanc deſignat eſſe Græcam: ſi D. verò, dubiam.

Index præterea rerum & ſententiarum quæ in iiſdem Bibliis continentur.

A A

אַהֲרֹן Aharon, Aaron, Mons, ſiue montanus: aut docens ſiue concipiens. Filius Amram, Exod. 4. d. 1. Paralip. 6. a

Aaronitæ, Idem, pluralis numeri.

אַחְסְבַּי Aásbai, Confidens in me, vel frater circundans: aut ex Hebræo & Syro, frater ſenectutis. Filius Machati. 2. Reg. 23. d. Heb. Aásbai, pernin ſecunda.

A B

אָב vel אַבִּי pater. Heb.

אַבָּא Abba, pater, Syrum eſt. Mar. 14. d. Ro. 8. c. Gal. 4. a

אַבַדּוֹן Abádon, Exterminans, vel perditio. Abyſſus. Apocalyp. 9. c

אֲבָנָה Abana, Lapideus, vel ædificatio: ſiue pater obſecro nunc. Nomen fluuij Damaſci. 4. Reg. 5. d

עֲבָרִים Abarim, tranſitus. p. n. ſiue tranſeuntes: aut furores, vel prægnantes: aut Syriacè, frumenta. Mons eſt Moabitarum cõtra Iericho, ſupra Iordanem, idem ille cum montanis Arabiæ, in quorum vertice eſt mons Nebo in ſummitate Phaſga, vbi Iſraelitæ caſtra fixerãt XLI. manſione eremi, Nume. 21. & 33. f. motte Moſis notus Nume. 27. c. Deut. 32. Teſtatur Hieronymus in locis Heb. oſtendi Abarim aſcendentibus de Libyade in Heſebon, antiquo vocabulo iuxta mõtem Phogor nomen priſtinum retinentem, à quo circa eum regio vſque nunc appellatur Phaſga.

Abaron, Idem ſingularis numeri: vel robur, aut fortitudo. D. Filius Mathathiæ filij Ioannis. 1. Mach. 2. a

עֲבְדָא Abda Seruus, aut ſeruitus: vel ex Heb. & Syro, nubes iſta: Pater Adonirã. 3. Reg. 4. a. 2. Eſd. 11. c

עֲבְדִי Abdai, Seruus, aut ſeruitus: vel nubes abundans. Pater Cis Leuitæ. 2. Para. 29. c

עַבְדִיאֵל Abdeel, Seruus dei, vel nubes abundantiæ dei. Pater Selemiæ. Ierem. 36. f

עֶבֶד־מֶלֶךְ Aebedmélech, Abdemélech, Seruus regis, vel ſeruus conſilij. Nomẽ Aethiopis cuiuſdam eunuchi. Iere. 38. b

עֲבֵדְנְגוֹ Abednego, Abdenago, Seruus claritatis, vel ſeruus anxius. Nomen viri, qui & Azarias dicitur. Dani. 1. b

עַבְדִּי Abdi, Seruus aut ſeruitus, vel nubes abundans. Filius Maloch filij Azabiæ. 1. Par. 9. d

עֹבַדְיָה Obadia, Abdia, Seruus domini. Diſpenſator domus regis Achab. 3. Reg. 18. a. Prophera item. Abd. 1. a

עַבְדִיאֵל Abdiel, ſeruus dei, aut nubes abundantiæ dei. Filius Guni è tribu Gad. 1. Para. 6.

עַבְדּוֹן Abdon, Seruus, aut nubes iudicij. Filius Michai ſiue Micha. 2. Para. 34. c. qui. 4. Reg. 22. c. Achabor dicitur. Nomen item ciuitatis. Ioſ. 21. c. 1. Para. 6. g fuit & nomen iudicis in Iſraël. Iudic. 12. d

עֵבֶד Aebed, Abed, Seruus, vel operarius. Momen viri 1. Eſd. 8. a

אָבֵל Abel per א, Luctus ciuitas, quæ (vt Hieronymus inquit) duodecim à Gadaris Miliaria, orientem verſus diſtat. 1. Reg. 6. d. 3. Reg. 15. d. 4. Reg. 15. f. Eſt & villa in ſeptimo Philadelphiæ lapide, vbi Iephte cum Ammonitis manum conſeruit.

חָבֵל Aabel, Abel per ח in principio, Vanitas ſiue anhelitus: aut Syriace, vapor. Filius Adam. Gene. 4. a

אָבֵלָה Abela, Luctus. Nomen vrbis. 2. Reg. 20. c. quæ & Abel ibidem vocatur.

אָבֵל־מַיִם Abel-maim, Luctus aquarum. Ciuitas quam, vt narrat hiſtoria Paralipomenõ (2. Para. 16. b) Rex Aſa per Benhadad Syrum expugnauit. 3. Reg. 15.

אָבֵל־מְחוֹלָה Abel-mehola, Abel-mehula, Luctus infirmitatis, aut luctus chori, vel tympani: ſiue ex Heb. & Syro luctus veniæ. Nomen loci. Iudic. 7. f. 3. Reg. 4. b. 19. c. Hier. in Io. Heb. ait vicum eſſe in aulone.

אָבֵל־שִׁטִּים Abel ſittim, Abel-ſattim, Luctus ſpinarũ, luctus declinationum, aut præuaticationum: vel vallis aut planities cedrorum imputribilium. Non procul à Iordane locus in deſerto ad meridiem Moabitarum, à ſpinarum copia habens nomẽ, Num. 33. f. Ioel. 3. Illic fuit XLII. manſio Iudæorum.

אֶבֶן־בֹּהַן Eben-bohan, Aben-boen, Lapis policis, aut pollex, vel lapis in eis. Nomen loci. Ioſ. 18. c

אֶבְצָן Abez, Abes, Ouum, ſiue cœnoſus, aut lineus. Nomen ciuitatis in tribu Iſſachar. Ioſ. 19. b

אִבְצָן Ibzan, Abeſan, Pater ſecuti, aut patris ſcutum vel arma, aut pater frigiditatis. Nomen iudicis in Iſrael de Bethlehem. Iudic. 12. c

אֲבִישָׁלֹם Abiſalom, Abeſſalom, pater pacis, ſiue pater conſummationis, ſiue pater retibutionis, aut patris pax, ſiue patris conſummatio, ſiue patris retributio. Pater Maacha, ſiue Machai matris Abiam. 3. Reg. 15. a. 2. Par. 13. a. dicitur Vriel.

אַבְגְּתָא Abagtha, Abgatha, Pater torcularis, vel patris torcular. Eunuchus Aſſueri regis Perſarum. Eſth. 1. b

אַבִּי Abi, Pater meus, Mater Ezechiæ regis. 4. Reg. 18. a. quæ. 2. Para. 29. a. dicitur Abia.

אֲבִיָּה Abiia, Abia, Pater domini, aut voluntas domini. Mater Ezechiæ regis. 2. Para. 29. a. quæ. 4. Reg. 18. a. dicitur Abi. Filius Samuelis prophetæ. 1. Reg. 8. a. 1. Para. 6. b, Filius item Roboam. 1. Para. 3. b. qui. 3. Reg. 14. g. dicitur Abiam. Vxor Eſron filii Phares. 1. Para. 2. c. Filius item Ieroboam. 3. Reg. 14. a

אֲבִיעַלְבוֹן Abi-Albon, Pater ſuper intelligens, aut pater ſuper ædificans: aut ex Hebræo & Syro, pater iniuriæ. Nomen viri. 2. Reg. 23. d. qui. 1. Para. 11. f. dicitur Abiel.

אֲבִיסָף Abiaſab, ſiue Abiſaph, Pater congregans, ſiue pater conſummans vel finiens. Filius Core. 1. Para. 6. c. 9. c, Exod. 6. d. Filius Elcanæ. 1. Para. 6. b. 9. c

אֲבִיָּם Abiiam, Abiam, Pater maris. Filius Roboam. 3. Reg. 14. g. & 15. a. qui Abia. 1. Par. 3. b. dicitur.

אֲבִיָּתָר Aebiathar, Abiathar. Pater excellens, aut pater reſidui vel remanentis: ſiue pater explorationis vel contẽplationis, aut pater funiculi. Filius Achimelech ſacerdotis. 1. Reg. 22. d. Mar. 2. d

אֲבִיעֶזֶר Abida, Pater ſcientiæ, vel ſcientia patris. Filius Madian filii Abrahæ. Gene. 25. a

אֲבִידָן Abidan, Pater iudicii: aut ex Hebræo & Syro, pater meus iſte. Filius Gedeonis. Nume. 1. a

אֲבִיחַיִל Abihel, Pater meus deus. Filius Soror. 1. Reg. 9. a. Pater Ner

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter Ner. 1.Reg.14.g. Nomen item cuiusdam alterius. 1.Para.11.f.qui 2.Reg.23.dicitur Abi-albon.

אֲבִיעֶזֶר Abiézer, Pater adiutorij, siue patris adiutorium, vel pater attij, aut patris atrium. Filius Manasse. Ios.17.a.vnus ex fortibus Dauid.2.Reg.23.d.1.Par.7.d

אֲבִיגִבְעוֹן Abigebeon, Abi-gabaon, Pater collis, siue pater calicis, vel scyphi, aut pater dorsi peccati. Pater Gabaon, cuius vxor Maacha.1.Paralip.8.c

אֲבִיגַיִל Abigail, Pater exultationis, vel patris exultatio: Nomen vxoris Nabal. 1. Reg.25.a. Vxor Dauid mortuo Nabal.1.Par.3.a. Est & filia Naas, soror Saruiæ, mater Ioab.2.Reg.17.g.1.Para.2.b

אֲבִיחַיִל Abigáil, per ח in penultima, Pater fortitudinis, aut pater exercitus, siue pater diuitiarum, aut pater antemuralis, vel pater doloris. Pater Suziel principis Moholitarum. Nume.3.c. vbi corruptè legitur Abihaiel. Vxor item Roboam filij Salomonis, 2.Par.11.d

אֲבִיחַיִל Abiháil per ח in penultima, Pater luminis vel laudis, vxor Abisur filij Semei filij Onam. Para.2.b

ἀβιλινή Abilina, Lugens vel plorans, siue pater mansionis vel murmurationis. D. Nomen regionis, cui præerat Lysias à Romanis constitutus. Luc.3.a

אֲבִימָאֵל Abimaël, Pater à deo vel de deo. Filius Iectan. Gene.10.d

אֲבִימֶלֶךְ Abimælec, Pater meus rex, aut pater regis vel consilij. Generale nomen est Palesthinorum regum, perinde atque Cæsar Romanorum imperatorum. Rex igitur fuit Gerare. Gene.20.a. Filius item Gedeonis. Iudic. 8.g. Filius etiam Ierobéseth. 2.Reg.11.c

אֲבִינָדָב Abinadab, Aminadab, Pater spontaneus, aut pater vouentis vel voti: siue pater principis. Filius Isai patris Dauid. 1. Reg.16.b. Filius Saul. 1. Para.8.d. Vide etiam 1.Reg.7.a.2.Reg.6.a.1.Para.2.b.9.g.10.a.13.c

אֲבִינֹעַם Abinoam, Abinóem, Pater pulchritudinis vel iucunditatis, aut pater motionis eorum. Pater Barac ducis exercitus populi Iudæorum. Iudic. 4.a

אֲבִירָם Abiram, Pater celsitudinis, vel electionis: aut pater fraudis, vel proiectionis. Primogenitus Hiel reædificatoris Iericho. Reg.16.g

אֲבִירָם Abirom, Idem. Heb. Abiram. Filius Eliab. Nume.16.a. Deut.11.a

אֲבִישַׁג Abisag. Patris ignorantia, vel patris error: siue pater apprehendens vel attingens: aut pater multiplicans. Virgo adolescẽtula quæ calefaciebat regem Dauid senio confectum. 3.Reg.1.a

אֲבִישַׁי Abisai, Patris munus, vel pater muneris. Filius Saruiæ sororis Abigail, frater Ioab. 1.Reg.26.a.2.Reg.10.c 1.Paral.2.b.11.c

אֲבִישׁוּעַ Abisúa, Abisúe, Pater salutis, vel exclamationis: aut pater respiciens, siue pater magnificus, vel potens. Filius Phinees filij Eleazar filij Aaron. 1. Paralip. 6.a. Filius item Bela filij Beniamin filij Iacob. 1. Para. 8.a

אֲבִישׁוּר Abisur, Pater muri, aut pater bouis, siue pater cantantis, vel pater aspicientis, aut pater rectitudinis. Filius Semei filij Onam filii Ierameel. 1. Para. 2.d

אֲבִיטַל Abital, Pater roris: vel ex Hebræo & Syro, pater vmbræ. Mater Saphatiæ filii Dauid. 2. Re. 3.a. 1. Para. 3.a

אֲבִיטוֹב Abitob, Pater bonitatis. Filius Mehusim. 1. Par. 8.b

אֲבִיהוּ Abihu, Abiu, Pater ipse, vel pater est. Filius Aaron filii Amram filii Caath filii Leui. Exod. 6.d. 1. Par. 6.a

אֲבִיהוּד Abihud, Abiud, Pater laudis vel confessionis. Filius Bela filii Beniamin filii Iacob. 1. Para. 8.a

אֲבִינֵר Abiner, Abner, Patris lucerna, vel patris nouale. Nomen principis militiæ Saul, filius Ner patruelis Saul. 1. Reg. 14.g

ἀβιὼβ Abobi, Pater incantationis vel absconsionis. D. Nomen viri. 1. Mach. 16.c

ἄβρα Abra, Ancilla vel famula. G. Iudith. 8.d

אַבְרָם Abram, Pater excelsus. Filius Thare Chaldæus. Gene. 11.d

אַבְרָהָם Abraham, Pater multitudinis. Filius Thare, sic nominatus à deo cum prius Abram diceretur. Genes. 17.a

Hebron, Abran, Transitus, aut ita, siue impregnatio, vel nubes cantici: aut Syriacè, frumentum. Nomen ciuitatis. Iosue. 19.b

Absálom, Pater pacis, siue pater consummationis, siue pater retributionis: aut patris pax, siue patris consummatio, aut patris retributio. Filius Dauid de Maacha. 2. Reg. 3.a. 1. Par. 3.a

Absalomi, pater pacis, siue pater cõsummationis vel retributionis. D. Nomen viri. 1. Mach. 11.g

A C

Acan, Tribulatio, vel stridor, aut antemurale. Filius Eser filij Seir Horræi. Gene. 36.c

Eker, Acar, Sterilis, siue eneruens, aut euellens, vel truncus. Filius Ram primogeniti Ierameel. 1. Par. 2.d

Accain, Possessio, siue emptio, aut nidus. Nomen ciuitatis. Iosue. 15.g

Aeckron, Accaron, Sterilitas, siue eneruatio, aut euulsio, vel truncus. Nomen vrbis. Iere. 25.e. Iosue. 15.f. 1. Reg. 17.g

Aeckroni, Accaronitæ, Steriles, siue eneruati, aut euulsi, vel truncati. Populi. 1. Reg. 5.d

Acces, Peruersus aut prauus. Pater Hira. 2. Reg. 23.d 1. Paral. 11.f

Acco, Compressus, vel confractus. Nomen vrbis. Iudicum. 1.f

Accos, Spina, vel æstas, aut tædium, seu vigilia, vel finis. Nomen viri. 1. Par. 24.b. 1. Esd. 2.c

Accub, Vestigium vel supplantatio: aut prauitas, vel calcaneum, siue retributio. Filius Elioenai filii Nariæ. 1. Prra. 3.d. 9.c. 2. Esd. 8.b

Ahab, Achab, Frater patris, vel fratris pater, siue atrula patris. Filius Amri regis Israël. 3. Reg. 16.f

Accad, Achad, Amphora, vel hydria, aut scyntilla. Ciuitas in qua regnauit Nemrod. Gene. 10.b. quæ nunc dicitur Nisibis.

Achaia, interpretatur dolor vel tristitia. G. Græciæ regio, & penè insula, ipsa enim Aegeo Ionio cingitur æquore. ab Isthmo incipit, de qua lege Plinium libro 4. cap. 5. Naturalis historiæ: Strabonem in 8. Ptolemæũ lib. 3. cap. 15. Roma. 15. f. 1. Corinth. 16.c

Achaicus, Dolens siue tristis. G. Nomen viri. 1. Corinth. 16.c

Achan, Conterens, siue conturbans. Filius Charmi filii Zabdi filii Zaræ. Iosue. 7.a. 22.d. qui. 1. Para. 2.a. dicitur Achar.

Achar, Conturbans. Filius Charmi filii Zabdi filii Zaræ filii Iudæ. 1. Par. 2.a. qui Ios. 7.a. dicitur Acham.

Achaz, Apprehendens, siue possidens, aut videns. Filius Ioatham regis Iuda. 4. Reg. 16.a. 1. Paral. 3.c. Qui aliàs Eliesер. Luc. 3. dicitur.

Achzib, Achazib, Mendax mendacium, aut cessans, siue fluens vtique. Nomen vrbis tribus Aser. Iudic. 1.f quæ Achzib. Ios. 19.b. dicitur.

Abiah, Achia, siue Achias, Frater domini. Filius Achitob fratris Ichabod. 1. Reg. 14.a. Filius item Ierameel filii Esron. 1. Para. 2.d

Achim, Resurgens, vel cõfirmans, aut vindicans, vel frater eorum. D.

Achimáas, frater cõsilii, vel frater cõsiliarius, aut frater ex ligno. Pater Achinoã vxoris regis Saül. 1. Reg. 14.g Filius item Sadoc sacerdotis. 2. Reg. 15.f. 1. Para. 6.a

Achiman, Frater præparatus, vel frater dexteræ, aut frater quid? Filius Enac. Nume. 13.c

Ahimælech, Achimélech, Frater meus rex, aut frater regis vel consilii. Nomen viri sacerdotis. 1. Reg. 21.a. Item filius Abiathar. 2. Reg. 8.d. qui. 1. Paral. 18.d. Abimélech dicitur.

Achimoth, Frater mortis, vel frater mortuus, vel frater dierum. Filius Elcana. 1. Para. 6.b

Achinóam, Fratris pulchritudo vel iucunditas, aut frater motionis. Nomen vxoris regis Saül. 1. Reg. 14.g Vxor item Dauid Iezrahelitis. 1. Reg. 25.g. 1. Par. 3.a

Achior,

Achior, Fratris lumen, aut frater ignis. D. dux filiorum Ammon. Iudith. 5.a

אֲחִירָם Achiram, Fratris celsitudo vel elatio, aut fratris dolus vel proiectio. Filius Beniamin. Nume. 26.e

Achiramitæ, Idem. p. n. Mume. 36.c

אָכִישׁ Achis, Vtique est, vel sic est. Rex Geth. 1. Reg. 21.c Filius Maoch. 1. Reg. 27.a

אֲחִימֶלֶךְ Achimelech. Frater iustitiationis vel firmitatis: aut frater coniugens. Pater Ooliab, de tribu Dan. Exod. 31.a

אֲחִישׁוּב Achitob, Frater bonitatis. Pater Achias. 1. Reg. 14.a Pater Achimélech sacerdotis. 1. Reg. 22.b. Pater item Sadoc. 2. Reg. 8.d. 8.1. Para. 6.a. 9.b

אֲחִיתֹפֶל Achitophel, Frater ruinæ, vel frater defectus, aut frater insipiditatis, id est rei insulsæ. Cõsiliarius regis Dauid. 2. Reg. 15.b. Pater Eliam. 2. Reg. 23.d. 1. Para. 27.d

אַכְבּוֹר Achbor, Achobor, Mus, vel conterens siue comprimens puteum. Filius. Michai. 4. Reg. 22.c. Pater item Bàlanam septimi regis in Edom. Gene. 36.d

עָכוֹר Achor, Turbatio. Vallis in tribu Iuda. Ios. 15. ad septentrionem Iericho haud procul à Galgal. à tumultu & turbatione Israëlitici populi appellationem habens, & non ab Acham sacrilego, qui illic lapidatus est propter anathematis furtum. Ios. 7.d

אַכְסָה Achsa, Composita vel adornata, aut lasciuiens: siue confractio vel diruptio velaminis. Filia Caleb. 1. Paralip. 2. f. quæ Iosue. 15.d. & Iudic. 1.c. Axa scribitur apud Latinos.

אַכְשָׁף Achsab, Veneficus, siue conterens vtique aut labium vtique. Nomen vrbis in tribu Aser. Ios. 11.a. Hæc Hieronymo Chasalus dicitur in octauo lapide Diocæsariæ ad radicem montis Thabor in campestribus sita.

אַכְזִיב Achzib, siue Achziba, Mendax siue cessans, aut fluens vtique. Nomen ciuitatis in tribu Iudæ. Ios. 15. f. 19. b. In primo capite Mich. d. legitur. Domos mendacij in deceptionem regibus Israel. Vbi legendum, Domos Achzib in deceptionem siue in mendacium regibus Israel.

עֶקְרוֹן Accron, Acron, Sterilitas siue eneruatio, aut euulsio vel truncus. Nomen loci. Ios. 13.a. 19.c

A D

עָדָה Ada, Cœtus, vel congregatio: siue ornata, vel testificans, aut transiens, vel prædata: aut Syriacè, ablata. Altera vxor Lamech. Gene. 4. d. Vxor etiam Esau, filia Elon. Gene. 36.a

עָדָה Adad per א, Interitus, aut nubes, vel vapor, seu fons. Nomen viri. 3. Reg. 11.c

הֲדַד Adad per ה, Sonitus aut clamor, siue celeusma: seu mamilla vel dilectio. Filius Badad, rex Edom quartus. Gene. 36.d

עֲדָעָדָה Adeada, Adada, Testimonium cœtus vel congregationis, aut testimoniõ ornata. vel testis transitus, siue præde eius genere fœminino: aut præda suæ prædæ, vel æterniras sui testimonij. Nomen ciuitatis. Ios. 15.d

הֲדַדְרִמּוֹן Hadadrimmon, Adadremmon, Celeusma mali granati, siue altitudinis. Vrbs iuxta Iezrahelem, quæ hodie vocatur Naximianopolis. Zach. 12.d

עֲדָיָה Adaia siue Adaias, Testis domini, siue ornatus vel præda domini, aut transitus, vel æternitas domini. Filius Ethan filij Zamma. 1. Paralip. 6.c. 8.b. 1. Esd. 10.d. Filius item Ieroham. 1. Paralip. 2.d Idida matris Iosiæ. 4. Reg. 22.a.

אֲדַלְיָא Adalia, Hauriens, siue paupertas: aut nubes vel interitus laboris. Filius Aman filij Amadatha. Esth. 9.b

אָדָם Adam, Homo, siue terrenus, aut rufus, vel sanguineus. Nomen primi hominis creati à deo. Gene. 2.d. Luc. 3.g Nomẽ etiam commune quo vocauit deus hominẽ & mulierem. Gene. 5.a. Est & nomen vrbis. Ios. 3.d

אַדְמָה Adma. Adama, Terra, aut rufa, aut sanguinea. Vrbs Pentapoleos. Gene. 10.c

אָדָם Adami, Homo vel hamanus, siue terrenus, aut rursus, vel sanguineus: aut nubes vel vapor, siue interitus aquarum. Nomen ciuitatis, quæ & Neceb. dicitur. Ios. 19.c

חֲדַר Adar pulchritudo, siue habitaculum, aut generatio. Octauus rex in Edom. Gene. 36.d. qui, 1. Paral. 1.d. dicitur. Adad.

הֲדַדעֶזֶר Adadæzer, Adar-ézer, Decor aut pulchritudo auxilij, siue habitaculum aut generatio auxilij: aut atrium pulchritudinis siue habitaculi, vel generationis. Filius Rohob, rex Soba. 2. Reg. 8.a. 1. Para. 18.a

אֲדַסָּא Adasa, Adarsa, Testificans solem vel surdum, aut testimonium arantis. D. Nomen loci. 1. Mach. 7.f

אֲדַסָּה Adasa, Adazer, Testis vel testimonium auxilij. D. Nomen vrbis. 1. Machab. 7.g

אַדְבְּאֵל Adbeel, Vapor vel nubes apud deum vel cum deo: siue contristari faciens deus. Filius Ismahelis. Gene. 25. b. 1. Para. 1.b

אַדָּר Addar, siue Addara, Pallium, siue potentia, aut magnitudo. Nomen ciuitatis. Iosue. 15.a. Nomen item mensis, siue lunationis duodecimæ: quandoque integrè, & aliquando pro parte nostro respondentis Februario. 1. Esdr. 6.c. Postremò filius Balæ filij Beniamin. 1. Paralip. 8.a

עֲדִי Addi, Testis, vel testimonium, siue ornatus, vel transitus, aut præda. Pater Melchi patris Neri. Luc. 3.f

עֲדוֹ Addo, Testis, siue ornatus, aut transitus, vel præda. Filius Ioah. 1. Para. 6.b. Pater item Barachiæ, patris Zachariæ. Zach. 1.a. Nomen prophetæ. 2. Par. 9.g. Vide Nehem. 12.a

אֲדוֹן Addon, Dominus, aut basis: vel Syriacè, auris. Nomẽ loci. 2. Esd. 7.f. qui Adon. 1. Esd. 2.c. scribitur.

עֲדִידוֹס Adidos, Addus, Nouitas, vel mensis, aut trituratio. D. Nomen loci. 1. Machab. 13.b

אֶלְחָנָן Elhanan, Adeodatus, siue gratia dei, aut misericordia vel donũ dei. Filius Saltus. 2. Reg. 21.d. 1. Para. 20.c

Adiada, Testimonium manus, siue testimonium testimonij, aut præda manus. D.

עֲדִיאֵל Adiel, Testimonium dei, siue ornatus, vel transitus dei, aut præda vel æternitas dei. Nomen principis. 1. Para. 4.f. Filius Iezra. 1. Par. 9.b. 27.c

עָדִין Adin, Delicios̃us, siue voluptuosus, aut ornatus: vel Syriacè, temporalis. Nemen viri. 1. Esdr. 2.a. 8.a

עֲדִינָא Adina, Idem. Filius Siza. 1. Par. 11.g.

עֲדִיתַיִם Adithàim, Cœtus siue congregationes, aut testimonia. Nomen vrbis. Iosue. 15.c

עֲדָלַי Adlai. Adli, Testis mihi, siue ornatus mihi, aut transitus, vel præda, vel æternitas mihi. Nomẽ viri. 1. Par. 27.d

אַדְמָתָא Admátha, Nubes vel papor mortis, siue interitus mormortis, vel terrestris, aut rubeus. Principis nomen. Esther. 1.c

אַדְמִים Adummim, Adommim, Terreni, vel rufi, aut sanguinei. Nomen loci. Ios. 15.b. 18.c

אֲדוֹן Adon, Dominus, aut basis: vel Syriacè, auris. Nomen loci. 1. Esd. 2.c. qui Addon. 2. Esd. 7.f. scribitur.

יְהוָה Iehoua, Adonai, Beatus Hieronymus Exod. 6. pro nomine dei tetragrammaton, id est quatuor literarum, Adonai transtulit: in aliis locis semper interpretatus est dominus. Notandum autem est quòd quatuor istæ literæ huius nominis, scilicet יהוה non sunt compactæ ad hoc vt ex eis dictio aliqua formetur, & idcirco nomẽ esse ineffabile. Licet Hebræis ineffabile reuera dici putem, quod tunc reuelatũ eis non fuerit trinitatis sacramentum, & si literis fuerit adumbratum. Hinc Exod. 5. dicit deus, Et nomen meum יהוה non indicaui eis. Quòd si in syllabas cogeretur, pronunciaretúrque, esse, vel essentiam, aut generationem significaret. Nec ignorandum etiam quòd אֲדֹנָי adonai, domini mei numero multitudinis significat, quando scribitur eisdem literis & punctis, quibus pronunciatur אֲדֹנָי. Præterea in translatione Chaldaica pro hoc nomine dei quod est nomen illud tetragrammaton, semper ponitur triplex iod ,,, quod non vacat mysterio.

אֲדֹנִיָּא Adonia, Adonia, siue Adonias, Dominator dominus: aut basis domini: vel ex Syro & Hebræo, auris domini. Filius Dauid ex Aggith. 2. Reg. 3.a. 1. Para. 3.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

אדנובנק Adoni-bæzæch, Domini fulgur, siue dominus fulguris, aut dominus in compedibus. Nomen viri. Iudic. 1.a

אדניקם Adonicam, Dominus surrexit. Nomen viri. 1. Esd. 2.a

אדניראם Adoniram, Dominus excelsus, siue dominus celsitudinis, vel elationis. Filius Abda qui erat super tributa Salomonis. 3. Reg. 4.a

תמוז Thamuz, Adonis, id est consumptus siue incendium, Syrum est. Nomen idoli. Ezech. 8.f

אדניצדק Adonizedech, Adoni-sedech, Domini iustitia, siue dominus iustitiæ. Rex Ierusalem. Ios. 10.a

ἄδωρα Adora, Ador, Generatio, vel habitatio, aut testimonium lucis vel ignis. D. Nomen loci. 1. Mach. 13.c

הדרם Hadoram, Adoram, Decor eorum, aut laus vel confessio sublimis, siue clamor excelsus. Filius Iectan. Gene. 10.d. 1. Para. 18.c. 2. Para. 10.d

אדרמלך Adramælech, Pallium Regis, siue magnitudo vel potētia regis vel cōsilij. Filius Sennacherib regis. 4. Reg. 19.g. Isa. 37.g. Deus item Sephatuaim. 4. Reg. 17.f

Ἀδρία Adria, Nomen maris contra Rauennā, quod per ostia Padii fluuii intratur, sumpto vocabulo ab Adria proxima ciuitate, quæ idem nomen mari Adriatico dedit Straboni in .5. Hoc Pelagus Paulus emensus est. Act. 27.c

Ἀδραμυτηνὸν Adramytena, Adrumetina, interpretatur soliditas munda vel tersa. Adrumetum siue Adrumetium ciuitas est Mysiæ. Est & Adramitis insula Liciæ, & Adrumes Adrumetis ciuitas Aphricæ. Hieronymus autē, aut si quis alius fuit author, in catalogo locorum. Acto. Apostolicorum indicat Adrumetū esse ciuitatem in Bazatio regione Aphricæ. Plinius Adrumetum vocat neutro genere. Act. 27.a

עדלם Adullam, Odollam, Testimonium siue ornamentum illis, aut testimonium siue ornamentum suæ miseriæ: vel trāsitus aut præda suæ miseriæ. Nomen ciuitatis. Iosue. 12.d. 15.e

אדרם Adoram, Aduram, Pallium eorum, siue potentia vel magnitudo eorum: aut vapor excelsus, siue nubes excelsa: aut dolor siue interitus sublimitatis. Nomen viri qui erat super tributa regis Dauid. 2. Reg. 20.g. 3. Regum. 12.c

אדרים Adoraiim, Aduram, Fortitudo vel potentia maris, aut vapor siue interitus eleuatus, vel nubes eleuata. Nomē ciuitatis ædificatæ à Roboā. 2. Para. 11.b

A E

עין Aiin. Aen, Oculus, siue fons. Nomen ciuitatis. Iosue 15.e. 1. Para. 4.f

מצרית Misrith, Aegyptia, Angustians, siue tribulans. Gene. 16.a

מצרים Misraiim, Aegyptii, Angustiantes, siue tribulantes. Nume. 14.b

מצרי Misri, Aegyptius, Idem. s.n. Exod. 2.b

מצרים Misraim, Aegyptus, Angustiæ, siue tribulationes. Aegyptus, ad occidentem Iudææ sita, Aphricæ regio est: Plinius tamen lib. 5. cap. 9. naturalis historiæ, & Pomponius Mela in primo, Asiæ attribuunt proxime Aphricam. Hæc ab oriente iungitur Assyriæ & mari rubro: ab occidente habet Libyam, atque Cyrenen: à meridie limitem qui Sienem ab Aethiopia dirimit, atque Oceanum, à septentrione mare magnū, Sinúmque Arabicum & terram ad Syriam vsque irrigatur Nilo. authores sunt Iosephus lib. 5. cap. 11 de bel. Iudaico. Egesippus lib. 4. Infetiorem eius partem Nilus dextra læuáque diuisus, amplexu suo determinat. Ideóque insulam quidam dixerunt Aegyptum, ita scindente Nilo, vt triquetram terræ figuram efficiat. Ideo multi Græce literæ vocabulo Δ deltam appellauere Aegyptum. ita Plinius lib. 5. cap. 9. & Strabo lib. 17. Ptolemæus lib. 4. cap. 6. Ammia. Marcel. lib. 22. Oppida insignia, Saiis, Memphis, Siene, Bubastis, Elephantis, Thebæ, Alexandria, Pelusium: testis Mela in 1. Canopus, Bolbis, Sebennis, Pathmis, Mendes, Tanis. Vide Raphael. Volater. lib. 12. Geographiæ. Non est autem negligendū, Aegyptum prophetis appellatam Misraim à Mesraim filio Cham eiusdem appellationis. Iosephus lib. 1. cap. 12. antiq. Iudaic. Mesrim & Mesraim nominatam refert. Hæc quondā Aeria dicta est, velut Eusebius in Chronicis annotauit. Adde quòd psal. 78. & 105. dicitur Ægyptus Cham, quòd ei⁹ filius Mesraim occupauerit Aegyptum.

עלם Aelam, Adolescens vel virgo, m.g. siue occultus, aut seculum, Filius Sem. Gene. 10.c. Filius item Sesac. 1. Para. 8.c. 1. Esd. 2.a. Est & nomen regionis, Media aliàs, siue Bactriana dicta. Isa. 11.c. A quo Elamitæ principes Persidis.

Aelamitæ, Idem. p.n. Gene. 14.a. Act. 2.b

Αἰνέας Aeneas, Laudatus. G. Nomen viri. Act. 9.f

Aenon, vide Enon.

עט Cus, Aethiopia, interpretatur nigra vel nigredo, αἰθιωπία autem Græce ardorem siue incendium significat. Aethiopum regio ab Indo flumine consurgens, iuxta Aegyptum, inter Nilum & Oceanum, & in meridie sub ipsa solis vicinitaate iacet. Gens ipsa vniuersa primùm Etheria appellata est: deinde Atlantia: mox à Vulcani filio Aethiope, Aethiopia: author est Plinius historiæ mundi lib. 5. cap. 30. Multa de hac congessit Raphaël Volaterr. lib. 12. Geographiæ, quem consule: Similiter Ptolemæum lib. 4. cap. 7. Plinium in 5. cap. 8. vbi quoque de duabus Aethiopiis clarissime legis. Ezech. 29. & 30. Amos. 9. Nahum. 3. Sopho. 2. Isa. 11.c

כוש Cusi, Aethiops, id est niger αἰθίοψ, ardens siue incensus. Act. 8.c. 2. Para. 14.c

כושים Cusim, Aethiopes, Idem. p.n. 2. Para. 12.a

זיים Ziim, Aethiopes. Psal. 71.b. 73.b. interpretatur siccitates, aut naues siue dæmones.

כושית Cusith, Aethiopissa, interpretatur nigra. αἰθιοπίσσης verò ardentem vel incensam significat. Nume. 21.a

A G

אגבוס Agabus, locusta vel festiuitas patris. D. Nomen prophetæ. Act. 11.d. 21.b

אגג Agag, Tectum, vel solarium, quod scilicet est in superiori parte domus. Nomen regis Amalec. 1. Reg. 15.b. Esther. 3.a

Agagi, Agagites, Idem. de stirpe Agag. Esther. 3.a

הגר Haggar, aduena, siue peregrina, aut ruminans, vel timens. Ancilla Abraham. Gene. 16.a

הגרי Hagri, Agarai, Aduena siue peregtinus, aut ruminās, vel timens. Nomen viri. 1. Par. 11.g

הגריים Hagriim, Agareni, Idem, nomen populi. 1. Par. 5.b

Haggri, Agarenus, Idem. 1. Par. 27.d

אגי Age, Vallis siue profunditas. Pater Sēma. 2. Reg. 23.b

חגי Haggai, Aggæus, Festiuus, siue solennis, vel gyrans. Nomen prophetæ. Agg. 1.a. Heb. Haggæus.

חגי Haggi, Aggi, Idem. Filius Gad, filij Iacob. Gene. 46.b

חגיים Haggiim, Aggitæ, Festiuitates, vel solennitates, vel gyrantes. Nume. 26.b. Familiæ nomen, ab Aggi filio Gad.

חגית Haggith, Festiua, vel solennis, vel gyrās. Mater Adoniæ filij Dauid. 2. Reg. 3.a. 1. Para. 3.a

Agrippa, Latinum est, dictū ab eo quòd ægros, id est difficiles partus faciat, vel dicitur, ille qui in nascendo prius emittit pedes. Filius Herodis Agrippæ illius, inter Herodes tertii, qui occîdit Iacôbum, & in carcerē coniecit Petrum. Act. 12.a

A H

אחלב Ahalab, Frater cordis, siue lacteus, vel lactans, aut adeps. Nomen vrbis. Iudic. 1.f

אחרה Ahara frater redolens, au pratum odoris. Filius Beniamin. 1. Par. 8.a. qui Gene. 46.c. Gera dicitur.

אחרחל Aharchel, Alter exercitus, siue nouissimus exercitus: aut alter dolor: siue nouissimus dolor: aut ouis fratris. Filius Arum. 1. Para. 4.b

אחסבי Ahasbai, confidens in me, vel frater circundans: aut ex Hebræo & Syro, frater senectutis. Filius Machati. 2. Reg. 23.d

Ahasthari

אחשתרי Ahaſtari, Curſor, vel veredarius, ſiue feſtinatio turturis, aut feſtinatio exploratoris: ſiue frater qui explorat: vel ex Syro & Hebræo, princeps turturis, vel princeps explorationis. Filius Aſhur ex Mara. 1. Para. 4. a

אחוא Ahaua eſſentia, ſiue generatio. Fluuii nomen. 1. Eſdr. 8. f

אחז Ahaz apprehendens, ſiue poſsidens, aut videns. Filius Micha filii Meribaal. 1. Para. 8. d

אחזי Ahazi, Videns, ſiue apprehendens. Nomen viri. Nehem. 11. b

אחר Aher alter, ſiue poſterior, aut nouiſsimus. Nomen viri. 1. Para. 7. c

אחי Ahi frater meus, vel fratres mei. Filius Somer, filii Heber filii Batiæ. 1. Para. 7. g

אחיה Ahiiah, ahia, ſiue Ahias, Frater domini. Filius Siſa, princeps exercitus Salomonis. 3. Reg. 4. a. 1. Para. 11. g. Pater Baaſa. 4. Reg. 9. b. Fuit & propheta quidem Silonites. 3. Reg. 12. c

אחיאם Ahiam, Frater matris, aut frater gentis. Filius. Sarar. 2. Reg. 23. d: qui, 1. Para. 11. g. dicitur filius Sachar.

אחיקם Ahicam, frater reſurgens, vel frater vindicans. filius Saphan. 4. Reg. 22. c

אחיעזר Ahiézer, Frater adiutorii, vel fratris adiutorium, aut fratris atrium. Filius Amiſaddai, princeps tribus ſuæ Dan. Nume. 1. 2. d. 7, e. 10. c. & 1. Para. 12. a

אחילוד Ahilud, Frater natus, vel frater genitus. Pater Ioſaphat illius qui erat à commentariis Dauid. 2. Reg. 8. d

אחימן Ahimam, Frater preparatus, ſiue frater dexteræ, aut frater meus quid? Nomen viri. 1. Parali. 9. c. 18. d. Filius Enac. Ioſue. 15. c. Iudic. 1. b

אחימלך Ahimelech, Frater meus rex, vel frater regis ſiue cõſilii. Nomen viri de filiis Ithamar. 1. Para. 24. a

אחין Ahian, ahin, frater vini, vel fratres. Filius Semidæ filii Galaad. 1. Para. 7. d

אחינדב Ahinadab, frater ſpontaneus, aut frater vouentis vel voti: ſiue frater principis. Filius Addo. 3. Reg. 4. b

אחיו Ahio, frater eius, vel fratres eius. Filius Abigabaon. 1. Para. 8. c. Filius item Iehiel. 1. Para. 9. f. Filius Abinadab. 2. Reg. 6. a. 1. Para. 8. b

עיון Iion, Ahion, intuitus, aut fons, vel oculus. Nomen vrbis. 3. Reg. 15. d. 4. Reg. 15. f. 2. Para. 16. b

אחירע Ahira, frater, Iniquitatis, ſiue frater ſocii, aut frater paſtoris, vel fratrem cõfringens. Filius Enan, princeps tribus ſuæ Nephthali. Nume. 1. b

אחיחוד Ahiud, Frater laudis vel confeſsionis. Filius Salomi, Princeps tribus. Aſer. Nume. 34. d

אחיהוד Ahihud. Frater vnitatis, ſiue frater acuminis, aut frater enigmatis vel gaudij. Nomen viri. 1. Para. 8. a

אחישר Ahiſar, Frater principis, ſiue frater directionis vel cantici, aut frater inſidians. Præpoſitus domus Salomonis. 3. Reg. 4. a

אחישחר Ahiſahar, Frater auroræ, ſiue frater matutinus, aut frater niger vel nigredinis. Filius Balan filij Iadihel filij Beniamin. 1. Para. 7. c

אחבן Ahban, Ahobban, Frater filij, vel frattis filius, ſiue frater intelligẽtiæ, aut frater ædificans, vel abſcõditus. Filius Abiſur filii Semei filii Onam. 1. Para. 2. c

אחה Ohad, Ahod, Laudans ſiue confitens. Filius Simeonis filii Iacob. Gene. 46. qui. 1. Par. 4. d. dicitur Iarib.

אחוד Ehud, Ahod, Idem filius Balan filii Iadihel filii Beniamin. 1. Par. 7. c

אחוד Ehud, Ahod. Vnitas ſiue gaudium, aut enigma, vel acumen. Nomen viri. 1. Par. 8. a

אחוח Ahoha, Ahoe, Tribulus vel ſpina, ſiue fraternitas, aut hamus. Filius Bela filii Beniamin filii Iacob. 1. Paralip. 8. a

אחוחי Ahohi, Ahohites, Frater viuus, aut tribulus vel ſpina mea. 2. Reg. 23. b. 1. Para. 27. a

אחומי Ahumai, Fratrum aquilarum, vel frater aquarum. Filius Iahath. filii Subal. 1. Para. 4. a

A I

איה Aia, per ℵ Vuitur, vel heu, ſiue vbi eſt? aut inſula eius. Filius Sebeon filii Seir Horræi, Gene. 36. c. 1. Paralip. 1. c. Item pater Reſpha concubinæ Saulis. 2. Reg. 3. b. 21. b

עיא Aia per ע, Aceruus. Ciuitas tribus Ephraim. 1. Paralip. 7. f

אילון Aialon, Ilex vel quercus, aut fortitudo, ſiue ceruus. Nomen ciuitatis conſtructæ à Roboam. 2. Paralipo. 11. b. 1. Para. 8. b. 2. Para. 28. c. Vallis nomen Ioſue. 10. c. Iudic. 1. g. Ciuitas de tribu Dan data Leuitis. Ioſ. 21. b. Ciuitas refugii. 1. Para. 6. f. Filius Sellum filii Sadoc. 1. Para. 6. a. Filius Amaſai, filii Bori. 1. Paral. 6. d. Fuit & altera ciuitas in tribu Zabûlon, vt in. 12. d. cap. Iudic. legimus iuxta Hebræum, Mortuúſque eſt ac ſepultus in Aialon in terra Zabulon.

עית Aiath, Hora, ſiue coaceruatio. Eſt ea vrbs quæ Hebræis vocatur Hai. meminit Iſaias cap. 10. per quã Sennacherib trãſiit oppugnaturus Ieruſalem. Nehem. 7. fit eiuſdam mentio.

עילם Aila, Vrbs quæ Elath dicitur. Vide Elath.

Elam, Ailam, Occultus, aut iuuenis, vel ſeculum. Filius Seſac. 1. Para. 8. c

אילות Eloth, Ailath ſiue Ailoth, Ilices, vel quercus, aut ceruæ, vel fortitudines. Nomen ciuitatis ab Ozia ædificatæ. 3. Reg. 9. d. 2. Para. 8. d. 26. a

עין Ain, Oculus ſiue fons. Ciuitas eſt in termino Iudæ ad orientem, Num. 34. quam tribus Iuda atque Simeonis ſorte accepit, Ioſ. 15. & 19. a. 1. Paral. 5. quæ deinceps Leuitis eſt tradita, Ioſ. 21. b. Iuxta hanc Saul produxit exercitum cõtra Philiſtiim. 3. Reg. 29. Hieronym. Bed hennim dicta.

A L

אלמת Alámath ſiue Alámeth, Occultatio, ſiue iuuentus, aut ſecula: vel ſuper mortem. Filius Becor filii Beniamin filii Iacob. 1. Paral. 7. b. Filius item Iate. 1. Para. 8. d 9. f. Vide Almath.

ἄλκιμος Alcimus, Alchimus, Fortis. G. Nomen ſacerdotis impii. 1 Machab. 7. a

ἀλέξανδρος Alexander, adiutor virorum, vel auxiliator virilis, vel fortiſsimus. G. Nomen regis Macedonum. 1. Mach. 1. a. Marc. 15. c. Fuit & vir quidã qui receſsit à fide, quem Paulus ſatanæ tradidit. 1 Timo. 1. d

נא No Alexandria, Hebraicè dicitur No, & interpretatur crudum ſiue irritatio, aut prohibitio. At Alexãdria Græcè, Latinè dicitur adiutorium virorum, ſiue auxilium virile vel fortiſsimũ. Iere. 46. f. Inter Aegyptum, Africam, & mare quaſi clauſtrum poſita, ab Alexandro magno condita in parte Africæ, teſte Plinio libr. 5. cap. 10.

ἀλεξανδρεῖς Alexandrini adiutores virorum, ſiue auxiliatores viriles, vel fortiſsimi. G. Act. 6. c

ἀλεξανδρεύς Alexandrinus, Idem, G. Act. 11. f. 27. a

עלין Alian, Folia vel excelſus. Filius Sobal. 1. Para. 1. c. qui Gene. 36 c. Aluan dicitur.

ἀλικαρνασσός Alicarnaſſum, Caput maritimæ habitationis. G.

ἀλικαρνασσεύς Alicarnaſſus, Idem. G. Nomen loci. 1. Mach. 15. d

ἄλιμος Alemus, Alimis, Veſtibulum, vel porticus, aut fortitudo. D. Nomen ciuitatis. 1. Mach. 5. c

עלון Allon, Quercus vel fortis. Pater Sephei patris Ziza. 1. Hara. 4. f

עלמת Aleméth, Almath, Occultatio, ſiue iuuentus, aut ſecula vel ſuper mortem. Nomen ciuitatis. 1. Para. 6. c. Filius item Bechor filii Beniamin. 1. Parali. 7. b. Heb. Alémeth. Vide Alamath.

עלמון Almon, Occultum, aut iuuentus, vel ſeculum ipſius, Ciuitas tribus Beniamin, Ioſue. 21. b

חלוחש Alohes, Incantator, aut tacens. Nomen viri. 2. Eſd. 3. c

ἅλφαιος Alphæus, Milleſimus, vel doctus, aut dux. D. Pater Iacobi apoſtoli. Math. 10. a. Mar. 2. b. Luc. 6. c

אלוח Alua, Aſcenſus eius, ſiue præuaricatio ipſius. Ciuitas Idumæorum, Gene. 36. d

עלון Aluan, Superior, vel excelſus: aut Syriacè, peruerſus, filius Sobal, Gene. 36. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

אֲלוּשׁ Alus, Commiſtio ſiue conſperſio. Nomen loci, ad quem deſcenderunt filii Iſrael à Daphca, aſcendẽtes in terram Chanaan, Nume.33.b

A M

עַמְעָה Amead, Amaad, Populus teſtimonii, aut populi trãſitus: vel præda, ſiue populus æternitatis. Ciuitas tribus Aſer, Ioſ.19.b

חַמְדָּתָא Hammedatha, Amadathi, Conturbãs legem, vel mẽſura. Pater Aman, Eſther.3.a

עָמָל Amal, Labor, aut iniquitas. Filius Helem.1.Paralipome.7.g

עֲמָלֵק Amalec, Populus lambens: vel ex Hebræo & Syro, populus percutiens. Filius Elyphaz ex Thamna concubina. Gene.36.b. A quo Amalecitæ.

עֲמָלֵקִי Amaleci, Amalecitæ, Populi lambantes: vel ex Hebræo, & Syro populi percutientes. Nomen populi. Gene.14 a.1.Reg.30.a

Amalecites, Idem.ſ.n.1.Reg.27.c

אַמָּם Amam, Mater ſiue timor eorũ, aut vlna ſiue cubitus eorum nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ioſ.15.d

הָמָן Haman, Aman, Cõturbans aut tumultuans, ſiue præparans. Nomen principis. Eſther.3.a

אֲמָנָה Amana, Fides ſiue veritas, aut credulitas, vel nutrix. Fluuius Damaſci, qui & abana dicitur, 4. Reg.5.d. Eſt & mons Ciliciæ, qui & Amanus dicitur, in quo oppidũ Bonite eſt, hic à Syris (vt Plinius inquit lib.5. cap.22) Ciliciam ſeparat. Huius mentio ſit Cantic.4.c

אֲמַרְיָה Amaria ſiue Amarias, dicit Dominus, aut celſitudo domini: vel ex Syro & Hebræo, Agnus domini. Pater Godoliæ patris Chuſi patris Sophoniæ prophetæ. Sopho.1.a. Filius item Meraioth filii Zaraiæ. 1. Parali.6.a. 2. Paral.31.c

עֲמָשָׂא Amaſa, Populus parcens, ſiue populum tollens, vel populum eleuans. Filius Abigail ſororis Dauid, cuius Amaſæ pater, Iether dicebatur. 2. Reg.17.f.1. Patali,2.b. Filius item Hadali.2. Para.28.b

אֲמַצַי Amaſai, per א in prima, Fortis vel robuſtus. Filius. Bani filii Somer.1.Para.6.d

עֲמָשַׂי Amaſai per ע in prima, Populi munus, vel cum munere. Filius Elcana filii Ioel filii Azariæ. 1. Para.6.c. 12.c. 15.c. Pater item Mahath.2.Para.29.d

אֲמַצְיָה Amazia, Amaſia, ſiue Amaſias, Fortitudo domini. Pater Ioſa principis.1. Para.4. f. Filius Elciæ filii Amaſai.1. Para.6.d. Nomen item ſacerdotis. Amos.7.c. Denique rex Iuda filius Ioas filii Ochoziæ filii Ioram filii Achab. 4.Reg.14.a.1.Para.3.c

עַמַסְיָה Amaſias, Onus domini. Filius Zechri.2.Para.17.d

עַמַשְׁאִי Amaſſai, populi conculcatio, Nomen viri.2.Eſd.11.b

אֲמִתַּי Amitthai, Amathi, verax ſiue timens, aut cubitus, vel famulatus. Pater Ionæ prophetæ. 4.Reg.14.f

הַמְּלֶךְ Amathitis. Idem.d.

Amelech, Rex, ſiue conſiliarius. Pater Ioas.3. Reg. 22.d.2. Paralip.18.f. Fuit & alter quidam, de quo Iere. 36.f.38.b

אָמֵן Amen fiat efficiatur, vel firmum ſit. Deut. 27.c.1. Corint.4.c

אָמִי Ami, Marte, aut timor, ſiue cubitus: vel Syriacè gens. Nomen viri.1.Eſd.2.c

עַמִּינָדָב Amminadab, Aminadab, Populus ſpontaneus, ſiue populus vouens, aut populi princeps. Filius Ram, filii Eſron filii Phares.1. Par.2.b. Pater item Nabaſſon principis tribus Iuda. Nume.1.a.1.Para.2.b. Ruth.4.d

חֲמוּטַל Hamutal, Amital, Calor roris, aut indignatio roris: vel ex Hebræo & Syro, caloris ſui vmbra. Mater Ioachaz filij Ioſiæ. 4.Reg.23.f. Mater item Sedeciæ fratris Ioachaz. 4.Reg.24.d

עַמִּיזָבָד Ammizabad, Amizabad, Populi dos vel dotatio. Nomen viri.1.Para.27.a

עָמָּה Vmma, Amma, Obſcurata ſiue cooperta: aut populus eius, ſiue cum ea. Ciuitas in tribu Aſer, Ioſue.19.b

עַמּוֹנִים Ammonium, Ammanitæ, Populates.
Ammanites, Idem.ſ.n.2. Eſd.2.b.2. Macha.5.a

Ammonith, Ammanitis, Popularis. f.g.3. Reg.14.f

Hammath, Ammath, ciuitas, qnæ & Emath. Vide Emath. Ioſue.19.c

Ammaum, Populus abiectus, ſiue populus obſcuratus. D. Nomen ciuitatis.1. Mach.9.c

Ammiel, Populus dei. ſiue mecum deus. Pater Bethſua matris Salomonis.1. Par.3.b. quæ & Betſabee dicta eſt. Filius item Gemali, Nume.13.a. Pater Machir de Lodabar.2.Reg.9.a.1.Para.26.a

Ammiſaddai, populus omnipotentis, ſiue mecum omnipotens, aut mecum deuaſtator. Pater Ahiézer principis tribus Dan. Nume.1.a

Ammiud Populus laudis vel confeſsionis, ſiue mecum laus vel confeſsio. Pater Eliſama principis tribus Ephraim. Nume.1.a. Pater item Samuel principis tribus Simeon. Nume.34 d. Pater item Tholomai.2.Reg. 13.g.1.Para.9.a

Ammiur, populus libertatis vel foraminis, ſiue populus albedinis.

Ammon populus eius. Viri nomẽ.1.Reg.11.c.& 14. g. Iſaiæ.11.d

Ben Ammi, Ammon: in 19.g. Geneſeos, legendum Ben Ammi: quod interpretatur filius populi mei. Filius Lot ex filia ſua minore.

Ammoni, Popularis Ciuitatis nomen.2.Reg.23.d

Ammonitæ, Idem.p.n.

Ammonitæ.2.Para.26.a, vbi dicitur, Et contra Ammonitas: interpretatur habitacula, ſiue afflicti, aut delinquentes, vel reſpondentes. Heb. Meonitæ.

Ammonites. Popularis.

Ammanioth Ammonitides, Populares. f. g.3. Regum.11.a

Ammonith Ammonitis, Popularis. f. g.2. Paralipo.24.g

Ammon, Fidelis aut verax, ſiue nutritius, vel pædagogus, aut matris filius. Primogenitus Dauid ex Achinoam vxore.2.Reg.3.a.1.Paralip.3.a. Filius Simonis.1. Para.4.c

Amoc, Vallis, aut profunditas. Nomen viri. 2. Eſdræ.12.a

Amon, Fidelis, aut verax, ſeu artifex, vel nutritius, aut pædagogus. Filius Nanaſſe, rex Iuda.4.Reg.21.d.1. Para.3.c.2.Para.33.d. Iere.1.a.25.a. Sopho.1.a. Matt.1.b Princeps item Samariæ ciuitatis.3.Reg.22.d.2.Par.18.f Tertius quidam, de quo Nehem.7.f

Amona, Numerans ſiue præparans, aut multitudo, eius, ſiue tumultus eius: vel Syriacè, veritas. Vrbs in terra Iſraël verſus mare mortuum, quod eſt in parte orientali Iudææ, iuxta quam Gog ſepultus iacet. Ezechie.39.d

Amorrhæi, Amari aut rebelles, vel loquaces. Nomẽ populi trans Iordanem habitantis ad orientem Iudææ. Gene.15.d

Amorrhæus, idem.ſ.n. Filius Chanáan. Gene.10.c

Amos per א in principio, Fortis vel robuſtus. Pater Iſaiæ prophetæ. Iſa.1.a

Amos, per ע in principio, Oneratus, vel onerãs. Propheta vnus ex duodecim. Amos.1.a

Amoſa, Iurgium, vel adinuentio, ſiue azimum aut compreſsio. Nomen ciuitatis. Ioſue.18.d

Amphipolis, Vallata vel circundata ciuitas. G. Ciuitas Macedoniæ, per quam etiam Paulus profectus eſt, de qua Volaterranus lib.8. Geographiæ: primùm Noueuię appellata. Stéphanus Cradennam & Ariadraomum antiquitus vocatam dicit. Alia eiuſdem nominis in Syria apud Ephrátem à Seleuco condita, quã Turmedam Syri vocant. Hæc Raphael Volaterra. lib.8. titulo De Macedonia. Act.17.a

Ampliatus, Latinũ eſt, à verbo Amplio amplias. Paulo amiciſsimus hic fuit. Roma.16.b

Amram, Populus excelſus, vel manipulus eorum, aut cum excelſo. Filius Caath filii Leui. Exod.6.c.1. Paralip.6.a.23.b

Amramitæ,

Amramitæ.Idem.p.n.1.Para.26.e

אֲמְרִי Amri per ʒ, Amarus, vel loquens, siue exaltatio: aut Syriacè, aries. Pater Zacchur. Nehem.3.a

עָמְרִי Amri, per ʒ, Manipulus, vel dominium, siue populus rebellis vel amarus. Princeps militiæ super Israël, rex tãdem constitutus.3. Reg.16.d.Mach.6.d.Pater Athaliæ matris Ochoziæ filij Iotam, 4. Reg.8.g. Filius Bechor filij Beniamin filij Iacob.1.Para.7.b

אַמְרָפֶל Amraphel, Loquens ruinam, aut loquens occultum, vel loquens iudicium. Rex Sennáar. Gene.14.a

אַמְצִי Amzi, Amsi. Fortis vel robustus. Nomen viri.2.Esdræ.11.b

חֲמְחָאר Hamethoar, Amthar, species, siue forma, vel figuratus, vel depictus, siue mortem maledicens. Nomen loci Ios.19.s

A N

עָנָה Ana, respondens, vel cantans, siue affligens, vel pauper. Pater Oolibama vxoris Esau. Gene.36.a. Filius itẽ Sebeon filij Seir Horræi. Gene.36.c.1.Para.1.c

חֲנָע Ana commotio vel motus. Nomen idôli.4.Reg.18. g.19.c.Isa.37.c

עֲנָב Anab. Vua: aut Syriacè, nodus. Nomen ciuitatis siue montis. Iosue.11.d.15.f

אֲנָחָרַת Anaharath, Ariditas, aut incensio, vel ira, siue hinnitus, aut rocedo: vel Syriacè, suffocatio. Ciuitas in tribu Issachar. Iosue.19.b

עֲנַמֶּלֶךְ Anamelech, Responsio aut canticum Regis, siue afflictio vel Paupertas regis vel consiliarij. Deus Cepharuaiim.4.Reg.17.f

עֲנַמִּים Anamim, Fons siue oculus aquarum, aut responsio vel afflictio, seu canticum aquarum. Filius Mesràim. Gene.10.b.

עָנָן Anan, Nubes, siue augurium, aut diuinatio. Nomen viri, Nehem.10.a

עֲנָנִי Anani, nubes, siue auguratio aut diuinatio. Filius Elioenai filij Naariæ.1. Para.3.d

עֲנָנְיָה Anania, siue Ananias, Nubes domini, aut diuinatio domini. Nomen vnius ducis regis Oziæ.2. Parali.26.b Nomen etiam ciuitatis, in qua filii Beniamin habitarũt post Babylonycam captiuitatem. 2. Esd. 11.d. Nomen item viri cuiusdam, de quo Actorum.5.a

עֲנָת Anath, responsio, siue canticũ, aut afflictio, siue paupertas. Pater Samgar iudicis Israël. Iudicum.3.d

עֲנָתוֹת Anathoth, Idem.p.n. Ciuitas quæ tribus miliaribus distat à Ierusalem. Isa.10.g. Ios.21.b. item filius Bechor filij Beniamin filij Iacobi.1.Para.7.c

עֲנְתוֹתִיָּה Anathothia, Responsiones, vel cantica domini, aut afflictiones vel inopiæ domini. Filius Sesac.1. Paralipom. 8.c

עֲנְתֹתִי Anathoti, Anathothites, Responsio, siue canticum: aut afflictio siue paupertas. Iere.29.f

ἀνδρέας. Andreas, virilis, vel fortissimus. G. Nomen Apostoli Matt.4.c.10.a. qui ante vocationem suam discipulus erat Ioannis Baptistæ. Ioan.1.f

ἀνδρόνικος. Andronicus, vir victoriosus. G. Nomen viri.2.Machab.4.c.Rom.16.a

עָנִם Anem, Responsio aut canticum eorum, siue afflictio vel paupertas eorum: aut Syriacè, ouis eorum. Nomen ciuitatis.1.Para.6.g

עָנֵר Aner, Responsio aut canticum lucernæ, siue affligẽs lucernam. Frater Mambre. Gene.14.b. Nomen item ciuitatis in tribu Manasse.1.Para.6.f

עֲנִי Ange, Gratiæ, siue misericordiæ vallis. D.

עָנִי Vnni, Ani, Responsio siue canticum, siue afflictus vel pauper. Nomen sacerdotis.1.Para.15.b

עֲנָיָה Anaiah, Ania, Responsio aut canticũ domini, siue afflictus vel pauper domini. Nomen viri.2.Esd.8.a

עַנְיָם Aniam, Ego populi, siue nauis populi, aut dolor, siue fortitudo populi. Filius Samidæ filij Galaad filij Machir filij Manassæ.2.Para.7.d

עֲנִים Anim, Respondentes siue cantantes, aut afflicti siue pauperes. Nomen ciuitatis. Ios.15.f

חַנָּה Hanna, Anna, Gratiosa, siue misericors, aut requiescens, vel donans. Altera vxor Elcanæ.1. Reg.1.a. Heb. Hanna. Nomen item prophetissæ cuiusdam filiæ Phanuel, de qua Luc.2.e

Annas, Affligens, vel humilians, aut respondens. D. Nomen pontificis Iudæorum soceri Caiphæ etiam põtificis. Ioan.18.c. Luc.3.a. Acto.4.a

עָנוּב Anub, Anob, Vua: aut Syriacè, nodus. Filius Cos.1. Para.4.b

Antilibanus, Excelsus mons ad septentrionem Iudææ ex aduerso Libani: de quo Plinius lib.5. cap. 20. à quo omnis regio supra Libanum ad orientalem plagã respiciens, Antilibanus appellatur citra regionem damasci, quæ cecidit in sortem tribus Manasse. Quibusdam videtur non esse montem proprium à Libano, sed iugum aut cornu in occasum brumalem protensum, iunctum huic circa Cæsaream Philippi, tanta verò magnitudine, vt mons proprius iustè, appellari possit.

ἀντιοχεία. Antiochîa, pro vehiculo, vel curru, id est loco currus: siue contra vehiculum vel currum. G. Antiochiæ duæ sunt clarissimæ ciuitates: altera Syriæ Cœles, aliàs Emath. Zach.9.a. dicta. in hac discipuli primùm cœperunt dici Christiani, Act.11. in qua Barnabas & Paulus sunt ordinati, Act.3. De hac multa Procopius lib. 1. de bello Persico, Strabo in 15. Altera Pisidiæ prouinciæ, de qua Plinius in 5. cap.27. Strabo lib.12. in hac Paulus & Barnabas prædicarunt, Acto.13. Gal.2.

ἀντιοχεῖς. Antiocheni idem.p.n.G.

ἀντιοχεύς. Antiochenus, Idem.f.n.G. Acto.6.

ἀντίοχος. Antiochus, Idem quod Antiochia. G.

ἀντίπας. Antipas, Pro omnibus, vel contra omnes. G. Apocalyp.2.d

ἀντίπατρος. Antipater, Pro patre, vel contra patrem. G. Filius Iasonis.1.Mach.12.c

Antipatris Palæstinæ ciuitas nunc dirua, quam Herodes rex Iudææ ex patris sui Antipatris nomine vocauerat. de hac Raphael Volater. lib.11. Geographiæ, ad hanc Paulus ductus est captiuus, Act.23.g

A O

אֲחוּד Ehud, Aod, Laudans, siue confitens. Filius Gera filij Iemini. Iudicum.3.b

A P

ἀπάμεια. Apamea siue Apamia, Expellens vel abigens. G.

אַפַּדְנוֹ Apedno, Ornamentum eius, siue ira iudicij eius. Nomen loci Danielis.11. g. Munstherus interpretatur palatium suum.

ἀπελλῆς. Apelles, Expellens vel abigens. G. vir commendatus à Paulo, Rom 16.b

חַפָּרַיִם Aphara, Vacca, siue frugifera, aut accrescens, siue irritans. Vrbs tribu Beniamin, Iosue.18.d

אַפַּרְסַתְכֵי Apharsathchæi, Apharsathachæi, Diuidentes siue dilacerantes pauones. Populi nomen.1.Esd.4.b

אַפַּרְסָכְיֵא Apharsechæi Apharsachæi, Diuidentes, siue dilacerantes.1.Esd.5.b.6.b

אַפַּרְסָיֵא Apharsæi, Idem. Populi.1.Esd.4.d

אֲפֵק Aphec, siue Apheca, Pelagus vel fortitudo, aut vigor: vel Syriacè exitus. Vrbs in tribu Iuda. Iosue.13. d. Terminus Amorrhæorum supra Iordanem in sorte tribus Ruben, Iosue.13. f. Hieronymo in locis Hebraicis vsque ad suam ætatem, Castellũ grande Apheca nomine, iuxta oppidũ Palesthinæ. Vrbs præterea in tribu Aser, iuxta vicum Esron ciuitatis Iezrael vbi dimicauit Saul in sorte Aser: & vbi Philistiim contra Israel posuerunt castra. 1. Regum 4.a. & 29.a. eò loci Benadab Rex Syriæ vincitur.3.Regum.20.d

אֲפִיחַ Aphia, Flans, vel exufflãs, siue loquẽs, aut illaqueans. Filius viri Iemini.1.Reg.9.a

Aphrica iuxta Geographos, maxime Plinium in prologo tertii, tertia orbis pars est, inter Asiam & Europam ad austrum sita, incipiens ab Aegypto, & in Gaditano

ditano freto desinit,in qua populi habitant Mauri,Getuli,Numidæ,Garamátes,& Carthago vrbs. Mare quo cingitur Aphrica, à Septentrione Libycum,à meridie Aethiopicum, ab occidente Atlanticum dicimus:testis Pomponius Mela lib.2. vide Plinium lib.5. cap. 4. historiæ mundi. Strabo.lib.2. geographiæ. Hæc Aphrica eadem quoque Lybia dicitur, Plinio teste in prologo quinti lib. Cuius regionis Nahum.3.fit mentio,& alibi sæpe in scripturis.

פוּל Aphrica, Isa.66. f. in Hebræo dicitur Pul: & interpretatur casus vel ruina,aut faba.

פּוּט Aphrica, Nahum.3.in Hebræo est Put:& interpretatur Crassa vel pinguis.Syrum est.

חַפְצִי Aphses Comminuens,vel eripiens,aut aperiens,aut destruens.Nomen viri.1.Para.24.b

ἀποκάλυψις Apocalypsis. Reuelatio.G.

ἀπολλὼν ἀπολλὰς ἀπολλωφάνης Apollo Perdens, vel destruens. G. Vir quidam Alexandrinus.Acto.18.f.

Apollophanes, Perditionem vel destructionem ostendens.G.Nomen viri 2.Mach.12.g

ἀπωλεία Apollonia, Perditio vel destructio. G. Ciuitas Macedoniæ per quã Paulus profectus est. Act.17.a. Achedoro tantum fluuio à Thessalonica diuisa. Volater.lib. 8.geograph.Est & altera in prouincia Aphricæ,quæ dicitur Pentapolis.

ἀπολλώνιος Apollonius, Perdens vel destruens. G. Nomen viri quem occidit Iudas Machabæus.1.Mach.3.a

ἀπολλύων Apollyon Exterminans,vel perdens, aut destruens. G.Apoc.9.c

ἀπόστολος Apostolus,Missus.G. Sic vocauit illos Christ⁹ quos misit ad prædicandum euangelium suum.Luc.6.c

אַפַּיִם Apphaim, vult⁹ vel facies,aut furores, siue nares,vel pistores.Filius Nadab filij Semei filij Onã.1.Para.2.d

ἄπφια Apphia,Producens vel pullulans.G.Nomen fœminæ,ad Phile.a

Apphus, Indignationis consilium, aut volans consilium,vel scrutator.D.Filius Mathathiæ filij Ioannis.1. Mach.2.a

Appij forum, Hieronymus putat fuisse nomen fori Romani,ab Appio quondam consule appellatũ:à quo & via Appia cognominata fuerit. Verùm Appij forum oppidum fuit longius à Roma quàm Aricia distans: quod Horatius lib.1.Serm. Saty.5.ostendit his verbis.

Egressum magna me excepit Aricia Roma.
Hospitio modico,rhetor comes Heliodorus,
Græcorum linguæ doctissimus,inde forum Appi
Differtum nautis,cauponibus atque malignis.
Ad hanc vrbem Paulus venit, quum duceretur Romã. Acto. 28.d

A Q

אַמָּה Amma aquæ ductus. Collis in tribu Beniamin, iuxta Giah,& Gabaon,vbi Asael frater Ioab confossus fuit ab Abner.2. Reg.2.f

ἀκύλας Aquila,Latinum est. Vir Iudæus ex ponto. Act.18.a

A R

עָר Ar, Suscitatio, siue vigilia: aut euacuatio, vel denudatio, seu ciuitas, aut æmulus. Principalis vrbs Moabitarum,ad Arnon sita.Deut.2.b.d.f.Isa.15.a Nume.21.d.& f

הָרָא Hara, Ara, Mons,aut prægnans, siue demonstratio. Vrbs Assyriorum, cuius recordatur liber primus Paralip.5.d.Hieronymus in quæst. Heb.ipsam Rages esse scribit Medorum ciuitatem,de qua Tob.1.

אָרָא Ara,maledicens,aut videns. Filius Iether.1. Par.7.g

חֲרַחַס Harehas, Araas, Ira, vel calor confidentiæ siue protectionis, Pater Thecue patris Sellũ mariti Oldæ prophetidis4. Reg.22.c.qui 2. Para.34.c.dicitur Hasra.

עֲרָב Arab, Araba, Insidians, vel multiplicans: aut fenestra siue locusta. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Iosue.15.f

ἀράβα Araba,Idem.D.Nomen viri.1.Mach.14.d

Arabathane, Insidiatio soris, aut fenestræ vel locustæ fortitudo vel domum:aut multiplicatio fortitudinis vel doni. D.Nomen ciuitatis.1.Mach.5.a

עַרְבִים Arbim, Arabes, Vespertini, aut fideiussores, siue suaues,aut campestres,vel corui,aut salices, vel mystiones.2.Para.26.a

Saba, Arabes. Psal. 71. id est cõuersio, siue captiuitas aut canities,vel Sessio. Act.2. b

Ereb,Arabia, Vespera,aut vespertina,vel fideiussio, siue suauitas:aut coruus,siue coruina, seu desertum,vel salix,aut commista. Regio Asiæ maioris inter Iudæam & Aegyptum, Casio monte nobilis,quem Sinam esse affirmant. De hac plura Plinius lib. 5.cap.11. & lib.6. cap.28.Ptolemæus lib.5.cap.17.Strabo lib.16.Pomponius Mela in 2.Hæc Hieronymo authore gentes habet multas,Moabitas, Ammonitas,Idumæos, Sarracenos, aliósque quamplurimos.Eze.27.huius fit mentio.Arabum regionem triplicem fecit Ptolemæus, Petream Arabiam eam nominat, quæ supra Palesthinã ad Cassium montem & Mare Rubrum excurrit. Nomen habet à Petra vetustissimo oppido. Hanc Arabiam Strabo in 16.Nabathæam vocat.Altera Arabia deserta,quæ Fœlici à meridie, à Septentrione, Syria & Mesopotamiæ parte finitur, vt Ptolemæus lib. 5. cap.19. scribit. Hanc Scenitem & Arabas illic Scenitas, id est vagos Nomades, & in tabernaculis habitantes nominat: Plinius lib. 5. cap. 11. & 24. Strabo lib. 16. Tertiam Ptolemæus lib.6. cap.8.Fœlicem nominat,diuitem, & beatæ cognominæ inclytam, quæ peninsulæ forma inter Persicum & Arabicum sinum in meridiem tenditur: de qua plura Pomponius Mela lib. 3. Geograph. Græcis(vt habet ille) εὐδαίμων appellatur, id est fœlix, quòd sit thurifera,odores creans.hæc aliàs Sabea dicta est,Iob.1.Psal.72.In hac Paulus prædicauit. Galat.1.

Seba vel Saba, Arabia Psal.71. in Hebræo est Saba,id est conuersio siue captiuitas,aut canities,vel Sessio.

Arubboth, Araboth, Cataractæ siue fenestræ,aut insidiæ vel locustæ. Nomen ciuitatis.3. Reg.4.a.2.Pa.9.d

Arbi, Arabs,Vespertinus,aut fideiussor,vel suauis,siue cãpestris,aut coruus,vel salix, seu mistio.2.Esdr.2.d

Arci, Aracæus, Neruus:aut Syriacè, fugitiuus. Filius Chanaan. Gene.10.c.qui Arcas oppidum condidit cõtra Tripolim in radicibus Libani situm.

Erech, Arach,longitudo, siue medicina, vel sanitas, Ciuitas in qua regnauit Nemrod. Gene.10.b. Hanc & Edessam vocari testatur Hieronymus.

Arci,Arachites,Longus vel procerus:siue sanans,aut medicina.2.Reg.15.g

Arad Onager:aut Syriacè,draco. Ciuitas Amorrhæorum ad sortem Iuda pertinens,ad austrum solitudini Cades vicina,in qua habitauerũt filij Obab soceri Mosi in medio Israëlis. Refert Hieronymus in locis Hebraicis, vsque ad suam ætatem ostendit villam ab oppido Malatis quarto lapide,ab Hebron. 20. Nume.21. Iudicum.1.d

Aruadi, Aradius, Maledictionis abundantia,aut descendens,vel imperans,Filius Chanaan. Gene.10.c

Aruad, Aradius, Ezech.27.b.Imperans, aut descendens.

Arado,Stupor, aut tremor,siue descensio, vel dominium.D. Nomen loci.1.Mach.15.d

Aram,Celsitudo,aut sublimitas,seu decipiens,aut maledictio eorũ.Filius Sem.Gene.10.d.à quo Armenij siue Syri Græcis. Gene.22.d.Nume.23.a.1.Para.2.c.Vide Syria.Filius item Somer filij Heber.1. Para.7.g

Ram, Aram,Filius Esron filij Phares,Ruth.4.d. Mat. 1.a.& Luc.3. g.interpretatur excelsus, vel sublimis, aut proiiciens.

Arama,Excelsa,siue sublimis: aut vermis,siue proiiciens.Ciuitas tribus Nephthali.Ios.19.c.

Haran,Aran, Mons siue montanus,aut prægnans siue conci-

ue concipiens, vel cantans, aut præco. Filius Thare patris Abraham. Gene. 11. 1. Para. 23. a

עֵרֶן Aran, Area, siue exultans, aut maledictio eorum. Filius Disan filij Seir, & nepos Iotameel primogeniti Esron. Gene. 36. ca. 1. Paralip. 1. c. 2. c. vbi dicitur, Et Buna, & Aran.

רְפָה Harapha, Arapha, Medicina, siue relaxatio. aut gigantis, vel montis os, scilicet ab ore, aut mons hîc, id est in hoc loco. Nomen viri. 2. Reg. 21. c.

אֲרָרָט Ararat, Maledictio tremoris: aut ex Hebræo & Syro, maledictio siue lux cutrētis. Est regio Armeniæ, aut ipsa Armenia. 4. Reg. 19. g. Isa. 37. g. Mōs est iuxta Boccatium maioris Armeniæ.

הָרָרִי Harari, Arari, siue Ararites, Montanus.

אַרְרִי Arari, Ararites, Maledictus, siue maledicens. 2. Regum 23. d.

ἀρβαττος Arbattos, Arbattis, Fideiussor, vel suauis, aut mistus, vel vespertinus, siue planities. D. 1. Macha. 5. c

עַרְבָתִי Arbati, Arabathites, Idem. 2. Reg. 23. d

אַרְבַּע Arba, Arbee, Quatuor, siue accubatio. Nomen ciuitatis, quæ & Hebron & Mambre dicitur. Gene. 23. a. 35. d

אַרְבֵּל Arbel, Arbella, Suscitatio vetustatis, siue insidians ei, vel multiplicans eam, siue locusta eius. D. Terminus Iudæ, ortum solis aspiciens, de quo Hieronymus in locis Hebraicis, Est vsque hodie vicus Arbel trans Iordanem in finibus Pellæ ciuitatis Palæsthinæ. Et alius hoc vocabulo in campo prægrandi distans ab oppido Legionis milibus nouem. Hæc Hieronymus. Strabo. lib. 16.

אַרְבִּי Arbi, Locusta, vel fenestra: siue insidiator, aut multiplicans. Nomen loci. 2. Reg. 23. d

ἀρχέλαος Archelaus, Princeps populi. G. Filius Herodis illius qui innocentes occidit, rex Iudææ. Matt. 2. d

אַרְכִי־ עֲטָרוֹת Archi-ataroth, Longitudo coronarum vel circulorum, aut sanitas vel cicatrix corornatum vel circulorum. Nomen loci. Ios. 16. a. limes terræ Ioseph.

ἄρχιππος Archippus, Princeps vel præfectus equorum. G. Nomen viri. Colos. 4. d. ad Philem. a

ἀρχιτρίκλινος Architriclinus, Princeps triclinij, id est trium mensarum. G. Ioan. 2. b

עֲרְדוֹן Ardon, Imperans, siue descendens, aut maledictionis iudicium. Filius Caleb ex Azuba vxore. 1. Para. 2. c.

אֹרַח Arah. Area, via, siue semita, aut viator, vel odorans, siue annona, id est diurna portio. Nomen viri. 1. Esdræ 2. a. 1. Esd. 6. d

חַרְבָּה Arebba, Magna, siue multa, aut proiiciēs, vel litigiosa, siue mons in ea. Nomen ciuitatis. Ios. 15. g

חֲרָכוֹן Haracon, Arecon, Vacuus, siue mons lamentationis: vel mons possessionis. Nomen ciuitatis. Ios. 19. c

אָרַד Ared, Imperans, siue descendens. Filius Beniamin. Gene. 46. c

אֹרַח Arah, Aree, Via, siue semita, aut viator, vel odorans, siue annona, id est diurna portio. Filius Olla. 1. Paralip. 7. g

אֲרְאֵלִי Areli, Altare, siue lux Dei, aut visio Dei. Filius Gad filii Iacob. Gene. 46. b. qui & Ariel dicitur.

ἀρεοπαγίτης Areopagites, Areopagita, De colle Martis. C. Actorum. 17. g

ἄρειος πάγος Areopagus, Collis Martis. G. Autore Stephano de vrbibus, promōtorium Athenis clarissima Græciæ vrbe fuit, in quo iudicia necis ferro factæ exercebantur: sic appellatus, quasi dicas vicum Martis. nam & Iuuenalis Curiam Martis appellat. qua de re Augusti. lib. 8. de ciuitate dei. cap. 10. Valer. Maxi. lib. 2. cap. 1. de institutis antiquis. Vnde & Areopagitæ iudices seueriſsimi ac innocentiſsimi dicti sunt.

ἄρετας Aretas, Virtuosus, aut placidus. G. Socer Herodis Tetrarchæ, Arabiæ Petreæ & Damascenæ ciuitatis dominus. 2. Mach. 5. b. 2. Cor. 11. g

אֲרוּכָה Arasna, Areuna, Arca, vel canticum, siue exultatio: aut lux nostra, siue maledictio nunc. Viri nomē. 2. Regum. 24. c. qui. 1. Para. 21. c. dicitur ornan.

אַרְגֹב Argob, Gleba, vel glarea, aut maledictio putei vel dorsi, siue lux altitudinis. Nomen regionis Basanitidis. Deut. 3 b. 3. Reg. 4. b. 4. Reg. 15. e. quæ in sortem dimidiæ tribus Manassæ cecidit, vocata terra Raphaim.

אֲרִידַי Aridai, Leo abundans, aut maledictionis abūdantia. Filius Aman filii Amadatha. Ester 9. b

אֲרִידָתָא Aridatha, Leonis lex, siue maledictionis lex vel ritus. Filius Aman filij Amadatha. Est. 9. b

אֲרִיךְ Arie, Leo, siue lux domini. Nomen loci. 4. Reg. 15. e

אֲרִיאֵל Ariel, Altare, siue leo dei, aut lux dei. Capite 29. a Isaiæ, accipitur pro ciuitate Ierusalem, in qua altare holocausti. In 43. c. verò Ezechielis, altare holocausti significat. Est item nomen viri. 1. Para. 11. e

אַרְאֵל Arheli, Ariel, altare siue lux dei, aut visio dei. Nomē viri. Nume. 26. b

אַרְאֵלִי Arheli, Arielitæ, Idem. p. n. Num. 26. b

רָמָתַיִם Aramathaim, Arimathæa, Leo mortuus domino, vel lux mortis domini. D. Nomē ciuitatis. Matth. 27. g. Vide Ruma.

אֲרִיוֹךְ Arioch, Longus vel procerus, siue satietas vel ebrietas tua, aut leo tuus. Rex Ponti. Gene. 14. a

אֲרִיסַי Arisai, Sponsus: aut Syriacè, colonus siue venenum. Filius Aman filij Amadatha. Esth. 9. b

ἀριστάρχος Aristiarchus, Optimus princeps. G. Nomen viri Macedonis Thessalonicensis. Actorum 19. f. 27. a. Colossen. 4. B.

ἀριστόβουλος Aristobolus, Optimus consultor, vel optimum cōsilium. Magister Ptolemæi. 2. Machab. 1. b. Roma. 16. b

Armageddon, Mons euangelij vel euangelisationis, aut mons pomorum, vel fructuum, scilicet electorum. D. Nomen loci. Apoc. 16. d

אֲרָרָט Ararat, Armenia, & interpretatur maledictio tremoris: aut ex Hebræo & Syro, maledictio siue lux currentis. Nomen regionis, super cuius montes requiescit arca Noe. Gen. 8. a. Dicitur & Aram, ab Aram filio Sem.

אַרְמִי Arati, Armenij, Idem.

חַרְמוֹן Harmon, Armon, Malum granatum, vel mons numerationis, aut mons præparationis, siue mons doni siue muneris. Nomen montis. Amos 4.

אַרְמוֹנִי Armoni, Aula, siue palatium, aut maledictio numerationis, vel præparationis, aut luminis munus. Filius Saul ex Respha. 2. Reg. 21. b

אַרְנָן Arnan, Exultans, siue arca eorū, aut lux filij: vel lux aut maledictio, permanens vel æterna. Filius Raphaiæ filij Iesciæ filij Phaltiæ. 1. Para. 3. d

אַרְנוֹן Arnon, Idem. Fluuius est Moabitarum, qui Iosepho lib. 4. antiquit. Iudaic. cap. 4. de montibus Arabiæ fluit, ac per totā solitudinē labens in Asphalthiten lacū erumpit, seiungens Moabitiden & Ammonitida. Hieronymo verò est rupes excelsa in limite Amorrhæorum & Moabitarum. Nume. 21. c. Deut. 2. c. g. Iosue. 12. & 13. c. Iudic. 11. c. Iere. 46. Est etiā Arnon ciuitas Moabitarum, & deinceps Seon regis Amorrhæorum. Nume. 21. Ios. 12.

אֲרוֹד Arod, Imperans siue descendens. Filius Gad filij Iacob. Nume. 26. b

עֲרָד Arad, Arod, Onager: aut Syriacè, draco. Filius Beriæ 1. Para. 8. b

אֲרוֹדִי Arodi, Imperantes siue descendentes. Filius Gad filij Iacob. Gene. 46. b

Aroditæ, Idem. Nume. 26. b

Arodites, Idem. 2. Reg. 23. d. vbi nunc Ararites legimus iuxta quorundam exemplariorum Hebraicorum lectionem.

עֲרֹעֵר Aroer, Myrica, siue suscitatio vigiliæ, aut vigilia vigiliæ, vel denudatio pellis, aut denudatio æmuli. Vrbs Moabitarū sita super ripā torrentis Arnon, extructa à filiis Gad. Deut. 2. Ios. 12. & 13. c. Ier. 46. Est cōtra Rabbath. Ios. 13. c. cessit tribui Gad. Iudic. 11. fit eius mentio 1. Reg. 30. g. 2. Reg. 24. Num. 21. 32. 33. 4. Reg. 10. Alia est in agro Damasceno, cuius meminit Isaias cap. 17. a

Harari,

Universidad de Deusto
Biblioteca

חֲרָרִי Harari, Arotites, Montanus. 1. Para. 11. f

אַרְפַּד Arphad, Lux redemptionis, aut sternens, scilicet aliquid ad reclinandum. Nomen insulæ in Phœnicia sita non longè à Damasco, Plinius lib. 5. cap. 31. Pōpo. Mela lib. 1. Ezech. 27. Isa. 10. b. 4. Reg. 18. g. & 19. Iere. 49.

אַרְפַּכְשַׁד Arphaxad, Sanans, vel laxans quasi deprædationem aut quasi mamillam: vel laxans aut sanans sicut dęmon. Filius Seni, Gene. 10. c. Lucæ 3. g. à quo Chaldæi.

אַרְצָא Arza, Arsa, Terra, siue voluntas, aut cursus, siue maledictionis. exitus. Nomen præfecti ciuitatis Therſæ. 3. Reg. 16. c

ארסאס. Arsaces, Eleuans scutum, aut eleuatio scuti. G. Nomen viri. 1. Mach. 15. d

ארתבא. Artaba, Genus est mensuræ. Danie. 14. a. D.

אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא Arthasastha, Artaxérxes, Lumen siue maledictio, silentiū vel festinationem ponens, aut feruor lætitiæ, Generale nomen est (vt Lyrano & Metasteni Persæ placet) regum Persarum, quemadmodum Cæsar, Romanorum imperatorum. 1. Esdr. 4. b

אַרְתַּחְשַׁסְתָּא Arthahsatha, Arthaxérxes, Luminis siue maledictionis silentium, vel festinationem persuadens, aut feruor direptionis. 1. Esd. 4. d. 7. & 8. Nehe. 2. 5. & 13.

ארתמן. Artéman, Integer, vel incolumis, aut venustus. G. Nomen viri. Tit. 3. c

חָרוּם Harum, Arum, Excelsus siue sublimis, aut separās, siue proiiciens. Pater Aharehel. 1. Para. 4. b

A S

אָסָא Asa, Medicus aut sanans. Syrum est. Filius Abiam regis. 3. Reg. 15. b. 1. Paralip. 3. c. Filius item Helcana. 1. Paralip. 9. c

עֲשָׂהאֵל Asahel, Fecit deus, siue factura dei. Filius Saruiæ. 2. Reg. 2. d. Frater item Ioab. 2. Regum 23. d 1. Paral. 2. b 2. Paralip. 31. c

עֲשָׂיָה Asaia, Fecit dominus, siue factura domini. Seruus Iosię regis. 4. Reg. 22. c. Nomen item principis. 1. Para. 4. f 6. c. 9. a. 15. a

חֲצַלְלְפּוֹנִי Hazlelponi, Asalelphuni, Vmbra vel submersio vultus, aut sonitus vel tinnitus vultus. Filia Etam. 1. Paralippom. 4. a

אֲצַלְיָהוּ Azaliahu, Asalia, Propè dominū, siue ablatio vel separatio domini. Pater Sapham scribæ. 4. Reg. 22. a

עָשָׁי Asan, Fumus, aut fumigans. Nomen ciuitatis. Ios. 15. f 19. a 1. Reg. 30. g. 1. Para. 4. e. f. & 6. e

הַסְנָאָה Hasenua, Asana, Rubus: aut Syriacè, inimicus. Pater Odnia. 1. Para. 9. b

אָסָף Asaph, Congregans, siue colligens, aut finiens. Filius Barachiæ filij Samua. 1. Paralip. 6. c. Pater item Zechri. 1. Para. 9. c

אַסַּר־חַדֹּן Esar-haddon, Asar-haddon. Ligans acumen, vel lætitiam: aut Syriacè, prohibens nouitatem vel vnitatem. Filius Sennacherib, qui post eum regnauit. 4. Reg. 19. g. Isa. 37. g

אסרגמל. Asaramel, Beatitudo populi Dei, aut vestigium circunciſionis. D. Nomen loci. 1. Mach. 14. d

אַשַׂרְאֵלָה Asarela, Beatitudo dei, aut intuens fortem vel quercum, siue gressus dei. Nomen viri. 1. Para. 25. a

חַצְבַּיִם Hasbaim, Asbaim, Damulæ, vel pulchritudines, siue militiæ. Nomen viri. 2. Esd. 7. e

אַשְׁבֵּל Asbel, Asbel, Ignis vetustatis, aut ignis defluens vel décidens. Filius Beniamin. Gene. 46. c. qui 1. Parali. 7. b Iadiel dicitur.

אַשְׁבֵּלִי Asbeli, Asbelitæ, Idem. p. n. Nume. 26. c

אַשְׁקְלוֹן Ascelon, Ascalon, Appēsio vel statera, siue ignis infamiæ. Ciuitas ampla Palæsthinæ, siue vt Iosephus habet lib. 5. cap. 3. Iud. antiqui. superioris Idumææ, quam Indas expugnauit. Iudic. 1. Vbi Samson triginta viros percussit. Iud. 14. quæ à conditore Ascalo Hymenęi filio id nominis, Stephano teste, inuenit. Hæc secundum Egesippum lib. 3. cap. 4. septingentis viginti stadiis ab Hierosolyma distat. De qua Volater. lib. 11. Ceog. Ios. 13. Iere. 25. Amos 1. Sopho. 2. Zac. 9. Ab hac reguli Philistinorum Ascalonitæ appellantur. Iudic. 3.

Ascalona, Idem. D. 1. Mach. 10. g

אשקלוני Asceloni. Ascalonitæ, Idem p. n. Populi nomen. Iosue 13. a

אשכנז Ascenez, Ignis quasi distillans, vel quasi aspergens. Filius Gomer. Gene. 10. a. Populi itē quos Græci Rheginos vocant. Iere. 51. c. secundum Ioseph. Eusebio autem, gentes sunt Gothicæ.

מעלה עקרבים Ascensus scorpionis. Heb. Maale acerabbim. Locus tribus Iudæ. Ios. 15. a. Iudic. 1. g. de quo Hieronymus in locis Hebraicis, qui cōfinium Amorrhæorum Acrabitenen dictum refert.

חֲזְבַּיִם Hazbaim, Asebaim, Damulæ, siue pulchritudines, aut militiæ. Nomen viri. 1. Esd. 2. c

אשדות Asiloth, Asedoth, Effusiones, siue decliuia, aut campestria, vel deprædationes. Nomen regionis & ciuitatis in tribu Rubē, vrbs Amorrhæorū. Ios. 10. g. 12. a. 13. c

אֶצֶל Asel, Prope, aut iuxta, siue ablatio vel separatio. Filius Elasa, filij Rapha. 1. Para. 8. d. 9. g

אָסֶם Asem, Os ab osse: aut fortitudo: aut clausura, scilicet oculorum: vel lignum eorum. Nomen ciuitatis. Iosue 19. a

אֶשְׁמוֹנָה Asmona, Asemona, Os nunc, ab osse: siue fortitudo nostra, vel clausura nostra, siue lignum vel consiliū numerantis vel præparantis. Vrbs tribus Iudæ. Ios. 15. a

אסנה Asena, Periculum, siue infortunium, vel rubus. Nomen viri. 1. Esd. 2. c

עשנה Asena, Mutatio vel duplicitas, aut dormitatio, siue ignis nunc. Nomen vrbis in tribu Iuda. Ios. 15. e

אסנפר Asenaphar, Periculum siue infortuniū tauri, aut periculi incrementum. Nomen viri. 1. Esd. 4. b

אסנת Asnath, Aseneth, Periculum siue infortunium, Filia Phutipharis vxor Ioseph. Gene. 41. f. 46. c

אסיר Asir, Aser, Vinctus, siue incarceratus: aut Syriacè, prohibitus. Filius Caath filij Leui. 1. Para. 6. a. siue filius Core filij Isaar filij filij Caath. Exod. 6. d

אשר Aser, beatitudo siue felicitas. Octauus filius Iacob ex Zelpha ancilla Lię vxoris suæ. Gene. 30. b. Nomen item loci. Ios. 17. b. 3. Reg. 4. b

אשרות Aseroth, Nemora, siue loci, aut beatitudines, vel insidiæ, siue gressus. Nomen idoli. Iudic. 3. a

אשחור Ashur, Assur, Denigratus, siue ignis libertatis, vel albedinis, aut foraminis. Filius Esron filij Phares, ex Abia vxore. 1. Para. 2. c. Pater item Tecuæ. 1. Para. 4. a

אסיא. Asia, Limosa, vel cœnosa. Minor pars Asiæ, quæ tertia pars orbis censetur: ista continet prouincias, Phrygiam, Pamphiliam, Ciliciam, Lycaoniā, Galatiam, Cariam, & alias, Ephesum quoq; specialiter. hęc præter orientalem partē, qua ad Cappadociam Syriamq; progreditur, vndiq; mari est circūflua. Hanc suspicātur hodie Turciam dici. Author Hieronymus. huius multa fit mentio in Actis apostolorum, & epistolis Pauli.

אסיאנוי. Asiani, Limosi, vel cœnosi. G. Act. 20. a

יסיאל Asiel, Fecit deus, siue factura dei. Filius Saraiæ filij Iosabiæ. 1. Para. 4. f

יסמא Asima, Delictum, siue positio, aut ignis maris. Nomen idóli virorum Emath. 4. Reg. 17. f

עציון־גבר Ezion-geber, Asion-gaber, Lignum viri vel robusti, aut consilium viri vel robusti. Nomē loci est in quo castrametati sunt filij Israel egressi de Hebrona. Nume. 33 d. Nomē item ciuitatis regni Edom ad mare Rubrum. Deut. 2. b. 3. Reg. 9. d. 2. Para. 8. d

אסיר Asir, Vinctus, siue incarceratus: aut Syriacè, prohibitus. Filius Iechoniæ filij Ioacim filij Iosiæ. 1. Paral. 3. c. Filius item Core. 1. Para. 6. b

אסנדאס Asnodæus, Destructor, vel dissipator, aut delicti abundantia, vel peccatum abundans, siue ignem mensurans. D. Nomen dæmonij. Tob. 3. b

חסנאה Hasnaa, siue Asnaa, Rubus, aut Syriacè, inimicus. Nomen viri. 2. Esd. 3. a

אספר. Asphar, Plasmatio onagri, aut festinatio tauri. D. Nomen loci. 1. Mach. 9. d

אספנז Aspenaz, Asphenez, Pharetra aspersionis, vel distillationis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

lationis, siue magus aspersus. Præpositus eunuchorum regis Nabuchodonosor. Danie. 1.a

אָצֶם Ozem, Asom, Festinatio eorum, siue ieiunans. Sextus filius Isai. 1. Parali. 2.b. Filius item Ierameel primogeniti Esron. 1. Para. 2.d

עֹצֶם Exem, Asom, Os ab osse, vel fortitudo: siue clausura, scilicet oculorum, aut lignum eorum. Nomen ciuitatis. 1. Para. 4.c. Asor, Vide Hasor.

אַסַרְחַדֹּן Asarhaddon, Asorhaddan, Ligans acumen vel lætitiam: aut Syriacè, prohibens vnitatem vel nouitatem. Rex Assur. 1. Esd. 4.a

עֲשׂוּת Asuath, Asoth, Faciens, vel factura, aut tineæ. s. vestimentorum. Filius Iephlat filij Heber. 1. Para. 7.g

אַשַׂרְאֵל Asarel, Asrael, Beatitudo Dei, vel intuitus fortis, aut gressus dei. Filius Ialeleel. 1. Para. 4.c

אַשְׂרִיאֵל Esriel, Asriel, idē. Filius Galaad filij Machir filij Manasse. Nume. 26.d. qui Iosue. 17.a. Esriel dicitur.

אַשְׂרִיאֵלִי Esrieli, Asrielitæ, idem p.n. Nume. 26.d

חָשֶׁם Hassem, Assem. Nomen, vel nominatus, siue positio vel positus. Nomen viri. 1. Para. 11.g

הַצְּרוֹת Haziddim, Assedim, Venationes, aut insidiæ, vel latera: aut Syriacè, destructiones. Ciuitas in tribu Nephthali. Iosue 19.c

Ασιδαῖοι Asidæi, Asidæi, Milui, vel herodij, aut venantes, vel insidiantes. D. Genus hominum inter Iudæos. 1. Mach. 7.b. 2. Machab. 14.a

Ασσὼν Asson, Appropinquatio vel approximatio. G. Complures sunt huius nominis vrbes. Vna Lyciæ ciuitas maritima in edito sita promōtorio, adeò vt parum tutum sit accedere. Vnde iocus Nicostrati citharœdi, Asson eas, vt citius ad exitii terminos peruenias. Altera in Æolide. Tertia in Mysia. Quarta in Lydia. Quinta in Epito minore, Cleanthis philosophi patria, quæ eadem & Apollonia sit dicta, suffragante & Plinio in 5. cap. 30. Hanc postremam Paulus adnauigauit. Acto. 20.c & 27.c

אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ Ahasueros, Assuerus, Princeps & caput. Pater Darij regis Medorū. Danie. 9.a. 1. Esd. 4.b. Hic à Metasthene Persa Artaxerxes Assuerus vocatur.

אַשּׁוּר Assur, insidians, siue beatus, aut aspiciens, vel gradiens. Filius Sem. Gene. 10.c. de terra Sennaar egressus. Gene. 10.b. Isa. 7.c

אַשּׁוּרִי Assuri, Beatitudo, aut intuitus, vel gressus. Ciuitas in tribu Aser. 2. Reg. 2.b

אַשּׁוּרִים Assurim, Insidiantes, siue beati: aut aspicientes: vel gradientes. Filius Dedan filii Iecsan. Gene. 25.a

אַשּׁוּרִים Assurim, Assyrii, idem. Assyrii post Euphratem loca tenent, amne tantum à Babyloniis diuisi. Herodotus eosdem populos cum Syris esse dicit: sed à Græcis Syros, à Barbaris Assyrios vocari. In Assyria autem fuerūt 18. regna, tam ampla & potens regio fuit. Lege Rapha. Volater. lib. 11. Geographiæ, Strabo. lib. 16. Geograph.

אַשּׁוּר Assur, Assyrius, idem. s. n.

עַשְׁתָּרוֹת Astaroth, Greges, siue diuitiæ: aut faciens explorationē, seu tinea legis. Vrbs in cāpestribus Moab in dimidia tribu Manasse, Og regis Basan regia. Deut. 1. Ios. 9. & 12. & 13. gigantū terra, quos Codorlahomor interfecit. Gene. 14.a. in supercilio Sodomorū sita, postremò Leuitis concessa. 1. Para. 6.f. Fuit & deus Palæsthinorum. Ioseph. lib. 6. cap. 14. Iudaic. antiquit. testis, quē sustulerūt Iudæi Samuelis iussu. 1. Reg. 7.a. Est & alius quem adorauit Salomon. 4. Reg. 25. vbi עַשְׁתֹּרֶת legitur à Græcis Ἀστάρτη dictum. Vide Astarte.

עַשְׁתְּרָתִי Asterathi, Astarothites, Greges, siue diuitiæ, aut faciens explorationem, siue tinea legis. 1. Para. 11.g

עַשְׁתֹּרֶת Astoreth, Astarte, idem. Nomen deæ Sidoniorum, quam colebat Salomon. 3. Regum 11.a. De qua & 4. Reg. 23.c. fit mentio, quo in loco Astarte legendum esset pro Astaroth.

Ἀστυάγης Astyages, Ciuitatis ductor, vel dux. G. Rex Persarum. Daniel. 13.g

Ἀσύγκριτος Asyncritus, Incomparabilis. G. Viri nomen. Romano. 16.b

A T

אֲטָד Atad, Rhamnus, siue spinetum. Locus trans Iordanem, vbi exequias atque planctus peregerūt filij Israel, super morte Iacob, tertio ab Iericho lapide, duob⁹ millibus à Iordane, qui locus dictus est postea Planctus Ægypti. Gene. 50.b. Nunc Beth-hagla, quod interpretatur locus gyri, eò quòd ibi more plāgentiū circunierunt in funere Iacob. Hieronymus in locis Hebraicis.

עֲטָרוֹת Ataroth, Coronæ siue calamus inebriationis, vel saturitatis: aut ex Syro & Hebræo, consilium inebriationis vel saturitatis. Ciuitas in tribu Gad. Nume. 32.a.g. Est & altera Ataroth-sophan. Vide Roth.

עַטְרוֹת־אַדָּר Ataroth-addar, Coronæ siue calamus inebriationis vel saturitatis pallii siue potentiæ aut magnitudinis. Ciuitas in tribu Ephraim. Ios. 16.b. 18.b

עֲטָרָה Atara, Corona. Altera vxor Ierameel primogeniti Esron filii Phares filii Iudæ. 1. Para. 2.d

אֵטֶר Ater, Sinister, vel clausus. Nomen viri. 1. Esd. 2.b

עָתָךְ Atach, Hora tua, siue tempus tuum. Nomen ciuitatis. 1. Reg. 30.g

הֲתָךְ Atach, Percutiēs, vel humilians, aut subiiciens. Nomen eunuchi. Esther 4.b

עֲתָיָה Athaias, Hora vel tempus domini. Nomen viri. 2. Esdræ 11.a

עָתְלַי Athlai, Athalai, Hora mea, siue tempus meum vel mihi. Nomen viri. 1. Esdr. 10.d

עֲתַלְיָהוּ Athaliahu, Athalia, Hora vel tempus domino. Mater Ochoziæ filii Ioram regis Iudæ, filia Amri regis Israel. 4. Reg. 8.f.g

אֶתְנִי Æthni, Athanai, Fortis siue asininus, aut donans. Filius Zara filii Adaia. 1. Para. 6.c

עֶתֶר Æther, Athar, Oratio, aut deprecatio. Nomen ciuitatis. Ios. 19.a

Ἀθῆναι Athenæ, Sine cumulo: vel ab Athena, id est Minerua, Mineruales. G. Ciuitas Achaiæ, philosophiæ dicata studiis, & idolorum cultui, vbi Paulus etiam Christum prædicauit. Act. 17.d. Huius vrbis Piræus portus (cuius Terentius in Eunucho meminit) septēplici muro quondam communitus fuisse describitur. Athenæ hodie sub Turcæ imperio sunt. à Barbaris corrupto vocabulo Sethniæ vocantur, Raphaele Volater. lib. 38. Paral. authore.

Ἀθηναῖοι Athenienses, idem. G. Acto. 17.f

Ἀθηνόβιος Athenobius, Mineruæ arcus. G. Nomen viri. 1. Machab. 15.c

חַתַרְשָׁתָא Hatirsatha, Athársatha, Dissoluens fundamentū, vel contemplans fundamentum vel potū: siue turturis fundamentum: aut ex Hebræo & Syro, contemplans annum vel tempus. Filius Achelai. 2. Esdr. 10.a. de quo & 1. Esd. 2.d. 8.b

חַמְטָא Humeta, Athmatha, Lacerta vel stellio. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Iosue 15.f

Ἀτταλία Attalia, Augens, vel nutriens. G. Ciuitas Pamphilię maritima, à Ptolemæo Philadelpho ædificata, iuxta Raph. Volater. lib. 10. Geograph. quam Paulus & Barnabas pertransierunt. Act. 14.d

Ἄτταλος Attalus, Auctus siue nutritus. G. Nomen viri. 1. Machab. 15.d

A V

עָוָה Iua, Aua, iniquitas. Nomen idóli. 4. Reg. 18.g. 19.c. Isa. 37.c

Αὐγοῦστος Augustus, Latinum est, vel ab augurio dictus, vel (vt alii volunt) ab augendo. Romanorum Imperator secundus, patre Octauio senatore genitus, Cæsaris nepos. imperauit annos 56. Hic cum quadragesimo secūdo anno imperii sui firmissimam verissimāmq; pacem composuisset, Christus dominus in Bethlehem natus est: cuius aduentui pax ita famulata est, quemadmodū scribit Eutropius rerum Romanarum lib. 7. cap. 2. & Lucas Euangelista cap. 2.a. refert ab hoc edictum exisse, vt censeretur orbis vniuersus.

Auim,

Universidad de Deusto
Biblioteca

עוים Auim, Iniqui, siue peruersi. Nomen ciuitatis. Iosue 18.d

עוית Auith, Iniqua, siue peruersa, aut temporalis. Nomen ciuitatis in qua regnauit Adad quartus rex in Edom. Gene.36.d

עמקחשי־ הים Emeck Haziddim, Aulon, authore Hieronymo in Hebr. locis, non Græcum, vt quidam putant, sed Hebræum vocabulum est. Appellatur autem vallis grandis atque campestris in immẽsam longitudinem se extendens: quæ circundatur ex vtraque parte montibus sibi inuicem succedentibus & cohærentibus, qui incipientes à Libano, & vltrà vsque ad desertũ Pharan perueniunt. Súntque in ipso Aulone, id est valle campestri vrbes nobiles, Scythopolis, Tyberias, stagnúmq; prope eam: sed & Iericho, mare mortuum, & regiones in circuitu, per quas medius Iordanis fluit.

הורן Hafran, Autan, Foramen, siue libertas, aut albedo. Oppidum Damasci in solitudine. Ezech. 47.c

עוץ Vz, Ausitis, & interpretatur consilium aut lignum: aut Syriacè, affixus aut affixio. Nomen loci. Ieremiæ 25.c

A X

עכסה Axa, Cõposita vel adornata, aut lasciuiens, siue confractio vel diruptio velaminis. Filia Caleb. Iosue 15.d. Iudic.1.c. quæ.1.Para.2.f. Achsa scribitur.

אכשף Axaph, Veneficus, siue vtique conterens. Nomen ciuitatis. Iosue 19.b

A Z

עזא Aza, Fortitudo, aut capra. Nomen viri. 1. Esd. 2.c

אזניא Azanias, Auris domini, siue auscultatio domini, vel arma domini. Nomen viri. 2. Esd. 11.c

אזנת־ תבור Aznoth-thabor, Azanoththabor, Aures electionis siue puritatis: aut ex Hebræo & Syro, aures contritionis vel confractionis. Ciuitas, terminus tribus Nephthali. Iosue 19.c

עזראל Azareel, Adiutorium Dei, siue atrium Dei. Nomen viri. 1. Paral. 12.a. 25.c

עזריה Azarias, Auxilium domini, siue atrium domini. Filius Amasię regis Iuda. 4. Reg. 14.c. qui. 2. Para. 26.a. Ozias dicitur. Est & nomen sacerdotis. 2. Para. 26.c. Filius Iohanam. 2. Paral. 28. b. Filius item Ethan filij Zare filij Iuda. 1. Para. 2.a. Vide & 1. Para. 6.a. & c

עזריקם Azaricam, siue Azricam, Auxilium resurgentis vel vindicantis, aut fortitudo vacua. Nomen viri. 2. Esdræ 11.c

חזו Hazo, Azau, Videns, aut prophetans. Filius Nachor ex Melcha. Gene. 22.d

עזו Azaz, Fortis. Pater Bala. 1. Para. 5.a

עזזיהו Azaziahu, Azazias, Fortitudo domini. Nomen viri. 2. Paralip. 31.c

אזבי Ezbai, Azbai, Hyssopus mea. Nomen viri. 1. Paralip. 11.g

עזבי Azbi, Derelictio siue dimissio, vel nundinatio mea.

עזבוק Azbuc, Azboc, Hircus vel fortitudo vacuitatis, aut fortis dissipatio. Nomen viri. 2. Esdræ 3.d. Pater Nehemiæ.

עזקה Azeca, Fortitudo, siue murata vel septa: aut Syriacè, anulus. Ciuitas Amorrhæorum, quæ sorte cesit tribui Iuda. Ioſ. 15.c. Nehe. 11. Hieronymo inter Eleutheropolim & Æliam sita: quo loci deus grandine & lapidibus gentes perdidit, Iosue 10. c. Philistiim illic castra contra Israël habuerunt. 1. Reg. 17. Hãc reparauit Roboam rex Iuda. 2. Parali. 11. b. & rex Babylonis eádem debellauit. Iere. 34.

עזר Ezer, Azer, Adiutorium, siue atrium. Nomen viri. 2. Esdræ 3.c

עזגד Azgad. Fortis exercitus, aut fortitudo felicitatis: vel ex Hebræo & Syro, fortis scissura. Viri nomen. 1. Esdr. 2.a. 8. b

עזיה Azaia, Azia, Fortitudo domini, siue hircus domini. Nomen viri. 2. Esdr. 11.a

Aziza, Fortitudo, aut fortis. Nomen viri. 1. Esd. 10.d

Azmáueth, Fortis mors, siue hircus, aut fortitudo mortis. Nomen viri cuiusdam. 2. Reg. 23.d. qui. 1. Para. 11.f. dicitur Azmoth, iisdem consonantibus & punctis 1. Esdræ 2.b

Azmaueth, Azmoth, Idem. Filius Ioada filij Achaz. 1. Paralip. 8.d. 12. a. 27.c. Filius item Iore. 1. Para. 9.f. Nomen præterea cuiusdam alterius. 1. Paralip. 11.f. qui 2. Reg. 23.d. dicitur Azmáueth, iisdem consonantibus & punctis.

Azor, Adiutor, vel accinctus: aut Syriacè, conuersus. D. Filius Eliacim filij Abiud. Matth. 1.b

Asdodioth, Azotidæ, & interpretatur deprædatrices, siue ignis dilectionum. 2. Esd. 13.d

Asdodim, Azotij, id est deprædantes, siue ignis dilectorum vel patruorũ. Genus populi in terra Chanáan contra aquilonem. Iosue 13.a

Asdod, Azotus, id est deprædatio, siue ignis dilecti, aut ignis patrui. Insignis Palæsthinæ vrbs inter Ascalonem & Ioppen, in qua Gigantes habitarunt, capta à Iosua duce. Iosûe 11. Sorte cesit tribui Iudæ. Iosue 15.f. Hęc vna è quinque ciuitatibus Allophylorum templo Dagon idóli nobilitata. 1. Reg. 6. Quam vt ait Stephanus, condidit quidam è mari rubro profugus, ex nomine vxoris suæ Azes. Volater. lib. 11. Geograph. cuius in scripturis multa est mẽtio. Iere. 25. Amos 1. & 2. Sopho. 2. Zach. 9. Isa. 20. a. 2. Para. 26. a. In hac Philippus prædicauit Christum. Acto. 8.

Azarel, Azriel, Adiutorium dei, siue atrium dei. Nomen viri. 1. Para. 12.a

Azuba, Derelicta, siue deserta, aut fortitudo eius in ea. Mater Iosaphat, filia Salai. 3. Reg. 22.f. Vxor itẽ Caleb filij Esrom filij Iuda. 1. Para. 2.b. 2. Para. 20.g

Azur, Adiutus, siue adiutor. Pater Ananiæ prophetæ. Iere. 28. a. Pater item Iezoniæ. Ezech. 11.a

Azymus, Infermentatus. Acto. 12. a. 1. Cor. 5.c

Vzi, Azzi, Fortitudo mea, siue hircus meus. Nomen viri. 2. Esdr. 11.c

B

Baal, Idôlum, aut dominans, vel subiiciens aut possidens. Nomen idóli in Samaria, & Moabitarum. Græci Martem putãt. Nume. 22.g. quod destruxit Gedeon. Iudic. 6.c. Est & nomen loci. 1. Paral. 4. e. 5. d. Filius item Ioel. 1. Paralip. 5.a. Filius Abigabaon. 1. Para. 8. c. Postremò filius Iahiel. 1. Para. 9.f

Baal, In Osee. 10.d. legitur, Vindicauit Baal: cum legendum sit, Vindicauit Arbel: & interpretatur Pugnauit deus, siue vindicauit deus, aut vltus est pro deo.

Baala, Idôlum eius, aut dominans ei, vel subiecta, aut possessa, siue in ascensione, vel in eleuatione. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ioſ. 15. b. quæ & Cariath-iarim & Cariath-baal dicitur.

Baalath, Subiecta, siue possessa: aut in exultatione, vel ascensione. Nomen ciuitatis in tribu Dan. Ioſ. 19. a. c. Ciuitas à Salomone condita. 3. Reg. 9.c

Baal-berith, Idôlum fœderis vel pacti, aut subiiciens vel possidens fœdus vel pactum. Nomen idóli. Iudic. 9.a

Baal-gad, Idôlum fortunæ vel felicitatis, seu exercitus: aut ex Hebræo & Syro, Idôlum scissuræ. Vrbs in terra Chanáan sub monte Hermon. Iosue 11.c. 13.a

Baal hasor, Idóli atrium vel fœnum, aut possessor gratiæ vel doni. Locus est infra Ephráim vrbem Benia min. 2. Reg. 13.d

Baal-hermon, Idôlum aut author siue possessor destructionis siue anarhematis, vel retis, siue retiaculi, aut dedicati vel consecrari, deo scilicet. Mons circa Libanum, in Palæsthinæ finibus. Iudic. 3.a

Beali, Baali, Idôlum meum, siue dominans mihi, aut subiiciens vel possidens me. Osee. c

Bealia, Baalia, Idóli dominus, id est deus idóli, vel subiiciens aut possidens dominus, siue in ascensu vel in cœnaculo.

in comaculo. Nomen viri.1.Para.12.a

בְּעַלְיָדָע Bealiada, Baal iada, Idôlum apertum vel manifestatum, siue possessor scientiæ. Filius Dauid. 1. Paralipo.14.b

בְּעָלִים Bealim, Baalim, Idôla, siue dominantes, aut subiicientes vel posidentes. Nomen idôli.1.Reg.7.a.2.Para.28.a.Ier.2.c Rex item filiorum Ammon.Iere.40.d.

בַּעַל־מְעוֹן Baal-meon, Idôlum habitaculi, vel idôlum ex peccato, aut subiiciens, siue posidens habitaculum, siue dominium ex peccato. Ciuitas Amorrhæorum, quæ sorte obtigit filiis Ruben. Nume.32.g.Ios.13.c

בַּעַל־פְּרָצִים Baal-peraſim, Baal-pharasim, Idôlum diuisionũ, aut subiiciens siue posidẽs diuisiones. Nomen loci in terra Chanaan.2.Reg.5.d.1.Para.14.b

בַּעַל־חָמוֹן Baal-thamar, Idôlum palmæ, aut subiiciens, vel posidens palmam arborem, aut idôlum commutationis, siue subiiciens aut posidens commutationem. Vicus iuxta Gabaa, in tribu Beniamin. Iudic.20.c

בַּעֲנָה Baana, In responsione, siue in afflictione, aut in cantico: vel Syriacè, deprecatio. Filius Remmon Berothitæ.2.Reg.4.a. Pater item Eled.2.Reg.23.d. Filius item Ahilud.3.Reg.4.b

בַּעְשָׂא Baasa, In factura, siue in tinea, aut in compositione, vel scrutationem tollens. Nomen Regis Israel 3.Reg.15.c.2.Para.16.a. Filius Ahia.4.Reg.9.b

בָּבֶל Babel, Confusio siue commistio. Nomen ciuitatis. Gene.11.b. quæ Strephano Seleucia quoque dicta est. Babylonem esse duplicem Cosmographorum cõsensus est. Vna in Assyria, siue Chaldæa in campo Senaar, caput regni Chaldæorum, regia Nemrod, sita ad orientem terræ Iuda, quæ à confusis labiis nomen habet. testes Moses Gene.10. & 11. Iosephus lib. 1. cap. 9. antiquit. Iudaic. August. lib.16.cap.4.de ciuitate dei. Plura de hac Babylone lege apud Plinium in 6. naturalis histor.ca.26. Strabonem lib.15.& 16. Herodotum lib. 1. Pomp. Melam lib.1. Ptolemæ.lib.5.cap.20. & 6.cap. 26. Ab hac & regio circũpositа Babylonia vocatur. In hac populus Iudæorum LXX. annis captiuus retentus fuit, iuxta prophetiam Ieremiæ, cap.25. per Nabuchodonosor Regem Babyloniorum transmigrare coactus. 4.Reg.25.& 2.Para.36. Nunc Saleucia vocata Strabonis lib.16. Geograph. & Stephano de vrbibus. Ipsa Babylonia Mesopotamiæ coniuncta est inter Euphratis ipsius cõuersiones: australior est: Syriam tamen Ptolemæo, Plinióque non excedit. author Raphael Volater. lib.11. Geograph. Plinius lib.6.cap. 26. natura. histor. Strabo in 16. refert eam Tigri & Euphrate irrigari.

Altera in Ægypto sita, vel Ægypto proxima in finibus Arabię iuxta Heliopolin, & Aphrosiopolin: Arabũ lingua Chayrum illam vocant, nũc Alcayr dicitur, Soltani sedes. Ex hac vrbe diuus Petrus priorem suã scripsit epistolam, ad Christi fideles sparsos per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam & Bithyniam. Hæc à Ptolemæo tabula 3. Aphricæ cap.5. Babylis appellatur. De hac Raphael Volater. lib.12. Et Ioseph. lib.2. ca.13. antiquit. Iudaic.

Babylonia, Idem.

Babylonij, Confusi, siue commisti.1.Esd.4.b

Bacchenor, Ebrius, vel vinosus. G.

Bacchides, Idem. G. Nomen viri.1.Mach.7.a

Bacenor. Puto idem esse nomen cum Bacchenor, & istud esse corruptum. Nomen viri.2.Mach.12.f

בַּקְבָּקַר Bacbacar, Vacua vel inanis visitatio, aut matutinatio vel vapulatio, aut inanis vacca. Viri nomen. 1. Paralip.9.c

בַּדְקַר Bidkar, Badacer, In compunctione, siue in transfixione, aut in confosione, siue vectis frigiditatis, vel sola frigiditas. Nomen ducis exercitus Iehu. 4.Regum 9.c

בֶּדֶד Bedad, Badad, Solitarius, siue in mamilla, vel in dilectione. Pater Adad regis quarti in Edom. Gene.36.d

בִּדְיָה Bedia, Badaias, Solus dominus, vel vectis domini. Nomen viri.1.Esd.10.d

בְּדָן Bedan, Badan, Vectis, vel solus, aut in iudicio. Nomen viri.1.Reg.12.b. Filius Vlam filii Sares.1.Para.7.d

בִּגְתָא Bigtah, Bagatha, In torculari. Nomen eunuchi. Esther 1.b

בִּגְתָן Bigtan, Bagathan, In torculari, aut cibum tribuens. Nomen eunuchi. Esther 2.d

בַּעֲלִים Bahalis, In lætitia, siue in arrogantia.

Baine, Baben, In eis, vel cum eis. D.1. Mach.13.c

בָּחוּרִים Bahurim, Electi, siue iuuenes, aut in foraminibus, siue in libertatibus. Nomen ciuitatis in tribu Beniamin. 2.Reg.3.c

בָּלָה, vel בִּלְהָה Bala, Inueterata, siue turbata, aut defluens. Nomen ciuitatis in tribu Simeon. Iosue 19.a.1.Paralip.4.e. Ancilla item Rachel vxoris Iacob. Gene.29.d. Vxor item Nephthali.1.Paralip.7.c. quæ dicitur Hebr. Bilha: vrbs verò Bala.

בֶּלַע Bela, Bala, Deglutiens, siue destruens. Nomen vrbis, quæ Segor, item Saliffa, siue Vitula cõsternans in sacris literis dicitur. Gene.14.b. Est & filius Azaz filii Semma filii Ioel.1.Para.5.a

בִּלְעָם Bileam, Balaam, Vetustas populi, vel absque populo, siue deuoratio aut destructio eorum. Filius Beor, ariolus. Nume.22.a. Iosue 13.c. Est & nomen ciuitatis. 1.Para.6.f

בִּלְהָן Bilhan, Balaan, Inueteratus siue turbatus. Filius Eser filii Seir Horræi. Gene.36.c

בָּלָק Balac, Inuoluens, aut destruens, vel cum lambẽte: aut Syriacè, cum percutiente. Filius Sephor. Nume.22.a

בִּלְאֲדָן Baladan, Absque imperio, vel absque iudicio, aut vetustas imperantis, vel iudicii. Nomen viri.4.Regum 20.c. Isa.39.a

בִּלְהָן Bilhan, Balan, Inueteratus, siue turbatus. Filius Iadihel filii Beniamin.1.Para.7.c

בַּעַל־חָנָן Baal-hanam, Balanam, Idôli gratia vel donum, aut possessor gratiæ vel doni. Filius Achobor, septimus rex Edom. Gene.36.d.1.Para.27.d

בִּלְדָּד Bildad, Baldad, Vetusta dilectio, vel mamilla, siue inueteratus motus, aut absq; moru, siue absque dilectione vel mamilla. Nomen viri. Iob 8.a

בְּעָלוֹת Bealoth, Baloth, Subiectæ siue possessæ, aut in ascensione. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, Ios.15.d

בַּעַל־שָׁלִשָׁה Bal-salisa, Idôlum tertiũ, aut Idôlum ducis vel principis, siue possessor triũ, aut possessor ducatus vel principatus. Nomen loci.4 Reg.4.g

בִּלְשַׁאצַר Belsazar, Balsasar, Balthasar, non portans angustiam, vel non thesaurizans: aut ex Syro & Hebræo, scrutator thesauri. Filius Nabuchodonosor. Danie.5.a.f.g.7.a.8. a. Secundum Iosephum filius fuit Euilmerodach.

בַּלְטְשַׁאצַר Belesazar, Balthassar, Absconditè thesaurizans, siue in malleatore thesaurizans, vel occultè portans angustiam. Nomen propheræ, qui & Daniel dicebatur. Daniel.1. b.5.c

בִּמְחָל Bimhal, Bamaal. In circuncisione, aut in mistione. Filius Iosaphat filii Heber filii Beriæ.1.Para.7.g

בָּמוֹת Bamoth, Altaria vel excelsa, siue in morte. Nomen vallis. Nume. 21.c

בְּמוֹת־בַּעַל Bamoth-bâal, Altaria siue excelsa idôli, aut in morte idôli. Nomen ciuitatis in tribu Dan. Ios.13.c

בִּנְעָא Binea, Banaa, In motu. Filius Mosa filii Zamri.1.Paralip.8.d.9.f

בְּנָיָהוּ Benaiahu, Banaia, siue Banaias, Filius domini, aut intelligentia domini, siue ædificatio domini. Nomen viri.2.Reg.23.d. Nomen principis cuiusdam. 1. Paral. 4. f.15.b.2.Para.31.c. Pater item Pheltiæ. Ezec.11.a. Filius Ioiadæ.1.Reg.8.d

בְּנֵי Bene berach, Bane, filii, aut ædificantes, siue intelligentes. Nomen ciuitatis in tribu Dan. Ios.19.d. Quanuis putem legendum Banibarac, vt vnius ciuitatis nomen sit, non duarum, quum Hebræis iungantur.

בְּנָיָה Banaia, Banea, siue Baneas, Filius domini, aut intelligentia vel ædificatio domini. Nomen viri.1.Esd.10.d.

Bani,

Universidad de Deusto
Biblioteca

בָּנִי Bani,Filius meus,aut ædificatio vel intelligẽtia mea. Nomen viri.1.Esdr.10.d.2.Esd.9.a.10.a

Banni,Idem.Nomen viri.2.Reg. 23.d.Filius Somer filij Moholi.1.Para.6.d

בְּנִינוּ Beninu, Baninu,Filij nostri, aut ædificatores nostri, siue intelligentes nos.Nomen viri.2.Esd.10.a

בַּעֲרָא Baara, Bara,Incendium, siue expurgatio, aut pastus, vel iumẽtum,siue insipientia,vel in vigilia. Nomen alterius vxoris Saharáim.1.Para.8.a

בֶּרַע Bera,Bara,In malo,siue in socio,aut in clamore, vel in pastu, siue in constructione. Rex Sodomæ. Gene.14.a

בִּרְעָה Beria,Baria,In societate,siue in malitia,aut in vlulatione,vel in pastu.Nomen viri.1.Para.8.b

בַּרַבָּח Barrabbas,Filius patris vel magistri,aut filius confusionis vel ignominiæ.D.Nomen insignis cuiusdam latronis.Matth.27.b.Marc.15.b.Luc.23.c.Ioan.18.g

בָּרָק Barac,Fulgur,siue in vanum,vel in vacuum. Nomen ciuitatis in tribu Dan.Iosue 19.c.Vide Banc.Filius Abinoem.Iudic.4.a

בְּרָכָה Beracah, Baracha, Benedictio,aut genuflexio. Nomen viri.1.Para.12.a

בְּרַכְאֵל Barachel, Benedicens deum, aut genu flectens deo. Nomen viri.Iob 32.a

בְּרַכְיָה Berechia, Barachia, siue Barachias, Benedicens dominum,aut genu flectens domino.Pater Zacharię prophetæ. Zacha.1.a.Filius Mosollamoth.2.Para.28.b. Filius Zorobabel filij Phadaiæ.1.Para.3.d

בָּרַד Bared,Barad, Grando, siue in descensu, aut in imperio. Nomen loci in deserto Sur.Gene.16.d

בְּרָאיָה Beraia, Baraia, Creatura domini, siue impinguatio aut electio domini, siue in visione. Filius Semei.1.Paralip.8.b

βοσόρρα Bosorra, barasa, In egestate, aut filij plasmatio, siue in cursu, vel in beneplacito. D. Nomen ciuitatis.1. Machab.5.c

בֶּרֶד Bered, bared, Grando, siue in descensu,aut in imperio. Filius Suthalæ filij Ephráim.1.Para.7. d

בְּרִיָה Baria, Sera,vel vectis,siue fugitiuus,aut in odore. Filius Semeiæ filij Secheniæ.1.Para.3.d

בְּרִיעָה Beriah, baria, In malo, siue in clamore, aut in vlulatione, vel in pastu. Filius Aser filij Iacob.1.Paralip.7.f. 8.b.23.b.qui beria Gene.46.b.dicitur iisdem cõsonantibus & punctis.

βαριησοὺς Barieſus,barieu, Maleficus,vel magus,siue in nequitia.D.Cognomen pseudoprophetæ.Act.13.a

בַּר־יוֹנָא Bar-iona, Filius columbæ, ex Syro & Hebræo. D. Matth.16.c

βαρνάβας Barnabas, Filius prophetæ, vel filius consolationis. D.Nomen viri.Act.4.g

βαρσάβας Barsabas, Filius reuersionis, vel conuersionis, aut filius quietis, vel filius iuramenti. D. Nomen viri. Act.1.d

βαρτιμαῖος Bartimæus. beatus Hieronymus dicit quòd corruptè legitur, scribi autem debere barsemæus : quod Syriacè interpretatur filius cæcus, vel filius cæcitatis. D. Nomen cæci cuiusdam à natiuitate, quem Iesus sanauit.Marc.10.f

βαρθολομαῖος Bartholomæus, Filius suspendentis aquas. D.Nomẽ apostoli.Matth.10.a.Luc.6.c

בָּרוּךְ Baruch, benedictus, vel genuflexus. Filius Neriæ. Iere.32.c

בִּרְזַיִת Birzaiith, barzaith, Filius anguli, aut putitas anguli, siue frumentũ anguli.Filius Melchiel filij baree filij Aser filij Iacob.1.Para.7.f

בַּעֲשֵׂיָה Baasceia, basaia,In factura domini.Filius Melchiæ filij Athanai 1.Para 6.c

בָּשָׁן Basan, In dente, siue in ebore, aut in mutatione,vel in somno, seu in dormitatione : aut confusio vel ignominia. Regio Og Regis, quæ pascuis ac nemoribus abundans, cecidit in sortem dimidiæ tribus Manasse. Isa.2.c.Num.21.g.quæ & Hauoth-iair Deute. 3.c. dicitur,& Terra Raphaim.

בַּצְקַת Bazkath, barscath, Massa, siue inflatio, aut in angustia,vel in effusione.Nomen ciuitatis in tribu Iuda.Iosue 15.c

בַּשְׂמָה Basema, Confusio, vel erubescentia iræ vel caloris. D.Nomen loci.1.Mach.13.d

בָּשְׂמַת Basmath, basemath, Aromata, vel confusio mortis, aut in desolatione, siue in positione,aut in nominibus. Altera vxor Esau.Gene. 26.g. Filia item Salomonis.3. Reg.4.b

בְּתוּאֵל Bethuel,Bathuel.Filiatio dei,aut mensura dei,vel desertum dei.Filius Nachor ex Melcha.Gene.22.d. Nomen ciuitatis.1.Para.4.e

בַּת Bath, batus,Genus mensuræ liquidorum.Ezec.45.d

בָּוַי Bauai,in væ,id est in luctu,vel in miseria. Syrum est. Nomen viri.2.Esd.3.d

בְּאֵרוֹתִי Beharumi, bauramites, Eligẽs aquas,aut eligẽs quis? 1.Para.11.f.qui.2.Reg.23.d.dicitur beromi.

בִּזְתָא Bizta, bazata, Contemptus, vel despectus, siue deprædatio, aut in oliua. Nomen eunuchi cuiusdam. Esther.1.b

בִּזְתְהִי Baziothiah, baziothia, Cõtemptus vel despectiones eius,siue prædæ eius: aut in oliua domini.Nomen ciuitatis in tribu Iuda.Ios.15.d

B E

בְּעָן Bean,In afflictione,vel in responsione, aut scrutatio eatum:vel Syriacè,deprecatio.

בֵּבַי Bebai, Pupilla,siue concauus aut vacuus . Nomẽ viri.1.Esdr.2.a

בַּקְבֻקְיָה Bekbukia, becbecia, Euacuatio vel dissipatio domini,siue laguncula domini.

בֶּקְבּוּק Becbuc,Vacuitas,aut euacuatio,vel dissipatio,siue laguncula.Nomen viri.1.Esdr.2.c

בְּכוֹר Bæchær,Primogenitus,aut primitiæ,siue in ariete.Filius Ephráim.Nume.26.d

בְּכֹרִי Becheritæ,Idem.p.n.Nume.26.d

בֶּכֹר Bechor,Idem quod becher,iisdem cõsonantibus & vocalibus scriptum.Filius beniamin.Gene.46.c

בְּכֹרַת Bechorath,Primogenitura,vel primitiæ.Filiꝰ Aphia. 1.Reg.9.a

בֶּדָן Bedan, Vectis, vel solus,siue in iudicio. Vide dictionem badam.

בַּעַל־פְּעוֹר Baal-peor, beel-phegor, Idôlum hiatus vel aperturæ. Nomen idóli Moabitarum.Osee 9.c. Nume.25. a.Deut.4.a

בְּעוֹר Peor, Beelphegor,Apertura siue hiatus. Nomẽ idôli.Iosue 22.d.Heb.Phegor.

בַּעַל־מְעוֹן Baal meon, beel-meon,Idóli habitaculum, vel idôlum de peccato, aut possessio habitaculi, vel possessio ex peccato. Nomen ciuitatis.Ezech.25.b.1.Para.5.a

בַּעַל־צְפוֹן Baal-zephon, beel-sephon, Idôlum aquilonis, vel idôlum occultum, aut idôlum speculæ, vel possessor aquilonis vel speculationis aut secreti. Nomen loci siue vrbis in Ægypto. Exod. 14.a. Nume.33. a. Iosephus lib.2.cap.13.

בְּעֵל־טְעָם Beel-teem,Idôlum siue possessor saporis vel gustus, aut rationis vel eloquij. Nomen viri.1.Esdr.4.b

בַּעַל־זְבוּב Baal-zebub, beel-zebub,Idôlũ muscæ, vel possessor muscæ.Nomen idóli Accaronitarũ.4.Reg.1.a.Luc.11. b.Aliàs beelphegor appellabatur: à gentibus Priapus.

בְּאֵרָה Beera, Puteus, siue explanatio vel declaratio: aut in luce eius.Filius Ioel 1.Para.5.a

בְּאֵרִי Beeri,Puteus,siue explanans,aut declarans,vel in luce,siue in leone, Pater Iudith vxoris Esau. Gene.16.g. Pater item Osee prophetæ.Osee 1.a

בְּאֵר־רָאמוֹת Beer-ramath, Puteus,vel declaratio celsitudinis,aut iaculationis, siue in luce excelsa. Vrbs tribus Simeon. Iosue 19.a

בִּגְוַי Biguai, begoai, In corpore meo, siue in gẽte:aut Syriacè,intrinsecus.2.Esdr.7.b

בִּגְוַי Biguai,beguai, Idem.Nomen viri.1.Esdr.2.a

בִּגְוַי Begui, Idem.Nomen viri.1.Esdr.8.b

Behemoth,

בְּהֵמוֹת Behemoth, Multitudinem animalium terrestrium significat: vnde plerunque pro Satanæ potentia accipitur. Iob 40.a

בל Bel, Vetustus, aut nihil, siue defluens. Nomen idóli Babyloniorum. Isa. 46.a

בֶּלַע Bela, Deglutiens, siue destruens. Filius Bēiamin. Gene. 46.c. 1. Para. 7.b. 8.a. Nume. 26. Nomen item vrbis, quæ alias Segor. Gene. 14.a. dicitur, & Soar, & Salissa, teste Hieronymo. Filius itē Beor, rex Edom. Gene. 36.c

Belaitæ, Idem. p.n. Nume. 26.c

בִּלְגָּה Bilga, Belga, Refrigerium, vel confortatio, aut vetustas vultus. Nomen viri. 1. Para. 24.b. 2. Esd. 12.a

בִּלְגַי Bilgai, Belgai, Refrigerium, siue confortatio, aut vetus vallis. Nomen viri. Nehem. 10.a

בְּלִיָּעַל Beliiaal, Belial, Peruersus, vel absque iugo, siue non ascendēs. Iudic. 19.f. 1. Reg. 10.d. Nahum. 1.d. 2. Cor. 6.c. pro diabolo sumitur.

βαιμα Belma, Nihilū, aut vetustas nimia. D. Nomen loci. Iudith. 7.a

בִּלְשָׁן Bilsan, Belsan, In lingua, aut in detractione, siue vetustas dentis, aut vetus ebur: aut Syriacè, scrutans. Nomen viri. 1. Esdr. 2.a

בֵּן Ben, Filius, vel ædificans, aut intelligens. 1. Para. 15.b

בֶּן־אַבִינָדָב Ben-abinadab, Filius patris spontanei, aut filius patris vouentis vel principis. Vnus præfectorum annonę Salomonis. 3. Reg. 4.b

בֶּן־הֲדַד Ben-adab, Benadad, Filius sonitus vel clamoris, aut filius dilecti aut patrui, siue mamillæ. Rex Syrię 3. Reg. 15.d. Iere. 49.c. Filius Tabremō. 3. Reg. 13.d. 2. Para. 16.a

בֶּן־דֶּקֶר Ben-deker, Ben-décar, Filius compunctionis, vel transfixionis. Præfectus annónæ domus Salomonis in Macces. 3. Reg. 4.a

בְּנֵי־יַעֲקָן Bene-iaacan, Filij tribulationis vel laboris, aut ædificatores tribulationis vel laboris, aut intelligentes laborem vel tribulationē. Nomen loci in quo castramerati sunt filij Israel profecti de Moseroth. Nume. 33.d

בֶּן־הִנֹּם Ben-hinnom, Ben-ennom, Filius diuitiarum suarum, aut filius decipientis vel contristantis eos. Nomen vallis in tribu Beniamin, quæ aliàs Tophet dicitur. 2. Para. 28.a. 33.a

בֶּן־גֶּבֶר Ben-gæber, Ben-gáber, Filius viri, aut filius robusti, vel potentis. Nomen præfecti annonæ Salomonis in Ramoth-galaad. 3. Reg. 4.b

בֶּן־חַיִל Ben-háil, Filius fortitudinis vel exercitus, aut filius diuitiarum, vel antemuralis siue doloris. Nomen viri. 2. Paralip. 17.b

בֶּן־חֶסֶד Ben-hesed, Filius misericordiæ, vel opprobrij. Nomen præfecti annonæ Salomonis in Aruboth. 3. Regum 4.a

בֶּן־חוּר Ben-hur, Filius libertatis vel foraminis, aut albedinis. Præfectus annonæ regis Salomonis in monte Ephraim. 3. Reg. 4.a

בֵּנִי Beni, Filius mē, aut intelligētia siue ædificatio mea. Benni, Idem. Nomen viri. 2. Esd. 3.d

בִּנְיָמִין Biniamin, Beniamin, Filius dexteræ. Filius duodecimus Iacob ex Rachel vxore, ab ipsa matre Ben-oni vocatus. Gene. 35.c. Est & nomen loci. 3. Reg. 4.b

בִּנְיָמִן Beniamin. 2. Paralip. 31. c. vbi dicitur, Eden & Beniamin: legendum ex Hebręo Miniamin, & interpretatur de dextera, siue præparatio dexteræ. Nomen viri.

בִּנּוּי Bennui, Bennoi, Ædificatio, aut filiatio, siue in habitaculo meo, aut in pulchritudine. Nomen viri. 1. Esdræ 8.g

בִּנּוֹ Benno, Filius eius, aut ædificatio vel intelligentia eius. Nomen viri. 1. Para. 24.d

בֶּן־אוֹנִי Ben-oni, Filius doloris mei. Filius duodecimus Iacob ex Rachel, qui & Beniamin. Gene. 35.c. dicitur.

בְּנוֹת Benoth, filiæ siue intelligētiæ, vel ædificationes. Nomen idóli Babyloniorum. 4. Reg. 17.f

בְּנוּי Bennui, Ædificatio, vel filiatio: siue in habitaculo meo, aut in pulchritudine. Nomen viri. 1. Esd. 10.d

בֶּן־זוֹחֵת Benzoheth', Filius separationis, aut filius istius formidinis vel contritionis. filius Iesi. 1. Para. 4.d

בְּעֹן Beon, In afflictione, vel in responsione, aut in cantico, vel scrutatio earum: aut Syriacè, deprecatio. Ciuitas Amorrhæorum vltra Iordanem. Nume. 32.a

בְּעוֹר Beor, Incendium, vel expurgatio, aut insipiens, siue iumentum, vel pastus. Pater Bela regis Edom. Gene. 36.c. Pater item Balaam arioli. Nume. 22.a

בְּאֵרָה Beera, Bera, Puteus, siue explanatio, aut declaratio, aut in luce eius. Nomen loci. Iudic. 9.c. filius Supha filij Helem. 1. Para. 7.g

בִּרְקוֹם Bercos, filius concisionis, vel separationis. Nomen viri. 1. Esdræ 2.c

βηρὰ Berea, Puteus eius, vel filia eius, aut declaratio eius. D. Nomen vrbis. 1. Macha. 9.a

בְּרֵאשִׁית Beresith, Primus liber legis sic vocatur, id est, In principio: more Hebręorum, qui libros ab eorum principiis vt plurimum denominare solēt. Græcè verò appellatur γένεσις, id est genaratio, quòd ibi generationes cœli & terræ continentur.

בְּרִי Beri. filius meus, siue purus, vel electus, aut frumentum meum. filius Supha filij Helem. 1. Para. 7.g

בְּרִיעָה Beria, in malo, siue in clamore, aut in vlulatione, vel in pastu. filius Aser filij Iacob. Gene. 46.b. qui. 1. Para. 7.f. Baria dicitur. filius item Ephraim. 1. Para. 7.e

בְּרִית Berith, Pactum siue fœdus. Nomen idóli Sichimorum. Iudic. 9.f

βερνίκη Bernice, Grauis victoria, vel pondus victoriæ. G. Soror Agrippæ Regis, & filia Herodis Agrippæ, de qua Act. 25.c

בְּרוֹדַךְ Berodach, Creans contritionem, vel electio interitus, aut filius interitus, vel vaporis tui, siue frumentum vel puritas nubis vel vaporis tui. Rex Babyloniorum. 4. Reg. 20.c. qui Isa. 39.a. dicitur Merodach.

בַּרְחֻמִי Barhumi, Beromi, filius calotis vel indignationis, aut puritas siue frumentum indignationis, vel fugiens aquam. Nomen ciuitatis. 2. Reg. 23.d. quæ. 1. Para. 11.f. dicitur Bauramites.

בְּאֵרוֹת Beeroth, Beroth, Putei, siue explanationes vel declarationes, aut in luminibus. Ciuitas Heuæorum. Ios. 9.c. non longè ab Hai, spatio trium dierum in tribu Beniamin. Ios. 18.d. 2. Reg. 4.a. Inde Beerothites. 2. Reg. 23.d. 1. Esdræ 2.b

בִּרֹתַי Berothai, Beroth, Putei, siue pacta, vel puritas, aut cupressus. Nomen vrbis. 2. Reg. 8.b

Berotha, Idem. s.n. Terminus terræ Israeliticæ. Ezechielis 47.c

בְּאֵרֹתִים Beerothim, Berothitæ, Putei, siue explanationes, siue declarationes, aut in luminibus. 2. Reg. 4.a

בִּרֹתִי Berothi, Berothites, Idem. s.n.

Berothites. 1. Para. 11.g. interpretatur Puteus siue pactum, vel puritas, aut cupressus.

βερρόια Berrhœa, Grauis vel ponderosa. G. Ciuitas Macedoniæ ad Citarum montem. Act. 17.b

βερροιαῖος Berrhœensis, Grauis vel ponderosus. G. Act. 20.

בְּרִשְׁעַ Birsa, Bersa, In malo, vel in iniquitate, siue in condēnatione, aut filius respiciēs. Rex Gomorrhæ. Gen. 14.a

בְּאֵר־שֶׁבַע Beer-seba, Ber-sabee, Puteus, fons ve iuramēti, siue puteus saturitatis, aut puteus septimus. Locus tribus Iudæ in terra Idumæorū, quæ est Palæsthina. Iosue 15.c. Iudic. 20.a. Ioseph. lib. 8. ca. 13. Iudaic. antiquit. finis atque terminus terræ Israëlis ab austro. 1. Reg. 3. & 2. Re. 24. 3. Reg. 19. 4. Reg. 23. b. Hæc & in sortē filiorū Simeonis cecidit. Ios. 19.a. 1. Para. 5.c. A iuramento & percusso fœdere Abrahæ cum Abimelech rege Gerar. Gene. 21. similiter Isaac cum eodem Abimelech. Gene. 26. nomen habens. Beer enim fontē significat: Saba iusiurandum, vel septē, quòd septem agnos Abimelech de manu Abrahæ acceperit. Gene. 21.b.d. 26.g. Illic iudicabant Ioel & Abia filij Samuëlis sinistrè. 1. Regum. 8.a. Hanc nunc Barbari Gilbelinam nomināt, authore Volaterrano. lib. 11. Eodem loci habitauit aliquandiu Isaac. Gene. 28. Hanc Ptolemæus Bersanam appellat. Vide Hierony-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hieronymum in locis Hebraicis. Est in finibus Iudææ & Ægypti. Amos 5. Nehemiæ 11.

בַּרְזִלַּי Barzillai, berzellâi, Ferreus: aut ex Syro & Hebræo, filius contemptus, vel despectus. Nomen viri. 2. Regū 17.g. qui regē Dauid traduxit Iordanem. 2. Reg. 19.f. Pater item Hadrielis generi Saul sic vocabatur. 2. Regum 21.b

בְּסַי Besai. Nehe. 7.e. Conculcatio, siue contemptio, vel despectus. Nomen viri.

בְּצַי Bezai, Oua, siue cœnosus, vel humidus, aut in naui. Nomen viri. 1. Esd. 2.b. 2. Esd. 7.c

בְּצְקַת Bazkath, Besecath, Massa, siue inflatio, aut in angustia, vel in effusione. Nomen loci. 4. Reg. 32.a

בְּסַי Besa, Besee, Conculcatio, siue contemptio, vel despectus. Nomen viri. 1. Esd. 2.c

בִּשְׁלָם Bislam, besselam, In pace, vel in rettributione, siue decoctio eorum. Nomen viri. 1. Esdr. 4.b

בְּצַלְאֵל Besaleel, beseleel, In vmbra dei. Filius Viri filij Hur filij Caleb ex Euphrata vxore. Exod. 31. 2. 1. Para. 2.c

בְּצְלוּת Basluth, besluth, In vmbris, aut in assatione: vel Syriacè, in oratione. Nomen viri. 1. Esd. 2.c

בְּסוֹדְיָה Besodia, In secreto domini, siue in consilio domini. Nomen viri. 2. Esd. 3.b

בְּשׁוֹר Besor, Euangelizatio, siue incarnatio, aut in boue vel in muro. Nomen torrentis in regione Palæstinorum. 1. Reg. 20.b

בְּטַח Beta, bete, Fiducia, vel cōfidentia, aut in linitione. Ciuitatis nomen. 2. Reg. 8.b

בְּטֶן Beten, Venter, siue terebinthus. Nomen ciuitatis in tribu Aser. Iosue 19.b

βεθάβαρα Beth-abara, Domus transitus aut iræ: vel Syriacè, frumenti. D. Nomen loci trans Iordanem. Ioan. 11.d

בֵּית־חַכֶּרֶם Beth-acharem, Domus vineæ, siue domus cognitionis eorum. Nomen vici. Iere. 6.a. 2. Esd. 3.c

בֵּית־חָגְלָה Beth-hagla, Domus festiuitatis, vel reuolutionis eius. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15.a. & in tribu Beniamin. Ios. 18.d

בֵּית־עֲנָת Beth-anath, Domus cantici, vel responsionis, aut domus afflictionis. Nomen ciuitatis in tribu Nephthali. Ios. 19.c. Iudic. 1.g

בֵּית־עֲנִיָּה Bethania, Domus obediētiæ vel afflictionis, aut domus cantici, siue domus gratiæ domini. D. Villa in latere montis Oliueti. Matth. 21.b. Luc. 19.c. Vbi saluator noster Lazarum suscitauit. Ioan. 11.a. distans ab Ierosolymis stadiis quasi quindecim. Ioan. 11.c

בֵּית־עֲנַת Beth anithæ, Domus cantici, vel respōsionis, aut domus afflictionis. Dicebantur populi qui habitabant in Beth anath. Iudic. 1.g

בֵּית־עֲנוֹת Beth-anoth, Idem. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Iosue 15.g

בֵּית־תַּפּוּחַ Beth-thaphua, Domus pomi, vel domus inflationis. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15.f

בֵּית־הָעֲרָבָה Beth-araba, Domus planitiei, siue domus suauitatis, aut domus fideiussionis, vel domus vespertina, aut domus salicis. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15.b.g. Est & nomen ciuitatis in tribu Beniamin. Iosue 18.d

בֵּית־חָרָם Beth aram, Domus celsitudinis, aut domus prægnātium, vel montium eorū. Ciuitas in tribu Gad. Ios. 13.d

בֵּית־הָרָן Beth-aran, Domus montis vel prægnantis, siue domus cantantis, vel præconizantis. Nomen vrbis quam ædificauerunt filij Gad. Nume. 32. g. Antea ciuitas Amorrhæorum.

בֵּית־חֶוֶן Beth áuen, Domus vanitatis vel doloris, aut domus fortitudinis vel iniquitatis. Vrbs Chananææ terræ in tribu Ephraim, item in tribu Beniamin. Osee 4.d. 1. Regum 13.b

בֵּית־עַזְמָוֶת Beth-azmaneth, beth-azmoth, Domus fortitudinis mortis. Nomen ciuitatis. 2. Esd. 7.c

בֵּית־בָּרָה Beth-bara, bethbera, Domus filij eius, siue domus electa, aut domus puritatis vel frumēti eius. Nomen ciuitatis à Gedeone expugnatæ. Iudic. 7.g

בֵּית־בִּרְאִי Beth-birei, beth-berai, Domus creatoris mei, aut domus sanitatis, vel pinguedinis, vel electionis meæ. Nomen ciuitatis. 1. Para. 4.e. quam inhabitauerunt posteri Simeonis.

Beth-besse, Domus confusionis, vel domus erubescentiæ. D. Nomen vrbis. 1. Mach. 9.g

Beth-char, Domus agni, siue domus cognitionis, aut domus fodiens. Vrbs iuxta quā filij Israel percusserunt Philisthæos. 1. Reg. 7.c

Beth-dagon, Domus frumenti, vel domus piscis. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15.c. 19.b. 1. Mach. 10.g

Beth-el, Domus dei. Nomen vrbis in tribu Beniamin, sic primùm cognominatæ à Iacob. Gene. 12.b. 28.d. 1. Para. 7.f. Iudic. 4.a. Eadem & Luza dicta Iudic. 1.e. Est & nomen montis. 1. Reg. 13.a

Beth émec, Domus vallis vel profunditatis. Nomen ciuitatis in tribu Aser. Ios. 19.b

Bather, bether, Diuisio, siue in turture, aut in exploratione, vel cōtemplatione: aut Syriacè, posterior. Nomen montis. Cantic. 2.d

Beth-esda, bethsaida, Domus effusionis, id est locus ad quem aquæ pluuiales confluebant. D. Ioan. 5.a

Beth-gader, Domus muri, vel maceriæ. Nomen loci. 1. Paralipp. 2.g

Beth-gamul, Domus retributionis, siue domus ablactationis, aut domus cameli. Nomen ciuitatis in terra Moab. Iere. 48.d

Beth-hanan, Domus gratiæ siue misericordiæ vel domini. Nomen ciuitatis. 3. Reg. 4.a

Beth-horon, Domus iræ, siue domus libertatis aut foraminis, vel albedinis. Ciuitas est terræ Chanáā, quæ ducta sorte, tribui Ephraim obtigit, quemadmodum legis Ios. 16. 1. Paralip. 7. Hæc Leuitis concessa est. Ios. 21. à Sara filia Ephraim ædificata. 1. Para. 7.e. Ipsam Salomon reparauit. 3. Reg. 9.c. 2. Para. 8.a. Est superioris simul & inferioris beth horon passim in scripturis mētio. Ios. 16. 18. & aliàs non raró.

Bithia, bethia, Filia domini, vel mensura domini. Filia Pharaonis, vxor Mered. 1. Para. 4.c

Beth-iesimoth, Domus desolationum, aut domus repositionum, vel nominationum. Vrbs in campestribus Moabitarū quæ sorte cessit filiis Ruben. Ios. 13.c. Ezechielis 25.b

Beth-lebaoth, Domus leænarum, aut domus cordis literæ, vel signi, siue domus venientibus. Nomē ciuitatis in tribu Simeonis. Ios. 19.a

Beth-lahem, Domus panis, siue domus belli. beth-læhem duę sunt: vna in tribu filiorum Zabulon, de qua Ios. 19. Ex hac erat Abessan iudex populi Israelitici. Iudic. 12. Alia est in tribu Iuda, ciuitas Dauid, è qua fuit Leuita, cuius vxorem illicito concubitu necarunt Gabaonitæ. Iudic. 19. vbi Rex Dauid habitabat. 1. Reg. 16. Hæc fuit patria Iesu Christo. Mich. 5. Matth. 2. Olim dicta Ephrata. Gene. 35.c. & 48. Hanc Roboam ædificiis muniuit. 2. Par. 11. Vide multa de hac apud Hieron. ī locis Heb. Esd. 2. Vocat & ciuitas Dauid. Luc. 2.a. Ioā. 7.g

Beth-lehemites, Idem. 1. Reg. 16.a

Beth-maacha, Domus cōpressa vel contrita, aut domus fixa. Ciuitas est Chananææ regionis, ad quā vsque persecutus est Ioab perduellem Seba. 2. Reg. 20.e

Beth-meon, beth-maon, Domus habitaculi, vel domⁱ ex peccato. Nomē ciuitatis ī terra Moab. Ier. 48.d

Beth-marchaboth, Domus quadrigarū, siue domus amaritudinis extinctę. Nomē ciuitatis in tribu Simeonis. Ios. 19.a. 1. Para. 4.e

Beth-nimra, beth-nemra, Domus pardi, siue domus rebellionis, vel amaritudinis, aut domus cōmutationis. Nomen ciuitatis quam ædificauerunt filij Gad. Nume. 32.g. quæ aliàs fuerat Amorrhæorum.

Bithron. Bethoron, Diuisio, siue in exploratione ipsius, aut filia cantici: vel Syriacè, posterius. Nomen ciuitatis. 2. Reg. 2.g

Beth-phaagi, Beth-phage, Domus oris vallium, vel domus

domus buccæ vallis, siue domus ficuum, scilicet præcoquarum. D. Villula in monte Oliueti, ad quam venit Iesus saluator noster. Luc.19.c. Mat.21.a

בית־פלט Beth-phalet, siue Beth-phelet, Domus liberationis siue expulsionis: aut ex Hebræo & Syro, Domus vomitus. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios.15,d.2.Esd.11.d

בית־פצץ Beth-phazes, Beth-pheses, Domus diuisionis vel cõfractionis. Nomẽ ciuitatis in tribu Issachar. Iosue.19.b

בית־פעור Beth pheor, Bethphegor, Domus hiatus, siue domus aperturæ. Ciuitatis nomẽ in tribu Ruben. Ios.13.c

בית־רפא Beth-rapha, Domus sanitatis, vel medicinæ, aut domus laxationis. Filius Esthon.1.Para.4.b

בת־שבע Bath-seba, Beth-sabee, filia iuramenti, vel saturitatis, aut filia septima. Filia Eliam, vxor Vriæ.2.Reg.11.a.12.f. quæ & mater Salomonis.3.Reg.1.b.2.c.Psal.50.

בית־שבע Beth-seba, Beth-sabee, Domus iuramenti, vel saturitatis, aut domus septima. Nomen ciuitatis. Iosue.15.d

בית־צידא Beth-saida, Domus frugum, vel cibariorum, aut domus venatorum, vel insidiantium. D. Ciuitas Galilææ, ex qua Petrus & Andreas & Philippus apostoli. Ioan. 1.g. Mat.11.c

בית־שמש Beth-semes, Beth-sames, Domꝰ solis: vel ex Hebræo & Syro, Domus seruitij, vel ministerij. Ante Abel dicta, Hieronymo teste in quæstionibus Heb.2.Para.28.c. Iosephus lib.6.cap.1. Vrbs ad tribum Iuda, Iosue.15. pertinens: quæ postea filiis Aaronis, Leuitis scilicet, est assignata. Ios.21.b.1.Reg.6.1. Paralip.6.c.4. Reg.14.c Est alia in tribu Nephthali. Iosue.19.c. è qua pristinos habitatores non potuit expellere tribus Nephthali. Iudic.1.g. Numeratur præterea & alia Beth-semes in sorte filiorum Issachar. Iosue.19.b

בית־חשמ־ מי Beth-hasimesi, Beth-samitæ, Idem.1.Reg.6.c

Bethsamites, Idem.1.Reg.6.c

בית־שן Beth-san, Domus dentis vel eboris, aut domus mutationis vel dormitionis, vel Bethsean, id est Domus tumultus, aut domus opulentiæ. Vrbs tribus Manasse in Issachar, & Aser. Ios.17.c.18.Iudi.1. cuius situm habes. 3.Reg.4.b.& 1.Par.8.f. quæ Stephano & Iosepho li.5. cap.14, antiquit. Scytopolis appellatur. In hac corpus Saulis suspẽderunt Philisthini.1.Reg.31.d. Hieronymꝰ in quæst. Heb. duas Beth-san fuisse scribit.2.Reg.21.c

בית־ חשטה Beth-hasita, Beth-seta, Domus deuiationis, aut domus extensionis, siue domus spinæ. Locus Palesthinæ. Iudic.7.f

Beth-semes, vide Beth-sames.

Beth-semitæ. Idem. Iudic.1.f

בית־ חושמות Beth haisimoth Bethsimoth, Domus desolationum, siue domus repositionum, vel nominationum. Nomẽ ciuitatis. Ios.12.a. Num.33.f

בית־צור Beth-sur, Bethsor, Domus rupis vel fortitudinis, siue domus plasmationis, aut domus obsidionis vel vinculi. Vide. Bethsur.

בת־שוע Beth-sua, Filia saluationis, vel exclamationis. Mater Salomonis.1. Paral.3.b. quæ.3.Reg.1.b. dicitur Beth sabe, siue corrupte Bersabee.

בית־צור Beth-sur, Idem quod Beth-sor. Nomen ciuitatis in montanis locis sitæ in tribu Iuda. Ios.15.g. constructæ à Roboam.2.Paral.11.b

βαιθσοῦρα Beth-sura, Idẽ. D. Nomẽ ciuitatis.1.Machabæor.4.g

בתול Bethul, Virgo. Ciuitatis nomen in tribu Simeonis. Iosue.19.a

בתוליא Bethulia, Virgo domini, aut domus parturiens dominum. D. Nomen vrbis. Iudith.6.b

בית־זכרה Beth-zachara, domus memorię vel recordationis. D Nomen ciuitatis.1.Machab.6.d

בית־זכה Beth-zecha, Domus tribulationis, siue domus compedum, aut domus conflationis: vel ex Hebræo & Syro, domus vtris. D.

בטנים Betonim, Ventres, vel terebinthi. Ciuitas in tribu Gad. Iosue.13.c

בוק Bezech, Fulgur, siue in cõpedibus, Chananææ vrbs regia. Iudic.1.a

B I

Bythynia, Violenta properatio. G. prouincia Asiæ minoris, quæ & quondam Bebrycia Solino, & deinde Mygdonia dicta est, & maior Phrygia, Iera flumine à Galatia disterminata. haber ciuitatem ciusdẽ nominis. Hæc ab Heraclea Ponti vsque ad os protenditur, quo ex occidentis parte terminatur, ex oriente Sangario flumine, ab Austro Epicteto, Ponto verò ab aquilone. Hæc Raph. Volater. lib.10. Geogra. Vide Plin. lib. 5.cap.32. Ptolem. lib.5.cap.1. Strabonem lib.12. Huius mentio est.1.Pet.1. βιθυνία

B L

Blastus, Germinans vel producens. G. Nomen viri. Acto.12.d βλαστός

B O

Boanerges, Beatus Hieronymus docet debere scribi Banereem, quod interpretatur filij tonitrui. Sic à Christo cognominati fuerunt Iacôbus & Ioannes filij Zebedæi. Marc.3.c. Vide Marc.3.c. quæ annotauimus.

בְּקִי Bucki, Bocci, Vacuus, aut dissipatio, siue in vomitu. Filius Iogli princeps tribus filiorum Dan. Nume.34.d Filius Abisue filij Phinees.1.Para.6.a

בְּקִיָּהוּ Buckiahu, Bocciau, Euacuatio vel dissipatio domini. Nomen viri.1.Paral.25.a

בִּכְרִי Bichri, Bochri, Primogenitus, vel primitiæ, siue in ariete. Pater Sebe.2.Reg.20.a

בִּכְרִי Bochru, Idem, Filius Asel filij Elasa.1.Paral.8.d.9.g

בֹּחַן Bóen, Pollex, siue in eis. Lapis in tribus Iuda à filio Ruben sic appellatus. Ios.15.b.18. Hebræis dicitur abẽboen, id est lapis Boen. terminus est tribu Iudæ. Ios.15.

בָּנִי Bani, Boni, filius meus, aut ædificans, siue intelligẽs. Filius Somer.1.Paral.6.d

καλοὶλιμέ- νες Boni portus, p.n. Latinæ dictiones sunt. Ciuitas opinor, Cretensium, cui nomen καλὰ λιμένες, id est pulchrum litus: cuius meminit B. Stephanus. Act.27.b

בָּנִי Bani, Bonni, Aedificans me, siue adoptans aut intelligens me. Pater Omrai.1.Para.9.a.2.Esd.9.a

בֹּעַז Boaz, Booz, In fortitudine, aut in hirco. Filius Salmon, filii Nahasson, consanguineus Elimelech Bethlehemitæ. Ruth.2.a.4.d.1.Paral.2.b. Nomẽ item secũdæ columnę in porticu Salomonis.3.Reg.7.c.2. Paral.3.d

בּוֹרִית Borith, Herba in qua est acrimonia saponis. Ieremiæ.2.c

כּוֹצֵץ Bozez, Boses, Cœnam, aut in ipso flos, siue in ipso respiciens. Nomen scopuli.1.Reg.14.a

סְפָרַד Sepharad, Bosphorus, & interpretatur liber siue codex descendens vel imperans: aut finis vel consummatio descensionis vel imperij. Abdiæ.1.d

בָּצָר Bæzær, Bozor, Munitio, vel vindemia, siue ablatio, vel prohibitio: aut in angustia, vel in tribulatione. Filius Supha filij Helem.1. Para.7.g. Nomen item ciuitatis Moabitarum trans Iordanem orientem versus, ad solitudinem nonnihil vergentis.1. Machab.5.c. Deut.4.g. Ios.20.c.1.Para.6.g. De tribu Ruben Leuitis data.

בָּצְרָה Bozra, Bosra, Idem ciuitas in Aedom. Gene.36.c. Isa.34.b

בְּעֶשְׁתְּרָה Beesthera, Bosra, in grege eius, aut in dinitiis, siue in tinea legis, vel intinea explorationis. Ciuitas de media tribu Manasse data Leuitis. Ios.21.c

B R

בְּרִיעָה Beria, Bric, in malitia, vel in societate, aut in clamore, siue in vlulatione, vel in pastu. Filius Aser filij Iacob Nume.26.e

בְּרִיעִי Berij, Brieitæ, Idem.p.n. Nume.26.e

B V

Bugæus, Iactator. G. Esther.12.d βουγαῖος

בּוּל Bul, Germen, siue vetustas, aut defluens. Nomen mẽsis octaui, nostro octobri respondentis.3. Regum.6.d

בּוּנָה Buna, Aedificans, siue intelligens, aut adoptans. Filiꝰ Ierameel primogeniti Esron filij Phares.1. Paralip.2.d

בּוּז Buz contemptus, siue deprædatus. Nomen loci in terra Cædar. Ier.25.e. Filiꝰ ité Nachor ex Melcha. Gen. 22.d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

22.d.Pater Ieddo.1.Par.5.b

בּוּזִי Buzi,Idem Pater Ezechiélis prophetæ.Ezechielis.1.a

בּוּזִי Buzites,Idem.Iob.32.a

C

קְהָת KEath,Caath,Congregatio,siue ruga,aut obtusio.Filius Leui,filii Iacob.Gene.46.b.1.Pa.ali p.6.a

קְהָתִי Keathi,Caathitæ,Congregationes,siue rugæ,aut obtusiones.Nume.26.f.1.Paral.6.d

קַבְצְאֵל Kabzeel,Cabseel,Congregatio dei.Nomen ciuitatis in tribu Iuda.Ios.15.d.2.Reg 23.c.1.Para.11.e

כָּבוּל Cabul,Compeditus, vel quasi germen, aut quasi defluens,vel quasi veterascens. Regio Galilææ est, quæ Iosepho lib.8.cap.5.antiq.Iudaic. lingua Phœnicum à displicendo, aliis à terra tenaci, ob copiã argilæ qua figuli vtũtur,nomen accepit.Hãc Salomõ Hirã regi Tyri dedit.3.Reg.6.c.Est quoq; ciuitas tribꝰ Aser.Ios.19.b

קַדְמוֹת Kedemoth,Cademoth, Antiquiores,vel priores,siue orientales,aut incendiũ,vel incuruatio mortis. Nomen solitudinis.Deute.2.c.siue nomẽ oppidi in possessione tribus Ruben, quod Ios.13.c. Cedimoth dicitur.

קָדֵשׁ Cades,Sãctitas.Ciuitas regionis Moabitarum, vicina terræ siue tribui Iuda versus austrum, hoc est meridiẽ, ad montem Amorrhęorum limes terræ,quæ aliàs Fons misphat,id est iudicii dicitur. Gene.14.a. Nomen item solitudinis.Gene.30.a.quæ Nume.13.c.Desertum Pharan dicitur; & Nume.33.d. Desertum Sin perydicitur. Quod legitur in fine primi cap. Deut. Sedistis ergo in Cadesbarnæ,&c.legendum tantum in Cades.

קָדֵשׁ־בַּרְנֵעַ Kadesbarnea, Cadesbarne, Sanctitas filii instabilis,aut sanctitas frumenti,vel puritas commotæ vel instabilis. Terminus est tribus Iudæ ad meridionalẽ plagam.Deute.1.a

קַדְמֹנִים Kedumin,Cadumin,Antiqui vel priores, siue orientales:aut antiquum siue oriẽtale mare:aut incendiũ vel humiliatio aquarum.Nomen torrentis.Iudicum.5.c

Cæsar, Acæso matris vtero dictus est.vel à Cæsarie, id est coma vel capillatura,cum qua ortus est:vel quod cesios,id est glaucos habuerit oculos, vt quidam volũt. Latinum ast.Matth.22.b

Cæsarea, Idem. Maritima vrbs Palæstinæ in littore magni maris sita,quam Aerodes Ascalonita pater Herodis tetrarchæ Traconitidis instaurauit in honorem Aug.Cæsaris quæ prius πύργος turris Stratonis vocabatur:de qua Iosephus lib.1. bel. Iudaici.cap.3. & cap.16. Plini lib.1.cap.13. Egesippus lib.1.ca.18. de excidio Ierosolymorũ.& lib.3.cap.19.Similiter lib.15.cap.10.ant. Iudaic.huius fit mentio. Act.9.10. quòd in ea Cornelius Centurio baptizatus fit. & Act.21.b. quod Philippus Euangelista domum in ea habuerit. In hac Cæsarea Herodes etiam templum albo marmore extruxit Augusto Cæsari.author Iosephꝰ lib.15.cap.12.antiquit. in qua nepos eius Herodes Agrippa ab angelo percussus est. Act.12.de hac Raphaël Volater.lib.11. Geographiæ. Alia Cæsarea ciuitas est ad radices Libani sita, iuxta Iordanis fontem, à Philippo tetrarcha Itureæ & Traconitidis.Luc.3.Filio Herodis maioris, & fratre tetrarchæ,qui Ioannem decollauit,ampliata, & in Tiberii Cæsaris honorem Cæsarea appellata: quæ mutato nomine deinceps Paneas dicta est in prouincia Phœnices, vbi Iordanis è duobus oritur fontibus, Ior & Dan.author Hieronymus. Quam magis postea exornans Agrippa in honorem Neronis, Neroniam appellauit, velut scribit idem Iosephus lib. 18. cap. 3. antiq. Iudaic.& lib. 20. cap. 16. antiquita. Huius fit mentio Matth.16.b.Marc.8. Raphael volater.lib.12. hanc primum Leser, deinde Dan, postremo Cæsaream, nunc Belinam vocitatam scribit. Est etiam tertia Cæsarea Cappadociæ metropolis, cuius similiter in Actis Apo. cap.18. b. fit mentio, Profectus ab Epheso, & descendens Cæsaream, ascendit & salutauit ecclesiam. Hebraice dicitur קיסרין. Vide Dor.

Caiaphas, Caiphas, Inuestigator, vel sagax, seu vomens ore,aut vomitus oris. D. Princeps quidam sacerdotum inter Iudæos, qui fuit tempore Christi.Matth. 26.f.Ioan.10.f Καιαφᾶς

Cain, Possessio, vel possessus.Filius Adam.Gen. 4.a. Keinam,Cainam,Possessor,vel emptor,aut lamẽtator, vel nidus.Filius Enos.Gene.5.b.Luc.3.g קַיִן

Caius,Lingua Latina prisca interpretatur dominus. Latinum est. Nomen viri Macedonensi.Act.19.f.hospes Pauli.Rom.16.d גָּיוּס

Calno, Calano, Consummatio eius, vel totus ipse: Ciuitas Babyloniæ.Isa.10.b כַּלְנֵה

Caleb,Quasi cor,aut canis, siue canistrum.Filius Iephone.Nume.13.a.Iosue.14.a.1.Reg.25.a. qui.3. Paral. 2.a.dicitur Calubai,filius Esron filii Phares filij Iuda. כָּלֵב

Calphi,Vox oris,vel consummatum aut perfectum est .D.Nomen viri.1.Machab.11.g καλφί

Calisthenes, Pulchrũ robur,siue pulchra potẽtia.G. καλλισθένης

Kelita,Calita,Refugium,siue contractio,aut vox declinans. Nomen viri.1.Esd.10.c קְלִיטָא

Celubai,Celubai,Caninus aut canistrum meum, siue totus ipse in me. Filius Esron,filij Phares.1.Paral.2.a. qui ibidem.f.dicitur Caleb,vt & in aliis locis. כְּלוּבַי

Camon resurrectio, siue confirmatio eius. Nomen ciuitatis.Iudic.10.b קָמוֹן

Kemuel, Camuel, Surrexit deus, vel suscitauit aut confirmauit eum deus. Filius Nachor ex Melcha, pater Syrorum.Gene.22.d.1.Paralip.27.c. Filius item Sephtan.Nume.34.d קְמוּאֵל

Cana,Zelus vel æmulatio, siue possessio, aut lamentatio,vel nidus eius:aut canna,idest arundo.Nomen ciuitatis in tribu Manasse,in Galilæa.Iosue.19.b. Ioan.2. a.4.f קָנָה

Chananæus, Sic vocabatur Simon qui fuit vnus ex duodecim Apostolis & interpretatur zelotes, aut æmulator,vt habetur.Luc.6.c.Non enim erat ex Chanaan, sed ex Cana vico Galilææ, quæ in zelum vel æmulationem conuertitur.D. Χαναναῖος

Kenath,Canath,Emptio, siue possessio, aut lamentatio.Nomen vrbis in tribu Nanasse, quæ & Nobe dicitur.Nume.32.g קְנָת

Candace, Possidens contritionem: aut ex Hebræo & Syro,possessio munda vel purissima.D.Nomen cõmune omnibus reginis Aethiopum.Actorum.8.c Κανδάκη

Kephira, Caphara, Leuncula, aut propitiatio, siue linitio, vel villa, aut oppidum, siue glacies: aut Syriacè,negatio. Nomen ciuitatis in tribu Beniamin. Iosue.18.d כְּפִירָה

Capharnaum, Ager pœnitentiæ, vel villa consolationis,aut propitiatio pœnitentis. E. Iuxta stagnũm Genezareth vsque hodie oppidum in Galilæa gentiũ situm in finibus Zabûlon & Nephthali. Mat.4.c.Luc. 4.in quo Christus Cẽturionis filium sanum fecit.Matt. 8.In hac Christus versatus est multum,& plurima miracula edidit,vnde & sua suauitas appellata est. Mat.9. &.11.Egesipppo in.3.ca.26.est fons in rigione Genezaris Capharnaum nomine. כְּפַרְנָחוּם

Capharsarama, Capharsalama, Ager vel villa pacis vel retributionis.D. Nomen vrbis quæ Antipatrida.1. Machab.7.c.dicitur. καφαρσαλαμά

Caphenata, Caphereta, Manus doni: aut Sytiacè vinculum, vel colligatio. D. Nomen muri.1. Machabæorum.12.c καφενάθα

Kephira,Caphira, Leuncula, aut propitiatio, siue linitio, vel villa aut oppidum, siue glacies, aut Syriacè, negatio.Nomen ciuitatis.Ios.9.c כְּפִירָה

Caphtorim, Sphærulæ vel poma, aut vola vel palma turturũ vel exploratorum. Nomẽ populi,qui Cappadoces dicuntur.Gene.10.b כַּפְתֹרִים

Cappadoces, in Hebræo est Caphtorim, & interpretatur spærulæ,siue poma, aut vola, vel palma turturũ vel exploratoruum.Deute.2.c כַּפְתֹרִים

Caphtor,

כַּפְתֹּר Caphthor, Cappadocia, Idem. f. n. Asiæ regio Pontica est, Armeniæ confinis, quam ab auriente claudit, ab septentrione longo littore in Euxinium expãditur, sicut angusto excursu à meridie Ciliciam attingit, ab occasu Galatia & Paphlagonia reliqua terminata, vt Ptolem. lib. 5. cap. 6. nomen habet à Cappadoce amne. eius populi Cappadoces, antea Leucosyri dicti, author Plinius lib. 6. cap. 3. Strabo. lib. 12. à principio. Plura Pom. Mela lib. 1.

קַרְקַע Carcaa, Pauimentũ siue frigiditatem dissoluẽs. Vrbs in tribu Iuda. Ios. 15. a

קָרֵחַ Karea, Caree, Caluus, siue glacies. Pater Iohannã. 4. Regũ. 23. f

קַרְחִים Carehim, Idem. p. n. Nomen loci. 1. Para. 22. a

Καρία Caria, Capitalis. G. Nomen loci. 1. Mach. 18. d

קִרְיַת kiriath, Cariath, Ciuitas, vel vocatio: aut lectio, vel occursus. Nomen ciuitatis. Ios. 17. d

קִרְיָתַיִם kiriathaim, Cariathãim, Ciuitates, aut vocationes, siue lectiones, vel occursus. Vrbs in tribu Ruben. Ios. 13. c. etiam Moabitarum ciuitas. Nume. 32. g. Iere. 48. a. Ezech. 25. vbi olim Emim gigantes habitarunt. Gene. 14. a. Para. 6. g. Inter vrbes Nephthali Leuitis concessa cẽsetur. Hieronymus in ecloga scribit eam iuxta Medabam vrbem Arabiæ, & appellari Coraiatha.

קִרְיַת־אַרְבַּע kiriath-arba, Cariath-arbe, Ciuitas quatuor. Ciuitas in tribu Iuda, sic dicta ab Arbea conditore, non autem à quatuor patriarcharum, Adam, Abraham, Isaac, & Iacob, qui ibi sepulti sunt, sepulchris, vt quidem interpretantur. Iosue. 15. c. quæ & Hebron dicitur. Iosue. 20. c

קִרְיַת־עָרִים kiriath arim, Cariath-arim, Ciuitas ciuitatum vel oppidorum, aut ciuitas vigilantium: vel ex Hebræo & Syro, ciuitas inimicorum. Nomen vrbis. 2. Esd. 7. c

קִרְיַת־בַּעַל kiriath-baal, Cariath-baal. Ciuitas idóli, vel imperantis aut posidentis. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, quæ & Cariath-iarim dicitur. Iosue. 15. g. 18. c. Iere. 26. f. Dicitur & Baala.

קִרְיַת־יְעָרִים kiriath-iearim, Cariath-iarim, Ciuitas syluarum. Ciuitas Heuæorum in tribu Iuda. Iosue. 15. b. 26. f. quæ & Cariath-baal, & Baala dicitur. Ios. 15. g. 18. c. Vno tantũ miliario ab Aelia, quà pergimus Diospolim, distat.

קִרְיַת־סֵפֶר kiriath-sepher, Cariath sépher. Ciuitas literarum. Nomẽ ciuitatis in tribu Iuda, quæ & Dabir dicitur. Ios. 15. c. & Cariath-senna. Ios. 15. f

קִרְיַת־סַנָּה kiriath-sana, Cariath-sanna, Ciuitas rubi: vel ex Hebræo & Syro, ciuitas inimicitiæ. Nomẽ ciuitatis in tribu Iuda, quæ & Dabir dicitur. Ios. 15. f. & Cariath-sepher. Iosue. 15. c

קִרְיוֹת kirioth, Catioth, Ciuitates, aut vocationes, siue lectiones, vel occursus. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15. d. Iere. 48. f

כָּרֵת kerith, Carith, Concisio siue confossio, aut exterminatio. Nomẽ torrẽtis qui est cõtra Iordanẽ. 3. Re. 17. a

כַּרְמֶל Carmel, Cognitio circuncisionis, vel agnus circuncisus, aut teneritudo. f. illa quæ est segetum: vel coccin⁹. Ciuitas. Vide Charmel.

Carmelites, Idem.

כַּרְמְלִית Carmelitis, Idem, fœ. g. 1. Paral. 3. a

Carmelus, Idem. Carmëli duo sunt mõtes: vn⁹ Tyriorũ, frugifer maxime vini, excelsus valde, in Galilæa, haud ita procul à Ierusalem in tribu Aser. Iosue. 19. b. iuxta Ptolemaidem ciuitatem & mare. In quo Elias videns frequẽter versabatur. 2. Reg. 18. In hoc etiã Nabal habitauit. 1. Reg. 25. Huius plurima fit mẽtio sparsim in prophetis. 1. Regũ. 15. e. Isa. 33. Ierem. 36. Amos. 1. &. 9. Michææ. 7. Nahum. 1. Cantic. 7. Vide quoque Iosephũ libr. 3. cap. 2. de bel. Iudaico. Alius in Iudæa quà itur in Aegyptum ad meridionalem plagã, de quo Isa. 23. & Ios. 15. in quo ciuitas eiusdẽ nominis extructa videtur.

כַּרְמִין Carmon, Quasi malũ granatum, vel vinea doloris siue fortitudinis. D.

Carnáim, Cornua. Populi sunt ciuitatis Astaroth. Gene. 14. a. est & nomen ciuitatis. 1. Mach. 5. c

Κάρνιον Carnion, Cornu. Nomen præsidij. 2. Mach. 12. d

καρπὸν Carpum, Fructus, vel fructuosus. G. Nomen viri. 2. Timoth. 4. c

καρπὸς Carpus, Idem.

קַרְתָּה Cartha. Ciuitas, siue vocatio, aut lectio, vel occursus. Ciuitas Leuitarum in Zabulonia tribu. Iosue. 21. c

תַּרְשִׁישׁ Tharsis, Carthaginenses. In Hebræo est Tharsis: & interpretatur contemplatio gaudij, vel exploratio marmoris aut turtur gaudii, siue chrysolytus, lapis. f. pretiosus, aut mare. Ezech. 27. c

קַרְתָּן Carthan, Ciuitas, vel vocatio, aut lectio, vel occursus, siue frigiditatem dans. Ciuitas refugii atque sacerdotum in tribu Nephthali. Ios. 20. c

כְּסוּלוֹת kesuloth, Casaloth, Temeritates, siue fiduciæ, aut ilia. Nomen ciuitatis. Ios. 19. b

χάσφων kasphon, Casbon. Numeratio, vel cogitatio, aut festinans filius. D. Nomen ciuitatis. 1 Mach. 5. c

כֶּשֶׂד kesed, Cased, Quasi dæmon: aut quasi deprædator, vel quasi mamilla, aut quasi ager. Filius Nachor ex Melcha. Gene. 22. d. à quo Casdim, id est Chaldæi.

כַּסְפִּין Caspin, Casphin, Argentaria, siue cupiditas: aut Syriacè, verecundia. D. Nomen ciuitatis. 2. Mach. 12. c

χασφὼρ Casor, Casphor, Argenteus, aut desiderabilis mons, D. Nomen ciuitatis. 1. Mach. 5. c

קוּשַׁיָּהוּ kusaiahu, Casaia, Duritia aut grauitas eius siue scandalum ipsius. Pater Ethan. 1. Par. 15. b

קְצִיעָה kesia, Casia, Species aromatica, vel angulus. Exod. 30. c. Psal. 44. b

קְצִיץ keziz, casis. concisio, aut finis. Nomen ciuitatis. Iosue. 18. d

כִּסְלֵו kisleu, casleu. Spes aut temeritas eius, siue thronus vel calix illius, aut ilia eius. Decimus mẽsis nostro Decembri quandoque respondens. Zach. 7. a

כָּתַת katath, catheth, Tædium siue contentio. Terminus Zabulonie tribus. Ios. 19. b

C E

קֵדָר Cedar, nigredo, aut tristitia. Filius Ismahelis. Genes. 25. b. Arabiæ item regio est Hieronymo in Agarenorum, id est Sarracenorum solitudine, à Cedar filio Ismahelis. 1. Para. 1. Gene. 25. ita cognominata. Ferũt quidam Cedar esse ciuitatem quæ Iosepho camala vocatur. Meminit. Isaias. cap. 60. Ezech. 27. Psal. 120. Iere. 2.

קֶדֶשׁ kedes, cædes, Sanctitas. Vrbs in tribu Iudæ, velut Ios. 15. indicat. Alia vrbs Galilææ in montanis Nepthali. Ios. 10. deputata fugitiuis qui nescii homicidiũ perpetrauerant. Ios. 20. c. & Leuitis quoque attributa. Ios. 21. 1. Paral. 6. g

קְדֵמוֹת kedemoth, Cedimoth, Antiquiores, vel priores, aut orientales: siue incendiũ vel incuruatio mortis. Nomẽ oppidi in possessione tribus Ruben. Iosue. 13. c. quod solitudo cademoth in Deuter. 2. e. dicitur.

קַדְמָה Cedma antiquus vel prior, aut orientalis. Filius Ismahelis, Gene. 25. b

קַדְמִיאֵל Cadmiel, Cedmiel Antiquitatis vel prioritatis de⁹, aut orientis deus. Nomen viri. 2. Esd. 3. c

קַדְמֹנִי kedmoni, cedmonei, Antiquiores, vel priores, aut orientales. Nomen populi. Gene. 15. d

קִדְרוֹן kidron, Cedron, Denigratus, aut tristis. Nomen vallis & fluuij in eadem valle, quæ inter Ierosolymam & montem oliuarum est. 4. Reg. 23. a. Siue torrentis nomen. 2. Reg. 15. e Ioan. 18. a

קְהִלָּתָה kehelátha, Ceélatha, cœtus vel congregatio, siue ecclesia. Nomen loci ad quem venerunt filii Israël profecti de Ressa. Nume. 33. c

קְעִילָה Ceila, Dissoluens eam, siue diuidens, aut scindens eã, vel fixio eius. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Iosue. 15. f. 1. Regum. 23. a. 1. Paralipom. 4. c. 2. Esdræ. 3. d

קְלָיָה Celaia, Vox domini, aut alleuiatio domini, siue torrefactio. Nomen viri. 1. Esd. 10. d

קַלַּי Callai, Cellai. Leuis siue torrefactus, aut vox mea. Nomeñ viri. Nehem. 12. a

קְלִיטָא Celita, Refugium vel contractio, aut vocis declinatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

nario.Nomen viri 2.Esd.8.b

χαγχραῖς Cenchræis,Milium legumen. G. Portus Corinthiorum ab vrbe stadia ad.LXX. lõginquus. Straboni lib. 8.Roma.16.a

Cendebæus, Zelus, vel possessio doloris, aut zeli emanatio.D.Nomen ducis.1Mach.15.g

כִּנֶּרֶת Cinereth, cenereth, cithara, vel quasi lucerna. Ad orientem Iudææ mare in tribu Nephthali. Nume. 34. Deuter.3.c.Ios.11.12.13.d.19.c. Aliàs mare Tiberiadis,& lacus Genezarethicus, seu Galilææ dicitur, XL. stadiis in latitudine diffunditur, centúmque in logitudine extẽditur,teste Iosepho lib.3.bel.Iudaici:cap.18.per hunc medium Iordanis Iudææ amnis profluit. Porrò Ptolemæus cur ex hoc duos faciat,non video.

כִּנְרוֹת Cineroth,Idem.p.n.Vrbs in tribu Nephthali,Ios.11.a,19.iuxta lacum Genezareth, quam Herodes magnificis ornauit ædificiis, atque in honorem Tiberij Cæsaris Tiberiadem nominauit: à qua & locus & regio circuniacens nomẽ inuenerunt.Hæc Iosephus lib.18. cap. 4.antiqui.Ben-adad Syriæ rex hanc cepit 3.Reg.15.g

קֵנִי kenaz, cenez, Nidus iste,aut lamentatio hæc, siue possessio vel emptio hæc. Filius Eliphaz, filii Esau ex Ada vxore. Gene.36.b. Ciuitas principum Idumæorũ. Gene.36.d

קְנִזִּי kenizi,cenezæi,Idem.p.n. Nomẽ populi. Gene.15.d

Cenezæus,Idem.Nume.32.b

קֵנִי Ceni possessio, vel emptio.siue nidus, aut lamentatio.Regio Philisthinorum.1.Reg.27.d

Cephas,Petrus à Petra. Syrum est.Sic dictus fuit Simon Petrus frater Andreæ.Ioan.1.f.1.corinthiorũ.15.a

כְּפִירָה Cephira, Leuncula,aut propitiatio, siue linitio, aut villa vel oppidũ,siue glacies:aut Syriacè,negatio. Nomen viri.1.Esdr.2.b.Est & nomen vrbis.2. Esdræ.7.d

כְּרֵתִי Cerethi,Cõcisio, siue transfosio, vel exterminatio. Populi,qui & Philistiim, vt Lyra ait in libro differentiarum:siue nomen legionum aut bellatorum Dauid.1. Reg.30.d.2.Reg.8.d.15.d.20.g.1.Paralip.18.d

כָּרִי Cari,cerethi.4.Reg.11.d. Milites, siue cursores aut arieres.

קֶרֶס Ceros, Vncinus aut incuruatio. Nomen viri. 1.Esdræ.2.c

כְּסִיל Cesil, Arcturus, nomen stellæ:siue stultitia,aut ilia. Nomen ciuitatis in tribu Iuda.Ios.15.c

קִשִּׁיוֹן kision, cesion, Duritia, siue stipula, aut cucumetarium.Ciuitas Leuitarum in tribu Issachar.Iosue.19.b

כִּתִּים kittim, cethim, conterentes, siue contritio maris, aut diadema,siue aurũ, vel tinctura: aut ex Syro & Hebræo coaceruatio maris. Filius Iauan. Gene.10.a. Ab hoc Berosus dicit Italos esse appellatos. Interpres noster,Danie.11.e transtulit Romanos.Vide Italia & Romani.Sunt & græcorum insulani,Macedones.Isa.23.a Cyprus,quæ & citium dicitur.

כִּתְלִישׁ kithlis, cethlis, Paries est:aut ex Syro & Hebræo caterua leænæ:vel Syriacè, quasi euulsus. Nomen ciuitatis.Iosue.15.e

קְטוֹרָה Cetura,Aromatizans,vel fumigans,siue ligata. Altera vxor Abrahæ,Gene.25.a

C H

Chabri. Socius,aut porticeps,siue incantator, aut liuor.D.Nomen ciuitatis Iudith.8.b

כָּבוּל Chabul,compeditus, vel quasi germinans: aut quasi defluens, vel quasi veterascens. Nomen ciuitatum earum quas Salomon dedit Hiram regi Tyri in terra Galilææ.3.Reg.9.c

χαρέας Chæreas,Gaudens vel lætus. G. Nomen viri.2.Machab.10.g

כְּלָל kelal, Chalal. Gonsummatio vel totalitas, aut quasi nox:vel Syriacè,corona.Nomen viri.1.Esdræ.10.d

כַּלְנֵה Calne, Chalanne, Omnes nos, siue omnia hæc, aut consummatio nostra,vel sicut manens, aut quasi murmurans.Ciuitas in qua regnauit Nemrod. Gene.10.b. quæ nũc Seleucia à Seleuco rege, siue Ctesiphon dicitur Amos.6.a

Calamus,Idem.

Chalcol,Nutriens,siue consummans omnia,aut sustinens omnia.Filius Maol.3.Reg.4.d.Filius item Zare filij Iudæ.1.Paral.2.a

Chasdim,Chaldæi,Quasi dæmones,aut quasi depræ-datores,vel quasi mamillæ,aut quasi agri.Regio ad Orientem Iudæ inter Babyloniam & Arabiam, Tigrim & Euphratem,de qua Plin.lib.6.cap.28.Strabo lib.16. Volaterranus lib.11.Geogra.Iere.50.b.51.d

Casdim,Chaldæi,Idem populi.Isa.13.d

Chaldæus,idem.s.n.

Chaldæi.2.Par.36.a.Vide quid significet Babel.

Calah, Chale. Opportunitas, vel quasi viriditas, vel quasi humiditas,aut quasi tabula. Ciuitas quam ædificauit Assur.Gene.10.b

Chali,infirmitas, siue deprecatio,aut expectatio,vel principium,aut gemma vel monile.Ciuitas quæ terminus Aser est.Ios.19.b

Ham.Cham, Calidus, vel calor, aut niger. Filius Noe. Gene.5.d. Ab hoc sæpe in sacris literis Aegyptus terra Cham dicitur,vt Psal.105.testis est Hieronymꝰ in quæstionibus Hebraicis.

Chimeam, Chamaam, sicut illi, aut similes eis, vel quasi turbatio. Nomẽ vrbis iuxta Bethlehẽ. Iere.41.d Proprium item nomen viri.2.Reg.19.g

Chamos, Quasi palpans,aut quasi recedẽs, vel quasi auferens.Nomen idoli Moabitarum.Num.21.f.3.Reg. 11.b.4.Reg.23.c.Iere.48 g

Chenaan, Chanaan, Mercator, vel negociator, siue contritus, vel confractus,aut rectè respondens, vel rectè affligens.Filius Cham. Gene.10.a. In 10.cap. Iudic. iuxta literam c, legitur Amalec & Canán: cum legendum sit, Amalec & Maon, quod significat habitaculũ, siue delictum,aut ex peccato.

Chenaana, Chanaana, Mercatrix,vel negotiatrix, siue contrita,vel confracta,aut recte respondens, vel recte affligens.Pater Sedeciæ prophetæ.3.Reg.22.d.filiꝰ Balan filii Iadihel filii Beniamin.1.Paralip.7.c

Chenaanæa,Chanaanæa,Idem.Matth.15.c

Chananæ verò, seu terræ sanctæ limites sunt, Ad orientem est Iordanis fluuius, & magnus Euphrates. Ad occidentem, est Aegyptus,& mare magnum, quod mediterraneum dicitur.Ad austrum hoc est meridiem, iacet desertum Arabiæ. Ad aquilonem siue septentrionem mons Libanus eminet.

Chenaanim,Chananæi, Mercatores siue negotiatores,aut cõtriti,vel confracti,siue recte respondẽtes,vel recte affligentes.Nomen populi. Gene.15.d

Chænaani,Chananæus,Idem.s.n.Nume.21.a

Chenaanith,Chananitis,Idem.f.g.Gene.46.b

Chenani.Chanani, Præparatio,vel basis mea. Nomen viri.2.Esd.9.a

Characa,Inuolutio aut indumentum,siue palliũ.D. Nomen loci.2.Mach.12.c

Cheran, Charan, Quasi cantans, aut quasi clamans, siue agnus vel cognitio eorum. Filius Disan filii Seir Horræi.Gen.36.c

Haran,Charan. Tob.11.a. Iudith.5.b.Actor.7.a. Ira, siue irascens:vel Syriacè,libertas.Mesapotamiæ ciuitas ad quam Abraham concesit, vbi & Thare pater eius mortuus est.Gene.11.Act.7.a.Charra à Syriæ fluuio nomen inuenit Stephano. Ibi Romanus cæsus est exercitus,& Crassus dux captus.Lucanus, Assyrias Latio maculauit sanguine Carras.Eadem est Carræ & Haran.

Charchemis,Charchamis, Agnus quasi ablatus, aut agnus quasi palpans:vel ex Syro & Hebræo,ciuitas ablata.Nomen ciuitatis iuxta fluuium Euphraten.Isa.10.b

Charcas, Agni cooperimentum, aut agni thronus vel calix,vel quasi tortuosum,scilicet nõ planum. Nomen eunuchi.Esther.1.c

Charmel,Cognitio circuncisionis,vel agnus circuncisus

Universidad de Deusto
Biblioteca

cius,aut teneritudo,scilicet illa quæ est segetũ,vel coc cius.Nomen ciuitatis in tribu Iuda.Ios.15.g.Isa.29.f

כַּרְמִי Charmi,Vinea,siue cognitio aquarum, vel agnus aquarum,aut quasi celsitudo . Filius Ruben.Gene.46.a 1.Para.5.a.Filius item Iuda.1.Para.4.a.qui Gene.46.b. dicitur Her:filius præterea Zabdi,filij Zaræ,filij Iuda, pater Achar siue Achan.Ios.7.a

Charmitæ:Idem.Nume.26.a

כִּסְלוֹן Cislon,Chaselon, Fiducia vel temeritas eiꝰ, siue ilia eius,aut thronus mansionis, vel calix siue tegumentũ mansionis . Pater Elidad principis tribus Beniamin. Num.34.d

כַּרְשְׁנָא Charsena , Agnus anniculus, siue agnus dormiẽs vel mutatus.Nomen viri.Esther.1.c

כַּסְלֻחִים Casluhim, Casluim, Tegumentum tabularum , vel sedes tabulatũ,aut spes vel temeritas vitæ . Filius Mesraim.Gene.10.b. Populi nomen,qui & Philistiim,siue corruptè Palæsthini.

כַּסְפְיָא Casiphia , Casphia, Argentaria siue cupiditas: aut Syriacè verecundia.Nomẽ regionis,quæ à Caspio mari vocabulum sumpsit,vt quidã putant. Nicol. Lyra in Babylonis regione locum esse putat, vbi plures Leuitarum post captiuitatem manserint.1.Esd.8.c

כַּבּוֹן Chabbon, Chebbon, Extinguens vel extinctus,aut quasi intelligens , vel quasi ædificans . Ciuitas in tribu Iuda.Ios.15.e

חֶבְרוֹן Chebron,Societas, siue participatio,aut adhæsio, siue incantatio,vel liuor.D.1.Mach.5.g

כְּלוֹן Chellon , Consummatio, vel perfectio , aut alleuians dolorem,vel tristitiam.D.Nomen terræ.Iudith.2.c

כִּלְאָב Chileab, Cheleab, Totus vel omnis pater , siue consummatio vel prohibitio patris.Secundus filius Dauid de Abigail vxore Nabal Carmeli.2.Reg.3.a

כְּלוּהוּ Cheluhu,Cheliáu.Omnis vel totus ipse,aut consummatio eius,siue prohibens eũ . Nomen viri.1.Esd.10.d

כִּלְיוֹן Chilion,Chelion, Consummatus, siue perfectus aut totus columbinus . Filius Elimélech Beth-lehemitæ. Ruth.1.a

כִּלְמָד Chilmad,Chelmad, Quasi docẽs aut totus mẽsurãs, siue omne indumentum,consummatio vel cessatio mẽsuræ vel indumenti. Nomen vrbis. Ezech.27.e

חֶלְמוֹן Chelmon, Exercitus præparatio vel numeratio, aut somnium eius.D.Nomen loci.Iudith.8.a

כְּלוּב Chelub, Canistrum vel caninus . Nomen viri.1.Paralip.27.d

כַּנֶּה Canne, Chenne, Casis, aut rectitudo, siue præparatio.Nomen regionis.Ezech.27.e

כְּרוּב Cherub, Quasi magister, vel quasi multiplicans, aut quasi pugnans , vel cognitionis aut sciẽtiæ multitudo. Nomen viri.1.Esd.2.c.In 2.Reg.22. b. debet legi Cherub,non Cherubim.

כְּרוּבִים Cherubim.Idem.p.n.

כִּסְלוֹת Kisloth,Cheseleth,Temeritates,siue fiduciæ,autilia. Nomen ciuitatis in tribu Issachar.Ios.19.a

כִּסְלוֹן Keslon,Chesion,Fiducia aut temeritas eius,siue ilia eius,aut thronus mansionis, vel calix seu tegumentum mansianis . Nomen villæ in Ierosolyme finibus. Iosue.15.c

חִתִּית Hitthæá,Chethæa,Confracta,siue formido losa:aut Syriacè,descendens.Ezech.16.a

חִתִּיוֹת Hithioth,Chetæus.Idem.p.n.3.Reg.11.a

כִּידוֹן Chidon,Iaculum, vel infortunium, siue quasi iudicans.Nomen loci.1.Par.13.c

Χίος Chium, Aperta, vel apertura. G.Insula inter Cyclades atque Bythiniam : cuius nomẽ Syra lingua masticẽ designat,eo quòd ibi mastix gignatur . hãc aliqui Chiã appellauere à Chione Nympha Coos.Act.20.c

Χλόη Chloe,familiæ Corinthiorum nomen.1.Corinthiorum.1.b

כְּבָר Chebar, Chobar , Fortitudo vel potentia, aut quasi filius,siue quasi puritas,vel quasi frumentum,aut iam, id est quod iam præteriit.Flumẽ est in terra Chaldæorum, apud quod Ezechiel visionem vidit . Ezech. 1.a. Hoc quidem Euphratem interpretantur:alij Aborram putant,de quo Ptolemæus & Strabo.

כַּדְכֹּד Chadcod , Chodcod, Iapsis carbunculus, aut hydria hydtiæ.Ezech.27.c

כְּדָרְלָעֹמֶר Kedarlahomer,Codolahomor,Quasi generatio seruituris , aut quasi habitatio seruituris , siue spætula vel rotunditas manipuli . Rex Aelamitarum . Gene.14.a

כָּל־חֹזֶה Chal hose.Colhoza , Omnis prophera , siue omnis videns,aut omne pectus . Nomen viri. Pater Sellun.2. Esdræ.3.c.11.a

כְּוַנְיָהוּ Conaniahu,Chonenias,Præparatio,aut firmitas, vel rectitudo domini.Frater Semei.2.Para.31.c

חֹרִי Hori,Chorræi,Furores,aut libertates, seu foramina. Populi gigantes , expulsi à filiis Edom ex monte Seir. Gene.14.a.qui & Horræi.Deut.2.c.dicuntur.

Χριστός Christus,Vnctus.G.

כּוּב Chub,Extinguens.Nomen gentis. Ezech.30.a

כּוּן Chun , Præparatio , siue placenta:aut Syriacè, fenestra.Nomen vrbis.1.Para.18.b

כּוּשׁ Chus,Aethiops , aut niger.Filius Cham.Gene. 10.a. à quo descenderunt Aethiopes.

כִּישָׁן־רְשָׁעָתַיִם Chusan-tisaethaim,Chusan-rasathâim, Aethiops vel nigredo iniquitatum.Nomen regis Mesopotamiæ.Iudic.3.a

חוּשַׁי Chusai,Sensus.aut festinans, vel silens . Amicus Dauid.2.Reg.15.g.16.c.17.a.1.Para.27.d

כּוּשִׁי Chusi,Aethiops,aut niger.Pater Selemiæ patris Nathaniæ patris Iudi.filius Iemini.2.Reg.18.c. Iere.36.d. Legitur Psal.7.a.Chusi,cum legendum sit Chus.

כּוּזָא Chuza,Videns,aut prophetans.D.

C I

כְּסָיִם Chibzaim,Cibsaim,Congregationes. Ciuitas ex tribu Ephraim data Leuitis.Iosue.21.b

Κιλικία Cilicia , Voluens, vel reuoluta. G. Regio maritima Asiæ in sinu Isico , vbi porticus in Tharso celebris ad septentrionem Iudææ,de qua multa.Strabo lib.14. Mela in 1.Plin.lib.5. cap.27. Ptolemæus in 5.cap. 8.quam Cydnus amnis intersecat,& mons Amanus (ita Hieronymus)à Syriacœle separat . Vide Volater.lib.11. Geograph.Ex hac Paulus apostolus fuit oriundus . Act.23. g.& Christum in ea prædicauit.Gal.1.d

קַיִן Kain,Cin.Possessio,vel emptio, siue nidus,aut lamẽtatio.Nomen viri,à quo Cinæi.Nume.24.d

קִינָה Cina,Idem.Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios.15.d

קֵנִי Keni,Cinci,Idem.p.n. Nomen populi. Gene.15.d

קְנַז Cineus,Idem.s.n.Num.24.d.1.Reg.15.a.1.Para.2.g

קִינוֹת Cinoth,Lamẽtationes,quæ & græcè θρῆνοι dicũtur.

קִישׁ Cis,Durus aut stipula,vel cucumerariũ . Filius Abiel.pater Saul regis.1.Reg.9.a.1.Paralip.23.c.Filius item Abigabaon.1. Par.8.c. & vocabatur filius Abdai Leuitæ.2.Para.29.c

קִישׁוֹן Cison,Idem . Torrens Galilææ iuxta montem Tabor . Hic è monte Tabitio in mare cadit. Iudic.4.a.5. Reg.18.g.Psal.82.c

קִיטְרוֹן Citron , Aromatizans, vel fumigans, aut colligatio, vel vinculum,siue attædiati canticum:aut Syriacè, nodus.Ciuitas in tribu Zabulon.Iudic.1.f

C L

Κλαῦδη Clauda , Vox fracta,vox flebilis.G . Insula spectans Cretam inter meridiem & occidentem.Act.27.c

Claudia,Latinum est.2.Timoth.4.d

Claudius.Idem.Nomẽ Imperatoris Romanorum. Act.11.d.18.a

Clemens,Latinum est, significátque mitem,vel modestum.Philip.4.b

Κλεόπας Cleophas , in græco Cleopas & interpretatur gloria omnis,vel omnimoda gloria.G. Nomen alterius viri,qui proficiscens in Emmaunta,Christum alloquebatur in itinere.Luc.24.c.Ioan.19.c

Κλεοπάτρα Cleopatra , gloria patriæ vel patris. G. Filia Ptolemæi,vxor Alexandri.1.Macha.10,e

Universidad de Deusto
Biblioteca



κνίδος Cnidus, Attriplex genus herbæ purgatiuæ vel laxatiuæ. Insula oppositа. Asiæ. 1. Machab. 15. d. Act. 27. b



קָוֶה Coa spes vel congregatio, siue linea, aut regula. Nomen insulæ. 3. Reg. 10. d. 2. Paral. 1. d. Fortasse ea est quæ κῶς, siue Coo dicitur. Act. 21. a. Nec habet Hebræi Coa, sed Keue, quod est collectio. vide hunc locum supra.

κοιλοσυρία Cœlesyria, siue Cœles syria, Cuaua siue depressa Syria. G. 1. Machab. 3. a. 10. f

קֹהֶלֶת Coheleth, Ecclesiastes, vel concionator. Ecclesiastæ. 1. a

קוֹלָיָה Colaia, Vox domini, aut alleuiatio domini, siue torrefactio. Nomen viri. 2. Esd. 11. b

קוֹלָיָה Colia, Idem. Pater Achab. Iere. 29. c

Colonia, Latinum est, à colendo, id est habitando dicta

κολασσαεῖς Colossenses, Puniti, vel supplicio affecti. G.

κόλασσις Colossis, Punitio vel supplicium. G. Ciuitas Phrygiæ, quæ est Asia minore. Coloss. 1. a

κῶς Cos, Coo, vertex vel summitas. Nomen insulæ. 1. Machab. 15. d. Dicitur & Græcè κόν. & κίων quondam, vnde & Plinius admonet dictam fuisse Ceam & Κόον.

קָרְבָּן ארקרכנא Chal Corbam, siue Corbona, Donum vel oblatio. Mar. 7. b

קֹרַח Cora, Core, Caluus, vel caluitium, siue glacies vel gelu. Filius Isaar filij Caath filii Leui. Exo. 6. c. 1. Para. 6. c. in eodem cap. b. dicitur filius Caath. Filius item Hebron sic vocabatur. 1. Para. 2. f. Sic & filius Esau ex Oolibama vxore. Gene. 36. a

קֹרֵא Core. 1. Para. 9. c. vbi dicitur, Sellum verò filius Core. & 26. a. & 2. Parali. 31. c. interpretatur vocans, vel legens, aut perdix. Filius Iemma.

קָרְחִים Kareim, Coritæ, Idem significat quod קֹרַח p. n. 1. Paral. 9. c Heb. Corihæ.

Corites. Idem. s. n. 1. Para. 9. d

κόρινθος Corinthus, Saturitas, vel satietas, aut ornamentum. G. Ciuitas Achaiæ maritima, quæ & Ephyra dicebatur. Acto. 18. a

κορίνθιοι Corinthij, Saturati, vel satiati, aut ornati. G. Acto rum. 18. c

Cornelius, Latinum est, à cornu. Nomen viri. Actorum. 10. a

כּוֹרָזִין Corazim, Corozaim, Hoc secretum, vel hic est mysterium. D. Galilææ oppidum est nûc desertum, inquit Hieronymus in ecloga, in secûdo lapide à Capharnao. Luc. 10. c. Matt. 11. c

קוֹץ Cos spina, aut æstas, siue tædium, vel vigilia, aut finis. Pater Anob & Soboba. 1. Para. 4. b

κόσαμ Cosan, Diuinans. D. Pater Addi, patris Melchi. Lucæ. 3. f

כָּזְבִּי Cozbi, Mêdax, aut cessans, siue quasi fluens, aut quasi fluxus. Filia Suri, illa quæ cum Zambri occisa est. Madianitis. Nume. 25. d



Crescens', Latinum est, à crescendo. Nomen viri. 2. Timoth. 4. c

κρήτη Creta, Carnea, vel carnalis. G. Græciæ insula inter Cyrenæam & Græciam. ab septentrione Aegæo perfunditur pelago, simul & Cretico: ab austro autem Aphricano alluitur, Aegyptium attingente pelagus. Hæc dicta est ἑκατόμπολις, id est cêtum vrbibus instructa: hodie Candia vocatur: ditionis Venetorû est. de hac lege Strabonem. lib. 10. Ptolemæû lib. 3. cap. 19. Plin. in. 4. cap. 12. Virgil. 3. Aeneid. Pompo. Melam lib. 2. Meminit Lucas Act. 2. Paulus ad Tit. 1. Hiero. refert hãc famigeratam diuitiis, maxime æris, quòd prima illic eius metalli inuentio & vtilitas fuerit. 1. Mach. 10. f. Act. 27. b

κρῆτες Cretenses, Idem. p. n. G. Tit. 1. c

κρῆτες Cretes, Idem. G. Populi. Act. 2. b

Crispus, Latinum est. Princeps Synagogæ Iudæorû. Act. 18. c. 1. Corint. 1. b



קִישִׁי Kisi, Cusi, Durus, siue stipula, aut cucumerarium. Filius Abdi filij Maloch. 1. Para. 6. d

כּוּתָה Cuta, Combustio, siue contusio. Regio est Persidis à flumine Cutha, sicuti Iosephus lib. 9. cap. 15. antiquit. Iudaic. scriptum reliquit, vocata. Inde Cuthæi, de quibus idem. 11. cap. 2. antiq. in hunc modû scribit, Salmanasar etenim transmigrans Israëlitas, in eorû regione constituit Cuthæorum gentê, quæ prius in interiore parte Persidis & Mediæ morabatur. 4. Reg. 17. f



κυπριάρχης Cypriarches, Princeps Cypri, vel princeps pulchritudinis. G. 2. Mach. 12. a

κύπριος Cyprij, Pulchri. G. Act. 11. c

κύπριος Cyprius, Idem. s. 11. Act. 4. g

κύπρος Cyprus, Pulchra, vel pulchritudo. G. Nomen insulæ 1. Mach. 15. d. Act. 11. c. 27. a

כֹּפֶר Copher, Cyprus Cantic. 1. c. 4. d. Camphora interpretantur nonnulli, aroma quoddam sic vocatum.

κυρεινίου Cyrinus in Græco Cyrinius, quod interpretatur dominans. Præses Syriæ Luc. 2. a

כּוֹרֶשׁ Kores, Cyrus, Quasi miser, vel quasi hæres, aut venter. Rex Persarum. 1. Esd. 1. a. Act. 13. a

כִּירָה Kira, Cyrene, Paries, siue trabes, aut frigiditas, vel occursus. Nomen ciuitatis Aphricæ. 4. Reg. 16. b. quæ & Pentapolis dicitur à quinque vrbibus quibus fulget: hæ sunt, Hesperia, aliàs Berenice dicta, Plinio authore lib. 5. cap. 5. Apollonia, Ptolemais antiquo nomine Barce appellata. Arsinoe, aliquando Teuchira vocitata: atque vnde terris nomen est, ipsa Cyrene, omnium harû clarissima. Vide plura in Pomp. Mela. lib. 1. Plinio lib. 5. ca. 5. Strabone in 17. Ammiano Marcellino lib. 22. huius mensio fit. Act. 2. b

כִּתִּים Kyrim, Cyrenei, Idem. p. n.

Cyrenenses, Idem. Act. 6. c. è Synagoga Iudæorum priuatæ sectæ homines.

Cyri, Cyrensis, Idem. s. n. Act. 13. a

Crænæus, Idem. 2, Mach. 2. e. Mach. 27. d



דְּבַי Dabai, detrahens, siue loquens, aut senectus: vel Syriacè, fluens.

דָּבְרַת Dabereth, verbum, siue res, aut apes, vel subiectio: aut Syriacè, ductrix. Ciuitas quæ tribu Issachar data fuit Leuitis. Ios. 19. a. 21. c. Cuitas item refugij. 1. Paralip. 6. g

דְּבִיר Debir, Dabir, Oratoriû, siue verbum aut res vel subiectio: aut Syriacè, ductor. Rex Eglon. Ios. 10. a. Nomen vrbis in tribu Iuda & Simeonis. Ios. 11. d. 21. b. Est & altera in tribu Gad, quæ & Cariath-sepher dicitur. Ios. 15 c. & Cariath-senna. Ios. 15. f. Iudic. 1. b. In quam confugiebant qui homicidium perpetrarent. 1. Para. 6. e

דִּבְרִי Dibri, Dabri, Oratorium, siue verbum meum: aut res vel apes, siue subiectio mea: aut Syriacè, ductor meus.

דָּן Dedan, Dadan, Mamilla, vel dilectio, aut patruus, vel iudicans. Filius Regma. Gene. 10. a. Filius Iecsan Gene. 25. a. Gens Aethiopiæ in occidente.

דָּגוֹן Dagon Frumentum vel piscis. Nomen idòli Philisthinorum. Iudic. 16. f 1. Mach. 10. g

דְּלָיָה Delaia, Dalaia siue Dalaias, Pauper domini, siue exhaustio aut ramus domini, vel macilêtus. Filius Elioenai filij Naariæ. 1. Para. 3. d. Filius Semeiæ. Iere. 36. c

דְּלִילָה Delila, Dalila, Paupertas vel situla eius, aut ramus eius, siue exhauriens, aut macilenta. Nomẽ mulieris quã amauit Samson. Iudic. 16. a

δαλμανουθά Dalmanutha, Chal. Situla præparata, vel exhaustio numerata, siue macies vel ramus præparatus vel numeratus. D. Nomen regionis. Mar. 1. b

δαλματία Dalmatia, Lampas frustratoria, aut fulgur vanitatis. G. Pãnoniæ ad Hadriaticum mare regio. De qua plura Plin. lib. 3. naturalis histo. cap. 22. & 25. in quã Titus ad prædicandum euangelium profectus est. 2. Timoth. 4.

δάμαρις Damaris, Vxorcula, id est parua vxor. G. Mulier quæ ad præ-

ad prædicationem Pauli, Christo credidit. Act.17.g

Damasceni sanguinis sacci vel sanguinis pocula, aut sanguis femorum vel incendiorum vel procuratoris. Dicitur à Damascene, quæ est regio Syriæ inter Lybanum & Antilibanum montes ad septentrionem Iudææ, vnde describitur terra à Dan vsque Bersabee.1.Reg.3. 2.Reg.24.in hac est Damascus:à qua tota regio appellationẽ sumpsit.De hac Mela.lib.1.Plinius in 5.cap.12.

דַּמֶּשֶׂק Dammesech, Damascus, Idem. Filius procuratoris domus Abrahá. Gene.15.a. Est & Damascus potens & insignis Pœnices ciuitas, quæ quondam in omni Syria tenuit principatum,terminus Iudææ ad septentrionem.Ezech.47.Isa.7.b.10.b.2.Reg.8.3.Reg.11.e.1.Pa. 18.quæ Stephano à cõditore Damasco Mercurij & Alimedes filio:Iustino.lib.36.à Damasco rege:Hieronymo in Hebr.quæst. verò à Damasec Eliezer, cuius in lib.1.Mosis fit mentio,nomen accepit.Gene.15. de hac Isa.7.b.Ezech.27.Amos.1.Cantic.7.Iere.49.nunc Sarracenorũ metropolis.Tertullianus lib.3. aduersus Marcionem Damascum ciuitatem Syropœnices scribit, quæ quondam Arabiæ deputabatur inter Libanum & Antilibanum sita, è qua Paulus per murum demissus fuit.Acto.9.2.Para.12.

דַּמֶּסֶק Damascus.4.Reg.16.b.Similitudo incẽdij,aut osculi vel poculi,siue sacci,aut similis femori,vel tacitum osculum,aut poculum.

דִּמְנָה Dimena,Damna, Sterquilinium, aut cruentatio, vel taciturnitas, aut similitudo nostra. Ciuitas in terra Zabulôn data Leuitis.Ios.21.c

דָּן Dan,Iudicans,siue iudicium. Nomen loci.Gene.14. c.Filius item quintus Iacob ex Bala ancila Rachel vxoris suæ.Gene.30.a.Est & ciuitas Phœnices ad fontes Iordanis sita,in qua tribus Dan habitauit,& nomẽ imposuit:antè hæc Lesem appellata.Iosue.19. &Lais, Iudic.18.c.siue Laisa.Isa.10.Ipsa fuit terminꝰ terræ Israël ab Aquilone.1.Reg.3.Ezech.27. In qua Ieroboam rex Israël vitulum adorandũ erexit.3.Reg.12.Amos.8. Hieronym.in Heb.traditionibus Paneas vocatã putat,quæ aliàs Cæsaræa Philippi-

דָּנִיֵּאל Daniel iudicium dei. Nomen prophetæ, quem præpositus eunuchorum Nabuchodonosor, vocauit Baltasar.Danie.1.b. Filius item secundus Dauid ex Abigáil Carmelitide.1.Para.3.a

דָּנָה Dana,Iudicium,vel iudicans:aut Syriacè,ista.Nomẽ ciuitatis in tribu Iuda.Ios.15.f

דַּפְקָה Daphca, Pulsatio,siue impulsio. Nomen loci in quẽ venerunt filij Israël à deserto Sin.Nume.33.b

Δάφνη Daphne,Laurus.G

Daphnim. Nume.34.c. vbi dicitur fontẽ Daphnin. non est in Hebræo.

דָּרְעִי Data, Generatio siue habitatio pastoris aut societatis siue iniquitatis:vel Syriacè,brachium.Filius Zaræ filij Iudæ.1.Para.2.a

דַּרְקוֹן Dareon, Generationis vel habitationis possessio vel emptio:aut Syriacè,draco.Nomen viri.1.Esd.2.c

דָּרְיָוֶשׁ Dariaues,Darius,Requirés,aut iniquirens. Rex Medorum.Daniel.5.g.1.Esd.4.b

דַּרְמֶסֶק Darmesech,Darmascus,Generationis aut habitationis procuratio,aut generatio vel habitatio incendij vel procuratoris.Vide Damascus.1.Paralip.18.b.2.Paralip. 16.a.24.f.28.a

דָּתָן Dathan, Ritus, aut lex. Filius Eliab. Nume.16.a. Deut.11.a

Δαθαμάν Datheman,Legis præparatio,vel legis munus.D.Nomen vrbis.1.Machab.5.a

דָּוִד Dauid,Dilectus.Filius Isai.1.Reg.17.b.1.Para.2.b

D E

דִּבְשַׁת Dabæseth, Debbaseth, Melliflua, aut infamiã apponẽs.Nomẽ ciuitatis,términus Zabuloniæ tribꝰ.Ios.19.a

דִּבְלַיִם Diblaiim, Debelaim, Palatæ, id est massæ ex ficubus compactæ,massæ ficuum siccarum,caricæ.Ose.1.a

דְּבִרָה Debira, Debera, oratorium, siue verbum, aut res, vel apes aut subiectio:vel Syriacè,ductrix.Nomen loci.Ios.15.b

דִּבְלָתָה Diblatha, Deblátha, Palata, id est massa ficuum siccarum,aut massa de ficubꝰ compacta. Ciuitas est apud Ezechielem, quam ego plane דבלתה esse credo. nam similitudo literarum ר &ל sæpenumero multis imponit, propterea, ꝙ hæ paruo admodũ apice inter se distẽt.

Diblataiim,Deblathaim,Idem.p n. Nomen ciuitatis in terra Moab.Iere.48.d

דְּבֹרָה Debora, Apes,vel verbũ,aut res, siue subiectio: vel Syriacè,ductrix.Nutrix Rebeccæ.Gene.35.b. Vxor itẽ Lapidoth prophetæ.Iudic.4.a

Δεκάπολις Decapolis, Decem ciuitatum. ſ. regio. G. Regio est decem vrbium vltra Iordanem ad orientem Iudææ sita,cuius fit mentio Mat.4.Mar.5.b.&.8.de qua Plinius lib.5.cap.18. naturalis histo.& Hieronymus in ecloga.

דֵּקְלָה Decla,Comminutio eius:vel Syriacè, palma,illa scilicet quæ est arbor.Filius Iectan.Gene.10.d

דְּדָן Dedan,Mamilla,vel dilectio earum:aut patruus, vel iudicans.Nomen vrbis.Iere.25.e

דְּדָנִים Dedanim,Idem.p.n.Filij Dedan.Isa.21.d

דִּלְעָן Dilean, Delean, Pauper afflictus, siue pauperis responsio vel cãticum, aut exhausta siue macilenta afflictio vel responsio:vel ex Hebræo & Syro,Pauper ouis. Nomen ciuitatis in tribu Iuda.Ios.15.e

דַּלְפוֹן Dalphon, Delphon, Stillicidium, aut pauperem respiciens siue exhaustum vel macilentum respiciens. Filius Aman filij Amadatha.Esther.9.b

Δῆλος Delos, Manifestata,vel ostensa.G. Nomen insulæ.1. Mach.15.d

Δῆμας Demas, Popularis, vel plebeius,aut pinguis.G. Nomen viri.Colos.4.d.2.Tim.4.c

Δημήτριος Demetrius,Cerealis à Cerere,quã gentiles deam frumenti putabant.Seleuci filius.1.Mach.7.a. Nomẽ etiã argentarij cuiusdam.Act.19.e

Δημοφῶν Demophon, Populi interfector, aut populi cædes. G.Nomen viri.2.Mach.12.a

דִּנְהָבָה Dinhaba,Denába,Iudicium eiꝰ in ea, aut iudicio præbẽs.Vrbs est in Edom, in qua regnauit Bela.Gene.36.c

Δέρβη Derben, Circunsepta, vel vallata. G. Nomẽ ciuitatis Licaoniæ,siue Isauriæ, vt Strabo ait lib.12. Acto. 14.a

Δερβαῖος Derbeus,Circũseptus,vel vallatus.G.Act..20.a

Δασαῦ Dessau,Pinguedo,aut cinis.D.Nomẽ castelli.2. Machab.14.c

D I

Διάβολος Diabolus, Criminator siue calumniator, aut accusator.G.1.Mach.1.e.Luc.8.b.Ioan.6.g

רֶשֶׁף Réseph,Diabolus, Habac.3.a. Interpretatur volucris siue flamma,vel lampas,vel sagitta.

Diana, Latinum est: &dicta est à die, eo quòd habeat lucem æmulam diei.Nam Iuna hoc nomine appellatur.Nomen deæ quam colebant Ephesij. Act.19.e.g

דִּיבוֹן Dibon, Abundans filius, aut abundantia intelligentiæ vel ædificationis:aut Syriacè,fluxus.Nomen excelsi Moabitarum vbi colebantur idôla.Isa.15.a.Num.21. f.Iere.48.d.Est & vrbs Moabitarum primò, & postea Sehon regis Amorrhæorum, in tribu Ruben vltrà Iordanem ad orientem posita.Ios.13.

דִּימוֹן Dibon,Isa.15.d.vbi legitur,Quia aquæ dibon repletæ sunt sanguine.Ponam enim super dibon, &c.in Hebræo habetur dimon & interpretatur sanguinolenta, siue sterquilinium. Ciuitas in tribu Gad sita.

דִּיבוֹן־גָּד Dibon-gad,Abundantia filij fœlicis,aut abundantia intellectus vel ædificationis fœlicis, siue abudantia filij acccincti.Nomẽ loci in quo filij Israel fixêre tentoria profecti de Oboth. Nume.33.f

דִּבְרֵי־הַיָּמִים Dibre-haiamin,Verba dierum. Græce autem vocatur hic liber παραλειπομένων, id est relictorum, quod in eo libro ea maximè tractentur, quæ in libris Regum relicta sunt.

Δίδυμος Didymus, geminus,vel gemellus,ille scilicet qui cum alio,vno & eodẽ partu nascitur. G. Sic dicebatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thomas apostolus. Ioan.11.b.20.f

דַּהֲוָא Deaui Dicui, de generatione, aut existentes. Syrum est.

דִּלְיָחָא Dilaiáu, Pauper domini, siue ex haustio, vel ramus domini, aut macilentus. Nomen viri.1. Para.24.c

דִּמוֹנָה Dimona, Sterquilinium, siue coarceruatio, aut abundans numerus, vel munus. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios.15.d

דִּינָה Dina iudicium, vel iudicans: aut Syriacè, ista. Filia Iacob ex Lia vxore. Gene.30.c

דִּינָיֵא Dinaie, Dinæi, Iudices, siue iudicia. Nomen populi. 1.Esd.4.b

Διονύσιος Dionysius, Diuinitus stimulatus vel compunctus. G. Vir Athenien sis, prædicante Paulo ad fidem Christi cóuersus. Act.17.g

Διόσκορος Dioscorus, Diuina saturitas, vel diuinum ornamentũ. G. Nomen mensis. 2. Mach. 11. d

Διοτρεφής Diotrephes, A Ioue nutritus. G. Vir pessimus, vt testatur Ioannes in tertia sua epistola.

דִּישָׁן Disan, Trituratio, siue pinguedo, vel cinis, aut abundans dens vel ebur. Filius Seir Horræi. Gene.36.c.

דִּישׁוֹן Dison, Trituratio, siue pinguedo, vel cinis. Filius Seir Horræi. Gene.36. Filius item Anæ filij Sebeon. ibidẽ.

Διθαλασσον vel βιθαλασσον Dithalassom, Duo maria, siue bimaris, qui vtrinque mari alluitur. quod in nauigatione vix sine periculo euenire solet. G. Act.27.g

D O

דָּךְ Doch, Cõmotus, siue impulsus, aut comminutus. D.

דְּדִיָּהוּ Dodauahu, Dodau, Dilectio, aut mammilla eius, vel patruus eius. Nomen viri. 2. Para. 20.g

דֹּדָנִים Dodanim, Dilecti vel patruelis somnus, aut mamilla dormientis. Filius Iauan. Gene. 1.a. à quo Rhodij.

רוֹדָנִים Dodanim. 1. Par. 1.a. Imperantes siue descendentes: aut imperantis vel descendentis somnus. Hebr. Rodanim. Filius Iauan, qui Gene, 10.a. dicitur Dodanim.

דּוֵאג Doeg, Solicitus, siue anxius, aut piscator. Vnus ex pastoribus Saulis. 1. Reg. 21. b

דַּמִּים Dammim, Dommim, Sanguinei, aut silentes, vel similes: vel Syriacè, pecuniæ. Nomen regionis. 1. Regum 17.a

דּוֹר vel דּאֹר Dor, Generatio, vel habitatio. Nomen prouinciæ. Ios. 11. a. Iudic. 1. f. Est & nomen ciuitatis in tribu Manasse. Iosue. 17. c. 1. Para. 7. f. Maritima ciuitas, quæ deinceps ab Herode instaurata, Cæsarea in honorem Cæsaris appellata est.

Δῶρα Dora, Doram, Generatio, vel habitatio populi. D.

Δορκάς Nomen loci. 1. Mach. 15. c

Dorcas, Caprea, vel damula. G. Nomen mulieris quæ & Thabita Syriacè dicebatur. Act. 9. g

דַּרְדַּע Darda, Dorda, Habitaculum scientiæ vel generatio scientiæ. Filius Maol. 3. Reg. 4. d

Dorimini, Generatio, vel habitatio dexteræ. D.

Dorix, Rapidus, aut velox. D. Eccle. 24. d

Δοσίθεος Dositheus. Deodatus. G. Nomen ducis. 2. Mach. 12. c

דֹּתָן vel דֹּתַן Dothain, siue Dothan, Ritus aut lex. Locus est vbi Ioseph reperit fratres suos pecora pascentes. Gene. 37. d. qui etiam temporibus Hieronymi supererat in duodecimo à Sebaste miliario contra aquilonis plagam. 4. Reg. 6. c

D R

Δρουσίλλου Drusilla, Rore conspersa. G. Vxor Fœlicis præsidis Iudææ. Act. 24. f

D V

דּוֹדַי Dodai, Dudia, Dilectus aut patruus meus. Nomen viri. 1. Para. 27. a

דְּעוּאֵל Dehuel, Cognoscite deũ, aut scientia dei. Pater Eliasaph principis tribus Gad. Nume. 1. b

דּוּמָא Duma, Silentium, vel similitudo. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Isaiæ. 21. c. Filius Ismahelis. Gene. 25. b

דּוּרָא Dura, Generatio, vel habitatio, aut pyra scilicet ignis. Vallis prouinciæ Babylonis. Danie. 3. a

E

עִיבָל Bal, Aceruus vetustatis, aut acerũs defluens. Filius Sobal filii Seir. Gene. 36. c. Est & mons vltra Iordanem in terra Chanaan, non longe ab Ierichonte, in quo altari constructo posuit Moses maledictiones. Deut. 11. & 27. Iosue. 8. Ioseph. lib. 4. cap. 6. antiquitatum Iudaicarum.

E C

חֶקְטָן Eccetan, Paruus, siue minimus. Nomẽ viri. 1. Esd. 8. b

ἐκκλησιαστὴς Ecclesiastes, Concionator, vel congregans. Hebraicè קֹהֶלֶת Cohéleth, id est concionator.

Ecbathana, Frater mortis. D. Nomen regionis. 2. Machab. 9. a

אֶחְמְתָא Ecmetha, Ecbathanis, Idem. Hebr. Echmata. Metropolis maioris Mediæ, à Seleuco, vt inquit Volaterr. lib. XII. seu vt authori historiæ Iudith. 1. a. placet, ab Arphaxato Medo condita, vbi reges, eo quòd frigida sit, æstiuare solent. Hæc Ptolemæo lib. VI. ἀχβάτανα: Stephano verò interdum ἀγβάτανα, interdum ἀχζάτανα dicitur. 1. Esd. 6. a

אֲחִיָּה Ahiia, Echaia, Frater domini. Nomen viri. 2. Esd. 10. a

אָחִי Echi, frater meus. Filius Beniamin. Gene. 46. c. qui 1. Para. 8. a. Rapha dicitur.

E D

אֵד Iddo, Eddo, Vapor, aut nubes, vel inreritus eius. Nomen viri. 1. Esd. 8. c

אֲדָמָה Adama, Edema, terra, aut rufa, siue sanguinea. Ciuitas in tribu Nephthali. Ios. 19. c

עֵדֶן Eden, Voluptas siue deliciæ: aut Syriacè, tempus orientalis regio. Isa. 37. c. 4. Reg. 19. c. Est & nomen proprium viri. 2. Para. 29. c.

עֵדֶר Eder, Grex, siue defectio, vel priuatio. Filius Musi, filii Merari. 1. Para. 23. Vrbs item in tribu Iuda. Ios. 15. d & 19. Est quoque turris nomẽ vbi filii Iacob tabernaculũ fixerunt. Gen. 35. d. vbi legitur, Fixit tabernaculũ trans turrem gregis: Hebraicè, turrem Eder. Itẽ Mich. 4. c. Et tu turris gregis: Hebraicè, Et tu turris Eder.

הֲדַסָּה Hadassa, Edyssa, Myrtus: aut Syriacè, lætitia. Nomen mulieris, quæ & Esth. 2. b

עֵדְנָא Adna, Edna, siue Ednas, Voluptas: aut Syriacè, tempus. Nomen viri. 1. Esd. 10. d

עֲדִנָּה Adnah, Edna. 1. Para. 12. d. Aeterna requies, siue testimonium quietis. Princeps militum in Manassa.

אֱדוֹם Edom Rufus, siue terrenus, aut sanguineus. Sic cognominatus fuit Esau. Gen. 25. d. 36. a. Nomen regionis, quæ & Idumæa. 3. Reg. 11. c. Isa. 34. b. Hec in Syria ad meridiem Iudææ sita, habet Arabiam ab Austro, Phœniciam à Borea. Alia porrò Gabalene, item & Amalechitis ab Amalech vocitatur: velut Iosephus lib. 2. cap. 1. indicat. Veruntamen idem Iosephus lib. 5. cap. 3. antiquit. duplicem Idumæam ponit, superiorem & inferiorem. Superiorem elegit tribus Iudæ, quæ in longũ quidem extenditur vsque ad Ierosolymam: latitudine verò vsque ad paludem Sodomæ constituta est. In hac autem sorte ciuitates erant Ascalon & Gaza: istam, Palæsthinam aliàs dicunt. Inferior Idumæa sorte tessit Simeonis tribui. Hæc circa Aegyptũ est, & Arabiæ montem. Hæc ille. Edomitæ noluerunt filiis Israel transitũ permittere per terrã ipsorum. Nume. 20. Saul istos expugnauit. 1. Reg. 14. Dauid ipsos sibi seruire fecit. 2. Regum. 8. 1. Para. 19.

אָדָם Adam, Edom. Ios. 3. d. Homo, siue rufus, aut terrenus vel sanguineus: & est nomen vrbis.

אֶדְרֶעִי Edrehi, Edrái, Fortitudinis vel magnitudinis aceruus: aut nubes, siue interitus iniqui aut socii vel pastoris, siue confractionis. In regione Amorrhæorum vrbs regis Og, vbi & ipse cõtra Israel pugnauit & cæsus est. Deut. 1. & 3. Nume. 21. Ios. 12. Est & alia in tribu Nephthali. Ios. 19. c

E G

הֶגֶא Hege, Egens, Meditatio, siue loquela, vel gemitus, aut oblatio. Eunuchus Persarum regis. Esth. 2. a

עֶגְלָה Egla, Vitula, aut currus, siue rotunda, Vxor Dauid.

2.Reg.4.a.1.Paralip.3.a

עֶגְלוֹן Eglon,vitulus,aut currus,siue rotundus. Nomen vrbis,cuius rex fuit Dabir,Iosue 10. a. 15. c. Nomen regis Moab.Iudic.3.b

E L

אלה vel אָלָא Ela,Ilex vel quercus,siue fortitudo : aut maledictio, vel iuramentum, scilicet imprecationis : aut Syriacè, deus. Ciuitas Idumæorum.Gene.36.d.Pater Oseæ prophetæ.4.Reg.15.E.Filius Caleb filij Iephone.1.Para.4.c. Pater Semei præfecti in Beniamin.3.Reg.4.b.Filius Ozi.1.Para.9.b.Filius Baasa regis Israel. 3.Reg.16.b.c

אֶלְעָה Elead, Dei æternitas, vel Dei testimonium, aut Dei præda.Filius Suthalæ filij Zabad.1.Para.7.d

אֶלְעָדָה Elada,Dei cœtus vel congregatio, aut Dei æternitas siue testimonium,vel dei præda.Filius Tahaht,filij Bared filij Suthalæ filij Ephraim.1.Para. 7.d

אֵלַי Elai,Fortis,vel deus meus.D.Iudith.8.a

אֶלְעָשָׂה Elasa, Dei factura. Filius Helles filij Azariæ, filij Iehu.1.Para.2.c.Filus Rapha filij Banaa.1.Para.8.d. Filius Saphan.Iere.29.a.1.Esd.10.c

אֵילַת Elath,Cerua,siue fortitudo:aut ilex vel quercus. Nomen ciuitatis regni Edom ad mare rubrum, vnde ex Ægypto Indiam versus,& inde ad Ægyptum nauigatur.Deut.2.b.Hæc dicitur Aila in 4.Re.14.f.16.a.eámque ædificauit Azarias.

אֶלְקָנָה Elcana,Deus zelotes, aut dei possessio, vel dei calamus,siue deus nidus eius.Filius Core filij Isaar,filij Caath.Exod.6.Filius item Ieroboam.1.Reg.1.a.1.Para.12.a.Filius Asir.2.Para.6.b.28.a

אֶלְקֹשִׁי Elkosi, Elcesæus, Dei durities, vel serotinus. Viculi nomen in Galilæa,vnde Nahum propheta.Nahum 1.a

אֶלְדָּעָה Eldaa, Dei scientia, aut dei cognitio. Filius Madian filij Abrahæ.Gene.25.a

אֶלְדָּד Eldad,Dei dilectio aut dilectus. Nomen viri, super quem requieuit spiritus domini in castris.Nume.11.f

אֶלְעָלֵה Eleale, Dei ascensio, siue dei holocaustum. Ciuitas Amorrhęorũ in Galaaditide regione,tribui Iudę assĕripta.Isa.15.b.quã ædificauerũt filij Ruben.Nmme.32.g

אֶלְעָזָר Eleazar,Dei adiutoriũ, siue dei atrium. Filius Aaron filii Amram filii Caath filii Leui.Exod.6. d.1. Para. 6.a

Eleazarus,Idem.Filius Matathiæ,filii Ioannis. 1. Machab.2. a. Pater item Phinees,filius Mosollamiæ.1. Paralip.9.d

Electa, Latinum est, & Græcè idem significat. Mulier ad quam scribit Ioannes.2.Ioan.

אֶלְחָנָן Elehanan, Dei gratia, siue Dei misericordia, aut Dei donum. Nomen viri.2.Reg.23.d.1.Para.11.f

אֶלֶף Eleph,Mille, siue doctrina,aut bos, vel dux. Vrbs in tribu Beniamin.Ios.18.d

ἐλεύθερος Eleutherus. Liber,vel ingenuus. G. Nomen fluuii.1. Machab.11.a

אֵלִי Eli,Deus meus.Matth.27.e

אֵלִיָּה Elia, Deus dominus, aut fortis dominus.Filius Ieroam.1.Para.8.c.1.Esd.10.d

אֲלִיאָב Eliab,Deus meus pater, siue deus patris. Filius Phallu filii Ruben. Nume.26.a.Primogenitus filiorum Isai patris Dauid.1.Reg.17.b.1.Para.2.b. Filius etiã Helon, princeps tribus suæ Zabûlon.Nume.1.a

אֶלְיָקִים Eliacim,Dei resurrectio aut affirmatio, siue deus resurrectionis vel firmitatis:aut deus vindicans. Filius Helciæ.Isa.22.f.4.Regum 18. præpositus domus regis Ezechiæ.Filius itẽ Iosię regis,à Pharaone Nechao Ioacim appellatus.4.Reg.23.g.Pater Iona. Luc.3.f

אֶלְיָדָע Eliada,Dei scientia,vel dei cognitio. Pater Razon.3. Reg.11.c.Filius Dauid.2.Reg.5.c.1.Para.3.b

אֶלְיָם Eliam, Dei populus, aut deus populi. Filius Achitophel.2.Reg.23.d

אֵלִיָּהוּ Eliahu,Elias,Deus dominus,aut fortis dominus.Nomen prophetæ.3.Reg.17.a

אֶלְיָסָף Eliasaph,Deus augens,vel deus augmentationis,aut deus finiens. Filius Duel,princeps tribus suæ Gad. Nume.1.b

אֶלְיָשִׁיב Eliasib, Deus conuersionis, aut dei sessio vel habitatio,siue dei insufflatio.Filius Elioenai filii Naariæ.1.Paral. 3.d.24.b.2.Esd.10.a

אֶלְיָתָה Eliatha,Deus meus tu,aut deus meus venit. Nomen viri.1.Para.25.b

אֶלְיָקָא Elica,Dei pelicanus,aut fortis vomitus.Nomen viri. 2.Reg.23.d

ואתחנן Elici,Nigri,aut circunuoluti,vel retorti.G.

אֶלְיָדָה Elidad,Dei dilectus,vel dei dilectio.Filius Chaselon, princeps tribus Beniamin.Nume.34.d

אֶלִיאֵל Eliel, Deus meus deus,vel dei fortitudo,siue dei potentia. Filius Thohu.1.Para.6.c.8.b.Mahumites. 1.Para.11.g.2.Para.31.c

אֱלִיעֶזֶר Eliézer, Dei adiutorium, siue dei atrium. Nomen filii procuratoris domus Abraham. Gene.15. a.Filius itẽ Mosis.Exod.18.a. 1.Para.23. b. Filius etiam Bechor filii Beniamin filii Iacob.1.Para.7.b.Filius Iorim.Luc.3.f

אֶלְיְהוֹרֵף Elihóreph, Dei hyems,aut deus iuuentutis,siue forte opprobriũ : aut ex Hebræo & Syro, deus acuminis. Filius Sisa,princeps exercitus Salomonis.3.Reg.4.a

אֵלִים Elim, Arietes,aut fortes,vel cerui, siue valles.Nomẽ ciuitatis Moabitarum nõ procul à limite:ad quam peruenerunt filii Israel profecti de Mara.Exod. 16.d. Nume.35.b.Est & nomen putei. Isa. 15.d. aut nomen ciuitatis,& debet legi Beerelim.

אֲלִימֶלֶךְ Elimélech,Deus meus rex,aut dei consiliũ . Nomen Beth lehemitæ cuiusdam,maritus Noemi.Ruth.1.a

אֶלְיוֹעֵנַי Elioenái , Ad ipsum oculi mei , siue ad ipsum fontes mei,aut ad ipsum afflictio vel paupertas. Filius Naatiæ filii Semeiæ filii Sechenæiæ.1.Par.3.d. 4. Filius itẽ Bechor filii Beniamin filii Iacobi 1.Para.7.b.8.b

אֶלְיְהוֹעֵנַי Elioenái.1.Para.26.a. Esd.8.a. Ad dominũ oculi mei, aut deus ipse oculorum meorum.

אֶלִיפָל Eliphal, Dei miraculum, vel dei iudicium . Filius Vr. 1.Para.11.g

אֶלִיפְלֵט Eliphálet, Deus liberationis,siue deus expellens. Filius Dauid.2.Reg.5.c.qui. 1.Para.3.b.14. b. dicitur Eliphélet. Est & filius Esec.1.Para.8.d

אֶלִיפְלֵהוּ Eliphalu, Deus mirabilis, siue deus iudicij . Nomen sacerdotis.1.Para.15 b

אֱלִיפַז Eliphaz, Dei nisus vel conatus , aut dei obrizum. Filius Esau ex Ada vxore .Gene.36.a

אֱלִיפֶלֶט Eliphélet, Deus liberationis , siue deus meus expellens. Filius Aasbai.2.Reg.23.d.Filius item Dauid.1.Paralip.3.b.qui.2.Reg.5.c.dicitur Eliphálet.

אֱלִישָׁה Elisa,Deus est:aut dei agnus,siue deus commodans. Filius Iauan. Gene.10.a.Ab hoc Aeoles siue insulæ Ionii maris. Ezech. 27.a

אֱלִישֶׁבַע Elisaba, Elisábeth. Deus iuramenti, vel saturitatis,siue dei septenariũ. Vxor Aaron filia Aminadab. Exod. 6. d. Vxor item Zachariæ , mater Ioannis Baptistæ. Luc.1.a

אֱלִיצָפָן Elisaphan,Deus aquilonis,siue deus absconditus,aut deus speculator. Filius Oziel filii Caath filii Leui. Exo. 6. c. Filius item Pharnach. Nume.34.d

אֱלִישָׁפָט Elisaphat,Deus iudicans.

אֱלִישָׁמָע Elisama,Deus exauditionis,siue dei exauditio. Filius Ammiud,princeps tribus suæ Ephráim. Nume.1.a.Para.7.f.Filius item Dauid.1.Par.3.b.14.b.qui. 2.Reg.5.c. dicitur Elisua.Pater Nathaniæ. 4.Re.25.g.Sic nominabatur filius Icania filii Sellum filii Sisamoi.1.Para.2.c

אֱלִישָׁע Elisa,Eliseus,Dei salus, vel deus saluans.Nomẽ prophetæ filii Saphat.3.Reg.19.c.4.Reg.3.b.Luc. 4.c

אֱלִישׁוּעַ Elisúa, Idem. Filius Dauid.2.Reg.5.c.qui Elisama.1. Para.3.b.dicitur.

אֱלִיצוּר Elisur , Dei fortitudo, siue dei petra, aut dei plasmatio vel colligatio . Filius Sedeur, princeps tribus suæ Ruben. Nume.1.a

אֱלִיהוּא Eliu, Deus meus ipse , aut fortitudo ipsius. Filius Ieroboam patris Elcana.1.Reg.1.a. Nomen principis militiæ.1.Para.12.d.26.a.27.c

Eliud,Deus laudis,siue deus cõfessionis,aut dei laus

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel confessio.D.filius Achim filii Sadoc.Matth.1.b

Ellada,Græcia.G.Hellada. Ἑλλάς

אֶלֶּה־חַדְבַּרִים Elle-haddebarim, Hæc sunt verba, sic incipit quintus liber legis, qui Græcè δευτερονόμιον,id est secundaria lex dicitur etiam ab ipso Mose. Deut.17. d. שְׁנִיַּתהַתּוֹרָה Non quòd alia sit quàm ea quæ in mõte Sinai data est, sed quòd denuò repetita sit nouo pacto per ministerium Mosis,coram iis qui priorem in monte Sinai non audierant.

חִלֵּל Hillel, Ellel, Laudans, siue lucifer, aut stultitia. Pater Abdon iudicis in Israel.Iudic.12.d

Elmadan,Deus mensuræ eorum,vel deus indumenti eorum.D.

אַלְמֶלֶךְ Alamælech,Dei regnum, vel dei consilium.Nomen ciuitatis in tribu Aser.Ios.19.b

אַלְמוֹדָד Almodad, Elmodad,dei mensura,aut atrium dilecti. Filius Iectan.Gene.10.d

אֶלְנַעַם Elnaam, Elnaem,dei pulchritudo, siue deus monens eos. Pater Iosaia & Ieribai.1.Para.11.g

אֶלְנָתָן Elnathan, Deus dedit, siue dei donum. Filius Achobor. Iere.26.g. Pater Noesta matris Ioachim filii Joacim.4.Reg.24.b

אֵלוֹן Elon, Ilex, vel quercus, aut fortis. Filius Zabulon. Gene.46.b.Iudex Israelitici populi.Iudic.12.d.Nomen ciuitatis in tribu Nephthali.Ios.19.c. 3.Regũ 4. a. Tale fuit nomen patri Basemath & Ada vxorum Esau. Gene.26.g.36.a

Elonitæ,Idem.p.n.Nume.26.c

אֶלְפַּעַל Elphaal,dei opus,vel dei operatio. Filius Mehusim. 1.Para.8.b

אֶלְתֶּקֵה Eltheee, ex Hebræo & Syro,dei theca vel capsa.Nomen ciuitatis in tribu Dan.Ios.19.c.quæ Iosue 21.b.Eltheco dicitur.

Eltheco, Idem. Nomen ciuitatis.Ios.21.b.quæ Iosue 19.c.dicitur Elthece.

אֶלְתְּקוֹן Elthecon,Dei correctio,siue dei præparatio.Nomen ciuitatis in tribu Iuda.Ios.15.g

אֶל־תּוֹלַד El-tholad,dei generatio.Nomen ciuitatis in tribu Iuda.Ios.15.c.in tribu Simeon.Ios.19.a

אֱלוּל Elul,Vlularus,siue pernoctatio. Nomen sextæ lunationis, partim augusto,partim septembri respõdentis. 1.Machab.14.d

אֶלְעָזַי Eluzai,dei fortitudo.Nomen viri.1.Bara.12.a

Ἐλυμαΐς Elymaida,Panicea,à panico,quod est genus seminis. G.Nomen ciuitatis.1.Macha.6.a

Ἐλύμας Elymas, Magus, siue corruptor, vel pernicioſus. G. Nomen magi. Act.13.b

אֶלְעָזָבָד Elzabad, dei dotatio. Nomen principis. 1. Patalipo. 12.b.26.a

E M

Σιμάλκουε Simalcue, Emalcuel, Rex deus, aut regnum dei, vel nuncius dei.D.Nomen viri.1.Mach.11.d

הֵימָן Heman, Eman, Multus,aut tumultuans:vel Syriacè, fidelis.Filius Zaræ filii Iuda.1.Para.2.a

חֲמַת Hemath, Emath, Ira vel indignatio, aut calor, siue murus, aut vter, vel lagena. Vrbs Syriæ Damasci.Iere. 49. Vbi hostes Israelis remanserunt. Iudic.3. Hæc Eusebio Epiphania,aliis Antiochia dicitur. Ciuitas est munitissima tribus Nephthali.Ios.13.19. 1.Par.14.19.Vide Hieronym.in locis Heb.Ipsa est terminus Chananæorum à Sidone. Ios.13.à qua vrbe accepit nomen circũiacens regio,cuius mentionem habes. 4.Reg.14. g.25. Isaiæ 10. b.11.c. Zacha.9. Repete quæ supra in Amath habes.

מֵאָה Meah,Emath.Nehem.12.c.interpretatur centũ.Nomen turris.

אֶמֶר Imer,Emer, Dicens,vel loquens, siue exaltatio: aut Syriacè,agnus.Nomen loci.1.Esd.2.c

אֵמִים Emin, Timores, aut terribiles,vel populi, siue insula aquarum. Gigantes quos expulerunt Moabitæ à terra ipsorum. Deut.2.c.In Gene.14.a.nõ est proprium nomen,sed vertendum terribiles vel horrendos,quod fecit Chaldaicus interpres: sicut etiam trãsferendum esse dicit Hieronymus in quæstionibus suis Hebraicis in Genesim:licet L X X ὁμοίως transtulerint. Puto tamen populos esse Raphaim, à Moabitis Emim dictos: ab Ammonitis verò, Zonzommim.Deut.2.c.d

עִמָּנוּאֵל Immanuel, Emmanúel, Nobiscum deus. Isaiæ 7.b. Matthæi 1.c

Ἐμμαοὺς Emmaus, Timens consilium, vel matris augentis cõsilium, seu populus abiectus. D.Nomen castelli distantis ab Ierusalem stadiis 60.Luc.24.b

אִמֵּר Immer, Emmer, dicens, siue loquens, vel exaltatio: aut Syriacè.agnus.Pater Phashur sacerdotis. Iere.20.a. 1.Esdr.2.b.Pater item Mosollamith.1.Para.9.b.24.b

E N

עֲנָק Anach, Enac, Gigas, aut torques, vel monile, siue oneratus. Gigantes, Nume.13.d. quos expulerunt Chananæi.Deute.2.b

Enacim,Idem.p.n.

עֵין־עֶגְלַיִם En-æglaiim, En-agallim, Fons siue oculus vitulorũ, vel curruum,aut rotunditatum. Nomen vici in principio maris mortui.Ezech.47.b

עֵינָם Enam, Enaim, fons vel oculus eorum. Locus in tribu Iuda.Ios.15.c. Hodiéq; villa est Bethemin circa terebinthum.Hieronimus in locis Hebraicis.

עֵינָן Enan,Nubes,vel augurium,siue fons, aut oculus earum.Nomen villæ siue viculi. Nume.34.b.Ezech.48.a. Pater itẽ Ahira principis tribus Nephthali. Nume.1.b

Ἐγκαίνια Encænia,Renouatio,vel dedicatio,id est festum pro renouatione vel dedicatione templi.G.Ioan.10.c

עֵין־דֹּר En-dor,Fons siue oculus generationis vel habitationis. Vrbs tribus Manasse in Iezrael iuxta Naim vrbem sita.Iosue 17.c.1.Reg.28.a.Psal.82.c

עֵין־גֶּדִי En-gæddi,En-gaddi, Fons siue oculus hœdi vel fœlicitatis: aut ex Hebræo & Syro, fons siue oculus incisionis,vel scissuræ. Vrbs in tribu Iuda iuxta mare mortuum contra occidẽtem. Dicitur & Hasason-thamar. 1.Reg 24.a.Ezech.47.b.Cantic.1.d

עֵין־גַּנִּים En-gannim, Fons hortorum, siue oculus protectionum.Locus tribus Iudæ.Ios.15.c.Et Hieronymo in locis Hebraicis, est vicus iuxta Bethel. Alia ciuitas sacerdotum in tribu Issachar.Ios.19.b

עֵין־חַדָּה En-hadda, Oculus acutus vel lætus:aut fons acuminis vel lætitiæ:siue ex Syro & Hebræo,fons vel oculus vnus siue nouus.Nomen ciuitatis.Ios.19.b

עֵין־חָצוֹר En-hazor, En-hasor, Fons siue oculus atrij vel vestibuli, aut fontis fœnũ vel herba. Ciuitas tribus Nephthali. Ios.19.c

חִנֹּם Hinnom, Ennom, Ecce illi, siue diuitiæ eorum, aut decipiens vel contristans eos.Nomen viri. Iere.7.g

עֵינוֹן Enon,Nubes, vel obnubilatio, siue fons aut oculus eius,vel augurii.Terminus Damasci.Ezech.47.d. Est & Enon iuxta Salim oppidum haud longè à Iordane, vbi baptizabat Ioãnes,sicut Ioan.3.c.scriptum est.Hieronymus in locis Hebraicis ad suam ætatem locum in octauo lapide Scythopoleos ad meridiem iuxta Salim & Iordanem esse memorat.

אֱנוֹשׁ Enos,Homo vel vir, siue oblitus aut desperatus. Filius Seth. Gene.4.d.Luc.3.g

עֵין־שֶׁמֶשׁ En-semes, Fons siue oculus solis: aut ex Hebræo & Syro, fons siue oculus ministerij vel famulatus. Nomẽ loci.Iosue 18.c

E P

Ἐπαφρᾶς Epaphras, Spumans. G. Viri fidelis nomen.Coloss. 4. c

Ἐπαφρόδιτος Epaphroditus, Venustus, siue iocundus. G. Philippen. 2.d

Ἐπαίνετος Epænetus,Laudabilis. G. Amicus Pauli.Roma.16.a

עֵיפָה Epha,Lassus,aut volans:vel Syriacè,plicatus vel cõplicatus.Filius Madian filij Abrahæ. Gene.25.a.Ab eo, Arabia fœlix, deserta, siue petrea, dicta est Epha.Isa. 60.a.Fuit & nomen concubinę Caleb.1.Para.2.f.Filius Iahaddai.1.Para.2.f

Epher,

עֹפֶר Epher, Puluis, siue hinnulus, aut plũbum. Filius Madian filij Abrahæ. Gene. 25. a. 1. Parali. 1. c. Filius Ezra. 1. Para. 4. c. 5. d

Ephesij, Desiderabiles. G. Act. 19. g

Ephesus, Idem. f. n. Minoris Asiæ metropolis, & emporium celebertrimum, Amazonum opus, Ionicarum clarissima, à nomine & ipsa Amasonis appellata, pluribus ante nominibus dicta, Vrychia, Ortygia, Ptelis, Arsinoe ab vxore Lysimachi. In hac templum Dianæ celebertrimum, à tota Asia annos CC. ædificatum. Hæc Raph. Volater. lib. 10. Geograph. In Epheso etiã Paulus prędicauit. Act. 18. Huius meminit Apostolus. 1. Corinth. 16. Apoc. 1. & 2. Extat & Pauli epistola ad Ephes.

אֵיפָה Epha, ephi, Genus est mensuræ. Ezech. 45. d

אפוד Ephod, Superhumerale, aut ornamentum. Iudic. 7. f. 8. f. 17. b. 1. Reg. 2. d. 1. Paralip. 15. d. Sic vocabatur pater Hamiel. Nume. 34. d

עָפְרָה Ophra, ephra, Puluerulenta, siue plumbea, aut damula. Ciuitas Gedeonis. Iudic. 6. b. 8. f. 1. Reg. 13. d

אפרים Ephraim, Frugifer, aut crescens. Filius secundus Ioseph. Gene. 41. g. 1. Para. 6. f. Ab hoc tribus Ephraim nomenclaturam habet, quæ à Iordane flumine vsque ad Gazer lõgitudinem habuit: latitudinem verò, quæcunque à Bethel vsque ad campum maximum terminatur, Iosepho lib. 5. cap. 3. Iudaic. antiquit. Vide Ezechiel. 48. Est etiam mons in terra Iuda ad aquilonem, quem possederunt filij Ioseph. Ios. 13. & 17. Dictæ sunt quoque decem tribus Israel, siue regnum Israel, Ephraim: velut Isa. 7. & 9. Osee 5. legis, & Psal. 59. Ephraim fortitudo capitis mei. Et Psal. 78. Tribum Ephraim nõ elegit. Similiter Psal. 108.

אפרתה Ephrata, Vbertas, siue frugifera, vel crescens, aut incinerata. Vxor fuit Caleb filii Hesron post defunctam priorem vxorem Azubam. Ipsa peperit ipsi Caleb Hur filium. 1. Para. 2. Ab hac Calebis vxore Ephratha vrbs nomenclaturã accepit, quæ est in tribu Iudæ. Gene. 35. caliàs Beth lehem dicta. Cene. 48. b. 1. Para. 2. & 4. Videtur eadem esse quæ Caleb Ephrata appellatur. 1. Para. 2. vbi mortuus est Hesron. Vide de hac re etiã Hieronymum in traditionibus Hebraicis.

אפרתים Ephrathim, ephrathæi, Vbertates, siue frugiferi, aut crescentes, vel incinerati.

אפרתי Ephrathi, ephrathæus, Idem. s. n. Iudicũ. 12. b. 3. Regum 11. e

חפרע Hophra, Ephree, Cooperimentum iniqui vel socii aut confracti, siue portus iniqui vel socii aut confracti. Rex Ægypti. Iere. 44. g

אפרים Ephraim, ephrem, Frugifer, aut crescens. Nomen ciuitatis. Psal. 77. a. Ioan. 11. g

עפרון Ephron, Puluis, siue hinnulus, aut plumbeus. Filius Seor. Gene. 23. b. à quo ciuitas in tribu Iuda. 2. Para. 13. d. 1. Machab. 5. c

Epicurei, Adiutores, siue auxiliatores. G. Act. 18. d

Epinicium, Canticum victoriæ. G.

Erastus, Amabilis. G. Minister Pauli. Act. 19. e. Roma. 16. d. 2. Timoth. 4. d

ארכוא Archauæ, Erchueni, Longi, aut sanãtes, siue maledictio combustionis. Populi. 1. Esd. 4. b

Erioch, Longus, aut procerus, siue satietas vel ebrietas tua, aut leo tuus. D. Rex Elicorum. Iudith 1. c

E S

אשען Esaan, Innixus, vel sustentatus, siue ignis afflictionis vel responsionis. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Iosue 15. f

Esaias, Vbique scribe Isaias: aut si mauis ex Hebræo Iesaias. Vide interpretationem in dictione Isaias.

עשו Esau, Faciens, vel operans, aut tinea eius. Filius Isaac. Gene. 25. c. qui & Edom Gene. 36. a. dicitur.

אשבעל Esbaal, Ignis idóli, siue ignis dominantis aut subiicientis vel posidentis. filius Saul. 1. Para. 8. d. 9. f

אצבון Esbon, Festinans intelligere, siue festinans ædificare. filius Balæ filii Beniamin. 1. Para. 7. b

אשכל Eschol, Botrus, siue orbatio, aut ignis omnis. Frater Mambre. Cene. 14. b. Est & vallis & torrens terræ Chanaan.

עזרא Ezra, ezdras, adiutor, siue atrium. Nomen prophetæ sacerdotis. 1. Esd. 7. a

עזרון Esdrelon, Adiutoriũ fortitudinis, vel quærcus auxilii. D. Nomen ciuitatis. Iudith 1. d

עזריה Esdrin, Adiutorium. D. Nomen viri. 2. Macha. 21. f

אשבן Eseban, Ignis filii vel ædificantis aut intelligentis. Filius Dison Horræi. Gene. 36. c

אצבן Ezebon, esebon, festinatio filii, aut festinatio intelligentis vel ædificantis. filius Gad filii Iacob. Gene. 36. b. filius item Bela filii Beniamin filii Iacob. 1. Para. 7. b

עשק Esec, Violentia, siue calumnia. Frater Aser filii Elasa. 1. Paralip. 8. d

אצליחו Azaliahu, Eselias, Liberans vel reseruans dominus, aut prope dominum. Pater Saphan. 2. Par. 34. b. qui. 4. Reg. 22. a. Asalias dicitur.

אצם Esem, Os ab osse, siue fortitudo, aut lignum eorum, vel consilium eorum, aut clausura. s. oculorum. Ciuitas in tribu Iuda. Ios. 15. e

אצר Eser, Cellarium, siue thesaurus, aut angustians. filius Seir Horræi. Gene. 36. c

אספתא Esphátha, Congregatio siue collectio, aut consummans vel finiens. Filius Aman filii Amadátha. Ester 9. b

אשנה Esna, Mutatio, vel dormitatio, aut iteratio, vel secũdatio. Nomen ciuitatis. Ios. 15. f

אשריאל Esriel, Beatitudo dei, aut intuitus fortis, vel gressus dei. Filius Galaad filii Machir. Ios. 17. a. 1. Parali. 7. c. qui Nume. 26. d. dicitur Asriel.

חצרון Hezron, ezron, Sagitta exultationis, siue diuisio cantici: aut atrium vel fœnum. Filius Ruben. Gene. 46. b. filius item Iuda. 1. Par. 4. a. qui Gene. 46. a. Zara dicitur. filius item Phares filii Iuda. Gene. 46. b. Nomen præterea loci. Ios. 15. a

חצרני Hezroni, Esronitæ, Idem. p. n. Nume. 26. a. c

אשתאול Esthaol, Postulans, aut mulier fortis, vel mulier stulta, siue ignis laboris. Vrbs tribus Iudæ inter Asdod & Ascalonem in Palæsthina. Ios. 15. c. Alia in tribu Dan. Ios. 19. c. Vbi filii Israel posuerunt castra contra Philisthiim. Iudic. 13. d. iuxta quam sepultus erat Samson. Iudicum 16. Hieronymo villula Asco dicta.

Esthaolitæ, Idem. p. n. 1. Para. 2. g

אשתמע Esthemoa, esthamo, exauditio, vel mulieris vterus. Nomen ciuitatis. 1. Reg. 30. g. 1. Para. 4. c

Esthemo, siue esthemoa, idem: ciuitas quæ Aaronis nepotib⁹ è tribu Iudæ est esignata. Ios. 21. b. 1. Par. 6. e

אסתר Esther, Occulta, siue abscondita, vel demoliens: aut ex Syro & Hebræo, medicinæ exploratio vel contemplatio, aut medicina turturis. Nomen mulieris, quæ & Edissa filia Abihaíl dicta est. esth. 2. b

אשתון Esthon, vxor eius, aut ignis donum. Filius Machir. 1. Para. 4. a

E T

עיטם Etam, Auis eorum, siue inuolutio eorum, vel calamus eorum: aut Syriacè, consilium eorum. Nomẽ viri. 1. Para. 4. a. est & petra munita quæ in tribu Iuda erat, vbi Samson aliquando habitauerat, iuxta torrentem. Iudic. 15. b. Iosephus lib. antiq. 5. cap. 13. Est quoque ciuitas Iudæ à Roboam ædificiis munita. 1. Paralip. 4. f. & 11. b

אתי Itai, ethai, Robustus, siue signum meum, aut vomer siue aduentus. Nomen viri. 2. Reg. 15. d. qui & Ithai. 2. Reg. 23. d

עתי Athai, Ethai, Hora, vel tempus, siue paratus. Filius Roboam ex Maacha. 2. Para. 11. d

אתם Etham, Fortitudo eorũ, aut vomer vel aduentus eorum, siue signum eorum. Nomen loci, ad quem venerunt filii Israel profecti de Sochoth. Exod. 13. d. Nume. 33. a

אתן Ethan, Fortitudo siue vomer earum, aut insulæ donum. Vir quidam sapiens, filius Maol. 3. Reg. 4. d. Filius

Universidad de Deusto
Biblioteca

lius Zaræ filij Iuda.1.Para.2.a.Filius Cazaiæ.1.Paral.15.b.Filius Zamma filij Semei.1.Para.6.c.Filius Gusi filij Abdi.1.Para.6.d

אֵתָנִים Ethanim,Robusti,vel fortes,aut munera, siue fortitudo maris.Nomẽ mensis saptimi,qui nostro Septembri respondet.3.Reg.8.a

אֶתְבַּעַל Ethbaal,Ad idôlũ,siue ad dominantem, vel ad subiicientem, siue ad posidentem,aut signum idóli vel dominantis aut subiicientis vel posidentis.Nomen regis Sidoniorum.3.Reg.16.g

אֲתִיכָא Attikea,ethecæ.p.n.1zech.41.c. Ædificia quædam in atrio templi fundata,seu muro templi iuncta. Iudæi angulos vocãt & statuas.Beat⁹ Hieronymus in 42.cap. Ezech.transtulit porticus. Kimhi dicit esse generale vocabulum ad cameram & gazophylacium.

אִיתִיאֵל Ithiel, etheel, Mecum deus, siue signum dei, aut aduentus vel vomer dei.Nomen viri.2.Esdr.11.b

עֲתַי Atthai,ethei,Hora mea, vel tempus meum.Filius filiæ Sesan ex seruo Ægyptio.1.Para.2.e

אֵתֶר Ether,Oratio siue deprecatio. Nomen ciuitatis. Iosue 15.f

עַתַי Atthai, ethi, Hora vel tempus meum. Nomen viri. 1.Paralip.12.b

אֶתְנַן Ethnan, Donum,aut merces vel signum filij,aut aduentus filii.Filius Ashur ex vxore Halaa.1.Para.4.a

E V

εὔβουλος Eubulus, Prudens aut bene consulens. G. Nomen viri.2.Timoth.4.d

עַוִּים Auim, euæi,Iniqui, siue peruersi. Populi habitantes ad meridiem,quos expulerunt Cappadoces.Deut.2.c. Ios.13.a.4.Reg.17.f

εὐεργέτης Euergetes,Benefactor,siue beneficus. G.

אֲוִי Eui, Væ, aut desiderans, vel desiderium meum. Rex Madianitarum.Nume.31.a

אֱוִיל־מְרֹדַךְ Euil merodach, Stulti amaritudinem conterens, aut stultus amarè contritus.Rex Babylonis.4.Reg.25.g

εὐμενὴς Eumenes,Miris,siue benevolus.G.

εὐνίκη Eunice, Bona victoria. G. Mater Timothei. 2. Timoth.1.b

εὐωδία Euodia,Bonus odor,siue bene olens. G. Philip. 4.a. mulieris nomen.

εὐπατὴρ Eupater,Bonus pater.G.

εὐπατορ Eupator,Idem.G.Filius Antiochi.1.Machab.6.b

פְּרָת Perath,Euphrátes,Frugifer,siue fructificans,aut crescens. Magnus fluuius Syriæ Mesopotamię è paradiso promanans Mosi. Gene.2.c. Ptolemæo verò in armenia maiore oritur in monte Periardæ ad orientem, in septẽtrionem flexus,terræ Chananææ terminus.Deut. 1.b.Ios.1.Iosephus lib.1.cap.2.Iudaic.antiqu. Vide Plinium lib.5.cap. 24. Strabonem lib. 16. Volater.lib.11. Geograph in fine. Vltra hũc Assyriorum sita est terra.

εὐπόλεμος Eupolemus, Bene pugnans, vel bonus pugnator. G.

εὔτυχος Euthycus, Fœlix, aut bene fortunatus. G. Nomen adolescentis,quem suscitauit Paulus.Act.20.b

E Z

חִזְקִיָּה Hizikia, Ezechias,Fortitudo domini,siue apprehensio domini. Rex Iuda filius Achaz. 4.Reg.18.a.1.Para. 3.c.Heb.Hezecias.

יְחֶזְקֵאל Iehezkel,Ezechiel, Fortitudo dei, siue apprehensio dei. Nomen prophetæ.1.Para.24.c.Ezech.1.a

יַחְזִיאֵל Iahæziel, Ezechiel. 2.Esd.8.a.Videns deum. Nomẽ viri.Heb Iahaziel.

אֵזֶל Ezel, Ambulatio, siue villificatio, aut stillatio. Nomen lapidis.1.Reg.20.d

עֵזֶר Ezer,Adiutorium, siue atrium. Filius Hur primogeniti Ephrátha. 1. Para. 4.a. Filius item Suthalæ filij Zabad.1.Para.7.d.12.b

עֶזִיאֵל Eziel, Fortitudo dei, siue hircus dei. Filius Harafa. 2.Esdr.3.b

עֶזְרָא Ezra,Adiutorium siue atrium. Nomẽ viri. 1.Par.4.c

אֶזְרָחִי Ezrahites,Indigena,siue orientalis.3.Reg.4.d

עֲזַרְאֵל Azarel,Ezrel, Adiutorium dei,siue atrium dei. Nomen viri.1.Esdr.10.d

Ezri, Adiutorium siue atrium meum. Nomen viri. Iudic. 6.b.1.Para.27.d

Ezricam, Auxilium resurgentis vel vindicantis, siue atrium resurgentis vel vindicantis.Dux domus Achaz. 2.Para.28.a.Filius Naariæ filii Semeiæ.1.Para.3.d.Filius Hasel filii Elaza.1.Para.8.d

Ezriel, Auxilium dei, siue atrium dei. Pater Saraiæ. Iere.36.f.1.Para.5.d

F

FElix,Latinum est.Præses fuit Iudææ.Act.24.f

Festus, Latinum est. Nomen Portij præsidis Palæstinæ & Iudææ.Act.24.g.25.a

Fortunatus,Latinum est.Nomen viri.1.Cor.16.c

G

GAal, Abiectio, siue abominatio. Filius Obed. Iudic. 9.g

Gaas, Tempestas,vel cõmotio.Nomen montis. Iosue 24.g.Iudic.2.b.Torrentis nomen.2.Regum 23.d.in monte Ephraim.

Gæba, Gaba, Collis, siue calix. Nomen ciuitatis. Isa.10.g

Gibeah, Gibaa, Idem. Nomen ciuitatis. Ios. 15. g.1. Regum 11.b.quam ædificauit Asa rex Iuda.3.Reg.15.c. 4.Reg.23.b.1.Para f.2.Para.16.c

Gabaa.1. Reg. 14. a. vbi dicitur, Sub malo granato quæ erat in agro Gibaa. In Hebræo est Migron,& interpretatur,De gutture,aut timor,siue horreum eius.

Gibeath,Gabaath,Collis,aut calix,siue excelsa hora. Nomen oppidi in tribu Beniamin.Isa.10.g.Iosue 18.d. 2.Regum 23.d

Gibeathi, Gabaathites, idem.1.Para.12.a

Geba, Gabae, Collis, aut calix. Nomen ciuitatis. Iosue 21.b

Gibeon,Gabaon,Collis,vel calix,aut dorsum, vel elevatio iniquitatis. Metropolis Heuæorum,ab Ierosolymis L.stadiis distãs.Ios.18.d.Iere.18.a. Hæc è tribu Bẽiamin filiis Aaron est adscripta.Ios.21.b

Gibeonim,Gabaonitæ, idem.p.n.

Gibeoni, Gabaonites, idem.s.n.2.Reg.21.a

Gabátha, Eminens, vel excelsum. Græcè dicitur λιθόστρωτον,id est lapidibus stratus:& erat locus editior,vel stratum lapideum eminens Ierosolymis, iudicio accõmodatum.Ioan.19.c

Gibton,Gabathon, Dorsum,vel eleuatio eius,aut palpebræ eius,siue excelsum donum. Nomẽ ciuitatis. Ios. 21.b.quæ in 19.c.dicitur Gebbethon.

Gæba,Gabee,Collis,aut calix.Nomen ciuitatis in tribu Beniamin.Ios.18.d.1.Para.6.e

Gabelus. Terminus,vel limes,aut cõfinium. D. Nomen viri.Tobiæ 1.c

Gaber, Vir aut virilis vel fortis: aut Syriacè, gallus gallinaceus.Filius Suri.3.Reg.4.b

Gabim, Cisternæ, aut locustæ, siue altitudines. Nomen ciuitatis.Isa.10.g

Gabriel,Vir deus vel dei,aut fortitudo dei, vel fortis meus deus.Nomen angeli.Danie.8.e.Luc.1.b

Gad, Fœlix, vel accinctus. Filius Iacob septimus,ex Zelpha ancilla Liæ vxoris eius.Gene.30.b. 1.Para. 5.c. Nomen item prophetæ.1.Reg.22.a

Giddel, Gaddel,Magn⁹,siue magnitudo,aut fimbria. Nomen viri.1.Esdr.2.c

Gaddi.Hœdus,siue fœlix, aut accinctus: vel Syriacè, incisus. Filius Susi,princeps tribus Ioseph. Nume.13.a. Nomen populi.1.Para.12.b

Gaddis,Acervus, vel congeries, siue fœlix vel accinctus vir.D.Filius Matathiæ.1.Mach.2.a

Gadditæ,de Gad,quod interpretatur hœdus siue fœlix vel accinctus.Ios.1.c

Geder,Gader,Murus,siue maceria, vel sepes. Ciuitas in tribu Iuda. Ios.12.d.quæ Iosue 15.e. dicitur Gedera, & à Stephano Antiochia,item & Seleucia.

Gederoth,

Universidad de Deusto

גדרות Gederoth, Gaderoth, idem.p.n.Nomen vrbis in tribu Iuda.2.Para.28.c

גדרותי Gederothi, Gaderothites, idem.g.n.1.Para.12.a

גַּדְגָּד Gidgad, Gadgad, Fœlicitas fœlicitatis, aut accinctus exercitus. Nomen loci in quo aliquando castrametati sunt filij Israel. Nume.33.d. Quæ dictio Deut.10.b. Hebraicè scribitur גודגד, eadémque est interpretatio.

גָּדִי Gadi, Hœdus, siue fœlix, aut accinctus: vel Syriacè, incisus. Pater Manahem.4.Reg.15.c. Est & nomen loci.2 Reg.23.d

גֶּדֶר Gedor, Gador, Murus, siue maceria, aut sepes. Nomẽ loci.1.Para.4.f

גַּחַם Gaham, Gahan, Educens eos, siue exitus eorum, aut exitus caloris. Filius Nachor ex Roma concubina. Gene.22.d

גָּחָר Gahar, Gaher, Exitus caloris vel iræ. Nomen viri. 1. Esdræ 2.c

גִּלְעָד Gilead, Galead, Aceruus testimonij. Filius Machir filij Manasse filij Ioseph. Nume.26.d. Pater Iara patris Hati.1.Parali.5.b. Regio item Galilææ ad orientem vltra Iordanem. Gene.32.vbi & dimidia tribus Manasses accepit possessionẽ cum tribubus Ruben & Gad. Nume.32. Deut.3. Ios.13. Est autem ad tergũ Phœnices & Arabiæ, collibus Libani copulatus, extenditur per desertum ad regionem Amorrhęorum vbi Sehon regnauit. Psal. 60. 108. Mons item in sorte tribus Gad vltra Iordanem in terra Basan.1.Para.6. vt Eusebius memorat: ad dorsum Phœnices & Arabiæ situs, collibus Libani iunctus.

Galaaditæ, Idem.p.n.Nume.26.d

Galaadites, Idem.g.n.Iudic.12.c

Galaaditim, Idem.1.Mach.5.b

Galaaditis, Idem.

גָּלָל Galal, Rota, siue reuolutio: aut confinium, vel marmor. Nomen viri.1.Para.9.c

Galalai, Idem.2.Esdræ 12.c

Galatæ, Lactantes, vel lactei. G.

Galatia, Lactans, vel lactea. G. Aliàs Gallogræcia Asiæ minoris prouincia Bithyniæ contermina, à Gallis vocabulum trahens, qui in auxilium à rege Bithyniæ euocati, regnum cum eo, facta victoria, diuiserunt: sicque deinde Græcis admixti, Gallogræci, deinde Galatæ appellati sunt. Vide Plin.lib.5.cap.32. Ptolem.in 5.cap. 4. & Strab.in 4.

גִּלְגָּל Gilgal, Galgal, Rota, siue reuolutio, vel ablatio, aut aceruus acerui, vel reuolutio acerui. Nomen ciuitatis vltra Iordanem, non procul ab Iericho. Osee 9.d.2. Esdr.12.b

Gilgal, Galgala, Idem. Nomen loci. Iosue 15.c.1.Regum 10.b

Gilgal, Galgalis, Idem. Ios. 4.d.5.c

גְּלִילָה Galila, Galilæa, Volubilis, siue volutabilis, aut rota. Syriæ regio ad septentrionem Iudææ sita, quæ ab solis occasu Ptolemaide ciuitate & Carmelo monte disterminatur. Ab oriente eam Hippene siue Ioppe & Gadara suis finibus resecant. A meridiano latere Scythopolis & Samaria suis vtraque excipiuntur regionibus, nec vltra fluenta Iordanis patiuntur extendi. Septentrionalia eius à dextro latere Tyrus claudit, sicut scribit Egesippus lib.3.cap.6. de Ierosolymorum excidio, & Iosephus cap.2. lib.3. belli Iudaici. Tradũt verò historici duplicem esse Galileam, superiorem scilicet & inferiorem. Superior iuxta Tyrum, Sidônem & Cæsaream Philippi sita est, quà gẽtes attingit ad aquilonem. Ista, Galilæa gentium, Isa.9. & Matt.4. appellatur. Vel quia illic gentes vsque ad Salomonis tempora habitarint, vel quòd Hiram regi Tyriorum ablata sit.3. Reg. 9. Hæc in tribu Nephtali sita est. Inferior Galilæa circa Tiberiadem & stagnum Genezareth in tribu Zabûlon posita est. De qua Matth. 3. & 4. Christus frequenter versatus est in Galilæa. Ioan. 4. Vnde etiam Galilæus vocatus est. Matt.26. aut propter Nazareth & Capharnaum, in quibus illi domicilium. Luc.2. & 4. Quapropter etiam Iulianus imperator Christianos solebat Galilæos nuncupare, quod Eusebius lib.10.cap. 35. ecclesiasticæ historiæ & aliàs sæpe memorat. Galilęi verò dicti sunt, quòd vicini sunt gentibus: & Galilæa interpretatur cõfinium, sicut Ios.13. Galilæa Philisthiim dicitur. Vide Iosephum lib.3. cap. 2. de bello Iudaico. Egesippum lib.3.cap.6.

גְּלִילוֹת Geliloth, Galilæa. Ios.13.a. Idem.p.n.

גְּלִילִים Gelilim, Galilæi, Volubiles, siue volutabiles, aut rotantes. Luc.13.a

Galilæus, Idem.g.n.

גַּלִּים Gallim, Coaceruantes, siue transmigrantes, vel reuoluentes, aut discooperientes. Nomen viri.1.Reg.25. g. Isa.10.g

עֶגְלַיִם Eglaiim, Gallim. Isa.15.d. Guttæ, aut gutta maris, siue coaceruantes, vel transmigrantes, aut reuoluentes. Ciuitas non procul à limite Moabitarum.

Gallion, Lactans, vel lacteus. G. Proconsul Achaiæ. Acto.18.c

גַּמְלִיאֵל Gamliel, Gamaliel, Retributio dei, aut camelus dei, siue ablactatus dei. Filius Phadassur, princeps tribus suæ Manasse. Nume.1.a. Act. 5.f. Præceptor Pauli. Act.22.a

גְּמַרְיָה Gemaria, Gamarias, Consummatio domini, siue cõsumptio domini. Filius Helciæ. Ierem.29.a. Filius item Saphan scribæ. Iere.36.c

גְּמוּל Gamul, Retributio, siue ablactatio.

גִּמְזוֹ Gimzo, Gamzo, Etiã iste, aut scirpus vel iuncus iste. Nomen vrbis.2.Para.28.c

גָּרֵב Gareb, Scabies: aut Syriacè, hydria. Nomen collis. Iere.31.g. Nomen item viri.2.Reg.23.d.1.Para.11.g

גְּרִזִים Gerizim, Garizim, Secures, vel scissores. Nomen mõtis Samariæ iuxta Galgal, vltra Iordanem, Sichimorum imminens ciuitati. Iudic.9.a. Deut.11.d. 2.Machab.6.a

גַּרְמִי Garmi, Osseus, vel ossa, aut peregrinationis aqua: vel Syriacè, causa mea.1.Para.4.c

גִּשְׁפָּא Gispa, Gaspha, Appropinquatio otis, siue accedens huc. Nomen loci.2.Esd.11.c

גְּעָתָם Gatham, Tactus eorum, vel mugitus eorum, aut mugitus perfecti vel simplicis. Filius Eliphaz filij Esau ex Ada vxore. Gene.36.b

גּוֹלָן Golan, Gaulon, Transmigratio eorum, vel reuolutio eorum: aut ex Syro & Hebræo, intus manens. Nomen ciuitatis refugij in Basan. Ios.20.c.1.Para.6.f

עַזָּה Aza, Gaza, Fortis, aut capra. Nomen vrbis Palæsthinæ. Gene.10.c.1.Reg.6.d.Act.8.e

גִּזְבָּר Gizbar, Gazabar, Thesaurarius. Pater Mithridatis.1. Esdræ 1.d

גֵּזָם Gazam, Æruca, vel vellus eorum, aut trãsitus corũ, siue tondens eos. Nomen viri.1.Esdr.2.c

עַזִּתִים Azathim, Gazæi, Fortes, aut capræ, vel hirci. Nomen populi. Ios.13.a

עֲזָתִים Azathim, Gazenses, Fortes, aut capræ, vel hirci. D.

גֵּזֶר Gazer, siue Gazera, Præscisio, aut diuisio, vel sententia. Nomen ciuitatis à Salomone ædificatæ.3.Reg.9.c. Ios.10. f.16.a. quæ ex tribu Ephraim data fuit Leuitis. Ios. 21.b.1.Para.6.7.f.14.d

Gazaris, Idem. D.1.Mach.13.g

אֲרוֹן Aron, Gazophylacium, vbi gaza, id est thesauri tẽpli seruabantur, ex Persico & græco. Luc.21.a

G E

גֶּבַע Geba, Collis, aut calix, siue vas. Nomen ciuitatis de tribu Beniamin, posteris Aaron datæ.2.Esd.7.d.11.d

גְּבָל Gebal, Terminus vel limes. Nomen ciuitatis Syriæ. Psal.82.b. quæ nunc Gibel dicitur teste Volaterrano.

גַּבַּי Gabbai, Gebbai, Dorsum, siue eleuatio, aut cisterna, vel locusta: vel Syriacè, exactor. Nomẽ viri.2.Esd.11.b

גִּבָּר Gibar, Gebbar, Vir, aut virilis siue fortis: vel Syriacè, gallus gallinaceus. Nomen viri.1.Esd.2.b

גִּבְּתוֹן Gibbeton, Gebbethon, Dorsum siue eleuatio eius, aut palpebræ eius, siue excelsum donum. Nomen ciuitatis Leuitis datæ ex tribu Dan. Ios. 19.c. quæ in 21.b. dicitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur Gabathon. Vrbs Philisthinorum. 3. Regum 15. f

גדל Giddel, Magnus, siue magnitudo, aut fimbria. Nomen viri. 1. Esd. 2. c

גדיאל Gadiel, Geddiel, Hœdus dei, siue fœlicitatis deus, aut accinctionis vel expeditionis deus. Filius Sodi. Nume. 13. a

גדליהו Gedaliahu, Gedelias, Magnitudo domini, aut fimbria domini. Filius Phassur. Iere. 38. a

גדעון Gidehon, Gedeon, Conterens vel confringens: aut ex Syro & Hebræo, abscisio iniquitatis, Pater Abidan principis tribus Beniamin. Nume. 1. a. Filius Ioas, iudex in Israël. Iudic. 6. b. qui & Ierobaal dictus est. Iudic. 6. f

גדרה Gedera, Murus, siue maceria, aut sepes. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15. c. quæ à Stephano Antiochia, item & Seleucia vocatur.

גדרי Gederi, Gederithes, idem. 1. Para. 27. d

גדרתים Gederothaim, idem. p. n. Nomen vrbis in tribu Iuda. Iosue 15. c

גדלתי Gidalti, Gedlethi, Magnitudo, aut fimbria. Nomen viri. 1. Para. 25. b

גדר Gedor, Murus, siue maceria, aut sepes. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15. g. 1. Paralip. 4. c. 12. a. Filius Phanuel. 1. Para. 4. a. Filius Abigabaon. 1. Para. 8. c

גיהנם Gehinnom, Gehenna, Vallis deceptionis vel tristitię siue diuitiarum: aut Syriacè, infernus. D. Nomen loci. Matth. 18. b

גיא־חנם Ge hinnom, Ge-hennom, Vallis decipiens vel contristans eos, siue vallis diuitiarum suarum: aut Syriacè, infernus. Nomen vallis. Ios. 15. b. tribui Beniamin datæ. 18. c. Interdum scriptum reperias Ge-ennom.

גיחון Gihon, Gehon, Pectus siue eductio, aut exitus, siue vallis gratiæ vel mansionis. Fluuius qui è paradiso terrestri labitur. Gene. 2. c. Iosephus Nilum vocat.

גלבוע Gilboa, Gelbóe, Reuolutio inuestigationis vel scrutationis, aut aceruus tumoris vel inflationis: aut ex Hebræo & Syro, reuoluens deprecationem. Nomen ciuitatis. 1. Reg. 18. a. 31. a. Nomen montis Palesthinæ. 1. Paralip. 10. a

גלוני Giloni, Gelonites, Exultans, siue reuoluens, aut trásmigrans: aut reuelans vel detegens. 2. Reg. 23. d

גמלי Gemalli, Retributio, vel merces, aut ablactatus, vel camelus. Pater Amiel. Nume. 13. a

גיא־מלח Gemelah, Gemelli, Vallis sálinarũ, aut nautarum. Sic interpretatur Hieronymus. 2. Reg. 8. d. Nomen vallis.

Γιννοσάρ Gennesar, Genezar, Hortus principis, vel protectio principis. D. Nomen aquæ. 1. Macha. 11. g

גינסר Ginosar, Genesar. Matth. 14. d. In Græco Genezareth: & Hebraicè interpretatur hortus aut protectio principis, siue hortus vel protectio ministrantis. D.

Γεννησαρὶθ Genezareth, Idem. D. Nomen loci. Marc. 6. g. Stagnum Galilææ, iuxta quod Christus apostolos vocauit. Luc. 5. aliàs mare Galilææ & Cinnereth appellatũ. Habes elegantissimã huius lacus, simul etiam regionis vicinæ descriptionem in Egesippo lib. 3. cap. 26. de excidio Ierosolymorum.

Γενναῖος Gennæus, generosus. G. Nomen viri. 2. Macha. 12. a

גנתון Ginthon, Genthon, Hortus vel viridarium, aut protectio eius. Nomen viri. 2. Esd. 10. a

גנבת Genubath, Furtiua, vel furtũ, aut protectio, vel hortus filiæ. Filius Addad Idumæi, aduersarij Salomonis. 3. Regum 11. d

גרא Gera, Ruminatio siue peregrinatio, aut certatio, vel conflictus. Filius Beniamin. Gene. 46. c. qui 1. Para. 8. a. Ahara dicitur. In 1. Par. 8. a. dicitur filius Bela filij Beniamin. Pater item Aod. Iudic. 3. b. Pater item Semei viri de cognatione domus Saul. 2. Reg. 16. b

גררה Gerara, Peregrinatio, vel certatio, aut conflictus. Metropolis terrę Palæsthinæ, in qua natus est Isaac. Gene. 10. c. 20. 26. Ab hac Geraritica regio nomenclaturam sumpsit. 2. Paral. 14. d. quæ olim terminus Chananęorum fuit ad austrálem plagam, & ciuitas metropolis Palæsthinæ. Scriptura sacra commemorat fuisse eam inter Cades & Sur, hoc est inter duas solitudines: quarũ vna Ægypto iungitur, ad quam populus trans fretum rubri maris aduenit. Altera verò Cades vsque ad Sarracenorum eremum extenditur.

Geraris, idem. Gene. 20. a

גינסרים vel גרשים Ginosarim vel Girgisiim, Geraseni, In Græco Gergeseni: & Hebraicè interpretatur peregrinationi siue cõflictui aut ruminationi appropinquantes. D. Nomen ciuitatis quæ est vltra Galilæam. Matth. 8. d

Gerasẽi. Marc. 5. a. Luc. 8. d. In Græco Gadareni & Hebraicè interpretatur septi vel murati. D.

גרגשי Girgasi, Gergesæi, Peregrinationi vel conflictui aut ruminationi appropinquantes. Populi. Gene. 15. d

Gergesæus, idem. s. n. Filius Chanaan. Gene. 10. c

גרריים Gerreni, Incolæ, siue peregrini, aut certãtes, vel confligentes. D. Populi. 2. Mach. 13. c

גרשם Gersom, Gersam, Aduena ibi, siue peregrinus nominatus. Filius Mosis. Exod. 2. d

גרשם Gersom, Idem. Filius Mosis. 2. Para. 6. c. f. 15. a. 23. b. qui Exod. 2. d. Hebraicè dicitur Gersom: licet ibi & aliis aliquot locis corruptè impressum sit Gersam. Est & alius Gersom de filiis Phinees. 1. Esdr. 8. a

גרשן Gerson, Exilium eius, vel peregrini mutatio. Filius Leui filij Iacob. Gene. 46. b. 1. Para. 6. a. vbi & per ן, & per ם scriptum reperitur.

גרשני Gersuni, Gerson, Exul, vel peregrini mutatio. Nomẽ viri. 1. Para. 26. c

גרשנים Gersunim, Gersonitæ, Idem. Nume. 26. f

Gersuni, Gersonites, Idem.

גזרי Girzi, Gerze, Securis, siue scissor. Nomen pagi. 1. Regum 27. c

גשן Gesan. Appropinquans, aut vallis mutationis siue eboris vel somni. Filius Iehaddai. 1. Para. 2. f

גשן Gosen, Gessen, Appropinquatio, vel approximatio. Regio Ægypti, vbi Iacobas patriarcha cum suis habitauit liberis, quam nonnulli (vt Hieronymus in Hebraicis quæstionibus author est) Thebaidem vocant. Gene. 46. c

גשור Gessur, Vallis aspectus, aut vallis bouis, siue vallis murus, aut pons. Nomen regionis Syriæ. 2. Reg. 3. a. 1. Para. 2. ca. 3. a

גשורי Gessuri, idem. Regio Syriæ, quæ & Gessur. Deut. 3. b. Ios. 13. a. 1. Reg. 27. c

גת Gath, Geth, Torcular. Nomen ciuitatis Palæsthinæ à Roboam cõstructę. 2. Para. 11. b. Vnde Ionas propheta. 1. Reg. 6. d. 17. g. 4. Re. 14. f. Quæ aliàs & Anthedon, item & Agrippia, authore Volaterrano libr. 11. dicitur.

גתחפר Gitthaiema, Gethaim. Idem. p. n. Nomen ciuitatis. 2. Regum 4. a

גת־חפר Gitta-hepher, Geth-hépher, Torcular fodiens vel explorans, siue torcular confundens aut exprobrans. Nomen loci. Ios. 19. a

גתי Gitthi, Getthæus, Torcular. 2. Reg. 6. b

גתים Gitthim, Gethæi. Torcularia. Nomen populi. Ios. 15. a. 2. Reg. 15. d

גתר Gether, Vallis explorationis vel contemplationis, siue torcular explorationis, aut vallis turturis. Filius Aram. Gene. 10. d. Ab hoc Acarnanij siue Carij, (vt refert Hieronymus in quæstionibus Hebr.) originem traxere.

Gether. 1. Reg. 30. g. scribe Iether. & vide יתיר

גת־רמון Gath-rimon, Geth-remmon, Torcular mali punici, aut torcular excelsum. Nomen ciuitatis. Duæ autem fuerunt: altera data tribui Dan in possessionẽ. Ios. 19. c. altera tribui Manasse. Ambæ autem Leuitis postea assignatæ. Ios. 21. b. c

גתשמני Gesemani, Gethsemani, Vallis pinguissima, siue vallis olei. D. Nomen vallis quæ est ad radices montis olueti. Matth. 26. d. Marc. 14. d

גזר Gazer, Gézer, Præscisio, siue diuisio, aut sententia. Nomen ciuitatis. 2. Reg. 5. d

Ἀσαρεμὼθ Assaremoth, Gezeron, Præscisio doloris siue fortitudinis,

rudinis, aut diuisio vel sententia doloris siue fortitudinis. D. Nomen ciuitatis. 1. Mach. 4.b

גִּזוֹנִי Gizoni, gezonites, Tondens, siue transiens. 1. Paralip. 11.g

גָּזֵז Gazez, gezez, Tondens, aut vellus, siue transitus. Filius Caleb. 1. Para. 2.f

G I

גִּיחַ Giah, Eductio, extractio, deriuatio, eruptio, aut gemitus, siue suspirium. Nomen loci. 2. Reg. 2.f. in tribu Beniamin: pro quo interpres vertit vallis.

גִּבְלִים Giblim, giblij, Termini vel confinia, aut terminus maris. Populi ciuitatem gebal in Syria habitantes: de qua Psal. 82. Ezech. 27.b. 3. Reg. 5.d

גְּדֵרוֹת Gederoth, gideroth, Muri, siue maceriæ, aut sepes. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15.e

גֵּיחֲזִי Gihezi, giezi, vallis visionis, aut vallis pectoris. Famulus Elisei. 4. Reg. 4.b

גִּיחוֹן Gihon, Pectus, aut eductio, vel exitus, siue vallis gratiæ vel mansionis. Fons in occidentali Dauidicæ ciuitatis parte. 3. Reg. 1.e. 2. Para. 32.f

גִּלֹה Gilo, Exultatio, siue reuolutio, vel trãsmigratio, aut reuelatio vel detectio. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ios. 15.f. 2. Reg. 15.b

גִּלֹנִי Giloni, gilonites, Exultans siue reuoluens, vel transmigrans, aut reuelans, vel detegens. 2. Reg. 15.b

גִּינַת Ginath, gineth, Hortus vel protectio. Pater Thebni. 3. Reg. 16.e

G O

גָּעְתָּם Goátha, Tactus eius, aut mugitus eius. Nomen loci non procul à Ierosolyma distãtis. Iere. 31.g. Hunc Lyranus golgotha esse putat.

גֹּב Gob, Cisterna, vel locusta, aut altitudo. Nomen loci. 2. Reg. 21.d

גְּדַלְיָהוּ Gidaliahu, godolias, Magnitudo domini, aut fimbria domini. Filius Ahicam filij Sapham. 4. Reg. 35.f. Filius item Amariæ. Sopho. 1.a

גּוֹג Gog. Tectum vel solarium, siue tegularum. Nomen gentis. Ezech. 38.a. Apoc. 20.c Filius Ioel. 1. Para. 5.a

גּוֹלָן Golan, Transmigratio, siue reuolutio: aut ex Syro & Hebræo, intus manẽs. Nomen ciuitatis in Basan. Deut. 4.g. quæ Ios. 20.c. dicitur Gaulon, licet Hebraicè golan legatur, sicut & hic.

Golgotha, Caluaria, scilicet vbi sunt capita mortuorum. Syrum siue Chaldaicum vocabulũ. Locus in quo crucifixus fuit Christus dominus noster. Ioan. 19.d

גָּלְיָת Galiath, goliath, Transmigratio, aut acumulatio, siue reuolutio, vel derectio. Nomen gigantis, quem expugnauit Dauid. 1. Reg. 17.a

גֹּמֶר Gomer, Consummans, vel consumens, aut deficiẽs. Filius Iapheth. Gene. 10. a. à quo Gomeritæ, qui nunc galatæ dicuntur. Hoc nomen habuit & filia Debelaim vxor Osee. Osee 1.a

עֹמֶר Omer, Gomor, genus mensuræ, id est decima pars Ephi. Exod. 16.g

עֲמֹרָה Amora, Gomorrha, Populus rebellis, aut populus timens, siue manipulus, vel seruitus: aut Syriacè, lana. Ciuitas Pentapoleos, ad orientalem plagam terræ Iudæ sita. Gene. 19.c

Gomorrhæi. Idem.

גָּרְגָּשִׁי Gorgias, Terribilis, vel velox. g. Nomen viri. 1. Machab. 3.e

גִּרְזִית Gortyna, Pharetra. g. Nomen loci. 1. Mach. 15.d

גֹּשֶׁן Gosen, Appropinquatio, vel approximatio. Nomen ciuitatis in tribu Iudæ. Ios. 10.g. 15.f. A qua, teste Iosue, circuniacens plaga, terra gosen nuncupatur.

גֶּשֶׁם Gesem, gossem, Pluuia, aut appropinquatio eorum: vel Syriacè, corporalis. Nomen viri. 2. Esd. 2.d

עָתְנִיאֵל Athniel, gothoniel, Hora siue tempus meum deus. Nomen viri. 1. Para. 27.b

גּוֹזָן Gozan, Tonsio, aut vellus, siue transitus, vel corpus nutriens: aut ex Syro & Hebræo intus nutriẽs. Nomẽ fluuij in Mesopotamia. 4. Reg. 19.c. 1. Para. 5.d. Isa. 37.c

G R

יְוָנִים Græci, Hebraicè dicitur Ieuanim, id est deceptores, vel contristantes, siue cœnosi, aut colũbini. græcè verò, robusti vel fortes interpretatur. Ἕλληνες

יָוָן Iauan, græcia. Isa. 66.f. Ezech. 27.d. qui fuit filius Iapheth, à quo denominata est græcia vel Ionia, & interpretatur decipiens, vel contristans, siue cœnosa, aut columbina. græcè verò, robusta vel fortis. Acto. 20.a

Græcus, Idem. m.g.

Gregis turris, vide Eder.

G V

גְּאוּאֵל Gehuel, guel, Redemptio dei, siue exaltatio dei. Filius Machi, princeps tribus gad. Nume. 13.b

גּוּנִי Guni, Hortus, siue protegẽs. Filius Nephthali. gene. 46.c. 1. Para. 7.c

Gunitæ, Idem. Nume. 26.f

גּוּר Gur, Catulus, siue habitatio, aut collectio, vel timor. Nomen ciuitatis iuxta Ieblaam. 4. Reg. 9.f

גּוּר־בַּעַל Gurbáal, Catulus idóli vel dominantis, aut subiicientis vel possidentis: aut peregrinatio siue timor, aut habitatio idóli vel dominantis aut subiicientis vel possidentis. Nomen loci. 1. Paralip. 26.a in quo Arabes habitauerunt.

H

יְחֻבָּה Ihubba, Haba, Absconsio, vel dilectio: aut Syriacè, peccatum vel obligatio. Filius Gomer filii Heber. 1. Paralip. 7.g

חֲבַקּוּק Habacuc, Luctator, vel amplexans. Nomen prophetæ. Habac. 1.a

חֶבֶר Heber, Háber, Socius aut particeps, siue incantator, aut liuor. Filius Baria, filij Aser, filij Iacob. 1. Parali. 7.f. Iudic. 4.b. vir Cinæus.

חֶבְרִי Heberi, Heberitæ, Idem. p.n.

חֲבַיָּה Hebaia, Habia, Absconsio domini, aut dilectio domini: vel ex Syro & Hebræo, debitũ vel obligatio domini. Nomen viri. 1. Esdr. 2.c

חֲבוֹר Habor, Socius aut particeps, siue incantatio aut liuor. Nomen vrbis Assyriorum 4. Regum 17.a. 18.c. 1. Paralip. 5.d

חֲבַצִּנְיָה Habazinia, Habsanias, Debitum clypei domini, siue dilectio, vel absconsio clypei domini. Pater Ieremiæ filij Iezoniæ. Iere. 35.a

חֲקַל־דָּמָא Hakal-dama, Haceldema, Ager sanguinis. Syrũ est. Nomen agri pecuniis illis quibus Christum vendiderat Iudas proditor, empti in sepulturã peregrinorum: qui hodie monstratur in Ælia ad australem plagam montis Sion, teste Hieronymo in locis Hebraicis. Matt. 27.a. Acto. 1.c

חַכְמוֹנִי Hachmoni, Hachamoni, Sapiẽs vel sapientissimus, aut hamus numerationis vel muneris, siue expectatio muneris. Pater Iesbaam. 1. Paralip. 11.b. Pater Iahiel. 1. Paralip. 27.d

חֲכַלְיָה Hachalia, Hachelai, Expectãs dominum, siue hamus domini. Pater Athersatha. 2. Esd. 10.a

חֲכִילָה Hachila. Spes in ipsa, aut hamus in ipsa, siue palatum vel dulcedo in ipsa. Collis est in sorte tribus Iudæ, ad desertum Ziph, in quo latuit Dauid. 1. Regum 23. & 26. arcem habens natura munitissimam, olim ab Herode extructam, Mesida nomine, id est munitionem. 1. Reg. 23.c. 26.a

חוּקֹק Hukok, Hacoc, Sculptor, aut scriba, siue legislator. Nomen ciuitatis. 1. Para. 6.g. in tribu Aser.

חֲקוּפָא Hacupha, Præceptum oris, aut sculptura oris. Nomẽ viri. 1. Esd. 2.c

חָקוֹץ Hakos, Hacus, Spina, siue æstas, aut tædium, siue vigilia, vel finis. Nomen viri. 2. Esd. c

חֲדָד Hadad, Acutus vel gaudens: aut Syriacè, nouus vel vnitas. Filius Ismaelis. Gene. 25.b. 1. Para. 1.b

חַדְלַי Hadlai, Hadali, Cessatio, vel vetatio, aut defectus. Pater Amasa. 2. Para. 28.b

חֲדַשָּׁה Hadassa, Nouitas, aut mẽsis: vel ex Syro & Hebræo, vnus aries. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Iosue 15.c

Hadid,

Universidad de Deusto
Biblioteca

חֲדִיד Hadid, Acutus, siue gaudēs: aut Syriacè, nouitas: vel ex Syro & Hebræo, vna manus. Ciuitas. 2. Esd. 11. d

עַדְרִיאֵל Hadriel, Grex dei, aut ablatio dei, siue priuatio dei. Gener Saulus, maritus Merob. 1. Reg. 18. e

חַדְרַךְ Hadrach, Acumen siue gaudium teneritudinis, vel cubiculum tuum: aut ex Syro & Hebræo, vnitas vel nouitas teneritudinis. Ciuitatis nomen. Zach. 9. a. Quidā Syriam fuisse putant. Hieronym. in locis Hebr. terram Damasci credidit.

חַדְשִׁי Hadsi, Nouitas, aut mensis: aut ex Syro & Hebræo, vnius munus, aut nouū munus. Nomē loci. 2. Reg. 24. a

חָגָב Hagab siue Hagaba, Locusta. Nomen viri. 1. Esd. 2. c

חַגִּיָּה Haggia, Festiuitas domini, vel solēnitas domini, aut gyrus domini. Filius Merari. 1. Para. 6. c

עַי Hai, Aceruus, vel coaceruatio. Ciuitas Amorrhæorum trās Iordanem supra Iericho sita, iuxta Bethauen, ad orientalem plagam oppidi Bethel, non longè ab eo distans. Altera quæ à filiis Israel duce Iosua expugnata est post Iordanis transitum. Ios. 7. a. & 12. Cuius Regem suspenderūt filij Israel. Ios. 8. f. Hęc Isa. 10. f. Aiath appellatur. Hieronymus in locis Hebr. Agai quoque appellat. Huius mentio habetur etiam Gene. 12. b. Ierc. 49. Ios. 12. 1. Esd. 2. b

עַיָּה Aia, Hai, idem. Nomen etiam vrbis. Nehe. 11. d

חֲלָח Hela, Hala, Dolor siue infirmitas maxillæ, siue principium humilitatis vel teneritudinis. Nomen loci. 4. Regum 17. a. 18. c

חֵלְאָה Helea, Halaa, Infirmitas, siue rubigo. Altera vxor Assur. 1. Para. 4. a

חֶלְקַת Helchath, Halchath, Portio, siue diuisio, aut lenitas, vel lubricatio. Ciuitas in tribu Aser, data Leuitis. Iosue 19. b

חַלְחוּל Halhul, Dolor siue principium doloris vel immunditiæ: aut expectatio doloris vel prophanationis, siue obstetricatio doloris. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Iosue 15. g

חַלְלוּיָהּ Hallelu ia, Laudate dominum. Psal. 104. a

חֲמָתִי Hamathi, Hamathæus, Indignatio, siue calor: aut murus, siue vter vel lagena. Filius Chanáan. Gen. 10. c. 1. Para. 1. b. à quo Hamath vrbs, quam Macedones Epiphaniam nuncupauerunt: alij Antiochiam.

חֶמְדָּן Hamdan, Cupiditas, aut calor iudicij. Filius Disan filii Seir Horrei. Genes. 36. c. qui 1. Paralip. 1. c. dicitur Hamran.

חֲמַת Hammath, Ira, vel indignatio, siue calefactio, aut vter. Nomē ciuitatis in tribu Nephthali, Ios. 19. c. Quæ Eusebio Epiphania, aliis verò Antiochia dicitur.

חַמַּת־דֹּאר Hammoth-dor. Indignatio vel calor generationis, aut pilæ vel sphæræ siue habitationis. Ciuitas. Ios. 21. c. quæ de tribu Nephthali non solùm Leuitis, imò etiam profugis homicidis pro tutissimo asylo est assignata.

חָמוֹן Hamon, Calor, aut sol, siue ira eius. Nomē ciuitatis. Ios. 19. b. 1. Para. 6. g. in tribu Nephthali.

חַמְרָן Hamran, Asinus, vel lutum aut vinosus. Filius Disan, filij Seir Horræi. 1. Paralip. 1. c. qui Gene. 36. c. dicitur Hamdan.

חֲמוּאֵל Hamuel, Calor, siue ira dei: aut ex Syro & Hebræo, viderunt deum. Filius Masma. 1. Para. 4. d

חָמוּל Hamul, Pius, siue misericors. Filius Phares filij Iudæ. Gene. 46. b. 1. Para. 2. a

Hamulitæ, Idem. p. n. Nume. 26. c

חֲנַמְאֵל Hanameel, Gratia ex deo, siue misericordia vel donum à deo. Filius Sellum patruelis Ieremiæ prophetæ. Ierem. 32. a

חָנָן Hanan, Gratiosus, vel pius siue misericors, aut donās. Filius Maacha. 1. Para. 11. g. Filius Sizac. 1. Para. 8. c. Filius Asel filij Elasa. 1. Para. 8. d. 9. g. 2. Esdr. 7. c. 8. b. Filius Iegedeliæ. Ierc. 35. a. 1. Para. 4. c

חֲנַנְאֵל Hananeel, Gratia dei, siue misericordia dei, aut donum dei. Nomen turris Ierosolymæ. 2. Esdr. 3. a. Ieremiæ 31. g

חֲנָנִי Hanani, Gratiosus, aut donans, vel pius siue misericors. Pater Iehu prophetæ. 3. Reg. 16. a. 2. Paralip. 16. c. Nehem. 12. c

Hanania siue Hananias, Gratiæ domini, siue misericordia domini, aut donum domini. Pater Selemiæ patris Ieriæ. Iere. 37. c. Pater item Sedeciæ principis. Iere. 36. c. Filius Zorobabel filij Phadaia. 1. Para. 3. d. 8. c. Nomen prophetæ. Iere. 28. a. Etiam hoc nomine vocabatur ille qui cum Daniele propheta à Nabuchodonosor in captiuitate enutritus fuit, cui præpositus eunuchorum Sidrach nomen imposuit. Daniel. 1. b

Hanathon, Gratiæ vel misericordiæ donum. Ciuitas in terra Zabulon. Ios. 19. b

Hanes, Gratiæ vexillum, siue gratiæ tentatio vel fuga: aut ex Hebræo & Syro, gratiæ miraculum. Ciuitas Ægypti. Isa. 30. a

Haniel, Gratia, siue misericordia dei, aut requies vel donum dei. Filius Olla. 1. Para. 7. g. Filius Ephod, princeps tribus Manasse. Num. 34. d

Hanni, Hanni, Afflictus vel pauper, siue respondēs. Nomen viri. 2. Esdr. 12. a

Hanun, Hanon, Gratiosus, siue misericors: vel donans, siue requiescens. Filius Naas regis filiorum Ammon. 2. Reg. 10. a. 1. Para. 19. a

Hanun, Idem. Nomen viri. 2. Esd. 3. c

Happim, Hapham, Thalamus eorum, siue coopertura eorum, aut litus eorum. Filius Hir. 1. Para. 7. c

Hephziba, Haphsiba, Volūtas mea in ea. Mater Manasse. 4. Reg. 21. a

Huppim, Happhim, Thalami, siue cooperti, aut litus maris. Filius Machir. 1. Para. 7. c

Haphataim, Fodientes, aut explorantes, siue cōfundentes, aut explorans siue confundens mare. Ciuitas in tribu Zabûlon. Ios. 19. b

Harod, Harad, siue Harada, Stupor, aut tremor. Nomen fontis siue loci in quo castrametati sunt filij Israël profecti de Sepher. Iudic. 7. a. Nume. 33. c

Harhaia, Haraia, Calor, aut ira domini. Pater Eziel. 2. Esdr. 3. b

Harim, Haram, Destructus, siue anathematizatus: vel rete siue retiaculum, aut dedicatus siue consecratus, scilicet deo. Nehem. 10. a. 12. a

Harama, Idem. 1. Reg. 30. g. Vide Harma.

Haran, Ira, siue irascens: aut Syriacè, libertas. Charræ, ciuitas Mesopotamiæ, à Charra Syrię fluuio, in qua habitauit Thare. Gen. 11. d. 12. b. 27. g. 28. b. 29. b. De qua & 4. Reg. 19. c. Isa. 37. c. Ezech. 27. c. Dicitur & Charan à Græcis. Acto. 7. a. Est & nomen viri. 1. Para. 2. f. vbi dicitur, Peperit Haran.

Harbona, Destructio, siue gladius eius nunc, aut siccitas eius nunc: siue ira ædificantis vel intelligentis. Nomen Eunuchi. Esth. 1. b

Hariph, Hareph, Hyems siue opprobrium, vel adolescentia: aut Syriacè, acutus. Nomen viri. 2. Esd. 7. c. Nehem. 10. a.

Heres, Hares, Sol, aut testa. Nomen montis. Iudic. 1. g. 2. Esdræ 8. b

Hareth, Sculptura, aut libertas. Nomen villæ ad occidentem. 1. Reg. 22. a

Harhur, Calefactus siue arefactus: aut ira siue calor albedinis vel foraminis, aut libertatis. Nomen viri. 1. Esdræ 2. c

Harim, Destructus, siue anathematizatus, aut rete, vel retiaculum: siue dedicatum vel cōsecratū, scilicet deo. Nomen sacerdotis. 1. Para. 24. b. 1. Esd. 2. b. 10. c

Hareph, Hariph, Hiems siue opprobrium, vel adolescentia: aut Syriacè, acutus. Filius Hur. 1. Para. 2. g

Harnæpher, Harnápher, Ira tauri, siue ira crescens: aut ex Syro & Hebræo, libertas tauri, siue ira crescens. Filius Supha filij Helem. 1. Para. 7. g

Harma, siue Harama, Destructio siue anáthema, aut rete vel retiaculum, siue dedicatum vel consecratum, scilicet deo. Ciuitas in tribu Iuda. Ios. 15. c. 1. Reg. 30. g.

Etiam

Universidad de Deusto

Etiam in tribu Simeon ciuitas est.Iosue.19.2. Iudic.1.a dicitur Sephath.

חָרוֹדִי Harodi, Tremefact⁹, siue stupefactus, vel caloris aut iræ abundantia. Nomen ciuitatis.2.Reg.23.b

חַרוּמָף Harumaph, Haromaph, Destructio siue anathema oris: aut ex Hebræo & Syro, ira cooperimenti. Filius Iedaia.2.Esd.3.c

חַרֹשֶׁת Haróseth, Artificium, vel aratura siue testa, aut silētium, vel surditas: aut Syriacè, sylua. Ciuitas quæ iuxta Iosephū lib.5. antiq. Iudaic. super paludem Samachonitidem sita est.Iudic.4.a

חַרְשָׁא Harsa, Artificium, vel aratura, siue testa aut silentiū, vel surditas: aut Syriacè, sylua. Nomen viri.1.Esd.2.c

חַרוּפִי Haruphi, Haraphites, Opprobrium, aut hyems, vel iuuentus: aut Syriacè, acutus.1.Para.12.a

חָרוּץ Haruz, Harus, Incisus, siue aureus, aut solicitus, siue trituratus. Pater Messalémeth matris Amon regis Iuda.4.Reg.21.d

חַשְׁמוֹן Hassemon, Legatio, siue acceleratus numerus, vel festinata portio, aut silētium numeri vel portionis. Ciuitas tribus Iudæ. Ios.15.d

חֲשׁוּב Hassub, Aestimatus aut numeratus: siue cogitatio vel artificium. Filius Ezricam.1.Para.9.c

חֲשֻׁבָה Hasuba, Hasaba, Numeratio, siue æstimatio, vel cogitatio: aut artificium, vel festinatio aut silentium in ea. Filius Zorobabel filii Phadaiæ.1.Para.3.d

חֲשַׁבְיָה Hasabia, siue Hasabias, Numeratio vel æstimatio, aut cogitatio domini, siue artificium domini: aut festinatio vel silentium in domino. Filius Amasiæ.1. Par.6. d. Princeps Leuitarum.2.Para.35.b.1.Para.25.a

חֲסַדְיָה Hasadias, Misericórdia domini. Filius Zorobabel filij Phadaiæ.1.Paral.3.d

חֲצַר־מָוֶת Hazar-maueth, Hasar-moth, Atrium mortis, vel fœnum mortis. Filius Iectan. Gene.10.d

חֲצַר־שׁוּעָל Hazar-suhal, Atrium vel fœnum vulpis, aut fœnum semitæ. Nomen ciuitatis.1.Para.4.c

חֲצַר־סוּסִים Hasar-susim, Atrium æquorum, aut fœnum æquorū. Nomen ciuitatis.1.Para.4.e. quæ & Haser-susa.

חֲצָצֹן־תָּמָר Hazazon-thamar, Hasason-thamar, Glarea, vel lapillus commutationis: aut diuisio siue sagitta palmæ, id est dactyli. Nomen oppidi, quod & En-gaddi dicitur. Gene.14.b.2.Para.20.a

חַשְׁבַּדָּנָה Hasbadana, Festinans aut cogitans iudicium suum, siue silens aut computans iudicium suum. Nomen viri.2.Esd.28.a

חַשַׁבְיָה Hasabia, Hasebia, Numeratio vel æstimatio domini, aut cogitatio domini, siue artificium domini, aut festinatio vel silentium in domino. Filius Merari.1. Paralip.9.c

חֲשַׁבְנָה Hasabna, Hasebna, Numeratio, siue festinatio intelligentis siue ædificantis. Nomen viri.2.Esd.10.a

חֲשַׁבְנְיָה Hasabnia, Hasebnia, Numeratio domini, siue silentium vel festinatio filij domini. Nomen viri. Nehe.9.a

Hasabnia, Hasebonias, Idem. Nomē viri.2.Esd.3.c

חָשֻׁם Hasum, Hasem, Silentium eorum, siue festinatio eorum. Nomen viri.2.Esd.7.c

חֲצַר־גַּדָּה Hazar-gadda, Haser-gadda, Atrium hœdi eius vel fœlicitatis eius: aut ex Hebræo & Syro, atriū incisionis vel scissuræ. Nomen ciuitatis in tribu Iuda.Ios.15.d

חֲצַר־סוּסָה Hazar-susah, Haser-susa, Atrium equi, aut fœnum equi. Ciuitas in tribu Simeonis. Iosue.19.a.quæ & Hasar-susim.

חֲצֵרִים Haserim, Atria, siue vestibula, aut sagitta excelsa. Ciuitas in dorso montis Seir inter Aegyptum & Chananæam, in qua Hauim, id est Heuæi gigantes habitarunt ab Caphthorim expulsi. Deut.2.c. Ios.13.a. aliàs Haseroth, vt quibusdam videtur, appellata.

חָצוֹר Hasor, Atrium, aut fœnum. Ciuitas regni Iabin Chananæorum regis, quæ & Hesron dicitur, quam solam Iosue incendit. Ios.11.a.1.Reg.12.b.4.Regum.15.f. quæ principatum tenuerat inter omnia regna Amorrhæorum. Ios.11.12. Fuit vna in tribu Iuda. Ios.15. d. Alia in tribu Nephthali. Ios.19.c. Vbi regnauit Iabin. Iudic.4. 3.Reg.9.4.Reg.15.

חָצְרוֹת Hazeroth, Haseroth, Atria, siue vestibula. Nomen eremi per quā transierunt Israëlitæ ascendentes in terram Chanaam ex Aegypto. Deuter.1 a. Num.13.a.33.c

חַצַר־שׁוּעָל Hazar-sual, Hazer-sual, Atrium vulpis, vel fœnum vulpis, aut semitæ vel pugilli. Ciuitas in tribu Iudæ & Simeonis. Ios.19.a

חֻשִׁים Husim, Hasim, Tacentes, siue festinātes, aut silentiū vel festinatio maris. Nomen viri.1.Para.7.c

חָשֻׁם Hasum, Hasom, Silentium, aut festinatio eorū. Nomen viri.1.Esd.10.d

חַסְרָה Hasra, Defectus, siue deficiens. Pater Thecue patris Sellum mariti Oldæ prophetidis.2.Paralip.34.c.qui.4 Reg.22.c. dicitur Araas.

חָשֻׁם Hasum, Silentium, aut festinatio eorum. Nomen viri.1.Esd.2.b.2.Esd.8.a

חָשׁוּב Hasub, Aestimatus, aut numeratus, siue cogitatio vel artificium. Nomen viri.2.Esd.11.c

חָשׁוּפָא Hasupha, Discooperta, aut exhausta, vel nudata. Nomen viri.1.Esd.2.c

חָתָת Hathath, Contritio aut timor. Filius Othoniel.1.Paralip.4.c

חָטִיל Hatil, Peccati vlulatio. Nomen viri.1.Esd.2.c

חֲטִיפָא Hatipha, Rapina, siue peccati coma, aut reliquiæ. Nomen viri.1.Esd.2.c

חֲטִיטָא Hatita, Peccati declinatio. Nomen viri.1.Esd.2.c

חַטּוּשׁ Hattus, Peccatum derelinquens. Filius Semeiæ filij Secheniæ.1.Para.3.d.1.Esd.8.a.Nehem.10.a.12.a

חַוֹּת־יָאִיר Hauoth-iair, Oppida illuminationis, vel annunciationis luminis. Ciuitates quas expugnauit Iair filius Segub. Num.32.g. Siue nomen tegionis, quæ & Bassan dicitur. Deuter.3.c

חֲזָאֵל Hazael, Videns deum. Nomen viri.3.Reg.19.c.2.Paralip.22.b. Successor Ben-adad in regnū Syriæ.4.Reg. 8.d. Amos.1.a

חֲזָיָה Hazaia, Hazia, Videns dominum. Nomen viri.2. Esdræ.11.a

חָזִיר Hazir, Porcus: aut Syriacè, conuersus vel reuersus. Nomen viri.2.Esd.10.a

H E

עֵיבָל Hebal, Aceruus vetustatis siue aceruus defluens. Filius Iectan. Gene.10.d. Est & nomen montis. Deut.11.d

חֶבֶר Héber. Gene.46.b.1.Par.4.c.7.f.8.b. vbi dicitur, Et Hezeci, & Heber interpretatur socius, aut particeps, vel adherens, siue incantator, aut liuor. Item Nume.26. c. filius Brie.

עֵבֶר Heber, Transiens, vel transitus: aut ira, seu prægnās: vel Syriacè frumentum. Filius Sale. Gene.10.d. Luc.3. g. à quo Hebræi.1. Paralip.5. b. Filius item Ephāal filij Mehusim.1.Paral.8.b

עִבְרִיָּה Hibriiah, Hebræa, Transiens, siue irata, aut prægnās.

עִבְרִים Hibrim, Hebræi, Transeuntes, siue irati, aut prægnātes: vel Syriacè, frumenta.1.Reg.4.b

עִבְרִי Hibri, Hebræus. Idem.s.n. Gene.41.b

Ibri, Hebri, Idem. Nomen viri.1.Paral.24.d

חֶבְרוֹן Hebron, Societas siue participatio, vel adhæsio, aut incantatio, vel liuor. Ciuitas in terra Chanāan in montanis Iudæ, Ciuitas Amorrhæorum, quōdā Philisthinorum metropolis. Hæc dicta est & conuallis Mambre. Gene.13.d. Nume.13.b.1. Para.3.a. & Arabee. Gen.23.a & Cariath-arbe. Iosue.15.c. Filius item Caath filij Leui. Exod.6.c.1 Para.2.f.6.a.c

עַבְרֹנָה Hebróna, Transiens, aut irascens. Nomē loci in quo castrametati sunt filii Israël. Nume.33.d

חֶבְרֹנִי Hebroni, Societas, siue participatio, vel adhæsio, aut incantatio, vel liuor. Nume.26.g

חֶבְרוֹנִי Hebroni, Hebronitæ. Idem.p.n.1.Para.26.e

חֲכַלְיָה Hechaliah, Hechelias, Expectans dominum, siue hamus domini. Pater Nehemiæ.2.Esd.1.a

חֵדָד Heddai, Laudatio, siue cōfessio, aut clamor. Nomen viri, 2.Reg.23.d. qui Huri.1 Paral.11.f. dicitur.

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

עֶדֶר Héder, Grex, siue defectio, aut priuatio. Filius Beriæ.1.Paral.8.b

חֲגְלָח Hegla, Festiuitas aut gyratio eius. Filia Salphaad filij Hepher filij Galaad. Nume.26.d

חֵילַם vel חֵילָם Helam, Exercitus matris vel gentis siue ancillæ:aut dolor siue expectatio matris vel ancilæ aut gentis, vel somnium. Ciuitas.2.Reg.10.d.haud procul à Iordane.

חֶלְבָּה Helba, Lac, siue adeps, aut mansit in ea: siue principium vel dolor in ea. Nomẽ ciuitatis, quæ sorte tribui Aser euenit.Iudic.1.f

חֶלְקַת Helcath. Portio siue pars, aut lenitas. Ciuitas quæ de tribu Aser data fuit Leuitis.Ios.21.c

חֶלְקִי Helci, Portio siue pars aut lenis. Nomen viri.2. Esdræ.12.a

חִלְקִיָּהוּ Hilciahu, Helcia, siue Helcias, Portio siue pars domini, aut lenitas domini. Pater Eliacim.4. Reg.18.d. Isa. 22.f.Est & nomen sacerdotis.4.Reg.22.a. Patet itẽ Ieremiæ prophetæ.Iere.1.c.1. Para.6.a.2. Esd.12.a

חֶלֶץ Hélec,Portio, siue pars,aut lenitas, Filius Galaad filij Machir filij Manasse filij Ioseph. Nũ. 26.d.Ios.17.a

Helecitæ, Idem.p.n.Nume.26.d

חָאָה Héled, Mundus, id est orbis, vel mustela:aut Syriacè, rubigo.Filius Baana.2.Reg.23.d

חֵלָם Helem,Somniãs, aut sanans, siue expectatio eorũ, aut dolor eorum. Nomen viri. Zacha.6.d.1.Para.7.g

חֶלֶף Héleph,Mutatio,siue transitus, aut perforatio. Nomen ciuitatis.Ios.19.c. Terminus Nepththali.

חֶלֶץ Heles, Armatus, siue liberatus, aut nudatus. Nomẽ viri 2.Reg.23.d

חֲלֶץ Halez,Helles, Idem.Filius Azariæ filij Iehu filij Obed.1.Paral.2.c.11.f.27.b

עֵלִי Heli, Eleuatio,siue oblatio, aut eleuans, vel offerẽs, seu pila. Nomen sacerdotis illius qui Samuelem vnxit in prophetam.1.Reg.1.a.Pater item Ioseph mariti Mariæ virginis. Luc.3.e.qui Matth.1.c.dicitur Iacob.

ἡλιόδωρος Heliodorus, Solis donũ.G.Nomen viri.2.Mach.3.b

ἡλιόπολις Heliopolis, Hebraicè dicitur On: & interpretatur

אָן dolor siue tristitia, aut fortidudo. Græcè verò Heliopolis, Solis ciuitas interpretatur. Vrbs Aegypti, quæ Thebæ aliàs dicitur. Ezech.30.e

עַלְמֹן־ דִּבְלָתָיְמָה Almon-diblathaiemah, Helmon-diblathaim, Duo nomina sunt.Helmon,quod interpretatur occultatio, siue adolescentia, aut seculum, vel cõtemptus. Deblathaim,palathæ,id est massæ de ficubus compactæ.Nomen loci, in qno castrametati sunt filij Israel profecti de Dibon-gad. Neme.33.f

חֵרוֹן Helon, Fenestra, vel prophanatio, siue dolor, vel infirmitas.Nomẽ ciuitatis ĩ terraMoab. Nume.2.a. Iere, 48.d.Pater Eliab principis tribus Zabûlon. Nume.1.a 10.b.Est & nomen vrbis.1.Paral.6.c. qnæ Ios.21.d.dicitur Holon.

חֵימָם Hemam. Turbatio eorum, aut tumultus eorum. Filius Loran filij Horræi. Gene.36.c.qui.1. Para.1.c.dicitur Homam.

חֵימָן Heman, multus, aut tumultuans: vel Syriacè, fidelis. Filius Gaol.3.Reg.4.d.Filius Ioel.1.Para.6.c.15.b. 16.d

Hemath, vide Emath.

עֶמְנָה Hemona, Popularis, siue populus noster. Nomẽ ciuitatis in tribu Beniamin.Ios.18.d

חֲמוֹר Hemor,Asinus,siue lutum,aut vinosus:vel Syriacè, grauis aut ponderosus.Pater Sichem.Gene.33.d.34.a. Acto.7.c

חֵן Hen, Gratia, siue misericordia, aut mansio, vel requies.Nomen viri.Zacha.6.d

חֲנָדָד Henadad,Gratia vel misericordia dilecti. Nomen viri. 2.Esdr.3.c

חֲנוֹךְ Hanoch, Henoch, Dedicatus, vel disciplinatus aut morigeratus.Filius Cain. Gene.4.c.Filius præterea Iared.Gene.5.c.Luc.3.g. Filius etiã madian,filii Abrahæ. Gene.25.a.Filius itẽ Ruben. Gene.46.b.1.Para.5.a.Ciuitas item quã Cain extruxit,illique filii nomẽ indidit.

Henochitæ,Idem.p.n.Nume.26.b

Hepher,Fodiens, aut explorãs,siue opprobrium vel confusio,Filius Ashur ex Naara vxore.1.Para.4.a.Portio regni terræque Chanaam quam Iosue expugnauit. Ios.12.d.4. Regum.14.f. Vrbs in tribu Zabulon Iosue.19.

Hepheri Hepherita,Idem.p.n.Num.26.d

Hiphathath,Ephethath.Adaperire: imperatiui modi passiuæ vocis.Marc.7.d

Her,Vigil,aut denudans,vel effundens,siue æmulus, vel ciuitas.Filius Iudæ ex Sue vxore sua.Gen.38.a.1.Para.4.c.Pater Elmadan.Luc.3.f

Herã,Idem.Filius Suthala filii Ephraim.Num.26.d

Heranitæ,Idem.p.n.Nume.26.d

Heracles,Hercules,Iunonis vel dominatricis gloria G.2.Machab.4.c

Ared,Hered,Imperans,siue descendens.Filius Balæ filii Beniamin.Nume.26.c

Arad,Hered.Iosue.12.d.Onager:aut Syriacè, draco. Nomen ciuitatis.

Ardi,Hereditæ,Imperantes,siue descendentes. Nume.26.c

Harim,Herem,Destructio, siue anathema, aut rete, vel retiaculum,siue dedicatum vel consecratum.s.deo. Nomen viri.1.Esd.10.d

Heri, Vigil,seu denudans,aut effundens, vel ciuitas mea,aut Syriacè, inimicus. Filius Gad filii Iacob. Gene.46.b

Heritæ,Idem.p.n.

Herma, Destructio, siue anathema,aut rete, vel retiaculum,siue dedicatum,vel consecratum.s.deo.Ciuitas in tribu Iuda.Ios.12.d.Vide Harma.

Aerman, Sustentaculum,vel inauris.G. Vir quidam Roma.16.b

Hermes Mercurius,aut lucrum,vel refugium.G.Viri nomen.Roma.16.b

Hermogenes Mercurio genitus, aut lucri generatio, vel refugium generationis. G. Vir quidem.2. Timoth. 1.d

Hermon,Destructio,siue anathema,vel rete siue retiaculum: aut dedicatum vel consecratum scilicet deo. Nomen montis,quem Sidonii Sarió, Amorrhæi Sanir vocant.Deuter.3.b.Iosue.13.a. Psal.88.b.Vide item.1. Para.5.d. Aliàs dicitur & שִׂיאֹן Sion Deut.4.g.A nonnullis traditur duos esse חֶרְמוֹן nomine montes.vnum non procul à Galboa iuxta Iordanem, alterum verò multo altiorem altero supra Thraconitidem regionẽ. Quod equidem haud obscurè etiã Dauid Psalmo.42. innuere videtur:dum inquit,De terra Iordanis & Hermoniim à monte modico.

Hermoniim,Hermonii,Idem.p.n

Herodos, Herodes, Pellis gloria, vel pellibus glorians,aut mons gloriæ vel arrogantiæ.aut Syriacè draco ignitus. D. Præses siue procurator Galilææ constitutus à Romanis.Luc.3.a.rex Iudææ.Luc.1.a

Herodim,Herodiani,Idem.p.n.D. Matt.22.b

Horodosith,Herodias.Idem.f.g. D.Mat.14.a

Herodion, Iunonis vel dominatricis cantilena. G. Cognatus Pauli Rom.16.b

Hesbon,Hesebon, Numerus,siue cogitatio, aut festinans intelligere vel ædificare.Nomẽ ciuitatis in Galaad Moabitarum, in qua habitauit Sehon rex Amorrhæorum,Isa.15.b. Num.21.f.quam ædificauerunt filii Ruben.Nume.32.g.1.Para.6.g

Hazor,Heser,Atrium,aut fœnum. Nomen ciuitatis à Salomone ædificatæ.3.Regum.9.c

Heli,Prope me, vel iuxta me, siue auferens vel separans.D.Pater Nahum patris Amos. Luc.3.c

Hasmona, Hesmóna, Festinatio numerationis vel numeris,aut festinatio præparationis, vel legatio. Loc' in quo castrametati sunt filii Israël profecti de methca, diuidens Aegyptum & sortem tribus Iudæ ad mare vsque tendentem.Nume.33.d

Universidad de Deusto

חֶצְרַי Hesrai, Atrium, siue fœnum. Nomen viri. 2. Reg. 23. d. qui Hesro. 1. Par. 11. g. dicitur.

חֶצְרוֹ Hesro, Atrium aut fœnum eius. Nomen viri. 1. Para. 11. g. qui. 2. Reg. 23. d. dicitur Hesrai.

חֲצַרוֹן Hesron, Sagitta exultationis, siue diuisio cantici, aut atrium vel fœnũ. Nomen ciuitatis, quæ & Asor, in tribu Iuda. Ios. 15. a. d. Filius Ruben. Gene. 46. b. Itẽ filius Iuda, id est (vt existimo) filius Phares filii Iuda, vt sequitur. 1. Paral. 4. a. qui Gene. 46. a. dicitur Zara. Filius item Phares filij Iuda. Gene. 46. b

חֶצְרוֹנִי Hezroni, Hesronitæ, Idem. p. n. Nume. 26. a. c

חֵת Heth, Cõfractio, vel formido, aut stupor: vel Syriacè, descensus. Nomen populi. Gen. 23. a. b

חֶתְלוֹן Hethlon, Hethalon, Contritio mãsionis, aut formidabilis mansio, siue inuolutio eius. Nomen vrbis, terminus Iudææ ad septentrionem. Ezech. 47. c

חִתִּי Hitthi, Hethæus, Confractus, vel formidans, aut stupens: vel Syriacè, descendens. Filius Chanaan. Gen. 10. c. àquo Hethæi.

חִתִּים Hitthim, Hethæi, Idem. p. n. Nomen populi. Gen. 15. d. 4. Reg. 7. b. Cyprum Hieronymus esse dicit.

חִתִּים Hitthim, Hetthim, Idem. p. n. Nomen loci. Iudic. 1. c

חַוָּה Haua, Heua, Viua, vel viuens. Prima mulier creata à deo. Gen. 3. d

חִוִּי Hiui, Heuæi, Viuentes, aut loquentes, vel nuncian-tes: aut Syriacè, colubri. Populi genus.

Heuæus, Idem. s. n. Filius Chanaan. Gen. 10. c

חַוִילָה Hauilah, Heuila, Dolens, siue parturiens, aut loquens illi, siue enuncians illi. Nomen regionis. Gene. 2. b. 25. b

חֲוִילָה Hauilah, Heuila, siue heuilath, Dolens, siue parturiẽs, aut loquens illi, siue annuncians illi. Filius Chus. Gen. 10. a. Filius item Iectan. Gene. 10. d. Nomen item regionis. 1. Reg. 15. b. Getuli à Iosepho dicuntur.

חִזְקִי Hizki, Hezeci, Fortis, siue apprehendens. Filius Elphaal. 1. Para. 8. b

חֲזִיוֹן Hezion, Visio, vel prophetia. Pater Tabremon patris Ben-adab regis Syriæ. 3. Reg. 15. d

חֲזִיר Hezir, Porcus: aut Syriacè, conuersus, vel reuersus. Nomen viri. 1. Par. 24. b

H I

חִיאֵל Hiel, Viuit deus, siue vita dei. Nomen viri illius qui reædificauit Iericho. 3. Reg. 16. g

ἱεράπολις Hierapolis, Sacra ciuitas. G. Ciuitas Phrygiæ haud procul à Colosis & Laodicea. Coloss. 4. c

ἱερώνυμος Hieronymus, Sacrum nomen. G. Nomen viri. 2. Machab. 12. a

חִין Hin, mensura erat liquidorum. Ezech. 4. c

עִיר Hir, Ciuitas, aut vigil, siue effundens, vel denudans, aut pullus, scilicet asini. Filius Caleb filij Iephone. 1. Para. 4. c. Sunt qui dicant hoc loco legendum esse Hirela, nomine composito, non autem Hir & Ela. tunc lege interpretationem dictionis Ela, & huius dictionis Hir.

עִירָא Hira, Ciuitas, aut vigil, siue denudatio, aut effusio, vel aceruus visionis. Filius Acces. 2. Reg. 23. d. 1. Paralipo. 11. g. 27. b

חִירָם Hiram, Vitæ celsitudo. Rex Tyri. 2. Reg. 5. a. qui. 2. Par. 2. a. c. 4. c. 8. a. dicitur Hurám Hebraicè.

חוּרָם Huram, Hiram. 2. Para. 2. a. c. 4. c. 8. a. Albedo eorum, siue foramen vel libertas eorum, aut destruẽs, vel anathematizans. Rex Tyri, qui. 2. Reg. 5. a. dicitur Hiram.

עִירָם Hiram. Gene. 36. d. 1. Par. 1. d. Ciuitas eorum, siue vigilia eorum, aut denudatio vel effusio eorum, siue aceruus excelsus. Ciuitas Idumæorum.

חִירָה Hiras, Libertas, aut ira. Nomen viri Odolamitæ. Gene. 38. a

עִיר־שֶׁמֶשׁ Irsames, Hir-semes, Ciuitas solis: aut ex Hebræo & Syro, ciuitas seruitij vel ministerij. Ciuitas in tribu Dã. Iosue. 19. c

Hircanus, Ciuitas possessor, seu vigilans æmulator. D.

emula Hispania, Rara, id est preciosa. G. Europæ regio latissima. Rom. 15. f

H O

חוֹבָא Hoba, Dilectio vel absconsio: aut Syriacè, obligatio vel peccatum. Nomen loci. Gene. 14. c

חֹבָב Hobab, Dilectus. Filiꝰ Raguel soceri Moysi. Num. 10. d. Iudic. 4. b

חוּד Hud, Hod, Laus, siue confessio. Filius Supha filij Helem. 1. Para. 7. g

חֹדֶשׁ Hódes, Mẽsis, aut nouitas. Vxor Saharaim. 1. Par. 8. a

חֲדָשִׁי Hodsi, Mensis, vel nouitas: aut ex Syro & Hebræo, vnius munus, aut nouum munus. Ciuitas. 2. Reg. 24. a

חֶלְדַי vel חֶלְדָי Heldai, Hulda, Holda, vel Holdai, Mundus, vel orbis, aut mustela: vel Syriacè, rubigo. Nomen viri. 1. Paral. 27. b. & Zach. 6. c. Item prophetis vxor Sellum filii Thecue. 4. Reg. 22. c

Holophernes, Fortis dux: ex Hebræo & Syro. D. Princeps militiæ regis Nabuchodonosor. Iudith. 2. a

חוֹלוֹן Holon, Fenestra, siue prophanatio, aut dolor. Ciuitas quæ de tribu Iudæ seu Simeonis, Leuitis data est. Ios. 15. f. 21. b. quæ. 1. Para. 6. c. dicitur Helon.

חֹמָם Homam, Tumultus, siue turbatio eorum. Filius Lotan filii Seir. 1. Para. 1. c. qui Gene. 36. c. dicitur Hemem.

חוֹן Hon, Dolor, siue fortitudo, aut iniquitas. Filius Pheleth. Nume. 16. a

חֻפָּה Hupha, Hoppha, Thalamus siue coopertorium, aut littus vel ripa eius. Nomen viri. 1. Para. 24. b

חֹר Hor, Mons siue concipiens, aut demonstrans, siue ostendens. Nomen montis. Nume. 20. d. 33. c. in finibus terræ Idumææ prope Petram Ciuitatem.

חוֹרָם Horam, mons eorum, siue manifestans eos, aut concipiens eos. Rex Gazer. Ios. 10. f

חֹרֵב Horeb, Desertum, vel solitudo, siue destructio, aut siccitas vel gladius. Nomen montis in regione Madianitarũ. Exod. 3. a. Psal. 105. Qui מִידְבָּר aliàs dicitur, in quo data fuit lex Moysi. Est & nomen petræ Exod. 17. b

חֹרִי Horrhi, Horrhæi, Principes, vel liberi, aut ingenui, vel irascentes. Gigantes, quos expulerunt filii Edom à monte Seir. Deuter. 2. c. d. qui Gene. 14. Chorræi dicũtur iisdem consonantibus & punctis.

Horræus, Idem. s. n.

חֹרֶם Horem, Destructio, siue anáthema, aut rete, vel retiaculum, siue dedicatum aut consecratum. s. deo. Ciuitas in tribu Nephthali. Ios. 19. c

חֹרִי Hori, Princeps, vel liber, aut ingenuus, vel irascens. Filius Lotan filii Seir. Gene. 36. c

חָרְמָה Harmah, Horma. Ios. 19. b. Excelsa, siue proiecta, aut vermis. Ciuitas in tribu Aser.

חָרְמָה Harmah, Horma, Destructio, siue anáthema, aut rete vel retiaculum, siue dedicatum, aut consecratum, scilicet deo. Ciuitas in tribu tam Iudæ quàm Simeonis. Num. 21. a. quæ cap. 1. d. Iudic. dicitur & Sephath. 1. Paral. 4. c. In Iosue. 15. c. scribitur Harma: in Iosue. verò. 19. a. Betul-harma, vbi vnica dictio est, cum separatim legendæ sint: duæ enim sunt ciuitates.

חוֹרֹנִי Horoni, Horonites, Ira, vel furor: aut Syriacè, libertas. 2. Esd. 2. b

חֹסָה Hosa, Confidẽs, vel protegens. Nomen viri. 1. Para. 26. b. Nomen item cuiusdem ianitoris. 1. Para. 16. d. Ciuitas item quæ tribus Aseris terminus est. Iosue. 19. b

חוּשָׁה Husa, Hosa. 1. Para. 4. a. Festinans, siue tacens, aut sensualis Ciuitas.

חוֹשַׁעְנָא Hosaa-na, Hosanna, Salua obsecro, vel salua nunc. Matt. 21. a

חוֹתָם Hotham, Sigillum. aut signaculum, siue clausura. Filius Heber filii Bariæ filii Aser filii Iacob. 1. Par. 7. g. 11. g

חוֹזַי Hozai, Videns. Nomẽ prophetæ. 2. Par. 33. d

חֲזִיאֵל Haziel, Hoziel. Videns deum. Filius Semei filii Gerson. 1. Paral. 23. a

H V

חֻקֹּק Hukoka, Hucoca, Sculptura, vel præceptum, aut legislatio. Nomen ciuitatis in tribu Nephthali. Ios. 19. c

חִיל Hul, Dolor, vel infirmitas, siue arena, vel præstolatio aut obstetricatio. Filius Aram. Gene. 10. d. Hic à Iose-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pho.lib.1. antiquit.Iudaic.traditur Armeniâ institu isse: quam ego equidem planè arbitror ab eius pater nomẽ inuenisse.

חוּפָם Hupham, Thalamus eorum, aut operimẽtum eorũ, siue littus vel ripa eorum.Filius Beniamin.Nume.26.c

חוּפָמִי Huphami,Huphamitæ,Idem.p.n. Nume.26.c

חוּר Hur,libertas, siue albedo, aut foramen. Filius Iuda filii Iacob.1.Para.4.a.qui Gene.46.b.dicitur Onam.Filius Caleb ex Ephrata vxore.1.Para.2.c. Rex item Madianitarum.Nume.31.a

חוּרַי Hurai,Idem.Nomen viri.1. Par.11.f,qui.2. Reg.25.d. dicitur Heddai.

חוּרָם Huram, Libertas eorum,siue albedo eorum, aut foramen eorum,Filius Bela filii Beniamin.1.Para.8.a

חוֹרִי Hori,Huri irascens,vel libertas, siue albedo,aut foramen.Pater Saphat.Num.13.a.Pater Abihâil.1.Par.5.b

עוּץ Huz,Hus,Consilium aut lignum: vel Syriacè,fixus. Filius Aram.Gene.10.d. Is iuxta Iosephum atque Hieronymum Traconitidis & Damasci conditor extitit. Nam principatũ tenuit inter Palæsthinâ & Cœlesyriâ. Huius regio in Iob a.70. interpretibus ἐπὶ τῆς quasi Husitidis dicitur.Iob.1.a. Primogenitus item Nachor. Gene.22.d.Filius etiam Dison filii Seir.Gene.36.c

חֻשָׁם Husam, Festinatio eorum, aut silentium eorum, vel sensualitas eorum. Rex tertius qui regnauit in Edom. Gene.36.d

חֻשָׁתִי Husathi,Festinans,vel tacens,aut sensualitas.Ciuitatis nomen.2.Reg.21.c

Husathites,Idem.1.Paral.27.b

חוּשַׁי Husai,Husi,Festinans vel tacens,aut sensualitas.Pater Baana.3.Reg.4.b

חֻשִׁים Husim,Idem.p.n. Altera vxor Sabâraim.1. Para.8.a. Filius Dan filii Iacob.Gene.46.c

H Y

ὑμέναιος Hymenæus,Carmen nuptiale. G. Nomen viri,qui à fide Christi excidit.Timoth.2.c

I

יָבָל IAbal,Iabel,Defluens,siue apportãs,vel inueteraſcẽs aut germinans, siue iubileus, aut buccina. Filius Lamech ex Ada vxore.Gene.4.d

יָבֵשׁ Iabes,Siccitas,vel confusio.Pater Sellum.4.Reg.15.c. A quo Iabes Galaad ciuitas.Iudic.21.f.1.Reg.11.a

יָבֵץ Iabez,Iabes, Tristitia siue dolor.Nomen loci.1. Par. 2.g.Est & nomen viri.1 Para.4.b

יָבֵשׁ־גִּלְעָד Iabes-gilead,Iabes-Galaad, Siccitas vel confusio acetui testimonij. Nomẽ ciuitatis.Iudic.21.b.1.Reg.11.a

יָבִין Iabin,Intelligens, siue ædificans. Rex Asor. Ios.11.a. Iudic.4.a.Psal.82.c

יָבְנֵה Iabna,Iabina, Aedificans,aut intelligens. Nomen ciuitatis.2.Paral.26.a.

יַבֹּק Iaboch,Euacuatio, vel dissipatio,aut lucta. Nomen vadi in Iordanem profluentis.Gene.32.f

יַעֲקָן Iaacan,Iacan, Tribulatio vel labor, aut oblatio possessionis vel nidi. Filius Eser filii Seir.1.Para.1.c.qui in Gene.36.c.dicitur Acan Deuter.10.b.1.Para.5.b

יָקְנְעָם Iokneam,Iacanam, Possidens populum, siue nidificatio populi.Nomen loci in Carmelo. Ios.12.d

יָעָכָן Iachan,Conterens,vel comprimẽs,siue ablatio basis. Nomen viri.1. Para.5.c

יָכִין Iachin,Præparans,siue præparatio,vel firmitas.Filius Simeonis filii Iacob.Gene.46. b. Nomen item columnæ in porticu Salomonis.3. Reg. 7.c.2. Para.3. d. Nomen item sacerdotis.1.Para.9.b

Iachnitæ,Idem.p.n.Nume.26.b

יָקִים Iakim,Iacim,Surgens,aut cõfirmans,Filius Semei.1. Para.8.b.24.b

יַעֲקֹב Iaacob,Iacob,Supplantator,vel calcaneus, aut planta,id est vestigium.Filius Isaac.Gene.25.c.27.f

יַעֲקָבָה Iacoba,Idem.Nomen principis.1.Para.4.f

Iacobus,Idem. Nomen apostoli fratris Ioannis euãgelistæ quorum pater Zebedæus dicebatur. Matth.4.d

יָדוֹ Iaddo, Manus eius,aut potestas eius, siue confessio eius.Nomen viri.1.Paral.27.c

Iada,Sciens,vel cognoscens. Filius Onam filii Ierameel ex Atara vxore.1.Para.2.d

Iedaiah,Iadaia, Scientia domini, vel cognitio domini.Nomen viri.1.Esd.2.b

Iadason, Cognitio ouis, vel cognitio mutationis. D. Iudith.1.c

Iedeiahu, Iadias, Simul, vel solus dominus, aut gaudium,siue acumẽ domini:vel ex Syro & Hebræo,vnus dominus.Nomen viri.1.Para.27.d

Iadiahel,Iadihel,Scientia dei,vel cognitio dei. Filius Beniamin.1.Par.7.b.11.g.qui Gene.46.c. dicitur Asbel.

Iadon,Iudicans aut litigans,vel manus eius. Nomen viri.2.Esd.3.b

Iagur,Colonus,vel aduena:aut timens siue congregans. Nomen ciuitatis in tribu Iuda.Ios.15.d

Iahaddai,Simul vel solus ego,aut acutus,vel gaudẽs: aut Syriacè,vnitas mea.Nomen viri.1.Para.2.f

Iahaal, Ascendens,aut damula,vel caprea.Nomen viri.2.Esd.7.c

Iahath,Confractus, aut formidans, vel stupens: aut Syriacè,descendens. Filius Lobni filii Gerson.1. Paral. 6.b.Filius Raia filii Subal.1. Paral.4.a.24.c.Præpositus instaurantibus templum de filiis Merari.2. Para.34.c

Iahazia,Visio domini.

Iahaziel,Videns deum,vel visio dei. Nomen sacerdotis.1.Paral.16.c. Filius Hebron.1.Paral.23.c.Filius Iahath.1.Para.24.c.2.Para.20.c

Iahel, Ascendens,aut damula, vel caprea. Vxor Haber Cinæi.Iudic.4.c

Iahleel,Iahelel, Expectans deum,aut orans deũ, siue incepit deus.Filius Zabûlon.Gene.46.b

Iahleeli,Iahelelitæ,Idem.Nume.26.c

Iahiel, Viuit deus. Nomen viri.1.Para.15.b.16.a.23.a. 29.b.2. Para.21.a.29.c.31.c.35.b.1.Esd.8.b.10.a

Iair illuminans, vel illuminatus. Filius Segub filii Esron filii Phares filii Iuda.1. Paralip.2.c. Fuit & nomẽ iudicis in Israel.Iudic. 10.a. Nomen item loci Iosue. 13.d

Iairi,Lux mea,siue illuminans,aut illuminatus.

Haiairi, Iairites, Illuminatus, aut flumen, aut fluuialis.2.Reg.20.g

Iairus,Idem.D.Nomen viri.Mar.5.b.Luc.8.f

Iala ascendens,aut damula, vel caprea. Nomen viri.1.Esd.2.c

Ialaleel, Laudans deum, aut claritas, siue illuminatio dei.

Ialleel,Idem nomen viri.1.Para.4.c

Ialon,Manẽs siue murmurans. Filius Ezra.1. Par.4.c

Iambri, Amaricãs,siue rebellans,aut commutans. D.

Iamin,Dextera vel dexter,aut auster vel australis.Filius Simeônis filii Iacob.Gene.46.b.1.Para.4.d. Filius Ram primogeniti.Ierameel.1.Para.2.d

Iaminitæ,Idem.p.n.Nume.26.b.2.Esd.8.b

Iammia,Aedificans aut intelligens.Nomen ciuitatis. 1.Machab.4.b

Iammitæ.Idem.p.n.D.

Iamnor, Maris lucerna,aut dextera lucis vel dexteræ lumen.D.Nomen viri.Iudith.8.a

Iimrah,Iamra, Rebellis aut amaricans, siue cummutatio. Filius Supha filii Helem.1.Para.7.g

Iemuel,Iamuel,Dies eius deus, aut mare dei. Filius Simeônis filii Iacob. Gen.46.b.qui.1. Para.4.d. dicitur. Namuel.

Ianái, Respondens, siue affligens,aut depauperans. Filius Gad.1.Para.5.b

Ianne, Respondens, vel incipiẽs loqui,aut afflictus siue humiliatus, vel pauper. D. Pater Melchi patris Leui. Luc.3.c

Iamnes, Idem.D.Nomen incantatoris ex eorum numero qui Moysi restiterunt cùm signa faceret coram Pharaone.2.Tim.3.b

Ianohah,

יָנוֹחַ Ianohah, Ianóe, Requiescens, aut manens, siue deducens. Nomen ciuitatis in tribu Ephraim. Ios. 16. c. 4. Regum. 15. f

יָנוּם Ianum, Dormiens. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Iosue. 15. f

יֶפֶת Iapheth, Dilatatus, aut pulcher, vel persuadēs. Filius Noe. Gene. 5. dd hic Aphricam tenuit, secundum Berosum a quo Gentiles.

יָפִיעַ Iaphia, Illuminans, siue apparans aut gemens. Filius Dauid 2. Reg. 5. c. 1. Para. 3. b. Rex item Lachis. Ios. 10. a

Iaphie, Idē. Nomē oppidi in tribu Zabûlon. Ios. 19. a

יָרוֹחַ Iaroah, Iara, Odorans, siue aspirans, aut luna vel mē sis. Pater Huri. 1. Paral. 5. b

יַעְרָה Iara, Sylua, aut fauus, siue denudans, vel effundens, aut euigilans. Filius Achaz. 1. Paral. 9. f. qui cap. 8. d. dicitur Ioada.

יַרְמוּת Iarmuth, Iaramoth, Altitudines, siue timens mortem, aut proiectio mortis. Nomē ciuitatis in tribu Issachar, data Leuitis. Ios. 21. c

יָרַח Iarah, Iare, Luna, vel mensis, siue odorans. Filius Iectan. Gene. 10. d

יֶרֶד Iered, Iared, Imperans, vel descendens. Filius Maalaleel. Gene. 5. b. Filius item. Ezra. 1. Para. 4. c

יִרְפְּאֵל Iarpheel, Iarephel, Sanitas dei, aut medicina dei, siue relaxans deus. Ciuitas in tribu Manasse. Ios. 18. d

יָרִיב Iarib, Pugnans, vel obiurgans, siue multiplicans. Filius Simeônis filii Iacob. 1. Para. 4. d. qui Gene. 46. b. dicitur Ahod.

יְעָרִים Iarim, Saltus, vel Syluæ. Ciuitas. Ios. 15. c

יָשֵׁן Iasen, antiquus, siue dormiens. Nomen viri. 2. Reg. 23. d. qui. 1. Paral. 11. g. dicitur Assem.

יַחְצָר Iaza, Iasa, Rixa vel cōtentio, aut exitus domini. Nomen ciuitatis, quæ de tribu Ruben Merari nepotibus data est iuxta Iosuā ex Hebræo. 21. d. Num. 21. e. Deut. 2. g. Iudic. 11. d. 1. Paral. 6. g

יַחַץ Iahaz, Iasa, Isa. 15. b. Rixa vel contentio.

יְצָר Iazer, Iaser, Figmentum, siue plasmatio, aut tribulās, vel angustians. Vide Ieser.

יִצְרִי Iizri, Iaseritæ. Idem. p. n.

יֶשֶׁר Ieser, Iaser, Rectus, aut cantans, siue respiciens, aut dominans, vel prævalens. Filius Caleb ex Azuba prima vxore. 1. Paral. 2. c

יַעֲשַׂי Iasai, Iasi, faciens, vel factor meus. Nomen viri. 1. Esdræ. 10. d

יִחְצְאֵל Iazeel, Iasiel. Diuidens deus, vel dimidians deus, aut festinatio dei. Filius Nephthali. Gene. 46. c. 1. Parali 7. c. Hebraicè Iahesiel.

יַאֲשִׂיאֵל Iaasiel, Iasiel. 1. Para. 11. g. 27. c. Opus dei. vel factura dei. Vir de Masobia.

Ἰάσων Iason, Sanans, vel medicans. G. 1. Machab. 12. c. Nomen viri. Acto. 17. b. Rom. 16. d

μνάσων Mnasen, Iason. Act. 21. c. id est indagator aut spondens vel reminiscens. G.

יְשׁוּב Iasu cōuersio, aut habitatio, aut sessio. Filius Isaiæ prophetæ. Isa. 7. b. Filius item Issachar. 1. Paral. 7. a. qui Gene. 46. b, dicitur Iob.

Iasubitæ, Idem. p. n. Nume. 26. c

יָטְבָה Iotba, Iateba, Benefaciens, vel bonitas eius, aut diuertens, vel declinās in ea. Nomen loci. 4. Reg. 21. d

יְתְנִיאֵל Iathniel, Iathaneel, Donū dei. Nomē viri. 1. Par. 26. a

יָוָן Iauan, Decipiens, vel contristans, aut cœnosus, vel columbus. Filius Iapheth. Gene. 10. a. Aquo Iones, siue Græci Ezech. 27. c

יְעוּשׁ Iehus, Iaus, Tinea corrosus, aut compressus, vel congregatus. Nomen viri. 1. Paral. 23. b

יָעֵר Iaser, Auxiliator siue adiutor. Vrbs Amorrhæorum, siue Moab. Isa. 16. c. Nume. 21. g. quā cōstruxerunt filii Gad. Nume. 32. g. Ios. 13. c. 1. Paral. 6. g. In Ios. 21. d. legendum Iasa, non Iazer.

יְוִיאֵל Ieziel, Iaziel, Aspersio dei, vel distillatio dei. Filius Azmoth. 1. Paral. 12. a

יַעֲזִיאֵל Iaziel fortitudo dei. Nomen sacerdotis. 1. Para. 15. b

יָזִיז Iaziz, Splendor: aut Syriacè. discessio. Nomen proprium viri. 1. Para. 27. d

I C

יָקְמְיָה Iekamia, Icamia, Resurrectio domini, aut confirmatio domini, vel vindicans dominus. Filius Sellum filii Sisamoi filii Elasa. 1. Para. 2. e

אִיכָבוֹד Ichabod, Vbi gloria, aut væ gloriæ. Filius Phinees filii Heli sacerdotis. 1. Reg. 4. d

Ἰκόνιον Iconium, Veniens. G. Celebertima vrbs Lycaoniæ est, de qua Plinius lib. 5. cap. 27, Strabo lib. 12. Volater. lib. 10. Geograph. Est aliud Iconiū Ciliciæ ciuitas, cuius Lucas meminit. Act. 14. a. In hac Paul⁹ & Barnabas prædicarunt. Huius fit mentio etiam. 2. Timoth. 3.

יְקוּתִיאֵל Iekuthiel, Icutiel, Spes dei, aut congregatio dei. Nomen viri. 1. Paral. 4. c

I D

יְדִיד Iedaia, Idaia, Manus domini, vel confessio domini. Pater Allon patris Sephei. 1. Para. 4. f

יְדַעְיָה Iedaia, Idaia. Nehem. 7. d. 11. b. Zach. 6. d. Scientia domini. Nomen viri.

יְדִידָה Iedida, Idida, Dilecta, siue amabilis, vel manus manus eius: aut per translationem, potestas manus eius. Mater Iosiæ. 4. Reg. 22. a

יְדוּתוּן Ieduthun, Idithun, Lex eius, vel legalis, siue laudem vel confessionem dans. Pater Galal. 1. Par. 9. c. Psal. 38.

עָדָץ Idox, Iucundus, vel lætus, aut triturans. D. Iudith. 8. a

אֱדֹם Aedom, Idumæa, Ruffa, vel terrena, aut sanguinea. Regio Syriæ, sic dicta ab Edom filio Esau. Isa. 11. d. 2. Reg. 8. d. Vide Edom.

אֲדֹמִית Adomith, Idumæa, Idem. p. n. f. g. 3. Reg. 11. a

אֲדֹמִם Adomim, Idumæi, Ruffi, siue terreni, aut sanguinei. 4. Reg. 8. f. Idumæi (inquit Volater lib. 11. Geograph.) in littore Palæsthinæ versus Aegyptum & Arabiam siti sunt, gens ex Nabathæis vicinis Arabiæ populis profecta. Inter hos sunt oppida Philisthinorū ab Hebræis appellatorum, qui idem cum Palæsthinis mutatis literis sunt.

אַדְמִי Adomi, Idumæus, Idem. s. n. 1. Reg. 21. b

I E

אִיי־הָעֲבָרִים Ige-abarim, Ie-abarim, Acerui Hebræorū vel transeūtium, aut acerui irascentiū vel prægnantium: aut ex Hebræo & Syro acerui frumenti. Trigesimaoctaua Israëlitarum mansio in Moabitarū finibus. Num. 21. c 33. f

יִבְחָר Iibehar, Iebahar, Electio siue electus. Filius Dauid. 2. Reg. 5. c. 1. Para. 3. b. 14. b

יִבְנְיָה Iibnia, Iebanias, Aedificatio domini, siue filiatio domini, vel intellectus domini. Pater Rahuel. 1. Para. 9. b

יִבְלְעָם Iibleam, Ieblaam, Inueteratio populi, vel defluens populus, aut germinatio populi, siue deglutiens eos. Nomen vrbis in tribu Manasse. Ios. 17. c. Iudic. 1. f. 4. Regum. 9. f

יַבְנְאֵל Iabneel, Iebnael, Aedificatio dei, siue intellect⁹ dei. Nomē ciuitatis, terminus tribus Nephthali. Ios. 19. c

יַבְנְאֵל Iabneel, Iebneel, idem. Ciuitas in tribu Iuda. Iosue 15. c. Dicitur alias Iamnetorum portus.

יַבֹּק Iabek, Ieboc, Euacuatio, vel dissipatio, aut lucta. Nomen torrentis. Nume. 21. e. Deuter. 2. g. Ios. 12. a

יִבְשָׂם Iibsam, Iebsam. Aromatizans, vel siccitas eorum, aut confusio, vel erubescentia eorū. Filius Thola filii Issachar filii Iacob. 1. Para. 7. a

יְבוּס Iebus, Conculcatio, aut volutatio, vel præsepiū. Nomē ciuitatis quæ & Ierusalē dicitur. Ios. 18. d. Iudic. 19. c

יְבוּסִים Iebusim. Iebusæi, Conculcati, vel volutati, aut præsepia. Gene. 15. d

יְבוּסִי Iebúsi, Iebusæus, Idem. s. n. Filius Chanáan. Gen. 10, c. 2. Reg. 4. a. à quo primùm Ierusalem, Iebus: & Ierosolymitæ, Iebusæi vocati sunt.

יְכָלְיָהוּ Iechaliahu, Iechelia, Consummatio domini, vel potestas domini. Mater Azariæ regis Iuda. 4. Reg. 15. a

יְקַמְיָה Iecemia, Resurrectio domini, siue confirmatio domini, aut vindicta domini Filius Iechoniæ filii Ioacim, 1. Paral. 3. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

יָקְמְעָם Iakmeam, Iecmeam, resurrectio populi, siue confirmatio vel vindicta populi. Ciuitas in tribu Zabûlon. 3. Reg. 4. b. 1. Para. 6. f. Item filius Hebron. 1. Para. 23. c

יָקְנְעָם Ieknean, Iecnam, Possessio populi, siue emptio aut nidificatio populi. Nomẽ ciuitatis. Ios. 21. c. quæ Ios. 19. a. dicitur Ieconiam, iisdem consonantibus & punctis.

יָקְנְעָם Iokneam, Ieconiam, Idem. Eadem ciuitas. Ios. 19. a. quæ Ios. 21. c

יְכָנְיָה Iechonias, Præparatio domini, aut firmitas domini. filius Ioacim filii Iosiæ. 1. Para. 3. c. Rex Iuda. Esth. 2. b. qui Iere. 22. f. & 37. a. Heb. dicitur Chonias.

כָּנְיָהוּ Choniahu vel Coneiahu, Iechonias. Iere. 22. f. 37. a. Præparatus ipse. Heb. Chonias, qui. 1. Para. 3. c. dicitur Iechonias.

יָקְשָׁן Iakſan, Iecſan, Duities, siue scãdalum: aut Syriacè, collisio. Filius Abrahæ ex Cetura. Gen. 25. a

יָקְטָן Iaktan, Iectan, Paruulus, aut tædium, siue contentio. Filius Heber. Gene. 10. d

יָקְתְאֵל Iokthеel, Iecthel, Congregatio dei. Nomen ciuitatis tribus Iudæ. Ios. 15. c. 4. Reg. 14. b. Eusebio Petra Syris verò רקם dicitur.

יְדַעְיָה Iedaiia, Iedaia, Scientia domini, vel cognitio domini. Nomen sacerdotis. 1. Para. 9. b. 24. b

יְדָיָה Iedaia, Manus domini, siue confessio domini. Filius Haromaph. 2. Esd. 3. c

יְדְאֵלָה Iidala, Iedala, Manus iuramenti aut maledictionis siue execrationis: aut ex Hebræo & Syro, manus dei. Ciuitas in tribu Zabûlon. Ios. 19. b. Quædam exemplaria habent יִדְאֵלָה

יְדוּעַ Iaddua, Iedda, Scitus, aut cognitus. Nomen viri. 2. Esdræ. 12. a

יַעְדּוֹ Iaddo, Ieddo, Erigens, subleuans, suscipiens, sustentans. Nomen viri. 1. Para. 5. b

יְחְדּוֹ Iaddo, Ieddo, Solus ipse, vel vnus ipse, aut lætitia eius, siue acumẽ eius: vel Syriacè, nouitas eius. Filius Buz. 1. Para. 5. b

יַדּוּעַ Iaddua, Ieddoa. Scitus vel cognitus. Nomen viri. 2. Esdræ. 12. b

יַדַּי Iaddai, Ieddu, Manus eius, siue confessio eius. Nomẽ viri. 1. Esd. 10. d

יַדּוּעַ Iaddua, Ieddua, Scitus, aut cognitus. Nomen viri. 2. Esdræ. 10. a

יִדְבָּשׁ Iidebas, Iedebos, Mellifluus, aut manus confusionis, vel erubescentiæ. Filius Etam. 1. Para. 4. a

יַחְדִּיאֵל Iaddiel, Ieddiel, Vnitas dei, siue lætitia dei, aut acumẽ dei: vel ex Syro & Hebræo renouatio dei. Nomen principis. 1. Paral. 5. d

יְדִיעֲאֵל Iediael, Iedihel, Scientia dei, vel cognitio dei. Filius Samri. 1. Para. 11. g. Princeps militum. 1. Para. 12. d

יִדְלָף Iidlaph, Iedlaph, Distillatio, vel stillicidiũ: aut ex Hebræo & Syro, manus iuncta. Filius Nachor ex Melcha. Gene. 22. d

יִגְאַל Iigeel, Iegaal, Redemptor, vel redemptus, siue inquinatus. Filius Semeiæ filii Secheniæ. 1. Para. 3. d

יַגְבֵּחָה Iagbea, Iegbaa, Exaltatio, siue altitudo. Ciuitas est. Nume. 32. g. quam ædificauerunt filii Gad. Iudic. 8. c

יִגְדַּלְיָהוּ Iigdaliahu, Iegedelia, Magnitudo domini. Pater Hanan. Iere. 35. a

יְחִדְיָהוּ Iediahu, Iehedelia, Vnus dominus, aut lætitia domini, siue acumen domini. aut ex Syro & Hebræo, renouatio domini. Nomen viri. 1. Para. 24. c

יַחַת Iahath, Ieheth, Confractus vel formidans, aut stupẽs: vel Syriacè descendens. Nomen viri. 1. Para. 23. b

יַחְזִיאֵל Iahaziel, Ieheziel, Videns deum, vel visio dei. Nomen viri. 1. Para. 12. a

יְחִיָּה Iehiia, Iehias, Viuit dominus. Sacerdos quidam. 1. Paralip. 15. c

יְעִיאֵל Iehiel, Abstulit deus, aut coaceruans deus. Nomen scribæ. 2. Para. 26. b. Nomen item cantoris. 1. Para. 9. f. 11. g. 15. c. 16. a. 2. Para. 35. b. 1. Esd. 8. b. 10. d. Nomẽ etiam principis 1. Para 5. a

יְחִיאֵלִי Iehieli. Ieheli, Viuit deus. Nomen viri. 1. Para. 26. c

Iehu, ipse, siue exhistens. Filius Iosaphat. 4. Reg. 9. a. Nomẽ prophetæ filii Anani. 3. Reg. 16. a. Filius. Namsi. 3. Reg. 19. c. Filius Obed filii Ophal. 1. Para. 2. c. Filius Iosabiæ, princeps. 1. Para. 4. f. 12. a

Iehuel, Abstulit deus, aut coaceruans deus. Filius Zara. 1. Para. 9. a

Iehus, Tinea carrosus, aut compressus, vel congregatus. Filius Esau ex Oolibama. Gene. 36. a. Filius Balan filii Iadihel filii Beniamin. 1. Para. 3. c. Secundus filius Esec. 1. Para. 8. d

Iehuz, Iehus. 1. Para. 8. a. Consilians vel ligneus: aut Syriacè, fixus. Filius Sarariim, ex Hodes vxore sua.

Iehieli, Viuit deus. Nomen viri. 1. Para. 26. c

Iamai, Iemái, Calefaciens, aut calidus. Filius Thola filii Issachar filii Iacob. 1. Par. 7. a. Hebr. Ichemai.

Iemini, Dextera, vel dexter. Paret Aphia. 1. Reg. 9. a. 22. b. 2. Reg. 16. c. Pater Chusi. Psal. 7. c

Iemineus, Idem.

Iimla, Iemla, Repletio, aut circuncisio. Pater Michææ prophetæ. 3. Reg. 22. a

Iamlech, Iemlech, Regnans, aut Sytiacè, consulens. Nomen principis cuiusdam. 1. Para. 4. f

Iamnah, Iemna, Dextera, aut numerans, siue præparans: vel Syriacè, constituens. Filius Aser filii Iacob. Gene. 46. b. Pater Core. 1. Para. 7. f. 2. Para. 31. c

Iimna, Iemna. 1. Para. 7. g. Prohibitio, aut impedimẽtum, siue mare commorum. Filius Helem.

Iimnahi, Iemnaitæ, Dexteræ, aut numerantes, siue præparantes, vel constituentes. Num. 26. e

Ieus, Tinea corrosus, aut compressus, siue congregatus. Filius Roboam, ex Abihail. 2. Para. 11. d

Iiphdaia, Iephdaia, Redemptio domini. Filius Sesac. 1. Para. 8. c

Iaphlet, Iephlat, Liberatus, aut expulsus. Filius Heber, filii Bariæ, filii Aser filii Iacob. 1. Para. 7. g

Iaphleti, Iephleti, idem. Terminus filiorum Ioseph. Iosue. 16. a

Iephune, Iephone, Aspiciens, siue intuens. Pater Caleb. Nume. 13. a

Iephone, Idem. Filius Iether. 1 Para. 7. g

Iiptha, Ieptha, Aperiens. Ciuitas quæ in sortem tribus Iudæ cesit. Ios. 15. f

Iiphthael, Iephthael, Aperiens deus. Nomen vallis, terminus tribus Zabulonis. Ios. 19. b

Iiphtah, Iephte, Aperiens. Filius Galaad ex meretrice iudex in Israel. Iudic. 11. a

Iarha, Ieraa, Luna, aut mensis, siue odoratio. Seruus Aegyptius Sesan filii Iesi filii Aphâim. 1. Para. 2. c

Ierameel, Misericordia dei: aut ex Syro & Hebræo, dilectio dei. Filius Esron filii Phares. 1. Para. 2. a. Est & regio Philistiim. 2. Reg. 27. d

Iorkoam, Iercaam, Extensio eorũ, siue viriditas populi, aut sputum populi, vel armatura aut euacuatio populi. Ciuitas est quæ sorte missa tribui Dan obtigit secundum commentatorem Hebræorum. 1. Para. 2. f

Iarkon, Iercon, ærugo, aut viriditas, siue sputum, vel armatura aut euacuatio. Ciuitas in tribu Dan. Ios. 19. c

Imeiah, Ieremia, siue Ieremias. Celsitudo domini, vel sublimitas domini, aut exaltans dominum. Nomen pirncipis. 1. Par. 5. d. Est & nomen prophetæ, filii Helciæ. Iere. 1. a

Ierameel, Ieremiel. Misericordia dei: aut ex Syro & Hebræo, dilectio dei. Filius Amélech. Iere. 36. f

Ieriiah, Ierias, Timor domini, vel visio domini: aut proiectio domini Filius Selemiæ filii Hananię. Ier. 37. c

Ieriau. Idem. Filius Hebron. 1. Para. 23. c

Ieribai, Pugnans, siue obiurgans, aut multiplicans. Filius Elnaen. 1. Para. 11. g

Iericho, Iericho, Luna, vel mensis, aut odor eius. Ciuitas opulentissima in Beniamin tribu, ab Ierosolymis 150. & ab Iordane. 60. distans stadiis. Num. 22. a. Ios. 2. a Quã ædificauit Hiel de Bethel. 2. Reg. 16. g. 2. Par. 28. c

Mar.10.d.Luc.18.f.19.a.Nobilis palmetis & balſami viridariis.Vnde etiã ciuitas palmarũ appellatur.Deut.34.

Ierichontinus,Idem.

יְרִיאֵל Ieriel, Timor dei, aut viſio vel proiectio dei.Filius Thou filij Iſſachar filij Iacob.1.Para.7.a

יְרִימוֹת Ierimoth,Altitudines,ſiue timens mortem,aut vidẽs mortẽ,ſeu proiectio mortis. Filius Bela filii Beniamin filii Iacob.1.Par.7.b.Fili⁹ item Beciæ.1.Para.8.b.2.Par.31.c.Eſt & nomen ciuitatis, cuius rex dicebatur Pharã. Ioſ.10.a.Item in tribu Iuda.Ioſ.15.c.In tribu item Iſſachar,datæ Leuitis,quæ Iaramoth dicitur.Ioſ.21.c

יְרִמוֹת Ierimoth,Ierimuth,Idem. Nomen viri.1.Para. 12.a

יְרִיוֹת Ierioth,Cortinæ,ſiue linteamina, aut vlulationes ſiue cõfractiones.Fili⁹ Caleb ex Azuba vxore.1.Par.2.b

יְרַמַּי Ieremai,Iermái,Altitudo mea, ſiue timens vel proiiciens aquas.Nomen viri.1.Eſd.10.d

יְרֻבַּעַל Ierubaal,Ierobaal, mpugnans idolum. Nomen iudicis in Iſraël,qui & Gedeon dicebatur.Iudic.6.f.1.Reg.12.b

יְרֻבֶּשֶׁת Ierubæſæth, Ierobéſeth, impugnans confuſionem vel ignominiam,aut impugnans idólum. Nomen viri.2.Reg.11.c

יָרָבְעָם Iarabeam,Ieroboam, Impugnans vel obiurgans populum vel multiplicans populum. Filius Ioas filii Ioachaz regis Iſrael.4. Reg.14.f. Fuit item alius eiuſdẽ & nominis & regni rex impius.3.Reg.11.c

יְרַחְמֵל Ierohã,Miſericors:aut Syriacè,dilectus. Filius Elcana filii Caath.1.Par.6.b.12.a.27.c. Filius Phaſor.1. Par. 9.b.Filius Eliu filii Thau.1.Reg.1.a.2. Par.23.a

יִרְאוֹן Iireon,Ieron, Timor vel viſio : aut proiiciẽs dolorẽ vel fortitudinem. Ciuitas in tribu Nephthali. Ioſ.19.c

יְרוּשָׁלַם Ieroſolyma, Viſio pacis,aut viſio perfecta vel conſummata,ſiue timor perfectus vel conſummatus. Vide Ieruſalem.

Ieroſolymæ,Idem.

Ieroſolymita,Idem.

Ieroſolymitæ,Idem.p.n.

יַעֲרֶשְׁיָה Iaareſia,Ierſia,Lectulus ſiue ſtratum domini,aut abſtulit paupertatem dominus . Filius Ierobã. 1. Par.8.c

יְרוּאֵל Ieruel, Timor dei,aut viſio dei . Nomen ſolitudinis, de quo.2.Par.20.d

יְרוּשָׁא Ieruſa, Hæreditas, vel exilium . Mater Ioathan filia Sadoc.2.Par.27.a

יְרוּשָׁלַם Ieruſalem viſio pacis aut viſio perfecta vel cõſummata,ſiue timor perfectus vel cõſummatus.Iudææ metropolis,à Melchiſedecho, teſte Ioſepho, condita:aliàs Salem, item & Iebus à Iebuſæo Chananæi filio.Ioſ.18.d. Poſtremò Helia (vt Volaterra. lib.11. ait) ab Helio Hadriano dicta eſt.Is enim imperator partem eius extruxit:montem Caluarium,Chriſti ſepulchrum & Golgoltha,loca extra mœnia antea ſita muro,cinxit.Porrò hæc olim vrbs bifariam diuiſa eſt, in ſuperiorem ſcilicet,& inferiorem.Superior in vertice Sionis, vnà cum templo in eiuſdem montis latere ſita erat,quæà conditore interdum ciuitas Dauidis nominabatur . Templo autem adbærebat inferior ciuitatis pars.1. Par.3.b

יִשַׁי Iiſai,Ieſſe, Ens, ſiue exiſtens,aut munus, vel oblatio. Pater Dauid.Iſa.11.c.qui & Iſai dicitur.

יִחְצָה Iaza,Ieſſa,Rixa vel contentio,aut domini exitus. Ciuitas in tribu Ruben.Ioſ.13.c

יִצְהָר Iiezaar,Ieſaar, Claritas,ſiue oleum, aut meridianus: Filius Caath filii Gerſon.Nume.3.c

Ieſaaritæ,Idem.p.n.

יִשַׁעְיָה Ieſaia,ſiue Ieſaias,Salus domini.Nomen viri.1.Para. 25.c.2.Eſd.11.b

יִשְׁמַרַי Iiſmerai,Ieſamari,Cuſtos,vel cuſtodia.Filius Elphál.1.Paral.8.b

יִשְׁבָּה Ieſana, Dormiens, aut antiqua vel annoſa,ſiue mutatio.Nomen ciuitatis.2.Para.23.d

יִשְׁבָּה Iiſba,Iesba,Laus ſiue tranquillitas.Filius Ezra.1. Paralip.4.c

יִשְׁבְּעָם Iaſobeam, Iesbaam, Sedens populus, aut conuerſio populi,ſiue inſufflatio aut captiuitas populi. Filius Hachamoni.1.Para.11.b.12.a

יִשְׁבַּקָּשָׁה Iasbakaſa,Ieſbacaſſa,Eſt requirens vel deprecans,aut ſeſsio dura,vel inſufflatio ſiue conuerſio dura . Nomẽ viri.1.Paral.25.b

יִשְׁבִּי־בְנוֹב Iisbi-benob, Iesbi-benob, Sedens in prophetia vel in locutione,vel in germinatione:aut conuerſio ſiue inſufflatio in prophetia vel in locutione ſiue in germinatione:aut captiuans in prophetia vel in locutione ſiue in germinatione.Gigas quidam de quo.2.Reg.21.c

יִשְׁבְּעָם Iaſabeam,Iesboam,Cõuerſio populi, ſiue ſeſsio populi,aut inſufflatio vel captiuitas populi.Nomen principis.1.Paral.27.a

יִשְׁבָּק Iisbak,Iesboc,Eſt vacuus vel euacuatus:aut Syriacè, derelictus,vel derelinquens. Filius Abrahæ ex Cetura. Gene.25.a

יִשְׁכָּה Iiſcha,Ieſcha,Vngens,ſiue cooperiens, aut protegẽs, vel obumbrans: aut Syriacè, ſpeculans . Filia Aran filii Thare,quæ & Sarai dicebatur.Gene.11.b

יְשַׁעְיָהוּ Ieſaiahu,Ieſeias.Salus domini . Filius Phaltiæ filii Ananiæ filii Zorobabel.1.Paral.3.d

יְשֵׁמָא Ieſéma,Appoſitus,vel nominatus:aut admiratio,ſiue deſolatio.Filius Etam.1.Para. 4.a

יֶשֶׁר Ieſer, Figmentum, ſiue plaſmatio,aut tribulatio, vel anguſtians.Filius Nephthali.Gene.46.c.1.Para.7.c

Ieſeritæ.Idem.p.n.Nume.26.f

יְשִׁישַׁי Ieſiſi,Ieſeſi,Antiquus,ſiue ſexagenarius,aut exultãs, vel eſt munus.Filius Ieddo.1.Para.5.b

יִשְׁפָּה Iiſpha, Ieſpha, Iaſpis,lapis ſcilicet pretioſus : aut eſt hic,id eſt in hoc loco, vel labium ,ſiue cõterans . Filius Beriæ.1.Para.8.b

יִשְׁפָּן Iiſphan,Iesphan. Abſconditus,ſiue conſtactus,aut cuniculus.Filius Seſac.1.Para.8.b

יִשְׁעִי Ieſi, Salus,aut reſpiciẽs. Filius Apphaim filii Nadab filii Semei filii Onam.1. Paralip.2.d.4.d. Pater Phaltiæ. 1.Para.4.g.5.d.12.a.23.c

יִשִׁיָּה Iiſiiab,Ieſia,ſiue Ieſias,Eſt dominus.Filius Izrahia filii Ozi filii Thola.1.Para.7.a.24.c

יַחְצְאֵל Iahzeel,Ieſiel, Diuidens deus, vel dimidians deus, aut feſtinatio dei.Filius Nephthali.Nume.26.f

יַחְצְאֵלִי Iahzeli,Ieſielitæ, Idem.p.n.Num.26.f

יְשִׁימוֹן Ieſimon,Deſolatio,aut ſolitudo.Nomen loci.1.Regum.23.d

יִשְׁמַכְיָהוּ Iſmachiahu, Ieſmachias, Adherens vel innitens domino,aut iunctus domino.Nomen viri.1. Para.31.c

יִשְׁמַעְיָהוּ Iſmaiahu,Iéſmaias, Audiens dominum, vel obediens domino.Nomen viri.2.Par.27.c

יִשְׂרְאֵלִי Ieſreeli,Ieſraeli,Idem quod Iſraël, quod interpretatur prævalens ſiue dominans cum deo . Nomen loci. 2.Regum.17.f

יְשׁוּי Iiſui, Ieſſui,Planus,ſiue æqualis,aut ponens, ſiue poſitus.Filius Aſer filii Iacob.Gene.46.b.1. Paral.7.f. Filius Saul.1. Reg.14.g

Ieſſuitæ,Idem.p.n.Nume.26.e

יֵשׁוּי Ieſu. Luc.3. f.in Græco eſt Ioſe: & Hebraicè poteſt intepretari parcens,vel eleuatus,aut exiſtens. D.

יֵשׁוּעַ Ieſua,Saluator.Nomen viri.1.Para.24.b

יְשׁוּעָה Iiſua,Ieſua,Gen.46.b.1.Par.7.f.Planities,ſiue æqualis,aut ponens,vel poſitus.Filius Aſer filii Iacob.

יֵשׁוּעַ Ieſua,Ieſûe,Saluator.2.Para.31.c.1.Eſd.2.b

יְשַׁעְיָה Ieſia,Ieſue.1.Eſd.10.d.Eſt dominus. Nomen viri.

יְשׁוּעַ Ieſuh,Ieſus,Saluator, Sic vocatus fuit Chriſtus dominus noſter.Matth.1.c.Luc.2.c.Act.7.f

יְהוֹשֻׁעַ Iehoſua, Ieſus. Zach.1.a.3.a.6.c. Dominus ſaluator, vel domini ſalus.Sacerdotis nomẽ filii Ioſedec.De quo dam Ieſu loquitur & Paulus Coloſſ.4.c

יָפְתָּ Iuta,Ieta,Declinans,vel diuertens . Ciuitas quæ Leuitis è tribu Iudæ vel Simeonis eſt data.Ioſ.21.b

יִטְבָתָה Iatbatha,Ietebátha, Bonitas ſua,ſiue declinãs filia eius,aut declinans deſertum.Nomen loci in quo caſtrametati ſunt filii Iſraël profecti de Gadgad monte . Numer.33.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

יחת Iaath,Ieth,Confringens,vel formidés,aut ſtupés:vel Syriacè, deſcendens.Filius Gerſon filij Leui.1.Par.6.c

יתנן Iithnan, Iethnan , Merces ſiue donum : aut Syriacè, fumigans.Ciuitas tribus Iudæ.Ioſ.15.d

יתלח Iithla, Iethela, Pendens , vel ſuſpenſio , ſiue coacernatio.Nomen ciuitatis in tribu Dan Ioſ.19.c

יתר Iathir, Iether,Excellens vel reſiduus,ſiue remanens, vel explorans, aut funiculus.Ciuitas de tribu Iuda, Leuitis data.Ioſ.15.f.21.b.Primogenitus Gedeonis.Iudic. 8.d.Filius Ezra.1.Para.4.c.6.d

יתיר Iathir,Iether.1.Reg.30.g.Nomen ciuitatis:nomẽ itẽ viri.1.Para.7.g.& interpretatur excellẽs , aut reſiduum, ſiue remanens, aut explorans, ſiue funiculus.

יתר Iether, idem.1. Paral.2.b.ille idem qui & Iethera,2. Reg.17.f.dicitur. Eilius item Iada filii Onam filijIerameel.1Paral,2.d

יתת Ietheth, Donans. Ciuitas Idumæorum. Gene.36.d. 1.Paralip.1.d

יתמה Iihma, Iethma, Orphanus, ſiue admiratio, aut conſummatio ſiue perfectio. Vir Moabites.1.Para.11.g

יתרא Iithra, Iethra, Excellens, ſiue reſiduus, vel remanẽs, aut explorans vel funiculus . Pater Amaſa filij Abigáil ſororis Dauid.1.Reg.17.f.& Iſraelites erat.in.1. Para.2. b.dicitur Iether Iſmahelites.

יתרעם Iithreham, Iethraham, Excellentia populi , aut reſiduus populi , ſiue exploratio vel funiculus populi. Filius Dauid ex Egla.2.Reg.3.a.1.Para.3.a

יתרי Iithari,Iethrái,Excellens, ſiue reſiduus,vel remanẽs, aut explorans, vel funiculus.

יאתרי Iathrai, Iethrái.1.Paral.6.b. Explorans: aut Syriacè, locus,Filius Zara.

יתרן Iethran, Excellens, ſiue reſiduus, vel remanens, aut explorans, vel funiculus . Filius Supha filij Helem.1. Paralip.7.g. Filius item Diſon filij Seir Horræi . Geneſis.36.c

Iethræi, Idem.

יתרי Iithri,Iethræus, Idem. Filius Sobal filij Hur primogeniti Caleb.1.Para.2.g.11.g

יתרו Iithro, Iethro, Idẽ.Socer Moſis. Exod.3.a. qui Exo. 2.c.dicitur Raguel.

Iithri, Iethrites, Idem.2.Reg.23.g

קדמות Iethſon. Ioſ.21.d. in Hebræo eſt Cedemoth : quod interpretatur antiquiores, vel priores , aut orientales, ſiue incendium, vel incuruatio mortis.Nomen ciuitatis.Vide Cademoth.

יטור Ietur, Cuſtodiens , aut ordor vel ſeries: aut Syriacè montanus.Filius Iſmahelis.Gene.25.b.1.Para.1.b

יוזבד Iozabad, Iezabad, Dotatus. Vir Gaderothites.1. Paralip.12.a

איזבל Izebel, Iezabel Inſula habitaculi, vel væ habitaculo: aut ex Hebræo & Syro,inſula ſterquilinij,vel væ ſterquilinio. Filia regis Sidoniorum , vxor regis Achab.3. Reg.16.g.21.b

יזתא Iezatha , Aſpergens thalamum vel cubiculum : aut ex Syro, & Hebræo, væ oliuæ. Filius Aman filii Amadatha:Eſth.9.b

איעור Iezer,Inſula adiutorii , ſiue inſula atrii , aut væ adiutorio vel atrio . Filius Galaad filii Machir filii Manaſſe.Nume.26.d.qui Ioſ.17.a.dicitur Abiézer.

יעזר Iazer , Iezer.1.Para.9.g.Auxiliator ſiue adiutor. Nomen ciuitatis Amorrhæorum , quæ Leuitis & homicidís pro aſylo è tribu Gad eſt attributa.

איעזרי Iezri, Iezeritæ, De Iezet , quod interpretatur inſula adiutorii, ſiue inſula atrii : aut væ adiutorio vel atrio. Nume.26.d

יזרח Iizra, Iezerites, Oriens, aut clarus.1.Para.27.a

יזיה Iezia, Diſtillatio vel aſperſio domini.Nomen viri.1. Eſdræ.10.d

יזליאח Iizlia , Iezlia, Diſtillatio vel aſperſio laborioſa . Filius Elphaal.1.Para.8.b

יאזניחו Iaazaniahu , Iezonias , Auſcultatio domini , aut ſtatera domini, vel arma domini.Filiº Maachati.4.Reg.25.f

יזכיהו Iizaniahu, Iezonias.Iere.35.a.40.c.42.a. Ezech. 8.d. 11.a.interpretatur nutrimentum domini , aut oſcultatio, vel arma domini

יחזרת Iazera,Iezra,Porcinus:aut Syriacè,conuerſus. Filius Moſollam.1.Para.9.b

יזרחית Iizrahia,Iezraia,Oriens dominus , aut claritas domini. Nomen viri.2.Eſd.12.d

יזרעאל Iizreel,Iezrael,Semen dei,aut diſtillans contritionẽ vel malum deus,ſiue diſtillatio amicitiæ dei , vel aſperſio paſtoris dei.Ciuitas tribus Iudæ.Ioſue.15.g.17.d.19. b.Iudic.6.g.1.Reg.25.g. Filius item Oſee ex Gomer vxore. Oſe.1.b

Iezrahelites,Idem.1.Reg.27.a.3.Reg.21.a

Izrahelitis,Idem.

I G

יגל Iigal , Igaal , Redemptus , ſiue coinquinatus . Filius Mathan de Soba.2.Reg.23.d

יגאל Igeal,Igal,Idem.Filius Ioſeph.Nume.13.a

I H

ילם Ialam,Ihelon, Occultus,ſiue adoleſcens , aut caprea eorum , vel ſeculum . Filius Eſau ex Oolibana vxore. Gene.36.a

I I

ים Iiim,Iim, Acerui. Ciuitas tribus Iudæ.Ioſ.15.e

I L

יל Ilái, Aſcendens,vel ſuperior,aut aceruus mihi.

אילוריון Illyricum,Exhilaratio,aut lætificatio.G. Regio Epiti contermina,propinqua Italiæ.Rom.15.d

I N

אוד Indi,De India,quæ Hebraicè dicitur Hodu,id eſt laudatio,ſiue confeſsio,aut decora vel pulchra.

אור vel אוד Ophir vel Hodu, India , idem . Regio latiſsima ad orientem ſita, cuius imperium Aſſuerus tenuit . Eſth.1. a. Aliàs Hodu, Heuila & Chus appellata.cuius ſpatium ex Strabone lib.15. Geograph. & Plinio lib. 6. cap.16. intra indum ab occaſu , à ſeptentrione Tauri iugis , ab ortu Eoo pelago , à meridie ſuo , hoc eſt Indico clauditur,ſpatioſiſsima ipſa,& non gentium tantum & oppidorum propè innumerorum, ſed omniũ rerum prouentu, ære tantùm & plumbo excepto, fœlix flumina cum plurima,tum maxima,præcipua tamen Ganges & Indus, quorũ irriguo procurſu fit vt in vdo ſolo proximantis Solis vis nihil non magna quantitate gignat. Maxime autem ſi reliquas terras cogitas , orienti ſuppoſita videtur. Vide etiam Ptolemæum lib.7.c.1. &.2. Pompo.Nelam.in.3.

I O

יואח Ioah,Fraternitas,vel habens fratrem . Filius Gerſon filij Leui.1.Paralip.6.b

יואב Ioab,Paterniras, vel habens patrem , aut volũtarius. Pater Abiſai.1.Reg.26.a.Filius item Saruiæ filiæ Iſai.2 Reg.2.c.1.Para.2.b. Filius etiam Saraiæ.1.Para.4.c

יהואחז Iehoahaz, Ioachaz, Domini apprhẽſio , ſiue domini poſſeſsio, aut dominus videns . Filius Ioſiæ regis Iudæ 4.Reg.23.f.2.Para.35.a. Filius item Iehu regis Iſrael.4. Reg.10.g.2.Para.21.d

יואחז Iohaz, Ioachaz,2. Paralip. 34.b. Apprhendens,ſiue poſsidens aut videns,Pater Ioha,qui à commentariis erat Ioſiæ regi.

יהויקים Iehoiachim,Ioachim,Domini præparatio, ſiue domini firmitas.Filius Ioacim, ſiue Eliacim.4. Reg.34.b. quem Ieremias.29.a.39.a. vocat Iechoniam.

יהויקים Iehoiakim , Ioacim, Domini reſurrectio, ſiue domini confirmatio,vel dominus vindicans . Filius Ioſiæ regis,qui prius Eliacim dicebatur.4.Reg.23 g.1.Para.3.c

יקים Ioiakim,Ioacim.Nehe.12.a. Reſurgens, ſiue confirmans,aut vindicans.

יהואדה Iehoada,Ioada, Domini cœtus, vel congregatio, aut domini tranſitus vel teſtimonium,vel domini ornatus vel præda:aut ex Hebræo & Syro,Domini ablatio.Filius Ahaz filii Micha.1. Para. 8.d. qui.9. f. dicitur Iara.

יהואדן Iehoadan, Ioadan , Domini deliciæ , vel domini voluptas:

Universidad de Deusto

Iuptas: aut ex Hebræo & Syro, domini tempus. Mater Amasiæ regis Iudæ. 4. Reg. 14. a. 2. Para. 25. a

יוֹאָח Ioah, Fraternitas, vel habens fratrem. Filius Zēma. 1. Para. 6. b. 2. Para. 29. c. Filius item Ioachaz illius qui fuit Iosiæ regi à commentatiis. 2. Para. 34. b

יוֹאָה Ioah, Ioahe, idem. Filius Asaph. 4. Reg. 18. e

יוֹאָח Ioah, Ioahe, idem. 1. Para. 26. a. 2. Para. 29. c

Ioarib, Ioarim, Domini exaltatus, vel domini exaltatio. D. Nomen viri. 1. Mach. 2. a

יוֹאָשׁ Ioas, Diffidens, vel desperans, aut ignitus vel vrens. Pater Gedeonis. Iudic. 6. b. Rex Iudas, filius Ochosiæ filij Ioram filii Acab. 4. Reg. 11. a. 12. d. 13. a. 1. Paral. 3. c. item 4. Reg. 14. d. vbi dicitur, Vixit autem Amasias filius Ioas, vsque ad finem capitis. Filius Ioachaz filij Iehu, rex Israel. 4. Reg. 13. b. c. 14. a. vbi dicitur, in anno secundo Ioas. Pater Ieroboam regis Israel. 4. Reg. 14. f

יְהוֹאָשׁ Iehoas, Ioas, Domini ignis, vel domini oblatio. Rex Iuda, filius Ochosiæ filij Ioră filij Achab. 4. Reg. 11. d. 12. a. b. c. & in principio literę d. vbi dicitur, Quāobrem tulit Ioas & 13. d. vbi dicitur, Porrò Ioas. Item. 14. b. c. d

יוֹעָשׁ Ioas. 1. Para. 7. b. 27. d. interpretatur Tinea corrosus, siue compressus, vel cōgregatus. Filius Bechor filii Bēiamin filii Iacob.

יוֹתָם Iotham, Ioatham, Cōsummatus, siue perfectus. Filius Oziæ siue Azarię regis Iuda. 4. Reg. 15. 2. Para. 26. à 70. *ἰωαθὰμ, & ἰωθὰμ* trāsfertur. Filius itē Ierobaal siue Gedeonis. Iudic. 9. a. Filius item Iahaddái. 1. Para. 2. f. Filius Azariæ filii Amasiæ. 1. Paral. 3. c

אִיּוֹב Iiob, Iob, Dolens, vel gemens, siue vlulans, aut exosus, vel patiens inimicitiam. Nomen viri. Iob 1. a

יוֹב Iob. Gene. 46. c. Dolens, vel gemens aut vlulans. Filius Issachar: qui 1. Para. 7. a. dicitur Iasub.

יוֹבָב Iobab, idem. Filius Iectan. Gene. 10. d. Filius Saharaim ex Hodes vxore. 1. Para. 8. a. Filius item Zara rex Edom. Gene. 36. d

יְכָנְיָה Iibenia, Iobania, Ædificatio domini, siue filiatio, aut intellectus domini. Filius Ieroham. 1. Para. 9. b

יוֹכֶבֶד Iochæbæd, Iochábed, Glorioſa, aut grauis, vel ponderosa. Filia Leui, vxor Amram filii Caath, filii Leui. Exod. 6. c

יוֹעֵד Ioed, Testificans, vel ornans, siue prædans, aut transiens: vel Syriacè, auferens. Nomen viri. 2. Esd. 11. b

יוֹאֵל Ioel, Volens, siue incipiens, aut iurans. Nomen principis. 1. Para. 4. f. Nomen prophetæ filii Phatuel. Ioel 1. a. Pater Sammua. 1. Para. 5. a. 15. a. Filius Aarię. 2. a. Par. 29. c. Filius Maath filii Amasai. 1. Para. 6. c. Primogenitus Samuelis prophetæ. 1. Reg. 8. a. Filius Gad. 1. Par. 5. b

יוֹעֵאלָה Ioela, Eleuatio, siue proficiens, aut auferens maledictionem. Filius Ieroham. 1. Para. 12. a

יוֹעֵזֶר Ioæzær, Adiuuans. Nomen viri. 1. Para. 12. a

יָגְלִי Iagli, Iogli, Reuelatio, aut transmigratio, siue reuolutio, aut exultatio. Pater Bocci principis tribus Dan. Nume. 34. d

יוּחָא Ioha, Viuificans. Filius Bariæ. 1. Parali. 8. b. Vir Thoaites. 1. Para. 11. g

יוֹחָנָן Iohanan, Gratiosus, siue donans: aut pius siue misecors. Filius Carec. 4. Reg. 25. f. Primogenitus Iosiæ regis Iuda. 1. Para. 3. c. Filius Azariæ. 1. Para. 6. a. Filius Elioenai filii Naariæ. 1. Para. 3. d. Principis nomen. 1. Paral. 12. b. Nehem. 12. b

יְהוֹחָנָן Iehohanan, Iohanan. 1. Para. 26. a. 2. Para. 17. d. 23. b. 28. b. 1. Esd. 10. d. Nehem. 6. d. 12. d. Domini gratia, siue domini donum, aut domini misericordia.

יְהֹחָנָה Iohanna, Domini gratia, siue domini donum, aut domini misericordia. D. Mulier quæ sequebatur Christū, vxor Chusæ. Luc. 8. a. 23. g

יְהֹחָנָה Iohanna, Iohannes, idem. D. Nomen apostoli fratris Iacóbi, quorum pater Zebedęus dicebatur. Matth. 4. d. Fuit & nomen præcursoris Christi, cognomento Baptistæ. Luc. 1. f

יְהוֹיָדָע Iehoiada, Ioiada, Domini scientia, aut domini cognitio. Nomen sacerdotis. 4. Reg. 11. b. Ierc. 29. f

יוֹיָדָע Ioiada, Scitus aut cognitus. Nehem. 3. b. 12. a. 13. d

יוֹיָרִיב Ioiarib, Pugnans, vel obiurgans, siue multiplicans. Nehem. 11. a

יְהוֹיָרִיב Iehoarib, Ioiarib. 1. Parali. 9. b. 24. b. Domini pugna, siue domini obiurgatio, vel domini multiplicatio. Nomen sacerdotis.

יוֹנָה Iona, siue Ionas, Columba, siue depopulans, vel multiplicās. Nomen prophetæ filij Amathi. 4. Reg. 14. f. Pater Ioseph patris Iudæ patris Simeon. Luc. 3. f. Pater itē Petri apostoli. Ioan. 1. f. 21. d

יוֹנָדָב Ionadab, Spontaneus, vel vouens, siue principalis. Filius Semmaa fratris Dauid. 2. Re. 13. a. Filius item Rechab. Iere. 35. b

יְהוֹנָדָב Iehonadab, Ionadab. 2. Reg. 13. a. vbi dicitur, Cui respondit Ionadab, &c. & 4. Reg. 10. d. interpretatur Domini spontaneus, aut domini princeps, vel domini votum. Filius Rechab.

יְהוֹנָתָן Iehonathan, Ionathan, Domini donum. Filius Gersom filii Moysi. Iudic. 18. g. Filius Saul. 1. Para. 8. c. Nomen scribæ cuiusdam. Iere. 37. c

יוֹנָתָן Ionathan, Filius Saulis regis. 1. Reg. 13. a. 14. a. 2. Reg. 1. a. 21. b. 1. Par. 10. a. Filius Abiathar sacerdotis. 2. Reg. 15. f. 17. d. 3. Reg. 1. f. Filius Iada filij Onan filij Ierameel. 1. Paral. 2. c. Filius Sage. 1. Para. 11. g. Esdr. 8. a. Filius Asael. 1. Esd. 10. b. Nehe. 12. a. Filiꝰ Carec. Iere. 40. c. In omnibꝰ his locis interpretatur Columbæ donū, vel donās. Ac vbique scribi debet Ionathan per n in fine, non per s.

יָפוֹ Iapho, Ioppe, Pulchritudo, aut decor. Oppidum in ora curuæ Syriæ, in mōte situm, vana cum portu, qui à Barbaris nūc Iappho & Iappha appellat. Num. 21. f. Ios. 19. c. 2. Par. 2. d. 1. Esd. 3. b. Ios. 1. a. 1. Mach. 10. g. Act. 9. g

Ioppitæ, Pulchri, siue decori. D. 2. Mach. 12. a

יוֹרָה Iora, Temporaneus, aut ostendens, siue demonstrans, vel proiiciens: aut Syriacè, lebes. Nomen viri. 1. Esd. 2. a

Iorai, idem. Nomen viri. 1. Para. 8. b

יוֹרָם Ioram, Excelsus, siue sublimis, aut proiectus. Filius Thou regis. 2. Reg. 8. c. Filius item Iosaphat. 1. Para. 3. c. qui 3. Reg. 22. g. dicitur Hebraicè. יְהוֹרָם

יְהוֹרָם Iehoram, Ioram, Filius Iosaphat regis Iuda. 3. Regū 22. g. Filius item Achab regis Israel, frater Ochoziæ. 4. Reg. 1. d. 3. a. 8. d. 9. d. 12. d. 1. Para. 21. a. 22. a. Math. 1. a. Est & nomen sacerdotis. 2. Para. 17. c. In omnibus his locis interpretatur domini celsitudo, aut domini sublimitas, aut domini proiectio. Præterquam in fine. 9. cap. quarti Regum, vbi dicitur, Anno vndecimo Ioram.

יַרְדֵּן Iardan, Iordanis, Fluuius iudicij, aut demonstratio, vel proiectio iudicij, siue descensio: aut ex Syro & Hebræo, lebes iudicij. Fluuius Iudææ, qui à Dan sic nomen habet. Gene. 3. c. eximiæ dulcedinis, Solino Paneadis: Egesippo verò Iosephóque Phiala fonte decurrens, regiones perquam amœnas præterlabitur: mox in lacū, quē complures Genezarā vocant, se fundit, deinde mare mortuū petit, natura dirū: à quo postremo absorbet.

Iorib, Iorim, Dominus exaltans, vel domini exaltatio. D.

יוֹשָׁה Iosa, Ens, vel existens, aut obliuiscens vel debēs. Nomen principis. 1. Para. 4. f

יְהוֹשַׁבְעַ Ieosæba, Iosaba, Domini saturitas, aut domini satietas, vel domini iuramentum, siue domini septenarium. Filia regis Ioram, soror Ochosiæ. 4. Reg. 11. a. Vxor Ioiadæ sacerdotis. 2. Para. 22. d

יוֹשַׁב־חֶסֶד Iosab-hæsed, Habitaculum vel sedes misericordiæ, aut insufflatio vel conuersio misericordiæ. Filius Zorobabel filii Phadaiæ. 8. Para. 3. d

יְהוֹשַׁבְעָת Iehosabea, Iosabeth, Domini satietas, vel domini iuramentum, aut domini septuplum, siue dominus conuertens horam. Nomen mulieris. 2. Para. 22. d. quæ 4. Reg. 11. a. dicitur Iosaba.

יוֹשַׁבְיָה Iosabia, Habitaculum, vel sedes domini, siue conuersio aut insufflatio domini, vel captiuitas domini. Filius Saraiæ filii Asiel, pater Iehu principis. 1. Para. 4. f

יוֹשַׁוְיָה Iosauia, Iosaia, Æquitas domini, vel planities domini, aut apponet dominus. Filius Elnaem. 1. Para 11.g

יְהוֹשָׁפָט Iehosaphat, Iosaphat, Dominus iudex, vel domini iudicium. Filius Asa regis. 3. Reg. 15. e. 1. Paral. 3. b. Filius Ahilud. 3. Reg. 8. d. Filius item Pharuæ. 3. Reg. 4. b. Nomen vallis. Ioel. 3. a

יוֹשָׁפָט Iosaphat, Iudicatus vel iudicatio. Vir Matthanites. 1. Paralip. 11. g

יְהוֹעָדָק Iehozadach, Iosedec, Dominus iustus, vel domini iustitia. Filius Sataiæ filii Azariæ. 1. Para. 6. a. Pater Iesu sacerdotis. Zacha. 1. a

יוֹצָדָק Iozadach, Iosedec. Esd. 3. a. 5. a. 10. c. Nehem. 12. c. interpretatur iustificatus, vel iustificatio.

יוֹסֵף Ioseph, Augmentum, vel præfectus. Vndecimus filius Iacob ex Rachel vxore. Gen. 10. d. Pater item Igal. Nume. 13. a. 1. Para. 25. a

יְהוֹסֵף Iehoseph, Ioseph. Psal. 80. Domini augmentum, vel domini profectus.

יוֹסֵף Ioseph. Matth. 13. g. & 27. vbi dicitur, Et Ioseph mater. Mar. 6. a 15. d. ibi, Et Ioseph mater. & ibi, Maria, & Ioseph. & acto. 4. g. In omnibus his locis in Græco est Ioses: quod Hebraicè potest interpretari parcens, vel eleuatus, aut existens. D.

Ἰώσηπος Iosippus, Iosephus, Augmentum, vel profectus. D. 1. Machab. 5. b

יוֹסִפְיָה Iosiphia, Iosiphias, Augmentum vel profectus domini: aut consummans vel finiens dominus.

יֹאשִׁיָּהוּ Iosiahu, Iosias, Ignis domini, aut vrens dominus. Rex Iuda filii Amon filii Manasse. 4. Reg. 22. a

יְהוֹשֻׁעַ Iehosua, Iosue, Dominus saluator. Filius Nun princeps tribus Ephraim, Osee prius nominatus. Nume. 13. a. b. 1. Paralip. 7. f. Post Moysen dux populi Israelitici. Iosue 1. a

יֵשׁוּעַ Iesua, Iosue. Esd. 2. 3. 4. 5. 8. 10. Nehe. 3. 8. 9. 12. In omnibus his locis interpretatur saluator.

יוּטָה Iutah, Iota, Declinans, vel diuertens. Ciuitas quæ Leuitis è tribu Iudæ vel Simeonis est data. Ios. 15. g

Δίος Dios, Iouis, Obliquus à Iupiter, quasi Iuuans pater. Acto. 14. b. 21. g

יְהוֹזָבָד Iehozabad, Iozabad, Domini dos, vel domini dotatio. Nomen setui Ioas regis, à quo occisus est ipse Ioas. 4. Reg. 12. d. 1. Para. 26. a. 2. Para. 17. d. & 24. d

יוֹזָבָד Iozabad, vel Iozabed, Dotatus. Princeps militiæ. 1. Paralip. 12. d. Esd. 10. a. Nehem. 11. c. 2. Paralip. 31. c. 35. c. 2. Esdræ 8. b

יוֹזָכָר Iozachar, Memorans, siue masculinus. Filius Semaar, seruus Ioas regis Iuda, qui Iozachar, occidit ipsum regem Ioas adiutus à Iozabad cõseruo. 4. Reg. 12. d. Hic 2. Para. 24. d. dicitur Zabad.

I R

עִירָא Ira, Ciuitas, aut vigil, siue denudatio, aut effusio, vel aceruus visionis. Nomen sacerdotis. 2. Reg. 20. g. Filius Acces Thecuites. 1. Para. 11. f

עִירָד Irad, Onager, siue aceruus descẽsionis, vel acerui descensio, aut aceruus imperij: vel Syriacè, draco. Filius Enoch. Gene. 4. c

עִירִי Iri, Irai, Vigil, aut ciuitas, siue denudans vel euacuãs: aut pullus. f. asini. Filius Bela filii Beniamin filii Iacob. 1. Paralip. 7. b

I S

יִצְחָק Iizhak, Isaac, Risus. Filius Abraham ex Sara. Gene. 17. c. 21. a

יִצְהָר Iishar, Isaar, Oleum, siue claritas, aut meridianus. Filius Caath filij Leui. Exod. 6. c. 1. Paralip. 6. a. c. 23. b. qui Nume. 3. c. dicitur Iesaar, iisdem tamen consonantibus & punctis.

Isaati, idem. Nomen viri. 1. Para. 24. c

Isaaritæ, idem. p. n. 1. Para. 26. c

יִצְהָר Iizhar, Isahar, Candidus, aut lucidus.

יִשַׁי Isai, Munus, aut ens, siue existens, vel debitor. Pater Dauid. 1. Reg. 16. a. Ruth. 4. d. quem Græci Iessæ vocãt.

אִישַׁי Isai. 1. Par. 2. b. vbi dicitur, Isai autẽ genuit, &c. interpretatur vir meus, aut virilis, siue insulæ munus, aut oblatio. Filius Obed filii Booz. 1. Paral. 2. b. Pater Dauid, quem Græci Iessæ vocant.

ישעיה Iesaiah, Isaias, Salus domini.

יזרי Iizri, Isari, Figmẽtum, siue plasmatio, aut tribulãs, vel angustians. Nomen viri. 1. Para. 25. b

יִשְׁבְעָב Iæsæbeab, Isbaab, Sessio vel habitatio patris, aut cõuersio, vel inflatio siue captiuitas patris. Nomen viri. 1. Paralip. 24. b

אִישְׁבֹשֶׁת Isboseth, Vir cõfusionis vel ignominiæ, aut viri mora. Filius Saul regis Israel. 2. Reg. 2. b

יְהוּדָה Ischariothi, Iscariotes, Hebraicè interpretatur Vir occisionis, vel vir exterminationis vel mortis. Sic cognominatur Iudas ille Christi nostri proditor. Matth. 10. a. Sunt qui & Ischariotem dictum existimẽt, per ch scribentes, quòd de tribu Issachar esset: cui tale cognomen ex ipso quoque facinore optime conueniat. nam mercede vendidit Christum nostrum. Issachar siquidem ex 30. Geneseos, à שָׂכַר quod mercedẽ significat, inclinatum est.

יִשְׁמָעֵאל Iismael, Ismael, Exauditio dei. Filius Abraham, ex Hagar ancilla. Gene. 16. c. Filius item Nathaniç. 4. Reg. 25. f. Filius Asel filii Elasa. 1. Para. 8. d. 9. g

יִשְׁמְעֵאלִי Iismeelim, Ismahelitæ. Idem. p. n. Genes. 37. f. Populi, quos Moyses (vt quidã dicunt) Madianitas vocat: Eusebius Hagarenos, siue Sarracenos.

Iesimiel, Ismahelitis, idem. s. n. f. g. 1. Para. 27. d

יִשְׁמָעֵאל Iesimiel, Ismiel, Nominatio dei, aut admiratio vel stupor dei. Nomen principis. 1. Para. 4. f

יִשְׂרָאֵל Iisrael, Israel, Prævalens siue dominãs cum deo. Nomen Iacob, inditum ei ab angelo. Gene. 35. b

Israelitæ, idem. p. n. Populi ab Israel sic cognominati. 2. Regum 3. c

Israelites, idem.

Israelitis, idem. f. g

יִזְרְעֵאלָה Iasarela, Isreela, Prævalens aut dominus deus, siue rectitudo dei, aut canticum dei. Nomen viri. 1. Paralipo. 25. c

יִשָּׂשכָר Iissaschar, Issachar, Est merces, vel præmium. Nonus filius Iacob ex Lia vxore sua. Gene. 30. c. Nomen ciuitatis. 3. Reg. 4. b

אֶשְׁתְּמֹה Esthemo, Isthemo, Ignis admirationis vel consummationis, siue ignis perfectionis vel simplicitatis. Ciuitas in tribu Iuda. Ios. 15. f

אִשְׁטוֹב Istob, Vir bonus. 2. Reg. 10 b

יִשְׁיָהוּ Iisohaiah, Isuhaia, Comprimens vel humiliãs dominus, seu meditatio dei. Nomen principis. 1. Para. 4. f

I T

Ἰταλία Italia, Ab Italo rege dicta est: vel ab Iralis, id est vitulis, eo quòd illa regio vitulis abundet. Latinum est. Acto. 27. a

כִּתִּים Kithim, Italia. Num. 24. d. Ezech. 27. a. Interpretatur conterentes, vel contritio maris, siue diadema, aut aurum, vel tinctura, vel ex Syro & Hebræo, coaceruatio maris. Regio & patria Romanorum ab Italo rege vocabulum traxit, quæ ab Aphrico & à Borea mari magno cincta, reliqua Alpium obicibus obstrusa est. Hæc quinque appellata est nominibus: Saturnia, à Saturno primo habitatore, Trogo: Italia, à rege, Plinio: Ausonia, Liuio: Oenotria, Dionysio: Hesperia, Virgilio. Vide Volaterr. lib. 4. Geograph. Alij putant Apuliam, vel Elisam.

תּוּבַל Italia, Isa. 66. f. Hebraicè dicitur Thubal: & interpretatur orbis, aut confusio, vel ignominia, siue portatus vel adductus. Sunt qui Iberes, non Italos esse dicant.

Italica cohors, ab Italia dicta est. Acto. 10. a

אִתַּי Ithai. Robustus, aut signum, vel vomer: aut Syriacè, veniẽs. Filius Rubai. 2. Re. 23. d. qui & Ethai. 1. Para. 11. f

אִיתָמָר Ithamar, Insula palmæ vel dactylorum, aut insulæ commutatio vel permutatio, seu væ palmæ aut commutationi. Filius Aaron filii Amram filii Caath filii Leui. Exod. 6. d. 1. Paral. 6. a

Iethuræa,

Universidad de Deusto
Biblioteca

יתוּרָאת Iethurea, Ituræa, Cuſtodita: vel Syriacè, mõtana: vel montoſa. D. Tracoñitidis regio iuxta deſertũ Arabiæ: cuius Tetrarcha fuit Philippus. Luc. 3. de quo Hieron. in locis Hebr. Appellata eſt à Ietur filio Iſmahelis.

יְטוּר Ietur, Ituræi, Cuſtoditi vel cuſtodiæ, aut coordinati: vel Syriacè, montani vel mõtoſi. Populi. 1. Para. 5. c

I V

יוּבַל Iubal, Defluens, ſiue apportans, vel inueteraſcens, aut germinãs, ſiue iubileus, vel buccina. Filius Lamech ex Ada vxore. Gene. 4. d

יוֹבֵל Iobel, Iubileus, Buccina, vel defluens, ſiue apportans, aut germinãs, ſiue inueteraſcẽs. Leuit. 25. b. Nume. 36. b

יָקְדְעָם Iakdeam, Iucadam, Incuruatio populi, ſiue incendiũ populi. Ciuitas eſt in tribu Iuda. Ioſ. 15. g

יְחוּבַל Iehuchal, Iuchal, Domini omnia, aut domini perfectio ſiue conſummatio. Filius Selemiæ. Ierem. 37. a

יוּכַל Iuchal, Iere. 38. a. interpretatur potens, ſiue perfectus, vel conſummatus. Filius Selemiæ.

יְהוּד Iehud, Iud, Laudans, ſiue confitens. Ciuitas in tribu Dan. Ioſ. 19. c

יְהוּדָה Iehuda, Iuda, Laudatio, ſiue confeſsio. Quartus filius Iacob ex Lia vxore. Gene. 29. g

יְהוֹדִיָּה Iehudiia, Iudaia, Laudatio ſiue confeſsio domini. Vxor Ezrae. 1. Para. 4. c

Iudaiſmus, Laudatio, ſiue confeſsio. Galat. 1. c

יְהוּדָה Iehudah, Iudas, idem. Filius Matathiæ filij Ioannis. 1. Mach. 2. a. Vnus ex duodecim apoſtolis. Matt. 10. a. Eſt & nomen cuiuſdam Galilæi, de quo Acto. 5. g

יְהוּדִת Iehuda, Iudæa, idem. Iudæa aliquando tota terra duodecim tribuum appellatur, velut Marc. 3. & Pſalm. 76. Notus in Iudæa deus. Aliquando duæ tantum tribus, Iuda & Beniamin, appellitantur: ad diſtinctionem Galileæ & Samarię, aliarúmq; in terra repromiſsionis regionum. Obſeruabis itaque apud hiſtoricos Iudæam pertinere ad Palæſthinam: Galileam verò atque Samariam ad Phœnicem. Neque obſcurũ eſt, poſt Salomonis mortem, decem tribus Iſrael defeciſſe à Roboam ad Ieroboam Ephratæum. 3. Reg. 12. exinde duas tribus, Iudæ. ſ. & Beniamin, quæ ſemini Dauidis adhæſerant, nunc domum Dauid, nunc regnum Iuda, Ieruſalem, aut Beniamin in ſcripturis potiſsimum à prophetis nuncupari: ſicut decem tribus quæ defecerant, regnum Iſrael, domum Iacob, & Ioſeph, Ephraim, regnum Samariæ, Iezrael, Bethel, Bethauen appellari notum eſt.

Iudæa, quæ & Chananæa, & repromiſsionis terra, quæ ſancta in ſcripturis ſacris nuncupata eſt, Syriæ regio, in Aſia maiore, ad orientẽ habet mare mortuum, quod & ſalſum. Nume. 34. vbi quõdã Sodoma & Gomorrha vrbes ſitæ erãt. vltra quod Iordanis fluuius, qui mare mortuum ingreditur, deinde Amorrhei habitãt. Poſt quos Moabitæ terram occupãt: deinceps Ammonitæ, & magnus Euphrates. Vltra illos Babylon atque Chaldæorum eſt regio. Perſia deinceps inchoat. Ad aquilonem Galilæa cubat, in cuius tergo Libanus mons terminus Iudęæ eminet. Damaſcus deinde, & Euphrates celebre flumen: vltra quod Syria & Aſſyria ſitæ ſunt: quæ reſpiciunt & extenduntur ad orientalem plagam. Vlterius Sidon & Tyrus occidentem verſus declinãt & extenduntur. Occidentem verſus Philiſthiim, quæ Palæſthina & Allophylorum terra dicitur, incipit: vltra quam mare magnum, quod & Mediterraneũ, horret. Exod. 23. f. hoc Palæſthinorũ mare appellatur. Ad meridiem Amalecitę habitant. Nume. 13 poſt quos Seir mons, & Edomitæ. vltra illos Madianitæ ſedent. deinde eſt mare rubrum: vltra quod Ægyptus ſita eſt, ad occidentem Iudææ extenſa. Habes paucis verbis limites ſeu terminos terræ promiſsionis à Moſe & prophetis.

יְהוּדִים Iehudim, Iudæi, Laudentes, ſiue confitentes.
Iudæus, idem. ſ. n.

יְהוּדִי Iehudai, Iudi, idem. Filius Nathaniæ filij Selemiæ filij Chuſi. Iere, 36. d

יְהוּדִית Iehudith, Iudith, Laudans, ſiue confitens, aut Iudæa. Altera vxor Eſau. Gene. 26. g. Fuit & nomẽ viduæ cuiuſdam nobilis. Iudith 8. a

Iulia, Lanuginoſa. G. Ἰουλία

Iulius, Lanuginoſus, vel lanugo. G. Nomen centurionis cuiuſdam. Act. 27. a Ἰούλιος

Iunia, A Iunone, id eſt dominatrice. G. Nomen viri concaptiui Pauli. Rom. 16. a Ἰουνία

Iuſtus, Latinum eſt.

I Z

יִזְרַחְיָה Izrahia, Oriens dominus, aut claritas domini. Filius Ozi filii Thola filii Iſſachar. 1. Para. 7. a

L

לְהָבִים Lehabim, Laabim, Inflãmati, ſiue flãmæ, aut gladij. Filius Meſraim. Gene. 10. b. Ab hoc, Lybia, quæ prius (vt Hieronymus refert in Hebraicis quæſtionibus) Phutenſis regio appellata eſt, nomen habet.

לָהַד Lahad, Laad, Laudans, vel ad laudandum, vel ad confitendum. Filius Iahath filii Subal filii Iuda. 1. Paralipo. 4. a

לַעְדָה Laada, pro ornatu, vel ad congregandum, ſiue ad teſtificandum, aut tranſiens, vel prædans: aut Syriacè auferens. Filius Sela filij Iudæ. 1. Para. 4. d

לַעְדָן Laadan. Pro voluptate, ſeu deuorans iudicium, aut pro ornatu, vel pro teſtimonio: aut Syriacè, ad tempus. Filius Thaan filij Thale. 1. Para. 7. e

לָבָן Laban, Albus, vel candidus, aut later. Frater Rebeccæ filiæ Bathuelis filii Nachor ex Melcha. Gene. 24. d. Eſt & locus in deſerto vbi Moſes Deuteronomiũ prælegit filius Iſrael. Deute. 1. a

לִבְנָה Libna, Labana, Luna, ſiue albedo, aut thus, vel later. Ciuitas ſacerdotum in tribu Iuda. Ioſ. 15. f

Labanath, idem. Ciuitas, quæ tribus Aſer terminus eſt. Ioſ. 19. b

Lacedæmones, Lacus dæmonũ, vel puteus inſanientium. G. λακεδαίμονες

לָכִישׁ Lachis, Ambulans vel vadẽs extitit, aut tibimet exiſtens. Ciuitas tribus Iudæ. Ioſ. 10. a. 15. c. 4. Re. 18. c. Cõſtructa à Roboam. 2. Para. 11. b

לָאֵל Lael, Ipſi deo, aut ipſi forti, vel potens. Filius Eliaſaph principis. Nume. 3. d

לַחַם Lahem, Panis, vel pugna aut bellum. Nomen loci. 1. Paralip. 4. d

לַחְלַח Lahela, Humiditas humida, aut tabula humida, vel viridis, ſiue maxilla humida. Nomen loci. 1. Para. 5. d

לַיִשׁ Lais, Leo. Ciuitas in monte Ephraim, non procul à Sidone. Iudic. 18. b. quæ & Dan, & Leſem dicta eſt. Iudic. 18. g. Pater Phaltiel mariti Michol filiæ regis Saul. 2. Reg. 3. c. Vide Leſem.

לַיְשָׁה Laiſa, Leæna. Ciuitas quæ aliàs Dan dicitur, vbi eſt origo Iordanis. Iſa. 10. g

לֶמֶךְ Lamech, Pauper, vel humiliatus, aut percuſſus. Filius Mathuſael. Gene. 4. d. Nomen etiam filii Mathuſala. Gene. 5. d. Luc. 3. g

לָמָּה Lamma, Vt quid? Matth. 27. c

לְמוּאֵל Lemuel, Lamuel, Illis deus, vel cum illis deus, aut cũ quo eſt deus. Nomen regis. Prouer. 31. a

Laodicea, Populus iuſtus. G. Ciuitas in Aſia, quæ Dioſpolis olim dicebatur, deinde Rhos, poſtremò Laodicea. Coloſſ. 4. d λαοδίκεια

Laodicenſes, idem. p. n. G. Coloſſ. 4. d λαοδικεῖς

לְאֻמִּים Leumim, Laomim, Gentes, ſiue abſque aquis. Filius Dedan filii Iecſan. Gene. 25. a

לַפִּידוֹת Lapidoth, Fulgura, vel lampades. Maritus Deboræ prophetidis. Iudic. 4. a

לָשַׁע Laſa, Ad clamandum, vel ad ſaluandum, aut linendum. Nomen ciuitatis, quæ Hieronymo in Hebraicis quæſtionibus Callirhoe dicitur. Gene. 10. c

Laſthenes, Lapidis robur. G. Nomẽ viri. 1. Mach. 11. d λαῶθης

לְטוּשִׁים Letuſim, Latuſim, Malleatores, ſiue limatores. Filius Dedan filii Iecſan. Gene. 25. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

λάζαρος Lazarus, Dei adiutorium, siue dei atrium. D. Nomen viri. Luc. 16. c. Est & nomen cuiusdam alterius à Bethania, amici Christi, fratris Mariæ & Marthæ. Ioan. 11. a. quem Christus suscitauit à mortuis. Ibidem. e

L E

לְבָנָה Lebana, Luna, siue albedo, aut thus, vel later. Nomen viri. 1. Esd. 2. c

לְבָאוֹת Lebaoth, Leænæ, siue cordis signum, aut ad introitum. Ciuitas sortis Iudæ est. Ios. 15. c

לִבְנָה Libna, Lebna, Luna, siue albedo, aut thus, vel later. Locus in deserto vbi X V I I. Israelitarum mansio fuit, egressorum de Remmon Phares. Num. 33. c. Est & ciuitas sacerdotum in tribu Iuda. Ios. 10. c

לִבְנָה Lebona, idem. Nomen oppidi. Iudic. 21. c

לֵכָה Lecha, Ambulans, vel vadens. Nomen loci. 1. Paralipo. 4. d

לֶחִי Lehi, Lechi, Maxilla, Locus cui Samson sic nomen indidit. Iudic. 15. b

לֶקַחִי Leci, Lex, siue doctrina, aut assumptio mea. Filius Semidę filii Galaad filii Machir filii Manasse. 1. Para. 7. d. Heb Lecihi.

לָקוּם Lakum, Lecum, Resurgens, vel confirmans, siue ad resurgendum vel confirmandũ. Ciuitas, quæ Nephthaliæ tribus terminus est. Ios. 19. c

לַעְדָן Ledan, siue Leedan, Pro voluptate, vel deuorans iudicium, siue pro ornatu vel testimonio: aut transitus vel depræ datio earum: aut Syriacè, ad tempus. Vir de cognatione Gerson filii Leui. 1. Para. 23. a. 26. c

לַחְמָם Lahmam, Lehemam, Panis eorũ, aut pugna vel bellum eorum. Ciuitas in tribu Iuda. Ios. 15. a

לַחְמִי Lahmi, Lehemites, Panis meus, aut pugna mea. 1. Paralipo. 20. a

לֵשֶׁם Lesem. Nomen, vel ponẽs, aut ipsi nominato vel posito, aut lygurius lapis pretiosus, de quo Exod. 28. c. Nomen vrbis in tribu Dan. Ios. 19. d. quę & Lais dicitur, & Dan: quæ tãdem à Philippo Tetrarcha, senioris Herodis filio, in honorem Tiberii, Cæsarea Philippi appellata est. Vulgo à Barbaris nunc Belina vocitatur.

לֵשֶׁם־דָּן Lesem-dan. Nomen iudicij, vel ponens iudicium, aut ad nomen iudicij, siue ad ponendum iudicium: aut lygurius iudicij, qui est lapis pretiosus. Eadem vrbs quæ Lesem & Lais. Ios. 19. d

לֵוִי Leui, Copulatus. Tertius filius Iacob ex Lia. Gene. 29. g. Sic vocabatur & Matthæus apostolus. Matt. 2. b. Luc. 5. f. Pater Matthat. Luc. 3. c

לִוְיָתָן Leuiathan, Copulatio vel societas sua, aut sibimet traditus. Magnus piscis marinus. Iob 4. g

לֵוִי Leuita, Copulatus.
Leuitæ, idem. p. n.
Leuites, idem. s. n. Act. 4. g

L I

לֵאָה Leah, Lia. Laborioſa, vel fatigata. Maior filia Labam. Gene. 29. d

לְבָנוֹן Lebanon, Libanus, Albus, vel candidus, aut thus, vel cordis filiatio. Mons altissimus teste Cl. Ptolemæo lib. 5. in Syria: à thure quod ibi colligitur, dictus. Deut. 1. a. Iudic. 3. a. Isa. 2. c. in fine terræ promissionis versus Aquilonẽ, à quo denominata est terra quæ est circa montem illum. Ios. 13. In hoc monte cedri crescunt longissimæ. 3. Regum 5.

Libertini, Latinum est, filij manumissorum. Actorum 6. c

פוּט Phut, Libya, vel Libye, & interpretatur Aphrica: aut Syriacè, crassa vel pinguis. Regio Ægypto contermina, authore Plinio in prologo. 5. Huius pars est Libya Mareotis, de qua idem in 5. cap. 6. Hieronymus duas Lybyas ponit: vnam Cyrenaicam, de qua Act. 2. Et partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen. Hæc porta Ægypti in parte Aphricæ prima est, & mari Libyco cognomentũ dedit. post quam Libya Æthiopum vsque ad meridianum pertingens oceanum. De hac Volater. lib. 12. Geograp. Iere. 46. Ezech. 27. 30. & 28. Nahum. 3.

Libya, Daniel. 11. g. In Hebræo est Lubim, id est cor maris: vel corda, in plurali numero. Act. 2. b לוּבִים

Libyes. 2. Para. 12. a. 16. c. Nahum. 3. c. in Hebræo est Lubim, id est Cor maris, vel corda. p. n. לוּבִים

Linus, Rete, vel retiaculum. G. Nomen viri. 2. Timoth. 4. d λῖνος

Lithostroros, Lapidibus stratus. G. Nomen loci in quo sedit Pilatus Christum nostrum morti adiudicaturus. Ioan. 19. c λιθόστρωτος

L O

Libna, Lobna, Luna, siue albedo, aut thus, vel later. Ciuitas sacerdotum in tribu Iuda. Iosue 21. b. 4. Reg. 8. f. 23. f. 1. Para. 6. c לִבְנָה

Libni, Lobni, idem. Filius Gerson filii Leui. Exod. 6. c. 1. Paral. 6. b לִבְנִי

Lobnitica, idem. Nomen familiæ. Num. 3. c לִבְנִי

Lod, Natiuitas, vel generatio. Nomen ciuitatis quam ædificauit Samad filius Elphaal. 1. Para. 8. b לוֹד

Lodebar, Lodabar, Ipsimet verbum, aut ipsimet pestis vel mors, seu generatio electa: vel ex Hebræo & Syro, natiuitas filii. Nomen loci. 2. Reg. 9. b לוֹדְבָר

Lod-hadid, Nascens gaudens, vel nascens acutus: aut ex Hebræo & Syro, generatio vel natiuitas noua. Nomen ciuitatis. 2. Esd. 7. d לוֹד־חָדִיד

Loide, Melior. G. Auia Timothei. 2. Timoth. 1. b λωΐδα

Lot. Inuolutus, siue colligarus, aut coopertus: vel resina pretiosa, quę dicitur stacte. Filius Aran. Gene. 11. d לוֹט

Lotan, idem. Filius Seir Horræi. Gene. 36. c לוֹטָן

L V

Lucas, Hebraicè potest interpretari, ipsi resurrectio, vel latine, à luce. D. Colost. 4. d λουκᾶς

Lucius, A luce. Latinum est. Nomen prophetæ. Act. 13. a. Rom. 16. c

Lud, Natiuitas, vel generatio. Filius Sem. Gene. 10. d. Is tunc Ludas nominauit, quos nunc Lydos vocant. לוּד

Ludim, idem. p. n. Filius Mestraim. Gene. 10. b לוּדִים

Luhith, Luith, Tabulatum, vel tabulæ, aut viriditas. Mons est Lyrano & Hebræorũ commentatori in Cõmentariis super Isaiam, cap. 15. c. Eusebio verò Pamphilo, vicus inter Areopolin & Ioaram. לוּחִית

Luza, Amygdalus, seu discessio vel declinatio. Ciuitas Chananææ in tribu Beniamin. Ios. 18. b. Quæ aliàs Genes. 28. d. 35. b. nuncupatur Beth-el, à Iacob. Est & secũda Luza, quæ cecidit in sortem filiorum Ioseph iuxta Sichem, in tertio lapide ipsius Sichem, siue Neapoleos. Ios. 16. a. Est & tertia Luza in terra Cethim à veteris Luzæ proditore condita. Iudic. 1. c לוּז vel לָז

L Y

Lycaonia, Lupina. G. Prouincia Asiæ est mediterranea, Tauro à Cilicia Trachea diuisa: à septentrione, Cappadociæ contermina. Volater lib. 10. in qua Barnabas & Paulus prædicarunt. Act. 14. a λυκαονία

Lycia, idem. G. Prouincia Asiæ. 1. Machab. 15. d. Actorum 27. a λυκία

Lyda, siue Lydda, Stagnum. s. aquarum. G. Ciuitas Palæsthinæ in littore magni maris sita, quæ Diospolis appellatur. 1. Macha. 11. d. Act. 9. f λύδδα

Ludim, Lydi, siue Lydij, Natiuitas, vel generatio. Populi. Vide Lud. Iere. 46. b לוּדִים

Lud, Lydia, idem. Asiæ minoris prouincia inter Cariam & Phrygiam, authore Strabone lib. 13. cuius situ̇ his verbis scribit Plinius in 5. cap. 29. Lydia perfusa flexuosi amnis Mæandri recursibus super Ioniam procedit, Phrygiæ ab exortu solis vicina, ad septentrionem Mysiæ, meridiana parte Cariam amplectens, Mæonia antè appellata, &c. Huius mentio fit Act. 16. c. Iere. 46. Ezech. 27. & 30. Isa. 66. f. Est & nomen mulieris purpurariæ, de qua Act. 16. c לוּד

Lysanias, Dissoluens tristitiam. G. Procurator cõstitutus à Romanis super Abilenam regionem. Luc. 3. a λυσανίας

Lysias, Dissoluens, Princeps quidam exercitus, siue tribunus. 1. Mach. 3. c. Act. 24. f λυσίας

Lysima-

Universidad de Deusto
Biblioteca

λυσίμαχος Lysimachus, Dissoluens pugnam. G. Frater Menelai. 2. Machab. 4.c

λύστρα Lystra, dissoluens. G. Nomen ciuitatis in Lyconia. Acto. 14.a

λύστρα Lystra, Acto. 27.a. in Græco scribitur Myra, & interpretatur virgultum, siue vnguentum odoriferum. G. Ciuitas Lyciæ. vide Plinium lib. 5. cap. 27. Actorũ 27.a

M

מַעֲכָה Maacha, Compressa, vel attrita, aut fixa. Filius Nachor ex Roma cõcubina. Gene. 22.d. Filia Tholmai regis Gessur. 2. Reg. 3.a. 1. Paral. 3.a. Filia Abessalom mater Abiam regis. 3. Regum 15.a. quæ 2. Paralipo. 13.a. dicitur Michaia. Concubina item Caleb. 1. Paralip. 2.f. Vxor Machir patris Manasse. 1. Parali. 7.d. Vxor Iahiæ. 1. Para. 9.f

מַעֲכָתִי Maachati, Compressus, vel attritus, aut fixus, seu vẽtris cõtritio. Pater Iezoniæ. 4. Reg. 25.f. Ciuitas Amorrhæorum super Iordanem iuxta mõtem Hermon. Ios. 12.b. & 13.b. 1. Paral. 4.c

מַאֲדַי Maadai, Maadi, Solẽnis, vel festiuus, aut ornatus, seu labilis, vel testificãs, aut transiens: aut Syriacè, auferẽs. Nomen viri. 1. Esd. 10.d

מַעַי Maái, Venter, aut coaceruatio. Nomẽ viri. 2. Esd. 12.c

מַחְלָה Mahla, Maala, Chorus vel cithara, siue infirmitas: aut Syriacè, venia. Filia Salphaad filii Hepher filij Galaad. Nume. 26.d. Ios. 17.a

מַעֲרָה Maara, Spelunca, siue euacuatio, aut effusio, vel discooperiens, aut euigilans. Ios. 17.a

מַעֲשַׂי Maasai, Opus meum. Filius Adiel. 1. Para. 9.b

מַעֲשִׂיָה Maasia, siue Maasias, Opus domini. Filius Achaz. 1. Para. 15.b. 2. Paral. 28.a. Nomen cuiusdam doctoris. 2. Para. 26.b. Pater Sophoniæ. Iere. 21.a. Princeps ciuitatis Ierusalem. 2. Para. 34.b

מַחֲסֵיָה Mahseia, Maasias. Iere. 32.c. 51. g. interpretatur protectio siue cõfidẽtia domini. Pater Nerię patris Baruch & Saraiæ. Heb. Mahasias.

מַעֲזִיָהוּ Maaziahu, Maaziáu, Fortitudo domini, vel refugium domini. Nomen viri. 1. Para. 24.c. 2. Esd. 10.a

מִבְשָׂם Mibsam, Mabsam, Aromatizans, vel cõfundens eos. Filius Ismahelis. Gene. 25.b. 1. Para. 4.d

מִבְצָר Mibzar, Mabzar, Munitus, vel muratus, siue prohibens, vel auferens, aut vindemians. Ciuitas Idumæorũ. Gene. 36.d

מַקֵּץ Makez, Macces, Finis vel finiẽs, siue tædium, aut euigilans, vel æstas, siue æstuans, aut spinans. Nomen loci. 3. Reg. 4.a

מַקֵּדָה Makeda, Maceda, Incendium, aut adoratio, vel incuruatio. Ciuitas tribus Iudæ. Ios. 10.c. 15.e

μακεδών Macedon, Macedo Hebraicè, idem. Græcè verò, excelsus vel eminens. G. 1. Mach. 1.a. Act. 16.b

μακεδόνες Macedones, idem. p.n. G. Act. 19.f

μακεδονία Macedonia, Excelsa, vel eminens. G. Prouincia. Actorum 16.b

מַקְהֵלוֹת Makheloth, Maceloth, Ecclesiæ, vel cœtus, aut congregationes. Nomen loci ad quem profecti sunt filii Israël de Arada. Nume. 33.d

מִקְלוֹת Mikloth, Maceloth. 1. Parali. 8.c. 9.f. 27.a. Virgæ aut baculi, siue voces, aut leuitates, vel despectiones. Filius Abigabaon. Filius Iahiel. 1. Para. 9.f

מִקְנְיָהוּ Mikneiahu, Macenias, Possessio domini, siue emptio domini, aut pecus vel armentum domini, siue nidificatio domini. Sacerdos. 1. Para. 15.b

מַעֲכָה Maacha, Compressa, vel attrita, aut fixa. Nomen regis. 2. Regum 10.b

Machabæus, Percutiens. Græcè verò, pugnator. D. Filius Matathiæ. 1. Mach. 2.a

מַעֲכָתִי Maachati, Machathi, Compressus, vel attritus, aut fixus, aut ventris contritio. Nomẽ loci. Deut. 3.b. Ios. 12.b. Pater Aasbai. 2. Reg. 23.d

מַכְבַּנַּי Machbanai, Miser siue pauper filius meus, aut paupertas vel humiliatio filij aut intelligentiæ vel ædificationis. Nomen principis. 1. Para. 12.b

מַכְבֵּנָה Machbena, Paupertas vel percussio filii eius, aut paupertas siue percussio intelligentis vel ædificantis. Nomen loci. 1. Para. 2.f

מָכִי Machi, Percussor, aut pauper, vel humilis. Pater Guel principis tribus Gad. Nume. 13.a

מָכִיר Machir, Vendens, siue cognoscens. Filius Manasse. Gene. 50.d. Pater Galaad. 1. Para. 7.c. Filius item Ammihel. 2. Reg. 9.b

מָכִירִי Machiri, Machiritæ, Vendentes, siue cognoscentes. Nume. 26.b

מִכְמָשׂ Michmas, Machmas, Percussor vel pauper ablatus, aut percussor vel pauper palpans siue tangẽs vel auferens. Nomen vici magni siue oppidi in tribu Ephráim. 1. Reg. 13.a. Isa. 10.g

מִכְמָס Michmas, Machmas. 1. Esd. 2.b. Nehem. 7.d. Occultatio, vel percussoris aut pauperis tributum. Oppidum quondam tribus Ephráim, ad australem plagam.

מַכְמְתָת Machmethath, Percussoris vel pauperis donum, aut percussoris vel humilis mors. Terminus tribus Manasse. Ios. 11.a

מָדַי Madái, Mensura, siue iudicans, aut indumentum. Filius Iapheth. Gene. 10.a. Hic primùm Medorum genti nomen indidit.

מָדָן Medan, Madan, Litigium, siue iudicans, aut mẽsura, vel indumentum. Filius Abrahæ ex Cetura. Gene. 25.a

מַעֲדָיָה Maadia, Madia, Solennitas vel festiuitas domini, siue adornatio vel testimonium aut fœdus domini, vel trãsiens dominus. Nomen viri. 2. Esdr. 12.a

מִדְיָן Midian, Madian, Iudicium vel iudicans, siue litigans, aut obiurgans, Filius Abrahæ ex Cetura. Gene. 25.a. A quo ciuitas trans Arabiam ad meridiem Iudææ sita, in deserto Sarracenorum contra oriẽtem maris rubri. Inde Madianitæ. Alia vrbs est iuxta Arnonẽ & Ariopolin, cuius nunc ruinæ tantùm demonstrantur, vbi Hobab siue Iethro socer Mosis sacerdos Madian habitauit. Exod. 2.c. Acto. 7.c

מִדְיָנִי Midiani, Madianita, Madianitæ, Idem.

Madianitæ, Idem. p.n. Gene. 37.f

Madianitis. Idem. f.n. f.g. Nume. 25.b

מַדְמֵנָה Madmena, Mensura numeri vel muneris, aut indumenti munus, vel indumenti præparatio, aut numerus vel sterquilinium. Ciuitas tribus Iudæ. 1. Paral. 2.f. quæ & Bersabe dicitur.

מָדוֹן Madon, Iurgium, aut indumentum, vel mẽsura eius. Ciuitas regis Iobab. Ios. 11.a

מַעְגָּלָה Magala, Semita, vel circulus, aut rotunditas, siue currus, vel plaustrum, aut vitula. Nomen loci. 1. Regum 17.c

מַגְדָּלָא Magdalena. Magnifica vel magnificata, aut exaltata, vel turris. D. Mulieris nomen. Matth. 28.a. Luc. 8.a

מִגְדַּלְגָּד Magdalgal, Turris fœlix vel accincta, siue magnitudo fœlicitatis, vel magnitudo accincta. Ciuitas tribus Iudæ. Ios. 15.c

מִגְדַּל־אֵל Migdal-el, Magdal-el, Turris siue magnitudo dei. Ciuitas in tribu Nephthali. Ios. 19.c

מִגְדֹּל Migdol, Magdalum, Turris vel magnitudo. Vrbs Ægypti. Iere. 44.a. Exod. 14.a. Nume. 33.a

מַגְדִּיאֵל Magdiel, Annuncians vel euãgelizans deum, siue pomum dei, id est fructus electus dei. Ciuitas est Idumęorum principum. Gene. 36.d. 1. Para. 1.d

Magedan, Euangelizatio gratiæ, aut poma vel fructus gratiæ. D.

מִגְדָּלָה Migdala, Magedan. Matth. 15.d. in Græco, Magdala: & Hebraicè interpretatur turris vel magnitudo. D. Ciuitas est in littore stagni Genezareth siue maris Galilææ, cuius fit mentio Matth. 15. Hieronymus hanc regionem nunc Macedan contra Ierasan scribit in locis Hebraicis.

מְגִדּוֹ Megiddo, Mageddo, Annũciatio, vel euangelizatio, aut pomum siue fructus electus. Ciuitas in tribu Iuda. Ios. 17.c. quam reparauit Salomon. 3. Reg. 9.c. 1. Para. 7.f. Locus in quo occisus est Iosias. 4. Regum 23.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

מגדון Migdon, mageddon, Idem. Zach. 12.d
Mageth, Torcular, aut liquefactio. D. Nomen ciuitatis. 1. Macha. 5.c

מכשפים Mechaſphim, magi, Sapientes, vel philoſophi: aut qui præſunt ſactis, id eſt ſacerdotes. Perſicum eſt. Matth. 2.a

מגוג Magog, Tegens, vel regulans, aut tabefactus, vel liquefactus. Filius Iapheth. Gene. 10.a. A quo Scythę genus ducunt, qui primùm magogi dicti ſunt. Apoc. 20.c

מגרון Migron, magron, Timor, ſiue horreum, aut de gutture. Ciuitas. Iſa. 10.g

מחלת Mahalath, Chorus, ſiue infirmitas: aut Syriacè, venia. Pſal. 52. & 87. in titulo. Vox Roboam. 2. Paral. 11.d

מחלון Mahalon, Idem. Filius Elimélech Beth lehemitæ. Ruth. 1.a

מחנים Mahanaim, Caſtra, turmæ. Nomen loci in quo obuiam facti ſunt angeli patri noſtro Abraham, ab ipſo propterea impoſitum quòd duas turmas vidiſſet eo loco, ſuam, & angelorum. Gene. 32.a

מחרי Maharai, Accelerans, ſiue dotatio, aut montanus, vel de monte meo. Nomen viri. 2. Reg. 23.d. 1. Para. 11.f

מחת Mahath, Abſtergens, aut delens, ſiue cõfringens, aut formidans: aut Syriacè, percuſsio. Filius Aamaſai filij Elcana. 1. Para. 6.c. 2. Para. 29.c. 31.c

מחזיאת Mahazioth, Videns ſignum, aut videns literam. Nomen viri. 1. Para. 25.b

מחלת Mahalath, Maheleth, Chorus, vel cithara, aut infirmitas: vel Syriacè, venia. Tertia vxor Eſau, filia Iſmahelis. Gene. 28.b

מחידא Mehida, mahida, Ænigma, aut acumen, vel radens ſiue abſtergens manum: aut Syriacè, percuſſa manus. Nomen viri. 1. Eſd. 2.c

מחיר Mehir, mahir, Pretium. Filius Caleb patris Sur. 1. Paralip. 4.b

מחול Mahol, Chorus vel cithara, aut infirmitas, ſiue arenoſus: aut Syriacè, venia. Nomen viri. 3. Reg. 4.d

מחוים Mahauim, mahumites, Nuncians, vel delens, aut radens, vel medullæ. 1. Para. 11.g

מימין Miiamin, maimin, Dexter, aut aquas præparans. Nomen viri. 1. Para. 24.b

מלאכי Malachi, malachias, Angelus ſiue nuncius meus. Nomen prophetæ. malach. 1.a

מלכים Melachim, malachim, Regum. ſ. liber.

מללי Milelai, malalai, Circũciſio vel locutio mea. Nomen viri. 2. Eſdr. 12.c

מהללאל Mahalalel, malaleel, Laudans deum, vel illuminatio dei. Filius Cainan. Gene. 5.b. Luc. 3.g. Hebr. maalaleel.

מלצר Melzar, malazar, Circunciſio angustiæ vel vinculi, ſiue diſpenſator. Nomen viri. Danie. 1.c

μαλχος Malchus, Rex vel regnum, aut conſiliarius. D. Nomen illius cui Petrus auriculam abſcidit. Ioan. 18.b
Mallotæ, Adimplentes, vel adimpleti. D. Nomen populi. 2. machab. 4.c

מלוך Maluch, maloch, Regnans, aut cõſulens. Filius Azabiæ filij Amaſiæ. 1. Paral. 6.d

ממרא Mamre, mambre, Rebellis aut amarus, vel commutans, vel permutans. Ciuitas. Gene. 13.d. quæ & Hebrõ & Arbee dicitur. Gen. 23.a.d. 35.d. Frater Eſchol & Aner. Gene. 14.b

ἰαμβρὴς Iambres, mambres, Idẽ: ſed in Græco ſcribitur Iambres, & Hebraicè poteſt interpretari mare cum egeſtate vel paupertate. D. Vnus ex illis qui Moyſi reſtiterũt. 2. Timoth. 3.b

ממונא Mammona Chal. mammon Hebr. Pecunia vel diuitiæ, aut cupiditas. Syrum eſt. D. matth. 6.d

ממכן Memuchan, mamuchan, Paratus, vel certus, aut depauperatus, vel percuſſus. Dux Perſarum. Eſther. 1.c

ממזר Mamzer, De ſcorto natus. Deut. 23.a

מן Man, Donum aut munus, aut quid? Exod. 16.g
Manna, Idem. Ioan. 6.c

מנחת Manáhath, Requies aut munus, ſiue præparata formido vel confractio, aut numerus ſtuporis: vel ex Hebræo & Syro, præparata deſcẽſio, vel numerus deſcendens. Filius Sobal filij Seir. Gene. 36.c. 1. Para. 1.c. Eſt & regionis nomen. 1. Para. 8.a

מנחם Menahem, manahem, Conſolator, aut ductor eorũ, ſiue pręparatio caloris, aut munus incenſum, vel numerans calefactionem. Filius Gaddi. 4. Regum 16.c

מחנים Mahanaiim, manáim, Caſtra. Terminus tribus Gad in regione Galaaditide, Leuitis & confugio conceſſa. Ioſ. 13.c. 21.c. 1. Para. 6.g

מנשה Menaſſe, manaſſe, ſiue manaſſes, Oblitus, aut obliuio. Filius primogenitus Ioſeph. Gene. 41.f. Pater Eſriel. 1. Paral. 7.c. Filius Ezechiæ regis Iuda filij Achaz. 4. Regum 2.a 1. Para. 3.c
Mene, mane, Numeratus, vel numerans. Danie. 5.g
Man-hu? Quid hoc? Exod. 16.c
Manlius, Solutus, vel non ligarus. G.

מנוח Manoha, manúe, Requies, aut minus. Pater Samſon. Iudic. 13.a

מעך Maoch, cõpreſſus, vel attritus, aut fixus. Pater Achis regis Geth. 1. Reg. 27.a

מעון Maon, Habitaculum ſiue delictum, vel de peccato. Ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15.g. Filius Sammai filij Recem. 1. Paral. 2.f. Eſt & nomen ſolitudinis, 1. Reg. 24.a

מעונתי Meonathi, maonathi, Idem. Filius Othoniel filii Cenez. 1. Reg. 23.d. 1. Para. 4.c

מעזים Mahuzim, maozim, Fortificati, vel fortitudines, aut refugia. Nomen idóli. Danie. 11.f

מרה Mara, Amara, vel amaritudo. Quinta Iſraëlitarum manſio fuit. ibi enim moſes iactu ligni amaras aquas in dulcem vertit ſaporem. Exod. 15.d. Nume. 33.a

מעראי Maharai, marái, Accelerans, ſiue dotatio, aut montanus, vel de monte meo. Nomen viri. 1. Para. 27.b

מרעיה Meraia, maraia, Amaritudo vel myrrha domini, aut docens vel præceptor dominus. Nomẽ viri. 2. Eſd. 12.a

מרעות Meraioth, maraioh, Amaritudines, vel rebelliones, aut cõmutationes, vel permutationes. Nomẽ viri. 2. Eſdræ 12. a

מרן־אתא Maran-atha, Dominus noſter vênit. Syrum eſt. 1. Corinth. 16.d. Et componitur ex מָרָא Chald. dominus, & אֲתָה. Hebr. venit, interpoſito pronomine affixo, i. noſter.

μαρκος Marcus, Limatus vel fricatus, aut expolitus, id eſt à rubigine abſterſus. D. Act. 12.b. Coloſſ. 4.b. conſobrinus Barnabæ.

מרדכי Mardochái, mardochæus, Amara contritio, vel myrrha contrita, ſiue docens contritionem: aut ex Hebræo & Syro, myrrha putiſsima. Nomen viri. 1. Eſdr. 2.a

מרדכי Mardocai, mardochæus, Idem. Filius Iair filii Semei, patruus Eſther. 1. Eſth. 2.a. 2. Eſd. 7.b

ים־סוף Iam ſuph, Mare rubrum ad auſtrum Iudææ, à Græcis Erythræum dicitur, áuthore Pomp. mela lib. 3. Strabone lib. 16. Aliis etiam ſinus Perſicus & Arabicus, teſte Plin. lib. 6. cap. 24. Hebræis dicitur Iamſuph, id eſt iunceum, vel cannoſum, quia in littore abundant iunci vel cannæ ſeu caricæ. Alij volunt ex fundo maris illas prodire & naſci carices. Obſeruandum etiam, mare Suph aliquoties ſumi pro mari falſo vel mortuo, quòd ſit carectoſum. Illic iuxta rubrum pelagus ſeptima fuit manſio Iſraelitarum. Nume. 33.

מרס Meres, máres, Irroratio, vel diſtillatio: aut Syriacè, apoſtema, vel confractio. Nomen principis cuiuſdam. Eſth. 1.g

מרשה Mareſa, mareſia, A capite, vel à principio, aut caput vel principiũ, ſiue hæreditas, aut amaritudo mulieris, vel amara mulier. Ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15.f. 1. Para. 4.g. eadem & quæ מָרֵשָׁה

מרשה Mareſa. 1. Para. 2.f. 4.d. 2. Para. 11.b. 14.c. 20.g. mich. 1.a. interpretatur à capite, vel à principio, aut hæreditas, vel amaritudo agri. Ciuitas in tribu Iuda, patria michææ prophetæ, nam inde מרשתי appellatur. Quam ædificauit Roboam. 2. Para. 11.b

מערת Maarath, mareth, Spelunca, vel euacuatio, aut effuſio, ſiue

Universidad de Deusto
Biblioteca

siue discooperiens,aut euigilans. Ciuitas in tribu Iuda. Iosue 15.g

מִרְיָם Mitiam, maria, Exaltata, vel amaritudinis mare, aut myrrha maris, siue doctrix vel magistra maris: aut ex Syro & Hebræo, domina maris. Filia Amrā filii Caath soror Aaron & Mosis. Nume.27.g. Filius Ezra.1.Paral. 4.c. Nomen item virginis, quæ Christum tulit in vtero. matth.1.c. Soror itē marthæ sororis Lazari. Luc.10. g.Ioan.11.b.Hebr. mariam. De quadam maria loquitur & Paulus. Roma.16.a

מְרֵמוֹת Meremoth, marimuth, Amaritudo vel myrrha mortis, aut altitudines siue fraudulentiæ. Nomen viri.1.Esdræ 10.d

מִרְמָה Mirma, marma, Dolus, vel fraudulentia, siue altitudo, vel extollens se. Filius Saharáim ex Hodes vxore sua.1.Paral.8.a

מַרְסֵנָא Marsina, marsana, Amaritudo aut myrrha rubi vel inimici, aut ostendens rubum vel inimicum. Nomen principis. Esth.1.c

מַרְתָּא Martha, Prouocans, siue amaricans: vel Syriacè, domina vel doctrix. D. Soror mariæ sororis Lazari illius quem suscitauit Christus. Luc.10.g.Ioan.11.b

מַשָּׂא Massa, Onus, siue assumptio: vel aliquando translatiue, prophetia. Filius Ismaelis. Gene.25.b

מָשָׁל Masal, Parabola, aut imperans, vel dominans. Ciuitas in tribu Aser. 1.Para.6.g. quæ Ios. 19.b. dicit messal.

מִשְׁאָל Mesaloth, masaloth, Idem.p. n. D. Nomen vrbis.1. machab.9.a

מִצְפָּה Mispa, masepha, Speculatio, siue specula, aut cooperimentum, vel expectatio. Ciuitas in tribu Iuda. Ios.15. e. quæ aliàs maspha dicitur.

מַשְׂרְפוֹת־מַיִם Maserephot, in Hebræo est maserephoth-maim, id est adustiones, incendia, cōbustiones aquarum. Locus est vbi excoquunt aquam ad ignem, refrigerandóq; salem faciunt. Commētator Hebræorum super Iosue sic inquit, Salinæ sunt, vbi aqua maris trahitur ad fossas ad hunc vsum factas, & sole siccatur. Ios.11.b.13.a

מִשְׂרַי Misrai, maserei, Stratum, siue auferens vel tangens socium vel amicum, aut pastorem vel malitiam. Filius Sobal filii Hur, primogenitus Caleb ex Ephráta concubina.1.Para.2.g

מִשְׁמָע Misma, masma, Exauditio, siue audiens, vel obediēs. Filius Ismaelis. Gene.25.b.1.Para.4.d

מִשְׁמַנָּה Mismana, masmana, Pinguedo aut oleum eius, siue tangēs vel auferens præparationem vel munus aut numerum. Nomen viri principis.1.Para.12.b

מְצֹבָיָה Mesobaia, masobia, Statio domini, siue stans dominus, aut damula. Nomen loci.1.Paral.1.g

מִצְפֶּה Mispe, maspha, Speculatio, siue specula, aut cooperimentum vel expectatio. Ciuitas in tribu Iuda. 1.Reg. 22.a.4.Reg.25.f. quam ædificauit Asa rex Iuda.3.Reg. 15.c. quæ Ios.15.e. masepha dicitur iisdem cōsonantibus & punctis.

מִצְפָּתָה Mispatha, maspath, Speculatio, siue specula, aut cooperimentum, vel expectatio. Ciuitas quæ & maspha dicitur, in tribu Iuda.1.Reg.7.b.Iere.40.b

Maspe, idem. Ios.11.b.13.c

מַשְׂרֵקָה Masreca, Sibilus vel sibilans, aut attractio vanitatis, vel tangens vanitatem vel vacuitatem, aut vitis. Ciuitas Idumææ, regia Semlæ quinti regis in Edom. Genes.36.d

מַתַּנְיָהוּ Mathaniau, Donum domini, vel lumborum dominus: aut ex Syro & Hebræo, expectatio domini. Nomē viri.1.Paralip.25.b

מַתָּן Mathan, Donum, vel lumbus, siue mors eorum: aut Syriacè, expectatio vel spes. Pater Saphatiæ. Iere.28.a. 2. Paralip.23.d

מַתְנָה Mathana, Idem. Ciuitas in Arnom sita. Nume.21.b

Mathanai, Idem. Nomen viri.1.Esdr.10.d

מַתַּנְיָה Mathania, siue mathanias, Donum domini, vel lumborum dominus: aut ex Syro & Hebræo, spes domini. Filius Iosiæ, patruus Ioachim, frater Ioacim siue Eliacim: à Nabuchodonosor Sedecias nominatus. 4.Reg. 24.d. Filius item Micha.1.Para.9.c.2.Paralip. 29.c

מַתְנִי Mitheni, mathanites, Donum, aut lumbus: aut Syriacè, spes, vel expectans.1.Paral.11.g

מַתַּת Mathat, Donum, vel donās. D. Pater Heli patris Ioseph viri Mariæ. Luc.3.c

מַתַּתָה Matatha, mathat, Donum eius. Nomen viri. 1. Esdræ 10.d

מַתִּתְיָה Mattithia, mathathia, siue mathathias, Donum domini. Pater Iudæ machabæi. 1.machab. 2.a. Primogenitus Sellum Coritæ.1.Paralip.9.c. Sacerdos.1. Para.15.b

מַתִּיָּה Mathias, Donum domini. D. 2. mach.14.c

מְתוּשָׁאֵל Mathusael, mortem suam postulans, aut mors sua, infernus vel sepulchrum. Filius mauiael. Gene.4.c

מְתוּשֶׁלַח Methusala, mathusale, mortem suam misit, aut mortis suæ arma: vel ex Hebræo & Syro, mortem suā spolians, vel mortis spolium. Filius Enoch filii Iared. Gene.5. Lucæ 3.g

מַטְרֵד Matred, Virga descendens, aut virga imperantis, siue lectuli descensio vel imperium: aut Syriacè, labor. Pater meetabel vxoris Adar regis in Edom septimi. Genes. 36.d

מַתִּי Matthi, matthæus, Donatus. D. Nomen apostoli. matthæi 9. a. qui & Leui dictus est. marc.2.b

מְחוּיָאֵל Mahuiael, mauiael, Annuntians deum, aut radens vel delens deus: vel ex Syro & Hebræo percussus à deo. Filius Irad. Gene.4.c

מְהוּמָן Mehuman, mauman, Turbatus, aut tumultuans, vel multitudo. Nomen eunuchi cuiusdam. Esth.1.b

M E

מְכֵרָתִי Mecherathi, mecherathites, Venditio, aut cognitio. 1.Paral.11.g

מִכְמָשׂ Michmas, mechmas, Percussor vel pauper ablatus, aut percussor, vel pauper palpans vel rāgens siue auferens. Nomē oppidi in tribu Ephraim.2.Esdr.11.d. qui 1. Reg.13. a. dicitur machmas, iisdē cōsonātibus & pūctis.

מַכְנַדְבַי Machnadbai, mechnedebai, Percussor vel pauper vouens siue spontaneus: aut percussio vel paupertas vouētis vel principis aut spontanei. Nomē viri.1.Esd.10.d

מֵידְבָא Medba, medaba, Aquæ doloris: vel ex Hebræo & Syro, aquæ manantes. Vrbs Arabiæ in tribu Ruben. Nume.21.f. Ios.13.b.1.Para.19.b. Isa.15.a

מִידָד Medad, mensurans, siue aquæ dilectionis vel vberum aut patrui. Nomen viri super quem requieuit spiritus domini in castris. Nume.11.f

מִדִין Midin, meddin, Iudicium, siue litigans, aut obiurgās. Ciuitas in tribu Iuda. Ios.15.g

מַדְמַנָּה Madmana, medemena, mensura muneris, vel numeri, aut indumenti munus, vel indumenti præparatio, aut sterquilinium. Ciuitas tribus Iudæ, quæ alias Bersabee dicitur. Ios.15.c. Isa.10.g

מָדַי Madai, medena, mensura, vel abundans, siue indumentum. Prouincia, de qua 1.Esd.6.a

מָדַי Madai, medi, Idem.p.n. Populi. Isa.13.d. Act. 2.b

Media, Idem. s. n. Prouincia, Asiæ ab ortu habet Caspios & Parthos, à meridie Sitta cenē & Susianem & Persida, ab occasu Adiabenen, à septentrione Armeniam. Plinius author in 6. cap. 26. Hanc appellatam à madai Iaphet filio, Iosephus lib.1.cap.14. Iudaic. antiq. refert. Strabo verò in 11. à medo medeæ filio. De hac Ptolemęus lib.6.cap.2. Plin.lib.6.cap.14. Hieronymus ipsam inter flumina Indum & Tigrim collocat. Iere.15. Huic prouinciæ attribuit sacra scriptura Aracusiā, Parthiam, Assyriam, Persidam.

מָדִיאָ Madia, medus, Idem.

מְחֵטַבְאֵל Meetabel, Quàm bonus deus, siue benefaciēs deus. Vxor Adar regis in Edom septimi. Gene.36.d

מַגְבִּישׁ Magbis, megbis, Eminens, siue altitudo. Nomen viri.1.Esdræ 2.b

מַגְפִּיעָשׁ Magphias, megphias, Corpus compressum vel congregatum, aut corporis vel vestimenti tinea. Nomen viri. 2.Esdræ 10.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

מחשים Mehuſim, Tacentes, aut feſtinantes, ſiue ſenſuales. Pater Abitob.1.Paral.8.b

מלכה Milcha, Melcha, Regina, vel conſiliatrix. Vxor Nachor filii Thare, filia Aran fratris mariti ſui Nachor. Gene.11. d. Filia itē Salphaad filii Hepher filii Galaad. Nume.26.d

Melcha, Luc. 3. f. Idem: ſed in Græco ſcribtiur Melca, & Hebraicè interpretatur adimplens, vel adimpletus. D.

מלכי Malchi, Melchi, Rex meus, ſiue conſilium meum. D. Pater Leui patris Matthat. Luc.3.e

מלכיה Malchia, Melchias, Rex dominus, aut conſiliator dominus. Pater Phaſſur. Iere.21.a Filius Amelech. Iere.38. b. Filius Athanai filii Zara. 1.Para.6.c

מלכיאל Malchiel, Melchiel, Rex meus deus, aut regnum dei, ſiue conſiliator meus deus. Filius Beriæ filii Aſer. Gene.46.b.1.Para.7.f

Malchieli, Melchielitæ, Idem. Nume.26.e

מלכירם Malchiram, Melchiram, Rex excelſus, aut cōſiliator, vel conſilium excelſum. Filius Iechoniæ filii Ioacim. 1.Paralip.3.c

מלכי־צדק Malki-zædæk, Melchiſedec, Rex iuſtitię. Sacerdos & rex Solymæ ſiue Ieruſalem fuit. Gene.14.c. Hebr.7.a

מלכישוע Malkiſua, Melchiſua, Rex ſaluator, aut rex vel conſilium ſaluatoris vel ſalutis, ſiue rex magnificus. Filius Saul. 1.Reg.14.g.31.a.1.Para.8.d

מלכם Milchom, Melchom, Rex eorum, vel conſiliator eorum. Idōlū quod colebant filii Ammon. 4.Reg.23.c. 1.Paral.20.a. Iere.49.a

מלך Melech, Rex, aut conſiliarius. Filius Micha filii Merib-baal. 1.Paral.8.d

μελίτη Melite, Melliflua. G. Inſula inter Epirum & Italiam, ſpectans Siciliam ad ſeptentrionem. Acto.28.a

מלוא Millo, Mello, Plenitudo, vel repletio. Vrbs terrę Chanaan in tribu Ephraim, cuius ciues Abimelech regem ſibi conſtituerunt. Iud. 9.a. Ab hoc loco Dauid cœpit munire terram. 2.Reg.5.b. Salomon hanc repatauit. 3. Reg.9.c.& 4.Reg.12.d.2.Paral.32.b

מלותי Mallothi, Mellóthi, Plenitudo, vel circunciſio. Nomen viri. 1.Paral.25.b

מרדי Merati, Amarus, ſiue irritatus, aut prouocatus. Filius Leui filii Iacob. Gene.46.b.1.Para.6.a

Meratitæ, Idem. p.n. Nume.26.f

Mercurius, A mercibus dictus eſt: quia mercaturæ deus putabatur à gentilibus. Latinum eſt. Actorū 14.b

מרנמה Margema, Mercurius. Prouer.26.b. Sunt qui dicāt ſignificare fundam qua iaciuntur lapides. Alij aceruū lapidum. Poteſt etiam deriuari ab מרגמן, quod ſignificat purpuram: vt ſit ſenſus, Sicut qui ligat lapidem vel ſaxum in purpura: ita qui tribuit inſipienti honorem.

מרד Mered, Rebellis, vel deſcendens, aut imperans. Filius Bethiæ filiæ Pharaonis. 1.Para.4.c

מרמות Meremoth, Amaritudo, ſiue myrrha mortis, aut altitudines, vel deceptiones. Nomen viri. 1.Eſd.8.c

מריב־בעל Metib-baal, Rebellio vel impugnatio idóli vel dominantis ſiue ſubiicientis aut poſſidentis. Filius Ionathan filii Saul. 1.Paral.8.d.9.f

מרמות Mermoth, Mermuth, Fraudulētiæ: aut amaritudo vel myrrha mortis, ſiue altitudines. Nomen viri. 2. Eſdr. 10. a. 12. a

מרב Merab, Merob, Pugnans, ſiue obiurgans, aut multiplicans: vel Syriacè, magiſterium. Primogenita regis Saul. 1.Reg.14.g

מרודך Merodach, Amara contritio, vel myrrha cōtrita: aut ex Hebræo & Syro, myrrha puriſsima. Rex Babyloniorum. Iſa.39.a. qui 4.Reg.20.c. dicitur Berodach.

מרום Merom, ſiue Merome, Celſitudo, aut ſublimitas. Aqua ſeu flumen in terra Chanaan. Iudic.5.b

מלוך Malluch, Melluch, Regnans, vel conſulens. Nomen viri 1.Eſd.10.d

מלטיה Melathia, Meltias, Liberatio domini. Nomen viri. 2. Eſdræ 3.b

Memius, Maculatus, vel vituperatus. D.

Noph, Memphis, Interpretatur fauus, aut diſtillatio, vel eleuatio, aut cribrum. Ciuitas Ægypti. Iſaiæ 19. b

Moph, Memphis. Hoſee 9.b. Id eſt ab ore: vel Syriacè, coopertorium.

Menna, Numeratus, vel remuneratus, aut præparatus. μόμφις D. Pater Melcha, ſiue vt Græcè habetur, Melca. Luc.3.f

Menelaus, Potentia aut robur populi. G. Nomen viri. 2. Machab. 5. a μενέλαος

Minni, Menni, Præparatio, vel munus, aut numerus. Nomen regionis. Iere.51.c מנּי

Minnith, Mennith, Idem. Vrbs Ammonitarum. Iudicum 11.f מנּית

Mephāath, Aquarum appatitio, ſiue aquarum impetus. Ciuitas Leuitarum in tribu Ruben, in terra Moab. Ioſ.13.c.& 21.d. Iere.48.d מיפעת

Meraioth, Amaritudines, vel rebelliones, aut cōmutationes vel permutationes. Filius Achitob. 1.Para.9.b. Filius Zaraiæ filij Ozi. 1.Paral.6.a מריות

Mareala, Merala, Sopor, vel inebriatio, aut amaritudo aſcenſionis, vel holocauſti, aut myrrhæ holocauſtū ſiue folium, aut docens holocauſtum vel aſcenſum. Limes eſt Zabuloniæ tribus. Ioſ.19.a מרעלה

Merom, Altitudines. Aqua ſeu flumen in terra Chanaan, iuxta quod gentes conuenerant aduerſus Iſraelitas. Ioſ.11.a. Hieronymus in locis Hebraicis Merrum vicum fuiſſe dicit in XII. miliario vrbis Sebaſte iuxta Dothain. מרום

Merome, Altitudines, ſiue amaritudo aquarum. Nomen loci. Iudic.5.c מרומה

Meronothi, Meronathites, Cantatio mea, ſiue exultans, aut exclamans: vel Syriacè, dominans. 1.Para.27. d.2. Eſd.3.b מרונתי

Meroz, Secretū, vel macies. Vrbs Galilææ. Iudic.5.c מרוז

Mas, Mes, Auferens, vel tangens. Filius Aram. Gene. 10.d. qui 1.Paral. 1. b. dicitur Moſoch. Ab hoc Meones traxerunt originem. מש

Meſa, Salus, vel aqua ſalutis, aut aquas aſpiciens. Rex Moab. 4.Reg. 3.a. Filius item Caleb fratris Ierameel. 1. Paralip. 2.f מישע

Miſelemiahu, Meſelemia, Pax domini, vel perfectio domini, aut retributio domini, vel parabola domini, aut dominium domini. Nomen viri. 1.Para.26.a משלמיהו

Meſezabeel, Meſezebel, Auferens fluxum deus: vel ex Syro & Hebræo, liberatio vel ſalus dei. Pater Barachiæ. 2.Eſdr.3.b מישיבאל

Meſizabel, Idem. Nomen viri. 2.Eſd.10.a

Meſullam, Meſollam, Pacificus, ſiue perfectus, aut retribuens, vel parabola eorum, ſiue poteſtas eorū. Filius Saphatiæ. 1.Para.9.b. Filius item Sadoc. Ibidem. משלם

Meſopotamia, maioris Aſiæ Syriæque pars: regio eſt inter Babyloniam & Arabiam, ad læuam Trigtidis fluuij, vbi habitauerunt ſapientes Babyloniæ, authore Strabone lib.11.& 17. & Ammiano libr.23. Meſopotamia eſt intra amnes Trigridem & Euphraten, à ſeptentrione Tauro excepta, quæ ipſo vocabulo Græco in medio fluminū eſſe poſita monſtratur. μέσος enim medius, ποταμὸς verò fluuius interpretatur. Acto.7.a. Hebraicè verò. Gene.24.b. Deut.23.a. Iudic.3.a.1. Parali. 19.b.& in titulo Pſal.59. dicitur Aram Naharáim, id eſt Syria flyuiorum. ſ. duorum. nam dictio ipſa dualis eſt numeri. In aliis verò locis pro Meſopotamia in Hebręo eſt Padan, quod interpretatur redemptio: vel Syriacè, parilitas, aut coniunctio. Hæc nomina ſortitur & Syria. Gene.25.c.28.a μεσοποταμία ארם נהרים

Eberhanaar, Meſopotamia. Ioſ.24.a. id eſt trās flumē. עבר הנהר

Miſpar, Meſphar, Numerus, vel narratio, aut librarius vel ſcriba, ſiue tributi taurus. Nomen viri. 1.Eſd.2.a מספר

Miſpereth, Meſpharath, Numerans, vel narrans, aut tributi fructificatio vel augmētatio. Nomen viri. 2. Eſdræ 7.b מספרת

Mizpa, Meſphe, Speculatio, vel ſpecula, aut cooperimen-

rimentum vel expectatio.

מִצְרַיִם Mizraim,Mesraim,Angustiæ,siue tribulationes. Filius Cham. Gene.10.a. Ab hoc Aegyptus Hebræa lingua Mesraim nuncupatur: quæ & sæpe in sacris literis dicitur terra Cham à Cham filio Noe.Psal.105.vt testatur Hieronymus in quæst.Hebraicis.

מַשָּׂא Messa,Onus,vel assumptio: siue aliquando translatiuè prophetia.Regio Iudæ iuxta Hieronymum in locis Heb.in qua habitauerunt filij Iectan.Gene.10.d

מַצָּה Massa,Messa. 4.Reg.11.a. Eradicatio,siue conculcatio.Nomen viri.

מִשְׁאָל Missal,Messal, Postulans,vel postulatus,aut commodatus siue sepulchrum,vel infern⁹,aut fouea,siue ablatio aut tactus dei. Ciuitas en tribu Aser.Ios.19.b.quæ & Massal.1.Paral.6.b.dicitur.

מְשֻׁלֶּמֶת Nessulemeth,Messalémeth, Solutio, aut pacificatio vel perfectio, aut retributio : vel parabola mortis,aut dominium mortis. Mater Amō regis Iuda.4.Reg.21.d

מְשִׁיחַ Mesiah,Mesias,Vnctus.Græce autem dicitur Christus.Ioan.1.f.4.d

מְשֻׁלָּם Messulam,Pacificus, siue perfectus, aut retribuens: vel parabola eorum,siue potestas eorum: Pater Asalia patris Saphan scribæ.4.Reg.22.a

מְהֵיטַבְאֵל Mehetabel,Metabeel,Quam bonus deus,aut benefaciens deus.Nomen viri.2.Esd.6.c

מִתְקָה Mithka,Methca,Dulcedo, aut suauitas. Nomen loci in quo castrametati sunt filii Israel profecti de Thaath.Nume.33.d

מַטְרִי Matri,Metri,Pluuia,siue custodia,vel carcer. Nomō viri.1.Reg.10.c

מֵזַח Miza,Meza,Distillatio vel aspersio,aut ex isto : vel Syriacè incensio vel consumptio . Filius Rahuel filij Esau.Gene.36.b

מִיזָהָב Mezaab,Deaurarus,vel aquæ auri,siue quid aurum? Pater Matred patris Metabel vxoris Adar regis in Edō septimi.Gene.36.d

M I

מִימִין Milamin,Miamin , Dexter,aut aquas præparans . Nomen viri.2,Esd.10.a.d

מִיבְחָר Mibehar,Mibahar, Electus,siue electio, aut inuentus.Nomen viri.1. Paral.11.g

מִיכָה Micha, Pauper vel humilis , aut percutiens vel percussus , siue quis hîc? id est in hoc loco : siue aquæ hîc Pater Adon.1. Para.34.c.qui.4. Reg.22.c. dicitur Michaia. Filius Ioel.1. Paral.5.a. Filius Meribbaa filii Ionathā.1.Para.8.d.Filius Miphiboseth.2.Reg.9.d

מִיכָאֵל Michael,Quis sicut deus?aut humilitas siue paupertas dei,vel percussio dei, siue percutiens deus.Filius Izrahia filij Ozi filij Thola filii Issachar.1. Paral.7.a. Pater Galaad.1. Paral.5.b. Pater item Sthur principis tribus Aser.Nume.13.a.Est & nomen angeli,Danie.10.c

מִיכָיָה Michaia, Quis sicut dominus?aut pauperras vel humilitas domini,siue percutiens dominus,vel percussio domini. Pater Achobor. 4. Reg.22.c. Filius Meribaal filij Ionathan. 1.Para.8.d. Mater item Abiam regis Iuda..2. Para.13.a.quæ.3. Reg.15.a.dicitur Maacha.

מִיכָא Micha,Michas,Idem.Heb.Michæas.Nomen viri de monte Ephraim.Iudic.17.a

מִיכָיְהוּ Michaehu, Michæa, siue Michæas,Idem. Filius Gamariæ filij Saphan scribæ. Ier.36.c.Filius item Iemla.3. Reg.22.b.2.Esd.12.d

מִיכָה Micha Michæas.Iere.26.f.Mich.1.a.Pauper vel humilis,aut percutiens, vel percussus,siue quis hîc ?id est in hoc loco:vel aquæ hîc.Nomen prophetæ.

מִיכַל Michol, Quis omnia?q. d. tu.aut quæ perfecta, vel consummata ? q.d. nulla nisi tu. siue aqua tota , aut aquarū perfectio vel consummatio seu prohibitio. Nomen filiæ minoris regis Saul.1 Reg.14.g

מִדָּא Mido cura,siue consilium.G.

מִילֵטוֹס Miletū,Rubra,vel coccinea.G.Ciuitas ſ Asia maritima,decē stadiis ab ostioMeādriamnis secreta.Act.20.c

מַלִּיכוּ Melichu,Melico , Regnum eius,vel consilium eius. Nomen viri.2,Esd.12.a

מְפִיבֹשֶׁת Mephiboseth,Miphibóseth, De ore ignominia , siuè de ore cōfusio,aut oris ignominia vel confusio,aut verecundia vel mora.Filius Ionathæ filij Saul.2.Reg.4.a. b.Fuit itē alter,filius Saul ex Respha.2. Reg.19. d.21.b

מִשְׁעָם Misham,Misaam,Saluator eorum,siue respiciēs eos aut auferens vel tangens populum: vel Syriacè, lenitas eorum.Filius Elphaal filij Mehusim.1.Paral.8.b

מִישָׁךְ Mesach, Misach,Prolōgans,siue attrahens,aut aquas vallās vel sepiens . Vir,qui & Misael dicitur Daniel.1.b

מִישָׁאֵל Misael , Quis postulatus aut commodatus ? siue quis postulans aut commodans?siue abstulit deus vel recessit.Nomen viri,quem princeps eunuchorum regis Nabuchodonosor vocauit Misach.Danie.1.b . Filius item Ozielfilij Caath.Exod.6.c

מִשׁוֹר Misor planities, aut serra , siue mutus vel muratus, aut bos vel bouinus.

מִשְׁפָּט Misphat , Iudicium . Fons Misphat siue iudicij, aliàs Cades.Gene.14.a

μιτυλήνη Mytélene, Munditia vel absterſio torcularis. G. Insula cōtra Asiā, quæ à proxima continente abest quinquaginta septem milia passus.Act.20.c

מִתְרֵדָת Mithrēdah , Mithridathes , Explorans vel contemplans legem, aut soluens legem, siue mortis descensus vel dominium.Filius Gazabar.1.Esd.1.d

M N

מָנֶה Mane,Mna,Libra,talentū, genus ponderis quod cōtiner certū numerum vnciarum.Ezech.45.e.Luc.19.b

μνασών Mnesthæus,Alacritas aut ira vel robur dei. Nomen viri.2.Mach.4.c

M O

מוֹאָב Moab,De patre,quoniam de patre eum filia genuit Filius Lot ex filia sua maiore.Gen.19.g. A quo vrbs Arabiæ(quæ aliàs, vt Eusebius refert, Areopolis dicitur) & regio nomen acceperunt. Isa.11.d. Est & regnū filiorum Lot ad orientem Iudæ situm,proximū mari mortuo & Iordani. Est præterea nomen regis.1. Reg. 12.b 20.a.1.Paralip.4.d

Moabitæ,Idem

Moabites,Idem.

Moabitides.Idem.p.n.f.g.3.Reg.11.a

Moabitis,Idem.f.n.f.g.Ruth.1.a.2.Para.24.g

מוֹעֲדְיָה Moadia,Solennitas vel festiuitas domini,siue adornatio vel testimonium aut fœdus domini,vel transitus domini.Nomen viri.2.Esd.12.a

מִבְנַי Mebunai,Mobōnai,Filius vel filiatio,siue ædificatio, aut intellectus vel intellectio.Nomē viri.2. Reg.23.d

מְכוֹנָי Mochona, Basis,vel sustentaculum,aut præparatio· Ciuitas.2.Esd.11.d

מִכְרִי Michri,Mochori, Venditio vel cognitio . Pater Ozi. 1.Paralip.9.b

מוֹדִין Modin,Iudicium vel iudicatio,aut iurgium.D. Mōs siue ciuitas.1.Mach.2.a

מַחְלָה Mahela, Mohola, Chorus vel cithara, siue infirmitas:aut Syriacè,venia.Nomen viri.1.Para.7.d

מַחְלִי Maheli,Moholi,Idē.Filiⁱ Merari,filij Leui.Exod.6.c

מוֹלָדָה Molada,Natiuitas,vel generatio.Ciuitas quæ in tribu tam Iudæ quàm Simeonis reperitur. Ios.15.d.19.a.1. Paralip.4.c

מַחְלָתִי Meholathi siue Molathi siue Molathites,Chorus vel cithara,siue infirmitas:aut Syriacè,venia.1. Reg.18.c.2. Reg.21.b

מֶלְכָּם Malchā.Molchom, Rex eorū,vel consiliarius eorū. Filius Saharaim ex Hodes vxore.1.Para.8.a. Sic vocabatur & Moloch Ammonitarum idôlum.3.Reg.11.f

מוֹלִיד Molid,Generatio, vel natiuitas, aut circuncisio manus.Filius Abisur filij Semei filij Odā.1.Para.2.d

מֹלֶךְ Molech,Moloch,Regnans aut consiliarius. Idôlum Ammonitarum.4. Reg.23.c. Acto.7.c. quod & Molchom dicitur.

מִלְכֹּם Michom Moloch.3. Reg. 11.f. Rex eorum , aut consiliarius eorum.Idôlum Ammonitarum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

מַעַז Maaz, Mooz, Lignum, vel ligneus, siue consiliarius. Filius Ram primogeniti Ierameel.1.Para.2.d

מֻפִּים Muphim, Muphim, Ex ore: vel Syriacè, cooperimẽta. Filius Beniamin. Gene.46.c

מוֹרַשְׁתִי Morasthi, Hæres, vel paupertas, aut de paupertate, vel de hæreditate. Vicus contra orientem Eleutheropoleos, patria Michææ prophetæ. Iere,26.f

Moraſthites, Idem.

מוֹרִיָּה Moria, Amaritudo vel myrrha domini, aut extendens vel iudicans dominus: siue ex Syro & Hebræo, dominatio domini. Collis.2. Paralip.3.a.qui Terra visionis Gene.22.a.dicitur, à latere montis Sion.

מוֹצָא Mosa Azymum, aut inuentus, vel exitus, siue exprimens, vel emungens. Filius Caleb ex Epha cõcubina.1. Paralip.2.f. Filius Zamri filij Ioada.1.Para.8.d

מֵישָׁא Meiasa, Mosa.1.Par.8.a. interpretatur Ouus, siue assumptio, vel prophetia aliquando trãslatiuè, aut aquarum eleuatio. Filius Saharaim ex Hodes vxore.

מוֹסֵרָה Mosera, Eruditio siue disciplina, aut vinculum: vel Syriacé, dotatio, vel traditio. Nomen montis vbi Aarõ mortuus est & sepultus. Deut.10.b. qui Hor Nume.20. d. & Moseroth. Num.33.d. dicitur.

מוסרות Moseroth, Idem. p.n. Locꝰ in quo castrametati sunt filii Israel profecti de Hesmona. Nume.33.d

משובב Mesobab, Mosobab, Reuersus, aut auersus, vel conuersus. Nomen principis.1.Para.4.f

מֶשֶׁךְ Mæsech, Mósoch, Attrahens, vel prolõgans, aut vallans, vel sepiẽs. Filius Iapheth. Gene.10.a. Ab hoc Cappadoces originem traxerunt. Ezech.27.c. Filius item Aran.1.Paral.1.b. qui Genes.10.d. dicitur Mes.

מְשֻׁלָּם Mesullam, Mosullam. Pacificus, siue perfectus, aut retribuens, vel parabola eorum, siue potestas eorũ. Pater Salo.1 Paral.3.d.5.b.8.b.9.b. Præpositus instauratoribus templi.2.Para.34.c

מְשֶׁלֶמְיָה Meselemia, Mosolliomia, Pax domini, siue perfectio domini, aut retributio domini, vel parabola, aut dominium domini.

מְשִׁלֵּמִית Mesilemith, Mosollamith, Pacifica siue perfecta, aut retribuens, vel parabola mortis, aut dominium mortis. Filius Emmer.1.Para.9.b

מְשִׁלֵּמוֹת Mesillemoth, Mosollamoth, Pacificatio, aut perfectio, siue retributio, aut parabola mortis, vel dominiũ mortis. Pater Barachiæ principis.2.Paral.28.b

מֹשֶׁךְ Mosech. Moyses, Attractus, vel assumptus, subaudi de aquis. Filius Amram filii Caath filii Leui.1.Paral.23. b. Exod.2.b.6.c. Act.7.c. Heb. Mose.

מְאוּזָל Mehuzal. Mozel, Ambulans vel vadens. Nomen regionis. Ezechiel.27.d

M V

מְעוּנִים Mehunim, Munim. Habitacula, siue afflicti, aut delinquentes, vel respondentes. Nomen viri.1.Esd.2.c

מוּסָךְ Musach, Vnctio, siue cooperimentum, aut libatio. 4. Regum.16.d

מוּשִׁי Musi, Auferens, vel tangens, aut recedens, vel ablatꝰ. Filius Merari filii Leui. Exod.6.c.1.Paral.6.b

M Y

μύνδος Myndus, Muta. G. Nomen insulæ in mari Icario. 1. Machab.15.d

μυσία Mysia, Scelesta vel abominabilis. G. Prouincia Asiæ nunc Aeolis dicta, quã Paulus adnauigauit. Act.16.b. Est & altera eiusdem nominis iuxta Danubium flumẽ. Suntque authores, qui dicant transisse ex Europa Mesas & Brigas & Hunos, à quibus appellantur in Asia Mysi, Phryges, & Bithynii.

N

נַחֲלוֹל vel נַהֲלָל Nahalol, Nahalal. Naalol, Laudatꝰ, siue lucidus, aut stolidus. Ciuitas Leuitarum in tribu Zabulon. Ios. 19.b.21.d. Iudic.1.f

נַעֲמָה Naama Pulchra, siue decora, aut mouẽs valde. Ciuitas in tribu Iuda. Ios.15.c. Mater itẽ Roboã.3.Reg.14.f

נַעֲמָן Naaman, Pulcher, siue decõrus, aut motum præparans. Filiꝰ Beniamin. Gene.46.c. qui.1.Para.8.a. dicitur Nohaa. Princeps militiæ regis Syriæ.4.Reg.5.a. Luc.5. c. Filius item Bela filii Beniamin.1.Paralip.8.a

נַעֲמָתִי Naamathi, Naamathites, Pulchritudo, vel iucunditas, siue motus mortis meæ. Iob.11.a

נַעֲרָה Naara, siue Naaratha, Puella vel iuuenis, aut excussio, vel vigilans. Terminus tribus Ephraim. Ios.16.c Altera vxor Ashur.1.Para.4.a

נַעֲרַי Naarai, Puer, vel iuuenis, siue excutiens, aut vigilãs. Nomen viri.1.Paral.11.g

נַעֲרִיָּה Nearia, Naaria, Puer domini, aut excussio domini. siue vigil domini, vel vigilans dominus. Filius Semeiæ filii Secheniæ.1.Para 3.d.4.g

נָחָשׁ Nahas, Naas, Coluber vel serpens, aut augurans, vel diuinans siue æneus. Ciuitas.1.Paral. 4.b. Rex Ammonitarum.1 Reg.12.c.1.Paral.19.a. Est & nomen cuiusdã viri, de quo.1.Reg.11.a.2.Reg.17.g

נְבָיוֹת Nebaioth, Nabaioth, Loquelæ, siue prophetiæ, aut fructus, vel germinationes. Filius Ismahelis. Gene.25.b. ab hoc omnis regio ab Euphrate vsque ad mare Rubrũ vsq; hodie Nabathena dicit, q̃ pars Arabiæ est. Isa.60.b

נָבָל Nabal, Stultus, vel insipiens. Viri nomen, cuius vxor Abigail dicebatur.1.Reg.25.a.d

נָבָט Nebat, Nabat, Aspiciens, siue intuens. Pater Ieroboã serui Salomonis.3.Reg.11.c

נְבוֹ Nebo. Nabo, Loquela siue prophetia, aut loquẽs, vel prophetans, siue fructificans, vel germinans. Ciuitas in terra Moab, in tribu Ruben. Iere. 48.d. quam ædificauerunt filii Ruben. Nume.32.g. Est & nomen montis eiusdem nominis Isa.15.a. qui aliàs Abarim dicitur Nume.27.c.33.f. Idóli præterea nomen, Isaiæ.46.a

נְבוֹת Neboth, Naboth, Idem. Nomen viri.3.Reg.21.a

נְבוּ Nebu, Nabu, Loquela, siue prophetia, aut loquens, vel prophetans, siue fructificans, aut germinãs. Nomẽ vnius ex principibus regis Babylonis. Iere.39.a

נְבוּכַדְנֶאצַּר Nebuchdenezar, Nabuchodonosor, Gemitus siue plãctus iudicii angustiæ vel pressuræ, siue coartãs iudiciũ angustiæ vel præssuræ. Rex Babyloniorũ.4.Re.24.c

נְבוּכַדְרֶאצַּר Nebuchderesar, Nabuchodonosor in toto Ieremia, excepto cap.27.28.29.a.34.39.b. & ĩ Ezech.26.29.30. In quibus omnibus locis ĩ Hebræo scribitur Nabuchodorosor: quod interpretatur gemitus siue planctus generationis angustiæ vel pressuræ, aut coartatio generationis angustiæ vel pressuræ.

נְבוּזַרְבָּז Nebusazbaz, Nabusezbaz, Loquela siue prophetia vel germinatio manãs vel fluẽs: aut ex Hebræo & Syro fructꝰ vel germinatio liberationis. Nomẽ viri. Iere.39.c

נְבוּרָאִי Naburhæi, Loquentes, siue prophetantes, aut germinantes. D.1.Mach.5.c

נְבוּזַרְאָדָן Nebuzar-adan, Nabuzardã. Germinatio vel ꝓphetia extranei siue vẽtilati aut effusi iudicii vel germinatio, siue prophetia extranei siue vẽtilari aut effusi domini vel basis. Princeps exercituꝰ regis Babyloniorũ.4.Reg.25.b

נָחוֹר Nachor, Rancus vel aridus, aut iratus, vel incensus: aut Syriacè, suffocatus. Filius Sarug. Genes.11.c. Luc.3. g. Filius item Thare. Gene.11.d

נָכוֹן Nachõ, Paratus, vel certus. Nomen loci.2. Reg.6.b

נָדָב Nadab, Spontaneus, aut vouens, vel princeps. Filius Aaron. Exod.6.d. Filius item Semei filii Onan filii Ierameel.1. Para.2.d. Filius Iahiel.1.Para.9.f. Filius Ieroboam.3.Reg.14.c

נְדַבְיָה Nedabia, Nadabia, Votũ domini, siue spõtaneus aut princeps domini. Filius Iechoniæ filii Ioacĩ.1. Para.3.c

נֹגַהּ Nagge, Claritas, vel splendor. D.

נַחְבִי Nahabi, Occultus. vel absc̃ditus, siue dilectus, aut requiescẽs mecũ, siue ductor mecũ Filiꝰ Vapsiꝰ. Nu.13.a

נַחֲלִיאֵל Nahaliel, Torrens dei, siue hæreditas dei, aut vallis dei. Locus vbi castra fixerunt Israelitæ. Nume.21.d

נַחַם Naham, Cõsolatio vel pœnitentia, siue ducens eos, aut requies eorũ. Frater Odaiæ mulieris.1.Para.4.c

נַחַם Naham.1.Paral.4.c. Filius Caleb filii Iephone, interpretatur pulcher siue iucundus, aut mouẽs eos.

נַחֲמָנִי Nahamani, Cõsolator, siue pœnitẽs, aut requiei munus

nus vel numerus, siue requiei præparatio. Nomen viri. 2.Esdr.7.b

נַחֲרַי Naharai, Naris, siue nasus, aut hinniens, vel calefactio, siue aridus, Vel rancedo: aut Syriacè, suffocatio. Armiger Ioab.2.Reg.23.d.1.Para.11.g

נַחְשׁוֹן Nahason, Nahasson, Idem. Filius Aminadab, frater Elizabeth vxoris Aaron.Exod.6.d

נַחַת Nahath, Requies, vel ductor: aut Syriacè, descensio. Filius Rahuel filii Esau.Gene.36.b.2. Paral.31.c

נַחוּם Nehum, Nahum, Consolator, siue pœnitens, aut ductor eorum. Nomen propheræ. Nahum.1.a.2. Esd.7.b

Naim, Pulchritudo, siue iucunditas, vel commotio, aut motus eorum. D. Ciuitas.Luc.7.b

נָעִים Naim, Pulcher, siue decôrus, aut motor eorum.

נָיוֹת Naioth, Pulchritudo, siue decor, aut habitaculum. Nomen loci.1.Reg.19.c

נִמְשִׁי Nimsi, Namsi, Ablatus, siue auferens, aut rangens, vel dormitionis munus. Pater Iehu regis Israel.3.Reg.19.c

נְחוּאֵל Nemuel, Namuel, Dormiens deus, vel dormitio siue somnus dei. Filius Simeonis filij Iacob.1.Paral.4.d.qui Gene.46.b.dicitur Iamuel.

Namuelitæ, Idem. Nume.26.b

ναναία Naneæ, id est Daniæ: sic enim appellabatur Diana lingua Persica.2.Mach.1.c

נֶפֶג Nepheg, Napheg, Imbecillis, aut remissus, aut laxatus. Filius Isaar filii Caath filii Leui.Exod.6.c. Filius itē Dauid.1.Paral.14.b

נָפִישׁ Naphis, Anima vel refrigeratus, aut requiescens: vel Syriacè, multiplicās. Filius Ismaelis.Gen.25.b.1. Par.5.c

ναρκίσσος Narcissus, Stupefactus, vel negligens. G. Nomen viri, cuius meminit Paulus.Rom.16.b

נְצִיחַ Nezia, Nasia, Victor, siue æternus, aut fortis. Nomen viri.1.Esd2.c

נָתָן Nathan, Dans, vel donatus. Filius Dauid.2. Reg.5.c. 1.Paral.3.b. Nomē item prophetæ.3.Reg.7.a. Filius itē Ethæi filii filiæ Sesan ex seruo.1. Paral.2.e

נְתַנְאֵל Nethaneel, Nathanael, Donum dei. Frater Semeiæ & Choneniæ.2. Paral.35.b. Filius Suar, princeps tribus suæ Issachar. Nume.1.a. Quartus filius Isai. 1.Paral.2.b

Nathanel. Idem.

נְתַנְיָה Nethania, Nathania, siue Nathanias, Donum domini. Pater Ismahelis. 4.Reg.25.f

נְתַן־מֶלֶךְ Nethan-mæleh, Nathan-melech, Donum regis, siue donum consilii. Nomen eunuchi. 4.Reg.23.c

נְתִינִים Nethinin, Nathinæi, Dati, vel donati. 1.Paralip.9.a. 2.Esd.7.c

Nathon, Idem. s.n.

Naue, Posteritas vel stirps, aut filius, vel æternus, seu permanens, vel pulchritudo, siue habitaculum: aut Syriacè, piscis. D.

נָזִיר Nazaræi, Separati, Siue, coronati, aut sanctificati. Actorum.24.a

Nazareni, Idem. Sed si per ץ scribatur, interpretatur custodientes, vel floridi, aut virgulta. D.

Nazarenus, Idem. s.n. D. Math.26.g

נְצֶרֶת Nezareth, Nazareth, Sanctificata, aut separata, vel coronata. Si autem per ץ scribatur, interpretatur custodita, vel florida, aut virgultum. D. Viculus Galilææ iuxta montem Thabor, in qua fuit nutritus Iesus noster. Matth.2.d. Luc.4.c. ædificata super montem.

נוֹזְרִי Nozri, Nazaræus, Separatus, siue coronatus, aut sanctificatus. Iudic.13.a

נְזִיר Nazaræus, Matth.2.d. Idem. vel per ץ literā, custos, siue flos, aut virgultum. D.

N E

Νέαπολις Neapolis, Noua ciuitas. G. Ciuitas Cariæ aut Thraciæ. Act.16.b. Hanc vocari Sichem, testis est Hieronymus in Hebraicis quæstionibus.

נִבְחַז Nibehaz, Nebahaz, Fructificans vel germinans visionem, aut loquens vel prophetans visionem. Idôlum Heuæorum. 4.Reg.17.f

נִיבַי Nebai, Fructificans, vel germinans, aut loquens, vel prophetans. Nomen viri.2.Esd.10.a

נִבַּלַּט Neballat, Prophetia siue loquela inuoluta, vel abscōdita, aut germinans, vel fructificans, siue prophetans in uolute vel absconditè. Ciuitas.2.Esd.11.d

נְבוֹ Nebo, loquela, siue prophetia, aut loquens vel prophetans, siue fructificās, vel germinans. Vibs est mōtis terræ Moabitarum supra Iordanem contra Ierichuntē ciuitatem, in sorte tribus Ruben. Nume.32.a. Deut.34. a.1.Paral.5.a. Nomen viri.1.Esd.2.b.10.d. Vide Nabo.

נִבְשָׁן Nibsan, Nebsan, Loquela siue prophetia, aut germinatio dormitationis vel mutationis, siue germinatio vel loquela dentis vel eboris. Nomen ciuitatis in tribu Iuda.Ios.15.g

נְכֹה Necho, Nechao, Claudus, vel percussus. Nomē Pharaonis regis Aegypti, illius videlicet cui Iosias rex Iudæ iuit in occursum. 4.Reg.23.f

נֶכֶב Neceb, Foramē, aut maledictio, siue vocatio, aut nominatio, vel explicatio. Ciuitas tribus Nephthali, quæ & Adami dicitur. Ios.19.c

נְקוֹדָא Nécoda, Depictus, siue varius, aut punctuat°, vel pastor, aut incuruatus, vel incēsus. Nomen viri.1. Esd.2.c

נַחַל־אֶשְׁכּוֹל Nahal-eschol, Nehel-eschol, Torrens botri, aut vallis, botri. Nomen loci. Num.13.c

נְחֶלָמִי Nehelami, Nehelamites, Sōniator, vel somnus, siue torrens, aut vallis aquarū, vel hæreditas aquarū. Ier.29.f

נְחֶמְיָה Nehemias, Consolatio, vel requies domini, aut pœnitēs domin°, siue directio domini. Nomē viri.1.Esd.2.a

נְעִיאֵל Nehiel, Commotio vel motus dei. Ciuitas quæ terminus est Aser. Ios.19.b

נְחֻשְׁתָּא Nehusta, Aenea, vel ærea, aut augurans, vel serpens, aut serpētina. Mater Ioachim filii Ioacim.4. Reg.24.b

נְחֻשְׁתָּן Nehustan, Aeneum, vel cupreum, aut augurium, siue serpentis datum, vel donum. 4.Reg.18.a

נִמְרָה Nimrah, Nemra, Leopardus, siue rebellio, aut amaritudo, vel commutatio. Ciuitas. Nume.32.a

נִמְרִים Nimrim, Nemrim, Idem. p.n. Ciuitas. Isa.15.c

נִמְרֹד Nimrod, Nemrod, Rebellis, vel dormitio descensionis, aut dormiens dominans. Filius Chus. Gene.10.b

Neomenia, Nouilunium. G. Coloss.2.d νεομηνία

נָפַת־דֹּאר Naphath-dor, Nephath dor. Fauus habitationis vel generationis, aut distillans, siue eleuās vel cribrans habitationem vel generationem. Ciuitas in tribu Manasse eadem quæ Dor dicitur. Vide suo loco.3. Reg.4.b. vbi corrupte legitur Nephath dor. Ex Hebræo vertēdum erat, In omni termino Dor.

נֶפֶג Nepheg, Imbecillis, aut remissus, vel laxatus. Filius Dauid.2.Reg.5.c.1.Paral.3.b

Nephi, Purificatio. D.2.Mach.1.g

נַפְתָּלִי Naphthali, Nephthali, Comparatio vel æquiparatio aut retorsio, vel tortuositas. Nomen loci.3. Reg.4.b. 4.Reg.15.f. Sextus filius Iacob ex Bala ancilla Rachel vxoris suæ. Gene.30.b

Nephthalitæ, Idem.

נֶפְתַּר Nephthar, Nephthar, Purificatio. D.2.Mach.1.g

נֶפְתּוֹחַ Nephtóa, Apertus vel apertio, siue sculptura. Nomen fontis. Ios.15.b.18.c

Nephtuim. Idem, p.n. Filius Mesraim. Gene.10.b

נַפּוּסִים Nephusim, Deminuti, aut dilacerati. Nomen viri.1. Esd.2.c

נֵר Ner, Lucerna, siue nouale. Pater Abner.1. Reg.19.g. Pater Cis patris Saul.1.Paralip.8.c. Filius Iahiel.1. Paralip.9.f

נְרֵגַל Neregel. Explorās, vel Pedester, siue lucerna discoperta vel cōaceruata, aut nouale discoopertū vel reuolutū. Vnus ex principibus regis Babylonis. Ier.39.a

נֵרְגַל Nergel, idem. Idôlum Cuthæorum. 4.Reg.17.f

Νηρεύς Nereus, Lucerna, vel nouale. Græcè verò magnus interpretatur. D. Nomen viri. Roma.16.b

נֵרִי Neeri, Lucerna, vel nouale. D.

נֵרִיָּה Neria, Neri Iere.32. c. Lucerna domini, aut nouale domini. Heb. Nerias. Pater Baruch filius Maasiæ.

Nerias, Idem. Iere.51.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

נְצִיב Nesib, Stás siue statio, vel erectio, scilicet alicuius tituli: aut Syriacè, plátatio. Ciuitas in tribu Iuda. Ios. 15. f

נִסְרֹךְ Nisroch, Nesroc, Fuga vel tentatio tenera vel delicata, aut vexillum delicatum: vel Syriacè, tabula tua. Idôlum quod adorabat Sennacherib. 4. Reg. 19. g. Isa. 37. g

νηστεύς Nesteus, Ieiunus, vel ieiunans. G.

נְטוֹפָתִי Netophathi, Gutta, siue distillatio, aut gummi. Nomen loci. 1. Paral. 2. g

Netophathites, Idem. 2. Reg. 23. d. 4. Reg. 25. f

נְטוּפָה Netopha, Netupha, Gutta, siue distillatio, aut gũmi, vel declinatio oris. Nomen loci. 1. Esd. 2. b

Netophati, Netuphati, Idem. Nomẽ loci. 2. Esd. 12. b

νουμηνίος Neumenius, Nouus mensis, vel nouilunium. G. Filius Antiochi. 1. Machab. 12. c

N I

νικάνωρ Nicanor, Victor, vel victorioſus. G. 1. Mach. 3. e. Est & nomen diaconi. Act. 6. b

Nicodemus, Hebraicè interpretatur innocens sanguis: Græcè verò, victoria populi. D. Nomen viri Pharisæi, Iudæorum principis. Ioan. 3. a

νικολαΐτης Nicolaitæ, Victoriæ plebis. G. Apoc. 2. d

νικόλαος Nicolaus, Idem. ſn. G. Nomen diaconi. Act. 6. b

νικόπολις Nicopolis, Victorię ciuitas, vel victorioſa ciuitas. G. Thraciæ ciuitas, quæ Hyſtro flumini imminet. Tit. 3. d

Niger, Latinum est Cognomen prophetæ cuiusdã. Acto. 13. a

שִׁחוֹר Sihor, Nilus, Niger vel turbidus, aut matutinus. Fluuius Aegypti. Isa. 23. a

נִינְוֵה Nineue, Niniue, Pulchra, siue speciosa, aut habitaculum. Ciuitas quam ædificauit Assur. Genes. 10. b. quæ & Ninus dicitur. Nisibis autem ab Eusebio.

Nineuim, Niniuitæ, Pluchri, siue speciosi, aut habitacula. Luc. 11. d

נִיסָן Nisan, Vexillum, siue probatio, aut tentatio, vel fuga: aut Syriacè, miraculum. Mensis respondens nostro Martio. 2. Esd. 2. a

N O

נֹעָה Nea, Noa, Mouens, vel commota. Filia Salphaad filii Epher filii Galaad. Nume. 26. d. Ciuitas item quæ terminus est tribus Zabulon. Ios. 19 a

נוֹעַדְיָה Noadia, Testificatio, vel cœtus aut congregatio domini, siue ornatus domini, aut trãsiens dominus: vel ex Syro & Hebræo, ablatio domini. Nomẽ viri. 1. Esd. 8. g

נֹב Nob, Loquela, siue prophetia, aut loquens vel propherans, siue fructificans, vel germinans. Ciuitas Sacerdotum. 2. Reg. 21. c

נֹב Nobe, Idem, Ciuitas in tribu Dan vel Beniamin. Isa 10. g. 2. Reg. 21. a. 22. d

נֹבַח Nobe, Nume. 32. g. Iudic. 8. c. Latrãs vel latratus. Ciuitas. q̃ & Canath dicebat, in tribu Manasse. 1. Reg. 21. a

נָדָב Nodab, Vouens, siue spõtaneus, aut principalis. Nomen viri. 1. Para. 5. c

נֹחַ Noah. Nóe, Cessãtio vel requies. Filius Lamech filii Mathusale. Gene. 5. d. Luc. 3. g

נַעֲמָה Naæma, Noema, pulchra siue decôra, aut moués valde. Filia Lamech ex Sella vxore sua. Gene. 4. d

נַעֲמָן Naaman, Noemã, Pulcher, siue decôrus, aut motum præparans. Filius Balæ filii Beniamin. Nume. 26. e

Noemanitæ, Idem. p. n. mume. 26. e

נַעֲמִי Naami, Noemi, Pulchra, siue decora. Vxor Elimélech Beth-lemitæ. Ruth. 1. a

נֹגַהּ Nóga, Claritas, siue splẽdor. Filiꝰ Dauid. 1. Para. 14. b

Nóge, Idem. Filius Dauid. 1. Para. 3. b

נוֹחָה Nohah, Nohaa, Requiescens, aut ducens vel ductor. Filius Beniamin. 1. Paralip. 8. a. qui Genes. 45. c. dicitur Naaman.

נוֹפַח Nophah, נופה, Insufflans, aut timidus, siue illaqueans. Nomen loci. Nume. 21. f

נַפְתּ Naphath, Nopheth, Fauus, aut cribrum, siue distillatio. Vrbs in tribu Manasse. Ios. 17. c

נַעֲרַן Naaran, Noaran, Puer vel iuuenis, siue excutiens, aut vigilans, vel mouens canticum. Nomen loci. 1. Para. 7. f

N V

נוּמִנִיוּס Numenius, nouus mensis, vel nouilunium. G.

נוּן Nun, posteritas, vel stirps, aut filius, vel æternus, seu permanens: aut Syriacè, piscis. Pater Osee cuiusdam. Nume. 13. a. Pater item Iosue. Ios. 1. a. Filius Elisama filij Ammiud. 1. Para. 7. f

N Y

Nympha, Sponsa. 6. Coloss. 4. d

O

OBadia, Seruus domini, vel operarius domini. Filius Arnan filij Raphaiæ, filij Iesaiæ. 1. Paral. 3. d. Filius Izrahia filij Ozi. 1. Para. 7. a

Obal, Peruersitas vetustatis, aut peruersitas fluxus. Filius Iectan. Gene. 10. d

Obdia, siue Obdias, Idem quod Obadia. Filius Asel filij Elasa. 1. Paralip. 8. d. 9. g. 12. b

Obed, Seruus, vel operarius, Pater Gab. Iudic. 9. d. Filius Booz, pater Isai. Ruth. 4. d. 2. Paral. 2. b. Filius Ophad filii Zabad. 1. Paral. 2. c. 11. g

Obed-edom, Seruus hominis vel terreni aut sanguinei vel rufi. Nomen viri. 2. Reg. 6. b

Obadia, Obedia, Seruus, vel operarius domini. Nomen viri. 1. Esd. 8. b

Oboth, Pytones, siue vtres, aut patres, vel desideria. Nomen loci. Nume. 21. c. tricesimasexta Israëlitarum mansio cum ex Aegypto proficiscerentur in terrã Chanaan. Nume. 33. f

O C

Ahuzath, Ochozath, Possessio, siue apprehensio, vel collectio, aut visio, seu fratris oliua. Amicus Abimélech regis Geraræ. Gene. 26. f

Ahaziahu, Ochosias, Apprehensio siue possessio domini, aut visio domini. Filius Achab regis Israël. 3. Reg. 22. f. Filius Ioram regis Iudæ. 4. Reg. 8. f. 1. Paral. 3. c

Achran, Ochran, Turbidus, vel conturbatus. Pater Phegiel principis tribus Aser. Nume. 1. b

O D

Hodia, Odaia, siue Odaias, Laus domini, siue confessio domini. Soror Naham. 1. Paral. 4. c. 2. Esd. 9. a

Odaren, Laudis canticum, vel testimonium arcæ. D. Nomen viri. 1. Mach. 9. g

Obed, Sustentans, vel tenens, au etigens. Nomẽ viri prophetæ. 2. Para. 15. a. 28. b

Hodiiah, Odeuia, Laus domini, siue confessio domini. Nomen viri in toto cap. 2. Esd. 10. scribe Odaia.

Hodiia, Odia. Idem. Nomen viri. 2. Esd. 8. b

Hodania, Odoia, Idem. Nomen viri. 1. Paral. 5. d

Adullam, Odollam, Testimonium siue ornamentũ illis, aut testimonium siue ornamentum suæ miseriæ, vel transitus aut præda suæ miseriæ. Ciuitas in Iuda, à Roboam constructa. 2. Paral. 11. b. Mich. 1. d. Nomen itẽ speluncæ. 1. Reg. 22. a

Adullami, Odollamites, Idem. Gene. 38. a

Hodauia, Oduia, Laus domini, siue confessio domini. Filius Asana. 1. Paral. 9. b. Filius Elioenai filij Naariæ 1. Paralip. 3. d

O G

Og, Subcinnericiꝰ panis vel torta, aut subsannatio: vel Syriacè, detẽtus, aut impeditꝰ. Rex Basan. Num. 21. g

O H

Hoham, Oham, Væ eis, siue tumultuans, vel conturbatus. Rex Hebrõn. Ios. 10. a

Ohel, Tabernaculum, siue tentorium, aut splendor. Filius Zorobabel filij Phadaia. 1. Par. 3. d

Ahlai, Oholái, Deprecans, vel expectans, aut incipiens, vel dolens, siue frater mihi. Filius Sasan filij Iesi filij Aphaim. 1 Paral. 2. e

O I

Harzethim, Olueti mons, siue mons oliuarum, siue Oliuetum. Mons ad orientem Ierosolymæ, torrente Cedron interfluente, sabbathi habens iter ab Ierusalẽ. Act. 1. b. Luc. 19. e

עֲלָא Vlla, Olla, Eleuatio, vel holocaustum, aut infans, vel paruulus, aut folium. Pater Haniel. 1. Para. 7. g

ὀλυμπᾶς Olympias, Cœlestis. G.

ὀλυμπιάδ Olympiadem. Roma. 16. b. Idē. In Græco, Olympā.

ὀλύμπιος Olympius, Cœlestis. G. 2. Mach. 6. a

O M

אוֹמַר Omar, Dicens, vel loquens, siue amarus vel exaltans. Filius Elphaz filii Esau ex Ada vxore. Gene. 36. b

אִמְרִי Imri, Omrai, Dicens, vel loquens, aut exaltans, siue amarus: aut Syriacè, agnus. Pater Amri. 1. Paralip. 9. a

O N

אוֹנָם Onam, Dolor, aut fortitudo siue iniquitas eorū. Filius Soba filij Seir Horræi. Gen. 36. c. Filius item Ierameel ex Arara vxore. 1. Para. 2. d

אוֹנָן Onan, Dolor, siue iniquitas, aut fortitudo. Filius Iudæ ex Sue vxore sua. Gene. 38. a

ὀνησίφορος Onesiphorus, Vtilitatem afferens. G. Vir quidam fidelis. 2. Timoth. 1. d

ὀνήσιμος Onesimus, Vtilis. G. Nomen viri fidelis. Coloss. 4. b. ad Philem. b

אוֹנִיָּה Onias, Fortitudo domini, aut nauis. D. Sūmus sacerdos apud Indæos. 1. Mach. 12. a

אוֹנוֹ Ono, Dolor aut fortitudo, siue iniquitas eius. Ciuitas quam ædificauit Samad filius Elphaal. 1. Parali. 8. b. In. 1. Esdr. 2. b. 2. Esd. 6. a. fit mentio vallis Ono.

O O

אָהֳלָה Aholla, Oolla, Tabernaculum vel tentorium, siue splendor eius. Ezech. 23. a

אָהֳלַי Ahlai, Ooli, Deprecans, siue expectans, aut incipiens, vel dolēs, siue frater mihi. Pater Zabab. 1. Par. 11. g

אָהֳלִיאָב Aholiab, Ooliab, Tabernaculū vel tentoriū patris, aut splendor patris. Filius Achisamech. Exod. 31. a

אָהֳלִיבָה Aholibab, Ooliba tabernaculum, vel tētorium meū in ea, aut splendor meus in ea. Ezech. 23. a

אָהֳלִיבָמָה Aholibama, Oolibama, Tabernaculum vel tentoriū meum excelsum, siue splendor excelsorum. Vxor Esau filia Anæ. Gene. 36. a. c. Ciuitas Idumæorum. 1. Para. 1. d. Fuit & Ciuitas Idumæorum principum.

אָחֻזָּם Ahuzam, Oozam, Apprehensio eorum, siue possessio eorum, aut visio eorum. Filius Asshur ex Naara vxore ipsius. 1. Paral. 4. a

O P

אוֹפַז Vphaz, Ophaz, Aurū obrizū. Nomen loci. Iere. 10. b

עָפֶל Ophel, Turris, aut obscuritas, vel nebula. Nomen muri. 2. Parali. 27. b. 33. c. Aut potius turris Ierosolymæ, non procul à templo. 2. Esd. 3. f

עָפְרָה Aphra, Ophera, Puluis, aut plumbum, vel hinnilus. Ciuitas in tribu Beniamin. Ios. 18. d

עוֹפַי Ephai, Ophi, Lassus, aut volans: vel Syriacè, plicatus, vel complicatus, aut folium. Nomen viri. Ieremię. 40. c

חֻפִּים Huphim, Ophim, Thalamus, siue coopertus, aut littus maris. Filius Beniamin. Gene. 46. c

אוֹפִר Ophir, Cinis vel incineratio, aut fructificatio. Filius Iectan. Gene. 10. d. Inde Ophira regio. 3. Reg. 9. d. quæ (vt refert Iosephus lib. 8.) etiam Aurea terra nuncupatur: vnde aurum Ophirizum, quod Obrizum vocant.

אֶפְלָל Ephlal, Ophlal, Iudicans, vel orans. Filius Zabad filij Nathan filij Ethei. 1. para. 2. c

חָפְנִי Haphni, Ophni, Pugnus vel pugillus, aut coopetiens, Filius Heli sacerdotis. 1. Reg. 1. a

עָפְנִי Aphni, Ophni. Ios. 18. d. Interpretatur volans, siue lassitudo: aut Syriacè, plicatio vel complicatio. Nomē ciuitatis.

עָפְרָה Aphra, Ophra, Puluis, aut plumbum, vel hinnulus. Filius Maonathi filij Othoniel filij Cenez. 1. Para. 4. c

O R

עֹרֵב Oreb, Coruus, vel suauis, aut fideiussor, vel commiscens seu vespertinus. Vir Madianita à tribu. Ephraim interfectus. Iudic. 7. d. 8. a. Psal. 82. b. Isa. 10. f

אַרְנָן Arnan, Ornan, Exultans, siue arca eorum, aut lux filij, vel lux siue maledictio permanens vel æterna. Nomen viri. 1. Paral. 21. c qui. 2. Reg. 24. d. dicitur Areuna.

חֲרָרִי Harari, Oroti, Montanus. Ciuitas. 2. Reg. 23. d. quæ Arari. 1. Paralip. 11. g. dicitur.

חוֹרֹנַיִם Oronaim, Iræ vel furores: aut Syriacè, libertates. Duo vici, quę via est ad Assyrios, siue duę vrbes Moabitarum, vna superior, altera inferior. Isa. 15. c. Hebr. Horonaim, Ciuitas Moabitarum.

עָרְפָּה Arpha, Orpha, Ceruix, vel ceruicosa, siue suscitatio oris, vel denudatio oris. Vxor Chelion filij Elimelech. Bet-lehemitæ. Ruth. 1. a

ὀρθωσιάδα Orthosiada, Recta, vel rectificata. G. Nomen loci Machab. 15. g

O S

הוֹשַׁעְיָה Osaias, Saluator dominus, aut salus domini. Nomen viri. 2. Esd. 12. c. Iere. 42. a

הוֹשֵׁעַ Hosea, Osee, Saluator, aut salus. Filius Ela. 4. Reg. 15. f. Nomē item prophetæ filij Beeri. Osee. 1. a. Filius Nū. Nume. 13. a. qui ibidem. b. dicitur Iosue à Moyse.

O T

עוֹתַי Vthai, Othei, Tempus vel hora mea, aut iniquitas mea. Filius Ammiud filij Amri. 1. Para. 9. a

חוֹתִיר Hothir, Othir, excellens, siue residuus, aut remanēs. Nomen viri. 2. Paral. 25. b

עָתְנִי Athni, Othni, Tempus siue hora mea. Nomē viri. 1. Paral. 26. a

עֲתַלְיָהוּ Athaliahu, Otholia, Tempus domino, siue hora domino. Filius Ieroam. 1. Para. 8. c

עָתְנִיאֵל Othoniel, Tempns dei, siue hora dei. Filius Cenez frater Caleb. Ios. 15. d. 1. Para. 4. c

O Z

עָזָה Aza, Oza, Fortitudo, aut capra, Horti nomē. 4. Reg. 21. d. Nomen viri. 1. Paral. 6. a. 8. a

עֻזָּא Vza, Oza, Idem. Filius Abinadab. 2. Reg. 6. a

עָזָן Azan, Ozan, Fortitudo earum, aut capra earum. Pater Phaltiel principis tribus Issachar. Num. 34. d

עֻזִּיָּהוּ Azaziahu, Ozaziu, Fortitudo domini. Nomen viri. 1. Paral. 15. c. 27. c

אֹזֶן שְׁאֵרָה Vzen-sæera, Ozen-sara, Auricula carnis vel consanguinitatis, aut auricula fermentata vel remanens, siue statêra carnis vel consanguinitatis aut residui. Vrbs cōdita à Sara filia Ephraim. 1. Para. 7. c

עֻזִּי Vzi, Ozi, Fortis, vel fortitudo mea, aut hircus meus. Filius Bocci filij Abisue. 1. Paralip. 6. a. Filius itē Thola filij Issachar. 2. Paral. 7. a. vide &c. 9. b

עֻזִּי Vzi, Ozi. 2. Esdræ. 3. f. Tunc, siue aut iste. Nomē viri.

עֻזִּיָּה Vzua, Ozia. Fortitudo domini, siue hircus domini. Filius Amasiæ regis Iuda. 3. Reg. 26. a. qui. 4. Reg. 15. a. dicitur Azarias. Filius Caath filij Leui. 1. Paralip. 6. b

עֻזִּיָּהוּ Iaaziahu, Oziáu, Fortitudo domini. Nomen viri. 1. Paralip. 6. b

עֻזִּיאֵל Vziel, Oziel. Fortitudo dei, siue hircus dei. Filiꝰ Bela filij Beniamin fili Iacob. 1. Paral. 7. b. Filius Caath filij Leui. Exod. 6. c. Vide &. 1. Para. 4. g. 2. Paralip. 29. c

עֻזִּיאֵלִי Vzieli, Ozieli. Fotitudo dei, siue hircus dei.

עָזִיאֵלִי Ozielitæ. Idem. Nume. 3. d. 1. Para. 26. c

אָזְנִי Azni, Ozni. Auris vel auscultatio mea, siue statêra. Filius Gad filii Iacob. Nume. 26. b

עָזְנִי Ozuitæ, Idem. Nume. 26. b

עֶזְרִיאֵל Azriel, Ozriel. 1. Para. 27. c. Adiutorium dei, siue atrium dei. Pater Ierimoth.

P

παῦφος Paphus, Bulliens, vel æstuans. G. Nomen insulæ Acto. 13. a

פְּלֶשֶׁת Peleseth, Palæstina, Conspersa, scilicet cinere vel puluere: siue ruina appositа, vel ruina duplex, aut ruinę potꝰ, vel cécidit bibēs. Est ea Syrię regio, quæ Hebręis dicitur Philisthiim, ad mare Mediterraneū pertingens, sita ad occidētē Iudęæ. Author est Iosephꝰ lib. 1. Iudai. antiq. ca. 12. de hac Pōp. Mela in. 1. Plinioꝰ in. 5. ca. 12. &. 13

פְּלִשְׁתִּים Pheliſtim, Palæsthini, Idem. p. n. m. g. Gene. 21. d. Pōpuli quos interpretes nonnunquam Philisthæos, nonnunquam ἀλλοφύλους, id est alienigenas vocant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

חָמֹר Thamor, Plamira, palma, vel dactylus, aut commutatio, vel petmutatio, siue amaritudo. Vrbs Syriæ nobilis, quæ & Hebraicè alias Thadmor dicitur.

תַּדְמֹר Tadmor, Palmira, confessio, vel laus amaritudinis, aut confessionis vel laudis myrrha: siue ex Hebræo & Syro, laus præceptoris vel domini. Nomen ciuitatis in Syria, quam ædificauit Salomon. 3. Reg. 9. c. 2. Paral. 8. a quæ alias Thamor siue Thamar dicitur Hebraicè. Hæc ab Hadriano principe Hadrianopolis dicta fuit.

παμφιλία Pamphilia, Tota dilecta vel amabilis. G. Prouincia Asiæ, ab ortu Ciliciam habet, ab occasu Lyciã & Asiæ minoris partem, à septentrione Galatiam & Cappadociam, à meridie Mediterraneum, quod illic Pamphilij maris nomen habet. Tota Tauri expatiátis iugis septa. De hac Ptolemæus lib. 5. Plinius lib. 5. cap. 27. Pompo. Mela in. 1. In hac sita est vrbs Perge. cuius meminit Lucas. Acto. 13. & Mela. lib. 1. Volaterr. lib. 10. hanc etiam Mesopiam appellatam scribit.

πάφος Paphus, Cypri est ciuitas, Veneri quondam sacra, in qua ante nuptias puellæ dotem quæsituræ, in honorem Veneris in littore se prostituebant: vt scribit Iustinus lib. 18. de hac Pomp. Mela lib. 2. Strabo in 14. Plinius in 5. cap. 31. Hæc frequenti terræmotu lapsa, nunc ruinarũ tantum vestigiis quid olim fuerit ostendit. Hæc Hieronymus. Act. 13. b

παράκλητος Paracletus, Cõsolator, vel aduocatus. G. Ioãnis. 14. b

παρασκευή Parasceue, Præparatio. G. Luc. 23. g. Ioan. 19. f

παρμενᾶς Parmena, Permanens. G. Nomen diaconi. Act. 6. b

Parthia, Asiæ maioris est regio circa Persas inter flumen Indum & Arios populos ab oriente, & Tigrim atque Mediam ab occasu sita: à meridie terminatur deserto Carmaniæ, ab aquilone Hircania, teste Plinio lib. 6. cap. 25. Ptolemæo lib. 6. cap. 5. De illis Iustinus lib. 41. Strabo in 15. Habes eius mentionem. Act. 2. b

Parthi lingua Scythica dicuntur fugaces vel exules. D. Nomen prouinciæ. Act. 2. b

vel פָּסַח Phasah, Pesah, Pascha, Trãsitus, vel claudicatio. Idem

פֶּסַח Phase significat. Ezech. 45. f. Matth. 26. a. Marc. 14. b. Ioan. 2. b. 6. a. 1. Corinth. 5. c

πάταρα Patara, Calcata, vel mortifera. G. Ciuitas Lyciæ prouinciæ in Asia. Act. 21. a

πάτμος Patmos, Lætalis, vel mortifera. G. exigua insula in Aegeo mari, Sporadum vna, Plinio lib. 4. cap. 12. Strabone in 10. ad quam relegatum ferunt Ioannem apostolum à Domitiano Imperatore Romano, Apocalypsinque scripsisse in ea. Apoc. 1. Euseb. lib. 3. ca. 18. Eccl. hist.

πατρόβας Patroba, Paternalis. G. Nomen viri. Rom. 16. b

πατρόκλας Patroclus patris vel patriæ gloria. G. Nomen viri. 2. Machab. 8. b

παῦλος Paulus, Hieronymus admonet mirabilem sonare, ab Hebræis etymologiam mutuatus. Alii os tubæ, nimirũ ex Hebræo & Græco dictionem conflantes. Constat tamen aut Græcam esse vocem, & quietum sonare, à verbo παύομαι. aut Romanam siue Latinam, pusillum significantem.

P E

סִין Sin, Pelusium, id est rub°, teste Strabone lib. 17. Geographicorum. Aegypti est ciuitas, vnde nomen est præterfluenti ostio Pelusiaco. Huius etiam meminit Plinius lib. 5. cap. 9. &. 10. Pompo. Mela lib. 2. Iosephus lib. 6. cap. 8. & lib. 10. ca. 1. antiq. Iudaic. Aliàs Libna appellata, & Sin. Ezech. 30. d

πενταπόλις Pentapolis, Quinque ciuitatũ, scilicet regio. G. Syriæ regio ad orientem Iudææ, à quinque ciuitatibus Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim, Segor, quibus olim fuerat inclyta, fuit appellata, igne & sulphure euersa: de qua Gene. 13. &. 19.

πεντάτευχος Pentateuchus, quinque volumina. à πέντε quod est quinque, & τεῦχος volumẽ. Sic vocantur à Græcis quinque libri Moysi, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, & Deuteronomium, & ab Hebræis, חומש id est quharius, siue תורה id est Lex.

Humas, quinarius: Thorah, lex

Pentecoste. Quinquagesima. G. Act. 20. d

πέργαμος Pergamus, Altitudo, vel sublimitas. G. Clarissima Asiæ ciuitas, atque ipsius Troados, quam Silenus intermeat fluuius, præfluit Cetius profusus Pindaso mõte, sicut scribit Plinius lib. 5. cap. 30. hist. mundi. De hac etiam Strabo lib. 13. Geohrap. Ad huius ecclesiam Ioannes apostolus scripsit. Apoc. 1. &. 2.

πέργη Perge, Valde terrestris. G. pãphiliæ prouinciæ vrbs est: cuius meminit Plinius in. 5. cap. 27. Mela lib. 1. Strabo lib. 14. Lucas. Act. 13. b

פָּרָס Pharas, Persa, siue Persis, Frangens, siue diuidens, aut vngula, vel gryphus. Est ad orientem Iudææ sita, alta, cincta montibus regio, quæ à septẽtrione Mediã, ab occasu Susianũ, ab oriẽte duas Carmanias, ab austro pattẽ Persici sinus habet, authore. Volat. lib. 12. Ezech. 27. 38.

Persæ, Idem. p. n. Populi. 2. para. 36. d. Ezech. 27. b

περσέπολις Persepolis, Persæ ciuitas. G. 2. Mach. 9. a

פָּרָס Pharas, Perses, Frãgens, siue diuidens, aut vngula, vel gryphus. Qui ex Persa siue Persia est.

Persia, Idem.

Persida, Idem. Mulier Paulo charissima. Rom. 16. b

סֶלַע Sela, Petra deserti, Arx, & ciuitas principalis in regno Moab, in finibus Arabiæ sita. Isa. 16. Ab hac, Arabia Petrea dicta est, de qua Egesippus lib. 1. cap. 14.

πέτρος Petrus, Saxum, vel petra. Nomen vnius apostoli ex duodecim, à Christo sic cognominati. Ioan. 1. f. qui pri° Simon dicebatur. Matth. 4. c. Mar. 3. b

P H

פֶּקַח Pekah, Phacee, Aperiens. Filius Romeliæ, rex Israel. 4. Reg. 15. c. 16. a

פְּקַחְיָה Pekahia, Phaceia, A periens dominus. Filius Manahẽ. 4. Reg. 15. c. Heb. Phacehia.

פְּדָיָה Pedaia, Phadaia, Redemptio domini. Pater Zebda matris Ioacim. 4. Reg. 23. g. Filius Iechonię filij Ioacim 1. Paralip. 3. c

פְּדָהצוּר Pedah-zur, Phadassur redemptor fortis, vel redimẽs petra, aut redemptio plasmationis. Pater Gamaliel principis tribus manasse. Nume. 1. a

פְּדָהֵל Phadon, Redemptio eius: aut Syriacè, iugũ vel iuga, scilicet boum. Nomen viri. 1. Esd. 2. c

פַּחַת מוֹאָב Phahath-moab, Dux moab, vel dux ex patre, siue fouea ex patre. Nomen viri. 1. Esd. 2. a.

פַּי Phai, Vlulans, aut gemens, vel apparens. Nomen vrbis Adar regis septimi in Edom. 1. Para. 1. d. quæ Gene. 36. d. dicitur Phau.

פְּלָיָה Phelaia, Phalaia, Miraculum domini, siue occultum domini. Nomen viri. 2. Esd. 8. b

פֶּלֶג Peleg, Phaleg, Diuisio. Filius Heber filii Sale. Gene. 10. d. Luc. 3. g

פִּלְכָה Phileha, Phaleha, Fragmen vel frustum, aut scissura: vel Syriacè obsequium. Nomen viri. 2. Esd. 10. a

פָּלָל Phalal, Phalel, Cogitans, siue orans, aut iudicãs. Nomen viri. 2. Esd-3. f.

פֶּלֶט Pelet, Phaler, Liberatio, siue expulsio. Filius Iahaddi. 1. Par. 2. f. Filius Azmoth. 1. paral. 12. a

פֶּלֶת Peleth, Phaleth, Ruina, vel iudicatio. Filius Ionathan filii Onan. 1. Paralip. 2. c

פְּלוֹנִי Pheloni, Phallonites, Cadens, siue occultus. 1. Paral. 11. f. 27. b

פַּלּוּא Phallu, Mirabilis, aut occultus. Filius Ruben filii Iacob. Gene. 46. b. 1. Paral. 5. a

פַּלֻּאתִי Phalluitæ, Idem. p. n. Nume. 26. b

פַּלְטִי Phalti, Liberatio, siue expulsio. Filius Raphu. Nume. 13. a. Filius Lais. 1. Reg. 25. g. Est & nomen vrbis. 2. Reg. 23. d

פַּלְטִיָה Phelatia, Phaltias, Liberatio domini, aut expulsio domini. Filius Ananiæ filii Zorobabel filij Phadaiæ. 1. Paral. 3. d. 4. g

פַּלְטִיאֵל Phaltiel, Liberatio dei, aut expulsio dei. Filius Ozan Num. 34. d. princeps tribus Issachar. Fili° Lais. 2. Reg. 3. c

פְּנוּאֵל Phenuel, Phanuel, Videns deum, siue facies dei. Locus iuxta torrentem Iaboc, in finibus Amorrhæorum,

in Ru

in Rubenia sorte: vbi Iacob, qui deinceps Israel, tota nocte luctatus est cum angelo. Gene.32.ita appellatus, quòd vidisset illic dominum. Hæc ciuitas, Gedeonis exercitui panes negauit: cuius turrim destruxit Gedeō, & habitatores occidit. Iudic. 8. b. Hanc Strabo lib.16. Faciem dei appellat. Est autem continua Tripoli, apud eamque mons Libanus desinit. Ieroboam ipsam ædificiis reparauit. 3.Reg.12.f. Fuit hoc nomine filius Sesac. 1.Para.8.c. Pater item Annæ prophetissæ. Luc.2.e

פּוּרָה Phura, phara, Frugifer, vel fructificans, aut crescens, siue vacca. Famulus Gedeonis. Iudic.7.c. Nomen item vrbis. 1.Machab.9.e

פַּעֲרַי Pharái, Hiatus vel apertio. Nomen viri. 2.Reg.23.d

פִּרְאָם Piream, pharam, Onager eorum, vel ferocitas eorū, aut fructificatio matris, vel taurus matris. Rex Ierimoth. Ios.10.a

vel פָּרָן Pharan, Pulchritudo, siue laus, aut gloriatio, vel propagines. Nomen oppidi. Gene.14.a. Est item generale nomen deserti Sarracenorum trās Arabiam cōtra australem plagam, per quod Israel perrexit transiens ex Ægypto in terram Chanaam duce Mose, in quo sunt multa loca terminata, XVIII. scilicet mansiones, quarum vna est Haseroth. Num.10.12.13.c. Accipitur pharan pro prima parte deserti Arabiæ prope mōtē Sinai. At Deuter. 1. pro vltima parte versus terrā promissionis. Et Asseroth est in medio. Gene.14.21.c. Num.39.d. dicitur desertum Sin per ע. Est etiam pharan mons Sinai contiguus, cuius meminit Habacuc 3.a. Deuter.33.a

פַּרְעֹה Phareo, pharao, Dissipās, vel discooperiens, aut nudans: vel Syriacè, vindicans. Rex Ægypti, cui cognomen Nechao. 4.Reg.23.f

פִּרְעָתוֹן Pirathon, pharathon, Dissipatio vel ruptura, aut denudatio eius: vel Syriacè, vindicta eius. Ciuitas in Ephraim in monte Amalec. Iudic.12.b

פִּרְעָתוֹנִי Pirathoni, pharathonites, Idē. Iudic.12.d. 2.Reg.23.d

פֶּרֶץ Parez, phares, Diuisio. Filius Iudæ ex Thamar nuru sua. Gene.38.d. 1.Paral.4.a

פָּרֵשׁ Peres, Phares. 1.Parali.7.d. Eques aut diuidens, siue exponens vel declarans. Filius Machir ex Maacha vxore sua.

פַּרְצִי Pharzi, pharesitæ, Diuisi. Nume.26.c

פַּרְפַּר Pharphar, Comminutus, aut fructificatio fructus, siue taurus tauri. Nomen fluuij Damasci. 4.Reg.5.d

פְּרוּשִׁים Pherusim, pharisæi, Diuisi. D. Sectæ nomen apud Iudæos, quæ dicebat resurrectionem esse. Act.13.b

פָּרוּשׁ Pharus, pharisæus, Diuisus. D. Act.23.b

פַּרְנַךְ Pharnach, Taurus percutiens, vel percussus, aut contusus, siue fructificatio aromatū. Pater Elisaphan principis tribus Zabûlon. Nume.34.d

פַּרְעֹשׁ Pharos, pulex vel culex, siue fructus tineæ. Nomen viri. 1.Esdr.2.a.& 8.

פַּרְשַׁנְדָּתָא Pharsandátha, Reuelatio menstrui vel commotionis suæ, aut equitis commotio, siue stercus menstruorum vel commotionis eius. Filius Aman filii Amadatha. Esth. 9.b

פָּרוּחַ Pharúa, Floridus: aut Syriacè, volans. Nomen viri. 3. Regum 4.b

פְּרוּדָה Pheruda, pharuda, Separatio, vel dispersio. Nomen viri. 1.Esdr.2.c

פַּרְוָרִים Pharuarim, pharurim, Lebetes, siue suburbana. 4. Regum 23.c

פֶּסַח Phase, Transitus.

Pesah, phasea, Idem. Nomen viri. 1.Esdr.2.c

Phaselida, Transitus vel claudicatio natiuitatis vel generationis. D. Nomen loci. 1.Macha.15.d

Phaseron, Oris canticum, siue os planum. D.

פִּסְפָּה Pispa, phaspha, Deminutio oris, vel os deminutū. Filius Iether. 1.Para.7.g

פִּסְגָּה Pisga, phasga, Collis, siue altitudo, aut minutio. Nomen montis Moabitarum. Nume.21.e. Ios.13.c

פִּשְׁחוּר Phassur, Extendens vel multiplicans libertatem vel principatum, aut expandens foramen vel albedinē. Sacerdos filius Emmer. Iere.20.a. Heb. phashur. Filius itē Melchię. Iere.21.a, 1.Para.9.b. Pater Gedeliæ. Iere.38.a

פְּתַחְיָה Phetaia, phathaia, porta domini, siue aperiens dominus. Nomen viri. 1.Esd.10.c

פְּתוּאֵל Phetuel, phatuel, Buccella dei, siue persuasio dei, aut dilatatio dei. Pater Ioelis prophetæ. Ioel.1.a

פַּתְרוֹס Patros, phathures, Buccella roris, aut persuasio siue dilatatio ruinæ vel distillationis. Nomen loci in Ægypto. Iere.44.a

פָּעַי Phai, phái, Vlulans, aut gemens, vel apparens. Nomen vrbis Adar regis septimi in Edom. Gene.36.d. quę in 1.Para.1.d. dicitur phai.

פְּדַהְאֵל Phedael, Redemptio dei. Filius Ammiud principis tribus Nephthali. Nume.34.d

פַּגְעִיאֵל Phagiel, phegiel, Obuiatio dei, siue deprecatio dei. Filius Ochran princeps tribus suæ Aser. Num.1.b

פִּלְדָשׁ Pildas, pheldas, Ruina triturę, aut iudicium triturę. Filius Nachor ex Melcha. Gene.22.d

פְּלָיָה Pilaia, pheleia, Miraculum domini, siue occultū domini. Filius Elioenai filij Naariæ. 1.Para.3.d

פְּלַלְיָא Phelalia, phelelia, Cogitans dominum, aut orans dominum, siue iudicium domini. Nomen viri. Nehe.11.b

פֶּלֶת Pheleth, Ruina, siue iudicatio. Pater Hon. Num.16.a

פְּלֶתִי Phelethi, Idem. Nomen populi siue legionum quarundam Dauid. 2.Reg.8.d.20.g. 1.Para.18.d

רָצִים Rasim, phelethi. 4.Reg.11.d. interpretatur cursores.

פְּלוֹנִי Pheloni, phelonites, Cadens, siue occultus. 1.Par.11.g

פַּלְטִי Phalti, phelti, Liberatio, vel expulsio. Nomen viri, de quo 2.Esdr.12.a

פְּלַטְיָה Pelatia, Pheltia siue Pheltias, Liberatio domini, aut expulsio domini. Nomē viri. 2.Esd.10.a. Filius Banaiæ. Ezech.11.a

פְּנִנָּה Pheninna, phenenna, Gemma, siue facies nostra. Altera vxor Elcanæ. 1.Reg.1.a

פְּרִזִי Pherizi, pherezæi, Rurales, id est habitantes in villis absque muro. Nomen populi. Gene.15.d

Pherezæus, Idem. s.n.

פַּרְמַשְׁתָּא Pharmastha, Pharmésta, Ruptura fundamenti, vel rupturam ponens: aut ex Hebræo & Syro, taurus anniculus. Filius Aman filij Amadátha. Esth. 9.b

פַּסְדַּמִּים Phasdamim, phesdomin, portio vel deminutio sanguinum, aut deminutio tacentium vel assimilantium. Nomen loci. 1.Para.11.c

פָּסֵחַ Phasea, Phesse, Transitus, siue claudicatio. Filius Esthon. 1.Paral.4.b

פַּשְׁחוּר Phashur, pheshur, Extendens vel multiplicans libertatem vel principatum, aut expandens foramen vel albedinem. Nomen viri. 1.Esd.2.b

פְּתַחְיָה Phetahia, phethehia, porta domini, siue aperuit dominus. Nomen viri. 1.Para.24.c

פַּתְרוֹס Phatros, phethros, Buccella roris, aut persuasio vel dilatatio ruinæ vel distillationis. Nomen regionis, quæ Arabia petrea dicitur. Isa.11.c

Phethrusim, Idem. p.n. Filius Mesraim. Gene.10.b

פִּיכֹל Phichol, Os omnium, id est omnis lingua, aut oris perfectio, siue consummatio. Princeps exercitus Abimélech regis Geraræ. Gene.21.c

פִּיהַחִרוֹת Phihahiroth, Os vel labiū libertatis, aut os sculptū, ab ore, non osse. Nomen loci, in quo castramerati sunt Hebræi, reuertentes de Ægypto. Exod.14.a. siue quarta mansio Hebræorum. Nume.33.a

Philadelphia, Amor fratris vel fraternitatis. G. Ciuitas Decapolis est iuxta Plinium libr. 5. c. 18. & Strab. in 16. ad cuius ecclesiam Ioannes scripsit. Apocalypsis 1. & 3. b φιλαδελφία

Philarches, Amator principis. G. φιλάρχης

Philemon, Deosculans. G. φιλήμων

Philetus, Amabilis. G. Vir quidam, qui à fide Christi excidit. 2.Timoth.2.c φιλητός

Philippenses, Bellicosi, siue amatores equorum. G. φιλιππήσιοι

Philippi, Bellicosi, siue amatores equorum. G. Macedoniæ vrbs apud Stridonem fluuium, à condifore φίλιπποι

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philippo Græciæ domitore sic appellata. Act.16.b.20.b.1.Thessal.2.a

φίλιππος Philippus, Bellicosus, vel amator equorum. G. Pater Alexandri regis. 1. Machab. 1. a. Frater ité Herodis, procurator Ituræę & Thraconitidis cõstitutus à Romanis. Luc. 3. a. Est & nomẽ apostoli. Matth. 10. a. Ioan. 1. f. Nomen cuiusdam diaconi. Acto. 6. b

פְּלֶשֶׁת Pheleseth, philisthæa, Conspersa, scilicet cinere vel puluere, siue ruina apposita, vel ruina duplex, seu ruinæ potus, vel cecidit bibens. Isa. 14. g

פְּלִשְׁתִּים Philisthiim, philisthæi, Conspersi, scilicet cinere vel puluere, aut ruinæ appositæ, vel ruinæ duplices, siue ruinæ potus, aut ceciderunt bibentes. 2. Para. 17. c

פְּלִשְׁתִּי Pheliśti, philisthæus, Idem. s.n. 1. Reg. 17. d

Philisthiim, Idem. p.n. Nomen populi. Gene. 10. b

φιλολόγος Philologus, Amator literarum, vel amator verbi. G. Nomen viri. Rom. 16. b

φιλόμητωρ Philometor, Amator matris. G. Prolemæus philometor. 2. Machab. 4. d

פִּינְחָס Pinehas, phinees, Aspectus vel facies confidentię vel protectionis. Filius Eleazari filij Aaron. Exod. 6. d. Filius item Heli sacerdotis. 1. Reg. 1. a

פְּנוֹן Phinon, Gemma siue aspiciens, aut os æternitatis, vel os filij: aut ex Hebræo & Syro, os piscis, ab ore, non ab osse. Ciuitas Idumæorum. Gene. 36. d

פִּישׁוֹן Phison, Oris mutatio siue multitudo, aut extensio. Magnum Indiæ flumen est, è paradiso fluẽs. Gene. 2. b. quod ab Eusebio & Hieronymo in quæst. Hebraicis Ganges dicitur, siue Getha Iosepho lib. 1. cap. 2. Iudaic. antiq. Salomon cõmentator Nilum vocat. Gene. 2. b

פִּתֹם Phitom, Buccella eorum, aut oris consummatio, siue persuasio vel dilatatio eorum. Nomen vrbis quã ædificauerũt filij Israel pharaoni regi Ægyptiorũ. Exod. 1. b

פִּיתוֹן Phiton, Buccella eius, aut persuasio vel dilatatio eius, vel oris donum. Filius Micha filij Meribbaal. 1. Parali. 8. d. 9. f

φλέγων Phlegon, Comburens. G. Viri nomen. Rom. 16. b

פּוֹכֶרֶת Phochéreth, Oris exterminatio, vel oris concisio. Nomen viri. 1. Esdr. 2. c

φοίνιξ Phœnix, siue Phœnicia, Rubea, vel purpurea, aut palma, scilicet arbor. G. Syriæ pars est, in qua Sidon & Tyrus amplissimæ vrbes sitæ sunt Straboni lib. 16. Geograph. De phœnicia plura Põponius Mela lib. 1. Geograph. Plinius lib. 5. cap. 12. nat. hist. Hieronymus refert huius partes, Samariam, Galilæam, aliásque regiones. Act. 11. c. Est & portus Cretæ huius nominis. Acto. 27. c

φοίβη Phœbe, Lucida, vel pura. G. Mulieris nomẽ. Ro. 16. a

פְּעוֹר Peor, phogor, Hiatus, vel apertio. Mõs in terra Moab in supercilio Libyadis, respiciens solitudinem, in quem Balac rex Moab Balaam ariolum duxerat ad maledicẽdum Israeli. Nume. 23. d. In hoc Baal à gentibus fuit cultus, Nume. 25. Iuxta hunc in valle sepultus est Moses. Deut. 34. b. Est etiam idôlum Moabitarum. Nume. 25. d. Deut. 3. & 4. Ios. 22.

פְּעֻלְּתַי Peulthai, phollati, Opera mea, siue opus meum. Nomen viri. 1. Para. 26. a

פּוּרָתָא Phorátha, Fructificatio, siue multiplicatio, aut sortilegus. Filius Aman filij Amadátha. Esth. 9. b

Pasach, phosech, Fragmentum tuum, siue deminutio tua. Filius Iephlat filij Heber filij Bariæ. 1. Para. 7. g

φρυγία Phrygia, Sicca, vel ardens. G. Asię minoris regio amplissima, à septẽtrione, Galatiæ contermina: à meridie, Lycaoniæ, Pisidiæ, Mygdoniæ: ab oriente Cappadociam attingit. ita Plinius in 5. cap. 32. natura. hist. Hieronymus scribit duas Phrygias: quarum maior Smyrnam habet, minor verò Ilium. Phrygiam peragrauit Paulus. Act. 2. b. 16. b

φρύξ Phryx, Siccus, vel ardens. G. 2. Mach. 5. d

פּוּה Phuuah, phua, Hic, aduerbium loci, aut os, oris. f. Filius Issachar. Gene. 46. b

קוּעָה Phua, Exod. 1. c. Gemens, vel vlulans, aut apparens. Nomen obstetricis cuiusdam Hebræorum.

Phua, Iudic. 10. a. Angelus, aut coma. pater Thola ducis in Israel. Filius Issachar filij Iacob. 1. Para. 7. a

Phul, Ruina, aut faba. Rex Assyriorum. 4. Reg. 15. d. 1. Paralip. 5. d

Phuni, phunitæ, Aspiciens, vel facies mea. Num. 26. c

Phunon, Gẽma, siue aspiciens. Nomẽ loci in quo castrametati sũt filij Israel ꝓfecti de Salmona. Num. 33. f

Phur, Sors. Esth. 3. b

Phurim, Sortes. Esth. 9. f

Phur, Aphrica, aut Syriacè, crassa, vel pinguis. Filius Cham. Gene. 10. a. à quo Libyes.

Phuthi, phuthæi, Seducẽs, aut buccella, siue latitudo. Filius Sobal filij Hur primogeniti Caleb ex Ephráta concubina. 1. Para. 2. g

Phutiel, Aphrica dei, vel ex Syro & Hebræo, pinguedo dei. Nomen viri. Exod. 6. d

Pótiphar, Aphricæ taurus: aut ex Syro & Hebræo, saginatus taurus, vel pinguedinis fructificatio. Eunuchus Pharaonis. Gene. 37. g

Potiphara, phutiphar, Gene. 41. f. 46. c. Ex Syro & Hebræo, pinguedinem dissipãs, vel pinguedinis denudatio: aut Syriacè, pinguedinis vindicta. Nomen sacerdoris vrbis Heliopoleos, soceri Ioseph filij Iacob.

φύγελλος Phygellus, Fugitiuus. Vir quidam, de quo Paulus 2. Timoth. 1. d

P I

גַּמָּדִים Gamadim, pigmæi, Nani, vel cubitales. Nomen populi. Ezech. 27. b

מַכְתֵּשׁ Machthes, pila, Contusio, vel pila, aut mortariolum. Nomen loci. Sopho. 1. c

πιλᾶτος Pilatus, Constringens, vel constrictus. Nomen procuratoris Iudææ à Romanis constituti, Luc. 3. a. qui Christum morti adiudicauit. Matth. 27. a. g. Luc. 23. c

πισίδια Pisidia, picea, id est pice denigrata. G. Minoris Asiæ prouincia est, de qua Plinius lib. 5. cap. 27. Hæc Antiochiam insignem vrbem habet. Strabo lib. 12. Meminit ipsius & Lucas Act. 13. & 14. d

πιστικὴ Pistica, Fidelis. G. Ioan. 12. a

P G

פִּלוֹנִי Polonites, Cadens, aut occultus. Vide Phallonites & Phelonites.

ποντικὸς Ponticus, Ex ponto regione Asiæ. Act. 18. a

πόντιος Pontius, Marinus. G. prænomen Pilati procuratoris Iudææ. Matth. 27. a

πόντος Pontus, Mare. G. Lata regio Asiæ ad mare ponticum (quod idem & Euxinum, Asiam Europámque disterminans, appellatur) sita. Cappadociam, Armeniã, Colchidem, aliásq; prouincias complectitur. De hoc Strabo lib. 12. ptolemæus in quinto, cap. 1. Act. 2. b. Hebraicè dicitur Elasar: & interpretatur auferens deus, vel ablatio dei, siue recedens à deo. Gene. 14. a

πόρκιος Portius, Vitulus, aut vitulinus. G. præses palæsthinæ & Iudææ, cognomento Festus. Act. 24. g

ποσειδώνιος Posidonius, potũ præbens. Nomẽ viri. 2. Mach. 14. c

P R

מִפְלֶצֶת Miphléseth, priapus, Simulachrum, siue tremor, vel concussio. Nomen idóli. 3. Reg. 15. b. 2. Para. 15. d

πρίσκα Prisca, Latinum est, id est antiqua. Adiutrix fuit Pauli. Roma. 16. a

πρίσκιλλα Prisilla, Idem: diminutiuum à prisca. Vxor Aquilæ pontici. Act. 18. a

προβατικὴ Probatica, Ouina, id est locus vbi pecora sacrificanda tenebantur. G. Ioan. 5. a

πρόχορος Prochorus, Expeditus vel facilis, aut promptus vel paratus. G. Nomen diaconi. Act. 6. b

προσήλυτος Proselytus, Aduena, vel peregrinus. G. Act. 2. b

P T

πτολεμαὶς Ptolemaida, Bellicosa. G.

πτολεμαΐς Ptolemaïs, Idem. G. Ciuitas est in Iudæa, maritima prope montem Carmelum, quæ à quodam Ptolemæo sic dicta est. Act. 21. b

πτολεμαῖος Ptolemæi, Idem. p.n. G.

Talmai,

תַּלְמַי Talmai, Ptolemæus, Sulcus, ſcilicet qui fit cum aratro: ſiue ſuſpẽdens aquas, aut coadunatio aquarũ. Græcè verò, Bellicoſus. Filius Dorimini. 1. Machab. 3. c

P V

פּוּבֶשֶׁת Pibeſeth, pubaſtus, Os cõculcationis, vel cõtemptus, ab ore. Nomen ciuitatis Ægypti. Ezech. 30. c

Publius, Latinum eſt. Act. 28. b

Pudens, Latinum eſt. Nomen viri. 2. Timoth. 4. d

Puteoli, Latinum eſt. Ciuitas colonia Campaniæ, eadem Dicæarchia dicta. Act. 28. c

P Y

πύῤῥος Pyrrhus, Flauus, Rubens, pater Soſipatri. Acto. 20. a

Q

Q Vartus, Latinum eſt. Nomen viri. Romano. 16. d.

Quintus, Latinum eſt.

R

רָחָב R Ahab, Raab, Pſal. 86. a. Superba, aut fortis, vel tumultuans. Ægyptum eſſe quidam memorant.

רָאָיָה Raaia, Viſio domini. Filius Subal filii Iuda. 1. Para. 4. a. 1. Eſdr. 2. c

רַעֲמְיָה Raamiah, Raamias, Tonitruum domini, ſiue malum à domino, aut ſocius à domino, vel paſtor à dominio. Nomen viri. 2. Eſd. 7. b

רַבָּה Rabba, Multa, ſiue grandis, aut iurgium, ſiue impugnatio. Vrbs in tribu Iuda. Iere. 49. a

Rabbath, Idem. Ciuitas filiorum Ammon. Deuter. 3. b. 2. Reg. 12. f. Iere. 49. a. Quã Euſebius Philadelphiã eſſe credit.

רַבִּי Rabbi, Magiſter, Matth. 11. c. Marc. 9. a. Ioan. 1. f

Rabboni, Magiſter, Syrum eſt. Marc. 10. g

רַבִּית Rabbith, Rabboth, Fœnus, vel vſura, aut multitudo, vel iurgium, ſiue impugnatio. Ciuitas in tribu Iſſachar. Ioſue 19. b

רַב־מָג Rab-mag, Multitudinem diſſoluens vel liquefaciẽs: aut magiſter vel princeps liquefactionis, ſiue magiſter vel princeps liquefactus vel tabefactus. Princeps quidam, cuius meminit Iere. 39. a

רַב־שָׁקֵה Rab-ſake, Rabſaces, Magiſter vel præpoſitus bibẽtium, aut magiſtri oſculũ vel ſacculus, ſiue multum bibens aut oſculans, vel magnus ſaccus. Princeps in exercitu Nabuchodonoſor. 4. Reg. 18. d

רַב־סָרִיס Rab-ſares, ſiue Rabſaris, Magiſter vel præpoſitus Eunuchorum. Princeps quidam ſub rege Nabuchodonoſor. 4. Reg. 18. d. Iere. 39. a

רַקָא Raka, Raca, Vacuus, vel vanus. D. Matth. 5. d

רָכַל Rachal, Suſurro, aut aromatarius, ſiue negotiator. Ciuitas, quam Dauid ſuorum ſpoliorum participem fecit. 1. Regum 30. g

רָחֵל Rahel, Rachel, Ouis. Filia Laban, altera vxor Iacob. Gene. 29. b

רַדַּי Raddái, Deſcendens, vel dominans. Quintus filius Iſai. 1. Paralip. 2. b

רְעוּ Rehu, Ragau, Socius aut paſtor eius, ſiue malum vel cõfractio eius. Filius Phaleg. 1. Para. 1. b. qui Reu Gene. 11. ſcribitur. Luc. 3. g

Rages, Tempeſtas, vel commotio. D. Ciuitas apud Medos. Tob. 1. c

רְעוּאֵל Rehuel, Raguel, Paſtor dei, aut amicus dei, vel confractio dei. Sacerdos in vrbe Madian, ſocer Moyſi. Exod. 2. c. qui Exod. 3. a. dicitur Iethro.

רָחָב Rahab, Lata, ſiue dilatata, aut platéa. Mulier quæ hoſpitio ſuſcepit exploratores miſſos à Ioſue in Iericho. Ioſue 2. a

רְחַבְיָהוּ Rehabiahu, Rahabia, Latitudo ſiue platéa domini. Nomen viri. 1. Para. 26. c

רַחַם Raham, Vulua, ſiue miſericordia: aut Syriacè, amic⁹. Filius Samma filij Hebron. 1. Para. 2. f

רְעַלְיָה Reeleia, Rahelaia, Sopor domini, vel inebrians dominus, aut ſocius vel paſtor ipſi domino. Nomen viri. 1. Eſdr. 2. a

רְעוּאֵל Rehuel, Rahuel, Paſtor dei, aut amicus dei, vel confractio dei. Filius Eſau ex Baſemath vxore. Gene. 36. a.

Filius Iebaniæ. 1. Paral. 9. b

Reaia, Raia, Viſio domini. Filius Subal filij Iuda. 1. Paralip. 4. a. 1. Eſdr. 2. c

רָאָיָה

Ram, Excelſus, vel ſublimis, aut proiiciens. Filius Eſron filij Phares. 1. Para. 2. a. Filius item Ierameel primogeniti Eſron. 1. Paral. 2. c

רָם

Rama, Excelſa vel ſublimis, aut proiecta. Ciuitas in tribu Beniamin, haud procul à Gabaon. Ioſ. 18. d. Iudic. 4. a. 19. d. quam reædificauit Baaſa rex Iſrael in Iuda. 3. Regum 15. c

רָמָה

Ramatha, Idem. Vrbs Syriæ in monte Ephráim, de qua 1. Reg. 1. c. 15. g. Hieronymus in Thamnitica regione iuxta Dioſpolin ſiram ſcribit.

רָמָתָה

Ramathâim, Idem. p. n. Ciuitas eadem quæ Rama & Ramatha. Dicitur & Arimathæa. 1. Reg. 1. a

רָמָתַיִם

Ramathi, Ramathites, Excelſus, vel exaltatus, aut proiiciens vel proiectus. 1. Para. 27. d

רָמָתִי

Ramath-læhi, Ramath-læchi, Eleuatio maxillę. Nomen loci. Iudic. 15. g

רָמַת־לֶחִי

Ramathæ, Excelſa, vel ſublimis, aut proiecta. D. Ciuitas. 1. Machab. 11. d

Rameſes, Rameſſes, Tonitruum vel exprobratio tineæ, aut malum delens ſiue diſſoluens, vel confractionem diſſoluens, aut cõfractus à tinea. Ciuitas eſt in extremis finibus Ægypti ab Iſraelitis condita, olim (vt Hieronymus ait in Hebraicis quæſtionibus) pagus Arſenoites dicta fuit. Gene. 47. c. Nume. 33. a

רַעַמְסֵס

Remeth, Rameth, Sublimis, vel excelſa, aut proiecta. Ciuitas in tribu Iſſachar. Ioſ. 19. b

רֶמֶת

Ramoth, Idem. p. n. Ciuitas ſacerdotum atque fugitiuorum eſt in tribu Gad, non procul à monte Galaad. Ioſue 13. d. 1. Reg. 30. g

רָמֹת

Ramoth, Deuter. 4. g. Ioſ. 20. c. 3. Reg. 22. a. 1. Para. 6. g. Videns mortem, vel intuitus mortis, vel altitudines. eadem ciuitas quæ & רֶמֶת.

רָאֹת

Rápha, Medicina, vel medicus, aut relaxatio, vel gigas. Filius Beniamin. 1. Para. 6. a. qui Gene. 46. c. dicitur Echi. Filius item Baana. 1. Para. 8. d. 20. d

רָפָא

Repha, Rapha. 1. Paralip. 7. c. Relaxatio laquei. Nomen viri.

רָפָח

Rephael, Raphael, Medicina dei. Nomen viri. 1. Paralip. 26. a

רְפָאֵל

Rephaia, Raphaia, Medicina domini, ſiue relaxatio domini. Filius Ieſeiæ filij Phaltiæ. 1. Para. 3. d. 4. g. Filius Thola. 1. Para. 7. a. Filius Baana. 1. Para. 9. g

רְפָיָה

Rephaim, Raphaim, Gigantes, vel medici, aut relaxati. Populi ſunt, quos Moabitæ, Emim: Ammonitæ, Zomzommim vocant. Deuter. 2. c. d. Vide Emim. Item nomen vallis iuxta Ieruſalem. Ioſ. 15. b. Iſa. 17. b

רְפָאִים

Rephidim, Raphidim, Reclinatoria, ſiue ſtramenta, aut remiſſæ manus, vel medicina manuum. Locus in ſolitudine, non procul ab Horeb monte, vbi vndecima Iſraëlitarum manſio fuit. Exod. 17. a. Nume. 33. b

רְפִידִים

Raphon, Medicina, vel relaxatio, aut gigas. D. Ciuitas. 1. Macha. 5. d

῾Ραφών

Raphu, Idem. Pater Phalti. Nume. 13. a

רָפוּא

Rezin, Raſin, Voluntas, vel voluntarius, aut curſor, ſiue veredarius. Rex Syriæ. 4. Reg. 16. a. 1. Eſd. 2. c

רְצִין

Raſias, Secretum domini, vel myſterium domini. D. Nomen viri. 2. Macha. 14. f

Rezon, Razon, Tenuis, vel macilentus, ſiue ſecretũ, aut ſecretarius, vel princeps. Filius Eliada. 3. Reg. 11. e

רְזוֹן

R E

Ræba, Rébe, Quartus, vel quadratus, ſiue accubans, vel accubatio. Rex Madianitarum. Num. 31. a. Ioſ. 13. c

רֶבַע

Ribka, Rebecca, Saginata, ſiue impinguata, aut contentio obtuſa, vel contentio impedita. Filia Bathuel filij Nachor, vxor Iſaac. Gene. 22. d

רִבְקָה

Ribla, Rebla, ſiue Reblatha, Rixa, vel magnitudo illi, aut iurgium inueteratum vel conturbatum, ſiue iurgium defluẽs. Ciuitas Syriæ. Num. 34. c. 4. Reg. 23. g. 25. b. quæ poſtea (vt Hieronymus tradit) Antiochia dicta

רִבְלָה

Universidad de Deusto
Biblioteca

est . Postremò, Iustiniani principis tempore (Volaterrano lib.11.authore) Theopolis dici cœpit.

רַקָּח Racka, Reeca, Vacuitas, siue sputum aut saliua, vel tẽpus, quod pars capitis est. Ciuitas in tribu Nephthali. Iosue 19.c

רֵקֶם Recem, Vacuus, aut vanus, vel pictura varia, aut saliua eorum. Ciuitas in tribu Beniamin. Ios.18.d. Nomẽ ducis. Ios.13.c. Filius Hebron. 1. Paralip. 2.f. Rex item Madianitarum. Nume.31.a. quem Iosephus lib. 4. scribit sui nominis in Arabia condidisse vrbem, à Græcis postea Petram dictam.

רֵכַח Recha, Tenera, vel delicata. Nomen viri. 1.Para.4.c

רֵכָב Rechab, Quadriga, aut equitatus, vel equitans. Pater Ionadab. 4.Reg.10.d. Filius Remmon Berothitæ. 2. Reg.4.a. 1.Paral.2.g

Rechabitæ, Idem.p.n. Iere.35.a

רְעֻמָּה Rama, Reema, Tonitruum, siue exprobratio, aut malum quoddã, siue societas quædam, vel cõfractio quædam. Regio sic dicta à Regma filio Chus. Ezech.27.e

Regium, Ruptura, vel fractura, quoniã illic terra rupta est inter regnum Neapolitanum & Siciliam. G. Siciliæ ciuitas maritima, viginti milia passuũ à promontorio Peloro secreta. Act.18.c

רַעְמָה Rama, Regma, Idem quod Reema. Filius Chus. Genes.10.a

רֶגֶם Regem, Regom, Lapidans, vel lapidatus, aut purpureus. Filius Iahaddai. 1.Para.2.f

רְחוּם Rehum, Pius, siue misericors: aut Syriacè, amicus. Nomen viri. 1.Esd.2.a

רְעִי Rei, Socius, aut pastor, siue malum vel confractio mea. Nomen viri. 3. Reg. 1.a

רְאָיָה Reaiah, Reia, Visio domini. Filius Ioel. 1.Para.5.c

רַמְיָה Rameiah, Rameia, Sublimis vel excelsus dominus, aut proiectio domini. Nomen viri. 1.Esdr.10.d

כִּיּוּן Chiun, Rempha, Placenta, id est torta adipe conspersa, siue præparatus, aut cõpositus. Hebræi verò dicunt Chiun lingua Arabica vel Punica Saturnum significare. Idôlum. Act.7.c

רִמּוֹן Rimmon, Remmon, Malum granatum, siue altitudo. Ciuitas in tribu tam Iudæ quàm Simeônis. Ios.15.c. 19.a. Itẽ Petra in tribu Beniamin. Iudic.20.g. Vallis itẽ apud Zachariam. 14.b. siue ciuitas secũdum Lyranum, non procul à Mageddo, quæ à quibusdam nunc Maximianopolis dicitur. Sic vocabatur & pater Baana & Rechab seruorum Isboseth. 2.Reg.4.a. Nomen idôli. 4.Regum 5.c

רִמּוֹן־פֶּרֶץ Rimmon-pharez, Remmon-phares, Mali granati diuisio, aut malum granatum diuisionis, vel altitudinis diuisio. Decimasexta Israëlitarum mansio. Nume.33.c

רִמּוֹנוֹ Rimmono, Remmono, Malum granatum eius, siue altitudo eius. Ciuitas sacerdotum in tribu Zabúlon. 1. Paralip.6.g

Resa. Luc.3.g. Caput vel voluntas, aut cursus. D.

רֶשֶׁף Reseph. Volucris, aut diabolus, vel sagitta. f. ignita. Nomen viri. 1.Paral.7.c

רֶצֶף Reseph. 4.Reg.19.c. Isa.37.c. Pauimentũ, vel extẽsio, aut pruna, id est calculus ignitus. Vrbs Syriæ, vt ait Hieronymus. Alij dicunt fuisse Petram, Arabiæ ciuitatem.

רֶסֶן Resen, Frenum. Ciuitas ab Assur ædificata inter Chale & Niniuem. Gene.10.b

רְצִיא Rizeia, Resia, Voluntas, aut voluntarius, siue cursor, aut veredarius. Filius Olla. 1.Paral.7.g

רִצְפָּה Rispha, Respha, Extensio, siue pauimentum, aut pruna, id est calculus ignitus. Concubina Saul, filia Aia. 2.Regum 3. a

רִסָּה Risa, Ressa, Irroratio, vel stillicidium. Nomen loci in quo castrametati sunt filii Israel profecti de Lebna. Nume.33.c

רִתְמָה Rithma, Rethma, Iuniperus, siue sonitus, aut strepit⁹. Locus ad quẽ venerũt filij Israel de Aseroth. Num.33.c

רְעוּ Reu, Socius, vel amicus, aut pastor, siue malum, aut confractio. Filius Phaleg. Gen.11.c. qui Ragau. 1.Para. 1.b. dicitur, iisdem tamen consonantibus & punctis apud Hebræos.

R H

Rhode, Rosa. G. Nomen puellæ. Act.12.c ῥόδη

Rhodochus, Roseus currus. G. ῥοδόχος

Rhodus, Rosa. G. Cycladum insularũ nobilissima, & ab oriente prima, quondam Ophiusa vocata, distans à portu Asiæ nonaginta milibus passuum. Acto.21.a ῥόδος

R I

Ribai, Pugnans, vel obiurgans, siue multiplicans. Pater Ithai. 2.Reg.23.d רִבַּי

Rinna, Canticum, siue exultatio. Filius Simeonis. 1. Paralip.4.c רִנָּה

Riphath, Medicina, siue relaxatio, vel bouile, hoc est vbi boues clauduntur. Filius fuit Gomer. Gen.10.a. Ab hoc Riphæi dicuntur, qui Paphlagones cognomẽtum sortiti sunt. רִיפַת

R O

Rohga, Roaga, Saturatus vel inebriatus meditatione vel eloquio, aut saturatus vel inebriatus abstractione vel separatione. Filius Somer filij Heber. 1. Para.7.g רֹהְגָה

Rehabeam, Roboam, Dilatans populum, aut latitudo vel platea populi, siue odor vel odorans cum populo. Filius Salomonis. 3.Reg.11. g. 1.Para.3.b רְחַבְעָם

Rogel, Pes, siue pedestris, aut explorans, vel delator siue accusator: aut Syriacè, consuetudo. Fons propè Ierusalem in tribu Iuda ad septentrionem. Ios.15.b.18. c. 3.Regum 1.b רֹגֵל

Rogelim, Idem.p.n. Nomen loci. 2.Reg.17.g

Regem-melech, Rogom-mélech, Lapidans regem vel consiliarium, aut purpura, regis vel consiliarij. Princeps Darij regis. Zach.7.a רֶגֶם־מֶלֶךְ

Rehob, Rohob, Latitudo, siue dilatatio, aut platéa. Ciuitas Leuitarum in tribu Aser. Ios.13.b.19.b. 1.Para. 6.g. Rex Soba. 1.Paral.6.g רְחֹב

Rehabia, Rohobia, Latitudo siue dilatatio domini, aut platea domini. Filius Eliesер filij Moysi. 1.Para.23.b רְחַבְיָה

Rehoboth, Rohoboth, Latitudines, siue dilatationes, aut plateæ. Ciuitas Idumææ est propè flumen: patria Saulis Idumæorum regis. Gene. 36.d. Legitur Genesis 13.b. Et ędificauit Niniue, & plateas ciuitatis. Pro, plateas ciuitatis, LXX. transferunt πλὴν βοσβὼθ πόλεν, id est Rohoboth ciuitatẽ. sicq; Chaldæus interpres. tunc ciuitatis nomen erit ab Assur constructæ. רְחֹבוֹת

Reuma, Roma, Excelsa, siue sublimis, aut rhinoceros, vel intuens nimis. Cõcubina Nachor fratris Abraham. Gene.22.d רְאוּמָה

Roma, Ciuitas Italiæ, Valens, vel valentia, aut potẽs vel robusta. G. ῥώμη

Romani, Idem.p.n. G. Ioan.11.f. Act.2.b.22.g ῥωμαῖοι

Kittim, Romani. Danie.11.c. & interpretatur conterentes, vel contritio maris, siue diadema, aut aurum, vel tinctura: aut ex Syro & Hebræo coaceruatio maris. Vide Cethim & Italia. כִּתִּים

Romanus, Valens, siue potens, aut robustus. G. ῥωμαῖος

Remaliahu, Romelia, Excelsus domini, siue celsitudo domini, aut proiectus à domino. Pater Phacee regis Israel. 4.Reg.15.c.16.a רְמַלְיָהוּ

Romemthi-ezer, Exaltans adiutorem vel auxilium, siue exaltaui atrium. Nomen viri. 1.Paral.25.b רוֹמַמְתִּי־עֶזֶר

Ros, Caput, vertex, summitas, siue principium. Filius Beniamin. Gene.46.c רֹאשׁ

Atroth, Roth, Coronæ, siue calamus inebriationis vel saturitatis: aut ex Syro & Hebræo, consilium inebriationis vel saturitatis. Ciuitas tribui Gad data in possessionem. Num.32.g. Heb. Ataroth: & iũgitur sequenti dictioni Sophan, vt ambæ nomen sint vnius ciuitatis, Ataroth-sophan. עֲטָרוֹת

R V

Reuben, Ruben, Videns filium, vel visio filij, aut visionis filius. Filius Iacob ex Lia. Gene.29.f רְאוּבֵן

Rubenitæ, Idem.

Rubenites,

Rubenites,Idem. 1.Paral.11.g

Rufus,Latinũ est.Marc.15.b.Rom.16.b.Nomẽ viri.

רוּמָה Ruma,Excelsa,siue sublimis,aut ,piecta . Ciuitas in tribu Ephraim.Ios.15.f.Iudic.9.f.4.Reg.23.g. quę aliàs Remphtis,item & Arimathæa,teste Eusebio vocatur.

רוּת Ruth,Saturata, vel inebriata . Vxor Maalon filij Elimélech Beth-lehemitæ.Ruth 1.a

S

שָׂעָף SAaph, Cogitans,aut qui volat,vel præuolans.Filius Iahaddai.1.Para.2.f

שְׁאַל Seal,Saal, Postulans, siue postulatus, aut commodatus,siue sepulchrum,vel infernus,aut fouea. Nomẽ viri. 1.Esd.1.d

צַעֲנַנִּים Zaenannim , Saananim , Motiones vel motus dormientis. Ciuitas est limes tribus Nephthali.Ios.19.c

שַׂעֲרִים Saarãim,Portæ,siue æstimationes,aut appretiationes, vel capilli,siue ordeum, aut tẽpestates, siue dæmones, aut pilosi,vel hirci.Ciuitas in tribu Iuda, in qua posteri Simeonis habitauerunt.Ios.15.c.1.Para.4.c

שְׁבָא Seba,Saba,Cõuersio,siue captiuitas,aut canities,vel sessio. Filius Regma. Gene.10. a. à quo ciuitas regalis Æthiopiæ nomen accepit.3.Reg.10.a. Isa. 60.b. Hanc Iosephus lib.2.à Cambyse rege Meroen ex sororis vocabulo cognominatam scribit.Filius item Iectan.Gen. 10.d.Postremò sic nominabatur filius Iecsan.25.a

סְבָא Seba,Saba.Gen.10.a.1.Para.1.a.vbi dicitur, Saba,& Euila.Psal.71.Isa.43.a.interpretatę circuitio, aut ebrius: vel Syriacè,senex. Filius Chus . Inde Sabæi populi qui Fœlicem Arabiam incolunt,sunt dicti . Est & Arabum metropolis nomine Saba,in monte sita.

Sabaa.1.Reg.13.d.vbi dicitur,In terra Sabaa. ista nõ sunt in Hebræo.

שַׁבְּתָנִי Sabacthani, Dereliquisti me . Chaldaicum verbum. Matth.27.e

סְבָאִים Sebaim,Sabaim, Circuitiones,aut ebrij:vel Syriacè, senes.Isa.45.c

שְׁכֶם Sebam, Sabam,Idem quod sequens dictio Sabama, & eadem ciuitas.Nume.32.a

שִׂבְמָה Sibma,Sabama,siue Sabam, Conuersio siue captiuitas nimia,aut canities vel sessio multa.Ciuitas quam ędificauerunt filii Ruben.Nume.32.g.Ios.13.c.Isa.16.c

שְׁבַנְיָה Sebania, Sabania, Conuertens vel captiuans dominus,aut intelligens vel ædificans dominus,siue intellectus vel filiatio domini. Nomen viri.2.Esd.9.a

צְבָאוֹת Sebaoth,Sabaoth,Exercitus.p.n.siue militiæ,aut fortitudines.Iere.11.d

שְׂבָרִים Sebarim, Sabarim,Confractiones, siue spes, vel expectationes,aut frumenta.Locus est trans Iordanem in terra Amorrhæorum , qui à frangẽdo hoc nominis inuenit:siquidem ibi Israelitarum acies fracta est.Ios.7.a

סִבְרַיִם Sibarim,Sabarim.Ezech.47.c. Circuitus altitudinis, aut Syriacè, opiniones,vel cogitationes, aut sperantes, vel spes.Nomen loci.

שְׂבָט Sebar, Sabat, Sceptrum,vel virga,aut tribus. Mensis quandoque Februario nostro respondens.Zacha.2.b

סַבְתָּח Sabta,Sabatha, Circuitus,vel circuiens, aut causans: aut Syriacè,senectus . Filius Chus. Gene.10.a. Ab hoc Sabatheni,qui à Græcis Astabari dicuntur, nomenclaturam sortiti sunt.

סַבְתְּכָה Sabteca,Sabathacha,Circuiens percussionẽ,vel causa percussionis:aut ex Syro & Hebræo,senectutis percussio,Filius Chus.Gene 10.a

שַׁבְתַּי Sabtai,Sabbathái,Sabbathum meum,vel requies aut cessatio mea. Nomen viri. 2.Esdr.11.c

Sabbathismus,Requies,vel cessatio.D.Hebr.4.c

שַׁבַּת Sabbat,Sabbathũ,Requies,siue cessatio. 4.Reg.4.d

שִׁבְעָ Seba,Sabbee.Septẽ,vel septimus, aut saturitas, siue iuramentum.Ciuitas in tribu Simeon.Ios.19.a

שְׁבָא Sæba,Sabæi,Captiuantes, siue conuertentes,aut cani,vel sedentes.Populi.Iob 1.c

שֶׁבֶר Sæbæt,Saber, Confractio,aut spes,vel frumentum. Filius Caleb ex Maacha concubina.1.Para.2.f

Sechacha,Sachachà,Vmbraculum,vel operimẽtum, siue protectio, aut vnctio: vel Syriacè, speculatio . Ciuitas in tribu Iuda. Ios.15.g

סֻכָּה

שָׂכָר Sachar,Merces,siue pretium, aut sicera, vel ebrietas. Nomen viri. 1.Paral.11.g.qui 2.Reg.23.d.dicitur Sarar. 1.Paralip.26.a

Zedukim, Sadducæi,Iusti,aut iustificati : vel Syriacè, scissi,vel schismatici.D.Secta inter Iudęos,negans esse resurrectionem.Act.5.d.23.b.Luc.20.d

צְדוּקִים

צָדוֹק Zadoch, Sadoc, Iustus, aut iustificatus . Filius Achitob.2.Reg.8.d.1.Paral.6.a.Est & nomen sacerdotis.2. Reg.16.e.Filius item Meraioth.1.Para.9.b

שָׁגַג Sage, Ignorans siue comprehendens, vel attingens: aut Syriacè, multus, siue multiplicans . Nomen viri.1. Paralip.11.g

צָחַר Zahar, Sahar, Lucidus, aut candidus. Filius Ashur ex Halaa vxore.1.Para.4.b

צֹחַר Zohar, Sahar, Lucidus, vel candidus. Filius Simeon filij Iacob.Gene.46.b.Hebr.Sohar.

שַׁחֲרַיִם Saharãim , Nigri, vel turbidi, aut matutinantes , vel mane euntes.Nomen viri.1.Para.8.a

Salabim,Respicieus corda, siue pugnus vel pugillus in mari , aut vulpes in mari , vel semita in mari . Vide Salebim.

שַׁעַלְבִנִי Saalboni, Salaboni, Vulpis intellectus vel filius, aut vulpis ædificium, vel pugilli aut pugni ædificium vel intellectus, siue semita ædificij vel intellectus,aut filij. Nomen loci.2.Reg.23.d

Salabonites,Idem.1.Paral.11.g

שִׁלְחִי Silchi, Salai,Missio vel mittẽs,siue ramus aut propagines, vel telum,aut arma,scilicet missilia: vel Syriacè, spolians vel spoliatus. Mater Azuba.3.Reg.22.f

שְׁלוּמִיאֵל Selumiel , Salamiel , Pax dei, siue perfectio dei , aut retributio dei.Filius Surisaddai, princeps suæ tribus Simeon. Nume.1.a

Salamina, siue Salamis, Commota vel conquassata, aut fluctuans. G.Insula Cypri in mari Euboico, contra Athenas,velut author est Põponius Mela lib.2.& Strabo lib. 14. In ea insula est eiusdem nominis oppidum, teste Plinio lib. 5. cap. 31. quod postea appellatum est Constantia,authore Hieronymo . Hoc Iudæi funditus demoliti sunt Traiani principis temporibus , extinctis omnibus accolis,velut scribit Eusebius in Chronicis,& Hieronym.In Salamine Paulus & Barnabas annunciauerunt sermonem dei.Act.13.a

σαλαμῖνα

צִלְתַּי Zilthai, Salathi, Vmbra, siue tinnitus, aut affans vel torrefaciens:aut Syriacè,orans.Nomen principis militum.1.Paral.12.d

שְׁאַלְתִיאֵל Sealthiel,Salathiel, Postulatus dei siue commodatus dei. Pater Zorobabel ducis Iuda. Aggæi 1.a. 1.Esdr.3.c. Filius Iechoniæ filij Ioacim.1.Para.3.c

שֶׁלַח Salah, Sale, Missio, vel mittens,siue ramus aut propagines, vel telum: aut arma,scilicet missilia: aut Syriacè, spolians vel spoliatus.Filius Arphaxad.Gene.10.d. Lucæ 3.g.dicitur filius Chainan filij Arphaxad.

שַׁעַלְבִים Saalbim, Salebim, Respiciens corda,siue pignus vel pugillus in mari,aut vulpes in mari,vel semita in mari. Nomen loci.Iudic.1.g.3.Reg.4.a

סַלְכָה Salecha, Canistrum tuum, aut eleuatio siue conculcatio tua. Ciuitas est in Basan.Ios.12.a

סֶלָה Seled, Saled, Afflictio:vel Syriacè,calefactio,vel adustio.Filius Nadab filij Semei filij Onam.1. Para.2.d

שָׁלֵם Salem,Pax. Nomen vrbis in Sichimis,quæ est in terra Samariæ, ciuitas Iacob, sita in finibus Ephraim . Videtur quoque dicta Sichem . Hæc non est Ierusalem. Gene.33.d. Alia fuit Salem.Vide Ierusalem.

שַׁלְמוֹת Salemoth, Pacificatio,siue perfectio, aut retributio. Nomen viri.1.Paral.24.c

שָׁלַף Saleph, Euaginans, vel euellens , aut discalcians . Filius Iectan.Gene.10.d

שַׁעֲלִים Saalim,Salim,Vulpes.p.n.aut pugilli,siue pugni, vel semitæ. Nomen loci.1.Reg.9.a.Ioan.3.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

שָׁלִישָׁה Salisa, Trina, aut principalis, siue ternatia, vel principissa, aut ducissa. Regio est. 1. Reg. 9. a

שִׁלֵּם Sillem, Sallem, Pax, siue perfectio, aut retributio. Filius Nephthali. Gen. 46. c. qui Sallum. 1. Par. 7. c. dicitur.

שַׁלְמָא Salma, Pax, siue perfectio aut retributio, siue vestimẽtum. Filius Nahasson filij Aminadab. 1. Para. 2. b. qui Salmon & Salma in fine quarti cap. Ruth dicitur. Filius item Hur primogeniti Caleb ex Ephratha concubina. 1. Para. 2. g

שַׁלְמַן Salman, Pacificus, siue perfectus, aut retribuens. Nomen regis cuiusdam, de quo Osee 10. d

צַלְמֻנָּע Zalmuna, Salmana, Vmbra prohibita, aut vmbra vel imago commotionis, vel tinnitus cõmotionis, vel submetlio prohibitionis aut commotionis. Rex Madian. Iudic. 8. b. Psal. 82. c

שַׁלְמַנְאֶסֶר Salmanæser, Salmanaser, Pax ligata, siue perfectio vel retributio ligata: aut pax vel perfectio siue retributio nunc ablata vel nunc recedens. Rex Assyriorum. 4. Regum 17. a

שַׁלְמְיָה Selemia, Salmias, Pax domini: siue perfectio aut retributio domini. Nomen viri. 1. Esd. 10. d

שַׁלְמַן Salman, Salmon, Pacificus, siue perfectus, aut retribuẽs. Filius Nahasson filij Aminadab. Ruth 4. d. qui & ibidem, & 1. Para. 2. b. dicitur Salma.

σάλμων Salmon, Fluctuatio, vel cõmotio, aut conquassatio. G. Ciuitas maritima Cretæ insulæ. Act. 27. b

צַלְמֹנָה Zalmona, Salmona, Vmbræ munus vel numerus, siue tinnitus numeri vel muneris, aut imago nostra. Locus in quo castrametati sunt filij Israël profecti de mõte Hor. Nume. 33. c

סַלּוּא Sallu, Salo, Canistrum, vel exaltatio, siue conculcatio, aut æquiparatus. Filius Mosollam. 1. Para. 9. b

Salome, Pacifica, vel perfecta, aut retribuens. D. Mulieris nomen. Marc. 15. d

שְׁלֹמִי Selomi, Salomi, Pacificus, siue perfectus, aut retribuẽs. Pater Ahiud principis filiorum Aser. Num. 34. d

שְׁלוֹמִית Selomith, Salomith, Idem. f. g. Filia Zorobabel filij Phadaiæ. 1. Para. 3. d. 25. a. Filius Roboam. 2. Para. 11. d

שְׁלֹמֹה Salomo, Salomon, Pacificus. Filius Dauid ex Beth-sabee vxore Uriæ. 2. Reg. 5. c. 12. f. Hebr. Selomo.

Salon, Manens, vel qui manet, aut pacificus, vel abũdans: aut Syriacè, illudens vel decipiens. D.

σαλὼν Salon, Fluctus, vel commotio. G.

צְלָפְחָד Zelophad, Salphaad, Vmbra formidinis, siue tinnit⁹ formidinis, vel assationis, aut submersionis formido. Filius Hepher filij Galaad filij Machir filij Manasse. Nume. 26. d. 1. Para. 7. c

Saltus, Latinum est, & est interpretatio huius nominis Iaheri, quod saltum, siue syluam, aut fauum significat. Pater Adeodati. 2. Reg. 21. d. 1. Paral. 20. c

פָּלוּא Salu, Canistrum, siue exaltatio, aut conculcatio, vel æquiparatus. Pater Zamri illius, qui cum Madianitide occisus est. Nume. 25. c

שְׁלִשָׁה Silsa, Saluса, Trinus, vel principalis, aut dux. Filius Supha filij Helem. 1. Para. 7. g

שֶׁמַע Sema, Sama, Audiens, vel obediens. Ciuitas in tribu Iuda. Ios. 15. d. Nomen item viri. 1. Para. 8. b

חוֹשָׁמָע Hosama, Sama, Exauditus, siue ipse exaudiens vel obediens. Filius Iechoniæ filij Ioacim. 1. Para. 3. c

vel שִׁמְעָה Simea, Samáa, Audiens, vel obediẽs. Frater Dauid. 2. שָׁמָע Reg. 21. d. 1. Para. 6. c. Filius Merari. 1. Para. 6. c. 12. a. Ciuitas item in tribu Iuda. Ios. 15. d

שִׁמְאָה Simea, Samaa, Nominatus, vel appositus, aut perditio, vel desolatio. Filius Macelloth filij Abigabaon. 1. Para. 8. c. qui 9. f. dicitur Samaam.

שִׁמְעָם Simeam, Samaam, Nomen matris vel gentis, aut nomen timoris, vel ponens timorem, aut appositus matri vel genti, aut ibi timor, vel mater aut gens. Filius Macelloth. 1. Para. 9. f. qui 8. c. dicitur Samaa.

סָמָךְ Samach, Adhærens vel innixus, aut iunctus.

סְמַכְיָהוּ Semachiahu, Samachias, Adhærens domino, vel innitens aut iunctus domino. Nomen viri. 1. Para. 26. a

שָׁמֵד Samed, Samad, destruens siue exterminans, aut conterens. Filius Elphaal filii Mehusim. 1. Para. 8. b

שְׁמַעְיָה Semaia, Samaia, siue Samaias, Audiens dominũ, vel obediens domino. Pater Semri patris Idaiæ. 1. Para. 4. f. Filius Ioel. 1. Para. 5. a. Vir Gabaonites. 1. Para. 12. a

שָׁמְחוּת Samiuth, Samaoth, Desolatio, vel perditio, aut stupor, siue ibi iniquitas, aut nomẽ iniquitatis, vel desolás aut perdens iniquitatem. Nomen viri. 1. Para. 27. a

שְׁמָרַיִם Semaraim, Samaráim, Lanæ, aut medullæ. s. arborũ. Ciuitas in tribu Beniamin. Ios. 18. d

שִׁמְרִית Simerath, Samarath, Custodia, vel adamas, aut vepres, vel spina, seu fæx. Filius Semei. 1. Para. 8. b

שֶׁמֶר Zemari, Semaræus, Lana, vel medulla, scilicet arborum. Filius Chanáan. Gene. 10. c. Hic Edessam incoluit.

שֹׁמְרוֹן Semrõ, Samaria, Custodia, vel adamas, aut vepres, vel spina, seu fæx eius. Nomen montis. 3. Reg. 16. e. Vrbs itẽ Syriæ inter Iudæam & Galilæam media, authore Iosepho lib. 3. cap. 2. a. ab Amri Israelitici populi rege condita. Iste enim, Simeron, siue Sameron, vel (vt ttãstulit interpres noster) Samariam mõtem à quodam Semer emit: ciuitatémque quam in montis vertice extruxerat, à vendẽtis nomine, Simeron, siue (vt transtulit noster interpres. 3 Reg. 16. c.) Samariam appellauit. Hac deinde reges Israelitarum pro regia vsi sunt. Aliàs, vt Eusebius testatur, Ecthenias est dicta. Mox post Hircani Iudæorum pontificis expugnationẽ, ab Herode rege iterum ædificata, atque in honorẽ Augusti, Græco vocabulo σεβάστη nominata est. Stephano Neapolis quoque nominatur. Ios. 11. a. 4. Reg. 6. f. Isa. 7. b. 10. b

שֹׁמְרוֹנִי Semariahu, Samaria, siue Samarias. 1. Para. 12. a. 1. Esd. 10. d. Custodia domini, aut adamas domini, seu vepres vel spina domini. Nomen viri.

שֹׁמְרֹנִים Somronim, Samaritani, Custodes, vel adamantini, siue spinosi, aut fæces, vel fæculenti. Luc. 9. f

Samaritanus, Idem. s. n. Luc. 17. d

Samaritæ, Idem quod Samaritani.

שֶׁמֶר Zemari, Samatites, Lana, aut laneus, vel medulla. s. arborum.

שִׁמְרוֹן־מְרוֹן Simron-meroon, Sameron, Custos amaritudinis vel myrrhæ fortis, vel doloroſæ aut iniquæ: aut adamas vel spina siue fæx myrrhæ doloris aut iniquitatis vel fortitudinis. Ios. 12. d

שַׁמְגַּר Samgar, Nominatus aduena, siue ibi peregrinus vel certans, aut nominis ruminatio, vel desolatio siue stupor aduenæ vel ruminantis aut certantis. Filius Anath, iudex in Israel. Iudic. 3. d

שֹׁמֵר Samir, Custodia, seu vepres, vel spina, aut adamas vel fæx. Ciuitas in tribu Iuda, in montanis Ephraim. Ios. 15. f. Iudicum. 10. a. Nomen viri. 1. Para. 24. d

שַׁמָּה Samma, Perditio, siue desolatio, vel stupor, aut ibi, siue nomẽ aut nominatus, vel appositus. Filius Isai patris Dauid. 1. Reg. 16. b. qui 1. Para. 2. b. dicitur Simmaa. Filius Rahuel filii Esau. Gene. 36. b. 1. Paralip. 1. c. Filius Supha filii Helem. 1. Para. 7. g

שַׁמָּה Samma. 1. Paral. 2. f. 8. b. audiens vel obediens. Filius Hebron. Filius item Azaz. 1. Para. 5. a. 11. g

שַׁמַּי Sammai, Nomen meum, aut desolatio vel perditio mea, siue stupor, aut cœli. Filius Recem filii Samma. 1. Para. 2. f. Filius Ezra. 1. Para. 4. c

שַׁמּוּעַ Sammúa, Audiẽs, vel obediens. Filius Zechur. Num. 13. a. Filius Dauid. 1. Para. 3. b

שְׁמוֹת Samoth, Nomina vel desolationes, aut perditiones, siue stupefactiones. Nomen viri. 1. Para. 11. f

σαμοθρᾴκη Samothrace, Arenosa & aspera. G. insula in sinu Pacusiaco, è regione Thraciæ: sic dicta, quòd eam insulã Samii & Thraces incoluerint. Act. 16. b

שִׁמְרִי Simri, Samri, Custodiens, siue spina, aut fæx, vel adamas. Nomẽ viri. 2. Para. 29. c. Pater Iedihel. 1. Para. 11. g

שִׁמְשַׁי Simsai, Samsai, Sol meus, aut nomẽ muneris, siue ibi munus: aut Syriacè, minister. Nomen viri. 1. Esd. 4. b

Samsame, Nomen auditum, vel famosa auditio. D. Nomen loci. 1. Machab. 15. d

Samserai,

שַׁמְשְׁרַי Samſerai, Samſari, Nomen cantantis vel dominãris, aut ibi cantor, vel ibi dominans. Filius Ieroham. 1. Paralipom. 8.c

שִׁמְשׁוֹן Simſon, Samſon, Sol eius, aut nominis iteratio vel ſecundatio ſiue mutatio, vel nomen dormientis, aut ibi dormiens: vel Syriacè, ſeruitium aut miniſterium eius. Filius Manue. Iudic. 14.d

שְׁמוּאֵל Semuel, Samuel, Poſitus à deo, aut nomẽ eius à deo. Filius Thola filii Iſſachar. 1. Paral. 7.a. Filius Elcanæ ex Anna vxore altera, propheta. 1. Reg. 1.c. 1. Paral. 6.c

שָׁמוּעַ Samúa, Audiens, vel obediens. Filius Dauid. 2. Reg. 5.c. 1. Paral. 14.b. qui Samúa. 1. Paral. 3. b. dicitur, iiſdẽ conſonãtibus & punctis apud Hebræos.

*mare* Samus, Arenoſa. G. Inſula in mari Aegeo. Act. 20. c. 1. Machab. 15.d

סַנְבַלַּט Sanballat, Sanaballat, Rubus in abſcondito vel in inuolutione: aut ex Syro & Hebræo, inimicus in abſcõdito vel in inuolutione. Nomen viri. 2. Eſd. 2. b

שֵׁנָן Zenan, Sanan, Frigiditas, ſiue ſcutum, vel arma. Ciuita in tribu Iuda. Ioſ. 15.c

שְׂנִיר Senir, Sanir, Dormiens lucerna, vel nouale: ſiue iteratio vel mutatio aut ſecundatio lucernæ vel noualis, aut mutatio vel iteratio aut ſecundatio docentis vel oſtendẽtis. Mons qui & Hermõ & Sarion dicitur. Deut. 3. b. Ezech. 27 a Vide. 1. Paralip. 5. d. Vocatur & Sion. Deute. 4. g. Vide Hermon.

סַף Salph, Peluis, crater, phiala, limẽ, poſtis qui vtrinque in porta erigitur, finis, vel conſummatio, iuncus vel palagus. Nomen gigantis. 2. Reg. 21. d

סִפַּי Siphai, Saphai, Limen, vel ſuper liminare: aut hydria vel phiala, ſeu finis vel conſummatio. Nomen propriũ gigantis. 1. Paral. 20. c. qui. 2. Reg. 21. d dicitur Saph.

שָׂפָם Sapham, Barba, ſiue labium aut ripa eorum, vel cõfractio aut ſolitudo eorum. Filius Gad. 1. Paral. 5. b

שָׁפָן Saphan, Hericius, aut cuniculus, vel chœrogryllius, ſiue abſconditus vel reconditus, aut labium vel ripa ſiue confractio earum. Scriba quidam filius Aſalia. 4. Reg. 22. a

שָׁפָט Saphat, Iudex vel iudicans. Filius Huri. Nume. 13. a. Pater Eliſæi. 3. Reg. 19. c. Filiꝰ Semeiæ filii Secheniæ. 1. Paral. 3. d. Filius Gad. 1. Para. 5. b

שְׁפַטְיָה Sephatia, Saphatia, ſiue Saphatias, Iudicans dominꝰ ſiue iudicium domini. Filius Dauid ex Abital. 2. Reg. 3. a. 1. Paral. 3. a. Filius Rahuel. 1. Paral. 9. b. Vir Aruphites. 1. Para. 12. a. Vide. Ierc. 38. a. 2. Eſd. 7. e

Sapphira, Narrans, vel numerãs, aut libraria, vel literaria: aut Syriacè formoſa. D. Vxor Ananiæ illius qui deo mentitus, ad verbum Petri mortuus eſt. Acto. 5. a

שִׁפְמִי Siphmi, Saphomites, Labium vel ripa aquarum, ſiue contritio aquarum. 1. Paralip. 27. d

צָפוֹן Zaphon, Saphon, aquilo ſiue abſconditus, aut ſpeculator. Nomen loci. Ioſ. 13. d

שָׂרָה Sara, Domina, vel princeps. Vxor Abraham. Gene. 17. c. Vide שָׂר

שָׂרַח Sara, Gene. 46. b. Nume. 26. e. 1. Para. 7. f. Odorãs vel domina odoris, aut canticũ odoris. Filia Aſer filii Iacob.

זָרְעָה Zarea, Sara, ſiue Saraa. Ioſue. 19. c. Iudicum. 13. a. 16. g. 2. Eſd. 11. d Lepra, aut crabro. Ciuitas in tribu Dan.

שְׁאֵרָה Særa, Sara. 1. Paralipo. 7. c. Caro vel conſanguinitas, aut fermentum, ſiue reſiduum vel remanens. Filia Ephráim.

שְׂרֵפָה Serebia, Sarabia, Siue Sarabias. Siccitas domini, vel præualens cum domino, aut pſallens in domino vel cũ domino. Nomen viri. 1. Eſd. 8. e

שָׂרַי Sarái, Domina mea, vel princeps mea. Vxor Abraham. Gene. 11. d. filia Aran fratris mariti ſui, quæ & Ieſcha ibidem dicitur. dicta eſt & Sara. Vide שָׂרָה

זַרְחִי Zarchi, Sarái. 1. Paral. 2. g. Leproſus, vel crabro

Saraitæ, Idem. 1. Paralip. 2. g

שָׂרַי Satái. 1. Eſdræ. 10. g. Dominus aut princeps meus, vel canticum meum.

שְׂרָיָה Seraiah, Saraia, ſiue Saraias, Princeps domini, vel canticum domini. Filius Cenez. 1. Paral. 4. c. 6. a. 2. Reg. 8. d. Filius Ezriel. Iere. 36. f. Vide. 4. Reg. 25. e. 1. Paral. 6. a. 1. Eſd. 2. a

שָׂרַר Sarar, Vmbilicus, aut cogitatio, vel inſidiatio, ſiue cantans, vel dominus. Pater Ahiam. 2. Reg. 23. d. qui. 1. Para. 11. g. dicitur Sachar.

שַׂרְאֲצַר Saræzer, Saraſar, Præpoſitus theſauri vel cellarij, aut pſallentis theſaurus vel cellarium, ſeu qui videt angũſtiam: aut ex Syro & Hebræo caſtrametatio angũſtiantis. Filius Sennacherib. 4. Reg. 19. g. Iſa. 37. g. Principis cuiuſdam nomen, de quo Zach. 7. a

צָרַת־הַשָּׁחַר Zæreth-haſaar, Sarath-aſar, Plaſmatio matutina, aut angũſtia vel colligatio matutina, ſiue angũſtia vel figura nigredinis. Ciuitas in tribu Ruben in monte Bethphagor. Ioſ. 13. c

צָרְעָתִי Zareathi, Sarati, Leproſus vel crabro. 1. Para. 4. a

*orif. sitis* Sardis princeps iucunditatis, aut canticum lætitiæ, vel id quod remanet vel relinquitur: aut Syriacè, cortina. D. Ciuitas. Apoc. 3. a

צָרְעָה Sarea, Lepra, vel crabro, Vrbs tribus Iudæ. Ioſ. 15. e

שְׂרָיָה Seraia, Sareas, Princeps domini, aut canticum domini. Filius Thanehumeth. Ierem. 40. c

שַׂרְכִיָּה Serebia, Sarebias, Siccitas domini, vel præualens cũ domino, aut pſallens in domino vel cum domino. Nomen viri. 2. Eſd. 9. b

סָרָה Sered, Sared, Ablatio domini vel deſcenſionis: aut Syriacè, cortina. Filius Zabulon. Gene. 46. b

צָרֶדָה Zereda, Sareda, Angũſtia vel colligatio dominij vel deſcenſionis, aut plaſmatio dominij, vel deſcenſionis. Patria regis Ieroboam. 3. Reg. 11. e

Saredatha, Idem. Nomen loci. 2. Para. 4. d

סָרְדִי Sardi, Sareditæ, Ablatio dominij vel deſcenſionis: aut Syriacè, cortina. Nume. 26. e

צַרְפָתָה Zarphata, Sareptha, Angũſtia bucellæ vel panis, ſiue conflatio vel conflatorium, aut angũſtiæ dilatatio vel perſuaſio. Ciuitas quaſi in medio inter Tyrum & Sidonem ſita. 3. Reg. 17. a. quidam Fráciam ſeu Galliam eſſe dicunt. Abdiæ. 1. g

שָׂרֵשׁ Sares, Radix, vel catenula. Frater Phares filij Machir 1. Paral. 7. d

סַרְגוֹן Sargon Auferẽs protectionem vel corpus aut colorem: ſiue auferens hortum: aut Syriacè, rete vel retiaculum. Nomen regis aliàs Sennacherib dicti. Iſa. 20. a.

שַׁעֲרַיָה Searia, Saria Porta domini, ſiue eſtimatio vel appretiatio aut capillus domini, vel hircus domini, ſiue hordeum vel tempeſtas domini, aut dæmonis dominus. Filius Aſel. 1. Para. 8. d. 9. g. Hebr. Saaria.

Sarias, Idem quod Sareas.

שִׂרְיוֹן Sirion, Sareon, Lorica, vel planities, aut canticum columbæ. Mons à Sidoniis ſic vocatus, quẽ Amorrhæi Sanir vocant. Deuter. 3. b. Vide Sanir & Hermon.

שָׂרִיד Sarid relictus, vel remanens, aut principis manus, ſiue canticum manus. Terminus eſt Zabulonitæ tribus Ioſue. 19. a

שָׂרוּחֵן Saruhen, Sarohen, Princeps gratiæ, vel principis gratia, ſiue canticum gratiæ. Ciuitas in tribu Simeon. Ioſue. 19. a

שָׁרוֹן Saron, ſiue Sarona, Planities, aut canticum eius. Regio eſt, teſte Hieronymo, inter Tabirinum montem & lacum Tyberiadis, & à Cæſarea vſque ad Ioppen ſe vltra extendens. Hæc pinguis & fertiliſsima eſt. 1. paral. 27. d. Iſa. 33. b. Acto. 9. f. Eſt & vrbis nomen in qua filij Gad habitauerunt. 1. para. 5. c

שָׁרוֹנִי Saroni, Saronites, planities, vel planus, ſiue cantans. 1. paralip. 7. d

שַׂרְסְכִים Sarſechim, Sarſachim, præpoſitus cooperimentorũ, vel vnctionum. Vnus ex principibus regis Babylonis. Iere. 39. a

צָרְתָן Zarthan, Sarthan, vel Sarthana, Tribulatio ſiue angũſtia, aut colligatio, ſiue plaſmatio, aut figuratio, vel angũſtiam dans. Locus non procul à Iezrahele. 3. Regum. 4. b. 7. g

Universidad de Deusto
Biblioteca

שָׂרוּג Serug,Sarug,Palmes,vel ſarmentum,ſiue ramus,aut conuolutio.Filiꝰ Reu.Gene.11.c.Luc.3.g

צְרוּיָה Zeruia,Saruia, Anguſtia vel tribulatio domini,aut colligatio ſiue plaſmatio vel figuratio domini. Mater Abiſai,filia Iſai patris Dauid.1. Reg.26.a.1. Para.2.b

שֶׁשְׁבַּצַּר Sesbazar, Satabaſar, Gaudiū in tribulatione vel anguſtia,aut gaudii perhibitio vel munitio,ſiue gaudium vindemiæ, vel ſexta anguſtia, aut linum vel byſſus anguſtiæ.Princeps in tribu Iudæ.1. Eſd.1.d

שַׂעַשְׂגַּז Saaſgaz,Saſagazi,Qui facit tranſitum vel tōſionem, aut reſpiciens tranſeuntem vel tondentem,ſiue cōprimens vellus,Eunuchus regis Aſſueri.Eſther.2.c

שָׂטָן Sathan,Contrarius vel aduerſarius.Zach.3.a

Sathanas,Idem.Matth.16.d.Mar.4.b. Luc.10.c

שָׁוֵה Saue,Planities, vel æquitas, aut ponens,vel poſitus. Ciuitas ſiue vallis. Gene.14.a.quæ & vallis regis ibidē dicitur.

שָׁאוּל Saul,Poſtulatus,ſiue commodatus,aut fouea,ſiue ſepulchrum vel infernus.Sextus rex in Edom,qui fuit ex Rohoboth. Geneſ.36.d. Filius item Simeonis filii Iacob.Gene.46.b.1.Paral.4.d.6.b. Filius poſtremò Cis. 1.Reg.9.a

שָׁאוּלִי Sauli,Saulitæ, De Saul, quod interpretatur poſtulatus ſiue commodatus, aut fouea ſiue ſepulchrum,vel infernus.Nume.26.b

σαοὺλος Saulus,Poſtulatus, ſiue commodatus, aut ſepultus. Sic dicebatur Paulus apoſtolus ante conuerſionem. Act.7.g

σαῦρα Saura Salamandra genus lacertæ.G.

S C

σκεύα Sceua,Diſpoſitus vel præparatus.Vir Iudæus. Acto. 19.c

σκηνοπηγία Scenopegia,Feſtum tabernaculorum.G.Ioan.7.a

Scenofactoria,ſcilicet ars,ex Græco τῆς σκηνῆς, & facio verbo Latino:ars faciēdi tabernacula, quam artem exercebat Paulus apoſtolus.Act.18.a

שִׁבֹּלֶת Schibbóleth,Spica,aut fluctus, ſcilicet aquarum. Iudicum.12.c

σκύβαλα Scytæ,Coriarii,vel cerdones,Sunt qui interpretentur, poculis vacantes, quòd σκῦφος genus ſit poculi.G. Coloſſ.3.b

σκυθοπολίτης Scytopolytæ,Coriarii ciues.G.

S E

שֶׁבַע Séba,ſiue Sébe,Septem,vel ſeptimus, ſiue ſaturitas, vel iuramentum.Nomen viri.1. Paralip.5.b. Filius Bochri.2.Reg.20.a

שְׁבַנְיָה Sebania, Sebenia,ſiue Sebenias,Conuertens vel captiuans dominus, aut intelligens ſiue ædificans dominus,ſiue intellectus aut filiatio domini. Nomen viri.2. Eſd.9.a.10.a. ſacerdos quidam.1. Para.15.c

צִבְעוֹן Zibeon,Sebeon,Stans iniquitas,ſiue inflatio vel tumor peccati:aut Syriacè, tinctus vel intingens.Pater Anæ patris Oolibama alterius vxoris Eſau, de filiabus Chanáan.Gene.36.a

צִבְיָה Zibeiah, Sebia, Damula,vel caprea,aut pulchra, vel præcipua, ſiue ſtans dominus : aut Syriacè, voluntaria. Mater Ioas filii Ochoziæ filii Ioră filii Achab. 4. Reg. 12.a. Filius item Saháraim ex Hodes vxore.1. Para.8.a

שְׁבַנְיָה Sebania,Sebnia,Idem quod Sebenia.Nomen viri.2. Eſdræ.9.a

צְבוֹיִם Zeboim,Seboim, Damulæ, vel capræ, ſiue pulchri, vel præcipui, aut inflati: vel Syriacè, voluntarij. Vrbs eſt.Gene.10.c

צְבָעִים Zebaim, Seboim.1. Reg.13.d.2. Eſd.11.d. Intincti, aut tincturæ,vel ſtantes acerui.Vallis nomē.

שַׁבְּתַי Sabthai,Sebthái, Sabbathum,ſiue requies, vel ceſſatio.Nomen viri.1.Eſd.8.b

שְׁכֶם Sechem, Pars ſiue portio, vel humerus, aut matutinatio, vel itio quæ fit mane. Filius Galaad filii Machir filii Manaſſe.Nume.26.d.1.Paralip.7.d.Ab hoc metropolis Samariæ in tribu Manaſſe, quæ Sichem dicitur. Vide Sichem.

Sechemitæ,Idem.p.n.Num.26.d

שְׁכַנְיָה Sechania,Sechenias,Vicinus dominus, aut habitatio domini. Filius Obdiæ filiiAuan filii Raphaiæ.1. Para.3. d.24.b.2.Para.31.c

שָׂכְיָה Sachia,Sechia, protectio vel ramus domini,ſiue ſepiens,aut vallans dominus,vel ceſſatio domini. Filius Saharáim ex Hodes vxore ſua.1.Para.8.a

שִׂכְרוֹנָה Sichrona,Sechrona, Ebrietas, aut pretium,vel merces eius.Ciuitas in in Tribu Dan.Ioſ.15.c

שֵׁנִי Secundus, Latinum eſt. Nomē viri,de quo Act.20.a

זְדָדָה Zedada,Sedada,Latus eius,ſiue cibarium aut venatio eius,vel inſidiæ eius.Terminus eſt tribus Iudæ.Nume.34.b.Ezech.47.c

צִדְקִיָּהוּ Zidkiahu,Sedecias,Iuſtus domini,vel iuſtitia domini.Filius Ioſiæ regis, ſic nominatus à Nabuchodonoſor,cum prius Mathanias diceretur.4. Reg.24.d.1. Paral.3.c.Filius itē Hananiæ.Iere 36.c. Hoc nomine vocabatur propheta ille blaſphemus.3. Reg. 22.b. Filius Chanáan.Fuit & filius Ioacim filii Ioſiæ.1. Para.3.c

Sedei,Omnipotens,vel deuaſtator,aut ager,ſeu mamilla.d

שְׁדֵאוּר Sedeur, Ager luminis vel ignis, ſiue vbera luminis, aut omnipotentis lumen, vel deuaſtatoris ignis. Pater Eliſur principis tribus Rubē. Nume.1.a

צוֹעַר Zoar, Segor, Parua. Oppidulum eſt Sodomorum. Gene.19.c.Iſa.15.c.quod Gene.14.b.dicitur Bala Dicitur & Vitula conſternens,iuxta Hieronymum.

שׁוּב Segub,Fortificatus, aut exaltatus. Filius Hiel reædificatoris Iericho.3. Reg.16.g. Filius Eſron filii Phares, ex filia Machir patris Galaad.1.Para.2.c

סִיחוֹן Sihon,Sehon,Eradicario, ſiue concluſio. Rex Amorrhæorum.Nume.21.e.Ioſ.3.b

שֵׂעִיר Seir,Hiſpidus ſiue piloſus,aut hœdus,vel demō, ſeu ordeaceus vel tēpeſtas. Mons eſt Idumææ,qui ab Eſau huius montis accola, eo quòd eſſet hirſutus,nomē accepit.1.Paral.4.g. Iſa.21.c.Eſt & nomen viri cuiuſdam Horræi.Gene3.6.c

שְׂעִירָה Seira, Patua,ſiue tribulata. Ciuitas eſt Idumææ. 4. Regum.8.e

שְׂעִירַתָה Seirathah,Seirath,Hœdus,ſiue piloſus,aut dæmon, ſiue tempeſtas,vel ordeum. Nomen loci.Iudic.3.d

שֶׂלָא Sela Diſſoluens,ſiue diſcalceans:vel Syriacè, illudēs, ſiue decipiens. Filius Iudæ ex Sua vxore. Gene.38.a.1. Paralip.4.d

צֵלָע Zela,Sela,Coſta ſiue latus, aut claudicatio. Ciuitas in tribu Beniamin.Ioſ.18.d

שִׁלְחִי Silhi,Selahi, Ramus vel propagines, ſiue miſsio vel mittens, aut telum vel arma,ſcilicet miſsilia: vel Syriacè ſpolians, vel ſpoliatus. Mater matris Ioſaphat regis Iud.2.Paral.20.g

שִׁלְנִי Selani, Selaitæ,Diſcalceans,ſiue diſſoluens:vel Syriacè,illudens,ſiue decipiens.Nume.26.c

שַׁלְכָה Salcha,Selcha,Caniſtrum tuum,vel eleuatio aut cōculcatio tua. Ciuitas regis Og in Baſan. Deuter.3.b.1. Paralip.5.b

שַׁעַלְבִין Saalabin, Selebin'. Vulpis intellectus vel filius, aut pugnus vel pugillus intellectus, ſiue ſemita intellectus vel filii,aut reſpicientis intellectus. Ciuitas in tribu Dā. Ioſue.19.c

צֶלֶק Zælæk.Sélec. Vmbra vel tinnitus lambentis vel percutientis,aut aſſans vel torrefaciens lambētem vel percutientem.Nomen viri.2.Reg.23.d.1.Paral.11.g

שַׁלְּמַיְתָא Selemiáu, Pax domini,ſiue perfectio domini,aut retributio domini.Nomen viri.1.Eſd.10.d

Selemias,Idem. Pater Iuchal.Iere.38.a. Pater etiam Ieriæ,Iere.37.c.Filius,Hananiæ,Ibidem.Filius Abdeel. Iere.36.f

שְׁלֹמִית Selomith,Selemith,Pacifica,ſiue perfecta, aut retribuens.Nomen viri.1. Para.26.c

צֶלֶף Zalaph, Seleph, Vmbra vel tinnitus concuſionis: aut ex Hebræo,& Syro,vmbra coniuncta.Nomen viri.2.Eſd.3.g

Zilethai,

צִלְתַּי Zilcthai, Selethai, Vmbra, siue assatio, vel torrefactio, aut tinnitus meus: vel Syriacè, oratio mea. Filius Semei.1.Paral.8.b

σελευκία Seleucia, Commota, vel conquassata, aut fluctuans. G. Ciuitas Iudææ Daphnis nemori vicina, in promontorio Syriæ Antiochiæ sita, à Seleuco Nicanore condita, authore Iosepho.lib.18.antiqui.Iudaic.16. & Egesippo.lib.4.cap.1.quam Paulus peragrauit. Act.13.a.1. Machab.11.a

σέλευκος Seleucus, Commotus, vel conquassatus, aut fluctuãs. G. Pater Demetrii.1.Machab.7.a

שִׁלְחִים Silchim, Selim, Missi vel propagines, aut rami, siue arma scilicet missilia: aut Syriacè, spoliantes. Ciuitas in tribu Iuda.Ios.15.c

עֵלָה Zillah, Sella, Vmbra, vel assatio, vel torrefactio, siue tinnitus: aut Syriacé, oratio. Vxor Lamech. Gene.4.d

סִלָּא Silla, Sella.4. Reg.12.d. Exaltatio, siue conculcatio, vel æquiparatio: aut Syriacè, caniſtrum.

סַלַּי Sallai, Seilái, Idem. Nomen viri.2. Esd.11.b

שַׁלֵּם Sillem, Sellem, Pacificus, siue perfectus, aut tribuẽs. Filius Nephthali. Num.26.f. qui. Gen.46.c. Sallem, & 1.Para.7.c. Sallum dicitur.

שִׁלְמִי Sillemi, Sellemitæ, Idem p.n.26.f

שַׁלֻּשׁ Selles, Trinus aut princeps vel dux. Filius Helem.1. Paralip.7.g

סַלָּא Sallu, Sellu, Caniſtrum, aut exaltatio, siue conculcatio, aut æquiparatio. Nomen viri.2.Esd.11.b.&.12.

שַׁלֻּם Sallum, Sellum, Pacificus, siue perfectus, aut retribuens. Filius Iabes.4.Reg.15.c. Filius Sisamai filii Elasa 1.Para.2.e.4.d. Filius Iosiæ.1.Para.3.c. Ierem.22.c. Filius Nephthali.1.Para.7.c. qui Gene.46.c. dicitur Sallem: & Nume.26.f. Sellem. Filius Sadoc.1. Par.6.a. Pater Ezechiæ principis.2.Para.28.b

שַׁלּוּן Sallun, Sellun, Manens vel qui manet, aut pacificus vel abundans: aut Syriacè, illudens vel decipiens. Filius Cholhoza.2.Esd.3.c

שַׁלְמַי Salmai, Selmai, Vestis mea. Pater Hagaba.2.Esd.7.e

צַלְמוֹן Salmon, Selmũ, Obscuritas, aut imago eius, siue vmbra muneris, vel numerationis, aut tinnitus numeratio nis vel muneris. Mons est in Ephráim vmbrosus & caliginosus, cuius meminit Iudicum lib.9. f. Est & nomẽ viri.2.Reg.23.d. Psal.67.

שְׁלוֹמִית Selomith, Pacifica, siue perfecta, aut retribuẽs. Nomen viri.1.Esd.8.b

שֵׁם Sem, Nomen vel fama, seu ponens vel positus, aut ibi. Filius Noe. Gene.5.d. Luc.3.g

שִׁמְאַת Simeath, Semaath, Audiens vel obediens. Mulier.2. Paral.24.g

שְׁמַעְיָה Semaia, Audiens dominum, vel obediens domino. Filius Secheniæ.1.Para.3.d.2.Esd.6.c

שִׁמְרִית Simirith, Semarith, Custodia, vel adamãtina, aut spina, vel fæx. Nomen mulieris.2. Para.24.d

שִׁמְתַי Sumathi, Semathæi, Nominatus vel positus, siue desolatus, aut stupefactus. Filius Sobal filii Hur primogeniti Caleb ex Ephrata concubina.1.Para.2.g

שִׁמְאֵבֶר Seméber, Nomẽ vel fama robusti vel fortis, aut nomen alæ vel pẽnati, seu destruens fortitudinem vel alã aut pennam. Rex Seboim. Gen.14.a. Heb. Semeéber.

סַמְגַּר Samgar, Semegar, Aromata peregrini vel aduenæ aut ruminantis, vel cerrantis. Vnus ex principibus regis Babyloniorum. Ierc.39.a

שִׁמְעִי Simei, Semei, Audiens, vel obediens, aut nomẽ acerui, vel destruẽs aceruũ. Filius Gerson filii Leui. Exodi 6.c. Filius Gera.2. Reg.16.b. Filius Phadaia filii Iechoniæ.1.Paral.3.c. Filius Ioel.1.Paral.5.a. Filius Masma.1. Para.4.e. Filius Ieth filii Gerson.1.Para.6.c. Frater Choneniæ.2.Para.29.c.31.c

שַׁמַּי Samai, Semei.1.Para.2.d. Nomen meum, aut desolatio siue perditio mea, vel stupefactio, aut cœli. Filius Onam filii Ierameel ex Atara vxore.

שְׁמַעְיָה Semaia, Semeia, siue Semeias, Audiẽs dominum, vel obediens domino. Pater Vriæ prophetæ.3.Reg.12.f. Filius Hassub.1.Para.9.c. Ierem.26.f.2.Esd.12.d.2. Paral. 29.c.31.c.35.b

שִׁמְעִי Semei, Semeias.1.Paral.25.a.27.d. Audiens, vel obediens, siue nomen acerui, aut desolatio acerui. Filius Eliſaphan.

Semeiticus, Idem.

שֶׁמֶר Sémer, Custos, vel adamas, seu vepres, aut spina, vel fæx. Nomen viri.3.Reg.16.c

שְׁמַרְיָה Semaria, Semeria, Custodia domini, vel adamas domini, seu vepres vel spina domini. Nomen viri.1. Esd.10.d

שֹׁמְרוֹן Somron, Semeron. Vide Samaria, cuius Hebræum est שׁמרון.

צְמָרַיִם Zemaraim, Semeron.2.Para.13.a. Lanæ, aut medulæ, scilicet arborum. Nomen montis.

שִׁמְרוֹן Simron, Semeron. Ios.19.b. Custodia, aut adamas seu vepres, vel spina, aut fæx. Ciuitas in tribu Zabulon.

Simron, Semeron. Ios.12.d. Vide Sameron.

שְׁמִידָע Semida, Nomen scientiæ vel cognitionis, aut ponẽs scientiam vel desolationis vel stupefactionis cognitio, vel cœlorum scientia. Filius Galaad filii Machir filii Manasse. Nume.26.d.1.Para.7.d

Semidai, Semidaitæ, Idem.p.n. Nume.26.d

שְׁמִירָמוֹת Semiramoth, Cœlorum altitudines, aut nominis sublimitas. Sacerdos quidam.1.Para.15.b

שַׁמְלָה Semlah, Semla, Linteum, siue sinistra eius, aut nomẽ illi, vel stupor illi, siue appositus illi. Quintus rex in Edom. Gene.36.d

שַׁמְלַי Samlai, Semlai, Linteum, vel siniſter, aut nomen mihi, vel stupefactio mihi, siue appositus mihi. Nomen viri.1.Esd.2.c

שַׁמָּה Samma, Semma, Perditio, siue desolatio, vel stupor, aut ibi, siue nomen aut nominatus siue appositus. Filius Age.2.Reg.23.b.d

שִׁמְעָת Simeah, Semmaa, Audiens vel obediens. Pater Ionadab, frater Dauid.2.Reg.13.a

שִׁמְרוֹן Simron, Semran, Custodia, aut adamas, seu vepres, vel spina, aut fæx eius. Filius Issachar filii Iacob. Numeri.26.c

Simroni, Semranitæ, Idem.p.n. Nume.26.c

שִׁמְרִי Simri, Semri, Idem.f.n. Filius Samaia.1.Par.4.f.26.b

שֵׁן Sen, Dens aut ebur, vel mutatio, aut dormiens. Nomen loci.1.Reg.7.c

סְנָאָה Senaa, Rubus: vel Syriacè, inimicus. Ciuitas.1.Esdræ.2.b

שִׁנְאָב Sineab, Senaab, Dens patris, aut mutationis pater, vel dormitio patris. Rex Adamæ. Gene.14.a

שִׁנְעָר Sennaar, Dormientis vigilia vel suscitatio, aut dentis euacuatio vel denudatio aut excussio, vel dẽs æmuli, siue mutatio ciuitatis. Campus est Babylonis in quo regnauit Nemrod. Gen.10.b. qnæ Babylonia siue Chaldæa interdum dicitur. Isa.11.c. Heb. Senaar.

סְנֵה Sene, Rubus: aut Syriacè, inimicus. Nomen scopuli. 1.Reg.14.a

סְנוּאָה Senuah, Seneia, Rubus: vel Syriacè, inimica. Nomẽ viri.2.Esd.11.b

סַנְחֵרִיב Sanherib. Sénacherib, Rubus destructionis, aut Rubus gladii, siue rubus solitudinis, vel siccitatis: aut ex Syro & Hebræo, inimici gladius, vel destructio. Rex Assyriorum.4.Reg.18.c

שֶׁנְאַצַּר Senasar, Sennesér, Dentis vel eboris thesaurus: aut dormientis thesaurus, vel mutationis angustia, vel thesaurus, aut inimicus angustiæ vel tribulationis. Filius Iechoniæ filii Ioacim.1.Para.3.c

סַנְסַנָּה Sansana, Sénsema, Ramus vel propagines, siue rubus rubi: aut ex Hebræo & Syro, rubus inimici. Ciuitas in tribu Iuda.Ios.15.c

שִׁיאֹן Sion, Seon, Sonitus, siue strepitus, aut munus fortitudinis vel doloris. Ciuitas in tribu Issachar. Ios.19.b

צֹחַר Zohar, Sehor, Candidus vel lucidus. Pater Ephron. Gene.23.b. Heb. Sohar.

שְׁעָרִים Seorim, Portæ, siuæ æstimationes, vel appreciatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes,aut capilli,siue ordeum,vel tempestates,aut dæmones, vel pilosi,siue hirci. Nomen sacerdotis.1. Par.24.b

שְׂפָמוֹת Sephama,Barba,vel labium eius, aut rippa vel littus quoddam siue contetens aut confracta valde. Terminus Iudæ ad solis ortum. Nume.34.b

שִׂפְמוֹת Siphmoth, Sephamoth, Barbæ vel labia, siue tipa vel littus mortis,aut labiũ mortis, vel cõterens mortẽ. Ciuitas, quam Dauid suorum spoliorũ participem fecit.1.Reg 30.g

שֻׂפָּם Suphim,Sepham, Barba vel labium eorum, aut ripa vel littus eorum, siue confractio eorum. Filius Hir. 1. Paralip.7.c

סְפַרְוָה Sepharah,Sephar.Liber aut scriba:siue narratio, aut numerus:vel Syriacè,portus.Mons Indiæ. Gene.10.d

סְפַרְוַיִם Sepharuaim, Libri vel scribæ, aut narrationes, vel numeri, siue liber vel numerus eius mare: aut ex Syro & Hebræo portus maris. Ciuitas Assyriorum, de qua 4.Regum.18.g

צְפָת Zephath,Sephath,Specula, siue cooperimẽtum, aut enaratio, vel expectatio,aut fauus. Ciuitas in qua filii Iudæ Chananæos ad vnum interfecerũt,eamque Harma nominauerunt. Iudic.1.d. in tribu tam Iudæ quàm Simeonis.Nume.21.a

Sephara,Idem.Nomen vallis.2.Para.14.c

שִׁפְעִי Siphei,Sephei,Inundatio,siue multitudo. Patet Ziza principis.1.Para.4.f

Sephela,Humilis,vel campestris,aut planities.D.

שָׁפֶר Sapher,Sépher, Tuba,vel pulchritudo:aut Syriacè, bonitas.Mons in quo castrametati sunt filii Israel profecti de Ceelatha.Nume.33.c

צְפִי Zephi,Sephi.1.Par.1.c.Speculator,vel fauus, aut cooperimẽtũ,vel expectatio.Filius Eliphaz filii Esau: qui Gene.36.b. dicitur Sephna, siue Sepho iuxta Hebræũ.

שְׁפִי Sephi.1. Paral.1.c. Filius Sabal filii Seir Horræi, qui Gene.36.c.dicitur Sepho:& interpretatur solitudo,vel labium,aut rippa vel littus eorum,siue confractio.

שֻׁפִּים Suphim, Sephim,Barba, vel labium eorum, aut ripa vel littus eorum,siue coufractio eorum. Nomen viri. 1.Paralip.26.b

צֵפוֹ Sepho, Speculator, siue cooperimentum, aut expectatio vel fauus.Filius Eliphaz. Gene.36. b.qui.1. Paral. 1.c.dicitur Sephi per ץ.

שְׁפוֹ Sepho, Solitudo vel desertum, aut labium, seu ripa, vel littus,aut cõfractio. Filius Sobal filius Seir Horræi. Gene.36.c.qui.1.Para.1.c.dicitur Sephi per ש.

צְפִיוֹן Ziphion,Sephõ,Aquilo vel aquilonaris,siue absc̃ditus,aut speculator.Filius Gad.Gene.46.b

Sephonitæ,Idem.p.n.Nume.26.b

צִפּוֹר Ziphor,Sephor, Auis vel passer,aut corona, vel desertum: aut Syriacè,mane, id est matutinũ tempus,vel hœdus.Pater Balac.Nume.22.a

שִׁפְרָה Siphra,Sephora, Pulchra, aut tuba:vel Syriacè, benefaciẽs,vel bonitas.Nomen obstetricis cuiusdam Hebræorum.Exod.1.c

צִפֹּרָה Zipora, Sephora. Exod.2.d.4. f.18.a. interpretatur auis vel passer,aut corona vel sertum: aut Syriacè, mane,id est matutinum tempus, vel hœdus. Filia Raguel siue Iethro sacerdotis Madian,vxor Mosis.

שִׁפְטָן Siphthan,Sephtan Iudex,vel iudicans.Pater Camuel principis tribus Ephraim.Nume.24.d

שְׁפוּפָן Sephuphan,Cerastes,serpentis genus. Nomen viri. 1.Para.8.a.Filius Bela,filii Beniamin.

צֵר Zer,Ser, Angustia, siue tribulatio,aut vinculum, vel colligatio,seu plasmatio, vel fortitudo,aut petra. Ciuitas in tribu Nephthali.Ios.19.c

שְׂרָפִים Seraphim, Ardentes vel igniti. Isa.6.a

שֶׂרֶבְיָה Serebia,Siccitas domini, vel prævalens cum domino,aut psallens in domino vel cum domino. Nomen viri.2.Esd.9.a

שַׂרְאצַר Sereser, Princeps thesauri vel cellarii, aut psallentis thesaurus vel cellarium, vel qui videt angustiã: aut ex Syro & Hebræo, castrametatio angustiantis. Vnus ex principibus regis Babyloniorum. Iere.39.a

צָרָה Sereth, Angustia, siue tribulatio,aut vinculum, siue colligatio,seu plasmatio.Filius Ashur ex Halaa.1. Paralip.4.b

שַׂרְגְּיוֹס Sergius,Rete, vel retiaculum.G. Nomẽ proconsulis cognomento Pauli. Act.13.a

שֵׂעִיר Seon,Princeps mœroris, vel cantans tristitiam,aut planities.D.Princeps exercitus Syriæ.1.Mach.3.b

צְרוֹר Zeror, Seror,Angustiãs,siue vinculũ,aut colligatio, vel lapillus.Filius Bechorath.1.Para.9.a

צְרוּיָה Zerua,Serua.Leprosa,aut crabro. Mater Ieroboam, serui Salominis.3.Reg.11.e

שִׁישָׁא Sisa,Sesa, Sextus vel senarius,aut marmoreus vel iucundus,vel muneris eleuatio. Pater Ahiæ.3. Reg.4.a

שִׁישַׁק Sisak,Sesac, Munus sacci,aut munus oscul vel poculi,siue donum fœmoris.Rex Aegypti.3.Reg.11.g

שִׁישַׁק Sisak, Sesac.3.Reg.14.g.2.Par.12.a.vbi dicitur, Ascẽdit Sesac rex Aegypti interpretatur vanus vel vacuus sacculus,aut vanitatis,osculum vel poculum, siue vanitatis femur.

שִׁשָּׁךְ Sasak,Sesac.1. Para.8.b. Lini vel byssi saccus, vel senarius,aut sextus saccus, siue letitiæ osculum vel poculum aut femur.Filius Barie.

שֵׁשָׁךְ Sesach,Linum vel byssus tua, aut gaudium tuum, siue senarius tuus.Rex Babylonis.Iere.25.e.&.51.e.secũdum commentatorem Hebræorũ super Ieremiam: secundum Lyranum verò Rex Aegypti.

שֵׁשַׁי Sesai,Senarius,vel sextus,siue gaudens vel lætus,aut byssinus,vel lyneus.Filius Enac.Ios.15.c.Iudic.1.b

שֹׁשָׁן Sesan,Liliũ siue rosa, vel lætitia,aut linũ vel byssus. Filius Iesi filii Apphaim.1. Para.2.d

שֶׁשְׁבַּן Sesbaz,Manans,vel fluens:aut Syriacè liberatio

שַׁחֲצִימָה Sahazima,Sehesema,Humiliatio ieiunii,aut fouea siue meditatio ieiunii,vel superbia maris. Ciuitas in tribu Issachar.Ios.19.b

שֵׁת Seth,Positus,vel posuit. Filius Adam.Gen.4.d. Nume.24.c.Luc.3.g

שֵׁתָר Sethar, Explorans,aut putrefactus vel putrefaciens. Nomen ducis.Esth.1.c

שֵׁתָר Sithri,Sethri,Occultus, vel absconditus, aut demoliens,siue refugium meum. Filius Oziel filii Caath filii Leui.Exod.6.c

שִׁטִּים Sitim,Setim,Expansiones, aut diuertentes, siue flagella,vel spinæ.Locus in campestribus Moab,non procul à Iordane & Phogor monte, vnde Iosue misit exploratores ad inuestigandum Ierichontis terram.Num. 25.a.Vide Sitim,

שִׁטְרַי Sitrai,Setrai,Exactor, vel præpositus: aut Syriacè, obligatio vel contractus.Nomen viri.1.Para.27.d

S I

סִיסְרָא Siatha,Siaa,Motus:aut Syriacè adiutorium. Nomen viri.1.Esd.2.c.d

זִיחָא Siha,Siaha,Splendor,vel candor,aut siccitas. Nomẽ loci.2.Esd.11.c

צִיבָא Ziba, Siba,Exercitus, vel militia, aut fortitudo, vel ceruus,siue nauis veniens.Seruus Saul.2.Reg.9.a.Puer item Miphiboseth.2.Reg.16.a

מִבּוֹלֶת Sibboleth,Onus.Iudicum.12.c

צִקְלַג Ziklag, Siceleg,Effusio,sextarii vel mensuræ,aut coangustans sextarium vel mẽsuram. Ciuitas in tribu Iuda & Simeonis.Ios.15.c.19.a.1.Reg.27.b.1. Para.4 c

שִׁכָּר Sechar,Sicera Ebrietas.Vnde notandum quòd sicera descendit ab Hebræo, & significat omne quod inebriare potest,vt ait B. Hieronymus.1,Para,6.f. Luc.1.b

שְׁכֶם Sechem,Sichar,& Sichima,Conclusio vel clausura, aut inebriatio, vel merces. Dicit autem Hieronymus quòd corrupte ponitur pro Sichem: quod interpretatur humerus,siue portio,aut matutina itio. Sed in Græco Sichar inuenitur.D.Ioan.4.a

Sechem,Sichem, Humerus, siue pars, aut matutina itio. Metropolis Samariæ in limitibus Manasse. Gene. 12.b.Iosue. 20.c.Act.7.c. quam ædificauit Ieroboam.

3.Reg.

3.Reg.12.f.Hãc postea dictã Neapolin Hieronymus in traditionibus Heb. refert. Dicitur & Sichar corrupte. Filius Emor,Gene.33.d

Sichima,Idem:eadémque metropolis.Iudic.21.c. Psal.107.a

Sichimi,Idem.Gene.33.d

שִׁקֶל Sekel,Siclus,Genus ponderis.Ezech.45.d

σικυών Sicion,Effigies vel angustia.D. Nomẽ loci.1.Mach. 15.d. Exemplaria tamen quædam habent σικυόν Sicyone,id est Cucumerarium.

Siden, venatio,aut insidiatio,siue viaticum vel cibarium,aut nauis iudicij.D.Nomen loci.1. Mach.15.d

צִידֹן Zidon,Sidon, Idem filius Chanáan. Gene. 10.c.Est & vrbs in Phœnicia, ad mare sita in terminio Iudæ, à Sidon filio Chanáan condita.Ioſ.11.b.quæ sorte ducta tribui Aser obuenit.Ioſ.19.b.Matth.11.c.Act.27.a

Sidonia,Idem.

צִידֹנִית Zidonith,Sidoniæ, Venatrices,aut insidiatrices, vel cibaria.3.Reg.11.a

צִדֹנִים Zidonim,Sidonii,Idem.p.n. Ioſue.13.a.3. Reg.5.f.4 Reg.23.c.1.Esd.3.b.Act.12.d

Sidonius,Idem.s.n.Iudic.3.a

שַׁדְרַךְ Sadrak, Sidrach, Mamilla tenera vel delicata, aut deprædatio tenera, siue ager delicatus: aut Syriacè, missus tuus.Nomen viri,qui & Ananias dicebatur.Daniel.1.b

צִיחָא Ziha,Siha,Splendor,vel candor,aut siccitas.Nomen viri.2.Esd.2.c

שִׁיחוֹר Sihor,Niger,vel turbidus,aut matutinus. Nilus Aegypti flumen.Ioſ.19.b.&.1.Para.13.b

σιλᾶς Silas, Considerans, vel animaduertens. G. Nomen viri.Act.15.e.18.b

שִׁילֹה & שִׁלֹה Silo,Dissoluens,vel discalceans,seu pax,aut abundãtia:aut Syriacè,illusus vel decipiens. Ciuitas in tribu Ephraim.Ioſ.20.a.22.b.Iere.7.c.Iudic.21.c

שִׁלֹחַ Siloha,Siloe, Missus, vel mittens,aut ramus, siue telum,aut arma. s. missilia:aut Syriacè, spolians vel spoliatus.Fons est ad radices montis Sion, qui non perpetuis aquis,sed certis horis diebúsque ebulit,& per tetræ concaua & antra saxi dutissimi cum magno sonitu venit:paruus tamen est:cuius fit mentio,Isa.8.b.2.Esd. 3.d.Est & piscina in Ierusalem. Ioan.9.a

שִׁלוֹנִי Siloni,Manens,vel qui manet, aut pacificus,vel abũdans:aut Syriacè,illudens vel decipiẽs.3.Reg.12.d.Nomen viri.1.Paral. 9.a

Silonites,Idem.2.Paral.9.g

Siluanus,Latinum,à sylua.Nomen viri.2.Corin.1.d siue per y,siue per i.scribas,non refert.

שִׁמְעָא Simea,Simmaa, Audiens,vel obediẽs.Filius,Dauid. 1.Para.3.b.qui.2.Reg.5.c dicitur Samúa. Tertius filius Isai.1.Para.2.b.qui.1-Reg.16.b.17.b.dicitur Samma

שִׁמְעוֹן Simeon, Audiens, vel exauditio. Secundus filius Iacob ex Lia.Gene.29.g.1.Para. 4.d.Fuit & nomen cuiusdam,qui Christum nostrum susceþit in vlnas cùm inferretur in templum.Luc.2.d

Simeonitæ,Idem.p.n.

שִׁמְרוֹן Simeron,Custodia,siue adamas, aut vepres, vel spina,seu fæx eius.Filius Issachar.Gene.46.b.1. Para.7.a

σίμων Simon,Audiens,vel obediẽs. D. Filius Mathatiæ filij Ioannis.1.Mach.2.a.Simon magus.Act.8.b.Nomen apostoli.Matth.10.a.Fuit & alius sic nominatus,ille qui post Christum crucem coactus baiulauit. Matth.27.d

שִׁמְעוֹן Simon.1.Paralip.4.d.Ponens vel positus,aut munus præparationis vel,numeri,seu pinguedo aut oleũ. Nomen viri.

סִן Sin,Rubus.Eremus inter Elim & Sinai, in qua octaua Israëlitarum mansio fuit.Exod.16.a.Nume.33.b.Latinus Ezechielis interpres pro hoc transtulit Pelusiũ. Ezech.30.d

צִין Zin,Sin.Nume.13.b.20 a.27. c.33.d.34.a. Deuter.32.g Ioſue.15.a.in omnibus his locis interpretatur arma, vel scutum, aut frigiditas. Desertum in terra Edom,quod aliàs Cades, vel desertum Pharan dicitur. Vide Cades.

Sina,Idem.Ioſ.15.a.Mons Arabiæ.Galat.4.c צִנָּה

Sinai,Sina. Deuter.33.a. Ecclesiast. 48.a. intepretatur rubus:vel Syriacè inimicitia.Mons in deserto Pharan,super quem lex data fuit Moysi. Exod.19.a סִינַי

Sinai,Idem.Exod.16.

Sini, Sinæus, Rubus:aut Syriacè, inimicitia. Filius Chanáan.Gene.10.c.1.Para.1.b סִינִי

Zion,Sion, Aceruus, aut tumultus, vel specula, aut siccitas.Mons Ierosolymæ (qui aliàs Mons domini,itã & Mons sanctus dicitur)in cuius vertice erat arx constructa,quæ à Dauide ciuitas Dauidis est vocata.2. Regum.4.b צִיּוֹן

Sion.Deuter.4.g.Sonitus siue strepitus, aut munus fortitudinis vel doloris.Nomen montis Amorrhæorũ qui & Hermon dicitur. שִׂיאֹן

Zior,Sior, Paruulus, aut nauis vigilantis vel suscitati, aut æmuli vel denudati. Ciuitas in tribu Iuda. Iosue.15.f. צִיעֹר

Sirach, Sibilus,aut canticum fratris, vel munus vacuum.D.

Ziz,Sis,Flos,aut germẽ,siue cincinnus,aut aspectus: vel Syriacè,ala vel penna. Cliuus est de quo legitur.2. Paral.20.d צִיץ

Sesai,Sisai, Senarius vel sexus,siue gaudẽs vel lætus, aut byssynus vel lineus.Filius Enach.Nume.33.c שֵׁשַׁי

Sismai,Sisamoi, Equus vel hirundo aquarum, aut tinea aquarum:vel Syriacè,cæcitas.Filius Elaasa filij Helles.1. Paral.2.e סִסְמַי

Sisera, Sisara, Hirundinem videns, aut tineam vel equum videns. Vir.1. Esd.2.c. Dux exercitus Iabin regis Chanáan.Iudic.4.a.Magister militiæ. Asor.1. Reg. 12.b.Psal.82.c סִיסְרָא

Sitim,Expansiones,vel diuertentes, seu flagella,vel spinæ.Nomen torrentis.Ioel.3.d. vbi legitur, Irrigabit torrentem spinarum.Vide Setim. שִׁטִּים

Seua,Siua,Vanitas,aut eleuatio,vel tumultus.Scriba regis Dauid.2.Reg.20.g שְׁוָא

Siuam,Rubus,vel spinosus. Nomen mensis.Esth.8. c.vbi corrupte legitur Siban. סִיוָן

Siza,Munus hoc,aut munus aspergens.Pater Adina. 1.Paral.11.g שִׁיזָא

S M

σμύρνα Smyrna,Myrrha.Apoc.2.a.Clarissima ciuitas Ioniæ. authore Plinio.in.5.lib.cap.29. & Strabone lib.14.

S O

שֹׁהַם Soham,Sóam, Onyx lapis pretiosus:aut Syriacè, detentio,vel mora eorum.Nomen viri.1.Para.24.d

צוֹבָה Zobah,Soba,Exercitus,siue militãs, aut præceptum in ea,vel inflatio,aut tumor. Nomen loci,1.Reg.14.g. 2. Reg.8.a.1. Para.18.a. Psal.59. Iudic.13.

שׁוֹבָב Sobab,Reuersus,aut auersus, vel conuersus: aut Syriacè,scintilla.Filius Dauid.2.Reg.5.c.1.Para.3.b. Filius Caleb ex Azuba prima vxore.1.Para.2.c.14.b

שׁוֹבָךְ Sobach,Rete,vel retiaculum, aut cãcellus,vel captiuitas siue conuersio tua:aut Syriacè,columbariũ.Magister militiæ Adarézer regis.2.Reg.10.d

שׁוֹבַי Sobai, Conuersio,vel captiuitas,aut sessio,vel sedẽs. Ianitor quidam.1.Esd.2.c

שׁוֹבָל Sobal,Semita,vel spica, aut crura vel femur,seu vana vetustas.Filius Seir Horræi. Genes. 36.c. Filius Hur primogeniti Caleb ex Ephráta concubina. 1. Paral.2.f. Filius Iuda.1.Para.4.a.qui Gene.46.b.dicitur Sela.

שׁוֹבָק Sobec, Aequiparatus vanitati,vel appositus vacuitati vel disiparioni, aut vana euacuatio: vel Syriacè.derelictus. Nomen viri.2.Esd.10.a

שׁוֹבִי Sobi,Conuersio vel captiuitas,aut sessio vel sedens. Filius Naas de Rabbath filiorum Ammon.2. Reg.17.g

שֶׁבְנָא Sæbna,Sobna,Sede nunc, aut connectere nunc,siue captiua nunc, vel ædificans, aut qui intelligit. Nomen scribæ.4.Reg.8.d.Isa.22.c

Sobnas,Idem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

צוֹבֵבָה Zobeba, Soboba, Exercitus vel militia in ea, siue inflatio vel tumor in ea. Filius Coz. 1. Para. 4. b

סִבְכַי Sibechai, Sobochai, Ramus, vel propagines, aut tugurium. Nomen viri. 2. Reg. 21. d. 1. Para. 20. b

שׂוֹכוֹ Socho, Protectio, vel vallatio, aut ramus, siue cessatio. Duæ sunt in tribu Iuda, huius nominis ciuitates. Ios. 15. e. & f. vbi leges Sochoth depraua te. 1. Reg. 17. a. 19. d. 3. Reg. 4. b. 2. Par. 28. c. Vrbs constructa à Roboã. 2. Paral. 11. b

סֻכּוֹת Sucoth, Socoth, Tabernacula, vel tentoria. Tribus Gaddi ciuitas est Ios. 13. d. Cui Iacobus patriarcha hoc nomen imposuit. gene. 33. d. Est & regio à Græcis Σκηνοπηγία dicta, quæ ad Rubrum mare excurrit, vbi Troglodytæ habitant. Nume. 33. d

סֻכּוֹת־בְּנוֹת Sucoth-benoth, Socoth-benoth, Tabernacula filiarum vel ædificationum, siue auscultationes, vel vnctiones filiarum, vel ædificiorum. Idôlum Babyloniorum. 4. Reg. 17. f

סְדִי Sedi, Sodi, Secretum meũ. Pater Geddiel. Nume. 13. a

סְדֹם Sedom, Sodoma, Secretum eorum, siue calx, aut cæmentum eorum. Ciuitas, Syriæ. Gene. 20. c

Sodomitæ, Idem.

צָהָא Ziha, Soha, Cãdor, vel siccitas. Nomẽ viri. 2. Esd. 7. e

צֹחַר Zohar. Sohar, Lucidus, vel candidus. Filius Simeon filij Iacob. Gene. 46. b. Exod. 6. c

שַׁחַרְיָה Seharia, Sohoria, Mane domini, aut matutinatio domini, siue matutina itio domini, seu niger domini. Filius Ieroam. 1. Paral. 8. c

שֵׁמֶר Semer, Somer, Custos, vel adamas, seu vepres, vel spina, aut fæx. Filius Moholi filii Musi. 1. Paral. 6. d. Filius Heber filii Bariæ filij Aser filij Iacob. 1. Para. 7. g

שְׁמַרְיָה Semaria, Sommoria, Custodia domini, siue adamas domini, aut vepres vel spina domini. Filius Roboam ex Abihail. 2. Paral. 11. d

שׁוֹפָךְ Sophac, Effundens, vel effusus, aut vanus lecytus. Princeps militiæ regis Adarézer. 1. Para. 19. d

צוֹפַי Zophai, Sophai, Speculator aut fanus siue natatio, vel cooperimentum, aut expectatio. Filius Elcana. 1. Paral. 6. b

שׁוּפָן Sophan, Cuniculus, vel cœrogryllus siue absconditus vel reconditus, aut conterans, siue confractio. Ciuitas possessa à filiis Gad. Nume. 32. g. In Hebræo hæc dictio iungitur præcedenti dictioni Araroth, vt ambæ sint vnius ciuitatis nomen Atharoth-sophan.

צוֹפַר Zophar, Sophar, Matutinus, aut corona seu circulus, vel passer: aut Syriacè, hœdus. Nomen viri. Iob. 11. a

סֹפֵר Sopher, Scriba, vel liber, aut natrans, vel numerans. princeps exercitus regis Sedeciæ. 4. Reg. 25. e

כְּסֹפֶרֶת Sophereth, Numerans, vel narrans siue narratio, aut librarius, vel scriba. Nomen viri. 1. Esd. 2. c

צוֹפִים Sophim, Specule vel speculantes, siue cooperti aut natantes, vel expectantes, aut fauus. Mons est in tribu Ephraim. 1. Reg. 1. a

צְפַנְיָהוּ Sephaniahu, Sophonias, Absconsio domini, siue secretum domini, aut speculator noster dominus, vel aquilo domini. Sacerdos filius Maasiæ. Ier. 21. a. 37. a. Nomen item prophetæ filii Chusi filii Godoliæ. Soph. 1. a

שֹׁפְטִים Sophtim, Iudices. & inde liber Iudicum.

שֹׂרֵק Sorec, Vinea vel vitis, aut sibilus vel sibilans. Torrentis nomen est in tribu Dan, in terra Philisthinorum prope Esthaol, iuxta quem Samson adamauit Dalila. Iudic. 16. a

צְרִי Zeri, Sori, Angustiator siue vinculum aut colligatio, vel plasmatio, aut resina vel theriaca, siue petra, vel fortis. Nomen viri. 1. para. 25. a

σωσίπατρος Sosipater, Saluans patrem, vel salus patris. G. Nomẽ ducis. 2. Mach. 11. c. Filius item Pyrrhi. Roma. 16. c. In 20. cap. Act. legitur in Græcis codicibus Sosipater.

σωσθένης Sosthénes, Saluator potẽs vel robustus. G. Princeps synagogæ Iudæorum. Act. 18. d. 1. Corinth. 1. a

σώπατρος Sostratos, Saluans exercitum, vel salus exercitus. G. Nomen viri. 2. Mach. 4. d

סוֹטַי Sotái, præuaricatio, siue declinatio. Nomen viri. 1. Esd. 2. c

S P

סְנְאָה Spartani, Seminati, vel seminantes. G. populi. 1. Machab. 15. d

סְפַרְתִּים Spartiatæ, Idem. G

S T

שִׁבֹּלֶת Stachys, Spica. G pauli amicus. Rom. 16. b

סְטֵפָנָה Stephana, Corona, siue coronata. G. Nomen viri. 1. Corinth. 1. c. 16. c

סְטֵפָנוֹס Stephanus, Corona, siue coronatus. G. Nomen diaconi. Act. 6. b

שַׂרְבֻּנַי Starboznai, Starbuzanái, Computrefaciens contẽnentes me, vel qui explorat contemptores meos. Nomen viri. 1. Esd. 5. a

סְתוּר Sethur, Sthur, Occultus vel absc ̃ditus, seu destrutẽs, vel demoliens. Filius Michael princeps tribus Aser. Nume. 13. a

סְטוֹאִקִי Stoici, à Stoa, id est porticu, in qua disputabant, philosophi illi dicti sunt. G. Act. 17. d

S V

שׁוּעַ Súa, Clamans, vel saluans, aut potẽs vel magnificus, seu respiciens. Vxor Iudæ filij Iacob. Gene. 38. a

סוֹא So, sua. 4 Reg. 17. a. Modius, vel mensura, aut velamen Rex Aegypti

שׁוּחַ Suhah, Sua. 1 Paralip. 4. b. Fossa, aut notatio, siue humiliatio, aut meditatio, vel loquela aut germinans. Frater Caleb.

שׁוּעָא Sua, Suaa, Clamans, vel saluans, aut potẽs vel magnificus, seu respiciẽs. Filius Heber filij Bariæ. 1. Para. 7. b

שׁוּעָל Sual, Vulpes, aut semita, siue pugnus aut pugillus. Filius Supha filii Helem. 1. para. 7. g. Est & nomen regionis. 1. Reg. 13. d

צוּר Suar, paruulus, aut præceptum vigiliæ, vel ciuitatis aut æmuli vel denudationis vel euacuationis: vel Syriacè, angustiator. Pater Nathanael principis tribus Iuæ Issachar. Nume. 1. a

שׁוּבָאֵל Subael, Conuersio dei, siue captiuitas dei, aut sedes dei. Vir quidam. 1. Para. 24. c

שְׁבוּאֵל Sebuel, Subuel, Cõuersio dei, siue captiuitas dei, aut sedes dei. Filius Gerson filii Moysi. 1. par. 23. b

שׁוּחַ Suah, Súe, Loquens, siue orans, aut fossa, vel humiliatio. aut natatio. Filius Abrahæ ex Cetura. Gene. 25. a. 1. paralip. 1. c

שָׁוְא Seua. Sue. 1 para. 2. f. Vanitas, aut eleuatio, vel tumultus. Filius Iahaddai.

שׁוּחָם Suah, Súe. 1. para. 7. g. Eradicatio, vel conculcatio. Filius Supha filij Sue.

שׁוּחָם Suham. Locutio siue meditatio eorũ, aut fouea vel humiliatio eorum, siue natatio vel germinatio eorum. Filius Dan filii Iacob. Nume. 26. c

שׁוּחָמִי Suhamitæ, Idem. Nume. 26. c

שׁוּחִי Suhi, Suhites, Meditatio, aut fouea, vel incuruatio, aut humiliatio, siue natatio aut natans. Iob. 8. a

שׁוּלַמִּית Sulamith, Sulamitis, pacifica, siue perfecta, aut retribuens. Cantic. 6. d. 7. a

שׁוּנֵם Sunam, Mutatio siue dormitatio eorum, aut vana dormitatio, vel iteratio aut secundatio eorum. Ciuitas de qua. 4. Reg. 4. b

שׁוּנַמִּית Sunamith, Sunamitis, Dormiens, vel mutata aut vana dormitio, vel iteratio aut secundatio dormitionis. 3. Reg. 1. a. 4. Reg. 4. c

שׁוּנֶם Sunem. Idem quod Sunã. Ciuitas in tribu Issachar. Ios. 19. b. 1. Reg. 28. a

שׁוּנִי Suni, Mutatus, vel dormiens, aut iteratus vel secundarius. Filius Gad filij Iacob. Gene. 46. b

Sunitæ, Idem. Nume. 26. b

צוּף Zuph, Suph. Fauus, siue specula, aut cooperimentum vel natans, aut expectans. Filius Thau patris. Eliu. 1. Reg. 1. a. Filius Elcana, filij Ioel. 1. Paralip. 6. c. Nomen loci. 1. Reg. 9. a

צוֹפָה Zopha, Supha, Lecytus, aut præceptum illaqueans.

vel

vel præceptum flatus, siue præceptum inflationis. Filius Helem. 1. Paral. 7. g

שְׁפוּפָם Sephupham, Supham, Conterens eos, siue barba aut labium eorum, aut ripa vel littus eorum. Filius Beniamin. Nume. 26. e

Suphamitæ, Idem. Nume. 26. e

שׁוּר Sur, Murus, aut bos, vel aspiciens. Syria dicitur. Gene. 20. a. Solitudinis nomẽ è regione Aegypti, inter Cades & Barad. Exod. 15. f. 1. Reg. 15. b

צוּר Zur, Sur, Pater Cozbi Madianitidis illius quæ cum Zambri interfecta est in genitalibus: qui quidem Sur, princeps erat Madianitarum. Nume. 12. d. 31. a. Ios. 13. c. Fuit & nomen filij Abigabaon. 1. Paral. 8. c. 9. f. & interpretatur petra, vel fortis, aut obsidens, vel angustians, siue plasmator vel figurator, aut ligatus vel ligans.

סוּר Sur. 4. Reg. 11. a. Recessio siue rebellio. Nomen portæ in templo Salomonis.

צוּרִיאֵל Suriel, Petra dei, siue fortitudo dei, aut plasmatio siue figuratio dei, siue vinculũ aut colligatio dei, vel obsidio dei. Filiꝰ Abihaiel princeps Moholitarũ. Nem. 3. e

צוּרִישַׁדָּי Surisaddai, Petra vel fortitudo omnipotẽtis vel denastantis, aut plasmatio siue figura omnipotẽtis vel denastantis, aut vinculũ siue obsidio omnipotẽtis, vel denastãtis. Pater Salamiel principis tribꝰ Simeõ. Num. 1. a

שַׁוְשָׁא Sauesa, Susa, Vanitatis eleuatio, aut exultans. Scriba quidam, de quo 1. Para. 18. d

שׁוּשָׁן Susan, Lilium vel rosa, aut lætitia. Metropolis Persici regni. Danie. 8. a. A qua Susiana regio apud Persas nomen accepit, à Dario Hystaspis filio cõdita, Plinio lib. 6 cap. 27. Straboni verò Tritoni patris Memnonis est ædificiũ, cognominata Stephano à fontibus, quibus locus abũdat. Hac enim dictione ait in ea regione ita fontem dici. Aurigallus vult non aliter dictam, quàm Florentiã à flore, & Rhodũ à rosa. Daniel. 8. Esd. 4. Nehe. 1. Esth. 1. a. Lege Iosephum lib. 10. cap. 14. & lib. 11. cap. 5. antiquit. Iudaic.

שׁוּשַׁנְכִי Susanchaie, Susanachæi, Lilia vel rosæ, aut gaudium claudorum vel percutientium. 1. Esd. 4. b

Susanna, Lilium vel rosa, aut lætitia. D. Vxor Ioacim. Danie. 13. a. Est & nomen alterius mulieris quæ Christum sequebatur. Luc. 8. a

סוּסִי Susi, Equus, vel hirundo, aut tinea. Pater Gaddi. Nume. 13. a

שׁוּתֶלַח Suthála, Plantatio viriditatis vel humiditatis, aut potus humidus, siue ponens humiditatem vel viriditatẽ. Filius Ephráim. Nume. 26. d. Filius item Zabad filij Tahath. 1. Paral. 7. d

Suthalaitæ, Idem. Nume. 26. d

S Y

סְנֵה Siuene, Syene, Rubus: vel Syriacè, inimicitia. Vrbs in confinibus Æthiopiæ, supra Alexandriam, versus meridiem quinquaginta milia stadiorum. Ezechiel. 29. b

Syluanus, Vide Siluanus.

συντύχη Synthyche, Colloquens, vel confabulans. G. Mulieris nomen. Philip. 4. a

סִרָה Syra, Spina, aut olla, vel lebes, siue rebellio, aut recessio. Locus est, qui secundum Iosephum viginti stadiis ab Hebrone distat. 2. Reg. 3. c

אַרְמִי Aramia, Syra, quæ mulierem de Arã, id est de Syria significat, & interpretatur sublimis vel excelsa, aut decipiens. 1. Paral. 7. c

συρακοῦσαι Syracusæ, Attrahens violenter. G. Vrbs Siciliæ sub Pachino monte. Act. 28. c

אֲרָם Aram, Syria, interpretatur excelsa vel sublimis, aut decipiens, vel maledictio eorum. Regio Aram, dicta ab Aram filio Sem, qui Arameos instituit, quos Græci Syros appellant. Inde Syria quondam terrarum maxima, & pluribus distincta nominibus. Vide Mesopotamia. 2. Reg. 8. b. 4. Reg. 16. a

Syria soba, ĩ titulo Psal. 60. ea est q̃ Palæsthina dicit̃.

Syri, siue Syrij, Idem. p. n. Gene. 22. d. Amos 9. c

συροφοινίσσα Syrophœnissa, Attracta rubedo, vel attractio purpurea. G. Marc. 7. c

Syrtes, Attrahens, vel attractio. G. Arenosa in mari magno loca, multum terribilia & metuenda, eo quòd omnia ad se diripere soleant, & appropinquãtes vadoso mari hæreant. Hæ autem ad mare Ægyptium vicinę sunt, & paritet admiscentur. Actorum 27. c

סִרְטֵס

אֲרַמִּי Arami, Syrus, Excelsus, vel sublimis, aut decipiens, siue maledictio eorum. 2. Reg. 10. b

T

טַבָּעוֹת Tabbaoth, Anuli, vel circuli, aut submersi, vel bonum tempus, aut bona hora. Nomen viri. 1. Esdræ 2. c

T A

טָבָא Tæba, Tabee, Iugulatio, vel occisio, aut coquus. Filius Nachor ex Roma concubina. Gene. 22. d

טַבְאֵל Tabeel, Bonus deus. Nomen viri. 1. Esdræ 4. b. Isaiæ 7. b

טְבַלְיָהוּ Tebaliahu, Tabelias, Intinctus à domino, vel baptismus domini, siue bonitas ipsi domino. Nomen viri. 1. Paral. 26. b

Tabernæ, Latinum est. Locus iuxta Romam. Actorum 28. d

Tabitha, Docras, id est damula, vel caprea. Syrum est. Actorum 9. g

טַבְרִמּוֹן Tabrimmon, Tabremon, Bonum malum grauatũ, siue bonitas excelsa vel sublimis, aut vmbilicus præparatus vel numeratus, vel muneratus. Pater Benadab regis Syriæ. 3. Reg. 15. d

עִתָּה־קָצִין Itakasin, Tacasin, Hora vel rẽpus principis, siue nũc princeps. Ciuitas in tribu Zabũlon. Ios. 19. a

חַחַת Tahath, Subter vel sũbtus, aut pauor siue formidor vel Syriacè, descensio. Filius Assir filij Abiasaph. 1. Para. 6. c. Filius Bared filii Suthalæ. 1. Para. 7. d

Talitha cumi, Ex Syro & Hebræo, Puella surge. Marc. 5. d

צוֹעַן Zoan, Tanis, interpretatur mouens, vel motio, siue motus. Soan, maxima Ægypti ciuitas in ostio Tanico, vt Strabo libr. 17. indicat. pro hac vbique ferè Chaldeus interpres צֹעַן vertit. Num. 13. c. Psal. 77. e. Isa. 19. b. Ezech. 30. e

טַפַּת Tapheth, Distillatio, aut gutta, vel paruula. Salomonis filia. 3. Reg. 4. b

תַּחְפַּנְחֵס Talpenes, Taphnes, Occulta tentatio vel fuga, aut coopertum vexillum: vel ex Hebræo & Syro, occultũ miraculum. Vxor Pharaonis regis. 3. Reg. 11. d

Taphnis, Ezech. 30. c. Dele ph, & lege Tanis.

תַּעְנַךְ Thaænach, Tanach, Confringens te, vel humilians te, siue respondens tibi. Nomẽ vrbis. Iudic. 1. f

תַּפּוּחַ Taphúa, Pomum, vel inflatio, aut insufflatio, vel illaqueatio. Ciuitas in tribu Iuda. Ios. 12. d. 15. e. 19. c. data filiabus Salphaad. Ios. 17. b. Filius Hebron. 1. Para. 2. f

טִפְסַר Tiphsar, Taphsar, Princeps vel exercitus, siue paruulos auferens, aut distillationem vel guttam auferẽs. Nomen regionis. Iere. 51. c

ταρσεῖς Tarsenses, Alati, vel pennati. G.

ταρσεύς Tarsensis, Idem. s. n. G. Act. 1. g

ταρσός Tarsus, Alata vel pennata. G. Metropolis Cilicię regionis, vnde Paulus apostolus. Act. 22. a. Vide Tharsis.

T E

טַבָּעוֹת Tabaoth, Thebaoth, Anuli, vel circuli, aut submersi, seu bonum tempus, vel bona hora. Nomen viri. 7. Esdræ 7. e

טֵבַח Tibeath, Tebath, Iugulatio vel occisio, aut coquus seu bene formidans, vel bene confractus. Nomen vrbis. 1. Para. 18. b

טַבָּת Tabbath, Tebbath, Bona, vel bonitas. Nomen loci. Iudic. 7. f

טֵבֵת Tebeth, Idem. Nomen mensis. Esth. 2. d

תַּחֲנָה Tehinna, Deprecatio, aut misericors, siue gratiosus, vel gratia. Filius Esthon. 1. Para. 4. b

טֶלֶם Telem, Agnus, siue ros eorũ: aut Syriacè, vmbra eorũ. Ciuitas in tribu Iuda. Ios. 15. d. Nomẽ viri. 1. Esd. 10. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

תַּלְמוֹן Talmon, Tɛlmon, Ros præparatus, vel roris præparatio, aut roris munus, vel ros numeratus: aut ex Syro & Hebræo, vmbræ præparatio vel munus. Nomen viri. 1.Para.9.c.2.Esd.2.c.11.c

טַרְפְּלָיֵא Tarphelaic. Tɛrphalæi, Raptores fatigati vel laboriosi, aut series miraculosa vel ruinosa: aut ex Syro & Hebræo, mons vel custos miraculi vel ruinæ, aut folium laboris. Populi.1.Esd. 4.b

Tertius, Latinum est. Nomen viri. Rom.16.d

Τέρτυλλος Tertullus, Falsa annuncians, vel mendax, aut monstrosus. G. Nomen oratoris cuiusdam, accusatoris Pauli. Act.24.a

T H

תַּחַשׁ Thaas, Hyacinthinus, vel festinans, aut silens. Filius Nachor ex Roma cõcubina. Gene.22.d. Heb. Thahas.

תָּבוֹר Thabor, Electio, siue puritas: aut Syriacè, cõtritio vel confractio. Mons est in medio Galileæ cãpo, mira sublimis rotunditate. Nam eius altitudo (vt lib.4. Egesippus ait) 30. est stadiorum: vertex autem ipse cãpestris. 23.stadiis iacet. Iere.46.c. Psal.88.b. Ciuitas in tribu Zabulon Leuitis data 1.Para.6.g. Iudic.4.a.1.Reg.10.a

תִּרְעָל Thideal, Tɛhadal, Cõterens iugum, seu scientia eleuationis vel ascensionis. Rex gentium. Gene.14.a

Thaddæus, Laudans, siue confitens. D. Vnus ex apostolis. Matth. 10. a. qui ibidem iuxta lectionem Græcã dicitur Lebbæus.

תַּחַן Thahan, Deprecãs, aut misericors, siue gratiosus vel gratia. Filius Thale. 1.Para.7.e

תַּחַת Thahath, Subter vel subtus, aut pauor siue formido: vel Syriacè descẽsio. Vicesimatertia Israelitarum mansio. Nume.33.d. Nomen item viri. 1.Para.6.c.7.d

Λασαία Lasæa, Tɛhalassa, Et interpretatur spissa, vel prudens. G. Ciuitas est littoralis Cretæ, haud procul à loco qui Boni portus dicitur. Act.27.b

תְּלַשָּׂר Thelassar, Tɛhalassar, Suspensio principis, vel tumulus principis, aut suspendens canticum, vel tumulus canentis. Regio Syriæ. 4 Reg.19.c. Isa.37.c

תְּלָה Thela, Tɛhale, Humectatio, aut viriditas, siue humectans, aut virescens. Nomen viri. 1.Para.7.c

תָּמָר Thamar, Palma, vel Dactylus, siue commutatio vel permutatio, aut amaritudo. Vxor Her primogeniti Iudæ. Gene.38.a. Est & vrbs Syriæ nobilis, quæ nũc Palmyra dicitur, olim à Salomone cõstructa. Ezechiel. 48. d. Hęc ab Hadriano principe, Hadrianopolis. Filia item Dauid. 2.Reg.13.a.1.Paralip. 3.b. Sic vocabatur & filia Absalom. 2. Reg.14.f

תִּמְנָע Thimna, Tɛhãna. Vetita siue prohibita, aut perfecta vel consummata commotio. Concubina Eliphaz filij Esaũ. Gene.36.b. In 1.Para.1.c. legitur inter filios Eliphaz. Soror Lotan filij Seir Horræi. Ciuitas Idumæorum. Gene.36.c

תִּמְנָה Thimna, Tɛhamna. 2.Para.28.c. Imago vel figura, aut numeratio vel numerans: aut Syriacè, constituens. Ciuitas in tribu Iuda. Ios.15.g

Thamnas, Idem. Gene.38.c

Thamnatha, Idem. Iudic.14.a

Thamnathæus, Idem. Iudic.15.b

תִּמְנַת־סֶרַח Thimnath-sera, Tɛhamnath-sara, siue Tɛhamnath-sare, Figura vel imago extensa vel remanens aut fœtens, siue numeratio residua, aut numeratio extensionis vel fœtoris: aut ex Syro & Hebræo, constituta extẽsio, vel fœtor, aut statuta residuitas. Ciuitas in montanis Ephraim, ab Israelitis Iosue duci tanquã hæreditaria hæreditas attributa. Ios.19.d.24. g. eadem quæ & Thamnath-hares, per literarum ttanspositionem.

תִּמְנַת־חֶרֶס Thimnath-hæres, Tɛhamnath-hares, Imago vel figura solis, aut imago vel figura testea vel fictilis, aut numerus solis vel testæ: aut ex Syro & Hebræo, constitutus sol vel testa. Eadem vrbs quæ Thamnathsara vocatur. Iudic.2.b

תַּעְנָךְ Thanach, Confringens te, vel humilians te, siue respondens tibi. Ciuitas. 3.Reg.4.b.1.Para.7.f. data dimidiæ tribui Manasse. Ios.12.c. Iudic.1.f.5.c

תַּאְנַת־שִׁלֹה Taanath-silo, Tɛhanath-selo, Ficum vel ficulneã dissoluens vel discalceans, vel decorticãs: seu ficulnea errans vel mentiens, aut ficulnea abundantiæ vel pacis, seu occasio erroris vel mendacij: aut occasio (s.est) abũdantia vel pax. Nomen loci. Iosue 16.b

תַּנְחֻמֶת Thanehumeth, Consolatio, vel pœnitẽtia, aut doni lagũcula vel mut°, siue donũ indignationis vel caloris, aut requies mortis. Pater Saraię. 4 Reg.25.f. Iere.40.c

תִּפְסַח Thiphsa, Tɛhaphsa, siue Tɛhapsa, Ttansitus, vel claudicatio: aut pascha, id est locus vbi pascha fit. Ciuitas. 3. Reg. 4.c.4.Reg.15.d

תַּחְפַּנְחֵס Thaphpanhes, Tɛhaphnes, siue Taphnis, Operimentum confidentiæ vel protectionis, aut occulta cõfidentia vel protectio. Ciuitas Ægypti, de qua Iere.2.d.43.c. 44.a.46.d. Ezech.30.c

תָּחַשׁ Tharea, Tɛhara, Vlulans, aut malefaciens, vel cubiculum malitiæ, aut cubiculum pastoris vel socij: aut Syriacè, euentus, siue terrestris vel inferior. Filius Micha filij Meribbaal. 1.Paral.8.d

תַּחְרֵעַ Thahrea, Tɛhara. 1.Paral.9.f. Ira vel contentio prauã, aut ira vel contentio socij vel pastoris. Filius Micha.

תָּחַר Thara, Esth.12.a. Idem quod Tɛhares, quod interpretatur hæres, aut miser vel exul. D.

תַּרְקָה Thiracha, Tɛharáca, Explorator vel contẽplator obtusus, siue legis hebetudo aut impedimentum, vel turturis obtusio vel hebetudo. Rex Æthiopiæ. 4.Reg.19. b. Isa.37.b

תַּרְנָה Thiranah, Tɛharana, Explorator vel contẽplator gratiæ vel misericordiæ: aut turtur gratię vel misericordię. Filius Caleb ex Maacha concubina. 1.Paral.2.f

תָּרַח Tharah, Tɛhare, Odorans, vel spirans, aut abigens. Filius Nachor. Gene.11.c

תְּרָאלָה Tharela, Exploratio vel turtur maledictionis, aut turtur fortitudinis vel ilicis, aut explorãs ilicem vel fortitudinem. Ciuitas in tribu filiorũ Beniamin. Iosue 18.d

תַּרְשׁ Thæræs, Tɛhares, Hæres, aut miser, vel exul. Eunuchi nomen est. Esther 2.d

תַּרְשִׁישׁ Tharsis, Contẽplatio gaudij, vel exploratio marmoris, aut turtur gaudij, siue chrysolith°, lapis. s. pretiosus, aut mare. Filius Iauan. Gene.10.a. Est & nomẽ regionis Cilicia olim dictæ, à Thatsis filio Iauan. 3. Reg. 10. d. Psal.71.b. Isa.2.d. Ezech. 10. b. vnde eius regionis metropolis, θ mutata in τ, Tarsus nomẽ obtinuit. In Actis agitur apostolicis vbique scribe hanc dictionẽ absque aspiratione. Vide Tarsus. Quidã volunt Tharsin nonnũquam mare Mediterraneũ significare, apud Ionam prophetam, & Psal.71.b

תַּרְתָּק Tharthac, Concatenatus, siue retrusus, vel conclusus. Idôlum Heuæorum. 4.Reg.17.f

תַּרְתָּן Thartan, Explorans vel contẽplans donum, turturis donum, vel lex ipsarum. Nomen principis. Isaiæ 20.a

תַּחַשׁי Thasi, Oblitus, vel obliuiscens, aut debitor. D. Filius Mathathiæ filij Ioannis. 2.Macha.2.a

תַּחְתְּנַי Thathnai, Tathanái, Donans, vel donator. Nomen viri. 1.Esdræ 5.a

תָּו Thau, Signum. Ezech.9.b

תְּבֶן Thebes, Cœnosus, aut sericeus, vel ouum: aut Syriacè, lineus. Vrbs terræ Chananææ. Iudic.9.g. 2.Reg.11.c

תִּבְנִי Thibni, Tɛhebni, Palea, aut fœnum: vel intelligens, aut filiatio. Filius Gineth. 3.Reg.16.e

תֵּכֶל Thecel, Appensio. Danie.5.g

תְּקוֹעַ Thekoa, Tɛhecua. Tuba, vel clangor, aut fixa. Ciuitas Iuda, sex miliaribus à Bethlehem distãs à Roboam constructa. 2.Reg.14.a.23.d.2.Patal.11.b.20.d. Iere.6.a. Filius Ashur. 1.Para.4.a

תִּקְוָה Thikua, Tɛhecua, Spes, vel funiculus, aut linea, vel cõgregatio. Pater Sellum mariti Holdæ propheridis. 4. Reg.22.c. qui Tɛhecuath. 2. Para.34. c. dicitur. Pater itẽ Iaaziæ. 1.Esd.10.c

תִּקְוָת Thokhath, Tɛhecuath, Signum vel figurationem assumens. Pater Sellum mariti Holdæ propheridis. 2. Paral.

Paral.3.4.c.qui 4.Reg.22.c.dicitur Thecua.

תְּקוֹעִים Thekoim, Thecuemi, tubæ, vel clangentes, aut fixi. 2. Esdræ 3.b

Thecuites, Idem.s.n.1.Paral.11.f.27.b

תְּקוֹעִית Thekoith, Thecuitis, Idem.fœ.ge.2.Reg.14.a

תִּגְלַת־ פִּלְאֶסֶר Thiglath-pilæser, Theglath-phalasar, Captiuitatem miraculosam vel ruinosam abstulit vel ligauit: aut ex Hebræo & Syro, captiuitatem miraculosam vel ruinosam prohibuit. Rex Assur. 4.Reg.15.f

תַּחַן Thahan, Thehen, Deprecãs, aut misericors, siue gratiosus, vel castrametans. Filius Ephraim. Nume.26.d

Thehenitæ, Idem.p.n. Nume.26.d

תַּחְנָה Thehinna, Iden.s.n.

תִּלְסָר Thelasar, Coaceruationem vel suspensionem auferens, aut coaceruationis vel suspensionis recessus. Regio Syriæ.4.Reg.19.c

תִּלְגַת־ פִּלְנֶאסֶר Thilgath-pilnæser, Thelgath-phalnasar, Niuem cadentem prohibens vel ligans, ex Syro & Hebræo, Rex Assyriorum.1.Para.5.a.d.2.Para.28.d

תִּלְחַרְשָׁא Thelharsa, Coaceruatio vel suspensio aratri vel surditatis aut silentij siue artificij vel testæ: aut ex Hebræo & Syro, aceruata vel suspensa sylua. Nomẽ loci.1.Esdr. 2.c. 2.Esd.7.f

תִּלְמֶלַח Thelmela, Aceruus salis vel nautæ, aut suspensio vel appensio salis vel nautæ. Nomen loci. 1.Esdræ 2.c. 2.Esdr.7.f

תֵּימָא Thema, Admiratio, vel consummatio, aut auster. Filius Ismahelis. Gene.25.b

תֵּמַח Thamah, Thema.1.Esdr.2.c.2. Esdr.7.e. interpretatur Delens, vel radens, aut abstergens: vel Syriacè, percutiens. Nomen viri.

תֵּימָן Theman, Australis vel Aphricus, aut consummatus vel perfectus: aut Syriacè, ibi. Ciuitas principum Idumæorũ, quæ à Theman filio Eliphaz ex Ada vxore nomen accepit. Ierem. 49. d. Filius Eliphaz filii Esau ex Ada. Gene.36.b. Fuit & dux in Edom. Gene.36.d

תֵּימָא Thema, Iob 6.c. Iere.25.c. Admiratio, vel cõsummatio, aut auster. Nomen loci.

תֵּימָנִי Themani, Perfectissimus, vel australis: aut Syriacè, constitutus. Filius Ashur ex Naara vxore. 1. Paralip. 1.d. 4.a

Themanites, Idem. Iob 4.a

תִּמְנָתָה Thimnatha, Themna, Imago vel figura, aut numeratio vel numerans, aut Syriacè, constituta. Ciuitas in tribu Dan. Ios.19.c

תְּעָנָךְ Thenach, Confringens te, vel humilians te, aut respondens tibi. Ciuitas in tribu Manasse. Ios.17.c

Θεόδοτος Theodotius, Deo datus. G. Nomen viri. 2. Mac.14.c

Θεόφιλος Theophilus, Amicus dei, vel deo dilectus. G. Vir ad quem scribit Lucas. Luc.1.

תְּרָפִים Theraphim, Simulachra, vel statuæ, aut figuræ, vel imagines. Iudic.17.b. Osee 3.b

תִּרְצָה Thirza, Thersa, Complacens, vel volens, aut suauis, vel currens. Ciuitas est in alto sita monte, qua Israëlitarum reges ante conditã Samariam pro regia vsi sunt. 3.Reg.14.c.4.Reg.15.a. Fuit & Salphaad filia eiusdem nominis. Nume.26.d

Θεσσαλονίκη Thessalonica, Dei altera victoria, aut situs siue positio alterius victoriæ. G. Ciuitas Macedoniæ, prius Halia nuncupata. Act.17.a

Θεσσαλονικεῖς Thessalonicenses, Idem.p.n.G.

Θεσσαλονικεύς Thessalonicensis. Idem.s.n.G.

תִּשְׁבִּי Thisbi, Thesbites, Captiuans, vel conuertens, aut sedens, vel habitans. 3.Reg.17.a

Θευδᾶς Theudas, Fluens aqua. G. Nomen viri. Act.5.f

תִּיכוֹן Thicon, Medius vel intermedius, aut præparatio. Nomen pagi. Ezech.47.c

תִּילוֹן Thilon, Murmuratio, siue aceruus eius, aut supensio eius. Filius Simon.1.Para.4.d

תִּירָס Thiras, Demolitor siue destructor, aut irrorans, vel irroratus. Filius Iapheth. Gene. 10.a. A quo Thirenses, quos Græci Thraces vocant.

תִּרְיָא Thyria, Exploratio, vel contemplatio. Filius Ialeleel. 1.Paralip.4.c

תְּכֹן Thochen, Medium vel intermedius, aut pręparatus. Ciuitas. 1.Paralip.4.f

תֹּגַרְמָה Thogarma, Thogorma, Osseus, vel robustus, siue incolatus nimius, aut peregrinus valde, vel timẽs valde, seu anxiosa celsitudo. Filius Somer. Gene.10.a. Ab hoc Tygranei, qui à Græcis Phryges dicuntur, denominati sunt. Ezech.27.c

תֹּחוּ Thohu, Viuens, vel nuncians. Filius Eliu patris Ieroham. 1.Reg.1.a

תֹּוחַ Thoali, Thohu, Telum vel iaculum. Filius Suph filij Elcanæ. 1.Para.6.c

תּוֹלָע Thola, Vermis, aut vermiculus, vel coccus, aut coccineus. Filius Issachar. Gene.46.b. 1.Para.7.a. Filius item Phua dux in Israel. Iudic.10.a

תּוֹלָד Tholad, Natiuitas, vel generatio. Ciuitas Simeonis. 1.Paralip.4.e

תּוֹלָעִי Tholai, Tholaitæ, Vermes, aut vermiculi: vel coccus aut coccinei. Nume.26.c

תַּלְמַי Thalmai, Tholmai, Sulcus. s. qui fit cum aratro: aut suspendens aquas, vel coadunatio aquarum. Filius Enac. Ios.15.c. Iudic.1.b. Nume.13.c. Rex Gessur. 2. Regum 3.a. 1.Para.3.a

תַּלְמַי Thalmai, Tholomai, Idẽ. Filius Ammiud regis Gessur. 2.Reg.13.g

תּוֹמָא Thomas, Abyssus vel geminus: & Græcè didymus appellatur, quod interpretatur gemellus, id est ille qui cum alio vno & eodem partu nascitur. D. Vnus ex apostolis. Matth.10.a. Ioan.11.b

תֹּפֶל Thophel, Ruina, aut stultitia, siue insulsitas, aut insipiditas. Locus est in deserto trans Iordanem è regione Iericho, vbi Moses quintum librum edidit. Deute.1.a

תֹּפֶת Thópheth, Tympanum, vel seductio, aut dilatatio. Locus est in valle filij Ennon: qui cernitur in Ierosolymæ suburbanis, vbi quondam parentes filios igni exustos deuouebãt & immolabant dæmonio Moloch. Isa. 30.g. Iere, 7.g. 19.d

Τόπος Thopo, Locus. G. Nomen loci. 1.Mach. 9.c. Scribe Topo.

תֵּיצִי Thizi, Thosaites, Dissipatio vel dissipatus, aut exiẽs. 1.Paralip.11.g

תֹּעִי Thoi, Thou, Errãs. Rex Emath. 2.Reg.8.c.1.Par.18.c

Θρᾷκες Thraces, Aspeti, vel saxosi. G. Populi. 1.Mach.12.f

Θρᾴσσα Thrasea, Audax, vel temerarius. G.

תֻּבַל Thubal, Orbis, vel mundanus, aut cõfusio vel ignominia, seu portatus vel adductus. Filius Iapheth. Gene. 10.a. A quo Iberes (licet quidam Italos suspicentur) originem traxerunt. Ezech.27.c

Θυάτιρα Thyatira, Odor siue sacrificium laboris vel contritionis. G. Vrbs Lydiæ regionis in Asia minore: Macedonum habitatio, quam nonnulli Mysorum vltimam dicunt. Act.16.c. Apoc.2.g

Θυατιρηνοί Thyatireni, Idem.p.n.

T I

Τιβεριάς Tiberias, Bona visio, vel vmbilicus, aut confractio. D. Vrbs Galilææ ad mare sita, quod ab ipsa ciuitate appellatur mare Tyberiadis. Ioan.6.a. Hanc ciuitatem olim Cenereth appellatam, Herodes tetrarcha in honorem Tiberij Cæsaris condidit, & Tiberiadem vocauit, teste Iosepho in 18.cap.4. antiq. Iudaic. & Egesippo lib.2.cap.3. iuxta quam dominus stupendo miraculo pauit multitudinem populi paucis panibus. Ioan. 6.

Τιβέριος Tiberius, Idem. D. Imperator quidam apud Romanos. Luc.3.a

תִּרְקָל Hidækel, Tigris, Acumẽ velocitatis, aut acutus sonitus vel vox, seu lætus sonitus, vel læta velocitas: aut ex Syro & Hebræo, vna vox, vel vnisonus, aut vnica velocitas. Fluuius qui Mesoporamiam amplectitur, & in Armeniæ maioris regione caput tollit, mirè quàm lucido conspicuóque fonte in loco edito, qui Elongosine nominatur. Euphrátem in sinum defert Persicum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum anne Choaſpe. hæc ſolinus.Gene.2.c

τιμαῖος Timæus , Cæcus vel cæcitas . D . Pater Bartimæi. Marc.10.g

Τίμων Timon,Honorabilis vel pretioſus . Nomen diaconi cuiuſdam. Acto.6.b

τιμόθεος Timótheus,Honor dei,vel honorans deum, aut pretioſus deo. G. Diſcipulus quidam Paulo charus, de quo Acto.16.a

τίτος Titus,Honorabilis. G.Nomen viri cognomento iuſti. Actorum 18.b

T O

טוֹב Tob,Bonus,ſiue bonitas.Nomen terræ ad quam fugit Iephte.Iudic.11.a

טוֹב־ Tob-adonias, bonus dominator dominus, aut bona
אֲדֹנִיָּה baſis domini. Nomen viri.2.Para.17.b

טוֹבִיָּה Tobia,ſiue Tobias,Bonus dominus,ſiue bonitas domini.Nomen viri.1.Eſd.2.c.Zach.6.d

τοπαρχία Toparchia,Territorium.G.

T R

τραχωνῖτις Traconitis,Saxoſa vel aſpera. G. Syriæ regio,quæ & Ithurea dicta eſt , iuxta Arabiæ deſertum , quod Boſtræ iungitur contra auſtralem plagam,quaſi ad Damaſcum reſpiciens,cui præerat Philippus frater Herodis procuratoris Galilææ.Luc.3.a

τριάς Tripolis,Trium ciuitatũ,ſcilicet regio.2.Macha.14.a

τρωάς Troas, Perforata. G. Ciuitas Aſiæ maritima, eadem Antigonia dicta.Act.16.b

τρόφιμος Trophimus,Nutritus vel educatus. G.Vir Epheſius. Act.20.a.21.f

סֻכִּיִּים Troglodytæ, Hebraicè dicitur Suchiim,& intetpretatur vncti, vel vngentes,aut cooperti vel obumbrati, id eſt in tabernaculis vel tuguriis habitantes. Populi. 2. Paralipom.12.a

τρύφαινα Tryphæna , Delicioſa vel delicata . G . Mulier. Roma.16.b

Τρύφων Tryphon , Delicioſus vel delicatus . Vir quidam. 1. Machab.11.d

τρυφῶσα Tryphoſa,Delicioſa,vel delicata.Mulier.Roma.16.b

T V

תּוּבַל־קַיִן Tubal-cáin , Mundana poſſeſsio vel æmulatio , aut mundi nidus , ſeu confuſionem poſsidens , vel ignominiam æmulans . Filius Lamech ex Sella vxore ſua. Geneſ.4.d

τοῦβιν Tubin , Bene menſurata , vel bona menſura,aut bonum vinum.D.

τουβιάνοι Tubianei,Paleæ,vel paleati, aut bene reſpondentes, vel bene gratificantes.D.Populi.2.Machab.12.c

T Y

τυχικός Tychicus, Caſualis,vel contingens. G. Vir Aſianus. Acto.20.a.Coloſſ.4.b

τυφωνικός Typhonicus Turbulentus , vel tempeſtuoſus . Vnus è ventis ſubitis ac repentinis nomine τύφων. Acto.27.c

τύραννος Tyrannus,Imperans,vel princeps.G.Acto.19 b

צוֹרִים Tyrij, Hebraicè dicitur Zorim , & interpretatur tribulantes,ſiue obſidentes,aut anguſtiantes, vel ligantes ſiue vinculati, vel figurantes, aut plaſmãtes,ſiue fortes, vel petræ.2.Eſdr.3.b.Acto.12.d

צוֹרִי Zoti,Tyrius,Idem.ſ.n.3.Reg.7.b.2.Para.2.c

צוֹר Tyrus , Hebraicè dicitur Zor, & interpretatur tribulatio vel obſidio, ſiue anguſtia , aut vinculum vel colligatio , ſen plaſmatio aut figuratio , vel fortitudo, aut petra . Ciuitas maritima , metropolis Phœnices. Quondam inſula ſeptingentis paſsibus diuiſa à Continente , mari prælto , ſed vix credibili opere comportatis aggeribus per Alexãdrum magnum adiũcta Continenti . Eſt in tribu Nephthali , viceſimo fermè miliario à Cæſarea Philippi. Ioſue 19. b. Iſaiæ 23. a. Matthæi 11. e

V

VAgao, Interior vel intimus:aut elatus vel eleuatus ſiue corporeus. D. Nomen viri. Iudith 14.c

וַיִּקְרָא Vaiikra, Vaicra,Et vocauit. Liber Leuitici, ſic vocatus ab Hebræis,quia ſic incipit.

Vaiedabber,Et locutus eſt,ſiue locutúſque eſt. Libet Numerorum:quia ſic incipit.

Vallis ſylueſtris,ſiue campeſttis,Vide Aulon.

Vania,Nutrimentum domini,ſiue arma domini. Nomen viri.1.Eſdr.10.d

Vapſi, Fragmentum , vel particula , aut deminutio, vel deminutus . Pater Nahabi principis tribus Nephthali. Nume.13.a

Vaſſeni, Secundus, vel dualis, ſiue mutatus, aut coccineus,vel dens,aut annus meus . Primogenitus filiorũ Samuelis.1.Para.6.b

Vaſthi,Bibens vel portans, aut duplicans, vel ponẽs, aut ſtamen. Vxor Aſſueri regis.Eſth.1.b

V B

Obil,Vbil,Adductus vel portatus,aut luctuoſus, vel veteraſcens.Nomen viri.1.Para.27.d

V E

Vel,Aut deus,ſiue aut fortis,vel deſiderans, aut concupiſcens deum.Nomen viri.1.Eſd.10.d

Velleſemoth, Secundus liber legis:& interpretatur, Et hæc ſunt nomina:quia ſic incipit in Hebræo. Græcè autem Exodus vocatur, id eſt exitur : quia in eo exitus filiorum Iſrael de Ægypto,continetur.

V L

Vlãi,Fortitudo,vel ſtultitia,aut forſitan.Nomen fontis vnde flumen Vbal oritur iuxta Danielem.8.a

Vlam, Veſtibulũ vel porticus, aut fortitudo vel ſtultia eorum. Filius Sares filii Machir.1.Para.7.d.Primogenitus Eſec.1.Paral.8.d

V R

Vr , Ignis , vel lumen , aut lux . Vrbs Chaldæorum, vnde Thare pater Abraham. Geneſ.11. d. Pater Eliphal.1.Para.11.g

Vrbanus , Latinum eſt . Adiutor Pauli in euangelio. Roma.16.b

Vri , Ignis vel lumen aut lux . Filius Hur filij Caleb ex Ephrátha vxore.1. Paralip. 2.c. Pater Gaber. 3. Regum 4.b

Vria,ſiue Vrias,Ignis domini,ſiue lumen domini,aut lux domini. Sacerdos quidam. Iſa.8.a. 4.Regum 16.b. Propheta,filius Semei,de Cariath-iarim.Iere.26.f.Maritus Beth-ſabee.2.Reg.11.a.1.Parali.11.g

Vriel, Ignis dei , aut lumen dei , ſiue lux dei . Pater Maacha ſiue Michai matris Abiam regis Iuda. 2.Parali. 13.a.qui 3.Reg.15.a.dicitur Abeſſãlom.Filius Thahath. 1.Paralip. 6.b

V T

Vthai , Peruerſitas , aut hora , vel temporalis. Vir. 1. Eſdræ 8.b

V Z

Vzal, Ambulans, ſeu velificans, aut diſtillans . Filius Iectan. Genc.10.d

X

XAnthicus, Menſis Aprilis. G. 2. Machabærotũ 11.f

Z

ZAbad , Dos , ſiue dotatus . Filius Nathan filij Hethæi filij Seſan. 1.Paralip.2.c.11.g.2.Paralip. 24.g. 1. Eſdræ 10.d

Zabadæi,Idem.p.n.D.1.Macha.12.d

Zebadia, Zabadias, Dos domini, ſiue dotauit dominus,aut dotatio domini.Filius Beriæ.1.Paral.8.b.27.a

Zabbai,Fluxus,ſiue fluens.Nomen viri.1.Eſdr.10.d

Zabad,Dos,ſiue dotatus. Filius Thahath. 1.Para.7.d. Filius Ooli.1.Paral.11.g

Zabdi , Dos , vel dotatus , ſiue fluxus abundantia. Pater Charmi patris Achan.Ioſ.7.a.Filius Semei. 1.Paralip.8.b

Zabdias,Idem.Nomen viri.1.Paral.27.d

Zabdiel,Dos dei,ſiue dotatus dei.Nomen viri.1.Para.27.a.1.Machab.11.b

Zebina,Zabina,Fluxus vel fluẽs nũc:aut Syriacè,vẽditio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicio,vel emptio.Nomen viri.1.Esdr.10.d

זָבוּד Zabud, Dotatus, vel dos. Filius Nathan sacerdos.3. Regum 4.a

זְבוּלֻן Zebulon,Zabulon,Habitaculum,vel habitans.Decimus filius Iacob ex Lia vxore sua.Gene.30.c

זְבוּלֹנִית Zabulonitæ,Idem.p.n.

Zabulonites,Idem.f.n.Iudic.12.d

ζακχαῖος Zacchæus,Purus,aut nitidus: vel Syriacè, iustus, aut iustificatus. D. Nomen viri.2.Machab.10.d.Lucæ 19.a

זַכַּי Zacchái,Purus, aut nitidus: vel Syriacè, iustus. Nomen viri. 1.Esd.2.a

זְכַרְיָה Zacharia, Zacharias, Memoria domini, aut masculus domini.Nomen principis filij Mosollamiæ.1.Paral. 5.a.9. c. Filius Barachiæ. Isa.8.a. Filius item Ieroboam filii Ioas regis Israel. 4.Reg.14.g

זָכֶר Zacher,Memoria, siue masculus. Filius Abigabaon. 1.Para.8.c.qui 9.f.dicitur Zacharias.

זָכוּר Zachur, Memor,siue memorans, aut masculinus. Filius Masma.1.Para.4.d.24.d

זִמָּה Zima,Zama,Cogitatio,aut scelus,vel turpitudo. Filius Semei filii Ieth.1.Para.6.c

זַמָּה Zamma,Idem.Filius Iahath filii Lobni.1.Para. 6.b

זִמְרִי Zimri, Zambri, Cantans, vel psallens, seu vitis, vel palmes,aut putatio vel præsciśio.Regionis nomen.Iere.25.c.Filius Salu. Nume.25.c. Filius Ela filij Baasa.3. Reg.16.c.Filius item Ioada filii Ahas.1.Para.8. d.Scribe vbique Zamri.

זְמִירָה Zemira, Zamira, Idem. Filius Bechor filij Beniamin filii Iacob.1.Para.7.b

זִמְרָן Zimran , Zamran, Idem . Filius Abrahæ ex Cetura. Gene. 25.a

זִמְרִי Zimri , Zamri , Idem . Filius Zaræ filij Iuda ex Thamar.1.Paral.21.c

זָנוֹחַ Zanoa,Zanoe,Obliuio,siue abiectio,vel ista requies, aut ista consolatio. Ciuitas in tribu Iuda. Ios.15.c.1.Paral. 4.c.2.Esdr.11.d

זֶרַח Zara,Oriens,vel orientalis,aut claritas.Filius Rahuel filij Esau.Gene. 36.b. Filius Iudæ ex Thamar nuru sua. Gene.38.d.Filius Simeónis filij Iacob. 1.Paral.4.d.qui Gene. 46.b. Iachin dicitur, Rex Æthiopum. 2.Parali. 14.c. Filius Gerson filij Leui. 1.Paralip.6.e. Pater Ioab regis Edom.Genes.36.d.Pater item Zabdi patris Charmi. Iosue 7.a

זַרְחִי Zarahi,Idem.1.Para.27.b

זַרְחְיָה Zeraiah, Zarahias, Oriens dominus , aut claritas domini. Filius Ozi filij Bocci.1.Para.6.a

זֶרֶד Záred, Aliena descensio, aut extranea vel sparsa potestas. Torrens in deserto Moab.Nume.21.c.Deut.2.c

זַרְחְיָה Zeraiah,Zarehe,Oriens dominus, aut claritas domini.Nomen viri.1.Esd.8.a

זַרְחִי Zarhi,Zareitæ,Orientales,aut clari. Nume.26.b.c

זֶרֶשׁ Zæres,Zares, Extranea miseria,vel extranea hæreditas:aut sparsa miseria vel hæreditas:seu circulus vel corona miseriæ vel hæreditatis. Vxor Aman filii Amadathi. Esther 5.d

זְתָם Zatham,Oliua eorum,siue iste perfectus,aut iste cōsummatus,vel iste simplex.Nomen viri.1.Paral.26.c

זַעֲוָן Zahæuan,Zauan, Tremens,aut tremor,vel vexatio. Filius Eser filij Seir Horræi.Gene.36.c

Z E

זְאֵב Zeb,Lupus. Nomen viri Madianitæ, ab Ephráim interfecti.Iudic.7.g.Psal.82.c

זַבְדִּי Zabdi,Zebedæus,Dos siue dotatus,aut fluxus vehemens.Nomen viri. 2.Esdr.11.c.Pater Iacóbi & Ioannis apostolorum.Matth.10.d

זַבַדְיָה Zebadia, Zebedia, Dos domini, siue dotauit dominus. Nomen viri.1.Esd.8.a

זֶבַח Zebee,Victima,aut sacrificium,vel decollatio, aut iugulatio.Rex Madianitarum.Iudic.8.b.Psal.82.c

זְבוּדָה Zebuda,Zebida,Dotata, siue dotatio. Mater Ioacim siue Eliacim.4.Reg.23.g

זְבוּל Zebul,Habitaculum : aut Syriacè,sterquiliniū. Seruus Abimélech filij Gedeonis.Iudic.9.g

זִכְרִי Zichri,Zechri, Memor vel memorans, siue masculinus.Filius Isaar filij Caath filij Leui. Exod.6.c.1.Paral. 8.b.9.c.2.Paral.28.a

זָכוּר Zachur, Zechur,Idem.Pater Sammua.Nume.13.a

ζηλωτής Zelotes , Æmulator. G. Cognomen Simônis apostoli. Luc. 6.c

זִלְפָּה Zilpa,Zelpha,Distillatio oris, aut vtilitas vel cōtemptus oris.Ancilla Liæ vxoris Iacob.Genes.29.c

זִמָּה Zimma, Zemma,Scelus,aut cogitatio.f.peruersa.No men viri.2.Paral.29.c

ζωαῖ Zena, Viuens. G. Legisperitus quidam.Tit.3.d

זְפַרְנִית Ziphrôna , Zephrôna . Ex Syro & Hebræo , falsitas cantici vel exultationis . Terminus est Iudæ . Nume. 34. b

זְתָם Zetham , Oliua eorum , siue iste perfectus, aut iste consummatus , siue iste simplex . Nomen viri. 1.Paralipom. 23.a

זֵיתָן Zethan,Oliua,vel oliuetum. Filius Balan filij Iadihel filij Beniamin.1.Paral.7.c

זֵתָר Zethar,Iste explorans vel cōtemplans, aut oliua explorationis vel cōtemplationis, siue iste turtur,vel oliua turturis. Nomen eunuchi.Esth.1.b

זְתוּא Zethu,Oliuetum.Nomen viri.2.Esd.10.a

זַתּוּא Zathu,Zethua,Idem.Nomen viri.1. Esd.2.a

Z I

זִיעַ Zia , Zie , Sudor , aut tremor . Nomen viri . 1. Paralipom. 5.b

זִינָא Zinna,Zina, Fornicatio : aut Syriacè , nutrimentum vel arma. Vir.1.Paral.23.b

זִיו Zio , Iste : vel Syriacè , splendor , aut claritas. Nomen secundi mensis , qui Aprilis apud nos dicitur. 3. Regum 6.a

זִיף Ziph, Istud os,vel ista bucca:aut Syriacè, falsitas,vel falsus. Duæ sunt huius nominis in tribu Iuda ciuitates: ex quibus altera nomen magnę dedit solitudini.Ios.15. d.& g.1.Reg.23.b. quam ædificauit Roboam.1.Para.2. f. 2.Para.11.b

זִפָּא Zipha,Idem.Filius Ialeleel.1.Para.4.c

Ziphæi,Idem.p.n.1.Reg.23.c

זִזָא Zaza, Ziza, Vniuersalis vel omnimodus, seu bestia, vel fera, aut resplendens : vel Syriacè, recedens. Filius Ionathan filii Iuda filii Onan.1.Para.2.c.Est & nomen principis.1.Para.4.f

Z O

זֹחֶלֶת Zohéleth, Reptans, vel trahens. Lapis est iuxta fontem Rogel nomine.3.Reg.1.b

זוֹחֵת Zoheth, Separatio, aut iste stupens vel pauidus , seu iste confractus: vel ex Hebræo & Syro,iste descendēs. Filius Iesi.1.Paral.4.d

זַמְזֻמִּים Zamzummim,Zamzommim,Scelus vel turpitudinē cogitātes:seu scelus sceleratorum.Populi sunt qui aliàs ad Ammonitis Raphaim nuncupantur.Deut.2.d

זוֹהַם Zoham,Zoom, Abominās, vel immūdus.Filius Roboam ex Abihāil.2.Para.11.d

זְרֻבָּבֶל Zerubabel, Zorobabel, Alienus à confusione, aut aliena vel extranea confusio,siue extranea cōmistio,aut dispersio cōfusionis vel cōmistionis, seu circulus commistionis vel confusionis.Dux in Iuda. Aggęi 1.a.Filius Phadaia filii Iechoniæ. 1.Paralip.3.c.1.Esd.2.a

Z V

זוּזִים Zuzim, Postes, vel superliminaria , aut splendentes: vel Syriacè, recedentes,aut pecuniæ. In Gene. 14.non est nomen proprium.L X X.enim,gētes fortes: Chaldæus interpres, robustos interpretatur, quod & annotauit Hieronymus in quæstionibus in Genesin, dicens sic debere legi in eo loco , Et robusti in Ham , vt sit proprium loci : non autem legatur, in eis.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# INDEX SELECTARVM EX SACRIS DOCTORIBVS annotationum, quæ ſtudioſis maximè conferant, veluti quædam tum Bibliorum textus propugnacula, tum aduerſus graſſantes in eundem errores antidota.

Universidad de Deusto Biblioteca


Aaronis conſecratio. Leuitici 7.d
Aaron typus Chriſti, quia homo peccata ſua expiauit. leuiti. 16.f
Aaron generationes Moyſi generationibus præponuntur. Numeror.3.a
Aaron mortuo murmurant Iſraelitæ contra Deum & Moyſen. nume. 21.c
Aaron in 34. manſione mortuus eſt.nume.33.g
Aaron piè viuebat iuxta ſancta Domini præcepta, proximóque debita officia reddebat. ſapien. 18.e
Aaronis benedictio ordo eſt & ritus ſacerdotij. eccleſiaſtici 36.b
Aaron filij qui fuerint.eccleſiaſtici 46.b
Aaron fecit vitulum conflatilem ex timore mortis. Malach.2.c. qui nec credidit in eo eſſe aliquid numinis. ibidem.
Abdias princeps exercitus Iſrael quid figurabat.3.reg.18. e f
Abdiæ prophetæ vxor impetrauit ab Eliſæo olei multiplicationem. 4. regum 4.a
Abela ciuitas eſt regionis Berim.2.reg.20.g
Abelmeula vna de præcipuis vrbibus Salomonis.19.g
Abelmeula, quæ & Bethulia.3.reg.19.g
Aber nepos Iethronis ſocer Moyſi. iudic.4.k
Abia intendit pactum cum ſubditis modo tamen ſi maneant in regno fideles.2.paral.13.c
Abia exercitum confortabat.2.para.13.e. qui contra Ieroboam victoriam habuit ineſtimabilem.f g
Abia non multum poſt victoriam defunctus eſt.2.para.14.a
Abiathar Dauidis fugæ ſocius poſtea ſummus eius ſacerdos factus. 1.regum 21.c
Abiathar conſilium ipſi Dauid.2.reg.15.& ſeq.
Abiathar in ſpiritualibus & diuinis ſummus fuit poſt Dauid. 3. regum 1.k
Abigail vxor Nabal impediuit cædem eius.1.reg.25.f.g.h.& ſeq.
Abiſag poſt mortem Dauidis quaſi regina potens reputabatur. 3. regum 2.g
Abimelech ex concubina nomine Droma genitus.iudic.9.a
Abimelech & Achimelech, idem ſunt.1.reg.21.b c
Abiſag Sunamitis quomodo non eſt à Dauide cognita.3.reg.1.b
Abiſai dicunt fuiſſe Amaſam.1.paral.12.d
Abner bellum contra Beniamin.2.reg.3.f
Abner poſt diſceſſum reuocatus à Ioab in Hebron, & ibi doloſè occiſus.2.reg.3.h.& ſeq.
Abominatio eſt peccatori diuinus cultus.1.petr. 4.b
Abraham cur Hagar tantum obſeruauit.gene. 11.d
Abraham operibus ſuis populum docuit.gene.23.b
Abraham tentatus pro ſui filij immolatione,& filij obedientia laudatur.iudith 8.i
Abrahæ filius de ancilla Iudæum, de libera Chriſtianum ſignificat. galat.4. e f g
Abrahæ peregrinatio.acto.7.b
Abſalonis rancor in Amnon fratrem ſuum.2.reg.13.g h
Abſalonis inſidiæ in fratrem.2.reg.13.i
Abſalonis forma egregia.2.reg.15.a
Abſalon præteritorum indignatus cõtra Dei & naturæ legem inſurgit in patrem.2.reg.15.f
Abſalon perdit conſilium dum parricidio cupit mercari imperium. 1.regum 17.b
Abſalon pax patris interpretatur.2.reg.18.f
Abſalon inhærens quercui crinibus obſtinati duritiam deſignat. 2. regum 18.i
Abſalon in valle mortuus,& in foſſa proiectus.2.reg.18.i
Abſtinete à vino vel carnibus nil credere meriti accreſcere non Chriſtiani ſed Iouiniani eſt.rom.14.e
Abſtinentibus deeſt nonnunquam patientia.2.petr.1.c
Abſtinentia magnum eſt ſacrificium.pſal.50.g
Abſtinentia à carnibus & vino nil credere meriti accreſcere, non hoc Chriſtiani eſt, ſed Iouiniani.roma.14.e
Abſtinentiam Deus homini imperauit, ne menſuram edendi excederet.ezech.16.r
qui Abutitur teſtimoniis ſcripturarum fabricat lupanar ſuum in principiis viarum.ezechiel.16.o
Abyſſus, dicit Chriſtus non eſt in me.pſal.15.d
Achab cœpit regnare in Ieruſalem anno triceſimo octauo Aſa Regis Iuda.3.reg.16.r
Achab regio ſceptro inſignis, animo vero ſeruus.3.reg.21.g
Achab Rex Iſrael corpore liber animo ſeruus erat.3.reg.21.g
Impiiſsimo ſucceſsit hæres impiiſsimus.4.reg.1.a
Achab falſo vaticinio meruit decipi.3. reg. 22. e. qui falſis inniteba tur vatibus.g.h
Achab potius veris prophetis credere debuit quàm falſis. 3. regum 22. k
Achab multas fertur habuiſſe vxores & concubinas.4.reg.10.a
Achab volens placere ſocero ſuo conſtruxit in Samaria templum Baal.4.reg.10.i
Achab percuſſus cur ſe teneri periit.2.par.18.f
Achaia Græciæ regio.2.corinth.9.a
Achaia regio eſt Græciæ cuius caput eſt Corinthus.2.cor.9.a
Acham peccatum quantum nocuit populo Iſrael.ioſ.7.e
Achaz rex Iuda impiiſsimus præ omnibus præceſſoribus ſuis.4. regũ. 16.a. filium ſuum conſecrauit idolo Moloch.c.& ſeq
Achaz bellum contra Iſrael & Syros.4.reg.16.e f. fecit inatrio Domini altare ſacrilegum remouens altare Deo conſecratũ.f. h. tranſiit ad cultum Aſſyriorum.k
Achaz patris ſuccedens erga Deum impiiſsimus euaſit.2.par.28. a. cõbuſsit filios ſuos idolis Moloch.ibid.b
Achaz de altari æneo curauit fieri horologium famoſum. 2. paralipom. 28.f
Achaz exẽplar altaris Damaſci iuſsit conſtrui Ieroſolymis ſuper quod obtulit holocauſta.2.par.28.f
Achaz clauſo templo, & ædificatis aris in angũlos vrbis mortuus eſt anno ætatis.36.& regni.16.2.para.28.h
Achimas zelans pro Dauid deſyderabat illi numerare victoriam.2.regum.18.l
Achior videtur eſſe de genere Iudęorũ vtpote de genere Loth.iut.5.b
Accingere lumbos quid ſit. 4.reg. 9.a
Achitophel auus fuit Berſabeæ.2.reg.15.d
Achitophel defecit ab amicitia Dauid.2.reg.17.c.d
Achitophel impius filium incitauit aduerſus patrem.pſal.30.f
in Acquirendo ſapientiam requiritur magnus labor.eccl.51.c
Accaron vna ex principalioribus vrbibus Philiſt.1.reg.5.c.ioſ.15.f
Accaron ſorte duplici Iudæ & dan.1.reg.5.e
Acceſsus ad cælos nulli patebat, donec veniret deſyderatus omnibus, & in lege promiſſus Meſsias.iob 10.d
Acceptor perſonarum Deus no n eſt.2.para.19.b.Iacob.2.a
Actio peruerſa aliena eſt, & contra Naturam.pro.21.b
Adam nomen vxori impoſuit.gene.3.f
ſi Adam non fuit ſeductus, quomodo fuit conſors peccati vxoris.1. timot.2.b
Adæ immortalitas non fuit plena, ideo amiſsa.ſap.3.b
Adam creatus eſt immortalis, ſed propter peccatum factus eſt morſap.7.a
Adami quæ & Nereb ciuitas in tribu Nephtalim.ioſ.19.e
Adar menſis hebræorum duodecimus noſtro reſpondens februario. eſth.3.f.8.d
Addendum eſt interdum aliquid ſenſui ſcripturæ vt intelligatur.apoca.22.g
Adeodatus cur Dauid ſic dictus. 2.reg.21.h
Adinuentiones noſtræ ſunt peccata à nobis inuenta.deut.28.e
Adoleſcentiæ incommoda.iob 13.f
Adoleſcentior prodigus peccator nominatur quia pueriliter ſapit. lucæ 15.d
Adonai Dei nomen patriarchis incognitum.exod.6.a
Adonias bonam partem vrbis aſciuerat vt poſt patrem regnaret. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

regum 1.h
Adonibezech Ierosolymis mutilatus pollicibus moritur.iudic.1.c
Adonides amasius erat Veneris, cuius mulieres mortem plangebant. ezech.8.c
Adorauit Iacob Esau fratrem adoratione duliæ.gene.33.l
Adorat deum nemo cadens.danie.3.b
Adorare creaturæ est,adorari creatoris.deut.26.c
Adorare bestiam & imaginem eius quid sit.apoc.1.a
Adoratur Ioseph à patre & matre & fratribus.gene.37.i
Adorantis officium omnibus constat.tob.11.c
Adoratio multiplex.gene.43.f.iudith 13.d
Aduentus saluatoris nostri Iesu Christi,& vocationis Gentium figura. psalm.49.a
Aduersa tolerare sapientis est.iob 2.f
Aduersariorum manus euadens in manus Dei incidet.ezech.6.f
cum Aduersario quotidie iter agimus.matth.5.h
Aduersarius noster quis.luc.12.n
Aduersarius non inueniat in nobis imaginem suam.1.petr.5.b
Adulterare quàm malum sit.leuit.20.d
nec Adulteri nec hæretici putent sua molimina celari.prouer.5.c
Adulteri quomodo absque liberis erunt.leuit.20.i
Adulteri non se putent tenebris obtegi.prouer.5.d
Adulterorum filij non possunt habere hæreditatis consortium. sapientiæ 3.d
Adulterarum quantum malum sit.leuit.20.i
Adultera vocatur generatio Iudæorum.ezech.16.c
Adulterium notat nostram cum Deo destructionem. exod.22.b.vetámque mortis pœnam itrogat.ibidem.
Adulterium etiam in decalogo prohibetur.18.h
Adulterium quantum sit execrabile.nume.5.c
Adulterium cæcitas mala est.deut.22.g
Adulterij detestatio secundum diuersas species suas.ezec.22.b
Ædificationis opus consummatum est per duos annos & 4. menses. nehem. 4.c
Ædificium templi Ezechielis figurabat ædificationẽ ecclesiæ in sacramentis,fide,& moribus.ezech.41.a
Ægyptus nunquam habet hyemem.exod.9.h
Ægyptum cur cymbalum alarum dicitur.isa.18.a
Ægypti vastatio à Nabuchodonosor. ezech.30.b
Ægyptiorum corda in Hebræorum odia conuersa sunt.nehem.9.c
Ægyptij & Chananæi aduersarij filiorum Israel.sapient.12.d
Ægyptiorum passiones variæ.sapient.17.e f g.19.e f
Ægyptiorum reges post Alexandrum.daniel.11.b
Ænigma & parabola idem sunt.ezech.17.a
Æquitas impugnat quos iustitia commendat.3.reg.12.b
contra Æquitatem naturæ est persequi fratrem.abd.d
Aer cœlum interdum vocatur.danie.3.f
Æstas prosperitatem tranquillitatis significat.prouer.6.b
Ætates hominis & earum propria.iob.13.f
Ætas perfecta quæ sit.1.paral.23.a
Æras deferentium tabernaculum mutata in templo perfecto. 1. paralipom.23.d
Ætas tenera emendenda est. psal.118.b
nec Ætati,nec nobilitati conuenit adfingere quo cæteri scandalizentur. 2.macha.6.f g
Æternum quomodo potest esse quod visibile est.nume.18.e
Æternum quid sit.leuiti.25.f
Ab æterno vsque in æternum quid.1.para.16.b
Æternus minister quis.Philemo.c
Æternus minister qualis sit.philem.d
Æterna dicuntur quæ ante se nullum habuerunt tempus.tit.1.a
Alas suas habet anima quibus se possit leuare de terris.psal.10.a
duæ Alæ magnæ duo sunt testamenta.apoc.12.g
Alamoch instrumentum est musicum.1.par.15.f
Alchimus à genere sacerdotali alienus,pontifex factus est, quod nefas erat.1.macha.7.c
Alcimus summus sacerdos, non iure, sed de facto intrusus. 2. machabæorum 14.b
Allegoria à Christo prædicata sunt attendenda.luc.8.e
Alleluia in hoc psalmo principium sumpsit. 1.paral. 16. c.& eius interpretatio.ibidem
Alleluia certis diebus,& certo tempore cantamus.tob.13.d
Alleluia exprimitur laudate dominum.apoc.19.a
Alimenta vitæ nemo consequi potest nisi propter nomen domini nostri Iesu Christi.gene.41.b
Alimonia mea non aliud erat quàm lachrymæ.psal 41.b
Alexander magnus inclusit Iudæos intra montes Caspios. ezec. 38.b
Alexander Macedo hirci vocabulo designatur. danie.8.b d
Alexander mortuus est in Babylone ætatis suæ 32.anno,postquam sederunt 4.duces.danie.8.i
Alexander Macedo laxato populo Iudæorum subuertit regnum Medorum & Persarum.danie.10.g
Alexander à medico suo intoxicatus vltimum suæ vitæ diem claus. 1.macha.1.b
Alexander accepto poculo mortuus est.2.macha.1.b
Alexander victus à Ptolemæo est occisus. 1.macha. 11.c.& ipse Ptolemæus paulò pòst vitam finiuit.ibid.
Alexandria ciuitas magna Ægypti ab Alexandro sic dicta, inter duo flumina ædificata. nahum.3.b
Alexandria ab Alexandro magno sic dicta, primò tamen No, vocata. ierem.46.i
Alexandria.ierem.46.i.nahum 3.b
Altare thymamatis iustos signat.exod.40.b
Altare æreum corda significat perfectorum.3.reg.8.r
Altaris locus non in Iudæa, sed in Gentium terra inuentus est.2. regum 24.o
Altaris Bethel dedicationem mirabilia comitata sunt.3.reg.13.a b
Altari seruientes & de altario viuentes, non sunt contenti.ezechielis 22. h
Affligit deus multipliciter.tob.8.a.13.a.iudith.8.d
Afflictio magna est non reportare fructum laboris sui.deut.28.g
Afflictionum quinque sunt causæ.iere.17.c
Agag rex Amalech quem occiderat Samuel.esth.3.a
Agrum consecrare & redimere quid sit.leuiti.27.c
Agni oblatio quanta esse debebat.nume.15.b
Agrippa filius Herodis Agrippæ.act.25.f
Archam præfecit Nabuchodonosor remanentibus in Iudæa. 3.regum 25.h
Amalech iussus est penitus deleri.1.reg.15.b
Amaleeh & Idumæus idem. 2.reg.1.b
Amalechites descriptio.exod.17.d
Amalechitem dicunt Hebræi fuisse filium Doech. 2.reg.1.a
Aman ablata est occasio vindicandi in Mardochæum.esth.6.d
Amana,Sanir,& Hermon montes sunt trans Iordanem.cantic.4.c
Amen interdum nominaliter, interdum aduerbialiter sumitur. 3 regum 1. o
non Amat sapientiam qui non seruat disciplinam.sap.6.c
Amatores voluptatum principem mundi sibi reconciliare studeant. iudith 2.c
Amasa nepos Dauid erat ex Abigea matre. 2.reg.19.f
Amasæ iurauerat Dauid eum facere suæ militiæ principem.2.reg.20.f
Amasias rex Iuda bona fecit in conspectu domini, sed non corde perfecto. 4.reg.14.a b
Amasias consilium Balaam noluit intelligere. 2.para.25.b
Amasias filius Ioas paulò melior fuit quàm pater eius. 2.para.25.b
Amasias deos quos attulerat de Amalech postea adorauit. 2. paralipome.25.f
Amasias fœlicitate inflatus regem Israelitarum ad bellum incitauit. 2. paralip.25.g
Ambire pricipatum vitiosum est.ecclesiastici 7.a
Ambitionis mala.esth.3.b
Ambitio subuertit & perdit omnia.esth.3.b
Ambitio cleticorum sacerdotij exitium certissimum post se trahit. 2. machab.4.l
Ambitus ciuitatis per cuncta latera.ezech. 48.h i
Ambulare in præceptis dei est proficere in illis.leuit.20.k
Ambulare quomodo dicitur deus. leuit.26.b
Ambulare in peccatis alicuius quid sit. 4.reg.13.d
Ambulare in viis Domini.psalm.127.a
qui dignè Ambulare credendus est.ephe.4.a
Ambulandum moribus & non pedibus vt perueniamus ad deum. 3.iohan.b
Ambulatio recta vita dicitur.baruch 4.c
Amicus verus & fictus in quo differunt. ecclesiastici 37.a b. sicut amicitia vera & ficta.ibid.
Amicus si verus est nihil occultat.iohan.15.c

Universidad de Deusto
Biblioteca



Amico dare ſine improperio quid ſit eccli.29.d
Ad amicitiam multi non ſunt idonei pro.22.g
Amicitia vera durat vſque ad mortem eccleſiaſtici 37.a
Amicitiarum ſunt genera multa.eccl.13.c
Amicitia nihil pręcioſius. luc.16.e
Amicitia angelis & hominibus communis eſt.luc.16.e
Amicitiæ forma.ioan.15.e
Amon Manaſſę filius, patris opera ſectando eſt à ſuis interemptus 4. regum 21.g h
Amon rex imitatus eſt patrem ſuum Manaſſe 2.par.33.k
Amnon filius Dauid Thamar ſororem violauit 1.reg.13.a.& ſeq
Amnon vrbs Ammonitarum,nunc dicta Philadelphia iere.49.a
Ammon filius Loth ex filia ſua iuniore iere.49.a
Ammonitæ noluerunt obedire regi tanquam reg.1.par.19.c
Ammonites dicuntur Idumæi.2 par.20.a.d
Ammonitæ & Moabitæ quia de inceſto nati ſunt, hæreticos figurant. Nehe.13.a
Amor dei reficit animum.pſal.33.b
Amor Dei quomodocunque quæſitus reficere animum poteſt.pſalmo 33.c
Amore & timore noſtra interiora maximè pulſantur.pſal.141.a
Amorrhei vnde dicti.ioſ.5.a
Amos pater Iſaiæ frater fuit Amaſiæ regis.2.para.25.a
Amos ſequens greges aſſumptus eſt in prophetam.amos.7.d
Amphipolis & Apollonia ciuitates ſunt in Macedonia multum celebres.act.17.a
Amphipolis ciuitas Macedoniæ.act.17.a
Altera Syriæ ibidem
Amri quomodo regnauerit.28 anno regni Aſa.3. reg.16.e. qui regnauit.31.annos.Aſa.f
Anathematizare quid ſit.mar.14.f.t
Anathema, & anathematizare.nume.21.a
Anathema deſtructio interpretatur.deu.13.e
Anathot.ioſ.21.b.ier.32.b
Anathot ciuitas Ieremiæ.ioſ.21.e
Anathot obedientia interpretatur.iere.11.b
Anathot viculus eſt in terra Beniamin vnde natus eſt Ieremias.ierem.32.e
Angeli quomodo comedere videantur.gene.18.d
Animam fidelis capere quantum malum eſt.leui.22
Angeli interdum vocati ſunt homines.iudic.6.a
Angeli virorum nomine appellati ſunt.iudic.6.b
Angeli annunciatio ad matrem Samſonis.iud.13.a.e
Angeli tenebrarum ſe tranſferunt in angelos lucis.iudic 6.b
Angeli apparere viſibiles poſſunt.tob.3.g.4.b.5.b.6.b.12.f
Angeli viſibiles quia volunt hominibus apparere.tob.5.d
Angelus tobiæ promittit ducere filium.tob.5.f
Angelorum promptitudo ad hominum obſequium exequendum.tobiæ.5.c
Angelus ſe ſocium tobiæ filio exhibuit.tob.5.b
Angelus ſe Azariam eſſe dicens,figuratè reſpondet.tob.5.g
Angeli conſilium ad Tobiam ſuper liberanda vxore à dæmonio. tobiæ 6.c d
Angelus quare nomen ſuum celauit.tob.9.a
Angelorum officium multum.tob.12.f
Angeli in phantaſmate vtrum comedant.tob.12.g
Angeli mali quandoque exercitus cœli vocantur.3.reg.22.1.k
Angelos cœleſtes filij Dei vocatur.ioſ.38.c
quamuis Angelorum atque hominum longè ſit natura diſsimilis, vna tamen pœnas vtrimque luet.eze.32.e
Angelorum & hominum natura valde diſsimilis.ezech.32.e
Angelus in fornace cum tribus pueris,ignis ardorem foras excuſsit.daniel.3.x
Angeli poſſunt apparere vt viri,qui tamen non ſunt viri.dan.8.g
Angelus angelum mittit.zac.2.a
Omnes Angeli aſsiſtunt coram Deo, & mittuntur in miniſterium. zach.4.c
Angelus in reſurrectione Domini ſedebat ſuper reuolutum lapidem. zach.9.d
Angeli nomen miniſterium magis,quàm ſubſtantiam ſignificat.matthæi.11.c
Angelus domini de cœlo deſcendens reſurrectionem Chriſti annunciat. matth.28.b
Angelorum verba mandata ſunt domini.iohan.20.e
Angeli dicuntur orationes noſtras offerre deo.hebr.1.c
Angeli dicuntur orationes noſtras & vota offerre Deo. hebræorum 1.e. apocalyp.8.b
Anguſtia propriè eſt in mente, ex qua redundat tribulatio carnis. 2. corinth. 2.b
Angelum cuſtodem vnuſquiſque habet.acto.12.g
Angelum habet vnuſquiſque noſtrum.act.12.g
Angelus diuinus ab ortu ſolis.apoc.7.b
Angeli miniſtrant opera noſtra bona offerentes ea Deo.apoc.8.b
Angelus fortis nube amictus, eſt Chriſti eccleſia.apoc.10.a
Angelicæ virtutes quæ ſunt.mich.4.c
Animæ brutorum quare cum corporibus intereant.gene.1.e
Anima triplicem vim habet.leuiti.4.g
Animæ afflictio in quibus conſiſtit.leuit.23.g
Animam ſuam deus voluntatem ſuam dicit.leuit.26.f
Animæ purgatio iuxta numerum ſanctæ trinitatis perficitur. 4. regum 5.e
Animam mundare eſt ipſam à ſordibus abluere.tob.4.d
Animam in manibus portare quid ſit.iob 13.d
Anima Chriſtiana multum patitur.pſal.9.f
Anima ſuas habet alas.pſal.10.a
Animæ ab inferno vtrum eripiantur.pſal.85.e
Animæ pulchritudo in quibus conſiſtit?cantic.7.a
Anima ſeruanda eſt ab impatientia & ira.eccleſiaſtici 10.g
Anima quomodo præparanda eſt ad orationem.eccleſiaſtici 18.d
Anima Chriſti à corpore ſeparata deſcendit ad inferos. eccleſiaſtici 24.i
Anima ægrotante nihil impenditur, corpore verò nulli rei parcitur. eccleſiaſtici 38.k
Anima flatus dicitur. iſaiæ 57. d. quæ pingueſcit adipe ſpiritalis iciunij. 58. f
Anima ſancta dicitur cœlum.ezech. 4.f
Anima poteſt dici cœlum habens ſolē intellectum,lunam fidem,aſtra virtutes.ezech. 4.f
Animam Deus creat in corpore.zacha.12.a.malach.1.a
Animæ impœnitenti quæ dura eſt captiuitas.matth.15.e
Anima non redimetur auro,imò auro amittitur.matt.16.f
ab Anna ad Caypham tres pontifices medij fuerunt.matth.26.b
Anima non moritur cum corpore.iohan.10.f
ſi Anima alteri dederit quod debet Deo,mœchatur.roma.2.g
Anima quemadmodum cætera corporis membra viuificat.iudæ h
Anima Chriſti deſcendit ad infernum.acto.2.d
Ananias quia agri prætium defraudauit citò cum vxore pœnas dedit fraudis & mendacij.acto.5.a.& ſeq.
Animas occiſorum martyrum.apoc.6.d
Animalia ſuper terram degētia quo nomine Deus per Adam vocauit. geneſis 1.f
Animalia bruta cur mandabantur occidi.exod.21.e
Animalia quomodo dicuntur immūda,ſi bona à deo creata ſunt.leuiti. 11.a.& cur prohibita Iudæis.ibidem.d.& ſeq.
Animalia munda ab immundis quomodo diſcernuntur.
Animalium forma eſt Dei diſpoſitio,& caracter euangelij. apoc.4.c
Animus in quibus eſt nocte occupandus.pſal.118.g
nec Animus vanitate,nec voluptate corpus ſatiatur.prouer.30.c
Annæ quinque in ſacra ſcriptura. tob.7.f
Annas,Cayphas,Iudas & Pilatus cui pœnæ ſubditi ſunt.ſap.6.c
Annorum numerum non ſine cauſa ſcriptura proponit.gene.17.f
Annus perfectionem ſignificat.leuitic.25.i
Anni iubilei conditiones.leuit.21.d
Annus viceſimus ad res agendas habilis initium eſt, ſexageſimus verò finis.leuit.27.a.nume.1.e
Anni 40. laboris in deſerto quid ſignant.deut.2.c
Anni ab egreſſu Iſrael de Ægypto fiunt 480.3.reg.6.a
Anno tertio libertatis erexerunt Iudæi altare holocauſtorum prima die ſeptembris.1.eſdr.3.d
Annus placabilis quando fuerit.iſa.61.b
Anno ſeptimo tranſmigrationis Iechoniæ ſeniores interrogauerunt Ezechielem,quibus non reſpondit verbum.ezech.20.a
Anni à reædificato templo & ciuitate Ieruſalem iuxta ſeptuaginta hebdomadas.danie.9.k
Annus aut vertens eſt aut emergens.matth.3.d
Annus Chriſti duplex.luc.2.f

Universidad de Deusto
Biblioteca



Antichristi actus peccatorum consuetudini comparatur.psal.9.h
Antichristus per turbinem & tempestatem designatur.isa.4.c
Antichristi persecutio.isa.25.b.26.c
Antichristi exercitus.eze.39.a.&.seq
Antichristi regnum grande secundum extensionem, paruum secundum durationem.dan.7.g
Antichristi vita supra homines, imo Deum.dan.7.h
Antichristi mirabilia opera.dan.11.l
Antichristus diebus mille ducentis nonaginta sanctos persecuturus est dani.12.e
dum Angelus ad angelum dicit, curre, loquere, non dubium est quin Angelus angelum narrat.za.2.b
Antichristi sæuitia in omnes.zac.14.d e
Antichristo mortuo tanta erit pax vt nullus penitus requiratur vsus armorum.zac.14.g
Antichristus est in mundo propter hæreticorum & pseudoapostolorum præsentiam.1.ioan.4.b
Antichristo viam preparant pseudoprophetæ pseudoapostoli, & hæretici.1.iohan.4.b
Antichristus irrationabilissimus blasphemus & ferox.apoc.11.d
Antichristus enim & sui, occidunt gladio materiali.apoc.13.d
Antichristi persecutio describitur.apo.20.d
Antiochus quomodo iuge sacrificium abscindit.dan.8.f
Antiochus Epiphanes dedit filiã suam vxorem Epiphanio regi Ægypti in dolo.dan.11.g
Antiochi magni regnum.dan.11.c
Antiochus Alexandro succedens Ægyptum bello occupat.1.mach.1.d.&.postea ierusalem.e
Antiochus abominationes posuit in templum.1.mach.1.d.& seq.& Iudæos coegit Græcorum mores obseruare.f.g.2. mach.4.c.& seq.5.a
Antiochus post annos trecentos quadraginta ab instaurata Ierusalem per Esdram & Nehemiam ingressus vrbem templum prophanauit. 1.mach.1.e f
Antiochus spolians Ierusalem typum tenebat Antichristi. 1. machabæorum 1.g
Antiochi epistola signat philosophos gentilium, hæreticos atque schismaticos Christianorum.1.mac.1.k
Antiochus ara in templo posita porcos mactauit.1.mach.1.l
Antiochus Iudæos qui non suis legibus consentire volebant interfecit.1.mach.1.o p
Antiochus congregato exercitu dedit partem Lysiæ & profectus est in Persidem.1.mach.3.f
Antiochus in fine pœnituit quod Ieroſolymitanũ templum profanasset. 1.machab.6.a.b
Antiochus rediens à Perside mortuus est testatus quod templum Ieroſolymitanum impiè prophanasset.1.mac.6.a.d e f
Antiochi pœnitentia similis est pœnitentiæ Iudæ proditoris.1.machabæorum.6.e
Antiochum paruulum fecit Triphon occidi.1.mach.13.f
Antiochus minor à Cleopatra inuitatur, cui occurrit Triphon.1.machabeorum.15.a
Antiochus multa Simoni promittebat sed promissiones de futuro sunt in dubio.1.mach.15.c
Antiochus Cedronẽ ædificauit, in quo posuit milites vt Iudæam vastaret.1.mach.19.a
Antiochus cùm percussisset Ægyptum venit Ierusalem in dolo & multos occidit.2.mach.5.c
Antiochus in periculo fuit flagelli sicut fuerat Heliodorus.2. machabæorum 5.d e
Antiochus cum rediisset in Ægyptum, & Iudæis repulsis rediit Ierusalem & vastauit eam & templum Idolis deturpauit.2.machabæorum 5.e.f
Antiochus Iouis simulachrum in templo positũ pompa adorare cogebat.2.macha.7.d
Antiochus Persidem iuuasurus adiit à qua infœliciter rediit.2.machabæorum.9.a & seq
Antiochus ita pœniteus cur nõ est miseriordiã cõsecutus.2.mac.9.d
Antiochus diuina admonitus plaga, ex graui deductus superbia ad sui venit agnitionem.2.mach.9.f
Antiochus comisit Lysiæ maximum exercitum in Iudæos.2. mac.11.a
Antiochia est Cœlosyriæ ciuitas.act.11.h
Antiochia duplex.act.11.h.13.e
Antipatris siue Antipatrida vrbs est Palestinæ I tribu manasse.act.23.p
Aperire librum neque angelus, neque homo, sed solus agnus potest. apocalyp.5.b
Aperta mala & argui & iudicari debent, quæ verò ignoramus iudicare non debemus.iohan.7. d
Apes in ore mel habent, in aculeo caudæ vulnus.psal.117.c
Aphec ciuitas Philisthiim.1.reg.29.a
Aphec. 1.reg.29.b
Apostatæ angelo homo similis efficitur dum hominibus similis esse dedignatur.isa.14.f
Apollonia duplex.acto.17.a
Apostasia est discessio & rebellio ab obedientia, statu & professione. 2.thessalon.2.b
Apostoli prædicantes excusantur si infideles credere nolunt. genesis 24.a
Apostoli certius verba euangelij ab ipso domino nouerunut. 2. paralipom.2.e
Apostolorum duodecim figura per duodecim boues mare portantes. 2.paralip. 4.b
Apostoli per discipulos verbi diuini semina per totum mundum spargunt.2.paralip.24.e
Apostoli quare ad terras missi sunt.psal.106.i
Apostoli missi sunt ad gentes.isa.7.f
Apostoli firmamenta ecclesiæ sunt & columnæ.psal.21.d
Apostoli piscatores & illiterati ad prædicandam fidem mittuntur. matthæi 4.f
Apostoli sunt serui missi ad inuitandum ad nuptias.matt.22.l
Apostoli audientes tantas minas in Iudæos, admirabantur si tale templum desolandum esset.matt.24.a
Apostolis spicas euellere licebat.marc.2.g
Apostolos & martyres habemus proximos qui pro nobis Deum rogant. luc. 4.k
Apostoli ante prædicationem euangelij non habebant, nisi quinque panes & duos pisces.luc.9.c
quare Apostoli non potuerunt eiicere dæmonium à puero.luc.9.i
Apostolorum per susceptum spiritum sanctum constantia. iohannis 7. i
Aqua purificationis vnde fiat & quid designat.nume.8.b
Aqua benedicta olim figurata. nume.19.c
Aquæ in baptismo causam habuerunt lætitiæ.psal.97.c
Aquam dimittere est linguam in fluxa eloquia relaxare. prouerbiorum 17.c
Aqua debet prius à sacerdote sanctificari quàm quis ea baptizetur. ezechiel.36.g
Aquæ fluminis Ægypti cur in sanguinem conuersæ sunt.exod.7.g
Aquam mundare oportet priusquàm baptismo applicare. ezech.36.g
Aquæ super cœlos sunt.danie.3.a
Aquæ sunt super cœlos.danie.2.a
Aquæ populos significant.danie.12.d
Aquæ mutatio in vinum primum fuit signum publicum & manifestum.iohan.2.d
Aquilonares sunt maioris corporis quàm Australes.ierem.50.l
Aqua significat impetum persecutorum.apoc.12.g
Aram Baal Gedeon destruxit.iudic.6.g
Aram non fuit primogenitus Esrom.1.paral.2.m
Arboris melior est conditio quàm hominis.iob 14.b
Arca fœderis quare sic dicta.exod.16.m
Arca Dei lignis Sethim condita. exod.25.b
Arca fœderis ab inimicis capitur.1.reg.4.b c
Arcæ à Philisthiis redditio qualis fuit.1.reg.6.e
Arcæ fœderis in varia loca translatio.1.reg.7.a b.14.h
Arcam domini reduxit Dauid in domum Obededon.2.reg.6.e
Arca domini pluribus locis stetit.1.reg.14.h.2.reg.7.d
Arca quomodo portata fuerit in templum.3.reg.8.c
Arcæ deportatio in Gabaon.1.par.15.d
Ad arcæ introitum cuncti exultabant præter Michol filiam Saul.1. paralip.15 i
de Arca regis Darij sumptus ad ędificationẽ templi tribuũtur.1.esd.6.a
in Arca Dei fuerunt memoriæ testamenti veteris.heb.9.b
Arcanum dicebatur sanctum sanctorum.ezech.71.f
in Arca resistere & repugnare.2.reg.22.i
Ardor est velle nostrum.eze.10.c
Argumenta decem quibus idolorũ vanitas deprehendi potest.bar.6.i
Arrogantia quantum malum est.2.par.26.k

Universidad de Deusto Biblioteca



Arrogantes sepiùs replicant siqua obscurius dixerunt.iob 36.a
Arrogantium conditio.iob 33.b
Arrogantes inueniunt prædicatores, humiles verò contemptores. eccles.13.d
Aroseth siue Horoseth ciuitas Sisaræ in tribu Nephtalim.iud.4.h
Aranea pro aranearum tela. psal.89 c
Arma sine oratione nullius sunt vtilitatis.2.para.20.b
Arma aduersus inimicum.1.petr.5.b
Ariel corpus altaris quod quatuor cubitorum altitudinis erat. ezechielis 43.d
Arius crepuit sicut & Iudas.acto.1.e
Arnon torrens est descendens à montibus Arabiæ.iud.11.f
Aroer ciuitas quondam Moabitarum.4.reg.10.f
Aroer vrbs est ad ripam Arnon sita.1.par.5.c
Arphat ager Damascenus est.4.reg.18.q
Artaxerxes impediens templi ædificationem principes ecclesiæ persecutores significat.1.esdr.4.b
Artaxerxes Iudæis annuens Christianos principes sicut Darius præcessor eius significat.3.esd.7.e
Artes liberales & mechanicæ differunt.Daniel.1.d
Asa Abiæ successit,& reuocauit quæcunque pater suus abdicauerat à domo domini.3.reg.15.e
Asa pacem cum Benadab rege Syriæ regionis iniens,an peccauerit. 3. regum 15.f
Asa Zaram regem Æthiopiæ percussit.2.para.14.d
Asa quomodo regnauit cum Baasa.2.para.16.a
Asa à Deo correptus, quia pacem cum Benadab rege Syriæ inierat. 2. paralipo.16.e
Asa bellum contra Baasa regem Israel.iere.41.f
Asahelis & Abner bellum.2.reg.f
Asa abstulit excelsa,in quibus prius sacrificabatur.2.par.14.b. qui tamen exercitum inclytum habuit 5
Asasonthamar quæ & Eugaddi ciuitas est palmarum. 2. paralipomenon 20. b
Ascalon seu Ascalona ciuitas maritima.1.machab.10.n
Ascendere tumore est descendere. psal.72.c d
Ascendere ad cœlos,& descendere ad abyssos.psal.106 o
Ascensus domini præ se fert descensum eius.psal.46.a
Ascensionis festiuitas, hominis & Dei commendat sacramenta. actorum 1.c
Aseroth 15.mansio.nume.13.a
Asiæ minoris vrbes præcipuæ.act.16.d
Asina Balaam angelum vidit quem Balaam videre non potuit. numeror. 22.e
Asiongaber portus maris rubri.3 reg.9.d 2.para.8.d
Asiongaber portus est maris rubri.2.para.8.f
Asphaltus.deut.3.c
Aspectus diuinitatis propitiæ munus est conseruationis humanæ. psalmo 32.c
Assentire facientibus malum,quid.rom.1.n
Assentire facientibus est tacere cùm reprehendere possit.rom.1.n
Asser quæ & Aser,ciuitas sortis Manasse ios.17.b
Asser quæ & Aser,ciuitas est sortis Manasse.ios.17.c
Asson ciuitas est Asiæ minoris,quæ & Apollonia dicitur.acto.20.i
Assor vel Asor.11.a
Assuerus aliud celebrauit conuiuium pro coniugio Esther.esth.2.l
Assumetur ecclesia,relinquetur synagoga.matth.24.m
duplex est Assumptio eorum qui præficiuntur.hebr.5.a
Assyrii ex Achior responsione indignati sunt.iudith 5.h.6.a
Assyrii turbati fugæ præsidium quærunt.iudith 15.c
Astaroth.ios.12.b
Astaroth Astartem significat.4.reg.23.f
Athalia filia Achab regis Israel nupsit Ioram filio Iosaphat regis Iuda. 4.regum 8.k
Athalia studuit vt ne vnum quidem de domo regis Dauid relinqueret. 4.reg.11.a b
Athalia abstulerat à templo domini quæcunque erant illi ornamento ad ornandum templum Baal 4.reg.12.a
Athalia regnauit in Ierusalem septem annis.2.par.23.a
Athalia impietatem synagogæ figurabat.2 para.23.b
Athaliæ filij dicuntur sacerdotes idolorum.2.par.24.b
Athenienses putantes Deum colere, longè à veritate aberrabant. actorum 17.h
Attalia ciuitas est Pamphiliæ maritima.acto.14.l
Atrium latitudo est vitæ præsentis.apoc.11.b
Auaritia præfidiæ vicina est.sapien.2.e
ex Auaritia septem nequitiæ procreantur.ecclesiastici 10.a
ex Auaritia septem nequitiæ procreantur.ecclesiastici 10.b
Auaritia insatiabilis est cupiditas.eccle.29.a
Auaritia doctoris ecclesiastici bona est qui plures nititur congregare discipulos.abac.2.d
Auaritia quam grauis sit morbus.ioan.12.d
Auaritiæ conditiones sæuissimæ.ioan.12.d
Auaritia grauis morbus est,quia oculos cæcat,aures obstruit,fera sæuiores reddit.ioan.12.d
Auarus stultissima parcitate se cruciat, aliis deuoranda conseruans. eccle.6.a
Auarus idolorum cultor dicendus.iere.32.p
Auarus quomodo sit idololatra.Ephe.5.b
Augentur delicta delictis cùm priorum non agitur pœnitentia.Ezechielis.16.i
Aulam cœlestem nullus potest cum corruptione præsentis vitæ intrare. esth.4.a
Audire pro temperare,obedire,& intelligere sumitur.iere.44.i.
dum Audis Christum in die ascensionis eleuatum,agnosce militiæ cœlestis obsequium.act.1.c
Auditori tripliciter doctrinam suam descripsit.pro.22.f
Auditus in scripturis non qui in aure resonat,sed qui in corde percipitur ioel.1.a
Auditus non solùm qui aure auditur, sed & qui corde percipitur. ioelis.1.b
Auditio mala quę sit Dauid hanc multis verbis,& sermonibus exprimit. psal.111.b
Aues rapaces & voracissimas Deus comedere cur prohibuerit. leuitici. 11.c
Auster membra dissoluit cum hic fluxa viuendi remissio.iob.6.b
Auster & Aquilo conditionibus differunt.luc.11.k
Auoth iair nume.32.g
Auoth iair sunt villæ Iair.3.reg.4.c
Aurora aduenientè latrones delitescunt.iob.38.d
Auxilium potens ab inimicis Dei,desperat.2.par.18.a.sicut & qui eis auxilium.ibidem.
Aziel Syrorum Rex Ioas regi bellum indixit.4.reg.12.e
Aziel Rex Iuda cum patre regnant.4.reg.15.a
Azarias restitit Oziæ regi volenti thurificare.1.par.6.c
Azarias missus ad Asa.2.par.15.a
Azarias cum patre regnauit,& postea solus.2.paral.26.a
Azarias quandiu rectè egit,diuina ope adiutus est 2.paral.26.c
Azotus vrbs insignis in sorte tribus Dan.1.reg.5.b

B

Baal. Iudicum 6. h. 9.a
Baal deus erat Tyriorum. 4.reg.10. i
Baal apud gentes nomen solet dici Iouis.iudic.6.h
Baal idolum Iudæi adorauerunt.ierem.19.a
Baalberith.iudic.9.c
Baalim plerique Iudæi seruierunt.iudic.2.c f
Baalthamar locus in Gabaa. iudic.20.e
Baalzebub. iudic.9.c
Baasa rex Israel non fuit de genere Ieroboam.3.reg.15.h.& seq.
Babylon vastata à Cyro & Dario Medo. isaiæ 13. c d. 21. b. 47. b. ieremiæ 50.b f
Babylon ciuitas euersa est isa.14.c
Babylonis vastatio per Cyrum & Darium cum contritione idolorum. isa.21.d
Babylonis captiuitas per alueum Euphratis, & mors Balthasar regis, isaiæ 47.c
Babylon mare desertum appellatur.iere.51.o
Babylon vrbs à Medis & Persis subuersa est.iere.50.b
Babylon ciuitas est diaboli toto orbe diffusa apoc.18.b
Babylonij primi fuerunt qui inuenerunt figmentum Beli cuiusdam. danielis 14.a b
Babylonij in memoriâ qui primi regis sui Beli nomine adorabãt serpen-

Universidad de Deusto Biblioteca

tem ſub eius imagine latentem. Dan.14.b
Babylon ciuitas eſt diaboli, toto orbe diffuſa.apo.18.b.perſequitur Dei ſeruos.l.
Bahurim caſtellum in deſerto.2.reg.3.e
Bahurim caſtellum.2.reg.3.e
Bajuli deferentes botrum, quid ſignificent.nu.13.d
Balach mutando locum, non mutauit animum diuinum.nu.23.c
Balaam magnus ex Nachor ortus, Iob.32.a. magia ſua poteſtatem habebat ad maledicendum,non ad benedicendum. nu.22.a.23.a. occiſus eſt à filiis Iſrael.31.a. Ioſ.13.c
Balaan quomodo prohibitus,& poſtea iuſſus ire ad Balach.nu.22.c
Balaam cur ſeptem aras parari ſibi fecit.nu.33. a
Balaam compulſus eſt benedicere Iſraeli.nu.24.a.d
Balthamar locus eſt vrbis Gabaa.iudi.20.i
Balthaſar rege occiſo nullus de Nabuchodonoſor ſtirpe regnauit. iſaiæ 14.g
Balthaſar idololatra vaſa diuino cultui dedicata vſibus communibus applicuit.iſa.21.a
Balthaſar viſio in pariete.dan. 5.c.ſed oblitus eorum quæ Nabuchodonoſor acciderant,vocauit magos,ariolos & aruſpices.dan.5.d.e
Balthaſar in vaſis templi monitus per manum ipſa nocte crudeliter punitus eſt.dan.5.h
Balthaſar rex Babylonis regnare cœpit.65.anno captiuitatis, ſub cuius anno.5.capta eſt Babylon à Cyro rege Perſarum.bar.1.e
Bania quid ſit.iſa.2.g
Baptizari poſſunt infantes.gal.3.f
Baptizati baptiſmo Ioannis iterum baptizati ſunt baptiſmo Chriſti. acto.19.b
Baptiſmus præſupponit cætera pietatis opera.ioan.3.a
Baptiſmus non niſi de cruce & morte Chriſti.iohan.5.c
Baptiſmus ioannis trinitatis donum eſt lucæ.3.d
Baptiſmi multiplex pręceſſit figura.eph.4.b
Baptiſmi figuræ in antiqua lege.ephe.4.b
Baptiſmo quo baptizatur in eccleſia habes præſentiam trinitatis. epheſiorum 4.b
Baptiſmus non reiterandus: quem ſequitur pœnitentia ſi poſt illum peccemus.hebræ.6 c
quare Baptiſmus non eſt reiterandus.heb.6.c
Barbam radere & veſtes ſcindere.ier.41.f
Barnabas cum Paulo apoſtolus eſt ordinatus.act.13.a
Barnabas & Ioannes conſobrini erant. act.15.o
Baruch nactus eſt prædicandi opportunitatem ad plebē ex indictione ieiunij.iere.36.e
Baruch Ieremie diſcipulus, cum illo in carceres coniectus, ſed à Nabuzardam liberatus.bar.1 a
Baſan regnum Og regis.ioſ.17.a
Baſilicæ ſanctæ diuino cultui nuncupatæ ſunt pio affectu & deuotione adeundæ.iſa.63.c
Barſaith vel Berſaith de filiis Aſſer.1.par.7.k
Baſan.ioſ.17.a
Beelmeon vicus maximus Moab.ezec.25.c
Beera pater Oſæ prohetæ .1.par.5.b
Beatum non eſt ſimpliciter malis impeti.mat.5.c
Beatus qui dicitur.pſal.85.b
Beatus qui eſt immaculatus.pſal.118.a.k
Beatus eſſe nemo poteſt ſine miſericordia diuina.pſal.118.k
Beati dicuntur immaculati.pſa.1.118.a
Beatorum fęlicitas in quibus conſiſtit.iſa.65.c d
Beata poſt reſurrectionem corpora erunt & non ſpiritus.iſa.66.f
quàm Beati ſunt qui audiunt verbum dei, & illud cuſtodiunt.luc.11.i
Beati qui ſunt in hoc mundo dicendi.apo.1.b
Beatitudo cęleſtium promiſſorum quanta ſit.pſal.30.g
Beatitudines à Matthæo & à Luca in quo differunt.luc.6.d
Bel vel Belum græci Saturnum vocant. iſa. 46. a. Cui humanas hoſtias immolabant.ibid.
Belis hiſtoria an ſub Balthaſar an ſub Euilmetech facta ſit, dubium eſt dan.14.a
Bellum contra fortiorem aggredi quomodo licitum.deut.20.a
Bellatores ſub Gedeone an lingua vel manu aquam lambuerunt. iudicum 7.c.& ſeq.
Bellatores paucos cur dominus voluit eligi.Iud.7.a
Bellum quibus aggrediendum eſt deut.20.c
Bellum poſt fidem in Chriſtum conceptam initum eſt.ioſ.5.d
Bella iuſta quæ dicuntur.Ioſ.8.e
Belli apparatus deſignatur per arcum,ſagittas, & pharetram.pſal.10.b
Bellum inter Raſim regem Damaſci, & Achaz, & Phacer.iſa.7.a
Bellum Iudæ Machabæi contra Antiochi duces.1.machab.4.a.& ſeq
Bellum intet Herodem & Arethen regē Arabiæ propter Herodiadem exortum eſt.mar.6.d
Benadab nondum victis hoſtibus fugit.3.reg.20.c
Benadab rex Syriæ typum gerebat diaboli.4.reg.8.b c
Benadab nuntiatur victurus ab Eliſæo, quem tamen ſciebat cito moriturum. 4.reg.8.d e
Benadab filius Azaibis ſucceſsit in regno.4. reg.13.h
Beniamin bellum aduerſus cætetas tribus.iud.19.a.&.ſeq.20.a
Beniamin filij zelabant pro Isboſeth.2.reg.f
Benedicere Dominum eſt facere voluntatem eius, & verbum eius.tob. 8.d.9.d
Benedicere deum quid.tob.8.d.9.d.13.c
Benedicere deum quàm bonum ſit & vtile.tob.13.c
Benedicere interdum pro maledicere ſumitur.3.reg.21.c
Benedicere pro maledicere 3.reg.21.c
Benedixit caput Chriſti Deus, vt diuinitatem Chriſti ſignificaret.1.corinth.11.a
Benedictio quæ ſit.leuit.25.c
Benedictio filiorum Iſrael à Moyſe.deut.33.a
Benedictio non ad Ioſue pertinebat.ioſ.22.b
Benedictio & oratio Heli cooperata eſt.1.reg.1
Benedictio quantum valuit in Eliſæo.4.reg.6.a
Benedictio ſacerdotis quantæ ſit virtutis.1.par.16.a
Benedictione qua coniunctus eſt Tobias cū Anna vtitur nunc eccleſia. tobiæ.7.e
Benedictio dei ſuccedit miſericordiæ pſal.46.a
Benedictio Dei ſpiritum facit carni triumphare.pſal.66.a
Benedictione ſemper & operum & orationum principia fineſque munire debemus.pſal.150.a
Benedictionem quiſquis acceperit à Domino tempore tribulationis nō egebit.pro.10.b
Benedictio Aaron eſt ordo & ritus ſacerdotij.eccl.26.e
Benedictio nulla poteſt eſſe plena niſi per infuſionem ſpirituſſancti.pſal.44.b
Benedictio plena nulla eſſe poteſt niſi per infuſionem ſpirituſſancti. iſa.44.b.22
Benedictio maledicenti reſpondeat.1.pet.3.c
Benedictum ſemper fuit nomen Domini.pſal.11.2.b
Benedictus deus pater, qui propter nimiam charitatem qua dilexit nos miſit filium ſuum.2.cotinth.1.b
qui Benefacit inimico reum facit ante deum.prouer.25.f
Beneficium dei plurimum in Iudæos.1.reg.12.c
Beneficia octo Raphaelis in Tobiam iuniorem.tob.12.b
Beneficia Dei ſemper prædicare,& flagella timere oportet.tob.13.b
Beneficium Iſraeli in deſerto collatum.ſapient.16.a
quæ Beneficia ſeruantibus Dei cultum ſequuntur.iſa.58.g
Beneficia Dei tria in populum Iſrael.oſ.12.a
Beneficium duplex à Chriſto nobis collatum.2.cor.5.f
Berodach alias Merodach 6. rex Babylonis.4.reg.20.f
Berſabee vicus in tribu Iuda ſitus.gene.21.f
Berſabee quæ & Beerſabe cur tale ſortita eſt nomen.ioſ. 19.a
Berſabee oratio ad Dauid.3.reg.1.h
Berſabææ erat terminus tribus Iuda.nehem.11.d.ioſ.19.a
Beroth ciuitas tribus Beniamin.2.reg.4.a
Berzelai cum filio Dauidi referuntur. 2.reg.19.p
Beſeleel à Deo impletus eſt ſpiritu ſapientiæ & ſcientiæ.exod.35.g
Beſtiarum in lacu Danielis manſuetudo.danie.14.i
Beſtia varias haber pro ratione locorum intelligentias.apoc.13.a
Beſtia regnum ſignificat Ægypti.apoc.17.c
Blaſphemare quàm graue ſit peccatum.eccleſiaſtici 27.i
in Blaſphemantes contra Deum pœnam grauem promouit Nabuchodonoſor.daniel.3.n
Blaſphemus & maledicus in deum differunt.leuit.24.c
Blaſphemiæ dulcia mala ſunt impio.iob 20.c
Bethel vrbs ſortis Ephraim.ioſ.8.b c
Bethel & Luza quanquam duæ fuerint ciuitates, poſt tamen vnica fuerunt ciuitas.ioſ.16.a

Universidad de Deusto
Biblioteca



Bethlehem duplex est.ios.19.b.iudic.17.d
Bethlehem locus nobilis factus est, quia ibi natus est Christus. matthæi 2.b
Bethlehem Christus claram fecit nobilémque regionem. mich. 5. a. lucæ 2. b
Bethlehem ciuitas est sortis Iudæ.luc.2.b
Bethagla. ios.15.a
Bethauen domus idoli interpretatur.ios.6.b
Bethania villa vel ciuitas in latere montis Olueti.luc.19.h
Bethchar locus est in agro Bethsames.1.reg.7.g
Bethmacha ciuitas regionis Berim.2.reg.20.h
Bethoron triplex est.2.reg.2.h
Bethphage viculus sacerdotum in monte Olueti.luc.19.h
Bethsaida ciuitas in fine lacus Genezar.marc.6.k
Bethsaida vicus erat Petri & Andreæ, Iacobi & Iohannis euangelistæ. marc. 8. f
Bethsaida dicitur domus effusionis in quam effluebant aquæ templi,quæ & Probatica, id est, omnia ,quia ibi erat macellum ouium. iohan.5. a
Bethsan mons scythopolis dicitur.1.reg.31.f
Bethesda locus effusionis.iohan.5.a
Bethsan ciuitas est Palæstinæ iuxta mare Galilææ.psal.17.e
Bethsan dicitur Scitopolis.1.macha.12.h
Bethsemes vel Bethsamis ciuitas solis.iudic.1.m
Bethsura præsidium vrbis Ierusalem.1.macha.6.c
Bethsura sacrarum scripturarum lectio denotatur, in qua sacri doctores prædicando hæreticos expellunt.1.macha.11.k
Bethulia vrbs est Galilææ tribus lineis à Tyberiade distans.iudith 6.c.7.b
Bethulia ciuitas & Acrabitenæ regionis. iudith 7. a. eius obsidio frequens.ibidem
Bethzachara locus quidam angustus præsidium Iudæ Machabæi contra Antiochum.1.macha.6.i
Bethzecha ciuitas est Gaulonis in tribu Manasse.1.macha.7.e
Beroth ciuitas tribus Manasse vel Beniamin.2.reg.4.b
Bezech ciuitas est Philisthinorum.iudic.1.b
Biblia sunt animæ Pharmaca.ecclesiastici 39.a
Bilingues sunt orbis pestes, passim turbantes pacem & amicitiam. prouerbiorum 18.a
Blasphemia omni periurio peior est.ecclesiastici 23.d
Bonis operibus semper insistendum.deut.14.c
Bona corporis vel externa dispendio sunt ad vitam beatam.3.reg.21.a
Bona à deo supernaturaliter operata optima sunt.7.reg.17.b
Bona domini sunt vbi bonus est dominus.psal.26.d
omnia Bona à deo esse non est dubium.ezec.11.c
Bona accepta mentem non eleuant cum malorum reminiscimur. ecclesiastici 11.c
Bona proximi sui in mala conuertēs insidiatur proximo.ecclesiastici 11.e
Bona quæ desiderabat videre Dauid, sunt vbi deus est.amos 5.d
Quicquid de bonis ecclesię simplici victui arque vestitui supereſt,debetur egenis.ezec.34.i
Bonum quanto communius, tanto melius & diuinius.1.macha.14.b
Boni Christiani in morte transferuntur ad consortium angelorum. 2. machab.11.e
non semper Bonum est omne quod magnum est.2.mach.14.i
Bonus natura semper bonus, & malus natura semper malus. matthæi 7. d
Bona rara sunt,& pauci qui saluantur.marc.4.b
Bona dantur his qui inquirunt, cæteros autem Deus excæcauit. marci 4.c
Bonæ lachrymæ quæ culpam lauant.luc.22.l
omnia Bona nostra siue in loquendo, siue in operando dona dei sunt. 2.thessalonic.2.d
Bona ecclesiæ Ioannes dispensabat pauperibus in Epheso.3.Ioan.c
Bonitas diuina erga peccatores.ecclesiastici 18.b
Bos à prophetis Baal electis ab eis aufugit ad Eliam. 3.reg.18.k
Bosra, seu Boza. ios.21.c
Bosra est ciuitas montium Seir non longè distans à Theman.amos 1.d
Booz iurat ipsam Ruth accepturum propter eius virtutem.ruth 2.c d
Botrus de terra promissionis allatus Christum figurabat.nume.13.d
Brachium designat fortitudinem.deut.33.c
Brachium domini annunciatum est omni generationi gentium. psalmo 70.f
Brachium domini est Dei virtus.isa.53.a
Brachia Dei patris filius eius & spiritus sanctus esse dicuntur.iere.32.k
Brachium domini Christus filius eius est. iohan.12.l
Brachium domini Dei filius est. iohan. 12. l. quia per ipsum omnia facta sunt. ibidem.
Buccinæ inuentio ex argento.nume.10. a.quas inflare sacerdotum erat. ibidem c
Buz filius Nachor ex Melcha.iob 32.a.

C

CAdauer domini corpus propter mortem. matth.24.i
Cades duplex.nume.20.a
Cadesbarne vbi Maria mortua est.deut.2.e
Cadus mensura quædam. luc.16.b
Cæci crediderunt quod Iesus,quia ex semine Dauid,posset eos illuminare. matth.20.f
Cæcitas vna est quæ corpus,altera quæ mentem obtenebrat.luc.18.i
Cæsar regem vel imperatorem significat.act.25.c d
Cæsari pecuniam reddas,& Deo temetipsum.luc.20.d e
Cæsarea Philippi dicta Lesen Dan.2.para.16.a.Palæstinæ.act.10.a
Cæsarea duplex. marc.8.c
Cæsaraæ duæ in bibliis commemoratę marc.8.g
Cæsarea olim turris Stratonis ab Herode in honorem Cæsaris instaurata.act.10.b. altera est Cæsarea Philippi à Philip.Herodis fratre.ibidem.
Cæsarea metropolis Cappadociæ.act.18.g
Cæsarea ciuitas est Cappadociæ.acto.18.e
Cain & Abel non meminit Paralipomenon.1.paralip.1.b
Cain qui fratrem occidit generatio in diluuio deleta est.sapien.10.b
in Calamitatibus cum proximo dolere multū nobis apud Deum fiduciam præbet.rom.12.e
Calamus est vna de quatuor speciebus aromaticis.isa.43.g
Calcaneus finem corporis notat,ideo finis corporis timendus.psal.48.a
Calcaneus finem corporis notat,cui serpens insidiatur.psal.48.b
Calceamentum detrahere ius soluebat hæreditatis.ruth 4.c
Calculum candidum dicit euangelium clarum.apocal.2.f
Caleb & Iosue populum ne timeret exhortantur.nume.13.e
Caleb Cenezæus ex Canaz natus.1.para.2.i
Calix pœna vel gladius est.isa.51.i.iere.25.g h.& est multiplex. ibid. 51.b
Calix pœna vel gladius est.isa. 51.i
Calix multipliciter dicitur.ierem.25.g h
Calix aureus Babylon dicebatur.iere.51.c
Calix ante verba Christi est vini & aquæ plenus: vbi verba Christi operata fuerunt,ibi sanguis efficitur qui plebem redemit.mar.14.g
Cambyses Cyri filius instaurationem templi prohibuit.3.esd.2 d.3.a
Cambyses reuertens ab Ægypto apud Damascū est mortuus.3.esdr.3.a
Cambyses volens obedire Samaritis reperit librum Cyri in Egbathana vbi facultatem dederat Iudęis templum reædificandi.3.esdr.6.f
Camelus pro gentili populo est figuratus.luc.18.g
Cancer vulnus in mammillis mulierum.2.timo.2.e
Candelabrum prælatum vel doctorem designat.zacha.4.b
Canis Tobiæ figura non est contemnenda.tob.11.d
Canes dicebantur Ethnici & Iudæi credentes cum Iudaismo fidem miscentes.philip.3.a
Canes dicebantur interdum Iudæi,interdum Ethnici.philip.3.a
Cantare Domino canticum nouum quid sit.psal.149.a
Cantores tempore Dauid.1.para.6.f p
Cantores 24. etiam per vices suas à Dauide distincti sunt.1.par.25.a. qui essent de genere Asaph,Heman,& Idithim.ibidem.& b.hi 24. cantores sortem mittebant quis eorum esset primus. 1. para.25. d.& eorum quilibet sub se habebat 12.discipulos in officio suo exercendo.e
Cantores Salomonis.2.para.5.e
Cantica graduum cantamus, vt paulatim à foueis peccatorum ascendamus. psal. 122.a
Cantica quæ Dauid ad Dei laudem composuerat, Iudæi idolis offerre consueuerant.amos 5.g
Cantus pullorum est sonus prædicantium.tob.8.c
Capta Ierusalem pauperes remanserunt qui vineas colerent. Eze. 33. h. qui nec pacem inter se habent.ibid.
Capilli terrenam substantiam designant.leuit.13.i
Capharnaum ciuitas est Galilææ prima.mar.1.h
Capharnaum ciuitas Galilææ.marc.1.b
Capharsalama ipsa est Antipatrida in optimo Iudææ cāpo.1. macha.7.h

Universidad de Deusto
Biblioteca



Capreas syluestres vocant hircoceruos.iob.39.a
Captiuos Babylonis tandem Cyrus restituit 4.reg.25.g
Captiuitas Ierusalem sub Sedechia.4.reg.25.c
Captiuitas Dei & diaboli diuersa.psal.67.d
Captiuitas vltima Iudæorum videtur esse perpetua.psal.73.a
à Captiuitate Sedechiæ ad natiuitatem Christi fuerunt. 619. ann. psal.88.i
Captiuitas Ierusalem & Sedechiæ regis.iere.32.m.
Captiuitas plurium regium Ieroſolimitarum succesiuè cum Daniele & sociis.dan.1.a
Caput Holophernis super muros suspẽsum signum erat victoriæ.iudith. 14.a.b
Caput Christi Deus est.caput ergo Christi percutiunt, qui eum negant esse Deum.mat.15.f
nulla Capitalior pestis q̃ voluptas corporis à natura data.daniel.14.f
Caracha,alias Thatacha,seu Tharac,ciuitas Arabiæ.2.mach.12.c
Caracter in fronte & in manu bestiæ qui acceperunt.apoc.19.i
Cariath ciuitas Zachariæ prophetæ.ios.18.f
Cariath Baal.ios.15.g
Cariath Cariath Baal.ios.18.d
Cariatharbe.ios.21.k
Cariatharbe,quæ & Hebron ciuitas quatuor virorum.ios.21.d
Cariathiarim.iud.18.c.1.reg.6.i
Cariathiarim quæ & Baala,& Baalpharasim.1.reg.6.k
Carmelus.1.reg.25.d
Carmelus est in terra Iuda ad Austrid.1.reg.25.r
Carmelus mons duplex erat.3 reg.18.k
Carmelus Hebraicè dicitur Chermel, Latinè scientia circũcisionis. ieremiæ.2.c
Carnium vsus cur homini permissus.gene.8.f
Caro porcina cur prohibebatur Iudæis.deut.14.a.b
Carnes innocentum bestiis expositæ sunt.psal.78.c
Caro formata est,anima facta.psal.118.k
Carnes oblatas in altari diuersi comedebant.ag.2.e
Caro & sanguis Christi verè in Eucharistiæ sacramento.mat.26.q
Carnium vsum moderati pro necessitate & tempore, Christianum est. rom.14.e
qui in Carne sunt carnalia sapientes vocat.rom.8.c
si Caro iusti animæ subdita est, quantomagis diuinitati.1. corinthiorum 9.k
Caro iusti,animæ subiecta est.1.corint.9.d
Caro totum hominem significat.act.2.c
Carnalis pater indulgentius filiis quàm seruis parcit.1.petri 1.b.2.
Cartago Tyriorum colonia est.isa.23.a
Casleu mensis Nouember.nehe.1.a
Casleu nonus mensis Hebræorum nostro respondens Nouembri.nehemiæ 1.a
Casphin ciuitas pontibus & muris munita 2.mach.12.f.g
Castiga filium tuum quandiu puer est.pro.19.e
Castigat Deus quem castigandum putat.heb.12.b
Castitatis operatio cum oratione.iudith.13.d
Castitas sola non sufficit ad cordis integritatem.sap.4.a
Castitas discordiæ non conuenit,nec aliis vitiis matth.25.a
omnes Catholici vnam veritatis regulam sequuntur.2.io.b
Catalogus virorum fortium est figura sanctorum.2.reg 23 m
Catalogus populi Israel officiariorum & ducum.1.esd.2.c
Catalogus principum & dignitatum.3.esa.5.c
Cathedra pestilentiæ.psal.1.a
Cathedra pestilentiæ,quæ extra Dei ordinationem est.psal.1.b
Cauda prædicantem mendacium designat.Apocaly.9.c. vel huius seculi temporalitas.f
Cauda promontorium act.27.d
Cauendum à prauis actibus quæ inducere possent ad peccandum ecclesiastici.32.d
Cedron seu Gedor, vel Cedro vicus prægrandis ab Antiocho mediante Ceudeber ædificatus.1.machabeorum.16.c
Cedes vna ciuitatum refugij.iudicum.46.c
Cedes sunt duæ ciuitates.1.paralip.6.n.
Cedro, siue Gedor, vicus prægrandis.1.macha.16.b
Ceilæ virorum in Dauidem ingratitudo.1.regum.23.c
Ceila vrbs est in sorte tribus Iudæ.1.regum.23.a
Celari in profundo maris,est in profundo delitescere desperationis.Amos.9.a
Celeuma cantus est in lacu calcantium.iere.48.h
Cencreth.ios.13.d
Centurio quomodo seniores misit ad Christum cum ipsemet iuerit. lucæ 7.a
Ceremoniarum vtilitas ad ecclesiam translata est.deut.28.h
Cethuram hebræi putant fuisse Hagar. gene. 25. a. 1.para. 1.c. à qua Hagarenj.
Chamaan filius erat Berzelaij.2.reg.19.r
Chaldæi admirati super solis regressu, nuncios miserunt ad Ezechiam. 2.paralip.32.h
Chaldæorum regnum translatum ad Persas.isa.14.a
Chaldæi magi quomodo per suas artes non præuiderunt suæ vrbis captiuitatem.isa.77.d
Chaldæi non Ierusalem solã, sed omnes in circuitu vrbes destruxerunt. ezechic.6.b
Chanaan proprium est & appellatiuum.eze.17.c
Chanaan à aquo egressi sunt Beniamitę de quibus, iudicũ.19. &.20.cap. 1.para.7.c
Chananæus Israelitis restitit num.21.a
Characterem bestiæ in fronte & manu habere.apoc.19.r
Characha alias Tharacha, seu Tharach locus qui memoratur à Tublaneis Arabibus qui etiam dicuntur Nabuthæi.2.mach.12.h
Charitas viuificat, & beneficia largitur, sed liuor mortem.3.esdræ.1.c
summum in Charitate præsidium est omnia propter deum sufferre.ecclesiastici.22.c
per Charitatem Deum debemus diligere dulciter, sapienter & fortiter zach.22.a
Charitas est vestis nuptialis.mat.22.d
Charitatis insigne Iudas conuertit ad signũ proditionis & infidelitatis. luc.22.h
Charitatem plenam rari habent ad proximum.ioan.13.f
Charitas estquasi mater animarum.rom.14.a
Charitas seueritatis est, & charitas mansuetudinis.1.corint.4.f
Charitas est via quæ ducit per se ambulantes ad patriam. 1. corinthiorum 12.d
Charitas est via quæ ducit per se ambulãtes ad patriam. 1. corinthiorum 12.g.13.b c
Charitatis insignia quibus dignosci possunt.1.corinth.13.b
sicut Charitas est in statu viæ,ita remanet in statu patrię.1.corinth. 13.c
Charitas informat omnes virtutes, sapientia dirigit.col.3.c
si Charitatẽ Deo & proximo exhibeamus,facile peccato resistimus.1.timot.1.c
Charitatis commoda & incommoda.1.ioan.4.d
Charitate omnia fiunt facilia, cui Christus est leuis sarcina vt habetur 1.ioan.5.b
Cherub singulare mascul.cuius.plur.cherubim.2.para.3.c
Cherub masculinum singulare,cuius Cherubim plurale.2.para.3.d
Cherubim in medio templi erat.3.reg.6.h.1.
Cherubim quid sit.ezech.10.k
Cherubim in lingua nostra scientiæ multitudo est.eze.10.b
Conemas prophetiæ præerat.1.para.15.g
Chore & sociorum confusio.num.16.b.&.seq.
Chore & sociorum seditio.psa.105.e
Christus est sui sacrificii sacerdos,sacrificium cultus & altare.leuit.16.g
Christus virginem duxit vxorem videlicet eccles.a. leuit.21.c
Christus non solum luxuriam carnis, sed etiam cordis ab electis suis aboleuit.leuit.9.d
Christus nobis spectandus typo Iudæorum proponitur.num.10.g
Christus terrã viuentem singulis secundum merita distribuit. deut.31.c
quo duce cœlestem ingredimur patriam.ibid
Christus prius in gentibus clarificatus est quàm synagogam sibi copularet.1.regum.18.k
Christus recta fide pascitur & operibus bonis.3.reg.e
Christus tam fidelibus quàm Iudæis,hæreticis & schismaticis dominatur.2.para.8.b
Christus iam impleuit quæ figurata erant in Salomone.2.paral.8.b
Christus filios liberæ non finit seruire idolis, aut Iudæorum ritibus, aut hæreticorum legibus & erroribus.2.para.8.b
Christus piscis est ille qui ad Tobiam ascendit.tob.6.a
Christus mortuus viuusque fuit vt viuorum & mortuorum dominetur. iob 38.e

Universidad de Deusto



Christus à patre quomodo derelictus.psal.21.a
Christus prænunciatus est expectatio gentium.psal.39.a
Christus multis prius seculis promissus.psal.39.d
Christus nos à mundi ærumnis eripere potest.psal.45.a
Christus maximè dives pro nobis pauper factus est.psal.68.g
Christus filius est Dei,quem confirmauit.psal.79.e
Christus condemnatus superat,& cum iudicatur vincit.psal.50.c
Christus nisi propitius nostri fuisset semper in errore fuissem⁹.psal.64.b
Christus loquitur legem non Mosaicam, sed Euangelicam populis ex gentibus congregatis.psal.77.b
Christus veritas est de terra orta. psal.84.d
Christus sæpius inuenitur inuocasse patrem.psal.88.f
Christus est cœli dies.psal.88.g
Christus vt homo factus habitare dicitur in adiutorio nostro.psal.90.a
Christus non minus in primo aduentu quàm in secundo venit iudicare terram.psal.95.c
Christus verbum patris nihil agit sine patre.psal.103.g
Christus panis est,qui de cœlo descendit.psal.103.
Christus verbo & opere vniuerso mundo annunciandus.psal.104.a
Christus ex ancilla natus est seruus, qui ex patre natus est dominus. psalm. 115.c
Christus ex ancilla natus est seruus, qui ex patre generatus est dominus.psalm.115.c
Christus facies & imago Dei est.psal.142.d
Christus per suos prædicatores deorum cultum destruxit.prouer.21.g
Christus ingrediatur in ecclesiam suam, & delectetur in operibus sanctorum.cant.5.a
Christus cur candidus & rubeus dicatur.cant.5.f
Christus est verbum Dei atque sapientia.cantic.8.b
Christus vetus populi princeps, multis de causis.sapien.9.d
Christus animam iusti verbi habenis gubernat.sapien.9.c
Christus ante secula est cum patre.ecclesiastici 1.a b c
Christus de mundissimo conceptus semine.isa.4.a
Christus ex patre natus,& ex virgine ortus.isa.9.d
Christus rex est Ezechias qui in iustitia regnat.isa.32.a
Christus per brachia sua in cruce extensa,peruenit ad gloriam suæ resurrectionis.isa.40.c
Christus in aduentu suo egit miracula,quæ non possunt fieri nisi virtute infinita.isa.40.e
Christus est principium & primus omnium creaturarum, & tamen non est creatura.isa.44.c
Christus in humanitate assumpta apparuit contemptibilis.isa.49.d
Christus suo sanguine redemit quos propria peccata vẽdiderãt.isa.50.a
Christus pugnauit pro nobis debellando æreas potestates.isa.51.l
Christus ipse venditus redemit quos peccata vendiderant.isa. 50.a. pauper factus est,vt eum omnes emant,& egenos locupletet 52.b
Christus ad terrena descendit,& cœlestia non relinquit. isa.53.a. & nostrum est quod esuriit, quod fleuit,quod tristis fuit.ibid.b
Christus saluator Israel, non tantum Iudæorum, sed omnium gentium. isaiæ 54.c
Christus habitauit inter homines quasi alienus & viator.iere.14.e
Christus dicitur brachiũ patris. isa.53.a. iere.32.b.k.os dei.thren.1.l.2.b
Christus est omnium prophetarum opus, finis & consummatio. ieremiæ 30.b
Christus quantus esse dicitur.baruch 3.i.& seq.
Christus in fine triumphabit de Antichristo & discipulis eius. ezec. 39.f
Christus ianuis clausis intrauit ad discipulos ne veritas carni phantasma putaretur.ezech.46.a
Christus eadem potẽtia exiuit vterum virginis,qua ingressus est ad apostolos ianuis clausis.ezech.44.a.46.a b
Christus si in ignorantibus est,quantomagis in scientibus. ezechie.46.e
Christus in nobis saluauit,quod pro nobis accepit.os.2.i
Christus veram carnem,& non apparentem induit.os.12.b
Christus viuens vnam gentem incredulam saluare non potuit, moritur, vt vna morte totus mundus saluetur.iohan.4.b
Christus qui in primo aduentu regnauit, in secundo etiam regnabit. aggæi 2.g
Christus primus sacerdos.malach.1.f
Christus est sacerdos Dei patris.malach.1.f
Christus multis est nominatus nominibus.malach.4.b
Christus potius dicitur filius Dauid propter regnum quã filius Abrahæ. matth. 1. b
Christus natus est die dominica.Matth.1.f.de carne Mariæ natus.1
Christus baptizatus est anno ætatis suæ.30.matth.3.d
Christus à spiritu sancto ductus est in desertum ad ieiunandum, & tentaretur à diabolo.matth.4.a
Christus doctoribus ostendit proprium esse probris affici.matth.5.c
Christus non est abrogator legis,sed absolutor.matth.5.e
Christus est lux vera,qua illuminata ecclesia lux mundi efficitur. mat.5.a
Christus quare miratus est super verbis Centurionis.matth.8.c
Christus ex Maria factus est filius hominis.matth.8.f.
Christus quomodo dicitur filius hominis.matth.8.f
Christus Apostolis dedit potestatem curandi omnem languorem sicut ipse curauerat.matth.10.a
Christus duplicem habet naturam, diuinam secundũ quam est spiritus, & sanctus,& humanam,secundum quam est homo.matth.12.l
Christus cur loquitur turbæ in parabolis.matth.13.a
Christus in quibus grano sinapum comparatur.matth.13.d
Christus apud Iudæos odiosus est,apud gentes venerabilis.matth.13.g
Christi sanguis preciosissimus mundum redemit,cuius gratia effusus est. matth.17.i
Christus in ecclesia, vbi mysteria sua sunt. Nam ibi dignatur exercere præsentiam.matth.18.f
Christus conduxit vnumquenque vt operaretur vineam suam, id est, animam.matth.20.a
Christus est rex regni cœlorum,& dominus domus ecclesiæ.matt.20.a
Christus interrogat cæcos non ignorans quid velint.matth.20.g
Christus frequenter venit Ierusalem,sed nunquam ministrauerũt equos vel ramos nisi semel.matth.21.a
Christus pullum asinę insedendo populũ gentilẽ cœpit vocare.mat.21.b
Christus eiiciens vendentes de templo, domum suam verè vindicabat. matth.21.d
Christus habet præeminentiam ad sanctos, æqualitatem ad patrem, & dominium super rebelles.matth.22.k
Christus vsque ad passionem honorem detulit Pharisæis pontificibus & sacerdotibus.matth.23.a
Christus rediẽs ab inferis testes suæ resurrectionis ad superos exhibuit. matth.27.t
Christus in passione manus extendens orbem dimensus est. matth.27.l. qui regrediens ab inferis testes secum adduxit ibidem.r. & ianuis clausis corpus glorificatum ad discipulos intromisit.y
Christus in cruce manus suas extendit, quasi totum orbem complectẽs. matth.27.l
Christus factis multis miraculis cur fugit in desertum.marc.1.l
Christus primo confessus est se esse filium hominis.marc.2.c
Christus nudum se dixerat filium hominis vsque ad sanationem paralytici.marc.2.c
Christus tactus à fœmina emorrhoissa,quærit quasi ignorans.mar.5.f g
Christus duo miracula panum cum reliquiis.marc.6.h
Christus vendentes & ementes ter eiecit de templo.marc.11.d
Christus dignitatis gradum non arguit,sed ambitionem.marc.12.l
Christus data parua magna facit,& magna sepe attenuat.marc.12.m
Christus ante Caipham triplici de caussa tacebat.marc.14.r
Christus traditur iudicandus Pilato gentium iudici.marc.15.a
Christus quare natus est in præsepio.luc.2.c
Christus natus est 42 anno imperij Octauiani Cæsaris.luc.2.f
Christus dicitur Salutare Dei.luc.2.h
Christus quomodo proficiebat.luc.2.o
Christus quomodo proficiebat. luc. 2.o. Ieiunauit parum ante tentationem.luc.4.a
Christus ieiunauit ante tentationem,nos autem ante pascha.luc.4.a
Christus fugit gloriam quæ illum magis sequebatur.luc.5.a
Christus cur leprosum tetigit,quod prohibitum erat in lege.luc.5.g
Cristus pernoctabat in oratione.luc.6.c
Christus mittens apostolos ad prædicandum, nouam legem aperuit. luc.9.a
quare Christus misit 72 discipulos ad prædicandum,& postea.12.Apostolos.luc.10.a
venit Christus vt peccatum mundi tolleret, & vulnera nostra curaret. luc.19.d
Christus suo vulnere voluit omnes sanare.luc.22.i
Christus tradẽdo Iudæ buccellam intinctam suum exprimit traditorem. luc.22.a
Christus tacuit coram Herode cupiente audire quædã mirabilia.luc.23.c

Universidad de Deusto
Biblioteca



Christus cur crucem maluit quàm aliud mortis genus.luc.23.g
Christus cur potius crucis morte finire quã altero genere mortis.luc.23.g
Christus natura & doctrina cognoscitur.luc.24.k
Christus resurgens quomodo tangibilis.luc.24 m
Christus voluit Iudæos remouere lapidem de sepulchro, vt crederent Lazarum resuscitatum.iohan.11.i
Christus an publicè prædicauerit,& Apostolos congregauerit post ieiunium ante miraculum nuptiarum.iohan.2.a
Christus quare vendentes è templo eiecit.Iohan.2.f
Christus non se credebat vendentibus in templo & numulariis. ioh.2.h
Christ⁹ est caput,sancti mẽbra,necesse est vt cap.sequãtur mẽbra.ioh.3.e
Christus est sponsus ecclesiæ, cuius officium est baptizare, per quod regenerantur filij de ecclesia.iohan.3.h
Christus assumpsit carnem in terris ex virgine, quomodo ergo descẽdit panis è cœlo,& pãis viuus?iohan.6.h.i.m
quomodo Christus de cæco nato quòd nõ peccauit,neque parẽtes eius. iohan.9.a
Christus posuit planè animam suam, vt nostram leuaret.iohan.10.e
Christus vnum dixit,ad vnitatem diuinitatis referens, sumus, assignat personis.iohan.10.i
Christus quare permisit Lazarum infirmari.iohan.11.b
Christus vehementer super proditoris perditione dolebat.iohan.13.d
Christus nobis via est,quæ est superna Dei virtus.iohan.14.b
Christus mundum intelligit qui secundum mundi concupiscentiam viuunt.iohan.17.c
Christus orat patrem pro Apostolis.iohan.17.e
Christus in horto comprehendi voluit vt primum peccatum in hotto commissum deleret.iohan.18.a
Christus flagellatus est iniuria, vt à vulneribus quæ iure peccatis nostris perpessi sumus,nos liberaret.iohan.19.a
Christus omnia propter nos,& pro nobis suscepit.iohan.19.a
Christus nunquam deest iis à quibus quæritur.iohan.20.f
Christus suscepit vitam carnis humanæ.rom.8.b
Christus solius patris imago est.1.corinth.11.b
si Christus non resurrexit sequuntur duo inconuenientia. 1.corinth.15.e
Christus factus ex muliere per susceptionem carnis.Gal.4.a
Christus est caput omnium credentium, qui sunt corpus ipsius. ephe.1.g
Christus & ecclesia quomodo vnũ sunt, sicut spõsus & sponsa.ephe.5. f
Christus assistit fidelibus suis in tentationibus & pressuris.ephe.6.c
Christus æqualis patri in Dei forma, minor in susceptione carnis, & homini passione.philip.2.b
Christus corpus carneum & non aereum habebat.colo. 1.g. qui patitur in membris suis.b
Christus primogenitus,non primocreatus.col.1.e
Christus dimittens peccata dicebat: fiat tibi secundum fidem tuam. col.1.c
Christus qui est splendor patris,& lux eius est.heb.1.c
quomodo Christus factus est particeps nostri. heb.2.g
Christus non solum nouit omnia vt Deus, sed quia ipse sustinuit. hebræor.4.e
Christus cum per nullum maiorem iurare posit,iurat Amen.Heb.6.d
Christus rex erat semper,sacerdos autem factus est quãdo carnem sumpsit,& sacrificium obtulit.heb.7.d
Christus sanctorum minister quomodo dicatur. heb.8.a
Christus secundum animam in inferno, secundum corpus in sepulchro in die passionis erat.act.2.d
quia Christus in Iudæa non reperit locum vbi altare fundaret, apud gentes collocauit.act.13.o.p
Christus primus ex resurrectione mortuorum.act.26.g
Christus iudicabit nos pro sceleribus nostris.iac.2.e
Christus verbum vitæ,ei vita erat ab initio.1.ioh.1.b
Christus sacramenti nomen est.2.ioan.c
Christus sedisse super diuersos equos designatur.apoc.19.e
Christi figura certa in veteri sacerdote.leui.21.c
Christi incarnationis mysterium quantum Iudæis profuit & quantum nocuit.deu. 28. o
Christi profectionem ad Gentes Dauid figuranit.2.reg.8.d.& seq.
Christi famulis insidias parat,qui nequitiæ armis confidit.4. reg. 6.d.e. nec timet insidias qui sibi adesse nouit auxilia.e
Christi anima etsi fuit in abysso,iam non est.psal.15.d
Christi incarnationis præuisio.psal.8.c.d
Christi descensus & ascensus.psal.17.d
Christi corpus nouit peccata lauare.psal.21.c
Christi dicta obseruanti regnat Christus per gratiam.isa.52.d
quanta Christi virtus resurgentis psal.65.b
Christi aduentus & regressus ad patrem.psal.59.c
in Christi aduentu ostensa est Dei misericordia.psal.84.e
Christi calamitates per aquas designat.psal.8.a
Christi aduentus designatur.isa.7.e
Christi & Antechristi aduentus describitur.Isa.16.b
Christi arma contra infideles & hæreticos.isa.59.h
Chtisti regnum & sacerdotium est perpetuo mansurum.iere.33.h
Christi natiuitatem & Iudæi & gentes ex parte cognouerunt.isa.1.c
Christi passio magis est deflẽda quàm Ierosolymitanum excidium.thre. 2. f g
Christi ascensus & descensus figuratur.Psal.15.d
Christus aduentus finis & præceptorum eius.eze.33.f
Christi regnum aliis vacuatis, exurget,& permanebit inæternũ. dan.2.o
Christi passio in Ionæ prophetæ laboribus figuratur,sicut & resurrectio ionæ 1.c
Christi passio & resurrectio in laboribus & erumnis Ionæ figuratur. ion.1.c.2.b
Christi de cœlo descensus nuntiatur.matth.1.b
Christi anxietas imminente sibi passione.habac.3.a
in Christi aduentu commoti sunt cœli & terra.ag.2.c
vestis Christi sordida qualis dicitur.zacha.3.a
Christi aduentus,iudicium,regnum & potestas.malach.3.a
Christi ingressus in Ierusalem præfiguratur.zach.9.c
Christi per Iudam Iudæis venditio.zach.11.f
Christi natiuitas præcipua fuit radix nostræ salutis.matth.1.a
totum Christi corpus ex carne Mariæ coagulatum & formatum est. matth.1.i
Christi vires viuendo,moriendo,& resurgendo.matth.13.m
Christi ortum natura nescisuit,sepulchri pondus non coercuit,ostij repagulum non repulit.matth.27.y
Christi doctrina cur dicebatur noua.marc.1.i
Christi sanctissima caro mortuos viuificat.marc.5.k
Christi doctrinæ confirmatio per miracula.luc.4.h
Christi resurrectio lucem mundo præstitit.luc.24.a.b
Christi post commendatam in corporis veritatem,commendat ecclesiæ suæ vnitatem.luc.24.n
de Christi latere exiuit sanguis ad precium,aqua ad lauacrum.iohã.19.a
Christi inopia ditat,fames satiat, mors viuificat.2.corinth.8.e
Christus in cordibus nostris scripsit leges suas.heb.8.d
Christi vestigia sequenda sunt,præstando beneficia ingratis.1.petr.2.f
Christum non nisi maturo tempore oportuit occidi.deu.14.d
Christum semper intendens multa euadit pericula.psal.39.b
Christum quis audeat nominare Dei veritatem.psal.84.d
Christum manducant & bibunt,quia inueniunt,& qui esuriunt & sitiũt. eccl.24.g
Christo pater promittit exteras regiones.isa.45.f
nemo præter Christum claram fecit Bethlehem regionem.matth.2.a
super Christum vniuersitas sapientiæ spiritalis inhabitat.zach.3.d
ante Christum natum cessauit Iudæorum regnũ, ablatum est sceptrum. luc.3.a
Christum pro nobis passum imitari debemus.1.macha.2.d
Christum contra peccata habemus medicum.rom.7.e
Cdehristo sponso & sponsa ecclesia procreati sunt Apostoli. matth.9.e
quæ fuerunt à Christo prædicata à prophetis fuerant abscõdita. luc.10.a
qui à Christo recesserunt,culpa sua peribunt.iohan.6.q
omnes qui in Christo credunt,debent subiici ecclesiæ.1.corint.1.a
vbi in Christo apparet infirmitas,ibi apparet potentia.2.tim.1.f
Christo nemo excelsior factus est.heb.7.f
Christiani dicant qui vocati sunt de vniuerso mundo, quoniam in æternum misericordia eius.psal.106.b
inter Christianos & eos qui Deum nesciunt differentia.eccle.27.a
Christiano conuenit ante omnia humilitatem diligere.eccle.31.e
Christianis Iudæorum finis debet esse exemplum.isa.5.d
Christianorum & Iudæorum differentia in aduentu Christi.isa.60.a.b
Christiani in Christum peccantes cadunt super eum ipse verò cadit super eos qui non crediderunt in eum.matth.21.n
Christiani pacifici esse debent & quieti.rom.14.a
Christiani primum Antiochiæ vocati sunt.act.11.i
Christiani primo apud Antiochiam vocati sunt discipuli.act.11.i

Cibum & potum opera bona intelligit.leuit 11.b
Cibus quidam est mentis, quo epulatur anima.iohan. 4.d. qui est cibus angelorum.ibidem.
Ciborum delectus commendatur.rom.14.b c
Cidaris insigne pontificis est,& corona regis ezech.21.g
Cineus à Cin filio Iethro.iudic.4.c
Cinei à Iethro socero Moysi duxerunt originem.1.reg.15.c
Circuncisio vera quid designat.exod.21.b
Circuncisio spiritalis quæ & quanta sit.deut.10.c
Circuncisione & sabbato non iustificabatur homo.rom.4.a
Circuncisio corporalis signum est circuncisionis spiritalis.rom.4.c
Circuncisio,fœderis erat signum.gala.5.a
Circuncisio fœdus non erat,sed fœderis signum.gal.5.a
Cis pater Saul,& Ner patruus eius.1.reg.14.o
Cison torrens quidam. iudic.4.d.g
Citharas aureas,& phialas aureas habent electi.act.4.d
Citharas aureas habent electi.apoc.5.d
Ciuitates refugij Moyses elegerat tres,Iosue alias tres,Nu.35.deu.4.h
tres Ciuitates refugij vltra Iordanem homicidij Moyses instituit. deuteron.19.a
Ciuitas Iosue datur in medio aliarum Ios.19.h
Ciuitates refugij sunt in Leuitarum vrbibus.ios.20.a.c
Ciuitates quinque philisthinorum fecit Dauid tributarias.2.reg.8.a
Ciuitas Dauid arx Sion.3.reg.3.a
Ciuitates refugij sex.1.para.6.i
Ciuitas quàm fœlix est cuius rector est iustus & sapiens.2.par.12.a
Ciuitas ob scelera destructa maiore labore restaurata est.neh.4.e
Ciuitates vicinæ Ierusalem sunt in sorte Iudæ vel Beniamin. Neh.7.d
Ciuitas Dei ecclesia est.iere.31.o
quid per Ciuitates mutas designatur.soph.1.f
Ciuitas seculi quæ sit.apoc.18.i
Ciuitas Ierusalem quæ in cœlo est qualis sit.apoc.21.b
Ciuitatis magnæ spacium.apo.21.g.h.i
Clamare ad Deum non tantum voce,sed corde.bar.3.a
Clamor redemptoris nostri est sanguis nostræ redemptionis.iob.16.c
Clamor ad Deum corporis vox est.psal.21.a
Clamorem fidelem Deus mox exaudit.psal.54.c.
Clamor non semper corporeæ vocis,sed & mentis.psal,118.a
Claos Græcè,sors Latinè.ios.14.a
Claudio Imperatore defuncto,Nero suscepit principatum.act.24.k
Claudius omnes Iudæos ab vrbe Roma abegit anno Do 51.act.18.b
qui Clausos habet oculos mentis, Iesum ad dexteram patris non videt. act.7.p
Claudicatio Iacob significabat hebræum populum claudicantem. gene. 32.d
Clypeus firmissima illa ratio qua freti in hæreticos pugnant.cant.4.b
nec Cœlo, nec nubibus prodesse aut obesse possumus, & multominus Deo.iob.35.b
Cœli quomodo gloriam Dei enarrant.psal.18.a
Cœli voce carent,ore, & lingua, & tamen Dei gloriam narrant. psalm. 18.a
Cœlum à Patre & filio & spiritu sancto factum.psal.32.c
Cœlum fecisse dicitur Deus,pater,& filius,& spiritussanctus.psal.32.c
Cœlum præcipuè tribuitur Domino, qui relucet gloria sua in eo magis in angelis sanctis.psal.113.e
Cœlum dicitur habitaculum sanctum & domus Dei.isa.63.c
Cœlum thronus dei est,terra scabellum pedum eius.isa.66.a
Cœlum & terra quo ad generationes cessabunt, fides autem non deficiet.luc.21.g
Cœli sunt plures.2.cor.12.a
Cœli apertio reuelatio est sacramentorum cœlestium.act.10.d
Cœli qui dicuntur transituri 2.petr.3.c
Cœlum ecclesia vocatur iustorum.apoc.8.a
Cœlum nouum accipitur pro tota cœlestium corporũ regione.apo.21.a
Cœlum nouum quid.apoc.21.a
Cœlum ecclesia vocatur electorum.apoc.8.a.12.a
Cœlestia & non terrena meditantes à Domino exaudiuntur.neh.9.q
Cœleste palatium æquè patet laicis seruantibus mandata Dei, velut clericis.gal.2.b
Cœna Domini communis est toti familiæ.1.cor.11.c
Nemo quantumuis potens potest Deo coæquari.tob.36.b
Cognoscere interdum misceri significat.gen.38.c
Cogitationes quomodo sunt temperandæ.eccl.6.h
Cogitationes surreptitiæ non possunt ab homine euitari.iob 31.b
si Cogitatum tuum in Deum iactaueris inimicos tuos Dominus in puteũ interitus iactabit.psal.54.f
Cogitationes Dei dicuntor sicut & obliuio.iere.50.m
Cogitatio præsentis temporis,& nõ futuri nobis sufficere debet.mat.6.l
Colere homines tanquam deos,periculosum est.apoc.22.d
Collis domini,locus in terra Beniamin.1.reg.10.a
Collis Domini locus in terra Beniamin.1.reg.10.b
Colossæ vrbes Asiæ minoris.coloss.1.a
Colossæ vrbs est Asiæ minotis iuxta Laodiceam & Ierapolim. coloss.1.a. sunt aliæ duæ eius nominis.ibidem.
Columba emissa à Noe typus fuit columbæ speciei in baptismo Christi apparentis.iohan.1.i
Columnæ templi quid figurant.3.reg.7 e.& seq.
Columnæ ecclesiæ qui dicuntur.apoc.3.f
Comedere mane dicuntur,qui prosperitatibus huius mundi extolluntur. ecle.10.c
Comestores viscerum hominum cur & quare dicuntur.sap.12.b
Communicatio rerum temporalium nullo iure gratis extra extremam necessitatem communicanda.matth.10.c
Commixtio carnis,animæ,& spiritus perfectum hominẽ efficit.thess.5.c
non Communicare est non consentire Ephe.5.c
Communicatio peruersorum qualis.iob 41.a
in Comparatione Dei nihil verè magnum.psal.146.l
homo Compositus ex contrariis,cum primum natus est tendit in sui corruptionem.sap.5.c
Computrescere quid sit.ioel 1.f
Conceptus Christi sunt sine pudore,& partus sine dolore.eccl.36.c
Concordia fratrum voluntas Dei est.eccl.25.a
Concluſio secunda Iob de futuro iudicio.iob.21.d.
Cencræis portus est corinthiorum.act.18.f
Concordia fratrum,voluntas Dei est.eccl.25.a
Concordia fratrum,& amor proximorum probantur coram Deo & hominibus.3.abd.d
Concubina interdum pro vxore vsurpatur.iud.19.i
Concubinæ vt plurimum vocantur vxores.2.reg.5.g
Concubinarius à consortio fidelium separandus.heb.13.b
Concupiscentia mater est omnis peccati.leui.20.e
Concupiscentia interdum rationem præuenit.2.reg.23.f
ad Concupiscentiam carnis tria pertinent.2.corint.6.c
Concupiscentia carnis à primis parentibus impleta est.1.iohan.2.b
Conditoris proprium est curam gerere eorum quæ fecit vt seruentur. psalm.61.a
qui de sua Conditione securus est mortem vitæ prefert.iere.20.g.h
Congregat Dominus malos,postea disceptat cum eis.ioel.3.b
Congregationem populi quam prædixit Ieremias, adhuc expectant Iudæi.2.mach.2.b
Congregatio aduersus Paulum.act.25.g
Coniugium secundum viuente altera parte illicitũ est. matt.19.b. & seq.
Coniugium mors sola separat.matth.19.c
Coniuratio facta aduersus Amasiam regem Iuda.4.reg.14.i
Cur confitemur Deo.psal.74.a
Confidere in Deo quis syncerè dicatur.psal.124.a
Confitemur nomini Dei,vt nos eripiat a tribulationibus.psal.53.c
Confitere prius Domino,& postea canta illi.psal.91.a
Confiteantur Domino,qui eiam nihil sibi sunt conscij.1.corint.4.b
Confitendo Deo mundamus templum quò veniet inuocatus.psal.74.a
Confitendum est in præsenti vita, post illam autem non est tempus operandi.eccl.17.c
Confessio ficta vel coacta non prodest.exod.10.e
Confessio sit integra.leuit.5 b
Confessio integra quæ sit.leuit.5.c d
Confessio non stat in sola confessione verborum.1.reg.16.e
Confessio verborum non sufficit.1.reg.15.i
Confessio est purgatio peccatorum.3.esdræ 8.f
Confessio sola purgat peccata.3.esd.8.x y
Confessionis nomen duo significat.psal.9.a
Confesionis nomen duo significat.psal.9.a
Confessio totius ecclesiæ.psal.34.d
Confessio interdum pro gratiarum actione accipitur.psal.29.b
Confessionem sequitur pulchritudo.psal.95.b
Confitendum priusquam psallendum domino.psal.91.a
Confessionis virtus.psal.95.b

Confessio pœnitentiam monstrat,satisfactio veniam.psal.106.a
Confessio eius perire non potest qui peccata sua accusat.psal.135.a
Confessio quam sequitur pręmiũ confitentis,non est voluntatis.mar.5.b
Confessionis fructus & vtilitas.psal.135.a
Confessio in Iuda & Ierusalem.iere.4.c
Confessio duplex est.ezech.16.g
Confessio duplex est,ad bonum scilicet & ad malum.eze.16.v
Confessionis sacramentum.iaco.5.e
Confessio prima apud auctorem naturæ.luc.15.f
Confessio cui & quando facienda sit.iac.5.e
qui Configuratus est morti Christi per baptismum iustificatus est à peccato.rom.6.c
Confitentibus Iesum ad dexteram patris,cœli aperiuntur act.7.p
Consecratio sacramenti,Christi sermone conficitur.4.reg.6.a
antequam Consecretur panis est, vbi autem verba Christi accesserunt corpus Christi.Idem de vino.marc.14.g
Consecratio regis sicut & sacerdotis septem fiebat diebus.1.reg.10.d
Consentiens est alicui qui madata eius facit.luc.12.n
Conscientia immutatur exordio diuinæ inspirationis.esa.3.d
Conscientiæ magna fides deum testem mentis suæ accersiti.iob.10.a
Conscientia impium flagellat quocunque abeat.prouer.28.a
2.Consiliatij opus habent cum Moyse conferri.exod.18.h
Consilium Cusai.2.reg.17.g.& seq.
Consilio apud maiores quomodo sit agendum.1.esd.10.b
sine Consilio nihil est inchoandum.eccl.7.d
Consilium malorum per ignorantiam & alias causas.eccl.37.c
semper Consilium datur bonum quod perficitur ex ea quæ est ad Deum obedientia.matth.9.i
Consilium tale,quales consiliatores.matth.22.e
non est Consilium,non est sapientia contra Deum.act.23.f h
Consiliariis non semper fidendum.iere.9.b
Cósolari cum sit opus trinitatis,spiritui sancto tamẽ attribuitur. ioh.14.g
Consolatio maxima piorum.psal.102.f
Consolatio iustorum ne in tribulationibus deficiant.iaco.5.c
Consuetudo peccandi,& latronum,psal.9.g
Constituti sumus ex tribus.psal.80.a
Contritio quomodo exequenda sit.luc.16.a
Conuenerunt Herodes,Pilatus & principes aduersus Christum.psal.2.b
Conuictus per testes idoneos vel confessus sine misericordia interficiendus.deu.13.c.
Conuitia quomodo toleranda.2.reg.16.g
Conuitiorum verba non proferant inter se iurgantes.eccle.22.d
Conuersio gentium per Apostolos.1.mach.8.h
Contentio directè pacem impedit.eccle.8.a
qui Contemnit humiliari non potest vtique saluari.os.11.a
Conuersatio hominum qualis esse debeat.psal.14.l
Conuerti ad Deum sine ipso non possumus, ideo quotidie cum prophetà clamamus,Conuerte nos Deus.zaca.1.b
Conuersionem Israelis ad Christi fidem prænunciat.deu.4.f
Conuersio panis & vini in corpus & sanguinem Christi verbo suo. mat.26.f.
in Conuiuio nullus cogat alium plus bibere quàm oportet, ecclesiastici 31.h
Cor hominis euulsum est de terrenis,vt sursum eleuetur ad dominum. iob.37.a
Corda prauorum in niue & grandine intelliguntur.iob.32.f
Cor autem nisi Christi flamma non vrit.psal.25.b
si Cor nostrum deserit se non mirum si deseratur à Deo.psal.39.f
Cor terræ dicitur sepulchrum.psal.87.b
Cor nostrum Deo petenti dandum est. prouer.23.c
Cor nostrum Deo offerre quàm bonum sit.pro.23.q
Cor fatui non timet pœnas futuras.eccle.22.c
Cor lapideum tollere,& carneum tribuere.eze.36.h
ex corde proficiscuntur cogitata mala, inuidia, homicidia, adulteria, & his similia.os.2.b
si Cor longè sit à Deo,non curat opera omnia.os.7.c
Corda regum in manu Dei sunt.2.mach.13.f
Cordis dispositio vix potest celari.2.mach.14.f
Corde credere non sufficit,nisi cæteris sensibus operemur.luc.12.c
Corrigere nemo potest quem Deus despexerit.4.reg.24.f
Corriguntur minus mali vt Deum agnoscant, pessimi autem vt pœnitus pereant.eze.30.f
Corripe te,& tunc poteris fratrem tuum corripere.mat.7.b
Correptio fraterna quomodo fieri debeat.mat.18.b
Correptiones parentis quantum sint filio vtiles.psal.88.h
Cornelius apud Cæsaream palestinæ vrbem cum omni familia, petro procurante ad fidem perducitur.act.11.a i
Corona arcæ Dei potius limbus dicenda.exo.25.c
Corona sacerdotij aurea quid figurabat.eccle.45.c
Coronas suas ante thronum Domini mittere.apoc.4.e
Corpora septem cur non fuerunt citò deposita à patibulo.2.reg.21.f
Corpora non dantur animis ad supplicium.4.reg.20.e
Corpus Christi ecclesia est,firmamenta Apostoli.psal.21.d
Corpus Christi nil nouit nisi peccata lauare.psal.21.e
Corpus humanum quatuor constat elementis.cantic.3.c
Corporis & animi idem est actus,& ideo idem iudicium pœnæ vel glorie.isa.66.h
Corpus Cristi mortale factum,immortale posteà factum: & in dextera patris collocantur.iere.18.a
Corpus Cristi post consecrationem significatur, antea verò alia species nominabatur.mat.26.f g
Corpus Cristi sit ex pane,& sanguis ex vino.luc.22,b c
Corpus Christi in eucharistiæ sacramento est.1.corin.10.a.11.f
Creatoris potentia est admiranda.sap.13.b.
solus Creator sine numero,pondere,& mensura constitutus est. sapien. 11.c
Creator dedit creaturæ suæ scientiam qua sibi consuleret.sap.14.c
Creator omnium per incarnationis mysterium Ierusalem visitare dignatus est.ierem.8.a
Creati non sumus vt ederemus & biberemus, vestéque tegeremur. mal.2.d
Creator omnium per incarnationis mysterium Ierusalem visitare dignatus est.iere.8.d
Creaturarum vniuersitas deo iubente iustorum vlciscitur iniurias. sapien.16.d
Omnis creatura etiam irrationalis, si non voce,saltem opere laudat Dominum.dan.3.b c
omnem Creaturam laudare Deum oportet, si non voce, saltem opere. dan.3.z
Creaturis externis mali malè vtuntur.osex.2.d
omnes Creaturæ sentiunt creatorem.mat.8.g
Creaturam deificare stultum est.rom.1.k
Creatura humana quid sit.1.pe.2.e
qui non Credunt in Christum,nec faciunt eius voluntatem sunt filij diabolt.ioh.1.a
non est Credendum quod Iob optauerit se abortiuum interisse. Iob.3.c
Credentes Christum esse Deum,filij eius appellamur.1.ioa.c
Crimina septem capitalia enumerat.pro.6.d
Crimen grauissimum est nolle post peccatum pœnitere.amos.1.c
Cruor passionis dominicæ oleum baptismi figurabat.leui.8.c.
Crucem cur magis Christus elegit.luc.23.g
Crucifixus quomodo dicatur maledictus.deut.21.e
Crucis virtutem fecit Dominus prædicare per vniuersum orbem.Isai 11.c
per Crucem salus gentibus facta est.1.cor.2.d
Crucis Domini dimensiones.eph.3.d
pro Culpa sacerdotum non est puniendus populus.nu.18.c
Culpa fortium aliquando occasio virtutis fit.eccle.42.f
Cultui Dei requiritur lætitia.psal.94.a
Cupiditatis malum.1.tim.6.c
Curam adhibens Deo obediendi,dignus efficitur diligi à Deo.1.paralipomenon 22.d.
Curiositas vitanda est quæ perscrutatur quæ scire non conuenit. ecclesiast.39.e
Custodes murorum ecclesiæ qui sunt.isa.62.o
Custodes sepulchri miraculum confitentur.mat.28.c
Cuthæi missi à Persida in Samatiam nituntur templi ædificationem impedire.1.esd.3.f
Cous vel melius Cos insula est in Ægeo mari.act.21.a
Cyprus insula in Carpathio vel Cilicio mari Syriæ.Act.11.g
Cyrene vrbs Lybiæ quæ & Pentapolis dicitur.act 6.e
Cyrus anno primo suę monarchiæ Iudæos remisit in Iudæam. 1.esd.1.2. & seq.
Cyri fides in Deum,& pietas in populum.1.esd.a
Cyri nomen longè ante eius natiuitatem prædictum.2.paral.36. & eius fides & pietas in liberando Iudæos.1.esd.2.a b

Universidad de Deusto
Biblioteca



Cyrus anno primo regni sui decreuit templũ reædificare in Ierusalem mensuris determinatis.1.esd.3.c
Cyri decretum de ædificando templo concessum fuit 59 annis ante facultatem Darij.3.esd.5.c
Cyrus Cambysę filius templum Dei Ierosolymitanum instaurari curauit.3 esd.2.a b
Cyrus audita Isaiæ prophetia dilexit populum Iudaicum.3.esd.2.c
Cyri nomen ante eius natiuitatem prędictum est.2.par.36.m quod innotuit ei primo anno.1.esd.1.b
Cyrus Babylonem obsidens aquam Euphratis in fossas ad hoc aptatos deriuauit.isa.13.g
Cyrus & Darius occiso Balthasar regnum Babylonicum transtulerunt ad Persas.isa.21.b
sub Cyro iussum est ædificari Ierusalem, sub Dario inceptum est templum.isa.44.k
Cyrus Babylonem obsidens fossas fecit in quas deriuauit Euphratem & die festo ingressus vrbẽ occidit Balthasar & vrbẽ deleuit.ier.50.c

D

DAbir ciuitas erat sacerdoralis.ios.15.i
Dabir gemma quadrata in medio rationalis.2.para.24.g
Dæmones ad maledicendum inuitãtur,non ad benedicendũ.num.22.a
Dæmonum operatione fiunt omnes superstitiones.4.reg.21.b c
Dæmonibus multa tribuuntur.4 reg.21.b
Dæmones per res naturales à creaturis arcentur.tob.6.b c d
Dæmon quatenus permissus potest vexare homines & fugari ab illis. tob.8.a
Dæmones ante Christi aduentum futura prænunciabant.isa.41.i
Dæmones confitentur resurrectionem Matth.8.h
Dæmonis pestifera astutia.matth.12.f
Dæmones eiecti à gentibus petunt habitare in hæreticis.Mar.5.c
Dæmoniacus sanatus nõ admittitur in apostolatum aut discipulatum. marc.5.d
omne Dæmoniorum genus non egreditur nisi precatione & ieiunio. marc 9.g
Dæmones quomodo cognoscebant Christum esse filium Dei.luc.4.l
Dæmones sunt milites peccati.luc.14.h
Dæmones liberum habent arbitrium.luc.17.a
Dagon formam hominis & piscis habebat.1 reg.5.b
Dalila virtutem Samsonis subdolè euertit.iud.16.g
Dalmanutha quæ dicitur Magdalum quæ sita inter lacum Genezar & Thabor montem.marc.8.c
Damascus olim in tota Syria tenuit principatum.isa.17.a b
Damascus vrbs insignis in tribu Nephtalim.iere.49.h
Damascus vbrs insignis est regalis Syrorum regum sedes.iere.49.h
Dan cæsarea Philippi dicitur.1.reg.3.i
Dan est fons vnde oritur Iordanis.2.para.16.a.gene.14.b
Dan fons est ad Pauium antrum vbi Abraham Syros assecutus occidit.2.par.16.a.14.b
Dan nome patriarchæ & tribus cuius sors est in libano vbi oritur Iordanis.ezech.26.d
Daniel de mensa regis & potu non vult gustare,ne polluatur. dan.1.b
Daniel trium annorum spatio sapientiam summam consecutus est. Dan.1.d
Daniel triduano ieiunio instruitur super somnio Nabuchodonosor. daniel.2.e
Daniel non peccauit accipiens à rege dona pro somnij explicatione. dan.2.z
Daniel præsentata munera pro explicatione visionis,recusauit.dan.5.f
Daniel à Dario Medo ductus est in Medam.dan.6.a
Danielem inuenerunt orantem contra ædictum regis,& accusauerunt dan.6.f g
Daniel corpori virginitate solidato ferarum dentes infigi non potuerunt.dan.6.i
Daniel ieiuniis Deum promereri nititur. daniel. 9.a. nec ab orationibus cessat quæ diuinitus promissa erant,petens.ibidem.
Daniel sciens liberationem Iudæorũ, cur Dominum pro eorum liberatione rogat.dan.9.b c
Danieli oranti & ieiunanti apparuit Gabriel archangelus annuntians Ierusalem propè ædificandam.dan.9.g
Danielis socij viderunt visionẽ angeli,sed non intellexerunt. dan.10.c
Daniel quo iudicio saluauit Susannam.dan.13.l
Daniel petita à rege licentia occidit draconem Belis.dan.14.g h
Daniel cum ieiunio in lacum leonum ingressus est.dan.14.e
Daniel Dei cultor dum regis edicta contemnit de inimicis triumphauit.dan.14.h
Daniel præuidit Ierosolymorũ sub Antiocho calamitates.1.mach.1.h
Damnare alienum est à Deo,sed proprium malitiæ nostræ.isa.28.e
Damnati in inferno blasphemias in deum proferent.apo.16.h
Dat Dominus gratiam deprecandi quando vult ignoscere.1.par.21.e
nulli Datur sapientia & scientia, nisi in ea die ac nocte meditetur. matth.25.g
Dedit pater omnia filio ratione naturæ,sed non gratiæ.iohan.3.k
Darius Hystaspis filius iussit ædificari templum.1.esdr.6.a.& seq.7.d. 3.esd.2.a.& sequen.
Darius perlectis Cyri literis eas sua auctoritate confirmat.1.esd. 6.c. & sequen.
Darius domus Dei ministros immunes à vectigalib⁹ reddidit.1.esd.7.g
Darius scripsit principibus suis vt nullatenus ædificationem impedirẽt 1.esd.7.f
Darius secundum Hebræos filius fuit Assueri & Esther reginæ. 3.esd. 3.b.secundum latinos filius Histaspis.ibidem.
Darius principibus suis mandauit ne impedirẽt templi ædificationem, sed de bonis suis iuuarent.3.esd.5.a
Darij decretum de reædificando templo. 3.esd.6.h.quo audito hostes iuuabant quantum poterant.3.esd.7.a b
Darius & Artaxerxes fuerunt duo reges diuersi.3.esd.7.d
à Dario & Cyro vrbe Babylone destructa & rege occiso translatum est regnum ad Persas & Medos.dan.5.l
Darius cum Cyro traducens regnum Babylonicum ad Medos duxit Danielem secum in Medam.dan.6.a
sex Darij fuerunt apud Persas.dan.6.l
Darius liberato Daniele fecit proclamare per totum regnum suum Deum Danielis esse solum verum Deum.dan.6.m
Darius arietis vocabulo designatur.dan.8.b
Darius Med⁹ filius Assueri dictus Asiages subuertit Babylonẽ. dan.9.a
Darius amisso exercitu tandem fugiens animam exhalauit. 1.mach.1.a
Darius sextus contra Alexandrum pugnans occisus est.1.mach.1.a
Dathan,Core,& Abyron murmurantes,deuorantur.psal.77.g
Dathenian munitio est in monte Galaad Iudæorum.
Dauidis erumnæ ingentes ex stupro filiæ suæ.1.reg.13.k
Dauidis & Saulis comparatio.1.reg.15.g
Dauid vir bonus postea cædis & stupri reus.1.reg.15.g
Dauid præ cæteris fratribus eligitur.1.reg.16.c
Dauidis vnctio anno ætatis.22.1.reg.16.f
Dauid patientia in maledictis Semei.2 reg.16.f
Dauid non pugnauit Goliath propter gloriam.1.reg.17.h.& seq.
Dauid ex reuelatione cognouit se victoriam adepturum. 1.reg.17.m. Deo magis fidebat quàm armis.9.p
Dauid Michol diligebat.1.reg.18.i
Dauid diligebat vniuersum Israel.1.reg.18.a
Dauid victoria animum Saulis offendit.1.reg.18.a
Dauid Ionathæ consilio absconditus est.1.reg.19.b
Dauidis fuga propter Saulis odium.1.reg.20.c d
Dauid persecutionem passus à Saule fugiebat.1.reg.20.k l
Dauid non simulauit insaniam.1.reg.21.g
Dauid fuga ab Achimelech receptus.1.reg.22.a
Dauid an dubitabat de reuelatione sibi facta de regno.1.reg.23.k
Dauid quare non passus sit Saulem occidi.1.reg.24.d f
Dauid non seruauit iuramentum de occidendo Nabal.1.reg.25.d
Dauid se offerendo regi Achis ad pugnandum contra fideles an peccauerit.1.reg.28.a
Dauid duas habuit sorores.1.reg.26.c
Dauid Saulem fugiens castra eius ingressus est 1.reg.26.b.c
Dauid quantum turbatus fuerit contra Nabal.1.Reg.25.k.& seq.
Dauid fugit ad Achis regem Geth.1.reg.27.b
Dauid quare reuersus est ad terram Sunam.1.reg.29.d
Dauid persecutus est Amalechitos.1.reg.30.f.g
Dauid specialiter Saulem & Ionatham deficit.2.reg.1.m
Dauid non peccauit saltando.2.reg.6.c.nec ludendo.9
Dauid semper sperauit euadere.2.reg.15.m
Dauid Dei consilio elegit Hebron.2.reg.2.a
Dauid mortem Abner defleuit.2.reg.3.m.n
Dauid ab vniuerso Israel rex declaratus est.2.reg.5.a.b
Dauid cur templum Domino ædificare non potuit.2.reg.5.b

Universidad de Deusto
Biblioteca



Dauid subigens proximas gentes, Christum figurabat. 2. reg. 8. d
Dauid iuramentum Ionathæ seruauit. 2. reg. 9. a d
Dauid de Syriæ regibus triumphauit 2. reg. 10. d g
Dauid duos amisit filios, vnum incestum, alterum particidã. 2. reg. 12. h
Dauid fugæ facies qualis fuerit. 2. reg. 15. c
Dauid filium fugiens egrediebatur nudis pedibus. 2. reg. 15. k. & seq.
Dauid secuta est longa ærumnarum series. 2. reg. 15. k. eius patientia erga Semei. 16. b. c. Iuramentum seruat. 21. a
Dauid Absalonem fleuit homicidatum. 2. reg. 19. a
Dauid nomina. 2. reg. 21. h, peccauit numerando populũ. 24. b. pœnituit facti b. mors eius. 3. reg. 2. f
Dauidis peritia in bello. 2. reg. 18. a. deplorauit mortẽ filij patricidæ. e. h
Dauid fœdus cum Saule initum frangere non vult. 2. reg. 21. d
Dauid gratuitudo erga Berzelai. 2. reg. 19. p
Dauid in pace quietus hymnos & psalmos composuit. 2. reg. 22. a
Dauid vltimum metrum post psalmos composuit. 2. reg. 23. a
Dauid populum numerando peccauit. 2. reg. 24. b. c. Ideo cædem populi fleuit. f
Dauid annos natus septuaginta non poterat calefieri. 3. reg. 1. a
Dauidis mors. 3. reg. 2. f. eius sepultura. ibidem.
Dauid domus tanto magis crescit quanto Saulis minuit. 1. par. 3. a
Dauid etiam sapientissimus consilium petiit ab inferioribus. 1. par. 13. a
Dauid vnctus est in regem publicè, qui prius fuerat per Samuelem vnctus occultè. 1. para. 11. b
Dauidis optima regiminis dispositio incipit à diuinis. 1. par. 13. b
Dauid nouum tabernaculũ fecit quo Mosaicum cooperiret. 1. par. 15. a
Dauidis pœnitentia. 1. paral. 21. b
Dauid peccante cur populus vindictam suscepit. 1. par. 21. d
Dauid omnia ad domus domini ædificium necessaria Salomoni præparauit. 1. paralip. 24. a
Dauid conuocato omni populo declarauit se regem. 1. par. 26. a. qui distinxit populum per officia. ibidem.
Dauid aream emit ad deum placandum. 2. reg. 24. n o
Dauid multis rationibus lætatus est. 1. para. 29. c
Dauid audita voce constituit ibi templum à filio suo ædificandum. 1. para. 22. a
Dauid distincto exercitui quẽdam supremũ præficiebat. 1. par. 27. a b c
Dauid conuocans consilium super ædificanda domo, cur vocat Eunuchos. 1. para. 28. a
Dauid non in Bethlehem sed in Ierusalem fuit sepultus. neh. 3. d
Dauid fugiens Absalon filium suum dixit Domine quid multiplicati sunt. psal. 3. a
Dauid Deum laudabat nõ solũ voce sed musicis instrumentis. psa. 70. g
Dauid non vulgari more in gigantem proiecit lapidem. eccl. 47. b
Dauid non solùm viuens, sed etiam mortuus Deo placuit & viuis præstitit solatium. isa. 37. q
Dauid constituit 24 ordines sacerdotum. iere. 52. f
Daniel historiam hebdomadarum vidit. 3. Cyri anno. dan. 10. a. per luctum, orationem, & ieiunium. ibidem. b
Dauid quomodo secundũ cor dei erat tãtis obnoxius peccatis. act. 13. h
Dauid virtutes post peccata. act. 13. h
Decapolis regio est Galilææ Iordani finitima. marc. 7. f
Decem tribus à domo Salomonis separatæ sunt. 3. reg. 11. k
Debitores Dei duo populi sunt Iudæi, & Christiani. luc. 7. m
Decem præcepta & sapientia prophetarum satis docent quæ vitanda & quæ imitanda sunt. luc. 16. m
Decima quanta & qualis esse debeat. num. 18. h
Decima pars terræ debebatur Leuitis. neh. 10. g
Decimas agricolarum in vrbem conferre iussit. neh. 10. f
Dedicatio templi constructi facta est mense decimo. 1. esd. 6. h
Dedicatio templi à Iuda Machabæo facta est 25 mensis nouembris. nehe. 1. a
Dedicationi muri conuenerunt omnes sacerdotes & Leuitæ cum instrumentis musicis. neh. 12. d
Dedicatio templi Ierusalem per Iudam Machabæum. 1. mach. 4. b. & duas celebrabant. 2. mach. 2. d e
Dedicatio templi Ierosolymitani. 1. mach. 4. l
Dedicatio tertia templi Ierosolymitani facta fuit 25. die nouembris. 1. mach. 4. l
Defensio nostræ doctrinæ tribus consistit. 1. tim. 1. e
Defunctorum commemoratio agenda. 4. reg. 10. e
Defunctorum memoriæ non fiunt ociosæ. 4. esd. 10. a
Defuncti viuis patrocinantur. isa. 37. n
Defunctis prosunt viuorum preces. 2. mach. 12. m
Defunctos nostros quatenus lugere possumus. 1. thess. 4. d
pro Defuncto in finali impœnitentia non est orandum. 1. ioh. 5. e
Delectatio vnde oritur sapien. 8. c
Delectus ciborum & dierum, Christianus est. rom. 14. & seq.
Delicta multa increpat Deus. os. 4. a
Delictum quid sit. gala. 6. k
in Delictis viuentes tempus videtur breue. eccl. 5. f
Demetrius quærens in Meda auxilium contra Triphonem, in vinculis positus est. 1. mach. 14. a
Dentes & linguæ sermones loquentium significat. psal. 56. b
Deprecatio pro defunctis quomodo prodest. 4. reg. 20. g
Derideri & circunueniri Deus non potest. 4. gal. 6. e
Descendit Christus in carne, spiritus sanctus in specie columbæ, & pater in voce. marc. 1. d
Desertores fidei, & transgressores ecclesiæ dei qui contra ordinẽ Dei nituntur. isa. 30. a
Mundi non sunt qui commissa flere non desinunt. isa. 1. i
Desperare de creatore est spem in creaturam ponere. iob. 31. e
Destructio Ierusalem à Tito & Vespasiano prædicitur ab Isaia. isa. 1. d g
Destructio Chaldæorum sequitur destructionem Iudæorũ. ezec. 21. d
Detestatur officium quod pro ætate non potest sustinere. iere. 1. c
Detractio quàm graue sit malum. 1. corinth. 12. c
Detractore sublato lites cessare necesse est. pro. 26. g
Deuteronomium vnde dictum. deut. 29. a
Deuteronomium dat Moyses Leuitis custodiendum & septimo quoque anno legendum. deut. 31. h
Deuotio magna & religio ostenditur in regressu à Babylone. 1. esd. 8. l
Deuotio & concordia populi in templo domini. neh. 8. a
Deus præsentia gratiæ est in omni loco. gen. 28. d
Deus est nomen substantiæ, dominus nomen potestatis. gene. 1. b
Deus quomodo indurare vel excæcare dicitur. exo. 11. c
Deus qua specie apparuit. exod. 24. c
Deus non solùm secundum misericordiam suam, & pro sceleribus nostris nos iudicabit. num. 14. g
Deus frustrari non potest. num. 23. f
Deus fornicationibus Israel & carnalibus & spiritualibus iratus est. nume. 25. a
Deus quomodo dicitur irasci. exod. 32. f. & quod non est cum his qui dura sunt ceruice. 33. a
Deus cum per angelos, loquitur per seipsum. num. 22. b
Deus quomodo Balaam occurrit. num. 23. b
Deus culpas impunitas non permittit. iudic. 20. k
Deus indiuiduo amore dilexit Dauidem. 1. reg. 13. e
Deus quomodo Saulem proiecit quem elegerat. 1. reg. 16. b
Deus quomodo templis se manifestat. 3. reg. 8. k
Deus orationibus Isaiæ & Ezechiæ notus liberat eos ab Assyriis. 4. regum 19. h i
Deus prophetissæ sententia iussit omnes suis sedibus eiiciendos. 4. regum 22. d
Deus ostendit Dauid per reuelationem vel prophetas circa ædificationẽ tabernaculi quæ Moysi ostenderat super mõtem Sinai. 1. par. 28. d
Deus volens constituere reges, voluntates populi dirigit. 2. para. 11. b
Deus est vltra quem nullus est simpliciter adorandus. 2. par. 13. d
Deus est sine fine quærendus, quia sine fine amandus. 2. par. 15. d
Deus ad iram pro tot nephariis Manassæ facinoribus concitatus est. 2. para. 33. f
Dus cur in Iosiam iratus propter peccata patrum. 2. par. 34. k
Deus iudicauit Esdram dignum his quæ attentauerat. 1. esd. 8. e
Deus lætificauit eos pro restitutione cultus diuini. neh. 12. i
Deus enim quia iustus est, iudicia eius iusta sunt. tob. 3. a
Deus malis spiritibus ad plura vtitur. tob. 8. d
Deus cœli specialiter dicitur, licet sit Deus totius creaturæ. tob. 12. e
Deus irrisit Haman spem improbam. esth. 6. a
Deus non remunerat opera pro quibus reddita est merces. esth. 6. c
Deus quotidie operatur de consiliis iniquorum vt ea subuertat. iob. 5. e
Deus visitat, vt visitatos protectione custodiat. iob 10. c
Deus reconciliat corda principum terræ. iob. 12. c
Deus nihil fecit immundum, sed peccatum maculat omnia. iob 25. a
Deus frequenter & semel loquitur. iob. 33. d
Deus per iudicium visitat terram, & omnes populos. iob 34. c
Deus non audit clamantem nisi videat eum verè pœnitentẽ. iob 35. d
Deus iustitiæ meæ ad quem referendus est

Deus quomodo alicuius hominis obliuiſcitur.pſal.12.a
Deus non dubitat ſuper fide hominum.pſa.13.b
Deus accedere ad nos miſericordia potuit, recedere à ſe plenitudo nõ potuit.pſal.18.b
vbi bonus Deus, ibi bona ſunt quæ deſyderabat Dauid.pſal.26.d
Deus illos odit qui ſpes ſuas collocant in ſuperſtitione.pſal.30.b
Deus quomodo peccata dimittat.pſa.31.b
Deus iuſtos aſpicere dicitur vt conſeruet.pſal.32.e
Deus adiuuare vbi & quomodo dicitur.pſal.32.f
quantum Deus honorat hominem tantum vult ab homine honorari pſal.49.d
Deus turrim Babel ædificantes quomodo confudit.pſa.54.b
Deus indefeſsis precibus ſemper orandus eſt.pſal.63.a
Deus quatenus orandus eſt. pſal.63.a
Deus concaſſabit capita nimiũ ſuperbientiũ in delictis ſuis. pſal.67.e
Deus in Iſraelem beneficus eſt, & maximè benignus.pſal.72.a
Deus pollicitus eſt Iacob ſe illi ſemper affuturum.pſal.79.a
quia deus inuiſibilis eſt, Iudęi pollicentur ſe illi credere ſi ſe viſibilem demonſtret.pſal.79.b
Deus colitur fide, ſpe, & charitate. pſal. 94. a. cum lætitia & hilaritate ibidem
Deus aliquando per prophetas, aliquando per ſe loquitur.pſal.94.c
Deus colitur fide, ſpe, & charitate.pſal.94.a
Deus non habet manus pſal.94.b
Deus in cœlo ſempiternus piorũ impiorũque rationẽ habet.pſal.102.f
Deus punit peccata multipliciter.pſal.106.k
Deus in eccleſia Chriſti ſibi perpetuum collocauit domiciliũ.pſa.131.d
Deus ſolus audit & videt ſecreta cordis.pſa.141.a
Deus vtranque creaturã inuitans ,non inuitat peccatores.pſ.148.a
Deus dolet videns hominem hoſti potius fauere quàm ſibi.pro.19.d
Deus quamuis ſit vniuerſorum dominus iure creationis, conſecrationis, & gubernationis, eſt tamen per gratiam electionis.ſap.9.a
Deus vindicat in quos vult homines.eccle.12.b
Deus ante omnium oculos creaturam in medio propoſuit.ſap.13b
Deus auctor mali non eſt.eccl.16.a
Deus omnia format ſecundum ſuam voluntatem. eccl.33 e
Deus eſt pater omnium per creationem, pauperum tamen per beatitudinis promiſsionem.eccl.34.g
Deus dæmones creauit ad gloriam & ſalutem eccl.39.g
Deus vnicuique ſubuenit ſecundum conditionẽ neceſsitatis.eccl.35.e
Deus accepta non habet ſacrificia quæ manibus impuris offeruntur iſa.1.b
Deus ſacrificia non acceptat à manibus impuris oblata.iſa.1.h
Deus ignis vocatur.iſa.33.d
Deus erga credentes & ſibi fidentes eſt ſemper fidelis.iſa.37.n
Deus res bonas nobis malè agentibus in flagellum format.iſa.45.c
Deus dicitur eſſe locus, & eſſe in loco.iſa.66.a
Deus non requieſcit in corpore beſtiali.iſa.66.k
Deus dicitur in loco eſſe, & dicitur locus dei vbi manifeſta ſit eius operatio.iſa.66.a
Deus nõ requieſcit in beſtiis multo minus in pectore beſtiali.iſa.66.b
Deus non eſt ſicut homo, quia poſt pœnitentiam non meminit peccatorum.ire.3.b
Deus non eſt iræ vel furoris capax, nec cæterarum paſsionum.ie.7.g
Deus eſt per plenam authoritatem omnium ſolus Dominus.iere.10.c
Deus ſtatim vt Iudæos abiecit, eccleſiam ex gentibus ſibi adiecit.ieremiæ.12.b
Deus neſcit quæ indigna ſunt.iere.19.c
ſolus Deus probat iuſtitiam quia ſolus nouit cordis conſtantiã.ier.20.f
Deus qui fecit omnia, omnia videt, non tamen oculo corporali.ieremiæ.23.h
Deus quomodo eſt præſcius futurorum.ierem.26.a
Deus preſcius futurorum, nouit aliquid quia futurum eſt.iere.26.b
pœnitere Dei quid ſit.iere.26.g
Deus bonis & malis vtitur ad ſuum finem intentum.iere.27.d
quare Deus diſsimulat exaudire dolentium vocem.thren.3.c
Deus omnia neceſſaria ad eſum creauit , ne homo fame moreretur. eze.16.r
Deus non fecit nos vt puniat.eze.11.i
Deus non vult hominem in mortem deduci,quæ in vitam conſtituit. eze.18.h
Deus iuxta pœnitentiam placatur & peccatis ad iracundiam prouocatur.ezech.29.g
Deus vnum iniquum per alterum punit.eze.30.d
Deus vnum iniquum per alterum punit. ezech.30.f
Deus eſt hæreditas ſacerdotum atque poſſeſsio.ezech.45.a
Deus in faciem cadentem non vult adorare.dan.3.b
Deus dicitur benedictus tanquam fons benedictionis.dan.3.l
Deus punit aliquando bonos per malos.dan.3.n
Deus vigilat ſuper nos quando propter peccata noſtra corripimur, quando hoc non facit,dormit.dan.9.e
hoc in nobis Deus ſaluauit quod pro nobis accipit.oſ.2.i
Deus eſt magis miſericordiæ indulgens, quàm ſeueritatis tenax.oſ.6.b
Deus eſt finis noſter ſummus & vltimus.oſ.14.a
Deus cupit peccatores per pœnitentiam ad vitam redire. ioel.2.c
Deꝰ nõ omnes cognoſcit,ſed eos qui eiꝰ cognitione ſunt digni.am.3.a
Deus cognoſcit qui eius cognitione ſunt digni.amos 3.a
Deus indignatur & iraſcitur in peccatores.amos 4.d
Deus non ſolùm ignoſcit,ſed etiã memoria ſua pellit peccata.mich.7.f
Deus quomodo obliuioni tradit peccata dimiſſa.mich.7.f
Deus quodammodo omnia videt,& quodammodo omnia non videt. habac.1.b
Deus ad patientiam ſuſtinendam nos hortatur.ſoph.3.b
Deus citius in filios regis & principes eius quàm in regem vlciſcitur. ſoph.1.c
Deus in medio eccleſiæ habitat.zach.2.f
Deus eſt creator corporis & animi.zacha.12.a.malach.1.a. qui nihil odit in homine niſi peccatum.ibidem.
Deus in homine nihil odit niſi peccatum.mal.1.b
Deus non odit Eſau hominem,ſed odit Eſau peccatorem.mal.1.b
Deus quare non ſuſcipit impiorum ſacrificia.mal.1.g
Deus in miniſtris ſuis decimas accipit.mal.3.d
Deus quomodo fraudem ſuſtinet.malach.3.d
Deus variis nominibus nominatus eſt mal. 4.b
Deus nullum ſuorum in vacuum perire permittit.1.mach.7.g
Deus ad malum nunquam cooperatur. 2.machab.9.b. qui non eſt auctor mali culpæ,ſed pœnæ.ibidem.
Deum nemo cadens adorat.matth.4.b
Deus mente videtur non corpore.matth.5.a
Deus videtur mente,non corpore,ſpiritu,non carne,matth.5.b
Deus plura nobis confert quàm poſtulemus per pœnitentiã. mat.18.h
Deus principaliter eſt pater & magiſter omnium.matth. 23.c
Deus quomodo dicitur dormire.marc.4.h
Deus pater noſter eſſe cœpit,& Iudæorum eſſe deſiit qui eum reliquerunt.luc.11.b
Deus bonus eſt ingratis & malis.luc.6.h
Deus vt eſt indulgens,ita eſt ſuorum præceptorum exactor.luc.14.g
Deus eſt præceptorum ſuorum exactor ſicut eſt indulgens.luc.14.g
Deus vel diabolus in vnoquoque regnat.luc.17.e
Deus eſt præſentior diligentibus,negligentibus abeſt.luc.20.b
Deus natura cognoſcendus,deinde doctrina recognoſcendus.luc.24.k
Deus ſuis in nos beneficiis noſtras non præuenit voluntates, ſed à nobis incipiendum eſt.iohan.1.l
Deus corda & renes ſcrutatur, videtque ad quantam fidem diſcipulus venturus ſit.iohan.1.m
Deus exaltat quod diabolus per tyrannos humiliauerat.rom.8.f
Deus non eſt ſeditionis ſed pacis.1.corinth.14.i
Deus ordinatè creauit omnia.2.corin.6.a b
Deus à munere ſuo nullum voluit eſſe alienum.2.corint.4.d
Deus propriè habitat in his qui ſua gratia perfruuntur , quanuis ſit vbique.2.corint.6.e
Deus his quos eligit ſine meritis,dat vnde ornẽtur & meritis. eph.2.b
Deus à nobis requirit fidem quæ non ſit vacua boni operis.ephe.2.c
Deus vt perſonam non accipit,ſic nec ætatem.col.3.f
Deus tentat vt doceat,diabolus tentat vt decipiat.theſſ.3.b
Deus eſt principium,profectus,& conſummatio virtutum.1.theſſ.3.c
Deus gratiam ſuam per Chriſtum largitur, vna ſit gratia vtriuſque. 2. timoth.1.b
Deus miſericordia ſua ſaluos nos fecit per Chriſtum.tit.3.c
Deus alios caſtigat,alios patitur.heb.12.d
Deus omnia antequã fiant,ſicut & poſtquam facta ſunt,nouit.heb.1.e
Deus non ſolùm videt res in ſuperficie ſicut nos, videt enim omnia in profundo.heb.4.d
Deus auctor eſt omnis boni.Iacob.1.e
Deus eſt pluſquam gubernator vitæ noſtræ.act.17.f
Deus idem eſt veteris & noui Teſtamenti.act.24 e

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus si voluerit potetit hominem seruare siue peccato.iudæ.1
Dei cura erga nos in calamitate manifestius quàm in fœlicitate cognoscitur.gene.28.b
Dei brachium,manus,& digitus.exod.8.d
Dei nomen ineffabile.exod.29.e
Dei exercitus de Ægypto à Domino visitatus.num.2.a
Dei indignatio in domum Heli.1.reg.3.f
Dei protectio quantę sit vtilitatis.3.reg.13.e
à Dei cultu dum gens iniqua discedit, horrenda fame comptimitur. 4.reg.6.m
Dei donum est scire beneficia eius.1.para.17.e
Dei donũ speciale est scire beneficia eius.1.para.17.e. sicut futura prænoscere.ibidem.
Dei solius est arcana cordis prospicere.2.par.6.k
Dei sapientia & intellectus cunctos terræ habitatores cognoscunt. 2.para.16.d
Dei dextra & sinistra,& qui stant à dexttis eius & à sinistris.2.par.18.d
Dei exercitus quomodo a dextris & à sinistris esse dicatur.2.para.18.e
Dei iudicia quàm sancta & metuenda sint.2.para.21.f
Dei vltio in Iudæam.2.par.36.h i
Dei iudicia nemo potest arguere.tob.3.b
in Deploratione Iob tria sunt considerauda.iob 35.e
Dei instinctus multiplex.iob 33.d e
Dei facies eius visitatio & custodia intelligi potest.psal.3.e
Dei itinera quando sunt visa.psal.67.g
qui propter desidiam in Dei seruitio laborare negligit tandem mendicabit,& non dabitur ei.pro.20.b
Dei prouidentia & non idolum gubernat hominum nauigationem. sap.14.b
Dei memoria nec obliuione rumpitur, nec recordatione sarcitur. isa. 49. i
Dei iram effugere & gratiam eius inuenire qui mereri possunt.iere.9.f
Dei cogitationes.iere.50.g
Dei indignatio in hoc considerauda quod domui Israel se dicat non misereri.os.1.d
Dei indignatio in Israelem.os.r.c.4.b
tria Dei beneficia populo facta,à quibus se semper auertit. os.11.a.13.a
Dei sempiterna virtus & diuinitas operibus eius cognoscitur. rom.1.i
cuncta quæ Dei indignatione descendunt, pro nobis accidunt. ro.12.g
solius Dei vnire est affectus.heb.13.f
Deo donare est possibile quod nobis videtur impetratu impossibile. 4.regem 5.d
Deo soli seruiendum quoniam solus est adorandus.iudith.13.i
Deo à quo omnia accepimus nihil conferimus, quia nullo indiget psal.15.a
Deo à nobis iubilandum & psallendum.psal.65.a
Deo viciniorem esse valde vtile est.psal.72.e
Deo soli conuenit facere omnia quæ velit.psal.134.b
si soli Deo seruatur vindicta,quare iudices iudicant.heb.10.i
Deo non competit descendere localiter.act.7.i
Deum pœnitere quid sit.1.reg 15.n.16.b
Deum quærere est illum amare. 2 para.15.d
Deum testem suæ conscientiæ accersere,magna fides est.tob.10.a
Deum quare confitentes possimus.psal.42.e
Deum rectè diligũt, qui non solùm in beneficiis sed in flagellis illi gratias agunt.cant.1.b
Deum timentis beata est anima.eccl.34.d
arrogantia abominatio est apud Deum.eccl.6.a
Deum timens filiali timore nulla aduersa mundano timore timebit. ecclesiast.34.c
ad Deum conuertens aliquos dicitur pater eorum.isa.7.b
neque Deum sicut hominem facti sui pœnitet.thren.2.c
Deum seductorem appellare est multum aberrare.ezech.14.c
Deum facile cognoscimus misericordiæ indulgentem quàm seueritatis tenacem.os.6.b
Deum nemo cadens adorat,sed idola.matth.4.d
Dij Hebræorum à Baal sunt sortiti nomina.iud.9.c
Deum colere dicimus nos,& diabolo obtemperamus.luc.12.m
qui per Deum mittitur verax est.gal.1.a
apud Deum nunquã,nam crastinus nũquam hesternus dies est.heb.5.b
sine Deo nihil possumus facere, igitur nec incipere nec perficere. psal.20.b
sine Deo impossibile est discere.isa.43.c
à Deo profecta est sapiẽtia à qua processit virtutis doctrina.iohan.12.m
qui à Deo processit, & è Deo exiuit, nihil habere potest, nisi quod Dei est.iohan.16.i
Deos ex diuersis materiis faciebant idololatræ.sap.15.c d e
Deorum multitudinem & cœlestem & terrestrem Iudæi finxerunt. ierem.19.g
Dextera Dei & brachium eius est diuinum auxilium.psal.97.b
Diabolus serpente vt bruto vsus est ad suas machinationes.gen 3.a
Diabolus à diuersis diuersè interpretatur.deut.13.d
Diabolus sinistrum oculum vult semper seruare,dextrum verò eruere. 1 reg.11.b
Diabolus ignem ex aëre iacit.iob 1.e
Diabolus se destruit tentando.iob 2.b
Diabolus nec in porcis potestatẽ habuit,nisi Christus dedisset.iob.2.b
Diabolus quomodo se destruit.iob 2.d
Diabolus Dei permissione Iob affligebat.iob 16.b
Diabolus ante Christi aduentum regebat mundum.psal.21.a
Diabolus non multũ super morte Christi lætatus quia resurrexit gloriosus.psal.40.e
Diabolus aper & fera syluestris.psal.29.d
Diabolus nullam vim habet aduersus hominem pium & Deo fidentem.psal.90.d
Diabolus per occasionem delicti in omnibus peccatoribus mortis sortitus est imperium.sap.2.g
Diaboli pugnam totis viribus aggredere, ne vitam deliciis plenam sequaris.eccl.2.a
Diabolum qui mauult quàm Christum imitari,iure damnatur.eccl.2.f
Diabolus per frigus infidelitatis terrena corda sterilia facit.ezec.43.c
Diabolus omnium malorum artifex non necessitate mentis,sed mentis arbitrio.isa.54.e
à Diabolo omnes fabricati sunt qui ecclesiam impugnant.isa.54.e
Diabolus bonus fuit dum crearetur:sed illam bonitatem non seruauit. ezech.28.e
Diabolus caput est omnium malorum, sicut omnium bonorum est Christus.dan.11.k
Diaboli gaudet victoria qui lapsu alieno gaudet.mich.7.a
Diaboli gaudet victoria qui lapsu alieno gaudet.mich.7.b
Diabolus laborat tentatione Dominum, de excelsis ad inferiora deducere.matth.4.b
qui in Diaboli iniquitatibus ambulat,diaboli adiutorium necessarium habet.matth.22.e
Diabolo quomodo resistere debeamus.iac.4.c
Diabolo facile resistunt qui subditi sunt deo.iacob.4.c
Diaboli nomen tribus præcipuis linguis ponitur.apoc.9.d
Diabolus rex abyssi malis dominatur.apoc.9.c
Diaconi castè viuant sicut & sacerdotes.1.tim.3.c
Dicere in corde suo,quid.1.reg.27.a
Dicere in corde est prudenter de agendis deliberare.1.reg.27.a
omnia Dicta & facta nostra referamus in Deum.colos.3.d
Dies festus aliquando fit dies luctus.tob.2.c
Dierum milia desyderant homines.psal.83.c
Dies cœli,Christus dominus.psal 88.e
Dies tribulationis & tentationis hæc vita præsens est.psal.101.a
Dies perditionis Iudeorum est omne tempus post passionem Christi. ierem.18.
Dies breuiati non dicuntur dies breues,sed pauci dies.eze.12.g
Dies furoris est quem sibi vnusquisque conciliat multitudine peccatorum.ezech.22.f
Dies Domini qualis est.ioel 2.a
omnes Dies solennes totius anni Demetrius facit Iudæis immunes à labore.1.mach.10.f
Dies dominicus est qui prius sabbatum, deinde prima sabbati, & vna sabbati. matth.28.a
Dies dedicationis templi per Antiochum prophanati.iohan.10.g
Dies mortis quare nobis occultus.1.thess.4.a
Differentia inter primogenita & protoparta.deut.15.e
Differunt qui populum regunt,& qui regere videntur.dan.13.c
Differentia inter dominum & seruum.iohan.6.c
Differentia inter hesternum,hodiernum,& æternum.heb.13.c
Dignum fuit vt qui creaturam pro creatore venerabantur, sustinerent pœnam.sap.11.c
Dignum est vt cum Christo regnent in cœlis, qui Christo seruierunt in terris.1.thess.4.d

Dignior sequetur effectus quem feruentior præcedit affectus. 1. thessaloni. 5. b
qui in Dignitatibus & principatibus constituti sunt vices Christi semper gerunt. 1 petr. 2. e
Dij non fecerunt terram, sed facti sunt de terra. iere. 10. d
Dilatio quàm periculosa sit. eccl. 5. b
qui Diligit disciplinam seruatur in moribus sapientiam. sap. 6. e
qui perfectè Diligit Deum, diligit etiam creaturam seu facturam eius. marc. 12. h
Diligere maius est quàm timere. marc. 12. g. Et qui deum diligit, facturam eius diligit. ibidem.
Dilectio Dei separat animam violenter à mundano amore, sicut mors animam à corpore. cant. 8. c
Dilectio Dei quantum nobis prosit. deut. 10. d
Dilectio in Dominum perfecta est non amare quod non amat. psal. 138. f
Dilectio perfecta in Dominum quæ sit. psal. 138. d
Dilectio proximi ingreditur cum dilectione in Deum. matth. 22. i
per Dilectionem solam venitur ad vitam æternam. luc. 10. g
Dilectio quantum commendatur ab Apostolo. 1. corint. 13. a
Dilectio diuina & humana in quo differunt. 1. thess. 3. d
Diluculum est in quo salus hominum prouenit. luc. 24. a
Diluculum, sol oriens, mane, & aurora sæpius pro eodem sumuntur. iud. 9. h
Diluuium potest dici vniuersalis tribulatio. neh. 1. c
sub Diocletiano & Maximiano persecutio ecclesiæ vniuersalis fuit. ezech. 36. c
Dionysius Areopagita apud Athenas credidit, & Atheniēsis episcopus fuit. act. 17. l
Dipsas genus aspidis quæ latinè situla dicitur. deut. 8. f
Diplodis pallium duplex est. psal. 108. f
Directio Dei non curua sed recta. psal. 24. b
Dirigit Dominus vias nostras contra visibiles & inuisibiles inimicos nostros. psal. 5. d
Discere prius oportet quàm docere. eccl. 20. b
Discere volenti nulla difficultas est dum sanctus spiritus adest. ieremiæ 36. g
Discere à Deo secundum gratiam, secundum legem, & secundum litteram differunt. 1. thess. 4. c
Disciplina interdum legem significat. psal. 17. i
Disciplina Dei lex est, & eius effectus. prou. 12. a
Disciplina ipsa Dei lex est. prouerbiorum 12. a. paupertatem & ignobilitatem aufert. 13. c
Disciplina multiplex. heb. 12. e
Discipuli Apostolorum operatij sunt templi Domini. 2. paralipomenon 24. c
Discipulus docentium increpationi obediens plerúnque ad cathedram doctoris ascendit. prou. 15. k
Discipulus suæ voluntati relictus doctorem confundit. eccl. 42. d
omnes Discipuli Christi cùm traderetur eum reliquerunt. zach. 13. d
Discipuli per Christi ascensum in nauiculam videntes cessare ventum, verum Dei filium crediderunt. matth. 14. f
Discretio spirituum difficilis est. 2. corint. 11. c
Dispensatores nos Deus, non hæredes reliquit. psal. 111. c
Distribuit sua malè qui aliena rapit. eccle. 20. d
Distantia vrbium Haran, Rages, & Niniue. tob. 11. a
Diuinare de futuris per somnia illicitum est. 2. par. 33. e
Diuinationes dæmoniacę omnino prohibentur. deut. 18. c
Diuinum præsidium quomodo inuocandum. gen. 32. c
Diuinis non sunt fragilia comparanda. sap. 5. e
Diuina bonitas peccantes castigat vt abstineant. sap. 18. d
Diuina censura æqualitatem seruat. eccl. 16. b
Diuina maiestas aliter est electis, aliter reprobis. psal. 138. b
Diuina prouidentia omnia mensura, & numero & pondere disponit. isa. 38. a
Diuina misericordia semper comitatur iustitiam suam. thre. 3. d
Diuina potentia contra desperationem Iudæorum. isa. 40. h
Diuina scriptura solo carnis vocabulo totum hominem significat. act. 2. d
Diuinæ natiuitatis impossibile est nosse mysteria. act. 8. h
Diuinitas vna est, quia plenitudo vna est. colos. 2. b
Diuortium est præter naturam & præter legem. marc. 10. b
Diuites huius mundi monendi sunt ne Salomonem imitentur. 3. regum 11. e
Diuites nihil in operibus suis inuenerunt, qui nihil pauperibus contulerunt. psal. 75. b
Diuites diuitias non possident, sed possidentur à diuitiis. psal. 75. c
Diuites despiciunt pauperes. psal. 122. b
Diuitiæ senecturi nocent quòd æras non sufficit eis frui. eccl. 41. a
Diues hac spe ducitur quòd solæ diuitiæ sint munitio eius. pro. 18. c
Diuitum & pauperum differentia. eccl. 13. d
quis est Dives multis indigens? eccl. 13. e
Dives epulo post breues huius mundi delicias æternis inferni flammis traditur. lucæ 16. l
Dives post delicias, immodicè ac intemperanter sumptas, æternis cruciandus flammis, traditur. luc. 16. g l
Diuites peccatis qui sunt dicendi. apoc. 18. c
Diuitiæ multorum sunt causa malorum. gene. 13. b
Diuitiæ sapientibus prosunt, impiis verò obsunt. prou. 14. h
Diuitiæ, quæ dolis, & fraude à proximis, aut quibúsue extorquentur citò delabi necesse est. prou. 28. f
Diuitiæ bonæ quæ sunt. eccl. 13. d
Diuitias & gloriā temporalem quærere vindictā & plurimos dies, malorum est, & non iustorum. 2. para. 1. d
Diuitiarum affluentia quàm periculosa sit. 2. par. 12. a
qui maxima Diuitiarum affluentia potiuntur in hac mortali vita, summum illis imminet periculum. 2. para. 12. a b
Diuitiæ quatenus prosint. psal. 61. c. 62. a
qui Diuitias spernit quomodo non admirandus. eccl. 31. b
ad vitam beatam & felicem consequendam Diuitiæ nullum hominibus adferunt adminiculum. luc. 6. f
Diuitiæ nullum adminiculum præstant ad vitam beatam etiamsi illæ bene vti possimus. luc. 6. e
Diuinitas nec augmentū admittit nec patitur detrimentum. iohā. 14. c
Diuitiarum contemptus, à Iacobo, ob abusus, qui circa illas, ab hominibus plerúmque committi solent, suadetur. iaco. 5. a
Docens dæmoniorū voluntates non esse faciendas præcepit illis ire in porcos. luc. 8. h
Doctores ecclesiæ nunquam obliuiscantur sanctimoniæ qua sunt Domino consecrati. 1. esd. 8. k
Doctores ecclesiæ nunquam obliuiscantur sanctimoniæ. 1. esd. 8. k l
Doctorum ecclesiæ solertia ac vigilia circa subditos & mores. neh. 2. e
Doctores quot animas Domino acquirunt, tot perpetuæ remunerationis augmenta acquirunt. 3. esd. 8. l
Doctorum, sanctè, piè, ac relegiosè, præcepta domini docentium, summa laude, actio illorum est prosequenda. hest. 9. b
Doctores sancti sępe repetunt si qua obscurius dicunt. iob 36. a
Doctor sapiens si cùm infideli & contumace sophista contendere conatur frustra ac in vanum laborat. prou. 29. c
Doctor vanæ gloriæ cupidus verecundatur respondere. eccle. 5. c
Doctores dicuntur prophetæ, licet futura non prænuncient. iere. 27. k
Doctores tepidos arguit, qui in ecclesia otio & voluptatibus seculi deseruiunt. iere. 44. b
Doctores in sacro eloquio nonnuńquam prophetæ vocātur. thren. 2. f
Doctores sancti ędificauerūt ecclesiā Dei. isa. 60. c. post apostolos. 62. b
Doctor ecclesiasticus verba Dei scribendo & docendo non solùm sibi sed aliis laborat. dan. 12. c
Doctores primitiuæ ecclesiæ incitat vt doctrinam Christi gentibus annuncient. of. 2. a
Doctor faciens quæ docet aleuiat onera discipulorum. luc. 11. o. non faciens, grauiora facit. ibidem.
Doctor ecclesiæ non se iactet de accurati sermonis ostentatione. 2. corinth. 11. b
Docens quæ non facit, seipsum iudicat. iaco. 3. a
Doctori sua vita respondere debet. iaco. 3. a
Doctrinarum probatio ad quos spectat. deut. 17. b
Doctrina de Deo recta animam sanctificat. ezech. 36. f
Doctrinæ nostræ defensio, in quibus consistit. 1. tim. 1. c
quæ Doctrina nunc necessaria sit. 2. tim. 3. d
Doctrina saua quæ sit. tit. 1. d
Doctrina sana est quæ & vera dogmata, & rectam vitam docet. tit. 1. d
Doech Iudæ proditoris typus erat. 1. reg. 22. a
Dogmata vtriusque testamenti vnam ecclesiam per totum orbem faciunt. prou. 18. f
Dolere nos debemus cum his qui puniuntur. am. 6. b
Dolet Paulus genus suum beneficio Christi priuari. rom. 9. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid magis Dolendum, quàm quod natio antiqua semen patriarcharum & prophetarum in tantam apostasiam veneri. ac in manus hostium venerit.thren.2.d
Dolus quo Iudæi Ægyptios spoliauerunt an ad præceptum Dei referendus sit.psal.104.h
Dominatio duplex.1.reg 8.d
Dominus secretorum suorum arcana Abrahæ pandit.gen.18.f
Dominus cur pœnitentia motus in Iudeos.iud.2.f
Dominus non honoratur ab his qui præcepta sua non faciunt. 1.regum 2.n
Doec Idumæus Iudam proditorem figurabat. 1.reg. 21.e. Achimelech occidit.22 c
Domum orationis construere Moyses & Iosue Deus non permisit. 2. regum 7.c
Dominus quomodo super Cherubim ascendit & volauit. 2. regum 22. e
Dominus apud Iudæos multas habuit mansiones 3.reg.8.c
Domini mansiones ante templum Salomonis.3.reg.8.e
Dominus contra Roboam offensus regem Ægypti contra eum excitauit.3.reg.14.k
Dominus auditum fecit in castra Syriæ vt subito fugere cogerentur. 4.regum 7 c d
Dominus per Eliam prædixerat hanc pœnam Domini Achab infligẽdam. 4.regum.9.k
Dominus per Moysem constituit vnum summum sacerdotem.1.paralipomenon 24.c. Cui 24. alij secundum vices suas seruiebant, castimonia durante vice sua seruabant.ibidem.
Dominus iussit ne connubia diuersæ religionis sibimet copularentur. 1.esd.9.e.tam in veteri quàm in nouo Testamento.ibidem.
Dominum quomodo admiramus.tob.8.h
Dominus iniuriam patiens ignoratur,qui iudicia faciens cognoscetur. psal 9.e
Dominus sine fine misericordiam sanctis suis facit.psal.17.l
Dominus contra ignorantiæ tenebras illuminatio est, contra infirmitatem salus est.psal 26.a
quanto quis ad Dominum tanto illum exalrat & exaltatur. psal.29
Dominus Iesus venit mundum saluare,non perdere psal.118.a.c
Domini dispensatio hæc est vt quãdo impios punit & iustos remunerat,se mutuò videant & cognoscant.sap.5.c
Dominus prouider diligenti studioso exquisitori.eccl.39.
Dominus ob scelera immittit vindictam & sterilitatem.isa.24.c
Dominus sanctos suos liberat ab igne. isa.43.b. & hic ignis quadruplex.ibidem.
Dominus sanctos suos multipliciter liberat. isa.43.b
Dominus cùm dives esset,quare pauper factus est.isa.52.b
Dominus filios Abrahæ,Isaac & Iacob non sequentes patres puniunt. Isaia 63.d
Dominus suscipit pœnitentem post fornicationem suam.iere 3.a
Dominus erga nos suam patientiam,laborem vocat.iere.6.d
quare Dominus offerri sibi sacrificia iussit.iere.7.h
Dominus abiecerat generationem hanc iudaicam impiam & incredulam.ierem.7.k
qui Dominum veraciter metuit,patienter sustinet.iere.17.d
Dominus est iustus in viis suis,& sanctus in opedibus.baruch 2.b
Dominus quomodo iustus in viis suis, & sanctus in operibus suis. baruch 2 c
Dominus mauult diu tenere patientiam cùm habeat in potestate vindictam.ezech.18 h
Dominus sanctis congruè quærentibus respondet peccatoribus non respondet,sed increpat.ezec.20.a b
Dominus in serui persona mirabiliter apparuit ioban.2.a
Dominus Deus auditum audiuit à Domino.abd.1.a
Dominus secundum fidem & meritum retribuit.zach.13.d
Dominus proteger pios,& rependet illis gloriam pro laboribus & cõtumelijs.mala.3.e
si Dominus nobis suam detraxerit gratiam,hostis nos continuò deuorabit.2.mach.10.f
Duo sunt Domini.matth.6.h
Duos dominos cogit nos confiteri.matth 6.h
Dominus non tantum dixit qui audit verba mea sed addidit, & facit ea,matth.7 h
Dominicus dies post Christi resurrectionem qui antea ab euangelistis dicitur vel prima sabbati vel vna sabbati, id est prima dies post sabbatum. matth.28.a
Dominus solus est fidelis custos,& principalis ecclesiæ suę conseruator acto.14.l
Domum orationis construere Deus Dauid non permisit.2.reg.7.b
Domus saltus libani quare sic dicta est.3.reg.7.b
Donum est perpetuitatem sacramentorum cœlestium spondere.3.regum 17.f
Donum Dei est à malitia non opprimi.1.par.4.c
Domus Dei communis diuiti & pauperi.baruch.3.c
quomodo Domus firma est super petram.matth.7.h
Domus ecclesiæ in fide, spe & charitate ædificatur.heb.3.b
Dor seu dora ciuitas olim Palæstinæ iosue 11.a.1.mach.15.e
Dor ciuitas regia vrbs quondam potentissima 1.mach.15.e
Dora in 11. miliario Cæsareæ Stratonius ,in Hebræo dicta Naphat.1 macha.15.e
Dormitio Dei duplex est.mat.4.h
Dothaim loci descriptio.gene.37.d
Draconum capita dæmoniorum superbias intellige.psa.73.c
Draco in terra serpit,natat in aquis, & volat in aëre,Iudæ diabolus & serpens & cætus & Leuiatan dicitur.isa.24.a
Dubia non sunt temere diffinienda.tob.3.f
Duo hirci duos populos demonstrant.leuit.16.c
Duo tantum ex sexcentenis milibus ex Ægypto egressis terram sanctã ingressi sunt.num.26.k
Duodecim figuras apostolorum instruit.ios.4.c
Dux ille qui Eliszeo vbertatem nuntianti credere noluit cecidit lapsus. 4.reg.7.d e
Dybon ciuitas Moabitarum.isa.15.b
Dybon ciuitas Moabitarum diuersa tamen à Dybon.isa.15.c

E

Ebal.deute.27.a.ios.8.f
Ebrius interdum in bonam partem sumitur.gene.43.g
Ebrietas mala.iudith.12.d.13.a
Ebrietas quæ & quot mala pariat.eccl 31.h
apud Ecbathana repertus est liber quo Cyrus præceperat templũ Ierusalem reædificari.1.esd.5.e 6.a
ecclesia figurata est per tabernaculum Moysi, in templum Salomonis.exod.26.a
Ecclesiæ vniuersalis siue catholicæ dogmata relinquens leprosus dicendus.leuit.15.f
Ecclesia tota vnum corpus est.leuit.13.f
Ecclesia multipliciter noua efficitur.num.28.c
Ecclesiasticorum diuersitas.num.32.b
Ecclesia quomodo propinquum cognoscit.ruth.2.f
Ecclesiam primitiuam ex Israel Dominus instituit.2.reg.6.a
Elisæus à magistro didicerat parcimoniam. 4.reg.4.m
Ecclesiæ status in veteri testamento figuratus.1.par.28.c
Ecclesiarum consecratio, & missarum celebratio non nisi in locis dedicatis fiat.2.par.6.b
Ecclesiæ ministri præ cæteris ad Eucharistiæ oblationem esse munã debent.2.par.30.i
sanctæ Ecclesiæ interiora efferuescere quid sit.iob.30.c
Ecclesiæ merita quanta sunt.iob.31.a
ficut multæ Ecclesiæ & vna ecclesia sic & multæ veritates dicuntur. psal.11.a
Ecclesia & eius fundamenta.psal.21.c
Ecclesiam nunc regit Christus.psal.21.a
Ecclesia habet virgam & baculum.psal.22.b
Ecclesiam Christi Ierusalem significabat psal.64.a.86.a
Ecclesia vna domus est credentium.psal.67.b
in Ecclesia Christi vnanimes concordant.psal.67.b
Ecclesia est mons quem Christus acquisiuit.psal.77.n
Ecclesiæ processus ante Dei aduentum.psal.79.c
Ecclesiæ variis in locis constructæ fiunt tabernacula Deo dilecta.psalmo.83.a
Ecclesias per tabernacula intelligit.psa.83.a
Ecclesia Christi primò fundata est in collibus in quibus fundata est Ierusalem.psal.86.a
Ecclesia perpetuum est Christi domicilium.psal.13.c
Ecclesia laudat Dominum, quando occeperit in illum credere, & habere pacem.psal.147.a

Ecclesiæ quis tam dilectus est quàm ille propter quem martyres animas posuerunt.cant.2.d
Ecclesia assimilatur fumo.cant.3.b
Ecclesiæ dentes sunt sancti.cantic.4.a
Ecclesiæ dentes sunt sancti, qui non cessant præcidere homines ab erroribus.cant.4.a
Ecclesia dicitur locus Dei.isa.66.a
Ecclesiæ præcipitur ne timeat aduersarios.isa.10.i
Ecclesia hæreticorum non est Dei,sed seculi.isa.33.d
Ecclesiam primitiuam abominati sunt principes Iudæorum.isa.49.d
Ecclesia Christi ab omnibus gentibus honoratur.isa.49.f
Ecclesia Christi ab omnibus gentibus honoratur.isa.49.m
Ecclesia Domini totum mundum impleuit.isa.54.a
Ecclesia fidelium est filia Sion.isa.62.c
Ecclesia gentium per totum orbem diffusa.isa.64.a
Ecclesia locus est Dei, in qua ad illum intercessiones fundimus.isaiæ 66.a
Ecclesia prædicitur in vna fide congreganda ex toto orbe.ieremiæ 23.b c
Ecclesia quot idolis est plena.ezech.23.i
Ecclesiæ prælatio magnum quid est. ezech.34.c
Ecclesia sine macula & ruga. ezech.36.f
Ecclesia sine macula & ruga ex omnibus gentibus in Christo congregata.ezech.36.i
Ecclesiæ Dei ministrorum gradus.ezech.45.b
qui Ecclesiam violare videntur similes sunt senioribus Susannæ.daniel.13.c
Ecclipsis passionis futura prædicitur à propheta cum malis inde sequẽtibus.amos 8.c
Ecclipsis diurna propter contumeliam, superbiam & insolentiam Iudæorum in Christum.am.8.c
Ecclesiæ plateæ sunt virtutes.zach.8.b
tres Ecclesiæ persecutores.1.mach.3.h
sicut diuersæ sunt Ecclesiæ impugnationes, sic debent esse diuersa prælia spiritualium bellatorum.1.mach.5.f
Ecclesias condere quàm vtile sit.1.mach.10.g
Ecclesiæ quanta nunc gaudere deberent immunitate.1.mach.10.d
in Ecclesia orandum est,sicut in abscondito.matth.6.c
Ecclesia non intelligitur semper cœtus fidelium.matth.18.c
Ecclesia dies est,synagoga nox erat.luc.5.c.rom.13.d
Ecclesiæ festa colunt filii ecclesiæ.rom.14.a
in Ecclesia tria sunt genera bonorum. corinth. 3.c. & tria genera malorum.ibidem.
in Ecclesia sunt tria genera bonorum, & totidem malorum. 1.corinthios 3.c f
Ecclesia non armis secularibus, sed spiritalibus vincit aduersarias potestates.2.corint.10.c
Ecclesia non armis secularibus vincit sed spiritalibus.2.corint.10.d
Ecclesia mater est omnium viuorum.ephes.5.e
Ecclesia vbique supplicat Deo.1 timot.2.a
Ecclesiasticorum conditiones.1.tim.3.b c
Ecclesiæ oblationes retrahere,quàm graue sit peccatum.act.5.f
Ecclesiæ oratio Petro profecit. act.12.b
Ecclesiæ ministri diuersis gaudent nominibus.act.20.m
Ecclesiæ ministri qui sunt.act.20.p
in Ecclesia Dei nunquam cessabit persecutio.1.pe.4.c
Ecclesias septem cur Iohannes nominat.apoc.1.c
per septem Ecclesias obseruatur septimarius numerus.apoc.1.e
Ecclesia illa catholica est, in qua est religio, confessio, & pœnitentia. apoc.2.a
Ecclesia vera catholica quæ sit.apoc.2.b
Ecclesiæ status sub Diocletiano.apoc.6.f
in ecclesia duo sunt ædificia.apoc.11.c
Ecclesia sancta sole vestitur, & lunam sub pedibus premit. apoc.12.a. eius potestas.16.a
Ecclesiæ hæreticæ fraudes.apoc.13.c
Echo vnde & quomodo fiat.sap.17.g
Eductio Apostolorum de carcere per Angelum fuit Apostolis consolatio & Iudæis vtilitas.act.5.i k
Effectus beatitudinis.isa.30.l
proprius dei Effectus est facere pacem.heb.13.f
Effœminati qui dicuntur.os.4.c
Eglon occiso Auod sine claue ostium clausit.iud.3.f
Electio vendentium de templo trina fuit.marc.11.d
Elationis principium est nescire Dominum.eccl.10.c
Elam regio Persidis.ierem.49.g
Elam est regia Persidis, vnde Elamitæ nuncupantur.iere.49.k
Elam interpretatur despiciens vel tentans, & significat persecutores ecclesiæ superbos.iere.49.m
Elamitæ fortes sagittarij cum Rege Babylonis venerunt contra Ierusalem.isa.22.b
Eleazarus occidens Elephantem,occisus est.1.mach.6.e
Eleazarus scerra maluit grauissima pati tormenta, quàm carnes suilas edere.2.mach.6.d.& seq.
Eleazarus occidens elephantem occisus est ab elephante. 1.machab. 6.l m n
Eleazarus maluit interire suppliciis, quàm porcinis vesci carnibus.2. mach.6.f g
Elementa quæ calore soluentur.2.petr.3.c
Eleemosynæ effectus.eccl.3.f.4.a b
Eleemosynæ meritum quantum sit.4.esdr.2.b.tob.4.b.12.b.dan.4.c. ecclesiastici 3.d
per Eleemosynam Dei misericordia requirenda est tob.12.c
Eleemosynam tribuens qualis debet esse.leuit.22.g
Eleemosynæ & oblationes quomodo placeant Deo.ag.f
Eliachim,Ioachim,& Ioakim quomodo differunt.2.par.36.c
Elias omnia falsorum prophetarum Baal nouerat.3.reg.1
Elias mittitur in Sareptam Sidoniorum ad viduã alendam. 3.reg.17.e
Elias filium viduæ suscitauit.3.reg.17.f
Elias ad Achab respondens.3.reg.18.g
Elias scientiam habebat omnium quæ in templis idolorum agebantur. 3.reg.18.f.qui ieiuniis suis cœlum reserauit.ibidem.g
Elias ieiuniis suis cœlum reserauit.3.reg.18.l
Eliæ cibus allatus est ab Angelo.3.reg.19.c
Eliæ habitus similis Iohãni Baptistæ. 4.reg.1.c.iussus venire ad regem, renuit.d.f
Elias in ascensione Christum figurauit Elisæus discipulos Christi.4.regum 2.a
Elias superbis interemptis cum humiliato & supplice regem adiit. 4. regum 1.g
Elias figuram habuit Apostolorum.4.reg.2.a
Elias ad quendam secretum vsque ad finem mundi viuit.4.reg.2.e
Eliam famis tempore per cornum Dominus pascebat. eccl.48.a. inde mittitur ad viduam Sareptanam.ibidem.
Elias vitæ cursu dissoluto in cœlum sustollitur.eccl.48.b
Elias prior Thesbites, & Elias secundus,Iohannes Baptista. matt.17.f
Eligi debeant ad sacerdotium.os.9.a
Electi Dei semper habent foris pugnas acerbas intus verò timores maximos.nehe.6.c
Electi omni tempore animaduertũt & quibus operibus diuina requies & quibus etiam pœna debetur æterna. prou.28.b
Electorum omnium vna est certa salus,vna fides vera,& vna dilectio. iudæ a.
omnium Electorum vna est salus certa, vna fides vera & dilectio vna.iudæ b.
Eligendi prælati conditiones.heb.5.a
Eligendi sunt illi qui sunt milites in vera fide sicut hæredes regni cæli. Iaco.2.b c
Electio duodecim virorum de 12.tribubus Iosue attribuenda.ios.4.a
Electio an fiat ex meritis. iohan.10.a. Electio non meritis, sed diuina gratia.ibidem.
Elihu quare non reprehenditur à Do. cum sanctum Iob increparet. iob 33.a
Eliphas Iob patientiæ sugillauit,retundit Iob argumentum.iob 6.a
Elisama patriarcha est de tribu Ephraim.1.par.7.h
Eliseus mortuum suscitauit,seipsum suscitare non potest.4.reg.4.e
Elisæus conuersus secutus est Eliam.3.reg.19.g h
Elisæi habitatio in Iericho.4.reg.2.i.& seq.
Elisæus ab Eliæ prophetæ nõ poterat auelli præsentia sic nec Apostoli à Christi præsentia ascendentis in cœlum.4.reg.2.c
Elisæus cùm aquæ penuria laboraret, impetrauit à Domino Deo sibi dari aquam.4.reg.3.g
Elisæus fundebat aquam super manus Eliæ.4.reg.3.f
Elisæus mortuum non seipsum suscitauit.4.reg.4.i k
Elisæus puerum suscitauit supernaturaliter genitum. 4.reg.4.c. quem supernaturaliter suscitauit.g.& seq.

Universidad de Deusto Biblioteca


Eliseus voluit Iehu clam vngi.4.reg.9.b
Elisæi consilio rex sagittas iaciens destitit, & victoriæ pro parte conscius fuit.4.reg.13.f g
Elongant se à Deo qui correctiones illius non sustinent.iudith 5.h
Eloquentia mortalis non sufficit virtutes quibus Deus solet dare victoriam.iudith 16.b
Eloquia Dei septuplum probantur.psal.11.b
Eloquia Dei ita vera & casta sunt sicut aurum septies in fornace purgatum.psal.11.b
Elul sextus mensis est Hebræorum nostro respondes augusto.nehemiæ 6.e
Elul sextus mensis Hebræorum nostro respondens Augusto.nehemię 6.c
Emath vrbs est Celesyriæ.4.reg.18.p
Emath,quæ & Epiphania,magna Emisa vel Antiochia.zacha.9.a
Emaus vel Emmaus vrbs Palestinæ dicta postea Nicopolis.luc.24.a
Emere est aliquid amittere,& aliquid acquirere.matth.10.c
Enceniorum vel dedicationis dies erat 25 dies Nouembris.neh.1.a
Endor locus est in tribu Manasse.psal.82.e
pleraque sunt quæ per Ænigmata & allegorias & parabolas portẽdun tur.ioel 3.d
Endor,oris,ciuitas est tribus Manasse.psal.82.c
Engaddi ciuitas palmarum.1.reg.24.a
Ensemes.ios.18.c
Ensemes,quæ & Bethsemes ciuitas solis.ios.18.e
Enoch translatus est in paradisum,vbi cum Elia viuit.gene.5.d
Enoch raptum nemo flouit.sap.4.c
Enoch à conuersatione hominum remotus custoditur sine morte. ecclesia.44.b
Enoch sine morte à conuersatione hominum remotus est.ecclesi a. 44.c
Ennon duplex ciuitas.iohan.3.c.coloss.15.b
Ennon in 8 lapide Scitopolis, quæ & Bethsan dicta & est alia Ennon, quæ & Gehennon in suburbio Ierusalem, vnde Gehenna locus tormentorum.iohan.3.g
Ensis bis acutus significat vtrunque testamentum.apoc.1.f
Epicurei ab Epicuro philosopho voluptario.act.17.g
Epinicium gratiarum actio pro habita victoria.2.mach.8.g
Episcopus plus opere & meritis quàm nomine & professione noscitur. isaiæ 29. d. quo nihil miserabilius si de sancta vita periclitetur. ibidem.
Episcopo nihil excellentius.isa.29.d
quales Episcopi & presbyteri sunt in ecclesia.2.cor.4.a
Episcopus qualis esse debet.1.timo.3.a
Episcopus non potest bigamus ordinari.1.timo.3.a
Episcopi conditiones.1.timo.3.a
Episcopalis dignitas si moribus respondeat quantum laudabilis sinautem quantum vituperabilis.isa.29.f
Ephesus Asiæ minoris metropolis.apoc.2.a
Ephesus metropolis Asiæ minoris.apoc.2.b
Ephod.iudic.8.f.17.b
Ephod indumentum sacerdotale,versum tamen in scandalum Gedeonis.iudic.8.k
Ephod superhumerale regens cætera indumenta.iudic.17.c
Ephod vestis linea,vel vestis sacerdotalis.1.reg.21.f
Ephod Moysi vsus est Dauid.1.reg.23.a
Ephod Abiathar quale fuit.1.reg.23.d
Ephra.iudic.8.g
Ephra regio Manasse.iudic.8.l
Ephraim quare decem tribus dictæ sunt.isa.28.a
Ephraim crescens vel frugifer interpretatur & est ecclesia. ieremiæ 31.c
Ephron ciuitas valida super Iordanem.1.mach.5.n
Ephron ciuitas valida. 1.mach.5.f
Ephrata ipsa est Bethlehem.psal.131.a
Ephrata est Bethlehem,vbi primo audita est ecclesia.psal.131.b
Equus rufus malus populus sessor diabolus.apoc.6.c
Equus niger populus sinister,diabolus consentiens.apoc.6.b
Equus albus ecclesia est,sessor Christus.apoc.6.c
Equus pallidus persecutores.apoc.6.c
Equites aureis armati apparuerunt super Ierusalem.2.mach.5.b
Eruditus modicè & multum eruditus quantũ differant. prouerbiorum 19.a
Error triplex scientiam impedit.Sap.2.a
Error triplex sapientiam impedit.sapien.2.b
Erroribus ab ecclesia electis doctores verbum Dei veritatem prædicare debent.1.mac.13.i
Erubescit homo dupliciter.eccl.4.c
Esau Aedom,& Seir, nomen vnius hominis.gene.36.a
Esau quique filij ex tribus vxoribus.1.par.1.f
Esdras combustam à Chaldæis legem restituit.1.esd.7.a
Esdras scriba legis Dei cœli dicitur.1.esdr.7.d
Esdras acceptis à Dario rege literis gratias Deo egit & regi benignitatem.1.esd.7.h
Esdras à Chaldæis combustam restituit legem 1.es.7.a.8.a.orauit 10.a
Esdræ prædicatio ad populis ab hora matutina ad meridem.neh.8.b
Esdræ aduentus in Ierusalem qualis fuerit.3.esd.2.f
Esdras Christum prophetauit.3.esd.4.a
Esdras principes emunerat qui secum de babylone ascenderant 1.esdræ 8.a b.& sequen.
Esdræ gratiarum Actio ipsi Artaxerxi.3.esd.8.b
Esdras audiens coniugia cum alienigenis valde tristatur.3. esd. 8.v.& sequen.
Esdræ deploratio de comixtione suæ gentis cum multis aliis per matrimonium.1.esd.9.a.&seq
Esdras adiurauit principes sacerdotum & Leuitas & omnem Israel, vt facerent secundum verbum hoc, & iurauerunt. 3.esd.9.e
Esdras & Nehemias instaurant templum & vrbem.eccl.49.d
Esdras legem publicè legit à mane ad meridiem.3 esd.9.h
Esebon.ios.13.b
Esebon ciuitas fortis sed à Nabuchodonosor deleta propter refugium multorum.iere.48.k
Estharel.ios.15.e
Ester historia sub diuersis temporibus à diuersis actoribus dicitur acta.hester.1.a
Ester placens regi sua consuetudine accepit eam in vxorem.heste.2.i
Ester regem adire non potuit nisi post ieiuniũ triduanum.hest.4.d.qui vt populum suum àpericulo eriueret morti se obtulit.hest.5.a.b
Ester orario & abstinentia deo mediante regem adiuit. hest.5.e
Ester petitio, ne ipsa & populus suis pereat fuit.hest.7.b
Ester à rege petiuit vt pœnam Aman temperaret.hest.8.b
Ester totum Iudæorum populum à clade eripuit.hest.14.a
Ester more patrio deum supplicabat.hest.14.c
Ester ieiunium. hesther 4 d.9.c.& oratio.14.b
Ester alienigenæ viro coniuncta seruiebat.hest.4.b
Esurientes vellere spicas lex non vetabat.mar.2.g
Ethumus qui & september noster, aliter dicitur tisri.3.reg.8.b
Euangelizare Christum, quid.act.14.b
Euangelium legi succedit.nu.28.a
Euangelii prædicatores contemnentes, & Dei seruos crudeliter tractantes,dignè puniti sunt.Sap.19.d
per Euangelium geniti erunt in animi quiete.Isa.65.e
Euangelium non esse exeundum,sed audiendum iere.6.k
Euangelia sibi iuncta sunt.ezech.1.b
Euangelium dei per vniuersum mundum diuulgatum per multos quorum memoria periit.mat.26.d
Euangelium separatur à lege quod proceuit ex lege.mar.2.c
Euangelium vtrum separetur à lege.mar.2.f
Euangelium Christi ad homines missum est.marc.16
nemo sine Euangelio potest perfectè credere.luc.7.g
Euangelia negligere quàm periculosum sit.luc.10.b
qui Euangelio seruiant non quærant dellicias.1.cor.9.d.f
Euangelicæ prædicationis vires & principes & idiotas attraxerant. psalmo.46.c
Euilmerodach eduxit Ioachim de carcere.14.reg.25.l
Eucharistia sacrificium christianorum.1.reg.2.h
ad Eucharistiam accessuri corpus & animam purgare debent.3.esd.13
ad Eucharistiam accessuri quid facere debant.3.esd.1.a
Eucharistiæ pręconia & fructus.ioan.4.h.6.b.i
Eucharistia cibus est in quo vita designatur æterna: quo quisquis fuerit defraudatus,morte morietur.isa.65.c
Eucharistiæ sacramenti institutio & ordinatio.matth.26.b c.marc.14.c.luc.22.b
Eucharistię sacramenti vis & efficacia iohan.6.e f
Eucharistiæ sacramentum à Christo institutum quod idem ab Apostolis nobis traditum 1.corint.10.a.11.c

Universidad de Deusto Biblioteca

vnuſquiſque ſumit Euchariſtiam, non quaſi communem, ſed quaſi propriam.1.cor.11.e
Euchariſtiam quare Chriſtus inſtituit. luc. 22.b.c. & cur in pane,& vino.ibidem.
in Euchariſtiæ ſacramento Chriſtus eſt, quia corpus eſt Chriſti. 1.corinth.10.a
Euilla & Euillath duplex.1.reg.15.d
Eunuchi qui dicuntur.iſa.56.a
Euphrates.2.para.9.g
Euphrates à fontibus oriens deſcribitur.2.para.9.g
Euſebius in numerando annos Iudicum & regum differt ab aliis. iudicum 12. d
Examinis futuri iudicijſeueritas.pſal.34.a
Exaudiri cupiens cordis humilitate proclamet ad Dominum.pſal.119.a
Excelſa in ſcriptura ſacra quæ ſint. 2.par.31.a
Execrabiles & deteſtabiles ſunt qui ſibi placent.luc.16.f
omnia Excellentia habent limites ſuos.pſal.146.b
Exceptio eduliorum quorundam, portionale ieiunium eſt. 2. corinthior.11.e
Exedra eſt triclinium valde amplum.iere.35.a
Exequiæ mortuorum celebratæ.tob.14.d
Exequiæ defunctorum etiam apud priſcos agebantur.1.mach.9.b
Exequiarum lex non eſt noua quam tam exhorrent hæretici.1.machabeorum 9.g
Exploratores mitti incitantur à populo.num.13.a b
Expoſitio catholicorum & hæreticorum diuerſa.prou.15.a
Exultandum eſt in domino,non in proſperitatibus mundi.pſal.32.a
Exultate in miſericordia Dei quid ſit.pſal.58.e
Exultandum eſt in Domino, non in proſperitatibus huius ſeculi. pſalmi.32.a
Ezechiæ regis mira humilitas. 4. reg.19.a. ſolitis armis vtitur. c. & ad Iſaiam preces rogat.e
Ezechias timens regem Aſſyriorum multa miſit munera. 2. paralipomenon 32.b
Ezechias multam pecuniam ſibi impoſitam negauit.4.reg.18.f
Ezechias poſt tot triumphos infirmitate percutitur. 4.regum 20. c. d. & ſequenter.
Ezechias aperto templo holocauſta & ſacrificia pro ſe & ſingulis de populo iuſſit offerre.2.para.29.i k
Ezechias tribus pollebat veritatibus.2.para.32.a
Ezechias ex omnibus prouinciis homines conuocat ad Azymorũ celebritatem multo iam tempore omiſſam.2.par.30.a.b.& hoc ſecundo menſe.ibidem.& e.& ſeq.
Ezechias tempore Romuli regnabat in Ieruſalem.2.par.29.a
Ezechiel 5.anno Sedeciæ ductus eſt in Babylonem prophetare captiuis.ezech.7.a
Ezechiel quæ in ſequentibus capitulis vidit in ſpiritu.ezech.40.a b
Ezechias ſuper præceſſores ſuos placuit Domino.eccl.48.d

F

FAbrica ſe commouet contra fabrum ipſum Deum.num.16.h
per Faciem Dei Deum ipſum circunloquitur.1.par.16.d
Facies Dei,viſitatio vel cuſtodia eius.pſal.30.c
Facies manus Dominus quæ ſit.iere.15.f
Faciem corporalem multi habentes diuerſarum beſtiarum aſſumunt imagines.ezec.14.b
Facies Dei,gratioſa eius præſentia.dan.3.e
Facies Dei pro gratioſa præſentia,ſeu eius aſpectu.dan.3.f
Falſum teſtimonium triplicem habet deformitatem.exod.23.a
Falſi prophetæ incautos decipiunt auditores.iere.23.f g
à Falſo teſtimonio incipit Chriſti condemnatio.marc.14.g
iſta Falx ſeparat catholicos ab hæreticis, ſanctos à peccatoribus. apocal.14.g
Fama bona eſt ad gloriam Dei,ædificationémque proximi.eccl.7.a
Fames ex multis cauſis contingere poteſt.2.par.6.i
Fames Samariæ vnde acciderit.4.reg.8.a
Fames,naturalis quidam morbus eſt.nehe.5.a
Fames populum ab vrbis conſtructione impediebat.nehe.5.b
Fames naturalis quidam morbus eſt.neh.5.a
Fames audiendi verbum Dei omnes innaſit Iudæos.amos 8.c
Fames audiendi verbum Dei Iudæos inuaſit, qui verbum Dei negauerant.àm.8.d e
Fames nulla maior populo contingere poteſt,quàm ſi verbum Dei deficiat.prouer.29.c
Famulus claues accipit,dominus ordinat poteſtates.matth.16.d
Fatuis virginibus non infidelitatis crimen, ſed olei tantum miſericordiæ inuitur.matth.25.a
Fatuitas accipitur ex moribus.eccl.21.c
Febricitantibus medici conuocandi.eccl.38.b
Fermentum & mel ab omni oblatione excluduntur.leui.2.d
quemadmodum fermentum amarum eſt, ita doctrina Phariſæorum & Sadducæorum. matth.16.b
Fermentum Phariſæorum quid ſit.marc.8.e
Feſta Hebræorun quæ & quando fiebant.exod.34.g
Feſta Hebræorum.nume.28.a.& ſequen.29.a.& ſequenter. leuit.23.a. & ſeqen.
Feſta à Iudæis cælebrata.leuit.23.a.& ſeq.
Feſtum tubarum cornu arietino celebrabatur.num.29.a
Feſtum expiationis quando & quare fiebat. nume. 29. c. decima die ſeptembris.ibidem.
Feſtum collectæ ſeu cœtus retentio dicebatur. num.29.f
Feſta quomodo ſeruanda. deut.5.b
Feſtis tribus paſchæ, pentecoſtes & tabernaculorum omnes Iudæi locum deſignatum viſitare tenebantur.deut.16.g
Feſtum tabernaculorum erat olim Iudæis ſolenne.neh.8.d
Feſtum cœtus fiebãt 22 die ſeptembris in fine feſti ſenopegiæ.neh.8.e
in Feſtiuitate paſchali per ſeptem dies commorati de bonis Ioſiæ epulati ſunt.3.eſd.1.e
Feſta eccleſiæ diuerſa.ezech.45.f
Feſta non requirunt relaxationem ſolam.ezech.45.g
Feſta eccleſiæ filii eccleſiæ colunt.rom.14.a
rectè Feſta eccleſiæ colunt qui ſe filios eſſe eccleſiæ cognoſcunt. rom. 14.b
Feſta ſanctorum celebrantes,eorum pietatem imitemur.coloſſ.2.c
Ficus bonæ & malæ quid figurabant.iere.24.b c
per Fidem generati annunciabunt eam poſteris.pſal.21.i
Fides gentium futura prædicitur.eccl.36.a
vbi Fides eſt, initium & finem habemus, vbi perfidia, nec initium nec finis eſt.iſa.9.g
qui Fidem & Charitatem perdiderit,à via veritatis abertauit.hab.2.b
nulla Fides ambitioni credenda eſt.1.mach.12.k
nec Fides talis in Iſrael inuenta eſt ſicut Centurionis.matth.8.c d
Fides nobis ad ſalutem non ſatis eſt.matth.22.a
Fides regni myſteria percipit.1.mac.4.f
ſi Fides deficit oratio perit.luc.18.a
ſine Fide nemo ad Chriſtum venit.iohan.6.l
Fides eſt credere quod non vides veritas eſt videre quod credidiſti.iohan.8.k.
Fides ſola non ſufficit ad ſalutem obtinendam.roma.1.c.ſed mediantibus operibus 10a.8.d
ſola Fides non ſufficit ad deſtructionem operum iuſtitiæ.rom.3.f
Fides Abrahæ non ſolùm illi profuit,ſed & nobis prodeſt.rom.4.f
Fides ſola non ſufficit ad ſalutem.1.corinth.6.b
Fides noſtra paci ſtudere debet.1.corinth.6.e
Fides ſola non ſufficit ad ſalutem.1.corinth.6.d
quæ fides firma & non ficta.2.tim.1.d
Fides fundamentum eſt, ſpes verò paries, charitas culmem eminet. Hebr.3.b
Fides credentium magis virtute Dei quàm eloquentia ſeminata eſt. acto.4.e
Fides ſine operibus bonis quid prodeſt.iaco.2.d
Fides ſola non ſufficit reſpectu legis euangelicæ.iaco.2.e
Fides ſine operibus in quo differt à fide dæmonum.iaco.2.d
Fides hominis cur dæmoni comparatur iaco.2.d
Fides fructus eſt mentis.iac.2.h
Fides ſine operibus nulla eſt,inanis eſt.iac.2.g h
Fidelium conſtantia quomodo probanda.1.pet.1.b
Fides vno modo virtus theologa,aliomodo virtus mortalis. 1.pet.3.b
Fides ſine charitate,imperfecta eſt.1.iohan.3.d
Fides ſine charitate imperfecta eſt.iohan.3.h
Fidelis quiſque ſecundum donum ſibi à Deo datum iuuat proximum. 2.para.6.q
omnes Fideles nõ ſolùm immortales, ſed & impaſsibiles erunt in perpetuum.iſa.25.c
Fideles obedire debent ſpiritui,& non carni.rom.8.d

Universidad de Deusto
Biblioteca



Figuræ & ordinationes veteris testamenti ecclesiæ figuras designabãt. 1.para.28.c
Filij orti à tribus filiis Noe fiunt 73.gen.10.f
Filij Israel cur Moysi non acquiescebant.exod.6.b
Filius quomodo portat iniquitates patris.exod.20.a
Filiorum Leui distinctio.num.4.a.& numerus g.
Filij Dei Deo assistentes sunt angeli sancti.iobi 2.a
Filij mortis,sicut viri mortis,sunt viri digni morte.1.reg.26.c
sex Filij Dauid nati in Hebron quid significent.2.reg.3.a
Filij Saul & Doec occiderunt Gabaonitas in Nobe.2.reg.21.a b c
Filij prophetarum dicebantur prophetarum discipuli.4.reg.6.a
Filij Iacob in Mesopotamia nati præter Beniamin.1.par.2.a
Filij Iuda quinque.1.par.4.a
Filij Israia quomodo dicuntur quinque, cum sint solùm quatuor.1.paralipomenon 7.g
Filiorum Ephraim historia.1.par.7.g
Filij promissionis, & non filij carnis deputantur in semine.2.paralipomenon 20.g
Filij prouinciæ qui sunt.1.esd.2.a
Filiorum transmigrationis cura & officium.neh.7.n
Filij Leui liberi erant à negotiis ad victum pertinentibus.neh.12.c
Filius patri obedire non tenetur si quid contra Deum iusserit.tob.5.a
Filij Dei non solùm angeli,sed & iusti.iob.2.a
Filius Dei nunquam creditur aliquid inscio patre fecisse.iob 9.b
Filius Dei missus est à patre,non amissus.psal.44.a
Filius sapiens dicitur esse doctrina patris sui siue doctoris.prou.13.a
Filius stultus non est dignus hæreditate patris.eccl.2.c
Filius si stultus sit,indignus est hæreditate patris.eccl.2.i
inter Filios Israel multi erant sancti,& nulli idololatræ.sap 18.a
Filij sapientiæ dicuntur ecclesia iustorum.eccl.3.a
Filij non parentibus viuis tenentur benefacere, sed etiam defunctis. eccl.3.c
Filij & serui quomodo sunt tractandi.eccl.7.f
Filij quomodo sunt regendi.eccl.30.b
Flatus idem quod anima,quæ propter peccatum percussa & contristata est.isa.57.d
Filius Dei patris brachium esse dicitur.iere.32.k
Filius Dei sempiternus & immensus.bar.3.c
Filij ex imitatione vel similitudine interdum appellantur.ezech.16.a
Filij Israel demeritis suis Iudæam perdiderunt.ezech.36.d
Filij Israel suis demeritis suam terrã perdiderunt quam solius Dei misericordia receperunt.ezech.36.e
Filij sæpe propter delicta parentum puniuntur. dan.9.f
Filij pro delictis parentum puniti.ios.7.d.dan.9.d
Filios Sion exhortatur Dominus super bonis sibi exhibitis.ioel 2.i
Filius cùm sit verbum patris,doceri non quærit.zach.1.c
Filij Ammon molesti semper fuerunt Iudæis.1.mach.9.b
Filia archisynagogi mortua suscitatur.mar.5.h
Filius virgini ab angelo promittitur,à spiritu sancto donatur.luc.1.p
Filij Dei qui sunt,& qui non sunt.iohan.1.b
Filius dupliciter intelligitur.iohan.1.b
Filij Dei nos omnes sumus, secundum verò obedientiã & doctrinam non omnes sunt filij Dei.iohan.1.d
Filius Dei nullis conditionum necessitatibus constrictus.iohan.14.e
Filius traditus est à patre, & tradidit seipsum: vna est igitur operatio patris & filii.ephe.5.a
Filius perditionis,Iudas & Antichristus.2.thess.2.a.Iudas.act.1.f
Filius Dei patri coæternus.heb.1.a
Filius Dei dicitur Dei virtus.1.petr.1.b
Filius Dei via,veritas,& vita est.3.iohan.a
Filius Dei qui semper in patre veritas & vita est.3.ioh.b
Filiorum Israel aliqui assumuntur, aliqui reprobantur ad hæreditatem cœlestem.apoc.7.a
Fictio peruersorum qui vana loquuntur ad proximum.eccl.12.f
in Fine seculi talis erit tribulatio qualis non fuit ab initio.apoc.16.g
Flagellari à Deo melius est quàm ab hominibus.iudith 7.g
Flagellorum modi varii sunt.tob.13.a
Fletus præsentium merces est futurorum.psal.6.c
Fœminæ vnius tribus Iudæorum nubebant viris alterius tribus. iudicum 10.a
quàm Fœlix est qui ecclesiæ meruit incorporari.pro.31.d
Fœlix à Claudio imperatore missus est.act.23.n
Fœlicitas in quibus consistit.iob.18.a
Fœminæ pro ecclesiis dei debent laborare.roma.16.a
Fœminæ debent pro ecclesiis Dei laborare.rom.16.c
Fons non est dicendus nisi aquas emittat.bar.3.e
Fons Christus est aliquando occultus, aliquando patens.zach.13.a
Fornax ferrea Ægypti quæ & quanta erat.iere.11.b
Fons Baptismi in medio plateæ.apoc.22.a
Fornicatio quantum malum sit.nu.25.a b
Fornicatio qualiter fugienda.prouer.5.b
Fornicatio spiritualis est hæresis.ezech.16.e f.& idololatria.23.b
Fornicationes Ierusalem exponit.eze.16.g
Fornicatio spiritualis idololatria est.eze.d
Fornicatio tam corporalis quàm spiritualis.oseę 4.b
Fornicatio tam corporis quam spiritualis hominem bestiis assimulat. oseæ 4.c
Fornicatio non dirimit matrimonium.matth.19.b
Fortis & fortitudo quando operationem consequuntur.heb.6.f
Fortitudo deus appellatur.pas.17.a
Fortitudine corporali melior est anima & corpore.pro.15.i
Fortitudo non solùm prosperis sed & aduersis rebus probatur. 1.machabæorum 9.a
Fortidudo non solùm secundis rebus, sed etiam aduersis probatur. 1.mach.9.c
Fortitudo vera quæ sit.hebr.6.d
Fortunę sacrificant,qui bonis fortunæ nimis indormiunt.iere.44.l
Frater non potest sororem ducere in vxorem.2.reg.13.d e
Fratres quatuor modis in scripturis dicuntur.gene.13.a
Fratrum concordia & timor proximorum maximè Deo placent.Abdiæ 1.c
Frattrem persequi est contra æquitatem naturæ.Abdiæ 1.c
Fructus ecclesiæ absque pecunia comedere quid sit.iob.31.h
omnis Fructus boni operis ab illa radice quæ est in Christo procedit.ioan.15.b
Frumentum, vinum, & oleum quando accipimus.psal.4.b
Fuga vestem portare non sinit.mar.13.e
Futurorum prętsentia non est hominum, sed Dei.dan.2.f
Furor Domini dicitur diabolus.2.reg.24.a
Furor domini quid sit.1.para.21.a
Furorem domini recitat aduersus Israel.1.para.21.a
Furor & ira Dei in quo differunt.psal.6.a
Furor apertus declinari potest,non autem latens inuidia.pro.27.b
Fur est qui per symoniam,vel alio peccato contra Christum intrat ouile.iohan.10.c
ne Furtum facias in necessitate positus.psal.53.a
Furtivè accipiendo, vel debita denegando simile est ac si homicidium committeret.prou.28.g

## G

Gabaa ab Ierusalem 50.distat stadiis.iudic.19.d
Gabaa & Rama duæ sunt in tribu Beniamin.iudic.19.d.osee.5.c
Gabaa & Rama duæ sunt ciuitates in tribu Beniamin.os.5.c
Gabaath Saulis. 1.reg.11.b
Gabaath Saulis valis est.1.reg.11.e
Gabaon ciuitas illustris.ios.10.a
Gabaon metropolis & vrbs regia Heuæorum.ios.10.c
in Gabaon erat tabernaculum Moysi, & altare æneum.3.reg.3.c
Gabaon quid sit & vbi sit.1.par.16.i
Gabaon ciuitas metropolis Heuęorum.2.par.1.b
Gabaonitas cur permiserit deus fallere Iudæos.ios.9.b c.10.b
Gabaonitæ non videntur tam mali quàm cæteri Chananei.ios.9.f
Gabelo in Rages ciuitate dedit Tobias decem talenta argenti sub chirographo.tob.4.g
Gad propheta ad Dauid.1.reg.22.c
Gador prægrandis vicus, qui videtur idem esse cum Cedrone.1.par.4.f
Gador vicus prægrandis.1.par.4.g
Galaad collis testimonij dicitur.num.32.g
Galaad mons est trans iordanem.iud.10.e quomodo habitet in medio Ephraim.iud.12.b
Galala colis præputiorum.ios.4.a
in Gallia aliquando plures reges fuerunt.1.mach.8.c
Galilææ duæ sunt.1.machab.5.f
Galilææ duæ sunt,quas Phœnice & Syria cingunt.1.mach.5.b
Garizim mons est altus iuxta Iericho, & Gebal.2.mach.6.b

ſicut nemo eſt qui Gaudere nolit, ita eſt qui pacem habere nolit. 2. para.15.b
Gaudere in domino & in hoc ſeculo nemo ſimul poteſt.philip.4.a
Gaudens cum ſeculo timeat ne cum ſeculo lugeat.iohan.16.b
Gaza duplex vetus & noua.iudic.1.i
Gaza duplex, vetus & noua.iudic.1.d.act.8.c
Gaza nunc Gazere Paleſtinæ ciuitas iuxta Ægyptum.act.8.g
Gazara,quæ & Gazera,vel Gaza vrbs celebris Philiſthæorū.1.mac.14.a
Gazara vrbs & apud Philiſthæos.1.mach.14.c
Gazer duplex,prima in tribu Ioſeph.ioſ.10.f. altera in tribu Ephraim. ioſ.16.a
Gazophylacium quid.ierem.35.a
Gazophylacium triclinium eſt amplum.iere.35.c
Gazophylacia dicuntur doctorum corda.eze.40.d
Gazophylacium quid ſit.luc.21.a
Gedeonis ſomnium.iudic.7.f. victoria.8.e.& ſeq.
Gedeon contra Madianitas pugnaturus, tubis & lampadibus vſus, iudith.15.b
Gelboe montes.1.reg.31.a
Gelboe mons Galileæ iuxta Tabor.1.reg.31.a.2.reg.1.k
Geminus ſiue Ieminus fuit auus iſtius Semei.2.reg.16.e
Genealogia à Salomone texitur vſque ad tranſmigrationem. 1.paralipomenon 3. a
Genealogiæ Iob,variæ ſunt opiniones.iob.1.a
Genealogia Chriſti aliter à Matthæo,aliter à luca texitur.matth.1.b
Generatio Iſraelitica obliqua & peruerſa vocatur.deut.32.b
Generationes 42 quomodo numerantur per 14.matth.1.h
Genezareth lacus eſt ad Carmeli radices.marc.6.m
ſeptem Gentes terræ promiſsionis erant à Ioſuedebellandæ.ioſ.23.a
ſeptem gentium terram Deus per Moyſen promiſit.iudith 5.f
vnaquæque Gens fabricauit deum ſuum per totam Samariam. 4.regum 17.h
Gentes vſque hodie fremunt aduerſus Chriſtum, & populi Iudæi meditantur inania.pſal.2.g
Gentium iugum ſuperauit Dominus.iſa.9.a
Gentium iugum ſuperauit Dominus cum illas demoniaca ſeruitute liberauit.iſa.9.b
Gẽtium vocatio per Chriſtum ex Ieſſe ortum facta inſinuatur.iſa.11.b
Gentes qui nunquam audierant de Chriſto receperunt eum, Iudæi quibus mittebatur,negauerunt eum.iſa.65.a
Gentes infideles conuertentur ad fidem & eccleſiam Chriſti. iſa.66.g
Gentium vocatio illuſtris.iere.16.k
Gentes in circuitu Iudææ habitantes venerũt cum Chaldæis ad deſtructionem vrbis.Thren.2.k
nemo Gentes ante Dei aduentum in Dei cognitionem vocauit. matt. 20. b
Gentium ſtultitia colentium idola quæ manibus conſtrui & deſtrui poſſunt.act 19.
Gentilis populus obſtinato animo prædicatores ſequitur in terram ſanctam.Ruth 1.e
Gentiles veniebant adoraturi Deum in Ieruſalem.3.reg.8 m o
Gentiles aſcendebant Ieruſalem Deum adoraturi.2.par.6.m
Gentiles ad prædicationem Apoſtolorum idola ſua fregerunt. iſa.30.e
Gentiles in quibus dicebantur eſurientes.luc.1.g
Gentilis credens duce natura in Chriſtum, cõdemnat Iudæũ. rom.2.h
Gentiles dicebantur extranei triplici ratione.ephe.2.d
Getaſa, ſeu Gergeſa, vel Gadara ciuitas, tribus Simeonis. nume. 34.c. marc.5.a
Getaſa, quæ & Gadara vel Gergeſa dicitur, eſt ciuitas in tribu Simeonis.marc.5.a
Getaſeni quare rogabant Chriſtum à ſe diſcedere.luc.8.k
Geſeniani dicendum eſſet,non Gethſemani.mar.14.k
Geth.quarta vrbs Philiſthiim.1.reg.5.c.17.d
Geth quarta vrbs Philiſthinorum.1.reg.5.d
Geth quarta vrbs Philiſthinorum.1.reg.17.g
Getremmon ciuitas leuitarum.1.par.6.m
Gehennon ſeu Benhennon vallis.2.para. 33.a. Iudæ dicitur Gehenna. iohan.3.e
Genua tribus temporibus flectenda ſunt daniel.6.c
Giezi lepram à ſancto creditur ſuſcepiſſe Eliſæo.4.reg.5.k
Giezi mirabilia Eliſæi Regi narrat.4.reg.8.b
Giezi multos habet imitatores. 4. regem 5.g. præcipuè hæreticos, matth.10.a
Gion vel Gihon,fons eſt tribus Beniamin.3.reg.1.f
Gion fons eſt tribus Beniamin.3 reg.1.r
Gladius benignus & malignus.Pſal.143.b
Gladius ſpiritalis & materialis eccleſiæ eſt licitus.Luc.22.f
nemo Glorietur ſi ſibi loquatur Deus.Nu.22.b
Gloriari in ſe magis quàm in Deo,iniquitas eſt maxima.Iob.21.f
non Gloriandum ante partam victoriam.3.Reg 20.c
Gloriandum eſt præcipuè in deo.Iob.31.c
Gloriandum eſt in operibus noſtris bonis.Ierem.9.f
Gloriandum in bonis operibus non quatenus ab homine,ſed quatenus à deo proficiſcuntur.Matth.6.a
Gloria hominis eſt perſeuerare in Dei ſeruitute.2.Par.30.c
Gloriam quomodo afferemus Domino.Pſal.28.a
Gloria vana quàm periculoſa & quàm vitanda. Pro.23.d
Gloria eſt clara cum laude notitia.eccl.44.a
Gloria magna eſt ſanguine Domini redimi.rom.1.b
Gloria, honor,& pax promittuntur operanti bonum.rom.2.c
in Gloriam Dei omnia facere debemus, ſed cuncta facimus in Dei iniuriam.1.corint.10.k
Gloria prædicantium eſt quando audientes facile credunt.1.theſſ.2.f
Godolia multos recepit modo Chaldæis obedirent.iere.40.b c
Gog & Magog quæ gentes ſunt. ezech. 38. a. d, ſunt autem hæretica prauitas
Gog & Magog an ſunt gentes in terra.ezech.38.a.& ſeqen.
Goliath ingens ſtatura corporis.1.reg.17.c
Golgotha potius Chaldaicum vel Syrum,quàm Hebraicum,locus iuxta Ieruſalem.iohan.19.f
Golgotha locus eſt iuxta Ieruſalem.iohan.19.c
Gradus conſanguinitatis.leui.17.a.& ſeq.& affinitatis.ibidem
Gradus tenentes in templo.neh.7.e.& ſeq.
Gradus ſummus monſtruoſa res eſt. luc.20.f
Gradus ſummus & animus infimus,monſtroſa res eſt.luc.20.g
Gradus octo bonorum quibus paulus apud Corinthios vſus eſt. 2.corinth.12.c
Gratia conuerſionis peccatoris ad Deum.deut.30.d
Gratia maioris virtutis eſt quàm natura. 4.reg.6.c
Gratia Dei liberum hominis requirit arbitrium.2.para.1.b
Gratia Dei liberum hominis requirit arbitrium.2.par.1.d
Gratias agere debemus Deo in fine operis.tob.11.b
Gratias non minus agere debemus Deo pro beneficiis quàm pro afflictionibus.tob.11.f
Gratiarum actione amicis conuerſandum eſt.tob.11.g
Gratia de gratia naſcitur.pſal.89.c
Gratia de gratia naſcitur,& profectus profectibus ſeruiunt.pſal.88.e
nemo niſi dei Gratia erigitur,& ſtabilitur.pſal.144.e
Gratia potentiſsima in nouiſsimo tempore monſtrata eſt, quæ prius fuerat occulta.amos 9.c
Gratia Dei non venditur ſed donatur.matth.10.c,quia non poteſt auro comparari.ibidem.
Gratia quos facit nobis debitores.matth.25.b
Gratia quos nobis facit debitores. matth.25.c
Gratiarum actiones ſunt deferendæ ante & poſt operationes noſtras. matth.26.d
Gratia Dei duplex eſt.luc.9.a
Gratia maioris virtutis eſt quàm natura. iohan.6.f. quia remiſsio peccatorum eſt.g
Graria maioris eſt virtutis quàm natura.iohan.6.m
Gratiæ ante omnia Deo agendæ.1.corinth.1.a
Gratia per ignem exurit,per aquam mundat peccata.act.2.b
fruſtra Gratiam ſpiritus emere tentat, qui ſe mente coruina non curauit exuere.act.8.f
Gula ſua plurimos occidit,nullum frugalitas.eccl.31.c
Gula multos ſubito deduxit ad mortem.eccl.31.f

H

HAbacuc prandium Danieli tulit in Babylonem.dan.14.k q
Haſor.iudic.4.a
quid ſit Habere immortalitatem in ſemetipſo.1.tim.6.d
pedes anima Habet.pſal.121.a
Habentis in ſe dæmones conditio.luc.8.g
Habitatores Chananæos comparat populis Ægyptiis. num.14.c
Habitator & accola differunt.apoc.8.d

Universidad de Deusto
Biblioteca



Habitus Aaron & filiorum cœlesti designatus est oraculo.
Hadrach vrbs est Arabiæ.zach.9.a
Hadria nomen maris iuxta Rauennam.act.27.e
Hadria nomen maris contra Rauennam, vnde Hadriaticum mare. act.27.h
Hæredes quidam sunt cum re,quidam sine re.iere.12.b
Hæreditas Dominus qui sunt.psal.126.b c
Hæresis circa assumptionem Eliæ.4.reg.2.g h
Hæresis contraria est sapientiæ pro.a d
Hæresis inferiorum regnum in terra est.sap.1.d
Hæreses & schismata facientes, sacerdotes & clerum contemnentes, figurati sunt per Dathan & socios.eccle.45.d
omnes Hæreses vanæ sunt,& nihil habent sapientiæ.Dei.ezec.41.e
Hæresis nulla est in ecclesia nisi ex vera hypocrisi.marc.2.d
Hæreses omnes b.Iohannes primo capite exclusit. iohan.1.a
Hæreses plures in principio capitis excluduntur.iohan.1.a
Hæreses Deo non placent,sed vt per eas fideles exerceãtur,vt qui Deo noti sunt hominibus manifestentur.1.corin.11.d
Hæreses tres Hebræorum ante aduentum Christi.act.4.a
Hæresis Nazarenorum post Christum passum. act.24.b. & Pharisæorum 26.b
Hæresis modernorum asserentium fidem sine operibus, pœnitentiam ex sola fide,absque satisfactione.act.26.f
Hæreses plures corpus ecclesiæ mouent.2.petr.2.a
Hæresis maxima contra Christi incarnationem, vitam, & mortem. iudæ. c
Hæresis Nicolai discipuli Apostolorum.apoc.2.c
Hæretici vt leprosi ab ecclesia eiiciantur donec purgentur.leuit.13.i
Hæretici tanquam leprosi arceantur ab ecclesia.num.5.a
Hæretici claresceute euangelio cæcitate afficiuntur.deut.28.f
Hæretici nullam in ecclesia partem habere queunt.neh.12.a
Hæretici abscondita se audire simulant. iob.4.b
Hæretici authoritate antiquorum nituntur defendere errorem suum apud stultos.iob 15.b.quia suanon possunt ratione astruere.
Hæretici superbia est alta sapere,appetere.iob 24.a
postquam Hæretici in ecclesia renati sunt,displicet eis ecclesia.ps.77.d
Hæretici obliti sunt patris sui qui eos de tenebris liberauit.psal.77.d
Hæreticorum congregatio per mulierem impudicam intelligitur. prouerb.2.g
Hæreticorum congregatio per mulierem intelligitur. prouerb.2.d. 5.a b d 9.d
Hæretici iactant se satiendos doctrinæ sanctæ poculis.prou.7.d
Hæreticus simulans doctrinam catholicam, decipit auditorem suum prouerb.11.c
Hæreticorum capacitas sensus est insaturabilis.prouer.13.d
Hæretici dicta sacræ scripturæ peruersè intelligendo suos sensus præponunt.prouerb.15.a
Hæreticum non decent deliciæ scripturarum prouer.
Hæreticorum dogmata nec sibi nec suis imitatoribus prosunt. ecclesia 5. d
Hæreticorum æmulatio pestifera est.sap.1.d
Hæretici populum ecclesiæ modis omnibus persequuntur.sap.2.d
Hæretici in ecclesia sunt quasi leones.eccl.4.g
Hæreticorum eloquentia multos trahit in errorem.eccl.6.b
Hæreticorum eloquentiam audiens periculo se exponit.eccl.9.c
Hæretici pleni sunt calumniarum.eccl.14.a
Hæreticorum studium vertitur in eorum detrimentum, quia cunctis odibiles sunt.eccl.20.c
Hæretici præ cunctis mendaces.eccl.20.e g
Hæreticorum doctrinæ finis,& dettimentum.eccl.20.c
Hæreticorum nequitia comparatur serpentibus.eccl.25.e
Hæreticæ doctrinæ seditionem concitat.eccl.28.c
Hæretici contrariam altitudini humilitatem docent.isa.19.c
Hæretici omne dogma cõtratiũ veritati cõfidunt in calumnia.isa.30.c
Hæreticorum sacramenta sunt immunda.isa.59.g
Hæretici interdum prosperantur in filiis & diuitiis.iere.12.a
Hæreticorum conditiones inanes.iere.23.d
Hæreticorum conditiones.iere.23.d
Hæreticorum gesta erga Christianos & pauperes.2.thess.1.e
Hæretici mysteria hæc ordinationis sacerdotalis non curant.eze.2.c
Hæretici excæcabuntur tenebris.eze.32.b
Hæreticorum pœnæ cum discipulis suis.eze.32.g
Hæreticorum super sacerdotes vsurpatio.eze.44.g
Hæretici dicuntur fornicari à Deo suo sicut Idololatrę.os.9.a
Hæreticos duxit Dominus de tenebris infidelitatis.os. 13.b
Hæreticis male feriatis vi resistendum est.1.macha.7.l
Hæretici cognita virtute & veritate Domini fugiunt.1.mach.5.k
Hæretici qui omni merito exciderunt, gloriam sanctorum ægre audiunt.2.mach.3.h
Hæretici ab vnitate fidei diuisi maledictionis verba iactant in catholicos.2.mach.10.h
Hæreticos habitare petunt demones à Christo.marc.5.a
Hæretici apud Iudæos erant Sadducæi.mar.12.f
in Hæretico vita posita est sine vitæ æternæ mentione.luc.10.d
in Hæretico vita solummodo posita est sine vitæ æternæ mentione. luc.10.f
Hæretici contendunt ex loco quo Christus mulieribus dixit filiæ Ierusalem nolite flere super me,non deflendam Christi mortem.luc.23.e
Hæretici circa verba Christi de eucharistia.ioan.6.p
Hæretici ordines ecclesiasticos vocant sectas.1.cor.12.d
Hæretici quidam dicebant mortem Christi fantasticam non veram. 1.cor.15.b
Hæretici probantur non quia abstinent sed quia hæreticè abstinent 1.timoth.4.b
Hæreticos interdum deus patitur.hebr.12.b
Hæreticorum vitanda sunt contagia.2.petr.2.d
Hæreticorum inertia circa doctrinas superiores & cœlestes. 2.pet.1.f
Hæretici cœlestes doctrinas corruperunt vt suas sine vlla radice componerent.2.petr.3.d
non omnes Hæretici & infideles vnanimo errori consentiunt. 2.io.b
Hæretici non omnes vnanimo errori consentiunt.2.ioan.a
Hæreticorum quique cetus se potissimum Christianos, & ecclesiam suam catholicam putant.apoc.2.a
Hæreticorum effectus per flammam & per locustas.apoc.9.a.&.seq
Hæretici per locustas designantur.apoc.9.b
Hæretica ecclesia qualis sit.apoc.13.e f
Haila vrbs est Arabiæ petreæ.4.reg.16.d
Haman iudicauit illum honore regio dignum quem rex mallet honorare.hest.6.b
Haman impetrant literas à rege quas in omnes prouincias suas misit. hester.2.d
Haman volebat occidere Iudæos qui occiderant Amalechitas. hest.3.a
Haman omnibus prouinciis mandauit vt se præparent ad occidendos Iudæos.hest.3.g
Haman petitionem hester audiens dãnatus ad pœnã secessit. hest.7.a
Haman honore petitio abusus cruci affixus est.hest.7.c d
Hanna mater Samuelis interpretatur gratia eius.1.reg.1.f
Hanna non estimabat tutum relicta domo ascendere in templum.1.regum.1.l
Hannæ virtutes.1.reg.2.a
Hanna docet quales decet esse viduas.luc.2.k
Hanon Dauid seruos offendit.2.reg.10.c
Hay vrbs olim insignis.ios.7.a
Hay iuxta Bethanen ad orientem Bethel.ios.8.b
Hebræi erant omnes serui dei.leuit.25.l
Hebræorum tres fuerunt hæreses ante aduentum Christi.act.4.a
Hemath pars Syrię.1.Par.18.b
Hebron metropolis olim Philisthinorum.2.reg.2.c
Heli innocentiam & gratiam Samuelis perpendit.1.reg.3.e
Heli pœna propter filios.1.reg.4.e.& seq
Heli filiorum crimina.1.reg.2.e f
Heli non puniebatur quia malos filios habebat.1.reg.2.r
Hebron quondam metropolis Philisthinorum & habitaculum gigantum & postea Dauidis.2.reg.2.c
Heli summum sacerdotum sumpsit ab Ozi. 1.par.6.b
Heli cognita dei sententia filiorum cædem animo forti tulit.1.reg.3.g
Heli sacerdos propter filios punitus est cum ipsis.eccl. 3.
Heli filios cum seueritate non corripiens, cum illis iure punitus est.eccles.30.a
Helchias diligenter omnia scrutatus inuenit librum legis in templo. 2.par.34.f
Heliodorus missus in Ierusalem ad thesaurum templi capiendum percussus est maximè.2.mach.3.b.& seq
Heliodorum misit rex, ad spoliandum templum.2. machab.3.b.quem eques aurens cœlitus missus strauit & perculit.ibid.d.g
Heliodorus ironicè à rege interrogatus ironicè respondet.2.mach.3.k

Hunc Heliodorum putat Ioſephus dictum Apollonium.2.macha.4.a
Hebal montis iugum,montis in Garizim.deut.27.b.ioſ.8.f
Heman filius Gaath præfuit turmæ cantorum.1.para.6.f
Hemath pars Syriæ.1.paral.18.c
Heua inobediens facta eſt ſibi & toti humano generi cauſa mortis: Maria autem obediens facta eſt ſibi & toti humano generi cauſa ſalutis.luc.1.m
Herba dupliciter deſiccatur.iob 8.b
Hermon.ioſ.12.a
Herodes ſe videns illuſum à Magis innocentes occidere fecit.pſal.8.b
Herodes vocans tres reges non ſano animo ſciſcitabatur ſibi & patriæ.matth.2.d
Herodis crudelitatem in Chriſtum & coæqueuos diuina ſtatim vltio ſecuta eſt.matth.2.g
Herodes ſaltatrici promiſſum turpiter,crudeliter ſoluit.matt.14.b
in Herode omnes impij figurantur.luc.23.c
Herodes videns tot mirabilia debebat diuinam admirari potentiam. Acto.12.h
Herodes amictus veſtimentis regiis percuſſus eſt ab Angelo.act.12.h. anno 7.regni ſui expirauit.ibid.i
Herodis Agrippæ ſoboles.acto.25.c
Herodias filia Aretæ regis Arabum.marc.6.c e
Herodiani vel milites Herodis vel hæreſis noua.marc.3.a
Herodiani vel Herodiana hæreſis Herodem dicebat eſſe Chriſtum. marc.3.b
Hiram Tyriorum rex Dauidis & Salomonis amicus.3.reg.5.a d e
Hiram ſeruos ſuos Salomoni conceſsit ad ligna cedenda.2.para.2.e
Hodie ſemper eſt apud Deum. hebr.5.b
Holocauſtorum tria genera.leuiti.1.b c
Holocauſtum ſiccum & pingue in quo differunt.pſal.19.a
Holophernes quomodo potuit ignorare Iudæam & populum eius. iudith 5.a
Holopherni placuerunt verba Ammonitarum & Moabitarum.iudith 7.d. quibus Holophernes aſſenſit.f
Hoſeas,Iſaiam,Ioel, Amos, Abdia, Ionam & Michæam contemporaneos habuit.oſ.1.a
Homo ratione carens nihil deffert à belua. leuit.13.e
Homo multis modis fruſtrari poteſt.nume.23.f
Homo intellectu & voluntate cætetis præſtat animalibus.deut.11.d
Homines de duabus rebus maximis erudiuntur.iudic.20.m
Homo in faciem,deus in præcordia contemplatur.1.reg.16.d
Homo beſtiis comparatus inuenitur peior.2.para.6.n
Homo beſtiis comparatus peior inuenitur.2.para.6.f
Homines denoti de omnibus tribubus poterant aſcendere in Ieruſalem.2.para,11.c
Homo non erat qui hæc Iob narrabat.iob.1.f
Homo comparatus deo an poſsit iuſtificari.iob 9.a
Homo non habens ſpem in Chriſto æternæ damnationis ſententiam excipiet.iob 14.c
Homo natura ſua immundus non eſt.iob 25.a
Homo nec natura malus,nec natura immundus eſt. iob 25. a. nec inſtante miſeria deum accuſat.27.a
Homines ſpiritu aguntur,quibus deus inſpirationem ſapientię ſuæ tribuit.iob 32.b
primus homo factus eſt vt per obedientiam fieret immortalis, qui per inobedientiam mortalis factus eſt.pſal.28.d
Homines ſi malè hic vixerint de pœna in pœnam tranſeunt. pſal. 41.c
Homines irrationabiles factos deus in infernum detrudit.pſal.48.d
Homo moriens nihil ſecum defert de his quæ ſibi propria habere credidit.pſal.48.e
Homo dives ſine prudentia & pietate moritur beſtia nihil ſecum deferens.pſal.48.f
Homini non quæuis iniuriæ in proximum niſi blaſphemias in deum iniiciat.pſal.72.b
Homines ex tribus ſunt conſtituti.pſal.80.a
Homines omnes ex vno patre Chriſto, & vna matre eccleſia fratres ſamus.pſal.133.a
Homo præparat cor,non tamen ſine adiutorio dei.prouer.16.a
Hominum quatuor ſunt genera iram dei incurrentia.prouer.20.b
Homo propter quem facta eſt omnis creatura, ſcientiam habet vocis. ſapient.1.c
Hominum quatuor genera iram dei incurrentia.prouer.20.b
Homines & iumenta differunt.eccleſiaſtes 3 f
Homo per malitiam propriæ voluntatis & effectum prauæ actionis occidit animam.ſapient.16.c
Homo cæteris animalibus præſtat,vt factorem ſuum ſolus agnoſcat, & cæteris dominetur.eccleſiaſtici 15.c
Hominum duæ ſpecies difficile ſalutem aſſequuntur.eccleſiaſtici 26.d
Hominis æras conſeruatur per opera artium.eccleſiaſtici 38.f
Homini ſapienti moleſtum eſt audire verba aſpernatoria. eccleſ.29.g
Homines iuſti deplorant ſe & ſua,& proximorum peccata. eccl. 41. c
non plus Hominibus ſine lenitate quàm deo ſine fide placere poſſumus eccleſiaſtici 45.b
Homines per peccata irrationabiliores facti ſunt irrationabilibus. iſaiæ 1. a
Homines per peccata facti ſunt irrationabiliores irrationabilibus beſtiis. iſa.1.b
tribus Hominum generibus bella proſperantur.iſa.8.b
Hominibus non eſt fidendum relicto deo.iſa.22.i
Homo mortuus viuo patrocinatur.iſa.37.q
Homo hoc ordine in pœnam tuit æternam ignem accendit, vires auget,flammam ingreditur.iſa.50.d
Homo primo ignẽ accẽdit,vires igni prębet quẽ poſtea intrat.iſa.59.d
Homo in erectione factus eſt vt arbor,in tentatione vt folium, in deiectione vt ſtipula iſa.64.b
Hominis fines diuerſi iuxta merita & demerita.iſa.65.c d
Homo peccans deum dimittit,nec longè à deo dimittitur.iere.3.c
vnus Homo rectè viuens populum integrum eripere poteſt ab ira dei. ierem.5.a
Homo liberè cooperatur diuino auxilio præuenienti.iere.10.c.26.a
Homines cum audiunt quod Deus præcepit fieri,ipſi à Deo merentur auditi.ezech.18.e
Homo quare creatus eſt.Malach.2.c
Homine legitimè orante nihil fortius.1.mach.1.o
Homines aliquando non niſi ſuo malo docti.1.macha.11.i
Homo nec natura bonus,nec natura malus.matt.7.b
Hominum quatuor genera verbum dei audientium.marc.4.c
ad omnes prorſus Homines miſſum eſt euangelium.marc.16.e
duo ſunt Homines in nouo teſtamento quibus nomina impoſita ſunt antequam naſcerentur,& quatuor in veteri.luc.1.e
Homo vt rationalis Deo ſimilis eſt,liber in arbitrio factus.luc.3.i
in vnoquoque Homine pro bonorum malorúmque diſcrepantia, aut Deus regnat aut diabolus.luc.17.e
Homo quomodo ſibi lex eſt.roma.2.b
Homini non tantùm doctor neceſſarius eſt, verumetiam Deus adiutor. roma.5.g
Homo irrationabiliter viuens iuſtè condemnabitur.roma.3.c
Hominem perfectum non anima ſola,non ſpiritus,nõ corpus,ſed hæc vnitè faciunt.1.theſſal.5.d
Homo dando placet,quærendo diſplicet.acto.20.g
Homo dando placet,quærendo vel accipiendo diſplicet.acto.20.p
Hominis natura intrinſecus & extrinſecus erga alios diuerſa.2.pet.1.h
Homo an poſsit eſſe ſine peccato.iudæ d
Homicida eſt qui ſine legitimæ poteſtatis auctoritate aliquem hominem occidit.2.reg.4.e
Homicida quis dicatur.eccleſiaſtici 14.a
Homicida quis dicitur eſſe.eccleſiaſtici 14.b
Homicidæ multi ſunt qui ſe putant innoxios.1.iohan.3.c
Homicidæ multi ſunt,qui ſe innoxios putant.1.iohan.3.e
Haſor vel Aſor olim metropolis Philiſthiim.iudic.4.a
Honorare patrem & matrem quomodo eſt primum mandatũ.eph.6.a
Honor parentum & eleemoſyna ſunt ſacrificium ſanctificationis.eccleſiaſtici 7.g
Honorem exhibere debemus cuilibet ſuperiori.eccl.23.e
nemo Honorem ſuum quærat,ſed alterius.1.cor.10.h
Honeſtas vtilitati prælata facit vt vtilitas ſequatur honeſtatem. 1. regum 24. b
Honeſtatem vtilitas ſequitur.iudith 13.c
Horeb,mons Sinai confinis.exod.17.b.3.reg.19.b
Horeb à ſiccitate dictus,vna cum Sina mons in deſerto.3.reg.19.d
Hortabantur Iudæos Ieſus magnus ſacerdos Zacharias propheta, & Aggæus.1.eſdr.2.b
Hoſa quare poſuit Samri principem.1.par.26.c
Hoſanna, hoſianna, vel oſanna, hoc eſt,ſaluum fac quæſo. matt.21.
Hoſeas ſub figura dicit ſe ſuſcepiſſe ſynagogam fornicationi idolorum ſeruientem. oſeæ 1.b

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hoſpitem prꝙuenire diligentia eſt.gene.18.b
Hoſpitalis & caſtitas quantum conueniunt.gene.24.l
Hoſpitalitatis effectus.hebr.13.a
Hoſtiarum legalium differentia Leuiti.1.a
Hoſtia pro peccato requiritur qui veniam impetrat pro peccato.le.1.c
Hoſtiæ in veteri lege oblatæ erant remiſsionis peccatorum figuræ, & non remiſsio.heb.10.b
Hoſtis dei inſiniſtra proficiunt, in dextra eius franguntur.exod.15.a
Hoſtes noſtri in viribus ſuis nos autem in Domino cõfidimus.pſ.19.b
Hoſtis triplex homini inſurgit. pſal.43.a.qui dextra dei ſuperatur.ibid.
Hoſtium tria genera Chriſtiano inſurgunt.pſal.43.a
Hoſcas non libidinis cauſa vxorem fornicationum accepit.oſeę.1 a
Hoſtes nocentiores non ſunt quàm falſi fratres.1.mach.7.b
Humana proteruitas & ſtultitia diffidit de Dei promiſsione.num.14.h
Humana fragilitas relicta imbeillcitate à Dei & angelorum auxilio relicta cenſetur.zach.4.a
Humana fragilitas quando ſuæ relinquitur imbecillitati, dei auxilium & angelorum abit.zacha.4.a
Humana natura ſine gratia qualis eſt.Iudæ.b
Humilium & pauperum ſpecialem curam Dominus habet.pro.15.1
Humiles corde qui dicuntur.dan.3.f
Humiles corde ſunt pauperes ſpiritu.daniel.3.f
Humilis nemo niſi ſpiritu pauper.matth.5.a
Humilitas ad illuminationem diuinam ſpecialiter præparat mentem. pro.11.b.
Humiliratis menſura quanta eſt.eccl.3.e
Humilitatis menſuræ peticuloſa eſt ſuperbia.eccl.3.d
Hymnos & gratiarum actiones pij perpetuò reddere debent.pſa.60.b
Hypocrita latinè dicitur ſimulator.iob.27.b

I

Iabes Galaad.1.reg.11.a
Iaboc torrens eſt regionis Petreæ.iud.11.d
Iabes Galaad vrbs eſt tribus Manaſſe.1.reg.11.a
Iacob quomodo timebat eſau, cùm eſſet certus de promiſsis.gene.32.b
Iacob fratre dupliciter excellentior.gene.32.d
Iacob in Ægyptum deſcendere timebat.gene.46.b
Iacob ſanctus ſpecialiter dicitur,dan.3.p
Iacob torrens.iudic.11.b
Iacob Iudaicus populus, Iſrael gentilis.iſa.9.f
Iacobi minoris ſanctitas.iaco.1.a
Iacobus primus epiſcopus ex Iudæis Ieroſolymæ credentis eccleſiæ. iacob.1.a
Iactabundus qualis ſit.iob.32.e
qui Iacobum apud Herodem accuſauerat ſimul cum eo martyrium ſuſcepit.act.12.a
Iactantia atque ſuperbia fugienda.eccl.6.a
Iactantia fugienda Chriſti exemplo.coloſſ.3.a
Iahel vxor Aber occidit Siſaram.iudic.4.l
Iairus fidelis ſed non perfectus qui nõ credebat Chriſtum tum abſentem poſſe ſanare.mac.c.e
Ianitores vini erant in cellulis,& in via.1.para.26.d
Iaſub interpretatur reuerſus.iſa.7.b
Iconium ciuitas eſt Lycaoniæ celebertima.4.act.14.a.Altera eſt Ciliciæ.ibidem.
Idiotæ & illiterati in quo differant.Act.4.e
Idolum vel ſculptile non prohibetur ſimpliciter fieri.exod.20.a
Idolorum inuentorum hiſtoria ſapien.14.b
Idolorum ridicula.Baruch.b c.& ſequen.
Idolorum impotentia.baruch.6.c,& ſequen.
Idolum rectè appellatur mendacium.oſeæ.7.a
Idola aliquando fiunt de vili materia, & ſic patet fatuitas colentium iſa.44.f.g
Idololatriæ ſeptem ſpecies.iud.10.c
Idola omnia ſenſibus carent.pſal.134.e
Idolatrarum vanitas. Ieremi 19.d
Idola ſunt auaritia, luxuria, inſipientia.eze.23.i
Idololatræ multipliciter ridendi.ſap.13.d
Idololatrarum vanitas in negotiis ſuis inuocantium idola.ſap.14.a
Idololatria eſt ridenda ſapien.13.d.& eſt cauſſa,initium & finis omniũ peccatorum.14.d.15.d
Idololatriæ & inobedientiæ comparatio.1.reg.15.h
Idumæi ab Eſau deſcendentes Iudæis ſemper infeſti fuerũt. pſal.136.c
Idumæam vocant Græci quam Edom vocant Hebræi.ezec.25.d
Idumæi interfuerunt vaſtationi Ieruſalem cum Aſſyriis.abdiæ 1.e
Idumæa altiſsimis montium faſtigiis circundata erat.abd.b
Idumæi interfuerunt deſtructioni Ieruſalem cum Nabuchodonoſor. abdiæ e
Idolum Moloch concauum caput habens vituli. 4.reg. 23.d
Idoli prima inuentio.ſap.14.e.g h
Idolorum cultura quàm vana ſit.iere.10.b
Idololatria in ſe continet omnia flagitia.baruch 6.b
Iconium ciuitas eſt Lycaoniæ.act.14.a
Iebus à Iebuſeis dicta.iudic.19.c
Iebus.iudic.19.c
Iebuſæi ab Ieruſalem non potuerunt expelli vſque ad tempus Dauid. 1.par.al.11.c
Iehu filius Hanani propheta domini cõtra perditos principes miſſus. 3.reg.16.a
Iehu à Samaritis experitur an vellent eum regem ſuſcipere. 4.reg.10.b
Iehu vnctus in regem Iſrael occidit Ioram & Ochoziam. 2.para.22.d
Ieiunandi & orandi exemplum cùm aliquid magnæ virtutis incipere volumus.1.eſd.8.g h
Ieiunium præcepit dominus in Leuitico. leuitic. 16. f. & eius effectus, ibidem g
Ieiuniorum effectus.leuiti.16.g
per Ieiunium & alias abſtinentias celebramus feſta eccleſiæ.num.29.g
Ieiunium iuuat bellantes ad victoriam.1.reg.14.f
Ieiunia,orationes,laudes,ſacrificia,& gratiarum actiones quantũ Dei auxilium mouent.2.par.20.k.& eorum effectus.l m
Ieiunium ſolenne 24. die ſeptembris ad audiendam legem quater in die,& quater in nocte.nehem.9.a b
Ieiunium vouit Eſdras omnibus qui ſecum erant.3.eſd.8.o
Ieiunij exemplum.1.eſd.8.d.3.eſd.8.d.tob.12.b.iudith 8,2,11.d
Ieiunium quadragenarium finem habet glorioſum.tob.14.a
Ieiunij virtus.iudith 8.c
Ieiunium Heſter celebrant Iudęi.heſt.9.c
Ieiunium Heſter celebrãt Iudęi 13. die menſis Adar,Phurim verò 14. & 15.heſt.9.h
Ieiunij fructus.iſa.58.f
ex Ieiunij indictione nactus eſt Baruch prædicandi opportunitatem. ierem.36.b
Ieiunium ſanctificare.ioel.1.c.2.d
Ieiunandi modus.zacha.7.b
Ieiunium quale Deo placet.zacha.7.c
Ieiunium quantum fuerit celebratum.1.macha.3.f
Ieiunium quantum apud priſcos fuerit celebratum declaratur.1.machab.3.c
Ieiunij vires & efficacia.2.machab.13.c
Ieiunium curare, proniſque mẽtibus ſuſcipere,dæmones fugit, deique reuocat ſententiam.2.macha.13.c
Ieiunium quadrageſimæ præcedat paſsionem & reſurrectionem Chriſti. matth.9.b
Ieiuniis legem præſtituit Deus.matt.6.f
Ieiunium quid operetur circa propriam ſalutem.matth.17.c
Ieiunium quid commodi circa propriam operetur ſalutem. matt.17.h
Iehu Apoſtolorum perſonam figurabat. 4.reg. 9. c.omnem domum Achab deleuit.d e
Iehu reſpondit Ioram,pax tibi non debetur,qui turbator es pacis. 4. regum 9. g h
Iehu quomodo toram domum Achab deleuit.4.reg.10.i
Iehu quomodo ſe finxit ſeruum Baal vt prophetas Baal deleret. 4. regum 10. h
Iephthe rogatur à Galaaditis vt ſit dux eorum.iudic.11.d
Iephthe votum an ſit excuſabile.iudic. 11.k.l. & ſeq.
Ieroboam manus reſtituta.3.reg.2.c
Ieremias non ſolùm vrbis Ieruſalem, ſed & Babyloniæ captiuitatem deſcripſit.ierem.1.a
Ieremias quadraginta & vno annis prædicauit in Iudæa.ierem.1.a
Ieremias ſub 4. regibus prophetauit.iere.1.b
Ieremiæ conſtantia aduerſus regem & populum.iere.21.f
Ieremias ſuadet populo obedire regi Babylonis, vt bene ſit eis. ieremiæ 27.f. & ſeq.
Ieremias in vtero ſanctificatus,virgo,& propheta.ierem.37.d
Ieremias ſanctificatus in vtero antequam natus.ierem.37.g

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ieremiam principes impetrant à rege vt eum in lacum deiiciant. ieremiæ 38.a. & seq.
Ieremias permissus est extrahi de lacu.iere.38.d e
Ieremias vrbe capta libertate quã voluit donatus cum Baruch amico suo.ierem.40.a
Ieremias cum sociis post mortem Godoliæ consulitur in Ægyptũ descendere.iere.42.a.b.43.a.44.d
Ieremiæ nolunt viri superbi obedire, vt in Ægyptum descendant, ieremiæ 42.f
Ieremias in Ægyptios prophetat qui Iosiam occiderant.ierem.45.a
Ieremias captiuitate instante nõ solùm ignem, sed & arcam testamenti,& altare incensi abscondit.2.machab.2.a
Ioannes prædicabat lamenta pœnitẽtiæ & Christus exultationem misericordiæ.matth.11.e
Iericho quantumuis fortis sono tamen tubarum corruit.ios.6.a b
Iericho quomodo terra sancta est quæ ab hostibus adhuc detinetur. iosue 5. e
Iericho dicitur capta die sabbathi.ios.6.d
Iericho ciuitas mirabilis.ios.6.a.marc.10.f
Iericho ciuitas est sortis Beniamin,quam destruxerat Iosue, reædificauit Ahiel,hanc rursum destruxit Vespasianus, Adrianus restaurauit. mat.10.l
Ierobaal qui & Gedeon quomodo electus est.iudi.6.c
Ieroboal.iudic.6.c
Ieroboam rediens ab Ægypto susceptus est.3.reg.12.f
Ieroboã multa constituit vt populi fauorẽ sibi asciscceret.3.reg.12.k.l
Ierosolymam Salomon ex nomine suo nominauit.1.para.17.d
Ierosolymitæ erant omnis malitiæ officina propter Pharisæorum malitiam.mar.10.a
Ierusalem plura sortita est nomina.1.paral.11.a.ios.10.a
Ierusalem, id est ecclesiam habitantes non egrediantur.3.reg.2.l
Ieroboam regnauit in Samaria rex impurissimus.4.re.14.k.vnde multa cum suo populo passus.l
Ierusalem propter rebellionem contra Nabuchodonosor post multas alias rebelliones destructa est.1.esd.4.c d e
Ierusalem desolata septem mulieres apprehendent vnum virũ. isa.4.a
Ierusalem quare dicitur vallis visionis.isa.22.a
Ierusalem & Sion pro eadem hortatur Dominus surgere. isa.51.h
Ierusalẽ vocatur ciuitas sanctuarij,siue sancti,siue sancta.isa.52.a.64.d
Ierusalem in tribu Beniamin sita.iere.6.a
Ierusalem datur in aceruum arenæ cùm ecclesiastici doctores deficiũt, & cum hæreticus sermo in ea prævalet.iere.9.e
Ierusalem sedes erat regni & sacerdotij.iere.33.a
Ierusalem captiuitatis tempus,annus,mensis & dies.iere.52.d
Ierusalem celebritas quoad diuinã dignationem, regiam dignitatem & diuinum cultum.thren.2.a
Ierusalem ob magnitudinem scelerum meruit excidium.thren.1.f
Ierusalem sorores vocat Samariam & Sodomam.ezec.16.q.f
Ierusalem in medio mundi sita.ezec.5.a
Ierusalem vicit omnes in circuitu gentes in suo scelere.ezec.5.b
Ierusalem quæ cæteris gentibus in exemplum debuerat esse virtutum, fit exemplum miseriarum.ezech.5.d
Ierusalem pulcherrimæ mulieri,leenæ, & vineæ pulcherrimæ comparatur.ezec.19.b
Ierusalem & Samaria duæ sorores matris vnius semper fornicatę sunt, siue in Ægypto,siue in Sina, siue in Chanaan.eze.23.a
Ierusalem per ollam exprimitur.ezec.24.b
Ierusalem per Antiochum 340.anno post eius instaurationem ab Esdra & Nehemia capta.1.macha.1.c d
Ierusalem pro habitatoribus sæpe capitur.luc.13.g
in Ierusalem primo incœpit ecclesia.1.thess.2.g
Iesus Christus vnus est noster dominus.ios.22.g
Iesus magnus sacerdos non habuit vxorem alienigenam.1.esd.10.g
Iesus Christus solus dicitur germen Domini.isa.4.b
Iesus virginis vterum ingressus,sic exiuit vt esset porta omnino clausa. ietem.31.h
Iesus magnus sacerdos cur sordidis vestibns indutus dicitur.zach.3.b
Iesus venit in Galilæam,quia Ioannes traditus erat in carcerẽ.marc.1.f
Iesus aliam significationem habet,aliam Christus.2.ioan.c
Iesus dicitur à Deo excitatus.act.13.k
Iethro socer Moysi dedit illi bonum consilium.iudith 5.c
Iezabel pro morte prophetarum Baal iurauit Eliam moriturum.3.reg. 19.a.vnde eam fugit.b
Iezrael.1.reg.29.a
Iezrael vrbs regia regum Israel.1.reg.29.b
Iezabel morsibus canum dilacerata.4.reg.9.m
Iezrael locus vbi Naboth fuit lapidatus.oseæ 1.c
Ignis iudicij tantum transcendet cacumina montium quantum transcendit aqua diluuij.2.petr.2.d
Ignis,lux,& flamma maiestatem diuinam figurant.isa.10.g
Ignis gehennę à Deo creatus est ab origine mundi.iob 20.c
Ignem purgatorij volens vitare quid facere tenetur.1.cor.3.f
Ignis iudicij perueniet quocunque peruenit aqua diluuij.2.petr.3.b
Ignorat seipsum qui se ad creatoris sui imagiuẽ nõ meminit esse creatum.cant.1.d
Ignorare Dei iustitiam,& suam velle constituere, est fermentum Pharisæorum.rom.10.b
Ignorantia humana quantum sit lugenda.leuit.22.g
Ignorantur à Deo omnes operatij iniquitatis.amos 3.a
Imaginum veneratio.leuiti.26.a
Imagines Dei,Mariæ,& sanctorum,venerandæ & adorandæ. deut.5.a
Imagines quomodo sunt venerandæ.psal.113.c
Imago Dei non est in auro,sed in homine.marc.12.b
Imago Cæsaris in nummo est,imago Dei in homine.luc.20.d
Imago Christi quanta est.ioan.14.c d
Imaginis Dei proprietates.ioan.14.a
Imago in speculo habet esse intentionale.iacob.1.d
Imago aduersarij in nobis qualis est.1.pet.5.c
Immolare bouem idolis,reputat Deus tanquam homicidium.isa.66.d
Immunditia corporalis & spiritalis in quo differant.deut.23.c
Immunditia Iudæorum post mortem Iosue.iudic.13.c
Impensæ ad ædificationem templi à Dauide Salomoni congregatæ. 1. paralip.24.a
Implere manum alicuius est ipsum consecrare.iudic.17.e
Impius in suo perseuerans errore qualis sit futurus.iob 15.d
Impij in iudicio ab omnipotente iudicium percipient.iob 27.c
Impij tineæ comparantur.iob 27.e
Impij qui in Deum excogitant iniuriam,vt hæretici.psal.1.a
Impij cunctos excedunt malitia peccatores.psal.16.b
Impij dicuntur omnes iustitiæ profanatores.psal.16.b
Impius de medio tolli,& immatura morte precator extingui. ps. 128.b
Impius timet videre districtum iudicem.prouer.10.m
Impiorum & iustorum regimen quantum differat.prouer.28.c
Impij per adulterium spirituale fiunt filij diaboli.sapient.4.b
Impiorum finis & interitus.sap.4.d
Impij cur prosperantur,& senescunt.ecclesiastici 40.c
Impij quotidie prosperare videntur.ecclesiastici 40.d
Impiorum perditio non propriè competit Deo.isa.28.e
Impius & iniquus quomodo resipiscant.isa.55.c
Impius in erroribus volutatus à Deo moueri & conuerti potest & saluari.ezec.18.e
Impius à peccatore differt.iudæ c
Impius à peccatore in quo differt.iudæ g
Impii non merebuntur in hoc seculo flagellari.apoc.16.b
Impiorum pœnæ in generali.apoc.17.a
Impietas est peccatum contra Deum, sicut pietas est cultus diuinus. ierem.31.d
Impietatem alio nomine negationem dei possumus appellare.zac.5.d
In æternum & vltra quid sit.exod.15.c
Incitamentum amoris diuini respectu filii.deut.6.e
Inconstantia prælati quàm vituperabilis.eccl.33.b
Incorrigibiles qui dicuntur.isa.42.f
Iudicium Dei præsens postulat, qui se de manu persecutoris liberari implorat.psal.42.a
Indulgeamus iis qui in nos peccauerunt,qualiter volumus, vt nobis indulgeat Deus.matth.6.e
Indurare quomodo dicitur Deus.deut.2.e
Incommoda hominibus pro peccatis à Deo missa.amos 4.d
Infantes non frustrà baptizantur,quãuis sint adhuc irrationales.gal.3.f
Infernus aliquando sepulchrum significat,vel limbum,vel locum pœnarum.gene.37.g
Infernus & locũ pœnarum & limbum patrum cõprehendit. iob 10. d
Infernus ciuitas quam nullus poterat aperire.psal.107.c
Infernus non repletur.prouer.27.f
Infernus interdum diabolum signat.isa.14.b
Infernus sub terra diabolum designat.isa.14.d

Universidad de Deusto
Biblioteca



Inferorum carcer malis deputatus est, vt ibi semper gemant.ecc 41.b
Infidelis nihil in mundo possidere debet.eze.45.a
Infideles canes sunt, porci autem procinam vitam agentes. matth.7.c
Infirmitas corporis, sobrietas mentis est.2.corinth.12.a
Infirmitas corporis sobrietas est mentis.2.cor.12.c
Infœcunditatis maxima caussa est iniquitas hominum.ioel.1.b
quid Infœlicius illo qui perdit fidem.eccl.27.f
Ingrati & filii & serui qui dicuntur.malach.1.a
Ingrati qui deum nec quasi filii honorificant vt patrem, nec quasi serui metuunt vt dominum.mal.1.c
Ingredi viam vniuersæ terræ est mori.3.reg.2.a
Inimicos Dei quomodo possumus diligere.psal.138.f
Inimicus manifestus melior est quàm amicus fictus.marc.12.a
Inimicus manifestus melior est quàm amicus fictus.marc.12.c
Inimici non sunt secludendi ab oratione vniuersali amicorũ.luc.6.d
Iniquitas interdum ponitur pro pœna iniquitatis.leuit.20.g
Iniquitas remittitur per lauachrum & per opera bona.psal.31.a
Iniquitates omnes deleri non possunt sine gratia Dei iustificante. psalmo.50.d
Iniquitas corruptionem affert.psal.52.a
Iniquorum potentia fœni floribus comparatur.isa.40.d
Iniquitas frigori comparatur.iere.6.b
Iniquitas frigori comparatur.iere.6.c
Iniquitas hominum maxima causa est infœcunditatis ioel.1.d
Iniquitas omnis malitia parua est in comparatione idololatriæ & hæresis zach.5.c
Iniquitas deleatur, quæ est radix & seminarium peccatorum.1. ioha.3.b
Initium sapientiæ timor Domini est.bar.3.c
Initium euangelii finis legis est.mar.1.a
Iniuriæ quomodo à Christo tolluntur.leuit.6.a
Iniuriam fugere & repellere quantum teneamur.eccl.4.b
Iniustum est homini plus accipere quàm de lerit.eze.18.f
Innocentes ab Herode occisos in honorem martyrum receptos commendat ecclesia.mat.2.f
Insensibilia ad Dei laudem in cantico inducuntur.1.par.16.g
Insidiæ quomodo licitæ.ios.8.a
Insidiæ vnde nobis proueniunt.psa.139 a
Instrumentum vtrumque pari veneratione credẽdum ecclesiastes.11.a
nolle Intelligere nihil aliud quàm nolle credere.psal.35.b
Intellectus, scientia & sensus, varia habent officia.eccl.17.b
Interrogationes quædã negatiuæ videtur quæ sunt affirmatiuæ.1.re.2.l
cùm Introieritis in medium luporum sicut oues nolit e trepidare, sed de mea potestate confidite.mat.28.e
mens Inualida sapientiæ fulgorem non sustinet.mat.8.1
Inuentio ignis in puteo reperti non inuenitur in Esdra, neque in Nehemia.2.mach.21.h
Inuidia Saulis in Dauid.1.reg.18.b
Inuidia Ioab in cædem Amasa perpulit.2.reg.20.c
Inuidia omni fera crudelior.3. esd.2.e
Inuidia omni fera crudelior.3.esd.3.c
Inuidia est odium fœlicitatis alienæ.psal.104.c
Inuidia est odium fœlicitatis alienæ.psal.104.f
Inuocare Dominum in veritate psal.144.d
Iob origo.gene.36.c
Inuidia pessima res est.marc.6.a
Inuidia res pessima est, & sibi ipsi sæpe repugnat.marc.6.b
Inuidus quis dicitur.eccl.6.c
Inuocare Dominum in veritate quid sit.psal.144.f
Inuocationem debet præire laudatio.ps.104.a
Inuocentes in honorem martyrum receptos cõmendat.eccl. matt.2.c
Ioab ad Absalon culpãs.2.reg.14.l
Ioab inuidia truculenta in Ama.2.reg.20.e f
Ioab in bellicis summus fuit post regem.3.reg.1.k
Ioab regem in se commouit.3.reg.2.l
Ioab homicidia Dauidi referuntur.3.reg.2.b. pro quibus dat pœnã.k
Ioachaz rex Israel pressus ab Azaele rogauit Dominum & exauditus est quamuis iniquus .4.reg.13.a b
Ioachaz patri Iosiæ succedens post.3. menses ductus est in Ægyptum relicto Ioachim fratre suo pro rege Iuda. 2.par.36.b
Ioachim filius Iesus Iosedech, Hester gesta scripsit, & festum Phurim ordinauit.hest.9.f
Ioachim ductus est captiuus in Babylonẽ propter multa mala & abominationes quas operatus est.2.para.36.d
pro Ioachimo Sedechiam regem constituit rex Babylonius. iere.37.a
Ioachim cum matre, tribus pueris & Ezechiele ductus est in Babylonem cum Daniele.ezech.1.b
Iohannes in Apocalypsi similẽ visionem vidit qualem Ezechiel.eze.1.i
Iohannis & Eliæ vnum & idem opus est.malach.4.b
Iohannes Hircanus occiso patre & fratribus,occidit insidiatores quærentes eum.1.mach.16.e
Iohannes Baptista fuit de natura Angelorum.matth.11.b
Iohannes verbum non erat,sed vox .i.minister verbi.marc.1.c
Iohannes honestatem saluti prætulit.marc.6.e
Iohannes super omnes iustissimus ab Herode capite cæsus.mar.6.g
an Iohannem Baptistam Petro & cæteris Apostolis præposuit.luc.7.i
Iohannes Baptista an præferatur Apostolis.luc.7.d
Iohannes solum se voluit appellare presbyterum.2.ioan.a
Iohannes euangelista vixit vsque ad excidium Ierusalem per Romanos.iohan.21.g
Ioas bonam partem pecunias templi pro pace habenda Hazaeli dedit 4.reg.12.c
Ioas rex Israel abstulit à Benadab vrbes quas pater eius à patre abstulerat.4.reg.13.h
Ioas lapidari fecit Zachariam filium Ioiadæ,à quo tempore Deus non dedit responsa.2.para.34.g
Ioas à Ioiada rex institutus est, tyranni Athaliæ occurrens. 2. paralip. 23. h. 24. a
Ioachim Ethan appellatus est.1.para.25.c
Ioathan regi nulla virtus defuit erga Deum.2.para.27.a. erga homines iustus,erga tẽplum studiosus ibidem: & hoc visa morte patris. ibid.
Iob genealogiam diuersi diuersam assignant.iob 1.a
Iob filios suos & filias bene educabat.iob 1.b
Iob quibus bonis nudus erat.iob 1.g.& quibus flagellis percussus.ibid.
Iob conqueritur de illa hora insperata, vnde in tantam lapsus est miseriam.iob 3.a
Iob non sine spiritu sancto diei natiuitatis suæ maledixit.iob 3.a
Iob non sine spiritu sancto maledicebat diem natiuitatis suæ.iob 3.b
Iob in spiritu multa cognouit.iob 13.a
Iob de pœna iniquorum & miseria iustis illata Deum non accusat. iob 27.a
Iob opera misericordiæ in pauperes. iob 29.c.31.d
Iob liberalitas admiranda.iob 29.d.& seq.31.g
Iob in fine integritatem corporis recuperauit, & quæ amiserat cõduplicata possedit.iob 42.d
Iobeleus à Iobel dictus, quia illo anno in singulis vrbibus clangor tubarum sonabat.nume.26.b
Ioiada pontifex duxit in vxorem Iosaba filiam Ioram, quæ occultè Ioas seruauerat.4.reg.11.d
Ioiada pontifex vocauit ad consilium centuriones ac sacerdotes potentiores.4.reg.11.c.
Ioiada fœdus inter se,regem & populum.4.reg.11.f
Ioiada Ioas regem constituit requirẽs ab omnibus pacem.2.par.23.g h
Iocunditas perfecta.3.esdr.9.g
Iocunditas perfecta quando erit.3.esd.9.k
Ionas propheta dicitur filius viduæ ab Elia suscitatus.3.reg.17.h
Ionæ prophetæ historia.4.reg.14.k
Ionæ infortunia tulerunt eum ad locum ad quem mittebatur inuitus. iob 1.b
Ionathas maximè diligebat Dauid.1.reg.18.a b
Ionadab vir pius iunctus est Iehu.4.reg 10.g
Ionadab quatuor præcepta filiis suis iniunxit.iere.35.d
Ionathas victoria sua doctores contra hæreticos figurabat. 1.reg.14.d
Ionathas quomodo gustu mellis fregit ieiunia.1.reg.14.g
Ionathæ in Dauidem dilectio.1.reg.23.g
Ionathas summus sacerdos à rege Alexandro est constitutus. 1.machabæorum 16.d
Ionathas Romanorum & Spartarum renouat amicitiam. 1. machabæor.12.a
Ionathas fœdus cum Romanis renouauit à Machabæo prius initum. 1. machab.12.a
Ionathas Ptholemaidem cum dolo ingressus cum sociis occisus est.1. machab.12.k.11.a
Ioppe,Iapho,seu Iapha,oppidum tribus Manasse.1.machab.14.e
Ioppe, Iephe seu Iapha, oppidum Palestinæ in tribu Manasse. 1.machab.14.l
Ioppitæ rogauerunt Iudæos secum habitantes ascendere scaphas vt

demergerent eos.2. machab.12.b
Ioram filius Achab & frater Ochoſiæ adminiſtrauit regnum duobus annis languente Ochoſia,ipſo verò mortuo regnauit. 4.reg.3.a
Ioram filius Ioſaphat regnauit 5.ann.cum patre.4.reg.8.f
Ioram ex literis ſibi allatis cognouit ſuam fortunam.2.par.21.d
Ioram in Idumæos parum profecit.2 para.21.e
Iordanis Chanaan à Moab diuidit.iudic.3.h
Iordanis fluuius.iudi.3.d
Iordanis vnde oritur.iudic.18.b
Ioſabeth filia regis abſcondit Ioas filium Ochoſiæ videns Athaliã occidentem omnem ſtirpem regum.2.par.22.e
Ioſaphat regnare cœpit in fine 4.anni Achab.3.reg.22.l
Ioſaphat interpretatur dominus iudex.2.par.17.a.quàm religioſè ſacra vindicauit ac in ſuum quemque locum renocauit.2.par.17.b
Ioſaphat ſemper Deum propitiatorem habuit.2.para.17.b c
Ioſaphat iram Dei meruit quia fœdus iniit cum Achab & Iezabel in vxorem filio ſuo Ioram accepit.2.par.18.a
Ioſaphat conſilio,Achab Michæam prophetam vocat.2.para.18.b
Ioſaphat filium ſuum Ioram regem conſtituit, cui Athaliam filiam Achab vxorem dedit.2.para.21.a
Ioſeph carcer quantum profuit.gene. 40.a.qui à carcere ad regnum egreſſus eſt.ibid.b
Ioſeph vice regis gubernabat Ægyptum.gene.41.b
Ioſeph egreſſum populi ab Ægypto prædixit.exod.3.f
Ioſeph fratri ſuo Ruben in iure primogenituræ ſucceſsit.1.par.5.a
Ioſeph interpretatur multum profuit.pſal.104.e
Ioſias ſupra trecentos annos antequã naſceretur nominatus.4.re.22.a
Ioſias trecentis annis antequam naſceretur nominatus eſt.4.reg. 22.a. eius excellentia. 23.e
Ioſias omnem ſpurcitiam idolorum emendauit. 4.reg.21.i.22.a.23.a b
Ioſias templo inſtaurato ſolenne phaſe celebrauit. 4.reg. 23.i. Dauidi, Salomoni,& Ezechiæ præfertur.k l
Ioſias in bello occiſus reliquit tres filios.4.reg. 23.g
Ioſias Pharaoni occurrens occiſus eſt.4.reg.23.m n.qui tres reliquit filios. p
Ioſias quantumuis puer laudatiſsimus totam Iudæam ab idolis purgauit. 2.para.34.a b
Ioſias audito mulieris vaticinio vocat conſilium.34.l.vocat totam regionem ad celebrationem paſchæ.34.a.& ſeq.
Ioſias arcam dom.ablatam à templo reduci fecit.2.par.34.c.quantum laborauit ad reparationem templi.d e
Ioſias nomine conuenienti phaſe celebrauit quale nec antè nec poſt eum celebratum eſt.2.para.34.d f
Ioſiæ fides & deuotio quantum laudantur.3.eſdr.1.l
Ioſias exacto feſto paſchali mortuus eſt.3.eſd.19.& ſeq.
Ioſia phaſe celebraturus purgauit terram & templum.3.eſd.1.a
Ioſiæ regis memoria non tacenda.eccleſiaſtici 49.a
Ioſias reduxit arcam in templum quam Achaz abſtulerat.2.para.34.b
Ioſue liber extremis partibus Ezechielis comparatur.ioſ.1.c
Ioſue quare non deleuerit gentes in Chanaan.iudic.2.g
Ioſue vtens ſorte pro peccato Iericho an peccauerit.ioſ.7.g
Ioſue ſeptem annis terram promiſſam ſubiugauit.ioſ.14.b
Ioſue non omnes gentes terræ Chanaan quare non deleuit,ioſ.22.a
Ioſue mors,& eius virtutes.ioſ.24.f
Ioſue ſancto Moyſi indiuiduus adhærebat.ioſ.24.f
Ioſue virtutibus ſuis figuram gerebat ſaluatoris.eccleſiaſtici 46.a
Ioſue non tam corpore quàm animo fortis Chriſtum figurabat.eccleſiaſtici 46.a
Ioſue & Zorobabel vtebantur ad opus diuini cultus.
Ira regum quomodo implacabilis.1.reg.19.c
Iram Dei vniuerſa creatura teſtatur.3.reg.17.a
Iraſci ſine cauſa fratri reatus gehennæ eſt.pſal.58.a
Iraſcendo malum ſermonem non proferamus.pſal.4.c
Ira iudicij tanto diſcretior portabitur, quanto nunc minus timetur. prouer.28.d
Irruere in gladium eſt ſeipſum interficere.1.reg.31.d
Ira Dei impiis aduenit ſine miſericordia.ſap.19.a
Iſaac vxorem fatetur quam prius negauit.gene.26.b
Iſaac oculis caligantibus propheticè futura præuidit.gene.27.a
Iſaac benedixit filium ſuum Iacob Chriſti benedictione.gen.28.a
Iſaac dedit Dominus benedictionem Chriſti, in qua benedicerentur omnes gentes.eccl.44.e
Iſai quomodo babebat octo filios.1.reg.17.d
Iſaias labiorum pollutionem contraxiſſe dolet.iſa.6.c
Iſboſeth occiſionis iuſta punitio.2.reg.4.d
Iſaiæ conſolatio ad Iſaiam & amicos.4.reg.19.e
Iſaias tribus diebus nudus & diſcalceatus ambulauit.iſa.20.b c
Iſmael ſub ſimulatione Godoliam cum ſuis occidit.ierem.41.a
Iſrael diſcedens à Iuda an peccauerit.2.para.11.b
Iſraelitæ captiuos ad Achaz remiſerunt, conſilio tamen Obed & Barachiæ prophetarum.2.par.28.d e
Iſrael idem eſt,quod vir videns Deum.iſa.44.a
Iſrael interpretatur vir videns deum.iſa.44.a
Iſmaeli duodecim filij naſcuntur.Gene.25.b
totus Iſrael nõ fiet ſaluus donec plenitudo gentium intrauerit,pſal.2.c
Iſraelitæ dimiſerunt vxores alienas.1.eſd.10.c.& ſeq.
Iſrael aliquando fuit grex bonus, ſed tandem conuerſus eſt paſtor ad gentes.ierem.13.g
Iſrael quia prius credidit,dicitur primitiæ Domini,gentes verò dicuntur fruges.iere.2.a
Iſrael cur vitis dicitur frondoſa.oſeæ 10.a
Iſrael appellatur vitis frondoſa.oſeæ 10. a.puer domini.11.a
Iſraelitæ contra Amorrhæos & non Idumæos pugnauerũt. num. 21.e
Iſraelitæ veri ſunt qui exierunt de terra regis Seon.deut.2.h
Iſraelitæ ante mortem Ioſue nulla habueruut gentium ſimulachra. ioſue 24.d
Iſraelitæ poſt mortem Ioſue pepercerunt Chananæis. iudic. 2.a. quod verſum eſt illis in ſcandalum.b c
Iſraelitæ egreſsi ſunt Ægyptum in menſe Niſan, ideo ponebant eum primum menſium. 2. machab.1. b. ingreſsi verò terram ſanctam in menſe Tiſri,hunc ideo primum ponunt.ibid.
Itinere huius mundi diſcimus creſcere & decreſcere:num.33.d
Ithurea & Traconitis regiones Syriæ.luc.3.b
Iubileus annus.leuitic.35.b
Iubilatio non erat in lege inſticuta, ſed tamen Dauid cum prophetis ordinauit.2.para.29.l
Iubilatio eſt quædam militum in victoria vociferatio.pſal.99.a
Iubileus in quo conſiſtat.ezec.7.d
Iudas quanto maioris fuit meriti, tanto maioris criminis & pœnæ. ſapient.6.b
Iudas quanta pœna dignus exiſtimatur.ſapient.6.d
Iudas plus peccaſſe quia libero arbitrio abureretur.ierem.18.d
Iudam Machabæum præceſſerũt vndecim duces de domo Dauid per annos centum ſexaginta tres.1.machab.3.a
Iudas pro patre ſurrexit defenſurus Iſrael.1.macha.3.a
Iudam Machabæum præceſſerunt 11. duces de domo Dauid per 163. annos.1.machab.3.b
Iudas contra Apollonium præfectum Samariæ expugnãs occidit eum & ſpoliis eius ditatus victor rediit.1.macha.3.c
Iudas Machabæus hortatur ſuos in Gorgiam inſilire. 2. machabæor. 8.a.& ſeq.
Iudas Romanorum amicitiam ſibi conciliare decreuit.1.macha.8.a
Iudas iniit fœdus cum Romanis.1.machab.8. a b
Iudæ cadauer in Modin in ſepulchrum cum luctu delatũ. 1.macha.9.f
Iudas Machabæus in bello glorioſiorem mortem triumphis inuenit. 1.macha.9.c e
Iudas Machabeus decimus fuit ſummus ſacerdos à tempore Seterichi primi regis Syriæ. 2.macha.5.e h
Iudas pœnitẽs reliquit Apoſtolos, adiit Phariſæos, nihil inuenit auxilij.2.machab.9.d
Iudas poſt triennium pollutionis templi reparauit,& diem feſtum per dies octo egit.2.mac.10.a b
Iudæ egredienti Ieruſalẽ aduerſus Lyſiam apparuit eques armatus aureis armis.2.macha.11.b c
Iudas à Carmon reuertens interfectus 25000. venit in Ephron vbi totidem occidit.2.macha.12.k
Iudas nocte ſuperueniens Ioppe portum & ſcaphas ſuccendit. 2. machab.12.b
Iudas poſt orationem ad Dominum,Nichanorem occidit & ſuam cohortem fugere coegit.2.macha.15.f
Iudas exercitum primò orationibus parat deuotis.2.macha.13.b
Iudas Machab.orationibus magis quàm armis confidebat. 2.mac.13.c
Iudas Iſcariotes erat ortus à pago qui dicebatur Iſcara.matth.26.e
Iudæ oſculum quare Dominus non reſpuit? matth.26.m
Iudæ peccatum ſcriptũ erat ſtillo ferreo,& ideo indelebile. matt.27.b
Iudæ pœnitentia quare non fuit vera.matt.27.c

Universidad de Deusto
Biblioteca



Iudas & si malus,tamen inter Apostolos numeratur.iohan.12.c
Iudas discesit à Christo,quia introierat in eum satanas.iohan.13.c
Iudas eiicitur à societate,quia iam cœperat esse cum diabolo. iohā.13.e
Iudæ & Atrij idem supplicium qui eundem negauerunt Dominum. actor.1.c
Iudas in aëre crepuit medius,quia aëriarum potestatum socius.act.1.f
Iudas qui & Taddeus,filius Alphæi, & Mariæ Cleophæ sororis virginis Mariæ.iudæ a
Iudæus per Esau,Christianus per Iacob figuratur. gene.25.d.hic benedictus,ille reprobus.7.d
Iudæi & Christiani differentia.gene.25.g
Iudæi non glorientur quòd pro suis meritis Dominus eos magnificauerit.exod.17.b
Iudæi quomodo erant à scelere reuocandi.leuit.24.f
Iudæorum populus senior significat antiquum, iunior verò Gentilem credulum. nume.14.e
Iudæi semper Dei præceptis aduersa fecerunt.deut.9.e
Iudæi tot ingressi sunt terrā sanctā, quot exierāt de Ægypto.deu.26.c
Iudæi quomodo in Ægyptum captiui reducti sunt.deut.28.t
Iudæi exeuntes de Ægypto multum vinum secum tulerunt. deut.29.b
Iudæi sibi magis tyrannos quæsiuere quàm reges.1.reg.8.b c
Iudæi primo regum dominio subiecti non erant.1.reg.10.c
iudices plurimos misit ad Iudæos.1.reg.12.d e
Iudæorum pœna quia templum neglexerunt.3.reg.8.l
Iudæorum ritus à gentibus traxere originem.3.reg.8.p
Iudæi qui à priuatis latuerant postea verbis Ieremiæ obedierunt.4. regum 23.h
Iudæi vsque adeò tam in deserto quàm in regno incorrigibiles, vt in captiuitatem tandem ducti sint. 4.reg. 24.c
Iudæi audito triū in Assyrios Deo gratias egerunt immēsas. 2.par.32.g
Iudæi non solùm qui ducti fuerant in captiuitatem, sed qui ex eis orti sunt in captiuitate remissi sunt.1.esd.2.a
Iudæi ascensuri in Iudæam per tres annos hortabantur cæteros vt secum ascenderent.1.esd.2.b
Iudæi multa mala in vrbe Ierusalem patiebantur, quia sine muris erāt. nehem. 1.c
Iudæi nostri temporis annum à septembri incipiunt, & sic Nisan apud eos septimus mensis esset.nehem.2.a
Iudæi de manu Ægyptiorum in heremum perrexerunt.nehem.9.d
Iudæi Chananæos fugarunt ne idolis eorum adhærerent. nehe 9.d
Iudæi propter blasphemias in vitulum cōflatilem non sunt à Deo exterminati.nehem. 9.e
Iudæi à Samaritanis accusati signant fideles ecclesiasticos, Samaritani autem hæreticos.3.esd.2.f
Iudæi admissi fuerunt à Cyro an à Dario ad templum reædificandum. 3.esdr.5.b
Iudæorum deuotio & desyderium videndi Ierusalem,& templi reædificationem.3.esd.5.m
Iudæi quantumuis impediti Dario tamen respōdente resumūt vires & consumunt inceptum.3.esd.6.b.& seq.
Iudæi adhuc credunt venturum sibi dominum.tob.10.b
Iudæi à reditu captiuitatis non reperiuntur idololatriæ cultum exhibuisse.iudith 8.g
Iudæi de aduersariis versa vice se vindicarunt.hest.9.a
Iudæi super omnes nationes vnum Deum adorabant.hest.13.a
Iudæorum populum nemo dicit beatum.psal.32.d
Iudæos non verisimile est non multum affligi qui in captiuitate cōstituti sunt.psal.41.d
Iudæi 42.annis post passionem Christi contriti sunt à Romanis.50.c
Iudæorum in Christum iniuriæ.psal.58.b
Iudæa medium terræ dicitur.psal.73.b
Iudæorum obstinatio quanta fuit contra Moysen.psal.77.i
Iudæorum infidelitas.psal.105.d
Iudæi excluſi sunt à laude domini.psal.116.a
Iudæorum in Babylonia captiuorum miseria.psal.136.a
Iudæi quantum persecuti sunt Christum.sapient.2.f
Iudæi multotiens idololatriæ dediti fuerunt. sap.15.b
Iudæorum superborum radicem quando arefecit Dominus. eccl.10.d
Iudææ gentis ruina.isa.1.e
Iudæi Sodomorū & Gomorrhæorum acta sequebantur.isa.1.f
Iudæi in peccatis suis obstinati aut mortui sunt aut captiui.isa.1.n
Iudæi cum saluatorem debuerint tota fidei deuotione suscipere, spinis coronauerunt.isa.5.b
Iudæi morientes non potuerunt improperare Christo.isd.5.c
quia Iudæus minis & pœnis non est emendatus expecta pœnam regis Babylonis.isa.5.h.i
Iudęi captiui tempore Syri reuersi sunt in terram suam.isa.30.g
Iudæos electos ad primitiuam ecclesiam per Apostolos reuocat.isa. 51.a b
Iudæi pro maiori parte in aduentu Christi fuerant excæcati.isa.59.e
Iudæi in cuius spe lætabantur absentis inuidia excæcati non cognouerunt Christum præsentem.isa.65.a
Iudæorum stultitia grandis nescire cur passi sunt qui tanta mala fecerunt.iere.5.i
Iudæi verbum Dei pro idolis abiecerunt.iere.10.a
Iudæos hæredes Dominus negare noluit.iere.12.d
Iudæi indigni Deo proiecti sunt ab eo.iere.13.b
Iudæi dicti sunt onagri & dracones.iere.14.b
Iudæorum multi in obsidione Ierusalem variis generibus mortis sunt mortui.iere.15.b
Iudæi quare à Deo sunt abiecti.iere.15.d
Iudæi in tribus confidebant aduersus Chaldęos.iere.23.d
Iudæi tempore propheratum figurabant quem venientem non cognouerunt sed occiderunt.iere.29.f
Iudæorum superbiam castigauit Dominus sicut Idumeorum perfidiā. iere.29.f
Iudæorum repulsio nostræ salutis occasio est.iere.30.h
Iudæorum saluatio in primo Christi aduentu fieri cœpit, in fine seculi plenius fiet.ie re.31.b
Iudæorum obstinatio ad prædicationem prophetarum.iere.34.a
Iudæos etiam iumenta Austri isaias appellauerat.iere.44.d
Iudas de terra sua migrauit, quia dominum peccando irritauit.thr.1.d
Iudæi multotiens pro peccatis percussi,non redierunt ad pœnitentiam baruch.2.b
Iudæi à reuersione captiuitatis non fuerunt idololatræ nisi pauci tempore Antiochi.bar.4.g
Iudæi triplici vastatione perierunt fame,peste & gladio.eze.5.c
Iudæorum generatio non immeritò vocatur adultera.eze.16.h
Iudæi frustra dicunt,patrem suum esse Abraham si eius opera non faciunt.eze.14.f
Iudæi cum Christo contendebant de generis nobilitate quando cum illis versabatur ez.23.b f
Iudæi cum Christo de generis nobilitate contendebant.eze.23.d
Iudæi frustra se iactant de fidelitate patrum suorum.eze.23.k
Iudaica liberatio & gentium vocatio.eze.36.b
Iudæi quomodo sperant Christum,quem idcirco reprobauerunt quia ex hominibus natus est.d a.7.d
Iudæi quomodo in secundo Christi aduentu credent qui in primo credere noluerunt.dan.7.e
Iudæorum longa derelictio, & eorum circa finem mundi conuersio. oseæ.3.a
Iudaici populi iudices fuerunt principes peruersorum dogmatum. oseæ 13.c d
Iudæi sibi promittunt congregationem in Ierusalem.ioel.3.b
Iudæi promittunt sibi vltimum tempus,& se vendituros Romanos aliis gentibus.ioel 3.c
Iudæorum mores bestiis similes.am.2.c d
Iudæorum extrema denuntiatio pro nefario aduersus Christum scelere.am.5.a b
aduersus Iudæam exclamatio.1.mach.1.d
Iudæi respondeant an prophetiæ de Christo sunt præteritæ, an adhuc futuræ.mich.5.c
Iudæos vineas, & ficum appellant.3.Haba.3.f
Iudæos totus orbis tenet captiuos.soph.2.b
Iudæi in fine fingunt se habitaturos Ierusalem.sop.3.d
Iudæi à captiuitate reuersi nec legem nec sabbatum custodierunt. malach.2.c
Iudæi malebant suæ gentis homines morbis corumpi quàm Christum glorificari.mat.12.e
propter Iudæorum impietates abdicauit eos Dominus à propheria. matth.23.l
Iudæi sciebant quod aduersus innocentem verum testimonium non inuenirent, falsum requirebant testimonium.mat.26.r
cum Iudęis salutare lumen illuxisset ipsi potius tenebras quàm lucem amplexi sunt.matth.27.o
Iudæi fidem non habentes, legem quā habuerunt perdiderūt.mar.4.f

Iudæi Christum occiderunt nō tanquam Dei filium, sed tanquam Dei hæredem. marc. 12.a
Iudæi vt possiderent occiderunt, & quia occiderunt perdiderunt. marc. 12.a b
Iudæi omne festum sabbatum nominabant. luc. 6.a
de Iudæis disputatæ quot modis semina dispersérunt. luc. 8.b
Iudæorum perfidorum crudelitas, qui non solùm occidere innocētem sed pessimo genere mortis. luc. 23.d
Iudæi maledicti inuidia tabescebant, & Dominum terrere nitebantur. luc. 13.g
Iudæorum populus diues in lege, egenus in fide, præruptus in furore, probrosus in crimine. luc. 18.h
Iudæi manifestissimè Dei filium negant, quem putant nō suis viribus, sed alienis signa facere. luc. 20.a
Iudæi iram Pilati cupiunt exacuere in Christum. luc. 23.a
Iudæorum in morte Christi crudelitas. luc. 27.f
Iudæi non didicerunt vt Christum sequerentur, sed vt persequerētur. iohan. 4.a
Iudæi non possunt intelligere scripturas nisi credant in Christum. iohan. 8.c
Iudæi nihil possunt intelligere de scripturis, nisi crediderint in Christum. iohan. 8.g
propter hoc Iudæi recesserunt à Deo, verbum Dei non recipientes. iohan. 16.a
Iudæi interimunt quem adorare debuissent. iohan. 19.c
Iudæorum lapsu ad gentium salutem Deus est vsus. rom. 11.b
Iudæi non possunt credere quod cessauerit lex, quia non credūt Christo. 2. corint. 3.d
Iudæi non possunt intelligere quod cessauerit lex, quia non credunt. 2. corinth. 3.f
Iudæorum excæcatio in persecutione Apostolorum. acto. 5.d
Iudæi mortem Pauli prosequentes anathema euadere non poterant. actor. 23.c
Iudæi admoniti erant ne Pauli prædicationem audirent. acto. 28.c
Iudæi credebāt Ierusalem subuersam propter necem Iacobi. iacob. 1.a
quidam Iudæi ex decem tribubus trans montes Caspios remotis remanserunt in Iudæa. iacob. 1.b
Iudicum & prælatorum officia. exod. 18.d
Iudicum liber à Samuele dicitur collectus. iudic. 1.a
Iudex quilibet Israel fuit de aliqua tribu Israel. 1. para. 17.b
Iudices populi qui dicuntur. 1. para. 23.b
Iudicis censura procedet quantū te expectauit nisi conuertaris. psa. 7.c
Iudices quomodo rectè iudicent. psal. 57.a
Iudicis iusti conditiones. sap. 12.e f
Iudicis benigni & iusti est suas iniurias cōtemnere & aliorum iniurias vindicare. eccl. 28.a
Iudicem sapientem neminem melius quàm Christum possumus inuenire. ioel. 2. f
Iudicis iusti & æqui partes. zacha. 7.b
Iudicare interdum probare est. psal. 25.a
Iudicare interdum probare significat. psal. 25.a
Interdum condemnare est. ibidem.
Iudex ecclesiasticus maximè in iudicando gerit personam Dei. 1. timoth. 5. e
Iudicat deus non tantùm pro sua misericordia, sed & pro sceleribus nostris. iacob. 2.d
Iudicare legem quis dicatur. iac. 4.d
Iudicia Domini iusta & recta. tob. 2.d
Iudicij vtriusque tempus designat. psal. 9.b
Iudicij futuri qualitas panditur. psal. 17.c
Iudicium à Domino egreditur singulorum, quia discernit intentiones eorum. prouer. 29.g
Iudicium facit quisquis contra se iudicat. psal. 118.c
inter Iudicium electorum multa est distantia. sapien. 12.e
Iudicia Dei à nobis sunt abscondita. sap. 17.a
Iudiciis exterioribus cognoscitur affectus animi. eccl. 19.d
Iudicis benigni & iusti est suas iniurias contemnere. eccl. 28.a
Iudicij vltimi disceptatio. ioel. 3.a
Iudicium sine misericordia fiet ei qui non miseretur. mach. 3.b
Iudicium generale & particulare. iaco. 5.b
Iudith historia variis regum tēporibus ascribitur. iudith 1. a. & seq. 3.c
Iudith abstinentia tempore viduitatis. iudith 8.a. & eius continētia. b
Iudith verba sapientiæ plena. iudith 8.e. ac in sacerdotes. f
Iudith virtus in exitu suo à Bethulia. iudith 8.m. 9.a. 10.a
Iudith bellator animus alienum pectus obsedit. iudith 9.e
Iudith à Domino petit constantiam. iudith 9.f. 10.a. & seq.
Iudith tanquam adultero placens ornauit se. iudith 10.g h
Iudith Holophernē adiit. iudith. 11.a. & quare in hoc laudatur. & seq. b
Iudith an fuerit mentita. iudith 11.c d
Iudith virtute sua patriam liberauit. iudith 12.a. & seq.
Iudith non timuit mortis periculum. iudith 12.b
Iudith quantum profuerunt ieiunia & orationes. iudith 9.a. 11.d. 12.a. 13.a. 14.b d. 15.a
Iudith victoriam laudat, quam tamen Deo attribuit. iudith 13.f. & seq.
Iudith non intēdebat Holophernem inducere ad peccatū. indith 16.c
Iudith dicitur mansisse 105. an. in domo viri sui. iudith 16.f
Iuge sacrificium quid sit. leuit. 6.b
Iuge sacrificium nouæ legis fit solùm mane. ezec. 46.g
Iugum graue nil aliud est, quàm peccatum. ecclesiastici 40.a
Iugum dicitur peccatum, quia ex duobus Adam & Heua venit. ecclesiastici 40.a
Iuga in hyeme periculosa. marc. 13.c
Iurat sæpius Deus. exod. 13.a
Iurare quomodo prohibitum, & concessum. deut. 10.d. 3. reg. 2.d
Iurare Dei quid. deut. 27.a
Iurauerunt decem tribus in detestationem Beniamitarum. iudic. 21.a
Iurare per Deum, vel testis est Deus idem iuramentum. 3. reg. 2.h
Iurare deus securus potest. iere. 22.b
ne iures, ne mendacium iures. iere. 22.c
Iurat securè Dominus, qui nec falli potest. iere. 22.c
Iuratione bene vtens non malefacit. matth. 5.f
Iurare verum non semper peccatum est. matt. 5.k
Iurare per cœlum quomodo peccatum sit. matt. 5.l
Iuratione bene vtens non malefacit. matth. 5.m
per Iuramentum sæpius incurritur periurium. eccl. 23.c
Iureiurando promisit Deus Iudæis terram sanctam. sap. 18.f
Iusiurandum quantum sit execrabile. eccl. 13.b
Iuratio quantum sit vitanda. deut. 10.f
Iurgiorum caput est qui aquam dimittit. prouer. 17.c
Iustificare animam suam in vita quis potest. eccl. 14.d
non iustificatur homo per circuncisionem & sabbatum. rom. 4.b
Iustificationem tenere quomodo oportet. psal. 118.a c
Iustitia viros alicui muneri præsidentes commendat, iniquitas destituit. 3. reg. 12.a
sine Iustitia non potest stare Respublica. 2. para. 19.c
Iustitia remota quid sunt regna nisi latrocinia. 2. para. 19.c
Iustitia diuina pœnam in alterum excogitatem in caput inuētoris conuertit. hest. 8.a
nemo Iustitia sua & sanctitate Deum efficit meliorem. iob 22.a
Iustitiæ sunt duæ retributiones, & tertia gratiæ. psal. 24.c
Iustitiæ ascribit scriptura diuina veniam peccatorum. sapien. 14.a
Iustitiæ cultor verus est, qui verè sapiens est. eccl. 3.a
Iustos & impios quomodo discernit Deus. gene. 5.c
Iustum necessitas probat. tob. 2.b
Iustorum & iniustorum pœnæ comparantur. iob. 21.b c
Iustus non se auertit à Domino. psal. 20.d
Iustus videns pœnam peccatoris proficit. psal. 57.b
Iustus multipliciter dicitur. sap. 10.d
Iustus quantumuis sit aliquis subiectus est tamē vitiis. ecclesiastes 7.g
Iusti propria, sicut & sancti. ecclesiastici 8.d
Iusti salutis spiritum generant. isa. 26.i
Iustum est vt qui totis viribus decipere nituntur, ipsi tandem decipiantur. iere. 18.k
Iustus Dominus iustis reddit secundum opera sua. iere 39.d
Iusti apud Deum parum nobis prosunt si desides sunt. ezec. 14.d
Iustorum mulieres sæpe iustæ & steriles fuerunt. luc. 1.c
Iustus aspectu & auditu dicitur. 2. petr. 2.b
quæ iusta nostro Iudicio iusta vidētur, sæpe iniusta videntur. 1. pet. 4.c
Iuuentus quomodo regenda. psal. 118.a b
Iuuentutis studium quantum sit vtile. eccl. 6.e
Kalendæ dicebantur primi dies mensium. 1. reg. 20.e

## L

LAbium vnum designat vnum sermonem. gene. 11.a
LLaborare spiritaliter non potentes, panem labore quæsitum manducent. 2. thessal. 3.a

Universidad de Deusto
Biblioteca



Laborare præstabilius est quàm vitam in otio traducere. 2. thess. 3.b. nec inde sequitur omnes obligari ad laborem manuum. ibid.
Labor animæ melior est quàm carnis. psal. 37.b
Labor animæ maior est quàm labor carnis. psal. 37.c
magnus pudicitiæ Labor, sed maius præmium. apoc. 14.c
Lacedæmon vel Sparta. 1. macha. 12.b
Lachis. iosue 10.e
non est Laborandum comprehendere quod incomprehensibile est. ecclesiastici 43.f
Lachrymæ bonæ, quæ culpam lauant. luc. 22.f
Lacus pœnalis inferorum locus. psal. 142.b
Lacus pœnalis inferorum locus dicitur. psal. 142.d
Lacus nouissimus, vel est limbus patrum, vel infernus. thren. 3.l
Lacus nouissimus, infernus inferior. thren. 3.f
Lætari in ruina alterius contingere dupliciter quis potest. prouer. 17.a
Lætandum non est super malo alterius aut tribulatione. ezec. 25.b
Lætitia vultus Iudith ieiunium texit. iudith 13.b
Lætitia magna ex diuina iustitia orta. hest. 8.e
Lætitiam iniquorum quomodo Deus cessare facit. oseæ 2.e
Lætitia iugis & gratia in resurrectione erit iustorum. apoc. 21.b
Lais vel Lesen. ios. 19.d. iudic. 18.b. 1. reg. 3.c
Lais, quæ & Lacis, vel Lesem à Dauide destructa, quę postea pluribus nominibus dicta. iudic. 18.b c
Lais quæ dicta est Lesen Dan. ios. 19.g
Laici vnde prohibentur calices & patenas tangere. num. 4.c
Laici præcepta Dei seruantes capaciores sunt beatitudini sicut clerici. galat. 2.b
Lamuel interpretatur in quo est Deus. prouer. 31.a
Lapides duodecim collecti in Iordane Apostolos figurabãt. ios. 4.a.b
Lapis quem Iosue ostendit populo, & iurare per illum coegit, qualis erat. ios. 24.e
Lapis adiutorij locus est in agro Bethcar. 1. reg. 4.a
Lapis impolitus qualis esse dicebatur. 1. esdr. 5.c
Lapides seculi iustos & fideles appellat. prouer. 16.c
Lapidatus de stercore boum quis dicatur. eccl. 22.a
Lapidem, qui est Christus mittit Deus in fundamentum ecclesiæ. isaiæ 28.d
Lapis à monte sine manibus abscissus est Christus. daniel. 2.g
Lapis à monte sine manibus abscissus Christus est ex Maria virgine natus. danie. 2.n x
Largitas non probatur si quod alteri largitur, alteri quis extorqueat. luc. 19. b
Latitudo attij versus occasum quid signat. exod. 27.e
Latria & dulia in quo differunt. exod. 23.g
Latro plus diligebat Christum in cruce, quàm Iudas in cœna. isa. 53.b
Latro plus dilexit Christum in cruce, quàm Iudas in cœna. mar. 7.a
Lauabant Iudæi ex decreto seniorum, pocola, æramenta, &c. isa. 53.c
quomodo Laudat anima nostra Dominum. psal. 145.a
Laudamus dominum in vita nostra moribus. psal. 145.a
Laudatio nostra quando iucunda. psal. 145.a. 146.a
Laudem Domini impedientia. psal. 102.a
Lazarus post esuriem infertur in delicias. luc. 16. d. quia portauit iugum graue. e
Lazarus post esuriem beatitudinis gremio angelorum infertur obsequiis. luc. 16. g h
Lazari suscitatio inter cætera Christi miracula supereminet. iohan. 11.a
Lebna. ios. 10.f
si non Lędimus eum qui nos non lęserit, quæ gloria est? psal. 7.a
Leo rugiens dicitur aduersarius noster diabolus. iere. 4.d
Lepræ varia genera. leuit. 13.a. & species sex. ibid. c d
Lepra doctrina falsa, ideo non absurdè leprosi hæretici intelliguntur. leuitic. 13.b
Lepra hominibus interdum propter peccatum accidit. deut. 24.a
Lesem. ios. 19.d. iudic. 18.b
Leuiatham non solùm coluber, sed etiam regulus dicitur. isa. 14.i
Leui sacerdotium nõ memoratur in benedictionibus filiorum Iacob. gene. 49.i
Leui tres habuit filios de quibus orti sunt pontifices & sacerdotes. iosue 21. f g
Leui tribus sola honorata est sacerdotio. nehe. 12.b
Leui quomodo fuit in lumbis Abrahæ. hebr. 7.b
Leuitæ non sunt numerati cum aliis. nume. 1.f
Leuiticis solis tabernaculum pertinebat celebrandum. nume. 3.g
Leuita vxoris factum non solùm retulit sed probauit. iudic. 20.b
Leuitis nec Moyses nec Iesus dedit hereditatem. ios. 13.c
Leuitarum hereditas. ios. 18.a. 20.a
Leuitæ quadraginta duas vrbes accipiunt. ios. 21.a. & seq
Leuitarum & Gersonitarum descriptio 1. par. 6.d
Leuitarum officium. 1. parali. 6.d
Leuitarum officia. 1. par. 6.g
Leuitarum numeratio iuxta officia. 1. para. 9.g
Leuitarum sex principes de genere Aaron. 1. par. 15.c
Leuitarum distinctiones factæ sunt 40. anno Dauid. 1. paral 26.g
Leuitarum & cantorum numerus. 1. esd. 2.d
Leuitæ in gradu suo legem Dei prædicauerunt populo. neh. 8.c
Leuitę omnes mundati sunt orationibus & abstinentiis & prædicando abstinentiam circuierunt murum. neh. 12.e.f. & postea victimas obtulerunt. ibid. & seq
Leuitæ tempore sacrificij cantabant pro sua ignorantia. 3. esd. 9.f
Legatum regis offendit ipsumquoque regem offendit. 2. reg. 10.c
Legales vmbrę interdum ab Apostolis fuerunt vsurpatæ. act. 6.b
Legisperiti & Scribæ qui erant apud Iudæos. luc. 11.o
vna Legio apud veteres sex milibus complebatur hominũ. mat. 26.o
Lex zelotypiæ quantum horrenda proponit. nu. 5.c
Lex Nazareorum qualis fuerit. num. 6.a. & seq
Legi Dei qui sunt obnoxii. deut. 6.c
Legis liber quomodo fuerat absconditus & postea inuẽtus. 4. re. 22.b c
Legem Dei excedentes corruptioni & abominationi subditi sunt. para. 52.b
Lex diuina est sepes animæ. eccl. 10.b
qui Legem Dei contemnit morsus serpentis perpetietur. 2. eccl. 10.b
Legem Dei seruantibus Deus vitam promittit, negligẽtibus verò mortem secundam. eccl. 11.c
Legis mutatio translata est. isa. 19.h
Lex noua testamentum est sempiternum. bar. 2.a
Lex Dei per Moysen data, quoad moralia manet in euangelica lege. bar. 4.a
Lex vetus non est amota per Christum, sed magis perfecta. 2. macha. 2. 14.d
Lex in Moyse incepit, & in Ioanne desiit. matth. 11.b
Lex à Moyse inchoauit, in iohanne impleta est. matth. 11.c
Lex clausa est incarcerato Ioanne. mar. 1.b
Leprosum mundatum misit ad sacerdotem, quia ex lege non licebat leprosam ingredi ciuitatem. mar. 1.n
Leprosus erat Simon antequam susciperet Dominum postea verò lepra fugit. marc. 14.b
non prohibebat Lex hominem curare sabbato. luc. 13.d
Lex gemina est naturalis & scripta. roma. 2.b
Lex gemina est naturalis & scripta. rom. 2.d
Lex non potuit auferre, sed potius auxit peccatum, quod aufert gratia rom. 3.d
Legis remedia. rom. 6.b
Lex liberare non poterat, sed pœnas magis inferebat. rom. 6.e
Lex quare data est. roma. 7.b
Lex disciplina erat Iudæis & prophetia futurorum. 1. corint. 10.c
Lex quare data est. Galat. 3.c
Lex propter transgressionem posita est. Gala. 3.c
Lex contra malos posita est, bonis autem posita est pax. gal. 5.c
Legis nostrę maior est authoritas quàm authoritas angelorũ ministrantium legem veterem. heb. 2.a b
Lex vetus vmbra erat veritatis. heb. 10.a
Legem iudicare quid Iacob. 4.c
Libanus. deute. 3.d. ios. 9.a
Libanus erat in terra Israel. 3. reg. 5.c
in Libano sacrificare Veneri. psal. 28.b
Liberauit Christus vna vice Iudæos. isa. 11.d
non Liberatur ecclesia nisi Christi morte saluetur. ion. 2.e
Liberatio facta per Cyrum figura fuit liberationis factæ per Christum ierem. 32.c
Liberum arbitrium nobis exhibuit Deus. isa. 1.k
Liberum hominis arbitrium ad gratiam requiritur. 2. para. 1.b
Liberum arbitrium inesse homini multipliciter declaratur. ecclesiastici. 16.a
Liberum arbitrium nobis exhibuit deus. isa. 1.c
Libero arbitrio proprio relict us sibimet ipsi mortẽ comparat vel salutem. ierem. 10.c

Liberum sic confitemur auxilium, vt dicamus nos semper Dei indigere auxilio.ierem.10.c
Liberum sic confitemur arbitrium, vt dicamus nos semper Dei indigere auxilio.iere.10.g
Liber in natura & seruus in conscientia non est ingenuus.2.pet.2.d
Libertas voluntatis in Adam.gene.2.c
Libertate deducti Ægyptij Israelem persequebantur.exod.15.b
Libertas arbitrij quantum potuit.psal.90.a
Libertas arbitrij quousque potuit.psal.90.b
Libertatem humanæ naturæ gratia infusa non impedit.matth.13.b
Libertatis documentum est seruire magis.1.timoth.6.a
Libri plerique in bibliis nostris referuntur quæ non inueniuntur.3. regum 11.n
Liber Moysi in templo inuentus.2.para.34.c
Liber sapientiæ est Salomonis.sapien.9.c
Libido fugiendo superatur.1.cor.6.d
Libya magna pars Aphricæ.iudith 3.a
quomodo Licet alicui vendere bona sua & dare pauperibus.matt.19.e
an Liceat relinquere domum,parentes aut vxorem,aut filios.mat.19.f
Lidda ciuitas Palestinæ.act.9.f
Lidda ciuitas Palestinæ, nunc Diospolis dicta.act.9.l
Ligna leuigata quibus arca fabricata est.gene.6.d
Lignum crucis Christi figurarum.2.para.9.c
Lignum hoc viuens est,quod fructum facit in tempore suo.psal.1.c
Lignum in panem mittere est crucem corpori dominico affigere.ierem.11.g
Lignum vitæ circa fontem baptismi.apoc.22.b
Lignum vitæ circa fontem.apoc.22.b
Lilia omnes flores intelligit.luc.12.c
Limbus patrum ante ingressum paradisi.gene.37.f
Limbus patrum in tenebris & in inferno erat.iob 10.d
Lingua nostra menti subdita sit.psal.4.a
Linguosus vir quis dicatur.psal.139.b
Lingua adulatoris plus persequitur quàm gladius interfectoris.psalmo 69.b
Linguæ pericula.ecclesiastici 28.d
Linguarum donum quibus datum est,& quare.1.cor.14.f
Lis & contentio quantum malum sit.ecclesiast.28.b
dum Litteræ speciem attenditis, spiritalis intelligentiæ saturitatem amittitis.isa.55.b
Litostrotos Græcè, Latinè tribunal, & Hebraicè Gabbata, lapideum stratum.
Lobna ciuitas Leuitarum.4.reg.8.e
Lobna vna ciuitas Leuitarum. 4.reg.8.h
Locutiones Dei ad Moysem duæ notantur in monte.exod.19.g
Locutio inconsyderata sæpe infirmis nocet. eccl.27.d
Locus hominis Deus est,extra quem nusquam bene est.iob 7.b
in Loco pœnarum non est confessio gloriæ, sed fletus dolentium animarum.eccl.41.b
Locus Dei cœlum est.mich.1.a
Locus est tutus qui ad simplicitatis studium nos inuitat. luc.11.n
Locustarum natura & modus.nah.3.d
Lodabar oppidum est in monte Galaad.2.reg.b
Longitudo dierum,non longi dies,sed multi dies.prouer.3.a
Longitudo dierum, non longos sed multos dies significat. ezechielis 12. f
quod autem Loquitur de pastoribus & ouibus,hoc intelligit de hominibus.ezech.34.m
cum Deo Loquẽtes lumbos prius castitate oportet accingere.iob 38.a
omnis Locutio parua est in comparatione gloriæ Dei.eccl.43.e
Lot cur à domo fugeret cum familia sua.gene.19.d
Lot filiæ quare patri se miscere voluerunt.gene.19.i
est enim tantum Lucere vanum, tãtum ardere parum ardere & lucere perfectum.iohan.5.k
Lucernæ tabernaculi quid figurant.exod.37.e
Lucernæ septem in candelabro erant.nume.8.a
Lucerna doctrina est euangelica.luc.8.d
Luctus ecclesiæ de iniusta membrorum nece.iere.31.f
Lumbare est cinctorium quod Dei renibus adhæsit,populus Israel est. ierem.13.a.sed tandem est ecclesia de gentibus congregata.ibid.d
in Lumbis viri semina sunt,in vtero autem fœminæ.iob 40.c
Lumen signatum super nos signaculum est spiritale, in quo credentes signati sunt.psal.4.e
Lumen filius est, & pater lumen in filio.psal,35.c
Lunatici quomodo fiunt.matth.4.d
Lunatici tenentur affectione corruptorum humorum.matth.4.g
Lucas euangelista comes indiuiduus peregrinationis pauli. 2.tim. 4.d
Lux & veritas in diuinis inquo differant.psal.42.b
Lucis appellatione prosperitas,noctis nomine aduersitas designatur. psal.138 c
Lux prosperitatem sicut tenebræ huius mundi designat.psal.138.e
inter Lucem & tenebras,sicut inter vestimentum & nuditatem.sapientiæ.18.b
Lux cordis differt à luce oculorum.1.iohan.1.c
Lux cordis non est istorum qui in carne Dei sunt.1.iohan.1.d
Luxuria ebrietati iuncta est.exod.32..b
Luxuriosi luxuriosis, ita superbi superbis comparantur.iudith.9.c
Luxuria minima pauperes facit.apo.18.a
Lybia magna pars est Aphricæ.iudith.2.b
Lycaonia ciuitas est Arcadiæ.acto.6.14.d
Lycaonia ciuitas est Arcadiæ, altera est in Phrygia.act.14.d
Lyda ciuitas est Palestinæ in littore maris magni sita.1.mach.11.c
Lyram difficultas super tempore iudith.iudith.15.d
Lysias bello infœliciter reparato Atiochiam concessit.2.macha.8.k

M

Maacha mater Absalon in bello capta.2.reg.3.b
Maacha filia Absalon vxor Roboam.3.reg.15.b
Maceda.ios.10.d
Macedonia aut Æmathia modo Turcia regio est Europæ.act.9.g
Macedonia aut Æmathia.act.19.d
Machmas locus in tribu Manasse.1.reg.13.g
Menses macedonum duodecim.2.macha.11.f
Machmas.1.reg.12.d
Machabæorum fortitudo etiam die sabbato.1.mach.2.d.& seq
Machabæi non obstante sabbato exierũt in bellum.1.macha.2.e f
Machabæus aduersus Gorgiam iniit bellum graue.1.macha.4.d
Machometus meritò bestia dicitur.apoc.13.g
Madaba siue Medaba ciuitas est Rubenitæ tribus.1.mach.9.k
Madaba vel Medaba ciuitas Rubeniticæ tribus.1.mach.9.d
Magia à Chaldæis fertur prius inuenta.isa.47.c
Magi Pharaonis miracula an facerent.exod.7.b.d
Magi Ægyptiorum vbi nacti sunt aquam quam in aliam transferrent speciem.exod.7.e
Magi munera Christo offerentes fidei initia dedicauerunt psal.67.h
Magi Ægyptiorum tandem ludibrio habiti sunt.sap.17.b c
Magi adorantes Christum dicuntur virtus Damasci. isa.8.a
Magi adorantes Christum dicti sunt virtus damasci.isa 8.b
Magdalum ciuitas est Ægypti, in quam Iudæi post Godoliæ necem confugerunt. iere.44.a.est aliud eodem nomine in Iudæa.ibid.
Mgdalena iuxta diuinam dispensationem hoc fecit præsignans Christi sepulturam.matth.26.c
Magdalum ciuitas Ægypti.iere.44.a
Mageddo.4.reg.6.f
Maiestas diuina aliter electis, aliter adest reprobis.psal.138.a
Magna est hospitalitas,vt Abrahæ & Loth fuerit occasio angelos recipiendi heb.13.a
Magna erat Petri & Iohannis vnanimitas & amicitia.act.3.a
Magnum miraculum est ambulare super mare.mar.6.d
Magnitudo quantæ sit virtutis.matth.5.g
Madian ciuitas regia Amalech.exod.18.a
quis Maior existimandus est inter vos.matth.18.b
Maius est diligere quàm timere.mar.12.g
Maiore pœna dignus est qui bona opera non bene operatur.ioan.3.d
Maiores natu, Episcopi, & presbyteri.act.20.d
Malleus & securis quomodo non audiebantur in ædificatione templi. 3.regum.6.d e
Maledicere inimicos nostros quantum prohibemus.psal.34.b
Mallei appellatione antiquus hostis intelligitur.iere.50.g
Maledicere inimicos nostros an nobis liceat.psal.34.a
Maledictiones legis per oblationem agnorũ hebræi excludere putabãt num.26.e
Maledicti qui dicuntur.deut.27.g.& seq.
Maledictio in quibus appareat in homine.deut.28.l
Maledictus qui relicto Domino omnium ad seruum currit.iere.17.b

Universidad de Deusto
Biblioteca



Maledictiones pro diuinorum mandatorum transgresione, sicut benedictiones pro eorum obseruatione.baruch 1.g
Malignus qui se separat à Christo, benignus qui se separat à mundo. psalm.143.c
Malignitas plus nocet quàm malitia.psal.36.a
Malignitas plus nocet quàm malitia.psal.36.b
Malum sciens esse quod facit, & tamen facit, viuus in infernum descendit.psal.54.d
Malus non emendatur correctione.prouer.17.b
Mala quibus Deus vindicatur de nobis,nobis mala videntur:sunt autem mala pœnæ.eccl.11.b
Malis facta sunt bona nocitura.eccl.39.f
tribus Malis præmebantur Iudæi. isa.12.a
Mala quæ Deus facere dicitur,sunt mala pœnæ, quæ suo nomine bona sunt,quia iusta amos 3.b
Malorum magisterium facilè dicitur.mich.6.d
Malo arboris nodo malus clauus infigendus est.marc.11.g
Mala aperta apertè argui & iudicari debent.iohan.7.d
Malitia an sit hominis naturalis.sapien.12.b
Malitia naturalis hominis quid sit, & semen maledictum ab initio? sapient.12.c
Malitia quid sit.1.petr.2.a
Malitia,dolus,adulatio,inuidia,& detractio quid sint.1.pet.2.a
Malogranata, & malagranata,vel malapunica idem.2.para.3.f
Malorum vitanda consuetudo.eccl.13.a
Mammona nomen punicum est, & diuitias auaritia congestas significat.luc.16.d
Manahen pacto cum rege Assyriorum inito, liber remansit. 4.regum 15.f
Manichæorum error super differentia veteris & noui testamenti. exod. 21. e
Manasse dimidia tribus duabus illis sociatur.nume.32.g
Manasse possessionis situs.ios.17.d
Manasses post multa scelera ductus est in captiuitatem,vnde pœnitentia exacta reuocatur.4.reg.21.a
Manasses post multa mala ductus est captiuus in Babylonem per 10. annos,inde restitutus 4.an.regnauit.4.reg.21.a
Manasses multos occidit iustos qui noluerunt vitiis consentire. 4. regum 21. e
Manasses Dei prouidentia sic vocatus est.2.para.33.c
Manasses adorauit omnẽ militiam cœli, scilicet duodecim signa, & 7. planetas,& cæteras stellas nominibus designatas.2.para.33.b
Manasses captiuus primo inuocauit omnes deos,à quibus cùm non iuuaretur,Deum patris sui adorauit.2.para.33.g h
Manasses cognita infœlicitate sua conuersus est ad Dominum, & reductus est in regnum suum.2.para.33.h
Mannæ mirabilia.exod.16.d.& seq.
Manna cur taliter vocatum est.exod.16.g
Manna per miraculum colligebatur.exod.16.i
Manna omne delectamentum,& omnem suauitatem odoris habebat. sapient.16.f
Mammona nomen punicum.luc.16.b
Manna Christi nariuitatem figurabat.sap.16.g
Mandatum Dei primum est,Diliges Dominum Deum tuum.psal.17.a
Mandata Dei triplicia legis naturæ, Moysi, &euangelica.psal.110.c
Mandata Dei quæ ad creationem spectant fidelia sunt.psal.110.c
Mandata Dei abscondit, qui hæc audiens sollicitè in corde recondit. prouerb.2.a
Mandata Dei penes se abscondere.prouerb.2.a
Mandatorum obseruantia vitam dirigit ad gloriam.baruch 3.d
si Mandatum minimum Domini soluere non licet,quanto magis tam magna? matth.5.f
Mandati forma duplex est.marc.10.f
Manducare panem,& bibere vinum cum peccatoribus.tob.4.g
tredecima Mansio sepulchra concupiscentiæ dicitur.nume.33.c
Mansuetudo quantum prodest.genc.24.h
Mansuetudo quanta sit virtus.nume.12.a
Mansuetudo Dauid quanta erit.psal.131.a
Mansuetudo reddit hominem cunctis amabilem.eccl.45.a
Mansuetudo reddit hominem omnibus amabilem.eccl.45.b
Mansuetudo in corde,modestia in verbis est.2.cor.10.a
Manus actiones significant.psal.17.b
Manus in sacris literis pro actionibus sæpe appellantur.psal.17.g
Manus Dei diuina est potentia.psal.20.b
Manus Dei diuina est potentia.psal.20.c
Manichæorum & Christianorum differentia.ecclesiastes 3.f
Manus extendit in altum qui supernum quærit auxilium.ecclesiast.51.d
Manus Dei potestas eius.iere.18.a
Manus Dei interdum potestas eius intelligitur.ierem.18.c
Manus operatio, & pœna contemplatio dicuntur.ezec.1.d
in Manu Antichristi dolus dirigitur.danie.8.k
in Manu Dei sumus vt quæramus bonum incorruptibile.amos 5.d
Manus pro opere accipitur.malach.1.a
Manus enim non semper in bonum pro custodia, sed etiam in malum pro potestate.2.machab.13.f
Maon.1.reg.23.c
Maon desertum confine deserto Carmeli.1.reg.23.i
Marath fluuius.iudith 5.c
Marcus super cæteros euangelistas addidit,& Petro.marc.16.c
Mardochæus 198. annis vixisse dicitur.hest.2.d.de quo difficultas magna est. e
Mardochæus profert eunuchos qui conspirauerant in regem, & ideo ascriptus est libro Fastorum.hest.2.m
Mardochęus intentionem Haman intelligẽs, mandauit Hester vt regem adeat.hest.4.b
Mardochæum dicit Iosephus primo habitasse Babylonem, adduxisse verò Hester in Susan.hest.11.a
Mare mortuum.deut.3.c
Mare fusile templi fontes baptismales figurabat.3.reg.7.f
Mare æneum in figuram lauacri saluatoris.2.para.4.a
Mare præsentis seculi instabilitatem significat.apoc.16.c
Maria & Aaron detraxerunt Moysi.nume.11.c
Maria soror Moysi & Aaron in 33.mansione defuncta est.num.33.f
in Mariam virginẽ spiritus sanctus descendeus,omnes veritates,& omnia dona infudit.prouer.9.a
Mariæ virginis pudicitia laudatur.isa.66.e
Maria mater Dei post partum virgo manet, in partu,& semper virgo. ezec. 44.a
Maria osculatur pedes Domini frequentibus osculis.luc.7.l
quare Mariam virginem mulierem Christus in cruce vocauit. iohannis 19. k
Maritus in mulierem dominari non natura meruit,sed culpa.hest.1.d
Marta & Magdalena differenter suscipiunt Christum,luc.10.k
Martyrum diuersitas.1.cor.15.i
Martyrum diuersa tormenta.heb.11.f g
Martyr quis specialiter dicitur.apoc.2.d
Masal alias Misal ciuitas Leuitarum.1.para.6.f
Masphath est ciuitas in monte Galaad.1.reg.22.b
Masphat locus erat in tribu Beniamin.1.reg.10.k
Masphat.1.reg.10.c.22.a
Matris in filium amor.gene.27.b.& consilium.i
Matris septem puerorum constantia.2.macha.7.e f g h
Mater filiorum Zebedæi iure reprehenditur.matt.20.e
Mater non propterea neganda est viro,si adhæreat vxori,luc.8.c
Mathaliam vocauit rex Babylonis Sedechiam.4.reg.24.e
Mathathias sacerdos in monte Modin cum quinque filiis Antiocho restitit.1.macha.2.a
Mathathias Antiochi edicta sequi noluit.1.mach.2.a c d mortuus est f
Mathathias virtute diuini præcepti occidit immolãtem & aram destruxit.1.machab.2.d
Mathathias sentiens diem suum extremum adesse,inceptum suum,& præcipuè Machabæo commendans obiit.1.macha.2.i
Matrimonium indissolubile quoad vinculum. 1.cor.7.c
Matrimonium non omnibus prohibetur. 1.timoth.4.a.cõtrahere nolentes hortantur ad virginitatem.ibid.
Matrimonij iure quicquid mulieribus non licet, nec viris licet. hebræor.13.a
Maxillæ ecclesiæ sancti sunt prædicatores.thren.1.c
Medicus ægrotans medicorum indiget consilio.2.reg.12.a
Medici ægrotantes,aliorum medicorum egent auxilio.2.reg.12.a
Medicina dicatur inutilis quæ non inducit sanitatem.sapien.4.b
Medicina vera & vtilior quæ sit.eccl.6.d
Medici non sunt negligendi.eccl.38.b
in Medio ecclesiæ Deum habitare credimus.zacha.2.f
Melchisedech primo Ierusalem incepit, & Salomon ampliauit. ierem. 32. n

Universidad de Deusto



Melchisedech quomodo dicatur sine patre & sine matre.heb.7.a
Melchom idolum Ammonitarum. 1.paral.20. b. & quæ de illo gesta sunt.ibidem
Melchomidolum Ammonitarum.1.para.20.b c
Melite vel Melita in mari est Hadriatico.act.28.a
Melita insula in mari Hadriatico.act.28.c
Melothi,vrbs quæ Malom postea dicta.iudith 2.c
Melior est vicinus amicus,quàm frater inimicus.prouer.27.c
Mello.iudic.9.c
Mello siue Millo vrbs Palestinæ in sorte Ephraim. iudi.9.g
Melota Græcum est,& significat pellem cum lana ab oue detractam. hebr. 11.l
Melothi creditur esse ciuitas quam Malon vocant, vnde incolæ Malothæ.iudith 1.d
Membra nostra possumus lectulos nostros nuncupare.psal.40.b
Membra hominis suos habent differentes effectus.eccl.17.a b
Membra corporis se inuicem iuuant.1.cor.12.b.& inter se differunt.c
Membrorum corporis diuersitas & officia.1.cor.12.c d e
Memoria Dei in oratione nostra consyderanda.eccl.51.b
in Memoria erit Ægyprus Iudæ,ob mala quæ totiēs intulit ei.isa.19.c
Memphis.iere.46.f
Memphis ciuitas magna Ægypti & omnium vrbium eius clarissima. ierem.46.g
Memphis ciuitas Metropolis Ægypti.ezec.30.c
Mendax grauius peccat quàm fur.eccl.20.g
Mendacium non silendo verum,sed dicendo falsum.gene.20.a
Mendacium seriò & non iocò dicitur.gene.44.a
Mendacium obstetricum dupliciter consyderandum.exod.1.c
Mendacium nullo modo pro vero dicendum.iob 34.a
Mendacium quàm malum est. iob 34.a
Mendacium quoduis detestandum.eccl.7.b
omne Mendacium quantum sit detestandum.eccl.7.b
Mendaciorum multa sunt genera.1.iohan.2.h
Mendicis foribus ecclesiæ pulcherrimum ornatum præstant. deut. 15.a
Menelaus ad mortem Oniæ procurandam principatum obtinuit. 2. machab.4.g
Mentis tuæ secretum soli amico pendas.eccl.19.b c
Mens vitiis dedita correptionis verba audit,flagella percipit,& tamen corrigere motes contemnit.iere.51.d
Mensa pacis & fidei ecclesiæ typum designat.exod.37.c
Mensa cibi spiritalis in quanta scandala Iudæis acciderit.psal.68.f
Mensis septimus totus apud Iudæos solennis sicut septimus dies hebdomadæ,& septimus annus..1.esd.3.a
Mensis septimus apud Hebræos mensis nonus vocatur propter multitudinem festorum.1.esd.3.d
Mense Septembri transmigrantes altare Domino consecrauerunt. 1. esdr. 3.a
Menses Hebræorum duodecim.2.macha.1.b
Menses Hebræorum sicut Latinorum sunt.12.2.macha.1.f
Menses Macedonici sic respondent Latinis.2.macha.11.g
Menstrua prauæ cogitationes designant.leuit.15.d
Mensura templi dupla erat ad vulgarem.3.reg.9.l
Mensuræ sex datæ Ruth quid figurant.ruth 3.c
Mensura primum formale est ad quod refertur totum ædificium. zachar.2.a
Mentiendi assiduitas vertitur in mendacium detrimentum. ecclesiastici 20.c
Mercator potest dici hypocrita.zacha.14.c
Merces dicitur meritum iustitiæ iudith 6.g
Merces preciosa cupidum negociatorem requirit.luc.11.b
Merces æterna non potest dari nisi ab eo qui est auctor æternitatis. lucæ 23.c
Merces in futuro speratur ex operibus nostris.1.cor.15.f
Merces in futuro erit pro ieiuniis & aliis bonis operibus. 1.corin.15.c
quam impij non videbunt.f
Mercenarium defraudare quàm malum sit.eccl.7.d
Mercenarius quis.philip.2.c
Meretrices quæ dicuntur.deut.23.f
Meretrix quam Sampsom in coniugium sumpsit,ecclesia est. iudi.16.a
Meretrix fide plena conducitur ab Osea.oseæ 3.a
Meritum,iustitiæ merces est,iudith 6.d
Merita meritis lucrum faciunt.psal.88.c
Meritum quare confertur homini.eccl.16.c
Merita nostra Dei sunt munera.eccles.32.b
Meritorum gradus monstrantur.2.corint.9.b
Merodach omnem Assyriorū potentiam ad Caldæos transtulit,quam Cyrus tandem ad Persas & Medos.iere.50.b
Meron.ios.11.a
Meron vicus est Sebaste.ios.11.d
Messias nullus præter Christum venturus est deuter.30.a
Mesopotamitæ se Dauidi dederunt.2.reg.h
Metreta mensura est congionum decem.ioan.2.b
Micheas parabola vsus est ad regem.3.reg.20.m.ideo rex iusserat includi in carcerem.22.d
Micheas nouam legem daturum Deum denunciauit.mich.4.b
Micheas & mater eius erant Idololatræ.iudic.7.a
Michol sociata Phalti non est ab illo cognita.1.reg.25.f
Michol sola Dauid vxor dicitur.2.reg.3.c
Michol vxor Dauid quinque filios Merob sororis suæ adoptauit.2.regum.21.e
Michol dicta est Eglo vxor Dauid.1.par.3.b
Milenarius numerus denarii numeri quadratum reddit solidum.apocalip.20.b
Miletus ciuitas Asiæ minoris. acto.20.c
Miletus ciuitas est Asiæ minoris maritima.act.20.l
Militans Deo non implicet se negotiis secularibus.1.timot.4.c
Ministri videant quàm obnoxii sunt officium exequi.nu.8.a
Ministrorum Dei gradus ezech.43.b
per Miraculum quidam sunt reuersi de morte ad vitam , & omnes in fine reuersuri .sap.2.b
Miracula multa in morte Christi.mar.15.l
Miseri solatium est habre socium in pœna.eze.32.k
Miseriæ multæ corporis.iob.14.a.
Miseriæ hominis quantę & quales sunt.iob.14.a
Misericordia sola comes est defunctorum.tob.4.c
Misericordia non est sine iudicio,nec econtra.psal.32.n
neque Misericordia sine iudicio neque iudicium sine misericordia. psal.32
Misericordiam Dei postulans tandem consequitur securitatis arma. psal.55.a
Misericordiam Dei postulans in Deo confidit.psal.54.a
Misericordiam Dei laudamus in iustificatione impiorum.psal.88.c
Misericordię dicuntur promissiones.psal.88.n
Misericordiam Dei contemnens, iudicium pertimescat.psal.100.a
Misericordiam primo & inde iudicium se cantare perhibet.psal.100.a
Misericordiæ & veritatis vires.pro.3.b
Misericordię diuinæ magnitudo ex parte hominis cognoscitur.ecclesiastici.18.a
Misericordiæ viri qui dicuntur.eccl.44.c
Miseria destructionis Ierusalem ex pluribus cocluditur.thren.5.c d
Misericordiæ dei multæ, quia multæ sunt humanæ miseriæ.2.cor.1.c
Missæ cōmoditates tantæ sunt,vt eas citius mente conceperis,quàm fando expresseris.eze.40.f
Moab.deuter.2.b
Moab.iere.48.c
Moab tam vrbis quàm prouinciæ nomen est.iere.48.g
Moab excidium fuit anno quinto post excidium ierosolymitanū. ieremiæ.48.f g
Moabitis successu temporis à Ptolæmeo Philadelpho capta,vnde Philadelphia dicta.iere.49.a
Moabitæ frequenter infesti fuerunt filiis Israel..amos.2.a
Moderari carnium vsum pro necessitate & tempore,propriè Christianum est.rom 14.e
Modin ciuitas.1.mach.2.b
Modin ciuitas propter Machabæos celebris in tribu Beniamin.1. machabæ.2.c
Modus placendi priscorum.isa.15.a
Modus diuidendi terram Israel.eze.47.f.42.a b & sequen
Mochia multiplex est.rome.2.c
Mœniamin ædificium.3.esd.6.c
Mœniamin ædificium à Mœnio dictum.3.esd.6.g
Mons Moria fuit monstrata Dauidi ab angelo.2.par.3.a
Montes Ange inter Assyriam & Armeniam extenduntur.iudith.1.c
Mons Sion & Ierusalem sunt exaltatio totius terræ.psal.47.a
Mons Sion vrbs Ierusalem appellatur.psal.47.a
Montes intelligi possunt homines magni,homines elati.ps.120.a

Universidad de Deusto
Biblioteca



Mons est in vertice montium incarnatus Dominus.isa.2.a
Montes Israel quamuis dæmonum simulachris occupati, suum audierunt conditorem.ezech.6.a
Montes Israel sunt quindecim insigniores.ezec.36.a
Montes Israel nota maiore digni.ezec.36.a
Montes quinque in circuitu Ierusalem.ezec.36.a
Moralia manent in euangelica lege.ecclesiastici 1.
Moriah mons Palæstinæ.gene.22.b
A morte Moysi ad primũ annũ Iephthe supputãtur an.266.iudic.11.h
Mors Samuelis dicitur fuisse septem mensibus ante Saulem.1.reg.25.a
Mortis filij idem qui viri morte digni. 1.reg.26.g
Mors Ieroboam.3.reg.14.h
Mors Roboam. 3.reg. 14. l. vituperatus est quia cognatam in vxorem accepit.15.b
Mors Baasa regis Israel. 3. regum 16. c. qui meruit deleri de stirpe regum. d
Mors Achab.3.reg.22.k. 4.reg.1.b
Mors Elisæi. 4.reg.13 f.qui sepultus Christum sepultum figurabat.g
Mors piis non timenda,sed potius optanda.iob 14.c
in Morte nulla timetur meritorũ amissio, ita nulla tribuitur peccatorum remissio.psal.6.b
Mortem morte reddere,prima est retributio. psal.115.a
Morbi animæ morbis corporis sunt valde grauiores.prouer.18.d
Morte omnia finiuntur,nec in inferno aliqua est pœnitẽtia aut recursus. ecclesiastes 9.b
Mors Christi vita est, ipsius vulnus vita est, ipsius sanguis vita est, ipsius sepultura vita est,ipsius resurrectio vita est vniuersorũ. thr. 4. i
Mors dormientium dicitur quies.danie.12.b
Mors innocentis Deo non placet.mich.6.c
Mors naturæ finis est,non pœnæ.luc.12.b
quos Mors expulerat vita reuocauit.luc.19.i
Mors Christi vera secundum scripturas .1.corinth.15.a
Mors ex maledicto, & maledictum & omne peccatum.gala.3.c
Mortuus homo viuo patrocinatur.isa.37.g
Mortuorum vocabulo non est nisi quod amisit animã.ezec.24.e.quod corpori competit.ibid.
Moyses nariuitate,abiectione,& inuẽtione Christum figurauit. exod. 2.a.Ægyptum dispensatione Dei occidit,Æthiopissam duxit in figuram ecclesiæ futuræ. ibid.d.in percussione Ægyptij Petrum ecclesiæ pastorem designauit.ibid.g
Moyses ex Iudæa muliere natus.exod.2.a
Moyses siue Moses vnde dicitur.exod.2.c
Moysi socer septem inuenitur habuisse nomina.exod.4.d
Moysi orationis efficacia.exod.17.c
Moysen cur Deus patitur ab alienigena doceri.exod.18.e
Moyses audiuit libenter suum socerum sibi consulentem exod.18.h
Moyses in 32.mansione propter aquas contradictionis offendit Dominum.nume.20.c
Moysi mater fuit amita mariti sui.nume.26.i
Moysi & Aaron eadem causa affertur.nume.27.b
Moyses eadem causa mortuus est qua & Aaron.nume.27.c
Moyses duorum regum hæreditatem diuisit populis multa pecora habentibus.nume.32.d e
Moyses de præteritis certus,certiorem facit populũ de futuro. deut.3.f
Moyses cur populum in terram promissionis nõ introduxit, Iosue autem introduxit.deut.3.i
Moyses frangit audacter tabulas.deut.9.f
Moysem dicunt Iudæi tres quadragenas ieiunasse.deut.9.h
Moysi vita tripartita est.deuter.13.a. cur ille non est terram promissam ingressus.32.g.mortuus est.34 a
Moyses prædicit Iudæis mala quæ erãt à Romanis tolerãda. deut. 32.e
Mors Salomonis.3.reg.11.n
Moyses variis nominibus insignitus. 1.para.4.e
Moyses constituerat vt singuli ad templum deferrent dimidios siclos. 2.paralip.24.c
in Montem Domini ascensuri.psal.14.a
Moyses passionem Domini longè ante præcinit.psal.109.b
Moysen natum tres menses propter edictum regium occultarunt.hebræor.11 g
Moyses fugit in Madiam,sed noluit ibi manere.hebr.11.h
Moyses typus erat saluatoris. act.7.f
Moyses dixit quod passurus esset Christus primus ex resurrectione. acto.26.g
Mulieres & infantes non exierunt cum viris ad bellum.ios.1.d
Mulieres duæ in iudicio Salomonis duas sectas figurabant. 3.reg.3.k
Mulier non permittenda est dominari viro.hest.1.c d
Mulier rixosa compesci non potest,quin clamet.prouer.27.e
Muliere bona nihil potentius ad instituendum virum.eccl.26.a
Mulier fundit concupiscentiæ silentium. eccl.42.e
Mulierum pœna ex morte virorum suorum.isa.3.h
Mulieres de rebus diuinis iubentur tacere in ecclesia.1.corinth.14.g
Mulieris & viduæ officia.1.timoth.5.b
Mulieribus præcipuè verulis ebrietas prohibetur.tit.2.b
Mulieris erga virum gratia & conuersatio.1.petr.3.a
Mulieris gratia plurimum valet.1.pet.3.a
Mulierum tres sunt acceptiones.exod.23.b
Multorum seruus est qui subiectus est vitiis.iohan.8 l
Multa conatur agere qui synceritatẽ fidei nõ curat custodire.eccl.19.f
Multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum.sap.6.g
Mundus totus duabus constat partibus.leuit.14.h
nemo Mundus coram Domino,qui Deum videat vt est. iob 4.c
Mundus duobus modis intelligitur.iohan.17.c
Mundus duobus modis intelligitur, alter in peccatoribus, alter in sanctis. iohan.17.g
quomodo totus Mundus in maligno positus est.1.iohan.5.f
Munus multiplex dicitur.isa.18.a c
Munus multiplex dicitur.isa.18.d
Munera pro interpretatione somnij,cur Daniel à rege accepit.dan.2.g
Munere suo Deus nullum voluit esse alienum.2.cor.4.d
Munera eorum qui vicerint tentationes mundi,&c.apoc.2.i
Murmurare contra Deum quantum noceat.exod.15.f
Murmur Iudæorum contra Deum.nume.11.a
Murus duplex circa vrbem constructus est.nehe.3.e f
Murum ciuitatis accelerari ægrè tulerunt hostes.nehem.4.a
Muro perfecto Nehemias & cæteri ciues Deo obtulerunt sacrificia. nehe.7.2.inde ciuibus construunt domicilia.ibid. & c.
Murus est ecclesia,& turres eius sunt sacerdotes.cant.8.d
Musicæ vis collaudatur. 1.reg.16.f
Musica instrumenta Dauidis.1.para.15.e
qui sunt qui Mutati dicuntur vt luna.eccl.27.c
Mutato altari Moysi legem mutari oportet.isa.19.g
Mutus spiritus quis dicitur.marc.9.f
Mysteria fidei Catholicę nec passim cunctis danda,nec cunctis celanda.apoca.10.b
Mysteria fidei Christianæ nec passim cunctis ostensa ne vilescant. apoc. 10.c
Mytilene ciuitas Asiæ prope Ephesum.act.20.c
Mytilene in Asia prope Ephesum.act.20.k

N

NAaman regis Syriæ princeps. 4.reg.5.a b
Naaman lepram suam aqua purgari non credidit. 4. reg.5.g
Naas pater Hanon & Sobi recepit Dauid fugientem à facie Achis.2. regum 10. a b
Nabath pater Ieroboam hostis Salomonis.3.reg.11.i
Nabal genealogia.1.reg.25.c
Naboth siue Nabutha vineam suam negauit Achab.3.reg.21.a.& proprio sanguine bona & iura maiorum suorum defendit.b d
Nabathena regio Nabaioth primogeniti Ismahelis gene.25.b
Nabuchodonosor octauus rex Babyloniorum.4.reg.24.a
Nabuchodonosor 9.rex Babyloniorum,& 2.huius nominis.4 re. 25.a
Nabuchodonosor Sedechiam seuerè corripuit quod fregisset fidem. 4.reg.25.c d
Nabuchodonosor secũdus, nonus rex Babylonis captiuum duxit Iechim cum filio suo.2.par.26.f
Nabuchodonosor primus rex Medorum,sed tertius Chaldæorum,& 8. Babyloniorum. iudith 1.b c
Nabuchodonosor volebat reputari solus Deus.iudith 2.e
Nabuchonodosor nomine tantum duo fuerunt. iudith 1.c
Nabuchodonosor tribus vicibus vastauit terram Iuda.iere.52.f
Nabuchodonosor tribus vicibus vastauit terram Iuda.iere.52.h
Nabuchodonosor sui oblitus statuam nimiam erexit. danie.3.a
Nabuchodonosor prædicauit potentiam Dei.daniel.3.g
Nabuchodonosor tres pueros fecit illustres.danie.3.m n
Nabuchodonosor cor humanum eripitur, & cor bestiale substituitur. daniel. 4.c

Nabuchodonosor Danieli non obtemperans aduersa quæ viderat perpessus est.danie.4.k
post Nabuchodonosor ante Balthasar regnauerunt tres reges in Babylone.daniel.5.b
Naim ciuitas Galilææ.luc.7.b
Naim ciuitas est Galilææ in secundo miliario montis Tabor.luc.7.c
Naioth locus est sortis Beniamin.1.reg.20.a
Naioth.1.reg.20.a
Nathan consilium cum Dauid.2.reg.7.a
Nathan propheta, ad Dauid prophetam.2.reg.12.a
Nathan quædam dixit Dauidi ex se, & non ex sermone Domini.1.paralipom.17.a
Natinnæi erant Gabaonitæ.1.par.9.c
Naphtha genus ignis apud Persas.danie.3.b
Nasci de Deo quid sit? 1.iohan.3.d
Nati ex infidelibus non proficient.oseæ 9.e
Natiuitas hominis duplex.leuit.22.d
Natura humana ex corpore & spiritu constat.nume.11.c
Natura humana quantum sit exaltata.psal.44.d
Naturæ iura in Iudæis confusa erant in aduentu Christi.amos.2.b
Natura humana qualis sit sine gratia.iudæ e
Natura etiam docuit quæ necessaria sunt in lege.galat.2.d
Nazareth ciuitas Christi est.matt.9.a
Nazaræus & Nazarenus quantum differunt.num.6.b c
quæ Necessaria sunt in lege etiam natura docuit.gala.2.e
Necesse est vt aliqui ingrediantur in requiem Dei.hebr.4.b
Nechao rex Ægypti contra regem Assyriorum ascendit, contra quem Iosias congressus occisus est.2.para.3.f g
Negligens suæ infirmitatis fœditatem consyderare in æterna morte cum cæteris peccatoribus deficit.ezec.32.d
Nehemias regis Artaxerxis pincerna erat.nehem.1.a. ædificandæ Ierusalem vigilauit.5.c
Nehemiæ & Esdræ Darius 20.anno sui regni dedit facultatẽ reædificandi templum.nehe.1.b
Nehemias pincerna regis Artaxerxis in Susis erat.nehe.1.c
Nehemias petita à rege & regina facultate veniendi Ierusalẽ,obtinuit. neh.2.b.& obtinuit ligna ad resartiẽdum portas & muros vrbis.c d
Nehemias exultabat in ædificandis muris,ciues verò tristabantur. nehem.2.d e
Nehemias diuisit armatos, vt media pars extra vrbem & altera infra. nehem. 4.c
Nehemias multas insidias & minas passus est etiam à domesticis . nehem.6.a.& seq.
Nehemias Athersath dictus est.nehem.10.a
Nehemias videns vrbem ferè vacuam rogauit optimates vt habitarẽt in Ierusalem.nehem.11.a
Nehemias peractis omnibus prædictis rediit ad regem.nehem.13.c
Nehustan res ænea nullius vtilitatis. 4.reg.18.b
Nemo peccat inuitus.leuiti.11.m
Neminem speramus venturum nisi filium Dei.apoc.1.c
Neomenia noua luna dicitur coniuncta cum sole, sicut ecclesia cum Christo.num.28.c
Nephthoah.ios.18.c
Nepthoa fons iuxta Ierusalem.isa.18.d
Nequitia mortalis operatur his quæ nobis conceduntur ad subsidia vitæ æternæ.oseæ 2.d
Ner non genuit Cis,sed educauit.1.par.9.g
Nero non statim ab initio imperij sæuiebat in Christianos.acto.28.g
Netophat.1.para.9.c
Netophati nomen loci.1.para.9.h
Nicanor mille mercatores adduxerat,qui emerẽt captiuos,quibus potius opus fuit seipsos redimere.2.macha.8.m
Nicodemus cùm esset magister in Israel,palam discere erubuit,& ideo nocte venit ad Christum.iohan.3.a
Nicolaus vnus ex septem diaconis hæreticus.apoca.2.b.cuius hæresis dicta est mulier Iezabel.e
Nicolai sequaces propter libidinem.apoc.2.h
Nicopolis Thraciæ ciuitas.tit.3.a
Nicopolis Thracię ciuitas est,propinqua Macedoniæ.tit.3.f
Nilus flumen sempiternum.sap.11.a
Nilus sempiternũ flumen vocatur.sapien.11.a.qui vocatur Gihon.ibi.
Nilus qui & Geon dicitur fluuius immensus.isa.18.a
Niniue vrbs olim insignis.tob.1.b
Niuiue vrbs est à Nino super Euphratem condita.tob.1.f eius descriptio.ibidem
Niniuitæ per Ionam conuersi postea peccantes deleti sunt per Chaldæos tobiæ.14.b
Niniue crudelitas arguitur.nah.3.a
Niniue quæ speciosa dicitur, animam notat.nah.3.c
Niniue ruina præuidetur.sop.2.d.3.a
Niniuitæ per abstinentiam sui & animalium,iram Dei temperauerunt ion.3.b
Niniuitæ per abstinentiam suspenderũt imminentem ruinã.ionæ.3. b
Niniuitę ad prædicationem ionæ cõuersi,statim post ad vomitum reuersi sunt.nahum.1.a
Nisan primus mensis Hebræorũ in quo pascha fieri oportebat.nah.2. a
Nisan primus mensis hebræorum nostro respondet Martio vel aprili nehem.2.a
Nix candor gratiæ quæ per baptismum tribuitur.iob.37.b
Nobe.1.reg.21.a
Nobe ciuitatem sacerdotalem Saul euertit.1.reg.21.a.22.d
Nobilitas quadruplex.1.mach.10.a
Nomina mensurarum & numerorum pro varietate locorum& temporum mutantur.ruth.2.e
Nomine iudicii & non solùm re deus iudicat.2.reg.18.m
Nomina quorumdam à patribus alia ab vrbibus scribuntur.3.esd. 15.d
Nomina diuina.iudith.16.b
Nomina Dei decem.iudith.16.d
Nomen domini primum & secundum.psal.8.b
Nomen dei primum, & secundum.psal.8.a
Nomina terribilium rerum sunt terribilium iudiciorum instrumenta. psal.34 a
Nomen bonum est ad gloriam Dei,ædificationémque proximi.ecclesiastes.7.k
Nomen Domini est Christus iudex.isa.30.m
Nomen Domini polluere & sanctificare quid sit.iere.36.f
Nomina septem puerorum Machabæorum & matris eorum.2.machabæorum.7.h
Nomina duobus noui testamenti antequam nascerentur imposita sunt quatuor verò veteris.luc.1.b.
Nominis dei virtus.acto.4.b
quomodo in vno Nomine oportet nos baptizari.act.4.d
in vno Nomine omnes saluari oportet.eph.4.d
Nox tribulatio,sicut dies prosperitas dicit.iob.35.c
in Nocte possumus nec ordari Dei.psal.4.d
cum Nox esset quare angelus dixit natus est vobis hodie Saluator. luc.2.d
Nubere puellas contribulibus Moyses iubet.nu.36
Nubere mulierum est, ducere virorum.1.corinth.7.a
Nudiu stertus, vnde.1.reg.19.a
Nubes propheras significant.iere.51.g
Nudiustertius vnde dicitur.1.reg.19.d
Numeratio populi à Moyse & Dauid differt plurimum.nume.1.c
Numerando filios Iacob quidã omittuntur, & filij Ioseph assumuntur apo.7.c
Numeratio populi ad officia per menses & vices.1.para.27.c.d.& seq.
Numero Iudæorum admisti sunt plerique ignoti.1.esd.2.e
Numisma Cæsaris est aurum, numisma Dei est homo.mar.12
Nunciat propheta regi & loco abundãtiam subito succesuram.4.regum.7.a
Nuncius regis Assyriorum iungit veritati mendacia.2.par.32.c
de Nuptiis in Chana Galilææ difficultas est, an fuerint ante ieiunium Christi an post.ioan.2.a
Nuptiæ spirituales Domini cum ecclesia sponsa.apoc.19
Nuptiæ verbi per nuptias Moysi figurabantur Roma.11.b
Nuptias deus concesit, sicut & digamiam Roma.12.a
Nuptiæ bonæ sunt,sed non sunt virginitate sublimiores.1.corinth.7i.
Nuptiæ spirituales Christi.apoc.19.b

O

OBstetritcibus hæbræis deus non repensauit mendacium.exod.1.d
Obed ædom benedixit Dominus & domui eius.1.par.26.b
Obdurare quomodo dicitur Deus.exod.4.f.non quod duritiam ipse inferat.ibidem.7.a
Obedire debet filius patri in hisolùm quæ sunt legi conformia,tob.5.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obedientia quantæ virtutis sit.deut.6.d
Obedientia prompta prophetarum concordat diuinæ clementiæ. ieremiæ 36.c
Oblationum differentiæ.leuiti.3.a
Oblationes omnium festorum refert.num.28.a
Oblationes etiam extra tabernaculum Iudæi in deserto interdum offerre poterant.deut.12.c e
Oblatio iusti impinguat altare.ecclesiastici 35.b
Oblatio iusti fidei impinguat altare.eccl.35.c
Oblectamenta carnalia quanti sint incommodi.1.timoth.5.a
Oblationes ducum Iosiæ in festo paschali.3.esd.1.c
Obliuio an cadat in deum.psal.12.a
Oblationes Iudæorum tam primogenitorum quàm aliorum sacrificiorum Deus non acceptauit.ezec.30.k l m
Oblatio redemptionis nostræ perpetua.luc.22.b
Obliuio est memoriæ deperditio.psal.12.a
Obsecrationes,orationes,postulationes, & gratiarum actiones à Paulo mandatæ obseruantur per totum Christianismum.1 timo.2.a
Obsidio Ierusalem per 18.menses tandē Sedechias succubuit. ier.29.a
Obstinatio animi apparet in confirmationem faciei.prouer.21.h
Occasionem quærit qui vult discedere ab amico.1.machab.15.k
Ochosias filius Achab regnauit mortuo patre.4.reg.1.b
Ochosias filius Achab patrem secutus similē exitū habuit.2.para.20.o
Ochozias qui & Ioachaz filius Ioram successit,sed infœliciter patri. 2. paral.22.a
Occidere alterum etiam volentem non licet.2.reg.1.h
Occidere proximū non licet,cui non licet occidere seipsum.2.re.4.c d
Occisorum numerus in bello Beniamin.iudic.20.e
Occisio dupliciter consyderanda.deut.24.e
Ociosus ad pœnitentiam.prouer.24.i
Ociosum verbum quid sit.matth.12.e
Ociositas quantum vitanda.eccl.40.d
Ociositas inimica est animæ,& operibus bonis.1.macha.2.g
quicquid Occultū est & ab hominibus ignoratur,mysteriū est.dan.2.k
quare Occultus sit dies iudicij & hora.1.thess.5.a
Oculi non solùm corporis,sed animæ dicuntur.psal.118.c
Oculi animæ semper sunt intenti ad deum.psal.24.d
Odio habenda sunt vitia non homines.psal.118.a
Odientis animis quomodo reconciliandus.deut.22.a
nihil Oholiusu superbia.psal.105.b
Odolla locus est in tribu Iuda.1.reg.22.a
Offendens in vno, transgressor est totius legis.iac.2.d
Offensæ Dei placatio per consilium Gad prophetæ.2.reg.24.l
Offerre pecus non sufficientes qui sunt.leuit.5.b
qui Offert id quod Christus fecit vice ipsius verè fungitur.mala.1.f
Offerre bouem,arietem,agnum & hircum quid sit.num.7.e
Officia Dauid regia tria erant.1.para.18.f
Officia ministrorum templi.nehem.7.d.& seq.3.esd.5.b
Og rex Basan.deut.3.b
Ollam quam vidit Ieremias incendit diabolus.iere.1.f
Olei particula per virtutem prophetæ crescere potuit.4.reg.4.c
Oleo lætitiæ vnctus est Christus.psal.22.e
Oleum lætitiæ spiritus sanctus est.psal.44.b
Oleum lætitiæ spiritus sanctus est.psal.44.c
Olympias prima vbi incepit.2.macha.4.e
non Omnia propterea omnibus gratis communicanda.matth.10.c
Omnipotentem deserere & figmenta adorare quàm pernicioſum sit. sapient.13.c
Onager agrestis est asinus.iob 39.b
Onia pontifice defuncto filius eius Simon iustus illi successit. ecclesiastici 50.a
Onus,prophetia minarum plena.isa.13.a
Onus prophetia est minarum pœna.isa.13.b
Oholla dicitur Samaria,Oholliba,Ierusalem.ezec.23.b c
Ooliab quis.exod.35.d
Operarij domus Domini fuerunt triginta milia.2.para.2.i
aliud est posse Operari aliud Operati, aliud posse habere charitatē, & aliud habere.matt.25.c
Operandi post mortem tempus non est.ecclesiastici 14.c
Operantes panem suum manducent.2.thess.3.d
in Operatione impatiens ne quis sit vt deficiat.ezec.33.c
Operimentum bonum quod animam tegit, ne à tentatore deprehendatur. psal. 68.b
Opera Dom.singula in tabernaculi compositione in sapientia fiunt. exod.36.a
Opera bona ex genere,extra charitatem facta, mereri possunt temporalia.4.reg.13.a
Opera bona ex genere facta extra charitatem quomodo pensanda sunt.4.reg.13.b
Opera nostra nobis tacentibus clamant ad Dominum.psal.76.a
Opera Domini cur magna dicuntur.psal.110.a b
Operationum & orationum principia finésque benedictione munire debemus. psal.150.a
nullum Opus hominis bonum est, nisi virtute prudentiæ dirigatur. prouerb.3.g
Opus nostrum qualiter præparandum sit, vt securè ædificemus. prouerb.24.g
Opera fortia dicuntur quæ sunt in charitate perfecta.prouer.31.f
Opera bona hominem Deo acceptabilem faciunt.ecclesiastici 1.g
Opera Dei nemo ad aliquid cognoscere potest.ecclesiastici 16.d
Opera bona non sunt malis sermonibus maculanda.ecclesiastici 18.c
nullum Opus hominis Deo placere potest,nisi ipse prius Deo placeat. ecclesiastici 30.e
Opus hominis Deo non placet,nisi ipse placeat.eccl.30.d
Opera Dei magnalia quomodo licet consyderare? eccl.42.h
Operis praui fœtorem emittere.isa.3.g
Opera bona Dei dona sunt,ideo in Deo, non in homine gloriandum. isaiæ 39.c
Opera bona ciuilia Ethnicorum sunt consyderanda.soph.2.a
in bonis Operibus,quę Dei dona sunt,non in homine,sed in Domino glotiandum.matt.6.b
Opera in spe fiunt retributionis & coronarum.matth.7.e
Opera in spe fiunt retributionis,& coronarum.matt.7.f
Opus magnum opus salutis.mar.11.a
Opera diaboli imitantes, interficere, mentiri se filios diaboli demonstrant.iohan.8.p
Opera bona gentilium,& philosophorum bonam vitam Dominus recipit. iohan.15.a
aliqua Opera philosophorum etiam sine fide,bona.iohan.15.b
nec Opera sine fide,nec fides sine operibus iustificat.rom.10.e
Opera sine fide, sicut nec sola fides sine operibus, non iustificant romano.10.c
Operationis bonæ exempla.rom.16.d
per Operum confessionem magnificantes Deum,Christiani probantur. 2.corinth.9.d
Operum Pauli gradus.2.corint.12.c
Opera legis quare præcepta sunt.galat.2.c
Opera legis quæ sunt.galat.2.d
Operibus misericordiæ cum fide & charitate obtinetur remissio peccatorum.ephes.1.b
tanto magis nobis Opus est charitatem adipisci ac bona opera, quanto magis appropinquat dies iudicij.hebr.10.g
Opera sunt pedisequa fidei.acto.10.e
ante Opera opottet lucere fidem.acto.10.k
in Operibus & non in verbis est nostra salus.1.iohan.1.c
Opera bona Dei dona sunt.apoc.3.e
Operatio sanctorum pura est à nigredine peccatorum.apoc.20.c
Ophel nomen est villæ extra Ierusalem. nehem.11.e
Opinio varia super regibus Persarum,an sub Xerxe an sub Artaxerxe Darij filio,an sub Longimano,filij Israel redierint.3.esd.8.a
Opprobria Iudæorum in Christum.psal.68.c
Opprobria maxima in Deum.psal.72.b
Opulentia cordis eleuationem, & beneficiorum obliuionem parit. deuter.8.e
Optimum Deo sacrificium cor contribulatum.psal.130.a
Orauit Dominus non secundum formam Dei, sed secundum formam serui.psal.86.a
Oremus in silentio non in plateis.isa.32.d
Orate sine intermissione.1.thessal.4.c
hoc enim Orat Apostolus vt operatio eius fiat cum cognitione veritatis.philem.c
Orante homine nihil fortius. 1.machab.3.g
Orandi sunt sancti pro quauis necessitate.ezec.14.f
Orationes & deprecationes fiant pro defunctis.4.reg.20.d
Oratio Ezechiæ profuit illi & suis vsque ad tempus Sedechiæ. 4.regum 20.h

Oratio facta ad Deum quomodo non fruſtratur.2.par.1.d
Orationis vis & efficacia.2.par.7.e
Orationis vis & efficacia.2.para.7.b
Orationis comites.2.para.2.b.f
Oratio eſt maiora arma,qua nobis ſemper opus eſt.2.par.20.c
Oratio & ieiunium quantum proſunt.neh.1.c
Orationes pro defunctis non ſunt otioſæ.4.eſd.10.a
Oratio fletus,& lamentatio quantum Eſdræ profecerit.1.eſd.10.a
Orationis & ieiunij vires.nehe.1.d.tob.12.b.iudith 9.a.11.d
Oratio quàm bona ſit cum miſericordia.iudith 9.b
Oratio caſtitatem fœminæ ſeruauit .iudith.14.f. & armorum potentiam calcauit.15.a
Oratio dierum quanta eſt.eccl.3.b
Oratio Ieſu Syrach ad Deum,& populum.eccl.51.a
Oratio eccleſiæ ad Deum cum gratiarum actione.eccl.51.a
Orationibus prophetarū placatus eſt dominus dilectis populi.ier.33.b
Orationes prophetarum & ſacerdotum placauerunt Dominum pro delictis populi.iere.33.b
qui Orationem ſimulant dupliciter peccant.bar.1.f
Orationis variæ formæ & genera.bar.2.f
Orationis vires.dan.3.d
Orationis vis in vniuerſa Dei opera.dan.3.o
Oratio præmittenda eſt in omni bono negotio.zach.7.b
Orationis vires & conditiones.2.mach.1.f.cuius quatuor ſunt genera. ibidem.
Orationum quatuor ſunt genera.2.mach.1.l
Orationis vires & conditiones.2.mach.1.k
Orationes ſolennes agendæ ſunt cùm ſurgimus, cùm prodimus, antè & poſt cibum.matth.26.d
Orationi conueniens eſt locus deſertus.marc.1.d
Oratio frequens quandam operatur diſciplinam orandi.luc.16.b
Orationes ſunt præmittendæ.1.corinth.1.a
Orationes noſtras & vota Angeli Deo offerunt.heb.1d
Orbis terrarum cum Domino in inferno pugnat.ſap.5.e
Ordo proficiſcendi ad bellum.num.2.c
Ordinatio ſacerdotalis præſente populo fiat.num.20.d
Ordo naſcendi eſt,ordo moriendi non eſt.pſal.112.a
Ordo Melchiſedech.hebr.7.c
Ornatus quàm periculoſus. eccl.9.a
Oran dicunt Hebræi eſſe montem Moria in quo Abraham voluit immolare filium ſuum Iſaac.1.par.21.g
Ornam qui & Moria.1.para.21.d.2.para.3 a
Orix illaqueatus,hoc eſt,bos ſylueſtris.iſa.51.k
Os Dei filius Dei patris eſt,qui eſt Chriſtus Dominus.thren.1.l
Oſea occiſo Phace 9.annos regnauit.4.reg.17.a
Oſtium intelligentia eſt diuini ſermonis.luc.11.c
Oſtium apertum Chriſtus eſt,cœlum eccleſia.apoc.4.a
Othoniel doctus in lege poſtea iudex Iſrael electus .iudic.1.f.& ſeq.
Othoniel 40.annos fertur iudicaſſe Iſrael. iudic.3.b. in quibus 8.anni afflictionis includuntur.c
Oua aſpidum rumpere quid ſit.iſa.59.b c
Ouile vnicum angelorū & hominū ſub vno paſtore Chriſto.apoc.5.d
Oues Meſopotamiæ ſicut Italiæ bis in anno pariunt.gene.31.a
Oza cur tangendo arcam punitus fuerit.2.reg.6.b c
Oza cur mortuus tangens arcam. 1.par.13.d e
Ozias rex Ieruſalem ab initio laude dignus poſt in ſcelera lapſus principatum ſacerdotij innaſit.iſa.6.a

P

PActum Dei cum Iudæis.leui.26.h
Pactum ſalis quid ſit.2.par.13.b
Phiala vas quoddam quo Iahel obtulit Siſaræ butyrum.iudic.5.b
Palmas in manibus tenere eſt victorias in manibus tenuiſſe.apoc.7.d
Paleſtini ſignificant contendentes odio.ezech.25.c
Paleſtra eſt locus vbi exercetur lucta ſicut gymnaſium.2.mach.4.d
Palmiram ædificauit Salomon in deſerto.2.par.8.a
Panes propoſitionis quaſi corpus Chriſti.1.reg.21.a.23.a
Panes propoſitionis non omnes edebant.1.reg.21.d
Panis ſpiritalis hominem interiorem perficit.pſal.36.f
Panem ſuum Dominus habet.pſal.103.b.imo ipſe panis eſt. ibidem.
Panis viuus atque cœleſtis,qui dat vitam mundo,Chriſtus eſt.iſa.65.b
Panis eſt antequam conſecretur:vbi autem verba Chriſti acceſſerunt, corpus eſt Chriſti.marc.14.c
Panis qui corpus Chriſti eſt,manducandus eſt.ioan.6.e
Paphus ciuitas Cypri.act.13.a
Paphus vltima eſt ciuitas Cypri.act.13.c
Parabola ipſius Nathan ad Dauid diabolum complectitur.2.reg.12.b
Parabola mulieris ad Dauid.2.reg.14.g
Parabolis in loco prolatis nihil eſt efficacius.iere.51.a
Parabola ſeminis pertinet ad ſtatum eccleſiæ finalem.marc.4.g
Paracletus conuocat omnes gentes.pſal.48.a
Paracleti opera.ioan.16.c.& ſequen
quod Paratum eſt à Deo patre, & à filio eius eſt paratum.marc.10.i
Parentes doceant filios ſuos & filias ſuas legem diuinam.dan.13.a
Parietem fodere eſt aſperis correctionibus duriciam cordis aperire.ezech.8.c
Parietis nomine peccati duritia ſignatur ezech. 13.b.quem quidam ædificant alij liniunt.ibidem
Parietis nomine peccati duritia deſignatur.eze.13.f
Paries dealbatus hypocriſin ſonat.acto.23.a
ſi Parua negligimus audienter maiora perpetramus.eccl.19.a
Parua eſt omnis iniquitas & malitia in conparatione idololatriæ & hęreticæ prauitatis.zach.5.d
non Parua eſt vniuerſæ eccleſiæ auctoritas, vbi in precibus ſacerdotis que domino Deo ad eius altare funduntur locum ſuum habet etiam commendatio defunctorum.2.macha.12.m
Partus virginis prædicitur ab iſaia.iſa.7.d
Paſcha ſolenne Ioſias celebrauit.2.para.35.a.& ſequen.3.eſd.1.a
Paſcha celebrauerunt 14.die menſis primi.1.eſd.6.r
Paſcha continuarunt Iudæi per octo dies poſt completum templum. 3.eſd.7.c
Paſchalis feſtiuitatem quare Ioſias celebrauit.3.eſdrę.10.b
Paſcha ſecundum dicunt à baptiſmate Chriſti.ioan.2.c
iraſci eſt affectus naturæ pſal.4.a
Paſtophorium dicitur ſacerdotum domicilium.3.eſd.9.a
Paſtophorium, ſacerdotum domicilium.3.eſd.9.a.1.mach.4.d
Paſtophorium thalamus eſt vbi pallia ſeruari ſolebant, inde paſtophori cuſtodes palliorum.1.mach.4.h
Paſtores fuerunt de ſingulis tribubus Iſrael.2.reg.7.e
inter Paſtores & arietes differentia.ierem.25.m
Paſtorum officia.ezech 34.a.& eorum negligentia.b
Paſtorum negligentia erga oues ſibi creditas.ez.34.a.& pœna ſeducēs ibid.b.& ſeq
inter Paſtorem & mercenarium differentia.eze.34.f
Paſtores negligentes.oſeæ.8.a
in Paſtores exclamatio.oſ.8.b
Paſtor debet eſſe magiſter.ephe.4 b
Paſtoris nomen nemo aſſumat niſi poſsit docere quos paſcit.ephe.4 b
Paſtoris eccleſiaſtici officia.1.petr.5.a
Patara vrbs Lyciæ Act.21.a
Patara vrbs Lyciæ vel Lycaoniæ.act.21.c
Pater omne iudicium dedit filio naturaliter aſsiſſente ſpiritu ſancto,gene.19.a
Patrum preces proſpera filiis cuncta faciunt.gene.43.c
Patrem ſequitur ſua proles.2.par.12.c
quem Pater mittit & filius, mittit & ſpiritus ſanctus
Patrem ſequitur ſua proles.2.para.12.d
Pater Tobiæ filio feſtiuus occurrit reuertenti.tob.11.e
Pater tenetur filiis prouidere de nutrimento & documento .eccleſiaſtici.7.e
Patres filios regant, & cum diſciplina nutriant ad ætatem perfectam. eccl.33.f
Patres populi ſuis peccatis dereliquerunt Deum.iere.2.b.
Pater maior filio ſecundum diuinitatem.ioan.14.i
Pater quomodo maior filio.ioan.14.d.15.a
Patris & filij vna operatio, & vna voluntas.ephe.5.a
Patriarchæ commendantur quod pecorum nutritores erant. geneſeos.46.d
Patria non eſt hîc, ſed in cœleſtibus.29.d
Patria Chriſti vel Nazareth , vel Bethlehem vel Capharnaum. matthæi.13.p
Patria Chriſti eſt populus Iudæorum, vbi ſine honore eſt.ioan.4.l
Pars ſalutis eſt peccata noſſe, & confiteri.iere.3.i
quicquid Patimur intelligamns nos mereri.iſa.59.a
tutius eſt Pati pro benefactis quàm pro malefactis.1.pet.3.f

Universidad de Deusto
Biblioteca



Patiendo mala nobis inflicta persecutores nostros vincimus.thess.1.c
Patientia in pressura probatur.tob.13.a.iudith.8.d
Patientia Iob.iob 1.d.& eius fructus.42.c
Patientiæ multæ animarum Christianorum.psal.9.f
Patientia est fortitudo animæ.prou.16.i
Patientia est radix & custos omnium virtutum.eccl.2.b
Patientia in quibus consistit.bar.4.f
Patientia tua non est nisi adsit voluntas tua.luc.21.d
ad Patientiam Christi & Iob inuitat.iac.5.c
Passio Christi per Iudæos fuit inchoata, & per Ethnicos consummata matth.27.a
Passiones & victoriæ Christi.luc.4.c
Paulus fugit non desperando de Deo.deut.6.c
Paulus primò superbus postea humilis.1.reg.19.a
Paulus alia constituit in arca quàm quæ hic numerantur.2.par.5.d
Paulæ sepultura insignis.1.mach.13.c
Pauli labores,pericula,& incommoda.2.corinth.11.f
Paulus post cæteros Apostolos missus est.gal.1.a
Paulus cur ascendit Ierosolymam.gal.2.a
Paulus firmiter fixus in Iudaismo persequens ecclesiam Christi per reuelationem diuinam separatus est.gal.1.c
Paulus vinctus est pro gentibus.ephe.3.a
Paulus cur non præposuit nomen suum in principio epistolæ ad Hebræos.heb.1.a
Paulus ab Ierosolymis Romam relegatus.
Paulus vestimenta lapidantium Stephanum seruans statim apostolus factus est.act.7.q
Paulus nondum cæde Stephani & persecutione discipulorum petit literas ad alienos.act.9.b
Paulus Christi membra persequens,Christum persequebatur.act.9.c
Paulus cur vas electionis dictus est.act.9.c
Paulus conuersus & baptizatus abiit in Arabiam prædicaturus verbum Dei.act.9.i
Paulus ad ananiam mittitur.act.9.f
Paulus prostratus & cæcatus pacis edoctus est.act.9.g.& seq.
Pauli & Barnabæ dissentio.act.15.p
Paulus maiores habet tentationes apud Iudæos quàm apud gentes act.17.f
Pauli diligentia dum veniret Ierosolymam.act.21.c.Eius natiuitas.22.a.prædestinatio eius d.& dum Romam duceretur.27.a.& seq.
Paulus in Corinthum à spiritu sancto ducitur.act.18.a
Paulus Dominum Iesum per somnium vidit.act.18.d
Pauli diligentia ad vincula propter Christum.21.g
Paulus ob studium literarum Ierusalem rediens à Gamaliele est eruditus.Act.22.a
Paulus Romanas leges implorare minimè dubitauit.act.22.h i
cur Paulus dictus est qui prius dicebatur Saulus.rom.1.a
Paulus natus in Gistale oppido Galilææ,Iudæ Tarsum Ciliciæ cum parentibus migrauit.act.22.a
Paulus pontificis iussu palma percussus est.act.23.a
Paulus non tantum vitæ suæ quantum ecclesiæ vtilitati consulebat.act.23.g
Paulus quare appellauit Cæsarem.act.25.d e
Paulus cur Cæsarem appellat.act.25.c
Paulum momordit vipera, propterea dicebant eum esse peccatorem.act.28.b
cunque Paulus excussisset sine lęsione viperam dicebant Paulum esse Deum.act.28.c
Paupertatem & ignobilitatem aufert disciplina.prou.13.c
Paupertas fames, dolor,maximo sunt adiumento ad vitã beatã.luc.6.f
Pauperes cur potius eligit deus quàm diuites.iaco.2.a b
Pax quædam diligitur frustra.3.reg.15.d
Pax duratura in finem quæ sit.3.reg.15.f
Pacem nemo recusat.2.para.15.b
Paxillus firmamentum significat.1.esd.9.d
Pax homini non gloria in terra quærenda.iob.7.a
Pax triplex in hoc mundo quærenda.iob 7.a
Pax vniuersalis erat dum Christus versabatur in terris.psal.45.b
Pax multipliciter intelligitur.psal.121 b
Pacem triplicem adduxit Christus.isa 9.b
Pacem fecit Christus inter Deum & hominem, inter corpus & spiritum,inter Iudæos & gentiles.isa.9.a
Pax multiplex asseritur.iere.14.h
Pax Dei quomodo vtilis sit.baruch.2 g
Pax quædam non habet offendiculum, & quædam simulationem habet.Ezech.13.b
Pax perpetua debet esse in vrbe.amos 5.c
Pax veteris,gratia noui Testamenti est.mich.5.b
Pacem vtique petimus.2.machab.3.a
Paci nihil adæquari potest.2.mach.3.a
Pax nil aliud est quàm vnitas affectuum.heb.13.f
Peccat videns aliquem iurare falsum & tacens.leuit.5.a
Peccare non tam graue est quàm in peccatis perseuerare.1.reg.10.f
Peccare malum est,grauius tamen est se mendaciter excusare.iere.2.o
quicunque se Peccasse animaduerterint,illum imitari debent qui dixit: iram Domini portabo,&c.mich.7.b
Peccamus sæpissimè rebellione,non ignorantia.luc.12.f
qui semper pecco,debeo semper habere medicinam.1.cor.11.g
Peccandi consuetudo infœlix.psal.9.g
Peccantes semper timere oportet.2.par.25.h
qui Peccanti promittit impunitatem, prophetæ maledictioni subiacebit.isa.5.f
Peccantem fratrẽ iubet corripi,aliàs qui non fecerit deliquit. mat.18.e
Peccans peccantem castigare non valet.luc.6.k
Peccans contra Deum pugnat.roma.5.a
Peccatores sunt semen serpentis.gene.3.c
Peccator satisfacturus intercessores quærit erga Deum.leuit.14.b
Peccatorem iuuare non licet in quo ipse vult peccare.2.par.19.a
Peccatoris iniquitas est super eum.neh. 4.b
Peccator ad summam Dei iustitiam comparatus, cum suis reputatur, iob 9. a
omnes Peccatores contra inditum sibi bonum naturæ agunt.iob34.e
Peccatoribus Dauid pœnas indicit.psal.10.c
Peccator inter creaturas Deum laudantes non cõnumeratur.psa.148.a
Peccatori panem suum & vinum præbet, qui iniquis vt iniquis subsidia impendit.eccl.e
Peccatores non laudãt Deũ neque in hac vita, neque in futura.bar.2.e
Peccatores in hac vita Deum non rectè laudant.baruch.2.d
Peccator vocatur adolescentior.luc.15.c
Peccatores porcis comparantur.2.corint.2.d
Peccatoribus non promittitur pœna ignis transitoria.iudæ c
Peccatorum diuersitas ex inconsulto.leuit.4.a
Peccatum & delictum differunt.leuit.7.a
Peccatum est iter quod exhorbitat à recta via.leuit.18.a
Peccata sacerdotij.num.18.a
Peccata patrum quomodo reddantur in filios & nepotes, &c.deut.5.c
Peccata nolentium expiari quæ sunt. num.15.c
Peccata varia variis pœnis digna.deuter.25.a
Peccatum tanto est grauius,quanto maior est qui peccat.3.reg.11.f
Peccata in perfectis grauiora sunt quàm in imperfectis.3.reg.11.m
Peccatum est prima seruitutis causa.neh.9.l
Peccatum quatuor modis fit in corde & quatuor in operatione cõsummatur.iob 3.c
Peccatorum finis,quibus non est pœnitentiæ locus.iob 27.f
Peccata bonis teguntur operibus.psal.31.a
Peccatum immensum requirit immensam misericordiam.psal.50.a
Peccatum nostrum ante nos sit,vt contra nos esse non possit.psa.50.b
Peccata cur confitemur Deo,qui nouit ea.psal.74.a
Peccatis multis obnoxij sumus.psal.129.a
Peccata quibus obnoxij sumus. psal.129.a
Peccatum ad ignorantiam multam nostram redigit animam.psal.138.b
Peccatum ad ignorantiam multam redigit animam.psal.138.d
Peccati species quædam in spiritum sanctum irremissibilis.pro.29.a
Peccato renunciare non potest quis,nisi timuerit Dominum.eccl.1.e
Peccatum peccato adiicere.eccl.21.a
Peccatum peccato adiungit qui malè gesta defendit. eccl.21.a
Peccata quæ præterierint actu, manent reatu, & sic non sufficit à peccato desistere,nisi desistat peccare.eccl.21.b
Peccatum matris adulteræ sequitur filios suos & filias.eccl.23.g
Peccatum quare dicitur iugum.eccl.40.a
Peccata quomodo delentur.isa.40.a
Peccatum aut donatur,aut deletur,aut tegitur.isa.43.d
Peccatum aut donatur,aut deletur,aut tegitur.isa.43.h
Peccatum Iudæ proditoris,& Iudeorum indelebile.iere.17.a
Peccata nostra imminere nobis coniiciunt supplicia.iere.14.c
qui Peccata peccatis addunt,Deum inexorabilem reddunt.thren.3.h

nullum Peccatum pœnam euadit pœnitẽtia non ſatis expiatũ.eze.4.c
Peccata populi iudæ ſub metaphora mulieris pauperrimæ.eze.16.a
Peccata non deleta per pœnitentiam,alia trahunt.eze.16.d
Peccato mortali anima moritur.ez.17.e ſed grauior morte q̃ corp⁹.18.a
Peccatum grauiſsimum eſt quo quis nec vult à peccatis ceſſare nec de præteritis pœnitere.am.1.c
Peccatum quod non dominatur, quod eſt.roma.6.b
Peccata puniuntur etiam per populos.Roma.13.a
Peccatum eſt res fœtida .2.cor.2.d
Peccatum eſt res fœtida.2.cor.2.e
Peccato qualiter facile reſiſtendum ſit.1.timot.1.b
Peccata quę quotidie augentur aduerſario ſæuiente.2.timot.3.a b
Peccatorum remiſsionem malè petunt qui in illud perſeuerãt. iaco.4.a
multa ſunt Peccata quæ cogitando, loquendo, videndo, guſtando, & operando committimus.1.ioa.e
Peccatum & iniquitas in quo differunt.1.ioan.3.a
Peccata perueniunt vſque ad contemptum Dei per impœnitentiam. apoc.18.d
Pectorale ſecundum ſacerdotis indumentum.exod.28.d
Peculium Dei qui ſunt dicendi.exo.19.b
ſi Pecunia propter amicum perdenda, multo magis in neceſsitatibus conferenda.eccl.29.d
Pecuniam in ſacculum pertuſum ponere aggæi.1.b
Pecunia in templo Dei congregata erat ad victualia viduarum & pupillorum.2.mach.3.i
Peierare immane peccatum eſt.leuit.19.c
Peierare immane peccatum.matth.5.k
eant Pelagiani in ſua virtute confidentes.apoc.22.h
Peluſium ciuitas maxima Ægypti.ezech.30.c
Peluſium magna ciuitas Ægypti,ambitu.20.ſtadiorum.eze.30.d
Pentapolis Sodomorum & Gomorrhæ & aliarum verſa eſt in lacum ſalſum.Sap.10.c
Perditionis filium vocauit Chriſtus Iudam, paulus verò Antichriſtum 2.theſſ.2.c
Peregrinanti viro reditum incolumem apud ſanctos vxor implorat. ezech.14.f
Perfectus homo rex appellatur.pſal.20.a
qui Perfecti dicendi ſunt.1.cor.2.b
qui Perfectæ charitatis eſt, ſuſtinet omnia patienter propter ſpem futuram.1.theſſa.1.b
Perfectiones Chriſti à patre.Sap.7.k
Perfuga quid dicitur.4.reg.25.c
Peribolus dicitur murus atrij domus Domini totum circundans templum,1.mach.14.n
Periculum eſt ſibi placere prouer.27.a
Pericula vitare cuique naturale eſt.act.28.c
Periculoſum eſt ſibi placere, cui cauendum eſt ſuperbire.pro.27.a
Perſæ & Medi virtute belli obtinuerunt omnes Babylonis diuitias.iere.50.k
Perſecutiones multas paſsi ſunt Iudæi.pſal.78.a
Perſecutiones eccleſiæ figurat.iere.10.f
Perſecutio prima aduerſus eccleſiam Dei facta eſt in Stephano .actorum.8.a
Perſecutorum ſunt duo genera.pſal.69.b
Perſeuerantes in malo conteret Dominus.am.9.d
Perſonarum Deus acceptor non eſt.2.par.19.b
Pedes interdum animi,interdum corporis dicuntur.pſal.121.a
Peſsimi quidam Iudeorum ſub zelo populum deceperunt.dan. 11.h
Peſtilẽtię gen⁹ diuerſum inter Hebræos & ſeptuaginta dicitur crabrones.Deut.7.f
Peſtilentia orta per Samariam petierunt Samaritæ ab Aſſyriorum rege ſacerdotes.4.reg.h.quideos totidem ſecum attulerunt.i
Petita Angelis filia ab angelo pro viro pio non negauit.tob.7.c
Preces quales exaudiuntur.tob.7.d
Petitio geminata petentis affectum demonſtrat.pſal.101.a
Petra deſerti vrbs eſt regia Moabitarum.ruth.1.c
Petrus in monte Moyſem & Eliam cum filio Dei vidit, nec errauit in natura, nec errauit in gloria.matth.17.b
Petra ciuitas eſt Arabiæ in terra Ædom.4.reg.14.e
Petrus & Andreas primi vocantur à Chriſto.matth.4.f
Petrus in die bene fortis in nocte turbatur.matth.26.i
Petitio à Deo digna exaudiri qualis eſſe debet.mar.10.m
Petri & latronis comparatio.mar.14.f
Petrus primò & ſecundò negauit,& non fleuit.luc.22.f
Petrus primò, & ſecundò negauit, & non fleuit,& tertiò negauit, & fleuit.luc.22.l
Petrus patiebatur frigus non ſolùm temporis,ſed fidei.iohan.18.h
Petri & Iohannis diſtinctio.iohan.21.a
Petrus ter Dominum confitetur,qui ter eum negauerat.iohan.21.c
Petri & Iohannis amicitia & vnanimitas.act.3.a
Petrus claudo non pecuniam,ſed ſanitatem dedit.act.3.c
Petrus à Iudæis arguitur cur cum gentibus frequentaſſet & manducaſſet.act.11.a
Petrus non minor prophetis.1.petr.1.a
Petrus habebat Marcum interpretem. 1.Petr.1.a
Petrus de ſacramento crucis,& Chriſti paſsionis admonet.1.pet.4.a
Pharan duplex.3.reg.11.f
Pharao cur tam pronus Iudæos perſequebatur.exod.14.c
Phara rex Ægypti occiſo Ioſia conſtituit Eliachim fratrem eius impoſito graui tributo.3.eſd.1.m
Phariſæi non credentes Chriſto manebant in regno diaboli.matt.12.g
Phariſæorum ſecta maximè nota apud Iudæos.act.26.b
Phariſæorum ſecta.act.26.b
Phaſe non fuit tale à diebus Iudicum & Samuelis quale fecit Ioſias, 3.eſdr.1.d l
Phaſsit principis ſacerdotum tyrannis.iere.20.a.& ſeq.
Phialæ aureæ quid deſignet.apoc.15.d
Philadelphia vrbs quondam Myſiæ.apoc.3.b
Philadelphia vrbs quondam Myſiæ.apoc.3.c
Philiſthinorum morbus pro arcæ detentione.1.reg.5.c
Philoſophia eſt rerum humanarum & diuinarum pariter ſcientia . eccleſia. 39.a
Phanueli videtur eſſe prope Soccot.iud.8.d.vbi Iacob cum angelo luctans neruum perdidit.ibidem.
Phanuel.iudic.8.b
Philoſophia eſt rerum diuinarum & humanarum ſcientia. eccl.39.b
Philippi Macedoniæ ciuitas. philip.1.a
Philippi Macedonię ciuitas, in qua natus eſt Alexãder magnus.phil.1.a
Philippus vnus ex ſeptem diſcipulis aſcendit Samariam prædicans ibi regnum Dei.act.8.b
Philippus diaconus non habebat poteſtatem imponẽdi manus.act.8.c
Philoſophorum & poëtarum dicta vera in vſum noſtrum vindicanda.exod.12.f
Philiſthæi aſcẽderunt in ſortem Beniamin à qua fuerunt fugati. 1.paralipom.8.d
Philiſthæi idolo ſuo lachrymis ſacrificabant.1.pa.14.c
Phinees filius Eleazari vixit pluſquam 300.annos.iudic.20.g
Phinees filius Eleazari miſſus eſt vt prophetet in auxilium Iudæorum. iudic.6.b
Phœnice vel Phœnicia regio Aſiæ maioris.act.11.c
Phœnice vel Phœnicia regio eſt maioris Aſiæ.act.11.f
Phua quomodo potuerit eſſe patruus Abimelech. iudic.10.a
Phul Aſſyriorum rex primus.4.reg.15.e
Phylacterium latinè dicitur conſeruatorium.matth.23.b
Pigmæi homines ſunt cubitalis magnitudinis.
Pigri ad viam mandatorum Dei torpent.pro.15.g
Pilatus Chriſtum interrogans videtur potius Iudæos irridere, quàm iudicare.luc.23.b
Pilatus gentilis qui nullum à Chriſto ſignum viderat tamen liberare volebat.act.3.e
Piſcium genera centum quinquaginta tria.ezech.47.b
Piſcium genera ſunt centum quinquaginta tria.ezech. 47.d
Piſces maris,hoc eſt,exiſtentes in eccleſia.ezech.38.f
Piſtis fides,piſticus fidelis,quaſi nardi fidelis & probatæ.marc.14.c
Pitho nomen erat draconis, quem iaculis ſuis Apollo fertur confodiſſe,vnde pithonici.act.16.e
Piæ confeſsionis eſt adiutorium à Domino Deo ſperare.pſal.69.a
Pius agnoſcit culpam vbi culpa non eſt. iere.14.c. Impius excuſat omnia.ibidem.
omnes Pij qui in Chriſtum credunt, ſunt filij Dei & non ſolùm Iudæi. gal.4.b
Plagæ mundi quatuor diſponentes Hebræorum caſtra eccleſiæ diſpoſitionem ſignant.num.2.d
Plaga in Sennacherib à Deo facta,cædes 185000.bellatorum. tob.1.h
Plagæ Ægyptiorum.ſap.16.a b c
Plauſtra Leuitis deferenda tradita quid ſignant.num.7.b

Universidad de Deusto
Biblioteca



Plebem ſibi commiſſam quibus cibis paſtor nutrire debeat. 1.petr.5.e
Pleiades ſtellæ ſunt ſibi inuicem propinquæ.iob 38.h
Pleiades vnde dicuntur.iob.38.d
Plenus dierum.1.para.23.a
Plenus dierum quis eſſe dicitur.1.para.23.a
Plura quæ de diabolo dicuntur,de reprobis intelliguntur.ezech.2.a'
Plures qui viderant primum templum Domini, viuebant adhuc dum ædificaretur ſecundum. agg.2.b
Pluuia voluntaria eſt gratia Dei gratis data.pſal.67.b
Pluuia voluntaria quam dat Deus,gratia eius intelligitur.pſal.67.c
Pluuia temporanea & ſerotina qualis dicitur.iere.5.l
Pœnarum genera octo pro peccatorum vindicta.deut.19.d
nemo dignè Pœnitet qui non ſuſtinet vnitatem eccleſiæ.2.mach.9.d
Pœna Achab pro altari idolo conſtituto.3.reg.16.l.17.a
homines pro ſuis delictis Pœnas luunt ſiue hac vita ſiue poſt mortem.3.eſd.8.z
Pœna per Haman excogitata in contrarium conuerſa.heſt.8.c
Pœna quædam eſt culpa. pſal.26.a
Pœnæ infligendæ iniquis.iere.9.g.& ſeq.
Pœna condigna ſequitur delictum.iere.16.h
Pœnam minorem retinens maioris eſt cauſa ſupplicij.iere.28.g
Pœnæ ſunt medicinæ quædam ad peccati correctionem.ezech.6.d
Pœna peccati tranſiit in omnes.roma.5.b
Pœnitentia ſpontanea non coacta agenda.leuit.4.c
Pœnitentiam ſpontaneam & non coactam agere oportet.leuit.4.d
Pœnitentia quanta requiritur.1.reg.15.i
Pœnitentiam agens offerre ſe debet ad pœnam.1.par.21.c
Pœnitentiæ fructus.2.para.33.h
Pœnitentia qualiter agenda.pſal.31.a
Pœnitentia non eſt differenda poſt mortem.eccl.9.b
Pœnitentia in ore peccatoris non eſt ſpecioſa.eccl.15.d
Pœnitentia diſcipuli ſequitur correptionem magiſtri.eccl.20.a
Pœnitentiæ magnus effectus.iſa.31.d
Pœnitentia quàm neceſſaria ſit.iere.8.9.a
Pœnitentia Dei eſt ſtatuta mutare.iere.26.d
Pœnitentiæ opera neceſſaria.iere.4.b c
Pœna condigna ſequitur delictum.iere.16.c
Pœnitere quomodo Deus dicitur.iere.26.d
Pœnitentia Dei eſt ſtatuta mutare & quod prius inchoatum fuerat,in aliud mutare.iere.26.g
Pœnæ corporales inferni pœnas ſignificant.iere.44.l
Pœna à Deo inflicta eſt patienter tolerenda.thre.3.d
Pœniteant qui ſe peccaſſe animaduerterint.mach.7.b
Pœnæ inflictæ ſunt à Deo peccatorum purgatiuæ quando patienter tolerantur.am.9.e
Pœnitentiæ vires.matth.18.d
Pœnitentiæ vires,& Domini humanitas.matth.18.h
Pœnitentiæ & cõfeſſionis,&c.in ſacra ſcriptura exempla inuenies.roma.15.a b
Pœnitentia à mortuis operibus quanta ſit.heb.6.a
Pœnitudo neceſſaria eſt ſicut vulneratis ſunt medicamina.iere.8.h
Politicæ finis requiritur.eccl.1.i
Pompeius Ieruſalem cœpit, ſed quia templum irreuerenter ingreſſus eſt,nunquam amplius proſperauit.zach.12.b
Ponere digitum vel manum ſuper os.iob 29.b
Ponere digitum vel manum ſuper os quid ſit.iob 29.c
Pontifices ſummos ſingulares eſſe debere.leuit.6.d
Pontifices reuocabant multos ad propria.num.35.c.
Pontifex auarus præſentiſsima eſt pernicies reipulicæ Chriſtianæ.2.mach.4.l
Pontifex cum ſanguine ſemel in anno introibat.heb.9.d
Pontificis & ſacerdotis diſtantia.heb.10.f
Populus quare numeratur.num.1.h
Populus Iſrael captiuus adorabat verſus Ieruſalem.3.reg.8.n
Populi ab alienigenis ſepatatio.3.eſd.9.g
Populos Chriſtianos non ſpreuit Deus, ſed etiam exaudiuit.pſal.21.g
Populum Chriſti vocat pauperes.pſal.71.b
Populus vterque Iudæorum & gentilium in Chriſti charitate conſentit.prou.18.f
Populus indiſciplinatus & irreligioſus oſtendit ſacerdotium non eſſe ſanum.eccl.10.a
Populus Iſrael præ cæteris honorificatus eſt à patre.eccl.24.d
Populus decem tribuum admodum induratus ad prædicationem Eliæ & Eliſæi noluit conuerti.eccl.48.c
Populus in officio altaris facto præſentatur in faciem.eccl.50.c d e
Populus propter iuſtum regem non emendatus corripitur à Domino. ſoph.1.a
Populus timuit à facie Domini.aggæi.1.d
Populus qui falſorum prophetarum audit mendacium,inæternum morietur.zach.1.c
Populus Iudæ à Babylone reuerſus legem Dei non cuſtodiuit. mal.2.c
Populi duo de ſemine Abrahæ.gala.4.c
Portæ pro vrbibus accipiendæ plerum debent.deut.17.a
Porta gregis,porta piſcium,& probatica piſcina.nehe.3.a
hæc Porta eſt iuxta templum per quam inducebantur greges ad offerendum.nehe.3.a
Porta vrbis multiplex deſignatur.nehe.3.a b c h
Portam piſcium ædificauerunt filij Aſuaa.neh.3.a b
Porta ſterquilinij quare ſic dicta.nehe.3.c
Portæ æreæ hominum conſuetudines vitioſæ ſunt.pſal.106.e
Porta anguli,coniunctio vtriuſque populi,gentilis & Iudaici.iere.31.o
Porta ſemper clauſa ſignificat virginem Mariam.ezech.44.a.46.a b
Portenta aliquando portẽdunt proſpera aliquãdo aduerſa. 2.mach.5.b
Portam ſpecioſam ædificauit Ioathan.acto.3.a
Portam ſpecioſam ædificauit Ioathan filius Oziæ rex Iuda.act.3.b
Poſſeſsiones Deus quando vult mutare poteſt.iud.11.g
Poſſeſsiones iniquæ,quæ dicuntur.eccl.5.a
Poſſeſsiones iniquæ.eccl.5.a
Poſtulatio eſt quædam deſyderiorum explicatio.rom.8.h
nemo Poteſt de Dei iudicare iudicio.am.5.f
Poteſtas terrena timentem Deum non præcellit.eccl.10.f
Poteſtas ducis ad dirigenda bella in tribus conſiſtit.iſa.3.a
Poteſtas ad dirigenda bella in tribus conſiſtit.iſa.3.b
de Potentia Dei quia de virgine natus ſit, & tamen ipſa virgo fuerit poſt partum eze.44.b
Poteſtatibus quare ſubiici oportet.rom.13.a
non noſtræ Poteſtatis eſt facere quod volumus.2.corint.3.r
Pſalmum vnicum Dauid in libris regum conſcripſit. 2.reg.22.l
Pſalmus quartus ad Chriſtum, & ad iuſtos per Chriſtũ referendus eſt. pſal.4.a
Pſalterium gratiarum actione incipitur & finitur.pſal.150.a
Pſeudoprophetarum & falſorum deorum collatio.1.reg.19.h
Pſeudopropheræ ſunt pſeudodoctores & hæretici.iere.27.c
Pſeudopropheræ per ſimulationem in eccleſia Chriſti errores introducunt fingentes ſe eſſe pacificos.1.mach.7.k
Ptolemais ciuitas eſt maritima.1.mach.5.g
Ptolemæus Macer accuſatus eſt apud ſuos de duplici proditione. 2. mach.10.c
Ptolomæus rex Ægypti Alexandro congratulatur,atque Clepatram filiam ſuam illi deſpondet.1.mach.10.h
Ptolomæus abſtulit filiam ſuam Cleopatram ab Alexandro, & dedit eam Demetrio.1.mach.11.b
Ptolomæus ad Philometor adhuc puer in regno ſucceſsit. 2.mach.4.f
Ptolomais ciuitas maritima.1.mach.5.c.act.21.b
Ptolomais,vel Ptolemaida,quæ Accon modo dicitur,ciuitas Phœniciæ. act.21.d
Prauos aliquando æmulamur,aliquando bonos.pſal.36.d
Praui non poſſunt diligere æquitatem.can.1.b
decem Præcepta quomodo diuidenda.exod.20.c
Præcepta cuncta Iudaicæ legis ad exhibendã iuſtitiã præſtant.leui.11.n
Præcepta eccleſiæ obligant ſicut præcepta Dei.deut.5.f
Præceptorum differentia.3.eſd.5.e
qui Præcepta ſemper in ore habent, factis autem negant damnat eos Deus.pſal.49.e
Præceptum de emptione ſeruorum tranſgreſsi ſunt Iudæi pluries.iere. 34.c d e
Præcepta hominum & traditiones ſeniorum in quo differant. mat.15.c
Præceptum ibi eſt vbi eſt pœna peccati.marc.10.f
Præceptum & conſilium differunt.1.corint.7.c e
inter Præceptum Dei & conſilium hominis multũ intereſt.1.cor.7.c
Præceptum & conſilium in quo differunt.1.corint.7.f
vnumquodque Præceptum proptiam adiunctã regulã habet.eph.5.d
qui contraria Præceptis Dei imperat non eſt audiendus. ephe.6.b
Præcepta & doctrinæ hominum quæ ſunt. coloſ.2.d
Præcepta & doctrinas hominum quid vocat.col.2.g
Præcepta certa dedit nobis Deus quibus hæreticis reſiſtere poſſumus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



2.petr.2.a
ttes Præcipui principes & duces Dauid. 1.par.11.d. qui attulerunt ei a-quam.e.& sequen.
Præconis officium suscipit quisquis ad sacerdotium ascendit.isa.58.a.
Prædæ belli diuisio.num.31.e f
Prædestinationis quæ & quando fit. isa.38.b
Prædestinatio de bonis & non de malis est.rom.8.d
Prædestinati soli illam ciuitatem introire possunt.apo.21.l
Prædicandi fiducia non in verborum splendore, sed in operum virtute ponenda.1.corint.2.a
Prædicantem accipere numera non est mendicitas, sed potestas. 1.corinth.9.b
Prædicantium gloria est quando audientes facilè credunt.1.thess.2.c
Prædicatores sancti figuli denominantur.eccl.38.e
Prædicatores maxillæ sunt ecclesiæ.thren.1.a
Prædicatores idonei.1.corinth.1.c
ad Prædicatores idoneos pertiner habere est est,non non. 2.corint.1.h
Prædicatorum diuersitas.philip.1.b c
Prædicationis verba sustinere quid sit.iob 39.e
Prædicatione verbis esurientes & sitientes reficiuntur.pro. 9.b
Prædicatio Apostolorum & sequacium cessare fecit idololatriã.os.2.h
Prædicatio euangelij exiuit ab Ierusalem.rom.14.g
Prædicatio prophetia dicitur.1.corinth.14.a
Prædicatio quare prophetia dicitur.1.corint.14.b
Prædicatio euangelij quæ ducit ad regnum Dei dicitur regnum Dei. marc.4.g
Prædicationis dilatio per mundum.iohan.4.1
quænam mala ex transgressione sunt ventura Prædixit populo Moyses.deut.4.c
Præfaciunculam Threnorum Septuaginta addiderunt.thren.1.a
Prælatus quicquid in suis est reprehensibile subditis,debet assiduè corripere.eccle.30.a.& seq.
Prælatis suis contrauenientes alieni fiant ab ecclesia,nisi conuertantur. isa.41.c
Prælati quales resumendi. heb.5.a
Præparatio secunda ad præmium.2.corinth.5.d
Præpositi domus qui dicuntur.1.para.23.b
quos Præscivit Deus,de bonis solùm intelligit.rom.8.k
Præscientia Dei non est incerta,nec mutabile consilium.isa.45.i
Præscientia futurorum à solo deo est.dan.2.b
Præsentia saluatoris tormenta sunt dæmonum.marc.5.b
Præsumptio temeraria quantum fugienda sit.eccl.3.c
Præsumptionis vitium quantum sit detestandum.eccl.21.d
Præuaricatorum Iudeorum & hæreticorum finis.2.reg.23.b
Præuaricator rectè dicitur, qui discedit à Domino, qui & Græcè apostata nominatur.dan.11.d
Præuaricator recte dicitur qui discedit à Domino.dan.11.c
Præuaricator dicitur transgressor.os.14.b
Præuaricator dicitur transgressor.osee 14.c
non Precamur salutem nisi his qui similium sunt morũ ac fidei. 2.io.d
dupla Præmia Iob victor accepit.iob 42.e
nec Præmium datur nisi pugnanti,nec corona nisi vincenti.2.tim.2.c
Presbyteri non solùm sunt audiendi,sed etiam senes.eccl.8.c
Primitiæ sacra,& munera ad sacerdotes pertinent.num.18.d
Primitiua,primitiæ,& primogenita differunt.deut.26.a
in Primitiua ecclesia primus ad tormenta ducebatur qui episcopus populo præficiebatur.isa.61.c
in Primitiua ecclesia sancti contra hoc seculum fortissimè pugnauerunt.zach.10.b
Primitiæ,primitiua & primogenita differunt.deut.26.a b
Primitiæ ciborum & omnium frugum offeruntur antistiti.ios.18.b
Primitiæ,decimæ,& oblationes sunt sacerdotum.eccl.7.h
Primogeniti apud Hebræos fungebãtur officio sacerdotum. gen.27.b
Primogenitorum Israelis mysteria.gene.30.c
Primogenitus.exod.12.e
Primogenitus quis sit dicendus.exod.34.f
Primogenita animalium non cadunt sub voto.leuit.27.d
Primogenitus est non tantum post quem & alij,sed & post quem nullus.nume.8.c
Primogenita Ægypti à quibus angelis fuerunt occisi.sap.18.c
Principatibus & dignitatibus debẽt inferiores se subdere propter Deũ 1.petr.2.c
Principis conditio.leuit.4.f
Princeps Christianus non debet in auxilium suum vocare sceleratos? 2.para.25.d
Primates qui ascenderunt cum Zorobabel in Ierusalem.neh.7.b
Principes sacerdorum & Leuitæ munerabantur.neh.12.a
Principes huius mundi diuitiis inhiant.iere.1.b
Principes in diuinis ceremoniis subest sacerdotio.eze.46.b c
Princeps plerique bona præsentia putant esse perpetua vnde æternũ sibi vendicant imperium.eze.28.b
Principum Israel crudelitas describitur per leones siue latrones. michææ.3.a
Principes ecclesiarum muneribus lacerant leges.habac.1.a
Principes hæreticorum cogunt suos à catholica doctrina ad nouas hęreseon doctrinas.1.mach.1.m.& alia sacrilega committere.ibidem
Primus dies azymorum quartadecima dies erat primi mensis. ma.14.e
Prunas congregare super caput inimici quid sit.pro.25.f
à Primordio ecclesiæ iustitia vim patitur.isa.57.b
Priscillianistæ cæteris hæreticis mendacio peiores dicuntur.iob.34
Probus & iustus melioris conditionis quàm improbus & iniustus.psal mo.36.e
Profectionis Iudæorum vtilitas.num.10.g
quibus Profectibus ascendendum est in Bethel quæ est ecclesia Christi.gene.35.a
ex Progenie Cam.31.geniti referuntur.1.par.1.d
Promebat pilatus sententiam in Christum inuitus.mat.27.e.h
Pronus ex bona affectione benedicetur.pro.22.c
Propositum impium à Deo est alienum.deut.32.c
Prouidentia Dei incessabiliter cuncta diuidicat.iob.12.a
Proximo quantum debeamus.leuit.19.e
quid mihi Prosunt quæ me à morte liberare non possunt?psal.61.c
quanto proximiores fuerimus Deo,tanto inimici nostri longius repellentur à nobis.psal.73.c
Proximos quomodo diligimus sicut nos.1.ioan.4.b
Promissum adimplendum est.deut.32.h
Promissa ædificanti templum Salomoni non sunt impleta.2.reg.7.f.& sequen.
Promissa sua Deus potest facere.psal.21.h
Promissus hominibus est spiritus & virtus.ioel.2.k
Promissio Dei facta Abrahæ est super naturam humanam.gen.13.e
Promissiones Dei facientibus præcepta sua deut.11.b
Promissio facta Dauidi de templo construendo non fuit in Salomone completa.1.par.17.c d
Promissio facta Dauidi super ædificando templo non fuit omnino in Salomone impleta.1.par.22.c
Promissio populi facta Domino.neh.10.b
Prophetia nihil aliud est quàm futurorum enarratio.iudith.9.b
Prophetia prædestinationis & comminationis differunt.eze.12.h
Prophetia resurrectionis mortuorum.dan.12.a b
Prophetia tria tempora continet ita prædicatio.1.cor.14.a
Prophetia est qua eligitur quasi doctor futurus idoneus.1.timot.4.d
Prophetæ dei qui dicebantur.exod.7.a
Propheta promissus nullus alios quàm Christus. deuter.18.c
Propheta Dei accessit ad Ieroboam in Bethel.3.reg.13.a. ibique duo mirabilia fiunt.ibidem.c
Prophetes reducens prophetam Dei erat sacerdorum princeps.3.regum.13.d
Propheta Dei reuersus comedit contra dei præceptum.3.reg.13.e f
Prophetas occiderunt impij, impios occiderunt Prophetæ & c.3.regum.18.a
Prophetarum impiorum quid signat.3.reg.18.b
Prophetæ pij à piis petuntur viris.2.par.18.d
omnes Prophetæ incarnationis Christi dant testimonium.eccl.36.d
Prophetarum oraculis respondet quicquid boni vel mali postea euenit.isa.1.a
Prophetarum dicta fueruut apud Iudæos deserta.isa.5.c
Prophetarum ora Dei sunt os.isa.6.a
Prophetarum ora os dei sunt.isa.6.b
ad Prophetarum testimonium magis est recurrendum,quàm ad pithones.isa.8.e
Prophetæ etiam dicuntur doctores.iere.27.c
Prophetæ pater si in principio prophetiæ vel in titulo ponatur, ipse propheta fuit.Bar.1.b
Prophetæ verbis factis, aut rebus prohetant.eze.4.a
Prophetis mos erat indui saccis, quando populum ad pœnitentiam

Universidad de Deusto
Biblioteca



prouocabant.zach.13.b
Prophetæ videbant similitudines domini.iohan.4.c
Prophetæ videntes dicebantur.iohan.8.r
Prophetæ videntes dicebantur.iohan.8.g
Prophetæ illa tantummodo sciebant, quæ illis fuissent à Domino reuelata.rom.11.b
Prophetæ dicuntur interpretes scripturarum.1.cor.14.b
Prouerbium inter Ioas & Amasiam.4.reg.14.f
Proselytus aduena.tob.1.a
Proselytus dicitur alienigena.tob.1.d
Proselyti qui dicebantur apud Iudæos.neh.7.l
Prosperitatem impedientia.psal.139.c
Prosperitas paxque carnalis causæ sunt prosperandi in vitiis.iere.48.e
Prosperitas terrena impiorum est causa perditionis eorum perpetuæ. prou.1.m
qui Prudentiam sibi arrogant per mundi sapientiam, vera sapientia priuati sunt.isa.5.g
Prudens apud semet ipsum quis.ephe.5.d
Puellæ arma sola clamore definiantur.deut.22.h
Puer nisi corripiatur,talis reputabitur senex.prou.20.e
Pueri castigatio quantum prosit.prou.23.e
per Pueros intelligit principes amentes.isa.3.c
Pueri garruli hæreseos præcones in loca catholicorum substituuntur. iere.36.f
tres Pueri virginitatem colentes,igne superiores facti euaserunt illęsi. dan.3.k
tres Pueri in fornace loquebantur tanquam ex vno ore.dan.3.y
Putei in quo ignis manserat tot annis descriptio.2.mach.1.i
Puer Christus quibus natus est, & quibus non.rom.5.a
Puer natus est nobis credentibus,non Iudæis,nõ Manichæis, nõ Marcionitis,non hæreticis.rom.5.c
Puertitia habet innocentiam,senectus prudentiam.iob.12.f
Pudicitia coniugalis quo fundamento debet inniti.dan.13.i
Pudicitiæ labor magnus est,sed maius præmium.apoc.14.a
hic Pullus multos habet dominos, & ad vnum Dominum adducitur. marc.11.b
Purgationis ignis post hanc vitam expectandus.1.corint.3.c
Pusillanimis quis dicitur.eccl.13.b
Pythones vnde dicuntur.leuit.20.d
Pytho nomen draconis.act.16.c
Pythonissa vmbram Sammuelis quomodo potuit reuocare.1.reg.28.f

## Q

QVærere mortem quid sit.apoc.9.b
Quærentibus Deum omnia elementa ministrant. 1.par.22.f
non omnes Quærẽtes inueniunt, quia negligenter inquirunt. 2.tim.1.i
Quærendus est Deus sine fine. 2.para.15.d
Quadraginta diebus purgauit Deus mundum sicut nunc quadraginta diebus purificat.gene.7.c
Quadraginta annos post passionem non dedit Deus Indæis ad pœnitendum.1.thess.2.h
Quadragenario ieiunio Dei præsentiam videre Moyses meruit 33.b.secundo quadragenario tabulas recuperauit.34.d
Quatuor in veteri Testamento antequam nascerentur nominati sunt. gene.17.c
Quatuor sunt officia sacerdotum.deut.21.b
Quatuor reges apud Persas post Cyrum vidit Daniel.dan.11.a.b
Quatuor quadrigæ quatuor mundi regna significant. zach.6.a b
Quæcunque passus est Christus,habuerunt figuram.matth.11.b
Quietis tranquillitas si hîc inueniri non valet,alibi quæratur.thren.3.c
Quinque sunt differẽtiæ causarũ ob quas in hac vita affligimur.ier.17.e

## R

RAab quomodo dicta est meretrix.ios.6.e
Raab omni laude digna ecclesiæ imago est.ios.2.c
Rabba quæ Rabbath,nunc Philadelphia.2.reg.11.a
Rabba quæ Philadelphia metropolis Ammonitarum.2.reg.11.b.12.k
Rabba metropolis Moabitarũ quæ nunc Ariopolis dicitur.iere.49.b
Rabbath.2.reg.12.f.ezech.21.c
Rabbath metropolis ciuitas filiorum Ammõ,nunc Philadelphia dicta. ezech.21.e
Rama duplex,Beniamin scilicet & Ephraim.1.reg.21.a
Rages duæ apud Medos erant.tob.9.b
Ramataim vel Ramatha,& Arimathæa ciuitas tribꝰ Manasse.1.reg.1.a
Ramathaim alias Armathaim siue Ramatha aut Arimathæa.1.reg.1.a b
Ramoth Galaad in tribu Gad vrbs insignis.3.reg.22.a
Ramoth in Galaad.1. para. 6.g
Ramuth.1. para.6.g
Radix iesse familia Iudæorũ,virga Maria filius Mariæ Christus.isa.11.a
Raguel aduentu Tobiæ,& angeli relatione lætatus parauit connubium.tob.7.a b
Raphael Dei medicina interpretatur.tob.3.g
Raphaim vallis est iuxta Ierusalem.2.reg.5.i
Raphidim.exod.17.a
Rapsaces missus ab Assyriis putatur fuisse Hebræus.reg.18.g.i k & seq.
Rasin rege Syriæ, & Phacee filio Romeliæ bis obsessus est Achaz.2. para.29.c.& ob multa mala perpessus.ibidem.
Ratio in lege non quæritur,sed authoritas.iaco.4.c
duæ Rationes circa resurrectionem.act.26.c
Rationale sacerdotis quomodo interpretandum.exod.28.g
Rationalis Aaron lapides viros sanctos representant.exod.39.b
Razias non laudatur quod se interfecerit.2.macha.14.f
Reatus iniuriæ proximi nõ minor est in lege noua quã veteri.leui.19.c
Recordatio bona pristinæ impietatis.ezech.20.n
qui Recusauerunt venire ad nuptias inuitati à patrefamilias.luc.14.f
mali Rectores sub falso nomine abutuntur munere.3.esd.1.n
Redemit Dominus seruũ suũ Iacob de captiuitate Babylonica.isa.48.k
Redempti à Domino qui sunt.psal.106.a
Redemptoris aduentus auxilia.iob.27.g
Reditus populi ad Dauid quid figurat.2.reg.20.m
Reddere rationem quomodo oportet.luc.16.a
Reditus à captiuitate Babylonica.1.para.2.d
in Refectione quinque panum turba super fœnum sedit, & refectio septem panum super terram.matth.15.m
Referenda sunt dicta & facta nostra in Deum.colos.3.c
Redeuntes de Babylone habuerunt genealogias suas.ezech.13.d
Refugij ciuitates sex.1.para.6.e
Refugium quis locus esse dicatur.psal.89.a
Religiosarum pœnitẽtium hoc loco initium fundari posset. 2.reg.10.a
cur Repetit Petrus quod dereliquit,Matthæus verò non repetit. iohã. 21.a
Regia familia Deo dirigente sacerdotali iuncta est.4.reg.11.b
Regia dignitas & vnctio in Sedechia finem habuit.ezech.21.d
Regia est Christi ecclesiæ constructio,ne sumptum computes,sed fructum computa.1.mach.4.i
Regere populum nemo potest sine virga.num.17.a
Regulus audiens à seruis suis filium trãsisse in meliorem valetudinem credidit Domino.iohan.4.o
Regnum Israel à tempore Ieroboam recessit à cultu Dei.neh.9.i
Regunt verè populum qui bene præsident.dan.13.a
Regina Saba & Regina austri,eadem.3.reg.10.a
Reginam Saba Christus reginam Austri vocauit.3.reg.10.a
Regina Saba Salomonem multum laudauit.3.reg.10.c d
Regina Saba credidit sapientiam Salomonis esse supernaturalẽ.2.par. 9.a.super quam maximè admiratur.b
Regina Saba post discessum scripsit se vidisse lignum in quo suspendendus erat qui morte sua lignum Iudæorum destrueret.2.par.9.c
Regina Vasthi mulierum fecit conuiuium.hest.1.e
optimum remedium contra iram est Recogitatio fragilitatis propriæ. tit.2.b
Respondeas stulto, & non respondeas stulto non sunt contraria.prouerb.26.c
Retinere sibi quod est commune est communitatẽ defraudare. act.5.b
Regnum quare fuit diuisum inter Roboam & Ieroboam.2.reg.12.b
Regnant cum Christo non solùm martyres, sed & quique pij fideles. apoc.20.b
Remissio quid sit.deut.15.a
qui per Remissionem peccatorũ viuunt,iam non sibi viuunt.2.cor.5.c
Remissio peccatorum per opera misericordiæ obtinetur mediante Christo.ephe.1.b
Remissio peccatorum quomodo obtinetur.ephe.1.d
Rempham sydus est quod Venerem vocant.act.7.e
Rempham sydus est quod luciferum vocant.act.7.m
Remmum quam & Rimmum Hebræi dicunt, vrbs in tribu Manas-
ſæ.

iudic.20.n
Remmon vrbs quæ & Rimmon.iud.20.g
Reprobus fieri potest qui prius probatus erat.1.reg.16.e f
Reprobos nulla adigit necessitas post contemptum euangelium quin illud recipere possint.matth.13.d
Repromissio quàm dubia sit.eccl.2.e
Repudium non dirimit matrimonium.matth.19.b
Requirere sanguinem est vlcisci.psal.9.b
Requies terræ & sabbatum terræ,idem.leuit.25.a.& lex eius.ibidem.
Requies iustorum negatur indignis.psal.94.d
Requies Triplex describitur. heb.3.c. 4.a. in quarum postremam nos ingredi oportet.ibidem.
tres Requies Apostolus memorat Paulus.heb.3.d.4.a
Res inanimatæ diuino cultui applicatæ sanctæ dicuntur.3.esd.q
Resurrectio mortuorum.4.esd.7.b
Resurrectionem carnis sine dubio Iob prophetauit.Iob.19.c
Resurrectio nisi mortui esse non potest.ps.88.m
Resurgentium corporum sanctorum conditiones.isa.66.d.e
Resurrectionis probatio. isa.66.y
Resurrectio mortuorum spiritu sancto mediante.ezech.37.a.b
Resurrectionis allegoria ad Iudæos dispersos.ezch.37.b.d
Resurrectio futura prædicitur.ezch.37.c.d.& sequen.
Resurrectio mortuorum. dan.12. a. qui propriè dicuntur dormientes. ibidem.
Resurrectio Christi publicam resurrectionem publicauit.os.6.a
Resurrectionem dæmones confitentur.matth.8.d
Resurrectio Domini primò per angelum nuntiatur.matth.28.a
Resurrectionis extremæ ordo.marc.13.c
in Resurrectione iustorum lætitia iugis erit, & gratia.apo.21.d
Rete est actionis obligatio.iob 6.b
Retributio triplex.psal.24.b
Retributio prima est, vt mortem morte reddamus.psal.115.b
Reuelans secretum perdit amicitiam.eccl.27.g
Reuersio ad Christum non solùm de Iudæis, sed etiam de Christianis ab Antichristo deceptis.iere.30.d
Reges à Iosue occisi cognominantur à ciuitate sui.ios.12.e
Regis institutio à Dei voluntate dependet.1.reg.8.e
Regis legatum iniuria afficiens, regiam afficit maiestatem. 2.regum 10.a
Reges an corrigi à sacerdotibus possint. 3.reg.21.f
Rex interdum vocatur dux. 4.reg.3.e
Regis Israel perfidia super Elisæi virtute. 4 reg.5.c d e
Reges Deo placere studentes diutius regnauerunt. 4.reg.14.c
Reges descendentes ab Esau regnauerunt vsque ad Dauid.1.par.1.h
Reges conducti ad pugnandum contra Dauid.1.par.20.a
Reges parta victoria templo offerebant partem spoliarum.1.par.26.e
Rex aliter seruit Deo quia homo est,& aliter quia Rex est.2.par.31.a
Rex Assyrius misit Ezechiæ epistolas quibus eum fatuum esse dicebat.2.paral.
quicunque Regum Deo placuerunt diutius regnauerunt. 4.reg.14.g
Rex vxorem suam Vasti vsque adeo diligebat, vt nollet eam abiicere. hest.2.a
Rex noctem insomnem ducens, in commentariis Mardochæo non fuisse satisfactum super salute regis. hest.6.a
Rex Assuerus Reginæ Hester pollicitus est nihil ipsa inuita se mandaturum.hest.16.a
Reges Apostoli seipsos primùm, deinde ecclesiam bene regere sciunt. prou.8.d
Rex tam verax in iudicio esse debet,ac si proferat oracula.prou.16.d
Rex pauperes ab iniustis molestiis eruendo Deo iugiter complacebit. prouerb.29.d
Reges & principes eandem cum cæteris habent nascendi naturam. sap.7.b
Reges Israel præter Dauidem, Ezechiam & Iosiam non curauerũt legem.eccl.49.b
Regum post transmigrationem memoria.eccl.49.c
Regum proprium multiplex.iere.22.b
omnes Reges veteris testamẽti feruntur mortui & sepulti præter Ioachim filium Iosiæ.iere.22.h
Rex Tyri extendebat potentiam suam ad alias regiones, sicut Cherubim in templo extendebant alas suas.ezech.28.d
Rex Assyriorum prorupit in blasphemiã, & ideo meruit deiici.ezec. 31.d.& inæternum cum suis damnari.ibidem.d
super Regem Ægypti lamentum.ezech.32.a
si Rex idolorũ cultor poterat per eleemosynas peccata redimere, cui non prosunt eleemosynæ?dan.4.g
Rex tradidit eis Danielem confidens quod Deus suus liberaret eum. dan.6.h
Rex Aquilonis,Antiochus rex Syriæ.dan.11.e
Rex videns mensam vacuam impositis cibis exclamauit.dan.14.c
Rex cognito dolo apprehendit sacerdotes vxores & filios, & occidit eos.dan.14.f
Rex sapiens hostes virute superabat & Deum humilitate vincebat. iohan.3.c
Rex gloriæ ante mortem suam noluit laudari.matth.17.e
sub Rege esse quid est.rom.6.c
Rhagium metropolis Calabriæ.act.28.e
Regium metropolis Calabriæ.act.28.g
Rhinoceros indomitæ naturæ est.iob 39.a
Rhinoceros indomitæ omnino naturæ est.iob 39.c
Rhodus Cycladum nobilissima.act.21.a
Rhodus insularum nobilissima in mari Carpathio.act.21.b
Ridere assiduè,& resolui cachinnis,non est nostrum.eccl.21.e
Risus Abrahæ excusatur,& non Saræ.gene.18.b
Riui lati & patentes doctrina sunt ecclesiæ.isa.33.g
Roboam iuuenum consilio factus egenus.3.reg.12.b. qui in via Dauid non ambulauit. d e
Roboam habuit 18. vxores, & 30. concubinas.3.reg.14.l. filios 28.filias 40.ibidem.
Roboam tribus,annis regnauit fidelis,sed postea conuersus est ad idololatriam.3.reg.14.o
Roboam filius Salomonis relicto seniorum consilio ,superiorum iter reliquit.2.para.10.d e
Roboã volẽs bellũ mouere in Israelitas à Deo prohibitus est. 2.pa.11.b
Roboã plures fortitus vxores præ omnibus amauit Maacham.2.pa.11.d
Roboam ex pluribus vxoribus habuit 28. filios & 65. filias, vnde non mirum si in idololatriam inciderit.2.par.11.e.12.c
Roboam in Ieroboam bellum multiplex.2.para.12.d
Rooboth ciuitas Arabiæ.1.para.1.d
Rooboth ciuitas Arabiæ eiusdem nominis cum fonte Isaac.1.par.1.i
nemo Rogat vnde detur,sed quantum detur.eccle.35.d
Rogel fons.3.reg.1.b
Rogel fons est in tribu Iuda.3.reg.1.d
Roma condita est regnante Ezechia in Iudæa.2.para.29.a
Roma cõdita est tempore quo Ezechias rex erat in Ierusalẽ.2.par.29.a
Roma aliquando regibus, nunc consulibus, nunc imperatoribus. 1. macha.8.b
Romæ primò fuerunt reges, inde consules, & tertiò imperatores. 1. mach.8.f
Romani Assyrios & Hebræos superauerunt.num.24.h
Romanus exercitus contra Ierusalem,isa.29.b.c
Romani dixerunt olim vrbem suam perire propter Christianorũ aduentum.iere.44.g
Romani totum orbẽ,sapientia,armis,& regimine deuicerunt.dan.2.t
à Romanis victa ciuitate Ierusalem,ingressi templum ipsum succenderunt.zach.11.a
Romani prudentia plura vicerunt quàm fortitudine.1.macha.8.a
Romani sua bellica prudentia vicerunt plura quàm fortitudine. 1. machab.8.d
Romani accepto clypeo aureo mille minarum à Simone misso firmant decretum.1.mach.14.g
Ruben ius primogenituræ amisit.1.par.5.a
Ruth Moabitis quomodo intrauit ecclesiam.deut.23.a
Ruth pro merito fidei suæ nupsit Booz.ruth.2.a
Ruth historia quando contigisse dicitur.ruth.1.a b
Ruth Moabitis filia Eglon regis Moab ab Aod occisi.ruth.1.e
Ruth genealogia. ruth.1.c. fides eius 2.a.3.a. simplicitas. ibidem b. merita.4.a
in Ruth maximè laudatur dilectio gentis Israel,simplicitas, obedientia fides.ruth 3.a.b
Ruth coniunctio cum Booz.ruth 4.a

S

SAba ciuitas est Arabiæ fœlicis.3.re.10.a.quam dicunt sitam ad mare Indicum.b

Universidad de Deusto Biblioteca

Saba ciuitas Arabiæ.3.reg.10.a
Saba interpretatur ecce.iob.6.b
Sabaim ciuitas est trans Aethiopiam.isa.45.f
Sabbatum à Domino cur benedictum super cæteros dies.gene.2.b
Sabbatum extremam designat requiem.exod.31.b
Sabbatum non nisi deo dignis operibus celebrandum est.leui.23.a
Sabbata quantum iubet Dominus custodire.leui.19.b
Sabbatum Domini quomodo intelligendum.leui.25.a
Sabbatum quantum voeuerunt Hebræi seruandum.nehe.10.c d e
Sabbati obseruatio magnas vtilitates contulit populo.nehe.13.c
Sabbati obseruatio magnas vtilitates contulit populo.neh.15.f
Sabbati opera quæ sunt necessaria.neh.13.g
Sabbatum quomodo est obseruandum.iere.17.d e
Sabbati nomine requies designatur, interdum tamẽ crapula & ebrietas significatur.ezech.20.d
Sabbata nomine requies est designata, interdum tamen crapula & ebrietas significatur.ezech.20.f
Sabbatum legis & sabbatum nouum in quo differunt.ezech.44.f
Sabbata terræ septimus quisque annus.1.mach.6.f
Sabbati nomine omne festum Iudæi dicebant.luc.6.a
Sacerdos externus laudat Dominum tanta beneficia quòd Iudæis contulerit.exod.18.a
Sacerdotes quales debent ecclesiæ mancipari.exod.19
Sacerdotis figura.leuit.8.c
Sacerdotes mediatores sunt inter Deum & peccatores.leuit.14.b
Sacerdos diutius lepram in subditis tollerans Dei indignationem incurrit.leuit.14.c
Sacerdos quomodo pro aliis rogare iubetur.leui.14.d
Sacerdotis continentia.leuit.22.a
Sacerdotum cœlibatus sequitur ex præceptis legis.leuit.22.a
Sacerdotis prima virtus quæ sit.3.reg.8.f
Sacerdotes & Leuitæ non poterant inter alias tribus hæreditatem habere.1.para.6.k l
Sacerdotes templi rege recepto optimo templum aperiunt & inquinamentis abiectis cuncta in statum pristinũ instaurant. 2. par.29.f g
Sacerdotibus & Leuitis partes dabantur. 2. para.31.c. scilicet decimas & primitias.d
Sacerdotes sextum gradum tenent in ecclesia.neh.7.e
Sacerdotes quidam & Leuitæ duxerant vxores alienigenas.3.esd.9.c d
Sacerdotum conditiones.isa.24.b
Sacerdotes habentes clauem scientiæ grauibus affligentur suppliciis. isa.28.g
Sacerdotes nouæ legis quanta decet sobrietas.ezech.44.e
Sacerdotum multiplex approbatio.ezech.44.g
quod Sacerdotibus deputatur,Deo specialiter immolatur.eze.45.a
Sacerdotes Belis.dan.14.b
Sacerdotes Belis ingressi quosdã subterraneos cuniculos comedebãt quæ Beli offerebantur.dan.14.d
Sacerdos verus est qui sacrificium imitatione Christi offert in ecclesia malach.1.c
Sacerdotes sunt agricolæ locati ad excolandam vineam Domini id est ecclesiam.matth.21.k
Sacerdos inuisibilis visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui conuertit.matth.26.b
Sacerdos inuisibilis creaturas visibiles in substantiam sui corporis & sanguinis conuertit.matth.26.f
Sacerdotum cœlibatus.1.corint.7.a
Sacerdotes & diaconi mundiores sint plebeis.1.timo.3.c
Sacerdotis exercitia.1.tim.4.c
Sacerdotium vetus aduenientе nouo cessare debuit.heb.7.b
Sacerdotij ordo ab Aaron ad translmigrationem Babylonis. 1.par.6.a
Sacerdotium ecclesiæ secundum ordinem Melchisedec æternum est. ezech 34.g
ad Sacerdotium oportet eos deligi quos à Deo constat audiri.of.9.b
vetus Sacerdotium cessauit aduenientе nouo.heb.7.c
Sacratæ virginitati nuptias coæquare non hoc Christiani sed Iouiniani est.rom.14.e
Sacra scriptura quantum moderatè gustanda sit.pro.23.a
in Sacris scripturis quædam etiam tradere obscura non indignum est. prouer.25.a b
Sacta eloquia argenti nomine designantur.isa.55.a
Sacra scriptura est voluñen volans.zach.5.a
Sacramentorum noui testamenti quædam sunt de essentia ita veteris. exod.29.f
Sacramentum eucharistiæ, veræ carnis Christi sacramentum est.matthæi.26.c
Sacramentum corporis & sanguinis sui nobis consecrandum reliquit quia corpus suum illaturus erat in cœlum.luc.22.b
Sacrificabant Iudæi diuersis locis ante templi ædificationem.1.reg.7 f
Sacrificium offerentes ex latere altaris ab aquilone stabant.leuit.1.e.
Sacrificium rationabile creatori debemus.leuit.7.b
Sacrificium non quælibet hostia vocatur.leuit.7.c
Sacrificiorum de animalibus quatuor sunt genera.leuit.9.b
Sacrificium Iepthe quomodo fuerit acceptum Deo.iudic.11.& seq.
Sacrificium Christianorũ non est secundum odininẽ Aaron sed secundum ordinem Melchisedec.1.reg.2.g
Sacrificium interdum accipitur pro prandio calendarum.1.reg.9.e
Sacrificia tria communia erant Iudæis.2.para.31.a
Sacrificia tria erant Iudæis communia.2.para.31.b
Sacrificia impiorum his obsunt qui offerunt ea.eccl.34.e
tria Sacrificia erant Iudeis communia.3.esd.4.l
Sacrificium iusti est Deo acceptum.eccl.35.c
Sacrificium perpetuum oblationis Christi.luc.22.b
Sacrificiis Iudæorum exclusis sacrificium mundum offertur. rom. 9.d
Sacrificium solenne duplex erat in antiqua lege.heb.10.d
Sacrificium veteris legis non erat deo acceptum quia carnale, ideo nouum spirituale Deus à Christo expectabat.heb.13.d
Sacrilegia iudæorum per prophetas prędicta erant.psal.37.e
Sacristæ qui seruabant vasa diuino cultui deputata.1.par.26.e
Sadducæi extra resurrectionis fidem sunt.mar.11.e
Sadducæi extra fidem resurrectionis sunt.mar.12.b
Sadducæi neque resurrectionem, neque spiritum,neque angelum credebant.mat.22.f
Sadducæi in proposito problemate Christo in multis errabãt.luc.20.d
Sagitta electa verbum Dei est.isa.49.b
Sal vbi spargitur sterilitas sequitur.ecc.43.c
Salissa mare mortuum.gene.14.a
Salomon omni sapientia donatus à mulieribus in idololatriam inductus.1.reg.15.g
Salomon bonis initiis malos exitus habuit.3.reg.1.m
Salomoni ob scelera sua suscitauit Dominus tres aduersarios.3.regum. 11.h.i.l
Salomon vniente patre regnare cœpit.3.reg. 1.m
Salomon patrem suum Dauidem honorificè sepeliuit cum multis thesauris suis.3.reg.2.f
Salomon in Semei non animaduertit nisi post violarum iusiurandum 3.regum.2.m
Salomon an anno vndecimo genuerit Roboam.3.reg.3.e
Salomonis prosperitas.3.reg.3.f.4.f.h
Salomonis iudicium sapientię plenum.3.reg.1.m
Salomon adhuc inuenis quomodo duas filias nuptas habebat.3.re.4.d
Salomon an genuerit ante 12.anum.3.reg.3.b.4.b
Salomon in principio Christum figurabat.3.reg.4.a.8.f
Salomon prophetiæ spiritum habuit.3. regum. 8.a. vnde Ierusalem perituram in vltionem sanctæ crucis prædixit.ibidem
Salomon spiritum habuit prophetiæ.3.reg.9.a qui & Ierosolymá peituram prophetauit.d
Salomon reginę Saba rependit munera.3.reg.10.e
Salomon præ nimia libidine incidit in idololatriam.3.reg.11.a.vt à mulieribus sacrificare idolis cogeretur.ibidem.ob quæ suscitauit illi dominus tres hostes.ibidem d
Salomon quantum secutus sit libidinem.3.reg.11.b c.vt templum idolis fabricaret.b c d e
Salomon cuius eratis erat cùm regnare cœperit.1.par.29.a
Salomon non solùm voluntate humana sed diuina promotus fuit ad regium.1.par.28.b
Salomonis ætas cùm regnare & generare cœperit.1.par.26.a
Salomon vnctus est ad Dei honorem.1.par.29.f
Salomon legitimè institutus, & à Deo ad regnandum electus.2.paralipom.2.d
Salomon primò quærit templum Domini construere.2. paralipomen.2.a
Salomonis munera à rege Tyriorum missa.2.paralipo.2.b
Salomonis oratio imprimis deo dirigitur.2.para. 4.d.in qua multas inserit precationes. e f
Salomon perfecto templo intulit omnes diuitias in illud quas dedit

Universidad de Deusto
Biblioteca



pater.2.par.5.a
Salomon princeps & ptopheta templum Deo ædificauit.2.par.6.a
Salomon pêr manus sacerdotum obtulit multa milia.2.par.7.a.quibus ritè peractis dimisit populos ad sua.c
Salomon cutis deditus, visionibus diuinis dignus fuit:delicijs verò delapsus est in malitiæ barathrum 2.par.7.d
Salomon diuinis intentus bonus fuit, quibus omissis malus euasit.2.para.7.g
in Salomone multa figurata,in Christo impleta sunt.2.par.8.b
Salomon quasi rex,basem fecit æneam, Esdras quasi minoris potentiæ gradum fecit ligneum.3.esd.9.i
Salomon figurauit Christum in aliquibus.prou.4.b c
Salomon ante omnes qui eum præcesserunt in Ierusalem ditior fuit. eccl.2.b
Salomon de mulierum probitate loquebatur expertus.eccl.7.k
Salomon præuidit Herodem persequẽtem Christum lactãtẽ.can.8.a
Salomon solam sapientiam postulauit,cum qua omnia quæ non postulauit habuit.sap.7.c
Salomoni apparens Deus concessit petere quid vellet.eccl.47.d
Salomon dimisit Roboam filium stultum qui regnum sua stultitia diuisit.eccl.47.e
Salomon non errauit dedicationem templi ædificati celebrando. 2. mach.2.c
Salphaad filiæ iusta causa sortem paternam petiuerunt. num.27.a b
Salphaat filiæ habuerunt cum cæteris hæreditatem.ios.17.b
Saltatio Dauid coram arca qualis fuerit.2.reg.6.g h
qui volunt Saluare animam suam fugiant hæreticorum doctrinam. iere.48.c
Saluari non potuissemus nisi vnigenitus moreretur.heb.9.c
Saluandorum tres ordines.luc.8.c
Saluator est misericordia peccatorum,& vita fidelium.psal.118.f a
Saluatoris præsentia,dæmonum sunt tormenta.marc.5.a
Salutem violentia non confert.deut.12.b
Salus Domini,qua saluos facit.psal.3.b
Salus nõ ex ecclesia satanæ nata est,sed ex Sion ecclesia Domini.psal. 13.d
Salus nostra semper Deo cura fuit.psal.70.a b c
Salus animæ consistit in proportione morum.eccl.30.c
Salus corporis consistit in proportione humorum, sic salus animæ in proportione morum.eccl.30.c
Salus in Israel magna erit quando in ecclesia Christi aduersitas nulla erit.1.mach.4.e
Salus melior est sine pecunia,quàm pecunia sine salute,act.3.a
Salus nostra non in verbis sed in operibus consistit.1.iohan.1.a
Samariæ ædificatio.3.reg.16.h. quam primò nominauit Sumarem.ibidem.20.a
Samaria.3.reg.20.a
Samaria nunc Sebaste,hoc est Augusta,nuncupata.3.reg.20.a
Samaria residua in Assyriam abducta. 4.reg.18.c d
Samaritæ vicerunt Benadab cum 32. regibus.3.reg.20.d.& seq.nec tamen Deo tribuerunt.g
Samaritæ iussa Iehum implentes septuaginta filiorum Achab miserunt capita.4.reg.10.c
Samaritæ quantum potuerunt impedierunt templi & vrbis Ierusalem reædificationem.3.esd.5.n.o.6.f
Samaritæ templum reædificari impedientes hæreticis comparantur. 3.esd.6.e
Samaritana doctrina plena ad docendos alios profecta est.iohan.4.g
Samson diuina promissione generatur.iud.13.g
Samson quærens vxorem alienigenam Christum figurabat.Iud.14.c
Samsonis diuinum mysterium.iud.14 g.15.a.b
Samsonis fortitudo mysterium & miraculum designabat.iud.14.d
Samsonis quæstio sodalibus proposita nõ vacat à sacramentis. iud.14.f
Samsonis fortitudinem mulieris auaritia decepit.iud.14.g
Samsoni iustam causam habebat occidendi Philisthæos.iud.15.d
Samson obseratis portis clauditur in ciuitate,Christum clausum in monumento figurans.iud.16.b
Samson quomodo sanctus erat.iud.15.f
Samson quomodo in capillis, & non in aliis corporis partibus fortitudinem habuit.iud.16.d.& seq.
Samson quandiu Nazaræus fuit tandiu inuictus mansit.iud.16.h
Samson moriens inimicos comprimit.iudic.16.i
Samson in multis figurauit Christum.iud.16.a.& seq.
Samson & Sedechias visu priuantur.ezech.23.e
Samuel circa decimum annum Heli dicitur natus. 1.reg.1.k. eius genealogia ex leui.ibidem.
Samuel genealogia & natiuitas.1.reg.1.d.Adolescentia.3.a
Samuel semper charus,quia à puero nutritus in templo.1.reg.3.a
Samuel in locum Heli instituus.1.reg.8.a
Samuel successit Heli in sacerdotio.1.reg.8.a.12.a
Samuel Eli sommo sacerdoti successit.1.reg.12.a
Samuel omnibus diebus lugebat Saul.1.reg.16.a
Samuel per totam vitam lugebat Saulem,sed frustra.1.reg.16.a
Samuel quare à Pythonissa suscitatus est.1.reg.28.b
Samuelis filij.1.para.6.e
Samuel an fuerit de filiis Aaron.eccl.46.b
Sanctificari quid dicitur.exod.34.f
Sanctificare Deum quomodo possumus.ios.3.b
Sanctificare Dominum in cordibus nostris.1.pet.3.e
Sanctificationem quid faciat,& quid impediat.leuit.22.b
Sanctificationis effectus.1.thess.4.a
Sanctificatio ab omni incontinentia reuocat Christianum.1.thess.4.b
Sanctitas plures meretur è cœlo defensores, quàm oppugnatores adduxit improbitas.4.reg.6.c
Sanctuarium cisterna dicitur.2.reg.23.h
Sancta sanctorum amplitudo.3.reg.6.g
Sanctorum mors somnus dicitur.2.par.16.f
Sanctus ille est,qui Deum syncerè amat.psal.15.a
Sanctus ille est,qui Deum syncerè amat, & in eo confidit.psal.15.b
Sancti variis acti periculis iudicium Dei postulant.psal.42.a
Sancta quæ dicuntur.psal.85.a
qui Sanctorum merita religiosa charitate mirantur, eorum mores imitantur.sap.3.a
Sancti assessoria dignitate iudicabunt cum Christo omnes reprobos & iniquos.sap.3.c
Sancti quomodo enarrant omnia mirabilia Dei.eccl.42.g
in Sanctorum resurrectione tanta erit resurgendi facilitas, quanta felicitas.isa.66.f
Sanctorum orationes maximam apud Deum habent vim pro nobis. iere.11.c
Sanctos nõ latuit ante aduentum saluatoris Deum cogitasse cogitationes pacis.iere.29.d
Sancti prædicatores veræ charitatis instinctum iniquè oppressos student eruere.iere.38.e
Sanctus non in omnibus eandem habet significationem.iere.51.i
Sanctorum actio ab omni parte circunspecta est. ezech.1.h
Sanctum sanctorum,siue sanctarium dicebatur arcanum Dei.eze.7.i
Sancti pro nobis apud Deum orant, quos etiam non frustra oramus. ezech.14.f
Sancti à malis quibusuis nos liberant si eos oremus.ezech.14.f
Sancti quatenus sunt orandi.ezech.14.g
Sanctorum querela ad Deum est, quare contra eos iudicium fiat. habac.1.a
Sancti in primitiua ecclesia contra mundum diabolum & corpus pugnauerunt.zach.10.b
Sancti in cœlis pro viuis orant.2.mach.15.b
Sancti animus in omni bono est.2.corinth.7.h
Sanctis pauperibus qui erant in Ierusalem in Christum credentibus Paulus mittit eleemosynas.1.corinth.16.a
Sancti Stephani persecutio.act.6.f
Sanctis maxima & vnica est requies in cœlo.iohan.4.d
Sanguis hostiæ mysteria.leui.8.c
Sanctitas pro eo quod sanctum est.deut.26.d
Sanguinem requirere est cædem alicuius vlciscì.psal.9.d
Sanguine vestimentum miscere quid sit.isa.9.c
Sanguis animam significat.ezech.22,a.pluraliter verò peccata.ibidem
Sanguis animam significat,& mercedem, & pluraliter peccata. ezech. 22.a
Sancti in cœlis pro viuis orant.2.mach.15.d
Sanguis Christi Iudæorum immanitatem arguit mundum tamẽ à peccato redemit.matth.27.c
Sanguis Christi quotienscunque effunditur in remissionem peccatorum effunditur.1.corint.11.c
Sanguis Abel clamabat vindictam,sed sanguis Christi de cruce loquebatur pacem.heb.11.i
Sanguis Abel clamabat vindictam, at Sanguis Christi in cruce cla.

Universidad de Deusto
Biblioteca



mabat pacem.heb.12.f
à Sanguine abstinere quid sit.act.15.b
Sanguine precioso redempti sumus.1.pet.1.c
Sanir,Hermon & Baal Hermon.1.para.5.d
Sanitatem accipiunt,qui medicinam expetunt.luc.19.b
Sapiens in Deo moriens in nullo laudatur opere.psal.48.c d
Sapientes muneribus etiam corrumpuntur.eccl.7.c
Sapiens seipsum humilians dignus est exaltari.eccl.11.a
Sapiens est qui seipsum diiudicat.eccl.14.e
Sapientes Babylonios Daniel excusat.dan.2.m
Sapiens rex pro salute ciuium peccatorem se magis confitetur quàm regem.iohan.3.c
Sapienter & eloquenter dicere verba sacra,differunt.sap.6.d
Sapientia nec in tempore nec in loco reperitur.iob 28.b
Superbia Pharisæorum nihil odiosius.psal.105.a
Sapientia ecclesiasticum tibi coniunge,vt ab hæretica seruetis. pro.7.b
Sapientiæ septem conditiones.prou.8.a
Sapientiæ septem eliguntur conditiones.prou.8.a
nulla Sapientia carnis aut mundi sibi domum ædificat.pro.9.a
Sapientia quæ domum Domino ædificat.prou.9.a
Sapientia interior mentis resplendet in vultu.prou.17.d
Sapientiæ magna est manus.cant.8.a
qui Sapientiam cœlestem inuenit alias doctrinas dispicit.sap.7.d
Sapientia direxit Salomonem ad cõtemplationem rerum naturalium & supernaturalium.sap.7.g.h
Sapientia diligibilior est quàm diuitiæ temporales.sap.8.b
Sapientiæ effectus & fructus.sap.8.b c
Sapientiæ diuinæ effectus.eccl.4.d
Sapientiæ multiplices effectus.eccl.11.a
Sapientia diuina quibus denegatur.eccl.15.c
Sapientia qua quis laudat Dominum,est sapientia Dei.eccl.24.a
Sapientia Dei tres species hominum dicit sibi odibiles.eccl.25.b
Sapientia à sapore dicitur.eccl.38.c
Sapientia à sapore denominatur, quòd virtuti accedens sapidam reddat.eccl.38.d
Sapientia sursum erigit,prudentia deorsum.bar.3.f
Sapientiæ studium multa requirit, ne paruo tempore perfici potest. dan.1.d
Sapientia sola quæ ex deo est,salutaris est.iaco.3.c
Sapientia alia mundana est alia diuina.iac.3.d
Sarna ciuitas est in tribu Dan.iudic.13.b
Sara alias Serath prophetissa.1.para.7.i
Sara filia Raguelis ab ancillis patiebatur opprobria multa.tob.3.d e
Saraahim dimissis vxoribus fugit in terram Moab.1.par.8.c
Sardis vrbis Melito doctor insignis fuit episcopus.apoc.3.a
Sardis vrbs Lydiæ caput,regia Cresi.apoc.3.a
Sardis vrbs Lydiæ caput.apoc.3.a
Satuia maret Ioab & Abisai.2.reg.18.b
Satan non habet potestatem tangendi nos nisi inquantum est illi permissum.iob 1.d
Satan perfidus hostis quanta mala ipsi iob intulit.iob 1.e
Sataræ hæreditas in his est qui sataræ comparant saluatorem omniũ. luc.11.f
Satanas quomodo intrauit in Iudam.luc.22.a
Satanas prius intrauit in Iudam cùm cogitaret tradere Christum, post panem autem intrauit in eum & possedit eum.luc 22.a
Saranas mors dicitur,quia est causa mortis.coloss.4.e
Satanas an alicuius sancti propositum mutare possit.1.thess.2.d
an Satanas alicuius sancti propositum impedire possit.1.thess.2.i
Satiari & esurire nouit,qui & corpus moderatè reficit.phil.4.e
Satisfacere pro peccatis quomodo possumus.isa.58.b d
Satrapa præfectus dicitur.1.reg.6.a
Satrapa præfectus,satrapia præfectura.1.reg.6.c
Saul Iudæis regem in vltionem instituit.1.reg.8.c
Saulis genealogia.1.reg.9.a
Saulis inquisitio asinarum.1.reg.9.g.& seq.
Saulis prophetia de Gog & Magog.1.reg.10.e
Saulem bonus spiritus in prophetã vertit malus autem in apostatam. 1.reg.10.g
Saul quomodo electus est à Domino.1.reg.11.e
Saulis electio populo imponitur.1.reg.12.g. eius mutatio illi imperatur.13.a
Saul sacrificans an possit excusari.1.reg.13.d
Saul ieiunio exercitui indicto vicit Philisthæos.1.reg.14.f
Saulis obseruantia religionis.1.reg.41.m
Saulis victoria maxima aduersus plures.1.reg.14.n
Saul à propheta vngitur in regem .1.reg.15.a
Saulis peccatum propter iactantiam aggrauatur.1.reg.15.f
Sauli principiò bonus, liuore factus malus.1.reg 15.g
Saul bellum cum Amalech.1.reg.15.m
Saulis odium in Dauidem continuò crescebat.1.reg.18.l.19.a.g
Saul malo spiritu sæpe arreptus.1.reg.19.g
Saul pithonem consulebat prosuscitatione Samuelis.1.reg.28.b d
Samuelis tristitia super Samuelis reuelatione.1.reg.28.g
Saul superbus typus erat Pauli.1.reg.19.a
Saul filiam suam Michol sub conditione statuit.1.reg.16.h
Saul quomodo seipsum occidit.1.reg.31.c.sepultus est.g
Saul maluit ab armigero quàm ab incircunsis occidi.1. par.10.a.à quibus fuerit occisus.b
Saulis occisi posuerunt philisthæi arma in templo Dagon, alij dicunt Astaroth.1.par.10.d
Saulem inimicum & peccatorem Dauid appellat.psal.54.a
Scandalizare periculosum est.1.corint.8.c
Scandala Israelitarum cum Madianitis punita.nu.31.a
Scandalum non bonæ rei sed malæ exemplum est.1.mach.5.b
Scandalum Christus docet vitandum.matth.18.c
Scandalum quomodo nos in gehennam trahat.marc.9.g
Scandalum in gehennam trahit. mar.9.i
Scandala euenire quomodo necesse est.luc.17.a
Scelera dum non resecantur,increscunt.2.reg.14.c
Scelera dum non resecantur semper increscunt. 2.reg.14.h
pro Sceleribus nostris iudicabit nos deus non minus quàm pro sua misericordia.iacob.2.b
Scenopegia erat Iudeis 15.die. septẽbris ad 22. diem solennis.ne.8.e
Scenopegia apud græcos respuit aspirationem dicta à figendis tabernaculis, hoc est festum tabernaculorum.ioan.7.a
nemo potest Scire certo an diligatur à Deo, an proximus.eccl.9.a
Scire quisque tenetur quæ ad suum pertinet statum.sap.6.a
Scire non pertinet ad iustitiam hominis quæ est in voluntate, sed credere.rom.30.d
Scientiæ veræ fundamentum est timor domini.pro.20.1.d
non in Scientia, sed rebellione peccamus.luc.2 m
Scientia inflat quæ ex sensu proprio & humano descendit.1.cor.8.a
Scortatoris pœna.prouer.6.c
Scortator animam suam venalem facit.pro.6.f
Scortatores cum omnibus infidelibus arcentur ab ingressu paradisi.apocalipsis.22. d
non vobis Scripsi quæ vobis placerent,sed posteritati.ioan.19.h.
Scripturis diuinis aliqua addi possunt.deut.4.a
Scripturarum expositio à doctoribus exquirenda.deut.17.b
Scripturæ canonicæ à doctoribus exponenda.prou.15.a
Scripturarum deliciæ non decent hæreticum.pro.19.c
Scriptura diuina ascribit iustitiæ veniam peccatorum.sap.14.d
Scripturis sacris credit qui timet Dominum & diligit illum.eccl.1.f
Scripturarum expositio requirit prudentiores.eccl.34.a
Scripturæ mos est diuinas leges & præcepta verbum appellare.ieremiæ.11.a
Scythopolis.1.reg.31.c
Seba per diphtongum de semine Beniamin.2.reg.20.a
Sechemas vnicum habuit Semeiam filium.1.para.3.f
Secta in Iudæos quæ dicitur hæresis Nazarenorum.act.24.c
Si cum seculo gaudemus, verendum est me cum seculo lugeamus. ioan.16.g
Seculi huius miserabilis dulcedo non separet nos ab amore Christi.1. ioan.2.b
cor Secundis rebus non efferendum.psal.130.a
nemo in hoc Seculo gaudere potest, & in Domino.phil.4.b
vtrum in Secundo Christi aduentu omnes mortẽ patientur.1.thessalonicen .4.e
Sedere iudicare est in illis in quibus sedeo & iudico.apoc.3.i
Sedes parata à seculo qualis est psal.92.b
Sedechias pseudopropheta ad Achab.3.reg.22.l
Sedechias duobus ioachim non melior fuit sed secum populum traxit 3.para.36.g
Sedechias succedens ioachim ductus vinctus in Babylonem.3.esd.1.n
Sedechias fugiens captus est.iere-miæ.34.b.39.c

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sedechias ad Nabuchodonosor profectus est.iere.51.c
exitus per quem Sedechias exiuit subterraneus erat.iere.52.b
Sedechias regis Ægypti auxilio destitutus fugiens captus, & ad Nabuchodonosor ductus.ezech.17.c
Seditio quare in Ephraim orta est.iud.12.a
Seditio in Dauid vnde orta est.2.reg.15.b
Seditio Dathan, Chore, & Abyron quid figurat.eccl.45.d
Seductorem Deum appellantes, longe à veritate aberrant. ezech.14.b
Seir Idumæa est.gene.36.a.ioſ.11.c
Seir & mons in terra Ædom.deut.2.a
Seirath. iudic.3.d
Selcha vel Salcha vna ex sexaginta vrbibus Basan.1.para.5.b
Selcha vna ex 60.vrbibus Basan.1.par.5.d
Sela, hoc est, Amen.habac.3.e
Selemoth an fuerit custos thesaurorum regis & domus Domini. 1.paralip.29.b
Seleucia à Seleuco rege Syriæ condita.act.13.a
Seleucia à Seleuco Nicano rege Syriæ ciuitas Syriæ.act.13.b
Sellum male partum regnum trigesima die perdidit.4.reg.15.d
Sellum ductus est captiuus in Ægyptum.1.par.3.d
Semei est Nabath pater Ieroboam regis Israel. 2.reg.16.b. maledicebat Dauidi fugienti.c
Semei cognouit peccatum suum in Dauid. 2.reg.19.h.& seq.
Semei ipse est Nabat pater Ieroboam.3.reg.1.e
Semei à Banaia occisus.3.reg.2.m
Semita redemptoris humilitas, semita secutorum superbia.iob 22.c
Semen nostrum insidiis hostium deperit.leuit.26.c
Semen verbi Dei quadripartitum est.marc.4.e
Semen diuersum terram reperit diuersam.luc.8.a
in Senatio bonorum operum perfectio designatur.2.par.9.d
Senectus vitia quædam propria, & morbos habet, quibus iuuentus caret.tit.2.a
Senectus habet quædam vitia propria & morbos quibus iuuentus caret.tit 2.a
Sennacherib rex Babyloniorum. 4.reg.18.e
Sennacherib reuertenti in terram suam angelus rasit illi barbam & crines.2.par.32.c
Sennacherib post percussum exercitum fugit in templum suum vbi duobus filiis suis occisus est.2.para.32.f
Sennacherib quare filios Israel odio habebat.tob.1.g
Sententiæ Dei peccatores ad pœnitentiam vocant.iere.8.h.9.a
Sententia totius libri Hester a Mardochæo scriptori mandata.hest.9.g
Sententia Domini verbum Iob victorem asserit.iob 42.b
vna Sententia duo quædam hominis ora complexus est.marc.7.d
Seniores mortuo Iosue populum 17.an.direxerunt.iud.2.c
Seniores non nominabantur ab ætate.ioſ.13.a
Seniores querebantur aduersus Ezechielem cur tam obscure responderet quæsitis.ezech.21.a b
vbi Senior iuuenibus exemplum ad interitum præbet districta increpatione feriendus est.1.tim.5.a
Sensus quinque interiores, & quinque exteriores.zach.8.d
quando Sensus literæ sine additione non potest intelligi nil prohibet aliquid addi vt intelligatur. apo.22.g
Sephela quæ & Rephaim vallis.1.mach.12.f
Seon quia ad eam multi confugerent fuit à Nabuchodonosor capta. iere.28.k
Sephela, quæ & Rephaim vallis est iuxta Eleuteropolim in tribu Iuda. 1.mach.12.g
Sephora cùm filium circuncidit.exod.4.g
Septenarius numerus quietis iudicium est.gen.50.b
Septenarius numerus pro vniuerso ponitur.prou.24.d
Septenarius & septuagesimus numerus pœnitentiam significat consummatam.isa.23.d
per Septenarium vniuersitas angelorum designatur.zach.4.c
Septem donis spiritus sancti probatur aurum.psal.11.b
Septem infusoria septem sunt sacræ scripturæ studia.zach.4.b
Septem dies vndecũque initium acceperint sabbati diem secum concludunt.1.mach.2.h
Septem Machabæi pueri de rege Antiocho reuexerunt Triumphum. 2.machab.7.a. & sequen.nec minus mater eorum d. nomina matris & filiorum.g
Septem puerorum Machabeorum mors & varia supplicia. 1. macha. 7.a b c.& sequen.
Septimus quisque annus tertæ sabbatum erat.1.mach.6.o
Septuaginta senes Rabini qui fuerunt.3.reg.1.p
Septuaginta Danielis hebdomadæ.dan.9.g
Sepultura corporum est terræ depositum commendare.tob.4.b
Sequi saluatorem quid sit.matth.9.a
Sequi saluatorem, est participare salutem.math.9.d
quomodo oporter Sequi Christum.luc.9.f
Seraphim incendium interpretatur.isa.6.d
Sermo probatus nouo genere transit, & remanet.psal.44.a
Sermones Domini abiicere & disciplinam quid sit.iere.23.k
Sermones de theologia immundis non sunt communicandi. matt.7.c
Sermo diuinus per typos & figuras & parabolas absconditus est in agro huius mundi.matth.13.f
Sermo diuinus in agro huius mundanæ conuersationis absconditus est multipliciter.1.matth.13.o
Sermones Dei pleni veritate & iustitia sunt.rom.3.a
Sermones Dei pleni veritatis sunt atque iustitiæ.rom.3.b
Sermonis Christi vis & efficacia in sacramento Eucharistiæ. 1.cor.11.c
Sermo Christi operatorius est, 1.corinth.11.f
Sermo de cœlo tam verus est quàm prophetieus.2.pet.1.d
Sermo diuinus est ensis bis acutus.apoc.1.c
Sermo via quædam est ad actiones.1.pet.3.d
Serpens cur super ventrem graditur.gene.3.d
Serpens Aeneus liberabat populum à morsu serpentum.num.21.c
Seruire Deo est bonis operibus tueri & conseruare iustitiam.luc.1.x
Seruiendum est Domino in iucunditate.3.esd.9.k
Seruiendum est Domino in iucunditate.3.esd.9.g
Seruitus Dei vnica est, quæ dicitur latria.gene.43.f
Seruitus domus suæ quis consyderat.pro.21.h
Seruorum eruditio.gene.24.i
proprius est Dei Seruus qui in rebus diuinis operam sedulam collocat. num.3.h
Serui fideles & prudentes rari inueniuntur.eccl.33.c
Seruus non debet præesse, sed subesse.eccl.33.h
Serui quomodo sunt tractandi.iere.34.c.& seq.
Seruus talentum obruens non est imitandus. iohan.4.c
Seruus non audiat carnalem Dominum si contra Dei præcepta imperet.ephe.6.a
Sesu rex Ægypti quantum exercitum contra Roboam adduxit. 2.paralipo.12.b
Sethim locus quidam in Moab.ioſ.2.a
Sexagenarius numerus dicitur perfectus.deut 3.b
Sex sunt nomina eiusdem regis Assyriorum.isa.20.a
Sex mundi ætates per sex Dei ministros & angelos.ezech.9.a
Sex ætatum præteritarum ad diluuium, ad Abraham, ad Moysen, ad Dauid, ad transmigrationem, ad Christum.1.cor.10.e
Siba fraudem in Dauid concepit. 2.reg.16.a
Sibam alias Sinan secundum incipientes mensem à ianuario quintus mensis est, nostro respondens Maio. bar.1.d n. erat semper festum Pentecostes.ibidem.
Siceleg.1.regum 27.b
Siceleg dedit Achis Dauidi habitandam.1.reg.27.e
Siceleg percusserant inimici Dauid.1.reg.30.a
Sichar prius Sichem dicta.iohan.4.a
Sichem vrbs à duobus fratribus cæteris consentientibus destructa est. gene.34.e
Sichem vrbs olim præclara Samariæ.ioſ.24.a
Sichem expugnatio.iudic.9.h.& seq.
in Sichem multa mala acciderunt.3.reg.12.a
Sichem quare Israelitæ elegerunt. 2.para.10.a
Sichem dicta est à filio Emor, quæ prius Salem postea Sichima, nunc autem Neapolis.iohan.4.b
Sidon vrbs est Phœniciæ.iud.10.d
Sidon piscis interpretatur.1.para.14.a
Sidon.iudic.10.c
Sidonij venatores, Aradij deponentes dicuntur.ezech.27.b.28.f
Signa fecit Christus apud Iudæos.psal.97.a
Signo sanguinis Christi signatus liberatur à clade percutientis.exe.9.b
Signorum confusis iudiciis, perturbari necesse est.matth.24.g
Signa iudicij futuri.luc.21.f
pro multis Signis in morte Christi Iudæi gloriabantur, cæteris pectora tundentibus & flentibus.luc.23.k
Sicut signũ filiationis humanæ est imitatio, ita signũ filiationis diuinæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

dilectio.iohan.8.n
Signum non est veritas,sed veritatis indicium.roma.4.b
Silentium rerum quas viderant in monte imperat.marc.9.c
Siloe locus est amenus & nemorosus.iere.7.l
Silo infans & Messias interpretatur.gene.49.b.ios.18.a
Silo quæ & Galgala, prima ciuitas vbi conuenerunt primò filij Israel. ios.18.a
Simeon ligatus Petrum ligatum figurabat. gen.42.c
Simeonis quinque tantum nominantur filij.1.par.4.f h
Sima ciuitas iuxta Carmelum. 4.reg.4.d
Simonis iusti virtutes.eccl.50.b
Simon pontifex ingressus Gazam eiecit idololatras & idola de ciuitate.1.mach.13.h
Simon purgauit arcem Ierusalem, & eiecit inde habitatores. 1.mach. 13.h
Simon amicitiam Spartiatarum & Romanorum renouat.1.mach.14.e
Simon ad pontificium exaltatus,& gentes vicinas aduocans figurabat Apostolos post Christi passionem gentes cõuertentes.1.mach.14.f
Simon duobus filiis senioribus commisit exercitum.1.mach.16.a b
Simon cum duobus filiis in quandam munitiunculam vocatus occisus est.1.mach.16.d
Simõ qui & Petrus & Andreas primi sunt facti Apostoli Christi. marci 1.g
Simon magus offerebat pecunias Petro vt daret illi potestatem exhibendi spiritum sanctum.act.8.e
Simplicitas cordis dies est.sap.1.a
Simulatores callidos esse oportet.iob 36.e
Simulatores & callidi prouocant iram Dei, dum mala sub specie boni proponunt.dan.6.c
Sin,Eremus ad Sinai.exod.16.a.17.a
Sinai,mansio duodecima.exod.19.a.nume.1.a
Singularis numerus in bono semper accipitur, duplex in malo.ecclesiastici 4.c
Sinus Abrahæ locus quietis apud inferos.iob.10.d
Sion mons quondam visionis, nunc vallis fletus.isa.22.b
Sion dicitur ciuitas Dauid.3 reg.5.k
Sior Ægypti fluuius à Nilo deriuatus.1.par.13.c
Sihor Ægypti filius.1.para.13.b
iuxta Situm Ierusalem Assyrij & Babylonij in terra Aquilonis habitabant.zach.2.c
Sobi filius Dauidi fert subsidium.2.reg.17.k
Sobua scriba inferiorem partẽ ciuitatis Rapsaci tradidit arce remanẽte & templo.isa.36.c
Societas iniustorum ad multa trahit peccata.eccl.9.d
Societas iniusto quàm sit periculosa.eccl.9.f
Soccoth.iud.8.a.1.reg.17.a.
Soccoth locus est trans Iordanem ad torrentem Tabor.iud.8.c
Soccoth Iudæ tribus vicus est.1.reg.17.a
Sodomitę minus damnabũtur quàm hi qui negligũt euangeliũ.luc.10.c
Solis iustitiæ mysteria.eccl.43.a
per Solem intelligit principes ecclesiasticos, & per lunam seculares. isa.24.g
Sol & luna post iudicium multo clariores erunt eorum tamen splendore sancti non egebunt.isa.60.d
Sol iniquitatis contrarius est soli iustitiæ.ezech.32.b
Sol & luna teguntur quando nulla claritas gaudij in nullis inuenitur. ioel 2.b
tres Solennitates Iudæorum.3.reg.9.k
Solennitates septẽ & vna continua erant apud Iudæos. 2.par.8.c.quarum tres præcipuæ, in quibus quemlibet oportebat visitare tẽplum. ibidem & d.
Solennitates duæ Iudæorum à Iuda Machabæo institutæ.2.mach.2.c d
Solicitudo huius seculi spinis decoratur.matth.13.i
Sola quæ ex Deo est sapientia salutaris est.iaco.3.d e
Solis nomine prædicatorum claritas designatur.apoc.6.d
Somnium suum Nabuchodonosor quærit ab ariolis,à magis,à maleficis.dan.2.b.& sequen.
Somnia à cogitatione plerumque veniunt, dan.2.e
Somnij significationem triduano ieiunio à Deo audiuit Dani.dan.2.h
Somnium Nabuchodonosor Deus Danieli reuelauit.dan.2.g
Sophim mons Ephraim.1.reg.1.a
Sophim mons Ephraim in loco Ramathaim.1.reg.1.c
Sopore depressi qui dicuntur.ioel 1.c
Sors non semper mala.1.reg.14.f
Sors an sit mala.1.reg.14.l
certæ Solennes orationes sunt deferendæ cum gratiarum actione cùm è somno surgimus, & in cunctis actibus nostris.matth.26.l
Sparta ciuitas Græciæ, quæ & Lacedemon.1.mach.12.a
Spartiatę à Sparta regione,quæ postea est dicta Lacedemon.1.machabæo.12.b
Species odorum diuersæ.Exod.30.f
alia Species æmulationis Iudęorum orta ex superbia.mar.2.d
Speculationem prophetarum collegium & consilium vocat.os.5.a
Speculatio prophetarum collegium ose.5.a
Speculator semper in altitudine stat.eze.3.g
Speculatorem Dominus esse denunciat quem ad prædicandum mittit ezech.3.g
Speculatoris officium & finis eius.eze.33.a
Speculatores in ecclesiis fungi cogantur officio.eze.33.b
Spelunca agri idem quod ager.gen.23.d
Spes propria non est nisi de bono.iudith.13.e
Spes promissa humilibus qualis est.psal.118.g
Spes vana hæreticorum.pro.7.c.impiorum.10.d
Spes omnium hominum timẽtium Dominum est vt declinent à ruina mortis.pro.14.i
Spes beatæ retributionis quomodo sit habenda.pro.23 b
Spem beatæ retributionis expectare potest qui peccata toto vitæ cursu vitauerit ,& Dominum timuerit.pro.23.f
Spes de stulto maior est quàm de illo qui sapiens sibi videtur.prouerbiorum.26.e
Spes vitæ futuræ debet esse in nobis.1.corin.15.c
Spicas sollicitè colligere quid sit.ruth.2.b
Spicas factæ scripturæ colligere.ruth.2.b c & manipulos.ibidem.c
Sponsus Christus sponsa ecclesia.matth.9.e
vnus Spiritus & vna virtus in omnibus.num.11.d
Spiritus hominis fit per gratiam particeps spiritus dei.nume.11.e
Spiritus Domini non eodem modo omnes afficit.nu.24.b
Spiritus sancti effectus.psal.31.c
Spiritus sancti vocem quomodo audire possumus.psal.31.c
Spiritus sanctus vocat omnes gentes ad fidem.psal.46.a
Spiritus sanctus per fidem vocat omnes gentes.psal.46.b
Spiritus sanctus à peccatoribus recedens,quàmdiu sunt in peccatis non redit ad eos.psal.77.l
Spiritus sanctus ab isaia prophetatur mittendus.isa.10.d
Spiritus sanctus nec patre nec filio minor.isa.48.c
si Spiritus sanctus esset minor quomodo se filius dicit missum à patre & spiritu sancto?isa.48.h
Spiritus sanctus quantum iuuat studentes.iere.36.g h
Spiritus sanctus etiam electis gentium dandus erat.eze.3.k
Spiritus sanctus est super omnes & in omnibus.eze.37.k
Spiritus sanctus in columbæ specie apparuit super Christum dum baptizaretur.matth.3.f
quare spiritus sanctus in specie columbæ descendit.iohan.1.i
Spiritus sancti effectus.ioan.7.f
Spiritus sanctus est deus, nec creatura nec filius.ioa.15. d.eiusdem proprietates.16.a
cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam dilatatur. iohan.16.f
Spiritus sancti effectus.1.cor.12.a
Spiritus sanct⁹ in medio bonorũ omnia facit sic cor in medio corporis. 2.corinth.6.c
Spiritus Christo non est datus secundum mensuram cæteris autem datur in mensura.ephe.4.c
Spiritus sanctus voluit per signum se manifestare.acto.2.a
Spiritus Eliæ quomodo factus sit duplex in Eliseo.4.reg.2.c
Spiritus prophetiæ non semper mentes prophetarum irradiat.1.paralipom.17.a
Spiritus in homine duplex.psal.102.e
Spiritus significatio latè patet.eccl.8.b
nullus Spiritu pauper nisi humilis.matth.5.a
Spiritus malignus multa infert incommoda hominibus iere.2.g.i
Spiritus malignus transferens se in angelum lucis aliquando vera dicit.2 cor.11.c
Spiritale regnum est,& sacerdotium.1.pe.2.b
Spiritalis gratia per ignem exurit,per aquam mundat,ideo in aduentu Spiritus sancti ignis & aqua apparuerunt.act.2.c

Universidad de Deusto Biblioteca


Stactem guttam dicunt esse myrræ arboris.exod.20.f
Statuit Dominus obseruandum quod decernit, & puniendum quod minatur,nisi statim seruetur.baruch 2.a
Statio quid sit.1.reg.14.a
Sui status & generis honestatem seruare bonam.tob.11.b
à Statu rectitudinis cadit,qui bona facere erubescit.ecclesiastici 4.e
Statuæ dicebantur imagines nobilium.ezec.26.c
Stephanus Domini quod in electione consecutus erat,demonstrabat. acto.6.b
Stephano occiso omnes Christi discipuli dispersi sunt.act.8.a
Stercori boum piger comparatus est.eccl.22.a
Struthio auis est in pluribus mirabilis.iob 39.d
Studio factæ scripturæ multo possunt falsæ occurrere apprehēsiones. ecclesiastici 34.a
Stultus dum non loquitur sapiens putatur.iob 13.b
Stultus dominando seruit sapienti.prouer.11.b
Stulti per vaniloquium humiles quos despiciunt,affligūt. prouer.14.a
Stultus desperat de sapientia.prouer.24.b
Stultus bona naturæ & dona gratiæ negligit.prouer.24.h
Stultus nullatenus stabilis est in bono.eccl.22.b
Stultum est à Christo discedere.gala.3.a
Stultitiæ rectè arguitur qui in manducando & bibendo spem suam locarit.isa. 22.d
Stultitiæ rectè arguitur qui manducando & bibendo locauerit spem suam.isa.22.e
nunquam Sublime de nobis sentiamus.eccl.32.c
Substantia Christi vna est cum patre.psal.71.c
Substantia quanto maior fuerit,tanto plures habebit deuoratores. ecclesiastes 5.c
tota Substantia artificialium & materia.isa.37.h
Substantiam Dei impossibile est scire.iohan.10.k
Subuhel quis fuerit.1.para.23.c
Suhi vel Sueta ciuitas est Barbancæ regionis.iob 8.a
Suhites quam & Suhi & Suetani vocant, ciuitas est Bathaueæ regionis. iob 8.a
*Subiectio* maximè abhorretur.deut.28.m
Sum proprium Dei verbum est.act.7.h
Summa viuendi ars,& culmen tenere, est gloriam facere.eccl.32.a
Sunamitis sanctam ecclesiam significat.cantic.6.d
Supplicationes vbique fiunt ad Deum. 1.timoth.2.a
Superbia hominis humiliabit eum.prouer.29.f
Superbia initium est omnis peccati.eccl.6.a
Superbia mirabiliter excæcat hominem.danie 3.f
Superbi despiciunt humiles, & multa dicūt opprobria aduersus ecclesiam.psal.122.b
Superiores de se sublime sentiant.eccl.32.d
Non omnes qui eisdem suppliciis sunt digni, vna punire consueuit. lucæ 13.a
Sur est solitudo inter Cades & Barath.1.reg.15.c.27.c
Sur desertum est Arabiæ.1.reg.27.c
Susa metropolis Persidis.hest.1.a
Susa metropolis est Persidis.hest.1.b
Susannæ historia videtur facta adhuc recenti captiuitate, cùm Daniel adhuc iuuenis esset.daniel.13.a
Susanna dum honestatem intendit,vitam seruauit.daniel.13.e.quæ tūc mortua non est,ne pudicitiæ obesset mors eius.
Susannæ constantia.danie.13.k.& seq.
Susannæ religio,& testium falsitas simul apparuit. danie.13.o
Sydera in iudicio videbuntur obscura.marc.13.e
Syria Sobal,vel Soba.iudith 3.a
Synagoga propter infidelitatem suam decidet.isa.35.a
Synagoga in Domini passione filios perdidit.isa.54.a
Synagoga in passione Domini filios suos perdidit.isa.54.b
Synagoga non claudicat,sed vtroque pede truncata est.soph.3.e
Synagoga multa sibi repromittit,& propterea non agit pœnitentiam, & dum sperat incerta,perdit certam salutem.Soph.3.e
Synagoga nox est,dies autem ecclesia.luc.5.c
Synagoga nox est,dies ecclesia est.rom.13.d
Syra filia filij Laban & vxor Manasse.1.para.7.f
Syracusæ ciuitas Siciliæ sub Pachino monte.act.28.f
Syria multiplex.2.reg.10.b
Syria multiplex fuerat.2.reg.10.e
Sytia enim grandis regio est.iudith 2.a


T


TAbernaculum & tactum eius.exod.35.b
Tabernaculi columnæ angelorum multitudinem ecclesiam sustinentium designant.exod.36.d
Tabernaculum mandatur Iudæis fieri in itinere ad terram promissionis.exod.39.e
Tabernaculum Moysi sanctissimū Christi corpus designabat & mensa Christum.exod.40.c
Tabernaculi vtensilia.nume.3.d
Tabernaculū,altare,& vasa vnguento sacro Moyses delibuit.num.7.a
Tabernaculi mouendi ritus.nume.10.d
Tabernaculo huius mundi quomodo vtendum est.deut.17.f
Tabernaculum Dauidis.1.para.15.a
Tabernaculi consummatio finis est mundi.1.para.16.f
Tabernaculorum festiuitas per septem dies.1.esd.3.c
Tabernacula iustorum sunt heremitarum tugutia.psal.117.d
in Tabernaculo fuerunt vasa Dei.hebr.9.a b
Tabernaculo solent homines in itinere,vel in prælio vti.2.petr.1.e
Tabithæ mors & resurrectio.act.9.m n
Tabulæ primæ Moysi à Deo factæ sunt parum duraturæ, secundæ ab homine multum duraturæ.exod.34.a
Tacendo debemus loqui discere.ecclesiastes 3.a
Tactus pro vexatione & iniuria accipitur.1.para.16.e
Talenti & cæterorum ponderum valor.exod.38.d
Talentum 60.libras continet.3.reg.9.d
Talentum triplicis est ponderis.1.para.22.c
Talentum triplicis est ponderis.1.para.22.d
Talentorum distributio ad seruos.matt.25.d
qui duo Talenta acceperat imitatus est eum qui quinque.matt.25.f
Talionis lex.deute.19.d
Thamnatas ciuitas est maxima in monte Ephraim.iudic.14.a
Tangere mortuum & vulneratum in quo differant.nume.19.d
Tanis,Taneos, ciuitas Ægypti vetustissima.psal.77.e
Tanis taneos duplex est.psal.77.m
Taphna.iosue.16.a c
Temeritas eorum qui dicunt salutationem angelicam nō subdendam orationi dominicæ.baruch 2.f
Temperantia quantum mulieribus prodest.iudith 12.d.13.a.14.a b
Temperantia virtus est fœminarum. iudith 13.a
Tempestas & ignis Christi iudicium comitabuntur.psal.49.b
Tempestas examinat quos ignis exurit.psal.49.b
Templum Salomonis constructum est in monte Moriah.gene.22.a
à Templo consummato ad primum annum Ioas fluxerunt 126. anni. 4.reg.12.a
Templum Deo sufficiens nemo construere potest.2.para.2.c
Templum habet Deus in terra vbi colitur,vbi moratur. 2.para. 6.a b vbi fiunt preces ad Deum pro se & proximo. ibid. b.& dimittuntur peccata.ibid.& seq.
in Templo Salomonis multa miranda erant.2.para.6.c
Templi ædificatio impedita est vsque ad annū 6.Darij regis.1.esdr.4.a
Templum à Zorobabel ædificatum est 45.annis.3.esd.7.a
Templum completum est anno septimo Darij, qui erat 46. annus regni Persarum.3.esd.7.b
Templum Ieroſolymitanum nondum erat tempore Cambysis .iudith 3. b
Templum Dei est domus Dei.psal.5.a
Templum Dei idem est quod domus Dei.psal.5.c
Templum Ieroſolymitanum ecclesiam Christi figurabat, extra quam non est salus.psal.64.a
Templum Ieroſolymitanum dicitur domus Dauid.isa.22.g
Templi neglectus ad iracundiam Dominum prouocabit.aggæi 1.a
nostri Templi neglectus ad iracundiam prouocabit Dominū. ag. 1.b
Templum constituerant homines,sanctitas verò ceciderat.matt. 24.b
Templum æternū ad habitationem sancti spiritus cōsecratur.mar.13.a
Templi huius neglectus, quantum prouocat Dominum,si templi Ieroſolymitani tantum excitauit iram Domini.luc.19.g
Templum sub secūdo Darij anno inceptum est,& per 46.annos constructum,sub vndecimo Xerxis anno consummatum.iohan.2.g
Templa habere ornata, & altaria Deo consecrata, non est res noua. 1.machab.4.d
Templum quomodo 46.annis constructum.iohan.2.c
Tempora dies & anni quid designent.gene.1.a
Tempus rebellionis populi aduersus Moysem.deut.9.d

Universidad de Deusto Biblioteca


à Tempore quo accepimus frumentum in corpore, vinum in sanguine, & oleum in chrismate, ista percipimus.psal.4.f
Tempus matutinum & vespertinum attribuendum precationibus & sacrificiis.psal.5.a
Tempori ascribuntur ea quæ fiunt in tempore.ecclesiastes 2.k
Temporum comparatio ad Deum.eccl.18.e
Tempora distincta per dies menses & annos à Deo sunt ordinata.ecclesiastici 33.c
Tempus nobis indultum non est per ociositatem perdendum. ecclesiastici 40. e
Tempore gratiæ mortua synagoga, & ecclesia Dei plantata fideles agent gratias Deo.isa.26.a
Tempore obsidionis Romanorum tota ciuitas Ierusalem pice & fulgure ardebit.isa.34.d
Tempore gratiæ sparsi fideles per vniuersas orbis regiones fidei mirificos fructus ferunt.isa.27.b
Tria sunt tempora quibus Deo flectenda sunt genua.dan.6.e
Tempora mutare,est omnem statum ecclesiæ velle cõmutare. dan.7.i
Tempus ab aduentu ad finem mundi est vltima ætas.ioel.3.a
Totum tempus à Christi aduentu ad finem mundi est vltima ætas. ioel. 3.a
Tempora diuersa istarũ mulierum in euangeliis describũtur. mar.16.a
Tenebræ carnem Christi quæ diuinitatem occultabant intelligi possunt.psal.17.e
Tenebrarum diuersitas. sapien.15.b
Tenebræ in morte Christi.zacha.14.c
Tenetur quilibet proximum ex charitate diligere, & errata corrigere. ecclesiastici 17.d
Tentare Deum est quærere experimentum de Dei virtute absque necessitate.matth.4.c
Tentat Deus,tentat diabolus.1.thess.3.b
Tentare Deum diabolicum est.heb.11.h
Tentari nos Deus permittit.deut.13.a
Tentationes quomodo vitandæ.deut.8.a
Tentatio omnis probatio est.iudic.3.a
Tentatio est vita hominis super terram.iob 7.a
Tentationis nemo potest esse expers. eccles.23.c
Tentatio Dei,dæmonis,& carnis.iacob.1.b
Tentationibus quomodo resistendum,docet Christus.luc. 4.a
Tentationibus quomodo resistendum.luc.4.b
Tentatio duplex.1.corint.10.c
Tentatio duplex est,diuina mortalis,humana salutaris. 1.cor.10.f
Tentatio Domini probatio est, tẽtatio diaboli vel hominis vel carnis deiectio est.iaco.1.d
Tentatori qua via occurrendum est.ecclesiastes 10.a
Tentoria sine atria tabernaculi pacem fidelium & charitatem designant.exod.38.a
Teraphim figuræ quædam.iudic.17.c.18.e
Terminos fidei ne transgrediamur quos ab initio catholici statuerunt doctores.prouer.22.r
Terræ nomine hominum multitudo dicitur.gene 6.b
Terra cur polluta dicitur,sicut & mundus.leuit.18.l
Terra promissionis quomodo debebatur Iudæis.ios.1.a
Terra Dei est,& omnia quæ in terra sunt. psal. 23.a,assumptio Christi in cœlum ab angelis sociatus.psal.23.d e
Terreni reges ecclesiam Christi gratis persecuti sunt.psal.118.a
Terra Israel aggrauata quando decẽ tribus captiuæ ductæ sunt ad Assyrios.isa.9.a
Terra promissionis vberrima erat, magnam tamen aquæ penuriam sustinebat.isa.22.d
Terra non redigetur in nihilum vel puluerem,sed omnia terrena transibunt.isa.24.f
si Terra renouetur & cœlum,cur dubitem hominem posse resurgere, propter quem facta sunt?isa.66.h
Terra Israel in tribus locis sacræ scripturæ describitur. ezec.47.e
Terra Israel tribus locis sacræ scripturæ diuiditur.ezec.47.c.48.a
Terræ motus magnus dum Paulus esset in carcere.act.16.h
Terebinthi vallis est in Sichimis.1.reg.17.f
Terrena sapientes sunt insatiabiles,sicut infernus.prouer.27.f
Deus immisit Terrorẽ Ammonitis & eorum sociis, vt in seipsos ruerent. 20. h i
Testamentum Græcis,fœdus Hebræis.gene.17.a
Testamentum verum quod vocatur.psal.82.c
Testamenta duo signantur in duabus tabulis.deut.5.e
vtrunque Testamentum pari veneratione credamus.ecclesiastes.11.b
Testamenti veteris & noui comparatio.eze.10.d
noui Testamenti literæ in medio veteris latuerunt.eze.10.b
ex duorum Testamentorum pręcio emitur fidei consummatio,of.3.b
Testamentum nouum vitæ & pacis est.malach.2.b
Testimonium conscientiæ quid.2.corint.1.c
Testamentum secundum est euangelium, & lex gratiæ.heb.8.c
Testamentum vetus & nouũ in quo conueniũt & differunt.heb.9 f g
Testium tripertita diuisio in tyrannos.apoc.11.a
Tetragrammaton.exod.28.f.39.e
Tetrarchę quatuor Herodi succedunt.matth.2.d
Tetrarchæ fiunt tres loco Herodis.matth.2.h
in prophetis ordo Texendus non est.iere.26.a
Thabor mons est Galilææ.ios.19.b c
Thamar filia Absalonis vxor Roboam.2.reg.14.k
Thammathare.iud.2.b
Thammathsares figura solis interpretatur.iudic.2.d
Thamnata ciuitas in monte Ephraim.iud.14.a
Thanma concubina Eliphas & mater Amalech.1.par.1.g
Tharsis regio est indiæ13.reg.10.h
Tharsis regio est indiæ, etsi plures eius nominis sint vrbes.3. reg.10.c
2.para19.f.23.a
Tharsis est regio indiæ.2.para.9.e
Tharsus vrbs clara Ciliciæ à persæo iouis & Danae filio olim condita.act.9.k
à Tharso dictus est Paulus Tarsensis.act.9.k
Thebiuis cum Amri conregnans mortuus.3.re.16.g
Thebes oppidum.iudic. 9.g
Thebes oppidum tribus Manasse.iud.9.m
Thecna.2.reg.14.a
Thecna oppidum inter Ierusalem & Bethlehem.2.reg.14.a
Thecna viculus à Ierusalem.12.milibus distans.iere.6.a
Theglatphalisur rex Assur transtulit partem Israel ad Assyrios. 4.regum.15.h
Theglatphalasar ducens tres tribus cũ dimidia in Babylonem pars cæterarum tribuum fugit ad diuersa. 4.reg.17.f.1.par.5.g
Theman ciuitas est Arabiæ, vnde themantes.iob.4.a
Themen interpretatur Auster.iob.6.b
Theman nomen regionis, de qua fuit Eliphas Themanites amicus.iob. baruch.3.g
Theman ciuitas montium Seir regia principum Edom.iere.49.c
Theman ciuitas Arabiæ.iob.4.a.iere.49.b.amos.1.c
Theman est ciuitas montium Seir.am.1.d
Theologia veris & rectis dogmatibus est fundata.deut.31.g
Theosebia Dei cultus interpretatur.iob.28.
Theraphim figuræ.iudic.18.d
Thersa regia erat regum Israel.3.reg.14.g
Thersa regia olim regum Israel.3.reg.14.d.caut.6.c
Thessalonica nunc Salonica metropolis est Philippensium in regno Macedoniæ.1.thes.1.a
Thessalonica metropolis philippensium.1.thessa.1.a
Testes falsi sunt increpandi, & terrendi.dan.13.n
Thesauri multi ex sepulchro Dauid extracti.3.reg.2.f
Thesaurus non solùm in pecunia cosistebat.1.par.27.i
Theudas & Iudas Galilæus diuersi existimantur.acto.5.f
Theudas & Iudas Galilæus seditiosi in Iudæa.act.5.o
Thia fluuius.1.esd.8.vocatur Hana
Thirza vel Thersa regia regum Israel, sicut inda Ierusalem.cant.6.b
Thob.iud.11.a
Tholmai pater fuit Maacha matris Absalon & Thamar. 2.reg.13.m
Thou interpretatur error eorum.1 par.18.c
Toph locus erat deditus moloch.4.reg.23.c
Threnos lamentabiles scripsit ieremias super morte ieremię.2. paralipom.34.h.k
Thronus Salomonis opus mirabile.3.reg.10.f g
Thronus dei quis.iere.33.d
Thronus Dei dicitur regia dignitas.iere.33.g
Thronus Domini cur candidus & magnus dicitur.apoc.20.e
Tiara genus pilei persarum, nunc versum in vsum regum & sacerdotum.dan.3.i
Tiatira vrbs Asiæ minoris in Lydia.apoc.2.d
Tyberij annus 15. fuit 30. annus à natiuitate Christi quando Iohan-

Universidad de Deusto



nes Baptista prædicare cœpit.matth.3.a
Timere Deum & non diligere nihil est.psal.127.a
Timor Dei quis sit.exod.9.f
Timor ad vetus testamentũ sicut dilectio ad nouũ pertinet. exo.20.d
Timor beatitudinis particeps est his, qui in viis Dei ambulant. neh.5.f
Timore ascendere est descendere. psal.72.c
Timenti Deum quanta illi bona imprecantur.psal.127.b
Timor mundanus & timor Dei in quo differunt.psal.85.d
Timor Domini quid sit.psal.111.a
Timor Domini qualis & quis sit.psal.111.a
Timor Domini est fundamentum veræ scientiæ. prouer. 1.a.& obseruationis mandatorum.ibidem 9.b
Timor vehemens aliquando interficit hominem.sapien.11.d
Timor est genitor & eruditor sapientiæ.eccl.25.c
Timoris sex sunt species.eccl.1.b
Timor Dei disponit ad Dei sapientiam.eccl.1.f
Timor Dei sapientiæ & scientiæ custodia est.eccl.1.g
Timoris sex sunt species.eccl.1.d fg
Timoris seruilis & filialis differentia.eccl.15.a
Timorẽ Dei si quis habet,à benevolẽtia eius nunquã excidit. psal.18.d
Timorem Dei non habentes in inopia erunt.prouer.13.c
Timor conscientiam pulsans de facto suo arguit.sapient.17.d
Timor Dei eruditor est sapientiæ.eccl.25.d
Iusti spiritum salutis generauerunt,quem acceperunt de Timore Dei. isaiæ 26. d
Timotheus omnia sustinere paratus erat. 1.corin.16.d
Timotheus à Paulo circũcisus & Ephesi episcopus ordinat°. 1.tim.1.a b
Tob putatur esse in sorte Gad.
Tobias vnde dicitur.tob.1.a
Tobias vir iustus,misericors hospitalis.tob.1.b
Tobiæ pœna pro misericordia.tob.1.i
Tobias solus ex 10. tribubus idola fugiebat.tob.1.c
Tobias captiuatus est sexto anno Ezechiæ.tob.2.c
Tobiæ deuotionem captiuitas non minuit.tob.2.d
Tobiæ vitam probarunt indigentiæ & pœnæ.tob.2.e f
Tobiæ doctrina ad filium.tob.4.a
Tobiæ recessus habita secum Raguelis filia.tob.10.c
Tobias mercedem præparat Raphaeli pro filio laboranti.tob.12.a
Tobias mortuus est tempore Iosiæ.tob.14.a
Tophet locus à Toph dictus.4.reg.23.c
Tormenta varia martyrum.hebr.11.k
Totum facit qui quantum potest facit.2.cor.8.b
Trachonitis regio.nume.34.c
Traditiones ecclesiasticæ probantur à Paulo.rom.16.e
Traditiones ecclesiasticæ sunt obseruandæ,vt à maioribus sunt traditæ.rom.16.c.& de his dubitare,insolentissimæ insaniæ est. ibid.
Transfiguratus Dominus non substantiam veræ carnis amisit. luc.9.g
Transire mundum volentes à quibus abstinere debent.nume.21.d
Transire in Ægyptum criminosum non est,sed in eorũ mores & perfidiam malum est. isa. 31.a
Transitus arcæ fœderis signum erat interuecionis gentium.ios.3.c
Transitus Hebræorum & Christi nostrum figurant trãsitum. exo. 12.d
Transitus ad gentes à Iudæis habuit initium.act.15.a
Transitus ad gentes initium habuit à Iudæis.act.15.a
Translatio in Babylonem tribus Iuda & Beniamin.1.para.9.b
Tribulationes à Deo missas patienter tolerans tandem liberabitur. iosue 5.f h
Tribulationis opportunitatem præmisit.psal.9.c
Tribulatio quantum prodest Christianis.psal.50.c
Tribulationes Christianis prosunt vt illis sacrificiũ Deo fiãt. psal. 50.f
Tribulationes Iudæorum per Chaldæos.iere.11.d
decem Tribus Israel infra montes Caspios inclusit Alexander. 4. regum 17. e
Dauid regia Tribus accipitur à Iuda.ecclesiastici 47.a
Tribus Beniamin secuta est Roboam occasionaliter.3.reg.12.h
Tribus Beniamin & tribus Leui secuti sunt Roboam.2.para.11.a
Tres tribus Iuda,Beniamin,& Leui,reductæ sunt in Iudæam. 1.esd.1.d
Tribus Iuda,Beniamin & Leuitæ habitabant Ierusalem.nehe.11.c
decem Tribus sub Ieroboam captiuæ à cultu Dei & templo eius sunt alienatæ.3.esd.2.b
Tres tribus,Iuda,Beniamin,& Leuitæ redierunt à Babylone.3.esd.2.b
decem Tribus intra montes Caspios iussit Alexander magnus includi. ezech.38.b
Tribus quæ aliquod habebant priuilegium dignitatis extolluntur zacha.12.c
Tricenarius fidei integritatẽ & operis perfectionẽ significat. num. 4.e
Trinitas superat omne quod sumus,cogitamus,& sapimus.isa.55.c
Trinitas diuina sic excedit omne quod cogitare vel sapere possumus, sicut superat omne quod sumus.isa.55.d
Trinitatis præsentia in baptismo Christi.marc.1.a
Trinitas perfecta in vnitate consistens. 2.cor.13.d
Trinitas nullo modo videri potest humano visu.1.tim.6.e
Tripartita fuit fabricæ templi distinctio.2.para.3.c
Tripolis ciuitas est in Cheronesso sita. 2.macha.14.a
Triplex erat simultas gentium & Iudæorum.ephe.2.e
Triplex crimen apud magistratus in Paulum.act.16.n
Tristitiæ remedium est vini vsus.prouer.31.c
Triumphi fructum minuit mercedis susceptio.gene.14.h
Troas,quæ & Alexandria,ciuitas est Asyæ.acto.20.a
Troas quæ & Alexandria prius Troia dicebatur.act.20.d
Triphon Apameam fugere coactus in manus hostium incidit, & ibi interfectus est.1.macha.15.d
Tuba mortuos suscitabit,excitatos congregabunt angeli,congregatos verò rapient nubes.marc.13.f
Turba quid sit.matth.13.a
Turba Christum sequens in desertum synagogam reliquit, ad ecclesiã conscendit.matt.14.d
Turpem vitam eligentes Esau comparantur.hebr.12.f
an Turcis, Lutheranis, ac cæteris ecclesiæ hostibus sit resistendum? 1. machab.3.p
Turturem vocat omnem castam ecclesiam.iere.8.e
Tyatira vrbs Asiæ minoris in Lydiæ prouincia.apoc.2.g
Tyrannidem primus exercuit Nemroth.gene.10.b
Tyrannis alicuius in subditos tandem in malum suum ceder.prou.22.b
Tyranni,pagani,hæretici,& Iudæi sanctã ecclesiam persequentes confundantur à Christo.isa.17.d
Tyrij à Phœnicibus conditi.1.para.14.a
Tyriorum gens condita fuit à Phœnicibns.1.para.14.a
Tyrus à variis vario modo condita fertur.isa.23.b
Tyrus ciuitas Phœniciæ maxima. ezec.26.a.27.a. isa.23.a
Tyrus ciuitas omnium quas habet Phœnicia maxima.ezec.26.a.postea ab Alexandro est facta ex insula continens.ibidem.27.a

V

Vacca rufa, carnis Christi infirmitatem figurabat.nume.19.a b
nemo vacuus est occupatione & solicitudine . ecclesiastes 8.e
Vacare neminem vult Deus.leuit.25.f
Vallis Raphaim iuxta Ierusalem.2.reg.5.d
Vallis Terebinthi,vel quercus.1.reg.17.a
Vallis salmarum vbi sal fiebat.4.reg.14.d
Vanum quid dicitur.sap.13.a
Vanum quod ad finem institutum non pertingit. sap.13.a
Vanitas in plerisque conuersantibus.iob 41.a
Vanitas multiplex est.psal.118.c
Vanitas theatrum est.psal.118.f
Vasa templi ex qua pecunia facta sunt.4.reg.12.d
Vasa,aurum,& argentum quæ de Babylone Ierosolymam mittebãtur animas designabant.3.esdr.8.p
Vasa furoris Domini angeli mali intelliguntur.isa.13.b
Vasa Domini ferre qui dicuntur.isa.52.e
si quis per aureum Vas,bouem vel ouem oblatam in sacrificiũ, & peieraſſet,similia persolueret,si per templum vel altare,nihil matt.23.e
Vasorum distinctio quibus voluntas aptari potest.2.timo.2.f
Vasa plura sunt quibus hominis voluntas comparatur.2.timo.2.c
Vbera fortiter premere est vtriusque testamenti scripturas profundè pensare.prouer.30.f
Vecordia reuera grandis est fictè agere ante Deum.iob 8.c
Vellus Gedeonis super quod pluit.iudic.6.k
Venia dignus non est qui pœna alterius non fit emendatior.gene.4.d
Venia non pœna de vultu Domini procedit.psal.16.a
Venia non pœna de vultu Domini procedit.psal.16.b
Veniet Christus qui redimet Sion sanguine suo.bar.5.a
Veneris stellam dicunt Iudæi reginam cœli.iere.44.f
Venditus qui donatur dici potest.psal.43.c
Ventrem inferni aluum ceti vocauit.iohan.2.b

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ventus veniens à deserto ecclesiam Dei conatur destruere. ierem.4.f
Verbum euangelij Iudæos conuincit.leuit.26.d
Verbum Domini significatio nubis dicitur.num.9.c
Verbum Dei non pascentium pœna.2.reg.24.g
Verbi mitia iratum mitigare solent.1.reg.25.c
Verba placida quantum iratum mansuescunt.1.reg.25.k
Verbum sæpius sumitur pro re significata.2.reg.1.d
Verba sæpius ponuntur pro rebus.4.reg.17.b
Verbum pro re significata per verbum sæpe sumitur.4.reg.17.d
Verba bona pro populo dicta etiam si à malis dicantur populo tamen prosunt.1.para.6.h
Verbum loquentis ad audientem emittitur & tamen remanet in loquente.psal.44.a
Verbum quando caro factum est, nominatum esse Christum dicitur. psalm.44.b
Verbum caro factum nominamus Iesum Christum.psal.44.b
Verbum Deus nihil sine patre facit.psal.103.c
Verbum Dei quod salutis causa ad homines missum est.psal.106.f
Verbum interdum sermonem qui prædicatur ad populum, significat. psalm.118.c
Verbum quod prædicatur per prophetas,& per Apostolos & doctores.psal.118.a
Verbum Dei euangelicum dicitur eloquium eius.psal.147.b
per Verba tentatur & probatur qui loquitur.eccl.27.b
Verba diuinæ legis maculat qui duplicat sermonem auditus sermone peruersi dogmatis.eccl.42.a
Vbi sunt diuersæ voluntates verbum Dei cautè est dispensandum. ecclesiastici 42.b
cùm Verba præceptoris despicimus, quasi terga in faciem eius vertimus.isa.30. h
Verbi Dei efficacia.isa.55.d
Verbi Dei efficacia quanta sit.isa.55.e
Verbū dicitur vel diuinę leges,vel prȩcepta,vel prophetię.ier.11.a.30.a
non solùm verba, sed & opera prophetarum nobis exempla sunt ad virtutem.iere.32.a
Verba sacræ scripturæ,cibus & potus sunt.ezech.3.a
Verba sacræ scripturæ cibus & potus sunt.ezec.3.b
Verbum incarnatum homo factum.osee.11.c.12.b
Dei infinita est potentia,& immutabilia sunt verba.nahum 2.c
Verbum Domini plus est in facto,quàm in dicto.sopho.1.a
Verbum Domini plus est in facto quàm in dicto.soph.1.b
non qualem quæ Verbis referat, sed qualem se rebus efficiat spectemus.matth.7.e
Verborū virtutes nō minus oportet inspicere quàm rerum. matt.9.d
Verborum virtutes non minus oportet introspicere quàm rerum. matth.9. k
Verbum Dei ligant qui tantummodo Christum hominem putant. iohan.18.f
Verbum nostrum in quo differt à verbo Dei.hebr.4.e
Vermes quantum Iob premebant.iob 30.b
Veritas triplex in Ezechia erat.2.para.32.a
Veritas super omnia fortior.3.esd.4.c e
Veritas inter cætera inuenta est fortissima.3.esd.4.f g
Veritatis perfecta laus est dissipare falsitatem.psal.134.d
ipsa Veritas sanitas,ecclesiam suo dogmate semper irrigat.zacha.6.c
Veritas ipsa sanctam ecclesiam semper irrigat.zacha.6.c
Veritas amara est,& qui eam prædicant, amaritudine replentur.1. corinthior.5.c
Veritas amara est,& qui eā prædicant,replētur amaritudine.1. cor.5.d
Veritatem vnicam omnes fideles sequuntur.2.iohan.a
Versus interdum pro ordine sumitur.3.reg.7.d
Vera prudentia non nisi virtuosis inest hominibus. 2.reg.13.b
Veris Dei prophetis ita credendum est vt legi.2.para.29.l
Veras diuitias,vel ipsa vitæ æternæ gaudia, vel virtutum spiritualium copiam significat.isa.33.b
Vestimentum tuum fides tua,operatio tua.apoc.16.e
Vestimentum Christi,eius humanitas,seu caro humana. apoc.19.c
Vestis nuptialis,charitas.matth.22.a
Vexatio dat intellectum.2.macha.9.f
Via arcta est qua tenditur ad virtutes.exod.14.a
Via regia qualis est.nume.20.f
Viæ hominum quæ sunt.psal.13.b
Viæ quæ videntur hominibus bonæ.psal.13.c
alie Viæ sunt quas sequi debemus, aliæ quas debemus custodire. psalmo.38.a
Viæ quas sequi debemus,aliæsunt autem quas custodire debemus psalmo.38.b
Via adulterarum similis est viæ adolescentum. pro.30.d
Viæ ad creatorem quæ sunt.sap.6.c
Viæ ad creatorem quæ sunt.sap.6.f
Viæ Domini diuersæ.sap.10.d
duabus Viis terram peccator ingreditur .ecc.2.d
qui Vias lucis aspicere neglexerit, in tenebras cadet erroris.eccl.2.f
Vias paratas ad celestem gloriam promittit Christus.isa.49.g
Viæ sunt viri sancti.ierem.6.d
qui Viam mandatorum cessant peragere,non possunt consistere. ezechielis 12.b c
Viæ dei, & eius præcepta.ezech.33.d
Vias nostras sepimus quando malarum concupiscentiarū dolores sentimus.ose.2.c
Vias rectas deserentes, adueniente iudicio in periculo erunt.soph.1.c
Viæ immutatio, vitæ est emendatio.matth.2.c
Vias mutare quomodo possimus.mat.2.c
Via dicitur qui segnis est.marc.4.d
an viro Vxorem reiicere liceat.marc.10.b c
Via quædam vna est salutis singulatum virtutum.ioan.14.a
Via Domini prædicatio est.act.19.b
Via Domini meritò prædicatio vocatur.act.19.c
Victoria àdiuina dependet prouidentia.1.para.19.c
Victoriam à diuina dependere iustitia insinuauit ioab.1.par.19.e
Victoria gloriosa non est nisi vbi fuerunt gloriosa certamina.2.timotheum.4.b
Victoria Iudæ in Nicanorem mansit apud Iudęos dies festus.2.machabæo.7.g
Victoria non est gloriosa nisi vbi fuerunt gloriosa certamina.2.ti.4.c
Videre sæpius in scripturis pro gustare ponitur.eccl.3.d
Videre deum non possunt homines donec homines sunt.matth.5.a
Vident Iesum stantem ablata nube,& Moysen & Eliam euanuisse.mathæi.17.d
quæ Videmus sunt ex hoc quod non videmus.heb.11.a.& sequen.
Viduę Deus miseretur.3.reg.17.c.e
Videre pro experiri capitur aliquando.eccl.3.b
omnes Visiones vnà factæ sunt in die dominico.apoc.18.a
Viduæ temperantia naturam suam & cæterorum vicit.iudith.14.b c
Viduæ quales esse debeant.luc.2.e
tres vigiles in cubiculo Darij proposuerunt tres quæstiones de rege,de vino, & mulieribus.3.esd.3.c d e f.4.a.& sequen
Vigilia super cor.prouer.4.d
Vigilia super cor qualis & quanta est.pro.4.f
Viginti quatuor milia per vices singulis mensibus morantur cum rege 2.para.10.b
Viginti quatuor sortes seu vices erant in templo ad sacrificium,de quarum vna erat Abia à quo descendit Zacharias.luc.1.a
Villicus iniquitatis non de fraude, sed de prudentia laudatur.luc.16.e
Vinciri peccati caussa, opprobrium est,pro Christo autem,gloria.philemo.a
Vindicta an sit sumenda.exod.21.e
Vindicta quanto serior tanto iustior.iudith.5.b
Vindicta tanto iustior est quanto serior.iudith.5.d
Vindicta sumpta de inimicis,redeūt Iudæi ad gratiarū actiones. he.5.e
Vindicta nostra describitur.sap.5.a
Vinea interdum est bellum instrumentum.eze.26.b
Vinea quædam plantata est à deo in cordibus fidelium.isa.5.a
Vinea interdum bellicum est instrumentum.ezech.26.b
Vinea intelligitur Israel osee.2.c
Vinea intelligitur Israel.os.2.g
Vinea plantata est lege data in cordibus Iudæorum.mat.12.a
Vinea Domini sabaoth,domus Israel est.luc.20.b
Vinea domus Israel est quam Dominus plantauit. luc.20.b. vel sacra scriptura.c
Vinum sanguinem significat.gene.49.b
Vini vires.3.esd.3.d.iudith.12.d
Vino sensus hominis euertitur.iudith.12.d. & multa alia mala inde sequuntur.ibid
Vinum & sanguinem sub vna benedictione patriarchæ complectitur. psal.109.b

Vini vſus,præſens eſt triſtitiæ remedium.prouer.31.a
Vina innumera nocuerunt,nulli parſimonia.eccl.31.f
ſicut Viperæ filij naſcẽdo proprias occidunt matres,ita Iudæi prophetas. matth.3.c
Vir & vxor quare duo ſunt in carne vna.gene.2.g
Vir linquens vxorem propter fornicationem, non poteſt illa viuente ducere aliam.beſi.1.d
Vir aut mulier ſuo ornatu oculos hominum ad ſe trahens meretur pati ſupplicium.eccle.9.b
Viri ſancti habuerunt in generationibus ſuis gloriam.eccl.44.b
Viros ſanctos Dominus vias vocat.iere.6.f g
Viris ſanctis vita ſua videtur inutilis,nobis verò noſtra vtilis.iere.15.d
Viris ſanctis melius eſt aliquando mori in Chriſto,quàm viuere in carne.iohan.4.c
Viris ſanctiſsimis interdum melius eſt mori, quàm viuere in carne. iohan.4.d
Vir iuſtus ita peccatum declinat, quaſi carere non poſsit.colo.3.a
Virga charitatem habet.1 corint.4.f
Virgines veras de Iabis Galaad quomodo cognouerunt inter cæteras. iudic.21.b
Virgines erant,ſed caſtum cor non habebant.matt.25.a
Virgo filia Sion,& filia Ieruſalem quare ſic dicta eſt.iſa.37.i
Virginitas imperari non poteſt,ſed optari.1.cor.7.f
Virginitas nuptiis ſublimior eſt. 1.cor.7.g
Virginitas conſulatur potius quàm matrimonium.1.timo. 4.a
Virginitas poteſt voueri.1.timot.4.a
Virginitatis cuſtodia temporalis eſt,ſed remuneratio æterna. apo.14.a
Virtus viri bellica quanta ſit.2.reg.23.d
Virtus diuina ſtudiis cooperatur humanis.pſal.126.a
Virtus regenerationis quæ ſit.pſal.102.d
Virtus Dei ſtudiis vbique cooperatur humanis.pſal.126.a
Virtus Dei ſola in nullo impeditur.pſal.134.b
Virtutes in ſuperiori gradu ſint in ſuperioribus, quàm ſubditis. eccleſiaſtici 7.a
Virtus Dei & ſapientia arcum cœleſtem apparere fecerunt. eccl. 43.b
Virtutis profectus eſt ſcire quod ipſe ſit Dominus.ezech.30.g
Virtus nutritiua materiam miniſtrat generatiuæ.agg.1.e
Virtus quàm ingentes habeat vires.mar.14.a
Virtus Aſſyriorum princeps militiæ eorum dicitur.iudith 14.d
Virtutum munera ocioſa eſſe non poſſunt.matth.25.c
Virtutum munera ocioſa eſſe non poſſunt.matt.25.g
ad Virtutum ſummitatem non potentia,ſed humilitas ducit. mar.10.k
magna Virtus orationis fidelium.acto.4.k
Virtum ſuarum quiſque menſuram conſyderare debet.eccl.8.e
Viſionum diſtinctiones.danie.4.a
Viſio corporalis refertur ad ſpiritualem.act.11.b
Viſitatio Dei multiplex.exod.4.g
omnis Vita noſtra lucrum eſt. iob 7.a
Vita hypocritæ quædam viſio phantaſmatis eſt.iob 20.b
Vita iuſtorum per iuſtitiæ operationem probatur. pſal.62.b
Vita præſens dies eſt tentationis & tribulationis.pſal.101.b
Vita præſenti tempus miſericordiæ,futura iudicij.pſal.101.b
Vitam duram & aſperam agebat Dominus.pſal.108.e
Vita bona volare facit orationem.pſal.118.y
Vita bona volare facit orationem.pſal.118.z
Vitæ longitudo ſæpe impedit ab operibus bonis.eccleſiaſtes 11.c
Vitam præſentem per Chriſtum habemus,in quo viuimus mouemur, & ſumus.eccl.24.f
Vita contemplatiua purior & pulchrior eſt vita actiua.eccl.39.c
tota Vita hæc eſt vita & ambulatio ad aliam vitam.ezec.11.c
Vita pura cum fide neceſſaria.matth.22.a
ſicut ſunt variæ Vitæ electiones, ita multæ ſunt apud Deum manſiones.iohan.14.a
Vita beata in cognitione diuinitatis & fructu bonæ operationis conſiſtit. iohan.17.a
Vita præſidis tantum debet excedere actionem populi,quãtum diſtat à grege vita paſtoris.iohan.21.d
Vita noſtra ſub ſpe futuræ beatitudinis eſt nobis data.1.cor.15.g h
Vita bona tunc eſt,& prodeſt,& creditur ſancta,ſi ſub nomine Chriſti habeatur.epheſ.1.a
Vitam noſtram abſcondamus Chriſti exemplo.coloſ.3.a
Vita & mors prauorum & iuſtorum quantum differant.iac.4.a
Vita beatorum nihil beatius.apoc.21.f
Vitis Chriſtum ipſum figurat.eccleſiaſtici 24.e
Vitis & aliarum arborum differentia.ezec.15.b
Vitis & aliorum lignorum comparatio.Ezec.15.b c
Vitis frondoſa dicitur Iſrael.oſ.10.a
Vitia quædam leges & amicitiæ iura non patiuntur obſeruare. prouerb. 22.d
Vitia quędam amicitiam non diu ſeruabunt.prouer.22.g
Vitiis reliquis debemus,deo fauente,reſiſtere,libidinem verò fugiendo ſuperare.eccleſ.26.c
Vitia ſibiipſis ſunt pœna.danie.14.f
reliqua Vitia, Deo auxiliante, debemus in præſenti expugnare, libidinem verò fugiendo ſuperare.1.cor.6.f
Vituli conflationem Aaron coactus eſt exequi. exod. 32.c.pœna inde ſecuta eſt grauis.eod.cap.1.
qui negligenter Viuit in hoc ſeculo,egebit bõno in futuro.prouer.10.c
Vinea quædam eſt in pectoribus fidelium.iſa.5.a
Viuere & regnare cum Chriſto qui dicuntur.apoc.20.c
omnia Viuunt Deo,& ſuum ſentiunt creatorem & laudant eum.apocalyp.20.c
quis Viuorum Deus,niſi qui eſt ſuper omnes Deus.matt.22.h
quicquid prꝛter Victum neceſſarium & ſimplicem veſtitum de altario retines,tuum non eſt,rapina eſt,ſacrilegium eſt.1.timo.6.b
Vmbra alarum vmbra crucis eſt.thren.4.i
Vnanimis amicus eſt.pſal.54.c
Vnicornis ſuperbiam,& exaltationem.pſal.91.c
Vndecim filij Iacob cum ipſo Ægyptum ingreſsi apoſtolos deſignabant.exod.1.a
Vngebatur in veteri teſtamento ſacerdos,propheta,& rex. 3.reg.19.c
Vngebantur in veteri teſtamento non ſolùm ſacerdotes, ſed reges & propheræ.3.reg.19.f
Vngitur humanitas Chriſti à ſpiritu ſancto.hebr.1.d
Vnguentum tabernaculi criſma fidelium deſignabat.exod.37.f
Vnctio extrema commendatur.iaco.5.c
Vnctio ſpirituſſancti tipica eſt olei vnctio extrema.iaco.5.d
Vnigenitus Dei filius à patre miſſus eſt,non amiſſus.pſal.44.a
Vnigenitus Dei filius vnus eſt,quia ſolus.1.cor.8.b
qui ab Vnitate veræ religionis ſeparati ſunt.eccl.26.b
Vnitas trium perſonarum.iohan.15.d
Vnitas requiſita inter Chriſtianos.iohan.17.b c
Vnio Dei & hominis quàm mira ſit.1.iohan.1.a
Vna ſabbati,dies dominica. iohan.20.d
Vna ſabbati, dies dominica intelligenda eſt.iohan.20.a
Vnum facti ſumus nos & Chriſtus.heb.3.c
Vox corporalis auditur,ſpiritalis intelligitur.pſal.5.a
Vox viua interdum à ſolo Moſe è tabernaculo audiebatur interdum à tota multitudine.nume.7.g
Vocatio gentium poſt Chriſti aſcenſum canitur.pſal.46.b
Vocatio gentium per Paulum reuelatum eſt.roma.16.f
Vocatorum quidam credunt,quidam non credunt.1.cor.1.c
Voluntati Dei voluntates humanæ reſiſtere non poſſunt. 3.reg.12.e
Voluntates humanæ diuinæ voluntati reſiſtere non poſſunt.3.reg.12.i
Voluntas mentiendi eſt peccatum.eccle.7.b
Voluntas præparatur à Domino.eccl.31.b
Voluntas præparatur à Domino, ſed non ſemper eundem finem. eccleſiaſtici 31.c
ad Voluntatem noſtram Deus potius reſpicit quàm ad opus. iſa. 58.d
Voluntas Dei antecedens non eſt mors peccatoris, ſecus de conſequente.ezec.18.e
Voluntas patris ad filium qualis eſt.matt.8.a
Voluntas noſtra obtenebrat nos.matt.13.f
Voluntate noſtra repugnante nihil poterimus lucrari ſuperiori patrocinio.matth.26.d
Voluntatem noſtram Dei eſt adiuuare.2.corint.3.a
Voluntatis noſtræ eſt facere bonum quod volumus, modo Deus noſtram adiuuet voluntatem.2.cor.3.a
Voluptas quantum nocet.nahum 3.c
Vouere Deo vel ſanctis, & votum poſtea negligere malum eſt. prouerb.20.m
Vouere cupiens probet prius vires ſuas.eccl.8.c
Votum mulieris nuptæ ſine conſenſu mariti non eſt obligatorium. nume.30.e
Vtrorum genera duo apud Hebræos.leuit.27.b
Vota diuerſarum perſonarum.nume.30.a.& ſeq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Votum non est de bono necessario ad salutem.deut.23.h
Votum Darij impletum est in petitione Zorobabel.3.esd.4.l
Votum a Deo acceptatum legem in posterum facit.nah.1.d
Votum est præstantius matrimonio.1.cor.7.c.g
Votum virginitatis.1.timoth.4.a
Vrbes vnius sortis & tribus interdum propter propinquitatem factæ sunt alterius sortis.ios.16.d
Vrbes refugij,& Leuitarum.ios.18.b 21.b
Vrbes refugij.ios.20.a
Vrbes in quibus resedit arca Domini.2.reg.7.d
Vriæ infelix nuncium.2.reg.11.g
Vrbes quas Salomon ædificauit.3.reg.9.g
tres Vrbes Iezrael in quibus vindicatus est sanguis Achab. 4.reg.9.l
Vrbs Ierusalem in sorte fuit Beniamin.1.para.8.f
Vrias filius Semei fugit in Ægyptum, sed inde retractus occisus est, quia vera prophetauit.iere.26.i
Vsuras à fratribus exigentes.leuit.23.f
Vsura non solùm in pecunia,sed & aliis rebus.deut.23.c
Vsura pro pecunia credita non est accipienda.ezec.18.c
Vsura fugienda est.ezech.18.f
quę ad Vsum vel iocunditatẽ vitę attinẽt,tollũtur ab impiis.apoc.18.n
Vterus Dei quid insinuat.iob 38.g
non Vult vindicare qui paratus est ignoscere.rom.2.b
Vultu audacem esse quid sit.1.para.12.a
suorũ quisque Vulnerũ remedia ex diuinis scripturis eligat. rom.15.b
Vulpeculæ sunt hæreticorum discipuli.cantic.3.c
Vxores Iacob mutua zelotypia afficiebantur.gene.30.b
Vxor viro subdita,an gratis à viro sit accusanda.deut.22.b
Vxorem an abdicare & quando liceat.deut.24.a
Vxorem ducens dicitur emere eam.2.reg.12.b
Vxores Dauidis quasi frigidæ ab eo reprobantur.3.reg.1.a
Vxor Ieroboam munera deferens Achiæ prophetæ non est exaudita. 3.reg.14.2 b
Vxor in omni lege subiecta debet esse viro. Hest. 1.c d.nec dimissa ob fornicationem,alteri nubere potest.ibid.d
Vxores alienigenas abiicientes offerebant vnum arietem. 1.esd.10.f g
Vxor in omni lege semper fuit subdita viro.hest.1.e
Vxor nullo iure dimittenda.marc.10.a
aliam Vxorem quærere cũ habeas tuam,crimen est adulterij.1.cor.7.g
Xerxes apud Græcos bellator, Artaxerxes autem magis bellator. 1. esdr. 7. c

Z.

Zacharias filius Ieroboam quomodo cũ patre regnauit. 4.re.15.c d
Zachariam filium Ioiade fecit Ioas lapidare inter templum & altare.4.reg.18.b
Zacharias & Aggæus populo prædicabant illi Deum esse offensum. 1.esdr. 5.a
Zachæus plus impetrauit quàm volebat.luc.19.a
Zachæus impetrauerat quod volebat, vt Christum videret & videretur à Christo.luc.19.a b
Zamri occidit dominum suum.4.reg.9.l
Zanedrin collegium sacerdotum & doctorum legis.1.para.18.d
Zanedrin senatus Iudæorum.2.para.26.a
Xanthicus vel Xandicus mẽsis est quintus Macedonicus. 2.mach.11.g
Zarphath dicitur Gallia Hebræis.abdiæ 1.g
Zarphat Gallia per quam fides Christi vsque ad Hispanos & Germanos promulgata est.abd.f
Zelant mansuetum inuidi,modestum superbi,&c.gene.37.d
Zelotes cur dicitur Deus.exod.34.b
Zin mansio tricesima tertia.nume.20.a
Ziph oppidum in monte saltus.1.reg.23.h
Ziph.1.reg. 23 c
Ziphæi vnde dicti. 1.para.2.d
Ziphæi vnde dicti sunt.1.para.2.o
Zizania quare colligenda.matth.13.p
Zonæ præcinctio, efficax est ad omne opus apparatus. matt.3.a
Zorobabel audiens Darium filium Histaspis regnare tutè aggressus est ædificare.1.esd.5.a
Zorobabel gratia remissi sunt Iudæi à captiuitate.1.esd.1.e
Zorobabel natus in Babylone dux Iudæorum 18. anno natiuitatis suæ constitutus.1.esd.2
Zorobabel de stirpe regia descendit.1.esd.2.b
Zorobabel à Cyro constitutus est dux Israel.1.esd.1.d.2. b. cœpit ædificare templum.3.a.consummauit.b a & seq.3.esd.3.a
Zorobabel & Iesus Iosedech duces constituti populum reduxerũt & templum inchoauerunt.3.esd.2.a
Zorobabel vel à Dario missus est an à Cyro.3.esd.4.m
Zorobabel ad Darium regressus benignè receptus & templi ædificationem impetrauit.1.esd.5.d
Zorobabel ad Darium mortuo Cambyse reuersus templi instautationem impetrauit.3.esdr.3.a
Zorobabel cæteris veritatem præcellere impetrauit à Dario templi rædificationem.3.esdr.4.h i k
Zorobabel vnde dictus est.3.esd.4.n
Zorobabel & Iesus filius Iosedech templum construere cœperunt anno à reditu secundo,mense secundo.3.esdr.6.a
Zorobabelis nomine duo fuerunt. matth.1.b
Zorobabel iste alius est ab eo, de quo 1.para.3.matth.1.e

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# STROMATA IN VNIVERSVM ORGANVM

## biblicum quadruplici tum materia, tum libro distincta.

*Authore M. Renato Benedicto Andegauo, doctore Theologo Parisiensi.*

In illis hæc quatuor continentur. Primùm: Breuis in vniuersam sacram scripturam Isagoge. Deinde: singulorum librorum Canonicorum argumenta. Tertiò: admonitio locorum sacræ scripturæ, quibus prauè detortis, & perperam expositis abutuntur hæretici. Postremò: collectio eorum locorum, quibus contra hæreticos confirmatur catholica doctrina.




LVTETIAE,

Apud Ioannem Macæum, sub scuto Britaniæ
in monte D. Hilarij.

1564.

Cum Priuilegio Regis ad nouennium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# Extraict du Priuilege du Roy.

PAR *Priuilege du Roy, eſt defendu à tous Libraires, Imprimeurs, & autres qu'il appartiendra, en quelque ſorte ou maniere que ce ſoit, d'imprimer ou vendre aucunes des œuures de Maiſtre René Benoiſt, Angeuin, docteur en Theologie à Paris, ſoyent de ſon inuention, ou traduction, ſinõ au Libraire ou Imprimeur auquel ledit Benoiſt en aura donné charge & puiſſance. Et ce iuſques au terme de neuf ans entiers & conſecutifs, apres la premiere impreſſion qui ſera faicte de chacun de ſeſdictes œuures, ou traductions, à peine de confiſcation des liures imprimez par autres au contraire, & d'amende arbitraire: ainſi, qu'il eſt plus amplement contenu auſdictes lettres de Priuilege, ſur ce donnees à Paris, le 4. Decembre 1563.*

*Par le Roy en ſon Conſeil*

*Signé.*

*MORIN.*

# ILLVSTRISSIMO CARDI-
## NALI, AC CLARISSIMO PRINCIPI
Carolo à Lotharingia Domino ſuo, Εὐδαιμονίαν,

*RENATVS BENEDICTVS ANDEgauus, Sacræ Theologiæ Doctor regens Pariſiis.*

QVVM mecum reputo (princeps Cardinalis) arcana myſteriáque Euangelica iis quæ patrum antiquorum temporibus geſta ſunt, concluſa atque inuoluta eſſe: nobis vtiliſsimum, imò quodammodo neceſſarium iudico, noua cum veteribus conferre. Sic enim fiet, vt nos in quos fines ſeculorum deuenerunt, minimè conturbemur, aut etiam miremur, ſi veterator ſatis cognitus & ἀλαβόλος & שטן limpidiſsimos atque puriſsimos ſacrarum ſcripturarum fontes, per ſubdolos impietatis ſuę miniſtros obſtruere & fece humanarum rationum atque mendaciorum implere, ne ex illis vitæ & ſalutis æternæ aquam puram viuámque hauriant Dei fideles atque electi, ſemper adnititur. Draco ſiquidem iſte & ſerpens antiquus quẽ diuina Apocalypſis refert emiſiſſe ex ore ſuo poſt mulierẽ (ſanctam ſcilicet & Catholicã Eccleſiam) aquam tanquam flumen, vt eam faceret trahi à flumine: impulit quondam Palæſtinos Iſaaco inuidentes, vt omnes puteos quos foderant ſerui patris illius Abraham obſtruerent, humóque complerent & cogerent, Iſaacum à ſeipſis diſcedere. Pater & redemptor noſter Chriſtus Ieſus altum & ſemper copioſè ſcaturientem fontem in ſua Eccleſia, miſſo ſpiritu ſancto, per Apoſtolos, alióſque ſanctos primitiuæ Eccleſiæ patres, tum per ſcripturas, tum per prædicationem, & diuinas traditiones fodit, omneíſque ſitientes, ad aquas ſalutis vocauit, & adhuc vocat. At ſatanas, vt ſit ſemper ſatanas, nunquam ceſſat fontem illum obſtruere, turbare aut humo fecéque ſuorum mendaciorum complere, & conſpurcare, vt ſic oues Chriſti fideles, vel ab aqua doctrinæ Euangelicæ turbata abſtineant, vel cœnoſam & lethalem bibant. Debent igitur paſtores ouium talibus Palæſtinis & Geraritis obſiſtere, puteos aquarum vitæ, ſine quibus greges Chriſti viuere non poſſunt, depurando, & priſtinæ natiuæque puritati, omni labore & diligentia reſtituendo. Quod ni fiat, deficiente videlicet prophetia, diſsipari populum, & omnia in Eccleſia ſubuerti præſentimus, & breui, timeo, experiemur. Hoc cogitans (princeps Cardinalis) relictis, aut intermiſsis iurgiis & contentionibus, vel potius diſputationibus, quas aduerſus noſtros Palæſtinos & Geraritas inſtitueram, ad depurandum fontem ipſum infinitis modis turbidum effectum, me conuerti: vt quantum in me eſt, ouiculas Chriſti ſitibundas adiuuarem, & à mortifero aquarum hæreticorum potu auerterem, auocarémque. Vidi enim, non, profectò, ſine ſummo meo dolore, relicto propemodum ſacrarum ſcripturarum viuo fonte, contentioſa hinc inde ſcripta nimium multorum manibus teri: in quibus cùm inutiliter & ſæpius pernicioſè verſantur, de veritate fidei (quæ firma & inconcuſſa apud veros Chriſtianos eſſe debet) inquirentes, interim de probitate morum omnino neceſſaria, aut parum, aut nullo pacto ſunt ſolliciti. At, hic eſt veteratoris ſatanæ aſtus, omnia quæſtionibus complere miſceréque, vt ſic facilius fidem euertat, pacem concordiámque tollat, atque mores corrumpat. Has ſanè non citra magnam rationem deuitari iubet Apoſtolus, cuius diuinam ſententiam amplexatus, tuæque amplitudinis iuſsionem ſecutus, cum quo me legaras in Scotia cum Chriſtianiſsima & prudentiſsima Regina degerem diſputationum inſtitutarum aduerſus neſcio quos violentos, ignaros & obſtinatos illic pro verbi

*Apoc.12.*

*Geneſ.26.*

*1.Tim.1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei miniſtris ſeſe gerentes,& omni impudentia iactanteis,filum abrupi:atque ad depurãdum ipſum fontem ſcripturarum ſacrarum iſtorum mẽdaciis, & omnis generis impietatis fece βορβορωδὴν, in piorum & diligentum Chriſtianorum Catholicorum gratiam, ſtilum cõuerti. Annotare namque & catholicè exponere tentaui illos locos totius organi biblici, quibus frequentius abutuntur ſatanici miniſtri, vt populum Chriſtianum prætextu verbi Dei eludant, & in fide corrumpant. Opus autem illud tale quale, à nobis per Dei gratiam perfici poterit, cùm à principio tuæ grauiſsimæ authoritati dicare propoſuerim, has eiuſdem primitias, & veluti præludia delineamentáque prima, illuſtriſsimi tui nominis auſpicio, tantiſper dum opus abſolutum,accuro & allimo,aliquot in annos illud domi premendo, & vrſorum in morem ſæpius lambendo efformo,emittere non dubitaui. Putaui enim (princeps Cardinalis)tibi officioſo, & verè operario paſtori acceptiorem noſtram tantillam induſtriam & diligentiam fore, quàm funeſtam & rei Chriſtianæ pernicioſam quorundam præpoſitorum atque paſtorum ἀεργίαν, quos magna profunda altáque ſapere, atque diuites videri, non eſt mirum, cùm videlicet nihil vnquam de ſuo penu, famelico intermorienti & paſsim mendicanti popello deprompſerint. Hoc autem ſi ſenſero,nec ſegniter, nec cum tædio quod reliquum eſt præſentis inſtituti,dante Deo,perſequar. Vale, prælatorum decus & exemplar:

Pariſiis, ex regia Nauarra 4. Non. Iulij 1 5 6 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# IN BIBLIA VNIVERSA PRAE-
## FATIO CVM FIDELI PERIOCHA.

### CAP. I.

VT naturam sequentes, beatitatem exquisierũt & expetiuerunt vniuersi: ita nullus est inuentus qui ipsius viam & causam inuestigando, solius naturæ ductu attigerit, & sine errore inuenerit. Vsque adeò enim cæca caligine per peccatum obductæ & obtenebratæ fuerunt mentes humanæ, vt nec morbum suum, nec eius causam satis agnouerint, tãtum abest quod ipsius leuationem cum plena & quieta fœlicitate, nõ aliunde adiutæ consequi valuerint. Quare si ad viuum resecentur ea, quæ etiam à primis & eruditioribus hominibus (qui semper σοφοί, vel φιλοσοφοί sunt appellati) de humana fœlicitate cognita & tradita sunt, cæcitatis humanæ deliramenta, potius quàm vera & certa fœlicitatis documenta atque præcepta esse comperientur, & ab omnibus iudicabuntur. Dei enim æterni creatoris sui omnipotentis & solius perfectè beantis oblitus per transgressionem eius mandati homo miser, astu Satanæ huc illucque obertãs, infœliciter nimium in creaturis fœlicitatem (ad quam appetendam semper à natura impellebatur) quæsiuit & collocauit. Quo quid miserius & infœlicius cogitari potest? hũc autem miseratus qui primum ad sui imaginem & veræ æternæque fœlicitatis capacem ipsum fecerat Deus æternus summum & verum bonum, æternæ lucis radiis sensim paulatimque tam cæcam caliginem, tamque pernicioſas tenebras ab ipsius mentis oculis depellere voluit. Non passus est enim Deus omnium & creator & gubernator, cuius deliciæ sunt esse cum filiis hominum, satanam Dei gloriæ, & hominum salutis aduersarium perpetuum, astuto mendacio tam diram in omnes homines tyrannidem semper exercere. Quare cum ipsius mendacium detegere atque iniusta fraudulentáque possessione illum eiicere proposuisset, hominem cœcum & fœdum, propter sui à vera luce auersionem & abscisionem, nihil tale merentem autetiam cogitantem, variis signis & suæ gratiæ modis ad se allicere & attrahere cæpit, vt quem primum crearat rectum, eundem tandem etiam summa sua bonitate, naturali conditione perfectiorem sanando redderet. Deus namque optimus maximus, ex quo omnia, per quem omnia & in quo omnia, qui vnumquodque ad perfectionem modo naturæ ipsius cõuenienti perducere disposuit, vult se & suam gratuitam erga homines magnificentiam agnosci, & publica professione recognosci ab iis qui fide, spe & charitate ipsi adhærent & quodam modo infixi sunt. Hæc autem vt omnes cognoscant & præsent bonitate Dei per spiritum eius sanctum tradita sunt nobis sacra biblia: institutum est diuinitus ministerium verbi Dei seu predicationis euangelicæ, instituta denique sunt sacramenta, benevolentiæ dei, nostræquæ redemptionis signacula siue testimonia, & non vana aut vacua sed efficacia arcanorum dei & ecclesiæ mystica sacra, vt certò apprehendamus & credamus vnum solum esse deum verum, & quem misit Iesum Christum, vtque credentes vitam habeamus in nomine eius. Hæc docet & concludit dilectus Christi Apostolus 20. cap. sui euangelij his verbis: Hæc scripta sut vt credatis, quia Iesus est Christus filius dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius. Hoc palam docuit Christus vt scribitur Iohan. 17. his verbis. Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te: Sicut dedisti potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Hoc igitur ob oculos habeamus si ex scripturis vtilitatem capere velimus, totius organi biblici scopum & finem esse nobis proponere Christum verum Deum & verum hominem. Qui enim nos primum Deus æternus ad sui imaginem & propriæ gloriæ capaces fecit, idem homo factus (mirum) nos proprio sanguine purgauit, & sibi reconciliauit, dedítque legem quam si obseruare (quod eius gratia præstare possumus) sanctè viuendo & ipsi seruiendo in sanctitate & iustitia omnibus diebus nostræ huius peregrinationis voluerimus merito eius, hæredes gloriæ æternæ cum ipso erimus. Hæc est enim lex noua, hoc pactum, fœdus atque testamentum legis Euãgelicæ. Eundem & talem Christum tota figurauit & testata est lex: hunc prophetæ omnes prædixerunt & promiserunt. Iohannes autem Baptista plus quàm propheta illum vidit, baptizauit & digito demonstrauit, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hunc igitur Christum verum mediatorem & redemptorem nostrum Iesum, id est, saluatorem verè & propriè nõ ab hominibus, sed à Deo appellatum prædicarunt & hominibus eum conditione tamen & participatione ipsius crucis prædicando proposuerunt Apostoli (quibus à Deo dictum fuerat: hic est filius meus dilectus ipsum audite) & reliqui verbi Dei euangelici ministri. Is enim vt ait Paulus Rom. 10. finis est legis ad salutem omni credenti. Is factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia & sanctificatio & redemptio: vt quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Is est fundamentum præter quod aliud nemo ponere potest. Non est enim in aliquo alio salus. Omnes enim prophetæ ipsi testimonium perhibent homines accepturos remissionem peccatorum in nomine eius. Iustitia namque est per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum. Omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei: Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorẽ per fidem in sanguine ipsius, vt sit ipse iustus & iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi. ad Christum igitur vniuersa sacra scriptura nos ducit. hoc ipse testatur Ioan. 5. his verbis: Scrutamini scripturas, quia illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. huic igitur cũ lex, Euangelium & prophetæ omnes testimonium perhibeant in scripturis sacris legendis, Christum Deum & hominem verum ipsarum finem & scopum semper cogitare & veluti ob oculos positum habere debemus. Quomodo autẽ scripta biblica ad ipsum nos dirigant & ducant, dicetur sequenti cap.

1. Cor. 1.
1. Cor. 3.
Act. 4.
Roman. 3.

*Quomodo lex, Prophetæ, & Euangelium de Christo tractent. Cap. 2.*

Et si vniuersum sacratum & diuinarum scripturarum organũ Christum Deum & hominem proponit, aliter tamen atque aliter in lege, in Prophetis, atque in Euãgelicis scriptis describitur & exhibetur. Illum namque lex figurat, Propheræ promittunt, & certò apertéque venturũ prædicunt, Euangeliũ verò ipsum exhiber, cui nos fide, spe & charitate iungendo ipsius membra efficit, & vitæ gloriæque æternæ participes reddit. Sic enim ad eundem finem variis & diuersis modis, viisque referri debẽt, & sanè faciléque intelligi possunt omnia diuina scripta. Nostrum autem propositum ab eo facilè, & non sine vtilitate intelligetur, qui totum corpus biblicum non frustratim dissecãdo, sed simul integrum deuorando animi prõpta & leui cogitatione diuino adiutus spiritu præteruolare & percurtere voluerit. Hoc enim imprimis ipũ statim occurret, quod est totius scripturæ sacræ argumentum propositúmque, atque omnium hominum salutis fundamentum, scilicet promissio de cõterendo serpentis capite per semen mulieris, qui est Christus Dominus noster, vt scribitur initio Geneseos. Hoc autẽ nixus fundamento (quod nunquam mente excidere debet scripturas sacras legentibus) facilè videre poterit quid velint, & quò referri debeant omnia scripta diuina, eò videlicet, vt homines intelligant se miseros atque per peccatum morti pœnéque æternę astu satanę obnoxios esse, à cuius tyrannide liberari nulla ratione, nisi per Christum verũ Deum & hominem possunt. In eo igitur solo sperandum esse cognoscetur: is desiderari, postulari, & cũ animi præparatione expectari ab omnibus debere intelligetur. Hac autem Christi Dei & hominis vnici Dei & hominum mediatoris, redemptoris & reconciliatoris fide, Patriarcharum & reliquorum electorum tẽpore legis naturæ corda firmauit, & præparauit Deus æternus paulatim eos à seruitute miseriàque peccati, atque à satanæ tyrannide liberãdo, & sensim in libertatem filiorũ Dei asserendo & eleuando. Hoc idem plenius & apertius fecit per legem scriptam, in qua tot támque variis figuris ceremoniis, iudicialibus & sacrificiis Christum vnicum omnium redemptorem & mediatorẽ adumbrauit, depinxit & proposuit, vt Populo Dei, omnia quæ videbat, audiebat & faciebat, Christum Messiam venturum, & pro omnibus passurum in mentem semper reuocarent. hic igitur fuit modus legis in Christo edocendo & proponendo scilicet signis, sacrificiis & variis ceremoniis ipsum eiúsque facta adumbrare: Prophetæ autem eũdem Christum, sed tamen clarius, etiam & certius describebant & promittebant. Illi etenim ea Christum factuũ affirmabãt, quæ postea Euangelistæ illum fecisse narrarunt. hoc ita attestatur beatus Petrus his verbis: De fine fidei vestræ, scilicet de salute animarum vestrarum exquisierunt, atque scrutati sunt Propheræ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi: prænuncians eas quæ in Christo sunt passiones & posteriores glorias: quibus reuelatum est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea quæ nunc nunciata sunt vobis, per eos qui euangelizauerunt vobis. Etsi igitur Propheræ eundem Christum quem lex prius adumbrarat prædixerunt & docuerunt, alia tamen vsi sunt oratione & forma verbis clarè affirmando, quæ lex figuris concluſa significabat. Omnium autem clarissimè & certissimè euangelia Christum proponunt: Nam eundem quẽ lex figurauit, & Prophetæ prædixerunt atque promiserunt, exhibent. Lex siquidem per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. In lege igitur naturæ atque Moysis, est promissio Christi: in Prophetis est prædictio & affirmatio promissionis illius de Christo redemptore & liberatore futuro breui & certo adimplendæ. In Euangelio denique nobis proponitur & traditur idem Christus, de quo lex & Propheræ testati sunt, vt credendo in eum efficiamur filij Dei & gloriæ æternæ participes ipsius merito, qui pro omnibus mortuus, resurrexit, & ascendit ad cœlos, vbi sedens ad dexteram patris semper vinit ad interpellandum pro nobis expectans interim diem illum summum in quo ab omnibus videbitur, constitutus à Deo patre iudex viuorum & mortuorum, vt qui pro omnibus passus est, omnes iudicet, reddendo vnicuique propria corporis prout gesit siue bonum siue malum. Hæc ergo tradunt vniuersa scripta biblica lege, prophetis & Euangelio distincta, eodem semper, etsi variis & diuersis modis spectantia.

Genes. 3
1. Pet. 1.
Apocal. 1.
2. Cor. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*De variis historiis quæ legi, Prophetiæ, & Euangelio immiscentur. Cap. 3.*

Consuevit dominus verbo & facto docere, vnde factum est quòd in organo bellico doctrinæ legis Prophetarum & Euangelij tot immixtas rerum gestarum historias comperimus. Quum enim legem tradidisset dominus, qua suam voluntatem hominibus testatus est, docuit facto ipso & exemplis variis illustrare semper voluit, quàm pulchrè cum iis agatur, qui seipsos abnegantes, Deo, non autem sibi viuunt meditando die ac nocte in lege Domini cognoscenda & obseruanda. Illi namque sunt tanquam lignum quod plantatum secus decursus aquarum fructum profert in tempore suo, perpetuóque viret, cum ipsis prosperè in cunctis succedat. Impij autem legisque diuinæ contemptores & transgressores continuò perturbantur atque infœlices redduntur. Hæc igitur vt omnes intelligant & cogitent, tot exemplorum historiis refertæ sunt vtriusque testamenti scripturæ. Valent enim plurimum ad persuadendum rerum gestarum recensiones, siue ad bona & honesta impellamus, siue à prauis & turpibus reuocare & retrahere velimus. Legantur igitur diligenter historiæ sacræ, quæ legis & ordinationis diuinæ praxim complectuntur, illisque perdiscamus quos imitari, & quos etiam auersari atque fugere debeamus. Quæ etenim doctrina proponuntur, factis postea in historiis confirmantur & illustrantur, vt nemo ea contemnat, aut etiam impossibilia esse queratur. Præcipitur & commendatur fides, cuius postea seruatæ, exemplum in Abraham proponitur, vt obedientiæ in Isaac, patientiæ in Iob, probationis diuinæ in Tobia, castitatis in Iosepho & Susanna, mansuetudinis in Dauide & Moyse, zeli honoris & religionis diuinæ in Elia & Mathatia, & ita de cæterarum virtutum exemplis. Hic autem notare non inutile aut inuiucundum erit historiarum diuinarum quasdam certarum & singularum personarum esse quasdam verò etiam alicuius populi & gentis. Historias igitur sacras multa arcana & mysteria complecti illi facilè intelligent, qui spiritu diuino aduti in ipsis dispicient, & agnoscent Dei æterni potentiæ, sapientiæ, prudentiæque exempla atque documenta tecta, recondita & proposita esse. Eorum enim qui nos præcesserunt rebus gestis & fœlicitate, aut miseria sapienter nos gerere, & rectè vitam instituere edisceere debemus. Non parum siquidem iuuat posteros, maiorum vitam anteactam, simul etiam finem & exitum intueri & considerare. Ideo enim sic Hebræis scribebat Apostolus, Memento te præpositorum seu maiorum & antecessorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem.

*De difficultate sacræ scripturæ. Cap. 4.*

Scripturam sacram difficilem esse tribus potissimum de causis voluit eius author Deus æternus. Prima est, vt ipsius arcana & diuina mysteria quæ in ea continentur, maiori cum reuerentia & diligentia recipiantur atque conseruentur. Secunda verò, vt docti in ea intelligenda, & aliis exponenda laborent & exerceantur. Tertia denique vt mysteria & secreta diuina impij qui ea semper rident, blasphemant & prophanant capere nullatenus possint, suique ipsis atque si scripta non essent. Non vult enim Deus sanctum dari canibus, nec margaritas verbi Dei proiici porcis. De tali scripturæ sacræ, & verbi Dei difficultate in impiis, nos admouet & docet spiritus sanctus Esaiæ 6. Matth. 13. Luc. 8. Marc. 4. Ioan. 12. Actuum 28. & Romano. 11. Ideo etiam sub typis, figuris & imaginibus sua mysteria texit in scriptura, in qua non tantùm vocabula significant, sed etiam res ipsæ. Quare sacræ scripturæ non possunt facilè intelligi à quouis, qui legere possit, & vocabulorum proprietates, significationes, acceptionésque notare. Vt enim humano spiritu non est allata aliquando prophetia, sed diuinitus inspirati, locuti sunt sancti Dei homines, ita non nisi per spiritum sanctum intelligi potest. Hinc porrò sanè ortæ sunt hæreses, quia nescio qui impendio audaciores corticarij theologi scientiarum humanarum (quas bonas literas audent & solent vocitare) cognitione & linguarum peritia inflati humilem facie, sed sensu fermè inaccessibilem scripturam sacram, pro suo libito exponere, & suam expositionem superficiariam quam aliis omnibus prætulerunt, superbè atque obstinatè proponere & defendere voluerunt. Abstrusum autem & reconditum esse sacræ scripturæ sensum apertè docemur. 2. Petr. 3. Apocal. 5. Act. 8. & 2. Corinth. 4. Non igitur absque ratione & prudentia eius popularis tractatio semper prohibita fuit, vt etiam apud Iudæos nemini licebat ante tricesimum annum certos eius libros legere & attrectare.

*De multiplici scripturæ sacræ sensu & intellectu, & de modo ipsum probè intelligendæ. Cap. 5.*

Alta profundáque scriptura sacra, vt scientiæ practicæ & contemplatiuæ perfectiones complexa est, atque ad vitam beatam & ad æternam verámque fœlicitatem per veritatis cognitionem & virtutis operationem nos ducit, ita vario, multiplicique sensu, etsi consentaneo veréque armonico prædita est, quia scilicet Deum habet authorem, cui non tantùm voces, sed etiam res ipsæ significant. Hoc edocemur Ezech. 2. & Apocal. 5. vbi scriptura sacra dicitur esse, liber scriptus intus & foris. Scriptura namque exterior, est sensus literalis, qui est patentior: quia per voces immediatè significatur. Scriptura autem interior, est sensus mysticus vel spiritualis, qui est latentior, quia in rebus per voces significatis, abstrusus & reconditus, obtegitur & inuoluitur. Sensuum igitur sacræ vnus dicitur literalis seu historicus: alter verò mysticus seu spiritualis, intelligentia porrò mystica seu spiritualis, multiplex variáque dicitur esse. Aut enim illa quæ in lege gratiæ & Euangelica credere debemus, significat & proponit, & vocatur allegoria, aut ea quæ agere & factis exequi tenemur refert, & nuncupatur tropologia, seu sensus moralis, aut denique ea quæ in cœlis fœlices atque beati consequuntur suggerit & prædicit, ticque anagogia dicitur. Paucis verbis hoc expressérunt antiqui, suo more ita sapienter locuti, litera gesta docet: quid credas allegoria: moralis quid agas: quo tendas anagogia.

*De modo eruendi & eliciendi veri germanique sensus scripturarum diuinarum. Cap. 6.*

Testatius atque notius est quàm vt probari & fusius dici debeat, varias & eruditas formas atque regulas intelligendarum sacrarum scripturarum, à multis iisque doctis & piis viris esse traditas. Omnũ autem hæc mihi videtur esse facillima & certissima, si animo puro & humili, cum frequenti atque deuota oratione ad illarum lectionem accedamus. hoc docet scriptura, quæ affirmat spiritum domini requieseere super humilem corde & tremẽtem ad sermones Domini. Hoc confirmat Christus Iohan. 8. cum ait ita: Si quis sermones meos seruauerit, is cognoscet de doctrina. Is igitur meo iudicio plurimum in legenda scriptura sacra proficiet, qui ad eam accesserit cum charitate de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta: certa nanque est & firma quæ cum praxi coniuncta est theologia, id est Dei & diuinorum mysteriorum cognitio. Imprimis autem admitẽdum est, vt sensum à spiritu sancto intentum, quem literalem vulgò appellant, perspectum & cognitum habeamus. Ille siquidem omnium reliquarum intelligentiarum basis stabilimentúmque iure putatur. Is autẽ multò facilius habebitur, si intellexerimus in scripturis sacris omnia referri ad vnũ horum mysteriorum, scilicet ad Deum æternum, trinum & vnum, vniuersi totius creatorem, conseruatorem & prouisorem, ad incarnationem Christi, ad ipsius prædicationem, passionem, resurrectionem, in cœlos ascensionem, & ecclesiæ per spiritumsancti directionem, ad legis Euangelicæ publicationem, & ecclesiæ afflictiones varias, ad iudicium vniuersale, & ad delectorum fœlicitatem & glorificationem: hęc, qui semper considerabit, vt diximus, scripturam facilem & apertam habebit. Hoc docere, illis propositum fuit, qui scripturarum diuinarum intelligendarum sequentes regulas, quas etiam claueis vocarunt, tradiderũt, scilicet primã de persona & essentia. Secundam, de Christo Deo & homine. Tertiam, de Christo capite & eius corpore mystico. Quartã, de natura & gratia. Quintam, de spiritu & litera. Sextam, de sensu verborum, in quo fiunt & eo quem faciunt. Septimam, de vnitate legis & corporis mystici. Octauam, de satana & eius corpore seu synagoga. Nonam, de specie & genere, siue de toto & parte. Decimam, de tropis & figuris grammaticis. Omnium autem regulatum intelligẽdi sacrã scripturam, hæc est certissima & imprimis necessaria sequi sensum & praxin ecclesiæ. Quæ siquidem inuoluta & abstrusa in scripturis tradidit spiritus sanctus eadem traditionibus, consuetudinibus variis & praxi professionis externæ, euoluit atque explicauit in ecclesia. Ab ea igitur & ipsius expositione quicunque recedunt, veram sacræ scripturæ expositionem & gratiam habere, non magis possunt, quàm vitam, membrum corporis quod abscissum & separatum est.

*Qui libri, quibus linguis scripti sint, & quomodo in alias translati. Cap. 7.*

Consuluerunt & monuerunt antiqui, ad habendum sensum literalem, qui est omnium primus & præcipuus, recurrendum esse ad eas linguas, in quibus libri sacri sunt primùm scripti & editi. Quare cùm vetus testamentum scriptum sit primum lingua Hebræa aut Chaldaica, quando aliquid difficultatis in litera occurret, ad exemplaria Hebræa & Chaldæa recurrendum erit: sic etiam, ad intelligendum nouum Testamentum quod integrum Græcè primum scriptum est, exceptis Euangelio Matthæi, & Epistola beati Pauli ad Hebræos, codices Græci inspiciendi & consulendi erunt. Hic autem summa cautione opus est, ne videlicet incidamus in exemplaria corrupta aut mutila, prudentérque meo iudicio faciemus, si omnia semper ad normam & regulam fidei & traditionis Ecclesiæ Catholicæ referamus atque examinemus. Spiritus namque diuinus & scriptorum & interpretum diuinarum scripturarum director, non sine ratione & mysterio nunc interpretes aliquid addere aliquando etiam relinquere voluit, hoc fecit, vt non semper verbum verbo reddiderint, sed sensum, intentionem & authoritatem spiritus sancti secuti, multis in locis verba mutarint, & aliquando etiam ad sententiam aliquid adiecerint, quia non tantùm interpretandi, sed etiam prophetiæ dono præditi fuerunt, vt docent Augustinus & Hieronymus. Quod non satis considerantes nonnulli linguarum periti cortice tenus theologi, malè & imperitè nimium, conlueuerunt scripturarum sacrarum interpretationes, quas non intelligunt, reprehendere, atque malignè corrodere & irridere superbè & nimium imprudenter, quæ non intelligunt blasphemantes. Sed væ nobis, quia incidimus in seculum tam superbum, incredulum & deliramentis plus quàm anilibus totum corruptum & prodigiosum. Quũ igitur habeamus plureis ac varias sacræ scripturæ interpretationes, scilicet eam quæ est septuaginta interpretum: eam quæ beati Hieronymi, eã quæ Aquilæ, eam quę Theodotionis, eã quæ Symmachi, eam quæ Origenis, & alias multas, cõsulerem vnã potissimum esse retinendam, cui maximè innitamur, eam videlicet quam ecclesia

catholica approbat & tradit in ecclesiis legendam: aliis verò non erit inutile vti ad collationem, vt ita facilius eliciatur verus & germanus sensus. Erunt enim vice commentariorum, ita tamen, vt semper scripturam sacram, cum ipsius interpretatione & expositione ab ecclesia (cuius iudicio standum est omnibus Christianis in cunctis quæ ad salutem spectant) petamus & accipiamus. Illa namque sola est columna & firmamentum veritatis, quia à spiritu sancto perpetuò docetur & dirigitur. Huic igitur, non autem hominibus quantumlibet doctis & sanctis, nisi quatenus cum ipsa sentiunt, & in eadem manent, in iis quæ sunt fidei & religionis Christianæ fidem adhibere debemus. Illi namque soli spiritus sancti perpetua directio & præsentia promissa est. Illa est arca qua nos concludi necesse est, si perire nolumus: illa pro matre recipienda & agnoscenda, si Deum patrem & protectorem habere velimus. non humano spiritu allata est vnquam prophetia, & tradita scriptura sacra, ad eam igitur intelligendam non putemus satis esse spiritum humanum, sed in catholica ecclesia diuinum requiramus, qui nos in ea, & per eam, omnem veritatem doceat. hoc quia minus præstant, nescio qui philosophi altum sapientes, philosophiæ, & humanarum literarum cognitione inflati, ideo schismata nascuntur, atque Christianismi decus obscuratum, conspurcatum, & tantum non sublatum cernimus.

*De libris Canonicis.* *Cap.* 8.

Inter omnia scripturarum genera illis semper primas omnes dederunt quæ sunt canonicæ. Ideo enim canonicos dictos esse quosdam libros puto, quia tam certa est eorum veritas, vt contra eos dicere nulli vnquam homini permissum sit. Sunt enim Canon ceu regula ad quam omnia religionis, & cultus Dei dogmata referri & collimari debent, vt omne quod ipsis consentit, retineatur & obseruetur: quod autem vel minimum quid repugnat, prorsus sit reiiciendum & fugiendum. Fatendum sanè est diu multúmque olim de his libris Canonicis, & eorum numero dubitatum & cõtrouersum fuisse inter Christianos, sed pulchrè nobiscum in hoc potissimum actum esse confiteri debemus, quòd Deus qui quotidie suam ecclesiam plenius illustrat, & eam tam in virtutibus quam in scientia & doctrina proficere facit, omnem quæstionem & difficultatem sustulit de nomine & numero librorum Canonicorum: eos per generalia concilia numerando, & nominatim exprimendo, designando, & cum summa reuerentia & humilitate tanquam authoritate diuina præditos, legendos Christianis omnibus & obseruandos proponendo. hoc qui cognoscere volent, legant Carthaginense tertium, Florentinum & Tridentinum Concilia. Libera igitur te omni metu Christiane, & omnem tibi de libris Canonicis vel non Canonicis adimendo scrupulũ, omnes eos prorsus in Canone & certa christianismi (cui aduersari nequaquam licet) regula recipito, qui in toto organo & corpore biblico adhuc sunt propositi, à Genesi incipiendo, & in Apocalypsi finiendo. Post ecclesiæ siquidem vniuersalis in Concilio œcumenico legitimè, & in spiritu sancto congregato determinationem, de veritate & certitudine aliquorum librorum sacrorum bibliorum dubitare, sicut etiam ex ipsis alios Apocryphos iudicare & vocare, Iudæi & non christiani esse, putare debemus. Istud rogo & consulo hoc periculoso nutantis fidei tempore fixum habeto, si multam animi anxietatem & varia incommoda, quæ nos circunstant effugere & vitare velis. Vt autem res tanta, & tam omnibus Christianis necessaria neminem latere possit (nisi sint aliqui tam malè sibi consulentes, vt scientes volentésque perite & errare velint) libros omnes Canonicos ab ecclesia receptos & probatos subiicere hoc loco commodum duxi. Scias igitur, Christiane, libros canonicos, id est, de quorum veritate dubitare nemini Christiano licet, esse eos omnes qui integro instrumento biblico, id est tam Veteri quam Nouo testamento continentur & comprehenduntur. Illi autem sunt numero 74. scilicet 47. Veteris Testam. & 27. Noui. Eorum autẽ ordinẽ, numerũ & appellationes ceu inscriptiones sic habeto & notato,

# *CAPITA, MATERIA, NVMERVS, ORDO, ET NOMINA LIBRORVM SACRORVM INTEgris Bibliis contentorum, qui vulgò Canonici appellantur, & certò tales sunt agnoscendi & recipiendi.*

CAP. 9.

*Primus Liber Canonicus.*

1 GENESIS, vbi agitur de mundi, & omnium creaturarum exordio, de diluuio & arca Noe, de confusione linguarum, de electione populi Dei, & de discessu eiusdem in AEgyptum, habet cap. 50.

*Secundus Liber Canonic.*

2 Exodus, in eo tractatur de decem plagis Pharaonis, de exitu filiorum Israel ex AEgypto, de decem præceptis & iudiciis, ac reliqua institutione populi Dei, de arca fœderis Domini, de tabernaculo, de altari, & de vestibus Aaron, habet cap. 40.

*Tertius liber Canonic.*

3 Leuiticus, in eo agitur de sacrificiis & hostiis offerendis, de vrna, de vestibus Aaron, atque de ordine & ministerio Leuitarũ, habet cap. 27.

*Quartus lib. Canonicus.*

4 Numeri, in eo agitur de numeratione populi siue tribuum Israel, de prophetia Balaam, & de mansionibus factis in eremo, habet cap. 36.

*Quintus liber Canonicus.*

5 Deuteronomium, in eo continetur quædam repetitio & quodámodo facilior expositio, eorum quæ quatuor libris præcedentibus sunt tradita, habet cap. 34.

*Sextus lib. Canonic.*

6 Iosue, in eo agitur de transitu Iordanis, de subuersione regnorum hostilium, de introductione populi Dei in terram promissionis, & de diuisione ipsius terræ, habet cap. 24.

*Septimus liber Canonic.*

7 Liber Iudicum, in eo agitur de principibus, de iudicibus, de defensione populi Israel, & de victoriis atque triumphis habitis contra hostes, habet cap. 21.

*Octauus lib. Canonic.*

8 Ruth, in eo agitur de matrimonio contracto inter Booz & Ruth, ex quibus Christus descendit, habet cap. 4.

*Nonus lib. Canonic.*

9 Primus Regum, in eo agitur de gubernatione populi Israel per iudices, de Samuele, & de electione, de gubernatione, de gestis atque de morte regis Saul, habet cap. 31.

*Decimus lib. Canonic.*

10 Secundus liber Regum, in eo agitur de regimine populi Israel per regem Dauid, & de iis quæ præclarè gessit, habet cap. 24.

*Vndecimus lib. Canonic.*

11 Tertius liber Regum, in eo agitur de morte regis Dauid, & de successione, regimine & gestis Salomonis, aliorúmque regum Iuda & Israel, habet cap. 22.

*Duodecimus lib. Canonic.*

12 Quartus liber Regum, in eo agitur de casu & subuersione regnorum Iuda & Israel, propter regum præuaricationem, de captiuitate populi, & de subuersione vrbis ac templi, habet cap. 25.

*13. Liber Canonicus.*

13 Prior liber Paralipomenon, in eo describitur genealogia regis Dauid & fit anacephaleosis electionis gubernationis, atque gestorum ipsius, habet cap. 29.

*14. Liber Canonic.*

Posterior liber Paralipomenon, in eo summatim repetitur regimen populi per Salomonem, & alios reges Iuda & Israel, habet cap. 36. 14

*15. Lib. Canonic.*

Primus liber Esdræ, in eo agitur de reductione populi Israel ex captiuitate Babylonica, & de institutione populi reducti per Esdram legisdoctorem, habet cap. 10. 15

*16. Lib. Canonic.*

Secundus liber Esdræ, in quo agitur de reædificatione muri ciuitatis Ierusalem, & de correctione malorum subortorum in absentia Nohemiæ, habet cap. 13. 16

*17. Lib. Canon.*

Tertius liber Esdræ, in eo repetuntur quædam alibi scripta circa captiuitatem Babylonicam tempore Iosiæ, quædam etiam quæ contigerunt sub Zorobabel & Esdra, interseritur quoque solutio cuiusdam elegantis quæstionis, habet cap. 9. 17

*18. Lib. Canon.*

Quartus liber Esdræ, in eo ponuntur quædam visiones & somnia super populi Iudæorum liberatione à captiuitate & templi in Ierusalem restauratione, habet cap. 16. 18

*19. Lib. Canonic.*

Liber Tobiæ, in eo agitur de ipsius Tobiæ probatione, & multiplici virtute, de ministerio Archangeli Raphaelis, de institutione prolis, & de honestate matrimonij, habet cap. 13. 19

*20. Liber Canon.*

Liber Iudith, in eo agitur de obsidione populi Israel, de honestate & probitate Iudith, de interfectione Holofernis, & de liberatione populi Israel, habet cap. 16. 20

*21. Liber Canon.*

Liber Hester, in eo agitur de crudelitate Aman & de eius suspensione procurata per prouidentiam & humilitatem Hester, de exaltatione Mardochæi & de liberatione Iudæorum, habet cap. 16. 21

*22. Lib. Canon.*

Liber Iob, in eo tractatur de beati Iob patientia, perfectione & disputatione quam habuit cum amicis, de prouidentia diuina, & de corporum resurrectione, habet cap. 42 22

*23. Liber Canonic.*

Liber Psalmorũ, in eo agitur de Christi diuinitate, humanitate, passione, resurrectione, ascensione & aduẽtu ad iudiciũ, de beneficiis Dei, de pœnis peccatorũ, de prœmio iustorum, & de Dei laudibus, continet psalmos 150. 23

*24. Lib. Canon.*

Liber Prouerbiorum Salomonis, in eo agitur de institutione eorum qui incipiunt seruire Deo, de correctione morum, & de informatione virtutum, habet cap. 31. 24

*25. Liber Canonic.*

Liber Ecclesiastæ, in quo agitur de mundi vanitate, de vitiorũ contemptu, & de prosperitate eorum qui ambulant in via Dei, & eius præcepta seruant, habet cap. 12. 25

Universidad de Deusto
Biblioteca



26 *liber Canonic.*

26 Liber Canticorum, in quo agitur de viri iusti perfectione, de contemplatione animæ sanctæ, & de coniunctione Christi & Ecclesiæ, habet cap. 8.

27. *liber Canon.*

27 Liber Sapientiæ, in quo agitur de regimine prælatorum & conseruatione iustitiæ, de idolorum contemptu, de aduentu & de passione Christi, qui est vera sapientia, habet cap. 19.

28. *Liber Canonic.*

28 Liber Ecclesiastici, in quo agitur de obedientia subditorum, de institutione bonorum morum, de nobilitate sapientiæ, & de laude sanctorum, haber cap. 51.

29. *Liber Canonic.*

29 Liber Esaiæ, in quo tractatur de reprehensione Iudæorum, de aduentu Christi in carnem, de eius passione, de vocatione Gentium, de regno Iuda, & de regno Israel, habet cap. 66.

30. *Liber Canon.*

30 Liber Ieremiæ, in quo agitur de captiuitate Iudæorum, de destructione ciuitatis Ierusalem, de planctu & lamentatione propter talem destructionem, habet cap. 52. Threni verò vltra prædicta continent cap. 5.

31. *Liber Canonic.*

31 Liber Baruch, in quo agitur de verbis quæ legit captiuis in Babylonia, de prænúciatione reditus populi Israel, & eorum quæ futura sunt temporibus vltimis, habet cap. 6.

32. *Liber Canonic.*

32 Liber Ezechielis, in quo agitur de visionibus, de sceleribus Iudæorum, de ruina Ierusalem, & de eius reparatione, habet cap. 48.

33. *Liber Canonic.*

33 Liber Danielis, in quo agitur de mundi monarchia, de mutationibus tẽporum, de potestate & æternitate regni Christi, de historia Susannæ, de destructione Bel, atque de interfectione draconis, haber, cap. 14.

34. *Liber Canon.*

34 Liber Oseæ, in quo agitur de idololatria populi Israel significata per mulierem meretricem, de fundatione peccatorum, & de admonitione ad filios Israel vt conuertantur ad Dominum, habet cap. 14.

35. *Liber Canonic.*

35 Liber Ioelis, in quo agitur de consumptione terræ Iudæorum per erucam, bruchum, locustam, & rubiginem, de exhortatione ad pœnitentiam, & de iudicio futuro, habet cap. 3.

36. *Liber Canonic.*

36 Liber Amos, in quo agitur de sceleribus Iudæorum & Gentium, de ira & vindicta Dei super eos ventura, de exhortatione ad pœnitentiã, & de prædicatione finalis reparationis, habet cap. 9.

37. *Lib Canon.*

37 Liber Abdiæ, in quo agitur de cõmutatione & destructione Edom & Esau, hadet cap. 1.

38. *Liber Canonic.*

38 Liber Ionæ, qui de naufragio ipsius Ionæ loqnitur, in eo passionem Christi significans, mundum ad pœnitentiam reuocat, itaque sub nomine Niniue salutem gentium præfigurat, habet cap. 4.

39. *Liber Canon.*

39 Liber Micheæ qui prædicit Samariæ deuastationem & captiuitatem ac interitum principum Israel & pseudoprophetarum, & de ingratitudine & malitia eorundem, habet cap. 7.

40. *Liber Canonic.*

40 Liber Nahum, in quo agitur de ira Dei, & vindicta graui contra Niniuitas, qui ad prædicationem Ionæ pœnitentiam egerunt, postea verò peccatis maioribus inuoluti fuerunt, habet cap. 3.

41. *Liber Canon.*

41 Liber Abacuc, in quo agitur de disputatione quam habuit propheta cum Deo, & hoc mundo, quia iusti conculcantur, & in prosperitate sunt iniqui, habet cap. 3.

42. *Liber Canonic.*

42 Liber Sophoniæ, in quo agitur de iudicio Dei cõtra Iudæos & Gentiles exteros, & de consolatione populi Israel, habet cap. 3.

43. *Liber Canon.*

43 Liber Aggæi, in quo agitur de reuersione populi Iudæorum, de reædificatione templi, ac de renouatione ciuitatis, habet cap. 2.

44. *Lib. Canon.*

44 Liber Zachariæ, in quo agitur de liberatione Iudæorum, de vindicta contra inimicos eorum, de humilitate aduentus Christi, & de passione eiusdem, habet cap. 14.

45. *Lib. Canonic.*

45 Liber Malachiæ, in quo agitur de abiectione populi Iudæorum & sacrificiorum eius, & de aduentu Christi, habet cap. 4.

46. *Liber Canonic.*

46 Primus liber Machabæorũ, in quo agitur de præliis inter Hebræorum duces, & gẽtem Persarum, & de liberatione populi fidelis sub Mathathia, Iuda, Ionatha, & Symone, habet cap. 16.

47. *Liber Canonic.*

47 Secundus liber Machabæorum, in quo breuiter repetũtur quædam dicta in primo libro, in eo etiam agitur de tribulatione populi, de constantia septem fratrum & matris eorum, & de liberatione populi per Iudam Machabæum, habet cap. 15.

48. *Liber Canon.*

Liber Matthæi Apostoli, in quo agitur præcipuè de humanitate Christi, habet cap. 28. 48

49. *Liber Canonic.*

Liber Marci Euangelistæ, in quo præcipuè agitur de Christi fortitudine & resurrectione, habet cap. 16. 49

50. *Liber Canon.*

Liber Lucæ Euangelistæ, in quo specialiter agitur de morte & passione Christi, habet cap. 24. 50

51. *Liber Canonic.*

Liber Ioannis Euangelistæ, in quo Christi diuinitatis mysteria proponuntur, habet cap. 21. 51

52. *Liber Canonic.*

Liber Actuum Apostolicorum, in quo agitur de Christi in cœlum ascensione, de visibili spiritus sancti missione, de gestis Apostolorum, & præcipuè beati Pauli, atque de infantia nascentis Ecclesiæ, habet cap. 28. 52

53. *Liber Canonic.*

Epistola beati Pauli ad Romanos, in qua Apostolus reuocat Romanos ab erroribus Gentilium, & ceremoniis legis ad veram & Catholicam fidem, habet cap. 16. 53

54. *Liber Canonic.*

Prior epistola Pauli ad Corinthios, in qua quosdam à falsis apostolis & philosophis, per eloquentiam, quosdam verò per obseruantiam legis Iudaicæ seductos ad veram fidem, & ad veram sapientiam reuocat, habet cap. 16. 54

55. *Lib. Canon.*

Posterior beati Pauli ad Corinthios Epistola, in qua eosdem ad pœnitentiam conuersos & emendatos consolatur & laudat, habet cap. 13. 55

56. *Liber Canon.*

Epistola beati Pauli ad Galatas, in qua ipsos Galatas à falsis prophetis seductos increpat, quòd ad legem & ad circuncisionem reuerterentur, eosdem ad fidem catholicæ veritatis reuocat, habet cap. 6. 56

57. *Liber Canonic.*

Epistola beati Pauli ad Ephesios, in qua Apostolus ipsos Ephesios commendat, quia in fide percepta perstiterant, habet cap. 6. 57

58. *Lib. Canon.*

Epistola beati Pauli ad Philippenses, in qua eos laudat quia accepto verbo veritatis in fide perstiterunt, nec admiserunt falsos apostolos, habet cap. 4. 58

59. *Liber Canonic.*

Epistola beati Pauli ad Colossenses, in qua ipsos à pseudoprophetis præuentos & deceptos corrigit, & hortatur ad fidei veritatem, habet cap. 4. 59

60. *Liber Canonic.*

Prior beati Pauli epistola ad Thessalonicenses, in qua Apostolus ipsos collaudat, quia verbo veritatis accepto, etiam cum persecutionem paterentur à conciuibus suis, perstiterunt in fide, nec falsos apostolos receperunt, habet cap. 5. 60

61. *Liber Canon.*

Posterior epistola beati Pauli ad Thessalonicenses, in qua Apostolus eosdem instruit de temporibus nouissimis, de aduentu, persecutionibus, & de fallacis Antichristi, & de ipsius exaltatione atque ruina, habet cap. 3. 61

62. *Liber Canon.*

Prior epistola beati Pauli ad Timotheum, in qua eundem instruit de ordinatione & officio episcopatus, & diaconatus, atque de omni ecclesiastica disciplina, habet cap. 6. 62

63. *Lib. Canon.*

Posterior epistola beati Pauli ad Timotheum, in qua hortatur ipsum ad coronam martyrij, & eundem instruit de omni regula catholicæ veritatis, & de sua passione, docétque, quid futurum sit in nouissimis temporibus, habet cap. 4. 63

64. *Liber Canonic.*

Epistola beati Pauli ad Titum, in qua eundem instruit de constitutione & ordinatione presbyterorum, de cõuersatione spirituali, atque de hæreticis vitandis, habet cap. 3. 64

65. *Liber Canon.*

Epistola beati Pauli ad Philemonem, in qua eundem commendat de fide & charitate in sanctos, & rogat ipsum vt indulgeat Onesimo seruo suo, ipsúmque benignè suscipiat, habet 1. cap. 65

66. *Liber Canonic.*

Epistola beati Pauli ad Hebræos, in qua defectum legis Mosaicæ, & perfectionem legis Euangelicæ ostendit, & quod Christus sit verus Deus & homo Dei & hominum mediator, habet ca. 13. 66

67. *Liber Canon.*

Epistola beati Iacobi, in qua Christianos ad patientiam hortatur, apud Deum non esse personarum acceptionem docet, mala ex vitio linguæ prouenientia aperit bella & dissentiones prohibet, diuites reprehendit, & ad virtutes inducit, habet cap. 5. 67

68. *Lib. Canonic.*

Prior beati Petri epistola, in qua gratias agit Deo, qui summa misericordia per passionem filij sui genus humanum saluauit, & ad rectè viuendum variorum statuum homines instruit & docet, habet cap. 5. 68

69. *Liber Cano.*

Posterior beati Petri epistola, in qua fideles ad constantiam in fide susceptæ hortatur, notat & damnat hæreticorum falsitatem, & secũdum Christi aduentum describit, habet cap. 3. 69

70. *Liber Cano.*

70 Prima epistola beati Ioannis, in qua testificatur de verbo vitæ & veritatis, ad cõfessionem peccatorum hortatur, affirmat nos habere Dominum Iesum aduocatum apud patrem, amorem mundi dissuadet & ad dilectionem Dei & proximi inducit, habet cap. 5.

71. *Liber Cano.*

71 Secunda epistola beati Iohannis, in qua electam dominam & filios eius, commendat, ad fraternam charitatem hortatur, & monet vt hæreticos deuitent, habet cap. 1.

72. *Liber Cano.*

72 Tertia epistola beati Ioannis, in qua Caium commendat ob pietatem quam exercebat in peregrinos atque vt in ipsa pietate permaneat hortatur, habet cap. 1.

73. *Liber Cano.*

73 Epistola beati Iudæ, in qua omnes de salute propria solicitè monet: inducit altercationem Michaëlis cum satana, & detestatur hæreticorum vitam.

74. *Liber Canor*

74 Liber Apocalypsis, in quo agitur de reuelationibus factis in Patmo insula beato Ioanni per angelũ, de tribulationibus quas ecclesia Christi tunc patiebatur, & in futurũ passura est, & presertim tempore Antichristi, atque de suppliciis damnatorum, ac de præmiis electorum, habet cap. 22.

Hi igitur omnes & singuli ascripti & prænominati libri sacri 74. sunt omnibus christianis in canone sacrarum scripturarum recipiendi & numerandi, cùm per ecclesiã catholicam in conciliis generalibus tales eos esse spiritus sanctus eorumdem auctor docuerit & reuelarit. Notatu quoque meo quidem iudicio dignum est, quod & si Spiritus sanct⁹ per prophetas, apostolos & alios sanctos viros scripturas Sacras tradidit, non tamen quicquid illi aut dixerunt aut scripserunt statim pro scriptura sacra & canonica recipi debet. Aliquando enim vt homines & loqui & scribere potuerunt, quare opus est reuelatione spiritus sancti ad discernendum si hæc aut illa etiam sanctorum virorum scripta, pro diuinis & canonicis censeri debent. hoc est quare tandiu dubitatum est à doctissimis etiam Christianis, de multis libris sanctis, qui nunc canonici iudicantur, approbantur, & recipiuntur, illos videlicet approbante & cononicos iudicante spiritu sancto in generali cõcilio. Noli igitur moueri si tibi obiiciatur nonnullos ex suprapositis libris Apocriphos, & non canonicos à multis dictos esse. Nam Iudæi integrum nouum Testamentum reiiciunt, nec non etiam quosdam veteris Testamenti libros. Nos autem non Iudæorum sed christianorum canonem sequi debemus, quod non animaduertunt qui Machabeorum libros & alios quosdam à Canone scripturarum diuinarum expungunt. Considerandum est etiam ecclesiam, nunc quosdam approbare de quibus aliquando dubitauit. In summa igitur omnes à nobis numerati Christianis sunt canonici, non nego tamen interim quin alij aliis sint diuinis sacramentis & mysteriis pleniores atque præstantiores.

## SIMPLEX ET SVCCINCTA OMNIVM LIBRORVM CAnonicorum veteris & noui Testamenti recitatio propriis nominibus, quibus à Græcis, Latinis & Hebræis vocantur, expressa.

*Cap.* 10.

*NEC absurdum, nec inutile iis, qui seriò in scripturis sacris versari volunt, fore iudicaui, si omnes sacrorum Bibliorum canonicos libros, simpliciter & eo ordine, quem in ipsis proponendis obseruauit catholica ecclesia, sincera & prudens diuinorum secretorum dispensatrix, recitando nominibus, quibus ab Hebræis, Græcis & Latinis denominantur, ipsos exprimerem. Sic enim, & res, illis libris, traditæ, melius intelligentur, & ad Hebræorum & Græcorum scripta cognoscenda, facilior via parabitur. Sic igitur, eorum ordinem, & appellationes varias habeto.*

| Latina Vocabula. | Græca Vocabula. | Hebræa Vocabula. |
|---|---|---|
| Genesis. | Γένεσις. | בְּרֵאשִׁית |
| Exodus. | Ἔξοδος. | שְׁמוֹת |
| Leuiticus. | Λευιτικόν. | וַיִּקְרָא |
| Numeri. | Ἀριθμοί. | בְּמִדְבַּר |
| Deuteronomium. | Δευτερονόμιον | דְּבָרִים |
| Iosue. | Ἰησοῦς Ναυῆ. | יְהוֹשֻׁעַ |
| Iudices. | Κρίται. | שֹׁפְטִים |
| Ruth. | Ρούθ. | רוּת |
| I. Regum. | Βασιλειῶν πρώτη. | שְׁמוּאֵל א |
| II. Regum. | Βασιλειῶν δευτέρα. | שְׁמוּאֵל ב |
| III. Regum. | Βασιλειῶν τρίτη. | מְלָכִים א |
| IIII. Regum. | Βασιλειῶν τετάρτη. | מְלָכִים ב |
| I. Paralypomenon. | Παραλειπομένων, πρῶτον. | דִּבְרֵי הַיָּמִים א |
| II. Paralypomenon. | Παραλειπομένων, δεύτερον. | דִּבְרֵי הַיָּמִים ב |
| I. Esdræ. | Ἔσδρας, πρῶτη. | עֶזְרָא |
| II. Esdræ. | Ἔσδρας, δευτέρα. | עֶזְרָא ב אוֹ נְחֶמְיָה |
| III. Esdræ. | Ἔσδρας, τρίτη. | עֶזְרָא ב |
| IIII. Esdræ. | Ἔσδρας, τετάρτη. | עֶזְרָא ד |
| Tobias. | Τωβιτ. | טוֹבִיָּה |
| Iudith. | Ἰουδήθ. | יְהוּדִית |
| Hester. | Ἐσθηρ. | אֶסְתֵּר |
| Iob. | Ἰώβ. | אִיּוֹב |
| Psalterium. | Ψαλτήριον. | תְּהִלִּים |
| Prouerbia Salomonis. | Παροιμίαι, Σολομῶντος. | מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה |
| Ecclesiastes. | Ἐκκλησιαστής. | קֹהֶלֶת |
| Cantica Canticorum. | Ἆσμα Ἀσμάτων. | שִׁיר הַשִּׁירִים |
| Sapientia Salomonis. | Σοφία Σολομῶντος | חָכְמַת שְׁלֹמֹה |
| Ecclesiasticus | Σοφία Σειραχ | חָכְמַת יֵשׁוּעַ |
| Esayas. | Ἡσαΐας. | יְשַׁעְיָה |
| Ieremias. | Ἱερεμίας. | יִרְמְיָה |
| Baruch. | Βαρουχ. | בָּרוּךְ |

Universidad de Deusto
Biblioteca



| | | |
|---|---|---|
| Ezechiel. | Ιεζεκιηλ. | יְחִזְקֵאל |
| Daniel. | Δανιηλ. | דָּנִיֵּאל |
| Oseas. | Ὡσήε. | חוֹשֵׁעַ |
| Ioel. | Ἰωηλ. | יוֹאֵל |
| Amos. | Ἀμώς. | עָמוֹס |
| Abdias. | Ἀβδιας. | עוֹבַדְיָה |
| Ionas. | Ἰωνᾶς. | יוֹנָה |
| Michæas. | Μιχαίας. | מִיכָה |
| Nahum. | Ναουμ. | נַחוּם |
| Abacuc. | Ἀββακουμ. | חֲבַקּוּק |
| Sophonias. | Σοφονίας. | צְפַנְיָה |
| Aggæus. | Αγγαῖος. | חַגַּי |
| Zacharias. | Ζαχαεις. | זְכַרְיָה |
| Malachias. | Μαλαχιας. | מַלְאָכִי |
| Machabæorum primus. | Μακκαβαιῶν πρῶτος. | חַשְׁמוֹנִים א |
| Machabæorum secundus. | Μακκαβαιῶν δεύτερος. | חַשְׁמוֹנִים ב |
| Matthæus. | Ευαγγελιον κατὰ Ματθαιον. | |
| Marcus. | Ευαγγελιον κατὰ Μαρκον. | |
| Lucas. | Ευαγγελιον κατὰ Λουκᾶν. | |
| Ioannes. | Ευαγγελιον κατὰ Ιωαννεν. | |
| Actus Apostolorum. | Πράξεις τῶν Ἀποστολῶν. | |
| Epistola Pauli ad Romanos | Παυλου ἐπιστολὴ ἡ πρὸς Ρωμαίους. | |
| Ad Corinthios prior. | ἡ πρὸς Κορινθιους. α. | |
| Ad Corinthios posterior. | ἡ πρὸς Κορινθιους. β. | |
| Ad Galatas. | ἡ πρὸς Γαλάτας. | |
| Ad Ephesios. | ἡ πρὸς Εφεσιους. | |
| Ad Philipenses. | ἡ πρὸς Φιλιππησίους. | |
| Ad Colossenses. | ἡ πρὸς Κολοσσαεῖς. | |
| Prior ad Thessalonicenses. | ἡ πρὸς Θεσσαλονικεῖς. α. | |
| Posterior ad Thessalonicenses. | ἡ πρὸς Θεσσαλονικεῖς. β. | |
| Prior ad Timotheum. | ἡ πρὸς Τιμοθεον. α. | |
| Posterior ad Timotheum. | ἡ πρὸς Τιμοθεον. β. | |
| Ad Titum. | ἡ πρὸς Τίτον. | |
| Ad Philemonem. | ἡ πρὸς Φιλημονα. | |
| Ad Hebræos. | ἡ πρὸς Εβραίους. | |
| Epistola Iacobi. | Ιακωβου ἐπιστολή. | |
| Prior epistola Petri. | Πέτρου ἐπιστολή. α. | |
| Posterior epistola Petri. | Πέτρου ἐπιστολή. β. | |
| Prima Ioannis epistola. | Ιουαννου ἐπιστολη. α. | |
| Secunda Ioannis epistola. | Ιουαννου ἐπιστολή. β. | |
| Tertia Ioannis epistola. | Ιουαννου ἐπιστολη. γ. | |
| Iudæ Epistola. | Ιουδα ἐπιστολή. | |
| Ioannis Apocalypsis. | Ιουαννου Ἀποκαλυψις. | |

## ADMONITIO.

*HVnc librorum canonicorum catalogum, & numerum proponere atque asserere, catholicam ecclesiam secuti, nequaquã dubitauimus. Post quàm enim ipsos illa recepit approbauitque, nemini Christiano & catholico, de eorum fide & authoritate, quærendum aut etiam dubitandum esse puto. Non negarim tamen, diuiniora secreta in certis quibusdam contineri, & si omnes à spiritu sancto authore profectos esse, cum ecclesia (relictis priuatorum hominum etiam eruditissimorum opinionibus) credere debemus. Ecclesiæ igitur columnæ & firmamento veritatis tenacissimè inhærentes, à Spiritu sancto eam perpetuò edocente & dirigente, sacrorum librorum & numerum & expositionem, humiles atque simplices exposcamus, nec nostrum, nec alienum priuatum sensum, affectatè, aut obstinatè sectando.*

# LIBER PRIMVS.

## MVLTIPLICES AC DIVERSAE VARIIS DE CAVSSIS factæ sacrorum Bibliorum non inutiles partitiones.

### CAPVT II.

Cum partitio omni in re tanto sit vtilior, quanto res de qua agitur ampliot & maior est, ea mihi videtur Bibliorum sacrorum sensum assequi cupientibus perneccssaria: quia videlicet ipsa omni alio scriptorum & scientiarum genere longius, latiúsque patent. Quia autem omnis scriptura diuinitus inspirata (testimonio beati Pauli) vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, 2.Timoth.3. vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus, mihi videtur hoc imprimis notandum iis qui versantur in scripturis sacris quædam in ipsis contineri purè diuina, in quibus cognoscendis fide opus Esa.7. est, sicut docet Esaias cùm ait. Nisi credideritis, non intelligetis. Illa enim excedũt omnem rationis potestatem, quare oportet captiuare in- 2.Corint.10. tellectum in obsequium fidei, quæ est substantia rerum sperandarum Hebr.11. & argumentum non apparentium. Quædam etiam in sacris Bibliis traduntur quæ cum recta ratione conseotiunt, vel potius ab ipsa proficiscuntur: quare sæpius in ipsis ea legimus quæ ad honestam politiam & rectam œconomiam spectant. Hæc autem ita coniunguntur quia operepretium est cuncta optimè ordinata verbo Dei dirigi & disponi. Omnem igitur, vel etiam totum hominem cùm instruat & perficiat scriptura sacra, eam & humana & diuina tractare & prescribere necesse est. In Christiano enim duplex est generatio & duplex homo, vt docet 1.Corint.15. Paulus cum ait: Primus homo de terra terrenus, secũdus homo de cœlo cœlestis. Opus est autem circunspectione & animaduersione non parua, vt discipiamus quæ humana & quæ diuina sunt præcepta, cùm fere per tota sacra Biblia ea permisceantur, nec libris, nec etiam capitibus discantur. Vetus etiam & trita est sacrorum Bibliorum partitio, qua diuiduntur in vetus & in nouum Testamentum, quæ sanè diuisio magis sumpta est ex modo tradendi diuini Testamenti, quàm ex rei ipsius essentiali distinctione. Nam vna & æterna est Dei voluntas & ordinatio de hominum salute quæ nunc vetus, nunc etiam nouum Testamentũ (non citra tamen iustam rationem) appellatur. Hic etiam aliquid conferet considerare quemadmodum scriptura sacra sicut per antropopathiam sæpius de Deo, vt de homine loquitur: ita humanitus solet hominibus loqui, cùm diuina proponit. Quod in hoc facilè cognoscitur, quia Dei ordinationem de hominum salute, Testamentum scriptura ipsa vocat metaphora sumpta à morientibus, qui animi sui sententiam & certum propositum rebus suis ordinatis, vt volunt, testãtur. Testatur namque nobis Deus certò de sua voluntate & ordinatione, per scripturam sacram quæ idcirco eius Testamentum vocatur. metalepsicus igitur pro re ipsa Testamento asserta & confirmata ceu ordinata sumitur Testamentum: vt etiam pro pacto & fœdere, quod Deus cum hominibus pepigit. Nam Deus fœdere quodam se nobis astrinxit, expositis conditionibus quid expectemus ab eo, & quid ipsi faciamus. Vult enim homines saluos facere, modo ipsum pro Deo suo agnoscant, venerentur, & fide, spe, innocentia, sanctitate, & charitate colant. Huc namque profectò referuntur in summa omnia propemodum diuina scripta. Hoc autem Testamentum & fœdus, hæc ordinatio & obtestatio Dei vnica incommutabilis & sempiterna est: Nam vna est omnium seculorum ecclesia, vna est sanctorum vera fides & religio. Veteris autem & noui Testamenti nomina ex tradendi modo profecta sunt, is enim diuersus est, etsi Testamentum ipsum vnicum est, quod ad ipsam substantiam attinet: hoc dilucidum erit expendentibus quæ res sint veteribus traditæ, eadem videlicet quas nobis reliquerunt apostoli: quod sanè sic sigillatim discutitur & deprehenditur. Veteribus traditum est vnum esse Deum, hunc solum summo honore, & Deo soli debito, colendum esse, colendum autem spiritu, innocentia & fide: item vnam esse orbis totius iustitiam & redemptionẽ, vnicum esse sacerdotem, summum & æternum, sacrificiumque perpetuum scilicet Iesum Christum Dei & hominis verè filium: Sperandam quoque animarũ perpetuitatem, atque & resurrectionem corporũ: bonorũ maiorumque iustum iudicium, in quo vnicuique, pro vt gesit, in proprio corpore reddetur. Hæc autem eadem nobis tradiderunt apostoli: Quare quod ad fidei Testamentumque substantiam attinet, idem prorsus traditum est vtrisque. Iam verò quod ad modum attinet quo alio atque alio illud nobis, idemque istis traditum est, Paulus apostolus, veteribus, inquit, omnia contingebant in figura: nobis autem illa euenere citra figuram. Christum enim qui legis perfectio est, dedit nobis Deus, vt nunc veluti presens, preteritumque, hoc est completum veneremur, quod isti complendum adhuc velatum in typo habebant, imo verius expectabant. Atque hunc admodũ tradendi ratio diuersa cernitur. Illi habebant figuras, nos ipsam rem: illi externis & ceremonialibus gaudebant, nos spiritualibus, significatisque rebus citra typos exultamus. Eo autem pertinet sacerdotium Aaronicũ & sacrificiorum cruentæ formæ variæ, typi sacerdotij & sacrificij Christi, quod quotidie in sacro, sancta missa recolit & celebrat catholica ecclesia, atque meo quidem iudicio, ex hac diuersa traditione existunt iam veteris & noui Testamenti voces. Siquidem ea traditio qua per typos & figuras religio tradita est veteribus, appellatur Testamentum vetus: sed ea quę citra figuras Christum, legis perfectionem, nobis describit & exhibet, nouum Testamentum dicitur: non quidem ideo nouum, quia veteres Christum nescierint, sed collatione ad vetus, & quod nouam multitudinem gentium scilicet ecclesiam, in hoc fœdus per Christum & predicationem Euangelicam constat esse receptam. Hinc igitur rectè intelligitur quo modo Biblia sacra, vetus & nouum Testamentum appellentur. Quia enim prioribus Bibliorum libris describuntur præcepta, traditiones, promissiones, facta, ritus, & modi varij, quibus Deus homines in Testamento fœdereque suo, & in religione vera instituit & deduxit: ideo Testamentum vetus appellari cœpere: aut etiam quia finem habere debebãt. Nam, vt inquit beatus Paulus Hebræis scribẽs, Quod antiquatur & senescit, prope interitum est. Quia autem libri posteriores describunt quomodo in Christo omnia impleta & innouata adeoque restituta sunt, quomodo item nouus populus ex Iudæis & Gẽtibus collectus in vnum corpus coierit, ideo, inquam, nouum Testamẽtum cognominati sunt: vel quia nouata omnia proponunt & commẽdant, aut etiam quia lex Euangelica semper est duratura. Præterea ex argumento & materia voluminum sacrorum Bibliorum canonici libri diuiduntur à quibusdam in quatuor partes, scilicet in legales (à cõmunibus appellationibus recedere nolo) historiales, sapientiales, ceu philosophicos & prophetales. Legales definiuntur, in quibus leges & iudicia ore Dei edita promulgantur. Historiales dicuntur, in quibus historiæ rerum gestarum narrantur: Sapiẽtiales ceu philosophici sunt, in quibus altior prudentia & vera sapientia edocetur. Prophetales denique in quibus futura certò vẽtura prænunciantur. Hæc sanè Bibliorum partitio, non parum adiumenti affert theologiæ studiosis, qui scripturam sacram vniuersam tritam & familiarem habere debent. In ea enim summatim complectendo hæc hunt. Primum Dei lex & voluntas omnibus qui salui esse volunt, necessariò tenenda, & obseruanda explicatur, deinde, quia cùm ad docendum, tum ad excitandum homines, exempla & facta pluritnum valent, subiunguntur gesta virorum & reproborum & iustorum, simul etiam Dei promissionum & comminationum completionis & executionis paradigmata: tum excellentior & perfectior doctrina proponitur, quia viri boni & electi, vt in virtute, sic etiam in cognitione proficere debent: denique quia fide & spe, maximè viuunt electi in hoc mundo, idcirco quæ sunt certò futura & euentura ipsis proponuntur. Sic autem libros canonicos sequendo hanc diuisionem ordinato. In diuisione librorum veteris Testamenti omnium doctorum iudicio legales sunt hi quinque, scilicet Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, & Deuteronomium. Historici sunt 19. scilicet, Iosue, Iudicum, Ruth, Regum libri 4, Paralipomenon ceu annalium libri 2, Esdræ libri 4, Tobias, Iudith, Ester, Iob, Machabęorum libri 2. Sapientiales ceu philosophici sunt hi, Scilicet Prouerbia, Ecclesiastes, Cantica, Sapientia & Ecclesiasticus. Prophetales denique sunt 18, scilicet Esaias, Ieremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, Oseas, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michęas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, & Malachias. Hic autem intelligendum est eos libros ita denominari, ob ea quæ precipuè in illis traduntur, non quia sæpius in singulis eorum lex, historia, sapientia, & prophetia non contineantur.

Eandem partitionem sortiti sunt libri noui Testamenti, in quo quatuor sunt legales, scilicet Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes. Vnus historialis, scilicet liber Actuum apostolicorũ: sapientiales vnus & viginti, scilicet 14. Epistolæ beati Pauli, & septem canonicæ, quarum vna est beati Iacobi, duæ beati Petri, tres beati Ioannis, & vna beati Iudæ. Propheralis est solus liber Apocalypsis. Sunt & aliæ sacrorum librorum, & maximè veteris Testamenti diuisiones, de quibus consulent qui volent plenus de hac re cognoscere, diuum Hieronimum in præfationibus librorum Regum, & Danielis. Diuum Augustinũ de doctrina Christiana libr. 2 c. 8. & Cyprianum in expositione symboli: Melitonem antiquissimę Sardensis ecclesiæ episcopum, de quo scripsit Eusebius ecclesiasticę historiæ libr. 4. c. 25. & Origenẽ in Psalmum primum, de quo etiam scripsit idem Eusebius historiæ ecclesiasticæ libr. 6. c. 18. Breuiter autem & facilè Hebræorum sensa de libris veteris Testamenti assequemur, si intellexerimus apud eos omnes libros in canonicos & in Apocriphos prima sectione distribui. Canonicos numerant nonnulli 22. nonnulli etiam 24. Apocriphi & extra canonem (Hebręorum quidem non autem christianorum & ecclesiæ catholicæ) positi qui sequuntur affirmantur, scilicet Tobias, Iudith, Sapientia Salomonis, & Ecclesiasticus siue sapientia Iesu filij Sirach, Baruch, Epistola Ieremiæ, canticum trium puerorum, Susannæ historia, de bele idolo, Machab. 1. & 2. tertium & quartum addunt nonnulli. Canonicos autem 24. id est indubitatæ auctoritatis, libros quos etrim vearba nuncupant, diuidunt in tres partes, scilicet in legem quam thorah dicunt (illos in Prophetas aliqui in priores & posteriores subdiuidunt) quos neuiim vocant, & in hagiographa quæ cetumim nuncupãt. Quam diuisionem videtur esse sequutus Christus Matth. 7. 11. & 22. Necnõ Lucæ vltimo, cùm partitus est libros veteris Testamenti in legem, prophetas & psalmos. Prima pars continet quinque libros Moysis, scilicet Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, & Deuteronomium. Secunda verò octo libros complexa est, scilicet Iosue, librum Iudicum, primum & secũdum Regum, tertium & quartum Regum, Esaiam, Ieremiam, Ezechielem, & duodecim prophetas minores, qui sunt Oseas, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Abacuc, Sophonias Aggæus, Zacharias & Malachias. Postrema denique pars continet vndecim libros, scilicet duos Paralipomenon, Psalterium, prouerbia Salomonis, Iob, Ruth, Ecclesiastem, Threnos, Canticum Canticorum, Esther, Danielem & Esdram. Hæ sunt vsitatiores & magis præcipuæ librorum diuinorum totius scripturæ sacræ diuisiones, quas tanquam imprimis vtiles subiun-

gere volui: reliquas autem quæ plures esse possunt pro cuiuslibet animaduersione singulorum diligentiæ reliquendo.

*Breuis summa totius scripturæ sacræ.* Cap. 12.

Priusquam huic primæ stromatωn Biblicorum parti finem imponerem, commodum duxi ascribere eam totius scripturæ sacræ, id est veteris & noui Testamenti librorum summam, quam pluris faciunt docti non pauci. Ea est eiusmodi. Docent nos libri veteris Testamēti, Deum illum quem coluerunt Abraham, Isaac & Iacob hebræi, solum verum esse Deum, eumque omnipotentem & æternum, qui propter bonitatem suam verbo suo cœlum & terram, & quæ in eis sunt creauit: à quo omnia procedunt, sine quo nihil quicquam est iustum & misericordē, qui que omnia operatur in omnibus secundum voluntatem suam: cui non licet dicere, quare sic vel sic faciat.

*Creatio hominis, peccatum, ira, mors & damnatio.*

Ad hæc docent ipsum hunc Deum creasse Adam primum hominem, ad imaginem & similitudinem suam, dominumque eum constituisse omnium creatorum in terra. Quiquidem Adam, inuidia & fraude diaboli, creatoris sui præcepto non obediens suo peccato, peccatū in hunc mundum inuexit tale, tantúmque, vt nos secundum carnem ab ipso progeniti, natura filij iræ simus, & ob id morti, damnationi, iugo & tyrannidi diaboli obnoxij reddamur.

*Promissus Christus. Fides antiquorum, gratia & Euangelium.*

Gen. 3. & 22. 2. Reg. 7. Esa. 53. Daniel. 9. Zacha. 3. Rom. 3. Gal. 3. Iere. 17. Rom. 3. Exod. 19. 20 2. Cor. 5. Rom. 3. & 4. Gala. 3. Rom. 8. Hebr. 7. 9. & 10. Rom. 5. Luc. 1. Gala. 4. Ephe. 2. Rom. 15. Ioan. 1. Esa. 53. 1. Ioan. 2. Ephe. 2. 1. Petr. 1. Luc. 1. Hebr. 2. Apoc. 1. Ephe. 1. Rom. 8. Ephe. 3. Ioan. 14. & 16. Ioan. 6. Ephe. 4. hebr. 11. Gal. 4. & 5. Ephe. 1. 2. Cor. 12. Rom. 8. & 5 1. Cor. 13. Tit. 2. & 3. Ephe. 1. Gal. 5. & 2. Ephe. 5. Hebr. 13. 1. Cor. 1. Hebr. 2. 2. Cor. 5.

Porrò autem promissum fuisse à Deo Patre semē illud benedictum Iesum Christum Filium suum saluatorem nostrū, ipsi Adæ, Abraham, Isaac, Iacob, Dauidi, & reliquis patribus, qui à peccatis & tyrannide diaboli liberaret eos, qui viua fide huic promissioni crederent, ipsique Iesu Christo siderent, liberationem hanc ab ipso & per ipsum sperātes. Est autē hæc promissio sæpissimè repetita in libris veteris Testamēti.

*Lex sine decalogus, Sacrificia veterum.*

Interea autem dum à patribus expectabatur promissa salus & liberatio, quia ea est hominum natura, tam superba atque adeo corrupta, vt non libenter ipsi velint, aut etiam tam cæca, vt non facilè possint se agnoscere peccatores, quibus promisso salutari sit opus, legem scriptā in tabulis lapideis datam fuisse à Deo per Moysen, vt per eam agnito peccato, & cordis humani malitia, ardentius sitirent homines Christi aduentum, qui ipsos à peccatis redimeret, quòd lex ipsa & legis sacrificia ac hostiæ non præstabant. Erant enim vmbræ & figuræ veræ oblationis Christi, qua peccata omnia obliteranda erant & abolenda.

*Iesus Christus saluator mundi mittitur.*

Noui autem libris docemur Christum illum promissum (qui est super omnia benedictus in secula) & in libris veteris Testamenti adumbratum, sacrificiis figuratum, & missum tandem à patre fuisse, eo tempore, quod apud se constituerat, & in prophetis prædixerat, eo inquam tempore quo abundabat iniquitas omnis: missum autem & incarnatum, mortuum, & ex mortuis resuscitatum, non ex bonis cuiusquam operibus (nam omnes erant peccatores) sed vt verax, abundantes gratiæ suæ diuitias quas promiserat exhiberet, & secundum misericordiam suam saluos nos faceret.

*Quæ & quanta nobis data in Christo. Agnus, hostia, pax, adoptio.*

In nouo igitur Testamento planissimè ostenditur, quòd Iesus Christus, verus agnus, & vera mundi hostia, venit vt nobis pacem cum patre conciliaret (ipse est enim pax nostra) lauando nos à peccatis nostris in sanguine suo, & liberaret à seruitute diaboli (cui peccando seruiebamus) in filiósque Dei adoptaremur per ipsum, & cohæredes eius efficeremur.

*Spiritus sanctus, fides.*

Vt autem singulare hoc & maximum optimi Dei beneficium ergà nos agnoscamus, dat nobis Deus spiritum suum sanctum, cuius fructus & donum est fides in Deum & Christum eius. Nam sine spiritu sancto, quo signamur, neque credere possumus Deum Patrem misisse Messiam, neque Iesum esse Christum. Nullus enim (inquit Paulus) dicere potest Dominus Iesus nisi in spiritu sancto.

*Obsignatio & securitas, charitas spes.*

Idē Spiritus testatur spiritui nostro, quod sumus filij Dei, & diffundit in viscera nostra eam charitatem, quam describit Paulus Corinthiis: præterea spem, quæ est vitæ æternæ expectatio, cuius idem ipse arrabo est & pignus, nobis impertitur, & alia spiritualia dona, de quibus Paulus ad Galatas. 5. c.

*Iustificatio & sanctificatio.*

Galat. 5. Iacob. 2. Rom. 5. 1. Cor. 1. Ioan. 10. Rom. 4. Ephe. 2. Gala. 2. 2. Corin. 5. Rom. 4.

Per hanc itaque in Christum fiduciam & fidem, quæ per charitatem operatur, & se charitatis operibus exerit, ad ea hominem mouens iustificamur, sanctificamur, non tantum quidem per imputatam sanctificationem & iustificationem, vt malè & ignoranter affirmant nonnulli, sed verè per gratiam Dei & patris Domini nostri Iesu Christi, qui pro nobis mortuus est & satisfecit, atque vt propter delicta nostra mortuus est, ita resurrexit propter iustificationem nostram, cuius meriti participes efficimur recipiendo ipsius sacramēta in ecclesia catholica, extra quam nec Christus, nec salus inuenitur.

*Bona opera, fides sine operibus inanis.*

Tit. 2. Mat. 7. Luc. 1. Ephe. 2. 2. Petr. 1. Colo. 1. 2. Corin. 6. 1. Ioan. 1. 2. 3.

Venit denique Christus ipse, vt nos per ipsum sanctificati & purificati à peccatis, voluntatem eius operibus bonis sectantes, quæ carnis sunt abnegemus, ac liberè seruiamus ei in iustitia & sanctitate omnibus diebus nostris: & vt per bona opera (quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus) nos ostendamus ad hanc gratiam vocatos. Quæ quidem bona opera, qui non habet, testatur se fidem in Christum non habere qualem ille in nobis requirit.

*Christus est suæ ecclesiæ omnia, est enim magister, pontifex mediator, aduocatus.*

Matth. 11. & 13. Ioan. 13. 1. Petr. 2. Heb. 4. & 12. 1. Timot. 2. 1. Ioan. 2. Ioan. 14. 15. & 16. Heb. 4. Marc. 1. 1. Timot. 1.

Ad eum oportet nos accedere, & alacri animo ipsum sequi, vt nos doceat & perficiat. Est enim caput sui corporis, quod est ecclesia, sanctorum communio. Est magister noster mitis & humilis corde: exemplar nostrum, à quo discere oportet innocētiam, patientiam, humilitatem, sobrietatem, fortitudinem, constantiam, omnes denique virtutes & iustam rectè viuendi normam. Noster præterea episcopus & summus pontifex, vnus mediator Dei & hominum, qui nunc ad dexteram Dei patris sedet nobis aduocatus factus, orans, interpellánsque pro nobis: qui proculdubio impetrabit, quod vel ab ipso, vel ipsius nomine à patre petierimus: si modo in fide petamus. Sic enim promisit: & qui in Christo sunt, pro beneficiis sibi collatis perpetuas agunt gratias.

*Pœnitentia, & peccatorum venia.*

1. Ioan. 1. Marc. 1. Matth. 4. Luc. 24. Hebr. 4.

Ne igitur dubitemus, si quando peccauerimus, cùm pœnitentia (ad quam nos initio statim suæ prædicationis inuitat & excitat) cumque fiducia accedere ad thronum gratiæ eius, credentes & sperantes quod misericordiam consequemur. Nam ideo venit, vt peccatores verè pœnitentes id est peccata detestantes, confitentes, relinquentes, & in seipsis punientes saluos faceret.

*Iudicium, vita æterna, mors siue damnatio æterna.*

2. Thess. 2. Matth. 25. 2. Corin. 5. 1. Corin. 15. 1. Corin. 15. Esa. 66. 2. Thess. 4.

Hic nimirū est Christus Iesus, qui post interfectum spiritu oris sui hominē peccati, sedebit in maiestate sua, omnes iudicaturus, voluetsa prius omnium qui mortui fuerūt hominum, carne ex mortuis resuscitata, & redditurus vnicuique propria corporis, pro vt gesit, siue bonū, siue malum, dicturúsque est iis qui à dextris erunt, qui in hoc mundo futura bona expectauerunt, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: iis autem qui à sinistris, discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Tunc verò finis erit, cùm regnum Deo & patri tradiderit filius, cum quo regnabunt sancti sine fine in secula seculorum.

2. Petr. 1. Matth. 16. Ioan. 20. Marc. vlt. Ephe. 4. Rom. 4. Ephe. 5. 2. Cor. 11. Ioan. 17. Ioan. 20. 1. Ioan. 3.

*Scriptura, ministerium verbi Dei, & sacramentorum. Finis ad quem omnia dirigamus.*

Hæc vt cognoscamus, bonitate Dei per spiritum eius sanctum tradita sunt nobis sacra Biblia, creditæ claues regni cœlorum, ipsumque diuinitus institutum est ministerium verbi Dei seu prædicationis euāgelicæ: instituta sunt sacramenta beneuolentiæ Dei, nostræque redemptionis signacula siue testimonia, & arcanorum Dei ac ecclesiæ mystica sacra, vt cognoscamus inquam & credamus vnum solum esse Deum verum, & quem misit Iesum Christum, vtque credentes vitam habeamus in nomine eius.

*Anathema à Christo.*

1. Corint. 3. Gala. 1. Rom. 11.

Præter hoc fundamentum nemo aliud potest ponere, optatque Paulus eum anathema esse, qui aliam fidem & salutem annonciarit quàm per Iesum Christum, etiam si fuerit angelus de cœlo. Domino Iesu Christo regi & redemptori nostro sit cum patre, & spiritu sancto, honor, laus & gloria, in secula seculorum, Amen.

# STROMATVM BIBLICORVM LIBER SECVNDVS.

## SEQVITVR SECVNDA PARS STROMATVM IN VNIVERSVM ORGANVM BIBLICVM, IN QVA BREVITER PROponuntur singulorum librorum veteris, atque noui Testamenti argumenta.

NON parum studiosos iuuerunt qui ad magnas & difficiles disciplinas facilius intelligendas summas breues, & compendia tradiderunt. Hoc autem cùm in omni amplarum scientiarum genere plurimùm adiumenti afferat, tum potissimum in immenso librorum sacrę scripturæ pelago enatando, in quo sine cortice perpauci natare valent, necessarium mihi videtur. Quare non satis laudari posse censeo omnium disciplinarum penu refertissimum diuum Hieronymum, qui inter cęteros, aut etiam plus cæteris in hoc elaborasse meo iudicio dicendus est. Hunc igitur imitatus & quæ difficile satis doctis tantū ille scripsit facilia & quasi popularia efficere cupiens, hac secunda stromatum nostrorū parte in vniuersum instrumentum Biblicum singulorum & omnium canonicorum librorum argumenta breuia & facilia subiicere (vt Deus dabit) proposui. Hic autem te præmonitū velim lector christiane, ne à nobis expectes rerum singularum minutias: sed præcipuorum propositorum summa capita. Hæc enim tantum persequi cutauimus, veriti ne hoc Bibliorum & commentariorum in eadem opus in immensum excresceret: facilitati igitur & breuitati, vt possumus, semper studemus, qui ne quicquam turgescentem paginam cane peius & angue odimus & vehementer damnamus.

*Argumentum in Genesim.*

Non citra mysterium initio scripturæ sactæ ponitur Genesis. Sic enim primum philosophorum de mundi æternitate delira dogmata tolluntur & solius Dei omnium rerum authoris, conseruatoris & gu-

Universidad de Deusto

bernatoris æternitas asserit. Quia igitur præcipuus Moysis scopus in hoc loco est docere omnium rerum principium & creationem, ideo hic liber Geneſis à septuaginta, & bereuith ab Hebræis dictus est. In hoc autem libro Moyses omnium sacrorum scriptorum veluti parens & canalis aureus, per quem cœlestis doctrina à Deo trãslata est ad homines, qui omnem pietatem, & veram sapientiam quinque libris mira diligentia & fide admirabili complexus est, exponit originem & causas omnium rerum, præsertim hominis ortum, qualis fuerit ab initio, quomodo lapsus & restitutus sit, quomodo ab vno nati sint omnes, perque terras sparsi, flagitiis enormibus, diluuium in se ab irato Deo deriuarint: rursus qui in illo seruati omnibus regnis dederint principium, postremo Abrahami, Isaaci, Iacobi & Ioseph sanctorum patriarcharum, qui ante legem scriptam vixerunt, vitæ describuntur, mores, illustria dicta & facta, religio, & quomodo è terra Chanaam descenderint in AEgyptum. Ob quos & alios viros beatos dictus est, à quibusdam hic Moſis liber primus, liber iustorũ: & si obtinuit & præualuit apud nos, & apud maiores nostros illorum appellatio, qui vocarunt Geneſim ab origine & generatione omnium rerum, à qua librum Moses auspicatur. Hic liber habet capita. 50. & inter legales recenſetur, præcipua hic sunt capita ceu proposita creatio mundi, diluuium cum arca Noe, cõfusio linguarum, electio populi Dei & eiusdem in AEgyptum per Dei prouidentiam descensus.

*Argumentum in secundum Moſis librum vulgò Exodum.*

In Exodo mira & benigna Dei in suos electos prouidentia demonstratur. Continet enim liber ille populi electi afflictionem purgatem, & ad Deum reducentem, simul etiam miraculosam ab AEgyptiorum tyrannide liberationem, cum victoria gloriosissima: habet enim Pharaonis atque AEgyptiorum decem plagas & submersionem duce Mose. Complectitur præterea illa quæ ad finem siue iustificationem, & ea quæ ad politiam spectant. Proponit siquidem pascha, decalogum, manna, cultum diuinum, ceremonias, & reliqua quæ ad formam professionis religiosæ tam in sacerdotibus quàm in plebeis & laicis reliquis pertinent. Tradit insuper populi Israelitici ingratitudinem in idololatria, in murmuratione, & gastrimargia, Dei autem bonitatem in parcendo, in concessa contra Amalecitas victoria, in directione secura tempore peregrinationis deserti, in data lege, in dato subsidio per arcam, in damnatis magistratibus, sacrificiis, & ceremoniis tabernaculi, arcæ, & reliqui vniuersi cultus diuini approbati. Hic autem liber 40. cap. constat & vulgò exitus à Latinis, à Græcis Exodus, & ab Hebræis velle semoth dicitur (quod idem significat quod, & hæc sunt) quia potissimum describit filiorum Israel ex AEgypto egressum & miracula quæ ante ipsum, in ipso, & post ipsum statim secuta sunt.

*Argumentum in tertium Moſi librum Leuiticum.*

In libro Leuitico docetur Deo esse sacrificandum, quibus sacrificiis Deus oblectetur, & quæ ipsorum sit ratio, atque in illis quæ forma sit seruanda. Continet igitur Leuiticus ceremonias, sacrificia, & ea omnia quæ pertinent ad cultum exteriorem, atque ad politiam ecclesiæ Iudaicæ in qua nihil est quod non figuret cœlestia sacramenta & diuina secreta complectatur. Quia autem hic agitur potissimum de vestibus Aaronis, de ordine & ministerio Leuitarum, ideirco dicitur hic liber vulgò Leuiticus, & à quibusdam lex sacerdotũ: ab Hebræis autem vaicta, id est, & vocauit, nuncupatur: à primo libri vocabulo: quæ nomenclatura familiaris est Hebræis in toto pẽtateucho. Hic ergo liber 27. c. omnia quæ ad cultum, professionem, & politiam exteriorem rerum spiritualium & ecclesiasticarum pertinent, fusè latéque complectitur. Hic manifestè videre licet quomodo omni lege & tẽpore Deus voluit coli sacrificio externo & publico per ministerium sacerdotum ordinatorium: vt nunc in lege euangelica fit per sacerdotes ordinatos, legitimos ecclesiæ ministros qui offerunt & sacrificant Deo viuo, vero & æterno sacrificium euangelicum & æternum secundum ritum Melchisedec sub speciebus panis & vini, ipsum, scilicet corpus Christi, quod semel cum sanguinis effusione in cruce oblatum est ad tollenda peccata mundi, & ad omnia pacificanda. Hoc autem sacrificium corporis Christi quod fit in ecclesia, ex ipsius institutione & præcepto figurabant illa veteris legis sacrificia, quæ hoc libro explicantur & proponuntur.

*Argumentum in quartum librum Moſi Numeros dictum.*

Quum ad perfectè instruendum hominem Christianum & pium duo requirantur, scilicet doctrina pietatis, veritatis & sinceritatis, atque eorum qui in eius praxi sese exercuerunt facta & exempla: vbi libris præcedentibus ea sunt proposita quæ & doctrinam legis & reliquorum politiæ Christianorum & piorum hominum necessariorum traditionem & præscriptionem complectuntur, hoc numerorum libro 36. c. ea proponuntur quæ ad facta & gesta populi Israelitici pertinent: puta quæ egerunt filij Israel in deserto Arabiæ per quadraginta annos scilicet à secundo anno post egressum ex AEgypto, vsque ad mortem Moſis & ingressum terræ Chanaam.

Pulchrum est hic videre numerationem multitudinis Israeliticæ tributim factam, pulchrum & vtile considerare descriptionem Leuitarũ, eorum officiorum, ministeriorum & iurium, bella quoque & victorias populi Israelitici, prophetiã & mysterium Balaam, rebellium acerbam diuinitus factam punitionem, & alia pleráque hic recensita & numerata. Vnde factum est vt hic liber vulgò & meritò liber numerorũ dicatur à Latinis: à Græcis ἀριθμοὶ, ab Hebræis autem vaiedabber, id est, & locutus est, à prima dictione denominatur, vel etiam banud bar, à quinta.

*Argumentum in quintum librum Moſi Deuteronomium vulgò dictum.*

Omnes ex populo Israelitico qui excedebant annos viginti, interierant propter incredulitatem, exceptis Iosuæ & Caleb. Ideo Moyses iteratò legem eandem quam prius in mõte Sinay tradiderat populo Dei proposuit in plano Moab iuxta fluuium Iordanem. Hic ergo liber 34. c. continet quandam præcedentium repetitionem & summã cum legis euangelicæ præfiguratione. Hic enim ea quæ sunt priora repetuntur vt sint noua de veteribus. Quare hic liber Deuteronomium vocatur à Græcis, secundaria lex à Latinis potest dici: Hebræi autem appellant elehadebbarim, a primis illius vocibus. Est autem adiectus hic liber superioribus à Moſe veluti enchiridion & compendium totius philosophiæ cœlestis, in quo continentur omnia quæ ad beatè viuendum pertinere videntur. Commendatur breuitate, & est quasi commentarius ac explicatio decalogi. Voluit autem Dominus hunc librum semper suorum atteri manibus. Nam in ipso ita attemperauit omnia, vt omnibus ætatibus conueniat & ordinibus. Hic finem habent libri Moseos qui cõtinent historiam annorũ 2570. Nam Geneſis habet annos 2390. ab Adam enim ad diluuium sunt anni 1656. A diluuio verò ad exitum Abrahæ è Chaldea 363. Iudæ verò ad mortem Ioseph 290. Exodus habet annos afflictionis residuos 140. primique exitus anni gesta: reliqui tres libri absoluunt 40. annorum spatium, quibus obertarunt in deserto: qui omnes collecti efficiunt annos 2570.

*Argumentum in librum Ioſue.*

Perpulchrum est videre hoc libro figurata ecclesiæ mysteria in Iosue duce fortissimo, in fœcũditate terræ, in certaminibus populi contra impios, in eiusdem victoria, in aduersariis ad exercitium electorũ, ne scilicet deliciis deliniti, torpescerent & impinguati cõtra Deum recalcitrarent relictis in medio eorum infidelibus. Potestas etiam Christi & Euangelij reiectis ceremoniis veteris legis defuncti Moysis, qui populum Dei in terram promissam introducere non valuit, apertè iudicatur: vt etiam quot & quanta veris Christianis, qui hic ab impiis vndequaque circumuallantur sint toleranda mala: simul quoque æternæ vitæ inexcogitabilis lætitia & fœlicitas adumbratur. Hic ergo liber, qui latinis est primus inter historicos, & Hebræis inter Prophetas priores, inscribitur ab Hebræis Iehoſua ben nun, id est Iehoſua filius Nun: à septuaginta verò vocatur Ἰησοῦς νυμφευτής, à Latinis autem appellatur liber Iosue. Is continet historiam annorum forte 26. aut 27. & videtur pendere à fine Deuteronomij atque 24. c. ostẽdit quomodo Iosue qui typum domini non solùm in gestis, sed etiam in nomine præfert, transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo: & per singulas vibes, viculos, montes, flumina, torrentes, atq; omnia confinia, ecclesiq; cœlestisque Ierusalem spiritualia regna describit: hic ergo habemus quandam terræ sanctæ Geographiam, & exemplum optimi principis & populi obsequentissimi.

*Argumentum in librum Iudicum.*

Deus bonus & prouidus, Vniuersi administrator, non solùm populũ sibi delegit, eundem lege diuinitus per Moysem data instituit, atque per Iosue in terram promissã aduersariis debellatis introduxit, sed etiã cùm homines sciret ad errorẽ cõcipiendum, & ad iniuriam inferendã prõptissimos, ipsis de iudicibus prouidere voluit, qui nũc ex hac, nunc verò ex illa tribu, non à populo, sed à domino electi, & spiritu prouidẽtiæ atque fortitudinis à Deo donati, ius populo Dei vice à morte Iosue vsque ad electionem Saulis primi Hebræorum regis dixerunt, eumque bello contra hostes defenderunt, effecerũntque vt vera per Moseu data lex siue religio in sua puritate maneret & obseruaretur. Quia igitur hic liber eorum gesta 21. c. complectitur, ideirco à Latinis dicitur liber Iudicum, à Græcis κριτῶν & ab Hebræis sophtim. Volunt Hæbrei Samuelem hunc librum scripsisse. Fuerunt autem in populo 13. Iudices eis annumerato Iosue. Denique hoc libro texitur historia annorum 336. si videlicet huc referas annos Iosue, & à Heli administratione priores annos 20.

*Argumentum in librum Ruth.*

Vt Dominus Deus omnium hominum & creator & conseruator est, & non tantum vnius gentis (& si quos vult eligit) ita sine personarum acceptione omnium est redemptor & saluator, neminẽ per ipsum saluari cupientem reiiciendo. Hoc vt nos doceret cùm homo factus est, dixit se velle ex omnibus hominibus Iudæis, scilicet & gentibus, vnum ouile facere, misitque apostolos ad omnes gẽtes in orbem vniuersum, vt cunctis annunciarent verbum salutis. Hoc figurauit cum genealogia carnali, descendit ex Ruth Moabitide muliere externa & à populo Dei aliena: sic enim significauit sua incarnatione & morte se Gentiles quoque sanctificaturum. Hoc igitur libro Ruth à potissima persona sic denominato. 4. c. texitur catalogus Dauidici adeoque messiæ generis ad sequentem historiam, & cognitionem promissionũ Dei oppidò vtilis. Pertinet autem historia ad tempora iudicum.

*Argumentum in primum librum Regum.*

Dominus Deus conuenientibus tempori & personis populum suum gubernans præfectis post Moſen, Iosue & Iudicer reges donauit, sub quorum monarchia quales extiterit status republicæ Israelitici populi declaratur 4. libris sequentibus. Docetur etiam qui reges & quandiu successiuè regnarunt: qualis fuit Dei cultus illorum tempore, quæ reuelationes ipsis regnantibus per prophetas factæ sunt quandiu duraut talis monarchia, & quare ipsis ablata est. Græci & Latini vocarunt hos quatuor libros, Regum libros: quia in ipsis vitæ & facta Regum præcipuè continentur. Hebræi autem vocant duos primos libros Samuelis, quia continent gesta duorum Regum vnctorum & inauguratorum ab ipso Samuele, scilicet Saulis & Dauidis, simul etiam conceptionem, natiuitatem, & gesta ipsius Samuelis. Primus ergo liber. 31. c. cõplectitur illa, quæ facta sunt in populo Dei sub directione Samuelis & Saulis, incipiendo à conceptione ipsius Samuelis & finiendo in morte Saulis.

*Argumentum in secundum librum Regum.*

Hoc libro ea continentur quæ ad regnum Dauidis spectant. In eo siquidem proponuntur eius illustria facta & regnum magnificum, ad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

duntur etiam ipsius afflictiones tam domesticæ quàm externæ, quibus superatis amplissimum regnum staõiliuit. In quo gessit typum Christi descensuri ex ipso, qui cum sua ecclesia & domesticas & externas persecutiones passus tandem illis deuictis triumphat cum suis electis in gloria summa & æterna. Hic liber constat. 24.c.

*Argumentum in tertium librum Regum.*

Hoc libro 23. recensentur reges qui regnarunt super populum Israel post Dauidem, & agitur de gestis eorum auspicando à Salomone eius filio persequendo vsque ad mortem Achab, docetur regnum bipartitò diuisum fuisse post mortem Salomonis, cuius filius Roboam rex fuit vnius partis quæ habebat duas tribus, scilicet Iudæ & Beniamin, quare ab eo tempore regnũ illius dictum fuit regnum Iudæ, altera verò pars habebat decem tribus, & dicebatur regnum Israel, quod datum fuit Ieroboam. Rex Iudæ sedebat Ierosolymis, rex verò Israel in Samaria. Hic ergo describuntur reges Iudæ & Israel.

*Argumentum in quartum librum Regum.*

Hoc libro 25.c. describuntur gesta regni Israel & Iudę: Israel, scilicet, à morte Achab vsque ad Oseam vltimum regem, qui cum Samaria captus fuit à rege Assyriorum à quo & decem tribus translatæ fuerũt in Assyriam. Quod autem ad Iudam spectat, à regno Ioram filij Iosaphat vsque ad Sedechiam, quo regnante vrbs Ierusalem capta, diruta & direpta fuit per Nabuchodonosorem regem Assyriorum: quando coram Sedechia eius filij trucidati sunt: ipse autẽ oculis priuatus, cum populo in Babylonem captiuus & cathenis vinctus ductus est, hic quoque multa narrantur insigniter & miraculosè gesta à prophetis, maximè verò ab Elia & Eliseo. additur tandem quædam regum, ex quibus descendit Christus, genealogia.

*Periocha breuis & vniuersa in omnes libros Regum.*

Opus hoc sanè varium est, & multiplex salutari variàque eruditione refertum. Confirmantur siquidem in illo & explicantur illustrissimis exemplis diuinæ & leges & promissiones. Hinc ducuntur Psalmi & sermones siue homeliæ prophetarum. Iudicum liber pinxit statum democratiæ siue malis aristocratiæ. Regum autem historia, monarchiam suis coloribus delineat: ergo non tantum persona regis describitur, sed aulæ quoque, & totius regni forma, boni & mali. Reperiuntur in his exempla omnium ordinum, sacra & prophana, mira legum variatio, religionis multiplex obseruatio, simul etiam neglectus, egregia exempla fidei, perfidiæ, prudentiæ, iustitiæ, fortitudinis. Denique omnium partiũ vitæ: item qui boni & fideles sacerdotes, qui peruersi: qui principes boni, qui tyranni. Verùm nemo potest obiter & in argumento immensam rerum augustissimarum materiam & vtilitatem amplissimam, istorum librorum complecti. Primus siquidem describit præcipuè Samuelis gesta & Saulis regnum: Secundus Dauidis: Tertius Salomonis gloriam pingit, & mox demonstrat quomodo præclara regna dilabantur, nisi conseruentur studio veræ pietatis, religionis, virtutis & concordiæ. Posteriori etiam parte ostenditur quomodo regis Israelitarum & Iudæorum mutuis ceciderunt vulneribus, quomodo reges AEgyptiorum & Assyriorum sibi in auxilium magnis sumptibus conduxerint, adeóque & occasionem dederint inuadendi regnum Israelitarum. Id quod quartus liber copiosè persequitur, addens & Iudęorum excidiũ, quod antecesserit principium captiuitatis, quæ incœpit à Iechonia, & incidit in annum à condito mundo 3430. historia enim Samuelis complebitur annis 100. videlicet Heli posteriores 20. Samuelis & Saulis 40. (actor. 13.) & Dauidis 40. at duo postremi libri Regum ad captiuitatem vsque habent annos 423. menses, quibus si addideris annos historiæ Mosaycæ & Iudicum, reperies 3430. annos. His adde captiuitatis Babilonicę 70. annos, & habebis à 20. Heli anno, annos 493. menses 6. Cæterùm in numerum 70. annorum captiuitatis venit liber Ius siue historia Hester. Notabile est quòd de libris Regum scripsit his verbis beatus Hieronymus: Si historiam respicias, verba simplicia sunt, si autem in literis sensum latentem inspexeris, ecclesiæ paucitas, & hæreticorum contra ecclesiam bella narrantur.

*Argumentum in libros paralipomenon.*

De hoc libro ita scribit beatus Hieronymus, Paralipomenon liber, id est veteris instrumenti epitome tantus ac talis est, vt absque illo si quis sciẽtiam scripturarum sacrarum sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat. Per singula quippe nomina iunctúráque verborum & prætermissæ in Regum libris tanguntur historiæ, & innumerabiles explicantur euangelij quæstiones. Hebræi vnum tantum faciunt librum, quem dicunt librum Chronicorum, hoc est descriptionẽ historię cum ordine & obseruatione temporum. Græci & Latini duos fecerunt libros, quia vnus videbatur prolixior reliquorum Bibliæ librorum comparatione, & appellarunt libros Paralipomenon, id est derelictorum, quia multa continent quæ relicta sunt in libris Regum: Hebræi verò vocant diute haiamin, id est verba dierum. Latinè dicas diaria siue annales. Primus liber continet breuem historiam genealogiæ filiorum Adam descendendo ad Abraham, Isaac, Iacob & 12. eius filios, & maximè Iudam, & hoc vsque ad Dauidem, quia Christus debebat ex eius semine nasci secundum carnem: continet etiam gesta Dauidis à tempore, quo adeptus est regnum post mortem Saulis vsque ad principiũ regni Salomonis, vel etiamnum vsque ad regni diuisionẽ. Illic autem non solùm ea recitantur quæ spectant ad administrationem ciuilem, sed etiam quæ ad ecclesiasticam & ad Dei cultum cum magna diligẽtia, quam adhibuit Dauid in parandis rebus necessariis ad constructionem templi, & ad vasa eius. Secundus Paralipomenon liber continet facta Regum Iuda & Israel à tempore Salomonis, & maximè à diuiso regno vsque ad destructionem Ierusalem & transmigrationem populi in Babyloniam. Omnia autem facta tam Dauidis quàm reliquorum Regum his libris non referuntur, qui sunt tantum quoddam compendium libri Chronicorum, quem Hebræi habebant passim in manibus, quem nunc non habent. Primus liber habet 29.c. secundus verò 36.

*Argumentum in primum Esdræ.*

Heronymus de hoc libro ita scriptum reliquit: Esdras & Nehemias, adiutor videlicet & consolator à Domino, in vno volumine arctantur instaurant templum, muros ciuitatis extruunt, omnisque illa turba populi redeuntis in patriam & descriptio sacerdotum Leuitarum, Israel proselitorum, ac per singulas familias murorum ac turrium opera diuisa aliud in cortice præferunt, aliud in medulla retineat. Hic enim liber (appellatus quidem nomine auctoris qui fuit sanctus scriba legis propheta & summus sacerdos) continet quemadmodum spiritus sanctus vsus est Esdra, vt in memoriam reduceret ea quæ volebat cognosci, perpetuò describi, & notari in ecclesia de liberatione sui populi, & regressu in terram sanctam tempore à Deo per prophetas ordinato & prædicto. Hoc ergo libro docetur quomodo populus captiuus rediit in terram propriam, vt ædificaret templum in Ierusalem, duce Zorobabel principe, & hoc iussu Cyri regis Babyloniæ, qui restituit vasa templi tam aurea quàm argentea quæ asportarat Nabuchodonosor. Docetur quoque templum cõstructum & perfectum fuisse anno post populi regressum quadragesimo, scilicet sexto Darij successoris Cyri: simul etiam Esdram (qui tum captiuus erat) rediisse in Ierusalem, cum magna populi multitudine, secumque detulisse ingentem auri & argenti copiam, aliáque multa quæ vtilia erãt templo & sacrificiis. Quidam putant hunc Esdram esse auctorem libri Chronicorum, quia in eius fine sequitur huius libri principium. Constat hic liber cap. 10.

*Argumentum in secundum librum Esdræ.*

Anno primo Cyri regis Babyloniæ populus captiuus reuersus est in terram suam sub Zorobabele ad ædificandum templum, quod perfectum fuit circiter annum quadragesimum postea, anno videlicet sexto Darij successoris Cyri. Anno autẽ vicesimo ipsius Darij Nehemias sanctus & bonus (qui remanserat in captiuitate cum multis aliis Iudæis) cùm valeret familiaritate apud regem, cuius pincerna erat, ab eo obtinuit literas & mandatum de reædificanda ciuitate Ierusalem, cuius muri etiam tunc destructi erant. Constitutus igitur fuit à rege & reparator murorum & patriæ gubernator. Quo in negotio strenuè se gessit, incœptum opus perficiendo aduersariis etiam obstantibus, vt hoc libro declaratur, qui quia continet excellentia facta & dicta ipsius Nehemiæ, eius nomine appellatur. Vocatur etiam secundus liber Esdræ, quia quæ hic recitantur, sunt scripta per Esdram, hic autem liber habet. 13.c.

*Argumentum in tertium librum Esdræ.*

Hic liber planam habet historiam, in eóque repetuntur quædam alibi scripta, circa captiuitatem Babylonicam tempore Iosiæ, quædam etiam proponuntur quæ contigerunt sub Zorobabele & Esdra, additur etiam solutio quæstionis, quæ non caret fructu & oblectatione, habet. 9.c.

*Argumentum in quartum librum Esdræ.*

Hic liber cum multis aliis ab Hebræis in canone non agnoscitur, vtilia tamen & lectione digna multa complectitur. Iucundum namque & vtile est videre in eo visiones & somnia de populi Iudæorum liberatione à captiuitate, simul etiam de templi in Ierusalem restauratione. habet. 16.c.

*Argumentum in librum Tobiæ.*

Tobias ex tribu & ciuitate Nephtalim fuit. 45 captus cùm fuisset in diebus Samanasar regis Assyriorum captiuitate etiamnum pressus viam veritatis non deseruit, sed ita eam est professus, vt quæcunque habere poterat, quotidie cõcaptiuis fratribus qui erant ex eius genere impartiret. In eo igitur habemus vtilissimũ exemplũ confessionis fidei & religionis, seruatæ bonitatis, exercitij operũ misericordiæ erga proximos indigentes, patientiæ in aduersis, institutionis prolis & totius familiæ, honestatis casti matrimonij, spei in Deum firmæ, & denique tãdem liberationis post longam per afflictiones varias probationem, hic liber habet. 13 c

*Argumentum in librum Iudith.*

Scripturæ sacræ & religionis Christianę secretum est non minus cõsideratione quàm admiratione dignum, quia Deus omnipotens, iustus, bonus & misericors, tum agere & potestatem suam indicare incipit cum deficit omne humanum auxilium, hoc autem fit vt Deo omnipotenti omnis gloria & victoria tribuatur subacta omni humana arrogantia: illi autem proximum est hoc mysterium christianissimi, quod Deus omnipotens consuevit eligere quæ stulta sunt mundi, vt confundat sapientes, & infirma vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia, & etiam ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destruat, sicut apostolus. 1. corint. 1. tradit. Hæc autem duo secreta diuinæ maiestatis hoc libro proponuntur, in quo docemur quomodo rebus omnino apud Iudæos desperatis, Deus per fœminam deuicit Holofernem, quem omnes nationes verebantur & pertimescebant. Hic ergo disce quàm sit Deus mirabilis in operibus suis, simul etiam quòd in illis vtitur nõ quibuslibet, sed iis qui ipsum amant & piè colunt, qualis fuit Iudith vidua inuenis castissima. Hic liber constat. 16.c. 1. Corint. 1.

*Argumentum in librum Esther.*

Historia Esther quæ accidit tempore captiuitatis quando Iudæi apud Persas, Medos, Assyrios, & Chaldęos in exilio agebant ab Hebræis asseritur scripta à Mardochæo, quod colligunt ex capite nono huius libri. Quæ autem hoc libro recitantur, videntur nonnullis facta esse sub Astyage, cui (vt aiunt) fortassis permiserat potentissimus Nabuchodonosoris filius & princeps monarcha Euilmerodach imperium in eas Gentes, quas primum caput Esther recensет. Idem dictus viderur (quantum ex. 9. Danielis c. coniectari ferè licet) Assuerus regiæ dignitatis vocabulo, qui re vera appellabatur Astyages. 15. videlicet qui Cyri fuit auus maternus, pater Darij, nõ Hystaspis, sed prisci illius ac medi,

Universidad de Deusto



à Xenophonte Cyaxares cognominati, qui secum in mediam abduxit Danielem,tum quoque Satrapias possides 120. Septem enim quas pater Assuerus, sicut Esther 1. dicitur possederat,tunc cesserant haud dubio Persis, quibus tandem & reliquę subiiciebantur, post mortem videlicet Darij Medi,cuius filiam vxorem duxerat Cyrus, victor Dominus & monarcha Babylonis, Mediæ & Persiæ. Verum vtcunque id habeat,describitur hoc libro vita aulica, mundana stulta, insana & pernicioſa. Splendent ibi,luxúque dissoluta ac perdita sunt omnia. Sunt ibidem & casus tristes,anxietates,pericula,proditiones,conferuntur inter se Vasthi superba ac rebellis & Esther humilis, pia obsequens,& pudica. Aman exemplum prefert ambitioſi iniusti & crudelis tyranni, qui ex modicis initiis effertur in summum dignitatis fastigium, & protinus deiicitur,ac suspendio finit vitam,exemplum instabilis fortunæ,& quid maneat crudelia cõsilia omnibus in aula versantibus relinquens, Contrà verò Mardochæus typus est optimi principis,omnibúsque virtutibus exornatissimi, cuius stabilis est fortuna, seruárque virtutibus suis & se & populum suum, sed & studiis suis plurimum prodest regi externo. Quemadmodum autem libellus Ruth,ita hic quoque ex præcipua persona nomen accepit, constat autem.16.c. Notandum etiam quòd hucusque recensuimus omnes libros diuinæ historiæ quę ab initio mundi ad reparatam vsque Hierosolymorum vrbem,hoc est,vsque ad tricesimum secũdum annum Darij, comprehendit annos 3488. mẽses sex. Tot enim reperiet quisquis sacram historiam diligenter euoluerit. Hanc enim supputationem ex annis patriarchartum,Iudicum, Regum ac ducum subduximus,non ignari Iosephum, Eusebium, & alios pleróſque aliud sequutos esse.

*Argumentum in librum Iob.*

Iob re vera extitisse docetur Ezechiel 14. & Iacob 5. c. Is autẽ proponitur à Deo vt forma perfecta religioſi hominis ac verè sapientis, qui nec secundis rebus insolescit,nec aduersis frangitur,vt deserat Deũ summum bonum. De hoc libro,ita scripsit beatus Hieron. Iob exemplar patientiæ, quæ non mysteria suo sermone complectitur? Singula in eo verba plena sunt sensibus. Is manifestissimè de corporũ resurrectione prophetat. Et si antiquissimum fuisse Iob, constat, non tamen quo tempore vixerit docet scriptura. Philo affirmat eum vixisse tempore Iacob, & eius filiam Dinam in vxorẽ duxisse. Affirmant Hebræi quidam Mosen auctorem esse huius libri. Hic autẽ notandũ Iob bonã tueri causam, sed non semper debito modo ipsam defendere, multa magis ex animi impetu,quàm ex recta ratione proferendo,contrà autem eius amici malam causam prudentius videntur tueri. Dicebant enim Deum nunquam aduersitates immittere nisi propter peccata punienda,qua re ad impatientiam,desperationem, & contra Deum murmurationem ipsum inducere tentabant. Tandem proponitur iusta Dei misericordia in ipsius liberatione & iustificatione aduersariis eius confutatis. Hic liber constat,42.c

*Argumentum in Psalterium.*

Liber Psalmorum,opus est planè diuinum,varium,mirè elegans,iucundum,vtile & eruditum. Voluit autem Dei sapientia,quæ omnes disciplinas perstrinxit & musicam attingere puréque tractare, vt sic à musica impuriore ac planè lasciua homines abstrahere posset. Ergo quæcunque Dauid cæterique eius Gentis viri philosophi, poëtæ, sacerdotes,viti docti,pij sanctique, sancta & erudita cantica conscripsere de variis rebus per tempora varia & diuersa,ea omnia voluit in hoc libro semel exhibere mundo sanctissimus Deus. Cõtinent enim Psalmi laudes diuinas,retúmque diuinarum varia exempla,vt pote inuocationis, supplicationis, querelarum, gratiarum actionis & pœnitentiæ. Scripti sunt alij de variis vitæ officiis,de egregiis dictis & factis. Item de impiis dictis & factis:breuiter omnis generis vitæ formas hic liber suppeditat, docens quomodo in omnibus casibus vitæ oporteat esse animatos Dei seruos. Hebræi vocant hoc opus nomine significante cantiones, quas vulgò odas dicimus, id est cantilenas laudum diuinarum: Græci verò appellãt Psalmos, quod vocabulum significat instrumenti musici sonum: quia in congregatione populi hæ sanctæ cantilenæ decantabantur aliquo musico instrumento, vt qui aderant attentiores redderentur ad ea,que dicebantur intelligenda. Variæ sunt Psalmorum inscriptiones. Quia etiam Dauid composuit bonam partem horum Psalmorum, ideo dicuntur Psami Danidici. Illorum collectio Esdræ tribuitur Psalmi autem sunt numero 150. Cęterum tãta est Psalmorum horum excellẽtia, difficultas & diuinitas (tam non semper ex æquo suum spiritum effundit Dominus Deus) vt omnes eruditi & sapiẽtes christiani, ipsos se magis admirari quam intelligere semper sint professi. Omnia siquidem prorsus mysteria diuina atque religionis christianæ sacramenta in Psalmis velut in magno quodam & communi thesauro sunt abscondita & recondita. Vnde sanè factum est,quod ecclesia à spiritu sancto directa, Psalmos magis quàm vllam aliam scripturam semper frequentauit. Psalmodia enim est veluti epinicium quod ecclesia celebrat parta victoria & pace obtenta: vt etiam est quædam diuina armatura,qua muniuntur christiani contra quoslibet aduersarios. Psalmus namque nihil aliud videtur esse,quàm vehemens fidei feruor,quo accensi pij christiani, non possunt non erumpere in laudes Dei tam voce, quàm organis & aliis instrmentis decãtando & publicè profitendo eius sapientiam,omnipotentiam, bonitatem, pronidẽtiam, atque opera mirabilia,in ipso exultando, sperando & omnino cõfitendo,quod omnes & singuli Psalmi apertè indicant. Ad hæc vt ritè atque secundum Dei institutionem, hi Psalmi decantentur,diligens habenda est ratio temporis, loci, personarum & finis. Tanta est namque horum Psalmorum diuinitas,vt in loco sacro, nempe in templo, tempore orationis publicæ,à personis ad hoc vocatis, scilicet ecclesiæ ministris, iisdémque sanctis & mundis,ad Dei gloriam,& pro vera ecclesia, contra impiorum & factioſorum malignam proteruiã decantari debeant Quod facilè intelligent qui legerint quæ in libris Regum & Paralipomenon,de his Psalmis decantandis dicuntur. Quare iustissimè & ex scriptura sacra,horum diuinorum Psalmorum decantatio prohibetur, passim à quibuslibet fieri, cùm videlicet ea Psalmorum institutioni repugnet, & per eam tam diuina mysteria prophanentur, cùm ab hominibus impuris,ore polluto, & corde deliciis mundi infecto assumãtur. & sæpe carnalibus coinquinationibus admisceãtur. Vide de hac re prioris paralipo. 15.c. & 16 & posse.29. Quod autem ad factioſos spectat,certum est eos in suis concursibus, etiam si Psalmi in linguã gallicam rectè & fideliter translati essent, non cantare Psalmos Dauidis,sed Satanæ:cùm videlicet Dauidis scripta non pro vera ecclesia cum spiritu sancto & Dauide accipiant, sed isdem cum Satana cõtra ipsam pro sua malignantium colligata diuisione, malè exponendo abutantur. Non est enim verbum Dei in litera, sed in sensu & spiritu. Illi igitur verorum christianorum simiæ, qui in suis concursibus cantant triumphum ante victoriam,& si Dauidis scripta reboãt, nihil nisi Satanicum habent,quia Dauidis mentem & sensum non sequuntur. Illis sanè meritò attribui potest quod scribitur Amos 6. his verbis:separati sunt in diem malum,& appropinquant solio iniquitatis, qui canunt ad vocem Psalterij: sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici. Etsi etiam Iudæi decantabant Psalmos Dauidis lingua Hebræa; in qua à Dauide fuerant compositi, non tamen sequitur quòd passim cantarentur & intelligerentur: nam erat quodammodo diuersum idioma populi & eruditorum. Nihil igitur concludunt qui volunt eos vernaculè decantari,quia Hebraice,id est Iudeorum lingua,sunt editi & cantati. Habemus enim multa gallica scripta, quæ vulgus ignorat. Is igitur honos deferatur tam diuinis scriptis,vt in sola ecclesia decantẽtur,vt instituit Dauid. Non probo tamen interim obscœnas & turpes cantilenas quæ cor impudicum & libidine infectum arguunt, nec volo christianos omni lætitia priuatos mœrore contabescere, sed peropto omnia ordinatè fieri, quod erit,si extra ecclesiam frequententur quædam cantiones spirituales. Sacris autem templis diuini planè Dauidis Psalmi reseruentur. Melius est etiam Psalmos Latinè decãtari, quàm vernaculè, vt videlicet retineatur in ecclesia donum linguæ, & quædam conformitas generalis atque intelligentia: vt populus qui fere semper parui facit quæ habet familiaria,maiorem habeat deuotionem, atque etiam vt diuina mysteria non omnibus sint peruia, & sic non contemnantur. Prudenter etiam institutũ est omnia publica in christianismo Latinè fieri & non vernaculè,vt videlicet si quis alterius idiomatis nostram ecclesiam intret, nos intelligat, nec simus inuicem barbari, quod melius euitari non potuit,quàm lingua Latina omnium cõmunissima. Diligens etiam perscrutator comperiet quod in ecclesia officia publica sunt semper peracta lingua aut Hæbrea, aut Græca, aut Latina, quod debere ita fieri forsan admoniti sumus diuinitus,quando titulus Christi in cruce patientis illis tribus linguis scriptus fuit.

*Argumentum in Prouerbia Salomonis.*

Salomon pacificus,& amabilis Domini mores corrigit,naturam docet,ecclesiam iungit & Christum, sanctarúmque nuptiarum dulce canit epithalamium. Omni lege dotauit quosdam Dominus Deus,mirabili sapientia ad ecclesiæ suæ ædificationem. Talis autem fuit in lege veteri rex Salomõ,& Paulus in lege euangelica. De Salomonis autem sapientia,historia Regum apertè testatur. 3.lib. 3. c. Locutus est autem Salomon ter mille sententias,vt scribitur 3.Regum 4.c. quibus vnumquenque docuit quomodo prudenter hæc vita peragi possit. Quia autem tales sententiæ per similitudines & comparationes sunt traditæ, Hebræi eas appellant misle, nomine significante parabolas. Græci autem vocant paræmias,nomine videlicet significante prouerbia, id est sententias conducibiles ad honestæ vitæ rationem,& graues in quibus vnum dicitur, & aliud intelligitur sæpius. Hic autem Prouerbiorum liber perficitur 31.cap.

*Argumentum in Ecclesiasten Salomonis.*

Sapientissimus Salomon hoc libro 12. c. homines omnes docet quæ ipsis sunt ad salutem necessaria, quare nomine concionatoris vocatur, non quidem,quia talis esset,sed quia ea quæ solent concionatores proponere tradit. Eius autem scopus est ad Dei cognitionem & veram fœlicitatem homines adducere,quod vt fiat,refutat eorum opiniones,qui summum bonum collocarunt in scientia, siue peritia multarum rerum, in voluptatibus, in gloria siue excellentia, aut in diuitiis: vbi interim de iusto & moderato vsu voluptatum & facultarum præcipit. Caduca igitur contemnere,Deum timere, mandata eius seruare,ipsi fide,spe & charitate inhærere,fœlicitas est hominis christiani in hac vita. Hic liber ab Hebræis coheleth, à Græcis ecclesiastes, & à Latinis concionator vocatur.

*Argumentum in Canticum Canticorum.*

Hic liber dicitur Canticum Canticorum quia continet Canticum vnum ex multis confectum, vel quia est excellentissimum & præstantissimum carmen. Ea est enim euidentia & significatio geminationis Hebraicæ:ita enim dicunt sanctum sanctorum,id est sanctum sanctissimum. Hic autem liber planè est allegoricus & similitudinibus totus constat,figurato enim sermone docet quale & quantum bonum sit cõiungi cum Deo:id quod est verè summũ bonum. Fingitur Deus sponsus,& sponsa fidelis anima, multa mẽtio amorum,complexuum,osculorum, pulchritudinis, & formæ. Quibus omnibus adumbrauit diuini amoris & diuinæ conjunctionis ingenium,iucunditatem & vim. Ita enim voluit balbutire nobiscum diuina bonitas,id est,sese nobis loquẽdo attemperare, quãdoquidem in rebus humanis amore nihil est suauius, admirabilius & efficacius. Nemo ergo hic fœdum amorem,aut lasciui obscœnique quicquam concipiat. Sacra namque,casta & pudica hic sunt omnia. Hoc namque Canticum.8.c.cõstans,totum est mysticum,Christi erga sponsam suam ecclesiam,ac rursus sponsæ erga spon-

Universidad de Deusto
Biblioteca



sum incomprehensibilis amoris plenissimum.

*Argumentum in librum Sapientiæ.*

Quia hoc libro agitur de rebus magnis, & imprimis notatu & scitu dignis, scilicet de regimine prælatorum, de conseruatione iustitiæ, de idolorum contemptu, & de aduentu atque passione Christi, qui est vera sapientia, idcirco nomen sapientiæ sortitus est: Vt etiam inter reliquos libros qui vitæ institutа tradunt apud plerósque locum habet. Quia enim varia & grauia sapientiæ dogmata in eo traduntur, & quæ sapientię Salomonis digna esse videntur, idcirco forsan hic liber à plerísque Salomoni tribuitur. Constat 19. c. quibus vera sapientia commendatur & eiusdem pestis funestissima idolorum cultus reprehenditur & damnatur.

*Argumentum in Ecclesiasticum.*

Hic liber tribuitur Iesu filio Sirach. Cuiuscúque autem sit in eo 51 c. agitur de officio superiorum erga subditos, & obedientia subditorum erga superiores, de institutione bonorum morum, & de nobilitate sapientię, atque de laude sanctorum, pleráque habet cum Prouerbiis Salomonis communia. Ad finem attexit præclaram sanctorum patrum laudem & fidei eorum commendationem, quo forsan respexit apostolus Paulus cùm 11. c. ad Hebræos scriberet: in quo fidem quoque antiquorum celebrauit, non tam vt cognoscceremus, quàm vt imitari anniteremur. Religiosè autem totum opus suum oratione ad Deum fusa conclusit.

*Vniuersale in omnes prophetarum libros argumentum.*

Sequuntur iam libri siue orationes, sermones aut Homeliæ, declamationésue prophetarum. Fuerunt autem prophetæ, vates & oratores diuini, viri philosophi seu sapientes, concionatores sacri, sacerdotes, aut alioqui è plebe selecti homines, vitæ, morúmque magistri, pietate vitę, rerum peritia, spiritus feruore, animi constantia & dexteritate, eloquẽtia denique vberrima efficacissimáque illustres & prorsus admirabiles. Apud priscum quidem illud seculum mediæque ætatis homines quàm plures floruisse prophetas clarissimos constat, inter quos fuere Samuel, Elias, Nathan, Elisęus, Micheas filius Iemla, quorum sermones ex integro ad nos non peruenere nisi quatenus eorum dicta aut facta describuntur in historia sacra: interim tamen quantum nobis necesse & satis est veluti per manus accepimus, orationes scilicet ac lucubrationes sexdecim maximè illustriũ prophetarum. Hi omnes omnia sua dicta & facta ad Christum cõmunem Bibliorũ scopũ dirigunt. Partim verò historias contexunt, partim orationes componunt. In historiis exempla proponunt vitæ, fidei ac virtutum: proponunt diuinam potentiam, veritatem ac bonitatem. In orationibus pulchre docent, quale sit Dei propositum, quæ eius voluntas, quibus oblectetur vel offendatur, quomodo illi seruiẽdum sit in fide veritate, iustitia, integritate ac charitate, hortãtur, dehortantur, & consolantur. Grauissime accusant scelera, In primis neglectum fœderis, idololatriam & perfidiam, homicidia, periuria, fraudes, dolos, vsuram, pauperum oppressionem, iniurias, stupra, luxum, adulteria, & id genus alia flagitia, omnibus modis vocant ad pœnitentiam, proponunt promissiones & beneficia Dei, premia amplissima, minantur iram, & dira Dei supplicia. Rursus de semine Abrahæ, Christo Domino vero Deo & homine ac benedictione eius, de redemptione, iustificatione, deque regno & vniuerso mysterio eius. Item de Gentium vocatione, Iudæorum repudio, & de gloria ecclesiæ, ac virtutibus à Deo clarè apertéque disserunt, vt historiam euangelicam rerum præteritarum & non futurarũ contexuisse videantur. Atque hic ille communis est scopus omnium sanctorum Dei propheta rum, qui non tantum prædicebant futura sibi reuelata, sed etiam legem Dei exponebant eam suo tempori accommodantes: cui non addiderunt aliquid cõtrarium, sed ipsam exposuerunt & rebus singulis applicarunt. Deus namque bonus & omnipotens cùm lege data populum suum instruxisset, gestis fortium virorum ad virtutem animasset, & doctrina profundiori tam agendorum quam sperandorum admonuisset, noluit quoque ipsi cum per humanam infirmitatem á lege declinasset deesse: sed per seruos suos prophetas plenius edocuit, & ad se reducere curauit, per illos omnibus palam faciens quàm sit vtile Dei mandata seruare, & quàm periculosum eadem transgredi: hoc fit hodie per doctores & concionatores quod olim per prophetas. Tria autem in summa viderunt, & proposuerunt prophetæ, scilicet promissiones Dei iis factas, qui eius legem obseruant, comminationes iis qui violant & transgrediuntur eandem, atque fœdus reconciliationis in Christo Mediatore, qui est finis & scopus legis. Prophetæ ergo minantur, reprehendunt, admonent & consolantur, Christi officium proponentes in omnibus electis reconciliandis, & in vnum ouile coadunandis. Scripta autem prophetarũ sunt eorum conciones, quas postquam ad populum habuerant, valuis templi affigebant, quæ post aliquot tempus à ministris templi collectę, asseruabantur Deo sua prouidentia id faciente, ad suæ ecclesiæ ædificationem, & ad perpetuam veritatis confirmationem.

*Argumentum in Esaiam Prophetam.*

Esaias erat sanguine regio procreatus: erat siquidem filius Amos fratris Azariæ regis Iuda. Is liberalibus disciplinis institutus fuit, & prophetauit ad minimum annos 60. Incœpit enim florere à tempore Oziæ, & persecutus est per tempora Ioathan, Acham & Ezechiæ vsque ad Manassen, à quo est interfectus. Vt autem ex Oziæ & Manasśis regno nihil accipiamus imperium trium aliorum Regum prorogatur in 61. annum. Quinque primis c. (habet autem 66) sui seculi corruptissimum statum accusat, & reuocat ad pœnitentiam. Deinde subiicit visionem quandam sibi temporibus Ioatham exhibitam. Hinc collocat orationes habitas temporibus Achaz, denunciat & peregrinis quibusdam gentibus, quid ipsis euenturum sit. Præterea bellum illud Assyriacum, memorabile, grauissimum & reuera admirandum, diligenter describit, & quas ante hoc bellum habuit orationes ad regem, & ad plebem. A 40. verò cap. de liberatione per Cyrũ à Babylonica captiuitate prophetat, consolans populum Domini afflictum, & vbique veram religionem defendens, falsam oppugnans. Postremò 2. 49. c. in finem vsque libri vaticinatur apertissimè de Christo & eius ecclesia.

*Argumentum in Ieremiam Prophetam.*

Ieremias natus fuit Anathoth, quæ est vibs terræ Beniamin, tribus milibus ab Ierusalẽ distans. Is fuit filius Helciæ summi pontificis qui inuenit librum legis, quem regi Iosię tradidit, vt scribitur 2. Reg. 22. c. Hic in vtero matris sanctificatus est, & admodum iuuenis prophetare cœpit, & captiuitatem vrbis atque Iudeæ, non solùm spiritu, sed & oculis carnis intuitus est. Iam enim decem tribus Israel Assyrij in Medos transtulerant: iam terras eorum Coloniæ possidebant. Quare in Iuda tantum, & in Beniamin prophetauit, atque ciuitatis suæ ruinas quadruplici planxit alphabeto. Ipse prophetare exorsus est anno 13. Iosiæ, & continuauit 18. annos sub ipsius regno, deinde tribus mensibus sub Ioacham, vndecim annis sub Eliacim dicto Ioacim, aliis tribus mensibus sub Ioachim, & tandem sub Sedechia vndecim annis vsque ad transmigrationem Babylonis. Quod tempus absque eo quod prophetauit post ipsam trãsmigrationem superat annos 40. Is cum luctu & lamentationibus prædixit & denunciauit euersionem Ierusalem, captiuitatem populi in Babylonia, & ipsius liberationem post annos 70. prædixit præterea euersionem multorum regnorum & nationum, & earum subiugationem à Babyloniis, quos tandem per Medos & Persas vicinos populos euertendos affirmat. Præterea multum minatur: simul etiam consolatur populum Dei quem breui affligendum, propter suam obstinationem prædicit. Remittit denique omnes ad Christum nostrum omnium liberatorem & Dominum. hæc autem facit. 52. c.

*Argumentum in lamentationes Ieremiæ.*

His 5. c. lamentationum deflet sanctæ ciuitatis Ierusalem, sui populi, & totius regni destructionem. adduntur quibusdam versibus literæ Hebraicæ, vel ad mysterium, vel ad memoriam iuuandam, vel ad rei vehementiæ maiorem expressionem. Postquam igitur in captiuitatem redactus est Israel, & Ierusalem deserta est, sedit Ieremias propheta flens & plangens super Ierusalem hac lamentatione. Amaro igitur animo suspirans & eiulans dixit ita. Quomodo sedet, &c. In hoc autem scripti genere apparent mira argumenta, tam diuinæ iustitiæ, quàm etiã eius bonitatis. Hic liber ab Hebræis dicitur cinoth, à Græcis threni, à Latinis lamentationes.

*Argumentum in librum Baruch.*

Baruch tempore quo deuastata est Ierusalem scripsit librum, quem legit coram rege Iechonia, & vniuerso populo. Tribuit autem Deo iustitiam, qui meritum Iudæis supplicium irrogarit, cõfitetur peccatum, accusátque Gentis suæ ceruicosam inobedientiam, atque perfidiam. Præter ea veniam orat delictorum, & vt Deus populi sui misertus, tandem eum reducat in patriam. Vt autem fidem in illorum cordibus excitet, promittit restitutionem Israelis. Epistola vero Ieremiæ adiecta libello Baruch, admonitio est docta & euidens, ne videlicet Iudæi captiui in Babylone, à Deo vero auersi, deos reuereantur Babyloniorum. Quare grauissimè inuehitur in idololatriam, suadens vt verum Deum adorent, & ei seruiant. liber habet. 6. c

*Argumentum in Ezechielem.*

Ezechiel qui eo tempore in Babylonia prophetauit quos Ieremias in Ierusalem fuit filius Buzi pontificis. Is monuit regem Ioachim dictum Iechoniam, quo in periculo versabatur Nabuchodonosor vrbem Ierusalem obsidente, quam propter peccata populi Deus iratus euertere proposuerat. Is ergo præuidens iudicium Dei, consuluit regi, vt propriam vitã & vrbem seruaret, se dedẽdo Nabuchodonosori. Quod fecit rex, qui cum familia sua regia & populo multo, in Babyloniam fuit translatus captiuus, vt scribitur 4. Reg. 24. c. Cùm autem euersa vrbs nõ esset, quia videlicet rex se dederat, ideo multi qui Ierosolymis remanserãt, & etiam qui captiui ducti fuerãt in Babylonẽ murmurarunt contra Prophetas qui id consuluerant, ipsorum prophetias deridendo. Quare noua visione ipsos cõfirmat Ieremias in Ierusalem. & Ezechiel in Babylonia. Eius autem admonitio prophetica absoluitur. 48. c.

*Argumentum in Danielem Prophetam.*

Daniel puer fuit de semine regio, & de principibus Iuda. Is translatus in Babyloniam cum Ioacim filio Iosiæ, iussu regis Nabuchodonosor, instructus fuit in doctrina philosophorum Chaldæorum, cui dans operam, nec se pollut superstitionibus idololatrarum, nec à puritate suæ religionis discessit. Dominus enim Deus qui ipsum elegerat in fidelem sui verbi ministrum eundem sancto timore primùm, deinde prophetiæ dono ornauit, vt videre est in hoc libro ex reuelationibus ipsi factis, quibus futurum mundi statum declarat & prædicit exponendis quatuor monarchiis vsque ad finem mundi duraturis. Prædicit etiam tempus aduentus Christi, excellentiam regni illius, potestatem Antichristo datam, vt electis & filiis Dei noceat, & tempus quo duratura est illa potestas. Prædicit tandem Christum gloriosum & triumphantem iudicium magnum facturum, ad electorum exaltationem & gloriam, atque ad reproborum & iniquorum ruinam & pernicietm. habet aut. cap. 14.

*Argumentum in Prophetas minores.*

Sequuntur Prophetæ 12. quos appellant minores, non sanè propter exilitatem argumenti, aut operis ac eruditionis, sed propter breuitatem, & quod superioribus quatuor, quos maiores vocant, magnitudine, prolixitate, & copia sunt dispares.

*Argumentum in Oseam.*

Oseas eloquens, & eruditus, tanto est obscurior quanto succinctior,

prophetauit

prophetauit maximè contra decem tribus, id est, contra regnum Israëliticum, quamquam & tribum Iuda alicubi etiam perstringit. Increpat scelera sacerdotum, principum & populi: Fuit enim acer idololatriæ & scelerum insectator, religionisque & iustitiæ veræ constans & fortis defensor. Suadet illis pœnitentiam ni perire velint, differit & de vocatione omnium gentium, habet. c. 14.

*Argumentum in Ioelem.*

Quum prophetæ tria potissimum spectent, scilicet ostensionem & increpationem peccatorum: iram & vindictam Dei contra illa, cum exhortatione ad pœnitentiam: & consolationem conscientiarum contritarum & turbatarum proponenda certitudine diuinæ promissionis, vt in ipsa cognoscatur Messias, per quem omnes liberantur: hic Propheta ad pœnitentiam populum suum exhortatur proponenda Dei misericordia per Christũ eiusque dona promittẽdo per spiritus sancti concessionem: quorum donorum prædicatorem habemus beatum Petrum in Actis. hic liber habet c. 3.

*Argumentum in Amos Prophetam.*

Amos idiota & rusticus à domino missus est vt acri oratione decem tribus increparet quæ per idololatriam, à cultu Dei, & regno Dauid erant auulsæ. Contra gentes quoque prædicauit. Infestus autem admodum fuit religionibus Ieroboamiticis & sacerdotum mollicie. Prophetauit etiam de vocatione gentium. Vixit autem & docuit regnante in Israële Ieroboam inuiore, & in Iuda rege Ozia. habet c. 9.

*Argumentum in Abdiam Prophetam.*

Quum vniuersa scriptura sacra comminationes contra reprobos, & promissiones erga prædestinatos contineat, hic prophetiæ liber vtrumque complectitur. Nam minatur dominus exitium Edon ecu Esau, id est aduersariis populi electi, qui per Esau, Edon id est rufum Iacob electi persecutorem significantur in scriptura sacra. Populus nanque Dei per Cyrum regem Persarum de captiuitate Chaldęorum reuocatus in Ierusalem ab aduersariis affligebatur, contra quos Dei iussa hic Propheta locutus est quæ hic scribuntur. Consolatur autem & cohortatur pios & electos Dei, vt spe liberationis fulti & gloria futura allecti, fortiter atque patienter pro iustitia quidlibet patiantur. Constat vnico tantum capite.

*Argumentum in Ionam Prophetam.*

Ionas Christi domini figura, relictis Iudæis, gentibus scilicet Niniuitis monarchiæ Assyriorum præcipuis populis prædicauit, quos sine miraculis ad pœnitentiam paucorum dierum prædicatione adduxit. hic consideratione dignum est Deum velle omnes saluos fieri, & nationum aut personarum nequaquam acceptatorem esse. humanum autem quippiam passus est hic Propheta cum fugit à facie domini, vt etiam cum timuit Deum misericordia apud Niniuitas vsurum. Hoc facto discendum quanta sit Dei optimi in vere pœnitentes peccatores bonitas, vt etiam quam grauissimè in malis obstinatos puniat. Hic Propheta vixit tempore Ieroboam filij Ioas regis Israël, vt patet, 4. reg. 14. c. hic liber habet c. 4.

*Argumentum in Michæam.*

Dominus Deus per Michęam peccatores reprehendit, ad pœnitentiam vocat, & ne de Dei misericordia desperent pœnitentes consolatur. Prophætauit contra Samariam, contra Iuda & contra Israëlem. Contra Samariam quidem, quia duo illa regna idololatria infecit: contra populum suum autem, quia in veri Dei cultu non permansit. maximè autem primores populi reprehendit increpando vehementer fallos Prophetas. prophetat de restitutione per Christum, de regno Christi, de gentium vocatione. Docet euidenter salutem obtingere per Christum credentibus, & veram pietatem, verum esse Dei cultum. hæc propheria constat c. 7.

*Argumentum in Nahum Prophetam.*

Dominus Deus qui pœnitentibus parcit, & obstinatos peccatores condemnat perditque: vt Niniuitis ad predicationem Ionæ pœnitentibus pepercerat, ita eosdem peccata sua repetentes deleuit per Nabuchodonosorem. hoc prædicit Nahum, qui hoc pacto captiuos & seruientes Iudæos valde consolatur: hinc discamus dominum Deum omnia videre, & adducere in iudicium quęcunque fiunt in mundo vniuerso. Non satis autem constat quo tempore vixerit hic Propheta, videtur autem non longe abfuisse à tempore Ezechiæ regis Iudæ. constat hic liber c. 3.

*Argumentum in Abacuc Prophetam.*

Vix vllum est scripti genus quod magis Dei electos consoletur hac prophetia. Abacuc namque talis est vocatus, id est, luctator fortis, quod cum Deo ipso, pro ipsius electis contra reprobos disputarit, & quodam modo pugnarit. Is enim à domino Deo est ausus quærere quare permittat bonos vexari, & impios prospere agere. Edoctus est autem à Deo Babylonios esse extollendos, qui tamen erant idololatræ pessimi: electos vero deprimẽdos, quod illum attonitum reddit, quoad intellexit Deum secreto suo iudicio electos suos, per impios punire, vt resipiscant, qui tandem eosdem ad se redeuntes recipit & extollit, impiis & reprobis omnino depressis & confusis. Is namque Babylonios elatos funditus euertit, postquam per eos castigauit populum suum, quem tandem afflictum & resipiscentem recepit & magnifice extulit. hic liber constat 3. c. & videtur esse eiusdem materiæ cum psal. 72.

*Argumentum in Sophoniam.*

Sophonias Iosiæ regis Iuda temporibus prophetauit cum Ieremia. Is spiritu prophetico videns Deum iratum contra Iudam, propter varia scelera, maximè autem propter idololatriam, prędicit vrbis & regni destructionem, atque populi in captiuitatem abductionem. Iudęos tandem adpœnitentiam exhortatur, & alit spe liberationis per misericordiam Dei, qui per Christum omnes ad pœnitentiam recipit cum eos Deum offendisse verè pœnitet: vt tandem cunctos populi sui aduersarios penitus euertit. hæc autem sunt figura eorum quæ fiunt in lege noua, in veris christianis & tyrannis, atque hęreticis Dei electorum aduersariis. constat. 3. cap.

*Argumentum in Prophetam Aggæum.*

Quum expletis 70. annis captiuitatis babylonicæ secundum prędictionem Ieremiæ, populus Dei rediisset in terram suam anno primo Cyri (vt scribitur in principio Esdræ) cœpit reædificare templum: a cuius tamen constructione impeditus fuit per Assyrios, qui tunc illic habitabant, per illos videlicet quos rex Assyriorum illuc miserat, vt terram habitarent, loco decem tribuum Iudæ, quæ in Babyloniam captiuæ deductæ fuerant. Durauit autem eiusmodi impedimentum vsque ad secundum annum Darij regis, & monarchiæ Babyloniorum. Quo tempore surrexit Aggæus Propheta, qui spiritu Dei impulsus incitauit populum, vt persequeretur cœptum opus restaurationis templi, cum arguendo negligentiæ, quod videlicet non ardentius opus Dei curaret. Quod in causa erat quare Deus contra ipsum irascebatur, atque variis plagis afficiebat: quarum sit mentio in principio prophetiæ. Quędam etiam proponuntur de regno Christi & de vocatione gentium. Constat autem hæc prophetia. c. 2.

*Argumentum in Zachariam Prophetam.*

Zachariam eiusdem fuisse temporis cum Aggęo testatur Esdras. Is cum ipso idem propositum habuit, scilicet populum animare ad reædificationem templi. & potissimum ciuitatis. Amplius autem scribit quàm Aggęus, Christi ecclesiam intelligens per ciuitatem quam vult ædificari: cuius ecclesiæ ædificandæ diligentem curam vult adhiberi à pastoribus: admoneos interim fugienda esse patrum delicta, ne illarum pœnarum fiamus participes. Christum autem, eius ecclesiam, & electos extollit atque omnibus afflictionibus liberandos prędicit, vt etiam reprobos cum Antichristo euertendos prænunciat. constat cap. 13.

*Argumentum in Prophetam Malachiam.*

Malachias omnium prophetarũ ordine postremus, secutus est idem institutum cum Aggęo & Zacharia. Nam vt illi templum & ciuitatem restaurari curarunt, ita hic ordinem sacerdotalem repurgari tentauit. Sacerdotum peccata detegit & arguit, ob quæ multa mala populo Dei accidisse affirmat, & ipsum ordinem sacerdotalem contemptibilem effectum esse testatur. Tandem omnes adducit ad Christum, qui est solus verus sacerdos, & vera hostia munda, quæ in omni loco offertur Deo, vt quasi omnium prophetarum propositum concludendo doceat lege & prophetis solum Christum quæri, cui inhęrere debent quicunque saluari volunt: cum is sit legis & prophetarum finis, soluisque Dei & hominum mediator: per cuius in cruce afflictiuam oblationem, omnes qui credentes ipsi obsequuntur, Deo patri reconciliantur, & per cuius etiam eucharisticam in missa oblationem, Deo aguntur perpetuo gratię in ecclesia, & de peccatis post baptismum admissis redintegramur & reparamur, vt eius passionis fructus participes simus, atque ipsum corporaliter & sacramentaliter ex illius institutione sumentes per ipsum, patri re vera coniungamur. Quæ sola coniunctio nos consumat & perfectè beatos effcit. Constat 3. c.

*Argumentum in priorem librum Machabæorum.*

Quàm variis afflictionibus populum suum exerceat dominus: & etiam valde miraculosè eundem resipiscentem liberet, testantur facile quæ erga illum gesta sunt in AEgypto, in terra Chanaam, in Assyria, & in Babylonia homines nanque in iis quæ sunt Dei gloriæ, & propriæ salutis torpescentes & negligentes eo modo excitare solet Deus, vt tandem eos quasi desperatos liberando, suam potestatem & bonitatem infinitam ostendat. Hoc maxime dignoscitur ista Machabæorum historia: in qua recenterur quomodo omnibus turbatis, & quasi deploratis, circa veram religionẽ, tyrannide impii idololatræ Antiochi, dominus suscitauit virum fortissimum Mathathiam, per quem populum suum liberauit, & sinceram religionem vindicauit prostrata aduersariorum superba protetuia. Cæterum Mathathias & filij eius Machabæi, dicti à Iuda Machabæo, qui primus constitutus fuit dux & princeps. erant gentis sacerdotalis nomine Asmodeorum, qui ita dicebãtur propter quendam Asmodeum à quo descenderant. Illi in seipsis cõiunxerunt potestatẽ regiam, & dignitatẽ sacerdotalem etsi reges dici noluerunt ante Aristobulũ filium Ioannis Hircani filij Ioannis Machabæi, qui capiti suo imposuit regiam coronam, & regium nomen accepit: huius libri author est incertus. constat c. 16.

De libris Machabæorum sic habet beatus Hieronymus, in prefatione eorundem Machabæorum libri, licet non habeantur in canone hebręorum, tamen ab ecclesia inter diuinorum voluminum annotantur historias.

*Argumentum in secundum librum Machabæorum.*

Secundus Machabæorum liber 15. c. multa populo Dei vtilissima complectitur & exempla & documenta. Multas siquidem retexit historias, quæ priore libro puriore simplicitate sunt expositæ. Continet percelebre illud septem fratrum martyrium, & Eleazari senis omnibus piis imitandam constantiam ac fidem: quæ Cæcilius Cyprianus in exhortatione ad martyrium copiose producit. Quia autem hic liber continet nonnulla quæ familiorem Dei ac beatorum spirituum cum electis hominibus coiunctionem significant, & multum ad pietatem conducunt, ideo ab impiis & schysmaticis reiicitur. Verùm quicunque spiritu sancto prędditi in ecclesia Dei catholica religiosè viuunt, longe aliter sentiunt ex eo pietatis doctrinam cum ipsa ecclesia accipientes: eiusmodi sunt sanctorum orationes, & sacrificia, pre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cęsque pro liberatione animarum imperfectorum christianorum, qui expectando Dei gratiam in purgatorio, peccatorum suorum pœnas luunt. Addunt aliqui librum tertium, & quandam Iosyppi historiam: sed quia de illis ecclesia nondum determinauit, vt canonicos illos libros, non recipio. Vtępiæ autem historiæ legi possunt.

*Supputatio temporum vsque ad aduentum Christi.*

Cæterum à 32. Darij anno, qui incidit in 3. annum olympiadis 72. nihil habemus veteris ac canonicæ scripturæ, vsque ad tempora Christi, nisi ea potissimum quæ propheta Daniel, cum Zacharia euidenter adumbrauit, nempe, imperium à Persis transterendum ad Macedones, ab his rursum ad Romanos: at sub his oriturũ Christum dominum, qui peccata mũdi expiet, iustitiam sempiternam adducat, gentibúsque sibi adiunctis, iudaicam gentem repudiet, subuerso simul templo, & vrbe per Romanos radicitus excisa. Atque harum quidem stupendarum profecto rerum supputationem, hoc est annorum numerum adiiciens, ait. Numerabis ab extructa siue restaurata vrbe, hoc est à Darij 32. hebdomadas 69. id est, annos 483. (totidem enim annos efficient 69. per septenarium numerum multiplicata) & habebis annos Christi, aduentus inquam in carnem. Et cum hac supputatione congruunt etiam gentium olympiades. Olympias apud illos habuit annos 4. Incidit ergo Darij 32. annus in olympiadis 72. annum 3. porro octauij Augusti Cæsaris 42. annus, in quo constat Christum dominum in carnem venisse, incidit in olympiadis 194. annum 3. Iam ergo si à 194. subducas superiores 72. remanebunt 122. olympiades, quas si multiplices per quaternarium numerum, colliges annos 488. tempus videlicet hebdomadum, quinque duntaxat annis superantibus. Dixi enim. 69. hebdomades conficere annos 483. Atqui exiguus hic. 5. annorum numerus tantæ luci nullas offundit tenebras. Habemus ergo in bibliis certam & continuam ab exordio mundi ad Christum vsque historiam. Et haud dubie dedisset scriptores ecclesiæ plures diuina sapientia, nisi iudicasset has notas, & compendium illud Danielis, sufficere piis. Hæc de canonicis veteris testamenti libris dixerimus, quibus subiicięda sunt argumenta librorum noui Testamenti.

*Argumentum in nouum Testamentum.*

Postquam Deus æternus, idemque optimus & maximus, cum hominibus per Christum proprium & consubstantialem sibi filium nouum & æternum fœdus pactúmque iniit, quod eiusdem etiam Christi sanguine & morte confirmatum est, voluit illud hominibus prędicari & palam denunciari, vt videlicet omnes intelligant sibi paratam esse in Christo, per Dei gratiam, salutem, si ipsi credãt atque obediant. Est enim Christus factus omnibus sibi obtemperantibus causa salutis æternæ. Hoc salutis & reconciliationis verbum, vniuerso orbi annunciarunt Apostoli, aliique ecclesiæ pastores, atque etiam scriptis nobis illorum posteris reliquerunt, vt videlicet non alibi quàm in Christo, per Dei magnificentiam salutem quęramus. Vt autem hoc intelligamus, qui sequuntur libri canonici noui Testamenti, sunt nobis à spiritu sancto in ecclesia propositi. Inter scriptores autem noui testamenti primum locum occupant euangelistæ, id est, euangelicæ historiæ scriptores. Est autem euangelium, vox huius significationis noua, nouæ rei indita. Veteres enim τὰ εὐαγγελια appellarunt quæ dabantur fausta nunciantibus. Cicero enim ad Atticum, sic ait. O suaues epistolas, quibus euangelium deberi fateor. Nos verò vsurpamus, non pro ipso premio, sed pro ipso nuncio læto, id est, pro prędicatione rei beatæ & fœlicis, quod videlicet datus est nobis à patre cœlesti filius, & in hoc omnia, quæ ad bene beatæque viuendum pertinent. Angelus enim Domini apud Lucam ad pastores clamat. Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quoniam natus est vobis hodie saluator, qui est Christus Iesus. Euangelium ergo nobis prędicat gaudium & animi tranquillitatem, quæ existit ex eo, quod filium suum misit Deus propitiationem & redemptionem totius mundi. Quo nomine & Paulus euangelium esse finiuit Dei virtutem, in salutem omni credenti. Nam potentia Dei, siue brachium Dei, filius Dei est Iesus Christus Dominus noster, qui omnibus verè credentibus ad iustitiam & salutem consequendam satis est. Proinde, qui hoc negotium salutis ac iustitiæ, quomodo videlicet in mundum venerit Christus, quomodo fidem & pœnitentiam docuerit & mundum redemerit à diabolo & omni iniquitate, describunt, euangelistæ appellantur, qui quatuor tantum numerantur, & libros noui Testamenti legem continentes, ediderunt.

*Argumentum in Matthæum euangelistam.*

Matthæus qui & Leui, ex publicano, Apostolus primus in Iudæa, propter eos qui ex circuncisione crediderant euangelium Christi hebraicis literis verbisque composuit nono ab ascensione Domini, vt quibusdam visum est, anno. Eius autem scripta, quis postea in vsum græcum transtulerit, non satis certum est. Indicat autem pulchro & historico ordine, & mira rerum digestione & luce, Natalem Christi, & quæ præcesserunt reuelationem & publicam functionem eius. Deinde verò vbi iam officio suo fungi iuciperet, quomodo & quales delegerit discipulos, quod docendi genus secutus sit, quid & quomodo docuerit, rursus quanta miracula designarit, quantaue beneficia contulerit populo: Item quid egerit publice, quid priuatim, quid cum aduersariis, quid cum amicis, quid cum infirmis & peccatoribus, quid cum obstinatis & contemptoribus. Explicat præterea quibus claruit virtutibus, quomodo exemplum prætulerit vitæ, quanta polluerit authoritate. Postremo quomodo à discipulo Iudæis proditus, ab his gentibus traditus, indignissime tractatus, tandem & in crucem actus, mortuus sit & sepultus, tertia vero die resurrexerit, rediuiuum se suis exhibuerit, hinc cœlos ascenderit, missis in orbem terræ Apostolis, qui omnibus salutem per mortem Christi partam nunciarent, & credentes Deo, totos consecrarent: habet autem c. 28.

*Argumentum in Marcum Euangelistam.*

Affirmant plerique beatum Marcum sancti Petri fuisse discipulum, & ita euangelium descripsisse vt ab ipso acceperat. Quisquis autem fuerit, certum est illum spiritu sancto prędito admirabili eruditione, fide atque diligentia euangelium conscripsisse. Nam compendio quæ sunt de Christo credenda, docta quadam breuitate constringit, & nobis ceu epitomen euangelicæ historiæ, reliquit. Christi siquidem & diuinitatem, & humanitatem, eius gestis proponendis, atque etiam christianismi summam 16. c. proponit.

*Argumentum in beatum Lucam.*

Sanctus Lucas natione Antiochensis, arte medicus, non fuit Apostolus, sed Apostolicus Apostolorũ scilicet discipulus, & comes individuus, pręsertim autẽ beati Pauli. Ille duos conscripsit de euangelica historia libros: priore, complexus est dicta & facta Christi, vt Matthęus & Marcus. Fertur autem eum scripsisse in partibus Achaiæ, sicut Matthæum in Iudæa, & Marcum in Italia. Copiose ea quæ sunt Christi legationis 14. c. explicauit. Vixit 84. annos, nec vxorem duxit.

*Argumentum in beatum Ioannem Euangelistam.*

Ioannes & Matthæus inter euangelistas sunt oculati & auriti testes: quæ enim referũt, ea viderũt magnáque gestarũ rerum pars ipsi fuerunt. Nam ab ipso domino Iesu, inter prępcipuos allecti sunt in collegium apostolicum. Ioannes autem sero tandem post alios, suam historiam de incarnato verbo Dei scripsisse, atque euulgasse dicitur. Scriptis namque Matthæi voluit quodammodo adiicere coronidem doctrinarum ac sermonum Christi, maximéque earum rerum, quas alij videbantur prętermisisse, aut breuius perstrinxisse: maximè autem quoad Christi diuinitatem spectat: habet c. 21. hic Ioannes, virgo permansit.

*Argumentum in acta Apostolorum.*

Beatus Lucas, posteriori suo libro exponit, quibus modis Christus reliquerit terras, vbi, quo loco, quibus modis aduenerit promissus ille spiritus, quibus initiis cœperit ecclesia, quæ fuerit eius infantia, quę amplificatio & auctus, quæ ecclesiæ iustæ facies, quæ doctrina Apostolorum, qui veteris ecclesiæ ritus, quæ studia, quæ religio, quæ fides, quæ doctrina falsa, quinam falsi Prophetæ, qui veri, qualia vtrorumque ingenia, quæ artes, qui mores, qualia sunt mundi studia, quales persequentium animi, qualisue successus. Item quomodo receperit mundus euangelium. Plurima enim scribuntur de Petri, & aliorum Apostolorum concionibus & factis, de Pauli Apostoli prędicatione & perfectionibus. Vnde & acta Apostolorum liber dictus est, habet c. 28.

*Supputatio temporum noui Testamenti.*

Continet vniuersa apostolica & euangelica historia annos circiter 60. Nam Christus videtur natus fuisse annos 33. cum numeraretur. 18. annus Tiberij Cæsaris, eodem autem sublatus est in crucem. Inde vero ad 4. Neronis annum supputantur anni. 28. Et Paulus secundo Neronis anno Romam vinctus venit, & biennium in libera custodia exegit, hactenus autem historiam suam texuit Lucas, qui vixit annos 84. & bona pace excedens, sepultus est in Bithynia.

*Argumentum in epistolas Apostolorum.*

Quum, vt non dormit, neque dormitat qui custodit Israël, ita non dormiat, neque dormitet qui oppugnat Israël, id est, qui ecclesiam Dei conturbat & oppugnat perditus Satanas: effecit spiritus sanctus, fidelium instructor & protector, vt iidem, non tantum de veritate euangelicæ salutis edocerẽtur, per Apostolorum tam prędicationem quàm scripturam, sed etiam aduersus veritatis euangelicæ corruptores & oppugnatores munirentur omni tempore quo hic militabit ecclesia. Hinc igitur factum est quod post euangelia, quæ sunt legis supplementum, & in quibus nobis exempla, & præcepta viuendi plenissimè digesta sunt, Apostoli & generatim & speciatim conscriptis epistolis Dei electos admonere & pręmunire aduersus ecclesię hostes, & veritatis astutos deprauatores voluerunt. Sic enim præsentia atque etiam futura resecarũt vitia & postea orituras excludere, dissoluerẽque quæstiones, in hoc prophetas secuti, qui post editam & traditam legem à Moyse, in qua omnia Dei mandata legebantur, nihilominus tamen doctrina sua semper repullulãtia populi peccata compressere: & propterea exemplum viuendi, libros ad nostram etiam vsque memoriam transmiserunt. Hi autem libri noui Testamenti doctrinæ & sapientię diuinę excellentiam continent.

*Argumentum in epistolam beati Pauli ad Romanos.*

Quantus extiterit beatus Paulus & quanta cum diligentia & humilitate ipsius scripta legi debeant, satis indicant hęc Apostolorum coryphæi beati Petri verba, frater noster Paulus secundum diuinitus sibi concessam sapientiam, scripsit multa difficilia intellectu. In hac autem epistola quam scripsit ad Romanos, id est, ad omnes qui Romæ fidem Christi profitebantur summa christianismi arcana complexus est. Hæc autem sunt capita totius amplissimæ epistolæ, omnes tam Iudæi, quam Græci habent accessum ad Deum per fidem in Christum, qui cunctos saluos cupiens pro omnibus homo factus, mortuus est, resurrexit, & cœlo conscenso sedit interpellans in dextra patris. Vnum ergo est nunc ouile & vnus pastor. Tam lex

quam natura impotens est ad iustificandum: ante omnia ergo disputat apostolus de peccato, & euincit omnes homines esse peccato obnoxios: deinde differit de iustitia, & ostendit sola Christi gratia per fidem, & non per opera vel merita vlla primum iustificari credentes. Mox effectum gratiæ & fidei explicat, docens iustificatos spiritu facta carnis mortificare, cauere sibi à scelerib⁹, viuere sancte & moderate debere. Præterea disputat de lege, & vi legis, de pugna & ingenio renati hominis, de vocatione gentiũ, & repudio, restitutione quoque Iudæorum, postremo vitam christianorum instituit variis & salutaribus præceptis. Constat epistola 16.c. missa fuit à Corintho.

*Argumentum in priorem beati Pauli ad Corinthios Epistolam.*

Corinthij inter Achaicos præcipui ab Apostolo christianisunm edocti à falsis prophetis seducti fuerant. Hos igitur ad veram fidem reuocat. Epistolæ autem hæc sunt capita. Corrigit præcipue Corinthiæ ecclesiæ vitia: differit contra philosophiam secularem pro simplicitate Euangelij, de ministerio verbi Dei & prouentu siue gloria, quæ inde existit ad Deum referenda: differit etiam contra infamem Corinthiorum luxum & libidinem: Item de coniugio, diuortio, digamia & virginitate: disputat de cultu peregrino, de probatis christianorum sacris rite celebrandis restituendisque, de charismatibus ecclesiæ variis, & concordia siue charitate, de linguis & vsu prophetiæ, de resurrectione mortuorum, & aliis plerisque rebus vtilibus. Constat 16.c. missa est ab Epheso per Timotheum: alij volunt missam esse è Philippis per Stephanum & Fortunatum & Achaicũ & Timotheum.

*Argumentum in secundam ad Corinthios Epistolam.*

Hæc Epistola tota est consolatoria & apologetica. Corinthios namque pœnitentes consolatur, & ad meliora hortatur. Se autem aduersus Iudæos & alios veritatis fidei & religionis christianæ aduersarios defendit, & suam doctoris & Apostoli authoritatem dignitatémue strenuè tuetur & defendit, docens quo & quàm forti animo esse debeat ecclesiæ pastor & verus minister. Epistolæ capita hæc sunt. Confert legem cum Euangelio: Ostendit quanta cum puritate Euangelium prædicarit, quantis etiam cum periculis & quanto cum successu, differit item de beneficentia in pauperes. Postremo plurima congerit de rebus suis, pro asserenda sua authoritate contra pseudoapostolos. Constat Epistola 13.c. missa fuit à Troade per Titum secundum Latinos: è Philippis autem Macedoniæ per Titum & Lucam secundum Græcos.

*Argumentum in Epistolam beati Pauli ad Galatas*

Hac Epistola plane edocemur quanta constantia & firmitas sit christianis necessaria, vt in fide semel susceptа perseuerent, nec circunferantur omni vento doctrinæ. Galatæ enim, qui & Gallo græci dicuntur, vt pote, quia à gallis oriundi, per Apostolum conuersi, & edocti, à Iudæis seducti fuerunt, & persuasi legem Mosaicam cum Euangelio seruandam esse. Hos igitur arguit & vehemẽter tanquam stupidos & nimium faciles increpat Apostolus. Epistolæ hæc sunt capita. In ea disputat de iustificatione per fidem Christi, contra iustificationem legis & operum: format vitam & mores fide iam iustificatorum, & adhuc magis iustificandorum recte viuendo. Ab initio Epistolæ multis agit de vocatione sua, vt authoritatem Apostolicam sibi asserat, quam hostes gratiæ ipsi aduersantes collapsam cupiebant. Cõstat Epistola 6.c. Latini ab Epheso, Græci ab vrbe Roma scriptam Epistolam dicunt.

*Argumentum in Epistolam ad Ephesios.*

Hac Epistola quæ plane diuina est, & sancti Spiritus abundantiam non obscure aut immerito redolet, cum videlicet sit scripta ab apostolo carcere concluso, Ephesios qui in fide perstiterant hortatur, vt qua cœperũt pergant, de arduis mysteriis subobscure tamẽ cum illis differens, ac demũ cuique ætati, & hominum conditioni rectè viuẽdi modum præscribens. Epistolæ capita hæc sunt. Docet sola gratia in Christo per fidem iustificari credentes. Deum non esse personarũ acceptatorem. In Christo omnem esse plenitudinem, & per hunc gentes reconciliari Deo, deinde varias subiicit de officiis vitæ paræneses. Constat 6.c. missa est ab vrbe Roma per Tychicum diaconum.

*Argumentum in Epistolam ad Philippenses.*

Philippenses à beato Paulo veritatem fidei & religionis christianæ edocti in ipsa permanserunt, nec pseudoapostolos receperunt. Illi quũ secundo vinctum Paulum audissent ipsi per Epaphroditum necessaria suppeditarunt, per quem ad eos scribit Paulus consolans ipsos, & eorum fidem laudans, simulque ad mutuam charitatem cohortans, & aduersus pseudoapostolos confirmans. Epistolæ capita hæc sunt, hortatur Philippẽses ne vinculis suis offendantur, sed pergant in susceptа veritate, admonet vt sint vnanimes, & caueant à pseudoapostolis legẽ cum Euangelio inculcantibus. Tradit salutaria vitæ præcepta. Habet Epistola 4.c. missa est ab vrbe Roma de carcere, per Epaphroditũ.

*Argumentum in Epistolam ad Colossenses.*

Vas electionis Paulus, omnibus compatiens & consulens: Colossenses, quos nõ viderat aduersus hæreticos præmunit. Quum enim ab Archippo & Epaphra, ad fidem conuersi essent à pseudoapostolis affirmantibus Christum Deum, nec venisse, nec venturum, sed angelos nostræ salutis esse authores, similiter etiam Iudaicas & philosophicas superstitiones prædicantibus auersi & deprauati sunt. Hos ergo admonet & munit apostolus docens vnum Christum angelis præfectum, nostræ salutis esse authorem, deinde suam authoritatem tutatus admonet à pseudoapostolorum falsis visionibus & doctrinis sibi cauere. Demum ad mala fugiẽda, & bona sectanda hortatus, sui officij vnamquanque hominum ætatem & conditionem admonens, salutationibus epistolam claudit. Vnicum est huius epistolæ caput præcipuum, scilicet damnare pseudoapostolos miscentes Iudaismum & philosophiæ superstitionem cum Christi doctrina, epistola constat 4.c. Hanc è Roma missam volunt Græci, ab Epheso autem Latini, per Tychycum diaconum & Onesimum acolytum.

*Argumentum in priorem ad Thessalonicenses.*

Thessalonicensium qui accepto verbo veritatis in fide præstiterunt, etiam in persecutione suorum ciuium fidem & constantiam laudat. Illos ergo confirmans hortatur vt perseuerent in fide semel recepta, & vt vitam puram christoque dignam viuant, atque mortuos gentili planctu, id est sine spe resurrectionis non lugeant: vbi interim disputat de resurrectione mortuorum, de iudicio futuro, de cautione & de sanctimonia sanctorum. constat epistola 5.c. missa est autem ab Athenis per Tychicum diaconum & Onesimum.

*Argumentum in posteriorem ad Thessalonicenses.*

Quum christiani afflicti assidua indigeant consolatione & cohortatione, siue verbo, siue scripto id fiat: hac secunda epistola Thessalonicenses in fide constantes quos vt optabat inuisere non licuit, consolatur proponendo præmio bonorum & supplicio malorum. Epistolæ hæc sunt capita, iudex Christus suos liberabit à persecutoribus quos seuere puniet. Antichristus cum potestate & virtute seductionis venturus est ante iudicium, imperium Romanũ multa pati debet, ignaui & otiosi non sunt in ecclesia tollerandi. hæc epistola constat 3.c. missa est ab Athenis per Tychicum, alij volunt quod per Titum diaconum.

*Argumentum in priorem ad Timotheum.*

Hac Epistola proponit absolutum exemplar pastoris siue episcopi Euangelici. docet fidem, spem & charitatem esse finem legis & scopum prædicationis Euãgelicæ. describit eorum qui in ecclesiasticum ministerium assumi debent conditiones, contentiones & quæstiones inutiles vitari iubet. Quid, quoque pacto vnumquenque cuiuscunque sexus & conditionis instituere debeat pastor præscribit, auaritiam denique tanquam omnium malorum radicem omnino christianis fugiendam copiosè docet. Constat hæc epistola 6.c. missa est autem à Laodicea per Tychicum diaconum.

*Argumentum in posteriorem ad Timotheum.*

Iuuenem Timotheum sæpius admonet apostolus ne videlicet animo frangatur propter persecutiones quas christianis inferebant, illi qui prætextu pietatis pietatem veram subuertebant, vel etiam quia videbat Paulum propter Christi fidem Romæ vinctum de vita periclitari. Epistolæ hæc sunt capita, admonet Paulus Timotheum solicitam sui gregis curam gerere, commendat ipsi doctrinam sanam, in qua primum est instructus: exhortatur illum ad martyrium, & ad cõtinuam verbi Dei prædicationem: prædicit calamitates postremi seculi, & in eo futuram in multis a fide vera apostasiam: prædicit suum exitum breui futurũ, constat epistola 4.c. missa autem fuit à Roma.

*Argumentum Epistolæ ad Titum.*

Quia pastores & ministri ecclesiæ sunt reliquorum exemplaria, quibus & scientia & sanctitate prælucere & illucere debent, ideo apostolus hac epistola diligenter admonet Titum episcopum, vt ecclesiæ prouideat de officiosis & probatis ministris. Epistolæ autem hæc sunt capita. docet Titum Apostolus presbiteros seu episcopos per ecclesias ordinare, qui sint deligendi præscribit. Personarum & ætatum officia tradit, inculcat mysterium gratiæ & fidei iustificationem. cõstat epistola cap. 3. missa est autem à Nicopoli.

*Argumentum in Epistolam ad Philemonem.*

Hac deprecatoria & commendatitia epistola docet Apostolus tantam esse debere christianorum charitatem, vt propter eam humana & commoda & detrimenta obliuiscantur. Conciliat igitur seruum Onesimum, quem ex suppilatore fugitiuo, christianum & fidelem seruum Domino suo remittit. Docet autem hæc epistola vnico capite contenta quanta solicitudine & charitate pẽditus erat Apostolus. missa est à Roma per Onesimum ipsum.

*Argumentum in Epistolam ad Hebreos.*

Gentium Apostolus Paulus suorum obliuisci non potuit, quos hac Epistola elegantissima & diuinissima, suppresso tamen suo nomine (forsã Iudæis odioso) instruit de secretis christianismi amplissimis & diuinissimis. Epistolæ enim hæc sunt capita. ab initio claris scripturæ veteris testimoniis demonstrat Iesum Christum verum esse Deum & hominem, vnde docet non oportere eius doctrinam contemnere ni perire velimus. adiicit illum verum ac vnicum esse Sacerdotem hostiámque perpetuam, vt ad expiationem & purgationem nullis opus sit Aaronicis vel Sacerdotibus vel Sacrificiis. Absolutam namque iustificationem possidet quisquis Christum vere possidet, addit omnes veteris Testamenti sanctos, fide Deo placuisse, eique seruiisse in patientia, charitate, & innocentia vitæ, ad quas virtutes omnes adhortatur proposita cœlesti & æterna remuneratione. Tandem adiicit quasdam institutiones vitæ & nonnihil subiungit de continuo Christi corporis in ecclesia sacrificio, & de eiusdem salutifera communione. Constat hæc Epistola capitibus tredecim, missa fuit ex Italia per Timotheum.

*Argumentum in Epistolam beati Iacobi.*

Quæ restant Apostolorum Epistolæ septem breues & sanctissimæ, appellantur à veteribus & canonicæ, & catholicæ. Canonicæ quia maximè spectãt ad canonem scripturæ: catholicæ autem quia scriptæ sunt non ad certas quasdam ecclesias, sed ad vniuersas. Inter illas prima collocatur ea quæ est diui Iacobi Apostoli, primi Ierosolymitani episcopi. Qui orta in ecclesia persecutione, & facta ob Stephani necem credentium dispersione, consolatoriam simul & exhortatoriam sic dispersis scribit epistolam ædificationis plenam. Catholica autem aut canonica vere dici debet, vt pote quæ ea fere omnia contineat,

quæ christiano homini sunt cognoscenda, docet enim fidem & religionem, mores, & peccata corrigit: tradit item plurima, eaque maxime necessaria, & salutaria vitæ præcepta. constat. cap. 5.

*Argumentum in priorem beati Petri Epistolam.*

Circuncisionis Apostolus Petrus, omnibus christianis hanc exhortatoriam scribit Epistolam. Eius capita hæc sunt, ferēdæ sunt christianis afflictiones: accepta in baptismo per Dei gratiam & Christi meritum, vsque ad finem seruanda est puritas, reiectis carnalibus concupiscentiis. Omnis gloria christianorum est pati propter Christum: magistratibus etiam infidelibus in politicis obediendum est. Vnusquisque sanctè, iustè & piè in sua vocatione ambulare debet. Constat Epistola capitibus quinque.

*Argumentum in posteriorem beati Petri Epistolam.*

Senex & morti proximus hanc secundam omnibus christianis scripsit Epistolam Apostolorum coriphæus. In ea omnes hortatur ad vitæ puritatē: deterret à turpibus & maximè à carnalibus vitiis, exemplis veterum, ac terrore iudicij extremi, in quo quisque recipiet suarum actionum sententiam. Vehementer insectatur hæreticos qui simplicium christianorum animos peruersa doctrina corrumpunt, contra ipsorum astutiam fideles maximè nouissimorum temporum premuniens & admoneos. Constat Epistola capitibus tribus.

*Argumentum in primam Ioannis Epistolam.*

Hac Epistola fidei & religionis christianæ sinceritas atque puritas proponitur, confirmitas cum Christo in sanctitate omnibus ad salutem necessaria docetur. Charitas Dei & proximi imperatur, fiducia peccatorum remissionis in Christo propouitur. Fuga hæreticorum & spirituum probatio commendatur. Constat hæc Epistola quinque capitibus.

*Argumentum in secundam Epistolam beati Ioannis.*

Debent Ecclesiæ pastores vt malos accusare & redarguere, ita & bonos laudare. Hoc præstitit beatus Ioannes hac Epistola, qua cuiusdam claræ fœminæ & ipsius liberorum fidei & integritati congratulatus, eosdem hortatur perseuerare in charitate, ab hæreticis cauere, & in accepta doctrina perseuerare.

*Argumentum in tertiam beati Ioannis Epistolam.*

Caium ob benefacta commendat, redarguit acriter Diotrephen nos docens qua vehementia debeant vti pastores Ecclesiæ aduersus eos qui fidei & religioni christianæ iniuriam inferunt.

*Argumentum in Epistolam beati Iudæ.*

Hac parua Epistola mirum quàm graphice depingat beatus Iudas tam veros quàm fucatos christianos. In fide & religione semel susceptа permanendum esse affirmat. Vna est enim quæ non mutanda aut deserenda est vnquam ecclesiæ catholicæ fides, vt vnus Deus est, & vnus mediator. Hæreticos fugiendos esse diligenter præcipit: eorum quoque mores & ingenia conuenientibus metaphoris perbelle exprimit. Superioribus obediendum & omnium saluti inuigilandum docet.

*Argumentum in beati Ioannis euangelistæ Apocalypsim.*

Data est diuinitus hæc Apocalypsis, vt per eam regni Christi administrationem, Dei excelsi consilia, Christi gloriam, atque ecclesiæ victoriam insignemque triumphum intelligentes & considerantes cōsolemur in omnibus nostris pressuris, contumeliis & afflictionibus à quocunque illatis certo persuasi Deum nunquam deserturum esse suam ecclesiam, sed potius eo pacto ipsum eam purgare & perficere, vt sic Christi capitis sui vestigiis insistens cum ipso tandem fœlix æterna gloria fruatur. Christus igitur, eius Ecclesia, electorum afflictiones, certamina, consolationes, victoriæ & premia, satanas, reproborum synagoga & cœtus impius, Babylon illa magna fornicaria, tyranni, infideles, hæretici, Antichristus, & quæcūque Deo, & eius veræ religioni aduersantur sunt huius præstantissimi libri materia. Hæc autem omnia facilè & planè cognoscentur, si ad septem illas admirabiles visiones quæ 22. huius libri capitibus recensentur, referantur. Sic igitur totius huius libri diuinissimi summam atque argumētum complectitor. Is proœmio & narratione constat. Proœmium beneuolentiam, docilitatem & attentionem mira artificio captans, finitur quasi in medio primi capitis vbi videlicet ita legitur: Ego Ioannes frater vester, &c. Quod autem reliquum est omne, narratio est, res diuinissimas atque imprimis admirabiles nobis proponens. Illa autem cum septem præcipuis visionibus constet, ad hunc modum illæ sunt distingendæ, & accipiendæ. Prima incipit eo loco primi capitis vbi ita scribitur: Fui in spiritu, &c. Et protrahitur vsque ad 4.c. Illa complectitur septem diuinissimas Christi Epistolas, quibus purissimus christianismus plenissimè docetur, & reformandæ ecclesiæ in pastoribus potissimum ratio formàque proponitur. Secunda visio incipit 4.c. & protrahitur vsque ad octauum. Illa continet summa secreta de throno Dei, de iis qui circunstant, de libro scripto intus & foris, qui obsignatur septem sigillis, de libri & eius sigillorum apertione per agnum Christum omnium Dominum, & de eorundem sigillorū mysterio. Tertia visio incipit 8.c. & producitur vsque ad 12.c. Illa complectitur 7. angelos tubis canentes, & eorum mysticas significationes. Quarta visio incipit 12.c. & protrahitur vsque ad 15. c. illa continet mulierem amictam sole parturientem: prælium commissum in Cœlo inter bonos & malos Angelos, inuidiam, odium, & persecutionem satanæ contra mulierem, & ipsius semen, eos videlicet qui pure Deum colunt. Complectitur denique bestias prodigiosas & horribiles, tam de mari quam de terra ascendentes. Quinta visio initium habet 15.c. & producitur ad 17. vsque. Illa continet effusionem 7. phialarum iracundiæ Dei viuentis, mare vitreum igne mixtum, atque laudes & Cantica eorum qui vicerunt bestiam. Sexta visio incipit 17.c. & protrahitur ad 21 vsque. Illa complectitur & proponit descriptionem & secretum insignis illius meretricis Babylonis, de cuius fornicationum poculo biberunt Reges & principes terræ, simul etiam bestiæ monstrosæ, quæ portat meretricem, Reges & populos sua fornicatione seducentem, & draconis admirabilis condemnationem, satanæ alligationem, terrorem eorum qui pereunt, & consolationem eorum qui Deo & verbo eius Christo redemptori & mediatori nostro adhærentes, post varias tribulationes saluantur. Septima visio exordium habet 21.c & producitur vsque ad finem libri. Illa cōtinet cœli & terræ innouationem, quietem, gloriam, atque fœlicitatem quam electi habituri sunt sub illud tempus, & in seculo futuro, scilicet post Antichristi magni interitum, quando in noua Ierusalem cœlesti erit pax & gloria communis cum perfecta Dei charitate. Tum enim reuelabitur gloria filiorum Dei, quæ est expectatio omnis creaturæ, vt scribitur Rom. 8.c, 1. Corinth. 2. Esaiæ 40. 64. & alibi sæpius. Hæc fit summa & per partes præcipuas facta huius diuini & admirabilis libri Apocalypsis anatome seu dieresis. In summa autem animaduerte eo omnia referri, vt verbo Dei victoria & omnium reformatio, restitutioque tribuatur.

*Conclusio de canonicis libris.*

Plures aut etiam pauciores ils quos recitauimus non habet libros sacrorum Bibliorum canon à Christianis in Ecclesia Catholica receptus & propositus, nec profecto magnopere curandum existimo de quibuidam qui philaphti suo sensui aut quorundam priuatorum opinionibus nimium credentes, aut etiam Iudæorum synagogam, magis quam Christi Ecclesiam sequentes, quosdam ex prædictis libris de canone sacro præcidunt, aut de eorum authoritate dubitant. Quid enim ad nos quod pauci aliquot suis affectibus corrupti, aut ab aliis errore decepti de rebus certis & authenticis authoribus dubitarunt, aut etiam nunc dubitant? Credendum est plane & indubitato hos omneis quos recensuimus 74 vtriusque Testamenti libros, à Spiritu Dei profectos & à prophetis, Apostolis & aliis Diuini verbi ministris Ecclesiæ Dei esse traditos: atque in his doceri veritatem certam, nihilque in illis erroris misceri vel mendacij. Cæterum hæc dicta est veteribus canonica, id est regularis scriptura, quod à Deo nobis data sit vitæ & veritatis regula, qua omnia probemus & iuxta quam viuamus. Hebræi appellant legem thora, quod nomen generaliter verbo Dei, adeòque toti scripturæ sacræ attribuunt. Significat autem thora directorium: vnde & Græci videtur mutuasse suum illud vocabulum canon, quod & ipsum interpretari potes directorium, lex & regula.

## *TERTIA PARS STROMATVM BIBLICORVM IN QVA RECENsentur & catholicè exponuntur aliquot iidemque præcipui loci sacræ scripturæ, tam Veteris quàm noui Testamenti, quibus praue detortis huius tempestatis hæretici abuntur contra fidem catholicam & veritatem Euangelicam.*

QVicunque tam veterum quàm recentiorum hæreticorum scripta diligentius legerint, comperient eam semper fuisse satanæ, id est Dei omnipotentis aduersatrij, eiusdemque gloriæ summæ ipsi soli debitæ vsurpatoris, tum iniustissimi, tum iniquissimi astutā calliditatē, vt scripturæ sacræ litera suos quos à se delusit instillauit errores prætexuerit. Nouit enim vetipellis illa bestia scripturam sactam esse limpidissimum fontem, ex quo haurire debent aquas sapientiæ salutaris quicunque vere instrui & salutem consequi volunt. Nouit domini præceptum de perscrutatione scripturarum: Nouit denique eam esse omnium fidelium persuasionem quod scripturæ sacræ nihil continent nisi verum, sanctum & diuinum: quodque ad ipsas relictis deliramentorum humanorum putidis lacunis & cisternis vniuersi concurrere debent. Quare obstinatus hominum salutis hostis tortuosus ille serpens, fontem ipsum & scaturiginem primam veneno conspurcare & corrumpere nunquam non conatus est. Hoc autem tanto cautius facit quanto pernicioſiora nobis molitur. Vnde factum est quod his nouissimis & periculosissimis temporibus Dei & Christi redemptoris nostri religionem funditus sublatam petentans copiosius, feruentius & diligentius quam vnquam suæ deceptionis ministros & catechistas diuinarum scripturarum locorum deprauatorum multitudine abundanti armauit. Qua fraude satanica quot prætextu pietatis, & odio detestationeque superstitionis in sua retia traxerit notius est quàm vellemus.

Horum igitur misertus, adnixus sum hac tertia stromatum Biblicorum parte quosdam locos notare, eósque potissimū, quibus hodie abutuntur frequētius hæretici. Quia in re nos seruabimus eundē ordinem, quo prius libros canonicos proposuimus & recensuimus.

*Ex libro Geneseos.*

Geneseos primo scribitur ita. Vidit Dilis cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Quo loco abutuntur qui ex ipso colligunt nullum ciborum delectum esse debere, quia videlicet omnis creatura Dei bona est. Quum enim Ecclesia docet & præcipit per spiritum sanctum ciborum delectum, non damnat creaturarum naturam, de qua hic ser-

Universidad de Deusto

mo habetur, sed proponit mysterium & ad id quod ipsis vtile hominēs promouere conatur.

Ibidem scribitur, Crescite & multiplicamini. Quem locū siniſtrorsum rapiunt qui ex illo volunt effici Dei esse præceptum de matrimonio, omnibus planè hominibus cuiuscunque status & conditionis contrahendo. Sic enim condemnarentur quotquot ab orbe condito cœlibes vixerunt, nec fœtu suo terram compleruntMic ergo omnibus creaturis viuæ participibus dat Deus potestatē procreandi sibi simile, non autem cunctis hominibus matrimonium præcipit.

Scribitur in hunc modum 2. c. Non est bonum hominē esse solum. Quo loco abutuntur qui ex ipso concludunt eos non carere peccato qui extra matrimonium viuunt. Nam eo in loco agitur de necessitate fœminæ, propter conseruandam & multiplicandam speciem humana, non autem de singulis & omnibus hominibus matrimonio copulandis, id textus sequens docet, scilicet faciamus ei adiutorium simile sibi.

Scribitur ita eodem 2. c. Reliquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit vxori suæ. Quo loco abutuntur qui inde colligūt matrimonium prorsus esse omnibus præceptum, eoque contra Dei præceptum facere qui virginitatem vouent, & quoque pacto cœlibes viuunt, eo siquidem loco non est matrimonij præceptum, sed potius docetur qualiter se gerere debeant masculus & fœmina matrimonio copulati. Hoc docet quod sequitur scilicet: Et erunt duo in carne vna.

Scribitur in hunc modū 3. c. In sudore vultus tui vescēris pane tuo. Quem locum prauè detorquent qui ex ipso effici volunt, omnem prorsus hominem cuiuscunque sit status & conditionis terram colere, & manibus propriis victum sibi comparare debere. Affirmant enim oportere Reges, reliquos principes, fœminas cuiuscunque conditionis, ecclesiasticos etiam omnes manibus laborare. Hoc autem non vult scripturæ locus, sed potius docet terram quæ ante peccatum sua sponte homini necessaria proferebat, post peccatum maledictam ita esse, vt sine cultu & hominis labore iam non producat. Nolim tamen quouis in statu aut etiam sexu pernicioſam ἀεργίαν comprobare: cùm sciam nihil esse ocio vbique pejus. Peroptarem igitur omnes prorsus homines cuiuscunque sint status & conditionis & sexus laborare, sed secundum suam vocationem, & tanto quidem magis quanto vocatio præstantior est. Ecclesiastici namque & principes minus debent esse ociosi quàm agricolæ & reliqui mechanici: verum conuenientem sibi laborem sectari debent, scilicet Ecclesiastici docendo & spiritualia quælibet ministrando, principes autem iustitiam in republica ita conseruando, vt nemini iniuria inferatur, iustè viuatur, & suum cuique reddatur. Hinc autem est omnium turbarum origo & fundi christiani calamitas, quod quanto aliqui sunt vocatione maiores (natura enim omnes sunt æquales) & quanto plus à republica percipiunt, tanto magis ocio torpescunt, & deliciis luxuque delibuti perduntur.

Scribitur Genes. 6. & 8. quod cuncta cogitatio cordis humani intenta est ad malum omni tempore: quod etiam sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia. Quo loco abutentes nonnulli qui inde colligūt hominē natura malum esse, & nihil nisi peccare posse. Quod quàm sit absurdum & in Deum hominis naturę authorem blasphemum iis quibus sana mens est, iudicādum relinquo. Non vult igitur sanctus Moses dicere hominis naturam esse malam, qui prius dixit 1. c. Cuncta quæ Deus creauit & fecit esse valde bona: nec etiam hominem peccatum vitare non posse qui prius (4. c.) retulerat Dominum ita dicentem Cain fratricidæ. Nonne si bene egeris recipies? Sin autem male statim in foribus peccatū aderit: sed iubtet te erit appetitus tuus, & tu dominaris illius. Docent igitur loci illi & homines illius temporis nequissimos fuisse (in quibus tamen Noe iustus inuentus est & placuit Deo) & post peccatum primi parentis maximam fuisse ad peccandum in omnibus pronitatem, ante scilicet iustificationem & reparationem per Christū, quod etiam docet Paulus Rom. 7. non autem sermo ibi habetur de hominibus in Christo iustificatis, vt satis ignoranter affirmant nonnulli: de his enim loquens Paulus (in Epistola ad Romanos) ait quod nihil habent damnationis, & quod in ipsis non dominabitur peccatum.

Scribitur huius libri 9. his verbis. Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. Quo loco abutuntur qui ex ipso colligunt omni die, omni cibo citra vllum delectum vescendum esse: Deus enim animalibus vesci permisit hominibus, non autem imperauit. Cæterum talis permissio non debet Dei & eius Ecclesiæ iustam & rationabilem eorundem prohibitionem impedire. Deus enim postea à certis cibis abstinere etiam præcepit, vt etiam nunc iustis de causis facit Ecclesia ab eo edocta.

Huius libri 9. scribitur de Noe, vt etiam 19. de Loth, quòd inebriatus est, quibus locis abutuntur gastrimargi, qui inde colligunt ebrietatem non esse peccatum. repugnat si quidē illis sæpius scriptura, quæ condemnat ebrietatem vt videre est in Paulo. 1. Corint. 6. vbi dicitur quòd ebrij regnum Dei non possidebunt.

Huius libri 15. scribitur quod credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiam: quo loco pessimè abutuntur qui ex eo concludunt solam fidem esse ad salutem & iustificationem necessariam nec curanda esse opera. Docet enim Moyses Abrahamum fidem habuisse, quæ ad iustitiam imprimis est necessaria, vt pote quæ est omnis ædificij spiritualis fundamentum & substantia rerum sperandarum, vt docet Paulus Hebr. 11. c. non autem negat opera esse vtilia aut etiam necessaria, imo id ipsum confirmat cum postea, scilicet 22. c. docet Deum præcepisse ipsū Abrahæ filij sui vnici Isaac immolationem. id etiam docet beatus Iacobus 2. c. suæ, canonicæ cum ait Abrahamum fuisse iustificatum per opera, & non per fidem tantum.

*Ex Exodo.*

Exod. 9. c. ita scribitur de Pharaone, Idcirco posui te vt ostendam in te fortitudinem meam & narretur nomen meum in omni terra. Quo loco abutuntur aperte qui ex illo colligunt nullam inesse hominibus actionum libertatem, sed Deum authorem & causam esse mali non minus quam boni. Deus enim qui omnium bonorum author est, mala non agit sed tantum permittit, hominem liberè agere finendo. quia autem Deus tam bonus est quod ex malo elicit bonum, ideo ad sui nominis gloriam excitauit Pharaonem. Quod autem non Deus, sed homo solus sit peccati sui causa testatur quod subiungitur in fine capitis his verbis, Auxit peccatum suum Pharao, & ingrauatum est cor eius. Si etiam Deus malum seu peccatum eius operatus esset, non eum toties per Moysem monuisset.

Exod 10. c. ita scribitur, Ego indurauī cor Pharaonis, &c. Quo loco plane abutuntur illi qui inde colligunt hominem in agendo libertate spoliari, & necessitate ad male agendum impelli a Deo: Sequens namque litera eos confutat quæ ita habet. Hæc dicit Dominus Deus hebræorum. Vsquequo non vis subijci mihi? Dimitte populū meum vt mihi sacrificet: Sin autem refutis, & non vis dimittere eum, Ego inducam, &c. Inducere autem dicitur Deus quando gratia sua malignos, malo obstinatè inhærere permittit. Sic intelligas omnes locos huic similes, quibus videtur doceri quòd Deus ad malum impellat, & quadam necessitate ad illud adigat.

Exod. 20. c. ita scribitur. Ego sum Dominus Deus tuus, non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra, non adorabis ea nec coles. Quem sanè locum nimis ignoranter ne dicam impudenter detorquent & deprauant qui ex eo colligunt omnem prorsus imaginum erectionem, & earundem cultum a Deo condemnari. Quod enim hoc non sit ita, dilucidum fit ex eo quod Dominus Deus postea iussit varias imagines effigi, puta cherubim, serpentis, &c. Hoc igitur loco & similibus plurimis damnat & prohibet Dominus idola, & idolorum cultum non autem vllo modo Dei & sanctorum eius imagines earumque veneration em iustam & moderatam, vt præcipit Ecclesia Christi. Quod autem Deorum falsorum cultum detestādum intelligat, indicant propria eius verba, quæ sunt eiusmodi, non habebis Deos alienos coram me, & in fine capitis: Non facietis vobis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis. Nulla est autem ne minima quidem in Ecclesia catholica idololatriæ nota, cum imagines Dei & sanctorum proponit colendas. Nam in ipsis ex res quorum sunt imagines repræsentantur & coluntur cultu, veneratione & adoratione ipsis conuenienti. Non separant autem Christiani imagines eum ipsas venerantur à rebus ipsis quas repræsentant. Peroptarem autem hinc vulgus plenius edoceri per pastores idoneos, quis sit verus & purus imaginum ex Ecclesiæ intentione & doctrina vsus. Timeo enim hic ἀσχημοσύνας pleraque fieri.

Exod. 32. scribitur in hunc modum Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Eo loco abutuntur qui propter ipsum omni prorsus ludo christianis interdicunt. Illic namque ludus immoderatus & inhonestus condemnatur, non ante impliciter omnis ludus.

*Ex libro Numerorum.*

Numerorū 23. ita scribitur, dixit Dominus & non faciet? locutus est & non adimplebit? ad benedicendum adductus sum (inquit Balaam) benedictionem prohibere non valeo. Et 24. ita dicit, idem, non potero præterire sermonem Dei mei, vt vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo: sed quicquid dixerit Dominus hoc loquar. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt omnia necessariò fieri, & non esse vllam rerum contingentiam aut actionum libertatem. Facto enim Balaam edocemur Deum esse fidelem in promissis, & certum suorum electorum protectorem, propter quos inpirat & mittit prophetas, eosdēque ita dirigit, vt aliquando non possint alites loqui quàm Dominus ordinarit. Quo forsan sensu & illud Dauidis intelligi potest cum ait: Stalingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Specialia igitur & quædam miraculosa Dei facta non tollunt generalem & ordinariam eius circa creaturas administrationem, & dispensationem.

*Ex libro Deuteronomij.*

Scribitur in hunc modum Deuteronomij 4. c. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo & eiusdem libri 12. sic dicitur. Quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam, nec minuas. Quibus tamē locis perperam abutuntur qui ex illis colligunt glossemata & expositiones quorumlibet doctorum, vota, traditiones, ceremonias, & reliqua quæ in Ecclesia præter scripturam sacram celebrantur, retici debere. Loci enim illi non auferunt prælatis potestatem aliquid præcipiendi electis Dei, quod non exprimitur scripturis sacris modo ipsis non repugnet, sed volunt oportere populum non ambulare in suis adinuentionibus, nec sensum suum sequi, sed pendere ex ordinatione Diuina, quæ per prælatos ecclesiæ hominibus innotescit. Hunc esse germanum horum locorum sensum intelligent quibus confiderare placuerit, quod postquam hæc à Mose sunt scripta, multæ aliæ scripturæ factæ sunt adiectæ, cuiusmodi sunt prophetarum scripta, vt etiam alia multa non scripta per Ecclesiæ ministros Deum præcepisse satis comperum est. Populus igitur pendeat ex superiorum præceptionibus, nec ambulet in suis adinuentionibus proprias sectando in religione & eius professione opiniones, quod tamen faciunt manifestissimè hæretici seditiosi & superbi. Veri autem ministri ecclesiæ ea electis Dei præscribant ex verbo Dei quæ Spiritus sanctus ipsis vtilia reuelarit.

Deuteron. 6. c. ita scribitur, Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies. Quo loco abutuntur qui inde effici volunt solum Deum inuocandum ac implorandum esse, reiicique debere prorsus

eas preces & inuocationes quæ sanctis fiunt. Locus enim ille diligenter inspectus docebit lectorem christianum illic sermonem fieri de colendo vno Deo, & de reiiciendis falsis Diis, eorúmque cultu detestando. Christiani autem cum sanctos Dei colunt & inuocant, Dei gloriæ nihil detrahunt, quia eos colunt & orant vt sanctos Dei, & ipsius gratia electos, & ita exaltatos, vt apud ipsum plurimum alios iuuare possint. Omnis autem talis cultus vt etiam inuocatio ad Deum ipsum finaliter refertur, à quo omne bonum & donum perfectum descendit: non igitur sanctos orant aut colunt christiani seorsum à Deo, sed potius in ipso Deo, cuius sancti sunt. Sic intelligi debent quæ de eadem re scribuntur. Matth. 4. & Luc. 4.

*Ex 4. Regum.*

Quarti Regum 18. c. scribitur ita de Ezechia rege. Ipse dissipauit excelsa & contrivit statuas & succidit lucos, confregitque serpentem quem fecerat Moyses. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt nullas relinquendas esse inter christianos imagines, sed omnes prorsus euertendas esse: Nam, primùm, malas non esse imagines manifestum est, ex eo quod Moyses vir sanctus & propheta magnus, iussu Dei imaginem illam serpentis erexerat & populo in mysterio aspiciendam proposuerat. propter abusum igitur imaginem serpentis fregit rex, non quia sit prohibitum imagines habere religionis ergo. Quis autem fuerit ille imaginis serpentis abusus docet consequens textus qui est eiusmodi: si quidem ad vsque illud tempus filij Israel adolebant ei incensum, vt Deo, scilicet. Deuteron. 4. c. ita scribitur, Custodite igitur solicite animas vestras: non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinẽ, aut imaginem masculi vel fœminæ, &c. Quo loco abutuntur qui ex illo colligunt non tantum ipsa scriptura sacra prohiberi idola vt vulgò dicitur, sed etiam imagines. Verum non attendunt aut se scire dissimulant qui ita colligunt in doctrina christiana non mordicus semper more grammaticorum, proprietati dictionum inhærendum esse, sed potius videndam esse acceptionem illarum vsitatam apud eos, qui diuina nobis tradiderunt dogmata. Fatendum enim nobis est, quod si ad viuum proprietas grammatica vocabuli huius imago, resecetur idem significabit quod idolum. Verum si vsitatam vtriusque dictionis apud theologos & christianos acceptionem consideremus (vt facere eos oportet qui in religione decipi nolunt) imago approbatur & idolum semper reiicitur & condemnatur: illud enim vocabulum eam rem significat quæ aliquid religiose nobis representat: hoc vero id quod falso Deus censetur, & vt talis summè colitur & adoratur. At notabis interim quòd hoc loco vt etiam 4. Regum 11. c. Imago pro idolo vulgò accepto vocabulo apud christianos sumitur, scilicet pro falso Deo, vel pro representatione falsi Dei. Hoc docet sequens litera quæ ita habet, ne forte oculis eleuatis ad cœlum videas solem & lunam, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea & colas ea quæ creauit Dominus Deus tuus, &c. Hæc profecto si probè nossent & diligenter, vt par est eos facere, considerarent grammatici tantum & cortiarij quidam huius tempestatis theologi aliquantula solum cognitione linguarum plus æquo elati, non tam facile ne dicam ignoranter aut impudenter explauderent & suggillarent longe ipsis præstantiores omni eruditionis excellentis genere probatissimos antiquos illos sacrorum Bibliorum interpretes & expositores, sed potius vtiliter & sibi salutiferæ, grammaticæ proprietatis & linguarum cognitionis supercilium, catholicæ & spirituali expositioni submitterent. Meminerint enim, rogatos ipsos velim, dixisse beatum Paulum quòd littera occidit: spiritus autem solus viuificat. Verum qui altum sapiunt semper humilem & simplicem ecclesiam Dei rident & contemnunt, sed eam vindicabit Dominus qui abscondit sua diuina mysteria à sapientibus huius mundi, perdet enim sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium reprobabit.

*Ex libro Iob.*

Iob 14. c. ita scribitur: homo mortuus non intelliget si nobiles fuerint filij eius siue ignobiles. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt mortuos nullam habere curam viuentium in hoc mundo. Falluntur autem, quia non attendunt beatum Iob eo in loco loqui humanitus (vt etiam facit Salomon in Ecclesiaste) quod docent verba eius præcedentia, quibus ita dixit: Putas ne homo mortuus rursum viuet? Naturaliter igitur mortui, siue sancti, siue etiam alij non norunt hic viuentium statum sed per diuinam reuelationem, aut etiam per aliam denuntiationem. Repugnat autem charitati in qua qui sunt beati consummati degunt, quod sancti nos hic viuentes nec curent nec adiuuent: Charitas etenim quæ nunquam ab electis excidit, sed hic inchoata in cœlo perficitur non patitur quin nobis bene velint, & quo possunt modo nos iuuent, scilicet Deum pro nobis orando. Quare etiam, vt vinculum charitatis vbique maneat & ipsi disponamur vt eorum suffragiis præcibus & meritis apud Deum iuuemur, illos orare & inuocare debemus, non quidem vt nobis concedant ipsi, quæ petimus, sed vt à Deo à quo omne bonum descendit, cui sunt perfectè & familiariter coniuncti, illud nobis impetrent. Hæc est summa doctrina de sanctorum orationibus & inuocatione. Quod autem sancti nos adiuuent nec ita absorbeantur à conspectu diuinæ maiestatis, vt nostri obliuiscantur, testantur Angelorum propter nostram salutem missorum continua ministeria: testatur de Onia, & Ieremia, Canonica Machabeorum historia: testatur etiam deprecatio epulonis diuitis, vt multa alia huius rei exempla quæ in scripturis colligi possunt, etsi varie sunt sumenda.

*Ex libro Psalmorum.*

Psalmo primo ita scribitur: Beatus vir qui in lege Domini meditabitur die ac nocte. Quo loco abutuntur qui inde effici volunt licere passim quibuslibet scripturam sacram exponere, nec doctorum & expositorum sacrorum operam requiri. Non enim frustra posuit Deus Euangelistas, & doctores in Ecclesia. Vult ergo Dauid beatum eum omnem esse qui relicta omni iniquitate legem Domini amat, cogitat, amplexatur & implet. Nec de expositione sacræ scripturæ ibi fit sermo.

Psalmo 18. scribitur in hunc modum, delicta quis intelligit? Quo loco abutuntur illi qui ex illo colligunt auricularem confessionem quæ fit Sacerdoti, satisfactionem & peccatorum collectionẽ vanam esse, & scripturæ sacræ contrariam: Non enim hic agitur de peccatorum confessione aut subsequente eorum satisfactione, quæ ex scriptura sacra facile colligitur, sed de timore & incertitudine proprij status, quo nemo sit vtrum amore an odio dignus sit. Nostram expositionem confirmant quæ sequuntur, scilicet: Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Hic autem locus est similis illi qui est in beato Paulo. 1. Corint. 4. vbi ita legitur. Nihil mihi cõscius sum: sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me Dominus est. Et etiam illi qui est 1. Ioan. 3. vbi dicitur quod Deus est maior corde nostro. Ipsam autem confessionem & satisfactionem asserunt quæ subiunguntur, scilicet: Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero & emundabor à delicto maximo.

Psalmo 50. ita scribitur, Cor contritum & humiliatum tu Deus non despices. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt in peccatoris iustificatione preter vitæ prauæ in bonam, commutationem, nullam requiri pœnitentiam. Hoc autem non intendebat Dauid qui tam dura passus est post confessionem & remissionem peccati, vt pro eo satisfaceret, & pœnam ipsi debitam exolueret. Talem opinionem confutat beatus Paulus, cum ait nos etiam post baptismum & iustificationem mori, peccati originalis pœnam sufferentes. Vult autem docere Dauid cordis contritionem esse necessariam, atque etiam tantum valere in hominis peccatoris iustificatione vt eum Deo acceptum reddat. Talis autem cordis contritio vera esse non potest si data facultate reluctetur quis confiteri peccatum suum & pro eo ex sententia Sacerdotis iudicis spiritualis satisfacere. *Roma. 8.*

Scribitur Psalmo 50. in hunc modum Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Quem locum prauè detorquent qui ex illo volunt effici nullum esse sacerdotium aut Sacrificium ministeriale & publicum, in Christi ecclesia, sed omnes esse sacerdotes & posse sacrificium legis Euangelicæ Deo offerre. Qui falluntur ex eo quòd non cogitant aut putant in noua lege sacrificiorum varia & diuersa esse genera, vt puta ministeriale seu publicum, quod fit à sacerdotibus ordinatis pro tota Ecclesia: & etiam priuata, quæ fiunt à singulis christianis, qui etiam propter ea dicuntur esse sacerdotes. Hoc igitur loco cum ait sacrificium Deo acceptum, esse spiritum contribulatum intelligit mortificationem affectuum, & cordis quod peccando contra Deum rebellauit cõminutionẽ & humiliationẽ. Quod profecto sacrificium est longè Deo acceptius quàm sacrificia bestiarũ, quæ faciebant Deo in veteri Testamento Iudæi, quibus cordis contritionem & immolationem præfert hoc loco, vt præcedentia verba declarant: scilicet, Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem, vtique holocaustis non delectaberis. Notandum etiam hoc loco fieri mentionem duplicis sacrificij, scilicet spiritus contribulati, & iustitiæ: Iudæi enim habebant victimas seu sacrificia & pro peccatis, & etiam pacifica, seu pro prosperitate & gratiarum actione: sacrificia autem iustitiæ sunt bona opera quæ faciunt christiani iam iustificati. Talia sunt ieiunia, eleemosynæ, orationes, & cætera id genus quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus sicut docet Paulus Ephe 2. c.

Scribitur adhuc modum Psal. 74. Confitebimur tibi Deus & inuocabimus nomen tuum. Quo loco abutuntur qui ex illo colligunt sanctos non esse inuocandos: Nam inuocatio sicut & oratio sanctorum nihil detrahit inuocationi Dei, ad quem finaliter omnis inuocatio & oratio refertur, cum videlicet ab eo sit omne bonum & omne donum perfectum, quod mediantibus &, pro nobis orantibus sanctis qui in cœlis beati sunt, sæpe nobis confertur. Solus ergo Deus orandus & inuocandus est vt donator (Nam vt scribitur Psal. 83. Dominus est qui dat gratiam & gloriam) Sancti autem orandi & inuocandi sunt, vt mediatores & impetratores. Qui modus obtinendi aliquid à Deo est optimus, scripturæ sacræ consentiens atque etiam à Deo traditus vt videre est Genes. 20. Iob. 42. & alibi sæpius. Ita intellige locos qui de hac re sunt scripti. Deuteron. 6. 2. Regum 20. Iob 27. Psalm. 17. 19. 49. 74. 115. Ecclesiast. 15. Hierem. 29. Ioel. 2. Matth. 4. Marc. 1.

Psalmo 77. ita scribitur, Et recordatus est quia caro sunt spiritus vadens & non rediens. Quem locum prauè detorquent qui ex eo colligunt post mortem animas defunctorum nunquam mortalibus apparere: quæ expositio videtur negare animarum immortalitatem, vel saltem iis fauere qui imperfectorũ christianorũ maculas in igne purgatorio elui negant. Fallax verò & erroneam esse talem expositionem facile videbit qui attenderit illic Dauidem hominis infirmitatem, & imbecillitatem significare voluisse similitudine flatus venti, qui cito transit, & postea non sentitur. Scripturæ quoque atque veritati eam esse planè contrariam iudicabunt, qui considerabunt Eliam, Moysem, Oniam, Ieremiam, & alios plerosque vita hac functos, hominibus visos esse. Melius ergo locum exponũt qui ita aiunt, homines sunt caro: spiritus vadens & non rediens, id est, facile in peccatum labuntur à quo sine Dei gratia resurgere non valent.

In Psalmo 115. ita scribitur: Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax. Quem locum panè detorquẽt & corrumpunt qui ex eo colligunt omnia prorsus Ecclesiastica consilia errare potuisse: quia videlicet ex hominibus qui omnes sunt mendaces constent. Falluntur an-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tem ex eo, quia in Conciliorum decretis hominum tantum infirmitatem cogitant, nec Dei perpetuam cum ecclesia præsentiam considerant. Non posse ergo errare Concilia legitimè congregata certum est, non ratione hominum, quos omnes mendaces esse & falli posse nisi diuinitus inueniatur concedimus, sed propter spiritum sanctum semper veracem, qui nec fallere, nec falli potest: eum autem semper in ecclesia esse docent sæpius Scripturæ sacræ. Propter eum siquidem Ecclesia dicitur esse columna & firmamentum veritatis, & sine ruga & macula in iis decernendis quæ ad fidem & ad mores spectant. hoc est quare Apostoli in suo Concilio ita dixerunt: Visum est spiritui sancto & nobis, &c. Act. 15.

In Psalmo 118. ita scribitur: declaratio sermonum tuorum illuminat: Quem locum deprauant qui ex ipso effici volunt scripturam sacram expositione nõ indigere, sed claram, apertam & lucidam esse. Quæ expositio & opinio quàm falsa sit intelliget qui considerabit Deum semper in sua Ecclesia ad exponendas scripturas populo quosdam posuisse, quod nequaquam fecisset, si tam faciles essent, vt à quouis sine expositore intelligi valerent. Hoc etiam cognoscitur ex verbis beati Petri qui affirmat beatum Paulum scripsisse multa difficilia intellectu, quæ multi deprauant ad suam ipsorum perditionem, quod non fieret si spiritus sancti expositionem per Doctores propositam sequerentur.

In Psalmo 142. ita scribitur, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt nos nihil boni facere posse: Nam eo loco vult docere Dauid nullum prorsus iustum in generatione humana & corporali inueniri posse, vt ita nos adducat ad iustitiam generationis spiritualis, quæ fit in spiritu sancto per meritum Christi & gratiam Dei. Sic tota lex vetus hominem peccatorem esse iudicat & conuincit, nec ab alio quàm à Deo iustificari & curari posse docet, vt sic omnes ad Christum vnicum mediatorem & redemptorem adducat. Videndum est autem & quidem diligenter in legenda sacra Scriptura ni toto cœlo errare & impiissimè Dei gratiam & Christi meritum blasphemare velimus, vt distinguamus inter hominis statum ante passionem Christi & eum qui eandem sequitur. Nam ante regenerationem quæ fit in spiritu per baptismum, vbi meritũ Christi applicatur, & iustificatio acquiritur, omnes sumus peccatores & iniusti, post autem, iusti & sancti nisi voluntariè ad peccatum redierimus, & sicut canis ad vomitum reuertamur. Hoc vtinam attenderent nostræ tempestatis libertini. Sic enim non dicerent homines baptizatos sine peccato esse non posse, quod scriptura vult omnino vitari & in sanctitate per totam vitam Deo seruire in baptismo iustificatos præcipit.

*Ex libro Prouerbiorum.*

In libro Prouerbiorum. 16. c. ita scribitur, Domini est gubernare linguam: quo loco abutuntur qui ex eo colligunt homines nihil posse: quomodo etiam male exponant locum Dauidis, in quo ita scribitur, non est sermo in lingua mea. His enim locis & similibus non vult Scriptura affirmare hominem esse velut stipitem & truncum inanem, sed cum nihil boni agere posse nisi à Deo iuuetur. Hoc est quod Paulus ait, non esse hominis sed Dei, velle & perficere bonum, non quia homo non operetur cum Deo, idque liberè, sed quia bonarum actionum præcipua causa Deus est, sine quo homo malè, sed non bene agere potest. Tales ergo loci admonent nobis opus esse Dei adiutorio, vt bene agamus, nõ autem quod vel libero arbitrio careamus, vel etiam quod per illud cum Dei adiutorio nihil boni agere possimus. Nostram, quæ etiam catholica, est expositionem confirmant præcedentia, quæ sunt eiusmodi: hominis est animum præparare: & etiam quæ sequuntur ita: cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus. Bona igitur actio est tribuẽda partim Deo & partim homini: non quia tota bona actio non sit à Deo, sed quia non totaliter: Deo enim cooperatur homo vt testatur beatus Paulus qui homines ait esse Dei cooperatores.

*Ex libro Ecclesiastes.*

In Ecclesiaste capite tertio scribitur, quod idem est interitus hominis & iumentorum: quo loco abutuntur qui ex eo concludunt hominis animum esse mortalem. Nam certum est Salomonem in eo libro multa dicere ex mente insipientium, qui cùm fide careant, & spiritu Dei non iuuentur, nihil apprehendunt nisi quod sensibus percipiunt. Vnde fit cùm videant homines à pecudibus non differre secundum corporis qualitatem vt iudicent animum hominis cum corpore interire vt fit in brutis. Christiani autem fide edocti aliter longe sapiunt. Eodem modo intelligi debent quæ ab insensatis & carnalibus dicuntur. Sapien. 2. vbi ita dicitur: non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis.

*Ex libro Sapientiæ.*

Sapientiæ octauo scribitur ita: Sciui quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat summa Sapientia, scire cuius esset hoc donum, &c. Quo loco apertè abutuntur qui ex illo concludunt neminem prorsus castitatem & virginitatem seruare posse, quare nec eam vouendam esse. Quàm autem apertè errant dilucidum est ex beata virgine perpetua maria Dei Christi matre, ex beato Ioanne baptista, ex Ioanne Euangelista, ex beato Paulo & infinitis aliis tam viris quàm mulieribus. Quot enim sunt qui perpetuam virginitatem seruarunt? locus autem non ait simpliciter neminem continentem esse posse, sed non posse talem esse nisi Deus dederit: nos autem cum dicimus virginitatem perpetuò seruari posse, non secludimus Dei gratiam, sed eam complectimur. Animaduersione autem dignum est quod diligenter consideranti præcedentia & sequentia apparebit locum illum, non tantum esse intelligendum de castitate corporis, sed de omni virtute, quam habere sine Dei gratia nemo potest propter naturalem imbecillitatem & ad male agendum pronitatem. Liberum namque hominis arbitrium indiget Dei gratia vt bene operetur: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Hoc etiam modo intelligi poterit quod scribitur Ecclesiastes 5. de non facilè vouendo & de infideli promissione quæ Deo displicet: vnde male colligunt nonnulli vota monastica reiicienda esse, eaque pugnare cum libertate Euangelica. Nam hoc nequaquam intendit scripturæ author spiritus sanctus, sed non statim vouendum esse nec temerè Deo quippiam promittendum esse cum videlicet vota sint semper reddenda, ipsique displiceat infidelis stultàque promissio.

*Ex Esaia.*

In Esaia cap. 42. ita scribitur: Ego Dominus, hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo. Quo loco abutuntur qui ex illo colligunt sanctos nec esse orandos, nec honorandos. Nam alia est gloria Dei, & alia gloria sanctorum. Hoc igitur loco Propheta docet Dei gloriam non esse transferendam ad creaturam, quod efficitur quoties creaturæ pro Deo accipiuntur & honorantur, quod fit apud idololatras, contra quos scripsit propheta, vt docet litera sequens, quæ ita habet, gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. Non simpliciter igitur prohibet Deus gloriam tribui creaturis, sed suam id est eam summam quæ soli ipsi debetur. Quod autem creaturæ sint honorandæ & gloria dignæ docet Paulus his verbis, Gloria omni homini operanti bonum: Et Christus hic verbis. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus. Similibus sententiis referta est sacra scriptura. *Rom. 2. Ioan. 12.*

In Esaia 43. c. ita scribitur: Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor: quo loco abutuntur qui ex ipso colligunt non oportere sacerdotibus fieri peccatorum confessionem, nec ab ipsis petendam absolutionem. Nam idem Deus qui hoc dixit, postea ita Apostolis locutus est: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Remittit igitur peccata Deus per authoritatẽ, remittunt etiam Sacerdotes tanquam Dei ministri. Quare cum sacerdotes peccata omnia nõ noscant vt Deus, qui scrutatur corda oportet ipsis confessionem & accusationem eorum fieri. Remittit autem semper Deus peccata, sed aliquando sine ministris cum videlicet est casus necessitatis, in quo non est facultas aut copia ministri, aliquando verò per ministros mediantibus Sacramentis, vt fit in Baptismo, & in Sacramento pœnitentiæ. hoc autem pacto, nulla iniuria Deo infertur, sed eius præceptum seruatur.

In Esaia 53. scribitur ita de Christo, verè langores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt nihil esse patiendum Christano, sed sufficere & efficax esse omnibus ad remissionem omnis culpæ & pœnæ, Christi meritum: quare reiiciunt prorsus omnem satisfactionem planéque abhominantur indulgentias tanquam aliquid blasphemum in Dei gratiam & Christi meritum. Quantopere autem fallantur facile docet Scriptura sacra quæ affirmat sæpius requiri confirmitatem cum Christo in eo omni qui eius meriti particeps esse velit: vnde sequitur solam fidem seu persuasionem & fiduciam meriti Christi, non satis esse ad eluenda peccata, sed requiri Sacramenta, & satisfactionem seu punitionem, & afflictionem quandam ex parte hominum peccatorum. Hoc docent & exemplo confirmant quicumque Euangelicam pœnitentiam egerunt, vt videre est in beato Petro, in beata Magdalena, in Corinthio fornicario, in beato Paulo, &c. Hic etiam notandum est aliter remitti peccata præcedentia baptismũ, quæ in ipso gratis & quoad culpam, & quoad pœnã remittũtur, quia plenè iis qui baptizantur applicatur meritũ Christi, & aliter quæ illum subsequuntur, pro quibus est satisfaciendum, vt docet Paulus cum ait, post acceptam notitiam veritatis & gratiam Christi non relinqui pro peccatis hostiam. Pœna igitur toleranda est pro peccatis post baptismum admissis, vt ita restauremur, & quodammodo efficiamur conformes Christo, ad participandum eius meritum: in qua pœna post remissam culpam luenda & auferenda multum faciunt & iuuant indulgentiæ, quæ fundantur in merito Christi, & operibus supererogationis sanctorum, qui propter Christum multa passi sunt. Per charitatem autem & dispensationem Ecclesiæ ministri illa merita pœnitentibus erogantur & applicantur. Hæc autem omnia ex Deo per Christum ad nos perueniunt dispensante ministro, qui hominibus corporatis per sensilia & corporalia gratiam ex Dei ordinatione dispensat. *Hebr. 6. & 10.*

Esaiæ 64. ita scribitur. Et facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Quo loco abutuntur qui inde colligunt hominis christiani nec meritoria nec iusta esse posse opera, sed semper cum peccato esse coniuncta. Ideo autem fallunt, quia non attendunt quibus de hominibus illic sermo à propheta fiat. Is enim de corruptis sui seculi hominibus agit, non autem de christianis, sicut nec Dauid cum ait ita: omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, &c. Ad necessitatem igitur & commendationem meriti Christi omnium liberatoris & redemptoris spectat quod ante ipsum & sine ipso, omnes hominum actiones immundæ erant, nec Deo acceptæ ad vitam eternam, post eiusdem autem passionem in sanctitate & iustitia viuere tota sua vita possunt, & tenentur homines christiani per gratiam merito Christi in baptismo acceptam. Distingenda igitur sunt tempora, vt intelligantur scripturæ. Catholicus autem noster huius loci intellectus facile comprobatur, & colligitur ex precedentibus, & consequentibus. Sequenti enim capite ita scribitur: Dominus vocabit seruos suos nomine alio: in quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Domino, amen: & qui intrat in terra, iurabit in Deo, amen. Quia obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia absconditæ sunt ab o-

Universidad de Deusto
Biblioteca



culis noſtris. Ecce enim creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non aſcendent ſuper cor, ſed gaudebitis, & exultabitis vſque in ſempiternum, in iis quæ ego creo. Videto quæ ſequuntur vſque ad finem capitis, & videbis quæ ſit differentia noui Teſtamenti & veteris. In hoc enim peccatum vigebat, in illo autem dominatur gratia expulſo peccato. Eſaiæ 66. ita dicit Dominus: cœlum ſedes mea eſt, & terra ſcabellum pedum meorum. Quæ eſt iſta domus quam ædificabitis mihi, & quis locus iſte requietionis meæ? Omnia hæc manus mea fecit, &c. Quem locum prauè detorquent qui ex eo colliguat templa non eſſe conſtruenda, imo etiam eorum conſtructionem Dei gloriæ iniuriam eſſe. Quàm apertè verò ipſi detineantur errore, docet Scriptura quæ refert Salomonem, Dei iuſſu templum ædificaſſe, illudque dedicaſſe docet Chriſtus ipſe qui templum ſæpe adiit, & ipſius violatores eiecit, duréque puniuit. Quam igitur ſcriptura videtur templa reprehendere, non ita accipienda eſt tanquam templorum inſtitutionem & legitimum vſum condemnet, ſed abuſum reprehendit, abuſum dico tam infidelium quàm etiam fidelium. Templo enim abutuntur infideles quum putant eo includi & circunſcribi maieſtatem Diuinam, quæ omnia complet & continet. Quem errorem deteſtatus eſt Salomon, in oratione dedicationis templi, & beatus Paulus. Act. 17. c. Eodem etiam abutuntur fideles cùm impurè in eo verſando illud prophanant ſicut etiam vniuerſum religionis Diuinæ cultum. Hunc igitur abuſum fidelium potiſsimum hoc loco taxat Eſaias quod ex eo facile colligitur quod ſtatim ita ſubiungit: Ad quem autem reſpiciam: niſi ad pauperculum & contritum ſpiritu & trementem ſermones meos? Qui immolat bouem quaſi qui interficit virum, &c. Deus igitur qui templorum conſtructionem propter caſtæ religionis profeſsionem ſemper approbat, eorumdem abuſum, & prophanationem damnat & reprehendit, non autem ipſa templa condemnat.

*Ex Ieremia.*

Ieremiæ 9. c. ita ſcribitur: Non glorietur ſapiens in ſua Sapientia, nec fortis in ſua fortitudine, ſed qui gloriatur in hoc glorietur, ſcire & noſſe me, &c. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt ſolam Chriſti iuſtitiam quærendam eſſe, nec de operibus bonis vllam nobis curam eſſe debere, aut etiam in ipſis nullam delectationem capiendam, aut denique ipſa gloria & commendatione nullatenus eſſe digna. Vult enim locus ille nos ſine Deo nihil poſſe, quare ad ipſum ſemper eſſe confugiendum, ipſúmque in omni re incœptanda cogitandum eſſe: non autem opera noſtra bona reiicit, quæ paſsim atteſtatur ſcriptura ſacra eſſe ad vitam æternam habendam neceſſaria, ipſiſque premium & gloriam deberi.

Ieremiæ decimo ita ſcribitur. Scio Domine, quia non eſt hominis via eius, nec viri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Quem locum deprauant qui ex ipſo colligunt hominem carere libero arbitrio, nec ſuarum actionum Dominum eſſe ſicut etiam non aliquid Deo cooperari: hoc autem non vult locus ille, ſed potius docet hominem ſine Deo nihil poſſe. Homo enim poſtquam in peccatum lapſus eſt, ab eo reſurgere & verè pœnitere non poteſt, niſi Deus ipſum præueniat. Quo ſenſu ita ſcripſit ad Damaſum beatus Hieronymus, liberum ſic confitemur arbitrium, vt dicamus nos ſemper Dei auxilio indigere. Homo enim liberè cooperatur Diuino auxilio preueniente. Vult ergo dicere propheta: Scio ad correptionem pertinere, quod minus abs te adiuuor, vt perfectè dirigantur greſſus mei: Verumtamen noli ſic mecum agere, hoc ipſum tanquam in furore, quo iniquos damnare ſtatuiſti, ſed tanquam in iudicio quo doces tuos non ſuperbire.

Ieremiæ 17. c. ita ſcribitur: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius. Quem locum malè intelligunt qui ex eo concludunt ſanctos non eſſe orandos, aut etiam ab hominibus auxilia nulla petenda eſſe. Hoc ſi quidem loco admonet propheta Dominum Deum nunquam eſſe deſerendum, vt contra eius voluntatem, gloriam & ordinationem ab hominibus auxilia petamus, vt faciebant Iudæi qui relicto & contempto Domini præcepto ab impiis & idololatris opem poſcebãt, quod facere non poterant niſi recedendo à Deo. Nos autem cum ſanctos oramus, & ab ipſis adiuari petimus, à Domino non recedit cor noſtrum, quia eos oramus, vt nos apud Deum cui ſunt nobis gratiores & acceptiores nobis opitulentur: quare hoc textu nequaquam percellimur, quod fieret ſi ſanctos rogaremus vt beneficij & gratiæ largitores, non autem vt impetratores. hoc autem non facimus qui ſcimus à Deo omne bonum eſſe, ſed per humilitatem ſecuti Dei ordinationem eorum ope adiutari quærimus, quos apud ipſum plurimum poſſe non dubitamus, vt etiam nobis bene velle perſuaſi ſumus qui fratres noſtri ſunt & in charitate perfecta Deo coniuncti beatè viuunt.

*Ex Ezechiele.*

In Ezechiel 18. c. ita ſcribitur: omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor. Quem locum perperam exponunt qui ex ipſo colligi volunt nullam reſtare ſatisfactionem exoluendam ei qui ad Deum conuertitur, ſed ad gratiam & vitam habendam ſola cordis contritione, vel etiam Iudicij ſcientia opus eſſe. At toto cœlo errant locum non aſſequendo, & ſcripturæ ſacræ repugnando quæ ſæpius docet remiſſa culpa pœnam exoluendam relinqui. Vult igitur propheta docere Deum non velle peccatorum mortem, ſed cõuerſionem & vitam, preſcribens interim modum veræ & ſalutiferæ cõuerſionis ad Deum, quam vult in eo eſſe, vt peccator agat pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, cuſtodiat omnia diuina præcepta, & faciat iudicium & iuſtitiam: illa etenim ſunt verba prophetæ. Miror etiam Catholicos quoſdam, qui hunc locum aliter citant quàm legatur: ita ſcribendo: Quotieſcumque ingenuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Non enim de ſolo gemitu loquitur propheta, ſed de operibus pœnitentiæ & de operibus iuſtitiæ: hæc ſunt enim ipſiſſima eius verba, Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea (quod non faciunt qui peccata confiteri & pro ipſis iuxta Sacerdotum ordinationem ſatisfacere contemnunt) & fecerit iudicium & iuſtitiam vita viuet, & non morietur, omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor, in iuſtitia ſua quam operatus eſt viuet, &c. Ex hoc loco iudicandum piis relinquo quàm ſit periculoſum ſcripturis addere aut demere, aut etiam ipſas in citando truncare. Docemur prouerbiorum primo, quoſdam à Deo veniam & miſericordiam petere quam non obtinent: quod etiam teſtantur Eſau & aliorum exempla. Agenda igitur pœnitentia vt eam eſſe agendam in Eccleſia Deus præſcripſit, ſi miſericordiam ab ipſo conſequi velimus.

Ezechielis 28. c. ita ſcribitur: in multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate & peccaſti, & ego eieci te de monte ſancto Dei, & perdidi te. Hoc loco abutuntur qui ita ex illo colligunt: Deus pœnam minatur mercatoribus: ergo mercatura peccatum eſt. Deus enim eo loco mercatorum peccata & abuſus, non autem ipſam mercandi artem damnat, vt litera facile docet. Nota autem ibi mercatores taxari potiſsimum ob mercantiam rerum quæ voluptuariorum libidini ſatisfaciunt: Vide locum: idem reſpondeto locis qui habentur Marc. 11. & Luc. 19.

*Ex Hoſea.*

Hoſeæ primo capite ita ſcribitur: Vade: ſume tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationis: quo loco abutuntur qui ex eo colligunt fornicationem non eſſe peccatum. Nam fornicationem ſimplicem eſſe peccatum mortale docet beatus paulus, cum ait quòd Deus iudicabit tam fornicatores quàm adulteros. Et 1. Corinth 6. cum ait quòd fornicarij regnum Dei non poſsidebunt. Verba igitur prophetę ſunt cum myſterio accipienda: hoc etiam adiecto quod Deus iuſtè omnia præcipit & conſulit: vt etiam docuit Iſraelitas ſpoliare AEgyptios. *Heb. 13. 1. Corint. 6.*

Hoſeæ 13. ita ſcribitur, Perditio tua ex te Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum, quem locum perperam intelligunt qui ipſo effici volunt hominem nihil cooperari ad ſuam ſalutem, ſed poſſe tantum peccare, nihil prorſus operando quod ſalute & vita æterna ſit dignum. Falluntur autem nec ſenſum prophetæ aſſequuntur, qui eòs reprehendit qui eleuarant cor ſuum relicto Dei auxilio. Docet igitur eos nihil niſi incommoda ſine Deo accipere poſſe, & cum ipſo eos ſemper proſperè & feliter acturos.

*Ex Malachia.*

Malachiæ ſecundo ſcribitur, ad hunc modum. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Quem locum prauè detorquent qui ex ipſo effici volunt nihil in chriſtianiſmo præcipiendum. Nam hoc loco & ſimilibus admonetur populus vt obediat Sacerdotibus & prælatis ſuis, qui ſapientes, & in lege Domini exercitati eſſe debent, vt ſubditos docere poſsint quod ipſis vtile & ſalutiferum eſſe à ſpiritu ſancto edocti fuerint ſiue ſcriptura ſacra expreſſum ſit ſiue non. Hoc docemur ita intelligi debere ex eo quod ſcribitur Deutero. 17. vbi præcipitur populo dubitanti de aliquo religionis articulo adire ſacerdotem, & eius ſententiæ ac decreto inniti & ſtare, niſi peccare velit. Sacerdotum enim eſt docere, populi autem decreta ſequi. Non ſunt enim ſacerdotes, vt homines tantum conſiderandi, ſed vt miniſtri ſancti. Nam de ipſis ita dixit Chriſtus: Non eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. *Matth. 18.* *Matth. 10.*

*Ex hiſtoria Machabæorum.*

In fine ſecundi Machabæorum, qui eam ſcripſit hiſtoriam, petit veniam ſibi concedi, ſi minus dignè ſcripſerit: quare volunt nonnulli inde colligere libros illos non eſſe canonicos, nec à ſpiritu ſancto, a quo videlicet, ſi profecti eſſent, author non peteret veniam. At falluntur, quia hoc eſt modeſtiæ humanæ ſemper ſeſe demittere, quod authoritati ſpirituſſancti nihil detrahit. probabile eſt etiam quod illic excuſatio ſit non de re quæ deſcripta eſt, ſed de ſermone quo eſt propoſita. Nihil autẽ prohibet aliquem diuinitus edoctũ, eſſe qui tamen eloquẽs non ſit. Dicebat enim de ſeipſo beatus Paulus, quòd imperitus erat ſermone, & ſi non ſcientia, ſimul etiam affirmabat ſe non prædicaſſe in ſublimitate verborum.

*Ex Matthæo.*

Matthæi quinto capite ita ſcribitur: Nolite *iurare* omnino, ſed ſit ſermo veſter, eſt, eſt, non, non: quod autem his abundantius eſt à malo eſt: Quem locum perperam exponunt, & prauè detorquent, qui ex illo concludunt iuramentum nullo caſu cõcedi chriſtianis, ſed ſemper malum eſſe. Quam malè autem locum illum exponant, fidem faciunt beati Pauli & ſanctorum aliorum exempla, quos ſæpius iuraſſe ſacra ſcriptura fidem facit. vult igitur Chriſtus nos in iurando aſsiduos & frequentes non eſſe, ne ita nomẽ Dei ſanctum & terribile vileſcat, & etiam ne aſsiduitate iurandi peieremus aliquando quod graue eſt peccatum, vt ſcribitur Eccleſiaſtici 23. Aut etiam id conſulit, quod eſt perfectionis chriſtianæ, & ad quod contẽdere debemus, ſcilicet vt ſimpliciter, & non ſimulatè conuerſemur. Iurare autem certis adhibitis conditionibus, ſcilicet in iudicio, iuſtitia & veritate nõ eſt malum, nec verbo Dei contrarium.

Matthæi quinto capite, ita ſcribitur: Ei qui vult tecũ in iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, &c. Quo loco abutuntur qui ex illo colligunt, omnem procedendi coram iudicibus formam apud Chriſtianos reprehenſibilem eſſe. Hoc enim propoſitũ (vt etiam multa alia quæ hoc capite proponuntur) vel ad concilia referri debet, vel ita accipi debet, vt magis iniuriam patiantur chriſtiani, quàm inferant, aut etiam compẽſent zelo vindictæ: non autẽ quòd zelo iuſtitiæ malum ſit coram iudicibus iuridicè ius ſuum perſequi: ad

Universidad de Deusto
Biblioteca



tribunal siquidē Cæsaris stare voluit beatus Paulus. Vide similia Luc. 11. & 1. Corinth. 6.

Matthæi sexto scribitur ad hunc modum: Tu cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, &c. Quo loco abutuntur, qui ex eo colligūt publicas orationes & processiones reijci debere. Non enim damnat Christus orationem quæ fit in loco publico, sed huiusmodi & hypocriticam ostentationis & gloriæ inanis cupiditatis intentionem. Christus enim ipse publicè orauit: Apostoli publicè orarunt: & Christus præcepit orationes publicas à populo in Ecclesiis fieri, qui dixit templum esse orationis domum. Publicè igitur oremus, sed intentio tota in Deum feratur, quod est patrem in abscondito & clauso ostio rogare. Sic enim precati sunt antiqui Patriarchæ, Prophetæ, & sancti reliqui cuiuscunque temporis fuerunt.

Matthæi sexto ita scriptum habemus: Orantes, nolite multum loqui: quo loco abutuntur qui ex eo colligunt psalmodias, horas canonicas, & cæteras longas orationes tolli debere ex christianismo, quo etiam referūt locum qui scribitur Ioan. 4. In quo dicitur oportere veros adoratores adorare in spiritu. Falluntur autem, quia Christus nō damnat longas orationes, qui sæpius pernoctauit in orationibus, sed eorum sublatum vult errorem, qui putant se exaudiri in multiloquio, quasi Deus nō esset vbique præsens, & magis excitaretur ad exaudiendum alta & importuna orationis voce, quàm cordis humili eleuatione & affectione.

Matthæi sexto ita scribitur: Sic vos orabitis, Pater noster qui es in cœlis, &c. Quo loco abutuntur, qui inde effici volunt nullam orationem esse dicendam præter hanc à Christo traditam, quos apertè falli manifestum est ex eo quòd Christus orando non semper ea est vsus sicut nec Apostoli: Debemus ergo orare, vt negotiis & necessitatibus nostris præsentibus conuenit. Hæc autem dominica oratio frequens, & assidua christianis esse debet, tum quia complectitur ea omnia in summa quæ à Deo postulare debemus, tum etiam quia à Christo summo doctore & magistro nostro composita, & nobis tradita est.

Matthæi sexto ita scribitur: Te faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera, vt tua eleemosyna sit in abscondito. Quo loco abutuntur, qui ex eo colligunt nō esse palam, sed clam dandam eleemosynam. Nam illis verbis non prohibet Christus fieri eleemosynam coram hominibus, sed inanis gloriæ cupiditatem, quæ efficit vt perdatur merces bonorum operum. Cum etiam eodem capite, prohibet Christus, ne simus solliciti in crastinum, non damnat rerum ad viuendum necessariarum prouisionem & curam, sed anxiam diffidentiam & nimiam solicitudinem, quæ spei in Dei prouidentia aduersatur, & ad diuinorum mandatorum trāsgressionem impellit. Sciamus autem iustum nūquam fuisse a Deo derelictum, id est eum qui secundum suam vocationem ambulat, nec otio torpet: quare ita concludit, Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius, & omnia adijcientur vobis.

Matthæi septimo ita scribitur: Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data, dare filiis vestris, &c. Vnde malè colligunt nonnulli homines natura malos esse, nec ipsos posse, nisi peccare. Hoc autem quàm sit falsum & impium facilè diudicabunt, qui cōsiderabunt Deum fecisse omnia valde bona. Peccatum igitur est homini non essentiale & naturale, sed ascititium. Pulchra est hæc beati Chrysostomi sententia. Si quis natura bonus fuisset: certè nunquam malus effici potuisset: contra verò si natura malus, nunquam profectò bonus dici debet.

*Chrysost. de virtutibus & vitijs serm. 9.*

Matthæi septimo capite ita scribitur: Non potest arbor mala bonos fructus facere, &c. Quo loco ignoranter & apertè abutuntur qui ex eo colligunt omnem humanum actum extra gratiam factum, esse malū, demeritorium, & etiam peccatū: nec posse esse vllam præparationem ex parte hominis ad gratiam iustificantem, sed magis prouocari iram Dei. Hæc enim falsissima esse sæpius docet sacra scriptura, quæ & si docet hominem suo libero arbitrio (quod à natura habet, & ita ipsi est essentiale, vt sine eo non videam quomodo homo & esse, & dici possit) solo & sine gratia Dei non posse facere opera vitæ æternæ meritoria, tamen passim affirmat oportere ipsum concurrere & dispositionem quandā facere gratiæ Dei, quæ sese habet in hominibus, vt ad illam recipiendam disponuntur. Huc referri possunt loci illi: Si crediderit is, &c. Si vis ad vitam æternam ingredi. Item ille, hominis est animam præparare. Item & ille, Conuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos, & similes propemodum infiniti. Homo igitur, & si peccato est infirmus, potest tamen Dei auxiliū cogitando apprehendere, desiderare, liberè recipere & ei cooperari. Hoc igitur loco, non vult docere Christus, nihil esse in homine præter peccatū (quod clarum erit ei qui considerabit quod sicut locutus est de arbore mala, ita etiam fecit verba de arbore bona) sed vnumquemque ita loqui & operari, vt intus affectus est: hoc est quod alibi dicit cum ait, quòd ex abundantia cordis os loquitur. Item, quòd bonus homo profert de thesauro cordis sui bona, & malus similiter mala. Hæc igitur sunt intelligenda de hæreticis, qui vt magis fallant, speciem pietatis induunt, sese transfigurant in angelos lucis, & nihil nisi sanctuli esse apparent, quod significat Christus cum ait eos venire in vestimentis ouium: verum cum sint intus lupi rapaces, & reproba sic eorū mens & coinquinatissima, vel etiam cauteriata conscientia, non possunt bonos fructus facere, sed malos. Vnde fit quod ex operibus, non autem ex verbis, aut ex scriptis quales sint tandem dignoscuntur: quod indicat Christus, cum ait in hunc modū, A fructibus eorum cognoscetis eos. Hinc ergo discamus omnes hæreticos summè hypocritas esse, sed non posse, quin tandem agnoscantur operibus propriis. Illi sanè suo ventri seruiunt, non Christo, inquit Paulus, & quæ in occultò fiunt ab ipsis turpe est, etiā dicere quicquid exterius prætexant pietatis, cuius virtutem abnegant. Hoc qui nescit consideret quæ morum corruptio, quæ omnium statuum cōfusio, quæ denique omnis generis mala cum hæresibus initium & auctionē habuerunt. Hæreses enim exercent, & rectam conscientiam tollunt.

Scribitur Matthæi octauo capite, quod Christus ita dixit, cuidā volenti sepelire patrem suum: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Quo loco abutuntur, qui ex eo colligunt Christianos nullam habere de sepulturis curam debere. Nam Christus laudauit factum Magdalenæ, quæ effudit vnguentum super ipsum dicendo quòd suam ipsius sepulturam ita faciendo præuenerat. In scriptura laudantur illi qui aromatibus corpus Christi condierunt. Cōmendantur mulieres quæ in hunc finem aromata emerant, vt venientes vngerent Iesum. In veteri testamento omnes sancti summam adhibuerunt semper diligentiam, vt sanctorum defunctorum corpora honorificè sepelirentur. Ob hoc Tobias etiam Deo placuisse dicitur. Quare non est putandum honore sepulturæ priuanda esse sanctorū corpora. Christus enim hoc loco illud non prohibuit, sed voluit docere fidem & religionem Christianam nullam pati necessitatem, id est nihil esse humanum tam charū & magnū quod propter eam relinquere nō debeamus. Hoc alibi, & si aliis verbis docet idem Christus, cùm affirmat neminem se dignum iudicare, qui propter se non reliquerit patrem, matrem, sororē, vxorem & quicquid charissimum, imò etiam qui non seipsum abnegarit.

Scribitur Matthæi nono, in hac verba: Fides tua te saluum fecit. Itē, secundum fidem vestram fiat vobis. Quibus locis & similibus abutuntur, qui ex illis colligunt opera, nullam prorsus habere commēdationem apud Deum. Falluntur autem, quia etiam hi omnes, quorum fidem videmus à Christo commendatam, opera habuerunt, vt cognoscamus nunquam fidem, quæ renuit opera commendari in sacra scriptura, sed eam tantum, quæ per charitatem operatur. Exemplo sint hi, de quibus hoc capite agitur: exemplo sit Magdalena: exēplo sit bonus latro, qui bona multa est operatus. Christum honorando, socium suum increpando, & alia multa faciendo. Ideo autem valde commendatur fides, quia est substantia rerum sperandarum & fundamentum totius boni: sine qua, homo non potest bona & meritoria opera facere, sicut nec arbor radicibus carens fructus produceret: vel etiam quia nō tam facilè fuit ipsam fidem humanis mentibus inserere à principio: quare oportuit illam quasi magis commendari, & frequentius prædicari quàm bona opera quæ omni seculo philosophi laudarāt & docuerant. In Christianis autem vt saluentur, neutrū sine altero prodest. Habeamus igitur fidem per charitatem operantem, quam formatam dicunt theologi, si saluari volumus.

Matthæi decimo capite ita Christus dicebat Apostolis: Nolite possidere aurum neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, &cæt. Quem locum manifestè deprauant, qui ex ipso colligunt in Ecclesia nullas prorsus esse debere diuitias, sed pauperes omnes Sacerdotes & ecclesiasticos esse debere. Falluntur autem, quia quando Christus hoc dixit, non ideo dixit quod egeni & pauperes esse debeant ecclesiæ & verbi Dei ministri (alioqui enim quomodo hospitalitatem secundum aliam scripturam exercere possent?) sed vt duo doceret: prius est quod ipsemet subiūxit, quia dignus est operarius mercede sua: & vt ait Paulus: Is qui catechisatur debet communicare in omnibus bonis ei qui se catechisat: Posterius verò, est quòd nemo militans Deo debet sese implicare negotiis secularibus. Nemo enim potest seruire Deo & mamonæ: vnde legimus Apostolos, qui orationibus & prædicationi verbi Dei ex officio instantes esse volebant diaconos elegisse & instituisse, qui bonorum temporalium curam haberent & gererent. Virtutum igitur instrumenta diuitiæ in ecclesia retineantur & conseruentur, sed per bonos, per fideles, & idoneos percipiantur & dispensentur reiectis fucis ignauis qui fruges consumere, & tantum deliciari torpescere voluptuarique sunt nati. Sæpe enim existimaui ecclesiæ depauperationem non esse eius reformationem, sed certam euersionem. In omni enim militia neruus est pecunia: At ecclesia imò totus christianismus militia est. Sed hinc fundi nostri calamitas, quòd abhominatio desolationis sedet in loco sancto, & tamen quotus quisque id cogitat, aut si forsan cogitant aliqui, quis audet vel etiam solo verbo & cōsilio mederi ecclesiæ lāguescēti? manus Domini est, quia folia ficea & decidua nos perterrefaciunt. Erubescant ministri verbi Dei si hoc non videant. Si autem vident & tacent, væ ter quatérque ipsis.

Matthæi decimo ita scribitur: Vnus passer non cadet super terram sine patre vestro, &, vestri capitis capilli omnes sunt numerati, &cæt. Vnde malè colligunt nōnulli, omnia necessariò fieri, nec vllam esse humanarum actionum libertatem. Quod quàm sit absurdum luce ipsa lucidius est. Alioqui enim quare Deus tot scripturas dedisset, tot præcepta fecisset, & tot magistratus, rectoresque dedisset? Asserit igitur Christus vniuersalem Dei de rebus omnibus prouidentiam, cui omniti debent qui grauia suscipiunt onera, quæ sine Dei auxilio exequi nō possūt: cuiusmodi maximè sunt ministri verbi Dei, id est Ecclesiæ prælati, quos illic alloquitur Christus.

Matthæi decimo, ita dixit Christus: Non veni pacē mittere, sed gladium. Quo loco ignoranter abutūtur illi qui ex eo colligunt licitum esse eos qui credere nolunt, ei quod sibi ipsi persuaserunt esse Euangelium interficere. At toto cœlo errant, quia Christus ibi non loquitur de armis carnalibus, sed de separatione ab infidelibus quicunque sint illi. Sensus ergo loci est neminem tam charum & necessarium nobis esse quem deserere propter Christum, & eius fidem non debeamus, nō quia ministri ecclesiæ & verbi Dei, quorum ex beato Paulo, Arma nō sunt carnalia, sed spiritualia impetu & nece ad suam recipiendam doctrinam aliquem cogere debeant. Non nego tamen interim esse principum secularium christianorum fidem & religionem christianam armis contra seditiosos hæreticos defendere. Eo enim vocantur & eo fine in ipsorum inauguratione à ministro ecclesiæ gladium accipiunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca



ad cuius nutum & consilium illum stringere & vibrare debent. Ministri autē verbi Dei gladium nec in manu, nec in ore, nec etiā in corde habere debent. Cogere autē debent Christiani principes eos, qui promiserunt se seruare religionem catholicā eandem profiteri, non autem id possunt facere quibus nihil promisimus hæretici. Illi enim in nostra ecclesia baptizati, iurarunt, & promiserūt se obseruaturos nostram religionem catholicam, quod nunquam ipsis promisimus de sua. Quare nos iure illos cogere, vt seruent quod promiserūt possumus, illi autem nos non possunt cogere, quippe qui ipsis nihil vnquam promisimus, sed potius ipsos, & eorum abhominationes semper detestati sumus.

Matthæi nono scribitur, quòd Christus eiecit tibicines ex domo in qua mortua erat puella, quo loco abutuntur qui ex eo colligunt exequias, & omnes ceremonias quæ fiunt pro mortuis tolli debere. Docet enim textus tibicines electos fuisse, nec solum eos, sed etiam vniuersam turbam, quia paucos voluit interesse (non sine mysterio) quando miraculum fecit. Cottigantur igitur mundanæ quædam pompæ quæ in exequiis fiunt reliquique abusus, sed quod est pium, quod ædificatiuum ecclesiæ, & quod defunctos iuuat, retineatur.

Matthæi 13. ita scribitur: Sinite crescere zizania vsque ad messem. Quem locum ignoranter & praue in exoticum sensum detorquēt, qui ex eo colligunt hæreticos non esse puniendos, sed semper tolerandos quicquid dicant & faciant. Nam manifestum est ex ipso textu Christum non simpliciter prohibuisse hæreticos puniri, qui toties in scripturis eos interfici præcipit, & suo spiritu animauit suos electos ad ipsorum internecionem, vt videre est Deuter. 13. & 17. 3. Reg. 18. 1. Machab. 1. & 2. cap. & alibi sæpius, sed præcepisse adhiberi summam cautionem, ne simul triticum eradicetur. Hoc enim periculo sublato vtilissimum est hæreticos puniri & excidi, vt videlicet expurgato veteri & atido eorum doctrinæ fermento tota massa & cōgregatio fidelium sincera conseruetur. Tum enim est messis quam vult expectari Christus, quia satis discernuntur, & tales esse, id est hæretici, & obstinatè Deo in ecclesia repugnare cognoscuntur. Secuta est igitur semper hoc Christi præceptū ecclesia catholica, quæ pro suspicione sola hæresæos neminem tolli voluit, sed rebelles & exoticam doctrinam inuehentes, etiam postquā edocuit & sæpius admonuit resecuit & seditionis, rebellionisque ergo principibus & magistratibus christianis (qui debet ea potissimùm punire, & reprimere quæ fiunt contra Deum, & eius religionem) puniendos tradit & permittit. Quem sanè procedendi modum, nemo rectè mentis reprehenderet, vt etiam non poterit dubitare hæreticos contra hoc Christi mandatum facere, quando prætextu tollendorum abusuum, qui in ecclesiam irrepserunt, nescio qua furiosa violentia vniuersa quæ sunt religionis Christianæ funestāt & euertunt, quod est triticum à domino Deo seminatum eradicare. Est autē retinēda institutio quæ est à spiritusancto sublatis superstitionibus & & abusibus humanæ insolescentiæ & imperfectionis. Docet etiā hæc parabola semper in hac vita fore malos cum bonis mixtos.

Matthæi decimoquinto ita scribitur: Populus hic, labiis me honorat. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt cantum ecclesiasticum, & omnes orationes vocales reprehendi. Nam textus indicat manifestè Christum non reprehendere simpliciter orationem vocalem, sed eam tantum quæ non proficiscitur ex puro & deuoto corde. Hoc enim iudicat id quod sequitur in hunc modum: Cor autem eorum longe est à me. Corde igitur & voce orādum est, & si à corde præcipuè proficisci debet oratio, vt Deo sit grata. Is enim intuetur cor, & cum sit spiritus, vult spiritu orari & adorari.

Ibidem ita scribitur: Omnis plantatio quā non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. Item, Sine causla colunt me docentes doctrinas & mandata hominum: quibus locis nimium apertè abutuntur qui ex illis colligunt omnes ceremonias & traditiones ecclesiasticas esse reiiciendas: omnem etiam cultum religionis reprobandum, quem Deus non expresse præcepit in scripturis sacris. Non enim de honestis, iustis ecclesiæ vtilibus, & verbo Dei consentientibus ceremoniis & traditionibus sanctorúmue Conciliorum Decretis, illic agit Christus, sed de doctrinis impuris & iniustis, quas cōtra rationem rectam & Dei præceptum homines auari populo proposuerant: cuiusmodi erat quod quicunque bona sua daret templo, eximeretur à subuentione egenorum parentum: quod planè aduersatur Dei verbo & rectæ rationi, vt docet Christus, quare & ipsum reprehendit, & quæ sunt eiusmodi omnia humana inuenta, non autem vllo pacto ceremonias & traditiones ecclesiasticas, aut quemlibet Dei cultum legitimum, & sanctam fidei & religionis christianæ professionem. Videtur enim Actuum decimoquinto: & 2. Thessal. 2. & alibi sæpius quanta cum reuerentia retineri & obseruari debent ceremoniæ & traditiones ecclesiasticæ. Hic locus etiam nulla ratione percellit sinceram vitæ monasticæ professionem, quam Deum plantasse satis cognoscunt, qui legenda scriptura sacra passim comperiunt illam esse modum seu statum perfectionis acquirendæ, & turā seeurámque (si verè obseruetur) vitæ æternæ semitam. Reprehēdit ergo illic Christus omnem cultum hypocriticum qui tum est cum exterius solum Deo seruitur. Talem namque plantationem non plantauit, nec amat, sed respuit pater cœlestis qui spiritus est. Et ita quærit veros adoratores, qui illum adorent in spiritu & veritate. Timendum est autem ne eradicemur qui Deo ex corde nō seruimus.

Ibidem ita scribitur: Quod intrat in os non coinquinat hominem: Quo loco apertè & perniciosè abutuntur hæretici gastrolatræ, qui ex eo effici volunt nullum esse peccatum cuilibet homini quolibet die vesci quolibet cibo contra quodlibet etiam ecclesiæ præceptum. Nam certum & dilucidum est Christum in hoc loco, non loqui de cibis prohibitis, quos nunquam permisisset edere suis Apostolis, cum esset legis obseruātissimus, sed de quibusdam superstitiosis manuum lotionibus inter epulas Iudæorum superstitiosorum sæpius repetitis, quæ siue fierent siue non fierent, non ideirco coinquinabatur conscientia. Quare meritò eos reprehendit Christus qui condemnabant eius Apostolos propter prætermissas eiusmodi indifferenteis ablutiones, quas ad ciuilitatem & non vllo modo ad religionem retulerim. Manducare igitur lotis vel illotis manibus, hoc nihil ad conscientiam quæ re externa & corporata à qua non attingitur coinquinari non valet. Secus autē longè est manducare cum transgressione alicuius præcepti Dei in ecclesia, quia coinquinat hominem cum illa à corde præfracto & non obediente procedat. Sola igitur est transgressio præcepti quæ spiritualis est, & à corde procedit, quæ coinquinat hominem, non autem cibus, cum omnis Dei creatura sit bona natura & essentiā, seu creatione sua. Videndū est autem vt sumatur cum Dei ordinatione, quam puto beatum Paulum appellare gratiarum actionem, sine qua aut cōtra quam non sumitur absque coinquinatione, vt docemur in Adamo, qui coinquinatus fuit esu pomi vetiti. Notandum est autem hoc loco Deū qui scit hominem appetentem esse voluptarum ventris vtraque ex parte, omni tempore ab ipso expectisse obedientiam in eo ad quod illum natura pronum esse cernebat, vt sic maius illius esset & obsequium & meritum. Inde etiam forsan factum est quod semper grauissimè punierit peccata gulæ & luxuriæ. Hæc aduertant qui Deo magis in salutem, quàm ventri suo, in propriam perniciem seruire volunt.

Matthæi decimosexto ita scribitur: Super hanc petram ego ædificabo ecclesiam meam. Quo loco malè intellecto abutuntur, qui ex illo colligunt perperam papam, id est primum ecclesiæ Christi ministrum dici caput seu fundamentum ecclesiæ, quia videlicet (aiunt illi) Christus dixit suam ecclesiam fundandam supra sese, qui est Petra. Nam manifestum est ex litera ipsa Christum promisisse beato Petro priuilegium & officium excellens in sua ecclesia, in compensationem confessionis quam fecit de eius diuinitate humanitati personaliter & inseparabiliter coniuncta. Quorsum enim speciatim adiunxisset se ipsi daturum claues regni cœlorum? Et si igitur solus Christus verè & propriæ est ecclesiæ caput, & fundamentum, qui eam suo sanguine lauat & purificat, quique ipsius vnicus est sponsus, tamen cum in cœlos conscenderit, nec visibiliter in ea nunc aliquid ministret, operepreciū & necessarium est in ea esse aliquem corporalem & visibilem, qui eius vices suppleat & hominibus corporatis corporaliter & sensibiliter diuina & sacra per corporata & sensibilia ministret. Talis fuit primus beatus Petrus, cui & si reliqui Apostoli in Apostolatus vocatione, & verbi Dei prædicatione pares erant, ipso tamen in regenda ecclesia inferiores fuerunt. Hoc dilucidum fit ex Act. Apostol. in quibus scribitur in Apostolorū confessibus B. Petrum primum loqui solitum, quod ita minimè fecisset, nisi à Domino in primatū ministerij se vocatum cognouisset. Hoc confirmat hic locus, vbi speciatim dictum est ei, dabo tibi claues regni cœlorum: is quiscribitur Luc. 22. vbi ita dicitur: Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: tu ergo cōuersus confirma fratres tuos: vt etiam is qui scribitur Ioan. 21. capite, vbi postquam eum Christus ter interrogauit, an se plus quàm alij diligeret: Dixit ipsi: Pasce oues meas, pasces agnos meos. In ecclesia igitur ex ordinatione Christi quæ est ordinatissima, est quidam primus & præcipuus minister eius vicarius, quem qui non agnoscunt, Christū qui hanc ipsi delegauit potestatē rectè agnoscere nō possunt.

Nulla quoque illorum est ratio, qui dicunt summos pontifices falsò gloriari de tali prælatura, quia dictum est, tibi, non autem adiectum est, & successoribus tuis. Nam talis potestas & administratio, data est ipsi Petro, non propter ipsum, sed propter ecclesiam, quæ cum duratura sit vsque ad finem mundi, certum est talem potestatem & administrationem in ea requiri, nō minus quàm tempore Apostolorum. Semper enim ouibus opus est pastore, ignaris doctore, & infirmis directore atque gubernatore.

Matth. 17. ita scribitur: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite: Quo loco abutuntur qui ex *ipso colligūt*, nihili facienda esse quæ ab hominibus sunt tradita, sed *solum Christi* Domini verbum recipiendum. Nam quæ tradunt & *præcipiunt* ecclesiæ pastores hæc dicitur præcipere & decernere Christus, *qui de illis* ita dixit: Qui vos audit me audit, & qui *vos* spernit, *me spernit*. Quæ igitur Apostoli, & postea legitimè ordinati *ecclesiæ pastores in* Conciliis generalibus sanxerunt, hæc dicitur Christus *sanxisse*, in cuius Ecclesia à spiritu sancto edocti & impulsi talia decreuerunt. Vnum igitur Christum doctorē ecclesiæ audimus in ecclesia per Apostolos, & alios pastores loquentem.

Matthæi 18. scribitur in hunc modū: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum *solum*: quem locum malè accipiunt qui ex eo colligunt hæreticos fidem corrumpentes deferendos non esse, sed tantum secreto admonendos. Nam illic Christus fratris correptionem omnibus curæ esse debere extra illius scandalum & offensionem docet, quatenus respublica nihil detrimenti accipit, aliter enim non est necessariò obseruandus hic progressus. Non legimus enim quod Christus secretò admonuerit Scribas & Pharisæos, quos tā acerbè coram populo reprehendit & increpauit, vt scribitur Matth. 23. nec etiam quod hunc progressum seruarit erga illos, quos flagello ex templo eiecit Matth. 21.

Matthæi 19. scribitur in hunc modum. Vnus est bonus Deus, quo loco prauè intellecto abutūtur, qui ex eo colligūt neminem bonū & iustum esse, aut dici debere. nam Christus nō vult illic negare se bonum aut Deum esse, aut etiam alios bonos & iustos esse posse, sed omnem bonitatem ad Deum tanquā ad causam & principium referri debere.

Ibidem ita scribitur: Si vis ad vitam ingredi serua mandata, quo loco perniciosè abutuntur qui ex ipso colligūt consilia & omnia huma-

Universidad de Deusto

ua præcepta reiici debere, tanquam auocantia á libertate Euangelica: quia ibi vt etiam infra 22. Christus viam salutis æternæ docens & aperiens nihil adiecit de traditionibus, ceremonijs, & quibuslibet aliis humanis decretis. At suam aut ignorantiam aut malitiam apertè prodit scripturam truncantes, quæ alibi talia plurimum commendat: vt videre est in progressu eiusdem capitis, in quo paulò infrà ita dicitur. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequere me. Cedo autem, hoc est consilium an præceptum? concilium tanè est.

Matth. 20. scribitur: quod primi erũt nouissimi, & nouissimi primi: Item, quod singuli acceperunt singulos denarios: quo loco abutuntur, qui inde colligunt nullam esse distinctionem gloriæ in beatis, nec vllum operum meritum. Nam quod sit operum meritum, docet idẽ locus vbi ita scribitur: Voca operarios & redde illis mercedem: quod autem sint diuersi gradus gloriæ beatorum, docet Paulus 1. Corinth. 15. quãdo ait quod sicut stella á stella differt in claritate, ita & resurrectio mortuorum: hoc etiam Docet Euangelista qui ait, in domo Dei esse multas mansiones. Vult igitur docere hoc loco Christus non esse nostrum, Dei opera semper iustissima reprehendere, aut de ipso cõqueri vllo pacto, qui eius gratiæ nos & nostra omnia debemus. non est inuidendum gratiæ aliis concessæ, sed de ipsa collætandum.

Ibidem ita scribitur: Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent inter eos: Non erit ita inter vos: quo loco perperam detorto abutuntur, qui ex ipsa colligunt omnes christianos esse æquales, nec vnum posse alteri quippiam præcipere. Nam illic Christus, non tollit principatum, quem ipsemet in ecclesia Apostolis cõcessit, quibus etiam promisit iudicium duodecim tribuũ Israel, sed tollit & prohibet ambitionem, & affectum dominandi, quem etiam condemnat beatus Petrus 1. epistol. cap. 5. & Ezechiel cap. 34. Vult ergo prælatos Ecclesiæ ex charitate in ecclesia ministrare, & non ex ambitione.

Matthæi 22. ita scribitur: Quomodo huc intrasti non habẽs vestem nuptialem? quo loco abutuntur, qui ex eo colligunt vestimentorum cultum prętiosum præcipi, aut saltem commendari. Falluntur autem, quia Christus nõ intendit illic loqui de externo vestimentorum cultu, quem superfluum & superbum semper damnat scriptura, sed de interna animi charitate & puritate quæ est necessaria ei omni qui vult conuiuio Christi interesse. Ornatus igitur sit simplex & mundus, non autem superbus, delicatus aut dissolutus, cuiusmodi mundus totus in maligno positus magis ac magis appetit & anget.

Matth. 23. ita scribitur: Nolite vocari Rabbi: Item, nolite vocari magistri, &c. Quem locum in suam perniciem exponunt, vt etiam illum Iaco. 3. in quo prohibet plureis fieri magistros, qui inde colligunt esse contra scripturã & Christi doctrinam promouere doctores, bachalaureos & reliquos magistros, & etiam nominibus honoris illos donare. Nam Christus solum affectũ ambitionis, & inanis gloriæ hypocritim damnat, non autem ipsas vocationis sanctæ dignitates. Alioqui eadem ratione, nec aliquem nominare principem, aut etiam patrem liceret, quia ibidem prohibet aliquem dici Rabbi, id est principẽ & superiorem, vt etiam patrem. Damnat igitur hypocritim superbiam & fastũ, non autem debitum prælatis & superioribus quibuslibet honorem.

Matthæi 24. scribitur in hunc modum: Tradent vos in tribulationem, & occident vos: quo loco abutuntur qui talia verba obiiciunt catholicis magistratibus animaduertentibus in hæreticos. Nam certum est ex omni lege dignum morte esse illum qui seditiosus conlurgit aduersus principatus, & eorum decreta, maximè verò in fide & religione. Principes igitur & magistratus iustè & ex officio in hęreticos animaduertentes hic non condemnantur à Christo, sed crudeles hæretici qui contra iura tam diuina quam humana catholicam ecclesiam blasphemant, concordiam ciuilem tollunt, & omnia confundendo crudeliter christianos, vt à fide eos auertant, diuexant & persequũtur. In hæreticos igitur & infideles quoslibet hæc dicta, non autem in catholicos accipiantur.

Abutuntur etiam iis quæ ibidem dicta sunt de abhominatione desolationis sedente in loco sancto qui de pontifice Romano, primo ecclesiæ Christi, à quo omnes reliqui pendent in ministerio ecclesiastico ministro exponunt. Certum est enim Christi ecclesiam prædicatione beati Petri Apostolorum principis Romæ fundatam esse, & eiusdẽ sanguine confirmatam, & ibidem stabilitam. Quare etsi alibi & manfit & prædicauit beatus Petrus, non autem alibi quam Romæ ecclesiam fundasse, cathedram christianismi stabiluisse propriè dicitur. Vnde factum puto quod in aliis ecclesiis, in quibus alij Apostoli prædicarunt, vel etiam ipsemet Petrus fides defecit, nũquam autem in sede Romana. Hoc autem tribuo non Romanorum merito, sed Dei protectioni & Christi promissioni & orationi, qua deprecatus est patrem suum, vt fides in ecclesia Petri nunquam deficeret. Oportet igitur omnem prorsus christianum amplexari, & honore digno prosequi, & sedem Apostolicam Romę stabilitam. & primum ecclesię ministrum, vniuersalem Christi Iesu vicarium cum plenitudine potestatis in ea sedentem: diligenter tamen nobis interim cauendo ab abhominatione desolationis quæ in loco sancto sessura prædicitur à Christo. hoc autem fore puto, quando Antichristus propter peccata populi prœualebit & expellet Christi Dei & hominis veri fidei professionem, conculcando locum sanctum, & faciendo cessare iuge sacrificiũ, quod est sacrificium corporis & sanguinis Christi, quod semper in ecclesia catholica ex Christi institutione, & præcepto celebratum est in memoriam passionis ipsius, & ad eiusdem participationem habẽdam. Hoc autem sacrificium iuge & Euangelicum vocatur à christianis missa. Forsan etiam abhominatio desolationis dicetur sedere in loco sancto, quando pastores nec verbo nec vita populum Dei pascent, sed vita carnali & abhominabili christianos scandalizabũt: & tum actũ erit de religione christiana & pura eius professione, christianis aut seductis aut dominãtibus, dissipatis, & errãtibus ad instar ouium quæ sunt sine pastoribus.

Matth. 24. ita scribitur: Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere, quo loco abutuntur qui illum ad sacram eucharistiam detorquent. Nam Christus de doctrina & prædicatione, non autem de eucharistia loquitur vt textus ipse docet. Præterea ait hoc futurum in nouissimis tẽporibus quod est argumento locũ illum non posse intelligi de eucharistia, in qua Christum realiter & personaliter contineri semper in ecclesia traditum & creditum est, & non tantum in nouissimis temporibus, quando debet impugnari iuge missæ sacrificium. Fit igitur ibi sermo de hæreticis, qui tectas debent facere multas & varias in nouissimis temporibus, homines in deserta & penetralia deducendo, non autem de hostia sacra, in qua Christum integrum contineri & scriptura & ecclesiæ traditione docemur.

Matth. 25. ita scribitur: Oportuit te committere pecuniam meam nummularijs, & ego veniẽs recepissem vtique quod meum est cũ vsura: quo loco prauè detorto abutuntur qui ex eo colligunt vsurã (quam tam sæpe damnat scripturę sacra) licitam esse. Nam hoc de vsu & profectu gratiæ Dei intelligi debet, non autem de vsura pecuniaria.

Ibidem ita scribitur: Ibunt ij in vitam æternam: Alij verò in supplicium æternum: quem locum perperam exponunt, qui ex eo effici volunt nullum esse purgatorium, sed tantum duplicem esse viam, scilicet in cœlum, aut in infernũ. Nam illic loquitur Christus de statu futuro post extremũ iudiciũ, post quod nullum erit purgatoriũ, quando videlicet omnes recipientur gloria æterna, vel suppliciis æternis adiudicabuntur. Non sequitur tamen quin tantisper dum iudicium illud expectatur sit purgatorium, quo imperfecti christiani purificantur, vt tandem effecti Deo verè sancto tandem coniungantur, vt latis declarant scripturæ sacræ.

Matth. 26. scribitur in hunc modum: Accipite & manducate, hoc est corpus meum: quem locum apertè corrumpunt, qui illum exponunt de figura & signo corporis Christi. Nam nullus prorsus tropus talis illic videri potest, vbi Christus demonstratiuè & ostensiuè loquens ait: Accipite & manducate, hoc est corpus meum. Ita igitur locum exponere, vel potius deprauare dicendo, hoc est, id est hoc significat corpus meum, est apertè addere scripturæ. Non sequitur enim verbum est, hic significatiuè accipi, quia alicubi ita accipitur, vt puta Ioan. 15. quando ita dicit Christus, Ego sum vitis, &c. Et 1. Cor. 10. quando ita ait Apostolus: Petra autem erat Christus. Nam illic non agitur de sacramento. Præterea etiam certum est illis in locis tropum subesse, quia Christus nec petra nec vitis est. Hoc autem loco notandum quod non ait Christus, panis est corpus meũ: sed hoc (scilicet quod vobis trado manducandum) est corpus meum, vt videlicet doceat iam non subesse panem, sed sub eius speciebus proprium eius corpus cõtineri, qui à propheta dicitur esse Deus abscõditus, & propter quẽ etiam dicitur Deus eleuasse figmum suum. Ideo enim iam panis mentionem nullam facit post cõsecrationem, & vocabulorum genera mutauit, vt intelligamus panis substantiam non remanere, sed in corpus Christi mutatam esse per verbum Dei à Sacerdote huius mysterij legitimo ministro prolatum, recta cum intentione. Sicut enim quem manducabat panem in suam carnem mutabat Christus, cum hic viueret, ita nunc virtute verbi & omnipotentia diuinitatis vbique præsentis, etsi non vbique similiter operantis panem (omnibus requisitis præsentibus, & vt ipse instituit dispositis) in suam carnem personaliter & inseparabiliter diuinitati ipsi coniunctam, conuertit substantialiter: Quod autem hic locus nullum talem tropum aut figuram admittere possit docent loci alij scripturæ sacræ, in quibus de hac eadem re agitur, vt videre est Ioan. 6. 1. Corinth. 10. & 11. & alibi sæpius. Vnde clarè constat locum enunciatiuè simpliciter & cathegoricè accipi debere, nequaquam autem tropicos & figuratè.

Ibidem ita scribitur: Hoc facite in mei memoriam: quo loco abutuntur, qui ex illo volunt sequi Christum voluisse docere se tantum loqui de signo sui corporis, quod ad sui memoriam habendam frequentandum erat. Nam illis verbis corporis proprij consecrationem, oblationem & manducationem in sui ipsius recordationem præcipit. Illic enim facere idẽ est quod sacrificare: quo sensu sæpe in scriptura vsurpatur, vt etiam ab eo significatu pontifices dicuntur sacerdotes, quia videlicet habent potestatem sacrificium publicum peragendi.

Ibidem scribitur: Bibite ex eo omnes: quem locum perperam exponunt, qui ex eo colligunt oportere omnes christianos corpus & sanguinem Christi sub duplici specie sumere. Nam, primum, certum est tum solos Apostolos, quos sacerdotes ordinauit, & eos solos alloquebatur adfuisse. Deinde non minus sunt participes sanguinis Christi, qui solam panis speciem sumunt, quàm qui sub specie vini eum bibunt. Nam vtrobique totus Christus in corpore, sanguine, anima, & diuinitate: quare nulla re ad salutem necessaria priuantur laici, qui sub sola panis specie (non sine multis & magnis rationibus) communicant, nec plus quàm ipsi accipiunt sacerdotes, qui tamen sacrificantes, & missam celebrantes, quia passionem Christi, in qua sanguis à corpore separatus fuit repræsentant, sub vtraque specie sacrificium facere, & Christo communicare debent.

Ibidem ita scribitur: qui gladium accipit, gladio peribit: quo loco apertè abutũtur qui ex eo colligunt nullum bellum esse iustum. Nam ibidem Christus non prohibet omne prorsus bellum, aut etiam omnem sui defensionem, sed aggressionem, vt etiam vindictam priuatam, quæ ex Dei præscripto, & ex legibus petenda, non autem in propria persona executioni demandari debet. Sui etiam defensio cum moderamine inculpatæ tutellæ non est prohibita.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ibidem scribitur in hunc modum: Spiritus promptus est, caro autem infirma: quo loco abutuntur, qui ex ipso effici volunt, nos semper esse in peccato. Nam hoc non intẽdebat docere Christus, sed magnam esse in homine ad peccandum pronitatem, & idcirco ipsi semper vigilandum & cauendum esse. Si enim semper in peccato essemus, quicquid tentaremus, frustra præciperet vt vigilemus, ne intremus in tentationem.

Ibidem ita scribitur: Accipite & manducate, quo loco abutuntur qui ex illo colligunt nullum esse iam corporis Christi sacrificium faciendum, quia videlicet illius non meminit Christus, sed tantum manducationis. Non enim sequitur, non fecit illic mentionem expressam talis sacrificij, ergo nullum est tale: Nam potuit alibi illud præcipi. Verum, certum est Christum tale sacrificium præcipisse cum dixit, hoc facite, quod idem est, ac si dixisset, corpus meum sacrificate in mei memoriam: recolendo passionem meam.

Matthæi vicesimooctauo ita scribitur: Docentes seruare mandata: quo loco abutuntur qui ex illo colligunt nulla consilia christianis seruanda esse. Nam qui præcepta proponit consilia non negat, quæ alibi sæpius docentur & consuluntur.

Ibidem ita scribitur: Prædicate Euangelium omni creaturæ, quo loco abutũtur qui ex eo effici volunt sacra biblia lingua vernacula omnibus passim exhibenda esse. Nam aliud est longè populo prædicare, quæ sunt omnibus ad salutem necessaria, & aliud longè scripturæ sacræ mysteria eidem diuulgare. Illud namque omnibus est necessariũ, hoc autem multis inutile nec dicam perniciosum esset.

Ibidem ita scribitur: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c. quem locum deprauant qui ex eo colligunt infantes non esse baptizandos. Nam nimis durum esset in lege gratiæ infantes fide alterius non consequi gratiam, qui alieno tantum peccato coinquinati sunt, aliter longè profectò nos docet Christus veritatis magister, cùm ita ait: Sinite paruulos venire ad me, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

*Ex beato Marco.*

Marci septimo cap. ita scribitur: In vanum colunt me docentes doctrinas & præcepta hominum, &c. Quo loco prauè expositio abutuntur, qui ex eo colligunt, Christum prorsus ea omnia damnare quæ ab hominibus præcepta & tradita sunt, nec volunt aliquid recipiendum tenendum & obseruandum esse in Ecclesia, quod scriptura sacra non contineatur, vel etiamnũ exprimatur. Quare reiiciunt ea omnia quæ ecclesiæ prælati, etiam in conciliis generalibus congregati de fidei & religionis christianæ doctrina, professionéque decreuerunt, atque per spiritum sanctum tradiderũt: simuletiam omnes catholicas doctorum sanctorum sacrarum scripturarum expositiones exsuffiant, rideant, contemnunt & conculcant suas interim nænias commentationes, & vana somnia, impiáque deliramenta pro sacris scripturis nobis obtrudẽdo. Nam nihil prorsus eorum quę contra, aut etiam præter doctrinam catholicam obseruant & obtrudunt, in scripturis sacris continetur. hoc notabit qui decipi nolet. Hoc igitur loco non damnat dominus simpliciter ea dogmata religionis & vitæ piæ præcepta, quæ ab hominibus præpositis ecclesiæ fiunt, qui sæpius iubet ipsis parendum esse, sed eas damnat hominum traditiones, propter quas mandatum Dei relinquitur, id est quæ planè aduersantur diuinis præceptis & sacris scripturis. Hoc autem notum est ex ipso textu, in quo ita scribitur relinquentes mandata Dei, tenetis traditiones hominum: Item bene irritum facistis præceptum Dei, vt traditionem vestram seruetis: Item reiicientes verbum Dei propter traditiones vestras, &c. Vnde cõstat dominum Christum reprehendere eas hominum traditiones quæ aduersantur diuino præcepto: qui forsan etiam taxat indifferentiam traditionum superstitiosam obseruationem neglecto interim, & spreto Dei mandato, vt videmus ab his fieri, qui camelum deglutientes, excolant culicẽ. Retineantur igitur & diligenter, purèque seruentur illæ tũm traditiones, tum consuetudines, quæ pietatem promouentes à christianis sunt receptæ, & si scripturis sacris (quibus conformes esse debent) nec exprimuntur, nec continentur. Nota enim scripturas sacras quæ sunt traditæ ecclesia iam prædicatione & traditionibus fundata, non eo fine nobis datas esse vt nihil recipiamus, credamus & obseruemus in religione christiana quod ipsis non exprimatur, sed potius vt eam omnem & doctrinam, & religionis professionem auersemur & fugiamus quæ ipsis aduersatur. Verbum Dei siquidem & scriptum & non scriptum in Christi ecclesia agnoscere debent fideles & electi Dei, hæreticorum peregrinas doctrinas & fallas scripturarum expositiones cum impura & impia eorundem religionis exoticæ professione omni cura & diligentia fugiendo.

Ibidem ita scribitur: Nihil est extra hominem introiens in eum quod possit eum coinquinare, &c. Quem locum perperam exponunt qui ventris & eius insaniæ patrocinia suscipientes nullum habendum ciborum delectum volunt. Quare omni die quicquid contra præceperit ecclesia omni cibo pro libidine vescuntur. At deberent cogitare Christum hoc loco non instituisse sermonem de cibis prohibitis, sed de esu eorum qui concessi erant, quos Iudæi superstitiosi non manducabant, nisi sæpius manus lauissent. Hanc autem nimis curiosam & plus æquo ciuilem aut etiam superstitiosam in edendo mannum ablutionem, quia posthabebant Christi domini Iesu Apostoli rebus grauioribus intenti, à Iudæis reprehensi sunt, aduersus quos Christus ipsos tuetur & defendit, hoc loco, non reprehendens interim vllo pacto vtilem multis rationibus ciborum nonnullorum delectum, quem Christus seruauit, & etiam Apostoli iam lege Moysis exposita præceperunt, vt scribitur Actuum decimoquinto. Quod ergo intrat in os non coinquinat hominem, sed transgressio præcepti quæ à corde superbo & inobedienti procedit hominem coinquinat. *Act. 15.*

Marci vndecimo ita scribitur: Et cum introisset in templum cœpit eiicere vendentes & ementes, &cæt. Quo loco ignoranter satis abutuntur qui ex eo colligunt mercaturam non esse licitam. Nam Christus eo facto non damnat, mercatorum vocationem reipublicę & hominum consociationi necessariam, sed templi rebus sacris & vsibus diuinis dicati & destinati per talem negociationem in eo factam prophanationem. Templis siquidem summus honos exhiberi debet, quia rebus diuinis loca sunt dedicata & consecrata, vt impius docet scriptura sacra. Videant igitur quantum in Dei iudicio supplicium subituri sunt, qui ea in templis animo & corporibus impuri committunt quæ scribere puderet, quum citra horrorem cogitari non possint. Permisit Deus quondam sanctum, & ipsius iussu constructum apud Iudæos admirabile templum per infideles euerti, & religionis professionem prohiberi propter vtriusque abusum. Illorum igitur malo edocti, templis honorem debitum deferre discamus, ne similia, aut etiam grauiora in lege Euangelica longè perfectiori patiamur.

Marci decimosexto ita scribitur: Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Quo loco abutuntur qui ex eo effici volunt, tum pueros non esse baptizandos, tum satis esse ad salutem fidem & baptismum absque bonorum operum exercitio. Idem reiiciunt pœnitentiam, sacerdotalem absolutionem, satisfactionem, purgatorium & similia. Esto enim cum Christus misit Apostolos prædicatum de docendis & baptizandis adultis locutus sit, non sequitur ideo quod pueros baptizandos esse negarit, qui ipsos ad se venire voluit. Illi enim & si fide careant propria, possunt tamen ea quæ est ecclesiæ omnium matris per alios iuuari, qui alieno tantum peccato infecti sunt. Nõ enim est Deus magis seuerus in puniendo quàm misericors in iustificando & saluando. Quod autem ad eos spectat qui bona opera reiiciunt sola fide cum baptismo contenti luce clarius est eos summo in errore versari, nec quæ sit christianorũ vocatio intelligere. Nam cum in omni scientia & vocatione tum maximè in christiana τὸ τέλειον seu perfecta actio & operatio finis est. Frustra igitur de fide & de baptismo gloriantur, qui opera bona non habent, cùm videlicet fides & baptismus hominem ad bona opera disponant, dirigant & ducant. Adhæc, ita fit: Qui crediderit & baptizatus fuerit salutis pollicitationem habeat: videndum tamen est interim quid sit credere. Nam fides sine operibus non ea est, quæ ad salutem satis est, vt diuinitus instructus optimè docuit sanctus Iacobus secundo capite suæ Canonicæ, & beatus Paulus, sed ea quæ per dilectionem operatur, vt rectè scribit idem Apostolus ad Galatas quinto capite. Sunt igitur opera necessaria ad salutem, vt passim scriptura sacra affirmat, quæ docet Christum, ideo pro nobis mortuum, vt per eum sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi in sanctitate & iustitia omnibus diebus nostris. Hoc est quod ipsi promittimus priusquam baptizemur in nomine & sanguine Christi Iesu, cùm pollicemur nos abrenunciare carni mundo & satanæ, atque etiam seruare & perferre sanctitatem & vestem illam quam induimus candidam vsque ad ipsius tribunal. Hoc promissum, si non seruauerimus prætioso Christi sanguini pro nobis effuso, & in quo abluti sumus iniurij facti, grauiter puniemur, vt docet Paulus Hebræorum sexto & decimo capite, vbi asserit, quod peccantibus nobis post acceptam veritatis notitiam & gustatum donum Dei cœleste, iam non relinquitur pro peccatis hostia, sed terribilis iudicij expectatio. Hinc (ô christiani) satisfactiones & purgationes peccatorum post baptismum, cum contumelia sanguinis & passionis Christi grauissima admissorum, euitas & exortas addiscitote, & eluendorum eorum remedia Dei summa gratia concessa amplexamini, & retinetote, Christo, quem in vobis ipsis post baptismum peccantes rursus crucifixistis compatiendo, vt iterum per eius meritum cutemini & sanctificemini. *Iacob. 2. ad Tit. 1.*

*Ex beato Luca.*

Lucæ septimo capite ita scribitur: Dixit dominus ad mulierem. Remittuntur tibi peccata. Quo loco perperam accepto abutuntur, qui ex eo colligunt confessionem auricularem quæ fit sacerdoti, *ad habendam* peccatorum remissionem esse reiiciendam, tanquam vanam & inutilem: quia videlicet Christus verus doctor, pastor & sacerdos absque illa remisit peccata Magdalenæ, & aliis plerisque. *At* lõgè falluntur & errant apertè, qui modum operandi ministrorum in ecclesia, ad *eum* quẽ Christus verus Deus & verus homo seruauit coarctare volunt. Nam non erat opus Christo confessionem peccatorum fieri, vtputa quem nihil latebat. Sciebat enim quid esset in homine qui renes & corda scrutatur. Præterea nondum Christus potestatem peccata dimittendi suis Apostolis commiserat, quod postea fecit vt docetur Ioannis vicesimo capite vbi ita scribitur: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Ab eo igitur tempore oportuit peccata detegi Apostolis, & reliquis post eos pastoribus & sacerdotibus ecclesiæ, vt videlicet qui cordis occulta ignorant per infirmorum confessionem & detectionem, morbum cui mederi ex officio debent intelligant & curent. An non autem leuius multò & facilius est ipsis peccatoribus suas infirmitates detegere secretò, & in aurem suo patri pastori & medico spirituali cum necessariò sint detegenda, vt intelligatur quid sit remittendum, & quid retinendum, quàm si palam & publicè explicarentur? In lege autem Moysis, qui sua expiari peccata, cupiebant sacerdotes adibant, & pro ratione & conditione delictorum hostias afferebant: In lege etiam noua, vt in Actibus Apostolorum habetur: veniebant peccatores ad Apostolos confitentes actus suos, &c. Qui igitur contemnunt datam in ecclesia sacerdotibus peccata di-

mittendi potestatem à Deo ipsorum non consequentur veniam. Nam vt pater qui iam non iudicat quenquam, dedit illam potestatem iudicandi peccatores filio, ita filius hinc discedens sacerdotibus & pastoribus, per quos suam ecclesiam gubernat corporatis hominibus in ecclesia militanti per corporatos ministros sacra & diuina dispensans illam iudicij potestatem me cõmisit, quibus ita locutus est: Sicut misit, pater & ego mitto vos.

Lucæ decimoseptimo ita scribitur: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis dicite: serui inutiles sumus. Quod debuimus facere fecimus. Quem locum malè intelligentes nescio qui ignaui, & voluptatum amantes magis quàm Dei, illum contra bona opera christianorum, & eorundem apud Deum merita perperam detorquent. Nam in eo loco non loquitur Christus aduersus bonorum operum merita & præmium, sed à suis inanem gloriã, & iactationem de bonis actionibus tollere tentat eos instruens, vt Deo gloriam omnem tribuant, qui ipsis præmium reseruat. Quomodo enim bonorum operum merita & præmia negaret, qui tam crebrò de mercede & retributione in scripturis mentionem fieri voluit? Illi igitur qui bonorum nostrorum non eget sumus inutiles nostris operibus bonis, non autem nobis attestante scriptura quæ ait, quia misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum: Item, quod nõ est iniustus Deus vt obliuiscatur operis boni suorum electorum: Item, quia oportet nos omnes stare ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque pro vt gessit in corpore suo siue bonum siue malum. Infiniti sunt alij scripturæ sacræ loci eò spectantes, imò tota doctrina christiana siue verbo siue scripto sit tradita, eo tẽdit, vt homo iustificatus gratia Dei, & merito Christi bona opera faciat ad Dei gloriam, & ad suam salutem promerendam, quam Christus dicitur promeruisse, qui acquisibilem nobis eam fecit sua passione. Nos enim arbores plantauit, vt fructum afferamus ni excidi velimus. Quum autem merita dicimus, sic cum antiquis intelligi volumus omnem tractationem de ipsis, vt omnia semper ad Dei gratiam, & Christi meritum referamus. Scimus enim & confitemur, quia gratia Dei est vita æterna, & quod Deus cum coronat nostra merita sua dona coronat. Tãta est siquidem Dei bonitas & magnificentia, vt nobis merito asscribat, & pro merito præmiet quod iustissimè ipsi debemus. Sed dicamus cum Apostolo. O altitudo diuitiarum bonitatis Dei, &c.

Lucæ vicesimo ita scribitur: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est in vobis fiat sicut minor, &c. Quo loco ignoranter nimium abutuntur qui ex eo effici volunt, quod inter christianos nulla est dominatio, aut saltem quòd prælati ecclesiæ nullum habent principatum. Nam eo loco damnat, & à suis abesse vult Christus affectum dominandi atque imperandi, non autem negat in sua ecclesia esse potestatem atque principatum, qui Apostolis dixit: Sicut misit me pater ego mitto vos. Item, Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit. Idipsum docet beatus Petrus cum scribit ita ecclesiæ prælatis 1. cap. 5. Seniores qui in vobis sunt obsecro: pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontanee secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntariè: neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo, &cæt. Id etiam docebat Deus per Ezechielem Prophetam, quum exprobrabat pastoribus Israel, quod cum austeritate imperabant gregibus suis. Hoc igitur loco vult Christus adimere suis Apostolis & reliquis ecclesiæ prælatis affectum dominandi per superbiam aut violentiam gentibus consuetam, inter fideles autem & Dei electos in ecclesia non conuenientem quũ eos amare & promouere, vt patres filios in iis quæ sunt ad salutẽ debeant, non autem violento impetu tantum cohibere. Nam vbi spiritus Domini, ibi libertas. In christianissimo etiam tanta debet esse & vigere amicitia, dulcedo & charitas, vt nemo sese supra alium per superbiam efferat, imò cum Paulo prælati debent se suorum subditorum seruos dicere per Dominũ Iesum. Hoc docuit Christus suo exẽplo qui pedes Apostolorum lauit, & in eorum medio erat sicut minister. Hoc etiam docet verbo cũ ait: Qui maior est in vobis fiat sicut minor, & qui præcessor est sicut ministrator. Vode dilucidum fit, & in ecclesia Christi esse maiores, præcessorésque & superiores amicè, & familiariter suis subditis spiritualia ministrare debere, cum videlicet omnis vocatio sit propter aliquam actionem reipublicæ vtilem. Hoc consueuit protestari primus ecclesiæ militantis minister, honoris gratia semper vocatus à christianis papa, cum se seruum seruorum Dei appellat. In Christi ergo ecclesia retineatur principatus & honoretur qui ad illum à Deo est vocatus, qui debet pro ecclesia laborare ex charitate, imitando beatum Paulum qui degebat cum suis gregibus & subditis tanquam si gallina foueret pullos suos, quem etiam ita amabant christiani, vt si fieri potuisset, eruissent, & ipsi dedissent proprios oculos. Vtinam tantum decorem & ordinem in ecclesia videamus ad Dei gloriam. Amen.

*Ex beati Ioannis Euangelio.*

Ioannis tertio capite scribitur in hunc modum: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Quo loco abutuntur qui ex eo colliguot in baptismo, nihil addendum esse præter aquam: quare reiiciunt omnes ceremonias, quibus in ministrando baptismo consueuit vti ecclesia ad secreta quædam indicanda. Hinc est quod reiiciunt & rident, si in baptismo conferendo addantur oleum, sal, saliua, vestis cãdida, cereus & alia multa quæ non carent mysteriis: quæ quia non intelligunt seditiosi rident, blasphemantes ea quæ ignorant, vt à scriptura sacra depinguntur. At longè falluntur, qui spiritus sancti in ecclesia institutionem auersantur. Et si enim sola aqua est de necessitate baptismi cum verbo à ministro recta intentione prolato, tamen non sine vtilitate & mysterio talia adduntur ad imitationem Christi, qui sæpe per externa suos docuit, & miracula est operatus. Sciendum est enim in baptismo quando aliquis initiatur christianissimo longam & variam debere fieri catechesim, quæ vt melius memoria vulgo teneatur, non tantùm verbo, sed etiam rebus sensibilibus & externis, vt traderetur præceptum & obseruatum est. Christus cæcum curaturus, ex saliua & puluere lutum fecit, quod postea non sine mysterio eius oculis apposuit: ita in baptismate conferendo, non citra secretum & arcanum religionis christianæ tam saliua, quàm alia pleraque adduntur, quorum significationem & vsum docere deberent populum pastores, vt ea quæ talibus sunt significata intelligeret & seruaret, vt etiam confirmaretur & muniretur in religione christiana, & fidei catholicæ professione aduersus impios hæreticos. Fieri namque vix ac ne vix quidem potest, vt populus in religione ita ab hæreticis variis rationibus exagitatus & diuexatus non turbetur, aut etiam non à recta fide dimoueatur, nisi per pastores prædicationem verbi Dei, & explicationem mysteriorum religionis christianæ quæ oppugnantur confirmetur & communitatur.

Ioannis quarto capite scribitur in hunc modum: Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in spiritu & veritate adorare oportet. Quo loco abutuntur qui ex eo concludunt, peregrinationes, & reliqua externa quæ in Dei cultu fieri consueuerunt prorsus abiici debere. Nam Christus Dominus non damnat externum cultum in Dei adoratione, sed reprehendit cultum illum, vel qui exhibetur Deo falso, vel illum qui exhibetur quidem Deo vero, sed in rebus externis tantum absque fide, spe & charitate interna, quod est hypocritarum, & non verorum christianorum. Docet ergo Christus veram adorationem eam esse, qua verus Deus interius & exterius colitur. Talem autem eam esse quam in templis catholici exhibent Deo, cantandis hymnis, canticis, missa celebranda, & aliis christiani cultus formis obseruandis, nemo sanæ mentis ignorare potest: & nullus nisi impudens aut omnino deprauatus negare audebit. Tales enim in spiritu & veritate Deum verum adorant. Percuperet autem satanas Dei gloriæ & hominum salutis perpetuus aduersarius omnia externa in christianissimo sublata esse, vt hoc pacto facilius Dei recordatio è mentibus humanis elaberetur, & eiusdem adoratio planè cessaret. Contra illud autem satanæ malignum propositum instituit & docuit semper Deus cultus externi formas varias.

Ioannis quinto capite ita scribitur: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me, &c. Quem locum prauè exponunt qui volunt nihil aliud quærendum præter scripturas sacras, quia videlicet non dixit Christus adite ceremonias & traditiones quaslibet. At longè falluntur qui semper negatiuè argumẽtando malè colligunt. Non sequitur enim Christus commendauit scripturas, ergo reiecit traditiones quas alibi sæpius commendat ipsa scriptura, & à christianis vult obseruari, etiam si scriptæ non sint, vide Act. 15. 16. & 2. Thessal. 2. & 3. cap.

Ioannis sexto capite scribitur in hunc modum: Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille. Item, qui credit in me, habet vitam æternam. Quo loco nonnulli dupliciter abutuntur: scilicet dicẽdo solam fidem esse opus Dei, nec eum aliud à nobis exigere: atque etiam inde colligendo quod in eucharistiæ sacramento, & Christi corporis manducatione sola fide opus est, qua videlicet eum pro nobis mortuum, & nunc in dextera patris pro nobis interpellare persuadeamur. At longè falluntur: nam solam fidem requiri nunquam docuit Christus qui dixit: Si vis ad vitam ingredi serua mandata: sed admonet sine fide quæ est opus & donum Dei, nos in mysteriis fidei proficere & aliquid intelligere non posse, iuxta id quod prius Esaias scripserat in hunc modũ: Si non credideritis non intelligetis ceu nõ permanebitis. Hoc autem cum in omnibus diuinis mysteriis sit verum, tũ maximè in admirabili eucharistiæ sacramento, in quo sunt tot tantáque admiratione digna, vt qui diuinitus fidei dono adiutus & fultus non sit, stare non possit, imò statim discedat, vt fecerunt Capernaitæ, & etiam Christi discipuli. Fidem igitur quæ est Dei opus & donum, necessariam esse, vt hoc diuinum corporis Christi mysterium amplexemur affirmat Christus, non autem fide tantum, & spiritualiter (vt volunt nonnulli) illud esse apprehendẽdum & manducãdum, qui postea subiunget hæc verba: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Verè autem ei quod est significatiuè aduersatur. Item: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Item, Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: Ita qui manducat me, viuet ipse propter me. Fide igitur semper opus est, sine qua impossibile est placere Deo: qua sanè apertè carent, qui nihil nisi fidem in ore habent. Illi enim nihil nisi quod sentiunt persuaderi possunt. Sic ergo & mores & fidem in hominibus solius fidei nomine euertit satanas per suorum mendaciorum ministros, qui nec opera nec fidem curant, suo ventri & non Christo Domino seruientes. At hæc via omnia apud Christianos turbandi visa est satanæ aptissima.

Ioannis sexto capite scribitur in hunc modum: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Quo loco abutuntur, qui ex eo colligunt hominem violentari, nec vllam habere libertatem arbitrij qua possit bonum appetere & persequi, atque malum detestari & fugere. Nam tollere liberum arbitrium hominis, quid est aliud quàm hominem ex homine tollere, id est dicere non esse hominem? Homo namque ad Dei imaginem & similitudinem factus, sua natura donatus est suarum actionum libertate, qua vti potest natura duce in actionibus humanis & moralibus, vt duce gratia in iis quæ sunt hominis christiani, & vitam æternam promerentur. Non vult igitur hoc loco Christus docere hominem carere libero arbitrio, & eundem

Universidad de Deusto Biblioteca

cogēdum à Deo esse qui dicit: Si vis ad vitā ingredi, serua mandata: Et si hæc feceritis, beati eritis: sed admonet omnia fidei mysteria excedere humanam rationem, & nos indigere auxilio diuino, vt iis assentiamur & firmiter inhæreamus. Trahit enim Deus homines cum volentes eos eleuat supra humanum captum, vt ea credant esse vera quæ non possunt capere & intelligere, neque sensu, neque ratione.

Ibidem scribitur ita: Erunt homines docibiles Dei ceu docti à Deo. Hoc loco non intellecto apertè abutuntur, qui ex eo colligunt licere quibuslibet scripturam sacram exponere, nec de doctoribus curandum esse. Huc etiam referunt illud Psalmographi. Audiam quid loquatur Dominus Deus: Item illud Prophetæ Ieremiæ: Non docebit vnusquisque proximum suum, &cæt. Nam aliis locis docemur quanta sit Dei familiaritas cum hominibus in lege Euangelica, vt etiam quanta sit danda copia spiritus sancti: simul quoque hominem non posse capere mysteria fidei & religionis christianæ, nisi à Deo supra rationem omnem eleuatus & tractus diuinitus edoceatur, & confirmetur: Nam (vt ait Apostolus) fides donum Dei est: quare qui moribus corrupti ea priuati sunt, in hæreses labuntur, religionis christianæ arcana relinquendo & ridendo.

Ibidem ita scribitur: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & bibetitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quo loco abutuntur qui ex ipso effici volunt corpus Christi esse ministrandum omnibus christianis sub vtraque specie. Nam cum Eucharistia ceu hostia sacra, & corpus Christi non sit cibus corporis carnalis, & carnali modo sumendus, sed animæ spiritualis panis sub signis visibilibus & corruptibilibus participandus, non est putandum, corpus esse sine sanguine, & ita vnum ab altero seiungi, vt separatim sumatur corpus, & separatim sanguis. Nam vtrobique integer est Christus in corpore, sanguine, anima & diuinitate. Quare iustis de causis decreuit ecclesia ad id potissimum docendum, Christum participari à christianis non sacrificantibus sub vna tantum specie. Nec obstat quod Christus dedit Apostolis se ipsum sub vtraque specie, quia tum cum sacerdotibus agebat quos instituebat, & instruebat quę sit ratio missæ ceu sacrificij Euangelici, in quo sacerdotes qui referunt Christi passionem, in cuius recordationem memoriam & repręsentationem est missa ab eo ipso primum instituta, & semper in ecclesia catholica celebrata & obseruata, debeat sumere corpus Christi sub vtraque specie quia videlicet eundem referunt vt passus est. Hic autem non est absurdum aut etiam mirum, aliquid immutatum videri, dando laicis Christum sub vna specie, cum Apostoli formā baptizādi à Christo institutam & traditam, videlicet, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti mutarint, baptizantes in nomine Christi. Hoc enim si per Apostolos ecclesiæ ministros fecit spiritus sanctus ecclesiæ perpetuus gubernator, quare idem non poterit in aliis mysteriis, & per alios ministros qui in Apostolorum locum succesſere? Adde quod Christus sub specie panis tantum dicitur communicasse corpus suum discipulis euntibus Emaus. Huc etiam refer quod Actuum scribitur scilicet quòd Christiani in primitiua ecclesia quotidie conueniebant in fractione panis, id est in communicatione corporis Christi, vbi vlai nulla fit mentio. Sed hinc omnes turbæ, quia hæretici carnales & animales mysteria fidei non possunt capere cum spiritu Dei careant, quare carnaliter omnia accipiunt & interpretantur seipsos euertēdo, & alios conturbando.

Ibidem scribitur in hunc modum: Caro non prodest quicquam, Spiritus est qui viuificat. Quo loco malè intellecto perniciosè abutuntur qui ex eo colligunt in sacramento eucharistiæ, non esse verum Christi corpus & naturale, nec oportere ipsius veram carnem manducare, sed tantum spiritualiter per fidem nos ipsi communicare in dextera patris sedenti Deum constituisse. At ipsos in errore versari facilè deprehenditur ex eo quod prius Christus Dominus satis manifestè de vera sua carne locutus est. Sensus ergo loci est quòd in hoc mysterio tam diuino, caro, id est carnalis intelligentia non prodest quicquam, id est non potest tam altum secretum capere, soli spirituali intelligentiæ penetrabile & comprehensibile: quod indicat, quum ait quòd spiritus sanctus est qui viuificat, id est quod is proficiet in sermone præcedenti, qui verba Christi spiritualiter, & de corpore spirituali vero tamen corpore Christi intellexerit. Non est enim putandum corpus Christi in eucharistia esse visibile, palpabile, diuisibile, & corruptioni obnoxium, sed spirituale, id est corpus habens spiritus conditiones, vt docet de corpore quod ad gloriam resurrexit beatus Paulus primæ Corinth. 15. caro etiam potest dici non prodesse, quia non à carne Christi causaliter, principaliter & effectiuè habemus vitam, sed per eius medium à diuinitate cui ipsa Christi caro personaliter & inseparabiliter vnita est. Ideo enim subiunxit Christus, quod verba quæ locutus est sunt vita & spiritus, quia si ea spiritualiter accipiamus & non carnaliter, vitam habemus. In eucharistiæ igitur sacramento vera Christi caro accipitur & manducatur, sed non carnali modo, quare dixerunt antiqui, nec ventrem, nec dentes nos parare oportere, cum videlicet non ad morem comedendi sacrificia Iudaica comedamus Christum ea forma, qua est mactatus in cruce, sed more christianorū illum accipimus, vt immolatus est secundū ritum sacrificij Melchisedici. Si enim eius caro vt immolata est in cruce manducata fuisset, non profuisset. Nam Deus ordinauit nobis dare vitam si ipsam manducauerimus non passibilem aut diuisibilem carnali modo, sed spiritualem. Viuentem igitur & spiritualem eius carnem manducare debemus: Verba enim quæ locutus est, sunt spiritus & vita, caro autem non prodest quicquam. Aduerte interim quòd meminit suæ in cœlum ascensionis, cum ita ait: quid si videritis filium hominis ascendentem in cœlum, vbi erat prius? vt doceret illam non repugnare veræ manducationi sui proprij corporis in terra.

Ioannis nono capite ad hunc modum scribitur: Deus peccatores nō exaudit. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt ministros ecclesiæ nihil Deo gratum offerre & christianis vtile ministrare posse, cum videlicet sint peccatores. Aliud est enim loqui de oblationibus priuatis, & aliud de publicis. Sacramenta enim quæ non habent suam efficaciam à ministris, non possunt eam amittere propter ipsorum vitam corruptam, & si peccant qui ea impurè & in peccato ministrant, aliis & non sibi vtilitatem afferentes.

Ioannis decimotertio capite ita scribitur: In hoc cognoscent quod discipuli mei eritis, si inuicem dilectionem habueritis. Quem locum perperam exponunt, qui ex eo colligunt opera christianorum esse tantum signa & testimonia probitatis & iustitiæ quæ per fidem habetur. Nam bona opera quæ fidem supponunt & etiam indicant, non ideo minus sunt vitæ æternæ meritoria, quia fidei sunt testimonia, vt fructus optimi non minus sunt suaues & pretiosi, quia indicant sanas & bonas esse arboris radices. Opera igitur & fidem testātur esse bonam, & præmio laudéque sunt digna.

Ioannis decimoquarto capite ita scribitur: Ego sum via veritas & vita: Quo loco abutuntur qui ex eo concludunt, fidem in Christum satis esse sine operibus. Nam fides talium Christi conditionum nullo pacto excludit opera bona, imò potius ipsa requirit & commendabilia efficit.

Ioan. decimoseptimo capite scribitur quod Christus pro suis electis orauit, vnde malè colligunt nonnulli non esse nobis opus oratione, quia aliter videretur oratio Christi insufficiens esse. At longè fallūtur, nam actiones Christi nos ad agendum instruunt, non autem ab actione reuocant. Non sequitur enim, Christus pro nobis orauit, ieiunauit, passus est, &cæt. Ergo talia non sunt nobis præstanda, imò contra debemus talia facere, vt Christum imitemur quia ea præstitit, vt per ipsum accessum ad patrem habeamus, cum similia præstare conabimur. Eius enim baptismus nostrum sanctificauit, & passio ipsius nostras afflictiones deo acceptas efficit, & ita de similibus.

Ioannis decimonono ita scribitur: Consummatum est: Quo loco abutuntur qui ex eo effici volunt opera non esse necessaria christianis, cum videlicet Christus omnia consummarit. Nam illic fit sermo de adimpletione legis & perfectione redemptionis humanæ, non autem aliquo modo de operum neglectu.

Ioannis vicesimo ita scribitur: Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, &c. Quo loco perperam accepto abutuntur qui ex eo colligunt non esse opus auriculari confessione, quia videlicet illic Christus eam non præcepit. Nam satis eam præcepit implicitè, qui dixit quædam peccata esse remittenda, quædam autem retinenda. eam autem postea spiritus sanctus in ecclesia apertius docuit & exerceri fecit,

*Ex Actibus Apostolorum.*

Actuum secundo capite, sacramentum eucharistiæ vocatur panis, Quo loco apertè abutuntur qui inde colligunt in eo sacramento non esse verum Christi corpus, nec panis substantiam in corpus Christi verè mutatam esse. Nam solēt res denominari, & dici secundū quod sensibus patent: quare cum in sacramento eucharistiæ sensus nihil nisi panem agnoscant panis dicitur. Adde etiam quod phrasi scripturæ sacræ, res in quas aliæ sunt mutatæ, retineat nomen rerum in ipsas mutatarum. Sic Adam Euam vocauit os & carnem suam: Sic serpens in quem conuersa fuit virga Mosis dicitur virga, sic qui à cæcitate per Christum curati erant dicebantur cæci, quum dictum fuit, quod cæci videbant, & ita de similibus. Sic igitur verum & naturale Christi corpus, in quod conuersa est per omnipotens Dei verbum, panis substantia dicitur panis. Adde etiam quod verus est panis qui de cœlo descendit, vt scribitur Ioan. 6.

Actuum quarto capite ita scribitur: Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri: & non est in alio salus quàm in Christo. Quem locum praue detorquent qui ex illo colligunt sanctos non esse orandos, nec alia vlla media salutis esse quærenda præter fidem Christi Iesu. nam preces sanctorum, ieiunia, vota, peregrinationes, satisfactiones pro peccatis, & similia fidei exercitia, nos non impediunt quo minus in Christo vno mediatore & redemptore salutem quæramus, sed magis nos ipsi coniungunt, vt etiam sacramenta externis & corporalibus in rebus suscepta. Scimus enim illa omnia non nobis prodesse, nisi per meritum Christi, cui etiam nos coniungunt, vt eius meriti & passionis efficiamur *participes*. Vnum igitur mediatorem & saluatorem Christum dominum nostrum agnoscimus & amplexamur, non negligendo tamen interim ea media, quibus ipsi coniungi, vt per ipsum saluemur, possumus.

Act. quarto cap. ita scribitur: Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus: quo loco perniciosè & impudenter abutuntur qui ex eo colligūt reiicienda esse ecclesiæ, prælatorum & principum christianorum præcepta. Nā tales & si homines sunt, tamen Dei vicarij in eius gubernāda ecclesia existimari debēt, quibus obedire debemus quatenus tales sunt, id est Dei vicarij ex eius voluntate & verbo præcipientes. Tunc enim qui eos contemnunt Deum contemnere dicūtur: quia qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, cum videlicet omnis potestas sit à Deo. Secus est autem si contra Dei verbum aliquid imperarent. Nam tunc Deo magis, quàm hominibus obedire oporteret. Hoc vtinam considerarentur à multis infœlicis huius seculi.

Ibidem ita scribitur: Omnia erant christianis communia. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt nobiles non debere, tot terras & subditos habere. Nam Euangelium quod vult, reddi Cæsari quæ sunt Cæsaris, non tollit possessionem, proprietatem & potestatem ceu ordinationem quamlibet ciuilem honestam & iustam, quod indicat Apostо-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tuę cū ait seruus vocatus es? non sit tibi curæ. Omnia ergo debēt esse inter christianos communia quoad affectum & pium christianumque vsum. Nā quòd aliqui sua vendebant & afferebant pretia ad pedes Apostolorum volentes, liberęque non autem coacte id faciebant.

Actuum 10. scribitur ad hunc modum, ait Petrus, Absit domine quia nunquam manducaui commune & immundum, & vox dixit ad eum Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Quo loco iniuus ab ipsis intellectis abstinentur qui ex eo colligunt nullum esse faciendum ciborum delectum. Nam illic nos est spiritus sancti intentio agere de cibis, sed de hominibus ad fidem conuertendis, vt ipsa litera docet. Adde etiam quòd Ecclesia nullum cibum immundum esse censet, sed cum gratiarum actione vult percipi & cum Dei ordinatione.

Ibidem ita scribitur: Petro venit obuius Cornelius, & procidens ad pedes eius adorauit eum, Petrus vero eleuauit eum, dicens: Surge, & ego ipse homo sum. Quo loco perperam accepto abstinentur qui ex ipso concludunt nullum honorem esse deferendum hominibus in dignitate constitutis, & maxime magnum illum summi pontificis honorem ideo auersantur. Nam & Petrus benefecit & Cornelius similiter bene. Petrus enim Cornelium surgere fecit vt indicaret (sequendo Christi præceptum) se inanis gloriæ affectu non duci sed omnia in deum qui per eum mirabilia operabatur, referre. Cornelius etiam laudandus est quòd Petro Dei Christi Apostolo & legato honore n detulerit. Qui enim legatum recipit vt legatum, eum qui legauit, recipere cēsetur. Hoc etiam indicat Christus cum ait: Qui vos recipit me recipit, hoc etiam forsam fecit Petrus, quia multi erant ita delusi, vt deos putarent quos miracula operari cernebant, vt scribitur de Paulo & Barnaba Act. decimo quarto. &. 19. sic scribitur: hic Paulus auertit multam turbam dicens quoniam non sunt dij qui manibus fiunt. Adde etiam quòd non poterat ille Cornelius semper adiacere pedibus Petri, & ideo oportuit Petrum ex honesto & decoro illum vt surgeret monere. Notandum etiam quòd Paulus & Silas non reprehenderūt custodem carceris quādo procidit ante pedes eorum, vt scribitur Act. 16. c.

Beatum Apostoli, puto imitatur summus Pontifex, qui Christianos suis pedibus aduolutos, vt in ipso Christum cuius est vicarius, agnoscant & honorent, surgere facit. Talem autem honorem etiam vsque ad pedum oscula nunquam reprehenderunt aut etiam aspernati sunt pij & docti Christiani, qui Christi institutionem in Ecclesiæ administratione agnoscentes eum in ipsius vicario semper honorarunt. De tali honore forsam hæc sunt intelligenda. Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios Isai. 49 tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabūt. Et erūt reges nutritij tui, & reginę nutrices tuę, & puluerē pedū tuorū lingēt. Notabūt locum, quibus placebit, sed interim nobis dolendum est quod officiosi non sunt omnes nostri prælati. hinc enim fundi nostri calamitas.

Actuum decimo tertio ita scribitur. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitæ ęternæ, ecce conuertimur ad Gentes. Quo loco abstinentur qui ex illo colligunt non esse puniendos hæreticos, sed vnum quenque esse relinquendum suæ libertati. Nam eo loco receusent Apostoli præceptum quod habebant de deferendis Iudęis incredulis quos Deus reprobarat Præterea aliud est longè loqui de fide recipienda & aliud de eiusdem professione. Fidem enim recipere est liberū, sed receptam profiteri ex traditione & consuetudine Ecclesię est necessarium. Quare non possumus cogere ad confessionem fidei & ad promissionem seruandam hęreticos qui in nostra ecclesia sunt baptizati, & eius fidei professionē sunt polliciti. Illi autem non possunt nisi contra omne ius & æquum nos cogere aut etiam impellere ad confessionē suæ impietatis, quam nunquam recepimus. Illi autem à nobis cogi, & refractarios grauissime puniri debere docent Apostolorum facta, qui illos sataną cruciandos tradiderunt, & etiam morti occumbere fecerunt. huc referri potest locus ille Luc. 9. Nescitis cuius spiritus filij estis.

Actuum 17. scribitur in hunc modum: Deus qui fecit mundum & omnia que in eo sunt. Hic cœli & terrę cum sit Dominus, non in manufactis templis inhabitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo &c. Quo loco pessime abstinentur, qui ex eo colligunt male & contra sacram scripturam nos affirmare Christum Deum & hominem esse personaliter in hostia sacra, & in templis esse reuera. Nam diluciduum fit ex ipso textu, ipsum Apostolum non negare Deum esse vbique sed reprehendere Gentilium falsam & impiam de Deo persuasionem qua existimabant deum definitiue & circunscriptiue loco certo ita contineri, vt alibi non esset. Illi enim varios deos admittebant, & colebant quibus opus erat protectione & defensione humana: Deus autem verus Christus Iesus est quidem vbique, & omnia continet per suam diuinitatem, in humanitate autem ipsi diuinitati personaliter & inseparabiliter coniuncta non est vbique, sed ex ipsius ordinatione est in cœlo visibilis, & in hostia sacra inuisibilis, & sacramentaliter pro conditione nostri status & necessitate nostræ salutis. Vtrobique autem nullo indiget: quia eius corpus est iā impatibile & immortale, et si accidentia quibus tegitur & inuoluitur diuinum illud corpus, sunt corruptioni & aliis alterationibus obnoxia, quare aliquo indigent vt conseruentur cum videlicet ex Dei ordinatione per illa corporata signa corpus Christi, vt per illud vitam habeamus, nobis communicetur. Illic igitur est adorandus Christus Deus æternus & omnipotens quem ignorabant Athenienses. Is autem nō manibus humanis aut aliquo indiget, sed dat vitam & omnia sustentat Christus in hostia vere Deus, sed absconditus propter fidei statum, de eo Esayas apertę locutus est. c. 45.

Actuum 20. capite ita scribitur: Argēum & aurum aut vestem nullius concupiui (sicut ipsi scitis) quoniam ad ea quę mihi opus erant & iis qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ. Quo loco & similibus ignoranter & impie abutuntur qui inde colligunt oportere Prælatos Ecclesiæ etiam prædicatores & doctores operari manibus propriis vt victum sibi comparent. Nam textus ipse manifeste docet Paulum id fecisse nō vt daret præceptum id faciendi, sed vt magis ad Euāgelium alliceret, & omni via attraheret, qui omnibus omnia factus est vt omnes Christo lucrifaceret: Ait enim se id fecisse vt susciperet infirmos, & etiam quoniā beatius est dare quàm accipere. hoc suum factum declarat. 1. corinth. 9. vbi ait se non esse vsum sua potestate accipiendi temporalia ab ipsis Corinthiis quibus seminauerat spiritualia, non quia id licite facere non potuisset, sed quia non tam expediebat. Sic enim ait. Si nos vobis spiritualia semina uimus, magnum ne est si carnalia vestra metamus? Si alij potestatis vestræ participes sunt, quare non potius nos? Sed non vsi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi. Item, Si volens hoc ago mercedem habeo &c. Contra verbum Dei igitur cogere volunt Ecclesiæ ministros, vt manibus propriis victum comparent nescio qui seditiosi & ventres pigri ipsimet, aut funesti & subdoli operarij. Adde quod aliud est iudicandū de Paulo Apostolo diuinitus edocto Spiritu sancto, & de nostris ministris Ecclesiasticis, quibus studendū est, vt intelligant quę postea populē doceant. Cędo autem ū ma nibus est operandū Ecclesiæ ministris, quare non pariter, aut etiā maiori ratione principes, nobiles, medici, aduocati, procuratores iudices, præsides & reliqui omnes cuiuscunque vocationis sint, manibus labo rare debēt. Nā si inde eximūtur & excipiuntur propter dignitatē vocationis aut exercitium, officium & curā eiusdē, quāto magis id verū & legitimū censeri debet in Ecclesiæ ministris, qui omnibus a liis hominum generibus, & sunt vocatione facile superiores, excellentiores, que, & etiam officij executione longe magis impediti & addicti?

*Ex Epistola beati Pauli ad Romanos.*

Romanorum 1. c. ita scribitur: Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ Item, Tradidit illos deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt &c. Quibus locis perniciose abutuntur qui ex illis colligunt nullum esse in hominibus liberum arbitrium, sed omnia Deo esse totaliter tribuenda tanquam authori siue sint bona, siue sint mala. Nam sapientissimus ille & intellectu difficilimus beatus Paulus, illis locis non vult docere hominem nihil operari & catere libero arbitrio, nec etiam Deum esse authorem malorum aut ad ea impellere, sed potius affirmat quanta sit Dei punitio in illis qui cum ipsum cognoscunt, non glorificant & recognoscunt eundem honesta conuersatione & sancta apertaque eius nominis confessione. hoc indicāt Apostoli verba eiuscemodi: Reuelatur ira Dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent, qui cū cognouissent Deū, nō sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerūt: homines ergo reprobos tradit Deus in reprobum sensum. & in passiones ignominiæ, non malitiam ipsis immittēdo qui veritatis & sanctitatis est fons & author, sed gratiā suam qua se indignos reddunt & ostendunt subtrahendo aut negando. hinc autem enascuntur error & depravatio, quia videlicet homo dei illustratione & auxilio destituetus, præceps fertur in vitia & errores, quod hodie experimur quando propter abusum gratiæ & cognitionis legis & veritatis Euangelicæ, multi a Deo derelicti abiecta, & conculcata, blasphemaraque veritate euangelica, hæreses & omne impietatis impuritatisque genus amplexantur, sequnti vanos philosophos qui seruierunt creaturæ potius quam creatori. De tali diuina punitione quam nunc videmus & experimur, Thessalonicensibus scripsit in hęc verba Apostolus 2. ad Tessa. 2. Quia charitatem veritatis nō receperunt vt salui fierent: ideo mittet illis Deus operationē erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed cōsensērūt iniquitati. Manet igitur semper in homine libertas qua qui abutitur sibi magis quàm Deo viuens, Dei gratia primatur, & sic omni scelerū labe cōspurcatur & omni errore inuoluitur, qui sine Deo nihil potest facere & cum eodem magna præstat & efficit.

Roma. 2. c. scribitur in hunc modum: Cum gentes quæ legem nō habent naturaliter ea que legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habētes ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus legis scripum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientia &. c. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt frustra datam esse scripturā, cum videlicet naturaliter ea quæ in lege sunt tradita, homines & cognoscere & facere possint Nam etsi signatum est super nos lumen vultus diuini in creatione, qua rationis participes & ad Dei ipsius imaginem & similitudinem facti sumus, tamen lex seu scriptura reformat naturam nostram perpeccatum, non quidem sublatam sed læsam, & multū obscuratam. Præterea vltra cognitionem & potestatem naturalem opus est ad vitam æternam habendā fidei mysteriorū persuasione & gratiæ auxilio in vita ēda corruptione & imbecillitate naturæ. hæc igitur docēt sacræ scripturæ. Ignorat autē illa ratio & natura: qua tamen si homo recte vtatur, illa nō denegabūtur a Deo, qui nunquā deest homini in necessariis, & facientibus quod in se est semper dat gratiā. hæc autem magna sunt & explicatiori indagatione indigent quam ferat præsens nostrū institutū.

Roma. 3. c. ita scribitur: est deus verax, omnis autē homo mēdax. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt nihil doctrinæ esse ab hominibus recipiendum, quia videlicet omnis homo est mendax. Nam Apostolus vult docere Deum semper veracem esse, & non posse fallere aut etiam falli, quare firmiter inhærendum esse eius promissis. Præterea tandiu ab hominibus doctrinam accipimus, quandiu videmus ipsos ea tradere quæ rectæ rationi & naturæ conueniunt. Aliud est etiam lōge recipere Dei doctrinam per homines ministros, vt fit in Conciliis generalibus vbi Deus vtitur hominibus vt organis, vt suam veritatem & salutarem doctrinam suæ Ecclesiæ denuncier. Nam tum non est hominum, sed Dei doctrina.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ibidem ita scribitur: Causati sumus omneis sub peccato esse. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Quo loco perniciosissime abuntuntur qui ex eo effici volunt neminem etiam baptizatum posse esse sine peccato: quare homines absterrent & reuocant ne tentent viuere sancte & pure, quasi hoc sit impossibile homini iustificato & gratia Dei adiuto. At errant manifestissime & turpissime nequaquam sensum Apostoli sequentes, qui eo loco non loquitur de hominibus iustificatis, vt talibus, sed de omnibus hominibus antequam per Christum purgentur & iustificetur. Vult ergo docere Apostolus homines omnes peccato natura infectos nō potuisse sanari & iustificari per legē, sed necessariam omnibus esse fidem in Christum, in quem credentes baptizati in nomine ipsius, & eiusdem mandata seruare necesse est, ad vitam æternam habendam per nomen & meritum eius. Idem docebat Esaias cum dicebat quod omnes iustitiæ nostræ sunt tanquam pannus menstruatus Idem Dauid & alij Prophetæ cum homines omnes sceleribus constrictos esse affirmant, non autem vllo pacto loquuntur de hominibus per Christum iustificatis qui sunt puri & mundi per sanguinem & meritum Christi effecti, & possunt, teneturque sanctitatem illam conseruare bona faciendo, & mala, omnia vitando, iam non amplius tyrannidi atque dominationi peccati subiecti, vt rectè & apertè infra docet Apostolus his verbis: Iam non dominabitur in vobis peccatum, quoniam non estis sub lege, sed sub gratia. Hic autem notandus & vitandus est astus Satanæ, qui homines in peccatis tanquam vitatu impossibilibus detinere aditens, quibusdam persuasit hoc multum facere ad augendum Dei gratiā, & Christi meritum si dicamus omnes homines etiam baptizatos non posse esse sine peccato: cum contra hoc sit Dei potentiam & Christi passionem imbecillem dicere, & non efficacem ad iustificandum. Nam si adhuc in peccatis sumus, nec ea vitare possumus, frustra videtur Christus esse mortuus, & frustra in eius nomine baptizati sumus. Sic autem solet Satanas pretextu angēdæ Dei gloriæ eam tollere aut obscurare: quod etiam facit quando pretextu gratiæ Dei, eius miram liberalitatem & potentiam in hominis creatione minuit, liberum ipsius arbitrium negando.

Ibidem scribitur in hunc modum: Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Quo loco ignoranter abuntuntur qui ex eo colligunt opera nō requiri in Christiano, vt per Christū saluetur, sed solam fidem sufficere. Nam Paulus ipse hunc nodum soluit cū ait, sine operibus legis scilicet veteris, quæ neminē suis ceremoniis adpersectionē adduxit, infirma & carnalis existēs. Non estautē sibi cōtrarius Paulus qui toties opera commendat & necessaria dicit: Imo etiam explicat quæ sit fides intelligenda, cui iustificatio tribuitur, ea scilicet quæ per dilectionem operatur, vt scripsit Galat. 5.c. Vnde profecto dilucidum fit opera bona esse necessaria, & non tantum hoc, sed etiam per ea nos iustificari, cum videlicet ea fides sola nos iustificet, que per Charitatem operatur. operantem autē puto intelligendam esse fidem quando etiam est votum & propositum bene operandi, quod bono latroni non defuisse existimo, qui etiam bona opera fecit, Christum aduersus alterum latronem defendendo. hoc apertissime declarat beatus Iacobus cum ait Abrahamum non ex fide nuda & destituta operibus, sed operosa fuisse iustificatum. Vnde tandem concludit opera nos iustificare. In baptismo enim quando sanguine Christi abluimur, an non pollicemur nos sancte victuros, & bene operaturos ad Dei gloriam? An non ait Paulus Ephes, 2. quod deus creauit bona opera, vt in illis ambulemus? An non passim scriptura sacra eos damnat qui opera non habent? Quomodo autem nos in Christum fidem haberemus si Christo non cooperaremur, nec ipsi conformes essemus? Fides quidem potest esse sine operibus, sed illa dicitur à diuo Iacobo esse mortua, & dæmonibus etiam tribuitur. Simus igitur in Christi Ecclesia, non tantum numero per nudam persuasionem & externam professionem, sed etiam merito, per fidem viuam, & operum bonorum ex charitate operationem. A iustificatione igitur opera præcedentia, non autem sequentia, aut etiam gratiam Dei concomitantia excludit hoc loco Apostolus, Nam ex nostra cooperatione cum Dei gratia, nostra est salus. Ad hæc attendat qui saluari per Christum voluerit.

Roma. 4.c. scribitur in hunc modum, Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Quo loco manifeste abuntuntur qui ex illo colligūt solam fidem sine iustitiæ operibus sufficere homini Christiano ad salutem. Nam beatus Apostolus eum tribuit iustificationem fidei, nunquam ab ea seiungit opera, sed cum ea & in ea, ipsa complectitur. Quæ autem contra opera videtur dicere ea sunt semper intelligenda de operibus veteris & ceremoniosæ legis, sine quibus vult homines iustificari, non tamen absolute sine operibus, quod etiam manifestum est ex Abrahamo, quem profert in exemplum, qui etsi iustificatus est sine operibus legis veteris, cum videlicet ei reputata sit fides ad iustitiam, non in circuncisione, sed in præputio, non tamen iustificatus est simpliciter sine operibus, qui contra spem in spem credidit. Videatur igitur propositum beati Apostoli, vt ipsius sensus habeatur, quod quia non faciunt nescio qui gnaristæ & alte sapientes corticarij theologi, omnia turbant, & fidem populi euertunt secum. Reputatum est igitur Abrahamo ad iustitiam quia credidit Deo affirmanti quod copiosa futura erat ipsius posteritas, non enim consideratuit corpus suum emortuum, cum esset fere centum annorum, & emortuam vuluam Saræ: & in repromissione etiam Dei, non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissimè sciens quia quæcunque promisit Deus potens est & facere, Ideo reputatum est illi ad iustitiam. En igitur fidei meritum, scilicet Deo adhærere & fidere, etsi ea dicit quæ naturam omnem excedunt. hoc autem scriptum est (iniquit Apostolus) non propter ipsum, sed & propter nos quibus ea proponūtur credenda, quæ nec sensus, nec ratio capere potest: credimus autem ea vera esse, quia Deus qui est omnipotens & verax, cui ideirco fidimus, ea affirmat. Vide igitur connexionem Dei promissionis seu reuelationis & affirmationis, cum nostra fide, ex quibus nobis innascitur fiducia qua Deo nos inhæremus, & victores euadimus per Deum. hæc est enim victoria quæ vincit mundum fides nostra. 1. Ioan. 5.c

Ibidem ita scribitur: Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum. Quo loco abutūtur qui ex eo colligunt peccatū in homine iustificato manere, sed non imputari, quia credit in Christum, quare homines a peccato abstinere non dicunt requiri, sed tantum credere christi passionem esse satisfactionem. Quantopere autem fallantur, testis est ipsa scriptura, quæ affirmat nihil esse damnationis in iis qui sunt in Christo Iesu, & eos qui secundum carnem vixerint morituros: victuros autem si spiritu facta carnis mortificauerint. Quid autem sibi vult tale Satanæ commentum? An non enim sic plus efficaciæ haberet ad perdendum & inquinandum inobedientia Adami quàm Christi obeditio ad sanctificandum & saluandum? coinquinationem enim Adami transgressio nobis indidit, quam Christi obedientia & sanguis non tollunt si peccatum semper in nobis reuera manet, & quin peccemus efficere nō possumus. mirum autem istud est sane: Nam Christiani qui sunt baptizati & ascripti in militiam Christi militabunt Satanæ peccando, & non ipsi Christo sancte viuendo, & carni, mundo, Satanæque resistendo? longe profecto aliter sentit Apostolus, cuius hæc sunt verba. Sicut per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita per vnius obeditionem iusti constituentur multi: Item, vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia: vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam. Item vbi spiritus Domini, ibi libertas, item. Si mortui sumus peccato, quomdo adhuc viuemus in illo? Consepulti enim sumus cum Christo Iesu per baptismum in mortem: vt quomodo ipse surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Item: peccatum vobis non dominabitur, non enim estis sub lege, sed sub gratia, non ergo manet in iustificatis peccatum, qui etiam non sunt iusti, imputata solum iustitia, sed realiter inhærente & inexistente non minus quam infuit peccatum.

Roma. 5.c. ita scribitur: Gloriamur in spe filiorum Dei: non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem. Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris: Quo loco perniciose abuntuntur nescio qui habentes libertatem quā dedit Christus velamen suæ nequitiæ, qui affirmant se esse certos & securos salutis, & vitæ æternæ, etiamsi male viuant. Nam clarum est eiusmodi spem & confidentiam salutis iis tantum inesse posse qui sancte viuunt, nec spiritui gratiæ contumeliam faciunt, dicente scriptura, Qui habet hanc spem, sanctificat se sicut Deus est sanctus. Christianum est igitur & tutum cum timore & tremore suam salutem operari bene viuendo: contra vero periculosum & præsumptuosum est male viuendo & carnis delicias sectando cum Christo crucifixo tandem velle regnare. Stat enim elegans hæc sententia scilicet. Si secundum carnem vexeritis, moriemini. Item & illa, fures, fornicarij, ebrij, & similes regnum Dei non possidebunt.

Roma. 6. capite ita scribitur: Gratia Dei vita æterna. Quo loco abuntuntur qui inde colligunt nullum esse operum meritum, nec propterea dari vitam æternam. Nam non ait Apostolus, gratia Dei vita æterna, & non ex operibus: quod est ab hæreticis adiectum, qui nunquam modum seruare norunt. Melius autem theologi qui affirmant vitam æternam expectari, & ad eam homines peruenire partim per gratiam Dei, & partim per merita bonorum operum. Est ergo vita æterna & ex gratia, & ex operibus: sed quia causa eius præcipua est Dei gratia, ad quam omnia nostra bona semper referre debemus, Idcirco dixit Apostolus, gratia Dei esse vitam æternam, nō quia dicere non potuisset stipendium bonorum operum esse vitam æternam: quod sepe testatur sacra scriptura.

Roma. 7. scribitur in hunc modum: Ego carnalis sum venundatus sub peccato, quod enim operor non intelligo, non enim quod volo bonum hoc ago: sed quod odi malum illud facio, nunc autem iam non operor illud sed quod habitat in me peccatum &c. Quo loco abuntuntur ignoranter contra gratiam euangelicam qui ex eo colligunt adhuc in regeneratis manere, re vera peccatum, ipsumque concupiscentię fomitē peccatū esse cōtendunt. Nam manifestū est ex ipso textu Apostolum loqui de homine nondum iustificato, quiquidem duce natura & lege docēte vult facere & amat bonū quod exequi non valet, quia adhuc est sub potestate peccati. Secus autem longe est de homine iustificato, in quo non dominatur peccatum, vt etiam dictum est. Nostram expositionem confirmat finis capitis, in quo ita habetur: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sequitur responsio: Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Eandem etiam confirmat initium octaui capitis vbi ita scribitur: Nihil ergo damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Vnde collige quod in fine præcedentis capitis loquebatur de homine non regenerato in sua persona, vt nunc de iustificato in eadem sua persona.

Roma. octauo capite ita scribitur. Certus sum quod neque mors, neque aliquid aliud me separabit à charitate Dei. Quo loco abuntur qui baptizati male viuendo putant se certo consecuturos vitam æternam: Nam hæc quæ dicuntur hoc capite sunt intelligenda de iustis & veris christianis, pro quibus sunt hæ promissiones & multæ aliæ, sicut pro reprobis & fictis christianis sunt variæ comminationes.

Ibidem ita scribitur: Existimo quòd non sunt condignæ passiones huius

Universidad de Deusto

huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Quo loco perperam expolito abutuntur qui ex eo colligunt humana merita non posse non iuuare coram Deo, siue sint nostra siue aliena. Nam longè est aliud dicere nostras actiones & passiones non esse condignas, & in pretio & dignitate non correspondere vitæ æternæ, atque easdem nullius esse vtilitatis. Fatemur igitur cum Apostolo nostras actiones non esse correspondentes in dignitate & valore vitæ æternæ, sed etiam iuxta cum scriptura, eas nullius esse meriti apud Deum, qui ex pacto & promissione eis reddit vitam æternam. Sensus igitur Apostoli est quod humanæ actiones absque merito Christi non sunt condignæ, si conferantur gloriæ æternæ: quare vult nos ipsi Christo compati, vt ipsi patiendo propter iustitiam conformes facti, & eidem insiti & complantati similitudini mortis eius, vitam æternam per Dei gratiam & ipsius meritum bene viuendo consequamur.

Roma. 9. capite scribitur in hunc modum: Non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruet minori. Item Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Item, miserebor cuius miserebor, & misericordiam præstabo, cuius miserebor. Item. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Item, cuius vult miseretur, & quem vult indurat &c. Quibus locis & similibus ignoranter & pernicioſe abutuntur, qui illos ita exponunt quasi nihil planè homini tribuendum sit, quod ad eius salutem attinet: quod eiusdem opera, nihil mercedis coram Deo mereantur: quod homo careat libero arbitrio, & denique, quod Deus velit ita quosdam damnari, vt ab ipso reprobati, saluari nulla ratione valeant. In illos autem errores inciderunt, quia frustratim dissectant & arripiunt hos locos, non attendentes ad præcedentia & consequentia, nec tenentes aut considerantes beati Pauli propositum esse, docere Deum neminem (si omnia ad vnum rescentur) debitorem esse (nam quis prior dedit Deo vt illi retribuatur?) sed omnia esse accepta ferenda gratiæ & beneplacito ipsius, qui & si vult omnes homines saluos fieri, vt scribitur 1 ad Timoth. 2. c. Et pro omnibus homo factus est, & mortuus tamen quosdam specialiter elegit ab æterno, quibus confert singularia dona & priuilegia in hoc mundo, quæ non confert aliis, qui electi non sunt, sed reprobi appellantur, qui tamen non possunt iustè de Deo conqueri, quia nemini debitor est, & qui etiam omnibus offert media salutis necessaria etiamnum iis, qui reprobi sunt & damnandi. Non quidem, quia inuiti & necessitate adacti a Deo, per eius erga eos reprobationem & præscientiam infallibilem, & certam ipsorum damnationis futuræ cognitionem damnetur, sed quia sibi relicti, libere mortem elegerunt & dilexerunt secundum carnem viuendo, non autem vitam æternam, mandata Dei seruando, quod est medium vitæ & salutis æternæ.

Scito igitur & certum teneto, Deum infinite bonum, & misericordem nunquam vllt homini denegasse media ad salutem necessaria, qui omnes ad suam imaginem & similitudinem fecit, & ita libertatem & actionum propriarum potestatem, omnibus dedit in creatione, vt etiam postea, pro omnibus mortuus est, & pro omnibus sacramenta instituit, vt omnes redempti per ipsum, saluentur. Si igitur quidam damnantur, vt multos damnatum iri certum est, non Deo suam damnationem imputent, sed sibi, qui noluerunt vti mediis à Deo sibi datis & concessis, vt per ea, salutem consequerentur. Nam cum Deum esse cognouissent, non sicut oportet eum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & maluerunt ambulare in proprijs adinuentionibus, mundo & carni viuendo, quàm in semitis Domini rectis, ipsius spiritu facta carnis mortificando. Fateor autem Deum noluisse omnes à viis iniquis conuertere, & ad iustitiam adducere vt legitur fecisse in multis per vehementem quandam impulsionem, sed noluit, volens ostendere in quibusdam se esse iustum, vt in aliis suam bonitatem & misericordiam indicat. Non autem quæcunque potest eadem vult & facit: quare imperitè nimium agunt qui ita ratiocinantur: quum Deus hoc posit quare non fieret? O homo tu qui es qui respondeas Deo? nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare me finxisti sic? Scias autem Dei prædestinationem & reprobationem nulli imponere necessitatem & auferre libertatem, etsi vtrumque certum necessarium & infallibile est. Vera est igitur & verbo Dei consentiens illa catholica antiquorum doctrina qua ita docent: Si tu non es prædestinatus, fac vt prædestineris. Illam enim tradit beatus Paulus in posteriori ad Timotheum 2. c. his verbis: cognouit Dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis quis inuocat nomen Domini. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit se ab istis (nota hoc) erit vas in honorem sanctificatum, & vtile domino ad omne opus bonum paratum. Idem videtur docere beatus Petrus 1. Petr. 1. his verbis: Fratres satagite vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Electio igitur in nobis sicut etiam reprobatio conditionem habet. Quare nemo aut necessitatem pretexat, aut Deum accusset si damnatur: sed magis sibi ipsi imputet, quum dicat Propheta, O Israël, perditio tua ex te, & salus ex Deo. Osæ. 13. c.

Roma. 10. scribitur in hunc modum: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: Item, Qui credit in illum non confundetur. Item. Quicunque inuocauerit nomen Domini saluus erit: Quibus locis aperte abutuntur qui ex illis colligunt non esse opus sacramentis, nec aliis multis ceremoniis & traditionibus quarum frequens est vsus in religione christiana. Nam propositum Apostoli est docere finem legis esse Christum ad salutem omni credenti in eum. Credere autem in Christum non est simpliciter (vt falso & pernicioſe putant nonnulli) hãc habere persuasionem, quod pro nobis est mortuus, & quod in eius sanguine baptizati & abluti sumus, sed illi obsequi, ab eo pendere, & ipsi conformari & compati, sicut membra corporis eius viua & cohærentia per colligationem & iunctaram quam ipse in Ecclesia posuit vt scribitur Ephesiorum quarto cap. & Collo. 2. vbi docet Apostolus oportere christianos eos fugere qui inflati sensu carnis suæ sese subtrahunt à communione doctrinæ & professionis Ecclesiæ catholicæ, non tenentes caput ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei. Corde igitur credamus, sed etiam ore confiteamur, & ita quidem confiteamur & profiteamur Christum, vt ipsum edocta per Spiritum sanctum Catholica Ecclesia profitetur, & semper professa est. Nam cum sola sua sponsa Ecclesia Catholica, quæ est columna & firmamentum veritatis semper manet Christus, in qua sola inueniri potest, non autem in Satanicis synagogis hæreticorum, quæ sunt meretrices & Satanæ concubinæ cum quo miserrime fornicantur relicto Christo præstantissimo & pulcherrimo Ecclesiæ sponso.

Roma. 11. scribitur in hunc modum: Si gratia iam non ex operibus. Alioquin gratia non est gratia. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt nihil prorsus esse tribuendum christianorum operibus, sed omnia planè & totaliter gratiæ Dei accepta referri debere. Nam hoc loco Apostolus non loquitur de operibus christianorum sed de operibus baptismum & gratiam præcedentibus. Nam de electione hic sermo est institutus. Falluntur autem in hoc quia loquuntur de operibus christianorum, vt de operibus purè humanis, tum etiam quia opponunt opera bona christianorum gratiæ à qua proficiscuntur, in qua fiunt, & sine qua nõ plus ea dicimus esse vitæ æternæ meritoria quam corpus viuere sine anima.

Roma. 12. scribitur in hunc modum: Non vos defendentes charissimi: sed date locum iræ &c. Quo loco ignoranter & pernicioſè abutuntur qui ex eo effici volunt quod inter christianos magistratu & superioritate seculari non est opus. Nam hoc loco non loquitur Apostolus de vindicta malorum, quam exercet magistratus. quę est illa quam Deus sibi reseruat & facit, tum per se, tum per magistratus & potestates seculares gladio in malorum vindictam munitas, sed de priuata vltione, quæ proficiscitur ex malo vindictæ appetitu, & non ex bono zelo iustitiæ. priuata igitur authoritate & vindicta non debent christiani sese defendere, & illatam sibi iniuriam vlcisci, sed via iustitiæ: ex cuius zelo ad Dei gloriam & malorum correctionem propter bonum publicum non est malum sese defendere, sicut nec etiam per seipsum cum moderamine inculpatæ tutellæ.

Romanorum 13. c. scribitur ad hunc modum: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit &c. Quo loco abutuntur nimium imperite qui ex eo colligunt principes seculares esse superiores principibus & prælatis Ecclesiasticis, illorumque esse in omni christianorum congregatione presidere, nec concilium Oecumenicum posse cõgregari nisi id fiat per Reges & Imperatores illic iure præsidentes. Nam beatus Apostolus hoc loco non vult docere prælatos Ecclesiæ vocatione & dignitate esse inferiores principibus secularibus, sed fidem & religionem christianam non eximere homines ab obedientia principum secularium in iis quæ sunt temporalia. Politicum nanque statum non mutat fides, vt sæpe testatur scriptura sacra. Hoc igitur loco prosequitur Apostolus, quòd præmisit præcedenti capite de vindicta sumenda, quam vt priuatam damnauit, ita nunc cum sit legitimè per magistratum eam probat & commendat. Principes autem ecclesiasticos longè esse secularibus quibuslibet superiores, hæc vnica ratio ex multis selecta facilè conuincit: quia homines qui naturali constitutione sunt omnes æquales vocatione distinguntur. At certum est & omnibus cognitum vocationem Sacerdotum & Ecclesiæ ministrorum esse longè digniorem vocatione Principum mundi, cum videlicet ht ad tempora illi vero ad spiritualia disponenda vocati sint. Quare dixerunt antiqui quòd quanto animus corpori præstat, tanto dignitas & vocatio vtrorum ecclesiasticorum est excellentior vocatione Principum terræ & mundi. O vtinam vtrique, quæ suę sunt vocationis intelligerent & præstarent. Sic enim facile omnia peccata tranquilla que videremus & haberemus: quod aliter fieri nequaquam spero.

Romanorum. 14. c. scribitur ad hunc modum: omnia quidem sunt munda sed malum est homini qui manducat per offendiculum. Item tu fidem habes penes temetipsum, habe coram Deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Quo loco vt etiam toto hoc capite abutuntur qui ex eo colligunt errorem nimis frequentem scilicet nullum esse in christianismo ciborum delectum, sed omni die quemlibet posse omni cibo ex animi libito vesci. Quod quàm sit absurdum facile intelligent quibus placuerit considerare Deum omni tempore aliquem ciborum delectum præcepisse, vt videlicet homo ei obediret in eo quod ipsi natura est gratissimum, scilicet in cibo. Hinc est quod in natura creata ante peccatum Deus prohibuit esum ligni scientiæ boni & mali: post peccatum in lege naturæ nonnullos prohibuit cibos vt testatur historia Geneseos: in lege Moysis copiosius idem fecit, & in lege euangelica idem præceptum, & si non eodem modo continuare voluit. Scribitur enim Act. 15. c. quomodo Apostoli certis ciborum generibus christianis interdixerunt. Hoc etiam cernitur in Ecclesiæ catholicæ decretis constitutionibus & praxi, vbi semper fuit facta quædam ciborum delectus certo tempore faciendi mentio. Hac autem in re Ecclesia nihil statuit contra Apostolum, qui hoc loco non loquitur de omni ciborum genere simpliciter, sed potissimum de iis cibis, qui lege Mosaica prohibiti erant, quorum esum vult esse liberum & indifferentem christianis, modo tamen semper citra scandalum, & fratris offendiculum fiat. Nequaquam autem intendebat Apostolus docere Ecclesiam non posse ciborum delectum certum præscribere: aut nõ peccare, qui cibos ab ea in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis de causis prohibitos manducarent, etiam citra omne scandalum, sed prohibitionem ciborum lege Mosaica vetitorum iam nullam esse lege euangelica recepta & promulgata. Aliter enim secum pugnaret Apostolus ipse qui nusquam non docet & præcipit obseruare Ecclesię decreta, constitutiones, traditiones & consuetudines tanquam Dei præcepta & mandata, quia videlicet Ecclesia à spiritu sancto edocta & directa, talia præcipit. Vult igitur Deus hominem rationis participem vti discretione in iis rebus ad quas natura est propensus & valde pronus, scilicet in cibo & in coitu: in quibus rebus belluæ quæ ratione carent, discretione vti non possunt. Ventrem igitur tam superius quam inferius ratione domemus & refrenemus.

Romanorum. 15. c. scribitur in hunc modum: Vnusquisque placeat proximo suo in bonum ad ædificationem. Quo loco ignoranter nimium abutuntur qui ex eo colligunt opera nostra ad proximum referri debere tantum vt illum ędificemus, & non ad Deum, vt apud illum mereamur. Nam opera nostra ita debent ad proximum dirigi, vt semper ad Deum prius referantur, propter quem bene facimus proximo. Non sequitur igitur debemus placere proximo in ædificationem: Ergo opera nostra nihil merentur apud Deum. Nam vtrumque simul esse potest & debet.

*Ex priori epistola beati Pauli ad Corrinthios.*

Prioris ad Corinthios. 3. c, scribitur in hunc modum, Fundamentum aliud nemo ponere potest, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quo loco ignoranter abutuntur seditiosi, qui ex eo colligunt, male eos dicere qui affirmant beatum Petrum fuisse Ecclesię fundamentum. Nam etsi in solo Christo per fidem fundatur Ecclesia Dei sponsa, tamen Apostoli per quos illa Ecclesia ædificata est dicuntur esse fundamenta, quia videlicet illorum medio reliqui inhærent & superstruuntur Christo. Hoc docet beatus Apostolus Ephe. 2. c. his verbis. Estis ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Idem docetur Apocalyp. 21. c. his verbis: Et murus ciuitatis habet fundamenta duodecim, & in ipsis nomina duodecim Apostolorum & agni. Quum ergo Apostoli dicantur fundamenta Ecclesię, non est mirum, nec absurdum videri debet si beatus Petrus eorum coriphæus & primus dicatur specialiter fuisse Ecclesiæ fundamentum. Hoc docuit Christus Math. 16 his verbis: Tu es Petrus & super hanc petram ego ædificabo Ecclesiam meam

Prioris Corinth. 6. c. scribitur in hunc modum. Empti estis pretio magno. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt eos esse blasphemos & derogare Christi merito, qui affirma nt opera requiri vt cœlum ingrediamur. Nam semper quum de bonis operibus & eorum meritis loquimur, presupponimus Dei gratiã & Christi meritũ, quæ duo nõ reiiciunt & excludunt sed prerequirunt bona & meritoria opera. Nos ergo sumus redempti pretio magno scilicet sanguine Christi non vt nihil operemur, sed vt per eum redempti & iustificasti sancte viuamus, & per bona opera ad vitam æternam perueniamus. Hoc indica isto loco Apostolus si diligenter inspiciatur. Illius nanque hæc sunt verba. An nescitis quia membra vestra sunt templum Spiritus sanctit qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Empti enim, estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro.

Prioris Corinth. 7. c. ita scribitur: Propter fornicationẽ vnusquisque habeat vxorem suam: & vnaqueque virum suum habeat. Quo loco ignoranter exposito perperam abutuntur qui ex eo colligunt oportere vnumquemque coniungari, aut saltem neminem prorsus peccare qui coniugem accipit. Nam textus Pauli ad literam & ex eius proposito exponi debet de cohabitatione carnali personarum iam matrimonio coniunctarum, à qua abstinere debere homines ad fidem cõuersos quidam apud Corinthios affirmabant, quibus ita vt hic scribitur respondet Apostolus. Quod autẽ non præcipiat omnibus matrimoniũ, patet ex ipsomet qui consulit virginibus vt sic permaneant, scilicet virginitatem perpetuam seruando. Idem etiam. 1. ad Timot. 5. c. ait mulieres volentes nubere postquàm sese Deo dicarunt, primam fidem irritam facere, & damnationem sibi acquirere.

Prioris Corinthiorum septimo c. scribitur ad huuc modum: Qui non se continent, nubant: melius est enim nubere quàm vri. Quo loco abutuntur apertè qui inde colligunt sacerdotes, religiosos, religiosasque posse cum velint, matrimonium contrahere. Quantopere autem fallantur docet scriptura sacra, quæ passim affirmat vota & promissa esse Deo reddenda, ni velimus condemnari à Deo: quod apertè indicat noster Apostolus 1. Timot. 5. c. cum ait. fœminas eas quæ postquam sese dedicarunt Dei cultui, & sese ipsi consecrarunt, volunt nubere, damnationem sibi acquirere, quia primam fidẽ irritam faciunt. Hoc igitur loco non loquitur Apostolus de personis voto ad seruandam perpetuam castitatem addictis, sed de solutis, monetque vnicuique tentandas esse proprias vires prinsquam vitæ genus suscipiat à quo postea resilire non liceat. Quod autem ad personas voto castitatis perpetuę astrictas attinet, consulerem duo diligenter seruanda esse, prius est vt non facile ad votum emittendũ accedant & recipiantur, etsi inter religiosas personas educari à primis etiã incunabulis quibuslibet vtilissimũ & sanctissimũ esse iudico. Posteriusvero est vt illud exercitij genus quod castas personas decet & conseruat sectẽtur, de Deo & de eius admirabilibus operibus sæpius cogitando, in illisque meditando, frequenter orãdo, æterna nouissimaque memorãdo: scripturas sacras (quæ sunt castorum libri) sæpissime legendo, sobrie viuendo: confabulationes personarũ carnaliũ fugiendo ne moresbonos corrumpant colloquia praua, & ante omnia otium malarum artium notissimum magistrum auersando & propellendo. Nam quomodo castè viuerent & non vrerentur iuuenes tam masculi quam fœminæ cum in ocio degunt, laute viuunt, vtramque in aurem dormiunt, & totos dies noctesque deliciis vacant, curiosa sectantes, & cum personis carnalibus & mundanis carnalia mundanaque confabulando agitant & pertractant?

Ibidem ita scribitur, Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum. Quo loco ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt nulla hominum mandata & præcepta christianis recipienda & seruanda esse. Nam non vult Apostolus Reges, Magistratus & quoslibet alios superiores, non habere potestatem tradendi præcepta quę teneantur christiani seruare, sed ait non oportere christianos fieri seruos hominum, id est, nunquam hominibus contra Dei voluntatem & præceptum placere atque obedire: quum oporteat magis obedire Deo qui nos pretio magno redemit, & ita eius sumus iusta acquisitione, quàm hominibus, à quibus nihil nisi paruum recipere & habere possumus. Deo igitur imprimis & super omnia obediamus, cuius maximè sumus, & à quo omnia summa habemus & expectamus: Interim tamen quod hominibus debemus, & illęsa conscientia præstare ipsis possumus, præstemus & reddamus: quia vocatio euangelica non liberat à conditione politica. Hoc paulò ante indicabat Apostolus cum ita dicebat: Vnumquemque sicut vocauit Deus ita ambulet, quod in omnibus Ecclesiis doceo &c.

Prioris Corinth. 8. c scribitur in hęc verba: Esca nos non commendat Deo, neque enim si manducauerimus, abundabimus, neque si non manducauerimus, deficiemus. Quo loco abutuntur qui ventri suo seruientes inde colligunt non esse debere inter christianos ciborum delectum: Nam vt iam scripsimus & si cibi ex sua natura sunt indifferentes, nec nos Deo commẽdant, nec animam coinquinare possunt cum videlicet corporati sint, & in ventrem non autem in animam intrent, tamen transgressio præcepti Dei in eius Ecclesia quæ fit in ciborum prohibitorum esu, animam coinquinat, vt videtur in pomo quod comedit Adam Paulus igitur non loquitur hic de præcepto Ecclesiæ quoad cibos veritos, sed docet cessasse ceremonialem & Iudaicam ciborum obseruantiam, non interim tamen volens affirmare quin christiani teneantur ex conscientia, etiam citra omne scandalum, seruare ciborum delectum ab Ecclesia præceptum. Nam etsi statim in primitiua Ecclesia ferè perpetuo ieiunantibus christianis, ciborum & ieiuniorum præcepta non fiebant, non tamen sequitur quin postea iustissimè facta sint.

Prioris Corrinth. 9. c. ita scribitur: Si euangelizauero non est mihi gloria necessitas enim mihi incumbit: Væ enim mihi si non euangelizauero. Quo loco perperam intellecto abutuntur qui ex eo effici volunt nullam gloriam aut mercedem deberi bonis operibus: quum videlicet opus præstantissimum sit prædicatio verbi Dei quam hic (aiunt) Apostolus dicit non mereri gloriam. Nam non est intelligendus hic locus simpliciter de gloria, & mercede quæ via iustitiæ communi redditur bonis operibus, sed de excellenti operis supererogationis gloria & mercede de qua hic gloriatur & non vult eam euacuari Apostolus. Quod enim prædicabat hoc erat vocationis debitum officium: quod autem nihil acciperet ab his quibus prædicabat, hoc erat supererogationis & gloriæ maioris, de qua hic agit. Omne igitur opus bonum gloriam & mercedẽ meretur, sed quod vltra præceptum & debitum, supererogatur hoc adhuc insigniori & maiori gloria dignum censeri debet.

Ibidẽ ita scribitur: Omnibus omnia factus sum: quo loco perniciose abutuntur qui ex eo colligunt licere christianis sese accommodare cuiuslibet religionis hominibus, modo iutus fides sit recta in corde. Falluntur autem & agunt contra scripturam quæ exteriorem fidei professionem vult fieri & præcipit, vt ipsam fidem in corde requirit. Ait enim Christus: Qui me confessus fuerit coram hominibus confitebor & ego eum coram patre meo: qui autem negauerit me & erubuerit sermones meos coram hominibus, ego eum negabo coram patre meo. Hæc est enim summa Dei & Christi Iesu gloria quando eum & eius fidem palam & audacter coram quibuslibet et etiam vsque ad mortem confitemur. Apostolus igitur omnibus omnia factus est, sed nihil fecit & professus est contra religionem christianam qui in rebus indifferentibus sese omnibus accommodauit, vt tandem omnes lucri faceret, qui etiam beatum Petrum in religionis professione errantem vehementer reprehendit. Consideratione etiam dignum est quod hac in re aliud est licitum Apostolo, pastori, & doctori, quàm aliis christianis. Nam illi sunt veluti medici qui cum ægrotis vt eos sanent assidui esse debent, qui nõ suntetiã in eo periculo ne decipiantur & inficiantur ipsi sicut alii simplices christiani. Quare his non illis interdicitur societate & confabulatione hæreticorũ atque etiã lectione pernicioforum librorum & disputatione cum deuiis & errantibus hominibus. Quod autem ad simulationem & dissimulationem in religione christiana attinet, cautos & prudentes Deum semper orando nos esse oportet. Nam possumus aliquando excusari à professione & exercitio veræ fidei & religionis quãdo videlicet tyrannis viget & nos impedit, vt fit in illis locis in quibus euersis tẽplis, effosis altaribus & interfectis aut fugatis Sacerdotibus non licet sacrificium euangelicũ, sacrosanctã missam celebrare aut audire: verum nunquã excusamur si professionem illam fecerimus quæ est contraria religioni & fidei nostræ. profiteri enim non omnino semper tenemur nostram religionem sed bene nihil ipsi contrarium sequi & profiteri. Quare non possunt excusari qui hæreticorum nostri temporis cœnulas idololatricas & reliqua illorũ impietatis & antichristianismi exercitia sectantur sicut nec principes mũdi si prohiberẽt edicto aut quouis alio pacto fidei catholicę exercitiũ, & illud sequentes christianos punirent. Non enim fides potest pati vllam iustam necessitatem cum pro ea teneamur vitam propriam exponere, sicut dilexit nos & animam suam pro nobis posuit Christus dominus. Hoc est quod ipse docet cum ait ita:

Universidad de Deusto



Si quis voluerit animam suam saluam facere in hoc mundo, in vitam æternam perdet eam. Videant igitur multi aulici, & sapientes huius mundi simulatores & dissimulatores apertè impij quid sint respôsuri Christo quem non confitentur coram hominibus, sed potius nescio qua astuta & infelici humana prudentia contraria fidei simplicitati eius reluctantem rident, & à christianis robur & firmamentum illud quod semper vltus est in confessione aperta, & simplici tollunt, auellunt, aut euerunt. Audacius longè faciunt hæretici qui intrepidè pro suo errore mortem oppetunt.

Prioris Corinthiorum decimo capite scribitur in hunc modum: Patres nostri omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt, bibebant autem de spiritali consequente eos petra: petra autem erat Christus. Quo loco non intellecto perniciosè impudenter & blasphemè abutuntur, qui ex eo colligunt quod tempore euangelij in hostia sacra accipitur Christus spiritualiter tantum per fidem, nõ autem in propria carne & substantia, per sacramentalem & realem eiusdem manducationem. Nam ipse textus eos manifestissimè refellit: quod vt cognoscatur obsecro vniuersos suæ salutis cupidos, & tanti secreti amantes, vt tranquille & citra huius vel illius partis affectionem humiliter mecum Apostoli textum conſiderent. Quod vt fiat attendendum est imprimis quo loco fuit Apostoli hoc in loco propositum. Illud autem est, admouere & corrigere Corinthios qui iam cum irreuerentia & non cum sufficienti dispositione accedebant ad communionem christianorum scilicet ad veri & naturalis (licet non naturali & carnali aut corporali, sed spiritali modo faciendam, quod docuit Christus Ioannis sexto, quando dixit: Verba quæ locutus sum vobis sunt vita & spiritus: vbi aduertendum quod verba spiritum dixit, non autem suum corpus quod re vera manducatur, sed spirituale effectum, & modo spirituali, & vt est animæ, & non autẽ corporis cibus, vt malè accipiebant Capernaitæ) corporis Christi participationem. Hos ergo informare & instruere volens de diligenti & humili accessu ad tantum sacramentũ cum sufficienti probatione docet quã grauissimè deus Iudæos punuit qui solam huius diuini secreti & mysterij figuram perceperũt scilicet manna edendo, & aquam de petra exeuntem eandem bibendo, quia post participationem mirabilis cibi & mirabilis potus concupiscentes fuerunt malorum idola colendo & fornicando. Iudices facio quotquot sano sunt iudicio & literam Apostoli expendunt, si non hoc sit verum eius propositum, prosequamur ergo & cum Apostolo hoc nostro tempori accommodemus. Sic autem illud ipsum ipse fecit. Per ea quæ ita sequuntur verba: hæc autem, inquit, in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt & perierunt ab exterminatore. Quo ergo spectat cum hæc dicit Apostolus? eo sanè vt nos doceat eos grauissimè à Deo puniendos qui verum Christi corpus cum veteri fermento, id est sine diligenti sui probatione, & cum peccato manducauerunt in hostia sacra, sub speciebus panis, sub quibus ipsum verum & naturale Christi corpus continetur, exhibetur, & a christianis communicatur & percipitur tempore legis Euangelicæ quæ habet & exhibet rem ipsam, cuius solas figuras lex continebat & proponebat. Sic autem argumentatur Apostolus, omnia illis in figura contingebant (nam non veritatem sicut nos, sed solam figuram & significationem edendo & bibendo sumebant) & tamen quia peccauerunt miraculosè datis illis cibis scilicet manna & aqua de petra cum irreuerentia vtendo tam grauiter puniti sunt, quid ergo fiet christianis non iam figuram sed ipsum Christum integrum Deum & hominem indignè in sacramento altaris sumentibus? Docet igitur Apostolus apertissimè quod nos christiani differimus à Iudæis, quia illi spiritalem tantum escam & spiritalem tantum potum habebant, nos autem habemus realem & in propria substãtia & persona subsistentem Christum, cuius caro quam manducamus realiter est verè cibus noster. Quod autem hæc sit Pauli sententia litera sequens docet quæ est eiusmodi: Vt prudentibus loquor, vos ipsi iudicate quæ dico, Calix benedictionis cui benedicimus: nõne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nõne communicatio (nota hoc diligenter) corporis Domini est? quoniam vnum corpus & vnus panis multi sumus, omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus. An non hæc sunt clara & necessaria pro veritate corporis Christi in sacramento eucharistiç Apostoli verba & testimonia? Quod ergo in principio capitis dicitur de spiritali esca, & de spiritali potu, hoc nihil spectat ad nos, sed ad patres Iudæos qui sub nube fuerunt, & in mari baptizati sunt, quæ sunt figuræ nostri temporis, in quo res ipsas & non figuras percipimus dicente Euangelista Ioanne quòd lex per Moysem data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. Esca autem illa vt etiam petra de qua bibebant dicitur fuisse Christus, quia vtrunque figura erat Christi incarnandi, quem spiritualiter tantum accipiebant, quia nondum realiter in humanitate subsistebat: illum autem nunc realiter & re vera subsistentem, re vera & corporaliter sumimus, & si spirituali & non corporali modo, & tamen in vero corpore. Ante incarnationem igitur spiritualiter tantum fideles Christum participabant per eius figuras: post institutum autem eucharistiæ sacramentum realiter, substantialiter & corporaliter a christianis participatur, vt per eius manducationem & communionem vitam habeant à diuinitate personaliter & inseparabiliter coniuncta ipsi humanitati. Hoc est quod docet Christus Ioannis sexto cum ita ait: Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, ita qui manducat me, ipse viuet propter me. Quum autem cum scriptura affirmamus ipsum Christum sumi in hostia sacra sub sacramento personaliter, corporaliter, substantialiter & realiter, non ita illud intelligi volumus quòd sumatur corpus eius corporali modo: quo pacto non est in hostia sacra, sed quod re vera, & non per fidem & spiritum tantum, vt malè persuadentur nonnulli percipitur. Hoc est quod docuit Christus post longum huius rei disputationem Ioannis sexto capite his verbis: Hoc vos scandalizat? Quid si videritis filium hominis ascendẽtem in cœlum vbi erat prius? Verba quæ ego locutus sum vobis sunt vita & spiritus: Caro non prodest quicquam, spiritus est qui viuificat. In sacramento altaris igitur est verum Christi corpus, sed spirituale quale videlicet resurrexit scilicet immortale, gloriosum, impassibile indiuisibile & subtile, quo modo nobis proponitur manducandum ad nutritionem non corporis, sed animæ, & si sub speciebus proponitur quæ corporis alimentum esse possunt, & alias corporis corruptibilis & diuisibilis cõditiones subeunt. Quum igitur in spiritu tantum per figuras in fide Christum manducarint & biberint Iudæi, nos autem eundem, sed aliter scilicet re vera & substantialiter manducemus, si puniti sunt postea peccantes timendum est nobis ne indignè ad tantum mysterium accedentes grauius puniamur. Hoc autem est totum Apostoli propositum in hac longa & difficili disputatione de manducatione corporis Christi.

Ibidem ita scribitur: Petra autem erat Christus. Quo loco ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt oportere verba illa Christi, hoc est corpus meum tropicè & significatiuè, non autem substantialiter accipi & exponi. Nam cui obscurum esse potest hoc loco tropum esse, quum nemo dubitet Christum nunquam fuisse substantialiter petram? Quod autem replicant obiiciendo quod etiam Christus non est substantialiter panis, nihil efficit contra catholicam doctrinam, quæ nunquam dixit panem esse corpus Christi, sed bene substantiam panis conuerti in substantiam corporis Christi, quod latet & contineatur sub remanentibus speciebus panis substantialiter conuersi & mutati. Hinc autem errotis sui occasionem habuerunt, quia malè accipiunt verba Christi tanquam scilicet dixisset, Hic panis est corpus meum. Hoc autem minimè dixit qui ita pronunciauit consecratione & benedictione panis peracta, hoc est corpus meum quod pro vobis traditur: hoc, enim, particula est demonstrans veritatem & præsentiam corporis Christi sub speciebus panis.

Ibidem ita scribitur: Panis quem frangimus: Item de vno pane participamus: quibus locis & similibus abutuntur qui ex illis colligunt remanere substantiam panis in hostia sacra quia videlicet consecratione peracta dicitur panis. Nam certum est eam esse scripturæ consuetudinem, vt appellet res non semper vt sunt, sed vt sensibus apparent, quia ergo in hostia sacra solus panis esse videtur, & sensibus exteris percipitur, ideirco panis vocatur. hoc etiam fit, quia res in quas aliquæ sunt mutatæ sæpius earum quæ sunt commutatæ nomina retinent, vt passim in scripturis legitur. Christus etiam dicitur panis, quia est cibus animæ quam nutrit non minus quàm panis materialis corpus. Est ergo Christus panis, non quidem materialis & corruptibilis, sed vinus qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo, vt ipse docet Ioannis sexto capite, vbi palam testatur, quòd panis quem daturum se promittit est sua ipsiusmet caro quam dedit pro mundi vita.

Prioris Corinthiorum vndecimo capite scribitur ad hunc modum: Conuenientibus vobis in vnum iam nõ est dominicam cœnam manducare, &c. Quo loco ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt communionem christianorum vocari cœnam domini. Nam certum est ex scriptura sacra cœnam Iudæorum fuisse, communionem autem christianorum esse. Christus igitur & si vtrunque fecit & celebrauit scilicet cœnam Iudæorum & communionem christianorum, quæ est manducatio & participatio corporis sui, hanc tamen solam nobis imperauit, & nõ illam cui finem imposuit. Corporis autem Christi manducationem non debere dici cœnam, docet scriptura sacra, quæ affirmat Christum confecrasse & dedisse Apostolis suum corpus manducãdum cœna iã facta. Sic enim scribitur Lucæ vicesimosecũdo. Similiter dedit calicem postquam cœnauit dicẽs, &c. Sic etiam scribitur Ioannis decimotertio capite. Cœna facta surgit Christus, & ponit vestimenta, &cæt. Hoc etiam loco ita scripsit Apostolus: Similiter & calicem postquam cœnauit dicens, &cæt. Non debes autem moueri, quia scribunt Matthæus & Marcus quod cœnantibus Apostolis Christus accepit panem. Nam ita volunt ostendere Christum coniunxisse manducationem corporis sui cœnæ Iudæorum scilicet mãducationi agni paschalis. Christus igitur & cœnam Iudæorum & cõmunionem corporis sui celebrauit, sed cœnam exclusit institutæ & propositæ pro christianis corporis sui communione. Hæc autem Euangelica communio si à quibusdam antiquis dicitur cœna, ideo ita vocatur, quia tempore cœnæ est instituta. Nunc autem cum mane fiat & celebretur, qua iusta ratione vt cœna dicatur defendi poterit? Iudaizantibus igitur hæreticis inanem & figuratitiam cœnam relinquamus. Christo autẽ mediatori nostro per veram eiusdem corporis communionem, participationem & manducationem sequendo ipsius institutionem & præceptum inhæreamus. Veritas nãque & non figura iustificat. Valeant igitur vani figuratij cum sua obscura & vmbratili cœnula ceu comparatiuncula.

Ibidem ita scribitur: Oportet hæreses esse: Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt hæreticos non esse puniendos. Nam nõ sequitur, oportet peccata esse, quia ea fieri videmus, ergo peccatores nõ sunt puniendi. Non est igitur putandũ quod Deus hæreticos approbet aut mittat, quos tantum permittit ad suorum probationem, vt hic docetur, Et Deut. 13. cap. Non vult etiam docere Apost. quod cogantur aliqui esse hæretici: Nam nemo nisi volens amplexatur hæresim relicta catholica ecclesia, sed admonet aliquos certo fore tales, quos Deus cuius præscientia non fallitur futuros esse præuidit, & etiam eosdem grauiter punitendos esse statuit omni tempore,

Universidad de Deusto
Biblioteca



Prioris Corinthiorum decimoquarto cap. ſcribitur in hũc modum: Vos per linguam niſi manifeſtum ſermonem dederitis: quomodo ſcietur id quod dicitur? Eritis enim in aëra loquentes. Item: Si neſciero virtutem vocis, ero ei cui loquar barbarus, & qui loquitur mihi barbarus. Item, ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt, orabo ſpiritu, orabo & mente. Itemicæterum ſi benedixeris ſpiritu, qui ſupplet locum idiotę: quomodo dicet amen ſuper tuam benedictionem? quoniam quid dicas neſcit. Item, malo in eccleſia quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam: quam decem milia verborum in lingua. Quibus locis vt etiam aliis quæ eodem capite continentur, abutuntur qui ex illis colligunt, in eccleſia omnia prorſus eſſe facienda vernaculo ſermone, vt videlicet ab omnibus qui audiunt intelligi poſsint: Præterea etiam non eſſe in oratione ea dicenda quæ non intelliguntur. Quantopere autem fallantur & hallucinentur facilè intelligent & indicabunt qui diligẽtius literam Apoſtoli inſpexerint. Nam non reprehendit nec condemnat, vel orationem vel aliud quippiam in eccleſia fieri in lingua quin potius probat & recipit talem agendi modum. Hæc enim ſunt eius verba: Qui loquitur lingua Deo loquitur & ſi non hominibus. Item, qui loquitur lingua ſemetipſum ædificat. Item, volo vos omnes loqui linguis. Item, Si orem lingua, ſpiritus meus orat. Item, orabo ſpiritu, pſallam ſpiritu: Item, Si tu benedixeris ſpiritu, tu bene gratias agis. Item, ſi aliquis habet pſalmum, doctrinam, interpretationem, linguam, omnia ad ædificationem fiant. Item: Itaque fratres, nolite prohibere loqui linguis. Ao non, cædo, hæc omnia ſunt Apoſtoli verba? Quis non videt igitur eos manifeſtiſsimè Apoſtolo aduerſari, qui damnant vel orationes, vel alia quæ fiunt in lingua, id eſt ſermone non ab omnibus intellecto in eccleſia? Tantum igitur abeſt quod Apoſtolus (cuius ſcripta inſtabiles depranant) damner linguam, id eſt quod fit ſermone incognito in eccleſia, vt illud ipſum recipiat & commendet, & ſi præfert ſimpliciter & abſolutè propheriam ſiue interpretationem propter eccleſiæ ędificationem. Toto igitur hoc capite præfert propheriam vel interpretationem ſoli linguæ, id eſt quando eſt ſine interpretatione, quam eandem maximè commendat, vel etiam præfert cum prophetiam habet coniunctam, eo ſiquidem ſpectant hæc eius verba, orabo ſpiritu: orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Item, quærite, vt abundetis ad ædificationem eccleſiæ. Item volo vos omnes loqui linguis magis autem prophetare. Item maior eſt qui prophetat quam qui loquitur linguis, niſi fortè interpretetur, vt eccleſia ædificationem accipiat. Item, AEmulamini propherare, & loqui linguis nolite prohibere. Huius ergo apud Apoſtolum diſputationis, hæc eſt ſumma quòd donum linguarum ſimpliciter dono prophetiæ eſt minus, & ſi eodem ipſo dono prophetiæ cum interpretatione maius eſt. Vnde profectò dilucidum ſit in eccleſia catholica germanum Apoſtoli ſenſum, intellectum & obſeruatum fuiſſe, in qua coniunguntur lingua & prophetia, id eſt, eius quod in lingua dictum eſt interpretatio. Nam vbi quædam ſunt propoſita in lingua, vel orando, vel cantando, vel aliud quippiam miniſtrando, tum à miniſtro ſubiungitur (aut debet ſeiungi ex eccleſiæ inſtitutione & præcepto) eorundem expoſicio per ſermonem & prædicationem, quæ ſi ſemper à paſtoribus facta fuiſſet, eo tempore quo fieri debet ſcilicet in mediis chriſtianorũ cultus diuini myſteriis, nemo vnquam conqueſtus fuiſſet. At væ nobis, quia abhominatio deſolationis ſedit in loco ſancto. Sublato igitur abuſu quem inuexit paſtorum ignorans negligentia facilè omnes intelligẽt nos ſenſum Pauli tenere & ſequi. Sunt & aliæ multæ inſtæque rationes propter quas linguam retinuit eccleſia. Aliter enim quomodo conuenire poſſent chriſtiani in ſuis cœtibus & conciliis celebrandis? Eſſent profectò ſibi ipſi inuicem barbari, propter linguam etiam maior reuerentia rebus ſacris adhibetur. Habenda quoque fuit ratio rudis populi, qui ſibi familiaria ſemper contemnit. Ad hæc oratio non ideo exauditur facilius quia intelligitur, ſed quia fit cum fide, ſpe, charitate, humilitate, reuerentia & deuotione. Vide igitur hic fieri ſermonem potiſsimum de oratione & de inſtructione populi varia: perpende etiã aliam fuiſſe eccleſiæ faciem Pauli tẽpore, quàm fuerit poſtea. Quare ſpiritus ſanctus pro varietate temporum variè in eccleſia diſponit.

Prioris Coriuthiorum decimoquarto capite ſcribitur ad hunc modum: Prophetæ duo aut tres dicant & cæteri diiudicent. Item quod ſi alij reuelatum fuerit prior taceat. Poteſtis enim omnes per ſingulos propherare, vt omnes diſcant & omnes exhortentur. Quibus locis abutuntur qui ex illis colligunt populum habere poteſtatem diiudicandi dogmata: Item etiam non debere rationem haberi ordinationis eccleſiæ in verbi Dei miniſtris, ſed paſsim quëlibet eſſe audiendum. Nam alibi ſæpius teſtatur Apoſtolus, non omnes eſſe Apoſtolos, paſtores & doctores, ſed ad ſuæ eccleſiæ gubernationem quoſdam Deum elegiſſe & miſiſſe. Vt autem hic locus Apoſtoli intelligatur puto habendam eſſe rationem temporis quo ſcribebat talia, quo videlicet Deus ſpiritum ſuum miraculosè variè & copioſè in credẽtes mittebat ad confirmationem Euangelij recens plantati, quando nondum omnia fiebant tam certo ordine quo poſtea fieri docuit ſpiritus ſanctus, qui omnia ſapienter & ſuauiter in eccleſia, & docet & diſponit pro ratione temporum. Hoc igitur loco monet Apoſtolus ordinem in eccleſia ſeruandum deuitata omni confuſione etiam in reuelationibus quæ ſingulis & priuatis perſonis fiebant, in eccleſia recitandis & proponendis.

Prioris Corinthiorum 15. capite ſcribitur ad hunc modum: Gratia Dei ſum id quod ſum Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt omnia eſſe tribuenda gratiæ, & nihil prorſus homini: Nam non hoc vult docere Apoſtolus, ſed bene gratiam Dei eſſe principium & conſeruationem omnium bonorum noſtrorum. Nos autem ipſi gratiæ Dei cooperati debere, & poſſe cum ea bene agere, & operari affirmat Apoſtolus cum ita ſubiungit: & gratia in me vacua non fuit, ſed abundantius eius illis omnibus laborani, non ego autem, ſed gratia Dei mecum.

*Ex poſteriori epiſtola beati Pauli ad Corinthios.*

Poſterioris Corinthiorum tertio capite ſcribitur ad hunc modum: Non ſumus ſufficiẽtes cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Quo loco abutuntur, qui prætextu ampliſicandæ gratiæ Dei excellens ipſius opus in hominis creatione tollere aut obſcurare nitũtur, hinc male colligẽtes homine nihil prorſus agere, aut etiam coagere poſſe ſine Deo, ex quo ipſius ſufficientia eſt. Oportet igitur notare Paulum dicere, non nos nihil poſſe ſimpliciter, ſed quaſi ex nobis. hoc autem dicit potiſsimum de conuerſione hominum ad fidem, vbi oportet Deum primum & potiſsimũ operari. Nam dicebat ita Chriſtus: Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus qui eſt in cœlis traxerit eum.

Ibidem ſcribitur ad hunc modum: vbi ſpiritus domini ibi libertas. Quo loco abutuntur pernicioſè neſcio qui libertini & voluptuarij ventricolæ, qui ex eo & ſimilibus malè colligunt omnia chriſtianis licere, nec eos vllo modo ad quælibet obſeruanda præcepta aſtringi. Nam quando Apoſtoli loquuntur de libertate chriſtianorum, non intelligunt perditam iſtam gaſtrolatrarum libidinem, ſed libertatem ſpiritualem quę eſt in hoc quod iam non ſubiicimur peccato, niſi velimus. Sumus enim in lege gratiæ & libertatis. audiẽdus eſt igitur Apoſtolus Galatis ita ſcribens: Videte fratres, ne libertatem Chriſti detis in occaſionem carnis.

Poſterioris Corinth. 4. cap. ſcribitur ad hunc modum: Sẽper nos qui viuimus in mortem tradimur propter Ieſum, vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali: Quo loco abutuntur impudenter qui ex eo colligunt fœlices eſſe hæreticos, quum propter ſuas hæreſes, quas dicunt Dei eſſe verbum puniũtur. Nam Apoſtolus hoc loco agit de ſe & ſui ſimilibus veris, ſcilicet legitimis, & a deo miſsis verbi Dei miniſtris, quos mundus odit & perſequitur ſemper, quia veritas odium parit, vt amat, ſequitur & amplexatur falſos propheras, qui adulantur & miſcent aquam vino veritatis, conſpeates pulullos ſub omni cubito. hinc eſt quod cum iuſtè puniuntur hæretici, qui ſunt decepti vocant illos martyres, illorum martyria ſcribunt, & venerandos eoſdem poſteritati relinquunt non minus, quàm eccleſia veros Dei martyres. Argumento ſunt illorum ſcripta, quibus eos valde commendãt, vt etiam eorundem imagines, quas apud ſe ſeruant, & etiam ſecum deferũt memoriæ & honoris ergo. Verum hoc te non moueat, cum admoneamur ſæpius non pœnam, aut etiam patiendi voluntatem, ardorem & conſtantiam, vel potius in ipſis apertam obſtinationem facere martyrem, ſed cauſam, quam non poſſunt bonam & iuſtam habere, qui cõtra Dei eccleſiam militant, à qua ſeſe ſegregarunt, quæ certiſſima eſt hæreticorum nota. Sunt enim filij ſubſtractionis in perditionem, & non fidei in acquiſitionem. Notandum etiam quod diabolus qui Chriſti ſimiam agit, ſuos habet martyres, quos pro ſua impietate & mendacio armat & excitat in ſua factione, vt Chriſtus habet veros martyres & veritatis conſtanteis, promptóſque teſtes in ſua catholica eccleſia, quæ nunquam errat. Aduertendum igitur diligenter in religione omnia ferè externa dubia & incerta eſſe, quorum iudicium ad Deum ſolum, qui ſpirituum ponderator eſt, certo referre debemus.

Poſterioris Corinthiorum quinto capite ſcribitur in hunc modum: Omnia ex Deo qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum: Quo loco abutuntur qui omnia ſemper ad Dei gratiam & Chriſti meritum referentes, nihil vnquam agere volunt detrectantes neceſſariam illã omni homini chriſtiano ad Chriſtum caput noſtrum conformitatem. Nam cum ſcriptura effert Dei gratiam, & Chriſti meritum non negat imò ſemper requirit cooperationem noſtram. Hoc enim docet etiam hoc loco apertiſsimè Apoſtolus cum ita ait: Pro Chriſto ergo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos, obſecramus per Chriſto reconciliamini Deo. Item ſequenti capite ita ſubiungit: adiuuantes autem exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, &c. Nihil igitur nobis proderunt Dei gratia & Chriſti meritum, niſi ipſimet operemur & ſanctè viuamus. Eſt enim miſericordia Dei à progenie in progenies timentibus eum: non autem iis qui ſecundum carnem viuunt, & abutuntur tam Dei gratia, quàm Chriſti merito: propter quem abuſum grauiſsimè punientur.

Poſterioris Corinthiorum nono capite ſcribitur ad hunc modũ: Hilarem datorem diligit Deus: Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt neminem eſſe cogendum ad vota ſeruanda, aut ad quippiam boni faciendum. Nam illic Apoſtolus ex inſtituto loquitur de prompta & alacri illa voluntate, qua debent chriſtiani ſuccurrere fratrum, id eſt chriſtianorum miſeriis. Quod autem ſpectat ad vota, certum eſt ea eſſe voluntaria debere & non coacta. Nemo enim inuentus eſt catholicus qui affirmarit aliquem eſſe cogendum vt voueat, & ſi eum ſcriptura omnes defendunt votorum per ſolutionem eſſe neceſſariam, & ad eam eos qui vouerunt liberè, eſſe cogendos. Vt enim vouere eſt voluntatis & libertatis, ita reddere votum, eſt neceſsitatis.

*Ex epiſtola beati Pauli ad Galatas.*

Galatarum primo cap. ſcribitur ad hunc modum: Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis anathema ſit. Quo loco ignoranter & perniciosè abutuntur qui ex eo colligunt, nihil prorſus in religione chriſtiana recipiendum eſſe & obſeruandum, præter id quod ſcriptum eſt. Nam, primum, quanto in errore verſentur, & quanta ignoratione ducantur quicunque ita colligunt hinc fit dilucidum, quòd Apoſtolus hoc loco nõ loquitur de ſcriptura, ſed de ſtabilita religione chriſtiana, quãm Apoſtoli & prædi-

Universidad de Deusto

ditione, & traditionibus ceu ceremoniis, vt sæpe scriptura testatur stabilierunt & fundarunt: non siquidem ait, præter id quod scripsimus, sed euangelizamus. Adhæc, non id omne damnat quod postea est in religione christiana adiectum. Nã multa sunt scripturæ sacræ volumina, quæ sunt postea scripta, & in ecclesia vt verè canonica sunt recepta: sed admonet nihil omnino esse à populo in religione recipiẽdũ cõtra id quod à superioribus ecclesiasticis ipsi traditum est. Ideo enim scripserunt Apostoli & alij christiani pastores, non quidem vt ecclesiam & christianam religionem fundarent scriptis quæ diu satis absque vlla scriptura stabilita & plantata fuit prædicatione & traditionibus ceu ceremoniis: sed vt darent in scriptis suis regulam fidei & religionis, cui non quicquid adderetur reiiceretur, sed omnia contraria tanquam impia, & mendaciis plena reprobarentur. Non ergo est reiiciendum quicquid non est expressum in scriptura sacra, sed id omne quod scripturæ sacræ, (quæ est fidei regula certa,) aduersatur damnandum est & reprobandum. Hoc vult Paulus hoc loco. Vnde clarum fit quàm apertè damnet omnes nouas doctrinas quæ planè aduersantur fidei & religioni christianæ omni tempore, vbique & ab omnibus receptæ. Hic igitur locus planè hæreticos, & eorum dogmata exotica damnat & euertit, non autem religionem catholicam & ipsius consuetam professionem etiam scriptura non expressam, sed magis eam confirmat: quum videlicet nihil dum Galatis scripto tradidisset.

Galatarum secundo capite scribitur in hunc modum: Cum autem venisset Cephas Antiochiam in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat, &cæt. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt, tum Petrum non fuisse Apostolorum principem, tum etiam in ecclesia Petri non perpetuam fore veritatem. Nam peccatum illud beati Petri (si quod peccatum fuit) fuit inconsiderationis humanæ, sicut etiam Christi negatio, infirmitatis. Non negamus autem quin beatus Petrus & etiam reliqui eius successores Christi in catholica eius ecclesia vicarij peccare aut errare in facto potuerint & possint: pernegamus verò ipsos cum ecclesia per spiritum sanctũ congregatos in iis quæ sunt fidei aut morum, id est rerum ad salutem necessariarum decretis ferendis errasse vnquam, aut etiam errare posse. Nam ipsis semper assistit spiritus sanctus ecclesiæ perpetuus director. Quod etiam Paulus beatum Petrum redarguit, hoc non impedit quin beatus Petrus superior Paulo in iurisdictione extiterit, cum videlicet in iis quæ sunt facti proprij possit superior ab inferioti admoneri, & correptione fraterna reprehendi. Notandum autem diligẽter beatum Paulum ascendisse Ierosolymam, vt cum aliis Apostolis conferret, ne videlicet (vt ipse ait) in vanũ curreret aut cucurrisset. Animaduersione etiã dignũ est quod ait his verbis: Cum cognouissent gratiam quæ data est mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in gentes, ipsi autem in circuncisionem: tantum vt pauperum memores essemus admonendo. In ordinata igitur Christi ecclesia confiteamur, & admittamus vnum omnium primum qui habet in ea regenda plenitudinẽ potestatis cum sit Petri successor, in eius sede collocatus Christi Iesu vicarius existens.

Galatarum quinto capite scribitur ad hunc modum: Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis illa faciatis. Quo loco ignoranter & perniciosè abutuntur qui ex eo colligunt christianos non posse non peccare etiam in bono opere. Nam ei qui diligentiusculè Apostoli literam inspicere voluerit apparebit statim omnino contrarium illis esse Apostolum, qui tantum abest quòd hominem christianum non posse non peccare affirmare velit, vt ibidem doceat eum peccare non debere cum videlicet non sit sub lege, sed sub gratia. Quare obligatur sub pœna condemnationis æternæ sanctè viuere, spiritu facta carnis mortificando. Hoc apertè docet Apostolus noster Romanorum octauo capite his verbis christianos alloquens: Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Hoc etiam loco ita ait, dico autem in Christo: spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Possunt igitur christiani & debent vitare omne peccatum & sanctè viuere, quia adiuuantur gratia Dei, quam nec habebat nec conferebat lex Moysis, quare in ea dominabatur peccatum, quod in lege Euangelica per gratiam expellitur & vincitur.

Ibidem ita scribitur: Si spiritu ducimini non estis sub lege: quo loco ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt hominem christianum in ea esse libertate quæ omnis prorsus legis & præcepti cuiuslibet iugum excutiat: quare nullã superioribus obedientiam præstant. Quantopere autem fallantur indicat apertè scriptura quę passim docet christianorum libertatem non esse nullis eos teneri legibus, aut earum transgressionem ipsis non imputari, sed posse non peccare. Idem nanque dicit hoc loco his verbis: Si spiritu ducemini non estis sub lege: quod dixit Romanis hoc modo, non dominabitur in vobis peccatum, quoniam non estis sub lege, sed sub gratia. Sic enim inducì debet hic textus: Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis, caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem, hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non quæcunque vultis illa faciatis: Tum addit: quod si spiritu ducimini nõ estis sub lege: id est iustificati per gratiam Dei & meritum Christi potestis resistere peccato & carnem debellare, quod facere non poterant qui sub lege, quæ neminem ad perfectum adducit degebant. Idem docet Apost. Rom 7. his verbis vbi locutus est de pugna carnis & spiritus: Infœlix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? tum subiungit: gratia Dei per Iesum Christum. Vide huius textus deductionem.

Galatarum sexto capite scribitur in hunc modum: Si quis se existimat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Quem locum perperã exponunt, qui ex ipso effici volunt nullum esse meritum, nec gloriam vllam actionum hominum christianorum. Nam hoc loco Apostolus nõ vult docere opera bona christianorũ carere laude & mercede, qui statim subiungit: ita opus suũ probet vnusquisque: & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & nõ in altero: Vnusquisque enim onus suũ portabit, sed vult docere neminem quantumcunque perfectus sit debere inani gloria duci, sed omnia Deo accepta semper referre, qui eos primat bonotum operum merito, qui eorũdem sibiipsis tribuunt gloriam. Sic etiam debet intelligi illud Lucæ: Cum feceritis omnia, dicite serui inutiles sumus: Item illud Pauli, Quid habes quod non acceperis? Si autem accepisti, quare gloriaris quasi non acceperis?

*Ex epistola Apostoli Pauli ad Ephesios.*

Ephesiorum cap. 2. scribitur ad hũc modum: Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est: non ex operibus, vt ne quis glorietur. Quo loco perniciosè abutuntur qui ex eo colligunt opera nihil facere ad salutem, atque etiam hominem nihil cooperari vt salutem consequatur. Nam nec etiam fides in nobis esse potest, nisi credere velimus, alioqui enim frustra prædicaretur verbum Dei, & toties moneremur de fide suscipienda, si nihil prorsus nostrum esset. Scito igitur Apostolum hoc loco nec nostram cooperationem, nec bonorum operum meritum & mercedem negare, sed docere primam christianorum iustificationem, qua ex impijs efficimur pij solius esse gratiæ Dei, qui nobis suo beneplacito solo dedit filium suum Christum redemptorem & mediatorẽ nostrum, cuius meritum nobis applicatur per fidem & sacramẽtum baptismi, in quo mundamur & iustificamur gratis, ipsique Christo incorporamur, efficimurque eius corporis mẽbra, ea tamen conditione, vt postea iustitiam nobis gratuito collatam conseruemus & bonis operibus augeamus, & magis ac magis iustificemur. Hoc est quod hoc loco docet Apostolus cũ ita ait: Ipsius enim sumus factura creati, in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.

Ephes. 3. cap. scribitur in hunc modum: In Christo Iesu habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. Quo loco perperam abutuntur, qui ex eo colligunt non esse orandos sanctos, vt pro nobis apud Deum intercedant. Nam Christi mediatio vniuersalis non impedit sanctorum tam in terra quàm in cœlo existentium intercessionem, quin potius oportet eos apud Deum pro nobis intercedere. aliter enim quomodo Christo conformes essent, qui semper interpellat pro nobis sedens ad dexteram patris? In hoc autem nihil Christo derogatur, sine quo nullam esse aliorum orationem & intercessionem liberè confitemur. Ideo enim possunt nos iuuare, quia Christi sunt mẽbra & fideles serui: Tales siquidem solos exaudit Deus.

Ephesiorum 5. cap. scribitur in hunc modum: Implemini spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino, &c. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt reiiciendos esse vocales ecclesiæ cãtus, quia videlicet dixit, in cordibus: sicut etiam qui inde concludunt diuinos illos Dauidis psalmos ab omnibus, & vbique decantari debere. Nam, primum, decantare in cordibus domino non impedit, quin voce quoque decantetur: imò vnum sine altero vix perfectum censetur, & etiam edocemur historiis tam canonicis quàm aliis, apostolos alta voce laudes domino decantasse. Quod autem ad psalmos attinet, non sequitur psalmos cantare debemus, ergo Dauidicos: Nam sunt alij multi, qui quia non tanta diuinitate sunt pleni, possunt communiter vsurpari, non autem Dauidici, qui à Deo per Dauidem ita sunt traditi & instituti, vt in loco sacro, & ab ordinatis ministris in orationibus publicis decantarentur, vt clarè testatur sacra scriptura. Adhæc qui eos passim vsurpant sectarij, illos deprauant, & in ipsis Deum blasphemãt, impudicis cantiunculis eos immiscendo, & in sensu alio quàm intẽdit spiritus sanctus accipiendo, cum pro aliqua secta contra veram ecclesiam eosdem decantant, pro qua sunt editi. Cædo etiam si passim & vbique, etiam animi causa psalmos decantes, quid maius Deo decantabis & afferes, cum ex eius ordinatione ad templum orationis ergo accesseris? Nã nemo negabit hic nescio quid maius & diuinius quam illic conuenire & requiri. Sed vereor, nec illic carnalem voluptatem quæramus, vbi spiritualis proposita est lætitia. Extra ecclesiam igitur spirituales cantilenas animi causa decantemus: dauidis autem psalmos grauissimos orationibus publicis reseruemus, nunquam omnino interim voluptuarias, libidinosas, & quoquo pacto carnales atque impudicas cantiones proferendo. Hoc enim dissolutorum infidelium & non castorum christianorum est.

Ibidem scribitur ad hunc modum: Relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Quo loco maliciosè abutuntur qui negant inde effici quòd matrimonium sit sacramentum, quia videlicet in textu Græco est dictio idem significans quòd secretum. Nam, an non & reliqua sacramenta sunt secreta & mysteria? Sunt equidem, quia sunt signa gratiæ inuisibilis, quam continent & conferunt. Matrimonium autem signum est individuæ coniunctionis, quæ est inter Christum & ecclesiam: quare Apostolus ait illud esse magnũ in Christo & ecclesia, id est in re significata per matrimonium, quæ est coniunctio Christi & ecclesiæ, quæ vt inseparabilis est, ita separari nunquam debent vir & vxor legitimè coniugati: iuxta illud Euangelij quo ita dicitur: quod Deus coniunxit homo non separet. Malè igitur nonnulli hac tempestate eos separant, non solùm quoad thorũ, sed etiam quoad vinculum vt vulgò dicitur, & à theologis distinguitur.

Ephes. 6. c. ita scribitur: Assumite gladiũ spiritꝰ, qđ est verbũ Dei, &c. Quo loco non intellecto abutũtur qui ex eo concludunt hæreticos nõ esse occidẽdos aut corporaliter puniẽdos, sed tantum disputatione deuincendos. Nã etsi sunt prius admonendi, & verbo Dei, orationibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnique alia christianæ modestiæ via, tentandum est eos reducere, tamen si noluerint verbo Dei credere, & sese submittere, sunt pœnis corporalibus coercendi, vt cæteri timorem habeant, & vt etiam iniuria Deo per contemptum eius religionis facta vindicetur. Hoc ita fieri præcepit Deus, vt videre est Deuteronom. decimotertio & decimoseptimo, sæpiúsque alibi. Hoc etiam fecit Apostolus, qui illos tradidit sathanæ corporaliter cruciandos, vt scribitur priotis ad Timotheum 1. cap. doctrina igitur & orationibus prius tentent pastores ecclesiæ denios hæreticos reducere, quos incorrigibiles postea gladio materiali resecent mundi principes. Sunt enim Dei vindices in iram, & obligantur fidem atque religionem christianam à prælatis ecclesiæ traditã seruare ipsi, & ne ab impiis & superbis violetur pro sua virili eandem tutari & defendere.

*Ex epistola ad Philippenses.*

Philip. 2. cap. scribitur ad hunc modum: Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona sua voluntate. Quo loco perperã expositio ignoranter abuntuntur, qui ex eo colligunt nihil esse homini tribuẽdum, sed Deum ita omnia in homine operari, vt sit causa omnium, non tantum bonorum, sed etiam malorum. Nam & si Deus operatur velle & perficere in nobis, non tamen totaliter & solus, sed ipsi nos cooperamur: quare & Dei cooperarios nos vocat Apostolus. Quia autem sine Dei adiutorio bonum nec velle, nec operari possumus, ideirco ita ait Apostolus hoc loco: cum metu & tremore vestram salutem operamini: Deus est enim qui operatur in vobis & velle & pficere: q. d. semper indigetis Dei auxilio, quare semper illum timete & inuocate.

Philip. 3. cap. ita scribitur: Nostra conuersatio in cœlis est: Vnde etiã saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratũ corpori claritatis suę secundum operationem virtutis suæ. Quo loco abutuntur & qui ex eo colligunt corpus Christi ante iudicium nõ esse alibi quàm in cœlo, & etiam qui dicunt idem corpus Christi nõ esse posse simul in multis locis, quia videlicet corpora nostra quæ non erunt simul in multis locis, conformia erunt corpori Christi. Sed errant toto cœlo, nihil aliud aliquid maius cogitantes de corpore Christi personaliter & inseparabiliter vnito diuinitati, quàm de nostris. Longè autem aliud est cogitandum. nam & si corpus Christi non est vbique, quod solius est diuinitatis, potest tamen esse multis in locis per priuilegium propter dignitatem vnionis cũ diuinitate. Quare, & si manebit in cœlo visibilis Christus vsque ad iudicium, tamen credẽdum est eundem etiam inuisibilẽ esse realiter & personaliter in hostia sacra, vt per eius sub signis participationem diuinitati propter vitam habendam coniungamur. Vtrũque enim testatur apertè scriptura sacra. Illi igitur si credimus cũ affirmat corpus Christi esse in cœlo, eidẽ quoque credamus illud idem ipsum corpus Christi in hostia sacra esse dicenti.

*Ex epistola beati Pauli ad Colossenses.*

Colossensium primo capite scribitur ad hunc modum. Christus est caput corporis ecclesiæ. Quo loco perperam intellecto abuntuntur qui ex eo colligunt, nec Petrum, nec papam eius successorem debere dici caput ecclesiæ. Nam cum ministeriale & vicarium caput ad tempus in ecclesia Christi ministrum primum dicimus, nihil detrahimus Christo vero & perpetuo eius capiti, sed sequendo Dei institutionem ipsum agnoscimus in suo vicario & ministro, sicut regem agnoscere consueuimus in eo qui eius vices gerit. Nota autem quod summè bonus & sapiens Deus, voluit semper sua dona spiritualia in hac terra hominibus corporatis per ministros corporatos, & in rebus corporatis & sensibilibus communicari. Quum igitur in ecclesia hac militante Deus & redemptor noster Christus, non ministret in persona propria visibilis ea quæ sunt hominibus ad salutem necessaria, oportet illum habere vicarios qui cum hominibus visibiliter & familiariter versentur. Illi autem cum à Christo tanta authoritate sint donati, vt de illis dixerit ipse, Qui vos recipit, me recipit, qui vos audit, me audit: Item, qui vos spernit me spernit. Item, sicut misit me pater, ita ego mitto vos: Item, quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque solueritis soluta: quis dubitabit ab illis (tãquam vicariis Dei) pendere debere christianos, ipsisque ab omnibus obedientiam præstari debere? adde quod Christus hinc discedens ter dixit beato Petro: Amas me? pasce agnos meos. Primum autem illum constituisse in sua ecclesia ministrum dominum Christum indicant hęc eius verba: amas me plus his? pasce oues meas. Item: Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Item: Tu es Petrus, & super hanc petram ego ædificabo ecclesiam meam. Si igitur caput ecclesiæ militantis vicarium fuit beatus Petrus, quare non eius successor?

Colossensium secundo capite ita scribitur: Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum. Quo loco non citra calumniam, & non sine perniciosa ignorantia abuntuntur, qui ex eo colligunt omnia prorsus hominum præcepta esse contemnenda. Nam hoc loco Apostolus manifestè loquitur de naturalibus philosophorum rationibus, & humanis traditionibus: per quas homines reuocabantur ne crederent Christum qui fuerat crucifixus Deum esse, & in eo fundandam esse omnibus hominibus salutis suæ ancoram. Hoc autem esse Apostoli propositum indicant sequentia eius verba quæ sunt eiusmodi: secundum elementa & non secundum Christum. Quod enim Apostolus non damnet humanas eas traditiones, quæ non separant à Christo, sed iunãt fidei eius professionem, indicant ea quæ de illis scripsit in posteriori ad Thessalonicenses capite secundo & tertio: vt etiam ea quæ de ipsis scripta sunt Actuum Apostolicorum capite 15. & 16. Caueat igitur sibi verus christianus à superstitiosis & figuratitiis Iudæorum obseruationibus, & à philosophorum rationibus naturalibus, quibus fidem Christi semper oppugnarunt animales homines: sequatur autem & obseruet puras traditiones, & verbo Dei consentientes constitutiones, quas spirituales viri, ecclesiæ catholicæ pastores posuerunt, & sic Pauli præceptum adimplebit.

Ibidem scribitur in hunc modum: Nemo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi. Quo loco ignoranter abuntuntur qui ex eo colligunt, nec ciborum delectum, nec dierum obseruationem debere facere christianos. Nam hoc loco Apostolus tantum reprehendit superstitiones Iudaicas, & vanas philosophorum rationes, non autem puram religionis christianæ obseruantiam. Scimus enim natura nullum esse ciborum, dierum, aut etiam locorum, propter conscientiam discrimen. In illis tamen rebus omnibus delectum facimus propter mysterium, non quidem Iudaicum aut philosophicum ceu vanum & superstitiosum, sed christianum. Nam nos non latet exposas esse Iudaicas figuras & obseruantias, vt etiam nos scire oportet in christianismo esse quoque suam & puram professionem externam, quam in Ecclesia per spiritum sanctum præscriptam omnes tenere & obseruare debent, ni peccare velint, & à Christo condemnari.

Ibidem scribitur ad hunc modum: Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes in mundo decernitis? ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis, &cæt. Quo loco perniciosè abuntuntur, qui ventri patrocinantes, nullum prorsus admittunt ciborum delectum in ecclesia Christi. Nam est manifestissimum quod hoc loco Apostolus loquitur tantum de abstinentia ciborum Iudæis prohibitorum quæ per mortem Christi exposa est hominibus per ipsius passionem in libertatem vindicatis. Malè igitur & ignoranter gastrolatræ, hæretici hæc & similia exponunt de abstinentia certorum ciborum certis diebus à christianis facienda, quam propter iustissimas causas instituit & præcepit ecclesia, cui qui non obediunt Deum patrem & Christum saluatorem habere non possunt. Vt igitur exposas Iudæorum inutiles obseruationes fugere debent christiani, ita ecclesiæ quælibet decreta quæ propter fidei conseruationem & religionis puram professionem sunt instituta custodire tenentur, etiam ex conscientia. Exotica igitur hic damnantur decreta & præcepta, vt erant Iudaica, & vana tam philosophorum quàm hæreticorum institura, non autem ecclesiasticæ traditiones & consuetudines verbo Dei consentientes, rectáque ratione nixæ. Hunc autem esse Apostoli Germanum intellectum indicant hæc illius verba: Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum, quæ non vidit ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei. Qui sunt autem illi qui talia inuehunt & exercent nisi hæretici, seditiosi, qui exierunt à nobis contemnentes ecclesiæ superiores, per quorum hierarchicam constitutionem totum militantis ecclesiæ corpus constituitur & conseruatur? Habet igitur ecclesia decernendi potestatem, eiúsque decreta & traditiones quicunque contemnunt non homines, sed Deum ipsum spernunt, qui nunquam abest à sua ecclesia.

Colossensium tertio capite ita scribitur: Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei patris sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Quo loco abuntuntur perniciosè, qui ex eo effici volunt corpus Christi non esse realiter & substantialiter in hostia sacra. Nam hoc loco loquitur Apostolus de morum institutione, scilicet de deponendo vetere homine cũ actibus suis, & de induendo nouo qui renouatur in agnitionem Dei secundum imaginem eius qui creauit eum, non autem vllo pacto sermo est hic institutus de altaris sacramento. Verum hic nota hæreticorum astutiam & calliditatem in addendo aut etiam detrahendo scripturæ sacræ. Hæc enim scriptura affirmat quidem Christum esse in cœlo in Dei patris dextera sedentem, quod & nos qui scripturam recipimus, & exosculamur credimus & prædicamus: at præter scripturam addunt hæretici ita dicendo: Si est in cœlo, ergo non est in hostia sacra in terra: hoc igitur additamentum hæreticum nos negamus, quia videlicet hoc non ait scriptura, sed potius contrarium affirmat clarè docendo eundem Christum qui est in cœlo visibilis esse inuisibilem in hostia sacra, vt iam sæpius protulimus & probauimus. Integram igitur scripturam sacram sine additione aut detractione vlla admittentes Christum totum in cœlo esse, & totum in terra sub siguis sacramentalibus, & si modus est longè varius & differens credimus & confitemur. Si enim credimus scripturæ dicenti ita: Christus est in dextera Dei in cœlis, quare non credemus eidem affirmanti, hoc est corpus meum? Caro mea verè est cibus? Qui manducat me viuet propter me? Panis quem frangimus participatio corporis Domini est? Qui manducat indignè iudicium sibi manducat non diiudicans corpus Domini: & ita de similibus locis Christum realiter & personaliter esse in sacra hostia affirmantibus?

*Ex priori epistola beati Pauli ad Thessalonicenses.*

Prioris ad Thessalonicenses secundo capite scribitur in hunc modum: Memores facti estis fratres laboris nostri & fatigationis, nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium Dei: Quo loco malitiosè abuntuntur qui ex illo colligunt oportere omnes ecclesiasticos ministros propriis manibus laborando victum sibi comparare, nec vllas diuitias possidere eos oportere. Nam beatus Apostolus hoc non præcipit, sed refert se operatum manibus propriis vt eos magis alliceret ad Euangelium, quibus prædicabat, non quia non deberent illi victui & statui necessaria vel etiam conuenientia omnia, sed vt in hoc gloriaretur, quòd si-

Universidad de Deusto

oe ſumptu illis Euangelium propoſuerat. Aliud autem eſt longe de apoſtolis & de nobis iudicium. Nam illi nec libris, nec librorum euolutione indigebant ad prædicandum, qui diuinitus per ſpiritum edocebantur. Verum vt malum ipſum attingamus & detegamus (ſpe correctionis & non animo detractionis aut delationis) hinc fundi noſtri calamitas, quod negligentia, ignorantia, diſſolutio & abuſus eccleſiaſticorum dedit occaſionem auaris laicis, vt tentarent Eccleſiam quocunque modo iuſtis & neceſſariis diuitiis priuare: quod quàm ſit pernicioſum ſentietur aliquando, ſed forſan nimium ſero. Quanta autem cum, tum abundantia, tum diligentia debeant chriſtiani eccleſiaſticis miniſtris ſubuenire docet Apoſtolus infrà cap. 5. his verbis: Rogamus autem vos fratres vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino, & monent vos: vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus eorum: & habete pacem cum eis.

Idem docet prioris ad Timotheum quinto capite his verbis: Qui bene præſunt presbyteri duplici honore digni habeantur, &c. Item 1. Corint. 9. Et poſterioris Theſſa. 3. cap.

Prioris Theſſalonicenſum capite quarto ſcribitur ad hunc modum: Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini, &c. Quo loco abutuntur ignoranter qui ex eo colligunt vel mortuos non eſſe lugendos, vel de ipſis iuuandis orationibus, eleemoſynis, oblatione corporis Chriſti, vel aliis conſuetis modis nullam curã chriſtianis ſubeſſe debere. Hac enim in perſuaſione quantum errent facile docet paſsim ſcriptura ſacra, cum eos commendat, qui mortuos luxerunt, cum honore ſepelierunt, & etiam pro ipſis Deum rogarunt, & eidem ſacrificium obtulerunt. reprendit igitur hoc loco apoſtolus genſtilem luctum, qui erat ſine ſpe reſurrectionis mortuorum, non autem pium, qui ex naturali pietate & animo chriſtiano iuuandi eoſdem proficiſcitur. hoc docent eius verba quæ ſunt eiuſmodi: Nolite contriſtari ſicut gentes quæ ſpem non habent, &c.

Prioris ad Theſſalonicenſes quinto capite ſcribitur in hunc modum: Sine intermiſſione orate. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt reiiciendas eſſe illas orationes quæ fiunt certis horis, & certo numero. Nam primum, refert ſcriptura quomodo ſemper ita obſeruatum fuit, etiam in veteri lege, vt certis & præfixis horis certæ & determinatæ precationes fierent. Non ſiquidem indifferenter omnes Pſalmi omnibus diebus & horis citra diſcrimen cantabantur, ſed vt conſtitutum erat: adde quod apoſtoli aſcendebãt ad templum ad horam orationis nonam. Act. 4. c. Et ſi igitur ſemper Deum orare debemus, nec etiam quidem id digne præſtare poſſumus: tamen ſine intermiſſione orare dicimur, cum omnia noſtra ad Dei gloriam referendo eum orãdi ſeruamus modum, qui nobis ab eccleſia ſumma cum ſapientia & prudentia (nam tam diuinorum quàm humanorum in ordinanda eccleſiaſtica politia & chriſtiana profeſsione videtur habita fuiſſe ratio à prudentiſſimis & optimis maioribus noſtris) eſt conſtitutus. Hunc autem ordinem & modum maxime tenentur obſeruare eccleſiaſtici qui ſunt mediatores inter Deum & populum, qui & ſi debent ſemper pro populo orare, tamen habita fuit imbecillitatis humanæ ratio cum breuiarium, quod eſt redactio continuatum & ſine intermiſſione faciendarum pro populo ad Deum orationum ad breue quoddam compendium ipſis peragendum ſub pœna grauis peccati propoſitum & præceptum fuit.

Ibidem ita ſcribitur: Abſtinete ab omni ſpecie mali. Quo loco ignoranter nimium abutuntur qui ex eo colligunt multa quæ in eccleſia fiunt in profeſsione fidei & religionis chriſtianæ eſſe abradenda & eiiciẽda, quia videlicet habent ſpeciem mali. Nam ſubeos ipſos rogarem vnde & quomodo illa habeant ſpeciem malignam piis & doctis qui talia cum deuotione celebrarunt & frequentarunt fidei & religionis chriſtianæ pia exercitia nunquam agnita & deprehenſa fuit in illis vlla ſpecies mali. Longe igitur tutius & melius eſt ſequi pios doctos, & à Deo probatos antiquos in fide & religione exercenda, quàm impuros, ignaros, violentos & obſtinatos neſcio quos noſtræ tempeſtatis factioſos, qui nullum prorſus certum aut etiam probabile ſuæ perſuaſionis vanæ fundamentum proferre valent.

*Ex poſteriori epiſtola beati Pauli ad Theſſalonicenſes.*

Poſterioris Theſſalonicenſum ſecundo capite ſcribitur ad hunc modum: myſterium iam operatur iniquitatis, tantum vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Quo loco ignoranter & pernicioſe abutuntur qui ex eo colligunt cathedram Romani, pontificis eſſe ſedem Antichriſti. Nam quomodo cathedram Romanam, in qua Pauli tempore ſedebat beatus Petrus Chriſti vicarius, vocaſſet apoſtolus ſedem Antichriſti? Senſu igitur longe alio imo plane contrario, hæc Pauli verba ſunt accipienda: vt videlicet intelligantur de factione aduerſatura poteſtati Romani pontificis, cuius factionis caput Antichriſtus in fine mundi cum omnia erunt corrupta exurget & extollet ſe ſupra id omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat, oſtendẽs ſe tanquam ſit Deus. In fine mundi enim ante iudicium generale fiet diſceſsio, factioſis non agnoſcentibus vicarium Chriſti primum eccleſiæ miniſtrum, & etiam corruptis hominibus pruricentes aureis habentibus coacernantibus ſibi magiſtros qui placentia loquãtur, quorum prædicationis ipſi erunt norma & regula. Ait autem apoſtolus, quod filius perditionis iam ſuo tempore operabatur myſterium iniquitatis, quia vt Chriſtus habuit ſuos prophetas & præcurſores, ita ſuos habuit, & adhuc habet Antichriſtus, qui eius iniquitatis myſterũ ceu ſecretũ operantur homines in fide & moribus corrũpendo, vt tandem aperta corruptella & diſſolutione inualeſcente reueletur homo peccati, filius perditionis, qui tantum abeſt quod ſit pontifex Romanus Chriſti in Eccleſia militante vicarius, quod non reuelabitur & regnabit ille iniquus niſi eo expulſo, & iugi miſſę ſacrificio ſublato. Hoc conſiderationem mihi videtur & attẽtione dignam: At quum neminem cogere poſſimus, exhortamur & conſulimus, vt quiſque ſibi caueat, quia tempora ſunt mala, ſed peiora futura. Omnia namque peſſum ibunt ſedente in loco ſancto abhominatione deſolationis.

*Ex priori epiſtola beati Pauli ad Timotheum.*

Prioris ad Timotheum capite primo ſcribitur ad hunc modum: iuſto lex non eſt poſita: Quo loco ignoranter & pernicioſe abutuntur qui ex eo colligunt omnia prorſus præcepta eſſe tollenda tempore legis Euangelicæ: quare rident & blaſphemant, quæ à ſuperioribus eccleſiæ conſtituuntur. Quanto autem in errore verſentur docet paſsim ſcriptura Euangelica, quæ ſæpius præceptorum mentionem facit, imo ipſemet Apoſtolus. 1. Corint. 9. c. de ſeipſo ita locutus eſt: Factus ſum iis qui ſine lege erant tanquam ſine lege eſſem (cum ſine lege Dei non eſſem: ſed in lege eſſem Chriſti) vt eos qui ſine lege erãt lucrifacerem. Seſus igitur huius loci eſt quod iuſto non eſt lex poſita, id eſt lex Moyſis non eſt data propter eos qui ſunt per Chriſtum iuſtificati, ſed propter eos qui timore pœnæ, & non virtutis amore à peccando abſtinẽt: chriſtiani autem habent etiam ſuam legem, quæ eſt lex Chriſti, & lex charitatis, quæ eſt finis præcepti, ſi proficiſcatur de corde puro, conſcientia bona & fide non ficta. Amore igitur & charitate, bona agunt chriſtiani veri: timore autem Iudæi: chriſtianos namque non coerceet lex, & ſi dirigit.

Ibidem ita ſcribitur: Soli Deo honor & gloria. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt nulli alij quàm Deo gloriam vllam dari oportere. Nam Apoſtolus illis verbis ad vnius Dei cultum nos reuocans, contra impiam gẽtium de pluralitate deorum perſuaſionem, docet ſummam illam gloriam quæ eſt propter diuinitatis recognitionem, vni ſoli Deo tribuendam, non autem interim negat ſanctos ſua gloria dignos, qui Romanorum ſecundo capite ita ſcripſit: omni operanti bonum gloria & honor. Gloria igitur Dei, ſoli Deo tribuatur: gloria autem ſanctorum & ſtudioſorum hominum iiſdem tribuenda eſt ex Dei iuſta ordinatione.

Prioris ad Timotheum ſecundo capite ſcribitur ad hunc modum. Vnus eſt Deus, vnus & Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Quo loco perperam intellecto abutuntur manifeſte, qui ex eo effici volunt ſanctos qui ſunt in cœlis beati non intercedere pro nobis, nec eos à nobis orandos eſſe. Nam litera aperte docet Apoſtolum non loqui de interceſsione, id eſt de oratione, ſed de redemptione, qua Chriſtus ſeſe medium poſuit inter Deum & peccata noſtra, ne videlicet ira Dei in nos propter ſcelera noſtra deriuaretur. Talis eſt enim litera. Qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus nobis. Solus igitur Chriſtus Ieſus eſt Mediator Dei & hominum ſine quo videlicet nulla creatura acceſſum habet ad Deum: Is autem verus & quidem ſolus eſt Mediator Dei & hominum, qui ſolus cum vtraque parte verè communicat, verus Deus, ſcilicet, & verus homo: vnde factum eſt quod facile omnia pacificauit in cœlis & in terris. Exaltatus igitur in cruce medium parietem diſſoluit, inimicitias ferens in corpore ſuo, in quo attritus eſt propter delicta noſtra: in quo etiam nunc ſedens ad dexterã patris in cœlo (quæ vera ſunt ſancta in quæ per proprium ſanguinem intrauit) ſemper viuit ad interpellandum pro nobis aduocatus & Mediator noſter: vt etiam per illud idem corpus glorioſum & ſpirituale, quale reſurrexit, ſub ſpeciebus corruptibilibus in ſacramento acceptũ & manducatum ſecundum ipſius præceptum & inſtitutionẽ coniungimur diuinitati, vt ab ea vita habeamus noſtro primo exiſtendi & viuendi principio coniuncti: ſicut Ioan. 6. c. idem ipſe docuit his verbis: Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: ita qui manducat me ipſe viuet propter me. Non eſt igitur nobis ordinatum medium quo ad Deum accedamus niſi per Chriſtum, qui ideirco ſolus Dei & hominum eſſe Mediator dicitur. Hunc igitur locum de oratione intelligere & exponere longe eſt ab Apoſtoli ſcopo aberrare: Res enim multo grauior agitur. Hæc conſiderabit qui volet. Sed hoc me exacerbat quod bona ex parte tacentibus tam paſtoribus quàm doctoribus neſcio qui humanarum tantum ſcientiarum periti vel etiam earum lẽ ſepiſſime ignari, ſcripturã ſacram meſſem alienam cum ſuo & alio periculo demetere, vel verius obſcurare & confundere non verentur.

Ibidem ita ſcribitur: Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione. Quo loco male intellecto abutuntur qui ex eo colligunt templa non debere tam ſumptuoſe ædificari, ſed pecunias quæ ita conſumuntur pauperibus erogandas eſſe: Nam hoc loco non eſt ſcopus apoſtoli de templis faciendis aut non faciendis agere, ſed docere omnes homines cuiuſcunque ſint conditionis, nationis & ſexus, iam acceſſum, habere ad Deum, & ab eo exaudiri per Mediatorẽ Dei & hominũ, hominẽ Chriſtũ Ieſum modo in ipſum credentes ſanctè viuãt eius mandata adimplẽdo & ſpiritu facta carnis mortificando. Hæc enim ſunt intelligenda per puras manus quæ eleuantur ſine ira & diſceptatione. Sententia autem hæc, in omni loco hic forſan quadam ſcripturæ phraſi poteſt aut etiam debet ita intelligi, id eſt non tantum apud Iudæos in templo Salomonis, vt fiebat ante aduentum Chriſti, ſed etiam apud gentiles qui poſſunt vbi voluerint templa & oratoria conſtruere, in quibus à Deo per Chriſtum, in cuius nomine petunt, exaudientur modo debitas orationis circunſtantias obſeruent. Hic enim locus non videtur mihi longe diſſimilis ab eo qui ſcribitur Ioan. 4. c. his verbis. Venit hora quando neque in monte hoc, neque in Ieroſolymis adorabitis patrem: Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt: Sed venit hora & nunc eſt quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Nam & pater tales quærit qui illum adorent. Hac etiam phraſi dictum eſt à Malachia Propheta: Ecce offertur & ſacrificatur nomini meo oblatio munda in omni loco in gentibus. Templa igitur non reprehendit Paulus qui Corinthios increpauit, quia illa polluebant ſuis conuiſsa-

tionibus:qui etiam templa frequentabat,vt & omnes primitiuæ Ecclesiæ sancti & docti christiani,sed docet iam omnis conditionis homines posse Deum orare per Christum modo cum puritate otent. Notãdum autem diligenter cum admonere prætiosas, delicatas & quouis pacto dissolutas mulierum veltes multum obesse orationis puritati & impedire ne à Deo exaudiatur. Non sine causa enim alibi præcipit vt in ecclesiis orantes mulieres velentur. Væ igitur nostro seculo propter mulierum in vestimentis intollerabilem & perditum luxum. Væ propter mulierum inauditam & insatiabilem concupiscentiam. Væ ter quaterque, væ nostro seculo propter dissolutarum & inuerecundarum mulierum effrenatam & indomitam libidinem.

Prioris ad Timoth. 3. c. scribitur ad hunc modum: Oportet episcopum vnius vxoris esse virum. Quo loco perperam intellecto pernicioſe abutuntur seditiosi & carnales, qui ex eo effici volunt oportere quemlibet ecclesiasticum ministrum & sacerdotem vxorem habere, producentes ignoranter nimium pro defendenda sua carnali voluptate,hunc textum quem Apostolus scripsit contra carnis lasciuiam, vt videlicet doceret quanta castitas & corporis puritas necessaria est in ecclesiæ ministro. Nam tantum abest quod Apostolus præcipiat omnes ecclesiasticos habere vxores, vt etiam doceat non esse admittendum aliquem ad ecclesiasticum ministeriũ, qui plures habuerit vxores. Hæc enim designat & præscribit particula, vnius, non ita accipienda quasi oporteat omnem episcopum habere vnam vxorem,sed quod si non inueniatur idoneus minister ecclesiæ,qui perpetuam castitatem seruarit is eligatur,vel qui cõiugatus fuerit,vel etiam adhuc sit qui non plures, sed tantum vnam habuerit vxorem: quia videlicet repetitum coniugium incontinentiæ, id est difficilis obseruatu in eo castitatis est argumentum:castitas autem ministrum ecclesiasticum decet. Quod autem nolit præcipere aut suadere Apostolus quod omnes ecclesiastici habeant vxores inde patet quod ipse vxorem non habuit, nec etiam Timotheus quem episcopũ ordinauit,& cui hæc scribit.Cædo ô dissolute,non Euangelij sed ventris & libidinis minister, qui omnes sacerdotes ad matrimonium adigis tua satanica doctrina an Christus vxorem habuit?an Ioannes Baptista? an Ioannes Euangelista? an denique præcipui quique ecclesiæ ministri? non sane. an autem nos matrimonium damnamus? absit: sed quod est melius & conuenientius in ministro ecclesiæ, scilicet perpetuam castitatem docemus cum Apostolo. hæc autem tam est necessaria in ministris ecclesiæ vt etiam in veteri lege(in qua quia populus Dei per carnem propagabatur omnes Iudæi vxores ducebant)sacerdotes separarentur ab vxoribus & domibus suis eo tempore quo fungebantur sacerdotum officio. Matrimonium igitur laudamus & probamus,sed sacerdotem vxore carere longe esse melius & conuenientius affirmare nequaquam dubitamus. Sacerdotium & matrimonium legitime simul esse posse concedimus, sed vtriusque vsum & officium eodem tempore honeste & conuenienter concurrere posse plane diffitemur. Ad hæc etiam,in Orientali ecclesia quæ non nostro more sacerdotum cœlibatum admisit, vxoratos quidem in sacerdotes ordinari comperimus, sed non sacerdotes vxores ducere. at mirum est tam effrenem esse nostri seculi libidinem,vt sacerdotes quærant illud onus sibi tam occupatis, si officiosi esse volunt, imponi, quo exonerari antiqui cupierunt, vt Deo liberius seruirent. Nam & si matrimonium legitime & non propter carnis libidinem contractum bonum & sanctum est,tamen multum impedimenti affert ne aliquis liberè & expeditè Deo seruiat vt plane docet Apostolus 1.Corinth.7.c. Sed mirum non est si incõtinentes sunt multi ex nostris sacerdotibus, cum videlicet otiosi totos dies vacent somno, iocis, ventri indulgentes & omni voluptatum genere diffluentes & delibuti. Si autem quæ sunt suæ vocationis ad Dei gloriam, ecclesiæ ædificationem & ad suam salutem diligenter exequi vellent, orando, studendo, exhortando, & nouissima sæpius meditãdo, Spiritus Dei omnem carnis pruritum in ipsis facile refrigeraret. Hoc enim Dei adiuuamen necessarium est cum nisi dederit ipse,continens nemo esse possit. Sed tantum abest quòd ad hæc remedia confugiant multi,vt etiam omni ratione carnẽ propriam ad lasciuiam prouocent,& irritent. Talis autem dissolutio & carnis lasciuia ni tollatur ab ecclesiæ ministris, nunquam pacata tranquillaque omnia habebimus.Eam autem non matrimonium tollet quod in multis ipsam magis excitat (Nam quot adulteriis repleta est terra? in qua quam pauca casta, integráque matrimonia inueniās?mariti enim propriis vxoribus libidinis ergo pro meretricibus abutuntur, & in proximorum coniuges hinniunt, quæ etiam extra omnem modum & morem etiãum gẽtilem voluptuariæ,ad omnem sagittam pharetrã suam aperiunt, carnis non autem spiritus curam gerentes) sed timor Dei & metus damnationis æternæ.Nam non carnis vsu voluptuario sed spiritu Dei caro lasciuiens optimè domatur.

Prioris ad Timotheum capite quarto scribitur in hunc modum:Spiritus autem manifestè dicit: quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide,attendentes spiritibus erroris & doctrinis dęmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium,& cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, & abstinere à cibis quos Deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem. Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Quo loco nulla ratione ad mentem beati Pauli accepto & intellecto abutuntur, qui ex eo colligunt nos catholicos qui ciborum delectum seruamus & obseruandum omnibus christianis sub pœna peccati mortalis docemus: qui etiam non concedimus matrimonium iis qui castitatem perpetuam vouerunt, scilicet religiosis tam viris quàm mulieribus & sacerdotibus, eos esse de quibus hic agit apostolus, & quos damnat & vitandos docet, Nam diligentius locum inspicientibus manifestum erit Paulum hoc loco eos perstringere qui damnant simpliciter tam matrimonium quàm cibos,quosque ait à fide discessisse,quorum neutrum merito nobis affingi potest. Nam, primum, à fide nulla in re discessimus, sed eandem prorsus tenemus & obseruamus quam tenuisse, tradidisse & seruasse primitiuæ ecclesiæ patres omnes historiæ tam sacræ quàm prophanæ testantur. Eorum namque qui vixerunt per singula secula conscripti libri aperta sunt nostri propositi testimonia. Non igitur sumus filij substractionis in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ, nos qui non attendimus spiritibus erroris aut doctrinis dęmoniorum, non etiam in hypocrisi loquimur nec cauteriatam habemus conscientiam, non itidem prohibemus nubere, nec prohibemus vsum ciborum quos Deus creauit, sed volumus eos percipi cum gratiarum actione fidelibus & iis qui cognouerunt veritatem: non autem pati possumus eosdem per ventris voracitatem citra gratiarum actionem, contra ecclesiæ præceptum accipi. Quæro enim si damnamus matrimonium qui quotidie illud celebramus & prędicamus? aut si quoque cibos damnamus, quibus singulis diebus cum ecclesia aliter non instituit vtimur? Si autem reprehensione digni sumus, quia sacerdotibus, & omnibus voto castitatis perpetuo per Dei gratiam seruandæ astrictis,matrimonio interdicimus, in eadem reprehensione nobiscum inuoluctur apostolus qui prohibet ne viduæ cultui diuno dicatæ nubãt: hęc enim eius sunt verba capite sequẽti proposita ad hunc modũ: Adolescentiores viduas deuita, cum enim luxuriatæ fuerint in christo nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Videatur etiam 1. Corint 7. capite quomodo prefert castitatem perpetuam matrimonio etiam castissimo. Si etiam culpamur, quia iustis de causis delectum ciborum ad certum tempus præscribimus & seruamus, culpentur quoque nobiscum apostoli,qui etiam nascente ecclesia quando erat omni ratione lex eiicienda cum suis ceremoniis & figuris, præscripserunt nihilominus christianis tum maxime sobriis & abstinentibus,non tantum ex Iudæis,sed etiam ex gentibus (ad quos nihil spectabat lex) ad fidem conuersis,certum ciborum delectum,vt docemur, ex eo quod Actuum 15.c.scriptum est his verbis:Visum est spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris quàm hæc necessaria: vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum,sanguine,suffocato,& fornicatione: à quibus custodientes vos bene agetis. non igitur damnamus nuptias aut cibos vllos, sed volumus vtraque cum gratiarum actione fieri, id est nulla ratione contra Dei & ecclesiæ ordinationem, præceptum & institutionem agitari & percipi. Quare illi non sumus contra quos hæc scripsit & prænouit apostolus,sed fuerunt Manichęi Encratitæ, Priscillianistæ & alij plurimi hæretici, qui simpliciter nuptias & cibos aliquos damnarunt, tanquam res illæ malæ ex se essent, & omnibus prohibitæ quia malæ, non autem malæ quia prohibitæ, & quidem eo fine & sensu quo sunt prohibitæ. hoc autem sciendum est quod Deus omni tempore & lege aliquem ciborum delectum hominibus præscripsit,vt videlicet ipsũ in eo obedirent Deo, ad quod natura sunt valde proclines & propensi. Sic etiam prohibuit vagum & indistinctum coitum, & si in eo nulli aliqua iniuria infertur. Vult enim Deus omnium creator & Dominus, hominem quem ad sui imaginem fecit,honeste & discrete viuere atque sibi in illis rebus, in quas maxime naturali desiderio & cupiditate fertur obedire. Tales autem sunt maxime voluptates gustatus & tactus in esu & coitu. Deo igitur & nõ ventri seruiamus quia ventrem & escas destruet.

Ibidem scribitur ad hunc modum: corporalis exercitatio ad modicum vtilis est. Quo loco ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt ieiunia & cultum religionis externum nullius esse vtilitatis. Nam non dicit apostolus corporalem exercitationem nullius esse vtilitatis sed modicæ: quod etiam intelligendum est sine pietate,nam certum est corporalem exercitationem quæ à pietate proficiscitur, esse valde vtilem. Quantæ etiam sint vtilitatis ieiunia passim testatur scriptura sacra quum refert antiquos vix aliquid magnum auspicatos esse,nisi præcedente ieiunio. Ad hæc non solius corporis exercitatio est ieiunium,sed etiam animi. Non igitur damnat ieiunium aut externas christianas ceremonias professionis fidei christianæ, sed ineptas & aniles fabulas quasdam Iudæis superstitiosis familiares. Admonemur etiam primam curam pietatis esse debere, ad quam omnia sunt referenda in christianismo,cuius duo hæc sunt potissima capita, scilicet amor Dei & amor proximi.

*Ex posteriori epistola beati Pauli ad Timotheum.*

Posterioris ad Timotheum capite secundo hoc modo scribitur: Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Quo loco abutuntur pernicioſe qui ex eo colligunt vtilissimam illam & necessariam futurorum in Ecclesia verbi Dei doctorum & ministrorum probationem quæ fit per disputationes grauissimas in scholis theologicis prorsus eiiciendam esse. Nam talem scholarũ theologicarum exercitationem & probationem cõmendat apostolus prioris ad Timotheum 3.c. cum de ministris ecclesiæ loquens, ita ait, probentur, deinde ministrent. Non enim recipit ecclesia catholica ministros verbi Dei & sacramentorum vt impiæ & satanicæ factiones cæca quadam domicellularum & dominularum affectione aut libidine, sed diligentissima & diuturna per viros grauissimos & doctissimos facta inquisitione & probatione Hoc autem non reprehendit hoc loco apostolus, sed contentiosas & prophanas vocum nouitates hæreticorum, quas violenta & obstinata vocis & animi concertatione impie tuentur. Hic ergo hæreticorum contentiones, stultæque & sine disciplina quæstiones percelluntur,non autem grauissimę theologici studij exercitationes, quæ non fiunt quia de fidei veritate, sed de futuri ministri capacitate dubitetur. Eum autem nisi scientia,vita & moribus ornatum atque probatum ad sacra ministranda in fidelium ecclesia recipi nulla iura patiuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ibidem scribitur ad hūc modum cognouit Dominus qui sunt eius. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt omnia Deo esse tribuenda, nihil autem homini, vt etiam ex eo quod subditur, in magna domo esse vasa quædam in contumeliam, concludunt Deum esse malorum vt bonorum auctorem & causſam. Nam nunquam intendit apostolus docere hominem nihil operari, aut etiam Deo non cooperari, sed ad iustitiam salutem requiri Dei gratiam præuenientem ad iustificandum, & etiam subsequentem ad coseruandum in iustitia nostram siquidem cooperationem requiri satis iudicat cum ita inquit: Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini: Item siquis se mundauerit ab istis, erit vas in honorem & vtile Domino ad omne opus bonum paratum. Quod vero ad reprobos spectat non ait Dominum eos nolle, id est approbare quasi malorum sit author Deus, sed volens docere illum eos permittere male agere (qui scit etiam ex malis bona elicere) ait ipsos esse in domo Dei eiusmodi dixit Roma. 9. c. his verbis: Deus volens ostendere iram (nam non tantum est misericors, sed etiam iustus) & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. Non est igitur Deus auctor malorum, & si ob finem bonum ea fieri permittit & tollerat patienter expectans ad pœnitentiam.

Posteriotis ad Timotheum. 3. c. scribitur ad hunc modum, Omnes qui volunt pie viuere in Christo Iesu persecutionem patiētur. Quo loco abutuntur qui ex eo colligunt beatos eos esse qui propter ecclesiæ contemptum & fidei blasphemiam cruciantur, eosque in martyrologiis suis inscribunt. Nam hic loquitur apostolus de illis qui pie viuunt & quotū iusta est causa, hæretici autē iunt impij & blasphemi electorum interim nihilominus promissiones fallo & frustra sibipsis arrogantes: quod fit astu satanæ, à quo captiui tenentur, vt scilicet facilius hoc pacto eos in errore detineat, & alios per ipsos decipiat.

*Epistola ad Titum.*

In epistola ad Titum 3. c. scribitur in hunc modum: hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita: Quo loco male intellecto abutuntur, qui ex eo colligunt hæreticos non esse puniendos, sed tantum fugiendos. Nam nō iecum pugnat apostolus qui Hymeneum & Alexandrum tradidit satanæ, vt discerent non blasphemare vt scribitur. 1. ad Timoth. 1. c. non quoq; id reprehendit quod sæpius scriptura præcipit de puniendis etiam extremo supplicio hæreticis. Ad hæc si iunt deuitandi hæretici, an ad id ipsum paratior est via extremo supplicio? notandum etiam quod scribebat episcopo qui gladio materiali abstinere debet, vt etiam tenetur gladio spiritus quod est verbum Dei hæreticos reuincere confutareque, & eosdem anathemate fetire, à cœtu & cōsuetudine fidelium excidendo. Hic autem pulchrum est videre quæ sunt hæreticorum conditiones, & quæ illis exurgentibus sunt ecclesiæ pastorum officia. Hæretici enim semper seditiosi & irequieti, stultas quæstiones & contentiones, & vanas inutilesque legis pugnas proponunt & sectantur. Iidem sunt subuersi, relicto, scilicet vero fidei & veritatis fundamento, ecclesia catholica à qua exierunt, vt cognoscantur non esse probati, sed filij subtractionis in perditionem animæ. Deliquunt etiam proprio iudicio condēnati, quia sola mētis corruptæ & pernicacis obstinatione suas persuasiones tutātur & sectātur, cum videlicet nullū prorsus habeant fundamentū scripturæ sacræ, ecclesiæ catholicæ, aut etiam doctorū probatorum & conciliorū. Hos debēt monere, corripere, reuelare & conuincere verbo Dei episcopi (oportet enim, vt iam dictum est episcopū amplecti eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonē, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere) vt sic notum sit omnibus christianis ipsos nullam habere iustam querimoniæ & separationis à doctrina ecclesiæ catholicæ, & à professione fidei eiusdem causſam, aut etiam occasionem. Si autem conuicti & propria conscientia iudice non habentes quod directe obiiciant veritati & aperte sufficienterque respōdeant doctrinæ ecclesiæ per episcopos propositæ maneat obstinati in sua persuasione, sunt deuitandi ab episcopis, & à reliquis christianis: quia videlicet sermo eorum vt cancer serpit, & nō citra iniuriam Christi & eius sanctæ religionis cum ipsis conuersatio habetur. Principes autem vindices iræ Dei, gladium in eos stringere debent & tenentur.

*Ex epistola beati Pauli ad Hebræos.*

Hæbreorum quarto capite scribitur ad hunc modum: habentes pōtificem magnū qui penetrauit cœlos, ipsum Christū Iesum, teneamus spei nostræ confessionem. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in tempore opportuno. Quo loco nonnulli tripliciter abutuntur: Primum cum ex eo colliguot Christum non esse in eucharistia: deinde, non esse opus in ecclesia aliis pontificibus & sacerdotibus sed vnum tantum esse Christum perpetuum pontificem nostrum. Postremo sanctos pro nobis orare vanum esse eum videlicet habeamus accessum cum fiducia ad thronum gratiæ Dei. Nam quod ad primum spectat se non satis instructos in doctrina christiana aperte indicant, qui putant eum non esse in eucharistia, quia affirmatur esse in cœlo: quod ex eo prouenit quia nihil maius tribuunt glorioso corpori Christi quod diuinitati personaliter & inseparabiliter coniunctum est quām cuipiam alij. Longe autem aliter existimant & sunt persuasi veri & docti christiani, qui scripturam sacram non dissectantes, sed simul totam & integram scrutantes & recipientes, credunt christum totum & integrum esse personaliter in cœlo visibilem, & in eucharistia sacra inuisibilem. Scriptura enim nobis proponit Christum cōsiderandum & apprehendendum personaliter in cruce, pro nobis satisfacientem in forma propria visibili & mortali: in cœlo ad dextram patris in propria forma visibilem sed immortalem & gloriosum pro nobis interpellantem: & in eucharistia inuisibilem. Scriptura enim nobis proponit Christum considerandum & apprehendendum personaliter in cruce pro nobis satisfaciētem in forma propria visibili & mortali: in cœlo ad dextram patris in propria forma visibilem, sed immortalem & gloriosum pro nobis interpellantem: & in eucharistia inuisibilem, nos spiritualiter nutrientem, suæ passionis fructum applicantem, & sibi diuinitatique volentem per manducationem realis sui corporis sub forma tamen & specie aliena propter fidei exercitium, & alias rationes diuersas. Quem ergo docet scriptura cœlos penetrasse docet eadē ipsum in eucharistia esse personaliter & realiter in propria substātia. Quod autem ad secundum spectat certum est vnum esse summum & æternum pontificem Christum Iesum, qui penetrauit cœlos: sed etiam certum est eum iam in propria persona non ministrare in ecclesia hac militante prædicando, sacra ministrando, & peccata in persona visibili remittendo aut retinendo. Hinc enim in persona visibili discessit, hoc autem priusquam fieret nolens suos orphanos relinquere, & absque rerum sacrarum ministris dimittere, quosdam instituit sacerdotes Apostolos videlicet in cœnæ tempore, quibus etiam postea dedit peccata dimittendi, & vbique prædicandi, & sacra quælibet ministrandi potestatem tantam vt qui eos non recipit ipsummet eiecisse & contempsisse iudicetur. Illud enim ipse affirmat cum ait: Qui vos audit, me audit, qui vos spernit me spernit, &c. Ascendens ergo in altum Christus dona dedit hominibus, cum alios potuit Apostolos, alios euangelistas, alios doctores & pastores ad consummationem corporis ecclesiæ, ad quam etiam spiritum sanctum misit, qui & pastores doceret & populum in fide & vera doctrina conseruaret.

Et si igitur Christus est pontifex in æternum, & ecclesiam semper dirigit cum ea manserus vsque ad consummationem seculi, tamen iam est nobis inuisibilis. Quare oportuit illum hinc discessurum ecclesiæ suæ tradere quosdam visibiles ministros, qui hominibus corporatis per res corporatas (quæ sunt sacramenta ab eodem in signis & rebus visibilibus instituta) res inuisibiles conferrent. Tales autem sunt sacerdotes, episcopi, & reliqui ecclesiæ prælati, qui non vsurpāt arrogantes Christi officium, sed ex eius institutione sunt ipsius in ecclesia militante vicarij & ministri, quibus vt ipsi Christo, cuius personam gerunt & officium exercent, obediendum est. Sic enim à Christo institutum est.

Quod est de tertio: & si nos habemus accessum cum fiducia ad thronum gratiæ Dei per Christum, non tamen sequitur, quin nos mutuo apud Deum per ipsum Christum iuuare possimus: imo vt ipsi Christo, qui semper viuit ad interpellandum pro nobis conformes efficiamur debemus orare pro nobis mutuo, & tanto magis quanto Christo ipsi sumus coniunctiores & magis similes. Quare est consonum rectæ rationi & scripturæ sacræ sanctos qui sunt in cœlo beati, longe ardentius & frequentius Deum pro nobis orare, eis qui adhuc mortales & imperfecti hic viuunt, pro se soliciti. Hac ratione impulsus beatus Hieronymus vigilantium reprehendebat, quod (vt etiam faciunt aliqui nostri temporis nimium scripturarum sacrarum ignari) fateretur christianos hic viuentes pro aliis orare, sed non eos qui gloria cœlesti excepti essent. Quasi vero cœlum sit quædam oblitionis terra, & Christo capiti illorum pro nobis interpellanti non se iungant fratres nostri, miserias quas patimur experti. Hoc autem non ideo fit, quia Christi pro nobis intercessio & interpellatio sit insufficiens, sed quia oportet fideles & electos Dei cōformari suo capiti Christo, & per charitatem, quæ nunquam in ipsis excidit, sed perfecta manet, nostram præsentis seculi miseriam iuuare, quod aliter quam orationibus non faciunt. Habemus igitur per Christum in quem credimus introitum ad Dei thronum, ita vt in nomine ipsius petētes exaudiamur à Deo, sed nihilominus quia requiritur magna in nobis dispositio, vt quippiam à Deo obtineamus, non parum nos iuuant sanctorum in cœlo beatorum pro nobis factæ orationes, quæ etiam prosunt & faciunt vt ipsa Christi interpellatio nobis applicetur & prosit. Sunt igitur nobis orandi sancti, non vt eos excitemus vt nobis bene velint, sicut nec etiam Deus ipse hoc fine rogari debet, sed vt ita disponamur ad recipiendum orationum ipsorum effectum. Semper enim necessaria est in nobis dispositio vt gratiam Dei recipiamus.

Hebræorum sexto capite scribitur ita: impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt spiritus sancti: gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque venturi seculi, & prolapsi sunt: rursus renouari ad pœnitētiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Quo loco germani ipsius intellectus exortes abutuntur, qui ex eo colligunt eos qui post acceptum baptisma peccant nullam habere remissionis medium. Nam hoc loco non negat Apostolus remissionem peccatorum post baptisma admissorum, sed eos perstringit qui volebant baptismum iterari, vt haberetur remissio peccatorum sequentiū baptismum, vt precedentium in prima iustificatione est habita. Obiter autem hic notandum est, velle beatum apostolum pœnam esse ferendam ei qui post baptismum peccarit: nam etsi omnis peccatorum remissio ad Dei gratiam & Christi meritum referri debet, aliter tamen atque aliter id fit in peccatis præcedentibus baptismum, & in iis quæ eundem subsequuntur. In baptismo enim passio Christi plenissimè applicatur, & sic peccata omnia totaliter remittuntur, & quoad culpam & quoad pœnam, post baptismum autem pœna est exoluenda, vt conformes Christo patienti effecti eius meriti participes pro dispositione efficiamur. Est locus huic similis Hebræorum 10. c. vbi ita scribitur: voluntarie peccantibus nobis post acceptam veritatis notitiā, iam non relinquitur pro peccatis hostia, sed terribilis iudicij expectatio & ignis æmulatio quæ est consumptura aduersarios, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hebræorum septimo c.scribitur ad hunc modum,iuranit Dominus & non pœnitebit eum : tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, in tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. Et alij quidem plures facti sunt Sacerdotes secundum legem, idcirco quod morte prohiberentur permanere: hic autem eo quod maneat in æternũ sempiternum habet sacerdotiũ. Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum : semper viuens ad interpellandum pro nobis. Quo loco non intellecto abutuntur qui ex eo effici volunt neminem prorsus tempore euangelij debere dici sacerdotem præter Christum qui æternus est,& eius sacerdotium æternum. Nam non loquitur hoc loco apostolus de Sacerdotibus ministris & vicariis summi,sed de ipso summo sacerdote & pontifice qui solus est Christus Iesus tempore legis Euangelicæ,quia non moritur,sed manet in æternum semper viuens ad interpellandũ in cælo pro ecclesia sponsa.Quod autem manet in æternũ summus pontifex & sacerdos Christus non impedit quin sint aliqui alij sacerdotes ipsius vicarij in ecclesia militante & ministri sacrificij illius summi & æterni quod ipse semel obtulit obtenta per illud peccatorum mundi remissione.hos enim ipse instituit cum ipsis dedit potestatem & fecit præceptum offerendi & recolendi in ecclesia cum gratiarum actione sacrificium illud æternum quod ipse semel fecit cum proprij sanguinis in cruce effusione.de eiusmodi ministris, & non summis sacerdotibus sæpius loquitur Apostolus in epistolis ad Timotheum & ad Titum: in quibus aduerte pro eodem sumi vocabula presbiter & sacerdos, quia videlicet ad ecclesiæ regimen eligebantur qui erant senes & prouectioris ætatis.

Ibidem scribitur ad hunc modum: Talis decebat vt esset nobis pontifex,sanctus,innocens,impollutus,segregatus à peccatoribus & excelsior cœlis factus. Qui non habet necessitatẽ quotidie(quemadmodum sacerdotes ) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel se offerendo. Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes,sermo autem iurisiurandi qui post legem est,filium in æternum perfectum . Quo loco perniciose simul & ignoranter nimium abutuntur qui ex eo colligunt nullos à Christo, posse dici & esse sacerdotes in lege euangelica, cum videlicet nulli inueniãtur quibus predictæ qualitates & conditiones insint . Nam hæ omnes cõditiones sunt propriè summo & æterno sacerdoti, qui est solus Christus : nec esse potest sacerdotũ eius vicariorũ in administrandis rebus sacris in ecclesia militante,& ministrorum sacrificij legis Euangelicæ vllei, semel per summum eiusdem sacerdotem Christum facti ad consummandum in æternum sanctificatos, quod tamen etiam necessario est recolendum,& cum gratiarum actione,cum humilitate & deuotione sine charitate summa frequentandum vt illud ipsum fidelibus in ecclesia catholica applicetur & cõmunicetur . Ad hoc autem tam excellens ministeriũ non passim quilibet sunt recipiendi & idonei sicut nec etiam ad alia diuina & sacra ministrãda. quare Christus quosdam specialiter hoc honore & vocatione ministerij dignatus est quos electos, & manuũ impositione inauguratos in sua ecclesia sacerdotes & rerũ sacrarum ministros esse voluit,vt sæpe sacra scriptura testatur.

Hebræorum 8.c.scribitur ad hunc modũ:hoc est Testamẽtum quòd disponam domui Israel post dies illos dicit Dominus, Dabo leges meas in mentes eorum,& in corde eorum superscribã eas, & ero eis in Deũ, & ipsi erunt mihi in populum.Et non docebit vnusquisque proximum suum & vnusquisque fratrem suum, dicens cognosce Dominum, quoniam omnes scient me à minore vsque ad maiorem. Quem locum sane pulchrum & difficilem quia non intelligunt huius tempestatis quotidiæ eo vsque à Deo aburuntur , vt dicant non esse opus in lege Euangelica scriptura , prædicatioque , sed tantum audiendum esse id quod Dominus Deus in nobis loquitur. Quæ sane est ad omnem plane impietatem via & ad vniuersam iniquitatem aperta fenestra. Sic enim callidi spirituales impendio sanè subtiliores qui in lingua spiritũ gerunt,& in corde carnem amplexantur, facile genio indulgerent omni sublata lege & doctrinæ,vitæ, religionisque forma in suis adinuentionibus ambulando libertinismum atque etiamnum atheismum sequerentur & promouerent. Non igitur externa documenta & præcepta damnat apostolus , sed sicut cum scripsit iusto non esse legem positam ita hoc locovult docere veros christianos Dei amore,& nõ timore pœnæ,ad instar hypocritarum , quos odit Deus , pietatem veram sequi & profiteri.illi enim intus in corde magistrum habent spiritum sanctum quo aguntur, & quo facta carnis mortificãt ad Deum ipsum cordis inspectorem magis quam ad homines in omnibus quæ agunt aspicientes.Vere ergo edoctus est, qui habet spiritum sanctum in se manẽtem , à quo vere edoceatur , & ad bene agendum impellitur . Talis siquidem est arbor quam plantauit pater cœlestis quæ non eradicabitur , sed dabit fructum in tempore suo.

Hebræorum 9.c.ita scribitur:omnia pene in sanguine mundãtur secundum legem:& sine sanguinis effusione non fit remissio . Quo loco ignoranter aburuntur qui ex eo effici volunt missam non esse Sacrificium pro peccatis propiciatorij, quia videlicet ait Apostolus, sine sanguinis effusione non fieri peccatorum remissionem:Quare cõcludunt aut missam non esse sacrificium propiciatorinm , aut oportere in ea iterum fundi sanguinem Christi & eundem denuo interfici . Falluntur autem nec attendunt paulum hoc dixisse fieri secundum legem: hæc enim sunt ipsamet eius verba:omnia pene in sanguine secundũ legem mundantur:& sine sanguinis effusione nõ fit remissio.Videt ergo cum dixisse secundum legem Quare autem?Vt sane indicaret nõ opus esse sanguinem Christi toties fundi,quoties per illum remissio & expiatio peccatorum haberetur : sicut fiebat in lege in qua preterita sacrificia nullius erant valoris ,quia videlicet longe est melior hostia Christi quàm erant illæ quæ offerebãtur in lege veteri, quas oportebat repeti propter suam imbecilitatem,aut etiam inutilitatem & ad sæpius mundandum impotentiam. hunc autem esse germanũ Pauli sensum indicãt ipsius quæ ita subsequuntur verba: necesse est exemplaria quidẽ cœlestium,his(scilicet peccorum hostiis) mundari: ipsa autem cœlestia melioribus hostiis quam istis: nõ enim in manufacta sancta Iesus intrauit exemplaria verorum:sed in ipsum cœlum( vide quid per cœlum intelligat,nec mouearis nouis & portentosis aliquorũ ad hunc locum expositionibus)vt appareat nũc vultui Dei pro nobis,neque vt sæpe offerat semetipsum , quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi . Nunc autem semel in consummatione seculorum, ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori , post hoc autem iudicium : sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Videãt igitur & considerent quicunque apostolum sane in re tanta intelligere cupiunt eum toties vium esse hac dictione semel, cum loquitur de sacrificio Christi, & eius sanguinis per mortem effusione, vt illud efferat supra legis veteris sacrificia quę oportebat repeti propter ipsorum imbecillitatem,& ita non fiebat villa peccati remissio sine sanguinis noua effusione.At longe aliter sit in lege noua,in qua habetur semper peccatorũ remissio per sanguinẽ Christi non sæpius nec recens & denuo sed semel tantum effusum. Ea siquidem vna & semel tantum facta effusio tantæ fuit & est efficaciæ vt per eam Christus sanctificarit in æternum sanctificatos.hanc igitur repeti ad expiationem peccatorũ necesse non est sed tantum applicari. Talis autẽ applicatio ex institutione Christi fit per eius memoriam & recordationem, cum gratiarum actione humili & deuota quæ fit in missa , quæ vulgo & iure dicitur Euangelicũ sacrificium, quia videlicet in ea actione realiter sacrificiũ Christi, quod æternum est & secundũ ritum sacrificij Melchisedici Christus offertur, & revera sub aliena forma mãducatur & cõmunicatur fidelibus,vt per passionis eius meritũ illorũ expientur peccata,& gratię fiãt participes. Quare nõ est dubiũ missã esse sacrificiũ propiciatoriũ & Eucharisticũ.

Hebræorum decimo capite scribitur ad hunc modum : hostias & oblationes,& holocaustomata pro peccato noluisti,nec placita sunt tibi. Quo loco perperam & intellecto & maliciose detorto abutuntur, qui ex eo colligunt sactificium Euangelicum missam sacrosanctã damnari & tanquam non præceptam aut Deo minus acceptam reiici.Nam primum ex ipsa litera est manifestissimum hic sermonem esse institutum non de missa (quam Christus instituit & præcepit loco omniũ sacrificiorũ in sua ecclesia fieri vt testãtur Euangelistæ) sed de sacrificiis peccorum quæ fiebant in lege Mosaica,& ad iustificandum & mundandum erãt inutilia . Hanc nostram & catholicam totius ecclesiæ expositionẽ confirmant Apostoli tam quæ præcedunt quàm quæ sequuntur hunc locum, verba. Sic enim in præcedentibus locutus est Apostolus: Vmbram habens lex futurorum bonorum , non ipsam imaginem rerum:per singulos annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt indesinẽter, nunquam potest accedẽtes perfectos facere,alioquin cessassent offerri. Ideo quod nullam haberent vltra conscientiam peccati,cultores semel mũdati: Sed in ipsis cõmemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile est enim sanguine taurorũ & hircorum)nota quæna sacrificia intelligat)auferri peccata,ideo ingrediens mundũ dicit:hostiã & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi . Legis igitur inutilia sacrificia damnat & reprehendit Apostolus, non autem missam sacrificium Euangelicum,cuius institutionẽ & cõfirmationem docet sequẽtibus verbis hoc pacto. Superius dicens, quia hostias & oblationes, & holocaustomata, & pro peccato,noluisti,nec placita sunt tibi,quę secũdum legem offeruntur,tunc dixi: Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam,aufert primum,vt sequẽs statuat. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. An non igitur hinc dilucidũ est non velle Apostolum in lege Euangelica nullũ celebrari etiam ministeriale sacrificium sed Mosaica sacrificia exoleta & reiecta esse,& in eorum locum succesisse per ipsa inutilia figuratum verum æternum & efficax Christi sacrificium , quod semper celebrari & recoli debet?Mutata igitur est lex nõ reiecta & nulla facta : ita sane de sacerdotio & de sacrificio legis semper cõiunctis iudicare debemus. Hæc enim non sunt prorsus abolita, sed in meliora transmutata : quia videlicet sacrificium vt etiam sacerdotium lex euangelica æternũ habet in Christo qui est verus, summus & æternus pontifex, sacerdos, vt etiam infiniti meriti & æternum sacrificium,cuius qui vulgo dicuntur sacerdotes sunt ministri ex ipsius institutione , vt videlicet per eos in ecclesia ad perpetuam mortis ipsius recordationẽ & annunciationem recolatur & electis ipsius meritum aplicetur.Hoc est enim sequens sacrificium quod statutũ esse præcedentibus electis affirmat Apostolus de quo etiam 13. c. ait quod habemus altare de quo edere non habent qui tabernaculo deseruiunt.

De hoc etiam loquitur. 1.ad Cor 10.c.cum triplex cõstituit sactificiũ scilicet christianorũ, Iudæorũ & idololatrarũ. Scopus igitur Apostoli est tota hac epistola docere excellentiã sacerdotij & sacrificij legis Euãgelicæ supra sacerdotiũ & sacrificium legis Mosaicæ vt videlicet intelligamus quod translata lege,translata sunt sacrificium & sacerdotiũ. Hæc enim tria scilicet lex,sacerdotium & sacrificium sunt semper coniuncta.Illa autem excellentia in hoc maxime cognoscitur quod lex euangelica ad perfectum homines adduxit , quod nõ poterat facere lex Mosaica quæ per carnem infirmabatur : quod ipsa habet sacerdotium æternum,sicut etiam sacrificiũ meriti infiniti, & quod semper peccata expiare & Deũ peccatoribus vere pœnitẽtibus & credentibus placatũ reddere potest.hoc proponit & prædicat noster apostolus his verbis:omnis quidem sacerdos presto est quotidie ministrans , & easdem sæpe offerẽs hostias quæ nunquam possunt auferre peccata: Christus autem vnã pro peccatis offerens hostiã in sempiternum sedet in dextera Dei, de cætero expectans donec ponãtur inimici eius scabellum pedũ eius,

Universidad de Deusto

Vna enim oblatione consummauit in æternum sanctificatos. Quia igitur per Christi hostiã Deum est placatus, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris agnus videlicet qui tollit peccata mundi ideirco ad eum semper confugere debemus, cum nos peccatorum pondera præmunt sicut Israelitæ à serpentibus læsi, ad eius figuram serpentem in crucem erectũ vt sanarentur aspiciebant. Hoc est, hoc est inquam (quod vtinã omnes intelligerent & apprehenderent) quod in Missa facimus. In ea enim ad Christum vnicum Dei & hominu mediatorem & redemptorem nostrum confugimus, vt meriti, passionis & sanguinis ipsius, semel tantum factæ effusionis, participes facti à peccatis mundemur & Deo reconciliemur. Scimus qui Christiani sumus Christum pro nobis mortuum factum esse redemptionem, sapientiam, iustitiam & iustificationem electis & fidelibus suis: quare ipsi coniungi omni ratione & via quærimus. Quia autem idem ipse modum talis coniunctionis instituit, mandacationem proprij sui corporis pro nobis crucifixi memoriam cum gratiarũ actione effusionis sanguinis sui, est Ideirco Ecclesia quæ est columna & firmamentum veritatis vt est ab ipso edocta recolit ipsius sacrificium perpetuum, gratias Deo & ipsi Christo omni cum humilitate, charitate & deuotione agendo, vt hoc pacto ex eiusdem institutione ipsius passionis meritum nobis applicetur. Scimus enim illum dixisse & præcepisse vt hoc in eius memoriam faceremus, id est, ipsius passionem cum gratiarum actione recoleremus: quod fit in Missa, in qua corpus Christi per Sacerdotem verbo Dei consecratur, Deo offertur & sacrificatur in recordationem passionis ipsius cum gratiarum actione, pro eadem: & communicatur fidelibus Hęc enim sunt tria quæ Missæ substantiam complectuntur, & ex ipsa scriptura sacra confirmationem recipiunt. Non igitur sacerdotes Missam celebrantes Christo derogant, non eundem denuo interficiunt, nec aliquid contra aut etiam vltra verbum Dei faciunt, sed scripturam diuinitus inspiratam secuti Christi Sacrificium æternum & infinitum cum gratiarum actione recolunt vt per eorum ministerium illius meritum & efficacia populo applicetur secundum Christi solius veri & summi sacerdotis institutionem & præceptum.

Hebræorum 13.c. ita scribitur: honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus: Quo loco ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt omnibus planè cuiuscunque sint conditionis & status liberum esse & licere matrimonium contrahere: quare monachos & sanctimoniales ad coniugium adigunt. Nam passim docet scriptura vota Deo facta, esse necessario reddenda ni condemnari velimus. Si enim omnibus ex æquo liceret matrimonium contrahere, non dixisset Apostolus viduas quæ se Deo consecrarunt & postea volunt nubere damnationem sibi acquirere, & primam fidem irritam facere. Hoc igitur loco Apostolus nec præcipit nec etiam consulit omnibus matrimonium, qui prius Corinthiis scribens prætulit apertissimè perpetuam castitatem & virginitatem matrimonio, sed docet quanta cum cautione & puritate oportet eos qui sunt matrimonio coniuncti viuere. Requirit siquidem suam quoque castitatem & temperantiam ab omni dissolutione & effreni libidine christianorum matrimonium iustum & legitimum. Hunc autem esse germanum Apostoli sensum docent ipsius quæ sequuntur ad hunc modum verba: Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. vetat igitur personam matrimonio alligatam cuipiam alii quam coniugi sese communicare carnaliter, si non velit à Deo condemnari. Præuidebat enim Apostolus quam impura in multis futura erant matrimonia, in quibus plerumque vigent adulteria aut etiam prætexuntur & committũtur effrenes luxus, libidines, fornicationes & flagitiosa meretricia. Si quis autem putet hanc expositionem nouam esse, illum rogatum velim vt attentius & diligentius Apostoli stilum & scopum, in hoc capite consideret & attendat. Sic enim, puto, sanum calculum nobis adder.

*Ex Epistola beati Iacobi.*

Iacobi primo capite scribitur ad hunc modum: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. Item: Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter & non improperat &c. Quibus locis ignoranter abutuntur qui ex illis colligunt solum deum esse rogandum & nullo modo sanctos: Nam etsi Deus solus est fons perennis, à quo fluunt omnia bona, tamen sunt ordinata ab eodem media per quæ nobis sua bona & dona largitur: cuiusmodi sunt preces sanctorum & electorum tam hic mortalium quàm in cælo perpetuo viuentium. Illos autem cum oramus nihil Deo omnium bonorum largitori detrahimus, quia non ipsos rogamus eo fine vt nobis ea concedant & largiantur quæ petimus, sed vt à Deo apud quem plurimum possunt, ea nobis impetrent. Sic legimus Deum regem Amalech misisse ad Abrahamum, promittens ipsi veniam per preces & orationes ipsius Abrahæ Genes. 20.c. Sic Iob 42. Deus remisit amicos Iob illum rogaturos, vt pro ipsis intercederet. Si autem hoc possunt præstare adhuc mortales & pro se solliciti: nihil poterunt in cælo gloriosi? Nemo sanæ mentis dicet. An non etiam nostras orationes intelligent qui rerum omnium speculum diuinam & æternam maiestatem semper intuentur? Sunt ergo ij nobis rogandi qui pro nobis orant in cœlis sancti: non quidem quia nos magis quàm Deus ament, aut vt etiam excitentur vt nobis bene velint, qui sunt perfecti in charitate, sed vt hoc pacto sequamur Dei ordinationẽ, & disponamur ad recipienda ipsius dona: Dicamus ergo cum Dauide: Leuaui oculos meos ad montes vnde veniet auxilium mihi: auxilium autem meum à domino qui fecit cœlum & terram:

Iacobi secundo c. ita scribitur. Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Quo loco non intellecto abutuntur qui ex eo colligunt non oportere esse multos doctores & sacrarum scripturarum expositores siue legendo, sine prædicando, siue etiam scribendo id præstẽt: vt etiã illi qui omnino ea vocationẽ & professionémque damnant. Nam Apostolus Iacobus non reprehẽdit doctorum statũ aut etiã multitudinem copiosam, sed docet quàm sit periculosum & difficile doctorem esse in Ecclesia. debet namque qui suscipit in Ecclesia Dei munus docendi magna & exquisita rerum cognitione præditus esse, debet rerum experientia valere & discretione summa donatus esse, vt etiam vitæ puritate nitere, & coram iis quos docet splendere. hanc doctoris Ecclesiastici difficilem curam docuit Christus suo facto & exemplo, qui ante annum suæ ætatis trigesimum prædicandi munus non exercuit: qui etiam Math. 5. c. tradit oportere prædicatorum & doctorum opera bona lucere coram hominibus. Hoc pacto enim verbum Dei cum reuerentia & deuotione excipitur & cum humilitate atque obseruatione retinetur. Debet igitur magister, pastor, siue doctor doctus esse, debet doctrinam populo sanam & bonam proponere & eandem vitæ sanctitate confirmare, & veluti condire. Væ enim est doctori & magistro non docenti, aut male docenti, aut etiam vita impura, apud vulgus, sanam doctrinam negligi, infamari & blasphemari facienti. Damnat igitur Apostolus ambitiosorum & indoctorum magistrorum affectum, non autem magisterium, doctorum autem summum esse periculum docet.

Iacobi 5.c. scribitur ad hunc modum: Ante omnia fratres mei, nolite iurare, neque per cœlũ, neque per terrã, neque aliud quodcunque iuramentum. Quo loco abutũtur qui ex eo colligunt nulla ratione licitũ esse christianis iurare. Nam hoc nõ intendit docere Apostolus neque etiam Christus vt in 5. quinto Matthæi diximus, sed potius perditam, & vulgo receptam iurandi tam per Deum, quam per creaturas consuetudinem perstringit & damnat. Ex ea enim multa nascuntur incommoda, vt puta, periurium, blasphemia, Dei æterni contemptus & irreuerentia, atque alia multa reprehensione imprimis digna. Iurare ergo licitum est christianis, modo seruent iurandi legitimas conditiones. Iurandi autem assuefactio quæ multa affert incommoda summopere fugienda est.

*Ex priori epistola beati Petri.*

Priotis epistolæ beati Petri secundo capite scribitur ad hunc modum: Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis &c. Quo loco praue detorto & male intellecto ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt omnes christianos sacerdotes ita esse, vt vnus non habeat maiorem potestatem & auctoritatem tam in verbo quam in sacramento quam alius, à qua etiam verbi Dei & sacramentorum potestate, nec mulieres ipsas repellendas esse volunt. Falluntur autẽ. Nam hoc loco non est instituta disputatio de sacerdotio aut regno ministeriali quod ad totam electorum communitatem refertur, sed de personali quo quisque debet imperare suis concupiscentiis deordinatis id est, rectæ rationi repugnãtibus, easque sacrificare domino Deo, secundum quod à Dauide scriptum est his verbis: Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Non omnes igitur passim & sine discrimine christiani, Reges & sacerdotes sunt quod ad rempublicam & communem hominum cõsociationem spectat, sed quoũ ad se attinet, vt videlicet offerant Deo sua corpora, hostiam viuentem, & rationabile obsequium, vt docet Paulus Roma. 12. Quod enim ad publicum tam verbi Dei quam sacramentorum ministerium spectat, vocatio expectãda est, & institutio necessario per electionem & manuum impositionem habenda est, vt Hebræ. 5.c. & ad Timotheum docet Apostolus Paulus. Quod autem hic locus de sacrificio concupiscentiarum & deprauatorum animi motuum intelligi debeat, docent quæ præcedunt hæc verba: deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles, & sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem, si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus: ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum: & ipsi tanquam lapides viui superædificamini domus spiritualis in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum. Sibi igitur non autem Ecclesiæ & fidelium communitati omnes pij christiani sunt Reges & sacerdotes.

Ibidem scribitur ad hunc modum: Christus pertulit peccata nostra in corpore suo super lignum. Quo loco abutuntur qui præsumentes de infinito merito passionis Christi, de propriis peccatis dolere pœnitentiam agere, satisfactionem facere, & pro ipsis afflictionem pati nunquam volunt. Nam tantum abest quod scriptura Christi passionem proponat, vt doceat nihil nobis esse patiendum, quod eo fine sæpius eam inducit, vt nos ad similiter patiendum animet & exhortetur. Hoc confirmat manifestè locus præsens, in quo ita scribitur: Si bene facientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. In hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Hic Paulus Colossensibus scribens dicebat se adimplere in corpore suo ea quæ deerant passionum Christi, ad hoc docendum Roma. 8. ita scribebat: Sumus filij Dei & hæredes eiusdem Christique cohæredes, si tamen cum ipso patimur vt cum ipso glorificemur. Idem docebat Christus cum ita dicebat: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam & sequatur me. Infiniti autem sunt similes scripturæ loci quibus percelluntur pernicioſa libertinorum dogmata qui Christi passionem suæ nequitiæ & carnalis voluptatis velamen faciunt. Est igitur Christo compatiendum, & pro peccatis satisfaciendum, si per eius meritum saluari volumus. Nam conformitas cum eo in sanctitate & passione necessaria est.

Prioris epistolæ eiusdem c.4. scribitur in hunc modum. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gloriæ & virtutis Dei, super vos requiescet. Quo loco perperam intellecto & contra Apostoli intentionem detorto abutuntur qui ex eo colligunt honorandos & laudandos eos esse, qui propter hæreses (quas interim verbum Dei vocitare non erubescunt) exprobrantur & patiuntur. Nam vt falso de verbo Dei quod non habent, Imo illud

Universidad de Deusto
Biblioteca



sacramentis, atq; in omni administratione politica. Hoc nanq; loco nō est institutus sermo de regno siue sacerdotio externo & ministeriali, sed de interno & spirituali, personaliue quo videlicet omnes sunt per men ad Deum, non antē ad proximum in cōmunitate & republica referunt & directat. Intelligitur ergo reges illi qui Christo iuuti in seipsis regnat obediate se se rationi appetitu, quia adiuuātur gratia Dei, per quam peccatū, mortem & infernum calcant: quod beatus Paulus vocat non dominari in illis peccatum. Sic etiam illi dicuntur esse sacerdotes, quia apud Deū per Christum vnicū Dei & hominum mediatorē, cuius sunt membra & serui, imò etiā fratres & amici, accessum habent secuprauorū affectuum mortificationē, verum & necessarium singulorum christianorum sacrificium, quod figurabatur in lege veteri per immolationē bestiarum quæ irrationales erant, vt praui & deordinati concupiscentiæ affectus rectæ rationi aduersantur. De tali singulorum christianorum sacrificio loquitur beatus Paulus Romanorum duodecimo capite his verbis: Exhibete corpora vestra hostiam viuentem, &cæt. Et beatus Petrus prioris epistolæ capite secundo cum ita inquit: AEdificamini taquam lapides viui, domus spiritualis in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Ex verbo Dei igitur edocti agnoscamus duplex sacerdotium sicut etiam regnum, scilicet internum ceu personale, atque externum, publicum & ministeriale. Christus nos omnes fecit sacerdotes interno personali, & spirituali sacerdotio quo ad nos, videlicet vt offeramus corpora nostra spirituales hostias, vt scribitur Romanorum duodecimo capite. 1. Petr. 2. Ecclesiast. 35. Psalm. 49. & 50. Sacrificium etenim Deo gratum est spiritus contribulatus, & attendere mandatis domini. Quod sanè sacrificium debent & possunt facere Deo (qui eidem & non sibiipsis viuere debent) omnes christiani cuiuslibet sexus & conditionis sint in recognitionem & attestationem supremi ipsius dominij. Ab eo autem cum sit omne bonum, nō tantùm spirituale & internum, sed etiam visibile & externum nulla in lege solo interno & spirituali contentus fuit sacrificio, sed externum quoque voluit. Vnde quicunque literas sacras & aliorum quorumlibet scripta diligenter legere volet, is facilè comperiet omni tempore hæc tria scilicet legem, sacerdotium, & externum sacrificium coniuncta fuisse: atque etia duo postrema, magis vel minus perfecta, pro ratione legis, cuius tempore fuerunt, extitisse videbit. Quare cum lex Euangelica sit omnium perfectissima, oportet quoque eam habere perfectissimum sacerdotium & perfectissimum sacrificium externum. Hoc autem ita esse inde palam atque dilucidum fit quod Christus summus & æternus sacerdos, pontifexque, nostrum ministeriale sacerdotium instituit, & seipsum verum & æternum legis Euangelicæ sacrificium ipsis Euangelicis sacerdotibus ordinatis pro tota ecclesia continuè offerendum in remissionem peccatorum & gratiarum actionem reliquit, quando cœna ritu Iudaico facta christianorum communionem in proprio suo corpore instituens solis Apostolis, (quos etiam tunc sacerdotes ordinauit) dixit: hoc facite in meam commemorationem, loquens de sui corporis consecratione, oblatione & communione, vt ex ipsa litera manifestissimam efficitur. Non ergo, omnes christiani sunt sacerdotes hoc modo, vt etiam clarum est ex epistolis Apostoli Pauli ad Timotheum & ad Titum: & ex ordinatione sacerdotum ab Apostolis sæpius per manuum impositionem facta, qua sanè, opus nequaquam esset si omnes ex æquo sacerdotes essent. Errant igitur apertè & sacram scripturam perniciosè deprauant ad suam & aliorum perditionem, qui omnes christianos esse sacerdotes, & eandem tam in verbo Dei, quàm in sacramentis potestatem habere affirmantes sine vllo discrimine verbi & sacramentorum ministros sibi eligunt prurientes auribus, in suis cœtibus seditiosis, & maximè in sua abhominabili cœnula (quam falso & malè dominicam cœnam esse clamitant) facienda. Vbi videant si volunt, si non apertè idololatriam incurrunt, cum videlicet ex Christi institutione corpus eius non possit consecrari, nisi ab ordinatis ministris: tribuunt etiam suam salutem puræ creaturæ, quod sine abhominabili idololatria & blasphemia fieri non potest. Notandum est autem (vt ad Apostolum redeamus) quod artificiosè coniunxit hæc duo scilicet reges & sacerdotes, vt etiam beatus Petrus qui appellauit christianos regale sacerdotium. Nam reges quidem fuerunt omnes qui rectæ & conuenienter rationi vixerunt vt philosophi: non autem sacerdotes fuerunt, quia videlicet eorum opera accepta Deo non erant, eo quod vnico mediatori Christo non innitebantur. Sunt autem reges christiani qui liberati à tyrānide peccati possunt rectè viuendo illud vitare: Sunt etiam sacerdotes, quia eorum vita est accepta Deo ad vitam æternam. Vbi aduerte quàm apertè Christi meritum imminuunt, & verbo Dei aduersantur, qui dicunt hominem christianum non posse esse sine peccato, nec mandata Dei obseruare valere, aut facere opera Deo grata, quibus reddat vitam æternam. Hæc enim dicere est, negare Christum nos fecisse deo & patri reges & sacerdotes. hoc notabit & dispiciet qui volet.

Ibidem scribitur ad hunc modum: Ego sum primus & nouissimus, & viuus & fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum, & habeo claues mortis & inferni. Quo loco ignoranter & perniciosè abutuntur, qui ex eo colligunt sacerdotes & prælatos quoslibet ecclesiæ vellē rapere claueis de manibus Christi cum hominibus peccata remittunt. Sacerdotes enim veri ecclesiæ ministri, illā peccata dimittēdi potestatē clauibus significatā, Christo cuius se ministros esse omnino profitentur, acceptā referunt. Is enim solus per authoritatē, vt Deus, & ex illa à patre mundū iudicandi data potestate, quatenus homo, omnes iudicat, peccata dimittendo vel retinendo: Verum expresse etiam tradit scriptura sacra ipsum Christū illam potestatē suis apostolis & reliquis eorū successoribus prælatis ecclesiæ cōmisisse, vt scribitur Matth. 16. & Ioan. 20. c. Vt autē hæc facile intelligātur sciendum est quod quia cœlum clauditur & infernus aperitur per peccatū, & pœnā peccato debitam, ideo potestas remittēdi peccata quoad culpā, vel quoad pœnam dicitur clauis. Talis autē potestas est in Deo principaliter & per auctoritatem, & ideo is solus dicitur habere clauē auctoritatis. In Christo autē homine est hæc potestas per meritū passionis, & ideo dicitur habere clauem excellentiæ. Quia etiam in sacramentis ecclesiæ cōmunicatur nobis meritum passionis Christi, ideo ministri ecclesiæ sacerdotes ordinati legitimi sacramentorum dispēsatores, habent potestatem remittendi peccatum, aperiendi cœlum, & claudendi infernum, sed per modum ministerij & dispensationis: quare talis illorum potestas vocatur clauis ministerialis. Hoc autem faciunt ex Christi institutione & ordinatione quam omnes sequi debent: quare non censentur in ecclesia militante alicui remissa esse peccata, nisi sacerdos virtute clauis ipsum absoluerit. Hoc clare docetur Matth. 16. & Ioan. 20. Non ergo eripiūt claues Christo Domino, summo & vero æternoque sacerdoti ipsius in Ecclesia militante ministri & vicarij sacerdotes, cum hominibus pœnitentibus & peccata sua ipsis confitentibus & accusantibus, tanquam cōscientiarum iudicibus, delicta remittunt, sed sequuntur Christi institutum & præceptum, qui acceptam à patre peccata dimittendi potestatem, & homines omnes iudicandi facultatem de qua scribitur Ioannis 5. his verbis: iam pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio: prælatis, ipsius loco ecclesiam visibilem cum sacramentis visibilibus, gubernantibus & administrantibus dedit atque communicauit. Hoc ipsum aperte eiusdem Christi hæc quæ sequūtur verba attestantur: Sicut misit me pater & ego mitto vos. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Qui sanè locus nō potest intelligi de sola prædicatione verbi Dei quia Apostolos iam prædicarum miserat, & ipsis aperuerat sensum vt intelligerent scripturas, sed propriè accipi debet de potestate remissionis peccatorum. Ministri autem ecclesiæ duas habent claues, scilicet scientiæ & iurisdictionis. Clauis scientiæ est potestas decernendi & statuendi in ecclesia ea dogmata & præcepta quæ omnes Christiani tenentur obseruare, nisi velint, Deum offendere & eiusdem ordinationem contemnere. Clauis autem iurisdictionis est potestas puniendi eos qui à veritate & rectitudine legis deuiarunt. Hæ autem claues sunt in sola ecclesia catholica, & quidem iis solum pastoribus traditæ, qui in ea legitime sunt ordinati, & tenent caput ex quo totum corpus in hierarchia ecclesiæ per iuncturas & nexus constituitur & administratur, vt scribitur Ephes. 4. cap. & Colossensium. 2. Quare quicunque in ecclesia catholica que dicitur vulgò Romana, & per sanctos apostolos fundata etiam qua fides & religio secūdum Domini Christi promissionem perseuerauit: recta & sincera intentione non manent, nulla ratione claues habere possunt nid est nullam habent prorsus auctoritatem in verbo Dei aut in sacramentis: Quicquid etiam dicant aut faciant neminē possunt aut in ecclesiam Christi in qua non sunt, imo contra eā pugnant, introimittere, aut etiam ab eadē expellere. Spiritus namque vinifici membra abscisa participia esse nequeunt. *Ioan. 20.*

Apocalypsis 14. c. scribitur ad hunc modum: beati mortui qui in Domino moriuntur: Amodo enim dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis. Quo loco abutūtur qui ex eo concludunt nullum esse purgatorium post mortem, sed omnes plane statim vel cœlum conscendere, vel infernū occludi. Nā hoc loco fit tantum eorum mentio qui sanctè vixerunt, & mandata Dei obseruarunt, pro quibus non est purgatorium, sed pro imperfectis christianis qui etsi fidem non negarunt, tamen terrenis nimium adhæserunt. Hunc autem esse germanum huius loci sensum indicat textus ipse qui habet ad hunc modū: hic est patientia sanctorum qui custodiunt mandata Dei. & fidē Iesu Christi. deinde sequitur ita: Et audiui vocem de cœlo dicentem mihi: Scribe: beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos. Serua ergo Dei mandata & nullum patieris post mortem purgatorium. Sunt autem tria mortuorum genera, vt docet beatus Paulus 1. ad Corinthios 3. c.

Ibidem scribitur ad hunc modum: Si quis adoranerit bestiam & imaginem eius & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua: hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius: & cruciabitur igne & sulphure in conspectu agni: & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. Quo loco vt etiam toto hoc diuino & admirabili discursu pernicioſe & malicioſe abutuntur qui inde colligunt professores religionis antiquæ in ecclesia catholica quæ pontificem Romanum beati Petri successorem & Christi Iesu in ecclesia militante vicarium habet & agnoscit eos esse quorum interitus acerbissimus futurus hic describitur. At toto cœlo à satana infascinati & delusi errant cæci miseri & impudentes. Hic autem non parum profuerit aduertisse astum satanæ, qui vt facilius incautos decipiat & omnia conturbet & peruertat ea solet sibi & suis tribuere quæ Dei sunt & ecclesiæ: contra vero quæ de ipso & ipsius factiosa impuraque synagoga scriptura refert ea veris christianis & catholicæ ecclesiæ affingit. Hinc enim est quod simia illa veritatem & sinceritatem scripturarum atque puritatem sacramentorū suæ factioni soli tribuit: contra vero ecclesiam catholicam (quam Babylonem esse suis persuasit) nihil nisi impurū, ignorans, indoctū, idololatricū & plane impiū habere omni ratione, vt homines existimēt contendit. Ideo siquidē veros christianos, papistas & idololatras, Papam id est primum ecclesiæ Christi ministrum, antichristum: doctrinam christianam, mendacium, humanā inuētionem & impietatem: ecclesiā, Babylonem: Christū denique ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca



in hostia sacra idolum vocat: Contra vero suam impiam factionem & synagogam, Dei veram ecclesiam: suum Sardanapalismum, libertatem Euangelicam: suum mendacium, Euangelium, verbum Dei purum, & salutarem doctrinam: suæ impietatis & mēdacij professores, verè pios, Dei filios atque electos, fideleisque esse cōclamitat & detonat. Sic enim se transfigurat in angelum lucis satanas, & induit se ouium vestimentis lupus iste rapax vt palpum leuibus & incautis maxime autem carnalibus hominibus obtrudat, eos ita infaciando, vt pretextu Christi, ecclesiæ & veri Euangelij omnem impietatem atque impuritatem amplexentur & miserrime consectentur. Hic igitur summa cautione & dispicientia opus esse aduertant christiani, & quidem maxime hoc fonestissimo tempore quo omnes propemodum homines vel impietate vel impuritate, vel etiam vtroque simul obstrictos & aspersos videmus. Non siquidem ita est cuilibet statim facile satanam tam pulchræ transfigurarum agnoscere & eiusdem delosionem vitare. Vique à Deo enim omnia turbata confusaque habemus, vt christianissimus vix appareat, & tanquam parnula scintilla inter abusum Papistarum (quos vocant) & hæreticorum errores insanos & impia deliramenta tantillum illucear. Plusquā igitur luceis opus est oculis, vt discernere possimus ipsam puram vt primum est instituta, & à sanctis patribus vsitata religionem christianam. Nam qui possessione sese tuentur aut parum aut nihil sua vocatione dignum pro officio præstant, vt etiam qui de reformatione tantopere gloriantur & superbiunt nullum prorsus adhibent modum, abbadonistæ & apollionistę quàm reformatores verius censendi & dicendi. euertunt enim vel etiamnum euerrunt omnia quæ sunt religionis & pietatis, nullo autem pacto iustæ reformationi student aut incumbunt. Væ væ cum abhominatio desolationis sedebit in loco isto. Sed vt vnde digressa est eo sese nostra referat oratio, certum est atque manifestum eos nequaquam assequi Euangelistæ nostri sensum & mentem qui per Babylonem & meretricem ecclesiam Romanam, atque per bestiam Pontificem Romanum Papam vulgo nuncupatum, cum aliis episcopis intelligunt & exponunt. Hæc autem vt pie & vere cognoscantur, sic meo iudicio sunt accipienda vt scriptura de impiis & satanicis hominibus solet loqui. Quum igitur spiritus sanctus per scripturas sacras sæpius doceat omnia confusione & perturbatione plena esse, vbi Deus nec vere agnoscitur, ne pure colitur & pie recognoscitur, non dubito per Babylonem intelligendum esse vniuersam impiorum multitudinem, id est satanam cum omni sua synagoga, quæ semper Deo aduersatur & cæca caligine ignorationis obducitur confunditurue, Non minus imo longe magis quàm insolens superba atque impia illa gigantum multitudo quæ turrim Babylonicam extruxit, qua cœlū attingere sua arte & veluti expugnare suo marte tentauit. In hac autem Babylone magna id est confusa cunctorum impiorum multitudine ingenti: An non manet & sedet deformis illa & multis tam cornibus quam capitibus prodigiosa bestia? manet sanè & sedet. Quid enim bestia aliud est quam illorum improuida multitudo qui ad morem bestiarum viuentes, nec virtutem, nec rationem, nec Deum ipsum curant? Gastrolaræ igitur voluptuarij, carnales, terreni, & quicunque cœlestia & diuina non sapiunt, bestia sunt: omnesque in Babylone id est in cōfusione, perturbatione, ignoratione & impuritate degunt. Impios autem carnales, terrenos & impuros homines bestias dici tam diuina quam humana testantur eloquia. Hoc namque sensu Christus Dominus præcipiebat suis apostolis ne darent sanctum canibus & ne proiicerēt margaritas ante porcos. Hinc in Daniele corrupti homines etiam reges per bestias designantur. Sic philosophi & sapientes antiqui in varias belluas homines corruptos fuisse mutatos scripserunt eo, scilicet fine vt nos docerent homines depranatos & corruptos bestias quarum more viuunt quam homines melius & verius dici. Quia autem varia sunt & multum differentia vitiorum genera, ideo hoc loco bestia multis & cornibus & capitibus prodigiosa, hominum animaliū, carnalium, & bestialium magis quā rationalium multitudinem significat refertque. Non caret autem mysterio quod draco dedit virtutem & potestatem suam magnam bestiæ: Nam diabolus plus ecclesiæ Dei & electis per homines reprobos nocet, quàm per seipsum. Persequitur igitur Dei ecclesiam satanas per bestiam id est per homines impuros, carnales & corruptos qui vix quiescunt & dormiūt nisi prius malefecerint. Habent autem characterem bestiæ, & adorant bestiam coluntque ipsius imaginem, quicunque impie agunt. Nam cultus magis in actione & operatione quam in verbo & persuasione collocatus esse & consistere iudicari debet. Sunt igitur in Babylone, & bestiæ characterem habent, eiusque imaginem adorant quicunque Dei omnipotentis mandata negligentes sibi viuunt carnis concupiscentiam sequentes, animales, carnales, spiritum Dei non habentes, nec cœlestia & diuina sapientes autquærētes, sed quæcūque suæ impiæ persuasioni affectionique aduersantur, detidentes contemnentes, & aperte blasphemantes. Quæ enim ignorant impij blasphemant.

Sequitur meretrix quæ sedet super bestiam eiusque mysterium. Tale autē mulieris super bestiā sedentis videtur esse mysteriū, vt ipsa significet apertā, violentam & impudentē impietatis atque impuritatis professionē. Vt enim fidē & pietatē internam sequitur externa sancta cōfessio, ita sanè internā impietatē & corruptionē externa sua professio. Quæque namque arbor profert fructū suum. Non caret autē arcano & mysterio quod publicam & externam impietatis impuritatisque professionem per mulierem meretricem designat. Mulier namque fornicaria quę frontem perfricuit, nihil est petulantius, nihil impudētius, nihil salacius, nullum malum præsentius, nihil violentius, nihil perniciosius, nihil obstinatius, nihil impurius, nihil æquè impium, nihil fallaciut, nihil ad omnia bona corrumpenda aptius, nihil ad omnia mala inuehenda & prouehenda callidius & ardentius, nihil denique ad omnia perdenda, perturbanda & funestanda satanicum magis. vt contra, vix comperias mulierē sensata, casta & pia quippiam religiosius, honestius, amabilius, delectabilius, gratius & quadoque magis pium. Mulier autem ista sedet in aquis, & inebriat reges & principes terræ, de poculo fornicationum suarum, quia prauam voluptuariè viuendi & iniquè agendi consuetudinem facilè omnes sequuntur, tam principes quā populi: magis autē id faciunt diuites & nobiles superbi, qui sunt Dei mandatorum sæpius contemptores. Nemo igitur de priuato loco aut de priuata persona bestiam meretricem, aut etiam Babylonem exponat. Nam quemadmodum dicitur mulier supra septem montes sedisse, ita quoque supra aquas resedisse. Ad Babylonē enim ad bestiam & ad meretricem spectant, quicunque non custodiunt Dei mandata, & fidem Iesu Christi. Omnes autem qui sunt semen mulieris sanctæ, veri christiani, & non spurij ecclesiæ catholicæ filij, custodiunt mandata Dei, habent testimonium Iesu, cum quo ambulant semper in albis fugientes Babylonem, bestiam & meretricis illecebrā, perniciosāque ipsius poculi philtra. Hos tādem liberabit & victores efficiet verbum Dei, quo quicquid est impietatis, ignorationis abusus atque impuritatis funditus tolletur. Tale est igitur Babylonis mysterium ad quam spectant cuiuscunque sexus conditionis, & nationis sint quicūque impiè & impurè agunt, vt in domo Dei, ecclesia Christi sponsa custodiūtur, quicunque verè credunt, & factis actionibūsque bonis & sanctis suam veram fidem attestantur & ostendunt. Quare nihil ad rem profecuut, qui hæc de ciuitate Romana & pontificia dignitate propriè exponunt: non quod difiteri velim ex Romanis & ciuibus & pontificibus quosdam ad Babylonem, ad bestiam & ad meretricem fornicariam que illam magnam attinere. Certum est enim satanam semper operari mysterium iniquitatis: tamē oportet vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Væ væ igitur ecclesiæ militanti, quando abhominatio desolationis sedebit in loco sancto. An non autē plures per quos solatur (quia non iuuatur) ecclesia: vitam abhominabilem degunt? reſipiscendum sanè aut prorsum perendum.

Apocalypsis 19 cap. scribitur ad hunc modum: Et cecidi ad pedes eius scilicet Angeli, vt adorarem eum, & dixit mihi. Vide ne feceris: Conseruus tuus sum & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Deum adora. Quo loco ignoranter abutuntur qui ex eo colligunt nullum honorem esse sanctis tribuendum. Nam & si per humilitatem omnibus sanctis communem, omnem gloriam Deo tribuendam voluit, & id docuit beatum Ioannem Angelus, nō tamen sequitur quod malè egerit Apostolus qui procidit ante Angelum honoris, & gratiarum actionis ergō. Nouerat si quidem Angelum quem honorare ceu adorare. (nam hæc vocabula sunt synonyma in scriptura) volebat non quidem vt Deum, sed vt Angelum dei & magnorum mysteriorum reuelatorem: nouerat etiam alium esse honorem Dei, & alium Angelorum. Vterque ergo rectè fecit: Ioannes quidem Angelum Dei ministrum honorando: Angelus etiam honorē omnem ad Deum omnium bonorum largitorem suum vtriusque dominū referendo. Simile quid faciunt viri probi quotidie, qui quum vident se honorari, tum referūt apud se omnem talem honorem ad Deum omnis boni fontem & largitorem: aut etiam verbis profitentur & afirmant, non sibi, sed Deo talem laudem deberi. Si enim quis laudetur quod castè vixerit, quod hominem sanarit, quòd bene predicauit, tum solet respondere: Laus sit Deo & non mihi. Id ipsum sanè est quod hoc loco respondit Angelus: cuius hæc sunt verba: Deum adora. Testimonium enim Iesu est spiritus prophetiæ: quasi dicat: Non ego sum tibi author harum reuelationum magnarum, sed Deus ipse, quare illi gratias agito. Hic etiam notandum quosdam angelos quibusdam hominibus inferiores esse. Ideo enim forsan ita subiunxit Angelus: Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu,

Apocalypsis 22. cap. scribitur ad hunc modum: Cōtestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius: Si quis apposuerit ad hæc apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto: & si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ & de ciuitate sancta: & de iis quæ scripta sunt in libro isto. Quo loco perperam exposito abutuntur qui inde colligunt prælatos ecclesiæ nihil prorsus in ecclesia docere & proponere debere, quod non sit expressum in scriptura sacra. Nam hoc loco loquitur tantum Apostolus de additione aut diminutione libri huius, cuius tanta est diuinitas & perfectio, vt à nemine ipsi demi aut addi debeat: aut citra iniuriam possit. Hunc esse præsentis loci sensum indicant hæc verba, libro isto. Itidem hæc: & verba, prophetiæ eius. Non vult ergo prohibere aliquid aliud scribi aut prædicari quod hoc libro non contineatur, sed hunc librum planè diuinum, ita conseruandum esse vt traditus est monet, ne videlicet tantilla etiam additione aut diminutione deprauetur tanta & tam diuina hæc prophetia & reuelatio. Cædo præterea si non multa docuit, scripsit & prædicauit Apostolus quæ hoc libro non continētur? Hic igitur locus & similes admonent non esse populi addere aut demere de doctrina à Deo per prælatos ecclesiæ tradita & reuelata, aut etiam eam suo sensu exponere sumere & profiteri, sed sequi eos debere quos dedit illi dominus prælatos, pastores & doctores. Cum autem populum dico, more scripturæ eos omnes accipi volo qui non sunt vocationis ecclesiasticæ: hinc enim est quod semper tales laici, id est homines ad populum pertinentes sunt appellati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# QVARTVS LIBER, SIVE QVARTA PARS STROMATŌN bibliorum, vbi docetur quomodo per scripturam sacram christiana doctrina atque fides, religioue catholica defenditur & asseritur aduersus prophanas vocum nouitates, & rationum humanarum deliramenta.

*Propositio eorum quæ hoc quarto libro continentur atque tractantur.*

VT propter scripturam diuinitus inspiratam quæ ait declinandum esse à malo, & faciendum bonum scimus illum iustum esse qui deuitata omni prorsus iniquitate virtutem & bonitatem consectatur: ita per eandem quæ sæpius admonet peregrinas doctrinas fugiendas, & in recepta veritate perseuerandum esse agnoscimus eum fidelem & christianum qui auersatus omnia plane exotica dogmata catholicam & in ecclesia Christi probatam doctrinam amplexatur & profitetur. Catholicam autem doctrinam in præsens eam intelligi volumus quæ verbo Dei consentiens vbique, semper, & ab omnibus in ecclesia Christi sponsa, Spiritu sancto perpetuo edocta & directa, probata, tradita & obseruata est. Verbo etiam Dei eam probari ipsique consentire debere non frustra adiecimus. Nam cum in vniuersum duo sint cognitionis, atque scientiæ genera, vnum scilicet diuinum & alterum humanum: vt hoc ad rationem humanam, ita illud ad verbum Dei siue ad reuelationem diuinam referimus, vt securi certique in eo ipso conquiescamus. Ad verbum Dei igitur tanquam ad asylum, ad ancoram firmam & ad principium certum verum & necessarium confugere debent christiani cum doctrinam salutis veram habere, & in eadem confirmari volunt. In ecclesia enim, christianorum schola, docetur & traditur doctrina fidei: fides autem est ex verbo Dei, vt attestatur Apostolus Paulus Romanorum decimo capite.

Quum igitur institutum propositúmque nostrum sit hoc quarto stromarum Bibliorum libro fidei veritatem atque ecclesiæ catholicam doctrinam breuiter (tantisper dum expectamus occationem atque opportunitatem illud ipsum copiosius & diligentius persequēdi) vt Deus sua bonitate donare dignabitur per scripturam sacram, & verbum Dei aduersus seditiosos & impios nostri miserrimi temporis antichristos & apollinaristas tutari & propugnare, locos aliquot scripturæ sacræ expressos, & huic negotio apprime conuenientes huc conferemus. Quia autem rem tantam plenè & accurratè persequi atque perficere hoc tempore non datur, præsenti tractatu non minutatim & sigillatim proposita religionis hodie controuersia proponemus aut expediemus, sed tantum eorum summa & latius patentia capita velut in pauca redigentes ea in quibus frequentius & periculosius erratur, atque peccatur percurremus. Totam autem rem integramque disputationem susceptā breuiter quinq; capitibus complectemur & absoluemus. Primum erit de verbo Dei & eius obseruatione. Secundum, de ecclesia & eius authoritate. Tertium de libero hominis arbitrio. Quartum de necessitate bonorum operum. Quintum de merito bonorum operum.

## *De verbo Dei triplici, deque eius necessaria obseruatione. Caput primum.*

Duo sunt longè latéque patentia & omnibus cognitu necessaria scripturæ sacræ & christianorum doctrinæ principia. Vnum est quod nemo admitteretur ad gloriam æternam nisi vicerit: Non enim coronabitur nisi qui legitimè certauerit. Alterum vero, quod nemo prorsus vincere poterit & legitime certare contra carnem, mundum & diabolum absque verbo Dei: hæc est enim victoria quæ vincit mundum fides quæ est ex verbo Dei. Consequitur igitur oportere eum omnem qui vult salutem consequi coniungi verbo Dei eodemque niti, fulciri, armari, & fundari. Hoc sanè egregium est dogma, quod longe latéque patet, & diffunditur per vniuersam sacram scripturam tam veteris quàm noui Testamenti, scilicet verbum Dei sanare animas, Christum nobis esse iustificationem, redemptionem, salutem, & quid non? non est enim in aliquo alio salus: nemo fundamentum aliud ponere potest. Christus siquidem vnus est Dei & hominum mediator, in quem credentes per ipsum habemus accessum ad ipsam diuinitatem, nostrum & omnium rerum principium, ad cuius imaginem & similitudinem facti ab eodem perfectionem nostram & fœlitatē expectare debemus. Hoc autem verbum omnia sanans & perficiens, & si in se vnicum est, tamen multiplex ponitur propter variam & multiplicem suæ communicationis formam.

Hæc igitur semper nobis christianis sunt cogitanda, scilicet Deus finis noster, quo perficimur & beamur. Christus mediator noster (nam docēte Christo ipso, hæc est vita æterna vt cognoscamus Deum verum & quem misit Iesum Christum) & media per quæ ipsi Christo coniungimur, vt ipsius membra facti, habeamus per eum accessum ad Deum, qui solus viuificat. Hæc autem media sunt, res externæ quibus nos qui corpore sumus prædiți indigemus vt Christi mediatoris, verbi Dei veri & sanantis participes simus. Res autem eiusmodi & si non sunt reuera nec proprie dici possunt verbum Dei, tamen vulgo appellantur verbum Dei, quia scilicet sunt veluti vehiculum quo in animas nostras traducitur & infunditur filius Dei verum & proprium Dei verbum. Quia autem ex diuina ordinatione verbum Dei verum, Christus Iesus in animis nostris cōcipitur, & à nobis participatur tribus potissimum modis, scilicet legenda scriptura sacra, audiēda prædicatione & obseruandis traditionibus recipiendisque sacramentis, ideo triplex esse verbum Dei diligenter omnibus christianis obseruādum dicimus. Vnum est enim scriptum: secundum prædicatum: Tertium vero traditum. Hanc autem verbi Dei participandi triplicem formam sæpius commendat & obseruādam docet sacra ipsa scriptura: atque eandem ipsius distributionem seruarunt apostoli, & reliqui primi pastores in fundanda Ecclesia Christi. Nam verbum Dei proposuerunt prædicando, scribendo & variis traditionibus instituendis & præcipiendis. Quod autem verbum Dei prædicatione fit in ecclesia propositum & proponi semper debeat, docuit Christus qui mittens Apostolos ad fundandam ecclesiam, ita dixit: ite in vniuersum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Idem docetur Actuum 13. c. & Roma. 10. læpuisque alibi. consequitur igitur opottere recipere & obseruare verbū Dei quod habetur & participatur per Dei ministrorum prædicationem.

Quod vero illud ipsum verbum Dei per scripturam sacram etiam communicetur & participetur, testatur Christus cum ita ait: Scrutamini scripturas quoniam ipsæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Ioan. 5. c. Sunt igitur ea recipienda & obseruanda quæ scripturæ sacræ traduut quum videlicet per eas consequamur verbi Dei communicationem. Non minus etiam sane ipsa eadem attestante scriptura sacra sunt recipiendæ & obseruandæ traditiones per quas à nobis verbum Dei earum modo participatur, non minus quàm per predicationem & per scripturam sacram suo etiam proprio modo. Hinc est quod Apostoli non minus diligentes fuerunt in instituendis christianis & fundanda ecclesia (hoc notabit qui volet) per predicationem & per scripturam sacram quam per traditiones, ceremonias, externúmque cultum. Hoc edocemur ex eo quod referunt Apostolorum Acta. cap. 15. Paulum Apostolum virum certe nullatenus superstitiosum, sed vere Euangelicum perambulasse Syriam & Ciliciam vt confirmaret ecclesias, eisque præciperet custodire præcepta Apostolorum & seniorum. Illud idem confirmatur iis quæ scribuntur eiusdem libri 16. c. his verbis cum autem pertransirent ciuitates, scilicet Paulus, Sylas & Timotheus, tradebant eis custodire dogmata (nihil autem adhuc scripserant apostoli) quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erant Ierosolymis. Et ita ecclesiæ quidem confirmabantur fide & abundabant numero quotidie. Hanc etiam verbi Dei per traditiones & ceremonias euangelicas communicationem participationem & obseruantiam commendat, prædicat & diligenter præcipit beatus Paulus Thessalonicensibus scribens posterioris epistolæ. 2. c cum ita inquit: itaque fratres state: & tenete traditiones (notate vocabulum traditiones ex scriptura esse) quas didicistis, siue per sermonem siue per epistolam nostram. & eiusdē epistolæ 3 c. idem docet his verbis: denuntiamus vobis vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem nostram: certum est autem Paulo traditionem significare modum profitendi exterius religionem & fidem christianam. Dilucidum sit igitur ex ipsa expressa & aperta sacra scriptura Apostolos voce, traditionibus, & scriptis tandem ecclesiam fundasse atque verbum Dei proposuisse. hæc autem eo dicimus & scribimus, vt palam omnes intelligant quàm apertè scripturæ sacræ aduersantur, Dei ordinationi repugnant atque Apostolorum praxi & consuetudini refragantur, qui ceremonias & traditiones ab ecclesia & christianissimi professione eiiciunt: cum videlicet per eas verbum Dei non minus quàm per scripturam sacram & prædicationem habeatur & participetur. Cæterum si non Christus ipse ceremonias externas videlicet traditiones instituit atque maximè præcepit, & per easdem suam gratiam conferri ita ordinauit, vt illis spretis & contemptis nulla via illa haberi possit? Quid namque aliud sibi volūt expressissima & omnium maxime obseruatu necessaria ipsius hæc verba? Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non poterit intrare in regnum cœlorum. Item & illa? Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quæro, igitur, si aqua corporali exterius ablui, si etiam signa & species visibiles panis in sacrosancto sacramento manducare, ad traditiones & externas ceremonias non spectat? Spectat sanè. Quæro si omni lege & tempore Deus diuina & spiritualia, hominibus per externa & corporalia non concessit? conueniens namque est vt animus hominis quandiu corpori hic est coniunctus, & per illud suas functiones peragit, rebus diuinis & spiritualibus per ea quæ sunt corporalia & sensibilia donetur & ornetur, ideo etiam verbum ipsum diuinum incarnatum est, & corpus assumpsit, vt hominibus corporatis per res corporales sese communicaret. Quia enim, inquit Paulus Hebræorum secundo capite, pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipsum verbum similiter participauit eisdem. Certum igitur manifestúmque est quantam vim imo etiam necessitatem habeant in religione christiana ceremoniæ traditiones & externæ professiones quæ ipsam etiam sacram scripturam anteierunt in fundanda ecclesia. Nec id quidem profecto mirum videri debet, cum videlicet Deus ipse vt sanctificaret & efficeret sibi puram ecclesiam corpus sumpserit, sitque qui omnia creauit in terris tandem visus & cum hominibus homo conuersatus: qui etiam piè & sincerè religionis rationem instituens à tra-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ditionibus & rebus externis, scilicet à sacramentis quæ sunt signa visibilia eam inchoauit. Hæc autem eo referri volumus, vt secundum propositum institutumque nostrum, doceamus catholicam doctrinam & fidei christianæ professionem quæ traditionibus & ceremoniis abundat, ipso verbo Dei, & ipsa sacra scriptura confirmari & defendi. Quod sane dubium nemini homini esse poterit, eas quæ à nobis sunt allatæ probationes & rationes diligenter consideranti & perpendenti. Quæ enim protulimus sunt sacrarum scripturarum præcipua & communia dogmata, quæ per totum organum Biblicum latissimè diffunduntur. Quare demiror illorum tum ignorationem tum impudentiam, qui non erubescunt à religione christiana traditiones & ceremonias expellere & exsufflare cum testante scriptura sacra per eas sit primum ab apostolis, imo etiamnum ab ipso Christo fundata & instituta, atque cum eis vbique ab omnibus semper vsitata & probata. hic autem agnoscere debemus astum satanæ qui verbo Dei nos destitutos omni ratione cupiens & admitens, eius habendi & participandi potissimo medio, quod in ceremoniis & traditionibus est positum, nos priuare contendit, vt etiam aliis duobus mediis, scilicet sacra scriptura pura, & sincera prædicatione, plerósque iam callide spoliauit sua interim mendacia ipsis obtrudendo, vt loco diuinarum & christianarum traditionum, impium & plane idololatricum cultum in sua cœna (vt vocant) peragenda persuasit, & in eodem obstinatos cæcos & captiuos miserrime detinet. Nos autem secuti Pauli præceptum stemus, & per Dei gratiam teneamus traditiones quas accepimus siue per sermonem, siue per scripturam, certo persuasi externam professionem & traditiones & cultum Dei in rebus corporatis debere necessario sequi fidē internam. Vt enim corde ad iustitiam creditur, sic ad salutem fit confessio: Vt fidem, sic sacramenta & eorum ceremonias, traditionésque docet & præcipit scriptura sacra, cui apertè repugnant qui traditiones à christianismo expellunt.

### *De Ecclesia catholica & eius authoritate. Caput secundum.*

Vt catholica nostra doctrina & fidei professio in ceremoniis & traditionibus variis confirmationem habet à verbo Dei & scriptura sacra sicuti docuimus, ita ab ecclesia quæ propter perpetuam Christi præsentiam & continuam spiritus sancti directionem errare nunquam potest. Nostram autem religionem & fidei professionem ab ecclesia Christi approbari facile diiudicabit quisquis attendere volet eam in ipsa antiquitate, vniuersitate, & consensione confirmatam corroboratámque esse. Hæ namque sunt ecclesiæ Christi notæ: quibus persuademur nos in vera esse ecclesia, quæ cum errare non possit, & nostram fidei religionisque professionem tradat, præcipiat & seruet, certi de eiusdem veritate permanemus, & in conscientia securi conquiescimus: eos imitando & intrepidè sequendo qui nobis eam religionis & fidei formam professionémque reliquerunt, quorum intuentes exitum cōuersationis fœlicem, non dubitamus sequi & profiteri fidem, quicquid nobis obiici aut opponi possit. Nolo autem hoc loco disputare de differentia & excellentia, aut etiam prærogatiua ecclesiæ & scripturæ certo persuasus vnam esse Dei veram & sanctam ecclesiam quæ regitur à spiritu sancto non minus quàm corpus ab anima viuificatur: extra quam non est salus, pro qua & in qua sola est sincera scriptura sacra & ipsius germana veraque expositio, vt etiam salutifera quorumlibet sacramentorum receptio, & fidei verbique Dei tum prædicatio, tum per cultum externum professio. Ea autem quæ sit & vbi accipienda aut quærenda qui dubitant & disputant nihil aliud mihi videntur facere quàm si cum ratione vellent insanire, & in sole caliginem quærere. Ciuitas namque testimonio Christi quæ supra montem posita est, abscondi non valet, An tu christianus dicendus es, qui ecclesiam illam quam totus orbis confessus est nescis aut negas? An tu christianus putandus qui ecclesiam in qua baptizatus es & Christo insitus ignoras? Qualis quæso filius iudicari debet qui matrem ignorat, quæ vbique semper & ab omnibus excepta, cognita & honorata fuit? Verum qui in profundum venerunt, & iusto Dei iudicio excæcati sordibus gaudent, & exultant, sordescant quantum volent. Nos autem quos Deus sua gratia Euangelij sui veritate & claritate illustrauit ecclesiam vnicam veram & in eadem vnicam, sanctam, & salutarem fidem, & religionis christianæ professionem amplexemur & profiteamur securi de veritate cum spe, & expectatione salutis æternæ, si vsque ad finem in ea perseueremus, quicquid nos in ea, & propter eam oppugnet. Vt autem nos nullatenus fallat quanta cum securitate in ecclesia catholica permanere, & in eius doctrina, fideique professione perseuerare debeamus: dispiciamus quantum ipsi tribuat Deus ipse per scripturam sacram. Hoc igitur imprimis fixum certúmque teneamus ipsam ecclesiam erroris mendaciique omnis prorsus expertem esse, quia videlicet Christus, qui non mentitur pollicitus est se in ea mansurum vsque ad consummationem seculi. Hæc sunt eius verba, vt scribitur Matth. 28. c. Ego sum vobiscum vsque ad consummationem seculi. errabit igitur ecclesia coniuncta Christo, qui est via, veritas & vita? In ea quoque semper manet spiritus sanctus eam perpetuo docens omnem veritatem, vt scribitur Ioan. 14. c. his verbis, Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis: quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Item, non relinquam vos orphanos, sed veniam ad vos. Errabit igitur ecclesia in qua semper manet spiritus sanctus, non sane dormitans (non enim dormiet neque dormitabit qui custodit Israel) sed semper eam omnē veritatē docens? Fieri sane non potest omnino. Quod etiam adhuc planius testantur quæ sequuntur Christi verba ad hunc modum: hæc locutus sum vobis apud vos manens: paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Quis igitur dubitabit manere in ecclesia Christi in qua spiritus docet omnem veritatem? Imo etiam in qua pater & filius mansionem facunt: hoc enim indicant hæc Christi Domini verba: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus & apud eum mansionem faciemus. Quis igitur dubitabit patres illos antiquos qui toti tremebant ad sermones & ad mandata Dei quæ omni diligentia obseruabant edoctos fuisse à Deo, & in eius ecclesia vera sinceram fidem & religionem seruasse & professos esse? at testantur eorum scripta illos eandem prorsus nobiscum fidem & religionem habuisse & seruasse. Nemo igitur nisi filius subtractionis in perditionem, & plane imprudens ab ecclesia catholica recedet vt sequatur exoticas & peregrinas doctrinas, quicquid veritatis & pietatis præ se ferant, & ea etiam contineant quæ ipse intelligere & dissoluere non possit. Considerabit enim quod satanas transfigurat se in angelum lucis, quod est summus & callidissimus decipiendi artifex, quòd Deus plus potest efficere quàm intellectus noster comprehendere & assequi: denique quod ecclesia habet spiritum sanctum perpetuum directorem & doctorem: quare tuto respondebit cum Paulo: nos non habemus talem consuetudinem neque ecclesia Dei. Quod sane argumentum sufficere debet ad ea omnia refellenda, quæ contra religionem veram & antiquam obiiciunt hæretici. Nam plus apud nos valere debet ecclesiæ authoritas quàm quorumuis etiam doctissimorum & subtilissimorum opinio & priuata sententia. Quum enim Deus in ea semper maneat: in eius fide, religione & doctrina perseuerare debent quotquot non decipi cupiunt. Illa enim est (testate beato Paulo. 1. ad Timoth. 3 c.) columna & firmamentum veritatis. Et si enim omnes & singuli homines errare, labi, & decipi possunt quantum est ex propria ipsorum conditione naturáque, tamen qui sunt ad ecclesiæ gubernationem per spiritum sanctum vocati & allecti, & corporis cuius Christus caput est, facti organa & membra, per quæ in ipsum corpus influit & sua dona lagitur Deus, in iis decernendis quæ sunt fidei & morum, nunquam errant. Nam vt inquit Christus Dominus, Non illi sunt qui loquuntur, sed est spiritus Dei patris qui loquitur in ipsis. hinc est quod ecclesia Christi sponsa, dicitur esse sancta & immaculata sine ruga & macula, in iis scilicet decernendis quæ sunt ad salutem necessaria. hinc est quod apostoli in concilio congregati ita concluserunt: visum est spiritui sancto & nobis, &c. vt scribitur Act. 15. c. hinc est quod Cayphas prophetauit, quia erat pontifex & organum spiritus sancti, ex ratione vocationis & dignitatis qua fungebatur. Hinc est quod Balaam non potuit aliud prophetare & dicere quàm quod Deus posuerat in eius ore. In prælatis ecclesiæ igitur non tantum considerare debemus eos esse homines (sic enim falli & errare possunt) sed Dei ministros & Spiritus sancti (qui nunquam deserit ecclesiam, sed eam instruit, & per bonos & per malos ministros legitime tamē ordinatos sine errore dirigit.) organa. Nunquam enim est ecclesia sine sponso suo Deo æterno, qui eū semper consolatur & docet omnē veritatē, per eos ministros qui tenent caput ex quo totū corpus per nexus & cōiunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei, non autem per eos qui currunt non missi. Hi enim quicquid glorientur veritatem non habent quia non tenent caput ex quo totum corpus ecclesiæ compactum & connexum est per iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri. Ephe. 4. & Coloss. 2. c.

Quia igitur tam clarum certumque est Deum nunquam ab ecclesia abesse, sed eam semper dirigere & docere omnem veritatem, etiam per malos & moribus corruptis ministros legitime tamen vocatos & ordinatos, ideo ipsi ecclesiæ, vt sibi ipsi vult fidē adhiberi, grauissimēque eos delinquere & durissime puniendos affirmat qui ecclesiam non audiunt, sed eius præcepta & decreta per sacerdotes & prælatos eius organa & ministros proposita contemnunt. Hoc nos docet scriptura sacra Deuterono. 17. c. his verbis: si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari, surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, venieque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad Iudicem qui fuerit illo tempore: quæresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem & facies quodcunque dixerint qui præsunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dextram neque ad sinistram. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel: cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. hinc sane dilucidum fit quàm grauiter peccent, & puniendi sint, qui ecclesiæ Dei ministris non obsequuntur, sed eorum id est Dei per ipsos tradita decreta contemnunt. Ideo enim Maria & Aaron grauiter Deum offendisse dicti sunt, quia Moysen Dei seruum & ipsius in ecclesia ministrum contempserant. Numerorum 12. c. Ideo etiam Core, Datan, Abyron & plures alij absorpti sunt viui à terra, quia Moysen contempserant. Nume. 16. c.

Hinc est etiam quod Christus Matth. 18. ita dixit: Quicunque ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam A Ethnicus & Publicanus. Hinc est quod Christus authoritatem ministrorum suæ ecclesiæ declarans ita inquiebat Luc. 10. & Matth. 10. Qui vos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit. Item, Si qui vos non susceperint, (scitote quia in die iudicij remissius erit Sodomis quàm illi ciuitati. hoc idem indicans Paulus 1. ad Thessalon. 4. cap. ita scripsit de mandatis & decretis pastorum ecclesiæ: Si

Universidad de Deusto



quis hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit spiritum suum sanctum in nobis. Hinc est quod idem Apostolus vult eum omnem anathema esse, qui aliter euangelizat & annunciat Christū quàm eundem ecclesia per spiritum sanctum edocta proponit: cum ait ita Galat. 1. cap. Licet nos (ita loquitur, quia homines falli possunt, cùm ab ecclesiæ doctrina recedunt: quare notandum quod & si debemus cum ecclesia doctoribus recipere, non tamen debemus cum doctoribus ecclesiam relinquere, quæ sola habet à Deo promissionem perpetuę veritatis, & vt vulgò dicitur infallibilitatis) aut Angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. hoc idem docent sæpissimè suis scriptis reliqui Apostoli, qui eo potissimū fine scripserunt, fundata iam per prædicationem & traditiones varias ecclesia, vt admonerent nullo pacto recedendum esse à fide & doctrina ecclesiæ catholicæ, in qua sola sunt media vitæ & salutis æternæ cum puro verbo Dei, cum effectu sacramentorum, cum gratia Dei & communicatione spiritus sancti, quo viuificari non possunt qui ab ea receserunt, & in ea non sunt vniuersi, sicut membrum à corpore abscissum & separatum vitam, motum, & sensum non potest habere ab anima, quæ in corpore & non extra illud viuificat & vegetat. Clarum igitur est, certúmque efficitur expresso ipso Dei verbo ecclesiam errare non posse, in ecclesiæ fide, doctrina & obedientia permanendum esse ei omni qui vult per Christum salutem consequi: eum omnem qui in ecclesia, fide & vitæ sanctitate perseuerat securum vitam æternam expectare debere: vt contra neminem qui ab ecclesia recedit de veritate & spe salutis æternæ gloriari posse, cum videlicet in ea sola Christus qui est via veritas & vita inueniatur & participetur. Vnde sanè manifestissimum euadit eos omnes frustra gloriari de Euangelio, de gratia Dei & Christi merito, qui à satana delusi & infascinati ecclesiæ catholicæ fidem & religionem contempserunt, atque reliquerunt. Nam miserrimi gnostiæ solam literam bibliorum occidentem cum Iudęis & reliquis impiis atque infidelibus habent, non autem spiritum viuificantem, veram expositionem & sinceram intelligentiam, quæ est à solo spiritu sancto, vt etiam diuinitus inspirati locuti sunt sancti Dei homines in ecclesia catholica. Vbi etiam notatu est dignissimū, quod illi qui ab ecclesia iusto Dei iudicio tanquam ea indigni recesserunt nihil prorsus eorum quæ contra catholicæ ecclesiæ fidei & religionis professionem sequuntur per textum sacræ scripturæ confirmare possunt. Quare certum est eos à satana captiuos duci & sequi propria somnia & deliramenta, ambulantes in suis propriis adiuuentionibus sine lumine verbi Dei, de cuius luce & illustratione falso & impudenter gloriantur. Hæc autem omnia eo referri volumus, vt secundum propositum nostrum manifestum ex ipsa sacra scriptura relinquamus nostram catholicam & antiquam fidei professionem veram esse & christianam nósque extra omnem erroris & impietatis aleam positos esse, qui in catholica ecclesia permanemus, & in ea traditam ab Apostolis, & semper à sanctis patribus obseruatam fidem & religionem sequimur & profitemur. Nostram autem (quam vulgò dicunt Romanam) veram esse & catholicam ecclesiam certius & manifestius est quàm vt de eo dubitari & quæri debeat. Nam veræ notæ ecclesiæ Christi quas iam protulimus ex scriptura sacra eicerto & propriè conueniunt, cum videlicet vbique semper & communi consensu eius fides, doctrina & religio recepta, probata & vsitata fuerit. In ea enim præest Christi Iesu vicarius beati Petri cui Christus suam ecclesiam dirigendam commisit successor, cuius cathedram & authoritatem in vniuersali ecclesia cum plenitudine potestatis habet. Hoc sanctis & doctissimis patribus ecclesiæ primitiuæ dubium non fuit, vt eorum scripta luce clarius testantur. hoc concilia omnia legitimè congregata declarant, hoc tota ecclesia semper confessa est, & adhuc profitetur. hoc etiam inde non obscurè docetur, quòd quicunque Christum blasphemant Antichristi præcursores, ipsum Romanum pontificem cane peius & angue oderunt, & prorsus cum sua cathedra expulsum, eiectum & etiamnum extinctum vellent. Scit enim satanas mendacij pater suum abhominabilem & miserrimum fœtum Antichristum non reuelatum iri, nisi prius discessio fiat, & cesset iuge ecclesiæ sacrificium. Oportet enim eū qui tenet tenere, donec de medio fiat filius perditionis à Paulo descriptus. Ecclesiam autem Romanam Christi Iesu verā esse sponsam ex scriptura sacra non obscurum relinquitur, quandoquidem ipsa docet Christū dedisse beato Petro claues regni cœlorum, quæ ecclesiæ directionem & gubernationem significant. Hanc autem plenam & vniuersalem ecclesiæ administrationem vni Petro datam clare testantur hæc verba Christi singulariter prolata ad hunc modum. Matth. 16. Petre, dabo tibi claues regni cœlorum, &c. Item Ioan. 21. Petre amas me plus his? Pasce oues meas, pasce agnos meos: Item quæ scribuntur Lucæ 22. his verbis: Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Ex quibus locis scripturæ apertè, & aliis plurimis dilucidum sit ecclesiam Christi fundandam & administrandam specialiter & quodam priuilegio per beatum Petrum: quem tam certum est apud omnes doctos Romæ eam fundasse prædicatione, & propria morte confirmasse, vt nemo de eo quærere nisi infans, omnium historiarum imperitus, & rerum necessariarum ignarus: aut de eodem disputare nisi impudens mea quidem sententia possit aut debeat. Hoc igitur per scripturam sacram fixo positóque firmo fundamento, quòd ecclesia errare non potest, atque etiā quòd ipsa est Romæ fundata specialiter per primum inter Apostolos Christi ipsius ordinatione Petrū, nullatenus dubitare debemus de veritate nostræ fidei atque doctrinæ christianæ. Qua in re etiā plurimū nos iuuat & recreat quòd fides defecit in omnibus ecclesiis quæ per alios Apostolos fundatæ fuerunt: in Romana autem nunquam vt videlicet secundum promissionem veritas Christi maneret qui dixit, quòd fides non deficiet in ecclesia Petri: quod idem visus est etiam insinuare Matth. 16. cap. cum Petro ita dixit: Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Quid autem sunt inferi portæ nisi hæretici, & impij reliqui, qui hominum fidem & mores corrumpere, nusquam non tentant? Cum igitur nostra ecclesia tam probè ipsa scriptura comprobetur in ea fixi & immobiles permaneamus retinentes nostræ fidei & religionis confessionem tanquam ancoram. Tot nanque promissiones in ea permanentibus sunt factæ, & contra, tot comminationes ab ea discedentibus ostensæ, vt si fieri posset quod in ecclesia error obreperet, totus esset apud Deum, qui cum ecclesia erraret: condemnaretur autem qui contra ecclesiam à partibus seditiosorum & hæreticorū staret, quia Deus iussit & sequi ecclesiam, & seditiosos hæreticos deuitare. Hoc autē non est nobis timendum, sed certo persuasi esse debemus omnes qui in ecclesia manent veritatem Euangelij habere. Sic ergo præsentem disputationem concludimus: ecclesia non potest errare. Ecclesiam autē eam quæ Petri successorem, Dei vicarium, primum ministrum & vniuersalem omnium christianorum pastorem agnoscit, veram esse ecclesiam Christi certum est: quare quicquid præscribit & decernit, illud ipsum tenendum est. Vnde consequitur Christi & spiritus sancti doctrinam & religionē esse eā quæ proponit & approbat cōfessionem auricularem, meritum bonorum operum, purgatorium, & præces oblationésque factas pro defunctis, orationes & inuocationes sanctorum, liberum hominis arbitrium, indulgentias, septem sacramenta, honestas sepulturas & exequias mortuorum, communionem corporis Christi sub vna tantum specie, imaginum cultum, cantum ecclesiasticum, peregrinationes, missæ sacrificium, festa sanctorum, ornatum templorum, organorum in eisdem pulsum, aquam benedictam, ciborum delectum, quadragesimæ ieiunium, & reliquas denique ceremonias & traditiones, quæ adhuc obseruatæ fuerunt in ecclesia catholica. Hæc enim christiano homini sufficiens esse debet ratio, quare hoc vel illud agat in religione christiana, quia ecclesia quæ non potest errare, & quam Christus nos sequi iussit illud tradit, præcipit aut approbat. Qui enim Dei est filius, eius sponsam ecclesiam matrem agnoscet, eique omni cum humilitate obsequetur.

*De libero hominis arbitrio.* *Caput* 3.

Inter omnes qui hodie in vulgus iactātur errores, nescio an sit aliquis tum absurdior, tum etiam pernicioſior, eo quo aliqui hominem ex homine tollere aduitentes, negant illum habere liberum arbitriū. Nullum siquidem maius deliramentum esse potest, quàm id negare quod tam in nobis tam in aliis ipsa experientia docet, & esse conuincit. An non enim ipū sentimus nobis inesse aliquam vim qua consultamus, deliberamúlque quippiam suscepturi, qua etiam postquam deliberauimus rem eam, de qua deliberatio suscepta est à nobis in actionem deducitur, vel planè relinquitur? Nullum etiam profecto commentum pernicioſius est eo quod Deum authorem malorum facit, bonarum actionum mercedē negat, imò ipsas etiamnum bonas actiones prorsus tollit, & hominem stipiti & trunco aut saltem belluæ similem facit. Negate siquidem homini liberum arbitrium inesse, nihil mihi aliud videtur esse, quàm hominem ex homine tollere, & omnia in hominum consociatione turbare, permiscere & confundere. Nam si homo caret libero arbitrio, frustra illi dantur præcepta, frustra dantur præmia & inferuntur pœnæ. Verum institutum nostrum prosequentes doceamus ex ipsa sacra scriptura hominē libero arbitrio prædituin esse natura & creatione, illúdque non amisisse per sequens peccatum, quod vt debilitatum & læsum fuit, ita per superueniētem gratiam curatum, sanatum & confirmatum fuit. Hoc docetur Ecclesiast. cap. 7. his verbis: Deus fecit hominem rectum: hanc autem hominis rectitudinem in qua factus est esse arbitrij libertatem & actionū suarum liberam potestatem, indicant quæ ibidem, ita subiunguntur: ipse autem infinitis quæstionibus sese miscuit: Idem apertissimè docetur Ecclesiastici 15. cap. his verbis: Ne dixeris: Defect impulsu domini. Non enim debes quæ odit facere. Non dicas, ille me implanauit: Non enim ei sunt necessarij homines impij, omne execramentum erroris odit dominus, & non erit amabile timentibus eum. Deus ab initio creauit hominem, & reliquit eum in manu sui consilij. Adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mandata seruare, conseruabunt te. Apposuit tibi ignem & aquam: ad quod volueris porrige manuum tuam. Ante hominem vita & mors: bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi: Nemini mandauit Deus impiè agere, nec peccandi, cuiquam dedit licentiam. An non ex hac expressa scriptura sacra dilucidum euadit hominē præditum esse libero arbitrio & ante & post peccatum, Deúmque malorum authorem nullatenus esse aut dici debere? eadem hominis arbitrij libertas clare ostenditur ex eo quod scribitur Genesis 1. & 2. cap. eum siquidem esse factum ad imaginem & similitudinem Dei, quid aliud est quàm ipsum rationis & libertatis participem esse? Dicitur igitur lumen Dei signatum esse super nos: dicimur quoque esse genus Dei, quia Deus ratione & libera potestate nostrarum actionum nos donauit, quod reliquis animantibus denegauit. eadem arbitrij libertas etiam in homine ostenditur ex eo quod statim Deus voluit eum ex discretione & deliberatione agere, eum fructus arboris scientiæ boni & mali, ipsi prohibendo: quod sanè nequaquam feciſſet si libertate carnisset. Notandum autem quod maximè Deus voluit homini dare præceptum vt discretionem & discrimen faceret in illis rebus, in quas naturali appetitu valde fertur, puta in esu & coitu. Sic enim maximè deprehenditur & euidentissimè comprobatur hominis libertas, quia propter Dei præceptum abstinet ab his rebus quas maximè appetit, aut si omnino non abstinet saltem in ipsis discrimen facit, & eisdem cum discretione vtitur, quod non possunt facere belluæ, quæ ratione & libertate carent.

Clarum est igitur hominem cum libero arbitrio ad Dei imaginem & similitudinem factum fuisse, ad hoc enim indi. ādum statim datum

Universidad de Deusto
Biblioteca



est illi præceptum. Illud autem liberum arbitrium, & si per sequens peccatum læsum & multum debilitatum fuit, non tamen sublatũ est: quod palam fit ex iis quę dominus dixit Cain, vt scribitur Gene. 4. cap. in hæc verba: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nónne si bene egeris recipies? sin autem malè, statim in foribus peccatum tuũ aderit? sed subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Quis igitur quæso, nisi apertè scripturæ sacræ aduersari velit audebit dicere hominem etiam post peccatum carere libero arbitrio, nec posse bene aut male agere pro libera sua voluntate? hoc etiam manifestissimum euadit ex eo quod Moyses dixit populo Israel data iam lege, vt scribitur Deuteron. 30. cap. his verbis: Considera quod hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonum: & econtrario mortem & malum: vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & custodias mandata illius ac ceremonias atque iudicia, & viuas, atque multiplicet te, benedicat tibi in terra, ad quam ingredieris possidendam. Si autem auersum fuerit cor tuũ, & audire noluerit, atque errore deceptus adoraueris deos alienos, & seruieris eis: prædico tibi hodie quod pereas, & paruo tempore moreris in terra, ad quam Iordane trãsmisso ingredieris possidendam. Testes inuoco hodie cœlum & terram, quod proposuerim tibi vitam & bonum, benedictionem, & maledictionem: elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semen tuum. Nihil sanè apertius ad probandum hominis liberum arbitrium afferri posset. Quare breuitati studens, prætermitto infinitos veteris instrumenti locos, quibus liberũ hominis arbitrium facilè confirmatur, vt quando Salomon ait sæpius, esse hominis animam præparare, quando prophetæ clamant & dicunt Conuertimini ad dominũ, &c. Quæ sanè omnia indicant planè hominem libero arbitrio præditum esse. Quid eo firmius afferri etiam potest, quod Esaiæ 1. cap. scribitur in hæc verba? Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis: gladius deuorabit vos. Addam & aliũ apertissimum locũ, qui scribitur Eccles. 31. cap. in hæc verba: Beatus qui potuit transgredi, & non est transgressus: & facere mala & non fecit, ideo stabilita sunt bona illius in domino, & eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. In nouo autem testamento, nunquid Christus dominus apertè liberum hominis arbitrium asseruit cum ita dixit: Si vis ad vitam ingredi serua mandata, Matth. 19. cap. Item: Quoties volui vos congregare quemadmodum gallina congregat pullos sub alas & noluistis? Matth. 23. cap. Item: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, &c. Luc. 9. Idem ipsum docetur Hebr. 10. cap. his verbis: Voluntariè peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis iam non relinquitur pro peccatis hostia, &c. Item Apocal. 2. cap. his verbis: Dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret, & noluit pœnitere. Item Apoca. 3. capite his verbis: Ecce ego sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Item: Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Quibus sanè locis & aliis propemodum infinitis luce ipsa clarius est hominem liberum habere arbitrium, quo bene vel male agere potest. Vnde etiam fit quod præmio pro bonis suis actionibus, & pœna pro malis afficitur. Consideratione autem imprimis dignum est Satanæ in hoc errore maximum collocarum esse præsidium ad prouehendam suam impietatem, ad tollendam Dei gloriam, & ad præpediendum homines ne vitam æternam consequantur. Nam tollendo liberum arbitrium prætextu gratiæ Dei augendæ, excellentissimum & summa gloria dignum omnipotentiæ & liberalitatis diuinæ opus in hominis creatione aufferre, aut saltem obscurare nititur Satanas. Nã si homo non esset donatus libero arbitrio, tanta non esset Dei omnipotentis erga illum beneficentia & gratia, nec tantopere illius omnipotentia incomprehensibilis appareret in ipsius hominis creatione. Si etiam homo caret libero arbitrio sequitur (quum careat bonarum actionũ necessario principio) quod neque bene, ne male agere potest, neque etiam mereri aut demereri. Quare frustra se macerat frustra ieiunat, frustra dat eleemosynam, Deum orat, proximum instruit, & aliud quoduis opus aggreditur. Melius esset igitur genio indulgere, & in diem viuere, quam spiritu facta carnis mortificare, hæc sanè & alia multa sequerentur incõmoda si homo libero arbitrio præditus non esset. hic ergo attendatur & caueatur perniciosissimus astus Satanæ. Nos autem cum liberum arbitrium asserimus Dei gratiæ nihil detractum volumus, sed eam semper necessariam ad bene operandum ipsi libero arbitrio confitemur. Non enim opponimus naturam & gratiam, sed illam per hanc perfici credimus cum beato Paulo, qui ait se omnia posse in eo qui se confortat. Sumus namque cooperarij Dei, qui in nobis operatur velle & perficere pro bona sua voluntate. Vt enim concursu generali adiuuat hominis liberum arbitrium in actionibus manis, ita speciali gratia idem dirigit & iuuat in operibus meritoriis vitæ æternæ.

*De necessitate bonorum operum, & fide per charitatem operante. Cap. 4.*

Vt qui plãtat aut serit eo cogitationes & actiones suas dirigit vt fructum capiat: ita Deus omnipotens, qui sua bonitate hominem ad suam imaginem & similitudinem fecit eo spectauit vt in tanto opere honoraretur, & ex eodem glorificaretur. Nam vt omnia propter hominem creauit Dominus misericors, ita eundem propter suam gloriam fecit. Homo igitur microcosmus, & opus Dei multa munificẽtia ornatum, ideo libero arbitrio est insignitus, & à tyrannide peccati per Christi mortem & eiusdem per baptismum applicationem in libertatem vindicatus est, vt Deo domino creatori & redemptori suo gratias perpetuo agat eidem seruiẽdo in sanctitate & iustitia omnibus diebus suis. Deus enim glorificatur in bonis christianorum operibus: quare ea valde præcepit decreuitque neminem sine ipsis salutem consecuturum quantũuis sit baptizatus & de fide glorietur atque Christũ verum Deũ & hominem pro se mortuum confiteatur. Deum autẽ per bona christianorum opera glorificari testatur Christus Matth. 5. cap. his verbis: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui est in cœlis. Idem docet Ioan. 15. ca. his verbis. In hoc glorificatus est pater meus vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Item: Nõ vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, vt quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det vobis. Manifestum igitur euadit Deum gloriam capere & clarificari per bona opera propter quæ hominem creauit & redemit. Opera autem bona esse ad salutem necessaria omnibus hominibus Deum verè cognoscentibus, & in Christum credentibus tota passim clamat scriptura sacra, ex qua tantummodo paucos locos referam pleniorem de hac retractationem in aliud tempus differendo. Illud igitur testatissimum & notissimum nobis relinquitur ex eo quod dixit Christus, vt scribitur Matthæi 5. capite per hæc verba: Nolite putare, quoniam veni soluere legẽ aut prophetas. Non veni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlum & terra, iota vnum aut apex non præteribit à lege donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Dico autem vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, nõ intrabitis in regnũ cœlorum. Audistis quia dictum est antiquis, Non occides, &c. Ex hoc sanè loco manifestissimum est oportere omnes christianos legem Dei seruare, & quidem tanto magis, tanto diligentius & perfectius quanto lex Euangelica est perfectior lege Mosaica. Hoc est quare hac tota disputatione de obseruanda lege à christianis, Christus non tantùm factum exterius, sed etiam voluntatem internam reformat & sanctificari desiderat. Diluciduum igitur euadit quanto in errore versentur qui christianos ab obseruatione legis diuinæ liberos esse volunt, essque satis esse falso affirmant fiduciam passionis & mortis Christi cum baptismo, postquem ignoranter & perniciosè affirmant peccata non quidem posse vitari, sed tamen ex non imputari propter fidem Christi Iesu pro nobis crucifixi. Peccata autem fugienda esse & bona opera cum adimpletione legis diuinæ requiri, vt salutem consequamur, scripturam sacram docentem & affirmantem audiamus. Matthæi septimo capite ita scriptum legimus. Quam angusta porta, & arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Attendite à falsis prophetis. (hic nota diligenter Christum nos admonere de fugiendis saltiribus, Epicureis & Sardanapalicis concionatoribus verbi Dei corruptoribus, qui sunt potius ventris & libidinis ministri miserrimi quam Euangelij, cuius nullum sensum habent denunciatores censendi & iudicandi) à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorũ cognoscetis eos (nota vitam maximum doctrinæ argumentum esse.) Nunquid colligunt de spinis vuas aut de tribulis ficus? Omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor fructus malos facit, non potest autem arbor bona, malos fructus facere, nec arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor (nota diligenter) quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui (nota quæso quę & qualis sit vocatio Euangelica) facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Multi dicent (hoc nota de libidinosis & voluptuariis concionatorculis qui seducunt mulierculas oneratas peccatis quæ ducuntur variis desiderijs) mihi in illa die: Domine, domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit verba mea hæc & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. fundata enim erat supra petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam: & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Quid quæso apertius dici à Christo potuisset ad docendam & confirmandam bonorum operum necessitatem? Videamus autem & alios de eadem re scripturæ sacræ locos. Matthæi decimo capite scribitur in hunc modum. Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum corã patre meo, qui in cœlis est. Item: Qui inuenit animam suam perdet illam: Et qui perdiderit animam suam propter me inuenier eã. Matth. duodecimo capite ita scribitur: aut facite arborem bonam & fructum eius bonũ, aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Si quidem ex fructu, arbor cognoscitur. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quodcũque locuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicij, ex verbis enim tuis condemnaberis. Item ibidem. Quicũque fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater & soror, & mater est. Matthæi decimotertio capite ita scribitur: Qui in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud verò tricesimum. Matthæi decimosexto capite ita scriptum legimus: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Matth. decimonono ita scriptum est: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Matthæi vicesimoprimo capite scriptum est quod dominus locabit suam vineam aliis agricolis, qui reddent ei fructum in tempore suo. Matthæi 25. ita scribitur: Omni habenti dabitur, & abundabit. Ei autem qui non habet, &

quod videtur habere auferetur ab eo, & inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores. Item, dicet iis qui a sinistris erunt: discedite a me maledicti in ignē eternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, esuriui enim & non dedistis mihi manducare. &c, Math. 25. c. scribitur in hunc modum: Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. Marc. 1. c. ita scribitur. Pœnitemini & credite euangelio. Mar. 3. c. Qui fecerit voluntatem Dei hic frater meus, & soror mea & mater est. Marc. 4. c. ita scriptum est: In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Qui enim habet dabitur illi, & qui non habet auferetur ab eo. Marc. 8. c. Si quis vult me sequi deneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Luc. 2. c. ita scriptum est: vt sine timore de manu inimicorum nostrum liberati seruiamus illi, scilicet Deo, In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Luc. 3. c. ita scribitur: Iam securis ad radicem arboris posita est: omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Luc. 6. ita scribitur. Estote misericordes sicut pater vester misericors est. Item: Quid me vocatis domine domine, & non facitis ea quæ dico? Luc. 8. c ita scriptum est: Qui habet dabitur illi, & quicunque non habet etiā quod putat se habere auferetur ab eo. Luc. 12. ita scribitur: Vos estote parati quia qua hora nō putatis filius hominis veniet. Luc. 13. cap. sic scriptum est: discedite a me operarij iniquitatis. Ioan. 8. c ita dicit Christus. Si quis sermonem seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Ioan 13. c. ita scriptum est. Si hæc scitis, beate eritis si feceritis ea. Ibidem ita scribitur. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Ioan. 14. c. ita dicit Christus: Si diligitis me mādata mea seruate. Item qui habet manda ta mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me diligetur a patre meo. Item: Si quis diligit me sermones meos seruabit, qui autem non diligit me sermones meos non seruat. Ioan, 15. c. scribitur: omnem palmitem in me non ferentem fructum pater tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructum abundātiorem afferat. Item: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego præcepta patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione. Roma. 1. c. ita scriptum est, cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis &c. Roma. 2. c. ita scribitur. Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Roma. 6. c. ita scribitur: humanum dico propter infirmitatem carnis vestrę. Sicut enim exibuistis membra vestra seruire immundicię & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitię in sanctificationem &c Roma. 7. c. ita scribitur, Fratres mei, vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit: vt fructificetis Deo. Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum quę per legem erant operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literę. Roma. 8. c. ita scribitur: Fratres, debitores sumus non carni vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis moriemini si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis Ro. 12. c. ita scribitur: Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quę sit voluntas Dei bona & bene placens & perfecta. Item non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum irę. Scriptum est enim, Mihi vindictam & ego retribuam, dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitit potum da illi. Roma. 13. c. ita scribitur: plenitudo legis, est dilectio. Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere. nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sic vt in die honeste ambulemus: non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione, sed induimini dominum Iesum Christū, & carnis curam ne feceritis in desideriis suis. Ro. 14. c. ita scribitur, Nemo nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue ergo viuimus domino viuimus, siue morimur domino morimur. Prioris Corinth. 3. c. ita scribitur: Vnusquisque videat quomodo ædificet. Vniuscuiusque enim opus manifestū erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. 1. Cor. 5. c. ita scribitur. Expurgate vetus fermentū, vt sitis noua conspersio sicut estis azimi 1. Corin. 6. c. ita scribitur: An nescitis quoniam membra vestra sunt templum Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno: glorificate & portate deū in corpore vestro. 1. Cor 7. c. ita scribitur circuncisio nihil est, & præputium nihil est: sed obseruatio mandatorum Dei. 1. Cor. 9. c ita scribitur: Sic currite vt comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt coronam corruptibilem accipiant, nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertū: sic pugno, nō quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte cū aliis predicauerim, ipse reprobus efficiar. Galha 5. c. ita scriptum est: In Christo Iesu, neque circuncisio aliquid valet, neque præputium: sed fides, quę per charitatem operatur. Galat. 6. c. ita scribitur: Bonum facientes non deficiamus: tēpore enim suo metemus non deficientes. Ergo dū tēpus habemus operemur bonū ad omnes, maximè autē ad domesticos fidei. Ephes. 2. c. ita scribitur: creati sumus in Christo Iesu, in operibus bonis quę præparauit Deus vt in illis ambulemus. Ephes. 4. c ita scribitur: obsecro itaque vos ego vinctus in domino vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis est omni humilitate, & mansuetudine &c, Ibidē ita scribitur: Renouamini spiritu mētis vestrę, & induite nouum hominem, qui secundū Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Philipen. 4. c. ita scribitur: De cętero fratres quęcūque sunt vera, quęcūq; pudica quęcunque bonę famę quæcūque iusta, quęcūque sancta, quæcūque amabilia, si qua virtus si qua laus disciplinę hęc cogitate. Prioris ad Tessal. 4. c ita scribitur: Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos a fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non autem in passione desiderij sicut gentes &c. 1. ad Thessal. 5. c. Omnia probate quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstinete vos &c. Posterioris ad Timo. 2 c. ita scribitur: Firmum fundamentum dei stat habens signaculum hoc: Cognouit dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate, omnis qui inuocat nomen Domini: Posterioris ad Timot. 3. c ita scribitur: omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum ad corripiendum ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus. ad Titum. 1. c. ita scribitur: omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatę sunt eorum mens & conscientia. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abhominati, & ad omne opus bonum reprobi. ad Titum. 2. ita scribitur: Apparuit gratia dei & saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Ibidem. 3. c. ita scribitur, & Fidelis sermo: de iis volo te cōfirmare, vt curent bonis operibus præesse, qui credunt deo. Hebr. 10. c. ita scribitur: Irritam quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur? quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium dei conculcauerit, sanguinem testamēti polluerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratię contumeliam fecerit &c. Iacobi. 2. c. ita scribitur: Sicut corpus sine spiritu mortuum est: ita & fides sine operibus mortua est. Prioris Petri. 1. c. ita scribitur: Succincti lumbos mētis vestrę sobrij, perfecti, sperate in eam quę offertur vobis gratiam quasi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantię vestræ desideriis: sed secundum eum qui vocauit vos sanctum sancti sitis in omni conuersatione. In eadem epistola. 2. c. sic scribitur: Obsecro vos charissimi tanquā aduenas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis quę militāt aduersus animam &c. Item, Sic est voluntas dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam, quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitię libertatē, sed sicut serui dei Ibidem 4. c ita scribitur: Christo igitur passo in carne & vos eadē cogitatione armamini, quia qui passus est in carne desiit a peccatis, vt non iam desideriis hominum, sed voluntati dei, quod reliquum est in carne viuat temporis. Posterioris epistolę beati Petri. 2. c ita scribitur: Si refugientes coinquinationes mundi in cognitione domini nostri & saluatoris Iesu Christi, his rursum implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mādato. Contigit enim eis illud veri prouerbij, canis reuersus ad suum vomitum. Et sus lota in volutabro luti. primę epistolę Ioan. 1. cap. ita scribitur: hæc est annuntiatio quam audiuimus a deo, & annunciamus vobis quoniam deus lux est, & tenebræ in eo, non sunt vllæ. Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus: mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus sicut & ipse est in luce, societatem habemus adinuicem, & sanguis Iesu filij eius emundat nos ab omni peccato. Ibidem. 2. c. ita scribitur: Qui dicit se nosse deum & mandata eius non custodit: mendax est, & in eo veritas non est. Qui autem seruat verbum eius vere in hoc charitas dei perfecta est. In hoc scimus, quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in Christo manere debet, sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Ibidem. 3. c. scribitur ad hunc modum: Nemo vos seducat: qui facit iustitiam iustus est: sicut Christus iustus est. Qui facit peccatum ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. &c. Apocalypsis beati Ioan. 2. c scribitur ad hūc modū: Qui vincerit & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatē super gentes & reget eas in virga ferrea, & dabo illi stellam matutinam. Qui habet autem audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. Hi fere loci ex ipsa sacra scriptura expressa collecti & deprompti fidelissime debent sufficere cuilibet vt persuadeatur omnibus christianis necessaria esse bona opera, quum sine illis nemini pateat aditus ad vitam æternam quamtumuis credat Christum pro se mortuum, & in eius nomine sit baptizatus. Hoc autem propositum latius tractare voluimus non ignari quot sint hodie cuiusuis sectæ aut religionis qui suo venti magis quam Deo seruientes, habent Christi passionē & euangelicā libertatē suæ nequitię & deprauationis velamen. Hoc etiam ideo fecimus quia si omnes vellent dei mandata seruare & carnis praua desideria vitare facillimè conueniremus. Satis enim dignoscitur tam ex horum quam illorum vita corrupta omnes fere, non quę sunt Christi, sed sua quærere sub pretextu religionis christianę. Necesse est autem omnino nos Deo coniungi & vniri per mādatorum ipsius voluntatem obseruationem priusquā idipsum sapere & conuenire valeamus. Nā plena & perfecta Ecclesiæ totius reformatio pēdet ex singulorū correctione & probitate, quæ sine timore & amore deesse nequit. Dei igitur mandata obseruemus, & bona opera faciamus, si pacifice viuere, si omnia prospera habere, & tandem æterna fœlicitate perfrui desideramus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*De merito bonorum operum apud Deum, & de malorum pœna. Caput 5.*

Si quam plantauit, riguit, & omni diligentia pastinauit arborem laudat eiusdem percipiendis fructibus agricola: hominis liberè & voluntariè cooperantis gratiæ, & ad suum authorem omnia referentis non commendabit & premiabit Deus optimus & magnificentissimus bona opera? commendabit & premio afficiet sane. Non enim iniustus est Deus (inquit scriptura) vt obliuiscatur bonorum hominis operum. Si namque nulla essent bonorum operum merita, nec malorum supplicia, longe prestantior esset impiorum quàm iustorum & piorum conditio. Iusti enim vt iusti sint & sancte Deo seruiant ex charitate de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta, sibi vim quotidie quodammodo inferunt, aduersus carnem, mundum & satanam crudelissimos profecto & non semper expugnatu faciles hostes depugnando. Aequa igitur esset casti & libidine diffluentis conditio: æqua sua largientis, & aliena rapientis: æqua sobrij, & ebrijs: nunquam sane crediderim: Hæc autem omnia esse oporteret, si nec merita essent bonorum operum apud Deum post hanc vitam, nec malorum pœnæ. Nam vt inquit beatus Paulus. 1. Corinth. c. 15. Si in hac vita tantum sperantes sumus miserabiliores sumus omnibus hominibus, qui Christi fidem & religionem sanctam profitemur. Si enim nulla sunt merita, quid periclitamur omni hora? Hoc enim quid prodest si nulla sunt bonorum operum post hãc vitam merita? Satanę igitur hinc esse doctrinam agnoscamus que negat bonorum operum merita. Hoc namque pacto astutissimus Satanas virtutem & finem euangelij auferre, atque Deum gloria, & homines tam bonis operibus quàm eorundem premio priuare, satagit homines interim à se delusos vana spe salutis per passionem Christi, cui non conformes vitæ puritate existunt, in deliciis & carnis mundique perniciosis desideriis fouendo. Nulla sane via aptior excogitari posset reuocandi homines ab obseruatione mandatorũ Dei, & ab omni prorsus honesto & christiano virtutum exercitio quam si persuadeantur tam difficilem illam contra vitia pugnam nihil ipsis allaturã. Quis enim vnquam aliquid difficile qualis est potissimum desideriorum carnis continua pugna aggredi vellet, si nullam sibi constitutam putaret mercedem? Quis etiam tam gratas hominum naturæ voluptates aspernari & fugere vellet nisi iudicaret ipsis paratas esse pœnas? Quis enim non diceret, manducemus & bibamus potius quam abstinentia & ieiunijs carnem macceremus, & corpus proprium (quod nemo vnquam odio habuit) castigemus si nec bonorum premia, nec malorum sciret futura esse supplicia? fugienda sunt igitur colloquia mala quę corrumpunt mores bonos: si seduci nolumus, amplexemur autem christiana illa dogmata, quæ Deus suam Ecclesiam docuit, quibus instruimur quod Deus nec bonum vllum relinquit irremuneratum, nec etiam malum vllum impunitum. Spatiare per latissimum vniuersę sacrę scripturæ campum, & facile comperies Deum optimum maximum, qui viam gloriæ æternæ ordinauit & cõstituit non solam & nudam opinionem persuasionem aut aprehensionem suæ bonitatis & misericordiæ, sed suorum mandatorum fidelem obseruationem, nunquam vllum posuisse præceptum, quin statim adiecerit premium illud obseruantibus, & pœnam transgredientibus. Hoc facile cernitur in primo precepto protoparenti dato, sicut etiam in aliis omnibus quæ in lege naturę facta sunt. Quomodo autem id fecerit in lege scripta testantur omnia legis & prophetarum scripta. In lege denique euangelica Christus dominus noster nomotheres sapientissimus nullum dedit præceptum quin simul & premij obseruatoribus præparati meminerit. Hoc cognoscitur clare ex his quę scripta sunt Math. 5. c. vbi Christus ita refertur dixisse cum legem nouam, & eius statuta traderet. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Vides premia nimo præceptis & statutis annexa? Quid etiam apertiùs pro confirmando & docendo bonorum operum merito dici aut scribi velles quam illud quod ibidẽ scribitur in hęc verba? Beati estis cum male dixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me, gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Item ibidem: Si diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis? Quis igitur, rogo, bonorum operum merita negabit nisi sacram scripturam apertissimam prius negare velit? De pœna autem non obseruantium dei legem tempore euangelij hoc eodem loco clara sunt hæc testimonia. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis minimus vocabitur in regno cœlorum: lege totum hoc caput cum sequenti.

Prioris corinth. 3. c. ita scribitur: Si cuius opus manserit quod super edificauit mercedem accipiet: Si cuius opus arserit detrimentum patietur.

Prioris corinth. 15. c. ita scribitur: Stabiles estote & immobiles abũdantes in opere domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in domino. Posteriores Corinth. 4. c. scribitur ad hunc modum Id quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate eternum glorię pondus operatur in nobis non contemplantibus quæ videntur, sed quæ non videntur.

Ibidem. 5. cap. ita scriptum est. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisque propria corporis, pro vt gessit siue bonum, siue malum. Ibidem. 9. c. ita scribitur: Qui parce seminat, parceret metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Galat. 6. ita scribitur: Vnusquisque onus suum portabit. Quæ enim seminauerit homo hæc & metet: Quoniam qui semi nat in carne sua, de carne metet & corruptionem: qui autem seminat in spiritu de spiritu metet vitam eternam. Bonum ergo facientes nõ deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes: Posterioris ad Timoth. 4. c. sic scriptũ legimus: bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed & iis omnibus qui diligunt aduentum eius. Hebr. 10. c. ita scribitur: Nolite amittere confidentiam vestram, quę magnam habet remunerationẽ. Iacobi 1. c. ita scribitur: Beatus vir qui sustinet tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam repromisit deus diligẽtibus se. Itẽ: Qui perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. In secunda epistola beati Ioannis ita scribitur: Videte vosmetipsos ne perdatis quæ operati estis, sed vt mercedem plenam accipiatis. Hoc igitur Christianum dogma teneatur, quo affirmat catholica ecclesia quod homo existens in gratia, quatenus sequitur motum gratię, & instinctum spiritus sancti principaliter operanti meretur apud deum. Hoc enim probant loci sacrę scripturæ, quos protulimus, & ex infinitis aliis breuitatis & compendij causa selegimus. Sic autem volumus nostrorum operum meritum intelligi, vt non simpliciter & absolute, sed ex pacto diuinæ bonitatis accipiatur. Nam deus (cui nos & nostra omnia debemus) ex sua clemencia & liberalitate ordinauit, quod quicunque libere & prompto animo ei deseruiret, & mandata ipsius seruaret, mercedem daret illi. Quare nunquam cessemus bene operari quãdiu dies est, venit enim nox quando operari non licebit. sed operum merces recipietur. Licet enim (vt inquit beatus Paulus Heb. 12. c.) omnis disciplina in presenti quidem videatur non esse gaudij, sed mœroris: postea tamen fructum pacatissimũ exercitatis per eam reddet iustitiæ. Fugiamus autem diligentissime colloquia praua eorum, qui verbis fatentur quidem se nosse deum & Christi passionem amare & amplexari videntur, operibus autem omnem pietatem & veram salutarẽmque religionem negant. Illa enim mores bonos omnino necessarios christianis corumpunt, & multum proficiunt ad impietatem. Semper autem ob oculos ponamus id qud Ecclesiastici. 16. c. scriptum est his verbis. Misericordiam Dei faciet locum vnicuique secũdum meritum operum suorum. Bona igitur opera apud deum, gloriam merentur, vt mala pœnam & supplicium.

## *AD LECTOREM.*

*NOrunt satis (Lector amice) quibus cum Typographis res aliquando fuit, illorum ῥαθυμίας καὶ δυσχερείας correctionem plus quàm lernæum malum esse. Quare tuum erit ad ea aduertere, quæ ipsi non aduertentes admiserunt vitia. Vale.*

Laus Deo æterno, sapienti, & bono. Amen.

Τὰ δεύτερα σοφώτερα.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

